CLAVIS REGIA
SACERDOTVM
CASVVM CONSCIENTIÆ.
SIVE
THEOLOGIAE MORALIS
THESAVRI LOCOS OMNES APERIENS.

In qua præcipuæ
CANONISTARVM, ET SVMMISTARVM
difficultates ad COMMVNEM PRAXIM *pertinentes*
doctiſſimè Deciduntur, & copioſiſſimè Explicantur,

AVTHORE R. P. D. GREGORIO SAYRO **ANGLO**
Ordinis D. Benedicti Congregationis Caſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua
Monacho, & Sacri Monaſterij Caſinenſis profeſſo.

In hac Quarta, & poſtrema Editione acceſſerunt

VTILIA ADDITAMENTA, NEC NON CATENVLA AVREA
DE COMPARATIONE PECCATORVM
R. P. F. PAVLINI BERTI Lucenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini
Congregationis Lombardiæ.

INSVPER SVMMA SACRAMENTI POENITENTIAE EIVSDEM SAYRI.
Cum QVINTVPLICI fideliſſimo Indice, Capitum, Authorum, Locorum Concilij Trident. Sacræ Scripturæ,
& Rerum notatu digniſſimarum.

AD ILL$^{\text{mum}}$ AC REVER$^{\text{mum}}$ D. D. METELLVM BICHIVM
S. R. E. Cardinalem Senenſem Ampliſsimum.

SI DEVS PRO NOBIS
QVIS CONTRA NOS

VENETIIS, MDCXV.

APVD BARETIVM BARETIVM.
De Licentia Superiorum, & cum Priuilegijs.

Jo: Antonij Quadrij

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS. D.
D. METELLO BICHIO,
S. R. E. Cardinali Senenſi Ampliſsimo, Domino Colendiſsimo.

◆

QVOD CLAVEM hanc REGIAM a me haud parum elimatam, & multis partibus magis, quam antea inſtructam Tibi Cardinalis Ampliſſime audeã nunc dicare, præſtantiſſimæ Virtuti, & ſummæ obſeruantiæ eſt tribuendum; ea tu quidem ſcientia fulges, qua conſeruantur leges, ea polles Poteſtate, qua coronantur Reges, qua es illarum clauus, & horum clauis; quare conſulto fuit opus inſcriptum, fuit labor nuncupatus: Iam pridem intererat mea, cui optime innotueras, cui literas humanitatis plenas ſuperioribus menſibus dederas, aliquo argumento obſeruantiæ reſpondere; & quanti ſemper ſingulares Virtutes tuas fecerim declarare: at verò quotidianæ curæ, quibus in exornandis, edendisq; Abulenſis, aliorumq; Authorum operibus diſtineor, fuerunt impedimento, quo minus hactenus mihi ipſe ſatisfecerim; offero en tandem cum REGIA CLAVE meas aliquas lucubratiunculas; dum ſumma recipies, infima ne deſpicias; Interim opus foue, mihi faue, & benè vale. Dat. Venetijs. V. Cal. Februarij MDCXV.

Dom. tuæ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ.

Humilimus ſeruus

F: Paulinus Bertus.

720276

AD LECTOREM

BARETIVS BARETIVS S. P. D.

IAM demum in apricum prodiiſſe tot Vigiliarum opus toties exoptatum, tam diu expectatum mecum (ſtudioſe Lector) congratuleris. Habes enim perpulchrum admirandæ ſedulitatis exemplum, vbi debetur meritiſſimum charitatis encomium. Habes eruditiſſimi viri ſingularem induſtriam, religioſiſſimæ vitæ fructum eximium, deuotiſsimæ mentis exercitium ſanctiſsimum. Memor ille cauſæ, memor temporum, memor fortunæ tuæ, elaboratam & optimè fermentatam doctrinæ maſſam ad miſeram mortalium inopiam ſubleuandam finxit & formauit, ex quo tantum tibi fructus incrementum & illi gloriæ, quantum tibi capacius ad hoc velut Eliæ oleum excipiendum, Vaſculum acceſſerit. Nam ſi de cauſa tibi blande polliceris, oſtendit æquitatem ex religione, ſi de tempore, oſtendit neceſsitatem ex perfidia, ſi de fortuna, oſtendit ex crudelitate, flagitium ex credulitate periculum. Nolo equidem (nec enim ad inſtituti mei rationem ſpectare ſolet) de Repub. Chriſtiana optimè meritum digniſsimiſque laudibus a me iure proſequendum, tam ieiunè tam frigidè verbis meis ornare, de quo ſi maxima poſsim minima pars laudis ſuæ cenſeretur. Qui tanti viri celebritatem cumulatius efferendam volunt, & opus ipſum quod authorem ſatis cohoneſtat, euoluant, & epiſtolam ab amico quem vnicè dilexit, integerrimo præfixam expendant, cuius non ſine ſumma diligentia, & ſtudio, hæc tibi excultiora & auctiora prodierũt, vbi & elegantem totius operis diſtributionem, & gratam omnibus methodi facilitatem intelliges. Quem quidem honoris amoris etiam cauſa libentiſsimè nominandum cum propoſuiſſem: vel vmbram quidem inanis gloriæ metuit, qui popularis auræ ſpiritum non pertimuit. Sumus (inquit ille) Monachi peculium Dei qui *poſuit tenebras latibulum ſuum*, ſumus *dentes Chriſtianorum*, labiorum clauſtris incincti, & ab externa hominum notitia, & conuerſatione ſecreti. Notum omnibus viuere, eſt ſibi ignotum mori. Illum ergo latentem ab omnibus, quæ nos circunueniunt, malis, prætermitto. Sed de illo quem pręmanibus habemus Gregorio, de illo vigilantiſſimo vt nominis indicat ratio Gregorio quem memoria ſanè recolam ſempiterna, nihil amplius dicam, & amplius quidem nil dici poteſt, nihil vnquam in votis frequentius illum habuiſſe, quam in vtilitatis tuæ meſſem laboris immenſi ſegetem coaceruare, & diligentis inſtar apiculę ſparſim legendo, & quæ tibi proficua decerpendo, in mellifluum hoc quod præſto eſt, aluearium congerere.

Quis autem cum tanti nominis exiſtimationem ex vitæ ſanctitate doctrinęque præſtantia profectam intellexerit, cum in legendo laboris aſsiduitatem, in referendo fidem, in conferendo iudicium, in inueniendo ſagacitatem, in exponendo ſolertiam perceperit admirabilem, non vnicum hunc ſibi *Theſaurum* potiſsimum comparandum iudicabit, vbi locupletiſsimum rerum omnium quæ ad conſcientiam informandam ſi recta, ad reformandam ſi vitioſa fuerit, ornatum & ſuppellectilem inueniet.

Num tibi faſtidium pariat prolixitas? omnia ſucinctè. Num obſcuritas? apertè ſingula. Num multitudo librorũ? allectet te veritas rerum. An congeries interpetum? ſi paucos velis, nullos legas. In ſolo diſcurſu patet methodi facilitas, & recreabit te cuiuſque ſententiæ perſpicuitas. Tu æquum, te arbitrum conſtitue, longè a te alienum erit illud Iulianum, *vide, lege, condemnaui.*

De quibus tractat, nemo magis elaboratè, quæ refellit, nemo magis modeſtè, quæ profert, nemo facilius, quæ aliũde promit, nemo felicius, tam facilis in interpretando, tam felix in recitando, tam in reijciendo ſuauis, in recipiendo ſecurus. Scripſit quidem multa iam Iuuenis, ſed omnia doctus religioſe; omnia doctè Religioſus, inter cetera nõ vltimum locum obtinent, ſi rei dignitatem aut authoris diligentiam ſpectemus, quæ iam in lucem edita proponimus tibi accurate perdiſcenda. Lege vt placet, quæ placent, ſelige, nec enim ſtudio laborem, nec labori fructum defuturum exiſtimes. Non tibi *Theſaurus Carbones*, nec quod pueri in fabis, inuenies. Ego chartis & characteribus, tu animo imprime, ſi vel in contemplando ſcientiam vel in agendo conſcientiam, in vtroque pacem deſideres. Qui quærit oua, gallinarum cacaliſmum ferat, qui nucleum vult, nucem frangat oportet, alias neque mel nec apes, nec mola nec farina, ſudes, labores, æſtuas, viuas, valeas & vincas.

Author Lectori Pio S: D.

CVM duo ſint (candidiſſime Lector) tibi vel inprimis neceſſaria Conſcientia, *& Fama, quibus quaſi pennis columbæ deargentatæ ſubuectus ad arcam cæleſtem reuerteris & requieſcis, quarum te conſcientia Deo gratiorem pulchrioremque fama apud proximum chariorem reddat, & illuſtriorem, quò facilius illam ornare, veſtire, perpolire, iſtam vero acquirere, augere in dies & conſeruare poſſis, ecce ad manum tibi præſidia exquiſitiſſima comparantur, quibus ad verum conſumatæ gratiæ ſtatum beatitudiniſque faſtigium viam poſſis præmunire. Dedimus tibi contra venenata peccati Miſſilia, & Circeæ mundi pocula, antidotum & alexipharmacum in Sacramentis, ſed quia ſalutares medicinæ ſubiecto non bene diſpoſito obeſſe magis ſolent quam prodeſſe, non ſine grauiſſimo interdum periculo: ita & media illa ſeu remedia diuiniſſima de fonte Saluatoris profluentia, de cuius plenitudine omnes accepimus, niſi diſruptis peccatorum vinculis adhibeantur, certiſſimum adferunt animæ nocumentum, non quod in illis ſit quid obnoxium, ſed in nobis lateat malitiæ contagium. Ergo alium librum de cenſuris adiunximus de pœnis ſeu vinculis, quibus peccatrices animæ conſtringūtur, quæ niſi quis diligēter excutiat, vel humiliter exuat, nō iam in libertatē filiorū Dei vindicatur, ſed ſeruitutis iugo ſupprimitur, oneratur, vulneratur. Sed diſſolutis peccatorū colligationibus vlterius curandum eſt, ne cicatrice ſuper inducta membrum infirmetur, et putreſcat, ideoq. qua facilitate fouendū, quibus faſcijs inuoluendum in præſenti deſcripſimus, vt mundatus verbo vitæ et aquæ ſalutaris aſpergine circumfuſus, ab omni ſpiritus inquinamento liberetur. Si quis enim vultus pectoris tui quæque animæ facies ſit, quæque in te maculæ fuerint contractæ vis attente dignoſcere, priuſquā ad ſpeculū illud ſine macula puriſſimū & ſplendidiſſimū lucis æternæ candorē accedas, in hoc mari vitreo diſpice, & deſpice teipſum, deprehēde, et reprehende proximū, ſordes elue, fœditatē abſterge, et ſic cū nitore mentis omniumq. quibus te ditauit altiſſimus ornamentorum apparatu condecoratus intende, proſpere procede, & regna; Nec ſtatim vt teipſum per tranſennam aſpexeris, & agnoueris, tui planè immemor & oblitus vilior manticam a tergo relinquas, vt cum Apoſtolo loquar,* qui vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo conſiderauit. Iacob.1. *Sed immotos, & tranquillos mentis oculos penitus infige tanquam in* ſpeculis mulierum, quæ excudebant in oſtio tabernaculi. Exod.30. *Hic enim manus pedeſq. ideſt cogitationes, et opera ſanctarū animarum exemplis limpidiſſimiſq. virtutibus emundare & emendare debemus, ſtantes in atrijs Domini cæleſte tabernaculum ingreſſuri. Sed quoniā is naturæ lāguor, ea debilitas vt labi facilimum ſit & errare, ſurgere autem & ſtare difficilimum, cum non ſolum præoccupent nos laquei mortis quibus irretimur, ſed etiā omnes creaturæ decipulæ ſunt pedib. inſipientium, ideo & labenti vt reſurgat, & ſtanti vt videat ne cadat, neque ad ſiniſtrā neque ad deſtram declinans, viam præmonſtro, & quaſi digitis intento Si enim bonitatē velis, tractatum de Conſcientia reuolue, ſi ſcientiam, alterū de ignorantia perlege, ſi diſciplinā vt* tanquam a facie colubri fugias peccatum, Eccl.21. *peccati naturam exquire & pœnam ſin vt bonum facias, ex præmiū expectes, decalogi præcepta percurre, Sic ſanabitur ignorantiæ vulnus inflictum in ratione per prudentiā, malitiæ in uoluntate per iuſtitiā, infirmitatis in iraſcibili per fortitudinem, delectationis in concupiſcibili per temperantiam, quib. quaſi quadrigis ad cælum euectus* (iſtæ enim quadrigæ ſaluatio tua) Abac.3. *uidebis pro infirmitate potentiam Patris, pro ignorantia ſapientiam filij, pro malitia bonitatem Spiritus ſancti, pro concupiſcentia omne bonum, ſummum gaudium, ſine infinitum. Vale.*

Capita Rerum Secundum Librorum ſeriem in hoc Opere comprehenſa.

In Prima Parte, cuius Libri ſunt octo.

I. Lib. De conſcientiæ natura & ſtatu, actibus, & officijs, quæue opinio ignaris vniuſcuiuſque facultatis, ſiue peritis, ſiue ignotis, vel operando, vel conſulendo ſequenda ſit.

II. De Actionibus Humanis earumque cauſis & principijs, de ratione voluntarij, & inuoluntarij, vnde bonitas, & malitia operis cum debitis circunſtantijs internoſci queat & de natura peccati, eiuſque differentijs.

III. De Legibus in communi, in quibus condendis Legiſlatoris finis, & poteſtas in conditis obligatio, & neceſſitas in rebus humanis conſideratur.

IIII. De Lege Diuina poſitiua in decem præcepta Decalogi diſtributa. Ac primum de primo præcepto. peculiarem Dei ſeruitutem & cultum ſanctorum cum vitijs oppoſitis Idololatria, & ſuperſtitione continente.

V. De ſecundo Præcepto Decalogi, ſiue de natura neceſſitate, & vſu Iuramenti cum circumſtantijs, veritate, Iudicio, iuſtitia & de peccatis ex horum defectu commiſſis.

VI. De natura voti eiuſque conditionibus neceſſario requiſitis, necnon de vinculo, & obligatione, cum eiuſdem irritatione, diſpenſatione, commutatione, cum impedimentis excuſantibus voti adimpletionem.

VII. De Tertio, Quarto, & Quinto Decalogi præceptis, Sabbathi ſanctificationem, & feſtorum inſtitutionem, pietatem erga parentes, & dilectionem erga proximos continentibus. De Homicidio quando, & quatenus licitum, vel prohibitum.

VIII. De Sexto, & Nono Præcepto, vbi de varijs Luxuriæ ſpeciebus, tum quoad malitiam actuum externorum, tum quoad grauitatem, & prohibitionem interiorem contra Iudæorum ſententiam aliter opinantium.

In Secunda Parte, cuius libri ſunt quatuor.

IX. De ſeptimo, & Decimo Decalogi præcepto, eorumque cum præcedentibus connexione, vbi de natura Dominij de nominibus iuris, vſus, vſufructus, Poſſeſſionis, de grauitate furti, & rapina, eorumque pœnis.

X. De Reſtitutione in communi quis, quid, quantum, cui, quando, quomodo, & vbi reſtituere tenetur, de ordine in reſtitutione obſeruando, & de Cauſis, quæ tollunt, uel differunt obligationem reſtituendi.

XI. De Reſtitutione in particulari, ſcilicet, de reſtitutione ratione damni in ſpiritualibus, & de damnis, quæ in corpore ſeu bonis corporis inferuntur & quæ in bonis externis, ſeu fortunæ contingere ſolent, quæque inter hæc grauiora cenſeri debent peccata?

XII. De octauo Præcepto, vbi de natura mendacij quando & quomodo licitum ſit de iudicio temerario, & quæ deinde conſequi ſolent contumelijs, & detractionibus ſuſurrationibus, irriſionibus, Maledictionibus, de varijs peccatis in indicio, & extra iudicium.

INDEX AVTHORVM OMNIVM, qui in hoc Opere citantut·

A

Abbas Panormitanus.
Abulenſis.
Adrianus Papa VI.
Aegidius Bellamera.
Albertus Magnus.
Albertus Pighius.
Alciatus.
Alcuinus.
Almaynus.
Alexander Papa III.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Alenſis.
Alexander de Imola.
Alphonſus a Caſtro.
Alphonſus Toſtatus.
Alphonſus Viualdus.
Alphonſus a vera Cruce.
Altiſſidiorenſis.
S.Ambroſius.
Ambroſius Catharinus.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Siculus.
Angelica Summa.
Anſelmns.
S.Antoninus.
Antonius de Butrio.
Antonius Corduba.
Archidiaconus Bononienſis.
Ariſtoteles.
Armilla Aurea.
Arnobius.
Aſtenſis Summa.
S.Athanaſius.
S.Auguſtinus.
Azo Bononienſis.

B

Baldus Senior.
Bartholomeus Fumus.
Bartholomeus Brixienſis.
Bartholomeus Hugolinus.
Bartholomeus Medina.
Bartholus.
Baſilius Magnus.
Beda.
Benedictus Canophilus.
S.Bernardus.
Biblia.
S.Bonauentura.
Bullarium.
Burgenſis.
Burchardus.

C

Catechiſmus Romanus.
Caſſiodorus Tripart.
Cæſar Baronius Cardinalis.
Clemens Papa I. Clem.
Clemens Alexandrinus.
Caietanus Cardinalis.
Compendium Priuilegiorum Mendicantium.
Concilium Baſileenſe.
Concilium Bracharenſe.
Concilium Conſtantienſe.
Concilium Epheſinum.
Concilium Florentinum.
Concilium Gangrenſe.
Concilium Lateranen.1.& 2.
Concilium Nicenum.1.
Concilium Toletanum.
Concilium Tridentinum.
Conradus Coelin.
Conradus de Caluu.
Cornelius Ianſenius.
Corpus Canonicum & Ciu.
Corpus Repetitionum Can.
Corpus Tractatuum.
Coſmus Philiarchus.
Couarruuias.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymit.

D

Damaſus Papa.
Deciſiones uariæ,
Decius.
Didacus Couarruuias.
S.Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Carthuſian.
Dominicus Bannes.
Dominicus Sotus.
Driedonis.
Durandus,

E

Emanuel Rodriquez.
S.Epiphanius.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Ceſarienſis.
Euthimius.

F

Federicus de Senis.
Felinus.
Franciſcus Suarez.
Franciſcus Toletus Cardinalis.
Franciſcus Turrianus.
Franciſcus a Victoria.
Franciſcus Mairo.
Fulgentius.

G

Gabriel Biel.
Gabriel Palæotus.
Gabriel Vaſquez.
Gaſpar Calderinus.
Gelaſius Papa.
Geminianus canoniſta.
Gloſſa iuris canoni. & ciuil.
Goffredus Tranenſis.
Gratianus
S.Gregorius Magnus.
S.Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Turonenſis.
Gulielmus Pariſinenſis.
Gulielmus Ocham.
Gulielmus Altiſſiodorenſis.
Guido de Bayſio vulgo Arc.

H

Henricus Bohic.
Henricus a Gandauo.
Henricus Henriquez.
Herueus Brito
S.Hieronymus.
Hieronymus a Sorbo.
Hoſtienſis.
Honorius Papa IIII.

I

Iaſon Maynus.
Iacobus Almaynus.
Iacobus de Beluiſijs.
Iacobus de Graffijs.
Iacobus Menochius.
Iacobus Sbrozzius.
Ignatius Lopez.
Innocentius Papa III.
Innocentius Papa IV.
Ioannes Andreas.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Bachonus
Ioannes Baſſolis.
Ioannes Benedictus.
Ioannes Calderinus.
Ioannes Duns Scotus
Ioannes Capreolus.
Ioannes Cheapeuillus.
S.Ioannes Chryſoſt.
S.Ioannes Damaſcenus,
Ioannes Driedo,
Ioannes EcKius.
Ioannes a Friburgo.
Ioannes Gerſon
Ioannes de Imola.
Ioannes de Lignano.
Ioannes Nider.
Ioannes Macir.
Ioannes Medina.
Ioannes Roffenſis.
Ioannes Viguerius.
Ioannes Polancus.
Ioannes de Turrecrem.Car.
Ioachimos Abbas,
Ioſeph Angles.
Irenæus,
Iulius Clarus.

L

Lanfrancus.
Lapus.
S.Leo Papa.
Ledeſina Martinus.
Ledeſma Bartholomeus.
Ludouicus Molina.
Ludouicus Gomeſius.
Lndouicus Lopex.
Ludouicus Viues.
Lyra.

M

Marcus Ant.Cucchius.
Marianus Socinus ſenior.
Marſilius Ficinus.
Martinus Ledeſina.
Martinus Nauar.
Matthæus de Afflictis.
Maurus Ant.Berarducius, alias Corona Confeſſ.
Melchior Canus.
Michael de Palatio.
Michael Salon.
Menochius.

N

Nazianzenus Gregorius.
Nicephorus Hiſtoricus.
Nicolaus de Cuſa.

Nicolaus Eymericus, ſiue Directorium inquiſitorum.
Nicolaus de Ploue.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus Boerius.
Niſſenus Gregorius.

O

Ocham.
Oecumenius.
Oldradus.
Onuphrius.
Optatus.
Origenes.

P

Panormitanus Abbas.
Paſchaſius.
Paulinus.
Petrus Cluniacenſis.
Petrus Chryſologus.
Petrus Damianus.
Petrus de Ancharano.
Petrus de Aragona.
Petrus Gregorius Toloſan.
Petrus Lombardus.
Petrus Nauarrus.
Petrus de Palude.
Petrus Rebuffus.
Petrus a Soto.
Philippus Francus.
Philiarchus.
Philo Iudæus.
Piſanella Summa.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Præpoſitus.

R

Richardus de Media villa.
Richardus de S. Victore.
Ripa.
Roffenſis.
Rolandus a Valle.
Roſella Summa.
Ruffinus Hiſtoricus.
Ruardus Tapperus.

S

Salon.
Sanderus.
Scotus.
Sebaſtianus Medices.
Simancha
Simon Maiolus.
Sixtus Senenſis.
Socinus.
Sotus Petrus a Soto.
Speculator Durandus.
Sylueſtrina Summa.
Simeon Metaphraſtes.

T

Tabiena Summa.
Tertullianus.
Theodoretus Hiſtoricus.
S. Thom. Aquinas.
Thomas de Argentina.
Thomas Zerula.
Thomas Vualdenſis.
Turrecremata Card.
Turrianus.

V

Vatablus.
Victoria.
Vega.
Vuendelinus, ſeu Supplementum Gabrielis.

Z

Zabarella Cardin.
Zerula.
Zonaras.

INDEX CONCILIORVM & præcipue locorum Sacri Concilij Tridentini.

Bracharenſe 1. *l.7.c.9.f.462*
Colonienſe. *l.11.c.12.f.956*
Conſtantienſe. *l.9.c.4.f.581*
Lateranenſ.1. *l.2.c.1.f.45*
Lateranenſ.3. *l.12.c.9.f.945.& 608.*
Mileuitanum. *l.2.c.13.f.104*
Toletanum. *l.8.c.3 f.526*
Tridentinum ſeſſ.6.c.11. *l.2.c.13.f.104*
Trid. ſeſſ.14.c.4. *l.1.c.7.f.19*
Trid. ſeſſ.14.c.5.& 7. *l.2.c 3.f.55*
Trid. ſeſſ.13.c.7. *l.1.c.5.f.15*
Trid. ſeſſ.25.c.3. *l.9.c.15.f.637*
Trid. ſeſſ.6.c.14. *l.10.c.4.f.661*
Trid. ſeſſ.25.c.19 *l.7.c.13.f.509*
Trid. ſeſſ.24.c.12. *l.11.c.9.f.922*
Trid. ſeſſ.24.c.5.et c.8. *l.12.c.4.f.971*
Trid. ſeſſ.25 c.4. *l.12.c.17.f.1069*
Trid. ſeſſ.24.c.6. *l.11.c.3.f.866*
Trid. ſeſſ. 24.c.6. *l.8.c.5.f.536*
Trid. ſeſſ.25.c.19. *l.7.c.13.f.507*
Trid. ſeſſ.25.c.17.& 18. *l.11.c.13.f.945*
Trid. ſeſſ.22.c.1. *l.11.c.12.f.937*
Trid. ſeſſ.24.c.8. *l.8.c.2.f.520*
Trid. ſeſſ.25.c.14. *l.8.c.2 f.521.et l.8.c.3.f.523*

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

Quæ in hoc volumine aut allegantur, aut explicantur.

Ex Geneſi.

Cap.1 Faciamus hominē ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram l. 2. c. 1. nu. 1
Ecce dedi vobis omnem herbam, vt ſit vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ l. 9. ca. 4. numer. 1
1 Creauit Deus duo luminaria magna, vnum vt praeeſſet diei: alterum, vt præſit nocti.
1 Erunt duo in carne vna l. 8. c. 4. nu. 4
2 Ex omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quacumq; enim die comederis, mortem morieris l. 3 c. 9. nu. 8
2 Requieuit die ſeptimo ab omni opere &c. l. 7. c. 1. nu. 6
3 Serpens decepit me l. 2. c. 8. nu. 5
3 Maledicta terra in opere tuo l. 12. c. 6. nu. 18
4 Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me l. 12 c. 9. nu. 22
4 None ſi bene egeris, recipies? ſin autem male, ſtatim præ foribus peccatum tuum aderit libr. 2. cap. 12. num. 1
Ecce dedi vobis omnia animantia terræ lib. 9. cap. 4. n. 6
8 Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua l. 2. c. 11. nu. 3
9 Quicunq; effuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius l. 7. c. 8. nu. 12
9 Maledictus puer Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis l. 9. c. 6. nu. 7
9 Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. l. 7. c. 8. nu. 1
10 Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. l. 9 c. 8 nu. 19
12 Soror mea eſt l 12. c. 2. nu. 5
13 Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, et pecatores coram Deo nimis, l. 8. c. 5. nu. 16
13 Ne queſo ſit iurgium inter te & me, fratres enim ſumus l. 9. c. 8. nu. 8
18 Abraham tres vidit & vnum adorauit l. 4. c. 3. num. 6
20 Ego ſcio quod ſimplici corde feceris libr. 2. capit. 9. numero 22.
26 Dixerunt viri Geraræ ad Iſaac, ſit iuramentum inter nos l. 5. c. 5. nu. 34
27 Dominum tuum illum conſtitui l. 9. c. 6. nu. 7
27 Ego ſum Eſau primogenitus tuus l. 12. c. 2. nu. 5
28 Vouit votum dicens ſi fuerit Deus mecum & cuſtodierit in via per quam ego ambulo l. 6. c. 1. nu. 15
31 Iurauit Iacob Laban per timorem &c. l. 5. c. 4. numer. 34
33 Iacob adorauit Eſau pronus in terram l. 4. c. 4. n. 6
37 Ioſeph accuſauit fratres de crimine peſſimo l. 8. cap. 5. numero 16
38 Certe mendacij arguere nos non poteſt; niſi hædum quem promiſeram l. 10. tract. 5. c. 2 nu. 32
43 Non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam l. 1. ca. 2 num. 1
44 Apud quemcumque inuentum fuerit, erit ſeruus meus l. 9 c. 15. nu. 36
44 Non eſt ſimilis mei in ſcientia augurandi, ſcyphum quē furati eſtis, ipſe eſt &c. l. 4. c. 5. nu. 13
49 Non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui l. 8. cap. 4 nu. 8
49 Simeon, & Leui vaſa iniquitatis bellantia l. 7. ca. 10. numer. 5
49 Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt l. 9. ca. 4. numero 11.

Ex Exodo.

Cap.1 Aedificauit illis Deus domos l. 12. c. 2. nu. 5
15 Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem ad ſacrificandum ibid.
16 Nos enim quid ſumus, nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum l. 3. c. 6. nu. 5
19 Cuncta, quæ locutus eſt Dominus, faciemus l. 5. cap. 4. numer. 34
20 Non aſſumes nomen Domini tui in vanum, &c. l. 5. c. 9 nu. 51.
20 Memento vt diem Sabbathi ſanctifices l. 7. ca. 2. nu. 1
20 Non furtum facies l. 9. c. 4. num. 1
21 Si emeris ſeruum hebreum, ſex omnis ſeruiet tibi, ſeptimo exiet liber gratis l. 3. c. 9. nu. 4
21 Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moriatur l. 7. c. 5. nu. 2
21 Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt l. 9. c. 6. nu. 19
21 Qui percuſſerit ſeruum, aut ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit, ibid. num. 36
22 Principem populi tui non maledices l. 2. ca. 7. nu. 12
22 Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum &c. ibid. n. eod.
22 Qui immolat Dijs, occidetur præterquam Domino ſoli l. 4. c. 4. nu. 6
22 Maleficos non patieris viuere ib. c. 6. nu. 9
22 Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, pro dannis æſtimationem reſtituet l. 10. tract. 1. c. 3. nu. 3
22 Si quis furatus fuerit, bouem, aut ouem, aut occiderit vel vendiderit, quinque boues, pro vno boue reſtituet ibid. tract. 4. nu. 13
22 Dijs non detrahes & principi populi non maledices l. 11 c. 7. nu. 42
22 Si effringens fur domū, ſiue ſuffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus percuſſor, non erit reus ſanguinis l. 7. c. 8. nu. 5
23 Nec in iudicio plurimorum acquieſcas ſententiæ, vt a veritate devies ibid. c. 2 nu. 4
23 Per nomen externorum Deorum non iurabitis, &c. l. 5. c. 9. nu. 3
23 Non ſequeris turbam ad faciendum malum, &c. l. 12. c. 21. nu. 24
23 Innocentem & iuſtum non occides lib. 12. cap. 8. numero 6.
23 Non ſuſcipies vocem mendacij &c. ibid.
31 Videte vt Sabbathum meum cuſtodiatis lib. 7. c. 2. num. 1
31 Cuſtodite Sabbathum, ſanctum enim eſt, qui polluerit illud morte morietur, ibid.
32 Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere l. 11. c. 12. nu. 3

Index Locorum

35 Omnis voluntarius & prono animo primitias offerat Domino l.2.c.2.num.2.

Ex Leuitico.

Cap.5. ANima ſi peccauerit per ignorantiam feceritq; vnum ex iys quæ domini lege prohibentur l.2.c.1.n.1.
6 Qui negauerit proximo ſuo depoſitum, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, &c.l.10. tract. 1. cap. 3.num.3
10 A vino, & omni quod inebriare poteſt abſtine c.2.
16 Sabbathum requietionis eſt, affligetis animas veſtras.l.7.c.3.n.4.
18 Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies l. 3.c.9 nu.4.& lib.8.c.4.nu.1.
18 Cum maſculo non commiſceberis cum omni pecore non coibis l.4.c.2.nu.4.
18 Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quipiam, peribit de medio populi ſui l.3.c.9.n.8.
19 Coram cano capite conſurge & honora perſonam ſenis l.4.c.2.n.1.
19 Non eris criminator & ſuſurro in populis ibid.n.4.
19 Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane l.10.tract.1.c.4.n.7.
20 Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte morietur l.3.c.9.n.6.
20 Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam &c.l.4.c.6.n.26.
23 Omne opus ſeruile non facietis in eo l.7.c.2.n.2.
23 Omnis, anima quæ non afflicta fuerit die hac, peribit de populo ibid.c.3.nu.4.
24 Qui blaſphemauerit nomen domini morte moriatur l.2.c.14.n.28.
25 Seruus, & ancilla ſint vobis de nationibus, quæ in circuitu veſtro ſunt l.9.c.6. n.7.
26 Cuſtodite Sabbatha mea l.7.c.2.n.1.

Ex Numeris.

Cap.12. SI quis fuerit inter vos propheta Domini in viſione apparebo ei aut pēr ſomnium loquar ad eum l.4.c.5.n.7.
23 Non eſt augurium in Iacob nec diuinatio in Iſrael.
31 Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael, & præuaricari eos fecerunt in Dominum l.2.c.8.n.5.
35 Propinquus occiſi homiciaam interficiet l.7.c.11.n.10.

Ex Deuteronomio.

Cap.1. NOlite metuere neq; timeatis eos, Dominus Deus qui ductor eſt veſter ipſe pro vobis pugnabit l.7.c.13.n.1.
Oſtendit vobis pactum ſuum quod præcepit vt faceretis & decem verba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis l.4 c.2.n.9.
6 Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies l. 4.cap.3. nu.6.
6 Non tentabis Dominum Deum tuum, ibi.c.7.n.13.
13 Non parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eũ, ſed ſtatim interficies &c.l.12.c.12.n.3.
13 Si voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia &c.ib.c.19.nu.24
16 Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum iuſte, quod iuſtum eſt perſequeris, ibid.c.13.n.7.
16 Iudices & magiſtratus conſtitues in omnib.portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio ibid.c.7.n.1.
17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris &c.ibid.c.8.n.1.
17 In ore duorum, aut trium teſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimon. ibid.c.8.n.16 & c.21.n.15.
17 Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui ex tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille &c.l.3.c.6.n.5.
18 Non inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur & obſeruet ſomnia, auguria, &c.l.4.5.n.3.
18 Non inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ſuam ducens per ignem, nec ſit maleficus atque incantator, neque qui phytones conſulat, neque diuinos, & quærat a mortuis veritatem, ibid.c.2.n.4.
18 Non fæneraberis fratri tuo ad vſuram ibid.n.eo.
19 In ore duorum, aut trium ſtat omne verbum l.5.c. 4.nu. 34
19 Non ſtabit vnus teſtis contra aliquem quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, &c.l.12.c.21.n.24.
20 Cum tradiderit Dominus Deus tuus, ciuitatem in manu tua, percuties omne, quod in ea eſt generis maſculini l.7.c.11.n.11.
22 Cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum l.3.c.10.n.2.& lib.10.tract.6.cap.2.n.2.
23 Quod ſemel egreſſum eſt ex labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino, & voluntate propria, & ore tuo locutus es l.6.c.8.n.1.
23 Non erit meretrix ex filiabus Iſrael, l.9.c.15.n.29.& l.8.c.1.n.2.
23 Non tradas ſeruum Domino ſuo, qui ad te confugerit, ſed habitabit in vna vrbium tuarum, ne contriſtes eum ibid.c.16.nu.24.
23 Non offeres mercedem poſtribuli in domo Domini l. 10. tract.5.c.2.nu.27
23 Per alienam meſſem tranſiens falcem mittere non debes l.12.c.7.nu.2
24 Non habebis in ſacculo diuerſa pondera l.4.c. 2. nume 4
25 Pro menſura peccati erit & plagarum modus l. 3.c.6 nu.5
25 Eamus & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui l.12.c.15.nu.9
27 Maledictus homo, qui non per manſerit in ſermonibus vniuerſis legis huius l.2.c.7.nu.2
28 Maledictum horreum tuum, ibid.c.6.nu.18
32 Quomodo perſequebatur vnus mille l.7.c. 12.nu.1
32 Ego occidam et ego viuere faciam l.9.c.5.nu.2
32 Peccauerunt ei & non filij eius in ſordibus l. 2. c. 13. nu.3
32 Si quando acceſſeris ad expugnandum ciuitatem, offeres ei pacem ſi deceperit &c.l.7.c.13.nu.10
33 Qui dixit patri ſuo, aut matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro illos, &c l.7.c 6 nu.11

Ex Lib. Ioſue.

Cap.7. SVrge, cur iaces, peccauit Iſrael & præuaricatus eſt pactum meum l.12.c.11.n.1
7 Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas l.11.cap.5. num.1.

Ex Lib. Iudicum.

Cap.8. FOrnicatusq; eſt omnis Iſrael in eo.l.8.c. 1.nume. 9
8 Abſit vt ego & domus patris mei dominetur vobis: ſed dominetur vobis dominus l.9.c.2.nu.3
9 Deus cælorum, creator aquarum & dominus totius creaturæ l.9 c 4.nu.4
11 Dominus qui hæc audit, ipſe mediator eſt, teſtis eſt quia noſtra promiſſa faciemus l.5.c.4 n.34
16 Moriatur anima mea cum Philiſtijm l.7.c.9.nu.9

Ex primo Regum.

Cap.2. DOminus viuificat et mortificat, deducit ad inferos & reducit l.9.c.5.nu.2

2 Quare magis honoraſti filios tuos quam me Ecce dies veniunt,& præcidam brachiũ tuum, &c. l.7.c.7.n.3
3 Prædixi enim ei quod iudicaturus eſſem domus eius in æternum propter iniquitatem,eo quod nouerat indigne agere filios ſuos,& non corripuerit eos ibid.
3 Dominus eſt,quod bonum eſt in oculis ſuis faciat l.9.ca.10.num.2
8 Non enim te abiecerunt ſed me ne regnem ſuper eos,l.3.c.6 num.5
15 Quaſi peccatum ariolãdi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere ibid.c.7.num. 16
16 Homo videt quæ patet Dominus autem intuetur cor l.5.c.6 nu.8
30 Perſequar latrunculos hos & comprehendam eos,an non l.4.c.5.num.19

Ex ſecundo Regum.

Cap.1 MOntes Gelboe, nec ros,nec pluuia veniat ſuper vos l.12.c.3.nu.18
3 Hæc faciat mihi dominus & hæc addat,&c. l.5. cap.2 num.3
5 Venerunt Senes Iſrael ad Regem Dauid & percuſſit cũ eis fædus coram Domino,ibid.c.4.num.34
21 Benedixit Deo & regi l.6.c.13.nu.12

Ex tertio Regum.

Cap.1 INclinauitque Bethſabee et adorauit Regem l.4.c.4.num.6
19 Altaria tua deſtruxerunt,& prophetas tuos occiderunt gladio l.2.c.7.nu.12

Ex ſecundo Paralipomenon.

Cap.5 FOrnicati ſunt poſt Deos populorum terræ,l.8.ca.2.num.1.
6 Tu ſolus noſti corda hominum l.4.c.5.nu.1
20 Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui vt oculos noſtros dirigamus ad te l.4.cap.5.num.19
28 Scito Deum & ſerui illi corde perfecto,& animo voluntario l.2.c.2.num.2

Ex Eſdra.

Cap.5 FIlij noſtri et filiæ noſtræ multæ ſunt nimis accipiamus pro precio eorum frumentũ,& comedamus, & bibamus l.9.c.6.nu.19

Ex Tobia.

Cap.2 REddite hædum dominis ſuis l.10.tract.1.cap.4.num.7
2 Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli l.7.c.5.n.17
4 Nunquam cum ludentibus miſcui me l.11.c.12.num.3
4 Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius l.7 c.5.num.15
4 Attende tibi ab omni fornicatione &c. l.8.c. 1.num.4
4 Superbiam nunquam in ſenſu tuo aut in uerbo tuo dominari permittas,in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio l.2.c.12.num.5
8 Fecit ſcripturam,vt pars dimida quæ ſuperat poſt obitũ domino deueniret l.9.c.1.n.1
12 Ego obtuli orationem tuam Domino l.4.c.3.n.10

Ex Eſther.

Cap.13. DOmine domine Rex omnipotens.In ditione enim tua cuncta ſunt poſita l.3.c.2.num.4.& l.9.c.4.num.4
3 Quaſi effodientes theſaurum delectantur vehementer cũ inuenerint ſepulchrum ibid.c.9.num.11

5 Ad aliquem Sanctorum conuertere l.7.c.1.nu.10
12 Interroga iumenta & docebunt te & volatilia cæli & indicabunt tibi l.2.c 14.nu.29
21 Qui dixerunt Deo recede a nobis & ſcientiam viarum tuarum nolumus l.2.c.2.nu.18
31 Pepigi fœdus cum oculis meis,vt non cogitarem quidem de virgine l.8.c.7.num.3
34 Qui dicit Regi Apoſtata, qui vocat duces impios l.2.ca.7.num.12
34 Quaſi de induſtria receſſerunt ab eo omnes vias eius intelligere noluerunt l.2.c.11 n.2
34 Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi l.9.c.3.num.11

Ex Pſalmis.

Cap. SI videbas furẽ currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas l.10.tract.1.c.5.nu.1
4 Vt quid diligitis vanitatem & æquiritis mendacium l.11.ca.4 num.26
4 Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine l.11.c.2.num.2
5 Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ l.12.c.2.nu. 14
6 Turbatus eſt a furore oculus meus l.2.c.10 num.1
6 Miſerere mei Deus quoniam infirmus ſum ibid.
8 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius l.9.c. 4.num.2
14 Qui iurat proximo ſuo et non decipit l.5. c.4.num.2
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo l. 11.cap. 7.num.41
15 Caro mea requieſcet in ſpe.l.7.c.1. num.6
17 Qui docet manus meas ad prælium l.7.ca.13.nu.1
17 Perſequar inimicos meos et comprehendam illos,& non conuertar donec deficiant l.8.c.7.num.2
18 Lex Domini immaculata l.4.c.1.nu.1
23 Domini eſt terra & plenitudo eius l.9.c.4.num.2
24 Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine l.2.ca.2.num.19
31 Delectaſti me Domine in factura tua l.8.ca.7.num.13
35 Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo l.2.c 9.num.32
35 Noluit intelligere , vt bene ageret.l.2.c.2.num.18
36 Gladium euaginauerunt peccatores vt decipiant pauperem & inopem & trucident rectos corde,gladius eorum intret in corda ipſorum l.12.c.15.num.10
37 Qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates,ego autem tanquam ſurdus ibid.c.4.nu.11
48 Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos l.2.ca.14.num.2
50 A peccato meo munda me l.2.c.5.nu.7
51 Quid gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate l.11.c.3.num.34
53 Voluntarie ſacrificabo tibi l.2.c 2.num.1
62 Laudabuntur omnes,qui iurant in eo l.5.c.1.nu. 2
65 Reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea l.6.c.1.num.13
72 Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te l.8.c.2.n.1
75 Vouete & reddite Domino Deo veſtro l.6.c.1.num.13
80 Ex adipe frumenti faciat te l.3.ca.8.nu.7
81 Eripite pauperem & egenum & de manu peccatoris liberate,l.12.c.19.num.23
83 Beatus cuius auxilium abs te l.6.c.1.num.30
83 Gratiam & gloriam dabit Dominus l.9.c.5.nu.17
93 Vſque quo peccatores gloriabuntur effabuntur & loquentur iniquitatem l.11.c.3.nu.34
98 Adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt l.4.c.3.num.11
100 Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar ib.num.7
100 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ l.9.c.15.num.35
103 Herodij domus dux eſt eorum l.9 c.4.num.1
108 Cum iudicatur, exeat condemnatus l.7.ca.9.nu.3
113 Cælum cæli domino,terram autem dedit eis l.9.capit.4.num.11
113 Simulacra gentium argentum & aurum l.4.c.4.n.5

115 *Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax l.* 11.*c*.4. *num*.26.
118 *Omnia mandata tua veritas ibid.*
118 *Beati immaculati in uia l*.2.*c*.13.*nu*.3
118 *Voluntaria oris mei beneplacita fac domine ib.c*.2.*n*.1.
118 *Miſerationes tuæ multæ Domine l*.12.*c*.8.*num*.13
120 *Leuaui oculos meos in montes l*.7.*c*.1.*nu*.10.
140 *Ne declines cor meum in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis l*.11.*c*.5.*nu*.1.
148 *Confeſſio eius ſuper cælum, & terram l*.5.*c*.3.*nu*.21.
148 *Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi præceptum poſuit, & non præteribit l*.2.*c*.3.*nu*.4.
148 *Ignis grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum quæ faciunt verbum eius ibid.*

Ex Prouerbijs.

Cap.1. I*Ntelligens gubernaeula poſſidebit li*.9.*c*.6.*num*.2.
2 *Qui autem adulter eſt propter inopiam cordis perdet animam ſuam l*.9.*c*.15.*nu*.32
2 *Qui relinquunt iter rectum & ambulant per vias tenebroſas, qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis l*.2.*c*.11.*nu*.2.
4 *Remoue a te os prauum & detrahentia labia ſint procul abs te l*.11.*c*.7.*nu*.41.
6 *Illaqueatus es uerbis oris tui & captus proprijs ſermonibus l*.9.*c*.10.*nu*.7.
6 *Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ.li*.3.*c*.6.*nu*.5.
6 *Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius l*.2.*c*.14.*nu*.18.
7 *Ecce mulier occurrit ei ornatu meretricio præparata ad decipiendum animas l*.8.*c*.6.*nu*.4.
8 *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt l*.3.*c*.2.*nu*.4
8 *Ab æterno ordinata ſum ibi.nu*.3.
14 *Errant qui operantur mala l*.11.*c*.4.*num*.1. & *l*.2.*c*.9.
15 *Secura mens iuge conuiuium l*.12.*c*.5.*nu*.5.
16 *Sortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur l*.4.*c*.5.*nu*.18.
17 *Qui altam facit domũ ſuam, petit ruinã l*.12.*c*.13.*nu*.1.
18 *Contradictiones comprimit ſors l*.4.*c*.5.*nu*.15
19 *Qui affligit patrem, & fugit matrem ignominioſus erit & infelix l*.7.*c*.5.*nu*.2.
20 *Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris ibid.*
20 *Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum l*.2.*c*.13.*n*.6.
20 *Ruina eſt homini deuorare ſanctos l*.6.*c* 6.*nu*.2.
21 *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu domini quocunque uoluerit inclinabit illud l*.3.*c*.4. *num*.9.
22 *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ l*.12.*cap*. 19.*num*.17.
22 *Adoleſcens iuxta uiam ſuam ambulãs etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea l*.7.*c*.7.*nu*.3.
24 *Septies in die cadit iuſtus, et reſurget: impij autem corruent in malum l*.2.*c*.14.*nu*.2.
24 *Erue eos, qui ducuntur ad mortem lib*.10.*tract*.5.*cap*.1. *num*.10.
24 *Cum detractoribus non commiſcearis quoniam repente conſurget perditio eorum, et ruinam utriuſque qui nouit l*.11.*c*.7.*nu*.41.
25 *Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem l*.7.*c*.7.*nu*.46.
26 *Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris l*.12.*c*.4.*nu*.12.
28 *Regnantibus nuptijs ruinæ hominum l*.11.*c*.7.*nu*.9.
29 *Princeps, qui libenter audit uerba mendacij, omnes miniſtros habet impios.ibid.*
30 *Oculum, qui irridet parentem ſuum, & ſubſannat partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij aquilæ l*.12.*c*.4.*nu*.11.

Ex Eccleſiaſte.

Cap.4. F*Vniculus triplex difficile rumpitur li*.12.*cap*.21. *num*.24.
5 *Siquid uouiſti Deo ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis et ſtulta promiſſio l*.6.*c*.6.*num*.2.
8 *Multa hominis afflictio, qui ignorat præterita, & futura: nullo poteſt ſcire nuncio l*.4.*c*.5.*nu*.17.

Ex Libro Sapientiæ.

Cap.1. P*Eruerſæ cogitationes ſeparãt a Deo lib*. 8. *ca*.7. *num*.4.
1 *Os, quod mentitur, occidit animam l*.12.*c*.2.*nu*.14
2 *Inuidia diaboli mors intrauit l*.2.*c*.8.*nu*.5.
2 *Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ l*.7.*c*.4.*nu*.4.
3 *Filij adulterorum in conſumatione erunt, & ab iniquo toro ſemen exterminabitur l*.8.*c*.3.*nu*.2.
4 *Senectus uenerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata l*.7.*c*.4.*nu*.4.
6 *Potentes a potente tormenta patientur l*.2.*c*.7.*nu*.11.
7 *Omnium Dominator non uerebitur magnitudinem cuiuſquam quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit l*.9.*c*.4.*nu*.4.
8 *A domino data eſt poteſtas nobis, & cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis ibid.nu*.13.
9 *Diſponens omnia ſuauiter li*.2.*c*.5.*nu*.9. & *li*.3.*ca*.2.
10 *Sobrietatem, & ſapientiam docet, & iuſtitiam l*.4.*c*.2.*numer*.12.
11 *Per me Reges regnant l*.9.*c*.4.*nu*.10.
12 *Iuſti tulerunt ſpolia impiorum ibi.c*.13.*nu*.3.
13 *Quis imputabit tibi, ſi perierint omnes nationes l*.9.*c*.4. *num*.4.
14 *Initium fornicationis eſt exquiſitio Idolorum li*.8.*ca*.1. *num*.1.
15 *Homo per malitiam occidit animam ſuam li*.2.*cap*.14. *num*.2.
15 *Malorum amatores digni ſunt morte ibid.nu*.3.
16 *Tu es Domine, qui uitæ & mortis poteſtatem habes, & deducis ad portas mortis, & reducis l*.9.*c*.5.*nu*.2.

Ex Eccleſiaſtico.

Cap.1. V*Nus eſt altiſſimus creator omnium omnipotens & rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus l*.4.*c*.3. *num*.2.
3 *Qui timet Dominum, honorãt parentes, & quaſi Dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt l*.7.*c*.5.*nu*.1.
3 *Qui amat periculum, peribit in illo l*.1.*c*.13.*nu*.25.
4 *Pro anima tua ne confundaris dicere uerum li*.12.*c*.16. *num*.1.
5 *Non appelleris ſuſurro in uita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris, ibid.c*.2.*nu*.3.
6 *Amico fideli nulla eſt comparatio, ibid.*
7 *Non eſt homo, qui non peccet l*.2.*c*.14.*nu*.5.
7 *Scit conſcientia tua uita; tu crebro maledixiſti alijs l*.1. *cap*.2.*nu*.1.
7 *Trade filiam, & grande opus feceris, et homini ſenſato da illam l*.7.*c*.5.*num*.12.
7 *Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ non obliuiſceris, ibid.nu*.15.
7 *Honorifica Sacerdotes, & propugna te cum brachijs, da illis partem ſicut mandatum eſt tibi primitiarum & purgationis.ibid.c*.7.*nu*.12.
7 *Melius eſt nomen bonum, quam unguenta precioſa l*.11. *cap*.3.*num*.1.
7 *Per triſtitiam uultus animus corrigitur delinquentis ibi. c*.7.*nu*.46.
7 *Noli uelle mentiri omne mendacium li*.12.*c*.2.*nu*.6.
8 *Ne litiges cum homine linguato, & ne ſtruas in ignem eius ligna, ibid.c*.4.*nu*.12.

9 *Auer-*

9 Auerte faciem tuam a muliere compta.l.8.cap.6.num.4

10 Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitiam l.9.c.4. nu.10

10 Sicut iudex populi, ita miniſter eius l.7. cap.11. numero 2.

10 Sicut mordet ſerpens in ſilentio nihil illo minus habet, qui occulte detrahit l. 11.c.3. nu.5

10 In cogitatione tua Regi non detrahes, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti ibid. cap.7.num.42

10 Initium ſuperbi hominis apoſtatare a Deo li.2.cap. 12. num.5

10 Pecuniæ obediunt omnia, ibid.nu 6

10 Auaro nihil eſt ſceleſtius ; habet enim animam ſuam venalem, ibid.

11 Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & ambula in vijs cordis tui, & intuitu oculorum tuorum l.10.tractu.1. c.3.num.6

11 Scito quod pro omnib. his adducet te Deus in iudiciũ ibi.

11 Bona.n.in mala conuertens inſidiatur, & in electis ponit maculam l.12.c.6.n.2

11 Attende tibi à peſtifero, fabricat enim tibi malum, ibidem.

11 Ab vna ſcintilla augetur ignis, & à doloſo augetur ſanguis, ibid.

14 Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducẽs gloriam.l.11.c.5.nu.1

14 Deus ab initio conſtituit hominem rectum, & reliquit eum in manu conſilij ſui.l.2.c.12.nume.1.& l.9.ca. 5 num.7

15 Deus nemini mandat impie agere.l.9.c.14.num.1

15 Vota iuſtorum placabilia l.6.c.1.nu 13

17 Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo.lib.10.tra.5. c.1.nu.10

17 Attende te ab omni iniquo.l.12.c.14.n.8

18 Qui ſpernit minima, paulatim defluit l.2.c.14.numero 17

18 Poſt concupiſcentias tuas non eas: & a voluntate tua auertere; ſi præſtes animæ concupiſcentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis.ibi.c.2.nu.13

19 Qui ſpernit modica, paulatim decidet.l.9.c.15.nu.13

20 Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum.l.12 cap.13.numero 7.

23 Vir multum iurans implebitur iniquitate l.5.cap.3 numero 2

23 Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa.ibid.

24 Oblatio ex iniquo, oblatio eſt maculata, dona iniquorum non probat altiſſimus.l.10.tract.5.cap.2.numero 27.

26 Omnis ponderatio non eſt digna animæ continentis.l. 6. c.11.num.16

27 Si non inſtanter tenueris te in timore Domini, cito ſubuertetur domus tua.l.2.c.10.num.3

27 Qui denudat arcana amici perdit fidem.l.12.cap. 6 numero 2.

28 Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo fac oſtia, et ſeras auribus tuis.l.11. cap.7. num.41

28 Suſurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.l.12.c. 5.n.1

30 Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis.l.7. cap.9. num.6.

30 Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus, reliquit.n. ſimilem ſibi poſt ſe l.11.c.7. nu.33

31 Beatus qui inuentus eſt ſine macula.l.2.c.13.nu.3

34 Diuinatio erroris, & auguria mendacia, et ſomnia malefacientium vanitas eſt l.4.c.5. n.3

37 Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomem eius viuet in æternum.l.7.c.4.nu.4

38 Honora medicum, propter neceſſitatem etenim creauit eum altiſſimus.l.7.c.9.n.28

38 Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.ibid.

41 Curam habet de bono nomine: hoc enim magis vrbi permanebit quam multi theſauri magni, & pretioſi.lib. 12 c.19.n.17.& l.9.c.5.n.7

42 Erubeſcite a facie mulieris fornicariæ l.1.c.8.n.2

42 Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis ibid.ca.4. num.9.

44 Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua.l.7.c.4.nu.4

46 Poſt hæc dominauit, & notum fecit Regi & oſtendit illi finem uitæ ſuæ.l.4.c.5.nu.6

48 Quidam ipſorum fecerunt quod placeret Deo, alij autem multa commiſerunt peccata.l.2.c.6.n.5

Ex Iſaiæ.

Cap.3. PEccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. l. 11.c.3.nu.34

4 Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion.l.2. capit.13. num.3

5 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.ibid. c.14.num.28

5 De iudicio, & iuſtitia ſublatus eſt.l.12.c.8.nu.8

5 Captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.l.2.c.8.num.3

8 Nunquid populus a Deo ſuo requiret viſionem.l.4.cap. 5.num.3

9 Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. l.8.c.5.num.16

10 Væ his qui condunt leges iniquas, et ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, et vim facerent cauſæ humilium populi mei.l.3.cap.6.numero 3

19 Colent eum in hoſtijs & muneribus, & vota vouebunt Domino, & ſoluent.l.6.c.1.n.10

26 Omnia enim opera noſtra operatus es nobis Domine.l.8. c.5.num.21

27 Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum.l.2.cap.5. num.7.

30 Erit lux lunæ ſicut lux ſolis: & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum.l.7.c.1.nu.7

33 Dominus legifer noſter Dominus rex noſter.l.4. cap.1. num.2

37 Cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam?l.12.c.5.nu.11

41 Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos.l.4.c.3.n.2

42 Ego Dominus hoc eſt nomen meum; gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus, ibi.n.6.

44 Ego Dominus faciens omnia.l.9 c.1.num.4.

45 Mihi curuabitur omne genu.l.4.c.3.num.7

45 Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes. l.9.c.4.num.4

53 Tanquam ouis coram tondente ſe obmutuit.l.11.cap.3. num.32

57 A facie malitiæ collectus eſt iuſtus.l.8.c.4 nu.8

60 Gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit.l.9.c.4. num.4.

66 Vermis eorum non morietur; & ignis eorum non extinguetur.l.2.c.13.n.8

Ex Hieremia.

Cap.2. FOderunt ſibi ciſternas diſſipatas, lib.4.cap.4.numero 5.

3 Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.l.8.ca. 2 num.1

4 Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, & tribulos.l.4.c. 3.n.1

4 Iurabis, viuit dominus in veritate, & iudicio, & in iuſtitia.l.5.c.4.nu.1

4 Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ, lib.8. cap.7.nu.4.

12 Deſolatione deſolata eſt terra, quia non eſt qui recogi et corde.l.2.c.9.nu.43.

17 Sanctificate diem Sabbathi ſicut præcepi patribus veſtris.l.7.c.2.n.1.

27 Dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſerui mei,l.9 c.4.n.11.

28 Apprehenderunt mendacium, & noluerũt reuerti, l.11. c.4.num.27.

28 Propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium? ibid.

Ex Ezechiel.

C.18. ANima quæ peccauerit, ipſa morietur, lib.2.ca. 14.num.2.

18 Cum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur ſanguis eius in ipſo erit,ib.n.28.

20 Dedi eis præcepta non bona, l.4.c.1.n.5.

20 Sabbatha mea ſanctificate, vt ſit ſignum inter me, & vos,l.7.c.2.nu.1.

29 Dedi ei terram Aegypti pro eo quod laborauit mihi,l.9. c.2.nu.3.

33 Si dixero impio morte morieris, & egerit pænitentiam a peccato ſuo feceritque iudicium, & iuſtitiam, & lib. 10.c.3.nu.3.

34 Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia,l.3.c. 7.nu.14.

36 Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab iniquitamentis veſtris &c.l.2.c.13.n.2.

Ex Daniel.

Cap.2. TVes Rex Regum, & Deus cæli dedit regnum tibi,l.9.c.4.n.11.

3 Notum ſit tibi Rex, quia deos tuos non colimus: & ſtatuã auream, quam erexiſti non adoramus. lib.4. c.3.nu.6.

12 Auerterunt ſenſum ſuum, vt nõ recordarentur iudiciorum iuſtorum,l.3.c.1.n.4.

13 Concupiſcentia ſubuertit cor tuum, lib. 2. capitulo 10. num.1.

Ex Oſea.

Cap.1. VAde, ſume tibi uxorem fornicariam, & fac filios fornicationum.lib.8.c.2.n.2.

2 Auferat fornicationes tuas a facie ſua, ib.n. 1.

3 Fornicati ſunt a Deo ſuo.ib.

4 Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi,l.2.c.1.n.1.

6 Scientiam Dei volo pluſquam ſacrificium.

7 Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habẽs cor,l.8.c.7. nu.4.

8 Ipſi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui eos.l.9.c.4.nu.10.

9 Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt, l.2.c. 4.num.3.

Ex Iona.

TOllite me, & mittite in mare; & ceſſabit mare à vobis, ſcio enim propter me, &c.lib.7.cap. 12. num.6.

Ex Michæa.

Cap.6. OStendam tibi, quid Dominus requirat a te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, &c.l.2.c.6.nu.2.

7 Filius contumeliam facit patri, filia conſurgit ad verſus matrem ſuam,l.2.c.7.n.12.

Ex Abacuc.

Cap.2. ECce quod coopertus eſt auro, & argento, et omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.lib.4.c.4. num.5.

Ex Zacharia.

Cap.1. ANgelus erat pro populo captiuo, &c. lib.4 c.3. num.10.

2 Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei, lib. 2.c.7. num.12.

5 Omnis fur iudicabitur,l.9.c.15.num.1.

Ex Malachia.

Cap.2. CVſtodite ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ veſtræ.l.1 c.1.nu.2.

2 Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercitium eſt l.2.c.11.nu.1.

Ex Machabæorum 1.

Cap.7. SI venit tempus noſtrum moriamur, nec imponamus crimen gloriæ noſtræ.l.9.c.5.n.10.

11 Rex Ptolomæus obtinuit dominium ciuitatum, &c. ib. c.2.num.3.

Ex Machab.2.

Cap. RAzias gladio ſe periyt eligens nobiliter mori potius quam ſubditus fieri peccatoribus, l.7 cap.9.nu.3.

Ex D.Mattheo.

Cap. HAec omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me, l.4.cap.3.num.6.

4 Pænitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cælorum,l.4.c.1.num.2.

5 Ego dico vobis, non iurate omnino, lib. 2. capitulo 14. num.25.

5 Qui angariauerit te mille paſſus, vade cum illo alia duo.l.3 c.7.nu.6.

5 Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarũ, & Phariſæorum,&c l.4 c.1.n.2.

5 Non iurabis neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, &c.l.5.c.1.n.14.

5 Quod amplius eſt, a malo eſt l.5.c.5.n.5.

5 Ego autem dico vobis, non reſiſtite malo, lib.7.c.10. num.13.

5 Quicunq; viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mæchatus eſt in corde ſuo.l.2. c.5 n.4.

5 Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit Concilij, qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.ibid.n.eod. & l.12 c.3 num.16

5 Si quis in una maxilla te percuſſerit, præbe illi & alteram,l.12.c.4 n. 11.

5 Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, &c. l.11.cap.nu.28.

6 Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidũ erit, l 4.num.8.

6 Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ lib.4.capit.3. num.1.

6 Orabitis, Pater noſter, etc.ib.c.4.num.2.

6 Dimittite, & dimittetur uobis,l.12.c.14.nu.3.

7 Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & uos facite illis,l.3.c.1.nu.1.

7 Nolite iudicare, & non iudicabimini. libro 12. ca.13. num.5.

8 Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum,l.9.c.7.n.17.

10 Nolite poſſidere neque aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis ueſtris, ibid.
10 Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt, l.11.c.1.n.2.
12 Quis erit ex vobis homo qui habet unam ouem, et ſi ceciderit Sabb. in foueam, &c. l.7.c.2.n.7.
12 De omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij, l.2.c.4.n.10. & l.2.c.14.nu.28
13 Sinite utraq; creſcere, ne forte colligentes zizaniam e radicetis ſimul & triticum. l.7.c.12. n. 14.
15 Fruſtra me colunt docentes doctrinas, et mandata hominum, l.3.c.6.nu.1.
15 In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, l.12.c.9.nu.27.
15 Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum, lib.7. ca.6. numero 10.
15 Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem ueſtram. ib.nu.13.
15 De corde exeunt cogitationes prauæ, l.8.c.1.n.1.
17 Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, veruntamen væ homini illi, per quem uenit ſcandalum, libro 10. tract.2.cap.12.num.4.
18 Melius eſt cæcum, & claudum intrare in regnum cœlorum, quam duos oculos habentem aut duos pedes mitti in gehennam, l.12.c.5.nu.17.
18 Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te, & ipſum ſolum, l.11.c.4.nu.1.
18 Si Eccleſiam non audierit, ſit &c. l.11.c.11.n.3.
18 Niſi remiſeritis ex cordibus ueſtris, l.12.c.14. n.9.
19 Si uis ad vitam ingredi, ſerua mandata, libro 2. cap.9. num.31.
19 Si vis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me, l.11.c.1. nu.35. & l.6.c.1.nu.5.
19 Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, lib.4. capit. 2. num.13.
20 An non licet quod volo facere, l.9.c.10.n.2.
22 Diliges Dominum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, l.4.c.2.n.15.
22 Erunt ſicut angeli Dei in cælo. l.4.c.3.n.3.
22 Volumus a te ſignum videre, ib.c.7.n.12.
22 Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, l.7.c.10.n.25.
22 Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, l.9.c.19.n.30.
23 Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, et Phariſæi; omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite, l.9.c.4.nu.11.
23 Implete menſuram patrum veſtrorum, l.7.c.12.n.3
23 Et deſcendat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram a ſanguine Abel iuſti. ibid.
23 Væ vobis duces cæci qui dicitis quicunque iurauerit per templum, nihil eſt, l.5.c.3.n.2.
23 Qui dicunt & non faciunt, & qui alijs onera grauia imponunt: ipſi autem ne digito volunt ea mouere, lib.3.c.4.num.10.
24 Multos errare fecerunt ſomnia, l.4.c.5.nu.7.
24 Quod vni de his fratribus meis minimis feciſtis mihi feciſtis, l.10.tract.5.c.2.n.10.
26 Ite maledicti in ignem æternum, l.2.c.13.n.8.
26 Væ homini per quem filius hominis tradetur, l.11.capit.1.num.4.
26 Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt, l.3.c.7.nu.8. & l.7.c.8.n.12.
28 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, lib.3.cap.6.num.1.

Ex D. Marco.

Cap.3. QVi blaſphemauerit in Spiritum Sanctum non habebit remiſſionem nec in hoc ſeculo neque in futuro, l.2.c.13.n.8.
8 Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, &c. l.7.c.9.num.17.
8 Quid proderit homini ſi vniuerſum mundum lucretur & animæ ſuæ detrimentum faciat, l.11.c.1.n.2.
9 Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam, lib.2.ca.13.num.8.
9 Non eſt mortua puella, ſed dormit, l.12.c.16.n.26.
13 De die autem illa nemo ſcit, neque angeli in cœlo neque filius niſi pater, l.11.c.4.n.25.
16 Qui non crediderit condemnabitur. l.2.c.9.n.31.

Ex D. Luca.

Cap.3. NEminem concutiatis neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris, libro 7. cap.13.num.1.
6 Qui vos audit, me audit l.12.c.2.n.15
10 Dignus eſt operarius mercede ſua, l.9.c.16.n.31.
11 Date eleemoſynam et omnia munda ſint vobis, lib.10.tract.1.c.3.nu.6.
12 Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c. l.7.c.9.num.15.
12 Qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit, vapulabit multis, l.6.c.13.n.9.
13 Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis, lib.10.tract.1.c.4.n.1.
14 Niſi quis renunciet omnibus quę poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus, l.9.c.8.nu.3.
14 Qui amat patrem ſuum aut matrem ſuam pluſquā me, non eſt me dignus, l.7.c.3.n.11.
21 Cauete ne grauentur corda veſtra l.8.c.7.n.4.
22 Conuerte gladium tuum in uagina l.7.c.10.n.13.
22 Principes gentium dominantur eorum, vos autem non ſic. l.9.c.2.n.3.
22 Prophetiza nobis quis eſt qui te percuſſit. l.12. c. n.11.
24 O ſtulti, & tardi corde ad credendum, l.12.c.4. n.8.
24 Palpate, & videte quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, l.4.c.5.n.6.

Ex D. Ioanne.

Cap.3. SIſi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poterit introire in regnum Dei, l. 10.cap.4.num.1.
3 Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera, l.11.c.2.n.1.
3 Qui facit veritatem, venit ad lucem, ib.n.26.
4 Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu, & veritate oportet adorare, l.4.c.4.n.4.
5 Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum, ib.c.3.n.6.
6 Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes, ibid. num.3.
6 Niſi manducaueritis carnem filij hominis, etc. lib.10.c.4.num.1.
7 Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego.n. non aſcēdam ad diem feſtum iſtum, l.11.c.4.n.25.
7 Mihi indignamini quia totum hominem ſanum feci in Sabbatho, l.7.c.2.n.6.
8 Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, l.12.c.13.n.3.
8 Nemo te condemnauit mulier, neque ego te condemnabo, l.9.c.15.nu.32.
12 Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate, l.12.c.3.n.11.
13 Qui lotus eſt non indiget niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus, l.2.c.13.n.6.
14 Philippe qui videt me, videt & patrem meum, l.4.c.3.num.6.
15 Maiorem charitatem nemo habet quam vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis, l.7.c.9.n.13.
15 Hoc eſt præceptum meum ut diligatis inuicem ſicut dilexi vos, ib.n.17.
18 Non haberes poteſtatem in me vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper, l.9.c.4.n.11.

18 Quid

18 Quid me cædis.l.12.c.4.n.11.
20 Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis,&c.l.2.cap.14.num.5.
20 Pax vobis: ſicut miſit me Pater, et ego mitto vos l.3.ca.6.num.5.
20 Dominus meus,& Deus meus.l.4.c.3.n.9.

Ex Actis Apoſtolorum.

Cap.1. CAepit prius facere quam docere l.3.cap.4.nu.12.
4 Obedire oportet magis Deo quam hominibus l.1.c.4.n.8.& l.3.c.3.n.4.
7 Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum l.4.c.1.numero 5.
10 Nunquam manducabis omne commune,& immundū, l.1.c.4.num.3.
10 Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide ibid.n.eod.
15 Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris quam neceſſaria vt abſtineatis vos, &c. l.3.c.6.num.1.
15 Pertranſiens ciuitates præcipiebat eis cuſtodire præcepta Apoſtolorum,& ſeniorum ibid.n.6.
15 Quid tentatis imponere iugum ſuper caput diſcipulorū, quod nec nos nec patres noſtri portare potuimus l.4.c.1.num.6.
15 Abſtinete vos ab omni fornicatione l.8.c.1.n.2
16 Tradebant eis cuſtodire dogmata quæ decreta erant ab Apoſtolis, et ſenioribus qui erant in Hieruſalem l.3.c.6.num.6.
27 Per omnia ſuperſtitioſos vos video, præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat ignoto Deo l.4.c.4.n.5.
23 Ignorabam fratres quod Princeps eſſet ſacerdotum l.11.c.8.num.12
25 Non eſt conſuetudo apud Romanos condemnare aliquem hominem priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat teſtes l.7.c.11.n.11

Ex Epiſtola ad Romanos.

Cap.1. DEtractores Deo odibiles l.11.c.3.n.7.
Quoniam qui talia agunt digni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus l.2.c.14.nu.28.& l.4.c.7.num.28.f.229.& l.10.tract.2.c.5.c.1.n.7
1 Teſtis eſt mihi Deus l.7.c.1.n.7
1 Qui mutauerunt gloria incorruptibilis in Dei ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis l.4.c.3.n.6
1 Propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum l.8.c.5.num.5
1 Traditi ſunt in duritiam cordis propter vitia,& immūditiam,& in reprobum ſenſum l.2.c.9.n.8
2 Cogitationibus ſe inuicem accuſantibus l.3.c.3.n.2
2 Qui alios doces, te ipſum non doces, prædicas non mæchādum, & mæcharis l.3.c.4.num.11.
2 Teſtimonium reddet illis conſcientia ipſorum l.1.ca.2.num.1
2 Tunc reddet vnicuique ſecundum opus ſuum l.2.ca.13.num.8
2 Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt ibi.c.9.n.18
2 Inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium l.12.c.11.n.1
2 Inexcuſabilis es qui iudicas alterū in quo enim alterum iudicas te ipſum condemnas idem enim facis quod iudicas ibi.c.13.n.3
3 Non ſunt facienda mala vt fiant bona l.11.cap.3.num.21
4 Tu quis es qui iudicas ſeruum alienum l.13.c.7.n.8
5 Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, et per peccatum mors l.2.c.5.n 6.& l.3.c.4.n.10
5 Diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis l.4.c.1.n.4
6 Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentijs eius l.2.c.2.nu.4
6 Stipendium peccati mors ib.c.14.nu.2.
7 Sed peccatum non cognoui niſi per legem, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces ibi.c.5.n.4
7 Lex quidem ſancta eſt,& mandatum ſanctum, & iuſtum,& bonum l.4.c.1.n.5
7 Concupiſcentiam neſciebam etc.ib.c.2.n.10
7 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati l.2.c.10.num.2
7 Paſſiones peccatorum operantur in nobis ad fructificandum morti.ibi.
8 Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis l.4.c.3.n.3
8 Si ſecundum carnem vixeritis moriemini l.2.c.5.nu.6
9 Teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto l.2.c.5.n 6
10 Quia maior ſeruiet minori l.9.c.5.nu.7
10 Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem l.7.c.9.n.15
10 Quomodo credent ei quem non audierunt l.2.c.9.nu.8
10 Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum ib.
12 Honore inuicem præuenientes l.7.c.4.nu.3
12 Non vos defendentes, ſed date locum infra l.12.cap.14.num.2
13 Non ſine cauſa gladium portat &c.l.7.c.11.n.1
13 Plenitudo legis dilectio l.2.c.7.n.2
13 Cui honorem, honorem cui timorem, timorem, cui obedientiam obedientiam, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal l.3.c.4.n.1.& l.9.c.16.n.31
13 Omnis anima poteſtatib. ſublimioribus ſubdita ſit &c. ibid.
13 Qui poteſtati reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt ib.c.7.n.16.& l.2.c.5.nu 6
13 Dei.n miniſter eſt vindex in iram ei qui malum agit, ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram ſed etiam propter conſcientiam ibid.c.9.nu.29.& l.9.c.19.nu.3
13 Omnis poteſtas a Deo eſt ibid.c.1.num.8. & l.9.cap.4.num.10
13 Qui ſuperiori reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit l.9.ca.10.num.11
13 Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis l.11.c.4.n.1.
14 Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt l.1.c.3.numero 5.
14 Scio,& confido in Domino Ieſu quia nihil commune per ipſum niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt ib.c.4.n.3
14 Qui non manducat, manducatum non iudicet l.12.cap.3.num.5

Ex prima ad Corinthios.

Cap.2. QVi poſſident, ſint tanquam non poſſidentes l.9.c.8.num.7.
4 Non vt confundam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo l.7.c.4.num.4
5 Auditur inter vos fornicatio qualis nec inter gentes, l.8.c.1.num.1
5 Modicum fermentum totam maſſam corrumpit l.7.c.8.num.5
6 Ne commiſceamini fornicarijs l.8.c.1.nu.2
6 Nolite errare, neq; fornicari neq; adulteri neque molles regnum Dei poſſidebunt ibid.n.5
6 Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſint Chriſti l.8.c.1.num.4
6 Templum ſpiritus ſancti quod eſtis vos ibid.
6 Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat l.2.c.6.num.3
7 Mulier poteſtatem corporis ſui non habet l.8.cap.3.numero 2

Mu-

7 *Mulier quæ nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro l.8.c.6.nu.4*
7 *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit l.7. c.5.nu.1.*
8 *Scimus quia nihil idolum in mundo li.4.c.4.n.5.*
9 *Qui paſcit gregem, & de fructu eius non commedet l.9. c.16.nu.31.*
9 *Nemo ſtipendijs ſuis militauit ibid.*
10 *Nolo uos fieri ſocios dæmonum ibid. c.5.n.18*
10 *Omnia in gloriam Dei facite l.2.c.4.nu.8.*
12 *Sollicita autem ſunt membra vnius corporis pro inuicem, ſi unum patitur &c.l.11.c.4.nu.2.*
15 *Quotidie morior per gloriam ueſtram fratres in Chriſto Ieſu Domino noſtro l.5.c.1.n.7*
18 *Stimulus mortis peccatum l.2.c.14.n.2.*

Ex 2.ad Corinthios.

Cap.1 *TEſtem Deum inuoco &c.l.5 c.1 num.1.*
Fidelis Deus quia ſermo noſter qui fuit apud vos non eſt in illo, eſt, & Non ibid.c.4.n.34.
3 *Vbi ſpiritus Domini ibi libertas l.3.c.4.n.1.*
12 *Non debent filij theſaurizare parentibus ſed parentes filijs l.7.c.6.nu.16.*

Ad Galathas.

Cap.1. *ECce coram Deo, quia non mentior lib.5.ca.1.numero 5.*
1 *Abundantius æmulator exiſtens paternarum traditionũ li.2.c.9.n.32.*
3 *O inſenſati Galathæ. li.12.c.4.num.8.*
3 *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto l. 4.c.1.n.2.*
3 *Lex data eſt per Angelos in manu Mediatoris ibi. n.5.*
4 *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo cum ſit Dominus omnium l.9.c.4.n.8.& l.10.c.1.*
5 *Manifeſta autem ſunt opera carnis l.2.c.14.num.28.*
5 *Regnum Dei non conſequentur, qui talia agunt l. 8.c.1. num.4.*
5 *Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege l.3.c.4.nu.1.*
5 *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem l.2.c.8 n.3.*

Ad Epheſios.

Cap.4. *VEritatem facientes creſcamus apud Deum l. 11.c.4 n.26*
5 *Viri diligite uxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam l.7.c.7.n.8.*
5 *Fornicatio non autem, & omnis immunditia nec nominetur in nobis l.8.c.1.n.2.*
5 *Omnis fornicator, & immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei l.9.c.15.nu.29.*
5 *Eratis enim aliquando tenebræ, tunc autem lux in domino l.11.c.4.n.1.*
5 *Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria l.5 c.3.nu.2.*
6 *Filij obedite parentibus ueſtris in Domino li.7.c.5.n.9.*
6 *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum l.2.c.12.nu.1.*
6 *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere ibid.nu.2.*
6 *Exhibebit ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam ibid c.13.nu.3.*

Ad Philipenſes.

Cap.2. *IN nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium terreſtrium, infernorum l.4 c.3.n.7.*
2 *In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes l.7.c.4.nu.3.*

Ad Coloſſenſes.

Cap.3. *FIlij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt domino Ieſu li.3.c.4.nu.1.*
3 *Serui obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes.*

Ad Theſſalonicenſes.

Cap.4. *ET ne quis ſupergrediatur neque circunueniat in negotio fratrem ſuum quoniam uindex eſt Dominus de his omnibus l.3.c.4.n.17.*
4 *Scitis quæ præcepta dederim uobis per Dominum Ieſum ibid.c.6.nu.5.*
4 *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. ibi.*
4 *Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio neſtra l.8.c.1.nu.2.*

Ad Timotheum prima.

Cap.1. *FInis autem præcepti eſt Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta li. 1.cap.3. num.5.*
1 *Habens fidem, & bonam conſcientiam ibid.*
1 *Miſericordiam conſecutus ſum quia ignorans feci li.2. c.14.nu.1.*
1 *Iuſto lex non eſt poſita l.3.c.4.nu.1*
3 *Oportet Epiſcopum eſſe irreprenſibilem, non vinolentũ, non percuſſorem l.7.c.11.nu.2.*
3 *Ordinandus bonum teſtimonium ab his, qui foris ſunt habeat l.5.c.3.nu.22.*
4 *Pietas ad omnia utilis eſt promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ l.7.c.4.nu.8.*
4 *Cauteriatam habentes conſcientiam l.2.c.3.n.4.*
5 *Qui benè præſunt Præsbiteri, duplici honore digni habentur li.7.c.7.nu.12.*
5 *Noli adhuc aquam bibere ſed modico vino utere propter ſtomachum tuum &c.ibid.c.9.n.33.*
5 *Peccantes coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant l.11.c.4.nu.4.*
6 *Diuitibus huius ſæculi præcipe non altum ſapere l.9.c.8. num.7.*
6 *Radix omnium malorum cupiditas l.2.c.12.nu.5.*
6 *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos enim honore dignos arbitrentur l.9.c.6.nu.7.*
6 *Qui diuites fieri volunt, incidunt in uarias tentationes l. 2.c.12.nu.6.*
7 *Vnuſquiſque in ea uocatione, qua uocatus eſt, permaneat.*

Ad Timotheum ſecunda.

Cap.2. *SErmo enim eorum vt cancer ſerpit li.12.cap.15. num.8.*
3 *Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, etc. l.2.c.10.nu.2.*

Ad Titum.

Cap.1. *OMnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed &c.l.1.ca.3. num.4.*
3 *Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire l.3 c.4.nu.1*
3 *Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam admonitionem deuita l.12.c.15.nu.8.*

Ad Hebræos.

Cap.2. *SPiritus adminiſtratorij in miniſterium hominũ miſſi li.9.c.4.nu.5.*
4 *Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius l.4.c.3.nu.2.*
6 *Iuramentum eſt omnis controuerſiæ finis li.5.c.1.nu.1.*

6 Homines per maiores ſe iurant ibid.c.3.nu.1.

6 Hæc ſunt præcepta, cærimoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus uobis l.4.c.1.num.6.

7 Nam tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat ibid.num.2.

7 Nihil ad perfectum adduxit lex ibid.num.5.

10 Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus uel tribus teſtibus moritur &c.ibid. cap.3. num.3.

10 Quanto putaris deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutũ duxerit lib.6.c.6.num.8.

11 Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt l.4.c.2. num.4.

11 Fide obtulit Abraham Iſaac Deo, cum tentaretur l.12. c.2.num.8.

13 Obedite præpoſitis Eccleſiæ, & ſubiacete eis lib. 2.cap.5. num.6.& li.3.capitul.4.num.1.& l.6.c.7.num.12.

13 Fornicarios, et adulteros iudicabit Deus l.8.cap.2.nu.2.

Ex Epiſtola Iacobi.

Cap.1. Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem l.2.c.14.nu.2.

1 Religio munda; & immaculata apud Deum, et patrem hæc eſt, viſitare pupillos, &c. l.7.c.3.nu.8.

1 Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua aſtractus, & illectus l.2.c.2.num.13.

2 Quicunque legem totam ſeruauerit, offendit autem in uno, factus eſt omnium reus ibid.c.7.num.1.

2 Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum l.2.c.14. num.28.

2 Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt, &c. l.3.c.2.num.6.

2 Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam ibid.c.8.nu.13

3 In multis offendimus omnes l.2.c.14.nu.2.

3 Si quis uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. l.12.c.1. num.1.

3 Lingua modicum quidem membrum, & magna exaltat, eece quantus ignis quam magnam ſyluam incendit ibid.

4 Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi.l.2.c.6. num.4.

4 Reſiſtite Diabolo, & fugiet a uobis ibid.c.12.nu.2

4 Dicatis ſi Dominus uoluerit, & ſi vixerimus faciemus illud l.5.c.5.nu.16.

4 Nolite detrahere alterutrum fratres mei; qui detrahit fratri detrahit legi l.11.c.3.nu.7.

5 Ante omnia fratres mei nolite iurare neque per cælum, neque per terram l.5.c.3.num.1.

5 Exemplum accipite fratres laboris, & patientiæ; Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt l.7.c.1.num.10.

Ex Epiſtola Petri prima.

Cap.2. Serui ſubditi eſtote Dominis ueſtris, non tantum bonis, & modeſtis, ſed & diſcolis l.9.c.4.n.11.

2 A quo quis ſuperatur eius ſeruus eſt ibid.c.5.num.10.

2 Subiecti igitur eſtote humanæ creaturæ propter Deum ſiue Regi quaſi præcellenti, &c.l.3.c.4.num.1.

2 Liberi tanquam ſerui Dei & non ueluti habentes libertatem malitiæ l.3.c.1.num.2.

5 Non turpis lucri gratia ſed uoluntariè lib.2.c.2.nu.1.

5 Aduerſarius ueſter diabolus circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide ibid c.12.num.1.

5 Non dominantes in Clero l.9.c.2.nu.3.

Ex Epiſtola Petri ſecunda.

Cap.2. Melius erat ueritatem non cognoſcere, quã poſt agnitam retroire l.6.c.13.nu.9.

Ex Epiſtola Ioannis prima.

Cap.1. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt l.2.ca. 14.num.5.

2 Omne quod in mundo eſt, aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia occulorum, aut ſuperbia vitæ.

3 Qui uidet proximum ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo.l.7.c.14.num.5.

3 Qui facit peccatum, non eſt ex Deo l.2.c.5.nu.7.

3 Scitis in hoc quoniam ille apparuit l.2.c.13.num.2.

3 Et nos debemus pro fratribus noſtris animas noſtras ponere l.7.c.9.num.17

4 Qui non diligit, manet in morte l.2.c.6.num.1.

8 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati l.2.c.5.nu.7.

8 Ille fuit homicida ab initio l.2.c.8.nu.5.

15 Si non ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem de peccato non habent l.2.c.9.num.13.

Ex Apocalypſi.

Cap.1. Fui in ſpiritu in dominica die l.7.c.1.num.6.

7 Quibus datum eſt nocere terræ, & mari l.9.c. 4.nu.5.

11 Hi habent poteſtatem ſuper aquas conuertendi eas lib.7. c.1.nu.10.

13 Qui in gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi ibi. c.8.num.12

19 Cecidi ante pedes eius vt adorarem eum l.4.c.3.nu.5.

20 Et infernus, et mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis li.2.ca. 14.num.2.

21 Homicidis, & fornicariis &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure l.8.c.1.nu.2.

FINIS.

INDEX CAPITVM

In hoc Volumine Contentorum.

Liber Primus.

Cap.1 *DE nomine caſus, quid ſit, et quot modis accipitur*
2 *Quid conſcientia, & ſyndereſis ſint.*
3 *De conſcientiæ actibus, & officijs.*
4 *De conſcientia erronea.*
5 *De conſcientia probabili, eiuſque obligatione recēſentur variæ Doctorum opiniones.*
6 *Quamnam opinionem viri Docti & experti, in operando, vel conſulendo ſequi tenentur.*
7 *De opinione in ſacramentis conficiendis, & adminiſtrandis ab omnibus tam doctis, quam indoctis ſequenda.*
8 *De imperitis, indoctis, & ignaris, quam opinionem in operando ſequitenentur.*
9 *De opinione, quam confeſſarius in abſoluendo pœnitente ſequi poſſit, aut teneatur.*
10 *De Medicis, quamnam opinionem ſequi tenentur in medicamentis præſcribendis.*
11 *De Iudice, & Aduocato, quamnam ille in iudicando, & hic in patrocinando opinionem ſequi poſſit.*
12 *Subditus, an & quando parere poſſit, aut teneatur ſuperiori, aliquid contra propriam opinionem ſibi præcipienti.*
13 *De conſcientia dubia, an, & qualiter ſecundum eam quis operari teneatur.*
14 *De conſcientia ſcrupuloſa quidnam ſit, & qualiter contra eam agendum.*

Liber Secundus.

Cap.1 *DE actionibus humanis earumque cauſis, et principijs.*
2 *De voluntario, & inuoluntario, quod in actionibus humanis reperitur.*
3 *De circumſtantijs actuum humanorum.*
4 *De bonitate, & malitia actuum humanorum.*
5 *De peccati natura, eiuſque differentijs eſſentialibus.*
6 *De differentijs accidentalibus peccatorum.*
7 *De peccatorum inter ſe connexione, & inæqualitate, vnde deſumpta.*
8 *De origine, & cauſis peccatorum in communi.*
9 *De prima cauſa peccatorū, ignorantia ſcilicet in ſpeciali.*
10 *De ſecunda cauſa interna peccati, quæ eſt paſſio appetitus ſenſitiui.*
11 *De tertia cauſa interna peccati, quæ eſt malitia.*
12 *De cauſis exterioribus peccati.*
13 *De effectibus peccatorum.*
14 *De peccato mortali, & veniali, eorumque differentijs.*

Liber Tertius.

Cap.1 *DE nomine, & definitione legis in communi.*
2 *De diuiſione, & efficacitate legis in communi.*
3 *De lege humana ſecundum ſe conſiderata.*
4 *De legum humanarum ſubiecto, hoceſt, quoſnam humana lex obligare cenſetur.*
5 *De tempore quo lex humana obligare incipit.*
6 *De qualitate legis humanæ, hoc eſt, qualis, & quanta ſit obligatio legum humanarum.*
7 *Quæ, & quando lex humana ad peccatum mortale obligat, & quomodo hoc cognoſci poſſit.*
8 *De lege pœnali, eiuſque inſtitutione, & interpretatione.*
9 *De obligatione legis pœnalis ad culpam vel ad pœnam ſoluendam.*
10 *Explicantur dubia quædam ad materiam legum humanarum in communi pertinentia.*
11 *De conſuetudine, virtute, & conditionibus eius.*

Liber Quartus.

Cap.1 *DE lege diuina eiuſque diuiſione.*
2 *De legis veteris, ſeu decalogi præceptis, eorumq; numero, diſtinctione, ordine, & perfectione.*
3 *De cultu Dei, & Sanctorum.*
4 *De ſuperſtitione, & idololatria, quibus primum decalogi præceptum violatur.*
5 *De diuinatione, et varijs eius ſpeciebus, quibus primum decalogi præceptum violatur.*
6 *De vana obſeruantia, & maleficio, quibus quis primum decalogi præceptum tranſgreditur.*
7 *De peccatis in ſpeciali, quibus primum decalogi præceptū violatur.*

Liber Quintus.

Cap.1 *DE iuramento ſecundum ſe quidnam ſit, et vnde dicatur.*
2 *De iuramenti diuiſione, ſeu quotuplex ſit.*
3 *De iuramenti vſu, & quibus modis licitus ſit vel illicitus*
4 *De tribus circumſtantijs iuramenti, veritate, iudicio, & iuſtitia, & de peccatis ex earum defectu commiſſis.*
5 *Explicantur dubia quædam ad rationem, & notitiam iuramenti in communi pertinentia.*
6 *De iuramenti virtute, & obligatione.*
7 *An, & quas ob cauſas poſſit iuramentum non obligare.*
8 *De abſolutione & diſpenſatione iuramenti.*
9 *De modis vſitatioribus quibus male iurando peccatur, & varijs periurij pœnis.*

Liber Sextus.

Cap.1 *QVid votum ſit, ſeu quomodo definitur.*
2 *De varijs voti diuiſionibus.*
3 *De materia voti.*
4 *De conditionibus requiſitis in voto ex partę vouentis.*
5 *De ſubiecto voti, ſeu de ijs qui vouere poſſunt.*
6 *De voti vinculo, & obligatione.*
7 *De impedimentis excuſantibus a votorum impletione.*
8 *De impedimentis ex parte intentionis vouentis.*
9 *De voto ingrediendi Religionem, & qualiter interpretandum ſit.*
10 *De varijs modis quibus quis ab obligatione voti liberari poſſit.*
11 *De votorum diſpenſatione, ſeu abſolutione.*
12 *De votorum commutatione, & cauſa ad diſpenſationem & commutationem requiſita.*
13 *De blaſphemia eiuſque grauitate.*

Liber Septimus.

Cap.1 *DE præcepti huius ordine, & Sabbati, ac dierum feſtorum inſtitutione.*
2 *De operibus lege diuina, & Eccleſiaſtica in diebus feſtis fieri prohibitis.*
3 *Quibus operibus inſiſtendum eſt diebus feſtis, & feſtorum inſtitutione.*
4 *Quid hoc decalogi mandato præcipitur, & parentis nomine quinam intelliguntur.*
5 *Quomodo et quibus in rebus parentes carnales honorandi ſint.*
6 *An, & quibus in caſibus occaſione Religionis prætermittenda ſunt pietatis officia in parentes.*
7 *De peccatis parentum, & filiorum, viri, & vxoris, ſuperiorum, & inferiorum contra hoc decalogi præceptū.*
8 *Quænam hominis occiſio iure naturali, et diuino illicita, & hoc quinto prohibita.*
9 *De occiſione ſui ipſius.*
10 *De homicidio alterius priuata auctoritate facto.*
11 *De occiſione alterius, quæ fit publica authoritate.*
12 *De occiſione innocentum, tam publica, quam priuata authoritate facienda.*

13 *De*

13 *De homicidio, quod in bello, & duello fit, an, & quando licitum, quando illicitum.*
14 *De homicidio caſuali, & ſine intentione facto.*

Liber Octauus.

Cap. 1 *DE ordine, & efficacia huius præcepti, & luxuriæ, eiuſque ſpeciebus.*
2 *De fornicatione, & concubinatu, eiuſque ſpecieb.*
3 *De adulterio et ſatisfactione circa partum adulterinum facienda.*
4 *De inceſtu, & ſtupro.*
5 De *alijs luxuriæ ſpeciebus, raptu. ſ. peccato contra naturam, & ſacrilegio.*
6 *De oſculis, tactibus impudicis et alijs vitijs, quæ in ſexto, ac nono decalogi præceptis prohibentur.*
7 *De delectatione moroſa, an, & quando peccatum, ſit, & de voluntatis conſenſu ad eam neceſſario.*

Liber Nonus.

Cap. 1 *DE Mandati Septimi & decimi cum præcedentibus connexione & eorum ſubiecto.*
2 *De nomine, natura & diuiſione Dominij.*
3 *De nominibus iuris, vſus, vſusfructus et poſſeſſionis quid ſint, & qualiter inter ſe differant.*
4 *De ſubiecto Dominij, ſeu quænā res dominij capaces ſint?*
5 *De dominij obiecto, ideſt, quarū rerū homo ſit Dominus.*
6 *De dominio proprietatis vnius hominis in aliū, ideſt, an vnus homo in alterius dominium cadere poſſit.*
7 *De vſu & vſufructu quarum rerum ſint, & quomodo a dominio & inter ſe diſtinguantur.*
8 *De rerum diuiſione an licita, & quo iure facta ſit rerum diuiſio & appropriatio.*
9 *De varijs modis acquirendi dominium earum rerum quæ antea nullius fuerunt.*
10 *De tranſlatione Dominiorum ab vno ad alium ex poſſidentis voluntate & quomodo fieri id poſſit?*
11 *An & quomodo dominium vnius contra prioris domini voluntatem, vel ſine illa in alium transferri poſſit.*
12 *De præſcriptione & conditionib. ad eā neceſſarijs ad hoc vt virtute illius dominium rei ab vno in alium iuſtè transferri poſſit?*
13 *De furto quid ſit & quomodo a rapina differat?*
14 *Furtum & rapina an ſemper ſint peccata.*
15 *De furti & rapinæ grauitate, eorumque pœnis diuerſis.*
16 *De furtis quibuſdam quæ a particularibus perſonis committi ſolent.*

Tract. 1 Liber Decimus

Cap. 1 *QVid ſit reſtitutio, & cuius iuſtitiæ actus.*
2 *Qualiter differant ſatisfactio, & reſtitutio?*
3 *Quod reſtitutio ſit ad ſalutem neceſſaria.*
4 *Dubiorum quorundam ſolutiones.*
Tract. 2 Cap. 1 *Regulæ quædam ad cognitionem reſtitutionis neceſſariæ præmittuntur.*
2 *De bonæ fidei poſſeſſore alterius rei, & obligatione reſtituendi.*
3 *De emptore, vel poſſeſſore malæ fidei, vel dubiæ, & reſtitutione vtriuſque.*
4 De *perſonis, quæ ad reſtitutionem obligantur?*
5 *De exequente, ſeu efficiente.*
6 *De alijs nouem cooperatorib. in vniuerſum.*
7 *De iubente ſeu Mandante.*
8 *De conſulente.*
9 *De conſentiente.*
10 *De adulante.*
11 *De receptante.*
12 *De participante.*
13 *De Muto.*
14 *De non obſtante.*
15 *De non manifeſtante.*
Tract. 3 Cap. 1. *De re reſtituenda, ſeu quid reſtituēdum ſit?*
Tract. 4. Cap. 1 *Quantum reſtituendum.*
Tract. 5. Cap. 1 *Cui facienda ſit reſtitutio.*
2 *De reſtitutione facienda quando dominus rei ignoratur.*
3 *De reſtitutione ob actū debitū, aut alias malū et illicitū.*
Tract. 6 Cap. 1 *De loco vbi reſtitutio facienda eſt.*
2 *De tempore quando facienda eſt reſtitutio.*
3 *De cauſis quæ excuſant, ne ſtatim fiat reſtitutio.*
4 *De alijs quinque cauſis quæ ex parte debitoris a reſtitutione facienda excuſant.*
5 *De alijs cauſis quæ vel ex parte creditoris, vel ipſius rei interitu, vel ratione publicæ authoritatis excuſare poſſunt.*
6 *De modo reſtitutionis faciendæ.*
7 *Quo ordine facienda ſit reſtitutio?*

Liber Vndecimus.

Cap. 1 *DE reſtitutione ratione damni in bonis ſpiritualibus.*
2 De *reſtitutione ratione damni in bonis corporis.*
3 De *reſtitutione bonorum externorum, & de primo infamandi modo.*
4 De *ſecundo infamandi modo quo reuelatur verum crimen alterius*
5 De *tertio infamandi modo quando quis negat crimen ſuum occultum, quod alter iniuſte detegit, ſiue in iudicio ſiue extra iudicium.*
6 De *quarto infamandi modo in referendis peccatis aliorū*
7 *Soluuntur quædam difficultates circa materiam reſtitutionis famæ.*
8 De *honoris reſtitutione, & qualiter facienda ſit?*
9 De *venatione, aucupio, piſcatione, an, & quouſque prohibentur, & reſtitutione exinde facienda?*
10 De *columbariorum vſu, et reſtitutione facienda, vel non a Cæſoribus lignorum.*
11 De *paſcuis, & iure paſcendi, deq; Siluarum aliorumque locorum cuſtodibus.*
12 De *ludo quando licitus, vel illicitus ſit, & qua ratione ludo acquiſita, vel ab his qui alienare non poſſunt, aut per dolum, aut fraudem reſtituenda ſint?*
13 De *reſtitutione eorum quæ in ludo ratione violentiæ, aut contra legis alicuius prohibitionem acquiruntur.*

Liber Duodecimus.

Cap. 1 *QVid octauo præcepto Decalogi prohibitum ſit?*
2 *Quid, & quotuplex ſit mendacium, an ſemper ſit peccatum, & quale?*
3 De *iudicio temerario varijſq; modis illius.*
4 De *contumelia quid ſit, & quale peccatum?*
5 De *ſuſurratione, irriſione, maledictione.*
6 De *detractione eiuſque grauitate, ac varijs detrahendi modis.*
7 De *iudicijs, & primò de peccatis in iudicio commiſſis ex parte iudicis.*
8 De *veritate ad recte iudicandum neceſſaria.*
9 De *forma, & ſubſtantia iuris ad ſententiam ferendam neceſſaria.*
10 De *varijs modis procedendi in iudicio, & qualiter in ſingulis iudex procedere debet.*
11 *Afferuntur, & ſoluuntur dubia quædam circa modos procedendi in iudicio.*
12 De *tutela iudicij, & alijs quibuſdam ad formam iudicii neceſſarijs.*
13 De *ſcientia, & vitæ puritate ad iudicandum requiſitis.*
14 De *accuſatore, ſeu actore, quis ſcilicet, & quando accuſare tenetur.*
15 *Quomodo accuſatio inſtituenda ſit, quibuſq: modis iniuſta redditur, & de pœnis iniuſti accuſatoris.*
16 De *reo eiuſque obligatione ad reſpondendum in iudicio.*
17 *Afferuntur, & explicantur aliæ variæ difficultates circa iudicis poteſtatem in quærendo & rei obligationem in reſpondendo.*
18 *De obedientia rei in exequendo iuſtam ſententiam iudicis.*
19 De *culpa, & repulſa teſtium in iudicio.*
20 De *obligatione teſtium ad veritatem dicendam quotieſcunque iuridicè interrogati ſunt.*
21 De *fide teſtibus adhibenda, & eorum numero ad probationem neceſſario.*
22 De *aduocatis quinam ab hoc officio aduocandi arceantur & ſcientia, & fidelitate eorum.*

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM NOTATV DIGNISSIMARVM,

QVÆ IN VTROQVE TOMO CLAVIS REGIÆ CONTINENTVR.

A

Abbas.

ABBATES quaſi Epiſcopi & diœceſim, & proprium territorium habentes poſſunt æquè, ac reliqui Epiſcopi circa ſubditos in ſubditorum votis diſpenſandis, lib. 5. cap. 11. num. 82.

Abſolutio.

Abſoluere pœnitentē accedentem cum attritione cognita licet, ſemperq; licitum fuit, l. 1. c. 7. n. 3

Sanctius eſt abſoluere nocentem, quam innocentem condemnare, lib. 2. c. 11. nu. 15

An abſolui poſſit, qui fratrem falsò infamauit, & debito modo nolit reſtituere, lib. 11. c. 4. nu 28

Actio. Actus.

Actio humana duplex quantum ad ſubſtantiam operis, & quantum ad modum, lib 2. c. 1. nu. 1

Actionum humanarum principia duo, intellectus, & voluntas, & quomodo diriguntur? ibid. nu. 3. & 4

Actiones voluntatis, vt verſatur circa media, quot ſint, & vt verſatur circa finem, ibid. nu. 7

In actibus humanis duplex conſideratio quoad ſubſtantiā operis, & accidentia ſeu circumſtantias, l. 2. c 3. n. 3

Actus humanus, vt ſit ſimpliciter bonus, quot bonitates requirit, ibid nu. 9

Actus humanus liber moralis quid ſit, & vnde talem appellationem ſortiatur? l 2 c. 4. nu 1

Actus morales bonitatem, aut malitiam, vnde deſumunt? & quid eorum obiectum, ibid. nu 4

Quænam differentia obiecti conſtituat diuerſam ſpeciem in moralibus, regulæ Medinæ declarantur, ibid. nu. 5. & 6

Actus duplicem habet bonitatem, ex obiecto, ſcilicet, & ex circumſtantijs, ibi. nu 7

Actuum humanorum alij quidem boni, alij vero mali, alij etiam indifferentes ſecundum ſpeciem, ibi. nu 9

Actus humanus in indiuiduo bonus erit, aut malus, & non indifferens contra Scotum, nu 10. ibid

Actus procedens à ſola imaginatione nō eſt proprie moralis, ſed indifferens eſſe poteſt, ibid. nu. eod.

Quinam actus præuenientes deliberationem rationis indifferentes ſunt, & qui non? ibi. nu. 11

Actus interior bonitatem habet ſpecificam, & accidentariam, vnde? & vnde bonitas exterioris, ibid. nu. 12

Actus interior voluntatis, & actus exterior in genere moris idem, licet in genere naturæ diuerſus, ibi. nu. 13

Actus, qui eſt cauſa omiſſionis, etiamſi non aliunde malus, ex tali occaſione malus eſt, & peccatum, l. 2 c 6. nu. 11

Actus bonus ex præcepto propter omiſſionem non incipiet eſſe malus quando, ibi nu. 12

Actus, qui eſt cauſa omiſſionis, aliunde non malus eſt vnum numero peccatum cum omiſſione, nu. 14

Actiones humanæ tum naturales, tum liberæ æternæ legi ſubijciuntur, l. 3 c. 2 nu. 5

Actor.

Actor, & accuſator quomodo differant, l. 12 c. 14 nu. 1

Actoris, & Rei, quando paria ſunt pericula, cui potius fauendum, ibid. c. 20. nu. 29

Vid. verb. Accuſator

Quādo paria ſunt pericula actoris, & Rei, Reo potius fauēdū inuito, quā Actori ſpōte dānū patienti, l. 12. c. 20. n. 29

Actuarius.

Vide inf. in verb. Notarius.

Accuſator. Accuſatio:

Accuſator cur ſic appelletur, & quomodo differt ab actor, & quid actio, & Accuſatio? l. 12. c. 14 nu. 1. Et an teneatur, quis alium accuſare de iniuria ſibi facta, ib. nu. 2

An teneatur aliquando quis ex præcepto, & ſub mortali accuſare, ibid. nu. 3

In cauſa ciuili, & pecuniaria tenetur nemo inuitus accuſare, in criminali quid dicendum? nu. 4 vſq; ad nu. 11

Denunciatio iudicialis, & accuſatio quomodo differunt ibi nu. 11. & l 12. c. 10 nu. 5

An omittens accuſare delinquentes peccet, & ad reſtitutionem teneatur, & ad pœnam, quam delinquens eſſet ſoluturus, ſi accuſator denunciaret, ibid. nu. 12. 13. & 18

Officiales, qui tenentur ex officio denunciare, non accuſando, vt plurimum, peccant mortaliter, in duobus vero caſibus non peccant mortaliter, ibi. nu. 13

An, quando facientes contra leges tales ſunt, vt, ſi facultatem peterent; facile obtinerent, teneantur officiales in hoc caſu denunciare, aliàs reſtituere, ibi. nu. 15

Qui aliquid accipit, vt non denunciet, ſeu non accuſet, nō ſolum damnum Reip. aut tertiæ perſonæ illatum, ſed etiā ſic acceptum reſtituere tenetur, ibid. nu 16

Qui cum delinquentibus diſſimulant ſe abſcōdentes, vt ita eos deprehendāt cōmuniter, peccant mortaliter, ib. n. 17

Officialis non accuſans delinquentē ad quæ tenetur, ib. n 21

Quomodo obligāt p̄cepta ſuperiorū, vt ſub excōi. ſubditi denuncient, & manifeſtent delicta, ib n. 22. vſq; ad nu 27

An, & quænam perſonæ ab accuſatione repellātur, & quas ob cauſas? ibi nu. 35

Clerici quo iure prohibeantur agere cauſam ſanguinis, & quibus congruentijs fundatur hæc prohibitio, ib. n. 36

In cauſa propria pars læſa præter ſatisfactionem aliquam etiam pecuniam accipere poteſt, ibi nu 17.

Quænam ſit forma Accuſationis ex lege, & iure communi.

Tres habet ſolemnitates & quænam illæ ſint, l. 12. c. 15. n. 1

Canon Steph PP. vt per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, quomodo intelligendus? ibi. nu 2

Ante accuſationem an neceſſaria ſit admonitio fraterna, ſicut ante denunciationem Euangelicam, ibid. nu. 4. 5. 6. In quibus caſibus non prærequiritur, ibi. num. 7

An crimen hæreſis ſine præuia admonitione Iudici deferri debeat, ibid nu. 8 vſque ad nu 11

In Accuſatore præter formam debitam requiritur Iuſtitia, quæ tribus modis violatur, ibi. nu. 12

Accuſator calumniator qui dicitur, & quis temerarius accuſator dicendus, non calumniator, nu. 13

Accuſator peccat per præuaricationem, & tergiuerſationem, quando, & qualiter, ibi nu. 14 & 15

Accuſator licite poteſt quatuor modis ab accuſatione deſiſtere ſine crimine tergiuerſationis, ibi. nu 16

Accuſator olim, qui ſciens, & prudens de falſo, aut occulto crimine accuſauit, qua pœna affectus, ibid. nu. 17

Accuſans iniuſtè, duobus infert iniuriam, ſecundum quam duplex illi pœna debetur, ibi. nu. 18

Qui inculpata ignorantia, & non malitia Rerum accuſat, pœna talionis dignus non eſt, ibid. nu. 19.

Adoratio.

Adoratio quid ſit, & quem propriè reſpicit, lib. 5. c. 3. nu. 4.

Adoratio quotuplex, num. 5.

Adoratio interna vera eſt ſine exteriori, nu eod.

Adoratio externa ſine interiori non eſt vera adoratio, n. eo.

Adoratio triū perſonarū in Trinitate tripliciter eſt vna, n. 6

Adoratione eadem latriæ,qua tota Trinitas,adorandus eſt Chriſtus,quatenus Deus,ſeu hic homo Chriſtus,in diuina,& humana natura ſubſiſtens.nu.7

Adulterium . Adultera .

Adulterium vnde dictum,& quid ſit?l.8 c.3.nu.1

Eſt mortale,immo in duplici ſpecie peccati conſtitur;eius grauitas ex pęnis inflictis colligi poteſt.ibi.nu.2 & 3

Contra hanc ſpeciem luxuriæ omnia iura clamant.ib.nu. 3. Bruta fœditatem horrent adulterij.nu.eod.

An ſit peccatum grauius in viro,quam in muliere ?,quando vterq; ſit coniugatus,ibid.nu.4

Quid facere teneatur adultera , quæ falſo ſibi ſuppoſuit , partum alienum,quem maritus ſuum eſſe putat,ibi.nu.5

Adultera ex quibus bonis tenetur ſatisfacere defraudatis , & ſi nō habeat bona ſufficientia,quid agendum?ibi.nu.9

Adultera quando non tenetur manifeſtare crimen adulterij,ſed ſufficit contritio,vt abſoluatur,ibid.nu.10

Adultera crimen filio ſuo ſecreto reuelare quādo tenebitur,& quando tenetur regulariter loquendo,ibi. n.11

Dari poteſt caſus egregius,in quo adultera tenebitur cum periculo vitæ crimen ſuum detegere,ibi.nu.12

Adultera cum periculo vitæ debere ſe prodere, & de neceſſitate ſalutis reſtituere falſo docuit Adrianus,vbi ſoluuntur eiuſdem argumenta,ibi.nu.13

Cum etiam non ſit periculum mortis, quādo tenebitur cū propria infamia crimen reuelare,quando non?ibi.nu.14

Modus Alciati, & Iuriſtarum de partu ſuppoſito plane inſufficiens reijcitur,ibi.nu.15

Filius illegitimus matri ſuæ reuelanti de ſua illegitimitate regulariter,& communiter fidem præſtare non tenetur, ibi.nu.16.etiamſi iuraret ſecundum alios

Filium non debere hæreditatem reſtituere,ſi pater putans illum legitimū hæredem conſtituat,refellitur,licet filius ex matre ſe ſpurium intelligat,ibid.nu 17

Quid facere debeat adultera,aut cui reſtitutio facienda in caſu,quo maritus adulteræ nullum alium habet filiū prę ter illum ſpurium,ibi.nu.18

Ad quid teneatur adultera,quando dubitat,an filius ille ſit filius adulteri,vel viri ſui,ibi.nu.19

Adulter .

An Adulter,qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit,aliquid reſtituere teneatur tum marito pro expenſis , tum hæredi legitimo.ibi.nu 20

An teneatur in dubio probabili aliquid reſtituere,aut cum periculo vitæ,aut famæ.ibi.nu.eod.

Cum nec ſit periculum vitæ, nec famæ , quid agendum ſecundum opinionem communiorem,ibi.nu.21

Adulteri improprie dicti,qui ſint,nu.eod.

Præceptum de adulterio ſequitur legem de homicidio . & præcedit illam de furto;Quare,l.8.c.1.nu.1

Præcepti de Adulterio virtus & efficacia quæ ibid.nu.2.& quid nomine Meretricis intelligatur,nu.eo.

Cur Nonum præceptum de non Concupiſcendo ſexto de non mœchando ſuperadditum ſit?ibi.n.eod.

An ſit Adulter,vel ſacrilegus,;qui cognoſcit coniugatā,vel ſanctimonialem contra naturam,l.8.c.5.nu.20

Aduocatus .

An ſi aduocatus partem aduerſarij probabiliorē putat,cāque ipſe in ſpeculatione ſequitur,poſſit contra illam patrocinari,l.1.c.11.n.17

Partem aliquam manifeſte ſciens eſſe falſam, & eandē defendens,peccare certum eſt,ibid.nu.eod.

Certum autē eſt poſſe licite aduocare quotieſcunque cauſa ipſa eſt dubia, aut iure ipſo,aut facto ibid.nu.eod.

Munus aduocatis eſt ſolum proponere Iudici rationes, & teſtimonia,quibus pars ſua confirmari poteſt,non autem adiudicare,ſeu miniſtrare iuſtitiam alicui parti, ibi.

Quando facile apparet quænam pars iuſtior ſit, peccat aduocatus contra iuſtitiam,ſi cauſæ minus iuſtę patrocinetur, & ad reſtitutionem omnium damnorum tenetur , in cauſa,quam moraliter malam eſſe nouit,ibid.nu.eod.

Quando vtraque pars æquè probabilis eſt,aduocatū poſſe quamcumque partem pro libito ſuſcipere certum exiſtimat author cum aliis,ibid.nu.19

Et cum vna pars altera probabilior, poſſe aduocatū in fauorem rei patrocinari,dummodo non vtatur fraude aliqua,aut dolo,ibid.nu.20

Tenetur admonere clientem cauſam ſuam eſſe minus probabilem,alias tenetur aduocatus ad omnes expenſas, & damna,quæ ex tali lite proueniunt.ibi.n.eod.

Aduocatus in fauorem rei multa proponere pōt;Iudex autem ſecundum merita cauſæ,& proceſſus iudicare tenetur non ſolum, quando vtraque opinio eſt æquè probabilis,ſed ēt ſi vna paulo ſit probabilior,poterit aduocatus minus probabilē defendere,qua cōditione,ibid n.21

Aduocatus debet iura fideliter referre,& teſtimonia veraciter citare, clientem admonere de ſtatu cauſæ, ne iudicem,aut clientem decipiat.ibid.nu.eod.

Aduocati,qui ſunt, & eorum officium ,quo vt recte fugantur,quinque præcipue habere debent,& quinam illi ſint, l.12.c.22.nu.1

Aduocādi ab officio nulli repellendi duplici ex cā ,ibi.nu.2

Aduocandi ab officio repelluntur Monachi,& Sacerdotes ob dignitatem ſtatus, etiam Monachorum nomine large ſumpto in can.intelliguntur canonici regulares, ibi.nu.3

Aduocatio Clericis etiam in ſacris conſtitutis , vel etiā in minoribus dummodo ſint beneficiati expreſſe prohibetur coram iudice ſeculari,niſi in quatuor caſibus,ibi.n 4. quinam vero ſint declaratur,ibid nu.6

Aduocatus eſſe poteſt Monachus in cauſa ciuili coram iudice ſeculari duobus exiſtentibus, quorum altero deficiēte nec coram Eccleſiaſtico eſſe poteſt,ibi.n.5

An aduocatus eſſe poſſit Monachus peritus pp lucrū monaſterio applicādū extrinſecus,autores nō cōueniūt.ib.

Aduocati in quibus caſibus poſſint eſſe coram iudice ſeculari clerici in ſacris conſtituti.ibi.nu.6

Aduocati munus exercere corā iudice eccleſiaſtico poſsūt oēs exiſtentes in ſacris,exceptis epīs,& ſacerdotib.quibus ſimpliciter(niſi in quibuſdā caſibus)interdictum eſt.

Aduocati eſſe poſſunt corā iudice eccleſiaſtico ſacerdotes in quatuor caſibus, & clericus in ſacris, & in minoribus exiſtens,ibi.nu.7

Aduocatus eſſe poteſt coram iudice eccleſiaſtico beneficiatus,etiam quoad negocia ſecularia.

Aduocare poſſunt clerici ordinū minorū nō beneficiati in caſib.ciuilibus ſicut laici,an ēt in criminalibus ibid. n.8

Aduocatus eſſe non poteſt in illa cauſa,qua quis iudex,aut aſſeſſor eſt,ibid nu.9

Aduocati prima cōditio eſt ſciētia,& qd ſcire tenēt,ib n.10

Qui cauſā perdit per imperitiā,peccat mortaliter,& ad reſtituendū omnia dāna litigātibus ſubſecuta obligatur,ib.

Aduocatus ſuſcipiēs gradū indignè peccat mortaliter,ſicut & q gradū ſuſcipit doctoratus ī theologia,aut medicina.

Aduocati circa ſcientiā tria pcipue obſeruare debēt,& q̄nam diligentia,& induſtria ſufficiens iudicetur,ibi n.11

Aduocati fidelitas,quam habere debet erga clientē,in quibus conſiſtit,ibid.nu.12

Aduocatus in quacunque cauſa quantumuis iuſtiſſima , aut falſis ſcripturis , aut teſtibus contra cauillationes patris aduerſæ vti non debet

Aduocatus, ſi cauſam iuſtam per hos modos abſtulerit aduerſario,tenetur ad intereſſe,& damnum parti læſæ

Aduocatus in manifeſtando merita cauſæ aduerſario , vt præuaricator puniēdus,qū,aut quib.in cauſis,ibi.nu.13.

Affinitas .

Affinitas quarum perſonarum attinentia,ſeu propinquitas, lib.8 c.4.nu.4

Ad affinitatem contrahendam non ſufficit quæuis carnalis commixtio,ibid.nu eod.

Quot gradus habet affinitas , inter quos ſine diſpenſatione matrimonium contrahi non poteſt,ibid.nu 5

Affinitas per fornicarium actum contracta olim vſque ad quartum gradum impediebat, iam vero, quid poſſit per Conc.Trid.ibid.nu.6.

Angelus .

Angeli sācti,& alij beati in cęlo regnātes ab hoībus adorādi ſunt Dulia, & in neceſſitatibus inuocādi.l. 4.c.3.n.10

Appellatio .

An ,& quando licitum ſit reo iudicium per appellationem declinare,lib.12.c.17.n.30.

A ſententia **Iudicis arbitri** appellare non licet.
Quando quis appellando calumnioſe ſe defendit,mor.peccat ibid.nu.34.
An appellare liceat,quando dubia eſt ſententia Iudicis , & Patronorum,& partium ib.nu.35.
Iura,decreta , ſeu priuilegia remouentia appellationem in aliquibus caſibus ſolum procedunt in foro exteriori. ibi. num.36.
An liceat Religioſos a grauaminib.ſibi illatis appellare,ibi. nu.37.
Decreta & priuilegia ſummorum Pontificum prohibentia Regularibus appellare quomodo intelligenda. ibi.n.38.
Ad tribunalia ſecularia appellare fratribus Minoribus de obſeruantia ſub quibus pœnis interdicitur,ibi nu.39
Per viam appellationis Religioſos recurrere ad ſuperiores non prohibet Concil.Trid.ib.num.40.
Appellare non eſt de iure poſitiuo,ſed tantum de iure naturali negatiue.ibi.nu.41.
Ad ſacram Congreg Cardinal. ad Legatos PP. non niſi in grauibus appellandum ibid nu.42

Appetitus Senſualis.

In appetitu ſenſitiuo per ſe independenter à voluntate eſſe libertatem quandam ſufficientem ad peccatum veniale falſo docuit Caietan.l.8.c.7. nu.9.
Appetitus,ſeu affectus interior deliberatus eſt peccatum eiuſdem ſpeciei,ac illud,quod deſideratur ibi.nu.6.
Mortalia eſſe in ratione,venialia in ſenſualitate, quomodo intelligendus eſt locus S.Tho.ibid. nu 9

Appropriatio.

An iuſta,& licita ſit rerum diuiſo,& apropriatio.lib. 9.c.8. num.1.
Cur olim Philoſophi naturales in ea fuerint ſententia,vt vtiliſſimū eſſet Reip.omnia habere cōia,etiā vxores ibi n.2
Inter Chriſtianos qui heretici voluerint omnia bona eſſe communia. immo Nicolaitæ , & alij vxores etiam communes eſſe docuerunt ibi nu.3
Contraria ſententia communis,& certa de fide.ibi. num.4
In ſtatu innocentiæ decens,& conueniens erat rerum externarum poſſeſſio in communi.ibi.nu.5
Vxorum communitas in eo ſtatu , vt pote noxia licita non fuiſſet.ibi. nu 6
Poſt peccatum licitā eſſe rerū diuiſionē probatur,ibi nu.7
Quod expediens valde,& conueniens fuit rerum, dominiorumq; diuiſio poſt peccatum,probatur.ibi.n 8
Poſt naturam lapſam alicui hominū communitati expediētior eſt rerum poſſeſſio in communi,quam diuiſio, & appropriatio in particulari.ibi.nu.9
Soluūtur argumenta eorū,qui dicūt diuiſionē rerū eſſe illicitam ; eo quod ſit cōtra inſtitutionem naturæ.ibi.nu.10
Solutio & Scoti,& aliorum non probatur.
Communitatem rerum eſſe de iure naturali non poſitiuè, ſed negatiue vera ſolutio.
Dominium alicuius rei eſſe nullis commune, tribus modis intelligi poteſt.ibid.nu 11
Quo ſenſu res ex lege naę adhuc cōes eſſe dicūtur,ibi.n.12
Diuiſionem factam fuiſſe per iniquitatem,id eſt,per iniquā iuris gentium conſuetudinem , & naturali lege contrariam,falſa,& abſurda Io.Teutonici expoſitio ibi. nu.13.
Soluuntur argumenta Platonicorum,& hęreticorū ib.n 14
Quonam iure facta ſit hæc rerum diuiſio poſt pcm̄ ib.n.15
Appropriationes particulares partim iure gētium,partim iure ciuili factæ ſunt ibi.nu.16
Soluitur argumentum,quo probatur rerum diuiſionē poſt peccatum eſſe de iure naturali. ibi.nu.17
Quomodo,& ordine,ſeu per quos introducta ſit hæc diuiſio,& an neceſſarius fuerit hominum conſenſus ib. n.18.
Incepiſſe hanc diuiſionem a filijs Adæ,probabile eſt , ſed non certum,quare.
Ante diluuium diuiſionem factam eſſe communi conſenſu hominum:quomodo dici poſſit,etiā quomodo poſtea facta ſit opinio probabilis ibi.nu.19
Populus etiam potuit hanc diuiſionem facere , antequam ſupra ſe Præfectum,& Rectorem haberet.ibi.nu 20

Ars.

Ars notitia quid ſit?an peccatū mortale,& quare.Item vana,illicita,ineffieax.l.4.c.6.nu.3

Aucupium.

Falcones,& alia ſimilia in dubio an naturalem libertatem acquiſierint,vel māſuetudinem retinuerint, pro dño potius præſumitur,eiq; reſtituenda ſunt l.11.c.9.nu.5.
Vide plura ver.Feræ.& Venatio.
Aucupium iuſtis de cauſis etiam laicis prohiberi poteſt.ib. nu.8.& cur vtile ſit interdum eos prohibere.nu.9. 10.
Qui aucupatur columbas intra alienum columbarium ,aut prope ipſum,eaſq; capit,peccat mor.l.11.c.10. nu.3

B

Beneficium.

IVdex Eccleſiaſticus habens beneficium an munera poſſit accipere.l.12 c.13.nu.12
Delegatus Iudex a Papa habens beneficium , quando tuta conſcientia recipere poteſt?ibid.nu.16
Beſtialitas,vide Innaturalitas.

Blaſphemia.

Blaſphemia cui virtuti opponitur,& contra quod præceptum,& in quo proprie conſiſtit.l.6.c.14.nu.2
Qui dicunt blaſphemiam opponi confeſſioni fidei,quo ſenſu exponendi Theologi.ibid n.2
Peccatum blaſphemiæ varijs modis contingere pōt.ib.n.4
Blaſphemiæ in Deum,& Sanctos an differant ſpecie. n.4
Quale peccatum ſit, an ſemper mortale?ibi.nu 5
An licet in genere ſuo,& ratione māteriæ ſit mortale,aliunde tamen veniale fieri poſſit.ibid.nu.6
Ex praua conſuetudine ,pcedēs,qñ nō erit mortale & an ſicut Deū,ſic & proximū blaſphemare erit mortale.ib.n.7
An ſit peccatum grauius reliquis,maxime autē homicidio , periurium.ibid.nu.8.
An Catholicus grauius peccet blaſphemando,quam hæreticus ib.nu 9
Qualiter ſe gerere debeat Confeſſarius ,qui audiuit eius cōfeſſionē,qui blaſphemauit,vel ex conſuetudine,vel alias ib.nu.10
An quilibet Confeſſarius ab hoc peccato poſſit abſoluere, & quæ blaſphemia publica dicenda ſit.ibi nu 11
Nō omnis locus facit blaſphemiam publicam.ibi nu eo.
De pęnis,quibus hoc peccatum caſtigari ſolet.ibi.nu.12.& de pęnis diuinitus olim illatis,ibid.Iure ciuili quomodo: Iure canonico qualiter,& an locum habeat hæc pęna in clericis ibi nu 13 & 14.
Decreta Summorum Pontificum in blaſphemos,ſiue Clerici fuerint.ſiue Laici.ibi.nu 15
Iudices ſeculares,qui contra blaſphemiæ conuictos nō animaduertunt,ijſdem pęnis ſubijciuntur,ibid.nu.16
Audientes blaſphemantes,quid oportet agere.ibi & nu.17
Conſtitutiones Concilij Lateran.& Iulij III.& Pij V.contra blaſphemos moribus vtentium non confirmatæ. ibi. nu.18.Varijs pœnis in diuerſis regnis puniri ſolent.nu 19
An hęreticę prauitatis Inquiſitores cōtra blaſphemos procedere poſſint ibid.nu 20
Blaſphemiæ hæreticales quæ.n.eod.
Pœnę quas Inquiſitores imponere ſolent in grauioribus ſeu leuioribus blaſphemijs.ibid.nu.21
An qui blaſphemias hæreticales per iocum,aut ludum profert,prædictis pęnis corrigi debeat,& an ab Epiſcopo , vel Inquiſitore?ibid.nu.22
Quid de eo,qui per lubricum linguæ in blaſphemiā prorumpit,ſeu animo indeliberato.ibid.nu.23
De eo qui blaſphemiam,vel hæreticalia verba in ebreitate profert,ſi ſit omnino mente priuatus,vel non, quid ſtatuendum.ibid.nu.24
De dormientibus,pueris,ſenibus quid.ibi.nu. 25

Bona.

Bona ſpiritualia duplicia,mediata,& immediata ad ſalutē, mediata item duplicia,l.11.c.1.nu.1
Bona paraphernalia an ſint tacite hypothecata?& quęnam ſint bona paraphernalia.l.10.tract.5.c.10.nu.16.
Bona hypothecata quæ?& quē locū tacitæ hypothecæ habeant bona illius,qui cum fiſco contraxit , ibi.nu 17.18
An grauius ſit peccatum nocere proximis in ſpiritualibus, quam in corporalibus.l.11.c.1.nu.3

Bonorum tria ſunt genera, ibid. nu. 1
Bonorum omnium præſtantiſſima externorum, honor, & fama. l. 11. c. 3. nu. 1
In bonis ſpiritualibus naturalibus, & ſupernaturalibus an, & quomodo facienda reſtitutio? lib. 11. c. 1. num. 18
Bona, q̄ poſſidētur, ad tria capita reuocari pſſt. l. 9. c. 3. n. 13
Bona fortunæ triplicia, ibi. nu. eod. Bona incorporalia à Iuriſtis quæ dicantur.

Bonitas.

Moralis bonitas, aut malitia actus humani quid ſit, & in quo conſiſtit, lib. 2. c. 4. nu. 2
Bonitas actus moralis vnde proueniat, ibid. nu. 3.
Bonitas actus humani dup. ex obiecto, & circūſtātijs, ib. n. 7
Bonitas actus voluntatis ex quibus conſiſtere debet, vt ſit integra, & perfecta? ibid. nu. 8
Bonitas, quam habet actus exterior in fine, eadem eſt cum bonitate actus interioris. ibid. nu. 14
Bonitas, quam habet actus exterior ex obiecto, & circūſtantijs, addit aliquid ad bonitatem actus interioris, cuius eſt obiectum, ibid. nu. 15
Ex bonitate, & malitia actuum humanorum quęnam proprietates, & attributa cōſequuntur, & quomodo in ijſdē reperitur meritum, & demeritum, ibi nu. 16

C

Capitulum.

Sede Vacante Capitulum diſpenſare poteſt non ſolum in votis, ſed etiam in irregularitatib. lib 6. c. 11. num. 84
Quid de his, q in Capitulis, vel Collegijs ſuffragātur, an his cōſentientes ad reſtitutionē obligentur? l. x. tr. 2. c. 9. nu. 3
An proclamationes, ſeu commemorationes culparū in Capitulis Religioſorum ſint contra ordinem fraternæ correptionis, aut contra famam proximi. l. 11. c. 4. nu. 19

Caſus.

Caſus ſecundum nominis etymologiam quid ſignificet, & quam varia ſit eius acceptio. l. 1. c. 1. nu. 1
Apud Iuriſperitos, & Theologos eius vocabuli vſus quis communior, ibid. n. 3
Proprie, & ſpecialiter Caſus dicitur ſolum peccatum, vnde cenſuræ caſus dici non poſſunt, ibid. nu. 4
Nec vota, & iuramenta, & quomodo in Bullis vel Gratijs Caſus accipi ſolet nu. eod.
Facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis concedens epiſcopus eandem à cenſuris non cenſetur committere. ibi.
Prælatus concedens abſoluendi facultatem ab omnibus caſibus, & cenſuris non cēſetur concedere facultatē diſpēſandi ab Irregularitate, votis, aut iuramentis. c. eo. num. 6
Caſus, in quo non licebit contra propriam opinionem operari, aut conſulere alijs. l. 1. c. 6 nu. 6

Cenſuræ.

Cenſuræ, irregularitas, & vota Caſus dici nō poſſunt, ac ꝑinde concedens facultatem abſoluendi à caſibus eandē à cēſuris abſoluendi cōmittere non cenſetur, l. 1. c. 1. n 4
Cōcedēs facultatē abſoluēdi ab oībus cēſuris, & caſibus nō cōmittit abſolutionē ab irregularitate, votis, & iurīs. c. e. n. 6

Ceſſio bonorum.

Ceſſio bonorum quid? Eſt cauſa excuſans à reſtitutione, li. 10. tract. 6. c. 4. nu 1
Ceſſionem vt remedium miſerabile tamen, & flebile adinuenerunt leges humanæ, ibi. nu. 2
An, qui ſic bonis ceſſit, tuta conſcientia poſſit ſibi neceſſaria, & familiæ ſuæ retinere. ibid. nu. 3
Ceſſione bonorum facta nō liberantur debitores totaliter à debito, ſed ſi eis pinguior fortuna cōtingat, manēt cū debito reſtituēdi ſingulis creditoribus in integrū. ib. n. 4

Cæſores lignorum.

An, q ligna cędunt in ſiluis alienis, colligunt ſiluestres glandes, in alienis paſcuis ſua pecora paſcunt, in foro conſciētiæ reſtituere teneantur l. 11. c. 10. n. 8. Quinam authores hanc materiam tractant. ibid.
Quando in Cęſione lignorum locum non habet recompenſatio, aut mutua ablatio. ib. nu 13
Populi ſilua communi carentes ligna ſiluæ aliorum ſcindentes peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur, ante omnem iudicis ſententiam ibi. nu. 14
Qui ligna cædit in ſilua aliena, q̄ conſtat dominū illius propria induſtria plātaſſe, peccat mor. & reſtituere tenetur, qñ ibi, n. 15. Scindēs aūt in ſilua dominorū, aut priuatorū ſine propria induſtria ex ſolo dono, aut conceſſione Regis &c. nec peccat, nec tenetur ad reſtitutionē ibid. n. 16
Qui ligna cædit in ſilua iniuſte ꝓhibita, nec peccat, nec ad reſtitutionē tenetur. ibid. In ſiluis, in quibus non licet ligna cædere, nec licet fructus comedere. ibi. nu. 17. & 18.
Emētes ligna ab hmōi cæſoribus lignorū i caſibus, q̄bus ipſi cęſores imunes ſūt à reſtōne, ipſi ēt excuſātur, ib, n. 19
Contra cędentes ligna non facile concedendæ ſunt excommunicationes ab ordinarijs locorum. nu. 21.
Excommunicationes latæ cōtra cæſores lucorum, quos ſolos obligent, ibi. n. eod. vide ver. Silua.
Cuſtodes lucorū ſi diſſimulēt de cędētibus ligna, aut venātibus, an ad reſtōnē teneātur. vide ver. Cuſtos, & Paſcua.

Chriſtus.

Chriſtus quatenus Deus, ſeu hic homo Chriſtus in diuina, & humana natura ſubſiſtens eadem adoratione latriæ adorāndus eſt, qua tota Trinitas. l. 4 c. 3. nu. 7
Chriſti humanitas, in quantum eſt diuinitati vnita, eſt cultu latriæ adoranda, & eſt de fide. nu. 8

Chriſtianus.

An Chriſtianus cōmittēs actū Idolatriæ, ſalua ītegre īteriori fide, īcurrat pęnas cēſurarū ī foro cōſciæ. l. 4 c. 4. n. 11
Quid Chriſtianus ab infideli captus agere Poſſit, & tenetur vt ſeruitutem fugiat. l. 9 c. 16 nu. 24
An liceat Chriſtianis bona infideliū auferre. l. 9. c. 14. nu. 26
An liceat Chriſtianis fideles captiuos, & bona, quæ iniuſte detinent infideles, per vim auferre, ibi. nu. 29

Circumſtantia.

Circumſtantiæ peccatorum ſpeciem mutantes neceſſario in confeſſione explicandæ. l 2. c. 3. nu. 1
Circumſtantiæ nomen, quid denotet, & quomodo ſubſtantiam actus reſpiciat. ibi. nu. 2
Actuum humanorum circumſtantiæ ex qua regula, & norma conſiderandæ, & expendendæ, ibi n. 4
Quædam variant ſpeciē, quædam augent, vel minuunt operis qualitatem intra eandem ſpeciem. ibi. nu. 5
Quot ſunt circumſtantiæ ſecundum Cicer. Ariſt. & S. Tho. quibus humanæ actiones afficiuntur ibi. n. 6
Numeri circumſtantiarum ratio vnde deſumitur. ibid.
Quid requiritur ex parte cuiuſque circumſtantiæ, vt actio bona, vel vitioſa dicatur. ibi. nu. 8
Vt actus ſit ſimpliciter bonus, requiritur bonitas, non tam obiecti, & finis, quam circumſtantiarum. ibi. nu 9
Circumſtantiæ qñ mutāt ſpēm, qñ augent, & minuunt, & vñ hoc procedat: ex diuerſis Regulis ſit manifeſtū, nu. 11. 12
Circumſtantia, quoties, nec à Tullio, nec ab Ariſtotele, nec à S. Tho. numeratur. Quare? nu. 13

Clericus.

Clerici, & perſonæ aliæ Eccleſiaſticæ an ſeruare teneantur leges, & ſtatuta laicorum, l. 3. c. 4. nu 16
De obligatione Clericorum circa leges Ciuiles eccleſiaſticæ libertati non repugnantes. ibid. nu. 17
Pœnæ iure Canonico blaſphemis impoſitæ an locū habeāt in Clericis. lib 6. c. 13 nu. 14
Clericis Concubinarijs, quænam pęnæ inflictæ ſecundum Concil. Trid. l. 8. c. 2. nu. 10
Acceſſionē, & cōuerſationē ſuſpectā, & illicitā ꝓhibere, & punire qñ intelligatur Concil. & quo ſuppoſito ibi. n. 11
Clerico cōcubinario ob crimē fructib. bñficiorū priuato, nec fructus aliq relinquēdi ſūt, vñ alimēta ſuſcipiat ibi.
Clerici Concubina etiam coniugata ab Eccleſiaſticis Iudicibus punienda, ibi. nu. 14
Clerici concubinarij plura ſcelera committunt, ijdemque ſeuerius caſtigandi. ibi. nu. eod.
Clericus cohabitans cum concubina non eſt prius abſoluēdus, antequā eijciat cum propoſito nō redeūdi, in articulo autem mortis ſufficit propoſitum. ibid nu. 9. & de hoc horrendū exemplum Clerici Cōcubinarij, ex S. Anto. ib.
Clericus coram Iudice ſeculari ſecularem conuenire pōt,

ipſe

ipſe autem conueniri non poteſt, niſi in caſibus iure cōceſſis,& quinam illi ſint?lib.12.c.7.nu.9
An clerici renunciare poſſint iuri, & priuilegio fori, vt a iudicibus in tribunali ſiſtantur?ibid.nu.10
Vt Clericus dicatur ſortiri forum iudicis ſecularis, aut Eccleſiaſtici,tempus delicti attendendum.nu.9
Poſſunt in cauſa Ciuili, & temporali Iudices voluntariè ſibi eligere,quibus parere teneantur,nu.16
Clerici quo iure prohibentur agere cauſam ſanguinis, & quibus congruentiis?lib.12.c.14.n.36
Clericorū nomine,quinā prohiberi intelligantur, ibi.n.37
Contra Clericos teſtificari non poſſunt Laici.l.12.c.19.n.20
An Clericus in cauſa ſanguinis p̄miſſa ꝓteſtatione irregularis ſit,morte eius ſecuta,cōtra quē teſtificatus eſt,ib.n.eo.
Clericis ludus alearum, & taxilorum ſub mortali interdicitur,lib.11.c.12 nu.4
Clericus in minoribus exiſtens non habens beneficium Eccleſiaſticum poteſt eſſe Tabellio etiam apud ſecularia tribunalia publicè.l.12.c.25 nu.6
Clericus in ſacris in foro Eccleſiaſtico publ. Notarius eſſe nō pōt,etiāſi nō habeat beneficiū,in ſecreto pōt.ib n.eo.
Clerici an poſſint eſſe aduocati in foro ſeculari,vel eccleſiaſtico,& in quibus caſibus,l.12 c.22 nu.46

Columbæ. Columbaria.

An licitè loca Columbariorū conſtrui poſſint?l.11.c.10.n.1
Qui aucupatur columbas intra alienum columbarium, aut prope ipſum capit,& occidit,peccat mort.ibid.num.3.Si damnum ſit notabile,reſtituere tenetur.ibi.nu. eod.
Intra terminum lege præſcriptum columbas occupari prohibentem, eas ſumere peccatum erit mortale cum debito reſtituendi.ibid.nu 4.& 5
Qui fraude,& dolo certa ſemina, & eſcas quaſdam diſpergit eo fine, & intentione, vt ex aliorum columbariis attraheret,peccat mort.ibi.nu.6. Poteſt tamen efficere ea, quæ ad conſeruationem ſuarum columbarum,& per accidens ad inuitationē aliarum conducunt ibid. nu eod.
Nō habēs columbarium,& vendens,ſicut, & emēs tenetur debitā diligentiā adhibere,vt ſciat,an ſint alienæ.ibi.n.7

Commutatio.

Commutatio vocatur aliquando Redemptio, ſed differunt ſicut emptio,& permutatio,lib.6 c.12. nu.1.
Commutatio voti,& Redēptio quomodo differant a diſpēſatione,& quęnam ad commutationē neceſſaria?ibi.nu.2
Commutare Votum quando quis poteſt authoritate propria ibid.nu.4.& 5. Quando autem non ſine authoritate ſuperioris,ibid.nu 8.& 9
In Commutatione Voti conſideranda ſunt virtus, & excellentia operis,& vtilitas vouentis,ibid.nu.6
Dubius,& incertus,an fiat commutatio in melius bonū, nō pōt votum commutare ſine authoritate Prælati,ibi.nu 10
Commutare vota qui poſſint? ibi.nu.15
Facultas conceſſa ad cōmutanda vota vi Iubilęi,aut Indulgentiæ Pontificiæ,ad quæ ſola ſe extendat,ibid.nu.16
Oblitus voti,cuius ſi pęnitens recordaretur, vi Iubilæi cōmutatum fuiſſet,poteſt poſtea ab approbato ab ordinario gratiam commutationis votorum conſequi.ibi.nu.17
Confeſſor virtutæ Bullę,aut Iubilæi electus tenetur cōmutarē, vel diſpenſare vota pœnitentis, quæ rationabiliter cōmutari poſſunt.vide ver. Confeſſor.ibid nu.18
In votis commutandis maxima diſcretione opus eſt,& quę in illorum commutatione conſideranda?ibid.nu.19
Authoritate Bullę Cruciatę vota ſolum commutari poſſunt in vtilitatem Cruciatæ.ibid.nu.20
In commutando votum Religionis imponendum eſt perpetuum vinculum,quare?ibid.nu.21
An poſtquam votum commutatum eſt,& pęnitens ratā habet eiuſdem commutationem, liberum ſit vouēti votum primū.vel id,in quod cōmutatum eſt adimplere.ibi n.22
An ſi Papa votum ſibi reſeruatum in aliud commutauerit, poſſit poſtea Epiſcopus,aut Cōfeſſarius Religioſus illud, in quod commutatum eſt, relaxare, aut in aliud ex cauſa commutare,ibid nu.23
An,cum Papa commutauerit votum caſtitatis in ieiunium, eleemoſinas &c. homo liberetur a priori voto, & teneatur ſolum ad id,in quod commutatum eſt.ibid.nu.24
An ad commutationē voti requiratur iuſta,& legitima cauſa,vt etiam ad diſpenſationem.ibid.nu.25
Quænam ſint illæ cauſæ legitimę ad commutationem, ſine quibus Papa diſpenſans,& peccat,& diſpenſatus in conſcientia tutus eſſe non poteſt.ibid nu.26.& ſeq.

Complacentia.

Vide Delectatio Moroſa.

Compoſitio.

Qui procurat ſibi remiſſionem bonorum incertorum per cōpoſitionē cum Sum.Pon.peccat.mort.l.10.tr.6.c.7.n.5

Concubina.

Vide Meretrix.

Concupiſcentia.

Qualis ſit paſſio,& quotuplex,lib.2.c.7.nu.10
Quomodo auget peccatum, & voluntarium, magiſq; peccat ex maiori concupiſcentia.ibi nu.eod.& lib.2.c.1.n.13
Vide ver. Appetitus,& Motus.

Concuſſio.

Concuſſio,qua Iudex peccat contra puritatem in eo requiſitam,quid ſit.lib.12.c.13.nu.6

Confeſſio.

In Confeſſione neceſſario exprimendū ſe ſcienter,vel contra dubium conſcientiæ peccatum mortale commiſiſſe, falſo docuit Adrianus,lib.1.c.4.nu.22
Quando tamen quis credit ſe teneri ad confitēdam hāc circunſtantiam, in confeſſione explicari oportet.ibi.nu.eo.
Qui dubitat de peccato,an ſit mortale,vel veniale,confiteri tenetur.lib 1.c.13.nu.4
In confeſſione neceſſario explicandæ ſunt circumſtantiæ ſpeciem peccatorum mutantes?l.2.c.3.nu 1

Confeſſarius.

Confeſſarii imperiti,& inexercitati opus habēt magna cautela,& prudentia, eligendo opinionem, quam tuta conſcientia ſequi poſſunt, probabilem,lib.1.c.8.nu.4
Tenentur in conſcientia viros peritos, & timoratæ conſcientiæ conſulere,quænam opinio probabilior, & probabilis,& tuta,ibid.nu.eod.
Pœnitens in facti ignorātia ſequēdo opinionē propriā abſolui pōt ētſi cōfeſſarius ſit alterius opinionis,l.1.c.9.n.2
Si ſit ignorantia iuris,niſi deponat,quod præiudicat,abſolui non poteſt,& quid confeſſario agendum.
Confeſſarius tenetur proſpicere conſcientiæ pęnitentis,& in omni euentu poteſt abſoluere,quo ſuppoſito? ibid.
Confeſſarius ordinarius pōt, & debet abſoluere pęnitentē contra opinionem propriam, ſin extraordinarius ſit, & ex commiſſione,non poteſt ſecundum S. Anton. ibid.n.5
Refellitur hæc dictinctio ſimul cum Conrado docente Cōfeſſarium ordinarium exponere ſe periculo faciendi iniuriam,& non extraordinarium.ibid.nu.7 & 8
Pęnitens ſimplex nec alios conſulens Confeſſarios doctos contrariæ opinionis parere tenetur,aliàs abſolui non poteſt ſecundum Medinam.ibid nu.9
Confeſſarius poteſt abſoluere pęnitentē æquè doctum, etiamſi opinio pęnitentis ſit in præiudicium alterius, ſi ſit proprius,& non alienus ex commiſſione.
Nihil valere diſtinctionem inter Confeſſarium propriū, & alienum ad propoſitum oſtendit author.ibid nu.12
Quemcumque Confeſſarium poſſe abſoluere pęnitentem ſequentē opinionem probabilē,relicta ſua opinione probabiliori;ſiue opinio pœnitentis ſit in præiudicium tertij,ſiue non,vera eſt ſententia.ibid.nu.13
Confeſſarius tali pœnitenti abſolutionem negans iure ſuo illum ſpoliat,ſiue ordinarius,ſiue extraordinarius,ſed cū differentia ibid.nu.14
Ordinarius toties confeſſiones ſubditorum audire tenetur, quoties ipſi diſcretè,& prudenter confiteri voluerint.
Cōfeſſarius,& Iudex vterq; in ſuo tribunali vere iudex eſt, nec tenentur ſequi opinionē probabiliorē.l.1.c.11.n.10
Confeſſarius interrogatus de auditis in confeſſione, licitè iurando poteſt negare.l.5.c.4.nu.24
Qui promiſit,an habuerit animum ſe obligandi, perpendere debet confeſſarius.lib.6.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius, qui audiuit confeſſionem blaſphemantis ex conſuetudine, vel alias, l.6. c.13.num.10

An quilibet Confeſſarius a peccato blaſphemiæ poſſit abſoluere ibid.n.11

Quilibet Confeſſarius virtute Cruciatæ diſpenſare poteſt, & commutare vota, ſi facta ſint in pœnam

An Confeſſarius, qui non iniunxit reſtitutionem faciendã, reſtituere teneatur damna perſonæ tertiæ, l.10.tract.2. c.14 num.16

Coniuges.

Quando peccat maritus in ordine ad vxorem circa ſpiritualia.ibid.nu 7

Qui atrociter percutit, aut verberat vxorẽ peccat.ibi.nu.5

Qui verba dicit infamatoria, aut aliqua afficit iniuria, vnde ſequitur infamia, aut eius probabile periculum, peccat. ibid.nu.9

In quibus peccat vxor in ordine ad maritum.ibid.nu.10

Conſcientia.

Conſcientia aliquando pro habitu, aliquando pro potentia accipi ſolet, l.1.c.2.nu.1

Conſcientia in communi vſu hominum, & in ſcripturis ſacris quomodo accipi ſolet. nu eod.

Conſciẽtiam, & ſynderesin eſſe ſpiritum, qui pro nobis interpellat, intellexit S Hieron nu.3

Eſt dictamen rationis applicatum ad opus, dictans aliquid eſſe faciendum, vel fugiendum, nu.4

Conſcientia, & ſynderesis differunt; hæc enim circa principia practica vniuerſalia, illa circa cõcluſiones particulares, quibus in particulari quid agendũ ſit iudicamus, nu 6

Contra conſcientiam agere ſolum dicimur, quando agimus in particulari contra id, quod agendum eſſe iudicamus, vel non.l.1.c.2.nu.7

Conſcientia ortum habet ex naturali iudicio rationis, quod dicitur lex intellectus.nu.8

Conſcientia eſt quaſi concluſio; ſynderesis quaſi maior in ſyllogiſmo, vnde dicitur quaſi concludens ſcientia.

Actus conſcientię triplex; eorum ordo, & reſpectus ad actũ moralem, l.1.c 3 nu.1

Conſcientia accuſare, vel excuſare, reprehendere, remordere quomodo dicitur? nu.3

Quibus modis dicitur conſcientia bona, vel mala, munda, vel coinquinata.ibid.nu.4

Quod non eſt ex fide: quod ſit contra conſcientiam, peccatum eſt. ibid.nu 5

Conſcientia quintuplex Recta, erronea, dubia probabilis, ſcrupuloſa & quid ſint? nu 6

An teneatur aliquis ſequi dictamen cõſcientiæ erroneæ circa bona, mala, aut indifferentia, l 1 c.4.nu.1

Communis, & vera opinio affirmatiua, vtcumq; contra cõſcientiam agere eſſe peccatum, probatur ex ſcripturis.

Cur ſemper malum ſit contra conſcientiã agere? ſiue ratio eſſet, ſiue non ibid nu.4

Conſcientia erronea non dictat aliquid contra legem Dei formaliter, ſed tantum materialiter.ibid nu.5

Omnis actio ſiue interna, ſiue externa diſcordans ab erronea ratione conſcientiæ mala eſt, idemque de omiſſione alicuius actus dicendum eſt, nu.eod.

Conſcientia erronea nõ tantum obligat, ne quid contra eã faciamus, ſed vt poſitiuè eam ſequamur.lib.1 c.4 nu 6

Non tamen ſine differentia de cõſcientia errante vincibiliter, aut inuincibiliter dicendum eſt, ibid.nu.8

Quando tenetur homo deponere conſcientiam erroneam, ne perplexus quis iudicetur? ibid.nu.10

Conſcientia erronea ex ignorantia inculpabili ſimpliciter obligat ad poſitiuam ſui obſeruationem, ibid.nu 11

Non tamen ſic agendo ſequitur eum obligari ad faciendum peccatum, & quare ibid.nu.eod.

Conſcientia erronea non facit obligationem, & præceptũ, abſolute ſicut nec vera ſcientia rei, ſed more humano, ibid.nu.12.

Conſcientia recta ſuperueniens tollit obligationem, non quæ reipſa fuit prius, ſed quæ tantum erat in apprehenſione. num eod.

Contra conſcientiam erroneam agere an ſit mortale, vel veniale, & quæ ſint præcipuè circa hoc ipſum conſiderãda, num.14

Peccare ſolum venialiter quando quis putat ſe tantũ venialiter peccare, quando, & quomodo verum ſit? c.eo.n.15

Siue expreſſe, ſiue implicite, quis putet ſecundum cõſcientiã tale quid eſſe mortale, vel veniale, ſic peccare cẽſetur.

Falſo iudicans eſſe malum, & illicitum in genere, non tamẽ in particulari eſſe mortale, aut veniale, aut aliquid tale in ſpecie peccat mortaliter ſecundum authorem contra Nauar. & Gregor. de Valen.c.eod.nu.17

Si quis in vniuerſali putet rem eſſe illicitam, in particulari tamen hic, & nunc putet ſibi licitam, faciendo non peccat contra conſcientiam erroneam, ibid.nu.18

Ad quod peccati genus reuocari debeat peccatum contra conſcientiam commiſſum? ibid.nu 19

In quo caſu ex conſcientia erronea non peccatur cõtra aliquam virtutem, aut præceptum ſpeciale ſed tantum cõtra Synderesim, eiuſque præceptum.ibid.nu.20

Agentem contra conſcientiam erroneam vnico tantũ peccato peccare; contra cõſcientiam vero verã duplex peccatum committere, falſo docuit Angelus. c.eod.nu.21

Neceſſum eſſe in confeſſione exprimere, an ſcienter quis mortale commiſit, vel contra dubium conſcientiæ, falſo docuit Adrianus. & quare ibid.nu.22

Quando tamen hæc circumſtantia, ſcilicet, ſe contra conſcientiam aliquid feciſſe, confitenda ſit, ibid. nu.eod.

An, qui agit contra conſcientiam erroneam vincibilem, & culpabilem, magis peccet, quam qui ſecundum illam agit, & quanam regula aſſignari poſſit? ibid. nu.23. ſeq.

Quod aliquando minus peccatũ ſit agere contra conſcientiam, quam ſecundum illam, vnde prouenit; ibid.nu.26

Conſcientia vere non eſt lex, ſed proponit legem, nu.eod.

Quare ſicut in agendo contra conſcientiam erroneam vincibilem demeritum; & peccatum eſt, ita etiam nõ ſit meritum, & virtus eidem ſe conformare? c.eod nu 27

An conſcientia erronea plus obliget, quam præceptũ Prælati; & quomodo intelligenda ſit hæc difficultas; ca eod. num 28

Quando obtemperandũ pręcepto ſuperioris, & quando ſequendum dictamen conſcientię erroneæ.c.eo.n.33 & 35

Conſcientia dubia, & probabilis diſtinguuntur inter ſe, ſicut opinio, & dubium l 5.c.5.nu 1.

Aſſenſus Conſcientiæ probabilis ex duob. prouenire poteſt.

An contra propriam opinionem, ſeu probabiliorem liceat operari ſine peccato? ibid.nu.4

Tutus in cõſcientia manere quis poteſt, etiamſi opinio illa à parte rei falſa ſit, quibus medijs adhibitis? l.1.ibid.nu.3

Quando tuta conſcientia ſequi quis poſſit opinionem, quã viri Docti non ſequuntur, contra opinionẽ ſuam.ibi. n.7

Conſcientia dubia quæ dicenda? l.1.c.13.nu.1

An manente dubitatione poſſit homo facere id, quod dubitat eſſe peccatum? ibid nu 2.vide verbo Dubitatio.

Conſcientia quando dubia eſt practicè ſe determinando in particulari, quid agendum ibid nu 5

Conſcientia dubia eſſe poteſt dupliciter.ibid.nu.eod.

In neceſſitate quid potiſſimum agendum, vt tutus in conſcientia partem eligat, quæ forſan à parte rei vera non erit l.1.c.13.nu.7.vide plura verb. Dubium.

Conſcientia ſcrupuloſa quomodo differat a dubia, & quod ſalutare ſit conſilium contra illam l.1.c.14.nu.1.

De conſcientiæ ſcrupuloſæ medicina quinam authores fuſè ſcripſerunt? & quænam remedia authori potiſſima videntur.ibid.nu 2

Circa confeſſionem ſcrupuloſorum laudatur optimum Caietani conſilium, & de non confeſſis, quid potiſſimè ſequendum ſecundum Authorem? ibid.nu. [illegible]

Aliud ſcrupuloſis remedium circa præterita, aliud circa futura adhibendum.ibid nu.4.

Ad omnem ſcrupulum conſcientiæ tollendum ſufficit, quod altera opinio ſit probabilis.l.12.c.14.nu.20

Conſenſus.

Conſenſus duplex, implicitus, ſeu interpretatiuus, & explicitus, ſeu expreſſus, & quis neceſſarius ſit, & ſufficit ad peccatum mortale l.8.c.7.nu.1.& 2.

Qualis debet eſſe conſenſus Principum, vt leges promulgentur, & validæ ſint.vide ver.Lex.l.3.c.4.

An præter conſenſum ſignis externis expreſſum requirantur alia ad translationem dominij l.9 c.10.num.8

Conſenſus bifariam ſe habere poteſt, & quænã ſit Regula conſenſum Reſtitutionis obligationem inducere l.x trac. 2 c.9.nu.1.

An propter conſenſum ſuffragiorum in capitulis teneantur ad reſtitutionem conſentientes? ibid.nu.3

Conſuetudo.

Variæ definitiones, ſeu deſcriptiones cõſuetudinis, & quænam communior, & verior, l.3.c.11.nu 1

Proprietates conſuetudinis præcipuè tres, ibid.nu 2.

Qualiter intelligendæ ſunt, vt vim habeant legem interpretandi in motibus publicis, nu.3.

An cõſuetudo legem diuinam, aut naturalem mutare poſſit, vel abrogare, ibid.nu.4.

A quibus poſſit introduci conſuetudo, quæ legem tollat, aut mutet? ibid.nu.5

Qualis debet eſſe conſuetudo, quæ vim legis habeat.

Conſuetudo contra legem rationabilem introducta quomodo rationabilis eſſe poteſt ibi.nu.7.

Cõſuetudo debet eſſe rationabilis, & præſcripta, & quę ad legitimam præſcriptionem requirantur. ibid.nu.8.

Conſuetudo contra ius Canonicum quantum temporis ſpacium poſtulet neceſſarium? ibid.nu.9

Ad introducendam conſuetudinem requiritur actuũ multiplicitas? ibid.nu.eod.

Qualis vero vſus, & actuum multiplicitas conſtituat cõſuetudinem, & legem obligatoriam. ibid.nu.10

An lex aliqua conſuetudinem vincere poſſit, ibi.nu.10

An, quando conſuetudo habet illud, quod lex, ſublata lege tollatur conſuetudo? ibid.num.11

Qua ratione excuſantur à peccato, qui contra legem agũt, propter conſuetudinem? ibid.nu.12

An lex pœnalis per conſuetudinem tolli poſſit? ibi.nu 13. Vide plura ver. lex pœnalis.

An omnis conſuetudo propriè dicta obliget ad peccatum mortale. ibid.nu.14

Contractus.

Cõtractus ſunt in duplici differentia, alij, per quos nõ trãſfertur dominiũ rei ab vno ad alium, vt depoſitum, locatum, conductum, commodatum, alij in quibus trãsfertur, vt emptio, permutatio, donatio, lib.10.tract.3.c.1.nu. 12

Contractus locationis medius eſt inter commodatum, & depoſitum, & quid tenetur quis in huiuſmodi contractibus reſtituere. ibid.nu.21

An debita certa non realia ex contractu licito contracta prius ſoluenda, quam quæ ex illicito contractu? l.11.c.4. nu.28. vſq; ad 33.

Contumelia.

Honor per contumeliam lęditur, & violatur, ſicut fama per detractionem, l.11.c 8 nu.2

Contumelia in verbis contra honorem proximi iniurioſè prolatis præcipue conſiſtit ibid.nu.3

Contumelia materialis in vno caſu non ſolum non eſt peccatum, ſed etiã actus laudabilis, & meritorius. ibi nu.58.

Vt ſuperiores in corripiendis ſubditorum defectibus, ſine peccato etiam veniali vti poſſint huiuſmodi verbis, tria debent obſeruare, ibi.nu.6

An ſit peccatũ, quãdo quis verba contumelioſa profert, nec intentione lædendi, nec pure correptionis cauſa, ibi.nu.7

Contumelię illatione proximus exacerbatur cõtra charitatem, & debita reuerentia expoliatur contra iuſtitiã, quomodo ergo ſatisfaciendum? ibid.nu.12.

Contumelia ſi fuerit ſecreta, ſufficit ſecreta ſatisfactio, ſin publicè facta fuerit, & publicè tenetur ſatisfacere. ibi.n.13

Contumeliam qui intulit, tenetur veniam petere, regulariter loquendo, ſi læſus aliter non vult remittere ſatisfactionem. ibi.nu.10.

Quid contumelia ſit, & vnde procedat? l.22.c.4. nu.1. & 2.

Omnia vilia verbis conſiſtentia, quibus extra iudicium proximum lædi contingit, ad quinq; reducuntur, contumeliam &c. ibid.num.eod.

Dehonoratio, quæ fit per contumeliam, tribus præcipuè modis fieri ſolet. ibid.nu.3.

Contumelia propriè in verbis conſiſtit, in factis impropriè, vt autem factis hæc fiat, quid neceſſarium? ibid.nu.4

Contumelia, conuicium, improperium materialiter conueniunt, differunt formaliter. ibid.nu 5

Contumelia formalis, quę ex genere ſuo mort. & maius quã furtum, aut rapina, ſiue nocumentum ſequatur, ſiue non, ibid.nu.7

Contumelia materialis aliquando mortale, aliquando veniale, aliquando nullum, ibid.nu. 8

Qui famoſos libellos diuulgant, quorũ contumelioſis ſcriptis honor aliorum obſcuratur, grauiter peccant, ibi.n.9

Præter ſcelus grauiſſimum, quod committunt, quas pœnas incurrant? ibid.nu.10

Contumelioſa verba tolerare tenetur vnuſquiſq; ſecundũ animi præparationẽ, ſed nõ ſẽper actu ſuſtinere. ibi.n.11

Tres caſus, in quibus perſonæ priuatæ huiuſmodi cõtumelias repellere tenẽtur; quibus tamen modis repellere nõ licet, vt armis, percuſſione &c. ibid.nu.12 13. & 14

Solum licitum erit obijcere ei crimen, quod directe facit ad eius fidem & auctoritatem minuendã, & quod ad proprij honoris reparationem fuerit neceſſarium, ibi.nu.eo.

Correctio fraterna.

Correptionis fraternæ præceptum de iure Naturali, & diuino eſt, & fortius ligat chriſtianos, l.11.c.4 nu.2

Non tam correptio ipſa, quam ordo correptionis fraternę in præcepto eſt tàm naturali, quàm diuino. ibid.nu. 3 & quis ordo obſeruandus ex S.Tho. docetur ibid.

An ſit peccatum denunciare peccatum alicuius nõ præmiſſa ſecreta admonitione, & correptione? ibid.nu 4

Peccatum occultum publicum, ſeu priuatum in præiudicium tertij quomodo denunciandum. ibid.nu.5

Peccatum occultum vergens in damnum ſolum ipſius peccantis præcedente correptione denunciandum, ibi.nu. 6

An, & quando crimen eſt ſolum in damnum peccantis, licitum aliquando ſit ſtatim denunciare ante correptionem fraternam, & præcipuè de Religioſis, ibid.nu.7

Grauior eſt vnicuiq; læſio apud ſuperiorem, quam apud plures ſocios, etiamſi pio, & diſcreto Prælato reueletur, ibid nu.18

An præcepta viſitatorum intelligantur de immediata denunciatione, & quid de proclamationibus, quæ fiunt in capitulis Religioſorum? ibid.nu. 19

Cõſtitutiones quędam Religioſorum, in quibus pręcipitur, vt qui nouerit peccatũ ſocij immediate denunciet Prælato, nõ ſolũ vtiles, ſed ex genere ſuo laudabiles. ibi.n.22

Quam reſtitutionem facere tenetur, qui verum crimen occultum iniuſtè reuelauit, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, & an dicere poſſit ſe fuiſſe mentitum, vt hoc modo reſtituat. ibid.nu.21. uid. ver. infamatio.

Quinam vero modus reſtituendi optimus, & conuenientiſſimus ſecundum diuerſos authores ibid.nu.22

Quotieſcunque quis iure poteſt, aut debet occultare aliquam veritatem: eodem iure vti poteſt verbis æquiuocis, nec tenetur ſenſum proprium aperire. ibid.nu.25

Reuelans crimen occultum fratris ordine iuris non ſeruato, retractando dictum ſuum affirmat ſe falſum dixiſſe, & mentitum eſſe, non mentitur ibid.nu.27

Non tenetur quis dicere ſe mẽtitum eſſe, ſi alio modo poſſit reſtituere, ſiue occultum crimen verum reueletur extra iudicium, ſiue non, ibid.nu.29. & 30

Sciens crimen, etiamſi non ſit inchoatum, ſed in procinctu, vt inchoetur, tenetur ad correptionem fraternã; quo ordine? l.12.c.14.nu.8.

Creditor.

Poteſt creditor loco debiti tantumdem in valore de bonis debitoris clam abſq; peccato, & ſine debito reſtituendi accipere, quando li.9 c.14.nu.5

An inuito creditore debitor Religionem ingredi poſſit. lib. 10.tract.6.c.4.nu. 18.

Quinam creditores alijs præferendi in ſolutione debitorũ. lib. 10 tract.6.c.7.nu.13

Creditores tacitam hypothecam habentes, qui, ibid.nu. 14

Quando plures ſunt creditores, & hæreditas non ſufficit, cui primum ſatisfaciendum. ibid.nu.26

Culpa.

Culpa triplex lata, leuis, leuiſſima.l.10.trac.2.c.14.nu.5

Et ex qua culpa tenetur reſtituire damnum proximi, qui ex officio debuit impedire.ibid.

In contractibus de leui culpa teneri hominem ad reſtitutionem damni ſecuti in vtilitatem vtriuſq; factis, communis eſt doctorum opinio.ibid.nu.8

Ob culpam leuem famuli, quibus ex ſpeciali officio, & mercede incũbit res domeſticas cuſtodire, ad reſtituẽdũ obligantur, ſecus vero de alijs.vid.ver.Obſtãs. & Reſtitutio.

Culpa, vel Theologice, vel iuridice ſumi poteſt, & ſic ſumpta triplex eſt, lata, leuis, leuiſſima.l.10.tract.3.c.1.nu.9

Non eſt idem culpa grauis apud Iuriſtas, & mortalis apud Theologos, nec leuis idem, quod venialis. ibi.nu.10

Cultus.

Cultus Dei non modo religionis Chriſtianæ, verum etiã iuris naturalis caput, & fundamentum eſt.l.4.c.3.nu 2.

Cultu Deorum falſo reiecto, quibuſnam ex cauſis induci poteſt homo ad vnum Deum colendum.nu.3

Cultu latriæ Deus ſolus adorandus.num.6

Cultu latriæ adoranda eſt Chriſti humanitas, inquãtum eſt diuinitati vnita, & eſt de fide.num.8

Cultu Hyperduliæ adoranda eſt B.Virg.Maria, ibidem numero 9

Cultu Duliæ adorandi ſunt ceteri Sancti, & Angeli, ibi. numero 10

Cultus Diuinus indebitè fieri poteſt, quot modis. cap.4.numero 1

Cultus ſuperfluus qualis cenſeri debeat.ibid.num 2

Cultus & falſo Deo exhibitus tres habet ſpecies, & quænam illæ ſunt.ibid.num.3

Cultus indebiti Deformitas vnde colligitur ſecundum Caietan.ibid.nu.4

Cultus indebitus qualiſcunque, ſiue ſit falſus cultus, qui Deo vero tribuatur: ſiue cultus Diuinus, qui falſo Deo detur, habet annexum peccatum mortale, num.eod.

Cultus communis falſitas ex parte colentis, quos ſpectat. ibid.num.eod.

Cultus particularis ſi falſetur, ſecluſo contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ, venialiter tantum peccatur.nu. eod.

Cultus Sanctorum non eſt idolatria, & in quo conſiſtit cultus, & honor illis exhibitus a Catholicis. ibid.nu.8

Cuſtos.

An Cuſtodes locorum, ſi diſſimulent cum cædentibus ligna, aut venantibus in locis, & paſcuis, ad reſtitutionem teneantur.l.11.c.11.nu.5

Cuſtodes in ſolidum reſtituere quando tenentur.ibi.nu. 7

Cuſtos quare damna illata reſtituere tenetur, quando principalis damnificato in conſciẽtia reſtituere nõ tenetur. ibi. Et quando liber erit à culpa, & à reſtitutione. ibi.n.8

Cuſtos ſe abſcondens, & cum venatoribus, & ligna cædentibus diſſimulans, vt ſic eos deprehendat in crimine fraganti, grauiter peccat.ibid.nu.9

Quando autem, & qua intentione faciens non peccat. ibid. num.eod.

D

Debitor. Debitum.

An debitor inuito creditore Religionẽ ingredi poſſit. lib.10.tract.6 c.4.nu 18

An, ſiue peccet, ſiue non, valida tamen ſit eius profeſſio, & de conſtitutione Sixt.V.ibid nu.19

Quænam cauſæ excuſant Debitorem, ne ſtatim reſtituat, tum ex parte ſui ipſius, tum creditoris.l.8.ibid.per totum vid.ver.Reſtitutio.

Debita reſtitutioni obnoxia in multiplici differentia.lib.10. tract.6.c 7.nu.1

Debita Realia prius ſoluenda, quam perſonalia. ibid. numero 8

An cum debita totam hæreditatẽ exhauriant, ſoluenda ſunt prius debita, quam expenſæ funerum; ib.num.23

Quo ordine teneatur hæres debita ſoluere; & An debita p ipſum cõtracta ſolui prius debeant, quam legata per teſtatorem.ibid.nu 24.& 25

An debita certa non realia, ſed perſonalia ex licito contractu prius ſoluenda, quam ex contractu illicito, & de debitis ex delicto contractis vid.plura ibi.nu.28.vſque ad 35

An debitor, qui prædictum ordinem in reſtituendo non ſeruat, peccet mortaliter; de creditore debitum petente. ibid.num.35.& 37.

Decalogus.

Decalogus eſt legum omnium epitome.lib.4.c.2.nu.4

Decalogi nomine quænam præcepta intelligantur.ibid.nu. 3 vid.ver Præceptum.

Decalogi mandata ſunt quaſi concluſiones Iuris naturalis. lib.9.c.7.nu.4

Delectatio Moroſa.

Non ſolum corporalis viſus, ſed interior affectus deliberatus, & deſiderium rei venereæ prohibetur.lib.8.c 6

Huiuſmodi affectus delectabilis eiuſdem ſpeciei peccatum, ac illud, quod committi deſideratur.ibid.nu.5

Peccatum delectationis Moroſę in quo cõſiſtat, & qua mora perficitur ibid.nu.6

Eſſe poteſt vel ex parte rei, vel ex cogitatione ipſius rei illicitæ.lib.8.c.7.nu.2

Quam cauſam moroſæ delectationis vnuſquiſq; repellere, & remouere tenetur.ibid.nu.4

Variæ cauſæ, ob quas huiuſmodi delectationes inſurgunt, & quam reſiſtentiam ijs facere tenemur.ibid.nu 5

Inaduertentia qualis iudicanda ſit voluntaria plene, & deliberata, vt delectatio ſit peccatum.ibid.nu.6

An delectatio moroſa ſine conſenſu exequẽdi opus ſit peccatum, & quid interſit inter voluntatem efficacem, & ſimplicem complacentiam.ibid.nu.7

Delectatio moroſa de re venerea quare ſemper mala, ratio prior aſſignatur.ibid.nu.9

Simplex complacentia de fornicatione præterita peccatũ mortale ex ſcripturis apparet.ibid.nu eod.

Quodnam debeat eſſe obiectum, & moroſa delectatio ſui mortalis, opiniones variæ.ibid.nu.10

Delectatio moroſa de ipſa cogitatione aliquando bona, aliquando mala, aliquando vana, & inutilis.ibid.nu. 11

Ex eo quod delectatio ſit de re iure naturali prohibita, nõ autem de re lege poſitiua interdicta, ratio peccati mort. deſumi non poteſt.ibid.nu.12

Delectatio ſimplex malitiam ſumit, nõ tam ex obiecto, quã ex oppoſitione ad rectam rationem, & virtutem.ibi.n.13

Licitum erit aliquid ſimplici delectatione, quod tamẽ peccatum eſſet mort.velle voluntate efficaci.ibid nu.eod.

Delectatio.

Delectatio, & ſimplex complacentia per ſuperbiam in excellentia propria poteſt eſſe mortalis.ibid.nu. 14

Regula traditur, qua cognoſci poteſt, quæ delectatio, aut diſplicentia ſit mort.quæ non.ibid.nu.eod.

Delectatio moroſa in quocunque peccato, quatenus eſt contra Deum, ſemper eſt mort.ibid.

Quatenus vero contra legem, & mandatum ſuperioris, poteſt eſſe mort.ex notabili complacentia. ibid.

Cõplacentia, & delectatio de homicidio, & morte proximi, vt malum illius eſt ex diſplicentia perſonæ, eſt mortale. Qnando vero ſecus, non eſt.ibid.nu 15

Delectatio de ludo prohibito non eſt peccatum mortale, etiamſi ludus ipſe mortalis ſit.ibid.nu.eod.

Delectatio ſimplex de duello, & huiuſmodi non eſt mortale, & quomodo intelligendus eſt locus S. Augu. de venatione periculoſa.ibid.nu.16

Delectatio de furto à ſe facto, vel ab alio, vel illud narrando poteſt eſſe mortale, & non mort.quando.ibid.n eod.

Delectatio interior de fornicatione, oſculis, tactibus impudicis, mort.ex pleno conſenſu ibid.nu.17

De peccato ſimplicis affectus diſplicentiæ quid dicendum, & quæ triſtitia de peccato proprio ſit mortalis.ibi. n.eo. & nu.18.quæ etiam triſtitia de bono proximi.ibid.

An omnis delectatio moroſa in materia venerea eiuſdem ſpeciei ſit cum opere exteriori.ibid.nu.19

Quæ luxurię ſpecies vnicã tribuũt malitiã ſimplici cõplacẽtię, cũ tñ eaſdẽ efficaciter velle duplex ſit peccatũ.ib.n.20

An ſit peccatum mortale in coniugatis extra actum ipſum matrimonij delectari de actu cogitato, maxime in abſentia alterius, ibid.nu.21

Qui votum caſtitatis abſolutum emiſit, & poſtea delectatur de re venerea cogitata cum quacunque muliere, eſt in ſpecie tàm ſacrilegij, quàm fornicationis.

Quando delectatio coniugatorum etiam in præſentia ſit mortalis: & An ſit mortale delectari de actu matrimoniali præterito, vel futuro. ibid.nu.22.& 23

Dæmon.

Dæmones quamnam futurorum cognitionem habere poſſint, & quomodo ea hominibus annunciare valent, lib.4.c.5.num.4

Dæmonum inuocatio alia expreſſa, alia tacita.nu.5.ibid.

Dæmonis inuocationis expreſſæ nouem ſpecies ſunt: Præſtigium: Diuinatio per ſomnia: Necromantia: Diuinatio per Pytones: Geomantia: Hydromantia: Acromantia, Pyromantia: & Aruſpicium; & quid ſint ſingulę ſpecies.ibi. nu.6.7.8.9.& 10

Dæmonum præſtigioſæ apparitiones, quibus aſpectui, & auditui hominum ſe ingerunt ad prænuncianda futura, quot modis fiant, nu.6

Dæmonẽ in forma Samuelis Sauli apparuiſſe qui ſentiant; & qui putant dici etiam poſſe animam Samuelis vere apparuiſſe.nu eod.

Dæmonum inuocatio tacita in quot genera diuidatur. cap. eod.nu.11

Dæmonis inuocationis tacitæ ſpecies primi generis ſunt Genethilia: Augurium: Aruſpicium: Omen: Chyromãtia: & Spatulamantia. Secundi vero generis ſunt: Protractio punctorum, & Sortilegium.c.eod.nu.12.13.& 14

Denunciatio.

Denunciationum genera quatuor: Euangelica, Iudicialis, Canonica, Regularis, & quid ſint harum ſingulæ. lib. 12. c.10 nu.2

Denunciatio Euangelica, & Iudicialis in multis differunt: Euangelica, & Canonica quomodo conueniunt.ib n.3.4

Denunciatio Iudicialis ab accuſatione in quibus differt. ibid.nu.5

Denunciationem an neceſſario præcedere debeat ſecreta admonitio delinquentis.ibid.nu.6

An, & quibus in caſibus fieri poſſit trãſitus a dennnciatione Euangelica ad Iudicialem, ibid nu.7

Denunciari Canonicè ſtatim debent quæ crimina delinquentium.ibid.nu 17

In crimibus, quæ ſunt in damnum publicum, quiuis ea denunciare tenetur.ibid.nu.27

In quibus caſibus non obſtante mandato generali, aut ſpeciali ſuperioris ſub excomm. aut iuramento non tenetur ſubditus peccata denunciare.lib 12 c.14.nu.27

Denunciando errores aliorum quando quis peccat grauiſſimè, nonnulla ſcitu digniſſima.c.15.nu.11

Depoſitarij.

Poſt habentes tacite hypothecã ſuccedunt depoſitarij, id eſt, deponentes, & commodantes. l.10.trac.6.c.7.nu.20

Poſt depoſitarios quinã ſuccedant.ibi.vid.ver.Reſtitutio.

Detractio.

Detractione fama læditur, & quid ſit.lib.11.c.3.nu 5

Quam odibilis ſit ex ſacris ſcripturis oſtẽditur, & ratione. ibid.nu.7

Detractio quid ſit, & quomodo differat a contumelia tum obiecto formali, tum materiali, lib.12.c 6.nu.1

Detractio varijs modis committi poteſt, præcipuè duobus directe ſcilicet, & indirecte.ibid.nu.2

Detractio materialis, & formalis quid.ibid.nu 3

Detractio formalis ex genere ſuo peccatum mortale eſt, poteſt autem ex triplici capite eſſe veniale, nu.4.& 5

Detractio formalis grauius peccatum, quam furtum, minus quam homicidium, aut adulterium, quomodo autẽ hoc intelligendum.ibid.nu.6.& 7

Detractio an ſit grauius peccatum, quam contumelia.vid. verb contumelia, ibid.nu.8

Detractio materialis nõ eſt ex ſuo genere mortale, ſed põt eſſe veniale, & mortale, & quãdo hoc dignoſcitur.ib.n.9

Detractio non eſt rationabiliter aliorum crimina denunciare, etiamſi ſequatur infamia.ibid.nu.eod.

Ex detractione, & diffamatione oritur neceſſaria obligatio reſtituendi, ibid.nu.10.

Deus.

Deus ſolus cultu latriæ adorandus, lib.4.cap.3.nu.6

Diabolus.

Non poteſt Diabolus eſſe cauſa peccati directe producendo ipſum actum voluntarium.lib.2.c.12.nu.2

Neceſſitatẽ ad peccandũ inducere nullo modo poteſt, ibi.

Eſt cauſa peccati ſuggerendo, & proponendo obiecta, & quomodo voluntatem mouere poſſit.ibi.nu.eo.vid.ver. Demon.

Diſpenſatio.

Diſpenſare in votis qui poſſint.vid.ver.votum.

Quid diſpenſatio communiter ſumpta ſignificet, & qui a lege, aut voto proprie diſpenſatur.lib.6.ca.11.nu.2.4.& 6.voti vinculum, & obligationem tollit ibid.

Poteſtatem diſpenſadi in Eccleſia relictam eſſe ſummo Eccleſiæ paſtori, certum eſt, ibid.nu 22

Quænam requirantur ad legitime diſpenſandum in voto. vid.ver.Votum.lib.6.c.vbi ſupra

In quibus ſolus Papa diſpenſat ibid.nu.29

Nemo ſecum diſpenſare poteſt, quare, ibid.nu.107

Quænam forma in diſpenſatione votorum obſeruanda, ibi. nu.109.vid verb.Prælati, & verb Confeſſores

An ſufficiens cauſa diſpẽſandi in voto ſit difficultas grauis, & moleſtia in voto adimplendo, lib.6.c.12.nu.31

Quænam ſint iuſtæ cauſæ, ac legitimæ ad voti diſpenſationem, ibid.nu.26

Diuinatio.

Diuinatio in quo conſiſtit.lib.4 c.5.nu.1

Diuinatio ſuperſtitioſa, quæ fit auxilio Dæmonis, mala eſt, & omni iure, ac lege damnata, nu.3

Diuinationum genera quot ſint, nu.5

Diuinatio per ſomnia qualiter fiat, nu.7

Diuinatio an ſit ſemper peccatum mortale, & in quibus caſibus ſolum veniale eſſe poſſit.c.eod.nu.22

Diuinatio per ſortes quot modis fiat, ibid.nu.14

Sors diuinatoria ſemper eſt peccatum mort.ibid.nu.18

Dominus.

In quibus peccant Domini in ordine ad ſeruos cõtra quartum Decalogi præceptum.l.7.c.7 nu 11

In quibus etiam ſerui contra dominos, ibid nu.12.

Dominatus. Dominium.

De dominio, authores, qui tractant, lib, 9.c.1.nu.5

Dominij vox, licet apud Ciceronem non inueniatur, apud graues tamen authores latinos peritiſſimos vſurpatur, li. 9.c.2.nu.1

Dominij propria ſignificatio quæ ibidem

Dominatus, & dominatio apud Ciceronẽ voces huic ſimiles, in quibus tamen differunt, lib.9.c 2.nu.2

De dominio aliter Iuriſconſulti, aliter Theologi, ſi non re ipſa, verbis ſaltem ſentire videntur.lib.9.c 2.nu.3

Dominij definitio, ſeu deſcriptio ſecundũ D.Thom, eiuſq; conuenientia cum definitione ſuperius explicata. lib. 9. c. 2.nu.4

Dominium propriè dictum non eſt ius ſuperiorum in inferiores v.g.Regis in ſubditos, Prælati in gregem ſibi commiſſum, & quare, l.9.c.2.nu.3

Dominium quotuplex ſecundũ Gerſon.Conradum, & alios l.eod.c.eod.nu.4

Dominij diuiſio ſecundum cauſas extrinſecas quotuplex. l.eod.c.eod.nu.6

Dominij diuiſio in altum, & baſſum, & quomodo vſurpantur, licet apud Iuriſconſultos aliter accipiantur.lib.eo.c. eod num.7

Dominiũ iuriſdictionis quid, & quotuplex l.eo.c.eo.n.eo.

Dominium communitatis, & particulare quid.l. eo. c.eod. num.9

Dominium proprietatis plenum, & non plenum, & quid ſint.l.eo.c.eo.nu.10

Dominium non plenum a iuriſperitis diuiditur in directũ, & vtile, lib.eo.c.eo.nu.11

Dominium directum eſt dominium ſimpliciter ſuo modo, vtile ſolum ſecundum quid, l.eo.c.eo.num.12

Dominij definitio, & in definitione dominij quomodo ius ſit accipiendum, lib.eo.c.3.nu 1

Dominium non ſolum eſt ius ad rem, ſed etiam in re, li.eo. c.eod.num.2

Dominandi poteſtas generali quadam ratione etiam brutis conuenit lib.9.c 4.nu.1

Dominium propriè ſecundum verã Theologorum ſententiam in rebus tantum ratione, & libero arbitrio vtẽtibus reperitur, l.9.c.eo.nu.2

Dominium aſtris, & brutis attributum metaphoricum, lib. eo.c.eo nu.3

Poſſeſſio quid, & quotuplex, l.9.c.9.nu.12

Poſſeſſionis definitio in communi explicatur, lib.eo.c.eod. num.15

Poſſeſſionis beneficiũ ſecundũ Theologos recentiores, li. eo.c.20.num.16

Poſſeſſio varijs modis diuiditur, & quid ſit poſſeſſio naturalis, quid ciuilis, quid vtraque ſimul, lib.eod.capi.eod.numero 171

Poſſeſſionis naturalis diuiſio, ſeu potius ſubdiuiſio. l.eod.c. eo.num.19

Poſſeſſio poteſt aliquando eſſe iuſta in re, & materialiter, ex conſcientia tamen erronea iniuſta; aliquando iniuſta iure, ſed iuſta ex bona fide, a qua denominatur communiter bonæ fidei poſſeſſio l.eo.c eo nu.20

Poſſeſſionis duo ſunt præcipui effectus, ſeu fructus, & quinam ſint illi, l.9.c.3.nu 20

Cum fama non poſſideatur ab homine, ſed ſit in mentibus aliorum, qua ratione fit, vt homo ſit famæ ſuæ dominus. ibid.nu.16

An res vere ſpirituales ſint materia dominij humani, ibid. numero 17

Actuum noſtrorum interiorũ, & ſpiritualium vere domini ſumus, vbi ſoluuntur duæ obiectiones, quæ in cõtrarium vrgere poſſunt. & nu ſeq ibi.nu.18

Ad verum dominium non eſt neceſſarium, vt dominus transferat in alium, ibid.nu.19

Bona ſpiritualia, quæ per hos actus neceſſario in animis noſtris relinquuntur, vere, & proprie dici poſſunt cadere in dominium humanum, ibid.nu 20

In gratiam, charitatem &c. non habemus dominium ita verum, & abſolutum, ſed verius dicimur vſufructuarij, quã domini, ibid.nu.21

Bona gratiæ gratis datæ non cadunt in dominium noſtrum, quare? ibid.num.22

Ratio dominij non ex rei dignitate, & præſtantia, ſed ex poteſtate, quam quis habet ſuper eandem, deſumenda eſt, vnde ſoluitur obiectio, nu.17

Dominus verus rerum omniũ eſt Deus titulo creationis, & gubernationis, lib.9.c.4 nu.4

De angelorum dominio incertum eſt ſolum eos habere actionum ſuarum dominium, & eorum bonorũ, quæ ſunt intrinſeca, certum eſt, lib eo.c.eo.nu.5

Dominus rerum corporalium ſublunarium iure naturali eſt genus humanum l.eo.c.eo.nu 6

Dominus rerum ſublunarium, ſi ſolum ius naturale, primã que rerum conſtitutionem ſpectemus non ſolum eſt cõmunitas hominum, ſed quilibet priuatus, lib.eod. c.eod, num.7

Dominij eſſe capacem quemlibet priuatum hominem, an verum ſit in quacunque ætate, ſenſu, & conditione, li.eo. c.eo. nu 8

Dominij opiniones afferuntur, & rationes aliorum l.eod.c. eod.nu.10

Dominij opinio vera, & de fide tenenda quæ, lib.eo.c.eod. num.11

Dominium non amitti per peccatum mortale probatur ex ſacris ſcripturis contra Tho. Vualdenſem, & alios, li.eo. c.eod num.eod.

Dominij fundamentum eſſe facultatem liberi arbitrij, quã eſſe, tam in malis, quam bonis, paganis, & infidelibus, quam Chriſtianis ratione demonſtratur contra Hoſtien. l.eod cap.eod.nu.12

De dominio gratifico, quod tradunt Ioan Gerſ. & Conradus, periculoſum eſt, & temerarium, libro 9. capitulo 4. num.13

Dominij humani opinio Martini Lede. affirmatiua, eiuſq; confirmatio, l.eo.c.5.nu.3

De eodem opinio verior, & communior negatiua, eiuſque explicatio, ibid.num.4

Dominium vitæ nec ius diuinum, nec naturale, nec humanum concedit hominibus, num.5

Dominus vitæ humanæ verus, ac proprius dicitur Deus; homo autem rectius cuſtos, adminiſtrator, vſuarius, fructuarius, ſeu poſſeſſor dicitur, ibid.nu.6

Reſpublica non obſtante dominio proprio habet dominiũ alium in ſuos Ciues, ibid.nu.14

Religioſus in particulari proprie dominium alicuius rei habere poteſt, c.4.nu.9

Homo an habeat dominium aſtrorum cæli, & elementorũ, & quomodo, li.9.c.5.nu.1

Homo quamuis ſimpliciter, & abſolute famæ ſuæ dominus ſit, hoc tamen dominium aliquando poteſt eſſe ita ligatum, & impeditum, vt in omnem vſum eodem vti non liceat. l.eo.c.eo.nu.13

Opinio Caietani, & aliorum circa dominium negatiua, eiuſque fundamentum, l.9 c.5.nu.10

Opinio ſecunda, & communior, & verior aliorum abſolutè, & ſimpliciter loquendo hominem habere dominium ſuæ famæ, & honoris, ſicut aliorum temporalium, l.eo.c. eo.numero 11

Opinio hæc probatur quatuor rationibus, lib.eod.ca.eod. numero 12

Amentes ſunt veri domini ſuorum bonorum, ſed non ſemper habẽt dominium gubernatiuum, & adminiſtratiuum eorundem, l.9.c.4.nu 9

Amentia ſuperueniens iuri in re, & dominio acquiſito non priuat ipſo facto tali dominio amentem. l.eo.c.eo.n.eo.

An ſolus intellectus, voluntas, & liberum arbitrium ſit dominij fundamentum, ita vt non requiratur fides, aut charitas, l.eod.c.eod.numero 10

Argumenti primi ſolutio ſupra nu.10. & oſtenditur Deum regna, & officia tribuere peccatoribus, l.eo.c.eo.nu 15

Argumenti Armachani eiuſq; confirmationis ſolutio, ſiue etiam opinionis Gerſonis, & Hoſtienſis, lib.eod.ca eod. numero 14

An vita hominis, & corporis integritas materia ſit humani dominij, l.eod c.5 num 2

An Reſpublica habeat dominium vitæ, ac membrorum ſubditorum, ac ciuium, l.9.c.5.nu 8

An homo famæ ſuæ, & honoris dominium habeat, & inter famam, & honorem differentia oſtenditur, lib.eo.c.eod. numero 9

Argumentorum circa dominium ſolutiones, lib.eo. c.eod. numero 15

De alijs bonis ſpiritualibus quaſi medijs, vt ſunt poteſtas ordinis, iuriſdictionis ad abſoluendum a peccatis &c. breuis ſolutio, ibid.num.22

Dominium proprietatis quodnam ſolet appellari, errorq; Anabaptiſtarum, & Trinitariorum, qui omne dominium inter Chriſtianos tollendum eſſe docent, lib 9.c.6.nu.1

In acquiſitione dominij rerum temporalium maxima differentia, l,9 c.9.nu.1

Res, quarum dominium acquiritur, cum antea nullius eſſent, ſunt in triplici differentia, ibid.num.2

Ad illarum dominium acquirendum duo requiruntur, ibi. numero 3

Omnes tituli generali nomine iuſtæ inuentionis continentur.

Res illæ, quæ antea nullius erant, nec vnquam fuerunt, non ſolum iure gentium, ſed etiam ciuili ſunt primum occupantis, dummodo non intercedat iniuria ibid. nu.4

An in venatione fera dicenda ſit capta, & iam ſub dominio venatoris, cum vulneratur, an ſolum cum per manus venatoris comprehenditur, ibid.num.5

An ſi quis ad feram capiendam laqueum tetendit, & fera capta ſit, quam alius capit prius, quam dominus venit, ſit illius, qui illud inſtrumentum expoſuit, an illius, qui eã ibi reperijt, indeque eam extraxit. ibid.num.6

Cum dicitur res, quæ ſub nullius dominio erant, fieri primo occupantis, ſimpliciter verum eſt, ibid. num.7

Theſaurus ſi ius naturale ſolum attendatur quocunque in

loco

loco ſit,capientis efficitur , ſi vero ius ciuile & poſitiuũ attendamus,quid ſtatuendum declaratur, ibi.nu.8
Qui in loco alieno theſaurum inueniunt ex induſtria tenētur reſtituere totum domino eiuſdem loci,& vtrum alij medietatem retinere ſibi poſſe affirment,ibi.nu.9
Theſaurus ab Authoribus duplex eſſe dicitur,& de quo prędicta intelligantur,ibi.nu.10
Mos gentium in ſepulchris cum mortuis diuitias multas recondendi,idemque in ſepulchro Dauid feciſſe Salomonem teſtatur Ioſephus,ibi.nu.11
An hiſpani,qui apud Indos Occidentales extraherent theſauros de ſepulchris,teneantur ad reſtitutionem,ibidem num.12
An qui ex voluntate domini theſaurum inuenit in agro alieno,illum ſibi,aut domino acquirat.ibi.nu.13
An qui theſaurum inuenit in loco ſacro,aut in eccleſia,illũ ſibi acquirat,ibi.num.14
Quid dicendum ſit,quando is,qui inuenit theſaurum,acceperit agrum,aut domum in pignus,aut maritus in dotem ibi.nu,15
Quid faciendum ſit,quando dominium loci, in quo inuentus eſt theſaurus,ſit inter plures diuiſum, ibi.nu.16
Cui applicandum ſit dominium theſauri inuenti arte magica,aut alijs diuinationibus,& modis illicitis ibid.numero 17
An Princeps cõtra ius ciuile in caſu prædicto ſtatuere poſſit,ibi.nu 18
Soluitur argumentum,quo affirmatur theſaurum vbicunq; inuentum eſſe inuentoris.
An qui emit agrum,in quo eſt theſaurus, acquirat ſibi theſauri dominium,ibid.nu.19
Quæ res proximo tempore ſub alterius dominio fuerint,ſi tamen vere iam nullius ſint,etiam fiunt primo occupantis,ibidem nu.20.
Translatio dominij ex communi doctorum conſenſu quomodo definitur,l.9.c.10.nu.1
An poſſit vnuſquiſque iure naturali rei ſuæ dominium propria voluntate in alium transferre.ibi nu.2
In extrema neceſſitate accipiens alienum fit dominus etiã domino nolente,& quando occulte ſurripere liceat,ita vt transferatur dominium,ibi.nu. 3
An ſola voluntas interior donandi,qua quis apud ſe certo ſtatuit aliquid dare,ſatis ſit ad transferendum dominiũ, ibi.nu.4
Sententia negatiua verior, & communior contra Ledeſm. & alios.ibid.num.5
Si Deus voluntatem,qua vult efficaciter donare,alteri oſtẽderet,an trãſeat eius dominium & alter fiat eiuſdem dominus.ibi.nu.6
Soluuntur argumenta ſententiæ affirmatiuæ ſupra nume.4. ibid.num 7
An præter conſenſum voluntatis eatenus ſignis, aut verbis expreſſum neceſſaria ſit traditio ad transferendum , aut acquirendum rei dominium ibi.nu.8
Quatuor caſus enumerãtur,in quibus transferre poſſumus dominium ſine traditione,qui caſus in iure excipiuntur, ibi num.9
An voluntas,& traditio ſufficiat ad translationem dominij ibi.num.10
An lex poſſit voluntatem domini cohibere,ne in aliũ trãſferat dominium,& impediat, ne alius acceptans acquirat dominium rei,ibid.nu.11
Donatio Pupillorum nulla , & irrita ante certum tempus , quo iudicio valeat,aliaque neceſſaria iuſte lege caueantur,ibi.num. 12
Qui Iudici confert aliquid,vt iniuſte ſententiam ferat, aut Aſſaſino,vt hominem occidat,dominium rei non transfert.
Leges prædictæ iuri , & æquitati naturali maxime conformes,ibi.nu.13
An ex ſolo iure naturæ impediatur alicuius rei proprię translatio dominij,ita vt vendere,aut donare non poſſit ibid.num.14
Princeps, & poteſtas publica aliquem etiam inuitũ bonorum ſuorum dominio priuare,& in alium transferre ex cauſa iuſta poteſt.l.9.c.11.nu.1
Non ſolum per leges publicas,& communes,ſed per priuatam iudicis ſententiam,vel Principis imperium transferri poteſt dominium ab vno in alterum inuito poſſeſſore, ibi.num.2
Poteſt Reſp.in pœnam delicti ciuem ſuis bonis ipſo inuito priuare,& in alium,vel ipſam Rempub.transferre, ibid. num 3
Secluſa ratione pœnę non poteſt Reſp.ſuo ſolo arbitratu, priuare ſubditos ſuos bonis , aut transferre dominium, ſed ſolum ob bonum commune, & vrgentem neceſſitatem.ibi.num.4
De lege,aut ſententia iudicis transferente dominium rei ab vno in alium regula aſſignatur, ibi.nu.5
Dominus ignotus,aut incertus quando dicitur.l.10.tract.5. c.2.num.4.
Poſt debitam inquiſitionem factam Dominus rei incertus , & ignotus varijs modis dici poteſt, ibi. nu.5.
Domino ignoto,cui faciẽda ſit reſtitutio ibi ver reſtitutio. An ſeruus Dominũ accuſare poſſit, & contra eum teſtificari,& in quibus caſibus.l.11.cap.19.nu.19

Dos.

Nec vxor,nec maritus diſtrahere poſſunt dotem,& diſtrahens tenetur reſtituere,l.9.c.16.nu 10
De reſtitutione dotis,ſiue ſit profectitia , ſiue aduentitia , quid dicendum ibid.nu.11.

Dubitatio. Dubius. Dubium.

Dubitatio ſpeculatiua,& practica quid ſit.lib.1.cap.13.numer.1
An manente dubitatione poſſit homo facere id,quod dubitat eſſe peccatum,ibi.nu.2
Qui dubitat de peccato,an ſit mortale,vel veniale,confiteri tenetur,licet communiter venialia confiteri non teneatur.
Facere id,de quo quis dubitat in particulari, an ſit mortale,eſt pecc.mor.an ſit veniale,veniale.ibi.nu.31
Plures habens præbendas,qui dubitat,an poſſit eaſdem retinere,quotieſcumque alias dubius,& incertus eſt , quid agere teneatur,omnem diligentiam adhibere debet,donec inueniatur,quod verius eſt.c.eo nu.6
In huiuſmodi dubijs , quando propria induſtria rei veritas inueniri non poteſt,tutiſſimum eſt remedium,conſilium doctorum ſequi,præcipuè ſuperiorum ibid.nu.7
Quando pro vna parte certum eſt,pro alia parte dubium , peccatum eſt ſequi id, quod dubium eſt,ibi. nu.8
Quando ex vtraque parte dubium eſt,& non poteſt deponi dubium, ſequenda eſt pars tutior.ibid. nu.9
An,dum aliquis rẽ poſſideat,& dubitet,an ſua ſit , teneatur reſtituere,an poſſit detinere,& illa licitè vti.ibidem numero 10
Dubius ante inquiſitionem debito modo factam poſſidere quidem,vti vero,aut alienare rem non poteſt ibid nu.13
Qui prudenter dubius eſt , & ſic manet poſt adhibitã diligentiam,non tenetur reſtituere,ſed poteſt integre poſſidere .
Immo vti poteſt,& alienare,modo paratus ſit pretium reſtituere,ſi conſtet rem eſſe alterius.ibid.num.15.
Quando pro ratione dubij non poſſit rẽ integram retinere,ſed debeat cum illo,quem dominum ſuſpicatur,diuidere.ibi.nu 16
Qui facit contra conſcientiam dubiam ſpeculatiue nõ peccat,ſed qui practicè,nec exponit ſe periculo iniuſtitiæ , qui in tali dubio rem detinet contra Cordubam,ibid.numer.17
Inter vſum cuiuſcunque alterius rei, quam quis poſſidet in dubio ,& inter vsũ matrimonij , in quo quis perſeuerat in dubio , diuerſa ratio contra argumentum Cordubæ, ibi.nu.18
An quando dubitatur de aliquo filio ſpurio.vtrum ſit legitimus necne,iudicari debeat in tali dubio legitimus,vt hæreditatem cum alijs percipiat,ibid.nu.19
An exiſtente dubitatione de aliquo facto,propter quod pęna aliqua a iure imponitur,credere quis ſe debet reum, & pœnam iuris incurriſſe,c.eo nu.20.
Qui dubitat de facto,propter quod excõmunicatio incurritur,

ritur, aut irregularitas, tutiorem partē eligere tenetur, & ſe excommunicatum, & irregularem exiſtimare, ibid. num. 23

In dubijs huiuſmodi facti pars tutior eligenda, non ſolum in foro interiori, ſed etiam exteriori, ibid. nu. 24

Quando eſt dubium pro vtraque parte & pars vna neceſſario eligenda eſt, quid tunc agendum, aut conſulendum. l. 1. c. 13. num. 25

Manente dubio tam in matrimonio bona fide, quam mala fide contracto, ſiue inquiſitio facta fuerit ad deponendū dubium, ſiue non, coniux tenetur debitum reddere: petere autem non poteſt, l. 1 c. 13 nu. 29

Coniugem durante dubio de valore matrimonij teneri ad reddendum debitum alteri petēti bona fide, quomodo intelligendum? ibi. nu 31

Reddendum eſt debitum in dubio, non ſolum quando dubium eſt de matrimonio præſenti propter impedimentum conſanguinitatis, aut criminis, ſed etiam quando dubium naſcitur ex impedimento prioris matrimonij, ibi. numero 32

Non ſolum, quando ſic dubius bona fide contraxit, ſed etiā quando mala fide, iniuſte debitum negaret contra Sotum. ibid.

Quando vterque coniugum dubius eſt de impedimento, neuter illorum ius habet debitum petendi. ibid. nu. 34

Vt dubius coniux debitum reddat petenti, intelligendum eſt poſt matrimonium conſummatum, ibid. nu. 35

An, qui votum Religionis emiſit ante pubertatē, & poſtea dubitat de ſufficienti vſu rationis tunc temporis, perſeuerans in hoc dubio teneatur votum adimplere? ibidem num. 36

Subditus in dubio an parere poſſit, aut teneatur prælato? ibid nu. 37

Dubius de facto tenetur partem tutiorem eligere dubius, an quod præcipitur, licite fieri poteſt, obedire non poteſt, ibid. 38. & 39

In Dubio, quando præceptum eſt de re, aut ſatis tuta, aut non euidenter mala ſubditus obedire tenetur, ibid.

De cuius præcepto ex probabili cauſa ſubditus dubius eſt, an ſit iuſtum, non tenetur obedire, ibid. num. 41

Maius malum eſt reuelare crimen fratris, quando dubium eſt, an præceptū ſit, quam non obedire præcipienti, ibi.

In huiuſmodi caſibus maxime conſiderari debet qualitas prælati, aut Iudicis, ibi. nu. eo.

E

Eccleſia.

ESſe in eccleſia poteſtatem condendi leges, quæ obligēt ſub pœna peccati mort. eſt de fide, lib. 3. c. 6. nu 8

Eccleſia actum nudum interiorem cum præcipere non poſſit, quomodo tamen ſub obligatione venit? ibi. nu. 15

An, & quare Eccleſia dies feſtos inſtituit celebrandos, l. 7. c. 1. nu 8

Eccleſia malum imprecando ijs, quos anathematizat, quomodo maledicit, l. 12. c. 5, n. 7

In eccleſia militante duo gladij quid ſignificent? lib. 12. c. 7. nu. 6

Eccleſiæ legibus non prohibentur Clerici Iudici ſeculari cauſas ſuas ciuiles committere, ibid. nu. 10

Eccleſiaſticus.

Perſonas eccleſiaſticas Iudicare nullo modo poteſt, & peccat. mort. & Bullam Cœnæ incurrit Iudex ſecularis. lib. 12. c. 7. nu. 8

Eccleſiaſticus a iudice ſeculari conueniri non poteſt, niſi in caſibus iure expreſſis, & quinam illi ſint? ibid. nu. 9

Viros eccleſiaſticos Principibus ſecularibus eſſe ſubiectos in rebus merè ſpiritualibus iuri diuino repugnat. ibidem

Iudex eccleſiaſticus perſonas laicas etiam in delictis mixtis iudicare poteſt, ibi. nu. 7. Vide plura ver. Clericus, & ver. Iudex.

Eccleſiaſticus ab epiſcopo citatus ſi comparere renuat, poteſt, & debet epiſcopus brachium ſeculare implorare. l. 12 c. 7. nu. 9

Epicheia.

An Iudex ſemper iudicare debeat ſecūdum verba legis in rigore, an liceat vti epicheia? li. 12. c. 9. nu. 2

Varij caſus a Doctoribus afferuntur, in quibus ſecundum epicheiam iudicandum, & nullo modo ſecundum verba legis. ibid. nu. 5

Epiſcopus.

Præcepta epiſcoporum ſub excomm. aut iuramento, vt ſubditi delicta manifeſtent, quando non obligant, l. 12. c. 14. nu. 22

Quando epiſcopus præcipit, vt nemo feſtiuis diebus operetur, an excommunicētur, qui neceſſitate compulſi operantur? l. 7. c. 1. nu 17

Epiſcopus Cardinalis damnari non poteſt niſi 72. teſtibus l. 12. c. 21. nu 25

Epiſcopis, & ſacerdotibus ſimpliciter interdictum eſt aduocati munus exercere l. 2. c. 22. nu. 6

Epiſcopi ignorantes ea, quæ ratione ſtatus eorum ſcire tenentur, peccant mort. l 2. c 9. nu. 31

Epiſcopi debent ex officio, vbi ſunt multi dies feſti ex conſuetudine, aliquot ex eis abrogare. l. 7. c. 4. nu. 15

Epiſcopi dies feſtos nouos non niſi in ſuis particularibus eccleſijs inſtituere poſſunt, neque id ſine cauſa vrgentiſſima, ibi nu. 16

Epiſcopi diſpenſare poſſunt circa feſta non ſolum conſuetudinis particularis, ſed etiam vniuerſalis, vel præcepti etiam vniuerſalis eccleſiæ ex cauſa rationabili, ibi. n. 17

F

Falſum Teſtimonium.

CVr circa peccatum falſi teſtimonij opus externum tantum expreſſe prohibeatur; actus vero internus alibi diſtincte, ſicut & in homicidio l. 9. c. 1. nu. 3

Fama.

Fama, & Honor bonorum externorum præſtantiſſima, & quam vtilis ſit fama, ac neceſſaria. l. 11. c. 3. nu. 1

Fama quid ſit, & quomodo differat ab honore, eiusq; definitio ſecundum Canoniſtas, & Summiſtas, ibid. n. 1

In bonā, & in malam partem accipi poteſt, communius tamen in bonam, eius veræ definitionis explicatio. ibid. num. 3 & 4

Famæ opponitur detractio, & infamia. ibidem. num 5

Fama nō ſemper in eodem genere reſtitui debet, ſic poteſt aliquando pecunijs, aut aliqua re æquiualenti compenſari contra Silueſt. ibid. nu. 26

De cuſtodia famæ præceptum eſt charitatis, non iuſtitiæ, l. 11. c. 3. nu. 44

Fama bonum commune quando, & quod contra iuſtitiam agit eam negligendo. ibid. num. 45

An in reſtitutione famæ locum habeat compenſatio? li. 12. c. 9. num. 19

An compenſatio famæ cum bonis fortunæ fieri poſſit? ibi. nu. 26

Feræ.

In feris qualiter dominium acquiritur, vel amittitur? lib. 11. c. 9 nu. 1

Animalia non fera regulariter ſunt ſuis dominis appropriata, etiamſi capta ſint, apud eos dominium manet, ibi. n. 2

Feræ autem, quæ nullius adhuc in bonis ſunt, iure naturali, & gentium primo capientis fiunt ibid. nu. eod.

Fera animalia, quæ non ſunt manſueta, nec abire, nec redire ſolent, quamdiu ſint dominorum? ibid. nu. 3

Quid de feris in ſaltibus vaſtiſſimis circumſeptis? ibi. nu eo.

Feræ, quæ educatione manſuetæ redduntur & abire, & redire ſolent, quamdiu ſunt dominorum? ibid. nu. 4.

Quænam non cenſentur manſuetudinem, aut conſuetudinem redeundi amiſiſſe? ibid. nu. eod.

Feſtum.

An, & quare Eccleſia dies feſtos celebrandos inſtituit. l. 7. nu. 8 cap. 1

Cur Eccleſia dies feſtos inſtituit, l. 7. nu. 9. c. 1.

Ad obſeruationem feſtorum non ſolum ſacræ literæ, ſed etiam lex ciuilis,& canonica, necnon prophani authores paſſim hortantur,l.7.nu.1.c.2.

Conſuetudo generalis,ſiue ſpecialis excuſat, quare, ibid. num.11.

An,quæ in die feſto licite fieri poſſunt ſine lucro,& quæſtu,fieri etiam licite poſſint propter pecuniam,ibidem num.13.

An licitè poſſint homines in feſto propter lucrum ſcribere,ibid.nu.14.

An Notarijs,& officialibus Curiæ lictum ſit in feſto trãſcribere,ibi.nu.15.

An liceat in feſto depingere,ib.nu.16.

Quando Epiſcopus ſub pœna excommunicationis præcipit, vt nemo diebus feſtiuis operetur, an excommunicentur ij,qui neceſſitate compulſi operantur,ibidem num.17.

Ad quænam opera tenemur in diebus feſtiuis,ibid.cap.3. num.1.

An hoc præcepto præter cultum externum teneamur etiam ad internum,ib.nu.2.

Peccatum in die feſto duplex peccatum exiſtimat Alexa. ib.num.3.

Teneri ad contritionem homines in diebus feſtiuis,ſi ſint mortali, qui docuerunt,& quare, & quæ vera, & quæ communis ſit ſententia,ib.num.4.5.6.&7.

Finis,in quem Deus,& Eccleſia dies feſtos ordinauit.

Sabbatum,& dies feſtos plene,ac perfecte celebrat quis, ibi.nu.8.

Quænam ſint dies illi feſti,qui à Chriſti fidelibus ultra diẽ dominicum de præcepto obſeruandi ſunt,ibid. numero 9.

An ſicut contingit aliquando dies feſtiuos transferri quoad officia,transferri etiam cenſeantur quoad obſeruãtiam.ibi.nu.10.

An quis teneatur dies feſtos patriæ,vel loci obſeruare.ib. num.11.

An licitum ſit in die feſto patriæ,ad alium locum ire, vbi dies feſtus non eſt,ibique totum diem in laboribus expendere,ibid.nu.12.

Quando feſtum incipiat,& deſinat,ib.nu.13.

Quidnam poſſit conſuetudo,aut ſuperiores Prælati circa dies feſtos de conſuetudine duo annotãda, ibidem numero 14.&15.

Summus Pontifex,& Conc. generale poſſunt nouos dies feſtos inſtituere, ſicut, & antiquitus inſtitutos abrogare,ibi.nu.16.

Epiſcopi tantum in particularibus ſuis Eccleſijs, nec id tamen ſine vrgentisſima cauſa,idque ex cleri,populiq; conſenſu feſta inſtituere poſſunt,l.7.c.3.nu.16.

Epiſcopi, & alij prælati Eccleſiæ diſpenſare poſſunt, non ſolum circa feſta particularis conſuetudinis, vel præcepti,ſed etiam vniuerſalis,ibi.nu.17.

Princeps ſecularis,Ciuitas, Reſpub.dies feſtos inſtituere non poteſt,ibi.nu.eod.

Quotieſcunque contingit neceſſitas etiam publica, nihil valet diſpenſatio Principis ſecularis,ib.nu.18.

Serui a Patronis iuſſi,aut coacti excuſantur,ib.nu.eod.

An,qui nunc viuunt,feſta maiorum voto, aut iuramento recepta ſeruare teneantur.ib.nu.19.

Filius.

An,ſi filius haberet peculium,accipere poſſet de illo inuito patre abſque peccato furti,nu.14.

An, ſi Pater obtineat a ſuperiori edictum, quo ſub pœna excommunicationis præcipiatur, vt qui furta commiſerint,illa manifeſtent,comprehendantur & filij.ibid. num.19.

An filiusfamilias,qui alienare non poſsit,quicquid ex ludo lucratur,poſſit ſibi tuta conſcientia retinere,l.11.c.12.nu.8.& 9.

Qui filios ſtultos,&c.appellant,non peccant mort.etiam ſi ex ira id faciant,l.11.c.6.nu.6.

An filius in criminalibus teſtificari poſſit contra patrem lib.12.c 19.nume.22.& 23.

An filius obligetur accuſare patrem de crimine hæreſis, aut infidelitatis.ib.nu.24.vſque ad 27.

Si pater innocentem aggrediatur,vt occidat,quem filius defendere non poteſt,niſi patrem occidendo,non tenetur innocentem defendere,l.12.c.10.nu.28.

An filiusfamilias clam ſurripiens bona parentum furtum committat,contra expreſſam,aut præſumptam voluntatem patris,l.9.c.16.nu.13.

Filius,qui percutit patrem,mortaliter peccat,l.7.c.5.numero 2.

Qui verbis contumelioſis deliberatè afficit,& ad iracundiam notabilem prouocat,ib.nu.3.

Qui contemnit,& indignatur parentes,eo quod pro illorum filio habeatur,ib.nu.4.

Qui parentes accuſat alicuius criminis,quamuis veri,numero 5.

Qui deſiderat aliquod damnum animæ,aut corporis,immo qui toruis occulis reſpicere ſolet parentes,licet non odit,peccat mort.ib.nu.7.& 8.

Qui in rebus grauioribus non obedit.ib.nu.9.

Filius in rebus,quibus non ſubeſt patri, non obediens nõ peccat.ib.nu.11.

Filius non tenetur in electione ſtatus pfectioris,vt in clericatu,aut ingreſſu Religionis obedire patri.ibi.nu.eo.

Nec ſemper in materia matrimonii,ibi.nu.12. In duobus tamen caſibus peccat mort.contrahendo,ſi non ſequatur voluntatem patris ibi. Quando autem poteſt filius, vel filia contra voluntatem contrahere,ib.nu.13.

Filius tenetur parentum neceſſitati tam ſpirituali, quam corporali ſubuenire,ib.nu.14.

Qui habet patrem, & filium in extrema neceſſitate, cui prius ſubuenire teneatur,ib.nu.16.

An patrem magis,quam matrem amare,& ſuccurrere teneatur,ib.nu.17.

Quibus in caſibus Religionis occaſione pietatis officia in parentes prætermittenda,l.7.c.6.per totum.

Fiſcus.

Fiſco,qui non accuſat furtum ex ærario publico, tenetur reſtituere quicquid in ærario acceptum fuerit,l.2.c.14. num.13.

Officialis non accuſando impediens bona fiſco applicanda non ſolum contra iuſtitiam,legalem, ſed etiam cõmutatiuam peccat,quicquid doceant nonnulli.ib.n.18.

Fiſcus,etiamſi in probatione deficiat,nõ punitur, quare? l.12.c.15 nu.19.

Intelligens ſe non poſſe probare, & tamen accuſans grauiter peccat,ib.nu.eod.

Quænam bona fiſco applicanda præſcribi poſſunt,lib. 9. c.12.num.31.

Fiſcus poſt ſententiam latam habet ius ad pęnas,l.10.trã. 2.c.13.nu.13.

Fornicatio.

Fornicatio ſimplex quid ſit,eiuſq; nominis ratio,& quod metaphoricè ſic dicatur omne peccatum mort.lib.8.ca. 2.num.1.

An fornicatio ſimplex ſit peccatum mort.ex genere ſuo, cum Deus aliquando pręceperit fornicationem;& quęnam hæreſes circa hoc exortæ ſunt,ib.nu.2.

Fornicatio mala non ſolum, quia iure diuino prohibita, ſed etiam iure naturali illicita,ib.nu.8.

Fornicationem nõ eſſe contra ius naturale,quia nõ decalogo expreſſe ꝓhibetur,falſo docuit Durãdus, ib.nu.4.

Eius deformitas,& turpitudo,ib.nu.eod.

Gentiles inexcuſabiles, qui fornicationem ſimplicem licitam eſſe putabant, cum nullum excuſet ignorantia præcepti naturalis.ib.nu.eod.

Oſea ſumendo ſibi vxorem meretricem, & fornicariam non peccauit contra hoc præceptum,quare? ibidem, numero 5.

An fornicatio ſimplex ſit peccatum mort.ſemper,vt nullus caſus excipicatur,ibid.nu.6.

An fornicando vir grauius peccet,quam femina.ibidem, num.7.

An ſi quis cum vidua peccet,fornicationem , vel adulterium committat,ibid.nu.8.Peccatum luxuriæ in vidua grauius peccatum quam in meretrice , & quæ ſit verè Vidua,ib.nu.eod.

Fornicatio concubinatus grauiſſimum peccatum,ibidem, nu.9.

In Clericos,& viros Eccleſiaſticos ſic delinquentes quænam pœnę a ſacris canonibus inflictæ,ib.nu.10.

Acceſſionem vnam,& conuerſationem ſuſpectam,& illicitam Clericis prohibere,& punire quando,& quomodo intelligatur,ſecundum Concil.Trid.ibid.nu.11.

Furtum .

Furti nomine non ſolum iniuſta rei alienæ acceptio,ſed etiam iniuſta detentio intelligenda,l.9.c.1.nu.4.

De furto agens S.Tho.cur alios præmiſit articulos de dominio,proprietate,poſſeſſione,&c.ib.nu.eod.

Poteſt creditor loco debiti tantundem in valore de bonis debitoris clam abſque peccato,& ſine debito reſtituendi accipere,ſi adſint conditiones requiſitæ,ib.nu.5.

Lib. 12. c. xiv

Conditiones requiſitæ quænam ſint,& quot,ibidem, numero 6.& 7.

Quare prædictis conditionibus cõcurrentibus licitum ſit cuique rem ſuam occulte accipere,ib.nu.8.

Seruatis conditionibus poteſt quis non ſolum rem eandẽ occulte accipere,ſed ſi non manet eadem , æquiualentem .

An quæ de furto dicta ſunt,procedant etiam de rapina,veritas declaratur,ib.nu.9.10.& 11.

An excommunicatio generalis Epiſcopi lata contra eos , qui furtum commiſerunt,comprehẽdat etiam eos , qui ita occulte ſurripuerunt gratia recompenſationis, ibid. num.12.

Quæ certa,quæ incerta ſtatuenda ſunt,ib.nu.13.

In omnibus caſibus fur iniuſtè , aut illicite recõpenſans non tenetur reſtituere,vt rectè Corduba, ibidem . nume.14.

Sciens antequam denuncient in ijs caſibus,in quibus denunciare tenetur,prius detentorem admonere debet.

Si fuit iniuſta acceptio alicuius tertij,erit iniuſta detentio, ac perinde excommunicatio lata eum comprehendit niſi ſine mora reſtituat,ib.nu.15.

An qui rem vidente,& non contendente domino aufert, furtum committat,& reſtituere teneatur,ib.nu.16.

An liceat abſque peccato furti alienum aufere ad occurrendum proprię,& præſenti neceſſitati,ib.nu.17.

Neceſſitas triplex,quid autem neceſſitas extrema,ibidem nu.18.

Quod in iure ciuili dicitur,& extreme indigentem alienũ accipere non debere,quomodo intelligendum,ibidem, num.19.

An extreme indigens poſſit iuri ſuo renunciare,& potius, mortem pati,quam aliena accipere,ib.nu.20.

Cur liceat in extrema neceſſitate furari,cũ non liceat propter vllam neceſſitatem fornicari,multiplex reſpõſio , ſed ſingulæ improbantur,ib.nu.21.

Vera,& ſolida reſponſio cur fornicatio nullo caſu licita ſit,ſecus vero furtum Medi Sylu.& aliorum,ib.n.22.

Accipere res temporales vrgente neceſſitate furtum non eſt nec naturali,nec diuina lege prohibitum

An neceſſitatem extremam pati cenſendi ſunt illi , qui quamuis hoc loco,& tempore neceſſaria non habeant, alio tamen in loco,& tempore habituri ſunt,aut etiam ſi qui in periculo ſunt amittendi famam , & honorem, ibid.nu.23.

An cum pauper in extrema neceſſitate conſtitutus ſit, cui multi ſubuenire poſſunt, licitum ſit alicui eorum accipere a ſingulis ſuas partes , vt ſic indigenti ſubueniat , ibid.nu.24.

An licet rapina proprie dicta ſit peccatum, aliquo tamen caſu excuſari poſſit a peccato,ib.nu.25.

An liceat Chriſtianis bona infidelium ſine peccato per vim auferre,ib.nu.26.

Quoſnam infideles poteſt Princeps non ſolum bonis, ſed vita priuare,ib,nu.27.

Quoſnam infideles,nec perſona priuata,nec poteſtas publica captiuare,aut bonis priuare poteſt,ib.nu.28.

An liceat Chriſtianis fideles captiuos , & bona, quæ iniuſtè detinent,per vim auferre,ib.nu.29.

Si infidelis rex ablatas fidelium publice vendiderit, poterit fidelis eaſdem emere, tenenturque domini priores, vel pretium datum ſoluere,vel qui pretio redemit ius, & dominium ſuum cedere, quam pro libito vendere , aut donare,aut reſtituere poſſit,ib.nu.30.

Furtum,& a fortiori rapina peccat. mort. ex genere ſuo , quare,l.9.c.15.nu.1.

Ex imperfectione actus , aut defectu deliberationis , aut paruitate materiæ poteſt eſſe veniale,ib.nu.3.

An quæcunque acceptio rei modicæ ſit veniale tantum , ib.nu.3.

Gabriellis opinio falſa,cui nec ratio,nec iura ſuffragãtur .

In omni materia præceptum iuſtitiæ (in alijs enim non vniuerſaliter verum eſt) paruitas rei excuſat a mortali, ib.nu.4.

Ratio ex D.Th.deducta ꝓ parte negatiua ſoluitur.ib.n.5.

Rationi ex iure deſumptæ duplici modo reſpondetur,ib. num.6.

Omne furtum licet decalogo ſit prohibitũ,non eſt tamen mort.niſi notabile furtum.paruum,& magnum differre ſpecie falſo docuit Nau. ib.nu.7.

An ſatis ſit ad peccatum mortale animus furandi,nihil de notabili,aut parua quantitate cogitans,ib.nu.8.

Quænam materiæ quantitas iudicanda eſt ſufficiens ad mortale,aut veniale in particulari, aut indiuiduo conſtituendum,ib.nu.9.

Duorum argentorum,immo vnius,immo dimidij argẽti quantitatem ex natura rei quantitatem eſſe ſufficientẽ ad mortale docet Nau.ſed male,nu.13.ib.nu.10.

Quænam grauis quantitas ſimpliciter ſecundũ Salon.vbi refellitur opinio,quam ſecutus eſt Dominicus Bannes. ib.nu.11.

Regula certa de grauitate, aut leuitate ſtatui non poteſt , ſed eſt arbitrio viri boni committendum habita ratione circunſtantiar,ũloci,perſonarum,& damni,ib.n.12.

Opinio Nauar.nimis dura cenſetur,& Salonis ratio , non probatur,ib.nu.13.

Quamuis nulla certa regula dari poſſit de quantitate neceſſaria ad mort.poteſt tamen dari aliqua pecuniæ quãtitas , quæ abſque vllo reſpectu perſonæ erit cauſa in furto mor.ib.nu.14.

Poteſt rationabiliter aſſignari, tam parua materia,quę ex ſeipſa non niſi veniale conſtituere poteſt,ib.nu.15.

Grauitas materiæ non æqualiter ſumenda eſt in omnibus rebus,ib. nu.16.

An peccent pueri aulici,qui dominis inſeruientes de mẽſa tollunt,quæ deuorent,ib.nu.17.

Quid dicendum de excommunicationibus,quæ feruntur aliquando ob furta , an materia ſufficiens ad mortale ſufficiat,vt iudex Eccleſiaſticus ferre poſſit ſententiam excommunicationis,ib.nu.18.19.& 20.

An qui repetitis vicibus ab eodem accipit duos , aut tres iulios ſine intentione amplius furandi , poſtea accipit tres,aut quatuor, qui omnes ſimul ſufficiunt ad mort. peccet mort.in illa acceptione,ib.nu.21.

Quoad vſitatiorem ſub mortali obligari cenſet Naua.

Contraria,& communis opinio ſi furetur multa parua ſine animo inferendi damnum notabile non teneri ſub mortali ib.nu.22.

Si furtum maneat inter limites peccati venialis,ſub veniali tenetur,ſi ad mort.pertingat,ſub mort.tenetur reſtituere,ib.nu.23.

An præſuppoſito quod qui furatur multas minimas quãtitates,ita vt quamprimum peruenerit ad quantitatem notabilem,peccauerit mort. teneatur ſub mort. totam ſummam reſtituere,ib.nu.24.

Excuſati a mortali ſētit Petrus Nau. quæ opinio Authori vt verior placet contra Medin. & Cordub. ibidem, numero 25.

Soluuntur argumenta tria pro confirmatione opinionis contrariæ, ibid. nu. 26.

An, qui modicum a pluribus furatur, quamprimum perueniat ad magnam quantitatem furtum mortale committat, ib. nu. 27.

Sola quantitas rei furto acceptæ ſine ordine ad nocumentum ſufficiens eſt mortale cōſtituere, vnde ſoluitur ratio Angeli, ibid. nu. 25.

An furtum ſit minimum omnium peccatorum, quæ fiunt contra præcepta Decalogi, ibi. nu. 29.

Fornicatio ex genere ſuo grauius peccatum, quam furtū. ibid. nu. 30.

Soluitur ratio in contrarium adducta, fornicationem non eſſe intrinſecè malam, quod affirmare eſt error hæreſi proximus, ibi. nu. 31.

An licitum ſit occidere fures maxime diurnos, de quibus, præſumitur, quod ſolum furari velint. ibid. nu. 32.

Communis, & vſu recepta opinio contra Scotum licitum occidere fures pro furto inſigni, vel pluribus repetitis, ibi. num. 33.

Ratio totalis, quare liceat fures punire, & etiam ſuſpendere, ibi. num. 34.

Quæ à Scoto in contrariū afferuntur, facile diluuntur, ib. num. 35.

Pro varietate temporum, & locorum variæ leges in diuerſis locis, & prouincijs contra fures la tæ ſunt, ib. numero 36.

An fures ad Eccleſias confugientes earundem immunitatibus gaudeant, de Bulla Pij V. & Gregorij XIII. ib. num. 37.

An ſi vxor aliquid occulte a marito accipiat, furti peccatum committat, l. 9. c. 16. nu. 1.

Vxor habens virum prodigum poteſt ſine peccato contra eius voluntatem celare de bonis illius, vt prouideat, ſibi ſuiſq; neceſſaria, nec tenetur viro præcipienti, vt ſibi omnia tradat, obedire, ib. nu. 2.

An ſi eo ignorante alia bona diſtribuat, aut ſurripiat, peccati furtum incurrat, & reſtituere teneatur, ib. nu. 3.

Quamuis bona ſuperlucrata conſtante matrimonio ſecūdum pleroſque ſint bona vtriſque communia, non poteſt tamen vxor notabilem quantitatem occulte accipere ad donandum, vel erogandum ſine expreſſa, aut præſumpta viri licentia, ib. nu. 4.

Cur vxor ad reſtitutionem teneatur, cū pupillus de clam acceptis a tutore non teneatur, quod ſuum accepit, & non alienum, ib. nu. 5.

Quare libera diſpenſatio bonorum communium ad virum pertineat.

Quibus in caſibus procedunt prædicta de reſtitutione, & quænam licentia cenſetur eſſe pręſumpta, ibidem, nu. 6. 7. & 8.

An obligatio ſubueniendi pauperi fratri ſit implenda ſecundum ſtatus decentiam, an tantum ſecundum naturalem neceſſitatem, ib. nu. 9.

Sicut nec vxor, ita nec maritus poteſt diſtrahere dotem mulieris, aut donatum propter nuptias, & diſtrahens tenetur reſtituere, ib. nu. 10.

Si religioſus rem alienauerit, aut ipſemet ſine licentia, aut neceſſitate vlla conſumpſit non tenetur proprie reſtituere, vt notat Nauar. ſed duo in hoc caſu facere tenetur, ib. nu. 21.

Conſtitutio Clementis Papæ VIII. ne quis religioſus aliquid dare poſſit ex redditibus, aut quouis modo ad ipſos, vel ad monaſteria pertinentibus cuicunque alteri etiam ſimplici, & particulari religioſo.

An famuli, aut famulæ auferentes de rebus dominorum, aut dominarum, contra eorum expreſſam, vel tacitam voluntatem furtum committant, ibi. nu. 23.

Quid chriſtianus ab infideli captus agere poteſt, & tenetur, ibid. nu. 24.

Limitatio Petri Nauar. de fuga ſeruitutis cauſa vitādæ ab authore improbatur, ib. nu. 25.

De alijs famulis an peccent auferendo aliquid a dominis ſuis, ib. num. 26.

An qui certo ſtipendio promiſit ſeruire, vel cauſa diſcēdi officium, ſeu artem aliquam ad certum numerum annorum fugiat, ſi mort. peccet, ib. nu. 27.

In duobus caſibus putat Author illum peccare, ſi vel ex violatione obligationis ſequatur damnum notabile, vel fugiat abſque cauſa rationabili, etiamſi dominus non inde damnificetur notabiliter, ib. nu. 28.

An ſubditi, ſeu Vaſalli peccent mort. defraudando gabellas, & vectigalia regia, ib. nu. 29.

Communis, & verior opinio gabellas iuſtas ſoluendas in foro conſcientiæ, etiamſi non exigantur, & tenetur ad reſtitutionem, qui defraudauerit contra Naua. & alios, ibid. nu. 30.

Probatur ex ſcripturis, & rationibus confirmatur, ibidem, numero 31.

Soluuntur rationes in contrarium adductæ, & fundamētum Nauar. ſaltem oſtenditur, ibid. nu. 32.

Futurum.

Eutura præcognoſci poſſunt quotupliciter, & quot modis futurorum cauſæ ſe habeant, l. 4. c. 5. nu. 2.

Futurorum euentuum inquiſitio ex operatione Dæmonū fit duobus modis vel tacitè, vel expreſſe, nu. 4.

Futurorum cognitionem quamnam Dæmones habere poſſint, & qua ratione illa hominibus annunciare, nume. eod.

Futura vt præcognoſcantur, vti ſomnijs quando, & quomodo liceat, nu. 9.

G

Gabella.

CEſſante cauſa licitum erit fraudare Gabellam, etiam ſi ab initio iuſte fuerit impoſita, lib. 4. cap. 7. nu. 12.

An ſubditi, ſeu Vaſſalli peccent mort. defraudando gabellas, & vectigalia regia, l. 9. c. 16. nu. 29.

Etiamſi non exigantur teneri ad reſtitutionem in cōſcientia docetur contra Nauarrum, ib. nu. 30.

Græci.

Græcorum error de obligatione reſtitutionis refellitur, & argumenta ſoluuntur, l. 10. tract. 1. c 1. nu. 7.

Gubernatores.

Reſpublica non intendit obligare Gubernatores ad omnem diligentiam poſſibilem, libro 10. tract. 2. capit. 13 num. 7.

H

Hæres.

AN Hæres defuncti vota adimplere teneatur, ſeu obligatio voti ad hæredes tranſeat, l. 9. c. 7. nu. 11.

De voto perſonali, reali, vel miſto quid dicendum quoad hæredes, ib. nu. 12. 13. & ſeq.

Quo ordine teneatur hæres debita ſoluere, an prius debita per ipſum contracta, quam legata per teſtatorem, li. 10. tract. 6. c. 7. nu. 24. & 25.

An cum debita totam hæreditatem exhauriant, ſoluenda ſint prius debita quam expenſæ funerum, l. 10. tract. 6. c. 7. nu. 23.

Quo ordine teneatur hæres debita ſoluere. ibidem, numero 24.

An debita per hæredem ipſum contracta ſolui prius debeant quam legata per teſtatorem. ibidem, numero 25.

Quando plures ſunt creditores, cui primum reſtituenda ſint debita ibid. num. 26. Vide verb. Debitor.

Hæreſiarcha. Hæreſis.

Hæreſiarcha inducens alios in errores non ſolum tenetur errores,quos diſſeminauit,reuocare,ſed etiam veritatẽ docere,l.11.c.1.nu.19.

An in crimine Hæreſis, aut infidelitatis obligetur filius accuſare patrem,& an contra eum teſtificari poſſit lib. 12.c.19.nu.19.nu.23.& 24.& ſeq.

An in peccato hæreſis ſufficiat quodcunque voluntarium ſiue directum, & expreſſum,ſiue indirectum,& interpretatiuum,l.2.c.9.nu.34.

Hæreticus pure mentalis non eſt excommunicatus,lib.2. c.6.nu.15.

Hæreticales blaſphemiæ quæ,& quomodo puniendæ.vide ver.Blaſphemia,l.6.c.13.nu.20.

In crimine Hæreſis,& Apoſtaſię poteſt ſpecialiter inquiri ſine infamia præcedente, & ſine accuſatore vero, aut falſo,l.12.c.11.nu.1.& c.15.nu.8.

In crimine hæreſis ſtandum eſt poſteriori reſponſioni in iudicio ex interuallo exhibitæ,l.12.c.21.nu.18.

Homicidium.

An ſit licitum priuata authoritate aliquem occidere, l.7. c.10.nu.1.

An ſit licitum cuicunque de populo tyrannũ publice, aut clam occidere,ib.nu.2.

Quãdo tyrannum nullo modo occidere licitum eſt, veritas tanquam de fide tenenda,ib.nu.3.

Quilibet priuatus apertè,vel occultè tyrannum occidere poteſt,quando,ibi.nu.4.

Si fuerit ſimplex promiſſio abſque iuramẽto poteſt occidere,ibi.nu.5.

Quid dicendum,ſi fides,& promiſſio cum iuramento cõfirmetur,ibi.nu.eod.

An maritus vxorem in adulterio deprehenſam licitè poſſit occidere,ib.nu.6.

Legibus antiquis occidere potuit impune. Occidentem vxorem priuatim in adulterio deprehenſam,dotem,& bona,quæ marito lege adiudicantur,amittere,vbi ſancitum eſt,ib.nu.7.

Qui adulteros non inuenit in flagranti delicto, & eos ſimul non occideret,ſed alterum tantum,& morta.peccat,& contra iuſtitiam,ib.nu.8.

Priuata authoritate vxorem qui occidit ante Iudicis ſententiam, quamuis per leges ciuiles impunis ſit, peccat mortali peccato homicidij,ib.nu.eod.

Leges ciuiles non præcipiunt,ſed permittunt,quare,ibid. num.9.

Dubij cuiuſdam ſolutio,quid Nicolaus Papa de homicidio ſenſerit in adulterij deprehenſione, ibidem numero 10.

Poſt ſententiam latam a Iudice poteſt maritus exequi ſẽtentiam,nec peccabit mortaliter, aut venialiter, dotem tamen amittit,ib.nu.11.

Patri filiam in adulterio deprehenſam occidere olim licitum,iam vero leges illæ vſu abrogantur;ideoq; priuata authoritate occidendo peccaret,ibid.nu.12.

An cuicunque priuato liceat occidere inuaſorem pro vita propria defendenda,l.7.c.10.nu.13.

Communis,& verior ſententia contra Io.Gerſon.& alios quæ ibi.nu.14.

Iure ciuili,& canonico comprobatur licitum eſſe,ibi. numero 15.

Solutio argumenti ſuperius allati nume.13. ibidem, nume.16.

Soluitur ſecundum pro confirmatione Io.Gerſon.& Hugonis,ibid.nu.17.

Quænam conditiones requirantur ad moderamen inculpatæ tutelæ,vt occiſio inuadentis ſit licita. Qui probabiliter ſe occidendum videt, poteſt præuenire. ſecus autem grauiter peccabit,& erit homicidia.ibi.num.18.

An licitum ſit ad vitæ defenſionem occidere alterum ex intentione,ibid.nu.19.

Dura nimis opinio eorũ,qui negãt licere priuato.ib.n.20.

In defenſione ſui alterum occidentem occidere non priuata,ſed publica authoritate (vt Gregorius de Valentia cum alijs) falſum eſt,ib.nu.21.

De iure naturali licet tam laico contra clericum, qua clerico contra laicum ſe defendere,& in quibus locum habet hæc defenſio,ib.nu.22.

Licet vel innocentem occidere,vt puerum, aut phreneticum in defenſione ſui, ſi aliter ſaluus quis eſſe non poteſt.ibid.nu.23.

Etiamſi inuaſus dederit operam rei illicitæ, & occaſionẽ obtulerit inuaſori,iuſte poteſt inuaſorem occidere contra Mart.Nauarrum,ib.nu.24.

An ſicut licitum eſt aggreſſorem occidere,liceat etiã prætermittere defenſionem ſuam, & potius mortem pati, ne inuaſorem occidat,l.7.ca.10.nu.25.

Veritas quæſtionis quatuor propoſitionibus abſoluitur, ib.nu.26.

An licitum ſit ob defenſionem honoris,cum moderamine inculpatæ tutelæ aggreſſorem occidere.ibidem, numero 27.

Licita huiuſmodi defenſio procedit in ſolis nobilibus,non in plebeis,& laicis,non in clericis,aut religioſis.In nobilibus autem percuſſio, ſeu occiſio licita erit, quando ib.nu.28.

Honorem auferentem,& fugientem,repercutere, vel occidere poſſe nobilem ab eo læſum,vt docuit Nauar. ab Authore refellitur,ib.nu.29.

An pro rei familiaris defenſione, inuaſorem occidere liceat ib.nu.30.

Licitum eſſe pro difenſione bonorum inuaſorem occidere,quomodo intelligendum,ib.nu.31.

Quomodo lege charitatis.vita proximi rei familiari præferenda,vnde ſoluitur argumentum,ib.nu.32.

Latro diurnus,aut nocturnus ſint,telo,& inermis iuſte occidi non poteſt,quare?& ſoluitur ratio Couarruuiæ.ib. num.33.

An,quæ de defenſione dicta ſunt vera ſin,tam de Clericis,& Regularibus,quam de ſecularibus. ibidem, numero 34.

An eodem modo liceat interficere inuaſorem pro defenſione vitæ,honoris,ac bonorum amici, vel proximi innocentis,& Reipubl. cum moderamine inculpatæ tutelæ.ibid.num.35.

An pro defenſione caſtitatis liceat inuaſorem interficere. ibid.num. 36.

Errores eorum,qui in vniuerſum bella damnarunt, quorum hæreſis à ſacra ſcriptura refutatur.ibid.c.13.nu.1.

Ratione probatur,tum bellum defenſiuum eſſe licitum, tum offenſiuum,ib.nu.2.

Ad bellum iuſtum gerendum tria requiruntur. ibid. numero 3.

In particulari variæ cauſæ bellum inferendi colliguntur, ib.num.4.

Quare filij Iſrael debellarunt Reges Amorrhæorum,ibi. nu.5.

Vt cauſa belli iuſta ſit,non ſufficit, vt Princeps credat ſe iuſtam habere cauſam,ſed requiritur,&c. ibidem, numero 6.

Poſt diligentem principis inquiſitionem,re dubia manente,quid agendum ſtatuitur,ib.nu.7.

Ad bellum iuſtum requiritur recta intentio, non tamen eſt neceſſaria,ib.nu.8.

Præter tria prædicta ad homicidij peccatum vitandum quæ moderatio,aut quis bellum gerendi modus tenẽdus,ib.nu.9.

Omnes nocentes parta victoria ſemper interficere nõ licet,ib.nu.10.

Duellum quid, & an aliquando ſit licitum. ibidem, numero 11.

Duellum abſolutè loquendo ſemper malum,& iure prohibitum,ib.nu.12.

Duellum quare licitum cenſeatur variæ cauſæ enumerãtur, & vt futiles reijciuntur, ibidem, nume. 13. & numero 14.

An ob uitæ defenſionem liceat acceptare duellum, ibid. num.15.

An liceat reſoluere bellum in duellum,ibid.nu.16.

An licita ſit conditio illa quorundam duellorum, ut nullus ex circunſtantibus opem ferat alicui,ibid.nu.17.

De pugna cum Tauris eorumque agitationibus,lib.7.ca. 13.nu. 18.

De Bulla Pij V. contra hoc periculoſum genus pugnæ licentioſè locutus eſt Medina,ibid.nu.19.

Quinam dum huiuſmodi agitationibus taurorum inter ſunt peccant mort. An ipſo facto pœnam excommunicationis incurrant,ibi.nu. 20.

Circa peccatum homicidij cur opus externum,& internũ diuerſis præceptis diſtinctè prohibeatur,lib.9.ca.1.numero 1.

Homicidium opponitur immediate iniuſtitiæ non charitati,& cur maiori pęna puniatur, quam periurium, cũ tamen ſit grauius peccatum periurium homicidio, l.5. ca.4.nu.9.

Homicidium caſuale quid ſit,& quotuplex,lib.9.cap.14. num.1.

Homicidium,quod proprie caſuale dicitur,& culpabile, contingere poteſt dupliciter,ibid.nu.2.

Dans operam rei licitæ,adhibenſque ſufficientem diligẽtiam,ne alicui noceat,ſi occidat aliquem,non eſt homicida,nec peccat Regula communis,ibid.nu.3.

Dans operam rei illicitæ, etiamſi diligentiam debitã adhibeat, ſi caſu occidat, reus eſt homicidij, ibidem,numero 4.

Homicidium caſuale contingere poteſt,non ſolum,vere, & poſitiue occidendo,ſed etiam negatiue, ib.nu.5.6.7.

Qui facit aliquem falſo accuſari, & morti condemnari, ſi ipſe teſtimonio ſuo liberare poſſit,tenetur ſub mortale ibid.num.6.

Qui omittendo aliquid eſt in cauſa, ut mors alterius ſequatur tantum peccat, quantum omiſſio eſt, & ad reſtitutionem damni tenetur,ibid.nu.7.

Homicidium tam corporale,quam ſpiritualein hoc quinto præcepto prohibitum,ibid.nu.8.

Honor .

Honor quid ſit,& unde proueniat,lib.11.c.8.nu.1.

Honor proprie per contumeliam, conuitium, & improperium læditur, ac uiolatur, ſicut fama per detractionem,ibid.nu.2.

Quid,aut quomodo reſtituendum pro læſione honoris, ibid.nu.8.quænam reuerentia exhibita neceſſaria ſit ad honoris reparationem,ib.nu.eod.

Honor iniuſte ablatus ex iuſtitia reſtituendus,cum honoris proprij detrimento,non autem cum vitæ periculo, ibid.nu.9.Si læſus in honore non vult remittere ſatisfactionem niſi lædens veniam petat, nec honor ille alio modo reſtitui poteſt,tenetur (regulariter loquendo) veniam petere, ib.nu.10.& 11.

Prælatus de ſubdito,Pater de filio,perilluſtris de plebeio non tenetur veniam petere,ſed quomodo reſtituendũ? ib.nu.11.

Non ſolum honor iniuſte ablatus reſtituendus,ſed omnia damna temporalia, quæ conſecuta ſunt ignominiam, nu.13. nec liberatur niſi iniuriatus ſponte remittat iniuriam,ib.nu.14.

Hypotheca :

Quinam dicantur habere tacitam hypothecam, ratione cuius creditores alij,alijs preferendi,l.10.tracta.6.cap. 7.nu.14.

Bona tacitè hypothecata quæ,ib.num.17.& 18.

Vltimum in Reſtitutione locum habẽt creditores illi, qui non habent hypothecam expreſſam,vel tacitã,ib.n.22.

I

Idololatria .

IDololatria,quid, & quot modis accipitur,l.4.ca.4. numero 5.

Idololatriæ ad actum committendum quot requiruntur.ibid.num.6.

Idololatræ non ſunt actores in theatris, qui Iouem implorant,& quare,ibid.nu.7.

Idololatria non committitur in cultu ſacratiſſimæ Eucharistiæ,vt impijſſime putant hæretici,ibid.nu.eod.

Idololatria non committitur in adoratione ſacrarum imaginum,& reliquiarum,ibid.nu.9.

Idololatria omnium peccatorum grauiſſimum,nu.eod.

Idololatria interior, vel exterior, quænam maius peccatum ſit,nu.10.

Idololatriæ actum committens Chriſtianus ſalua integre interiori fide an incurrat pœnas cenſurarum in foro conſcientiæ.

Ieiunia .

Vir ſanctus,etiamſi perfectè carnem domuerit, ad eccleſiaſtica ieiunia tenetur;quare,l.3.c.7.num.13.

Ignorantia.

Ignorantia qualiter ſe habeat ad actus humanos,l.2.c. 2. nu.14.& ſeq. fuſe explicatur.

Ignorantia iuris,& facti qualis,ibid.n.15

Ignorantia poſitiua,& priuatiua,quæ.ibid.

Vincibilis item,& inuincibilis,& quæ fuit ignorantia Iacob cum Lia,ibid.nu.17.

Ignorantia antecedens,concomitans,& conſequens,quæ & quomodo tollat,vel cauſet voluntarium,ibi. nu.18.

Ignorantia affectata,& craſſa qualis,ibid.nu.19.

An,& quando ex ignorantia factum non ſit,vel ſit peccatum?ibi.nu.20.

Ignorantia concomitans ex ſe nec accuſat, nec excuſat, nec minuit,nec auget peccatum,num.21.

Ignorantia conſequens,quando faccit peccatum mortale,quando veniale?ibi.nu.22.

Regula Caietani, quando quis timoratæ conſcientiæ a peccato excuſatur,ibi.nu.23.

Illæ ſolæ circunſtantiæ in facto excuſant, quæ ignorantur,& non aliæ,quæ in facto cognitæ ſunt,ibid. nu.24.

Prima cauſa interna peccati ignorantia,& quinam authores de illa tractant,vt eſt peccatum, vel cauſa peccati, lib.2.c.2.nu.1.

Ignorantia pure negatiua,vel priuatiua,ibi.nu.1.

Ignorantia prauæ diſpoſitionis, vel puræ priuationis eorum quæ quis ſcire tenetur,ib.nu.2.

Ignorantia iuris,& facti,ib.nu.3.& ſup.c. 2.

Ignorantia antecedens,concomitans,conſequens, vincibilis,inuincibilis, & quænam poteſt eſſe cauſa peccati, ipſa tamen in ſe peccatum eſſe nequit,ibid.c.9.nu.6.

Quænam diligentia dicatur ſufficiens, vt aliqui ignorantia inuincibili laborare cenſeantur,ibid.nu.7.

Quomodo ſatisfacit homo adimplendo media proportionata,& communiter ordinata,vt ignorantia inuincibili excuſetur ſine pęnitentia,&c.ibid.nu.9.

Qui conſuluit doctores, an peccet,ſi ſtatim,atq; fidei myſteria audiuit,illis firmiter credat,ibid.nu.10.

Qui neque ſcit,ſe errare,vel ignorare,nec dubitat,vtrum ſciat,vel ignoret,nec habet aliquid motiuum ad dubitandum,non tenetur vllam diligentiam adhibere,niſi hæc ignorantia oriatur ex mala voluntate,ib.nu.11.

An inter infideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis iuris diuini circa articulos fidei,& myſteria religionis,vt nõ imputetur culpam,ibi.nu.12.& 13.

An inter fideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis myſteriorum fidei,& iuris diuini,ibi.nu.15.

An iuris naturalis ignorantia dari poſſit,ibi.nu.16.

Quoad ius poſitiuum tam humanum eccleſiaſticum, & ciuile,ꝙ diuinum inuincibilis ignorantia dari poteſt.

Ignorans catalogum libros prohibentem ſi propter inuincibilem ignorantiam retineat,non incurrit excommunicationem,ib.nu.20.

Legum, quæ frequentiſſimè notæ ſunt, & quæ pertinent ad cuiuſque ſtatum, ignorantia inuincibilis prætendi non poteſt,& quare,ibi.nu.20.

Ignorantia etiam facti inuincibilis reperiri poteſt contra Gulielm. Pariſien.ib.nu.21.

Ad euitandam facti ignorantiam, quam diligentiam adhibere ſit ſatis? ib.n.22.

Ignorantia inuincibilis,quando excuſat a toto,quando ex parte tantum,ib.nu.23.

Ingnorantia excuſans a peccato excuſat à pęna iure ſtatuta propter illud peccatum,ib.nu.24.

Inuincibiliter ignorans hominem, quem occidit eſſe Clericum,in excommunicationem latam non incidit,ibid. num.25.

Inuincibiliter ignorans ſe eſſe excommunicatum , aut ſuſpenſum,aut interdictum non ſit irregularis , quamuis diuina celebrare ſoleat,ibid.nu. 26.

Ignorantia inuincibilis iuris, aut facti non excuſat hominem habentem vſum rationis à pęna iuris , quæ incurritur ſine peccato,ibid.nu. 27.

Ignoranter contrahens matrimonium , & conſumans cũ illa,quæ ab alio fuit corrupta,irregularis eſt,ib.nu.28.

Qui vxorem,quam duxit virginem, poſt eius adulterium etiam id ignorans cognoſcit,irregularis eſt,ibid.nu 29.

Filium,quem mulier nupta ex præsbytero concepit quamuis ipſe ignoret ſe eſſe filium præsbyteri,irregularis eſt, ibid.nu.30.

Ignorantia vincibilis eorum, quæ quis ſcire tenetur,mortale peccatum eſt in ſe,ib.nu.31.

Ignorans vincibiliter articulos fidei peccat mort. Ignorãs præcepta Decalogi , etiamſi nullum inde peccatum ſequatur,peccat mort.ib.nu.eod.

Ignorans circunſtantias facti , quas ſcire tenetur , peccat mortaliter,ibid.nu.eod.

An ignorantia,tam iuris,quam facti ſecundum ſe ſit peccatum,an ratione negligentiæ,ibid.nu.32.

Quando quis laborans ignorantia vincibili culpabili non peccat ignorando,ibid.nu.eod.

Ignorantia vincibilis affectata peccatum auget,ſin minus totaliter excuſat,ſed diminuit,ibid.nu.33.

Ignorantia concomitans opus cum illa factum,nec a peccato excuſat,nec accuſat,ibid.nu.35.

Ignorantiã concomitantem ſemper excuſare operantem ab excommunicatione irregularitate,& obligatione reſtituendi,etiamſi adſit prauus affectus animi, falſo docuit Vaſquez.ib.nu.36.

An peccatum commiſſum ex ignorãtia vincibili, & culpabili ſit eiuſdem ſpeciei in genere moris,vt ſicut ſi ex certa ſcientia factum fuiſſet,ibid.nu.37.

Peccatum factum ex ignorantia iuris culpabili eiuſdem eſt ſpeciei,ac ſi ſcienter fieret,ibi.nu.38.

Item ex ignorantia iuris poſitiui prohibentis malum non

Peccatum ex ignorãtia facti commiſſum eiuſdem ſpeciei eſt cum peccato ſcienter commiſſo,ib.nu.40.

Quid de peccatis commiſſis ex ignorantia priuãte hominem vſu rationis,ibi.nu.41.

De verbis iniurioſis, & contumelioſis in ebrietate dictis quid ſentiendum,nu.42.

Homicidium , adulterium &c. in ebrietate facta , an ſint peccata,& an excuſentur per ignorantiam,ib.nu.eod.

Præter ignorantias ſupradictas alia eſt, quæ coniungitur omni peccato , quæ cæcitas mentis , hebetudo ſenſus , error,imprudentia,vel oſcuratio dicitur,ibid.nu.43.

Imago.

Imagines Chriſti,& B.Virg.Sanctorumq; adorandæ ſunt lib.4.c.3.nu.11.

Imagines Chriſti,& Sanctorum adorari propter prototypa quomodo intelligendum,ibid.nu.eod.

Inceſtus.

Inceſtus quid ſit,& qualis abuſus,l.8.c.4.nu.1.

Adeo naturæ repugnat, vt bruta animantia abhorreant, & de hoc exemplum mirabile,ibid.nu.2.

Inter quos gradus conſanguinitatis committatur incæſtus? ibid.nu.3.

Tantò grauius,& enormius peccatum,quantò gradus erit coniunctior, ibid.nu.eod.

Quinam ſint inceſtuoſi ex parte Affinitatis,ibid.nu. 4. & gradus conſanguinitatis vid. verb. Affinitas.

In particulari committitur hoc peccatum multipliciter, & quanta ſit huius peccati grauitas ex diuina punitione oſtenditur,ib.nu.7.& 8.

Inceſtum committere mulierem, quæ cum viro in ſacris cõſtituto comerciũ habuit,qui docuerunt?l,8.c. 1.n.14.

Indicia.

Indicia propriè quæ ſint , quæ ad recte procedendum in iudicio neceſſario requiruntur,l.12.c.10.nu.14.

Indicia nõ qualiacunque ſufficiunt,ſed perfecta eſſe dẽnt, & manifeſta,reſpectu facti,perſonæ,proceſſus,ib.n.eo.

Indicium vnum non ſufficit regulariter.ibid.

Indicia requiruntur, vt Iudex via accuſationis, & denunciationis iuridice procedat,& interroget Reum, ibi.nu. 27. vide, ver. Iudex,& Inquiſitor.

Indicia aliquando plura,aliquando pauciora deſiderãtur; & cur ſic appellentur, ib.nu.eod.

Infamatio. Infamia.

Secundus infamandi modus verum alterius crimen , ſed occultum detegere,ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium, l.11.c.4.nu.1.

Peccatum occultum alterius celandum eſſe ius naturale diuinum,& humanum docet,ib.nu.2.

Reuelare perſonã,cum ſatis ſit crimen reuelare,ſub mortali non debemus,vt ſeruetur fama proximi,ib.nu.5.

Superiori,vt Iudici, non eſt reuelandum peccatum occultum alterius ſine ſecreta admonitione,præuia, & quid ſi nec admonitione,nec reuelatione emenda ſperetur , nec correptione ſuperioris,vel vt Iudicis, vel vt Patris, ibid.nu.8.& 9.

Si ob cauſam denunciandus ſit,prius denunciatio facienda eſt ſuperiori,vt patri,deinde vt Iudici,ib.nu. eo.

An poſſit quis ſuperiori , vt Patri , ſine præuia monitione reuelare,vt ſæpe contingit in Religionibus,ib.nu.10.

Infamia,& detractio famæ, & inhonoratio honori opponitur,& quot modis infamari quis poſſit,l.11.c.3.nu.5.

An crimen falſum alteri imponens peccet mort. & infamator ad reſtitutionem teneatur,ib.nu.7.& 11.

Vnus caſus,in quo qui alterum infamat de falſo crimine, excuſatur a mort.ib.nu.10.

Grauius peccatum eſt falſum crimen imponere,quam verum occultum detrahere,ibi.nu.9.

Imponere peccata venialia falſa , aut defectus naturales, vel pene falſos eſt mortale , quo ſenſu intelligi debet Nauarrus,vt vera ſit eius opinio,ib.nu.8.

Ob infamiam alterius ſæpè innocentes bona amittunt ſpiritualia, & temporalia, vt in Prælatis Religionum , ibi.nu.12.

Qui conantur alium infamare, non tamen id aſſequitur , quia non illi creditur,non tenetur ad reſtitutionem,ib. nu.13.

An ſi quis falſo infamatus rebus ſuis optimè geſtis, & innocentiæ argumentis ſe ab infamia liberauit, tenetur infamator ad reſtitutionem,ib.nu.14.

Cur in hoc caſu nõ teneatur infamator retractare,ſed dãna,quæ infamatus incurrit,antequam famam recuperet,tenetur reſtituere,ibi.nu.15. An vero teneatur omnia damna temporalia ex tali infamatione ſubſecuta reſarcire,ibid.nu.16.17.& 18.

Qui iniuſtè reuelat crimen verum,ſed occultum,an teneatur ad integrum reſtituere,æque ac qui falſum dicendo infamauit,ib.nu.19.& 20.

Quam reſtitutionem facere tenetur,qui falſum crimẽ imponendo diffamauit,ib.nu.22.

Quando tenetur aliquis ſeipſum diffamare, vt alterius famam conſeruet,cum duplici limitatione,ibidem,nume.23.& 24.

Vir Illuſtris, Prælatus, Epiſcopus plebeium infamans, & ignobilem, non tenetur dictum ſuum reuocare, quare, & in quo genere reſtitutio facienda contra Silueſt. ibid. 25. 26.

Qui falſo alium infamauit ſiue in iudicio, ſiue extra, ſi intelligat ſua ſimplici retractatione, cui nocuit, non eſſe plene reſtitutum dicendo ſe eſſe mentitum, an teneatur iurare ſe mentitum eſſe. ibi. num. 27.

An abſolui poſſit, qui fratrem ſic falſo infamauit, ſi modo prædicto reſtituere noluerit. ibi. nu. 18.

An infamans ſeipſum peccet, & ad reſtitutionem aliquã teneatur. ibi. nu. 29. Ex genere ſuo non erit mortale contra Caietan. ibi. nu. 33.

Varii tamen caſus enumerãtur, in quibus peccatum mortale eſſe poteſt. ibid. nu. 34. vſque 39.

In tormentis poſitus, & iniuſte rogatus, falſo ſibi crimen imponens, peccat ſolum venialiter, & in hoc Nauar. ſibi contrarius ab authore refellitur. ibi. nu. 42.

An teneatur ſibi reſtituere famam caſu, quo ob confeſſionem criminis falſi incidit in periculum vitæ ibidem numer. 43.

An teneantur reſtituere ſibi famam dicendo ſe ob vim tormentorum impoſuiſſe ſibi falſum crimen, quamuis ex illa recantatione iterum torquendus ſit & quando agit contra iuſtitiam negligendo famam ſuam ibid. numer. 44.

De cuſtodia famæ, & honoris præceptum eſt ſolum charitatis non iuſtitiæ. ibi. S. Ambroſium in domum ſuam meretrices induxiſſe, ne in epiſcopum eligeretur, certam fidem non habet. ibi. n. eo.

Quam reſtitutionem facere tenetur, qui verum crimen occultum iniuſte reuelauit in iudicio, ſiue extra. l. 11. c. 4. num. 21. & quinam reſtituendi modus vtiliſſimus? ibi. nu. 22.

Reuelans crimen occultum fratris ordine iuris non ſeruato, an teneatur retractando dictum ſuum affirmare ſe falſum dixiſſe, & mentitum eſſe ibidem numero 27. 29. 30.

Vide plura ver. Correptio fraterna.

Quid ſit infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio? an idem ſint, & quinam hominum numerus requiratur ad infamiã non conueniunt authores. l. 12. cap. 10. num. 11.

Ad infamiam duo præcipue requiruntur. ibi. quænam Infamia ſufficiens ſit, prudentis arbitrio relinquendum ibid. num. 13.

Ad infamiam non requiritur teſtes eſſe occultos, ibidem num. eo.

Quotieſcunque Iudex legitime, & iuridice interrogat, tenetur reus reſpondere, & veritatem dicere, quam ſi neget, peccat mort. & reſtituere tenetur. l. 10. capit. 5. numero 1.

Qui de ſuo, aut alieno vero crimine iniuſte, & illegitime interrogatur, aut accuſatur, non tenetur veritatem dicere, ſed occultare, & reſpondendo æquiuocare poteſt, ibid. numero 2.

An accuſatus, & denunciatus iuſte, negans delictum obiectum in caſu, quo tenetur propalare, peccet, & ad reſtitutionem teneatur, ibid. nu. 4.

An accuſatus, aut denunciatus de crimine vero, ſed occulto ſine monitione præcedente denunciationem, & neget delictum obiectum, & conſequenter infamet accuſatorem, teneatur ad reſtitutionem. ibi. nu. 4,

Caietani doctrina tria cõtinet, & quid Sotus & Syluester, vel de peccato, vel de reſtitutione cenſuerint. ibid. numero eod.

Mentiri nullo modo, licet, ſiue quis iuridice, ſiue contra ordinem iuris de crimine accuſetur, aut denuncietur. ibid. num. 5.

Reus contra iuris ordinem de vero crimine occulto accuſatus, aut denunciatus reſpondendo ſimpliciter ſe non obiectum crimen commiſiſſe, non mentitur, nec peccat, aut mortaliter, aut venialiter, & quare, ibidem numero 6.

Reus contra ordinem iuris denunciatus negando crimẽ occultum non tenetur ad reſtitutionem aliquam denunciatori faciendam, & quare, ibid. nu. 7.

An, ſi accuſatus contra ordinem iuris, non ſolum neget, ſed accuſatorem mendacem appellet, aut calumniatorem, peccet, & ad reſtitutionem teneatur. ibidem numero 8.

Opinio Caietani ſupra citati in multis peccat. ibid. numero 9.

An peccatum ſit aliorum crimina, & defectus detegere. libro 11. c. 6. nu. 1

Communiter peccatum veniale erit, peccatum alterius veniale detegere, & referre, nonnunquam tamen erit mortale, ibid. nu. 2

Aliquem in abſentia mendacem eſſe affirmare erit mortale ſecundum Medinam, quod tamen limitat Petrus Nauar. ibi. nu. eo.

An ſit peccatum mortale peccatum proximi mortale referre ibid. nu. 3

An ſit peccatum, & famæ reſtitutionem inducens defectus alterius naturales alijs referre ibidem numero 4.

Ratione damni adiuncti poteſt eſſe mortale tales defectus reuelare, licet regulariter ſit tantum veniale. ibidem numero 5.

Defectus alicui dicere in faciem per modum cõtumelię, aut aliquo nomine nominare, quo frater notabiliter cõtriſtatur, & confunditur, mortale eſt, ibi. nu. eo.

Pater filium aſinum, aut ſtultum, aut toruum appellans, non peccat mortal. etiamſi ex ira id faciat, ibidem numero 6.

Ex leui ira huiuſmodi nomina dicere, ſine intentione notabiliter iniuriandi, non eſſe mortale communiter iudicat author, ſed tamen attentis circumſtantijs relinqui arbitrio prudentis confeſſarii. Grauius autem peccatum eſt talia in abſentia dicere, quam perſona præſente ibi nu 7

Qui reuelaret defectus Natalium, graue peccatum mortale committeret, ibi. nu. 8

An, qui verba generalia turpia, in aliquem profert, quæ cauſare poſſent peccatum mort. & veniale, peccet mortaliter, ibi. num. 9.

In duobus caſibus erit mortale huiuſmodi verba proferre. ibid. nu. eod.

An peccet, qui iniuriam ſibi ab aliquo illatam alteri refert, ibid. num. 10.

An reuelare crimen occultum alterius vni, aut duobus viris bonis, ac prudentibus, apud quos ita ſecreto manebit, ac ſi dictum non fuiſſet, ſit peccatum mortale detractionis, ibi. nu. 11.

Talem infamationem eſſe mortalem, etiamſi apud vnum ſolum probatur verior opinio: quando filii crimen patri detegitur, aliquando poteſt eſſe mort. lib. 11. c. 6. numero 12.

Soluuntur argumenta Caietan. pro parte contraria ſuperius allegata nu. 11. ibi. nu. 13.

An ſit peccatum mort. detractionis referre aliis crimen alterius, quod audiuit, non affirmando hoc, vel illud, ſed nude referendo, ibid. nu. 14.

Animo infamandi, qui refert, peccat mor. contra charitatem, ſed ſi non animo infamandi refert, non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter delinquit. ibidem numer. 15.

Immo crimen occultum aliis neſcientibus relatum ſine animo lædendi, eſt veniale, ſin graue, cuius vel leuis ſuſpicio grauiter noceret, mor. ibi. nu. 16.

Qui ſolum aliorum dicta refert, ſiue faciat malo animo, ſiue ex leuitate, & loquacitate reuelans occultum crimen coram illis, apud quos certo ſcit, vel dubitat illũ, cuius crimen detegitur, infamiam ſubiturum, ſiue eueniat ex leuitate audientium, ſiue alia quacunque cauſa, peccat mort. ibi. nu. 17.

An ſit peccatum detractionis infamare hominem, qui falſis, & fictis virtutibus, ſeu per hypocriſim, & falſas impoſturas famam virtutum moralium, aut intellectua-

lium,in populo,aut Repub conſecutus eſt ibidem numero 18.
Si qui inique famam acquiſiuit,eſt noxius, & pernicioſus populo,detegendus eſt,immò charitas dat mihi ius talem infamandi,ſin vero nemini noceat,minime licebit talem infamare,vt Aſtrologum,Medicum,&c. ibi. num.eod.
Hiſtorici qualia crimina publica memoriæ mandare poſſint ſine peccato,ibi.num.19.
An,quicongregationem,aut aliquem ex Monaſterio,vel Religione infamat, peccet, & reſtituere teneatur.ibidem num 20.
Qui tacita perſona explicato tamen Monaſterio, vel religione peccatum detegeret,peccaret mort.& ad reſtitutionem teneretur,ibi.nu.21.
An infamatus publice in vno loco, poſſit etiam in quocunque alio infamari,ita vt infamans in alio loco, nec peccaret mortaliter,nec reſtituere teneatur,ibidem numero 22.
Colloqui de peccatis proximi notorijs cum iis, quibus nota ſunt,non eſt peccatum,niſi id fiat ex malo,& ſiniſtra intentione ibid.nu.23.
Qui diffamatū in vno loco ex neceſſitate coactus in alio loco infamat,nec peccat,nec reſtituere tenetur,ibidem numero 24.
Qui diffamatum in vno loco diffamat,vbi diffamatus nullum habet commercium, & propter diſtantiam loci illuc probabiliter infamia delata non fuit, & contra charitatem, & contra iuſtitiam peccat.ibidem numero 25.
Qui crimen publicum in vno loco refert in alio, in quo probabiliter, & moraliter cito infamia eſt peruentura, nec peccat mortaliter,nec reſtituere tenetur, ibidem numer. 26.
An quando diffamatio eſt in eodem loco peccati notorîi, ſed in diuerſo tempore,mortale ſit veritatem ſic olim notoriam promulgare.ibi.nu.27.
An peccatum ſit interrogare detentum in carcere,cur captus ſit,ibid.nu.28.
An ſit mortale peccatum infamatum in vno genere vitii grauioris in alio minus graui diffamare,& an reſtitutionem inducat ibi.nu.29.
Commiſtio,& connexio tanta eſt inter nōnulla crimina, vt reuelatio alterius criminis occulti non ſemper ſit mortale ibi.num.30.
An vero peccata adeo ſint connexa, vt non ſit peccatum reuelare aliud occultum, prudentis iudicio ſtandum eſt ibi.num.eod.
Licere Iudici infamatum de vero crimine rogare,an commiſerit alia crimina etiam eiuſdem ſpeciei,falſo docuit Paludanus,nec valet eius ratio ibi.nu.31.
An tanta ſit reſtitutionis obligatio,vt aliquando teneatur homo cum propriȩ vitȩ periculo famam alteri reſtituere,lib.11.c.7.num.1.
Regulariter ſeu communiter loquendo non tenetur quis cum vitæ propriæ periculo famam alteri reſtituere, & quare ibi,num.2.
In caſu particulari contingere poteſt,vt teneatur quis alienam famam cum periculo vitæ reſtituere, ibidem numero 3.
Delinquens non tenetur ſe ipſum prodere,ſi viderit innocentem falſo condemnatum propter crimen, quod ipſe commiſit.ibi.nu.4.
Caſus,in quo non tenetur, qui alterum falſo accuſauit, ob quod occidēdus ſit infamatus,ſic infamatum cum periculo vitæ liberare ibid.nu.eo.
Duo exempla proponuntur,quibus patet,etiam cum periculo vitæ falſo accuſantem teneri ſe prodere, aut retractare mendacium.ibid.nu.5.
An mulier ſupponens ſibi partum alienum crimen ſuum reuelare teneatur?ibi.nu.6.
An liceat vnicuique remittere diffamatoriè reſtitutionem famæ?ibid.nu.7.
Perſona infamata in duplici differētia eſſe poteſt.ib.nu.8.
Infamia publicæ perſonæ duplex,quȩ afficit perſonam ipſam ſolum,vel quȩ redundat etiam in ſubditos.ibidem nu.9.
Duȩ opiniones diuerſȩ proponuntur,quarum prima Caietani ex falſo fundamento procedit, ibidem numero 10.
Poſſe remitti reſtitutionem famȩ conueniunt auctores; duplex ſent.ſed an facta remiſſione infamator tutus remaneat in conſcientia,inter ſe differunt,ibidem numero 11.
In caſibus,quibus eſt licitum amittere famam, licitū eſt, & laude dignum,reſtitutionem condonare ei, qui me infamauit.ibi.nu.12.
Quando perſona priuata ex nulla cauſa remittit reſtitutionem ſibi debitam in aliis criminibus ab hȩreſi ſodomia,ſimonia,& ſimilibus,remittendo peccat ſolum venialiter,in his autem prȩdictis mortaliter contra charitatem ſibi debitam.ibi.num.13.
Quando fama perſonȩ priuatȩ eſſet aliis neceſſaria, remittens reſtitutionem peccaret mortaliter,ibidem numero 14.
Religioſus, vel monialis remittens reſtitutionem famȩ ſuȩ peccat mortaliter,nec liberatur infamator ex condonatione illius,ibid.nu,15.
Perſona publica,cuius fama redūdat in alios,peccat mortal.contra iuſtitiam remittēdo reſtitutionem famȩ ſuȩ, nec valet remiſſio.ibidem nu.16.
Item Paterfamilias,cuius fama filiis,& familiȩ eſt neceſſaria.ibid.nu.17,
Remiſſio facta a Prȩlato non liberat infamatorem a reſtitutione famȩ, etiamſi peccata non reddant inferiores infames,& ſoluūtur rationes Soti,& vtriuſque Nauarri in contrarium,ibid.num.18.
An in reſtitutione famȩ locum habeat compenſatio?ibid. numero 19.
Perſonȩ priuatȩ,quȩ ſe mutuo infamant,poſſunt ex mutuo vtriuſque conſenſu famȩ reſtitutionem vtriuſque condonare,ſin vero publicȩ, vel patresfamilias, non item.ibi.nu.20.
Non poteſt infamatus per modum vindictȩ infamantem in fama lȩdere.ibid.nu.eo.
Infamatus falſo apud Iudicem,aut contra iuris ordinem alterius crimen,quod probare poteſt,ad iuſtam ſui defenſionem reuelare valet ibi.nu. 21.
Si duo ſe mutuo infamarunt æqualiter,& alter eorum nō vult famam reſtituere,neque alter ad reſtituendum cogi poteſt: tenetur tamen ratione charitatis, quando alter eſt in neceſſitate ſuæ famæ,ibid.nu.22.
Quod per mutuam, & reciprocam infamiam non tollatur damnum illatum, ac proinde non poſſit fieri reſtitutio,non valet ratio Petri Nauarri,ibid.nu.23.
Si duo ſe mutuo diffamauerint,& alter eorum velit alteri reſtituere,vt ſibi fiat etiam famæ deperditæ reſtitutio, compenſatio locum non habet,ibid.nu.24.
Condonatio infamiæ facta petenti generaliter veniā omnium detractionum de illo,a qua ſolum detractione excuſat,ibid.nu.25.
Qui rem alienam accipit in compenſationem debiti,non incurrit excommunicationem, quæ prolata eſt contra eos,qui rem talem acceperunt,ibid.nu.27.
An,qui alterum infamauit,teneatur ad reſtitutionē,quādo infamatio præcedens ſit tam antiqua, vt probabile ſit infamiam illam traditam eſſe obliuioni?ibid.nu.28.
Modus reſtituendi ſecundum Mart.Nauar. Auctori non placet,ibid.nu.30.
An detrahere mortuis ſit mortale,& reſtitutionem inducat,de iure explicatur, vſque ad nu.36.ibid.nu.31.
An peccatum in confeſſione auditum poſt mortem reuelari poſſit? ibid.nu.32.
Si fama defuncti coniuncta ſit cum fama viuorum, infamans mortaliter peccat,& ad reſtitutionem obligatur, & in ſeq.35.36.ibid.nu.33.
An audiens diffamationem,& detractionem peccet mortaliter?ibid.nu.37.

Qui formaliter,& directè detrahētem audit,peccat mort. & tenetur ad reſtitutionem,& qui delectatur audiendo propter odium eius, cui detrahitur.num. 39.qui materialiter,& indirectè,quando venialiter,quando mortaliter,quando non omnino peccet,ibid.nu.38.40.& 41.

Eſt mortale in perſona priuata non reſiſtere detractori,cū poſſit in his caſibus: in nullo tamen eorum ad reſtitutionem tenebitur.ibid,nu.42.

Perſona publica quando peccat mortaliter, quando venialiter, non impediendo, vel prohibendo detractionem.ibid.num.43.

Tenetur ad impediendum cum aliquo ſuo incommodo, non tamen cum aliquo notabili detrimento. ibid. numero 44.

Tenetur, ne ſibi ſubditi aliorum famam lædant, & curare, vt ſubditus famam reſtituat,vel ipſe reſtituere tenetur.ibid.num.45.

In reſiſtendo detractionibus quomodo redarguendus detractor,& pulchre de hac re ſanctorum ſententiæ. ibid. num.46.

Infamiam in tribunali ſeculari contractam parte læſa proclamante rex,aut Princeps remittere non poteſt, in foro eccleſiaſtico ſolus Papa, & non ordinarius,l.12.cap. 15.num.18.

Infidelis,

An infidelium bona poſſit Chriſtianus ſine peccato per vim auferre? lib.9.c.14.nu.26.

Quoſnam infideles poteſt princeps non tantum bonis, ſed vita priuare?ibid.num.27.

Quos autem nec perſona priuata, nec poteſtas publica priuare bonis,aut captiuare.ibid.num.28.

Si infidelis bona fidelium vendiderit publicè, poteſt fidelis eadem emere.ibid.nu.30.

Iniuſtitia . Iniuria .

Iniuſtitia,& iniuria, quæ per verba inferri poſſit, duplex.l. 12.c.1,num.5.

In iudicio ſicut in alijs humanis actibus vnde deſumenda ſit iniuria.li.12.c.2.nu.20.

Innaturalitas.Beſtialitas.

Innaturalitas quid ſit? ſemper peccatum mortale.li.8.c.5. num.17.

Beſtialitas eſt peccatorum omnium contra naturam grauiſſimum.ibid.nu.18.ad hanc ſpeciem pertinet concubitus cum dęmone.ibid.nu.19.

Inobedientia.

Inobedientia in re minima quomodo mortale. lib. 5.cap. 4.num.28.

Inquiſitio . Inquiſitores.

Inquiſitio quid ſit? à denunciatione, & accuſatione quomodo differt, & quot eiuſdem ſpecies.l.12.cap.19.numero 8 & 9.

Inquiſitio quæcunque fieri poteſt vel ad pęnam inferendam,vel ad damnum,aut errorem vitandum. ibid. numero 10.

In inquiſitione meritorum,& ſufficientiæ tenētur tum teſtes tum ipſe ſubditus ſecreto, vel iuridice manifeſtare defectus,& impedimenta, quæ certò nouerint.ibidem. num.eo.

Hoc autem intelligendum eſt cum voluntarie quis ſe offerat,& poſtulet,aliàs autem ad ſuperiores,& electores pertinet inquirere.nu.11.

Inquiſitio regulariter fieri non poteſt, niſi de crimine, de quo quis diffamatus eſt.ibid.nu.12.

Qui ex dictis ariolorum, aut aſtrologorum anſam Inquiſitionis arripiunt, merito reprehenduntur à Soto.ibid. num.eo.

Inquiſitio omnis generalis iure, & legitimè à Iudice fieri poteſt abſque præuia infamia,aut Actore aliquo,vel denunciatore.ibid.nu.16.

In generali inquiſitione Prælatus ſolum compellere poteſt ſubditos,vt denuncient ſua crimina.ibid.num.17.

In inquiſitione,quam faciunt Domini Inquiſitores,manifeſtanda ſunt delicta, quæ ſunt contra fidem, & quæ vergunt in damnum temporale Reip. etiamſi delinquens nulla laboret infamia,ibid.nu.eo.

An extra hos caſus teneantur Inquiſitores ſuis edictis exprimere ſe ea tantum inquirere, quæ laborant infamia, ibid.nu.18.

Inquiſitionem ſpecialem præcedere debet infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio.ibid.nu.19.

Inquiſitor,ſeu Iudex ſciens crimen ſubditi,& plures teſtes conſcios,per quos delictum probari valeat,via Inquiſitionis procedere non poteſt, antequam eum accuſent. ibid.num.20.

Inquiſitionem ſpecialem contra aliquem fieri ſine accuſatore, iure ſolum humano poſitiuo prohibetur. ibidem, num.21.

Inquiſitio quando mixta eſt,an ſemper præcedere debeat infamia.ibid. num. 22. Quando crimen eſt publicum, & notorium,an liceat in particulari inquirere, ibid.nu. 23.& 24.

Ad argumenta contraria reſpondet Nauarrus, verius tamen alij,ibid.num. 25.& an teneatur Reus inquiſitione facta in genere ſeipſum manifeſtare,& prodere; vbi negatiue tenetur contra Sotum.ibid.num.eod.

An ſi vnus tantum ſciat crimen notorium commiſſum, & ille interrogetur à Iudice per generalem Inquiſitionem procedente, veritatem fateri teneatur.ibid.num.26.& vt via accuſationis,& denunciationis iuridicè procedat, quæ requirantur.ibid.nu.27.

An ad inquirendum in particulari ſine infamia præcedente adeò ſit intrinſecè malum, vt nunquam liceat aliter inquirere ſine accuſatore, aut infamia.lib, 12.cap. 11. numero 1

Quid de Gregorio Magno ſentiendum, qui occultum libelli authorem præcepit ſe prodere alias excommunicationem incurſurum, cum nulla præceſſerit infamia.ibid.nu.2.

Varijs modis reſpondetur, quis tamen verior ſit. ibid.nu. 3.& 4.refellitur opinio Caietani.ibid.

An ad inquiſitionem omnino ſpecialem ſufficiant indicia? & quid de teſtimonio S. Thomæ dicendum, ibid. num.5.& 6.

An aliquibus ſaltem in caſibus procedere poſſit iudex, & inquirere ſine accuſatore,& infamia? ibid.num.7.& an ſit de iure naturali,vt præcedat inquiſitionem infamia. num.8.

Quinam ſunt caſus illi, in quibus etiam ſpeciali inquiſitione procedi poteſt ſine accuſatore, vel infamia. ibid. nu.9.Immo in tali inquiſitione tenetur interrogatus ad reſpondendum in caſibus dictis.ibi.vſque ad num.19.

An contra Religioſos procedi poſſit in criminibus grauibus ſine accuſatore formali,aut virtuali.ibid.nu.20.

Quomodo,& quando obligant edicta ſuperiorum, & inquiſitorum, & epiſcoporum, in quibus ſub excommunicatione, aut iuramento præcipiuntur ſubditi denunciare,& manifeſtare delicta, lib.12.cap.14.num.22. vſque ad 26.

In quibus caſibus non obſtante mandato generali, aut ſpeciali ſuperioris, & excommunicatione, aut iuramento non tenetur ſubditus denunciare delicta.ibid.nu.27.

Inquiſitores qui præcipiunt,vt ſcientes crimina ſtatim referant,quomodo intelligendi ſaluo ordine fraternę correptionis.l 11.c.4.nu.19.& l.12.c.16.

Vide plura verb.Reus.Teſtis.Iudex.

Inſtrumentum .

An & quomodo inſtrumentum publicum tabellionis improbari poſſit.l.12.c.21.nu.12.

Notarius occultans inſtrumentum requiſitum grauiter peccat,& ad reſtitutionem damni tenetur. lib. 12. c.25. numero 9.

Quæ ſolemnitates requirantur, vt ſciatur, an inſtrumentum

tum ſit validum,ad quos pertinet.ibid.nu.11.

Vt ſit Authenticum, nouem communiter requiruntur. ibidem.

Notarius conficiens inſtrumentum vſurarium, grauiter peccat.ibid.num.13.

Notarius inſtrumentum faciens contra libertatem eccleſiæ mortaliter peccat, & eſt excommunicandus. ibid. num.14.

Intellectus.

Intellectus qualis ſit animi potentia.l.1.c.1.nu.3.

Duplex eſt,ſpeculatiuus,& Practicus.

Iudicium intellectus practici ſynderesim appellarunt S. Baſil.& Hieron.ibid.num.4.

Practicum intellectum conſequitur naturalis appetitus Finis in voluntate.ibid.num.5.

Intellectus practici prima operatio conſilium .ibid.nu.7.

Speculatiuorum habitus Intellectus, practicorum ſynderesis appellatur.li.3.c.2.nu.6.

Irregularis.

Contrahens matrimonium, & conſummans ignoranter cum illa,quæ prius ab alio fuit corrupta,irregularis eſt. l.2.c.9.nu.28.

Qui vxorem,quam duxit virginem,poſt adulterium commiſſum etiam id ignorans cognoſcit, fit irregularis.ibi. num.29.

Filius,quem mulier nupta ex presbytero concepit,quamuis ipſe ignoret,irregularis eſt.ibid.nu.30.

Per reiterationem confirmationis committi, & incurri irregularitatem falſum eſſe,vnde conſtet.lib.3.cap.8.numero 10.

Irregularitas non niſi in caſibus à iure expreſſis incurritur, nec ad alios caſus extendenda.ibid.num.eod.

Sodomita notorius irregularis, ſecus autem occultus. vi. ver.Sodomia.l.8.c.5.nu.16.

Irriſio.

Irriſio peccatum linguæ ab alijs diſtinctum, eius finis intentus quis,à contumelioſo,detractore,ſuſurrone diuerſus.l.12.c.5.nu.6.

Irriſio duobus modis fieri poteſt, & quinam de hoc vitio tractant.ibi.nu.eód.

Irriſio ex ſuo genere veniale peccatum, quomodo autem mortale,quandove veniale.ibi.nu.7.8.9.& 10.

Deriſionis gradus quatuor ſecundum S. Thom. ibidem numero 11.

Inter hos gradus grauiſſimum peccatum quid. ibid. numero eod.

Iudex. Iudicium.

Quando poteſt iudex licite iudicare ſecundum illam opinionem, quæ amico magis fauet, immò modo ſecundum vnam, modo ſecundum aliam ſecluſo ſcandalo propter amicum iudicare.l.1.c.11.nu.4.

Iudex qui habet propoſitum ceteris paribus ſemper ferendi ſententiam pro amicis, regulariter loquendo, eſt in periculo peccandi mort.ibid.nu.7.

Iudex ſequi poteſt ſententiam probabilem relicta probabiliori, modo illam, quam ſequitur, iudicet eſſe veram ſin falſam,ſecundum illam probabiliorem.nu.8.

Non tenetur Iudex ſemper illud ſequi, quod eſt rectæ rationi conformius.ibid.nu.9.

Iudex & Confeſſarius vterque in foro ſuo,& tribunali verus iudex, & æque poſſunt ſequi opinionem probabilem.ibid.num.10.

Iudex quando ſecundum probabiliorem opinionem iudicare tenebitur,vt bene Arragon.ibid.nu.11.

Quando ſint duæ opiniones æque probabiles ex parte facti,in Ciuilibus,aut Criminalibus,quid agere debeatur. c.eod.num.12.

Quando ex parte facti duæ ſint probabiles, altera tamen probabilior, in Ciuilibus tenetur Iudex iudicare in fauorem probabilioris,quare.ibi.nu.13.

Cum ſit diuerſitas opinionum probabilium circa iuris intelligentiam, poteſt iudex eam ſequi, quam putat probabilem; è contra vero ex parte facti.ibid.nu.15.

Iudex in fauorē rei iudicare non poteſt,ſed ſecundum merita cauſæ,& proceſſus.li.1.c.11.nu.20.

Quidnam poteſt Iudex circa legem pœnalem, in qua certa pæna ſtatuitur pro delicto.l.3.c.7.nu.13.

An,quando lex ſub diſtinctione pęnam certam ſtatuit,Iudex poſſit minorem ſemper eligere.ibid.nu.14.

Quando iudex ex iuſta cauſa poteſt pœnam augere, vel minuere.ibid.nu.15.

Quando Iudex remittendo pœnam Iuris obligatur in conſcientia ad reddendum alteri,quantum erat pęna æſtimatio.ibid.num.16.

Quando licitum ſit pro Reo apud iudicem intercedere, quando vero non liceat.ibid.nu.17.

Iudices ſeculares contra blaſphemiæ conuictos non animaduertentes ijſdem pœnis ſubijciuntur.lib.6.cap.13. num.16.

Iudex per iniquitatem non ferens ſententiam, nec condemnans reum ad ſoluendas pęnas in lege impoſitas, ad illarum reſtitutionem tenetur.lib.10.tract.2.c.14. numero 12.

Iudex non iuſte applicans pęnam pecuniariam ſententia iuſta iam pronunciata contra Reum, tenetur ijs reſtituere,quibus eſſet applicanda.ibid.nu.13.

An iudex non obſtans,non manifeſtans,aut tacens,& alij, qui tenentur ex officio damnum impedire, teneatur in ſolidum.lib.10.tract.2.c.15.nu.16.

Iudex tenetur ad reſtituendam pęnam,quam reis dimittit,ſiue iniuſte remittatur ante,vel poſt latā ſententiam, ipſo facto ſine alia iudicis condemnatione.ibi.nu.14.

Iudex in rebus parui momenti pęnas diſſimulans non tenetur ad illarum reſtitutionem.ibi.nu.15.

Iudex,& alij iuſtitiæ miniſtri poſſunt habere ſtipendium à lege taxatum.l.10.tract.5.c.3.nu.5.

Iudex accipiens aliquid,ad quod tenetur ex iuſtitia,vel facere,vel omittere,peccat,& ad reſtitutionem obligatur. ibid num.6.& 7.

An reſtituere debeat nulla expectata repetitione dāti, ut iudicis ſententia.ibid.nu.8.& cur.ibi nu.9.

Iudex ſcienter proferens falſam ſententiam peccat mortaliter.l.12.c.2.nu.17.

Ad iudicium plures perſonæ concurrunt, nonnullæ ſubſtantialiter,aliæ contingēter, ſeu accidētaliter, & quænam illæ ſint.l.12.c.7.nu.1.

Iudex,vt recte iudicium ferat,& abſque peccato, quinque habere debet.ibid.nu.2.

Sine poteſtate iudicandi ſententia lata eſt inualida, & iudex peccat mortaliter.ibi.nu.eo.

Quiſnam ex virtute poteſtatis legitimum iudicium exercere poteſt,& quibus modis, & quotuplex ſit hæc poteſtas competens.ibi.nu.3.

Iudex arbitrarius duplex.Iudicis arbitrarij ſententia poteſt habere vim cogendi Pontificem, licet non perfectam, vt ad parendum cogi poſſit per pęnam.ibid.nu.4.

Leo IV.ſubiecit ſe iudicio Ludouici Imperatoris,& Caroli Magni, quos in foro exteriori arbitros elegit. ibidem num.eod.

Iudices ſeculares iudicando Clericos,& de rebus ſpiritualibus peccant mortaliter,vbi notabile exemplum Conſtantini Magni oſtenditur.ibid.nu.6.

Viros Eccleſiaſticos, aut etiam ſeculares principibus ſecularibus in rebus ſpiritualibus eſſe ſubiectos, iuri diuino repugnat.ibid.num.eod.

Papa, cum ſe Vicarium Chriſti in ſpiritualibus, & temporalibus appellet, an ſe laicæ poteſtati intromittat. ibid. numero 7.

Iudex eccleſiaſticus non ſolum iudicare poteſt perſonas Laicas in rebus mere ſpiritualibus, ſed etiam in delictis mixtis.ibid.num. 8. & è conuerſo iudex ſecularis intromittere ſe poteſt inter perſonas eccleſtaſticas.

Clericus coram iudice ſeculari ſecularem conuenire poteſt, ipſe autem coram ſeculari conueniri non poteſt,

niſi in caſibus iure conceſſis,& quinam illi ſint,ibidem num.9.
An Clerici renunciare poſſint iuri,& priuilegio fori, vt a iudicibus ſecularibus iudicentur.ibi.nu.10.
In iudice duplex veritas requiſita, rei, & conſcientiæ, & quam in iudicando ſequi poſſit,ac teneatur, caſu, quo vere innocens ſit priuata ſcientia cognitus,probetur tamen reus,& nocens,l.12 c.8.nu.12.
Iudex veritatem eruerę contra iniuſtam innocentis accuſationem,quibus remedijs teneatur.nu.3.4.5.& ſi nullum ex his ſufficiat,quid facere teneatur iudex.ibidem num.6.
An liceat vel in criminalibus, vel in Ciuilibus condemnare eum ſecundum allegata,& probata,quem certo ſcit eſſe innocentem,ibid.num.7.vſque ad 12. Opinio tertia verior,& communior in praxi ſequenda,quæ. ibid. num.13.
Quanam authoritate fungitur iudex in iudicando. Priuata ſcientia vti poteſt,quomodo,aut quando,ibidem, num.14.
Iudex ſententiam dicere nequit ex inſtrumento, ſeu ſcriptura in iudicio non producta, quamuis ex illa priuatum exhibita ius Actoris, & rei plane cognouerit. ibid. num.15.
An iudex inferior,qui nulla alia via vitam innocentis cōmode ſaluare poſſit,teneatur deponere officium ſuum, ne condemnet innocentem contra priuatam ſuā ſcientiam,ib.nu.16.
An miniſter,& executor ſententiæ Iudicis,ſi condemnatum certo nouerit eſſe innocentem, teneatur officium deſerere,& an peccet mortaliter exequendo præceptū ſententiæ,ibid.nu.17.
Iudex in publicis ſententijs ferendis quomodo procedere debet,in officijs autem conferendis quomodo, ibid. num.17.
An,ſi iudicium ſit ad Regem,ſeu ſupremum iudicem delatum,poſſit innocentem vere reipſa, conuictum tamē nocentem a morte abſoluere,& condemnatum liberare,vid.verb.Princeps,ib.nu.19.
An iudex ſaltem ſupremus,qui certo nouit aliquem, quē tenet in vinculis,reum, opinione tamen publica innocens eſſe probatur,talem condemnare, & morte poſſit afficere,ib.nu.20.
De ſolemnitate iudicij præcipuè duo ſunt.ibidem,numero eod.
In quibus ſolemnitatibus iudex inferiori diſpenſare non poteſt,ſed per publicam ſcripturam procedere tenetur ibid.nu.21.
Quando crimen ſecretum eſt,vel improbabile, an poſſit iudex ſupremus ſolemnitates iudicij prætermittere,ib. nu.22.& 24.
Si crimen ſit probabile,locum habet epicheia,ibidem,numero 25.
Iudex ſiue inferior, ſiue ſupremus extra caſus ſupra poſitos adiudicans aliquem morti ob ſcientiam ſolam priuatam, vere eſt homicida,ib.nu.27.& item,& executores mandatorum mortaliter peccant,& ad reſtitutionē obligantur,ib.nu.27.
An iudex ſemper iudicare debeat ſecundum verba legis, an potius aliquando poſſit vti epicheia,& de quibus legibus hoc intelligatur,l.12.c.9.nu.2.
Iudex tam ſupremus,quam inferior (cum præcepta Decalogi ſint indiſpenſabilia) ſecundum illa iudicare debet,ib.num.eod. Si etiam cauſa propoſita ad leges humanas pertinet,nec repugnat legi diuinæ,aut naturali, ib.num.3.
Varij caſus in quibus nullo modo ſecundum verba legis, ſed ſecundum epicheiam iudicandum erit.ibid.nume. 4.& 5.
An iudicium,ſeu ſententia injuſta contra leges lata in foro conſcientiæ obliget.ib.nu.7. Poteſt autem ſententia iudicis iniuſta eſſe ex triplici capite,nu.8.
Iudex adiudicans alteri,quod ſuū nō eſt,non obſeruās ordinē iuris,& peccat,& ad reſtitutionē tenetur.ib.nu.9.
Quid, cum perſona,cui adiudicatur, quod ſuum nō erat, bona,vel mala fide litigauit.ib.num.eod.
Iudex priuans aliquem re non ſua omiſſo ordine iuris peccat,ſed non ad reſtitutionem tenetur,ille vero, cui adiudicatur(ſi ſuum ſit) bona conſcientia poſſidebit. ibi. nu.11.
An vero poſtquam quis per iniuſtam ſententiam re ſua priuetur,& non appellet,is,cui res eſt adiudicata,bona & tuta conſcientia poſſideat,ib.nu.12.
An ſententia iniuſta obliget in beneficiis Ecçleſiaſticis, ibi.nu.13.& 14.& ſeq.
Modus procedendi in iudicio triplex, per denunciationem,Inquiſitionem,Accuſationem,lib.12.cap.10. nume.1.
Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt ad excommunicationem dupliciter, & quænam requirit præuiam trinā admonitionem,ibid.nu.7.
Iudicium duplex,Ordinarium,& extraordinarium.In extraordinarijs iudicijs quinq; vice veri accuſatoris funguntur,l.12.c.11.nu.10.
In iudicio vnde deſumenda ſit iniuria,lib.12.capit.2.numero 20.
An mendacium ex ſe veniale fiat in iudicio mortale etiā de materia leuiſſima,vt voluit Caiet.ibi.nu.20.vid.ver. mendacium.
Iudex cauere debet a torquendis reis ſine legitimis ſufficientibus in id indiciis.l.12.c.12.nu.1.
In forma iudicij conſideranda eſt quantitas pęnæ.ibi.nu. 2.& quando, & cui liceat pænam legis relaxare, etiam contra voluntatem accuſatoris.ibid.nu.3.
In quibus caſibus nullus iudex pęnam remittere poteſt tuta conſcientia,ibi.num. 3. Et in quibus periculoſum eſt pro reo apud iudicem intercedere,ib.nu.4.
An reus,cum iudex pęnam temporalem, & pecuniariam ſoluendē remiſit,tutus maneat in conſcientia,ibidem, num.5.
Iudices ſeculares non faciles eſſe debent in pęnis corporalibus mutandis in pecuniarias,ibid.nu.6.
Iudices Eccleſiaſticos pro quolibet delicto,vel ſtatuto pęnam pecuniariam imponere æquum,& iuſtum non eſt ibidem num.7.Quando autem id poſſit,ibi.nu.eod.
In forma iudicij requiritur neceſſario vis exequutionis, vt celeriter iudex cauſas expediat, aliter reſtituere tenetur.ib.nu.8.debet viſitare carceres,ibidem,& vt condemnati prius confiteantur,& ſi fieri poſſit,communicent,ibid.
Iudex abſque debita ſcientia officium publicum aſſumēs grauiter peccat,l.12.c.13.nu.1.
Vitę puritas in iudice duplex requirenda, ibidem numero 2.
An iudex in peccato mortali exiſtens alios iudicādo mortaliter peccet,ibid.nu.3.4.& 5.
An liceat Iudici a litigantibus accipere pro exercendo iuſtitiæ officio,ibidem,num.7.Et quando ſtipendium accipere liceat, vel non,laicis, vel Eccleſiaſticis, ibid. nume.8.& 9.
Quoad munera quid poteſt iudex Eccleſiaſticus ordinarius habens beneficium, cui annexa eſt iuriſdictio? Quid iudex ſecularis ex iure communi ciuili? ibid.numero 12.
Iudex Eccleſiaſticus delegatus à Papa habens beneficiū non poteſt munus accipere,ib.nu.13. Accipiens ad reſtitutionem tenetur, & remiſſio reſtitutionis nulla eſt, & inualida ibi.nu 14.
An cōſuetudo accipiendi munus excuſet ordinarium,vel Eccleſiaſticum delegatum, & an per talem conſuetudinem ius canonicum, vel ciuile abrogari poſſit. ibid. num.15
Iudex delegatus a Papa habens beneficium quando tuta conſcientia aliquid pro compenſatione expenſarum recipere poteſt,ibid.nu.16.
Delegatus ab alio ordinario, quam a Papa, extra duos caſus licite poteſt expenſas accipere,ib.nu.17.
Iudex ſecularis extra dominium ſuum, quando expenſas

petere

perere poteſt,& Iudex eccleſiaſticus quibus in caſibus licite poteſt,quibus non?ibid.nu. 17.

Quoad Xenia,quantum iudici ſeculari, vel eccleſiaſtico ex iure canonico,& ciuili accipere liceat?ib.nu.19.

Iudicium temerarium.

Iudicium temerarium radix, & origo omnium peccatorum,quæ verbo committunt,lib.12.c.3.nu.1.

Suſpicio,dubium, iudicium temerarium quomodo inter ſe diuerſa,ibid.nu 2.procedunt ex leuibus indicijs, & quænam leuia dicuntur,ibid.nu.3.& 13.

Iudicia temeraria,& ſuſpiciones ex tribus potiſſimũ cauſis prouenire ſolent,ibi.nu.4.

An ſuſpicio, vt comprehendit iudicium temerarium, ex ſe mala ſit,& peccatum.ib.nu.5.

An pręſuppoſito,quod iudicium temerarium ſit malum, quando erit peccatum mort.quando veniale, ibid. nume.6.

Vt iudicium temerarium ſit mort. quatuor requiruntur, ibid. nu.13.14.& 15.

Iudicare malum de altero,quando cauſæ ſufficientes, & indicia probabilia id ſuppetunt,non eſt peccatum, nec iudicium temerarium,ibid.nu.11.

An iudicare ex leuibus coniecturis aliquem eſſe fatuum, ſtultum,indoctum,auarum,prodigum,&c.ſit materia grauis,& mort.ibi.nu.16.

An aliquando peccatum mortale committatur iudicando temere de culpa veniali proximi,ib.nu.17.

An iudicium temerarium ex leuibus coniecturis de defectu naturali ſit mortale.ibi.nu.18.

Cui virtuti oppoſitum ſit propriè iudicium temerarium? & an quæ dicta ſunt,intelligantur de iudicio exteriori, vel interiori tantum,ibid.num.19.Iudicium temerariũ licet proprie ſit in actu interno detractio autem in actu externo, non tamen ſunt duæ diſtinctæ ſpecies.ibi.nume.eod.

An, quando quis prudenter, non temere ſuſpicatur, aut iudicat aliquod malum de proximo, licitum ſit illi ſuſpicionem ſuam aliis aperire,& reuelare,ibid.num.20.

Iudex aliquem condemnans ex leuibus coniecturis mortaliter peccat,& multo grauius, quam qui per iudiciũ interius hanc iniuriam irrogauit,ib.nu.21.

An exiſtente dubio probabili, & rationabili de facto, aut dicto alterius teneatur homo tale dubium in meliorẽ partem interpretari.ib.nu.22.An quando video huiuſmodi ſigna dubia,ſatis ſit interpretari in meliorem partem negatiue.ib.nu.23.& 24.

In deteriorem partem iudicare quomodo liceat,ibidem, nume.25.

Inter iudicium ſpeculatiuum de rebus, & practicum de perſonis maximum diſcrimen.ibid.nu.26.

Iuramentum.

An Iuramenti vſus per ſe bonus,& licitus ſit?vbi ſoluuntur argumenta pro parte negatiua,l.5.c.3.nu.1.& 2.

An Chriſtus Matt.5.ſimpliciter prohibeat omnem modũ iurandi,& quomodo ordinetur in cultum reuerentem, & honorem Dei.ibi.num.3.

Præceptum eſt naturale,ac diuinum omnibus commune iurare,cum ad id ratio induxerit,ib.nu.4.

Iuramentum, licet ex circunſtantiis ſuis bonum, non tamen appetendum,& quomodo neceſſarium,ibid. numero 5.

Iurandi frequentia,& conſuetudo maxime cauẽda etiam in ſermonibus veritate ſubnexis.ibi.nu.6.

Vt iuramentum actus ſit bonus, & licitus, variæ circunſtantiæ requiſitæ enumerantur,ib.nu.7.

An pueri ante pubertatem admitti poſſint ad iuramentũ, ſi ad id ſe obtulerint.ibi.nu.eod.

Pueri doli capaces poſſunt ſe obligare ad iuramentũ promiſſorium,poteſt tamen pater huiuſmodi iuramenta irritare ſicut vota,& quando.ibi.nu.8.

Periuri repelluntur a iuramento,quare? & quod duo cõſideranda ſunt in iuramento,ibid.nu.9.

De quo tamen periuro intelligendum, an de conuicto in iudicio,an de notorio,ibid.nu.10.

Clericis, ſacerdotibus, & Prælatis in iudicio iurare interdicitur: quare? in quibus tamen caſibus iurare licebit, & præcipuè ſpiritualibus.ibid.nu.11.

Clerici accuſati coram Iudice ſeculari,aut requiſiti,vt ſolemne præſtent iuramentum coram eo iurare prohibẽtur,qualiter tamen id poſſunt,ibi.nu.12.

Si iuretur aliquid,quod eſt peccatum mortale,aut veniale,non eſt ſeruandum iuramentum,ib.nu.13.

Iuramentum factum pro re turpi illicita,& iniuſta non valet,nu.eod.nec in detrimentum eccleſię,aut diminutionem regni.ibid.

Iuramentum,cum ſit actus latriæ, per ſolum Deum fieri debet,per creaturas autem non niſi ad Deum relatas. Iurare per creaturas maxima Deo iniuria,quando,ibi. nu.14.

Iurare per membra Dei maxima eſt blaſphemia, præcipuè ſi aliqua nominentur.ib.nu.15.

Iurare per membra Chriſti honeſta regulariter loquendo,non eſt mortale modo abſit contemptus. ibidem, num.eod.

Verum,vel falſum iurare per falſos Deos;peccatum mortale,quare.ib.nu.17.

An grauius ſit peccatum iurare falſum per verum Deũ, quam iurare verum per Deum falſum.ibi.nu.18.

An liceat Chriſtiano petere,aut recipere iuramentum ab idolatra,quam ſcit per Deos falſos iuraturum.ib. n.19. & nu.20.

An iurans per Deos falſos, & aliquid promittens arctius promiſſum implere teneatur, quam ſi ſimpliciter, & abſque iuramento promiſiſſet.ib.nu.21.

An grauius ſit peccatum iurare fallaciter per Deum, quã per creaturas,ib.nu.22.

Quare periurans cum ſolemnitate infamis ſit, & irregularis,ſimpliciter autem periurans non item,ibidem,nume.eod.

Iuramentum duplex, Aſſertorium,& promiſſorium, quæ ex fine vitiari poſſunt. Aſſertorium vero ex octo finibus vitiari ſolet,ib.nu.23.

Cauſa concomitans turpis illicitum reddit iuramentum, ibidem,num.24.Olim præſtare ſolebant ieiuni.nu.25.

In Dominicis diebus, & in feſtis ſolemnibus niſi ex magna neceſſitate,& pro cauſis pijs eccleſiæ iuramentum ſolemne præſtare non licet.ib.nu.26.

Vt iuramentum virtus,& actus ſit religionis, quænã circumſtantiæ neceſſario requirantur?lib.5.capitu.4. numero 1.

Quot per veritatem in iuramento requiſitam intelligãtur.ibid.

Quid per iudicium, & quæ iurans, vt cum iudicio iuret, præcipue conſiderare debeat?ibi.nu.3.

Ad iuramentum requiritur,vt res ſit honeſta,ibidem,numero 4.

Iuſtitia requiritur ad iuramentum aſſertorium,& promiſſorium,ſed diuerſimode,ib.nu.5.

Conditiones oppoſitæ vitiantes iuramentum quæ? ibid. num.6.

An omne iuramentum,cui aliquid ex prædictis deeſt, ſit periurium necne? ibid. nu 7.& an omne periurium ſit peccatum,ib.nu.8.

An periurium ſit grauius peccatum ceteris,quæ in proximum committuntur,ib.nu.9.

Cur homicidium maiori pœna puniatur,quam periuriũ, cum tamen non ſit grauius peccatum,ibi.nu.10.

Qui de grauitate periurii copioſe ſcripſerunt,ibidem,numero 12.

Quando iuramentum ex defectu alicuius circunſtantiæ ſit mortale,vel veniale,ibi.nu.13.

Iuramentum aſſertorium quacunque de cauſa fiat, ſi veritas deſit,& actio ſit deliberata, eſt mortale. ibid. numero 14.

Periurium iocoſum non eſſe mort. à Theologis exploditur contra Goffredum,cui fauet Angelus,ib. nu. 15.

Quicunque doli capax in iudicio,vel extra iudicium ſciēter, vel ſecundum æſtimationem iurans, de quo dubitat,peccat mort.ib.nu.eod.

Nullum periurum mortale factum ex ſurreptione,n.16.

Qui iurat falſum inaduertenter,ita tamē diſpoſitus,quod ſi ſciret eſſe falſum,adhuc falſo iuraret, peccat morta. num.17.

Qui iurat falſum putans eſſe verum non habens animum fallendi,ſi nullam adhibuit diligentiam,vt certò ſciret, peccauit mort.ſi aliquam,ſed non ſufficientem, venialiter ib.nu.18.

Vt iurant excuſetur a peccato, tenetur credere magis verum eſſe illud,quod iurat,quam eius oppoſitum, ibid. nu.19.

An qui aliquid affirmat aliter concipiendo, & intelligendo verba in mente ſua,quam illa accipit,cui iuramentū præſtatur,ſit periurus,ib.nu.20.21.& 22.

Qui coacti iurare reſpondēt id, quod verum eſt ſecundū propriam intentionem, & falſum ſecundum eius intētionem,cui iuramentum præſtatur, a peccato excuſantur,ib.nu.24.

Confeſſarius interrogatus de auditis in confeſſione excuſatur a peccato,iurando ſe non audiuiſſe.ib. nu. eod.ſic teſtis,aut reus rogatus a Iudice non ſuo, aut vxor de adulterio:aliter vero ſi ſine violentia,ſed cum iuſtitia interogatur.

A perſona priuata rogatus cum iuſtitia iurare tenetur ad intentionem illud exigentis,ib.nu.25.

Quando quis poteſt vti æquiuocatione;ib.nu.26.

Iuramentum promiſſorium,cui deeſt veritas de præſenti, ſiue de re licita, ſiue illicita, magna, aut parua, peccat mort.ib.nu.7.

An iurans occidere hominem non habens animum adimplendi peccet mort.ib.nu.eod.

Aſſuetus iurare tam vere, quam falſe non aduertens, an falſum iuret,peccat.mort.ib.n.10.

Peierans ex conſuetudine præter peccata,quæ committit in ſingulis iuramentis, peccat peculiari modo omiſſionis contra charitatem,ib.nu.eo.

An,& quando peccatum ſit violare iuramentum comminatorium,ib.nu.11.

Iuramenta comminatoria parentum excuſantur per conditionem appoſitam,ib nu.12.

Comminatio facta de aliquo malo culpæ ſiue mortali, ſiue veniali poteſt,& debet non adimpleri,ib.nu.13.

Vt comminatio facta de iuſta inflictione, aut procuratione mali pęnæ,ſiue quoad corpus,ſiue quoad temporalia tria conſideranda,ib.nu.eod.

An peccent,& periuri ſint,qui honoris,aut amicitiæ cauſa iurant ſe non præceſſuros in exitu domus,& ſimilia, & tamen contrarium faciunt,ib.nu.14.

Quænam conditiones in omni iuramento ſimpliciter facto ſubintelligendæ ſint ex iure communi, vt Iuramētum obliget.ib.nu.15.

Delatio authoritati ſuperioris, obſeruatio fidei, propter quam iuratur,conditio rerum, & perſonarum ad obligationem iuramenti requiruntur,ib.nu.16.17.& 18.

In iuramento tam aſſertorio, quam promiſſorio eſt obligatio,ſed diuerſimode,lib.5.c.6.nu.1.

Iuramentum male factum per creaturas, aut falſos Deos ruandum ſe eſt,& obligat,ſi licitum ſit,quod iuratur. ib.nu.eod.

Iuràmentum de eo,quod eſt peccatum mort.aut veniale, non obligat,ſed eſt peccatum illud ſeruare,ib.nu.2.

Iuramentum iniquitatis vinculum eſſe non poteſt. ib.nume.eod.

Iuramentum de re vana, aut indifferenti non obligat. ib. nu.3.

Iuramentum illicitum qua ratione poteſt obligare.ib.nume.4.

An iuramentum doloſum obliget?ib.nu.5.

Quando promittens,& iurans intentionem promittendi, & iurandi habuit,non tamen animum adimplendi,peccat mort.ib.nu.6.

Qui iurat aliquid cum animo iurandi, non tamen promittendi,& ſe obligandi,peccat mort.contra Greg. de Val.ib.nu.7.

An ſic iurans maneat obligatus ad implendum,quod iurauit.ib.nu.8.

Qui fingit ſe iurare, animum tamen iurandi non habet, nullam ex natura iuramenti obligationem incurrit. ib. num.9.

Ratione tamen ſcandali tenetur,quando,ib.nu,eod.

In foro exteriori iurans ſemper in dubio præſumitur habuiſſe animum iurandi,& ſe obligandi,ib.nu.10.

An,qui ſic ſe iurare fingit, ſemper peccet mortaliter. ib. nume.11.

An liceat vti verbis ſimulatorijs,& amphibologicis in iuramento promiſſorio,ib.nu.12.

Metu coactus latroni centum aureos petenti ſe daturum iuramento promittens an perſoluere teneatur? ib. nume.13.

An iuramentum coactum,ſeu metu extortum ſit obligatorium,& an obliget in foro exteriori,an ſolum in foro conſcientiæ,ib.nu.14.& 15.

Iuramenta per vim,& nō ſolum per iniuriam extorta in foro exteriori non obligant,quare,nu.16.& 17.

An hæres ex vi iuramenti a defuncto teſtatore emiſſi illud præſtare obligetur,quod defunctus iurādo promiſerat.ib.nu.18.

Qui iurauit alicui ſe aliquid facturū, an teneatur illo mortuo idem facere eius hæredi,ib.nu.19.

Obligare quis poteſt ſe alicui, & ſucceſſoribus eius, non autem ſe,& ſucceſſores ſuos,quare,ibid.nu.20.

An minor annis viginti quinque aliquid iuramento confirmans ſine conſenſu tutoris in conſcientia obligetur ſeruare promiſſum iuramento firmatum?ib.nu.21.

An,qui promittit cum iuramento aliquid facere, obligetur ſub mort.id facere,licet velit ſoluere id, quod intereſt,cui iuratur,ib.nu.22.& 23.

Qui iurauit ſe ſoluturum certam quantitatem pecuniæ, an poſſit ſine periurio ſatisfacere per compenſationem ibid.

Circa iuramenta facta in nomine alterius, vt a procuratoribus,& patronis nomine abſentium, quid dicendū. ib.nu.25.

Iuramentum fieri non poteſt per procuratorem, etiamſi mandatum habeat ſpeciale,quando,& quo caſu. ibid. nu.17.& 18.

Ex quatuor capitibus contingere poteſt iuramentum promiſſorium non eſſe adimplendum ſine peccato,li.5.ca. 7.nu.1

An ferēs Iuramentum promiſſorium,cui deeſt veritas de futuro,peccet ſemper mortaliter non adimplendo,vel aliquando ſolum venialiter, l.5.c.4.nu. 28.

Violatio iuramenti de re leui æque erit mort. peccatum, ac de re graui,& quare?& quomodo intelligatur modicum pro nihilo reputari,ib.nu.29.

Mendacium officioſum ex ſe veniale iuramento confirmatum fit mortale,ib.n.eod.

In iuramento promiſſorio Deum non vt teſtem veritatis, nec vt pignus,ſed vt fideiuſſorem eſſe (vt voluit Petrus de Arragon.) refutatur,ib.nu.30.

Non peccat mortaliter,qui partem minimam promiſſionis iuratæ non adimplet,ſi reliquum adimpleat,ib. numero 31.

Iuramentum ex defectu iudicij, aliquando mortale, aliquando veniale,ib.nu.32.

Ad iuramentum requiritur ſufficiens deliberatio, & inquiſitio ſecundum materię qualitatem, & quando ex negligentia erit mortale, quando vero nullum ? ibid. num.33.

Quanta neceſſitas requiratur ad iuramentum, vt iurare nullum ſit omnino peccatum?ib.nu. 34. enumerantur nouem cauſę neceſſitatis,ib.nu.eo.

Iuramentum ex defectu iuſtitię, quę ſolū locum habet in

iuramento promiſſorio,aliquando eſt peccatum mortale,aliquando veniale. ibid.num.35.

Iurans ſe facturum aliquid contra conſilium diuinum,an peccet ſolum venialiter.ibid.num.36.

Iurans ſe facturum rem aliquam indifferentem,ſi nō obſeruet,etiamſi intenderet illud ſeruare,peccat venialiter tantum,& vnde hoc conſtet.ibid.n.37.

An peccet,qui ad iuramentum inducit,aut prouocat alterum,aut qui iuramentum recipit ab eo,quem ſcit, vel probabiliter credit falſum iuraturum. libr.5.c.9.num. 1.2.3.& ſeq.

An,& quando iurandi conſuetudo ſit peccatum. num.6. ibidem.

Qui non aduertit ſe falſum iurare,abſolute loquendo nō peccat mort.ibid.num.7.

Conſuetudo iurandi quando iuramenti ſpeciem mutet, aut aggrauet.ibid.num.8.

Aſſuetus iurare,ſed non mentiri,immo ita diſpoſitus, vt non mentiretur,aut iuraret, ſi aduerteret, regulariter ſolum venialiter peccat,ibid.num.3.

Quotieſcunque quis iurat aliquid facere, quod eſt mort. aut veniale, peccat iurādo,nec tenetur adimplere ibidem,num.2.

Quando illud,quod iuratur,bonum eſt,minus tamen bonum quam oppoſitum illius, non eſt obligatio adimplendi.ibid.num.3.

Ex parte euentus Iuramentum non obligat in multis caſibus,qui fuſe declarantur.ibid.n.4.5.& 6.

Ex parte etiam modi contingit non obligare iuramētum ad implendum,modi autem duo ſunt.ibid.n.9.

Relaxatio iuramenti fieri poteſt ab eo, cui quis iurauit, aliquando etiam cum ceſſat cauſa principalis,ob quam factum eſt,ib.nu.10.

An qui metu coactus iurat ſe non denunciaturum latronem ſic compellentem eum iurare, promiſſum ſub iuramento facere teneatur,ib.nu.11.

Iuramenti abſolutio,diſpenſatio,irritatio,commutatio,relaxatio quid ſint,aut ſignificent,l.5.c.8.nu.1.ib.& quid in iuramento abſoluitur, & diſpenſatur, & ad quę extenditur abſolutio,ib.nu.2.

In iuramentis aſſertorijs diſpenſatio contingere non poteſt,quare,ib.nu.3.

Inter votum,& Iuramentum differentia quotuplex, n.4.

Irritare iuramentum qui poteſt,ib.nu.5.

Ad irritationem iuramenti non eſt neceſſaria iuriſdictio eccleſiaſtica,nec conſenſus eius,qui iurauit ib.nu.6.

Iuramenta quę irritari poſſint ſine cauſa,vt iuramenta filiorum a parentibus,poſt confirmationem non poſſunt amplius ſine peccato irritari,ib nu.6.

Abſolutio tamen,& diſpenſatio ex cauſa fieri poteſt a prę latis Eccleſiaſticis,ib.nu.7.

Cauſa petendi,& concedendi abſolutionem,& diſpenſationem in iuramentis coactis duplex eſt,ib.nu.7.

Idem dicendum de iuramentis ad ſolutionem vſurarū extortis,ac de metu coactis,ib.nu.eod.

Quandoque iuramenta remittuntur ex officio publico ad pęnam eius,cui pręſtanda ſunt,vt excommunicatis. ib. nu.eod.

Iuramenta in totum aliquando remittuntur ab Eccleſia indirectè,ſic etiā de ſtatutis collegiorū mutatis,ib.nu.8.

Summus Pontifex in omni iuramento, ceſſante damno tertiæ perſonę diſpenſare poteſt,ib.nu.eod.

In omnibus iuramentis,quæ ſi vota eſſent,diſpenſare potuit,poteſt epiſcopus non ſolum dubium declarare ſed & diſpenſare,ib.nu.9.

Inferior epiſcopo iuriſdictionem epiſcopalem non habēs a iuramento abſoluere non poteſt,ſicut nec a voto poteſtate ordinaria,ib.nu.eod.

Confeſſarius ordinarius ex priuilegio,vt per Bullam Cruciatæ,aut alio modo facultatem habens in votis diſpenſandi poterit ſimiliter in iuramentis,ib.nu.eo.

Pręlati Regularium exempti ab ordinario circa ſuos ſubditos in iuramentis diſpenſare poſſunt, ſicut epiſcopi, ibi.nu.10.

Confeſſarii Regulares virtute priuilegiorum non poſſunt diſpenſare in iuramentis, niſi in ſacramento pœnitentiæ,ib.nu.eod.

Aliter vero etiā in foro exteriori fieri poteſt in votis ſubditorum per viam authoritatis, ſicut habent Abbates, Priores,& quando quis habens poteſtatem diſpenſandi,diſpenſat,neceſſaria eſt notitia,& mentio iuramenti.ib.nu.11.

Diſpenſans in iuramento ſine cauſa rationabili peccat,nec valet diſpenſatio in foro conſcientiæ, ib.nu.12.

Cauſa legitima diſpenſandi in iuramento triplici ex capite eliicienda,ib.nu.eo.

Quibus modis quis iurans poteſt authoritate propria cōtrauenire,quibus vero caſibus indiget epiſcopi declaratione,ib.nu.13.

Commutare iuramenta promiſſoria quis poteſt.ib.nu.14.

Commutare iuramentum in melius bonum vnuſquiſque poteſt ſuo arbitratu.ib.nu.15.

Vt quandoque laudabile immo præceptum,ſub pęnis grauiſſimis prohibitum per nomen diuinum iurare,l.5.ca. 9.nu.1.

Qui ſcienter falſum iurant,etiamſi ioco,vel coactione,vel metu, vel ex lapſu linguæ dummodo aduertenter faciant,peccat mort.ib.nu.2.

Qui pro certo affirmat verum,quod ita eſſe certo ignorat, ſed animo dubius eſt,peccat mort.ib.nu.eod.

Qui iurauit id, quod verum exiſtimat,& tamen re vera falſum eſt,niſi quantum potuit curam,& diligentiam adhibuit,peccat mort.& periurus eſt.

Qui iurat alicui aliquid ſic eſſe,vel non eſſe,intendens aliter quam verba ſonant,dummodo legitimē ſit interrogatus,peccat mort.& periurus eſt,ib.nu.eod.

Qui per falſos Deos,Mahometem,Solem.&c.ib.nu.3. & qui alium inducit ad iurandum per falſos deos,nu.eo. & qui inducit alium ad iurandum falſum per verum Deum peccat mort.ib.nu.eo.

Qui cum iuramento promittit,ſe licitum aliquid facturū, cum tamen, aut promiſſum implere in animo non habuerit,aut ſi habuerit,non præſtat,quod promiſit,periurus eſt, & peccat mort.ib.nu.eod.

Qui iurat ſe aliquid illicitum facturum, vt occidere furari,&c.peccat mort.ib.nu. 4. Qui iurat ſe non obtemperaturum conſilijs euangelicis,peccat mort.

Qui iurat,quod verum eſt,& ita exiſtimat,leuibus tamē, coniecturis adductis peccat,ib.quando vero mor.quando venialiter,vid.ſup.c.4.

Iurans aliquod ſecretum tenere,& poſtea aduertenter,& ex propoſito illud reuelat,quod bona conſcientia ſecreto teneri potuit peccat mort.ib.n.5.

Qui verba ſacra,& ſententias ad fabuloſa, ſcurrilia, & libellos famoſos detorquet,peccat contra hoc præceptū, ib.nu 50.

Præcipuæ pęnæ peierantium quinque,ib.nu.6.7. & 8.

Collatio beneficij facta periuro poſtea,quam ſit condemnatus,& per ſententiam declaratus,nulla eſt,ib.nu.9.

Cur lege annullante promiſſionem de ſoluendo iuramēto vim habeat obligandi,l.11.c.13.nu.20.

Ius .

Ius duplex in re,& ad rem,& quid ſit vtrumque,l.9.ca.3. num.2.

Iuris nomine dominij vſu, & vſusfructus quid intelligatur,l.9.c.2.nu.3.

Iuris parum eſſe oſtenditur in ſolo,& nudo rei vſu, l.eod. c.eod.nu.7.

Forma iuris ad ſententiam ferendam neceſſaria in quinq; præcipuè conſiſtit,& quænam illa ſint?l.12.c.9. nu.1.

Ius poſitiuum contraria conſuetudine legitimè præſcripta abrogari poteſt,ib.nu.24.

Vide plura ver. Iudex,& ver.Sententia.

Iuſtitia .

Iuſtitia requiſita in accuſatore violatur tribus modis,Calumnia,Præuaricatione,Tergiuerſatione,l.12.c.15.n..2

Iuſtitia diſtributiua,& commutatiua quid?l.10.c.1.nu.4

L

Laicus.

Laici in criminalibus contra Clericos teſtificari non poſſunt,l.12.c.19.n.20.
An Clericus aduerſus laicum teſtificando præmiſſa proteſtatione in cauſa ſanguinis ſit irregularis.ib. nu.eod.
Perſonas laicas etiam in delictis mixtis iudicare poteſt Iudex Eccleſiaſticus.l.12.c.7.
Laicus poteſt eſſe Tabellio publicus in foro eccleſiaſtico. l 12 c.25.nu.6.

Lex.

Lex naturalis eſt lumen rationis humanæ à Deo creatore vna cum natura mentibus hominum mixtum ad faciẽdum aliquid,vel non faciendum.l.1.c.2. n.5.
Nulla lex obligat,niſi quatenus nota nobis ſit, & per rationem apprehenſa.l.1.c.4.n.5.
Lex nomine Regis promulgata aliter , quam lata eſſet à Rege,inducit obligationem,quatenus.c.eo.n.12.
Obligatio legis per ſuperueniẽtem notitiam tollitur quomodo,ibid.
Nomen legis quid proprie ſignificet.l.3.c.1.n.2.
Quænam ſit eiuſdem definitio potiſſimum probata explicetur.ib.num.2.
Cur lex dicatur actus potius intellectus , quam voluntatis , & rationis practicæ tantum,non ſpeculatiuæ. ibi. num.3.
Legis finis bonum commune non particulare.quare ? ſiue ſit Eccleſiaſtica,ſiue politica.ib.n.4.
Ceſſante ratione boni communis lex ceſſat , nec vim habet obligandi.ib.nu.5.
Ceſſante cauſa,propter quam lex obligat tranſgreſſorem ad mortale, ceſſat legis,aut præcepti ſuperioris obligatio.ib.nu.eod.& ſeq.
Ad legis rationem quæ ſunt in primis neceſſaria , & quæ conditiones in legiſlatore requirantur.ib.n.7.
Lex iure diuino minime neceſſaria exiſtens a Principe laico condita , populo contradicente nullius eſt roboris. ibid.nu.9.
Poteſtas laica in legibus condendis qualis ſit,& quis eius finis.ibi. An populus poteſtatem ſuam in principẽ tranſtulerit, quomodo coniecturari poſſit. ib.n.10.
An,qui poſt legem poteſtate laica conditam nati ſunt,teneantur ad eiuſmodi legis obſeruantiã , cum non conſenſerint,lex autem illa ſine conſenſu ſtabiliri non potuit.ib.nu.eod.
Poteſtas eccleſiaſtica qualis,& quis eius finis in condẽdis legibus,a Deo immediate ſuſcipitur.ib. n.11.
Poteſtas eccleſiaſtica poteſt leges condere ſine conſenſu populi,& quare ? & error eorum , qui affirmant leges pontificias non obligare, donec acceptentur .
Lex niſi ſufficienter ſit promulgata,vim legis non habet, vt poſſit obligare.ib.n.12.
Multiplex legis diuiſio ſecundum diuerſas rationes, communior autem quæ ſit,eiuſq; ratio.l.3.c.2.n.1.
Lex eterna ſecundum ſe conſiderata quid ſit , & quid in ordine ad res creatas.ib.n.3.
Legis æternæ proprietates quæ.ib nu.4.
Actiones humanæ tum naturales, tum liberæ ſubijciũtur æternæ legi ſiue bonæ,ſiue malæ.ib.n 5.
Lex naturæ quid ſit, correſpondet appetitus naturalis , is autem quotuplex ſit,oſtenditur.ib.n.7.
Legis naturalis officia tria ſunt.ib.n.8.
Legis naturalis proprietates variæ.n.10.& ſeq.
Legis naturalis effectus potiſſimi quot ſunt,& quomodo intelligatur hanc legem duplicem vim habere , coactiuam,& directiuam.ib.n.13.
Qualiter lex humana in vniuerſũ definiri poteſt , aut deſcribi,eiuſque explicatio.li.3.c.3. n.1.
An,& quare præter legem naturalem leges humanę ſunt neceſſariæ.ib.n.2.
An conducibilius ſit Remp.gubernari bonis legibus, quã ab optimo Principe ſine legibus.ib. n.3.
Qualis debet eſſe lex,vt recta,& iuſta cenſeatur, & vtilis communitati,vt ſubditos obliget,ib.nu.4.
An lex humana cuncta vitia prohibere, vel omnium virtutum actus pręcipere poſſit,ib.nu.5.
Legis iuſtę deſcriptio,eiuſque proprietates ſecundum Iſidorum,& S.Tho.ib.nu.6,
Ad debitam legis diſciplinam , quę circunſtantię requirantur.
Multiplex humanę legis diuiſio,in ius gentium, & ius ciuile,& quid ſit vtrunque,ib.nu.7.
In ordine ad bonum commune diuiditur in ius Sacerdotum,ius Principũ,ius militare,ſiue, vt communiter diſtingui ſolet,in ius eccleſiaſticum,& ius ſeculare,ib.n.8
Ratio diuiſionis in Conſtitutiones Principũ,Senatuſconſulta,ius Prętorium,Plebiſcita,ib.nu.9.
Secundum materiam legum alia Iulia dicitur , alia Cornelia,& huiuſmodi.ib.nu.eod.
Quoſnam lex humana obligat,an iuſtos, & fideles, contra hæreticos,luthęranos,& alios,l.3.c.4.nu. 1.
Rationes hęreticorum quibus probant libertatem Chriſtianam contra leges humanas,ſoluuntur,ib.nu.2.
An Principes Nomothetę ſuis legibus parere teneantur. nu.3.& 4.an pœnis earundem ſubijciantur.nu.5.
An,ſi Epiſcopus ludens contra ſtatutum non ſit excommunicatus,ille,qui cum eo luſit,excommunicationem incurrat per eandem legem,ib.nu.6.
An mandans alicui legato, vt excommunicet omnes beneficiatos,qui non ſoluerant procurationem ſuam, dictus mandatarius,qui non ſoluerat procurationem legati,ſeipſum excommunicare debeat.ibi.nu.7.
An, vbi ex ſtatuto ciuitatis cauetur, quod Maſſarij terrarum teneantur denunciare delinquentes in ſuo territorio,idem Maſſarius delinquens ſeipſum denunciare teneatur.ib.nu.8.
Exemptio Principis a vi coactiua legum,non tam priuilegium,quam onus:quare ib.nu.9.
Ex ęquitate naturali, ac diuina quoad vim directiuam legum leges ſuas in conſcientia obſeruare tenentur , & exemplis,& rationibus confirmatur,ib.nu.10.& 11.
An Pontifex ſummus teneatur ſemel in anno peccata ſua ſacerdoti confiteri.ibi.nu.14.
Quibus demum legibus Principem ſubdi oportere intelligendum,quibus vero non,nu.eod.
An Peregrini, qui incertas ſedes habent , teneantur legibus regionis,aut ciuitatis,vbi ſunt parere, ib.nu.15.
An Clerici,& alię perſonę Eccleſiaſticę teneantur ſeruare leges laicorum,ib.nu.16.
De obligatione Clericorum circa leges ciuiles libertati Eccleſiaſticę non repugnantes , & quomodo huiuſmodi iura violando mortaliter peccet,ib.nu.17.& 18.
Legibus obligari poteſt nemo ante promulgationem ,& qualis promulgatio ſit neceſſaria,l.3.c.5.nu.1.
An lex ſufficienter promulgata obliget eũ, qui eius ignorantiam habet inuincibilem,ib.nu.3.
Qualiter probari poſſit hęc ignorantia , ut facientem cõtra legem non ſolum excuſet a culpa in foro interiori , ſed etiam a pęna in foro exteriori.ib.nu.4.& 5.
Quando lex ſufficienter promulgata vim obligandi habere incipiat.ib.nu.6.
Quando lex obligat ſtatim facta promulgatione,ib.nu.7.
Leges a ſupremo Pricipe latę puta ab Imperatore,Rege , Pontifice poſt duos menſes obligant ſecundum communem ſentetiam.ib. nu.8.
An in legibus ciuilibus Imperatorum, aut Regum generalis publicatio facta in curia Principis ſufficiat ad obligationem ſubditorum,ib.nu.9.
An qui ante terminum duorum menſium ſciunt legem promulgatam,teneantur in conſcientia ad illius obſeruationem non expectando duos menſes,ib.nu.10.
An in legibus Eccleſiaſticis,in quibus nullum certum tẽpus ad obligandum præfigitur,ſatis ſit,vt in Curia Romana promulgentur,ib.nu.11.
De legibus irritatorijs contractuũ,quãdo obligant, & ad quid,an culpã.ſ.an pęnam,an reſciſſionẽ tantũ,ib.n.12.

De legibus reuocatorijs,an in Ciuitate,parochia,aut prouincia tantum promulgandæ,ib.nu.13.

An præter promulgationem ſufficientem neceſſarium ſit etiam legem acceptari,vt obliget,ib.nu.14.

In legibus tam ciuilis,quam Eccleſiaſticis, lex in vna ſolum parte recepta ad illam obligat,ib.nu.15.

De obligatione legis humanæ contra hæreticos ex ſcripturis ſacris,& Concilijs,l.3.c.6.nu.12.

An leges tam ciuiles , quam eccleſiaſticæ obligare poſſint ſub mortali,a quibus dubitatur,ibi.nu.3.

Etiam in his,quæ ſunt ſecundum ſe indifferentia,& aliàs non præcepta,poteſtas Eccleſiaſtica ſub mortali obligare poteſt,ib.nu.6.

Leges Apoſtolorum de bigamo non ordinando obligant ſub mortali,ſicut,& lex Eccleſiaſtica de quadrag. ibid. num.7.

Eſſe poteſtatem in Eccleſia condendi leges obligatorias ſub mort. eſt de fide.ibi.nu.8.

Etiam lex Ciuilis obligare poteſt ſub mortali probatur ex ſcripturis,& patribus,ib.nu.9 & 10.

Præcepta iuſta parentum obligant filios ſub mortali,ibid. num.11.

Reſpub.Ciuilis præter ius naturale , ac diuinam poteſtatem habere debuit leges iuſtas condendi,ac neceſſarias. ib.nu.11.

An omnis lex humana de facto tranſgreſſorem reũ mortis æternæ conſtituat,& quomodo cognoſci poſſit,quãdo lex obligat ad mortale,quando ad veniale,l.3.ca.7. nu 1.& 2.

Lex humana iniuſta contra bonum diuinum,& humanũ, contra humanum vero tribus modis,ib.nu.eod.

Omnis finis malus a legiſlatore intentus non ſufficit ad reddendam legem iniuſtam,ib.nu.3.

Lex iniuſta ex fama quæ , & in quo forma conſiſtat legis iuſtæ,ſiue iniuſtæ,ib.nu.eo.& nu.4.

Niſi lex expreſſe bono communi repugnet,tenentur ſubditi in fauorem legis iudicare,quare,ib.nu.5.

Leges humanæ bono aduerſantes in conſcientia an obligent,quo ſenſu intelligendum?ib.nu.6.

Lex iniuſta ſcandalo ſecluſo non obligat in conſcientia , num.2.

Iniuſta lege incarceratus poteſt carcerem frangere,vt exeat,ib.nu.7.

Iniuſte excommunicatus non tenetur obſeruare obligationis mandatum,nec ipſe alios vitare, nec alij ipſum , ib.nu.eod.

Quando lex poſitiua , aut ſententia Iudicis non obligat illum,qui de veritate in contrarium certus eſt,ibidem, num.8.

Iniuſte re ſua priuatus poteſt clanculum ſurripere tantum ab eo, qui per iniuſtam ſententiam abſtulit , ibid. num.eod.

Lex poſitiua fundata ſuper præſumptione obligat in foro iudiciali,non in foro conſcientiæ,ib.nu.9.

Lex humana iuſta obligans ad mortale,ceſſante cauſa,ob quam condita fuit,ceſſat taliter obligare,ib.nu.10.

An neceſſarium ſit , vt hæc cauſa in lege exprimatur , vel ſatis ſit,vt inde colligatur?ib.nu.11.

Si lex inſtituatur de non geſtandis armis homicidij cauſa, etiamſi in aliquo particulari non ſit periculum , ad obſeruantiam tamen legis obligatur,quare ibid.nu.23.

Lex humana iuſta non obligat ad mortale, niſi circa materiam grauem , & alicuius momenti ſecundum ſubſtantiam,aut circunſtantiam,ib.nu.14.

Regula communiter tradita à Doctoribus pro cognoſcẽda legis obligatione ex parte materiæ.ib. nu.15.

Tranſgreſſio legis tam ciuilis, quam eccleſiaſticæ ex contemptu peccatum mortale,ib.nu.16.

In obſeruatione legis humanæ duplex virtus inueniri ſolet,vnde & in violatione duo vitia reperiuntur.ibi. nume. eod.

Tranſgreſſio legis humanæ vnde habet, vt ſit mortalis, ſi ſuperior præcipiat ſub pęna excommunicationis , non tamen intentionem habens excommunicandi,ib.n.17.

Quomodo cognoſci poteſt intentionem legiſlatoris non eſſe obligatoriam ad mortale,vel veniale,quando in lege non expreſſe habeatur intentio,ib.nu.18.

Ex quibus colligi poteſt , an lex eccleſiaſtica obliget ad mortale,& quænam ſunt verba præceptiua, aut illis æquipollentia,quæ conſultoria,& perſuaſiua.ibi.nu.19. 20.& ſeq.

Quoties aliquid præcipitur , vel prohibetur ſub virtute ſanctæ obedientiæ, vel ſub obteſtatione diuini iudicij , obligat ad mort.ibi.nu.24,

Legem,in qua apponitur comminatio iuſta excommunicationis maioris obligare ad mortale, probabilius exiſtimat author contra Nauar. Tolet.& alios,ib.n. 25.

Lex ciuilis iuſtè præcipiens,aut prohibens ſub pęna capitis,exilij, præſcriptionis bonorum , &c. ſub mortali obligare intelligitur,ib.nu.26.

Lex Eccleſiaſtica,quibus verbis ad mortale obligare intelligitur.ib.nu.27.

Verba præceptiua in Regula S. Franciſci obligant ſub mor.ex declaratione Clem. V.& non in alijs ordinibus religioſis;quare,ib.nu.eod.

Quando lex abſolute fertur nullo verbo,aut ſigno intentionem obligandi declarans , quid iudicandum , ibid. nu.29.

Quando lex canonica,& ciuilis apponuntur,ſtandum eſt in foro conſcientiæ , & de materia peccati iuri canonico.ib.nu.30.

An leges humanæ obligent ad ſui obſeruationem cũ periculo vitæ,ib.nu.31.32.& 33.

Lex pœnalis.

Lex Pęnalis quæ,& quomodo differt a lege pręceptiua , & quam varię formæ in pęnis ſtatuendis,l.3.c.8.nu.1. & 2.

Cur pęnæ legum humanarum tranſgreſſoribus ſtatuendæ?& quare cauendum,ne atrocitas pęnæ delicti grauitatem excedat,ib.nu.3.& 4.

Regula in legum pęnalium interpretatione quę , & quomodo intelligenda,ib. nu.6.

Lex generaliter,& indiſtincte loquens ad ſpecialem intellectum pro benigniori interpretatione reſtringenda nõ eſt,ib.nu.8.

Lex pęnalis non extendenda eſt vltra crimen, perſonam, aut caſum per legem expreſſum,ib.nu.9.

Cur argumentum a ſimili , aut a contrario ſenſu , aut ab identitate valeat in alijs legibus, non autem in pœna ib.nu.eo.

Quidnam poteſt Iudex circa legem pęnalem,in qua certa pęna ſtatuitur pro aliquo delicto,ib.nu.13.

An, quando lex pęnalis ſtatuit pœnam aliquam certam ſub disiunctione,poterit Iudex mitiorem ſemper eligere.ib.nu.14.

Qualiter cognoſci poſſit legem aliquam pęnalem continere ſententiam ferendam,ib.nu.18.& 19.

Lex pęnalis vtens verbo imperatiui modi,quamuis ſit tẽporis pręſentis,ſententiam continet ferẽdam,ib.n. 21

Fallit autem in duobus caſibus,ib.nu.eod.

Quoties in lege pęnali dictio dubia apponitur, an latam , vel ferendam exprimat,ferendam continet,ibidem,nume.22.

Quibus modis cognoſci poteſt lex pęnalis latam continens ſententiam,ib.nu.23.& ſeq.

An lex pœnalis ad ſui obſeruationem in conſcientia , ſeu ad culpam obliget,l.3.c.9.nu.1.

Lex pure pęnalis,& pęnalis mixta quæ?ib.nu.2.

Quædam diſtinctio a nonnullis reiecta ab authore probatur.nu.3.

Lex pure moralis quæ dicenda,ib.nu.4.

Legem nullam obligare ad culpam , miſtam pęnalem ad pęnam,& culpam,qui ſenſerint,ib.nu.5.& 6.

Etiamſi lex tranſgreſſori pœnam ſtatuat, poteſtas humana tam ciuilis , quam eccleſiaſtica poteſt obligare ad mort.ibi.nu.8.

Lex humana pręcipiens,aut prohibens non deſinit ad culpam,

pam in foro interiori obligare; quod in exteriori obligat ad pęnam,ib.nu.9.

Vnde,vt plurimum, conſtare ſolet legis tranſgreſſionem eſſe culpam mortalem,aut venialem,ib.nu.10.

Ad cognoſcendum quando lex ſit conditionalis, quando pure pęnalis,quædam regulæ aſſignantur.ibi.nu.12.

Leges pure pęnales,licet non ex vi verborum expreſſe,& explicite ad culpam obligẽt,implicite tamen, & interpretatiuè,ib.nu.14.

An,quando de eadem re ſint duæ leges diſtinctæ, altera moralis,altera pure pęnalis,duplex peccatum ſit talem legem tranſgredi.ib nu.15.

An tranſgreſſor in conſcientia teneatur pati,& ſoluere pęnam à lege impoſitam,ib.nu.16.

Quæ, & quanta ſit obligatio legis pęnalis ſententiam ferendam continentis,ib.nu.17.vſq; ad 20.

Reus ad pęnam a lege ſtatutam damnatus,tenetur in cõſcientia illam ſoluere,ib.nu.20.

Prælatus a Iudice damnatus tenetur eius ſententiæ obedire,nec ſubditi amplius prælato obedire tenentur.n.20.

Si quis à Iudice damnatus ad pœnam decedat è vita priuſquam ſoluat, hæres defuncti ad ſoluendum obligatur.ib.nu.21.

Ad pęnam damnatum in conſcientia teneri eandem ſoluere quomodo intelligendum,ib.nu.22.

Lex pęnalis latæ ſententiæ, quam vim habeat obligandi in conſcientia,ib.nu 23.

Lex pęnalis tam diuina, quam humana ferri poteſt, quæ tranſgreſſores obliget in conſcientia ad pęnam ſine vlla Iudicis ſententia,ib.nu.27.& 29.

Idem de lege humana tam laica, quam eccleſiaſtica, & quatenus id facere poſſit.ib.nu.28.

Lex pęnalis iuſta continens latam ſententiam ſtatim ipſo facto ante Iudicis ſententiam obligat ad pęnam iure ſtatutam,ib.nu.30.

Lex pęnalis cõtra Pręlatos res Eccleſię ſine licentia Rom. Pontif.alienantes,ib.nu.32.

Contra eos,qui officium recitare omiſerint,ib.nu.33.

Reus læſæ maieſtatis abſque alia Iudicis ſententia omnibus bonis priuatur,& fiſco applicantur,ib.nu.34.

Si lex priuet aliquem voce actiua, & paſſiua ob crimẽ tale commiſſum,abſq; alia iudicis declaratione priuatur.

Religioſi tamen ex occulto delicto,licet has pęnas incurrant,nullus eorum tenetur officium relinquere,nu.33.

Lex pęnalis, ſi non expreſſe contineat executionem, & actualem ſolutionem pęnæ,non obligat reum,nu.6.

In lege pęnali quædam diligenter, aduertenda ſunt: & quid de legibus tabellionum iudicandum eſt.num.27. & quod de his dictum eſt,ad pęnas conuentionales extenditur.ib.nu.38.

De qua lege intelligendum eſt non ſtatim obligari, niſi expreſſe contineat actualem ſolutionem,ib.nu.39.

De legibus,& ſtatutis collegiorum, quomodo obligẽt ad reſtitutionem, & de non reſidentibus in eccleſijs, & beneficijs ſuis ante omnem iudicis ſententiam,ib.n.40.

Tranſgreſſor legis pęnalis poſt Iudicis condemnationem tenetur in conſcientia eas actiones exercere,quæ neceſſariæ ſunt.ib.nu.41.

Tranſgreſſor legis pęnalis non tenetur ſibi pęnas infligere, quæ commodius a miniſtris exerceri poſſunt, ibid. num.42.

An lex humana,quæ ſemel ad culpam mortalẽ obligauerit,ſemper,& vbique eandem vim habeat,l.3.c.10.n.1.

Quando impune licebit ſubdito præter verba legis agere in aliquo particulari,ib.nu. 2.

An occurrente tali caſu,in quo verba legis ſeruare nõ expedit, poſſit inferior ſua authoritate legem interpretari,aut teneatur adire ſuperiorem,ib.nu.3.

An ſufficiens ratio ſit epicheia, vt ſubditus faciat contra verba legis, quando ratio legis in particulari caſu deficiat.ibi.nu.4.

An, ſicut licet ſubditis in caſibus particularibus vti epicheia,it etiam Principi, & legiſlatori diſpenſare in lege in ijs caſibus,in quibus expedire iudicauerit.nu.5.

Quid neceſſarium ſit, vt diſpenſatio in legibus humanis recte,& legitimè fiat?ib.nu.6.

An,ſicut Papa circa ius humanum, ita etiam circa ius diuinum,& naturale diſpenſare poſſit.ib.nu.8.

Quibus in caſibus poſſint prælati inferiores ex commiſſione, & poteſtate delegata diſpenſare in legibus ſuperiorum,ib.nu.9.

Quæ cauſa requiratur ad diſpenſationem in lege communi,aut particulari.ib.nu.10.

Et quando cõcedens,& petẽs diſpenſationẽ peccat mort.

An diſpenſatio facta ſine cauſa in lege humana valida ſit, ita vt diſpenſatus ſit tutus in conſcientia,ib.nu.11.

Quod de diſpenſatione,idem de priuilegiis,& exemptionibus lege communi intelligendum,ib.nu.eo.

An lex humana ſemel ſtatuta,& approbata mutari poſſit, & abrogari,ib.nu.12.

Quare,cum lex humana deriuetur a lege naturali,quę eſt inuariabilis,ipſa tamen mutabilis ſit,& variabilis,ibid. nu.eo.vid.verb.Conſuetudo.

Lex Diuina,Aeterna,& poſitiua quid,l.4.c.1.nu.1.

Legem aliam digniorem præter naturalẽ,& humanã cur fuit neceſſariũ ſuperaddi:quatuor de hoc cauſæ.nu. eo.

Lex Domini immaculata,nu.eod.

Legis Diuinæ deſcriptio ex authoritate,& fine,nu.2.

Lex Diuina quomodo vna dicitur,quomodo vetus,& noua,nu.3.

Lex Diuina vetus,& noua quomodo inter ſe diſtinguantur,nu.eod.

Lex vetus quare imperfecta,& noua quare perfecta dicatur,nu.4.

Legem veterem bonam fuiſſe,qui docuerunt contra Manichæos,& alios hæreticos,nu.5.

Lex vetus quænam, & quot numero præcepta continebat,nu.6.

Legum omnium epitome eſt Decalogus,l.4.c.2.nu.4.

Lex Diuina, quomodo alias leges excedat, oſtenditur ex comparatione ſingulorum præceptorum ad leges humanas.ib.nu.13.

Lex diuina,ſancta,& immaculata eſt,& vnde conſtet,& quid interſit inter leges diuinas,& humanas,l.9.c.1.n.2

Poteſt lex ſtatui, qua prohibeatur translatio dominij rei creditæ,l.11.c.13.nu.19.

Cur lege promiſſionem de ſoluendo annullante,iuramẽtum vim habeat obligandi,ib.nu.20.

Læſus. Læſio

Si læſus in honore non vult remittere ſatisfactionem, niſi lædens veniam petat,lædens ad id tenetur,lib.11.ca.8. num.10.

Pro læſione honoris quomodo reſtitutio facienda,ib.nume.8.

Lædens vir nobilis in honore non tenetur à plebeio læſo veniam petere,nec prælatus a ſubdito,quare,ib. nu.11.

In crimine lęſę maieſtatis ſpecialiter inquiri poteſt ſine p̃cedente infamia,aut accuſatore vero,immo interrogatus ad reſpondendum tenetur,l.12.c.11.nu.12.

In crimine lęſę maieſtatis an ſeruus teſtificari poſſit contra Dom.filius contra patrem,l.12.c.19.nu.24.& 25.

Lingua.

Peccatum linguę uitium commune plurima mala ſecum coniuncta habere ſolet,l.12.c.1.nu.1.

Sępe maledicæ linguę culpa animę ſaluus amittitur.

Ludus.

De ludo,& reſtitutionis materia quinam tractens authores,& quid ſit,eiuſque finis,l.11.c.12.nu.1.

Ludus, cuius finis eſt lucrum, & qui eſt contractus quidam inter ludentes,an,& quando ſit actio licita, ibid. num.2.

Aliquando uirtus eſſe poteſt,& actus Eutrapelię,& quęnam concurrere poſſunt,ut ex ſe, ſuaque natura non ſi peccatum,ibi.nu.eod.

Ex ſe honeſtus cum ſit, in multis caſibus illicitus eſſe poteſt multiplici ratione.ib.nu.3.& 4,

Ludorum genera quæ, & quibus prohibita, & qui ludi Alearum nomine intelligantur,ib.nu.eo.

Clericis,Religioſis,Prælatis, ludus alearum, & taxillorũ ſub mortali interdicitur,laicis non item ſecluſis circunſtantiis,ib.nu.eod.

Ludus ſchaccorum, nec laicis, nec clericis interdictus, & quare non prohibetur æque,ac ludus alearum,ibidem, num.5.

Quando per ludum transfertur dominium,ita vt ex ludo acquiſitum non ſit reſtituritioni obnoxium,ib, nu.6.

Lucratus aliquid ex ludo ab eo, qui non poteſt alienare, vel adminiſtrare, tenetur in conſcientia reſtituere, ibidem,nu.7.

An ſeruus, qui aliquid acquiſiuit ex ludo, teneatur illud reſtituere?& an filiusfamilias,qui alienare non poſſit, quicquid ludo lucratur, poſſit ſibi tuta conſcientia retinere,an teneatur patri acquirere,ib.nu.7.& 9.

An de ratione ludi ſit, vt quis non lucretur plura, quam colluſor ab eo lucrari queat,ibidem,num. 10.vſque ad num.14.

An religioſus aliquid ludere poſſit, & an lucrifaciens ab eo ſic acquiſitum ludo reſtituere teneatur. ibidem, nume.15.

Quæ dolo,ac fraude acquiruntur in ludo reſtituenda eſſe animo certum eſt.ibid.num.17.fraudes autem in ludo duplicis generis eſſe poſſunt,ibi,nu.18.

An,ſi ambo ſe antea nouerant,& peritior cum ignaro ludat,& lucretur,teneatur ad reſtitutionem,ib.nu.19.

Quænam in ludo doli cauſæ ſint, cur acquiſitum reſtitui debeat,ib.nu.20.21.& 22.

An, qui volens renunciare actioni ab altero colluſore ſibi poſitæ,a tertio admonitus demum illam acceptauit,& lucratus eſt, teneatur lucrũ ex tali admonitione acquiſitum reſtituere,ib.nu 23.

Iure naturæ teneri vnumquemque reſtituere illud, quod in ludo acquiſiuit,ſi ex cupiditate lucri alium traxit ad ludum,certum eſt:quę autem attractio ſola intelligenda eſt l.11.c.13.nu.1.

Attractio,quæ non cauſat inuoluntarium,non obligat ad reſtituendum ludo acquiſitum,vnde iniuſte Adrianus S.Thom.interpretatus eſt,ib.nu.2.

Qui violenter ad mercandum attraxit,tenetur reſtituere, ib.nu.eod.

An ſic attractus poſſit ab attrahente,quod lucratus eſt,retinere,nec ad reſtituendum in conſcientia obligari,ibi.num.3.

Opinio affirmatiua probatur triplici ratione,ibidem, numero 4.

An vi tractus ad ludum, ſi poſtea ad ludum applicitus animum lucrandi concipiat,ex tunc,qui vi traxit, lucrãdi ius acquirat,quo ante carebat,ib.nu.5.

Non valet contractus emptionis vi prius illata virtualiter perſeuerante,niſi ex noua cauſa nouus conſenſus accedat,ib.nu.6.

An acquiſita per ludum lege humana prohibitum in cõſcientia reſtituenda ſint.ib.nu.7.

Cui facienda reſtitutio ſecundum eos,qui negant per talem ludere dominium acquiri, ſed ſic lucrata iure naturæ,& diuino reſtituenda,ib.nu.8.9.& 10.

An in locis,in quibus datur repetitio amittenti intra certum tempus,ſi perdens a lucrãte petat,quod amiſerat, teneatur lucrans ex legis illius obligatione reddere petenti extra iudicium,an poſſit retinere,quouſque in iudicio pettat.ibi.nu.12.

An vocatus in iudicium, quando deſint teſtes, fateri teneatur veritatem ſe per ludum prohibitum tot pecunias lucratum eſſe,ib.nu.13.

Teſtis fateri tenetur veritatem eum per ludum prohibitum tot pecunias lucratum eſſe.ib.nu.13.

An ſic lucratus tenebitur ad reddendum iam ſolutũ ſtatim,poſtquam in iudicio petierit,etiam ante Iudicis cõdemnationem,ib.nu.14.& 15.

An qui ludo perdidit,eumque ſoluit,quia tamen ex verecundia,aut timore non vult in iudicio petere,poſſit authoritate propria ſecreto, priuatim accipere, ibid. numero 16.

Qui perdidit,ſolo iure humano,& non iure naturę amiſſum repetere,& recuperare poteſt, contra Adrian. ibi. num.17.

An, quando luditur pecunia abſenti præſtita fide de ſoluendo, transferatur dominium rei amiſſæ in lucrantem,ita vt perdens in conſcientia ſoluere teneatur, ibi. num.18.

An lex ſtatui poſſit prohibens translationem dominij rei creditæ.ibidem,nume,10. Si perdens ſe iurauit ſoluturum pecuniam creditam,amiſſam ſoluere tenetur,non obſtante lege tales promiſſiones annullante, ibid. nume.20.

An ſtando in iure Ciuili communi teneatur quis in conſcientia ſoluere pecuniam perditam in ludo ob ſolam promiſſionem,vel poſſit retinere,ib.nu.21.

Pecuniam ludo amiſſam ſoluere, & poſtea in iudicio repetere,non eſt inutile,neque circulus, vt putat Couar. ib.nu.22,

Luxuria.

Ad cuius præcepti prohibitionem reducitur luxuria, & quid illa ſit,cui virtuti opponitur,l.8.c.1.nu.3.

Luxuria ex ſuo genere mortale,& quænam ex illa oriãtur vitia,ib.nu.4,

Luxuriæ malignitas, & ſacris ſcripturis, & prophanis oſtenditur,& quos habet comites,ib.nu.5.

Luxurię ſpecies principales ſex, & quæ ſit illarum origo, & quæ diuerſitas obiectorum,ib.nu.6

Peccata luxuriæ contra naturam grauiora ſunt peccatis illis,quæ fiunt ſecundum naturam,l.8.c.5.nu.23.

Inter luxuriæ ſpecies quæ grauiora ſunt peccata, ibidem, num.eod.

Quęnam luxuriæ ſpecies vni tantum virtuti opponuntur, quæ autem diuerſis,l.8.c.7.nu.20.

M

Maledictio.

Maledictio quid ſit,& quot modis fieri poſſit.lib.12 c.5.nu.12.

Maledicere imperatiuè,& optatiuè quid, & quale peccatum.Item,quid maledictio formalis, & materialis,ibi, nu.eod.

Maledictio fauorabilis ex genere ſuo mortale,quando autem poteſt eſſe veniale,ib.n.13.aliquando grauius peccatum detractione,aliquando minus ib.nu.14.&15.ad diuerſas ſpecies pertinere poteſt,ibid.

Maledictio materialis ex genere ſuo veniale tantum,quare, & cur Parentes maledicentes filijs regulariter non peccant mortaliter,ib.nu.16.

Maledictio materialis,quando licita?Et quomodo Eccleſia maledicit,quem anathematizat,& prophetę peccatoribus,vel Iudices Reo pęnam imperando,ib.nu. 17.

Circa maledictionem creaturarum irrationabilium,quid dicendum,& quot modis creatura irrationabilis maledici poteſt ſecundum S. Thom.ib.nu.18.

Maledicere creaturis irrationabilibus quando peccatum blaſphemiæ grauiſſimum,ib.nu.19.

Maledicere nubibus,tonitruis,&c.diuinis exorciſmis diuinum auxilium implorando licet, & quare agrorum termini,& campanæ benedicuntur,ib.nu.eod.

Maledicere creaturis,& natiuitatibus hominum illicitum & peccatum,metaphoricè autem,& tropologicè licet, & quomodo Iob maledixit diei natiuitatis ſuæ, & Dauid montibus Gelboe,ib.nu.30.

Maledicus in confeſſione explicare debet, quot mala alteri imprecatus eſt, cum multarum ſpecierum deformitates vno actu incurrere poſſit,ibi.nu.eod.

Malitia.

Actus humani malitia quid ſit,& in quo conſiſtat.vid.ver. Bonitas,l.2.c.4.nu.4.

Quænam proprietates, & attributa ex malitia eorundem actuum conſequuntur.ib.nu.16.

Malitia interna cauſa peccati, quæ, & quando & radix, & origo peccati,l.2.ca.11,nu.1.

Ex malitia peccare eſt ſcienter malum ſub ſpecie boni eligendo peruerſe ſectari, ib.nu.2.

Grauius peccat,ceteris paribus, qui ex malitia,quam qui ex ignorantia,aut paſſione,ib.nu.3.

Malitia peccandi, ſeu inordinatio voluntatis ex duobus præcipuè contingit,& quomodo,ibi. nu.4.

Manifeſtans.

Non manifeſtans, vt ad reſtituēdum obligari poſſit propter damnum non impeditum,quis intelligitur, li. 10. tract.2.c.15.nu. 1

Teſtis a iudice legitimè rogatus in iudicio, & manifeſtās an reſtituere teneatur pęnam, ad quam condemnaretur Reus,ſi verum dixiſſet.ib.nu.2.

Ad reſtitutionem damni eum teneri certum eſt, & in ciuilibus ad pęnam in criminalibus autem non ſic, quare?ſed ipſi Iudices ad id obligantur,quando,& quatenus.ib.nu.3.

An Reus,qui legitimè rogatus à Iudice negans delictum non condemnatur ad pęnam pecuniariam,ad quā condemnaretur,ſi crimen confeſſus eſſet pęnam illam ſoluere teneatur,ib.nu,4.

An reus,qui negat veritatem in iudicio,quam fateri tenebatur, propter quod abſolutus eſt à pęna, teneatur in conſcientia illam ſoluere,ac ſi de ea condemnatus eſſet iuridicè,ib.nu 5.opinio Nauar.probatur contra Sotum vt verior,quare ibi,nu.eo.

Perſona publica,vt iudex, ex officio cum obligetur impedire aliquid contra iuſtitiam communem,ſeu legalem, id non faciens tenetur ad reſtitutionem, alii non item, ib.nu.7.

An cuſtos vinearum,montium,vrbium &c.non accuſando, aut non denunciando delinquentes teneatur ſoluere pœnas pecuniarias fiſco,vel collectori,&c.ibi.nu. 8.& 9.

Si iurauit denunciare delinquentes, tenetur etiamſi Iudex, aut Rector ciuitatis iuberet, ne eos ſcriberet ſub pęna peccati mort.ibidem,nume.10. Quando iuridicè poteſt probare,tenetur ad pęnam, ad quam ipſe reus, ibi.nu.11.

Cuſtos, qui aliquod munus accipit, vt non accuſet, aut denunciet,tenetur munus acceptum reſtituere,ibidem num.13.

Cuſtodes, qui oſtenſo chyrographo vectigalis ſoluti aliquid a viatoribus precibus importunis extorquent, ad reſtitutionem tenentur,ib.nu.14.

An Iudex non obſtans,aut non manifeſtās,aut tacens, & aliquando tenentur ex officio impedire,teneantur in ſolidum,ib.nu.15.

Notabilis cuiuſdam dubii ſolutio de debito reſtituendi, cum plures, vt tacerent,muneribus corrumperentur, ibi.nu.16.

An ſi Petrus emat veſtem bona fide a latrone,& eandem bona fide retinet,& Ioannes ſciat eſſe veſtē Pauli furto ſublatam, poſſit, aut teneatur Paulo manifeſtare? ibid.nu.17.

An famulus videns alterum conſeruum aliqua furari, teneatur ad reſtitutionem,ſi domino non manifeſtet,ibi. num.18.

Maria.

MARIA virgo non ſolum,vt ceteri ſancti, ſed excellentiori modo adoranda eſt adoratione, quæ dicitur hyperdulia,l.4.c.3.nu.9.

Maritus. Vxor.

Poteſt Maritus ſine licentia vxoris, immo ipſa renitente, paulatim inſumere, aut pluries donare pro cultu Dei, l.9.c.16.nu.12.

Bona luxurioſe diſſipata a marito vxori reſtituēda verius docetur contra Nauar.ib.nu,eod.

An ſi vxor aliquid occulte a marito accipiat, furti peccatum committat,ib.nu.1.

Vxor habens virum prodigum poteſt celare de bonis,nec tenetur viro præcipienti tradere,ib.nu.2.

An ſi eo ignorante alia bona diſtribuat,aut ſurripiat,peccatum furti committat,ib.nu.3.

Cur vxor ad reſtitutionem teneatur, cum pupillus de clā acceptis a tutore non teneatur,ib.nu eo.

Quare libera diſpenſatio bonorum communium ad maritum pertineat,& non ad vxorem,ib.nu.eo.

Nec vxor,nec maritus poteſt diſtrahere dotem mulieris, aut donatum propter nuptias, & diſtrahens teneatur reſtituere,ib.nu.10.

Matrimonium.

Manente dubio tam in matrimonio bona,quam mala fide contracto, ſiue inquiſitio facta fuerit ad deponendum dubium, ſiue non, coniux tenetur reddere debitum,petere autem non poteſt, vid.verb.Dubium,l.1.c. 13.num.29.

Coniugem durante dubio de valore matrimonij teneri ad reddendum debitum alteri bona fide petenti, quomodo intelligendum,ib.nu,31.

Non ſolum quando dubium eſt de matrimonio præſenti propter impedimētum conſanguinitatis, aut criminis, ſed etiam quando dubium naſcitur ex matrimonii prioris impedimento debitum reddendum eſt, ibid.nu.32.

Matrimonium contrahens, & conſumans ignoranter cū illa,quæ prius fuit corrupta,irregularis eſt,l.2.cap 9.& num.28.

Medici.

Medici an teneantur partem ſequi tutorem, & qualiter Theologi conſilium illis dare debent de medicamentis eligendis,l.1.c.10.nu.1.

In praxi non licet medico ſequi opinionem minus probabilem relicta probabiliori ex ſententia Soti.c.eo.n.2.ib.

Medicus in chyrurgijs, & medicinis conficiendis, ſi diligentiam non adhibeat,peccat.ib.nu.3.

Nullus medicus ſuadere poteſt infirmo, vt ſumat potionem, quam ipſe læthalem putat,etiamſi plures ſalutiferam exiſtimant ſecundum Naua.ib.nu.4.

Ex quibus principiis iudicium practicum medicorum deſumi debeat,vt in particulari operentur,ib.nu.5.

Quando applicare medicamentum non liceat, etiamſi certum conſtet aliunde mortis periculum,ibid.num.6.

Vbi ſunt rationes probabiles de facto ipſo,an medicamētum ſit ſalutiferum,& alia ſint faciliora remedia,& abſque opinione ſalutifera,iſta ſunt preæligenda,ibi.n.7.

Medicus applicans remedium incertum propter opiniones,cum infirmum per medicamenta citra opinionem curare poſſit, reus homicidii iudicandus eſt, ibi. nu.8.

Quando medicus medicamentum ſalutiferum ſecundū opinionem ſuam tuto poſſit eligere,ib.nu.9.

Quomodo intelligendus eſt Galenus admonens medicos vt audacter interficiant,ibid.nu.eod.

In quo euentu applicare poteſt medicamentum,quod ſecundum aliorum opinionem probabilem putat eſſe ſalutiferum,ib.nu.10.

Medicus quomodo formare debet conſcientiā ſuā,n.11.

Opinionem ſpeculatiue probabilem contra longam experientiam ſequi non licet,etiamſi non ſit aliud remedium,nu.10.

Si quis vteretur contra experientiam, reus eſſet homicidij,num.13.

Medicus nullam habet authoritatem præcipiendi,ſed facultatem tantum conſulendi,& docendi,li.3.c.6.n.14.

Mendacium.

Mendacij definitio ſecundum S.Aug.,ex qua multa colliguntur ad naturam mendacij requiſita,l.12.ca.2.nu.1.Nutu,geſtu,actibus externis poteſt eſſe mendacium ib.num.2.
Mendacium ſecundum propriam rationem duplex,& vt habet rationem culpæ ex parte finis intenti,triplex,ib.num.3.
Mendacium officioſum,pernicioſum,iocoſum,quid? ſub hac diuiſione continentur omnia à S.Aug.requiſita,ib.num.4.
An omne mendacium ſit peccatum,ib.nu.5.
An Iacob mentitus ſit,cum dixit,ego ſum Eſau. ibid. nume.6.
An vero Abraham,cum vxorem ſororē eſſe dixit,& Iſaac de Rebecca,Ioſeph de fratribus,&c.ib.nu.7.& 8.
An Moyſes, & Aaron, quando Pharaoni dixerunt velle ire viam trium dierum in ſolutidine ad ſacrificandum, mendacium dixerunt? Et quid de ſimulatione Dauid, fictione Ioſue,& de Chriſto dicente; Aſcendite Io.7. ib.nu.10.& 11.
Iehu non excuſatur a culpa,& mendacio,temporaliter tamen remuneratur à Deo,quare,ib.nu.12.Et cur obſtetrices Pharaoni mentitæ remunerentur, ib.
Etiam ad vitandum quodcunque ſcandalum,aut malum corporale,ſiue ſpirituale mentiri nunquam eſt licitum ib.num.13.
An omne mendacium ſit peccatum mort.ibidem.nu. 14. vbi doctrina Angeli pernicioſa conuincitur, docentis non eſſe mort.mentiri in rebus pertinentibus ad doctrinam ratione ſcandali,cum ex ſuo genere mort.ſit.ibid.nume.15.
Mendacium pernicioſum aliquando poteſt eſſe veniale, mendacium autem omne cum iuramento prolatum eſt mort.ib.nu.16.& 17.
Mendacium officioſum, & iocoſum ſine iuramento prolatum ex natura actus veniale,ibid.nu. 18.
An mendacium quod ratione paruitatis materiæ eſt veniale,fiat mortale,ſi fiat in iudicio ſine iuramento,ibi.num.19.
Diſpar ratio de periurio, & mendacio, quare illud etiam de rebus leuiſſimis ſit ſemper mortale, hoc vero non item,ib.nu.20.
An inique conuentus in iudicio,cum actor aſſerat me mutuo accepiſſe centum, quæ a me ſecreto eidem fuerint ſoluta, poſſim illam veram mutuationem ſine mendacio negare.ib.nu.21.An interrogatus ſuper centū,quorum 50. vere debet,totam poſitionem abſque mendacio,negare poſſet.ib.nu.22.

Meretrix. Concubina.

Meretrix quæ dicitur,& quæ Concubina,l.8.c.2.nu.9.
Concubinatus eſt fornicatio continuata, & grauiſſimum peccatum,quare ibid.Cohabitans cum concubina non eſt prius abſoluendus, etiamſi vigeat periculum mortis, antequam eam eijciat cum propoſito nō redeundi, ibi.num.eod.
Clericis concubinarijs quænam pœnæ inflictæ, ibid. numero 10.
Acceſſio ad perſonam ſuſpectam,vt illicita prohibetur,& punitur a Conc.Trid.quando,ib.nu.eod.
Clerico concubinario ob crimen fructibus beneficiorum priuato, nec fructus aliqui relinquendi ſunt, vnde alimenta ſuſcipiat ſecundum Conc.ib.nu.12.
In proceſſu iudicum ad punitionem concubinatus non debet eorum ſententia retardari prætextu appellationis,inhibitionis,vel querelæ ad ſedem Apoſtolicam,ib.num.13.
Concubina Clerici etiam coniugata ſi publica fuerit, ab Eccleſiaſticis Iudicibus punienda,ib.num.14.ſi contumax fuerit,poteſt excommunicari,ib.nu.eod.
Clerici concubinarii plura ſcelera committunt,ideoq; ſeuerius caſtigandi,ibid.vid.ver.Clerici.
An publicæ meretrices aliquid pro actu meretricio tanquam illius actus mercedem accipere poſſint, an vero reſtituere teneantur,l.10.tract.5.c.3.nu.26.
Meretrix non ſolum retinere poteſt, quod ob vſum corporis ſui gratuita donatione accepit,aut iniuſtum pretium,ſed etiam conceditur ei actio in foro exteriori ad petendum pretium moderatum ante fornicationem promiſſum,ib.nu.33.
Quamuis promiſſio ante facinus cōmiſſum nulla ſit, nec in conſcientia obliget,poſt facinus tamen perpetratum meretrix non ſolum petere,& accipere poteſt, ſed in foro conſcientiæ fornicator mercedem promiſſam ſoluere tentur,ib.
Quodnam pretium a meretrice acceptum reſtituendum ſit, & quam promiſſam quantitatem non tenetur fornicarius ſoluere etiamſi iurauerit,ib.nu.38.
An occultæ fornicariæ,& non publicitus expoſitæ,ſed in priuatis domibus meretricantes pretium ſui corporis ex vi debiti accipere poſſint,ibi.nu.41.
Cur publicis meretricibus, & non occultis detur actio in iudicio petendi pretium,ib.nu.43.
An,ſi Meretrix,aut alia femina blanditijs amatorijs pretium extorqueat ob actum turpem, teneatur ſic danti reſtituere,ib.nu.45.

Metus.

Quod ex metu fit, eſt ſimpliciter inuoluntarium, voluntarium ſecundum quid,l.2.c.1.nu.5.
Quando metus a peccato excuſat, aut contractum irritū facit,& quotuplex metus ſit,ib.nu.7.8.& 9.
Ex metu cadente in virum conſtantem omnes contractus iure poſitiuo irritantur excepto iuramento,ibidem,numero 11.
Iure Canonico tres contractus,& totidem iure Ciuili,per metum cadentem in virum conſtantem annullantur, ibidem.
Latro metu mortis extorquens aliquid a viatore tenetur in conſcientia ad reſtitutionem,ib.nu.12.
Metus cadens in virum conſtantem ex varijs cognoſci poteſt,l.6.c.4.nu.15.
Votum ex metu mortis, vel intrinſecus, vel extrinſecus adueniente,an ſit validum, & obligatorium, ibid. nume.eod.
Minor metus excuſat feminam, quam maſculum, ibid.num.18.

Mollities.

Mollities quid ſit,eſſe peccatum mortale certiſſimum eſt, Actus etiam pollutionis pro varietate perſonarū, quas affectat,multiplex peccatum,l.8.c.5.nu.6 & 7.
Vide verb.Pollutio.

Monachus.

Qui malo animo,ſine fraude tamen, & dolo perſuaſerit monacho profeſſo exire, quāuis grauiter peccet,ad reſtitutionem tamen non tenetur,l.11.c.1.nu.30.
Monachus omittens legere lectiones in monaſterio,vnde prouentus monaſterij minuerentur, non teneretur lucrum ceſſans reſtituere, etiamſi haberet, vnde poſſet, ibid.nu.31
Monachus addictus eſt Religioni,vt filius Patri, non, vt ſeruus Domino,ib.nu.32.

Motus.

Motus primos primo, aut ſecundo primos quos vocant Theologi, & an omnes motus primo primi ſint peccata venialia,lib.8.c.6.nu.7.
Motus primo primi duplicis ſunt generis,ibi.nu.7.
Motus primo primi non tam ſenſualitatis quam voluntatis, & rationis circa obiecta corporalia,quam etiam

ſpiri-

tualia,vt metus infidelitatis,&c. culpa carent, ibidem. num.8.

Motus ſecundo primi venialia iudicantur, vnde.ibid.nume.10.Quando autem fieri poſſunt mortalia. ibidem. num.eod.

Mulier.

Mulier audiens a prædicatore illicitum eſſe capillis alterius vti, tamen putans ſibi licere abſque ſolutione rationis contrariæ appetitui ſuo non peccat, quare. l.1. c.4.num.18.

Mutus.

Nomine Muti, vt negatiuè concurrit ad damnum alicuius, pro quo tenetur ad reſtitutionē, quis intelligatur. l.10.c.13.num.1.

An is,qui ſola lege charitatis tenetur impedire loquēdo, vel prohibendo damnum proximi, & tacet, reſtituere teneatur,ib.num.2.

An teneatur ad reſtitutionem, qui tacet mercede, & pretio dato a latrone ex proprijs pecunijs ipſius latronis. ibidem.

An qui clamare volentem contra fures, vt impediat damnum proximi,inducit ad tacendum, teneatur ad reſtitutionem, & quomodo vera ſit ſententia Nauarri, ib. num.4.

N

Notarius. Actuarius. Tabellio.

PErſona Notarij in iuditio non eſſentialis,vt plurimū tamen neceſſaria,a quo creari poteſt, & quot præcipuè notario neceſſaria.l.12.c.25.nu.1

Notarius,quam ſcientiam habere teneatur.ib.n.2.A quocunque creati ſiue a ſede Apoſtolica,ſiue Imperiali per imperitiam delinquentes in officio priuandi,& ad tempus ſuſpendendi.ib.nu.3.

Obligatio notarij quæ,& quod nulli officium negare debeatur,per quatuor tamen limitatur hoc dictum.ibid. num.3.

Tabellionis officium non vile. Infamatus infamia iuris, vel facti non poteſt eſſe tabellio publicus, creatus tamē ſi ſit,facta ab eo non ſunt irrita. ibi nu.4.

An ſpurius poſſit eſſe Tabellio publicus, ib.nu.5.

Clericus in minoribus exiſtens non habens beneficiū eccleſiaſticum poteſt eſſe Tabellio, etiam apud ſecularia tribunalia,publice,& laicus in foro eccleſiaſtico publico;quando autem id non liceat clericis etiam in tribunali eccleſiaſtico.ib.nu.6.

Clericus in ſacris in foro eccleſiaſtico publico notarius eſſe non poteſt,etiamſi beneficium non habeat,in Curia vero Romana Clerici indifferenter notarij eſſe poſſunt.ib.nu.eod.

Veritas, & fidelitas notarij in quibus conſiſtit vſque ad nu.11.ibid.nu.7.

Notarius occultans inſtrumentum ab eo requiſitum grauiter peccat,quænam acta conficere debet,ib. n.9.

Certiores facere tenetur partes de obſcuris præcipue mulieres,& ſimplices,ib.nu.10.

Diminute ſcribens teſtium depoſitiones tenetur ad damna,& intereſſe parti,vel fiſco,& in multis locis eſt caſus epiſcopo reſeruatus,ibi.nu.11.

Quæ ſolemnitates requirantur, vt ſciatur, an inſtrumentum ſit validum, & fideliter factum ad iuriſtas pertinet,vt autem authenticum ſit,nouem cōmuniter ſunt neceſſaria,ib.nu.eod.

Iuſtitia in notario requiſita in duobus principaliter conſiſtit.ibid.nu.12.

Notarius conficiens inſtrumentum vſurariū grauiter peccat.ibid.nu.13.

Notarius inſtrumentum faciens contra libertatem eccleſiæ mortaliter peccat, & eſt excommunicandus, licet non ipſo facto ſit excommunicatus,ibid.num.14.

Conficiens teſtamentum nuncupatiuum inſano peccat, & reſtituere tenetur.ibi.nu. eod.

Notarius ſignificare tenetur legata facta in teſtamento a ſe ſcripto.Notarij quicunque a quibus, & quando cogi poſſunt ad aperiendum teſtamentum,ib.nu. 15.

Notarius nimiū capiens pro ordinibus, aut literis dimiſſorijs peccat,ſi alias habet ſalarium conſtitutū,& quid ſi non habeat,ib. nu.16.

Notarius quando peccet,gratis ſponte donatum accipiēdo, & quot modis cognoſcere poteſt tabellio, an aliquid ſibi gratis donetur.ib.nu.17.

An quando lex non ſolum taxat pretium, ſed prohibet, ne quis aliquid gratis donatum accipiat, peccet ſic oblatum recipiendo,& ad reſtitutionem teneatur, ibidē. num.18.

Notarium tali lege ſtante peccare mortaliter,quando ſolum intelligitur,ib.nu.19.

In duobus caſibus gratis donatum accipiens non peccat. ibid.num.eod.

Tabellio pro conficienda ſcriptura vltra taxā accipere quando poteſt licite,& acceptum retinere.ibid. nu 20.

Nouitius.

An,qui impedit,auocat, & abſtrahit volentem ingredi religionem, & vel ingreſſum iam Nouitium,aut profeſſum extrahit,peccet,& reſtituere teneatur. lib. 11.c.1. num.21.

Qui malo animo,ſine vi tamen,aut fraude,nouitium a religione retrahit,an peccet.ib.nu.29.

Qui nouitium per iniuriā extraxit tenetur ad reſtitutionem,& damnum religioſo,& religioni illatam.ibidem num.34.

O

Obſeruantia uana.

OBſeruantia vana ſpecies ſuperſtitionis in quo differt a diuinatione.lib.4.c.6.nu.1.

Obſeruantiæ nomine quęnam intelligantur. ib.

Obſeruantiæ vanæ ſpecies quatuor,& quæ ſint. ibi. n.2.

Obſeruantia explicita, vel implicita,quid.n.eod.

Obſeruantia ſanitatum per cauſas naturales inefficaces, & per artificialia pec.mor.magis tamen illicitum,& ſuperſtitioſum per artificialia.ibi. nu.4.

Obſeruantiæ futurorum euentuum vanæ, & ſuperſtitioſæ.ib.num.5.

Obſtans.

Non obſtans in duplici poteſt eſſe differētia,ex qua diuerſitas obligationis eſt conſideranda.l.10.tract.2.cap.14. num.1.

An qui obſtare tenentur ex charitate, teneantur ad reſtitutionem,ſi non obſtent, quando poſſunt ſine damno ſuo.ibi.nu.2.

Rationes eorum, qui non ſolum contra charitatem, ſed contra iuſtitiam peccare opinantur, confutantur. ibid. num.3.

An,qui ex officio tenentur obſtare, damnum exinde ſecutum reſtituere debeant.ib.nu.4.

Ex qua culpa tenentur, qui ex officio impedire tenentur damna proximi? & quotuplex ſit culpa.ibidem.nu.5. & 6.

Opinio vera ſtatuitur, & Adriani ſimul, ac Innocentij, vt falſa reijcitur,leuiſſima culpa teneri. ibid. nu.7. & 8.

Famuli, qui ex ſpeciali officio, aut mercede res domeſticas cuſtodiunt, ad reſtituenda obligantur, ſi quid Domini patiantur ob culpam latam, aut leuem. ibid. num.9.

An illi,quorum culpa rei pœnas iuſte debitas non ſoluūt, ad eas perſoluendas teneantur.ib.num.10.

Quæſtio

Quæſtio de pecuniaria pœna non corporali intelligitur, & quæ ſit differentia inter vtramque.ibid.nu.11.

Iudex per iniquitatem non ferens ſententiam, nec condemnans reum ad ſoluendas pœnas in lege impoſitas ad illarum reſtitutionem tenetur,ibi.nu.12.

Sententia iuſta tum pronunciata contra reum Iudex non iuſte applicans pœnam pecuniariam ,tenetur ad reſtituendum eis quibus erat applicanda, ibid.nu.13.vide ver.Iudex & ver.Pœna.

An Confeſſarius,qui non iniunxit pœnitenti reſtitutionem faciendam,reſtituere tenetur damna tertiæ perſonæ,cui debetur reſtitutio,ibi.nu.16.

Epiſcopus,vel curatus tenetur de culpa leui, ceteri vero confeſſarij de culpa lata ſolum,quare?ibid.nu.17.

Occiſio.

Omnem occiſionem etiam animalium hoc præcepto prohibitam fuiſſe cenſebant aliqui,& quare.

Quorundam confutatio tum ex ſcripturis, tum ratione naturali.lib.7.c.8.nu.1.

Nullum hominẽ iuſte occidi poſſe,etiam publica authoritate docuerunt Valdenſens hæretici, ibidem num.2.

Quid,& qualiter in hoc præcepto homicidium prohibetur,ibi.num.3.

Sententia Scoti,eiuſque confirmatio ex S.Aug.& falſa,& periculoſa,a quibus impugnatur,ibid.nu.4.5.

Iuſtæ ſunt leges humanæ,quæ furem diurnum occidi iubent,quamuis lex Moſayca furem ſolum nocturnum occidi iubet,ibid.nu.6.

Verba Chriſti adulteræ dicta,nullo modo reuocatoria,vt voluit Scotus ſupra,nu.3.ibi.nu.7.

Quorundam explicatio hoc præceptum nullo modo eſſe generale,ſed particulare,ibid.nu.8.

Alia expoſitio,quæ olim communis erat,ſed vt falſa reijcitur,ibid.nu.9.

Veriſſima præcepti expoſitio,quęnam occiſio prohibeatur,ibid.nu.10.

Illuſtratur per exempla iuxta dictamẽ rectæ rationis poſſe occidere,& non violare præceptum,ibi.nu. 11.

Ex prædicta explicatione homicidij definitio aſſignatur, ibi,nu.12.

An liceat in aliquo euentu ſe ipſum occidere,lib.7.cap.9. numero 1.

Hæreſis Circumcellionum docentium,hominem ſe occidentem,aut iubentem alteri, vt ipſum occideret, eſſe martyrem,ibid.nu.eod.

An,qui ſe ipſum occidit,peccet contra iuſtitiam, an ſolũ contra charitatem,ibid.nu.2.

Diſſenſio authorum ab authore concordatur,ibidem.nu. eodem.

In quo caſu fortaſſe dici poteſt peccare contra iuſtitiam, ibid.nu.eod.

An,quamuis abſolute verum ſit non licere homini ſe occidere directe,vel indirecte,poſſit tamen dari iuſta, & ſufficiens cauſa id faciendi,ibi.nu.3.

In nullo caſu,nec aliquo fine quantumuis optimo licitũ eſſe ſe occidere, niſi Dei impulſu, communis doctorũ ſententia,ibid.nu.eod.

Multæ cauſæ enumerantur,quæ aliquam habent,probabilitatem ad oſtendẽdum licitum eſſe aliquando ſe ipſum occidere,ibid. nu.4.

Licitum eſſe ſe ipſum occidere ad deteſtationem peccati commiſſi, hæreſis Donatiſtarum, eiuſque refutatio, ibid.num.eod.

Licere ad vitandum peccatum futurum,ne.ſ. conſentiat, confutatur,ibid.nu.5.

Lucretiæ,Bruti,Catonis Vticenſis occiſio,actus puſillanimitatis non fortudinis,& quare ibid.nu.6.

Ad vitandam alienam violentiam,& peccatum ſe occidere nullo modo licet,ibid.nu.7.

Ad citius aſſequendam vitam beatam non licere probatur,ibi.nu.8.

De exemplo Sampſonis, qui ſe ipſum interfecit,duplex reſponſio. De Eleazaro.1.Machab.6,quid dicendum, ibid.nu.9.

Factum Raziæ 2.Machab.14.non excuſatur a peccato ſecundum S.Tho.& alios quare?ibid.nu.10.

Quid de Sanctis, qui ſe morti obiecerunt, vt S. Apollonia,Pelagia,S.Vincentius, & alij ſentiendum ibidem num.2.

An licitum ſit negatiue ſe ipſum occidere:licitum, & laudabile vitam corporalem in aliquo euentu pro corporali amici æqualis conditionis certo periculo exponere, ibidem nu.12.13.

Ratio,cur id liceat,& quod non violatur præceptum charitatis,vt falſo exiſtimauit Nauar.ſup.nu.12.

Quando tenetur homo potius vitam propriam ſeruare, quam alienam,& quãdo poteſt perdere propriam pro aliena,ibid.nu.14.

Illud S.Auguſt.regulam doctrinæ excedere, vitam ſuam pro alio ponere,quomodo intelligendum,ibid.numero eodem.

An,& quando licitum eſt,aut præceptum morti ſe offerre pro ſalute,& vita ſpirituali proximi,ibid.num.15.

Malum,ac peccatum mortale eſt contra propriam charitatem martyrio ſe indiſcrete offerre,ibid.nu.16.

Tenetur quilibet pro Chriſto vitam offerre, quando,ibi. num.17.

An occidere ſe permiſſiue ſit peccatum mort. aut homicidium ſui.ibid.nu.18.

Multi caſus recenſentur,in quibus, quamuis poſſit,nõ tenetur homo vitam ſuam tueri,ibid.nu.19. vſque ad numero 26.

An damnatus ad ſumẽdum venenum,aut ad venam ſibi abſcindendam,qua totus ſanguis effluat, ſui ſit homicida,& an licite id facere poteſt,ibid.nu.26.

Quid de illis dicendum,qui aſſumunt venenum,vel permittunt ſe a vipera,vel ſcorpione morderi,ibidem numero 27.

An liceat ieiuniis, & corporum afflictionibus ita vti, vt vel ſaluti notabiliter noceãt,vel exinde vita abbremetur,ibid num.28.

Nemo ad vitam prolungandam cibis optimis vti tenetur ibid.nu.eodem.

Qui vtitur alimentis,quibus homines communiter vtũtur & in quantitate ſufficienti, etiamſi vita notabiliter abbremetur,non peccat,ibid.nu.29.

Quid de abſtinentia Carthuſianorum dicendum eſt, etiã in periculo mortis ab eſu carnium,ibid.nu.30.

Quando ægrotus grauiter laborans,non comedendo non peccat,nec vt occiſor ſui contemnendus. Cibis nociuis vti alias ex ſingulari inedia,quando mortale, ibidem num.31.

Ex intentione,vel aduertenter ſine intentione vitam notabiliter qui abbreuiat vigilijs,ieiunijs,&c.peccat mortal.ibid.num.32.

Abſtinentiæ,vigiliæ,labores liciti,& laudabiles,qui ex regula ſunt inſtituti,ibid.nu.33.

An,& quando liceat ſe ipſum mutilare,ibid.nu.34

Communiter eſt peccatum mort.in quibus vero caſibus licitum ſit,ibid. nu.35.

Licitum eſſe mutilare ſe in nullo caſu accidere,quare? varij caſus,in quibus ſibi membra abſcindere liceat, ibidem numero 36.

An,ſi daretur optio alicui a tyranno, vt vel ſibi membrũ abſcinderet,vel duobus priuaretur,id licite qui facere poſſit,ibi.num.37.

An ſi expediat ſaluti corporis membrum abſcindere, & infirmus recuſet,poſſit Reſpubl. ciuem, Pater filium, prælatus ſubditum compellere,cui reſiſtere eſſet mortale, ibid.num.38.

An liceat clerico occidere malefactores,lib.7.cap. 11.numer.1.

Clericorum nomine quinam ſunt intelligendi? ibidem nu.eod.

An diuino iure, vel naturali,aut poſitiuo prohibitum ſit clericis malefactores occidere,ibid.nu.2.

An prælati habentes iuriſdictionem temporalem poſſint per ſe ipſos iudicium ſanguinis in ſibi ſubditos ferre. ibid. num.3.

An Iudex, vel Princeps, qui certe conijcit reum pęna afficiendum ſtatim damnationē incurrere, exiſtimet autem probabiliter eum pęnitentiam acturum, & ſaluandum, ſi condonetur, poſſit, & teneatur illi vitam condonare, ibid.num.4.

Solutiones argumentorum pro parte negatiua, ibidem. num.5.

An liceat Iudici aliquem occidere, ſine confeſſione, & Euchariſtia, ibid.nu.6.

Status quæſtionis quatuor propoſitionibus abſoluitur, ib.nu.7.8.9.

An Princeps, vel Reſpub. facultatem cōcedere poſſit cuicunque occidendi certum malefactorem, ibidem numero 10.

Abſolute ante Iudicis ſententiam non poſſunt, quare. Sine citatione, defenſione, & proceſſu condemnari, & puniri quis poteſt, quando, ibi. nu.11.

Poſt ſententiam criminis declaratoriam poteſt Princeps, vel Reſpub. concedere facultatem priuatis occidendi malefactores in aliquibus caſibus, ib.nu. 12.

Mos Venetorum laudatur, qui exulibus ad mortem condemnatis ſingulis facultatem tribuunt accedendi, ib. num.eod.

Soluuntur eorum argumenta, qui putant ante ſentētiam latam licere, ib.nu.13.

An poſſit rex, vel Reſpubl. concedere, vt vbicunque inueniantur exules, etiam extra territorium, & iuriſdictionem occidi poſſint. ib.nu.14.

An ſtante tali lege, aut facultate occidendi poſt latā mortis ſententiam poſſit malefactor ille ſe defendere, vel miniſtro legis, regiſque reſiſtere. ib. nu.15.

An liceat in aliquo caſu publica authoritate innocentem aliquem occidere ob bonum priuatum alterius. lib.7. c.12.num.1.

An iudex eum, qui modo innocens eſt, vehementer tamē timetur, quod futurus ſit poſtea Reipubl. noxius, & ꝑnicioſus, occidere liceat. ib.nu.2.

An liceat Iudici occidere filios innocentes ob peccata parentum. ib.nu.3.

An ob bonum publicum liceat directe occidere innocentem. ibi.nu.4.

Quid pro certo ſtatuendum ſit, exponitur vſque ad nu.8. ibid.num.5.

Soluuntur argumenta Soti, & Cordubæ. ibi. nu. 8.

S. Thomas, Syluester, & alij qui dicunt innocentem occidendum non eſſe quomodo intelligendi. ibid.nu.9.

An Reſpubl. tradere poſſit tyranno innocentem, vel ad mortem condemnare, vt Turca, vel aliud Regnum cōuertatur ad fidem, ib.nu.10.

An in bello liceat interficere innocentes, ibid. n.11.

Quinam præter pueros, & Mulieres præſumendi ſint innocentes, ib.nu.12.

Miles, etiamſi ſciat, quod qui modo eſt innocens, futurus ſit nocens, illum occidere non poteſt. In iuſto bello contra Turcas nō licet occidere infantes, nec feminas inter infideles, niſi actualiter pugnent, ib.nu.13.

Theodoſius Imperator merito ab Ambroſio reprehēſus, propter interfectionem Theſſalonicenſium. ibid.num. eodem.

Per accidens, & præter intentionem occidi poſſe certum eſt. lib.7.c.12.n.14.

An liceat in ſingulari certamine innocentem interficere. An Miles in bello iuſto aggredi illum poteſt, quem ſcit innocentem, ib.num.15.

An inimicum equo fugiens, & videns puerum, aut hominem in via iacentem, quem neceſſe eſt conculcare, ne ipſe in manus incidat inimici, licitè eum poſſit conculcare, & proterere, ne ipſe occidatur. ib. nu.16.

Duobus punctis veritas abſoluitur, ibid. num.17. & nume.ſeq.

An prægnans, aut in partu periclitans ad ſeruandam vitam in extrema neceſſitate poſſit ſumere, vel per alium procurare medicinam, vnde abortus, & mors fætus cōſequatur, ib.nu.19.

Ante animationem fætus, tale quid ſumere licitum eſſe oſtenditur, ib.nu.20.

Quando tam ante, quam poſt animationem licitum ſit, ibid.num. 21.

Talem medicinam ſumere, quando illicitum, & mater tenetur mortem patienter tolerare, ib.n.22.

Medicina, niſi principaliter cauſatiua ſanitatis, non miniſtranda, ib.num.23.

An liceat aliquando mortem innocentis optare. ibidem, num.24.

Quomodo, & quare petit eccleſia, vt gentes paganorum, & hæreticorum dexteræ Dei potentia conterantur, ib. num.eod.

Officialis.

Officialis omittens accuſare, vel denunciare delinquentes an peccet, & ad reſtitutionem teneatur, quando. l. 12.c.14.n. 12. In duobus autem caſibus non peccant ſaltem mortaliter. ib.n.14.

Officiales an teneantur denunciare delinquentes, aut reſtituere, ſi non ſunt, illi, qui delinquunt, tales, vt, ſi facultatem peterent, facile obtinerent. ibi.nu. 15.

Officialis, qui aliquid accipit, vt non accuſet, vel denunciet, non ſolum damnum Reipubl. aut tertiæ perſonæ illatum, ſed etiam ſic acceptum reſtituere tenetur. ibi. num.16.

Officiales, qui cum delinquentibus diſſimulant ſe abſcondentes, vt alij illos è vestigio capiant, & ita eos deprehendant, communiter peccant mort. ib.nu. 17.

An teneantur ad pœnam ſoluendam in conſcientia, quā delinquentes ſoluerent, ſi denunciarentur. ibid. nume. 18. 19.

Officialis obligatur reſtituere damna, quæ ſequuntur illo non accuſante delinquentem. ib.n.21. & 22.

Officialis cur ad pœnam ſoluendam teneatur ante omnē iudicis ſententiam, delinquens vero non item, ibid. num.19.

Officialis fugam ſuadere, aut inſtrumenta præbere non poteſt. l.12.c.18.nu.23.

Omiſſio.

Omiſſionis peccata quæ ſint, & quomodo differāt a commiſſione ſpecie, & quomodo non. l.2.c.6. nu.6.

Vt omiſſio ſit voluntaria, quæ conditiones requirantur, & quænam ſit omiſſio vere, & formaliter, ib. nu. 8.

Cauſam ſufficientem omiſſionis præcepti prębens culpabiliter peccat. ib.nu.9.

Omiſſionis cauſa actus non aliunde malus eſt peccatum. num.11.

Quando actu fit omiſſio, eſt nonum peccatum materialiter. ibid.

Cauſa omiſſionis eſt reductiue peccatum omiſſionis, & vnum numero peccatum cum omiſſione. ibi. nu.15.

Omiſſio, quę fit in ſomnis, propriè peccatū non eſt, vt latè docuit Marſil. quare, ib.nu.15.

Opera. Operatio.

Quinque ſunt genera operum. li.1.c.4.nu.1.

Operationum humanarum principia duo. l.5. cap. 1. numero 2.

Operationes voluntatis circa finem, & quæ circa media. ibid.num.5.

Operatio prima intellectus practici conſilium, voluntatis electio. ibi.nu.7.

Quænam operationes tantum a Philoſopho morali appellantur humanæ. l.2.c.1.nu.1.

Opera religioſorum, de quibus votū emitti poteſt, in duplici differentia. lib.6.c.5.n. 19.

Quænam

Opera.

Quænam opera ſunt ſeruilia,& illicita habenda,quæ nõ. l.7.c.2.n.2.
An omnia opera ſeruilia,ſeu mæchanica adeo ſtricte prohibita ſunt,vt non ſint licita in die feſto. ibid. num.3.
Quæ pertinent ad cultum diuinum ſunt in triplici differentia.ibid.num.eod.
Quæ pertinent ad cultum Dei accidentarie, & valde remote,quando licite fieri poſſunt ibid.num.4.
Quænam animæ opera,ſeu ſpiritualia in feſtis licita ſunt, quæ non ibid num.eodem.
Opera corporalia,quæ non ſunt ex genere ſuo ſeruilia,licita;venatio diebus feſtiuis licita, qualis.ibid.num.5.
Opera ſeruilia quando licita,& quando excuſantur illa facientes ibid.num.6.7.8.& 9.
Opera ſeruilia quare ab Eccleſia fieri conceduntur. ibid. num.10.
An ſicut neceſſitas,ita pietas excuſet a peccato exercendo opus ſeruile in dominica,& diebus feſtiuis ibid. n.12.
An præter opera ſeruilia iure diuino prohibita,alia opera ſint ab eccleſia tunc temporis vetita,& quęnã illa ſunt. ibid.num.18.

Opinio.

Opinio,& dubium quomodo differunt.l.1.c.5.num.1.
An contra propriam opinionem operari liceat.num.4.ibidem.
In credẽdis quomodo illicitum ſit opinionem propriam ſequi ſecundum Caiet.ibid.num.5.
In moralibus,& operandis non opinio propria, ſed pars tutior ſequenda eſt,& quænam illa ſit. ibid. num.6.
Quando quis ſequendo opinionem ſuam etſi minus tutã non peccat,& quis ordo in opinionibus obſeruandus docet Armilla.ibid.num.7. & 8.
In quo foro,& a quibus ſecundum Nauar. ordo a Summiſtis aſſignatus obſeruandus eſt. ibid.num.10.
Quænã opinio à tuta conſcientia ſequenda eſt ſecundum SAntonin.ſecluſo ſcandalo.ibid.num.11.
In ſcholis,vbi ſpeculatiuè res tractantur, licitum eſt Doctoribus tueri opinionem minus probabilem,in practicis vero quid ſtatuendum ſit ſecundum Sotum.n.12.
Quęnam opinio viro docto potius ſequenda eſt ſecũdum doctrinam Cordubæ.ibid.num.13.
Quando vtraque opinio ſit æque probabilis, ſecundum quamlibet operari qs poteſt; ſin altera ſit probabilior, probabilem ſequi licitum eſt ſecundum Medin. & Salon.num.14.
Vt opinio aliqua probabilis dicatur,tria conſideranda,ſcilicet,qui,vel quales ſunt authores,quot ſunt, & argumenta contraria l.1.c.6.num. 2.
In practicis,& moralibus quænam opinio a doctis amplectenda?ibid.num.4.
Quibus medijs adhibitis tutus aliquis in conſcientia maneat,etiamſi opinio illa a parte rei falſa ſit.ibid.n.3.
Opinio,quam prudens ſequi poſſit contra propriam,non vnius Doctoris eſſe debet,ſed plurium. ibid.n.5.
Caſus,in quo non licebit contra propriam opinionem operari.num.6.
Opinionem,quam iuris doct.non ſequuntur,quis contra propriam opinionem ſequi poſſit tuta conſcientia, quãdo.ibid.num.7.
In qua arte quis doctus,& peritus eſt, propriam opinionem in parte minus tuta quando ſequi poteſt.ib. n.8.
Quando autem ſequendo minus tutam, etſi probabiliorem iudicaret,ſequendo eam peccabit.ib.num.9.
Agens contra propriam opinionem ſequendo opoſitam, probabilem tamen,ſed minus tutam,non peccat.n.10.
Sicut quis contra propriam opinionem operari,ita et alijs etiam conſulere poteſt,vt ſequatur.ibid.n.11.
Opinionem propriam in materia ſacramentorum,etiam magis communem,niſi ſit pars tutior,ſequendam eſſe qui negarunt.l.1.c.7.num.1.
Opinio probabilis, prætermiſſa tutiori, & probabiliori, quando poſsit amplecti,& quando non ſecundum iudicium Auctoris in materia de ſacramentis, ibid.num. 4.& 5.
Illam opinionem ſequi poſſe imperitũ, quæ communior eſt,etſi non tutior,aut ſecurior, ſentiunt nonnulli. libr. 1.c.8.num.1.
Opinionem probabilem,etſi minus tutam,minuſque cõmunem indoctos ſequi poſſe,ſententiam veriorem iudicat author.ibid.num.2.
Imperitus ſequendo probabilem opinionem ſui Doctoris a peccato excuſatur,modo dictamen habeat conſcientiæ non abſque formidine, ſed tamen abſque dubio. ibid.num.3.
Confeſſarijs imperitioribus magna cautela, & prudentia opus eſt, quam opinionem vti probabilem ſequi poſſint ibid.num.4.
Quænam opinio ſit probabilior,probabilis,& tuta,tenentur imperiti confeſſarij peritos,& doctos conſulere,ib. num.eod.
Pœnitentem ſequentem opinionem probabilem relicta probabiliori abſoluere poteſt quicumque cõfeſſarius, ſiue opinio pęnitentis ſit in præiudicium tertij, ſiue nõ lib.1.c.9.num.13.
Opinionem ſpeculatiuè probabilem contra longam experientiam medicum ſequi non licet, etiamſi nõ ſit aliud remedium,& ſi ea vteretur, eſſet reus homicidij.l. 1.c. 10.num.13.
Secundum opinionem ſuam,quando licet medicum eligere medicamentum ſalutiferum,aut quod ſecundum aliorum opinionem probabilem putat eſſe ſalutiferũ. vid. verbo Medicus.
Opinio probabilior ſemper non eſt tutior.libr.1.c.11.numero 10.
Quam opinionem ſequi poteſt iudex in tribunali, quando occurrunt duæ æquè probabiles ex parte facti, &c. vide verbo.Iudex.
Licitum eſſe ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori,quomodo verè intelligendum,l.1.c.11.n.14.
Regula illa (in dubijs pars tutior eligenda) quomodo intelligenda,& quod non exponit ſe periculo peccandi, qui ſequitur opinionem probabilem creditam eſſe veram.ibid.num.16.

P

Papa. Pontifex.

Variæ opiniones de poteſtate Papali in diſpenſando, & quomodo id facere poſſit.l.6.cap.11.num.7.& 13.& ſeq.vid.ver.votum.
An in omni voto ſolemni diſpenſare poſſit.ib.n.14.
An in voto ſolemni continentiæ emiſſo per ſacrorum ordinum ſuſceptionem.ibid.An in voto ſolemni continẽtiæ in Religione emiſſo.ibid.num.15.
Pro Rom.Pontificis diſpenſationis beneficio,quam grati ſunt Poloni,& quæ tria egregia fuerunt ijſdem iniũcta.ibid.num.18.
Pontifex non poteſt facere,vt Monachus,aut Religioſus cõtrahat matrimonium, quamdiu talis eſt, ſed poteſt de monacho facere non monachum, & ſic conſequenter licite contrahere, ibid.num.24.
Pontifex poteſt diſpenſare in voto paupertatis ſolenni æque,ac caſtitatis.ibid.num.27.
In quibus ſolus Papa diſpenſet.ibid.num.29
Papa ſine cauſa diſpenſans peccat,nec diſpenſatus in conſcientia tutus eſſe poteſt. l.6.c.12.num.25.
Papa cum votum commutauerit caſtitatis in ieiunia,eleemoſynas &c.an homo liberetur, & ad hoc tantum teneatur, & vtrum epiſcopus, aut alius confeſſarius virtute alicuius priuilegij poſſit illud, in quod commutatum eſt, relaxare, & in aliud commutare. ibidem num. 23.

Parentes.

Pater prouidere filiis in ſpiritualibus tenetur ſub mort. l.7.c.7.nu.1.

Sine cauſa rõnabili a progreſſu in bono reuocandi non ſunt, vt a voto continentiæ, religionis, &c. ib.n.1.

Qui non inſtruunt filios ſecundum timorem Dei, peccãt, ibid.nu.2.

Si patiantur filias ſuas amatores habere ob malum finem vel eas conſortio malo non ſeparant, ib.n.4.

Qui notabiliter negligit prouidere in corporalibus, ibid. num.5.

Peccat mater, quæ filium proprio lacte non nutrit, ibidem numero 6.

Participans.

Participantis nomen, vel ſocium criminis, vel mediatorẽ, vel exploratorem comprehendit, aut quicunq; in exequendo iuuat ad actionem iniuſtam. l.10.c.12.nu.1.

An quando plures concurrunt in damno faciendo, ſinguli eorum teneantur in ſolidum reſtituere, ib n.2.

Diſcrimen, quod nonnulli iuriſte ponunt inter conſulentem damnum, & auxiliantem alteri in damno, falſum eſt, vt oſtendit author. ib.nu.5.

An quando quis dubius eſt, vtrum poſitiuè concurrerit, & efficaciter ad damnum necne, teneatur ad reſtitutionem, ib.nu.6.

An milites, qui concurrunt ſimul ad diripiendum caſtellum, vrbem, aut domum in bello iniuſto, ſinguli teneãtur in ſolidum reſtituere, an tantum ad partem prædę. ibid.num.7.

Si plures in vineam ingreſſi omnes fructus furantur alterius, ita vt vnuſquiſque vnum, aut alterum racemũ accipiat, an teneantur ſub mortali reſtituere in ſolidum. ib.num.8.

Qui furando videbat multos alios ſingulas vuas accipere, & ſic magnum ſecuturum damnum pec. mort. contra Sot. & Nau. ibi nu.9.

De ſimilibus caſibus quid dicendum breui ſolutione docetur, vt qui ſingulis horis, vel diebus paruum aliquid furetur, &c. ib.n.10.

Ex omnibus cauſis damni enumeratis, quænam ſit principalior, an. ſ. præcipiens, exequens conſulens, participãs, receptans, &c. ib.n.11.12. 13.

An, & quando plures ad idem damnum concurrunt, & vnus eorum in integrum reſtituit, ceteri, qui in ſolidũ tenebantur, liberi ſint a reſtitutione, vt nihil damnificato reſtituant, ib.nu.15.

An pro rata reſtituere teneantur ei, qui primus totum dãnum domino læſo reſtituit, n.16. & explicatur, nu.18. 19. & 20.

Si tres furati ſint trecentos aureos, & vnus ſoluit totum, & poſtea ex illis duobus remanentibus vnus vult ſoluere, alius non item, an ille, qui vult ſoluere, teneatur totum reſiduum, an medietatem pro ſua parte reſtituere, ib.nu.21.

An, quando plures tenentur in ſolidum reſtituere, poſſit Dominus vni partem ſuam remittere, & totum debitũ ab alijs exigere? & quæritur cum de actione cõtra oẽs, tum de remiſſione debiti, ib.n.22. vſq; ad 25.

In caſu, quo inuitãtur ſocij, & amici Petri à Petro volente inimicum occidere, inter quos vnus percuſſus occidit aduerſarium Petri, vnde omnes amici Petri ad multas pęnas condemnantur, an Petrus teneatur omnes pœnas reſtituere? ib. nu.26.

An, quando plures comitantur aliquem, non animo eum adiuuandi, ſed impediendi damnum, & alter vidẽs plures in comitatu, & timens mortem aufugit veſte, aut alia re relicta, quam fur accepit, teneantur iſti reſtituere fure non reſtituente, ib.n.27.

An, ſi duo, vel tres diſtrictis gladijs aggrediantur aliquẽ animo iocoſo, & ſolum gratia terrendi illum, & ridendi, & exinde ſecutum ſit damnum, ad damni reſtitutionem teneantur? ibid. nume.28. vide plura ver. Furtum, & Reſtitutio.

Paſcua.

Qui pecora ſua in alienis paſcuis inuito domino paſcit, ſiue ſint communitatis alicuius, ſiue perſonæ priuatæ, peccat mort. l.11.c.11.n.1.

Iure gẽtium, & iure naturali prohibere quis põt, ne quis in agris ſuis paſcat. Princeps tamen aliter ſtatuere põt, quando, & quatenus, ib.n.2.

Dominus alicuius loci, aut ciuitatis quamuis in his locis iuriſdictionem ciuilem, & criminalem habeat, nullum tamen ex hoc iure dominium habet in paſcuis publicis illius territorij. ib.n.3.

Si Dominus populi damnum notabile dederit in paſcuis, aut ſiluis cõibus, ad reſtituendum in conſcientia tenetur. ib.n.4. vid. plura ver. Siluæ, & ver. cæſores.

Paſſio.

Paſſio appetitus ſenſitiui intrinſeca cauſa peccati, & quare dicitur infirmitas, l.2.c.10.nu.1.

Paſſio appetitus ſenſitiui quomodo moueat voluntatem, ex ſcriptura ſacra oſtenditur, ib.nu.eo.

Paſſio appetitus noſtri quid ſecundum S.Th. ib.n.2.

Paſſio vehemens priuans hominem vſu rationis totaliter excuſat a peccato, ib.n.3.

Paſſio antecedens peccatum ſicut minuit voluntariũ, ſic & peccatum, ib.nu.4.

Peccatum.

Mali nomen latius patet, quam peccati, & in quo cõſiſtat ratio peccati propriè l.2.c.5.n.1.

Regula proxima ordinandi actus humanos, cõtra quam fit peccatum, & regula ſuprema quæ. ib.n.2.

Peccati definitiones tres exponuntur, ib.n.3.

Definitio optima, & communis affertur ex S. Aug. & probatur contra Greg. de Val. ib. n.4. comprehendit omne genus peccati. ib.n.5.

Ad eſſentiam peccati duo requiruntur, vnde duplex oritur genus peccati Originale, & perſonale, n.7.

Perſonalium peccatorũ duo genera, Actuale, & habituale, & vnde oritur hæc differentia. ib.n.eo.

Peccatum habituale mortale quid ſit, ib.n.8.

Peccata ſpecie diſtingui ſecundum diuerſa præcepta regulariter non eſt verum. ib.n 9. & 10.

Regulæ nonnullæ ab authore cum alijs expoſitæ quando diſtinctum erit peccatũ contra diſtincta præcepta prohibitiua actum committere, ib.n.11.

Occidere proximum non eſt peccatum diſtinctum ab homicidio lege prohibito. Quare. ib.n.12.

Cur peccatum duplex ſit in Religioſis non exequi mandatum ſuperioris. ib.n.eo.

Blaſphemiæ in eccleſia, & verba turpia cur non ſint peccata ſacrilegij, cum tamen actus pollutionis, aut actus coniugales ſint contra religionem. ib.

Non ſunt plura numero peccata contra eandem virtutẽ, eodem motiuo contra diuerſa præcepta, n.14.

Duplex eſſe peccatum non ieiunare in vigilia quadrageſimæ, aut quatuor temporum opinio Nauarri, & aliorũ ab authore refellitur. ib. n.15.

Peccata non diſtinguuntur ſpecie ex diuerſitate pęnarũ, ſed obiectorum contra diuerſas virtutes. ib.n.16.

Accidentales peccatorum differentiæ, & conditiones enumerantur, mortale, veniale: contra Deum, & proximum, commiſſionis, omiſſionis, cordis, oris, operis, &c. l.2.c.6 n.1. vſque ad 7.

Quænam peccata omiſſionis, & commiſſionis differunt ſpecie, & quæ non. ib.n.6.

Peccatum omiſſionis, quando homini imputandum, an tempore omiſſionis ipſius præcepti, an quãdo data fuit cauſa omiſſionis eiuſdem. c.e.n.7.

Vt omiſſio ſit voluntaria, quot conditiones ſunt neceſſariæ, & quæ ſit proprie omiſſio. ib.n.8.

Cauſam ſufficientem omiſſionis culpabiliter præbẽs peccare cenſetur,& quare.ib.nu.9.
Quando actu fit ipſa omiſſio, non committitur nouum peccatum formaliter,ſed ſolum materialiter, ibid.numero 10.
Actus cauſa omiſſionis eſt malus, & peccatum . ibidem num.11.
Eſt reductiue vnum numero cum omiſſione non formaliter,ibidem.
Quando malum futurum poſt cauſam ſufficientẽ datum pro peccato alicui non imputabitur,ib.n.16.
Peccata omnia nullo modo inter ſe connexa , ita nec paria eſſe poſſunt,vt hæretici arbitrati ſunt falsò. lib. 2.c.7.nu.1.& 3.
Inæqualitas peccatorum vnde deſumenda ſecundũ S. Bonau.fusè declaratur,ib.nu.4.
Quantitas,& malitia peccati vnde deſumatur,regulę certæ ab authore ſtatuuntur,n.5. vſq; ad 13.
Peccatum an habere poſſit cauſam per ſe,libro 2. cap. 8. num.1.
Cauſæ inducentes ad peccatum internæ, & externæ,quæ ſint,& quot,& quibus ex principijs earũ numerus colligitur? ib.nu.2.& 3.
Cum internæ,tum etiam externæ concurrunt , quænam peccati cauſa dicenda ſit.ib.n.4.
Cauſæ externæ peccati,homo,dæmon, obiectum ſenſibile,ibid.
Prima cauſa peccatorum ignorantia,l.2.c.9.n. 1.
Omnia,quæ fiunt in ebrietate,peccata nõ ſunt, ſicut verba iniurioſa,& contumeliæ,l.2.c.9. nu.42.
Fornicatio,adulterium,homicidiũ,&c.ſi huiuſmodi pręuiſa fuerint,aut potuerint pręuideri,in ebrietate facta, ſunt peccata;quare?ib.nu.eo.
Quando euentus præuiſi fuerint, aut probabiliter præuideri potuerint, & non adhibita diligentia poſtea in ebrietate contingant, ſunt peccata eiuſdem ſpeciei directè, ac ſi ſcienter fuiſſent commiſſa contra Caietan. ibid.num.eod.
Cauſa intrinſeca peccati paſſio appetitus ſenſitiui,& quid illa ſit ſecundum S.Tho.l.2.c.10.nu.1.
Radix,& origo peccati eſt amor inordinatus ſui. ib.n.2.
Peccans graui carnis tentatione minus peccat, quam qui leui tentatione peccat,quare.n. eod.
Quodnam peccatum ex malitia appellatur?& quomodo malitia origo peccati.l.2.c.11.nu.1.
Extrinſecæ cauſæ peccatorum quæ,& quomodo ſe hẽant ſingulæ ad operandum malum,l.2.c.12.nu. 1.
Peccatorũ cauſæ,res exteriores, & obiecta ſenſibilia eſſe ſolent,inductiue,& diſpoſitiue.ib.n. 3.
Vnum peccatum alterius cauſa eſſe poteſt, ſecundũ quadruplex cauſæ genus,ib.nu.4.
Inter peccata, quæ aliorum cauſæ eſſe ſolent, duo præcipua,Superbia,& Auaritia,ib.nu.5.
Alia peccata,quæ aliorum origines eſſe ſolent, & cur dicãtur capitalia,& quot ſint?ibi.nu.6.
Peccata omnia ex natura ſua eſſe mortalia, ſuo autẽ modo dici venialia docent hęretici, l.2.c.14. n.1.
Veniale peccatum tribus modis dicitur ſecundum ſententiam catholicorum,ib.nu.e.
Peccatum mortale quid,& quot modis dicitur duplicem mortem inferre,ib.n.2.
Peccati mortalis definitio ſecundum Nauarrum , vtputa melior ab authore probatur,ibi.n.3.
Peccatum veniale,quid ſit,definitur.ib.n.4.
An peccatum veniale ſit ſimpliciter peccatum, an ſecundum quid tantum,ib.n.5.
Peccatum tam mortale, quam Veniale duplex. ib.
Peccatum ex ſuo genere mortale varijs modis fieri poteſt veniale,ib.n.8.9. & 10.
Peccatum ex ſuo genere veniale ex cauſa mortale fieri poteſt varijs modis,ib.n.12.13.
Cur peccata furti,homicidij,& obſeruãtiæ feſti ex genere ſuo mortalia occurrente neceſſitate reddantur venialia,& non item alia.ſ.luxuriæ,aut periurij,ib. nu.11.
Peccatum veniale idem numero manens in genere moris mortale eſſe non poteſt,nec econtra. ib. n.17.
Peccata venialia ad mortale diſponunt, nunquam tamen ex ijs, quantumuis multiplicatis fieri poteſt vnũ mortale,ib.nu,18.
Pœna veniali debita finita,mortali infinita,poteſt tamen per accidens pœna veniali debita æqualis eſſe pœnæ mortali peccato debitæ,ib.
An,qui ab ijſdem,vel a diuerſis paulatim magnam quantitatem furatur,peccet mort.& ad reſtitutionem teneatur,ib,n.19.
Quando omiſſio rei paruæ , & venialis continuari poteſt , vt fiat materia mortalis, ib.n.21.
Peccatum veniale, & mort.an differant ex natura rei , an ex ſola Dei voluntate,ib. n.22.
Vnde illorum differentia deſumenda ſit,ib.n. 23. 24. 25. quatuor differentiæ aſſignantur.
Quomodo a nobis cognoſci poteſt,an peccatum aliquod mort.ſit,an veniale,ib.n.27.
Tria documenta tradũtur ex ſcripturis ſacris, ex traditione eccleſiæ,ex lumine naturali, per quæ vtrumque dignoſci poteſt,ib.n.28.29.30.
Quædam diligenter cõſideranda ex quibus grauitas peccati exiſtimari poſſit,ib. n.30.
Effectus peccatorum qui , & quid macula peccati in anima eiuſque ex diuerſis peccatis inæqualitate, l. 2.c.13, nu.1.2.& 3.
Peccatum veniale ſuam habet maculã , & quomodo intelligendus S.Th. negans maculam relinqui ex peccato veniali,ib.n.6.
Effectus peccati eſt reatus pœnæ , & quid ſit, ib.
peccato mortali duplex pęna debetur , & cui quæque reſpondeat ſecundum Doct. ib.n.9.
peccatum veniale,quando in æternum puniendum ſecũdum ſententiam veriorem,ib.n.11.
Ad peccatum veniale quænam aduertentia, aut deliberatio ſufficiat,l.8.c.6.n.10
Ad peccatum mort.requiritur actualis, plena, & expreſſa aduertentia circa malitiam,ib. n.eo.
Regula in dubiis diſcernendis,quando peccatũ ſit mortale,quando non, l.8.c.7.n.6.
peccatum contra naturam in quo conſiſtit , & varia eius nomina,l.8.c.5.n.4.
Eſt ſpecies ſubalterna luxuriæ multas ſub ſe ſpecies continens,ſecundum varios modos,ib.n.5.vid.ver Beſtialitas. Mollicies.
An peccata contra naturam concurrere poſſint cum peccatis luxuriæ naturalis in eadẽ ſpecie,ib. n.20. vid. ver. Adulter.
De grauitate peccati , vnde deſumendum ſit diſcrimẽ inter peccata , quæ factis, & quæ verbis committuntur, l.12.c.4.num.6.

Peculium.

Peculium quid ſit,& quotuplex,l.9.c. 16.n.14.
peculium Caſtrenſe quid,ib.n.e.
Quoad peculium Caſtrenſe quid de filio familias ſtatuẽdum,an poſſit teſtari?ib.n.eo.
peculium quaſi Caſtrenſe,quæ bona dicantur? huiuſmodi peculium iure pleno etiam quoad vſum fructum,& adminiſtrationem ad filium familias ſpectat , ibidem num.16.
peculium aduentitium quid? Iure communi filius acquirit dominium,& proprietatem, adminiſtratio autem , & vſusfructus ad patrem pertinet , vnus tamen caſus excipitur,ib.n.17.
peculium profectitium,quid? huiuſmodi bona tam quoad dominium,quam quoad vſumfructum regulariter ſunt patris,vnde filius aliquid retinens furtum cõmittit,& ad reſtitutionem tenetur,ib. n.18.
Quodnam ius habet filius in iſta bona vltra ius in bona patrimonialia,ib.num.eod.

Peculatus.

Peculatus quid ſit,& quomodo a furto, aut rapina differat.l.9.c.1 3.nu.8.

Pœna.

In pęnis ſtatuendis variæ formæ,& modi.l.3. c.8.num.2. & cur pœnæ legum tranſgreſſoribus ſtatuendæ. ibid. num.3.

Ne pœnę atrocitas delicti grauitatem excedat cauēdum, & quæ in delicti menſura præcipue conſideranda. ibi. num.4.

Quādo iudex ex iuſta cauſa poteſt pęnam augere, vel minuere,ibi.nu.5.

An pęna apponi debeat ſecundum legem antiquam,quæ vigebat tempore delicti, aut ſecūdum ſtatutum nouū, quod viget tempore latæ ſententiæ.ib.nu.11.

Quanam pęna crimen puniri debeat a iudice,nulla tamē in particulari tranſgreſſoribus decreta.ib.n.12.

Quid poteſt Iudex circa legem pęnalem, in qua certa pęna ſtatuitur pro delicto ib.nu. 13.

Quando iudex remittendo pęnam iuris obligatur in conſcientia ad reddendum illi tantum, quantum erat pęnæ æſtimatio.ib.nu.eo.

An princeps teneatur infligere pęnam a lege ſtatutam. ibi.nu.15.

An,cui pęna legis eſt adiudicata, poterit illā pro arbitrio ſuo remittere.ib.nu.16.

An,& quando liceat pro reo intercedere, vt pęna per legem ſtatuta illi remittatur.ib.nu.17.

Periurantium pęnæ præcipuè quinque,l.5.cap.9. num.6. 7.& 8.

De pęnis peccato blaſphemiæ iure ciuili, & canonico debitis,ac de iiſdem ſummorum decreta pontificum,l.6. c.13.nu.14.& 15.

Pęna mortalis peccati duplex ſenſus,& damni, & cui rationi quæque reſpondeat.l.2.c.13.nu.9.

Pęna temporalis veniali debita quæ,& quando pęna ęterna veniali debeatur,ib.nu.10.& 11.

Pęnam legis non deberi ante iudicialem condemnationē quomodo intelligendum,l.12.c.14.nu. 19.

Pænitens.

Pęnitentem accedere debere ſaltem cum exiſtimata contritione ſententia ſecurior,& tutior,l.1.c.7. nu.3.

Pęnitentem tamen accendentem cum attritione ſic cognita abſoluere licet,& ſemper licitum fuit,quare,ibidem nu.eod.& ſeq.

Pietas in parentem.

Pietas virtus peculiaris,qua parentes colimus potentialis pars iuſtitiæ,l.7.c.4.nu.2.

Pietatis deſcriptio ſecundum S.Thom,& S. Auguſt.ibid. num.eod.

Quid in hoc mandato præceptum, & quid honor parentum,ibi.nu.3.

Quare honoris vox poſita eſt,non amoris, aut metus, ibi. num.eod.

Quibus hominibus debetur honor,& ſecundum quæ attributa diuina colligere oportet, qui ſunt honorandi. ib.num.4.

Sub hoc cultu parentū cultus conſanguineorum includitur,ib.nu.5.

Continetur etiam illa pietas,quæ eſt ad proximos.ibidem num.6.

Debitum etiam parentum in filios ſub hoc præcepto continetur,cur autem id non expreſſum ſit, dicitur. ibidē, num.7.

Cur additur præmium honorantibus parentes.

Quare aliquando iis, qui maiorem pietatem parentibus præſtiterunt,breuior vita contingat,triplex cauſa aſſignatur,ib.nu.8.

Honor parentibus à filiis debitus in quatuor pręcipue cōſiſtit,& quænam illa ſint.ib.c.5.n.1.

In quo conſiſtit reuerentia exterior,& interior,ibid.num. eodem.

Qui parentes percutit,etiamſi leuiter,immo ſi manus tātum eleuet,mort.peccat,ib.nu.2.

Qui verbis contumelioſis animo deliberato parentes afficit,& ad iracūdiam notabilem prouocat, mort. peccat. l.7.c.5.nu.3.

Qui contemnit,& indignatur parentes, cum ad dignitatem aliquam euectus fuerit,peccat mortal.ibidem numero 4.

Qui accuſat parentes alicuius criminis, quamuis veri, in duobus tamen caſibus poteſt,ib. n.5.

In quo conſiſtit amor,qui eſt ſecūdus ex illis quatuor, in quo conſiſtit honor. ib.nu.6.

Qui odio habet parentes deſiderando eis aliquod damnū animæ,vel corporis hęreditatis cauſa,&c.peccat mort. ib.num.7.

Qui licet non odit,ſed toruis oculis reſpicit, & eos aſpere alloquitur, ac ſi videretur eos odio habere, pecc.mort. ib.num.8.

Circa obedientiam tertiam,in quo conſiſtit honor,quādo peccant filii? vt filius teneatur ſub mortali parentibus obedire,quid requiritur libro ſeptimo, capitulo 5. numero 9.

Qui non vult obedire in his,quæ pertinent ad regimē domus, vel familiæ, ex contemptu, & pertinacia animi, pecc.mort.ib.nu.eo.

Qui non obedit in his,quæ pertinent ad bonos mores, & ad ſalutem, in quibus non ſubeſt patri non peccat,non obediendo, in quibus etiam melius eſt aliquando non obedire,ib.n.10.11.12.13.

In duobus caſibus eſt mortale, ſi in contrahendo matrimonio filius voluntatem patris non ſequatur, ibidem num.12.

Contra parentum voluntatem contrahere quando nō eſt peccatum,ib.nu. 13.

Circa ſuſtentationem, qua filius tenetur ſubuenire neceſſitatibus parentum ſpiritualibus, qui peccat, ibidem num.14.

Quoad corporales neceſſitates ſub mortali tenetur. ibid. num.15.

Si quis habet filium, & Patrem in neceſſitate, cui prius ſubuenire tenetur,ib.n.16.

An quis patrem magis, quam matrem amare, & ſuccurrere teneatur. Non ſolum viuis, ſed defunctis etiam parentibus honorem exhibere tenetur, ibidem numero 17.

Quibus mediis vti ſolent parentes ad filios a Religionis ingreſſu retardandos,vel ad ſeculum retrahendos. l.7. c.6.num.1.

Quæ, & quot conditiones requiruntur, vt quis teneatur ſub mortali abſtinere a religionis ingreſſu ob paupertatem,& neceſſitatem parentum, vſque ad numerum 7. ibi.num.2.

Paupertas extrema,vel neceſſitas grauis, & notabilis iactura parentū religionis ingreſſum prohibet ſub mort. ib.num.3.

Etiamſi parentes ſublato filio cogerentur mendicare,aut ſeruire,ſi non ſit cum indecentia ſtatus,filius libere poteſt religionem ingredi,ib.nu.4.

Conditio tertia, conditio quarta, & conditio quinta ad tollendam obligationem obedientiæ requiſitæ, ib. num.5.

Scandalum parentum,aut propinquorum, quod patiuntur ex ingreſſu Religionis,nunquam obligat filium ad abſtinendum.ib.nu.8.

Scandalum duplex; ex malitia, ſeu Iudaicū, ex infirmitate,ſeu puſillum,ib.nu. eo.

Bonum, & laudabile in multis caſibus filios abſtinere ab ingreſſu, vel ad tempus differre religionis ingreſſum. l.7.c.6.nu.12.

Filios profeſſos propter extremam parentum neceſſitatem

tem teneri egredi ad ſubueniendum illorum neceſſitatibus probabile eſt,ib.nu.13.

Secundũ quos abſolute tenetur ſub mortali egredi e Religione,ib.nu.eo.

Soluuntur argumenta eorum, qui hoc abſolute aſſerunt ſub mort.ſecundum ſententiam S.Thomæ contradicẽtis,ib.nu.14.& 15.

Filius profeſſus ſecundum S. Thomam tenetur ſalua obedientia, & ſtatu religionis pium ſtudium adhibere omnibus modis ſubueniendi parentibus in neceſſitate, ib. num.16.

Filios profeſſos exire poſſe ſecundum Caietan. & alios, probabilior ſententia ab Authore cenſetur,ibidem.numero eod.

Vt licite quis poſſit exire, quæ conditiones ſunt neceſſario requiſitæ.ib.n.17.18. 19.

Quicunque ſentit ſe a Deo vocari ad religionem,non debet abſtinere ab ingreſſu ſpe cuiuſcunque prælaturæ, & qui contra conſulunt, non excuſantur a mort. ibidẽ num.21.

Ex triplici ſigno cognoſci poteſt, an quis a Deo uocetur, necne ſecundum Alex. Aſcenſ.ib.nu.eo.

Pollutio.

Actus Pollutionis pro varietate perſonarum, quas affectat,multiplex peccatum,l.8.c.5.nu.7.

Pollutio in vigilia contingẽs aliquando non mort. ibidẽ num.8.

Quando mort.& quando venialis, & quod ex cauſa veniali effectus mort.eſſe poteſt Regula Doctorum, ibidem nu.9.

Pollutio nocturna quando & quale peccatum,ib. n.10.

Quibus modis accidere poteſt, vt nullum ſit peccatum, ib.nu.11.

Pollutio non in ſe peccatum, poteſt tamen eſſe in ſua cauſa,quæ triplex aſſignatur ib.nu.12.

Pollutio ſequens ex cogitatione ſpeculatiua, quæ in vigilia præceſſit,non erit venialis quidem, nec in ſe nec in cauſa,ſi non adſit complacentia,ib.nu.13.

An liceat complacere de pollutione in ſommo contingẽte ob vitationẽ morbi,vel an liceat cupere,vt dormienti contingat,ib.nu.14.

Simplici affectu eam velle propter corporis vtilitatem licet,ex complacentia autem in ſe nullo modo, ibid.numero 15.

Periculoſius eſt deſiderium præcedens,quam complacẽtia ſubſequens,quare vt bene Sot.ib.nu.eo.

Poſſeſſor bonæ fidei.

In re reſtituenda tria præcipuè ſunt conſideranda.Habẽs rem alienam bona fide neſciens, nec credens eam male acquiſitam,quocunque modo habuit,durante bona fide nec rem, nec fructus inde perceptos reſtituere tenetur,l.10.tra.2.c.2.nu.1.

Qui bona fide rem habuit, quam primum ſciuerit rẽ eſſe alienam,tenetur rem illam reſtituere, ſi extat, & fructus rei extantes. Ignorantia craſſa iuris,aut facti non excuſat a reſtitutione;talis autem ignorantia, ſeu negligentia æquiparatur dolo,ib.nu.2.

Poſſeſſor bonę fidei,licite in conſcientia detrahere poteſt omnes expenſas, quas fecit in re ipſa durãte bona fide,ſi ſine rei detrimento detrahi poſſint,ſin alias quid agendum,ib.n.3.

Qui rem alienam accepit a fure quocunque titulo, quam tamen probabiliter credidit non eſſe furtiuam, durãte tali fide nihil reſtituere tenetur,ſi rem illam vẽdat, perdat, aut conſumat.Immo ſi inutiliter conſumpſit, aut ludo perdidit,non tenetur reſtituere.ib. nu.5.

Qui res alienas deprædatus eſt in bello iniuſto, quod credidit iuſtum, cum veritatem agnouerit; tenetur reſtituere,quicquid prędę apud ipſum manet, & id,in quo per talem prędam factus eſt ditior,ib.n.2.

Qui bona fide a latrone emit vineam,aut boues, ſi poſtea deprehendat eſſe furtiua, tenetur cum vinea reſtituere fructus, quos habet,& quos in alijs vſibus inſumpſit, l.10.tr.2.c.2.n 6.

Negotiator, qui per vſuram acquiſiuit mille credẽs bona fide contractum,quo vtebatur,non eſſe vſurarium, & cum illis mille lucratur centum, quam primum nouerit contractum fuiſſe vſurarium,tenetur mille reſtituere,& non centum,quę exinde lucratus eſt,ib.nu. 7.

Qui rem bona fide a latrone accepit, & deinde rem illam venderet,quam primum nouit eſſe furtiuam,tenetur illud pretium domino reddere,ſin donauerit,ad nihil tenetur,quare,ib.n.8.

Qui equum, veſtem, aut huiuſmodi à latrone acceperit, quibus vſus eſt ad ſuam vtilitatem,quid, aut quantum teneatur reſtituere, ib.nu.9.

Inuitatus ad cœnam a latrone factam, vbique bona fide cibos ſumat, poſtea intelligens illos eſſe furtiuos, quid reſtituere tenetur,ib.nu.10.

An,qui bona fide rem emit a latrone, quam poſtea vẽdit eadem fide durante, & deinde cognoſcit rem illam eſſe furtiuam, teneatur reſcindere contractum, & Rem Domino reddere,pretium emptori,ib,n,11.

Sententia dicentium talem contractum non eſſe reſcindẽdum, ſed licitè poſſe pretium retinere, eorum rationes ib.nu.12.

Opinio ſecunda mitior,& communior, & proinde tuta conſcientia quis eam ſequi poſſit, cum ſit admodum probabilis, ſed rationes primæ efficaciores ab authore cenſentur,ſicut opinio ſecurior,l.decimo,tract.ſecũdo, cap.2.nu 13.

Soluuntur rationes ſecundæ ſententiæ ibidem, numero 14.

An,qui rem bona fide a latrone emerit,poſſit tuta cõſcientia contractum illum reſcindere, & latroni rem illam reddere,vt pretium recuperet,an vero teneatur rẽ Domino reſtituere, etiamſi pretium latroni datũ ſit amiſſurus,ib.nu.15.

Secunda opinio, quæ docet poſſe illum talem reſcindere contractum,ut pretium a latrone recuperet, ſex rationibus probatur,ib.nu.16.

In hac re dubia, & valde difficili quid ſenſerit author, cũ vtraque opinio graues habeat authores, breuiter explicatur,ib.nu.17.

Opinio ſecunda verior,& æquior & ſoluuntur argumenta contraria.Reddere rem latroni,a quo accepit,eſt medium ordinatum ad ſeruandum emptorem indemnẽ, & ad reſtitutionem Domini faciendam, ib. n.18.

Rem alienam furi tradens, ut pretium recuperet, potius quam Domino reſtituens unde pretium amitteret, nõ cooperatur furi. Cur tamen in foro exteriori iudex coget emptorem ad reſtitutionem, ib.nu.19.

Quid agere debet emens rem bona fide a fure, & poſtea ſciens rem eſſe alienam, non inuenit dominum? ibid. num.20.

An, qui emit rem ſciens eſſe alienam animo reddendi ea uero Domino, pretium datum latroni repetere poſſit, a uero Domino, aliter non illam daturus? ibidem num.21.

Iudex certior factus debet pro emente iudicare, ibidem num.eod.

An fructus rei alienæ etiam bona fide poſſeſſæ reſtituendi ſint cum re ipſa,cognita ueritate, quod res fuerit furtiua? ib.nu.22.

Poſſeſſor malæ, vel bonæ fidei.

Habens rem iniuſtè acquiſitam,ſiue ſcienter, ſiue per donationem,ſiue per contractum, non obſtante quocunque ſtatuto humano ad oppoſitum edito, tenetur reſtituere,aut rem,ſi extet,aut ualorem rei, l.10.tract.2.c.3. num.1.

Omnes etiam fructus rei fructiferæ, quos Dominus percepiſſet, necnon lucrum ceſſans, aut damnum emergens

gens,quæ Dominus paſſus eſt.ibid.num. 2.

Emptor,ſeu poſſeſſor malæ fidei non poteſt licitè detrahere expenſas,niſi neceſſarias, quas facit in fructib. acquirendis,&c.ib.n.3.

Aliter quo ad forum conſcientiæ,aliter quo ad forũ exterius agitur in deducendis laboribus,& expenſis melioratis.ib.num.4.

An ſcienter emens rem furtiuam reſcindere poſſit contractum cum latrone factum, & rem furi tradere, vt pretium recuperet, an vero teneatur Domino reddere, ibid.nu.5.

Si malæ fidei poſſeſſor pretium rei habere voluerit, id curare debet,ſine veri Domini præiudicio,vel furem conueniendo,vel alios ib.n.6.

Quomodo valor rei malæ fide poſſeſſus retribui debet,an ſecundum ſtatum,in quo res erat accepta,an aliàs, ibi. num.7.

Communior opinio etiamſi in rigore iuris defendi poſſit, ſi tamen iuxta naturalem æquitatem ponderetur,grauiſſimis authoribus non vera videtur, quid difficultati ſatisfaciat hac diſtinctione.ib.n.8.

Si res extat in ſpecie,ſiue vſu conſumptibilis, & functionem admittens, ſiue non, tenetur eam rem in ſpecie, vel numero reſtituere.libro 10.tract. ſecundo, capit.3. num.9.

Si res eadem extat in bonitate, & valore immutata, eandem reddendo ſatisfacit fur, aut detentor.ibidem.numero 10.

Si fur,aut malæ fidei poſſeſſor non eandem reſtituere voluerit,ſed aliam eiuſdem prorſus bonitatis, & quantitis,ſatisfacit præcepto reſtitutionis.ib. n.11.

Si res ablata ſit vſu conſumptibilis,& miſta ſit cum alijs rebus vel a fure,vel a malæ fidei detentore, non tenebitur eandem rẽ numero reſtituere Domino,ſed æquiualentem.ib.nu.12.

Si rem alienam acciperet a fure miſtam cum rebus propriis,etiam ſcienter, per contractum alias licitum,non tenetur reſtituere.ib.n.13.

Si res male accepta,aut detenta pereat, tenetur ad reſtitutionem valoris rei,ſiue culpa ſua pereat, ſiue caſu fortuito.ib.nu.14.

Si pereat res aliena alias apud Dominum peritura,quando detentor malæ fidei non obligabitur ad reſtitutionem contra Paludanum, qui hoc abſolute docet. ibid. numero 15.

Quando ſatisfacit fur rem deterioratam reddendo? ibidem.num.16.

Quando electio erit penes dominum, aut accipere rẽ extantem,aut valorem, & rei æſtimationem, & quando tenetur defectum rei deterioratæ ſupplere? li.10. trac. 2.c.3.nu.17.

Latro tenetur,vel rem cum ſupplemento defectus reddere,& ſoluere lucrum ceſſans,aut damnum emergens, vel ſoluere æſtimationem rei,cuius electio penes Dominum manet,quando.ib.nu.18.

Si res furtiua non ſit vſu conſumptibilis,& in manu furis ſit meliorata, res extans reddenda eſt etiam cum melioramento deductis laboribus,& expenſis.ibidem. numero 19.

Si vſu conſumptibilis ſit, quid conſiderãdum eſt ad hoc, vt latro reſtituere iudicetur.ib.n.20.

Fructus rei alienæ propria induſtria acquiſitos non tenetur reſtituere malæ fidei poſſeſſor.ib.n.21.

Detinens iniuſte rem alienam fructiferam, omnes fructus naturales,& partim naturales,partim induſtriales tenetur reſtituere deductis expenſis, & laboribus, &c. ibid.nu.22.

Si Dominus ex re ſua nullos fructus aliàs eſſet percepturus,non tenetur malæ fidei detentor in conſcientia aliquos reſtituere ib.n.23.

Damnum,quod patitur Dominus ex carentia rei,tenetur fur,aut detentor reſtituere.ib.nu. eo.

Fructus,quos dominus probabiliter percepturus eſſet ex locatione domus,aut equi, tenetur in conſcientia reſtituere,non ſolum ſi extant, ſed etiamſi conſumpti ſint. l.10.tra.2.c.3.nu.24.

An emptor,ſeu poſſeſſor dubiæ fidei,vel ex dubio in tempore contractus, vel ex dubio ſuperueniente, tenetur reſtituere.ib.n.25.

Emptor diligenter inquirere tenetur verum dominum, quo inuento reſtituere tenetur accepto pretio, qđ dedit.ib.nu.eod.

Qui rem furtiuam emit, vt ſuo Domino ſeruet, illo poſt debitam diligentiam non comparente, pretium pro re datum ſibi retinere poteſt timens in probabili dubio, non præmittens debitam diligentiam, dummodo in ſuum proprium commodum emat,peccat mort.& ad reſtitutionem obligatur.ib.n.26.

Emens rem alienam in propriam vtilitatem,quam probabiliter dubitabat eſſe furtiuam, non poteſt alteri vẽdere,aut reſcindere contractum cum latrone,ſed tenetur vero Domino reſtituere. ib.n.27.

Qui bona fide accepit,ſed poſtea incipit, dubitare, an ſit furtiua, ſi per viam donationis recedit,& durante tali dubio, poſtea vendidit, tenetur pretium acceptum Domino reddere, cum conſtiterit rem eſſe alienam.ib. num.28.

Qui per viam emptionis, aut permutationis etiam bona fide de manu latronis accipit, deinde vero incipit dubitare,ſi facta diligentia ex a quo dubius ſit, poteſt illam tuta conſcientia retinere, aut vendere ſine peccato ſub conditione.ib.n.29.

Qui facta diligentia dubius eſt,& magis inclinat furtiuã eſſe,quam ſuam,inquirere tenetur verum Dominũ, ſi incertum inuenerit, quid agendum,ib.nu.30.

An teneantur Chriſtiani, qui emunt ſpolia Chriſtianorũ capta a Turcis,aut Saracenis indicto publice bello, vel recuperantes ea vi,aut arte,reſtituere ea Dominis,quibus erant erepta,ib.nu.31.

An,qui in conflictu recuperauit ex Turcis rem aliquam, quã veriſimile eſt Turcas ipſos a Chriſtianis ſurripuiſſe,eam reſtituere teneatur,ib.n.32.

An qui rem a Turcis captam emit,quam Chriſtiani in tẽpore naufragij in mare proiecerũt, vt naufragiũ euaderent,eã poſtea Chriſtianis reſtituere teneatur,ib.n.33.

Poſſeſſio vid. ver. Dominium.

Poteſtas.

Poteſtas iudicãdi in Iudice neceſſario requiritur, ſine qua ſententia lata inualida eſt, & Iudex peccat mortaliter, l.12.c.7.nu.2.

Poteſtas competens quadruplex.Ordinaria,delegata,arbitraria,acceſſoria.& quid ſint.ib.nu.3.& 4.

Quanam poteſtate poteſt ſuperior ſe ſubmittere iudicio inferioris.ib.nu.4.

Poteſtas publica aliquem etiam inuitum bonorum ſuorũ dominio priuare, & in alium transferre ex iuſta cauſa poteſt, l.9.c.11.nu.1.

Vide plura ver.Princeps.Iudex.

Præceptum.

Vbicunque concurrunt duo præcepta contraria,circa idẽ factum,& vnum illorum eligendum eſt, illi præcepto obediendum,quod potiorem habet vim obligandi,l.1. c.13.nu.30.

Præcepta in lege veteri quænam,& quo numero continebantur,l.4.c.1.nu.6.

Præcepta omnia quare ad Moralia,Cærimonialia, & Iudicialia reducantur,n.1.

Præcepta Moralia cur dicãtur Antonomaſtice præcepta, ib.c.2.nu.1.

Præcepta Moralia omnia ad legem naturæ pertinent,nu. eodem.

Præcepta Moralia sũt ĩ triplici gradu de iure naturę, n.e.

Præcepta Moralia vnde procedunt.nu.eod.

Præceptorum Moralium quænam ſolum ad Decalogum pertinent,nu.2.

Præcepta illa duo, Diliges Dominum Deum tuum, & Diliges proximum tuum, &c. quare non ſunt expreſſa in Decalogo,nu.eod.
Prȩcepta quænam Decalogi nomine intelliguntur.c.eod. num.3.
Præcepta Decalogi cur Deus Moyſi in tabulis inſculpſit Angelorum miniſterio, alia vero præcepta ſunt a Deo per Moyſen tradita populo.nu. eo.
Præcepta alia omnia ad Decalogum tamquam ad legum omnium epitome vel antecedenter, vel conſequenter reduci poſſunt.nu.4.
Præceptorum omnium moralium reductionem ad Decalogum ſcire,quibus ſit valde vtile. nu.5.
Præcepta primæ tabulæ quot numero ſint, & quot ſecundæ multorum diuerſæ ſententiæ.nu.6. & 7.
Præceptum primum primæ tabulæ quomodo triplex, & quomodo vnum dicatur ſecundum D. Aug. n.8.
Præceptum ſanctificandi ſabbatum partim naturale partim cærimoniale.nu. eo.
Præceptum obſeruandi ſabbatum cur ceſſauit, & nō alia præcepta,nu.8.
Præceptorum numerus, Diſtinctio, & conueniens ordinatio.nu.9.
Præceptorum ordinantium hominem ad proximū quotuplex differentia,nu.10.
Præceptorum pulcherrimus ordo, & diſpoſitio qualis, num.11.
Præcepta Moralia Decalogi omnem in ſe perfectionem continent,& de vniuerſarum virtutum operibus agūt, num.12.
Præcepto alicui Decalogi quicquid regulariter cōtrariatur,eſt peccatum mort.n.14.
Præcepta Decalogi quomodo impleri poſſint ſine charitate.nu.15.
Præceptum primum Decalogi quam conueniens fuit eſſe de vero cultu veri Dei.l.4.c.3.n.1.
Præceptum primum eſt latriæ,& cultus Diuini.lib.4.c.3. nume 2.
Præceptum primum cur non affirmatiue, ſed negatiue ponitur,num.eod.
Ordo præceptorum in prohibendis malis, vel in propriá perſonam,vel coniunctam,vel bona externa ſingularē Dei bonitatem oſtendit.l.9. c.1.n.1.
Præceptum octauum de non loquendo contra proximū, &c.cur Moyſes ceteris poſtpoſuit,l.12.c.1.n.1.
Præcepta ſuperiorum,vt Epiſcoporum,& Inquiſitorum, quæ præcipiunt ſub excommun. aut iuramento delicta manifeſtare quando,& quomodo obligant. l.12.c. 14.nu.22.vſque ad n.26.
Varij caſus,in quibus non obſtante tali prȩcepto ſuperiori non tenetur ſubditus denunciare delicta,quæ nouerit,ib.n.28.vſq; ad n. 33.

Prælatus.

Prælatis ludus alearum,& taxillorum ſub mortali interdicitur,l.11.c.12.n.4.
Vide ver. Superior.
Quotieſcunque prælatus eccleſiaſticus ſpeciale,vel generale mandatum facit ſub excom. ipſo facto incurrenda,vt crimen manifeſtet,quando obligat. lib.12.c. 14. num.22.

Præſcriptio.

Præſcriptio in hoc loco quid ſignificet, & quid exceptio. l.9.c.12.nu.1.
Quænam conditiones neceſſariæ ſunt ad aliquid legitimè præſcribendum,& quot ſunt.ib.n.2.
Quænam res iure præſcribi prohibentur.ib.n.3.
Eccleſia,loca religioſa,ius decimarum,primitiarum,oblationum, & alia iura ſpiritualia a Laicis præſcribi non poſſunt.ib.
Res publicæ ad vsū Ciuitatis inſtitutȩ, vt viæ, & Plateȩ, &c.non poſſunt præſcribi,& quare.ib. nu.4.
Res vitioſa per furtum, aut vim acquiſita præſcribi non poteſt.ib.nu.5.
Quando leges dicūt rem furtiuam eſſe imperſcriptibilē, de qua prȩſcriptione intelligendum.ib. n.6.
Res ſacræ prȩſcribi non poſſunt,nec iure prohibitæ ne alienentur.ib.nu.7.
Quæ perſonæ præſcribere non poſſunt. ib.n.8.
Contra quos non valet præſcriptio.ib.nu.9.
Quænam, & qualis poſſeſſio neceſſaria eſt ad prȩſcribendum,ib.nu.10.
Quis titulus eſt neceſſarius ad præſcribendum ib. n.11.
Quid ſit bona fides, & an ſit omnino neceſſaria ad aliquid præſcribendum.ib.n.12.
Leges admittentes præſcriptionem cum mala fide in actionibus perſonalibus abrogantur,cōtra Hoſt.& alios ibidem.
An non ſolum mala fides ſuperueniens,quod res ſit aliena,ſed etiam dubitatio num aliena ſit,bonam fidē impediat,& inualidam reddat.ib.n.13.
Sententia eorum,qui docent,non tolli,probatur, & confirmatur.ib.n.14.
Requiritur,& ſufficit fides moralis, & rectitudo, quod res ſit ſua.ib.nu.15.
Qui bona fide rem poſſidere,ac præſcribere incepit, & in progreſſu temporis probabiliter dubitat, quid ei in agere oporteat.ib.nu.16.
Qui poſt adhibitam diligentiam adhuc dubius eſt, ſi dubium ſit æquale ex vtraque parte,tuta conſcientia eam rem poſſidere,& præſcribere poteſt.ib. nu.17.
Qui probabiliter dubitat, & ſtatim adhibet diligentiam manente æquali dubio, non interrumpitur per talem dubitationem tempus præſcriptionis.ib. nu. 18.
Soluuntur argumēta opinionis primæ ſuperius inductæ, num.13.ib.n.19.
An,qui bona fide præſcriptionem incepit, ſi poſtea ex inſcitia,aut conſcientia erronea dubitat,exiſtente tali dubio poſſidere poſſit,& præſcribere.ib.n.20.
An ignorantia aliquem malæ fidei poſſeſſorem efficiat,& præſcriptionem tollat,& etiam impediat.ib.n.21.
Poſſeſſio ex iuris ignorantia vincibili, ſiue inuincibili ad præſcriptionem non ſufficit.ib.n.22.
Ignorantia iuris maxime dubij, & ratione probabilis non impedit,ib.nu.23.
De quinta conditione, quæ eſt tempus a lege præſcriptū, quid dicendum,ib.nu.24.
Ad præſcriptionem rerum mobilium quantum tempus exigitur.ib.nu.25.
Ad immobilium vero præſcriptionem communis Doctorum opinio,quæ ib.n.26.
Ad præſcribendam rem immobilem Eccleſiæ alterius ab Eccleſia Romana cum bona fide requiritur tēpus 40. annorum,ib.nu.27.
Contra Eccleſiam Romanam neceſſaria eſt præſcriptio centum annor.ib.n,28.
Quo ad iura,& ſeruitutes, quæ inter immobilia computantur regula communis ponitur, quæ declaratur. nu. 30 & 31 ib.nu.29.
Quod ſupradicta intelligēda ſint modo adſit bona fides contra Couarr.quem refellit Auth.ib.nu. 32.
An,qui rem bona fide poſſedit toto tempore ad vſucapiēdum, vel præſcribēdum ex lege aſſignato,& poſtea inſtruatur, & credat rem eſſe alienam, tuta conſcientia poſſit retinere, an priori domino reſtituere teneatur. ibid.num.33.
Opinio quarta completo tempore præſcriptionis a lege ſtatuto, &c.non teneri in foro cōſcientiæ ad reſtitutionem communis,& vera.ib.n.34.
Ratio huius communis ſententiæ, vnde colligitur. ibidē, num.35.
Procedunt omnia, ſiue dominus fuerit negligens in inquirenda re ſua,ſiue non, propter bonum commune. ib.num.36.
Soluitur argumentum contrarium, eiuſque confirmatio diluitur.ib.n.37.

Qui rem furtiuam emerit bona fide, ſi per 30. annos illã poſſideat, quamuis poſtea ſciat fuiſſe alterius, non tenetur ad reſtitutionem,ib.nu.38.

Vnde dicatur furtum ſecundum nominis ethymologiam. li.9.c.13.nu.1.

Definitio furti ſecundum iuriſconſultos,& canoniſtas,ib. num.2.

Reprehenditur hæc definitio, vt falſa, & ſuperuacanea. ib. nu.3.

Vera definitio adducitur ex D.Dho.quam Theologi communiter admittunt,ib.nu.4.

Quòd omnis detentio iniuſta rei alienæ furtum ſit, vnde colligitur,ib.nu.5.

Furis furtique diuiſiones explicantur,ib.nu.6.& 7.

Ex varietate obiectorum variæ ſpecies conſtituuntur,furtum,peculatus,plagium,abigeatus,ib.nu.8.

Sub nomine furti hoc ſeptimo decalogi præcepto prohibito ſubintelligitur rapina,& quid ſit,ib.nu. 9.

Furti,& rapinę ſpecifica differentia,vnde deſumenda,vbi aliorum error oſtenditur,ib.nu.10.

Furtum,& rapina,an ſemper peccata ſint.c.14.

Furtum,vt ſic,ſemper eſt peccatum,ib.nu.1.

Cur tamen filij Iſrael Aegyptios ſpoliantes non peccarēt, ibid.

An poſſit Princeps,ſeu Iudex in hoc Deum imitari,vt poſſit priuatim alicui præcipere, aut concedere, vt bona alterius ſecreto accipiat,aut retineat,ib.nu.2.

An ſine peccato furti poſſit quis rem propriam iuſte detentam a depoſitario, vel iniuſtè a fure, clam auferre, ib.nu.3.

Ex natura rei, & regulariter eſſe peccatum, docent omnes,ib.nu.4.

Principia.

Prima principia practica duo,Bonum eſt proſequendum, malum fugiendum,l.1.c.4.nu.5.

Principia intrinſeca concluſiones quæſquæ etiam extrinſeca: quæ probabilem aſſenſum generent,l.2.ca. 5.n.3.

Principia operationum humanarum duo.l 1.c.1.nu.1.

Principia legis Naturalis in triplici differētia,& cuius generis principiorum poteſt dari ignorantia inuincibilis, & quandiu ſine peccati culpa,l.2.c.9.nu.16.

Princeps. Rex.

Princeps omnia loca,ſiluas, & paludes in aucupium, venationem,piſcationem ſibi reſeruare non poteſt,li.12. c.9.nu.10.

Principes, qui imponunt pœnam mortis, aut mutilationis,aut flagellorum in loco prohibito venantibus peccant,ib.nu.13.

An facta lege a Principe, ne quis in locis, & caſibus quibuſdam venetur,peccet,qui legem venando tranſgreditur.ib.nu.15.

Vid.verb.Venatio.

Cur Princeps liberare poteſt eum, quem nouit eſſe innocentem,& tamen non condemnare eum,quem Reum eſſe nouerit,licet id probari non poſſit,lib.12.c.8.n.23.

Doctrina de poteſtate Principis, ſcilicet, non poſſe iuſte occidere ſine citatione,aut defenſione,quando crimen eſt ſecretum,& improbabile,procedit cum in criminabus tum etiam ciuilibus,ib.nu.26.

Princeps grauiter peccat, qui ſola ſcientia priuata priuat aliquē bonis temporalibus non ad nutū amouibilib. ib.nu.eo.

Vide plura ver.Iudex,nu.19.& 26.

Diſcrimen inter Principes, & alios iudices inferiores in iudicando,& verba legis interpretando,lib.15.capit.9. num.6.

Princeps ſecundum epicheiam,& ęquitatem iudicare debet,& non in rigore legis,quando,ib.nu.4.

An ſemper,cum cauſa propoſita ad leges humanas pertineat,ſecundum illas Principes iudicare teneantur,ib.

Rex,aut Princeps poteſt ſua authoritate accuſationē repellere,aut admiſſum abolere,l.12.c.15.nu.16.

Poteſt Princeps in legibus diſpenſare ex iuſta cauſa, modo fiat ſine ſcandalo,& damna læſo reſtituantur, ibid. num.eod.

Infamiam in tribunali ſeculari contractam parte læſa proclamante remittere non poteſt,ib.nu.18.

Priuilegia.

Priuilegia Principum large interpretanda ſunt quando non ſunt in præiudicium tertij.l.6.c.11.n.119.

Priuilegia remouentia appellationē in aliquibus caſibus procedunt ſolum in foro exteriori,l.12.c.16.nu. 36.

Probatio.

Probatio ſemiplena in procedendo ad indicium, quid ſit, l.12.c.10.nu.15.

Vt Iudex per viam accuſationis,ſeu denunciationis iuridice procedat,& interroget Reum,requiruntur Indicia, & ſemiplena probatio,ib.n.27.

Procurator.

Procurator etiam aduocatus dicitur,& quæ de aduocato dicuntur,de procuratore dicta cenſentur.lib.12. ca.24. num.1.

In procuratore quatuor ſpectanda,ſcientia,diligentia,veritas,iuſtitia,ib.nu.2.3.& 4.

Iuſtitia in Procuratore requiſita in quibus conſiſtit.

An aliquid vltra mercedē ſuam accipiens peccet, & an liceat manifeſtare crimina occulta teſtium contrariorum ib.nu.4.

An ſi procurator obtinuit gratis acta ab Actuario,ſeu notario,retinere ſibi poſſit iuſtum ſalarium debitum Notario,ib.nu.5.

An quando quis litigans non conducit procuratorem,ſed ipſe procurator ſit in cauſa poſt litis victoriam poſſit ſibi retinere expenſas, quas feciſſet procuratori ordinario,ib.nu.6.

An,ſi quis conductus fuiſſet conſtituto ſalario per annū, aut annos, vel pro tota cauſa, ipſe pro tertia parte aliū ſubſtituat, tuta conſcientia reſiduam partem retinere poſſit,ib.nu.7.

Opus ex ſua natura non ſeruile ratione premij,& mercedis ſeruile non redditur,etiamſi intentum principale ad mercedem habeatur,ib.nu.8.

Aduocatus pro patrocinio in diebus feſtiuis præſtito,ſicut iuriſperitus pro conſilio,licitè ſalarium accipere poteſt. ib.nu.eod.

Profeſſus.

Vide ver.Religioſus.& ver.Monachus.

Promiſſio.

An promiſſio ſimplex,& nuda obliget ſub mortali.l.6.ca. 6.nu.14.15.& 16.

Promiſſum non adimplere in re graui, cuius defectus cedit in damnum notabile alterius,eſt mort.ib.nu. 18.

Omnis ſufficiens materia furti mortalis non eſt materia ſufficiens promiſſionis obligantis ad culpam mortaliter.ib.nu.19.

In quibus caſibus non eſt ſeruanda promiſſio,ibidem,nume.20.

Per ſimplicem aſſertionem nullus tenetur adimplere,ib. nu.21.

An promiſſio pure mentalis obliget promittentem ſaltem ad explicandam promiſſionem illi,cui mentaliter facta eſt promiſſio,ib.nu.22.

Promiſſio facta præſenti an obliget prius, quam acceptetur,& quid de promiſſione ſimplici abſenti facta,ibid. num.eod.

Promiſſio,ſtipulatio, pactio quæcunque de re turpi, ſiue ſit contra iuſtitiam,ſiue contra aliam quamcunque virtutem,ante rem completam eſt inualida,l.10. tract. 5. cap.3.num.19.

In malis promiſſis fides eſt reſcindenda,ib.nu.eod.

Proximus.

Proximi nomine quinam intelligendus,l.12.ca.1.num.3.
Falſi teſtimonij appellatione quid intelligatur, ibid. num.2
Iniuria,quæ verbo contra proximum infertur,duplex,ib. num.3.
Cum quiſque ſibi proximus ſit,contra ſeipſum falſum dicere octauo pręcepto prohibetur,ib.nu.4.

R

Raptus.

Raptus quinta luxuriæ ſpecies quid lib.8.c.5.num.1.
Matrimonium cum ea contractum, quę violenter abducta fuit, & poſtea conſentit, olim validum, nunc vero aliter dicendum,ib.nu.2.
Varijs pęnis afficitur,& quid iure ciuili ſtatuatur,ſi ancillam,rapuerit quis, & quid ſi meretricem, ibidem, nume.3.

Ratio.

Ratio recta eſt participatio,quædam, & conformitas ordinationis diuinæ,l.1.c.2.nu.5.
Eſt regula,& norma operationum humanarum,numero eodem.
Ratio duplex eſt,practica,& ſpeculatiua,nu.6.
Non eſſentia,ſed fine tantum diſtinguuntur,& quis vtriuſq; finis ſit,num.eod.
Ratione errante,vel non errante ſemper ſecundum conſcientiam agendum ratione,& exemplis oſtenditur, li.1.c.4.num.4.
Omnis actio interna,ſiue externa diſcordans a ratione errante mala eſt;quare,lib.1.c.4.nu.5.
Regulam præſcribere rationis practicæ munus eſt, quæ eſt principium humanorum actunm,l.3.c.1.nu.2.

Receptans. Recurſus.

Receptans qui dicitur, & quinam ad hoc caput reuocãdi ſecundum Doctores,lib.10.tractat.2.cap.1.nume.1.& 3.
Quando excuſentur ab onere reſtitutionis,ib.nu.2. verb. Reſtitutio.
An ſcienter recipiens furem,aut malefactorem poſt commiſſum peccatum nihil participando de præda teneatur ad reſtitutionem,ib.nu.4.
Recipere malefactorum materialiter, aut formaliter qui dicuntur,ib.nu.5.
Contra Receptores hæreticorum, & bannitorum cenſuræ,qui in Bullis Cœnæ Domini feruntur,quomodo intelligendæ,ib.nu.6.

Religio.

Religionis profeſſio holocauſtum, ſecundus baptiſmus quoad remiſſionem peccatorum ſecundum S. Tho.li.6.c.2.nu.7.
Vide ver. Votum.
An religioſi aliquid vouere poſſint ſine licentia, & conſenſu ſuperiorum,l.6.c.5.nu.18.
Opera religioſorum, de quibus votum emitti poteſt, in duplici ſunt differentia,ib.nu.19.
Qui in religionem inducendus eſt, ſufficientem ætatem habere debet,& quænam illa ſit,l.6.c.9.nu.1.
Nemo minis,metu,& terrore violenter inducendus.ibid. num.2.
Ne muneribus ad ſimoniam datis, & acceptis quis ad religionem pertrahatur maxime cauendum,ib.nu.3.
In inductione ad religionem diligens debet eſſe aſperitatis religionis explicatio, & falſæ ſuggeſtionis excluſio. ibid.num.4. Deceptio aliquando votum irritat, & annullat, cum tollat voluntarium requiſitum,ibid. nume.eod.
Ex parte obligationis tria præcipuè obſeruanda, ibidem, num.5.
Bonum,& laudabile ſuadere religionis ingreſſum tres ob cauſas in genere ſuo,& ſecundum ſe, aliquibus tamen non ita expediens, ideoque maxima opus eſt prudentia,ib.nu.eod.
Diſſuadens alicui religionis ingreſſum abſque cauſa legitima peccat mort.ib.nu.eod.
An,qui vouit religionem aliquam certo in loco ingredi, ſi non recipiatur, liber ſit ab obligatione voti. ibid. nume.6.
An,qui determinatè vouit vnum monaſterium intrare,ad tempus expulſus teneatur expectare aliquantulum, & in eo iterum tentare,an recipi poſſit,ib.nu.7.
Quid facere tenetur,qui vouit religionem ingredi,nõ determinando religionem, aut locum aliquem in particulari, & an teneatur tranſire ad monaſteria extra regnum ſuum,vel ſingula monaſteria prouinciæ ſuæ,ibi. num.8.
An,qui votum fecit religionis, ſatisfaciat voto aſſumendo habitum, ſeu ingrediendo ordinem equitum Militiarum S.Iacobi Calatrauæ,& Alcantaræ,ib.nu.10.
Vide plura verb. Votum.
Religioſus ſententia definitiua eiectus non tenetur emẽdatus redire ad monaſterium, ſed tuta conſcientia in ſeculo manere poteſt ſub epiſcopi obedientia, ibidem, num.26.
Eiectus a monaſterio propter incorrigibilitatem in ſeculo manens obligatur ad votum caſtitatis ſeruandum, etiã ſi non ſit in ſacris,ib.nu.17.
Excluſus à monaſterio quomodo manet abſolutus a voto obedientiæ,& paupertatis,ib.nu.28.& 29.

Religioſus.

Religioſus,ſi aliquid accipiat ex bonis Monaſterii,peccat mort.& ad reſtitutionem tenetur,l.9.c.16.nu.20.
Si Religioſus rem alienauerit, aut ipſemet, ſine licentia, aut neceſſitate conſumpſit, non tenetur propriè reſtituere,vt notat Nauar.ſed duo in hoc caſu facere tenetur,& quænam illa ſint,ib.nu.22.
Ne quis religioſus ex redditibus, aut quouis modo ad ipſos, vel ad monaſteria pertinentibus aliquid dare poſſit conſtitutio Clem.PP.VIII.ib.nu.22.
Qui res in magna quãtitate accipit,ſiue ſint vſu conſumptibiles, ſiue non,& dederit alicui extra monaſterium, peccat mort.& reſtituere tenetur tam ipſe, quam recipiens,ib.nu.21.
An ſi religioſus aliquid accipiat ex bonis monaſterii peccet mort.& ad reſtitutionem teneatur,li.9.cap.16.nume.20.
Conſtitutio Clementis VIII.ne quis religioſus aliquid dare poſſit ex redditibus, aut quouis modo ad ipſos, vel ad monaſteria pertinentibus,ib.nu.23.
Religioſi ſui iuris non ſunt quoad ea,quæ tenent,ſunt tamen quoad conſeruationem propriæ famæ,l.11.cap.4.num.15.
An religioſus aliquid ludere poſſit, & an lucrifaciens ab eo ſic acquiſitum ludo reſtituere teneatur,l.11.c.12.nume.15.
Religioſis ludus alearum,& taxillorum ſub mottali interdicitur,non item laicis,ib.nu.4.
Religioſus remittẽs reſtitutionem famæ ſuæ peccat mor. nec liberatur infamator ex conditione illius.lib.11.ca.7.num.15.
An liceat Religioſis a grauaminibus ſibi illatis appellare, l.12.c.16.num.37.

Remiſſio.

Sicut in fama,ſic & in honoris reſtitutione cadit remiſſio contra Caiet.l.11.c.8.nu.10.
Chriſti dictum de remittendis iniurijs quomodo intelligẽdum in foro exteriori,& interiori,l.11.c.14.nu.9.
Qui procurant ſibi remiſſionem bonorum incertorũ per compoſitionem cum Summ.Pont.peccat mott. lib.10.tract.6.c.7.nu.5.

Perſona publica remittendo reſtitutionem famæ peccat, nec valet remisſio, l. 11.c.7.nu.19.

Remisſio facta a Prælato non liberat infamatorem a reſtitutione famæ, ib.nu.8.

Reſtitutio apud quos Latinos autores vſurpetur, & quid ſignificet, & quomodo eam definit S.Thom.l.10.ca.1. num.1.

Definitio reſtitutionis ſecundum quid nominis in quibus tantum locum habere videtur, ib.nu.2.

Reſtitutio ſecundũ quid rei traditur, & explicatur, & cuiuſnam actus Iuſtitiæ ſit Reſtitutio, diſtributiuæ an cõmutatiuæ, ib.nu.3.& 4.

Reſtitutio, & ſatisfactio pro eodem promiſcuè vſurpantur, & in iure canonico idem ſignificare videntur, l.10. tract.1.c.2.nu.1.

Quænam ſit eorum differentia ſecundum Scotum, & qđ vtramq; pertinere ad iuſtitiam commutatiuam docuit S.Thom.& alij, ib.nu.2.

Reſtitutio proprie ſumpta a ſatisfactione, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ, diſtinguitur, ib.nu.3.

Licet aliquando concurrant, poteſt vna ſine alia reperiri, ibidem.

Per reſtitutionem non remittitur peccatum, ſed ſolum a peccato ceſſatur: ſatisfactio remittit pęnam, ibidem, nume.5.

Reſtitutio non eſt pars pœnitentiæ, ſed quid præambulũ, ib.nu.6. vide ver. Satisfactio.

Qui reſtitutionem ad ſalutem non eſſe neceſſariam opinati ſunt, quem locum ſcripturæ adducere ſolent. l.10. tract.1.c.3.nu.1.

Eraſmus leuis, & inconſtans in materia reſtitutionis parũ catholicus in hoc errore fuiſſe videtur, ib.nu.eo.

Argumenta Græcorum dicentium reſtitutionem nõ eſſe neceſſariam, quæ tria ſunt præcipuè, ib.nu.2.

Communis, ac Catholica ſententia eſt, Ablatorum reſtitutionem ita eſſe ad ſalutem neceſſariam, vt abſque ea, nec ſalutem, nec gratiam Dei quis conſequi posſit, ib. nu.3.

Reſtitutio non ſolũ eſt de iure diuino, ſed etiã de iure naturali, ib.nu.4.

Reſtitutionem neceſſariam eſſe ad ſalutem, probatur ex patribus, & ratione conuincitur, ib.nu.5.

Locus, unde erroris anſam arripuerunt nonnulli, duabus expoſitionibus explicatur, quarum ſecunda communior, & textui conformior, ib.nu.6.

Soluuntur argumenta Græcorum ſuperius adducta, n.2. Dominum teneri res ſuas exponere, aut donare ad vitandum peccatum proximi vniuerſaliter verum non eſt. ib.nu.7.

An reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutem, vt medium ſimpliciter neceſſarium, l.10. tract.1.c.4.nu.1.

Vnde colligi posſit ex ſcripturis eſſe neceſſariam necesſitate medij. ib nu.eod.

Sententia communis eſt ſolum eſſe neceſſariam necesſitate præcepti, ib.nu.2.

Quid de reſtitutione ſenſerit S.Auguſtinus, ibidem, nume.3.

Soluũtur, quæ in cõtrariũ allata sũt, & ex Ezechielis 33. & Lucæ. 12. ib.nu.4.

In materia Reſtitutionis ſingularis doctrina a confeſſarijs diligenter annotanda, aliter eſſe agendum cum pœnitentib. reſtitutionem impoſitam ommittentibus, quam cum alia præcepta ommittentibus. ib.nu.5.

Vbinam traditur hoc reſtitutionis præceptum, & ſub quo decalogi præcepto collocatur, etiam an ſit negatiuum, vel affirmatiuum inter Doctores controuertitur, ibid. me.9.

Certum eſt aliquod eſſe ſpeciale præceptum reſtitutionis, & idem aliquo modo eſſe affirmatiuum patet, ibid. numero 7.

Aliquo modo etiam negatiuum eſſe conſtat, & ex hac parte obligat pro ſemper, vt bona aliena non detineat, non autem ſic obligat, vt eſt affirmatiuum, ſed pro toto illo tempoꝛe, quo opportune reddi posſit. ib.nu.8.

Pręceptum reſtitutionis, licet aliquo modo diſtinctum ſit a præcepto furti, reducitur tamen ad idem decalogi pręceptum, ad quod pertinet talis negatio retinendi rem alienam, l.10.c.4.nu.9.

Non reſtituere rem alterius iniuſte detentam, quando cõmodè reſtituere posſit, & debet, peccatum ſolum vnũ, non duplex, ib.nu.19.

Ex ſola tranſgresſione iuſtitiæ, & non aliarum virtutum incurritur obligatio reſtituendi contra Caietanum, l.10. tract.2.c.1.nu.1.

Cur ex ſola violatione iuſtitiæ oriatur obligatio reſtitutionis diſſentiunt authores. Quid Martinus Nauarr. & Gregorius de Valentia, ib.nu.2.

Rationem Martini Naua. refellit Petrus Naua. ſed immerito, ib.nu.3.

Ad ſubſtantiam reſtitutionis parum refert, an damni illatio ſit ex culpa, ſeu malitia, ſecus tamen quoad modum reſtituendi, ib.nu.4.

Ad diſcernendam reſtitutionis obligationem quid videndum ſit. Reſtitutionis obligatio in vniuerſum naſcitur ex damno alteri illato, ib.nu.5.

Ex duplici capite, titulo, ſeu radice naſcitur obligatio reſtituendi, quibus etiam addi poteſt & tertium, ib.numero 6.

Inrer has duas radices differentia ab antiquis, & retentioribus asſignatur. Depoſitarius rei alienæ, ſi res illa perierit ſine notabili culpa ſua, non tenetur ad reſtitutionem, & quare, l.10.c.1.tract.2.nu.7.

In materia reſtitutionis debemus in ijs acquieſcere quę morali certitudine ſciri, aut tradi ſolent, quæ iuxta cõmunem Theologorum ſententiam probabiliora videntur in hac materia morali. Ignorantia inuincibilis hominem in conſcientia tutum reddit, ib.nu.8.

De perſonis ad reſtitutionem obligatis.

Non ſolum, qui cauſæ principales ſunt damni, ſed qui illis cooperantur auxilium, aut conſilium præbendo, ad reſtitutionem obligantur, l.10.tract.2.c.4.nu.1.

Nouem genera perſonarum, ſicut ſunt cauſa iuſtæ acceptionis, ita ad reſtitutionem faciendam obligantur; ibi. num.2.

Quinque ex nouem prædictis ex genere ſuo, & communiter ad reſtituendum obligantur, alij non item, ib.nume.3.

Præter has nouem perſonas obligatur etiam, qui opus iniuſtum in proximum exequitur, ib.nu.4. Et quinam authores de his tractant, ib.nu.eod.

An ad hoc, vt exequens, ſeu efficiens obligetur ad reſtitutionem ſatis ſit, vt ſit cauſa, qua poſita ſequitur effectus, an etiam aliquid aliud requiratur, l.10.tract.2.ca.5.nu.1.

De iubente, conſulente, conſentiente, & de aliis cooperatoribus, & concauſis diuerſæ ſententiæ, ibidem, nume.2.

Quinam concurrant poſitiuè, & qui negatiue, & quot modis poſitiuè concurrere posſint. l.10.tract.2.c.6.nume.1.

Ad hoc, vt aliquis ex his nouem modus obligetur, quid requiritur, ib.num.2.

Ex communi ſententia obligatur ad reſtitutionem, qui dederit efficacem cauſam damni, & quiſnam cauſa efficax, directa, vel indirecta cenſendus ſit, ibidem, nume.3.

Qualem ſocium, & complicem eſſe veram cauſam damni verior affirmet opinio, ib.nu.4.

Et ad cognoſcendam cauſam alicuius effectus tam in moralibus, quam in naturalibus regula communis traditur, ib.nu.5.

Conſulens quàndo non erit cauſa damni, ac proinde non obligatus ad reſtitutionem illius damni, ib.nu.6.

Qui conſulendo, vel exhortando animum furantis, & ex ſe damnum inferre parati magis in propoſito firmat, ad reſtitutionem tenetur, & qui dubium, vel non ita paratum conſulit, vt exequatur, ibid.nu.7.

Item qui manum admouet, vt ſecurius furtum faciant, etiam ſi alias hoc commiſiſſent,furti ſocius eſt,ibidem, num.8.

Famulus vſurarij, qui ſeruat tantum , vel numerat pecuniam,& non exercet miniſterium circa aliquem cōtractum vſurarum,non tenetur ad reſtitutionem, ibidem, num.9.

Quando iuſſio eſt cauſa efficax iniuſtæ acceptionis, vel probabiliter creditur efficax,,iubentem ad reſtitutionē teneri certum eſt l.10.tract.2.c.7.nu.1.

Immo licet ſic iubens nihil de furto poſſideat,ibidem,nume.2.

In iuſſione an cui præcipitur ſit ſubditus præcipientis necne,obſeruandum eſt,ſi enim non ſit,non tenetur ad reſtitutionem,cum non ſit cauſa damni,ib.nu.3.

Quomodo ſcietur,quando exequens facit damnum iuſſu alterius motus,alioquin non facturus,ſi non iuberetur, ib.nu.4.

Quando quis occidi iuſſit Paulum , & deceptus occidit Ioannem exiſtimans hunc fuiſſe Paulum,an mandans in hoc caſu teneatur ad damnum illatum Ioanni , ib. num.5.

An miniſter iuſſus occidere Petrum,quia aliter eum occidere nō potuit niſi comburendo domū Pauli in qua erat Petrus,& ſimul etiam Paulum occidit,teneatur iubens ad hæc damna,ib.nu.6.

An,quando quis iuſſit vulnerari Petrum, miniſter vulnerando modum excedens forſan occidit, teneatur iubēs ad damnum ſequens,ib.nu.7.

An prius,quā qui iuſſus eſt opus exequatur , iubens reuocet mandatum,ſi ſequatur damnum,teneatur imperās ad reſtitutionem,ib.nu.8.

An,ſi iuſſor poſt actionem iniuſtam mandet reſtituere, illo non reſtituente,liber ſit iubens a reſtitutione,ib numero 9.

Nomine Conſulentis quis intelligatur,tenetur ad reſtitutionem in ſolidum totius damni ex conſilio ſuo ſecuti ; quare,l.10.tract.2.c.8.nu.1.

Cum paratus fuerit quis facere, & non ex conſilio dicentis,quid dicendum,ib.nu.eod.

Qui fraudulenter,& doloſe conſulit aliquid fieri, obligatur ad reſtituendum ei, contra quem dedit conſilium , non cui dedit,ib.nu.2.

Quoties agens ex alterius conſilio ad agendum mouetur, conſulens ex tali cōſilio doloſo ad totius damni reſtitutionem obligatur,ib.nu.eod.

An,qui minus malum conſulit ad damnum maius euitādum,teneatur ad reſtitutionem damno minori ſecuto, ib.num.3.

An, vt damnum vitet Petri , furi volenti furari pecuniæ magnam ſummam,conſulat quis, vt ſit contentus minori ſumma,& illa ſit Pauli,teneatur reſtituere pecuniā furto ſublatam Paulo,ib.nu.4.

An,qui dubius adhuc eſt,an centum,vel ducenta furetur a Paulo, conſulens ei, vt potius centum furetur , furto ſecuto teneatur reſtituere,ib.nu.5.

An, ſi quis paratus ſit omnino furari centum , alter vero conſulit,inducit,vel præcipit,vt furetur ducenta,teneatur ſic conſulens centum,vel ducenta reſtituere,ib.nume.6.

An,qui conſilio ſuo furem inducit ad furandum,reſtituere teneatur,ſi perpetrato furto conſulat,vt ablatum reſtituat,ib.nu.7.

An,ſi poſtquam cōſului,vt quis furaretur rationibus diſſuaſi furtum, antequam illud admiſit , teneor ad reſtitutionem ſi quid poſtea furetur,ib.nu.8.

De conſilijs circa contractus, vel quaſi contractus , vt de re locanda, ſeu vēdenda,& de conſilio dato ab aduocatis, Theologis, Confeſſoribus,Medicis,bona,aut mala fide,ib.nu.9.& 11.

Idiotę,ſimplices,mulieres,ruſtici,& huiuſmodi ſi ad conſulendum ſe ingeſſerint, an teneantur ad reſtitutionē , ib.nu.10.

Qui ratione ſtipendij conſilium dare tenentur, ſiue ſe ingerant,ſiue rogati conſulant, tenentur prius dare operam,quatenus rectè conſulant,alioquin ad reſtitutionē damni inde ſecuti obligantur,ib.nu.11.

Reſtitutionis obligatio nec naſcitur ex ſolo animo malo,& doloſo,nec ex ſolo damno dato, ſed ex dāno culpabiliter dato,ib.nu.12.

Nomine conſentientis intelligitur adiuuans,fauēs,approbans,auxilians,ſuffragium ferens,lib.10.tract.2. cap.9. num.1.

An,ſi quis nihil iubens,aut conſulens, aut cōſentiens ſuo tamen nomine factum delictum ratum habeat,poſtquā ſciuit,teneatur ad reſtitutionem,ib.nu.2.

Quid de his,qui in Capitulis,& Collegijs ſuffragātur,an ſuffragijs iam latis conſentientes ad reſtitutionem teneantur,ib.nu.3.4.& ſeq.

Quando ſuffragia poſteriorum, & vltimorum concurrere cenſeantur ad damnum ſecutum,caſus quatuor enumerantur,in quibus contra iuſtitiam peccant, ibidem, num.8.

Quid dicendum in electionibus beneficiorum, officiorū, dignitatum per ſuffragia,& de eo , qui iniuſtæ liti ſubſcribit,aut in bellum iniuſtum conſentit,ib.nu.eo.

Quænam adulatio obligat palponem ad reſtitutionem,l.10.tract.2.c.10.nu.1.

Recipientes quando excuſentur ab onere reſtituendi,nō tamen Cauponarij , & alij recipientes pecuniam furto ſublatam,ib.c.21.nu.2.

An ſcienter recipiens furem, aut malefactorem non participando de præda teneatur ad reſtitutionem,ibidem, num.3.

Quando plures concurrunt in damno faciendo, an ſinguli eorum teneantur in ſolidum reſtituere,vid. ver. Participans.

Vt cognoſcatur,quando quis eſt cauſa totius damni,quādo non, & proinde quando teneatur ad reſtitutionem totius,vel non,& quid præcipuè attendendum,l. 10.c. 12.nu.3.

Regulam,quam de hac re tradunt Sylueſt.& Nauar.falſam eſſe oſtendit author.ib.nu.4.

Participans quis dicendus ſit, & quomodo ſocij criminis obligentur ad reſtitutionem,vid.ver.Participans.

Quando quis tacet vel mercede,vel perſuaſione inductus an teneatur damnum proximi reſtituere,vid.ver. Mutus.Obſtans.Participans.& Manifeſtans.

De Re reſtituenda , ſiue quid reſtituendum ſit .

Quęnam bona reſtitutioni ſint obnoxia,& quid in vniuerſum reſtitutendum ſit,l.10.tract.3.c.1.nu.1.

An fur teneatur reſtituere impenſas,quas fecit Dominus in re furata exquirenda,ib.nu.2.

An lucrum acquiſitum ex re aliena,arte,negotiatione,ludo,aut induſtria propria reſtituendum ſit,ibidem, nume.3.

Lucrum ex ſola ſua induſtria acquiſitum malę fidei poſſeſſor reſtituere non tenetur,ib.nu.eod. ex pecunia furtiua partum totaliter eſt ipſius furis,& ſoluuntur argumenta partis contrariæ,ib.nu.4.

Quos fructus, & intereſſe tenetur quis reſtituere,ibidem, num.5.

An qui emptum a fure torquem aureum ſæpius locauit , reſtituere teneatur non ſolum torquem aureum, ſed locationis etiam pretium , poſtquam intellexit torquem eſſe furtiuum,ib.nu.6.

Item de equo,mulo,& alijs animalibus ſæpius locatis,ib. num.7.

Qui rem alienam retinuit, ac rapuit,perijtque res illa in furis poteſtate , tenetur reſtituere illius æſtimationem ſecundum meliorem ſtatum, ſeu valorem, quē habuit a tempore furti perpetrati,ib.nu.7.

An redditus ex locatione domus ſint Domino reſtituēdi, cum aliena domus mala fide retineatur,ib.nu.8.

Quid reſtituere tenetur, qui rem commodatam accepit, quando res illa apud ipſum perijt, ib.nu.9.

Et quot modis res commodata perire poſſe dicitur, ib.nume.eod.10.& 11.

Quando res commodata perit caſu, & omnino fortuitò, an commodatarius teneatur ad reſtitutionem, ibid.nume.13.

Regulariter nõ teneri certum eſt, in tribus autem caſibus tenetur.ib.nu.14.

Si dubius ſit, an caſu fortuito, vel aliqua culpa commodatarijs res perierit, tenetur commodatarius ad reſtitutionem, ib.nu.14.

Rem commodatam, etiam culpa leuiſſima ſi pereat, an teneatur reſtituere, ib.nu.15.

Et an quoties tenetur, toties in totum, & integrum teneatur commodatarius, ib.nu.16.

Qui accipit commodatum ad ornatum ſuum tantum, vtilitatem vero accomodantis, tenetur ſolum de dolo, ſeu culpa graui, ib.nu.17.

Quid, & quando teneatur depoſitarius reſtituere, quando depoſitum apud ipſum perit, ib.nu.18.

Regulariter niſi ex dolo, & culpa lata non teneri opinio communior, & quibus modis depoſitum accipi poſſit cuſtodiendum, ib.nu.19.

Quid, & quando tenetur quis ad reſtitutionem ex locato, & conducto, cum in vtriuſque vtilitatem cedat locatio, & conductio tam dantis, quam accipientis, ibidem, nume.20.

Quoties dubium eſt de culpa graui, leui, & leuiſſima, ex qua oritur obligatio reſtitutionis, quomodo Iudex, cõfeſſor, & pœnitens ſe gerere debeant, ib.nu.22.

Quantum Reſtituendum,

Regula generalis quantum reſtitui debeat, tum ratione iuſtitiæ commutatiuæ, tum vindicatiuæ, l.10.tract. 5. c. 1.num.1. ſatisfacit iuſtitiæ commutatiuæ ſi tantundem ſimpliciter reſtituat, quantum ablatum eſt, ibidem, nume.2.

Quando res ablata extat eadem numero, Domino reddẽda eſt, niſi alia Dominus fuerit contentus, ibidem, nume.3.

Qui nocet alteri in re, ad quam tantum erat in potentia, vt qui conculcat ſegetes prius, quam ad meſſem perueniat, ad quam reſtitutionem teneatur, ib.nu.4.

Qui inuoluntarie, & ſine culpa ſua nocet alteri in rebus ſuis qualeſcunque ſint, nihil reſtituere tenetur, ibidem, num.5.

Exactior reſtitutio ab eo requiritur, qui directè, & formaliter, quam qui indirecte, & ex negligentia damnum intulit, ib.nu.6.

An, quando res fructifera iniuſte retenta, aut ablata eſt, reſtituendi ſint omnes fructus, quos Dominus rei ſolitus eſt recipere, ib.nu.7.

An iniuſtus rei alienæ detentor, aut occupator teneatur reſtituere fructus perceptos, ſi Dominus multos ex ea re fructus percepturus eſſet, ib.nu.8.

Quid dicendum ſit de expenſis, & meliorationibus factis in re aliena apud iniuſtum eius poſſeſſorem, ibidem, nume.9.

Quantum reſtituere tenetur., qui pecuniam ſibi mutuatã vltra tempus præfixum inuito Domino retinuerit, ibid. num.10.

An, ſi Petrus mutuauit Ioanni mille aureos, vt intra anni ſpacium redderet, Petrus interim magnum paſſus eſt detrimentum ob hoc ſolum, quod non habuit pecuniã, teneatur Ioannes totum hoc damnum reſarcire, ibid. num.11.

An, qui infra tempus præfinitum non ſoluit, quia non potuit, reſtituere teneatur damnum, quod alter incurrit ex dilatione ſolutionis, ib.nu.12.

Quantum ad reſtitutionẽ faciendam ratione iuſtitiæ vindicatiuæ, quid dicendum, ib.nu.13.

Reſtitutio cui facienda.

Quinam Authores de hac materia tractent, l.10. trac.5.c.1.num.1.

Reſtitutionem communiter faciendam vero Domino generalis eſt apud omnes Regula, ib.nu.2.

Qui rem ſurripuit a latrone non illi, ſed domino, cui latro eam ſurripuit, reddenda eſt contra Nauarrum, ibidem, num.3.

Et quando quis furi, & non vero Domino reddens excuſetur a peccato, & a debito reſtituendi, ibidem, nu.eo.

Auferens a Sartore, fullone, lotore, eidem, & non Domino reddere tenetur in conſcientia, quare, ib.nu.4.

Auferens rem a depoſitario, vt illam domino reddat, peccat contra charitatem, & iuſtitiam, ib.nu.5.

Rem a Tutore, Curatore, diſpenſatore, procuratore, theſaurario auferens, quamuis rei ablatæ dominus nõ ſit, illi tamen reſtituere tenetur, ib.nu.6.

Qui reddit rem ablatam vero domino, & non illi, cui ablata eſt, admonere debet eum, a quo abſtulit, reſtitutionem factam eſſe, ib.nu.7.

In quibus caſibus res ablata non eſt illi reſtituenda, cui ablata eſt, ib.nu.8.

An, quod ab vxore, monacho, aut Religioſo, Clerico, & pupillo ablatum eſt, illis reſtituendum ſit, cum nõ ſint dominii capaces, ib.nu.9.

Quando ex reſtitutione grauius damnum domino petenti, vel alteri ſequitur, fideliter ſeruanda eſt in aliud tempus, & non reſtituenda, ib.nu.10.

Tempore iniuſti belli non ſunt reſtituenda magna debita iniuſto principi, ſed conſeruanda, ib.nu.eod.

Clerico, aut Cardinali beneficia eccleſiaſtica per ſimoniã comparare volenti pecuniæ debitæ non ſunt reſtituendæ, & peccat mortaliter, qui ſic comparare volentibus pecunias mutuo dant in illum finem, ibidem, numero eod.

Domino in furia petenti gladium, reddendus non eſt ad inferendum ſibi, vel alteri detrimentum, in bonis naturalibus, aut notabiliter in bonis fortunæ, ib.

An Domino petente rem ſuam depoſitam in damnum tẽporale, vel corporale ſuum, aut alterius, deneganda, aut differenda eſſet reſtitutio rei depoſitæ ex charitate, vel ex iuſtitia, ib.nu.11.

Communis opinio explicatur ab authore contra Caietan. ib.nu. 12.& 13.

Depoſitarius reddens Domino rem depoſitam tenetur ad damni ſubſecuti reſtitutionem, ib.

Quum vero Dominus petit in abuſum citra alterius iniuriam, ex charitate tenetur impedire, & non peccat contra iuſtitiam reſtituendo, ib.nu.14.

Sic etiam qui ſoluit debitum empturo Cardinalatum, vel rem aliam ſpiritualem, ib.

Sic, & mutuans pecuniam comparare volenti beneficia eccleſiaſtica, ib.nu.15.& 16.

Quando Dominus eſt in loco diſtanti, vt vel non commode, vel cum magnis ſumptibus, vel cũ periculo, & ſcandalo res reſtituenda deferri poſſit, non tenetur ſic vero Domino reſtituere, & quomodo iſti tres caſus intelligẽdi ſint, ib.nu.17.

Qui hæredibus inueſtigatis, nulloque inuento pecuniam, quam debebat defuncto, in ſuffragia ipſius, vel pauperes, & alios vſus pios conuertit, an poſtea hæredi inuento reſtituere teneatur, ib.nu.18.

Qui accepit rem de manu eius, qui non eſt verus Dominus illius, ſed bona fide poſſidet, an liceat vero domino eam reſtituere, ib.nu.19.

Quando quis a fure bona fide accepit rem alienam pretio emptam, cui debet reſtituere, cum nouerit eſſe alienam, furi, an Domino vero, ib.nu.20.

An, quando quis furi ſurripuit rem furto ſublatam, teneatur in conſcientia eam vero Domino reſtituere, aut ſatis ſit furi reddere, vt in priſtino ſtatu reponat, ibid. numero 21.

Quando Dominus rei non conſtat, melius videtur in con-

ſcientia pauperibus erogare in bonum domini, quamuis forum exterius furi reſtituere iubeat, ibidem, num. eod.
An mulio, vel alius, qui accepit rem a fure, & nouit tunc, vel poſtea in via rem eſſe furatam, & mandatum habeat a fure, vt det Petro, cũ ſit Ioannis, rem illam dare Petro, an Ioanni teneatur, ib.nu.22.
An bona ablata a perſonis Eccleſiaſticis ipſis, vel potius pauperibus reſtituenda ſint, ib.nu.23.
Quid de bonis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus, de bonis eccleſiaſticis mobilibus, vel immobilibus dicendum ſit, ib.nu eo.

Reſtitutio cui facienda, ignoto Domino.

Quando Dominus ignoratur, ante omnia debitam diligẽtiam oportet adhibere, qua facta, ſi non compareat Dominus, cui facienda ſit reſtitutio, l.10.tract.5. ca.2.numero 2.
Reſtituendum eſſe pauperibus communis eſt Doctorum ſententia, & quidem nomine pauperum intelligenda ſunt etiam opera pia, &c.ib.nu.2.
Diligens inquiſitio neceſſario adhibenda quæ, quam faciens nec ipſe, nec pauper, cui dedit, reſtituere tenetur, ib.nu.3.
Quando Dominus eſt incertus, cui reſtitutio facienda, & dominus ignotus, aut incertus quando dicitur, ib. nume.4.
Bona peregrini morientis ab inteſtato, cui reſtituenda ſecundum legem ciuilem generaliter.ib.
Per ſpecialem vero conſtitutionem in Hiſpania, aut Gallia quis ſuccedit, ib.nu.eo.
Cuius expenſis facienda eſt hæc inquiſitio, vt Dominus cognoſcatur, ib.nu.9.
Domino ignoto tam in particulari, quam vniuerſali, an iure naturali diuino, aut humano bona incerta, & iniuſte detenta pauperibus eroganda, ib.num.10.vſque ad nume.14.
Quanam authoritate huiuſmodi bona pauperibus reſtituenda, an, ſcilicet, priuata, vel authoritate epiſcopi, vel Confeſſoris, ib.nu.15.
An ſi quis bona iſta incerta pauperibus diſtribuit, quorũ Dominus inueniri nó poterat teneatur poſtea vero domino comparente eadem ſibi iterum reſtituere, ibidem num.20.
An, qui bona iſta incerta pauperibus reſtituere debet, poſſit ſibi, vt pauperi retinere, aut conſanguineis ſuis, & familiaribus elargiri, ib.nu.21.
An talis bonorum diſtributor teneatur magis indigentibus, & melioribus errogare, an vero ſatis ſit dare indigentibus ib.nu.22.
An hæc bona incerta, quorum Dominus poſt diligentem inquiſitionem ignoratur, authoritate Summi Pontificis applicari poſſint tuta conſcientia ipſis debitoribus per Bullam (vt vocant) compoſitionis, ibidem, numero 23.
An quando Dominus eſt abſens ita, vt ei commode reſtitutio fieri non poſſit, nec tempus opportunum expectari, reſtitui poſſit res ipſa pauperibus, nu.24.
An, ſicut de iniuſte acquiſitis, & retentis, ſic etiam de perditis, & inuentis, quæ docentur, intelligenda ſint, ibid. num.25.
Tenetur inuentor omnem adhibere diligentiam ad inquirendum Dominum, quo non comparente, cui facienda ſit reſtitutio? ibidem, nu.26.vſque ad 32. Quid vero de bonis Eccleſiæ inuentis, & cui tradenda ſunt, ib.nume.31.
An rei perditæ inuentor licitè a vero Domino pro illius inuentione præmium petere, aut accipere poſſit, l.10.tra.5.c.3.nu.1.
An, ſi quis accipiat pretium, vt faciat, quod ex officio ſuo, & ex iuſtitia facere debeat, peccet, & reſtituere teneatur, & cui, ib.nu.3.
Acceptio illicita, & turpis tribus modis contingere poteſt, ib.nu.4. & an Iudices, Tabelliones, & alij iuſtitiæ miniſtri vltra debitum ſtipendium a lege taxatum aliquid poſſint accipere ſine obligatione reſtituendi, ibi.numero 5.6.& 7.
An quod datum eſt ad faciendum, aut ommittendum aliquid, quod omittere, aut facere tenemur ex iuſtitia, reſtituendũ ſit nulla expectata ſententia Iudicis, aut dantis repetitione, ib.nu.8.
Cuinam rei ſic acceptę reſtitutio facienda ſit, fiſcone, an pauperibus, an illi, qui dedit.ib.nu 9.
An peccet, qui aliquid dat, præſertim iudici, vt iuſte iudicet, vel teſti, vt verum dicat.ib.nu.10.
An, qui aliquid accipit, & dat pro opere malo iniurioſo, ſeu contra iuſtitiam, ſic acceptum reſtituere tenetur, ib. nu.11.& quando, & quo iure, ib.nu.12.& 13. Doctrina Martini Nauar. de virtuali donatione refellitur. ibi.nume. 14. Si tantum lege humana reſtitutio fieret, quomodo tamen eſſet pœnalis, & obligaret ante condemnationem iudicis, ibid. numero 15. ſecundum opinionem Nauarri abſolutio non eſt neganda, ibidem, nume.16.
Cuinam reſtituendum eſt, quod datur pro actione committenda contra iuſtitiam, ib.num.17
Quęnam Authori in magna varietate Doctorum, vt probabiliora ſtatuuntur, ib.nu.18.19.& 20
An reſtituendũ ſit, quod accipitur pro opere, quod quis facere, vel omittere tenetur ex præcepto legali pertinẽte ſcilicet ad alias virtutes præter charitatem, ibid. nume.21.
An meretrices pro actu meretricio aliquid poſſint accipere, an vero reſtituere teneãtur, ib.nu.26.
An, qui iurauit pretiũ non accipere pro labore, & ſeruitio, accepto poſtea pretio reſtituere teneatur, ibi.numero 30.
An mulieres non publicitus expoſitæ ſed oculte fornicãtes poſſint pretium ſui corporis ex vi debiti accipere, ib.nu.41.
Cuinam coniugata, filia, aut Monialis pretium acceptum reſtituere debeat, ib.nu.44.
An, ſi meretrix, aut alia femina blanditijs amatorijs pretium extorqueat ob actum turpem, teneatur danti reſtituere, ib.nu.45.

Reſtitutio vbi facienda.

Reſtitutio regulariter facienda eſt in loco, vbi res fuerit accepta, l.10.tract.6.c.1.nu.1.
An teneatur iniuſtus poſſeſſor, & acceptor rem ablatã proprijs expenſis mittere, an vero expenſis veri domini, & creditoris, ib.nu.2.& 3.
Quando reſtitutio ex contractu, vel quaſi contractu debita eſt, vbi fieri debeat ſiue locus expreſſus ſit, ſiue nó, ib.nu.4.
Quid in mutatione loci faciendum ſit ante ſolutionẽ, ibidem manente creditore, vel etiam creditore domiciliũ mutante, ib.nu.5.
Quicunque aliquid ex contractu debet in certo loco, in eodem ſoluere tenetur, niſi alius fuerit deſtinatus, regula eſt iudicialis, ib.n.eod.
An in caſu poſſeſſionis bonæ fidei quo creditore a loco ſolutionis deſtinato ante tempus præſcriptum recedat, teneatur debitor mittere debitũ creditori expenſis proprijs.ib.nu.6.
An quæ de mutuo, commodato, & emptione dicta ſunt, locum etiam habent in depoſito, ib.nu.7.
Si de tempore nihil ſit conuentum licite poteſt retinere donec petatur, nec tenetur ad creditorem deferre etiam in eadẽ ciuitate, quando, ex quo caſu. ibidem, numero 8.
Qui rem bona fide poſſidet, & poſtea intelligit rem eſſe alienam, quomodo debeat ſatisfacere, ibi.nu.9.
An cũ in hoc caſu debitor ſignificauerit Domino de re, &

poſtea

poſtea rem ſecum in alium locum detulit, teneatur rem illam proprijs expenſis domino mittere, ibidem, numero 10.

Qui debitum ex mutuo contraxit, non tenetur mutuatarius proprijs expenſis mutuum domino mittere, quando? ib.nu.11.& 12.

Malefidei poſſeſſor in loco, vbi non maneat creditor, ſuis expenſis creditori mittere tenetur, in quo caſu.ib.num.13. In quo autem non ib.nu.14.

An, quando res mitti nequeat ad Dominum ſine magnis expenſis, & fortaſſe maioribus, quam res valeat, teneatur debitor huiuſmodi expenſas exceſſiuas facere. ibid. nu.15.& 16.

Quando aliquid debitum eſt ex delicto, elapſo termino iuſtæ poſſeſſionis, aut crediti, tenetur debitor ad creditorem ſuis expenſis deferre.ib.nu.17.

Reſtitutio quando facienda.

An, cum præceptum Reſtitutionis ſit affirmatiuũ, ac proinde non obliget ad ſemper, ſtatim reſtituendum ſit, l.10.tract.6.c.2.nu.1.

Statim reſtituendum eſſe de actu interno, & externo diuerſimode intelligitur, ſcilicet, mathematice, & moraliter.ib.nu.2.

Et quare circumſtantia temporis aliter ſe habet in actu reſtitutionis, quam in actibus aliarum virtutum? ibidem, nu.3.

Præceptum reſtitutionis non eſt pure affirmatiuum, ſed intrinſecè, & fundamentaliter continet negationem.ib.num.5.

Et in quibus conueniunt, in quibus item differunt præcepta reſtitutionis, & pœnentiæ, ib.

Qui longo tempore iniuſte rem detinet alienam, an vnũ tantum, vel plura peccata committat.ib.nu.6. vid. ver. Peccatum.& Actus.

Quamdiu voluntariè quis, & opere retinet alienum non ſolum habitualiter eſt peccator, ſed etiam eſt in ſtatu actualis iniquitatis, quam continuat toto tempore quo non reddit alienum.ib.nu.13.

Qui rem alienam iniuſte detinet, a primo inſtanti, in quo fuit occupatio iniuſta, vno tantum, & eodem peccato continuato peccat, vſque dum per ſpecialem actum nõ remouetur.ib.nu.14.

Qui differt reſtituere, cum id commodè reſtituere poſſit, ad minus auget, & aggrauat peccatum.ibidem, numero 15.

Tempore, quo differtur reſtitutio, toties peccatur contra præceptum reſtituendi, quoties fit nouus conſenſus, & noua commiſſio contra illud negatiuum. ibidem, numero 16.

Quando committitur hic nouus conſenſus, vt ſciatur numerus peccatorum, ib.nu.17.& 18.

Peccatum non reſtituendi ſomno, aut in aduertentia interrumpi, vt docet Vaſquez, haud verum eſſe docetur. ib.num.19.

Quando creditor legitimè petit, aut ſi non petat grauem neceſſitatem patitur, & debita non reſtituit, debitorem non nouo peccato peccare exiſtimat author contra Sotum, ſicut nec vti re aliena, contra Nauarrum.ibidem, num.19.

An grauius peccet, qui per vnum annum detinet centum inique, an qui illo anno varijs vicibus furatur centum, ib.nu.20.

An, qui magnam pecuniæ ſummam debet, & cum commode poſſit debitum ſoluere, nolit tamen totum ſoluere, ſed per partes a confeſſario poſſit abſolui, ibid. nume.21.

An ſi dominus rei parum detrimenti faciat, & debitor nũquam aliter reſtituat, niſi per partes, confeſſarius poſſit ei concedere dilationem, & eum abſoluere.ibid. nume.22.

An ſemper teneatur pœnitens in hac materia reſtitutionis obedire confeſſario.ib.nu.25.

An, qui ſemel tantum confeſſus eſt, & abſolutus cum propoſito reſtituendi, & tamen non reſtituit, ſi iterum cõfiteri vult, debeat abſolui non præmiſſa actuali reſtitutione.ib.nu.26.

An qui ſæpius eidem confeſſario promiſit velle reſtituere, & non fecit, abſoluendus ſit, ib.nu.27.

Accidere poteſt, vt ex circunſtantijs loci, temporis, perſonæ moralis certitudo haberi poteſt, & ſic abſolui. ibid. num.28.

Non ſoluentes decimas, aut impedientes an aliquãdo abſolui poſſint, licet Concil. Trid. aliter ſtatuat, quando, & quare, ib.nu.29.

An abſolui poſſit ſciens ſe obnoxium reſtitutioni, & commode reſtituere poteſt, non vult tamen tempore vitæ, ſed in articulo mortis reſtituere.ib.nu.30.

An qui eſt in articulo, aut periculo mortis, habeatque vnde reſtituat, nõ vult tamen ipſe reſtituere, ſed relinquit in teſtamento, vt hæres reſtituat, abſolui poſſit.ibidem, nume.31.

Ne ſtatim fiat Reſtitutio, quæ excuſant.

Cauſa prima excuſans eſt ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis facti, aut iuris, quod res ſit aliena, ſecus vero de ignorantia craſſa, l.10.tract.c.3.nu.1.

tra. 5. cap. 6.

Per vnum teſtem omni exceptione maiorem nõn tenetur hæres legatario legatum reſtituere.ib.nu.2.

Dubium æquale pro parte æquali ſufficiens ratio non reſtituendi.quare.ib.nu.3.

Impotentia ſecunda cauſa excuſans a reſtituendo quæ ſit. An ſi creditor, & debitor ſimul ſint in extrema neceſſitate, teneatur debitor creditori ſtatim cum ſuo periculo reſtituere.ib.nu.4.& 5.

In extrema neceſſitate ius gentium cedit iuri naturali, adeo vt non teneatur quis reſtituere.ib.

In neceſſitate melior conditio primi occupantis, vnde in extrema neceſſitate poſſidenti rapere non ſolum furtũ, ſed homicidium eſſet.ib nu.6.

Vnus caſus, in quo debitor etiam in extrema neceſſitate conſtitutus teneretur ad reſtituendum.ib.nu.7.

An ſi quis iuraſſet tali die ſe creditori reſtituturum, & eodem die reperiretur in extrema neceſſitate, teneretur ratione iuramenti tali die reſtituere.ib.nu.8.

An patre exiſtente in extrema neceſſitate, & creditore in eadem exiſtente, teneatur debitor parenti potius, quam creditori ſubuenire, quando vtriſque ſubuenire nõ poſſit? ibid.nu.9.

An ſi debitoris frater, aut alius aliquis amicus eius, qui eius vitam conſeruauit, & creditor ſimul eſſent in neceſſitate extrema, præferendus eſſet frater, aut amicus creditori.ib.nu.10.

An, qui neceſſitatem extremam paſſus eſt, ſi ad pinguiorem fortunam venerit, teneatur poſtea rem alterius, vel æquiualens, & valorem reſtituere.ibid. nu.11. vſq; ad 15.

Tertia cauſa excuſans debitorem, ne reſtituat, eſt graue damnum creditoris.ib.nu.16.

An teneatur quis cum detrimento ſui ſtatus, & iactura bonorum reſtituere.ibidem, nume.17.& explicatur vſque ad 43.

Quid ſit cadere a ſtatu ſuo, quod intelligitur in præſenti quæſtione, & quid minuere ſtatum? ibidem, numero 18.

An ſi poſſeſſor eſſet antea bonæ fidei, & pecuniam ſibi mutuatã negotiationi expoſuit, quæ ſoluenda erat tali termino, vnde emit merces, quæ ſi ſtatim vendantur, non ſolum ceſſat ei lucrum, ſed etiam damnum emergit, reſtituere teneatur.ib.nu.25.

Et quid de ſtatu iuſte, vel iniuſte acquiſito.ibidem, numero 26.

An teneatur quis reſtituere bona cum detrimento propriç famç.ib.nu.43.

An mulier,quæ partum alienum ſibi ſuppoſuit,aut ſpuriũ genuit,teneretur non obſtante periculo infamiæ crimẽ reuelare,vt legitimos filios ſeruet indemnes, ibid. nume.eod.
An teneatur quis ſe vendere, vt reſtituat. ibidem, numero 45.
Quarta cauſa excuſans a reſtitutione eſt ceſſio bonorũ,& quid illa ſit,l.10.tract.6.c.4.nu.1.
Hanc ceſſionem bonorum vt remedium,miſerabile tamẽ, & flebile,adinuenerunt leges humanæ,& cui facienda ſit hæc ceſſio bonorum.ib.nu.2.
An,qui ſic bonis ceſſit,poſſit tuta conſcientia retinere ſibi neceſſaria,& familiæ ſuæ.ib.nu.3.
Intelligitur autem de foro interiori,non exteriori.ib.
Quinta cauſa excuſans a reſtitutione eſt præſcriptio rei legitima,& quęnam illa ſit.ib.nu.5.
An ſoluendo vni, quod debetur alteri, ſine conſenſu creditoris,cui debetur,ſecluſa fraude,&c. liberetur a culpa,& obligatione reſtituendi.ibidem.nume.eod.7.8.& ſequen.
Recumpenſatio facta per commodum æquiualens excuſat,quæ dupliciter fieri poteſt.ib.nu.9.
Per ſpirituale non poteſt ſolui temporale , vnde datio beneficij eccleſiaſtici non ſoluit debitum. ibidem, numero eod.
An cum debita ſint hincinde diuerſimodè contracta , locum excuſandi habeat compenſatio,ib.nu.11.
An recompenſari poſſint debita iuſtitiæ cum beneficijs gratuitis.ib.nu.12.
Octaua cauſa excuſans religionis ingreſſum.ibidẽ,numero 13.
Durante impotentia ceſſat obligatio.ibidem,numero eodem.
Etiam iuramento aſtrictus ad ſoluendum debitum,cedẽdo bonis ſatisfacit,nec tenetur in ſeculo manere ad procurandum,vt ſoluat.ib.nu.14.
In religione non tenetur,quis laborare manibus,vt ſatisfaciat creditoribus,ſiue nobilis ſiue ignobilis. ibid. nume.15,
Quo ſolo caſu vera ſit ſententia Gerſonis,& Medinæ debitorem teneri non intrare religionem.ibidem, numero16.
Teneri monaſterium huiuſmodi debitorem , ſine habitu dimittere , vt foras lucretur, vnde ſoluat , falſo docuit Medina.ib.nu.17.
Debitor inuito creditore cur religionem ingredi poſſit: ſeruus inuito Domino , non item , nec vxor ſine conſenſu mariti,& rationis diſparitas.ib.nu.18.
Debitor religionem ingrediens,ſiue peccet,ſiue non,profeſſio eius valida eſt ſecundum ius antiquum, alias vero nunc per conſtitutionem Sixti V.ib.nu.19.
Ex parte creditoris cauſa prima excuſans eſt ſpontanea , & libera creditoris remiſſio,l.10.tract.6.c.5.nu.2.
Ad hanc remiſſionem,quęnam neceſſario requiruntur,vt ſit efficax,& valida.ib.nu.2.
Abeſſe debent vis,metus, ignorantia, quæ tollunt voluntarium,ibidem num.3.4.& 5.Item fraus,& dolus.ibid. num.6.
Tres caſus,in quibus a iure prohibetur remiſſio de iudice, viſitatore,inquiſitore.ib.nu.7.
An oporteat petentem remiſſionem offerre pecuniam creditori,& animum habere paratum ſoluendi,ad hoc vt remiſſio libera,& valide facta dicatur. ibidem numero 8.& 9.
Secunda cauſa excuſans ex parte creditoris eſt damnum ſpirituale,aut corporale ipſius creditoris . ibidem , numero 10.
Tertia cauſa creditoris excommunicatio,quod tamen intelligendum eſt de excommunicato nominatim . ibid. num.11.
An licite differre poſſit reſtitutio, quando creditor eſt nominatim excommunicatus.ib.nu.12.
Cauſa alia excuſans eſt ipſius rei interitus. ibidem,numero13.
An poſſit creditor repetere ante terminum . ibidem , nume.16.
An , qui vendit centum oues ex grege mille ouius accepta ſtatim pecunia,& numerata,quas tamen emptor remittit illi cuſtodiendas, totuſque grex pereat, periculũ maneat apud emptorem,vel venditorem. ibidem, nume.eod.
An,ſi res erat etiam eodem modo apud dominum,ſeu creditorem peritura poſt moram , ſicut perijt in manu debitoris ſit aliqua reſtitutionis obligatio,ibidem,numero 18.
Altera cauſa excuſans a reſtitutione eſt poteſtas publica, quæ vel lege aliqua,vel per ſententiam iudicis,vel Põtificis ſummi diſpenſationem contingere poteſt . ibid. num.19.& 20.
Quando concilium generale,ciuitas,Rex,Summus Pontifex remittere non poteſt contra Domini voluntatem. ib.nu.21.& 22.
Quando in bonis fieri poteſt compoſitio. ibidem, numero 23.
Compoſitio nec a ſolo Papa fieri poteſt.ibidem.nume.eodem.

Reſtitutio quomodo facienda.

Reſtitutio eo modo facienda,quo cauſa,cur debetur,poſtulat,obligatio reſtitutionis publice non oritur ex prę-cepto iuſtitiæ ,ſed charitatis.ibid.debita occulta occulte reſtituenda.l.10.tract.2.c.6.nu.1.
Reſtitutio non neceſſario facienda per illum,qui damnũ intulit.Si per tertiam perſonam fieri nequeat,poteſt ad tempus differri.ib.nu.2.
An, ſi res data ſit tertiæ perſonæ reſtituenda per eum vero Domino , ſi res poſtea pareat , aut internuntius non reſtituat,teneatur debitor reſtituere.ib.num.3.
Quando perſona miſſa , & electa a creditore quid dicendum.ib.nu.4.
Quando res reſtituenda mittitur per nuncium a debitore electum,quid ſtatuendum , ſiue res ſit eadem numero,quæ reſtitui debeat,ſiue æquiualens.ib.num.5.6. & 7.ampliatur.
An ſi lata ſit excommun.ob quædam furta,&c.fur pœnitentia ductus abſolutionem petens,quæ niſi prius ablata reſtituat , illi negatur , & mox ipſe totam ſummam confeſſori tradat vt pro eo ſoluere,quam tamen confeſſor nunquam reſtituit,excommunic. incurrat, ibidem, num.8.
Quid ſentiat author , tribus punctis declaratur. ibid. numero 9.

Reſtitutio quo ordine facienda.

Ad intelligendum ordinem reſtituendi decem Regulæ præſcribuntur.l.10.tract.5.c.10.nu.2.3.& 4.
Realia prius ſoluenda ſunt,quam debita perſonalia,ibid. num.8.
An debita certæ perſonæ prius ſoluenda ſint,quam legata etiam piæ perſonæ,vel eccleſiæ.ib.nu.6.
Duæ aliæ regulę deſcribuntur,quęnam prius reſtituenda, aut quo iure.ib.nu.7.& 8.
An res empta pretio non ſoluto, quamdiu res empta manet in forma ſua,& ſpecie extat apud emptorem , manet reali obligatione deiuncta emptori.ibidem, numero 9.
An,ſi res vendita non maneat in ſpecie ſua,ſed res aliæ eius loco ſubrogātur,huiuſmodi maneant realiter obligatæ primo venditori.ib.nu.10.
Quid dicendum de re empta alterius pecunia,an,ſcilicet, ſuccedat rei ſpecialiter obligatæ , nimirum pecuniæ. ib.nu.11.
Seruenda ſunt ſtatuta municipalia, & leges, quibus ordo ſatisfaciendi creditoribus determinatur . ibidem , nume.12.

Quando

Quando non ſunt alia ſtatuta, ſeruandum eſt ius commune,& quinam creditores alijs præferendi.ibid. nume.23.
Creditores habentes tacitam hypothecam alijs prçferendi prætendentibus perſonalem obligationem tantum, ib.nu.14.
An,ſi maritus debitorem ſe fecerat ob dotem per ſchedulam publicam,cum tamen dos ſibi numerata non fuerit,talis dos inſolutione eius prçferenda ſit habentibus expreſſas hypothecas poſteriores,ib.nu.15.
Res empta iure naturali non manet obligata, ſed iure ciuili manet vſq; dum ſolutum ſit pretium.ib.nu.18.
Ex debitis perſonalibus non priuilegiatis primo ſoluenda ſunt tacite hypothecata,& quænam illa ſint,vid. verb. Hypothec..& ver.Debitum.ib.nu.19.
Quinam poſt tacite hypothecam habentes ſuccedant.ibidem.
Quo loco ſuccedunt habẽtes actiones perſonales. ibidem nu.21.
Vltimum in reſtitutione locum tenent creditores illi,qui non habent hypothecam expreſſam,vel tacitam.ib.nume.22.
Quo ordine debita per hæredem ſoluenda ſint .ibid. nume.23.& 24.
Vid.ver.Debitum,& Hæres.
An,quando plures ſunt creditores,& hçreditas non ſufficit,licitum ſit vni etiam priori in tempore,aut priuilegio totum ſoluere, aut pro rata omnibus ſatisfieri debeat,ib.nu.26.
An debita certa non realia,ſed perſonalia ex licito contractu contracta prius ſoluenda ſint,quam debita ex contractu illicito,ib.nu.23.vſq; ad 33.
An debita ex delicto cõtracta pari ratione reſtituenda ſint pro rata omnibus,an ea prius reſtituenda, quæ cũ maiori iniuria contrahuntur,ib.nu.33.
An obligatio oneroſa liberali obligationi præferenda ſit. ib.nu.34.
Et an debitor talem ordinem non ſeruans in reſtituendo mortaliter peccet.ib nu.35.

Reſtitutio in bonis Spiritual.

An grauius peccatum ſit nocere proximo in bonis ſpiritualibus,quam corporalib.l.11.c 1.nu.1.
An,qui malo conſilio, vel exemplo inducit ad peccãdum mortaliter, vnde amittit gratiam,& virtutes, ad aliquã reſtitutionem teneatur.ib.nu.5.
Reſtitutio in hoc caſu fieri debet ſecundum æqualitatem arithmeticam ſecundum Gabr. & tenetur ex lege iuſtitiæ per ſe,& per alios orare pro ſeducto.ib.nu.6.
Quid Berengarius moriens de corruptione aliorum.ibid. num.7.
Inducentem ad peccatum non teneri ex lege iuſtitiæ, ſed charitatis,vnde obligatio eſt in eadem ſpecie,ac ſi non induxiſſet,ſed maior tamen,vt vult opinio ſecunda, & communior,& verior.ib.nu.8.
Qui ſine vi,dolo,& fraude aliquem malo conſilio ad peccandum induxit,vt gratiam amitteret,mort.peccat;nõ tamen ex vi iuſtitiæ ad reſtitutionem obligatur.ibidem nu.9.
Inducens alium ad peccandum ſiue aliter paratus eſſet, ſiue non,ex charitate tenetur non ſolum impedire, ne fiat,ſed poſt factum ad pœnitentiam reducere.ibidem, num.10.
Qui conſuluit peccatum,ſi poſtea reſipiſcentiam conſulat & alius non vult reſipiſcere,ad nihil aliud ex lege charitatis tenetur,ib.nu.11.
Qui per vim,fraudem,dolum, metum, aut minas aliquẽ ad peccandum inducit,tenetur ad reſtitutionem damni illati ex iuſtitia.ib.nu.12.
Ad quem timorem extendit hanc proportionem Syluester,ſcilicet,reuerentialem,quem habemus de Principe ſed refellitur.ib.nu.13.
Soluuntur argumenta primæ opinionis ſupra nume.5.& ſeq.ibidem,nume.14.
Prælati inducens ſubditos ad peccandum,& contra iuſtitiam,& contra charitatem peccant.ib.nu.15.
Quomodo in caſu propoſitionis ſup.nu.12.allegatę reſtitutionem quis facere debeat,etiam quæ remedia adhibere.ib.nu.16.
Qui alterum ad peccandum induxit,regulariter non tenetur ad faciendam compenſationem in temporalibus, per accidens tamen in duobus caſibus requiritur præter prædicta remedia temporalis compenſatio, ibi. nume.17.
An facienda ſit reſtitutio in bonis ſpiritualibus naturalibus, vel ſupernaturalibus, & quomodo fieri debet in iſtis reſtitutio.ib.nu.18.
Hæreſiarcha tenetur non ſolum errores, quos diſſeminauit,reuocare,ſed etiam veritatem docere, ſi ſit lector, doctor,aut aduocatus.ib.nu.19.
Quid ſentiendum de bonis animæ naturalibus,vt memoria,ib.nu.20.
An,qui impedit,auocat,& abſtrahit volentem ingredi religionem,vel ingreſſum iam nouitium, aut Profeſſum extrahit,peccet,& ad reſtitutionem teneatur. ibid. nume.21.
Auocari a religione poteſt quis duobus modis prçcipuè: in extractione a religione duplex poteſt conſiderari iniuſtitia.ib.nu.22.
Opinio prima Scoti, & aliorum in quibus conſiſtit, quatuor dictis explicatur vſque ad nume.26. ibidem, nume.23.
Sententia vtriuſque Nauarri,& aliorum recentiorum.nume.eod.
Qui bono animo,& intentione volentẽ ingredi religionẽ impedit,& diſſuadet,nec peccat,nec religioni, nec diſſuaſo reſtituere tenetur.ib.nu.27.
Qui volentẽ ingredi mala fide diſſuadet, & impedit,peccat,ſed nec diſſuaſo,nec religioni reſtituere tenetur.ib. nu.28.
Qui malo animo, ſine fraude tamen, & dolo monacho profeſſo perſuaſerit exire,quamuis grauiter peccet, ad reſtitutionem aliquam non tenetur. ibidem, numero 30.
Qui malo animo ſine fraude tamen, aut vi nouitium retrahit a religione,quamuis peccet cõtra charitatem, ad reſtitutionem non tenetur.ib.nu.29.
Monachus ommittens legere lectiones in Monaſterio vnde prouentus Monaſterij minuerentur, ſiue ex propria voluntate, ſiue ex aliorum perſuaſionibus hoc faceret, non tenetur lucrum ceſſans reſtituere. ibidem, numero 31.
Serui ad Dominum, Religioſi ad Prælatum ratio diuerſa, vnde ſoluitur quædam obiectio, cur extrahens profeſſum ad reſtitutionem non teneatut.ib.nu.32.
Qui vi,fraude,aut minis remouet ingreſſurum religionẽ, peccat, & tenetur reſtituere non religioni, ſed diſſuaſo quatenus.ib.nu.33.
Qui nouitium,aut Profeſſum extrahit per iniuriã, ex quo temporalis vtilitas religioni proueniebat, tenetur ad damnum religioſo,& religioni illatum.ibidem, numero 34.
Diſcrimen in reſtitutione facienda, ſi non erat profeſſus, nec vi,aut fraude extractus.ib.
Lucrum in ſpe, non in re ad arbitrium viri prudentis reſtituendum.ib.
Qui profeſſum a Religione extrahit,ſiue perſuaſione,ſiue vi,& fraude, non tenetur ipſe intrare religionem, nec alium ſubſtituere.ib.nu.35.
Ne quis ad profeſſionem emittendam compellatur ſub pœna excommunicationis expreſſe decernit Eccleſia. ib.nu.36.& 37.
Magiſtri Raymundi exemplum, qui Religionem S.Dominici, eo quod nouitiũ exire perſubſerat, ipſi adeo ingreſſus eſt,argumentum potius diuinæ vocationis,non obligationis.ib.nu.38.

Reſtitutio in bonis corporis.

Per damnum in bonis corporis illatum intelligitur læſio vitæ corporalis,aut organorum,& mẽbrorum,quæ duplex eſt.l.11.c.2.nu.1.

An iniuſte occidens,& mutilans aliquid reſtituere teneatur.ib.nu.2.

In rebus,quorũ reſtitutio fieri nequeat,vt occiſione,quid reſtituere tenetur,quatuor aſſerunt Auth.& præcipuè Scotus,ib.nu.3.

Scoti doctrinã vniuerſaliter veram eſſe non poſſe,& quare.ibi.

Tenetur homicida reſtituere omnia damna illata in temporalibus ex tali homicidio,& medicinis, &c. ibidem, num.5.

Immo compenſare debet damna, & lucra, quæ occiſus, aut vulneratus paſſurus eſt,aut lucraturus.ibid.numero 6.

Quæ circunſtantiæ tum in occidente, tum in occiſo conſiderandæ,& qualis ſatisfactio requiratur, ibidem,nume.eod.

Expenſas funeris ſoluendas, vt primus omnium docuit Mart.Nauar.Authori diſplicet,& refutatur.ibi. numero 7.

De eo,qui cũ occiſus eſt,habuit aliquos redditus annuos, aut officium aliquod pro tempore vitæ, qualis reſtitutio facienda,ib.nu.8.

Vir bonus,& prudens in hac materia, ad cuius arbitrium reſtitutio facienda,quis cenſetur,ib.

An,qui nocuit ſolum in bonis corporis, vnde nullum aliud damnum in temporalibus, aut detrimentum ſubſecutum fuerit,talis occidens,aut mutilans ad aliquam reſtitutionem teneatur,quid ſenſerit Nauarr.& Sotus, ib.nu.9.

Quibus fieri debet compenſatio, quando ex damno corporali nullum ſequitur detrimentum in corporalibus, ib.nu.12.

Conuenientior, & vtilior modus, quo occiſus adiuuari poſſit,qui.ib.

Si læſus non conſentire velit in rationabilem reſtitutionem, ſecurus erit lædens in conſcientia, ſi reſtituat ad arbitrium boni viri,ib.nu.13.

Quibus facienda eſt hæc reſtitutio loco defuncti.ibid.nume.14.

De tempore, quo occidens alere tenetur eos, quos occiſus ſuſtentabat,quid dicendum,ib.nu.15.

An huiuſmodi damnum inferens alteri,ſi ſubeat pœnam a lege & iudice latam,aliquid reſtituere teneatur proximo ſic vulnerato, aut occiſo pro damnis ſubſecutis, ib.nu.16.

An modus remittendi,quem facit occiſus,aut vulneratus charitate in vniuerſum, remittat ſatisfactionem pecuniariam pro damnis illatis,ib.nu.17.

An reſtituendi obligatio tranſeat ad hæredes,ſi homicida viuens non ſatisfecerit,ib.nu.19.

Quam reſtitutionem facere tenetur,qui nocet alteri in bonis corporis, vnde aliud nocumentum ſequitur in bonis fortunæ.ib.nu.20.

Percuſſo, & vulnerato, qui omittit negociando lucrum acquirere,in quantum fieri debeat reſtitutio, ibid. nume.11.

Quid reſtituendum ſit, ſi ex vulnere non ſequitur aliud damnũ,quã ſignũ in facie,vel alia deformitas,ib.n.22.

Quid reſtituendum, ſi ex percuſſione non ſequitur damnum in corpore,ſed ſolum in honore.ib.nu.23.

An occidens,aut irremediabiliter vulnerans,aut mutilans ſoluere teneatur debita,quæ occiſus viuens exſoluiſſet, aut ex labore,& induſtria creditoribus parſoluiſſet.ibi.nu.24.

Ad quid teneatur,qui puellam virginem deflorauit,& an qui damnum intulit in ſpiritualibus,vel temporalibus ib.nu.25.

Qui virginem volentem, & conſentientem, aut ſeipſam inuitantem deflorat,ad nullam reſtitutionem, aut virgini,aut parentibus regulariter faciendam tenetur.ibi. num.26.

Non obſtat, quod puella multa ex inde damna patiatur, immo,& pater eiuſdem.ib.nu.27.

An aliquid reſtituendum,quando virgo precibus,& blãditijs fuit prouocata.ib.nu.28.

Qui per vim,fraudem,& dolum virginem deflorat,tenetur reſtituere,& virgini,& parentibus etiamſi æquè benè nubat,ac ſi non fuiſſet violata,& quid per vim intelligas.ib.nu.29.

Tenetur huiuſmodi perſona in foro exteriori, & interiori ſatisfacere.ib.nu.30.

Pater virginis,& virgo ſi conſenſerint, an ſtuprator eam ducere teneatur.ib.nu.31.

Deflorans virginem,ſi non promiſit matrimonium,tenetur ſolum reſtituere damna illata attenta qualitate perſonæ,quam violauit,ib.nu.32.

Si promiſit matrimonium vere,& ex animo,tenetur eam ducere,nec aliter poterit ſatisfacere, niſi ipſa contenta ſit tali compenſatione.ib.nu.33.

Si ficte promiſit puellæ quam vitiauit,tenetur eam ducere ſub mortali ſi ſit ei æqualis,aut paullo inferior, conditione.ib.nu.34.

Si ſit notabiliter excedens in conditione diuitiarũ, & nobilitatis,& puella hoc ipſum aduertit,nec aduertere debuit illũ habere animum deceptorium, licet deflorans mortaliter peccet,ad nihil tamen tenetur,ib.nu.35.

Qui mulieri corruptæ,quæ vulgo tamen virgo habita eſt, ficte promiſit, etſi copula ſecuta ſit,cuiuſcunq; ſit conditionis, non tenetur ſub peccato eam ducere, nec aliquid reſtituere,ib.nu.36.

Reſtitutio bonorum externorum.

An crimen falſum alteri imponens peccet mort.& ad reſtitutionem teneatur.l.11.c.3.nu.7.

Vnus caſus proponitur, in quo, qui alterum infamat de falſo crimine,excuſatur a mort.ib.nu.10.

Qui conatur alium infamare, ſed iudicatur ab audientibus mendax,& ſic non aſſequitur,quod voluit,non tenetur ad reſtitutionem.ib.nu.13.

Quid de legatario propter crimen occultum reuelatũ bonis adeptis priuato,aut per teſtatorem adipiſcendis. ib. num.21.

Qui reuelat iniuſtè crimen verum,ſed occultum,an teneatur ad integrum reſtituere æquè, ac qui falſum dicendo infamauit.ib.nu.19.vid.verb. Infamatio Correptio Fraterna.& ver.Fama.Honor.

Reus.

Reus legitimè rogatus à Iudice, ſi negans delictum non condemnetur ad pœnam pecuniariam, ad quam condemnaretur ſi crimen confeſſus eſſet, an illam pęnam ſoluere teneatur ante iudicis ſententiam.l.10.tracta.2. c.15.nu.4.

Reus negans veritatem in iudicio, quam fateri tenebatur,an teneatur in conſcientia pęnam ſoluere, quę impoſita fuiſſet,ſi condemnatus eſſet.ib.nu.5.

Reus iniuſte in iudicio ueritatem negans multis iniurius ib.nu.6.

An reus in Iudicio interrogatus ueritatem frateri teneatur libro duodecimo, capitulo decimoſexto, numero primo.

Veritatẽ negare,aut celare in iudicio,etiamſi non rogetur cũ iuramẽto,ex genere ſuo peccatũ eſt mort.ib.num.2.

Quando dicetur iudex legitimè, & iuridicè interrogare, ut reus crimen ſuum, aut teſtis ueritatem confiteri teneatur,ib.nu.3.

Si crimen ſit notariũ,ut in caſibus læſæ maieſtatis,& hęreſis,& nemo in ciuitate huius criminis laborat infamia, inter ceteros autẽ reus interrogetur, non tenetur crimen

men confiteri,quare ibid.nu.4.

Euidentia facti non indiget accuſatore, quando facinus ipſum eſt notorium,& auctor ſceleris. ibidem numero eodem.

Teſtes in hoc caſu ſcientes denunciare tenentur,& ratio diſparitatis inter reum, & teſtes. ibidem numero eodem.

Ad crimina priuata maior ſolemnitas requiritur, plureſque cærimoniæ adhibendæ ſunt,vt quia dicatur iuridicè rogatus,ib.nu.5.

Si via accuſationis procedatur a Iudice,ſeu via denunciationis iuridicæ,& habentis vim accuſationis, quænam requiruntur, & ſufficiunt, & quid ſit via inquiſitionis ſpecialis ib.nu.6.

Semiplena probatio quid, & quis teſtis omni exceptione maior,ib.nu.eo.

Forma iuris debet eſſe probata proceſſu,& reo iudicata,indicia vero duplici de cauſa reo manifeſtari debent, & priuſquam hæc ipſi conſtent, non tenetur reſpondere, ib.nu.7.

Iuramentum eſt quædam ſpiritualis tortura, & nonnulli ob reuerentiam iuramenti confeſſi ſunt, quod ob tormenta confeſſi non fuiſſent.ib.nu.8.

Iudices præter ius,& extorquẽtes ſecretum a ſubdito peccant mortaliter,& multo grauius,quam ſi perſona priuata ſecretum alicuius delictum extorqueret, ibidem, num.9.

Quoteſcunque ſubdito cõſtat de iniuſtitia Iudicis in pręcipiendo, vt ſecretum alterius peccatum præter ius reuelet Iudici,ſubditus obedire non tenetur ibid. nu.10.

Iudex iniuſte ſecretum alicuius, delictum extorquens vltra procedere non poteſt,& ſi ex ea falſa præſumptione procedit,ſi poſtea intelligat ſe inique procedere,vel per iniuriam teſtis, vel iniquitatem ſuorum miniſtroru tenetur,ib.nu.11.

Duplicem hoc dictum limitationem habet,vt recte intelligatur,& nu.ſeq.ib.nu.12.

An teneatur quis iuridice rogatus delictum alterius ſecretum,cuius eſt infamia,detegere,quod iam prius ſecretum ſub iuramento ſeruare promiſſit,ib.nu.14.

Multa ſciũtur in confeſſione, quæ non cadunt ſub ſigillo confeſſionis ſacramentalis, de quibus iuridice rogatus confiteri tenetur,ib.nu.15.

An,cu Iudex dubitet iuſte, an iniuſte procedat ad inquirendum,interrogare poſſit Reum aut teſtem?& an reus, aut teſtis reſpondere teneatur, quando dubius eſt, an iuſte, vel iniuſtè interrogetur, ibidem numero, 16.

Aliud eſt habere dubium practicum,aliud ſcrupulum.ibi. nu.17.

Veritas propoſitæ quæſtionis quibuſdam propoſitionibus fuſè declaratur vſque ad numerum 22.ibidem numero.18.

An,& qua ratione inquirere poſſit Iudex delicta per tormenta,& ad quid teneatur ſic interrogatus. Opinio Ludouici Viuis negantis illo modo licitum eſſe, plane temeraria,ib.nu.23.

Indicia minora ſufficiunt ad inquirendum,vel citandum, quam torquendum,ib.nu.24.

Reus non poteſt torqueri niſi vel manifeſta indicia iuridice,& ſufficienter probata exiſtant, vel ſemiplena probatio,quando ib.nu.eod.

Aliquando vnum indicium ſufficeret, quod pluribus æquipollere cenſeatur,vt fuga delinquentis ante factam inquiſitionem,ib.nu.25.

Quando per iniuſtam torturam metu,& vi illatam Iudex extorquet a reo,quem torquere non poteſt,criminis cõfeſſionem,aut indicia,aut teſtes,aut complices delicti, non poteſt ex illa confeſſione ſic extorta procedere ad punitionem,ib.nu.26.

De condemnatis,& iam morti propinquis,qui grauiſſime torqueri ſolent ad ſaluandas morentium animas, quid tenetur Iudex diligenter facere, ib.

Iudici diſſimulatione,& dolo bono vti licet ad delicti veritatem exquirendã, non tamen promittendo licet fallere, & decipere Reum. Vti fictione quadam condemnationis contra reum quando licet,ib.nu.28.

Nunquam licet ficte iuramentum illi præbere,quem probabiliter credit falſo iuraturum, maxime in cauſa propria,ib.nu.29.

An reus infamatus, & conuictus de vno crimine in iudicio interrogari poſſit de alijs criminibus occultis, de quibus nulla præceſſit infamia,nulla probatio,l.12.ca.1.num.1.

Regulariter vera eſt huius opinionis doctrina, in duobus tamen caſibus [illegible] poteſt conuictus de vno interrogari de alio,& quinam illi ſint,ib.nu.3.

Extenditur etiam hæc doctrina ad Prælatos religioſorũ, ne ſubditos interrogẽt,& ſicut reus ita nec teſtis interrogari poteſt de alijs criminibus, de quibus reus nõ eſt infamatus,ib.n.4.

An conuictus de crimine, aut illud confeſſus interrogari poſſit de ſocijs,ib.nu.5.

Iure communi tam canonico, quam ciuili non licet,exceptis quibuſdam criminibus,ib.nu.6.

Duę regulæ traduntur tam pro reo,quam pro teſtibus de reuelando reo latenter, aut ſocijs occultis notatu dignæ,ib.nu.7.

In criminibus priuatis, quę ex ſua natura complicem requirunt, ſi publica ſint omnibuſq; nota de complice occulto licet interrogare. In alijs occultis particularibus non eſt licitum Iudici interrogare,nec tenetur reus ad interrogata reſpondere numero 9.ibidem numero octauo.

Introduci poſſe conſuetudine, vt confeſſi de ſuis delictis interrogentur de ſuis complicibus, eoſque teneri complices reuelare(vt docuit Nauar.)in quibus ſolum criminibus verum eſt.ib.nu.10.

An falſo contra innocentem procedatur, & interrogetur de aliquo,quod vere fecit, quod tamen eſſet ſufficiens indicium,vt conuinceretur de crimine,quod non fecit, teneatur fateri veritatem.ib.nu.11.

An,ſi Reus iuridice interrogatus negauerit veritatem metu mortis, cogere illum poſſit confeſſarius, vt dictum ſuum retractet adeo,vt ſi velit,teneatur illi abſolutionẽ negare;explicatur quibuſdam propoſitionibus,nu.13. 14.& 15.ib.nu.12.

Teſtis iuridice interrogatus tenetur veritatem dicere: tenetur etiam cum certo periculo vitæ illius rei, nec abſolui poteſt,ſi negauerit,ib.nu.12.

An Reus,qui legitime rogatus veritatem negat, vnde factum eſt,vt Iudex eum abſolueret,teneatur in conſciẽtia ad ſoluendam pęnam,ad quam damnaretur, ſi veritatem faſſus fuiſſet in iudicio, tribus punctis ab Auctore declaratur,nu.17.ib.nu.16.

Semper tenetur,reus in conſcientia ſoluere damnũ,quod non eſt pęna.ib.nu.18.

An ſi reus legitime rogatus neget veritatem, teneatur ad reſtitutionem famæ,in qua denunciator,ſeu accuſator damnum paſſus eſt,ib.nu.19.

Qualiter ſe gerere poteſt,aut debet Reus,quando de crimine vero præter ordinem iuris a iudice interrogatur. ib.num.20.

Si ſub pœnis reſpondere compellat iudex, poteſt ab illo mandato appellare,& quando licitum erit vti verbis ęquiuocis ad eludendum iudicem,ib.nu.21.

Reus de occulto alterius crimine rogatus a Iudice, abſq; mendacio poteſt reſpondere, Neſcio, & iurare, quod neſcit,etiam ſi ſecreto cognouerit,ibidem numero,vigeſimoſecundo.

Sic reſpondendo non falſum dicit, nec contradictorium, quare,ib nu.23.

An Iudex interrogans reum,vel teſtem,vt aperte dicant, an fecerint illud delictum,aut viderint,reſpondere poſſint, non feci, aut non audiui. ibidem numero vigeſimoquarto.

Opinio Nauarri.Greg.de Valentia,& aliorum verior cõtra Sotum,& alios,ib.nu.25.
Regula,quam traditBannes,& Salon ad multos caſus explicandos neceſſaria,& intellectu digniſſima, ibid. numero 26.
Doctrina S.Thomæ,quomodo,aut ſecundum quam intẽtionem iurare quis poteſt,vt non ſit mendax,aut periurius,ib.nu.27.
Extra neceſſitatem,aut extra iudicium non eſt licitum vti huiuſmodi vocibus ambiguis,aut amphybologijs;quare,ib.nu.28.
Teſtis voluntarie accedens ad teſtificandum vocibus vti debet in communi ſenſu,& ad mentem iudicis interrogantis,ib.nu.29.
An, & quando licitum ſit Reo iudicium per appellationẽ declinare,ib.nu.30.vſq; ad 34.
A ſententia Iudicis arbitri appellare non licet,ibidem nume.32.
Duæ conditiones ad appellandum ex iure requiſitæ.ibid. nu.33.
Quando quis appellando calumnioſè ſe defendit, mortaliter peccat,ib.nu.34.
An appellare liceat, quando ſententia eſt dubia Iudicis prudentiæ,id eſt,Iudicis, & Patronorum, & partium, ib.nu.35.
Iura,& decreta,ſeu priuilegia remouentia appallationem in aliquibus caſibus ſolum procedunt in foro exteriori ib.nu.36.
An liceat Religioſis a grauaminibus ſibi illatis appellare. ib.nu.37.
Decreta,& priuilegia Summorum Pontificum prohibentia Regularibus appellare quomodo intelligenda, ibi. num.38.
Fratribus minoribus de obſeruantia ad tribunalia ſecularia appellare ſub quibus pœnis interdicitur?& ad quos recurſum habere debeant,cum ſe grauatos eſſe ſentiãt. ib.nu.39.
Concilium Trid.non prohibet Religioſis recurrere ad ſuperiores per viam appellationis, ſed qui tantum, ibid. num.40.
Appellare non eſt de iure poſitiuo,ſed tantum de iure naturali negatiue,ib.nu.41.
Ad ſacram congregationem Cardinalium ad D.Protectorem,ad Papam, aut eius Legatos habentes poteſtatem ſuper Regulares,non niſi in grauibus negotiis,& cum matura deliberatione appellandum, ibidem, numero 42.
Si quis Religioſus ab omnibus grauaretur, quid illi potiſſimum eſſet faciendum,ib.nu.eod.
Reus iuſte condemnatus etiam ad mortem,tenetur parere Iudici,& non per vim reſiſtere illi,vel miniſtro eius, c.18.nu.1.
Reus iniuſte condemnatus,etiam ad mortem, tenetur ſe defendere,Iudicique reſiſtere poteſt,modo ſine ſcandalo,& perturbatione Reipublicæ,id fieri poſſit. ibidem, num.2.
An innocens ſecundum allegata, & probata nocens conuictus,& morti condemnatus, licite poſſit ſeipſum defendere,& reſiſtere Iudici, & miniſtris, ibidem numero 3.
An condemnatus iuſte ad carceres tanquam ad pęnam licite poſſit effugere,ib.nu.4.
Non poſſe abſque reatu peccati mortalis verior opinio,ſiue temporalis pęna ſit, ſiue perpetua etiam ſine carceris eſtractione,quam paucis propoſitionibus confirmat auctor vſq; ad nu.9.ib.nu.5.
Pęna carceris perpetui loco capitalis pœnæ antiquitus in vſu ib.nu.6.
Coniectus in carcerem nondum tanquam in pęnam,licitè poteſt fugere contra maiorem,ibidem numero ſeptimo.
Condemnati ad triremes fugere non poſſunt,quare ibid. num.8.
Laicus,aut Clericus ſecularis ſtatim facta violentia, ante condemnationem fugere poſſunt, non ſic autem Religioſus a ſuo prælato in carcerem Monaſterij coniectus,ib.nu.9.
Doctrina huius propoſitionis quando non procedit, ibid. nu.10.
An iuſte damnatus ad mortem,& in carcerem coniectus, vt in cuſtodiam,exinde licite fugere poſſit, vt mortem euadat,ib.nu.11.
Soluitur argumentum pro parte negatiua,& quod fugiẽdo non violat præceptum negatiuum de non impediẽda iuſtitia,ib.nu.12.
An iuſte captus à Iudice,& condemnatus ad mortem teneatur fugere ſub peccato a carcere,ſi videat oſtium apertum, an licite ſe mouere poteſt, ib. numero decimo tertio.
Actus, qui tendunt ad mortem,duplicis ſunt generis, & & quos licite exercere poteſt,ibidem numero decimoquarto.
An ſit licitum Reo, vt euadat corporis pœnam, corrumpere cuſtodes pecunia,aut dono,ib.nu.15.
An licitum ſit reo decipere cuſtodem abſq; vi, & iniuria allata.ib.nu.16.
An licitum ſit Reo fugere, quando probabiliter videt incommodum ſubſecuturum in cuſtode, quod punietur cuſtos,aut alij a carcere fugient. ibidem numero decimoſeptimo.
An ſic ad mortem condemnatus licite e carcere fugere poſſit compedes limare,fores effringere,murum perforare,& ſimilia facere,& explicatur duabus propoſitionibus.nu.18.19.& 20.
Soluuntur argumenta Henrici,& Summiſtarum pro parte negatiua,ib.nu.21.
An ſic fugiens,& carceres, & compedes frangens teneatur ad reſtitutionem damni,quod fecit in facere,vt fugeret.ib.nu.22.
An licitum ſit amicis iuſte capto, & damnato conſulere, vt fugiat,illiq; prębere inſtrumenta, & iuuare, vt carcerem,aut vincula rumpat,ib.nu.23.
Officialis iuſtitiæ fugam ſuadere, aut inſtrumenta præbere non poteſt,ib.nu.eod.
Carcerem effringere,aut vincula rumpere alterius ab extra non licet, conſulere autem fugam, & inſtrumenta cõferre,quibus intus incluſus vti poſſit ad effugiendũ, non eſt licitum contra Greg.de Valentia,& alios,ibid. num.24.
Non poſſe prohiberi fugam lege aliqua humana (vt voluit Sotus) falſum eſt,ib.nu.25.
An reus,ſi iurauit carceris cuſtodi, vel Iudici ſe rediturũ ad carcerem,teneatur redire, etiamſi ſit condemnatus ad mortem,ib.nu.26.
Non minus probabilem opinionem Caietani, quam Nauarri ſentit author,Couaruuiæ autem falſam,ibid.nume.27.
An iuſte damnatus,vt fame pereat, oblatos ſibi cibos comedere poſſit,& teneatur,ib.nu.28.
Soluuntur eorum argumenta, qui non comedendo peccare mortaliter exiſtimant,ib.nu.29.
An licitum ſit aliis damnato ad mortem ſubuenire cibum ac potum ei præbendo,ib.nu.30.
Vide plura ver. Teſtis.Iudex.& Infamatio.

Rex, vide Princeps.

S

Sabbatum.

Præceptum de Sabbati ſanctificatione recte tertio in loco ſuccedere debuit,quare,l.7.c.1.nu.1.
Ordinis Ratio aſſignata,a S.Thom.qualis,ibidem,numero 2.

Præceptum hoc partim Naturale,partim morale,partim Cęrimoniale,& partim humanum.ib.n.3.

In hoc tertio præcepto facta eſt ſolum mentio Sabbathi variis de cauſis.ib. nu.4.

Cur inter cetera Decalogi præcepta nulli alteri Deus verbum hoc(memento)addidit.ib.n.5.

Cum Deus Sabbathum inſtituerit celebrandum,illumq; diem benedixerit,quare Eccleſia in diem Dominicum commutauit,ib.nu.6.

Quam multa, & inſignia opera die Dominico facta sũt. ib.nu.eo.

Grauis error eorum,qui affirmant,non diẽ Dominicum, nec vlla alia feſta,ſed Sabbathum tantum celebrandũ, ib.num.7.

Sacramenta.

In Materia ſacramentorum propriam opinionẽ, etſi magis communem, contra tutiorem eligendam eſſe, qui negant,l.1.c.7.n.1.

In Sacramentis vtentem materia dubia,& incerta peccare certum eſt ſecundum multos DD.ib.n.2.

Opinionem minus tutam licitum eſſe ſequi etiam in ſacramentis exiſtimant Medina, & Salon. ibidem numero 3.

Sacrilegium.

Sacrilegium quomodo ſpecies luxuriæ conſtituitur,l.8.c.5.num.21.

Grauius eſt ſacrilegium contra perſonam ſacram,quã cõtra locum ſacrum.ib.n.e.

Sacrilegium cum diuerſis luxuriæ ſpeciebus concurrere poteſt,ib.n.22.vid. ver.Luxuria.

Sanctus.

Sancti adorandi ſunt ab hominibus adoratione, quæ dicitur Dulia,& ſunt in neceſſitatibus inuocandi, l.4.c.3. num.10.

Sanctorum imagines adorandæ ſunt, ib.n.11.

Sanctorum cultus non eſt idololatria,libro 4. capitulo 4. num.8.

Sãctis qui exhibetur cultus,& honor a Catholicis, in quo conſiſtat,ib.n. eo.

Satisfactio.

Satisfactio, & Reſtitutio promiſcue vſurpantur in Iure Canonico,quæ tamen inter hæc differentia, l.10.tract. 1.cap.2.nu.1.

Et ad quam Iuſtitiam pertinet,ib.n.2.

Satisfactio fit homini,& Deo, ib.nu.4.

Per Satisfactionem remittitur pęna peccati, non per reſtitutionem.ib.n.5.Sequitur Confeſſionem.n.6. fit etiam in Purgat.nu.eo.

Scandalum.

Scandalum parentum,aut propinquorum, quod patiuntur ex ingreſſu religionis,nunquam obligat filiũ ad abſtinendum,l.7.c.6.n.8.

Scandalum duplex;ex malitia, ſeu Iudaicum; ex infirmitate,ſeu puſillum,ib.n.e.

Opus bonum de neceſſitate ſalutis propter nullum ſcandalum quantumcunque graue prætermittendum eſt, ib.num.9.

Opera conſilij propter ſcandalum ex malitia natum nullo modo omittenda,ſin ex infirmitate, ſeu ignorantia ad tempus differenda,ib.n.10.

Quando opera conſilij adimplere poſſumus, quodcunq; ſcandalum ex quacunque radice exinde naſcatur, ibid. num.11.

Scandalum quodcunq; emergens non obligat vnquã ipſum Religioſum ad egrediẽdum è Religione,ib.n.20.

Scrupulus.

Scrupulus quid ſit, & quomodo differt a dubio, & opinione,& an liceat agere contra illum, libro 1. cap. 14. num.1.

De Scrupuloſorum remedijs qui ſcripſerunt, & quænam potiſſima ab authore probantur,ib.n. 2.

Circa confeſſionem ſcrupuloſorum optimum Caietani conſilium a Medina, & ab authore laudatur, ibid. num.3.

Aliud remedium ſcrupuloſis circa præterita tantũ, aliud circa futura remedium adhibendum,ib.nu.4. vide Cõſcientia ſcrupuloſa ſup.

Sententia.

Ad ſententiam ferendam neceſſaria forma Iuris in quinque conſiſtit, & quænam illa ſint, libro 12. capit.9. num.1.

An ſententia contra leges lata obliget in Conſcientia,ibidem num.7.

Sententia Iudicis ex triplici capite iniuſta eſſe poteſt, ib. num.8.

Qui per iniuſtam ſententiam rem ſuam amiſit, commodiore,qua poteſt, via citra ſcandalum recuperare põt, & ſi cum ſcandalo,an peccet,ib.n.10.

An,poſtquam quis per iniuſtam ſentẽtiam Iudicis re ſua priuatur,& non appellat,is cui res eſt adiudicata,bona conſcientia poſſideat,ib.n.12.

An ſicut iniuſta ſententia, in ſecularibus non obligat in conſcientia,ita etiam in beneficijs Eccleſiaſticis dicendum,ib.n.13.

Sententia circa beneficium duplex eſſe poteſt. Declaratiua, vel priuatiua,ib.n.e.

Sententia formaliter iniuſta nulla eſt,& inualida,ibidem num.15.

Materialiter iniuſta confert illi,in cuius fauorem fertur, & ſententia priuatiua materialiter iniuſta quid,ibidem num.16.

Seruitus. Seruus.

Seruitus naturalis,& legalis quæ ſecundum Ariſt.& Platonem,n.2.c.6.

Inter homines quoad ſeruitutem naturalem gradus quidam numerantur,ib.n.3.

Ad actualem ſubiectionem ex natura rei nullus cogi põt, niſi aliqua iuſta cauſa, vel aliquis humanus cõtractus, aut voluntatis conſenſus intercedat,ib.n.4.

Quid ſeruitus legalis, ſeu ciuilis, & vnde dicuntur ſerui, ib.num.5.

Iure gentium iuſte introductum eſt,vt vnus homo ſit vere dominus,& alius ſeruus, ib.n.6.

Seruitutem iure diuino introductam fuiſſe in pęnã peccati,opinio nonnullorum, & reſponſio ad eorum auctoritatem adductam,ib.num.7.

Soluitur locus ex S.Ambroſio deductus, qui eorum opinioni fauere videbatur,ib. nu.8.

Qua ratione dicitur ſeruitutem inductam fuiſſe cõtra naturam,ib.nu.9.

Vt dominium vnius hominis iuſtum ſit, requiritur titulus iuſtus,tituli autem varij aſſignantur vſque ad n.26. titulus primus eſt iure belli, quo captus ſeruus fit iure gentium,ib.num.10.

An Chriſtiani capti in bello iuſto ab infidelibus ſint ſerui infidelium.ib.nu.11.

An ſic capti non tamen coacti ad peccandum maneant eorum ſerui.ib.nu.12.

Secundus titulus ob graue aliquod delictum,quod ſeruitute puniri poteſt,ib.nu.13.

Iure canonico ob quædam ſeruus efficitur. ib. n.14.

Titulus tertius,donatio, emptio, venditio, de donatione vero cum de illa non extet lex, quid dicendum, ibid. num.5.

Seruus. Seruitus.

Ius ciuile determinare,& præſcribere poteſt conditiones, cum quibus fieri debet acquiſitio dominij per venditionem,& emptionem libertatis, & quænam illæ ſint, ib.num.16.
Quæ conditiones ſolum obligare potuerunt Rom. Imperium, vbi autem illæ leges receptæ non ſunt, iuri naturali,& poſitiuo cuiuſq; regni ſtandum,ib.n.17.
An homo vendere poſſit ſuam libertatem pro ſoluendo debito pecuniario, ib.n.18.
Vt pater vendat filium, oportet quaſdam conditiones a iure ciuili præſcriptas obſeruare, & quænam illæ ſint, ib.nu.19.
Venditio filij non debet eſſe abſoluta, ſed quaſi ſub pacto de retrouendendo,ib.n.20.
Pater filium ſacris initiatum vendere non poteſt,ibidem. num.21.
An poteſtas vendendi filiū vtrique Parenti concedatur in egeſtate,ib.nu.22.
Conditiones prædictæ vbi tantum vim habeant, & quod non ſunt ſimpliciter neceſſariæ, licet naturali rationi conformes,ib.n.23.
Quid de Indis & Aethiopibus emendis, & vendendis iudicandum,ib.nu.24.
An qui apud barbaros a ſuis interficiendi, & comedendi pretio aliquo dato liberentur, poſſint redemptoris ſeruituti ſubijci,ib.nu.25.
Qui naſcuntur ex matre ſerua,ſiue pater liber ſit,ſiue nō ſerui ſunt, & dicuntur vernaculi, & filij etiam eorum ſerui ſunt,ib.nu.26.
Si mater ſit libera tempore emptionis,vel partus,vel tempore intermedio,etiamſi antea,vel poſtea fuerit ſerua, proles erit libera,ib.n.27.
An huiuſmodi ſerui a dominis licite fugere poſſint, ibid. num.28.
An extra caſus quoſdam in præcedenti allegatos licitum ſit fugere,fusè examinatur, opinionis negatiuæ rationes quinq; ib.nu.29.
Secunda ſententia, quam affirmat, de qua Couarruuias ſolus diſtinguit, alij vero abſolute illud aſſerunt. ibid. num.30.
Authoris opinio magis ad ſecundam inclinat. ibidem. num.31.
Soluuntur argumenta in contrarium allata. ibidem. num.32.
An Chriſtiano capto in bello a Turcis liceat fugere,& ab eis auferre,quicquid poteſt,ib.nu.33.
Si quis iure belli iuſti captus, & deinde a capiente ſit vēditus alteri,an ſemper habeat ius redeundi ad ſuos, ib. num.34.
An,ſi ſeruus bello captus filium genuit, filius ille genitus a ſeruo,aut ancilla ipſa natiuitate ita factus ſit ſeruus, vt fugere non liceat,ib.nu.35.
Quouſque hoc ius dominorum ſe in ſeruos extendat, ib. num.36.
An ſerui ita ſint dominorum, vt quicquid lucrentur,dominis ſuis acquirant,ib.nu.37.
Quo ad ius ciuile commune nulla in hoc inter ſeruos bello captos, & prælio emptos differentia ponitur, ibid. num.38.
Quoad ſeruos in bello captos lex ciuilis contraria conſuetudine abrogatur,& in quinque caſibus poſſunt ſibi ipſis peculium, verumque dominium acquirere, ibidē. num.39.
Quoad ſeruos emptitios quicquid donatur eis, aut quicquid lucrantur,dominorum eſt, ſi ſe, ſuaque iura vendiderunt,ib.nu.4.
Serui manumiſſi recipi poſſunt in teſtimonium eorum, quæ ſeruitutis tempore viderunt.libro 12. capitulo 19. num.19.
In ſeruitute manens regulariter in teſtimonium nec admittendus,in tribus tamen caſibus contra patronos teſtificari poſſunt,ib.nu.e.
Seruus Dominum accuſare poteſt in crimine læſæ maieſtatis,ib.nu.23.
An ſeruus, qui ex ludo aliquid acquiſiuit, teneatur reſtituere,ſiue bello captus, ſiue qui ſe vendidit, lib. 11.c. 12.num.8.
An ſeruus auferens de rebus Domini contra expreſſam voluntatem Domini,furtum committat.
Et quid Chriſtianus captus ab Infideli agere poteſt, & tenetur,vid.ver.furtum,l.9.c.16.n.23.& 24.

Syluæ.

Syluæ quædam vicinæ,aut remotæ, communes, vel propriæ,vel ex conceſſione Regis, aut titulo plantationis, l.11.c.10.num.10.
Quando ſylua cædua eſt propria alicuius oppidi,Ciuitatis,aut caſtri,ſi in ea ligna cædentes ſint Ciues, & incolæ,nec peccant, nec reſtituere tenentur, quando, ibid. num.11.
Pœnam tamen poſt ſententiam ſoluere tenentur,ibidem num.12.
In Syluis,quibus non licet ligna cędere, nec licet fructus comedere,ib.nu.17
Qui ligna cædit, aut venatur in ſylua iniuſte prohibita, nec peccat,nec reſtituere tenetur,ib.num.18.vide plura ver.Cæſores.

Synderesis.

Syndereſis conſeruatio legis naturalis in animo.
Vnde deducitur ſecundum Dur.& alios.
Significatur per Aquilam ſecundum S. Hieronym. ſicut tres aliæ partes animæ per alia tria animalia, libro 1. cap.2.num.2.
Eſt ſpiritus,qui pro nobis interpellat. Corrector, & pædagogus animæ. Lux intellectus noſtri,facies animi, numero eod.
Eſt habitus generalis,ſiue lumen cōnaturale,cuius actus, officium eſt inclinare,& inſtigare ad bonum, & a malo retrahere.
Syndereſis præmittit quaſi maiorem ſyllogiſmi, conſcientia concluſionem infert, Minorem aſſumit ratio. cap. eod.num.8.
Syndereſin appellabant iudicium intellectus practici P. Baſil.& Hieron.l.2.c.1.n.4.

Sodomia.

Sodomia ſpecies luxuriæ quid ſit,l.8.c.5.num.16. non ſolum peccatum mort.ſed valde abnominabile, & diuinæ iræ prouocatiuum,ib.nu.eo.
Præcipuam diluuij cauſam ponit Method. ib.
Grauitas huius turpitudinis, ex ſacris ſcripturis oſtenditur,& ex pęnis iure Imperiali, & Pontificio impoſitis, ibid.nu.eo.
Sodomita notorius fit irregularis, ſecus autem ſi occultus ibidem.
De Sodomitica copula,non de actu Sodomitico intelligitur hæc pęna irregularitatis,ib.nu.e.
In caſibus reſeruatis Epiſcopo quando inuenitur actus Sodomiticus, de copula Sodomitica intelligitur, ibid. num.20.
Sodomia poſt Beſtialitatem peccatum grauiſſimum, ib. num.23.

Somnium.

Somniorum cauſæ in vniuerſum quatuor,& quænam illæ ſunt,l.4.c.5.nu.7.
Somnium an a Deo proueniat,coniecturæ aliquæ aſſignari poſſunt,num. 8.
Somnijs vti ad præcognoſcenda futura quando ſit Diuinatio ſuperſtitioſa,quando non illicita, nu.9.

Sors.

Sortium quotuplex genus: & quid Sortilegium, li.4.c.5. num.5.
Sors diuiſoria: Conſultoria: & Diuinatoria quid, nu.16. & 17.
Sors Diuinatoria ferè ſemper eſt peccatum mortale, & quare, nu.18.
Sors conſultoria, quando expectatur aliquid a Dæmone, eſt ſemper peccatum mor.n.19.
Sors conſultoria, qua aliquid expectatur à Deo, quibus conditionibus concurrentibus ſit licita, nu. eo.
Sors Diuiſoria quibus conditionibus concurrentibus ſit licita, nu.20.
Sortibus fieri poſſe temporalium dignitatum electionem duabus conditionibus concurrentibus, nu.21.
Sortibus vti non licet in dignitatibus Eccleſiaſticis, num. eodem.
Scrutinium per ſortes non eſt licitum, libro 12. capit. 11.num.1.
Vt Acham occulte peccans ſortibus inquireretur, diſpenſaſſe Deum dici poteſt, ſicut de adultera. lib.12. cap. 11.numero 1.

Spurius.

An ſpurius poſſit eſſe Tabellio publicus, libro 12. cap. 25.numero 5.

Stuprum.

Stuprum quarta ſpecies luxuriæ quid ſit, & quod propriũ ſit mulieris, non viri etiam virginis, & quare, libro 8. cap.4.num.9.
Stuprum in fœmina virgine cõſtituere ſpeciem diſtinctã, a ſimplici fornicatione, & neceſſario confitendam docetur contra Sot.ib.n.e.
Stuprum grauius peccatum eſt fornicatione ſimplici, & non fit ſine conſenſu virginis.ib.
Aliud eſt perdere virginitatem, aliud integritatem virginalem corporis, aut ſignaculum virginitatis, ibidem num. 10.
Poteſt virgo amittere integritatem ſignaculi virginalis, & tamen non virginitatis virtutem, & meritum, ibidem, num.eod.
Poteſt & virgo moraliter manere, & fecunda dici naturaliter, quomodo, & quando, ib.
Defloratio feminæ etiam grandæuæ ætatis non ſub cura parentum, eſt vere ſtuprum, etiam inhabilis generationi, modo ſit virgo, ib.n.11.

Subditus.

Subditum poſſe agere contra opinionem ſuam, & conſequenter teneri obedire prælato, dummodo habeat dictamen conſcientiæ, communis, & vera ſententia contra Adr.l.1. c.12.n.2.
Cur ſubditus contra opinionem propriam teneatur obedire prælato, non recte ratiocinatur Corduba, ibidem num.3.
Subditus, qui exiſtimat probabiliter, quod præcipit ſuperior eſſe bonum, & quod alias propter probabilitatem opinionis contrariæ facere poterat, ex præcepto ſuperioris tenetur illud facere, ib.n.4.
Probabilitas opinionis, quam ſuperior præcipit ſubdito, vnde naſcatur, ib.nu.5.
Subditum teneri parere præcepto ſuperioris contra opinionem ſuam, quo caſu intelligendum eſt, ibidem num.eod.
Subditi, quando ad bellum vocantur, tenentur obedire Regi ſuo, quoties non conſtat de iniuſtitia belli.
Cum dubitatur, an ſuperior habeat ius præcipiendi, poteſt ſubditus parere quidem, ſed non obligatur. ibidem.
Subditus in dubio an ſuperiori parere poſſit, aut teneatur, l.1.c.13.n.37.
Subditus dubius, an licite fieri poſſit, quod præcipitur, nullo modo obedire tenetur, ib.n.39.
Votum ſubditi ex licentia Prælati emiſſum ex rationabili cauſa irritari poteſt, vid.ver.votum, lib.6. capit. 9. num.13.
Subditi eſt parere ſuperiori, & non examinare iuſſa ſuperiorum in ijs, quæ non ſunt per ſe mala, ib.n.e.

Superior.

Superiori quando tenetur ſubditus obedire, lib.1. capit. 11.num.2.
Probabilitas opinionis, quam ſuperior præcipit ſubdito, vnde naſcatur, ib.n.5.
Superioris præcepto parere debere ſubditum, & teneri contra opinionem propriam quo caſu intelligendum? ibid.nu eod.
Subditus in dubio an parere poſſit, aut teneatur prælato, l.1.c.13.n.37.
Cum dubitatur, an ſuperior habeat ius præcipiendi, an teneatur ſubditus obedire, ib.nu.41.
In huiuſmodi caſibus, de quibus dubitat ſubditus, an liceat operari, maxime ſuperioris qualitas conſideranda, ibid.
An, ſuperior ſi votum ſubditi ex voluntate ſua velit irritare, quia tantum illi placet, valeat irritatio talis, & an peccet ſuperior ſic irritando? vide ver. votum.l.9.c.9. num.13.14.& ſeq.
An Superiores, & Prælati Epiſcopis inferiores vota ſubditorum ſuorum commutare poſſint, & in eis diſpenſare, l.6.c.11.nu.82.vide ver.Prælati.
An ſuperior vota Nouitij commutare, aut in ijs diſpenſare poſſit, ibidem. numero 9. Et quid de poteſtate ſuperiorum in Religioſis circa votorum diſpenſationem, ibidem.

Superſtitio.

Superſtitio vitium virtuti Religionis oppoſitum, libro 4. cap.4.num.1.
Superſtitionis ſpecies quæ, ib. vide verſ. Idololatria.

Suſpicio.

Suſpicio radix, & origo omnium peccatorum, quæ verbo committuntur, l.12.c.3.n.1.
Suſpicio, dubium, Iudicium temerarium, quomodo inter ſe diuerſa, & ex quibus procedunt, ibidem, numero 2. & 3.
Suſpiciones ex tribus potiſſimum cauſis prouenire ſolẽt, & an ex ſe ſuſpicio malum ſit, & peccatum, ib.num.4. & 5. Et quãdo erit mortale, ib.nu.6. Eius varij gradus, vt comprehendit Iudicium temerarium, ib. nu.7.8.9. vide ver.Iudicium temerarium.

Suſurratio.

Suſurratio frequens linguæ vitium quid ſit, libro 12.cap. 5. num.1.
Suſurratio duplex; materialis, & formalis, ib.
Suſurratio formalis nõ ſolum ex genere ſuo mortale, ſed contumelia, & detractione grauius; quare, ib. nu.3.
Tripliciter poteſt contingere, vt ſit veniale, ibid. numero eodem.

Suſurratio materialis ex genere ſuo mortale non eſt, ſed aliquando mort.aliquando veniale,ib.n.4.

Suſurratione propriè dicta honeſtæ amicitiæ diſſoluntur, inhoneſtam autem diſſoluere ſuſurratione an liceat, ibid.num.eod.

An qui alterius gratiam,aut amicitiam obtinere non poteſt,niſi alium excludat, ſuſurratione id facere poſſit. ibid.nu.5.

T

Tabellio, vide Notarius.

Tactus.

Tactus,& amplexus communiter habent idem motiuum,& obiectum moraliter,ac actus ipſi, quos circumſtant,l.8.c.6.nu.1.

Tactus oſcula,amplexus quomodo inter ſponſum, & ſpõſam ante matrimonium eſſe, aut non eſſe poſſint ſine peccato,etiam cum delectatione,ib.nu. eo.

Inter non coniuges peccata erunt mort. quando ib.

Qui opere aliquo externo ad rem veneream excitandam ordinato vtitur,peccat,ib.nu.2.

Qui aſpicit, ac deſiderat mulierem ad concupiſcendum, æque mortaliter peccat, ac in ipſa fornicatione, ibid. num.3.

Qui,vel quæ in feneſtra ſe ponit animo, vt videatur, a quo ſcit ſe carnaliter adamandum,peccat mor.quoties facit,licet non conſentiat.ib.nu.4.

Tactus de ſe non impudicus mortalis, quando.lib 8.c.7. num.32.

Delectatio ex tactibus,oſculis,amplexibus, vel inter coniugatos,vel non coniugatos quando,& quale peccatũ? ibidem num.33.

Teſtimonium falſum.

Teſtimonij falſi appellatione omnis iniuſtitia verbo prolata prohibetur ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium,lib. 12.c.1.num.2.

An contra inimicos falſum teſtimonium dicere prohibemur, & an contra ſeipſum quis dicere poſſit, ibidem, num.3.& 4.

An, & quale peccatum ſit Teſtimonium falſum in iudicio ferre, & quotuplex mendacium in iudicio cõmiſsũ eſſe poteſt,l.12.c.19.n.1.2.

Teſtimonium falſum ſecluſo iuramento quando ſolum veniale,quando ex genere ſuo mort.ib.n.4. 5. cum iuramento quid,n.6.

An,qui pecuniam accepit pro falſo teſtimonio,acceptam reſtituere teneatur,ib.n.12.

Ex rei neceſſitate non debere reſtituere tenet Nau. rectũ autem Salon.ib.n.14.

Teſtimonium obſcurum, & dubium in cuius fauorẽ, aut contra quem interpretandum,ib.nu.15.

In Iudicijs duodecim genera perſonarum a teſtimonio ferendo excluduntur,ib.n.20.

Vide plura verb.Teſtis.Reus. Iudex.

Teſtis.

Teſtis a Iudice legitime rogatus in iudicio, & non manifeſtans an reſtituere teneatur pęnam, ad quam Reus condemnaretur,ſi veritatem dixiſſet. libro 10. tract.2. capit. 14. num. 2. ad reſtitutionem damni teneri certũ eſt,ibid.

In Ciuilibus ad præmium, in Criminalibus non item. num.3.

Qui dat Iudici,aut teſti aliquid, vt verum dicat, an peccet, & an, qui accipit aliquid pro opere iniurioſo, ſic acceptum reſtituere teneatur,libro 10. tract.5. capit.3. num.11.

Cui vero reſtituendũ ſit, quod teſtis ſic accepit pro actione iniuſta committenda,ib.n.17.

Teſtis obligatur veritatem dicere triplicem ob cauſam, & quam grauiter peccat falſus teſtis, libro 12.c.19. num.2.

Teſtis falſo deponens contra innocentem in iudicio tenetur ad reſtitutionem,ib.n.8.

Tenetur huiuſmodi teſtis cum proprio vitæ periculo dictum ſuum retractare,quare. ib.nu.e.

Quando eo dictum ſuum retractante adhuc ſunt alij teſtes,qui dictum non retractant,quid agendum,ibidem num.9.10.& 11.

An quilibet in iudicio Teſtis eſſe poſſit, & quare aliqui a a teſtimonio ferendo repellantur, ib.n.16.

In perſonis teſtificantium quinque præcipue conſideranda,& quænam illa ſint,ib.n. 17. vſque ad 21.

Serui manumiſſi teſtes eſſe poſſunt eorum,quæ viderunt tempore ſeruitutis,ib.n.19. In tribus caſibus contra patronos teſtificari poſſunt,ib.n.eo.

Laici contra Clericos in criminalibus teſtificari non poſſunt.nu.20.

An Clericus in cauſa criminali ſanguinis præmiſſa proteſtatione ſit, regularis morte ſecuta eius, contra quem teſtificatus eſt.ib.n.21.

An filius in criminalibus teſtificari poſſit contra patrem, & in crimine læſę maieſtatis ſeruus contra Dominum. num.22.23.

An filius obligetur accuſare patrem de crimine hæreſis, aut Infidelitatis,ib.n.24.vſq; ad 27.

An liceat Reo obijcere teſtibus quæcunque crimina ad eorum dicta refellenda. An ad neceſſariam bonorum conſeruationem liceat reuelare crimen verum falſi teſtis.ib.n.28.& 29.

Teſti etiam verum deponenti crimina occulta licet obijcere, quibus Reus inefficax reddat eius teſtimonium. ibid.num.30.

Etiam homicidium occultum. nu.31.

Teſtis ad teſtimonium ferendum inhabilis effectus per obiecta crimina a Iudice repellendus, etiamſi non repellatur à Reo.ib nu.32.

An Reus obijciens crimen falſum teſti falſo non valens alia via ſe tueri peccet contra iuſtitiam, ib.

An ſit peccatum mortale ſemper falſo teſtificanti, aut cõtra iuris ordinem teſtimonium ferenti falſum crimen obijcere,ib.nu.34.

Teſtis abſque iuramento interrogatus iuridice grauiter peccat,ſi veritatem neget,aut taceat, ſecus vero ſi non legitime,l.12.c.20.n.1.

Quid requiritur,vt teſtis iuridice interrogetur, ita vt veritatem fateri teneatur,ib.nu.2.

Teſtis in fauorem iudicis, vt plurimum, inclinare debet, quando autem potius, & magis præcipue in fauorem Rei,ib.nu.3.

Teſtimonium quando potius dicendum,quam celandũ, & quare,ib.nu.4.

Quando tenetur teſtis iudice per viam accuſationis procedente reſpondere,ib.n.5.

In his, quæ ſunt in damnum alterius, Iudex non hẽt ius interrogandi Reum, niſi exiſtat ſemiplena probatio, vel infamia,Teſtem vero poteſt interrogare,etiã ſi iſta non præcedant,ib. nu.6.

Ad interrogandum teſtem ſufficit, vt vel ſint manifeſta, de quibus præceſſit infamia,& ſic Doctrina S.Thomæ intelligenda eſt,ib.n. eo.

Quid dicendum ſit, quando Iudex per viam inquiſitionis procedit? Inquiſitio duplex Generalis,& ſpecialis, ibid.num.7.

In quo caſu ſciens authorem, etiamſi vnus tantum ſciat, prodere teneatur,ib.nu.8.

Si crimen commiſſum non ſit in Rempub.nec ſit lęſę maieſtatis,nec in futurum pendens, ſit tranſactum, non

tenetur

tenetur teſtis delinquentem prodere. Non opus eſt,vt infamia delinquentis præcedat in aliquo caſu, vt teſtis Reum in aliquo caſu prodere teneatur, ib.n.9.

Vt Iudex legitime ſpecialiter inquirat , & teſtis rogatus reſpondere teneatur , ſufficit , & requiritur , quod infamia præceſſerit tam perſonæ, quam delicti , ibidem. num.10.

An aliquis in ius vocatus tanquam teſtis teneatur legitime rogatus crimen prodere ſub ſigillo ſecreti commẽdatum , quodque ſub iuramento ſe ſeruaturum promiſit, ib.nu.11.

Secreta commiſſa in confeſſione vere ſacramentali, nullo modo manifeſtanda quamuis in totius mundi damnũ vergerent . Secretum vero extra confeſſionem ſacramentalem etiamſi ſub iuramento factum reuelãdum eſt,quando,n.12.& 13.ib.nu. 12.

Delicta iam facta , & nullo modo in futurum pendentia non tenemur accuſare,vel denunciare, & de his ſecretum nobis commiſſum,ſiue per viam accuſationis, ſiue Inquiſitionis , non tenemur illa prodere , cum qua tamen conditione,ib.nu.14.

Quando bonum commune , aut ius innocentis periclitatur,tunc ius naturale ſeruandi ſecretum amici locum non habet,& quare,ib.nu.15.

Procuratores, Tabelliones,Aduocatos,Conſiliarios,Medicos,Chirurgos,Obſtetrices nullo modo poſſe reuelare ſecreta ſibi commiſſa,aut contra eos teſtificari, ibid. num.16.

Reuelare ſecretum,quod quis promiſit non reuelare , ex quo ſeruato graue damnum Reipub.aut alteri non infertur,eſt ex genere ſuo mortale.ib.n.17.

Ad ſciendum quænam , aut quando detectio ſecreti eſt mortalis quid reſpiciendum, & cur detectio leuis peccati confeſſi ſacramentaliter ſit peccatum mortale , ib. num.eod.

An rogatus quis de criminibus occultis reſpondere teneatur,ib.nu.18.

An,& quando obligetur quis etiam non vocatus a iudice teſtificari,ib.nu.19.

In cauſis ciuilibus , & pecuniarijs quotieſcunque proximus graue damnum patitur , tenetur quis vltro ſe offerre ad teſtificandum,ib n.20.

Quomodo intelligenda ſit hæc propoſitio,& quãdo procedit explicatur,& num.22.vt conſanguinei,& affines contra ſe teſtificari poſſint , quid reſpiciendum , ibid. num.21,

Non ſolumad condemnationem , & damnum Rei , ſed quando neceſſarium, & vtile eſt ad liberandum innocentem,tenetur vltro ſe offerre,ib. n.23.

An,& quando teneatur Teſtis ad reſtitutionem ex omiſſione teſtimonij. ib.n.24.

Vocatus,& iuridicè rogatus,occultans, vel negans veritatem,quam in re graui tenetur confiteri,peccat mortaliter , & reſtituere tenetur damna ſubſecuta , ibidem. num.25.

Teſtis bona fide abſens , cui mandatum iudicis intimatũ non fuit,non peccat , ſciens vero ſe vocandum a Iudice,& ſe per fraudem occultans ne vocetur , peccat,ſed non ad reſtitutionem obligatur.ib.nu.26.

Damna ex violatione iuſtitiæ ſecuta obligationi reſtitutionis ſolum obnoxia communis Regula Theologorum,ib.nu.eo.

Qui ſe occultat antequam vocetur,aut vocatus,& occultans prudenter veritatem ad vitandum aliquod magnum damnum ſuum,aut parentum , & ſiue in vita,ſiue in fama,ſiue honore, aut bonis, non peccat, nec tenetur reſtituere,ib.nu.27.

Quomodo autem hoc procedit , & his non obſtantibus quando tenetur,ib.nu.e.

Conſanguinei,affines,& alij a iure impediti,etiam in caſibus , quibus compelli poſſunt a Iudice ad teſtificandum,raro tenentur teſtimonium ferre,ib. n.28.

Si Pater meus innocentem aggrediatur,vt occidat,quem ego defendere non poſſum,niſi Patrem occidendo,nõ teneor innocentem defendere,ibidem,num.eod.

An teneatur quis ſe offerre ad teſtimonium ferendum ad condemnationem alicuius , etiam ſi accuſatori periculum immineat , niſi ipſe teſtimonium ferat , ibidem, num.29.

Quando Paria ſunt pericula Actoris, & Rei, Reo potius fauendum inuito , quam Actori ſponte damnum patienti.ib.num.eo.

Quando excommunicatio fertur in omnes, qui talẽ ſcripturam,aut inſtrumentum habent , & contra omnes, qui ſciuerint talem perſonam habere , an, qui hoc ſcit, teneatur reuelare,ib.nu.30.

Inſtrumenta , ſeu ſcripturæ ipſæ ſunt in duplici differentia,ib.nu.eo.

Quando Reus, & teſtis obligantur prodere, quãdo non, & qualia inſtrumenta,vel publica, vel propria explicatur,& n.ſeq.32.ib.nu.31.

Diminute ſcribens depoſitiones teſtium tenetur ad damna', & intereſſe parti , vel fiſco , & in multis locis caſus eſt epiſcopo reſeruatus,l.12.c.25. nu.11.

Teſtis quando deponere tenetur , omnino iurare debet , & ſic iuratus teſtificari, alioqui teſtimonium nec validum,nec fidem habet,l.12.c.21. n.1.

Teſtis non poteſt depoſitionem ſuã in ſcriptis iudici tradere,ib.n.2.

Teſtis ſi in ſcriptis depoſitionem ſuam expreſſam legerit,non valet contra Bald. ib.nu.3,

De teſte,qui extra iudicium non iuratus vnum dixerit,in iudicio autem contrarium reſpondit , quid dicendum, ib.num.4.

Teſtis correctio ſtatim , & in continenti facta quæ dicitur.ib.nu.7.

Teſtimonium tam primum, quam ſecundum in quo caſu reprobandum, & teſtis tanquam periurus a teſtificãdo repellendus, ib.

Teſtis poſteriori reſponſioni in iudicio exhibitæ ex interuallo ſtandum eſt in crimine hæreſis , etiamſi prior cũ iuramento emiſſa ſit,ib.n.8.

Procedere hoc dictum etiam, quando teſtificantur cõtra alios , conſentit author cum Pegna contra Couarr. & alios,ib.nu.9,

An , ſi tabellio vnum ſcripſerit , & teſtis iuratus dicat ſe aliud dixiſſe , cui in hoc caſu credendum ſit , ibidem, num.10.

An,& quomodo inſtrumentum publicum tabellionis improbari poſſit, ib.n.11.

Teſtes quando ad inuicem diſcordes ſunt,quid agẽdum, ib.nu.12.

Vbi pares ſunt probationes,ex parte rei ſemper adeſt iuris præſumptio.ib.nu.13.

Si ex parte actoris probationes aliquo modo excederent, ſemper adeſt iuris præſumptio. ib.

Teſtes vtriuſque partis quando per ſe inter ſe diſcutiant, quid agendum,ib.n.14.

Teſtes ſi ſint numero, & dignitate pares, ſentẽtia pro reo ferenda eſt,niſi in matrimonio , cauſa libertatis, dote, teſtamento,&c.ib n.15.

Teſtes ſingulares an ſufficiant ad probandum aliquẽ eſſe hæreticum,ib.n.16.

Teſtes ſingulares ſufficere ad aliquem vſurarium manifeſtum probandum,eſt ſententia Cou. & authori non placet,ib.n.17.

Teſtes ſingulares quando ſufficiunt ad torturam rei , ibi. num.18.

Teſtis vnus regulariter non facit probationem, & quare in religionibus fidem faciunt teſtes ſingulares , ibid. num.29.

Conuictus nemo dicitur niſi ad minimum per duos teſtes conteſtes,ib.

Vt aliqui ſint conteſtes,qui requiruntur ad plenam probationem,quid requiratur,ib.n.20.

Quando plures teſtes vnus poſt alium viderunt delictũ, vere ſunt conteſtes,ib.

An teſtes de auditu ad plenã probationẽ ſufficiãt,ib.n.21

Si

Si teſtis audierit delictum, quando delictum conſiſtit in voce, ſatis ſit, an vero requiritur delinquentem loqui, & eum videre, ib.nu.22.
Praxis quædam pro multis caſibus notanda, ibidem. num.23.
Duo fide digni, & omni exceptione maiores ſufficiunt, & neceſſarij ſunt ad plenam probationem, & contra ius naturale eſt minori teſtimonio quempiam condemnare, ib.num.24.
Quis numerus teſtium ſufficiens, aut neceſſarius ſit ad alicuius cauſæ probationem, aut confirmationem. ibidem.
In teſtimonio duorum cum actore miſterium firmitatis ſignificatur, ib.
Plures teſtes requiruntur in aliquibus caſibus ex diſpoſitione iuris poſitiui, ſicut in teſtamentis quinque, aut ſeptem, & in codicillis, ib.nu.25.
Epiſcopus Cardinalis non dãnatur niſi 72.teſtibus, preſbyter Cardinalis non niſi cum 64. Diaconus cum 27. qui numerus requiritur tantũ in Clericis Eccleſiæ Romanæ triplici ex cauſa, ib.
Teſtis, vt teſtis, nunquam torqueri debet, ſed vt habet rationem Rei.ib.

Timor.

Timor pœnæ inferni bonus eſt, & dicitur ſeruilis ſine ſeruilitate: Aliquando vero eſt timor malus, & dicitur ſeruilis cum ſeruilitate, l.8.c.7.nu.8.

Titulus.

Titulus eſt cauſa, & fundamentum iuris in re, eiuſque radix, & origo, vnde dominium emanat, libro 9.cap.3.num.3.
Titulus duplex, verus, & legitimus, aut præſumptus probabiliter, aut iuſte, l.eo.c.eo.n.4.

V

Venatio.

VEnatio an licite prohiberi poſſit, libro 11. cap. 9. num. 6.
Venatio iure naturæ licita, & vtilis, merito tamen Clericis prohibetur, multo vero ſtrictius Religioſis, ibidem. num.6.
Captum tamen a clericis illicite venantibus proprium fit Venantium, ib.nu.7.
Etiam laicis iuſtis de cauſis prohiberi poteſt a Principe venatio, & quare. n.8.9.& 10.
Venationem an prohibere poſſint magnates, & optimates, quatenus, & an ſine licentia Regis tacita, vel expreſſa, ib.nu.11.
Qui prohibent venationem in montibus, lociſque communibus, vel priuatis, ad quæ tenentur, ibidem. num.12.
Qui venantibus in loco prohibito pœnam mortis imponunt, aut mutilationis, peccant, ib.nu.13.
Prohibere vnuſquiſque poteſt, ne quis in agro ſuo venetur, ib.nu.14.
An facta lege a Principe, ne quis in locis prohibitis venetur, venans venando peccet, ib.n.15.
An, & quando venantes contra prohibitionem capta reſtituere teneantur, ib.nu.16.vſq; ad n. 29.
Clerici venatores, licet aliquando peccent, reſtituere tamen non tenentur, ib.nu.20.

Veritas.

Veritas in iudice requiſita duplex, rei, & conſcientiæ, conſcientiæ item veritas triplex, & quam ex his in iudicando ſequi debeat, l.12.c.8.nu.1.
Veritatem. & ſcientiã in iudicando, quam ſequi poſſit, & teneatur iudex, caſu quo innocens reipſa, & ſic cognitus iudici per allegata tamen, & probata nocẽs, & reus conuictus ſit, ib.nu.2.
Qua via, aut quibus remedijs teneatur iudex veritatem eruere contra iniuſtam accuſationem innocentis, ibid. num.3.4.& 5.
Caſu, quo nullum ex prædictis remedijs ſufficiat, quid iudex facere teneatur ad liberandum vere innocentem, probatum tamen nocentem, ib.n.6.

Viſitatores.

Viſitatores, qui quodcunque, & qualitercũque offeratur, recipere præſumunt, maledictionem incurrũt, l.3.c.9. num.31.
An præcepta viſitatorum de immediata denunciatione intelligantur, vt crimina ſcientes manifeſtent, libro 11. cap.4.nu.19.
Huiuſmodi præcepta ſub excommunicatione, aut iuramento manifeſtare, & denunciare delicta, quando obligant, l.12.c.14.nu.22.
Varij caſus, in quibus non obſtante tali mandato generali, vel ſpeciali, non tenẽtur ſubditi manifeſtare delicta. ibi. nu.27.vſq; ad nu.33.
Viſitatores.vid.verſ.Inquiſitores.

Vitium.

Vitium contra naturam in quo conſiſtat, eiuſque nomina varia.vid.ver. Peccatum, l.8.c.5.n.4.
Vitium contra naturam, quando reſeruatum inuenitur, intelligitur cum ſecunda perſona, ib.n.20.
An concurrere poſſit cum peccatis luxuriæ naturalis in eadem ſpecie, ib.n.eo.
Inter vitia contra naturam grauiſſimum eſt beſtialitas. vid.ver.Beſtialitas.ib.num.23.

Viuaria.

Viuaria quæ proprie dicantur, lib.11. cap.9. num.3.

Voluntas.

Quid ſit, & quomodo in agendo dirigitur, & in quæ tendit tanquam principia immobilia, libro 2. capit. 1. num. 4.
Principium operationum humanarum, ib.nu.11.
Naturalis appetitus finis in voluntate, quid conſequitur, & quot operandi modos exercet circa finem, ibid. num.5.
Quænam voluntatis actiones circa finem, quæ circa media, & quomodo diſtinguuntur, ib. nu.6. & 7.
Inter voluntatem efficacem, & ſimplicem complacentiã, quæ ſit differentia, l.8.c.7.n.7.
Voluntas, quando excuſetur a malitia operis exterioris, ib.num.8.
Omnis voluntas efficax de opere, & obiecto malo mortaliter, aut venialiter, peccatum mort. aut veniale erit, non autem ſimplex delectatio; Quare, ib.n.15.

Voluntarium.

Voluntarium quoad nominis notionem quid ſignificet in ſacra ſcriptura, & quoad rem a Philoſophis definiatur, l.2.c.2.num.1.
Volũtarium duplex, directe, & indirecte, & quomodo ſe habeant hæ ſpecies in actionibus humanis. ib.n.2.

Vt omiſſio ſit voluntaria,& homini imputetur ad culpã, quot conditiones neceſſariæ,ib.n.3.

A violato ſtuprato ſi non acceſſerit voluntas pudicitiæ vere non tollitur,ib.nu.4.

Omne violentum abſque poſitiuo conſenſu non ſtatim dicendum eſt inuoluntarium ſimpliciter, ibidem nu. eodem.

Quod ex metu fit,eſt ſimpliciter voluntarium, inuoluntarium ſecundum quid,ib.n.5.

Voluntarium an augeatur ex concupiſcentia,lib.2.cap.7. num 10.

Nec voluntarium,nec inuoluntarium facit ignorantia cõcomitans,ſed non volentem,l.2.c.9.n. 39.

Votum.

An qui ante pubertatem emiſerit votum religionis, & poſtea dubius ſit, an habuerit vſum rationis tunc temporis ſufficientem,votum adimplere teneatur, quamdiu dubius manet,l.1.c.13.nu.36.

Votum a voluntate dictum cum tamen actum rationis importet, eiuſque deſcriptio optima quæ, lib.6.capit. 1.num.1.2

Voti ratio ex promiſſione perficitur, vnde etiam ſequitur obligatio,ſufficit autem vt promiſſio fiat implicitè, ib. nu.3.& 4.

Votum ſolemne caſtitatis annexum ſuſcipienti ſacros ordines impedit, aut dirimit matrimonium etiamſi nec implicite votum emittat, ib.n.eo.

An puer ante vſum rationis ſacris initiatus cogi poſſit ad ſeruandum caſtitatem ratione ſtatuti eccleſiæ, cum nõ poſſit ratione voti.ib.n.5.

Propoſitum ſolum,aut deſiderium deliberatum faciendi bonum non ſufficit ſine promiſſione,& animo obligãdi,ib.num.6.

Propoſitum,etiamſi diu duret, & verbis etiam exprimatur,non habet vim voti,quare,ib.n.e.

Qui religionem ingreditur, & in ea ſuſcipit habitum etiã cum firmo propoſito manendi,non cenſetur votũ emiſiſſe,ſi deſit promiſſio.ib.nu.7.

Qui putant propoſitum cum habitus ſuſceptione habere vim voti ſolemnis,refelluntur.ib.n.8.

Poteſt talis ad ſeculum redire,& matrimonium contrahere non obſtante propoſito,ib.n.e.

An voti perfectionem qualis promiſſio neceſſaria. ibid. num.9.

Cuinam fieri debeat iſta promiſſio,vt ſit votum, ibidem, num.10.

Vota,quæ fiunt ſanctis,propriè vota non ſunt,niſi quatenus Deus in illis honoratur, ib.n.e.

Qui ſanctis,aut prælatis ſuis aliquid vouet Deo vouet ſe impleturum, quod ſanctis, aut prælatis promittit. ibidem.

Votum ſemper de aliquo maiori bono fieri debet.ibidem num.11.

Ad validitatem voti requiritur, vt promiſſio non ſit a ſuperiori reuocata,ib.n.12.

Vouere ingreſſum religionis ſanctius eſt,quam non vouere. Melius eſt, & magis meritorium aliquid factum ex voto.n.13 Quam ſine illo tres ob cauſas, ibid.numero 14.

Votum aliud reale,aliud perſonale, aliud miſtum, aliud temporale,aliud perpetuum Conditionatum, abſolutum,ſimplex, ſolemne,l.6.c.2.nu.1. & 2.

Voti ſolemnis ratio in quo conſiſtat ſecundum S. Thom. quæ vero ſit ſententia probabilior, ibidem. numero 3. & 4.

In quo votum ſolemne præcipue differt a ſimplici. ibid. num.eod.

Votum ſolemne dirimit matrimonium contractum per ſe,votum annexum ſacris ordinibus per accidens,ibid. num.5.

Votum ſolemne matrimonium dirimere cenſetur ex Apoſtolica traditione deſcendere, ibidem, numero, eodem,

Votum ſolemne religionis iure diuino, & naturali cõtrahendum impedit,contractum dirimit ſecundum Concil. Trid.nu.6.

Voti ſolemnitatem eſſe de iure poſitiuo refellitur,& quomodo ex inſtitutione eccleſiæ inuentam eſſe intelligendum.ibid nu.8.

Votum ſolemne in religione non approbata emitti non poteſt.ib.nu.9.

Materia voti propria actus virtutis,aut res bona, potiſſime vero bonum ſupererogationis, & quid illud ſit,l.6. cap.3.nu.1.

Votum de re illicita nullum,ib. nu.2.

Vouere veniale aliquando erit mortale, ibidem. numero 3.

Vouere Deo licitum pro illicito obtento, nõ eſt obligatorium, & potius blaſphemia quam votum, ibidem. num.4.

Promittendo licitum pro re licita ex cauſa tamen turpi peccat,obligat tamen ſi conditio adimpleatur, ibidem. num.5.

Promittere licitum pure conditionaliter apponendo euẽtum illicitum, obligat conditione adueniente,ibidem. num.6.

An ſi quis voueat licitum ex re illicita tanquam ex fine ſecundario commotus, votum eius validũ ſit, & obligatorium.ib. nu.7.

Votum de re abſolute neceſſaria aut impoſſibili non tenet,num.8.

Votum de nunquam peccando mortaliter ex ſua natura verum, & validum eſt contra Nauarr. ibidem. num.9.

Ne huiuſmodi vota fiant, præſertim quoad peccata cordis,maxime conſulendum, ib.

Votum de non peccando venialiter circa aliquam materiam certam validum eſt,& obligatorium,ibidem.nume.eod.

An qui vouit abſolute abſtinere a uenialibus ab ijs ſaltem, abſtinere teneatur, quæ uitare poteſt, ibidem. num.10.

Votum de rebus indifferentibus omni circumſtantia conſiderata nullum eſt,nec obligatorium,ib.n.11.

Vouens ſtulta uolta,ut nõ lauare, filare,&c. in honorem huius,uel illius Sancti non tenetur adimplere, ib.n.12.

Votũ de induenda ueſte alba die Sabbathi ob honorẽ B. Virg.tenet,aut de ueſte uili,& aſpera, ib.nu.13.

Qui dubitat,an res,de qua uotum factum eſt, ſit indifferens,non poteſt illud propria authoritate infringere. ibid.num.eod.

Vota facta in uniuerſali, quæ in particulari poſſunt eſſe bona,& mala,fieri non debent,ib.n.14.

Vota de bonis temporalibus licite fieri poſſunt, ibidem. num.15.

An de re lege naturali, aut diuina præcepta uotum fieri poſſit.ib.num.16.

Votum uiolare factum de rebus, quæ ſunt ex præcepto, non grauius eſſe,quam ſi uotum non eſſet emiſſum error Ioa.Gerſ.ib.nu.eo.

Quæ neceſſitas non tollit rationem uolũtarij, ſed ſub uoto cadere poteſt.ib.nu.17.

Vouere rem alioqui præceptam quare bonum, & utile, ib.num 18.

Votum ſecundum de eadem re emiſſum non multiplicat peccatum,quare,ib.nu.19.

Votum ad præceptum,ſeu legem naturalem, aut diuinã accedens quando inducit nouam obligationem, ibid. num.20.

Votum de re præcepta non eſſe complete, & propriè uotum S.Thom.non affirmauit,ut uoluerunt alii,ibidem num.21.

Qui uouit ſe daturum aliquid pauperibus,ſi idem det Petro in extrema neceſſitate conſtituto,non ſatisfacit uoto,quicquid contradicat Azor.ib.n.22.

An in baptiſmo fiat proprie votum, cum quis abrenũciat mundo,& ſeſe Eccleſiæ obligat ad ſeruanda præcepta, & modo dicuntur fideles vouere legem euangelicam. ib.nu.23.
An de rebus,quæ repugnant bonis conſiliorum,votũ valide fieri poteſt, & an ſimpliciter, & abſolute contra conſilia euangelica vouere,quis poſſit.ibid. nume. 24. & 25.
Qui vouit abſolute,ſe nunquam votum facturum,tali voto non tenetur.ib.nu.26.
An,qui vouit ſe nunquam votum facturum ſine conſilio alicuius viri docti,ſi poſtea emittat, validum ſit. ibid. num.27.
An,& quale peccatum ſit emittere votum de rebus, quæ conſilijs euangelicis repugnant.ib.nu.28.
An de ijs,quæ maius bonum impediũt,vouere poſſimus, ib.nu.29.
An valide fieri poſſit votum de bonis illis, quæ licet non ſint formaliter religioni contraria,ſunt tamen abſolute loquendo incompatibilia,ib.nu.30.
Iuramentum de matrimonio contrahendo iurantẽ obligat,non autem votum vouentem,quare.ibidem,numero 31.
Voto matrimonio non obſtante, poteſt quis ingredi religionem,ſiue diſpenſatione.ib.nu.eo.
Votum tamen de matrimonio ex circunſtantia,laudabile fieri poteſt,& validum.ib.nu.eod.
Qui votum emittit ob certum aliquem finem poteſt ſua authoritate commutare votum illud, etiam in aliquid Deo æque gratum.ib.nu.31.
An votum de contrahendo matrimonio ſine copulæ conſummatione validum ſit,& obligatorium. ibidem,nume.33.
Obſeruatio voti manifeſte nociua notabiliter vergens in detrimentum perſonæ non obligat. ibidem, numero 33.
Conditio prima vouentis eſt ſine dolo, aut fallacia vouere:dolus autem tribus modis contingere poteſt.l.6.c.4. num.1.
An qui vouet ſolemniter,abſq;animo vouendi ſit compellendus in foro conſcientiæ.nu.2.
Qui intendit vouere,ſed non adimplere promiſſum, vere vouet,& obligatur.ib.nu.3.
Quando quis vere intendit promittere,& vouere,non tamen ſe obligare, an huiuſmodi votum ſit validum, ſit & obligatorium,cum potius habeat animum etiam nõ obligandi.ib.nu.4.
Ad validitatem voti ſatis eſt intentio virtualis,nec requiritur formalis,& expreſſa ſe obligandi.ibidem, numero 5.
Votum ex natura ſua, & non ex intentione vouentis vim habet obligandi, de quo male citauit Nauarrus. Caietan.ib.nu.6.
Conditio ſecunda ex parte vouentis eſt deliberatio. ibid. num.7.
Quæ,& quanta debeat eſſe deliberatio,vt fiat votum validum,& perfectum,& quid de voto metu,aut in ebrietate,aut ira emiſſo.ib.nu.8.9.& 10.
Ad vota,quæ fiunt, deliberatio ſufficiens in momento tẽporis eſſe poteſt ib.nu.12.
Vouens ex facilitate tenetur votum adimplere.ibidem,nume.13.
Qui fraude, uel ignorantia inductus eſt ad uouendum, non tenetur,nec votum erit ualidum. ibidem, numero eod.
Peccata, in ebrietate commiſſa cur imputentur, uota non item.ib.nu.eod.
Omne uotum uoluntarium eſſe debet,non coactum,quare.ib.nu.14.
Votum ex metu factum non cadente in uirum conſtantẽ, ualidum erit,& obligatorium.ib nu.15.
Votum ex metu mortis intrinſecus, uel diuinitus illato obligat in conſcientia quare.nu.eod.
Votum factum metu mortis extrinſecus,ſed ex cauſis naturalibus,aut fortuitis ob alium finem,quam ad extorquendum uotum,erit ualidum, & obligatorium. ibid. num.16.
An uotum factum ex metu cadente in uirum conſtante extrinſecus per iniuriam illato,ut uotum emittat,ſit ualidum.ib.nu.17.
Si puella propter timorem patris minantis uotum emiſerit, ut religionem profiteatur,profeſſio nulla eſt.ibid. nu.18.
Si uoluntas aliqua affuerit,aut alia ex cauſa profeſſionem emiſerint,quam ex timore,ſufficit, ut obligentur. ibid. num.eod.
An uotum ex metu cadente in uirum conſtantem iure naturali,an iure poſitiuo nullum ſit.ib.nu.19.
Cur iuramentum iure naturæ,cum ſit ualidum,non poſſit ab eccleſia irritari,uotum autem ex metu cadente in uirum conſtantem ex eccleſiæ ſtatuto annullari poſſit, ib.nu.eod.
An, qui metu in uirum conſtantem cadente ad ſacros ordines promoueatur,teneatur,uoto caſtitatis.ibi.numero 20.
Votum ex metu cadente in uirum conſtantem,etiam iuramento confirmatum,nullum eſt,& inualidum,ibidem num 21.
Huiuſmodi metus uouentem etiam excuſat ab omni culpa, ſi non exequatur,quod uouerat.ib.nu.22.
An,& quatenus uouere poſſunt pueri.libr.6. capit. 5. nume.1.
Ante uſum rationis nullo modo uouere poſſunt uoto ſimplici,aut ſolemni.ib.nu.2.
Ante annum pubertatis uoto quidem obligare ſe poteſt, poteſt tamen parens irritare,nu.3.
Pueri antiquo iure, quando ſe uoto ſolemni religionis obligare potuerunt,iam uero nouo iure Concil. Triden. quomodo, & quando, ut ualide fiat. ibidem, numero 4.
Matrimonium ab impubere doli capace contractum eſt ualidum , profeſſio autem, aut uotum religionis emiſſum non item,quare.ib.nu.eod.
An uotum ſolemne religionis ante prædictam ętatem ſecundum Concil.determinationem emiſſum obliget ſaltem ad uotum ſimplex,maxime ſi uouens ſit doli capax & de conſenſu parentum emittat. ib.nu.5.
Votum reale ante uigeſimum quintum annum a parentibus irritari poteſt.ib.num.6.Poſt pubertatem etiam inuitis parentibus poſſunt pueri, aut puellæ religionẽ ingredi,& eo ipſo omnia ſub bona dedicat religioni.ib. nume.eo.
An,& qualiter uouere poſſunt ſerui.ibi.nu.7.
Quęnam uota emittere poſſunt coniugati.ibidem,numero 8.
Vir ſine conſẽſu mulieris poteſt uotum emittere de ieiunio,aut peregrinatione,& tenetur implere,quare.ibid. num.9.
An mulier uouere poſſit de ſuccurrendo terrę ſanctę ſine licentia mariti.ib.nu.10.
An ſi ante contractum,uel poſt conſummatum matrimonium uotum peregrinationis, aut abſtinentiæ emiſerit cum conſenſu mariti,teneatur ſeruare etiamſi maritus uoluerit irritare,aut ſi redundet in pręiudicium ſtatus coniugalis.ib.nu.11.
An uel in matrimonio rato,uel conſummato alter coniugum uotum continentiæ emittere poſſit. ibidem , nume.12.& 13
An,quando emittitur uotum ex conſenſu alterius, illud teneat,& obliget uouentem, ſi alter poſtea reuocet cõſenſum.ib.nu.14.& 15.
Maritus, qui conſenſit uoto continentiæ, poteſt debitum petere,& uxor petenti debitum reddere tenetur , licet ipſa petendo peccet.ib.nu.15.& 16.
Si non emiſerint uotum de continentia,ſed pactum quoddam fecerint, quid agere licebit. ibidem,numero eodem.
Quando ambo conſenſerit,ſine diſpenſatione conceſſa ſacrilegium

crilegium committunt, & filij nati ex tali copula ſunt illegitimi.ib.nu.17.

An religioſi aliquid vouere poſſint ſine ſuperiorum ſuorum licentia,& conſenſu,ib.nu.18.

Vota de his,quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem,ante omnem conſenſum ſuperiorum firma ſunt,& obligant,de materia autem prohibita a Prælato in generali, aut particulari non ſunt valida,ib.n.20.

Emittens votum de re a Prælato,aut a religione prohibita,quam ignorabat eſſe prohibitam, & poſtea ſcit, non eſt validum,nec tenetur illud Prælato manifeſtare,aut licentiam petere,vt adimpleat.ib. num.21. Religioſus emittens uotum de re nõ prohibita, obligatorium eſt, quamdiu prælatus non commutauerit, diſpenſauerit, aut irritauerit, ib.nu.22.

Votum emiſſum de tranſeundo ad regulam ſtrictiorem obligat ante omnem conſenſum ſuperioris, ibidem. num.23.

An abbates, & Prælati Religionis uota poſſent emittere olim dubium erat,cum epiſcopis ſubderentur,ibidem. num.eod.

An epiſcopus aliqua uota poſſit emittere,& quę,ibidem. num.24.

Clerici in dignitate conſtituti,vt Parochi,Archipresbyteri,Archidiaconi,Prępoſiti,Priores,Canonici,an aliqua vota,& quænam emittere poſſunt, ib.n.25.

Vouere ex ſe non eſt præceptum,ſed conſilium, emiſſum tamen ab eo,qui vouere poteſt, & de materia licita cũ debitis circumſtantijs ex præcepto eſt,& obligat cõtra hæreticos,l.6.c.6.n.1.

Obligatio voti ex ſe eſt ad peccatum mort. ex accidẽte autem poteſt eſſe ſolum ad veniale, ib.n.4.

An ex leuitate materiæ violatio uoti poſſit eſſe ſolum veniale,ſiue res parua ſit tota materia voti,ſiue pars tantum,ib.nu.5.6.

An, ſi quis voueat recitare vnum Credo ſimpliciter cum intentione obligandi ſe ad mort. omittẽdo peccet mor. ibid.nu.7.

An fractio voti ſit ſpeciale peccatum, & an aliquando ſit duplex peccatum violare votum. ib.n.8.

An,quoties votum frangitur, toties nouum peccatum cõmittatur,ib.nu.9.

An grauius peccatum ſit frangere votum ſolemne,quam ſimplex circa eandem materiam,ib.n.10.

An arctius ſit vinculum voti,an iuramenti,ib.n.11. & cur iuramentum voto adhibetur.nu.eo.

An ſicut eſt mortale ex genere non adimplere votum, ſit etiam mortale pęnitere voti.ib.n.12.& 13.

An promiſſio ſimplex,& nuda obliget ſub mor. ibi. n.14. 15.& 16.Qui promiſit,an animum obligandi ſe habuerit,perpendere debet confeſſarius,ib.n.17.

Promiſſum non adimplere in re graui, cuius defectus cedit in damnum notabile alterius, eſt mortale, ibidem. num.18.

Omnis ſufficiens materia furti mortalis,non eſt ſufficiens materia promiſſionis obligantis ad culpam mort. ibid. num.19.

In quibus caſibus non eſt ſeruanda promiſſio. ibidem, num.20.

Per ſimplicem aſſertionem nullus tenetur adimplere, ib. num.21.

An promiſſio pure mentalis obliget promittentem in cõſcientia ſaltem ad explicandam promiſſionem illi cui mentaliter facta eſt promiſſio,ib.n.22.

Promiſſio facta ſurdo an obliget,ib.n.23.

Promiſſionem factam præſenti non obligare, donec acceptetur probabilior opinio,ibi. De promiſſione ſimplici facta ſine ſolemnitate iuris alicui abſenti num obliget, ib.num.eod.

Ex duplici capite duplex impedimenti genus occurrere poteſt, quod voti impletionem excuſet, libro 6.cap.7. num.1.

Quantum ex materia quadrupliciter fieri poteſt impedimentum excuſans ab impletione voti ſecundum communem regulam Doctorum, ibid.num.2.

Materia voti impoſſibilis, quomodocunque ſuperueniat ſiue ex culpa vouentis, ſiue non, excuſat, ibidem. num.3.

Impoſſibilitate materiæ per naturam,aut miraculũ ſublata,tenetur uotum adimplere contra Paludan. ibidem. num.eod.

An femina, quæ uotum uirginitatis emiſit, & poſtea uotum illud fornicando impoſſibilem ſibi fecit ob uoti obſeruantiam ad caſtitatem poſtea ſeruandam teneatur,ib.num.4.

Habens intentionem perpetuo ſeruandi caſtitatem,ſi poſtea contrahat matrimonium,non ſolum peccat cõtrahendo, & conſummando, ſed quoties debitum petit, ibid.num.5.

An,qui poſt uotum ſimplex caſtitatis contraxit matrimonium; teneatur ingredi religionem,antequam cõſumetur,ſuppoſito quod alter coniux continere nequeat,ib. num.6.

De femina,quæ uouit religionem,& poſtea contraxit,ſed non conſummauit,quid dicendum, ib.n.7.

Quid de femina,quæ uouit non nubere, & poſtea cõtraxit,& conſummauit,ib.n.8.

An qui per ſeipſum uotum adimplere nequit,teneatur id per alium perficere, ib.nu.9. In tribus caſibus ad id tenetur.ib.n.10.

An hæres defuncti uota teneatur adimplere,vel obligatio uoti tranſeat ad hæredes,ib.n.11.12.13.& ſeq.

Ad cognoſcenda impedimenta excuſantia ab impletione uoti ex parte intentionis tres regulæ aſſignantur, lib.6. cap.8.n.1.& 2.

Votum conditionale expleta conditione ſeruandum eſt, non antea,ib.n.2.

Votum Conditionale aliquando pœnale,quod dupliciter fieri poteſt.ib.nu.e.

Conditionis appoſitio quando uotum irritat,ib.n.3.

An,ſi culpa uouentis deficiat conditio, ſub qua uouit, teneatur nihilominus uotum adimplere, ib.n.4.

Quando quis uotum ſuum adimplere teneatur, ſecundũ diuerſos modos uoti emittendi, ib.n.5.

Qui uouit determinando tempus,tenetur intra illud tempus uotum ſuum adimplere,ſiue ſit abſolutũ, ſiue conditionale,quare,ib.n.6.

Quãdo determinatio appoſita ſe teneat ex parte obiecti, non adimplendo peccat mort. tranſacto tamen illo tẽpore,non tenetur amplius ad uotum,ib.n.7.

Qui aliquid abſolute vouit nullum tempus determinando,tenetur ſtatim uotum ſuum adimplere, ac cõmode fieri poteſt contra Caiet.& Nau.ib.n.8.& 9.

An ſi quis uouit in uigilia alicuius Sancti non comedere panẽ,& poſtea uel antea uoueat die ueneris comedere ſolum panem,& coincidant,teneatur abſtinere, ibid. num.10.

An,qui abſolute uouit non comedere carnes die ueneris teneatur abſtinere a carnibus ſi dies Natalis Domini in diem ueneris incidat,ib.n.11.

An,qui uouit ieiunare in die alicuius ſancti, & dies ille in Dominicã inciderit,teneatur in Dominica ieiunare,vel potius in Sabbatho,ib.n.12.

Quid facere oportet eum, qui duo uota diuerſa fecit unum poſt alterum,aut in caſu repugnantiæ, ibidem. num.13.

an ceſſante cauſa,propter quam quis uouet,ceſſet obligatio facti,ib.nu.14.

In uoto ingrediendi religionem quæ præcipue conſideranda, & prærequirenda ex parte uouentis, lib.6.cap. 9.num.1.

Vid.verb.Religio.

an qui uouit religionem certo aliquo in loco ingredi ſi non recipiatur ibi, ſit liber ab obligatione uoti,ibidem. num.6.

an qui determinate uouit unum monaſterium intrare ad tempus expulſus teneatur aliquantum expectare,& in eo iterum tentare ut recipiatur,ib.n.7.

Quid facere tenetur, qui vouit Religionem ingredi non determinando religionem, nec locum in particulari.ib. num.8.& 9.
An qui votum fecit Religionis, voto ſatisfaciat aſſumendo habitum ſeu ingrediendo ordinẽ equitum Militarium S.Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ. ib.n. 10.
Quid facere tenetur qui religionem aliquam certam iam vouit, & quam ſolam intendit, ib.nu.11.
An qui Religionem aliquam certam voui ingredi, teneatur vbique terrarum monaſteria religionis adire, vt voto ſatisfaciat, ne reus iudicetur, ib.n.12.
An qui voluit Religionem in communi ingredi, vel in particulari, & in neutra illarum admiſſus fuerit, quia ignorat grammaticã, ſed reciperetur vt Laicus, teneatur grammaticam diſcere, vel ingredi, vt Laicus, ibid. num.13.
An qui vouit certam aliquam Religionem, aliam ingredi poſſit.ib.nu.14. Vouens ſtrictiorem Religionem ingredi regulariter, & iure communi peccat ingrediendo laxiorem, & quare, ib.n.eo.
An qui vouit Religionem ingredi ſatisfaciat voto, ſi ſtatim egrediatur abſque vlla probatione, ib.n.15.
Cur ſatisfacit iuramento qui iurauit contrahere matrimonium etſi eo animo contrahat, vt ſtatim religionẽ ingrediatur, non tamen ſatisfacit voto ingrediendi Religionem qui eam ingreditur animo ſtatim exeundi, ibid.n.16.
An qui vouit ingredi Religionem poſſit poſt ingreſſum ſine peccato exire, ib.n.17.& 18.
An qui vouit Religionem ingredi, & in ea perſeuerare, & profiteri poterit tuta conſcientia intra annum probationis ad ſeculum redire, ib.n.19.
An qui vouit Religionem ingredi, & dubius ſit an vouerit etiam profiteri, interpretari, & intelligere debet ſe vouiſſe profiteri ib.nu. 20.
An qui vouit ingredi Religionem, & poſtea probationis tempore aliqua crimina commiſit, propter quę eijcitur vel ob peccata ante ingreſſum commiſſa, nõ ſit admiſſus voti obligatione teneatur, ib.n.21.
Qui ex mala, & praua conſuetudine commiſit aliquid, propter, quod eijcitur non tamẽ eo fine ut eijciatur, eiectus liber manet, & tuta conſcientia, ib.n.e.
An qui uouit ingreſſum, & poſtea ex ſua culpa, aut citra culpam non ſit admiſſus, aut ingreſſus non ſit admiſſus ad profeſſionem teneatur in ſeculo ſeruare caſtitatem, & regulam, & alia illius ordinis præcepta. ibidem. num.22.
An qui abſolutè uouit Religionem, non admiſſus aut rejectus teneatur in ſeculo manens caſtitatem, & alia religionis officia ſeruare, ib. nu.23.
Nemo per votum religionis tenetur ad illa tria ſubſtãtialia voto religionis incluſa niſi poſt uotũ ſolemne, quo vouentur explicite, ib.n.24.
An qui poſt uotum ſolemne emiſſum propter mores prauos e religione expellitur, uota eſſentialia, & alia religionis præcepta ſeruare teneatur. ib.n.25.
Quibus uotum irritari, aut annullari poſſit quinque modi aſſignantur, l.6.c.10. n.1.
Irritare uotum quid ſit, & quid ſupponit ubi non recte Valentia, ib.n.4.
Diſpenſare uotum quid, & quid commutare ad quod reducitur uoti redemptio, & quomodo differunt, ibidem num.5.6.
Irritare coram quo poſſunt, ib.num.7. multi uota irritare poſſunt, qui diſpenſare aut commutare nequeunt, ibi. num.eod.
Poteſtas quam habent ſuperiores religioſorum ad irritanda ſubditorum vota non ſolum iure humano, ſed iure naturali & iure diuino illis conuenit, ib.n.e.
Quænam vota religioſorũ a Prælatis irritari poſſunt. ibi. num. 8. Subſtantialia uota ſubditorum non poſſunt, nec uotum de ingredienda religione ſtrictore, ibidem. num.9.
Subditus uotũ ut ſuum prælato manifeſtet, ut a uoto liberetur, requiritur, & neceſſarium eſt, ibid. num.eo.
An ſi religioſus uotum uoueat quo tempore erit ſui iuris, a prælato irritari poſſit, ib.n.10.
An prælatus uota religioſi irritare poſſit, quæ ante religionis ingreſſum emiſit, ib.n.11.
An uotum religioſi ex licentia prælati emiſſum a prælato poſtea irritari poſſit, ib.nu.12.
An ſuperior uotum ſubditi ſine cauſa ex mera uoluntate ſua irritare poſſit, & an peccet ſic irritando, ib.n.14.
An Abbas, & pręlatus uota Nouitiorum irritata poſſit.ib. n. 15. an qui uice ſuperiorum funguntur irritare poſſint uota ſubditorum. ib.n.16.
An ſummus pontifex uota religioſorum irritare poſſit, & laicorum diſpenſare tantum aut commutare, ibidem. num.17.
Quænam uota ſeruorum poſſunt domini irritare, ibidem num.18.
An ſi ſeruus impubes uota aliqua emiſerit domino non præiudicialia, dominus illa irritare ualeat, ſi neque patrem neque matrem habeat. ib.n.e.
An maritus poſſit irritare omnia uota coniugis, ibidem, num.19.
An poſſit uxor uota mariti irritare, ib.n.eo.
An ſi uxor uotum aliquod emiſit implendum poſt mortem mariti poſſit maritus uotum illud irritare, ibidem, num.21.
De uotis quæ a filijs familias fiunt, quæritur, quænam uota eorum a parentibus irritati poſſunt, ibidem, 22.23. 24. 25.
An ſi pater non irritauit uota perſonalia aut realia a filijs ante pubertatem emiſſa, ea poſt pubertatem irritare poſſit, ib.nu.26.
In uota perſonalia filij poſt pubertatem nec ręalia poſt 25.ann.patrem non habere poteſtatem falſum docuit Sot.Quare, ib.n.27.
De poteſtate irritandi huiuſmodi uota duæ contrarię opiniones ab authore reconciliantur, ib.n.28.
an uota perſonalia ab impubere facta cũ animo ea adimplendi poſtquam peruenerit ad pubertatem a patre irritari poſſint, ib.n.29.
Vota perſonalia aut realia filiorum aut pupillorum ante pubertatem emiſſa pro tempore, quo ſui iuris erunt ſemel a patre aut tutore irritata, non amplius reuiuiſcũt poſt mortẽ patris aut tutoris, niſi denuo facta fuerint. ibid.nu.30.
An mater impuberum uota irritare poſſit.ib.n.31.
Diſpẽſatione uoti uinculum ſoluitur, & quid communiter ſumpta diſpenſatio ſignificet, l.6.c.11.n.1. 2.
In particulari uotum, ſicut & lex poteſt non ſeruari, & quis a lege, & uoto proprie diſpenſatus dicitur, ib.n.4. & 6.uid.uer.diſpenſatio.
Poteſtatem diſpenſandi in Eccleſia Dei relictam eſſe de fide certum eſt.ib.n.7.& 13.
Quare uotum cum ſit de iure diuino & naturali neutrũ uiolando diſpenſari poteſt. ib.n.10.
Voti reus ut quis dicatur, ex quibus colligitur, ibidem. num.12.
In omni uoto ſimplici ſiue temporale ſiue perpetuum ſit, pontif.ſummus diſpenſare poteſt. ib.n.13.
In uoto etiam ſolemni continentiæ per ſacrorum ordinũ ſuſceptionem emiſſo, ib.n.14.
An idem poſſit in uoto ſolemni continentiæ in profeſſione religionis emiſſo, ib.n.15.
Exempla multorum qui ex iuſta, & graui cauſa in uoto ſolemni religionis emiſſo diſpenſati fuerunt, ibidem. num.18.
Solutiones argumentorum quæ militant contra poteſtatem diſpenſandi in uoto ſolemni continẽtiæ in aliquo ordine religionis emiſſo, ib.n.22.23.& ſeq.
In uoto ſolemni paupertatis ſicut, & caſtitatis diſpenſare poteſt pontifex.ib.n.27.
Duo præcipue requiruntur ad legitime diſpenſandum in uoto, authoritas, cauſa rationabilis, ibidem. numero 28.

Quinam

Quinam hanc poteſtatem habent in votis diſpenſandis, & quibus ſolus Papa diſpenſat.ib.nu.29.

Vota quæ Papa ſibi diſpenſanda reſeruauit quinq; & cur S.Tho.duorum tantum meminit.ib.nu.35.

In voto Peregrinationis Hyeroſolimitanæ non ſolum in ſubſidium terræ ſanctæ, ſed etiam ex deuotione tantũ ſolus Papa diſpenſat.ib.nu.36.

Abſoluens a quinque votis prædictis excommunicationẽ Papalem non incurrit.ib.nu.38.

Exceptis quinque votis, non ſolum Epiſcopi, ſed & omnes prælati iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam habentes quoad ſibi ſubditos diſpenſare poſſunt.ib.nu.42.

An Epiſcopus diſpenſare poſſit in voto non contrahendi matrimonium.ib.nu.45.

An aliquando diſpenſare poteſt in voto perpetuæ continentiæ, ſeu caſtitatis.ib.nu.49.

An qui virginitatis votum emiſit, poſſit ab epiſcopo diſpenſari.ib.nu.55.

An votum ſuſcipiendi ſacros ordines ſit Papæ reſeruatũ, cum illic includatur votum ſolemne caſtitatis.

An votum factum ſub diſtinctione, vel ſeruandi caſtitatẽ vel ingrediendi religionem Papæ reſeruetur. ibid. nume.61.

An votum de ingredienda arctiori religione poſſit ab epiſcopo diſpenſari.ib.nu.63.

An votum nunquam petendi diſpenſationem, aut nõ petendi ab alio quam a Papa, ſit obligatorium, & Papæ reſeruatum.ib.nu.66.

An votum pœnale factum de materia Papæ reſeruata, ſit Papæ reſeruatum.ib.nu.68.

An ſi vouens ſe non luſurum, aut tale peccatum commiſſurum luſerit, aut commiſerit, cum tamen ex tali caſũ vouiſſet religionis ingreſſum, aut peregrinationẽ Hyeroſol. cenſeatur votum emiſiſſe.ib.nu.70.

Epiſcopus, & quilibet confeſſarius virtute cruciatę diſpenſare poteſt, aut commutare, ſi facta ſint in pęnam, vnde intentio vouentis maxime conſideranda.ib.num.75.& 78.aliàs ſolus Papa diſpenſat.

An ſicut epiſcopus vota ſubditorum ſuorum diſpenſare poteſt, ſic etiam reſpectu eorundem poſſit archiepiſcopus illius epiſcopi metropolitanus.ib.nu.79.

An alij prælati inferiores epiſcopi poſſint vota ſubditorum ſuorum commutare, & in eis diſpenſare.ib.nu.82.
Quæ habentes authoritatem quaſi epiſcopalem facere poſſint in diſpenſando, non ſunt extendenda ad ea quę ſpeciali iure epiſcopis conceduntur in Conci.Trid.ibid. nu.83.

Abbates quaſi epiſcopi, & diœceſim, & proprium territorium habentes poſſunt æquè, ac reliqui epiſcopi.ib.nume.eod.

Capitulum ſede vacante diſpenſare poteſt non ſolum in votis, ſed etiam irregularitatibus.ib.nu.84.

Nec curatus, nec parochus, nec pœnitentiarij quorumcũque, niſi ſpecialiter committitur ijs facultas, diſpenſare poſſint in votis ſubditorum.ib.nu.85.

Ad diſpenſatione requiritur iuriſdictio in foro exteriori, vnde nec archidiaconus iure ſuo diſpenſare poteſt. ibi. num.86.

Quid dicendum de poteſtate pręlatorum, ſeu ſuperiorum religionis circa diſpenſationem in votis ſuorum religioſorum.ib.nu.87.

Prælatos poſſe irritare omnia vota religioſorum, & ideo non opus eſſe diſpenſatione falſum docuit Gregorius de Valentia cum Paludano.ib.nu.90.& 91.

An ſuperior vota nouitij commutare, ſeu in ijs diſpenſare poſſit.ib.nu.92.

An quæ de Abbatibus, & prælatis dicta ſunt, locum habeant in abbatiſſis, & monialibus.

Quam facultatem habent prælati regulares, & confeſſarij regulares circa votorum diſpenſationem.ibi. nu.95. vid.ver.Confeſſarij.

An qui in alienis uotis diſpenſare poſſunt, in ſuis etiã proprijs diſpenſare ualeant.ib.nu.107.

Quænam forma in uotorum diſpenſatione obſeruanda. ibidem, nume.211.

An qui in uotis diſpenſare poteſt, poſſit etiam eadem cõmutare, ib.nu.116.

Quemcunque poſſe commutare, qui diſpenſare poteſt, confirmatur contra Nauar.& Valentiam.ib.nu.177.

Diſpenſatio uoti quotupliciter fiat, & quomodo.ibidem, nu.118.

Diſpenſatio, & commutatio ſunt eiuſdẽ rationis.ib.n.119.

In Bullis, aut iubileis ubi conceditur facultas commutandi niſi aliunde uirtutem habeant, commutare non poſſunt ut parochi, curati, & alij ibi.nu.120.

De uoto facto Deo non homini, ſed de re quæ cadit in utilitatem alicuius tertij, quid dicendum.ib.nu.121.

Non ſolum uota temporanea, ſed etiam perpetua tã perſonalia, quam realia poſſunt auctoritate propria commutari in uota religionis. Quare.l.6.c.12.nu.11.

Quando per religionis ingreſſum a uoto & debito liberari quis poſſit, quando aut uota, & debita non extinguntur per profeſſionem, ſed potius peccat mort. qui ingreditur.ib.nu.12.& 13.

Votum peregrinationis in Hieruſalem num in aliam rem commutari poſſit ſine authoritate papæ.ib.nu.14.

Vſurarij.

Bona uſurariorum hypothecata non manent ſoluentibus uſuras, nec præferendi ſunt creditores uſurarum alijs non priuilegiatis.l.10.tract.6.c.6.nu.20.

Teſtes ſingulares ſufficere ad aliquem uſurarium manifeſtum probandum (ut ſentit Couaruuias) author negat.l.12.c.21.nu.17.

Vſus. Vſusfructus.

Vti, & frui aliter a iuriſperitis, aliter a theologis accipiuntur.lib.9.c.3.num.5.

Vſus, & uſusfructus dupliciter accipi poſſunt.l.eo.ca.eod. num.6.

Vſuarius, & uſufructuarius qui dicitur.l.eo.c.eo.num.eo.

Vſusfructus, & uſus eſt cauſalis, & formalis ſecundum iuriſperitos, & quibus hæ uoces conueniunt.lib.eo.c.eod. nu.eod.

Vſufructuarius abſque licentia proprietarij uſumfructum in alium transferre nequit titulo donationis, uenditionis, aut alio modo.l.eo.c.eod.nu.10.

Vſufructuarius efficitur dominus fructuum rei, cuius habet uſumfructum dumtaxat, quando recipit, uel percipit illos.l.eo.c.eo.nu.11.

Quæ ſit differentia inter uſufructuarium proprie, & improprie.l.9.c.3.nu.8.

De refectione adminiſtratione, & expenſis faciendis ab uſufructuario de rebus, quæ uſu non cõſumuntur quid dicendum.ib.nu.9.

An in rebus uſu cõſumptibilibus poſſit eſſe uſus, aut uſusfructus.l.9.c.7.nu.1.

Quas obligationes habet fructuarius.ib.nu.2.ib.

An cautio ſit de ſubſtantia contractus adeo, ut niſi detur huiuſmodi cautio contractus ſit inualidus.ib.nu.3.

An fructuarius ſoluere teneatur debita a proprietario contracta.ib.nu.4.

Quot, & quibus modis conſtituatur uſusfructus.ib.nu.5.
Quot, & quibus modis finitur, & amittitur uſusfruct. ib.nu.6.

An ſi confiſcantur alicuius bona, finiatur alicuius uſusfructus, quem habet in illis bonis, ita ut ad proprietarium redeat an tranſeat uſusfructus ad fiſcum.ib.nu.7.

An per ingreſſum uſufructuarij in religionem, & profeſſionis emiſſionem finiatur uſusfructus, redeatque ad proprietarium, an uero tranſeat ad religionem.ib.n.8.

An ſi Pater habens uſumfructum in bonis aduentitijs filij profiteatur religionẽ, finiatur uſusfructus, ita ut redeat ad proprietarium, ideſt filium, an uero tranſeat ad Monaſterium.ib.nu.9.

An fructuarius poſſit libere per aliquem contractũ transferre uſumfructum in alium.ib.nu.10.

An in rebus vſu cõſumptibilibus diſtinguatur vſus a dominio, ita vt vſus poſſit eſſe apud vnum, & dominium, apud alterum. ib. nu. 11.

Vſus facti, & vſus iuris quid ſint. ib.

Prima opinio affirmantiũ in rebus vſu conſumptibilibus vſum nõ diſtingui, quæ probatur authoritate, & ratione. ib. nu. 12.

Opinio aliorum aſſerentium in rebus vnico actu cõſumptibilibus uſum diſtingui, quæ opinio Authori uidetur probabilior eamq; amplectuntur omnes minores, quorum gratia præcipuè hæc quæſtio mouetur. ib. nu. 14.

An de facto ſeparetur uſus a domino in rebus uſu conſumptilibus, maxime autem controuertitur de minoribus propter decreta ſummorum Pontificum. ib. n. 15.

Nicolaus 3. & Io. 22. uere non diſentire demoſtratur. ibi. nume. 16.

Vſufructuarius, & Vſuarius.

Chriſtum, & Apoſtolos nihil proprium habuiſſe in communi, uel particulari ſecundum. Nicol. Pa. 3. & ideo hæreticum eſſe ſecundum Io. 22. facile reconciliatur. li. 9. c. 7. nu. 17.

Quomodo minoritæ, ſeu Franciſcani non habeant dominium, & proprietatem rerum in communi, uel in particulari, & nu. ſeq. ib. nu. 19.

Ante actualem uſum, & conſumptionem rerum uere illos dominium non habere, ſicut docuit. Nic. 3. oſtendit & quare. ib. num. 20.

Ius quod habent minores, partim excedit ius quod habet uſuarius, uel uſufructuarius in rebus ad uſũ, ideſt uſufructum conceſsis, partim minus. ib. nu. 21.

Quomodo uſus, & uſufructus in rebus immobilibus inter ſe diſtinguantur. ib. nu. 22.

Vſuarius non poteſt ius ſuum ad alium tranferre, uſufructuarius poteſt. ib, nu. 23.

Vſuarius nihil tenetur expendere in adminiſtratione, & conſeruatione rei, qua utitur, uſufructuarius tenetur. ibi. num. 24.

Vxor.

Vide ſupra in uerb. Maritus.

X

Xenia.

Xenia quæ dicuntur, & quantum liceat ex his tum ſecularibus tum eccleſiaſticis Iudicibus accipere. lib. 12. c. 13. nu. 19.

Xenia, & ſportulæ quomodo differant. ibid.

FINIS.

SI DEVS PRO NOBIS QVIS CONTRA NOS

VENETIIS.

Ex Typographia Baretij Baretij.

M DC XV.

CLAVIS REGIA
SACERDOTVM
CASVVM CONSCIENTIAE
Siue
THAEOLOGIAE MORALIS
THESAVRI.

Induodecim Libros diſtributa.

In Quorum Primo.

DE MVLTIPLICI STATV CONSCIENTIAE, eiuſque officijs fuſiſſimè, & facillimè tractatur.

Authore R. P. D. GREGORIO SAYRO Anglo, Ordinis S. Benedicti Congreg. Caſinenſis Monacho.

Quę hac, quinta, & vltima editione quaſi pretioſis margaritis, exornata atq; decorata fuit permultis, ac ijſdem doctiſſimis, abſolutiſſimisque additionibus.

Authores de Conſcientia eiuſque officijs tractantes.

EX *Patribus.* S. Ambroſius Oecomen. Chryſoſt. Theophylact. in ca. 14 ad Rom. S. Aug. de baptiſmo paruulorum, & in Pſal. 37. S. Hieron. in 1. Ezech. & in 2. Malachiæ. D. Baſil. hom. in initium Prouerb. Origenes libr. 2. in epiſt. ad Roman. Damaſcen. l. 2. fid. Orthod. cap. 12. Lactant. l. 6. diuin. Inſtitut. S. Greg. l. 2. Moral. cap. 33 & l. 6. epiſt. 14.

Ex Scholaſticis. Hugo de S. Vict. l. 2. de Sacram. part. 6. capit. 2. Mag. in 4. diſt. 3. S. Thom. 1. part. quæſt. 79. artic. 12. & 1. 2. quæſt. 19 Alexander Alen. par. 2. quęſt. 120. S. Bonauen. Scotus, Duran. Caiet. Med. Richard. in 4. diſtin. 14 quæſt 4. & 2. diſtin. 39. Gabr. quæſt. vnic. Henric. quodlib. 8. artic. 3. Ioan. Bachonius in 4. diſtin. 1. quæſt 3. Ioan. Maior, in 4. quæſt. 2. prologi. concluſ. 5. Adr. quodlib 2. puncto 3. Thom. de Argent. & Dionyſ. Cartuſ. in 4. diſtin. 39. Conrad. Koellin. ibid. Palud. in 4. diſtin. 15. quæſt. 2. Baſolis 2. diſtin. 39. quæſt. vnica. Sotus lib. 4 de Iuſtit. quęſt. 6. & l. 3. quæſt. 6. Bar. Med. 1. 2. quæſt. 19. Michael Salon. 2. 2. quæſt. 63. Ioſeph Angles in 4. Senten. in quæſt. de reſtitut. facien. artic. 1. & in tract. de Sacr. Ord. Melchior Canus in relect. de pœniten. capit. 5. Card. Alanus lib. 1. de Eucha. Cardin. Bellarmin. l. 2. de pœnit. capit. 18 Martin. Ledeſmius in 1. 4. quæſt. 15 & 2. 4 quęſt. 18. & quæſt. 26. Gregor. de Valent. tom. 2. diſp. 2. quęſt. 14. & tom. 3. diſp. 5. quęſt. 7. Vaſquez in 1. 2. diſput. 59. capit. 2. & 3. & diſput. 60. capit. 2. & 61. capit. 1. & 63. capi. 2. Petrus de Arrag. 2. 2. quæſt. 63. Franc. Suarez tom. 3. diſp. 60.

Canoniſtæ, & Iuriſtæ. Ius Canonicum in plurimis locis. Innoc. In c. per tuas, & in c. ſignificaſti; 2. de homicid. & in c. ad audientiam. Panorm. de prob. c. propoſuiſti. & in ver. nulla temporis, de præſcrip. Franc. ibid. & in capit. Capellanus. & alij Canoniſtæ in capit. A quodam Iudęo, de conſecr. d. 4. Ant. de Butr. cap. vlt. de præſcript. Bart. in l. Naturaliter. ff. de vſucap. Alexand. & Iaſon, in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poſſeſſ. Pius Quintus in Bullario. Petrus Cenedo collect. 50. num. 5. Couarru. in Relect. in Reg. pecc. part. 2. & 3. & in Clem. Furioſus. par. 1.

Summiſtæ. in ver. Conſcientia, vbi Piſanella. Angel. Sylueſt. Tabiena: Caiet. in Sum. Hieron. Angeſtus cap. 7 Moral. dub. 3. Anton. de Corduba, l. 2. quæſt. quæſt. 3. & l. 3. quæſt. quæſt 4. Almain. in tract. 1. Moral. c. 5. Barthol. Medina l. 1. Inſtruct. Confeſſ. cap. 14. Ludouicus Lopez par. prima, Inſtruct. cap. 3 Petrus Nauarr. l. ſecundo, de reſtit. capit. ſecundo, Simon Maiolus lib. 5. c. 48. Eman. Rodriguez in ſum. par. 1. cap. 71. Coſmus Philiarc. de off. Sacerd. par. 2. l. 2. Martin. Nauar. in Manual. prælud. 9. num. 9. & ca. 27. nu. 280. & de pœnit. diſt. 7. num. 61. Io. Medina C. de confeſ. q. 14. Henriq. lib. 1. cap. 26. lib. 8. c. 12. & lib. 14. c. 10. Viuald. in Candelab. Aureo, par. 1. tit. 6. Sum. confeſſ. Io. de Friburgo. lib. 3. tit. 32. & alij plurimi recentiores.

De Nomine Caſus quid ſit, & quot modis accipiatur. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Caſus,& vnde dicatur.*
2 *Caſus acceptio quotuplex.*
3 *A Theologis quot modis vſurpetur.*
4 *Cenſuræ tres, Irregularitas, Vota, Iuramenta, caſus propriè dici non poſſunt,& quare.*
Qua ſignificatione in Bullis, uel Gratijs accipi debeat. num.eo.
5 *Epiſcopus concedens alicui facultatem abſoluendi a caſibus ſibi reſeruatis, non cenſetur committere abſolutionem a cenſuris, ſibi reſeruatis, Et quare?*
6 *Prælatus concedens facultatem abſoluendi ab omnibus ſuis caſibus,& cenſuris, non cenſetur concedere facultatem diſpenſandi ab irregularitate, votis, aut iuramentis,& ratio quare.*
7 *Rectitudo,& regula duplex.*
8 *Recta ratio quid ſit.*

DE caſib.conſcientiæ tractaturi, non ſolum vtile,
ſed admodum etiam neceſſarium erit ante
omnia explicare quid his nominib. *Caſus*.ſ. & *Conſcientiæ*
intelligatur, vt exinde facilior aditus ad cetera
1 quæ ſubſequuntur, aperiatur.† *Caſus* igitur, ſi nominis
vim,& etymologiam ſpectemus, a cadendo dicitur,
& prima,& communi ſignificatione lapſum,& ruinam
ſignificat, iuxta illud Curtij. *Caſu Rhedæ inopinato
oppreſſus*,& apud Theologos frequens eſt ſermo,
de caſu,& ruina Angelorum, de caſu,& lapſu Adę primi
parentis, Hinc ſumpto principio a diuerſis artium
profeſſorib. per Metaphoram quandam ad diuerſa
2 ſignificanda tráſferri ſolet† Nam a Grammaticis ad
ſignificandas formas vocabulorum.quib.in aliam atque c
aliam cadunt effigiem, transfertur, vt caſus nominatiuus
alius eſt a Genitiuo,& alij omnes a recto ſeu
a Nominatiuo cadere dicuntur. *Ab Oratorib.autem*, et
Poetis vox hæc ad miſeriam,& calamitatem ſignificandam
transfertur, per quam quis a ſtatu feliciori, in
quo prius vixerat, cadere dicitur, iuxta illud virg. Aeneid.2.

Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.

b *A philoſophis autem*, ad euentum inopinatum ſignificãdum
accipitur; vnde,& Philoſo.2.Phyſ.de caſu,
c & fortuna diſputat. Iuriſconſulti vero, lata ſignificatione,
queſtionem omnem de iure propoſitam, caſum
3 appellãt.† A Theologis autem, ijs pręſertim qui
Moralem Theologiam profitentur, dupliciter transfertur.
Primo Generaliter,& minus proprie, ita vt caſus
conſcientiæ dicatur omnis quæſtio de moribus facta,
ſiue pertineat ad peccata, ſiue ad cenſuras, ſiue ad
vota, ſiue ad iuramenta diſpenſanda, vel relaxanda, *a*
ſiue ad quodcunq; aliud, ꝙ ad mores, aut conſcientiã
ſpectat quo modo ſumitur quando dicitur, Summa de
caſib.conſcientiæ, quandoquidem hęc omnia in ea explicari
ſolẽt. *Secundo* Specialiter,& magis proprie,&
d ſic caſus dicitur ſolum peccatum, *quo quis a virtutis
4 rectitudine cadit*; qua ſignificatione† cenſurę tres, ſ. Excommunicatio,
Suſpenſio,& Interdictum, aut Irregularitas,
aut Vota, aut Iuramenta proprie caſus dici
non poſſunt, quia Cenſuræ non ſunt peccata, ſed pęnę
peccatorum, et Irregularitas nõ eſt peccatum, ſed imperfectum
quoddam iure Canonico inductum, quo omnes ab ordine ſuſcipiendo, vel in ſuſcepto miniſtrãdo arcentur. Et Vota,& iuramenta, non ſunt ex ſe peccata, ſed potius actus virtutis,& in hac ſignificatione ſumitur, quando dicitur in Bullis, vel Gratijs, ꝙ poſſit eligere confeſſorem, qui abſoluat ab omnib.caſib.& cenſuris, vbi, vt conſtat, conceditur poteſtas abſoluendi ab vtriſq; quo loquendi modo manifeſtum eſt diſtingui caſum a cẽſura; Nos in præſentiarum de caſu in vtraq; ſignificatione diſputamus; quamuis enim principaliter de hac ſecunda acceptione, id eſt, de peccato agemus,(oſtendemus enim quid peccatum ſit,& quando committatur peccatum) de priori tñ etiã diſſerendum nobis erit, vt abſolutum caſuum conſcientiarum Tractatum in lucem emittamus.

Nec fruſtra poſita a nobis eſt huius nominis deductio,& varia,& multiplex acceptio, cũ exinde, et quid caſus ſit expreſſum ſit;& nonnulla etiam confeſſoribus ſcitu,& obſeruatione digna, ex hac duplici nominis huius ſignificatione colligi poſſint.

5 *Primo*.n.colligitur quid† reſpondendum ſit ad difficultatem illam, qua quæri ſolet, an Epiſcopus concedens alicui facultatem abſoluendi a caſib. reſeruatis ſibi, cenſeatur committere abſolutionem a cenſuris ſibi reſeruatis. *Reſpondeo* enim ex doctrina prius tradita, non concedere. *Ratio eſt*: quia aliud eſt peccatum Epiſcopo, vel Prælato reſeruatum, aliud cenſura illi reſeruata: aliqua enim ſunt peccata Epiſcopo, vel Prę lato reſeruata, quæ non habent annexam cẽſuram, vt furtum, lapſus carnis;& ſunt aliquæ cenſuræ illi reſeruatæ, cum tamen peccata, ob quæ illę feruntur, illi nõ ſint reſeruata, vt ſi prælatus excommunicationem ipſo facto incurrẽdam ferret in aliquem ob aliquod peccatum,& ſibi cenſuram, non autem peccatum reſeruaret. Vnde concedendo caſum reſeruatum, id eſt, peccatum, vel cenſuram, non cenſetur alterum concedere, a diuerſis enim non fit illatio. c. ad audientiam, de deci. & l.Papin. ff. de minor. & ita communiter tradunt DD.Syluest.& Tab.in *verbo, caſus, in princ.* & Nauar.in Man.capit. 27.num.261.verſic.Decimo dico.

6 *Secundo* infertur, ꝙ Prælatus concedens abſoluendi facultatem ab omnib.ſuis caſib.& cenſuris; non cẽſetur concedere facultatem diſpenſandi in Irregularitate, Votis, aut Iuramentis, in quib.ipſemet prælatus poteſt. *Ratio eſt*; quia hæc ſunt diuerſa, vt enim diximus, Irregularitas, Vota,& Iuramẽta, non ſunt caſus, aut cenſuræ,& in huiuſmodi conceſſionib.quib. iuri communi,& poteſtati ordinariæ derogatur, cũ ſint odioſę, interpretatio ſtrictè facienda eſt, ita vt vno cõceſſo, non ſtatim intelligatur conceſſum alterũ, quod eſt ab illo diuerſum.

ADDITIONES.

Ab oratoribus autem. *Plancus Ciceroni ſcribens huius vocis Caſus eam vim,& notionem, quam Theologi,& Iuriſperiti vſurpant,& de qua mox, aliqua ex parte videtur accepiſſe. Inquit autem:* Nã quæ res nullam habebat dubitatione ſi exercitus Lepidi abſit, ea nunc magnam affert ſollicitudinem, magnumq; habet caſum; mihi .n.ſi contigiſſet, vt prior occurrerem Antonio; non me hercule horam conſtitiſſet. *magnum caſum habet, quod eſt magnum rei momentum, de quo magna dubitatio eſſe poſſit; aut, ſi manis, magnam cauſſam, quamobrem dubitari iure queat.*

b A Philoſophis autem *His duplex eſt caſus quod ad rem præſentem attinet: vnus temerarius, alter fortuitus. differunt autem inter ſe, (id quod viri doctiſſimi autumnant Ciceroni non fuiſſe bene perſpectum, quemadmodum neque, vt iſti affirmant, vis, & notio Entelechię, vt Mē ſenterij) quod ſuperior latius funditur; propterea quia quod fortuitum eſt, temerarium quoq; eſt, quicquid autem temerarium non continuo fortuitum. Porro ex Ariſtotelis doctrina loco citato fortuitus caſus eſt qui accidit in actionibus humanis, non etiam in actionibus brutorum, & puerilibus, quæ ſcilicet non dimanant à prælectione, & in quibus neq; recta actio, neq; bona fortuna cernitur. Idipſum ſenſere Platonici, teſte Plutarcho de fato.* At ſecundum Platonicos, *inquit*, qui adhuc propius ad fortunæ definitionem accedunt, ita fortuitus caſus definitur, vt ſit cauſſa accidentaria eorũ, quæ cuiuſpiam gratia fiant; duntaxat quæ prælectione aguntur. *Itaque caſus fortuiti in noſtra poteſtate, & arbitrio ſunt; temerarij non item.*

c Iuriſconſulti vero. *Illi ſuam huiuſmodi ſignificationē videntur hauſiſſe ex l. Neque leges. 10. ff. de legibus.* vbi inquit Iulianus, Neque leges, neque ſenatuſconſulta ſcribi poſſunt, vt omnes Caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: ſed ſufficit ea, quę plerunque accidunt contineri.

Hac de re, de qua nos poſterius, vid. Ariſt. lib. 5. ethic. capit. 9. De æquitate. & libr. 1. Rhet. capit. 43.

Idem Iuriſconſultus in l. Non poſſunt. 12. eodem titulo, Articulos appellat, quos antea Caſus nominauerat. Atenim potius res, & facta, quam Quæſtiones, & controuerſias, in quas illa cadunt, videtur intellexiſſe. & quidem Rem ita accepit Martianus in l. 1. §. Diuus. ff. de ſicarijs. cum inquit. Nunquid pro homicida damnandus ſit, ex re conſtituendum eſſe. Factum autem hoc pacto accipitur in l. Latinus largus 83. ff. de legatis. 3. atque in l. cum duob. 52. in prin. ff. Pro ſocio & alibi ſæpe. Idipſum Vlpianus in dict. l. Non poſſit, & Alfenus in l. ſi ex Plagis. 52. §. in Cliuo Cauſſam vocat, dum ait, Ius in Cauſſam poſitum eſſe: quod proinde Poſteriores enunciarunt, ex facto Ius oriri.

Ceterum nomine Cauſſæ Cicero vtrunque, videlicet factum, atque eius Quæſtionem vocauit. De priori affertur illud ex 3. Verrin. Tantum quod hominem non nominat, cauſam quidem totam præſcribit: *& illud ibidem apertius.* Nuſquam enim ſcribit, neque tu aliud quicquę edicto complecteris, niſi eam cauſam, pro qua pecuniam acceperis. *De poſteriori producitur a nonnullis teſtimonium Senecæ in Prologo declamat. dicentis.* Declamabat autem Cicero non quales controuerſias dicimus, nec tales quidem quales ante Ciceronem dicebantur, quas Theſes vocabant. *Controuerſias nos dicimus; Cicero Cauſſas vocabat. ſed quid teſte opus eſt? audiuimus ipſum Marcum Tullium idipſum diſerte docentem in Partitionibus paulo poſt principium. C. Fil.* Quid? Quęſtio quaſnam habet partes? C. P. Infinitā, quam Conſultationem appello, & definitam quam Cauſſam nomino.

Sed in Topicis multo explanatius, ſic; Quæſtionum duo ſunt genera; alterum Infinitum, alterum Definitum. Definitum, quod ὑπόθεσιν Græci, Nos Cauſſam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos Propoſitum poſſumus nominare. Cauſſa certis perſonis, locis, temporib. actionib. negotijs cernitur; aut in oïb. aut in plerisq; eorũ. Propoſitũ autem in aliquo eorũ, aut in pluribus non autem in maximis. Itaque propoſitum pars cauſſæ eſt.

Huiuſmodi Quæſtionem Iuriſconſulti vetuſtiores nunc ſpeciem ſimpliciter vt in l. Minor. 18. ff. De Minoribus. nunc ſpeciem ex pacto, vt in d. l. Latinus legatus. 83. ff. de legat. 3. nunc demum Quæſtionem facti, vt Vlpianus in d. l. cum duobus. 52. ff. Pro ſocio.

Speciem quidem quam Cicero maluit formam dicere, ex eo fortaſſe, quod cũ ſingularia, atq. indiuidua, ἄτομα authore Porphyrio, etiam ex Platonis ſententia, infinita ſint, atque ἀόριστα, vt & reipſa ſatis conſtat: hæc ad ſimilia trahendo, tradentes, dicenteſque ius, aut quæ acciderunt inſpiciant, aut caſus, & quæſtiones fingant, & conforment, ut factitant, omnino neceſſe eſt.

Gratianus præcipuas quæſtiones ad particularia eorumque circumſtantias, quoad eius fieri potuit, accommodatas, vnde deriuauit alias omnes, quibus bona Decreti pars farcinata eſt: cauſſas appellauit.

Atque ex his, cum quæſtionum, quæcunque de re ſint, duo genera exiſtant, vnum cognitionis, alterum actionis, vt Cicero docet, & ante ipſum Ariſtoteles; facile intelligitur Iuriſconſultos, & Theologos hac in parte totos in poſteriori actionis genere eſſe occupatos. Quod ſi vtrique nullā cognitionem attingentia atque in vniuerſum, & generatim diſputant, id eo conſilio efficiunt, vt eorum quaſi principijs enodatis patefactiſq; quæ ad ſingulas, priuatas actiones attinēt minori negotio, ac rectius diiudicentur. Id quod & Sayrus innuit hic numer. 4. in fin. cum ſe in utraque caſus ſignificatione verſaturum pollicetur.

d Quo quis a virtutis rectitudine. *Duplex rectitudo,* † 7 *& regula, a qua homines peccando recedant, ſtatuitur a Theologis communi conſenſu: vt facile intelligitur ex D. Thom. atque eius Interpretibus, quibus refragatur nemo 1.2. quæſtio. 71. artic. 6. & quæſtio. 19. artic. 3. & 4. & quæſtio. 91. & 95. & 2.2. quæſtio. 8. artic. 3. ad 3. & quæſtio. 17. artic. 1. in corp. & quæſtio. 23. artic. 3 alteram in Recta ratione (de qua Sayrus capitul. ſequen. numer. 5. paulo aliter) alterā uero in lege diuina collocant. Quam quidem duplicem regulam ipſis quoque Philoſophis, atque in primis Ariſtoteli cognitam eſſe volunt. idque eliciunt ex capit. 18. libr. 7. ethic. ad Eudemium. & ex initio itidem libr. 7. ethic. vbi philoſophus agens de Heroica virtute, illam diuinam, eaque præditum, virum diuinum appellat. Ceterum nobis vtraque regula ita quandoque coniungitur, vt ex duabus vna quodammodo efficiatur, nam cum gratia, quæ eſt a lege Diuina, hominum naturam perficiat, vti vno ore Theologi omnes affirmant; efficitur, vt hæc adueniens, ſecumque comportans ad hoc ipſum neceſſaria adinuenta, perfectiorem noſtram rectam rationem reddat, atque euectam ad altiorem, præſtantioremque finem, eam quoque euehat ad alteram ſuperioris gradus rectam rationem, & illiuſmodi ſuperiori fini conſentaneam. Quo ſane pacto fit, vt duæ diuerſæ ſpeciei rectæ rationes in vnum propemodum coaleſcant, et coagmententur: velut id, quod perficitur cum eo, quod illud perficit.*

8 *Generatim porrò ſit † recta ratio animi noſtri ea conſtitutio, in qua pars rationis expers non prohibeat, quo minus ratione prædita pars ſuam exerceat actionem: verum ad id ita ambæ ſint coniunctæ, & conſpirantes, ut altera dominetur, & imperet, veluti regina, & domina; altera vero ut pediſequa, & famula obſequatur, & haud inuita obediat. enimuero recta ratio ita accepta, atq; ad mores efformandos, coarctata, atq; accommodata minus cōi uocabulo ab Ariſtotele, uulgoq; Philoſophorum, Theologorumque Prudentia conſueuit appellari. Quæ cum ſit uirtus mentis ut omnes Ariſtotelem authorem ſequentes aſſerunt, et de*

ſcendat ad regendas, moderandaſque particulares hominum actiones; ei plane opus eſt tum vniuerſali; tum particulari cognitione prior ſyntereſis, poſterior vero Conſcientia quæ ſcilicet recta eſt haud fortaſse abſurde nuncupari poteſt. de quibus in ſequenti proximo capite.

c Et ita communiter. *Vtranque ſententiam eſse communem teſtatur etiam Alfonſus de Vega in ſumma, quam patrio ſermone cōſcripſit. 1. par. cap. 49. De caſibus reſeruatis. caſu. 1. & Ioannes Chapeauille. De caſibus reſeruatis. cap. 1. quæſt. 1. in fin. Theologis, & Canoniſtis certam eſse aſseuerat.*

Quid conſcientia, & Syndereſis ſint.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientia quomodo communiter, & in ſcripturis accipi ſoleat.*
2 *Syndereſis quid, & vnde dicatur.*
3 *Syndereſim in ſcripturis dici ſpiritum qui pro nobis interpellat, intelligit S. Hieronymus.*
4 *Syndereſis, & Conſcientia quomodo differant.*
5 *Ratio recta quid ſit, & lex Naturalis.*
6 *Syndereſis eſt habitus primorum principiorum in intellectu practico, ſecundum S. Thomam.*
Syndereſis uerſatur circa principia practica vniuerſalia; Conſcientia vero circa agibilia particularia; nu. eod.
7 *Contra conſcientiam agere quando dicamur.*
8 *Conſcientia vnde ortum habeat; & cur ſic appelletur.*
Syndereſis quaſi Maior in Syllogiſmo, conſcientia concluſio particularis, num. eod.
9 *Syndereſis eſt habitus intellectus, & voluntatis.*
10 *Opinio Scoti circa ſyndereſim reijcitur.*
11 *Syndereſis quotuplex ſit.*
12 *Conſcientia & naturalis ſyndereſis differunt.*

COnſcientiæ nomen nec tam facilè, nec ita breuiter explicari poteſt, continet enim huius nominis perfecta, & abſoluta explicatio varias: ac difficiles quæſtiones; an ſcilicet potentia ſit, vel habitus, vel actus, ſi quidem negari non poteſt quin aliquando pro potentia, aliquando pro habitu, aliquando vero pro actu ab Authorib. accipiatur. Rurſum diſputant, an ad voluntatem, vel ad intellectum pertineat, quę ſane omnia accurate a Theologis eorum more diſputantur, quę non ſunt huius loci. Nobis ſatis erit in prȩſentiarum explicare quid ſit, & quos actus & effectus in homine producat, & quotuplex ſit, ſeu quomodo diuidatur. Quę omnia exacte ponderantur & examinantur a S. Thom. in 1. par. quęſtio. 79. artic. 12. & 13. vbi agit de Syndereſi & Conſcientia vt ſunt partes animę, de Syndereſi quidem articu. 12. vbi docet eſſe habitum, de Conſcientia vero artic. 13. vbi docet eſſe actum, & 1. 2. quęſt. 19. artic. 5. & 6. in qq. de Verit. quęſt. 16. artic. 1. & quęſt. 17. artic. 1. & 2. & 2. diſtin. 39. et omnes Scholaſtici ibidem, S. Bon. Sot. Rich. Dur. Argen. Gabr. & alij, Caiet. Med. & alij interpretes ipſius, in locis allatis, & Rodriguez in Summ. par. 1. c. 71.

a *Conſcientiæ* † *igitur* nomen, vt certa ab incertis ſepa-
1 remus, a DD. & communi vſu hominum, ſignificat
internum illud animi teſtimonium, quo quis ſibi con-
ſcius eſt, de bene, vel male factis, & quo quis accuſa-
tur, vel excuſatur, & remordetur, &c. Qua ſignifica-
tione non ſolum in communi vſu, & loquendi modo
hominum accipitur, vt conſtat, ſed etiam hoc modo
Scripturę ſacrę hoc nomen conſcientię vſurpant, vt
b Geneſ. 43. *Non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit
eam* ſcilicet pecuniam; *in marſupijs noſtris*. Et Eccleſ.
7. *Scit conſcientia, quia tu crebro maledixiſti alijs*. Rom.
2. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*, & c. 9.
*Teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu
ſancto*. Pro eodem ferè accipitur etiam Syndereſis,
2 † quod nomen Græcę ſignificat vel hoc internum a-
nimi teſtimonium, vel eam animę partem, quę huius
c modi teſtimonium reddit. *Et quamuis aliqui Scholaſtici*, inter quos eſt Duran. 2. diſtin. 39. quęſt. 4. nu. 10. & 12. velint deduci ex σωὶ, & δερησιν, hoc eſt conelectio, ſeu electio cum aliquo, non tamen ita deducitur: Gręce enim ſignificat conſeruationem & attentionem; eſt enim conſeruatio legis naturalis in animo, quę nunquam extingui poteſt. Hic S. Hieron. in Ezech. 1. exponens quatuor illa animalia, ait a quibuſdam per tria illa prima animalia intelligi tres illas animę partes ſecundum Platonem, iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationabilem, vnde rationalem referunt ad Hominem, iraſcibilem ad Leonem, concupiſcibilem ad Vitulum, per quartum vero animal, ſcilicet Aquilam, quę dicitur eſſe deſuper hęc; quartam animę partem, ſcilicet σύνδερησιν Gręce dictam, intel-
d ligi putant, quę eſt ſupra hęc tria, *quæ conſcientiæ ſcintilla in Cain* poſtquam è paradiſo eiectus fuit, non extinguebatur, & quę in homine peccante reperitur.
3 Et † ait in Scripturis Conſcientiam, & Syndereſim
dici *ſpiritum qui pro nobis interpellat*. Et idem S. Hieron. in illud Malach. 2. *Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ veſtræ*. ait per vxorem adoleſcentię, intelligi legem naturalem ſcriptam in corde, per Spiritum vero partem animę rationalem, quę dicitur Syndereſis. Orig. libr. 2. in epiſt. ad Rom. vocat *ſpiritum correctorem, & pedagogum animæ*. à D. Baſil. Hom. in initium Prouerb. vocatur. *Naturale iuditium quo bona a malis diſcernimus*. Et Ioann. Damaſc. lib. 2. fid. Orthod. capitul. 12. vocat *lucem intellectus noſtri*. S. Greg. Magnus libr. 2. Moral. capit. 33. exponens verba Iob de nuncijs, ait nuncium hunc eſſe diſcretionem mentis, quę ad conſcientiam recurrit. Lactan. lib. 6. Diuin. inſtit. cap. 24. ait hoc cognitum fuiſſe a Gentibus, & S. Anton. p. 1. tit. 3. capit. 10.
e vocat *faciem animi*.

Hinc conſtat quid Syndereſis ſit, quid etiam Con-
4 ſcientia, † Eſt enim Syndereſis, habitus quidam generalis ſiue lumen connaturale, cuius actus, & officium eſt inclinare, & inſtigare ad bonum, hominem a peccato retrahere murmurando de malo, ex S. Thom. 1. par. quęſt. 79. artic. 12. & quęſt. de verit. quęſt. 16. artic. 1. & ab Auguſt. libr. de bapt. paruuli. definitur eſſe lumen innatum & animę concreatum, quo dirigimur, & mouemur ad faciendum ea quę pertinent ad vitationem culpę, & adeptionem glorię. Conſcientia vero a S. Thom. 1. 2. quęſtio. 19. artic. 5. definitur eſſe dictamen rationis, applicatum ad opus, dictans aliquid eſſe faciendum, vel fugiendum Quę definitiones manifeſtę erunt, ſi prius, quid ratio recta ſit, quid lex naturalis ſignificet, annotauerimus.
5 Eſt † enim ratio recta participatio quędam, & conformitas ordinationis Diuinę, vnde ſicut Diuina infallibilis regula eſt omnis boni, ita ratio recta eſt regula, & norma operationum humanarum qua honeſta, & turpia iudicantur vniuerſa. Hinc fit,

vt ſicut res artificiatæ tunc optimè compoſitæ ſunt, quando regulæ artis conformes ſunt; ita operationes humanæ tunc iudicantur ſtudioſæ, & rectæ, quando rectæ rationi fuerint conſentaneæ. Lex vero naturalis eſt lumen rationis humanæ, a Deo creatore, & conditore, vna cum natura mentibus hominum inſitum, ad aliquid faciendum, vel non faciendum, iuxta illud Pſalmi 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*. De qua pulchre S. Augu. libr. 2. Confeſſ. capitul. 4. ſic ait: *Lex tua Domine, in cordibus hominum ſcripta eſt, quam nec vlla vnquam delet iniquitas*: Quemadmodum enim Deus omnium conditor, & gubernator rerum, reb. inanimatis, & ipſis etiam animantib. ratione carentibus vires, & inclinationes impreſſit, ſecundum quas aguntur, & diriguntur in fines ſuos; ita, & ipſe idem Deus qui rationalem creaturam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam condidit, eidem creaturæ rationali, quædam ſuorum actuũ principia, legeſque communes impreſſit, ſecundum quas dum libere operatur, rationem rectam ſequi dicitur, & ſtudioſe operatur.

Rurſus obſeruandum eſt, rationem ſeu intellectũ
duplicem eſſe, ſpeculatiuam, & practicam, quæ vt eru
ditè tradit S.Th. 1.p.q.79.ar.11. nõ ex eſſentia, ſed ex
fine tantum diſtinguuntur, finis ſpeculatiuæ eſt intẽ-
dere veritati cognoſcendæ; finis vero practicæ, eſt di
rigere operationem; vt verbi gratia officium ſpecu-
latiuæ eſt, demonſtrare naturam, & pulchritudinem
virtutum, & quam ſit laudabile, & honeſtum rationẽ
ſequi, & hic deſinit ſpeculatio, & incipit praxis, & ſic
concludit, bonum rationis ab omnibus ſequendum
eſſe; Secundo notandum eſt, quod ſicut in intellectu
ſpeculatiuo ponitur habitus quidam primorum prin
cipiorum, quo aſſentimur primis principijs ſpecula-
bilibus qui dicitur intellectus principiorum. 6. Eth.
6. ita in intellectu practico conſtituimus habitum pri
morum principiorum, quo aſſentimur primis princi-
pijs pract. bonum eſſe ſequendum, malum fugiẽdũ,
6 & † *hunc habitum* nominamus Synderesim, vt colli-
f gitur ex doct. S.Th. 1.p.q.79.ar.12. quia vero ratio,
ſeu principia practica, & conſequenter Synderesis,
quæ illis aſſentitur, non verſantur circa particularia
agibilia, ſed ſolum vniuerſalia quædam principia pra
ctica tradunt, ex quibus poſtea in particulari iudi-
camus quid nobis agendum ſit, quid non; vltimo om
nium accedit conſcientia quæ circa concluſiones pra
cticas particulares verſatur, quibus non ſolum cogno
ſcimus quid bonum, quid non, ſed etiam in particula-
7 ri iudicamus quid nobis agẽdum ſit, quid non, vnde †
tunc ſolum dicimur agere contra conſcientiam, quã-
do agimus in particulari contra id, quod iudicamus
eſſe agendum, vel non: quare cõſcientia teſtatur, quid
male factum ſit, quid non.

Hinc colligitur rectè dictum eſſe a S.Th. 2.d.24.
8 art. 4. conſcientiam † ortum habere ex naturali iudi-
cio rationis, quod dicitur lex intellectus, & ab eo eſt
deducta, & deriuata vt quædam concluſio. vt verbi
gratia fit in mente hominis quidam Syllogiſmus, cu-
ius Maiorem præmittit Synderesis, dicens, omne ma
lum eſt vitandum; Minorem vero aſſumit ratio ſupe
rior, dicens, adulterium eſt malum quia a Deo prohi
bitum; ratio autem inferior idem affirmat eſſe malũ,
quia turpe, quia iniuſtum, quia incommodum; & tũc
Conſcientia infert Concluſionem particularem: ergo
adulterium eſt uitandum, vnde dicitur conſcientia,
cum aliquo ſcientia, ſeu concludens ſcientia, eo quod
conſcientia ratione prædictorum, ſcilicet Synderesis, & rationis ſuperioris, & inferioris concluſionem practicam infert. Et de definitione utriuſque hæc ſatis ſint.

ADDITIONES.

a Conſcientiæ igitur. *Gregor. de Valent. tom. 2. diſput. 2. quæſt. 14. punct. 4. ex Antiquioribus notat, nomen Conſcientiæ, ut nunc de ea loquimur accipi tribus modis. Primo pro actu, quo agnoſcimus, quid ſimpliciter egerimus, aut non egerimus. ſecundo pro actu, quo iudicamus, vtrum ea quæ fecimus recte ne; an male fecerimus. Tertio pro actu, quo ratio dictat, quid in aliquo caſu particulari proſequendum, fugiendumve ſit. ex quo a D. Thom. 1.2. queſt. 19. artic. 5. dicitur dictamen rationis applicatum ad opus At uero equidem non negauerim eiuſmodi actum habere ſuum in intellectu habitum, ſi non totidem, ut ita loquar tialem tamen, cuiuſmodi foret habitus* συνέσεως, *parnel potius* συγγνώμης, *quæ ſunt prudentiæ partes. & ſane D. Thom. libr. 2. ſenten. diſtin. 24. queſt. 2. artic. ultim. conſcientiam appellat ſententiam, & habitũ rationis. Qua de re alibi plura.*

b Non eſt in noſtra conſcientia. *et hic, et capit. 7. eccleſiaſt. ſic allegato in fonte eſt ſimplex verbum* ſcire. *nomẽ Conſcientiæ nequaquam.*

c Et quamuis aliqui ſcholaſtici. *Inter quos etiam Guglielmus de Rubeo hac in re voluit diuinare affirmans, ſynteresim latine interpretari ſcintillam. Vnus Guglielmus, Pariſienſis De vitijs, & peccatis capitul. 6. column. 4. veram, ac germanam huius vocis etymologiam aſſecutus eſt aliquo pacto inquit porro*; Ex officijs autẽ dijudicandis ſublimia ſpiritualium, atq; cęleſtium, eiſque adhærendi, atque in ſe conſeruandi ſynteresis dicitur; quaſi ſeorſum diuiſa, ac ſegregata ab inferioribus, atque carnalibus.

d Quæ conſcientiæ ſcintilla in Cain. *ſunt verba ipſius D. Hieronymi: aliquam tamen difficultatem præ ſe gerentia; cum non Cain, ſed Adam è Paradiſo fuerit eiectus.*

e Faciem animi. *Eandem Baſilius notionem intelligibilium, conceptum, & vim naturalem iudicandi, doctrinæ minime indigam, Cyrillus ſemen ſapientiæ, & pietatis, intelligendi radicem, Auguſtinus lumen virtutum initium ſapientię, legis naturæ reliquias Chryſoſtom. pulcherrimam diuini vultus illuſtrationem, menſibus mortalium innatam, & penitus inſculpitum. Idem Ioann. Damaſcenus legem mentis noſtræ ſub nomine conſcientiæ; Gregor. Nyſſenus frater Baſilij vermen conſcientię vocant. Philoſophi videntur eam vocaſſe virtutem naturalem.*

f Hunc habitum. *ſynteresis eſt quidem primario habitus intellectus, ſed ſecundario etiam voluntatis, etenim cũ intellectus agnoſcat, & ſpeculetur bonum, vt illud proſequamur, malum antem vitemus, quis neget ſynteresim quoque ad voluntatem ſpectare: quippe, ut alibi monſtratũ, eſt nihil aliud ſit, niſi inclinatio, & propenſio intellectus ad illud, quod is bonum iudicauerit. Itaque Riccardus Hallus lib. 1. de conſcientia quinque partita capit. 1. fol. 4. prope finem ex Auguſtin. recte' inquit,* ſed quia aliud eſt uidere quid ſit faciendũ aliud illud ipſum opere complere (præuolat enim intellectus: ſequitur tardus aut nullus affectus) diuina bonitas non ſatis eſſe iudicauit per notiones generales lumine naturali cognitas dictare quid eſſet agendum; niſi vna & propenſionem quandam voluntatis naturalem ad recte facta inſtillaret. *Magiſter quoque ſententiarum libr. 2. diſtin. 39. in calce prope prope, ut obſeruauit idem Hallus*

idipſum manifeſto ſignificãs; dũ ait; ſuperior ſcintilla
rationis bonũ ſemper vult,& malum ſemper odit.
10 † *ex quo loco miror ſubtiliſſimum Scotum ead. diſt. intuliſſe*
ſynterſim eſſe in intellectu, non autem in volun
tate. Sed profecto neq. ipſum, neq. vllum alium arbitror
poſſe recte inficias ire, ſynterefim aliquo pacto ſecunda-
rio nimirum attinere ad voluntatẽ id, quod ex Scholaſti
cis tradidere diſerte Durand. diſt. 39. notata q. 4. num.
11. in fi. & Thom. Argenti. ead. diſt. q. 3. verſ. Reſpon-
deo. & his antiquior Richardus de Media villa. ead. diſ.
per totam quæſtionem primam. Quin etiam D. Bonauẽ.
ead. diſ. 39. art. 2. q. 2. eius videtur eſſe ſententiæ, ut exi
ſtimet, fortaſſe minus recte, primario ſynterefim ad uo-
luntatem pertinere cum affirmet ſignificare tũ habitum
tũ potentiam; vſitatiore autẽ modo loquẽdi, vt ipſe in-
quit, nominet potentiam habitualem ſemper inclinan-
tem ad bonũ honeſtum; habitualem inquam; quia illa po
tentia nunquam ſeparatur ab huiuſcemodi habitu.

11 *Iam vero ſynterefis † Communiter vniuſmodi ſolet*
aſſignari, uerum fortaſſe haud incomode duplex ſtatui
poſſet: Vna naturalis, quæ idcirco cõis eſt uniuerſis ho-
minibus, & quæ ſingulis offert, atq. ſuppeditat ſemina,
& igniculos nunquam extinctos, quibus ad honeſtatẽ,
& uirtutem humanam excitentur. altera, quæ quodam-
modo innaſcitur in renatis fonte Baptiſmatis. Iis ſiquidẽ
per lumen gratiæ, & fidei inſtillantur quædam princi-
pia naturalibus efficaciora, tũ credendi; tum pie, cauteq
uiuendi; etenim lumen fidei, ut tradit Card. Bellarmi. to.
4. de gratia, & liber. arbitrio c. 7. in fin. uerſ. ad 3. in re-
bus ſupernaturalibus eſt loco luminis naturalis, ex fide
ſiquidem tanquam ex fundamento manat aliquo modo
ſpes, & charitas; at uero his tribus diuinis uirtutib. uni-
uerſa hominis Chriſtiani uita continetur. legito Grego.
de Valent. to. 2. diſpu. 5. q. 6. punct. 1. uerſ. 2. & Caietan.
1. 2. q. 63. art. 3. colum. 2. prope med.

Porro differunt inter ſe hæ duæ ſynterefes, quod natu
ralis in quomodocunque peccantibus fixa, atq. immota
permanet; ſupernaturalis non item; quippe quæ per in-
fidelitatis peccatum omnino omiſſa fide plane extingua
tur oportet, ut ex communi conſenſu oſtendit Card. Bel
larm. to. 4. de amiſſione gratiæ lib. 1. c. 8. uerſ. Quod autẽ
ſecundo. & luculentius eod. to. de Iuſtificat. lib. 3. c. 14.
12 *Ob eandem cauſſam differt etiam † Conſcientia a na-*
turali ſynterefi, propterea quod ea quoq. in quibuſdam
prorſus deletur, atq. extinguitur, ut ex illo Prouerbiorũ
cap. 18. Impius cum in profundum peccatorum ve
nerit, contemnit. *atque ex doctrina D. Hieronimi ele*
ganter oſtendit Guglielm. Hallus. lib. 1. de Quinque par-
tita conſcientia. cap. 6.

De Conſcientiæ actibus, & officijs.
Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientiæ actus quotuplex.*
2 *Primus actus qualis, & quem ordinem habeat ad actũ*
moralem.
3 *Secundus quid importet, & qualiter applicetur ad opus.*
Accuſare, reprehendere, remordere nos Conſcientia
quando dicatur.
4 *Conſcientia pura, & munda, bona, mala, & coinquinata*
quando cognoſcatur.
5 *Tertius actus quem ordinem habeat, & quos effectus.*
Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſſe, quo ſenſu dica
tur ab Apoſtolo.
6 *Conſcientia quotuplex cum definitionibus.*
7 *Conſcientia bona, & mala deſcribitur, & diuiditur.*

QVoad vtriuſq. vero actus, maxime aũt Con-
ſcientiæ, ſciendum eſt ex S. Thom. 1. p. q. 79.
1 art. 13. & qq. de verit. q. 17. & 1. 2. q. 19. art. 5. † tri-
plicem eſſe conſcientiæ actum.
2 *Primus* eſt † teſtificari de facto præterito, q̃ re-
cognoſcimus nos feciſſe, vel non feciſſe, quod factũ
vel bonum, vel malum fuit; ſic Rom. 2. *Teſtimoniũ*
reddente illis cõſcientia eorum, & Rom. 9. *Teſtimoniũ*
mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu Sancto. Ec-
cle. 7. *Sit conſcientia tua, quia & tu crebro maledixiſti*
alijs. & Auguſt. in Pſalm. 37. *Quoniẽ in te ſperaui,* ait.
Quando Deus iudex erit; alius teſtis quam cõſcientia
tua non erit. Inter iuſtũ iudicem, & conſcientiam tuã,
noli timere niſi cauſam tuam, & refertur 11. quæſ. 3.
in c. cuſtodi. Et Lact. lib. 6. Diuin. inſtitut. cap. 24.
ait: *Quid tibi prodeſt non habere conſcium habenti con-*
ſcientiam? Non minus mirabiliter de conſcientia,
& Deo Tullius. *Meminerit,* inquit, *Deum ſe habere*
teſtem, id eſt (vt ego arbitror) *mentem ſuam, quã ni-*
hilominus dedit Deus ipſe diuinus. Seneca lib. de mi-
noribus. ait: *Tuta ſcelera eſſe non poſſunt, quia etſi laten-*
di facilitatem habeant, fiduciam non habẽt. Et iterum:
Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris,
quam teipſum, alienum fugere potes, te nunquam. Et
in commune exiit prouerbium, *Conſcientia mille*
teſtes.
Secundus eſt in ordine ad malum aliquod cõmiſ
ſum; vel bonum omiſſum, & quidem tunc cõmiſ-
ſum illud malum, aut bonũ omiſſum eſſe conſtat,
ſed dubium eſſe poteſt, an illud bene, vel male cõ-
3 miſſum, vel omiſſum ſit, & † tunc dr̃ conſcientia
nos accuſare, vel excuſare, reprehẽdere, remordere,
&c. & ſic Roma. 2. dr̃: *Inter ſe inuicem cogitationib.*
accuſantibus, aut etiã defendentibus. Hinc S. Gregor.
Conſtantino Mediolanenſi Epiſcopo lib. 6. epiſto.
14. ſeu c. 178. ſic ſcribit: *In cunctis, quæ in hac uita ad*
uerſa proueniunt, ſola eſt omnipotentis Dei diſtrictio
penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum,
ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conſcientia non ac-
cuſat. Quem enim conſcientia defendit, & inter accuſa-
tiones liber eſt, & liber, uel ſine accuſatione eſſe non po-
teſt, ſi ſola, quæ interius addicit, conſcientia accuſet. &
habetur 11. quæſt. 3. c. In cunctis. Et illud S. Augu-
ſtin. in lib. contra Secundinum Manichæum. ca. 1.
Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei
conſcientia non accuſet. & refertur 11. q. 3. cap. Senti.
Et in conſcientiæ actus dici poteſt examinatio con
ſcientiæ, in quantum conſcientia examinat ea, quæ
iã facta, vel omiſſa ſunt, an bene facta, vel omiſſa
ſint. Et ex his duobus modis conſequũtur dolor, vel
gaudium, turbatio, vel quies, tanquã effectus. Et ſe-
4 cundum hos duos modos dr̃ † conſcientia bona,
vel mala, pura, munda, vel coninquinata: Nã quan-
do quis non eſt conſcius ſibi alicuius mali, dicitur
habere conſcientiam bonã, vnde 1. Tim. 1. dicitur:
Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, &
conſcientia bona, & fide non ficta. & iterum: *Ha-*
bens fidem, & bonã conſcientiam. Econtra vero de hę
reticis, & malis ait Apoſt. 1. Tim. 4. *Cauteriatam ha-*

bentes conſcientiam, & Tit. 1. *Omnia munda mūdis, coinquinatis autem, & infidelib. nihil eſt mundum ſed inquinatæ ſunt eorum mens, & conſcientia.*

5 *Tertius* actus eſt inſtigare, ligare, vel ſoluere, & hic conſciæ actus eſt in ordine ad aliquid faciendū, vel non faciendum. Vnde S. Th. vbi ſupra, ait, ꝙ ſicut ligatus corporaliter hēt neceſſitatem cōſiſtendi in loco vbi eſt ligatus, & aufertur ei ptās ad alium locum diuertendi: ita conſcientia obligat voluntatē ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ita, vt non poſſit aliud ſine peccato facere, vel omittere, q̃ illud quod conſcientia ſibi faciendum, vel omittendum eſſe dictat. Quo ſenſu Ro. 14. dr̄, *Omne quod non eſt ex fide*, id eſt, quod fit ꝯ conſciām, *peccatū ē*, Hoc eſt ex gloſſa ibidem, omne id quod ēt in ſe bonum eſt, ſi tamen non ſit ex fide, id eſt, contra conſcientiam, vt. ſ. credamus eſſe malum, peccatum ē, de quo dicto latius infra diſſeremus. Et ſecundum iſtum conſcientiæ actum, conſciētia dicitur recta, quæ recte dictat aliquid eſſe faciendum, vel non; vel erronea, quæ non dictat, quod eſt rectum.

a *Eſt autē a conſcientia multiplex, Recta, Erronea, Du-*
6 *bia, Probabilis, & Scrupuloſa.*

Recta conſcientia eſt, q̄ per verum ſyllogiſmum veram ſententiā concludit, vt v. g. Omne mandatum Dei eſt ſeruandum; ſed de dilectione Dei eſt mandatum. Ergo eſt ſeruandum.

Erronea eſt, q̄ per falſum ſyllogiſmum, falsā ſententiam concludit, vt ſi quis ita ratiocinetur: omne illicitum non eſt faciendum; iurare eſt illicitum, vt patet Mat. 5. *Nolite iurare omnino.* Ergo iurandum non eſt. Hæc Conſcientia eſt erronea, decipitur. n. in intelligentia illius, *Nolite iurare omnino*. Vel aliter; Conſcientia *Erronea* eſt, quæ dictat eſſe verum, quod eſt falſum, vel è contrario.

Dubia Conſcientia eſt, quæ nec aſſentitur, nec diſſentit, ſed in dubio, & in ambiguo manet.

Probabilis eſt, cum quis probabiliter exiſtimat vnā partē eſse verā, cui aſsenſum p̄bet, timet tamē, ne & contrarum verū eſse poſſit, cum rō illa, ob q̃ in eam potius, quam in aliam partem inclinat, ꝓbabilis tantum ſit, non aūt certa; vt ſi quis putet ꝓbabiliter hunc fuudum eſse ſuum, quia ex hereditate paterna ſibi obuenit, quem virum bonum fuiſse communi omnium iudicio eſt compertum; Quia tamē fieri poteſt, vt patri donatus fuerit ab aliquo qui iniuſte occupauerit, non eſt omnino certus in conſcieutia, an fundus ille ſuus ſit, nec ne.

Conſcientia *Scrupuloſa eſt*, quæ alteri parti adhæret, ſed cum formidine, & anxietate, quę animū
b torquet. *b Quia vero nulla dubitatio eſt*, aut eſse pōt de cōſcientia recta, quin obliget de ceteris quatuor vt patet c. ſeq. Erronea, Dubia, Probab. & Scrupuloſa, ſuo ordine agemus, & quando, & quibus in caſibus obliget, oſtendemus.

ADDITIONES.

a Eſt autem conſcientia multiplex, Recta *Huiuſmodi partitio ē, quæ vſurpatur, & territur in ſcholis. Alia extat conſcientiæ diſtributio in bonā, & malā quā Diuini verbi Concionatores ad populū ſolent adhibere. Eſt aūt conſcientia bona eadem quę pura, & tranquilla, q̄q. nullius ſibi criminis præteriti, aut præſentis eſt cōſcia, ſed quæ in reb. agendis recta eſt omnium rerum æſtimatrix. De qua Diuus Paulus Act.* 2. Ego, fratres, omni conſcientia bona apud Deum cōuerſatus ſum. *Mala porro Impura, perturbata, & male ſibi conſcia, quæ peccatorum ſuorum furijs huc, illuc agitatur, & continuis, veluti angoribus, & cruciatib. torquetur, ſecuſque interdū in ijs, quæ agit, iudicat, quam oportet. De hac Sapiens. 17. ſemper præſumit, perturbat, ſæua Conſcientia. Bonā conſcīam duplicem ſtatuunt: vnam minus, alteram vero plene placatā, atq; tranquillā. De priore uolunt uerba feciſſe D. Paulum 1. ad Cor. 8. dum aiebat, i Chriſtum peccare, qui fratrū ſuorum conſcīam infirmā percutiunt, et D. Bernardum ſer. 61. in Cant. dicentem,* Turbabor, ſed non perturbabor, qa vulnerū Domini recordabor. *De poſteriore Sapiens.* 8. ſecura mens, quaſi iuge conuiuium, *& rurſus*, Intrās in domum meam conquieſcam cum illa, non habet amaritudinem cōuerſatio illius, nec tædium conuictus illius.

Malæ præcipui ſunt tres gradus, atq. adeo ſtipites duorum germina plura. Vna eſt plane deprauata, ac multis grauiſſimorum ſcelerum notis inuſta, & ſi quid bonitatis præ ſe ferat, ea eſt apparens, et ad alios decipiendos ac deprauandos prorſus accomodata, cuiuſmodi eſt hæreticis & hypocritis. Hæc uniusmodi reliquæ duæ, quarum una nimis ampla, et lata: altera vero è contra arcta dicitur, multiiuges, huic quatuor, illi uero rami tres. Vnus latæ, quam Groſſam vulgo Materna lingua, eſt eorum, qui ſolum grauiora crimina perhorreſcūt, et fugiunt: minora autem, quamuis tanta ſint, vt excludāt a regno Dei, paruipendunt, et pro nihilo ducunt.

Alter eiuſdem, quæ recte Phariſaica dici pōt, corū eſt, qui magnorum paruam, minorum autem peccatorū magnam rationem habent.

Tertia dicatur Præſumptuoſe affectata, et ſupina, et ſit illorum, qui aut dedita opera ſua peccata ignorare affectant, ne reſipicentes in viā redeant aut in eis preſcrutandis enucleandiſq. quam poſſent, ac deberent operam negligunt inſumere aut demum percipientes, quid ſit peccatum tamen ſpe veniæ conſequēdæ muniti liberius peccandum putant. Quartam Negligentem appellant, et attribuunt ijs, qui a peccatis mortiferis abſunt: a venialibus autem nequaquam.

Iam vero arcta conſcientia eſt, aut nimis anguſta, eorum. ſ. qui quod frequenter in peccata labuntur, uel ſuorum ſcelerum magnitudine perſpecta ita ſolicitantur, conficiunturq; vt de Dei miſericordia plane deſperent, aut ita perplexa, vt quocunq. ſe vertant, ſe Deum uehementer offendere arbitrentur, aut deniq. eſt iuſto ſcrupuloſior, eorum nimirum, qui credunt aliquid eſſe peccatum, quod reuera non eſt, atque ibi peccandi timore contremiſcunt, ubi timor minime deberet eſſe.

Quæ ſanè duæ Conſcientiæ partitiones, ſi bene res ꝑpenditur in idem fere recidunt: formula eas explicādi nō nihil diuerſa: hæc quidē, ut paulo ante ex actionib. honeſtis comendandis, turpib. vero carpēdis, inſectādiſq. coram omni populo illa aūt ſingulorū ſceleribus potiſſimum clā in pęnitentiæ foro dijudicandis accomodatior.

b Quia vero nulla dubitatio eſt. *Huc tn̄ nonnulli ut Hallus referunt grauiſſimā illā Quæſtionem, in qua reuocatur in dubium, Vtrum Iudex contra propriā ſcientiā, ſiue adeo Conſcientiam, quæ ſic recta eſt licite poſſit innocentē, probatum per teſtes, omni exceptione maiores nocētē, et ut aiunt uulgo per allegata, et probata cōdēnare, et cōmuniore ſententia ut inquit idem Hallus, li. 1. c. 10. in princ. probabilioreq. ut aſſirmat idē Alfonſus de Vega in ſumma c. 12. caſu 12. aſſeritur non mō id iudici facere licere, uerum etiā, quando alia uia ſe ſe inde nequeat expedire, ad exequendum omnino teneri.*

De Conſcientia Erronea. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *An teneatur aliquis ſequi dictamen conſcientiæ erroneę*

2 *Opinio prima, eiuſque confirmatio.*

3 *Contra conſcientiam erroneam agere, ſiue erret circa bona per ſe ſiue mala, ſiue indifferentia, peccatum eſt, vt communis, & vera probatur ex ſcripturis.*

4 *Conſcientiæ dictamen ſequi, cur teneamur rationiſq; fundamenta.*

5 *Saluationes argumentorum pro prima opinione.*

6 *An conſcientia erronea obliget, vt eam ſequamur.*

7 *Inter ligare, & obligare quæ differentia ſecundum Durãdum, eiuſque argumenta.*

8 *Quomodo conſcientia erronea ex ignorantia vincibili, & culpabili, liget, & obliget.*

9 *Inter ligare, & obligare nulla differentia.*

10 *Cum duo ſint in intellectu dictamina, quod ex conſcientia erronea ſequendum ſit.*

Culpa ſua perplexus, non autem ſimpliciter perplexus, qs dicatur. nu. eod.

11 *Conſcientia erronea ignorantia inculpabili ſimpliciter obligat ad poſitiuam ſui obſeruationem.*

12 *Solutio argumentorum Durandi.*

Apprehenſio eſt immediata regula operationis humanæ num. eo.

Apprehenſio legis promulgatæ, vt a Rege latæ, populũ obligat. nu. eod.

13 *Conſcientia recta, et erronea obligat, ſed diuerſa ratione.*

14 *An ſit peccatum mortale, vel veniale agere contra conſcientiam erroneam; & ratio dubitandi.*

15 *Authoris explicatio.*

Qui quod alioqui bonum mortale eſſe putat, faciẽdo, mortaliter peccat. nu. eod.

Quod reuera eſt veniale, ſi putetur mortale, erit p· mor. illud facere, & recte tenet Greg. de Valentia, et Nau. & Ratio quare, ibid.

16 *Illum venialiter ſolum peccare, ſi putet eſſe veniale ſecũdum Greg. de Val. quomodo intelligendum.*

17 *Si quis falſo iudicet eſſe malum, & illicitum in genere nõ tamen iudicat in pratic. eſſe mortale, vel veniale, aut aliquid tale in ſpecie faciendo contra conſcientiam erroneam mortal. peccat, contra Nauar. & Valent.*

18 *Si in vniuerſali rem quis putet illicitam in particulari uero, & hic, & nunc non putet, faciendo non pec. contra conſcientiam erroneam, & quare non;*

Mulier vtens capillis alienis quod a prædicatore mort. eſſe audiuit, quomodo vtendo non peccet. n. eod.

19 *Peccatum contra conſcientiam omiſſum ad quod genus peccati reuocatur.*

20 *Contra præceptum aliquod ſpeciale peccans quomodo ſolum peccare dicatur contra Syndereſim.*

21 *Contra conſcientiam peccare ſiue erroneam ſiue veram. vnum tantum non duplex peccatum eſt, unde refellitur Angeſtus.*

22 *An ſcienter quis mortale peccatum operatus ſit non eſt neceſſarium confeſſione exprimere contra Adrianum, cum Gregorio, quando hæc circumſtantia explicanda eſt, ibidem.*

23 *Qui agit cõtra conſcientiam erroneam vincibilem, et culpabilem, an magis peccet quam qui ſecundum illam, et vnde de hoc iudicandum ſit, num. 25.*

Baſolis ſimpliciter affirmat, eiuſque Ratio plus peccare, qui ſequitur erron. conſcientiam.

24 *Quando grauius peccatum ſit contra conſcientiam agendo, vel eam ſequendo, certa regula aſſignari non poteſt ſecundum Vaſq. Med. & alios.*

Minus peccatum agere contra conſcientiam quam ſecundum illam quando contingit ſolum ignorantia inuincibilis tollit voluntarium. num. eod.

25 *Ex materia circa quam verſatur conſcientia erronea, iudicandum eſſe concluditur.*

26 *Conſcientia verè non eſt lex ſed proponit legem: vnde ſoluitur dubium.*

27 *Quare ſicut agendo contra conſcientiam vincibilem peccatum eſt, & demeritum, ita non ſit virtus, & meritum ſe conformare tali conſcientiæ.*

Vt voluntas bona ſit, quæ requirantur. num. eod.

28 *Conſcientia erronea an plus obliget quam præceptum prælati, & an maius peccatum ſit agere contra huiuſmodi, conſcientiam, quam præceptum Prælati.*

De quibus intelligenda ſit quæſtio. ibid.

29 *Conſcientia erronea cur plus hominem obliget quam præceptum prælati ſecundum opin. aliquorum.*

30 *Minus peccatum eſſe agere contra conſcientiam quã præceptum cur ſtatuant alij etiam in differentibus.*

Obiectio Cartuſiani contra primam. ibid.

31 *Doctrina Alenſis de conformitate ſecularium, & religioſorum ſecundum præcepta ſuperiorũ: ſed modo diuerſo.*

32 *Authoris opinio, & quorundam explicatio.*

Cum quis voueat ſe in omnibus obedire quomodo intelligendum ſit. num. eod.

33 *Dictamen conſcientiæ quando ſequendum, et præceptum Prælati relinquendum.*

34 *Dictamen conſcientiæ erroneæ maioris obligationis, & quare.*

35 *Præceptum Prælati præualere debet quando, & conſciẽtiam erroneam tollere.*

CVm conſcientia teſte S. Thom. 1. part. quęſt. 79. artic. 13. & 1. 2. quęſt. 19. artic. 5. dictamen quoddam rationis ſit, ſeu quod idem eſt, ſcientia ipſa applicata ad actus noſtros in particulari, conſequẽter, Conſcientia erronea nihil aliud eſt, quam dictamẽ falſum rationis, de eo quod agendum, vel vitãdum ſit tã q̃ eo aliquo præcepto, ex quo errore falsò iudicat bonum, quod eſt malum, aut malum eſſe, quod eſt bonũ, de qua re nonnulla dubia moralia paucis explicanda ſunt.

1 Primum dubium, An teneatur quis dictamen conſcientiæ erroneæ ſequi, ita vt peccet, ſi contra conſciẽtiam erroneam operetur? In qua re duæ ſunt authorum ſententiæ.

2 *Prima* eſt † quorundam, teſte gl. 28. q. 1. c. *Omnes* in verb. *conſcientiam.* aſſerentium in ijs, quæ per ſe mala, aut bona ſunt, aut prohibita, aut in pręcepto, nõ teneri nos ſequi dictamen conſcientię erroneę, imo qui cõtra faciet, non ſolum non peccaret, ſed etiam optime faceret, vt. n. no. Alex. de Ales, p. 2. q. 120. memb. 3. ar. 1. quinque ſunt genera operum, quædam enim ita bona ſunt, vt nullo malo fine fieri poſſint, vt diligere Deum propter ſę. Quædam econtrario ita mala ſunt, vt nullo fine bono fieri poſſint, vt fornicari, & mentiri, & huiuſmodi. Sunt autem alia opera, quæ bona ſũt in genere, poſſunt tamen fieri malo fine, vt dare eleemoſynam, quod inanis gloriæ cauſa fieri poteſt. Et ſunt alia, quę ſunt mala in genere, vt ire ad lupanar, q̃ tamen bono fine poteſt fieri. ſ. ad fornicarię correctionem & conuerſionem. Sunt autem quædam indiffe-

rentia omnino,vt leuare feſtucam de terra,ire ad campos,& huiuſmodi,ex S.Th.1.2.q.18.ar.8.Ex his ergo generibus operum,qui conſcientiam erroneam haberet circa ea,quæ vel per ſe bona ſunt,aut mala,aut etiã circa alia quando pręcepta,aut prohibita ſunt,contra talem conſcientiam agendo non peccaret.Huius ſententiæ authores,nec gloſſa,nec alij referunt, nec aliquis eſt,quẽ legi,qui hãc opinionem defendat, poteſt tamen hæc opinio his argumentis confirmari.

Primum ſit, Quia nemo obligari poteſt ad id quod eſt contra legem Dei:ſed conſcientia erronea aliquãdo dictat aliquid contra legem Dei,vt quod mentiendum ſit pro vita hominis conſeruanda. Ergo in hoc caſu non obligatur quis ſecundum talem conſcientiã agere. *Ratio* huius eſt; quia maior eſt authoritas Dei, quam conſcientiæ.

Secundũ eſt:Quia ſi quis diligeret Deum ſuper omnia,ſicut verè diligendus eſt,& tamen conſcientia erronea dictaret contrarium,ſcilicet,non eſſe diligendũ ſuper omnia,nõ peccaret,quia impoſſibile eſt Deum diligere,& ipſa dilectione peccare.Et ita agens cõtra conſcientiam non peccat.

3 *Secunda* eſt,dicentium† eſſe peccatum agere cõtra conſcientiam etiam erroneam,ſiue erret circa ea,quæ ſunt ſecũdum ſe bona,ſiue mala,ſiue circa indifferentia.Sic Hẽr.quodlib.1.ar.18.Alex.de Aleſp.2.q.120. memb.3.ar.1.S.Th.1.2.q.19.art.5.Corrad. Koellin. Caiet.& Bart.Med.ibid.Bonau.2. d.39.ar.1.q.3.Duran.ibid.q.5.Rich.ead.d.art.2.q.3.Thom.de Argen. ibid.q.vnica,ar.4.concl.2.Gabriel q.vnica, ar.3.dub. 2.Io.Bach.in 4.d.1.q.3.Diony.Cart.in 4.d.39.q.3.S. Ant.p.1.ti.3.c.10.§.4.Summa confeſſ.lib.3.tit.32.q.19.Summiſtæ in ver.*Conſcientia*.vbi Piſan.Ang.nu.1. Sylueſt.q.1.Tab.§.2.vtrum.Adrian. quodlib. 2.puncto 3.ad quintum.Caiet.in Summa,in verbo,*Conſcientia*,vbi ait:quod conſcientia erronea intantum obligat,quod ſi conſcientia alicuius haberet,quod ſpuere in eccleſia eſſet peccatũ mortale,& tamen contra perſeuerantem talem conſciẽtiam ſpueret in eccleſia,peccaret mortaliter,quia quantum in ſe eſt cõſentiret in peccatum mortale formaliter. Nauar.in Man.prælud.9.num.9.& c.27.num.280.Greg.de Val.to.2.diſpu.2.q.14.puncto 4.Gloſſa in d.ca.omnes,28.q.1.in verbo,conſcientiam.et Gab.Vaſq.in 1.2.diſput.59.c.
a 2.Probari poteſt,& a *ſolet hæc communis, & vera opinio* Doctorum ex illo Rom.14. *Omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt*.Vbi Gloſſa ſic habet:Omne quod ad conſcientiam pertinet,ſi aliter fiat,peccatum eſt;quãuis enim fiat quod bonum eſt,ſi non eſſe faciendũ credat,vel non ſic faciendum,vt ſic,peccatum eſt. Ergo conſcientia etiam erronea obligat;ſiquidem conſciẽtia erronea eſt,quæ dictat de faciendo non eſſe faciendum,aut non fieri debere, quod tamẽ faciendum eſt. Quæ gloſſæ opinio,& expoſitio,eo verior,& manifeſtior apparebit,ſi Apoſtoli verba præcedentia paulo diligentius expendamus.Loquẽs enim ibi Apoſtolus de infirmis in cibis,& ratione dierum,poſt alia multa dicit,*Scio,& confido in Domino Ieſu:quia nihil commune per ipſum,niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt*.Iudæi namque cibos illos communes appellabant,quib.Gentiles paſſim vtebantur, vtebãtur .n.cibis immũdis,& in lege prohibitis; vnde Apoſtolus per *Commune*,cibum immundum,& in lege prohibitum,intelligit,iuxta illud Act.10.*Nunquam manducaui omne commune,& immundum.Et vox iterum ſecundo ad Petrum:quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris*.Senſus itaque verborum illorum eſt;qui exiſtimat cibum aliquem eſſe immundum,ſi mãducat, peccatum eſt illi,licet falſa ſit æſtimatio,quia contra cõſcientiam,& credulitatem ſuam agit; Ideoq; ſubdit Apoſtolus.*Qui autem diſcernit,ſi manducauerit,damnatus eſt*.& rationem ſubiungens ait;*Quia non ex fide:Omne autem quod non eſt ex fide,peccatum eſt*.id eſt, quod nõ eſt ſecundum conſcientiam, peccatum eſt. Sic enim hunc locum exponunt Orig.Ambro.Chryſoſt.Oecũ.& Theophilactus,& alij recentiores omnes. Vnde in c.*omnes*,28.q.1.& c.*litteras*.de reſtit.ſpol.& ca.fi.de præſcrip.& in c.*per tuas*,2.de ſimonia.& in c.*Inquiſitioni*,de ſenten.excommunicat.damnatur peccati,qui contra conſcientiam agit.

4 Ratio etiam oſtenditur,† quia,vt notat S.Th.1.2. q.19.art.5.velle malum,ſemper eſt malum,& peccatum,ſed quotieſcunque voluntas diſcordat a ratione, eſt mala,ſiue ratio erret,ſiue non,et ſiue erret circa ea, quæ ſunt ſecundũ ſe bona,ſiue circa indifferentia.Maior propoſitio eſt manifeſta,eo quod malitia voluntatis maximè deſumitur ex obiecto malo. Minor etiam patet:quia licet lex Diuina,& humana ſit regula operationum noſtrarum,nihilominus tamen immediata regula eſt ratio proponens id quod agẽdum eſt; Dum igitur voluntas aliquid velit contra id quod proponitur a ratione, quantum in ſe eſt,vult malum; & conſequenter peccat.Si.n.ratio apprehendit aliquid,vt bonum,et voluntas contrarium proſequitur,faciẽdo malum contra dictamen rationis,peccat;ſin autem ratio apprehendat id vt malum,& tñ voluntas in illud fertur,erit mala,quia vult malum;id quod procedit,non ſolum qñ eſt malum per ſe , ſed etiam qñ eſt malũ per accidens,ſcilicet, propter apprehenſionem rationis. Hoc ipſum S.Th.his exemplis declarat,& confirmat, Abſtinere namq; a fornicatione bonum quoddã eſt; voluntas tamen in hoc bonum non fertur, niſi ſecundum,quod a ratione proponitur.Si ergo proponatur, vt malum a ratione errante, fertur voluntas in hoc ſub ratione mali: vnde voluntas erit mala, quia vult malum,non quidem id,quod eſt malum per ſe,ſed id quod eſt malum per accidens,pp apprehenſionem rationis. Et ſimiliter credere in Chriſtum, eſt per ſe bonum,& neceſſarium ad ſalutem,ſed voluntas non fertur in hoc,niſi ſecundum quod a ratione proponitur, vnde ſi a ratione proponatur vt malum, voluntas feretur in hoc vt malum;non quia illud ſit malum ſecundum ſe,ſed quia eſt malum per accidens ex apprehenſione rationis.

Qui totus S.Th.diſcurſus his duobus principijs & fundamentis nititur,quorum

Primum eſt legi naturali conforme,quæ potiſſimum lucet in duobus principijs primis moralib. ſcilicet,*Bonum eſt proſequendum; Malum eſt vitandum* hæc enim duo principia prima practica ſunt,vt ca.2. dictum eſt, quibus ſi quis aduerſatur,contra ſyndereſim agit;Qui autẽ ſiue verè,ſiue falſo iudicat aliquid eſſe malũ,et nihilominus illud proſequi vult, is hoc ipſo,quantum in ſe eſt,ſectatur malum, faciẽdo illud quod ratio vt malum apprehendit.

Secundum eſt,ꝙ nulla lex obliget,niſi quatenus nobis nota eſt,& per rationem apprehenſa;nec actio aliqua humana eſt niſi voluntaria;voluntarium autem illud eſt,quod a principio intrinſeco & cognoſcente ſingula in quibus eſt actio,procedit;& conſequenter actus tantum humanus erit circa legem,aut contra legem,inquãtum illa nobis proponitur per rationem;

Ideoque ſi ratio proponat bonum vt malum,& volũtas in illud tendat,quantum in ipſa ſitum eſt, vt malum,& contra generalem legem naturæ,peccat, quæ vetat fieri malum, ſiue vere ſiue falſo iudicat aliquid eſſe malum.

5 *Hinc facile* ſoluuntur rationes in cõtrarium allatę:

Ad primum.n.reſpondetur,quod licet conſcientia erronea dictet aliquid,quod ſit contra legem Dei materialiter,formaliter tamen aliquid contra legẽ Dei non dictat,eo quod exiſtimat,(licet falſò) id eſſe ſecũdum Dei legem,& præceptum, vt in exemplo allato manifeſtum eſt; Dum enim conſcientia erronea dictat mẽtiendum eſſe pro vita hominis conſeruanda, & ſi in rei veritate ſic iudicando erret, & proinde materialiter iudicat aliquid faciendum eſſe,quod eſt cõtra legem Dei; formaliter tamen nihil contra Dei legem in hoc caſu faciendum iudicat; Siquidem exiſtimat eſſe diuinum præceptum,mentiendum eſſe pro vita hominis conſeruanda. Quo dictamine falſo manente,ſi contrarium agat,peccat:agit enim contra id, quod præceptum diuinum (licet falſò) eſſe iudicat.

Ad ſecundum reſpondetur; Non eſſe impoſſibile aliquem peccare faciẽdo id,quod reipſa alias bonum eſſet,vt ex exemplis allatis cõſtat. Item bonum eſt ieiunare,& tamen ſi quis putet eſſe peccatum, ieiunando peccaret, quia faceret id quod malum eſſe putat, malum autem,vt ſic apprehenſum, vitandum eſt. In dilectione autem Dei fieri non poteſt, vt quis reuera Deum ſuper omnia diligat,& ſimul putet eſſe peccatum & malum: Quia eo ipſo quòd iudicet aliquid eſſe peccatum,cognoſcit & apprehendit illud eſſe contra Dei voluntatem,& proinde faciendo illud,nõ poterit Deum ſuper omnia diligere; Si quidẽ amor iſte ſic infertur in Deum propter ſuam ſummam bonitatem, vt nihil poſſit voluntas ſibi ſimul contrarium velle. Quæ ſola ratio eſt, cur dilectio Dei ex nullo malo fine, aut praua aliqua circunſtantia deprauari poſſit.

Certum igitur,& comprobatum eſt,actionem omnem non modo internam voluntatis,ſed etiam externam diſcordantem a ratione erronea malam eſſe,quoties eſt voluntaria,Cuius ratio eſt,quia lex naturę nõ ſolum vetat velle,q̃ malum eſſe iudicatur, ſed etiam id facere. Et quod dictum eſt hactenus de actu,intelligendum eſt etiam de actus emiſſione diſcordante a conſcientia erronea, cum videlicet, quis omittit aliquid agere,iudicans falsò malum eſſe id omittere.

6 *Dubium Secundum eſt*,† An conſciẽtia erronea obliget,vt eam ſequamur? Hactenus enim ſolum diximus peccatum eſſe contra conſcientiam erroneam agere, non tamen explicatum eſt, an obligemur ſecundum eam operari,hæc enim duo inter ſe diſtincta ſunt, vt conſtat.

7 *Prima* Opinio† eſt Durandi 2.d.39.q.5.nu.7.qui diſtinguens inter obligari,et ligari,ait,conſcientiam erroneam ligare quidem,ſed non obligare. Inter hęc duo autem hanc differentiam ponit; quod is dicitur obligari,qui debet,vel tenetur id facere,ad quod obligatur,ita vt aliter quantum eſt ex parte ſua liberari nequit ab illa obligatione niſi faciendo illud. Is vero ligari dicitur moraliter, qui ſic diſpoſitus eſt circa aliquod agibile,quod non pôt licitè procedere,prout exigit natura illius agibilis, eo quod detinetur conſcientia,& dictamine aliquo contrario, quod dicitur conſcientia erronea, ſicut qui corporaliter ligatur non poteſt procedere,& mouere ſe etiam in recta; & plana via. Qua diſtinctione poſita, vtranque partem probat. Et quidem quod conſcientia erronea non obliget,probat.

Primo,quia conſcientia erronea dictat aliquando id quod eſt malum,illicitum & prohibitum ,vt v.g. dictat Iudæo conſcientia,malum eſſe,& peccatũ credere in Chriſtũ; Similiter dictat malo Catholico non nunquam bonum eſſe fornicari, ſ.vel ad libidinẽ explendam,vel ad euitandum paſſionis anguſtiam. Itẽ in indifferentibus dictat aliquando malum eſſe ,id, quod non eſt,vt cum dictat peccatum eſſe leuare feſtucam de terra; aut faciendum eſſe aliquid vt debitũ, quod tamen non eſt debitum,vt quando conſcientia dictat facienda eſſe opera ſupererogationis, & conſilij,tanquam debita. At vero nulla poteſt eſſe obligatio reſpectu mali & illiciti,aut liciti,non tamen debiti. Ergo non obligat.

Secundo,quia ſola vera notitia de re obligationem non tollit,ſed magis cõfirmat. Sed vera notitia de re, cuius erat erronea conſcientia dictabat. Ergo conſciẽtia erronea prius non obligabat.

Tertio idipſum hoc exemplo poteſt oſtendi,quia ſi miniſter aliquis Regis legem aliter promulgaret,quã ab eo lata ſit,procul dubio,ex tali falſa legis promulgatione nemo obligatus maneret. Sed conſcientia erronea hoc modo ſe habet reſpectu legis Diuinæ,& ęternæ. Ergo non obligat ad id,quod ipſe aliter promulgat.

Quo ad ſecundam partem, ſ.quod conſcientia erronea ligat; diſtinguit; Nam ſi error ille conſcientiæ ſit inuincibilis,ſeu inculpabilis,vt eſt error,vel ignorantia circumſtantiæ particularis adhibita debita diligẽtia,qualis fuit Iacob reſpectu Liæ,tunc nõ ligat,quin poſſit homo agere ſecundum illam conſcientiam, ſic errantem,eo quod talis error excuſat a peccato. Sin vero error ille conſciẽtiæ ſit culpabilis,cuius ipſemet errans eſt cauſa,vel occaſio, tũc vel culpabiliter errat iudicando aliquid ſemper eſſe illicitum,ſicut conſciẽtia hæretici dicit,quod ſemper illicitum eſt iurare,ſic faciens contra conſcientiam erroneam peccat, adeo vt ſi hęreticus iuret timore mortis,vel aliquo alio modo facit contra diuinum præceptum,peccat mortaliter,non quidem ratione iuramenti ſecundum ſe, ſed quia iuramentum apprehenſum eſt ab eo tanquam cõtrarium ſemper præcepto diuino,& voluntas in illud tendit ſolum vt apprehenſum; faciens autem ſecundũ conſcientiam talem erroneam, hoc eſt nolendo iurare,non peccat ſp,quia licitum eſt aliquando non iurare. Sin autem conſcientia dictaret aliquid,quod vere illicitum eſt,non ſolum vt licitum,ſed etiam vt debitũ, tunc quidem peccat non ſolum faciendo, ſed etiam non faciendo,vt v.g. ſi conſcientia erronea dictaret licitum,& debitum eſſe furari a malis diuitibus, vt detur.pauperib.vel quod debitum eſt mentiri pro ſaluãda vita alterius; tunc quidem faciens ſecundum conſciẽtiam illam erroneam, peccat. ex quo illud, quod ipſa dictat faciendum,eſt ſecundum ſe illicitum, & etiã faciens contra illam peccat,non propter omiſſionem ſecundum ſe,ſed quia actus,qui omittitur: apprehẽſus eſt,tanquam debitus fieri. In ſumma igitur dicit conſcientiam erroneam non obligare nos,vt ei poſitiuè cõformemur, (in quo conſiſtit propria ratio obligationis) ſed ſolum ea ligamur, ita vt non poſſimus facere oppoſitum ſine peccato,id quod procedit in conſcientia erronea tam inculpabili, quam culpabili, cum hac ſolum differentia,quod ſequendo conſcientiam erro-

neam inculpabiliter,non peccamus, quia ignorantia
illa excuſat a peccato:ſequendo autem conſcientiam
culpabiliter errantem,peccamus,cum ignorãtia hæc
b a peccato non excuſet.b *Hanc Durandi ſententiam inter*
recentiores ſequitur Greg.de Val.to.2.diſp.2.q.14.pũcto
4.affirmans conſcientiam erroneam propriè non
obligare,ſed ligare,& eam inſinuat S.Th. qui licet 1.
2.q.19.ar.5.dicat conſcientiam erroneam *obligare* alibi
tamen dicit *ligare*,vt 1.2.q.19.ar.6.& 1.par.q.79.
art.13.& ita interpretari videtur cum Conrad. in dicto
art.6.& S.Ant.1.par.tit.3.c.10.§.4.in fine,idem
docere videtur.

Secunda Opinio eſt Ant.de Corduba,lib.3.qq.q.4.
dub.3. Barth.Medinæ 1.2.q.19.artic.5.& 6. Rodriguez
in Summa parte.1.c.71.concl.2.& Vaſquez in
1.2.diſp.60.ca.2.& aliorum recentiorum,dicentium
nullam eſſe differentiam inter *ligare*, *&* *obligare*, ſed
conſcientiam erroneam obligare ad faciendum id,
quod dictat,ſiue erret vincibiliter,ſiue inuincibiliter,
quamuis non eodem modo de vtraque conſciẽtia erronea
ſentiendum ſit.

Primo,igitur conſcientia erronea,ex ignorãtia vincibili,
& culpabili,ligat & obligat,nõ quidem vt quis
8 † eam poſitiue ſequatur,ſed ſaltem vt non faciat contrarium
eius,quod conſcientia dictat.Hoc patet:quia
aliquando proponitur a conſcientia erronea,vt fiat id
quod malũ eſt;vt ſi quis culpabiliter exiſtimet neceſſarium
eſſe mentiri,vt ſuam,vel alterius vitam conſeruet,
in quo euentu non tenetur quis mentiri,quia mentiendo
9 peccaret;† nullus autem tenetur ad id, quod ſi
fecerit,peccatum committit;tenetur nihilominus ex
illa conſcientia erronea non facere contrarium, adeo
ut non mentiendo peccet.Habet enim in tali euentu
10 † duo dictamina in intellectu;Vnum eſt, bonum eſſe
mentiri pro conſeruanda propria,vel alterius vita,qđ
dictamen affirmatiuum,cum neque bonum ſit,neque
ſufficienter proponat bonum,conſequenter conſcientia
erronea non obligat poſitiue ad ſui obſeruantiam;
Alterum eſt,malum eſſe non mentiri,quę conſcientia
licet non excuſet a peccato, ſi mentiatur, obligat tamen
ne fiat oppoſitum. Quod ſi vrgeas, ergo homo
iſte erit perplexus in vtramq; partem, quia quicquid
faciat,peccatum non euadit,quod videtur abſurdum.
Reſpondetur,culpa ſua poſſe quem eſſe perplexũ,quando.
ſ.ignorat,id quod ſcire poteſt,& tenetur;non eſt
tamen ſimpliciter perplexus; quia poteſt,et tenetur in
hoc euentu conſcientiam illam deponere,& ſciẽtiam
contrariam habere,quo facto ab illa perplexitate liberatur.
Et ita ſoluitur argumentum primum Durandi
vbi ſupra, & ſimul oſtenditur qualiter conſcientia
erronea obliget, & ad quid ſecundum eam quis obligetur.

Secundo,quoad conſcientiam erroneam ex ignorãtia
inculpabili,dicendum eſt,eam non ſolum obligare
11 ne quis faciat cõtrarium,ſed† etiam ſimpliciter obligare
ad poſitiuam ſui obſeruationem,in quo caſu vera
eſt doctrina Medinæ vbi ſupra,ſcilicet,idem eſſe facere
ſecundum conſcientiam,& non facere contra illam,
aut ſaltem vnum ex alio ſequitur,ita vt inter hęc
duo medium dari nequeat.ſ.ſi quis tenetur non facere
contra conſcientiam,ergo tenetur non facere ſm illã.
Nec tamen ex hoc ſequitur, obligari hominem ad faciendum
peccatum,quia quando ignorantia eſt inculpabilis,
id quod alias peccatum eſſet,a peccato excuſatur,
cum ignorantia hæc deponi nequeat,aut non debeat,
cuius cõtrarium diximus in conſcientia erronea
culpabiliter,vbi homo conſcientiam illam deponere
poteſt,& tenetur, & proinde illi ad culpam imputatur,
ſi ſecundum illam operetur.

12 Hinc ſoluitur ratio ſecunda † Durandi, *Reſpondetur*
enim,quod conſcientia erronea non facit obligationem,
& præceptum abſolute;& re ipſa,immo nec
id facit vera ſcientia,& notitia rei, ſed vtiq; hoc, ſolũ
facit,vt ſit obligatio more humano, eo quod nullum
præceptum obligat niſi media apprehenſione,quę eſt
immediata regula noſtrarum operationum. Vnde notitia
vera & conſcientia recta ſuperueniens tollit obligationem,
non quæ reipſa fuit prius, ſed quæ tantum
erat in apprehenſione per conſcientiam erroneam.

Ad Tertium eodẽ modo *Reſpondetur* quod lex nomine
Regis promulgata, aliter quam lata eſſet a Rege,
inducit obligationem, ita, ut populus obedire teneatur,
& contemptores puniantur, quę obligatio tollitur
per ſuperuenientem notitiam legis, & intentionis
Regis,non quod antea obligatio aliqua eſſet reipſa,
ſed quæ ſolum erat in apprehenſione,& æſtimatione
populi,credentis legem vere promulgatam fuiſſe
prout a Rege lata erat,quæ apprehenſio populum obligabat
vt eam ſeruare teneretur.

Ex quib. colligitur conſcientiam tam rectam,quã
3 † erroneam obligare,quamuis diuerſa ratione; Siquidem
conſcientia vera eſt conformis legi diuinæ,& vera
lex eſt;conſciẽtia vero erronea putatur eſſe lex Dei,
cum tamen non ſit,ſicut lex eius,quem credo prælatum
meum eſſe,me obligat, licet vere prælatus meus non
ſit. Item conſcientia recta ſimpliciter obligat,erronea
vero ſolum ex ſuppoſitione,quia creditur eſſe præceptum
Dei.

14 *Dubium tertium* eſt, an ſit peccatum † mortale,vel
veniale agere contra conſcientiam erroneam? *Ratio*
difficultatis eſt,quia cum homo ex cõſcientia erronea
peccare poſſit,vt dictum eſt,ex eodem errore aliquando
mortaliter,aliquãdo autem venialiter peccare poteſt.
In qua re nonnulli,vt Ant.de Corduba libr.3.qq.
q.4.concl.6.& Hier. Angeſtus ca.7.ſuorum Moraliũ,
dub.3.circa primam partem textus,hanc regulam tradunt,
quod dum quis peccat contra conſcientiam, qa
vt docet S.Th.1.2.q.19.art.5.ad tertium, ſemper peccat
contra aliquam materiam particularem,puta contra
iuſtitiam,contra obedientiam,contra religionem,
aut aliquam aliam materiam particularem,ex tali materia
iudicandum eſt,an ſit mortale,vel veniale. *Ceterum
omiſſis authorum ſententijs*,hæc tria mihi tenenda
videntur tanquam vera,& rationi naturali cõformia,
quorum.

15 *Primum eſt*,ab ipſomet falſo iudicio eius,qui a † cõſciẽtia
erronea diſcordat,deſumptum; ſi enim quis id
quod alioqui bonum eſt,mortale eſſe putat,tunc faciẽdo
mortaliter peccat; ſin autem putet ſolum eſſe veniale,
peccat tantum venialiter.Immo ſi quod re vera
ſolum eſt veniale,putetur eſſe mortale,etiam erit peccatum
mortale id facere;ſic Greg.de Val.to.2.diſp.2.
q.14.pun.4.dub.3.& fauet Nauar.in Man. prælud.9.
num.9.& colligitur ex Caiet.in verbo conſcientia.*Ratio*
huius eſt;quia peccatum totum in hoc naſcitur illo
errore adeo,vt voluntas feratur in illud malum prout
apprehenditur,vt malum mortale, vel veniale, vnde
qui falſo putat eſſe mortale,is quãtum in ipſo eſt, vult
peccare mortaliter. Id autem quod docent Caietanus,
& Greg.de Val.vbi ſupra,peccare ſolum venialiter,
ſi putet ſolum eſſe veniale,vt verum ſit,intelligendum
eſt,dummodo ex ſe non ſit mortale, tunc enim,

vt recte Nauar.loco citato annotauit, erit mortale,
ſi quidem error ille grauitatem peccati nõ minuit.
Quod ſi nullũ alioqui peccatũ ſit illud facere tũc ſi
ſolũ putet eſſe veniale, illud faciendo peccabit tñ
venialiter, eo quod quantũ in ipſo eſt, nõ amplius,
q̃ venialiter vult tunc peccare. Quæ oĩa intelligen
16 da † ſunt ſiue, expreſſe, ſiue implicite putet, id ꝙ bo
num eſt, eſſe malũ mortaliter, aut venialiter, vel an
ſolum putet eſſe tale aliquod malũ, de quo alioqui
ſcit, aut ſcire põt, eſſe mortale, vel veniale illud fa-
cere, vtroque n. modo, cẽſetur homo tũc quantũ in
ipſo ſitũ eſt, mortaliter, vel venialiter peccare velle.
17 *Secundum eſt*, † ſi falsò iudicet eſſe malũ, & illici
tum in genere, non tñ iudicat in particulari eſſe
mortale, vel veniale, aut aliquid tale in ſpecie, de
quo ſcire poſſit eſſe mortale, vel veniale, tunc licet
Naua. & Val. locis proxime allatis Lud. Lopez. p.1.
inſtruc.confeſ.c.3. velint eſſe veniale agere contra
conſcientiã, eo qđ velle id, quod in genere dũtaxat
iudicatur illicitum, non vr eſſe grauis malitia, cum
huiuſmodi voluntas contineat ſe adhuc intra limi
tes eius rationis, quæ eſt cõis peccato mortali, & ve
niali, adq; adeo ſit imperfecta in genere mali, & ſo
lum conſtituit peccatũ veniale; Nihilominus tñ
exiſtimo cum Rodriquez in Summa, p.1.c.71.cõ-
cl.4. & Vaſquez in 1.2.diſp.59.c.3. in hoc caſu pec
care mortaliter faciendo contra talem conſcientiã
erroneam; Quia qui ita operatur abſq; alio exami-
ne, non dubitat ſe exponere periculò peccati morta
lis & velle illud committere qualecunq. ſit, *qui ue
ro amat periculũ, peribit in illo*. Qua de cauſa qui ha-
beret propoſitũ peccandi, aut vellet eſſe malus in
cõi non determinando materiam aliquam peccati
proculdubio mortaliter peccaret. Graue e.n. pecca-
tum eſt ita ſe offerre, & cõmittere periculo peccan
di in cõi, & hoc maxime tunc, cum nõ ſit aliud mo
tiuum peccandi ſibi propoſitum, quã illud agendi,
eo quia peccatum eſt, non enim dici poteſt talis vo
luntas imperfecta in ratione male operandi, vt fal-
sò Greg. de Val. vbi ſupra ſibi perſuadet.
18 *Tertium eſt*, cum † conſcientia non ſignificet iu-
diciũ prædictum in cõi ſed particulari circa opus,
quod eſt exercendum, vt rectè Caie. 1.2.q.19.art.5.
& to.1.Opuſc.in tract.17.reſponſionũ, reſponſ.13.
in fin. & Nauar. in Man. prælud.9. nu.9. & in ca.ſi
quis aũt, de pœn.diſt.7.nu.61. & 63. & Greg. de Va
len. vbi ſup & Bartho. Med. 1.2. q.19. ar.5.dub.3.
notant, inde eſt, ꝙ licet quis in vniuerſali putet rẽ
eſſe illicitã, ſi tamen in particulari hic, & nunc non
putet ſibi eſſe illicitã, faciendo non peccat contra
conſcientiã erroneam: vnde, & iuriſperitus ſi in ge
nerali putaret illicitũ eſſe dieb. feſtiuis dare conſi-
liũ ſi tñ data occaſione in die feſto conſiliũ daret,
exiſtimans hic, & nunc id ſibi illlicitũ non eſſe non
peccaret. *Ratio eſt*: quia cũ peccatum in propoſito
totũ naſcatur ex illo errore, ſi error ille, vel non ad
mittatur, vel non perſeuerat, ſed quouis modo ceſ-
ſet, nullũ erit peccatũ illud facere Ex qua doctrina
inferunt Caie. & Med. vbi ſup. & Nauar. in c.ſi quis
aũt, de pœn.diſt.7.nu.62. quod mulier audiens a p̃-
dicatore, qđ ſit peccatum mortale vti capillis alie-
nis, quia eſt ſimulatio, cõcipiẽſq; ex ratione audita,
& authoritate p̃dicatoris talem vſum eſſe peccatũ
mortale, & ex alia parte vellet vti huiuſmodi capil-
lis, & inde rõne, hinc appetitu mouente neſcit ſol-
uere motiua rationis erroneæ contrariæ appetitui
ſuo, tñ putans abſq; ſolutione rõne id ſibi licere, vti
tur talib. capillis, non peccat quia verè nõ operatur
contra conſcientiã a ſe approbatam, credit.n.hic, &
nunc ſibi licere: ideoq. portando non operatur con
tra conſcientiã ſuã, nec peccat. Ad hoc.n.vt excuſe-
tur a peccato, ꝙ cõmitteret alioqui contra conſcien
tiã, ſatis eſt, ꝙ conſcientiam erroneam, & falſum
iudicium ex quauis cauſa deponat, & mutet.
19 *Dubium quartũ* eſt, † ad ꝙ peccati genus reuocẽt
peccatum contra conſcientiam commiſſum? *Ratio*
difficultatis eſt: quia eo ipſo, quod peccatũ ſit, ſub a-
liqua particulari ſpecie peccati collocari dẽt. *Reſpõ
detur* cum S.Th. 1.2.q.19.ar.5.ad tertium. Medina
ibid.dub.4. Greg. de Val.to.2.diſp.2.q.14.punc.4.
dub.2. & Vaſquez in 1.2.diſp.59.c.3. reduci ad illud
genus peccati quod conſcientia dictat. Quotieſcun
que.n. ſe offert aliquod peccatum per conſcientiã
erroneam, ſemper concipitur eſſe faciendum in ma
teria aliqua particulari, & ideo reducitur ad illud
præceptum, qđ exiſtimat ſe tranſgredi, vt v.g. acce-
dit quis ad ſuã vxorem, quam putat eſſe alienã, pec-
cat peccato fornicationis, aut adulterii, qñquidem
facit, quantũ in ipſo eſt, contra p̃ceptum illud, *Nõ
mæchaberis*. Et in hoc certũ eſt, quoties agendo con
tra conſcientiam erroneã, occurrit ſibi aliquod p̃ce
ptum, aut virtus contra q̃ exiſtimat ſe peccare. Sin
20 aũt non actu cogitaret ſe contra aliquã virtutẽ, aut
p̃ceptum ſpeciale facere, (vt ſi quis † ex conſciẽtia
erronea putaret obiectum aliquod indifferens eſſe
ſibi illicitum, ẽt quatenus indifferens, ſi putaret ſibi
non licere in cãpis ambulare, aut feſtucã de terra le
uare) aut ſi quis ſolum in cõi cogitaret eſſe malum
id ꝙ facit, nihil in particulari cogitans an aliquod
ſpeciale p̃ceptum violet in tali caſu recte docet idẽ
Greg. vbi ſup. talem peccare ſolũ contra Syndere-
ſim, cuius nimirũ p̃ceptum, vetãs fieri malum, põt,
& debet in tali caſu cogitari. Cum in hoc euentu
non determinet ſibi aliquod vnũ p̃ceptum magis
q̃ aliud, contra nullũ ſpeciale præceptũ peccare cẽ
ſetur: Quia vero in tali caſu certum eſt peccare, di-
cendum eſt ſolum Syndereſis præceptum violare.
21 Hinc ſequitur *Primo* falſum eſſe ꝙ † docet Ange
ſtus vbi ſup.c.7.dub.2. ſ.quod agens contra conſcẽ
tiam erroneam, vnico tm̃ peccato peccat, eo quod
vna ſit tm̃ difformitatis rõ, agere.ſ.contra conſcien
tiam erroneam: agens vero contra conſcientiam
veram, duplex peccatum cõmittere, ob duplicẽ dif-
formitatem illius actus, vnã agendo contra conſciẽ
tiam: alterã vero agendo contra præceptum, quod
proponitur. Sed vt diximus, hoc falſum eſt; quia
nulla virtus, aut præceptũ obligat niſi media con-
ſciẽtia, & notitia, quæ eſt immediata regula noſtra-
rũ operationũ: ſiquidem conſcĩa, ſeu notitia vera,
ſeu falſa idẽ prorſus eſt, ac ipſum præceptum Cum
igitur non ſit diuerſa regula, ſed vna, & eadem con
tra q̃ peccat hõ, vnum tm̃, & nõ duplex erit pecca-
tũ, cõtra conſciam ſiue veram, ſiue falſam operari.
22 Sequitur *Secundo* falſo † docuiſſe Adrian. in 4.
Sent. in tract. de Confeſſ. q.4 §. *uenio nunc*. neceſſum
eſſe in cõfeſſione exprimere an ſcienter quis morta
le peccatũ operatus ſit, vel contra dubiũ conſcien-
tiæ, qui addit ſpecialẽ difformitatẽ ſeu aliud genus
peccati. Verũ, vt ſubtiliter, & doctè Grego. de Val.
vbi ſupra tradit, quãuis ceteris paribus, intra idem

genus,& ſpeciem peccati,magis peccat is,qui actu
iudicans aliquid eſſe malum(ſiue verè,ſiue falſo iu
dicet)illud facit, quam is qui actu id non iudicat,
pōt tamen & debet iudicare,& aduertere,eo quod
prior ex malitia peccare videtur, poſterior non itē:
nihilominus tñ circunſtantia hęc ad cōem quandã
rationem peccati ſpectat,quatenus.ſ.ꝗ peccat con-
tra Synderesim facit,dum peccando malũ comple
ctitur; vnde contra conſcientiam peccans ſolũ cō-
fiteri tenetur ſe peccaſſe,ſi peccatum mortale fue-
rat,non aũt explicare tenetur ſe contra conſcien-
tiã,aut ſcienter peccaſſe. Quare tãdem fatet̃ Adria-
nus non peccare eos,qui in omnib.vt in fornicatio
ne,adulterio, &c. hæc omittunt, quia præſumitur
confeſſarios hoc ſcire,& aduertere,ꝙ ſcientes,aut
ad minus cum dubio conſcientiæ hæc fecerint. So-
lum igitur explicanda erit hæc circunſtantia, qñ
quis credit ſe teneri ad eam explicandam, ne alio-
qui in eo ipſo etiam a dictamine ſuæ conſcientiæ
diſcordet, & ſic peccatum de nouo committat.

23 *Dubium quintum* eſt, An† qui agit cōtra conſciē-
tiam erroneã vincibilem,& culpabilē, magis pec-
cet,quam qui ſ̃m illam agit? In hac re non vna eſt
authorum opinio,& ſnĩa; Nam Baſolis 2.d.39.q.
vnica.ar.3.abſolutè,& ſimpliciter affirmat,plꝰ pec
care qui erroneam cōſcientiam ſequitur,q̃ qui cō-
tra illam agit. Rō eius eſt:qa grauius peccatum eſt
violare legem ſuperioris obligantis,q̃ legem infe-
rioris,ſed conſcĩa erronea eſt lex inferioris,ſ.ipſiꝰ
hoĩs operantis; contrarium aũt eſt lex ſuperioris
Dei.ſ.aut Principis. Ergo magis peccat q ſ̃m con-
ſcientiam agit;quia hoc mō agit contra legē Dei,
vel Principis;q̃ qui contra illam agit;quia ſic agit
ſolum cōtra legem ſuam propriam. Pro hac ēt opi-
nione afferri pōt Richar.2.d.39.ar.2.q.4.ad quar-
tum,in fine,vbi dicit,habentem conſcientiam erro
neam,q̃ dictat fornicationem eſſe neceſſariam ad
ſalutem,non fornicando,peccare mortaliter,& ēt
fornicãdo mortaliter peccare,qa ad non fornican-
dum obligatur per legem diuinam,quę fortior eſt.

d Alij *d* vero,vt Duran.2.d.39.q.5.nu.9. Alma.in
trac.1.ſuorum Moral.c.5.Angel.c.7.Mora.ſuper
2.p.textus,dub.4.& Barth.Med.1.2.q.19.ar.5.q.2.
24 & Gab.Vaſq.in 1.2.diſp.60.c.3.exiſtimant† non
poſſe aſſignari certam aliquam regulam in hac re;
Nã interdum contingere pōt, ꝙ maius peccatũ ſit
agere cōtra conſcientiã,q̃ ſ̃m eam, vt cũ aliqs pu-
tat ſe teneri ad mentiendũ,ad ſaluandam vitã ꝓxi
mi;tunc n.maius peccatũ eſt agere contra conſciē-
tiam,q̃ ſ̃m eam;quia in hoc caſu,non mentiendo,
peccat peccato homicidij exiſtimat.n.ſe teneri hoc
peccato,ſi nō mētiatur; ſi vero ſequatur conſciētiã
erroneam,peccat ſolum peccato mendacij,ꝙ tm̃ ē
veniale,vt mendacium officioſum,qñ eſt ſine p̄iu-
dicio tertij. Interdũ vero contingere pōt,vt ſit mi
nus peccatum agere ɔ̃ conſciētiam, q̃ ſ̃m illam.ſ.
ſi quis putaret peccatum eſſe veniale furari diuiti,
vt det pauperib.in quo caſu, ſequendo conſcientiã
hanc erroneam,peccatũ furti cōmittit, agēdo aũt
ɔ̃ eam,erit tm̃ veniale. Sic ēt ſi quis exiſtimaret ſe
teneri ad occidendũ hominem, ad vindicandã in-
iuriam ſibi illatam,plus peccaret occidendo,quam
non occidendo,quia occidēdo peccaret mortaliter
cōtra præceptum illud, Non occides,at vero nō oc
cidendo,nullum ſpeciale præceptum trãſgreditur,
ſed tm̃ contra conſcientiam agendo peccabit ad ſū-
25 mum venialiter,† vnde ad iudicandum,quãdo ma
ius,aut minus peccatum ſit contra conſcientiã,vel
ſecũdum eam agere, conſideranda eſt materia,cir-
ca q̃ verſatur conſcientia erronea in agendo, vel
non agendo,q̃ nonnunq̃ erit in maiori ſpecie pec-
cati,ſequendo conſciam, aliquando vero agendo
contra ipſam; vt ex allatis exemplis manifeſtum ē.

26 Nec valet rō in contrarium allata; Quod †.n.ali
quando minus peccatum ſit agere contra cōſcien-
tiam,q̃ ſ̃m illam,non ex eo prouenit,ꝙ conſcien-
tia noſtra ſit lex inferioris; ſi quidē conſcientia ve-
re nō eſt lex,ſed proponit legem,ſed ex eo ꝓuenit,
qđ aliquãdo apprehenditur vt maior lex illa, con-
tra q̃ putat homo ſe peccare, ſi ſequatur conſcien-
tiam,q̃ ſit illa,contra quam putat ſe peccare ſi cō-
tra eam agat,aut quia grauior eſt materia operãdo
contra conſciētiam,quam ſi ſecũdum eam ageret.

27 *Dubium ſextum* eſt,quare † ſicut in agendo cōtra
cōſcientiam erroneam vincibilem demeritum, &
peccatum eſt:ita ēt nō ſit meritum,& virtus cōfor-
mare ſe tali cōſcientiæ,ſed ēt ex hac parte peccatũ
c ſit,quãdo res erat ꝓhibita? Reſpōdeo *c* cũ Alex.de
Ales p.2.q.120.mẽ.3.ar.4.& S.Th.1.2.q.19.ar.6.
ad primum,& Greg.de Val.to.2.diſp.2.q.14.pũ.5.
Ant.de Cor.vbi ſupra q.4.dub.3.in ſol.primi argu-
menti,& Gab.Vaſq.in 1.2.diſp.60.c.3.poſt S.Dio.
c.4.diuin.nom. Quod bonum eſt ex cã integra, ma
lũ vero ex quolibet defectu particulari vnde ad ma
lum ſatis eſt,qđ voluntas in aliquid feratur,qđ ap-
prehenditur vt malum,vel quod reipſa malũ ſit,ad
hoc vero vt voluntas bona ſit,duo requirũtur. Vnũ
eſt,quod obiectũ apprehendatur vt bonum,& nul-
lo mō malum; Alterum eſt, vt ēt ſ̃m naturã ſuã ſit
bonũ. Cũ ergo ille q operatur ex cōſciētia erronea
vincibili,nō fertur i bonũ,quod exiſtimatur bonũ;
& quod ſit reipſa bonum (vt cũ apprehendit malũ
eſſe bonũ)quilibet talis defectus actionē malã red-
dit. Ratio huius a priori eſt:qa quandocunq; aliq̃d
iudicatur eſſe malũ, qũocunq. ita iudicetur, ſiue
ex ignorãtia vincibili,ſiue ēt ex inuincibili, iã hō
ille voluntarie, & quantũ in ſe eſt,fertur in malũ,
atq; ita hoc ipſo actio illa mala eſt, volunteriũ.n.ē,
quod eſt a principio intrinſeco cognoſcente ſingu
la,ex S.Th.1.2.q.6.ar.1. Quando aũt aliquid appre
henditur vt bonũ,quod reuera malum eſt, ignorã-
tia tamē vincibili,tũc adhuc ēt manet rō volũtarij
circa malũ,nã ob ignorantiam vincibilem indire-
cte vult malũ,qđ ipſũ ſatis eſt,vt actio cenſeat̃ ſim-
pliciter mala; Neq; .n. quæcunq. ignorantia tollit
voluntariũ,ſed illa ſolũ,q̃ eſt inuincibilis, cum qs
.ſ.veritatem ſcire non potuit more, & mō morali,
& humano. Ex quib.conſtat,cur conſcientia erro-
nea ex ignorãtia vincibili ſemper accuſet ab ea di
ſcordãtem,id eſt,ſemper reddat actionem eius ma
lam,quia.ſ.ſemper talis agit id quod malũ eſt,ſaltē
in ſua ꝓpria exiſtimatione,nec vnq̃ excuſet,cũ ip
ſa concordantē,quia.ſ.talis indirecte vult malũ,cō
cordãs aũt cũ rōne errãte inuincibiliter excuſatur
à peccato,eo ꝙ ignorantia inuincibilis tollit oēm
voluntarij rōnem circa malũ,malũ aũt,& peccatũ
eſſe nō pōt,ꝙ nullo mō eſt volitũ. Ad hoc autē vt
actio aliqua non ſolũ bona ſit,ſed ēt meritoria,req
ritur præter dicta, ꝙ quis in gratia ſit,& vt actio il
la ex gratia procedat,& in finē bonum referatur.

Du-

28 *Dubium Septimum* eſt, An † conſcientia erronea plus obliget, quam præceptum prælati, & an maius peccatum ſit agere contra talem conſcientiam erroneam, q̃ contra præceptum prælati; & intelligitur difficultas, quãdo prælatus præcipit aliquid quod eſt indifferens, aut quod non eſt expreſſe peccatum, & tamen ſubdito putatur eſſe peccatum ex erronea conſcientia culpabiliter? In hac re duæ ſunt Doctorum ſententię: *Una* eſt, aſſerentium plus obligare conſciẽtiam erroneam q̃ præceptum prælati; quę ſententia intelligenda eſt ſolum in rebus indifferentibus, ita ut maius peccatum ſit agere coutra conſcientiam, quam 29 contra præceptum prælati. † *Ratio eſt*: quia conſciẽtia erronea non obligat hoĩem, quia ſibi ita uidetur, ſed quia id quod dictat, proponit tãquam pręceptũ à Deo: præceptum aũt prælati ſolum apprehenditur ut præceptum humanum. Sed ut habetur Act. 4. *Oportet Deo magis quam hominibus obedire*; Cum igitur maioris obligationis ſit præceptum Dei, quã hominis, maius peccatum eſt agere contra conſcientiã erroneam, quam contra prælati præceptum. Dixi autem quæſtionem ſolum eſſe *de indifferentibus*, hoc eſt, de eis, quæ puram obligationem accipiunt ex præcepto Prælati; Nam ſi prælatus id præciperet, quod eſt etiam præceptum à Deo, tunc peccatum hoc eſſet f etiam contra Dei præceptum. *Hanc ſententiam ſequuntur*. S.Thom.2.diſt.39.art. ult. ad tertium. Armil. uerbo conſcientia. num.1. & 2. Et Barth. Med. 1.2.q.19.art.5.quæſt.3.

30 *Secunda* eſt dicentium † conſcientiam erroneam minus obligare quam præceptum prælati, & conſequenter maius peccatum erit agere cõtra prælati præceptum, quam contra conſcientiam erroneam. Intelligitur autem quæſtio de indifferentib. ut dictum eſt. Sic Alex. de Ales p.2.q.120.memb.3. art.2. Bonau.2.diſt.39.artic.1.q.3. num.24.Henr. quodlib.8. quem refert ac ſequitur Dionyſ.Cartu.2.diſt.39.q.3. S.Ant.p.1.tit.3.c.10. §. 3. & §. 4. in fi. Summa Ang. uerbo cõſcientia, num.2.Sylueſt.uerbo eod. quæſt.2. *Ratio eſt*: quia prælatus præcipit poteſtate à Deo deriuata; unde conſcientia ſubditi quãdo aliquid à prælato præcipitur, non ſolum habet ſupra ſe prælatum ſuum, ſed etiam Deum. Deinde conſcientia quæcũque erronea poteſt exiſtente præcepto ſuperioris deponi; quod eſt ſignum maioris eſſe obligationis, q̃ ſit obligatio illa, quæ ex conſcientia erronea prouenit. Et denique ſi uera eſſet prima opinio, tunc ut ait Cartuſianus, poſſent ſubditi etiã religioſi, ab obediẽtia ſuorum ſuperiorum ſe excuſare, dicendo: Dictamen conſcientiæ meæ dictat mihi contrariũ, non audeo, in hoc obedire, & ſic daretur diſcolis color ex-31 cuſationis iniquæ. Ex qua † doctrina infert Halenſis, tam ſæculares, quem religioſos, teneri ſe conformare mãdatis, & præceptis ſuorum ſuperiorum, quãuis modo longe diuerſo; *Sæculares enim ſequi debent ſententiam prælatorum in his, quæ ad cathedram ſpectãt, iuxta illud: Super cathedram* Moyſis *ſederũt Stribæ & Phariſæi, quæcumque vobis dixerint,* ſcilicet, ſi nõ ſint contra Dei, mandata, *facite*. Matth. 23. *Religioſi autẽ qui renunciauerunt propriæ voluntati, & proprio ſenſui, ſequi tenentur mandatum ſuperioris in his; quæ non ſunt præcepta vel prohibita econtrario a Deo, vel in regula, quam profitentur, vel in conſtitutionibus obligatorijs ad culpam, quæ fiunt ab Eccleſia ſuper ipſos, vel à Capitulo Generali cum conſenſu prælatorum. Cauere autem debẽt prælati, nè indiſcretè præcipiant, propter periculum conſcientiarũ.* Hactenus Halenſis. Quæ omnia ad uerbũ ã Dionyſ. Cartuſ. & S. Anton. vbi ſupra, ad huius rei confirmationem recitantur. Ceterum, vt quid probabilius ſit, paucis exponam ſequentes propoſitiones adiungam.

32 *Propoſitio Prima*: Quoties † conſtat præceptum Prælati eſſe contra Deum, tunc plus obligat conſciẽtia, quam præceptum prælati. Quãuis enim quis iuret, aut uoueat generaliter obedire in omnibus id ſolum intelligitur de licitis, iuſtis, & honeſtis, & hoc certum eſt apud omnes, nec talis conſcientia erronea eſt ſed recta, & ſic intelligendum eſt illud Act.4. *Obedire oportet Deo magis quam hominib.*

33 *Propoſitio Secunda*: In dubijs, & † indifferentibus, ſi poſt prælati præceptum adhuc ſubditus ignorantia inuincibili laboret circa aliquam legem naturalẽ, aut poſitiuam, quam prælatus tollere nequit, quia eſt lex alicuius ſuperioris, & quia ſubdito non apparent ſufficientes rationes quibus conſcientiam deponat, neque ipſe humana diligentia facta, veritatem percipere poteſt, ſed neque eam deponere poteſt ex illo generali, & communi principio, quod tutum ſit ſequi beneplacitum ſuperioris, in tali euentu ſequendum eſt dictamen conſcientiæ, & relinquendum præceptum prælati. Sic Gabr. Vaſquez in 1.2.diſp.61.cap. 1. Exemplum poni ſolet in eo, qui vidit *Motum proprium*, vel legem aliquam Summi Pontificis, quæ rẽ aliquam præcipit, aut prohibet, quem tamen *Motum proprium* poſtea reuocauit, cuius reuocationem ſubditus ille omnino ignorauit; Prælatus autem non ſolũ ignorat reuocationem, ſed etiam legem ipſam, quia nunquam ipſam vidit, aut de ea audiuit; in tali euentu, ſi prælatus aliquid contra legem, & *Motum proprium* Pontificis præciperet, conſcientiæ potius erroneæ, quam Prælati mandato ſtandum eſt. *Ratio eſt*: quia Prælatus pro ſola ſua authoritate tollere non poteſt legem illam, quam inferior per conſcientiam licet erroneam ex ignorantia inuincibili vigere putat, Et ex alia parte, nulla ratio apparet, quæ talem conſcientiam tollere poteſt; quãdo quidem reuocatio illa legis, tam à Prælato, quam à ſubdito omnino ignoratur. Et proinde nullo modo præceptum Pręlati ſequi poteſt. In quo euentu, dictamen conſcientiæ erroneæ maioris obligationis eſt, non quidem quaſi conſcientiam ipſa erronea ſit lex ſuperior, quam ptælati 34 præceptum; ſed † quia legem alterius ſuperioris pręlati proponit, & ex alia parte conſcientia talis erronea inuincibilis eſt, nec à prælato tolli poteſt, ſecus autem dicendũ eſſet, ſi pręlati ſuperior, præceptũ aliquod contra conſcientiã legis inferioris imponeret; quandoquidem ſicut tunc tollere poteſt legem illam, ita etiam conſcientiam illius tollere poteſt.

35 *Propoſitio tertia*, quoties poſt † prælati præceptũ, & ſuperioris admonitionem, conſcientia ſubditi culpabilis, & vincibilis manet, tunc proculdubio pręlati præceptum præualere debet, & conſcientiam erroneam tollere. Quo ſenſu, rectè Halenſis, S.Ant.Henric. & Cartuſ. & Vaſq. vbi ſupra, docent conſcientiã ſubditi in dubijs, ſecundum diſcretionem, & directionem prælati formari debere. Siquidem ſubditus iudicare non habet de præcepto prælati, ſed de impletione præcepti. In quo caſu Henric. & Cartuſ. affirmãt, quod etiamſi aliquid contra diuinum pręceptum ſubditus faceret, nihilominus tamen propter obedientiæ bonum non ſubditus, ſed prælatus ſolum peccaret. Ex quibus facilè conciliari poſſunt authores, qui

aliàs inter ſe diſſentire videntur. Et de conſcientia erronea, eiuſque obligatione hæc ſint ſatis.

ADDITIONES.

a Solet hęc communis, & vera opinio. *Hanc opinionem communem eſſe teſtatur etiam Azor lib. 2. Inſtit. Moral. cap. 8. verſic. Tertio quæritur. Et Greg. de Valen. tom. 2. diſp. 2. q. 14. pun. 4. verſic. Primo igitur. quã paulo poſt certã appellat; eiuſq; potiſſimum fundamentũ eſſe ait, quod ſumitur à ratione D. Thom. allata, atq; explicata hic luculenter ab Authore. Contra quam tamen ſententiam ſunt multa, & pleraq; haud infirma argumẽta Guglielmi Pariſienſis, de vitijs, & peccatis cap. 10. prope fin. Iis reſpondet Riccardus Hallus lib. 1. cap. 17.*

b Hanc Durandi ſententiam inter recẽtiores. *Azor quoque loco citato verſic. Octauo queritur admittit eiuſmodi differentiam iuter ligari, & obligari, quando erronea conſcientia naſcitur ex errore vitioſo, & mala fide ſuſcepta, etenim quandiu illa extat, & contra ipſam facere minime poſſumus, quod eſt ligari: quia ſic dictat ratio: & tamen nec eam ſequi debemus id eſt obligari, quando quidẽ ex voluntario, vitioſoq; errore proficiſcatur, ita vt ne perplexi, atque in ancipiti perſiſtamus, illam nos deponere, atque abijcere oporteret.*

Quod ſi conſcientia ex errore probabili, ac iuſto, bonaque fide contracto proueniat, ita nos obſtringit, vt ſimul & ligare, & obligare merito perhibeatur: propterea quod non ſolum contra ipſam, quia ratio ita præſcribit, facere non licet: ſed ét ſequi compellimur: cum nullũ vitium, nullaque noſtra culpa inſit. Hæc non videntur planè diſcrepare ab ijs, quæ hic de ignorantia culpabili, atq; inculpabili traduntur ab Authore, num. 8. & trib. ſeq.

c Ceterum omiſſis authorum ſententijs. *Totam hanc rem ſatis explanatè paucis complectitur Azor loco allegato verſic. Quinto quæritur nimirum. Agere contra cõſcientia erroneam nuuc mortale, nunc veniale peccatum eſſe idque duplici ex capite diſcerni tum ex grauitate, & leuitate materiæ, in qua aberrat cõſcientia, tum ex vi falſi iudicij, ad quod Greg. de Valent. loco citato verſic. Tertio quæritur hanc rem vniuerſam defert, quatenus in eſtimãdo peccato deficit à recta ratione, & quidem, ut vere dicam tertium caput, quod hac in parte ab Authòre aſſumitur non videtur bene ad rem propoſitam pertinere, cũ in eo diſputetur vtrum agere contra conſcientiam ſimpliciter ſit peccatum, non autem, ſit ne mortale, an veniale.*

d Alij vero. *Huiuſmodi opinionem probabiliorem eſſe aſſeuerat Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 2. citato cap. 8. verſic. Nono quæritur, & explicat eodem fere modo vt etiam Riccar. Hallus de conſcient. quinque partita lib. 1. cap. 18. in fin.*

e Reſpondeo cum D. Tho. *Gregor. de Valent. loco allegato id ex communi Theologorum ſententia dicit, & paucis probat ex eo, quod qui talem conſcientiam retinet ſaltem indirectè vult id quod eſt malum: quandoquidem potuit, & debuit ſcire ſibi malum: cum vincibili ignorantia laboraret. Annectitque ex eodem communi Theologorum conſenſu alteram aſſertionem de ignorantia, ſiue errore inuincibili, & iuſto conſcientiam ſcilicet inde ortam, & conflatam propterea non eſſe malam, quia error ille inuoluntarius eſt.*

f Hanc ſententiam ſequuntur. *Eam ſimpliciter amplectitur Azor loco citato verſ. Decimo quæritur ſed Hallus per totum cap. 19. pluribus explicat, & obnixe tuetur, & vendicat ab argumentis ductis ex doctrina D. Bernard. lib. de præcept. & diſpenſat. & ſanè ſi res ipſa ſpectetur D. Thom. ſententia videtur probabilior. Etenim conſcientia etiam erronea ſubditi, de cuius re agitur in primis, ex præcepto diuino eum proxime obligat: vt omnes fatentur. At vero ſi alicuius adiuncti, veluti ſcandali, aut Prælati autharitatis diſturbationis habeatur ratio, ſecunda opinio non eſt omnino reijcienda.*

Libet hic recẽſere cauſſas, & quaſi fontes, vnde erronea conſcientia dimanat. Eas Hallus ca. 20. libri primi citati quinque præcipuas collegit nimirum Ignorantiam, Affectionem, ſeu paſſionem animi, Puſilanimitatem, Perplexitatem, ac demum Humilitatem animi, & Studium conſeruandi ſe ab omni labe mortifera.

Verumenim vero primum poſtremo, quemadmodum, & ipſe fatetur, tantum abeſt, vt ſit error, ſeu adeo cauſſa erroris, vt propria fragilitate, proprijs defectibus detectis, maiorem in dies perfectionem inducat.

Deinde vero Puſilanimitas ad ſcrupuloſam conſcientiam magis videtur pertinere. Iam vero Perplexitas potius effectus, quam cauſam erroneæ conſcientię dicenda. Affectio quidem cui ratio non dominetur, modereturq; ac præſertim cupiditas, & voluptas; affectatæ culpabilis, & vincibilis ignorantiæ præcipua cauſſa exiſtit. Huc videtur referendum illud Geneſ. cap. 4. Nonne ſi bene egeris, recipies ſin autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? Sed ſub te erit appetitus eius, & tui dominaberis illius.

Iacobus Apoſt. cap. 1. Enucleatius, nam cum dixerit. Vnuſquiſque verò tantatur à propria concupiſcentia abſtractus, & illectus. *Subdit.* Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi. *Et præclare in hanc ſententiam Demoſtenes Olinthiaca tertia*: omnium eſt facillimum ſeipſum decipere: quiſq; enim quod cupit, hoc etiam exiſtimat. *Et Ariſtoteles lib. 3. Ethicorum cap. 4. in fin.* Pleriſque autem e vulgo hominibus deceptio ſurrepere ob voluntatem videtur, quibus ſcilicet voluptas, licet non ſit, bonum tamen apparet.

Duplex autem in vniuerſum error huiuſmodi e duplici intelectus defectu dimanans videtur eſſe. Deficit autem intellectus vno quidem modo, quando deficit in proprio actu, qui in veri cognitione cernitur: altero vero modo, quando deficit in actu, qui non ad proprium obiectũ, ſed ad inferiores uires, & facultates moderandas refertur. Communis Philoſophorum, Theologorumq; Legatur D. Tho. 12. q. 74. art. 1. deficit porro intellectus in vnoque actu pariter bifariam. In proprio ſum poſitiue, tum negatiue. Defectum negatiuum ignorantiam, poſitiuum autem generis nomine, quod vtrumque complectitur, errorem appellat.

In actu autem ad inferiores potentias relato, vel quia ab ijs deuictus deliberate imperat ipſarum defectus, atq; inordinatos actus, vel quia poſt deliberationem, cum ſcilicet præſenſerit, illos inſurgere, eos non coercet, ac reprimit; ſed potius in ipſis immoratur, & delectatur cogitatione. Qua de re fuſe in noſtris de cognoſcenda peccatorum natura commentarijs.

De Conſcientia Probabili, eiuſque obligatione, Recenſentur variæ Doctorum opiniones. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientia dubia, & probabilis inter ſe diſtinguuntur ſicut opinio, & dubium.*

Conſcientia probabilis eſt, cum aſſenſu alterius partis, nec tollitur per formidinem oppoſitæ num.eod.
Conſcientia dubia eſt quæ nec verè aſſenſum, aut diſſenſum habeat, cum æqualis ſit extremorum conuenientia, nu.eod.
2 *Aſſenſus opinionis, ſeu conſcientiæ probabilis vnde prouenıat.*
3 *Principia concluſionis intrinſeca & extrinſeca quæ, & quomodo generant aſſenſum.*
4 *An contra propriam opinionem ſeu conſcientiam probabilem operari liceat ſine peccato.*
Quomodo præſens quæſtio intelligenda ſit vt à ſuperiori q. diſtincta c. præcedentis.
5. *In quibus illicitum ſit ſequi opinionem propriam ſecundum Caiet.*
Omnis opinio in certam regulam reſoluenda eſt & quænam illa ſit, nu.eod.
6 *In moralibus non licet ſequi opinionem propriam, niſi ſequendo partem tutiorem, & ratio quare.*
Pars tutior indicanda quæ.nu.eod.
7 *Sequendo propriam opin. etſi minus tutam, quando quis non peccet.*
Ex authoritate & ratione probatur.
6 *In opinionibus quinam ordo ſeruandus, & quæ ab ignaris quæ à doctis ſequenda ſit, ſecundum Caiet.*
9 *Quænam opinio ſequenda ſecundum alios Summiſtas, & quæ opinio communis ſit appellanda.*
10 *In quo foro & a quibus ordo a Summiſtis aſſignatus obſeruandus, ſecundum Nau.*
11 *Opinio tuta conſcientia ſequenda quæ ſecundum Ant.*
12 *In Scholis vbi ſpeculatiuæ res tractantur, licet vtramlibet tueri ſententtam, in practicis vero ſecus ſtatuendum doctrina Soti.*
13 *Doctrina Antonij de Corduba de viro docto, quæ opinio magis ſequenda ſit.*
14 *Concluſio generalis, Authoriſque ſcopus in particulari proponitur.*

1 QVamuis nonnulli † eius ſint ſententiæ, vt idem
plane putent eſſe conſcientiam dubiam, & con
ſcientiam, ſeu opinionem probabilem, vt tamẽ rectè
Bar.Medina 1.2.q.19.art.6.docet, ſicut opinio, & du
bium inter ſe differunt, ita etiam cõſcientia dubia, &
probabilis inter ſe diſtinguuntur. Siquidem, opinio
ſeu conſcientia probabilis ſemper eſt cum aſſenſu al-
terius partis, quãuis cum aliqua etiam formidine al-
terius partis Vnde opinio, ſeu conſcientia proba-
bilis in hoc conſiſtit; quod rationes pro ea addu-
ctæ, maiorem conuenientiam oſtendunt extremo-
rum inter ſe in vna parte contradictionis, quam in
alia. Nec obſtat, quod ſit cum formidine quadam al-
terius partis talis.n.formido, verè aſſenſum alterius
partis nõ tollit, ſed ſolum in hoc conſiſtit, quod quis
exiſtimet, partem oppoſitam eſſe verã, quod ei adhuc
non oſtendunt rõnes ad iſtam partẽ. At vero, qui du-
bitat, nec verè aſſenſum habet, nec diſſenſum, ſed om
nino dubius manet; & conſequenter conſcientia du-
bia ea eſt, & cenſetur, quãdo rõnes tales ſunt, quæ pro
neutra parte contradictionis aſſenſum, vel diſſenſum
generant, ſed intellectus ad vtramq; partem anceps
manet, eo quod maior conuenientia extremorum in
vna, quam in alia parte, ei non oſtenditur. Vnde quã-
uis alij hæc duo inter ſe confundant, nos tamen, &
diſtincta inter ſe eſſe arbitramur, & de eis, tanquam
de diuerſis, in ſequentibus agemus.

2 Aduertendum aũt eſt, huiuſmodi † aſſenſum ali-
cuius opinionis, ſeu conſcientiæ probabilis ob maio-
rem.ſ. conformitatem prædicati, & ſubiecti, in vna
parte contradictionis, quam in altera, ex duob. proue
nire poſſe, vel primo, quia talis propoſitio eſt per ſe
nota, & euidens; vel ſecundo, quia eſt probabilis, ob
rõnes probabiles, & veriſimiles oſtendẽtes maiorem
conformitatem in vna parte cõtradictionis, quam in
alia. Qui duo modi ita inter ſe diſtincti ſunt, vt quis
habere poſſit aſſenſum vnius partis probabilem pri-
mo modo, hoc eſt, per principia intrinſeca, & ẽt aſſen
ſum alterius partis oppoſitæ probabilem ſecũdo mo-
3 do, ſ.per principia extrinſeca. † Principia intrinſeca
alicuius cõcluſionis ſunt, vel cauſæ illius, vel effectus,
vel definitio, vel aliquid ſimile; Principia vero ex-
trinſeca ſunt, quod ea propoſitio ſit aliquorum Do-
ctorum, quibus probabilis videtur, ex quo credere ẽt
poteſt quicunq; opinionem illã eſſe rationabilem, &
probabilem, quæ principia extrinſeca ſunt ita cõmu-
nia, vt patet, quod ad quãcumque opinionẽ applicari
poſſunt. Nec tñ in illius intellectu ſunt contrarij aſ-
ſenſus, quia non ſunt ex eiſdem principijs, nec de ea-
dem prorſus propoſitione. Exempli gratia. Sit ali-
quis qui opinatur, & conſcientiam hanc probabilem
habet, quod eligens minus dignum omiſſo digniore,
tenetur reſtituere, idq; deducit ex proprijs, & intrin-
ſecis principijs reſtitutionis, & iniuſtitiæ, quia, ſ.vio-
latur iuſtitia diſtributiua, omnis. n. iuſtitia dicit dan-
dum eſſe vnicuique quod ſuum eſt. (quã opinionem
ſequuntur Palud.4.d.15.q.2.concl.4.Caiet.2.2.q.62.
art.2. in reſponſ. ad dubium 3. Barth.Med.lib.1. In-
ſtruct. Confeſ. c.14.§.32. in regula 4. & Pet. Nauar.
lib.2.de reſtit.c.2. par.2.dub.1. num.144. & Petr. de
Arrag.2.2.q.62. art.2. circa reſponſ. ad art.4.dub.1.)
talis, inquã, aſſenſum hẽt huius propoſitionis; Qui
prætermittit, digniorẽ in electione, tenetur ei reſtitue
re: Sed per principia extrinſeca, quia, ſ. videt plures
Doctores opinari contrariũ, (vt Sotum lib.4.de iuſti
tia, q.6.artic.3. ad 6. Mart.Ledeſm.2.4.q.18. artic.2.
dub.9.pag.253. Adria. in 4. in materia de reſtit. in q.
quæ incipit. *Quia iam determinatum eſt*. concl.1.Na-
ua.in Man.c.17.nu.73.Couar.Relect.in regula, Pec-
catum, p.2.§.7.num.6.de reg. iur. lib.6. Salon.2.2.q.
63.art.4.controuerſ.3.concl.2.Ioſeph. Angles in Flo
rib.4. Sententiarum, in q. de reſtit. facienda propter
negligentiam eccleſiaſticorum.art.1.difficult.4.con-
cluſ.2.Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.7.puncto 2. dub.6.
& alios recentiores) habet aſſenſum huius propoſi-
tionis probabilis. Et rationabilis eſt opinio quæ aſ-
ſerit non teneri ad reſtitutionem, qui prętermittit di
gniorem in electione, non tñ habet aſſenſum huius
propoſitionis; Qui prætermittit digniorem, non te-
netur ei reſtituere, ſic.n. haberet duos aſſenſus cõtra-
dictorios. Vnde, licet quis habens aſſenſum vnius par
tis per propria principia, habere etiã poteſt aſſenſum
a partis oppoſitæ per principia extrinſeca: *vt in exem-
plo allato*, videre eſt: aſſenſum tñ alterius partis op-
poſitæ per propria, & intrinſeca principia ſimul ha-
bere nõ põt, cũ hac rõne aſſenſus duos cõtradictorios
ſimul haberet, quod eſt abſurdũ. His ita in vniuerſum
circa naturam opinionis, & conſcientiæ probabilis
prænotatis, dubia quædã moralia examinanda, & ſol-
uenda ſunt quæ Cõfeſſarijs, & alijs maxime ſcitu vti-
lia, & neceſſaria ſunt. Sit igitur in vniuerſum

4 DVBIVM; An contra propriã † opinionẽ, vel
contra probabiliorẽ operari ſine peccato liceat? In
qua re, ante oĩa ſciendum eſt, non eſſe quęſtionẽ; An
liceat

liceat agere contra dictamen propriæ conſcientiæ in
particulari deductum ex opinione propria, hoc enim
vt ex dictis in capite præcedenti dub. 1. conſtat, pec-
catum eſt; ſed qō eſt, An manente opinione probabi
li propria in communi, & in vniuerſali, qua exiſti-
mat, aliquid eſſe peccatum, poſſit aliunde habere re-
ctum iudiciũ conſcientiæ, quod liceat ei hic, & nunc
illud licitè facere? Exempli gratia; Habens aſſenſum
huius propoſitionis in cõi, vel ex proprijs, vel ex prin
cipijs extrinſecis deductum: Qui prætermittit di-
gniorem tenetur reſtituere; An habere poterit dicta-
men conſcientiæ cum aſſenſu determinato, quod ei
ſit licitum hic & nunc & ſequendo opinionem op-
oſitam Doctorum: Non teneri reſtituere dignio-
ri in electione prætermiſſo.

In hac re, diuerſa tradunt Doctores, qui etiam ſa-
tis confuſè, & in cõi hanc materiam explicant, nec cã
ad caſus particulares applicant, ut propterea difficile
ſit ex tam cõmuni & vniuerſali eorum doctrina, ca-
ſus multos, qui quotidie cõtingunt, in particulari ſol
uere. Vt igitur oĩa manifeſta ſint, primò quid alij ſen
ſerint, deinde verò quid ipſi in varijs caſib. particula-
rib. faciendum arbitramur, paucis exponemus.

5 *Primo* igitur optimè † docet Caiet. in Summa, ver
b bo, opinio. *In credendis* illicitum eſt opinionem ali
quam propriam ſequi, niſi ſubmittendo eam regulæ
ſuperiori, ſcilicet, Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Sedis
Apoſtolicæ. *Ratio eſt*: Quia regula habens aliquid
ambiguitatis, qualis eſt omnis opinio, reſoluenda eſt
in regulam certam, ne error poſſit in fide inueniri.
In moralibus autem, & *Operandis*, (de quibus modo
agitur) duo docet; *Primum eſt*, Quod cum omnis opi
nio ambigua ſit, vtpote, cum formidine alterius par
tis, non eſt licitum ſequi propriam opinionem, vel al
terius in operando, niſi ſequendo partem tutiorem.
Primum eſt: quia cum illa opinio ſit ambigua, ſi nõ ſe
quatur partem tutiorem, exponit ſe periculo peccan
di, quod non licet. Adeo, vt ſi de peccato mortali agi
tur, peccat mortaliter, ſuam, vel alterius opinionem
minus tutam ſequendo; quia talis mauult implere
ſuam voluntatem in tali opere, etiamſi ſit mortale, q̃
ab illo abſtinere, opuſque illud, & voluntatem ſuã di
6 uinæ amicitiæ pręfert. Partem † autem tutiorem eã
vocat, quam ſi quis ſequatur, peccare non poteſt. Vn-
de, ſi quis haberet opinionem probabilem, quæ do-
cet tale aliquid non eſſe peccatum, v.g. q; habens plu
res præbendas non peccat mortaliter, & alia contra-
ria eſſet opinio, quæ docet eſſe peccatum, in hoc ca-
ſu, ſequendo ſuam opinionẽ minus tutam, acquiren-
do plures prębendas, peccat mortaliter, dũmodo ali-
quam habeat formidinem de veritate alterius opinio
nis. Idem docuiſſe videtur S.Tho.quodlib.8.art.13.
vbi de pluralitate prębendarum diſputans, in fine ait.
*Quod ſi quis in hanc opinionem teneret, licitum eſſe ſibi
habere plures præbendas, ſed tamen maneret dubius de
veritate alterius partis, propter Doctores partem illã al-
teram ſibi contrariam tenentes, ſi manente tali dubitatio
ne plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic
proculdubio peccat ſequendo ſuam opinionem minus tutã
vtpote magis amans beneficium temporale, quã propriã
ſalutem, ſin verò illam ſuam opinionem ita certam tenet,
vt in nullam dubitationem inducatur de veritate alterius
oppoſitæ, ſic ſequendo ſuam, non committit ſe diſcrimini,
nec peccat*. Hæc S. Thom.

7 *Secundum eſt*, Quod † ſi opinio eius ita ſibi certa
ſit, vt non obſtante contraria opinione, ob rõnes mo
ralem habeat certitudinem, tollentem oẽm dubita-
tionem de veritate opinionis oppoſitæ, tunc ſequen
do ſuam opinionem, etiamſi minus tutam, non pec-
cat. Id quod patet tum auctoritate S. Thomæ vbi ſu-
pra, tum etiam ratione: quia talis certitudo moralis
ſufficit ad operandum, & excuſandum à peccato, nec
neceſſaria eſt certitudo, & euidentia Mathematica,
contra quam nullus opinari poteſt, quia patet ad ſen-
ſum. Non enim exigit Deus ab homine plus quã con
ditio hominis habet, quia *Diuina Sapientia diſpoſuit
8 omnia ſuauiter*. Quod † totum prędicto exemplo illu
ſtratur. Caiet. ut ſolet, ſequitur Armil. in uerbo opi-
nio, numero 2. qui num. 3.4. & 5. addit, hunc ordinẽ
in opinionibus eſſe obſeruandum, vt *Primo*, ſequen-
da ſit ea opinio, quę meliori nititur fundamento; *Se-
cundo*, quod opinio ſequens ęquitatem ſcriptam p̃-
ferenda ſit illi, quę ſequitur rigorem iuris ſcriptum:
Et *Tertio*, quod opinio fauorem inducens ſequenda
ſit potius, quam quę ſtrictior eſt, eo quod odia ſint re-
ſtringenda, fauores vero conuenit ampliare. c. Odia,
de regu. iur. lib.6. Imo ẽt Henricus huius eſſe videtur
ſententię, ſiquidem quodlib.4.q.33. ait, quod qui do-
ctus eſt, & ſcit inter opiniones diſcernere, ſi videat
partem tutiorem à bonis & doctis viris approbatam,
eamq; rationib. efficaciorib. niti, non poteſt contra
c eam agere, *Quia eſt tutior opinio*, ſecus aũt ſi ſit igna-
rus, nec diſcernere nouit inter opiniones, tunc.n. ſi vi-
deat partem oppoſitam, quę dicit non eſſe peccatum,
eſſe plurium Doctorum; illam ſequi poteſt, etiamſi
minus tuta ſit opinio. quia talis prudenter ſe gerit,
ſequendò opinionem plurium Doctorum.

Secundo Summiſtę, vt Angel. uerbo, opinio, nu.2.
Syluest. eo.q.2. Tab. verbo eod. num. 4. ver. Quarto
9 † quęritur, docent *Primo*, eam opinionem ſequendã
d eſſe, quę habet pro ſe legem, *Aut conſuetudinem ap-
probatam. Secundo*, ſi vtraque pro ſe legem habet, tũc
iura iurib. concordanda ſunt, & pro diuerſo tempo-
re intelligenda, ne contraria dicant; *Tertio*, ſi cõcor-
dari commodè non poſſint, tunc cõmunior ſequenda
e eſt; *Quarto*, *Si non apparet quæ ſit communior*, tunc aut
ſequenda eſt ea, quę rationibus nititur, aut quę beni-
gnior, & humanior, eſt. c. fi. de tranſact. & cap. *Capel
lanus*. de ferijs, & Panormit. ibi. Et benignior dici-
tur illa, quę fauet iuramento, teſtamento, libertati, vo
to, matrimonio, religioni, pupillo, peregrino, argum.
cap. ſecundi, de cognatio. ſpirit. & l. ſunt perſonę, ff.
de relig. & ſumpt. funer. *Quinto*, ceteris paribus, ea
eſt tenenda, quę Doctoribus, & peritis in ea arte ue-
rior apparet, ut in materia iuris Diuini ueteris, & no
ui teſtamenti pręferuntur Theologi; Canoniſtę in
materia canonica, & Pontificia; Iuriſperiti uerò in
materia ciuili proponuntur, argumento ca. propoſui-
ſti, & ibi Panormita. de probat. cum quib. conſentit.
10 † Nauarr. in Man.c.27.nume.285. 286. & 287. qui
num. 288. Addit, quod licet prędictus ordo aſſigna-
tus à Summiſtis regulariter obſeruari debeat in foro
exteriori, ſeu contentioſo, in foro tamen conſcientię
ad effectum non peccandi ſufficit eligere, & ſequi opi
nionem eius, quem exiſtimamus eſſe uirum idonea
ad id ſcientia, & conſcientia pręditũ, id quod de igno
ranti, & illiterato intelligendum eſt, & nu. 289. ex-
plicans quęnam cenſenda ſit communis opinio, ait
quod opinio aliqua non ex eo iudicanda eſt magis cõ
munis, quod eam plures numero Doctores ſequun-
tur, maximè quando eam plures ſequuntur turma-
tim, tanquam oues alię alias, quę pręcedunt ſine iu-

dicio ſequentes, & uelut aues, quȩ unam uolantē aliæ aliam ſequuntur, (ut contingit in ijs, qui ſunt eiuſdē factionis) hi enim q̄uis numero plures, opinionē tñ cōmuniorem non faciunt, ſed cōmunior ea dicenda, & cenſenda eſt, quam ſex, aut ſeptem authores claſſici, uiri docti, rem ex profeſſo tractantes, ſequuntur; hȩc enim, inquit, prȩferēda eſt illi, quȩ à quinquaginta alijs, qui ſola ferè authoritate priorum ducuntur, probata eſt. Vnde, ſi utraque habet octo, uel decem aſſertores graues, & cum iudicio eam ſequentes, utraque communis dici poteſt. Ex quibus infert, non eſſe admodum laudandos quoſdam recentiores, qui diligentiores ſunt in computando numero Doctorum, quam in rationibus, & argumentis aliorum examinandis & diſcutiendis.

11 *Tertio*, † S. Ant. p. 1. titu. 3. c. 10. §. 10. docet, quod ſecluſo ſcandalo, poteſt quis tuta cōſcientia ſequi opinionem, quæ habet pro ſe notabiles Doctores, dummodo talis opinio non ſit contra authoritatē expreſſam Sacrȩ Scripturȩ, aut determinationem Eccleſiȩ, & dummodo credat eam probabiliorē, maximè poſt debitam diligentiam de inquirenda ueritate factam. Cum enim in rebus moralib. inter doctos & ſanctos uiros ſint opiniones contrariȩ (ut u. g. S. Tho. in addit. 3. p. q. 6. art. 5. tenet, quod poſt lapſum in mortale, non tenetur quis ſtatim confiteri ſub prȩcepto, habita copia cōfeſſoris, niſi in quibuſdam caſibus ibi poſitis, & cum eo tenet Richard. 4. d. 17. artic. 3. q. 6. & alij. Sed Bonau. in 4. d. 17. p. 2. diſt. art. 2. q. 2. ait, religioſos ſaltem habita copia confeſſoris teneri ſtatim confiteri poſt lapſum in peccatum mortale, quia totu tempus uitȩ eorum eſt tempus pœnitentiæ, & Alex. de Ales, par. 4. q. 18. memb. 4. art. 4. id uidetur tenere de oībus data oportunitate loci, temporis, & Sacerdotis,) ſatis eſt quamcunque opinionem talium Doctorum ſequi, quamuis illa minus tuta ſit, dummodo cōtrarium ab Eccleſia definitum nō ſit. Quoad ignaros uero ait, eos ſequi poſſe quamcunque opinionem uoluerit, dūmodo ſit alicuius Doctoris magni, id quod etiam Albertum Magnum docuiſſe, S. Antoninus, ubi ſupra, teſtatur.

Quarto, Sotus lib. 3. de iuſtitia, quæſt. 6. art. 5. ad quartum, loquens de hominibus doctis, & peritis, qui iudicare ſciunt inter opiniones (loquitur. n. de *Iudicib.* 12 *& Medicis*) ait, quod licet † in ſcholis vbi res ſpeculatiuè tractantur, licitum ſit Doctorib. tueri opinionē minus probabilem, relicta probabiliori, ex eo quod in huiuſmodi ſcholarium diſputationibus nullum periculum, & præiudicium alicui infertur: in practicis tñ, in quib. præiudicari poteſt alteri, ſecus dicendum eſt: Vnde in his duo tradit, *Primum eſt*: Non licere omiſſa probabiliori minus probabilem ſequi opinionem, quia ſic exponeret ſe periculo nocendi alteri, & eligendi partem minus tutam, quod non licet. *Secundum eſt*. Quando æque probabiles ſunt opiniones, tunc non eſt manifeſtum peccatum, nunc vnam, nunc alteram opinionem ſequi, vix tamen, inquit, carere pōt ſcandalo. In hanc ſententiam propendet Adrianus quodlib. 2. puncto 3. verſic. *Ideo pro reſponſione* litera A. vbi ait, non eſſe licitum agere vnquam contra propriam ſnĩam, ſeu opinionem. Probat hoc *Primo*, Quia non licet recedere à vero; ſed agendo cōtra propriam opinionem recedit à vero, vt ipſe exiſtimat. *Secundo*, quia nullus licitè poteſt id agere, de quo non pōt iudicare, dum agit, quod ipſum licet; ſed impoſſibile eſt aliquem iudicare, quod ſibi licet agere contra ſuam ſententiam, vel opinionem de bono. Ergo non licet operari contra propriam opinionē. Minor patet; quia ſic ſimul in eodem intellectu eſſent duo aſſenſus, ſeu duo iudicia cōtraria; vt v. g. iudicaret quod operari A. ſit malum, & qđ operari A. non ſit malum; ex quo ponit iudicare qđ ſibi licet. Huic etiam ſnĩæ fauet Conrad. lib. 7. de Contract. q. vlt. cōcluſ. 1. caſ. 5. & 7. & concl. 2. Et expreſſe Anton. de Cord. lib. 2. quæſtionarij, q. 3. ubi tria de viro docto 13 tradit, *Primum eſt*, Quod † quoties aliqua opinio probabilior dicit aliquid eſſe peccatum, toties illa ſequenda eſt, & ſecundum eā operādum eſt. Cum quo conſentit Adria. vbi ſup. vt conſtat, quia dum dicit non eſſe licitum contra propriam opin. agere, conſequenter docere debet, nec licitum eſſe contra probabiliorem operari; vnicuique. n. opinio propria videtur probabilior. *Secundum eſt*, Quod ſi opiniones æque probabiles ſint. i. rōnes æquè probabiles pro vtraque parte ſint, tutior eſt eligenda. *Ratio* pro vtroque dicto eſt: quia in dubijs pars tutior eſt eligenda, ne homo ſe periculo peccandi exponat, partem minus tutā ſequendo; in vtroq; aūt caſu res videtur eſſe dubia. *Tertium eſt*. Quando aliqua opinio probabilior eſt, q̄ dicit aliquid non eſſe peccatum, licet contraria opinio tutior ſit, pōt quis illam opinionem magis probabilem ſequi, etiāſi minus tuta ſit. Quia alias nunquam excuſaretur hō a peccato ꝑp aliquam opinionē, quoties certitudo haberi non poteſt, quod eſt abſurdum. Quātum autem ad ignaros & indoctos attinet, docet poſſe eos ſequi tutiorem. & probabiliorem.

Quinto Barthol. Med. 1. 2. q. 19. art. 6. & Salon. 2. 2. 14 q. 63. art. 4. Contr. † docent licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, q̄uis oppoſita ſit probabilior; quando aūt vtraq; opinio æquè probabilis eſt, ſequi poteſt quam voluerit. Hæc ea ſunt, q̄ ab authoribus in hac materia ſic in vniuerſum aſſeruntur; quia vero in moralibus res in particulari examinandæ ſunt, & dubiū eſſe poterit non ſolum de doctis & peritis, ſed etiam de ignaris, & ijs, qui aliorum conſilia ſequuntur, de vtriſque in ſeq. dicemus; vbi etiam de diuerſis perſonarum generibus, ac rebus diuerſis ac diſtinctis, prout materiæ moralis ratio expoſtulat, agemus, hoc nimirum ordine, vt Primo de peritis & doctis; Secūdo de ignorantibus, & imperitis; Tertio, de Confeſſore, & Pœnitēte; Quarto, de Medico; Quinto, de Iudice, & Aduocato; Sexto demum, de ſubdito erga ſuperiorem ſuum, quomodo. ſ. vnuſquiſque horum, ſecundū, aut contra opinionem ſuam, aut alterius, probabiliorem, aut minus probabilem agere, & operari poſſit, aut teneatur, diſputemus.

ADDITIONES.

a Vt in exemplo allato. *Aliud exemplum affert Azor à quo tota hæc enarratio videtur eſſe deſumpta; de eo, qui cum ex vna parte exiſtimet ſe peccare, aliquid ex mutuo ratione lucri ceſſantis accipere ob rationes ex pecuniæ natura, & ui ductas; quæ ſcilicet, vt Authore Ariſt. lib.* 1. *Politic. quem omnes ſequuntur non in lucro, ſed in ipſo vſu cernūtur: ex altera tamen parte illiuſmodi lucrum accipiendum putat; eo adductus teſtimonio, atq; authoritate communis opinionis, maximè probabilis, qua aſſeritur, nullum hac in re peccatum admitti, lib.* 2. *c.* 16. *to.* 1.

b In credendis. *In his non ſolum propria in opinione inſiſtendum eſt, a ſe inquam excogitata, ſed neque ſi eam acceperit ab aliquo alio, vel ſanctiſſimo, doctiſſimoq; viro;*

vbi Eccleſia, cuius nomine, & Concilia, Summumq; Pontificem complectimur, aliter definiuerit. Ipſa ſiquidem cum ſit Spiritu Sancto inſtructa, atque erudita, & vt apud Oſeam 2. Chriſto in ſempiternũ deſponſata; ne tranſuerſum quidem vnguem in fide deficere, neque in credendis poteſt aberrare. At illi quamuis vitæ ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimi, quia homines, humanoq; ſpiritu interdum loquentes, fieri minime potuit, vt aliquando non hallucinarentur. Ex Patribus quinam opiniones à fide aberrantes habuerint, innuit Melchior Cano lib. 7. de locis Theologicis. c. 3. nu. 3. & ſeqq. & qui ex Scholaſticis etiam in ſanctorum numero relatis Azor inſtitutio. Moralium lib. 2. cap. 9. Precept. 1. Nos eos proprijs nominib. recenſendo ſuperſedentes, ne, vt inuerecundus Cã, Patrum verenda detegamus, illud potius addemus, pientiſſimis, atque eruditiſſimis illis viris illiuſmodi opiniones idcirco vitio non eſſe vertendas, tum quod mentis, nõ voluntatis vitio lapſi ſunt, tum quia eorum tempeſtate nulla eccleſiæ de ijs definitio adhuc extabat.

Ceterum quæ ibidem ab Azorio ponuntur in medio de non miſcendis Phyſicis, & ad ſpeculationem attinentibus queſtionibus cum practicis, & quæ actionem attingunt ita vt priorum controuerſarum altera pars, quam fortaſſe quiſpiam ſequeretur, poſteriorum veritati, & firmitudini officiat; non ſunt omnino contemnenda, neque a re propoſita prorſus aliena.

Controuerſum eſt apud Philoſophos, exempli cauſſa.

1 *An aqua, quæ ex herbis vi caloris elicitur, ſit eiuſdem ſpeciei, cuius eſt aqua naturalis.*

2 *An vinum ex fructibus conflatum ſit eiuſdem ſpeciei, cuius eſt vinum expreſſum ex vua, atque: An hoc albũ ſit diuerſum a rubro.*

3 *An balſamum adductum ex India ſit eiuſdem ſpeciei, cuius eſt illud, quod in ſola naſcitur Paleſtina.*

4 *An gelu, nix, glacies, & pluuia ſpecie inter ſe differant.*

5 *An Eunuchi vtroque teſticulo carentes rem habere cum muliere, ac ſemen emittere queant.*

6 *Num ſanguis ſit pars animalis viuens, & animata.*

7 *An oleum ex Iunipero, vel lino, vel amygdalis, vel piſce Balena expreſſum, ſiue collectum eiuſdem ſit vis, & naturæ, cuius eſt oleum oliuarum.*

Attamen certum eſt.

1 *Baptiſmum non poſſe confici, niſi in aqua naturali;*
4 *ſiue ex flumine, ſiue ex mari, ſiue pluuia, & grandine, niueque expreſſa, non autem in ea quæ vi artis ex herbis, aut floribus exprimitur.*

2 *Euchariſtiam verò in ſolo vino ex vite producto; ſiue album, ſiue nigrum exiſtat.*

7 *Et Chriſma ex vno oliuarum oleo.*

5 *Eunuchos memoratos non eſſe idoneos ad matrimonium contrahendum: ita Sixtus V. decreuit.*

6 *Sanguinem in Chriſto eſſe aſſumptum ad hypoſtaſis, & perſonæ diuinæ vnitatem: vt colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 3. cap. 5.*

3 *Probabilius vero eſt, balſamum importatum ex India aptum, atque accommodatum eſſe ad confirmationis Sacramentum conficiendum. Nauar. conſil. p. 1. De Sacram. Vnct. conſ. 1. nu. 1. & Azor loco citato.*

c Quia eſt tutior opinio. *huius rei plurima ſolent in medium afferri exempla. v. g.*

Tutior eſt opinio aſſerentium.

1 *Circunſtantias peccatorum ſpeciem non mutantes, ſed inſigniter eorum deformitatem augentes in Pœnitentiæ ſacramento neceſſariò eſſe explicandas, præſertim ſi pertineant ad materiale obiectum, cuiuſmodi ſunt quantitas*
rei furto ablatæ. Tutiorem dicit Azor loco notato, atq
etiam probabiliorem Henriq. de Pœnit. lib. 2. cap. 7. nu.
in eandem ſententiam ita acceptam deſcendit Greg. de V
lent. tom. 4. diſput. 3. q. 11. p. 1. verſic. Ex hoc quoque fu
damento, tametſi alioquin contrariam, quam & ipſe dici
communem, tueatur, vti probabiliorem, vt ipſe arbitra
tur; econtra Franciſc. Suarez Tom. 4. diſput. 22. ſect. 3.

2 *In ſuſcipiendis ordinibus ad ſacramenti ſubſtanti*
neceſſario pertinere, vt qui promouetur ad ordines, ma
nu tangat materiã ſibi in ipſis ordinibus porrectam. Hen
riq. quoq. lib. 10. c. 10. in prin. De ordinis ſacramento. tu
tiorem appellat, & Gregor. de Valent. tom. 4. diſp. 9. q. 1
punct. 5. prope finem, probabiliorem, atque in praxi vſu
patum.

4 *In foro conſcientiæ nullam eſſe conceſſionem impetr*
tam à Summo Pontifice ſine iuſta cauſſa Parochis, a
Epiſcopis, vt à ſuis Eccleſiis poſſint abeſſe, cum ad reſide
dum, vt ſanior ſententia eſt, iure diuino compellantur.

5 *Præceptum eleemoſinam erogandi vim habere etia*
quando pauper aliqua' graui, nedum extrema neceſſita
premitur.

6 *Non impleri eiuſmodi præceptum de eleemoſina, ſ*
ſimpliciter, ac plane indigenti pecunia duntaxat mu
detur.

7 *Peccato obnoxium eſſe, qui digniore poſt habito, min*
idoneo, minuſq; digno Eccleſiaſticum beneficium cõſe

Verum enimuero non ſemper cogimur complecti m
gis tutas opiniones, atque id quod tutius fieri poteſt, qu
etiam eis aduerſantes tuta conſciẽtia ſequi poſſumus, qu
minus tutum habetur. Tutius quidem eſt, vt hæc ſup
rioribus addamus.

1 *In diebus feſtis, & ſacris deteſtari, & dolere peccat*

2 *Noſtrorum peccatorum confeſſionem ſtatim facien*
atque nobis opportunitas ſit oblata.

3 *Circunſtantiam, quam peccatum ex die feſto, in q*
fuerit admiſſum, recipit, confiteri.

4 *Ex mutuo ceſſantis lucri ratione nihil accipere.*

5 *Exiſtimare, promiſſionem iureiurando firmatam, l*
cet in re alioquin leui, ad mortale, non autem veni
peccatum obligandi vim obtinere.

6 *Ne iudex nocentem per allegata, & probata conde*
net, atque interimat, quem priuatim reuera nouit eſſe i
nocentem.

7 *Pro ſuarum rerum defenſione diurnum furem non o*
cidere.

8 *Ne iure condemnatus ad carcerem, vt ibi fame perea*
ſibi panem oblatum ſumat.

8 *Reſtituere lucrum partum ludo legibus prohibito.*

10 *In ſuſcipiendo Baptiſmi, vel Pænitentiæ ſacramen*
habere ſaltem attritionem, quæ exiſtimetur bona fide eſ
contritio.

Ita inquam hæc omnia ſunt magis tuta cenſenda;
nullum ſit peccatum ſequi contraria. Affirmatiua ſep
mæ opinionis vera intelligatur de defenſione propriæ r
ad vitam ſimpliciter neceſſariæ, quam aliter tueri non li
cet; vt ſi quis conaretur tibi eripere equum, quem ad vit
fuga conſeruandam paraſti. Negatiua vero poſtrem
de ea contritione, quæ tametſi mera attritio a peccato
cognoſcatur, tamen excludit omnem peccandi volunta
tem, & prauum affectum; cuiuſmodi eſt peccatorum do
lor metu Gehennæ conceptus, aut deſiderio, & ſtudi
æternæ vitæ. Vide Azor loco memorato lib. 2. Inſtit. Mo
ral. to. 1. cap. 12. fuſius hæc explicantem.

d Aut conſuetudinem approbatam. *Eiuſmodi ſiqui*
dem conſuetudo efficit, vt in ijs locis, in quibus illa vige
verbi cauſſa.

1 *Aliquis in eadem Eccleſia dignitatem, vt loquuntur, & canonicatum habere poſſit. In Hiſpania, Gallia, & Germania.*

2 *In die Natali Dñi tres Miſſæ celebrentur, eęque omnes, aut ſaltem vna ante lucem, & Venetijs in Eccleſia D. Marci ante mediam noctem. ſ. Tertia, aut quarta hora a Solis occaſu.*

3 *Parochus facultatem ſibi ſubdito dare poſſit, ne die ab Eccleſia conſtituto ieiunet, aut in die feſto, & ſacro aliquod ſeruile opus exerceat: ad tempus ſcilicet, & quando non eſt ad epiſcopum facilis acceſſus.*

4 *Ordines Minores eodē die ab epiſcopis conferri queant; vbi id fuerit in more poſitum poſt Concilium Trid.*

5 *Vltimo ſupplicio plectendis ieiunis Eucharistia dari poſſit.*

6 *In ieiuniorū dieb. liceat ſumere veſpertinā refectiunculā, & in peruigilio Natalis Domini paulò maiorē ſolito.*

7 *Cui Sacerdoti fas ſit Miſſam celebrare priuatim in die Cœnæ Domini, atq; ēt in Sabbato Sancto de conſenſu Superioris vt ait Sotus 4. d. 13. q. 2. ad 2. & Maior eod. lib. diſt. 12. §. 1. Idipſum de die Paraſceues, vbicumque conſuetudo itidem vſu recepta eſt.*

8 *Vectigal exigere liceat ex ijs rebus, quæ ad vitæ vſus neceſſariæ ſunt.*

9 *Principibus concedatur, vt in locis ſibi ſubiectis Iudei a Christianis vſuras exigant.*

10 *Meretrices poſſint habitare in aliqua certa vrbis, vel oppidi parte.*

Quarto ſi non appareat, quæ ſit communior. *Id videtur prouenire ex quadruplici diuerſitate.*

1 *Temporum.*
2 *Prouinciarum.*
3 *Familiarum, ac partium.*
4 *Aſſeuerationis, ſeu teſtificationis de communi opin.*

Temporum *quidem, quia vſu venit nonnunquam, vt quæ vno tempore fuerit cōis opinio, alio tpe talis non exiſtat. Veteres tum Theologi, tum Canoniſtæ cōi conſenſu affirmarunt, in foro conſcientiæ reſtituendum eſſe lucrū factum ex ludo lege humana interdicto, & damnato. Totum contra iuniores vtriuſque partis vno ore aſſerunt, & quidem rectius, vt ſupra quoque dictum fuit.*

Prouinciarum. *Ex Gallia, & Germania plerīq; ſcriptores opinantur, Crucem non eſſe adorandam cultu, atque honore latriæ: Quam opinionem, & Hiſpani, & Itali communi ſententia improbant, atque refellunt.*

Familiarum, ac partium. *Tres ſunt apud Theologos præcipuæ familię, & partes, quod ad rem præſentem attinet: Vnam D. Tho. alteram Scotus, tertiam, quæ Nominaliū dicitur, Ochamus ducit. Fit autem interdū, vt quæ vni ex his partib. aliqua opinio cōis eſt, alteri nequaquā eiuſmodi ſit, quarum exempla non afferimus, cum multa ſint, & vel parū in Theologia verſato ſatis in promptu.*

Aſſeuerationis, & teſtificationis de cōi. *Accidit interdū, vt quæcumq; ſit cauſſa, neq; de cōi opinione aſſeueranda inter ſcriptores conueniat. Si ſimplex presbyter cum concubina rem habuerit; aliqui eſſe ſimplicem fornicationem, alij inceſtum, alij demum ſacrilegium dicendum eſſe ex cōi ſententia teſtantur. Quod hanc poſtremā difficultatem attingit, tutior ſemper opinio eligatur, vt ſupra fuit expoſitum. De Theologorum partibus præclarum illud Ariſtotelicum lib. 1. cap. 6. maxime obſeruetur.* Sed forſan rectius eſſe, & oportere videretur, vt pro veritatis ſalute vnuſquiſque, & præſertim Philoſophi (*quanto magis Theologi*) ſua quoq; propria refutarent, nām licet amici ambo ſint, ſanctū eſt veritatem ipſis in honore anteponere. *De Prouincijs porrò ſtandum eſt à ſanioribus. De temporibus aūt non erit ſic vtile ea diſtinguere, & ab antiquioribus non deſciſcere, niſi firmioris rōnis momentum nos alio impellat. Cuius uis pōt eſſe aliqñ tanta, vt vnius vel infimi authoris opinio eam nixa plurimorum, claſſicorūq; ſñiæ ſit præferenda. Id quod vidit Iuſtinianus Imp. in l. Deo authore. §. ſed neq; C. de Codic. veter ienucleand. inquiens perappoſite in rem propoſitam.* Sed neq; ex multitudine authorum, quod melius eſt, rectius iudicatote; cum poſſit vnius, & forſan deterioris ſententia multos, & maiores aliqua in parte ſuperare.

Quamnam opinionem viri docti, & experti, in operando, vel conſulendo ſequi teneantur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *De practicis & moralib. non de opinionibus ſpeculatiuis intelligenda quæſtio.*

2 *Vt opinio aliqua dicatur eſſe probabilis, quot obſeruanda.*

3 *Quomodo in conſcientia tutus quis manet etiamſi opinio quam ſequitur a parte rei facta ſit ex ſententia Authoris, & doctrina Salon.*

4 *Quam opinionē poſſit quiſq; tuto ſequi cōtra opinionē propriā, & ſecundum illam alijs etiā conſulere, & quare.*
Opinio Medinæ probatur vti verior, & rationi conformior, nu. eod.

5 *Opinio quam prudens ſequitur, non debet eſſe unius Doctoris, ſed plurium.*

6 *Caſus proponitur in quo non licet contra propriam opinionem operari.*

7 *Tuta conſcientia opinionem quā viri docti non ſequuntur quis contra propriam opinionem ſequi poſſit, quando.*

8 *Qui in arte ſua doctus & peritus eſt, poteſt ſequi partē minus tutam ſi probabilior videatur, & validior.*

9 *Poſt adhibitam diligentiam tuto id facere poſſit quare.*

10 *Agens cōtra opinionē propriā ſequēdo oppoſitā ꝓbabilē ſed minus tutā, nō peccat, nec peccādi ꝑiculo ſe exponit.*

11 *In practicis qui conſulere poſſit alijs contra opinionē propriā quando & in quibus extra ſacramenta. Et quare.*

EXplicatis hactenus aliorū ſententijs, ſupereſt, qđ
ipſi in hac materia probabile magis iudicemus,
paucis exponamus. Vbi obſeruandū eſt *Primo*, non
1 † eſſe hic ſermonē de opinionib. ſpeculatiuis, quæ ad
ſolam cognitionem pertinent, in quib. multoties in-
genij exercendi gratia ēt minus probabilia defendun-
tur, ſed de practicis, & moralib. quæ, & quatenus exe-
cutioni mandantur, ad mores & actiones hominum
moderandas, & dirigendas inſeruiunt.

2 *Secundo* Notandū eſt, quod † vt aliqua opinio ꝓbabilis dicat̄, tria p̄cipuè cōſideranda ſunt, *Vnum eſt*, Quinā, & cuius auctoritatis ſint, qui eā defendunt, an docti ſint, prudentes, timoratæ conſcię, & in illa materia multū verſati, ſicut. n. ſatis non eſt vt vnus, aut alius Doctor eam teneat, ita neq; ſatis eſt, q̧ in Theologia, vel iure Canonico, vel Ciuili graduatus ſit, cū aliqñ accidat, nōnullos ēt ex his eſſe imperitos. *Secundū eſt*, Quot ſint qui eā defendūt: nec enim ſufficere vr̄ vnius aut alterius Doctoris, etſi grauis opinio, ſi reliqui oēs contrariam ſñiam ſequantur, niſi illa minus recepta, & paucorum opinio, adeo firmis, ſolidiſque fundamētis, & rationib. nitatur vt recta ratio dictet, hos pauciores verum attigiſſe. *Tertium eſt*, Quod diligenter expendenda ſunt argumenta vtriuſque opinionis, & conſideranda tam ea, quę in contrariū obijciuntur, quā incommoda quæ pro vtraque parte affe-

ſuntur His.n.omnib. benè ponderatis, facile cognoſci
pōt, quę ſecuritas in quacunque probabili opinione
habeatur. Nam quæ à multis viris grauibus & doctis
proponitur, & veris, ac ſolidis fundamentis nititur,
ac optimis rationibus cõfirmatur, & per quas argumenta
oppoſita facilè ſoluuntur, ētſi oppoſita plures,
& graues authores, & optima ēt argumenta habeat,
tanq̃ probabilis, & ſecura in praxi cenſenda eſt.
Quib. addo ex Salono vbi ſupra, quod in rebus ſaltem
difficillimis, vbi tanta eſt Doctorum varietas, vt vix
quid ſequendum & tenendũ ſit, dijudicare poterit, ſi
3 † quis omni affectu humano ſecluſo, & ſimplici, ac
nudo deſiderio attingendę veritatis, diligenti ſtudio,
ac oratione ad Deum (qui omnis veritatis fons & author
eſt) vtatur, & his adhibitis medijs hanc, vel illã
opinionẽ probabilem, quæ ſibi vera vr, amplectatur,
tutus in conſcĩa manet, etiamſi opinio illa à parte rei
falſa eſſet. His ita annotatis, breuiter quid in hac re
ſentiam, ſequentibus propoſitionibus exponam.

4 *Prima Propoſitio*. Quoties † opinio q̃ dicit aliquid
nõ eſt peccatum, vel eſt cõis apud Doctores, vel etiã ſi
non ita communis ſit, ac oppoſita opinio, nihilominus
tñ iudicio Doctorum, ac in ea arte peritorum nõ
iudicatur improbabilis, pōt quicunq; Doctor eam ſequi
in ſuis actionib. contra propriam opinionem, &
ſecundum illam etiam alijs cõſulere. Sic Barth. Med.
in 1.2.q.19.art.6.dub.penult. Pet. de Arrag. in 2.2.q.
63.art.4. & Gab. Veſq. in 1. 2. diſp.62.ca.4. Qui hoc
probant. *Primo*, Quia ſibi opinio probabilis in ſpeculatiuis
ea eſt, q̃ ſine periculo erroris ſequi poſſumus;
ita ēt opinio ꝓbabilis in practicis ea eſt, q̃ poſſumus
ſequi ſine periculo peccãdi. *Secundo*, Quia ex eo ſñia
ſeu opinio aliqua dr probabilis, quia eſt ſm rectam rationem,
& q̃ ſequi poſſumus ſine reprehenſione, iuxta
doctrinam Ariſt. lib.1. Topic. ca.1. & lib.1. Ethic.
cap.4. vbi ait, opinionem probabilem illam eſſe, quã
uiri ſapientes, & in ea arte periti aſſerunt, & optima
argumenta confirmant. *Tertio*, Quia ex cõmuni omnium
conſenſu, non eſt actus imprudentiæ ſequi conſilium
Doctorum etiam contra propriam opinionẽ;
Ergo nec contra rationem eſt, aut peccatũ, ſequi aliorum
ſententiam, contra propriam: alioquin ſequeretur,
q' ſi quis indoctus propria opinione exiſtimaret
aliquid eſſe peccatum, & alij omnes docerent contrarium,
non poſſet ſequi illorum opinionem cõtra propriam,
id qđ nimis durum, ne dicam, falſum eſſet affirmare.
Quarto, Quia fatente Adriano (qui contrarium
tenet) quodlib.2. puncto.2. inferior contra opinionem
propriã poteſt, imò etiã tenetur obedire Prælato,
qñ pręlatus præcipit aliquid ſm opinionem etiã
probabilem; hoc autem non eſſet, ſi non liceret contra
propriam opinionem operari; aut ſi cõtra propriã
opiuionem operari, eſſet contra propriam conſciam
agere. *Quinto*, Quia oppoſita ſententia non ſolum ardua,
& difficilis eſt, ſed etiam animos timoratos nimis
excruciat; nam ſemper oporteret inquirere, quęnam
opinio & ſñia probabilior ſit, quod tñ viri timo
a rati, docti, & periti facere cõſueueretũt. a *Has igitur
ob cauſas & rationes*, hæc Medinæ opinio mihi verior
& rectæ rationi conformior ſemper uiſa eſt, & quam
tuta conſcientia vnuſquiſq; in praxi ſequi poteſt.

b b *Quæ concluſio* iuxta ea, quæ diximus intelligi debet.
5 ſ. † qñ opinio illa, q̃ ſequor contra popriam, non
unius tm Doctoris eſt, & firmas pro ſe rõnes hēt, ſi.n.
vnius tñ Doctoris eſſet, & ſatis debiles pro ſe haberet
rõnes, non cenſeretur prudens, qui eam contra ꝓpriam,
& cõem omnium aliorum ſequeretur. Debet
igitur eſſe opinio plurium Doctorum, etiamſi pauciores
ſint q̃ pro propria opinione; Imo etiam talis eſſe
debet, quæ communiter exiſtimetur non cõtinere aliquem
errorem, ſed probabilem eſſe, tunc enim etiam
contra opinionem propriam, tuta conſcĩa illam ſequi
c poterit; c *Id quod maxime verum eſt*, qñ uideo rationes
omnes pro mea ſententia Doctores omnes oppoſitæ
opinionis, examinaſſe, & ad eos reſpondiſſe;
ſic.n. credere non debeo rationes pro mea ſententia
eſſe euidentes, etiamſi mihi maximam uim afferant.
Contingit enim aliquando, ut quæ alicui uidentur inſolubilia
argumenta, poſtea ab eo ſoluantur.

d d *Eſt tamen* † *vnus caſus*, in quo nõ licebit contra
6 propriam opinionẽ operari. ſ. ſi uideam antiquos ſcriptores,
quorum opiniones modo ſunt in controuerſia,
non attendiſſe rõnem aliquam, aut decretum, ſeu
legem, quæ pro propria opinione tantam uim afferat,
ut nulla appareat probabilis ſolutio, & econtra,
videam nunc oẽs recentiores, uel ea rõne, uel lege, uel
decreto conuictos, tuuc.n. contra propriã opinionem
operari, aut conſulere, nõ licebit, quia in hoc caſu, antiquorum
Doctorum opinio non cenſetut probabilis,
ſed potius erronea, falſa & antiquata. Exempli
gratia, ſatis cõis opinio fuit olim, habenti mortale
nondum confeſſum ſufficere cõtritionem, nec neceſſariam
eſſe confeſſionem actualem ad Euchariſtiam
ſuſcipiendam, etiam habita copia confeſſoris, licet id
conſilium ſalutare ſit, prout Panor. in cap. de Homine,
de celeb. Miſſar. num. ult. Richard. in 4. diſt. 17. articulo
3.q.6. Adrian. tract. de Confeſſione, q.3. Io. Med.
Cod. de Confeſſione, quæſt.14. dub.2. & Caietan. in
Sum. uerbo, communio, & in 1. Corinth. 11. & parte
3. quæſt.80. art.4. in antiquis impreſſionibus, docuerunt;
Quorum tamen opinio nunc nullo modo
ſequenda aut tenenda eſt poſt Conc. Trident. ſeſſ.13.
cap.7. & can.11. ut nos latius in lib.2. de Sacramentis
in communi, cap.7. quęſt.3. art.2. expoſuimus. Sic ēt
communis apud antiquos opinio erat, quod licet non
peccaret, irregularis tamen erat, qui occideret, uel mutilaret
inuaſorem, cũ moderatione inculpatæ tutelę;
ad uitam propriam ſaluandam, prout olim Alexã. de
Ales in Sum. p.3.q.34. memb.2. artic.2.§.2. S. Th. 2.
2.q.64. art.7. ad tertium. Sum. Confeſ. lib.2. titu. 1. q.
12. & 21. Palud. in 4. diſt.25.q.3. art.2. concluſ.3. Richard.
3. diſt.37. ar.3.q.2. ad 2. & alij antiqui Doctores
tradunt, quę tñ opinio iam quoad irregularitatem
falſa, & antiquata eſt, ut hr̃ in Clem. Si furioſus, de homicidio,
& recentiores omnes cõi cõſenſu cõfirmãt,
ut Caietan. 2.2.q.64. art.7. Sotus lib.5. de iuſtit. & iu.
q.1. ar.8. Mart. Ledeſm. 2.4.q.26. art.2. in tract. de irreg.
Sylueſt. uerſ. Bellum. 2.q.6. & in uerb. homic. 3.q.
4. Angel. uer. Homicid. 5. in princ. Sum. Piſanel. uer.
Homic.4.§.2. Nauar. in Man. c.27. nu.211. Couar. in
Clem. Si furioſus, p.3.§. unico, nu.1. de homic. Salon,
2.2.q.64. art.8. controuer. 2. Pet. Nauar. de reſti. to.1.
c.3. nu.364. Med. lib.1. inſtr. cõfeſ. c.11.§.10. Maiol.
lib.5. c.48. nu.6. Henriq. li.14. c.10.§.2. & Ioſeph Angles,
in Florib. 4. Sent. in tract. de Sacram. Ord. art.4.

7 Sin † vero aliqua eſſet opinio, vel antiqua, vel noua,
per legẽ nõ antiquata, q̃ vel antiqui Doctores viri
graues, vel recentiores examinarũt, eamq; ſequuntur,
aut ēt oppoſitã defendunt, poterit quis cõtra propriã
opinionem, illam ſequi, ētſi argumẽta ſuæ opinionis
contra ſñiam oppoſitam ſoluere nequeat, quia non
ꝓpea cẽſeri dēt oppoſita opinio improbabilis, q' ipſe
argu-

argumenta cõtra eam facta a ſe, vel ab alijs ſoluere nõ poſſit; ſiquidẽ ex ſuo iudicio ſolo, aut ẽt ob quorũdã aliorum iudicium, oppoſitam ſñiam improbabilem ſtatim exiſtimare non debet, ideoque tuta conſcientia illam oppoſitam opinionem ſequi poterit.

c *Secunda propoſitio.* c *Qñ* † *pars minus tuta* alicui videtur ꝓbabilior, & ratione aut alia via ad eam tenendã
8 valde cõuictus eſt, ẽtſi in oppoſitũ ſint reliqui Doctores, non tñ oẽs, & ipſe ẽt ſit vir doctus, & peritus in ea arte, qui rõnes aliorum põderare ſciat, poſt adhibitam debitam diligentiã, propriam opinionẽ in parte minus tuta ſequi poterit. Hæc propoſitio mihi Doctorũ fere oĩum eſſe videtur, nõ ſolũ Adriani, & Cordubæ, qui dñt non licere cõtra propriã opinionẽ operari, ſed ẽt aliorũ, qui docent ſequẽdam eſſe opinionem probabiliorẽ, vnicuique.n. ſua opinio probabilior vr̃, & eo ipſo qđ probabiliorem eam iudicet, tuta cõſcĩa illam amplecti poterit. Vnde nullus eſt Doctorum, quos recenſuimus, qui doceat teneri aliquẽ contra ꝓ-
9 priam opinionẽ operari. † *Ratio* f *pro hac propoſitione*
f *eſt*: Quia poſtquam quis debitam adhibuerit diligẽtiam in veritate inquirenda, & rõnib. ponderandis, eamq; partem probabiliorem iudicat, ſatis prudẽter, & rõnabiliter operatur, ſequendo illã partem. Siquidem in ijs, quæ non ſunt euidenter nota in moralib. hæc diligentia vr̃ ſufficiens; Quãuis, ſi quis cõtra oẽs
g opinaretur, g *leni aliquo argumento* ductus, & abſque debito examine partem minus tutã probabiliorem iudicaret, eam ſequendo peccaret, non quia ageret contra conſcĩam, cũ potius ſecundũ conſcĩam ageret in hoc euentu, ſed quia temerè, hoc eſt ſine ſufficienti fundamento, & ratione, Doctorib. ſe opponit, & partem minus tutã probabiliorem exiſtimat, eamque in agendo ſequitur. Vnde qui examinatis rationibus cõtrarię opinionis, nihilominus probabiliter iudicat p̃termittentẽ digniorem, & eligentem dignum non teneri ad reſtitutionem, ad reſtitutionem nõ tenebitur, quamuis hæc opinio minus tuta ſit, vt conſtat.

10 *Tertia Propoſitio*: Agens † contra propriã opinionẽ, ſequendo oppoſitam, probabilem tñ, ſed minus tutam, non peccat, nec ſe periculo peccandi exponere cẽſetur, etſi fortaſſis in re ipſa peccatum ſit, aut prohibitum, quod ſequendo oppoſitam opinionem facit, quoties cũ fundamento probabili, & rationabili partem illam minus tutam ſequitur contra opinionem propriã, nec dubius manet an eam partẽ ſequẽdo peccet, ſi enim dubius maneret, tunc quidẽ partẽ minus tutam ſequendo cum tali formidine peccat, ſecus autem ſi iudicet abſq; dubitatione licitum ſibi eſſe hic,
h & nunc ita operari. h *Quamuis enim ex principijs* proprijs, & intrinſecis aſſenſum habeat propriæ opinionis, quia tñ cum tali aſſenſu habere põt dictamẽ cum aſſenſu determinato, & ſine dubio ꝙ licitum ſit ſibi opinionem oppoſitam minus tutam hic, & nunc ſequi, (quem aſſenſum deducit per extrinſeca principia) relinquendo opinionem propriam non peccat, nec contra conſcĩam agit, nec duos ſimul aſſenſus cõtradictorios habet, vt v. g. cum aſſenſu huius propoſitionis, ex proprijs principijs reſtitutionis, & iuſtitiæ, Qui eligit minus dignum prętermiſſo, digniori, ad reſtitutionem tenetur, habere põt ẽt aſſenſum huius dictaminis, per principia extrinſeca, probabilis, & rationabilis eſt opinio, quę aſſerit non teneri ad reſtitutionem qui digniorem in electione prætermittit. Vnde hanc opinionem ſequi poteſt, quam ſequendo non obligabitur ad reſtitutionem, cum tamen certum ſit opinionem hanc minus tutam eſſe.

11 *Quarta Propoſitio*. Sicut † quis põt contra opinionem propriam operari; ita ẽt interrogatus, cõſulere poteſt alijs contra propriam opinionem, vel dicendo contrariam opinionem eſſe probabilem; vel ſecundum eam poſſe interrogantem operari; vel dicendo multos Doctores ita opinari. *Ratio eſt*: quia ſi licitũ ſit ipſi contra propriam opinionem aliorum ſententiam ſequi, etiam in conſilio, ꝙ præbet, aliorum ſententiã ſequi poterit. Vt aũt notant Doctores, qui nolit contra propriam opinionem conſiliũ præbere, interrogantes ad Doctores oppoſitæ ſententiæ remittere põt: Et ne quis varius in ſuis conſilijs deprehendatur, melius eſt ſemper conſilium ſecundum propriam opinionem, & ſñiam præbere. Et hactenus de viro docto, qñ ſcilicet, & quomodo ſ̃m propriam, vel aliorum opinionem operari teneatur, dictum eſt, maximè quando aliquid agere, vel conſulere debet in rebus practicis, & moralibus extra Sacramenta; quid autem in rebus pertinentibus ad Sacramenta ſentiendum ſit, in ſequentibus exponemus.

ADDITIONES.

a Has igitur ob cauſſas, & rationes. *Elegantem, neque infirmum huius rei rationẽ affert, præter alias hic ab Authore expoſitas, loco Barth. Med. citato quod in ijs, q̃ ſalutem attingunt, nemo tenetur eligere id qđ melius, ẽt perfectius eſt, cum ſatis ſit, vt explicat Michael Salon in 2.2. D. Tho. q. 63. art. 4. contr. 2. concl. 4. in princ. ſi eligat quod rectum ſecurum, & tutum eſt. Religionis, & cœlibatus ſtatus omnium rectè ſentiẽtium conſenſu, perfectior atque ad æternam ſalutem conſequendam magis accommodatus iure habetur, etenim nemo illum aſſumere, niſi qui ita conſtituerit obligatur: vt conſtat inter omnes.*

b Quæ concluſio. *Ex ijs, quæ hic Author, & Med. & Salon locis allegatis diſputãt, vt aliqua opinio ſit probabilis, & q̃ tuta conſcientia liceat amplecti, tres cõditiones habeat neceſſe eſt. Primum, vt multis viris grauib. atq; eruditis arrideat. Deinde, vt veris, ac firmis fundamentis, atq; optima rõne nitatur poſtremo: vt ex eius veritate, contra eã adducta argumẽta facile refellantur. Idẽ fere docuit Ariſt. de definitione lib. 4. Phyſic. text. 31. Primum ſcilicet, vt interpretatur ſimplicius, vt ea, quæ cõi intelligẽtia probantur, hac ipſa propoſita definitione palam ineſſe videantur. Alterũ, vt diluantur oĩa, quæ num res definita in rerũ naturam exiſtat, in dubium reuocant. Tertium, vt conſtet perſpicuè ex tradita definitione cauſſa difficultatis eius; ſiquidem inſit aliqua in ipſa re definita. Idem Themiſtius ibidem.*

c Id quod maxime uerum eſt. *Idcirco rectè cenſuit Abbas in cap. Bona. num. 2. colum. fin. num. 30. verſic. Sed mihi plus placet. De poſtulat. Prælat. cui communi conſenſu omnes fere aſtipulantur, veram, & communem opinionem ab ijs Doctoribus ſtatui, ac ſtabiliri, qui eam non obicis cauſſa, atq; obiter referunt, ſed ad libellam expendunt, & diſputant accurate. Ita ſiquidem cum ſerio agant, exiſtimandum eſt maxime ſollicitos fuiſſe de rei propoſitæ veritate eruenda; quod diſputatione, dubitationeque potiſſimum efficitur. Itaque præclare ex Ariſtot. lib. Prædicament. de Relat. in prin. & lib. 2. Metaph. cap. 1. in prin.* [illegible]

Nunquid autem alicui Authori teſtanti duntaxat aliquam eſſe communem opinionem credendum ſit; controuerſantur Iuriſperiti. In affirmatiuam tamen parte tanquam veriorem, & magis probatam videntur abire: modo, & is author id perfunctorie non præſtet, ſed vt aiunt, *ex profeſſo; Ita vt & legiße, qui eam diligenter tractarunt, exiſtimetur. Vil. Coraſium. De communi opinio. vtriuſque Iuris lib. 1. tit. 6. & tit. vlt.*

d Eſt tamen unus caſus. *Non videtur is caſus, atque eiuſmodi exceptio multum facere ad rem inſtitutam. Nam quos fallit, ſi fuerit, vt ipſe inquit author, antiquorum ſcriptorum opinio erronea, falſa, atq; antiquata, eam minime omnium eße probabilē? fortaße illud Michaelis Salon. q. 63. citata, art. 4. controuer. 12. concl. 4. verſic. vltimo obſeruandum, id quod habet author c. 8. in fin. huius libri non cuiq; confeſſario, aut Doctori in rebus magni momenti dijudicandis datum eſſe, ſi minus verſati, atq; eruditi fuerint, vt tuta conſcientia quancunque probabilem opinionem ſequantur, quandoquidem ſæpenumero contingit, vt cum vnum, aut alterum Authorem eam probabilem (re ipſa tamen falſam, & minime ſequendā) aſſeuerantem, ſed aut fortaſſe antiquum, aut minus diligentem legerint, his acquieſcentes per ſeipſos non laborent, de vera indaganda, quam norunt ſapientiores prudentioreſq; ad quos omnino ijs confugiendum eſt, alteri ſiquidē non ſolum cognoſcunt ea, q̄ ex principijs exiſtimāt, ſed etiā de ipſis principijs vere loquūtur, & ſentiunt ea nimirum ita ſine demonſtratione intelligentes, vt cum demonſtratione inde confectas concluſiones. Ariſt. lib. 6. ethic. c. 7.*

Alteri vero, prudentes, inquam, ijdemque probi aliorum ſunt regula, & menſura, ita vt quid rectum, quidue prauum ſit ex eorum præſcripto dignoſci facile queat, atque illorum pronunciatis, & opinionibus adhærendū non minus, quam ipſis demonſtrationibus, longa namque experientia admirabile quoddam nacti ſunt lumen, quo rerum agendarum principia perſpicere, atque ita perſpecta alijs poſſunt communicare. Ariſt. eod. lib. 6. ethic. ca. 11. in fin. & cap. 5. com. 10. & lib. 2. cap. 6. com. 7. & lib. 3. cap. 4. com. 3.

e Quando minus tuta. *Minus tuta opinio ea perhibetur, qua aßeritur, aliquid non eſſe peccatum e contra verò magis tuta, qua illud ipſum, quod proponitur, peccatum eße affirmatur. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 16. verſic. vt in hac.*

f Ratio pro hac propoſitione eſt. *Quod quiſpiam neglecta magis tuta opinione, neq; proinde peccati ratione ducta, minus tutam, ſed probabiliorem accipiat ex eo proxime, ac germane videtur poſſe monſtrari, quia opinio non eſt poſita in peccatis declinandis, & bono proſequendo (id ſiquidem electionis eſt) ſed in coniectanda per ratiocinationem & percipienda veritate, quippe quæ eius bonitas, & rectitudo eſt. Ariſt. lib. 3. ethic. cap. 2. prop. fi. lib. 6. cap. 9. com. 6. Itaque quod attinet ad opinionem, qui eā firmiorib. validioribuſq; rationib. munitā, tametſi non ita tutā ſequitur, is ſane non videtur iure reprehendēdus.*

g Leui aliquo argumento. *Quum talis non eſſet vir doctus, & peritus in ea arte, & prudens, vt in propoſitione eiuſque ratione ſupponitur diſertis verbis ab Authore. Peritorum ſiquidem, & Prudentium opiniones ratæ ſunt, & ſuis nixæ principijs, vt ex Ariſt. paulo ante oſtendimus. lib. 6. ethic. cap. 11. in fi.*

h Quamuis ex proprijs principijs. *Hic duorum aſſenſuum diſtributionis mentio fit, quæ vt recta ſit, tamen ad rē propoſitam non videtur eße ſatis. Duo in ea proponuntur, alterum probabiliū opinionū dijudicatio; alterū autem alterius ad actionem, & res peragēdas tranſlatio. Deſeruiat memorata diſtributio ijs opinionibus dijudicandis: ipſarum ad vſum, & actionem conuerſioni non videtur nēpe poße accommodari. Ibi ſiquidem longè alius cernitur progreſſus, quem à quo melius, quam ab Ariſtotele, atq; eius interprete Græco diſcere licet?* Actiuus vir cum propoſitum ipſi agendum quiſpiam eſt, *inquit ille libr. 6. ethic. com.* 10. quærit vtram contradictionis partem eligat, ſi ex cōtradictione res ambigua ſit: ſi vero contrarietas dubium fecerit vtrum ex contrarijs ſumendū videatur. Ac principiū quidem inuentionis rerum gerendarū a ſenſibilibus, minoriq; propoſitione ducitur, tū ad vniuerſalem aſſenſu facto ita cōcluſio earū conficitur. *Quærit epiſcopus, vt in noſtris perſiſtamus exēplis, vtrum digniori, an minus digno beneficiū Eccleſiaſticum conferat. Primū vtriuſq; merita, huius quidem maiora, huius autem minora ex ijs, quæ audiuit, aut ipſe vidit, & expertus fuit agnoſcat neceße eſt. Deinde, ſi tandem contra propriā opinionē conſtituat illud conferre minus digno, qui v. g. neq; Doctor, neq; tot annos natus, quot alter exiſtat eum ad hoc aliunde atque ab aliqua alia re ſenſu aliquo percepta adduci dicendum eſt, vel quia indigena, vel epiſcopalis ſeminarij alūnus, vel quia non habet, vnde ætate confecta parentes alat, aut quippiā aliud generis eiuſdem, vt res ipſa quotidie docet, quod tamen ad dignitatē, & merita non videtur proprie pertinere, cuius cauſſa ex Conc. Trid. præſcripto habentur examinationes, & concurſus, & profecto, ſi epiſcopi minus dignis ſimpliciter, ac præciſe beneficia Eccleſiaſtica cōferrent, nulla extrinſeca ratione adducti, minus explorato, ac temere, vt leuius dicam, facere viderentur.*

De opinione in Sacramentis conficiendis, & ad miniſtrandis, ab omnibus tam doctis quam indoctis ſequenda. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Opinio eorum qui in materia Sacramentorum negant poſſe aliquem propriam ſequi opinionem etiam magis cōmunem ſi minus tuta ſit.*
2 *Certum eſt vtentem materia dubia, & incerta, grauiter peccare. Et quare.*
3 *Opinio aliorum qui etiam in Sacramentis licitum eße putant ſequi opinionem probabilem minus tutam.*
Pœnitentem accedere debere ſaltem cum exiſtimata contritione, ſententia tutior & ſecurior nu. eod.
4 *Authoris opinio, eiuſque explicatio quot ſint ad præſentem conſiderationem neceſſaria.*
5 *Opinionem probabilem ſequendo prætermiſſa probabiliori quando & quare quis non peccet.*
6 *Non probabiliorem, ſed & ſecuriorem ſequi quando teneatur, ſcilicet in Sacramentis.*
7 *In adminiſtrandis Sacramentis ſecundum probabiliorem operari quare quis teneatur, & aliter agendo cur grauiter peccaret.*

QVoniam non ſolum in alijs rebus moralibus, ſed ēt in Sacramentis conficiendis, non parua multoties Doctorum varietas & diſſenſio eſt, multumq; periculi ineſſe pōt, ſi quis error in eis adminiſtrādis cōmittatur, qui facile contingere poſſet, ſi alicui partē minus tutā, & ſecuram ſequi liceret, ideo reſtat inquirendū, quamnam opinionem probabilem ne, an vero probabiliorē, ſecuriorē, tutioremq; in matetijs, ac formis Sacramentorum adminiſtrandis amplecti oporteat. In qua re, Primo quid alij ſenſerint, Deinde Secundo ſententiam noſtram exponemus.

1 *Primo* igitur † nonnulli viri docti, & graues arbitrantur in hac materia Sacramentorum non poſſe aliquem propriam opinionem etiam magis communē

ſequi niſi ea pro parte magis tuta ſit, exiſtimãtes ſemper in iſtis partem tutiorem eligendam eſſe. Pro hac opinione videtur expreſſe Dur.4.diſt.17.q.13.nu.6. & 7. vbi ait, in his quæ tangunt ſalutem, uel damnationem animæ, ualde periculoſum eſt committere ſe dubio, & quod tutius eſt, ſemper eſt tenẽdum. Et pro eadem adduci poteſt Petrus a Soto in lib. ſuo de inſtitutione Sacerdotum lect.2.de Euchariſtia, in principio, ubi ait, in Sacramentis tenenda eſſe certa, & relinquenda incerta. Vnde, quamquam ſint diuerſę ſententię Doctorum de materia Sacramẽti Euchariſtię, an ſcilicet ex ſpelta, farre, ac ſimilagine fieri poſſit, hoc tamen eſt cer[illegible], † utentem materia dubia, & incerta, grauiter peccare, quocumque modo id fiat, ſiue, ſcilicet, ex natura & ſpecie ipſa, ſiue ex corruptione dubium oriatur; Ideoque tutius eſt in his caſibus repeti Sacramenta, & perfici. Hæc Sotus. Id quod ẽt Victoria quęſt. 54. de Sacramentis tradit; quamuis enim exiſtimet Euchariſtiam ex ſpelta, & farre conſici poſſe, addit tamen eſſe temerarium conſecrare in alio, quam triticeo pane. Et Greg. de Valent.to.4. diſput.6.q.2.pun.1. ubi ait eſſe peccaum uti materia dubia. Hac eadem ratione Scotus 4.diſt.11.queſtio.6. uerſic. *Hic breuiter*. inquirens an ex amydo fieri poſſit Euchariſtia, ſubdit, quod cum dubium ſit, an amydum ſit ſufficiens materia, & pars negatiua multum ſit probabilior, non ſine peccato aliquis ſe exponit tali dubio. Et Sotus in 4.diſt.9.q.1.art.3. in ſolutione arg.3. ait. Quando res eſt dubia, vel in corruptione, vel in coniunctione, graue peccatum eſſet conſecrationem periculo exponere ne eſſet valida. Ob eandẽ rationem, cum dubium ſit inter Doctores, an in vino prorſus congelato fieri poſſit conſecratio, nonnullis partem negatiuam tenentibus, (vt Armilla in verbo, Euchariſtia, num.19. Martin. Ledeſm. in 1.4.q.15.artic.5.dub.1. & Cardin. Alanus lib.1. de Euchariſtia, ca.11 Ioſeph. Angles in Florib.4. Sentent. in q. de eſſentialibus Euchariſtiæ. artic.5. difficult.3. & Henriq.lib.8.cap.12.num.3. quam etiam ſententiam Gregor. de Valent. vbi ſupra, putat probabilem) alijs vero partem affirmatiuam ſequentibus, (vt Sylueſt. verbo, Euchar.2.q.10. verſic. Quintum. Angel. in verbo, Miſſa, nu.23. Sotus.4.diſt.19.q.1.art.5. in fine. Franc. Suarez, to.3.diſp.45.ſect.1. in fi.) graue ſacrilegium committeret, qui vinum congelatum conſecraret, antequam liquefaceret, vt facilè fieri poteſt, ex Soto, Gregorio, & Suarez vbi ſupra. Simili ratione cum ſint Doctorum ſententiæ circa conſecrationem calicis, an nimirum, ſola illa verba, *Hic eſt calix ſanguinis mei*; vel *Hic ſanguis meus*, de eſſentia ſint huius Sacramenti; an vero reliqua omnia verba de eiuſdem eſſentia & ſubſtantia ſint, communiter docent recentiores, quos ſequitur Franciſcus Suarez to.3.diſp.60. ſect.1. in fi. in hac re partem tutiorem & certiorẽ eligendam eſſe, & reliqua omnia verba recitanda eſſe. Sic cum controuerſum inter Doctores ſit, an validus ſit baptiſmus collatus in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab vtroque, grauiſſimè peccaret, qui huiuſmodi verbis baptizaret; de qua relatius diſputatũ a nobis eſt lib.1. de Sacramentis in communi, cap. 4. art.2. *Ratio* pro hac ſententia eſt, quia vtendo huiuſmodi formis minus certis, exponit ſe periculo irritum faciendi Sacramentum.

3 *Secundo* Alij recẽtiores † vt Barthol. Med.1.2.quęſtio.19.artic.6.dub.penult. Salon.2.2.quæſtio.63.artic.4. controuer.2. in reſponſ. ad 3. docent etiam in Sacramentis licitum eſſe ſequi opinionem probabilẽ minus tutam, relicta opinione probabiliori, & ſecuriori. Et probant, *Primo*, quia ſi in alijs materijs, & negotijs maximi momenti cum damno proximi operari aliquando liceat, v.g. non reſtituendo quod re uera erat illius, propter opinionem probabilem; & homo ex illa excuſatur a peccato, & ab iniuſtitia erga proximum, eadem ratione cum periculo in reipſa irritum faciendi Sacramẽtum propter opinionem probabilem, poterit aliquis operari abſque eo quod peccatum ſacrilegij erga Deum, & reuerentiam Sacramento debitum imputetur. *Secundo*, (cum multorum ſit opinio, ad Sacramentum Pęnitentiæ eiuſque fructum ſuſcipiendum neceſſariam eſſe contritionem, vel ſaltem eam attritionem, quæ iudicio pęnitentis exiſtimatur contritio, nec ſufficere attritionem notam ad confeſſionem Sacramentalem. Sic Duran.4.diſt.17.q.13.num.5. Sotus,4.diſt.12.q.1.artic.4. verſic. Et per hoc ſoluitur, & diſt.17.q.2.art.5.concl.2. & diſt.18.q.3.art.2. & 3. ſatis manifeſtè hanc ſententiam inſinuant, & lib.2. de natura & gratia. capit.15. expreſſe Nauar. in Manuali cap.1.num.36. Viualdus in ſuo Candelabro, par.1.tit.6. de attritione, dub.7. & Coſmus Philarcus de offic. Sacerd. par.2. lib.2. c.28. Alij vero exiſtimant ſufficere attritionem notam, ſcilicet, ob turpitudinem peccati, vel timorem inferni, ad Sacramentum pęnitẽtię, ut Palud.4.d.17.q.8.ver. Et ideo eſt tertius modus, concluſ.3. & diſt.19.qõ.1. ver. quantum ad ſecũdum. Notab.3. Scot.4.diſt.14. q.4.§. Quantum ad tertium Sylueſt. verbo. Confeſſio. 1.nu.24. q.21. vbi refert Scotum vbi ſupra, & S. Th. quodlib.4.ar.10. Idem ſentiunt Adrian. in 4. Sent. q. 5. de confeſs. dubio 5.§. ſed probabilius mihi uidetur S. Anton. 3. p. titu.14.cap.19.§. tertia conditio. Canus in Relect. de pęnitent. parte 5. circa quartum argumentum principale, in quęſtio. de confeſſio. infor. Mart. Ledeſm.2.4.q.8.dub.3. in fine, & dub.4. & clarius q.20.art.1. uerſic. Tertio dico pag.293.colum.1. & uerſic.7.dico.col.4. Barthol. Med. lib.1. Inſtruct. confeſs. cap.2. in fine, uerſic. Materia huius Sacramẽti. Rob. Card. Bellarm. lib.2. de penit. cap.18. in fine. Henriquez lib.1. de pęnit. cap.26. nu.5. & in annot. litera, P. qui addit in publicis actibus Salmant. diuerſos magiſtros, ſcilicet Pennam, Gallum, Sancium, & alios doctiſſimos, hoc ita certum reputaſſe, ut ſine temeritate, uel errore negari non poſſit, & latè Gregor. de Valent. to.4. diſput.7.q.8. punct.4. & facit Conc. Trid. ſeſſ.14.cap..4.) quæſtio eſt ut patet inter Doctores, An pęnitens accedere debeat cum attritione ſaltem exiſtimata contritione, quæ opinio probabilior iudicatur a multis, & ſine dubio tutior, & ſecurior eſt, debere ita accedere, nec aliter eſſe abſoluendum; At uero probabilis etiam eſt opinio, ſufficere attritionẽ etiam exiſtimatam attritionem ex parte materiæ ad Sacramentum pęnitentiæ; & cum circa hoc nulla ſit adhuc definitio, aut præceptum Eccleſiæ, licitum eſt abſoluere pęnitentem accedentem cum attritione cognita; imò exiſtimandum eſt, ſemper licitum fuiſſe propter diuerſitatem opinionum, & tamen cum certum non ſit, an illa ſit ſufficiens pars, & diſpoſitio ad Sacramentum recipiendum, erit periculum in re, ne fortè abſolutio irrita ſit, & tamen non peccat Sacerdos ſequendo illam opinionem. Ergo in Sacramentis conficiendis licitum erit ſequi opinionem probabilem, quamuis minus tuta, & ſecura ſit.

4 In hac re † tam difficili, periculoſa, & apud Docto

res controuerſa, vt quid probabilius ſit, paucis expo-
nam, aduertendum eſt, in conficiendis Sacramentis
conſiderari poſſe, & reuerentiam, ſeu dignitatem ip-
ſius Sacramenti, & vtilitatem, ſeu neceſſitatem proxi
mi ex debita Sacramentorum adminiſtratione conſe
quentem; Et quidem ſi ſolam Sacramenti dignitatē
cogitemus, ſic planè veram exiſtimo Medinæ & Sa-
lonis ſententiam, quam amplexus eſt Gab. Vaſq. 1.2.
diſput. 63. cap. 2. licere quidem probabilem ſequi ſen
tentiam prætermiſſa probabiliori & tutiori, prout ra
tio ſecunda concludit, vnde abſque peccato licitum
eſt abſoluere pœnitentem accedentem cum attritio-
ne cognita, etiamſi periculum in re ſit, an abſolutio
futura ſit irrita, vel non. *Ratio eſt*: Quia in moralib.
5 operationibus † vbi certitudo haberi non poteſt, ſa-
tis rationabiliter, & prudenter operari cenſetur, qui
opinionem probabilem ſequitur, & ideo ſic operan-
do excuſatur à peccato, vt enim diximus, opinio pro-
babilis ex eo probabilis dicitur, quod eam ſine repre
henſione ſequi poſſumus, & quia conformis ſit re-
ctè rationi. Quamuis enim opinio probabilior ſit cō
formior, & ſecurior, non tamen tenemur ſemper ſe-
qui id quod melius, & perfectius eſt, vt ver. g. perfe-
ctius eſt, eſſe virginem, quam eſſe vxoratum; eſſe re
ligioſum quam eſſe diuitem, nemo tamen ad illa per-
fectiora, ſecluſo voto, obligatur. a *Vnde cum ſatisfiat re
uerentiæ debitæ* Sacramento adminiſtrādo illud, pro-
ut opinio probabilis dictat, ex hac parte nullum erit
6 peccatum opinionem probabilem † quamuis minus
tutam ſequi. *Sin vero* conſideremus vtilitatem pro-
ximi ex Sacramento prouenientem, ſic vtriuſque So-
ti, & aliorum ſantentiam veriorem iudico teneri, ſci-
licet miniſtrare Sacramentum citra omnem opinio-
nem, hoc eſt, ſequendo probabiliorem, & tutiorē opi
nionem, quotieſcunque id poſſit abſque detrimento:
Id quod intelligendum eſt, quantum eſt ex parte mi-
niſtrantis Sacramentum. Vnde cum duæ ſint ſenten-
tiæ circa formam Baptiſmi, vna probabilis, alte-
ra probabilior, vt in baptiſmo probabilem ſententiā
putant nonnulli conferri baptiſmum in noīe Chri-
ſti, vt Caietanus parte 3. qō. 66. art. 5. Adrian. in 4. q.
2. de Sacramento Baptiſmi, ad primum. Victoria in
Sum. de Sacram. q. 14. in fine. Hugo de S. Vict. lib. 2.
Sacramen. par. 2. & Magiſter in 4. diſt. 3. & multi Ca
noniſtæ in cap. A quodam Iudæo, de conſecrat. diſt.
4. Quib. addi poſſunt Scotus in 4. diſt. 3. qō. 2. §. de 3.
verſ. de quinto, & Rich. eadem diſt. art. 2. q. 3. ad 10.
qui ſaltem dubij ſunt de hac re, & potius inclinant in
partem affirmatiuam: Alia vero, & probabilior eſt
opinio omnium aliorum, nō eſſe validum baptiſmū,
niſi conferatur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
Sancti, quos recenſuimus lib. 1. de Sacramentis in cō
muni, cap. 4. art. 2. tenetur ſacerdos miniſtrare hoc Sa
cramentum iuxta opinionē probabiliorē & tutiorē,
& peccaret grauiter aliter agens, quia exponeret peri
culo ſalutem ſpiritualē proximi. *Ratio eſt*. Quia obli-
gatio charitatis qua tenetur prouidere proximo de
remedio, poſtulat vt prouideamus remedia illa, quæ
ſunt abſque periculo, quando id poſſumus abſque de-
7 trimento. Ergo qui minus tutā partem eligit † pro-
pter opinionē probabilem, non ſatisfacit huic obliga
tioni, & ita q̄uis nō peccet male tractando de reme-
dio tuto, & ſecuro; cum id ſine periculo facere po-
tuiſſet. Id quod non ſolum verum eſt, quando bapti-
zat paruulum, ſed etiam qn̄ baptizat adultum, vtriuſ-
que. n. eadem eſt ratio. Quamuis enim adultus aliun-
de proprio actu iuſtificari poſſit, quia tamen hoc dif-
ficilius eſt, & ego poſſum ei remedium facilius & ſe-
curius prouidere pecco relinquēdo eum in illo diſcri-
mine, ſiquidem quantum eſt ex parte mea, non ſatis
ei prouideo, ſi cum poſſim prouidere ei de remedio ſe
curo, relinquo eum in diſcrimine, & periculo ſalutis
ſpiritualis. Id quod maxime verū eſt in Sacramento
baptiſmi, ex cuius receptione pendet poſſe deinde
recipere alia Sacramenta. Vnde ſi propter opinionē
probabilē in re, aliquis verum baptiſmum non reci-
peret, maximū damnum in aliorum Sacramentorum
receptione ſentiret. Obligat ergo præceptū charita-
tis, vt relicta probabili opinione, opinionē ꝓbabilio-
rem, & tutiorē ſequamur, & proximo remediū certū,
& ſine periculo adhibeamus. Peccat inſuper ſic bap-
tizans, vt rectè Cano vbi ſupra notat, quia cōtra vſum
communem Eccleſiæ agit, non vtendo forma recep-
ta, & viitata in Eccleſia, & idem de ceteris Sacra-
tis dicendum eſt.

Neque huic obſtat q· dictum eſt, poſſe pęnitentem aliquem abſolui cum ſola attritione cognita, quia ſic non prouidetur ei ſufficiens remedium, ſeu incertum & ſub opinione poſitum. Reſpondetur enim cū Gab. Vaſq. loco citato diſp. 63. ca. 3. prædictam doctrinā, vt diximus, intelligendam eſſe ex parte eorum qui Sacramentum adminiſtrant, & ex parte eorum qui ipſi miniſtrando Sacramentum adhibent, tenentur enim ſequi tutiorem partē & probabiliorem; At verò attritio tenet ſe ex parte ipſius pęnitentis, cum qua ſi ipſe accedere velit, & abſolui, quia difficile habetur contritio, nullam ei confeſſarius iniuriam facit, ſi abſoluat, nec de eo conqueri poteſt, quaſi ex parte ſua confeſſarius ſufficiens remedium non adhibuerit. Et de viro docto hactenus dictum ſit.

ADDITIONES.

a Vnde cum ſatisfiat reuerentiæ debitę. *Neque hoc, neq; ꝙ inde ſequitur, nullum ſic cōmitti peccatum, videtur verum. Etenim, vt inquit Franciſc. Suarez to. 3. in 3. p. D. Tho. q. 65. art. 4. diſp. 16. ſect. 2. verſic. Secundo colligitur. Qui in Sacramētis conficiendis, poſthabita probabiliore ſententia, probabilem ſequitur, is periculo nihil faciendi ſeſe exponit, quandoquidem relinquit certum, & aſſumit incertū, & quātumuis ſpeculatiue opinio probabilis ſit, ſi tamen in re eſt falſa, vt eſſe poteſt, nihil ſane fiet, eſt ergo manifeſtum, & morale periculum, ergo eſt ſacrilegium ſeſe huiuſmodi periculo ſine cauſſa exponere, nam ſi miniſtrare fictum, ſeu falſum Sacramentum ſacrilegiū eſt, erit etiam ſacrilegium exponere ſe ſine cauſſa tali periculo. Etenim in moralibus perinde eſt facere, atq; ſe exponere periculo faciendi. Id autem fieri ſine cauſſa ex eo perſpicuum eſt, quod qui ſpreta ſentētia probabiliore, probabilem amplectitur, cum viam certam poſſet inſiſtere, ſponte ab ea diuertens, in incertum ſeſe conijcit, & implicat periculoſe, & quidem ſi probabilioris comparatione, & nomine operis ipſius res ſpectetur, probabilem opinionem amplectens à periculo non videtur abeſſe poſſe. At enim* qui amat periculum peribit in illo. *Eius autem, quod ex Suarez dicebamus, in moralibus idem eſſe facere, quod ſe faciēdi periculo exponere; videtur ratio; quia qui ita ſeſe exponit ad aliquid perficiendum, illud iam faciendum pręelegit, atqui electio quæ bono, & malo diſtinguitur magis, quam actiones mores indicat, atque eligēdo bona, aut mala, conſimili quadam qualitate afficimur. Ariſt. lib. 3. ethic. cap. 2. com. 1. 7. & ſeq.*

Neque omnino ſatisfacit ratio, quam pro hac parte hic num. 5. Author in medium affert. Nam, vt ſacramentorum adminiſtratio, quod generatim attinet ad ſingulorũ materiæ, & formæ vnionem, compoſitionemq; ſit moralis potius quædam, quam Phyſica actio, vt ſanior Theologorum ſententia confirmat, certe, ſi per ſe ſpectetur, & vt ſimpliciter hanc, aut illam formam, vel materiam huiuſcemodi attingit, nullo modo videtur poße dici moralis; quæ ſcilicet à coniectura tanquam rei dubiæ, aut incertæ, aut ab arbitrio hominis adminiſtrantis pendeat. Materiæ ſiquidem, & formæ ſacramẽtorum determinatæ ſunt Chriſti Domini inſtitutione, atque eo modo, quo ſunt definitæ, ad ipſa ſacramenta conficienda exiſtunt neceſſariæ, vt eſt cõis Theologorum conſenſus, & abſolute loquendo eſt aſſertio de fide vt teſtatur Franciſc. Suarez to. 3. allegat. q. 60. art. 8. ſect. 3. verſic. Dico primo, & ratio eſt, vt ipſe inquit, quia res intenta in hac aſſertione ex ſcriptura ſufficienter colligitur, adiuncta Eccleſiæ, & ſanctorum expoſitione, & traditione. Quocirca, neque ſatis arridet reſponſio quam in hanc ipſam ſententiam affert Michael Salon. in 2. 2. D. Thom. q. 63. art. 4. controuerſ. 2. concluſ. 1. verſic. Ad tertium his verbis. Ad tertium reſpondeo, in formis ſacramentorum non licere Sacerdoti ſequi opinionem probabilem, non ex defectum opinionis, ſed quia præcepto Eccleſiæ tenetur vti forma recepta, & vſitata in Eccleſia. *Primum enim Eccleſia proprie nõ præcipit de formis ſacramentorũ ab ipſo Chriſto Domino inſtitutis, ſed potius, vt modo dicebamus, exponit, & interpetatur. etenim præcepta de Sacramentis conficiendis ſunt propria Chriſti, nõ Eccleſiæ, a qua proinde, quia illa ſunt ſempiterna, & maxime rata, neq; ſolui, neq; quod eorũ vim, & naturã attingit, poſſunt immutari vllo pacto. Legito Melchior. Can. de Locis Theologicis lib. 2. c. 16. verſ. ad illud vero ꝙ tertio loco, & Franc. Suarez memorato to. 3. q. 60. ar. 8. diſp. 2. ſect. 6. verſ.* Altera vero. *Verũ. n. uero fac, & hic Eccleſiæ præcepto, & authoritati eſſe locum nõne ad probabiliorẽ quam nos amplectẽdam cenſemus opinionem confirmandã, inde firmiſſimũ ducitur argumentum? ex quo ſequitur manifeſto, vt qui reijcit in hac parte probabiliorem opinionem ideo præciſe peccet, quod opinionem Eccleſiæ ſanctæ authoritate munitam contemnit.*

Ratio quoq; Bart. Med. 1. 2. q. 19. ar. 6. verſic. Ceterũ magna eſt controuerſia, *minime plane mihi probatur.* Nihiloſecus, *ait*, tñ hęc ſententia mihi non videtur vera, nam in omnibus negotijs etiam magni momenti, & in maximam iniuriam tertij licitũ eſt ſequi opinionem probabilem: ergo ẽt in materijs ſacramentorum. *Nulla eſt Medinæ conſecutio, etenim reliqua negotia maximi momenti, & ad proximi iniuriam pertinentia, pendẽnt ex coniectura, & aliter ſeſe poſſunt habere, atque idcirco merito incerta, at negotium ſacramentorum, quod ſpectat ad eorum formas, & materias, vt oſtendimus, certiſſimum eſt, atque ratum. Quod autem ibidem Medina ſubdit; Deinde in ſacramento Pœnitentiæ dicit opinio probabilis, quod attritio cognita attritio ex parte materiæ ſufficit ad ſacramentum Penitentiæ, quam Doctores ſine periculo peccandi ſequuntur, at certum non eſt, an conficiatur verum ſacramentum; in his poſtremis verbis non videtur rectè pronunciatum. Etenim quanquam ſub opinione manet, vt ait Suarez, diſputat. 16. citata ſect. 2.* verſic. ſed vrgebit aliquis, *an attritio cognita ſufficiat ad effectum ſacramenti conſequendum, tamen, quod ad ſacramentum ipſum conficiendum pertinet, eam materiam ſufficientẽ eſſe certum eſt, atque extra omnem opinionem. Vide eundem Suarez tom. 4. diſputa. 20. ſect. 1. concluſio. 1. & 2. & Gregor. de Valent. tom. 4. diſput. 7. quæſtio. 8. punct. 4. verſic.* Tertio confirmo. *vterque ex Concilio Trident. ſeß. 24. cap. 4. id certum eſſe oſtendit, ſed apertius, ac luculentius Gregor. quippe inde colligit, ad iuſtificationem conſequendam ſatis etiam eam attritionem ſufficere, quæ exiſtimetur attritio.*

Neque verò ex hoc ſequitur, vt, quia aliquis eſt certiſſimus de ſua attritione, quam ſcilicet manifeſto re ipſa nouit, propterea ſit etiam certus de peccatorum remiſſione, & ſua iuſtificatione. Nam, vt præclare Suarez loco proxime allegato ſect. 1. prope finem; veritas ſacramenti, à qua iuſtificatio pendet ex multis alijs capitibus poteſt eſſe incerta, vt ex intentione miniſtri, ex iuriſdictione, ex ordinatione, ex veritate baptiſmi; quæ ex vtriuſque pœnitentis ſcilicet, & & abſoluentis neceſſario ſupponenda ſunt, ac demum ex debita diligentia ad integram confeſſionem faciendam. Quod ſi fortè omnia hæc, aut alia, ſi quæ ſunt generis eiuſdem concurrerent, & certa eſſent; exiſteret quidem aliqua de iuſtificatione certitudo, quæ humanæ illiuſmodi cognitæ attritioni reſponderet; quæ nimirum non foret omni vacua formidine, propterea quod homo non intuetur ita, atque introſpicit ſuam attritionem, vt eius qualitatem, ſuiq; doloris motiuum euidenter, atque explorate diſcernat. Attamen plurimum valebit ad deponendos ſcrupulos, & ad conſcientiæ, anxietate abiecta, pacem, & ſerenitatem conſequendam, vt traditur in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 3.

De imperitis, indoctis, & ignaris, quam opinionem in operando ſequi teneantur. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Opinio aſſerentium eam ab imperitis opinionem ſequendam, quam illi communiorem arbitrantur, & ſi non tutiorem.*

2 *Ignarum & indoctum ſequi poſſe opinionem probabilem, quam probi, & docti viri ſequuntur, quamuis minus tutam, minuſque communem.*

Ratio ſubiungitur huius ſententiæ, & quomodo intelligendi ſint authores in præſenti opinione. ibid.

3 *Dubitare aut hæſitare cenſeatur quis: etiam quomodo ſe habeat formido reſpectu dubij.*

4 *Cautela magna, & prudentia Confeſſarijs adhibenda eſt in ſequendo opinionem probabilem Doctorum ſaltem exiſtimatam.*

RES hæc quia ſatis manifeſta eſt, aut ſaltem ex his quæ iam dicta ſunt facilè cognoſci poterit. [a] paucis expedienda eſt. *Ioannes igitur Maior*, in 4. Sent. quæſtione ſecunda, prologi concluſio. 5. illam ab imperitis ſequendam eſſe opinionem dicit, quam ipſemet magis communem eſſe putat, quamuis illa tutior, & ſecurior non ſit. A qua ſententia non multum diſſentire videtur Anton. de Corduba, lib. 2. qq. quæſt. 3. in reſolutione quæſtionis, dicto 4. vbi affirmat indoctum, & ignarum a peccato excuſari, ſi vel tutiorem, aut minus tutam ſequatur, dummodo illam docti probabiliorem eſſe iudicent. Quorum hæc ratio eſt; quia planè temerarium videtur homini indocto, ſi magis communem ſententiam, aut probabiliorem relinquat, & oppoſitam minus communem, & minus tutam ſequatur.

b Alij vero vt *Henricus quodlib.4. q. 33. &* Conrad.
2 qō.vlt.de Cōtract.concluſ.2.in caſu 2. docent † ignarum
& indoctum ſequi poſſe opinionem illam quam
probabilem eſſe putat, &, quam probi, ac in ea arte
periti ſequuntur, quamuis illa minus tuta, minuſque
cōmunis ſit. Idem ſentit Syluest. verbo, *Opinio*, q.1.
in fi. vbi affirmat, quod licet ſequens opinionem ſui
Doctoris in ijs, in quibus non poteſt eſſe ignorantia
c inuincibilis, a peccato non excuſetur, *in alijs tamen
excuſatur, etiam cum quis*, propter affectionem quam
erga Doctorem ſuum habet, iudicat probabiliter, vt
ſibi videtur, eſſe verum, quod eſt falſum; vnde ſi doctor
ille, quem imperitus conſulit, diceret ei communiorem
eſſe opinionem oppoſitam, ſed illam ſibi magis
probari, tuta conſciētia poterit illam ſequi, ſi alias
de doctrina, & integritate illius bonam habeat opinionem,
& pro hac recitat Innoc. in cap. *per tuas*, 2.
de Simonia. & Panormita. in cap. *Capellanus*, nume.6.
de ferijs, vbi Panormit. expreſſe affirmat, qđ
ſequens opinionem alicuius Doctoris non ſubtiliter
inueſtigatam, quę poſtmodum apparet falſa, excuſatur
a peccato, quamdiu non apparuerit falſa, & pro
hoc adducit glo. in cap.1. in verbo *Probabiliter*. de
poſtulat. prçlat. in 6. quam etiam Henrici & Conradi
ſententiam ſequitur Vaſquez in 1.2.diſput.62.ca.
8.&9. *Ratio* horum eſt: quia ſi ipſe Doctor in ſuis
operationibus illam ſequi poſſit, & alijs eam ſequendam
proponere etiam imperitus, qui de illo Doctore
bonam opinionem habet, ſatis prudenter, & ſecūdum
rectam rationem eiuſdem Doctoris opinionem
ſequi poterit. Quod tamen præfati authores intelligunt,
vt ſequēdo hanc opinionem, dictamen conſciētię
habeat, non quidem abſque formidine, ſed abſq;
3 dubio, quod eam partem ſequi poſſit. † Is autem
dubitare, & hęſitare cenſetur, qui intellectum in vtramque
partem contradictionis pendentem habet,
nec earum alicui adhuc aſſentiri probabiliter videtur;
quia ſcilicet, in neutra earum parte maior prædicati,
& ſubiecti conformitas apparet; cum qua hęſitatione,
& dubio, operari non licet: quia verò formido
alterius partis aſſenſum non excludit, ſed ea
ſola eſt, quando quis per reflexionem intellectus iudicat
rationes illius partis cuius habet aſſenſum non eſſe
euidentes, ſed probabiles, ideoque putat in re forſan
veram eſſe partem oppoſitam, cuius veritatem
rationes adhuc non oſtendunt, nihil obſtat quo minus
cum tali formidine operari licitum ſit; ſatis nāque
eſt quod vnius partis aſſenſum determinatum,
vel ꝑ principia intrinſeca, vel per extrinſeca habeat;
vt nec temerè & contra conſcientiam, ſed prudenter,
& ſecundum rationem operari dicatur, cum in omniū
opinione certum ſit, neceſſariū nō eſſe ſequi ſemper
partem tutiorem, ſicut neque neceſſaria eſt euidentia,
ad hoc vt quis licitè operari queat; vnde ſatis
reſponſum eſt ad rationem in contrarium.

Et quidem licet horum opinionem veriorem ſemper
eſſe cenſuerim, nihilominus tamen magna cautela
4 & † prudentia opus eſt in hac re, ſiquidem, vt rectè
Salon in 2.2.q.63.art.4. controuerſia 2. notat, in
rebus maximi momenti confeſſores qui minus exercitati
ſunt, non poſſunt ſemper tuta conſcientia quamcumque
probabilem opinionem ſequi; forſan. n. legent
in vno, vel altero Doctore opinionem, quæ poterit
eis probabilis videri, quia ab illo Doctore aſſeritur,
quæ tamen in ſcholis, & apud peritos iam probabilis
nō ſit, ſed falſa, vt in multis experientia teſtatur; Quapropter, qui minus callent, tenentur in conſcientia viros peritos, ac in illa materia exercitatos, & quos timoratæ cōſcientiæ eſſe norunt, conſulere, vt ab eis diſcant, quæ opinio ſit probabilior, quę probabilis, & quæ tuta conſcientia tenenda, & ſequenda ſit, & qui aliter agunt, fidentes ſuis ingenijs, & Summulis, non ſunt tuti in cōſcientia, nec prudēter, & rationabiliter in rebus magni momenti operari cenſentur; & optimum conſilium eſt, magis exercitatos in tali materia cōſulere, cum nonnunquam plus in rebus moralib. valeat praxis q̃ ſubtilis & ingenioſa rerum examinatio; qua diligentia adhibita, tua conſcientia huiuſmodi Doctoris opinionem ſequi poterit. Et hæc de imperitis dixiſſe ſufficiat, cū enim aliorum opinionem ſequi teneantur, & ſoleant, ſcilicet, petitorum, & doctorum ſententiam, & quid docti in conſulendo facere debeant, ſuperius abundè ſatis expoſitum eſt, plura hic addere ſuperfluum erit.

ADDITIONES.

a Ioannes igitur Maior. *Non de imperitis, ſed loquitur abſolute, atque eius hæc ſunt verba.* Sicut nō peccamus tenendo hanc opinionem, vel illam circa materiam fidem concernentē: dūmodo non conſtet nobis ſufficienter propter arduitatē, vtra pars eſt vera; ſic non ſemper in materia morum ſecurior pars eſt acceptanda firmiter, ſic, qđ oppoſitū non ſit probabile. *Eodem pacto in ſequente proxima ſexta cōcluſione, vbi verba facit de communi peritorum opinione.*

b Vt Henricus quolib.4. q. 33. *Hac quidē de re in hæc verba ſcribit Henricus.* Si verò auditor ſit ſimplex non potens diſcernere doctorum determinationes, neque conditiones prędictas circa doctorem, qui ſtat contra parte periculoſa; ſed nouit probos eſſe illos, qui ſn̄iant contrarium, aut præſumit, eos eſſe magis fide dignos, iſte exponendo illi periculo, non peccat mortaliter, quia non reputat illud periculum: etſi ſit in veritate. *Idipſum cum Henrico, & Conrado De contract lib.q.*100. *concl.2. ſentit ſimpliciter Azor tom. 2. Inſtit. Moral. lib.2.cap.17. verſic. Quinto quæritur.*

c In alijs tamen excuſatur etiam cum quis. *Videtur perículoſe fieri. Hinc ſiquidem efficeretur, vt non ex veritate, ſed potius ex affectione agendum eſſet: quæ maxima peruerſio eſt. 11.q.3.c. quicumque. & ſane veritatem, cū quædam res ſancta, & diuina ſit, amicorum omnium beneuolentiæ, & neceſſitudini anteponere omnino oportet. Ariſt. lib. Ethic. cap.6. com.3. ex quo in primis colligunt Iuriſconſulti Recentiores, Iudicem ex ſui Præceptoris opinione contra communem iudicantem non excuſari in ſyndicatu. Coraſius de communi opin. lib.3. tit.12. nu.3.*

De opinione, quam Confeſſarius in abſoluendo pœnitente ſequi poſſit, aut teneatur. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *An confeſſarius teneatur ſequi pœnitentis opinionem, vel propriam.*
2 *Pœnitens in facti ignorantia quando ſequendo opinionem propriam abſolui poſſit; etiamſi confeſſarius ſit alterius opinionis.*
3 *Pœnitens ſi ſit in ignorātia iuris, niſi deponat ꝙ ꝑiudicatū & proponat ſe informare ſuper iure, abſolui nō poteſt.*

Si ſit ignorantiæ facti,& alteri præiudicetur,quid confeſſario agendum.num.eod.

4 *Confeſſarius in omni euentu non ſolum quando eſt damnum tertij ex ignorantia facti,ſed etiam iuris abſoluere poteſt;quo ſuppoſito.*

Confeſſarius tenetur proſpicere conſcientiæ pęnitentis.numero eod.

5 *Confeſſarius proprius ſeu ordinarius,vt Parochus poteſt & debet contra propriam opinionem abſoluere pænitentem ſecundum Syflueſt.& alios,& ratio eorundem.*

6 *Reijcitur ab authore vt minus ad rem pertinens,& quando momentum habeat.*

7 *Ordinarius nec tenetur,nec poteſt abſoluere contra dictamen conſcientiæ,nec extraordinarius,quare.*

8 *Refellitur doctrina Conradi,confeſſarium ordinarium ſe exponere periculo faciendi iniuſtitiam extraordinariũ non ita.*

9 *Quid ſenſerit Medina.*

Pęnitens ſimplex nec alios conſulens contrariæ opinionis in facto vel contractu, parere tenetur confeſſori, alias abſolui non poteſt.ibid.

10 *Opinio pęnitentis etiamſi ſit in damnum alterius,ab Ordinario poteſt & debet abſolui: & quando ſecundum Med.*

11 *Quando eſt contrarietas opinionum in facto,ſine alterius tertij præiudicio,tunc nec proprius ſacerdos,nec alienus negare debet abſolutionem.*

12 *Doctrina Medinæ refellitur, & vt impertinens improbatur.*

13 *Siue pęnitens ſequatur opinionem probabilem relicta probabiliori quæ vel ſit in præiudicium tertij,vel non,quicunque confeſſarius abſoluere poteſt. Et quare.*

14 *Ordinarius toties ſubditorum cõfeſſiones audire tenetur, quoties ipſi diſcretè & prudenter confiteri volunt.*

15 *Inter obligationem abſolutionis Ordinarij & extraordinarij,quæ differentia.*

HActenus in vniuerſum de doctis,& indoctis dictum eſt,quam opinionem in agendo & operãdo ſequi poſſunt;vt tamen omnia clariora fiant, rem hanc in particulari explicabimus: & primò quidem de pœnitente,& confeſſore agemus, An ſcilicet confeſſarius poſſit,& teneatur in fauorem pœnitentis ſequi illius opinionem,uel propriam? In qua re,non parum diſſentientes inter ſe authores eſſe video.

1 *Primo* namque Adrian.in 4.Sentẽ.q.5. de confeſſ.
dub.7.§.*De ſecundo*.duo dicit quantum ad præſens inſtitutum
attinet. *Primum eſt*,quod ſi pœnitens ſit in
facti ignorãtia,non ſolum inuincibilis,ſed etiam probabilis
opinionis,puta,quia conſuluit peritos,vel quia
ipſe eſt illius opinionis;quia peritus eſt, ita vt opinionem
2 aliquam ipſe ſequi poſſit,tunc† ſi ſequendo ſuam
opinionem nulli præiudicium fiat, in omnium opinione
confeſſarius illum pœnitentem abſoluere poteſt,
etiamſi confeſſarius alterius opinionis ſit, quam
pœnitens;ſin autem ex tali ignorantia præiudicatur
alteri,vt de reſtituenda re aliena,puta de re furtiua depoſita,
aut accommodata,quam pœnitens probabiliter
ſe iuſto titulo poſſidere credit,tenetur cõfeſſarius
illum ab ea opinione auertere ſi ſpes aliqua ſit quod
pœnitens eam opinionem relinquet. *Ratio eſt*: quia
niſi confeſſarius in hoc caſu eum moneret, videretur
cauſa,quod pœnitens non reſtituat,quòd alias fortaſſis
reſtitueret;vnde tenetur,quantum in ſe eſt, damnũ
tertij vitare,& refert illud. S.Aug.epiſt.54.& habetur
14.quæſt.6.ca.1. *Qui ad ſe confugientem (quantum
honeſte poteſt) ad reddendum non compellit, ſocius eſt
fraudis & criminis*:Sin autem probabiliter conſtet Sacerdoti,
quod nullus ex admonitione fructus ſequetur,
tunc pœnitentem in illa opinione relinquere poteſt,
iuxta illud D.Hieronymi ex Saluſtio:*Fruſtra niti,
& nihil aliud quam laborando odium quærere,extremę*
3 *dementiæ eſt.Secundum eſt*,quod † ſi ſit ignorantia iuris,
& exinde præiudicium alteri infertur,abſoluere illum
non poteſt,niſi ille confitens firme proponat uelle
abijcere omne illud,in quo alteri præiudicat,& vel
in confeſſione,vel poſt ipſam ſe informare ſuper iure:
ſin autem ſit ignorantia facti,& exinde præiudicatur
alteri,tunc in §.De tertio.ait, quod tenetur illum admonere,
vt diximus,& ſi poſt admonitionem confeſſori
fidem non habet, debet nihilominus illum confeſſarius
abſoluere,ex quo poteſt in confitente poſt intimationem
probabilis ignorantia perdurare, cũ confeſſori
in hoc credere minime teneatur .Quæ doctrina
quamuis alicui vera eſſe videri poſſit, ſuppoſito tamen
(vt reuera in primo ſuo dicto ſupponit)pœnitentem
verè ſequi in eo probabilem opinionem,vel aliorum
conſilio,vel proprio ſtudio,& conſequenter non
ſit euidens pœnitentem in errore verſari,poterit talis
pœnitens probabilitate opinionis,quam ſequitur,excuſari,
4 & proinde† confeſſarius illum in omni euentu,
non ſolum quando eſt in damnum tertij ex ignorãtia
probabili facti,ſed etiam iuris,abſoluere, & illum
relinquere in illa opinione,quam bona conſcientia ſequitur;
Neque tenetur confeſſarius magis in uno caſu,
quam in altero,particulari ratione conſulere bonis alterius,
cui alias facienda eſſet reſtitutio, ſed ſolum tenetur
proſpicere conſcientiæ pœnitentis; vnde, cum
ille in vtroque caſu non peccet propter opinionẽ probabilem,
quam ſequitur,non tenebitur confeſſarius ei
perſuadere oppoſitum,ſed licitè & tuta conſcientia illum
abſoluere poteſt.

Secundo S.Anton.part.3.tit.17.cap.6.§. vlt.& Sylueſter
in ver.Confeſſor.3.q.7.citantes Goff.Quodlib.
9.& Conr.lib.de Contract.q.vlt.concluſ.3. diſtinguẽtes
5 de confeſſore,dicunt,quod† cõfeſſarius proprius,
ſeu ordinarius,vt parochus poteſt,et debet contra propriam
opinionem abſoluere pęnitentem, qui inijt cõtractum,
de quo ſunt opiniones inter Doctores,an ſit
vſurarius,necne etiamſi ordinarius putet eſſe vſurarium,
pœnitens vero contrarię ſit ſententię,quod non
ſit vſurarius. *Ratio eſt*: quia confeſſarius ordinarius
tenetur audire pœnitentem,qui eo ipſo quod opinionem
ſequitur probabilem,excuſatur a culpa, & conſequenter
ius habet petendi abſolutionem, Ergo parochus
tenetur eum abſoluere,licet ſit contrariæ opinionis,
quam ſit pœnitens; & ſi non abſolueret, exponeret
ſe periculo faciendi iniuſtitiam, negando Sacramenta
debita ei,qui ius ea petendi habet, cum excuſetur
a peccato ob opinionem probabilem,quam ſequitur.
Sin uero confeſſarius non ſit ordinarius, ſed extraordinarius,
et ex commiſſione;vt ſunt alij ſacerdotes,
qui ex commiſſione confeſſiones audiunt, talis non
debet eum abſoluere ſequendo pęnitentis opinionẽ,
ſed tenetur ſequi propriam; vnde ſi credit contractũ
eſſe vſurarium,& conſcientiam deponere non poteſt,
nullo modo poteſt eum abſoluere ſine peccato. *Ratio
eſt*:quia pœnitens non habet ius petendi Sacramenta
ab iſto confeſſore,nec confeſſarius tenetur illi Sacramenta
miniſtrare,& conſequenter nullam ei iniuriã
irrogat abſolutionem negando, ſequendo propriam
ſuam opinionem,& non illam pœnitentis. Non au-

tem diſtinguunt hi authores de opinione pœnitentis,
an ſit in damnum tertij,vel non, ſed de vtroq; caſu eo
dem modo loqui videntur.
6 † Ceterum hæc diſtinctio, vt Sotus & Ledeſmius
locis infra citandis docent,non pertinet ad rem:quā-
uis enim alicuius momenti ſit,quantum ad hoc,vt vi
deamus,an confeſſarius teneatur,vel non teneatur Sa
cramentum ei miniſtrare,nihilominus tamē, ad hoc
vt eum abſoluere poſſit,vel non,nihil planè facit:Nā
7 † ſicut ordinarius nec tenetur,nec poteſt abſoluere cō
tra dictamen conſcientiæ,ita nec extraordinarius: &
ſicut proprius poteſt propter probabilitatem opinio-
nis quam ſequitur pœnitens, formare ſibi dictamen
conſcientiæ per extrinſeca principia,quod eum abſol
uere queat,ita etiam & extraordinarius. Vnde uter-
que confeſſarius tam ordinarius, quam extraordina-
rius debet illum abſoluere contra propriam opinio-
nem. *Ratio eſt*:quia vterque confeſſarius ſcit,aut ſci-
re debet,quod pęnitens ex ipſo quod ſequitur opinio
nem probabilem de aliquo contractu,non peccat, &
conſequenter nullum habet impedimentum quo mi-
8 nus licitè abſolui poſſit, & debeat. † Nec verum eſt
quod ait,Conradus confeſſarium ordinarium expone
re ſe periculo faciendi iniuſtitiam, non autem extra-
ordinarius,quia poſtquam uult audire confeſſionem
pœnitentis,tenetur pœnitentem bene diſpoſitum ab
ſoluere;eſſet enim onus nimis graue pęnitenti,ſi poſt
auditam confeſſionem dimitteretur ſine abſolutio-
ne,ita ut teneretur iterum alteri confiteri,cum prior
confeſſarius illum bona conſcientia abſoluere poſſet.
9 † Tercio,Ioā.Med.in Cod.de confeſſ.q.19.quæ eſt
de confeſſione dimidiata iteranda,dub.ul.tria docet;
Primum eſt,quod quoties pœnitens & confeſſor ſint
contrariæ opinionis in facto;vel cōtractu aliquo,quo
rum alter,id eſt,confeſſor,tenet opinionem damnan-
tem,pœnitens verò tenet opinionem liberantem ſeu
iuſtificantem,vt v.g.pœnitens tenet non eſſe contra-
ctum vſurarium,confeſſor vero credit vſurarium eſſe,
tunc ſi pœnitens ſi ſit ſimplex,nec alios conſuluit,con
feſſarius autem ſit doctus,tenetur parere confeſſori,a-
lioquin abſolui non debet,eo quod videtur ſe indignū
abſolutione facere.*Secundum eſt*,quando pœnitēs aut
æquè doctus eſt ac confeſſarius,aut alios æque doctos
fide dignos habet,aut conſuluit, quorum conſilia ſe-
10 quitur,tunc ſi confeſſarius ſit proprius,† etiamſi opi-
nio pœnitentis ſit in damnum & præiudicium alte-
rius,poteſt & debet eum abſoluere;eo quod pœnitens
ſequitur opinionem probabilem; ſin verò cōfeſſarius
ſit alienus,ſeu ex commiſſione,& opinio pęnitentis
ſit in præiudicium alterius, vt v.g. ſi ſit circa contra-
ctus,circa pędagia,taleas,aut alias impoſitiones,circa
ſciſſionem lignorum de locis publicis, circa venatio-
nem,& piſcationem in locis Reipub.vel nō proprijs,
ſed alienis,in quibus ſolent Domini ſubditos aggraua
re,tunc poteſt abſolutionem negare.
11 *Tertium eſt*, quando † eſt contrarietas opinionum
in facto,ſine alterius tertij pręiudicio, tunc nec pro-
prius ſacerdos, nec alienus negare debet abſolutionē
pœnitenti opinionem probabilem ſequenti, vt v.g.ſi
confitens tenet plura beneficia incompoſſibilia ex di
ſpenſatione,putans id ſibi licitum eſſe; e contra verò
confeſſarius eſt opinionis contrariæ,parum refert qđ
confeſſarius ſit proprius vel alienus,cum illa plurali-
12 tas non ſit in præiudicium,& damnum tertij. † Sed
hæc opinio quantum ad hoc quod diſtinguit inter cō
feſſarium proprium,& alienum, quando non redun-
dat in damnum alterius,non eſt ad rem:quantum ve
ro ad diſtinctionem illam, quā facit inter propriu
& alienum,quando eſt in damnum tertij,eodem mo
do refellitur quo Syluestri opinio,quia cum pœniten
ſequatur opinionem probabilem,non peccat ex iniu
ſtitia aliqua contra proximum,ſi non reſtituat, & id
eo tam proprius,quam alienus eum abſoluere poteſt
abſq; eo quod incurrat periculum aliquod peccati in
iuſtitiæ erga proximum, cui reſtitutio fieri deberet,
cum ipſemet pœnitens ob probabilem opinionem
ſequitur,non reſtituendo,contra iuſtitiam erga pro
mum non peccet,vt diximus.
14 *Quarto,verior mihi videtur*,† & eſt communior op
a nio Angeli,in Summa,verbo,Confeſſ.4.nu.3.& ver
ornatus,num.4.in fi.Ledeſm.2.4.q.8.ar.4.dub.7.So
in 4.diſt.18.q.2.ar.5.in reſpon.ad 5.Nauarri in Ma
c.26.num.4.& in capit.ſi quis autem,de pęnit. diſt.7
num.66.Medinę,1.2.q.19.art.6.dub.antepen.Salo
in 2.2.q.63.art.4.controuerſia 2.concluſ.4.& Henr
quez lib.3.de Sacramento pęnit.ca.26.nu.6.Greg.d
Valen.to.3.diſp.5.q.7.pun.4.in fi.& Vaſq.in 1.2.d
ſput.62.cap.7.& aliorum recentiorum,dicentium c
feſſarium quemcunque abſoluere poſſe pœniten
ſequentem opinionem probabilem,relicta ſua opin
ne probabiliori,ſiue opinio,quam ſequitur pęnitē
ſit in damnum tertij,ſiue non. *Ratio eſt*: quia conf
ſarius denegare non poteſt abſolutionem niſi malè
ſpoſito:at vero pęnitens eo ipſo,quod ſequitur opin
nem probabilem,non eſt malè diſpoſitus, ergo cōf
ſarius abſolutionem illi denegans, iure ſuo illum e
14 poliat;id quod tam† de ordinario,quam de extraor
nario procedit,cum hac tamen differentia.Nam or
narius cum ratione ſui officij ſubditis ſuis Sacram
ta miniſtrare teneatur,(niſi in eis aliquod impedi
tum inueniat) & in hoc euentu nullum ſit impedi
tum ex parte pœnitentis,vt diximus,non ſolum te
tur ipſius confeſſionem audire, ſed etiam poſt audi
confeſſionem,ipſum abſoluere tenetur. Id quod ver
eſt,non ſolum tempore præcepti; quo confiteri pęni
tēs tenetur,ſed etiam quocumque alio tempore:ſiqu
dem vt verior; & communior habet Doctorum op
nio,ordinarius toties ſubditorum confeſſiones aud
re tenetur,quoties ipſi diſcretè,& prudenter confite
15 voluerint.† Confeſſarius autem extraordinarius, ſe
ex commiſſione,quamuis non tenetur confeſſione
illius audire,& non audiendo iniuriam illi non facit,
niſi velit ſequi ſuam opinionem,ſi tamen condition
acceptauit audiendi confeſſionem, ad abſoluendum
pœnitentem benè diſpoſitum obligatur, & negando
abſolutionem peccaret;non tamen exiſtimarem ſem
per peccare mortaliter non abſoluendo,ſiquidem nō
nunquam excuſatur confeſſarius tam proprius, quam
alienus,ſi propter opinionem propriam pęnitentem
abſoluere noluerit,dummodo id bona fide,& ex cauſa
iuſta faciat: De qua re plura dicemus, cum de Sacra-
mento pęnitentiæ,eiuſque miniſtro agetur.

ADDITIO.

a Quarto verior mihi videtur. *Sequitur Azor libr.2.
tom.1.Moral.Inſtitut.cap.17.Verſicul.Decimo Quæ-
ritur,& Alfonſus de Vega in ſumm.caſuum Conſcientiæ.
Verb.Confeſſor.caſ.24. & Franciſcus Suarez tom. 4. Di-
ſput.32.Section.5.Vbi ex ſententia Soti Ledeſm.Nauarr.
& D.Antonij docet diſertis verbis Confeſſorem in hoc ca-
ſu non ſolum poſſe quod vnum aſſerit Author,verum etiā*

debere abſoluere penitentē, & profectò ratio, quā omnes aſſerunt, id manifeſte oſtendit; cum pęnitens ſic integre confeſſus ſit, & bene diſpoſitus exiſtat, & nihil contra conſcientiam agat; id quod omni Confeſſori patet. Quæ cum vera ſint, nō videtur magnopere tutum, quod in calce huius Capitis exiſtimat Author confeſſorem nō peccare mortaliter non abſoluendo pœnitentem in hoc caſu propter propriam opinionem; etenim ſi formaliter loquamur, quatenus pœnitentis opinio probabilis eſt, nulla videtur ex parte confeſſoris ſubeſſe bona fides, nulla cauſſa, quamobrem pœnitenti abſolutio denegetur. Quia Confeſſori cauendum eſt, ne ſua opinione nimis obſtinate niti videatur vt inquit Vega loco proxime citato; y tambien *(ideſt Confeßor)* ſe guarde, que en ſu opinion no ſea ſolo *(ſi maxime propria perhibeatur)* porque nō pareſca, que eſtriua en lo, que porfia, y en ſu prudentia.

Quod autem attinet ad detrimētū tertij Suarez ſect. 5. citata prope fin. explicat, vt omnia, luculēter. Neq; etiam refert, ait, quod ſequatur detrimentum alterius, vel non ſequatur, tū quia ſupponimus, non obſtante illo detrimento, opinionē eſſe ita probabilem, vt pœnitens poſſit tuta conſcientia iuxta illam opinionem operari; hoc enim poſito detrimentum illud eſt materiale, & per accidens; & formaliter non eſt iniurioſum. Tum etiam quia è contrario ſequi poteſt detrimentum pœnitentis, ſi opinionem Confeſſoris ſequatur: vt conſtat, ſi controuerſia ſit de re aliqua reſtituenda, ſicut enim non reſtituendo videtur ſequi damnum temporale alterius; ita reſtituendo ſequitur damnum temporale pœnitentis, cui propterea non poteſt præcipi, vt eam rem alteri reſtituat, quam hic bona fide poſſidet, quia melior eſt cauſſa poſſidentis. Azor. Verſicul. Decimo quæritur. *notato in fine.*

De Medicis, quamnam opinionem ſequi teneantur in medicamentis præſcribendis. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *An medici ſequi teneantur partem tutiorem, & qualiter Theologi conſilium dare debeant medicis de medicamentis eligendis.*
2 *In praxi non licet medico ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, ſecundum Sotum, & alios.*
3 *Medicus in chirurgijs, & medicinis conficiendis, ſi diligentiam non adhibeat, peccat.*
4 *Nullus medicus ſuadere poteſt infirmo, vt ſumat potionem quam ipſe lethalem putat, etiamſi plures aßerant ſalutiferam, quare.*
5 *Sententia Authoris exponitur, ex quibus principijs deſumi debeat medicorum praxis in particulari in applicandis medicinis.*
6 *Quando medicamentum applicare non liceat, etiamſi aliundè conſtet certum periculum mortis.*
7 *Remedia ſi ſint faciliora, & abſque opinione ſalutifera eligenda ſunt, & de quibus rationes ſunt probabiles de facto an ſint ſalutifera, relinquenda.*
8 *Medicus reus homicidij iudicandus quando.*
9 *Medicus ſalutiferum medicamentum ſecundum opinionem ſuam iudicatum eligere poteſt, quando.*
In quo caſu, & quomodo intelligendum ſit dictum Galeni, vt medici audacter interficiant.
10 *Cum omnia in opinione poſita ſint, quare ſecundū opinionem ſuam operari poteſt, & medicamenta applicare.*
In quo euentu poteſt medicus medicamentum applicare quod ſecundum aliorum opinionem exiſtimat eſſe ſalutiferum, num. eod.
11 *Quomodo Medicus conſcientiam formare debeat inter diuerſas opiniones probabiles.*
12 *Opinionem ſpeculatiue probabilem contra longam experientiā ſequi non licet, etiamſi aliud remedium non ſit.*
13 *Singulare eſt in arte Medicinæ experientiam ſequi contra probabilem opin. & ſi quis contra eam ageret, reus eſſet homicidij.*

QVamuis multa de Medicis tractari poſſint, il-
lud tamen in præſentiarum ſolum explicandū
eſt, quam. ſ. opinionem ipſi in curandis infirmis ſequi
poſſint, aut debeant maximè quādo eſt periculum vi-
1 tæ, & ſalutis infirmi: An. ſ. † ſequi teneantur partē tu-
tiorem inter opiniones. Exempli gratia, ſi opiniones
inter Medicos ſint, & aliqui affirmant tale medica-
mentum eſſe lethale, alij vero eſſe ſalutiferum, an in
tali euentu teneatur Medicus ſequi partem tutiorem,
vbi non eſt periculum occidendi, & qualiter Theolo
gi conſilium dare debeant. Medicis de medicamētis
eligendis. Eſt enim hoc malum in republica, vt Medi
cis, & Aduocatis occidendi data impunitas videatur.
Sic enim Philemon ait apud Stobæum tit. de Medic.
Μόνῳ δ' ἰατρῷ καὶ συνηγορῷ ἔξεστιν ἀποκτέινειν μὲν ἀποθνησ-
κειν δ' ἐ μή. Hoc eſt: Id ſoli Medico, & Aduocato licet,
occidere ſine ſuo periculo. Et Plin. lib. 29. c. 1. *De me-
dicis,* inquit, *nulla lex, quæ puniat inſcitiam capitalem,
nullum exemplum vindictæ, diſcunt periculis noſtris, &
experimenta per mortes agunt, medicoque tantum homi
nem occidiſſe impunitas ſumma eſt.* Hinc illa infelicis
monumēti inſcriptio, *Turba medicorum me interemit.*
De quibus late Greg. Toloſ. in Syntag. p. 2. lib. 18. c.
25. & par. 3. lib. 36. c. 21. num. 29.

2 Inter Theologos † ergo Sotus lib. 3. de iuſtitia, &
iure, q. 6. art. 5. in fine affirmat, quod ſi in medicina ſit
opinio probabilior aliquod particulare medicamen-
tum eſſe mortiferum, minus autem probabilis nō eſ-
ſe noxiū, quamuis in diſputationibus tueri liceat opi-
nionem minus probabilem, quia tunc nulli nocetur,
in praxi tamen non licet medico medicamentum il-
lud infirmo exhibere, quia eſſet vitam illius manife-
ſto periculo exponere. Eandem ſententiam ſequi vi-
dentur Canoniſtæ, & Summiſtæ, vt Inn. in c. *Tua nos,*
nu. 1. de homicid. vbi ait, quod Medicus in chirurgijs
3 faciendis, & in medicinis conferendis † peccat; niſi
debitam diligētiam adhibeat, vt illas faciat, quas ſcit
ſecundum artem proficere debere, imo addit, quod ſi
ſcit medicinam nocituram, & eam confert, peccat, ſi-
cut etiam peccat, ſi dubitet eam nocituram, vel profu
turam. Eodēque modo peccat, ſi vehementer credat
eam profuturam, ſi aliquid dubitationis habeat, aut
habere debeat, ne noceat, quia ſemper tutiorem partē
ſequi debet, argum. cap. iuuenis, de ſponſal. & cap. pe-
titio. de homicid. quia ſecurius eſt hominem relinque
re in manu creatoris ſui, quam medicinæ, de qua quo-
cunque modo dubitatur. Ang. in verbo, Medicus, nu.
2. Piſanella eod. in princip. Tabiena verb. eod. nu. 3.
verſ. ſecundo. Nau. in Man. c. 25. num. 60. verſ. *Secun-
do peccat.* & in c. ſi quis autem. de pęnit. diſtin. 7. num.
58. expreſſe docet Medicum peccare, *qui vinum ægro-
to concedit,* quando exiſtimat illud damnum allatu-
rum ægroto, quia partem minus tutam eligit, & nu.
4 74. & 75. ait, quod † nullus medicus ſuadere poteſt in
firmo, vt ſummat potionem, quam ipſe lethalem pu-
tat,

tat,etiamſi ſciat plures medicos doctiſſimos aſſerere,
potionem illam eſſe ſalutiferam, eo quod ſecundum
ſuam opinionem exponit infirmum periculo mortis.
Imo ex hac opinione ſequitur, nullum medicum applicare
poſſe medicamentum ſecundum ſuam ſententiam
ſalutiferum , ſi putet ſecundum aliorum opinionem
eſſe lethale,quia tenetur ſequi opinionem tutiorem.
Eiuſdem ſententiæ eſt Salon in 2.2.q.63.art.4.
controuerſia 2.concl.4.ad ſecūdum,vbi ait,quod quotieſcunque
eſt dubitatio a parte facti, non eſt licitum
in praxi recedere a probabiliori opinione, & exemplificat
de medicamentop aſſirmans male agere medicum,
ſi exhibeat infirmo , harmacum,quod iuxta probabiliorem
opinionem eſſet potius noxiū,quam vtile.
Denique,cum prædictis conſenſit Syl.verbo , Medicus,
q.4.qui alios pro hac re citat quem etiam ſequitur
Vaſquez,in 1.2.diſp.64.c.4.

Ante quam ſentētiam noſtram exponamus, annotandum
b eſt,b *Medicorum opiniones vt plurimum eſſe ſpeculatinas*,
5 vnde † non poteſt quis in facto particulari ,
an tale,vel tale medicamentum ſalutiferum ſit , nec
ne,exinde certò iudicare, & conſequenter ſcire certo
nequit,an liceat tale medicamentum infirmo in particulari
applicare,vel non;ſed hoc iudicium practicū
ex regulis prudētiæ,& principijs practicis tum Theologiæ,
tum artis Medicinæ deſumi debet, ita.ſ.vt medicus
diligenter aduertat,quod in praxi operari ſolet
tale,vel tale medicamentum, qua diligentia a Medico
adhibita,facile Theologus,ſeu cōfeſſarius ex principijs
practicis Theologiæ diſcernet, quando, & qua
ratione medicus ex iuſtitia,vel ex charitate infirmi vitam
artis ſuæ medicamētis tueri,& conſeruare teneatur,
ita vt huiuſmodi medicamentorum applicatione
c officio ſuo ſatisfaciat,c *& a peccato excuſetur*. Hoc ita
præſuppoſito , quid ego in hac re ſentiam , breuiter
exponam .

6 *Primo* igitur ex communi† omnium ſententia certum
eſt,quod vbi nulla habetur rō probabilis ex Medicinæ
regulis,& experientia,an medicamētum profuturum
ſit infirmo,vel non,huiuſmodi medicamentum
applicare non licet,etiamſi aliunde conſtet certum
periculum mortis . Vnde,vt optimè docet Corduba,
lib.3.qq.q.5.poſt concl.2.grauiter peccant Medici,
qui vt aliquod medicamentum experiātur, illud
abſque ratione aliqua probabili infirmo tribuunt. *Ratio
eſt*:quia cum non ſit vlla probabilis ratio,quod medicamentum
illud ſalutiferum futurum ſit infirmo ,
non ſolum contra charitatem,ſed etiam contra iuſtitiam
peccant, dūm vitam infirmi periculo exponat
ex tali dubio ; vnde in hoc caſu , ſicut in alijs dubijs,
pars tutior eligenda eſt , ſcilicet, vt infirmum potius
prouidentiæ Diuinæ,quam tali medicinæ relinquāt,
prout Innocentius,& alij Doctores allati teſtantur ,
qui in hoc caſu ſolum loqui videntur , ſi verba eorum
attentè ponderentur.

7 *Secundo* etiam certum eſt,quod † vbi ſunt rationes
probabiles de facto ipſo,an ſit ſalutiferum medicamē
tum,nec ne,ſi alia ſint faciliora remedia, & abſq; opinione
ſalutifera infirmo,ea eligenda ſunt;& relinquēda
illa,quæ ſunt in opinione. Sicut enim ſupra cap.7.
diximus , quod qui miniſtrare poteſt Sacramentum
Baptiſmi paruulo,vel adulto,ſequendo partem tutiorem,
tenetur lege charitatis non exponere ſe periculo
alicuius opinionis: ſiquidem poſtulat charitas , vt vbi
quis remedium certum adhibere poſſit , non aſſumat
8 quod incertum eſt,& in opinione.† Quotieſcunq; igitur
Medicus abſque periculo occidendi ipſum infirmum,
applicando medicamentum citra opinionem
infirmum curare poteſt,ſi applicet medicamentum ,
quod propter opiniones incertum eſt, reus homicidij
iudicatur,nec præcepto charitatis ſatisfacere cēſetur,
quandoquidem nulla ratio vrget,ut medicamentum
certum eo in caſu relinquat.

9 *Tertio*,† quando dubium eſt de medicamēto,an ſalutiferum,
nec ne ſit,& ſimiliter dubium etiam ſit de
alijs omnibus medicamentis,propter diuerſas opiniones
probabiles,& rationes,tunc Medicus medicamē
tum ſalutiferum ſecundum ſuam opinionem iudicatum
eligere poteſt,quamuis ſecūdum multorum aliorum
ſententiam lethale,& mortiferum habeatur , &
ita experiri poteſt an medicamentum illud proficiat
infirmo,vt rectè Corduba vbi ſupra q.5.poſt concl.1.
annotauit,in quo caſu etiā inquit , Galenus Medicos
admonet,ut interficiant audacter,hoc eſt , ut tantum
medicamento,quod exiſtimant ſecundum opinionē
probabilem profuturum,utantur,quamuis reipſa ali
10 quod fortaſſis periculum inſit.† *Ratio eſt:* quia ubi nō
ſunt alia certiora remedia,ſed omnia in opinione poſita
ſint,ad nihil aliud lex charitatis, aut iuſtitiæ erga
infirmum obligat,quam ut poſt prudentem,& diligētem
examinationem,applicetur remediū , quod probabiliter
profuturum exiſtimat. Non.n. fas eſt eo tēpore
infirmum ſine remedio relinquere, ſi prouideri,
ei poſſit de aliquo , quod ſecundum humanam prouidentiam
iudicatur profuturum. Quod ſi poſtea reipſa
nociuum inueniatur,non eis hoc ad culpam imputari
debet,quia incertæ ſunt hominum prouidētiæ. Pari
ratione in tali euentu applicare poteſt Medicus remedium,
quod ſecundum aliorum opinionem probabilem
exiſtimat eſſet ſalutiferum: quia ſatis prudēter
ſegerit erga infirmum , ſi iudicio peritorū medicorū
11 ducatur. Et † hac ratione formare debet medicus conſcientiā
ſuam inter diuerſas opiniones probabiles,&
aliquando(ut dixi)non licebit aſſumere id; quod in
opinione poſitum eſt , qū aliud certum medicamentum
applicari poterit;aliquando autem etiam medicamentum
ſecundum probabilem opinionem ſuam,
aut aliorū,quamuis incertum,ſine peccato applicare
poteſt,ubi nullum aliud certum adhiberi poſſit .

12 *Quarto*,quamuis inter † opiniones Medicorum ſecundum
rationem ſpeculatiuam opinio aliqua apparet
probabilis,ſi tamen oppoſitum ex longa experiētia,
& obſeruatione colligi poſſit,in eo euentu opinionem
probabilem ſpeculatiue contra experientiam ſequi
non licet,etiamſi aliud remedium nō ſit ; Id quod
ſingulare eſt in arte Medicinæ,ſiquidem experientia
lōga opinionem oppoſitam omninò improbabilem
13 reddit,vnde,ſi quis ea vteretur† cōtra experientiam,
reus eſſet homicidij propter periculum, cui ſe exponit;
ideoque in tali caſu relinquendus eſt infirmus diuinæ
prouidentiæ . E contra verò,ſi aliquis medicus
longa experiētia certus ſit de aliquo remedio, quamuis
ſpeculatiuè conuictus ſit ad partem oppoſitā,quæ
plurimorum iudicio cōprobatur,temeritatis arguendus
d non eſt,ſi propria experientia ducatur, d *quæ certior
eſt quacumque ratione* . Plura de Medicorum officijs
ſuo in loco dicemus,hæc interim quantū ad præſens
inſtitutum ſpectat, dixiſſe ſufficiat .

ADDITIONES.

a Qui vinum ęgroto concedit. *Longe aliter ſenſit Za len-*

cus, cuius lege cautum erat apud Locros, ſi quis Locrenſiũ Epizephiriorum ægrotans vinum merum bibiſſet, niſi iubente Medico, etiamſi ad priſtinam valetudinem rediſſet mortis ſupplicium eſſet conſtitutum, quia non iuſſus biberat. Petr. Toloſ. De Repub. lib. 17. cap. 8. prope finem. Ex Aeliano.

Medicorũ opiniones vt plurimum eſſe ſpeculatiuas. *Speculatur medicus, vt operetur: is.n. poſterior eſt eius vltimus finis, vt ſcilicet aut cõſeruet, & tueatur, aut amiſſam bonam humani corporis valetudinem inſtauret, & recuperet. Duplex autem ſpeculatio, & cognitio eiuſmodi operationem præcedit, vna vniuerſalis, altera vero particularis. Prior in arte, atq; in libris de ea conſcriptis continetur, veluti Hippocratis, Galeni, Auicenæ: poſterior, quæ ſtatim cuiuſq. morbi curationem præcedit. etenim cũ primum medicus ad aliquem ægrotum curandum accerſitur, neceſſe, eſt vt antequã aliquid efficere aggrediatur, morbi propoſiti naturam, genuſq. cognoſcat. Qui namq. fieri poteſt, vt ijs ignoratis recte nouerit curare. Morbi autem vim, & naturã inquirit, & veſtigat tum per Cauſſas præcedentes, tum per ſigna conſequentia: reſolutionis methodo adhibita, quam iterum vſurpat, iam inuenta morbi natura, ad inuenienda remedia, quæ expellendi morbi vim obtineant. Quæ quidem omnino cum medicus pręſtiterit, ad operandum, quod eſt ad ipſa exhibenda, & applicanda remedia ſeſe confert. Vbi quincuplex progreſſio poteſt animaduerti. Prima vniuerſalis per arté, atq; eius libros excurrens, Reliquæ particulares. ſecunda a cauſſis antecedentibus, tertia vero a ſignis ſubſequentibus morbum exoritur Quarta à cognito morbo ad ei accommodata remedia decurrit. Quinta demum è contra ab excogitatis remedijs ad ipſius morbi expulſionem regreditur: atque hæc poſtrema eſt ipſa operatio, vt per ſe conſtat.*

In quibus omnibus progreſſionibus, & quaſi gradibus poteſt error contingere, ex parte tum rei ſubiectæ, tum ipſius medici: de priore hæc Interpres Græcus li. 6. Ethic. ca. 3. comm. 4. In medicina, quæ ſanitatem ęgrotantium procurat ſi nihil eorũ, quæ fieri poſſunt, medicus ipſe prætermiſerit, ſed omnia accurate, atq; opportune tractarit: ægrotus tamen nihilomagis curetur, & conualeſcat, ſed moriatur; non eſt medicus, qui errat, aut fallit, ſed ipſa rei natura, quæ materialis cum ſit, incertitudine, atq; inſtabilitate ꝑdita eſt: neq; quiſquam qui recte velit iudicare, id vitio dandum medico exiſtimabit, quod finem, quẽ ſibi a principio propoſuerat, nõ fuerit conſecutus, ſed fruſtrationis cauſſam in inſtabilitatem naturæ proculdubio referet.

Huc videtur pertinere illud Auicennæ lib. 1. fen. 4. doctrina. 5. ca. 1. Cum autem ignoras ęgritudinem, relinque eam naturæ, & non properes, quoniam aut natura ſuperabit ægritudinem, aut ipſam manifeſtabit *atq; illud Hippocratis. 2. Aphoriſm. ſection. aphoriſm.* 52. Non ſic recta ratione omnino; ſecundum ea minus ſuccedat, protinus eſt ad aliud tranſeundum, modo illud conſtet, quod ab initio viſum fuit. *Et quod ſcripſit Galen. lib. 3. de compon. med. ſect. loc. cap.* 1. Verũ certa cognitio tempore contingit poſt vſum Pharmacorum artificiali coniectura exhibitorum.

Error poſterior duplex, vnus imperitiæ, alter malitiæ tribuitur. Et ſane quemadmodum Medico mortalitatis euẽtus, vt modo dicebatur, imputari nõ debet ita quod per imperitiam commiſit, ei imputari debet: atq; ita prætextu fragilitatis humanæ, delictum decipiẽtis in periculo homines innoxium eſſe non debet. l. Illicitas. 6. §. ſicuti. ff. De offic. præſid. & l. Qua actione 7. in fin. & l. ſeq. Idem iuris. ff. ad leg. Aquiliam. Idq. multo magis ſi dolus, & malitia præſto fuerit. d. l. qua actione. §. Celſus.

c Et a peccato excuſetur. *Quæ ſint peccata medicorum diligenter poſt alios exponit Alfonſus à Vega ſumm. Caſuum conſcien. tom. 2. cap. 35. in fin.*

d Quæ certior eſt quacũq. ratione *Atq; idcirco Authores minime cõtemnendi arbitrati ſunt, neq. ſane immerito, medicam facultatem vſu, atq. experimentis potiſſimum cõſtare, vt tradit Ioann. Franciſc. Picus tom. 1. lib. 1. Exam. doctr. Var. Gent. capit. 2. Verſic.* Et quamquam Cæſar. *Et quandoque ex empiricis reperiuntur, qui accuratius, & feliciore ſucceſſu, quã rationales, uti appellant, medici curent. Noui ego, inquit Ioann. Neuizanus in ſylua Nuptiali lib. 5. num. 75. tinctorem, vt ipſius vtar verbis, neſcientem Latine loqui, plures, & varios ægrotos curaſſe a peritis medicis ſolis ſacerdotibus relictos, & viginti quinque annis uel inuitis medicis mederi non deſtitit, cui vni plures deferebantur orinæ, ſubijcit Neuizanus, quam tribus medicis peritis illius urbis, idem autem Pharmacum ſemel in anno magna quantitate cõfectum omnibus morbis adhibebat. Et ego Bononiæ eiuſmodi empiricum noui, quem uulgo Medicum Miraculorum nominabant.*

De Iudice, & Aduocato, quamnam ille in iudicando, & hic in patrocinando opinionem ſequi poſſit, Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *An inter uarias opiniones probabiles iudex libere ſequi poſſit quam uoluerit, uel relicta probabiliori ſequi probabilem.*
2 *Opinio eorum qui docent Medicum teneri ſequi probabiliorem, eorumque Rationes.*
3 *Opinio aliorum docẽtium licitum eſſe ſequi probabilem.*
4 *Authoris ſententia propoſitionibus explicatur.*
Iudex licitè in amici fauorem iudicare poteſt quando, numer. eodem.
5 *Confirmatur ratione, & a ſimili probatur.*
6 *Si populus ſcandalizatur uidens iudicem nunc unam opinionem ſequi, nunc aliam, faciendum non eſt.*
7 *Iudex ceteris paribus ſi propoſitum habeat ſententiam ferendi pro amicis, eſt in periculo peccandi mortal.*
8 *Iudex ſicut & quiuis fidelis in ſuis priuatis actionibus ſequi poteſt ſententiam probabilem relicta probabiliori, ſi tamen, eam quam, ſequitur ueram iudicet.*
9 *Non ſemper tenemur illud ſequi quod rectæ rationi eſt conformius, ſicut nec in medijs ad ſalutem ordinatis, eligere quod melius & perfectius.*
10 *Non eſt maior ratio in confeſſario quam in iudice, cur probabilem ſequatur, prætermiſſa probabiliori.*
Probabiliores a pluribus receptas opiniones eſſe minus tutas, & ſecuras, teſtatur experientia, ut patet pluribus. inſtantiis, num. eod.
11 *Secundum probabiliorem iudicare quando iudex teneatur, ſi tamen altera probabilis dici poſſit.*
12 *Cum duæ ſint opiniones æque probabiles ex parte facti, quid in ciuilibus, aut criminalibus agendum.*
13 *Cum duæ ſint ex parte facti probabiles, una tamẽ probabilior, in ciuilibus tenetur iudex in conſcientia iudicare in fauorem probabilioris, & quare.*
Leges non decernunt, ut feratur ſententia iuxta opi. probabiliorem, hoc forte circa iura, ſed in illius fauorem; qui melius probet & oſtendet factum, nu. eo.
14 *Regula illa (licitum eſſe ſequi opinionẽ probabilem) quomodo intelligenda.*

Circa obligationem charitatis, ſi diuerſæ ſint opiniones quæ ſequendæ, ſi non diuerſæ, ſecundum tutiorem agendum eſt, nu. eo.

15 *Inter diuerſas opiniones circa intelligẽtiam iuris, quam ſequi debeat, & quid requirat iuſtitia, cum ex parte facti vna ſit probabilior altera.*

16 *Solutio argumentorum pro prima opinione.*

Regula illa (In dubijs pars tutior eligenda) quomodo intelligatur, nu. eo.

17 *Si aduocatus partem aduerſarij probabiliorem putet, eã que ipſe in ſpeculatione ſequatur, an poſſit contra illam patrocinari.*

18 *Ratio difficultatis proponitur, & aliorum ſententiæ proferuntur.*

Quid ſenſerit Author tribus ſubſequentibus numeris explicatur. 19. 20. 21.

QVantum ad Iudicem, non agimus modo de illa
quæſtione controuerſa inter Doctores, An ſcilicet
1 † teneatur iudex contra propriam ſcientiam ſecundum
allegata, & probata iudicare, de hac enim re
alio in loco commodius agetur; ſolum in præſentiarum
ſecundum ſcopum a nobis in hoc libro propoſitum,
videndú eſt, poſſitne iudex, ſi in aliqua cauſa ſint
variæ opiniones probabiles, ſequi libere quam voluerit;
Item, ſi vna opinio ſit probabilis, altera vero probabilior,
an ei licitum ſit ſequi opinionem probabilẽ,
relicta probabiliori. Quæ ſane quæſtio valde difficilis
eſt, & de qua varię ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt Sylueſt. in verb. opin. §.2. Caiet. verb. eod.
Conradi in lib. de Contract. q. vlt. Vaſquez, in 1.2. diſput.64. cap.2. Soti lib.3. de iuſtitia, q.6. art.5. ad 4. qui
exemplum ponens de Iudice & Medico, cum reliquis
allatis, docet teneri ſequi opinionem probabiliorem.
Horum rationes ſunt, tum quia ſequens opinionem
2 probabilem † relicta probabiliori, exponit ſe periculo
peccandi, ſi quidem eligit id quod minus certũ eſt,
relicto certiori, & proinde peccat. Tum ſecundo; quia
regula communis eſt, quod in dubijs pars tutior eligẽda
ſit. cap. *iuuenis*, de ſponſal. Tum etiam tertio, quia
iudex ſecundum merita cauſæ iudicare debet, qui verò
habet pro ſe opinionem probabiliorem, maius ius,
& maiora merita cauſæ habet; ergo iudicando ſecundum
opinionem probabilem, non obſtante quod contraria
ſit probabilior, cõtra iuſtitiam peccat, & eſt acceptor
perſonarum; Quarto denique, quia eo ipſo qđ
Iudex ſcit aliam opinionem eſſe probabiliorem, conſequenter
habet hoc iudicium practicum, ſcilicet, qđ
tutius & ſecurius ſit iudicare ſecundum illam. Ergo
aliter iudicans, contra conſcientiam ſuam agit, quod
non eſt licitum.

3 *Secunda eſt* aliorum, docentium † licitum eſſe ſequi
opinionem probabilem, ſic S. Anton. prima parte,
tit.3. cap.10. §.10. regula ſexta, in fine. & regula 7.
vbi in vniuerſum docet, licitum eſſe ſequi opinionẽ
probabilem in actionibus moralibus. Armilla, in verbo,
Nol. opinio, vbi ait. Sicut non tenetur ſemper agere homo,
quod melius eſt, ſed ſufficit agere, quod bonũ eſt,
ita non tenetur Iudex, vel alius priuatus, ſequi ſemper
opinionem meliorem & probabiliorem, ſed ſufficit
ꝙ ſequatur probabilem, & quam aliqui Doctores periti
iudicãt veram. Petrus de Arragon. 2.2. quæſt.63.
ar.4. dub. vlt. qui etiam abſolute docet, quod quotieſcunque
fuerit opinio probabilis, poteſt Iudex ſecundum
illam ſine peccato iudicare. Et idẽ docet de Medico
curante infirmum, & de Theologo procedente
in his quæ ſunt ſecũdum ſententiam probabilem. Salon
2.2. quæſt.63. art.4. controuerſia 2. ait hanc etiã
ſententiam Salmanticæ docuiſſe. Et Petrum a Soto,
Mancium, & alios recentiores, & quam ipſe etiã vbi
ſupra amplexus eſt ex par. & Greg. de Val. tom.3. diſput.5.
quæſt.7. pun.4. dub.3. in hanc potius inclinat,
& expreſſe Barth. Med. 1.2. q.19. artic.6. dub. penult.
In hac igitur Doctorum diſſentione, quid mihi veriſimilius
ſentiendum ſit, ſequentibus propoſitionibus
exponam.

4 *Prima propoſitio*: † Quando iudex videt vtramque
a opinionem eſſe ex æquo a *probabilem ex parte iuris*, &
ipſe quoque ita iudicat, poteſt licitè propter amicum
b iudicare ſecũdum illam, b *quæ amico magis fauet*: Imò
ſecluſo ſcandalo poteſt propter amicum modo ſecundum
vnam, modo ſecundum alteram opinionem iudicare.
Sic Sotus vbi ſupra, ar.5. ad 4. propoſit.2. Arragon
vbi ſupra art.4. ante dubium vltimum in fine. Salon,
& Greg. de Val. locis allatis concl.1. & Medina
5 vbi ſupra, dub. antepenul. † *Ratio* pro prima parte eſt,
quia in tali caſu ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ, & officij
ſui, non debet bonum illud fauorabile magis vni, quã
alteri conferre, cum æquale ius vtrique competat: ergo
liberum erit ei ſequi quamcunque opinionem maluerit,
& vni potius quam alteri pro libito fauere, abſque
vlla perſonarum acceptione, cum acceptio perſonarum
locum non habeat niſi in eo, quod fit ex debito
iuſtitiæ diſtributiuæ. Et patet a ſimili. Nam quando
duo ſunt æque digni beneficio eccleſiaſtico, poteſt
libere ſuperior conferre amico prout libere voluerit,
ſicut omnes concedunt. Secunda pars eadem ratione
confirmatur quia cum vtraq; opinio ſit æque probabilis,
iudicando nũc ſecũdum vnam opinionem, nũc
ſecundum aliam, facit quod eſt licitum ſemper, & licito
nititur fundamento iam dicto. Dixi, *ſecluſo ſcandalo*,
6 quia † ſi populus ſcandalizatur videns iudicem
nunc ſecundum vnam opinionem iudicare, nunc ſecundum
aliam, non eſt faciendum. Cauendum etiam
eſt, ne iudex propter munera, aut propter affectus particulares
iudicet opinionem illam probabilem; quæ
reuera non eſt probabilis; vnde inferunt authores pręfati,
7 † iudicem, qui habet propoſitum ceteris paribus
ſemper ferendi ſententiam pro amicis, regulariter loquẽdo,
eſſe in periculo peccandi mortaliter, ſicut epiſcopus,
qui haberet animum conferendi ſemper beneficia
ceteris paribus ſuis conſanguineis, quia habens
hunc animum, & affectum, ſæpe merita imparia ob talem
affectum (qui facile iudicium perturbat) paria iudicabit.
Quod ſi habeat animum fauendi ſemper cauſæ
magis iuſtæ, amicis vero quando certò conſtiterit
paria iura illos habere, non eſt in tali periculo, quia
tale propoſitum purgat affectum, & fauere licet amicis
pro libito, quando merita cauſæ ſunt paria.

8 *Secunda propoſitio*, † Quando ſunt duæ opiniones
probabiles ex parte iuris, altera tamen probabilior,
poteſt iudex in iudicando, ſicut quiuis alius fidelis in
c ſuis priuatis actionibus, c *dimiſſa probabiliori ſequi probabilem*,
quam iudicat eſſe veram: nec neceſſe eſt, vt iudicet
illã veriorem. Dixi, *debere iudicare illam veram*,
quia ſi iudicet falſam, tunc deberet ſecundum probabiliorem,
quam veram putat, iudicare, & non ſecundum
probabilem, quã putat falſam, vt recte Salon vbi
ſupra, concluſ.4. & Greg. de Val. propoſit.2. animaduertunt,
alias peccaret ſic iudicando contra conſcientiam,
& iuſtitiam, iudicando pro parte minus fauorabili,
& quã exiſtimat falſam, nec in hoc põt eſſe diffi-

cultas.Hoc ergò ſuppoſito, propoſitio probatur,quia
eo ipſo,quod opinio eſt probabilis,eſt conformis
rectæ rationi,& cõſequenter tuta conſcientia eam quis
9 ſeq[illegible] poteſt in iudicando. † Nec obſtat quod altera
opinio ſit probabilior, & conſequenter conformior
rectæ rationi,& ideo potius ſecundum eam
iudicandum erit: Quia ſicut in medijs ordinatis ad ſalutē
nemo tenetur eligere,ſecluſo voto,aut iuramento,quod
melius & ſecurius eſt,vt v.g.nemo tenetur eligere
virginitatem,aut ingredi religionem, quamuis
virginitas;aut religiò melior, & perfectior ſit, quam ſtatus
matrimonialis,ſed ſatis eſt ſeruare mandata,&
eligere quod tutum,& ſecurum eſt,ita in ſequendis
Doctorum ſententijs non tenemur eligere meliorem, ſed
ſatis eſt eligere eam,quam citra odium, & affectum
10 iudicamus probabilem,bonam & veram. † Confirmatur
a ſimili. Nam vt diximus,confeſſarius poteſt,&
tenetur ſequi opinionem probabilem pœnitentis,
relicta ſua probabiliori,dummodo illam penitentis nõ
iudicet eſſe falſam. Ergo etiam & iudex ſequi poteſt
opinionem probabilem,quam iudicat eſſe veram. Et
certè,non eſt maior ratio in cõfeſſario,quam in
iudice,cum vterq; ſit verus iudex in ſuo foro,& tribunali.
d Deinde experiētia teſtatur,d *probabiliores,hoc eſt,à
pluribus receptas opiniones, eſſe minus ſecuras*, non
ergo ſequenda eſt probabilior:quia tutior, & ſecurior.
Antecedens patet:nā ipſi Soto lib.10.de iuſtitia,q.4.
ar.3.probabilior videtur,& a plurib. Doctorib.
recepta opinio illa,epiſcopos,& clericos eſſe dños ſuorū
redituum,& tñ oppoſita eſt tutior,& ſecurior.
Probabilior quoque eſt,hoc eſt,a pluribus recepta opinio,
illum qui retraxit aliquem ab ingreſſu religionis, non
teneri ad illam ingrediendam,ſed ſufficere, vt ſuis
cõſilijs illum inducat ad priſtinum deſiderium,& tamē
oppoſita eſt ſecurior. Probabilior etiam, & magis
recepta opinio eſt,licere mutuanti accipere aliquid
vltra ſortem ratione lucri ceſſantis, & damni
emergentis,& tamen oppoſita eſt tutior, & ſimiliter de alijs
multis opinionibus. Imò probabilior,& a plurib.
recepta opinio eſt,poſſe iudicem condemnare ſecundum
allegata,& probata,probatum nocentem, quem
certò ſcit eſſe innocentem,abſque eo quod peccet, aut
officium deſerat,& tamē ſine dubio ſecurior opinio eſt
quæ vult,vt potius officium in tali caſu dimittat.
Satis igitur ſit iudici,quod in iudicando opinionē
probabilem à ſe iudicatam veram ſequatur, etiamſi
probabiliorem, veriorem,& tutiorem ſciat.

Addit autem Arragona vbi ſupra,hanc
11 limitationem,opinionem † probabilem ſequendam eſſe à
iudice,dummodo vſu,& conſuetudine non ſit
abrogata,tūc enim ſecundum probabiliorē iudicare
e tenebitur,e *quia cõſuetudo optima legum interpres eſt*,arg.l.
minime,ff.de leg.& conſtitut.& c.cum dilectus,de
conſuetud.quod ſane dictū verum eſt,nec quicquam
concluſioni obeſt,ſiquidem in tali caſu,opinio illa nõ eſt
dicenda probabilis,vt conſtat, ſiquidem iuſta aliqua
ex cauſa habetur iam tanquam improbabilis.

12 *Tertia Propoſitio*; † Quando ſunt duæ opiniones
ęque probabiles ex parte facti,(quia ſcilicet, vterq; ex
f æquo probat factum ſuum) f *tunc in ciuilibus iudex*
g *cõponere* debet partes inter ſe,g *vel ſi res,de qua litigatur,
ſit diuiſibilis,diuidere illam inter partes;* Quod ſi cauſa
ſit criminalis,debet iudicare in fauorem rei. Sic Salõ
vbi ſupra,cõcluſ.2. *Ratio* pro priori parte eſt; quia cū
vterque ius æquale habeat, & res ſit diuiſibilis, ratio
naturalis dictat, vt vel partes inter ſe componantur,
vel vt res illa inter ipſos diuidatur. *Ratio* pro ſecunda
parte eſt,quia etiam ratio naturalis dictat, vt vbi ſint
æqualia fundamenta fiſci in accuſando,& rei in ſe
defendendo,reo potius tanquā fauorabiliori faueamus,
arg.Regul. cum ſunt. vbi dicitur. *Cum ſunt partium iura
obſcura,reo fauendum eſt potius,quam actori de reg. iur.
in 6.* & arg.Reg. *In pari delicto vel cauſa,potior eſt*
h *conditio poſſidentis,eo.tit.& lib.* & arg.Reg.h *In obſcuris,
minimum eſt ſequendum.eo.tit.& lib.* Deinde in
criminalibus,accuſator,vel fiſcus habet ſe, vt aggreſſor, &
reus vt aggreſſus, & ſe defendens,ius autem naturale
dictat,vt aggreſſo potius quam aggreſſori faueamus,
idemque docet Arrago. vbi ſupra in fine.

13 *Quarta Propoſitio*:† Quando duæ opiniones ex
parte facti probabiles ſunt,ſed ita vt vna earum ſit
probabilior,in ciuilibus tenetur iudex in conſcientia
iudicare in fauorem probabilioris, ſic Salon concluſ.3.&
Greg.de Val.propoſit.3. vbi ſupra. *Ratio eſt*: quia
iudex tenetur iudicare ſecundum merita cauſæ, ſed qui
factum probat per teſtimonia meliora & probabiliora,
habet maiora merita cauſæ,vt cõſtat; ergo dignior
eſt ſententia fauorabilis, & hoc tantum probat
argumentum tertium pro prima opinione illarum,in qua
concluſione conuenit etiam Arragona 2.2.q.63. art.
4.dub.vlt.ad 3. Neq; concluſio hæc repugnat
ſecundæ,quia ibi locuti ſumus de opinione probabiliori ex
parte iuris,in hac autem de probabiliori ex parte
facti; maius autem meritum cauſæ non accipitur aut
intelligitur ſecundum intelligentiam iuris, ſed
ſecundum proceſſum illū quo factum probatur, inter quæ
duo maximum diſcrimē eſt: nam teſtimonia,quæ
adducuntur in facti confirmationem, quo maiora
fuerint,eo cauſam ipſam digniorem efficiunt. Recta
autem ratio dictat,vt ſententia proferatur ſecundū
maiorem dignitatem cauſæ,nec eſt aliqua opinio
probabilis,quæ dicat licitum contra huiuſmodi hominem
ſententiam proferre. Rationes autem quę reddūt
aliquam opinionem probabilem, tenent ſe ex parte
iuris: Et ratio poſtulat,ut quotieſcunque in iure fuerint
duæ opiniones,vna probabilis,altera probabilior,
licitum ſit vnicuiq; quam maluerit ſequi,alias illa,quā
ſequi non erit licitum, nulla rõne nomen ſententiæ
probabilis merebitur;vnde leges non decernūt,vt
feratur ſententia iuxta opinionem probabiliorem
Doctorū circa iura,ſed in fauorem illius, qui melius
probat,& oſtendit factum. Quod vero pertinet ad
opiniones Doctorum,leges nihil ſtatuunt, ſed illud iudicis
arbitrio & prudentiæ relinquunt, prout ipſamet etiā
naturalis ratio dictat.

14 Neq; repugnat cõcluſio hæc doctrinæ & regulæ,
quia † ſæpius in præcedentib.aſſignauimus, & ſecuti
ſumus,ſ.licitū eſſe ſequi opinionē probabilē; ſiquidē
regula illa,& doctrina intelligenda eſt,qñ eſt
diuerſitas opinionū circa actionē noſtram,an rectè,vel male
fiat.opinionū.n.ꝓbabilitas in tali caſu reddit hoīem
ſecurū,& tutū in cõſcīa,vt quamcūq; ſnīam ſequatur.
At vero diuerſitas opinionum circa iuſtitiā vtriuſque
partis litigantis in iudicio,nec aliquid aſſerit circa
actū indicādi,nec idem eſt ac ſi eſſet diuerſitas circa
ipſum actū iudicādi ſi.n.in hoc eſſent opiniones
Theologorū,quorū aliqui hoc mõ iudicandū,alij vero illo
mõ iudicandū aſſererent,tūc ſeruari poſſet regula
ſuperius tradita,talis aūt non eſt,vt diximus, diuerſitas
opinionū circa iuſtitiā partiū litigantium in iudicio,
hæc.n.nihil aſſerit circa actum iudicandi,imò cõiter
oēs docendo,iudicandū eſſe pro parte probabiliori in
iudi-

iudicio,cum tñ in expoſitione legis & iuris, vbi eſt illius diuerſitas opinionũ inter Doctores,& quęuis opinio probabilis ſit,licitum erit iudici ſequi quã voluerit. Hac rõne diximus ſupra,qđ qñ eſt diuerſitas opinionũ in actionib. noſtris circa adminiſtrationẽ Sacramẽti poſſumus ſequi hãc aut illam partem probabilem,abſq; irreuerentia Sacramenti, ſiquidẽ opinio probabilis quæ aſſerit ita confici Sacrm,aſſerit conſequẽter ea rõne rectè confici; vnde ẽt aſſerit nullam ei fieri irreuerentiã,ſi eo modo Sacrm adminiſtret. Ecõtra vero qñ eſt obligatio charitatis ſuccurrẽdi proximo,nulla eſt diuerſitas opinionũ an hoc,vel illo mõ, ꝓximo ex charitate ſuccurrere teneamur, ſed oẽs cõiter docent ſuccurrendũ ei eſſe ſm partẽ tutiorẽ, alias peccaret contra charitatem. Si vero circa hãc obligationẽ charitatis,eſſent diuerſæ opiniones probabiles, ſequi poſſemus aut hanc,aut illam, iuxta ea quæ diximus. Pari rõne, cum ſit diuerſitas opinionũ probabi-
15 liũ circa iuris intelligẽtiã,põt iudex eã ſequi,q̃ † probabilẽ putat: ſiquidẽ eo ipſo,qđ ſit probabilis, rectũ iudiciũ ſm illã intelligẽtiam ferri põt; cõtra vero qñ ex parte facti,vna pars probabilior eſt altera,ratio iuſtitiæ requirit ſm oẽs, ut ſm merita cauſæ iudicet. Dixi,*in ciuilibus*,quia licet eadem fortaſſis rõ ſit in criminalib. quæ in ciuilibus,in criminalibus tñ ad condemnandum reum probationes debent eſſe luce meridiana clariores; unde qñ iura partium non ſunt ita clara,ſed obſcura,licet declinare in fauorem rei, q̃uis probationes accuſatoris,aut fiſci,ſint paulo probabiliores & clariores,eo ipſo.n. quod defenſio rei maneat adhuc probabilis,probationes contra reum non ſunt luce meridiana clariores; ſi tamen pars fiſci, aut accuſatoris clara,& manifeſta ſit,iudicandum erit contra
k reum,ne delicta maneant impunita,k *vt docet gl. in* d. reg. cum ſunt,de reg. iur. in 6. ubi autem dubium ſit, aut etiam non ſit certum an ſit obnoxius, tunc abſoluendus eſt reus,quia ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare,l. abſentem,ff. de pœnis.& glo. ubi ſupra.

6 *Et ex dictis* facilis eſt † ſolutio rationum,quæ in cõfirmationem primæ ſententiæ aſſeruntur, iam enim conſtat quid ad tertiam reſpondendum ſit. *Ad primã* autem reſpondetur, ſequentem opinionem probabilem creditam ueram,non ſe exponere periculo peccãdi,cum certum ſit,licitum eſſe ſequi opinionem,quæ a uiris doctis, & prudẽtibus probabilis iudicatur. *Ad ſecundam* etiam dicimus,regulam illam,*In dubijs pars tutior eſt eligenda,*intelligendam eſſe, quando utraq; pars habet periculum:nam ſi utraque pars ſit ſecura, & tuta,ut contingit,quãdo ambæ opiniones ſunt probabiles,quamuis probabilior ſit tutior,quia tamen illa quæ probabilis eſt,etiam tuta & ſecura eſt, illam ſequendo,in nullo periculo eſt peccãdi,ut diximus. Et ad ca. Iuuenis,de ſponſal. reſpondetur, quod loquitur in re dubia,in qua periculum erat pro utraq; parte, ut patet legenti textũ,& ideo pars tutior ibi eligẽda cõſulitur,aut certè, maiora teſtimonia ibi pro una parte,quam pro altera in illo particulari facto adducebãtur,& proinde meritò in partẽ tutiorem inclinãdum erat,maxime,cum hoc ad Eccleſiæ honeſtatem ſpectabat,ut pro illa potius quã altera parte iudicaretur. *Ad quartam* reſpondetur: Quãuis ſpeculatiuè uideat alterã partẽ eſſe probabiliorẽ,non tamẽ habet cõſciẽtiam dubiam practicè,ſed certam, ſ. quod licitum ſit ſibi relicta opinione probabiliori,ſequi probabilẽ creditam ueram,& iõ eam ſequẽdo non agit contra cõſcientiam,aut iudicium practicum,ut conſtat. Quamuis igitur bonum ſit partem probabiliorem ſequi, id tñ conſilij tantum eſt,non præcepti, unde Salon ubi ſupra,conſuluit Confeſſores in foro animæ,& Theologos in ſuis conſultationibus,& Iudices in ferẽdis iudicijs probabiliores opiniones ſequi,habita tamen rõne negotij,perſonarũ,& aliarum circumſtantiarum, prout recta ratio,& prudentia requirit. Et de Iudice hæc ſint ſatis,plura enim de officio Iudicis alijs in locis dicemus.

17 Quoad Aduocatum † etiam non minor eſt difficultas,an poſſit contra propriam opinionem cauſam defendere,hoc eſt,An ſi aduocatus partẽ aduerſarij probabiliorem putet,eamque ipſe partem & opinionem in ſpeculatione ſequitur,poſſit contra illam patrocinari? In qua re aliqua certa ſunt,vnum vero cõtrouer-
l ſum. l *Primum enim certum eſt*,peccare & facere cõtra conſcientiam,ſi partem aliquam manifeſte iuſtam eſſe ſciat,& tamen contra eam patrocinetur, ſiquidem in hoc caſu nullũ eſt principium practicum vnde deducere poſſit,licitum ſibi eſſe partẽ manifeſte iuſtã,
m & pro tali creditam oppugnare. m *Secundo etiam certum eſt*,poſſe licite aduocare,quotieſcunque cauſa eſt dubia aut iure ipſo,aut facto,ita vt nõ facile appareat quænam pars iuſtior ſit: ſic S. Anton. p. 2. tit. 1. c. 19. §. vlt. circa medium Piſanella in verbo,aduocatus verſ. aduocatus. Angel. verbo eodem,n. 17. Syluest. verbo, eod. queſt. 10. Tabien. eodem, verſic. Decimo tertio. Nauarr. in Manuali capit. 25. num. 28. Sotus lib. 5. de iuſt. & iure,q. 8. art. 3. Salon in 2. 2. q. 71. art. 3. cõtrou. 2. Arrag. ibid. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 15. pun. 4. Tolet. lib. quinto inſtruct. ſacerd. cap. 60. concluſ. 3. & Gabr. Vaſquez in 1. 2. diſput. 64. cap. 1. Rodriguez in Sum. par. 1. cap-2. Ioſeph Angles in Flo. 4. Sent. in additionibus,in fine libri. *Ratio eſt*:quia munus aduocati eſt ſolum proponere iudici rationes, & teſtimonia quibus pars ſua confirmari poteſt,non autẽ adiudicare ſeu miniſtrare iuſtitiam alicui parti. At vero quoties iuſtitia vtriuſque partis dubia eſt, ipſa rõ poſtulat,vt ratio per iudicem decidatur. Ergo eadem rõ poſtulat, vt aduocatus pro ſua parte exponat iudici quęcunque illam cõfirmare poſſunt. Hoc eſt enim cuiuſcunque iuris prudẽtis munus legum ſenſus,& auctoritates,nec non rationes in alterutram partem bona fide applicare. Imò hinc omnes lites ortum habẽt atq: principiantur,quod res aut iure, aut facto in dubio verſentur. *Dixi,quando non facile apparet quænam pars iuſtior ſit*,quia quãdo vna pars ita probabilis eſt, & recepta,vt altera etſi aliquid videatur probabilitatis habere,parum tamen,& in quam raro,aut nunquã
n iudices inclinãt, n *tũc ſine dubio vt optime Salon vbi* ſupra notat,peccat aduocatus cõtra iuſtitiam,ſi illi parti minus iuſtę & probabili patrocinetur,ſiue pro reo, ſiue pro actore;ſiquidem in moralibus,quæ cõiter decidunt,pro certis hñt;unde qui talẽ cauſam defendẽdam ſuſcipit,non ſolum probabili periculo ſe cõmittit cauſam iniuſtam defendendi,& clientulum ſuum expenſas facere neceſſitat, in cauſa quam moraliter
o malam eſſe nouit,o *ſed etiam ad reſtitutionem* omnium damnorum tenetur.

18 Cõtrouerſum eſt ſolum,An † qñ cauſa ex utraq; parte hẽt authores æque graues,& rõnes æquales,& in qua iudices modo in hanc partem,modo in illam inclinare ſolent,aut qñ una pars probabilior paulo eſt, ſed altera nihilominus ſatis etiã probabilis, & in quã iudices multoties quoq; declinare ſolent,licitum ſit

aduocato in cauſa quam minus probabilem putat patrocinari? Ratio difficultatis eſt:quia non licet iudici ſequi partem minus probabilem. Ergo nec aduocato. Conſequentia patet: quia aduocatus nihil aliud facit, quã inclinare iudicem in partem, quam ipſe defendẽ-
p dã ſuſcepit p. *Sotus ubi ſupra in hoc caſu diſtinguit*,ſi .n. agitur cauſa mortis, aut ſanguinis, aut vbi honor alicuius periclitatur,ac ẽt cum quis reus ſit, vt de ſua omnium bonorum poſſeſſione deturbetur, in his caſibus nõ licet actori contra reum patrocinari niſi ad minus tãta vrgeat probabilitate accuſatio, quanta defenſio, vnde ſi probabilior eſſet pars accuſatoris ſeu actoris, non licebit partem eius defendere. Ratio eius eſt:quia in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, maxime in fauorem honoris,& vitæ. Imò in his caſib. potiſſimũ in cauſa capitis,pium eſſet rei patrocinium ſuſcipere, etiamſi eius cauſa minoris eſſet probabilitatis, dũmodo nulli fraudi locus panderetur; & dũmodo reus talis non eſſet,qui pernicioſiſſimus haberetur; In alijs vero caſibus minoris momenti,licet vix poſſit ſine periculo patrocinari contra partem,& opinionem probabiliorem, ſi tamen ad rigorem conſcientiæ loquamur,non eſt quod omninò condemnetur, dummodo admoneat ſuum clientem,iuſtitiam magis alteri parti fauere,& etiam abſit fraus,& peruerſa legum interpretatio, cum Soto etiam Arragona loco citato, Salon, & Toletus conſentiunt in hac re.

19 *Primò*; certum eſſe † exiſtimo, in primo caſu, hoc eſt,quando vtraque pars æquè probabilis eſt,ꝙ poteſt aduocatus quamcumque partem ſuſcipere pro libito. Sic Sotus,Salon,& Greg.de Valentia vbi ſupra. *Ratio eſt*: quia tunc neque charitas, neque iuſtitia poſtulat, vt vnam potius quam alterã defendat partem. Deinde, ſicut actor non peccat in tali lite, ita nec aduocatus illi fauendo, & cooperando. Et denique,quia iudex ipſe in caſu æqualis probabilitatis, abſque violatione iuſtitiæ,poteſt cui parti maluerit, fauere. Ergo multo magis aduocatus, cum eius non ſit conſtituere ius inter vtranque partem, ſed tantum intra limites iuſtitiæ parti alicui fauere. Et certe ſicut actor in tali caſu licitè confugit ad iudicem, vt reddat illi ius ſuũ, ita etiam aduocatus licitè illi patrocinari poteſt.

20 *Secundò*, certum etiam eſt in ſecundo caſu,hoc eſt, quando vna pars probabilior eſt altera, poſſe aduocatum in fauorem rei patrocinari, dummodo non utatur fraude aliqua, vel dolo, ita Sotus, Salon, Arragona,Gregor.de Valentia,& Toletus locis allatis. *Ratio eſt*: quia licet vnicuique iure naturæ defendere ſuum ius,quando non conſtat certè de iure alterius. Ergo ſicut licitum eſt reo ſe defendere, ita etiam licitum erit aduocato patrocinari illi. Addũt tamen authores citati aduocatum in hoc caſu admonere debere cliẽtem, cauſam ſuam eſſe minus probabilem, vt ſi velit componere ſe cum altera parte, poſſit, aliàs tenebitur aduocatus ad omnes expenſas,& damna, quæ illi ex tali lite euenient cum illorum ipſe cauſa cenſeatur,niſi eũ admoneat. Intelligitur autem hoc dictum, quãdo aduocatus partem Rei minus probabilem non putet eſſe falſam,ſi enim partem illam omnino falſam crederet, tunc eam defendere non poſſet,vt conſtat. Nec obſtat, quod iudex in tali caſu non poſſit iudicare in fauorem Rei, vt diximus ſupra propoſitione quarta. Ergo nec aduocatus. Rñdetur.n.diſparem eſſe rõnem in hoc caſu inter iudicem, & aduocatũ,quia iudex tenetur iudicare ſ̃m merita cauſæ,& proceſſus;aduocatus aũt ad nihil tale tenetur,ſed ſolum, vt inquirat,& ꝓponat merita cauſę ſui cliẽtis, abſq; fraude,& dolo.

21 *Tertiò*:Non ſolum,quando vtraque pars ęquè probabilis eſt, ſed etiamſi una paulo probabilior ſit altera,poterit aduocatus cauſam minus probabilem contra Reum defendere, dummodo nõ habeat aſſenſum determinatum; quod opinio ei cauſæ fauens ſit falſa, & dummodo opinio illa cui fauet non ſit communi praxi reprobata, & hoc non ſolum in rebus minoris momenti, ſed etiam in cauſa ſanguinis, & honoris. *Ratio eſt*: quia eadem ratio videtur eſſe quo ad hoc tã in criminalibus, quam in ciuilibus, tam in rebus magni, quam minoris ponderis, & momenti, ſi quidem in vtroque caſu proponẽdæ ſunt rationes eodem modo,& teſtimonia per iudicem examinãda ſunt. Ergo, ſi ex rigore iuſtitiæ loqui velimus, & rationum momenta conſideremus, in vtroque caſu eodem modo patrocinari licitum erit. Quod.n.*melior ſit conditio poſſidentis*. Et quod *in dubio nullus eſt condemnandus*, æque verum eſt in cauſa ſanguinis, ac cauſa ciuili; Nec aliquid obſtat aduocato quo minus id poſſit in uno caſu,& non in alio; quia aduocatus non condemnat partem contrariam,nec ipſam ſuo iure ſpoliat, ſed ſolum rationes ſuas iudici proponit, vt ſi iudicauerit probabilius condemnet, & ſpoliet; vnde ad iudicem ſpectat, ne pro parte minus probabili ſententiam ferat. Idem confirmari videtur ex communi conſuetudine bonorum etiam, & piorum aduocatorum, qui, vt rectè annotauit Greg. de Valen. vbi ſupra, neque a doctis, & piis Confeſſariis ob id damnantur. Sed neque contra conſcientiam ſuam agit aduocatus in tali caſu; Quamuis enim intellectu ſpeculatiuo ſciat cauſam illam eſſe minus probabilem, nihilominus tamen ſimul habet hoc iudicium practicum, licere ſibi defendere cauſam, quoties non eſt manifeſta iuſtitia pro altera parte,etſi vna pars ſit probabilior altera,vnde nõ agit contra conſcientiam defendendo talem cauſam
q minus probabilem. q *Illud tamen obſeruandum* eſt,vt iura fideliter referat, & teſtimonia veraciter citet, ne
r fallacijs iudicem decipiat: r *Immo etiam admonere debet clientem*, quod eius pars non ita ſibi probabilis apparet,ſicut appoſita, quia forte tunc,aut alium eliget aduocatum,aut cauſam non proſequetur. Et de aduocato hęc ſint ſatis, de quo plura etiam ſuo in loco dicemus.

ADDITIONES.

a Probabilem ex parte iuris. *De harum uocum iuris, & facti ſignificatione Theologi, & quod ad rem præſentem attinet, parce, & ieiune. Cum tamen earum paulo diligentior explanatio, quam proinde paucis comprehenſam ponemus in medio, propoſitis hac in parte Quæſtionibus; conducat mirum in modũ. Igitur hic ius eſto, quod ſcriptis legibus, aut moribus alicuius regionis continetur. Factum aũt, quod cum eiuſmodi iure non complectatur, ei uidetur opponi, atq. aduerſari; ita vt quæſtio facti alia ſit, ac quæſtio iuris. l. Nec ſeruus. 41. ff. de Peculio, & l. Idẽ erit 16. ff. de ſtat. homin. & quæ ſunt facti iure ciuili non poſſint infirmari. l. 1. §. ſi uir. ff. de acq. poſſe. & l. Abello. 12. §. 12. ff. de captiuis. & l. 8. & l. penultima. ff. de capitis diminut. Porro facta hominũ iure ciuili non coerceri contingit duobus modis. Vno, ꝙ sũt aliqua hominũ facta, quæ ubiuis gẽtium habent eandem uim apud omnes ex ſuis natura; et nõ quia ita uidetur, uel minime, vt docet Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 7. in prin. uigebantq. antequam, aut gẽtium, aut ciuile ius conſtitueretur, cum par, eademq. omnium hominum con-*

ditio erat. l. 2. de natal. reſtituen. l. 4. de iuſt. & iur. & l. quod attinet. 32. ff. de regu. iur. Huiuſmodi autem facta, quæ ad ius naturale referuntur, a Iuriſconſultis hæc fere ſolent enumerari, tenere, ire, agere, ſoluere, dare, tradere, eligere, emere, vendere, locare, conducere, hæreditatem adire, ali, hæredem inſtitui, paciſci, & alia id genus plurima. Eâdem rem Ariſt. lib. 1. Rhet. c. 43. alia, & ei, quam tradebat, diſciplinæ accommodata ratione explicauit, inquiens: Hæc autem ſunt, quæ & virtutis, & vitij quandam exuperantiam in ſe continent; in quibus ſunt vituperationes, & laudes, & ignominiæ, & honores, & præmia: vt ei, qui beneficium dedit, gratiam habere, & ei beneficium reddere, à quo acceperis, & promptum eſſe ad amicos auxilio ſubleuandos. Quæ tamen omnia, vt per ſe perſpicuum eſt, in facto conſiſtunt.

Altero autem modo contigit, ut facta hominum legibus comprehendi nequirent, quod ſunt adeo infinita, vt ad ea enumeranda non ſufficeret hominis vita, vt inibi ait Ariſtot. qua de re initio fuſe. Hæc porrò, quæ pertinent ad æqui, bonique artem, τὸ ἐπιεικὲς, in facto poſita eſſe, cum ex multis eſt manifeſtum, tum ex eo, quod, vt inquit Ariſtot. locis memoratis ſcriptam legem latam in vniuerſum corrigit, atque emendat in particularibus actionibus, atque ad has, tanquam Lesbia norma, quæ plumbea erat ſeſe inflectit, atque accommodat, atque idcirco Iuriſconſulti etiam inquiunt, vbi ius ſcriptum deeſt, iudicem ex æquo poſſe ſupplere. l. edita. 3. C. de edendo, nō quidem in facto, ſed in ipſo iure. l. unica. C. vt quæ de. aduoc. part. iudex ſuppl. ex quibus facile percipitur cauſſa, quamobrem iudici in quæſtionibus iuris poſt habita probabiliore opinione, probabilem liceat amplecti: propterea quod ius ſcriptum, quia generatim conceptum, multinagam interpretationem admittit: τὸ ἐπιεικὲς non item cū ſitū ſit in ſingularis actionis quaſi articulo, & circunſtantia, & rei qualitate, quam iudicem omnino bene perſpectam habere, & plena inquiſitione diſcutere oportet. l. iudices. 9. C. de iudic. ex quo fit, vt iudicare non poſſit, niſi ex probabiliore opinione, quæ videlicet ad rei qualitatem, & facti circunſtantiam proximius accedit. Quod in primis aſſequetur iudex, maxime in pœnis infligendis, primum, ſi ſpectaret non legem ſcriptam, ſed quid in re propoſita faceret, qui eam tulit; ſi adeſſet. Deinde, ſi plerumque non ipſum factum ſolum, ſed etiam eius, qui fecit, animum conſiderauerit. Quod ſi præterea merum factum ſpectandum ſit, non partem eius, ſed totum diligenter perpendere oportet. Poſtremo, ne longius abeamus, ſi facta diſtinxerit, neque eodem modo, quæ per infortunium, errorem, iniuriam facta, atque admiſſa ſint punienda cenſuerit. Ariſtot. locis proxime notatis quem legito, ſi vacat; etenim nobis in his non eſt diutius immorandum.

b Quæ amico magis fauet. Idipſum affirmant Iuriſperiti, ſed longe timidius, & cautius, quam Theologi. Quin Corraſius loco citato, tit. 11. num. 175. id nullo pacto admittendum exiſtimat; ex eo potiſſimum, quod qui ad iudicandum inducitur, aut conſanguinitate, aut amicitia, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia; & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem. c. quicunque, 11. quæſt. 3.

Sed videtur loqui de quæſtione facti; de qua paulo inferius. Vide tamen locum. 11. tom. 4. opin. comm. paulo ante allegato, cap. 7. Verſicul. Ideo ſi iudex, vbi ad quæſtionem iuris id videtur accommodare; vt ex verſic. Hinc etiam cognoſci poteſt. Legito etiam Specul. comm. opin. in præfat. Vbi tamen non videtur ſibi conſtare: nam cum de ſuo ſenſu, num. 103. diſtincta quæſtione facti ab ea, quæ eſt iuris, dixerit ex Nauarri, & aliorum ſententia, eum in quæſtione facti, quando ſcilicet ipſum factum per ſe obſcurum, eſt peccare, qui pro amico iudicat, paulo poſt nu. 9. verbis diſertis affirmat, quæſtionem facti, atque eius reſolutionem ex iudicis arbitrio ſemper dependere.

c Dimiſſa probabiliori, ſequi probabilem. Si per probabiliorem opinionem Author intelligit, vt paulo mox Verſicul. Deinde experientia intelligere videtur, vt iudex in iudicando, prætermiſſa probabiliore, probabilem opinionem ſecutus, in conſcientia fortaſſe tutus eſt; attamen, quod attinet ad externa, non erit liber a pœna. Etenim communi conſenſu tradunt Iuriſperiti, eum qui iudicat contra opinionem communem, quam legi ipſi, & conſuetudini parem faciunt, & ſacroſanctam appellant; tum imperitum haberi; tum facere, vt aiunt litem ſuam, & teneri in ſyndicatu, tom. 4. Syntag. comm. opin. de iudic. loc. 11. cap. 7. & Specul. comm. opin. Hieronym. de Ceuall. Præfat. num. 30. & ſeqq. & Anton. Maria Corraſ. de communi opin. lib. 3. tit. 12. num. 25. vbi num. 52. de ſententia Innocen. & aliorum cenſet, iudicantem contra communem opinionem etiam in conſcientia teneri: habetur tom. 1. comm. opin.

d Probabiliores, hoc eſt à pluribus receptas opiniones eſſe minus ſecuras. Iudicibus magis receptæ, & communiores opiniones tutiſſimæ ſunt; vt ex iis, quæ modo exponebantur, & à Iuriſperitis fuſiſſime in hanc ſententiam diſputantur nullo fere negotio poteſt intelligi.

e Quia conſuetudo optima legum interpres eſt, argumen. ſcribitur diſerte, atque eleganter in l. ſi de interpretatione 37. & ſequen. ff. de legibus. his verbis; Si de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuiſſet; optima enim eſt legum interpres conſuetudo.

Nam Imperator noſter Seuerus reſcripſit (hæc in altera lege) in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo iudicatarum authoritatem uim legis obtinere debere. Et quidem pro iure, & lege conſuetudinem obſeruandam eſſe ſcribitur aperte in l. diuturna. 33. & ſeqq. ff. eodem tit. & C. quæ ſit conſuetud. atque inibi l. 1. traditur, quod ad rem præſentem magis attinet, conſuetudinem a iudice eſſe cuſtodiendam: & l. teſtium. 3. in fin. ff. de teſtibus tametſi hic non de deciſione, ſed de ordinatione litis verba fiant. Vid. Speculum commun. opin. in præfation. nu. 71. & ſeqq. fuſius hac de re diſputantem, & Corraſium de communib. opin. lib. 2. tit. 9. nu. 97.

f Tunc in ciuilibus iudex componere debet. Si proprie loquamur, huius propoſitionis definitio magis ad arbitrum, quam ad iudicem videtur ſpectare: diſcrimen autem inter vtrunque eliciunt Iuriſconſulti ex §. 1. Inſtitut. de Actionib. & ex l. lex 7. ff. ad leg. Iul. Repetund. ſed apertius ex Ariſt. lib. 1. Rhetoric. cap. 43. prop. fin. Vbi inquit, Arbiter æquum, & bonum ſibi proponit: iudex autem ipſam legem, neque vlla alia de cauſſa repertus eſt arbiter, niſi, ut æquum, & bonum ualeat. Sed explanatius lib. 2. Politic. cap. 6. Nec de iudicio, ait contra Hypodamum Mileſium, rectè ſe habet lex, qua iudicandum putant cum diſtinctione, lite ſimpliciter ſcripta; ita ut ex iudice fiat arbiter: hoc enim in compromiſſo in plures facto recipitur (conferunt enim inter ſe de ſententia ferenda;) ſed in iudiciis non reſicitur: immo legiſlatores plerique cóntra ſtatuūt ne iudices inter ſe colloquantur. Deinde, quomodo non erit litigioſi ſententia, cum iudex non putat tantum deberi, quantum petitur: *et quæ ſequuntur in eandem ſententiam. In quam et Cic. Pro Roſc. Comoed. Perpolite, atque eleganter ut ſolet*, Aliud, *inquit*, eſt iudicium, aliud eſt arbitrium. Iudicium eſt pecunię certæ, arbitrium incertę. *ad iudicium hoc modo venimus* vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neq; nihil, neq. tantū quantum poſtulauimus conſequamur. *Et paulo poſt.* Quid eſt in arbitrio; mite, moderatum, quāto ęquius, & melius ſit dari, *alij quantum. Quæ erant verba arbitrij a Prætore dati, & ſubauditur, tantum dari iubeas, aut aliquid huiuſmodi, iudex tamen interdum pro arbitro accipitur, vt in l. Verbum oportere. ff. De Verb. ſignificat. atq; arbitri ingenium, & perſonam iudex aſſumit, quoties quę bonæ fides ſunt iudicia exercet. & idcirco tradit Iuſtinianus in tit. Inſt. de actionib. in bonæ fidei iudicijs liberā poteſtatem permitti ex æquo, & bono æſtimandi quantum actori reſtitui oporteat. Quin tradunt omnes in l. 1. ff. de arbitris. hodie arbitria eſſe redacta ad iudiciorum formā. qua de re alias.*

g Vel ſi res, de qua litigatur ſit diuiſibilis diuidere illam inter partes. *Hoc remedium, vt ipſe appellat, Corraſius tit. 9. citato numer. 177. aſſerit eſſe tutum æquum, & bonum, & poſt multorum Iuriſconſultorum id ipſum aſſeuerant enumerationem probat. §. Cum aliena Inſtitut. de rerum diuis. & poterat afferre l. Adeo 7. §. Cum quis ex aliena. ff. de acquirend. rerum dom. unde illud ſumpſit Iuſtinianus. ſed neuter locus ſatis ad rem, cum vtrobiq; Sermo habeatur de media inter altercantes Doctores ſententia ſeligenda, non autem de re inter litigantes diuidenda. locus de hac re germaniſſimus eſt in l. ſancimus 34. §. Ne autem C. de Donation. Cuius verba non pigebit referre, tum quia rem propoſitam belliſſime, ac luculenter explicant, tum quia docent, quid agendum ſit, quando res, de qua controuerſia eſt, diuidi nequeat. hæc autem verba in ea lege ſunt.* Ne autem communione inducta, donatori, & ei, qui liberalitatem ſuſcepit aliqua oriatur contentio, electionem damus ei, qui ampliorem ſummā in re donata habuerit reliquam æſtimationis quantitatem offerre ei, qui minorem Cautam habuit, & totum poſſidere, ſin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res diuidi ſecundum quantitatē utriq; parti competentem, ſi res diuidi ſine ſuo periculo poſſibilis eſt, ſi autē in huiuſmodi caſibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime poteſt, amplioris ſummæ dominus noluerit offerre æſtimationem; tunc licebit etiam ei, qui minoris ſummę habet poteſtatem offerre pretium, & totum uindicare. *hactenus Iuſtinianus.*

Iam verò iudicis eſſe in omnibus medium coniectare, & ut Cicero ait, ferre, & nomen ipſum; & opinio quam de illo vulgus habet indicat manifeſtè. Erit igitur (*inquit Ariſtot. lib. 5. Ethic. cap. 4. comm. 8. a quo enim melius?*) id ius, quod ad corrigendum, & emendandum valet, damni, & lucri medium. Itaq; & cum aliqua de re inter ſe ambigunt, ad iudicem confugiūt. Adiere autem ad iudicem, adire ad ius eſt.

Nihil enim videtur eſſe aliud iudex, quam ius animatum. Quæruntq; iudicem medium; & vocant eos nonnulli, μεσιδίους, ideſt medium diuidentes, ſeu medium adiudicantes; proinde quaſi facile facturum ſit, vt ius ſuum obtineant, ſi medium conſequantur. Ius ergo medium quiddam eſt, ſi quidem etiam iudex idem ius eſt. Ac iudex quidem exęquat, & veluti linea in duas partes inæquales ſecta, quo maior pars dimidiam ſuperat hoc de illa detrahit, & ad partem minorem addit. Toto autem in duos partes æquales diuiſo, tum ſe ſuum dicunt obtinere cum partes ęquales abſtulerint, eſt autem æquale medium rei maioris, & minoris, proportione Arithmetica; propterque hanc cauſſam ius a Gręcis δίκαιον appellatur, quia δίχα ἐστὶν ideſt, in duo æqualia diuiſum eſt: proinde ac ſi quis dixerit δίχαιον: & δικαστὴς quod eſt iudex nominatus eſt quaſi διχαστὴς quæ vox eum ſignificaret, qui rem in duas partes æquales ſecat. *Quid ad rem propoſitam, & ad multa alia eodem pertinentia rotundius, atq; accommodatius?*

h In obſcuris minimum eſt ſequēdum eod. tit. & lib. *Adde, ſi placet. c. Inter dilectos in fin. de fide inſtrument. & l. Adrianus. ff. de actionib. & obligat. & l. Fauorabiliores. ff. de regul. iur. & in primis. Ariſtot. Problem. ſection. 29. de ijs, quæ ad Iuſtitiam pertinent. quæſtio. 13. vbi vniuerſam hanc rem diligentiſſime perſequitur, vnde ſumpta eſt ratio, quam Author ſubiecit, quod Iuriſconſulti communi conſenſu dicunt habere locum in ſententiando, vt loquuntur, non autem circa merita cauſſæ & proceſſum. to. 2. Regul. ciuil. lib. 16. Verbo Reus.*

i Ratio eſt, *vniuerſaliorem huius propoſitionis ſuperius rationem innuimus; quia tunc ſcilicet ius ex facto oritur, quod a iudice non poteſt immutari. l. 2. C. Plus valer. quod agit, quam quod ſim. concip. & l. ſi ex plagis. 52. §. In Cliuo. ff. ad leg. Aquil.*

k Vt docet Gloſa. *Habemus leges diſerte loquentes. l. ſi longius. 18. §. 1. ff. de Iudic. & l. Ita vulneratus. 51. §. Æſtimatio. ff. ad leg. Aquil. & l. In delictis. 4. §. 2. ff. de noxalib. action. & l. ſi a reo. 70. §. vlt. ff. De fideiuſſor. vt ſcilicet alij deterreantur a maleficijs. l. Bona fides. 31. in prin. ff. Depoſiti. Pœnarum ſiquidem remiſſione homines temere ad maleficia procedunt. l. ſi operis. 14. C. de pœn.*

l Primo enim certum eſt. *Adeo, aut Aduocatus in hoc caſu non ſolum eiuſmodi cauſſam iniuſtam omnino debeat deſerere, fraterne deca ſuo cliente commonefacto; ſed etiam eam pateſacere alijs; et ſi agatur de morte, aut mutilatione membri, aut de fama alicuius inſignis perſonæ, contra illam ſi opus fuerit teſtimonium ferre. Qua tamen in re Aduocatum, et ſui damni, et ſcandali, atque iniuſti accuſatoris diſcriminis, modo is velit deſiſtere, rationem oportet ducere. Alfonſ. de Veg. ſumm. caſ. conſcient. tom. 1. cap. 1. 3. caſ. 3. Vbi adiungit eius quoque cauſſam ab Aduocato deſerendam eſſe, qui morte dignus eſt; ſi aliquo colore, atque honeſto prætextu eum tutari nequeat: illius tamen cauſſam non eſſe propalandam de ſententia doctiſſimi Orellanæ, & aliorum.*

m Secundo etiam certum eſt. *Idem Alfonſus de Veg. loco citato. caſ. 4. in reſpon. productis præter Sotum, et Emanuel. Rodriquez, ét Orellana, Bannes, et Burgenſis, de Paz. atque ex Rodriguez obſeruat illud Aduocato in anima habendum eſſe, ut quoties ſui clientis cauſſam iniuſtam eſſe perceperit, quam fortaſſe a principio talem non exiſtimauerit, de ea admonito cliente, plane deſerat. et ex Burgenſi, Aduocatum aut neceſſitudinis, aut affinitatis, aut magni lucri cauſſa tueri non debere eam cauſſam, quā euoluendis libris acriq; ſtudio non inuenerit per ſe probabilem, aut ſaltem æque, atque aduerſarij cauſſam. ac demum de ſuo ſenſu tradit, nihil potius Aduocatis oportere eſſe, quando æque probabili cauſſa nituntur, quam efficere ut litigatores tranſigant inter ſe, et conueniant.*

n Tunc ſine dubio, vt optime Salon. *Conſentit Alphon. de Vega eodem loco, et probat itidem ex eo, quod eiuſmodi minus probabili cauſſa in moralib. ita ab omnib. fere* *exiſtimantur falſa, vt eius contraria pro demonſtratione ferme habeatur. Vide eundem Salon. 2.2. q. 71. art. 3. vbi de uniuerſa hac re diſputat. copioſe.*

o Sed etiam ad reſtitutionem. *Aduocati ſi dolo, aut culpa, aut negligẽtia cauſſam egerint, litigatoribus ſumptus, & omne damnum factum eo nomine inſtaurare, & reſtituere tenentur. Culpa porro triplex vulgo ſolet aſſignari, lata, leuis, & Leuiſſima.*

Prima ad dolum proxime accedit, ac doli appellatione regulariter comprehenditur. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. Naut. Caup. ſtabular. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti, & quemadmodum dolus, & latior culpa animo, & conſilio: ita leuior culpa ſimplicitate quadam, ideſt ſegnitie, & ruſticitate dignoſcitur. l. 3. §. final. ff. De ſuſpect. tutorib.

Ad latam culpam iuris communis ignorantia pertinet. l. regula eſt, in prin. ff. De iur. & fact. ignorant. Negligentia porrò ad leuiorem culpam, & incurioſitatem, quã alij plerumq; homines ſuis in rebus ſolent euitare. l. ſi cum verberet. in fin. & l. ſeq. ff. de pignorat. action. & l. ſi putator. ff. ad l. Aquil.

Imperitia quoq; leuiori culpæ ſolet aſcribi, ſi intra modum contineatur. l. Imperitia. ff. de regul. iur. l. idem iuris eſt. ff. ad leg. Aquil. l. ſi quis id quod. §. Doli mali. ff. De Iuriſd. l. 1. §. fi. ff. de eden. l. 3. §. vltim. ff. De ſuſpect. tutor. Leuiſſimam, quæ potius quidam gradus, quam ſpecies culpæ videtur dicenda, eam aiunt eſſe, quando qui ſummam diligentiam præſtare deberet, mediocrem adhibet. Et quidem vt de lata Aduocatum teneri, ita de leuiſſima non teneri ad eiuſmodi reſtitutionem inter omnes fere conſtare video. De leui controuerſia aliqua videtur eſſe. Rodriguez & Sylueſter, vt vult Alfonſus de Vega; negant teneri hic de ignoratione, cum iam citandi de negligentia loquatur. At Burgẽſis de Paz, & Nauarra citati ab eodẽ Alfonſo de Vega caſ. 4. notato. Verſicul. Nota, que los Abogados. *Orellana, & Bannes affirmant, ob eam rationem, quòd iudices negligentes, & omnes officiales qui tenentur ex officio aliquid cuſtodire, & non cuſtodiunt, de leui culpa tenentur reſtituere, non modo de lata, & ampla, propterea quia talis cuſtodia verget in vtriuſq; partis vtilitatem.*

Ex quo duo hi poſteriores Authores, teſte eodem Vega, inferunt, Aduocatos mortalis culpæ eſſe affines, qui ſunt parati ad omnes cauſſas temere, & nullo adhibito modo ſuſcipiendas; tametſi iuſtè fiat, quandoquidem, (hæc eorum ratio eſt) cũ hominũ induſtria finita ſit, & quibuſdã terminis circunſcripta; ita perficere nequit, quæ ſingulæ cauſſę neceſſario exigunt.

Et rurſus, quod attinet ad negligentiam, docet Vega ex Caietano eos quoq; Aduocatos ad reſtitutionem teneri, qui in diſcernendis cauſſis, num iuſtæ, necne ſint, diligentiam non adhibent; cum id eorum muneris ſit. Ex Sylueſtro autem, quòd ignorationem, atq; imperitiam attingit eos ad huiuſcemodi reſtitutionem non adſtringi, qui cum ſint imperiti, ſe tamen peritos, ac uerſatos eſſe affirmant, & iactant, ſi illud clientes, qui ad eos confugiunt, non lateat. Etenim in hoc caſu non videtur eſſe culpa Aduocati, ſed ipſius clientis, qui alium peritiorem adeundo ſibi noluit conſulere.

In eandem ſententiam adiungit neſcio quid aliud ex Caietano. Sed videtur πάρεργον.

p Sotus vbi ſupra in hoc caſu diſtinguit. *Eadem fere omnino ad verbum. Alfonſus de Vega. tom. 1. ſum. caſuum Conſcientiæ cap. 3. caſ. 5. in fin.*

q Illud tamen obſeruandum eſt. *Quod ſi Aduocatus cauſſam alioquin probabilem, & iuſtam defendens, falſos teſtes, falſaq; inſtrumenta exhibeat, peccat quidem, ſed ad nullam reſtitutionem tenetur, quoniam ita peccat, non contra iuſtitiam quemadmodum neq; ipſi teſtes ſed veritatem, aut virtutem religionis. Atq; idcirco mendacia, quæ ad tutandas cauſſas funduntur ab Aduocatis, tanquam officioſa, peccata venialia exiſtimanda ſunt: niſi iuramento firmentur: propterea quod hoc pacto forent mortalia, ita ex Orellanæ, & Bannes ſententia tradit Alfonſus de Veza loco citato. Verſicul. y finalmente.*

r Immo etiam admonere debet clientem. *Quo facto, ſi eum cum damno aduerſarij ad tranſigendum cum eo inducat, non modo peccat, verum etiam illius damni reſtitutioni obnoxius eſt, Secus ſi abſit eiuſmodi damnum aut aduerſarius nulla vi, nulloq; dolo, aut fallacia, ſua ſponte, & litium fugiendarum cauſſa ad hoc ipſum adducitur. D. Thom. & Caietan. 2.2. quæſt. 71. art. 1. Didacus Perez, Burgenſis de Paz. Azeuedo; & Rodriguez citati ab Alfonſo de Vega, d. capi. 3. De Aduocatis caſ. 4. in fin. De vniuerſa hac quæſtione vid. Ioan. Azorium Inſtitut. Moral. libr. 2. cap. 17. in fin.*

Subditus, an, & quando parere poſſit, aut teneatur ſuperiori aliquid contra propriam opinionem ſibi præcipienti. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Singularis opinio Adriani eiuſq; Ratio ab Auctore proponitur.*

2 *Communis & vera profertur.*

3 *Ratio Cordubæ non probatur. Et quare.*

4 *Ratio vera ab auctiore aſſignatur, cur ſubditus poſſit contra propriam opinionem operari, & conſequenter obedire teneatur Prælato.*

5 *Probabilitas illius partis, quam præcipit ſuperior, vnde naſcatur.*

6 *Inferiorem teneri parere ſuperiori cõtra opinionem propriam, quomodo intelligendum.*

Cum dubitetur an ſuperior ius habeat præcipiendi, ſubditus parere poteſt, minime autem obligatur, numero eodem.

QVamuis huius difficultatis ſolutio facilè colligi poſſit ex hic, quæ diximus capitulo quarto dub. 7. non tamen abs re erit paucis eam explicare.
1 In qua † re ſingulari eſt opinio Adriani Papæ VI. quodlib. ſecundo puncto tertio litera A. quia author ſicut docuit neminem poſſe contra propriam conſcientiam operari ex præcepto Prælati, ita etiam affirmat non licere alicui agere contra propriam ſententiam ſeu opinionem ad mandatum ſuperioris, quamuis ſciat probabile dubium eſſe, an liceat, quod præcipitur.

Ratio eius eſt, quia nullus poteſt licitè agere id, de quo non poteſt iudicare dum agit, quòd ipſum licet. Sed impoſſibile eſt aliquem iudicare, quod ſibi licet agere contra ſuam opinionem, ſeu ſententiam de bono, vel malo. Ergo, &c. Minor patet: quia ſic ſimul haberet contraria iudicia, vt v.g. iudicaret, quòd operari A. ſit malum; ſiquidem hãc tenet opinionem

& etiam iudicaret, quod operari A. non ſit malum, ex quo ponitur iudicare, quod ſibi licet propter mandatum ſuperioris. Vnde infert iudicem habentem opinionem, quod de iure pronunciandum ſit pro Petro, non poſſe ſequi aliorum opinionem probabilem dicentium non pronunciandum eſſe de iure pro Petro.

2 Alia opinio communis, & vera docet † ſubditum poſſe operari contra propriam opinionem, & conſequenter teneri obedire prælato, dummndo habeat dictamen conſcientiæ, quod id facere poſſit. Sic expreſſè Anton. de Corduba, lib. 3. qq. quæſtio. 9. Gabr. Vaſquez, in prima ſecundæ diſput. 62. cap. 6. *Ratio eorum eſt*: quia, quod eſt abſolutè, & ſecundum ſe malum, poteſt ex aliqua circunſtantia fieri bonum: ſicut in duobus malis occurrentibus, quorum neceſſe eſt alterum eligere, illud, quod alias ſecundum ſe malum erat, & tunc eligitur quia minus malum eſt, ob hanc circunſtantiam nunc deſinit eſſe malum. Cum ergo hic occurrant duo mala, quorum vnum eſt obedire, agendo contra propriam opinionem, alterum vero non obedire, ſequendo illam, licitum erit ex hac cauſa obedire ſuperiori contra propriam opinionem.

Et ita fiet bonum, quod alias ex ſe malum eſſet.

3 † Quæ opinio Cordub. licet vera ſit, eius tamen ratio, aut nulla, aut oīno falſa eſt; ſiquidem falſum eſt, in ea occurrentia fieri bonum ex præcepto prælati, ſi alias malum ſit agere contra propriam opinionē, id quod euidenter hac ratione probatur. Nam vel ideo malum erat agere contra propriam opinionem, quia illa permanente non poterat quis habere dictamen conſcientiæ, quod licitum ſit illi operari, & ſic etiam malum erit virtute talis opinionis adhuc exiſtente præcepto prælati; ſemper enim malum eſt agere contra dictamen conſcientiæ, vt latius cap. 4. expoſuimus. Quod ſi reſpondeat poſſe tunc aliquem habere illud iudicium, & dictamen conſcientiæ, licitum, ſcilicet, eſſe ita operari, quia ſcit eſſe opinionem probabilem in contrarium; Eodem modo dicimus nos, poſſe habere tale iudicium, & dictamen conſcientiæ etiamſi præceptum aliquod prælati non adſit; Vnde quantum ad hoc nihil facit occurrentia illa præcepti prælati cum propria opinione; vel ideo malum eſt agere contra propriam opinionem, quia eo ipſo ſe exponit quis periculo peccandi, at certè hoc idem dicendum eſt exiſtente etiam præcepto prælati: vnde ſi alias erat periculum peccandi contra aliud maius præceptum, quam ſit præceptum prælati, nō licebit cum tali periculo etiā exiſtente præcepto prælati, operari, quia præceptum prælati non poteſt facere quin magis obliget præceptum maius. Ergo ſicut cum aliquis dubius eſt, vtrum illud, quod præcipitur ſit peccatum contra ius naturæ, vel contra præceptum ſuperioris p̄lati, non poterit permanente tali dubio propter præceptum prælati inferioris operari; ita etiam non poſſet contra propriam opinionē, ſi alias contra illam operari non liceret. Deinde, obedientia, quæ debetur prælato, ſupponit opus alias bonum, aut ſaltem non aliunde malum, neque obedientia de opere alias malo, facit bonum, niſi, quando ſuperior prȩlatus aliquid præcipit contra id, quod inferior præceperat; de qua re modo eſt quæſtio, vt ſupponitur.

4 *Ratio* igitur pro hac re eſt: quia eo ipſo, quod aliquis exiſtimat probabiliter id quod præcipit ſuperior eſſe bonum, & quod alias ipſe facere poterat propter probabilitatem contrariæ opinionis conſequēter illud facere poterit, ſi prælatus id ei præcipiat, quod ſi poteſt; ergo tenetur. In eis enim quæ aliquis ſine peccato facere poteſt, prælatus imponere poteſt præceptum, & ſubditus obedire tenetur. Immo vero hinc etiam ſequitur, quod ſi aliquis inter duas opiniones dubius eſſet ex proprijs, & intrinſecis principijs, ita vt nullius partis aſſenſum habeat, poteſt, & tenetur obedire ſuperiori, quando ſcit eam partem, quam præcipit ſuperior probabilem eſſe doctis viris, ſiquidem poterit tunc per extrinſeca principia formare ſibi dictamen conſcientiæ, vt poſſit obedire, vt latius infra contra Adrianum dicemus.

Illud tamen in hac re annotare libet, quod probabilitas illius partis, quam præcipit ſuperior, non ex eo naſcitur, quod ſuperior ſit, ſed quia, aut alias doctus, aut vir prudens ſit, aut ſaltem, quia illa pars alijs viris doctis, & prudentibus probabilis eſt, vnde hac ſola ratione, qđ præcipiat ſuperior, nō tenetur inferior obedire contra propriam opinionem, niſi aliunde probabilitas haberi poſſit, aut ex ipſomet ſuperiore, aut ex alijs, licitum eſſe id facere, q̃ a prælato præcipitur.

Denique cum dicitur inferiorem teneri parere ſuperiori contra ſuam opinionem id intelligēdum eſt, quoties eſt diuerſitas opinionum circa id quod præcipitur, an ex ſe liceat, vel non; tunc enim, vt diximus rectè ſequitur, quod ſi ſuperior præcipit, quod licitum eſt ſecundum opinionem probabilem, inferior non ſolum parere poteſt, ſed etiam tenetur, ſin autem diuerſitas opinionum eſſet, an ſuperior poſſit id præcipere, & an inferior teneatur obedire, tunc quidem quamuis inferior tenens opinionem contrariam obedire poſſit, non tamen tenetur.

Ratio diuerſitatis eſt: quia in priori caſu, ſuperior habet ius præcipiendi, vnde conſequitur obligatio in ſubdito, vt obediat, in poſteriori vero caſu cum dubitetur, an ſuperior ius præcipiendi habeat, tunc licet ſubditus poſſit parere, non tamē ad id obligatur, cum non poſſit eſſe obligatio in ſubdito ad obediendum, niſi vbi ſit ius in ſuperiore ad præcipiendū.

Hinc rectè docent Franciſcus a Victoria, in Relect. de iure belli, num. 30. Dominicus Bannes in 2. 2. quæſtio. 40. artic. 1. dubio 6. Petrus Nauarr. libro ſecundo de reſtitut. cap. 3 dubio 11. num. 270. Iacobus de Graffis par. 2. lib. 2. capi. 20. numer. 25. poſt Syluestrum, verbo. Bellum. 1. quæſt. 8. dicto 4. & 5. & Gabriel. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 4. art. 2. concl. 4. & S. Auguſt. vt habetur in cap.

Quid culpatur, 23. quæſt. 1. inferiores cum ad bellum vocantur, quoties non conſtat illis de iniuſtitia belli, poſſe, & teneri obedire ſuo regi, quia tenentur de ſuperiore meliora cogitare, & niſi euidens ſit iniuſtitia, nō diiudicare principem. Et licet reipſa poſtea conſtaret eis de iniuſtitia belli, propter obedientiam tamen præteritam non peccarunt, nec reſtituere tenebuntur; non enim ipſi cauſam examinare tenebantur, ſed ex eo excuſabuntur, quod licitum, & iuſtum fuiſſe bellum probabiliter exiſtimauerint. Et de conſcientia probabili hactenus dictum ſit.

De Conſcientia dubia, an, & qualiter ſecundum eam quis operari teneatur.

Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientia dubia quæ ſit definitur.*

Dubitatio duplex ſpeculatiua, & practica, & quid ſint. num. eod.

2 *An manente dubitatione poſſit homo facere id quod dubitat eſſe peccatum, vel non.*

3 *Solutio difficultatis de dubio practico, affirmando, eſſe tale peccatum quale dubitatur, & quare, multis rationibus oſtenditur.*

4 *Communiter peccata venialia licet quis confiteri non teneatur, qui tamen dubitat, an ſit mort. vel veniale, confiteri tenetur.*

Plures habens præbendas, & dubius, an liceat eaſdem retinere, peccat. nu. eod.

5 *Conſcientia, quando dubia eſt practice, ſe determinando in particulari, quid agendum.*

Conſcientia dupliciter poteſt eſſe dubia. ibid.

6 *Quoties quis dubius, & incertus eſt, quid agere, aut quā partem eligere debeat, omni diligentia inquirere debet quid verius videatur.*

7 *Quando adhibita diligētia nondum veritas conſtet, quodnam tutiſſimum remedium.*

In neceſſitate, & caſu vrgente quid potiſſimum agendū vt tutus in conſcientia partem eligat quæ forſan à parte rei vera non erit. ibid.

8 *Quādo pro vna parte eſt certum, pro altera dubium, peccatum eſt ſequi, quod dubium eſt, & quare.*

9 *Quando ex vtraque parte dubium eſt, & non poteſt deponi dubium, pars tutior ſequenda eſt.*

10 *An dum aliquis rem poſſideat, & dubitet, an ſit ſua, vel alterius, teneatur illam reſtituere, vel poſſit eam detinere, & ea vti.*

Opinio Adriani de hac re improbatur.

12 *Secunda opinio proponitur, & ab Authore quatuor propoſitionibus explicatur.*

13 *Qui dubius, an res ſua ſit, vel non, quamuis, ante inquiſitionem debito modo factam rem illam poſſidere queat ea tamen vti, aut eam alienare non poteſt.*

14 *Qui prudenter dubius eſt, & adhibita diligentia ad inquirendum veritatem adhuc dubius manet, non tenetur rem illam reſtituere, ſed poteſt integrè poſſidere, & quare, tribus rationibus comprobatur.*

15 *Qui facta debita inquiſitione dubius adhuc manet, non ſolam rem poſſidere, ſed etiam, vti, & alienare poteſt, paratus tamen reſtituere precium illius, ſi conſtet rem eſſe alterius.*

16 *Quando pro ratione dubij inter determinatos diuidendum eſt, quod poſſidetur, & quando pauperibus erogandum.*

Duæ rationes Adriani nu. 11. *ab authore ſoluuntur duobus nu. ſubſeq.* 17. *&* 18.

19 *An cum dubitetur de filio aliquo ſpurio, iudicari debeat in tali dubio legitimus, vt hæreditatē paternam ſimul cum alijs legitimis percipere poſſit.*

20 *An exiſtente dubitatione de aliquo facto, propter quod pœna aliqua a iure imponitur, credere ſe debeat reum, & pœnam iuris incurriſſe.*

21 *Duæ opiniones proponuntur, quid autem pro uero ſtatuēdum, tribus propoſitionibus explicatur ab Authore uſque ad nu.* 25.

22 *Qui fecerit actum de quo dubium eſt, an propterea excommunicationem incurrerit ab alijs pro excommunicato, nec in iudicio, nec extra habendus eſt.*

33 *Qui dubitat de facto propter, quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur & ſe excommunicatū, & irregularem in dubio exiſtimare debet, & conſequenter ab hominum communione abſtinere.*

34 *In dubijs huiuſmodi facti pars tutior non ſolum in foro interiori ſed etiam in exteriori eligenda eſt.*

Refellitur ſententia Panormitani. nu. eo.

25 *Quando dubium eſt pro utraque parte, & pars una neceſſariè eligenda, quid tunc agendum & conſulendum.*

26 *Opinio Adriani diſcutienda proponitur, & improbatur.*

27 *Secunda quæ eſt ſententia Soti examinatur.*

28 *Eius opinio cum expoſitione reijcitur, ut a ueritate deficiens, eiuſque rationes una cum Alphano refellūtur.*

29 *Tertia ſententia, ut uera aſtruitur, & ab Authore ad eius intelligentiam multa afferuntur.*

30 *Ratio Couarruuiæ ex proprijs deducta principijs ab Authore probatur, & aſſignatur.*

31 *Cum dicimus coniugem, qui dubitat de ualore matrimonij, durante tali dubio, teneri ad reddēdum debitum alteri petenti bona fide, quo ſenſu accipiendum.*

32 *Reddendum eſt debitum non ſolum in dubio de matrimonio præſent. propter impedimentum aliquod conſanguinitatis, aut criminis, ſed etiam, quando dubium naſcitur ex impedimento prioris matrimonij.*

33 *In dubio prædicto reddendum eſt debitum non ſolum, quando qui ita dubius eſt bona fide cōtraxit, ſed etiam quando mala fide contraxit.*

34 *Quando prædicta de dubio reddendi debitum procedant, quando non.*

35 *Vt dubius coniux de matrimonio debitum petenti reddat, quomodo intelligendum.*

36 *Qui ante pubertatem emiſit uotum religionis, & dubius poſtea ſit, an tunc habuerit uſum ſufficientem rationis, an teneatur adimplere uotum quamdiu dubius manet.*

Opinio Soti proponitur, & refellitur, pro cuius ſententia falſo; ac male Zerula Nauarrum citauit. numero eodem.

37 *An in dubio ſubditus ſuperiori parere poſſit, ac teneatur.*

38 *Authoris explicatio pro parte affirmatiua quatuor propoſitionibus declaratur uſque ad nu.* 41.

Quoties dubium eſt de excom. homicidio, & ſimil. nō obſtante præcepto ſuperioris tenetur partem tutiorem eligere. nu. eod.

39 *Cum dubium ſit an licitè fieri poſſit, quod præcipitur, perſeuerante tali dubio, nullo modo poteſt obedire, & quare.*

40 *In re ſatis tuta, aut non euidenter mala, ubi nullum imminet periculum bono publico, aut tertiæ perſonæ, nec ſubditus graue damnum incurrit, in tali dubio ſubditus obedire tenetur.*

41 *Quando Prælatus aliquid præcipit de quo ex probabili cauſa ſubditus dubius eſt, an ſit iuſtum, non ſemper tenetur ſubditus obedire. Et quare.*

43 *In huiuſmodi caſibus, & negotijs dubijs, maxime attendenda eſt qualitas Iudicis, aut Prælati, quando omnia prædicta quibus nos obedire teneri dicitur, locum habere intelligatur. nu. eod.*

SVpponendum ante omnia eſt, Conſcientiam dubiam illam eſſe, & dici, quę nec aſſentitur vni parti contradictionis, nec ab ea diſſentit, ſed in dubio manet, iuxta ea quæ diximus capit.5.& latius tradunt S. Anton.par.1.titul.3.cap.10.§.10.Adrian.quodlib.2. puncto 1.litera A.Nauarr.in Man.capit.27. nu. 279. & in cap.ſi quis autem, de pœnit.diſtinctio.7.num.9. 10.11.12.& 13.Bart.Medina,1.2.q. 19.artic.6.dub. 4.& alij cõiter. Põt autẽ dubitatio hęc eſſe duplex, ſcilicet, vel ſpeculatiua, vel pratica. Speculatiua dubitatio, ſeu dubium in cõmuni eſt: qñ quis in generali dubitat an aliq̃d ita ſit; vel non ſit, ſeu an liceat, vel non liceat, vt an domus ſit mea, vel an liceat in die feſto iter agere, An liceat Iuriſperito in die feſto conſiliũ dare, vt exemplificant authores præfati, & Nauar.in Man.præludio 9.nu.9. Dubium practicum ſeu dubiũ in particulari eſt, quando quis in particulari dubitat, hic & nunc, an operatio quam facit, ſit peccatum, necne, vt an liceat ibi in feſto iter agere, ſeu an liceat ſibi in hoc die feſto conſilium huic dare. Hoc ſuppoſito, de conſcientia dubia variæ ſunt difficultates, quæ a nobis explicandæ ſunt.

Prima eſt: An manẽte dubitatione, poſſit homo facere id quod dubitat eſſe peccatum, vel non? Antequã verò huic dubitationi reſpondeamus, ſciendum eſt, difficultatem non eſſe de dubio ſpeculatiuo; ſiquidẽ vt optimè notant Medina vbi ſupra & Rodriguez in Sum.par.1.verbo conſcientia.cap.71. concl.3. & alij quos infra referemus, certũ eſt ferè apud oẽs non eſſe peccatum agere contra dubium ſpeculatiuum, vt patet exemplis ab eo allatis; ſiquidem poteſt miles habere dubium ſpeculatiuum, an bellũ quod geritur a ſuo Principe, ſit iuſtũ, & tamen practicè formare ſibi poteſt iudicium licere ſibi obedire ſuo Principi vocanti eum ad bellum, interim dum non conſtet ei de iniuſtitia belli, ad eum non pertinet determinare, & ſtatuere an bellum iuſtum, vel iniuſtum ſit, ſed ad Principẽ, arg.c.Quid culpatur,23.q.1. Sic etiam iudex ſpeculatiuè dubitare poteſt, An liceat ſibi ſecundum allegata & probata condemnare eum, quem ſcit eſſe innocẽtem, & tamen practicè formare ſibi poteſt iudicium, licere ſibi eum cõdemnare, quia S.Tho.2.2.q.67.art. 2.& alij multi viri docti tenẽt id licere. Sic etiam poteſt iuriſperitus in genere dubitare, An Iuriſconſultis liceat diẽ feſto conſulere, & tamen practicè formare ſibi poteſt iudicium, licere ſibi hoc die feſto conſiliũ huic dare. Dicitur autem illud iudicium vniuerſale, a ſpeculatiuum, a *non quod vere non ſit aliquo modo practicum* ſed quia eſt per rationes magis vniuerſales, & magis ſpeculatiuas, non determinando ſe ad agendũ aliquid in particulari hic, & nunc, vnde tunc verè cõſcientia non eſt dubia, nec quis agere cenſetur manente conſcientia dubia: Dixi certum hoc eſſe ferè apud oẽs: quia Cordub.lib.3.qq.quæſt.quinta, & Vaſquez, & aliqui recentiores, exiſtimant fieri nõ poſſe; vt quis habeat dubium in vniuerſali & ſpeculatiuè aliquid eſſe illicitum, & tamen in particulari iudicet eſſe licitum, vt verbi gratia; Qui dubitat an liceat iter agere in diebus feſtiuis, non habet ſufficiens principium & motiuum vnde deducat ſibi licitum eſſe iter facere, quia non eſt maior ratio ipſius, quam aliorum. Addit etiam Corduba, quod ſi aliquando contingeret, quod dubius in vniuerſali non eſſet dubius in particulari, & ex illo aſſenſu operaretur, peccaret tamen, nõ quia agat contra conſcientiam dubiã, ſed quia temere & abſque ratione habet iudicium illud particulare. At certè mihi magis placet opinio Caiet. in Sum. verb. opinio, & in 1.2.q.19.art.5. Medinæ vbi ſupra, & Nauar. in Summa prelud.9.& in d.c.ſi quis autem, num. 63. Soti in 4.diſt.27.q.1.art.3.ante finem. Ioan. Medinæ C.de reſti.q.17. Speculi coniug.par.3.art.18. non longe ante finem. Couar.de Spõſal.part.2. cap.7. §.2. num.10.& in reg.poſſeſſor. par.2. §.7.nu.4. Salon,2. 2.q.5.de dominio, art.7.qu.3. Greg.de Val.tom.3. diſput.5.q.6.pun.5.de præſcriptione. Hẽriquez lib.12. c.6.§.6. Rodriguez vbi ſupra, dicẽtium fieri poſſe, vt quis in genere dubitet, & tamen in particulari iudicet eſſe licitũ, & econtra, in particulari dubitet, & in vniuerſali iudicet eſſe verum, & licitum. Dat Nauar.exẽplum; Nam quilibet Chriſtianus certò credit generatim omnia contenta in Biblijs, an verò Tobias canẽ habuerit, ſpeciatim multi dubitant. Item multi ſine dubio aut ſcrupulo iter faciunt diebus feſtiuis, qui tamen cum interrogantur in vniuerſali, vtrũ liceat iter facere in diebus feſtiuis, ſtatim dubitare incipiunt. Et preter exempla allata, & auctoritates tot Doctorum, ratio eſſe poteſt, quia alio modo longè diuerſo proponitur res in communi, & in particulari, & proinde nihil mirum eſt, ſi aliud iudicium fiat de re in vniuerſali conſiderata, ac in particulari; In vniuerſali enim ſecundũ ſe, & abſolutè conſideratur, in particulari aũt ſm̃ oẽs circumſtãtias hic, & nunc occurrentes, adeò, vt ẽt, quod aliq̃ñ propter vnã cauſam liceat, alio tpe ob aliam cauſam non licebit. b *Et quia ſpeculatiuus intellectus nihil iudicat de operando*, aut nõ operãdo, quãtũ ad conſcientiã attinet, (ſiquidẽ rõ ſpeculatiua non eſt proprie regula operationũ in particulari) ſed ratio practica ea eſt, qua humanæ actiones diriguntur, & qua conſciẽa dr dubia (cõſcia, namq; vt optimè docet S.Th.1.2.q.19.art.5. non ſignificat quodcunq; dictamen rõnis, aut quamcunq; ſciam, ſed applicationem ſciæ ad opus hic, & nunc exercẽdũ, vel non exercendũ) rõ operans contra dubium ſpeculatiuum, nõ peccat, vt diximus, ſed ſolum qui contra dubium practicũ agit, vt paulo poſt dicemus. Ex quib.ẽt ſeq̃tur, qđ licet qs dubius ſit in vniuerſali, nõ aũt in particulari, & ex tali aſſenſu operetur, non temere, aut abſq; rõne illud iudicium habere, & operari, vt falsò putat Cordub. vt.n. dicatur nõ operari temerariè, ſed prudẽter, ſufficit, qđ conſideratis oĩbus circumſtãtijs ſm̃ rectã rõnem iudicet hic, & nũc licitũ eſſe ſibi hoc, vel illud agere, vt diximus, quãuis in vniuerſali de re aliqua dubium habuerit. Sola igitur difficultas eſt de dubio practico; 3 † cui reſpõdemus ſm̃ oẽs authores allatos, & S. Thom. Quodlib.8.art.13.& Caie.tom.1.opuſc.tract. 31.in 17.reſpõſ.q.13.dub.7.& in Sũma.verb.opinio. Nauar.in d.c.ſi qs aũt, de pen.diſt.7.nu.61.& nu.81. S.Anto. p.1.tit.3.c.10.§.10.in regula 6.verſ. Notandũ Adrian. Quolib.2.pun.1.ante literam A.Barthol. Med.1.2.q.19.ar.6.dub.4.Gab.Vaſq.in 1.2.diſp.65. cap.5. Ant.de Corduba, lib.3.qq.q.5.& Greg.de Val. to.2.diſp.2.q.14.pun.4.dub.4. peccatũ eſſe mortale, facere id de quo aliqs in particulari dubitat, an ſit peccatũ mortale, & facere id, de quo dubitat, an ſit peccatũ veniale, eſſe ueniale. *Rõ eſt:* quia *Oẽ qd non eſt ex fide, peccatũ eſt*. Rom.14. ubi ꝑ fidẽ, ut ſæpe dictũ eſt, ad literã intelligit Apoſtolus conſciam, ita, ut ſenſus ſit, Nõ ſolũ peccatũ eſſe omne, id qđ eſt cõtra conſciam, & cõtra fidem, ſed ẽt, quod non eſt ex conſcientia, & fide, hoc eſt ex aſſenſu credulitatis, quod illud ſit licitum: ſed qui habet conſcientiam dubiam, non poteſt habere huiuſmodi fidẽ. Ergo cum tali dubio nõ licet operari. *Deinde ſecundo* Eccleſiaſt. 3. dicitur, *Qui amat periculum peribit in illo*. Sed qui dubitat, an quod operatur, peccatum ſit, & tamen operatur, exponit ſe periculo peccandi, quia nihil certi habet in ea re. Ergo imputabitur ei ad peccatum. *Tertio*, ſicut aliquis conuincitur plus amare Petrum, quam Ioannem, qui potens agere, quo vtrique ſit gratus, agit tamen propter Petri amorem id, de quo dubitat, an ex eo ſit inimicitiam Ioannis incurſurus, ſiquidem agendo exponit ſe periculo faciendi aliquid contra uolũtatem Ioannis; ita pari rõne, qui dubitat an tali facto ſit amiſſurus Dei gratiam, & facit illud ob ſui, vel proximi gratiam, plus ſeipſum, uel proximum, quam Deum amare cõuincitur. *Quarto*, a priori, q͞a facilius rē de qua dubitat an bona, uel mala ſit, quantũ in ipſo eſt, cenſetur velle malum, ſiquidem uult rem, ſiue bona, ſiue mala ſit ꝙ aũt res illa in tali caſu bona ſit, & licita, eſt omnino per accidens, q̃tum ad voluntatē eius attinet. Prçterquam, ꝙ ad rationem uoluntarij neceſſaria eſt cognitio, & conſequenter ad actum bonũ requiritur cognitio libera, & uoluntaria boni. Qui uero dubitat, an aliqua operatio bona ſit, uel non, nõ habet cognitionem liberam, & integram boni. Ergo actus ille nõ eſt bonus; qui uero ecõtrario habet aliquam cognitionē mali, & ad malitiã ſufficit quilibet particularis defectus, faciẽdo illud de quo in particulari dubitat, an ſibi liceat nec ne, deficit a rectitudine operãdi, & cõſequenter actus ille malus erit mortaliter, vel venialiter, pro ratione dubietatis quã habet. Eſt igitur vniuerſaliter verum, non licere agere illud de quo conſcientia in particulari hic, & nunc dubitat an peccatum ſit, nec ne.

4 *Hinc infertur primo*, quod † licet cõmuniter, quis peccatum ueniale confiteri non teneatur, nihilominus tñ qui de peccato ſuo dubitaret, an ſit mortale, uel ueniale, tenetur ipſum confiteri propter dubium, quod de eo habet, ex Nauar. in Man. c. 21. num. 34. & in c. ſi quis autem, de pœnitẽt. diſt. 7. num. 4. & Adr. Quodlib. 2. punct. 1. ante literam A. & communi DD. in 4. diſt. 17. Henriquez. lib. 5. cap. 3. §. 7.

Secundo infertur, Quod habens plures prçbendas peccat, quoties dubius eſt, an liceat ſibi illas habere, quia manente tali dubitatione, periculo ſe committit peccandi, & eas cum tali dubio retinẽdo magis amat beneficium temporale, quam propriam ſalutem. Sic S. Tho. Quodlib. 8. art. 13. & Nauar. in d. c. ſi quis autem, nu. 58. & patet ex dictis.

5 *Secunda* difficultas eſt. † Quidnam agendum ſit, qñ conſcientia dubia eſt eo modo quo diximus? Vt aũt difficultas hæc clarior, & manifeſtior reddatur, ſciendum eſt, conſciam alicuius dupliciter poſſe eſſe dubiã, *Vno* modo, ut ſit in eo dubio, & ſtatu, ut neceſſario debeat alterã partẽ eligere de quarum utraq; dubitat, an ſit peccatũ; ut ſi quis ab altero gladium mutuo acceperit, cum iuro reſtituẽdi, qñ ille petit, & alter illũ repetit ad aliũ iniuſte occidendum, põt hic dubitare, an liceat reſtituere, quia ex una parte reſtituẽdo, reus ur homicidij: ex altera uero parte nõ reſtituendo, reus efficit periurij. Itẽ ſi mulier aliqua q̃ nondũ certa de morte prioris mariti, alteri nubat, poſtea dubitare incipiat, an ſit peccatũ reddere debitũ petente marito ſcđo, quid faciet in tali dubio, nã ſi reddat, & uere prior maritus uiuat, luxuriã cõmittit, & ſi non reddat, & prior maritus nõ uiuat, iniuſtitiã cõmittit.

Itẽ, prçcipit Prælatus, ut detegam crimen fratris mei occultum, de quo ego dubito, an iuſtè præcipiat, eſt dubius ſubditus in hoc caſu quid facere debeat ex vna namque parte non obediendo, exponit ſe periculo inobedientiæ contra ſuum prælatum: ex alia vero parte obediendo, exponit ſe periculo infamandi fratrem in re grauiſſima, contra ordinem iuris. Alio modo, vt dubitet tantum de altera parte, an ſit peccatũ, nec ne, de alia vero certus ſit non eſſe peccatum, vt ſi quis dubitet, an aliquod feſtum ſit de præcepto, & cõſequenter an teneatur audire Miſſam: nam certõ eſt ſi audiat, non peccare. His ſuppoſitis, in priori caſu, certum eſt, ꝙ debeat conſcientiam ſuam ad alteram partem determinare, & agere ſecundum illam, nam alias iuxta ea quæ diximus, neceſſario peccaret; quandoquidem peccatum eſt facere id, de quo in particulari dubitat, an ſibi liceat nec ne. Quam aũt partem eligere debeat, facile conſtabit ex his quæ in ſequentibus dicemus. In ſecundo aũt caſu certum ẽt eſt, qđ licite põt eam partem eligere, in qua nullum eſt peccatum, quia vero non ita certum eſt, an ſemper teneatur partem illam eligere, explicare oportet ad quam partem põt, aut debet ſe determinare tam in primo, quam in ſecundo caſu. Et quidem ſi noua ratio occurrat, quæ tale dubium tollit, certum eſt quænam pars eligenda ſit, qñ autem manent vtrinque rationes ꝓbabiles, tunc res paulo difficilior eſt, quid agendum ſit, aut quæ regula aſſignari poſſit in altera parte eligenda, & in determinanda conſcientia, ne quis temere ſe periculo peccandi exponat. Ex varijs autem regulis, quas in hac materia tradunt Doctor, quattuor ſunt magis vtiles, & vniuerſales.

6 *Regula prima*: Quotieſcumq; aliquis dubius † & incertus eſt quid agere, aut q̃ partem eligere debeat, omnem diligentiam, & ſtudium adhibere debeat ad inquirendum veritatem, c *donec per rationes probabiles inueniatur id quod verius videtur*. Et de hac re nulla poteſt eſſe dubitatio: ſiquidem, vt euitet peccatũ in agendo, ea omnia facere tenetur, quæ recta ratio præſcribit, inter alia verò regula prudentiæ requirit, vt debitam diligentiam adhibeat, ne in operando peccet.

7 *Regula ſecunda*: In huiuſmodi dubijs quando propria induſtria rei veritas inueniri non poteſt † tutiſſimum remedium eſt, ſequi conſilium bonorum virorum, & doctorum, inter quos præcipuum locum habere debent Prælati, ſuperiores, & confeſſarij pij, & diſcreti, quorum conſilium ſequi multo laudabilius, vt plurimum eſt, quam propriũ ſequi, etiamſi tutius, & melius videatur. Imò verò licet aliquo modo dubitetur, an ſit peccatum, vel non, dummodo non conſtet eſſe peccatum, ſequendo illorum cõſilium a peccato excuſatur; Quod ſi in aliqua neceſſitate, & caſu vrgenti talium hominum copia non adſit, tunc ex S. Bonauent. 2. diſt. 39. art. 1. q. 3. in fi. & Salon. 2. 2. q. 63. art. 4. controuer. 2. poſt concl. 4. omni affectu humano ſecluſo, diligenti ſtudio, ac oratione ad Deum (qui oĩs veritatis, & lucis fons, & author eſt) recurrẽdũ eſt; quib. medijs adhibitis, vnam partem quę ſibi melior apparet eligendo, d *tutus in conſcientia erit, etiamſi fortè a parte rei non ita vera, ac bona ſit*.

8 *Regula tertia*; † Quando pro vna parte certum eſt, & pro altera parte dubium, peccatum eſt ſequi id quod dubium eſt. Sic Medina loco inferius citando, & Rodriquez in Sum. par. 2. cap. 51. concluſio. 2. *Ratio eſt*: quia tunc cõmittit ſe periculo peccandi, vt diximus, vt v.g. Scit Petrus, ꝙ licite ieiunare põt, dubitat vero, an nõ ieiunãdo peccet, tenetur ieiunare, cũ in hoc nul

lum ſit periculũ,aut dubium. Item, p̃cipit Prælatus, vt dem operã literis,vel, vt ſeruiam infirmis, dubito, an iuſte præcipiat, teneor obedire,quia in obediendo nullum eſt dubium, aut periculum peccati, ſecus vero ſi non obediam. Item, dubito,an hic contractus, quem celebro,ſit uſurarius, teneor non celebrare illũ contractum, quia in non celebrando nullum eſt periculum,in celebrando autem dubium, & periculũ eſt. Hanc tñ regulam Sotus in Relect.de tegendo ſecreto memb.3.q.2.concl.1.Barthol. Medina 1.2.q.19.art. 6.dub.4.concl.3.limitant,vt vera ſit,niſi ex eo, quod ſequar partem dubiam, magnum, & grãde damnum incurram,vt v.g.ſi quis petat a me fundum, quẽ tuta cõſcientia poſſideo, ſi exinde dubitare incipiam, an meus ſit, an vero reſtituere tenear, ſine dubio tutius eſt fundum reſtituere: ſed quia magnum inde damnũ mihi ſequitur,& melior eſt conditio poſſidentis, nõ teneor illi fundum illum reſtituere, donec iuridicè ſuum eſſe probauerit,de quo exemplo latius infra dicemus; ſicut ẽt de ſubdito,an ſemper in re dubia prælato ſuo obedire teneatur. Interim ſatis ſit hanc regulam ex communi opinione Doctorum aſſignaſſe.

9 *Regula Quarta*: † Quando ex vtraque parte dubiũ eſt,& non poteſt deponi dubium, ſequenda eſt pars tutior, quod ſi neutra tuta fuerit,ſequẽda eſt pars minus periculoſa. Colligunt hanc regulam Doctores, ex ca. *Iuuenis*, de ſponſal. & c. *Ad audientiam*, de homicid.& cap.2.de pœniten. d.7.Piſanella,verbo, Dubium. Angel.ibid.num.1.Sylueſt. eod.q.2.Tab.eod. num.2.verſic.Primo. Adrian. Quodlib. 2. pun.3. litera C. verſ. Ad ſecundum. Caietan.in verbo,opinio. Couar.de ſponſalib.par.1. cap.4.§. 1. num.9. Rodriguez in Sum.par.2. cap.51. concluſio.4. Gabr.Vaſq. in 1.2.diſp.65.cap.3. & diſp.66.cap...... Nau. in cap. ſi quis autem,de pœnit. d.7. num.34. & in Man.cap. 27.num.281.Medina,1.2.q.19.art.6.dub.4. conc.4. Quæ tamen regula indiget limitatione, ſiquidem,vt optimè notat Sylueſter ubi ſupra, ſi ea pars, quæ eſt minus tuta ſit multo probabilior altera,non eſt neceſſe ſequi tutiorem partem. Et Nauar.ubi ſupra, notat hoc tantum eſſe conſilium, regulariter in agendis ſequi partem tutiorem niſi aliud ad id nos præceptum vrgeat, & quando vtraque pars eſt tuta ſufficienter, non eſt neceſſe ſequi tutiorem. Et ſine dubio in multis particularibus non tenetur homo partem tutiorẽ ſequi, v.g. ſi quis agrum poſſideat, qui tamen ab alio reuocetur in dubium,vtrum ſit ipſius,vel non,ſine dubio tutius eſſet illi agrum reſtituere,nõn tamen ad id tenetur, donec ſuum eſſe probauerit. Illud vero in genere ſatis eſt, quod quando eſt dubium pro utraq; parte,& nõ eſt multo maior probabilitas pro vna parte,q̃ pro altera, nec apparet aliquid q̃ vtramque partem tutam oĩnò reddat,nec dubium deponere poſſit, tũc partem tutiorem ſequi tenetur, vt autem res hæc clarior, & maniſeſtior reddatur, addendæ ſunt aliæ particulares difficultates,& explicandę.

Tertia difficultas eſt,an dum aliquis rem poſſideat,
10 & dubitet, † an ſit ſua, vel alterius,teneatur illam reſtituere,vel poſſit detinere & ea etiam vti? Quæ difficultas ex hac altera dependet, an ſcilicet, dubitatio ſuperueniens impediat bonam fidem, atque adeo reddat inualidam præſcriptionem, de qua re ſuo loco agemus, nunc ſolum propoſitam difficultatem breuiter explicabimus: in qua re uariæ ſunt authorum ſententiæ,ſicut in illa altera difficultate propoſita.

11 *Prima eſt* Adriani,in 4. in materia † de reſtitutione, in quæſtione peculiari de pręſcriptione,& quodlib.2.puncto 12. in reſponſ. ad rationes ante oppoſitum, in litera G. & litera H. dicẽtis, quod in tali dubio tenetur diligẽter examinare,an res illa ſit ſua, vel alterius; vnde ante examẽ licet rem illã reſtituere nõ teneatur,ſi tñ poſt ſufficientem inquiſitionem adhuc dubius ſit, tenetur ſe exonerare, erogando pauperib. vel Eccleſiæ cum proteſtatione ſi inueniatur verus dominus, quod illi teneatur tantundem reſtituere. *Ratio eius eſt*:quia qui dubius eſt,maximè ex cauſa ꝓbabili an res illa ſua ſit,vel alterius,peccat detinendo, niſi quantum temporis iuſta ratione ſibi cõcedi dẽt, ad veritatem inquirendam, vnde poſtea detinendo, committit ſe periculo peccandi,tenetur ergo partem tutiorem ſequi,& eam reſtituere; aut certe ſi eam reſtiutere nolit, peccat. Eandem ſententiam antea docuit Anton. de But. in cap. vlt. de præſcript. Et pro hac opinione etiam afferri poſſunt Mart. Ledeſm. 2. 4.q.18.art.1.dub.14.fol.231.Sot.lib.4. de iuſtit. & iur.q.5.art.vlt. in fi. & Pet.de Arragona, 2.2. qõ. 62. in q. de dominio. in fi.qui expreſsè docent,quod ſi facta diligenti inquiſitione adhuc maneat probabiliter dubius an res illa ſua ſit, vel alterius, tunc tenetur diuidere rem illam cum eo de quo dubitat an ſit verus ipſius dñs, pro rõne dubij; quod ſi nullus conſtiterit dominus, & dubitet an res ſit ſua, debet rem illam cum pauperibus diuidere. *Ratio eſt*: quia rõne dubij videtur eſſe æquale ius vtriuſque. Ergo illo dubio manente,facienda eſt diuiſio,vt ſeruetur æqualitas. Huc etiam reduci poteſt opinio Anto. de Corduba, lib. 3. qq.q.8.ad primam rationem, vbi ait,quod licet facta inquiſitione rem illam poſſidere poſſit manente tñ tali dubio,nec rem illã alienare,nec ea vti poteſt. *Ratio eius eſt*: quia ſi conſumat rem illã vſu,aut alienet, exponit ſe periculo conſumendi, & alienandi rem alienam. Deinde ſecundo, quia ſi is qui poſſidet rem aliquam in dubio, ea vti poſſit, pari rõne poſſet coniux in dubio vti matrimonio, & ita non tantum reddere poſſet, ſed etiam petete poſſeſſionis ratione, quod tamen falſum eſt, vt infra dicemus.

12 *Secunda eſt* aliorum, dicentium † facto diligendi examine, ſi adhuc manet dubium, poſſe qui rem illã habet, poſſidere illam, ſi antea bona fide poſſidebat, & proinde non teneri ad reſtitutionem. Sic Gloſa in cap.vlt. in verbo. *Nulla temporis*,de pręſcript.Panor. ibid.nu.3.citans Bart.in l. Natutaliter, colum.2.ff. de vſucap. & Anton.Franc.in annot.Panorm.loco citato,afferens pro hac re l. ſi prius,ff. de nou.oper.nũc. Alex. & Iaſ. in l.3.§.genera.ff.de acquirend.poſſ. Sotus in 4. diſt.27.q.1.art.3.ante fi. verſ. Ad huiuſmodi euentus.Io.Medi.C.de reſtit.q.17.Sylueſtr.verbo. p̃ſcript.q.3. verſic. Tertium. Tabiena.eod.nu.10.verſ. Nono. Couar. in Relect. in regula poſſeſſor. par.2.§. 7.num.3. & 4. vbi multos alios refert, aſſerens hanc eſſe communem. Speculum Coniugiorum,par.3. artic.18.non longè ante finem,in reſponſ.ad 2.Ioſeph. Angles in Florib.4.Sent.par.2.in quæſt.de præſcrip. art.2.difficult.2. Salon. 2.2.q.5. de dominio,art.7.q. 3.Greg. de Valent.tom.3.diſp.5.qõ.6.punct.5. Petr. Cenedo,in collect.iur.Canon.collect.50. nu.5.vt autem rem hanc ſigillatim explicemus, ſequentes propoſitiones adiungam.

13 *Prima Propoſitio*. Qui dubius † eſt an res ſua ſit,vel
alterius,quamuis ante inquiſitionem debito modo fa
c ctam rem illam poſſidere queat, c *ea tamen vti*, aut
eam alienare non põt, & in hac re cõuenire videntur

omnes Doctores, & in particulari Corduba vbi ſupra, immò etiã & Adrianus, & Sotus in locis citatis pro prima opinione, & Gabr. Vaſquez diſpu. 66. c. 7. *Ratio* pro priori parte Concluſionis eſt: quia vt fatetur Adria. in Quodlib. citato etiam qui habet certam fidem vel ſciam, quod res ſit aliena, & ignoret cuius ſit propter diſcrimen præiudicandi vero domino, poteſt rem illam poſſidere quouſque appareat verus dominus. Ergo multo magis in tali dubio licitè poteſt retinere rem poſſeſſam donec conſtare poterit quis ſit verus dominus. Neque enim rationabiliter iniuſtus poteſt eſſe dominus, ſi ille rem illam poſſideat, & ſeruet tanquam depoſitarius, donec ei conſtet de vero domino; ſiquidem hac ratione nullam committit iniuſtitiam, dum rem illam in vtilitatem veri domini cuſtodiat. Secunda verò pars probatur. Quia ſicut inquirere tenetur verum dominum, aliàs in dolo eſſe cenſetur, ita etiam rem illam in priſtino ſtatu conſeruare tenetur; fruſtra enim inquireret dominũ, ſi aut rem deteriorem vſu redderet, aut omnino conſumeret, & alienaret.

14 *Secunda Propoſitio*. Qui † prudenter dubius eſt, an res quam poſſidet, ſit ſua, & adhibita diligentia ad inquirendam veritatem, adhuc manet dubius, non tene-
f tur rem illam reſtituere, f *Nec partem* illius, ſed in-
tegre poſſidere poteſt. Quod intelligitur, quoties facta debita diligentia deprehendat ſe habere maius, vel æquale ius, quam alter habet. Sic omnes Doctores pro ſecunda ſententia allati. *Ratio eſt*: quia vt habetur, in Regula, In pari delicto. de reg. iur. in 6. vbi dicitur: *In pari delicto, vel cauſa, melior eſt cõditio poſſidentis*. Sed in dubio, par cauſa eſt, quãtum ad illius rei dominium attinet: ergo melior eſt conditio poſſidẽtis. Et vt in regula 11. de regu. iur. in 6. habetur: *Cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius quam actori*. In hoc autem caſu, qui dubitat de re ſua, eſt velut reus. *Secundo*, quia in nullo iudicio condemnaretur ille a iudice ad reſtituendam rem illam. Ergo nec in foro interiori ad illius reſtitutionem obligatur. Siquidem, in materia iuſtitiæ quando veritas conſtat, & forum exterius nõ vtitur præſumptione, iudex procunciando ſniam non confert ius in conſcientia, ſed ſolum explicat quænam pars habeat ius. Ergo ſicut iudex, quando ſunt duæ ſententiæ probabiles ex æquo, ferre poteſt ſententiam pro quacunque ſnĩa maluerit; ita etiam quando iura partiũ ſunt æqualia, poteſt iudex, & debet iuſte rem illã poſſeſſori adiudicare, cum, vt diximus, in pari dubio potior ſit ratio poſſidentis. *Tertio*, quia in retinendo rẽ illam, non peccat cõtra iuſtitiam, ſiquidem iuſtitia in eo conſiſtit, vt ſeruetur æqualitas inter ius proprium, & alterius, ſed in hoc caſu, qui poſſidet rẽ, ſeruat ęqualitatem: nam ex una parte habet æquale ius dominij ratione dubij, ex alia vero habet maius ius rõne poſſeſſionis in qua ipſe eſt bona fide; quod ergo in ea poſſeſſione permaneat, & non reſtituat; nihil facit contra ius alterius, ſed debitam ſeruat æqualitatem. Cum igitur non peccet contra iuſtitiam, ad reſtitutionem aliquam non tenetur.

15 *Tertia Propoſitio*. † Qui facta debita ac diligenti inquiſitione dubius adhuc manet, non ſolum rem il-
g lam poſſidere, ſed etiam vti, & alienare poteſt, g *pa-*
ratus tamen reſtituere pretium illius, ſi conſtet rem eſſe alterius. ex Gab. Vaſq. in 1. 2. diſp. 66. cap. 7. Hec eſt contra Cordubam vbi ſupra. *Ratio eſt*: Quia cum dictum ſit, poſſe rem illam poſſidere, nulla ratio apparet, cur ab illius vſu abſtinere in perpetuũ cogatur, & maximè in rebus illis quæ vſu conſumuntur, vt ſunt v. g. pecunia, frumentum, oleũ, vinũ, & huiuſmodi, hæc enim omnia ſine uſu, cum maximo damno, & periculo detineri ſolent. Vnde nulla eſt iniuria ſi vſu conſumantur, quando ex uſu nullum uero domino ſequitur detrimentum. Siquidem vt ſupponimus, is qui in hoc caſu rebus illis utitur, paratus, & potens eſt reſtituere, quando de vero dño ei conſtiterit. Qđ idẽ etiã de rebus non conſumptibilibus uſu dicẽdum eſt, u. g. de equo, pallio, domo, &c. *Ratio eſt*: quia talis poſſeſſio uere pateretur detrimentum ſine cauſa, ſi ab omni uſu rei illius ceſſare cogeretur, quod certè contra iuſtitiam eſſe uidetur. Quam cõcluſionem latius oſtendimus in lib. de reſtitutione in cõi, in tractatu de poſſeſſore malæ, aut dubiæ fidei, dubio 3. ubi ex Ioan. Med. C. de reſtit. q. 10. Couar. in reg. peccatum, parte 3. in princ. nu. 4. & alijs probauimus, ꝙ quoties quis dubius ſit an res quam poſſidet ſit aliena, & eſt in poſſeſſione illius, licitè rem illam vendere poteſt, ſicut etiam quilibet ab eo rem illam emere poteſt, dum modo paratus ſit rem illam, aut pretium eius uero domino poſtea reſtituere, & manifeſtet dubium emẽti, ut enim diximus, dubium hoc ementi manifeſtare tenetur, cum certum ſit illud aliquãtulum de pretio diminuere. Intelligenda ſunt ea omnia quæ hactenus dicta ſunt de eo, qui rem a principio poſſedit bona fide, & tamen poſtea incipit dubitare de uero domino illius, eo modo quo diximus.

16 *Quarta propoſitio*: Qui † a principio dubitat de re, & tñ res adhuc, uel in nullius poſſeſſione eſt, uel ſaltẽ poſſidetur cum tali dubio a principio, tunc ſi dubium illud alias ſuperare nequeat, non poteſt rem illam integram retinere, ſed debet pro ratione dubij rem illã diuidere cum altero quem verum dominum ſuſpicatur; ſin uero dubium non ſit inter aliquos determinatos, cuiuſnam ſit res illa, ſed dubium tñ in genere, puta quia ignoratur uerus dominus, tunc res illa non eſt diuidenda, ſed pauperibus reſtituenda. Sic Michael Salon, ubi ſupra, & colligitur ex Ledeſmio, & Soto vbi ſupra, & lib. 4. de iuſtit. q. 7. art. 1. ad 3. & Caieta. 2. 2. q. 62. art. 5. in reſponſione ad tertium. *Ratio pro prima parte eſt*: quia tunc eſt æquale ius inter utrumq;, & neuter habet titulum poſſeſſionis, ergo æqualiter inter eos diuidi debet, ut ſeruetur iuſtitia; & in hoc caſu non hbbent locum duæ regulæ allatę, ut cõſtat. *Secunda pars* etiam patet, quia cum ignotus ſit omnino uerus dominus, res eo modo ſe habet quo res perdita quæ inuenitur, quæ ex cõiori DD. conſenſu pauperibus eroganda eſt, ut hac ratione cedat in vtilitatẽ veri domini. Et ex dictis facilè ſolui poſſunt, quæ in contrarium adducuntur.

17 Quod enim Adrianus diſtinctè dicit † non poſſe qui dubitat de re, an ſua ſit, vel alterius, rem illã detinere, quia cõmittit ſe periculo furti in detinẽdo, falſum eſt: Nam *primo*, fieri poteſt, ut dubium ſit æquale, & tunc non tenetur reſtituere, quia in dubio æquali potior eſt cõditio poſſidentis, & deinde, tenetur magis homo ſuæ indemnitati, conſulere, quam alienæ, ubi cetera ſunt paria. *Secundo*, poſtq̃ fecerit debitã diligentiã ad inquirendum verum dominum, fecit qđ in ſe eſt, nec alia uia manet illi ad medendum illi dubio. Non ergo tenebitur ad amplius, ſed tuta conſciẽtia rem illam retinere, ac poſſidere ualet. Neque poſt debitam factam diligentiam de inueniendo uero domino habet conſcientiam læſam, aut cõmittit ſe pe-

riculo peccandi. Non enim peccat qui facit contra conſcientiam dubiam ſpeculatiuè tantum, ſed qui facit contra conſcientiam practicè dubiã. Quamuis igitur facta diligenti inquiſitione manet adhuc dubius ſpeculatiuè circa conditionẽ, & qualitatem rei, nimirum ſitne ſua, uel alterius, quia tñ practicè uidet ſe non habere minus ius q̃ alter habet, & ſimul eſt in poſſeſſione rei,una cum illo dubio ſpeculatiuo,habet hoc iudicium practicum uerum,& rectum, per illam diligentiam feciſſe quod debet,nec teneri ad amplius & licite rem illam poſſiderẽ poſſe,cum in dubijs melior ſit cõditio poſſidentis,ut Medina,Couar. Salon, Gregorius, & reliqui ferè omnes teſtantur. Eodem modo reſpondetur ad primam rõnem Cordubæ,non exponi. ſ. periculo iniuſtitiæ poſſeſſorem, qui in tali dubio rem detinet,& illa utitur, quia licet forſan ſit aliena res a parte rei, optimam tamen habet rationẽ, ut in tali dubio abſque ulla iniuſtitia rem illam retineat, & illa utatur, ut proinde excuſetur a peccato iniuſtitiæ,ut diximus, nihilq; ad rem facit quod a parte rei, res illa ſua ſit, uel alterius.

18 Altera etiam † eius ratio facile diluitur: Eſt enim diuerſa ratio inter uſum cuiuſcunque alterius rei, quã quis poſſidet in dubio, & inter uſum matrimonij in quo quis perſeuerat in dubio: quia in uſu cuiuſcunque alterius rei non eſt nouum periculum alicuius alterius peccati, quam iniuſtitiæ,in detinendo rem illam & ita quia ſm regulas iuſtitiæ poſt adhibitam debitã diligentiam de inueniendo uero domino, licitum eſt eam poſſidere in dubio,etiam ſm eaſdem iuſtitiæ regulas licitum erit re poſſeſſa uti,eo quod maius ius habet in rem illam pp certam poſſeſſionem illius; At uero,in matrimonio quãdo dubium eſt, qui uteretur, matrimonio ex propria uoluntate,& non ad petitionem alterius, exponit ſe periculo contra aliã particularem uirtutem,nimirum caſtitatem, & ita debet abſtinere ab uſu in petendo debitum, ne incurrat periculum incontinentiæ; in qua materia ut infra dicemus latius,pars tutior in dubio eligenda eſt, non tamen tenetur abſtinere a reddendo debitum quando petitur,ne uir ob mulieris dubium priuetur iuſta poſſeſſione, q̃ habet in corpus uxoris, nam in reddendo nullum eſt periculum contra aliam uirtutem quã iuſtitiam,contra hanc autem non ſit,quia melior eſt cõditio uiri poſſidentis in dubio, & ideo reddere debitum poteſt, & tenetur, non autem petere ob periculum incontinentiæ, cui in petendo debitum ſe exponeret.

19 *Quarta* difficultas eſt, An quando dubitatur de aliquo filio ſpurio, utrum legitimus ſit, nec ne, iudicari debeat in tali dubio legitimus, ut hereditatem paternam ſimul cum alijs legitimis percipere poſſit. Intelligitur autem difficultas ſicut & præcedens, qñ facta debita diligentia de congoſcenda ueritate,non apparet an legitimus ſit. In hac re,quæ potius ad legiſtas, quam Summiſtas pertinet, de qua legendi ſunt Dec. in ca. *per tuas*, de prob. Syluest. uerbo,*filius*.q.12. Angelus uerb.eo.nu.16.Couar.p.2.de matrimonio, c. 8. §.3.num.8. & Gab.Vaſq.in 1.2.diſp.66.c.8.hæc duo mihi dicenda uidentur.

Primum eſt, quando certò cognoſci non poteſt, ꝗ illegitimus ſit,& habetur uulgo pro legitimo,iudicã-
h dum eſt in dubio pro illo ut ſit legitimus, h *etiam cũ detrimento aliorum fratrum*. *Ratio eſt*: quia cum melior ſit conditio poſſidentis,& iſte iam in poſſeſſione ſit,& pro legitimo cõiter habitus, cõtra iuſtitiam eſſet,eum iure ſuo indebitè,& ſine ſufficienti probatione priuare. Etenim regula illa, *In dubijs pars tutior eſt eligenda*, in materia iuſtitiæ, declaratur per regulam, *In dubijs,melior eſt conditio poſſidentis*, quæ utraque regula in reg. iur. in 6. habetur. *Ratio eſt*: quia maior eſt obligatio, qua quis tenetur aliquem in dubio non condemnare,quam nocentem iudicare, & priuare eum qui eſt in poſſeſſione iuſta vt creditur; nullus. n. cõdemnandus eſt niſi pp culpam; Non ergo condemnari debet filius niſi ob culpam parẽtum; vnde cum non conſtet de culpa parentum filius tanquam legitimus habendus eſt, & videtur definitum in l.filium,ff.de ijs,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.

Secundum eſt, quamuis ab initio dubium erat, cenſeri tñ debet legitimus,niſi contrarium probetur. *Ratio eſt*: quia licet ex una parte videatur melior conditio aliorum fratrum poſſidentium,cum tñ ex vna parte priuandus non ſit ſine cauſa, aut culpa, & ex alia parte cum iura partium ſint obſcura, potius fauendũ ſit reo, quàm actori; ideo in dubio pro illo iudicandũ erit. Vnde hæ tres regulæ iuris ita ſe habẽt, vt hæc, *In dubio pars tutior eſt eligenda*; tollatur per hanc aliã in materia iuſtitiæ; *In dubijs melior eſt conditio poſſidentis*, & huic etiam per hanc aliam derogetur, *Cum partium iura ſunt obſcura, fauendum potius eſt reo, quã actori*. iuxta ea quæ diximus. Et de hac difficultate hactenus dictum ſit.

Quinta difficultas eſt: An exiſtente dubitatione de aliquo facto,propter ꝗ pœna aliqua a iure imponitur,credere ſe debeat reum,& pęnam iuris incurriſſe, vt v. g. ſi quis dubitat an ob factum aliquod incurrerit excõmunicationem, puta, an clericũ percuſſerit, nec ne, an habendus ſi pro excommunicato,& uitandus ſit ab alijs,& an debeat exiſtimare ſe excõicatum, & abſtinere a celebratione. Item ſi dubitet de homicidio,an debeat dubitare ſe irregularem, & celebrare non poſſe; *Ratio difficultatis eſt*: quia in dubijs de facto pars tutior eligenda eſt, & pro ea tãtum parte Iudicium conſcientiæ formari debet, *arg. cap. iuuenis, de ſponſal. & cap. ad audientiam, & cap. Significaſti.2. de homicid.* Tutior aũt pars eſt illa,in qua nõ eſt peccatũ, ſicut in iure pars illa dicitur tutior, in qua minus peccatum eſſe poteſt,quam in parte oppoſita. Ergo in dubio alij eum pro excommunicato habere, eumque vitare tenentur, & ipſemet etiam irregularem, & excommunicatum ſe exiſtimare debet.

Ex altera parte eſt ratio, quia in pœnis benignior interpretatio ſequenda eſt,*arg.cap.in pœnis, & cap. odia,de reg.iur.in 6. & l. interpretatione, ff. de pœnis*. excõmunicatio autem pęna eſt, *arg. cap.Sacro.& ibi gl. de ſent. excom.* ergo non eſt habendus pro excõmunicato, aut irregulari, quandoquidem, vt ait Panorm. in *cap. cum tu, de teſtib. nu.* 2. ea interpretatio benignior eſt, qua pena tollitur.

In hac re duæ videntur eſſe Doctorum ſententiæ, quarum

Prima eſt Panormit. in *cap. ad audientiam, nu.2. de homicid. & in cap. cum tu, de teſtib.* & Summæ Angelicæ,in verbo,dubium, num. 2. & Syluest. verb. eod. q.4.& Fel. in d.cap. *ad audientiam nu.17. & glo. in ca. vnico, de ſcrutin. in ordin. faciend.* Ioan. And. Cardin. Anan.& Socin.in *d.c.ad audientiam,num.46.* vt refert Couar. loco inferius citando, dicentium in foro exteriori non iudicandum eſſe excõicatum, aut irregularem, quia in pœnis benignior interpretatio facienda eſt, vt diximus. *arg.c.in pęnis,& c. odia de leg.iur. in 6.*

& quia in reg. *Cũ ſunt. de reg. iur. in 6.* dicitur. *Cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quam actori.* Qui ergo dubium eſt de excõmunicatione, aut de homicidio, & ita res eſt obſcura, fauendum eſt reo, vt non iudicetur excommunicatus, vel irregularis; in foro autem interiori dicunt habendum eſſe pro excommunicato, quia in foro animę tutior pars eſt eligenda, & ita abſtinere debet à celebratione, & exiſtimant hanc eſſe ſententiam Innocentij.

Secunda eſt, dicentium in dubio cenſendum eſſe irregularem; ſic Nauar. in c. ſi quis autem, de pęnitent. diſt. 7. num. 35. 36. & ſeq. & in Sum. cap. 27. nu. 284. vſque ad num. 289. Couar. in Clem. Si furioſus, par. 1. in princ. num. 3. de homic. & fauet Adrian. Quodlib. 3. punct. 2. litera D. Hugolin. Tabu. 1. de Centur. Eccleſiaſt. c. 14. num. 12. 13. & ſeq. & Gabriel Vaſq. in 1.2. diſpu. 65. capi. 3. *Ratio eſt*: quia eo ipſo ꝙ quis dubitat de facto, ex quo ſequitur pęna iuris, tenetur eligere partem tutiorem, in qua nullum eſt periculum peccati; vt autem res hæc clarior fiat, ſequentibus propoſitionibus quid in hac re ſentiam, breuiter exponam.

22 *Prima Propoſitio*. † i *Qui fecerit actum de quo dubiũ* i *eſt*, an propterea excõmunicationem incurrerit, ab alijs pro excõicato nec in iudicio, nec extra iudicium habendus eſt. Sic Hugolin. vbi ſupra. *Ratio eſt*: quia incerta pro certis habenda non ſunt. Deinde, quia poſt extrauag. *Ad euitanda ſcandala*, euitandus eſt ſolum excõicatus, denunciatus, aut notorius clerici percuſſor, qui nulla tergiuerſatione delictum ſuum celare poteſt, qualis non eſt, de cuius facto ꝑꝑ ꝙ incurritur excõicatio, dubitatur, & hoc etiã ſi rumor aliquis ſit quod clericum percuſſerit. Vnde abrogatur *cap. cum deſideret, §. 2. q. de ſent. excõ.* in quo Clemens III. declarauit infamato de excõmunicatione cõicandũ non eſſe, niſi ſe purget, vel ad cautelã abſoluatur. Neque in iudicio vitãdus talis erit, quia ſi quis obijceret illi excõicationnem ad hoc, vt talis ab agendo repelleretur, ꝓbari debet, & excommunicationis ſpecies, & nomen, & clariſſimis argumentis oſtendi, vt habetur in *cap. 1. ver. ſi quis, de except. in 6.* quæ omnia in eo, de cuius facto propter quod excommunicatio incurritur, dubitatio eſt, locum nullo modo habere poſſunt, vt conſtat.

23 *Secunda Propoſitio* † Qui dubitat de facto, propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & ſe excommunicatum, & irregularem in dubio exiſtimare debet, & conſequenter ab hominum communione, & a celebratione abſtinere debet. Sic Palud. 4. diſt. 25. q. 3. artic. 2. in fi. Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. qui id docet maximè verũ eſſe in facto homicidij, & Nauar. Cou. & Hugolin. vbi ſupra. *Ratio eſt*: quia qui eſt in tali dubio, quodammodo contra conſcientiam facit, & periculo peccandi ſe exponit. At vero, *qui amat periculũ peribit in illo.* Eccleſiaſt. 3. & deinde Extrauag. *ad euitanda ſcandala*. Ipſimet excommunicato nõ fauet, aut in aliquo ſubuenit. Quibus de cauſis Clemens Papa III. in cap. *Ad audientiam, de homicid.* & Innoc. III. in cap. *ſignificaſti. 2. tit. eo.* præsbyterum quendam, tanquam homicidam habendum cẽſuerunt, q̃uis fortè homicida non fuit, & a ſacerdotij officio ſuſpendendum, quandoquidem *in dubijs pars tutior eligenda eſt, etenim ceſſare tutius eſt, quam temere celebrare, pro eo quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur.* Et Honorius Papa III. in *cap. petitio tua, de homicid.* clerico, qui, an a ſe quiſpiã in obſidione cuiuſdam caſtri interfectus eſſet, dubitabat, reſpondit; *ſi conſcientia eum mordeat, vt ab altaris miniſterio ſe obtineat, cum cõſultius ſit,* vt inquit ibi Papa, *in huiuſmodi dubio abſtinere quam temerè celebrare*, vnde idem Innoc. Papa III. in cap. *illud, de clerico excom. miniſt.* excõicatum quendam grauiter reprehendit, qui dubitans, an eſſet excõitus, diuina nihilominus adminiſtrauit. *Quia enim in dubijs*, ait Papa, *via eſt tutior eligenda, & ſi de lata in eũ ſententia dubitabat, debuerat tamen ſe potius abſtinere, quam ſacramenta eccleſiaſtica pertractare.*

24 *Tertia propoſitio*. † In dubijs huiuſmodi *facti*, pars tutior non ſolum in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori eligenda eſt. Sic Nauar. & Couar. vbi ſupra, qui recte ſnĩam Panormit. & aliorum refellunt. *Ratio eſt*: quia forum exterius, & interius regulariter parificantur, *arg. cap. vt animarum, de conſtit. in 6. & cap. vnico, de iureiurando, eod. lib. & cap. 1. de ſepult.* k *in 6.* nec vllo modo diuerſitas in eis faciẽda eſt. k *niſi aliqua ſpecialis ratio vrgeat*; In hoc autem caſu nec vlla ratio, nec textus vllus, nec denique ipſemet Innoc. in *d. cap. ad audientiam*, quem refert Panorm. vrget vt inter vtrumq; forum tale diſcrimen ponamus. Ergo inter illa talis diuerſitas ponẽda non eſt. *Ratio eſt*: quia quotieſcunq; forum exterius non fundatur in ꝑſumptione, ſed cognita veritate iudicat, toties id quod forum interius dicit licitum, uel illicitũ eſſe etiam forum exterius ſimiliter licitũ, vel illicitũ eſſe iudicat; ſed in dubio facti forum exterius non fundatur in ꝑſumptione, ſed eodem modo ſupponit rem dubiam ſicut ſupponit forum conſcientiæ. Ergo, qui iudicatur excommunicatus, aut irregularis in foro conſcientię, talis etiam in foro exteriori iudicari debet. *Secundo*, quia tex. illi, quos pro ſe citat Panorm. ẽt in foro exteriori procedunt, vt conſtat. nam in *ca. ad audientiã*, dicitur: *Ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit*, ex quibus verbis conſtat, rem delatam fuiſſe ad forũ exterius; & deinde additur: *te conuenit iniungere presbytero memorato*, & tamen ibi Pontifex iudicauit illum irregularem, *quia in dubijs pars tutior eligenda eſt*. Ergo hæc regula locum etiam habet in foro exteriori. Eodemque modo in *cap. ſignificaſti, 2. de homic.* in foro exteriori cenſetur homicida, & irregularis, ẽt in re dubia, ſicut in foro interiori. Et certe, vt optimè aduertit Nauar. vbi ſupra, num. 36. difficulter dari poteſt caſus, in quo ceteris paribus hoc eſt, ſi tot, & talia probentur in foro exteriori, quot, & qualis foro interiori conſtat, non iudicentur irregulares in foro exteriori, qui tales in foro interiori iudicari debent. Sed neque *Tertio* Innocentius Papa IIII. ſententiam Panormitan. tenet, ſi quidem Innocent. *in dicto cap. ad audientiam, num. 9. de homicid.* poſt alia multa de irregularitate explicata hæc habet verba a Panormitano citata; *Pro his autem, qui in caſibus dubijs dicunt aliquos non eſſe irregulares, facit, quod irregularitas ſit de iure poſitiuo, quilibet autem eſt irregularis, vbi ius ſtatuat eum eſſe irregularem.* Quibus verbis, vt notant Nauarr. numero 38. & Couaru. numero tertio, locis citatis non aſſignauit differentiam inter vtrumque forum, quaſi iudicandus eſſet irregularis in dubio in foro interiori, non autem in exteriori, cum ibi nullum verbũ ſit de aliquo foro; ſed ſolum his verbis docere voluit, quod vbi eſt dubium, an in aliqua ſpecie ſit inducta irregularitas iure Pontificio, tunc reſpondendum erit, non eſſe irregularita

tem conſtituendam in eo caſu, niſi id iure Canonico fuerit expreſſum; *Rationem* huius dat Innocentius, quia irregularitas omnis eſt de iure poſitiuo, & ideo ſi dubium ſit, an ob tale factum in ſpecie incurratut irregularitas, dicendum eſt, in quocunque foro non incurri, quia vt ipſemet Innoc. ibi ſubdit, *pœnæ ſunt molliendæ, cap. pęnæ de pœnit. diſt.* 1. & nemo iudicandus eſt irregularis, niſi quibus caſib. iure exprimitur, *cap. is qui, de ſent. excom. in* 6. vt v. g. Dubium olim erat, an celebrare in loco polluto, eſſet unus ex caſibus, in quibus irregularitas de iure incurratur, in quo dubio iudicandum erat non eſſe, ut iudicatum fuit in *cap. is qui, de ſent. excom. lib. 6.* quia id iure non fuit expreſſū. At vero, vbi certi ſumus iure irregularitatem induci certo in caſu, & ſpecie, & tamē dubium ſit, an Petrus v.g. id fecerit, ob quod irregularitas incurritur, ita vt non de iure, ſed de facto dubitetur, tunc in vtroq; foro tutior via eligenda eſt, & Petrus irregularis cenſendus eſt, ita vt a celebratione abſtineat.

Illud vero in dubio *facti* verum eſt, quod Panorm. Ange. & Sylueſt. docent, ſcilicet, ꝙ in tali dubio non eſt aliquis puniendus pœna aliqua ordinaria talis delicti, & ita quamuis in dubio homicidij cenſeri dēat quis irregularis, ad hunc effectum, vt abſtineat a celebratione, & in hoc partem eligat tutiorem, non tamen cenſendus erit irregularis, vt ſit ſpoliatus beneficio, vel alia pęna ordinaria homicidij puniatur. Siquidem, in hoc caſu propter tale dubium puniri non debet, ne patiatur ſine cauſa graue damnum; at vero in alio caſu, ſcilicet, quod iudicando ſe irregularem abſtineat a celebratione, nullum damnum incurrit, quin potius celebrando, graue damnum, & periculū peccati incurreret, nemo autem periculo peccandi in dubio ſe exponere debet, vt diximus ex illo Eccleſ. 3. *Qui amat periculum peribit in illo*. Ex quibus conſtat, quid vnuſquiſque in dubio facti facere debeat, & alijs conſulere, quoties interrogatus fuerit.

25 *Sexta* difficultas eſt, an quādo eſt † dubium pro vtraque parte, & pars vna neceſſario eligenda eſt, quid tunc agendum, & conſulendum ſit, Exemplum ſit in materia matrimonij: eſt enim mulier, quæ poſt auditam mortem prioris mariti, alteri nupſit: tādem audit maritum priorem viuere, & ideo dubitat, vtrum liceat ſibi negare debitum poſteriori marito, necne? ideſt, an ſit peccatū, reddere poſteriori poſt fidem datam priori, an contra potius peccatum ſit, negare poſteriori contra fidem eidem datam. Item mulier, q alicui nupſit, poſtea dubitare incipit, an petere, vel reddere poſſit debitum, quia audiuit ſibi eſſe conſanguineum in gradu prohibito. *Ratio difficultatis eſt*: quia ſi reddat debitum præſenti marito, exponit ſe periculo fornicandi, quia fortaſſis non eſt vir ſuus: atque ēt periculo adulterandi, ut ſi fortaſſis prior maritus viuit: ſi vero non reddat debitum, exponit ſe periculo irrogandi grauem iniuriam marito, qui eſt in legitima poſſeſſione. Rurſus augetur difficultas: quia ſæpè dictum eſt, in dubijs partem tutiorem eligendam eſſe; pars autem tutior eſt, non petere, & non reddere debitum: Siquidem reddendo debitum exponit ſe periculo incontinentiæ; Econtra vero in cap. Dominus, de ſecund. nupt. Lucius Papa III. docet, quod *licet dubitans de morte coniugis, ad ſecundas nuptias trāſire non debet, donec ei conſtet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius: ſi tamen aliquis, vel aliqua id hactenus non ſeruauit, & de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei, quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti, quod à ſe tamen nouerit nullatenus exigendum. Quod ſi poſt hoc de prioris coniugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem coniugem reuertatur*. Et in cap. inquiſitioni tuæ, de ſent. excom. Innoc. Papa III. ait: *Quod ſi alter coniugum pro certo ſciat impedimentum coniugij, propter quod ſine peccato mortali non valet carnale commertium exercere, debet potius excōicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quam per carnale commercium peccatū operari mortale. Sin verò habeat conſcientiam huiuſmodi impedimenti, ex leui, & temeraria credulitate, ad ſui paſtoris conſilium conſcientiam illam deponere, & debitum coniugale petere, & reddere poteſt; Quod ſi talem conſcientiā impedimenti habet ex probabili, & diſcreta credulitate, quamuis non euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet, ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientiæ cōmittat offenſam*. In hac difficultate variæ ſunt ſententiæ, non ſolum de ipſa veritate rei, ſed etiam de ratione, quæ pro ueritate ipſa aſſignari poteſt, aut debet, vt ex his, quæ dicemus manifeſtum erit.

29 *Prima* ſententia in hac re eſt † Adriani Papæ VI. qui in 4. Sent. in materia de Sacramento matrimonij q. 2. §. *Hic oportet primum dicere. verſ. Ad ſecundum* vbi remittit ſe ad Quodlib. puncto 2. in reſponſ. ad ſecūdam litera F. vbi ait, vxorem dubitantem an vir, cum quo coniungitur, verè, ac legitimè ſuus ſit, non ſolum non poſſe debitum exigere, ſed etiam, nec petenti debitum reddere poſſe manente tali dubio; quia vtroque modo faceret contra conſciētiam dubiam, quod nunquā licet, ad cap. vero *Dominus*, de ſecund. nupt. & ad cap. *Inquiſitioni*, de excommun. in quibus definitur *in tali dubio reddendum eſſe debitum, non petendum*: Reſpondet, vel capita prædicta intelligenda eſſe, quando dubium eſt tale, quod deponi poteſt ad ſolam coniugis petitionem, tunc enim manens certus de matrimonio, reddere tenetur: vel ſecundo, loqui tantum Summum Pont. in d.c. *Dominus*, de foro exteriori, in quo debet reddere, in foro autem interiori ait nec licitum eſſe petere, nec reddere, manente tali dubio, & quidem in Quolib. cit. ſolum meminit d. c. *Dominus*, in 4. autem Sent. meminit, & c. *Dominus*, & cap. *Inquiſitioni tuæ*, vbi remittit ſe ad ea quæ de hac re docuit in d. Quodlib. vnde ſignificare videtur, eandem eſſe rationem d.c. *Inquiſitioni tuæ*, ſcilicet, ꝙ procedit ſolum in foro exteriori. Hanc tamen ſententiam Adriani cōiter refellunt Doctores, & in particulari Sotus, lib. 4. de iuſtitia, q. 1. art. vlt. in fi. & 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. & Nauar. in cap. ſi quis autem, de pęnit. diſt. 7. num. 91. & 92. eam refellunt, quia certum eſt, tam in cap. *Dominus*, quam in cap. *Inquiſitioni tuæ*, ſermonem eſſe de foro interiori, & non ſolum de exteriori. Siquidem Lucius Papa III. in d.c. *Dominus*, nō ſcribit ad iudices fori exterioris, ſed ad Chriſtianos in captiuitate Sarracenorum detentos, inſtruens eos in foro conſcientiæ quid facere tenerentur in tali dubio, vt ex verbis textus patet. Quo ēt modo intelligitur c. *Inquiſitioni tuæ*. Nam ibi ſermo eſt de dubio, ꝙ pulſat conſcīam, additq; dubium leue deponendum eſſe iuxta conſilium paſtoris; in dubio aut probabili docet reddendum eſſe debitum, non petendum: quæ oīa ad forum internū, non externū pertinēt. Præterq̄ qđ vt ſuperiori diffiultate expoſuimus, eadē eſt ratio fori interioris, & exterioris, quoties exterius nō ducatur præſumptione. Cum igitur caſu propoſito ſupponitur idem in vtroque foro, ſcilicet dubium de verita

te matrimonij,eadem debet eſſe deciſio,& determinatio in vtroq; foro. Altera ēt expoſitio horum textuum q̃ idem Adrianus facit, ſ. deponendum eſſe dubium ad petitionem alterius coniugis, & contra textum eſt,& omninò falſa.Quod.n.contrarietur verbis textuum,ex eo patet: quia ſemper agitur manente tali dubio, non aũt de dubio iam depoſito. Et deinde ibi dicitur, quod petenti reddat, ſed non exigat debitum; non ergò ex ſola petitione alterius pōt reddere,& petere debitũ,quia deponere poteſt dubium, vt falſò exponit Adrianus. Falſa etiã eſt hæc expoſitio quia nulla ſufficiens ratio apparet quare deponere poterit dubium illud ꝗ eſt de impedimẽto matrimonij ex ſola petitione alterius coniugum: quandoquidẽ an matrimonium contractum fuerit ſine impedimento,vel non, nihil conſtare poteſt ex eo quod alter coniugum petat debitum, vt conſtat.

1 *Secunda Sententia* † *eſt*,Martin.Ledeſmij,2.4.q.18.
artic.dub.14.fol.231.Soti in lib.4.de iuſtitia,& iure,
q.5.ar.4.in fi. & in 4.diſt.27.q.1.art.3.ante finem,&
diſt.37.quæſt.vnica,art.5.qui licet in locis citatis ve
lit definitionem Eccleſiæ in c. *Dominus*, de ſecundis
nupt.& in c.*Inquiſitionis tuæ*,de ſentent.excom.obſer
27 uandam † eſſe in foro interiori,ſic tñ eam intelligit,
ꝗ qui dubius eſt ante debitam diligentiam de inqui-
rẽda veritate reddere poteſt debitum, nõ aũt petere;
at vero facta ſemel ſufficiẽti indagine, etiamſi adhuc
dubitet (dummodo non certò credat eſſe aliquod im
pedimentum matrimonij) & reddere,& petere pōt.
Eandem planè ſententiam tenet Veracrux in Specu-
lo coniug. parte 3.ar.18.concl.5.vbi etiam ait Victo-
riam,& alium magiſtrum ſuum Salmãtinum, eandẽ
opinionem tenuiſſe. Quam expoſitionem Sotus in
diſt. 27. ait non ſolum eſſe veram, qñ vterq; coniux
eſſet dubius, ſed etiam quando vnus tñ eorum dubi-
tat. *Ratio* autem cur reddere poſſit debitum ante fa-
ctam diligentem inquiſitionem, non autem petere,
eſt,inquit,quia cum alter ſit in poſſeſſione, habet ius
ad petendum, ergo iſte reddere tenetur, non tñ ante
fãctã debitam inquiſitionem dubitans petere pōt, qa
eſt in mala fide: illa aũt facta, quia iam eſt in bona fi-
de,& reddere,& petere debitũ pōt,alias maneret abſ-
que ſua culpa ligatus, vt neque præſente coniuge vti
poſſet,neq; ad alterum tranſmeare,quod conceſſu du
rũ eſſet. Quo ẽt argumento vtitur Veracr.vbi ſupra,
quia ſicut qui rẽ bona fide poſſidere cœpit, ẽtſi poſtea
incipiat dubitare an ſit alterius, non dẽt priuari tali
vſufructu in dubio,vſque dum conſtet: ita nec in ca-
ſu noſtro,qui contraxit bona fide matrimoniũ, ſi po-
ſtea incipiat dubitare, non tenetur deſiſtere a poſſeſ-
ſione facta ſufficienti inquiſitione. Ergo, nõ ſolũ de-
bitũ reddere,ſed ẽt petere pōt, & poſſidere ius matri-
monij. Vbi aduertendum eſt, hos duos authores lo-
qui ſolum de eo,qui bona fide contraxit, & poſtea fa-
cta diligenti inquiſitione dubitat: ſi.n. mala fide cõ-
traxit, tunc licet manente dubio, & facta diligentia,
debitum reddere non tñ petere pōt, & ita explicãt c.
Dominus,& c. *Inquiſitioni tuæ*. Quia non pōt iuuari
iuſta poſſeſſione ad exigendum eo quod mala fide
cæpit poſſidere, & hanc volunt eſſe illorum capitũ
intelligentiam, & differentiam inter illum qui bona
fide contraxit, & qui mala.

Hęc ẽt expoſitio,& ſnĩa confirmari vr̃ *Motu quodã proprio* Pij V. pro Indis nouis Hiſpaniæ, quẽ Alphonſus a Veracruce refert vbi ſupra. Caſus enim propoſitus fuit Summo Pontifici,multos.ſ. Indorum ex Gentilitate ad fidẽ cõuerſos, de nouo matrimonium contraxiſſe, & manſiſſe cum vltima uxore, nec inuenire potuiſſe alias ſuas vxores priores, qui tñ ex eo q̄d certi adhuc non eſſent de morte priorum uxorum,in maximo dubio verſabãtur,quid ſibi agẽdũ eſſet. Definiuit aũt pontifex præfatus,ut relictis prioribus uxoribus, manerẽt in matrimonio cũ ea,quæ conuerſa eſt ad fidem,& cum qua ultimo contraxerunt,ita ut liberum ſit reddere, & petere debitũ, hoc autem non uidetur alia ratione definitum,niſi quia iam facta ſufficienti inquiſitione inuenire non poterant priores cõiuges. Ideoque ſufficienti facta inquiſitione liberum erit reddere, & petere debitum. Verba autem Bullæ hæc ſunt.

Pius Papa V. Ad perpetuã rei memoriam. Romani Pontificis æqua, & circunſpecta prouidentia, ne ea, quæ pro ſalutis Indorum nouiter ad fidem conuerſorum, & cõuertendorum directione ſanciri debent, & terminari alicuius hæſitationis ſcrupulo ſubiaceant, declarationib. & alijs opportunis conſueuit prouidere remedijs. Cum itaq; ſicut accepimus, Indis in ſua infidelitate manentibus plures permittantur vxores, quas ipſi ẽt leuiſſimis de cauſis repudiant,hinc factum eſt,quod recipiẽtibus baptiſmum, permiſſum ſit manere cum ea vxore, quæ ſimul cum marito baptizata exiſtit. Et quia ſæpe numero contingit illã non eſſe primam coniugem, vnde tam Miniſtri, quam Epiſcopi grauiſſimis ſcrupulis torquentur, exiſtimantes illud non eſſe verum matrimonium: Sed quia duriſſimum eſſet, ſeparare eos ab vxoribus,cum quib. ipſi Indi baptiſmum ſuſceperunt, maximè quia difficillimum foret primam coniugem reperire. Ideo,nos ſtatui dictorum Indorum paterno affectu benigne conſulere,atque ipſos Epiſcopos, & Miniſtros huiuſmodi ſcrupulis eximere volentes, Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vt Indæ,ſic,vt præmittitur baptizati, & in futurum baptizandi cum vxore, quæ cum ipſis fuerit baptizata,& baptizabitur remanere habeant tanquam cum vxore legitima, alijs dimiſſis, Apoſtolica auctoritate tenore præſenti declaramus, matrimoniumq; huiuſmodi legitimè inter eos conſiſtere, ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac definiri debere. Et ſi ſecus ſuper his a quocunq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,irritum, & inane decernimus, non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis,ac in Prouincialibus, ac in Synodalibus Concilijs editis generalib. vel ſpecialib. cõſtitutionib. & ordinationib. ceteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 24. Auguſti anno Incarnationis Dominicæ Milleſ. quinquageſimo ſeptuageſimoprimo. Põtificatus noſtri anno 6.

Hæc ad literam Pius Papa Quintus, in ſua Bulla de hac re edita, quam refert Veracrux vbi ſupra. Certum eſt autem Summum Pontificem loqui, quando prima inueniri non poteſt, nam alias eſſet contra ius naturæ, & Diuinum definire, vt conſtat ex cap. *Gaudemus*,de diuortijs.

28 Ceterum hæc expoſitio, & † opinio in multis deficit a ueritate. *Primo* enim uidetur contraria definitioni Summorum Pontificum,qui in *d. cap. Dominus, & Inquiſitioni* abſolutè definiunt,ſiue ante inquiſitionem, ſiue poſt manente dubio de ueritate matrimonij, reddendum eſſe debitum, ſed non petendum. *Secundo*, quia nulla eſt ratio quæ conuincat intellectum, cur poſt examen petere poſſit, & non ante,niſi

forté

fortè in ipſo examine ratio aliqua particularis apparet pro illa parte; quando igitur nulla talis ratio apparet (vt ſupponitur) non minus dubitat intellectus poſt examen, quam ante, at verò in d. cap. definitur, quod licet dubitatio leuis deponenda ſit iudicio paſtoris, probabilis tamen ſi deponi non poſſit, efficit vt reddat ſolum, non autem vt petat. Vndè, poſtquam Pontifex in *d. cap. Dominus*, dixerat, nullum transire debere ad ſecundas nuptias, donec certus ſit de morte coniugis prioris, (id quod clarius definitur in c. *in pręſentia*, de ſponſal.) ſtatim ſubdit. *Siuerò aliquis, uel aliqua id hactenus ſeruauit, & de morte prioris coniugis adhuc exiſtimat ſibi eſſe dubitandum, reddat, ſed non petat.* Vbi particula illa, *Adhuc*, denotat, quod dubio permanente etiam poſt examen; (ſicut re uera manere poteſt) reddere poteſt, ſed non petere, Immo contra hanc opinionem eſt ratio hæc deducta ex *dicto cap. in præſentia.* de ſponſal. vbi Clemēs III. ſtatuit *ut mulier, etiamſi ſolicitudinem adhibuerit diligentem ut ueritatem cognoſcat, ad aliorum conſortium conuolare poſſit, & etiamſi per ſeptennium expectauerit, & etiamſi iuuenilis fuerit ętatis, donec certum nuncium accipiat de morte viri ſui*. Sicut ergo poſt diligentē ſolicitudinem adhuc manere poteſt dubia de morte mariti, & tamen ad ſecundas nuptias conuolare nequit; ita ſimili ratione, quæ iam contracto matrimonio poſt diligentem inquiſitionem dubitat de impedimento matrimonij, debitum petere non poteſt.

Neque valet ratio Soti, qui vt rectè docet Corduba, libro 3. qq. quæſtione octaua, quem refert Veracrux vbi ſupra, ſi poſſeſſio non ſit cauſa ſufficiens petendi, & reddendi debitum ante factum examen, ergo nec manente dubio poſt examē cauſa ſufficiens petendi erit. Aut ſi ſit ſufficiens cauſa poſt examen, quia ſcilicet nemo tenetur ceſſare a poſſeſſione; etiā cauſa ſufficiens erit petendi debitum ante examen, quia tunc etiam non tenetur ceſſare a poſſeſſione.

Pari modo, ratio Veracr. refelli poteſt, quia licet dubitans de matrimonio, nō tenetur ceſſare a poſſeſſione (nam ceſſare a poſſeſſione eſt celebrare diuortium) tenetur tamen quantum eſt ex parte ſua, abſtinere ab vſu poſſeſſionis, vſus autem perfectus poſſeſſionis matrimonij in reddendo, & petendo debitum conſiſtit. Deinde, vt ſupra diximus difficultate tertia, in fine. diuerſa eſt ratio inter vſum matrimonij in quo quis in dubio perſeuerat, & inter vſum cuiuſcunque alterius rei, quam quis in dubio poſſidet vt ibi latius expoſuimus.

Neque obſtat definitio illa Pij Quinti, ſiquidem ideo permittit Pontifex eos ſimul remanere poſſe, tanquam legitimo matrimonio coniunctos, quia vel prius matrimonium eorum, decernit eſſe diſſolutum vel quia ſecundum aliquos auctoritate Pontificia in eo diſpenſauit, vel quia (vt ego verius exiſtimo) iuxta definitionem c. *Gaudemus*, de Diuortijs, quoties alter coniux infidelis, manens in infidelitate, altero ad fidem conuerſo, non vult habitare ſimul, aut non ſine contumelia Creatoris, poteſt conuerſus ad fidem prius matrimonium diſſoluere, ducendo ſecundam vxorem, & ita liber manet ad reddendum, & petendum, & non eſt in dubio; Et quia vxores illæ, quæ, aut non poterant inueniri ab illis, aut cohabitare noluerunt, aut non ſine contumelia Creatoris, vt facilè deducitũr ex illis verbis, (ſed quia duriſſimum, &c.) ideo optimo conſilio decernit Summus Pontifex, prius matrimonium diſſolui, contracto matrimonio cum alia femina ad fidem conuerſa baptizata, aut ſtatim baptizanda.

29 *Tertia* ſententia † & vera eſt, dicentium prædicta *cap. Dominus, & c. Inquiſitioni*, intelligenda eſſe tam in foro interiori quam exteriori, tam in matrimonio bona fide, quam mala fide contracto, & ſiue inquiſitio facta fuerit ad deponendũ dubium, ſiue non, ſemper enim eligenda eſt pars tutior, ita, vt teneatur etiā dubio manente coniunx debitum reddere, petere aũt non poteſt. Sic Palud. 4. diſt. 36. quæſt. 2. artic. 3. concluſ. 5. Angelica, verbo, matrimonium, 3. impedimento 4. nu. 8. impedimēto 18. nu. 4. Sylueſt. ver. eo. 6. q. 8 Ioan. Medina Cod. de reſtit. quæſt. 17. Mart. Nauar. in cap. *ſi quis autem*, de pęnitent. diſtinct. 7. num. 101. & num. 107. & nume. 120. & in Manuali, cap. 27. nu. 288. Couar. de Matrimonio, parte 2. cap. 7. §. 2. num. 7. & 8. Corduba lib. 3. qq. quæſtio. 9. Barthol. Medina 1. 2. quæſt. 19. artic. 6. Michael Salon, 2. 2. quæſt. 5. de dominio, art. 7. ante finem. Greg. de Valentia, tomo ſecundo, diſput. 2. quæſt. 14. pũcto 4. dub. 4. Petrus Ledeſinius in addit. ad 3. partem S. Thomæ, quæſt. 45. art. 1. dub. 2. Emanuel Rodriguez in Summa caſuum conſc. par. 2. cap. 51. concluſ. 3. & concluſ. 4. in fine, & Gabriel Vaſquez, in prima ſecundæ, diſputat. 66. capite quarto, Anton. Corduba, in Summa caſuum cōſcientiæ, quæſtio. 45. opinione ſecunda, puncto tertio, & certè hæc opinio ſatis probatur ex dictis capitis, *Dominus*, & capitis, *Inquiſitioni*. Sola difficultas eſt in probatione, & ratione aſſignanda: Nam quamuis definitio Eccleſię ſatis ſit, vt quis abſque vllo peccato, & periculo poſſit debitum reddere, non autem petere, permanente tali dubio facti de matrimonio, & ita ſatis probatur veritas huius rei per hoc extrinſecũ principium, ſcilicet quia Eccleſia ſic definiuit, non tamen conueniunt Doctores in aſſignanda ratione ex proprijs principijs huius definitionis ab Eccleſia in prædictis capitibus tradita, Omiſſis autē breuitatis cauſa aliorum rationibus (de quibus ſuo loco ex induſtria diſputandum erit) illa ratio Couarruuiæ mihi maximè probatur, quæ vt manifeſtior ſit, ſupponit vnum quod eſt certiſſimum, ſcilicet, quod 30 vbicunque concurrunt duo pręcepta contraria, aut mala, circa idem factum, ita, vt neceſſe ſit vnum eligere, tunc illud malum eligendum eſt, quod alias minus eſſet, illique præcepto obediendum eſt quod arbitrio viri prudentis potiorem vim obligandi habet. Quæ regula ſeu ſuppoſitum, vt diximus, verum eſt, & colligitur ex *c. duo mala*, & *c. Nerui teſticulorum*, diſt. 13. vbi id eleganter explicat S. Greg. & ita conſuluit Ariſtot. lib. 2. Ethic. c. 9. & latius tradunt Adrian. Quolib. 1. ar. 3. ad 9. littera S: Geneſius Sepulueda in Dialogo de ratione dicendi teſtimonium, c. 9. Sotus in relect. de ratione tegend. ſecretum, memb. 3. q. 2. & lib. 6. de iuſtit, q. 1. art. 5. ad finem, & c. 6. in Epiſt. ad Romanos. & Couar. vbi ſupra, nu. 9. cuius regulæ hęc eſt ratio: quia vbi eſt talis concurrentia, vt vnum neceſſariò eligendum ſit, nec dari poſſit medium, cum nullus perplexus eſſe poſſit in materia peccati ſine culpa ſua, conſequens eſt vtramque partem non imputari reipſa ad peccatum, ſed alteram tantum; ſi igitur altera pars eligi poſſit ſine peccato, ipſa ratio naturalis dictat, vt id quod aliàs minus eſt, eligatur. Hoc ſuppoſito, probatur veritas propoſita a Couar. Ex duobus malis propoſitis, quorum vnum eſt neceſſariò eligendum, eligi debet quod eſt minus; Sed qui dubitat de valore matrimonij, anxius eſt, quidnam horum eli

gere debeat, redderene debitum vxori petenti, contra conſcientiam, an denegare. Ergo vnum horum neceſſariò eligere debet. Sed minus malum eſt debitum reddere, quam denegare: quia reddendo, ſolum incurrit periculum incontinentiæ cōtra caſtitatem, non reddendo autem, incurrit periculum iniuſtitiæ contra fidem matrimonij. Sed maius malum, & peccatum eſt denegare debitum contra fidem matrimomonij, quam reddere contra caſtitatem, vt patet ex comparatione virtutū ipſarum inter ſe: iuſtitia enim multo nobilior virtus eſt quam temperantia; Immò iuſtitia; teſte Sancto Thoma, ſecunda, ſecundæ, q. 58. art. 3.6. & 12. omnium virtutum moralium nobiliſſima eſt; & conſequenter peccatum contra iuſtitiam, quale eſt denegare debitum petenti contra fidem matrimonij, maius eſt, quam reddere contra caſtitatem. Ergo reddere debet potius debitum, quam negare.

Ex qua etiam ratione ſequitur, non licere coniugi petere debitum manente tali dubio, quia in non petendo, nullum eſt periculum, aut peccatum, in petendo autem poteſt eſſe peccatum. Eſt autem regula, *In dubijs pars tutior eſt eligenda*; illa autem vt diximus pars tutior eſt, in qua aut nullum omnino peccatū eſt, aut in qua minus periculum peccandi ineſt. Ergo ſicut ex duobus malis, quorum vnum neceſſariò eligēdum eſt, eligere debemus id quod minus eſt; ita etiam duobus propoſitis, quorum certum eſt, vnum non eſſe peccatum, de altero vero dubium eſt an ſit peccatū, ſequi & eligere id quod dubium eſt, peccatum erit, iuxta illud Eccle. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.*

31 Circa hæc † autem quæ in hac ſententia tertia diximus, & quam veriorem exiſtimamus, nonnulla ad clariorem eius intelligentiam breuiter hoc in loco annotanda ſunt: quorum

Primum eſt; Quod cū dicimus coniugem, qui dubitat de valore matrimonij, durāte tali dubio, teneri ad reddendum debitum alteri petenti bona fide, eo ſenſu accipi debet, ſcilicet, ſi alias non debeat explicare huiuſmodi dubium, vt ille etiam abſtineat a petendo, Explicare autem non debet, quando vel eſt aliquod notabile periculum, vel quando nulla eſt ſpes quod alter coniux abſtinere velit ab vſu matrimonij, in his enim caſibus melius eſt relinquere eum in bona fide; in qua re maxima cum prudentia procedendum eſt, ne maiora mala, & ſcandala ſequantur, quæ probabiliter timeri poſſunt.

32 *Secundum eſt:* Quod reddendum † eſt debitum in dubio, non ſolum quando eſt dubium de matrimonio præſenti propter impedimentum aliquod conſanguinitatis, aut criminis, ſed etiam quando dubium naſcitur ex impedimento prioris matrimonij, puta, quia dubitatur de morte prioris coniugis; Quia licet tunc videatur maius malum reddere debitū, quam negare, eo quod non reddendo ſeu negando debitum, ſolum eſt periculum peccati contra iuſtitiam ſecundi matrimonij, reddendo autem incurritur periculum incontinentiæ contra caſtitatem, & contra iuſtitiam debitam priori matrimonio, & ita maius periculū ſit reddendo, quam non reddendo, quia tamen in pari cauſa iuſtitiæ, melior eſt conditio poſſidentis conſequenter conditio coniugis quaſi non poſſidentis per ſecundum matrimonium bona fide, tantæ eſt efficaciæ, vt nulla fiat iniuria priori coniugi quaſi non poſſidenti, ſi reddatur debitum ſecundo poſſidenti. Ratione igitur poſſeſſionis tollitur omnis ratio iniuſtitiæ contra prius matrimonium, vnde, cum iam ſuperſit tantum periculum incontinentiæ contra caſtitatem, ſi reddat, periculum autem manifeſtum iniuſtitiæ contra ius poſſeſſionis matrimonij ſecundi, ſi non reddat, eligendum potius eſt reddere debitum poſſidenti cum periculo incontinentię, quam non redere cum periculo iniuſtitiæ.

33 *Tertium eſt*, In huiuſmodi dubio reddendum eſt debitum non ſolum quando, qui ita dubius eſt bona fide contraxit, ſed etiam quando mala fide contrahebat, quia licet ipſe mala fide contraxit, alter tamen coniux eſt in bona fide matrimonij, & ideo ius habet petendi, vnde alter iniuſte ei debitum negaret, ex quo patet, falli Sotum in 4. diſtinct. 27. vbi ſupra, qui exiſtimauit mala fide contrahentem, quamdiu dubius eſt de impedimento, nec reddere, nec petere poſſe, poteſt enim, & tenetur reddere, petere autem non poteſt, vt diximus.

34 *Quartum eſt*, Quæ de redditione debiti in dubio dicta ſunt, procedunt ſolum quando eſt dubium in vno tantum coniuge, tunc enim certum eſt ex d. cap. *Dominus*, & cap. *Inquiſitioni tuæ*. teneri coniugem dubio manente, reddere debitum petenti; Si enim vterque coniugum dubius ſit de impedimento, vel vtrique notum ſit impedimentum, in hoc caſu non eſt obſeruanda definitio cap. *Dominus*, aut c. *Inquiſitioni*. Siquidem, in hoc caſu, nullus coniugum habet ius petendi debitum, definitur enim ibi, quod qui dubitat, non petat, ſed tantum reddat, ergo in hoc caſu, vterque amiſit ius petendi, conſequenter alter qui petenti negat debitum, nullam ei facit iniuriam, & ex alia parte exponitur periculo incontinentiæ cōtra caſtitatē, ergo tenetur negare debitum. Ratio enim, propter quam tenebatur reddere, erat, ne non reddendo exponeretur periculo maioris peccati, ſcilicet, iniuſtitiæ, quæ ratio ceſſat in hoc caſu. Ex quibus etiam ſequitur quod ſi alter coniugum dicat ſe vere non contraxiſſe, & petat debitum, ei denegare poteſt alter coniux debitum; Sic Syluest. verbo Matrimonium, 4. q. 2. Henriquez li. 11. de Matrimonio, c. 15. §. 13. Frat. Pet. Ledeſm. in addit. ad 3. partē S. Thomæ, q. 45. art. 1. dub. 2. concl. 4. *Ratio eſt*: quia vir in hoc caſu præiudicat ſibi, & amittit ius, quòd habebat. Ergo mulier non tenetur reddere ei debitum.

35 *Quintum eſt*: Quod † in dd. c. *Dominus*, & *Inquiſitioni*, definitum eſt, vt dubius coniux de matrimonio petenti debitum reddat, intelligendum eſt poſt matrimonium conſummatum inter eos, poſt cuius conſummationem propter dubium probabile ſuperueniens petenti debitum negare non poteſt, ſecus aūt ſi nondum conſummatum fuerit inter eos matrimonium, tunc enim liberum eſt negare debitum etiam petenti intra ſpacium duorum menſium ab Eccleſia aſſignatū. c. *Ex publico*, de conuerſ. coniug. Sot. 4. diſt. 32. q. 1. art. 3. immo qui tunc dubius eſt, nec petere poteſt, nec reddere, quia negādo debitum, nullam facit iniuſtitiam, petendo autem exponit ſe periculo peccandi, & ita nec petére, nec reddere poteſt, maiuſque periculum eſt reddendo, quam non reddendo. Hoc autem bimeſtre tempus ideo ab Eccleſia aſſignatum eſt, vt quilibet coniugum deliberare poſſit, an in matrimonio permanere voluerit, vel ad religionem trāſire, poſt tempus autem bimeſtre, quia iniuſtum eſſet alterum coniugem retinere ſuſpenſum, qui dubius eſt tenetur explicare huiuſmodi dubium alteri coniugi, iuxta ea quæ diximus ſuprą in dicto ſeu Notabili primo,

mo, ſin autem explicare non poſſit ſine aliquo detrimento, tenetur reddere, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt. Et de hoc dubio in matrimonio hæc dicta ſufficiant.

36 *Septima* difficultas eſt †de Voto, an qui ante pubertatem emiſerit votum etiam Religionis, & dubius poſtea ſit, an tunc habuerit vſum ſufficientem rationis, tenetur adimplere votum quamdiu manet dubius? *Ratio* difficultatis eſt; quia in dubio pars tutior eligenda eſt, vt diximus, ergò potius iudicandum eſt habuiſſe vſum ſufficientem rationis, ita, vt ad uotum implendum teneatur. In hac re duæ ſunt authorum ſententiæ.

m *Prima eſt* m *Soti lib.* 7. de iuſt. & iure, q. 3. ar. 2. qui expreſsè affirmat, votum emiſſum ab impubere, etiamſi Religionis ſit, non obligare vouentem, ſi dubius ſit, an vſum rationis habuerit, quando uotum emiſit. Vnde in dubio, inquit, cenſendus eſt non habuiſſe vſum rationis. *Ratio eſt*: quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & homine manente libero, cenſetur manere in ſua poſſeſſione. Non ergo tenetur ad votum implendum in ea ætate emiſſum, niſi planè conſtet fuiſſe doli capacem. Eandem ſententiam ſequuntur Bart. Medina, in Summa, li. 1. cap. 14. §. 7. ob eandem rationem, Tho. Zerula, in ſua Praxi Epiſcopali, p. 2. in verbo, votum, falsò citans pro ſe Nauarrum, & Emanuel Sa, in Aphoriſmis Confeſſariorum, in verbo, Dubium, & in verbo Votum, vbi diſertis verbis docet, ꝗ in dubio, an quis vouerit, non tenetur voto; idemque dicendum ſi dubitet, an cum nouerit, compos eſſet rationis, vel an ſit obligatus. Huius etiam ſententiæ ſūt Lopez in inſtruct. Confeſſ. p. 1. c. 45. & Rodriguez in Summa caſuum conſc. tomo 2. verbo votum, ca. *99.* concluſ. 5.

Secunda opinio eſt Angeli, in Summa, verbo Votum, 3. num. 12. dicentis in caſu quo quis dubitat, an habuerit intentionem vouendi, nec ne, teneri eligere partem tutiorem arg. c. *iuuenis*, de ſponſal. & idem docet Tabiena, in verbo votum, 3. nu. 2. verſ. Primo, paulo poſt princ. & Syluest. verbo, religio. 2. q. 16. & q. 17. Nauar. to. 1. conſiliorum conſil. 26. in nouis, alias 18. in antiq. num. 2. verſ. 3. vbi expreſſe ait, *quod qui dubitat, an vouerit non ſolum Religionem intrare, ſed etiam profiteri, quærere debet ſibi idem remedium, quod quæreret ſi ſciret: quia in dubio certiorem partem tenetur deligere, ſaltem quoad forum conſcientiæ, arg. c. iuuenis, de ſponſal.* ex quibus uerbis conſtat Zerulam falsò, ac malè Nauarrum pro contraria ſententia citaſſe. Anton. de Corduba in tract. caſuum conſcientię q. 147. concluſ. 2. & Sebaſt. Medices, part. 1. Summæ 17. q. 1 tartic. 2. ad 4. qui etiam affirmat, dubitantem quomodo ſe habuerat in vouendo, tutiorem partem eligere debere, ne ſe diſcrimini cōmittat, & Gabriel Vaſquez in 1. 2. diſput. 65. ca. 3. in fine, & Ioannes Azorius p. 1. Inſtit. Moral. li. 2. c. 19. dubio 10. & li. 11. ca. 15. dub. 2. Quæ ſententia mihi verior videtur, ob communem illam rationem, quia in dubijs pars tutior eligenda eſt: At verò pars tutior eſt, vt votum adimpleat, non autem, vt putet ſe non uouiſſe, ut falsò docet Zerula ubi ſupra. Deinde in dubijs adhærendū eſt ſemper illi parti, quæ libera eſt à culpa, & fugienda ea, in qua periculum eſt peccandi mortaliter, ut diximus dub. 2. regula 3. & colligitur, ex c. ſi quis autē, de pęnit. diſt. 7. & expreſsè tradunt Syluest. in uerbo; Dub. nu. 4. q. 2. uerſ. Prima, ubi ait, quando in dubijs hinc inde eſt æqualis probabilitas, pars tutior eligenda eſt neceſſariò, quando ex electione alterius imminet periculum peccati mortalis, quia tunc uerum eſt illud Eccleſiaſtici 3. *Amans periculum peribit in illo*. Quando autem immineret periculum peccati uenialis ſolum, eſſet eligenda ad bene eſſe tantum; hæc Sylueſter. Barth. Med. 1. 2. q. 19. arti. 7. dub. 4. concl. 3. & Lodouic. de Beia Palaſtrellus in reſpon. caſuum conſcientiæ, p. 1. caſu. 3. At in obſeruando uoto nullum eſt peccati periculum, in iudicando autem non emiſſum fuiſſe uotum, graue ineſt periculum. Ergo pars illa in tali dubio eligenda eſt. Et certè niſi in caſu propoſito eligenda eſſet pars tutior, deciſio illa iuris in *capit. iuuenis, de ſponſal. in capit. ad audientiam, et in c. Significaſti. 3. de homicid.* non eſſet uniuerſalis, nec in aliquo caſu locum haberet, cum tamen Summi Pontifices paſſim hac regula utantur. Nec ualet ratio Soti, & aliorum, ſcilicet quod in dubio iudicandum ſit pro poſſidente, primo quidem, quia regula illa iuris; *In dubio melior eſt conditio poſſidentis*, obſeruāda eſt ſolum in materia iuſtitiæ, hæc autem quæ aſſerit, *in dubijs partem tutiorem eligendam eſſe*, in alijs materijs obſeruari debent. Secundo, ſi in caſu propoſito iudicandū eſſet pro uouente, pari ratione dicere poſſemus, quod qui dubitat de percuſſione clerici, aut de homicidio, non eſſet cenſendus excommunicatus, aut irregularis quia melior eſt conditio eius quaſi poſſidentis, ꝗ tamen conſtat eſſe falſum ex his, quæ dub. 5. diximus. Ergo etiā in caſu propoſito. Tertia, quia ex eo, quod uouerit, ut ſupponimus in dubio, non cenſetur quoad illud, quod uouerit, eſſe in poſſeſſione ſuæ libertatis, cum uotum ſemel emiſſum neceſſariò obſeruandum ſit, ut communiter tradunt Doctores in materia uoti, & nos ibi latius exponemus. Quarto denique dubium de uoto emiſſo, ſolum facit, ut facilius obtineat diſpenſationem, ut docent Sylueſter in Summa uerbo, uotum, 2. q. 13. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. in explicatione primæ conditionis, in fine. Nauarrus, & Corduba locis proximè allatis.

37 *Octaua* difficultas eſt, an in dubio ſubditus ſuperiori parere poſſit, aut teneatur?

Prima opinio eſt Adriani Quolib. 2. puncto 2. litera D. & in reſponſ. ad ſecundum, & Nauar. in c. ſi quis autem de pœnitent. diſtinct. 7. num. 81. & num. 114. Rodriquez in Summa caſuum conſcientiæ tom. 2. in uerbo, obedientia ca. 9. concluſ. 4. dicentium non teneri nec poſſe ſubditum, parere ſuperiori in dubio, hoc eſt, quando dubitat, an id quod ſuperior præcipit, licitum ſit, nec ne.

Ratio iſtorum eſt, quia nullum præceptum ſuperioris liberat, ſeu eximit hominem ab obſeruatione iuris diuini, uel naturalis, ſed iure diuino, & naturali præcipimur non agere contra conſcientiam dubiam peccati mortalis. Ergo non licet obedire ſuperiori præcipienti aliquid, quod ipſe dubitat, an ſit peccatū mortale, neene; hoc enim eſſet agere contra conſcientiam dubiam, quod non eſt licitum. Confirmari poteſt hęc ratio; Nam ſi prælatus meus pręcipiat mihi, ut reuelem crimen fratris mei; & ego dubitem, an iure pręcipiat, non teneor illi obedire, etiamſi ipſe ſit in poſſeſſione, & etiamſi me exponam periculo inodebientiæ, ut communiter tradunt authores.

Secunda opinio eſt aſſerentium ſubditum in dubio teneri obedire prælato. Sic Bonauent. 2. diſtinct. 39. artic. 1. q. 3. ad ult. Palud. in 4. diſtin. 19. q. 4. in fine Alex. de Ales, p. 2. q. 120. memb. 3. articu. 2. ubi ait conſcientiam ſubditi debere formari ſecūdū diſcretionē

Prælati in dubijs. Henricus Quodlib. 8. ait, In dubiis, an aliquid ſit contra præceptum Dei, ſtandum eſt præcepto Prælati, quòd etſi ſit contra Deum, attamē propter obedientiæ bonum, non peccat ſubditus, ſed Prȩlatus. Dionyſ. Carthuſ. 2. diſtin. 39. quæſt. 3. Angel. in uerbo, obedientia, num. 6. Sylueſt. in verbo, Bellum, 1. quæſt. 9. verſi. Tertia, & verſic. Quarta, & verbo, conſcientia, quȩſt. 4. & verb. Religio, 6. quȩſt. 6. & verbo, obedientia, quæſt. 2. vbi ex Gottfred. & S. Tho. affert hanc regulam, quod quoties ſubditus conuenienti inquiſitione certificari non poteſt, obedire debet, & obediendo excuſatur, etiamſi dubitet, an agat contra præceptum Dei, nec ne. Tabiena verbo eodē, num. 12. §. vndecimo. Summa Piſanella, verbo, obedientia. 1. §. 4. Sotus in relect. de tegendo ſecreto, mēbro 3. quȩſt. 2. Barthol. Medina, 1. 2. quȩſt. 19. artic. 6. dub. 4. Greg. de Valentia, tomo 2. diſput. 2. quæſt. 14. puncto 4. quæſt. 4. & tomo 3. diſput. 7. quæſt. 3. puncto 2. verſ. Tertio ſequitur. Toletus in Summa de ſeptem peccatis mortal. cap. 15. Emanuel Sa, in Aphoriſmis Confeſſariorum, in ver. obedientia. Ratio pro hac ſententia eſſe poteſt, quia in caſu dubij, vel probabilitatis vtrinque melior eſt conditio poſſidentis. Sed ſuperior eſt in poſſeſſione ſuæ auctoritatis reſpectu ſuorum ſubditorum. Ergo in re dubia poteſt de iure illa poteſtate ſua vti; & per conſequens ſubditi tenētur in tali dubio obedire. Et confirmatur hæc ratio: quia alias ſequeretur, quod ſuperiores quotieſcunque aliquid fieri præciperent tenerētur manifeſtare, quo iure id faciunt, antequam ſubditi obedire tenerentur: quod in graue vergeret detrimentum gubernationis. Quæ omnia confirmari poſſunt ex S. Auguſtino, lib. 22. contra Fauſtum Manichæum, cap. 24. & refertur 23. quȩſt. 1. cap. quid culpatur, vbi ait: *Non eſt poteſtas niſi a Deo ſiue iubente, ſiue ſinente. Ergo vir iuſtus ſi forte etiam ſub rege, & homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi vice pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, uel utrum ſit, certum non eſt; ita, vt fortaſſis reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi*. id quod etiam docet glo. ibidem, in verbo, iniquitas. Vt autem quid in hac re ſentiam paucis exponam, ſequentes propoſitiones adiungam.

n *Prima* n *Propoſitio*. *Quoties* † dubium eſt de facto
38 aliquo, puta de matrimonio, uel excommunicatione, aut homicidio, & ſimilibus, non obſtante præcepto ſuperioris, tenetur partem tutiorem eligere. Vnde ſi aliquis dubitet de homicidio, ſic abſtinere debet a celebratione, vt ex præcepto ſuperioris, qui in eo caſu diſpenſare nequeat, celebrare non poſſit, ſed potius abſtinere; ſiquidem in huiuſmodi caſibus, ita neceſſarium eſt ex natura rei ſtante iure communi prohibente excommunicatum, aut homicidam ne celebret, vt nulla ratione in tali dubio fieri bene poſſit contrarium ex præcepto prælati inferioris, qui cum huiuſmodi irregulari diſpenſare non ualet, & ideo ſicut ante præceptum prȩlati in tali dubio licitè celebrare non poterat, ita nec poſtea illud facere valet: nam propter prȩceptum obedientiȩ non poteſt fieri, quod antea peccatum erat. Qua de cauſa, ſi uerum eſſet, quod alter coniugum propter dubium de morte coniugis, aut alterius impedimenti, ſtante tali dubio non poſſet reddere debitum petenti, nec certè poſito prȩcepto Eccleſiȩ reddere teneretur, unde hac ratione in cap. *Inquiſitioni tuæ*. de ſentent. excommun. prȩcipitur, quòd ſi quis certus ſit de impedimento, nec debitum petat, nec reddat, quod quidem ante hoc Eccleſiæ præceptum obſeruandum erat, in quo caſu dicitur, quod ſuſtinenda potius ſit excommunicationis ſententia, quam quod debitum petat, aut reddat; quod igitur in d. capit. *Inquiſitioni*, & cap. *Dominus*: de ſecundis nupt. præcipitur, vt in tali dubio debitum reddat, non autem petat, non eſt aliud quam declaratio eius ad quod coniunx alias in tali dubio tenebatur ex natura rei, & natura matrimonij. Hæc enim materia non eſt indifferens ex natura rei, ut fieri poſſit, & omitti, ſed neceſſariò altera illa pars tutior eligenda erat ad peccatum euitandum, ſcilicet, vt redderet debitum petenti, quod quidem negare ſemper peccatum fuit, ut latius tradit Gabriel Vaſquez in 1. 2. diſp. 66. c. 9.

39 *Secunda Propoſitio*: Quando † dubium eſt, an licitè fieri poſſit, quod præcipitur, tunc qui dubius eſt tam per principia intrinſeca, quam extrinſeca, perſeuerante tali dubio, nullo modo obedire poteſt, cum hoc eſſet directè agere contra conſcientiam dubiam, vt conſtat, quod nunquam licitum eſt. Quia tamen ſȩpiſſime dubium illud deponere poſſit per principia extrinſeca, puta, quia uel ipſemet ſubditus eſt doctus, & videt in ea re eſſe opinionem probabilem pro parte ſuperioris, uel quia ipſemet ſuperior eſt doctus, & diſcretus; vel quia alij viri docti id licitum eſſe docent, tunc quidem poteſt, & tenetur ſubditus, ut plurimum tale dubium deponere, & obedire; Imperiti autem, & ignorantes, qui neſciunt rationes pro vtraque parte examinare, facilius credere poſſunt, & tenentur credere dicto ſuperioris; unde quando cognoſcunt ſuperiorem eſſe alias uirum doctum, prudentem, & diſcretum, facilè poſſunt, & tenentur ſibi potius perſuadere ſuperioris præceptum eſſe iuſtum, & rectum, & conſequenter obedire debent. Dixi, vt plurimum teneri tale dubium deponere, quia aliquando etiam poſſunt ſubditi eo dubio manente perſuadere ſibi non eſſe malum, ſed licitum exequi prȩceptū ſuperioris, & aliquando non poſſunt, ut igitur ſciamus quando id poſſint, uel non poſſint, addunt Doctores, maximè Sotus, & Medina vbi ſupra, aliquot regulas, quibus id utrunque explicare conantur, quas nos in ſequentibus propoſitionibus exponemus.

40 *Tertia Propoſitio*: Quando † præceptum eſt de re aut ſatis tuta, aut non euidenter mala, vbi nullum imminet periculum, aut bono publico, aut tertiæ perſonæ, neque ſubditus graue aliquod damnum incurrit, in tali dubio obedire ſubditus tenetur. *Ratio eſt*: quia ex una parte ſuperior (tanquam poſſidens) habet ius imperandi omne id, de quo non ita euidenter conſtat eſſe malum, aut extra limites auctoritatis ipſius. Ex altera uero parte obedientia virtus eſt perfectiſſima, o *nec debet ſubditus rationē omnium præceptorum* exigere, nec prælatus tenetur reddere, maximè vbi id quod præcipitur, non eſt, ita euidenter malum. Hac de cauſa, cū ſubditus dubius ſit, an infirmitas ſua ſit ſufficiens cauſa ad frangēdum ieiunium, aut ne teneatur horas Canonicas perſoluere, tunc conſilium eſt receptiſſimum, vt adueniente auctoritate, & præcepto prælati, in illam partem inclinet ſubditus; Nec obſtat periculum tunc frangendi præceptū Eccleſiæ; quia Eccleſia cenſetur in tali caſu nolle ſubditum obligare ad ieiunium, vel horas, cuius mentis prælatus interpres eſt, & cui ſubditus credere tenetur. Sic

etiam quando Prælatus interrogat ſub præcepto aliquod ſecretum, vnde nullum imminet cuiquam periculum, & ſubditus dubius ſit, an habeat ius pręcipiendi, tunc tenetur ſubditus reuelare, præſertim, ſi reuelatio illius ſecreti iuuat ad tollendam malam ſuſpicionem Prælato. Item ſi quis dubius eſſet an dies aliquis feſtiuus eſſet, & conſequenter an teneretur ad audiendam Miſſam, necne, tenetur ſubditus obedire, & credere ſuperiori ſuo dicenti non eſſe diem feſtum, & nō audiendo Miſſam excuſatur a peccato, etiamſi fortaſſis dies feſtiuus eſſet. Eodem modo, ſubditi ad bellum a Principe vocati, obedire tenentur, quamuis nō conſtet illis de iure belli, & in d. c. *Quid culpatur*. ex S. Auguſtino, & Sylueſt. Soto vbi ſupra, Victoria in relect. de iure belli, num. 30. & numero 31. Cordub. in lib. 3. qq. q. 8. & Gabr. Vaſquez in 1.2. diſput. *66*. ca. *9*. Ioan. Driedone, lib. 1. de libert. Chriſtiana, capit. 16. fol. mihi 224. & alijs habetur, & hoc non ſolum quia poſſeſſionem, & ius habet pręcipiendi, ſed etiam quia tale præceptum pertinet ad bonum publicum, & defenſionem Reipublicæ, cuius ſubditi debitores ſunt. Nec poſſet princeps bene defendere rempub. ſi quoties bellum inducit, ſingulis cauſas, & rationes belli exponeret, ſatis enim eſt ſi Optimatum conſilio id faciat, vt patet experientia. p *Addidi, ſi ſubditus ex tali præcepto non* incurrat graue damnum, ſi enim in re dubia ſubditus tale damnum incurreret, puta, ſi Prælatus mihi præciperet longum aliquod iter, aut rem difficilem, dubium mihi eſſet ius præcipiendi, non teneor ſtatim cum tanto periculo, & diſcrimine obedire, donec conſtet mihi de iure præcipiendi, vt Sotus, & Medina vbi ſupra tradunt, & poſt hos Rodriguez in ſua Summa caſuum conſcientiæ, pa. 2. cap. *9*. in verbo, obedientia, concluſ. 5. citans Cordub. lib. 3. qq. quæſt. *6*. Qua de cauſa idem Sotus vbi ſupra, docet, quod qui ignoranter contrahit cum ſerua, & poſtea dubitat de ſeruitute illius, & conſequenter de matrimonio, licet poſſit reddere debitum ſecundum omnes, (quia denuò etiam conſentire poteſt in matrimonium, etiamſi illa ſit ancilla) non tenetur tamen reddere ei petenti debitum, quamquam Eccleſia præcipiat, ſi quidem vel reddet animo fornicario, vel maritali, animo fornicario non ſolum non tenetur, ſed nec reddere poteſt abſque peccato, animo vero maritali licet poſſit, non tamen tenetur, quia ſi tali animo redderet, iam ratum haberet matrimonium cum ſerua, & ita quod antea erat nullum, inciperet eſſe validum, quia ſeruitus ſolum impedit matrimonium, quando eſt ignorata, durum autem nimis eſſet, ſi quis cogeretur inuitus, & cum tanto ſuo detrimento matrimonium ratificare.

q *Vnde* q *communior uidetur multorum Doctorum opinio*, in hoc caſu coniugem dubium de ſeruitute alterius non teneri ad reddendum debitum: ſic enim docent S. Thom. in 4. diſtinct. *36*. in expoſitione literę in fine; Bonauen. ibidem, in expoſitione textus, dub. 1. Richard. 4. diſtinct. *36*. art. 2. quęſt. 1. Palud. ibidem, quęſt. 1. art. 1. concluſ. 3. Supplementum Gabrielis, in 4. diſtin. *36*. quęſt. 1. art. 3. dub. 1. Adria. Quodlib. 2. puncto 2. in reſponſ. ad ſecundum, §. Dico igitur, litera D. & litera G. Io. Medina. C. de reſtitut. quęſt. 17. verſic. Corollariè ſequitur. Couar. in 2. parte, de matrimonio, cap. 7. §. 2. num. ult. & Panorm. in cap. propoſuit, num. 6. de coniug. ſeruorum, & Innoc. ibidem, Nauarr. in cap. ſi quis autem, de pœniten. diſtinct. 7. nu. 84 & num. 3. & Henriquez lib. 11. cap. 10. § 6. & cap. 15. §. 7. & alij, quamuis gl. in cap. cuius rei cauſa, 29. quęſt. 2. & in d. capit. Propoſuit, in verb. audiuit, Corduba lib. 3. qq. quęſt. 8, & quidam alij contrarium ſentiant in hoc caſu.

41 *Quarta Propoſitio.* † Quando prælatus aliquid pręcipit, de cuius præcepto ex probabili cauſa ſubditus dubius eſt, an ſit iuſtum, non ſemper tenetur ſubditus obedire, ſed in eam partem inclinandum eſt, in qua minus eſt periculi. *Ratio* huius patet ex regula illa receptiſſima in materia de ignorantia, & etiam in materia quacunque dubioſa, ſcilicet quando non poteſt deponi dubium, ſequenda eſt pars tuta; quod ſi neutra tuta fuerit, illa potius eligi debet quæ eſt minus periculoſa, tunc enim minus periculum pro maiori ratione habetur. Sic Sotus in relect. de teg. ſecreto, memb. 3. q. 2. concluſ. 2. Barth. Medina 1.2. q. 1*9*. art. *6*. dub. 4. concluſ. 4. Mich. Salon, 2.2. q. *69* art. 1. controuerſia 3. & alij omnes quos difficult. *6*. pro tertia ſententia retulimus. Ex qua doctrina ſequitur, quod ſi prælatus mihi præcipit, vt manifeſtem crimen fratris occultum, conſiderandum eſt, vtrum ex mea manifeſtatione periclitetur uita, aut fama alterius in æternum, quod ſi ita eſt, non eſt obediendum prælato, quando dubito an iure præcipiat, nam maius damnum eſt mors alterius, aut infamia perpetua, quam ſemel non obedire prælato meo. Sic etiam ſi inquirat iudex aduerſus homicidam, aut furem, aut in quemuis alium reum priuati criminis, puta quod non eſt in perniciē publicam, & dubium eſt probabile pro utraque parte, ſitne infamia, aut indicia, quibus legitime poſſit inquirere, tūc teſtes hoc mō dubitātes nō tenētur teſtimonia dicere; immò tenentur celare crimen, quamuis ſint conſcij, & a fortiori, nec reus ipſe, ſi interrogetur tenetur ſe prodere, quia maius periculum eſt ſi occidatur homo contra ius, quam ſi obediatur iudici, aut prælato. Sic Sotus, & Medina vbi ſupra, & Emanuel Rodriguez in Summa caſuum conſcientię, in fine partis 2. in tract. de ordine iudiciali cap. 7. concluſ. 11. citans etiam Petrum Aragon. 2.2. q. 33. art. 8. iuxta fi. Sic etiam ſi iudex interrogat te cōtra perſonam digniſſimam, quæ multum vtilis eſt reipubl. etiamſi opinaris iudicem legitime inquirere ſed cum probabili dubio partis contrariæ, potes tuta conſcientia non teſtificari, & celare crimen, & credere iudicem non iuridice procedere; Nam periculum graue, ne perſona digniſſima, & magnæ auctoritatis præter ius occidatur, facit vt in moralibus formido præponderet opinioni. Sic Sotus concluſ. 2. & Rodriguez concluſ. 12. vbi ſupra. Nec obſtat quod prælati, & iudices ſint in poſſeſſione reſpectu ſuorum ſubditorū, quia ſicut prælatus eſt in poſſeſſione legitima reſpectu ſubditi, ita ex alia parte ſubditus eſt in poſſeſſione ſuæ famæ, & maius periculum eſt reuelare crimen fratris, ſi eius fama ſit alicuius valoris, quam ſemel non obedire prælato; Nam periculum infamiæ eſt perpetuum, ſi ſemel reuelet crimen, & ita amittit poſſeſſionem famæ ſuæ perpetuò, ſi autem ſemel non obediat prælatus non amittit poſſeſſionem perpetuam, & ſic maius malum eſt reuelare crimen in præiudicium fratris, quando dubium eſt an præceptum ſit iuſtum quam non obedire, ex Soto vbi ſupra, in reſponſ. ad primum principale, Petro Ledeſmio in addit. ad 3. par. quæſt. 45 artic. 1. dub. 2. in reſponſ. ad 4. argumentum pro prima ſententia, & Medina loco proximè allato, qui poſt Adrianum quodlib. ſecundo puncto 2. littera

B. rectè animaduertit in huiuſmodi caſibus, & negotijs maximè conſiderandam eſſe qualitatem prælati, aut iudicis; Nam ſi prælatus ſit vir doctus, pius, & diſcretus, & expoſita ei ratione mei dubij adhuc prælatus vrget imperando, certè teneor obedire. Sic etiam ſi videam pauperem graui neceſſitate laborantem, prælatus præcipit, ne ei conferam panem; dubito an iure præcipiat, teneor non obedire; nam minus damnum eſt quod moriatur homo, quam quod prælato ſemel, aut iterum non obediam, ex Medina vbi ſupra. Et quæ hactenus dicta ſunt, locum habent, quando crimẽ perſonæ, contra quam inquiſitio ſit, non vergat in damnum publicum, vt proditio, hæreſis crimẽ læſæ maieſtatis, & alia id genus, tunc enim in re dubia, vice verſa dicendum erit potius teſtimoniũ quam celandum; vt v.g. ſi Inquiſitores hæreticæ prauitatis interrogant aduerſus hæreticum, & dubius ſit teſtis fortè propter aliquam probabilem cauſam, an iuſte interroget, debet tunc ſubditus ſine vlla dubitatione crimen reuelare. Quia in re dubia pars illa diligenda eſt vbi minus eſt periculi; minus autem periculum eſt ſi aliquis priuatus etiam iniuſte occidatur, quam vt reſpublica, aut eccleſia damnum patiatur; Nec quiſpiã tenetur cum damno boni communis ſeruare vitam alterius, aut fidem illi datam, membra enim poſthabenda ſunt capiti, & ideo in dubio ius eſt declinare in periculum potius boni priuati, quam publici. Sic Sotus in relect. cit. membro 3. q. 2. concluſ. 4. Gregor. de Valentia tomo 2. diſput. 2. quæſt. 14. puncto 4. dubio 4. in fine. Mich. Salon 2.2. quæſt. 60. artic. 1. r controuerſia 3. concluſione 5. r *Et Rodriguez vbi ſupra, cap. 7.* de ordine iudiciali, concluſ. 11. Et de conſcientia dubia hæc ſint ſatis, ex his enim facile colligi poteſt, quid in alijs caſibus faciendum ſit.

ADDITIONES.

a Non quod vere non ſit aliquo modo practicum. *Nullo modo uidetur practicum ſi, quod ſtatim ſubdit Author, ſe non determinet, atque accommodet ad aliquid agẽdum in particulari hic, & nunc: atque in ſola cognitione, ut ſic plane eſt neceſſe, conſiſtat. Legito Ariſtotelẽ, atque eius Interpretem Græcum lib. 7. Ethic. cap. 3. comm. 11. qui eiuſmodi iudicia, ſiue ratiocinationes ita diſtinguunt, ut in iis, quę cognitionis ſunt, uel ſingularia ſolam enunciationem, in iis autem, quæ ad actionem attinent, ipſãmet actionem concludant. Socrates eſt homo, inquit Interpres; Homo eſt animal; Socrates igitur animal eſt. Hic quod concluditur agi minime põt, ſed cũ ſunt actiuæ opiniones, ꝙ cõcluditur non enunciandum, et dicendum, ſed agendũ eſt, ut ſi dicatur; Hoc dulce eſt: Omne quod dulce eſt guſtáre oportet. Hoc igitur guſtandum eſt: vtpote unum quoddam ex ſingularibus. Quia enim quod concluditur ex ſingularibus, atque agendis, neceſſe eſt, ut qui id colligit, ſi poteſt, & non impeditur, ſimul hoc agat, & dulce id deguſtet. Hactenus ille: qua de re eleganter Demoſthenes Philippica ſecunda in principio, & in fine orationis de Cherſoneſo. ubi cum expoſuerit quæ Timotheus fuerit ratiocinatus, & perſuaſerit Athenieſibus de ope Eubocenſibus aduerſus Thebanos ferenda; hæc ſubijcit:* Hæc Thimotheus dixit; vos feciſtis, quæ cũ vtraq; coniungerẽtur res confecta eſt. *Quod autem interpres in exponenda priore Vniuerſalis ſignificatione uſus eſt exemplo naturali, non efficitur, ut in Moralibus quoque non poſſint innumera afferri. Nam etſi Moralis Philoſophiæ finis actio ſit, non autem cognitio; ut ait Ariſt. libr. 1. Ethic. capit. 3. com. 8. tamen, ut ipſe docet Interpres Græcus, aliquo modo ſpeculatiua eſt, ꝙ ꝑ ſe conſtat, cũ habeat ſuas diſputationes, ꝑceptioneſq; libris, ac ſermonib. eã docentiũ cõtẽtas.*

Itaque uniuerſale actiuum, & practicum non poteſt non ſpectare ipſam actionem: cum tamen peculiari quadã ratione ſpeculatiuum dici poſſit: etenim conſultatio, quæ eſt quędam dubitatio, atque in huiuſmodi uniuerſalibus uerſatur, ut habemus ab Ariſtot. lib. 3. Ethic. cap. 3. com. 12. inquirit, & ratiocinatur, ut eod. cap. com. 8. & duob. ſeqq. & lib. 6. cap. 9. & alibi ſæpe, & qui conſultant ſibi aliquo præſtituto fine, quo modo, ac per quæ is euenire poſſit deliberant, ſique is per plura fieri poſſe uideatur, per quodnam facillime, atque optime fieri queat, conſiderant comm. 8. notato. Quæ cum ita ſint, ut conſultans, idemque hoc pacto dubitans res diuerſas, modo hanc, modo illam conſideret, atque ideo plures conficiat ratiocinationes, totidem ſibi proponat uniuerſalia plane oportet.

Dubitat, & ſecum conſultat miles (ut in allatis perſiſtamus exemplis) de opera præſtanda ſuo Regi bellum iniuſtum inferenti: ad præſtandam adducitur ex eo uniuerſali, quod Principi obtemperandum, & opitulandum ſit: ad non præſtandam vero ex altero uniuerſali principio, quod iniuſtitiæ minime fas ſit fauere, atque obſequi. Quod adeo in ſingulis uerum eſt, ut nulla poſſit eſſe circumſtantia, quantum uis minima, ob quam ad cõſultandum, atque ad agẽdũ impellimur, quę id nõ efficiat alicuius ſibi accommodati uniuerſalis noĩe, atq; ui; ſecus. n. nulla fieri poſſet cõſultatio, nulla ratiocinatio, id, ꝙ non uidet poſſe recte dici.

Atque ita perſpicuum eſt eiuſmodi circumſtantiæ uniuerſale, ut ſic appellem, omnino diſtinctum eſſe, & longe diuerſum ab altero prius propoſito uniuerſali, ſub quod, quaſi quædam exceptio contigit, ut illa circumſtantia caderet, & cum ſecundum illud prius uniuerſale propoſitum, agenti quidem haud ignotum, ſed cuius tamen ſcientia, & notione non utitur: agere atque eligere agens non perhibeatur, ita loquitur Ariſtoteles, atque eius Interpres Græcus lib. 7. Ethic. cap. 3. comm. 5. et 9. ſequitur, ut agens ad eligendum, agendumque ex altero circumſtantiæ uniuerſali adducatur.

Ex quo facile intelligitur, ſi alterius uniuerſalis iudicium, cum alterius, & diuerſi particularis, ſeu ſingularis iudicio conferatur: hæc quoque iudicia eſſe diuerſa, & inter ſe diſtincta, atque huc uidentur ſpectaſſe communiter Theologi hac in parte ab Authore citati, atque aſſeuerantes fieri poſſe, ut quis in genere, & in uniuerſali dubitet, in particulari tamen iudicet eſſe licitum, & è contrario. Quod non uidetur poſſe contingere in uniuerſali, & particulari eiuſdem generis, ueluti circumſtantiæ, quando quidem hoc ex illo inferatur, quò fortaſse referri poſset Cordubæ, et Vaſquez hac ipſa de re ſingularis opinio. Doctiores uiderint. Sed ne quis arbitretur, nos hoc duplex uniuerſalis genus commentos eſſe, conſulat Ariſt. atq; eius Interpretem Græcum libr. 7. Ethic. capit. 3. citato comm. 12. ubi illud manifeſto agnouerũt, atque ex illis obſeruet, particularia iudicia uniuerſalibus fieri contraria, cum ex ſui natura talia non ſint, ex ui cupiditatis (hinc omniũ peccatorum fons) irrumpentis inter ea; adeo quidem uehemẽter, ut ſuo iure omne ſibi iudicium, et uniuerſam ratiocinationem aſciſcat, et non ſolum uniuerſalis, ſed etiam ſingularis, et propoſitę, et ſub ipſum ſenſũ cadentis rei cognitioné reijciat oĩo com. 15. Adde ca. 5. de prudẽtia li. 6. com. 12. Præterea ex eiſdẽ obſeruandũ com. 7. duplex rurſus eſſe uniuerſale, aliud, ꝙ in ꝑſona, aliud uero, ꝙ ĩ ipſa re cõſideratur, ſuperius eiuſmodi eſt, ut in eo ad ſuũ particulare extenſo nullum poſſit eſſe dubiũ; etenim qui in ſe uniuerſale cognoſcit, is particulare agnoſcat plane neceſſe eſt, nam qui ſe ipſum ignoret, modo ſanæ mentis, nullus eſt, omni homini iuſta agere conducit, quam uniuerſalem propo-

ſitionem qui ſcit; particularē etiam ſciat neceſſe eſt, id eſt, ſe eſſe hominem, atque idcirco ſibi quoque iuſta agere eſſe conducibile. In altero autem vniuerſali, quod eſt in re, non item. Nouit quiſpiam omne veretrum purgare, quod in re vniuerſale exiſtit; cum hoc tamen non efficitur, vt continuo etiam hoc eſſe veretrum cogniturus ſit; quæ particularis propoſitio eſt. His bene animaduerſis, vix dici poteſt quanto ex vſu ſequentibus diſputationibus, ne dum, quæ in hac parte tractatur, futura ſint.

b Et quia ſpeculatiuus intellectus nihil iudicat de operando. *Ratio eſt, quia ſola rerum veritate contentus eſt, & proinde nihil mouere, dicitur ab Ariſtotel. lib.6. Ethic. cap.2. com.7. vbi Græcus interpres, & libro 3. de anim. tex.32. vbi Themiſt.*

c Donec per rationes probabiles inueniatur id, quod verius videtur. *Id aſſequimur in primis, ſi rei propoſitæ reperto fine, eius vtilitatē nobis ante oculos poſitam perſequendam cenſeamus, modi honeſtatis, & temporis opportunitatis ducta ratione, & quod ad proxime ſequentem regulam pertinet, ex hominum prudentium præſcripto, hęc enim omnia ad bonæ conſultationis vim, & rationē attinent. Ariſt. lib.6. Ethic. cap.9. com.13. & ſeqq. A quo præterea de ſecunda regula ab Authore hic allata, hæc accipe;* Ad magnas vero res conſultores etiam adhibere conſueuimus; nobis ipſis diffidentes, quaſi ſufficere ad diſcernendum ſoli nequeamus. *li.3. ca.3. com.7. quibus adijcito, quæ ſupra ex lib.6. cap.11. prope finem adnotauimus.*

d Tutus in conſcientia erit, etiamſi forte à parte rei non ita vera, & bona ſit. *Inde fortaſſe ratio ducenda, quod prudens, licet diligenter conſideret, recteque ac vere ratiocinetur; tamen ſæpenumero exturbatur a fine, quem ſibi conſtituerat, non quod ipſe fallatur, ac mentiatur; ſed quod ſubiectæ ipſi res fluxæ atque inſtabiles cum ſint, immutantur, atque excidunt. Ita vt ille non accuſandus, ꝙ fine ſuo non fuerit potius, ſed potius, quod recte ratiocinatus fuerit, ac conſultarit, laudandus: cauſſaque fruſtrationis non ipſi, ſed naturæ rerum, quæ contingere aliter poterant, inſtabilitati aſcribenda eſt. Græcus Interpres lib.6. Ethic. cap.3. com.2. prop. fin. & cap.6. in fin.*

e Ea tamen vti. *Videtur mirabile ex eo, quod nomine vſusfructus, atquē etiam vſus, quæ non poſſidentur, ſed potius tenentur. ff. Quod legatorum l.1. §. Vnde quæſitum eſt, tot commoda & vtendi, & alienandi exſtant, quot norunt Iuriſperiti: Illud etiam videtur dubium quod in fine huius numeri ſubijcitur.* Fruſtra enim inquireret dominum, aut rem deteriorem vſu redderet; *quaſi praſto non ſit precium, quod rem repræſentat, & ipſius rei loco ſuccedit l. Ad officium 3. C. com. diuid. l. Quia 59. ff. de vſufruct. & quemad. & l. ſi uſusfructus 35. ff. eod. & alijs iuribus, quæ ibi citari ſolent. Quid? ſi eſſent res, quæ functionē recipere prohibentur, & uſu conſumuntur, ut uinū, frumētū, & alia generis eiuſdem, non ne in uſum tranſlatis Domini, ſi unquam extaret, negotium geſtum foret, cum ei, aſſeruata deteriora fieri, aut omnino corrumpi, & perire potuiſſent? Peritiores diffiniant, eadem fere omnia ꝑfert Author infra num.15. quem, teſtor Deum, non legeram prius quam hæc exararem, nititur autem ratione poſſeſſionis quæ etiam hic urget. Illud nimirum exploratum ſi is poſſeſſor ad eiuſmodi inquiſitionem numquā aggrederetur, ac dein certo deprehenderet illam rem eſſe alienam, ipſum obnoxium eſſe reſtitutioni non modo ipſius rei, uerumetiam omnium fructuum ex ea perceptorum ab eo tempore, cum ei dubium inuaſit: rationē dicunt eſſe, qa excitata dubitatione de re aliena, ac neglecta inquiſitione, cui debebat operam dare ex iuſtitiæ præſcripto, ſcilicet ut quod ſuum non erat alteri redderet, inde cœpit eſſe poſſeſſor non bonæ, ſed malæ fidei, & mala conſcientia ita diſpoſitus rem illam retinere. Leonard. Leſſius. De Iuſtit. & iure libr.2. cap.14. dubit.4. Verſicul. Dices. Et confirmetur l. Qui ſcit 25. §. Bonę fidei ff. de uſur. l. Queſitum 40. ff. De acquirendo rerum domin. Cauendum tamen à Couaruuia, & Salon qui locis ab Authore citatis exiſtimāt dubitantem, quatenus talis eſt, neque bonæ, neque malæ fidei poſſeſſorem eſſe, ſed medium inter utrumque poſitum. Quod ſi cum Leſſio ſentire uolumus, dicamus, eum fieri male fidei poſſeſſorem non dubitationis iniuſtæ, ſed illiuſmodi inquiſitionis neglectæ cauſſa, & addamus malę fidei poſſeſſorem non ſolum rem, atque eius fructus reſtituere, ſed etiam damnum præſtare debere, ſi quidem ea res ab eo ſic detenta facta fuerit deterior. l. Nō ſolum, 13. & ſeqq. ff. De rei uendicat.*

f Nec partem. *Alfonſus à Vega ſecutus Petrum de Aragona, & Emanuel Rodriguez, ſuperioris ſententiæ patronos aliquam partem pauperibus, ut is poſſeſſor in cōſcientia ſit tutus, dandā eſſe arbitratur. in Summ. tom.2. cap.73. caſ.3. in fin. quando uidelicet diligenter, atque accurate perquiſitus, nullus rei ſic poſſeſſæ dominus apparet. In hoc caſu Leſſius ex Caetan. Soto, & Medin. ut etiam Author paulo mox rem abſolutè pauperibus reſtituendā, ita ut poſſeſſor ambigat quidem, num ea res ſua ſit, attamen dubium hic ſiſtat, et in nullum dominum certum feratur. Quod ſi hoc fiat, pro ratione dubij partiendam eſſe. Itaque in pari dubio poteris dimidium retinere: ſi probabilius putes alienam, maior pars ei tradenda, ſi tuam, maiorem tu recte retinueris. Leonard. Leſſius loco notato, in fin. ſed loquitur de ijs, qui non poſſident, aut alter mala fide. Cum præmiſerit, ſi acceperis rem aliquam ab eo, qui bona fide poſſidebat, neque moraliter certus ſis, tuam eſſe te eam non poſſe retinere: ſed totam debere ei reſtituere cui poſſeſſio fauet. Sed utrobique uidetur loqui de eo, qui à principio dubius extitit: de quo Author mox.*

g Paratus tamen reſtituere precium illius ſi conſtet. *Leonard. Leſſius. De Iuſtitia. et iur. lib.2. capit.14. dub.4. citata exiſtimat ex ſententia Sylueſtri, et aliorum, hunc poſſeſſorem, ita comparente domino rei ab illo poſſeſſæ nō teneri, niſi de eo, in quo locupletior factus fuerit: cuius rei rationem reddit quia neque iniuſte acceptionis, neque rei alienatæ ratione tenetur. Illud autem confirmatur ex eo, quod apertiſſimi iuris eſt, neminem debere ex alterius damno, et iniuria locupletē fieri l. Cum hi. 8. §. ſi quis 22. ff. de tranſactionib. et l. Iure ſuccurſum. ff. de Iure dot. et l. Nam hoc. 14. ff. de condict. indebit. atque alijs iurib. conſimilibus.*

h Etiam cum detrimento aliorum fratrum. *Et quod attinet ad ordines ſuſcipiendos idem iudicium faciendum de expoſitis quorum patres adeo ignorantur, ut prorſus incertum ſit, num legitimis concepti ſint nuptijs: eos inquā pro legitimis habendos; atque idcirco ad ordines promouēdos. Communis opinio, ut teſtatur Cardinal. Palæotus in Tractat. De Spurijs cap.63. num.3. quem indiſtincte, ac ſimpliciter ſequitur Menoch. de arbitrar. iudic. queſt. libr.2. cent.4. caſu 396. At Couarruu. in clement. Si furioſus. 1. part. relect. in princip. num.9. De homicid. exiſtimat eiuſmodi expoſitis eccleſiaſticos ordines non eſſe ſine diſpenſatione conferendos.*

Quod ſi eſſent collati illorum uſu eos non eſſe prohibendos. Couarruu. aſſentitur Salcedo in Practica Criminal. capit.14. Verſicul. ſed huic loco. et Alfonſus de Vega in ſumm. caſuum conſcientiæ tom.1. capitulo 126. De Hijos. caſ.10. uerſicul. y nota, quæ los niños.

Id porrò adeo verum eſſe aiunt, vt ſi hoc impedimētū illegitimitatis alioquin fuerit occultum, filius matri illud inſtanti, fidem adhibere non teneatur. l. 1. §. ſi quis ab aliquo, ibi, ſi teſtator eum negauerit vbi Bartol. & Doctor. ff. de Carboniano edict. cum alÿs in eandem cõfirmationẽ allegatis a Salcedo, loco citato: verſic. Prohibentq. ex cõmuni itidem ſententia. Vbi tamen aduerſus Nauar. tutius putat, hunc ab ordinibus ſuſcipiendis abſtinere. De eo vero, qui iam ordinibus inſignitus eſt, propriam illius conſcientiam inſpicere oportere: ita vt ſi in intimo conſcientiæ impulſu ad maternæ aſſeuerationis credulitatem propendeat præſumens ſe illegitimum eſſe, ſacri ordinis miniſterio ſuperſedere, aut ad cautelam impetrare diſpenſationem debeat; neutrum autem opus eſt, ſi è cõtra magis declinat ad credulitatem, qua plane credit, ſe legitimum eſſe. Communis teſte Simon. Maiol. de irrregul. lib. 1. c. 7. nu. 3.

i Qui fecerit actum, de quo dubium eſt. Id enim habet locum, quando exploratum eſt, aliquem eſſe excommunicatum, communis boni merito. Exploratiſſimi iuris eſt, notorios hæreticos eſſe excommunicatos, cap. excommunicamus. De hæreticis, & cap. 1. de Bulla in Cœna Domini: attamen Catholicis, quibus aut publici, aut priuati boni, & commodi cauſſa opus eſt cum eis agere, pro excommunicatis non ſunt habendi: nam ſi ſecus fieret, Principibus Catholicis, aut eorum Oratoribus, & priuatis hominibus in Gallia, & Germania, quibuscum permiſti ſunt hæretici, magna rerum externarum, & animæ ſalutis incommoda, & pericula crearentur. Alphonſus de Vega ex Soti, Ledeſmi, Guttierez, Rodriguez, & Nauarri ſententia. in ſumm. caſuum conſcient. tom. 1. cap. 85. de deſcommunion. caſ. 68. Idem tom. 2. cap. 15. de irregular. caſu 26. not. 1. arbitratur de ipſa irregularitate quoque a nullo, neque Iudice, neque Magiſtro, neque Doctore aliquem in dubio habendum eſſe irregularem. Idipſum in excommunicatione, atque alÿs conſimilibus rebus, in quibus in foro animæ, ſeu quaſi pœnitentiali agitur non proprie de pœna, ſed de abſtinendo ab aliquo miniſterio. Ex Hoſtienſe, & Panormit. in c. Cum tu filÿ. de teſtibus.

k Niſi aliqua ſpecialis ratio vrgeat. Tres a Canoniſtis referuntur caſus, in quibus eiuſmodi ſpecialis diſcriminis inter vtrunque forum ratio cernitur. Primus eſt, quem hic attingit Author, quando habet locum præſumptio. hæc enim externum, & contentioſum, admittit, non autem internum, & conſcientiæ: in quo proinde nõ ligat ſemper iniuſta condemnatio, nõ ſuſpenſa per appellationem: tametſi in externo pro ſententia ipſa præſumatur, atque eadem uigere, atq; obſtringere cenſeatur. E contra conſenſus Clandeſtinus in cõſcientię iudicio matrimonium efficere poteſt: in externo Eccleſiæ non item: quia non habet unde præſumat illud eſſe matrimonium. Riccar. 4. ſent. diſt. 28. art. 2. q. 3. qui art. 1. eiuſd. diſt. q. 3. e contrario affirmauit, ſolum conſenſum de futuro, cum copula carnali ſubſequente conſtituere matrimonium præſumptum, & in Eccleſiæ iudicio. Quoniam Eccleſia per verba, quæ præceſſerunt de futuro, & copulam carnalem ſequentẽ præſumit affuiſſe cõſenſum de præſenti, & ipſos mutuo ſe matrimoniali affectu cognouiſſe. Attamen ſecundum iudicium Dei, inquit, non eſſet verum matrimonium: vt pote quod ſine conſenſu de præſenti contrahi nequeat. Verũ huiuſmodi Eccleſiæ præſumptio hodie poſt Conc. Trid. nulla eſt. Secundus caſus eſt, quando lex eſſet iniuſta, & publicam vtilitatem minime ſpectaret: & afferunt exemplum de gabellis, & vectigalibus, quæ cum non licite impoſita fuerint, earum ſolutio non obligat in foro conſcientiæ, qua de re aliàs. Tertius caſus eſt, quando a lege imponitur pœna: cuius in contentioſo, non autem in conſcientiæ foro habetur ratio: etenim pœna imponitur, vt ceteris metus incutiatur. l. Aut facta. in fine. ff. de pœnis: cui quidem rationi in foro animæ nullus eſt locus. Hinc infert Innoc. quem plerique omnes ſequuntur, in c. ſicut dignum, de Homicid. prop. fin. qui damnum alicui dederit non ſponte, neque dedita opera, nec lata culpa, eum in foro conſcientiæ non teneri damnum reſarcire, ſecus in cõtẽtioſo. l. qui occidit. 30. ff. ad leg. Aquil. & cap. 5. ſi egreſſus, & c. fin. de iniurÿs. Hoc autem verũ eſſe aiunt, primo niſi pœna fuerit impoſita ipſo facto; vt ſi cui fuerint proſcripta bona: hæc ſi quidem tuta conſcientia non poſſe retineri affirmant. Secundo, niſi fuerit pœna delicti, quam damnatus etiam in foro Dei tenetur ſoluere, vt tradit etiam D. Tho. 2. 2. q. 72. art. 3. Tertio ſi non a lege, ſed ex partium conuentione, & pacto: nam & hæc ſoluenda etiam in conſcientiæ foro. Id. n. æquitas naturalis poſtulat. Etenim quid tam congruum fidei humanæ eſt, quam q̃ inter aliquos placuerat, ſeruare. l. 1. ff. de pact. Quarto, & vltimo, niſi pœna ſit quidem a lege, ſed ſubrogata loco ineſtimabilis intereſſe, & impoſſibilis reſtitutionis: verbi gratia pro membro vel læſo, uel truncato. Qua itidem de re alibi commodius plura. Interim Vide Felin. a quo hæc fere omnia, in cap. 1. de conſtitutionib. & potius obſerua, ſi placet, quandam aliam differẽtiam inter vtrunque forum deſumptam ex fori ſortitione propter delictum; cui in externo locus eſt, in interno, & animæ nequaquam, vt ex ſaniore ſententia docet Couarun. Practicarum Quæſt. lib. 1. cap. 11. nu. 3. verſ. Primum ſi prenotatæ, & probatur ex eo, quod externum inſtitutum eſt ad externam gubernationem, & publicã punitionem, quæ cum ad aliorum exemplum vſurpetur, maximi intereſt ibi puniri delicta, vbi perpetrantur. Internum uerò cũ referatur ad æternã ſalutẽ, & reconciliationem cum Deo; nihil refert, vtrum hoc, an illo loco peccatum committatur. Sed optima ratio eſt, quia in conſcientiæ foro eundem omnium culparum iudicem eſſe oportet: cum omnes ſimul debeant remitti; nec poſſint diuidi quando ſunt mortalia crimina, quæ præcipue ſub illud cadunt. Et confirmatur ex cap. omnis vtriuſque ſexus. De ſumm. Trin. & fid. Cathol. Vbi ſine aliqua diſtinctione decernitur, omnia peccata eſſe proprio ſacerdoti confitenda. Fr. Suar. to. 4. diſp. 25. de miniſtro ord. conf. ſect. 1. in fi.

l Secunda ſententia. Hanc abſolute amplectitur, & probat etiam Alphonſus de Vega. ſumm. Caſuu conſcien. to. 1. c. 78. Del debito conjugal. caſ. 8. ex eo, quod putat dubium in hac quæſtione accipiendum eſſe, ut eſt ſpeculatiuum, nõ autem practicum, quia ſcilicet mulier v. g. dubitat, num, quem habet, ſuus ſit uerus coniunx; non autem dubitat, num poſſit reddere, & petere debitum, quod eſſet practice dubitare, quinetiam ſibi perſuaſum eſt, & exploratum, vtrunque licite poſſe facere, merito poſſeſſionis. Quam quidem diſtinctionem ſi admitteret Author, & quos ipſe ſequitur, hac in parte, pro ipſorum tertia ſententia ne hiſcere quidem poſſet: quãdoquidem, & apud eos, ut apud omnes in confeſſo ſit, contra dubium ſpeculatiuum agere nullum eſſe peccatum, vt uidere eſt apud Authore initio huius capitis. Eandem diſtinctionem in dubium practicum, & ſpeculatiuum huic quæſtioni accommodat Ioan. Medin. loco hic ab Authore citato verſic. Inde patet, & poſt eum Couarrun. vt alios præteream, §. 2. hic allegato in fin. ceterũ illud referunt duntaxat ad debiti redditionem; non autem ad petitionem. Sed nimirum ſi agere contra dubium ſpeculatiuum ſimpliciter nullum eſt peccatum; eodem certe pacto, ut reddere, ita petere huiuſmodi debitum licebit. Alÿs tamen peritioribus & id iudicandum relinquo.

m Prima eſt Soti. In eadem ſententiam deſcendit Alfonſus de Veg. ſumm. caſuum conſcient. tom. 2. capi. 129. De voto. caſu. 98. eamque ex Soto, & Medina, præter alios haud ſpernenda ratione, ab Authore prætermiſſa, *quia videlicet votum religionis eſt res maximi momenti, & quod conſtare nequit, ſine conueniente ſibi, id eſt, plena, vt omnes fatentur, deliberatione, quę in propoſito caſu nunquam videtur adeſſe: neque eo tempore, quod erat ante pubertatem, cum fuit emiſſum uotum, & cum erat incertum, num qui emiſſerit, eſſet doli capax, & præditus rationis vſu ad ſe obligandum ſufficiente: neq; poſt pubertatem tempore dubij; ob hoc ipſum, quod is dubitat; cum eum certiſſimum eſſe oporteret; quemadmodum, vt ait Medina, tantum religionis uotum deſiderat, ad cuius uoti fauorem facit, ut inquit Sotus, quod nemo debeat in religionem obtrudi niſi ratione ipſa cogente.*

Neque obſtat quod tradit D. Thom. 22. artic. ult. religionem ingreſſuro modicam ſufficere deliberationem, tanquam conſultanti de re certa: nam diſputat non ambigente, & fluctuante, ſed de bene diſpoſito, ut ibi adnotat Caet. & Michael Palacius lib. 4. ſentent. diſt. 38. pag. 829. Vbi ſeq. pagin. hæc in hanc ſententiam habet. Verum cum ſit res grauis religionis profeſſio, vt & matrimoniũ, imo grauior, quia eſt multo difficilior, & ſpiritualior, profiteri religionem cum magna maturitate cõſilij ſemper probauerim, vt etiam religionem intrare, & ſemper verum iudicauerim quod prouerbio fertur, feſtinandum eſſe lente, maximeque hæc deliberatio opportuna eſt adoleſcentibus, qui ætatis feruore ſæpe aguntur in deuotiones inſolitas: & cito deferueſcit deuotio illa, & ſubit pęnitentia facti inconſulti. *Et quæ ſequuntur eodem pertinentia, in quibus oſtendit ſpiritum quidem ſanctum ſpirare vbi vult; eũdem tamen eſſe diſertiſſimum cap. 10. ut plane par eſt, & qui non patiatur, nos indiſcrete atque imprdenter agere: eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Matth. 10.*

In poſtremis uerbis Palacij cauendum, ne exiſtimemus, ex eo, quod aliquem uoti pœniteat, ſignificari deliberationem ad illud emittendum fuiſſe minus ſufficientẽ: ut contra Summam Angelicam rectè admonet Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 6. q. 6. punct. 1. uerſicul. Cauenda prope finem.

Atque ex hoc facilius, atque apertius, quam ab ipſo, probari poſſet, quod uotum eſt quædam obligatio, & promiſſio eaque præcipua; ut idem Gregor. de communi omnium ſententia ibidem in principio docet: etenim obligationes, promiſſioneſque ut ab initio uoluntatis, ita poſt factum neceſſitatis exiſtunt; ut locus pœnitentiæ non detur. l. ſicut 5. C. De obligationibus, & actionibus.

n Prima propoſitio, Quoties. *Apertius fortaſſe concipi hæc prima propoſitio ita poterat; ſuperiori non eſt obtemperandum, quando is præcipit aliquid quod ex ſui natura, antequam iniũgeretur, dubium inijciebat, num eſſet peccatum. Et quidem non deberi obedientiam ſuperiori, quoties in eo, quod iubet aliqua peccati ſuſpicio ineſt, per ſe perſpicuum eſt: & poſſet confirmari authoritate D. Baſilij in conſtitut. monaſticis cap. 23. ubi tradit ſuperiorũ iuſſa eſſe obſeruanda, quando ſunt libera à peccato, & capit. ſi quis Epiſcopus 91. & quatuor ſequentibus 11. q. 3. lege Leonard. Leſſium de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 46. de obedientia. Dubitat. 5. & Riccardum Hallum. de quinque partita conſcientia lib. 2. cap. 6. pag. 131.*

o Nec debet ſubditus rationem omnium præceptorum. *Qua de re D. Baſilius cap. 23. allegato.* Quemadmodum *inquit,* paſtori ſuo oues obtemperant, & viã quamcunque ille vult ingrediuntur; ſic, qui ex Deo pietatis cultores ſunt moderatoribus ſuis obſequi debent, nihil omnino illorum iuſſa curioſius perſcrutantes: quando libera ſunt à peccato. *& D. Gregor. libr. 2. cap. 4. in 1. Regum.* Vera obedientia nec Præpoſitorũ intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit, quia qui omne vitæ ſuæ iudicium maiori ſubdidit in hoc ſolo gaudet, ſi quid ſibi præcipitur operatur, neſcit enim iudicare quiſquis perfecte didicerit obedire. *Legito Leonardum Leſſium diſputat. 5. allegata, ubi uniuerſam hanc rem enarrat explanate.*

p Addidi, ſi ſubditus ex tali præcepto. *Cur in hoc caſu ſubditus non teneatur obedire Leſſius de Iuſtitia, & iure libro. 2. cap. 41. dubitat 9. verſiculo,* In dubio autem *eam rationem reddit, quod in dubio fauendum eſt reo, & ei, de cuius damno agitur, nam etſi inferior, & ſubditus non ſit in poſſeſſione ſuæ libertatis, propterea quia eius eſt parere, & uiuere ad ſibi præſcriptam à ſuperiore formam; non ad ſeruitutẽ, ſed ad ſalutem, ut inquit Ariſt. lib. 5. Politicor. cap. 9. in fin. in ipſum ſuperiorem abdicauit: attamen eſt in poſſeſſione ſuæ incolumitatis cuius gratia ſuo quidem iure habet ab ipſamet natura, ne comittat, ut in diſcrimina ita tenere ſe conijciant; ſed prius exploret, num re uera ſuperiori iuſta præcipiendi cauſſa fuerit. Alfonſus de Vega in ſumm. conſcient. tom. 2. cap. 5. de obedient. caſ. 3. arbitratur ex ſententia Soti, & Lodouici Lopez, in hoc caſu ſubditum non teneri obtemperare ſtatim ſuperiori: etiamſi ſibi aut alijs nullum damnum, aut periculum immineret.*

q Vnde communior videtur multorum Doctorum opinio. *Henriquez loco ab Authore citato ſimpliciter communem appellat: & Alfonſus de Vega in ſumm. caſuum conſcient. tom 1. cap. 78. del debito Conjugal caſ. 6. eam procedere arbitratur, quando coniunx liber aut certo ſcit, coniugem eſſe ſeruam; aut eius rei probabiles habet coniecturas, ſiue uehementem præſumptionem; ſecus ſi ducatur leui coniectura, & præſumptione, ſeu temeraria credulitate, nam tunc iudicis, aut paſtoris mandato, illius modi ſcrupulo depoſito non ſolum reddere, ſed etiam exigere debitum recte poteſt. Quod totum in uniuerſum tamen de quocunque impedimento diſerte decernitur in cap. Inquiſitionis 44. De ſentent. excommunicat. Vbi in fine ſubijcitur, quod prætermiſit ſapiens Alfonſus, cum cõſcientia pulſat animum ex credulitate probabili, & diſcreta quamuis non euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet, ne in alterutro, uel contra legem coniugij uel contra iudicium conſcientiæ commitat offenſam.*

r Et Rodriguez vbi ſupra. *Omnibus, quæ in hac quarta præpoſitione ſunt enarrata, aſſentituro Alfonſus de Vega tom. 2. ſumm. caſuum conſcient. cap. 5. De Obedientia caſ. 1. & 2. ubi de ſententia eorum, & omnium uidetur eſſe, qui etiam citantur ab Authore, adiungit, tunc iudicem non iuridice interrogare, quando contra reum non adeſt infamia duobus teſtibus probata, ſi p uiã inquiſitionis procedatur; aut ſi non præſto ſit legitimus accuſator, ſemiplena probatione, quæ fit uno teſte fide digno de uiſu; aut indicijs probatis per duos teſtes ſimul cum accuſatione. Huius iudicialis proceſſus duo ſunt præcipui modi, unus ex officio, quando præcedente aliqua infamia, uel denuntiatione, iudex capit informationem, et format inquiſitionem contra authorem, ut ita ad plenam probationem, & ſententiam proueniat. Alter modus eſt ad inſtantiam partis, quando pars offenſa, aut alius, ad quem id iure ſpectare poteſt, accuſationem exhibet: & iudex ea admiſſa, ſecundum illius probationes procedit. Denunciatio autem non eſt reuera aliqua perſe diſtincta uia procedendi, ſed eſt quoddam preuium, ut iudex ex officio procedat, ut ex Iulio Claro lib. 5. § fi. Practicæ Criminalis q. 3. tradit Leonar. Leſſius. De Inſtit. & iure li. 2. ca. 29. q. 12. pro. fin. Qua de re re alias. Interea ſi placet, uide Alfõſ. de Veg. t. 1. c. 82. caſ. 1.*

De Conſcientia Scrupuloſa quidnam ſit, & qualiter contra eam agendum.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Scrupulus a dubio quomodo differat, & ab opinione, eiuſque definitio.*

2 *De ſcrupulorum medicina qui ſcripſerint, & quas regulas tradiderint, & duo potiſſima remedia ab Authore prolata.*

3 *Optimum Caietani conſilium circa confeſſionem ſcrupuloſorum a Medina, & ab Authore laudatur, & quoad peccata nondum confeſſa quid potiſſimè ſequendum ſecundum Authorem.*

4 *Aliud remedium ſcrupuloſis tantum circa præterita, circa futura aliud adhibendum eſt.*

DE hac re legendi ſunt Summiſtæ in verbo,
Scrupulus, vbi Sylueſter, Tabiena, Caiet. S.Anton.par.1.tit.3.ca.10.§.10.Adrian. Quodlib.2. puncto
1. lit.A.Sotus in relect. de tegendo ſecreto. mēb.
3.q.2.concluſ.3.Nauar.in Manuali,c.27. nu. 282. &
ſeqq.Barthol. Medina 1.2.q.19.art.6.in fi. Greg. de
Valentia tomo.2.diſpu.2.q.14.pūcto 4.dub.5.Emanuel
Rodriguez par.2.Summæ,c.51. & Gabriel Vaſquez
1 in 1.2.diſpu.67.c.1.& 2.Ante omnia autē ſciēdum
eſt, ſcrupulum differre a dubio, quia qui dubitat,
neutri parti aſſentitur, qui verò habet ſcrupulum,
aſſentitur vni parti, ſed cum formidine; quæ animū
eius excruciat. Differt etiam ab opinione, quia habens
opinionem, quod in aliquo opere male operetur,
non dicitur habere ſcrupulum. Eſt autem ſcrupulus
proprie leuis quædam ſuſpicio & formido ad
vnam partem contradictionis, ex leuibus motiuis, &
fundamentis proueniens, ducta metaphora a lapillo
paruulo, qui in calceo latet, & pedem offendit, ita etiam
& timor iſte in animo manens excruciat, & torquet
hominem, & naſcitur ex quadam animi puſillanimitate,
vnde vocat ſpiritus puſillanimitatis, timet
enim homo vbi timendum non eſt. Exempli gratia,
exiſtimat aliquis, quod ſibi liceat veſci carnibus in
quadrageſima propter infirmitatem, & ita dicit medicus,
ſed quoniam non eſt de ſe euidens, exoritur in
animo eius timor an verè liceat ei carnibus veſci, ex
quo excruciari incipit. Quia igitur ſcrupulus propriè,
vt iam dictum eſt, nullo, aut leui nititur motiuo,
& fundamento, non modo poteſt quis licitè agere
contra illum, ſed etiam eſt conſilium ſalutare contra
illum facere, immo aliquando poteſt eſſe præceptum,
cum nimirum aliquis graue damnum ex eiuſmodi
anxietatibus, & ſcrupulis, vt plerumque contingit,
incurreret, vt rectè Greg. de Valentia loco citato
cum alijs communiter animaduertit. Naſci autem
ſolent ſcrupuli partim ex cauſis corporeis, ſcilicet,
ex melancholia, ex hac enim naſci ſolet timiditas,
item ex ægritudine & infirmitate, ex qua plerumque
procedit etiam melancholia; item ex perturbatione
phantaſmatum, quæ procedere ſolet ex nonnullis
cauſis, quę cerebrum exſiccant, vt ſunt ieiuniū,
vigiliæ, & huiuſmodi; partim etiam ex cauſis ſpiritualibus,
quales ſunt ſuperbia, ignorantia, illuſiones
diaboli, & frequens, & nimia conuerſatio cum ſcrupuloſis,
vt latius explicat S. Anton. vbi ſupra. Cognoſcitur
autem quis eſſe ſcrupuloſus, vel ex eo, quod in
vna aliqua materia, vel quia in pluribus ſæpiſſimè
dubitat, & abſque ratione, vel ſaltem friuola aliqua
& leui coniectura.

2 Demum de huiuſmodi † ſcrupulorum medicina diſſerunt fusè S. Anton. Nauar. & Caiet. vbi Anton. & Sylueſt. ſeptem remedia ſeu regulas enumerant; Nauar. autem in c.27.nu.282.& deinceps, vſque ad finem capitis, decem recenſet, quæ ibi explicat, & quæ paſſim a Doctoribus traduntur, quæ quoniam apud eos facilè legi poſſunt, conſulto prætermittimus. Inter alia vero remedia, hæc mihi potiſſima videntur. *Primum eſt*, vt poſt remedium corporale, ſ. poſt remotionem vel mitigationem cauſæ, per medicinas, & moderatas recreationes, recurrat ad Deum, petendo gratiam ſuam, quæ proprijs & alienis orationibus continuè quærenda, humiliter, deuotè, & cum fiducia diuinę bonitatis & miſericordiæ; dare namque ſolet Deus dona ſua petentibus ſe fideliter, & perſeueranter. *Secundum eſt*, vt non iudicio & cogitatione ſua nitatur, ſed non obſtante quacumque alia ratione quæ ſibi offertur, ſimpliciter credat, & obediat prælato ſuo, & alijs pijs ac probis viris præſertim confeſſario ac patri ſpirituali ſuo; Qui ſanè cōfeſſarius poſtquam aliquem verè ſcrupuloſū eſſe cognouerit, hoc præcipuè remedio vti debet, vt ei conſulat nihil ab ipſo iudicandum mortale, niſi quod ei manifeſtè, & abſque dubio tale appareat; Immo aliquis adeo poteſt eſſe ſcrupuloſus, vt ei hoc conſilium præberi poſſit, quod niſi aliquid ita certo ſibi conſtat vt iurare poſſit, non credat eſſe mortale, id quod ex qualitate hominis ſcrupuloſi iudicandum eſt. Hoc autem remedio ita quis vti debet, vt ſcrupuloſus non ſtatim atque dubitat, prælatum, aut confeſſarium adeat, vt eum interroget quid agere debeat, ſed oportet per ſeipſum operari ex regula & conſilio ſibi a prælato, aut confeſſario dato, & ſecundum illud operetur.
Quia vero homines meticuloſi & ſcrupuloſi, vt plurimum
3 † anxij ſunt circa peccata præterita, & confeſſiones
factas, dubitantes ſemper an rectè confeſſi ſint
peccata ſua, optimè conſulit Caiet. in Summa, in verbus
Scrupulorum medicina, vt circa confeſſionem
peccatorum amplius dubij non ſint, ſed pro certo
credant ſe rectè confeſſos eſſe, nec ea amplius confiteantur,
poſtquam ſemel ex iudicio confeſſariorum
ſuorum confeſſiones ſuas diligenter perfecerunt, quale
conſilium etiam Med. vbi ſupra maxime laudandum
& ſequendum eſſe cenſet. Quoad peccata vero
nondum confeſſa, optimum conſilium eſt, ut ſcrupuloſus
in confeſſione non confiteatur dubia, & ſcrupulos
quos habet, ſed ea ſolum quæ manifeſtè cognoſcit
eſſe peccata, alias perpetuò manebit cauſa, occaſio
& origo ſcrupulorum, ſi ſemper quis omnia ſua
dubia confeſſario & patri ſpirituali confiteri uellet.
De qua re plura legi poſſunt apud authores citatos,
& apud Gerſonem in libro de uita ſpirituali, parte 3.
lect.4.coroll.8.& alphabeto 70. litera B C. & de diuerſis
tentationibus Diaboli in fi.& Emanuelem Rodriguex
ubi ſupra capitulo 51.& 52.& quia ut Sylueſter
& Tabiena notant, aliqui ſunt ſcrupuloſi tantum
circa præterita, circa futura uero peccata uitanda
4 non ſunt multum ſoliciti, † iſtis aliud remedium
adhibendum eſt, primo namque tales conſulendi, &
adhorrandi ſunt, ut frequentiores ſint in recipiendis
Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis; deinde uero
ubi ſunt cautiores, & conſcientiæ magis timora-

tæ, ijſdem etiam prædicta remedia præſcribi poſſunt, quamuis in hac re magna prudentia opus ſit: nam initio ſaltem non erit tutum illis regulam illam latiorem præſcribere, quam pro illis dedimus, qui conſcientiæ timoratæ, & nimis ſcruploſi ſunt; In eorum tamen dubijs quæ confeſſario proponuntur, non debet confeſſarius rigoroſus, rigidus, aut nimis durus eſſe, nec idem iudicium de illis, ac de alijs hominibus, qui non eſſent ſcrupulo ſi ferre, ſed ſemper illorum dubia in meliorem partem interpretari debet, & nonnunquam etiam hortari eos poterit, vt contra eorum ſcrupulos faciant, ita vt tandem bono ſuo conſilio, & conſuetudine aſſuefiant, & fiant robuſtiores contra cauſas, & occaſiones ſcrupuloſitatis. Plura alia remedia legi poſſunt apud authores vbi ſupra; hæc interim tanquam præcipua, & maximè notatu digna, annotare volui, ad quæ etiam cetera omnia reuocari poſſunt. Et de conſcientia, actibus, & effectibus eius, necnon de varijs gradibus, & ſtatibus conſcientiarum, & quomodo in ſingulis earum operari licet, hactenus dictum ſit.

Finis Primis Libris.

DE ACTIBVS HVMANIS,
EORVMQVE CAVSIS ET OFFICIIS.

Liber Secundus.

Authores in hoc Libro Secundo de Actionibus humanis, earumque Cauſis, & Officijs Tractantes.

EX *Sanctis Patribus & Scriptoribus Eccleſiaſticis*. S. Ambroſius lib. de paradiſo. S. Auguſt. lib. 12. de Trinit. c. 7. & lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 5. & contra Fauſtum Manichæum cap. 27. S. Hieron. lib. 2. contra Iouin. & in cap. 34. Ezechiel. S. Greg. lib. 31. Moral. c. 33. & Homil. 6. in Euang. S. Baſilius in princ. Prouerb. S. Chryſoſt. in Matth. 5. Ioannes Damaſc. lib. 2. Orthodoxæ fidei. cap. 12. & 24. Greg. Nyſſ. lib. 5. de Phyloſophia 1. Iſidor. lib. 2. de ſum. bon. Rober. Holcot de imputabilitate peccati. Lyra, Burgenſis in Iacob. 2. Hugo de S. Victore lib. de Sacram. p. 6. *Ex Scholaſticis.* Magiſt. Sent. in 2. d. & alij ibid. S. Thom. 1. p. q. 79. & 1. 2. q. 6. 12. & 14. & 2. 2. q. 89. Caiet. ibid. Alexander Alenſis p. 3. q. 31. memb. 3. & p. 2. q. 95. Adrianus in 4. de Clauib. Palud in 4. d. 9. & Theologi communiter in 4. diſt. 16. & 17. Durand. in 3. d. 39. q. 2. Richard. Gabriel ibid. Scotus in 2. d. 22. Bonau. Albertus, Argentina ibid. Ioan. Bachonus in 4. d. 15. Ocham quodlib. 1. q. 20. Almainus in 4. diſt. 19. q. 1. Gughelm. Pariſienſis, de legibus, Altiſiodorenſ. lib. 3. Sum. trac. 3. Alphonſus a Caſtro de legibus lib. 2. c. 14. Michael Salon 2. 2. q. 89. Petrus de Arragona, ibid. q. 88. Conradus Koelin, ibid. Dominicus Sotus lib. 8. de iuſtit. Petrus de Soto Lect. 5. de diſcrimine peccat. Dominicus Bannes 2. 2. quæſt. 10. Barth. Medina in 1. 2. quæſt. 7. & in Summa lib. 1. c. 9. Ioan. Medina Cod. de pęnit. tract. 1. quæſt. 7. Conradus de contract. q. 100. Franc. a Victoria, relect. de Indis. Vega lib. 6. de Iuſtificat. Ioſeph Angles in Floribus p. 2. q. 3. d. 39. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 24. Henriquez lib. 13. cap. 23. Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 6. Gabriel Vaſquez, 1. 2. diſput. 117.

Canoniſtæ, & Iuriſtæ. In diſt. 38. Decret. Gratian. 1. q. 4. can. turbatur. Panorm. in cap. ſi cuius, gloſſ. in c. Abbas. ver. coactus, & 23. q. 8. cap. occidit, & de pœnit. diſti. 5. cap. conſideret, vbi Canoniſtæ communiter. Ioannes Andreas, Petrus de Ancharano, Andreas Siculus, Felin. Didacus Couarruuias in cap. Alma mater, p. 1. §. 10. Greg. Toloſan. in Syntagm. p. 2. lib. 16. Marcus Anton. Cucchius lib. 1. Inſtit. Iuris Canonici. Hugol. de cenſuris eccleſiaſt. Iuriſtæ. ff. de iud. 2. reſp. 1. & ff. de authori. tutor. l. 1. §. vlt. *Summiſtæ.* Sylueſter, Tabiena, Caietan. ver. peccatum, & ver. circumſtantia. S. Anton. p. 1. tit. 6. S. Raymund. titut. de peccato. Almayn. tract. 1. Moral. Aphonſ. a Caſtro l. 12. de hæreſ. ver. peccatum. Angeſtus cap. 6. Moral. Summa Aſtenſ. p. 2. lib. 6. Hoſtienſ. in Sum. tit. Bigamia Summa Angelica, Piſanella, ibidem, & in verb. Ignorantia. Simon Maiolus lib. 1. de irregular. Nauarrus in Manuali Prælud. 6. & cap. 11. 27. & alibi. Ioannes de Friburgo in Sum. Confeſſorum lib. 3. tit. 3. Viualdus in Candelab. aur. de Irregular. Toletus lib. 1. & 4. inſtruct. Sacerd. Coſmus Philiarch. de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. & alij quamplurimi.

DE NECESSITATE HVIVS SCIENTIAE pro Confeſſarijs habendæ.

CVM in omnibus negotijs, & operibus etiam artium mechanicarum valde neceſſaria ſit ſcientia, & cognitio rerum circa quas verſantur, ſine qua nihil rectè perfici,& ad finem debitum perduci valet, tum certè hoc confeſſarijs omnibus maximè neceſſarium eſt, quorum munus,quoad ea quæ ad mores pettinent, in his duobus præcipue verſatur, nimirum, vt humanos actus, ſeu peccati naturam, eiuſquę mededendi rationem plenè, ac perfectè intelligant. Sacerdotum namque, ſed præſertim confeſſariorum eſt, de peccatis multo altius,quam priuati homines poſſint, aut ſoleant, iudicare, & tanquam ex altiori ſpecula profundius ſingula perueſtigare, quæ ab inferioribus ſeu pęnitentibus fiunt. His enim ſatis erit, ſi vt debiles,& infirmi, dolores, ac morbos, & vulnerum loca indicare; Illis verò neceſſe eſt,vt tanquam iudices lepram a lepra, malum a bono, ſacrum a profano, pollutum a mundo diſcernant,& vt ſpirituales medici infirmitatum radices, & morborum cauſas inquirere, ac pro infirmis,ac infirmitatis ratione ac conditione medelam,& medicinam adhibere ſciant. Id quod luculenter vnico illo teſtimonio c. *Omnis utriuſque ſexus.* de pœniten.& remiſſ.(vt alia plurima breuitatis cauſa prætermittam)comprobatur, vbi Innocentius Papa III. in Cōcilio Lateranenſi,poſt alia multa, hęc habet verba: *Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, ut more periti medici, ſuperinfundat uinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumſtantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium,& cuiuſmodi remediū adhibere,diuerſis experimentis vtendo ad ſaluandum ægrotum.* In cuius rei figuram, Leuit. 10. *A uino,& omni eo quod inebriare poteſt abſtinere iubet Deus ſacerdotes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, ut habeant* (inquit) *ſcientiam diſcernendi inter ſanctum,& profanum,inter pollutum, & mundum,doceantque filios Iſrael omnia legitima Dei.* Et Malach. 2. dictum eſt; *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent,* vtique populi,& ſubditi *ex ore eius,quia Angelus Domini exercituum eſt.* Et Oſe. 4. dicitur; *Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam te,ne Sacerdotio fungaris mihi.* Et c. 6. De ſcientia ſacerdotum loquens Deus per prophetam,ait; *Scientiam Deo volo plus quam ſacrificium.* Quibus verbis, vt eruditè Petrus Sotus lect. 1. de inſtit. ſacerdotum,annotauit,ſcientiam non minus cōiunctam ſacerdotij gradui, quam ſit ipſa ſacrificij oblatio oſtendit,vt tolerabilius ſit ſacerdoti non ſacrificare,quam ſtudijs,ac ſcientiæ non intendere. Vt itaque hæc,vt dignum eſt, a Confeſſarijs, ac ſacerdotibus omnibus ſi non exactè, ex parte tamen cognoſci poſſint,poſt tractatum de conſcientia,de cauſis actuū noſtrorum,eorumque natura,& ratione, de paſſionibus animæ, de peccati eſſentia, & peccatorum mortalium,ac venialium diſcrimine,& differentia,ac demum de efficacitate,& obligatione legum in communi,in hoc ſecundo libro,quantum ad moralem omnium cognitionem ſatis eſt, breuiter agemus.

De actionibus humanis earumque cauſis, & principijs. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Actio humana quotuplex,& quæ operationes à Philoſopho morali tantummodum humanæ appellentur.*
2 *Operationum humanarum Principia duo, Intellectus, & Voluntas.*
3 *Intellectus qui eſt ſuprema potentia,tūm à Philoſophis, tum Theologis in ſpeculatiuum, & practicum diſtribuitur.*
4 *Voluntas quid ſit, & a quo dirigatur in agendo, & in quæ tendat tanquam principia immobilia, ſed per varia media.*
Iudicium intellectus practici quod S. Hierony. Baſil. & alij Syndereſin appellant, etiam in malis, & peruerſis hominibus inuiolatum permanet,& incorruptum, numero eodem
5 *Naturalis appetitus finis in voluntate,conſequitur practicum rationis actum, & circa finem propoſitum triplicem actum exercet.*
Ex quo operandi modo triplex hic actus appetitus,vt circa finem verſatur,appellatur Voluntas,Fruitio,Intentio, nu. eod.
6 *Quomodo inter ſe diſtinguantur,& quæ illorum officia.*
7 *Aliæ uoluntatis actiones enumerantur, vt uerſatur circa media.*
Intellectus practici prima operatio Conſilium; Voluntatis, Electio, & quid ſit, nu. eod.

HOmo animal rationale cum ſit, ac quaſi diuinum,(ad imaginem quippe,& ſimilitudinem Dei creatus eſt, iuxta illud Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*) quamuis beatitudinis capax ſit, eam tamen non niſi rectè, ac religiosè operando conſequi valet. Ad hoc autem, vt debito, ac humano modo actiones ſuas exerceat,potentiæ quædam a Deo Optimo Maximo homini propriæ datæ ſunt,a quibus actus humani fiunt,& procedunt. 1 Actio † autem humana duplex eſt, una, quantum ad ſubſtantiam operis, ſ. ea actio, quæ competit ſoli homini, qua a ceteris animantibus diſcernitur, quo ſenſu multæ actiones humanæ dicuntur,quæ verè liberę non ſunt, vt intellectio prima; nec non ſubiti motus uoluntatis, qui omnem uoluntatem anteuertunt. Alia uero actio humana eſt,quantum ad modū, quam uidelicet homo cum libertate, & deliberatione, & conſultatione exercet: Quarum duarum, licet priores non ſolum Phyſicus, ſed etiam Metaphyſicus humanas eſſe cenſet, nihilominus tamen poſteriores illas Philoſophus moralis operationes tātnmmodo humanas appellat: quandoquidem, his operationibus tantum,homo ſtudioſus,aut uitioſus,bonus, aut malus efficitur, landem,aut uituperium meretur, & demum beatitudinem, uel perpetuam damnationem

nem conſequitur. De quibus nos ſolum in præſentiarum agere ſtatuimus.

2 *a* a *Harum autem operationum duo ſunt principia*, Intellectus,& Voluntas,& quidem per intellectum maximè a ceteris animantibus diſtinguimur, & Angelis, ac ipſi Deo quodammodo appropinquamus; qui certè aliud non eſt, quam ſuprema quædam animæ noſtræ potentia, & facultas, ſeu lumen quoddam, quo illa a nobis cognoſci, & cogitari poſſunt, quæ ſenſus omnes, & captum reliquorum omnium animalium excedunt. Sicut enim ſenſibus exterioribus oculis, auribus, & ceteris corporeis animæ ſenſibus, & potentijs, commoda,& incommoda corporis, pulchritudinem,& deformitatem, dulcedinem, & amaritudinem, & alia huiuſmodi percipimus; ita etiam multo altiori,ſed omninò incorporea atque ſpirituali virtute,& potentia cogitamus, & agnoſcimus homines ſpiritualem honeſtatem,& turpitudinem vitiorum, ac virtutum.

3 *b* Hanc † potentiam tum Philoſophi, tum Theologi,in practicam,& ſpeculatiuam, b *In Rationem ſuperiorem, & inferiorem diuiſerunt*. Speculatiuam autem illam vocant,quæ ſolum contemplandis rebus intendit, quæ a nobis operandæ non ſunt, de qua ſcientiæ ſpeculatiuę diſputant Practicus vero is intellectus eſt, qui rebus a nobis agendis tantum intentus eſt,de quo Philoſophus moralis, necnon Theologi dum de virtutibus ac vitijs agunt,præcipuè tractare ſolent, quæ ſanè diuerſæ potentiæ non ſunt, ſed eiuſdem diuerſi actus,vt ex Philoſopho 3.de Anima,textu 49. S.Thomas p.1.q.79.arti.11. probat; ſicut etiam de ratione ſuperiori,& inferiori idem S. Thom.vbi ſupra art.9. ex S.Aug.lib.12.de Trinit.c.7.confirmat; Eſt autem ratio ſuperior pars illa, quæ æternis conſpiciendis, aut conſulendis intendit; Conſpiciendis quidem, ſecundum, quod ea in ſeipſis ſpeculatur, conſulendis vero,ſecundum,quod ex eis regulam agendorum accipit. Sunt enim æternæ quędam rationes,ſuperiores quidem omni intellectu,communes tamen omnibus quibus vita noſtra directa errare non poteſt, qualis hæc eſt,de qua Dominus Matth.7. *Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines,ita, & uos facite illis*. Ratio vero inferior eſt, quæ rationibus temporalibus, & corporeis intendit,ſicut cum cogitat,quid quieti corporis,& paci conducat,quid honeſtati, & famæ.

4 *c* Altera † potentia huic coniuncta, & germana eſt Voluntas,quæ aliud non eſt,c *Quam inclinatio, & propenſio quædam*,qua proſequimur,& tendimus interiori animo in bona, & conuenientia,quæ per rationem ſeu intellectum cognita ſunt. Cognitionem ſiquidem intellectiuam,neceſſe eſt, vt conſequatur potentia, & inclinatio, qua conuenientia naturæ bona amentur,& mala odio habeantur.

d d *Duo autem in agendo voluntas reſpicit,finem,ſcilicet,& media*,ſicut, & intellectus practicus,qui illam dirigit, vtrumque conſiderat,finem tanquam principium,& media tanquam concluſiones inde deductas. Vnde principia hæc, & fines,& actus circa ea, certa ſunt, ac natura indita rationi, & voluntati:media vero, & concluſiones, nec certa,& eadem ſunt,nec in ipſa eodem ſemper modo, & ratione tendimus,ſed variè ac diuerſimodè. Cum enim natura rationis, & voluntatis noſtræ mutabilis ſit,non ſolum in diuerſa,& contraria,ſed nonnunquã etiam in eadem obiecta vario ac diuerſo modo fertur. Quamuis igitur mutabilis ſit ratio, & voluntas noſtra, quia tamen a natura ſemper ita comparatum eſt,vt motus omnis ab immobili aliquo & certo principio incipiat,indita ſunt certa quædam principia rationi, & voluntati noſtræ atque fines, a quibus ad concluſiones,& media progreſſus fiat.

In ratione itaque practica certa ſunt,& immobilia principia,quæ rationes ſpirituales, & æternæ,& immutabiles appellari a Theologis ſolent. Sicut namque in intellectu ſpeculatiuo certa quædam principia natura indidit,quæ a Philoſophis *Axiomata*, *Maxima*, ſeu *Dignitates* dicuntur,quas nullus ſanæ mentis negare poteſt,vt ſunt hæc. *Totum maius eſt ſua parte; Nihil ſimul eſſe, & non eſſe poteſt:* ita etiam in intellectu practico certa quædam principia ſunt, quæ nihil aliud ſunt, quam de finibus, & actibus humanis certa quædam,& infallibilia iudicia,qualia ſunt. *Beatitudo appetenda eſt,ſapientiæ ſtudendum:iuſtè viuendum, uirtus amanda,uitium fugiendum*, & ſimilia; Quod iudicium intellectus practici S. Thom. in 1. par. q.79. art.13.ex S.Hieronymo, D.Baſilio, Damaſceno, & aliis,ſynderesim appellat, quod ſanè iudicium etiam in malis,& peruerſis hominibus inuiolatum,& incorruptum ſemper permanet.

5 *Ceterum*,cum vt dictum eſt,volũtas† coniuncta ſit rationi, practicum hunc rationis actum alius ſimilis actus in uoluntate conſequitur,naturalis,ſcilicet, appetitus finis,uelle eſſe beatum, uelle iuſtè uiuere, incorruptionem,& æternitatem appetere. Omnia enim illa quæ ratio,vt fines, & ut certa bona voluntati proponit,illa naturaliter uoluntas appetit, adeo, vt circa finem hunc uoluntas triplicem quaſi actum exerceat,ſi enim circa finem ſimpliciter nondum adeptum verſetur, appetitus hic finis,*Voluntas*,ſeu, *Velle*,appellatur,vt latius probat S.Thomas,1.2.q.8.art. 1.2.& 3.cuius hæc ratio eſt: ſi quidem ſolus ille actus ab ea potentia denominatur, a qua procedit, qui ſimplex eſt, & abſolute a potentia in obiectum tendit; ſicut hac de cauſa cognitio principiorum ſola vocari conſueuit, *Intellectus*, ſeu *Intelligentia*. Cum igitur ſolus actus voluntatis circa finem talis ſit, merito ſolus ille propriè *Voluntas*, ſeu *Velle*, appellatur; quæ *Voluntas*,ſeu *Velle*, non niſi circa bonum,aut uerum, aut apprehenſum,ſiue apparens eſſe poteſt. Id quod Ariſtoteles vſque adeo ſibi perſuaſit,ut inde tanquam ex quodam uniuerſali,& certiſſimo principio tractationem moralem exorſus ſit, libro primo Ethic. cap. 1.*Omnis*(inquit)*ars, & diſciplina itidem ac electio, bonum aliquod appetere videtur. Qua propter bene ueteres bonum eſſe dixerunt,quod omnia appetant*. Sin vero in fine iam habito quieſcat,actus ille voluntatis *Fruitio* dicitur, ex S. Thoma, 1.2.quæſt.11.art.1. Nam *frui dicimur, cum aſſecuti rem aliquam quam antea vt quoddam vltimum, expetiuimus in ea cum amore quodam conquieſcimus,& delectamur*, quæ duo conſiderare licet in fructu arboris, a quo recte S. Thom. vbi ſupra *fruitionem* nominari dicit. Fructus enim & eſt quidam vltimum, quod ex arbore expectatur, & etiam aliquid delectabile eſt. Quam *fruitionis* deſcriptionem ex S. Auguſt.lib.1.de Doctrina Chriſtiana,cap. 4.colligere licet, vbi ait: *Frui eſt alicui rei inhærere propter ſeipſam*,id eſt, tanquam cuidam vltimo,quod vt finis,propter ſe expetatur,& cap. 33. *Veriſimè*, inquit, *dicitur, frui eſſe cum delectatione vti. Cum enim adeſt quod diligitur, etiam delectationem ſecum neceſſe eſt gerat*,& lib.10.de Trinit.c.10.ait *Fruimur cognitis in quibus voluntas propter ſeipſa delectat ac conquieſcit*. Qua uero re proprie frui liceat, idem S. Auguſtinus

lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 5. docet his uerbis. *Res quibus fruendum eſt, ſunt Pater, & Filius, & Spiritusſanctus. Eadem tamen Trinitas quædam ſumma res eſt, communiſque omnibus fruentibus ea, ſi tamen res dici debet, & non rerum omnium cauſa, ſi tamen & cauſa. Non enim facile poteſt inueniri nomen quod tantæ excellentiæ conueniat, niſi, quod melius dicitur, Trinitas hæc vnus Deus*, Tertius uero actus, quid, ſcilicet, in finem per media tendit, *Intentio* dicitur, vt eruditè tradit S. Thom. 1. 2. q. 12. art. 1. ex quo loco in reſponſione ad primum, & quartum argumentum colligitur, quidnam propriè ſit *Intentio*. Eſt enim voluntatis actus circa finem ab intellectu propoſitum, ut proſequendum per aliqua media, id quod ex ipſius vocabuli notione colligi poteſt: nam tendentia in aliquid tanquam in terminum per media eſſe ſolet. Qui voluntatis actus, Matth. 6. *Oculus*, Metaphoricè dicitur, *Si oculus tuus*, id eſt, intentio, ex S. Auguſtino, lib. 4. contra Iulianum, cap. 3. & lib. 2. de ſermone Domini in monte, c. 21. *ſimplex fuerit*, &c. Sicut enim homo per oculos greſſus ſuos dirigit, ita per intentionem, & cognitionem finis, quæ ipſam antecedit, actiones ſuas dirigit.

6 Ex quibus omnibus conſtat, quomodo † inter ſe differant tres illi actus voluntatis, qui ſunt circa finem, nimirum *Voluntas* ſimplex, ſeu *Velle*, & *Fruitio*, & *Intentio*. Etenim *Voluntas* ſimplex eſt circa finem abſolutè conſideratum, vt bonum quoddam per ſe amabile, & appetibile. *Fruitio* autem, eſt circa finem, ut iam habitum. *Intentio* autem, eſt circa finem proſequendum, ſeu procurandum per aliqua media, ex Sancto Thoma 1. 2. quæſtione 12. artic. 1. ad quartum. Exempli cauſa. Qui deſiderat Epiſcopatum, non intendit illum, & qui habet epiſcopatum non intendit, ſed fruitur quodammodo illo, ſed is dicitur Epiſcopatum intendere, qui per certa, & ſtatuta media illum conſequi voluerit. Hi igitur ſunt primi actus in humanæ vitæ progreſſu circa finem.

7 Aliæ etiam actiones † ſunt rationis, & voluntatis circa media, dum enim voluntas efficaciter velit finem, mouet etiam rationem efficaci ſuo imperio ad conſultandum ſcilicet, & inquirendum quibus medijs ad eum peruenire poſſit, & cum plura ſint media, conſultare, & inquirere monet, quodnam horum mediorum conuenientius ſit ad talem finem conſequendum, vbi cum intellectus practicus, certum iudicium tulerit, quid faciendum ſit, (quod eſt concluſio conſilij, & cuiuſdam practici diſcurſus) hæc prima eius operatio eſt circa illa media, quā Philoſophi, & Theologi *Conſilium* vocant, vt latius, S. Thom. 1. 2. q. 14. art. 1. & ſeqq. oſtendit. Neque enim *Conſilium* in ſola illa inquiſitione conſiſtit, vt optimè Caietanus in locum S. Thomæ citatum annotauit, ſed etiam in ipſo iudicio, quo per rationem tandem concluditur, quid agendum ſit. Id quod Philoſophus 3. Ethic. 3. non obſcurè ſignificat, cum dicat, *Illum, qui conſultat; videri quærere, & reſoluere*. Cum enim in rebus agendis multa incertitudo inueniatur, (quia actiones ſunt circa contingentia ſingularia) nec in rebus dubijs, & incertis ratio iudicium ſine præcedente inquiſitione profert, merito ante iudicium de eligendis, neceſſaria eſt inquiſitio rationis, quæ *Conſilium* vocatur *Poſt* hanc intellectus practici, ſeu *Conſilij* actionem ſequitur in voluntate *Electio*, cum ſcilicet voluntas medium illud efficaciter vult, quod ratio conuenientius eſſe iudicauit. Tunc enim eligere nos conſtat, cum animaduerſis varijs medijs ad aliquē finē, iudicio rationis concludimus, vnum præ alijs eſſe amplectendū, atque adeo voluntate quoque illud præ alijs complectimur. Eſt igitur *Electio* appetitus conſulatiuus, hoc eſt, qui conſilium, & deliberationem intellectus ſequitur. Exempli gratia: Intellectus inquirit, conſultat, & deliberat, an cum Turcis bellum gerendum ſit, & variis rationibus hinc inde adductis, iudicat, & concludit tandem bellum eſſe indicendum. Id igitur quod conſilio, & deliberatione definitum eſt, uoluntas appetit, qui actus *Electio* nominatur. Et hæc de principijs actionum humanarum dixiſſe ſufficiat, quæ idcirco a nobis explicata ſunt, quod harum potentiarum (Intellectus, ſcilicet, & Voluntatis) cognitio, non parum ad rectè iudicandum de bono, & malo in moribus conducit, ut propterea hæc doctrinæ moralis principia præmittere uiſum ſit. reliqua uero, quæ longiori, & diligentiori inquiſitione indigent, a Philoſophis, & Theologis petenda ſunt, quæ cum huic noſtro inſtituto minus neceſſaria ſint, conſulto prętermittimus.

ADDITIONES.

a Harum autem operationum duo ſunt principia. *Ariſtoteles lib. 6. Ethic. cap. 2. in hanc ſententiam ſic eruditè, ut ſemper, & ſatis apertè*, Tria autem ſunt, quæ in anima actionis, ac veritatis dominium habēt, ſenſus intellectus, & appetitus: ſed ex his ſenſus nullius principium actionis eſt. Id quod ꝑſpicuū eſt ex eo, quod beſtiæ ſenſum cum habeant, actionis participes minime ſunt. *Vniuerſalius, quam noſtri, loquitur Philoſophus, cum inquit: appetitum non uoluntatem eſſe actionum principium; vt comprehēdat etiam appetitum ſenſitiuum, iraſcibilem, ſcilicet, & concupiſcibilem, qui illiuſmodi uim obtinet; præſertim; ſi dicto rationi ſit audiens: nam ſi ab ea deſciſcat, ſuaque vi, ſuoque ingenio feratur, non quæ homini, ſed potius, quæ brutis magis conueniat actionis videtur eſſe principium:* nam, *vt ait Interpres Græcus loco modo citato*, quando in ratione prędititis, quæ ſenſui iucunda videntur perſequitur appetitus, rationis iudicium tunc ceſſat; & qui natura eſt rationalis, quaſi ratione careat ita operatur, brutiſque ſimilis euadit; dum ſecundum ſenſum, quæ cognitio eſt irrationalis, vitam traducit: huiuſmodi ſunt glorioſi, auari, libidinoſi, ac voluptarij, qui ea dumtaxat, quæ percipere ſenſus queunt, appetere conſueuerunt; eorum nulla cura habita, quæ intellectu percipiuntur.

b In rationem ſuperiorem, & inferiorem diuiſerunt. *D. Auguſtinum authorem ſecuti. Quæ quidem diuiſio videtur eſſe perſimilis illi, qua Simplicius lib. 3. de anima context. 28. diſtribuit intellectum in ſuperiorem, ſiue perfectum, quem vocat ſummum, et in inferiorem atque imperfectum, quem appellat prouenientem, ſiue procedentem: vultque ſuperiorem verſari in contemplando ſolo vero; cui videlicet, ita nullum opponitur falſum. Inferiorem verò, atque imperfectum occupari in contemplando partim vero, et falſo; partim porrò (hic eſt actiuus) in bono, et malo, et ſanè actiuo quoque intellectui ſuam eſſe contemplationem ſignificat apertè Philoſophus, lib. 6. Ethic. cap. 2. dum ait, actiuæ, et cogitatiuæ eam veritatem eſſe, quæ appetitui recto cōſentanea ſit: et nos in Additionibus ad cap. . . . . lib. ſuperioris fuſius oſtendimus. Vim intellectus contemplatiui inferioris, atque imperfecti videntur vſurpare Theologi, quando agunt de intellectus ſpeculatiui errore, qui in actionibus humanis vſu venit ſæpe-*

numero: nam certe de ſpeculatiuo, perfecto, & ſummo non poſſunt hac in parte loqui: quandoquidem is ad actiones, & res contingentes ſeſe minime demittat; rebus æternis, ac neceſſarijs inſpiciendis totus intentus. Iam verò rationis ſuperioris a D. Auguſtino inductæ duæ ſunt partes, alteri, quæ ſolis æternis rebus conſpiciendis incumbit, ſummus intellectus cõtemplatiuus Simplicij, alteri verò parti, quæ eaſdem res ſempiternas conſulit, procedens, & inferior intellectus, ac demum inferiori D. Auguſtini rationi practicus intellectus videtur conferri poſſe. In medio diſtributionis membro aliquid diſcriminis: reliqua ſatis perſpicua, & ſibi inuicem reſpondentia: verum de his ſatis hoc in loco.

Porrò intellectus contemplatiuus eſt, qui conſiderat, quo pacto ſeſe habeāt entia. Ita Damaſcenus lib. 2. Orthod. fid. ca. 17. vel enucleatius, vt inquit Alexander Aphrod. lib. 1. de Anim. qui & æternarum, & eodem modo ſe habentium ſemper rerum cognitor eſt. Practicus verò intellectus dicitur ille, qui rebus agendis definit, ac determinat rectam rationem. Damaſc. At enim Alexan. ſic, Intellectus practicus eſt, qui propterea indiget conſilio, & deliberatione, vt ad id, quod melius eſt, inſtituto, atque electione tendat, quia res agendæ, in quibus verſatur aliter, atque aliter uidentur poſſe agi admodum explanate. Sed Damaſcenus magis expedite.

c Quam inclinatio, & propenſio quędam. *Intellectus noſter quædam forma eſt, & natura, vt inquit D. Thom. 1. par. q. 80. art. 1. ergo haud immerito peculiarem inclinationem, propenſionemque nactus fuit: ob hanc ipſam rationem, quam ibidem, Caetan. ſubtiliſſimam vocat. Id ſiquidem omnibus formis, & naturis congruit. Formam lapidis grauitas, & formam ignis leuitas comitatur, qua ſingula eò feruntur, vbi ſibi melius eſt eſſe, quam alibi: & proinde definitur ab Interprete Græco lib. 9. Ethicor. capit. 5. comm. 2. Appetitus rationalis, quod ſæpe repetit Damaſcen. lib. 2. Orthod. fid. cap. 22. prope medium, & de duab. Chriſti volunt: vbi multas alias profert voluntatis definitiones, ſiue adeo deſcriptiones, ex quibus maxime illa arridet, & huic loco apprime accommodata, Voluntas eſt imperatricis liber motus.*

d Duo autem in agendo voluntas reſpicit. *Si propriè, ac ſtricte loquamur, uoluntas ſolius finis eſt, electio autẽ mediorum. Quod diſſerte tradit Ariſt. lib. 3. Ethic. cap. 2. comm. 6. Vbi diſtinguit electionem a uoluntate ob hanc ipſam cauſſam: & præterea quia uoluntas eſt etiam eorum quæ eſſe, & fieri a nobis nequeunt; at uerò electio eorum dumtaxat, quæ ſunt in noſtra poteſtate ſita. Huc accedit, quod uoluntas potentia, electio autem quidam actus uidetur eſſe. Quamuis autem electio non ſit voluntas, tamen eodem Philoſopho ibidem Authore ad eam proxime accedit: tum quia vtraque in eadem rationali parte animi collocantur, tum quia voluntas eſt electionis pars; Et tum demum quia vulgò alterius nomen ad alteram accommodatur; vt inibi tradit Græcus Interpres. Alias differentias colligit Franc. Piccolom. Inſtitut. Moral. Grad. 2. cap. 22.*

De Voluntario, & Inuoluntario, quod in actionibus humanis reperitur.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Voluntarium quoad nominis notionem quid ſignificet in Sacra Scriptura, & quoad rem a Philoſopho quomodo definiatur.*

Inuoluntarium quid, vt plurimum præſupponit ignorantiam, & opponitur voluntario, in quo requiritur ſcientia, num eod.

2 *Voluntarium eſt aliquid directè, uel indirectè, & quomodo ſe habeant hæ ſpecies in humanis operationibus.*

3 *Vt omiſſio ſit uoluntaria, & homini ad culpam imputetur, quot conditiones ſint neceſſariæ.*

4 *A uiolenter ſtuprato pudicitia uere non tollitur, nec ad culpam imputatur, ſi conſenſus non accedat. Et quare. Omne quod fit per uiolentiam abſque poſitiuo conſenſu non ſtatim dicendum eſt inuoluntarium ſimpliciter, et quid ad illud requiratur. ibid.*

5 *Quod ex metu fit ſimpliciter uoluntarium, inuoluntariũ ſecundum quid; et quare.*

6 *Quando metus a peccato excuſet, aut contractum irritũ, et nullum reddat. nu. ſeq. 7. 8. 9. 10. et 12.*

11 *Omnes contractus excepto iuramento iure poſitiuo irritantur, quando fiunt ex metu cadente in uirum conſtantem.*

12 *Latro, qui a uiatore metu mortis centum aureos accepit, obligatus in conſcientia manet ad reſtituendum.*

13 *Concupiſcentiam non ſolum non cauſat inuoluntarium, ſed potius auget voluntarium, & conſequenter grauius peccat, qui ex maiori concupiſcentia peccat. Et quare.*

14 *Qualiter ſe habeat ignorantia ad actus humanos: quod fusè 5. nu. ſeqq. explicatur.*

15 *Ignorantia iuris, & facti qualis.*

16 *Ignorantia poſitiua, vel priuatiua.*

17 *Ignorantia Vincibilis, & Inuincibilis, & quid ſint.*

18 *Ignorantia antecedẽs, concomitans, & conſequens quid.*

19 *Antecedens quæ dici ſolet Inuincibilis, tollit voluntarium, concomitans non item, nec conſequens.*

20 *An, & quando id quod factum eſt ex ignorantia, ſit peccatum.*

21 *Concomitans quantum eſt ex ſe, nec excuſat, nec accuſat, ideſt; nec diminuit, nec auget peccatum.*

22 *Ignorantia conſequens, quando facit, ut peccatum ſit mortale, quando ueniale, & quare id fiat, oſtenditur.*

23 *Regula Caietani a Medina, & Greg. de Valentia approbata, quãdo quis timoratæ conſcientiæ ab omni peccato excuſetur.*

24 *Illa ſola circumſtantia in facto excuſatur, uel minuitur per ignorantiam, quæ ignoratur: non autem aliæ circumſtantiæ facti, quæ cognitæ ſunt. Exemplum.*

1 CVM ex † dictis certum ſit, Intellectum, & Voluntatem actionum humanarum principia eſſe, atque adeò voluntatem poſt finem, quem naturaliter tanquam bonum quoddam appetit, amat, & deſiderat, in media, iuxta rationis practicæ iudicium, liberè, & contingenter tendere, quid Voluntarium, & Inuoluntarium ſit, paucis explicandum eſt.

a *Et a quidem ſi nominis notionem ſpectemus, Voluntarium* id ſignificat, quod eſt vltroneum, & ſpontaneum; In qua ſignificatione vocem hanc Sacra etiam Scriptura non rarò vſurpat, ut Exod. 35. *Omnis voluntarius, & prono animo primitias offerat Domino*, & 1. Paralip. 28. dicitur, *Scito Deum, & ſerui ei corde perfecto, & animo uoluntario.* Et Pſal. 53. *Voluntariè ſacrificabo tibi, & Pſal. 118. Voluntaria oris beneplacita fac Domine.* & 1. Petr. 5. *Nõ turpis lucri gratia, ſed uoluntariè*, & alibi paſſim. Quo verò ad rem attinet, quamuis alij aliter definiant, Ariſtoteles tamen lib. 3. Ethic. c. 1. & lib. 1. Magnor. Moral. c. 11. & Greg. Nyſſenus (vel potius Nemſius) lib. 5. de Philoſophia, cap. 3. & Dama-

Demaſcenus lib.2.fidei Orthodoxæ,cap.24. quos ſecutus eſt S.Thom.1.2.q.6.art.1.voluntariũ definiunt eſſe id, quod fit ab intrinſeco principio cum cognitione finis,aut etiam aliarum circumſtantiarum, circa quas eſt ipſa operatio. Quę definitio ex ipſa rei natura deſumpta eſt; etenim cum voluntarium a uoluntate propriè dicatur, uoluntas uero principium internum ſit operationum noſtrarum cognitionem ſequens,rectè eo modo definitur, ut, & principium actionis,& agendi,& operandi modum exprimat. Et quidem per hoc,quod dicatur fieri ab intrinſeco principio cum cognitione finis, diſtinguitur uoluntariũ non ſolum a uiolento,& motu naturali, ſed etiam ab inuoluntario. Violentum enim eſt, quod procedit a principio extrinſeco, & in rebus ac moribus etiam brutorum,& inanimatorum reperitur; Nam lapis, quando in locum ſuperum funda, uel manu proijcitur,violenter mouetur,& quando a loco ſuperiori deorſum tendit,non ex cognitione, ſed ex inclinatione naturę, & pondere ſuo illuc fertur. Inuoluntarium autem dicitur illud, quod per uiolentiam fit, uel per ignorantiam,unde uoluntario inuoluntarium opponitur, cum, ut diximus, uoluntarium ſit ab interno principio,uiolentum autem,ſeu inuoluntarium ab externo; Etenim licet exteriora hominis membra cogi, & uiolentia quadam aſtringi poſſint, quo minus actiones ſuas exerceant,(ſicuti cum pedibus, & manibus ligatur quis,ut non poſſit progredi,uel operari,) uoluntati tamen in proprio ſuo actu uiolentia inferri non poteſt;neque enim uelle poſſumus, niſi uolentes,& a uoluntate propria acti. Rurſus in uoluntario requiritur ſcientia,& cognitio, at uerò ut plurimum inuoluntarium ignorantiam præſupponit, quamuis etiam nonnunquam ignorantia in uoluntatis actibus inuenitur,cum,ſcilicet, aliquid ideo uolumus, quia quid,aut quale ſit,ignoramus, ut cum Iacob ignorauit Liam eſſe pro Rachele ſibi ſuppoſitam. Actus igitur uoluntarius eſt,qui a uoluntate procedit, cum cognitione finis, ſiue id fiat ex recta ratione, ſiue ex
b libidine, ſiue ex animo, & libenter,b *ſiue ex metu, & triſtitia fiat*; ueluti cum mercator merces in mare proiicit, uoluntarie operatur, & eas proijcere uult, licet cum tritiſtia proiiciat.

2 Voluntarium † autē ita explicatum, in duas quaſi ſpecies diuiditur, quas etiam explicat S. Tho.1.2.q.6.art.3. *Vna* eſt ea, iuxta quam uoluntarium dicitur illud,cuius uoluntas poſitiuè cauſa eſt,ſeu efficit illud Atque hoc appellatur uoluntarium *Directè*, quia ſcilicet a uoluntate directè,ſicut ab agente procedit. *Altera* ſpecies uoluntarij eſt ea, ſecundum q̃ uoluntariũ dicitur id,quod eatenus a uoluntate procedit, quatenus uoluntas cum poſſet, & deberet illud impedire, non impediuit,ſed permiſit eſſe,aut fieri, unde meritò uoluntati aſcribitur. Quod uoluntarium *indirectè* dicitur,quia ſcilicet deſiſtit ab agendo,cum agere deberet. Et licet definitio uoluntarij aſſignata,de uoluntario propriè, & directè intelligenda ſit ſicut etiam id quod authores communiter tradunt, ſcilicet actus humanos eſſe uoluntarios, facilè tamen voluntario indirecte accomodari poteſt, quia ſcilicet cauſa aliqua ex parte voluntatis aſſignari poteſt cur homo nō impediuerit id,quod impedire potuit, & debuit, aut ſi nulla cauſa ſit,hoc ipſum non uelle, & non agere, cum tempus fuerit,uoluntarium planè eſt, ſiquidem poteſt uoluntas abſque omni cauſa non uelle, & non agere id,quod uelle,& agere potuit,& debuit. Quæ res maximè conſideranda eſt in actib. omiſſionis, qui propterea ad culpam imputantur,& peccatum,ut exinde conſtet huius rei cognitionem,ad materiam moralem maximè conducere.

3 Illud † autem ex S.Thoma in 1.2.q.6 art.3. & Caietano ibidem, quoad hanc materiam moralem diligenter animaduertendum eſt,nempè,quod ad hoc,vt aliqua omiſſio ſit uoluntaria, & homini ad culpam imputetur, tres conditiones ſunt neceſſariæ, vna, quod poſſim,ſecunda,quod tenear, tertia, quod non faciam,quarũ ſi aliqua deſit,effectus mihi non imputatur; Id quod exemplis declaratur. Si enim ſint duo homines in extrema neceſſitate conſtituti, & ego nō poſſum utrique ſubuenire,ſed uni tantummodo, unde neceſſum ſit alterum mori,illius hominis mors mihi uoluntaria non eſt, ideoque nec mihi ad culpam imputatur,cum in mea facultate poſitum non fuerit illum a morte liberare. Sic etiam ſi uideo duos gladijs ſe impetentes, quorum litem poſſum dirimere magno cum diſcrimine, non facio, hoc non eſt mihi uoluntarium, quia non teneor cum tanto periculo; erit tamen uoluntarium reſpectu Prætoris, qui ad id ex officio tenetur. Simili ratione, uideo hominem ex carcere fugientem, quem poteram detinere, non detineo,ea omiſſio non eſt mihi uoluntaria, quæ reſpectu cuſtodis carceris uoluntaria eſt,quia ad id ex officio tenebatur. Sit quartum exemplum; Eram in Eccleſia orans,& exiens inde non clauſi ianuam, ſubſecutum eſt furtum,omiſſio hæc,quæ reſpectu Sacriſtę eſſet voluntaria, mihi uoluntaria non eſt, neque ad culpam imputatur. Item ſi nauta, & alijs ludentibus, nauis ſubmergatur,tametſi quilibet illorum potuerit nauem gubernare, ſolus tamen nauta, cui nauis gubernatio commiſſa fuit, directè nauem ſubmerſiſſe cenſetur, eique ad culpam imputatur, quia ipſe ſolus non modo potuit, ſed etiam debuit eam gubernare.

Hinc inferuntur multa, quæ in materia morali ſicut quotidiana ſunt, ita etiam ſcitu neceſſaria ſunt, ut ſciamus, an in eis peccatum, nec ne committatur.

4 *Primo* enim infertur, † quam rectè 32.q.5.per totam dictum ſit, a uiolente ſtuprato pudicitiam uerè non tolli, nec ei ad culpam imputari, quoties uis ei infertur,nec conſenſus accedit. Vt enim ait Sanct. Auguſt.epiſt.122. *Tantum ualet in mente integritas caſtitatis,ut illa inuiolata,nec in corpore poſſit pudicitia violari,cuius membra potuerunt ſeparari*, & lib.1.ciuit.c.18. *Propoſito animi permanente,per quod etiam corpus ſanctificari meruit, ipſi corpori non aufert ſanctitatem uiolentia libidinis alienæ,quam ſeruat perſeuerantia ſuæ continentiæ*. Sic etiam ſi quis violentia abhibita manibus thus idolo offerret,a peccato excuſatur, cum ei nulla
c ratione oblatio illa uoluntaria ſit, c *Sicut Beata Lucia fertur* dixiſſe Paſchaſio, *Si inuitā me* (inquit) *feceris uiolari,caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Non enim inquinatur corpus,niſi de conſenſu mentis: nam ſi in manu mea thura ponis, & per manum eam ſacrificium facias, Deus nō attendit,quin, & deridet. De conſenſibus enim, & uoluntatibus indicat Deus. Ratio eſt:* quia peccatum adeo uoluntarium eſt, ut ſi uoluntarium nō eſſet, peccatum non eſſet,teſte S.Augſt. lib. de vera relig.c.14. quod autem uiolentum eſt,uoluntarium eſſe non poteſt,unde S. Thom.1.2.q.6.art.5.ex Damaſceno,lib.2.de fide orthodoxa,c.24.ex profeſſo docet,uiolentiā cauſare inuoluntarium, cum uiolentum a principio extrinſeco,

extrinſeco,voluntarium autem ab intrinſeco procedat,idemque tradit Nauar.in Manuali, in præludio, 6.num.3.

Ceterum, ut Barthol. Medina 1.2.q.6.art.5.ad 2. & Gregor. de Valentia tomo 2. diſput.2. quæſt. 1. puncto 3.in fine rectè annotarunt,non propterea ſtatim dicendum eſt eſſe inuoluntarium, per violentiã, id,quod quis patitur abſque poſitiuo conſenſu interiori,aut etiam cum uoluntate renitente per actum poſitiuum: Nam etiamſi quis non conſentiat, vel etiam voluntate renitatur,ſi tamen poſſet quoque; & deberet actu externo efficaciter reſiſtere, & non faceret, minimè eſſet id ſimpliciter inuoluntarium indirectè, quod proinde imputaretur ad culpam. Vt ſi puellæ, v. g. ſtuprum inferatur, non quidem conſentienti, aut etiam illibenti, ſi tamen non reſtitit, cum poterat,& debebat,voluntarium indirectè eſſet illi id ſtuprum;ſin vero non tenebatur clamare,neque exterius reſiſtere(nam inferebatur illi mors,ſi reſiſtebat) tunc quidem ſtuprum illud aut violentum,aut non voluntarium dicetur.Idemque dicendum eſt,ſi quis cogeretur ad ſacrificandum idolis,& non reſiſteret.

5 *Secundo* conſtat, † quid dicendum ſit de actibus ex metu factis; quamuis enim metus ex ſua ratione voluntarium minuat,hoc eſt, minus eſt voluntarium id quod ex metu fit,quam,quod fit ſine metu;nam,quod fit ex metu, verè non fieret,ſi non adeſſet metus; & propterea ſecundum quid inuoluntarium eſt,nihilominus tamen, quod ex metu fit, ſimpliciter voluntarium eſt,vt ex Ariſtotele lib.3.Ethic.c 1.ex Gregor. Nyſſeno,ſeu potius Nemeſio libro quinto, de Philoſophia, c.1. S. Thomas 1.2.q.6.art.6.oſtendit. *Ratio eſt*:quia, quod ex metu fit, conſideratis omnibus circumſtantijs voluntarium eſt, & ſolum volitum eſt, ab aliqua circumſtantia abſtrahitur, actiones autem humanæ ſingulares ſunt,taleſque ſimpliciter iudicandæ, quales ſunt omnibus circunſtantijs particularibus conſideratis. Exemplum huius eſſe poteſt in eo, qui merces ob metum mortis in mare proijcit, hic enim licet ſi periculum mortis non eſſet, merces in mare non proijceret, dum tamen omnes circumſtantias conſiderat, ut maius malum, & mortem euitet, merces in mare proijcere vult. Actus igitur ex metu factus humanus eſt,& voluntarius, & proinde meritorius,aut demeritorius eſſe poteſt.

6 *Ceterum*, † vt ſciatur, quando metus a peccato excuſet,aut contractum irritum,& nullum reddat,ſciẽdum
d eſt,*Metum alium eſſe leuem,alium grauem*, d leuis eſt, quo perturbatur homo meticuloſus, & inconſtans: Graus, qui & in virum conſtantem cadere dicitur, is eſt, quando quis eligit minus malum, ad vitandum maius,vt cum quis,vt mortem euadat,aliquid facit. Rurſus id quod ex metu fit,vel eſt intrinſecè malum,aut ideo eſt malum, quia vel iure humano, uel naturali, vel diuino prohibitum eſt; quibus potius aſſignari poſſunt hæ regulæ ex Barthol. Medina in 1.2.q.6 art.6. Gregor. de Valentia, tomo 2. diſput.2.q.1. puncto 4. & alijs ad dijudicãdos uarios caſus patriculares,& dubios,cum ex metu aliquid fic.

7 *Prima Regula.* Metus † leuis, nec a peccato excuſat quamuis aliquando illud minuat,ut cum quis mentitur
e ad bona,vel vitam ſaluãdam, e *nec contractum irritat exinde conſequentem.*

8 *Secunda Regula.* f *Quæ † ſunt intrinſecè mala,vt mendacium*,
f adulterium, homicidium innocentis, Parricidium,blaſphemia, & ſimilia, quocumque metu fiant,ſine peccato fieri non poſſunt. *Ratio* huius regulę eſt:quia ea,quæ fiunt ex metu, ſimpliciter ſunt voluntaria,vt dictum eſt, & res, quæ fiunt, intrinſece mala ſunt,ut proinde ex nullo metu cohoneſtari poſſint.

9 *Tertia Regula*. Quæ † ex metu cadente in uirum coſtantem fiunt non imputantur ad culpam, quoties ius,quod uiolatur ex metu,non obligat cum diſcrimine tanti mali,quantum ex obſeruatione timetur. Et licet non ſolum Deus, ſed etiam homo obligare poſſit ad legis ſuæ obſeruantiam,etiam cum periculo, & diſcrimine uitæ, nihilominus tamen exceptis certis caſibus cum tanto periculo homines obligare noluit; unde qui ex metu mortis eas violaret a peccato excuſaretur,vt dicemus infra in materia de legibus,earumque obligatione. Hinc Dauid licet panes propoſitionis comederit, quos ſoli ſacerdotes licitè comedere poterant, excuſatur tamen a peccato propter famis neceſſitatem. 1. Reg.21.& Matth.11. vbi etiam Chriſtus factum illud approbat. Et Mattathiæ ob vitæ commune periculum licuit pugnare in Sabbato, 1. Machab.2.cuius factum ideo excuſatur a S. Thoma, 1.2. q.100. art.8. ad ultimum. Eidem a fortiori dicendum eſt de lege humana, quod communiter cum tanto periculo ad ſui obſeruantiam non obliget.

10 *Quarta Regula* quoad † contractus, ſeu pacta, quoties,pacta,& contractus ex metu cadẽte in virum cõſtantem
g celebrantur,g *etiamſi de iure naturæ obligatorij ſint*,& ualidi;iure tamen poſitiuo irritantur, quoties tali metu facti ſunt, ut cum extorquetur conſenſus per iniuriam, & metu mortis, aut grauis damni. Ratio pro priori parte eſt, quia huiuſmodi contractus etiam ex metu in cadentẽ uirũ conſtantem facti, etſi ſecundũ quid inuolũtarij,ſimpliciter tamen uolũtarij ſunt, omnis autem promiſſio uoluntaria ad ſui obſeruationem obligat. Vnde iuramentum factum latroni ex metu mortis, ualet, & ratum eſt corã Deo ut definit Clemens III.in *c. Ad aures, de ijs, quæ vi metuſue cauſa fiunt*, quod etiam decreuit Innocent. III. in *c. Cum dilectus, titulo eod.* & idem habetur in *c. ſi verò, de iureiurando*, ubi Alexander Papa II. affirmat *iuramentum per metum extortum ſeruandum eſſe, niſi tale ſit, quod ſeruatum vergeret in interitum ſalutis æternę.* Quod etiam docent S. Thomas,2.2 q.89.art.7.ad 3. Alexand. de Ales parte 3.q.31. membro 3. art.4.§.2. Durandus, 3.diſt.39.q.2. Richardus eadem diſt q.2. Gabriel eadem diſt.q.1.art.2.conclu 8.Sylueſt.uerbo iuramentum, 4. num. 7.verſiculo primo; Caietanus. 2.2.quæſt.89. artic.7.in reſpon. ad tertium, dubio 1. in fine.Sotus lib.8.de iuſtitia, quęſt.1.art.7. Michael Salon, 2.2. quæſtione 89. articul.7. Bartholomæus Medina 1. 2. quæſtione 6. articulo 6. Gregorius de Valentia, tomo 3. diſputat.6.quæſtione 7. puncto 4. & alij communiter. Sic etiam, & vota, quæ fiunt tempore naufragij, valida ſunt, & firma, ex conſenſu omnium DD. Et Matrimonium ualidum cenſetur, quando quis graui metu infirmitatis perteritus ducit uxorem, quam habuit in concubinam.

Dixi autem *irritari iure poſitiuo*,quia, ut notat Medina
1 ubi ſupra, prædicti † omnes contractus (excipio iuramentum, quod propter ſanctitatem iuramenti ſemper obſeruandum eſt,quando eſt de re licita) iure poſitiuo irritantur, quando fiunt ex metu cadente in uirum conſtantem. Sic enim matrimonium ex tali metu contractum ab Alexandro Papa III. in cap.

cum locum,& c.veniens, 2. & ab Honorio Papa III.in *cap.conſultationi,de ſponſalibus, et Matrimonijs*, irritatur,vt Medina vbi ſupra,Caiet. 1.2.q.6.ar.3.Richard. loco citato.Nauar.in Manuali, prælud.6. num.5. & Greg. de Valentia,tomo 2.diſput.2.q.1.puncto 4.notant. Quia,vt ait Caietanus,Eccleſia vult, quod non ſolum matrimonium ſit voluntarium,ſed plene volũtarium. Eodemque modo votum ſolenne religionis, graui metu factum,non valet, vt Alexander III.in *c.* 1.*De ijs quæ vi,metuſue,cauſa fiunt*,decreuit,& Nauar. & Medina locis proxime citatis affirmant. Et iuramẽtum factum per metum de rebus eccleſiæ tradendis, vel non repetendis,non tenet.15.*q.6.c.*1.& ibi gl. in verb. *per metum*. *& c.Peruenit*,1. & ibi gloſſ.in verſ. *Poſſe conſtringi*,de iureiurando, & gloſ.in capit. Abbas, in verbo,*coactus*. De ijs quæ vi,metuſue cauſa fiũt. Richard.vbi ſupra. Quia etiamſi ſponte prælatus res eccleſiæ traderet,non tenet traditio ſine ſolennitate, de qua cauetur 12. *q.2.c.ſine exceptione*, ergo multo minus tenet traditio de rebus eccleſiæ facta per metum,nec iuramentum ſuper hoc factum,quia ſi nõ tenet principale,nec acceſſorium,argum.cap.ſi diligenti,de foro compet,& C.de legib.l. Non dubium. Et quia iuramentum non tenet,quod ſeruari non poſſit ſine periculo animæ,*cap.ſi uero.de iureiurando*, prout in præſenti caſu contingeret. Item & dos promiſſa per metum vel ſoluta,non tenet,quia ſi,vt dictum eſt, matrimonium metu factum non tenet, nec dos, cum ſit acceſſoria ad illud, ff. eod.l. ſi mulier, §.ſi dos, vbi dicitur; *Quod ſi dos per metum promittatur,non naſcitur obligatio.* Deinde non tenet iuriſdictio per metum extorta,ff.de iud.l.2.reſp.1. Sed neque authoritas tutoris per metum extorta valet.ff.de authorit.tutor.l.1. §.ultimo. Hinc ſunt uerſus illi, quos refert gloſſa in dicto capitulo,Abbas.

Tutor,Iudicium,dos,ſacrum,copula,votum,
Hæc ſex ui facta de iure ſcias fore nulla,
Cetera ius patitur,ſed poſtea reſtituentur.

h *Vbi,vt conſtat* h *tres cõtractus iure* Canonico,& totidem ex iure Ciuili, ob metum in uirum conſtantem cadentem annullantur, de quibus plura legi poſſunt apud Gloſſam,in c. Abbas.ubi ſupra.

12 *Quinta Regula*. Quoties † dubium eſt,an actio aliqua non obſtante tali metu uoluntaria ſimpliciter ſit,nec ne,& per conſequens an ualeat,uel non, diligẽter conſiderari debet factum ob metum commiſſum, ſeu contractum ex metu initum. An ſcilicet ſolum fuerit factum uoluntarie,ſimpliciter,& ualide; non obſtante metu: ſæpe enim contingit,ut id quod uidetur factum & intentum eſſe ex metu,nullo modo ſit factum,aut intentum,ſed tantummodo aliquid aliud, & quod cum eo ſolet eſſe coniunctum. Exempli cauſa, i *Dat* i *viator* latroni centum aureos mortis metu,nõ cenſetur uiator ille uelle transferre a ſe dominium illorum centum in latronem, ſed ſolum exterius uelle ei exhibere centum illos aureos,ſiquidem id ſatis fuit ad euitandam mortem. Et ideo latro ille manet obligatus in conſcientia ut eidem centum illos aureos reſtituat.ut Sotus libro 8.de iuſtitia,q.1.art.7. & Greg. de Valentia, tomo 2.diſp.2.q.1.puncto 4.in fine annotarunt. Et idem in alijs ſimilibus caſibus iudicium eſt faciendum.

13 *Tertio* infertur,† *veram* k *eſſe doctrinam San.Thomæ* K 1.2.*quæſt.ſexta, art. ſeptimo,receptam* Nauar. in Manuali prælud.6.num.7.& alijs, Concupiſcentiam nõ ſolum non cauſare inuoluntarium,ſed potius uoluntarium augere,cui conſequẽs eſt,eum,qui peccat ex maiori concupiſcentia, grauius peccare. Qua de cauſa Scriptura Diuina paſſim actiones malas ex cupiditate profectas,reprehendit,ut Eccleſiaſtici 18.*Poſt concupiſcẽtias tuas non eas,et a uoluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius,faciet te in gaudium inimicis tuis*. Et Ro.6.*Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore,ut obediatis concupiſcentijs eius*. Et clarius Iacobi c.1.*Vnuſquiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus,et illectus.Deinde,concupiſcentia cũ cõceperit, parit peccatum.Ratio huius eſt*, ſiquidem voluntarium eſt,quod procedit ex inclinatione volũtatis, & magis volũtarium eſt id, in quod volũtas magis inclinatur: ſed concupiſcentia conſequens voluntatẽ facit,quod voluntas magis inclinetur in rem deſideratam, vt experientia conſtat: habet enim concupiſcentia pro officio facere, vt obiectum in quod voluntas fertur, magis pulchrum, magis iucundum, magis conueniens, magiſque deſiderabile,ac proſequendum appareat, iuxta illud Philoſophi lib.3.Eth.capite 4.*Qualis vnuſquiſq; eſt,talis ei finis uidetur*. Sicut v.g. auaro bonum conueniens,& iucundum videtur pecunia,& libidinoſo voluptas; ideoque voluntatem magis accendit. Impediente namque concupiſcentia, intellectus maiori quadam vi proponit voluntati ſequẽdum id, ad quod appetitus ſenſitiuus afficitur, & proinde voluntas illud intenſius appetit.

14 *Quarto* infertur,qualiter † ſe habeat ignorantia ad actus humanos,de qua re tractat S.Thomas, 1.2. q.6. art.8.Quia vero materia hæc ſatis frequens eſt,& ſcitu neceſſaria,ad faciliorem eius intelligentiam explicandæ ſunt quædam diuiſiones ignorantiæ, quæ ad materiam moralem plurimum conducunt.

15 *Prima eſt:* Ignorãtia † alia eſt *Iuris*,alia *Facti*. Ignol rantia *Iuris,quam* l *Ariſtot.lib.3.Ethic. capite* 1. *uocat* ignorantiã *Uniuerſalis*,eſt ea,qua ignoratur quid agẽdum ſit ex iuris præſcripto,ſiue ius illud ſit Naturale, ſiue Diuinum,ſiue Humanum. Ignorantia *Facti*, quæ ab Ariſtotele vbi ſupra,ignorantia *Particularium* appellatur,eſt,quando cum ſcientia iuris,ignoratur circumſtantia aliqua particularis,in qua conſiſtit actio, & ratione cuius actio illa ſit ꝓhibita,vt verbi gratia; ſi lex aliqua ſit de exportandis equis e regno,qui legẽ ignorans equum exportaret,ex ignorantia legis illud feciſſe dicitur. Qui vero ſcit legem Diuinam eſſe de non accedendo ad non ſuam,& tamen ex ignorantia, & deceptione,ad non ſuam accederet, ignorantiam facti habere cenſetur,vt patet in Iacob, qui non ignorabat legem,non accedendum eſſe ad non ſuam, ſed ignorabat circumſtantiam, an ne Lia eſſet ſua, quæ pro Rachele ſuppoſita fuit.

16 *Secunda eſt:* Ignorantia † alia eſt *Poſitiua*,quæ ſcilicet habet errorem poſitiuum; alia eſt *Priuatiua*, cum quis non ſcit,quod ſcire tenetur.

17 *Tertia eſt:* Ignorãtia † alia eſt *Vincibilis*,alia *Inuincibilis*.*Vincibilis* eſt,quã adhibẽdo diligẽtiam debitã, & quã homines ſui ſtatus,& conditionis adhibere ſolẽt,vincere poſſumus.*Inuincibilis* eſt,quã quis adhibẽdo omnem diligentiã,quam adhibere tenetur ad ſciẽdum,vincere non poteſt,qualis fuit in Iacob, quando fuit ei Lia pro Rachele ſuppoſita. Siquidem potuiſſet Iacob illam lucerna adhibita cognoſcere non eſſe ſuã, ſed quia non conſueuit fieri,dicitur non potuiſſe, vel ſaltem nõ debuiſſe cognoſcere, vnde ignorantia eius inuincibilis fuiſſe dicitur.

18 *Quarta eſt*: Ignorantia † alia eſt *Antecedens*, alia

Concomitans,alia *Conſequens*. *Antecedens* eſt illa,quæ uel vi præuenit omnem voluntatem, & cauſa eſt cur voluntas aliquid velit,& quæ nullo modo eſt volita, aut cauſata a voluntate:cuius rei ſignum eſt, quia ſublata hac ignorātia,diſplicet factum,& ita nullo modo voluntaria eſt talis ignorantia,vnde talis ignorantia tantum abeſt,vt cauſet voluntarium,vt potius inuoluntarium ſimpliciter cauſet: vt cum aliquis homo ignorat aliquam circumſtantiam actus , quam non tenebatur ſcire,& ex hoc aliquid agit,quod non faceret ſi ſciret,puta cum aliquis diligentia adhibita neſciens aliquem trāſire per viam,proijcit ſagittam, qua interficit tranſeuntem. Et talis etiam ignorantia fuit in Iacob. *Concomitans* eſt illa,quæ neque a voluntate cauſata eſt,nec eſt cauſa, vt voluntas aliquid velit,aut agat,ſed eſt per accidens coniuncta cum illa actione; vt ſi quis maximè cupiens occidere inimicū vbicunque inuenerit, poſtea vero venationi operam dans,adhibita omni diligentia , putans ſe occidere feram,interficit inimicum,talis ignorantia non facit inuoluntarium,vt docet Ariſto.lib.3.Ethic.c.1.quia non cauſat aliquid,quod ſit uoluntati eius repugnans contrariè,quandoquidem adueniente ſcientia facti, non pœnitet facti,ſed placet factum, & illum occiſurus fuiſſet,ſi cognouiſſet; ſed neq; facit voluntariū, quia non poteſt eſſe actu volitum , quod non eſt cognitum. *Conſequens* eſt ea,quæ licet factum antecedat conſequitur tamen actum voluntatis,& aliquo modo eſt cauſata a voluntate,& talis cauſat uoluntarium. Quæ ignorantia uoluntaria eſſe poteſt duobus modis; vno modo *Directè*, alio modo *Indirectè*. *Directè*, quando actus voluntatis fertur in ignorantiam, vt cū aliquis ignorare vult; vel ut excuſationem peccati habeat,uel ut non retrahatur a peccato,ſecundum illud Iob.21. *Qui dixerunt Deo,recede a nobis , & ſcientiam viarum tuarum nolumus*.& Pſal.35. *Noluit intelligere,vt benè ageret*,& hęc ignorantia ſiue illa iuris ſit, ſiue facti,dicitur *Affectata*. *Indirectè* uoluntaria eſt, quando quis poteſt,& debet aliquid ſcire,uel conſiderare,& non ſcit,uel conſiderat;& eſt ignorantia malæ electionis; Quæ interdum oritur ex aliqua paſſione,uel habitu non omninò ligante rationem interdū uerò ex negligentia , cum quis non curat acquirere notitiam,quam debet habere, quæ negligentia,ſi grauis ſit,dicitur ignoratia craſſa,ſi leuis,dicitur ignorātia leuis,prout uox ipſa denotat.

19 Ex his tribus prima,id † eſt,*Antecedens*,(ſic dicta, quia antecedit liberam uoluntatis poteſtatem neque in illam ullo modo cadit) neque directè,aut indirectè uolita eſt,& tollit uoluntarium,quia nihil poteſt eſſe uolitum,niſi cognitum,dicique ſolet *Inuincibilis*. Secunda uero,id eſt,Concomitans,licet conſtituat illud formaliter inuoluntarium ,quia uerè non eſt cognitum, non tamen tollit omnino uoluntarium, aut cauſat inuoluntarium , cum ignorantia hæc non ſit cauſa facti,nam etiam ſi non adeſſet ignorantia,idipſum uellet,& cuperet. Id qđ Philoſophus lib.3. Eth. capit.primo,docuit,ita ſcribens: *Qui cum ex ignoratione quippiam egerit;factum minimè ægrè fert,is ſanè neque ſpontè egit id,quod ignorauit,neque inuitus,cum non doleat*. Tertia autem, id eſt , *Conſequens*, uoluntarium non tollit,ſed uoluntaria eſt directè, aut indirectè, ut dictum eſt,quæ ſicut ipſa culpabilis eſt,ita etiam ea quæ ex eius ignorantia procedunt uoluntaria ſunt,& peccata. Hinc Leuit.5.dicitur: *Anima ſi peccauerit per ignorantiam,feceritque vnum ex ijs quæ Domini lege prohibentur, et peccati rea intellexit iniquitatem ſuā offeret arietem immaculatum,etc.*& Pſal.24. *Delicta iuuentutis meæ,et ignorantias meas ne memineris*, & alibi paſſim,ut Epheſ.quarto. Ceterum,ut quæ de ignorantia hac dicta ſunt,ad materiam moralem applicētur,& ſciatur an,& quando id,quod factū eſt ex ignorantia,peccatum ſit,aut excuſetur omninò , aut ſaltē minuatur, quamuis de hac re latius agemus, cum de peccato tractabimus,nunc tamen pauca ex Caietano 1.2.q.6.art.8.Barth.Medina ibidem artic. 8. Nauar. in Manuali,præludio 6.nu.8.Greg.de Val.to.2.diſp. 2.q.1.pun.6. & alijs annotabimus.

20 *Primo* enim † certum eſt ignorantiam *Antecedentem* totaliter excuſare a peccato, quia peccatum non eſt niſi uoluntarium ſit; ignorantia autem hæc tollit omninò uoluntarium,ut diximus.& deinde nec ſciri potuit,nec debuit circumſtantia illa,ut ſupponimus.

21 *Secundo*, Ignorantia † *Concomitans*, id eſt, qua non obſtante nihilominus peccatum committeretur , ſi ſcientia adeſſet,quantum eſt ex ſe,nec peccatum eſt, nec excuſat,nec accuſat,ideſt nec diminuit,nec auget peccatum,ut ait S.Thom.1.2.q.76.artic.3.& 4.Vnde omninò ſe habet per accidens, & impertinenter reſpectu illius actus,qui fit.Qua uerò ratione uerum ſit quod docent authores,opus cum ignorātia hac commiſſum aliquando excuſari totaliter a peccato, ſcilicet, ſi inuincibilis adſit ignorantia , & minui ſi adſit uincibilis,(ut uerbi gratia) ſi is,qui interficit inimicum,putans ſe interficere ceruum , omnem debitam diligentiam adhibuit,ne hominem interficeret,occidendo inimicum excuſatur a peccato,ſin autem facilè potuerit aduertere eſſe hominem, in tali caſu,quia potuit,& debuit abſtinere ab illo homicidio,homicidium illi ad culpam imputabitur,minuitur tamen ex tali ignorantia:quandoquidem peccatum minus uoluntarium eſt,quando actu non cognoſcitur,latius in capite 10.explicabimus.

22 *Tertio*, Ignorantia † *Conſequens*,ſi ſit uoluntaria directè,puta,ſi ſit affectata,aut craſſa, ſeu ſupina, & quam quis facillimo negotio uincere potuit,nunquā excuſat a peccato, neque eoſque minuit peccatum, ut quod alioqui fuiſſet mortale, ſit propter ipſam ueniale. Sin uero ſit uoluntaria indirecte,non tamē grauis interueniat negligentia in cognoſcendo,(hæc.n. eadem eſt ferè cum uoluntaria directè) ſed leuis, & quæ difficile uinci potuit,tunc aliquando cauſa eſſe poteſt,ut peccatum quod alias fuiſſet mortale , propter ipſam ueniale reddatur. Sicut enim materiæ quātitas pertinet ad actum humanum,& tamen aliquando eo uſque minuit grauitatem peccati,ut quod alioqui fuiſſet mortale,ſit tantummodo ueniale : ita etiā conditio, & ratio uoluntarij,quæ non minus ad actū humanum pertinet,quam materiæ quantitas,eo vſq; aliquando peccati grauitatem minuere poterit , ut propter talem ignorantiam, quæ uoluntarium indirectè tantum facit,ueniale tantum ſit, concurrentib. ſimul alijs etiam circumſtantijs quæ minuunt . In qua re opus eſt prudentia,& iudicio,ut ſciatur, quando talis ignorantia leuis ſit , & an ceteræ omnes circunſtantiæ diminuentes ſimul concurrant.

23 *Quarto*, Cum circa † factum particulare , eiuſque circunſtantias facilè contingere poſſit ignorantia,& inaduertentia inuincibilis humano ſtudio, dat Caietanus hanc regulam a Medina, Gregorio de Valentia , & alijs ubi ſupra communiter approbatam ſcilicet.

Quod ſi quis alioqui timoratæ cõſcientiæ ſit,firmũq; propoſitum habeat nullo modo peccandi mortaliter,& debitam adhibuerit diligentiam ad ſciendum, quæ tenetur ſcire,aut facere, quæ facere debet,ſi fortè fortuna ex obliuione, quam ſimpliciter loquendo poterat uincere,aliquid cõſulit,aut committit, quod uidetur eſſe peccatum mortale, ab omni peccato excuſatur,ut v.g.ſi quis ſciens contractum talem ſapere vſuram,& nihilominus non recolens actualiter eius, quod habitualiter ſcit,talem contractum facit, aut cõſuluit,non peccat mortaliter. Et ſimiliter ſciens Petrum denunciatum eſſe excommunicatum, & tamen communicans cum eo in diuinis, ex hoc, quod non actualiter ſibi occurrit hunc eſſe excommunicatum, excuſatur a mortali. Quilibet enim in ſeipſo experitur non eſſe in poteſtate ſua actualiter meminiſſe ſemper,vel habere ad manum uſum ſcientiæ eorum, quæ habitualiter cognoſcit;Vnde inconſideratio hæc, cũ non ſit cõcomitans, nec conſequens,quia non eſt omnino in poteſtate noſtra, referenda eſt ad ignorantiã antecedentem,& inuoluntariam.ac inuincibilem.Siq̃dẽ,ſi moraliter loquẽdo ignorãtia & inaduertentia eiuſmodi uincibilis fuiſſet,qui bona,& timorata alioqui conſcientia ſunt, communiter illam viciſſent. Quare ſi non uicerunt,ſignum eſt,ut plurimum, eam fuiſſe inuincibilem, ac per hoc ut notat Caietanus in dicto art.8.non ſolum excuſat a peccato, ſed etiam a cenſuris conſequentibus culpam. Quæ doctrina alijs caſibus applicanda eſt, & diligenter aduertenda pro conſolatione, & tranquillitate bonarum mentium', ibi culpam timentium,ubi non reperitur. Sola difficultas eſſe poteſt, quomodo poſt factum cognoſcatur,an potuerit aduertere, & ex negligentia ſua non aduerterit? Cui Reſpondetur cum Medina ubi ſupra, nõ poſſe id alio modo ſciri niſi ex hoc, an ipſe habeat uere uolnntatem,& propoſitum firmum non peccandi mortaliter, & examinando res, circa quas operatur,& adhibendo diligentiam,quam communiter adhibendo non ſolet errare:nam ſi hæc ita ſe habẽt, tollendus eſt omnino ſcrupulus,& conſcientia ſedanda.

24 *Quinto*, Illa † ſola circumſtantia in facto excuſatur, uel minuitur per ignorantiam,quæ ignoratur, nõ autem aliæ circumſtantiæ facti, quæ cognitæ ſunt, ut u.g.Si quis nocte hominem occidit, quem ignorauit eſſe clericum,bene tamen nouit eſſe hominem,ignorantia hęc licet excuſet a ſacrilegio,non tamen ab homicidio,immo nec homicidij peccatum exinde minuitur; cum reſpectu homicidij, nulla interuenerit ignorantia. Deinde etiamſi non ſolum ignorauit eſſe clericum,ſed etiam hominem fuiſſe,ſi tamen homicidium ignoratum fuerit vincibiliter, ſiue conſequenter,ſacrilegium vero inuincibiliter,ſiue antecedẽter; tunc quidem ſacrilegium omnino excuſabitur, homicidium autem non item, quamuis eius prauitas erit minor,quam ſi ſcienter commiſſum fuiſſet. Et hæc de ignorantia quatenus ſpectat ad voluntarium, & actus humanos,dixiſſe ſatis ſit,plura enim inferius de ea agemus,cum de peccatis diſputabimus.

ADDITIONES.

a Et quidem ſi nominis notionem ſpectemus. *Ignoratio germanæ notionis horum vocabulorum, Voluntarium, & Inuoluntarium, haud leuem inter Latinos & ipſius ſignificationis, & fortaße multarum quæſtionum uidetur confuſionem peperiſſe. Sed nimirum ἑκούσιον & ἀκούσιον quorum ſuperius plenique Latinorum uolunt eſſe uoluntarium, poſterius autem Inuoluntarim; neutrum uno uocabulo Latine reddi poteſt. Peritiores ἑκούσιον duabus his uocib. exprimunt; ſponte factum, aut ſponte ſuſceptum totidem ἀκούσιον inuite factum, aut inuite ſuſceptum. Adiũguntq. ex Ariſtotele medium inter utrumq. poſitum, οὐχ ἑκούσιον quod eſt non ſponte factum. & diſcriminant ab eo, quod dicitur inuite factum; cui uidetur eſſe maxime ſimile, atq: affine, quia qui inuite facit, eum feciſſe pænitet, qui non ſponte, non item. conueniunt autem in eo, quatenus uterque agit per inſcientiã. Franciſc. Piccolom. Grad. 2. citat. cap. 12.*

b Siue ex metu,& triſtitia fiat. *Hæ paſſim uulgo ſolent appellari mixtæ actiones, & ſpontaneæ, ſeu ſponte factæ pro tunc, & inuoluntariæ ſecundum quid; abſolute autem uoluntariæ. Author paulo poſt. mixtæ quidem, quia partim ſponte, partim inuite fieri, atq. exerceri dicuntur. Inuite ſane propterea ꝙ nauta. u.g. fert permoleſte in tempeſtate merces in mare proijcere. ſponte uerò quoniam illud tamen faciendum ſtatuit, atq; eligit maioris boni aſſequendi gratia, quod eſt nauis & uitæ conſeruatio. ac propterea cũ huiuſcemodi actiones dicuntur mixtæ, ſiue adeo medię: attamen magis ſponte, quam inuite factę cenſendę. Primum ratione finis, quod eſt illud pręſtantius bonũ, optatum, pręelectum & à quo actio uim, & denominationem potiſſimum haurit. Deinde merito principij, quod eſt conſultatio recta, & pręelectio ad eam accomodata. Pręterea nomine inſtrumentorum, quę tunc temporis in agente minime impedita ſupponuntur. Poſtremo quia abeſt violentia atq. inſcientia, quæ ad inuite factum maxime pertinent. Atq. in hunc ſenſum expoſitę medię actiones abſolute uoluntarię perhibentur.*

Franciſc. Piccolom. Grad. 2. cap. 13. in fin. ex Ariſt. lib. 3. ethic. cap. 10. com. 5.

c Sicut Beata Lucia. *Ex ethnicis adde, niſi moleſtũ eſt, miſcere, ut aiunt, ſacra prophanis, peruulgatum Lucretię exemplum; cuius meminit D. Augu. lib. 1. De ciuitate Dei cap. 18. ubi poſt expoſitam rei geſtę narrationem hęc ſubijcit.*

Quid dicemus? adultera hæc, an caſta iudicanda eſt? Quis in hac controuerſia iudex laborandum putauerit egregie quidam ex hoc, veraciterq. declamãs, ait, Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium unus admiſit, ſplẽdide, atq. ueriſſime. Intuens enim in duorum corporum commiſtione unius inquinatiſſimam cupiditatem, alterius caſtiſſimam uoluntatem, & nõ quid coniunctione membrorum, ſed quid animorum diuerſitate ageretur attendens, duo, inquit, fuerunt, & unus adulterium admiſit. *refertur a Gratian. 32. q. 5. can. Propoſito. 4. Quod adiungit hoc loco Author de Voluntario, atque in uoluntario ex Damaſceno lib. 2. cap. 24. obſeruetur, quod initio huius capitis adnotauimus et ipſum Græcè loquentem de utroque diſputare ſub nomine, ἑκουσίου, & ἀκουσίου ſ. ſpontanei et inuiti, ſiue Inſpontanei, ut uertit quidam Interpres.*

Vtrumq. eleganter; at omnia coniunxit Demoſtenes Philipp. 3. in prin. in ipſomet nauis periclitantis exemplo:

Dum nauis inquit eſt incolumis, ſiue ea maior, ſiue minor ſit tum decet et nautam, et gubernatorem, et omnem uirum, eße ſtrenuum καὶ ὅπως μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων quiſquam eam auertat prouidere.

d Metum alium eſſe leuem, alium grauem. *Dupliciter autem dicitur metus grauis, Abſolute, & Reſpectiue.*

Metus abſolute grauis eſt eius mali; quod uir conſtans formidat, atque ab eo commouetur. Huius metus ſunt plures ſpecies, ſcilicet.

1 *Mortis.*
2 *Mutilationis.*
3 *Atrocis cruciatus.*
4 *Longi carceris.*
5 *Diuturni exilij.*
6 *Seruitutis.*
7 *Stupri in viro, vel fœmina.*
8 *Amiſſionis ſtatus honeſti ex tit. ff. & C. & Decret. Quod metus cauſſ.*
9 *Amiſſionis omnium bonorum, vel notabilis partis.*
10 *Infamiæ iuris, vel etiam facti, quæ difficulter poſſit abſtergi.*
11 *Excommunicationis iniuſtæ: ſecus ſi iuſta ſit, cum ſublatam contumaciam, nullo negocio caueri poſſit. Gabriel. 4. ſent. diſt. 29. q. 1. ar. 1. exiſtimat idem affirmandum de iuſta, ſi ad conſenſum extorquendum huius excommunicationis metus incutiatur,*
12 *Hæc fere vir conſtans ſolet ſibi timere. eodem pertinet ſi eadem timeat ſibi amore coniunctis, vt filijs, parentibus fratribus, ſororibus, per neceſſarijs amicis, & ſi qui ſunt alij generis eiuſdem.*
13 *Huc etiam referunt metum reuerentialem, vt appellant; præſertim ſi fuerit vehemens, & minis, aut alicuius non mediocris mali expectatione circunſeptus: cuiuſmodi eſt metus filiorum erga Partem, ſubditorum erga principem, & ſuperiorem, & vxoris erga virum, & pupilli erga tutorem. Metus reſpectiue grauis is perhibetur, qui eſt alicuius mali, quod etſi viro conſtanti non eſt formidabile, tamen fœminæ, vel puero, vel ſeni, aut homini ex ſui natura meticuloſo haud leuem timorem inijcit. Que quidem cum non poſſint facile definiri, viri prudentis iudicio relinquenda ſunt. Illud autem pro comperto habendum, fœminas, eſſœminatoſque homines non minus commoueri minoribus malis, quam viri fortes, & conſtantes maioribus concutiantur.*

Leonard. Leſſ. De Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 17. dubit. 6. in Prin. & Fernand. Rebell. De obligationibus Iuſt. lib. 2. q. 11. ſect. 1. qui addit præter cetera iuſtæ, ſiue iniuſtæ excommunicationis metum raro cadere, cum multis modis declinari poſſit. ac præterea in foro externo raro admitti metum alterius mali, quam mortis, mutilationis, ſeu verberationis, ſtupri, ac ſeruitutis. nec magni apud iudices fieri metum infamiæ, aut bonorum externorum iacturam. & affert legem Nec timorem. 7. ff. Quod met. cauſſ. ſed certe idem de infamia, de qua in ea lege, non videtur ſaris explorati iuris præſertim cum in l. ſequenti §. 2. videatur contrarium decerni ibi, Cum viris bonis iſte metus *(ſtupri. ſ. & infamiæ inde exortæ)* maior quam mortis eſſe debeat.

Quod autem D. Thom. q. 47. addit. artic. 3. ad. 3. negat metum infamiæ cadere in virum conſtantem, interpretandum eſt de leui, vt idem Rebell. obſeruat.

e Nec contractum irritat exinde conſequentem.

Jntellige in foro externo, de quo ſcribitur, metum vani hominis non eſſe ſpectandum, & vani timoris nullam eſſe excuſationem. l. Metum. 6. ff. Quod met. cauſſ. & l. vani 184. ff. De regul. iur.

Secus in foro conſcientiæ, in quo quæ ob huiuſmodi metum acta ſunt poſſunt irrita fieri, & quæ ſunt tradita repeti, & ſic accepta debent reſtitui: ſi eiuſmodi metus per iniuriam ad illa extorquenda ſit incuſſus: vt ex Sylueſtri Nauarr. Adrian. Soti, & Couarr. ſententia affirmat Leonar. Leſſ. De Iuſt. & iur. lib. 2. capitulo 17. dubitatio. 6. num. 46.

Et probat, tum quia ſæpe metus leuis, id eſt minoris mali non minus perturbat hominem, & impellit nolentem ad conſenſum, quam metus maioris malis cadens in uirum conſtantem: Tum quia quod hoc metu obtinetur, per iniuriam obtinetur: tum demum quia qui ſic metu cogitur, priuatur per iniuriam ſua libertate.

Hinc tamen de meliore ſententia excipitur matrimonij contractus, & uotum, de quibus alibi ſuo loco.

f Quæ ſunt intrinſece mala. *De quibus extat aurea illa Ariſt. ſententia,* Quædam autem ſunt, adquę perpetrãda nemo cogi, compelliue poteſt, ſed potius extrema quęque pati, ac mori conuenit. *lib. 3. Ethic. cap. 1. comm. 7.*

Ad hæc nõnulli accomodant, & ſatis appoſitè, ueterem diſtinctionem de malo culpæ, & de malo pœnæ. Illud nemo committere, & perpetrare, hoc quiſpiam ſubire, & ſuſtinere, iuſtis adhibitis circumſtantijs debet. Si iubeat, inquiunt, Nero Paulum ad enſem Petrum ad crucem tolli; ferendum, quia eſt malum pœnæ. ſi imperet negare Chriſtum, non eſt ferendum quia eſt malum culpæ.

Qua de re legito Azorium Moral. Inſtitut. lib. 1. cap. 3. uerſi. Quarto quæritur.

g Etiamſi de iure naturę obligatorij ſint. *Iure quoque ciuili aliqui contractus eo metu celebrati obligant aliquo pacto. ut ſtipulatio. Inſtit. De exceptionibus in principio. Item venditiones, donationes, Tranſactiones; l. Vltim. C. De his, quæ ui. Item aditio hæreditatis. l. ſi mulier. 21. §. final. ff. Quod met. cauſſ.*

Attamen & hi, et ſi qui ſunt alij eiuſdem generis, eodem iure ciuili infirmantur, irritique redduntur ut iſdem proxime allegatis iuribus.

Verum, quod attinet ad forum conſcientiæ, illi reſcindi poſſunt, & in irritum reuocari pro arbitrio eius, qui metum paſſus eſt, ſi metus iniuſte fuerit incuſſus ad ipſummet contractum extorquendum.

Conuenit inter omnes; & probatur, quia qui metum iniuſte incuſſit, cum alterum affecerit iniuria, ac proinde teneatur illum in priſtinum ſtatum reſtituere, ſequitur, ut is alter huiuſmodi reſtitutionem recte poſſit exigere, et ſibi uindicare: Atque id, etiamſi metus non à parte, quacum nobis eſt cõtrouerſia, ſed ab aliquo tertio fuerit iniectus. l. Item ſi cũ exceptione. 14. §. in hac actione. ff. Quod met. & cap. 1. 3. & 4. De his quæ ui. Atque in eodem conſcientiæ foro nihil refert utrum alter reuera malum, unde tu timuiſti, inferre cogitauerit, an non. Si tu ſerio apprehendiſti periculum tibi impendere; atque idcirco animo repugnante conſenſiſti: nunquam conſenſurus ullo modo, niſi huiuſmodi malum apprehendiſſes. Quippe & ita conceptum ad id æque ualet, atque ſi re ipſa impenderet.

Non ita in foro externo, quod nititur præſumptione ut alibi fuit declaratum. Notat Leonard. Leſſ. De Juſtit. & iure. libro 2. capitulo 17. dub. 6. numero 38. & 45.

h Vbi ut conſtat tres. *Addunt nonnulli alios contractus, ut ſponſalia, Donationem, & promiſſionem, & renunciationem beneficij, ſi huiuſmodi metu fuerint celebrati, ſed alij probabilius opinantur* *hos,quidem non eſſe omnino nullos,atq; irritos , ſed infirmandos,irritandoſque.Leß.loco proxime citato . num.37.*

i Datur uiator Latroni . *Secus ſi dederit alicui tertio, qui cum iniuriæ illatæ non ſit particeps,e manu latronum viatorem eripit;tunc enim metus non eſt cauſſa contractus,ſed occaſio duntaxat,vt viatori proſit,non autem noceat.Quare is non meretur,vt ei contractus ille reſcindatur.Leſſius De Iuſtit.& iure lib.2.capit. 17. dubit.6.numer.40.*

K Veram eſſe doctrinam Sancti Tho.*eſt ipſiſſima atq; magnopere clara doctrina Ariſtot. Ita ſiquidem hac de re diſerte loquitur lib.3.ethic.cap.1.comm.10.* Quod ſi quiſpiam & iucunda , & moleſta eſſe uiolenta iccirco dixerit,quod extrinſecus ſint,& nos cogant is efficitur, ut ea ratione omnia ſibi eſſe uiolenta unuſquiſq. putet,quippe cum horum cauſſa omnia omnes agant,uiolenter & inuiti moleſte;ob iucundum uerò cum uoluptate.Sed ridiculũ ſane eſt in externam potius cauſſam referre,quam in ſe ipſum , quod huiuſcemodi rebus facile capiatur,& honeſta ſibi , turpia iucundis aſcribere. *Vide ibid. Interpretem Græcum , & vtrumq. in fin.eius cap.*

l Quam Ariſtoteles libr.3.Ethic.capit.1. *Fortaſſe aliquid aliud intellexit Philoſophus eo loco, vt ex ijs , quæ iã iam dicentur,apparebit.Igitur ex Ariſtotelis doctrina, vniuerſa de ignorantia explicatio , quam poſteriores tot diuiſionibus, partitionibuſque videntur potius implicaſſe, paucis poſſet expediri,atq. haud incõmode abſolui.ſi dixerimus eius uis & naturæ cognoſcendæ , quod attingit hunc locum uberius libr.2.cap.9.duas eſſe rationes: alterã a priori,vt loquuntur, alteram uerò a poſteriori ductam , tametſi hæc in illam recidit , ut plane neceſſe eſt. Prior ſimplex , poſterior uerò bipartita videtur eſſe . Superior autem ratio a priori, in eo uertitur,ut uideamus, num ignorantia re ipſa an aliud quippiam fuerit cauſſa , & quidem efficiens , ut utriuſque natura patitur actionis cuius uis proponitur pręcipienda.Primo modo quando ipſa ſola per ſe ignorantia eſt cauſſa actionis,hanc conſtituit inuite factam;atq. ideo digna excuſatione.*

Secundo modo nõ item,quando nimirum,habet aliquid aliud admixtũ quo mõ perhibentur homines agere non ex ignorantia,ſed ignorantes Id autem conſiſtit aut in aliqua animi perturbatione,uel paſſione cuiuſcemodi eſt ebrietas, & ira,adde,ſi placet:negligentiã,& ſocordiam,ubi minus neceſſaria eſt,unde poſteriores ignorantiam ſupinam , & craſſam hauſerunt & de ea uide Ariſt.lib.3. ethic. capit. 5. com. 9. aut in prauitate & electione non laborandi in uniuerſum de cognoſcendo quid bonum, quid malum , quidue expetendum , quid fugiendum ſit , hæc poſtrema ab Ariſtotele dicitur uniuerſalis,& eſt omnium peſſima. eamq; apud omnes conſequitur uituperatio , ut ad rationem à poſteriori tranſeamus : quemadmodum e contra uenia,& miſericordia locum habet in ijs,quorum ignorantia ſola per ſe cauſſa extiterit , in aliqua re ſingulari . Atque hæc duo,uituperatio,& uenia,ac miſericordia conſtituunt alteram huius rationis partem,quæ ſcilicet pertinet ad alios.Altera attingit ipſummet agentem.Etenim unuſquiſq; in ſe ipſo per ſe agnoſcere poteſt aliquid per ignorantiam reuera admiſiſſe , ſi poſtea re cognita, dolore ob eam afficiatur , factiq. eum peniteat. Solam rationem a priori,& à cauſſa ductam,lib.2.Orthod.fid.capit.24.ſibi ſatis eſſe ad rem præſentem enarrandam Damaſcen.exiſtimauit utpote in qua includatur altera ; ut modo dicebatur .

Quæ in puræ negationis , & prauæ diſpoſitionis ignorãtiam diſtributio ex parte ignorantis , ut putat Alfon*ſus a Caſtro De poteſt.leg. pœn.lib.2.cap.14.in prin.traditur,lib.1.Poſteriorum com. text. 109.diſtributio eſt, ad tractationem de Demonſtratiuo pertinens quare ea nihil fortaſſe ad rem præſentem.*

Porrò ea partitio,cuius meminit Author,*in iuris,& facti ignorantiã,& quę frequenter uſurpatur à iuriſperitis, eodem* Alfonſo *à Caſtro authore loco citato aſſignatur ex parte obiecti, in quo illa uerſatur , et adhibetur,ut ipſe innuit initio eius capitis,tanquam una ex circumſtantijs delicti;qua delinquentes ab eo excuſentur,& liberentur à pœna legis:ſiquidem illa ſit ad id accommodata ; ſecus ſi minus idonea.* Adiungas *tu,& quæ,ut talis in legitimis actibus noceat,aut proſit,ut in inſtitutione hæredis,teſtantis ignorantia non nocet.Iuſtit.de hęredib.inſtituend. in fin. multo minus obeſt in ea militis ignorantia.l.Qui iure.2.ff. de teſtamentis.neq; in bonorum poſſeſſionis petitione a filio factæ patris ignorantia obeſt.l.1.C.Qui admitti ad bon. poſſ.Quod ſi fuerit ignorantia iuris ijſdem bonorum poſſeſſionibus non prodeſt, quoniam dies cedat.l. In bonorũ. 10.ff.De bonorum poſſeſſ. Hæc exempli gratia . Si plura deſideras , atq. in unum locum collecta legito legem primam,& totum titulum & quæ ibidem in eam ſententiam aliũde citari ſolent ff.& C.De Iuris,& facti ignor.& utrobiq; ſi uidetur obſeruato ignorantiam & errorem pro eodem interdum accipi qua ex parte & facti , & iuris error perhibetur &* Ariſtot.*ignorantiam per deceptionem ſiue adeo errorem definit Græcè eſt* ἀπάτη *lib.1. Poſt cap. 12. tametſi reuera non parum ſi recte perpendantur differant inter ſe. Primum quia error nunquam ſtat à ueritate , inuolutus in eo duntaxat,quod falſum eſt. atqui ignorantia & uero,& falſo poteſt contineri . Deinde error ſine ignorantia conſiſtere nequit . Ignorantia ſæpenumero ſine errore conſiſtit.Etenim qui neſcit,is non continuo labitur,& errat,ſed qui arbitratur ſe ſcire,quod ignorat. Poſtremo error progreditur ad actionem dicti , uel facti falſam:at uerò fieri poteſt,ut intra animi penetralia latitet , nec in aliquam actionem externam prorumpat.*

Reliquas tum ab Authore,*tum ab alijs ignorantiæ diſtributiones præter uolumus: præſertim quia,ſi diligenter expendantur,ad unam ab Ariſtotele aſſignatam haud magno negotio redigi queant,quod præſentem attingit traditionem , in qua quæritur , quodnam ſit ſpontaneum , & quod inuitum:de ea dicetur uberius , ut intuimus lib.2. cap.9.*

De Circumſtantijs actuum humanorum.
Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Non ſolum peccata ipſa,ſed & circumſtantiæ illæ in confeſſione explicari debent quæ ſpeciem peccati mutant. & nu.10.*

2 *Circumſtantiæ nomen unde deſumatur , & metaphoricè ad ouerrtionis ſubſtantiam applicatur.*

3 *In actibus humanis duplex eſt conſideratio.*

4 *Circumſtantiæ conſiderandæ ſunt ex regula actuum humanorum, quæ eſt recta ratio , non ut tales ſunt in genere naturæ,ſed in genere moris.*

5 *Circumſtantiæ in genere moris,quædam variant ſpeciem. quædam intra eandem ſpeciem augent , uel minuunt operis qualitatem.*

6 *Circumſtantiæ quot ſecundum Ciceronem ; & ſecundum* Ariſtotelem *& S.Thom.quot numerentur quib. actiones humanæ afficiuntur.*

7 *Numeri circumſtantiarum Ratio vnde deſumi poſſit.*

8 *Actus humanus bonus ſimpliciter non eſt, niſi omnes bonitates tam obiecti, & finis, quam circumſtantiarũ debitarum habeat.*

10 *Circumſtantiæ, quæ ſpeciem mutant, neceſſario confitendæ. nu. 1*

Quando ſpeciem peccati mutat circumſtantia, quando non, ſed auget, & minuit; & vnde hoc procedat, nu. ſeq. declaratur. 11. & 12.

13 *Inter circumſtantias nec a Tullio, nec Ariſtotele, nec a S. Thoma enumeratur, Quoties, & Quare.*

1 POſtquam ea ferè omnia, quæ ad communem rationem ſubſtantiæ humanorum actuum pertinent, in præcedenti capite explicata ſunt; conſequens eſt, vt de communibus etiam accidentibus eorundem actuum humanorum, ſcilicet de circumſtantijs, quæ omni actui humano conuenire poſſunt, quatenus per rationem illam communem, & ſubſtantialem voluntarij humanus eſt, paucis agemus. Harum namque notitia non parum vtilis, ne dicam neceſſaria eſt Cõfeſſarijs omnibus, ac etiam ipſis pœnitentibus, quandoquidem, vt rectè Concilium Tridentinum contra hæreticorum temeritatem Seſſione 14.c.5. & can.7. definiuit, *non ſolum peccata ipſa, ſed etiam circumſtantiæ illæ in confeſſione explicari debent, quæ ſpeciem peccati mutant, quod ſine illis peccata ipſa neque a pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant, & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint & pænam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere.* Id quod exemplis manifeſtum eſſe poterit, ſi quis enim hominem interemit, explicare debet, vtrum ille ſacris initiatus, aut profanus fuerit. Itemque, ſi cum muliere concubuit, Matrimonijne lege libera, aut alterius vxore, aut propinqua, aut alicuius voti ſponſione Deo conſecrata, aperiat neceſſe eſt. Hæc enim diuerſa peccatorum genera conſtituunt: ita, vt primum quidem, ſimplex fornicatio; alterum, adulterium, tertium, inceſtus, quartum, ſacrilegium a S. Thoma 2.2.q.154. alijſque rerum diuinarum Doctoribus appelletur. Immo vero, non ſolum circumſtantiæ ſpeciem mutantes, ſed etiam, quæ peccati prauitatem valde augent, vel minuunt confitendæ ſunt, vt clarius Catechiſmus Romanus in materia de Confeſſione, nu.48. expoſuit, furtum enim in peccatis numerandum eſt, uerum ſi quis aureum nummum furetur, leuius omnino peccat, quam qui centum, vel ducentos, vel ingentem aliquam auri vim abſtulit. Quæ vero prauitatem rei magnopere non augent, quamuis vtiliter nonnunquam explicari queant, ſemper tamen ſine crimine omitti poſſunt. Eſt igitur hæc de circumſtantijs diſputatio, tam pœnitenti, quam confeſſario vtilis, & neceſſaria, prout latius S. Thomas 1.2.q.7.art.2. eiuſque loci interpretes tradunt.

2 a *Vt autem a Circumſtantiæ nomine* † exordium ſumamus, ſciendum breuiter eſt, ex S. Thoma in 1.2.q.7.art. nomen hoc metaphoricum eſſe, a rebus corporalibus ad actus humanos, & morales tranſlatum. Sicut enim in localibus aliquid circumſtare dicitur quod licet a re extrinſecum ſit, tamen attingit ipſam vel appropinquat ei ſecundum locum: ita per Metaphoram quęcumque conditiones ſunt extra ſubſtantiam actus, & tamen actum humanum aliquo modo attingunt, *Circumſtantiæ*, dicuntur, ſeu accidentia actuum humanorum, quæ plurimum actuum humanorum conferunt. Vnde *Circumſtantia* dicitur eſſe accidens operationi adiacens, quod eius qualitatem variat.

3 Eſt enim † in actibus humanis duplex conſideratio; vna, quæ ad eorum ſubſtantiam; altera, quæ ad illorum accidentia ſpectat: illa primariò, hæc ſecundariò in ipſis actibus ſpectatur: ad ſubſtantiam namque actus pertinet potentia ipſa, ex qua elicitur, vel imperatur, ſ. voluntas, vnde ratio illa *Voluntarij*, de qua præcedenti capite diſputauimus, dimanat, & obiectũ circa quod talis actus verſatur, de quo in ſequentibus agemus. Accidentia vero actuum, ſeu circumſtantiæ ſunt, quę manente eadem ſubſtantia actus, quoad genus, & ſpeciem, variari poſſunt, vt a quonam, & propter quid, geſtus ſit actus, & alia eiuſmodi, quæ paulo inferius recenſebimus.

4 Antequam † vero has circumſtantias ennumeremus, aduertere oportet, quod circumſtantia actuum humanorum conſideranda, & expendenda eſt ex regula, & norma actuum humanorum, quæ eſt recta, & prudens ratio, non autem, vt eſt talis actus in genere naturæ: vt enim tales actus ſunt in genere naturæ, vt plurimum impertinentes ſunt, & parum, aut nihil ad mores pertinent, & ſi aliquando alia, ac alia eorum ratio habenda ſit, id quidem non ex ipſa natura operis in ſe conſiderati prouenit, ſed pro vt recta ratio, alio, ac alio modo actionem ipſam conſiderat, quæ ſola ratio ad bonitatem, vel malitiam operis, laudem vel vituperium, meritum, vel demeritum, præmium vel pænam pertinet: v. g. occidere hominem ante prandium, vel poſt prandium, circumſtantia planè impertinens eſt, nec aliquid diſcriminis in his ratio recta ponit: At vero celebrare Miſſam, ante, aut poſt prandium, licet ſecundum naturam operis in ſe ſimpliciter, & in eſſe naturæ eadem ſit actio, in genere tamen moris longe diuerſa eſt, & aliter, ac aliter in his recta ratio iudicat, & decernit.

7 Rurſus, circumſtantiæ † in genere moris quædam ſunt, quæ variant qualitatem operis mutando ſpeciẽ, vel genus, vt locus ſacer reſpectu furti; vel homicidij; perſona reſpectu rei venereæ; Quædam vero circumſtantię ſunt, quę non mutant ſpeciem, ſed tamẽ intra eandem ſpeciem operis qualitatẽ variant, vel augẽdo vel minuendo, vt furari rem precioſam, & rem vilẽ; Quædam denique aut non variant qualitatem operis, aut ita parũ alterant, vt tali operi ſint propriè impertinentes, vt hominè ante prandium, vel poſt prandiũ occidere, & ſimilia, quæ ſanè circumſtantiæ, ſicut sũt impertinentes reſpectu boni, & mali, ita cum infinitę ſint, ſub certis regulis comprehendi nequeunt.

6 *Circumſtantiæ* igitur, † quæ in quouis actu humano, hoc ipſo, quod humanus eſt, conſiderari poſſunt, ſeptem a Cicerone in ſua Rhetorica enumerantur, quæ hoc uerſu continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. 8

b Ariſtoteles autem lib.3. Ethic.c.1. & S. Tho. in 1.2.q.7.ar.3. octo ponunt, ſ. ſeptẽ enumeratas, & aliã, nẽpe, *circa quid*. quæ tamen a Cicerone & alijs comprehẽditur ſub illa circũſtantia, *Quid*. De qua re legi poſſunt S. Th. ubi ſup. & 1.2.q.18.ar.3.10. & 11. & q.72.ar.9. Alex. Alenſis p.2.q.95.mẽb.2.art.3. & 4. & p.4.q.18.mẽb.4.ar.3. Theologi cõmuniter in 4. diſt.16. & 17. cum agunt de Sacramẽto Confeſſionis. Damaſcenus lib.2. fidei Orthod. cap.24. Greg. Nyſſenus, ſeu potius Nemeſius lib.5. de Philoſophia, c.2. Bar. Medina, in 1.2.q.7.ar.2 & in Summa, lib 1.c.9.§.1. & 2. Greg. de Valẽtia, tomo 2. diſp.2.q.2. Petr. Sotus, lect.3. de peccatorum diſcrimine, Ioſeph Angles, in Florib.par.2. diſt.37.q.3.art.5.& 23.q.8.c.*occidit*,& de pœnit.d.5. cap.*conſideret*,& Canoniſtæ ibidem, & Summiſtæ in verbo, *circumſtantia.*

7 Huius autem † numeri ratio, ex ipſamet circumſtantiæ natura deſumi poteſt, ſi quidem vt dictum eſt, circumſtantia dicitur quaſi extra ſubſtantiam actus exiſtens, ita tamen, quod aliquo modo ipſum actum attingit; Id quod tribus modis fieri poteſt. *Vno* modo: inquantum attingit ipſum actum; *Alio* modo,inquantum attingit cauſam actus. *Tertio*, in quantum attingit effectum. Et quidem circumſtantia ipſum actum attingit,vel tanquam menſura illius,ſicut locus,& tempus,& ſunt illæ duæ,*quando*, & *vbi* Multum enim refert,an actio aliqua in loco ſacro,vel pro fano, in publico, vel in occulto fiat: Multum etiam refert, quando indulgeat quis voluptati, an ſcilicet, tempore ſacro, aut profano, abſtinentiæ, vel ieiunij, an alio; vel circumſtantia aliqua actum ipſum attingit,tanquam qualitas illius, & talis eſt illa, quæ dicitur,*quomodo*. Non enim parum refert,an quis clericum leuiter,aut grauiter percuſſerit, etſi enim vtraq; percuſſio excommunicationem cauſet,multum tamẽ intereſt quantum ad illius abſolutionem. Sic etiam plurimum refert eleemoſynam dediſſe hilariter, & promptè, aut cum triſtitia, & minus libenter; diuinum officium recitaſſe deuotè,aut non deuotè,vt cõſtat. Ex parte effectus eſt alia circumſtantia,quæ dicitur, *quid*, ad quam etiam reduci poteſt illa poſita a S. Thoma, ſcilicet, *circa quid*, hæ enim duæ parum, aut nihil re ipſa inter ſe differunt; quæ ſanè circumſtantia magni momenti eſt; non enim parum refert, an quis multum,aut parum furatus ſit,an parem percuſſerit, an ſuperiorem, vel inferiorem,vt conſtat.

Ex parte vero cauſæ actus, ſunt aliæ circumſtantiæ,vna ex parte cauſæ finalis,ſcilicet, *Cur*: Aliud enim eſt ieiunare ob reuerentiam Chriſti Crucifixi, aliud ex auaritia,dediſſe eleemoſynam ex vana gloria, vel ex pietate, & miſericordia. Alia eſt ex parte cauſæ efficientis: vt eſt circumſtantia *Quis*: Hoc eſt, an qui aliquid operatur, ſit ſenex,an iuuenis,religioſus,an laicus. Aliud enim eſt fornicari ſolutum a matrimonio, aliud laicum,aliud ſacerdotem, aut in ſacris conſtitutum. Alia denique ex parte cauſæ inſtrumentalis, qualis eſt circumſtantia illa: *Quibus auxilijs*. An ſcilicet,percutiat baculo,an gladio. Quarum omnium circumſtantiarum prima,& præcipua eſt,finis,ſecundaria vero *Quid*, Aliæ vero circumſtantiæ ſunt magis, vel minus principales, ſecundum quod magis,vel minus ad has appropinquant: Quia enim actus dicuntur humani,prout ſunt voluntarij,uoluntatis autem motiuum, & obiectum eſt finis ideo finis circumſtantiarum omnium præcipuus eſt.

8 Ex his igitur † quæ de circumſtantijs hactenus dicta ſunt, colligi quędam poſſunt utilia in materia morali. *Primo* enim,cum actio humana ut ſic,uoluntaria b ſit, & eſſe debet, hinc eſt, quod non vtens ratione, b *vt ebrius, furioſus, dormiens, &* grauiter febricitans, ita ut rationis compos non ſit, talis nec ſtudioſè, nec uitioſè agere dicetur. Quare meritò Clemens Papa V. in Clemen. *Si furioſus,de homicid.* ſtatuit,furioſum, aut infantem, aut dormientem, ſi hominem occidat, aut mutilet, irregularitatem non incurrere. Ex parte igitur circumſtantiæ, *Quis*, requiritur ut agens ſit liberum,uoluntarium,& utens ratione. Et quamuis aliqui per hanc particulam, *Quis*, ſignificari uelint agẽs c principale, c *id tamen omninò falſum eſt*: ſiquidem,ut actio fiat, neceſſe eſt, ut ab agente aliquo fiat,non ergo ſignificat cauſam efficientem in propoſito, ſed conditionem, ſeu qualitatem quandam agẽtis, idemque ualet, ac ſi diceres, *Qualis*, ut, fueritne religioſus, uel laicus, uerbi gratia is, qui peccauit, ſic enim propriè eſt circumſtantia,& accidens actui,ſcilicet,quod agens ſit huius, uel illius qualitatis. *Secundo* e x parte circumſtantiæ, *Quid*, ut actio uolita ſit bona, requiritur quod ſit licita, & non prohibita, unde eleemoſyna ex re aliena eſt mala, quia rationi diſconueniens, & prohibita; Et quamuis illud *Alienum* non ſit circumſtantia *Quid*, eſt enim obiectum quod cõfert ſpeciem actui,accipere tamen alienum in magna,uel parua quantitate, eſt circumſtantia: accidit enim furto, quod ſit magnum,uel paruum, quod ab alio aufertur. *Tertio*,circumſtantia, *Vbi*,multum conducit ad actionem, ut bene,uel male fiat; unde celebrare extra Eccleſiam abſque ſuperioris facultate, uel etiam in Eccleſia tempore Interdicti, propter defectum huius circumſtantiæ,erit malum. *Quarto*, Circumſtantia illa, *Quibus auxilijs*, non parum conducit ad actum bonum,uel malum conſtituendum,unde, ſi quis uirtute alicuius ſuperſtitionis conetur habere ſanitatem, aut rem perditam inuenire per iudiciarium, aut ſcire rem occultam per incantatorem, aut ſoluere maleficium coniugum per dæmonis miniſterium; aut appeteret quis dignitatem per ambitionem, aut ſimoniã, opus illud eſſet malum. *Quinto*,circumſtantia, *Cur* ſeu finis,actum alioquin bonum,conſtituet malum; unde iudex ex uindicta, & odio latronem ſuſpendens, aut eleemoſynam tribuens ob uanam gloriam, peccat, quia finis eſt malus. *Sexto*,circumſtantia, *Quomodo*, actum reddit malum, unde officium diuinum tepidè, & negligenter perſoluens,peccat. *Septimo*,circumſtãtia, *Quando*, actum malum conſtituere poteſt, peccabit enim, qui poſt prandium Miſſam celebraret, aut qui in diebus ieiunij bis comederet.

9 Hinc conſtat † quam rectè docuerit S Thom. 1.2. quæſt.18.art.3. *actiones humanas non ſolum bonitatem,* d *vel malitiã accipere ab* d *obiecto, & fine, ſed etiam* a'circumſtantijs, ſicut enim in rebus naturalibus non ſufficit forma ſubſtantialis,quæ dat ſpeciem, ad totam rei perfectionem, ſed multum perfectionis ex ſuperuenientibus accidentibus ſuperadditur, ſicut in homine ex figura,colore, & alijs ſimilibus, quorum ſi aliquod deſit ad decentem habitudinem, conſequitur malum;ita etiam in humanis actionibus,plenitudo bonitatis earum non tota conſiſtit in ſua ſpecie, ſcilicet ex obiecto,ſed multum additur ex circumſtantijs debitis, quæ ſunt accidentia humanarum actionum,quarum ſi aliqua deſit actioni debita, actio mala erit. Siquidem eleemoſynam dare propter Deum pauperi, vbi, quando, & quomodo conuenit, bonum vndique eſt, hoc tamen ipſum facere non propter Deum, ſed propter vanam gloriam, malum eſt,ex fine; facere vero propter Deum,ſed non quando oportet,vel quomodo,malum eſt ex circumſtantijs,quamuis bonitatis quandam ſpeciem ex obiecto, & fine habere videatur. Actus igitur humanus, bonus ſimpliciter non eſt,niſi omnes bonitates tam obiecti, & finis, quam circumſtantiarum debitarum habeat, veriſſimè namque ex D. Dion.cap.4.de Diuin. nominibus,S.Tho.vbi ſupra, art.4. ad tertium tradit; bonum non niſi ex cauſa integra, malum verò ex quocunque defectu conſurgere.

10 Quia vero,† vt diximus ex Concilio Trident. Seſſ. 14.de Confeſ.cap.5.certum etiam de fide eſt,circumſtantias, quæ mutant ſpeciem peccati, eſſe neceſſariò in confeſſione explicandas; id quod etiam Catechiſmus Romanus vbi ſupra, de circumſtantijs augentibus valdè vel diminuentibus eandem ſpeciem tradit,inquirendum reſtat, quando circumſtantia ſpeciē mutat, quando vero non mutat, ſed auget; aut diminuit, & vnde hoc procedit, id quod perſpicuum fiet his regulis.

11 *Prima Regula.Quando* † *circumſtātia* e *nouam* e *conformitatem*, aut deformitatem actui tribuit, ita vt peculiariter conueniat vel repugnet rectæ rationi,nouam ſpeciem conſtituit. *Ratio* huius regulæ eſt; quia in hoc caſu circumſtantia tranſit in rationem obiecti, obiectum aūt ut rectè docet Sanctus Thomas 1.2.q. 18.art.2. ſpeciem humanis actibus tribuit;dum enim nouam conformitatem, aut deformitatem rectæ rationi ſuperaddat, facit vt obiectum alio modo conueniat, aut diſconueniat rectæ rationi, & proinde rationem obiecti induit, & nouam ſpeciem conſtituit uirtutis,aut uitij,vt conſtat. Id exemplis manifeſtum erit. Tollere namque rem alienam, ex ratione alieni, conſtituitur in ſpecie furti; At ſi conſideretur ſuper hoc ratio loci, ita ſcilicet, vt quis alienum,in loco ſacro furetur,illa loci ſacri circumſtantia,nouam deformitatem, & ſpecialem repugnantiam ad rectam rationem addit, & nouam ſpeciem conſtituit. Quia enim ratio ordinat iniuriam non eſſe faciendam loco ſacro, qui in loco ſacro furatur, ſpecialem repugnantiam ad ordinem rationis addit, & locus, qui prius conſiderabatur, vt circumſtantia,nunc conſideratur, vt principalis,& ſpecialis conditio obiecti rationi repugnans, taliſque actus non ſolum furtum, ſed etiam ſacrilegium cenſetur. Idemque dicendum eſt,ſi quis in loco ſacro, aut cum perſona Deo per votum conſecrata fornicetur;ſic etiam percuſſio patris,vltra violentiam,etiam impietas appellatur. Et qui eleemoſynam erogat ob gloriam Dei, duplicem laudem meretur, illa ſi quidem circumſtantia gloriæ diuinæ facit, vt actus ille non ſolum ſit eleemoſynæ, ſed etiam virtutis religionis actus, quam gloria diuina ſpecificat; ſicut econtra: ſi quis non ſubueniat pauperi propter eius odium,duplex peccatum admittit; alterum contra miſericordiam, alterum contra charitatem. Hanc regulam communiter tradunt Authores, & colligi poteſt ex S. Thom.1.2.q.18. art.5.ad 4. & art.20. & quæſt.72.ar.9. Caiet. & Medina ibi. Petro a Soto, in relect.5. in fine de bonitate,& malitia actuum humanorum: Ioſepho Angles, par.2. in Floribus 2.Senten. in diſt.37.q.3.art.5.in fi.& Greg.de Valentia,tom.2. q.13. puncto 4. & alijs.

12 *Secunda Regula*. Quotieſcunque † circumſtantia non reſpicit ſpecialem ordinem rationis in bono, vel malo, niſi præſuppoſita alia circumſtantia, a qua actus moralis habet ſpeciem boni, uel mali, quam ſolam intra eadem ſpeciem auget,uel diminuit,reddendo actum illum meliorem, aut peiorem, toties circūſtantia illa aggrauans,vel diminuens, non autem ſpeciem mutans cenſenda eſt, vt quantitas verbi gratia, magna, uel parua in furto, furari enim rem paruam, vel magnam, quia non reſpicit ordinem rationis in malo, niſi præſuppoſita aliqua alia conditione, per quam actus habeat malitiam, puta hoc, quod eſt eſſe alienum,quod repugnat rationi,ſpeciem actus moralis non mutat, aut conſtituit, ſed priorem malitiā auget tantum,vel diminuit. Quę regula ex S. Thoma,1. 2.q.18. art.11.& alijs Doctorib. quos paulo ſuperius recenſuimus,colligitur,& prædicto exemplo furti illuſtrari ſolet. Vtrumq; enim tam furtum rei paruæ, quam magnæ,eiuſdem ſpeciei iniuſtitiæ, & furti eſt. Et delectatio intenſa,& remiſſa, ſub eadem ſpecie libidinis eſt,ſicut albedo intenſa;& remiſſa ſunt eiuſdē ſpeciei coloris. Sic enim circumſtantia loci; aliquando intra eandem ſpeciem,auget malitiam actus:nam iniuria, quæ fit alicui priuato coram iudice ſedente pro tribunali,grauior eſt illa,quæ fit in loco priuato, vtraque tamen eſt eiuſdem ſpeciei, quoniam eſt contra iuſtitiam. Quæ duæ regulæ diligenter annotandæ ſunt pro intelligentia Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani locis ſupra commemoratis, & in materia confeſſionis admodum vtiles, & neceſſariæ f ſunt,*cum* f *hæ circumſtantiæ omnes in confeſſione explicandæ ſint*. Quæ verò nihil horum habēt, hoc eſt,quę conformitatem nouam aut repugnantiam cum ratione habent,neque priorem augent,vel diminuunt, ſed plane impertinentes,& alienæ,ſunt,ut percuſſiſſe gladio,uel haſta,& huiuſmodi,ſine crimine in confeſſione omitti poſſunt.

13 Illud demum † addendū,& annotandum eſt ex Caietano 1.2.q.7.art.3.& Greg.de Valentia,tomo 2.diſput. 2. q.2. puncto 2. inter circumſtantias nec a Tullio,nec ab Ariſtotele, nec a S. Thoma,aut alijs claſſicis ſcriptoribus enumerari, *Quoties*, hoc eſt, quoties actus aliquis geſtus fuerit; Quia circumſtantia proprie, ut dictum eſt,accidens eſt actui,& eundem actū circumſtat:particula uero *Quoties*,numerum actuum, qui ex ipſis ſubſtantialiter conſideratis conflatur, ſignificat; numerus autem actuum unum, & eundem actum non circumſtat, ſed aliam, ac aliam operationem addit; Non enim ſecundum furtum circumſtantia eſt primi,aut econuerſo:nec tertium ſecundi,& ſic deinceps. Atque hinc ſane fit,ut confiteri oporteat g numerum peccatorum,*non* g *ſolum eorum quæ ſunt diuerſæ ſpeciei*, ſed etiam quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, ita ut non ſufficiat dicere,quod pluries furatus eſt, ſed explicare oportet quoties furatus eſt, ſi numeri meminerit, quod ſi non meminerit, exprimere ſaltem debet quam frequenter, ſic ut ueriſimilis numerus peccatorum habeatur.

Et de circumſtantijs actuum humanorum in communi hæc ſufficere debent, de eis namque plura ſuis in locis dicemus.

ADDITIONES

a Vt autem a circumſtantiæ nomine. *De quo Quintil. lib.5.cap.10. paullo ante finem pauca hæc habet.* Hoc genus argumentorum ſanè dicamus ex circumſtantia; quia περίστασιν aliter dicere non poſſumus. *Huiuſmodi argumenta idē Author alibi appellat à cōplexu cauſarum,alibi adiuncta,& accidentia.*

Ciceroni quidem nomen Latinum fuit ignotum: & Græci περίστασις *nuſquam meminit,quod ſciam.*

Quare miror, vnde Sayro venerit in mentem, vt infra numer. 6. Septem à Cicerone in ſua Rhetorica circumſtantias enumerari. Quod autem attinet ad rem ipſam, in tom. 2. De inuentione cap. περὶ ἐπιχειρημάτων *circumſtantiam definitione deſcribit.*

Circumſtantia eſt quicquid ineſt, ſiue accidit in nobis, et orationibus, et rebus, et iudicijs, et controuerſiis, et ipſa

vitæ;

vita; locus, inquam, tempus, modus, perſona, cauſſa, res; quibus ſtatim ſubdit à Philoſophus fuiſſe adiectam materiam τὴν ὕλην; quam Rhetor, inquit, habet, haud tamen ſeparatarũ diſcriminatim. & fortaſſe, ſibi vult in ipſius rei τοῦ πραγματος notione comprehenſam.

Hoc idem ferme Aphthonicus. Differt autem Theſis ab Hypotheſi, quod Hypotheſis habet circunſtantiam, Theſis autem circunſtantia deſtituta eſt. Circunſtantia autem eſt perſona res, cauſſa, tempus, locus, modus.

Vbi minus recte Interpres vulgatus (vt hoc obiter obſeruetur) vertit περίστασις, Definitio, & enumerationem detruncat.

Ceterum domum reuertentes illud in primis admonemus, ſic circunſtantiæ à diuerſis artificibus conſiderantur, vt à Rhetoribus, à Philoſopho Morali, a iuris conſultis, & a Theologis, vt de ceteris taceamus: ita a ſingulis pro diuerſitate rerum tractandarum diuerſe enumerari explicarique. Quin etiam contingit, vt idem Author in diuerſis rei ſibi ſubiectæ partibus, circunſtantias diuerſimode ſpeculetur, & enarret: vt Theologus aliter in expendẽda ſpontanei natura, quod ei commune eſt cum Philoſopho morali; ac in diiudicanda peccatorum grauitate, & ſpecie, de qua uid. Azorium lib. 1. Inſtitutione Moral. cap. 4. atque in docenda reſtitutionis ratione Rhetor ſex tantum circunſtantias modo expoſitus recenſet quoniam tot ei ſufficiunt ad haurienda ſibi argumenta: reliquas aut contemnit, aut eas ad ſibi aſcitas redigit. vt facile intelligere licet ex Hermogene loco citato.

Claudius Saturninus in l. Aut facta. 16. ff. De pœn. ſeptem exponit circunſtantias, quæ potiſſimum ſpectari debent in puniendis peccatis, quæ dictis factis, ſcriptis, & conſilijs continentur. ſunt autem illiuſmodi circunſtantiæ, quos Saturninus modos appellat, cauſſa, perſona, locus, tempus qualitas, quantitas, & euentus.

In contractibus quoque apud Iuriſperitos circunſtãtiarum habentur ratio. de qua legito Azorium Inſtitut. Moral. lib. 1. cap. 18. uerſicl. Quinto Quæritur.

Nos enim omnia perſequi nec poſſumus, neque hac in parte debemus.

Circunſtantiarum quoq; tum reſtitutionem, tum peccatorum confeſſionem attingentium explicatio ad proprium locum reijcienda eſt: atque hoc loco, vbi inſtituta diſputatio fuit de ſpontaneo, & inuito quæ ab Ariſtotele in medio ponuntur circũſtãtiæ declaraſſe ſatis nimirum fuerit. Sex igitur, quòd attinet ad rem præſentem ab Ariſtotele circunſtantiæ proponuntur, quas ipſe καθ' ἕκαστα idest ſingularia nominat: & ſunt, vt ipſe recenſet, Quis, Quid, circa quid aut, in Quo, Quo, Cuius gratia, & quomodo Tertium, & quantum pro eodem: vt putat, & recte Græcus Interpres.

Quod ſi eas ad ſuas cauſſas libet referre; ita illas inſtruito.

1. Efficiẽtẽ.	*Præcipuam*	*Quis*	*Perſona.*
	Coadiuuantem	*Quo.*	*Inſtrum.*
	Ex quo	*Quid. S.*	
2. Materiã.	*Quod. agitur. ſubiectum.*		
	In qua	*Circa Quid*	*Obiectum*
		In Quo.	
3. Finem cuius gratia.			
4. Formam. Quomodo.			

Verum ea diſtributio rẽ propoſitam attingit, vt ex expoſitis circunſtantijs aliæ faciant ad eum ſũmæ, & præcipue, & ſemper vt obiectum, et finis, aliæ parum, & quãdoque vt inſtrumentum, aliæ mediocriter, nec infrequenter; vt malteria, & forma, vel modus: aliæ demum nihil omnino vnquam. vt Perſona, quæ agit. Etſi namque hæc cetoro quin in exercenda actione principem locum obtinet tamen quod ſpectat ad inuiti ex ignoratione procedentis rationem nihil plane monentis habet etenim, qui ſeipſum ignoret, niſi fuerit inſanus, referitur nemo. Reliqua vero, non omnia ſimul (nam qui ea ſic ignorare, is inſaniret neceſſe eſſet), ſed ſingula ſigillatim non cognita pro cuiuſque natura inuitum conſtituunt. Ad quod tamen eorum ignoratio non eſt ſatis: niſi rationem à nobis editam ex parte noſtra conſequatur dolor, ac pœnitentia: ex parte autem aliorum venia, & miſericordia. Legatur Ariſtot. atque eius Interpres Græcus lib. 3. cap. 1. memorato prope finem & Azorius Inſtit. Moral. lib. 1. cap. 18. verſicul. Quarto Quæritur.

Porro circunſtantiæ temporis, & loci nulla mentio apud Ariſtot. loco modo notato fortaſſe quia nihil ad rem propoſitam pertinere viſæ ſunt. Eas vna cum alijs ſuperius expoſitis ſingulas ſuis qualitatibus affectas opportunius commemorat Ariſtot. atque eius Græcus Interpres enarrat lib. 2. Ethic. cap. 3. comm. 3. & parcius libro 7. cap. 8. in fin.

b Ebrius furioſus, dormiens. *Non videtur eadem ratio de ebrio, quæ eſt de furioſo, & de cæteris hic ab Authore commemoratis. horum ſiquidem, ac præſertim furioſi, & dormientis, quatenus tales exiſtunt, actiones fiunt inuite, ſiue adeo inuoluntarie, vt cum alijs loquamur maxime ſi furioſus ſui furoris nullam cauſam attulerit. nam de dormiente nulla videtur eſſe dubitatio: cum ſomnus mera ſit operatio naturæ: niſi & ipſe editæ actioni aliquam propterea cauſſam dediſſe exiſtimandus ſit, quod antea vigilans de ea patranda vehementius cogitauerit. Porro ebrium ſponte agere eſt aperta atque explorata Ariſtotelis ſententia lib. 3. Ethic. cap. 1. cum. 12. & cap. 5. cum. 7. quam loco ſuperiore Interpres Græcus ita explicat manifecto.*

Qui ob ebrietatem aliquid egit, merito non egiſſe ex ignoratione dicendus eſt, non ſolum primo agendi cauſſam habet ebrietatem, verũ etiam propter quod non ignorans in ebrietatem incidit: cũ enim potuiſſet non tantũ libere, vt inebriaretur, bibit ſponte igitur inebriatus eſt. Quare etiam ſponte egit, quæ in ebrietate cõmiſit, nõ ex ignoratione. *Idem Damaſc. lib. 2. orthod. fid. ca. 24.* Per ignorantiam vero in ſpontaneum eſt, inquit quando ignorantiæ cauſſam non præbuerimus, ſed ſic euenit. nam ſi quis ebrius homicidium admittit, gnorans quidem necem admittit: at non inſpontanee. cauſſam enim ignorantię ſuæ ipſe adminiſtrauit.

Eo accedit, quòd ebrius aliqua pœna, quę non niſi ob culpam, & prauam actionem ſponte factam infligitur: dignus habitus eſt. & quidem duplici, vna ebrietatis, alteram delicti nomine, ex ſententia, & lege. Pſittaci qui vnus e ſeptem Græciæ ſapientibus fuit: vt eſt apud Ariſt. atque eius Græcum Interpretem commem. 7. notato. ob delicta per ebrietatem commiſſa milites dantur in deteriorem militiam. l. Milites. 12. ff. De Cuſtod. & exhibit. reor. & l. omne. 6. ff. De re militari. & in l. 1. C. ſi quis Imperat. maled. Imperatori maledicenti in temulentia pœnam remittendam Theodoſius cenſuit non ſimpliciter; ſed perſonæ maledicentis habita ratione.

Et blaſphemantes, in ebrietate multos punitos fuiſſe ſuo tempore teſtatur; Iul. Clarus in Practic. Crimin. lib. 5. § fin. verſicul. Præterea quæro.

Nunquid ebrius aliquem occidens incurrat irregularitatem controuerſia eſt. Cardin. Zabarella in Clement. 1. de homicid. & Ioannes de Imola ibid. affirmant. At uero Abbas in cap. Quia diuerſitatem. De conceſſion. præb. negat. Quam negatiuam ſententiam egregie tuetur, & mordicus retinet Alfonſus de Caſtro De poteſtat. legal. lib. 2. cap. 14. verſicul. Quinto modo denique. & fortaſſe haud iniuria, nam etſi ebrius ſponte agat, aliqua pœna dignus fuerit exiſtimatus: tamen non proxime, atque immediate, ut ad incurrendum in irregularitatem neceſſe uidetur; nō operatur ſponte, & propoſito, ſed potius quodam impetu: ut ſcribitur in l. Perſpiciendum 11. §. Delinquitur. ff. De pœnis.

Neque uerò à modo recenſitis pœnis ebrio quandoque inflictis uidetur poſſe fieri illatio ad irregularitatem: Eruditus lector dijudicet, & legat præter alios Couarruu. De irregularit. tert. part. init. num. 3. & Alfonſum à Vega ſumm. caſuum conſcient. tom. 1. cap. 42. caſ. 1. & 2. De Borrachos.

c Id tamen omnino falſum eſt. *Non eſt falſum, ſi accipiatur, ut numero proxime ſuperiore à nobis fuit explicatum ex Ariſtotelis doctrina.*

d Actiones humanas non ſolum bonitatem, uel malitiam accipere ab obiecto, & fine, ſed etiam. *Sæpe equidem miratus ſum, unde factū fuerit, ut Theologi Scholaſtici in primis paſſim, fere in re morali ita finem, & obiectum potiſſimum à circumſtantijs diſcriminent, & ſeiungāt, ut illa duo ad quendam alium ordinem, qui nequit eſſe, niſi ſubſtantiæ, (quo quid abſurdius?) reuocare uideātur, proinde atque, & ab ipſiſmet Theologis; & a Philoſophis, ut ſuperius fuit expoſitū, obiectum, & finis in alijs circumſtantijs expreſſe non enumeretur.*

Dicet quiſpiam, ſcio ab obiecto actui tribui ſpeciem certam, atque inuariabilem, & ratam in qua ipſius actus uis, & natura cernitur. Quis inficiatur? ergo cum illud efficiat, deſinit obiectum eſſe circumſtantia, & accidens, eius actus comparatione? nihil ſanè minus, immo potius ita permanet circumſtantia, & ſingulare quoddam accidens, ut inter ea, quæ ſunt ſui generis ad hominum actiones attinentia, de Ariſtotelis ſententia, ut antea fuit adnotatum, principem locum obtineat. Quid quod nonne in rebus naturalibus idem cernimus, unum accidens eiuſmodi perſiſtens tribuere formam, & quod quid erat eſſe alteri accidenti, ut terræ interpoſitionem eclipſi Lunæ? Certe ſi hunc in modum locuti fuiſſent: fortaſſe multas minus utiles quęſtiones recidiſſent, nec tam implicitam, & tam miris nodis inuolutam hanc diſputationem reliquiſſent, de qua hactenus: quę æqui, boniq; faciant, oro, uiri docti, ac prudētes nihil enim ſtatuo, ſed diſputationis tantum cauſſa hoc dictum uolo.

e Quando circumſtantia nouam conformitatem. *Num uero ad id huiuſmodi circumſtantia debeat eſſe per ſe, & directo, & expreſſè uoluntaria, haud parua quæſtio eſt, in qua Caietanus uir ille acutiſſimus confeſſus eſt, malle ſe diſcipulum eſſe, quam doctorem: quoniam, inquit, docere nec me, nec alios noui.*

In ea tamen Authore Azorio libr. Moralium libr. 1. cap. 4. in princip. duæ præceptiones in primis ſunt obſeruandæ. Vna quandocunque opera exteriora peccata talia ſunt, ut de his ſolum dicamus, quæ ſpecialem animi uoluntatem poſtulent, in qua perficiantur ſpeciali uoluntatis propoſito, & directo uoluntaria ſint, plane neceſſe eſt, ut actibus ſpetialem turpitudinem tribuant: ut qui uerbo, uel conſilio alterum ad peccandum inducit, ſpeciale ſcandali peccatum non committit; niſi ea mente, & uoluntate id fecerit, ut ille peccet, quādoquidem ſcandalum, vt ſpeciale peccatum ſit, eiuſmodi animi ſpeciale propoſitum, et conſilium exigit.

Altera præceptio eſt; Peccata, quorum prauitas, & turpitudo in actu exteriore proprium obiectum, & materiam habente cernitur, cum non requirant ſpecialem uoluntatem, ut ſpecialia peccata exiſtant; efficitur, ut circumſtantia, quamuis ſit indirecto duntaxat, & non per ſe uoluntaria, tamen in huiuſmodi peccatis ſpecialem actui deformitatem importat. Furatur quis, ut adulterium committat: is verè fur eſt: tametſi per ſe, & directo furtum non uelit, ſed tantum propter adulterium.

Multa alia utriuſque præceptionis habebis apud Azorium loco citato; nos attulimus, quæ illuſtriora uiſa ſūt. Quæ de praua actione dicta ſunt, eadem ſuo modo ſtudioſæ licet accommodare. Iam uerò ratio quoque, quam Author pro hac prima regula in medio ponit, non eſt undequaque firma, & rata, ſunt enim qui opinentur, circumſtantiam, veluti finem, quæ actui primum bonitatem, aut prauitatē ac proinde ſpeciem actui tribuit non migrare in naturam obiecti, Azor. lib. 1. notato cap. 3. Verſic. 2. quæritur.

f Cum hę circumſtantię omnes in confeſſione explicandę ſunt. *De prioribus ſpeciem mutantibus certa res eſt ut ex Concil. Trident. & omnium ſacrorum ſcriptorum ſententia. De poſterioribus autem aggrauantibus, & minuentibus, controuerſa. Attamen de aggrauantibus notabiliter uerior, magis probanda, & tutior ſententia eſt, eas in confeſſione eſſe exprimendas, ut nimirum hæc integra ſit, ut poſt alios docet, & affatim probat Franciſ. Suarez tom. 4. diſputat. 22. ſect. 3. Idipſum affirmandum de circumſtantijs minuentibus, quæ ita minuunt, ut ſpeciem itidem varient. De ijs autem, quæ minuunt intra eandem ſpeciem, non conuenit inter Theologos, negatiuam tamen, quæ eſt D. Bona. & Nauar. c. 6. nu. 6. Manual. probabiliorem exiſtimat, Suarez loco proxime allegato. Verſicul. Quid dicendum de circumſtantijs minuentibus.*

g Non ſolum eorum, quę ſunt diuerſę ſpeciei, ſed etiam. *Quonam modo numerum peccatorum diuerſæ ſpeciei oporteat in confeſſione declarare, minime obſcurum eſt, cum eorum ſpecies ſint ſigillatim exprimendæ, ut paulò ante fuit declaratum. Porrò de numero peccatorum eiuſdem ſpeciei, qua ratione ſit patefaciēdus inter Canoniſtas, & Theologos extat aliqua controuerſia, quam Author hic olfecit. Ex prioribus quidam arbitrati ſunt, ſatis eſſe numerum peccatorum huiuſce generis, confusè confiteri: v.g. ſæpius peccaui; quibus uidentur aſſentiri Angelus, Verb. Confeſſio. 1. nu. 10. & Sylueſter eod. Verb. num. Sed contrariam opinionem, qua aſſeritur diſtinctè, ac definite numerum horum peccatorum in confeſſione debere explicari, certam, nedum ſimpliciter ueram exiſtimat Franciſc. Suarez diſput. 22. notata ſection. 5 in princ. cum Concil. Lateranenſe* omnino; *Tridentinum autem* ſigillatim *peccata eſſe confitenda decernat. Attamen, ut idem Suarez in fin. eius ſect. obſeruat, ex omnium recentiorum Theologorum ſententia, nec oportet, nec ſemper expedit ſingula peccata per ſe, & quaſi hiſtoricè narrare, ſed ſatis eſt illorum numerum uno uerbo exprimere. Ratio eſt, quia ad morale iudicium illud ſatis habetur, cum reliquum, & per ſe moleſtum ſit Confeſſori, eique, & pœnitenti ſimul quandoque noxium.*

De bonitate, & malitia actuum humanorum. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Qualis ſit actus humanus, liber, moralis, & vnde talem appellationem ſortiatur.*

Eſſe morale nihil reale addit ſuper materialem actuum entitatem, aliud tamen iudicium procedere debet ſecundum eſſe materiæ, et ſecundum eſſe morale, num. eodem.

2 *Quid ſit bonitas moralis aut malitia, et in quo conſiſtat.*

3 *Actus morales bonitatem ſuam aut malitiam unde deſumant.*

4 *Obiectum actus moralis quid, et quomodo actiones ipſæ ſecundum diuerſitatis obiecti rationem inter ſe diſtinguantur.*

5 *Quæuis differentia obiecti non conſtituit ſpeciem in moralibus, quæ vero conſtituat diuerſam, ex quattuor Medinæ Regulis declaratur nu. ſeq. 6.*

7 *Præter bonitatem, quam habet actus ex obiecto, eſt alia quæ deſumitur ex circumſtantijs.*

8 *Bonitas actus uoluntatis ex obiecto, fine, et circumſtantijs conſtare debet, nec alterum iſtorum ſufficit.*

9 *Actuum humanorum quidam boni, quidam mali, quidam indifferentes ſecundum ſpeciem.*

10 *Actus humanus ideſt a ratione deliberante procedens, in indiuiduo erit bonus, aut malus, non indifferens, contra Scotum.*

Actio procedens a ſola imaginatione, non eſt proprie moralis ſed extra genus moralium exiſtens, et indifferens eſſe poteſt ibid.

11 *Quinam actus deliberationem rationis preuenientes ſint indifferentes in indiuiduo, et qui non.*

12 *Actus inter bonitatem ſuam ſpecificam primariam, et inuariabilem habet à ſolo obiecto, accidentariam a circumſtantijs, et vnde bonitas actus exterioris.*

Ad actum bonum requiritur obiectum bonum cum debitis circumſtantijs, et uoluntas bona, ſi aliquid horum deeſt, actus malus eſt ibid.

13 *Actus interior, et exterior genere naturæ diuerſus, moris idem, ita, ut actus exterioris interior forma ſit, et quomodo plures bonitates, uel malitias habeat.*

14 *Bonitas, aut malitia quam habet actus exterior ex fine, eadem eſt cum bonitate, uel malitia actus interioris, et quare.*

15 *Alia autem eſt bonitas, quam habet actus exterior ex obiecto et circumſtantijs à bonitate actus interioris circa finem.*

16 *Actuum humanorum bonitatem, aut malitiam quæ proprietates, et attributa conſequantur.*

Qua ratione in actibus humanis ſit meritum, uel demeritum ibid.

ACtuum humanorum certum eſt quoſdã eſſe bonos moraliter, quoſdam veros malos, de quorum bonitate, & malitia paucis agendum erit, vt ſic confeſſarius exactiorem notitiam de actionibus humanis aſſequatur. Id autem ut melius præſtare ualeamus, tria præcipuè quantum ad præſens inſtitutum attinet explicanda ſunt; *Primum eſt*, quis actus dicatur moralis, & quare. *Secundum eſt*, in quo bonitas, aut malitia actus moralis cõſiſtat. *Tertium eſt*, vnde actus moralis bonitatem, vel malitiam ſuam habeat.

1 Quantum igitur ad *Primum* attinet, † aduertendũ eſt ex communi tum Theologorum, tum a Philoſophorum rectè ſentientium conſenſu, *actionem* a *humanam illam dici*, & eſſe, quæ a uoluntate humana, & libera procedit. Cum enim in hominis poteſtate ſit, eiuſq; dominio ſubijciat̃, plane libera eſt, quia a vero ratione procedit, humana eſt, quæ etiam actio *Moralis* dicitur, deducto vocabulo hoc *Morale*, à more, ſeu conſuetudine, vt Durandus in 2. diſt. 38. q. 1. nu. 5. rectè b annotauit, *ſicut* b *etiã Græcum uocabulum* ἠθικόν, quod reſpondet Latino vocabulo *Morale*, ductum eſt a vocabulo ἦθος, quod morem ſignificat, ſeu conſuetudinem. Rectè autem talem appellationem actio humana ſortita eſt, eo quod proprium eſt actuum humanorum dependere ex conſuetudine, & conſuetudinis facilitate, & omnes tales actus ſunt liberi, id quod actibus naturalibus non conuenit; ſi quis enim centies, aut etiam milleſies lapidem ſurſum proijciat, nunquã aſſueſcet aſcendere, quia motus eius ſurſum uel deorſum non eſt liber, ſed vnus eſt violentus, alter naturalis.

Porrò, ſicut rectè notat idem Durandus vbi ſupra nu. 6. quamuis actus morales ſint quędam res in eſſe naturæ, dicuntur tamen morales ob rationem iam dictam, quia ſcilicet; aſſueſcimus ſic, uel ſic aliquo opere pro arbitratu noſtro operari. Et quamuis hoc *eſſe Morale*, nihil reale addat ſuper naturalem talium actuum entitatem, aliud tamen iudicium eſt de eis ſecundum eſſe naturale eorum, & ſecundum *eſſe Morale*. Si quidem tam actus temperatus, quam intemperatus ſunt eiuſdem ſpeciei ſecundum eſſe naturę, ſed in eſſe morali ſunt contrarij. Nam ſecundum eſſe naturæ eadem habent principia ſecundum ſpeciem, & ex parte obiecti, & ex parte appetitus, & appetentis: ſi enim duo eandem mulierem concupiſcant, quæ eſt vxor vnius, & non alterius, quicquid pertinet ad eſſe naturæ, totum eſt unius ſpeciei ex vtroque, & tamen vnus actus eſt intẽperatus, & malus, alius vero temperatus, & licitus.

c *Quantum* autem ad ſecundum, ſcilicet, *quid † ſit hæc bonitas moralis, et malitia, et in quo conſiſtat*, ſciendum eſt, quod cum ratio boni ſit ratio conuenientis, ſicut bonum naturæ conſiſtit in eſſe quod eſt conueniens naturæ; ſic bonitas moralis actus uoluntatis conſiſtit in conuenientia eius ad rectam rationem; vnde ſicut bonitas eſſe naturalis in eo conſiſtit, vt nihil deſit rei in genere naturæ, ſed ſit in ſuo genere perfecta, adeo, ut homo tunc dicatur perfectus, quando habet perfectionem humanæ naturæ debitam; ita bonitas eſſe moralis in eo poſita eſt, ut nulla perfectio actioni deſit, quam debeat homo in illa adhibere, quatenus uoluntate & ratione utitur in agendo circa hanc, uel illam materiam, ſed ſit prorſus actio recte rationi conſentanea. Econtrariò autem ratio malitiæ moralis in eo conſiſtit, vt actio deficiat a perfectione ei debita; vnde ſicut homo qui claudus, cæcus, aut puſillus, eſt, in eſſe naturę imperfectus eſt, ob defectum debitæ quantitatis, aut qualitatis corporeæ: ita actio quoad eſſe morale mala & imperfecta erit, quoties illi perfectio aliqua in genere moris, puta in obiectio, fine, aut debitis circumſtantijs deſit. Quamuis enim homo ex aliquo præcepto ſemper operari non teneatur, ſemper tamen præcepto negatiuo obligatur, ſcilicet, ut non exerceat actionem malam, atque adeo etiam, vt exerceat actionem bonam, ſi nimirum circa talem, aut talem materiam operari voluerit. Hactenus igitur explicata ſint illa duo, quę propoſuimus, nempè, quis actus moralis ſit, & in quo bonitas, uel malitia moralis conſiſtat.

Ex his etiam facliè conſtat, quid de tertio puncto
3 dicendum ſit, uidelicet, unde † actus moralis bonitatem,
uel malitiam ſuam habeat. Quia enim propria
actuum noſtrorum natura, & perfectio ex conuenientia,
& conformitate ad rationem eſt, quicquid
in illis rationi uel conſentaneum uel diſſentaneum
inuenitur, bonitatem facit uel malitiam. Igitur, quia
actus noſtri primo ab obiectu illo, circa quod fiunt,
accipiunt ſpeciem, & entitatem, prima eorum bonitas
ex obiecto eſt, ſicut & malitia, ſecundum quod
obiectum conforme eſt, vel difforme rectæ rationi.
Et hæc eſt bonitas, uel malitia ex genere ſiue ſpecie
propriè; ut rei alienæ acceptio ex genere eſt mala, elemoſinæ
collatio bona eſt. Sicut enim res naturalis
primam & præcipuam bonitatem, aut malitiam
ſuam, ſeu ſpeciem ex forma accipit, ſeu obiecto: ita
actio moralis bonitatem, aut malitiam ſuam ex obiecto
uoluntatis, hoc eſt, in quod fertur voluntas, accipit:
vnde tam in Philoſophia morali, quam in Scriptura
vituperantur omnes, aut laudantur ex reb. quas
diligunt; iuxta illud Oſeę 9. *Facti ſunt abominabiles ſicut
ea quæ dilexerunt.*

4 Illud autem in præſentiarum obiectum † dicitur, res ſcilicet ipſa, circa quam verſatur actio, vt conueniens, vel diſconueniens regulę rationis. Exempli gratia: obiectum homicidij eſt homo, non quomodocunque, ſed prohibitus occidi, obiectum furti eſt res aliena, non vtcunque, ſed ut prohibita accipitur, & ut diſcordat a norma, & regula rectę rationis, quēadmodum obiectum uiſus non eſt uidere, ſed color, ſub ratione uiſibilis. Et ſicut ſcientiæ diſtinguuntur ex rebus ipſis, & obiectis, non quidem ut ſunt res naturę, ſed ut ſunt in genere ſcibilis, ita etiam actiones humanę ex obiectis ſuis diſtinguuntur, quę ſunt res quędam, circa quas uerſantur, uel quas reſpiciunt, & quia eas reſpiciunt, non ut ſunt res naturales, ſed ut ſunt conuenientes, uel diſconuenientes ad rationem, quę eſt regula directiua operationis humanæ, ſecundum hanc rationem diuerſitatis obiecti, actiones ipſę inter ſe diſtinctę erunt.

5 *Non eſt* tamen exiſtimandum, quod † quęuis differentia obiecti ſpeciem conſtituit in moralibus, ſed illa tantum, quę dicit ſpecialem conformitatem, uel deformitatem ad rationem, ut autem ſciat confeſſarius quęnam differentia obiecti in moralibus ſpeciē diuerſam conſtituat, in moralibus aſſignari non incommodè poſſunt hę regulę traditę a Barthol. Medina, 1.2.q.18.ar.2. in fine.

Prima eſt, Quando unus actus conformis eſt rectę rationi, & alter difformis, differunt ſpecie, quoniam obiecta differunt in ordine ad rationem, ut habere rem cum propria, & cum aliena.

6 *Secunda eſt*, Quando † uterque actus eſt difformis rectę rationi ex cauſa diuerſa, differunt ſpecie, ut habere rem cum ſoluta, & cum maritata.

Tertia eſt, Quando uterque actus eſt conformis rationi ex cauſa diuerſa, differunt ſpecie in bonitate morum, ſicut credere in Deum, & Deum amare.

7 *Quarta eſt*, Quando † actus ſunt conformes, aut difformes rectę rationi, ex eadem cauſa, licet maximè diſtent in genere naturę, ſunt eiuſdem ſpeciei, ut uerbi gratia uendere triticum iuſto precio, & uendere uinum iuſto precio, ſunt eiuſdem ſpeciei in genere moris, & ad eandem uirtutem pertinet, licet differant in genere naturę. Item comedere perdices, & comedere arietem in die ueneris, in genere moris ſunt eiuſdē ſpeciei, & utrumque opus contra temperantię uirtutem eſt, quamuis in genere naturę plurimum inter ſe differant, ut conſtat.

Poſt hanc etiam bonitatem ex obiecto, alia eſt ex
Circunſtantijs. Sicut enim in alijs rebus bonitas, &
malitia non tantum exiſtit ex rei eſſentia, uerum etiā
ex rei accidentibus ita etiam tota bonitas, aut malitia
moralis actionis non eſt ex obiecto, ſed requirūtur
quędam circunſtatię, quę ſi deſunt, aut adſunt,
actio bona, aut mala etiam illarum ratione erit; ſicut
patet in ſacrificio, quod perperam obtulit Saul, 1. Regum
d 14. & 15. & alijs eiuſmodi. *Erit* d *autem actus modus
ſecundum circumſtantias, cui* nulla circumſtatia
debita ex illis, quas capite pręcedente numerauimus,
defuerit, ſiue habeat pręterea circumſtātiam aliquam
bonam non debitam ex præcepto, ſiue non; ille
uero actus erit malus, cui aliqua debita circumſtantia
ex illis defuerit, de qua re plura loco citato diximus.

8 *Neque* e *ſolum ex dictis, ſed † etiam ex fine bonitatem,*
d uel malitiam actus humanus accipit. Bonitas enim
rei, ut latius probat S. Tho. 1.2.q.18.art.4. cuius eſſe
dependet ab alio, tanquam a cauſa aliqua, etiam attenditur
ex fine ad quem res ipſa per cauſam ſuam ordinatur;
unde, & actio hominis, eiuſque bonitas a fine
in quem ab homine ordinatur, dependet. Qua ex cauſa,
recta intentio finis, plurimum nobis in Sacris literis
commendatur, ut operationes noſtrę rectę ſint, ſecundum
illud *Matth. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum
corpus tuum lucidum erit. Et 1. Corint. 10. Omnia
in gloriam Dei facite.*

In his igitur omnibus bonitas rei conſiſtit, prout exemplo declarari poteſt. Eleemoſynam namque dare pauperi propter Deum, ubi, quando, & quomodo conuenit, bonum undique eſt; ſed hoc ipſum facere non propter Deum, ſed propter uanam gloriam, malum eſt ex fine; facere uerò propter Deum, ſed nō quando, & quomodo oportet, eſt malum ex circumſtantijs, bonum uero ex obiecto, & fine. Vnde communiter tradunt authores, bonitatem actus uoluntatis ex obiecto, fine & circumſtantijs conſtare, nec alterum iſtorum ſufficere, ſed hęc omnia ad actionis humanę bonitatem requiri, quia bonum eſt ex integra cauſa, malum autem ex quocunq; ſingulari defectu, ut antiquus Dionyſius c. 4. Diuin. nominum tradit. Ex hac communi doctrina hactenus tradita, alia quędam inferuntur.

9 *Primum eſt*, Actuum humanorum † quoſdam bonos
f eſſe, quoſdam malos, *quoſdam* f *uerò indifferentes ſecundum
ſpeciem.* Tunc autem actus moralis bonus eſt
ſecundum ſpeciem ſuam, quando obiectum eius conſentaneum
eſt rationi, ſicut dare eleemoſinam pauperi.
Ratio huius eſt: quia actus omnis habet ſpeciem in
obiecto, actus autem humanus, ſeu moralis, ſpeciem
ſuam habet ab obiecto relato ad principium actuum
humanorum, quod eſt ratio. Actus uero moralis tunc
eſt malus, quando eius obiectum aliquid ordini rationis
repugnans includit, ſicut furari, quod eſt tollere
aliena. Tunc uerò actus ſecundum ſpeciem indifferens
erit, quando eius obiectum non includit aliquid
pertinens ad ordinem rationis, ſicut leuare feſtucam
de terra, ire ad campos, & huiuſmodi, quod de ſe non
eſt conſonum rectę rationi, neque diſſonum. Dixi, ꝙ

de ſe neque rationi conſonum, neque diſſonum eſt: quia fieri poteſt, vt aliundè conſonus, aut diſſonus ſit rationi, ſicut homo de ſe, nec eſt albus, nec niger, ceterum aliundè prædictis qualitatibus affici poteſt. Hoc idem tanquam certum, & exploratum affirmat D. Hieronymus in epiſtola quadam ad S. Auguſtinum: quæ inter Auguſtini epiſtolas eſt 12. dicens, *Bonum eſt continentia, malum eſt luxuria, inter vtrumque indifferens, ambulare; capitis naribus purgamenta proycere, ſputis reumenta iacere. Hoc nec bonum, nec malum eſt, ſiue enim feceris, ſiue non feceris, nec iuſtitiam habebis, nec iniuſtitiam.* Et inter articulos Ioannis Huſs decimus ſextus in ordine eſt; *Diuiſio immediata humanorum operum eſt, quod ſunt, vel uirtuoſa, uel uitioſa*: vt haberur in Bulla Martini V. quæ eſt prima eiuſdem in ordine, qui articulus tanquam hæreticus in Concilio Conſtantienſi ſeſſione 15. & a Martino V. damnatus eſt. Id quod intelligendum eſt de humanis operibus in ſpecie.

10 *Secumdum eſt*, Quamuis † vt dictum eſt, actio moralis ſecundum rationem, quam ſortitur ex ſolo obiecto abſque circumſtantijs, indifferens eſſe poſſit, habita tamen ratione obiecti cum omnibus circumſtantijs finis, loci, & temporis, & huiuſmodi, ſi a ratione deliberante procedat, in indiuiduo malus aut bonus erit, vt S. Thom. 1. 2. q. 18. artic. 9. & eius loci interpretes, Durandus 2. diſt. 40. q. 1. nu. 6. Gregor. de Valentia tom. 2. q. 13. puncto 6. & alij communiter contra Scotum in 2. d. 7. q. vnica, art. & diſt. 41. q. vnica, affirmāt. Siquidem actus omnis in particulari a ratione deliberata procedens, vel ordinatur ad debitum finem cum debitis circumſtantijs, vel non; n ordinatur, non eſt indifferens, ſed ſortitur bonitatem ex fine, ſi non ordinatur ad finem debitum, cum debitis circumſtantijs, eo ipſo eſt malus in indiuiduo, quia repugnat rationi rectæ, cuius eſt ordinare in finem debitum id, quod agitur; Siquidem dici non poteſt, (vt rectè docet Durandus) quod ordinatur ad finem indifferentem, quia impoſſibile eſt rationem boni non includi in ratione finis, ideoque talis finis vel erit verum bonum, & ſic actus erit bonus, vel erit bonum apparens, & ita malus erit. Hoc ipſum ex illo teſtimonio Saluatoris communiter confirmant authores, Matth. 12. *De omni uerbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij;* otioſoſus autem actus eſt, qui caret bono ac debito fine. ſecundum illud S. Gregorij Homil. 6. in Euan. & lib. 7. Moral cap. 25. *Otioſum*, inquit, *eſt uerbum, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iuſta neceſſitatis caret.* Dixi, *ſi procedat a ratione deliberante*, actio enim quæ non procedit a ratione deliberata, ſed a ſola imaginatione, vt cum quis non animaduertens fricat barbam, vel mouet manum, aut lapidem, propriè loquēdo, non eſt moralis, aut humanus, cum genus moris contineatur totum relatione quadam g ad rationem deliberatam, *& conſequenter g eſt indifferens*, quaſi extra genus moralium actuum exiſtens.

11 Circa hos autem † actus procedentes ab imaginatione, & præuenientes deliberationem rationis, annotandum eſt ex Durando 4. diſt. 41. q. 1. num. 9. & Gregor. de Valentia vbi ſupra, aliquos actus tales eſſe, circa quos ratio debet eſſe peruigil, ne inſurgant, & tales ſunt actus ſenſualitatis, ſeu appetitus ſenſitiui, circa materiam peccati mortalis, & reſpectu talium actum, quantumcunque deliberationem præueniant, poteſt ratio eſſe negligens in reprimendo, & peccare ſaltem venialiter; tales actus ſunt quodam modo, id eſt, indirectè uoluntarij, & morales, quia poterant, & debuerunt per rationem, & deliberationem præueniri; & impediri, & tales non ſunt indifferentes in indiuiduo.

Alij verò ſunt actus, circa quos ratio nullo modo tenetur eſſe peruigil, quia ſcilicet obiecta talium ſecūdum ſe non ſunt materia alicuius peccati mortalis, aut uenialis, ut leuare feſtucam, uel fricare barbam, & tales actus, ut ſic præuenientes, quos non tenetur ratio præuenire, ſunt extra genus moris, & indifferentes ad bonum, & malum, in quibus exemplum poſuit S. Thom. vbi ſupra.

12 *Tertium eſt.* Cum † in actionibus moralibus conſiderari poſſit bonitas, & malitia actus interioris, ſcilicet voluntatis, & exterioris actus, qui exterius producitur, actus interior bonitatem ſuam primò & per ſe, hoc eſt, bonitarem ſuam ſpecificam, & eſſentialem, primariam, & inuariabilem a ſolo obiecto habet, accidentariam autem a circumſtantijs; Siquidem bonitas, & malitia, actus interioris, ſcilicet uoluntatis, differentiæ ſpecificæ ſunt, ſpecies autem actus ex obiecto ſumitur, unde primo, & per ſe bonitas ab illo deſumenda eſt, ex circumſtantijs autem accidentaria h quædā bonitas, ſeu malitia ſuperadditur, *h maximè a uerò fine*. Actus uero exterior cum bonus, aut malus eſſe poſſit uel ſecundum genus ſuum ſecundum circūſtantias in ipſo conſideratas, ut dare eleemoſinam, ſeruatis debitis circumſtantijs, eſt bonum; vel in ordine ad finem, ut dare eleemoſinam propter uanam gloriam, dicitur eſſe malum; illa quidem bonitas, aut malitia, quæ eſt ſecundum ordinem ad finem, tota depēdet a voluntate, in qua prius inuenitur, & ex qua deriuatur ad actum exteriorem; ſiquidem mediante actu interiori, actus exterior tendit in finem; (voluntatis eſt enim reſpicere finem) illa autem, quæ ex debita materia, & circumſtantijs eſt, ex ordinatione rationis dependet, quæ prior eſt, quam bonitas actus uolūtatis; adeo, vt & actus interior, ab exteriori, & econtra, exterior ab interiori, quo ad bonitatem, uel malitiam depēdeat, vt v. g. actus exterior eleemoſinæ, & bonus eſt ex obiecto, & natura ſua, & ut refertur in debitum finem, prior bonitas reperitur prius in illo actu exteriori, quam interiori, qui pro obiecto ſuo habet ipſum actum exteriorem, & ab eo tanquam ab obiecto pendet, proponitur enim voluntati a ratione tanquam quoddam bonum apprehenſum, & ordinatum per rationem, ideoque talis actus interior uoluntatis, ſcilicet uelle dare eleemoſinam, bonus eſt, quia eſt de tali exteriori actu bono; Econtra uero, quia actus exterior ex ſe nec liber eſt, nec ad aliquem finē debitum refertur, ſed hoc totum a uoluntate procedit, hæc poſterior bonitas ab actu interiori uoluntatis, ad exteriorem deriuatur, ideo enim actus exterior eleemoſinæ ob gloriam Dei exhibitus, ex eo fine bonus eſt, quia intentio talis finis eſt bona.

Quartum eſt. Cum bonum ex integra cauſa ſit, malum autem ex quocunque ſingulari defectu, ad bonitatem actus requiritur, & uoluntas bona & obiectum bonum cum debitis circumſtantijs, quorum ſi aliquid deſit, actus malus erit, & hoc ex dictis manifeſtum eſt.

13 *Quintum eſt. Actus* † *interior* i *uoluntatis, et actus exterior*, quamuis in genere naturæ ſint diuerſi, ex ipſis tamen unus ſolum in genere moris conſtituitur, ita ut interior exterioris forma ſit, qui ſane actus unicus ali

quando plures bonitates,vel malitias habet,aliquando vnam tantum. Vnde Nauarrus in Manuali,in prælud.9.num.20.verſ.6.docet confeſſarium,& pęnitentem circumſpicere debere non ſolum an actus ſit peccatum ratione ſui obiecti tantum,ſed etiam an tale ſit ratione alterius mali finis, vel malæ circumſtantiæ, vt v.g.furtum factum ad mæchandum,ratione obiecti,quatenus,ſcilicet,eſt cōtrectatio rei alienæ,eſt furtum,ratione vero finis,quatenus,ſcilicet, fit ad mæchandum,eſt peccatum luxuriæ, & ſi fieret ad emendum gladium ad occidendum hominem, eſſet homicidium,& ſi fieret in loco ſacro,eſſet ſacrilegium. Et eleemoſina facta pauperi propter Deum ſummè dilectum,duplicem bonitatem habet, & quia ſubuenit pauperi,& quia id refert in Dei honorem, & gloriam.

14 *Sextum eſt.Bonitas* † *aut malitia* k *quam habet actus* k exterior ex fine,eadem eſt cum bonitate, vel malitia actus interioris circa finem, nihilque bonitatis aut malitiæ,per ſe loquẽdo,actui interiori virtutis huius, aut vitij, circa eundem finem addit. *Ratio huius eſt*; quia actus exterior non denominatur bonus bonitate tali ex fine, niſi ab illa eadem bonitate, quæ eſt in actu interiori uoluntatis circa finem. Sicut medicina non denominatur ſana,niſi ab illa ſanitate animalis, ad quam habet ordinem. Vnde ſicut in medicina non eſt diſtincta ſanitas ab animalis ſanitate, a quo denominatur ſana;ita nec in actu exteriori,vt eſt bonus ex fine,alia eſt bonitas diſtincta a bonitate eius actus interioris,qui eſt circa finem. Dixi,*Per ſe loquendo*, q̃a per accidens actus exterior actum interiorem meliorem,vel peiorem tripliciter reddete poteſt, vt explicat S.Thom.1.2.q.20.art.4.*Primo*,ſecundum numerum,vt ſi quis bono,vel malo fine vult aliquid facere, & tunc quidem non facit,poſtea vero,& vult, & facit, tunc enim duplicatur actus uoluntatis, & eſt duplex bonum,vel duplex malum.*Secundo*,quantum ad extenſionem,vt cum quis vult aliquid facere bono fine,veſ malo,& propter aliquod impedimentum deſiſtit, alius autem continuat motum volũtatis quouſq; opus perficiat, tunc quanto uoluntas diuturnior eſt in bono,vel malo,tanto peior, aut melior eſt. *Tertio*, ſecundum intenſionem,ſunt enim quidam actus exteriores qui inquantum ſunt delectabiles,vel pęnoſi,apti ſunt intendere voluntatem,uel remittere, quanto autem uoluntas intenſius tendit in bonum, uel malum,tanto eſt melior,vel peior.

15 *Septimum eſt*, Bonitas,vel † malitia quam habet actus extorior ex obiecto, & circumſtantijs, alia eſt à bonitate,uel malitia actus interioris circa finem,additque aliquid ad bonitatem,uel malitiam actus interioris, l *cuius* l *exterior eſt obiectum*. *Ratio eſt*;quia bonitas,& malitia hęc non conuenit actui extoriori per bonitatem, & malitiam intentionis finis, ſed ſecundum ſe,neque actus interior denominatur bonus à bonitate actus exterioris,qui eſt propter finem,ſed à ſuo fine. In hoc tamen caſu bonitas actus interioris redundat in actum exteriorem,quatenus is eſt etiam bonus ex fine,& bonitas actus exterioris redundat in actum interiorem uoluntatis,quatenus eſt illius obiectum. Et patet in eo,qui dat eleemoſinam ob honorẽ Dei, ĩ quo actu duplex eſt bonitas,& quia ſubuenit pauperi,& quia id refert in honorem Dei, & bonitas unius in alterius bonitatem redundat.

16 *Octauum eſt*, Ex bonitate, & † malitia actuum humanorum conſequuntur quædam proprietates, & attributa,de quibus S.Tho.1.2.q.21.& illius loci interpretes;Pet.Sotus lect.4.de actibus humanis,Greg. de Valentia tom.2.q.16 diſput.2.& alij latius agunt. *Primo* enim ſi actus bonus eſt, habet rationem quandam *rectitudinis*,& dicitur *Rectus*;econtra verò,ſi malus ſit, dicitur *Peccatum*. Cum enim actus moraliter bonus is ſit,qui procedit,& dirigitur in finem prout recta ratio,& lex æterna præſcribit,actus ille dicitur *Rectus*;econtra vero,quando recedit ab ordine rationis humanæ,quæ eſt proxima regula, & ab ordine rationis ſeu legis æternæ,quæ eſt ſuprema regula bonitatis, m *erit malum*, m *et dicitur Peccatum*. *Secundo*, Peccatum uel rectum, ſi in his accidant, quæ poteſtatem actuum ſuorum non habẽt,aut non uoluntariè operãtur,nec culpabilia,nec laudabilia ſunt,in naturalibus enim,& neceſſarijs,nec laus,nec uituperium reperitur, n *Prout Philoſophus 3.Ethic.c.5.annotauit*, vbi uero uoluntarium eſt,ibi rectum,& laudabile, peccatum, & vituperabile. In ſolis enim actibus uoluntarijs, laus eſt,& culpa,ex eo enim actus laudabilis,aut vituperabilis,quod imputatur agenti; tunc autem imputatur agenti,quando eſt in poteſtate agentis, vt agat vel non agat,per uoluntatem enim homo dominium actus ſui habet, bonus enim actus dicitur *laudabilis* malus vero *vituperabilis*. *Tertio*, Has duas rationes cõſequuntur *pæna*,& *præmium*,ſeu quod actus ſit *meritorius*,ſeu *demeritorius*, omnis enim actus bonus laudabilis eſt *meritorius*,ſeu dignus pręmio,ſicut è contra, actus omnis malus,& uituperabilis; & dignus eſt pęna,& *demeritorius*. Hæc autem ratio meriti,aut demeriti in humanis actibus non ſolum eſt in ordine ad ſeipſum qui bonum,aut malum operatur,ſed etiam in ordine ad ipſum vniuerſum. Quia enim quicquid agimus boni quantumuis priuati,non ſolum nobis vtile eſt,ſed uniuerſo,cuius nos membra,& partes ſumus & ideo pęna, uel præmium ſic operantibus debetur ab ipſo uniuerſo,ſicut cum quis medicus, aut aduocatus actiones ſuas iu bonum,uel malum Ciuitatis, aut Canonicus actum ſuum in bonum, uel malum totius Colegij ordinat, debetur ei pęna vel præmium, primo quidem,& principaliter a tota Ciuitate,ſeu Collegio,ſecũdariò uero à ſingulis Collegij, uel Ciuitatis partibus. Neque ſolum actus bonus,aut malus dignus eſt præmio,uel pęna,ſed ab ipſo etiam Deo auctore uniuerſi, ratio poſtulat ut reddatur vnicuique iuxta opera ſua bona,vel mala. Quatenus enim ipſe curam vniuerſi gerit,& actus bonus in eius honorem cedit, & in eum tanquam in ultimum finem actio quęcunque bona tendit,ratio poſtulat,vt ab eo remuneret̃; Econtra uero,quia actus malus in detrimentum quodãmodo totius vniuerſi tendit,cuius curam præcipuam gerit Deus, & per illum quodammodo ſubtrahitur honor Deo,hoc ipſo quod non refertur in illum,tanquam in ultimum finem,ſicut deberet,dignus eſt non ſolum, vt puniatur abſolutè, ſed etiam ut a Deo ipſo puniatur,unde eſt illud commune dictum, Deus ſicut nullum opus bonum relinquit irremuneratum, ita nullum malum relinquit impunitum. Et Eccleſ.ultimo dicitur:*Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium,* o *ſiue bonum,ſiue malum, vt propterea* o *uehementer inducendi ſint peccatores*,ad oper bona facienda, & mala fugienda. Et de bonitate, & malitia actuum humanorum hactenus.

ADDITIONES.

b Sicut etiam Græcum vocabulum ἠθικὸν. *Hac de re ita Ariſtot. ipſe initio lib. 2. Ethic. Moralis virtus ἠθικὴ ex more, & aſſuetudine comparatur, vnde etiam nomen habet, quod parum admodum ἀπὸ τοῦ ἔθους, quod eſt amore deflectit.*

Vbi Græcus Interpres, eſt autem ἔθος, ideſt mos, & aſſuetudo operatio ipſa, ἐνέργεια ἦθος: verò, ideſt mores, qualitas, quæ ex operatione affectuoſæ animæ τῇ παθητικῇ acquiritur, hoc eſt, finis, & opus τοῦ ἔθους animæ vero nimirum ratione quidem per ſe deſtitutæ quæ rationi tamen ſubijci, & obtemperare idonea eſt, δυναμένη. Quæ poſtrema verba in Latino commentario deſiderantur.

Hinc fortaßè non improbi ſcriptores, quemadmodum, inquiunt, in virtute conſideratur & internus habitus, & externa actio; ſic etiam mores vel ſunt externi, vel interni. Internos vocamus ipſos habitus, ſecundum quos quales dicimur, bene ſcilicet, vel male morati, externi ſunt veluti teſtes internorum.

Atque vt interni ἤθη, ſic externi ἔθη diſtinctioris doctrinæ gratia appellari poßent. Rurſus quemadmodum ex actionibus proueniunt habitus; ſic ex ἔθει prouenit ἦθος erit igitur τὸ ἔθος ipſa aſſuetudo, τὸ ἦθος verò mos ipſa aſſuetudine comparatus.

a Actionem humanam illam dici. *Actio humana duplex eſt, vna, quantum ad ſubſtantiam operis, ideſt illa actio, quæ competit uni homini, qua a ceteris animantibus ſegiungitur. In qua quidem acceptione multas reperias actiones humanas, ſiue potius hominis, quæ liberæ non ſunt, vt prima intellectio, & voluntatis ſubiti motus, qui omnino ipſam voluntatem anteuertunt.*

Alterum actionũ humanarum genus eſt, quæ modũ agendi ſpectant in primis, quas videlicet homo exercet cũ libertate, & deliberatione, & conſultatione. Atque hæ proprie perhibentur actiones humanę, de quibus Philoſophus Moralis. Ita B. Medina 1. 2. q. 1. art. 1. verſicul. Tandem exponendum, atque eundem in modum omnes fere reliqui Theologi.

Sed fortaſſe vniuerſa hæc res non incommode vno verbo expediri, atque abſolui poßet; ſi dixerimus, humanam actionem, de qua in præſentia, eam eſſe, quæ in hominis electione conſiſtit. Tria inquit Ioann. Azor. Inſtit. Moral. lib. 1. cap. 1. in principio D. Thom. loco proxime citato tradidiße neceſſaria ad humanam actionem conſtituendã, Primo, quòd conueniat homini quatenus homo eſt, ſecundo, quòd homo dominus eius ſit, tertio, quod ex libera voluntate proueniat.

Omnia hæc, atque alia ad rem præſentem maxime accommodata complectitur vna electio. Solis enim nobis, nõ etiam brutis competit. Ariſ. lib. 3. Ethic. comm. 2. De ijs eſt, quæ in noſtra poteſtate poſita ſunt. Ibid. comm. 7. Ac voluntas electionis affinis eſt, & quędam pars: etenim, vbi mens conſultans aſſenſione elegerit quippiã, voluntas, quæ eſt appetitio, ipſam conſequitur; ſimulque cum ea incitatur. Inibi Philoſophus, atque eius Græcus Interpres. Quocirca præterea appetitus, & ratio dicitur cauſſa efficiens electionis: atque hæc ſine intellectu, & cogitatione (νοῦν & διάνοιαν habet Ariſtot.) nec ſine morali habitu conſiſtit. lib. 6. Ethic. cap. 2. comm. 5. & 6. ex quibus poſtremis uerbis conſtat manifeſto, cur quæ humana actio dicitur, Moralis etiam perhibeatur: quia ſcilicet electio, in qua tota cernitur actio humana, abſque morali habitu non ſubſiſtit.

c Quid ſit hæc bonitas moralis, & malitia, & in quo conſiſtat. *Quæ hic ab Authore proponuntur, & à Theologis longe pluribus explicantur paucis etiam ex Ariſtotelis doctrina poſſent abſolui; ſi dictum fuerit bonitatem, et malitiam moralem in bona, & mala electione potiſſimum ſitam eſſe. Bona ſiquidem actio, inquit Ariſ. lib. 6. Ethic. cap. 2. comm. 6. et quod item contrarium in actione eſt, nõ exiſtit ſine intellectu, & cogitatione, & morib. in quis tribus paulo ante obſeruatum fuit electionem collocatam eſſe. Tunc autem fuerit electio proba, & bona, quando fuerit facta ex virtute, quæ melius peiori anteponat. Nam cum electio appetitus ſit conſultatiuus, ſi bona ſit, atque ex virtute, illud prorſus appetet, quod vere bonum conſultatio eſſe collegerit; vt docet Interpres Græcus eodem cap. 2. comm. 3. in fin.*

Duplicem autem uirtutem bona electio poſtulat prudẽtiam ſcilicet, & virtutem moralem, quæ poſterior finem proponit: prior autem ea excogitat, & peragenda ſuppeditat, quæ illiuſmodi fini aſſequendo conducunt. Ariſtotel. atque eius Interpres Græcus eodem lib. 6. in fin. ex quibus quæ ſit praua electio non eſt difficile uidere.

Vtraque porro aut ſimpliciter, & abſolute, aut ſecundum quid eiuſmodi eſt.

Abſolute bona electio eſt, verbi gratia, temperantis, quippe qui, & prudentia ſimul, & morali virtute præditus ſit. E contra uero quia utraque eiuſmodi uirtute deſtituitur; Intemperantis electio ſimpliciter mala exiſtit. At uero continentis, atque incontinentis electio bona quidem habetur; ſed non ſimpliciter, & alia in uno, atque in altero euentu.

Vterque cognoſcit, & appetit quæ uere bona ſunt. Sed ſemper cum conflictu perturbationis, a qua tandem aliquando alter ſuperatur; alter autem uictor diſcedit, ex quo Incontinentis malæ, Continentis uero bonæ actiones iure putantur; non omnino, ſed propemodum ex parte dimidia. Ambo uirtute morali carent. uerum ut Continens ad eam paulatim tendit, atque accedit; ita Incontinẽs in ſingulos dies magis inde recedit. e

Quæ omnia cum fiant ſingula peculiari ratione bona ex præſcripto, mala autem contra præſcriptum recte rationis, de qua initio libri primi dictum fuit, in hoc, paucioribus etiam uniuerſam hãc rem cõplectentes, recte licere t affirmare, omnem moralium, ſiue humanarum actionum bonitatem, & malitiam conſiſtere, id quod uno ore omnes etiam Theologi aiunt; & quidem, quod attinet ad rectam rationem, atq; ad actiones ex illius præceptione editas non uidetur differre temperans a continente quemadmodum neque Incontinens ab intemperante in poſterioribus vnam in recta ratione aperte differunt ea ſiquidem in Intemperante corrupta eſt: in Incontinente autem manet ſuperſtes Ariſ. lib. 7. Ethicorum cap. 8. in fin. & cap. 9. comm. 6. vbi præterea & cap. 4. comm. 4. et c. 7. comm. 3. et ſeq. et cap. 10. de illorum electione.

Atque ex Theologis illud etaim in hanc ſententiam obſerua quamquam obiectum ideſt res exteriores quæ rectæ rationi, aut conſentaneæ, aut diſſentaneæ ſunt, dicantur humanis actionibus ſpeciem tribuere, tamen formalem malitiæ, aut bonitatis humanarum actionũ rationem ineſſe in ipſiſmet actionibus, non autem in illarum obiectis, quippe quibus in obiectis illiuſmodi bonitas, et malitia potius cauſſaliter, et originaliter, vt in pomo, et medicina ſanitas, reperiantur. Bart. Medin. 1. 2. q. 18. art. 2. uer. Illud etiam non eſt prætereundum, et ſeqq.

Neque illud omittendum, ſed diligenter adnotandum, quod Author innuit ex D. Thom. et alijs, obiecti, de quo hic uerba fiunt, quemadmodum et ſcientiæ alicuius ſubie- c *[illegible]as eſſe partes unam quam materialẽ, [illegible]eram, quam forma-*

formale ſubiectum & obiectum uocant, ſuperius in re conſiderata, & quatenus natura conſtat; poſterius in modo quo illa res conſideratur, potiſſimum conſiſtit, habes exépla apud Authorem hic num. 4. & 7.

d Erit autem actus bonus ſecundum circumſtantias. *Hinc Ariſtoteles rectè coarguit Stoicos ex eo, quod definientes virtutem abſolutè dicebant eſſe impaſſibilitaté, & quandam tranquillitatem, non addentes, ut oportet, & quando oportet, & cetera, quæ adiunguntur. Sic enim Philoſophus circumſtantias appellat lib. 2. Ethic. capi. 3. comm. 3.*

Num autem id efficiant in propria circumſtantiarum natura perſiſtentes, an uero in obiecti uim tranſeũtes inter Theologos controuerſia uerſatur. Ceterum uerius, ac probabilius uidetur, quando id præſtant, eas in obiecti formalis naturam migrare, non quod, inquam, locus, v. g. euadat ipſa res, circa quam, id enim per abſurdum eſt: ſed qa afficitur, merito rectę rationis, quadam ueluti forma; qua ab illius præſcripto deficiat, aut ei dicto ſit audiens; quæ ſane quaſi forma omnibus circumſtantijs peræque communis eſt, ut conſtat ex Ariſtot. lib. 2. Ethic. cap. 3. com. 3. et cap. 6. com. 9. vbi eam deſcribit per hæc duo uerba ὡς δεῖ. *vt oportet, quod quidem argumentum, ut prætercam, quæ ab alijs in hanc rem afferũtur, apud me plurimi eſt. Si plura deſideras, legito Bartol. Medin. 1. 2. q. 18. artic. 2 & Azor. Inſt. Moral. lib. 1. q. cap. 3. & ſeqq. & Gregor. de Valent. tom. 2. diſput. 2. q. art. 2.*

e Neque ſolum ex dictis, ſed etiam ex fine. *Tribus modis, ut notat Greg. de Valent. tom. 2. diſputat. 2. q. 13. punct. 2. Verſicul. ſed ut hæc aſſertio, finis conſideratur. Primo, ut per ſe, tanquam obiectum terminat aliquem actum, quo pacto uocatur finis intrinſecus, ſecundo, ut accidit alicui actui, quo modo una ex circumſtantijs eſſe dicitur. Tertio, ut peculiarem cauſſæ rationem obtinet, quæ ab Ariſtotele (cuius gratia conſueuit appellari, & hoc tertio modo vult Gregorius finem hac in parte tractari. Quomodocunque accipiatur, illud exploratum eſt, Ariſtotelem plurimum fini deferre; quod attinet ad rem præſentem. Nam ut prætereamus illa, quæ de communi rerum agendarum fine, in quo ſummum, atque optimum bonum humanum collocauit lib. 1. cap. 2. Ethic. atque huius cognitionem magnum ad uitam rectè traducendam momentum afferre, ac deinde uoluntatem, quę in nobis maxime dominatur, ad finem referri, ab eoque in primis excitari, lib. 2. Ethic. cap. 2. comm. 6. & cap. 4. & 5. in princip. & alibi ſępe. Philoſophus ſtatuit finem eſſe non ſolum principium rerum agendarum lib. 6. Ethic. capit. 5. comm. 12. & cap. 12. prope finem: atque etiam ipſarum actionum lib. 7. cap. 8. com. 4. ſed etiam ipſammet actionem lib. 1. cap. 1. com. 5. & lib. 7. cap. 2. com. 7. & pluries alibi: perinde, ut nihil magis, quam finis ad actiones humanas, & morales pertineret.*

Quid quod ſi conferatur cum obiecto, illi de Ariſtotelis ſententia præſtare uideatur, nam etſi ab ipſo lib. 2. Ethic. cap. 1. comm. 15. vt præcipua eorum, quæ adiunguntur (ſic Ariſtoteles *appellat circumſtantias eodem lib. 2. cap. 3. comm. 3. vt fuit paulo ante annotatum) utraque recenſeat: tamen finis ereptam obiecto actionis denominationem, conſtitutionemque ſibi ſuo iure uendicat.*

g *Itaque ſi quis lucrandi cauſſa adulterium committat, non adulter, ſed auarus magis habendus eſt, lib. 5. Ethic. cap. 2. comm. 2. tum moderatur obiecto, tanquam regula quædam rata; illud aut remittendo, aut intendendo.* In omnibus enim antedictis habitibus, *inquit Ariſtotel. libro 6. Ethic. cap. 1. comm. 2. moralibus uideilcet,* eſt quidam ſcopus, ac finis, in quem reſpiciens is, qui habet rationem intendit, ac remittit. *Cuius rei exempla habes ibidem ab Interprete Græco.*

Poſtremo finis immutat naturam, & uim obiecti, ut v. g. quod alias rectè factum, & laude dignum eſt, aut turpe euadat, aut nullam mereatur commendationem; ut qui ob uanam gloriam, aut ob aliciendam in ſuum amorem mulierculam, elargitur eleemoſinam. Econtra quod per ſe turpe eſt, & deteſtandum, ob bonum finem efficitur commendandum. Interpres Græcus affert exemplum de adulterio commiſſo cum uxore Tyranni ab eo, qui ipſum tyrannum interficere conſtituerat, atque ita patriam in libertatem uendicare; nec alio modo ſe id perfecturum animaduerterat lib. 2. Ethic. cap. 6. comm. 9. libr. 5. capit. 10. comm. 2. lib. 7. cap. 7. comm. 2. & uidetur hauſiße ab Ariſtot. cap. 6. comm. 9. citato, vbi ratione circumſtantiæ ſignificat adulterium honeſtè admitti poße; Quod ut Ethnico homini politico demus, certe nobis Chriſtianis luce veritatis illuſtratis non eſt probandum ullo pacto, eſt enim adulterium, eodem Ariſtotele ibidem authore, per ſe malum: at huiuſmodi mala non ſunt unquam admittenda, vt eueniant bona, ut omnes nouimus. De propoſita Ariſtotelis ſententia de fine legito, ſi uidetur, Ioann. Azor li. 1. Inſtitution. Moral. cap. 2. in fin. De fine alibi agit Ariſtot. ut libr. 2. Phyſic. capit. 3. & lib. 5. Metaph. cap. 2. ſed quæ attulimus, ſatis in præſentia habeantur.

f Quoſdam uerò indifferentes ſecundum ſpeciem. *Non erat fortaſſe prætermittendum quartum membrum, quod ad humanorum actuum rotundam, et undequaque perfectam diſtributionem tradidit D. Thom. quolibet. 4. ar. 5. ut ſcilicet prçter bonos, et malos, atque indifferentes exiſtant etiam actus, qui cum, ut ille ait, in malum ſonent, tamen debitis circumſtantijs ueſtiti boni effici poſſunt; occidere hominem non eſt bonum, quaſi per ſe expetendum, neque eſt malum abſolute malum, cum uitæ tuendæ gratia graſſatorem liceat interficere.*

Porrò neque indifferens eſſe per ſe perſpicuum eſt, quéadmodum ſapere, & ſonare malum, et bonitatis ueſte, et circumſtantia poße ueſtiri; ut cum iudex, aut eius miniſter aliquem iuſte, et publicæ utilitatis cauſſa occidit. Id uidetur ſumptum ex Ariſtotele lib. 2. Ethic. cap. 6. comm. 9. ubi huiuſmodi actiones uocat eas, quæ ſimul atque nominantur implicatam prauitatem intelliguntur habere, et pro exemplo in medio ponit adulterium, furtum, et homicidium. De adulterio, quod ipſe, atque eius Græcus Interpres arbitrati ſunt aliqua poſſe honeſta circumſtantia veſtiri, dictum eſt numero proxime præcedente. Furtum uerò licitum fieri in extrema neceſſitate nemo eſt qui ignoret. Actiones indifferentes agnouit etiam Iſocrates alio tamen ſenſu, ſic enim in Archidamo. *Nihil rerum omnium præciſè uel malum eſt, uel bonum; ſed ut quiſque rebus, atque occaſionibus utitur: ita neceſſe eſt, euentus conſimiles inde conſequi.*

g Et conſequenter eſt indifferens, quaſi extra genus moralium actuum exiſtens. *Vtrum uerò detur actus indifferens in indiuiduo, atque in exercitio, quod attinet ad meritum, et demeritum uitæ æternæ, non leuis inter Theologos dubitatio uerſatur. De qua ita Bartol. Medin. 1. 2. q. 18. art. 9. Verſicul.* eſt alia Dubitatio. *Primum omne opus malum ſiue in homine peccatore, ſiue in homine exiſtente in gratia eſt demeritorium coram Deo; et cum de peccato mortali id exploratiſſimum ſit, de ueniali non itẽ; idem tamen ait eße affirmandum et de poſteriori, quando quidem de omnium ſententia apud Deum peccatum ueniale aliqua ſit pœna dignum. Deinde opus moraliter bonum in homine exiſtente extra gratiam eſt indifferens, quòd uitæ æternæ meritum, et demeritum attingit. Etenim, cum* *ita ſit opus bonum, non eſt demeritorium; neque etiam meritorium eo pacto, cum proficiſcatur ab homine gratia, & Dei charitate deſtituto.*

Si diſtribuero, *inquit Apoſtolus*, omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meũ, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

Poſtremo omne opus bonum exiſtentis in gratia eſt meritorium vitæ æternæ: quatenus qui iuſtificatur initio, ac deinceps in ſuis actionibus, eas, ſeq. in finem ſupernaturalem refert. Quæ ſententia ex quinque à ſe relatis hac de re maxime probatur Bartol. Medin. art. 9. citato verſic. Quinta opinio. in fin.

h Maxime uero à fine. *Ab operantis, inquam, fine, vt cum Theologis loquamur; is enim operis circunſtantia eſt: non autem a fine ipſius operis, qui cum ſit proximum obiectum, humano actui ſpeciem tribuit; vt ex D. Thom. quæſt. ſecunda, de Malo. art. 4. ad 9. docuit doctiſſimus Victoria, & recenſet Barthol. Medin. 1.2. quæſt. 18. articul. quarto, verſicu. ad quartum in fin.*

Quid ſi actus plures fines habuerit? Bonitatem uoluntatis ex vtroque dimanare dicendum eſt: ex uno tanquam ab obiecto, & ex alio tanquam a fine; tametſi vtrumque fuerit obiectum.

Quiſpiam vult pecunias propter honorem, & honorem propter ſibi congruas nuptias. Hic eſt bonitas, quæ eſt ab obiecto, ſcilicet a pecunia, & alia a nuptijs; ſed prima eſſentialis, ſecunda accidentalis; ſic eſt exẽplum Medinæ 1.2. quæſt. 19. art. 2. in fin. quod tamẽ non videtur quadrare in omnem partem. Illud uero ab eodem inibi enucleatius.

Quod ad finem refertur, aut habet unde appetatur ex ſeſe, aut non. Si quidem non habet, tunc bonitas eius bonitas finis planè cenſenda eſt: ut cum uolo medicinam propter ſanitatem; atque ita eadem eſt bonitas obiecti, quæ finis: quod ſi habeat vnde ex ſe ſit expetendum, tunc bonitas obiecti differt a bonitate finis, cum eo, quod bonitas finis, nimirum operantis, ſit accidentaria.

i Actus interior voluntatis, & actus exterior. *Vocabulo actus exterioris intelligitur hac in parte omnis actus moralis, qui non elicitur, ſed tantum imperatur à voluntate.*

Itaque etiam actus intellectus ſic habendus eſt exterior ob hanc ipſam rationem, quod non a uoluntate, ſed ab ipſo intellectu elicitur.

Is autem non ut omnis aliarum animæ potentiarum actus non ſecundum eſſe naturæ, per ſe, atque abſolutè conſideratur, ſed quatenus ad uoluntatem, ut imperantem refertur, ex quo moralis, & voluntarius appellatur.

Iamuero actus interioris nomine intelligunt Theologi in re propoſita non tantum eos actus internos, qui verſantur circa finem, & proprie pertinent ad uoluntatem, aut tantum eos, qui ſunt circa media, quos ſibi electio vendicat: ſed communiter omnem actum interiorem, ſiue finem, ſiue media attingat.

Quare ſequitur ut merito uoluntatis imperantis, aut elicientis, non ſolum, ut inquit Author, poſſint eſſe plures actus in genere naturæ, qui conſtituant unum tantum actum in genere moris, cuiuſmodi ſunt multi actus, qui cum adhibeantur ad furtum, aut homicidium, loco vnius actus habentur: verum etiam e contra poſſit eſſe vnus, atque idem actus in genere naturæ, qui multiplex ſit, & diuerſus in genere moris, ut cum quis incipit bonum motum continuum bona intentione, & finit mala. D. Thom. 1.2. q. 20. art. 1. atque inibi Caiet. & Bartol. Medin. art. 3. uerſ. ſed explicare. & Grego. de Valen. tomo ſecundo, diſputatio. 2. quæſt. 15. punct. primo, in princ.

k Bonitas, aut malitia, quam habet actus. *Accipiatur hic bonitas, & malitia non ſecundum earum communem rationem (ſic enim omnis bonitas, & malitia in actu exteriori ſita, diſtincta eſt ab omni bonitate, & malitia actus interioris; atque e conuerſo: quemadmodum & ipſi actus inter ſe cernuntur diſtincti) ſed ſecũdum rationẽ bonitatis, & malitiæ talem, huius, uel illius ſpeciei uirtutis, aut vitij; ut in ſpecie ſignificatur per determinata nomina virtutum, & uitiorum, ut exempli gratia iuſtitiæ, atque iniuſtitiæ.*

Quæ ſanè poſterior bonitas, & malitia non omnis eſt diſtincta in utroque actu; ſed interdum vna, atque eadem perſpicitur, in uno quidem formaliter in alio autẽ per extrinſecam denominationem.

Atque hoc pacto dicimus primam bonitatem, vel malitiam, quæ ſumitur ex fine, poſterius conuenire actui exteriori, quam interiori, qui in fine verſatur; propterea quod actus exterior non eſt bonus ex fine niſi quatenus per actum interiorem bonum refertur in finem: deinde ſi conſideretur actus exterior, quatenus in eſſe moris eſt quidam effectus interioris actus, ſic etiam bonitas actus exterioris ſimpliciter poſterior putanda eſt bonitate actus interioris etiam illius, qui habet exteriorem actum pro obiecto.

Ita ſiquidem pendet ab interiore, ut a cauſſa efficiente. Notat Gregor. de Valent. loco proximè ſuperius allegato punct. 3. ex Scot. Gregor. Ariminenſ. D. Thom. Riccard. & Durand. ut ipſe eos interpretatur aduerſus Caietan.

l Cuius exterior eſt obiectum. *Bonitas actus exterioris, in quo ueluti in obiecto uerſatur actus interior, non additur ad huius bonitatem, veluti noua, & ſeiuncta ab eiuſmodi interni actus bonitate: ſed tanquam alium quendam modum ſortita perfectiorem (prius enim erat in potentia, mox in actu) atque in ipſa executione poſitum. Etenim actus internus, qui pro obiecto habet actũ externũ, denominatur bonus ab illa bonitate, quam ſecundum ſpecificam rationem obtinet ex ſe ſe externus. Gregor. de Valent. tom. 2. diſput. 2. q. 15. p. 4. uerſi. Ad actum, ex Caietano.*

m Actus malus, & dicitur peccatum. *Vict. & Dom. Sotus, ut refert Medin. 1.2. q. 21. artic. 1. arbitrati ſunt opus malum morale, & peccatum re ſanè idem eſſe, atque idem ualere: differre autem formali ratione, quia ſuperius eſt diſſentaneum ſuæ regulæ, peccatum uero contra legem, & regulam. Itaque primum aiunt, ſi nulla eſſet lex, & homo non haberet ſuperiorem, & diceret mendacium, faceret quidem opus moraliter malum; ſed non peccaret: quia ubi non eſt lex, neque præuaricatio eſt Rom. 4.*

Item ubi non adeſt ſuperior nulla inobedientiæ culpa exiſtit.

Deinde ob eandem rationem ex horum ſententia nõ peccaret is, qui inuincibiliter ignorans Deum aut aliquam legem conſtitutam, mendacium diceret: opus autem moraliter malum tantum admitteret. Medinæ hæc opinio non probatur & merito fortaſſe. Ipſum conſulito.

n Prout Philoſophus 3. Etich. c. 5. *Eodem propius pertinet illud peruulgatum D. Auguſtini,* Peccatum adeo voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium, peccatum non eſt, neque vituperationem meretur. *Multa alia eiuſdem conſimilia loca habes apud Medin. 1.2.q.21.art.2.*

Vt propterea vehementer inducendi ſint peccatores. *Etenim quamquam exiſtentium in peccato mortali opera nõ merentur vitam æternam, neque peccatorum remiſſionem; abſolutè tamen conducunt ad excuſanda, atque effugienda noua delicta; & ad aliquam mercedem temporalem conſequendam, &, quod caput eſt, ad peccatorum remiſſionem impetrandam per modum non quidem meriti, ſed impetrationis, ſupplicationiſque. De oratione, Publicanus domum abijt iuſtificatus, quia piè Deum orauerat,* Propitius eſto mihi peccatori. *Ex quo illud præclarum D. Thom. 2.2.q.83.ar. 7. & 16. Peccator, ſi pro ſe, neceſſaria ad ſalutem, piè & perſeueranter petat, infallibiliter exauditur.*

De Ieiunio, Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu; quis ſi conuertatur Dominus, & ignoſcat. *Ioel 2. de eleemoſina,* Peccata tua eleemoſinis redime. *Daniel* 4. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis reconciliatur Deus. *Hebr. 13. Atque in uniuerſum, lauamini, & mũdi eſtote, &c. ſubuenite oppreſſo, indicate pupillo, defendite uiduam, & uenite, & arguite me, dicit Dominus. ſi fuerint peccata ueſtra, ut coccinnum, quaſi nix dealbabuntur. Iſaiæ 1. Barth. Medina 1.2.q.21. in fin.*

De Peccati natura, eiuſque differentijs eſſentialibus. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Mali nomen latius patet quam peccati, & in quo propriè conſiſtat peccatum, eiuſque nominis notio.*

2 *Actus debitè ordinandi ad finem regula proxima eſt ratio humana, ſuprema lex æterna, & nu. 6.*

3 *Tres peccati definitiones proponuntur.*

4 *Quarta & optima, & cõmunis aſſertur, & explicatur.*

5 *Definitio ab Auguſtino tradita perfecta eſt, explicans materialem & formalem rationem peccati contra Gregor. de Valentia.*

6 *Qui cõtra legem humanam poſitiuam operatur, agit ẽt contra diuinam, utramque uidetur comprehendere lex æterna in definitione peccati.*

7 *Ad eſſentiam peccati duo præcipuè requiruntur, unde duplex oritur genus peccati, Originale aut naturæ, Perſonale aut perſonæ.*

Peccatorum perſonalium aliud actuale aliud habituale, & vnde oriatur hæc eſſentialis differentia, nu. eod.

8 *Priuatio gratiæ, & dilectionis quæ poſt actum peccati mortalis remanet, peccatũ habituale mortale dicitur*

Ratio peccati habitualis ex peccatis uenialibus relicti in quo conſiſtat. ibid.

9 *Peccata ſpecie diſtingui penes diuerſa præcepta quib. aduerſantur, vt aliqui opinantur, regulariter, & ut plurimum non eſt uerum.*

10 *Quando duplex erit peccatũ ſpecie diſtinctũ trãſgredi duplicẽ legem unum aliquem actum prohibentem.*

11 *Regulis aliorum Authorum duæ aliæ ab Authore adiunguntur, quibus uberior fit rei explicatio.*

12 *Occidere proximum non eſt nouũ peccatum inobediẽtię cõtra legẽ diuinã aut humanã; nec diſtinguitur a peccato homicidij quod erat in lege prohibitũ, et quare.*

In Religioſis cur peccatum duplex ſit non exequi præceptum ſuperioris.

13 *Cur blaſphemiæ, & uerba turpia in Eccleſia non ſint in ſpecie ſacrilegij, cum tamen actus pollutionis, immo & coniugalis ſit contra religionem.*

14 *Secunda regula traditur, & explicatur.*

15 *Refellitur opinio Nauarri qui docet duplex eſſe peccatũ nõ ieiunare in uigilia q̃ occurrit ĩ Quadrageſima.*

16 *Vt peccata non diſtinguuntur ſpecie regulariter ex diuerſitate præceptorum, ita multo minus ex diuerſitate pœnæ.*

Diſtinguuntur peccata ſpecie ex obiectis ſeu ex diuerſitate obiectorũ contrariorũ diuerſis uirtutibus. ibid

QVoniam intentio noſtra eſt ea præcipuè tradere, quæ ad inſtructionẽ Confeſſarii pertinent, poſt explicationem actuũ humanorum in cõi, conueniẽti ordine agendũ eſt de peccatis, de quibus præcipuè agitur in iudicio illo arcano cõfeſſionis. Atqui ut ab ipſo peccati noĩe initium ſumamus
a aduertendũ eſt ex S. Th. 1.2.q.21.ar.... *a* Peccati no-
1 men nõ † ita late patere, ac *Mali* uocabulũ, ſiquidẽ
Malũ in ſua ampla ſignificatione ſumptũ, quẽcunque defectũ perfectionis quę alicui rei debita eſt, ſignificat: ſicut econtra, bonum dicitur illud qđ hẽt oĩa quæ ſibi conueniunt. *Peccatum* aũt proprie conſiſtit in actu, qui agitur ꝑꝑ aliquem finẽ, cum non habeat debitũ ordinem ad finem illũ, debitus autẽ
2 ordo ad finẽ ſecũdũ aliquã regulã menſuratur † q̃
quidẽ regula proxima, in his quæ per uoluntatem aguntur, (& de quib. nunc agimus) eſt rõ humana, regula aũt ſuprema eſt lex æterna; vñ fit, ut ſicut actus uoluntarius hominis procedens in debitũ finem, ſecundũ ordinẽ rõnis, & legis æternæ, rectus, & bonus eſt; ita econtra, actus uoluntarius, & humanus ab hac rectitudine deficiens, qui ſit homini impedimento, quo minus ad vltimũ finẽ, ſ. beatitudinẽ peruenire ualeat, *Peccatum* appellatur. Qua notione nominis breuiter expoſita, eius definitiones tradendæ ſunt: variæ aũt tradi ſolent, ut uidere eſt apud Magiſtrum 2. diſt. 35. Alexan. de Ales, p. 2. q. 106. memb. 1. Bonau. Rich. & Scolaſticos 2. diſ. 35. S. Tho. 1.2.q.71.ar.6 & Caiet. & Med. ibidem. Gregor. de Valentia, to. 2. diſp. 6. q. 1. pũn. 1. Ioſephum Angles, in Florib. 2. Sent. in diſt. 37. ar. 2. Raym. tit. de peccatis, cap. 1. Tabiena in uerbo peccatum, 1. in princ. S. Anton. 1. par. Summæ, tit. 6. c. 1. Nauar. in Manua. prælud. 7. nu. 5. Summam Coronam, p. 1. in prin. Pet. à Soto de actibus humanis, lect. 6. Sebaſt. Medicem p. 2. tit. 1. q. 1. & alios.

3 *Prima eſt,* b Peccatum † eſt præuaricatio legis di-
b uinæ, *& cæleſtium inobedientia mandatorum,* quæ
eſt S. Ambroſii in lib. de Paradiſo, cap. 8. & Magiſtri ubi ſupra, & colligitur ex 1. Ioan. 3. ubi dicitur: *Peccatum eſt iniquitas.* eſt enim iniquitas, ſeu deuiatio ab æquo, & recto. quod præſcribitur per legem. Græcè autem clarius hoc explicatur, quando dicitur, ἡ ἁμαρτία ἐςὶν ἀνομία.

Secunda eſt. Peccatum eſt conuerſio voluntatis indebita ad bonum commutabile, relicto bono incommutabili: ſeu auerſio libera uoluntatis ab incommutabili bono, & conuerſio ad bona commutabilia. Quæ colligitur ex S. Auguſtino. lib. 1. de libr. arbitr. cap. 16. & lib. 2. cap. 19.

Tertia eſt, Peccatum eſt uoluntas retinendi, uel conſequendi id, quod iuſtitia uetat, & unde liberũ ſit abſtinere.

nere. Quæ eſt S. Auguſtini lib. de duabus animabus contra Manichęum. c. 11. & lib. 1. Retract. c. 15.

4 *Quarta, &* † optima eſt S. Auguſtini, lib. 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 27. *Peccatum eſt dictum, uel factum, vel concupitum contra legem æternā.* Quæ definitio communiter ab omnibus, vt a S. Th. vbi ſupra, Gabr. 2. diſtinct. 35. quæſt. unica, artic. 1. Pet. Soto, Tabiena, Nauar, Medina, & alijs, quicquid contra eam obmurmuret Grego. de Valentia, loco citato, recipitur. Ideo autem S. Auguſtinus hęc tria *factum, dictum, & concupitum*, in eius definitione poſuit, ut doceret homines his tribus pręcipuè modis peccare etenim, non ſolum facto, ſed etiam dicto, & concupiſcentia citra factum, homines peccant; vt de malefactis vbique conſtat ex Scripturis; Quod uero uerbis etiā peccetur, declarat Chriſtus Matth. 5. dicens: *Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit Concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennę ignis.* De cordis cōcupiſcentia, quod peccatum ſit, clarè demonſtrat nonum, & decimū Decalogi pręceptum. Et Apoſtolus Rom. 7. ait: *Sed peccatum nō cognoui, niſi per legem. Nam concupiſcentiā neſciebā,* (ſcilicet eſſe peccatum) *niſi lex diceret, non concupiſces.* & Saluator Matth. 5. ait: *Quicunque uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mæchatus eſt in corde ſuo.* Ex qua etiam definitione euidens eſt, non ſolum actum exteriorem, ſed etiam interiorem eſſe peccatum. Explicat etiam definitio prędicta totam rationem peccati, ſiquidem in actu humano, qui peccatum eſt, duo inſunt, unum, quod eſt quaſi materiale, id quod expreſſit illis in uerbis: *Dictum, factum, vel concupitum.* Alterum, quod eſt formale, id quod illis uerbis exprimitur, *contra legem æternam.*

5 c *Hic c contra* † *Greg. de Valētia* conſtat, definitionē hanc perfectā eſſe, & ex genere, & differētia conſtare, ſeu materialē, & formalē rōnem peccati explicare, omne ēt peccati genus non ſolū *commiſſionis*, ſed ēt *omiſſionis, & negligentiæ* cōprehendere. Etenim, vt rectè S. Tho. 1. 2. q. 71. ar. 6. ad 1. annotauit, affirmatio, & negatio ad idem genus reducuntur, ſicut in Diuinis, genitum, & ingenitū, ad Relationem, vt ait S. Aug. lib. 5. de Trinit. & ideo pro eodem eſt accipiendum dictum, & non dictum, factum, & nō factum; Qui. n. nō facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ facere tenetur, iuxta ea quæ docet idē S. Tho. 1. 2. q. 71. ar. 5. ad tertium. Sic. n. peccatum eſt dictum blaſphemiæ contra Deū, eo qđ eſt non dictū laudis Dei, qn̄ Deum laudare tenetur: ſi. n. de Deo loqui uelit, Deum laudare tenetur, non blaſphemare. Auarus etiam ad congregandum pecunias, rapit alienum, & non dat ſuum quando tenetur: & guloſus ad ſatisfaciendum gulæ ſuperflua comedit, & ieiunia vt ſuperflua prętermittit.

d *Additur* d *autem pro formali rōne* peccati, quod
ſit *contra legem æternam*. Cum. n. actio humana re-
gula aliqua commenſuranda ſit, regula autem uo-
luntatis humanæ duplex, una propinqua, & homo-
genea, ſ. ipſa ratio humana, alia uero ſit regula pri-
ma, ſcilicet, lex æterna, quę eſt quaſi ratio Dei, eo
ipſo quod actus aliquis inordinatus eſt, ab hac regu
la deuiat, & conſequenter peccatum eſt. Continet
autem hæc particula utramq. legem diuinam ſcili-
6 cet, & poſitiuam † & naturalem, & etiam humanā.
Qui enim contra legem humanam poſitiuam ope-
ratur, etiam contra legem diuinam agit; præcipiē-
tem legum humanarum obſeruantiam. Eſt enim
lex Dei audire Apoſtolos, eorumque ſucceſſores, & Epiſcopos, iuxta illud Saluatoris Luc. 10. *Qui uos audit, me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit. Et obedite præpoſitis eccleſiæ, & ſubiacete eis.* Hebr. 13. Itē lex Dei eſt, non reſiſtere poteſtati ſeculari. Roma. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, qui aūt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Explicat etiā hæc particula auerſionem a fine, ſ. a Deo: Cū enim lex æterna primo, & per ſe, ac principaliter ordinat hominem ad finem ultimum, conſequenter facit, vt bene ſe habeat circa ea, quæ ſunt ad finem, & ideo in hoc quod dicit peccatum eſſe cōtra legem æternam, explicat auerſionem a fine, aliaſque omnes auerſiones, & deordinationes, Hæc autē auerſio a Deo, ſeu a bono incommutabili, non eſt intelligenda ſecundū locum paſſibus corporeis, ſed ſecūdum ſpiritum affectibus mentis, ſicut affectu homo ſe unit amico, & ſeiungit ſe ab inimico, etiam ſi in eodem loco immotus permaneat. Cōſtat ergo quā rectè definitum ſit peccatum, vtpote ea omnia complectens, quę ad rōnem peccati ſpectant, ad quam definitionem, reliquę omnes facilè reduci poſſunt. Circa quam definitionem licet varia ac diuerſa diſputari poſſint, & ſoleant, quia tamen ea potius ad Theologiam Scholaſticam, quam Moralem pertinēt, conſulto a nobis hoc in loco prætermittuntur.

7 Quantum aūt ad peccatorū † differētias attinet, q̄ ſecundū erat, qđ nobis in hoc capite explicandū ſuſcepimus, annotandū eſt, qđ ſicut in peccato q̄dā tanquā eſſentialia, quędā uero tanquā accidentalia conſiderari poſſunt, ita ēt peccatorū differētię q̄dā accidentales, quędā uero eſſentiales ſunt. Ad eſſentiam aūt peccati, ut notat S. Th. 1. 2. q. 72. ar. 1. duo pręcipuè pertinēt, unū eſt, ut ſit defectus uoluntarius; Alterū eſt, ut ſit defectus perfectionis debitę, *Ex primo capite* conſequitur illa uulgata, & cōmunis differentia eſſentialis peccati, quod aliud ſit peccatū *Naturæ*, ſeu *Originale*; aliud peccatum *Perſonæ*, ſeu *Perſonale. Originale* peccatum illud eſt, quod uoluntate communi, ſ. primi parētis, commiſſum eſt: quatenus enim uoluntas eius omnium cenſetur fuiſſe uoluntas, qui ab ipſo eiuſdem rationis naturam per carnalem generationem accipiunt, omnes in eo peccaſſe dicuntur, & peccatum originale contraxerunt, ſecundum illud Ro. 5. *Per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāſiit, in quo omnes peccauerunt. Perſonale* uero peccatum eſt, qđ propria uoluntate perſonæ committitur, iuxta illud Io. 8. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.*

Ex ſecundo capite, quatenus, ſ. peccatum dicit defectum perfectionis debitę ineſſe actui, naſcitur alia differentia eſſentialis peccatorum perſonaliū, quoddam. n. dicitur *Actuale* peccatum, quoddam uero *Habituale*, *Actuale* eſt defectus perfectionis actualis debitę, iuxta illud, *Qui facit peccatum non eſt ex Deo* 1. Ioan. 3. *Habituale* autem eſt illud, per qđ tranſacto actu, peccator dicitur, & quod manet in homine, & eſt illud quod manet, & hęret in anima per modum habitus, ſiquidem cū actus prauus ſtatim tranſeat, nihilominus tamen aliquid manet in anima, a quo homo dicitur uere peccator, & quod aufertur, & a quo homo mundatur per gratiam, ſacramenta, & contritionem, unde Pſal. 50. dicitur. *Et a peccato meo munda me:* conſtat autem tranſactū fuiſſe actum homicidii, uel adulterii: de quo prophta ibi loquit̃,& à quo mũdari petit. Et de hoc loquitur Eſa.c.27.dicens: *Hic eſt omnis fructus,ut auferatur peccatum*, & 3.Ioã.dicitur; *Scitis quoniam in hoc ille apparuit,vt tollat peccata noſtra.* Et hæc quidẽ certa ſunt apud oẽs, quamuis non ita inter ſe conueniant Theologi, vnde nã peccatum perſonale ſpecificam ſuam differentiam deſumat; quę res quia non parum conducit ad cognitionem moralem, ſiquidẽ aliqui putant ſolum neceſſum eſſe ea confiteri, quæ differunt ſpecie,alij verò negant,ideo breuiter a nobis explicanda eſt. Quia verò peccatũ perſonale duplex eſt,vt diximus,*Habituale*,& *Actuale*, de utriſq; dicendum eſt. Quoad *habituale* igitur peccatum,ſeu quoad id quod manet in hoĩe per modum habitus, tranſacto peccato actuali, ante omnia.

8 *Sciendum eſt*, Quod cum hominis † perfectio ſupernaturalis, omniumq; actionum humanarum,& affectionum finis ſit dilectio Dei, ut notat S.Th.2.2.q.27.ar.6. per quam ad ipſum Deum, ut ad finem ultimum ſupernaturalem ordinatur,ad quem finem uiribus naturæ peruenire nequeat, Deus, qui *omnia ſuauiter diſponit* Sap.8. hominibus formas quaſdam, & dona, quibus finem hũc conſequi poſſent, infundit,gratiã.ſ.& charitatem,quæ propterea quod homini a Deo tanquam neceſſaria, & debita ad finem conſequendum conceſſa ſunt, & quaſi commendata, conſequenter ex intentione Diuina, & pręcepto homini ineſſe debent; Data.n.ab eo ſunt homini,ut ea in ſe conſeruet,& ſalutẽ ſuã operetur. Hęc igitur perfectio gratiæ,& dilectionis,quæ homini ex lege diuina debita eſt,cũ per peccatum mortale tollatur, conſequenter eius priuatio quæ poſt actum peccati remanet, peccatum habituale conſtituit, ita ut peccatũ habituale mortale priuatio,ſeu defectus gratiæ & charitatis debitę in eſſe homini propriè ſit,& definiri poſſit. *Etenim vt diximus,gratia,et charitas ita* eſt debita, & neceſſaria homini ad beatitudinẽ conſequendam,ut ẽt oporteat cum illa ex hac uita excedere. Quæ etiam priuationes,ex diuerſis peccatis mortalib.prouenientes, ẽt in eodẽ homine penes diuerſum ordinem, ad diuerſas ſui cauſas. i.ad diuerſa peccata actualia,ex quibus procedunt, diſtinguuntur,prout ſimili quadam ratione S.Th.1.2.q.88.ar.1.ad 3.de diuerſis peccatorum maculis in eodẽ homine exiſtentib.declarat. *Ratio autem peccati habitualis*
f f perſonalis ex peccatis uenialibus relicti, in *priuatione cuiuſdam facultatis*, ſiue habilitatis hoĩs iuſti ad facilẽ,& expeditũ uſum, & exrcitiũ gratiæ, & charitatis conſiſtit. Quamuis.n.peccata uenialia charitatẽ,& gratiam,aut amicitiã Dei non tollant, nihilominus tñ eiuſdem gratiæ,& charitaits uſum minus promptum,& expeditũ poſt ſe relinquunt.

9 Quantum autem † ad peccatum actuale mortale ſiue cõmiſſionis fuerit,ſiue omiſſionis,aliqui peccata diſtingui ſpecie putant, penes diuerſa præcepta, quib.aduerſantur,ita ut furtũ v.g. & homicidiũ ſpecie diſtingui uelint,qm̃ diuerſis præceptis aduerſantur. Hoc tñ vt recte notant S.Tho.1.2.q.72.ar.6.ad 2.Caie.ibidem,& Medina 1.2.q.71.ar.1.& artic.6. Greg.de Valent.to.2.diſp.6.q.2.punc.1.& alij cõmuniter,& regulariter, & ut plurimum non eſt uerum; Nam furtnm contra legem diuinam, naturalem,& humanam eſt,& tamen qui furatur,unum ſolum,non triplex peccatum committit. Et peccatum uſuræ, non ideo habet malitiam triplicis ſpeciei,quia pręcepto humano,naturali,& diuino prohibetur. Fieri ẽt pōt,ut diuerſa peccata vno præcepto aut diuerſis prohibeantur. Si.n. eſſet unum tm̃ præceptum ne quis iniuſtitiam faceret,adhuc homicidium,& adulteriũ diuerſa ſpecie peccata eſſent. Et actus exterior,& interior eiuſdem ſpeciei ſunt,& tñ in Decalogo in diuerſis pręceptis prohibentur. Deinde Eccleſia facere non pōt,quin non ieiunare, & non audire Miſſam, ſint diſtincta peccata,quamuis.n. facere pōt per ſuam prohibitionem, quod ſit peccatũ, ut tñ huius uel alterius ſpeciei ſit, hoc aliũde expendendum eſt.

10 *Dixi regulariter*, † *& ut plurimum*, peccata non diſtingui ſpecie, ex eo,quod ſunt contra diuerſa præcepta,quia aliqñ duplex erit peccatũ ſpecie ẽt diſtinctũ tranſgredi duplicẽ legẽ unũ aliquẽ actũ prohibentẽ, tunc.ſ. qñ lex aliqua particularis addita ſupra alteram legem, actum aliquem transferat ad aliã uirtutẽ,ut v.g. Religioſus ex lege iuſtitiæ tenetur reddere alienum,ſi accedat prælati præceptum, ꝗ transfert actũ ad uirtute obedientię, duplex erit peccatũ non reddere alienũ. Itẽ præceptum eſt legis naturalis,ut uirtutẽ dicamus, & non mentiamur,ſi ſuperueniat præceptum pręlati in uirtute ſanctæ obedientiæ, ut non mentiaris, certè ſi mentiris,& peccas contra uirtutem ueritatis, & cõtra prælati obedientiã,& duplex eſt malitia,diuerſa ſpecie. Sic ẽt tenetur religioſus ex uirtute caſtitatis non fornicari,accedit præterea uotum, quod transfert actum in uirtutem religionis, & ita peccatum erit duplex,ſpecie diſtinctũ,& neceſſariò in confeſſione explicãdum,maximè, qñ perſona pro religioſo non cognoſcitur a confeſſario. Ceterum,qñ præceptum non transfert actum ad aliam uirtutem peccans vnum ſolum committit peccatum, ut patet in homicidio, & furto,& uſura, & alijs hõi, quæ multis legib.prohibentur. Quam doctrinam latius tradit Bartholom. Medina ubi ſupra, ubi affirmat peccata ſpecie differre,ex eo,quod ſunt cõtra diuerſa præcepta diuerſarum virtutum, (id quod certum eſt apud omnes) ceterũ,an aliundè diuerſificari poſſint,non explicat ſicut neq; Greg. de Valentia materiam hanc expoſuiſſe uidetur. Quia uero res ualdè frequens eſt, & ſcitu neceſſaria, huic regulæ ab iſtis authoribus allatæ, duas alias apponemus, quæ rem hanc melius explicabunt.

11 *Prima ſit*, Peccata † non ſolũ ſpecie differunt,qñ ſunt contra diuerſa pręcepta diuerſarum uirtutum; ſed etiam,qñ ſunt contra diuerſa præcepta eiuſdem uirtutis ex diuerſo obiecto,& motiuo. *Quæ regula &*
g *probari*, g *& explicari poteſt* his exemplis. Nam v.g. Deus, quia prohibet furtũ in Decalogo, ſub ea rõne & motiuo, ne quiſpiam uiolet iuſtitiam erga proximum,& lex ciuilis, & humana poſitiua, & lex naturalis ſub eadem ratione & motiuo prohibeat furtũ, hæc diuerſa p̃cepta nõ faciũt ut ſint diuerſa peccata furtũ cõmiſſum contra has tres leges Diuinam, Naturalẽ,& Humanã, ſed unũ erit peccatũ,& idẽ cẽſetur præceptum ex parte obiecti, & motiui,& ẽt ex parte uirtutis,ſ.iuſtitiæ cui opponitur. Idemque de homicidio dicẽdũ eſt,unũ.n.& idem erit peccatum, etiamſi tã lex Diuina, quã Naturalis,& Humana homicidiũ uetãt, qñ hæc præcepta ex eodẽ motiuo iuſtitiæ feruntur, ita.n.vnaquæque lex iſtarum reponit rem quã præcipit in materia iuſtitię. Qñ autem lex Diuina prohibet v.g. furtum ex uno motiuo, & lex humana v.g. Eccleſiaſtica, furtum prohibet rei ſacræ non ſolum ex prędicto motiuo iuſtitię erga

proꝓximum,ſed etiã ex motiuo religionis,hac ratione furtũ rei ſacræ,nõ ſolũ erit contra iuſtitiam,ſed etiã cõtra religionẽ. Etenim lex Eccleſiaſtica ex diuerſo motiuo eandẽ materiã ſub alia virtute cõſtituit vnde in hoc pctõ iã noua ineſt contrarietas ad virtutẽ, & cõſequẽter ad naturã rationalẽ,& dictamẽ rõnis, quæ regula eſt actionum humanarũ. Et idem dicendum eſt de peccato homicidij quod prohibetur lege Decalogi,& Ciuili ex eodem motiuo iuſtitię, & tandem Eccleſiaſtica lege ex motiuo religionis.

12 Nec ualet,ꝙ aliqui dicunt† eſſe hoc nouũ peccatũ inobedientiæ contra legem Diuinã,aut humanã poſitiuam,occidere v.g. ꝓximũ,& hoc peccatũ diſtingui a peccato homicidij, ꝙ erat in lege naturæ ꝓhibitum;quia præter malitiam homicidij tunc, videtur etiam alia malitia inobedientiæ,quę in hoc conſiſtit,ut aliquis non obſeruet p̄ceptum ſuperioris: Reſpõdetur.n.non eſſe plura peccata; ſiquidem peccatum inobedientiæ non eſt ſpeciale in ſola trãſgreſſione p̄cepti ſuperioris, niſi fiat ex contẽptu expreſſo ſuperioris,& præcepti;ſed trãſgreſſio illa ſine cõtemptu,eſt ratio quædam uniuerſalis, quæ in omnib. peccatis reperitur,ut optimè tradit S. Tho. 2.2.q.104.ar.2.ad primum,ſicut ecõtra, nõ eſt ſpecialis uirtus obedientiæ,quãdo aliquis materialiter ſolũ exequitur, ꝙ pręcipitur,aut illud etiã exequitur ex affectu alterius virtutis,ut temperãtiæ,uel iuſtitię,ſed tunc ſolũ eſt ſpecialis uirtutis obedientię, qñ quis exequitur id ꝙ præcipitur ex intentione expreſſa,quia a ſuperiore p̄cipitur,& in hoc cõſiderat rõnem honeſtatis. In eo autem ꝗ hẽt uotum obediẽtiæ,ut in religioſis, eſt duplex peccatum qñ peccant cõtra p̄ceptũ,aut legem ſuperioris,unũ eſt in materia,quæ p̄cipitur,v.g. tẽperantiæ,aut alterius uirtutis,alterũ contra uirtutem religionis ex illo uoto,etiãſi nõ fiat,ex illa expreſſa intentione nõ obediendi. *Ratio eſt.* ꝗa uotum obedientiæ habet ꝓ materia p̄ceptũ ſuperioris,& uotũ ex ſua natura reponit materiã in materia religionis,etiã ſimplicẽ executionẽ eius qđ p̄cipitur,& proinde p̄termittere pręceptũ, erit cõtra religionẽ. Vnde ſequitur,ꝙ ſi pręlatus alicui ſibi ſubdito p̄cipiat,ut hodie ieiunet, nõ ſolum actũ illũ ieiunandi reponit in materia temperãtiæ, (ſiquidẽ ieiunare,& abſtinere per ſe ſpectat ad materiã temperantiæ) ſed etiam in materia religionis & obedientiæ,& conſequenter nõ ieiunans duplex peccatum committit,intemperantiæ,ſcilicet,& inobedientiæ,& utrumque confiteri tenetũr.

13 Ex qua regula cõſtat, quare † verba blaſphemię, aut uerba turpia in Eccleſia non ſint in ſpecie ſacrilegij,cũ tamen actus pollutionis in eccleſia nõ tãtũ ſit contra caſtitatem,ſed etiã contra religionẽ, *Ratio inquam eſt:* Quia peccatum pollutionis, & fornicationis,immo etiã,& actus coniugalis in Eccleſia ꝓhibetur lege Eccleſiaſtica in reuerentiã loci;ipſoque iure ſtatuitur,ut eo ipſo loci ſãctitas amittatur, & Eccleſia reconciliatione indigeat,in quo fit iniuria loco ſacro auferẽdo ſanctitatẽ conſecrationis,& benedictionis; Hæc autẽ nõ amittitur uerbis, aut alijs actib. turpib. ideoq; nõ fit particularis irriuerẽtia loco ſacro. Vnde in quacũq; lege aliꝗd p̄cipiẽte, uel ꝓhibẽte,attendi debet ratio motiua, ut exinde cognoſcat̃, utrũ id ꝙ alias erat malũ, & lege aliqua de nouo ꝓhibetur,in noua ſpecie peccati conſtituatur,uel in eadem qua prius erat ſpecie remaneat.

14 *Secunda ſit,* Nõ ſunt† plura peccata numero in eodem actu contra eandem uirtutẽ,v.g. in ieiunio,aut alio opere,quando eadẽ materia præcipitur multis præceptis ex eodẽ motiuo,& ratione eiuſdem obiecti,materiæ,circumſtantiarum. Dixi,reſpectu eiuſdem obiecti,& circũſtantiarum,quia per ordinẽ ad diuerſas circũſtantias,uel materias,poſſunt eſſe plures numero malitiæ, in eodẽ actu diſtinctæ, ut v.g. cũ quis uno,& eodẽ actu plures occidit, uel eodẽ actu furatur,& alios ad furandum ꝓuocat Hæc regula patet: ꝗa eadẽ eſt ratio motiua in multis p̄ceptis, & actus eũdẽ ꝓrius habet reſpectũ cõtrarietatis ad uirtutẽ ex uno,uel pluribus pręceptis. Vnde duplex peccatũ nõ erit omiſſio audiendi Miſſam ad quam tenebatur ex duplici præcepto ex eodem tamẽ motiuo. *Ratio eſt:* quia malitia omiſſionis formaliter(ex multorũ opinione)cõſiſtit in priuatione actus debiti. Ergo ſicut unus tantũ erat actus debitus,& una bonitate bonus,ita etiã omiſſio actus debiti,una tãtum malitia erit,unaq; repugnantia ad uirtutem,& conſequenter in eodem actu,uel in omiſſione reſpectu eiuſdem obiecti,& circumſtantiæ, una tantum erit malitia & contrarietas ad uirtutem, quando præcepta non ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem.

15 h *Ex hac* h *regula refellitur opinio* † *Nauar. in Manu.* c.11.n.4. vbi reſpondens cuidam quęſtioni ſibi propoſitæ,docet duplex eſſe peccatũ nõ ieiunare in uigilia,quæ occurrit in Quadrageſima,uel in quatuor tẽporib. anni,exiſtimans ex duplici p̄cepto, eſſe duplicẽ malitiã. Sed ſine dubio fallitur ob rationẽ allatã,ſicut etiã errat in eo, ꝙ ait duplex eſſe peccatũ nõ audire Miſſam in die Dominico,quãdo cõcurrit aliud feſtum,ꝙ alias eſſet in præcepto. Vnde ait nõ ſatisfacere, qui confitetur ſe non ieiunaſſe, aut non audiuiſſe Miſſam in uno die in quo ad id tenebatur ex præcepto,ſed dicere debet ſe eo die ad id duobus diuerſis p̄ceptis obligatũ fuiſſe. Quæ doctrina falſa eſt,ſicut,& fundamentũ falſum eſt. Nec ualet, quod affert pro ſe Nauarrus,ſ. ꝙ frater Franciſcanus peccat duplici peccato,ſi nõ ieiunet die ueneris, quãdo alias ratione alicuius uigiliæ eo die concurrentis,eccleſiæ uniuerſalis lege ieiunare tenetur, quaſi unũ eſſet peccatũ contra propriam regulam; alterum uero contra præceptum Eccleſiæ. Reſpondetur.n. cũ Gabr. Vaſquez in 1.2.to.1.in q.77.ar.6.diſp.98.ca.3.nu.9.& 10. talem Religioſum duplex peccatum cõmittere non quidem ſolo numero diſtinctũ cõtra uirtutem temperantiæ,ut contendit Nauarrus, ſed ſpecie; Quia obſeruare tenetur propriã regulam nõ ſolum ratione temperãtiæ,ex præcepto religionis, (ſic.n. peccaret ſolum unico peccato,& contra ſuam regulam,& contra legem eccleſiæ) ſed etiã tenetur regulam propriam obſeruare ex uoto obedientiæ, & ita ex virtute religionis; Immo in Nauarri opinione tria eſſent peccata,unum contra uotũ obediẽtiæ,& alia duo,contra duo præcepta abſtinentiæ.

16 *Deinde,* ſicut peccata † non diſtinguuntur ſpecie regulariter ex diuerſitate præceptorũ,ut iam expoſitum eſt;ita multo minus diſtingui poſſunt ſpecie ex diuerſitate pœnæ ipſis conſtitutæ,ut optimè docent S.Thom. 1.2.q.72.art.5.Caiet.& Medina ibidem. i *Siquidem* i *peccata eiuſdem ſpeciei* aliquando diuerſis pœnis puniuntur,ut v.g. furtum mortale, & ueniale; illud.n. æterna, hoc pœna temporali punitur; Econtra uero peccata diuerſę ſpeciei nonnunquam pœnis ſimilibus puniuntur,ut patet non ſolũ in pœna ęterna,quæ pro diuerſis ſpecie peccatis incurri-

curritur,ſed etiam in pęna excōicationis,quæ à iure Canonico infligitut pro diuerſis peccatis in ſpecie.

k *Diſtinguūtur* k *igitur peccata ſpecie ex obiectis*, ſeu ex diuerſitate obiectorum contrariorum diuerſis virtutibus, circa quæ committuntur, vt latius tradunt S.Thom.1.2.q.72.art.1. Caiet.& Medina ibi, & Grego.de Valentia tomo 2.diſpu.6.q.2.punct.1. ſiquidem cum duo ad rationem peccati concurrāt videlicet,actus uoluntatis, & inordinatio a lege æterna, quorum primum per ſe intenditur a peccante,qui intendit talem actū uoluntarium in tali materia exercere, ſecundum aūt omnino per accidens ſe habet ad eius intentionem,unumquodq; aūt ſpecificationem deſumit ſecūdum illud, quod eſt per ſe,& non ſecundum id, quod eſt per accidens; conſequens eſt peccata ſpecie diſtingui ſecundum obiecta,ſeu ex obiectis,quatenus bono rōnis contrariantur,unde ſi quis vinum bibat alienum ex delectatione,intēperatus eſt, ſi ex auaritia, auarus, ſi ut rapiat aliena,iniuſtus, quæ oīa ſatis manifeſta ſunt ex doctrina in capitib.ſuperiorib.tradita; Cetera,quę ſpeculatiua potius quam practica ſunt,omittimus.

ADDITIONES.

a *Peccati uocabulū quidā deducunt à pellicatu; nimis fortaſſe duriter. Itaq. rectius ſi habeatur primigenium, ſiue deriuatū à ſuo uerbo,& quo priſci,atque optimi latinitatis Authores in eadē ferme ſignificatione uſi ſunt,in qua noſtri ſcriptores ſacri;atq. ita,vt de alijs taceā,Admittere,recordari,& confiteri peccata, & Peccati pœnitere dixerūt.Cicero peccatū cōiunxit cū uitio,& culpa et oppoſuit officio,& Recte facto.Theologi diſtinguūt à uitio,quòd hoc tum in habitibus,tum actib.uirtuti contrarijs cernatur:peccatum uero, & culpa in actib.duntexat. Et quidem apud Iuriſconſultos ſæpe accipitur pro culpa,ut l.Herenn.63.in fin.ff.de euict. & l. Titio 71. ff.de condit.& demoſtr. & apertius in l. Sthicum.95. in fin.ff.de ſolut.ſed & ſæpius ab eiſdem transfertur ad corpus animatorum,atque ēt ad inanimata;ut ad parietes,& poſſeſſiones, de quib. aliàs. Magis aūt pertinere uitiū uidetur ad habitum,quam ad actum:ex quo lib.7. Etich.c.8.in princ.Ariſt.illud aquæ intercutē,qui morbus continuus eſt, & permanens,S.Auguſtinus autē De perfectione Iuſtitiæ,c.4. curuitati tibiæ ſimilem eſſe dicit;peccatum uero claudicationi. A culpa aūt,quia hæc ſolum in actib.morum,& rationis uoluntarijs,ac liberis;quatenus à recta ipſa ratione deſciſcit,poſita eſt. Peccatum uero ēt in actib. naturæ, & artis; vt ex Ariſtot.lib.2.Phyſicor.contex.82. ἁμαρτία ibi habetur. Grego.de Valent.tom.2.diſp.6.q.1.p.1.in princ.& Azor.lib.4.in prin.& Bartho.Medin.1.2.q.71.artic.1. Card.Bellarm.tom.4.controuerſ.lib.1.cap.1.in princ.*

Differentia aūt inter Peccatum,& malum paſſim notior eſt,quam ut plurib.ad declarationem maiorem indigeat.Si quis tamen plura deſideret,is præter alios legat D.Dionyſium De diuin. nomin.c.4. & D.Augu. de fide ad Petrū par.2.c.21.& lib.2. de Geneſi contra Manichæum c.29.& contra epiſt.fundamenti c.33.& alibi.& B.Ioannē Damaſcen.lib.4. Orthod.Fid.ca.21.

b Peccatum eſt præuaricatio legis diuinę. *In eandē rōnem,ſed paullo cōiorem D. Auguſt.lib.2.de conſenſu Euangeliſtarū.c.4.Peccatum eſt tranſgreſſio legis,utraque deſcriptio expreſſa ex illa breuiſſima, ſed maximè cōcinna Apoſtoli Ioan. quam & Author in medio ponit ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία eſt autē ἀνομία quaſi cōtra legē, ſeu adeo factū ſine lege, vt eo loci ait venerabilis Beda. lex autē Grece νόμος appellatur. Dicamus nos ex D.D. Ambroſ. & Auguſtin. ἀνομι legis tranſgreſſionem, aut uno uerbo Præuaricationē,quò ſpectabit illud Pſal. 118.Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.*

c Hic contra Grego.de Valen. *Idem Greg.allatæ D. Auguſtini, & cōi conſenſu probatæ definitioni uitio dat, quod peccato habituali minime congruit. Ceterum facile reſponderi poſſet. Nam,ut ipſemet Gregor.ait eodem loco,nomen peccati ēt ſecundum formalem rōnem acceptum, primario quidem fuiſſe attributum ſignificandis peccatis,quæ in ipſo actu prauo conſiſtunt. Quamobrem nullus uidetur reprehenſionis locus:cum fortaſſe nō omne, ſed quod maxime dicitur peccatum, hic fuerit definitum:tametſi ēt poſſemus aſſerere in hac definitione ēt peccatū habituale aliquo modo includi:ex eo ipſo, quod in ea potiſſimum actuale peccatum deſcribitur, à quo peccatū habituale originem ducit;atq; hinc habet,ut in noſtris animis inhæreat,& perſiſtat.* Atqui *habitus ex actibus cum gignantur,ut ex* Ariſtot. *exploratum eſt, hi naturam,& uim illarum ſapiant, & referant, plane neceſſe eſt.*

d Additur autem pro formali ratione peccati. *Id lucidiſſimus Card.Bellarm.to.4.contr.2.lib.1.c.1.uerſi. Porrò.luculenter,atq; explanatè,ut omnia, explicat his uerbis.* Porrò peccati rōnem, atq.ideo ipſum formale peccati indicauit Auguſt.cūait, contra legē ęternam.nec dicere uoluit,contra rōnem,ut loquuntur Philoſophi,neq.contra legē Dei,ut loquitur S.Ambroſius lib.de Paradiſo.ca.8.neq. contra legem ſimpliciter,ſed contra legem æternam, nimirum,ut cōprehenderet omnes leges, & ipſam legum radicem ſiquidem omnis lex tum naturalis tum poſitiua, & poſitiua tum Dei,tum hoīum ideo eſt lex, quia congruit cum lege æterna, quę eſt ipſa Dei rō ſumma, ac perfectiſſima regula, nec eſt aliud quęlibet alia lex,niſi adumbratio quędam, atq. participatio legis æternę. *Qua de re infra ſuo loco.*

Illud etiam ex eodē Card. *Bellarm.animaduertendū, in eadem D.* Auguſtini *definitione uideri deſiderari, quod in primis uim,& naturam peccati attingit, ipſum, inquam,uoluntarium,de quo ipſemet D. Auguſt. De uera religione c.*14.Vſq; adeo,*inquit*, peccatum uoluntarium eſt malum,ut nullo modo ſit peccatum,ſi nō ſit uoluntarium,*ſed cenſet Bellarm. haud temere fuiſſe ab Auguſtino prætermiſſum hoc loco uoluntarium, cū id ex alijs definitionis partibus nullo ferè negotio colligi poſſit: quandoquidem non eſt propriè contra legē niſi id,quod uoluntarium eſt. Etenim lex propriè non datur niſi ijs,qui liberi arbitrij uſu præditi ſunt. Hæc Bellarm. ex quibus poſtrema fortaſſe (tanti uiri pace dictum ſit) non uidentur cohærere cum ijs, quæ paullo ante ab eodē exponuntur de altera definitione peccati tradita alibi ab Auguſtino, Peccatum eſt tranſgreſſio legis.*

Quę definitio,*inquit Berlarm.*generaliſſima eſt,& conuenit in peccata omnia non ſolum morum, ſed etiam naturæ,& artis. *Atenim ex ijs,quæ natura conſtant, quamplurimis non eſt propriè tributa lex.*

e Etenim,ut diximus, Gratia, & charitas ita eſt debita. *Non quidem immediatè, ſed mediatè: quatenus ſcilicet diuinitus iubemur ſalutem noſtram operari, & ad Deum conuerti, & ad ipſum accedere, & facere quæ in diuinis literis generatim præcipiuntur,in eum finem, ut vnuſquiſque gratiam,& charitatem procuret.*

Itaque etiamſi charitas, & gratia non cadant ſub præceptum immediatè: cum hæc dona non ſint aliqui actus.

actus; mediatè tamen eò cadunt, ſic, vt intentio legiſlatoris, nimirum Dei, fuerit hominibus commendare huiuſmodi dona, tanquam neceſſaria, & debita; quod ſatis eſſe exiſtimandum eſt, ut priuatio illorum intelligatur hac in parte eſſe peccatum habitualiter manens. Grego. de Val. fere ad verbum. tom. 2. diſput. 6. q. 2. p. 1. uerſic. Hinc ſequitur.

f In priuatione cuiuſdam facultatis. *Moraliter tantum huiuſmodi facultas cenſeri debet habitualis, ſiue adeo quaſi quidam habitus; cum ea præditum eſſe aliquid magnum ſit, & homini cum primis ad ſalutem cōducibile; atque ob eandem rationem eius priuatio exiſtimanda permanens, & reuera peccatum in modum habitus conſiſtens cuiuſdam vilitatis, atque inhabilitatis ad exercenda charitatis opera, unde iuſtus uerè denominetur peccator. Quod ſi phyſice conſideretur, ea facultas non eſt aliquis peculiaris habitus, ſed cernitur magis in quodam ordine, & relatione hominis iuſti ad Deum, vt ad amicum, ita vt ſi uir iuſtus per peccata huiuſmodi minutiora ſibi non impediat diuinam familiaritatem, & mutuæ amicitiæ vſum, peculiari ratione ſit capax plurium, & maiorum auxiliorum, & inſtinctuum diuinorum, quibus ad expeditum, & feruens illud charitatis exercitium inflammetur. Gregor. de Valent. p. 1. notato verſicul. Quod vero.*

g Quæ regula & probari, & explicari poteſt. *Tria hæc non videntur inter ſe cohærere, aut ego aberro toto cælo. Etenim diuerſa obiecta quę in regula proponuntur, eiuſdem virtutis in probatione, atq. explicatione non habentur. Primum ſiquidem exponitur idem obiectum diuerſarum legum: Deinde diuerſa quidem obiecta, ſed diuerſarum non ſolum legum ſed etiam virtutum: attamen ſtudioſo, atque acriori iudicio prædito lectori iudicandum relinquimus.*

Quadam illatione affertur exemplum de uoluntaria pollutione, effuſioneque ſanguinis ad regulam propoſitā declarādam magis appoſitum videri fortaſſe potuiſſet, ſi recte fuerit expoſitum.

Qui ita labefactat eccleſiam, duplici ſcelere obſtringitur: Vno contra rectam rationem, quam ſibi generatim, lex naturalis vendicat, & qua ſancitur, religionem non eſſe violandam: Altero aduerſus legem eccleſiaſticam, quæ peculiari præcepto decreuit, eccleſias non eſſe eo pacto polluendas. Quocirca peccatum violantis eccleſiam vtroque modo ſpeciale dici poterit: ſed poſteriore ſtrictius; quia admittitur cōtra & ſpeciale uirtutis religionis vniuerſæ, atque eiuſdem virtutis particulæ eccleſias attingentis obiectum. Itidem generatim contra religionem peccat, & priuatim contra immunitatem illarum, qui extrahit ex eccleſiis eos, qui ſe tuendi, atque a ſecularis iuſtitiæ miniſtris vindicandi gratia illò cōfugiūt. Legito Ioan. Azor. lib. 4. Inſtit. Moral. cap. 2. uerſicul. Septimo quæritur. Itaque Iudex, qui reum extrahit ab eccleſia per uim, & contra eccleſiæ immunitatē, graue ſacrilegium committit. Quid quod? peccat præterea ét contra ipſum reum, tanquam aliud obiectum iuſtitiæ cōmutatiuæ: vt probabilior habet opinio. Franciſc. Suarez. de virtut. & ſtatu Religion. lib. 3. cap. 13. uerſicul. vltimo ſupereſt.

h Ex hac regula refellitur Opinio Nauar. *Idem aduerſus Nauarrum ſentit Ioan. Azor. lib. 4. Inſtitu. Moral. cap. 2. verſ. ſexto quæritur. pluribus exemplis idipſum oſtendentibus in medio poſitis.*

i Siquidem peccata eiuſdem ſpeciei. *Vera, ac potiſſima ratio huius regulæ, quā Caiet. 1. 2. q. 72. ar. 5. generalem uocat, in eo poſita eſt, quod pęna in peccatis per accidens eſt; tum quia eſt præter intentionē ipſius peccātis; tum quia peccatis extrinſecus aduenit aliquando, nimirū a iuſtitia iudicante, atq; eam decernente, infligenteq; pro peccatorum rōne, & natura. D. Th. eod. arti. 5.*

k Diſtinguuntur igitur peccata ſpecie ex obiectis. *Vt hæc minori negotio percipiantur, in memoriā redigēda eſt diſtributio ſuperius tradita in obiectū materiale, & formale: atque obſeruandum ipſi obiecto formali in primis hmōdi peccatorū ſpecificā diſtinctionē acceptā referre oportere. Materialia aūt obiecta diximus eſſe ipſas res, quæ cadūt ſub peccatū, quatenus natura conſtitutæ tales exiſtunt, ut carnes, piſces, uinū, mulier: formalia aūt has eaſdem res, quatenus contra rectæ rōnis præſcriptum adhibentur. Ex quo accidit, ut quæ ſunt diuerſa in genere naturæ, nihil differant in genere moris, quæ rectę rōni repugnāt. Multis, diuerſiſq; modis occiditur homo, vt iugulatione, trucidatione, ſuffocatione, igne, lapidib. atq. alijs innumeris, & tamen unū tantummodo homicidium patratur. E contra vna, eademq. in re ex ſui natura diuerſa ſpecie peccata poſſunt admitti in genere moris; ut in re aliena per uim ablata furtum, & rapina. Io. Azor. inſt. Mor. lib. 4. c. 2 uerſ. Quarto quæritur.*

De differentijs accidentalibus peccatorum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Accidentales peccatorum differentiæ, & cōditions enumerantur a nu. 1. vſque ad 7. Quorum prima eſt peccata omnia eſſe, aut Mortalia, aut Venialia.*
2 *Alia ſunt contra Deum, alia contra proximū, alia cōtra ſeipſum, & quænam ſint, ſigillatim oſtenditur.*
3 *Peccatorum alia ſpiritualia, alia carnalia.*
4 *Alia ſunt cordis, alia oris, alia operis. Quæ in uno eodēque peccato inueniri poſſunt.*
5 *Quædam ſunt Omiſſionis, quædā Commiſſionis, & quid ſint.*
6 *Quæ Commiſſio, & Omiſſio inter ſe differant ſpecie, quæ item non explicatur.*
7 *Quando imputari debeat homini peccatum omiſſionis.*
8 *Communis opinio recentiorum proponitur, & dictis ſubſequentibus numeris explicatur vſque ad fi. cap.*
Vt Omiſſio ſit uolūtaria, quot cōditiones ſint neceſſariæ, & quænā ſit omiſſio uerè propriè ac formaliter. ibi.
9 *Cauſam ſufficientē omiſſionis præcepti culpabiliter præbens, peccare cenſetur.*
10 *Quando actu eſt ipſa omiſſio, non committitur nouum peccatum formaliter, ſed ſolum materialiter.*
11 *Actus qui eſt cā omiſſionis étſi non aliunde malus, eo ipſo tamen quod ſit occaſio, malus eſt, & peccatum.*
12 *Aliquādo actus pōt eſſe bonus ex præcepto, qui propter omiſſionem alterius præcepti nō incipiat eſſe malus.*
Qūo intelligendum ſit quod nu. 11. præced. proponatur ſnīa Greg. de Val. probatur contra Angles, & alios.
13 *Refelluntur rationes pro ſententia ſuperius inducta.*
14 *Actus qui eſt cauſa omiſſionis, ſi aliunde malus nō ſit, licet non ſit formaliter peccatū omiſſionis, eſt tamen reductiuè, & vnum numero peccatum cū omiſſione.*
15 *Omiſſio quæ fit in ſomnis, propriè peccatum non eſt, ut falſo docuit Marſilius, & quare.*
16 *Quando quis dedit cauſam peccato, ſi antequā eueniat illum pœniteat cauſæ quam dedit patrandi malum futurum, ſibi ad culpam non imputabitur.*

QVoniam (vt ex ſuperioribus conſtat) diſtinctio, & differentia eſſentialis actus humani ex obiecto deſumitur, in peccato autē non ſolum eſſentialia, ſed ēt accidentalia quędam cōſiderari poſſunt, conſequens eſt, vt differentias, & cōditiones accidētales peccatorum explicemus, ex huius.n. rei notitia, non parum confeſſarius in officio ſuo ritè obeundo adiuuabitur. Accidentales autem peccatorū differentiæ, & conditiones potiſſimum ſunt iſtæ.

1 *Prima eſt*, Quod peccata † oīa, aut ſunt *Mortalia*, aut *Venialia*, Dum.n. quis peccat, & Deum offendit ita, vt Deum quaſi a ſe alienet, *Mortaliter* peccare dicitur, quia, ſ. huiuſmodi peccatum priuet hoīem gratia, & charitate, quæ eſt ſpiritualis vita aīæ, & principium operandi utiliter & efficaciter ad uitā æternam conſequendam; ſecundum illud 1.Io.4. *Qui nō diligit manet in morte.* & Rom.8. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini*, Qn̄ autem quis peccat non tn̄ ita grauiter, ut Deum a ſe alienet, ſed tn̄ ita cōicationem charitatis mutuæ, & expeditum ac promptum amicitiæ uſum inter Deum, & hoīem præpediat, *Venialiter* peccare dicitur; De quib. peccatis intelligitur illud 1.Io.1. *Si dixerimus, quoniam peccatū non habemus, ipſi nos ſeducimus.* ex S.Aug. lib.3. cōt. duas opin. Pelag. c.3. *Et Iac. in ſua epiſt. c.3. dicens. In multis.n. offendimus omnes.* ex eodem D.Aug. in Enchirid. c.78. Quam differentiam peccatorum mortalium, & uenialium accidentalē eſſe S.Tho. 1.2.q.72.ar.5. ea rōne in reſp. ad primum, quod in eadem ſpecie peccati contingat aliquem peccare mortaliter, & uenialiter, ut accidit in furto rei paruę, & magnæ; & motus primus in genere adulterij eſt peccatum ueniale, & uerbum otioſum, quod plerumque eſt ueniale, pōt eſſe mortale. Quæ tn̄ falſa eſſent, ſi peccata mortalia, & uenialia, hoc ipſo q̄ talia ſunt, eſſentialiter differrent. Plura de hac differentia inferius dicemus.

2 *Secunda* diſtinctio ſeu differentia † accidentalis peccatorum eſt, Quod alia ſunt contra *Deū*, alia contra *proximū*; alia contra *ipſummet peccātem*. Illa propriè contra Deum ſunt, quæ aduerſantur uirtutib. quarum ſcopus præcipuè eſt Deus, cuiuſmodi ſunt virtutes Theologicę, & Religio Quæ uerò iuſtitiā, & alias uirtutes ad proximū pertinentes uiolant, dicuntur fieri contta proximū: Quæ uero uiolant rectitudinē earum uirtutū, quę paſſiones proprias moderantur, propriè cōtra ipſummet peccantē eſſe dicūtur. Quam differentiā declarat S.Tho. 1.2.q.72. ar.4. ex triplici ordine qui debet eſſe ī hoīe, Etenim unus ordo & præcipuus eſt ille, quo homo dirigitur in Deum in illis actib. qui excedunt rōnem humanam, ut ſunt ea quæ ſunt fidei, & quæ ſoli Deo debentur, & qui in talib. peccat, contra Deum peccare cenſetur, vt infidelis, hæreticus, ſacrilegus, & blaſphemus. Alius eſt per cōparationem ad actus noſtros, quorum menſura, & regula eſt rō, quæ dupliciter regulat hoīem, uidelicet, in ordine ad ſeipſum, & per cōparationem ad proximum. Qui ergo peccat contra primū ordinē, dr̄ peccare cōtra ſeipſum, vt guloſus, luxurioſus, prodigus, ebrius: Qn̄ uero peccat contra ordinem rationis ad alium, tunc peccat cōtra proximum, ſicut facit fur, & homicida, & oīs iniuſtus, quia iniuſtitia eſt propriè ad alterū. Quo ēt modo uirtutes oēs his peccatis oppoſitæ diſtinguūtur, etenim virtutib. Theologicis, ut diximus, homo rectè, & debitè ordinatur ad Deū, fide, ſ. ſpe, & charitate, & religione; temperantia uero, & fortitudine ad ſeipſum, iuſtitia uero ad proximum. Id quod propheta luculenter expreſſit his uerbis: *Oſtendam tibi quid dominus requirat a te, vtique facere iudiciū,* quantum ad ſeipſum, *& diligere miſericordiā,* quod pertinet ad proximum, *& ſolicitum ambulare coram Domino Deo tuo*, quod pertinet ad Deum. Micha.6. a cuius etiā diuiſionis peccati *a* meminit Beda in fine cap.6. epiſt.1. ad Corinth.

3 *Tertia* diſtinctio eſt, Quod † peccata alia ſunt *Spiritualia*, alia *Carnalia*, quā peccatorum diſtinctionem affert S.Tho.1.2.q.72.ar.2. ex S.Greg. lib.31. Moral. c.31. circa medium, ubi ait, Quod ſeptem capitaliū vitiorū quinq; ſunt ſpiritualia, & duo carnalia. Illa dicuntur *Spiritualia*, quæ cum in materia ſpirituali uerſentur, delectationem tm̄ internam habent, hoc eſt, quæ ſenſu tm̄ interno percipiuntur, atque adeo ex propria ratione actu interno peraguntur, ut Superbia, Ira, &c. *Carnalia* uerò peccata dicūtur illa, quæ in delectatione, & tactu corporali, ſeu in materia ſenſibili perficiuntur, ut Gula, Luxuria, furtum, &c. Quæ differentia, ſicut, & illa ſecunda, planè accidentalis eſt; quod.n. peccatum carnale, vel ſpirituale ſit, aut contra Deum, proximum, aut ſeipſum, accidentale oīno eſt ipſi peccato, quamuis mortaliter differentiæ iſtæ habeant eſſentialē quoque differentiā adiunctam. Nā quoduis peccatū ſpirituale differt ēt eſſentialiter a quouis carnali, quatenus uerſatur circa diuerſam ēt eſſentialiter materiā in genere moris, & repugnat diuerſæ uirtuti, vt conſideranti eſt manifeſtū. Circa hanc drīam, ſeu diuiſionē illud annotandū eſt, quo ſenſu dicat Apoſtolus 1. Cor 6. *Omne peccatum quodcunq; fecerit homo eſſe extra corpus; qui aūt fornicatur, in corpus ſuū peccare.* quaſi uelit ſolā fornicationē eſſe peccatū carnis. Nā ut optimè docet S.Th. vbi ſup. ar.2. ad 4. quia in peccato fornicationis aīa ita ſeruit corpori, ut nihil aliud in ipſo momento cogitare homini liceat, meritò hoc ſolū peccato contra corpus ſuū homo peccare dicitur, quāuis ēt alia ratione hoc dici pōt, quia nimirum in hoc peccato iniuria particularis fit corpori, dū actu illo corpus ipſū inordinatè maculat̄.

4 *Quarta* diſtinctio eſt, quod † peccatū aliud ſit *Cordis*, aliud *Oris*, aliud *Operis*, ſic S.Th. 1.2.q.72.art.7. ex S.Hier. ī c.34. Ezechielis, & Magiſtro in 2.d.42. Ea dicuntur peccata *Cordis*, quæ voluntate tm̄ concipiuntur, *Oris* uero, quę uerbis ēt exprimuntur, *Operis* aūt, quæ actione exteriori peragūtur. Circa quā diſtinctionē illud annotandum in primis eſt, quædam peccata eſſe, quæ corde perficiuntur, & cōſummantur, ut odium, hæreſis; alia uero quæ ore cōſummātur, ut cōtumelia, conuitiū, detractio; tertio denique quædā peccata ſunt, quæ opere perpetrantur, vt furtum, & homicidiū; & hæc quidem peccata licet ſpecie inter ſe diſtinguantur, ut ait S.Th 3.p.q.90. art.3. ad 1. hæc tamen differentia quatenus extrinſeco quodammodo, & in communi refertur ad peccata *Cordis*, *Oris*, & *Operis*, non eſt eſſentialis per ſe, ſed accidentalis, coniuncta ſemper cum eſſentiali, ut ſignificat S.Tho.1.2.q.72.ar.7. ad tertium.

b *Deinde* b *etiam ſciendū eſt, in uno eodemq;* peccato hæc tria inueniri poſſe, ita ut unum ſit quaſi gradus diſpoſitio, & pręparatio ad alterum, vt v.g. Iracundus ex hoc quod appetit vindictam, primo conturbatur in corde;ſecundo, prorumpit in verba cõtumelioſa,& tertio procedit vſque ad facta. Item, luxurioſus primo meditatur de fornicatione admittenda,ſecundo,ſollicitat verbis mulierem,& tertio actum committit,quæ omnia vnum peccatum perfectum reputantur.Quando autem quis ſolum turpi cogitatione delectatur, nec vltra procedit, tunc ſolum peccatum *Cordis* committit, qui vero ſolum impudica locutione delectatur, nec vltra ſe extendit, peccat peccato *Oris*, Si vero perpetrat,iam erit peccatum *Operis*,vt conſtat.

5 *Quinta* diſtinctio eſt,quod † peccatorum quædã ſunt *Commiſſionis*, quædã *Omiſſionis*.Peccatum *Commiſſionis*,eſt defectus ꝑfectionis debitæ ineſſe actui, quem quis circa materiam aliquam exercet.Quamuis enim homo non ſemper tenetur ſecundum virtutem agere,ſuppoſito tamen quod quis operari velit circa materiam pertinentem ad hanc, vel illam virtutem, tenetur rectè ſecundum virtutem operari,vnde talis defectus dicitur peccatum *Commiſſionis*.Peccatum *Omiſſionis*,eſt defectus voluntarius ꝑfectionis actualis debitæ abſolutè.De peccato omiſſionis,intelligitur illud Iaco.4.*Scienti bonum,et non facienti*,ſ.cum teneatur,*peccatum eſt illi*.De peccato vero cõmiſſionis vbiq; in Scripturis mentio fit, qñ recenſentur peccata populi,vnde Eccleſiaſtici cap. 48.de filijs Iſrael dr̃; *Quidam ipſorum fecerunt,quod placeret Deo;alij aũt multa cõmiſerunt peccata*.Hanc differentiam ẽt peccatorum ponunt Orig. Ho.5.in Leui.dicens:*Scio, & illam differentiam,quæ nonnullis ſapientum uiſa eſt,quod delictum quidem ſit,cum non facimus ea,quæ facere debemus peccatum uero ſit, cum committimus quæ committere non debemus*.& S.Aug. q.20.in Leu.& alij paſſim,vt S.Th. in 1.2.q.72.ar. 6.vbi docet peccatum commiſſionis, & omiſſionis materialiter quidem inter ſe differre ſpecie,non aũt formaliter. Vt autẽ breuiter ſciat confeſſarius,quænam commiſſio,& omiſſio inter ſe differat, & quæ non,hæc duo addere ſtatuimus.

6 *Primum eſt*,commiſſio † & omiſſio illa ſola quę ſe neceſſario concomitantur ſunt eiuſdem ſpeciei, & de his ſolum exempla S.Th.ubi ſupra ponuntur, c vt v.g.*Nõ c ieiunare,& comedere tempore* indebito: Non reſtituere,& detinere alienum.

Secundum eſt,omiſſio,& commiſſio,quę non neceſſariò ſe concomitantur,differunt ſpecie.Etenim diuerſa eſt ratio,& diſſonantia ad rationem,non facere quod quis tenetur,& facere,quod tenebat non facere. Et aliud eſt peccatum non audire Miſſam ſuo tempore debito,aliud blaſphemare contra Miſſam,aut alio modo illam irreuerenter tractare, & tñ primum eſt omiſſionis, ſcd̃m vero commiſſionis. Et aliud eſt peccatum non amare Deum qñ quis tenetur,& aliud Deum odio habere.Et de differentijs accidentalibus peccatorum hæc pro confeſſariorũ inſtructione ſufficiant. Circa peccatum vero omiſſionis,quantum ad actiones morales attinet.

7 Dubium eſt,Qñ † imputari debeat homini peccatum omiſſionis,an qñ re ipſa omittit̃ ꝑceptũ q̃ obſeruãdũ fuit,an uero qñ data fuit cã omiſſionis.v.g. omittit q̃s audire Miſſam die Dominico,qñ imputari ei debet hoc peccatũ *Ratio difficultatis eſt*: quia aliquando accidit,vt quis tempore, quo debuiſſet exequi pręceptũ,ſit expers rationis,v.g.ſit in ſomnis, aut ſit ebrius.In qua re tres ſunt authorũ ſententiæ.

Prima eſt Marſilij,2.d.q.21.ar.2.propoſi.2.cõc. 4.dicentis, tunc imputari peccatum, qñ eſt tempus implendi præceptum, etiamſi quis eo tempore careat vſu rationis,vt ſi ſit ebrius,aut dormiens,& citari ſolet ab authoribus S.Tho.pro hac opinione 1.2. q.71.ar.5.ad 3.vbi ait,ſolum pro eo tempore omiſſionem ab opere peccatum eſſe,pro quo præceptum affirmatiuum, cui omiſſio contrariatur, obligat.& 2.2.q.79.ar.3.ad 3.vbi ait,peccatum omiſſionis incipere imputari alicui ad culpam, quando eſt tempus operandi. Vnde infert Marſilius fieri poſſe; vt quis eat dormitum ſine ſua culpa, & qd̃ dormiens peccet,& perdat gratiam Dei,ſi tunc currat ꝑceptũ vt v.g.ſi quis antequam eat cubitũ, ita erat deditus ſtudio,ut poſtea tẽpore, quo Miſſam audire debet, dormiat,hic.n.peccat non audiendo Miſſam, & tñ non peccauit ſtudendo anteq̃ dormiuit,neq; poſtq̃ excitatus eſt a ſomno,quia iam ꝑterijt tẽpus audiẽdi Miſſam,& tamen peccauit mortaliter non audiẽdo Miſſam. Ergo peccauit dormiendo.Probari põt hæc ſententia ratione qua utitur S. Tho. in 2.2.ubi ſupra,quia ſi quis abiens ſero dormitum cum periculo non exurgendi ad audiẽdam Miſſam,caſu aliquo excitetur a ſomno,& ſic præceptum implet,uerè talis non dicitur omiſiſſe præceptum. Ergo,tunc dr̃ omittere,qñ inſtat tempus implendi præceptum,ſ. tempore quo dormit.Idem ur̃ dicere Durand. 2.d. 35.q.2.nu.9.ad primum,ubi ait,omiſſionem ſolum habere rationem culpæ tempore quo pręceptum affirmatiuum obligat.

Secunda eſt Alex.de Ales p.2.q.13.memb.7.Gab. 2.diſt.41.q.uni.ar.3.dub.3.litera R. & Adriani in 4.q.3.de Euchariſtia.in fi.ad argumentum ſeptimũ, dicentium tunc ſolum eſſe peccatũ omiſſionis, qñ dat cã omiſſionis,& nõ poſtea,ſi q̃s tũc uſu rationis careat.Vnde non peccat qñ dormit, nec quando eſt ebrius,licet omittat pręceptum.*Ratio eſt*:quia tunc actus ille prior eſt ſolũ uoluntarius,non aũt quando dormit;at uero peccatum debet eſſe uoluntarium.

8 *Tertia eſt* communis † recentiorum,ut Bar.Medinę,1.2.q.71.ar.5.dub.3.Ioſephi Angles in Floribus 2.Sen.d.37.q.2.de eſſentialibus peccati omiſſionis, difficul.6.& 7.Greg.de Valentia,tomo 2. diſp. 6.q. 1.puncto 4.dub.3.Antonij de Corduba lib. 2.qq.q. 23.in fi.& Gabrielis Vaſquez in 1.2.diſpu.94.ca.2. quorum ſententia ad hęc dicta reuocari poteſt.

Primum eſt,omiſſio pręcepti affirmatiui obligãtis ad faciendum quod pręcipit, uerè eſt culpabilis, & peccatum,quando eſt uoluntaria, & hoc certum eſt, & ab omnibus conceſſum.

Secundum eſt,ut omiſſio ſit uoluntaria, & ad culpã imputetur tres conditiones ſunt neceſſarię, iuxta ea quę tradit S.Tho.1.2.q.6.ar.3.Prima eſt,quod quis poſſit;Secunda,q̃ teneat̃; Tertia,q̃ non faciat, ut u.g.ſi duo gladijs ſe feriant,potenti illos componere cum magno ſuo dãno,& periculo,& nõ facienti,nõ erit hęc omiſſio cenſenda uoluntaria, q̃a non tenet̃ cũ tanto ſuo periculo;Neq; ei culpa erit imputanda:Eſſet tñ uoluntaria,& culpabilis iudicis,quia ei ex officio incũbit tales lites cõponere. Similiter uidenti hominẽ è carcere fugientem,quem poterat detinere,& nõ detinuit,talis omiſſio nõ eſt uolũtaria q̃a non tenebat̃ ex officio,ſicut tenet̃ carceris cuſtos.Item exeũti ab Eccleſia,& nõ claudẽti oſtium,

cuius

e cuius omiſſionis cã ſubſecutum eſt furtũ, *omiſſio e nõ eſt uolũtaria*, ꝗa nõ tenebat, eſſet tñ volũtaria reſpectu Sacriſtæ, cui ex officio cõpetit eccleſiã claudere.

Tertium eſt, omiſſio verè, propriè, & formaliter ẽ ſolũ qñ implẽdũ erat p̄ceptũ ẽt ſi ſit in ſomnis, aut ebrius eſt. *Ratio eſt*: quia tũc ſolũ, & nõ prius, aut poſtea, adeſt obiectũ omiſſionis, ſ. tẽpus quo tenet implere p̄ceptũ. Ergo ante, uel poſt illud tempus non eſt omiſſio, ꝗa omittere, eſt nõ facere, q', & qñ facere tenet. Vnde vt optimè ꝓbat S.Th.2.2.q.79.ar.3. ad tertiũ, ſi ille ꝗ appoſuit cãm omiſſionis p̄cepti, v.g. nimiũ orãdo, ſtudẽdo, aut vigilãdo, poſtea tẽpore prę cepti ab aliquo violẽter è ſomnis excitetur, & f implet prę ceptũ, *talis f uerè nõ cẽſetur* peccare peccato omiſſionis, ꝗa verè nõ omiſit ei⁹ adimpletionẽ.

9 *Quartum eſt*, cãm † ſufficientem omiſſionis p̄cepti g culpabiliter præbens, peccare cenſetur. *Ratio g eſt*; quia dans cãm peccati ſufficientem, aut exponens ſe periculo peccandi, peccat. Vnde dans cãm ſomno, quo re ipſa omittit præceptũ audiendi Miſſam, tũc peccat, quando exinde omiſſio probabiliter timebatur, aut timeri potuit. Siquidem eodẽ p̄cepto, quo præcipit̄ nobis audire Miſſam, p̄cipitur ẽt nobis, ut tollamus omnia impedimenta, & adhibeamus omnia media neceſſaria ad huiuſmodi adimpletionem quaꝑꝑ interdicitur nobis hoc p̄cepto ſtudium, & quodcunq; aliud qđ probabiliter cã omiſſionis eſſe poterit. Sicut.n. omittere præceptũ eſt peccatũ, ita dare cãm omiſſioni liberè eſt peccatũ. Tũc ergo imputatur peccatum omiſſionis, qñ datur ſufficiens cã illius. Hinc fit, vt ſi quis voluntarie, & culpabiliter ſe inebriat, ex quo poſtmodũ ſequitur, quod nõ audit Miſſam, nõ ſolũ peccat ſe inebriãdo, & cõmittit peccatũ ebrietatis, ſed ẽt peccat dãdo cãm ſufficientẽ omiſſionis p̄cepti de audiẽda Miſſa. Et hoc eſt qđ docet S.Th.2.2.q.79.ar.3.ad 3 ſolũ.n. vult inebriationẽ illã propriè nõ eſſe omiſſionẽ, ſed cãm omiſſionis, & qđ omiſſio poſtea p̄cepti tꝑe quo obligat, imputat̄ ei ad culpã, nõ quidẽ præciſè qñ, & quatenus omiſſio eſt, ſed ꝑꝑ cãm prę cedentẽ, ex qua omiſſio ſequens reddit̄ voluntaria, nõ in ſe, ſed in cã ſua, vnde ꝗ dormit, & caſu excitatur, ita ut adimpleat p̄ceptum, nec illud omittit, quamuis verè, & ꝓpriè non peccet omittendo, hoc tñ nõ tollit, quo minus prius peccauerit, dando ſufficientem cãm illius, ꝗa ex parte ſua ita ſe habuit in cauſa, ac ſi reipſa omitteret. Neq; negare voluit eo in loco S.Th. ſic excitatũ non peccare, ſed ſolum vult non peccare propriè omiſſione cum omiſſionis peccatum formaliter non ſit, niſi quando actu eſt ipſa omiſſio, non tamen negat talem eſſe culpabilem in dando cãm talis omiſſionis, cum cauſam ſufficientem antea talis omiſſionis præbuerit. Dixi peccare eum, qui *culpabiliter* cauſam omiſſionis præbuerit, quia vt Alexander Hallẽſis ubi ſupra, & S.Tho.2.2.q.79.ar.3.ad 3.& q.150. ar.4.& Ioſeph Angles, loco citato diffi.6. docent, ſi quis inculpabiliter inebrietatem incideret, quoniã ſcilicet ignorabat vini potentiam, & ſuam imbecillitatem, & poſtea dormiendo Miſſam audire omitteret, ſicut excuſatur a peccato ebrietatis, ita ẽt totaliter excuſatur a peccato inde ſecuto, quo modo excuſauit Loth a peccato, ſe inebriando.

10 *Quintũ eſt*, quando † actus eſt ipſa omiſſio, nõ cõmittitur nouum peccatum formaliter, ſed ſolũ nouum eſt peccatum materialiter, quod tamen nõ eſt peccatum, & culpa, niſi per illam ipſam culpã, quæ fuit in cauſa, ita ut vnum peccatum numero ſit formaliter, quia, ſ. eſſe voluntarium, vnde deſumitur eſſe culpabile, & peccatum, eſt vnum numero tantũ, nempè in cã, materialiter aũt duo, quia. ſ. duo ſunt obiecta materialia diſtincta illius actus, & huius omiſſionis, ſ. ſtudere, aut inebriare ſe, & non audire. Miſſam, quorum unũ eſt poſitiuum, & alterum negatiuum, formale tamen ut dixi, eſt unicum, ꝓpter eſſe uoluntarium unicum quod habet in cã, & propterea quando cã, ſeu occaſio omiſſionis, non fuit actus alias malus, & prohibitus, erit unum numero peccatum, & ſatis erit dicere in confeſſione, ſe non audiuiſſe Miſſam, abſq; eo quod cõfiteatur eius cauſam, puta quod ex nimio, & inordinato amore ſtudij, aut ex inordinata uigilia Miſſam omiſerit. Sin aũt cã omiſſionis eſſet actus alioquin malus, & prohibitus, puta ſi ex culpabili ebrietate dormierit, unde poſtea Miſſam non audierit; aut ſi quis ꝑꝑ fornicationem omitteret Miſſam, tunc quidem actus ille ꝗ eſt cã omiſſionis, quia habet diſtinctam malitiam ex ſeipſa, p̄ter hanc quę ẽt eſt cã omiſſionis peccati, peccatũ eſt numero diſtinctũ a peccato omiſſionis, & ut peccatum diſtinctũ in confeſſione neceſſario explicandum. *Ratio eſt*: quia formale, & materiale eſt duplex, aliud enim eſt inebriare, uel fornicari, & aliud omittere præceptum audiendi Miſſam; formale ẽt eſt duplex, dum uelit fornicari uoluntariè, & uoluntariè dare cauſam uiolandi aliud eccleſiæ h p̄ceptum de audiẽda Miſſa, *ut h expreſsè docet Ioſeph Angles* ubi ſupra, difficul.5. concl.1.& 2. cuius contrarium non ſenſerunt Medina ubi ſupra, ar.5. dub.2. Greg. de Val. to.2. diſ.6. q.1. puncto 4. dub.2. quãdo dicunt non eſſe opus in confeſſione exprimere actum eiuſmodi, ſed ſatis eſſe ſimpliciter confiteri omiſſionẽ: intelligendi.n. ſunt in primo caſu, quando. ſ. actus ille, qui eſt omiſſionis, non ſit alias mal⁹, & prohibitus, ut patet: nam Medina expreſſe ponit exemplum eius qui ꝑꝑ ſtudium omittit audire Miſſam, & Gregorius ibi in reſponſione ad argumentũ, uer. Quare ad argumẽtum. expreſſe meminit ſolius actus, qui alias non ſit malus, niſi eo ipſo, quod ſit cã omiſſionis, nec de hac re ulla poteſt eſſe difficultas.

11 *Sextum eſt*. Actus, qui † eſt cã omiſſionis, etſi aliũde non ſit malus, eo ipſo tamen, quod ſit occaſio, & cã omiſſionis, malus eſt & peccatũ. Hoc dictum eſt expreſsè contra Durand. qui 2.d.35.q.2.nu.6. docet actus incompoſſibiles executioni præcepti, hoc eſt, actus, qui ſunt cã omittendi præceptum, nõ eſſe peccatum, ſi alioquin nõ ſint mali & prohibiti, ut u.g. uigilare in ſtudio, aut oratione, unde cauſatur omiſſio Miſſæ. Sed cõtra Durandum ſunt alij omnes, ut Henric. Quodlib.12.q.24. Capr.2.d.35.q. unica, ar.3. ad probationem ſecundam argumenti 2. contra conc. ſecundam. S.Th.q.2. de Malo. ar.1. ad ſeptimũ & in argumento, *Sed contra*, expreſsè ait, quod laudare Deũ quãdo teneor alia opera facere, eſt peccatũ. Medina, 1.2.q.71.ar.5.& Greg. de Val. to.2. diſp.6. q.1. pun.4. dub.2. & Ioſeph Angles, in Floribus. 2. Sen d.37.q.2. difficul.4.& Gabriel Vaſquez in 1.2. diſ.93.c.2. qui oẽs id expreſſe affirmant, quãdo cauſaliter, ſeu antecedẽter ex illa cã ſequit̃ omiſſio. *Ratio eſt*: ꝗa tali operi deeſt circumſtãtia tẽporis, ꝗ inter alias reqrit̃ ad integrã bonitatem. Et ſicus actus alias bonus ꝑꝑ ſcãdalũ inde acceptũ aliqñ redditur

malus,& ſicut in vniuerſum oēs occaſiones mali dicuntur malæ,& vt tales amputandæ,ſic etiam, & occaſiones omiſſionis.

12 Illud vero annotandum † in hac re eſt, poſſe aliqñ actum eſſe bonum ex pręcepto,qui propter omiſſionem alterius p̄cepti inde ſecutam , non incipiat eſſe malus, qñ.ſ.actus ille ex præcepto eſt maioris obligationis,& derogat ſecundo, vt ſi quis propter extremam neceſſitatem detineatur ne Miſſam audiat tempore debito; tunc enim actus ille qui eſt cā omiſſionis ſecundi præcepti,non eſt malus: quia in tali euētu,nec omiſſio eſt mala,derogatur enim ſecundo præcepto a priori. Verum eſt ergo hoc ſextū dictum noſtrum vniuerſaliter,quoties omiſſio præcepti imputatur ad peccatum. Dixi,hos oēs authores id affirmare,qñ actus ille eſt cā omiſſionis, quia Medina vbi ſupra,& Angles,volunt,q̄ ſi actus ille poſitiuus non ſit cā omiſſionis,ſed tm̄ concomitās, tunc non erit malus,aut peccatū,ſi alias bonus erat; dant exemplum in eo, qui prius decreuit non audire Miſſam,& interim ne ſit otioſus, ſtudet, aut viſitat infirmum,hęc opera,inquiunt,nō ſunt mala. *Ratio iſtorum eſt*: quia iſti actus alias ex ſe boni ſūt,& nō ſunt cā,uel occaſio ipſius omiſſionis, ergo non ſunt mali. Et q̄a melius eſt ſtudere,q̄ eſſe otioſum eo tēpore,vel aliquid mali facere, & q̄a talis actus pōt eſſe impletiu⁹ p̄cepti,ſ.recitare horas Canonicas. Hāc tamen opinionem rectè refellunt alij, vt Grego.de Val.vbi ſupra,q̄a verè in hoc caſu,cā omiſſionis nō ſolū eſt illa voluntas omittendi p̄ceptū,ſed ēt ipſa operatio exterior, cū qua q̄s ſimul occupat̄ ne poſſit adimplere præceptū, ſiquidem illa operatio exterior eſt natura ſua incōpoſſibilis cū obſeruatione p̄cepti, oīs aūt actus incompoſſibilis cū obſeruatione præcepti,q̄ per ſe primo eligitur, eſt cā omiſſionis, & conſequenter malus, ētſi omiſſio ex alia cā ſimul conſequatur,q̄ ſufficiens eſſet,remoto actu incompoſſibili,vt accidit in caſu propoſito. Nam,vt cā moralis cenſeatur alicuius effectus,ſufficit vt illa poſita,& quaſi primario electa,exinde ſequatur effectus,etiamſi ſimul ob aliam cauſam idē effectus ſequatur,aut ſeq̄ poſſit. Alioquin,vt exēplificat Greg. de Val.ſequeretur, caſu quo duo hōes ſimul diſploſis bombardis alterum globulis traijcerent,neutrum illorum eſſe cām mortis vt patet;nam quocunq; illo-
i rum nō diſplodente bōbardam,*effectus* i *ſequeretur*.

13 Nec valent † rōnes,quas afferunt; ſiquidem illa operatio,q̄ primario,& per ſe aſſumitur,& ſecundū ſe incompoſſibilis eſt cum obſeruatione præcepti,ē tantum cā omiſſionis,& mala,etſi homo antea decreuiſſet non audire Miſſam,& non obſeruare præceptum;& quamuis non ita malum ſit omittere prę ceptum ratione operis alias boni , q̄ ratione operis mali,& otioſi,non tamen inde ſequitur opus illud manere bonum,ſi vere ſit cā omiſſionis; Aliæ vero actiones,q̄ per accidens coniunguntur cum illa prima , non ſunt cauſa omiſſionis, & conſequenter ſi aliàs eſſent bonę ex obiectis , & circumſtantijs , non fiunt malæ ex circūſtantijs Exempli cā,ſi quis decreuit non audire Miſſam:& tempore quo audiēda erat Miſſa, decreuit iter facere; hæc operatio eſt cā omiſſionis,& operatio mala, ſed ſi interim quo iter facit,recitet horas,aut aliud bonum facit,illa operatio ſecundario ſequens non erit mala, nec peccatum,cum concomitanter ſe habeat ad omiſſionē. Item,ſi quis decreuit domi manere,aut iacere in lecto propter frigus,aut pluuiam,aut alia de cā,tēpore quo audienda erat Miſſa,hęc operatio eſt cā omiſſionis,ſi uero interim ſtudet,aut uiſitet ægrotū,aut horas Canonicas recitet,operationes iſtę,q̄a concomitanter,& ſecundariò ſe habent reſpectu omiſſionis,non erunt malę,aut peccata propter omiſſionē. Quod ſi dicas hæc opera,quia efficiuntur tempore indebito , ſaltem eſſe mala propter hanc temporis indebiti circumſtantiam: Reſpondetur,hāc temporis circumſtantiam habere malitiam omnino per accidens reſpectu huius operationis , & ita ex illa nulla tali operationi malitia proueniet.

14 *Septimum eſt*. Actus † ille, qui eſt cauſa omiſſionis,ſi aliundè malus non ſit,licet non ſit formaliter peccatum omiſſionis,reductiuè tamē peccatū omiſſionis eſt,& vnum numero peccatum cum ipſamet omiſſione. Ratio eſt: q̄a actus ille poſitiuus.v.g.uoluntas non audiendi Miſſam,aut voluntas ſtudendi tempore quo audienda eſt Miſſa,non alia ratione
K peccatum eſt,*niſi* K *quia eſt cauſa omiſſionis*. Ergo nō per aliam malitiam eſt peccatū,q̄ per malitiā omiſſionis. Vnde fit,ut ſatis fiat in confeſſione dicendo ſe omiſiſſe Miſſam tempore quo tenebatur ex præcepto eam audire,abſq; eo quod dicat ſe ſtuduiſſe eo tēpore,aut iter egiſſe. Etenim cā,ſeu uoluntas omittendi Miſſam non habet in hoc euentu aliam malitiam q̄ omiſſionis inquantum eſt cā illius; eodemq; modo ſe habet uoluntas omittendi ad omiſſionem, ſicut actus interior ad exteriorem: ſicut ergo ab actu exteriori, in quo primo reperit̄ malitia ex obiecto , & circumſtantijs deriuatur eadem per analogiam,et proportionem ad interiorem,ſic ēt ab omiſſione deriuatur eadem malitia ad uoluntatem omittendi,unde unum,& idem peccatum eſt cum ipſa omiſſione , tam uoluntas omittendi expreſſa, quam uoluntas apponendi cauſam, & ipſamet etiam cauſa,ita ſcilicet,ut malitia omiſſionis primario,& per ſe reperiatur in omiſſione, in actu uero ſecundariò, & ab ipſa omiſſione in actum deriuata.

15 *Octauum eſt*, † omiſſio quæ fit in ſomnis propriè peccatum non eſt,ut falsò docuit Marſilius,& idem de alijs peccatis in ſomno,& ebrietate factis. *Ratio eſt*,quia ad rationem peccati requiritur rō uoluntarij perfecti,peccatum.n.adeo voluntarium eſt, vt ſi voluntarium non ſit,peccatum non erit,ex S. Aug. lib.3.de lib.arb.c.18. At uero omiſſio in ſomnis,uel
1 ebrietate,*non* 1 *eſt libera*; Neq; enim ad peccatū ſufficit quod proueniat a cā libera in principio poſita, ſed requiritur,ut actus ſemper maneat ſub libera hominis poteſtate,vt patet,quia alias ſequeretur,quod qui ſemel liberè uenenum alicui propinaret ad mortē,quod operatur per multos dies,ſic propinans cōtinuò per totum illud tempus peccaret ſiue in ſomno,ſiue in uigilia,quod eſt abſurdum,ſequi vero patet: quia operatio ueneni to o illo tempore eſt libera in ſua cā. Et ſimili ex cā ſequeretur,quod qui nimiū comedit,vel bibit,ex quo ſequitur aliquod nocumentum ſaluti,ſemper eſſet in actu peccādi, quādiu nutritiua facultas operaretur circa cibum in detrimentū ſalutis,quod eſt abſurdum. Deinde etiamſi ad rationem peccati ſatis eſſet actionem illam eſſe liberam in cauſa ſua,ſequeretur aliquem poſſe ſimul eſſe in ſtatu peccati mortalis, & in gratia, peccare,& iuſtificari, quod eſt abſurdiſſimum; Sequela patet: Quia ſi quis poſtquam propinauit uenenum, aut emiſit ſagittam,uel nimium bibit,&c.conterat̄,

verè apud Deum iuſtificabitur, aut ſi quis poſtquã ſe præcipitauerit,adhuc in motu conteratur,in gratia erit,& tamẽ tunc põt ſequi homicidium,aut nocumentum ſalutis,vt diximus; vel ſaltẽ qñ ipſe permanet in gratia ſine nouo peccato,& tamen eſſet ẽt in peccato,ſi ſufficeret illa prior voluntas, & libertas in cã ſua. Ergo,vt ſit peccatum,requiritur nõ ſolum libertas,& voluntarium in cã ſua,ſed etiam vt actus ſemper maneat ſub libera poteſtate,quæ libertas cum non ſit propriè in ſomno, aut in ebrietate, m verè & propriè in ſomno non eſt peccatum. *Qua m ratione Palud*.4.d.9.q.3.ar.1.concluſ.1.ait pollutionem,aut homicidium in ſomno non eſſe peccatum, ſed effectum peccati,eo quod tunc non eſt per actus vſus rationis,& Sotus 4.d.12.q.1.ar.7.tandem id a tetur de pollutione in ſomnis,ob eandem rationem & citat Io.Maiorem.& de pollutione id docet contra Marſilium Medina 1.2.q.71.ar.5.in opinione prima,& Gabr.2.diſt.42.q.vnica.ar.2.conclu.2. citans etiam Gulielmum Ochamum quodlib.1.q.20. docet poſſe quem poſtquam ſe præcipitem dedit, pœnitere,& iuſtificari eo quod licet cauſa voluntaria eſſet,tamen quia poſt pęnitentiam non eſt ei uoluntaria mors,non ei imputabitur in peccatum. At vero in ſomnis incurrere quis poteſt obligationem reſtituendi,cenſuras,& irregularitatem,ob homicidium non ſomno,aut ebrietate factum, ratione voluntarij in cauſa ſua;eo quod ſatis eſt ad iſta incurrẽda voluntarium in principio; maximè cum Eccleſia non niſi de externis iudicet, nullus tamẽ proprie in ſomnis gratiam amittere poteſt,quia gratia non niſi per peccatum amitti põt,peccatum autem nõ eſt niſi ubi libera eſt poteſtas,quę non eſt in ſomno,aut in ebrietate,& ideo actus in ſomno factus, non imputatur homini niſi quatenus uoluntarius erat in ſua cauſa; id quod etiam ſatis maniſeſte docet Bartho. Medina ubi ſupra,dub.3.concluſ.5.& in reſponſ.ad primum,& Paludanus loco proxime allato.

16 *Nonum eſt.* Quando † aliquis dedit cauſam peccato,ſi antequam eueniat illũ pœniteat cauſæ, quã dedit patrandi malum futurum,ſibi ad culpam non imputabitur.Sic expreſſe Ioſeph Angles in Florib. 2.Sen.d.37.q.2.de eſſentialibus peccati omiſſionis. dub.5.difficul.7.Sotus 4.diſt.12.q.1.art.7.propoſi. n 2.verſi.*Hinc n fit Barth.Medina* 1.2.q.19.art.5.dub. 3.poſt cõcl.5.vt v.g. ſi ex cogitatione libidinoſa in vigilia,vt ſæpiſſime contingit,in ſomnis oriatur nocturna pollutio, ſi antequam ſomnum capiat eum delectati pœniteat, futura pollutio in ſomnis ei nõ imputabitur.*Ratio eſt:*quia illa pollutio iam nec eſt voluntaria in ſe,cum ſit in ſomnis, nec in cauſa ſua, cum iam ſit nolita,& per pęnitentiam remiſſa. Et qui uenenum alicui propinaret ad mortem,ſi anteq̃ moreretur,pœniteret, non ei imputabitur mors ſecuta,quamuis ſi clerico uenenum illud propinaſſet, ex morte ſecuta,quoad Eccleſiam,quæ non iudicat de occultis,pro excommunicato haberetur, & etiã pro irregulari cenſendus erit. Et ſi quis ſe uoluntarie præcipitem daret, ſi in præcipitio pœniteret, quoad Deum a peccato excuſatur, ex Gabriele, & alijs,ubi ſupra.

ADDITIONES.

a *Ad ſecundam hanc partitionem Grego.de Val.tom.2. diſpu.6.q.2.punct.2.verſicu.neque obſtat.putat reuocari poſſe ea peccata,quæ vulgo in Spiritum Sanctum peculiariter appellantur;quibus,ſcilicet,agitur contra diuinam gratiam,& ſpiritualia remedia, & auxilia ad euitanda peccata.*

Propterea quod huiuſmodi peccata,quæ in ſpiritum ſanctum dicimus,per ſe non ſunt eſſentialiter diuerſa ab alijs peccatis,quæ aduerſantur certis quibuſdam uirtutibus, vt pęnitentiæ, & ſpei. Ita Grego. legito etiam Ioann.Azor.lib.4.Inſt.Moral.c.2.in fin.Ex quo obſerua omne peccatum,quo quis in ſe ipſum,aut in proximũ delinquit,eſſe quidem contra Deum, non tamen ſpecialiter,& directè;ſed ea generali ratione,qua dicitur peccatum contra Deum committi, atque ex altera parte quicquid peccamus contra noſmetipſos,uel contra proſſimum,etiam contra Deum ſpeciale peccatum eſſe poſſe; cum ſcilicet fiat eo animo,ac ſpeciali affectu,& contra Deum peccetur,ipſeq; offendatur Deus.

b Deinde etiam ſciendum eſt,in uno eodemq; peccato..*Quo ſane pacto eiuſmodi diſtributio uere accidentalis perhibetur,atque Authore Caieta.ita tractatur a D. Thoma 1.2.q.72.artic.7.unde eam Author deſumpſit. Sic.n.per ſe eſſentialis non eſt, neque eſſentialem adiunctam habet,ſed eſt potius diuiſio totius integralis in ſuas partes,ut notat Gregor.de Valen.to.2.diſp.6.q.2.punc. 2.uerſi.hæc autem differentia. Duobus ſiquidem modis huiuſmodi peccata poſſunt conſiderari; uno per modum ſimplicis proſecutionis,& progreſſionis ab uno ad aliud: ut perſpicitur in eo,qui uult fornicari,& uerbis inuitat, atque allicit fornicariam; ac tandem opus aggreditur. Hi cum tres actus exiſtant,qui in eſſe morali, ut per ſe perſpicuum eſt;non diſtinguuntur ſpecie,ad unum quaſi totum integrale conflandum concurrunt: quandoquidẽ duo primi ſunt quædã præparationes ad tertiũ,& poſtremũ. Altero modo per modũ termini intermedij,hoc eſt, quatenus in ſingulis actibus peccator ex ſua intentione ſeparatim inſiſtit:ut contingit in eo, qui conſentit delectationi cogitati adulterij,& verba profert ad illud prouocantia,per ſe tamen delectabilia pronuncianti; ſic.n. diſtinguuntur huiuſmodi peccata a peccato adulterij, ꝙ in ipſo opere perficitur;quatenus,ut modo dicebatur,peccantis intentio in ſingulis immoratur. Caiet.1.2.q.72. art.7.Ex quo præterea obſeruetur,expoſita peccata multò magis differre,ſi conſiderentur,quatenus ſingula in ſingulis ſuis ſubiectis conſumuntur. Ita ſiquidem in ſpecies perfectas diſcriminantur,cuiuſmodi eſt Hæreſis in corde unius,& detractio in ore alterius,quæ abſque alio opere per ſe peccata exiſtunt. Idem fere docet Ioann. Azor.lib.4.Moral.Inſti.c.4.in prim.Vbi præterea in ſequentibus longis diſputationibus docet,hic memorata peccata ſingula ſuo in genere ſpecie multiplicari ex obiectis,vt de ijs,quæ cogitatione ſermoneq; cõplentur,ſi Titius cogitet de Caio occidendo, ac de uniuerſis eius bonis ſurripiendis, Aut ſi quis maledictum in Deum ſimul, & in duodecim Apoſtolos inferat. Atq; hac de cauſa,quia ſcilicet & huiuſmodi peccata,ut reliqua omnia,diſtinguuntur ex obiectis, Azor diſſentit a Naua.Manual.c. 6.num.18.aſſerente ſi Titius uelit occidere Caium cum uniuerſa eius familia,eſſe non tot homicidia, quot ſunt homines occidendi,ſed tantum duo,unum ex parte Caij,alterum uero ex parte eius familiæ,quæ de ſententia Nauarri pro una perſona duntaxat habetur. Exempla ad operis peccata pertinentia paulo ante ſunt allata;& quidẽ unicuiq; per ſe obuia ſunt. Illud quoq; nõ uidetur p̃tereundũ,ꝙ inibi tradit idẽ Azor. Ver.Quarto q̃ritur ex probabiliore ſententia,peccata uolũtatis interna multiplicari temporis interruptione non abſolute, ſed ubi* *ſunt per contrariam uoluntatem interrupta.*

c Non ieiunare,& comedere tempore indebito. *Hæc D.Thom.exempla,inquit Azor lib.4.Moral.Inſti. c.3. in princ.id quod uult non uidentur concludere quia ieiunÿ præceptum,quamuis uoce uideatur in affirmatione conſiſtere,ſenſu tamen negationem continet. nam ieiunium ſeruare nihil aliud eſt,niſi, Non comedere. atque idcirco in comedendo uiolatio præcepti cernitur.quod quidem cum in affirmatione conſiſtat,peccatum aduerſus illud commiſſionis habendum eſt. Conſimiliter præceptũ reſtituendi voce quidem affirmatiuum eſt, ſed ſententia negatiuum;quod eſt,alienum non retinere:proindeque qui non reſtituit,commiſſionis peccatum potius admittit,quia retinet alienum;atq; ita labefactat præceptũ negatione cõceptum,ne alienum retineatur. Ex quibus infert Azor,peccata commiſſionis,vel omiſſionis,ſi uere talia ſint poſſe ēt diſtingui in eadem materia ſubiecta. Quod ſane perlibenter conceditur,Primum ſi ſub diuerſa ratione formali conſiderentur;vt docet Bar.Me. 1.2. q.72.ar.6.Ver.ſi Tertium documentum;& attingit hic Author.Etenim qui occidit hominem peccat iniuſtitiæ peccatum.qui aũt ex eo,quod non pauit pauperem,quem tenebatur paſſere fuit in cauſſa,ut is fame periret,homicidium quidem itidem committere perhibetur;peccatũ videlicet charitati,non aũt iuſtitiæ repugnans.quandoquidem ille alere pauperem non teneretur ex iuſtitia, ſed ex charitate. Deinde vero ſi peccatum commiſſionis materialiter ad eum ſenſum conſideretur;vt ſcilicet habet actum poſitiuum moralem,ſic commiſſio,& omiſſio differunt pluſquam ſpecie,etiam in genere moris.cũ hæc quiddã poſitiuum,illa vero quidam priuatiuũ exiſtat. & omiſſio quidam merus defectus ſit,commiſſio aũt vere actus a ratione,& voluntate profectus.Greg.de Val. to.2.d.6.q.2.p.2.verſi.Quarto intelligitur.& ſeq.*

Ex eodem Greg.ibid.Ver.Quod tamen.obſeruandũ, quod inquit Author numero proxime ſuperiore, peccatum Commiſſionis eſſe defectum perfectionis debitæ ineſſe actui,quem quis circa materiam aliquis exercet,ſuppoſito quod quis velit operari circa eam materiam;ſupplendum eſſe,ex eo,quod modo morali maxime proprio operetur.Is autem modus conſiſtit in eo,vt homo non ſolum vtatur ratione in operando;ſed vtatur etiam pertinenter,vt loquitur Grego.ad vltimum finem,quatenus habet hunc finem præſtitutum a Deo.Id quod eſt commune quiddã tam actionibus bonis,quam malis. Nam vtreq; conueniunt in hoc,quod retinent Quendam ordinem ad vltimum finem;cum eo tamen diſcrimine,quod bonæ ad eum relatæ,illo nos deducant, prauæ autẽ nos inde auertant,atq; impediant, quo minus eo perueniamus. Legito ipſum Gregor.hac de re quædam alia accurate,vt ſolet,& ſubtiliter diſputantem.

e Omiſſio non eſt uoluntaria. *Ponatur,quod facile fieri poteſt, hunc ſecum dicere, Volo non claudere, aut nolo claudere;certe quidem tunc omiſſio erit voluntaria,propterea quia procedit a voluntate . & tamen ex eo,quod non tenetur qui eſt defectus vnius ex tribus conditionibus neceſſarÿs ad efficiendam omiſſionem voluntariã; ex D.Thom.doctrinæ dicimus eſſe voluntariam,quæ eſt aperta contradictio.Bart.Med.ar.5.citato.Verſic. Ad hæc magnopere laborat in propoſita dubitatione diluenda.Etenim non acquieſcens duabus primo loco allatis ad eam ſolutionibus,hæc ferè addit;Certe ſi D.Th.attente legatur,non inuenietur aſſirmare,iſtas omiſſiones eſſe voluntarias;ſed affectum inde ſubſecutum non eſſe uolũtarium reſpectu omittentis,veluti cum non claudo oſtiũ, quod non teneor claudere,ſubſequitur furtum.quod quidem furtum non eſt mihi voluntarium.Neq; hic ualet illa argumentandi formula,Quicunque vult antecedẽs, uult etiam conſequens. ſed is uult non claudere oſtium, ex quo ſequitur furtum. ergo uult huiuſmodi furtum. Conſecutio nulla eſt.Etenim furtum non ſequitur ex opere,uel omiſſione non claudentis oſtium,ſed ex alterius malitia,quam ego cauere minime teneor.*

f Talis uere non cenſetur peccare. *Multo magis ſi ubi dederit omiſſionis cauſſam,perſeipſum pœnitentiã agat, & actum præceptum in tempore exequatur,Verum quonam modo peccat,qui omiſſionis cauſſam præbet? Inchoate,inquit Gregor.de Valen.tom.2.diſ.6.q.1.pun.4.infi. quatenus is exiſtimatur eo ipſo uelle mox omittere.Reuera tamen qui omiſſionis cauſſam dat is proprie non niſi per commiſſionem peccat. quod quidem commiſſionis peccatum non eſt peccatum diſtinctum ab ipſo omiſſionis peccato, quod poſtea proprie, & complete admittitur aduenientе tempore,quo inſtat præceptum. Itaque unum tantum,non autem duo hic cenſenda ſunt ineſſe peccata:quemadmodum in homicidio,quod quis inchoate admittit,quando de eo faciendo cogitat, complete autem,quando ad opus procedit, & interficit re ipſa quod inquit Author nu.10. non eſſe nouum peccatum formaliter.*

g Ratio eſt. *Paucis comprehenſam, ſed perelegantem confirmationem adiungit Grego.de Valen.tom.2.diſpu. 6.q.4.Verſicul.Reſpondeo.Nam ſi actus, inquit, meus eſſet proxima cauſa peccati, ex hoc ipſo peccatum eſſet. ergo a fortiori ſi mihi ſit cauſſa peccati. Eam mutuatus eſt a Barto.Medina. 1.2.q.71.ar.5.Verſi. pro expoſitione.apud quem multas alias,neq; infirmas eodem pertinentes orationes reperies. Qua de re aliquid ex Alÿs Alfonſus de Vega Summ.caſuum conſcien.to.2.cap.62. caſu.44.& ſeq.*

h Expreſſe Ioſeph Angles. *Id ipſum ſenſit.Ioan.Azor. Inſti.Moral.lib.4.cap.3.Venial.ſeptimo quæritur. Vbi in fine hæc habet rem uniuerſam de malis actibus conpectentia,*ſi uero actus ſint alioquin mali, debet eos pœnitens cõfeſſario exponere;non quidem propter omiſſionis peccatum, ſed quia ſunt per ſe mali, & uitioſi:ut ſi quo tempore ſacrum audire deberes,furtum admitteres.

i Effectus ſequeretur. *Ac nihil eſſet ſi omittens reſponderet,omittere ſe non ob actum incompoſſibilẽ ſed quia ſtatuit non adimplere. Nam etſi ſic efficeretur,ut huiuſmodi animi propoſitum,non autem actus incompoſſibilis eſſet cauſſa directa omiſſionis;tamen nullo pacto effici poſſet, ut actus incõpoſſibilis non eſſet indirecta cauſſa omiſſionis. Alioquin multa,eaq; manifeſta ſequerentur abſurda.Primum uerbi gratia,Nõ peccare clericũ, qui in nauigatione decreuiſſet omittere preces* Canoni*cas,proiecto in mare Breuiario cõſimiliter neque peccare eum,qui uoto caſtitatis obſtrictus,duceret uxorem:ſi antea ſtatuiſſet huiuſmodi uotũ minime ſeruare. Poſtremo neq.aliquod peccatũ, aut ſcelus admittere latro, qui rem furto ablatam diſtraxerit,cũ antea cogitaſſet de ea domino non reſtituenda;Nullum,inquã,horum peccare,ex eo quod clericus Breuiarium profundat,qui uouit,uxorem ducat,latro rem furto ſublatam eo animo diſtrahat.quæ non parua eſſe abſurda nemo ignorat.Ac nihil etiam ualet,quod aliqui ad hæc reſpondent, in hiſce, & conſimilibus caſibus,actum in compoſſibilem eſſe peccatum,quia adimit facultatem adimplendi præcepti;tametſi eo pacto peccãtes ad illud implendũ reſipiſcerent. Nã obÿcitur,quod idẽ cõtingit in alÿs caſib.in quib. nõ eripitur eiuſmodi facultas,ſi nõ ſimpliciter,at minus ex* *ſuppoſitione quandiu, ſcilicet, qui in actu incompoſſibili detinetur, uoluntarie inibi ſeſe occupat quod & peccatū eſſe, nemo, opinor, negaret; etiamſi non tantum, quantum illud, quod in actu incompoſſibili facultatem exequendi præcepti adimente poſitum eſt. Gregor. de Valent. tom. 2. diſput. 6. q. 2. punct. 4. Verſicul. Sed quod poteſt contra, & Medin. 1. 2. q. 71. art. 5. uerſicul. Ad Tertium. prim. Dub.*

k Niſi quia eſt cauſſa omiſſionis. *Atenim ea, quæ in particulari caſu ad unum referuntur, non putantur eſſe numero diſtincta, ut cum quis parat gladium, exempli cauſa, & egreditur domo, ut interficiat inimicum, hi quidem actus, licet phyſice plures numero ſint, moraliter tamen unum duntaxat numero peccatum conſtituūt, ut antea fuit obſeruatum. Porro huiuſmodi actum, qui eſt cauſſa omiſſionis, & directe, aut indirecte peccatum cōmiſſionis exiſtit, cum ſit actus quidam poſitiuus, ut inquit Author, atque ex hypotheſi carens debita perfectione, non eſſe peccatum diſtinctum ſpecie a peccato omiſſionis probatur plane ex eo, quod non caret alterius uirtutis perfectione niſi illius, cuius actus præceptus erat. In eo autem ſolum habent diſcrimen, quod omiſsio eſt defectus perfectionis eius uirtutis debitæ abſolute, illa uero commiſsio eſt itidem defectus eiuſdem uirtutis, ſed ex hypoteſi debitæ. Etenim ſi ponatur illud, uoluntatem habere actum circa actionem præceptam, uel materiam ei incompoſsibilem, illa uelle debet eam actionem exequi uel etiam nolle occupari in materia incompatibili, q quidē actus uoluntatis pertinet etiam ad eandem uirtutem, cuius actus præceptus eſt. Greg. de Val. to. 2. diſput. 6. q. 1. uerſicul. Itaque ad argumentum, & ſeq.*

l Non eſt libera. *Non uidetur ſequi ex hoc, omiſſionem de qua in preſentia, non eſſe peccatum. Nam quāuis aliqua omiſſio non ſit in ſe quando adeſt, libera, tamen quia fuit volita, & libera in ſua cauſſa, propterea recte putatur peccatum. Cuiuſmodi eſt emiſſio ſagittæ ad occidendum hominem, nam ſemel emiſſa ſagitta non poteſt reuocari ab emittente: cum tamen initio poterat is illam non emittere. Nihilo ſerius ebrius quamquam dum ebrius eſt non habeat facultatem temperandi ſe a delictis, quæ admittit, tamen quia illam habuit in ſua cauſſa, quandoquidem poterat ſe non ingurgitare vino, ſi praue agit, aut aliquid boni efficere omittit, id uitio ei merito datur; modo hęc ut innuimus, fuerint aliquo modo præuiſa. Medin. 1. 2. q. 71. art. 5. verſicul. Quarta concluſio. Ipſe Author paulo ante num. 9. hoc ipſo capite, & infra hoc eodem numer. in fin. ex Medin. & Paludan.*

m Qua ratione Paludanus. *Cuius uerba libuit in medio ponere, quoniam perpulchra ſunt, & ad rem præſentem maxime appoſita. Inquit igitur,* Vbi ſciendum eſt, quod pollutio inchoata, & determinata in ſomnis nunquam eſt peccatum; licet quandoque ſit ſignum, & effectus peccati, quia tunc non eſt perfectus uſus rationis. Vnde ille clericus cuius virtus greſſiua dormientis ſoluta eſt, & iuit ad domum inimici, rediēſq; ſemper dormiuit, uſq; mane, audito clamore, & conſcius odij p̄cedentis, & conſuetudinis antiquæ, inuenit enſem ſanguinolentum, & ſtatim fugit ad eccleſiā; non eſt homicida ipſo facto: licet forte ſit irregularis; ſicut ebrius homicida, maxime quia fuit in cauſſa rixa præcedens, alias ſecus eſſet; ut in furioſo forte. *De Pollutione ſi plura, eaq ſcite enodata deſideras, conſule Alfonſum de Vega Summa caſuum conſcient. tom. 2. cap. 67. De Polluciones.*

n Hinc fit Barth. Medina. *Idem plane ſentit atque ob eandem rationem Alphonſus de Vega. cap. 67. citato. De Poluciones. caſ. ultim. ubi præclarum Confeſſoribus documentum affert, quod ideo non fuit moleſtum afferre, ſuiſque ipſiuſmet uerbis, tametſi alicui præter propter, et παρέργως hoc loco appoſitū uideri poſſet, eſt autem huiuſmodi;* Noten los Confeſſores acerca de los peccados de las poluciones, quando ſon uoluntarias, que ſepan preguntar a los penitētes con mucha cautela: e ſepan entender lo, que aÿ en eſto, porque ay muchos, que no entienden bē eſte peccado, y otros, que de uerguença no le quieren dezir: y hazeſe a muchos tam natural eſte uicio, que ſe uuelue in coſtumbre, deſpues ſienten grandiſſimo trabajo, en le quitar, y para eſto, tengan los Confeſſores particular para los niños algunas preguntas cauteloſas; para que les ſepan diſſimuladamente ſacar la uerdad, ſin diſcubrirles, ni enſeñarles el peccado, que por uentura no ſaben. y quando uiniere alguno a Cōfeſſarſe perdido en eſte uicio, diganle, que ayune, que ſea muy deuoto de Nueſtra Señora, que ſe diſcipline, que ſe confieſſe muy a menudo: mas no le dexen comulgar, ſino muy pocas uezes, por la reuerentia de tan alto ſacramento; y pongāle otros remedios, que conuengan, ſegun la natural condition, y eſtado ſuyo, con la prudencia, que un buon medico ſuole curare una enfermedad antigua, y arraygada, eſtando la naturaleza debilitada.

De Peccatorum inter ſe connexione, & inæqualitate vnde deſumpta ſit.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Peccata omnia nullo modo inter ſe connexa ſunt, cum alia alijs ſint contraria.*

2 *Explicatur locus Apoſt. Iac. 2. Quicumque totam legē ſeruauerit, offendat autē in uno, factus eſt oīū reus.*

3 *Vt peccata inter ſe connexa non ſunt, ita nec paria & æqualia, ut ſomniarūt Stoici, & Hereticus Iouinianus.*

4 *Quomodo, & unde inæqualitas peccatorum deſumenda ſit, 12. modis ex S. Bonauentura declaratur.*

5 *Aliæ uero certæ regulæ ſtatuuntur ab Authore nu. 8. quæ nu. ſeqq. explicantur uſque ad finem capitis.*

1 PEccata quamuis † aliquando inter ſe collationem, & uinculum habeant, ſiquidem nonnunquam in uno actu peccati multæ ſunt deformitates, ut uerbi gratia, in adulterio deformitas eſt non ſolum contra iuſtitiam, ſed etiam contra caſtitatem, & religioſus fornicando, & contra eandem caſtitatem, & contra uotum religionis peccat: immo etiam peccatum unum nonnunquam ad ſe alterum trahit, quo ſenſus S. Greg. lib. 31. Moral. c. 31. docet, ſuperbiam radicem eſſe omnium malorum, & alia uitia ad ſe trahere; nihilominus tamē *peccata omnia* a *nullo modo inter ſe cōnexa ſunt*, vt luculenter S. Th. 1. 2. q. 73. art. 1. declarat: Nam in quoduis peccatum ferri poteſt uolūtas liberè ſine alio, & quædam peccata inter ſe prorſus contraria, & repugnantia ſunt, vt Ariſt. 2. Ethic. c. 8 affirmat, ut prodigalitas, & auaritia: puſillanimitas, & audacia, quę eidem uirturi liberalitatis, & fortitudinis opponuntur. Contraria uero eidem ſimul ineſſe non poſſunt.

2 Quod ſi † Apoſtolus Iac. 2. dicat. *Quicūque totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus:*

reus : tantū abeſt vt peccata omnia inter ſe connexa eſſe velit,ut potius oſtendat poſſe aliquem totā reliquam legem ſeruare,& ſolū in uno offendere. Cuius loci cum multæ ſint Patrū, & Doctorū expoſitiones(Aliqui.n.vt S.Th.1.2.q.73 ar.1.ad primū,Cōradus ibidem,& idem S.Th.q.1.de Malo.ar.9. Lyra, Caiet. & Claudius Guillandus in eum Apoſtoli locum. &Greg.de Valen.to.2.diſp. 6.q.3.pū.1.) ideo omnium reum eſſe volunt eum, qui mortaliter peccauit,quia in vnius pręcepti tranſgreſſione auertitur a Deo,ſeu Deum contemnit qui omnium pręceptorum author eſt,vnde idem Apoſt.ſubdēs, ait, *Qui enim dixit , Non męchaberis,dixit:Non occides.* Hoc eſt,idem legislator qui dixit & præcepit,Non mœchandum,præcepit etiam non occidendum. Alij uero docent ideo omnium reum eſſe quia qui peccat mortaliter,agit contra charitatem *quæ eſt plenitudo legis.Rom.*13.& ex qua *vniuerſa lex pendet, & prophetæ.Matth.* 22. eſt.n.charitas initium totius legis ſeruandę. Sic.n.locum illum S.Aug.epiſt.29.ad Hier.& ſer.61.de tempore,expoſuit, quæ etiam expoſitio Greg.de Val.non minus ac illa prior S.Th. ubi ſupra placet. *Mihi tamen* b verior & conformior textui videtur illa expoſitio Burgenſis, quam Barth.Medin.1.2.q.73.ar.1.& Gabr. Vaſq. ibidem ſequitur,intentionē Apoſtoli eo loci fuiſſe,errorem quēdam Phariſeorum refellere,qui putarunt, quod ſi quis maiorem partem legis ſeruauerit, licet in alijs mandatis laberetur; Deum illi non imputaturū huiuſmodi peccata propter maiorem cumulum bonorum operum, & maiorem legis obſeruantiam; Hunc.n.errorē refellit,quia in uno offendens, verè tranſgreſſor eſt legis, quā totā adimplere tenetur , quia qui dixit: *Non mœchaberis ,dixit etiam, non furaberis*,hoc eſt,eodem modo omnia mandata, ac unum,Deus nos adimplere præcipit,unde Deut.27. dicitur:*Maledictus homo, qui non permanſerit in ſermonibus uniuerſis legis huius.*

Sicut autem † connexa inter ſe peccata non ſunt, ita nec ęqualia,& paria ſunt,ut falſo Stoici ſomniarunt,vt uidere eſt apud Ciceronē in orat.pro Murena.& Paradoxo.3. & eos ſecutus Iouinianus hæreticus,addens etiā ęqualē in inferno futurā pęnā peccatorū,qui floruit tēpore Theodoſij Imper.& Siricij Papæ,ſub anno 385. vt Sanderus li.7. de viſibili Monarchia,& Gabr.Prateolus de hęreſ.li.9.nu.28. teſtantur, cuius hæreſim latè refellunt S. Aug.li.de hęreſ.c.82.& epiſt.29.S.Hier.li.2.cōtra Iouin.paulo poſt medium,& Alph.a Caſtro li.12.de hæreſib. verb.*peccatum*,hæreſi 8.& S.Th.1.2.q.73.ar.2.& eius loci interpretes. Etenim *Gen.*13.*Homines Sodomitæ dicuntur peſſimi,& peccatores coram Domino nimis*, & Gen. 37. Ioſeph dicitur *accuſaſſe fratres ſuos de crimine peſſimo.* Deut.25.dicitur: *Pro menſura delicti erit et plagarum modus*,& alibi ſæpe eadem ueritas Sacrarum literarum teſtimonio cōprobatur,& res hæc apud fideles omnes pro indubitato habēda eſt. Illud ſolū inter Catholicos ſcriptores cōtrouertit,undenā inęqualitas hęc peccatorū æſtimāda ſit.

In qua re † Bonauenura 2.diſt.33.in quæſt. circa literam,duodecim ponit modos,quibus unū peccatum a Doctoribus grauius,& maius alio dici conſueuit. *Primo* modo cauſalitate, & ſic peccatū Diaboli dicitur eſſe maius,*cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum.* *Secundo*.generalitate,& ſic peccatū primi parentis dicitur eſſe maius,quia in totum genus humanum ſe diffudit. *Tertio* enormitate, & ſic peccatū Iudę dicitur eſſe maximū,ꝗa vēdidit Deū. *Quarto* ingratitudine, & ſic peccatū illius dicitur eſſe maius,qui plura percepit dona gratiarum. *Quinto* periculoſitate, & ſic peccatum ignorantiæ dicitur eſſe maximū,quia periculoſum. *Sexto* inſeparabilitate;& ſic peccatum cupiditatis dicitur eſſe maximū, quia cū cetera uitia cū homine conſeneſcant,ſola auaritia iuueneſcit. *Septimo* importunitate, & ſic ſuperbia dicitur eſſe maximū, quia etiā ex ipſis operibus bonis conſurgit. *Octauo* pronitate,& ſic luxuria dicitur maximū,quia ad eam hoīes magis proni, & ꝓcliues ſunt. *Nono* maioris gratiæ impugnatione, & ſic peccatū in Spiritū sāctū dicitur eſſe maximū. *Decimo* ratione maioris offenſæ,& ſic peccatū Idolatriæ dicitur eſſe maximū. *Vndecimo* ratione facilitatis reſiſtendi,& ſic Magiſter vbi ſupra,ait, ꝗ̄ peccatum Adæ maximum fuit. *Duodecimo* ratione maioris improbitatis,& libidinis,& ſic cuiuſcunq; generis peccatū maius altero fieri poteſt. Hęc Bonau.

Ceterum ut certam regulā in hac re ſtatuamus, dicendum,inæqualitatem,& quantitatem peccatorum ex his omnibus metiendam eſſe, ex quib. abſolutè malitia peccatorum dependet. Quantitas autē, & malitia peccati ex his præcipuè deſumitur.

5 *Primo* c *quidem* † & præcipue, ex conditione o-
c biecti,magis vel minus repugnantis rationi, ex quo
etiam ſpecies peccati deſumitur,& cū ratio ordinet
omnia in agibilib. ad finē,& obiecta actuū sūt fines
eorum,eo grauius ex hoc capite peccatū eſt, quo o-
biectum dignius,& excellētius eſt,& finis altior, &
eminentior. Hinc S.Th.1.2.q.73.ar.3.docet infide
litatē eſſe grauiſſimū peccatū, ſicut ēt blaſphemiā,
& hmōi, quia immediatè contra Deū committun-
tur,vnde peccata,quę ſunt immediatè contra Deū,
ſunt reliquis grauiora;ſicut.n.in corporalib.ægritu
dines illæ grauiores ſunt quæ magis tangūt cor, qđ
eſt principium vitæ, ita in moralib. ea peccata gra
uiora ſunt, quæ in Deū, qui vitæ noſtræ principiū
& finis eſt,committuntur. Eodē modo in peccatis
quæ contra proximum ſunt, primū locum hēt ho-
micidiū, nā ad vitā hominis omnia ordināṫur,dein
de fornicatio qua homo peccat in corpus ſuum, &
d tertiò furtum, quod circa res alienas d *verſatur*.
6 *Secundò* e *attēditur* † *peccati* grauitas,& malitia ex
e dignitate,& perfectione virtutis cui opponitur;cū
enim peccati grauitas ex obiecto deſumenda ſit,ita
ēt,& maior dignitas virtutis, vtrūq;.n. ex obiecto
ſpeciē,& diſtinctionem ſortitur, conſequens eſt, vt
maiori virtuti grauius peccatum opponatur, quaſi
maximè ab eo diſtans in eodem gñe. Hac de cā Phi
loſoph.8.Eth.c.10.docet peſſimum optimo contra
rium eſſe;Cū igitur optimum in moralib. ſit maxi-
ma virtus,obiectum uitij contrarij erit maxime rō-
ni contrariū. Hinc S.Th.1.2.q.73.art.4.ad tertiū,
odium Dei eſſe peccatorū grauiſſimū,ſ.in gñe mo-
ris ꝗa nimirum opponitur amori Dei,ꝗ in gñe mo
ris optima operatio eſt. Dixi in gñe moris,ſiquidē
in gñe naturæ,optima operatio eſt intellectio,& ui
ſio beatifica,ſicut ecōtra,priuatio uiſionis, peſſima
eſt in eodē gñe. Et idem Sanctus 2.2.q.154.ar.3.ait
fornicationem grauius peccatū eſſe ꝗ̃ furtū,ꝗa for
nicatio cum iniuriā faciat proli generādæ, opponi
tur ēt iuſtitiæ,ſicut furtum, & in ratione iniuſtitiæ
grauior eſt illa,quā hęc,illa.n.iniuriam irrogat pro
li generandæ,furtum autem contra iuſtitiam eſt ſo

r lum in bonis externis, quæ minoris momenti ſunt.

7 *Tertio*,ex natura†& conditione actus peccati; Ex quo fit, ut ceteris paribus peccata ſpiritualia grauiora ſint quam carnalia,ut idem S. Thom. 1.2.qu-73.artic.5.& illius loci interpretes tradunt. Primo quidem rõne ſubiecti, etenim peccata ſpiritualia pertinent ad ſpiritum,cuius eſt conuerti ad Deum, & ab eo auerti; peccata uero carnalia conſummantur in delectatione appetitus carnalis, qui principaliter conuertitur ad bonum corporale:quamuis igitur peccatum carnale inquantum huiuſmodi, plus habet de conuerſione,propter quod eſt maioris adhæſionis,& difficilioris curationis,inſatiabilis eſt, enim delectabilis appetitus, ut ait Philoſophus 3. Ethic.cap.12.quia tamen peccatum ſpirituale plus habet de aduerſione,ex qua procedit rõ culpæ,ideo peccatum ſpirituale inquantum huiuſmodi, maioris culpæ eſt.*Secundo* ex parte eius in quem peccat: Nam peccatum carnale,inquantum tale,eſt in corpus proprium, quod eſt minus diligendum, quam Deus,& proximus,in quos peccatur per peccata ſpiritualia.*Tertio* ex parte motiui, quia quanto eſt grauius impulſiuum ad peccandum, tanto homo minꝰ peccat,peccata uero carnalia habent maiorem impulſum propter concupiſcentiam carnis nobis innatam,unde minoris culpæ ſunt. Hinc fit,ut quando quis ex maiori motiuo,& ex cauſa magis impellente peccat, leuius peccare cenſetur.Hinc fit,quod qa Dauid deambulans in ſolario ſpecie Berſabeæ delectatus peccauerit.2. Reg.11. leuius peccaſſe dicĩt, quam ſi quæſiſſet illam ad peccandum cum illa: Et ſic uerificatur Axioma illud Theologorum, ut rectè notat Bartho. Medina 1.2.q.7.arti.5.leuius peccat qui accederet ad mulierem pulchram,quam qui accederet ad deformem, quod intelligendum eſt quando occurrit oculis hominum, & ſubito rapit uoluntatem eius,ſi enim mulierem pulchram quæreret ad peccandum cum ea,certè grauius peccaret q̃rendo magis intẽsè,& magis uoluptuosè peccare. Illud tamen annotandum eſt ex D.Gregorio li.31. Moral.cap.31.& lib.33.cap.11.& Ariſtotele,libro 3.Ethicor.c.10.& libro.7.cap.6.& Medina ubi ſupra,poſt Sanctum Thomam ibi ad tertium,peccata carnalia licet ex ſe minoris culpæ, & malitiæ ſint, quam ſpiritualia: eſſe tamen magis turpia, magis exprobanda hominibus, & maiori infamia notanda, quia ſunt circa illas delectationes,quæ nobis cũ brutis communes ſunt,unde quodammodo per hęc peccata homo brutalis redditur.

8 *Quarto*,attendi † poteſt ex cauſa peccati, & ſic ubi uoluntas eſt maior ad peccandum,ibi peccatum eſt grauius,eſt enim uoluntas per ſe, & propria cauſa peccati. Ex cauſis uerò extrinſecis, & remotis, quæ inducunt uoluntatem ad peccandum ſecundum naturam ipſius uoluntatis,ſicut finis,qui eſt proprium obiectum uoluntatis,ex tali cauſa augetur peccatũ, grauius enim peccat,qui ex uoluntate intenſiore peioris finis inclinatur ad peccandum, & ſic occidere proximum propter odium quod erga illum gerit, grauius peccatum eſt, quam propter furtum illum occidere. Aliæ uero cauſæ quę inducunt uoluntatẽ ad peccandum præter naturam, & ordinem ipſius uoluntatis,q̃ nata eſt moueri liberè ex ſe ipſa ſecundum iudicium rationis,tales quidem cauſæ quæ diminuunt iudicium rõnis(ſicut ignorãtia)uel quæ diminuunt liberum motũ uoluntatis(ſicut infirmitas uiolentia,metus, & concupiſcentia iudicium rõnis præcedens)ſicut diminuit uoluntarium, ita diminuunt peccatum,in tm̃, quod ſi actus eſſet omnino inuoluntarius,non haberet rationem peccati, ut S. Th.1.2.q.73.ar.6.& interpretes illius loci affirmãt.

9 Vbi annotandum † eſt *Primo*,circa uoluntatis intentionem, quod licet talis intentio voluntatis augeat peccatum,hæc tamen grauitas, vt notat Medina in locum citatum S.Thomæ,non eſt de neceſſitate confeſſionis communiter loquendo;tum quia non facilè ſemper cognoſcitur;tum quia non facilè exprimitur in confeſſione; quamuis enim pęnitens dicat magno feruore ſe odio habuiſſe Petrum, non tamen ſatis explicat intenſionem voluntatis, ſiquidem in iſto feruore eſt magis,& minus tum quia intenſio hæc melius explicatur ex alijs circunſtantijs, ſ. ex conſuetudine,ex perſeuerantia,&c. Dixi, communiter loquendo,quia ſi notabiliter valde aggrauaret,ut ſi homo amaret mulierem ut Deum, certè f exponenda eſſet in *confeſſione*. f

10 *Secundo*, Circa † concupiſcentiam aduertendum eſt,nomine *Concupiſcentiæ* hoc loco ſicut ẽt c.2.huius libri,§.3.nihil aliud intelligi, quam actum ſeu motum appetitus ſentientis,quo aliquid delectabile proſequimur,aut quo malũ fugimus,& cui aliqñ voluntas conſentit. Quæ paſſio concupiſcentiæ ex S.Thoma 1.2.q.77.ar.6.& q.73.ar.6.ad ſecundum, eſt duplex:quædã antecedẽs uoluntatẽ, qua uidelicet uoluntas excitatur, & mouetur uel ad irã,uel ad delectationem,uel ad alium effectum; quædam uero conſequens, quam uidelicet quis uoluntate ſua excitat in appetitu ſuo, ut inde promptius in peccatum feratur; Hæc quidem concupiſcentia conſequens ex omnium ſententia poſt S. Thomam locis allatis,& 1.2.q.6.ar.7.auget peccatum, ſicut auget uoluntarium,& ſic ubi maior eſt concupiſcẽtia maius eſt peccatum,inſurgit.n.ex uoluntate ineffrænate tendente in ſuum obiectum: Illa uero antecedens g iudicium rationis,quo maior eſt,*eo* g *magis minuit peccatum*,ſicut minuit uoluntarium, adeo, ut aliqñ totam rationem uoluntarij, & peccati tollat,puta quando concupiſcentia talis,& tanta eſt, quæ totaliter cognitionem aufert, ut contingit in illis, qui propter concupiſcentiam fiunt amentes,ut S.Tho. 1.2.q.6.ar.7.ad tertium annotauit.

11 Quinto,attendi † poteſt grauitas peccati ex dignitate perſonæ peccantis,quia ratione S. Thomas 1.2.q.73.articu.10.docet,magnitudinem perſonæ peccantis ex deliberatione aggrauare peccatum pp quatuor; *Primo*,quia qui ſcientia,& uirtute excellunt,facilius peccato reſiſtere poſſunt. Vnde Dominus Luc.22.ait,quod *ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui,& non faciens,plagis uapulabit multis. Secũdo*, propter ingratitudinem, omne enim bonum quo quis magnificatur,Dei domum. & beneficium eſt, cui homo peccando fit ingratus,ſecundum illud Sapient.6.Potentes potenter tormenta patiẽtur.Hinc Iſid.lib.2.de Summo bono,ait;*Creſcit peccati cumulus iuxta ordinem meritorũ,& ſæpe quod minorib. ignoſcitur,maioribus imputatur*. Et Chryſoſt.ſuper Matt. ait:*Quanto maiora ſunt hominibus collata beneficia,tãto grauiora ſunt peccantibus iudicia. Tertio*, propter ſpecialem repugnãtiam actus peccati ad perſonam peccantis, ſicut ſi princeps iuſtitiam uiolet,qui ponitur iuſtitię cuſtos,& ſi ſacerdos fornicetur,qui caſtitatem uouit. *Quarto*,propter exemplum, ſcandalum;

lum; vt enim ait Greg. in Paſtorali, pa. 1. capit. 1. *In exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia peccator honoratur.* & 11. quæſt. 3. cap. *Præcipue.* ait Nicolaus Papa, referens Gregorii magni teſtimonium. *Deterius in populi Prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crudelius quam ceteri puniuntur. Vt ait B. Gregorius, ſcire prælati debent quod ſi peruerſa unquā perpetrant, tot mortib. digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Unde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant, quāto per praua quæ faciunt, non ſoli moriuntur.* Vnde Hieronym. ad Helihodorū de morte Nepotiani, ait: *In te omniū oculi diriguntur, domus tua, & conuerſatio tua quaſi in ſpecula conſtituta eſt magiſtra diſciplinæ, quid feceris, id ſibi omnes faciendum putant.* &c. Ad plurimorū ēt notitiam perueniūt peccata magnorū, notat S. Thom. & magis homnies ea indignè ferunt. Addit aūt idē Sanctus non ſolū peccata venialia, ſed ēt mortalia quæ cōmittuntur, vel ex ignorantia, vel ex imbecillitate, vel ex ſubita animi perturbatione, minus imputari his qui in maiori dignitate cōſtituti ſunt, eo ꝙ minus negligunt huiuſmodi peccata reprimere,
b q̄ tñ oīno ſubterfugere īfirmitas humana nō *b* ſinit.

12 *Sextò*, attenditur † peccati grauitas ex dignitate perſonæ, in quam peccatur, cū. n. grauitas peccati attēdat ex parte obiecti, perſona aūt in quā peccat̄ quodāmodo obiectū peccati eſt, eo grauius eſt peccatum, quo principalior eſt perſona offenſa. Hinc fit vt maximū peccatum ſit peccare contra Deū; ſecundo contra perſonā coniunctam Deo rōne virtutis, aut officij; vnde de talib. dr Zach. 2. *Qui uos tetigerit, tangit pupillā oculi mei.* & 3. Reg. 19. *Altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderūt gladio.* Deinde ex parte ſui ipſius grauius peccatū eſt offendere perſonā ſibi magis coniunctā naturali neceſſitudine, vel beneficijs, iuxta, illud Eccleſ. 14. *Qui ſibi nequā eſt, cui bonus erit?* & Mich. 7. *Filius contumeliā facit patri, filia cōſurgit aduerſus matrem ſuā.* Deniq. ex parte proximi, eo grauius peccatū eſt, quo fit cōtra perſonam publicam, puta Regem, vel Principem; vnde dicitur Exodi 22. *Principem populi tui nō maledices* & Iob 34. *Qui dicit Regi Apoſtata, qui uocat Duces impios.* Eodemq; modo grauior eſt iniuria quæ fit perſonæ illuſtri, & famoſæ, quia in ſcandalum, & in turbationem plurimorum redundat, vt
i doctè S. Thom. 1. 2. q. 73. ar. 9. *i* annotauit.

13 *Septimo* k *attenditur* † *peccati grauitas* ex nocumē-
k to ſiue corporali, ſiue tēporali, ſiue ſpirituali, ꝙ peccans ſibi, aut alteri infert, ſi tñ id præuidēri potuerit, & debuerit, vel certè ſi ſequatur per ſe ex genere peccati ꝙ cōmittit, ut docet S. Th. 1. 2. q. 73. a. 8.

l *Octauo denique æſtimanda eſt*, peccati grauitas ex oībus circunſtantiis, vt notat idē Sanctus vbi ſup. ar. 7. de quā re plura diximus ſupra c. 2. Ex quib. omnib. facile perſpicere, & conſiderare poterit prudēs Confeſſarius, quale iudiciū circa peccata adhibere dēt, de qua re plura in materia de Pœnitentia dicemus; interim ſatis ſit quædam capita, & fundamēta aſſignaſſe, ex quibus peccati grauitas, & inæqualitas æſtimanda ſit.

ADDITIONES.

a Peccata omnia nullo modo īter ſe cōnexa ſunt. *Secus de eorum habitibus, probabile namque eſt, vt ait Gregor. de Valen. tom. 2. diſpu. 6. q. 3. punc. 1. verſi. ult. eos, etſi non quod ad eſſentiam attinet, at certe, quod ad ſtatū. & perfectionem eſſe connexos; quo modo etiā virtutes connexæ ſunt. Nam quemadmodū ad perfectū ſtatum virtutis pertinere videtur, vt nullo in caſu quiſquam aliquo vitio impediatur, quominus facile, & prōpte ipſam virtutē exerceat; ita ad vitij ſtatū obfirmatū, atq. adeo ſuo modo perfectum videtur attinere, vt nulla virtute aliquis retardetur ab vſu vitij, ſed omniū vitiorū, ſaltem cōpatibilium exercitio ſit factus ad peccandum procliuis, & præceps, aliter poſſet interpretari, ſtatus vitij perfectus, ſed de nomine quæſtio foret. Ita fere ad verbum Gregor. loco modo citato. Verum, ſi videtur, rem uniuerſam paulo explicatius, paucis tamen enarremus. Vitia igitur triplici inter ſe ſunt nexa uinculo; principio, medio, ac fine. Principio quidem; quia, ut prudētia eſt principiū, & fons omniū uirtutum, earūq. cunctarum ſemina continet; ita imprudentia uitiorum; omnis ſiquidem vitioſus imprudens exiſtit. Deinde vero medio iuncta ſunt ex eo vitia, quod omne uitium eſt receſſus à medio, euerſio medij, obliquitas, atq. inobediētia. Poſtremo nectuntur & fine, etenim, vt omnis uirtus ad honeſtum, ac demū ad ſummum bonū deducit; ſic vitium omne peruertit, & labefactat naturā, & ab honeſto deſciſcens dat homines tandē præcipites in ſummū malum. Atq. ita uitium cū uirtute collatū, cum defectio, deminutio, & priuatio ſit, ut illa forma, continēs, & modo quodā exuperatio. lib. 1. Phyſic. context. 49. & 55. ſequitur, ut qui in uno deliquit, omniū reus meritò habeatur. Nam per unumquodq. uitium excluditur, & peruertitur uirtus, & charitas cōe ligamentū, et ſpiritus, atq. omnium uirtutum germaniſſima uita ab hominum mentibus ſemouetur, ſiue adeo in eis diſſoluta ac diſſipata extinguitur. Omnia fere ex Franciſco Piccolomin. Moral Philoſop. Grad. 9. c. 50. in fin. In contrariā ſententiam uidetur abire Ioan. Azor. Moral. Inſti. lib. 4. cap. 19. tom. 1. in fine.*

b Mihi tamen. *Quemadmodum ēt Io. Azorio Inſtit. Moral. lib. 4. cap. 19. quæſt. 1. quem uberius hæc explicantem legito, ſi uacat: Card. aūt Bellarmi. tom. 4. lib. 1. capit. 12. uerſicu. S. Iacobus. & cap. proximè ſequenti. verſic. Reſpondeo, Duo quædā. atque alibi D. Auguſtinum ſecutus, eum D. Iacobi locū de peccatis mortalib. quæ charitatem excludunt interpretatur.*

Quo modo atem qui mortaliter deliquerit, expulſa charitate, ex qua lex omnino pendet] perpulchra, atque eleganti ſimilitudine ob oculos ponit, accepta ab Authore, ut aiunt, operis imperfecti in Matthæum homil. 35. & reperitur in tom. 2. Sanct. Ioan. Chryſoſtom. ſic aūt habet, ut ad uerbum refert Greg. de Valen. loco citato: Sicut miles, *inquit*, ſi toto corpore fuerit veſtitus, & vnā partem habuerit nuda, nihil ei prodeſt, quod toto reliquo corpore fuerit ferro veſtitus, ſi per illam partē ſagitta eum percuſſerit. Sed ſic cadit, quemadmodū ſi totus fuiſſet nudus: ſic & Chriſtianus ſi iuſtitiam fecerit, & in vno peccauerit, ſimiliter peccator ſtatuitur ac ſi ſemper peccaſſet. *Id quod & Ethnici agnouerunt, quoad eius fieri potuit naturæ lumine,* ſiquidem eſt peccare, tanquā tranſilire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quā longe progrediare, cū ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet.

Marcus Tullius Paradox. 3. quod intelligas de receſſu a lege, ut ex ipſius ſi Ciceronis cōtextu facile percipitur, non autē de acceſſu ad res peccantib. obiectas;

vt videtur etiam expoſuiſſe D.Thom. 1.2.q.73.arti. 2. in corp.

c Primo quidem. Quæ hic ab Authore ex D. Thom. 1.2. q.73.in primis & ab alijs in eandem ſententiam recenſentur, poſſunt reuocari ad illa duo ſumma capita, quò omnes fere recte inſtitutæ diſputationes redigi ſolent; vt alia ad vim, & naturam, ſiue adeo ad rei propoſitæ principia, quæ ſunt ipſe cauſſæ; alia porro ad adiuncta, quorum hæc præcipua, & proximiora, earum ſcilicet cauſſarum effectus; illa autem ſecundaria, & magis remota dicamus: hunc autem ad modū in vniuerſum digerātur.

Cauſſæ

1 Formalis ——Auerſio cuius merito peccata grauiora, & leuiora dicuntur; pro auerſionis ipſius ratione: ſic peccata mortalia, & venialia authore Durando, quem hac de re citat Bart. Med. 1.2.q.73.ar.3.in fin.

2 Materialis, &

3 Finis, nam vt docet D. Th. obiectū habet rōnē finis in moralibus. — Hæc conſiderantur
- Per ſe—obiectum
- Quatenus opponitur virtutibus.

4 Efficiens—Voluntas præcipua quæ proinde nomen commune cauſſæ ſibi vendicat.

Effectus—Ipſe actus peccati quo modo comparantur inter ſe peccata ſpiritualia, & corporalia.

Adiuncta minus præcipua.

Perſona
- Peccans
- In quam peccatur.
    - Vt viuam, & veram
    - Per ſimilitudinem, & mortuam; legem & legislatoris intentionem.

Huius poſterioris partitionis poſtremum membrum proponit Grego. de Valen. tomo.2. diſp.6.quæſ.3.punct.3.in prin.& per illud expendit, & confert peccatum originale cū alijs peccatis, vt videtur.

d Verſatur. Etſi grauitas peccatorum, quæ ex obiecto trahitur, præcipua ſit, & ad rei vim, & naturam attineat, præſertim adiunctorum, & circunſtantiarum comparatione: tamen fieri poteſt, vt aliqua peccata ex obiecto minus grauia ſint, quam ea, quæ ex circunſtantijs, & adiunctis ducuntur: vt ſurripere, & compilare vniuerſum Reipublicæ ærarium, quam hominem ex fece plebis interficere: & clariſſimum aliquem virum hereſeos, aut proditionis falſo accuſare; quam itidem hominem plebeium occidere; & interimere quatuor homines, quā ſemel Nomen Chriſti venerandum blaſphemare. Ita tradit Bart. Med. cuius hæc ſunt omnia exempla, 1.2.q. 73.arti.3.concluſ. ſecunda. Vbi ad hoc, & ad reliqua præſentis diſputationis capita facilius ac ſine errore intelligenda apprime vtile documentum proponit; vt peccatorum comparationes in aliquo capite fiant, ceteris paribus, grauiora fuerint peccata ex obiecto ijs, quæ ex adiunctis hauriuntur: ſi reliqua ſint paria; ſecus vero, ſi aliter cōtingat vt in modo allatis exēplis perſpicere eſt.

e Secundo attenditur. Et hic in primis adhibenda eſt regula, ex Med. tradita numero proxime inferiore: hāc.ſ. peccatorum cōparationem, & grauitatē ex oppoſitione uirtutū, tanquam veram accipiendam eſſe, ſi cetera ſint paria; alioquin ſequeretur, ut odiū in proximum eſſet maius peccatū, & grauius delictū, quā impietas, ſiue infidelitas, Charitas.n. ut conſtat inter omnes pietate, & fide præſtantior eſt; illud aūt abſurdum, ut pleraq; alia generis eiuſdem. Etenim Impietas, ſeu adeo infidelitas merito peior habetur, quā odiū proximi. propterea quod qui a fide, & Dei ſanctiſſimā religione abhorrent, ijdē quoq. ab ſpe, & charitate ſunt alieni; hę ſiquidem duæ uirtutes ſine Dei fide, & religione non conſiſtunt ex quo infideles, atq; impij homines multis peccatis, & criminibus tenentur; cum ij, qui odio proximum proſequuntur, non continuo fide, & ſpe ſint deſtituti. Quod etiam in reb. naturalibus animaduertere licet. Etenim quamuis uiſus ſenſu tactus ſit longe nobilior; tamen priuatio poſterioris multo peior eſt quandoquidem qui tactum deperdit, is uitam amittat plane neceſſe eſt, non item qui uiſu priuatur: ut omnes norunt. Ioann. Azor. Inſtit. mora.li.4. ca. 21.quæſt.4.& Bar.Med. 1.2.q.73.ar.4.copioſe, & ſubtiliter de uniuerſa hac comparatione diſputat.

f In confeſſione. Neq; uero illud fortaſſe hic ſilentio inuoluendum erat, quod aduerſus Summiſtas ibidem obſeruat Medin. hanc circunſtantiam ex intenſione uoluntatis hauſtam propterea non eſſe neceſſario confitendam, quia non mutat ſpeciem. Nam ſi huiuſmodi ratio uere eſſet, ſequeretur, ut neque neceſſe foret in confeſſione aperire differentiam inter mortale, & ueniale peccatum, cum hæc nonnunquam ſpecie minime differant, & tamē ut neminem fere latet, declaranda eſt omnino. Item qu furari decem millia aureorum, & decem duntaxat no differunt ſpecie, ideo magnitudinem furti non eſſe ſpirituali iudici neceſſario aperiendam quiſpiam affirmabit nihil abſurdius.

g Eo magis minuit peccatum. Hanc doctrinam, ut certa ſit, & rata, intelligere oportet per ſe loquendo. Etenim non ſemper euenit, ut paſſio iudicium rationis antecedens peccatum diminuat, atq; ab eo excuſet quādoquidem fieri poteſt ut in aliquo homine tāta uigeat negligentia, ut neq. huiuſmodi paſſiones reprimat, neq. euitet peccandi occaſiones, quas inſurgentes, exardeſcenteſq. libidines ſuppeditant. Exemplo ſit, quod ſcriptū legimus exo. c.21. Si bos alicuius ſimpliciter occiderit hominem, Dominus bouis ſit innocens; quod ſi de eo admonitus fuera Dominus, quod eius bos ab heri, & nudiuſtertius cornupeteret, & non recluſerit illum, ipſemet dominus præcipitur una cum boue occidi. Bar.Me.1.2.q.63.ar.6.in fi.

h Non ſinit. Hinc efficitur, ut religioſi homines minus peccare ex hac parte exiſtimentur, quam laici; quod illi renitente, atq. obluctante ratione, hi autem liberius, & multo minore cum repugnantia labuntur in peccata. Cuius rei illud euidens argumentum eſt, quod religioſi citius, & facilius reſipiſcunt, atq. in uiam redeunt. Ex altera tamen parte negari non poteſt, quin religioſi peccata grauiora ſint, nomine uidelicet tum præceptorum peculiarium, quibus tenetur, tum maioris ſcientiæ, qua pollet, tum demū ſcandali, quo alij offenduntur. Atque ex hoc capite peccatum hominis Chriſtiani uel eiuſdem ſpeciei grauius habetur peccato Ethnici. Ioann. Azor. & D.Tho. Inſti. Moral. lib.4.c.20.q.ultim.

i Annotauit. Qualitas perſonæ, in quam peccatur duobus modis peccatum grauius poteſt efficere; uno quidem mutando ſpeciem peccati, ut ſi quis occidat ſacerdotem, aut patrem, ſimplex homicidium migrat hoc in ſacrilegiū, illud uero in parricidium. Altero autem modo, non mutando ſpeciem: ut ſi quis interficeret hominem iuſtum, & ſanctum, niſi is tanto commodo, tanteq. utilitati Reipublicæ foret, ut hæc ex illius interitu magnam iacturā faceret; nam hoc pacto et homicidium ſanctiſſimi uiri fortaſſe commutaret ſpeciem, atq. euaderet peccatum peculiare cōtra pietatē, quę Patriæ debetur, et hac ī parte, q attinet ad cōfeſſionē, qualitas perſonæ, in quam peccatur explicāda eſt neceſſario, qn̄ efficit, ut peccatū ſpeciē mutet quod ēt retinēdū eſt qn̄ peccatū grauius reddit, non ſimpliciter ſed notabiliter, ut in ceteris. Iā uero de quibuſdam perſonarum dignitatibus minime laborandum, ſunt enim ut loquuntur, impertinentes, ut ſi quis ſurripiat furto rem hominis plebei, uel illuſtris, clerici, ti, vel laici. Secus ſi hunc, aut illum periret. Barthol. Medin. 1.2.q.73.art. & Joan. Azor. Inſtitut. Moral. lib. 4. quæſt. penultim.

k Septimo attenditur peccati grauitas. Hanc partē multis, grauiſſimiſque difficultatibus, & præclaris documentis refertam ſicco pede, ve aiunt, pertrāſiit, atq; adeo præteruolauit Author, alioquin per diligens. Aliqua igitur ex eiſdem hauſta fontibus hac de re producemus.

Primum ex D.Thom. loco citato obſeruetur, nocumētum, quod ex peccato naſcitur, tribus modis poſſe conſiderari, atque id, quod attinet ad culpā. Primo; quatenus eſt præuiſum, & intentum. Secundo, ut præuiſum, ſed non intentum. Tertio quatenus nec præuiſum, nec intentum eſt, atque hoc tertio modo bifariam prouenit ex peccato, ſiue adeo ex pecacti actu, uidelicet aut per ſe, aut per accidens.

Nocumentum porrò pœnam peccantis attingens duplicem conſiderationem recipit. Etenim conſequitur actū peccati itidem aut per accidens, aut per ſe cum neutro modo ſit præuiſum, & intentum. Primo, & ſecundo modo nocumentum aggrauat peccatum, ſed primo modo directe; ſecundo autem indirecte. probatur ſuperius, quia tunc nocumentum eſt per ſe peccati obiectum. monſtratur, & inferius ex eo, quod procedit ex uoluntate multum quidem ad peccandum procliuis, ſed non omnino, ac ſimpliciter illiuſmodi nocumentum, & damnum ſpectans.

Tertio modo, ſi per ſe nocumentum conſequatur peccati actum, directe aggrauat ipſum peccatum, quia ipſā ſpeciem peccati attingit: vt ſcādalum ex publica alicuius ſoricatione. Quod ſi itidem hoc tertio modo nocumentum ſe habeat ad peccatum per accidens, directe ſane nō aggrauat peccacum; ſed negligentiæ cuiuſdā nomine in præcauendis ijs, quæ impendebant nocumenta, hæc peccāti ad pœnam adſcribuntur, tametſi præter eius conſiliū euenerint. ſiquidem rei illicitæ operam dabat; ut cum quis incaute ſagitta emiſſa hominem transfixit, atque interemit. Is enim ob id irregularis efficitur.

Hic tamen animaduertendum propter homicidium caſuale non incurri irregularitatem ob id præciſe, quod actio, ex qua illud ſequitur, fuerit quomodocumque illicita operanti; ſed ſi fuerit propterea illicita, & prohibita, quia ex natura ſua præſegerat periculum homicidij; ita ut ſemper, uel frequenter, vel interdum ſit illius cauſſa: ut bellum, torneamentum chirugia, ut ex veriore ſententia, quam pluribus, atque egregie probat, Greg. de Valent. to. 2. diſp. 6. q. 3. pun. 3. Verſicul. Altera ſententia, & ſeqq. De qua uidi etiam Medin. 1.2.q.73.artic.8.

De nocumento autem peccantis pœnam attingente hæc ſtatuantur; ſi nocumentum ſe habeat ad actum peccati per accidens nec pręuiſum, nec intentum fuerit, neq; aggrauant peccatum, neque maiorem peccati grauitatē conſequitur; ut ſi quis præceps feratur ad aliquem occidendum, ad lapidem pedem allidat. At vero ſi huiuſmodi detrimentum per ſe cōnſequatur ex actu peccatis, neq; fuerit præuiſum, neque intentum, non reddit peccatum grauius immo uero, econtra ex grauiori peccato grauius detrimentum, & maior pœna conſequitur, atque Infidelis, qui de inferni pœnis minime cogitat, grauius ibi punitur propter homicidium, quam propter furtum. Secus de fideli, qui illas perſpectas habet, grauiori ſiquidem in eis ſupplicio afficitur. Si hac de re plurā deſideras, inprimis legito Barth. Medin. loco proxime citato. Quod ſi non ſolum tibi curæ eſt nouiſſe præcepta ad dijudicandos varios particulares caſus, & penè quotidianos, quod attinet ad actum malitiam, uerum etiam, quod bonitatem attingit, has duas uniuerſales, atque optimas obſeruato regulas, Prior ſi effectus, ſiue euentus ſequens præcogitatus fuerit, addit nimirum aliquid ad bonitatem, uel malitiam actus exterioris, quomodocumque euentus huiuſmodi ſequatur, ſiue per ſe, ſiue per accidens.

Poſterior, ſi euentus non ſit præcogitatus, diſtinctione opus eſt. Etenim ſi conſequatur per ſe ex opere, addit aliquid ad bonitatem, & malitiam eius: ſi autem per accidens, nihil addit. Prior regula intelligatur non in eo caſu ſolum, quo euētus conſequens eſt præuiſus, ſed quo eſt etiā uoluntarius directe, uel indirecte, ita ut vel fuerit intentus, uel certe potuerit, aut debuerit impediri. Secus male feciſſet Chriſtus Dominus docendo, & manifeſtando ſe ipſum, unde intelligebat multa, & grauiſſima Iudeorum peccata conſecutura. Atenim quanquam ea præuidit; non tñ illa voluit directe, aut indirecte: quādo impedire non debuerit. Poſterior uero regula procedit de euentu neque præuiſo, neque directe, āut indirecte in ſe ipſo uolito immediate. Ita ex D.Thom. & Caietan. ſtatuit, & declarat. Gregor. de Val. tom. 2. diſput. 2. q. 15. pun. 5.

l Octauo denique æſtimanda eſt. Caput hoc prætermitit Greg. de Val. atque in eius locum ſuffecit caput dictum ex ratione legis magis, uel minus ſtrictè, ob legislatoris intentionem obligantis: de quo nos hoc ipſo cap. num. 5. Quod ſi fortaſſe ſcire aues, quæ huius loci traduntur a D.Thom. de circumſtantijs, hæc accipito. Per eas peccatum aggrauari contingere tribus modis. Primo, quando ea transfert actum in aliud genus peccati, ut quod mulier ſit in alterius poteſtatem, veluti uiri, propterea cōcubitus cum ea trahitur in aliud peccati genus iniuſtitiæ uidelicet, quatenus quis rem alterius uſurpat.

Secundo quando perſiſtit in eodem peccati genere, atque auget duntaxat rationem peccati. Qui parentem uita priuat, in eodem ſæuiſſimo crimine multa peccat. Violat enim qui procreauit, qui aluit, qui erudiuit, qui in ſede ac domo, atque in Republicam collocauit.

Tertio modo, quando auget deformitatem prodeuntem ex alia circumſtantia, cuiuſmodi eſſet accipere alienum in magna quantitate, quod grauius peccatum, quā ſimplex furtum, & parua in quantitate tametſi ſurripere multum uel paruum, ex natura ſua ad rationem boni, uel mali nequaquam pertinet.

De origine, & cauſis peccatorum in communi. Cap. VIII.

SVMMA QIVM.

1 Peccatum vt eſt actus, habere poteſt cauſam per ſe ex parte autem inordinationis, cauſam habet deficientē per accidens.

2 Præter uoluntatem ſunt aliæ cauſæ inducentes ad peccatum tum internæ tum externæ.

3 Vnde & ex quibus principijs colligatur, tres eſſe cauſas internas ſcilicet, ignorantiam, paſſionem, malitiam.

Tria cum ſint actuum humanorum principia, diuerſimodè tamen concurrunt.

4 Cum cauſæ duæ aut omnes ſimul concurrunt, illa peccati cauſa dicitur quæ præcipua eſt, atque ita ſe habet, u ſi deeſſet, non committeretur peccatum.

5 Cauſæ externæ peccatorum plerumque homo, Dæmon, obiectum ſenſibile.

QVemadmodum qui mederi corporib. rectè voluerit, infirmitatis originem & cauſas cognoſcere debet, vnde prouenit vt eidem paſſioni nonnunquam contraria adhibeat remedia, intelligens ex cōtrarijs cauſis eandem infirmitatem nonnunquam oriri, aliter etiam nonnunquam eidem morbo, & eadem ex cauſa originem habenti medetur, cum æger integris viribus, & robuſto corpore eſt, aliter cum infirmo. Ita etiam medicus ſpiritualis cauſas, & origines peccatorum opus eſt vt attendat, vt illis remedia opportuna adhibere poſſit.

Cum verò peccatum ſit actus humanus inordina
1 tus, deficiens† & imperfectus, ex parte actus habere
poteſt per ſe cauſam, ſicut, & quilibet alius actus, q̄-
uis ex parte inordinationis, quatenus. ſ. dicit priua-
tionem rectitudinis debitæ ineſſe, non aliam cauſā
habere poſſit quam deficientem, ſeu agētem per ac-
cidens. Eſt igitur peccatū a voluntate per accidens,
quatenus voluntas carens directione regulæ ratio-
nis, & legis diuinæ tendens in aliquod bonum com
mutabile, cauſa actum quidem poſitiuum peccati ꝑ
ſe, deformitatem vero, & inordinationem actus ꝑ
accidens, & præter intentionem, prouenit. n. defe-
ctus ordinis in actu ex defectu directionis in volun-
tate. Nec tamen voluntas eſt per ſe cā peccati, ſed ꝑ
accidens quatenus eſt per ſe cā actus in quo eſt defe
ctus perfectionis debitæ. Peccati etiam quod nullo
mō conſiſtit in actu, ſed omiſſione, & priuatione,
voluntas cā per accidens eſt, quatenus non illud im
pediuit, cum debuerit, & potuerit.

2 Sunt† etiam præter voluntatem aliæ cauſæ mouētes, & inducentes ad peccandum, tum internæ ut ignorantia, paſſio, & malitia, tum externæ, vt obiecta ipſa, & illecebræ peccatorum, quæ poſſunt tum appetitū ſenſitiuum, tum rationem commouere, & ad ſe allicere: Itemque Diabolus ipſe malum, & peccatum ſuggerens, & homo perſuadens alteri malum; & deniq; peccatum vnū alterius peccati cauſa eſſe poteſt, vt ex his quæ inferius dicemus, manifeſtum erit. Et quidem has cauſas omnes eleganter S. Th. in 1.2.q.75. pro more ſuo expoſuit, & facilè idipſum euidenti ratione, & experientia comprobari poſſet. Et quoad cās internas peccatorum enumeratas, authores eas euidenter colligunt ex cauſis, & principijs intrinſecis humanorum actuum in communi cum. n. tres præcipuæ actuum noſtrorū cāæ, & principia ſint. ſ. *Ratio, Voluntas, & appetitus,* quarum duæ priores homini ſolum inquantum rōnalis eſt conueniunt, de quib. c. 1. latè ſatis diximus, quæ etiam a S. Tho. vbi ſupra artic. 2. cauſæ immediatæ, & proximæ actus humani in quantum liber eſt, appellantur; tertia vero cā, ſ. *appetitus*, qui ab eodem, loco proxime allato, cauſa remota, & mediata dicitur, quique etiam homini cum brutis communis eſt, harum trium potentiarum, cauſarum, & principiorum imperfectio, vel alicuius earum, actum noſtrum imperfectum, & deficientem reddit, atq; ita peccatum, eſt enim peccatum (vt diximus) actus humanus deficiens, & imperfectus. Sicut igitur ad hoc vt actus humanus perfectus ſit, integritas omnium cauſarum rationis. ſ. voluntatis, & appetitus requiritur, bonum enim ex integra cauſa eſt, ita ſi earum aliqua deſit, opus imperfectum, malum, & peccatū erit, cum malum, teſte S. Diony. c. 4. Diuin. nominū ſingulis defectibus ſit, prout in omni effectu plures cauſas habentes, manifeſtum eſt, vt enim recta ſit ſcriptura, & calamus, & manus, & ars neceſſaria ſunt, quicquid autem horum defecerit, opus imperfectum conſtituet.

3 Hinc fit, vt ſicut† rationis perfectio eſt ſcientia, &
cognitio, ita eius defectus eſt *Ignorantia*, quæ certè
non minima peccatorum origo, & cauſa eſt, vnde
Eſa. 5. dr: *Captiuus ductus eſt populus meus, Quia non*
habuit Scientiam. Voluntatis aūt imperfectio in pro-
penſione, & complacentia veri boni conſiſtit, imꝑ-
fectio autem, & defectus in complacentia, & proſe-
cutione mali, quam *Malitiam* dicimus. Perfectio de-
nique appetitus ſenſitiui humani in ſubiectione er-
ga rectam rationem conſtituta eſt, imperfectio aūt
illius rebellio eſt contra rationem. Hanc, qñ circa
bonum aliquod agēdū appetitus rationi repugnat,
infirmitatem vocamus quando autem in malum cō-
tra rationem tendit, *concupiſcentiam* appellamus, de
qua S. Paulus ad Galat. 5. dixit; *Caro concupiſcit aduer*
b *ſus ſpiritum, Quia* b *igitur Ratio* ſæpe, aut per ignoran
tiam, aut per errorem deficit, dirigendo voluntatē
ad aliquod illicitum, quod licitum eſſe opinatur cā
c eſt peccati; *Et quia* c *voluntas* propter ſuā libertatē,
& defectum, vult, & tendit plerumque in aliquod il
licitum ſub ratione boni vtilis, aut delectabilis, ge-
nerat peccatum, & deniq. quia appetitus ſenſitiuus
nonnunquam inclinat volūtatem ad delectationes
prohibitas eſt etiam cauſa peccati. Diuerſimode tñ
vt diximus, peccatum ab his trib. cauſis producitur.
Nam a rōne, & Voluntate immediatè, & deficien-
ter emanat, qm̄ peccatum in illis immediatè conſi-
ſtit (peccatum. n. non eſt, niſi voluntas libere con-
ſentiat) a potentia vero ſenſitiua mediatè id eſt, in-
ductiue.

4 Obſeruandum autem eſt, has† tres cauſas ita cōcurrere ad peccatum, vt quamuis nonnunquam, immo frequenter ēt, aut duæ aut omnes ſimul concurrant, illa tamen peccati cauſa dr, quæ præcipua eſt, atque ita ſe habet, vt ſi deeſſet, non committeretur peccatum, prout experientia docet. Cum. n. quis ſic aliqd operetur, vt ſi agnoſceret peccatum eſſe, nō operaretur, ētſi ex aliqua paſſione, & affectu id operetur, ignorantia tñ illius operationis cā fuit. Cum vero ex paſſione aliqua vehementi aliquis conſentit in peccatum, qđ non ignorat peccatum eſſe, etſi reuera ignorantia aliqua ſit, prima tamen cā paſſio illa eſt. Denique, qui nec ignorās, nec illectus paſſione, malum eligit, is quidē errat, ſed prima, & principalis cauſa peccati malitia eſt. Hæ igitur tres primæ cauſæ, & origines internæ peccatorum ſunt, ignorātia. ſ. rationis, malitia voluntatis; & infirmitas, & concupiſcentia appetitus ſenſitiui.

5 Cauſæ verò externæ peccati plerumque ſunt homo, Dæmon, & obiectum ſenſibile, vt Alexander de Ales, par. 2. Summæ, q. 94. membr. 3. artic. 4. & S. Thomas 1.2.q.75. art. 3. & alij recentiores tradunt: De homine id patet Num. 31. vbi dicitur; *Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael, & præuaricari eos fecerunt in Dominum ſuper peccato?* De Dæmone id patet Gen. 3. vbi legitur reſpondiſſe Euam Domino. *ſerpens decepit me.* & Sap. 1. *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Vñ *Io.* 8. Chriſtus ait de illo. *Ille fuit homicida ab initio.* Et de obiecto experiētia comprobatur, quia obiectum ſenſibile exterius excitat ſenſum & ſenſus inclinat voluntatem, vnde *Geneſ.* 3. dicitur. *Vidit igitur mulier, quod bonum eſ-*

ſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, &c. Quia vero hæ cauſæ omnes, licet ſuaſionibus voluntatē liberam perſuadere poſſint, ad malum tamen compellere nequeant, conſequenter vt rectè S. Thom. vbi ſupra docet, peccatũ liberi arbitrij malum, germēque uoluntarium erit ſolaque uoluntas cauſa ſufficienter complens peccatum dicitur, vt ex his quæ diximus, & inferius aſſeremus, manifeſtum eſſe poterit. His igitur in communi præmiſſis, de ſingulis earum in particulari breuiter agendum eſt.

ADDITIONES.

a De origine, & cauſſis peccatorum in cōmuni. *Quoniam ieiune de his diſputatur ab Authore, libuit hic adſcribere nonnulla, quæ in hanc ſententiam in noſtris de peccatorũ natura cognoſcēda Cōmentarijs fuſius explicabimus. In peccatis igitur duo proprie videntur poſſe conſiderari cauſſarum genera; nimirũ finalis, & efficiens ſiue adeo deficiens, ſi præcipuā in hoc genere ſpectes, quæ voluntas eſt, conſiſtunt namq. peccata in quodā motu, atq. operatione, ſed enim motũ, & operationē in primis, ac directo ſpectant efficiens, & finis. Materia porrò, & forma reſpiciunt proprie ſubſtantiā rei. atqui peccata, cum altera ex parte in priuatione, & defectu cernātur, nullam ſic ex ſui natura videntur ſubſtantiā retinere. Colligitur ex D. Tho. 1.2.q.72.art.3. Quod autem attinet priuatim ad cauſſam materialem, idipſum ſatis perſpicuũ eſt, nā materiā proprie dicũt, ex qua aliquid efficitur. Atuero peccatũ exiſtit ex nihilo, ꝙ eſt ex carentia regulæ rationis, & legis diuinæ in noſtra volũtate. Hæc ſiquidem, antequam voluntas accedat ad operandum malũ, non habet ullam rōnem mali nec culpæ, nec pœna; ſed eſt pura negatio huius ipſius regulæ rationis, & diuinæ legis, vt docet Barthol. Medin. 1.2.q.75.art.1. Habent tamen peccata materiam circa Quā, ideſt obiectum, de quo ante multa & plura paulo mox. Ex iis, quoque intelligitur, peccati proprie nullam eſſe cauſſam formalem propterea quod huiuſmodi forma ea dicitur, quæ aliquam ſubiectam materiam informat: vt in rebus naturalibus, atque etiam artificialibus perſpicitur. Franciſc. Suarez diſput. 11. Metaphyſic. tom. 1. ſection, 3. cap. 10. exiſtimat malum, ſiue peccatum poſſe habere cauſſam formalem, quodammodo remotam atq. extrinſecā. Rectius, quod attinet ad peccatum, vt et nos ſupra ſæpe obſeruauimus, Cardin. Bellar. tom. 4. de amiſſione, gratię lib. 2. cap. 18. verſic. ſecundo obſeruandum, cenſet peccatum formaliter conſiſtere in priuatione rectitudinis, quæ in voluntate debuit ineſſe; uidelicet cōformitatis ad regulam rectę rationis, & legis diuinæ, quam peccati, cum alibi; tum ibidem, verſiculo 3. obſeruandum. vno verbo appellat, declinationē à lege vnde peccatum S. Ioann. epiſto. 1. cap. 3. per appoſitè dixit eſſe ἀνομίαν Ad hoc autem caput, quod præcipuum eſt, reuocat duo alia, quibus itidem non extantibus deſinit eſſe peccatũ. Vnũ eſt, ut producatur a libero arbitrio; alterũ, ut ſit actus particularis ſeu adeo ſingularis, determinatus atq. in certa ſpecie cōſtitutus, reuocātur, inquā ad primũ formale, propterea, ꝙ non pōt actus nō conformis eſſe regulæ, i. legi niſi fuerit particularis, & à libero arbitrio productus. Lex ſiquidem non eſt, niſi de actibus particularib. & certis neq. legis capax eſt, niſi potētia libera; cuiuſmodi eſt uoluntas Hactenus de forma, nunc de fine primum dicendum, deinde de efficiente.*

Quemadmodum igitur in ſingulis virtutũ generibus ita in vnoquoque peccato duplex conſtituitur finis; peculiaris, ſ. & cōmunis. Finis peculiaris eſt ſingularũ virtutum, aut peccatorum proprius finis, & proprium obiectum actus ipſorum; ut exempli gratia finis peculiaris Miſericordiæ ſtatuitur alienam leuare indigentiam, ac miſeriam, & fame laborantem alere, & nudum ueſtibus, operire ſed auaritia indecētē pecunię cōſeruationē, Luxuria uero inhoneſtum, ac turpem delectationē, tanquam finē proprium ſibi præſcribunt, Atuerò finis cōis ille habetur, ad quem, ueluti ad ultimũ omnis uirtus, & omne peccatum ſuo modo refertur, in uirtutib. qdē æternā beatitudinem, atq. ipſummet Deum, in peccatis vero amorem ſui ipſius, quem Græci φιλαυτίαν uocant, finē cōem Theologi conſtituendũ putant. Barthol. Med. 1.2. q. 1. art. 5. Notand. 2. ex Platone, D. Auguſtino, & D. Thom. ut apud eundem Medin. & Sanctum Doctorem uidere eſt. 1.2.q.77. art. idem agnoſcit Durand. lib. 2. ſentent. diſt. 42. art. 2. Porrò vtriq. uirtutũ fines, atq. alter peccatorũ quē peculiarem dicimus, nunc dimittendi, hic. n. exponetur inferius, & in ſingulorũ peccatorũ generũ enumeratione, at illi ad aliam pertinent tractationē. Porrò amorē ſui ipſius Ariſtoteles li. 9. Ethic. c. 8. duplicē facit, unũ prauorum, alterũ ſtudioſorum. Priorem, de quo nobis ſermo in primis eſt, & qui ſibi cōe nomē arripuit eum eſſe docet, quo quis ſibi plus tribuit, & habere contendit, quā par ſit, externorum bonorũ, atq; earum uoluptatum, quib. ſenſitiuæ, & rationis experti animæ gratificamur: poſteriorem uerò eũ eſſe, quo quis ſemper ſtudet agere iuſta maxime omnium, aut temperata, aut alia, quæcunq. à uirtute proficiſcuntur: honeſtatemq. omnino ſibi ipſi uendicat, et ut paucis abſoluā, ſumma ope enititur, ut animi bonis maxime excellat. Eundem fere in modũ diſtingueret Theologus, tametſi Sanctus Doctor 2.2.q.25.art.7.ad 1. huiuſmodi amorē triplicem ſtatuat, prauarũ namq. Philautiam inordinatum, iuſtorum aũt ordinatum nominat, & hanc, quēadmodũ facit & Plato, interni hominis, & rōnalis animæ partis; illam uero externi hominis, & ſenſitiuæ animæ portionis eſſe decernit, ſed ſi res attētè conſideretur, & ea eodē redit. Ceterũ ut praui amoris naturā facilius percipiamus, uidendũ eſt primo, quot, & quænam ſint officia amoris honeſti. Hæc aũt quinque recēſentur. Primum, ut uelit uir bonus uiuere, & in ſua integritate, conſeruari. Deinde, ut ſibiipſi propria, hoc eſt ſpiritualia bona optet, & uelit. Præterea, ut hæc ipſa bona colat & exerceat pro uirili. Tum, ut ſibiipſi maxima cũ delectatione uiuat: dum actarũ rerum memoria, & bona futurarũ ſpe, & præſentiũ pulcherrimarum rerum contēplatione miris oblectatur modis. Id Theologi dicunt, Ad propriũ cor redire. Poſtremo, ut ita ſibi conſentiat, conueniatq. vt doleat ſi quid boni fuerit prætermiſſum, vehementer aũt gaudeat ſecum ob ſtudioſas editas à ſe operationes, nullāq. fere volũtatis diſſenſionē patiatur. Econtra uero praui hoīes uolunt conſeruari nō internũ, ſed externũ hoīem, non ſpiritualia, atq. honeſta bona, ſed corporalia, et uoluptuoſa appetũt, atq. enixæ ꝓſequũtur. His quidē potiūdis ſolũ delectātur, & gaudēt, uerũ paulo mox dolent, & nollent, ea ſibi voluptati fuiſſe, præteritarũ rerũ graui, atq. acerba recordatione & futurarũ timore, & præſentiũ diſconuenientia magnopere, cruciātur, nihil ſibi conſtant; nunc hoc, nũc illud appetētes; et vt inquit ille, Vitæ diſcōueniunt ordine toto, ex Ariſt. et D. Th. locis ſupra citatis, et eo. lib. 9. c. 4. et 2.2.q.25.ar.7. Nunc generatim aliqua de fine particulari, ac proprio peccatorũ, nō modo abſolute, uerũ ēt vt obiecti naturam obtinet. In memoriam igitur reuocetur, illa finis diſtributio, in qua ex communi fere (eius primus Author extitit doctiſſimus Victoria) Theologorum cōſenſu ſtatuitur, finem alterum operis, alterũ uero operā-

tis eſſe ſuperior intrinſecus, ac proximum obiectum, & immediatum, quod actui humano ſpeciem eſſentialem, atque inuariabilem tribuit. Poſterior autem finis, quodammodo adiũctus dici poteſt circunſtantia ſiquidem eſt, ſed præcipua, & obiectum primarium in quacunque electione, propterea quod eſt. Ratio volendi, atque eligendi, quæ actui humano dat ſane ſpeciem primariam, & in hoc genere præcipuam haud tamen eßentialem, atque inuariabilem; vt alibi oſtendimus, ſecuti Bartol. Medin. 1.2. quæſt. 18. articul. 4. & 6. & quæſtion. 19. articulo 3. Prioris finis, qui operis appellatur, exemplum ſit homicidium, quod quocunque fine, & quacuncunque intentione admitattur, ſiue propter furtum, ſiue propter adulterium, ſemper eſt homicidium, at reliquæ malitiæ, in eiuſmodi finibus poſitę, vt per ſe perſpicuum eſt, accidentariæ exiſtunt, & mutabiles, etenim, ut modo dicebamus, homicidium perpetrari poteſt non ſolum ob furtum, ſed etiam ob adulterium, & alijs pluribus de cauſis. Verum poſterioris finis, operantis, inquam, & obiecti, exemplum eſt illud vulgatiſſimum, & tritum, acceptum ab Ariſtotel. libro 5. Ethic capit. 2. & a nobis ſuperius ſemel, atque iterum vſurpatum, qui furatur propter adulterium, magis adulter, quam fur dicendus eſt. Furti namq; finis præcipuus eſt adulterium, vtpote in quo cernitur ratio volendi furtum, tanquam medium accommodatum ad ipſum adulteriũ committendum. Nec mirum, ſi maior, aut minor, & magis, minuſque præcipua malitia poſita ſit, non in eſſentiali, ſed in accidentali forma. Nam & homo non perhibetur ſimpliciter perfectus ex anima rationali, quę eſt eius eſſentialis forma: verum ex uirtutibus, quæ propterea ſuperadditæ, & accidentariæ fomæ dicuntur, quia labore, ac ſtudio comparãtur: conſimiliter non dicimus hominẽ eſſe malum nomine naturalium defectuũ, qui ſunt intrinſeci, ac propemodũ eſſentiales; ſed ex peccatis, quę ex ipſius hominis prauitate naturę ad malũ procliui aduenientia eam longe deteriorem reddunt.

Iam verò ſeparatim, ac breuiter de obiecto proximo, atque immediato, qui ſimul finis operis eſt.

Bar. Med. proxime allegata q. 18. art. 2. docet ex D. Thom. ibidem, & nos una cũ Authore, ſuperius uſurpauimus eiuſmodi obiectum eße duplex; alterum, quod materiale, alterum vero, quod formale nominatur, vtrumque hac deſcriptione definitur, obiectum proximum peccatorum proprie eſt res, circa quam uerſatur actio illa praua, non quocunque modo conſiderata; ſed ut regulę rectę rationis, & legis diuinę diſconueniens, prima pars deſcriptionis ad materiale, ſecunda ad formale obiectũ ſpectat. Id quod videmus et in diſciplinis, ut in ſuperioribus in hanc ipſam ſententiam animaduertimus, quippe in quibus res conſideratæ locum materialis ſubiecti, modus autem conſiderandi pro formali ſubiecto habetur ut corpus humanum in medica facultate eſt res conſiderata, & materiale ſubiectum, ſed modus, & ratio, qua medici illud contemplantur, quatenus ſcilicet, ſanabile eſt, vicẽ formalis ſubiecti gerit. Porrò illiſumodi diſconuenientia, & diſcrepantia à rectę rationis regula, qua diuinam legem ſemper contineri volumus; peccatorum formale obiectum dicitur, non quod in materiali obiecto, atque in rebus ipſis vt ſupra etiam fuit obſeruatum ſed quod in ipſa actione, quę circa res exercetur, malitia inſit formaliter. Eam autem recipit actio à uoluntate; quę cum ſit potentia libera, formaliter perhibetur mala, aut bona, non in eſſendo, ſed in exercitio: atque idcirco ſola uitij, & virtutis capax reuera: ex eodem D. Tho. loco proxime citato, ſed quæret fortaſſe quiſpiam ſi res exteriores formaliter neque bonæ ſunt, neque malę, quonam modo vulgo ferunt, humanam actionem ex obiecto potiſſimum malitiam, aut bonitatẽ accipere? Facilis, me iudice, reſponſio eſt, ſi intelligatur illa communis ſententia de utroque obiecto ſimul conſiderato; aut potiſſimũ de formali: etenim ex actione, ut modo dicebatur, per voluntatis applicationem, atque exercitium aut bonum, aut malum in rebus exterioribus verſãte pendet tota eius bonitas, & malitia. Quod ſi pręciſe de ipſis rebus intelligi eam velimus; reſpondendum, illas eſſe bonas, aut malas, non formaliter, uerum cauſſaliter, ut loquuntur, & originaliter, propterea quod ex natura ſua retinent quandam vim, & facultatẽ boni, aut mali, voluntatis exercitij capacem: ſed nõ eodem modo, nam quędam res ex ſeſe capaces ſunt mali duntaxat, ſi actum prauum definite, ac pręciſe reſpiciant; vt mulier aliena, reſpectu adulterij. Quædam autem res, ſi per ſe conſiderentur, tantummodo boni participes exiſtunt, vt parentes, qui honore, non iniuria ſuo merito ſunt afficiendi. Quædam denique res inueniuntur, quarum natura anceps videtur, & idonea, quæ ad bonum, & malum ualeat declinare: cuiuſmodi habentur diuitiæ. Itaq; huiuſmodi res pro earum natura bonæ, aut malæ rectè uocari poſſunt ex eo, ꝙ aptitudinem habẽt ad recipiendã aut bonã, aut malã uoluntatis, vt ita dicã, impreſſionẽ, in actiones humanas deinde transferendam, atque id ẽt affirmare licet antequam ad eas ulla fiat uoluntatis applicatio, quẽadmodum & medicina, antequam adhibeatur, ideo ſana rite nominatur: quia facultate pędita eſt ad bonam ualetudinem uel tuendam, vel reſtituendam. Idcirco aiunt Theologi, has res, de quibus loquimur, bonas, aut malas eſſe in eſſendo; voluntatẽ autem bonam, aut malam exiſtere, ut paulo ante innuimus, in exercitio ſiue merito. De altera fine, nimirum operãtis & qui magis circunſtantia eſt, alibi dictum fuit. Iam nunc tranſeamus ad cauſſas peccatorum efficientes. Harum primum duas conſtituimus ſpecies, aut. n. diuerſi, aut eiuſdem generis ſunt, eiuſdem generis, cuius eſt peccatum, cauſſa, ipſummet peccatum, aliud nimirũ ponatur. Iam uerò cauſſę generis diuerſi à peccato ſunt aut internę, aut externę, item aliæ ſunt proximæ, aut remotæ, atque ex his deinde aliæ ſufficientes, aliæ inſufficientes, ac demũ aliæ præparatoriæ, aliæ perficientes. Internæ quidem peccatorum cauſſæ efficiẽtes quatuor fere a Theologis ſolent aſſignari uidelicet uolũtas, Ratio, ſiue intellectus, ſẽſus & appetitus ſenſitiuus. Ariſt. ut alibi obſeruauimus, ad duas uĩr redigiſſe, Intellectũ. ſ. & Appetitũ ſub hoc poſteriori uolũtatẽ amplectẽs; ac ſenſũ nullius actionis principiũ eſſe affirmãs. lib. 6. Ethic. c. 2. in prin. Externas aũt cauſßas peccatorũ ex Theologia in præſentia ponemus, dæmonẽ atq. hoĩem, quatenus in primis hic metũ, & uim, ille uero ſuggeſtionẽ infert. Addũt obiecta ſenſibilia quatenus appetitũ ſenſitiuũ excitant, & ad peccandũ diſponũt aliquo modo. Proximę cauſſæ hñr, ac merito, uoluntas, & rõ: reliquæ remotæ; ſed exteriores magis, quã ſenſus, ſufficiens aũt peccati cauſſa effectrix ſola uolũtas perhibetur, reliquæ inſufficientes, pro ſingularũ ui, & natura. Itẽ ob eãdẽ caußã ſola uoluntas complete peccatũ perficit. Ceteræ tres potentię rõ, ſenſus, & appetitus ſenſitiuus, ſunt ueluti præparantes, efficientesq. ac præ ſe gerentes obiectum peccati, bonũ apparẽs, rõni tñ diſentaneũ. Ac de his ſatis hoc loco, q̃ ijs ſunt annexa, deinceps in notis exponentur.

b Hinc fit, vt ſit rationis perfectio, etſi intellectus, & ratio aliquo modo differant inter ſe, ut docet D. Tho. 1. part. quæſt. 79. artic. 8. & 9. & libr. 2. ſentent. diſtinctio. 24. quæſtion. 2. artic. 2. tamen hac in parte pro eodem uſurpatur. Porro, quare intellectus peccati cauſſa dicatur, quod hic tangitur ab Authore, ea, &

quidem propria, ratio poteſt afferri, & indicata eſt numero proxime ſuperiore, quod præparat, ac propemodū inſtruit voluntati obiectum peccati. Id aūt uidetur efficere potiſſimum duob. modis, uno quidem, quoad deficit in proprio actu, qui in veri cognitione cernitur. altero uero modo, quando deficit in actu, qui non ad proprium obiectū, ſed ad inferiores uires moderandas refertur. Hi ſi quidē duo actus intellectui tribui ſolēt cū primis. D. Th. 1.2.q.74.ar.1. Deficit porro intellectus in proprio actu itidem biſariam uno negatiue, altero poſitiue. Defectum negatiuum appellant ignorantiā, poſitiuum aūt errorē. De ignorātia in notis ad caput ſequens: ſi quidē ijs opus eſſe animaduerterimus, De errore aūt intellectus licet multa addiderimus ex Ariſtotel. in primo libro tū hic aliqua ſubijcere, & ad Theologorū rationē tractare fortaſſe nō erit inutile. Igitur cum duplex vulgo ſtatuatur intellectus, Contēplatiuus, et Practicus, ſuperior in rerū veritatem cognoſcendam totus incumbit: poſterior aūt ad actiones operationeſq. dirigendas ſe totū confert: eo ſane ordine, ut ubi deſinit contemplatiuus, ibi Practicus incipiat. Prior namq. cognoſcit, & cernit. v.g. rationem rectam ſequi, laudabile eſſe, atq. honeſtum: atq. hic deſinens, iudicium hoc poſteriori propemodum defert; quo is arrepto, concludit ad praxim, bonū rationis ſequendū eſſe. Ex quo aliqui haud male dixerunt, ſpeculatiuum intellectum extenſione fieri practicum ſed dum uolunt id colligere ex contex..... li. 3. De Anima, non ſatis fortaſſe recte. Qua de re in plurib. ad primum lib. notis diligentius. Iam uero utriuſq. Intellectus error nō uidetur eodē mō contingere. Nam error intellectus ſpeculatiui in eo cernitur, quod aliqua res ab ipſo apprehendatur, ſicuti nō eſt, & non apprehendatur, ſicut eſt. Itaq. intellectus dictans ea, quæ ex ſui natura ſunt mala, eſſe homini ex præcepto ſeruanda, & quæ ſunt ex ſe bona eſſe prohibita, & quod eſt ex ſe indifferens, ut tollere feſtucam ex humo prohibitū, uel præceptū eſſe; is quidē uehementer errare perhibetur. Non ſic euenit error practici intellectus: ut pote qui nō in rerū cognitione, uerū in directione, & regula ad rectas, & ſtudioſas actiones conſiſtat. Quare tunc practicus intellectus dicetur errare, & falſum retinere iudiciū, quandocunq. ad actiones rectā non adhibet regulā. Quod ſi hoc præſtet, quamuis ſpeculatio, quod attinet ad rei exiſtentiā falſa ſit, praxis tū uerum iudicium habebit; atq. idcirco nō exiſtimabitur errare. Ad hanc rem illuſtrandā afferunt Theologi exemplū Iacob qui accedens ad Liam, putans eā eſſe Rachelē uxorē ſuam, practice quidem nō errauit propterea ꝙ ad eā actionem adhibuit rectā regulam, quā uidelicet uir prudens præſcripſiſſet: atq. ea uſus, practice concluſit, Mihi ingrediendū eſt ad hanc mulierem, quæ mea uxor eſt. Verū fuit deceptus, ꝙ attinet ad ſpeculationē, cuius ueritas, uti mō exponebatur, ita in cognitione ſita eſt, ut pendeat omnino ab eo, quod res eſt; falſitas aūt ab eo, ꝙ res non eſt. Itaq; cū Iacobo ita acceſſerit ad Liā, manifeſtò deceptus eſt eo facto cum tū hoc illi non fuerit uitio uerſum, quia, quātū in ipſo fuit nullū practicum errorē admiſit. Quod ſi ita eſt, ſequitur, ut ad deprauādas noſtras actiones plus ualeat practici intellectus, quā ſpeculatiui error etenim, quando adeſt prioris error, ſemper praua redditur actio quippe quæ recta careat regula, nō ſic accidit de intellectus ſpeculatiui errore; ut mō declarabatur. Bar. Med. ex Ariſ. & D. Th. 1.2.q.19.ar.3.

c Et quia uoluntas, Quod uoluntas ſit cauſſa peccati, duplici ex capite item contingit. ſ. ratione tum propriorum atque immediatorum ipſius uoluntatis actuum, quos elicitos appellant; tum actuum aliarum potentiarum, qui mediati, atq; inperati uocantur. Ceterum, quod attinet ad utroſque cum in peccato præter actum, cernatur etiā quædam inordinatio, ipſius quidem actus uoluntas eſt cauſſa per ſe; illiuſmodi aūt inordinationis per accidens. hæc. n. præter agentis intentionem accidit, ex defectu conuenientis directionis in ipſa uoluntate. D. Th. 1.2.q.75.ar.1. Tunc uero dicitur uoluntas debita, ac conueniente directione carere, quando rectæ rationis, & diuinæ legis regula deſtituta, vult ipſamet, aut alijs potentijs imperat, ut poſthabito eterno, atque incommutabili bono; temporale, & commutabile proſequatur. D. Tho. & Medin. eod. artic. 1. Ex quo intelligitur, non tam efficientem, quam deficientem cauſſam peccati eſſe uoluntatem. D. Auguſtinus diſerte lib. 12. de ciuitat. Dei ca. 7. Triplex autem eſt huiuſmodi defectus. Primus, iſq; proximus, atq; immediatus, quem modo innuebamus, qū quis dum operatur, non uult intendere ad regulam rectæ rationis, neq; eam, ut par eſt, attendere. Hinc ſi quidem efficitur, ut uoluntas producat actum rectæ rationi minime conformem, qui ex hoc ipſo nimirum peccatū eſt, quod in operando ipſam rectæ rationis regulam non intuetur, neq; ſibi ſequendam proponit. Propterea aūt is actus uoluntarius eſt, non quia ſit actus elicitus a uoluntate, ſed quia in uoluntatis poteſtate ſitum eſt attendere, uel nō attendere ad regulam dirigentem. Ex æquo. n. uoluntas libere ſeſe habet ad operandum, & non operandum, & uero quatenus actum peccati anteuertit is defectus neq. naturale, neq. uoluntarium malum exiſtit qū quidem ſimplex negatio eſt. Nō naturale malum: quia tunc peccatum etiam, quod inde naſcitur, eſſet naturale; atq. ita homo non poſſet non peccare: & quod peccaret, non eſſet proprie peccatum non malum uoluntarium; qa peccatū id ipſum eſſet, & antegredientē defectū quærere oporteret, ac proinde in infinitum abire. Quare dicendū, illiuſmodi defectum ut præcedit peccatum tempore, aut natura, in ſimplici negatione conſiſtentem eſſe cauſſam mali, ut aūt comitatur actum, & ipſum mali rationē induere, & aliquid poſitiui ſibi aſciſcere. Alter defectus, ſed remotus in eo conſiſtit, quod uoluntas creata non eſt ſummum bonum ex hoc ipſo namq; efficitur, qđ defectus ſit plane capax, nec ſemper ad rectæ rationis regulam intendat quod in uniuerſum de omnibus creatis naturis eleganter docuit D. Auguſtinus in Enchirid. c. 12. his uerbis; Naturæ omnes, quoniam naturarum omnium conditor ſumme bonus eſt, bonę ſunt, & quia nō ſicut earū conditor ſumme, atq; incommutabiliter bonæ ſunt, ideo in eis & minui, & augeri bonum pōt. Tertius denique, ac remotiſſimus defectus eſt in eo poſitus, quod uolūtas humana ex nihilo ſit creata, atq; eius, quod ſecundo defectu continetur, quædam uidetur eſſe comprobatio ex eo ſiquidem uolūtas humana non eſt ſummum bonum, atq. infinitū, in quod nullus defectus cadere pōt, quod ex nihilo facta eſt. Nec ideo potuit ex bono oriri uoluntas mala, qa bonū factū eſt a Deo bono; ſed quia de nihilo factū eſt, non de Deo. S. Aug. li. 2. de Nuptijs, & concupiſcentia ca. 28. & li. 12. de ciu. Dei c. 12. Card. Bellar. to. 4. De Amiſſ. gratiæ & ſtat. peccat. li. 2. c. 18. Verſ. Primū eſt peccati. & ſeqq. Bar. Med. 1.2.q.75.ar.1. in fin.

De Prima cauſa peccatorum, ignorantia ſcilicet, in ſpeciali. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 Enumeratis authoribus qui de ignorantia agunt ut eſt cā peccati, multas diuiſiones recitat uſque ad nu. 5.

Prima verò, quod ignorantia ſit vel purè negatiua, vel priuatiua. eod. num. 1.

2 *Ignorantia eorum quæ quis ſcire poteſt, eſt vel prauæ diſpoſitionis, vel puræ priuationis.*

3 *Ignorantia alia iuris, alia facti.*

4 *Ignorantia alia Antecedens, alia Concomitans, alia Conſequens.*

5 *Ignorantia alia Vincibilis, alia Inuincibilis, Inuincibilis item duplex.*

6 *Ignorantia Inuincibilis, ſeu Antecedens quamuis cauſa poteſt eſſe peccati, tamen ipſa in ſe peccatum eße nequit.*

7 *Quænam diligentia dicatur ſufficiens, & humana, & quam homo adhibere tenetur, ut ignorantia Inuincibili laborare cenſeatur.*

8 *Opinio Ant. de Corduba, & Greg. de Valentia, ut dura nimis, non probatur ab Authore.*

9 *Non obligatur homo ex aliquo præcepto orare, aut ſe à peccatis purgare, quod Authores prædicti uidentur aßerere, ſed ſatis eſt, ut doctos conſulat eiſq: credat, & quare.*

Satis eſt ut plurimum conſulere doctos in ijs quæ pertinent ad ſalutem, quos ſi non habuerit, tenetur cōfugere ad Deum per orationem, & quare. ibid.

10 *An qui conſuluit Doctores peccet, ſi ſtatim atque fidei myſteria audiuit, illis credat, priuſquam oratione, & penitentia de ſuis peccatis ſe præparet, maximè ſi ſequatur errorem Doctoris maximæ authoritatis.*

11 *Qui neque ſcit ſe errare, uel ignorare, neque dubitat utrum ignoret, uel erret, neque occurrit aliquod motiuum ad dubitandum, hic non tenetur ullam adhibere diligentiam ad uincendum iuris diuini ignorantiam, niſi hæc ignorantia oriatur ex mala uoluntate.*

12 *An inter infideles poſſit eſſe huiuſmodi ignorantia inuincibilis iuris diuini circa articulos fidei, & religionis myſteria, ita ut talis ignorantia non imputetur illis ad culpam.*

13 *Poteſt eſſe ignorantia negatiua apud infideles quæ non imputetur ad peccatum, & ignorantia inuincibilis myſteriorum fidei, quæ verior eſt ſententia.*

14 *Solutio rationis contrariæ ſententiæ, quomodo intelligatur illud Pſalmiſtæ: Exiuit ſonus eorum, &c.*

15 *An inter fideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis myſteriorum fidei, aut iuris diuini?*

16 *An iuris naturalis ignorantia inuincibilis dari poſſit, explicatur.*

Principiorum iuris naturalis quotuplex differentia, num. eod.

Quid de ſingulis principiorum generibus ſentiendum ſit num. 17. 18. & 19. apertè declaratur.

20 *Quoad ius poſitiuum tam humanum eccleſiaſticum, & ciuile, quam diuinum, ignorantia inuincibilis dari poteſt.*

Ignorans Catalogum libros prohibentem, ſi per ignorantiam inuincibilem prohibitos retineat, non incurrit excommunicationem, nu. eod.

Secus de legibus quæ frequentiſſimè notæ ſunt, ut edere lacticinia in Quadrageſima iudicandum eſt, numero eod.

Legum etiam quæ pertinent ad ſuum ſtatum, ignorantia inuincibilis prętendi non poteſt, cum omnes teneātur illud ſcire, ſine quo non poſſunt opus, ad quod obligantur exequi ibid.

21 *Ignorantia etiam facti inuincibilis reperiri poteſt contra Guliel. Pariſienſ. Et quare.*

22 *Ad ſcientiam facti ſatis eſt adhibere eam diligentiam circa cognitionem obiecti aut illius circunſtantiæ quam prudentes, & non nimium ſcrupuloſi adhibere ſolent.*

23 *Ignorantia inuincibilis omnino a peccato excuſat, quia nullo modo eſt voluntaria in ſua cauſa.*

Quando ignorantia inuincibilis eſt cauſa totius facti excuſat totaliter a peccato, quando non, excuſat ex parte tantum, nu. eod.

24 *Ignorantia inuincibilis quæ excuſat a peccato, excuſat a pęna quæ eſt a iure ſtatuta propter illud peccatum.*

25 *Qui occidit hominem ſcienter inuincibiliter ignorans eſſe Clericum, talis in excom. latam contra percußorem clerici non incidit.*

26 *Qui inuincibiliter ignorat ſe eße excommunicatum, aut ſuſpenſum, aut interdictum, non fit irregularis, quamuis diuina celebret.*

Qui cognoſceret conſanguineam, vel affinem, inuincibiliter ignorans, fornicationem committit, non inceſtum, & proinde ſi uellet matrimonium contrahere, poßet illud ſine vlla diſpenſatione licite facere. ibidem.

Laicos frequenter ab excommunicationibus iuris excuſari, qui vt plurimum inuincibiliter ignorant, rectè docuit Greg. de Val. num. eod.

27 *Ignorantia inuincibilis iuris aut facti, non excuſat hominem habentem vſum rationis a pæna iuris quæ incurritur ſine peccato.*

28 *Qui ignoranter contrahit, & conſummat matrimonium cum illa, quæ ab alio fuit corrupta, quamuis tanta ignorantia laboret ut etiam poſtquam cum illa coiuit putet eſſe a ſe primo corruptam, irregularis eſt.*

29 *Qui vxorem quam duxerat virginem, & poſt eiuſdem adulterium cognoſcit, irregularis eſt.*

30 *Filius quem mulier nupta ex presbytero cōcepit quamuis ipſe ignoret ſe eße filium presbyteri, irregularis eſt.*

31 *Ignorantia vincibilis eorum, quæ quis ſcire tenetur, peccatum mortale eſt ſecundum ſe, etiam ſi nullum aliud peccatum inſequatur.*

Ignorans vincibiliter fidei articulos peccat mortaliter nu. eod.

Ignorans præcepta decalogi etiamſi nullū inde ſequatur peccatum, peccat mortaliter, & quare ibid.

Ignorans præcepta Eccleſiæ aut alia quæ ad ſtatum ſuum pertinent, peccat mort. & quare. ibid.

Ignorans etiam circumſtantias facti, quas ſcire tenetur, peccat mortaliter.

32 *An ignorantia hæc tam iuris quam facti, ſecundum ſe peccatum ſit, an ratione negligentiæ inquirendi veritatem.*

Laborans ignorantia uincibili culpabili, ſi pæniteat eū ignorantiæ, & proponat uel proprio ſtudio, uel conſulendo peritiores ueritatem inueſtigare, non peccat ignorando. num. eod.

33 *Ignorantia uincibilis ſi ſit affectata, peccatum auget, ſi uero non ſit, quamuis culpabilis ſit, licet non totaliter excuſet a peccato ut plurimum, peccatum tamen minuit.*

Ignorantia uincibilis magis aut minus minuit peccatū, prout ipſa magis aut minus uoluntaria eſt, numero eodem.

34 *An ſicut in aliquibus peccatis ſufficiat uoluntarium,*

quod vocamus interpretatiuum, in aliquibus autẽ neceſſarium eſt uoluntarium directum, & expreſſum, adeo ut ex quauis ignorantia impediatur, ita in peccato hæreſis ſufficiat quodcunque voluntarium.

35 *Ignorantia concomitans, cum hominem nec uoluntariũ nec inuoluntarium faciat, ſed ſolum non uolẽtem, ſeu non uoluntarium, conſequenter opus cum illa factum a peccato non excuſat, nec accuſat, ideſt, nec minuit nec aggrauat peccatum.*

36 *Falſum eſt quod docuit Vaſquez ignorantiã cõcomitãtem ſemper excuſare operãtem ab excommunicatione, irregularitate, & obligatione reſtituendi, etiam ſi adſit prauus affectus circa id quod ignoratur.*

37 *Vtrum peccatum admiſſum ex ignorantia uincibili, & culpabili, eiuſdem ſit ſpeciei in genere moris cuius eſſet ſi ex certa ſcientia perpetratum fuiſſet.*

38 *Peccatum factum ex ignorantia culpabili iuris, prohibentis malum, quia malum eſt, eiuſdem ſpeciei eſt, cuius fuiſſet ſi adfuiſſet ſcientia.*

39 *Peccatum factum ex ignorantia iuris poſitiui, prohibẽtis aliquid non ex natura rei malum, ſed ideo malum, quia prohibitum, eiuſdem eſt ſpeciei cum peccato ex ſcientia certa commiſſo, non ſolum reductiuè ſed etiam primo & directè.*

40 *Peccatum ex ignorantia facti commiſſum, eiuſdem ſpeciei eſt cum peccato commiſſo ab eo, qui facti erat conſcius.*

41 *Quid de peccatis commiſſis ex ignorantia priuante hominem uſu rationis dicendum ſit, explicatur.*

42 *Omnia quæ fiunt aut dicuntur in ebrietate, peccata non ſunt.*

Verba, & dicta iniurioſa, & facta contumeliæ quæ alioquin in ſana mente eſſent iniurioſa, non ſunt peccata.

Fornicatio, adulterium, aut aliud damnum temporale, quod fit in ebrietate, ſi præuiſum fuerit, aut probabiliter præuideri potuit, peccatum eſt, numero eodem.

43 *Præter ignorantias ſupradictas alia eſt, quæ coniungitur, omni peccato, quæ cæcitas mentis ſeu habetudo ſenſus error, imprudentia, uel obſcuratio dicitur.*

a PRimo a *igitur ex parte Rationis* ſeu Intellectus cã peccati eſt ignorantia rerum agendarum, vt.n. docet S. Auguſt. libr. 83. qu q. 26. *Peccata alia ſunt infirmitatis, alia imperitiæ*, i. ignorantię, *alia malitiæ*, de ignorantia vero prout peccatum eſt, vel cã peccati, agũt Gerſon par. 2. in tract. de Reg. Moral. & in Cõpendio Theologiæ tract. de Conſcientia. Alex. de Ales, par. 2. Summæ, q. 146. & q. 155. per totum S. Th. 1. 2. q 6. art. 8. & q. 76. per totum. Caie. & Med. ibid. & Gabr. Vaſquez, diſp. 117. Doctores Scholaſtici in 2. d. 22. ubi Bonau. ar. 2. & diſt. 43. in expoſitione literæ. Scot. Rich. Dur. Argentina, Gabriel, & alij in dicta diſtin. 22. Sylueſter, & alij Summiſtæ, in verbo, *Ignorantia.* Canoniſtæ, in d. 38. Almain, tract. 1. Moral. c. 4. Angeſtus, cap. 6. Moral. Adr. Quodlib. 4. Alphõſus a Caſtro, lib. 2. de poteſt. legis pęnalis, c. 14. Ant. de Corduba, lib. 2. ſui Quæſtionarij Theologici. Ioſeph Angles, in Florib. 2. Sent. in diſt. 22. in tracta. de Ignorantia. Nauar. in Manuali, ca. 23. nu. 45. & 46. Sebaſt. Medices, par. 2. Summæ, tit. 5. q. 33. et ſeqq. Petrus Sotus de ratione medendi peccatis lect. 2. & alij paſſim. Quia vero nomen hoc *Ignorantia*, varia & diuerſa ſignificat, prius erit in ſua ſignificata diuidendum, quam definiendum, iuxta receptum methodi doctrinæ pręceptum. Solent autem uarię, & multiplices ignorantiæ diuiſiones a Doctoribus tradi. Quarum

1 *Prima eſt*, Quod ignorantia uel eſt purè negatiua, quę a S. Thoma 1. 2. q. 76. ar. 2. dr̃ Neſcientia uel priuatiua. Neſcientia eſt quęcunque carentia ſcientię eorum quę quis ſcire non põt, quę neſcientia ẽt teſte S. Thoma vbi ſupra, poſt Dion. Areopag. c. 7. de Cęleſti Hierarchia, circa medium, & ca. 6. Eccleſ. Hierarch. ante finẽ, eſt in Angelis, qui cum multa ignorent, quę ſcire non poſſunt, neſcire potius, q̃ ignorare ea dicuntur. Ignorãtia vero eſt eorum, quæ aliq̃s aptus natus eſt ſcire ſecundum ſtatum ſuæ perſonæ: non. n. ruſticus dr̃ ignorare propriè Geometriã, ſed neſcire. Vnde ignorantia breuiter eſt, cũ quis ignorat res quæ ad ſe pertinent, neſcientia uero, cum neſcit ea quę ad ſe non pertinent.

2 *Secunda eſt.* Ignorantia eorũ quę quis ſcire poteſt, diuiditur in ignorantiam praue diſpoſitionis, & in ignorantiam purę priuationis. Ignorantia prauę diſpoſitionis, quę dr̃ Error, eſt, cum quis iudicat rẽ aliter eſſe, q̃ eſt. Ignorantia purę priuationis, quę non eſt cum iudicio aliquo poſitiuo, ſed eſt ſola priuatio ſcientię quam quis hr̃e debuit. Et utrumque ignorãtię genus põt eſſe in peccatis tam commiſſionis, q̃ omiſſionis quę fiunt ex ignorantia. v. g. occidere poteſt quis hominem exiſtimans eſſe feram, & occidere poteſt nihil iudicans falſum, ſed ſolum non attendens euentum. In omiſſione ſimiliter non attendẽs obligationem, & iudicans illam non eſſe.

3 *Tertia eſt* Ignorantia, alia † eſt *iuris*, alia *facti*, quas Ariſt. lib. 3. Ethic. c. 1. uocat ignorantiam vniuerſalium, & particularium. Ignorantia iuris eſt, cũ ignoratur lex, uel aliquid eſſe pręceptum, vel prohibitum, facti vero, cum ignoratur res ipſa prohibita, quę prohibita eſt; ut cum quis occidit hominem putans eſſe feram, ignorat rem prohibitam nempe homicidium: hęc autem poteſt eſſe, aut de ipſo opere, aut de aliqua circumſtantia illius.

Rurſus, ignorantia iuris diſtingui põt ſecundum iuris diſtinctionẽ, aliud. n. eſt ius naturale; aliud ius diuinum poſitiuum; aliud ius humanũ. Ius naturale eſt illud, quod ex ipſius naturę inſtitutione prouenit, & hoc eſt oĩb. cõe. c. ius naturale, diſtin. 1. Quod ius ẽt Diuinum appellatur, ſi reſpiciamus cõditorẽ illius, ſi quidem Deus ipſe, qui naturam condidit, eſt iuris naturalis author, & inſtitutor. Si uero ad tp̃s ſui ortus illud referamus, naturale dicetur, q̃a ſimul cum ipſa natura oritur, & non poſtea per aliq̃ ſiue humanam, ſiue diuinam legem. Nam licet pręcepta legis naturalis ſint a Deo in Decalogo legis expreſſa, ante tñ q̃ Decalogus ille in tabulis lapideis ſcriberetur, fuerat in tabulis cordis ſcriptum, ſimul cum ipſa natura formatum. Et hinc eſt, qđ licet nullum fuiſſet ius ſcriptum, ſꝑ tñ maneret ius naturale, quia illud perire non põt, eo qđ ſit neceſſarium, & ab ipſa natura inſeparabile. Ius aũt diuinũ poſitiuum eſt ius non neceſſario naturę coniunctũ, ſed ab illa ſeparabile, & a Deo pro tꝑe cõditum, ut eſt pręceptũ de Baptiſmo, aut de cõfeſſione in lege Euãgelica, & multa p̄cepta cęrimonialia, & iudicialia, quę fuerunt olim ſolis Iudęis data. Ius humanũ eſt illud, qđ nõ a Deo, ſed ab homine conditum eſt, ſiue illud ſit Eccleſiaſticum, ſiue Ciuile: de quibus omnibus contingit haberi ignorantiam.

4 *Quarta eſt.* Ignorantia † alia dicitur Antecedens; alia Concomitans, alia Conſequens, de quib. dictũ eſt capi. ſecundo. Ignorantia Antecedẽs eſt quę tꝑe antecedit omnẽ uoluntatem, & peccatũ, eſtq; cauſa operis, & peccati, quod alias non fieret, ſi ſcientia adeſſet: vt ſi quis ex ignorantia peccet, ita quod non peccaret, ſi eſſet pręcepti prohibentis peccatũ conſcius: Nam ſi ſcientia oppoſita opus non impediret, ignorantia illius non diceretur Antecedens, ſed Cõcomitans. Et hęc ignorantia ab aliis dr̃ aliqñ Inuincibilis aliquando Probabilis; Inuincibilis quidẽ, qñ nulla diligentia humana impediri potuit; Probabilis uero quia licet potuerit fortaſſis vinci, non tamẽ debuit, eo quod rõne probabili ſic iudicatum fuit, vltra qđ nullus inquirere tenetur. Dr̃ aũt hęc ignorãtia cauſa operis, ſeu peccati, per accidens, à Sanc. Thom. 1. 2. q. 76. ar. 1. quia priuatio non põt eſſe ꝑ ſe cã, ignorantia aũt eatenus eſt cã peccati, quatenus tollit ſcientiam quę alias prohiberet ne fieret opus abſolutè, aut cũ aliqua circunſtantia, porrò dr̃ cauſa per accidens, ſicut remouens prohibens, qđ prohiberet opus: qui.n. remouet impedimentum quo lapis v.g. detinebatur, ne deſcẽderet in locum ſuũ, eſt cauſa per accidens quare lapis deſcendat.

Ignorantia Concomitans eſt, quę nec antecedit opus, aut voluntatẽ, nec illam ſequitur, vnde nec cã eſt, nec effectus peccati, quia, ſcilicet, non tollit ſciẽtiam, quę aliàs actum, & opus impediret, vt cũ aliquis v.g. occidit hoĩem, exiſtimans, ſe occidere feram, eſt tñ ita affectus, actu, uel habitu, ut ſi ſciret, nihilominus occideret, qui aũt hoc modo operatur, non dr̃ ex ignorantia, uel ꝑꝑ ignorantiam, ſed cum ignorantia operari, vt ait Ariſt. 3. Ethic. cap. 1. Ignorantia conſequens eſt, non quę conſequitur opus, quia illius põt eſſe cauſa, ſed quia eſt aliquo modo uoluntaria, & ita aliqua rõne conſequitur volũtatem explicitam, uel implicitam, & hęc dicitur aliquando vincibilis, iuxta ea quę de uincibili ignorantia ſubinde dicemus

5 *Quinta eſt.* b *Ignorantia † alia eſt inuincibilis*, alia
b Vincibilis. Inuincibilis, quę ẽt Antecedens dr̃, eſt duplex: quędã nullo modo uinci põt quędam uero dr̃ Probabilis, quę licet uinci poſſet ſi adhibita fuiſſet maxima diligentia, adhibita tñ diligentia rõnabili, non vincitur. Rurſus, hęc ignorantia Inuincibilis duplex eſſe poteſt, uel in ſe, & non ſecundum ſuas cauſas, vt ebrius, qui ſe inebriat, ut occideret hominem, quando occidit eſt inuincibilis in ſe; quia ignorat tũc eſſe peccatum, non tamen in ſua cauſa, quia voluit ebrietatem, uel ſecundum ſe, & ſecundum ſuas cauſas, vt amens in ſe, & in cauſa ſua ignorat inuincibiliter fornicationem eſſe peccatum.

Vincibilis, quæ etiam conſequens appellatur, eſt quæ vinci põt, & debet, & hæc duplex eſt: vna dr̃ directè volita, & affectata, vt qñ aliquis ex propoſito vult ignorare, vt qui vt legẽ ignoret expreſſe vult aut non legere, aut non audire, aut non inquirere, vt ſunt, qui dicunt Deo: *Recede a nobis, ſcientiã viarum tuarum nolumus.* Iob. 2. Et Pſal. 35. *Noluit intelligere, ut bene ageret.* Altera dr̃ craſſa, ſeu ſupina, quæ tm̃ ex negligentia diſcendi prouenit, vt cũ quis facilè cognoſcere potuiſſet, nullam tñ ad diſcendũ diligẽtiam adhibuit, dr̃ aũt craſſa, quia hoĩes craſſi, ut plurimum ſolent eſſe ſegnes ad diſcendum. His ita de ignorantiæ diuiſionib. & definitionib. in vniuerſũ explicatis, q̃dã alia ad materiã moralẽ pertinentia breuiter explicãda sũt in ſequentib. propoſitionib.

Prima propoſitio: Ignorantia inuincibilis, ſeu An-
6 tecedens, quamuis † cã eſſe poſſit peccati, eo modo
quo dictũ eſt, cum tñ voluntaria non ſit, ipſa in ſe
peccatũ eſſe nequit, & hoc certum, & in cõfeſſo eſt
apud oẽs, ſola diſſenſio inter authores eſt, quid requiratur ad hoc vt ignorantia aliqua ſit inuincibilis. In qua ẽt re unũ certum eſſe dẽt. ſcꝫ vt ignorãtia inuincibilis ſit, tenetur hõ eam diligentiã humanam, & moralẽ adhibere, q̃ vir prudens adhibendã iudicaret, conſiderata rei grauitate, & periculi, & alijs circunſtantijs tam rerũ, q̃ perſonarum, q̃ diligentiam qui adhibuerit, ſi poſtea veritatẽ ignoret, ignorantia inuincibili laborare cenſetur, ẽtſi diligẽtia illa non fuerit ſumma, & maxima quæ adhiberi poterat, vt rectè Med. 1. 2. q. 76. ar. 2. dub. 4. concl. 3. & dub. vlt. Ioſeph Angles in Florib. 2. Sent. trac. de Ignorantia, q. 2. diffic. 1. concl. 3. Notab. 3. & Greg. de Val. to. 2. diſp. 6. q. 6. punct. 6. corollario 1. & alii cõiter docent. In rebus.n. agendis non niſi diligentia moralis, & humana, & qua prudentes ſolent in ſimili re vti, requiritur, vt ẽt fatetur Petrus Sotus ubi ſup. de cauſis peccatorũ, relec. 2. circa mediũ. Potuit.n. v.g. Iacob Gen. 29. qñ iuit dormitum, interrogare Liam, eſſetne Rachel, uel ſaltẽ cum ea cõfabulari, ut eã ſermone agnoſceret, & fortaſſis ſiluit. Potuit quoq; poſtulare lumẽ, vt eam uideret, & ita ignorãtiam expellere, & nihilominus habuit ignorantiã inuincibilem, quia hoĩes cõiter non ſolẽt facere talem diligentiam quare non tenetur hõ facere quod poteſt, ut eam uincat, ſed ſatis erit diligẽtia morali, & humana, & qua prudẽs ſolet ĩ ſimili res & negotio vti attẽtis circũſtãtiis ꝑſonę, negotii, &c.

7 Dubium aũt † eſt, quęnã diligentia dicatur ſufficiens & humana, & q̃ hõ adhibere tenetur, ut ignorantia inuincibili laborare cenſeatur? Pro cuius ſolutione ſupponẽdũ eſt, ignorantiã poſſe eſſe *iuris*, aut *facti*, & cũ ius aliud diuinũ ſit, aliud naturale, aliud humanũ, de ſingulis breuiter dicẽdũ eſt. Quãuis.n. aliqui hæc oĩa confundant, eſt tñ nõ parua ĩter hęc differentia, diuerſumq: de eis iudicium faciendum.

Quantũ igitur ad ius diuinũ attinet, Ant. de Cor. lib. 2. q. 2. concl. 2. docet tunc hoĩem ſatisfeciſſe debitæ diligẽtiæ faciendi q̃ in ſe eſt, qñ peritiores cõſuluerit, illorumq; conſilium ſecutus ſit, & ẽt propriam adhibuerit diligentiã, & ſtudium vt ueritatẽ addiſceret, & p̄terea diuinum auxiliũ & opem implorauerit, poſtulaueritq. a Deo illuminari, q̃ oĩa, inquit, tenetur hõ facere, ut ignorãtia inculpabilis, & inuincibilis ſit; nec ſatis eſt propriã adhibere induſtriã, niſi ẽt peritiores conſulat, immo, neq; ſatis eſt doctos conſulere, niſi ẽt ad Deum orando confugiat: poſtquam aũt hæc oĩa fecerit, certiſſimè docet illum de ueritate a Deo inſtruendũ uel interiori lumine: vel exteriori p̄dicatione; & proinde docet oẽs qui hac diuina illuſtratione carent, ſua culpa illa carere, qui nimirum diligentiam ſufficientẽ, quã poſſent, non adhibent, & refert pro ſe Alexandrũ de Ales p. 3. q. 61. in noua impreſſione, memb. 5. ar. 3. ad 6. qui ait, quod ſi hõ per cognitionem naturalẽ, qua oĩb. notus eſt Deus operatur, & petat ab eo illuminari, quia facit quod in ſe eſt, illuminabit à Deo, & idem docet Gabr. lec. 59. in Canonẽ Miſſæ, litera P. Refert ẽt pro ſe Durandum. 3. d. 25. q. 1. nu. 9. qui loquens de nato, & nutrito in deſerto, ait, talem teneri,& ſufficere ex parte ſua, benè viuere ſecundum legem naturę,quo facto, Deus ſubueniet ei in neceſſarijs ad ſalutē, reuelãdo ea quæ credere dēt vel per ſeipſum,vel per Angelum, vel per Prædicatorē miſſum. Affert ēt pro ſe Conradū in lib.de Cōtractib.q.100.concl.2.caſu 2. qui tñ nihil ait de neceſſitate orationis, ſicut nec Durandus illius meminit,ſed ſolū ait excuſari aliquē ab alicuius rei ignorantia,de qua dubitat,ſi conſulat peritos in illa arte eorumq;conſilium ſequatur. Alph.a Caſtro ab eodē relatus lib.2.de poteſt.legis pęnalis.ca. §.24.*Quarto modo ignorantia*,expreſſè docet,ad depellendã ignorantiam iuris diuini non ſatis eſſe conſulere vnū virum doctum,ſed plures & doctos & bonos,& inſuper ēt obligatur,inquit,orare Deum, & per pęnitentiã peccatorum,ſi quæ hēt,præparare ſe ad ſuſcipiendã ſcientiam,vt ſic dignus fiat cui Deus per ſe, aut per Doctores quos ille interrogat,reuelet quod obligatur ſcire. Gregor.ēt de Valentia loco proximè citato,expreſſè ait, interdum maius aliquod ſtudium quam humanum requiri,ad hoc,vt ignorantia cenſeatur inuincibilis, vocat aūt ſtudium *humanum*,cōſultationem,meditationem, & ſimilia,quæ ſolēt in negotijs humanis vſurpari, ſtudium aūt *maius* quã humanū appellat, quod ad Dei opem & auxiliū impetrãdum refertur,vt oratio,pęnitentia, & ſimilia. *Ratio eius eſt*:quia rō negotij talis aliqñ eſt,vt ad cognitionē neceſſariam obtinendam non poſſit iudicari moraliter ſufficiēs eſſe ſtudium humanū merū. Vt v.g.ſi Dæmon transfigurans ſe in Angelū lucis alicui appareret, eumq; in errorem aliquē induceret,quē ingenio ſuo, aut ēt conſultatione nō poſſet facilè agnoſcere,& cauere,deberet is orationem adhibere, Deumque cōſulere. Similiter,ſi quis in materia fidei hęſitans, non hēret copiam Doctorū Catholicorum,ſed tm̃ hæreticorum,neq; per ſe poſſet meditatione aut lectione ſufficiēter ſe ex dubitationib.ſuis extricare, deberet ſimiliter ad preces cōfugere,& ſic in alijs cōſimilib.caſib. Adr. Papa VI.in Quodlib. 2.ſiue argumentis.q.1. ad 2. & Quodlib. 4.art. 1.litera D.ait,ad hoc, vt ignorantia inuincibilis ſit, nō ſolum requiritur vt quis rem per ſeipſū examinet,ſed ēt doctiores conſulere tenetur,ſed neque hoc ſufficit,ſed vltra tenetur talem ſe exhibere orationib.& lacrymis, vt a Deo inſtrui poſſit, quibus factis,illuminabitur a Deo, vel miniſterio hominum,vel interna Dei inſpiratione.

8 *Ceterum*,cum horum† Doctorum opinio dura nimis ſit, mihi verior vr̃ illa quam recentiores plerūque ſequuntur,nimirum, quod licet piè credendum ſit,Deum facienti quod in ſe eſt,non negaturū gratiam,& neceſſaria ad ſalutem, ad vincendam tamē ignorantiam eorum quæ ſunt de iure diuino,& neceſſaria oïb.ad ſalutē, nō teneri hominē ad ſe diſponendum ad gratiã *per contritionem orationem*, legis naturalis obſeruationem,&c.ita,vt ſi illa oïa nō faciat,ignorantia illa ſit culpabilis, & peccatum mortale,ſed ſatis erit *vt plurimum* adhibere debitam diligentiam externam, cōſulendo doctos, & prudētes, & audire prædicatores qui poſſunt illum inſtruere, qua debita facta diligentia,ſi erret, aut ignoret bona fide,ignorantia cenſebitur inuincibilis, & inuoluntaria. Sic Franc. a Victoria, in relectione de Indis Inſulanis,concl.1.nu.33. Andreas Vega,libr.6. de Iuſtific.c.18.Petrus de Soto,tract. de ratione medendi peccatis,lect.2.poſt medium. Ioſeph Angles in Florib.2.Sen.diſt.22.tract.de Ignorantia.q.2.artic.1.difficult.3.in fine.B.Medin. in 1.2.q.76.ar.2. dub.pen.concl.5.& Gabr.Vaſquez,diſp.120.c.5.in 1.2.S.Tho.& alij. *Rō eſt*:quia cōis modus quo quis cognoſcere pōt neceſſaria ad ſalutem,eſt per media humana,ſ.per inſtructionem aliorum, & auditionē Euangelij,vnde Ro. 10. Apoſtolus ſimpliciter ait, *Quomodo credent ei,quem non audierunt?* additq; Apoſtolus,gentes ideo tantum fuiſſe inexcuſabiles,quia vere audierūt. Vnde ſubdit; *Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Pſal.* 18. Quod vero aliqui cognoſcunt per reuelationes, eſt particulare priuilegium,& miraculum,vt patet de Cornel. Centur. Act. 10.non tenetur aūt hō ad quærenda ea quæ ſunt ſibi neceſſaria,modo ſupernaturali. Deinde ſi quis Gentilis nihil oïno audierit de fide, non pōt ſcire ſe teneri ad habendam illam diſpoſitionē de fide cognoſcenda. Quamuis igitur peccet faciendo ea,quę ſunt contra legē naturalem, non eſt tamē hoc ignorantiæ,aut incredulitatis peccatū, ut conſtat.
9 Quoties ergo nouit,aut† dubitauit an aliquod eſſet myſteriū credendū, ſatis eſt vt doctos cōſulat, eiſq; credat, nec poſtea obligatur ex aliquo præcepto orare,aut ſe a peccatis purgare,ut ſine errore doceatur, deinde ētſi præceptum homini ſit facere totum quod in ſe eſt, quia tamen præcepta hm̃oi non obligant ad ſui impletionem vt omne medium poſſibile adhibeatur,ſed ſolum,vt proportionatum,& cōiter ordinatur ad talem finem adhibeatur, quale eſt conſulere doctos,conſequenter ſatisfacit bona fide,& intentione tales conſulere,nec obligatur orare,aut pęnitentiã de peccatis agere, vt a Deo illuminetur. Sic.v.g.tenetur hō vitam propriam ex pręcepto naturali conſeruare,non tamen oī medio poſſibili,vt ait Med.vbi ſupra, non.n.tenetur vti medicina ꝑcioſiſſima ut uitã cōſeruet, ſed ſatis eſt uti medicina conſueta, & cōiter ordinata ad talem finē. Itē ex lege Euangelica Matth. 18.tenetur hō corripere fratrem,admonendo,cōſulendo, adhibendo teſtes, dicendo eccleſiæ,ſed tamen non tenetur orare, aut conſtituere ſe in gratia vt illum conuertat, quia hoc non eſt medium ordinarium,quod ab hominib.adhiberi ſoleat ad fratrem corripiendum, & conuertendum,vt experientia docet.

Dixi ſatis eſſe,*ut plurimum*,cōſulere doctos, quia ſi quis dubitet de ijs quæ ad religionem, & ſalutem pertinēt, viros doctos non habet a quibus diſcere,& edoceri poſſit, tunc quidem exiſtimo teneri confugere ad Deum per orationē,& alia huiuſmodi media. *Ratio eſt*,quia iſte cognoſcit eſſe rem neceſſariã ad ſalutem, & ex ratione naturali qua quiſq; Deū cognoſcit,& religionem, intelligit confugiendum eſſe ad Deum,non ut ſupernaturaliter illuminetur, ſed ut medio tali vtatur, ne in re tanti momenti aberret, quo ſenſu vera eſſe poteſt piorum Doctorū opinio,cui fauet S.Aug.lib. de vtilit.credendi,ca.8. ubi in hoc caſu, hunc ordinem uincendi ignorantiã tanquam neceſſarium præſcribere videtur.

10 Dubium autem eſt, An qui† conſuluit Doctores, peccet, ſi ſtatim atque fidei myſteria audiuit, illis credat,priuſquã oratione, & pęnitentia de ſuis peccatis ſe præparet, maxime ſi ſequatur errorem Doctoris magnæ authoritatis? Antiſiodor.lib. 3.Summæ,tract.3.c.2.q.3.in q.1.ſeu dubio 1.incidente,& Adrian. Quodlib.2. ſine argumentis,q.1.ad 2.&

Quod

Quodlib.4.ar.1.puncto 3.Quod incipit. Ad euidendū quid ſit peccare.docent peccare eum, ꝗ vel ſoli Deo cōmittit ſalutem ſuam omiſſo,vel neglecto humano ſubſidio;vel qui ſecundo quamuis accuratiſſimè requirit hominum quātumlibet Doctorū conſilium,& miniſterium,non tñ ſe talem exhibet apud Deum,ꝗ ab eo mereatur in viam ſalutis dirigi,puta quia ſe nō diſponit ꝑ orationem,& pęnitentiā peccatorum,& fauet S.Tho.Quodlib.3.ar.10. vbi ait, ꝙ in his q̄ pertinent ad fidē, & bonos mores,nullus excuſatur ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius magiſtri,in talib.n.ignorantia nō excuſat;alioquin immunes a peccato fuiſſent,qui ſecuti ſunt opinionē Arij,Neſtorij,& aliorum Hereſiarcharū. Contraria tñ ſententia eſt verior,q̄ ſequuntur Franciſcꝰ Victoria,Relect.de Indis Inſulanis concl.1.nu.33. And.Vega li.6.de iuſtifi.c.18.Petrus de Soto tract. de ratione medēdi peccatis.lect.2.poſt medium, & Gabriel Vaſquez in 1.2.q.76.ar.2.diſp.120.c.5.p̄ceptum credendi non obligare vt oret,aut pęniteat de peccatis,vt ſine errore doceat,ſed ſatis eſſe,bona fide Doctorem fide dignū conſulere.Qđ ſi caſu aliquo accidat,vt Doctor ille errorem doceat,ignorāti non imputabitur,ſed Doctori: Alioquin ſimplices oēs,ꝗ ſuis parentib.& parochis docendos ſe tradunt,manifeſtè peccarent,ꝗa nec oratione,nec pœnitentia ſe p̄parant.Vt v.g.ſi quis nihil ſciens de fide Chriſtiana,incipiat primum inſtrui ab aliquo Ariano,aut alio hæretico, ꝗ vitæ honeſtate exterius appareat fide dignus,& bonꝰ,& cetera oīa fidei myſteria rectè proponat,in articulo aūt de filij æqualitate errorem doceat,ſine dubio ſic inſtructus,a peccato excuſabit,cum non habeat cām cur de illius articuli veritate dubitet. Qua rōne merito Vaſquez vbi ſupra,Corollario 4.multos Schiſmaticos & hæreticos ſimplices ab errore excuſatos eſſe docet, ꝗa ſuis maiorib.credunt, nec adhuc ſufficientes vident eos errare. Econtra vero,vt admonet S.Bonauentura tertio d.25.art.1.q.3.ad penul.ſi aliquis ſimplex homo,vel vetula aliqua audiant aliquid nouum cōtra ea,quę ipſi communiter in eccleſia audiuere,peccarent ſtatim aſſentiendo,quouſque nouerint illud vniuerſaliter ab eccleſia teneri.

Quo ſenſu intelligendus eſt S.Thomas in illo ar.10.vt manifeſtè ſatis ex illius verbis colligi pōt, ait.n.*Qui ergo aſſentit opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtum Scripturæ teſtimonium, ſiue cōtra id quod publicè tenetur ſecundum eccleſiæ authoritatem,non poteſt ab erroris vitio excuſari;in rebus.n. dubijs non eſt de facili præſtandus aſſēſus quinimmo,ut ait Sāctus Auguſ.lib.3.de doctrina Chriſtiana,c.36.conſulere debet quis regulam fide,quam de Scripturarum planioribus locis, & Eccleſiæ authoritate percepit*,& vt S.Bonauentura loco proximè citato notat:*Semper Deus habuit, & habebit aliquos iuſtos, & famoſos qui veritatem fidei non ſolum in ſe,ſed etiam in ſimplicibus conſeruarēt dum ſimplices innituntur eis,& credunt.*

11 *Secunda propoſitio*:Qui † neque ſcit ſe errare, vel ignorare,neq; dubitat vtrum ignoret,vel erret,neque occurrit aliquod motiuum ad dubitandum,hic non tenetur vllam diligentiā adhibere ad hāc iuris diuini ignorantiam vincendam,niſi tñ hæc ignorātia,aut hoc non dubitare,oriatur ex mala voluntate,& inclinatione ad peccādum,vel ex culpabili negligentia conſiderandi quid ſibi agēdū ſit.Ratio ē: ꝗa nullus tenetur adhibere diligentiam ad aliq̄ veritatem inueſtigandam,niſi aliquo mō p̄cognoſcat illam:voluntas.n.non fertur in incognitum,nec in poteſtate hoīs eſt, inueſtigare cognitionem rei de qua nihil ſcit, aut dubitat;oīs.n.vſus libertatis noſtræ circa aliquam rem nititur tanquam radice,præcedente aliqua cognitione,ſaltem confuſa,& communi eiuſdem rei,vel alterius quæ ſit cum illa ita connexa vt ex ea facilè poſſit veniri in cognitionē aliquā illius rei.Sic expreſſe Ioſeph Angles in Floribus 2.Sent.diſtinct.22.q.2.ar.2.difficul.3.& Greg. de Valen.to.2.diſpu.6.quæſt.6.puncto 1.& colligitur ex communi doctrina quam optime tradit Frā. a Victoria in Relect.de obligatione hominis, cum primo incipit vti ratione,p.1.nu.20.21.& ſeqq.

12 Dubium aūt eſſe ſolet,An † inter infideles poſſit eſſe aliqua ignorantia huiuſmodi inuincibilis iuris diuini circa articulos fidei,et omnia religionis Chriſtianæ myſteria,ita vt talis ignorantia non imputetur illis ad culpam?

Prima opinio negat dari ignorantiam inuincibilē, & inculpabilem eorum,quæ ſunt fidei noſtræ,quā defendunt grauiſſimi authores antiqui,ſ.Alexā. de Ales,p.2.q.112.memb.8.caſu primo. vbi docet puerum qui ab infantia includit in carcere Sarracenorum,perueniendo ad ætatem adultam,ignorando ea q̄ ſunt fidei,peccare,ꝗa ſi faciat ꝙ in ſe eſt,inſtruetur vel per doctrinam exteriorem,vel interiorem,facere aūt,inquit,quod in ſe eſt,eſt vti ratione, per q̄ pōt comprehendere Deum eſſe, & inuocare adiutorium Dei,de incarnatione aūt & redēptione ſi aptet intellectum ſuum quantum in ſe eſt,vocabitur vocatione interiori,etſi nō exteriori. & q.153. memb.3. Antiſiodor.li.3.Summæ tract.3.c.2. in q. vtrum fide. poſſit ſubeſſe falſum. Alber.2.d.22.art.10.Gabr.ibid.q.2.ar.3.dub.1.qui idem docet ꝙ Alenſis.Gerſon Alphabeto 61.litera k. & alphabeto 62.litera I.Guliel.Pariſien. tra.de legib.c.21.Bonauentura 3.d.25.ar.1.q.2.ad vltimum. vbi loquitur de myſterio incarnationis. Adrianus in quodlib.4.ar.1.puncto 3.§.Ad videndum quid ſit peccare;litera G.vbi expreſsè docet,non dari poſſe inuincibile ignorantiam de communib.articulis fidei, puta de omnipotentia Dei,Chriſti humanitate,paſsione,& reſurrectione,reſurrectioneq; mortuorum,& ſic de alijs,& refert Gerſonem,Antiſiodorenſem,& Hugonē de Sanct.Vict.li.2.de Sacra.p.6.c.5.to.3. vbi ait neminem excuſari per ignorantiam a pręcepto baptiſmatis ſuſcipiēdi quia niſi ſua culpa obſtiterit, audire,ac ſcire debebit.Horū ominū rō eſt; ꝗa facienti ꝙ in ſe eſt,Deus non denegat gratiam,& neceſſaria ad ſalutē.ſi ergo alicui fides non innoteſcit aut per externā p̄dicationem, aut per inſpirationē internam,hominis culpa eſt,eo ꝙ nō fecit id quod potuit,& debuit,vt eā conſequeretur,& confirmatur ex illo Ro.10.vbi dicitur. *In omnem terram exiuit ſonus eorum,&c.*vbi ſignificat Apoſt. Euangelij prædicationē omnib.ꝓmulgatā eſſe,ita vt credere poſſint, vnde nō credēti imputabit fide ignorātia.

13 Secunda Sentētia † eſt dicentiū poſſe eſſe ignorātiam inuincibilē myſteriorū fidei, ēt eorum, q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutem,ita vt ea ignorare culpa non ſit.Sic S.Th.2.2.q.10.ar.1.vbi expreſſe ait,poſſe eſſe infidelitatem,q̄ vocat negatiuā abſq; peccato & tales infideles nō dānari ob peccatum talis ignorātiæ,ſed ꝓpter alia peccata. Duran.3.d.25.q.1.ad primum,vbi etiam concedit dari poſſe ignorātiam

inuincibilē iuris diuini apud eos quibus myſteria fidei non erant propoſita nec per eos ſtetit,quo minꝰ proponerentur,reſiſtendo.ſ.prædicationi. Almainus tract.1.Moralium,c.4.propoſi.2.Armachanus quem refert,ac ſequitur Vega li.6.ſuper Conc.Triden.c.18.Petrus à Soto in tra.de rōne medendi peccatis.lect.2.poſt medium.Franc.Vict.in tra. de Indis Inſulanis,concl.1.Conradus lib.de Contract.q.100.arg.4.contra concl.2.Alphonſus a Caſtro li.2.de poteſt.legis penalis,c.14.§.Quarto mō ignorantia.in fine.Ioſeph Angles in Flor.lib.2.Sent.d.22.q.2.ar.2.diffi.3.Car.Med.1.2.q.76.ar.2.dub.4.conc.4.Dominicus Bānes in 2.2.q.10.ar.1.dub.1 Greg.de Val.to.2.diſp.6.q.6.puncto 1.Corollario 3. & to.3.q.10.diſp.prima, puncto 1.Sotus 4.d.5.q.vnica ar.2.dub.vlt.concl.2.& Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.120.c.3.& alij recentiores communiter,& patet ex illo Ioan.15.*Si non veniſſem,& locutus eis fuiſſem,peccatum non haberent,nunc aūt excuſationem de peccato ſuo non habent*.quem locum S.Augu.tra.89.in Ioan.interpretatur de peccato infidelitatis,exp̄ſſe affirmans,eos,quibus Chriſtus nec per ſe,nec per miniſtros ſuos locutus eſt de doctrina fidei, abſque culpa ignorare,& epiſt.105.tractans illud Rom.1.*Reuelatur ira Dei,* &c.ait,ignorantiam fidei in eis qui audire noluerunt,eſſe peccatum,in eis vero,qui non potuerunt audire,eſſe pœnam peccati,& ſimilia habet author quæſtionum noui teſtamēti apud Sanctum Auguſtinum,qu.67.& plura in huius rei confirmationem adduci poſſunt ex S.Aug. in li.de natura,& gratia,c.2.4. & 8.*Ratio huius euidens eſt*, quia apud multas gentes nulla apparent veſtigia q̄ vnquam ibi prædicatum fuerit Euangelium,& cōſequenter inuincibiliter ignorāt fidei myſteria,cū teſte Apoſtolo Ro.10.Credere non poſſunt ei,quē non audierunt,audire vero non poſſunt ſine p̄dicāte.nec vllum motiuū habere poſſunt iſti vt credāt,cum nihil de fide audierint,immo ēt ſi aliquib.circa fidem,& religionem q̄ ipſi profitentur,aliqua dubitatio ſubrepat,ſatisfacere videntur conſciētię,ſi eos,qui doctores apud eos habentur conſulant,illi autem eos potius in ſuis errorib.confirmabūt,q̄ in vera fide,de qua nihil audierint;Nec vllo mō cognoſcere poſſunt ſe relicto horum conſilio, teneri ad Deum confugere orando,& purgando ſe a peccatis,cum nemo ſit qui eos de hac re inſtruat. Et talem ignorantiam inuincibilem habuiſſe Indos Occidentales noſtra hac tempeſtate,antequam Hiſpani ad eos Euāgelium detuliſſent,Vega,Medina,Ioſeph Angles,Vaſquez,& alij teſtantur;Quod ſi aliquando eorum maioribus Euangelium annuntiatum ſit,adeo tñ vel temporis iniuria,vel hoīum malitia huius rei notitia obruta ē,vt q̄ ad ꝓpoſitū attinet ita ſe hñt,ac ſi nūq̄ ibi Chriſtus p̄dicatꝰ fuiſſet

14 Ad rationem † vero contrariæ ſententiæ reſpondetur,Deum facienti quod in ſe eſt,non negare gratiæ auxilia,quibus peruenire poſſunt ad notitiam eorum quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, vnde omni tempore etiam gentibus Barbaris Deus gratiæ ſuæ particulam communicauit,qua ſi recte vterētur, in Dei notitiam peruenire poſſent; nam ex hac rerū machina,& ſerie vniuerſi poſſent hoēs,ſi recte huiuſmodi gratiæ dono vterentur, in maiorem Dei notitiam venire: vnde carentia huius cognitionis prouenit quidem ex peccato præcedente,& eſt peccati pœna,non eſt tamen peccatum in eis,qui nihil vnquam de fide audierunt;aliud namq; eſt, Deum permittere vt propter peccata præcedentia priuentur tali cognitione,aliud vero eſt,ignorantiam hāc eſſe peccatum; vt.n.peccatum ſit talis ignorantia, præcedere debuit obligationis notitia,aut ſaltē aliqua dubitatio,alias.n.ignorantia voluntaria,& culpabilis eſse non poteſt,quę certe illis,qui nihil vnq̄ de fide audierunt,eſſe nequit.Itaq; qui nihil audierint de Chriſto damnabuntur quidem, ſi alia peccata commiſerint contra legem naturalem,non tamē ob infidelitatem, etiamſi ob eorum demerita præcedentia Deus pluuiam doctrinæ Euangelicæ ſubtraxerit.Quia vt vincatur ea ignorantia,non obligauit Deus ad præcepta legis naturalis,ſed ſolū ad audiendum,& non obturandum aures euangelio, cum eis fuerit annuntiatum. Illud vero ex Apoſ.ad Rom.10.in confirmatione allatum teſte S.Auguſ.& alijs prophetice intelligendū eſt, ita.ſ.vt paulatim compleatur,aut ſi forte in vniuerſo mundo Euangelium per Apoſtolos annuntiatum fuerit,in aliquib.tñ locis ita eius notitia iamdiu obliuione deleta eſt,vt nec minima eius notitia permanſerit.

15 Dubium aliud eſt,An † inter fideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis myſteriorum fidei? In qua re communis Doctorum ſententia eſt, fideles omnes ex fidei præcepto teneri ſcire omnia fidei myſteria quæ communiter celebrantur in Eccleſia,puta articulos omnes in Symbolo Apoſtolorum contentos, & Sacramenta,& ideo circa hæc myſteria nullus fidelium habere poteſt ignorantiam inuincibilem.Sic S.Th.2.2.q.2.ar.7.& 8. & in 1.Corin.11.lect.4 Bonauentura in 3.diſt.25.arti.1.q.3.Durā.ibidem,q.1.nu.9.Richard.ar.4.q.1.Scotus eadē diſt.q.1.§.Sed poſito.Gabriel.q.1.ar.2.concl.5. Ioſeph Angles in Floribus 2.Sen.diſt.22.tra.de Ignorantia,arti.2.diffi.3.dub.2.Medina 1.2.q.76.ar.2.dub.4.poſt concluſ.quartam.Marſilius 3.q.14.ar.3 conclu.5.& 6.Adrianus Quodlib.3.art.1.litera A.Dñicus Bannes 2.2.q.2.ar.8.poſt dub.2.Grego.de Val.to.3.diſp.1.q.2.puncto 4. Gabriel Vaſquez in 1.2.diſ.121.c.1.& 2.Angelica verbo,fides,num.7.Sylueſt.verb.eod.q.3.Armilla verbo Credere, nu.2.Nau.in Man.c.11.nu.22 & alij.Ratio eſt; q̄a culpa eſt ignorare ea quæ ſtatui ſuo ſunt neceſſaria;At vero cognitio iſtorum myſteriorum q̄ in Symbolo Apoſtolorum credenda proponūtur, & ab Apoſtolis olim,& nunc à paſtoribus,& concionatorib.prædicantur,& ab Eccleſia in ſuis ſolemnitatibus celebrantur,ſunt fidei Chriſtianæ prima principia,& fundamenta,q̄ ad ſtatū cuiuslibet fidelis pertinent, & proinde nō poſſunt ſine culpa a quoq̄ ignorari.

Hoc autem intelligendum eſt de illis, qui viuūt inter fideles,vbi talia myſteria celebrantur,& prædicantur. Nam ſi quis baptizatus in infantia captiuetur apud infideles,veniens, ad vſum rationis, inuincibiliter ignorare poteſt talia myſteria,quia nō habet a quo doceri poſſit.

Immo etiam aliqui ruſtici & valde rudes inter Chriſtianos aliqua myſteria inuincibiliter ignorare poſſunt,quia ſcilicet,ab ijs, quorum curæ mandati ſunt:ſiue parochis, ſiue parentibus,& patrinis inſtructi non ſunt,nec admoniti, nec ipſi alios adire poſſunt,a quib.inſtruantur, id quod raro tamen accidere ſolet. De qua re plura inferius dicemus. Et de ignorantia iuris Diuini hæc dicta ſufficiant.

16 Quod vero ad ius naturale † ſpectat, Doctores

antiqui vt Alexand.de Ales p.2.q.113.membro 3. Durand.3.diſtin.25.q.1.ad primum,Gratiā.1.q.4. can.Turbatur,Gerſon,Antiſiodor.Hugo de Sancto Victore,Gabriel,Adrian.Caſtro,& alij citati in pręcedentibus,communiter docent,iuris naturalis rerum agendarum ignorantiam inuincibilem dari non poſſe.Alij vero recentiores vt Bartho. Med.1.2.q.76.ar.2.dub.4.Ioſeph Angles in Floribus 2.Sē. diſt.22.ar.2.difficul.4.Greg.de Val.tom.2.diſp. 6. q.6.puncto 1.coroll.7.Antonius de Corduba li. 2. q.Theolog.qq.4.concl.1.Gabriel Vaſquez in 1.2. diſ.122.c.2.& alij hoc non ita abſolute docent,quorum ſententia vt intelligatur,& veritas clarius explicetur,ſciendum eſt,principia legis naturalis eſſe in triplici differentia,quædam enim ſunt prima,& vniuerſaliſſima legis naturalis principia, quorum veritas ex ſola terminorum apprehenſione abſque vllo labore,& ſtudio innoteſcit, vt ſunt illa:Bonū eſt faciendum.Malum fugiendum. Item quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris;ex Sancto Tho.1.2.q. 94.ar.6.& illud.Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines,facite & illis.Matth.7.& illud:Sūmum bonum eſt amandum.

Quædam ſecundo ſunt quæ ex his principijs immediate,& facile deducuntur,vt ſunt pręcepta Decalogi:Nam præcepta primæ tabulæ,facile ex illo principio,Summum bonum eſt diligendum,colliguntur:Nam Deus eſt ſummè bonus, ergo ſummè diligēdus,quod eſt primum præceptum.Itęm Deus non eſt vllo periurio blaſphemandus, quod eſt ſecundum mandatum.Deinde,Deus certo hebdomadæ tempore colendus,prout commune eſt omnib. gentibus,quod eſt tertium mandatum.Præcepta vero ſecundæ tabulæ facile eliciuntur ex illo principio,quod tibi non vis fieri;alteri ne feceris,& hoc immediate,& abſque vllo ſtudio.

Quædam tertio principia ſunt,quæ remotius,& difficilius colliguntur ex iuris naturalis,aut decalogi præceptis,vt ſimplex fornicatio eſt fugiēda,quæ ſic infertur ex illo principio,quod tibi non vis fieri, &c.Eſt in prolis præiudicium, propter parentū incertitudinem;ergo non eſt committēda; colligitur aūt ſtudio,& labore.His p̄ſuppoſitis,ſit in ordine.

17 Tertia Propoſitio : De † primis illis principijs practicis apud habentē vſum rationis, dari non poteſt ignorantia inuincibilis.Sicut.n.in ſpeculatiuis non datur ignorantia primorum principiorum,cognitis.n.terminis,ignorari non pōt,omne totum maius eſt ſua parte, aut ſi ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent ſunt æqualia , aut de quolibet verum eſt eſſe,aut non eſſe,& de nullo ſimul: Ita in practicis principijs primis non datur ignorātia inuincibilis,pōt enim quis ea nō cōſiderare,ignorare verò non poteſt.Ratio eſt:quia ex ſe nota,& manifeſta ſunt ex ipſa terminorum apprehenſione, & pertinent ad Syndereſim,quæ nec in damnatis extinguitur.Quamuis igitur vſus rationis,vel ex mala terminorum apprehenſione, praue de illis iudicet, aut ex aliqua paſſione,& perturbatione ea actu non conſideret,ignorare tamen ea non poteſt, ideoque ſemper illorum ignorantia culpabilis erit.

18 Quarta Propoſitio:Circa † principia ſecundi generis,qualia ſunt decalogi præcepta , vt diximus, quamuis fortaſſis ad aliquod breue tempus,in certo aliquo caſu dari poſſit ignorantia inuincilibis, ad longum tempus non poteſt.Prima pars patet: quia ſi aliqua ratio ea mentis caligine laboraret vt exiſtimaret furtum eſſe licitum , prout olim apud Germanos credebatur,vt docent Iulius Cæſar lib.6. de bello Gallico.& S.Th. 1.2.q.94.ar.4.Caſtro li.2.de poteſt.leg.pęnal.c. 14.& Lacedæmones olim adulteriū licitū fuiſſe exiſtimabant,propriaſque vxores amicis communicabant,vt refert Plutarchus in vita Licurgi.Gentes etiam quædam in Africa, dictæ Augilæ vt refert Pomp.Mela lib.1.c.8. in vſu habebant vt feminæ nocte qua nubunt pateant ſtupro omnium, qui cum munere aliquo acceſſerint, immo quæ cum plurib.concubuerit, eam maius decus conquiſijſſe ait,& in poſterum ad perpetuam pudicitiam legibus ſeueriſſimis illas cogi teſtatur . Et Gramantici Æthiopes,teſte Solino c.43.hiſtor. ſolas matres recognoſcunt,patrib.autem nullam reuerentiam exhibent.Quæ tamen omnia contra ius naturale ſunt.Si quis igitur in tali euentu cum primū ratione vteretur,intelligeret furtum, aut adulteriū eſſe licitum,aut parentibus nullam reuerentiā deberi, & rogaret maiores ſuos de his rebus, ſine dubio ab illis nō addiſceret veritatem,ergo haberet ignorantiam inuincibilem horum præceptorum,Honora parentes:Non furtum facies;non adulterabis,ad breue tempus,donec ipſe conſulens ſeipſum,intelligeret nō eſſe licitū facere in alium id, quod in ſe ab alio fieri nollet.Et per breue tempus poſſet quis ex patribus idolis deditis natus, & in idolorum cultu educatus, ignorantiam inuincibilem primi præcepti Decalogi habere.Horum omnium ratio eſt; qa cum primum hic ratione uteretur,non teneretur aliorum mores ſtatim damnare . Ergo excuſaretur per breue tempus illos ſequendo.

Pars ſecūda patet:quia licet hæc principia nō ſint ita prima,poſſunt tn̄ ita facilè ſolo ductu rōnis naturalis ex primis principijs deduci,vt non poſſit quis longo aliquo tempore eorum ignorātiam inuincibilem habere.Vnde ad Ro.2.dicitur:Gentes quę legem non habent,ſ.Moyſis,ſcriptam naturaliter ea, quæ legis ſunt,faciunt. Omnia.n.ſecundæ tabulæ Decalogi p̄cepta,nō ſecus ſub illo principio(Quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris)continētur,ac ꝓpoſitio hæc,Petrus eſt animal, ſub hac Vniuerſali, omnis homo eſt animal,comprehenditur.Sicut ergo non cadit ignorantia inuincibilis in dicto principio.Quod tibi non vis fieri, &c.ita neque in ſuis particularib.immediate ſub eo contentis.Quod verò,de errorib.Gentilium dictum eſt,non eſt contra veritatem propoſitā,ſiquidē ignorantia eorū inculpabilis non fuit:nam procedebant ex malitia volūtatis eorum,& ex conſuetudine peccandi, & ex cōtemptu veræ religionis,& cultus Dei,adeo,vt teſte Apoſtolo ad Ro.1.*traditi ſint in duritiam cordis propter uitia,& immunditiā,& in reprobū ſenſum*, ignorātiæ,& erroris, *ita vt planè inexcuſabiles facti ſint, quia cū cognouiſsēt Deum,non ſicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt*.Talis igitur ignorantia in eis culpabilis fuit.

19 Quinta propoſitio.Circa † pręcepta naturalis tertio modo quę remotius,& difficilius ex primis principijs deducuntur,dari pōt ignorantia inuincibilis ſaltem a rudioribus,ēt lōgo tempore; vt v.g.fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum;delectationem moroſam in materiā Venerea non eſſe peccatum;licitum eſſe plures habere vxores; Mendaciū pro vita hominis tuenda non eſſe peccatum, vſurā

ex pecunia mutuata malam non eſſe, licitũ eſſe vindicare iniurias propria auctoritate; Ratio eſt: quia hæc, & alia huiuſmodi non ſunt ita manifeſta, nec ita facilè à quouis ex primis prĩcipiis colligi poſſũt, cũ videamus ẽt ſapiẽtiſſimos Philoſophos in his rebus hęſitaſſe, & erraſſe: Nã, & Cicero de Offic. li. 1. c. de Iuſtitia, aſſeruit, quãuis falsò, *primũ iuſtitiæ munus eſſe, vt ne quis cui noceat, niſi laceſſitus ĩiuria.* Sicut ẽt Tuſcul. q. 1. perperã defendit, fas eſſe mortẽ ſibi conſciſcere ad miſeriã aliquam grauiorẽ declinandam. Exiſtimauit ergo licitum eſſe vindicare iniurias propria authoritate, qñ laceſſimur iniuria, & occidere ſeipſum non eſſe malum, qñ quis id facit vt maius malũ euitet, & Gabriel Vaſquez vbi ſup. diſp. 122. c. 2. in fin. ait, ſe vidiſſe ruſticũ quendam, qui pium exiſtimabat ęgrotũ iamiam moriturũ, ne diu dolore mortis detineretur, in alteram partem verſare, vt citius aĩam exhalaret; additq; cũ huius rei ignorantiam inculpabilẽ habuiſſe, prout facto ſufficiente exanime expertus eſt. Sic ẽt aliquis licitum putare põt ſacrificare homines tanquã cruentas victimas Deo, prout olim apud Indos conſuetũ erat. Quia igitur Concluſiones iſtę paulò obſcuriores ſunt, nec ita facilè quiſque eas ex ſeipſo cognoſcere poteſt, nec ab aliis ediſcere quando apud barbaras gentes enutritus, & educatus ſit, nihil mirũ, ſi toto vitæ tempore, aut ſaltem longo ſpació earũ ignorantiam inuincibilem habeat.

Quoad ius poſitiuũ tam humanũ Eccléſiaſticũ, & Ciuile, quam Diuinũ, ex cõi, & indubitata oĩum Theologorũ, quos ſuperius citauimus, ſñia, Adriani Quodlib. 4. Medinę, Caſtri, Vaſquez, Ioſephi Angl. Gregor. de Val. & aliorum oĩum (excepto vno Gulielmo Pariſienſi trac. de legibus. cap. 21. qui id negat) ſit

20 *Sexta Propoſitio*, Ignorantia † inuincibilis iuris poſitiui dari põt, vt latius Vaſquez vbi ſup. diſput. 123. c. 2. & Ioſeph Angl. i florib. 2. Sent. d. 22. q. 2. ar. 2 diffic. 5. probant. Ratio eſt: quia non oẽs tenentur ſcire ius poſitiuũ, & leges oẽs humanas, & ſtatuta, hoc. n. nimis durũ eſſet affirmare, cũ ſit more humano impoſſibile, neque. n. leges iſtę ex principiis illis cõib. iuris naturę depẽdẽt, ſed ex volũtate, & beneplacito legiſlatorũ. Et cũ multę leges ſint, quarũ nulla nobis in mentẽ venit cõſideratio, aut dubitatio, earum vtiq; ignorantia inuincibilis erit; qñquidẽ niſi naturaliter nobis occurrat aliqua dubitatio, vel notitia de re aliqua, in noſtra poteſtate non erit de illa cõſultare, aut illã amplecti, & reiicere.

Hinc fit, quod qui inculpabiliter ignorat legem, qua cauetur, ne vltra pretiũ definitũ a lege, frumẽtum vendatur, in foro conſcientiæ, nec reus iniuſtitiæ eſt, nec ad reſtitutionẽ tenetur. Dixi, in foro cõſcientię, quia in foro exteriori, non ita admitti ſolet ignorantia iuris, eò quod difficile admodũ ſit illam probare, vt conſtat ex titulo, *De iuris, & facti ignorantia in Cod.* vbi ẽt ob ignorantiã non conceditur repetitio, ſed negatur, vt conſtat ex l. cũ ignorantia, & l. cum in quis, & l. conſtitutionis, titu. cod.

Sic ẽt ignorans Catalogum prohibentẽ aliquos libros, ſi per ignorantiã inuincibilẽ retineat librũ prohibitum, vel oblitus eſt libri, vel quia conſuluit peritiores, qui fortè ignorabant Catalogũ, in tali caſu excõicationem non incurrit, vt negat Ioſeph Angles vbi ſupra, ſecus autem dicendum erit de illis legibus poſitiuis quæ frequentiſſimè omnibus notæ ſunt, vt v. g. Petcutiens clericum eſt excommunicatus, Edere oua, & lacticinia in quadrageſiſima peccatum eſt, & prohibitum, quia hæ leges omnibus notę ſunt, ideoque quis earum ignorantiam inuincibilem prætendere non poteſt.

Deinde etiam non prætenditur ignorantia legũ pertinentium ad ſuum ſtatum, vt. n. docet S. Thom. 1. 2. q. 76. art. 2. tenetur quis ſcire ea, quæ ad ſtatum ſuum pertinent. Iudex. n. tenetur ſcire leges quę ad officium iudicis ſpectant, aduocatus ẽt ſcire debet eas, quæ ad ſe pertinent. Tabellio item eas, quæ tabellionatus officium reſpiciunt, Et ſic de Doctoribus, Iuriſperitis, Confeſſariis, & aliis ſimilibus iudicandũ eſt. Quia omnes tenentur ſcire illa ſine quibus nõ poſſunt opus ad quod obligantur exequi. Si quis aũt aliquid, quod iuxta ſuum ſtatum illi lex facere præcipit, ignorauerit, talis ignorantia eſt illi peccatum. Vnde vt à peccato ignorãtiæ excuſetur, diligẽtiam debitã adhibere debet, inquirendo à peritis an lex aliqua de re illa ſit; quod intelligitur, qñ occurrit dubitatio, aut notitia confuſa de re aliqua quam aggreditur, aut niſi ipſe ſibi ſufficiens ſit, vt intelligat quales leges ferri vt plurimum ſolent circa tales operationes, & contractus quos exercet.

Hinc ẽt infertur fieri poſſe, vt eiuſdem rei ignorantia eodẽ tempore vni homini ſit inuincibilis, & alteri vincibilis, vt v. g. canon aliquis à Iuris perito facilè ignoratur vincibiliter, qñ conditio ſtatus, & officii illius, quod verſatur in iure, ſuppeditat illi facultatem, vt poſſit illius Canonis notitiã acquirere; At vero ruſtico talis ignorantia erit inuincibilis, quia cum non habeat occaſionẽ, cenſetur moraliter, & ex intentione non poſſe Canonis illius notitiam ſibi cõparare. Vnde in his reb. conſideranda eſt conditio perſonæ, & negotii, ſatis aũt erit cõſulere viros doctos, & probos ſi ignarus ſit, vel per ſe, ſi doctus eſt, ſtudeat, vt ignorantiam habeat inuincibilem.

21 *Septima Propoſitio*. Ignorantia † ẽt inuincibilis, facti reperiri põt, vt cõiter tradunt authores allati in ſuperiorib. cõtra Gulielmum Pariſienſem. trac. de legibus, c. 21. qui docet nõ dari ignorantiã facti inuincibilem, quia, inquit, tenetur hõ non ſolum facere diligentiam externã inquirendo, & ſtudendo, ſed ẽt internam, orando, & conſcientiam emundãdo, quib. præmiſſis non patietur Deus vnquam, vt quis erret in facto particulari, vt v. g. inquit, ſi alicui pro ſua legitima vxore clam alia ſupponeretur, quamuis non tenetur externã diligentiã adhibere qñ bona fide credit eſſe ſuam, ſi tñ interius eſſet bene diſpoſitus per orationem, & pęnitentiam, Deus mutaret cor mulieris ne talis fornicatio ex ignorãtia accideret. Concluſio tamen noſtro probatur: quia illa eſt ignorantia inuincibilis facti, cuius nulla notitia ſpecialis, aut confuſa; aut dubitatio de re illa menti occurrit. Si quis ergo accederet ad mulierem etiam non ſuam, ignorans eſſe conſanguineam, nec dubitat, nec vlla menti occurrit ſuſpicio, an ſit conſanguinea, non erit reus inceſtus, etiãſi mulier illa uere ſit conſanguinea. Sic etiam S. Th. 1. 2. q. 76. articu. 3. docet occidentem patrem, ſi ignorauerit patrem eſſe, etſi non excuſetur ab homicidio; quia ſciuit eſſe hominem, excuſatur tñ à peccato, quatenus eſt parricidium proueniens ex circunſtantia patris. Cõcedit ergo S. Th. dari poſſe ignorantiam inuincibilem alicuius circunſtantiæ,

etiamſi daretur opera rei illicitę.v.g.fornicationi, occiſioni, venationi prohibitæ,ignorantia namq; talis euentus aut circumſtantiæ,facit, vt actio illa quātum ad illam circumſtantiam pertinet, ſit omnino inuincibilis, etiamſi opus quod exercetur ſit illicitum,& ſi actio tota ignoraretur,puta,occidere putat feram,inuincibiliter ignorans eſſe hominem actio illa ob ignorantiam inuincibilem peccatum non erit,quamuis verè hominem occidat. Et certe poſſe quem inuincibilem ignorantiam facti habere,pluſquam certum eſt. Scire enim poteſt quis iure diuino omnem fornicationem eſſe prohibitam, & tñ ſtante hac ſcientia,ignorare poteſt illam cum qua coit,non eſſe ſuam,vt contigit Iacob,cui nocte nuptiarum pro Rachele ſuppoſita eſt Lia. Gen.29. Scit ēt aliquis licere ſibi in bello iuſto occidere hoſtem qua tñ ſcientia ſtante,ignorare pōt Petrum,q verè eſt amicus,eſſe hoſtē,propterea, q; vidit illum hoſtilia ſigna geſtantem. Sic ēt ſcit aliquis non licere ſibi cibum venenoſum aut mortiferum ſumere, nec alteri porrigere,& tamen ignorare pōt hūc vel illū cibū quē ſummit,aut porrigit eſſe mortiferū.

22 Ad ſcientiam aūt facti, ſatis eſt eam diligentiam circa cognitionem obiecti,aut illius circūſtātię adhibere,q̃ prudentes,& non nimium viri ſcrupuloſi in talib. adhibere ſolēt:nō.n.requiritur, vt quoties maritus ad lectum vxoris accedit, cum ea dormiturus,lumine adhibito exploret, an illa quæ in lecto decumbit,ſua ſit, necne, quia viri prudentes rariſſimè id faciunt, niſi qñ aliqua ſe obtulit iuſta inquirēdi ratio. Nec opus eſt, vt cibum comeſturus medicū conſulat, an venenoſus ſit,nec ne, quia nullus prudens id facit,niſi qñ aut infirmus eſt, aut dubiū, & periculū ſit de cibi illius malitia. Sic emens rem nō tenetur a venditore petere,an res illa ſua ſit, quia viri boni,& timoroſi hoc facere non ſolent,niſi qñ iuſta ſubeſt ſuſpicio venditorem eſſe latronem. Et qui alicui beneficium confert,aut officiū, ſolum illam diligentiā facere tenetur,q̃ in tali re viri prudentes adhibere ſolent,puta aut ſumendo experiētiam de doctrina,& bonitate eius,ſi ipſe poſſit, & idoneus ſit per ſeipſum merita eius perſcrutari, aut ſi non poſſit,vnum aut alterum bonum & prudentē conſulat virum,qui perſonæ merita ſciat, & iuxta illorum conſilium faciat. In his omnibus,aut alijs ſimilib.ignorantia quæ ſimili adhibita diligentia occurrit,cēſetur eſſe ignorantia facti inuincibilis, q̃a ignorans non tenetur plura facere, vt illam vincat. Satis namq.eſt diligentiam moralē adhibere,qñ q̃s dubitat,aut rationem dubitandi habet,vt ignorantiā inculpabilē,& inuincibilē habere dicatur, qua de cā Iacob ignorantiam inuincibilem habuit dormiendo cū Lia,q̃ ei ſuppoſita clam fuit pro Rachele ſorore, qñquidem nullam rationem dubitandi habuit an illa eſſet Rachel nec ne. Eodem mō quicquid Lyranus Gen.20.& Theodoretus q.62.in Gē. dicant,Abimelech peccaſſe mortaliter aſſumendo ſibi Saram in vxorem, quia non adhibuit ſufficientē diligentiam,vt ſciret an eſſet uxor Abrahæ,necne;mihi tamen uerior uidetur ſententia contraria, nō peccaſſe,q̃a non habuit ullā rōnem dubitandi illā fuiſſe Abrahæ uxorem, maxime cū ab Abrahamo audiuerit illā fuiſſe ſororē ſuā,nec maiorē diligētiā adhibere tenebatur ut ſciret an vere vxor aut ſoror Abrahami eſſet, q̃ ſententiā expreſsè docēt, & defendunt Adrianus in Quolib.4.ar,1.in fine,litera Q.An.de Corduba,li.2.q.22.ad 2. Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.124.c.4.& alij, & patet ex verbis Domini ad eum vbi ait, *Ego ſcio quod ſimplici corde feceris*,&c.hoc eſt,abſq; peccato id feciſſe. Quod vero Dominus ait ad Abimelech,*Cuſtodiui te, ne peccares in me,& non dimiſi, ut tangeres eam*,quaſi ſignificare velit, peccaturū fuiſſe Abimelech ſi Sarā cognouiſſet. Reſpondet Adrianus, & Corduba, illud peccares in me,accipi materialiter, pro actione adulterij abſq; malitia,hoc eſt, quod feciſſet aliquid ſimile peccato ſecundū exteriorem ſpeciē peccati, vel vt notant Chry.Ho.45.in Geneſim,& Vaſquez vbi ſupra,illud *peccares in me*, dictum eſt a Deo,in perſona Abrahæ:quia.n.Abraham dedecus,& contumeliam paſſus fuiſſet ſi Abimelech cognouiſſet Saram,etiam ſine aliquo peccato ipſius Abimelech Deus vt oſtenderet hanc ignominiam Abrahæ factam,eſſe quaſi ſibi factā (iniuria enim alicui facta, etiam,& amicis ſuis irrogari videtur) dixit, *Cuſtodiui te ne peccares in me*,hoc eſt,ne contumeliam hanc amico meo Abrahamo inferres. Quod vero mortē ei minatus ſit,non id propter aliquam culpam Abimelech fecit,ſed vt eam libere dimitteret.

23 *Octaua Propoſitio*. Ignorantia † inuincibilis omnino a peccato excuſat. Sic Doctores omnes allati. Ratio eſt;quia nullo modo eſt voluntaria in ſua cā, eo quod cum ignorans adhibuit diligentiam vt eā vinceret,conſequenter excuſatur a culpa contra legem operando qñquidem non eſt in poteſtate hoīs uitare peccatum tale,cum vitari nequeat ex intentione q; cognoſci non poteſt. Vnde infert Ioſeph Angles in Florib.2.Sen.d.22.q.2.ar.3.diffic.1.concl.4.prętermittentem peccatum aliquod alias confitendū, de conſilio confeſſoris immunem eſſe a culpa, quia huiuſmodi peccatum nullo modo fuit volitum. Et ibidem ar.1.diffi.3.in fine,eadem rōne docet,cum, qui iudicio confeſſoris,non iterauit confeſſionem, neceſſario iterandam, hr̃e ignorantiā inuincibilē, quia fecit totum qđ facere tenebatur ad illā excludendam,& cum illam vincere non potuerit, nō tenebatur confeſſionē iterare. Et eadem de cā vtroq; in loco poſt Alphonſum a Caſtro affirmat, facientē contractum vſurarium ex conſilio literati, & ſapientis,laborare ignorantia inuincibili,& a peccato excuſari. Hanc concluſionem latius probat Alphonſus a Caſtr.lib.2.de poteſt.leg.pęn.c.14.ea optima,& efficaciſſima rōne,quia opus ex tali ignorātia factum non eſt voluntariū in ſe, aut cā ſua; Non in ſe,quia nihil in ſe volitum,niſi præcognitū: Nō in cā ſua,quæ eſt ignorantia inuincibilis,quæ vt diximus eſt,q̃ quis faciendo qđ moraliter pōt, & tenetur facere,non pōt vincere. Cum igitur ignorantia hæc nullo mō uolita ſit, conſequēter excuſat a peccato,eo quod peccatū eſſe non poteſt, quod nō eſt voluntarium,omne enim peccatum ideo peccatum eſt,quia voluntarium.

Hinc etiam fit,quod quando ignorantia inuincibilis eſt cauſa totius facti,excuſat totaliter a peccato,quando autem non eſt cauſa totius facti, ſed alicuius circūſtantiæ mutantis ſpeciē, excuſat a peccato non totaliter,ſed ex parte,vt v.g.ſi quis intendēs occidere inimicum,occidat patrem,quem inuincibiliter ignorauit eſſe patrē,excuſatur iſte ex parte a peccato,hoc eſt,a peccato quatenus eſt parricidium proueniens ex circumſtantia ignorata patris, non tamen excuſatur a peccato homicidij, quia nouit eſſe hominem,ſic S.Thom.1.2.q.76.art.3. Caie.& Med.ibidē. Alph.a Caſtro lib.2. de poteſt.leg.pęn. c.14.propoſit.2.circa concluſionē ſecundā principalē.Couar.in c.Alma mater,p.1.§.10.num.16.de ſent.excom.libr.6.Ioſeph Angles in Florib.2.Sēt. d.22.art.3.diffic.1.concluſ.1.& Gabr.Vaſquez, in 1.2.q.76.art.2.diſp.124.c.2.Greg. de Val.tom.2. diſp.6.q.6.puncto 1.Corol. 8.& alij.

Hoc ēt mō † Iudas illicitè cognoſcens Thamar nurum ſuam excuſatur ab inceſtu,nō aūt a fornicatione,Gen.38.quia ignorabat fuiſſe nurū ſuam,cognouit aūt ſe ad alienā acceſſiſſe. Sic & Iacob ēt ſi cā delectationis vacaſſet actui coniugali cum Lia, excuſatus tñ fuiſſet a fornicatione,quia credebat ſe coiuiſſe cū ſua,& non cū aliena. Et ſi quis ex ira occideret ſacerdotē aliquē ignorans illū eſſe ſacerdotē,& ſi ſciret,non occidiſſet,talis ignorātia etſi nō excuſaret a peccato homicidij, quia ſciuit eſſe hominē, excuſat tñ a tota ſacrilegij circumſtantia,q̄a inuincibiliter ignorauit fuiſſe ſacerdotē. Sic etiā ſi quis coiret cū aliqua moniali,neſciēs illam eſſe monialē,qđ ſi ſciret nullo mō illi carnaliter miſceret, talis ignorantia q̄uis ſit inuincibilis, non excuſat a peccato fornicationis, quia ille qui ſic coiuit, bñ nouit non fuiſſe ſuam,excuſatur tñ a tota circūſtātia ſacrilegij,aut inceſtus,quia inuincibiliter ignorauit eſſe monialē. *Rō horū omniū eſt*, quia in tantū aliqua operatio excuſatur a peccato in quantū hēt de ignorantia, & per conſequens de inuoluntario; vñ ſi id totū,a quo peccati malitia pendet,fuerit inuincibiliter ignoratū, tunc ignorans excuſatur a tota malitia peccati,ſi vero id a quo nō tota, ſed ſolū partialis malitia pendet, inuincibiliter ignoratur, tunc ignorans excuſatur ſolū ab illa parte malitiæ peccati,quæ pēdebat ex illa circūſtantia ignorata, quia tantum hēt de excuſatione peccati, quantum habet de inuincibili ignorantia, & non amplius, nec minus.

Ex quo ēt fundamento Greg. de Val. vbi ſupra Corol.4.docet, fieri poſſe vt cā ignorantiæ fuerit aliqđ peccatū, & tñ ipſa ignorātia ſit inuincibilis, vt v.g.ſi die feſto ꝓmulgaretur in tēplo lex aliqua, & q̄ſpiā eo die tēplū nō adiret Miſſæ audiēdæ gratia,ſicut tenetur, iōq; ignoraret legis promulgationē,q̄uis peccaret omittēdo Miſsā,nō tñ faciēdo cōtra legis promulgationē, q̄a cā inuincibiliter ignorabat,cuius ignorātiæ cā fuit peccatū omiſſionis Miſſæ. *Ratio eſt*: quia,cum talis nihil omnino nouit de promulganda lege, nō potuit moraliter ādire templum ea intentione vt legem cognoſceret.

24 *Nona propoſitio*. Ignorantia † inuincibilis quæ excuſat aliquem a peccato, excuſat ēt illum a pęna a iure ſtatuta ꝑꝑ illud peccatū, ſiue pęna illa ſit ipſo iure inflicta,ſiue per iudicē inferenda. Sic Martin. Ledeſm.2.4.q 24.ar.6.concl.2.Alph. a Caſtro,lib. 2.de poteſt.leg.pęn.c.14.propoſitione 2.circa ſecūdam concluſionē principalem.Couarr.in ca.Alma mater,p.1.§.10.nu.13.& nu.16.de ſent.exc.lib.6. Bartho.Med.1.2.q.76. Ioſeph Angles in Florib.2. Sent.diſt.22.tract.de Ignorantia,q.2.ar.3.diffic.3. Greg.de Val.tom.2.diſp.6.q.6.puncto 1.Corol.9. Henriquez lib.13.cap.23.§.1.litera T. Hugolinus de Cenſuris eccleſiaſt.Tab.1.c.9.§.8.nu.7.Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.124.c.2.& diſp.125.c.3.Adr. in 4.Sent.in tract. de Clauibus, q.3.§.Ex his aliter, & ſeq.Sylueſ. ver. Ignorantia,q.8.& nos latius expoſuimus to.1.Caſuum conſc.lib.1.de exc.cap.18. propoſit.3.nu.15.& colligitur ex doctrina S.Thomæ,in 1.2.q.76.art.3.& Caiet.ibid. *Ratio eſt*, quia deficiente cā neceſſaria,ēt deficiet effectus. Ergo,ſi ignorantia excuſet opus a peccato,excuſabit etiā a pœna, quæ peccato debetur, maximè, cum pœnæ reſtringendæ potius ſint quam ampliandæ. Hinc

25 *Primo* ſequitur, quod † ſi quis percutit vel occidit hominem,quem ſcit eſſe hominem, inuincibiliter tñ ignorat eſſe Clericum,talis homicida vel percuſſor in excōicationem latam contra percuſſorem Clerici c.ſi quis ſuadente,17.q.4.nō incidit. *Rō eſt*: quia pęna illa imponitur pro ſacrilegio commiſſo contra Clericum,iſte autem eſt tm̄ homicida, non aūt ſacrilegus. Quia ergo excuſatur a ſacrilegio ꝑꝑ inuincibilem clericatus ignorantiam, excuſabitur etiam ab excōicatione illa quæ ob ſacrilegam percuſſionem imponitur. Non tamen in tali caſu excuſatur ab irregularitate, quia ob illā non incurritur ſacrilegium,ſed ſatis eſt homicidium,quod ille verè perfecit,cum ſciuerit eſſe hominem, quē interfecit. Sed ſi illum occidit, putans ex ignorantia inuincibili illum non eſſe hominem, tunc aliqui exiſtimant,quod ſicut excuſatur a peccato per inuincibilem ignorantiam, ita etiam excuſatur ab irregularitate per eandem ignorantiam, ſic Alphō. a Caſtro lib.2.de poteſt.leg.pęn.c.14. in fine Gabr.Vaſquez, in 1.2.q.125.c.3.& Palud. in 4.diſt.35.q.1. art.4.concl.1.vbi dat hanc regulam, iuſta ignorantia in irregularitate homicidij ſꝑ excuſat, non aūt in Bigamia. *Ratio eſt*: quia Irregularitas in Bigamia non incurritur propter peccatum,ſed propter defectum Sacramentalis ſignificationis. Irregularitas autem homicidij licet in perſona publica infligatur ſine peccato, in perſona tamen priuata ſemper eſt cum peccato, & illic omnis ignorantia quæ excuſat a peccato excuſat etiā ab irregularitate. Alij vero,vt Couar.in cap.Alma mater, p.1.§.10.num. 16.de ſent.excō.libr.6. Ioſeph Angles in Florib.2. Sen.diſt.22.tract.de Ignorantia,q.2.art.3.diffic.3. concl.2.Barth.Med.in 1.2.q.76.art.3.dub.vlt.conclu.2.& Caie.ibid.potius in hanc partem inclinat; ait.n. in hac re ſecus ſentiendum eſſe de Irregularitate,quam de excommunicatione,quia hæc nō incurritur niſi ob culpam, irregularitas autem etiam citra culpam incurritur; Et quia irregularitas non eſt pœna propriè, ſed inhabilitas quæ ſolum propter horrorem ſanguinis eſt uſi imputatur.

26 *Secundo* Sequitur, quod † qui inuincibiliter ignorat ſe eſſe excommunicatum,aut ſuſpēſum, aut interdictum, non fit irregularis quamuis diuina celebret. *Ratio eſt*: quia talis ignorantia excuſabit illū a peccato, & conſequenter ab irregularitate, cum talis irregularitas non niſi pro peccato præterito infligatur. Id quod expreſſe definitum eſt in c. Apoſtolicæ,de cler.exc.miniſtr.& gl.ibidem, in verbo, Probabilis,Caſtro libr.2.de poteſt.leg.pęnal.c.14. in fine.

Tertio Sequitur, quod ſi quis plebeius accedens ad Eccleſiam vbi conciones fieri ſolent,& omnem diligentiam debitam adhibens,vt neceſſaria ad ſalutem addiſcat, ignorans tamen quartum conſanguinitatis gradum eſſe lege prohibitum ad matrimonium cōtrahendum,& cum tali ignorantia publicè,& in facie eccleſiæ bãnis legitimis præmiſis, contrahat cum ea,quam ſcit eſſe in quarto conſanguinitatis gradu ſibi coniunctam, ita tamen vt ſi ſciret hoc eſſe lege prohibitum, non faceret,talis, & a peccato,& ab excommunicatione Clemen. vnicæ.de conſang.& affin. excuſatur. *Ratio eſt:* qa diligentiam debitam adhibuit,vt diſceret, & proinde ignorando non peccat, quia alias obligaretur ad impoſſibile. Si igitur ignorantia non eſt peccatum,nec opus, quod ab ea tanquam a cauſa ortum habet,peccatum erit,& conſequenter pœnã, quæ peccato debetur,non incurrit. Nam excommunicatio nõ incurritur niſi pro peccato mortali, quod conſtat in eo non eſſe, qui inuincibiliter ignorat. Et hoc non ſolum de ignorantia *facti*,ſed etiam de ignorantia *iuris* intelligitur, ſiquidem prædicta Clementina de eis ſolum agit, qui ſcienter in gradu prohibito contrahunt, hoc eſt, ex Alphonſo de Caſtro,lib. 2.de poteſ.leg.pęnal.ca. 14.in propoſitionis. 2.explicatione,propoſitione prima, & in fine dicti c. 14.aut ſcientia *Facti* aut, *iuris:* ita vt qui inuincibiliter ius illud ignorat liber ſit ab excommunicatione ſicut,excuſaretur ſi ſciens ius inuincibiliter ignoret factum.

Quarto Infert Caſtro in d.c. 14.ante finem,quod ſi quis vxori minimè alligatus cognoſceret aliquã conſanguineam, vel affinem ſuam, inuincibiliter ignorans illam eſſe affinem, aut conſanguineam ſuam, prout contigit Iudæ coeunti cum Thamar, Gene. 38.& ſi fornicationem committeret, non tamen inceſtum, quia inuincibiliter ignorat eſſe affinem,aut conſanguineam ſuam. Et proinde ſi ille vellet matrimonium cum altera contrahere, poſſet ſine vlla diſpenſatione id licitè facere, c. ſi quis cum,& ca.Si homo, 35.q. 2.& 3.quamuis inceſtuoſo ſit a iure pęna inflicta,vt matrimonium non contrahat,in capi.de inceſtis,& in capi. nec eam, 35.q. 2.& 3. poſſet etiam ab vxore debitum licitè petere,ſi matrimonio alligatus aliquam cognouiſſet, quam inuincibiliter ignoraret eſſe vxoris ſuæ conſanguineam,quod tamen illi non liceret,ſi ſciret illam eſſe ſibi affinem, vt hr̃ in c. Tranſmiſſæ, De eo qui cog. conſangui.vxor.ſuæ. *Ratio eſt:* quia ſicut in vtroque iſtorum caſuum excuſatur ille ab inceſtu, propter inuincibilem conſanguinitatis aut affinitatis ignorantiam, ita etiam ex conſequenti excuſatur a pœna quæ propter inceſtum eſt a iure ſtatuta.

Quinto Infertur,veram eſſe doctrinam quam tradit Gregor.de Valen.tomo 2. diſpu. 6. q. 6.puncto 1.Coroll. 9. nimirum,laicos frequenter ab excommunicationibus iuris excuſari,quia illas, vt plurimum inuincibiliter ignorant. *Ratio eſt:* quia excommunicatio non incurritur niſi ob peccatum contumaciæ,quæ ſanè contumacia, & inobedientia contra eccleſiam in eo eſt, qui laborat ignorãtia inuincibili circa talem comminationem. Ergo ſicut excuſatur a peccato contumaciæ, & inobediẽtiæ, ita ẽt a pęna excõicationis, quæ non niſi propter cõtumaciam contra eccleſiam cõtrahitur, & colligitur ex ca. ſi vero, 2.de ſent.excomm.& Ioſeph Angles in Florib. 2.Sent.diſt. 22.quæſt. 2.artic. 3. difficult. concl. 1.

27 **Decima propoſitio.** Ignorantia†inuincibilis iuris, aut facti non excuſat hominem habentem vſum rationis a pœna iuris quæ incurritur ſine peccato. Sic Alphonſus a Caſtro,libr. ſecundo,de poteſt.legis pœnal.capitul. 14.concluſ. 1.principali, & Bartho. Medina, 1. 2.quæſtion. 76.articul. 3.dub. vlt. concluſ. 2. *Ratio eſt:* quia hæ pœnæ non infliguntur a iure ob peccatum, ſed ſunt tantum operationes quædam, aut certæ perſonarum qualitates,& conditiones. Ergo ſicut ignorantia non tollit cauſam harum pœnarum, ita neque tollit effectũ,qui neceſſario cauſatur ab illa cã, vt verbi gratia, Bigamia,poteſt eſſe ſine peccato,& tamen bigamia eſt quædam operatio, ex qua propter legis diſpoſitionem neceſſario ſequitur irregularitas,eſt enim bigamus irregularis ratione ſignificationis, quia talis non aptè repræſentat Chriſtum in miniſterio altaris, cum Chriſtus vnicam ſibi ſponſam deſponſauit, quæ ſignificatio in bigamo eſſe nequit. Sic etiam irregularitas ob homicidium etiam iuſtum,ſecluſo peccato,incurritur, vt conſtat in iudice iuſtè hominem occidi præcipiente, & etiam in eo qui occidit in bello iuſto, vterque enim irregularis eſt,etſi non peccet, quia in vtroque deeſt ſignificatio, & repræſentatio manſuetudinis Chriſti. Item ad euitandam clericorum fornicationem ſtatutum eſt,vt filii eorum irregulares ſint& incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum, illa tamen fornicatio non eſt cauſa indignitatis in filio;Quia licet illum pœniteret præteritæ fornicationis ante filij formationem, filius tamen poſtea natus eſt irregularis. Vnde qualitas conditio exiſtens in filio,quæ eſt defectus legitimæ filiationis, eſt quæ cauſat in filio talem irregularitatem,& inhabilitatem Quæ omnes irregularitates a talibus operationibus aut qualitatibus cauſatę, per nullam facti,aut iuris ignorantiam tolli poſſunt. Etenim ignorantia qua iudex ignorat incurri irregularitatem per iuſtam hominis occiſionem, facere non poteſt quin talis occiſio præceſſerit,quam ille fieri præcipit. Similiter ignorantia qua quis ignorat ſe eſſe filium clerici, facere non poteſt quin ille verè ſit filius clerici. Si igitur ignorantia nulla tollere valet huiuſmodi operationes, ex quibus irregularitas incurritur,ergo nec impedire poteſt quin tales irregularitates ab illis operationibus prodeãt. Hinc

28 *Primo* ſequitur,irregularem†eſſe illũ,qui ignoranter contrahit, & conſummat matrimonium cum illa quæ ab alio corrupta fuit,quamuis tanta ignorantia laboret, vt etiam poſtquam cum illa coiuit,putet eſſe a ſe primo corruptam. Sic Doctores communiter in capitul.curandum, diſtinct. 34. Cardinal.in Clement.Cum ex eo. de ſenten.excommun. Henric.in capitu. 1.de bigam.S.Thom. in addit.part. 3.quæſtio. 66.articul. 3.ad 3.Palud.in 4.diſtinct. 27.quæſt. 4.articu. 2.Richard.ibidem arti. 4. quæſt. 1.ad 3.Ioan Bacho. 4.d. 25.quæſt. 3.arti. 3. Summ.Aſtenſ.par. 2.libr. 6.titul. 7.quæſtiuncula 1. & quæſtiuncula 9. poſt Hoſtienſ. in Summa,titul. de Bigam.§.circa hoc,verſicul. 7. S. Anton.part. 3. tit. 29.de Irregul.capitu. 3. Summa Angelica,verbo,Bigamia,numero quarto. Piſanella, verbo,eod. in princip.Sylueſt. eo.num. 1.Gabriel. 4.diſt. 27.q. 3.art. 1.Notab. 2. Martin.Ledeſm. 2. 4. q. 26.arti. 2. tract. de irregul. non longè ab initio Sotus 4.d. 27. q. 3.art. 1.concl. 4.Couar.in Clemen. Si furioſus,§.

2.nu.2.verſ.3.de homicid.Simon Maiolus, li.1.de irregul.c.33.nu.4.verſ.Ex qua in fin.Grego.Toloſanus,in Syntagmate iuris,p.2.lib.16.c.10.num.8. Alphonſ. a Caſtro, lib.2.de poteſt.leg.pęnal. c.14. concl.1.coroll.1. Sebaſt. Medices p.2.titu.9.q.28. Nauar.in Manuali,c.27.nu.195.& nos latius tom.1.lib.6.ca.4.memb.11.expoſuimus,& expreſſè docet glo.in cap.Nemo,ad ſacrum,d.32.& colligitur ex c.Debitum,de bigamis. Ratio eſt:quia cum irregularitas hæc infligatur ſine vllo peccato mortali præcedēte,& ſolum incurritur ob defectum perfectæ ſignificationis,(ſiquidem qui matrimonium contrahit cum corrupta ab alio,non integrè repreſentat matrimonium Chriſti cum Eccleſia, quod eſt vnius ſolum cum vna virgine) nulla ignorantia ab huiuſmodi irregularitate, illum excuſare poterit.

29 *Secundo* ſequitur, irregularem † eſſe illum, qui vxorem, quam duxerat virginem, cognoſcit poſt eiuſdem vxoris adulterium,id quod nō ſolum procedit quando ſciens vxoris adulterium, illam cognoſcit,vt euidenter colligitur ex c.ſi cuius,& cap.ſi laici,diſt.34. ſed etiam ſi ignorans vxoris adulterium illam poſtea cognouerit. Sic glo.in c.ſi cuius, diſt.34.in verb.admitti. Panor.in cap.ſuper eo,nu.8.de bigam.Hoſtienſ.in Sūma,ti.de bigam.§.Quot ſunt ſpecies,nu.3.in fin. Ioan.de Friburgo in Summa Confeſſ.lib.3.titu.3.q.8.& 10.verſicu.Sextus. Sum.Aſtenſis,p.2.lib.6.tit.7.q.2.quæſtiuncula 10. Angelica,verbo,Bigamia, nu.2.Sylueſt.eo.num.1. verſ.ſexto,& Tabiena verb.eod.§.Tertio Naua. in Manuali,c.27.num.195.verſ.ſecundo dico.Couar. in Clem.Furioſus,§.2.nu.3. de homicid. S.Anton. par.3.titu.29.cap.3.Simon Maiol.lib.1.de Irregu. cap.33.nu.6.& omnes Canoniſtæ,& Summiſtę.Et inter Theologos idem docent S.Tho.in addit.par.3.q.66.art.3.ad 4.Palud.4.diſt.27.q.4.ar.2.verſic.Tertius modus.Richard.4.diſt.27.art.4.q.1.Gabr.4.diſt.27.q.3.ar.1.Notab.2.verſ.ſecundo contrahitur.Alphonſ.a Caſtro,lib.2.de poteſt. leg.pęnal.c.14.concluſ.1.principali,Coroll.2. Sotus 4.diſt.27.q.3.ar.1.concluſ.5.Martin.Ledeſm.2.4.q.26.ar.2.tracta.de Irreg.non longe ab initio. Marcus Anto.Cucchius lib.1.inſtitut.Iuris Canonici tit.5.Henriquez lib.2.de Sacram.Matrim.ca.6.§.10.Alphon.Viuald.tract.de Irreg.nu.6.Sebaſt. Medices,par.2.Summæ,tit.9.28.Tolet.Card.lib.1.cap.26.De qua re plura legi poſſunt tomo 1.lib.6.c. [illegible].num.19.vbi de hac re latè diſputauimus, contra aliquos, qui id negāt.Et certè,cum irregularitas hæc ſine peccato contrahatur,qua rōne probatur irregularē eſſe eū, qui ſciens vxoris adulterium, carnaliter illi poſtea miſcetur,eadem etiam conuincitur in irregularitatem incidere, quando id fecerit ignorās adulteriū vxoris,vnde Paludanus vbi ſupra affirmat,multos eſſe bigamos,qui ſuam bigamiam ignorant.

30 *Tertio* Sequitur,† irregularem eſſe filium illum quem mulier nupta ex presbytero concepit,quamuis ipſe ignoret ſe eſſe filium presbyteri, ſed putet ſe eſſe filium mariti matris ſuæ.Si quidem vt diximus pœna hæc filijs presbyterorum a iure impoſita eſt,non propter aliquod proprium peccatum illorum,ſed propter hoc ſolum,quod ſunt presbyterorum filij,quod illis ad culpam imputari non poteſt,cum ipſi illud uitare non potuerint.Et de ignorantia inuincibili hæc ſint ſatis.

31 *Vndecima Propoſitio.* Ignorantia † vincibili eorū quæ quis ſcire tenetur peccatum mortale eſt,ſecundum ſe, etiamſi nnllum aliud inde peccatum ſequatur. Sic Doctores communiter poſt San. Thomā,1.2.q 76.ar.1.& interpretes loci illius.Ioſeph Angles in Florib.2.Sen.diſt.22.q.2.ar.2. difficult.1.Et intelligitur propoſitio ſiue ſit ignorantia craſſa,ſiue affectata. *Ratio eſt*, quia talis eſt in periculo probabili committendi peccatum aliquod mortale; Et ita ratione talis periculi ignorantia hæc erit peccatum mortale.Hinc

Primo Sequitur, quod ignorans vincibiliter fidei articulos,peccat mortaliter.Quia cum teneatur vnuſquiſque ſub præcepto credere, (qui autem nō crediderit condemnabitur.*Mar.16.*) nemo autem credere pōt quod ignorat,conſequēter peccat mortaliter,qui articulos fidei vincibiliter ignorat.

Secundo Sequitur,Ignorantem pręcepta Decalogi,etiam ſi nullum aliud inde mortale ſequatur, peccare mortaliter:Quia tenetur vnuſquiſque ſcire præcepta iuris naturalis vniuerſalia, qualia ſunt Decalogi præcepta,vt diximus, immo etiam & ea ſeruare tenetur,vnde Matth.19.dicitur; *Si uis ad vitam ingredi,ſerua mandata.* Qui autem vincibiliter ipſa ignorat,eſt in certiſſimo periculo committendi furtum,homicidium,aut aliquid aliud iure naturali prohibitum,quod tamen uitare tenetur.Atque ita ratione talis periculi talis ignorantia erit ſecundum ſe peccatum mortale.

Tertio Sequitur Ignorantem præcepta Eccleſię, aut alia præcepta quæ ad ſuum ſtatum pertinent, peccare etiam mortaliter. *Ratio eſt*: quia tenet̄ quis ſcire vniuerſalia Eccleſiæ pręcepta,puta de annua Sacramentali Confeſſione & de Cōione,& de Ieiunio,& de Decimis Miniſtris eccleſiæ ſoluēdis,& de Miſſa in dieb.feſtiuis audienda;cū ergò fideles omnes ad hæc ſeruanda præcepta teneantur,ſeruare aūt ea probabiliter,& moraliter non poſſunt, quia ea ignorant (voluntas enim nō fertur in incognitum) conſequenter eorum ignorantia, vtpotè cauſa moralis peccandi,erit peccatum mortale.

Qua de cauſā rectè Ioſeph Angles loco proximè allato,diffic.1.concl.3.docet eum, qui culpabiliter ignorat hæc præcepta,licet ieiunet quadrageſimā,& alios dies,cōfiteatur, & cōicet ſemel in anno,reū eſſe peccati mortalis,ob probabile periculū peccandi cui ſe exponit ob eorum ignorantiam. Sic etiam Epiſcopi, Iudices, Aduocati, Tabelliones,Medici,Confeſſores,& ſimiles perſonæ,ignorātes ea,quę ratione ſtatus eorum ſcire tenentur,mortaliter peccant,Non enim poſſunt ea,quę ſtatus ſui ſunt debitè exequi,ſi ea ignorant,quæ ad ſtatum,& officium eorum pertinent.

Quarto Sequitur, peccare mortaliter eum, qui ignorat etiam circumſtantias facti quas ſcire tenetur, vt v.g. Epiſcopus ſcire tenetur mores ſuorū ſubditorum, & qualiter ea, quæ ſunt cultus diuini exerceantur. Non ſolum enim tenentur prælati ſcire leges ſecundum quas gubernare debent ſubditos, ſed etiam an leges illæ à ſuis ſubditis obſeruentur,tenentur enim vultum pecoris,& mores ſubditorum ſcire,& delicta corrigere,quæ omnia ſcientiam facti, & actionum eorum neceſſario requirūt. *Hinc Apoſtolus Rom.*12.*ait. Qui pręeſt in ſolicitudine.*

Solicitudo enim circa facta ſingularia verſatur, vñ fit, quod licet omnes fideles alicuius parochiæ hoc anno confeſſi ſint, & Euchariſtiam acceperint, hoc tamen an factum ſit, nec ne, ſi parochus ignoret, peccat mortaliter, quia oppoſita ſcientia illi eſt neceſſaria, tenentur enim parochi hoc ſcire.

32 Dubium autem eſt † inter authores, An ignorantia hæc tam iuris, quam facti, ſecundum ſe peccatũ ſit, an vero ratione negligentiæ inquirendi veritatem? In qua re duæ ſunt ſententiæ.

Prima eſt dicentium Ignorantiam ſecundum ſe peccatum eſſe, & nõ ſolum ratione negligentiæ in veritate inquirenda. Sic Alex. de Ales. pa. 2. q. 112. memb. 1. in corp. & ad 3. Bonau. 2. diſt. 22. ar. 2. q. 2. in corpore, & ad 1. 2. & 3. Albertus Magnus ibidem, ar. ſeptimo, Richard. articu. ſecundo, quęſtione ſecunda, Marſil. 2. quæſtione 15. artic. 2. concluſione prima, & 2. Almain. tract. 1. Moral. cap. 4. Io. Gerſon Alphabeto 31. litera D. Alphõſus à Caſtro lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 14. §. *Ignorantia ſolum facti.* Ioſeph Angles in Florib. 2. Sen. diſt. 22. q. 2. ar. 2. difficul. 2. cõcluſ. 1. Barthol. Medina, 1. 2. q. 76. ar. 2. dub. 2. Gregor. de Valentia tomo 2. diſpu. 6. q. 6. puncto 2. Ratio eſt: quia illud eſt ſecundum ſe peccatum, & non tantum effectus peccati, quod eſt ſecundum ſe contra præceptum. Sed ignorantia eſt contra præceptum, eo quod nõ ſolum tenemur adhibere diligentiam, vt ſciamus, ſed etiam debemus ſcire, ſi poſſumus. Ergo ignorantia ſecundum ſe peccatum eſt.

Secunda eſt, aſſerentium ignorantiam ſecũdum ſe peccatum non eſſe, ſed effectum peccati, & totũ peccatum conſiſtere in negligentia ſciendi, & addiſcendi. Sic Antiſiodo. lib. 2. Summæ tract. 29. ca. 1. q. 2. Durand. 2. diſt. 22. q. 3. Sylueſter. verbo, ignorantia, q. 3. Tabiena verb. eod. num. 2. verſicu. Primo. Corduba lib. 2. qq. Theolog. q. 6. Gabriel Vaſquez in 1. 2. diſpu. 118. cap. 2. & 3. & S. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 2. & Caie. & Conradus ibidem. Et de ſententia S. Thomæ non poteſt eſſe dubium, cum verba eius manifeſta ſint, ait enim loco citato in corpore: *Vnde propter negligentiam ignorantia eorum quæ quis ſcire tenetur, eſt peccatum*, & idẽ habet in reſponſ. ad primum, ad quartũ, & ad quintum. Ratio eſt: quia peccatũ actuale conſiſtit in priuatione formæ, non quomodocunque, ſed actionis debitæ, & ita non eſt priuatio actus primi, hoc eſt, formæ, ſed actus ſecundi, hoc eſt operationis; ignorantia verò eſt priuatio actus primi, hoc eſt, ſcientiæ per modum habitus, ſed actus ſecundi, ſcilicet, operationis. Nam ſcire dicitur etiam qui actu non conſiderat, ac proinde ſcire, ſeu ſcientia in habitu cõſiſtit, vel in ſtatu per modum habitus. Cum igitur ignorantia nõ ſit actuale peccatum omiſſionis, aut commiſſionis, erit peccatum actuale ipſa negligentia addiſcẽdi, ſeu cõſiderationis priuatio, quę ſunt priuationes actionum, ſicut etiam negligẽtia præparandi ſe ad gratiam, eſt peccatum nõ autem ipſa priuatio gratiæ, vt notat S. Th. 1. 2. q. 76. art. 2. ad ſecundum. Et licet hæc Doctorũ diſſentio quantum ad materiam moralem attinet, nõ multum ad rem faciat, in rigore tamen hanc ſecundã veriorem eſſe exiſtimo. & S. Thom. magis conformem. Nec valet ratio in contrarium quia ſemel adhibuit debitam diligentiam vt rem ſciret ignorãdo nõ peccat, vt conſtat, etiamſi ignoret. Vnde ignorans non peccat actu quolibet tempore, ſed quando eſt tempus acquirendi ſciẽtiam quam habere tenetur, aut illa vti, vt docet S. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 2. ad 5. ſicut in aliis peccatis omiſſionis, ſolo illo tempore homo actu peccat, pro quo obligat præceptum affirmatiuum. Sic etiam licet tranſeunte reatu per pœnitẽtiam remaneat ignorantia, ſm quod eſt priuatio ſciẽtiæ, hoc eſt, actus primi, nõ tamen remanet negligentia, ſecundum quam ignorantia eſt peccatum, vt ibidẽ docet S. Tho. in reſponſ. ad quartum.

Hinc infertur, quod laborans ignorantia vincibili culpabili, ſi pœniteat eum ignorantiæ, & proponat vel proprio ſtudio, ſi ad id ſufficiens ſit, vel conſulendo peritiores, veritatem inueſtigare, non peccat ignorãdo, antequam de veritate inſtruatur, vt etiam Ioſeph Angles in Floribus 2. Sent. diſtin. 22. q. 2. artic. 2. dub. 7. difficul. 7. fatetur, eam rationem aſſignans, quod tunc negligentia illa inculpabilis eſt. Vnde hæreticus extra Eccleſiam conſtitutus, ignorãs explicitè veritates articulorum fidei, quas tenebatur explicitè credere, ſi proponat interrogare Catholicos, & ueritatem inquirere, interim poſtquam hoc propoſuit, illo tẽpore intermedio; etiam ignorando non peccat, iam enim nulla eſt negligentia veritatem addiſcendi.

33 *Duodecima propoſitio:* Ignorantia † vincibilis ſi ſit affectata, peccatum auget, ſi verò affectata non ſit, quamuis culpabilis ſit, & totaliter non excuſet à peccato vt plurimum, peccatum tamen ſemper diminuit. Sic S. Tho. 1. 2. quæſt. 76. ar. 4. & illius loci interpretes Ioſeph Angles in Floribus. 2. Sent. diſt. 32. q. 2. ar. 4. cõcl. 2. Alphonſus à Caſtro. li. 2. de poteſt. leg. pœnal. cap. 14. in principio, & paulo ante finem, & Gregor. de Valentia, tomo 2. diſp. 6. quęſtio. 6. punct. 3. & Doctores communiter. Prima pars patet; Nam ignorantia affectata eſt illa, quam quis diligit, & deſiderat, & per ſe vult, quæ tñ vt rectè annotauit Caſtro vbi ſupra, initio cap. 14. dupliciter contingere poteſt: nam poteſt quis velle ignorare ob hoc ſolum, quod putet ſcientiam eſſe noxiam, & ita vult ignorare, non vt malum faciat, ſed potius vt malum euitet. Talis fuit Paulus, qui volebat audire doctrinã Chriſti, & perſequebatur eos, qui illam prædicabant: hoc tamen nõ faciebat vt liberius peccaret, quia (vt ipſe teſtatur Galat. 1.) *Abundantius æmulator exiſtebam paternarum traditionum*: ſed ideo ignorare volebat, quia putabat ſe offendere Deum, ſi talem doctrinã didiciſſet. Aliquando autem quis ignorare vult præceptum, vt liberius peccet, De quo intelligitur illud Pſ. 35. *Noluit intelligere, vt bene ageret*, quare autem noluit ad benè agendũ intelligere, verbis ſequentibus declarauit, ſic inquiens; *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit*, & huiuſmodi etiam homines ſunt, qui vt ait Iacob. 21. dicunt Deo. *Recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus*. Quia ergo hæc ignorãtia auget voluntarium, conſequenter auget peccatum.

Secunda pars probatur quia tanto aliquod peccatum eſt minus graue, quanto eſt minus voluntarium; At vero talis ignorantia etiam craſſa minuit voluntarium, & cõſequenter peccatum, cum enim ibi minor contemptus ſit, per conſequens minus peccatum erit; Non excuſat autem omnino talis ignorãtia à peccato, quia non tollit omnino rationem voluntarij.

Hinc infertur ex Gregor. de Valentia vbi ſupra, ignorantiam inuincibilem poſſe magis, vel minus peccati grauitatem minuere, prout ipſa magis, vel minus voluntaria, & culpabilis eſt. Adeo, vt ſi ignorantia ſit tantum venialiter, & imperfectè voluntaria (vt eſt illius, qui aliquam adhibuit diligentiam, ſed non ſufficientem, in caſu periurij ex ignorantia veniali, vt docent Angel. verb. periurium, in principio, Sylueſt. eod. q. 1. verſ. Secundo qñ iuratur. & Nau. in Manua. c. 12. nu. 7. verſ. 6.) minuit peccatũ, adeo, vt non ſit mortale. *Cuius ratio eſt*; quia in eo caſu peccatum non eſt niſi venialiter volitum, nõ. n. aliter volitum eſt, niſi vt eſt volita ignorãtia, quicquid Caiet. 1.2. q. 76. ar. 4. dub. vlt. ſignificet, fieri poſſe vt ignorantia ſit tantum venialis, & tamen peccatum ex ea commiſſum ſit mortale, quando. ſ. peccatum eſt intrinſecè malum, & mortale contra ius naturæ, vt: v.g. ſi quis ex negligentia, & ignorãtia ueniali tantum putans fornicationem non eſſe malam fornicaretur, Quod tamen falſum eſt, quia ſi quis inuincibiliter, & inculpabiliter putaret fornicationem licere, nullo modo peccaret fornicando, vt patet ex dictis de ignorantia inuincibili. Ergo ſi venialiter tñ id putet, ſolum peccabit venialiter eo, quod fornicatio tunc ſolum erit venialiter volita, ſicut ipſa ignorãtia. Ratio eſt: quia ſicut peccatum tñ habet malitiæ, quantum habet volũtatis, (omne enim peccatum ideo peccatũ eſt, quia voluntarium) ita ignorantia tantum habet excuſationis à culpa, quantum habet inuoluntarii.

34 *Dubium* autem eſt circa † peccatum hæreſis, An ſicut in aliquibus peccatis ſufficit voluntarium, quod vocamus interpretatiuũ, ſeu indirectum, in aliquibus autem neceſſarium eſt voluntarium directum, & expreſſum, adeò, vt ex quouis ignorãtia impediatur, ita etiam in peccato hæreſis ſufficiat, quodcunque voluntarium, an vero neceſſarium ſit voluntarium expreſſum, ita vt quis ab ea ex quauis ignorantia excuſetur?

In hac Dominicus Sotus 4. d. 22. q. 2. art. 3. poſt concl. 5. expreſſe ait peccatum hæreſis eodem modo committi, quãdo quis errat in rebus fidei craſſa, & culpabili ignorãtia, quas ſcire debet, atq; ſi ſciẽter erret, & fauent S. Bonau. 4. diſt. 13. dub. 4. circa textum. Canus lib. 12. de locis, c. 9. §. *At quid pertinacia*, vbi ait laborantem ignorantia affectata peccare peccato hęreſis, eo quod talis non eſt paratus corrigi ab eccleſia, & ideo errat cũ pertinacia; At vero hæreſis non eſt aliud quam error in rebus fidei cum pertinacia. Et Barthol. Torres Epiſcopus Canariẽſis, in 1. par. S. Thomæ. q. 32. ar. 4 in 2. parte Commentarii, propoſi. 1. ait, eum qui ex ignorãtia non affectata errat, non eſſe hæreticum, exiſtimat ergo errantem ignorãtia non affectata, eſſe hæreticum, & Greg. de Valent. tomo 3. diſpu. 1. q. 11. pun. 1. difficul. 4 ad 1. vbi Can. ſententiam approbat. Alii vero, vt S. Thom. 2. 2. q. 11. ar. 2. ad 3. & ibi Caie. & Domin. Bãnes. Alex. de Ales 2. par. q. 161. memb. 1. Durand. 4 diſt. 13. q. 5. num. 6. Palud. ead. diſtinct. q. 3. ar. 1. cõcluſione. 1. Gabriel q. 2. artic. 1. Notab. 3. Sylueſ. verbo, Hereſis, in princip. Armilla eod. num. 1. & 2. Corduba lib. 1. quæſ. Theolog. quęſt. 16. §. 7. Alphonſ. a Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 1. Gabriel Vaſquez, in 1. 2. tomo 1. diſpu. 126. cap. 2. & Martin. Nauar. in Manuali, cap. 11. num. 17. docent de ratione hæreſis eſſe, vt quis ſcienter erret contra definitionem Eccleſiæ, adeo, vt qui ignorãter quacumque ignoratione ſequitur errorem; hæreſis peccatum non commiſerit. Cuius etiam ſententiæ videtur eſſę S. Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, capi. 16. his verbis; *Conſtituamus*, inquit, *ergo duos aliquos iſto modo, unũ eorum uerbi gratia, ſentire de Chriſto, quod Photinus opinatus eſt, & in eius hæreſi baptizari extra Eccleſiæ Catholicæ communionem, alium uere hoc idem ſentire, ſed in Catholica baptizari exiſtimantem ipſam eſſe Catholicam fidem; iſtum nondum hæreticum dico, niſi manifeſtata ſibi doctrina Catholicę fidei reſiſtere maluerit, & illud, quod tenebat, elegerit.*

Ratio pro hac ſententia eſt; quia tunc vr̃ quis offendere auctoritatem alicuius, cum ſcienter illius dictis, & opinioni aduerſatur: ſi enim quis ignorãter cõtra ſuum magiſtrum opinetur, non dr̃ aliquo modo eius auctoritati derogare perfidia, & incredulitate, ſed ſolum peccare peccato ignorãtiæ. Ergo ſimiliter qui ignoranter contra determinationem, & communem conſenſum Eccleſię, & fideliũ credit, non dr̃ infidelis, ſed ignarus. At vero peccatum hæreſis non eſt peccatum ignorãtiæ, ſed infidelitatis, requiritur ergo ad eam, vt quis ſcienter credat aliquid contra Eccleſię Catholicę determinationem, & cõſequenter etiamſi ignorantia affectata laboret, non erit hæreticus, quia ſi ſic ex tædio addiſcendi ignorat, erratque in reb. fidei, verè non ſcienter aliquid credit contra id quod definitum eſt ab Eccleſia. Quia igitur peccatũ hęreſis, cũ conſummetur in intellectu, poſtulat ex parte intellectus circumſtantiã illam ſciẽtiæ, qua ille, qui errat, ſciat ſua opinione ſe aduerſari Eccleſię teſtimonio, quæ tollitur per quamcumq. ignorantiam.

35 *Decimatertia propoſitio*: † Ignorantia concomitans, cum hominem nec voluntarium, nec inuolũtarium faciat, ſed ſolum nõ volentẽ, ſeu nõ voluntarium, cõſequenter opus cum illa factum à peccato non excuſat, nec accuſat, hoc eſt, nec minuit, nec aggrauat peccatum. Sic S. Thom. 1. 2. q. 6. ar. 8. & q. 76. ar. 3. & 4. Durand. 2. d. 22. q. 4. num. 5. Grego. Arimin. ibid. q. 2. Gabriel eadem diſt. q. 2. ar. 1. Notab. 1. & Notab. 3. in fine. Couar. in cap. Alma mater. par. 1. §. 10. num. 15. verſi. Decimo perpẽſis. de ſent. excom. lib. 6. Summa confeſſ. tit. excommunicatio. q. 212. Petrus à Soto, in tract. de ratione medendi peccatis. lect. 2. paulo ante finem. Ioſeph. Angles in Florib. 2. Sent. diſt. 22. q. 2. ar. 3. difficul. 2. Conradus, Caietanus, & Bartho. Medina, in 1. 2. q. 76. ar. 3. & . Ant. de Corduba lib. 2. qq. Theo. q. 16. Iacob. Almain. tract. 1. Mor. c. 4. Greg. de Valen. tomo 2. diſpu. 2. q. 1. puncto 6. & Gabriel Vaſquez, in 1. 2. diſpu. 125. c. 2. & c. 3. qui duo ſolum primam partem concedunt. Probari autem poſſunt ſingulę eius partes: *Prima* quidem, quia ſi quis putãs ſe occidere feram occidat inimicum, quem tñ ſi cognouiſſet, ẽt occidiſſet, talis ignorantia nõ eſt cauſa actus, quia nõ tollit ſciẽtiam, quę ſi adeſſet, prohiberet actum: nam ẽtſi adeſſet ſciẽtia, ſequeretur actus, talis ergo ignorãtia non cauſat inuoluntariũ, quia nõ cauſat aliquid quod ſit repugnans volũtati illius, mors. n. inimici non eſt voluntati eius cõtra-

ria, ſed potius audita morte illius delectatur, neque ignorantia illa cauſat voluntarium, quia nō poteſt eſſe actu volitum, quod ignoratum eſt. Id qđ docet Ariſt. 3. Ethic. c. 1. dicens; *Qui cū ex ignoratione quippiā egit, factum minimè ægrè fert; is ſanè, neq. ſponte egit, id quod ignorauit, neque inuitus, cum non doleat.*

Secunda pars patet: quia ignorantia eatenus excuſat actum à peccato quatenus cauſat inuoluntariū; At vero vt patet in exēplo alato, illa ignorātia non cauſat inuoluntarium, ergo non excuſat à peccato opus quod alias peccatum fuit. Neq; accuſat, hoc eſt auget, aut aggrauat peccatum, quia non cauſat voluntarium, vnde talis ignorātia quæ non eſt cauſa peccati, ſed comitanter ſe habet ad peccatū, nec diminuit, nec auget malitiam operis quod cum illa fit, omninò ſe hēt impertinēter, & per accidens reſpectu actus illius, & actū in ſua natura relinquit.

Hinc infert Corduba: ꝙ ſi quis decreuit oīno nō ieiunare, & perſeuerans in eadem voluntate ignoraret eſſe diem præcepti ieiunādi, & nō ieiunaret, non excuſatur à peccato exteriori ob ignorantiam comitantem, quia illa impertinēter omninò ſe habuit in ordine ad hunc actū, & ex altera parte aderat voluntas non ieiunandi, ēt ſi ſciuiſſet fuiſſe diē præcepti, vtique non ieiunādo peccauit; Neque.n. ignorantia hæc vllo modo cauſa fuit peccati, quia non abſtulit ſcientiam, q̄ ſi adeſſet, prohiberet peccātum, ſi.n. ſciret, ēt peccaſſet, vñ relinquit actum eodem mō malū, quo fuiſſet, ſi non adeſſet ignorantia; At vero ſi nō adeſſet talis ignorātia ſm̄ omnes peccaret; ergo ēt non obſtante hac ignorantia peccatū erit. Quāuis.n. ignoretur materiale huius peccati, quia ignoratur, an ſit dies ieiunii, formale tñ, ſ. cognitio, & voluntas expreſſa comedēdi eo die, ēt ſi ſit lege prohibitū, ſaltem in confuſo non ignoratur. Et certè quāuis Vaſquez vbi ſupra, hāc ſecundā partem neget c. 2. & c. 3. vbi ēt in ſuā ſñiam adducere conatur S. Tho. id tñ, & cōtra communem omnium aliorū interpretum ſenſum, & opinionem eſt, & contra veritatē. Etenim S. Th. eo loci de ope externo loquitur, ſ. de occiſione externa, nō aūt de prauo affectu occidendi ſi ſciuiſſet ibi fuiſſe inimicū, non.n. dubium alicui eſſe poterat hmōi prauum affectū eſſe peccatū, nec aliquo mō excuſari ob illā ignorantiā, nam ignorantia illa nō eſt concomitās reſpectu illus praui affectus, vt conſtat, ſed reſpectu illius actus externi, ſ. occiſionis inimici, loquit̄ aūt S. Th. de actu illo reſpectu cuius ignorantia cōcomitanter ſe hēt, & reſpectu cuius operās nec inuoluntariè, nec voluntariè ſe hēt, ſed non volūtariè, cōſtat aūt operantē non hr̄e ſe inuoluntarie in ordinatione ad hmōi prauū affectū, immo talis prauus affectus eſt illi maximè volūtarius. Vnde rectè S. Th. diſtinguit actum externum à tali mala inclinatione, ait.n. *Scientia, quæ per ignorantiam priuatur, non prohiberet actū propter inclinationē nolūtatis in ipſum*, ſcilicet actum, & quia ſcientia ſi adeſſet, non prohiberet hunc actum externum, propter malam inclinationem voluntatis in ipſum, conſequenter ignorantia huius ſcientiæ non facit hominem inuoluntarium: nimirum in ordine ad actum externum, & proinde rectè concluditur quod talis ignorātia, quæ non eſt cauſa actus peccati, ſ. operis externi, quia non cauſat inuoluntarium, reſpectu illius, non excuſat actum illum externum à peccato.

Hunc autem ſenſum eſſe S. Thom. euidentiſſimū eſt ex verbis illius art. 3. ſemper.n. loquitur de actu externo, non ſolum agens de ignorantia concomitante, ſed etiam de inuincibili; & vincibili tā craſſa, quam affectata, atque inuincibilem excuſare omninò a peccato, vincibilem autem affectatā augere peccatum, vincibilem craſſam minuere peccatum, concomitantem nec augere, nec minuere.

36 *Ex quibus* etiam conſtat, falſum † eſſe ꝙ eodē c. 3. docet, talē ignorantiā comitantē ſemper excuſare operantē ab excōmunicatione, irregularitate, & obligatione reſtituendi, ētſi adſit prauus affectus circa id ꝙ ignoratur, vt circa homicidiū, vel aliqd huiuſmodi, vt latius docuimus ex cōi Doctorū ſñia to. 1. c. 18. nu. 20. lib. 1. Nemo.n. ſe excuſat ab homicidio ꝙ fecit ignorans, quod feciſſet libentius, ſi ſciuiſſet, & rē intellexiſſet, vt rectè Barth. Medina 1. 2. q. 76. ar. 3. dub. 1. annotauit. falſum.n. eſt, homicidiū factum cum tali prauo affectu, non eſſe peccatum, Nam aliquando erit peccatum, aliquando autem non erit, non tamen ob ignorantiam comitantem, vt hic author putauit, ſed quia diligentiā debitam, vel non debitam in actu alias periculoſo, vel nō periculoſo reſpectu homicidii illius adhibuerit; ſi.n. intendens feram occidere, occideret inimicum, nulla, aut non debita diligentia adhibita, tunc quidem homicidium clerici in eo caſu excommunicationem, & irregularitatem etiam induceret. Rō eſt: quia in hoc caſu, ignorāntia nō eſt cauſa peccati, nam ſi ſciuiſſet, nihilominus occidiſſet; ſed eſt peccatum, quia voluit cauſam immediatam homicidii, ſ. negligētiam inquirendi veritatem, in quo caſu ignorantia hæc, non tam comitans, quam vincibilis & conſequens eſſet, vt rectè Ioſeph. Angles in Florib. 2. Sent. d. 22. q. 2. ar. 3. difficu. 2 concluſ. 1. & Greg. de Valent. to. 2. diſpu. 2. q. 1. pun. 6. propoſit. 1. & in reſponſ. ad 1. argum. docent; Sicut econtra, ſi actus ille ex quo procedit homicidium, ſit alias licitus, & minimè periculoſus, puta, venatio, ſeu ſagittatio licita, & minimè periculoſa, & debitam diligentiam adhibuit, vt cognoſceret an fera, vel homo illic eſſet, nec vllo modo ab animo iræ, aut vindictæ cupido, ſed ſolum ab animo venādi proceſſit, tunc quidē homicidiū illud nec excōmunicationē, nec irregularitatem induceret, quia in tali caſu actus ille nullo modo ad culpā imputandus eſt propter ignorantiā inuincibilē, quæ vt diximus, actū oīno a culpa, & a pœna iure ob culpā & peccatū impoſita, excuſat, vt Ioſeph Angles loco proximè citato cōcl. 3. doctè ſubtiliterq. affirmauit

37 Dubium autem eſt, In † qua ſpecie ſit actus, ſeu peccatum ꝙ per ignorantiam non excuſatur, hoc eſt, vtrum peccatum admiſſum ex ignorantia vincibili & culpabili, eiuſdem ſit ſpeciei in genere moris, cuius eſſet, ſi ex certa ſcientia fuiſſet perpetratum. Quæ ſanè difficultas confeſſoribus valde notanda eſt, quam tractant Caiet. 1. 2. q. 76. ar. 4. & Barth. Medina ibidem. Alphonſ. à Caſtro lib. 2. de poteſt. leg. pœn. c. 14. poſt ſecundam propoſitionē. Couar. in c. Alma mater, par. 1. §. 10. nu. 16. de ſent. excommun. lib. 6. Ioſeph Angles in Florib. 2. Sent. diſt. 22. q. 2. tracta. de ignorantia. art. 4. difficul. 5. Cord. lib. 2. qq. Theolog. q. 24. Grego. de Valen. tomo 2. diſpu. 6. q. 6. puncto 3. & Gabr. Vaſquez, in 1. 2. diſpu. 101. capi. 5. quamuis hi omnes authores

non conueniant inter ſe, quid autem nobis probabilius videatur, his ſequentibus dictis exponã, premiſſa prius illa diſtinctione ignorantiæ, quam afferunt ex Caiet. vbi ſupra, ſ. quod duplex ſit ignorantia: Alia priuans vſu rationis, vt ebrietas, & amentia, quando quis procurat eam; Alia quæ priuat ſola debita ſcientia. Et hæc iterum eſt duplex, quædam iuris ſiue vniuerſalis, ſiue particularis, vt cum quis neſcit hunc actum, verbi gratia, homicidium, aut fornicationem eſſe peccatum; alia facti, vt cum quis ſua negligentia neſcit hominem eſſe in loco vbi proijcit ſagittam. Denique peccata ex iuris ignorantia facta, aut de ſe mala ſunt, vt fornicatio, furtum, & ſimilia; aut ſolo iure poſitiuo mala ſunt, quia ſcilicet a iure prohibita, vt non ieiunare tali die, & ſimilia. His præmiſſis

38 *Primum* Dictum ſit: Peccatum† factum ex ignorantia culpabili iuris, prohibẽtis malum, quia malum eſt, vt furtum, fornicatio, & ſimilia, eiuſdẽ ſpeciei eſt, cuius fuiſſet, ſi adfuiſſet ſcientia, & in hoc omnes conueniunt. *Ratio eſt*; quia peccatum ſpecificatur ex obiecto per ſe volito, & cognito; at vero qui ex ignorantia iuris fornicatur, exiſtimans fornicationem eſſe licitam, licet ignoret fornicationem eſſe contra legem, & proinde incognita & inuoluntaria ſit illa contrarietas fornicationis ad legem, quia tamen vult illud obiectum, ſcilicet accedere ad non ſuam, & quam ſcit non eſſe ſuam, et ab hoc obiecto actus ille ſpeciem ſuam deſumit, conſequenter actus ille eiuſdem erit ſpeciei, ac ſi conſcius iuris illud commiſiſſet. Nam in idem omninò obiectum directè fertur voluntas, cum operatur ex ignorãtia, atque ferretur, ſi ſciẽter operaretur, ſemper enim fertur in illud obiectum quatenus eſt tale bonum delectabile, nihil curans de contrarietate et inconuenientia quam habet ad legem prohibentem. Et idem de furto dicendum eſt, qui enim ignoraret furtum prohibitum eſſe iure naturali, quia tamẽ vult auferre rem alienam, vnde peccatũ furti obiectum & ſpeciem ſuam deſumit, & non ex contrarietate legis, ideo peccans ex tali iuris ignorantia, peccatum eiuſdem ſpeciei committit, ac ſi conſcius legis rem alienam auferret, idem enim eſt obiectum volitũ in vtroque caſu, & proinde eiuſdem ſpeciei peccatum erit.

Hinc ſequitur, quod qui committit vſuram ex culpabili ignorantia iuris, ad reſtitutionem tenetur perinde ac ſi eſſet iuris conſcius; *Ratio eſt*: quia vterque vult lucrum ex mutuo, & proinde vterque peccatum iniuſtitiæ committit.

Eodem modo prætermittens culpabiliter ex ignorantia peccatum confitendũ, neſciens hoc eſſe malum, tenetur iterare confeſſionem ac ſi eſſet iuris conſcius, & illud prætermitteret. *Ratio eſt euidens:* quia vtriuſque obiectum (ſcilicet, prætermiſſio voluntaria peccati confitendi) eſt in ſe volitũ, & conſequenter vtrumque peccatum eſt eiuſdem ſpeciei, nempe ſacrilegij.

39 *Secundum* dictum eſt: Peccatum† factum ex ignorantia iuris poſitiui, prohibentis aliquid nõ ex natura rei malum, ſed ideo malũ, quia prohibitum, eiuſdẽ eſt ſpeciei cũ peccato ex certa ſcientia cõmiſſo, non ſolũ reductiuè, vt volũt Caiet. Corduba, & Medina, ſed ẽt primo & directè, Ioſeph Angles Greg. de Valentia, & Vaſquez ubi ſupra docent, vt v.g. peccatum culpabiliter ignorantis ius poſitiuũ ieiunandi, & non ieiunantis propter talẽ ignorantiã eſt eiuſdem ſpeciei, nẽpe intemperantiæ, cũ peccato cõmiſſo a ſciente ius ipſum. *Ratio eſt:* quia peccatum ſumit ſpeciem ab obiecto & conuerſione ad illud, at vero obiectũ. ſ. eſus cibi vetiti, carnis videlicet, aut bina comeſtio, fuit vtrobique in ſe volitũ. Ergo eiuſdem erit ſpeciei ſiue ſcienter fiat, ſiue ex legis ignorantia. Qui enim peccat ſcienter contra ius poſitiuum, non ideo peccat, quia feratur in actũ ſub illa peculiari ratione, quatenus eſt contra legẽ (hoc enim valde rarum eſt, & in alia particulari ſpecie, nimirum inobedientiæ ſpecialis) ſed ideo peccat, quia voluntas fertur in actum ipſum ſecundum rationem vtilis, aut delectabilis eodem modo quo ille, qui ignoranter peccat, & ideo peccatum eiuſdem erit ſpeciei in vtroque, vt diximus.

40 *Tertium* dictum eſt; Peccatum † ex ignorantia facti commiſſum, eiuſdem ſpeciei eſt cum peccato cõmiſſo ab illo, qui facti erat conſcius. Sic Medina, Greg. de Valentia & Vaſquez vbi ſupra, cõtra Caiet. & Ioſeph Angles, qui id negant, & ſolũ volunt eſſe circunſtantiam peccatorum, quorum effectus ſunt, vt v.g. homicidiũ in venatione ex negligentia ſciendi, & incaute ſagittandi eſt in eadem ſpecie homicidij, ac eſſet ſi ſcienter factum fuiſſet, & nõ ſolũ ĩ ſpecie incautæ ſagittationis, & periculoſæ operationis. *Ratio eſt:* quia homicidiũ hoc, quòd eſt huius actus obiectum, indirectè ſaltem volitum eſt, ꝙ ſatis eſt vt in ſpecie illa cõſtituatur. Nã peccato perſonali quod ſpeciem ſuam, hoc ſolum videtur eſſe eſſentiale, vt actus ille peccati ſit voluntarius voluntate propria, hoc eſt, vt voluntas poſitiuè ſit principiũ illius, ſeu efficiat illũ, ꝙ autem ſit voluntarium directè vel indirectè, accidentalis tãtum differentia eſſe videtur, pertinens ad hoc genus eſſentiale peccati, ſ. perſonale, ex qua, ſ. iudicari debet de grauitate peccati perſonalis, non autem de eſſentia, vel de ſpecie peccati, vt rectè Greg. animaduertit, & hoc maximè in peccatis illis, quorum malitia in externo opere conſummatur, hoc eſt, quorum malitia ex obiecto & circũſtantijs primariè deſumitur ex actu exteriori, et inde ſecũdario deriuatur in voluntatem, quale eſt homicidiũ, furtum, adulterium, et ſimilia; ſiquidem in his peccatis, ſicut malitia eſt primario in opere externo relatum ad ſuum obiectum et circunſtantias, & ſecũdario in voluntate, ita etiam peccata illa primario prohibentur a lege non ſolum humana, ſed etiam diuina, ſecundum actum exteriorem, et ſecundariò deriuatur præceptum prohibens in actũ interiorem, vt patet; Nã lex diuina prohibuit periurium, furtum, adulterium, et cetera quæ in Decalogo continentur, non ſub hac forma: *Ne velis falsò iurare*, aut, *Ne velis falſum teſtimoniũ dicere*, aut, *Ne velis occidere*, ſed ſub hac forma, *Ne iures falſum.* Item. *Ne falſum teſtimonium dicas:* Item. *Non occides. Non adulterabis.* Quæ omnia ſigna ſunt manifeſta, opus externũ ſecundum ſe malũ eſſe, et cadere ſub præceptum, et primariè prohiberi. Nam ideo velle occidere, aut iurare falſum, eſt malum, quia occidere, et iurare falſum eſt malũ, ſaltem, vt obiectũ. Quod ſi nonũ, et decimum præceptũ directè prohibeant concupiſcentiam vxoris, aut rei alienæ, non ideo factum eſt, quia præceptũ directe

& primariè feratur in tales affectus, & ſecundariè in opera exteriora, ſed illa præcepta ſub ea forma lata fuerũt, ad tollendũ falſam opinionẽ vulgi, putãtis licitum eſſe huiuſmodi res concupiſcere, & ſola opera exteriora prohiberi, cũ tamẽ vetito exteriori opere, quod 6. & 7. præcepto iã vetitum erat, ſufficiẽter alioquin affectus prohibitus eſſet, prout Catechiſmus Romanus optimè expoſuit, vbi etiã aliã huius rei rõnem aſſignat in explicatione pręcepti Sexti, nu. 6. & pręcepti Noni, nu. 3. ex S. Tho. 1.2.q.100.art.5. ad 5. Id quod multo magis dicendũ eſt lege humana, quę opus externũ prohibet. Cũ igitur homicidium maliciam & ſpeciem ſuam ex opere externo deſumat, idemque opus externũ ſit, ſiue ignorantia culpabili fiat, ſiue ſcienter, ſatis eſt actionẽ illam externam homicidij volitã eſſe etiã indirectè, vt homicidium in utroque euentu ſit & dicatur, eiuſdemque ſpeciei ſit, ſiue ignorantia culpabili, ſiue ſcienter committatur. Immo, ſi peccatũ illud non ſit homicidij, quia ignoratur euentus, eodem mō non erit in ſpecie periculoſæ operationis, quia ignoratur periculũ, qui enim occidit ex ignorantia, ignorat etiam periculum illius: Non ergo poteſt ex illo ſpeciem deſumere vt putauit Caiet. ſed ex obiecto & actione exteriori, quæ cum eadẽ ſit ſiue ex culpabili ignorantia, ſiue ex ſcientia fiat, & in utraque ſufficiens ſit ratio voluntarij, & eadẽ malitia, eiuſdem conſequenter ſpeciei vtraque actio erit. Idemque de adulterio dicendum eſt.

Hinc ſequitur ſic occidentem hominẽ ex culpabili ignorantia contra iuſtitiam peccare, ac ſi ſciẽter occideret, quamuis non ita grauiter, & proinde ad reſtitutionem obligari. Etenim eodem modo contra iuſtitiam eſt, & obligationem reſtitutionis inducit, ſicut homicidium ſcienter factum, vt rectè Gabr. Vaſquez loco proximè citato diſputat. 101. cap. 3. & 4. animaduertit, immo etiam idẽ fatetur tandem Ioſeph Angles in Florib. 4. ſent. d. 22. q. 2. art. 4. difficult. 5. Concluſ. 3. in fine.

Eodem modo occidens hominem irregularis erit, vt fatetur Caiet. 1.2.q.76.art.4. vbi etiam affirmat talem in iure Canon. vocari homicidam voluntarium; quod etiam docet Greg. de Valentia, tom. 2. diſput. 6. q. 6. puncto 3. vnde ſignum euidẽs eſt, huiuſmodi voluntarium ſufficiẽs eſſe vt actum illum in ſpecie homicidij conſtituat.

41 *Quartum* dictum eſt; Quoad † peccata commiſſa ex ignorantia priuante hominem vſu rationis; In qua re, vt materiam hanc breuiter explicemus, nonnulli nobiles Theologi indifferenter docent, omnia opera peccati, quę fiunt in ebrietate, eodem modo culpæ imputari, ac imputarentur ſi abſq; ea committerentur. Sic Alex. de Ales p. 2. quęſt. 112. memb. 9. & 153. memb. 2. Durand. 2. d. 22. q. 4. ad primum, nu. 9. Marſi. 2.2.q.15. artic. 2. concluſ. 3. Henr. quodlib. 3. q. 16. Rich. diſt. 22. ar. 3. q. 2. ad 2. Syلueſt. verbo, ebrietas, q. 4. Armilla eod. num. 10. immo & S. Th. 1.2.q.76.art.4. ad ſecundũ, & quartum, quem ſequuntur ibidem Conradus & Caiet. et 2.2. quæſt. 150. art. 4. in corp. & ad primũ, *quorum ratio eſt*: quia inebrians ſe voluntariè dedit cauſam talis ignorationis etiam uoluntariè. Sicut ergo cauſa illa, ſ. ebrietas, & ignoratio voluntaria & libera eſt, ita ẽt & euẽtus ex ea ortus uolũtarius eſt, et culpæ imputandus. Alij vero non ita abſolutè docent omnia opera aliàs mala in ebrietate facta, culpę imputari, vt Bonau. 2. diſt. 22. art. 2. q. 3. ad vltimum Pau. 4. diſt. 32. q.... art. 3. concl. 3. Maior 4. diſt. 17. q. 8. concl. 4. Caiet. 2.2.q.150.art.4. Alphonſ. de Caſtro, lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 14. poſt primam cõcl. principalem. Couar. in Clem. *Si furioſus*. p. 3. in princ. nu. 3. & 4. Anton. de Corduba lib. 2. q. 18. Ioan. Arboreus, in lib. 10. ſuæ Theoſopiæ. capit. 3. Mart. Nauar. in Manu. c. 27. nu. 230. verſi. Decimo primo. Greg. de Valentia tomo 3. diſput. 9. q. 3. puncto 2. aſſert. 3. & Gabr. Vaſquez, in 1.2. diſput. 127. c. 2. & 3. qui omnes affirmant peccata in ebrietate facta excuſari ſi non omnino, at ſaltem ex parte. Id quod etiam docent Origen. Homil. 5. in Geneſim, Chryſ. Hom. 44. in Geneſim, S. Irenæus lib. 4. c. 51. S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 44. & Theodoretus. q. 96. in quæſtionibus ſuper Geneſim, qui diſputantes de ebrietate Loth affirmant excuſari a peccato inceſtus, quamuis fortè excuſatus nõ eſſet ab ebrietate. Omiſſis igitur aliorum ſententijs, hęc mihi in hac re dicenda videntur.

42 *Primo*, non omnia quæ † fiunt, aut dicuntur in ebrietate, peccata ſunt, ut patet, ſi quis in ebrietate blaſphemaret, aut actum periurij, aut infidelitatis committeret. *Ratio eſt*: quia hæc vt peccata ſint, & ad culpam imputentur, fieri debent ſcienter; At vero qui non uidet, aut dubitat eſſe falſum, quod iurat, periurus non eſt, ſicut nec blaſphemus eſt, qui ignorat quid dicit. Ebrius autem in ebrietate poſitus, non eſt ſui compos, & conſequenter ſcire non poteſt an bonum, aut malum, verum an falſum ſit, quod facit, aut dicit.

Secundo, verba, vt dicta iniurioſa, & facta cõtumeliæ in ebrietate facta, q̃ alioquin in ſana mente iniurioſa eſſent, non ſunt peccata. *Ratio eſt*: quia etiamſi hæc præuideantur, eo ipſo tamen quod in ebrietate dicta, & facta ſunt, in cõi hominum æſtimatione non cenſentur aut reputantur iniurioſa.

Tertio, fornicatio, adulteriũ, homicidium, aut aliud damnũ tẽporale quod fit in ebrietate, ſi præuiſum fuit, aut probabiliter præuideri potuit, peccatum eſt, & imputatur ei ad culpam. *Ratio eſt*: quia tunc quodammodo voluntaria cenſentur talia peccata ſaltem indirectè, id quod ſatis eſt ad cõſtituendum peccatum, & ex alia parte proximus vere dãnum patiatur, tenemur autem cauere damnũ proximi, ne eueniat etiam in ebrietate, alioquin imputabitur ad culpam: poſtquam autem quis præuiderit huiuſmodi damna ſequi poſſe in ebrietate, ſi tamen debitam diligentiam adhibeat, ne aliquid illorum eueniat, quamuis talis ebrietas ſit peccatum, quod tamẽ poſtea caſu aliquo euenit, non erit peccatum. Vt autem hæc debita & ſufficiens diligẽtia adhibeatur, ne eueniat, conſiderandum eſt id quod docet S. Thom. 1.2.q.20. artic. 5. ſcilicet, an euẽtus aliquis frequenter contingat in ebrietate, ſiue per ſe, ſiue per accidens, & tunc peculiaris diligẽtia adhibenda eſt, ne tale quid accidat; ſi autẽ rarò contingat, multo minor cura neceſſaria eſt; quod ſi habita ratione circumſtantiarum temporis, & loci, nullum videatur imminere periculum, tunc nullam diligentiam adhibere tenetur.

Quarto, quando euentus præuiſi erant, aut probabiliter præuideri poterant, & non adhibita debita diligentia poſtea in ebrietate contingat, peccata ſunt vt diximus, & eiuſdem ſpeciei nõ ſolum reductiuè, vt putat Caietanus in 1.2.q.76.art. 4. quẽ ſequitur Ioſeph Angles in Florib. 2. Sent. diſti.22.q. 2.art.4.difficul.5. concl. 2. ſed etiam directè & per ſe, ac ſi ſcienter fieret, vt docet Gabriel Vaſquez, in 1.2.diſpu.101.c.4.& diſp.127. ca. 3. *Ratio eſt*, quia adeſt voluntarium ſufficiens ad conſtituẽdum peccatum, & peccata hæc malitiam ſuam deſumunt ex obiecto & circumſtantijs operis exterioris, quæ malitia, vt diximus, primariè eſt in actu exteriori: ſecũdariè autem deriuatur in interiorem, vt latius ſupra expoſuimus. Vnde fit vt in hmõi euentibus ſi damnum proximo inferatur, teneatur ad reſtõnem, prout etiam Ioſeph Angles loco proximè allato fatetur. Atque hæc ſatis hoc loco ſint de ignorantia, quæ prima cauſa peccati eſt, poſitis illis quę ſupra c.2.de eadem in fine docuimus. Hæc autem eo a nobis prolixius tractata ſunt, vt quid de peccato ignorantiæ in arcano illo confeſſionis iudicio cenſendum ſit tam pœnitentes, quam confeſſarij rudiores, quos hic inſtruere cupimus, melius intelligant, & exactius perpendant & conſiderent, cum dubium non ſit, multa peccata ex ignorantia initium, & progreſſum ſuum habere.

Illud denique in fine huius capitis addendum eſt
43 præter† has ignorantias, de quib. hactenus dictum eſt, aliam eſſe, quæ coniuncta eſt omni peccato, de qua, *Errant*, (inquit Sapiens, Prou. 14.) *qui operãtur malum* quæ cæcitas mentis, ſeu hebetudo ſenſus, ſeu error, ignorantia, imprudentia, vel obſcuratio, in Scripturis, & Patrib. appellatur, eſt illa quo principium aliquod nõ cogitatur, qđ rectè expensũ, & conſideratũ attentè, a peccato auerteret, vt quã ſit ingratum Deo, quam nobis noxium peccatũ, quãta pœna dignum, & ſimilia. Quamuis.n. certum ſit, & conſtet experimento multos agere contra id, qđ apertè ſciunt (prout ẽt auctoritate diuina cõfirmatur, ſm illud, *Luc. 12. Seruus, qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non fecit, plagis uapulabit multis, & Iac. 4.* dicit, *Sciẽti bonũ facere, & nõ faciẽs, peccatũ eſt illi.*) nihilominus tamen æquè manifeſtum eſſe debet, eos qui ſic faciunt, vel obliuiſci, vel minus attentè conſiderare rationes illas, quæ illos a peccatis retraherent. Quem errorem, & defectum tradit Sacra ſcriptura paſſim, vt Hierem. 12. vbi dicitur. *Deſolatione deſolata eſt terra, quia non eſt, qui recogitet corde*, & ſimilia habentur, *Eſaiæ, c.57.* quę etiam cã eſt, quòd ſcriptura ſæpius inculcat eos, qui peccãt, non intelligere ea, quæ agunt, eoſque cæcos appellat. Hoc ipſum etiam docet S. Auguſt. tum alibi, tũ præcipuè lib.2.de peccat. merit. & remiſſ.cap.17. vbi cum quæſiſſet quare homines non ſint ſine peccato, & dixiſſet, ſe rectè poſſe reſpondere, quia nolunt, ſtatim ſubdit: *Sed ſi ex me quæritur, quare nolũt, imus in longum*, & paulo poſt rem clarius explicans ait: *Nolunt homines, ſiue quia latet, quod iuſtum eſt, ſiue quia non delectat. Tanto enim quidquam uehementius nolumus, quanto certius quam bonum ſit nouimus, eoque delectamur.* Et certè ipſa experientia hoc docet, quoties peccamus, nam quoties quis attrahitur ab obiecto delectabili, vel vtili, nec recta ratio impedit voluntatis affectum, ita ſe habet intellectus, vt rationem delectabilis, vel vtilis in peccato efficacius & attentius conſideret, rationes autem retrahentes a peccato leuius cogitet, & expendat.

Qui ſanè defectus rectè a S. Thoma 2.2.q.15.art. 1. & 2. cęcitas mentis, & habetudo ſenſus appellatur, vbi latè & doctè cauſas huiuſmodi hebetudinis, & cæcitatis explicat, de qua re legendi ſunt Proſper. lib.2.de vocat.Gent.c.27. qui eſt de timore, vbi vocat *caliginem mentis*, Henricus a Gandauo, Qđli. 1. q.17.& quodlib.10.q.10. Alexander de Ales, parte 2.q.112.memb.4.S.Thom. in 1.2.q.77.art.2.& 2.2.q.15.art.1.& 2. Scotus, in 3.diſt. 36.q.vnica.§.ſecundus articulus, in principio, & deinceps. Capreolus, ibidem, q.1.art.3.ad primum Scot. contra 1.cõcluſionem. Gabriel, 2.d.22.q.2.ar.3.dub.3.& 3.diſtin.36.q.vnica, art.2.p.2.conclu.3. Adrian. Quodlib.4.in princ.art.1.litera, F.Petrus Sotus, tract.de medendis peccatis, lectio.2. Anto. de Corduba, lib. 2.qq.Theolog.q.13.Greg. de Valen. tom.3.diſpu. 1.q.15.Gabriel Vaſquez, in 1.2.diſp. 128.cap.5.& alii recentiores. Hæc quantum ad noſtrum inſtitutum ſpectat, dixiſſe ſufficiat.

ADDITIONES.

a Primo igitur ex parte rationis. *Proderit mirifice, niſi fallor, diſputationi propoſitæ, in eius ueſtibulo, atque aditu illud præmunitum habere, & nouiſſe, quam tandem ſcientiam hac in parte intellectus, retinere debeat vt huius ſcientiæ priuatio, et vacuitas, quam ignorantiam dicimus, non ſit cauſſa peccati.*

Igitur, cum intellectus hoc loco conſideretur potiſſimum, quatenus recta regula vtitur ad dirigendos, moderandoſque humanos actus, ſequitur, vt ad id duplici ſcientia ipſi ſit opus. Etenim, quoniam ſic verſatur in ijs, quæ ad fugam, & proſecutionem pertinent, adhibita ratiocinatione, electioneque, neceſſe eſt, vt omnino intelligat, quæ fugienda, quæue proſequenda ſunt. Sed enim hominum actiones in ſingularibus rebus ſunt poſitæ, ex quo fit, vt quæ ipſam aut fugam, aut proſecutionẽ attingit, ſemper ſingularis exiſtat. Verum quia, vt Logici loquuntur, concluſio ſequitur debiliorem partem, & non conficitur ex puris particularibus, ideo efficitur, ut huiuſmodi concluſio naſcatur ex altera præmiſſa vniuerſali, ex altera verò particulari. Quamobrem ad humanorum actuum moderationem, & vniuerſali, & particulari ſcientia intellectus noſter indiget: non quacunque ſed ea, quam percipere poſſumus, & debemus. Quod autem attinet ad ſcientiam vniuerſalem eo pacto conſideratam, primũ (vt de fidelibus dicamus) omnes ſcire debent, & credere, quæ ad fidem in Deum ſpectant, ea nimirum ratione, vt ijs, quæ ſunt per ſe credenda, & quæ articulis fidei continentur, pro cuiuſque conditione, ac ſtatu ab omnibus fides explicita ſit adhibenda. Cetera verò, quæ in ſacra ſcriptura, in Apoſtolicis traditionibus, atque in concilijs ad fidem ipſam pertinentia habentur, ſatis eſt nos credere implicite, atque in animi præparatione; vt ſcilicet inſtructi, atque parati ſimus ad credenda etiam explicite, quando nobis fuerint patefacta, quę fidei in his doctrina complectuntur.

Deinde verò omnes tenere debent communiſſima, atque vniuerſalia Iuris præcepta; Naturæ quidem illa duo generaliſſima, Nulli faciendum eſt indebitum; & vnicuique faciendum eſt debitum; Veteris autem legis, quæ in Decalogo ſcripta leguntur: Nouæ porrò legis Euangelicæ, quæ maxime ad charitatem pertinent; Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua; & proximum tuum, ſicut teipſum.

Quibus omnibus annectantur; quæ nobis ab ipſa Eccleſia ex præcepto ſeruanda proponuntur. Ac de vniuerſali quidem ſcientia ſatis impræſentiarum dictum ſit. Inferius ſuo loco multa eodem ſpectantia de ſingulis legibus explicabuntur. Sequitur nunc, vt de particulari ſcientia, quod hunc locum attingit, item quædam pauca in medium afferamus.

Igitur, præter illa communia, quæ modo recenſebantur, neceſſe eſt, vt ſinguli ea cognita, & percepta habeant, quæ ad eorum officium, & ſtatum attinent: atque etiam præter hæc omnia, nonnullas rerum agendarum circumſtantias ſcire tenentur, quarum cognitio à Iuriſconſultis ſcientia facti nominari uidetur, ut exempli cauſſa, Prælatus nouiſſe debet non ſolum leges, quibus ſubditi recte gubernentur, uerum etiam num ab eis obſeruentur, quo eos admonere, & corrigere ualeat. Conſimiliter Parochi partes ſunt, non modo tenere regulas, & rationem, qua idoneus ſit ad confeſſiones audiendas, ſed etiam neceſſe eſt præterea, ut ſciat, et cognoſcat, numquid ſubditi annuam fecerint confeſſionem; & utrum in Paſchate ſanctiſſimam receperint Eucharistiam, ex D. Thom. & Medi. 1.2.q.76.art. 1. & cum primis hæc conducent facilius percipiendis ijs, quæ in hoc ipſo capite diſputantur ab Authore nume. 31. & ſeqq.

b Quinta eſt: Ignorantia alia eſt. Gregorius de Valent. tom. 2. diſput. 6. quæſt. 6. ad hoc membrum omnia alia propoſitæ diſtributionis membra, & ab Authore, & ab alijs expoſita uidetur referre: ita ut ex ijs alia ſeparatim, alia communiter ad uincibilem & inuincibilem ignorantiam pertineant: hunc fere in modum, ut Inuincibilis ſit antecedens, & inuoluntaria: Vincibilis autem conſequens, affectata, craſſa, & uoluntaria. Vtraque autem concomitans & iuris, ac facti, & quamuis Azor. Inſtit. Moral. libr. 1. capit. 12. quæſtio. 2. aliter hæc exiſtimet digerenda tamen facilioris doctrinæ cauſſa retineantur quæ ex Valentia modo obſeruabantur ob eam ipſam cauſſam adiuncta diſtributione in ignorantiam culpabilem, atque inculpabilem. Quibus manentibus nihil, meo iudicio, facilius, nihil expeditius ad uniuerſam rem præſentem tam multis pertractatam paucis complectendam; ſi dictum fuerit, eam demum ignorantiam, quæcunque fuerit, eſſe cauſsā peccati quæ ita in culpa poſita eſt, ut a peccato minime excuſet: quod ſi culpa uacet, atque idcirco excuſet a peccato: nihil habet dubitationis, quin nullius peccati cauſa exiſtat, ſaltem formaliter, nam materialiter poſſet eſſe in eum ſenſum, quod poteſt eſſe cauſa actionis, quæ alioquin ſanè per ſe peccatum exiſtit, ſed non tunc, quando ab ea ignorantia procedit: Ita commode admodum, & diſerte Gregor. de Valent. memorata quæſtio. 6. punct. 1. interpretatur D. Thom. & Caiet. 1. 2. quæſtio. 76. arti. 1. quando innuunt inuincibilem quoque ignorantiam peccati cauſſam eſſe.

Nec uidetur huiuſmodi interpretatio aduerſari communiori Theologorum ſententiæ affirmantium, ut refert Bartol. Medin. eod. art. 1. propterea ignorantiā non eſſe cauſsā peccati, ut paulo ante dicebatur, quia omnino excuſat a peccato, nā perappoſite interpretari poſſunt de cauſſa formali, non autem materiali, ut modo exponebatur.

Iam uerò ex eo ignorantia omnino excuſat a peccato, quod omnino eſt inuoluntaria, ut omnes fateri oportet. Tunc autem eſt omnino inuoluntaria, quando illo ſtudio munita eſt, quod perſonæ negotij, atq. aliarum circumſtantiarum generis eiuſdem habita ratione cenſeri poteſt, non quidem ſummum, ſed ſufficiens ad propoſitæ rei cognitionem adipiſcendam ut diligenter, & fuſe nu. ſequente explicat Author: ex doctrina autem Ariſtotelis, quam attulimus ſupra hoc eodem libro ad capit. 2. num. 15. dicere poſſemus, tunc ignorantiā eſſe plane inuoluntariam, quando eſt ſimplex, ac mera, & nihil extranei habet admixtum, neque animi, neque corporis perturbationis, aut negligentiæ ita vt quis peccet per ſimplicem, & germanā ignorantiam, non autem ignorans quod poſterius accidit non ſolum per ignorantiā, ſed etiam per quippiam aliud, cuiuſmodi eſt, quæ modo afferebatur, animi aut corporis perturbatio, & negligentia.

c Per contritionem, orationem. Vtriuſque non videtur eſſe eadem ratio; quod hanc partem attingit, etenim oratio munus eſt, quod viribus humanis, & a peccatoribus poteſt exerceri vt neminem fugiat: at contritio qualiſcunque ſit, donum Dei eſt, & Spiritus ſancti impulſus, vt ſcriptum legimus in Conc. Trid. ſeſſ. 14. ca. 4. atque vltima diſpoſitio ad gratiam, cuiuſmodi eſt cōtritio nunquam ſeparatur a charitate, & gratia, ut ex communiore, & tutiore ſententia aduerſus Caiet. tradit Gregor. de Val. tom. 4. diſput. 7. q. 8. p. 1. verſ. Caie. autem. At vero in ijs, quæ ad animæ ſalutem pertinent, fatetur Bart. Med. 1. 2. q. 76. art. 2. verſi. ſed dicet Theologus ſi homo omni alia fuerit ope deſtitutus teneri Deum orare, non autem ad gratiam ſeſe præparare. Id quod haud ſatis percipio.

Etenim in his paucis verbis videtur ſibi aduerſantia proferre. Nam quid amabo aliud eſt orare Deum, quam ſeſe ad illius gratiam & peccatorum remiſſionem impetrandam diſponere? Quoniam eo ſpectat illud Dominicæ orationis. Dimitte nobis debita noſtra: vt Publicanus, nonne orans, & dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori, deſcendit in domum ſuam iuſtificatus? Legatur ipſe Med. 1. 2. q. 21. art. 4. in fin. & Card. Bellarm. tom. 4. De bon. operibus lib. 1. ca. 3. Qua in re cautius loquitur noſter Author in fine proxime ſequ. num.

Paucula hæc ad tam amplum longeque productum caput, tum quia adeo enodate, copioſe, atque abundāter de uniuerſa re diſſerit Author, ut de ea nihil fere alijs diſputandum reliquerit: tum quia non eſt animus omnia perſequi; eſſet enim immenſum; præſertim quia Baretius noſter etiam, atque etiam inſtat, urget, atque ad hæc quam primum perficienda propemodum inſectatur, & impellit, cui dum nullum commodum in me claudi uolo; uereor, ne utrique noſtrum tam præpropera feſtinatio ſit fraudi.

De ſecunda cauſa interna peccati, quæ eſt paſſio appetitus ſenſitiui. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 Paſſio appetitus ſenſitiui quæ per ſimilitudinem infirmitas etiam appellatur, intrinſeca cauſa peccati.

2 Appetitus ſenſitiuus mutet uoluntatem quomodo. nu. 9.

Alia etiam communis & uniuerſalis cā tanquā radix et origo peccati conſtituitur, ſ. amor inordinatus ſui.

Omnia quæ inordinatè concupiſcimus, ad tria reuocātur ab Apoſtolo Io. 2. nu. eod.

Quando paſſioni conſenſum aliquē formaliter aut interpretatiuè quis præſtat, huiuſmodi aſſenſus a paſſione impulſus eſt, mortalis eſt, & morti fructificat. ibid.

3 Paſſio uehemens priuans hominem uſu rationis, totaliter excuſat a peccato. Et quare.

4 *Paſſio antecedens peccatum, ſicut minuit voluntariū, ſic & peccatum, quomodo. Et quare.*

Peccans graui carnis tentatione, minus peccat, quam qui ex leui tentatione peccat, & quare. nu. eod.

1 ALtera peccati cauſa † intrinſeca, eſt paſſio appetitus ſenſitiui, quam merito Scriptores infirmitatem appellant, per ſimilitudinem quandam ad corporis infirmitatem. Sicut enim corpus hominis infirmum eſſe dicitur, quando debilitatur, vel impeditur in executione propriæ operationis, propter aliquam inordinationē partium corporis, ita ſcilicet quod humores, & membra non ſubdantur virtuti regitiuæ, & motiuæ corporis: ita infirmus animæ dicitur, quando impeditur anima in propria operatione propter inordinationem partium ipſius. Sicut autem partes corporis dicuntur eſſe inordinatæ quando non ſequuntur ordinem naturæ, ita & partes animæ inordinatæ dicuntur, quando ordini rationis non ſubduntur; eſt enim ratio vis regitiua partium animæ, vt optime S. Thom. in 1. 2. q. 77. ar. 3. expoſuit. Ita namque quaſi febris quædam eſt, & ſanguinis accenſio, qua iudicium rationis turbatur. *Turbatus eſt* (inquit Dauid) *a furore oculus meus. Pſal. 6.* Et carnis concupiſcentia mentem, & rationem peruertit, iuxta illud *Dan. 13. Concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* Quamuis enim voluntas cum potentia immaterialis ſit, & libera, ab appetitu ſenſitiuo, qui vis, & potentia materialis eſt, directe moueri nequeat, indirecte tamen ex parte obiecti ab eo moueri pōt, ad agendum, quatenus diſpō appetitus ſufficit, vt obiectum appareat conueniens ipſi appetenti, & ſic voluntati etiam proponatur expetendum, quia ſ. obiectum illud delectabile, & bonum apparere facit, quod illi affectui conforme eſt, iuxta illud Philo. 3. *Ethic. c. 4. Qualis vnuſquiſque eſt, talis ei finis videtur* hoc eſt, talia iudicat ſibi expedire.

Et quidē quod aliquo tandem modo appetitus ſenſitiuus voluntatem moueat, dubitari non poteſt aut debet cum id paſſim Scriptura teſtetur, *Dan. 13. Concupiſcentia ſubuertit cor.* Ac ſi aperte Scriptura diceret, Pronitas ſenſualitatis volūtatem ad delitias, libidinē iram, & huiuſmodi, allicit, vt is appetitus ſenſitiui paſſionibus conſentiat. Et *Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* In quib. verbis explicat vim appetitus ſenſitiui, quia ſecum trahit voluntatem ſiquidem per legem membrorum intelligit Apoſtolus concupiſcentiam, & cum concupiſcentia, paſſio quædam ſit ſenſualitatis, de ſententia B. Pauli inducet planè intellectum, vt contra ſcientiam operetur. Hoc idem clariſſime Iacobi 1. confirmatur: *Vnuſquiſque* inquit, *tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, concupiſcentia autem cum cōceperit, parit peccatum.* Nec ſane cōmodiori modo explicari poſſe videtur, qūo appetitus ſenſitiuus moueat, & inclinet voluntatem, quā indirecte ex parte obiecti, quia nimirum ratio, & voluntas facile ad illud idem inclinatur, ad q; propendet appetitus. Hinc S. Auguſt. li. 5. contra Iulianum, c. 5. ſententiam S. Iacobi ſupra citatam explicans, ait: *Pariens eſt concupiſcentia; partus peccatum: ſed concupiſcentia non parit, niſi conceperit; non concipit niſi illuxerit, hoc eſt, ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis aſſenſum.* Et denique hoc ipſum ſufficienter ſatis quotidiana experientia conſtat, vt lōgiori probatione non indigeat.

2 Iuxta hanc cauſam, infirmitatem ſcilicet ēt † alia communis & vniuerſalis cauſa, tanquam radix, & origo peccati conſtituitur, Amor nimirum inordinatus ſui, qui vt ait S. Aug. lib. 14. ciui. ca. 28. quem refert, & ſequitur S. Th. 1. 2. q. 77. ar. 4. *Cum vſque ad contemptum Dei pertingit, facit ciuitatem Babylonis.* Quo ſane in loco egregie S. Thomas oſtendit paſſionem omnem appetitus noſtri, aliud non eſſe, q̃ quod bonum aliquod ſenſibile nobis amamus. Quęcunq; enim volumus, propter nos volumus, ſi itaq; nos ipſos inordinate non amaremus, nihil aliud inordinate cuperemus. Quod ſatis Apoſtolus indicat, cū priuſquam diceret de multis nouiſſimorū temporum peccatis; præmiſit 2. *Tim. 3. Erūt homines ſeipſos amātes, cupidi, elati, ſuperbi,* &c. Amor vero hic ſui inordinatus, ille affectus intelligitur, quo nos iuxta corpus tantū conſiderantes, omiſſa & neglecta anima, bona corporis inordinatè amamus. Cui inordinato amori idem S. Auguſt. vbi ſupra oppoſuit amorem Dei, vſque ad contemptum ſui, quo quidem amore ciuitas Hieruſalē ædificatur. Huius rei probatio eſſe poteſt. Siquidem nemo peccat. niſi vt aliquod bonum conſequatur, quod inordinatè amat. Sic enim Iudas ex inordinato pecuniæ amore peccauit; Dauid ex concupiſcentia Bethſabee corruit; Eua ex inordinato amore veſcēdi ex ligno vetito lapſa eſt. Hæreticus ex amore ſui, vt ſuum ſequatur beneplacitum, peccato occidens ſeipſum præ nimio ſui amore peccat, ne præſentes miſerias, quas inordinatè deteriores iudicat, patiatur.

Et quamuis multa bona ſint, & fere innumerabilia quæ nobis inordinatè cupere poſſumus, hæc tamē omnia Apoſtolus 1. Io. 2. ad tria reuocat, dicēs: *Omne quod eſt in mūdo, aut eſt cōcupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorū, aut ſuperbia vitæ.* Quæ vt optimè S. Thom. 1. 2. q. 77. ar. 5. bona omnia appetitus ſenſitiui continēt, & cauſæ ſunt peccati omnis qđ ex ſenſualitate & appetitu ſenſitiuo proficiſcitur. Nomine autem *Concupiſcentiæ carnis*, intelliguntur naturales concupiſcentię ciborum & venereorum, Nomine vero *Concupiſcentiæ oculorum*, concupiſcētiæ animales diuitiarum, bonorum, & aliarum rerum curioſarum; Nomine denique, *Superbiæ vitæ*, intelligūtur omnes paſſiones appetitus iraſcibilis, cuius eſt ferri ad ardua & difficilia, qualis eſt materia ſuperbiæ, vnde fit, vt ſicut hi duo appetitus, concupiſcibilis ſcilicet, & iraſcibilis, cauſæ ſunt & paſſiones ſenſitiuæ, ita bona omnia ex quibus appetitus ſenſitiuus quoquo modo voluntatem mouere poſſit ad iſtorum vnum aliquem reducantur, omneſq. iſti morbi ſunt, vnde anima ipſa infirmatur.

Sicut autem paſſio mouere poteſt volūtatem ad expetendam rem illicitam mortaliter, ita etiā cauſa peccati mortalis eſſe poteſt, vt docet S. Thom. 1. 2. q. 77. ar. 8. ac euidenter colligitur ex illo Apoſtoli ad Rom. 7. *Paſſiones peccatorum operantur in nobis ad fructificandum morti.* proprium autem eſt peccati mortalis, quod morti fructificet. Et quidem ſi voluntas antecedenti paſſioni nullum præbeat aſſenſum, nullum exinde peccatum mortale ſequetur. Cum enim paſſio illa & motus ſubitaneus voluntarius non ſit, nullo modo auertit à Deo tanquam

quam ab vltimo fine, & conſequenter peccatũ mortale non conſtituet: Neque enim præcipitur nobis quod concupiſcentiam non habeamus, ſed ne illi conſentiamus. Quando autem huiuſmodi paſſioni conſenſum aliquem formaliter, aut interpretatiuè (vt loquuntur Theologi) præſtat, huiuſmodi aſſenſus a paſſione impulſus, mortalis erit, vt ſi voluntas delectationi venereæ aſſenſum præſtet. Tenetur namque homo cum primum talis delectatio inſurgit, illam opprimere, aut reſiſtere quãtum poteſt, totiſque viribus procurare ne in tali cogitatione volũtas immoretur, & intellectum auertere, ne de illa cogitet, aliter enim in certiſſimo eſt lapſus periculo, qui vero amat periculum, peribit in illo. Sublatis cogitationibus turpibus, continuo paſsionis tempeſtas quieſcit. Non enim fertur voluntas in incognitum. Et ſicut in præſentia obiecti ad ſedandum carnis concupiſcentiam oportet omninò auertere oculos corporeos, & ne feminæ pulchritudinem, & vanitatem videãt: ita etiam ad opprimendam carnis paſsionem in abſentia obiecti, neceſſarium prorſus erit oculos mentis auertere, ne turpia, & inhoneſta contemplentur.

3 Quia verò † nõnunquam paſsio talis, & tanta eſt, vt omninò priuet hominem vſu rationis, conſequẽter totaliter excuſat a peccato, vt v.g. qui præ nimia ægritudine incideret in phreneſim, excuſaretur ab adulterio, & homicidio tempore amentiæ patrato ratione paſsionis, nempe phreneſis. Ratio eſt: quia peccatum adeo eſt voluntarium, vt niſi ſit voluntarium, non ſit peccatum: quando autem totaliter aufert vſum rationis, reddit actum omninò inuoluntarium, & minime liberum, & proinde totaliter a peccato excuſat. Id quod certum eſt, qñ talis paſsio fuerit naturalis, vt qui ex naturali ægritudine in amentiam incideret tunc enim operationes illæ, vtpote non liberæ, aut in ſeipſis, cum homo tunc ratione non vtatur, aut in ſua cauſa, eo quod, vt ſupponimus, talis ægritudo corporalis fuit naturalis, nullo modo peccata ſunt, ſin vero paſsio rationis vſum totaliter tollat, ita, vt cauſa illius aliquo modo ſaltem indirecte volita ſit, tunc quidem non ſemper peccans a culpa omninò excuſatur, vt ſi q̃s præ ira, aut amore, quę a principio vitare potuit, & tenebatur, inſaniret, & in inſania conſtitutus, fornicaretur, aut hominem occideret; homicidium, & adulterium eiuſdem ſpeciei committere cenſebitur, eique ad culpam imputabitur, iuxta ea, quę ſuperiori capite in fine illius de peccatis in ebrietate commiſsis diſſeruimus. Ratio eſt: quia huiuſmodi actus habent ſufficientem rationem voluntarij, etſi non in ſeipſis, attamen in cauſa ſua, quam prouidere poterat, & tenebatur, vt docent S. Tho. 1.2.q.77.ar.7. & Ioſeph. Angles in Floribus 2. Sen. diſt. 27.q.6.ar.3.diffic.7.concl.2. Addo tamen quod ſi debitam diligentiam prius adhiberet, ne hæc in furia, & phreneſi committeret, quamuis poſtea fierent, ei ad culpam non imputabuntur, iuxta ea quæ ibi de ignorantia diximus.

4 Illud autem certum eſt, paſsionem † antecedentem peccatum, ſemper minuere peccatum, nõ quidem vt auferat ſui generis malitiam (nam fornicatio, & adulterium ex graui paſsione mortalia etiã ſunt, ſicut eſt homicidium) ſed diminuere, & excuſare dicitur, quod leuius faciat, & magis dignũ miſericordia; qua de cauſa Regius Propheta ad miſericordiam implorandam allegat infirmitatem, *Miſerere mei Deus quoniam infirmus ſum*, vt Pſal. 6. Quod ideo fit: quia paſſio, & infirmitas hæc antecedens minuit voluntarium, ſicut & rationis cõſiderationem, & conſequenter diminuit peccatum ſequens. At vero paſſio, quæ deliberationem ſequitur non impedit iudicium rationis, nec voluntatem, ſed potius aggrauat, & auget quam diminuat, quia demonſtrat intenſionem voluntatis ad actum peccati. Quo enim magis in actu aliquo delectamur, & quo plures & fortiores paſſiones voluntati coniunguntur, eo magis illam tenent, & grauius peccatur quod, & in bono, & in malo euidens, & manifeſtũ eſt. Paſſio enim ſequẽs in actu virtutis deliberationem auget, etiam eam virtutem, ſed quæ præuenit minuit, vt optime tradit S. Thom. 1.2.q.77.arti.6. vnde quando 1.2.q.6.ar.7. docet concupiſcentiam augere voluntarium, in quæſtione vero 77. cit. dicat diminuere, ſecundum ea, quæ de paſſione, & concupiſcentia antecedente, vel conſequente iudicium rationis intelligi debet, ſi quidem paſſio antecedens, diminuit peccatum, quia diminuit voluntarium, perturbans rationis iudicium, conſequens autem auget, eo quod eſt cauſa, quod voluntas ſuauius, & intenſius in obiectum feratur.

Hinc fit, vt peccans, graui carnis tentatione incitante, minus peccet, quam quis ex leui tentatione peccat, quia tunc peccatum eſt a principio minus libero, & voluntario, ſcilicet a voluntate maiori paſſione incitata, & impulſa, vnde minus peccat, qui ex maiori ira vindictam exercet, vt ſi quis, accepta contumelia, ſtatim delinquentem percutiat, minus peccat, quia minus libertatis habet. Et accedens ad pulchriorem minus peccat, quam qui ad minus pulchram accedit, quoniam inſurgit tentatio, quæ intellectum excæcat. Econtra vero, ſi quis nulla carnis illecebra agitatus eliceret hunc actum, volo fornicari, & ſtatim motus carnis ſequeretur, & libidine exardeſceret, talis paſsio carnis ſubſequens non minueret, ſed augeret peccati malitiam, quæ quo paſſio grauior fuerit, eo peccatum grauius etiam erit. Quia quo principium actionis eſt magis liberum, eo magis voluntarium erit; quo autem peccatum magis voluntarium eſt, eo erit grauius, & maioris malitiæ. Vnde qui intrat domum meretricis animo accedendi ad illam, nulla tamen præuia paſsione excitatus, grauius peccat, quam qui præuia paſsione, & delectatione intrat, quia quo principium eſt magis voluntarium eo peccatum ſequens grauius cenſetur. Et de ſecunda peccatorum cauſa intrinſeca, ſ. de infirmitate, ſeu paſſione appetitus ſenſitiui hæc ſufficiant.

ADDITIONES.

a Infirmitatem. *Eandem ſenſitiuum appetitum ut notat Bar. Med. 1.2. quæſ. 74. articulo 3. Doctores Scholaſtici communi conſenſu uocant unico uocabulo ſenſualitatem; non quod uelint utranque idem omnino eſſe: aſſerunt namque inter ſe ratione differre: appetitus enim ſenſitiuus, ut aiunt nudam potentiam ſignificat, qua ſenſitiua bona appetimus; ſenſualitatem uero dicunt ſignificare ipſummet appetitum ſenſitiuum, non ſimpliciter conſideratum, ſed quatenus rationis deliberationem,* *præcurrit, & antegreditur: adiunguntq. & iraſcibilem, & concupiſcibilem facultatem complecti. Porrò authore Caietano 1.2.q. 74.ar.4. ſenſualitas tribus modis accipitur. Primo modo abſolute, vt ſenſitiua eſt, atque ita nulli peccato obnoxia eſt. Secundo, vt volentis eſſe dicitur, & hoc modo perhibetur principium peccati venialis. Id tunc contingit, quando exorientes ipſius ſenſualitatis motus aduerſus bonum rationis, coniuncta uoluntate non præuenimus, ac ſedamus. Tertio modo conſideratur ſenſualitas, ut mota à ratione deliberante. Sic, quemadmodum uirtutis ita uitij, ac peccati, eiuſdemque mortiferi principium habetur, & ſubiectum, ut Theologi uulgo affirmant. Traxit plane Caietanus hanc diſtributionē ex communi illa Theologorum loquendi formula, qua appetitus ſenſitiui motus partiuntur in primo primos, in ſecundo primos, & in plene deliberatos, atque ex illa omnium ad diſcernenda peccata accomodatiſſima comparatione ducta a progreſſu primi peccati admiſſi a primis noſtris parentibus in uetiti pomi commeſtione. De qua legendus eſt Magiſter ſenten. in lib. 2. Quod attinet ad partitionem ſenſualitatis Melius fortaſſe Bar. Medin. eod. ar. 4. quem legito, & adiungito Grego. de Valen. to. 2. diſp. 6. q. 4. punct. 12. & obſerua ab utroq. reprehendi Caie. in eo, quod in ſenſitiuo appetitu poſuerit libertatem independentem a uoluntate. Eatenus porro ſenſualitas perhibetur cauſſa peccati, quatenus ad modi, atque adeo peccati obiectum uoluntati, quæ ſola, ut ſepe iam dictum eſt, præparandum concurrit. Duobus autem modis id uidetur contingere: uno quidem, quatenus à ſenſualitate mouetur uoluntas, altero autem modo, quatenus ab eiuſdem appetitus paſſione ſuperatur ratio, contra ſuam ſciētiam. Iam uero certum eſt, & ratum ex ſacra ſcriptura, & Patribus, atque ex ipſa experientia, ut Greg. de Vallen. loco proxime notato, & poſt eum Author affirmat, a paſſione ſenſus, atque ab ipſa ſenſualitate, ut utramque indiſtincte uſurpemus, uoluntatem moueri. Idq. ut omnes aiunt ex parte obiecti potiſſimum accidere propterea quod ſenſualitas immutat, atq. inuertit de ipſo obiecto iudicium rationis, quod uoluntas ſemper nata eſt ſequi. Itaque cum ab uno, ut ita dicam, ad aliud obiectum uoluntas hunc in modum inclinetur; recte quoq. hac ratione ab appetitu ſenſitiuo dicitur moueri. Paſſio uero ſenſus ideo rationis iudicium mutat, quod per quandam redundantiam, ut inquiunt, ita afficitur phantaſia, & æſtimatiua, ut huius iudicium eam ſequatur paſſionem; quēamodum linguæ diſpoſitionem ſequitur guſtus. Atq. hoc pacto efficitur, ut a phantaſmatibus, ſic iudicio æſtimatiuæ conformatis excitetur, inducaturq. intellectus ad idē iudicandum; præſertim cum fiat iudicium de ſingularib. ad quæ iudicāda plurimum ualet æſtimatiua. Alium modum proponit D.Th. 1.2.q.77.ar.1. quo uoluntas à ſenſualitate mouetur, & uult eſſe per quandam abſtractionem: cum ſcilicet appetitus ſenſitiuus ita intente, & tam vehementi paſſione ad aliquid proſequendum appellitur ut ceteræ potentiæ, & cumprimis uoluntas, quæ eſt rationalis appetitus aut aliqua ex parte, aut pro illius paſſionis uehementia à proprio munere fungendo diſtrahatur, ex quo fit, ut uoluntas ita diſtracta, atq. à ſuo actu impedita moueri à ſenſualitate perhibeatur. Verum prima uia, quæ deſſumitur ex parte obiecti, ut inquit Caie. ar. 1, proxime citato, tutior eſt; neutra tamen idonea, quæ uoluntatem neceſſario moueat.*

Iam uero omnes fere Theologi, ut teſtatur Bar. Medin. ead. q. 77. ar. 2. aſſerunt aduerſus Scotum lib. 3. Sen. diſt. 36. rationem contra ſuam ſcientiam à paſſione appetitus ſenſitiui ita poſſe ſuperari, ut ex ignorantia, atque errore ipſius intellectus omne peccatum eo pacto uoluntas contrahat. Qua de re ex Philoſophis legatur Franciſc. Picolomin. Moral. Philoſophia grad. 3. ca. 16. Illud autem ex eo efficitur, quod cum duplici, ut antea fuit oſtēſum, ſcientia uniuerſali ſcilicet, & particulari nobis opus ſit ad rectas actiones producendas, impedit illiuſmodi paſſio, quominus in particulari poſſimus actu conſiderare, ac recte agnoſcere, quæ in uniuerſali, atque habitu ſcimus. Nouit quiſpiam omuem fornicationem eſſe malam, & peccatum: tamen turpi uoluptate illectus, atq. irretitus, non uidet eam, quam mox eſt admiſſurus, eſſe fugiēdam. Tribus autem modis id impedimentum contingere docet D.Thom. ar. 2. proxime allegata, Primo per diſtractionem, de quo paullo ante. Secundo per cōtrarietatem, quando nimirum paſſio inclinat, & impellit ad contrarium illius, quod uniuerſalis ſcientia pręcipit, cuiuſmodi eſt ea, quæ præſcribit, omne furtum eſſe uitandum, id licet aliquis nouerit, tamen rem oblatam furatur. Tertio modo per quandam immutationem corporalem, ex qua ratio ita afficitur, & reuincitur, ut ſuum munus libere nequeat exequi, quēadmodum uſu euenire ſolet in ebrietate. Aperte id oſtendunt uehementiſſimarum paſſionū uis, quæ tanta quandoque excitatur, ut homini omnem rationis uſum auferant, & idcirco nonnullos nimio amore, alios nimia iracundia feruentes in inſaniam adactos fuiſſe legimus.

De Tertia cauſa interna Peccati quæ eſt Malitia. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Malitia quid, & quodnam peccatum ex malitia appeletur, aut quomodo malitia ſit origo peccati.*

2 *Ex malitia peccare, ideſt ſcienter malum ſub ſpecie boni peruerſe eligere ex Scripturis oſtenditur.*

3 *Grauius peccat ceteris parib. qui ex malitia peccat, quā ex ignorantia, aut paſſione ſeu infirmitate, & quare.*

3 *Inordinatio uoluntatis ſeu malitia peccandi ex duobus præcipue contingit, & quomodo.*

ALtera peccati cauſa interna eſt malitia, quæ vt notat S.Tho. 1.2.q.78. art. 1. defectus † eſt voluntatis, quæ ſicut præcipua cauſa eſt omnium actuum humanorum, ita & eius inordinatio cauſa principalis eſt omnium peccatorum. Cum enim tres præcipuè modi peccandi ſint, ſcilicet vel ex ignorantia, vel ex paſſione, ſeu infirmitate, vel ex malitia, quorum primus eſt ex defectu intellectꝰ ſecundus ex defectu appetitus ſenſitiui, tertius vero ex defectu voluntatis, qui eſt inordinatio ipſius, peccatum ex malitia non incommode dici, & deſcribi poteſt eſſe, quod nec ex ignorantia, nec ex aliqua præcedenti paſſione, ſed tantum ex libertate, & ex certa ſcientia committitur, non quidem quod voluntas eligat malum ſub ratione mali (hoc enim impoſſibile eſt, cum impoſſibile ſit potentiam aliquā ferri, vel operari, niſi circa proprium obiectum. Non enim auditus colores, aut viſus ſonum percipere poteſt, neq; intellectus operatur, niſi aſſentiendo veris, & falſis diſſentiendo) ita vt volūtatis obiectum ſit bonum, ſed quia ſcienter malum ſub ratio-

ne boni eligit, hoc eſt, quamuis tum in vniuerſali, tum in particulari rem aliquam malum ſimpliciter; atque adeo repugnare bono honeſto, & nocere animæ ſciat, ſponte nihilominus illam ob rationem boni minoris quam in ea cernit, ſcilicet vtilis, aut delectabilis bono maiori anteponit, atq; adeo eam peruersè eligit, hoc enim peccatum ex certa malitia committi dicitur. Eſt quidem in omni peccato
a maximè mortali, *a* electio, & malitia, ſed in alijs præueniuntur a paſſione, vel ignorantia. Quando vero nihil eorum adeſt, ſed ipſa peccati malitia delectat, & ex ea peccatur, ſciēs vere peccatum eſſe, peccatum illud ex certa malitia committitur, ſeu malitia illa origo peccati eſt, & peccatum ex malitia appellatur. Sic enim peccatum ex malitia communiter deſcribunt authores. San. Thom. 1.2.quæſt.78.art.1.& Caie. Conrad.& Barthol. Medina ibidem. Alexander de Ales par.2. Summæ,q.145.membro primo,& ſecundo, S.Bonauen.2.diſtinct.43.articu.3.quæſt.2.Scot.ibidem quæſt.2.Richard.ar.1.quæſt.1.Durand.quæſtio.1. numero 7.& ad ſecundum,& quæſt.2.num.5.Gabriel.quæſt.1.artic.1.Notab. ſecundo, Adr. Quodlib.4.articu.1.in principio litera A.Anton.de Corduba, libro ſecundo qq.quæſt.8.Petrus Sotus in tracta.de ratione medendi peccatis,lect.4.Ioſeph.Angles in Floribus 2.ſenten.diſtinct.37.quæſt.6.arti. 4.difficul.1.& 2.Gabriel Vaſquez in locum S.Thomæ citatum,in annotationibus,& Greg.de Valentia,tom.2.diſpu.6.q.8.puncto 1.& alij recentiores communiter.

2 Quod vero aliqui † ſint, qui interdum ex certa malitia peccant, euidens eſt teſtimonio Scripturæ, nam Iob 34.dicitur: *Quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, omnes uias eius intelligere noluerunt*. Et Prouer. 3. dicitur: *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebroſas, qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Et ratione etiam oſtendi poteſt: qui enim peccat, neceſſe eſt vt ex aliquo principio inordinato peccet, ſcilicet, vel ex ignorante intellectu, vel ex ſenſualitate ſtimulante, aut ex uoluntate deordinata, hæc enim tria humanarum omnium actionum principia ſunt: At vero ex malitia peccans, non peccat ex ignorantia, & peccat, ſciens aliquid eſſe peccatum: neque ex paſſione, cum vt ſupponitur, nulla paſſio eum agitauerit. Ergo peccabit ex deordinatione voluntatis, quæ bonum ab intellectu præoſtenſum repudiat, & malum ſub ſpecie boni eligit, ſeu ſcienter priuari vult bono ſpirituali quod eſt malum ſimpliciter, vt bono aliquo temporali potiatur, vt patet in eo, qui inordinatè, & ſcienter aliquod bonum temporale amat, puta diuitias, vel voluptatem, quam ordinem rationis, vel Legis Diuinæ, vel charitatem Dei: talis namque dum ſciat ſimpliciter hoc eſſe malum, velle ſcilicet pati diſpendium in aliquo bono ſpirituali, vt bono temporali potiatur, ex certa malitia, vel induſtria peccare dicitur, quaſi ſcienter malum eligens.

3 Hinc ſequitur grauius † peccare eum ceteris paribus, qui ex malitia peccat, quam qui ex ignorantia, aut paſſione peccatum committit, vt S. Thomas 1.2.quæſt.78.articul.4.Alexand. de Ales par. 2.quæſt.145. memb. 3. & authores allati tradunt, quia peccatum eo grauius eſt ceteris paribus, quo magis voluntarium, & liberum, cum autem ex certa malitia peccatur, motus peccati eſt magis proprius voluntati, quæ ex ſeipſa in malum mouetur, quam quando ex ignorantia, aut ex paſſione incitante peccat, vt conſtat; peccatum igitur ex hoc ipſo, quod eſt ex malitia, aggrauatur, & tanto magis, quanto fuerit malitia maior; cum tamen econtra quo paſſio vehementior eſt, eo minus peccatum eſt, id quod ex tam vehementi paſſione committitur, vt ſuperius expoſuimus.

Deinde etiam qui ex paſſione peccat, facilè, & cito redit ab bonum propoſitum: tranſeunte namq & ceſſante paſſione, incipit diſplicere peccatum vt homicidium ex ira commiſſum, & ſimilia: malitia vero illa voluntatis, maximè illa quæ eſt ex habitu, magis hæret, & permanet, & proinde tardius, & difficilius ad pœnitentiam agendam inducitur. Et denique cum in peccato ex certa malitia inordinatio tota ſit in appetitu rationali, peſſime ille diſpoſitus eſt quantum ad vltimum finem, qui eſt principium in operabilibus, minus vero malè is, qui ex paſſione vel ignorantia peccat, cuius propoſitum tendit in bonum finem, quamuis propoſitū hoc ad tempus breue propter paſſionem interrumpatur.

4 Contingit † autem hæc inordinatio voluntatis, & malitia peccandi, tum ex alijs multis, tum pręcipuè ex duobus: *Primo* quidem, & communiter ex peccandi conſuetudine, fit enim peccatum per conſuetudinem, & habitum quaſi connaturale, adeo, vt ipſum ſolum per ſe delectet, atque tunc multum detractum eſt integritati mentis humanæ: nam primo incipit homo, aliqua paſſione impulſus, & ſuperatus, inuitus quodammodo trahi ad conſenſū peccati, quare etiam diſplicet; poſtea vero paulatim ipſa frequentatione fit, vt minus diſplicere incipiat, minus ſentiri, & tandem in naturam conuerſum per ſeipſum delectat. Itaq; ſic peccantes ſimiles sūt his, qui captiuitatem ipſam, aut infirmitatem, quaſi naturale bonum amare cœperunt.

Secundo, propter remotionem impedictium malum, ſiue peccatum: Poſtquam enim natura humana in primo parente ſpoliata eſt gratuitis, & vulnerata in naturalibus, verificatum eſt illud Geneſ.8. Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, & deflectitur ſemper appetitus noſter magis in amorem præſentium voluptatum, & ſenſibilium, quam in honeſtatis amorē, & virtutis pulchritudinem, niſi aliqua prohibeant, quæ ſunt frequentiſſime deſiderium vitæ æternæ, & timor gehennæ, His enim remotis effræne amat voluntas noſtra temporalem voluptatem, aut aliud bonum terrenum. Hinc Eccleſiaſtici 27.dicitur. Si non inſtāter tenueris te in timore domini, cito ſubuertetur domus tua. Sicut enim remota trabe prohibente lapidem deſcendere, ſtatim lapis deſcēdit, ita eodem prorſus modo, remota per deſperationē ſpe vitæ æternæ, aut per præſumptionem amoto timore gehēnę, ſtatim homo ex certa malitia, quaſi abſque fræno peccat, vt eruditè poſt S.Thomam, 1.2.q.78.ar.3.Petrus Sotus in Trac.de medēdis peccatis,lect.4.Adrianus Quodlib.4.in princip. litera A.& Ioſeph Angles in Florib.2.Sen.diſt.37.quæſt. 6.ar.4.difficul.3.explicant. Hæc ea ſunt, quæ ſpiritualis iudex in conſeſſionibus audiendis diligenter aduertere debet, vt ſciat peccatum aliquod, an ex ignorantia, vel paſſione, vel ex conſuetudine, & certa malitia proceſſerit, quia longe alia & efficacior medicina his, quam illis peccatis eſt neceſſaria. Et de cauſis peccatorum interioribus hæc dixiſſe ſufficiat.

ADDITIONES.

a Electio. *In mala electione potiſſimum poſita eſt peccatorum malitia; vt ante ſæpenumero fuit à nobis admonitum. Itaque quo maior, ac ſincerior, & ab ignorantia, & paſſione magis nuda fuerit electio in peccando, eo maior, atque abundantior malitia inibi perſpicietur. Vt inquit hic Author, & docuit Caietan. 1.2.q.78.ar. 1. neque eſt magnopere obſcurum; in omni peccato perfecto, vt loquitur Caietanus, electio, quomodocunque mala reperiatur: tamen in aliquibus ita ineſt, vt eorum ſit primum principium. Conſimiliter in omni peccato reperias aliquam paſſionem, & appetitus ſenſitiui commotionem. Etenim voluptas, quæ inde naſcitur, omnia, quæ in optionem veniunt, atque ita ſub electionem cadunt, conſequitur. Et cum tria ſint, quæ in electionem, & totidem, quæ in repudiationem cadere ſoleant, honeſtum, vtile, & iucundum, & tria contraria, turpe, inutile, & moleſtum, quemadmodum in his bonus vir recte agit, ita malus peccat: ac præcipue circa voluptatem. Ariſt. lib. 2. Ethic. cap. 4. comment. 4. Cum igitur quicunque peccant, ij omnes voluptate ducantur: tamen alij magis, alij minus in hoc ea tenentur, atque hæc non poteſt eſſe, niſi quæ ad appetitum ſenſitiuum attinet aliquo modo. Quandoquidem peccãs poſthabito æterno, atque incommutabili bono ad commutabile, & temporale conuertatur, & ſane non videtur poſſe fieri, vt in peccante paſſio non ſit aliqua ſenſitiui appetitus delectatio, quæ ſcilicet ad φιλαυτίαν omnium peccatorũ radicem & fontem referatur, vt ex ijs, quæ ante tradidimus hac de re, & docet D. Tho. 1.2. q.77. art. 4. quæ illic a nobis traditis annectenda ſunt, notum, exploratumque eſt. Quod ſi maxime quiſpiam, atque in primis impellatur ad peccandum ab huiuſmodi voluptate, ita vt hæc dominetur, & quodammodo regnet, is ex ſenſitiui appetitus paſſione peccare proprie dicetur: tametſi cum ea ſit aliqua malitia, ſiue adeò praua electio, atque ignorantia coniuncta. Poſtremo, quod attinet ad ignorantiam, ea quoque per omnia peccata vagatur aliqua ratione. Id porrò facilius agnoſcetur ex cognitione eius ſcientiæ, quæ hunc locum attingit; quæ nimirum particularis, atque actualis exiſtit, ad aliquid proſequendum, vel fugiendum. Ea verò triplex eſt. Prima, qua ſcitur, hoc eſſe malum. Altera, qua ſcitur hoc nunc eſſe malum. Tertia demum, qua ſcitur, hoc nunc malum, relatum ad aliquod aliud, eſſe ſibi peius. Quare qui peccat per ignorantiam, quæ excludit primam ſcientiam, is ex ignorantia ſimpliciter errare perhibetur. Qui per ignorantiam, quæ ſecundã ſcientiam repellit, is peccat potiſſimum ex paſſione, quæ ſua vi intellectum obcæcat, & voluntatem compellit, vt ille, præſens malum nequeat introſpicere; hæc autẽ illud nolit effugere. Is denique ex praua electione, & malitia certa peccare exiſtimatur, qui in peccando laborat ea ignorãtia, quæ tertiam ſcientiam reijcit. Quod adeo verum eſt, vt qui peccat ex paſſione, peccet quidẽ eligens, non autem ex electione: quia electio in eo, nõ eſt primum principium peccandi. Idem profecto videtur poſſe affirmari de eo, qui ex ignorantia peccat pro ſingulorum ignorantiæ generum natura. Quocirca qui ex certa malitia peccat, proprie non peccat neque ex ignorantia, neque ex paſſione, ſed ex ipſa voluntaria electione mali, cum ſciens prudens præponat bonum ſibi coniunctum bono coniuncto illius præamati boni abſentiæ: vt loquitur Caietanus, & malitioſe iniunctus, qui bonũ coniunctum cum modo iniuſtitiæ putat anteponendum bono iuſtitiæ adiuncto priuationi, & abſentiæ lucri. Caietan. 1.2.q.78.art.1. ex D.Thom. ibid. & ar. 4. ad 3.*

De cauſis exterioribus peccati.
Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Extrinſecæ cauſæ peccatorum quæ, & quomodo ſe habeant ſingulæ ad operandum malum.*

2 *Diabolus non poteſt eſſe cauſa peccati directè, ita, vt producat actum ipſum voluntarium, cui annexum eſt malum culpæ, ſed vna cum homine liberè conſentiente.*

Neceſſitatem ad peccandum inducere nullo modo poteſt num. eod.

Cauſa eſt peccati indirectè ſuggerendo, & proponendo obiecta, & quomodo voluntatem moueat, nu. eo.

3 *Res exteriores, & obiecta ſenſibilia nonnunquam peccatorum cauſæ eſſe ſolent, inductiuè & diſpoſitiuè.*

4 *Vnum peccatum alterius cauſa eſſe poteſt, ſecundum quadruplex genus cauſæ.*

5 *Inter cætera peccata quæ aliorum cauſæ ſunt, duo ſunt præcipua, Superbia, & Auaritia.*

6 *Alia etiam ſunt peccata quæ origines aliorum eſſe ſolent; ideoque Capitalia nominantur, & quare ſic dicta.*

1 DE Cauſis intrinſecis † peccatorum, ſcilicet, de ignorantia, infirmitate, & malitia hactenus; reſtat igitur vt breuiter de externis dicamus. Sunt autem hæ cauſæ, Homo & Diabolus, immo etiam & peccatũ vnũ, alterius peccati cauſa quodammodo eſſe poteſt; Et quidem de homine res certa eſt ex his quæ diximus, poteſt enim quis ſuaſu, & conſilio ſuo, alijſque modis & vijs alterum ad peccatum inducere. Dæmonem autem cauſam eſſe nonnunquam peccati, manifeſtum eſt ex Scripturis: nam Gen. 3. Diabolus ſuaſu ſuo primos parentes deuicit; Ideo etiam dicitur *Sapientiæ 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum*. quæ ſcilicet mors *intrauit per peccatum*, vt Apoſtolus ad Rom. 5. latius oſtẽdit. Et 1. *Petr. 5.* dicitur, *Aduerſarius veſter diabolus circuit quærens quem deuoret.* & *Epheſ. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum*, &c. Immo aliqui eius opinionis, ſeu potius erroris fuerunt, vt crederent peccatum nullo modo eſſe a libero arbitrio creato, ſed a ſolo Dæmone; quem errorem ſeu hæreſim S. Auguſtinus lib. de hæreſ. c. 11. Alphonſus a Caſtro lib. de hæreſ. in verbo, peccatum. Hæreſi 3. & Sebaſtian. Medices verbo, eo hæreſi 3. tribuunt Valentino; Et eſt veriſimile Valentinum ita ſenſiſſe, cum negauerit liberum arbitrium, prout

ex S.Irenæo lib.4. contra eundem, varijs in locis intelligi poteſt. Eundemque errorem Guido Carmelita in Catalogo hæret. Alphonſus Caſtro vbi ſupra,& Sanderus lib.7.de viſibili Monarchia,hæreſi 118. Armenis tribuunt; fuerunt autem Armeni ſub Phoca Imperatore, & Greg. Magno Pontifice,quorum dux fuit Euchanius. Qui tamen error facile ex Sacris literis refellitur: nam Geneſ.4. dicitur: *Nonne ſi benè egeris recipies, ſin autem male, ſtatim præ foribus peccatum tuum aderit.* & *Eccleſiaſtici* 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui.* &c. *Ezech.* 18. *Anima quæ* a *peccauerit ipſa morietur.* & *Iacobi* 1.a *Vnuſquiſq; tentatur à concupiſcentia ſua illectus*, &c. Huc etiam ratio manifeſta accedit: nam nec vituperium nec pęnam mereretur homo propter peccatum, ſi non ipſe,ſed ſolus dæmon eſſet cauſa peccati.

2 Quoad modum verò, quo † Diabolus vna cum homine cauſa eſt peccati, certum eſt, vt docet S. Tho.1.2.quæſt.80.art.1. Diabolum non poſſe eſſe cauſam peccati directè, ita, vt efficiat & producat ipſum actum voluntarium hominis, cui annexum eſt malum culpæ; ſi quidem,nihil poteſt eſſe cauſa peccati, niſi quod mouere poteſt voluntatem ad agendum cum proprium principium actus peccati ſit voluntas,inquantum peccatum eſt volũtarium, voluntas autem intrinſecus ad volendum non niſi a ſeipſa,vel a Deo directè moueri poteſt; Deus autem cauſa effectiua peccati eſſe non poteſt. Sola igitur voluntas poteſt eſſe directè cauſa peccati. Multoque minus hominem ad peccandum neceſſitas aliqua inducere poteſt, vt rectè docet S. Thom. vbi ſupra,art.3. vnde Scriptura paſſim monet vt illi reſiſtamus. *Epheſ.6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Et *Iacob* 4.dicitur: *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis* b & 1.*Pet.*5.b Cui reſiſtite fortes in fide. Et certè, ſi Diabolus hominem adigeret neceſſariò ad peccatum, eo ipſo non eſſet hominis peccatum, cum peccatum debeat eſſe voluntarium. Solum igitur cauſa peccati eſſe poteſt indirectè ſuggerendo & proponendo exterius homini obiecta aliqua quæ eum ad peccandum moueant; vndè ſæpè in corpore aſſumpto apparet, & hominem ſub ſpecie boni ad malum inducit, illique peccati obiectum proponit, quo etiam modo Eua Diaboli ſuaſione, & viſione obiecti delectabilis, fuit ad cibum vetitum ſumendum inducta. Poteſt etiam corpus ipſum hominis alterare, & maiores in eo paſſiones accendere,commouendo ſcilicet in humano corpore ſpiritus, & humores, atque adeo concitando imaginationem, & appetitum ſenſitiuum ad varios motus, quibus homo ad peccandum inclinetur, vt tradit S.Thom.1.2.quæſt.80.ar.2. voluntatem vero mouere,ac ne attingere quidem poteſt; Vnde conſequens eſt, hominem ſemper ex libera voluntate peccato conſentire: Immo,etiam aliquando non ex aliqua diaboli ſuggeſtione, aut perſuaſione, ſed ex propria ſolum vel malitia, vel ignorantia homo peccat,vt ex ijs,quæ diximus,manifeſtum eſt.

3 Res etiam exteriores,& obiecta † ſenſibilia cauſæ nonnunquam peccati eſſe ſolent; nam vt experientia docet, ſenſibilia exteriora hæc appetitum ſenſitiuum mouent; vnde fit, vt inducatur homo ad peccandum; & quãuis hęc ex neceſſitate hominem non moueant, aliquo tamen modo diſponũt; nam neque appetitus ſenſitiuus ex neceſſitate mouet rationem & voluntatem, vt optimè docet S. Thom.1.2.quæſt.75.artic.3. Quod ipſum aſſerunt tum alij Patres, tum pulchrè D.Gregorius Nyſſenus orat.3.de ſacro feſto Paſchæ & Reſurrectionis. *Si quis* inquit *perpenderit, vnde primæ peccati cauſæ oriantur, fortaſſe prius in culpa atque crimine corpus inueniet, officij & honeſtatis fines excedēs: Nam quieſcente ſæpe numero anima, & in tranquillo ſtatu ſine vlla perturbatione conſtituta, oculus commotus uidet ea quæ nō conſpexiſſe melius fuiſſet, & in animam morbum tranſmittens, in tempeſtatem ac turbinem, quietē, ac tranquillitatem conuertit. Similiter aures inuerecundis quibuſdam, & exacerbantibus uerbis exceptis, per quaſdam quaſi ſui ipſarum fiſtulas, perturbationis atque inuerecundiæ crimen cogitationibus inferunt, atque inducunt. Nonnunquam etiam naſus olfactu atque attractu vaporum magnis vitijs hominem inficit interiorem. Solent item manus contrectatione validè animæ robur effeminare.* Nimirum, quia hi ſenſus per obiecta exteriora moti, appetitum ſenſitiuum concitãt, & appetitus deinde voluntatem ad peccatum inclinat.

4 Deinde etiam, vnum † peccatum alterius peccati cauſa eſſe poteſt, non ſolum quia amiſſa gratia per vnum peccatum, facilè & cito in aliud inciditur, iuxta illud S.Gregorij homilia 11. in Ezech. poſt medium. & Homil.25. cap.13. ante medium, dicentis; *Peccatum quod per pœnitentiam citius non deletur, peccatum eſt, & cauſa peccati*; ſed etiam quia nonnunquam amiſſa aut verecundia, aut timore, facilius in alia peccata incidunt, qui ſemel peccauerunt, vt rectè S.Thomas vbi ſupra, art.4. & Petrus Sotus in tract. de Medendis peccatis, lect.3. annotarunt. Cum enim homo per vnum peccatum mortale amittat gratiam, vel verecundiam, vel aliud retrahens a peccato, ex hoc incidit facile in aliud, & ſic vnum peccatum, hoc eſt, primum,eſt cauſa peccati ſecundi per accidens,ſcilicet, per modũ remouentis prohibens, gratia namque ad bonum inclinat,qua per vnum peccatum ſublata, facilius inciditur in alia,vt experientia teſtatur. Quam ſane materiam egregie explicant S.Th. in dicto ar.4.& Durand.2.diſt.36. q.1.nu.4. & Ioſeph Angles in Florib.2.Sent. diſt.37.quæſt.6.artic.1. difficult.3. oſtendentes vnum peccatum ſecundum quadruplex genus cauſarum alterius peccati cauſam eſſe poſſe. c De cauſa efficiente per ſe id patet,vt cum ex multis peccatis, v. g. ex multis actibus libidinoſis generantur incontinentiæ habitus, & diſpoſitiones,quibus peccator ad ſimiles actus diſponitur,& inclinatur,ex actibus enim cauſantur diſpoſitiones & habitus inclinantes ad actus ſimiles. Eſt quoque cauſa efficiens per accidens, vt diximus, quatenus remouet prohibens peccatum, nempe, Dei gratiã, verecundiam,& timorem. Secundum etiam genus cauſæ materialis peccatum unum alterius eſt cauſa,& occaſio,inquantum ei præparat materiam alterius peccati,ut auaritia eſt occaſio iurgiorum, & inimicitiarum,& diſponit voluntatem ad lites, & d contentiones. De cauſa etiam finali id cõſtat,quatenus nimirum vnum peccatum propter aliud cõmittitur,vt quando quis furatur,vt poſſit meretrici ſtipendium ſoluere: aut ſi quis committeret ſimoniam,

moniam, propter finem ambitionis. Et denique in cauſa formali idem patet; quamuis enim propriè forma nõ ſit forma, vt docet Durandus vbi ſupra, quæſtio. 1. nu. 5. quia tamen forma eſt, quæ dat eſſe rei, & finis in Moralibus gerit vicem formæ, hinc ſequitur, vnum peccatum poſſe eſſe quodammodo cauſam formalem alterius: Nam ſi quis committit furtum propter fornicationem, tunc furtum eſt ſicut materiale, fornicatio autem ſicut formale.

4 Inter cetera vero peccata, † quę etiam aliorum ſunt cauſæ, duo præcipua ſunt, *Superbia* nimirum & *Auaritia*, vt euidenter ex ſacris literis colligitur: De ſuperbia quidem *Eccleſiaſtici* 10. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia.* id quod etiam docent Patres S. Auguſt. lib. 11. ſuper Geneſim ad literam, capite 14. & S. Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. & D. Proſper lib. 3. de vita contemplatiua, cap. 2. S. Tho. 1. 2. quæſt. 84. artic. 2. & eius loci interpretes. Dicitur autem *Superbia initium omnis peccati*, ſiue quia primum peccatum Angelorum fuit Superbia, vt notant S. Thom. 1. par. quæſt. 63. artic. 2. vbi ait, quod non potuiſſet eſſe niſi Superbia. Albert. in Summa, par. 2. tract. 5. quæſt. 21. memb. 2. Antiſiod. lib. 2. Summæ, tract. 2. cap. 2. Alex. de Ales, p. 2. quæſt. 98. memb 2. Bonau. in 2. diſt. 6. art. 1. q. 1. Aegid. quæſt. 1. art. 3. in corpore, & in dubio literali. Richard. artic. 1. quæſt. 1. & 2. Thom. de Argentina, 2. d. 6. quæſt. 5. artic. 2. Caiet. Bannes, & alij, in locum S. Thomæ citatum. Medina. 1. 2. quæſt. 84. artic. 2. Gabriel Vaſquez, in 1. par. tomo. 2. diſput. 232 cap. 3. & in 1. 2. diſput. 136. cap. 2. ſiue quia primum peccatum in homine fuerat etiam Superbia, vt tradunt S. Thom. 2. 2. quæſt. 163. artic. 2. vbi hãc rem latè & eruditè pertractat. Petrus Sotus tract. de medendis peccatis, lect. 3. ante finem. Barthol. Medina, in 1. 2. quæſt. 84. artic. 2. in fine, Gabriel Vaſquez, in 1. 2. diſput. 136. cap. 2. & Ianſenius in locum Eccleſiaſtici citatum, cap. 10. vnde ibidem ſubditur: *Initiũ Superbiæ hominis, apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Ac ſi diceret, principium peccati primi hominis fuit ſuperbia, principium autem ſuperbiæ hominis recedentis à Deo tunc cœpit, cum homo ab eo defecit, ſcilicet in Paradiſo, & quando cor eius à Deo receſſit. Id quod etiam Tob. 4. clariſſimè cõprobatur, vbi dicitur: *Superbiam nunquam in ſenſu tuo, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipſa enim initium ſumpſit* omnis perditio. Addit etiam S. Thomas in artic. 2. ad 2. in omni peccato particulari eſſe quandam voluntatem non ſubijciendi ſe, aut non parendi legi, quæ ſuperbia quædam eſt, præterquam quod alia etiam ratione ſuperbia dicitur cauſa, & initium omnis peccati, quia cum in moralibus finis ſit principiũ agendi, finis vero in rebus acquirendis ſit, vt homo per illas habeat perfectionem ſuam ſingularem, & excellentiam, eo ipſo quod quis peccat, peruersè expetit ſingularem quandam excellentiam, quod eſt peccatum ſuperbiæ, vt etiam S. Thomas vbi ſupra tradit.

d *De auaritia* ſimiliter conſtat cauſam eſſe omnis peccati, 1 *Tim. 6. Radix*, inquit Apoſtolus *omniũ malorũ eſt cupiditas*, & S. Chryſoſt. hom. 7. in epiſt. 1. ad Tim. & Iſidor. lib. 2. Sent. de Summo bono, cap. 41. S. Thom. 1. 2. quæſt. 84. art. 1. Ideo autem dicitur omnium malorum radix, vel quia ſicut radix præbet fomentum toti arbori, ſic auaritia ſeu pecuniæ & diuitiæ, materiam & facultatem præbent committendi multa peccata, iuxta illud Eccleſ. 10. *Pecuniæ obediunt omnia.* vel quia cupidus, & auarus paratus eſt offerenti ſibi pecunias obedire, ad omne malum committendum, prout teſtatur Sapiens *Eccleſiaſtici* 10. *Auaro nihil eſt ſceleſtius, habet enim animam ſuam venalem.* Et certè dum auarus ſuam inſaturabilem cupiditatem explere ſtudet, furta, ſacrilegia, homicidia, & alia quæuis facinora aggredi non ceſſat, vt veriſſimè exclamat Poeta.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames.

Immo Apoſtolus. 1. *Tim. 6.* explicans vim huius peccati ait, *Qui diuites fieri volunt, incidunt in varias tentationes*, &c. & infra; *quã quidã appetentes errauerunt a fide.* Tam deteſtabile namque eſt hoc auaritiæ peccatum, quod à vera fide, & religione abducit, hominesque quam maximis cruciat doloribus, & ad modum ſpinarum cor hominis ex omni parte cruentat.

Præter hæc duo vitia *Superbiam* ſcilicet, & *Auaritiam*, ſunt etiam alia peccata, quæ ſunt cauſæ, & origines aliorum peccatorum, quæ ideò nominari ſolent *Capitalia*, ducta metaphora à Capite, quia ſicut caput propriè membrum eſt animalis, quod eſt principium, & directiuum totius animalis, vnde metaphoricè omne principium caput vocatur, & etiam homines, qui alios dirigunt, & gubernant capita aliorum eſſe dicuntur; ita etiam vitium aliquod capitale dicitur, quaſi origo, & principium, ſeu directiuum aliorum, & communiter ſeptem vitia Capitalia ab authoribus enumerari ſolent, poſt S. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 31. Caſſianum lib. 5. de inſtitutis Cęnob. & Collat. 5. cap. 2. & S. Thom. e 1. 2. q. 84. ar. 3. & 4. quorum *Primum* eſt *Superbia*, ſeu *inanis gloria*, *Secundum* eſt *Auaritia*: *Tertium* eſt *Luxuria*; *Quartum* eſt *Inuidia*; *Quintum* eſt *Gula*; f *Sextum eſt ira*, Septimum Accidia; quæ vitia rectè Capitalia dicuntur, non quidem quod nullum omnino peccatum ſit, quod nõ ex his oriatur, ſed quia vt plurimum hæc vitia tanquam cauſæ & origines ſint aliorum, in quibus vniuerſaliores quidãm praui motus animi cernuntur, vt experientia docet, quæ ratione non caret. Siquidem omnis prauus animi motus aut eſt circa apparens bonum, aut circa malum, ſi eſt circa bonum, aut eſt circa bonum internum, quod ſola ratione apprehenditur, vt excellentia laudis, & honoris, quod inordinatè proſequitur, *Superbia*, ſeu *inanis gloria*: aut ſecundo eſt circa bonum corporis, quod vel attinet ad bonum, & conſeruationem indiuidui, vt cibus, & potus, quod inordinatè proſequitur *Gula*; aut ſpectat ad bonum & conſeruationem ſpeciei, ſicut coitus, & ad hoc ordinatur *Luxuria*; Aut tertiò, eſt circa bonum externum, vt diuitiæ, & ad hoc *Auaritia* ordinatur; Si autem motus prauus ſit circa malum, vel illud apprehenditur in bono aliquo proprio, vt in operatione aliqua difficili, ſicque eſt *Accidia*, quæ de bono ſpirituali triſtatur ob laborem corporalem adiunctum; aut eſt in aliquo bono alieno, tãquam eſſet malum proprium, & eſt *Inuidia*, quę de bono alieno triſtatur, quatenus impeditiuum eſt propriæ excellentiæ; aut certè apprehenditur bonum illud alienum, vt dignum vindicta & circa illud eſt *Ira*, quæ omnia accuratè tractant S. Tho. 1.2. quæſt. 84. art. 3. & 4. & illius loci interpretes, Alexander de Ales, parte 2. quæſtio. 135. memb. 2. & membro 3. & Theologi communiter in 2. d. 42. cum Magiſtro. Satis ſit in præſentiarum breuiter admonuiſſe, quod ad ſpiritualem iudicem, & eum qui cupit animorum vulneribus mederi, non ſolum pertineat noſſe peccata ſingula, ſed etiam cauſas, & origines ex quibus oriuntur, vt hac ratione peccatorum vulneribus rectè, & debitè mederi poſſit. Hæc itaque de peccatorum cauſis tam internis, quam externis ſufficiant.

ADDITIONES.

a Vnuſquiſque tentatur. *Apertius de Diabolo lib. de Eccleſiaſticis dogmatib.* Non omnes, *ibi legitur*, cogitationes noſtræ malæ a Diabolo excitãtur: ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt. *Quibus autem naſerrimis rationibus, atque adeo technis (acodemõ nos aggrediatur exponit D. Tho. loco paulo ante citato, & copioſius D. Baſilius in opuſculo, in quo diſputat, Rebus ſecularibus non eſſe adhærendum. Qua de re legendus eſt etiam Guglielmus Pariſienſis De tentatio-*

b Cui reſiſtite fortes in fide. *Ergo tunc nobis Diabolica ſuggeſtio, quæcunque ea ſit, uitio nobis vertitur, quando parum fortes ſuccumbimus, atque illi aſſentimur, quod ſi è contra ſtrenue, vt par eſt, obſiſtimus, nõ vitij, non culpæ, ſed meriti, ac virtutis maior inde materia nobis ſuppeditatur: & ut inquit Apoſtolus, euenit cum tentatione prouentus. Iam vero fieri poteſt interdum, vt homines ſuggeſti Diabolica fraude, atque ad peccandum etiam perducti à peccati culpa omnino immunes excuſentur. Id autem contingit, ut ait D. Thom. 1.2. q. 80. art. 3. quoties, permittente Deo, Diabolus ita commouet, & appetitum, vt omnem prorſus rationis vſum obruat, atque impediat, quicquid enim mali, ratione ita obruta, atque obducti homines admitterent, ipſis fraudi minimè foret, cum nulla in eis ſit peccandi volũtas adſit. Neque verò è contra illud prætereundum videtur, quod enarrat idem D. Tho. ead. q. 80. art. 4. Diabolum omnium peccatorũ, quæ facta ſunt, aut fient ab hominibus poſſe, vt loquuntur, occaſionaliter cauſſam exiſtimari; quatenus fuit in cauſſa, ut primi noſtri parentes principio peccatum illud admitterent, quod ad poſteros omnium peccatorum ſegetẽ inuexit.*

c Omnis perditio. *Etſi duo hæc loca ut innuit paulo ſuperius Author referri poſſent ad angeli peccatum, quod fuit abſolutè omnium primum; tamen credibilius eſt, Eccleſiaſticum, & Tobiam ſpectaſſe primorum hominum peccatum; quod multò notius eſt uulgò, quã peccatum Angeli. Card. Bellarmin. tom. 4. De amiſſ. gratiæ. cap. 4. uerſicul. incipiamus. Vbi paulo poſt, præter alias & Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum authoritates: hanc D. Auguſtini apertiſſimam in eandem ſententiam profert ex lib. 11. de Geneſ. ad literam. cap. 30.* Quando, *inquit*, his uerbis crederet mulier a bona, atque vtili re diuinitus ſe fuiſſe prohibitos; niſi iã ineſſet menti amor ille propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam tentationem fuerat conuincenda, & humilianda?

d De Auaritia, Auaritia, quæ Græce φιλαργυρία dicitur, (*ideſt argẽti amor, & cupiditas*) nõ in ſolo argento, vel numis, unde magis nomen duxiſſe reſonat argento enim numi vel mixto argento frequentius apud veteres fiebant; ſed in omnibus rebus, quæ immoderatè cupiuntur intelligenda eſt: vbicunque omnino plus vult quiſque opera ſat eſt *Græcè* πλεονεκτεῖ *D. Auguſtinus lib. 3. de libero arbitr. capit. 17. & profectò illud Apoſtoli prolatum hic ab Authore, & paſſim à reliquis Theologis hac in parte*, Radix omnium peccatorum eſt cupiditas; *Græce loco huius dictionis* Cupiditas *habet* φιλαργυρία. *Ex quo fit, ut etiam ſub nomine Cupiditatis, nedum auaritiæ de re propoſita Theologi diſputent. Atque ut rem apertius patefaciant non ſolum cupiditatem, uerum etiam ſuperbiam tripartito diſtribuunt. Trincipio autem cupiditatem dicunt, primo accipi pro inordinato diuitiarum appetitu: ſecundo pro inordinato itidem appetitu, cuiuſcunque boni commutabilis: tertio pro quadam procliuitate, & propenſione corruptæ naturæ ad hæc caduca, & corporalia bona inordinatè appetenda. Totidem, atque iiſdem ferè modis ſuperbiam putant accipiendam. Primum pro inordinato appetitu propriæ excellentiæ: deinde pro actuali Dei contemptu: quod attinet ad eum effectum, ut homo nolit obtemperare diuinis mandatis: poſtremo pro quadam inclinatione ad huiuſmodi contemptum, profecta itidem, & erumpens ex noſtræ naturæ corruptione. Vtraque primo modo ſpeciale peccatum, ſecundo generale: tertio cupiditas radix, ſuperbia uerò initium peccatorum perhibetur. Atque hoc quidem tertio modo cupiditas, & ſuperbia ad idem peccatum conſtituendum ſimul conſpirare poſſunt. Nam, cum in omni peccato, ut omnes Theologi affirmant, auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio ad commutabile bonum cernatur: ex parte ſanè auerſionis ſuperbiam, ex parte autem conuerſionis cupiditatem collocant: atque ideo hanc propriè radicem omnium peccatorum uocari nolunt, quod peccatum in conuerſione quodammodo nutritur, & fouetur: ſuperbiam uerò eorundem peccatorum initium appellari aiunt; propterea quia ex parte auerſionis incipit prima ratio mali. Aliter D. Thom. & plerique alij, qui niſi duobus illis locis, uno Eccleſiaſtici, Initium omnis peccati eſt ſuperbia, & altero Apoſtoli, Radix omnium malorum eſt cupiditas; idipſum utrique tribuendum arbitrantur, quatenus ſpecialia peccata ſunt. At uerò nobis prior explicatio, quæ eſt quorundam Theologorum, quos D. Tho. 1.2. q. 84. artic. 1. & Durand. lib. 2. Sent. diſt. 42. q. 4. ſine nomine referunt; in præſentia perplacet, eſt enim magis communis: & idcirco ad res cognoſcendas accommodatior. Neque ullo modo duobus ſacræ ſcripturæ locis in hanc ſententiam productis refragamur. Nimus enim rectiſſimè ſapientem, atque Apoſtolum, cum prauas hominum actiones, quæ ſingulares, ſunt carpere, ac reprehendere conſtituiſſent, peccata ſpecialia deteſtati ſunt. Sic enim proximius acceſſerunt ad ſingularia, quã ſi magis communia propoſuiſſent. Ex hoc tamen nõ impedierunt quominus, qui per modum ſcientiæ, ac diſciplinæ hæc eadem pertractaturi eſſent, communiora conſectarentur, & docerent. Quod idem ſentit Iauell. tom. 2. tractat. 2. de ſuperbia. cap. 4. contra ſuum Doctorem, quem tamen minimè nominat.*

e Superbia, ſeu inanis gloria. *Inter D. Auguſtinum, & D. Gregorium exſtitit controuerſia, quam Iauellus loco paulò ante citato famoſam appellat; & cuius meminit D. Thom. 2. 2. quæſt. 132. artic. 4. de ſuperbia*

bia

bla, atque inani gloria. Prior namque ſuperbiam, vt paſſim nunc vtimur, in omnibus fere Chriſtianæ doctrinæ Catechiſmis; poſterior vero inanem gloriam in capitalium peccatorum numerum, & quidem primo loco retulit. Verum omnis pugna videtur eſſe tantum de nomine vt adnotat Greg. de Valent. tom.2.diſput.6.q.14.punct.2. Id perſpicuum fiet; ſi quemadmodum vulgo faciunt, primo diſtinguamus ſuperbiam in eam, quæ generatim, & in eam, quæ ſpeciatim cõſideratur, deinde dicamus inanem gloriam duobus itidem modis accipi, vno modo proprie, altero improprie: ſuperbia igitur generatim accepta, vt ſupra fuit oſtenſum, latiſſime diffunditur ad omnia peccata. Quam idcirco D.Greg. Reginam, & Sapiens initium omnium peccatorum vocauit. Speciatim verò conſideratam ſuperbiam ex omnium ferè ſententia affirmamus ſpeciale eſſe peccatum, & Capitale, idemque eſſe, & ſignificare, quod inanis gloria impropriè accepta. ita ſiquidem ſignificat immoderatum appetitum propriæ excellentiæ. In qua ſignificatione arbitramur à D.Greg. in Capitalibus peccatis numeratam eſſe inanem gloriam. Eum porrò non latuiſſe nomen, ac notionem ſuperbiæ ſpeciatim acceptæ ex eo manifeſtè apparet, quod quatuor ſuperbię ſpecies, quaſi propagines, & filias aſſignauit. Atenim ſuperbiæ generatim conſideratæ eas non potuit attribuere. Cum non quatuor, ſed omnia peccatorum genera ex ea deriuentur. Non me fugit, nonnullos exiſtimaſſe, non ſuperbiæ, ſed arrogantiæ ſpecies illas quatuor filias eſſe. Sed hoc parum nos perturbat, nam cũ arrogantia (modo illis hoc concedatur) ſit ſuperbiæ actus; iſque non nunquam pro habitu ponatur, nullum inconueniens ſequitur, ſi eas ſuperbiæ tribuamus. Explicat Caiet. 2.2.q.62.ar.4. Poſtremo verò inanem gloriam propriè ſumptam exiſtimamus à ſpeciali ſuperbia tantum differre, quantum filia differt à matre. Cenſemus enim inanem gloriam ſuperbiæ primogenitam filiam eſſe. Id nobis inueſtigantibus, & iam excogitantibus noſtro Marte præſto fuit D.Antonin.2.p.tit.3.cap.1. De ſuperbia. §.1. qui hoc videtur eſſe mutuatus tum à D.Thom.2.2. quæſt.132.art.4. in corp. vbi inquit, vanam gloriam immediatè oriri à ſuperbia: tum ab ipſo D.Greg.lib.31. Moral. cap.31. tametſi illi videntur eo loci verba facere de ſuperbia generaliter conſiderata: cùm nos de ea loquamur hac in parte, vt de ſpeciali. Hanc ipſam controuerſiam enititur ſedare Iauell. tom.2. tra.2. de ſuperbia, cap.2. in fin. ſed parum accurate, meo quidem iudicio. nam dum profitetur ſe D. Auguſtinum authorem velle ſequi; non ſatis caute D. Gregorij ſententiæ videtur proſpicere.

f Septimum accidia. *Exiſtunt autem huiuſmodi peccata aliorum peccatorum cauſſæ, potiſſimum in genere cauſſæ finalis, quæ, vt inquit D.Thom. 1.2.quæſt.84. artic.3. & nos quoque ſupra non ſemel obſeruauimus, formalis origo eſt. Ex quo ſequitur, vt capitalia vitia aliorum non ſolum ſimpliciter principia dicantur, verumetiam quandam dirigendi, & propemodum perducendi vim obtineant. Quamobrem à D. Gregorio Moral. cap.31. conferuntur ſeptem commemorata peccata ducibus exercituum, atque hinc videre licet, vt innuit, & Author, eadem rectè fuiſſe nominata capitalia; propterea quod, quaſi more ducum ordines reliquorum uitiorum inſtruunt, & ducunt. Quod tamen ita intelligitur, id quoque attingit Author; vt non ſemper, ſed in pleriſque id contingat. Poſſunt enim quædã peccata oriri ex alia cauſſa, quę fortaſſe nihil attineat ad capitalia peccata; ut exempli gratia ex ignorantia, quam tamen ad negligentiam, atque hanc ad accidiam reuocare liceret. Verum vtcunque ſit, meritò finis, vt diximus, talia habentur, & nominantur, neceſſe eſt autem huiuſmodi fines præcipuas, ac primarias mouendi rationes retineant. In quibus enarrandis non immorabimur; cum & eos, & illorum motus Author diligenter exponat.*

De effectibus peccatorum.
Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Primus peccati effectus naturæ corruptio.*

Bonum naturæ humanæ triplex, ſcilicet ipſa potentia operatiua, inclinatio naturalis ad virtutem, donum iuſtitiæ originalis, num.eod.

Inclinatio naturalis ad virtutem minuitur, & impeditur ex peccatis acquiſitis, ne feratur in bonum, & quare, num.eod.

2 *Homo prolapſus in peccatum gratuitis ſpoliatur, & in naturalibus vulneratur.*

Animæ potentiæ quot, quæ dicantur ſubſtantiæ virtutum, & quomodo ſingula vulnus acceperint, nu.eo.

3 *Secundus effectus peccati eſt macula in anima, quid autem macula ſit, ſecundum varios oſtenditur.*

4 *Quid ſit peccati macula ſecundum veriorem S.Thomæ ſententiam.*

5 *Ex diuerſitate peccatorum quæ ſunt cauſæ priuationis nitoris animæ, diuerſæ, & inæquales ſunt maculæ.*

6 *Peccatum etiam veniale ſuam habet maculam.*

Quomodo intelligendus ſit S.Thom. non negat relinqui maculam ex peccato veniali nu.eod.

7 *Tertius peccati effectus Reatus pœnæ; & quid ſit.*

8 *Pro peccato mortali pœnæ duplex conſtituitur, ſcilicet, pœna ſenſus, & damni, ex Scripturis probatur.*

9 *Quomodo intelligendum ſit, quod Doctores dicũt, auerſioni reſpondere pœnam damni, conuerſioni pœnam ſenſus.*

10 *Peccatis venialibus ſecundum ſe, & ex natura ſua non debetur pœna æterna, ſed temporalis, & quare.*

11 *Peccatum veniale coniunctum cum mortali ſi quoad culpam remiſſum non ſit in hac vita, pena æterna punietur in inferno, ſecundum veriorem ſententiam.*

Immo, dimiſſa culpa veniali in hac vita ſi non plenè ſatisfactum fuerit pro pœna, in ęternum punietur, ſi cũ mortali coniunctum fuerit, nu.eod.

CVm hactenus de cauſis peccati dictum ſit, reſtat vt pauca dicamus de illius effectibus, huius enim rei cognitio non parum vtilis eſt pęnitentibus, & confeſſarijs, illis quidem, vt ſic magis fugiant, & deteſtentur peccata: his autem, vt ſic accuratius naturam peccati cognoſcant, & remedia facilius adhibere poſſint. De qua re diſputant Theologi 2.diſt.34. & optimè S. Tho. in 1.2.q.85. & duabus ſequentibus.

1 Inter huiuſmodi autẽ effectus, *Primus* † eſt *Corruptio naturæ. Cum* a *autem bonum naturæ humanæ triplex ſit*, quorum *Primum* quidem eſt ipſa potentia operatiua animæ, ipſa ſcilicet principia naturę ex quibus ipſa natura conſtituitur, & proprietates

exinde cauſatæ; *Secundum* vero eſt inclinatio quædam naturalis hominis ad virtutem. *Tertium* autē eſt ipſum donum iuſtitię originalis primo homini collatum pro ſe, & toto genere humano, quę in ſingulis concreanda fuiſſet, ſi primus parens non peccaſſet: certum ac manifeſtum eſt, primum illud naturæ bonū nullo modo per peccatum tolli, aut diminui, cum teſtè S. Dionyſio c.4. Diuin. Nom. et ā in Dæmonibus naturalia māſerint integra, & proinde etiam in hominibus manere debent, tam iuſtis, quam peccatoribus. Etenim, rationalis anima tam ſecundum ſe, quam ſecundum ſuas potentias, immortalis eſt, & proinde bonum hoc naturæ, nec penitus tolli, nec aliquo modo per peccatum diminui poteſt. Illud vero tertium bonū naturæ humanę conceſſum, videlicet, iuſtitia originalis, per peccatū primi parentis totaliter ablatum fuit; per peccatum nāque primi parentis, originale peccatum, quod aliud non eſt quam iuſtitiæ originalis priuatio, in omnes homines pertranſijt; ſolū igitur mediū illud bonum naturæ, nempè, ipſa naturalis inclinatio ad virtutem, per peccatum diminuitur, vt S.Thom. vbi ſupra, & eius loci interpretes, Alex. de Ales, par.2.q.95.memb.3.ar.1.in Corp.& ad 2. Bonau.2.diſt.35.ar. 1.q.1. & art.2.q.3.Richar.art. 2.q.1.Sotus lib. 1. de Natura, & gratia, cap.13.Ioſeph.Angles, in Florib.2.Sent. d.37.q.8.artic.1.& Gabriel Vaſquez, in 1.2.tomo 1. diſp.137.c.2.tradunt. *Ratio* autem, ob quam inclinatio ad virtutem prauis actibus, & habitibus ex peccatis acquiſitis aliquo modo nempe extrinſecus minuitur, & impeditur, ne ita facile in virtutem feratur, ea eſt; quia licet potentia uoluntatis ex ſua natura inclinetur ad virtutem, cum tamen libera ſit, etiam ad peccatum moueri poteſt, vnde facile in vnam, vel aliam partem inclinari poteſt qualitatibus, & habitibus acquiſitis, vnde quamuis in ſe ſubſtātialiter immota, & immutabilis maneat ipſa volūtas, habitu tamē acquiſito promptius, & facilius in eam partem mouetur, in quā talis habitus inclinat: & quia quo magis fertur, & inclinatur in vnam partem, magis ab alia impeditur, & retardatur, conſequenter quo quis magis peccat, & maiorem habitum vitioſum acquirit, minus ad virtutem promptus fit, & inclinatur. Per actus namq; humanos fit inclinatio quędam ad alios ſimiles actus, ideoq; eo ipſo quo quis inclinatur ad vnum contrarium, diminuitur inclinatio eius ad aliud; quia igitur peccatū virtuti cōtrariatur, & per peccatum homo magis inclinatur ad malum, iuxta illud Gen.6. *Senſus, & cognitiones humani cordis prona ſunt ad malum omni tempore*; conſequenter per peccatum inclinatio ad virtutes extenuatur: & quia homo peccatum peccato addere pōt etiam in infinitū, inde etiam fit, vt naturalis hæc inclinatio in infinitū augeri poſſit, nūquā tamen totaliter tolli, & auferri poteſt, quia ſemper manet radix talis inclinationis ad bonum, ſcilicet natura rationalis, quæ ab homine tolli non poteſt, vt optimè S.Thomās vbi ſupra, art.2.demonſtrat.

2 Hinc facilè conſtat † qua ratione Patres, & precipuè Beda in c.10. Lucę, explicans illā parabolam hominis deſcendentis ab Hieruſalem in Hiericho docent hominem ab ſtatu gratiæ in ſtatum peccati prolapſum, non tantū ſpoliatum fuiſſe gratuitis, ſed etiam vulneratum in naturalibus. Expoliatus namq; fuit gratuitis, quatenus priuatus fuit iuſtitia originali, quæ homini a Deo conceſſa fuit, & q̃ illi facultatem præſtabat ad actiones ſupernaturales, atque adeo hominem Deo gratū reddebat: vulneratus autem in naturalibus fuit: quia ſicut vulnus corporis in eo proprie conſiſtit, vt ſit ſeparatio quædam continui in animalibus; ita cum in ſtatu innocentiæ per donum iuſtitiæ originalis facultates coniunctę, & vnitę fuerint, (per illam nāque, & corpus animæ, & partes inferiores ſeu ſenſualitas rationi, & ratio Deo planè ſubijciebatur) per peccatum originale factum eſt, vt vires, & facultates animę remaneāt quodāmodo deſtitutę, & priuatę ſuo ordine quo naturaliter inclinantur, & ordinātur ad virtutē, ſicque ipſa deſtitutio per metaphorā vulneratio naturæ dicitur. Quia vero quattuor ſunt potētiæ animæ, quę poſſunt eſſe virtutū ſubiecta. ſ. *Ratio*, in qua eſt prudentia; *Voluntas*, in qua eſt iuſtitia; *Iraſcibilis*, in qua eſt fortitudo, & *Concupiſcibilis*, in qua eſt temperantia, iccirco quattuor vulnera tradunt Doct. accepiſſe naturam ex peccato; nā quatenus *Rō* deſtituitur ſuo ordine ad verum, *eſt*
b *vulnus* b *Ignorantiæ*, inquantum vero *Volūtas* deſti-
c tuitur ordine ad bonum; *eſt uulnus* c *Malitiæ*, inquā-
tum vero *Iraſcibilis* deſtituitur ſuo ordine ad arduū
d *eſt uulnus* d *Infirmitatis*, inquantū autē *Concupiſcen-
tia* deſtituitur ordine ad delectabile moderatū rōne, eſt vulnus *Concupiſcentiæ*, Quæ vulnera nō ſolū inflicta ſunt toti humanæ naturæ ex peccato primi parentis, ſed ēt ex alijs peccatis actualib. cōſequūtur, & creſcunt, Etenim, per peccata actualia, & *Ratio* in agēdis hebetatur, & *Voluntas* induratur ad bonū, & maior difficultas bene agendi accreſcit, et *Concupiſcētia* magis exardeſcit, ſicque in vnoquoq; inclinatio ad bonum virtutis per peccata actualia diminuitur, dum huiuſmodi potentię maxima cū difficultate ſuas operationes exerceāt, & quatenus homo magis, ac magis per peccata actualia recedit ab ordine iuſtitię, magiſque ſeipſum impedit quominus prōptè, & expeditè virtutum officia exequatur, atque adeo ad vitia procliuiorem ſe reddit.

3 *Secundus* effectus † peccati eſt *Macula* in anima poſt peccatum relicta, de quo effectu frequens eſt in Sacris literis commemoratio, ut *Pſal.*118. *Beati immaculati in uia.* & *Pſ.*14. interrogans Propheta: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Reſpōdet. *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* & *Sapiens: Beatus qui inuentus eſt ſine macula. Eccleſiaſtici* 31. *& Deut.*32. *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus. Eſaiæ* 4. *Si abluerit dominus ſordes filiarū Sion. & Ezech.*36. *Effundam ſuper vos aquam mundam. & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris.* Et Chriſtus teſte Apoſtolo, *Epheſ.*5. *Exhibebit ſibi glorioſam* Eccleſiam, *non habentē maculam.* Quæ ſane macula nō niſi gratia abluēte, & animæ inhęrente tolli pōt, vt docēt Theologi cōtra Nouatores hæreticos in materia de Iuſtificatione. Et quamuis nō parua ſit diſſenſio inter Doctores quidnam ſit hæc peccati macula, ſiquidem Scotus in 4 d.14. q.1.§. *Dico ergo*, exiſtimat peccati maculam, ex qua peccator quis dicitur, etiam poſt cōmiſſum peccatū, & in peccato manere, donec iuſtificetur, & deletur per pœnitentiam, non eſſe aliud, q̃ relationē rōnis, hoc eſt, obligationem, & reatū ad pœnam, quatenus anima poſt actum peccati eſt obiectum

iræ diuinæ, & intellectus, & voluntatis Dei deſtinant s hominem ad debitam pœnam; & eandē ſeq videtur Duran. in 4. diſt. 14. q. 5. ad 1. vbi concedit peccatum tantum deleri, quod attinet ad reatum pœnæ æternæ, non quod attinet ad culpam quæ tranſit, & expreſſius in 2. diſt. 42. q. 3. num. 4. & 2. d. 32. q. 1. nu. 5. docet maculam peccati non eſſe aliud quam pœnā. Vnde in iſtorum ſentētia nihil aliud ē deleri peccatum, quā non imputari ad pœnam. Idē affirmant Ioan. Medina Cod. de Pœnitentia, tract. 1. q. 7. & Guliel. Pariſienſis, trac. de Sacramento Pœnitentiæ, & Holcot, in quæſtione de imputabilitate peccati, in corpore, & Iacob. Almainus in 4. diſt. 19. q. 1. ar. 1. a quibus nō multum diſſentit Gabriel, in 4. diſt. 14. q. 1. ar. 1. Notab. 2. Gabriel etiam Vaſquez in 1. 2. tomo 1. diſp. 139. quamuis hanc Scoti ſententiam merito impugnet, nihilominus tñ in c. 5. concedit, hominem dici, & eſſe peccatorē, & pollutum ex actu peccati præterito, & ex illo manere dignum pœna æterna (id quod verum eſt) addit aũt hanc maculam ex peccato relictam, & a qua per iuſtificationem emundatur, non eſſe aliud quam denominationem rõnis, qua homo vere peccator dr, quouſq; peccatum ſit, vel per pœnitentiam perfectā, vel condignam mutationem retractatum, ita vt ex actu peccati præteriti non retracto homo denominatione extrinſeca ſolum dicitur peccator, & dignus pœna æterna ſi ſit mortale, vel temporali, ſi ſit veniale; retractato autē peccato, homo nec manet pollutus ſorde peccati, nec dignus pœna æterna, vel tota temporali, qua antea dignus erat. Quæ opinio in hoc differt a ſententia Scoti, & aliorum, quod Scotus velit reatum pœnæ ſolum oriri ex voluntate Dei, obligante ad pęnā, nec aliā maculā in anima agnoſcit; Vaſquez aũt docet, ex peccato præterito oriri dignitatem ad pœnam per extrinſecũ reſpectũ, non quidem ex Dei voluntate ꝓuenientem, ſed ſuaptè natura ex peccato præterito non retractato, adeo, vt macula hęc qua verè homo pollutus ſit ſorde peccati, ſit denominatio peccatoris iniuſti apud Deum, & inimici illius, quæ denominatio extrinſeca ſolum per iuſtificationem tollitur. At certè, ſicut hic author merito Scoti ſententiam refellit, ita ēt & ſententia illius impugnari poteſt, neq; .n. ſatis explicat per hanc ſuā extrinſecam denominationem, quidnam ſit hæc macula relicta in anima peccatoris poſt trāſactum peccatum, quā Scripturę toties inculcant, & quę per iuſtificationē tollitur, vnde, in fine illius diſputationis nēgat aliquid intrinſecum reale poſitiuũ in nobis per iuſtificationem tolli; q̃ rem hoc in loco latius nō examinamus, qđ parum vtilis, aut neceſſaria ſit huic morali doctrinæ, quam nunc ſolum explicare contendimus.

4 Alij vero alio modo† maculam hanc in anima ex peccato relictam explicant, vt Magiſter, qui in 4. d. 18. c. vlt. ait elongationem a Deo per diſſimilitudinem eſſe maculam animę, Deus enim (inquit) eſt vita animæ, & mundicies illius, quare elongari ab eo, idem eſt, quod maculari, & pollui. Alexan. de Ales, p. 1. q. 14. mēb. 6. ar. 4. in fi. ait maculā hāc eſſe priuationem debitæ pulchritudinis, & S. Bonauentura 4. d. 18. in fi. textus, ait eſſe priuationem ordinis debiti, & pulchritudinis animæ, & Richardus ibidem, vocat diſſimilitudinē, ſed hi non explicant quidnam ſit hæc priuatio, aut diſſimilitudo.

Dicendum eſt igitur cum S. Thoma, 1. 2. quæſt. 86. ar. 1. & 2. & q. 109. articu. 7. & q. 89. ar. 1. & 4. d. 18. q. 1. ar. 2. quæſtiuncula 1. Caiet. Conrado, Medina ibidem, Ioſepho Angles, in Florib. 2. Sen. d. 37. q. 8. ar. 3. conclu. 1. Soto 4. diſt. 15. q. 1. articu. 2. non longe a fine. Gregorio de Valentia, tomo 2. diſput. 6. quæſt. 16. puncto 1. Summa Corona, p. 1. c. 1. numer. 10. & communiori Doctorum ſententia maculam peccati eſſe priuationem nitoris animæ. Cum enim in anima hominis ſit duplex nitor, & pulchritudo, vna quidem ex refulgentia luminis rationis naturalis, per quam homo in ſuis actionibus dirigitur, alia ex refulgentia diuini luminis ſcilicet gratiæ, per quam homo perficitur ad bene agendum, macula hæc, quæ peracto peccato remanet in aĩa, eſt priuatio recti ordinis rationis, & gratiæ, quatenus in his conſiſtit nitor, & pulchritudo animæ, ſicut macula corporis proprie dicitur priuatio nitoris corporis; Nam ſicut in corporalibus (in quibus proprie ineſt macula,) quando aliquod corpus nitidum perdit ſuum nitorem ex contactu alterius corporis, ſicut veſtis, & aurum, & argentum, aut aliud huiuſmodi corpus, illud verè, & proprie dicitur maculatũ, ita per metaphoram dum anima peccando adhæreat reb. per inordinatum amorem, conuertē do ſe inordinate ad ipſas, & auertendo ſe a Deo, maculatur. Itaq. quemadmodum gratia, & rectus ordo rationis metaphorice dicitur nitor, & pulchritudo quędam animæ, quatenus. ſ. reddit animam gratā, & acceptabilem, ſicut nitor corporis reddit illud iucundum ad aſpiciendum, ſic priuatio decoris gratię, & pulchritudinis ſpiritualis, ex inordinato amore, & quaſi contactu inferioris, & immundæ alicuius rei prouениens, macula animæ metaphoricè vocatur. Quæ quidem macula ſecundum S. Thomam 1. 2. q. 86. ar. 1. ad 3. non eſt aliquid poſitiue in anima, nec ſola, & pura priuatio, ſed priuatio nitoris animæ, in ordine ad cauſam, id eſt, peccatum, a quo cauſatur, ſicut per gratiam vnitur Deo, & nitorem gratiæ, & pulchritudinem ſpiritualem habet.

5 Hinc fit; quod licet † priuatio nitoris gratiæ, quæ ob peccata diuerſa ſequitur, eadem ſit, cauſæ tamen huius priuationis cum ſint diuerſæ, & inæquales, (qui. n. committeret homicidium, & ſacrilegiũ, grauius peccaret, quam qui fornicationem, & furtum committeret) conſequenter ex parte cauſæ diuerſæ & inæquales maculæ erunt, ſicut ēt diuerſæ dicuntur vmbræ ob diuerſitatem corporum, quæ inter lumen Solis, & Terram interponuntur, tametſi omnes vmbræ eiuſdem luminis priuationes ſint, vt rectè S. Th. 1. 2. q. 86. ar. 1. ad 3. declarat. Sicut igitur vmbra, quę eſt priuatio luminis formaliter ſumpta per reſpectũ ad lumen, non ſuſcipit magis, & minus ſed per reſpectum ad corpus a quo cauſatur, ſuſcipit diuerſitatem, diuerſa. n. corpora, vt obiecta diuerſas cauſant vmbras; ita ēt licet maculæ non ſint diuerſę, quatenus denotāt priuationes gratię ex actu peccati interpoſito, attamen ſ͠m peccatorum diuerſitatem a quib. cauſantur, maiores, & minores maculæ ſunt, vt diximus. Et in hac priuatione gratiæ, & nitoris conſiſtit peccatum habitualiter manens, quod ſecundum fidem tollitur *per* c *gratiam Chriſti*. c

6 Præterea† quamuis peccata venialia non eandem ma-

maculam inferunt quam mortalia, (ſiquidem non priuant nos gratia Dei, nec aliquo habitu ſupernaturali) nihilominus tamen, cum aliqua Scripturæ loca, in quib. maculæ, & immunditiæ peccatorum mentio fit, de peccatis etiam venialibus intelligantur, vt Prouer. 16. *Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato?* & Ioan. 13. volenti Petro, vt Chriſtus lauaret non ſolum ipſius pedes, ſed etiam manus, & caput, reſpondit Chriſtus. *Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus, & vos mundi eſtis, ſed non omnes.* Qua comparatione ſignificauit omnes Apoſtolos vno Iuda excepto mundos eſſe, & lotos a peccati mortalis macula, q reddit hominem ſimpliciter maculatum, & immundum, & ſolum indigere lotione aliqua pedum, hoc eſt, leuiorum culparum, quas facile contraxerant, neceſſariò dicendum eſt, etiam ex peccato veniali contrahi maculam, ſiquidem a peccatis venialibus vere iuſtificamur, & emundamur, & cum eis nemo intrare poteſt regnum cælorum, eo quod nihil coinquinatum illuc intrabit, Apoc. 21. & ita ex peccato veniali contrahi maculam aliquam concedunt S.Th. p.3. q.87. ar 2. ad 3. Alex. de Ales, p.2. q.107. memb.1. ar.1. p.4. Summæ, q.15. memb.3. ar.3. § 4. Sotus, 4. diſt.15. ar.2. q.2. Grego. de Valentia, tomo 2. diſp.6. q.16. pun.1. § Quinto ſequitur, & Gabriel Vaſquez, in 1.2. q.139. c.5. & Ioſeph Angles in Florib. 2. Sent. diſt.37. q.9. ar.2. Quod ſi S. Tho. 1.2. q.39. ar.1. negat relinqui maculam ex veniali, intelligendus eſt de macula, quam tribuerat q.87. art.1. & 2. peccato mortali, & quæ ſimpliciter reddit hominem maculatum, & immundum: ſiquidem macula venialis, quamuis reddat hominem aliquo modo, & ſecundum quid, maculatum, non tamen denominat hominem ſimpliciter maculatum ſed ex parte cum homo iuſtus exiſtens in gratia etiamſi habeat peccata venialia, dicatur ſimpliciter mundus corde, ſimpliciter autem mūdus, & ſimpliciter immūdus, & maculatus nemo eſſe poteſt. Erit igitur macula, quam infert peccatum veniale, priuatio illius nitoris, qui feruenti charitatis vſu, quem peccata venialia impediunt, continetur, iuxta ea, quæ tradit S.Th. 1.2. q.89. ar.1. ſeu, vt vult Greg. vbi ſupra, priuatio illius nitoris, quo alias homo prompte, & expedite amicitia, & charitate Dei vteretur, & proinde etiam per veniale nitor; & decus animæ
f *aliqua* f *ex parte obſcuratur.*

7 *Tertius* † peccati effectus eſt *Reatus pœnæ*, hic autē pœnæ reatus, non eſt aliud, quam, quod homo per peccatum dignus ſit pœna, atque adeo ad pœnam luendam diuinitus ordinatur; quam ob cauſam Sā. Dionyſius, cap.4. de Diuin. nom. p.4. ait, *non eſſe malum puniri, ſed fieri pęna dignum. Ratio quidem eſt*: qa omnis peccans deſtruit ordinem, peccatum enim actus inordinatus eſt, & conſequenter dignus eſt, vt a principe illius ordinis puniatur, cuius ordinē violauit. Quia vero tres ordines ſunt, quibus humana voluntas ſubditur, primo enim ſubditur ordini propriæ rationis, ſecundo, ordini hominis ſpiritualiter vel temporaliter gubernantis, & tertio ordini vniuerſali diuini regiminis, peccando triplicem ordinem, ſcilicet rationis, hominis, & Dei violat, & proinde merito ab his tribus principibus puniri meretur. A ratione quidem, per remorſum conſcientiæ, iuxta illud S. Auguſtini lib. 5. Confeſſ. c.13. Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, vt omnis animus, inordinatus ſibijpſi pęna ſit. A Deo aūt per gehennæ tormēta, ab homine quidem per pœnam temporalē. Deinde etiam reatum pœnæ peccati effectum eſſe, & modum hunc loquendi conformem eſſe Scripturis, facile conſtat ex Deute. 21. vbi, Reus ſanguinis propter effuſionē ſanguinis proximi pœna dignus vocatur, & talis dignitas ad pęnam Reatus appellatur in illis verbis: *Et auferetur ab eis reatus ſanguinis*, & ex 1. Corin. 11. vbi, qui manducat indigne *reus* dicitur *corporis, & ſanguinis Domini*, hoc eſt dignus eſt pœna propter ſacrilegium, in ſumptione indigna corporis, & ſanguinis Chriſti commiſſum.

Eſt autem hic reatus pœna in peccatore, nihil aliud formaliter loquēdo, vt docēt authores quam relatio rationis, ſecundum quam intelligitur peccator dignus eſſe ea pœna, quam Deus iuſtiſſima ſua voluntate, & lege illi conſtituit, & proinde ad quā homo obligatus eſt, vt optime declarat S. Tho. 1.2. q.87. articul.1. ad 2. adeò, vt reatus pęnę formaliter quid medium ſit inter culpam, & pęnam, tanquam relatio inter fundamentum, & terminum, quæ in cauſa eſt, quod reatus aliquando culpa, aliquando etiam pœna dicatur, cum tamen neutra ſit, ſed
g aliquid mediū inter culpam, & g *pęnam, ut* diximus.

Et cum Deus iuſtus, & rectus ſit, Deut. 32. & S. Aug. lib.1. Retract. c.9. dubium eſſe non debet, aut poteſt, quin vnicuique peccato tantam pœnā conſtituat, quanta iuſtum eſt illud puniri, vnde in puniendis peccatis non ſolum iuſtitiam commutatiuam obſeruat, ſed etiam diſtributiuam; commutatiuam quidem, quatenus tanta pœna punire decreuit peccata, quanta merentur, hæc tamen iuſtitia pęnę omnino æſtimanda eſt, præcipue ex diuina lege, & voluntate, ſicut D. Auguſtinus in lib. de natura boni, c.31. & li. de fide contra Manichæos, c.9. annotauit, ita vt iuſta pœna peccati ea cenſenda, & dicēda ſit, quam Deus illi decernendam putauit: Nam ſi humana æſtimatio eorum, qui leges pœnales humanas condiderunt, iuſtitiam, & æqualitatem pœnæ ſecundum formam iuſtitiæ cummutatiuæ cōſtituit, multo magis hoc poteſt diuina æſtimatio efficere. Diſtributiuam etiam obſeruat iuſtitiam, ſeu Geometricam, dum ſicut in taxando præmio rationem habet dignitatis operum, ita etiam in decernēda pœna rationem naturæ, & grauitatis cuiuſq. culpæ conſideratis omnib. illius circumſtantijs habet.

8 Pro peccato † autem omni mortali perſonali iuſte pœnam æternam conſtituit, eamque duplicem, damni. ſ. & ſenſus, iuxta illud Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, in illo namq; verbo, Ite, ſeu diſcedite, pœna damni, hoc eſt, carentia viſionis diuinæ, deſignatur, in verbis autem ſequētib. in ignem æternum, pœna ſenſus, hoc eſt, quæcunq; ſenſibilis læſio, triſtitia, & afflictio voluntatis, quæ ex apprehenſione rei nocuæ, vel intellectualis, vel ſenſitiua proficiſcitur, declaratur. Qua propter, & in anima ſeparata eſt etiam ſine corporeo ſenſu pęna ſenſus id eſt, pœna affligens, & męrore afficiens, & Iudith 16. *Dabit ignem, & vermes in carnem eorū, vt vrātur & ſentiant vſque in ſempiternum.* Eſaiæ vlt. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, & Matt. 3. *Qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti*, & c.9. *Bonum eſt tibi luſcum introire in regnū*

Dei, quam duos oculos habentē, mitti in gehennā ignis, vbi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quamuis enim peccatum mortale breuiſſimo tempore committatur, nihil tamen obſtat quominus iuſtè a Deo pœna æterna puniatur; ſiquidem, vt optime docet S. Auguſt. lib. 21. de ciuit. Dei cap. 11. in retributione iuſtitiæ non ſemper conſiderat æqualitas temporis inter culpam & pœnam; nam etiam in ciuili Republica pro breuiſſima adulterij culpa, capite plectitur adulter, atq; adeo perpetuo priuatur viuentium ſocietate; vbi late varijs exemplis hoc ipſum confirmat, & S. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 44. huius rei aliam rationem aſſignat, dicens: *Voluiſſent iniqui ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare: oſtendunt, quod in peccatis ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare: dum uiuunt. Ad magnam ergo iudicantis iuſtitiam pertinet, ut nunquā careant ſupplicio, qui dum uiuerent, nunquam uoluerūt carere peccato.* Qui ergo voluntatem habet in æternum peccandi, iuſte a Deo in æternum punitur. *Alteram* h *efficacem* huius rei rationem adducit S. Th. 1. 2. q. 87. ar. 3. Quia per peccatum mortale tollitur principium ordinis, quo volūtas hominis ſubditur Deo; principium aūt huius ordinis eſt vltimus finis, cui homo inhæret per charitatem. Cum igitur peccatum mortale auertat a Deo, & charitatem auferat, quæ principium eſt vitæ, conſequenter peccator ex natura rei manet obnoxius pœnæ æternæ, ſemper enim defectus, quo ſubtrahitur principium irreparabilis eſt, & ideo cum per peccatum mortale corrumpatur principium ordinis, quo, vt diximus, voluntas hominis ſubditur Deo, erit inordinatio quantum eſt de ſe irreparabilis, etſi diuina virtute reparari poſſit: ſicut ſi corrumpatur principium viſiuum, non poteſt fieri viſionis reparatio, niſi ſola virtute diuina. Quibus omnibus aliam quoque addere poſſumus, quę eſt huiuſmodi: Pœna omnis infligitur propter culpam, ergo tamdiu durare debet pęna, quamdiu perſeuerat culpa; culpa aūt poſt hāc vitam nunquam remittitur in inferno, ibi. n. nulla eſt pœnitentia: ergo nec vnquam pœna finietur.

Congrua etiam ratione duplex hæc pœna, ſcilicet, damni, & ſenſus peccatis mortalibus ſtatuitur, vt S. Thomas 1. 2. q. 87. ar. 4. & alij cōmuniter oſtēdunt ex eo, quod cum in peccato mortali ſint duo motus, ſ. auerſio a Deo ſummo, & incommutabili bono, & conuerſio ad creaturam, & bonum cōmutabile, priori illi, ſcilicet, auerſioni, reſpondet pęna damni, quæ eſt infinita non ſolum extenſiue, hoc ē. ſecundum durationem, ſed etiam intenſiue, & ſecūdum quantitatem, *ut* i *maior excogitari non poſſit*: eſt enim amiſſio boni infiniti, ſcilicet, Dei, pro vt igitur priuat Deo vt obiecto, & fine, ſic quidem pœna hæc infinita eſt: Priori vero illi, ſcilicet, conuerſioni ad creaturam, & bonum commutabile, reſpōdet pœna ſenſus, & hac ratione licet pœna hæc extenſiue, & ſecundum durationem, vt diximus, infinita ſit, intenſiue tamen finita eſt, tum quia ipſum bonum commutabile finitum eſt, tum quia ipſa conuerſio eſt finita, (non. n. poſſunt eſſe actus creaturæ infiniti) & conſequenter pœna hæc finita erit, alia tamen alia maior, & intenſior, pro grauitate, & inæqualitate delictorum, iuxta illud. Deute. 25. Pro menſura delicti, erit & plagarum modus, & Rom. 2. tunc reddet vnicuiq; ſecundum opus ſuum.

9 Ceterum, †cum vt diximus, Doctores dicant, auerſioni reſpondere pœnam damni, conuerſioni autē pœnam ſenſus; non eo ſenſu accipiendi ſunt, quaſi dicere velint, auerſionem ſola pœna damni puniri, & conuerſionem ſola pœna ſenſus, (vtraque enim deformitas tam auerſionis quam conuerſionis, quatenus adæquate pertinet ad eandem culpæ grauitatem, punitur tum pœna damni, tum pœna ſenſus, adeo, vt a qualibet iſtarum pœnarum inadæquate, & ab vtraque adæquate conſtituitur vna pœna iuſta:) ſed diſtinguere voluerunt inter vtramque pœnam vt facilius exhibeant rationem congruentiæ in pœna, quæ, vt eſt priuatio beatitudinis, pręcipue reſpondet auerſioni, & vt eſt pęna ſenſus, præcipue reſpondet conuerſioni. Quæ quidem congruentiæ ratio potiſſimum locum habet in peccatis commiſſionis: nam in peccatis omiſſionis, non eſt etiā conuerſio proprie, ſed ſolum virtualiter, & implicite. Itaque in peccatis omiſſionis, grauitas, quam habēt ex auerſione, ſufficit ad cognoſcendum quod iuſte, & congruenter pœna damni ſenſus, puniantur. Quando autem in amicitiam Dei quis per charitatem reddit, aufertur reatus iſte pœnæ æternę tā damni, quam ſenſus, fitque dignus Dei aſpectu quæ reſpondet auerſioni, & pœna ſenſus, quæ reſpondet conuerſioni ad creaturam commutatur in pœnam temporalem, ſoluendam vel in hoc ſeculo, vel in purgatorio: Nam qui alterum offendit, quamuis in amicitiam redeat veniam petendo, remanet tamen debitor damni illati, & iniurię factæ, vt latius Deo iuuante contra hæreticos in materia de Satisfactione demonſtrabimus.

10 Quod vero ad peccata †venialia ſpectat, certum eſt, illis ex ſua natura, & ſecundum ſe, non deberi pęnam ęternam, ſed temporalem: cuius hæc eſt Ratio: quia veniale ex ſua natura non contrariatur vltimo fini, aut charitatem tollit, quæ eſt principium reparandi bonum per veniale amiſſum, ſcilicet perfectam Dei ſubiectionem, & proinde ex ſua natura non meretur pœna æterna puniri, ſed tantum temporali: Non autem cenſendum eſt peccatū veniale reparabile eſſe ex natura rei, quaſi ex viribus naturæ remitti poſſit, ſed quia non repugnat peccato veniali charitas, quæ eſt principium reparandi bonū amiſſum. Dixi aūt peccato veniali ex ſe non deberi pęnā æternam, in quo omnes conueniunt: eſt tñ dubium, an peccatum veniale quod cum mortali coniunctum manet, poſt hanc vitam pęna æterna puniatur, vt v. g. an venialia, illa, cum quibus decedūt reprobi, & damnati, æterna pœna puniantur.

In qua re Scotus 4. diſtin. 21. q. 1. § in iſta quæſtione: docet, non puniri pœna æterna in inferno: ſed tandem pęnā illius finiri, permanente ſola pœna, quæ peccatis mortalibus debetur, cui ex parte conſentit Durandus 4. diſt. 21. q. 2. Primo. n. ſi veniale non ſit remiſſū in hac vita quoad culpā, vt accidere poteſt, maneatque coniunctū cū mortali, tūc fatetur puniri pęna ęterna, quia in inferno nulla culpa etiā venialis remitti poteſt, manente autē culpa, etiam manere debet pęna. Sin autem veniale in hac vita fuerit dimiſſum ſecundum culpam, ſed nondum pro pœna ſatisfactum plene, tunc tale debitum cum mortali coniunctū manens, remittitur in inferno, immo etiā, & pœna pro mortali dimiſſo ſecundum culpā, quæ in hac vita non ex toto ſoluta erat tandē in inferno ſolutione pęnę pro aliquo tēpore remittitur. Quia ſufficienter perſoluitur vtrūque hoc debitum patiendo tantum pœnæ in inferno, quantum alias in purgatorio, vel in hac vita ſeruata proportione ſoluendum erat.

11 *Communior* tamen † & verior ſententia eſt quā tradit S. Thomas 1.2.queſt.87.arti.5.ad tertium & eum ſequuntur Caie.& Bartho.Medina.ibidem,& Alex.de Ales par.2.q.107.mēb.9. & Richard.4.d.21.ar.2.q.3.Ioan.Maior.q.1. Bonau.4.diſt.42.art.2.q.2.Ioan.Viguerius in Summa Theologiæ.c.16.§.4.verſi.8.Greg.de Valentia tom.2.diſpu.6.q.17.punct.4.Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.141.c.2.& ante hos omnes Richardus de Sancto Victore par.1.ſuorū operū,opuſc.de differentia mortalis & venialis. Et quidem ſi culpa venialis in hac vita non ſit remiſſa,ſine dubio vt recte docuit Durandus, etiam pęna ęterna punietur in inferno cum mortali Quia quamdiu manet culpa venialis peccati,& macula illius,qui eam habet,dignus eſt pęna,& conſequenter ſemper pro tali veniali in inferno punietur,cū in inferno nulla poſſit eſſe contritio, aut iuſtificatio;culpa autem venialis ex ſola ſolutione pęnę ſine contritione, aut iuſtificatione aliqua deleri & remitti non poteſt. Sed neque dimiſſa culpa veniali in hac vita, & nondum plenè pro pęna ſatisfacta,ceſſabit vnquam pęna illa in inferno, ſi coniunctum fuerit illud veniale cum mortalibus(& idem de mortali peccato ſecundum culpā dimiſſo, ſi cū alio peccato mortali non dimiſſo ſecundum culpā coniunctum ſit,dicendum eſt) ſed ęterna pęna punitur;Quia vt remittatur pęna peccato debita,non ſatis eſt pati quantum quis meretur ſed opus eſt patiēdo ſatisfacere;at vero ſatisfactio vt Deo accepta ſit, pro pęna fieri debet ab exiſtente in charitate & amicitia Dei;Non enim vel rationi, vel analogiæ fidei conſentaneum eſt credere,quod Deus aliquid acceptet a peccatore, & inimico damnato,cum ergo remiſſio & ſatisfactio omnis pro peccato innitatur gratiæ, & acceptationi diuinæ,& meritis paſſionis Chriſti, damnatorū uero opera Deo accepta non ſint, nec illis paſſio Chriſti applicetur, conſequenter pęna peccatis huiuſmodi uenialibus debita,& cum mortalibus nondum dimiſſis coniuncta, in inferno erit perpetua. Et certè ſi in hac vita pro pęna relicta ex peccatis dimiſſis non ſatisfacit quis per dolores & ærūnas impatienter toleratas, multo minus damnati in inferno impatienter ferentes pęnam, pro peccatis etiam ſecundum culpam dimiſſis,ſatisfacere poterunt, impatientia enim ſicut nec in illis; ita nec in iſtis aliquid Deo gratum & acceptum operatur.

Quamuis igitur culpæ veniali, ſi ſecundum ſe conſideretur,pęna æterna non debeatur, ſed tēporalis,nihilominus tamen ex accidenti fieri poteſt, vt propter conditionem ſubiecti, & perpetuitatē k culpæ, diuina lege ſtatuatur illi iuſte pęna perpetua,vt optimè declarat S.Thomas vbi ſupra,eodēque modo pro culpa mortali iam remiſſa,& nō plenè ſatisfacta,coniuncta cum mortali culpa non dimiſſa pœnas patiętur perpetuas, ſed per accidens, quia cum ſit perpetuo futurus inimicus Dei, nunquam poterit pęnam perſoluere, erit nihilominus quoad intenſionem pęna illa minor;quam quæ debetur peccato mortali non remiſſo, ſicut etiā illa æterna,quæ per accidens peccatis venialibus quo ad culpam non remiſſis,aut etiam remiſſis, ſed nō plenè ſatisfactis,& cum aliis mortalibus non dimiſſis,coniūctis debetur, vt diximus. Et de peccatorū tam mortalium,quam venialium effectibus, quantum ad hoc præſens noſtrum inſtitutum ſpectat, hactenus dictum ſit.

ADDITIONES.

a Cum autem bonum naturæ humanæ triplex ſit. *Plenius & ad rem propoſitam fortaſſe accommodatius Medin.1.2.q.85.art.2.Verſi. explicatio huius dubitationis hæc eſt. In anima ſiquidem exiſtentium bonorum quinq. genera ſtatuit. Primo continentur actus ſtudioſi & rationi cōſentanei. Secundo habitus ſtudioſi noſtris, humanis ſcilicet, actionibus comparati. Tertio actus diuinitus infuſi,ut fidei,ſpei,& charitatis. Quarto potentia obedientialis, & habilitas ad recipiendam gratiam ex Deo. Quinto,& poſtremo inclinatio ad uirtutem. Actus ſtudioſi, & habitus diuinitus infuſi per peccatū omnino tolluntur, utriq. ſuo modo priores quidem abſque ulla exceptione,et per quodlibet peccatū in poſterioribus excipitur ſpes, & fides, quippe quæ poſt peccatū mortale perſiſtunt imperfectæ tamen; & quibus uirtutis nomen proprie non debetur, charitas per huiuſmodi peccatum omnino expellitur. Habitus porro ſtudioſi noſtris actionibus generis eiuſdem acquiſiti per peccata,& prauas operationes diminuuntur; &, ſi frequētes fuerint,ita ut conſuetudinem inducant, tandem plane extinguuntur. At vero potentia illa obedientialis, & habilitas ad accipiendam a Deo gratiam per peccatum nō poteſt omnino auferri,propterea quod inſidet in animæ rationis participis eſſentia,atque eam neceſſario cōſequitur,neque illa hominis iniquitas efficere poteſt,ut Dei miſericordia, & clementia, & miſericordia exhauriatur,ac propter eam nolit Deus ipſe omnes homines ſaluos fieri. Deminui tamē huiuſmodi habilitas per peccatum poteſt; adeo ut de ea deinceps tantum detrahetur,quantum creſcit peccandi conſuetudo,non quod deminuatur, aut de ea detrahatur per alicuius ipſius partis ablationē:ſic.n.fieri poſſet, ut omnino tolleretur:ſed quia ponitur uel impedimentum, ex parte termini, uel in ſubiecto contraria diſpoſitio ad formam, quam agēs eſſet introducturus. Poſtremo nec inclinatio ad uirtutē per ſe auffertur,nec deminuitur, cum ſit immortalis, atque incorruptibilis pariter, atque ipſa animi eſſentia, quam conſequitur. Deminuitur tamen,atque impeditur per peccatum ex parte termini,et operationis,quatenus ſic in contrarium trahitur,ad malam ſcilicet operationem,ex quo ſit,vt hæc quoque inclinatio hominis ad uirtutem non per ablationem alicuius rei, ſed per ablationē impedimenti diminuatur,ac proinde non poſſe omnino tolli,hac ipſa de cauſſa,& quia infinita eſt ſyncathegorematicè,ut loquūtur logici,ut intellectus & uolūtas quorū alter,quacunq. veritate pcepta,pōt aliā percipere: altera vero,quocunq. bono amato pōt aliud præterea amare,tū demum,quia illiuſmodi impedimenta recipiuntur in potentiam liberam,quæ idcirco illa pro ſua libertate admittere,aut non poteſt admittere. Et cōfirmatur ipſa experientia etenim in peſſimis, & ſceleſtiſſimis quibuſque hominib. cernere licet aliquod ſtudium, aliquod deſiderium ad uirtutem, & ad aliquas ſtudioſas actiones.*

Non adeo imago Dei peccatis eſt addicta, *inquit D. Auguſt. De ſpiri. & liter. c.* 30. quia etiam in impietate vitæ poſſent homines facere aliqua opera legis, de quibus forte dicere poſſumus, quod habet opus legis ſcriptum in cordib. eorum idest nõ omnino deletum, *& addit, ab impijs quoq. bona quædam opera fieri ſine quibus uix degitur hæc mortalis vita.*

b Eſt vulnus ignorantiæ. *Hanc* C*ard. Bellarmin. tomo* 4. *De amiſſion. gratiæ lib. 6. cap. 9. quadripartitam inducit, quomodo diſtributa ad duo capita recte poſſet reuocari. Ad vnam, quæ Infantium eſt, & cuiuſmodi, & res vitæ neceſſarias attingit.* Multorum pecorum pulli etiam minutiſſimi matres agnoſcunt, nec ſugendis vberibus cura, & ope admouentur aliena; ſed ea ipſi in maternis corporibus loco abdito poſita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato, niſi opere nutrientis ad motis labris papillæ vberis ingerantur, nec vbi ſint ſentiunt, & iuxta ſe iacentib. mammis magis poſſunt eſurientes flere, quam ſugere. *D. Aug. De peccatorum merit. & remiſſ. c. 38. Altera, quæ adultorum dici poteſt, triplex exiſtit. Vna, qua proprius ac germanus hominis finis, quod eſt uerũ ac ſummum bonum, in quo noſtra beatitudo cernitur;* A*ltera, qua media ad illum ipſum finem tendentia; Tertia, qua & ipſa mens humana ab homine ignoratur cum ceteræ mentes, Angelicæ nimirum ſe ipſas perfecte norint.*

Sex alia mentis humanæ vulnera ibidem producit Bellarm. quæ ad vnam itidem ignorantiam licet redigere, aut ratione, ſimilitudinis, ſiue adeo profundioris gradus, cuiuſmodi eſt fatuitas cum qua non nulli naſcũtur. Tam tardi non nulli ſunt & obliuioſi, vt ne prima quidem diſcere literarum elementa potuerint. Quidam vero tantæ ſunt fatuitatis, vt non multum a pecorib. differant, quos moriones vulgo nominãt. *D. Aug. epiſt. 28. ad D. Hieronym.*

Aut merito cauſæ quodammodo efficientis; hæc autem eſt difficultas diſſendi, atque intelligendi, quæ ex tribus fontibus videtur dimanare, uidelicet primum a labore, & dolore, ſine quo nihil fas eſt addiſcere; deinde ab eo, quod rerum veritas latitat in occulto: poſtremo ab ipſo corpore; quod cum nobis fuerit elargitum tamquam inſtrumentum ad ſcientias comparandas: tamen ita aggrauat animam, ut deprimat ſenſum multa cogitantem: ut ita cum ſapiente loquamur.

Aut denique ratione contrarij cum homines tantarum rerum, quæ ad ipſos maxime pertinent, ignorantia laborent: tamen aliena, & præſertim quæ ad uitia deflectunt ſollicite peruestigant, & curioſe introſpicere atq. auide penetrare contendunt. Quod autem ad nos ipſos attinet, incredibile eſt, quanta ſit noſtrarum cogitationum de rebus minus neceſſarijs, ac nullius precij: quãdoq. vero ingentis offenſionis, & calamitatis, inanitas, futilitas, leuitas: ut in eis omni contentione inaniter, atq. effuſiſſime occupati, abijciamus diuinas, tum etiam, quãdo eis in primis opera dãda eſſet. Cum in huiuſmodi rebus cõceptaculum ſit cor noſtrum, & portet copioſæ vanitatis cateruas hinc & orationes noſtræ ſæpe interrumpuntur, atq; turbantur; & ante conſpectũ tuum, dum ad aures tuas voce cordis intendimus, neſcio, vnde irruentibus nugatorijs cogitationibus res tanta præciditur. *S. Augu. lib.* 10. *Confeſſo. c. 35.*

His accedit *inquit Cardin. Bellamin.* quod cum mens æterna ſit, & ei perpetua debeatur operatio: tamen dum eſt in corpore, ne mediam quidem temporis partem ſibi vendicare poteſt nam ſi detrahas infantiam, ac pueritiam, in quibus ætatibus mens aut nihil aut parum admodum operatur; & demas tempus, quod ſibi corpus ſumit tum ad ſomnum, tum ad alias vitæ neceſſitates; quantulum eſt quod intelligentiæ ad opus ſuum relinquitur?

c Eſt vulnus malitiæ. *Idem Card. Bellarm. lib. 6. citato cap. 10. octo vulnera uoluntati aſſignat quæ, ut reliqua, ne modum additamentorum excedamus, ſimplici expoſitione percurremus.*

Primum eſt φιλαυτία *ideſt* Amor *ſui, de quo in ſuperioribus.*

Secundum, Difficultas in uitijs ſuperandis, & virtutibus excollendis.

Tertium, Incredibilis quædam negligentia in ijs, quę ad bene, beateq. viuendum, tum in hac uita, tum etiam poſt mortem attinent.

Quartum, immoderata ſollicitudo in temporalibus lucris captandis.

Quintum mira, quædam peruerſitas uoluntatis humanæ, quæ ad Deum colendum tardiſſima: etiamſi per multa is ſe miracula, vel beneficia patefacit; ad colendos autem Deos falſos promptiſſima; quamuis nihil omnino de eorum diuinitate, quæ plane nulla eſt, cognouerint.

Sextum eſt, Inconſtantia, inſtabilitas pugna quædã, & contentio uoluntatis humanæ cum modo uelit, modo nolit homo: modo nec plane uelit, nec plane nolit.

Septimum, faſtidium proprij ſtatus.

Octauum, quod nullus niſi per gratiam reuocetur peccata quidem mortalia omnia quis uitare poteſt: uenialia non itẽ neq. ẽt renouati: niſi ſingulari aliquo priuilegio.

d Eſt vulnus infirmitatis. *Huic, & Concupiſcentiæ, quæ ſunt animæ partis inferioris, hoc eſt ſenſitiuæ, annectit Cardin. Bellarmin. loco proxime allegato cap.* 11. *Tria alia uulnera.*

Primum, quod multi naſcantur cæci, aut ſurdi, aut muti, aut claudi, aut alio modo hac in parte læſi.

Secundum eſt illuſio ſomniorum quæ per ſenſus interiores efficitur. Ipſe ſomnus, qui proprie quietis nomen accepit; quis verbis explicet ſæpe ſomniorum viſis, quam ſit inquietus, & quam magnis licet falſarum rerum terroribus, quas ita exhibet, & quodã modo exprimit; vt à veris eas diſcernere nequamus, animam miſeram, ſenſuſq; perturbet. *S. Aug. lib. 22. De ciuit. Dei cap. 22.*

Tertium in eo conſiſtit, quod cum interior ſenſus nobis idcirco ſit a natura tributus, ut mẽti ad cõtẽplationẽ intelligentiamq. deſeruiat; uix dici poteſt, quot modis eã perturbet, & confundat, & a rerũ celeſtiũ ſpeculatione, quæ illi propria eſt, auocatã, ſexcentis inanib. figmẽtis igeſtis, quaſi machinis, ipſã eo importuniſſime conijciat A*d huiuſmodi hominum uulnera uult* Card. *Bellarm. c.* 12. *libri. 6. paullo ante notati, quas alias noſtras miſerias tũ quæ pertinent ad corpus, tum quæ extrinſecus adueniunt. Superiores ſex ab eo enumerantur. Prima cõplectitur innumerabilia morborum genera, quæ nec tot medicorum libris omnia poſſunt comprehendi. Secunda in eo poſita eſt, quod in pleriſq. ſiue adeo omnibus morbis, uel ipſa adiumenta, & medicamenta pro tormentis merito habentur; cuiuſmodi ſunt, inedia pharmaca, ſectiones, uſtiones; ut plerique ſepe minus grauate ferant morbum, quam medicinam. Tertia refertur ad inmanem illa rabiem, qua detruduntur homines interdum, propter cibi, & potus inopiam. De qua eleganter D.* Auguſt. *loco proxime memorato. Quarta uertitur*

titur in ingenti, & neceſſario labore ad illiuſmodi inopiam repellendam. Quinta in breuitate vitæ, Sexta, ac poſtrema in continuo mortis imminentis timore cernitur. Miſeriæ, quæ nos extrinſecus vrgent totidem recenſentur. Prima, ac ſumma, quòd Deum poſt Adami peccatum iratum habemus. Tertia, quod cum homo homini Deus eſſe debuerit factus eſt homini lupus acerrimus, atque immaniſſimus.

Secunda, quòd traditi ſumus in manus teterrimi Principis tenebrarū. Quarta eſt inobedientia, & defectio a nobis animantium rationis expertium.

Quinta calamitas è cęlo, terra, marique frequenter adueniens, Sexta, atque vltima caſuum fortuitorum ærumna, quæ nulla ratione nec præuideri, nec caueri pōt.

Barth. Medin. 1. 2. quæſt. 85. art. 3. in fi. aliter digerit huiuſmodi miſerias, & vulnera, eaque quatuor proponit.

Primum eſt, quòd homo in peccato concipitur. Alterum inde procedens, eſt omnium animæ potentiarum diſcordia, & perturbatio. Tertium, Amor ſui, φιλαυτια quem ex D. Auguſtini *ſententia Primogenitum peccati originalis appellat.*

Quartum Inſignis quædā ignobilitas noſtri generis, a ſingulari ſua præſtantia in belluarum naturam propemodum degenerans.

Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis, *vt paſſim ex Dauide decantamus. Legito ipſum Medin. pluribus hæc enarrantem. Ac denique ſcito, vniuerſa hæc incommoda ab Auguſtino ad duo ſumma capita, veluti fontes eſſe reuocata; Ignorantiam ſcilicet, & difficultatem; ex quibus duos alios malorum fontes docet exoriri errorem, nimirum, & dolorem, quorum priorem ignorantia, poſteriorem autem parit difficultas. lib. 3. de libero arbitr. cap. 18. 19. & 20. in Enchiridion. cap 24 & in lib. de natur. & gratia cap. 67. vt teſtatur Cardin. Bellarm. tom. 5. De amiſſ. grat. lib. 6. cap. 8.*

e Per gratiam Chriſti. *Atque ita macula, de qua hic verba fiunt, non eſt id, quo proprie, & formaliter poſt commiſſum peccatum homo manet, & denominatur peccator, ſed tantum materialiter, quatenus, inquā, illa ipſa priuatio nitoris gratię, eſt peccatum habitualiter manens, & priuatio nimirum gratiæ ad vltimum cœleſtis beatitudinis finem aſſequendum neceſſariæ. Quod ſine peccatum, vt ait hic* Author, *ſecūdum fidē tollitur per Chriſti gratiam.*

Macula autem formaliter eſt priuatio gratiæ, quatenus metaphorice, eſt nitor quidam animæ. Gregor. de Valent. tom. 2. diſput. 6. q. 16. punct. 1. verſicul. Tertio ſequitur.

f Aliqua ex parte obſcuratur. *Duos alios, peccati effectus Gregor. de Valent. loco proxime notato in fin. coniungit cū eius macula. Vnus eſt auerſio a Deo, tanquā ab vltimo fine, quæ materialiter non differt ab ipſa priuatione gratiæ, & charitatis, quæ eſt peccatum habitualiter manens, atque ipſa macula. Nam qui peccat mortaliter, is ſe auertens a Deo ita ſe ad creaturam aliquam conuertit, tanquā ad ultimum finem, vt ad eam exiſtimetur habitualiter conuerſus, & auerſus a Deo; tamdiu, donec iterum per ſalutarem pœnitentiā in Deū conuertatur. Alia ratio eſt auerſionis a Deo, ut a legiſlatore, hæc ſiquidem peccato eſſentialis eſt; cum ſit auerſio a lege, & ſane prior, quam altera auerſio a Deo tanquam ab ultimo fine, cuius rei illud argumentum eſt, quod licet conſtet inter Theologos de peccati formali ratione, de eo tamen diſputant an quoduis peccatū mortale auertat a Deo, ut ab vltimo fine, & conuertat ad creaturam.*

Alter effectus maculæ peccati adiunctus ex Gregorij Valentini ſententia, eſt offenſa Dei; non ſane actiuè accepta, ſic.n. eſt ipſum peccatum: ſed paſſiue, quatenus ſcilicet in eo formaliter cernitur, qđ iure merito, et optimo Deus iraſcitur hominibus propter peccatum, atque eis pœnam decernit. ex eo igitur peccatum huiuſcemodi offenſionis cauſſa exiſtit, quod iram commouet & prouocat. Is autem effectus debetur non ſolum mortalibus, ſed etiam aliquo pacto uenialibus. De quibus potiſſimū interpretātur illud Iacobi, ca. 3. In multis offendimus omnes.

g Et pœnam. *Hoc loco intelligitur pœna in ea ſignificatione, quæ propria eſt & denotat aliquod incommodum, quo aliud incommodum, & malum id eſt peccatū uindicatur, compenſaturque. De qua Iob 4. Quis unquam innocens perijt; aut quando recti deleti ſunt? quin potius vidi eos, qui operātur iniquitatem, ſtante Deo periſſe. & D.* Auguſtinus *lib. 1. Retract. cap. 9.* omnis pœna ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur.

Altero modo accipitur pęna communiter pro quouis damno, ſeu incommodo, quod ſit contra inclinationem rei, eamque priuet aliquo bono ipſi conuenieti: & duplicem conſiderationem habet, vnam abſolutam, qua, ſ. hanc ipſam communem rationem ſimpliciter concipimus, atque ita abſolute pœna recte poteſt appellari alteram relatiuam quando præter ea illud cogitatione reperimus, tāquam medium, & utile, & bonum ad aliquod aliud maius incommodum euitandum, & ad contrariū commodum comparandum, ut medicinam ad morbum depellendum, & ad bonā valetudinem aſſequendam.

h Alteram efficacem. *Efficacior, & productis proxime ſanctorum auctoritatibus congruentior uidetur illa ratio, quam ex eadem D. Thom. ſumm. contra Gentes affert Bart. Medin. 1. 2. q. 87. art. 3. Verſi.* ſed in pręſentia, *in hunc fere modum. Iuſtitiæ diuinæ eſt, ut qui nunquam noluerunt peccato carere, ut ait D. Grego. dū hanc mortalem uitam degerēt, ij nunquam in æternitatis ſeculis ſupplicio careant. Nam apud iuſtiſſimum Dei tribunal uoluntas pro ipſo facto habetur, & reputatur. At enim qui propter caducum, ac temporale bonū auerſus eſt ab ultimo fine, qui in æternum poſſidetur, maluit fluxo, atq. incerto bono, idq.' æternum, ſi æternum foret, quam ultimo fine, quod reipſa eſt ſummum, ac ſempiternum bonum. ex quo efficitur, utqui ita, ideſt, mortaliter peccat haud ſecus puniri debeat, atque ſi æternum peccaſſet, Multa alia in eandem rationem ponit in medio Medina, quæ apud eum legito, ſi uacat.*

i Vt maior excogitari non poſſit. *Neque tamen ex hoc, neque ex eo, quod eſt priuatio, quæ non uidetur recipere, magis & minus, ſequitur, ut pœna damni in omnibus qui damnantur ſit æqualis; etſi namque nec in priuatione, ut hoc demus, nec infinito perſpici poſſit inæqualitas aliqua, cum utrumque ſit vniuſmodi; id quidē uerum eſt per ſe, et eorum merito, non autem ratione cauſſæ, quæ quidem, cum ſit peccatum, quod, ut inter recte ſentientes conſtat, non eſt in omnibus æquale; efficitur, ut ex hac parte pœna dāni, & amiſſio infiniti boni omnes damnatos ex æquo minime excruciat.* Exilium *propter grauiorem culpam grauius, ac uehementius, ſollicitat, atque extorquet, quod ſanę omnes fere aut reipſa norunt, aut facile poſſunt reputare. Barth. Medi.*

1.2. quæſt. 8. artic. 4. ex Abulenſi. verſic. In primis, *& ſeqq.*

k Diuina lege ſtatuatur illi iuſte pœna perpetua. *Neq. et ex hoc efficitur, ut minus uerum ſit illud paſſim a Theologis uſurpatum, Deus retribuit vltra , & punit citra condignum. Nam quod attinet ad rem propoſitam, ad ipſum, inquam, peccatum ueniale, pro eo Deus in dãnato iuſtè exigere potuiſſet penam perpetuam aliquanto maiorem; quod intenſionem attingit. Quod autẽ pertinet ad peccatum mortale, non poteſt iure conqueri dãnatus ob pœnæ perpetuitatem, etenim propter peccata mortalia potuiſſet etiã merito puniri per annichilationem. Quamobrẽ autem damnati in nihilum reducti nõ ſint, quæ fuiſſet omnium maxima pena, in cauſſa eſt diuina miſericordia, iuxta illud Tren. 3.* Miſericordiæ Domini, quòd non ſumus conſumpti. *Caie. & Barthol. Med. 1.2. q. 87. art. 4. & Gregor. de Valen. tom. 2. diſput. 6. q. 17. punct. 4. in fin.*

De Peccato mortali, & veniali, eorumque differentijs. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuxta Hæreticorum opinionem omnia peccata ex ſua natura eſſe mortalia, ſuo autem modo quædam dici Venialia.*

Iuxta Catholicorum ſententiam veniale tribus modis dicitur, ſcilicet ex euẽtu, ex cauſa, ex natura propria, num. eod.

2 *Peccatum etiã mortale quot modis dicatur, & quid ſit: ſecundum quam duplicem mortem inferre dicitur.*

3 *Peccati mortalis melior definitio a Nauarro tradita ab Authore probatur, & explicatur.*

4 *Peccati uenialis definitio quæ.*

5 *An ueniale peccatum ſit ſimpliciter peccatum, an ſecundum quid tantum.*

6 *Conciliantur duæ oppoſitæ ſententiæ, quomodo ſimpliciter & analogice peccatum dici poſſit.*

7 *Peccatum tam mortale, quam ueniale duplex eſſe poteſt.*

8 *Peccatum ex ſuo genere uarijs modis ueniale fieri poteſt. & ſeq. nu. 9. 10.*

11 *In tribus peccatis furti, homicidij, & obſeruantiæ feſti quod alias ex genere ſuo mortale eſt, ex occurrente neceſſitate aut nullum, aut ueniale, in cæteris non itẽ, & quare.*

12 *Peccatum ex genere ſuo ueniale effici poteſt ex cauſis uarijs modis, nu. 13. 14 15. 16.*

17 *Peccatum ueniale idem numero manens in genere moris, mortale eſſe non poteſt, & è contra. & quare.*

18 *Peccata uenialia quamuis ad mortale diſponant, nunquam tamen ex ijs quantumuis multiplicatis fieri poteſt unum mortale.*

19 *Quid de eo qui paulatim magnã quantitatem furatur, vel ab eodem, uel à diuerſis iudicandum ſit, fusè docetur, & explicatur, & nu. ſeq.*

21 *Qui uouit dare eleemoſynam pauperi ſingulis diebus, uel recitare orationem Dominicã, ex continuatione præteriti fieri poteſt materia mortalis omittendo.*

22 *An Peccatum ueniale & mortale differant ex natura rei, an ex ſola Dei uoluntate.*

23 *Cum ex ipſa rei operiſque natura differant inter ſe ſecũdum ſaniorem Catholicorum ſententiã, unde ſit hæc differentia deſumenda, tribus nu. ſeq. docetur, ſcilicet, 24. 25. 26.*

27 *Quomodo cognoſci poſſit à nobis quodnam peccatũ ſit mortale, quodnam uero ueniale.*

28 *Documentum primum ex ſacris literis.*

29 *Secundum refertur ad traditionem* Eccleſiæ *eiuſque Doctorum.*

30 *Tertium habetur per lumen naturale, ex quo certa colligitur regula ad iudicandum quid mortale, quid ueniale.*

Quædam diligenter conſideranda, ut cognoſcamus iudicium ferre de differentijs peccatorum. nu. eod.

1 Qvamuis multa † de peccato mortali, & veniali in ſuperiorib. dicta ſint, vt tamen melior, & accuratior huius rei cognitio habeatur, nonnulla in hoc capite de vtriſq; addenda ſunt. Atqui cũ multæ ſint peccati venialis, & mortalis acceptiones cõmodũ erit prius ſtatuere, in qua ſignificatione in præſentiarũ mortale, & veniale à nobis accipiatur. Omiſſis autẽ hæreticorum erroribus, (qui mortalia uocant ea peccata, quę mortẽ animę afferunt, id eſt, omnia peccata, quæ non condonantur, immo negant omnino vllũ peccatũ eſſe, quod ſua natura non ſit mortale, venialia autẽ ea appellant, quę etſi natura ſua ęternã mortẽ afferant, ob Chriſti tamen merita, & miſericordiã hominibus condonantur) iuxta Catholicorum ſententias agentes: ſciendũ ante omnia eſt ex S. Tho. 1.2. q. 88. ar. 2. Andrea de Vega lib. 14. ſuper Conc. Trid. cap. 2. Ioſepho Angles in Florib. 2. Sen. par. 2. diſt. 37. q. 3. ar. 2. difficul. 1. & aliis, Veniale peccatum tribus modis dici poſſe, vno modo ab euentu, quo modo quodcunque peccatum quantumcunque graue, ſi illius veniam, & remiſſionem obtineamus, veniale appellatur, quo ſenſu S. Ambr. lib. de Paradiſo, c. 14. dixit, *omne peccatũ, per penitentiam fieri ueniale*. & S. Auguſt. lib. 21. Ciuit. cap. vlt. & lib. de uera, & falſa pœnitentia, cap. 18. iniquitatẽ remiſſibilem uocat venialem. *Secundo* dicitur ueniale ex cauſa, quia licet ſit mortale, habet tamen aliquam cauſam ſuæ ueniæ annexam, & hoc modo peccata quęcunque ex infirmitate, uel ignorãtia cõmiſſa dici poſſunt uenialia, hoc eſt, digna quadãtenus uenia. Quomodo peccata B. Pauli ante baptiſmũ, tametſi grauiſſima, dici poſſunt uenialia, *Miſericordiam,* inquit, *conſecutus ſum, quia ignorans feci.* 1. Timo. 1. *Tertio* dicitur ueniale ex propria natura, & eſt peccatũ, quod ſuapte natura leue, exiguum, & diminutum eſt, & rectæ rationi parum diſſonum, nec mortem inferens, ſed dignum omnino uenia.

Quia uero ex Dialecticorum regulis, quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum, Mortale etiam peccatum trifariã dicitur. *Primo* enim dicitur mortale ab euentu, quod ſcilicet, nunquam habiturũ eſt ueniam. *Secundo* ex cauſa mortale eſt, quodcunque peccatũ ex malitia, & de induſtria cõmiſſum. *Tertio* mortale eſt ex propria ratione quodcunque graue peccatum rectè rationi uehementer diſſonum, ac proinde de ſe uenia indignum, & mortem animæ inferens, ſiue primã, quæ priuatio gratię eſt, ſiue ſecundam, quę eſt ęterna damnatio. Et ex his uenialis, & mortalis

talis peccati acceptionib. ſola tertia nobis in hoc loco vſui erit. reliquæ vero duę à noſtro propoſito alienæ ſunt. Non enim nunc quæ peccata habeantur mortalia, aut venialia, & quæ non, tractamus, ſed quid vtrumque ſit, & quare ſic dicta, & quomodo ex ſua natura diſtinguantur, inquirimus.

2 *Mortale* igitur † peccatum, prout nomen ipſum denotat, illud eſt, quod mortem infert, ſeu quod morte ſpirituali dignum eſt. Vnde a duplici morte, rectè dicitur peccatum mortale, ſcilicet, tam à morte animæ quam cauſat, quam à morte ſecūda, hoc eſt, à morte æterna gehennæ, quam ſancti mortem ſecundam appellant, qua dignum efficit hominem. De quibus frequens mentio etiam in Scripturis habetur; & quidem de prima morte, quæ eſt animæ, dicitur. *Homo per malitiam occidit animam ſuam* Hierem. 31. *Vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* & Ezech. 18. *Anima, quæ peccauerit ipſa morietur*, & Rom. 6. *Stipendiū peccati mors.* Sap. 16. & 1. Cor. 15. *Stimulus mortis peccatum* hoc eſt, feriens vſque ad interiora animæ, & Iacob. 1. *Peccatum cum conſummatum fuerit generat mortem. Ratio eſt:* quia ſicut anima eſt vita corporis, ſic vita animæ eſt Deus, ſeu gratia Dei, dans ei eſſe quoddam diuinum, ſuoque vigore intus ingenerans vitam ſpiritualem, & diuinæ naturę conſortem. Et quemadmodum anima vitam corpori non tribuit, niſi quamdiu manet in ipſo debita humorum, & qualitatum proportio, ſic & Spiritus ſancti gratia non viuificat ſpiritum hominis, niſi quādiu conſiſtit ordinatio debita in homine circa præcepta Dei, & legē æternam. Tolle corporis temperaturam per vulnus graue, aut morbū, ſtatim anima migrat è corpore, & corpus emortuum relinquitur, tolle per inobedientiā ſubiectionem hominis ad legem Dei, ſtatim anima per receſſum à Deo mortua redditur. Hinc D. Auguſt. ait. *Vita corporis tui eſt anima tua, uita animæ tuæ eſt Deus tuus.* Quomodo ergo moritur corpus amiſſa anima, quæ vita eſt eius, ita moritur anima amiſſo Deo, qui vita eſt eius. Hæc autē eſt mors illa, quā primo parenti minatus eſt Deus Geneſ. 2. *In quocunque die comederis ex eo, morieris.* Non. n. Adā eo die, quo de ligno vetito comedit, ſtatim morte corporali mortuus eſt, ſed morte ſpirituali animæ, quia ſtatim iuſtitiā, gratiamque amiſit, & proinde Deū. *De morte ſecunda*, quæ eſt pęna gehennæ æterna, ait Regius Propheta Pſal. 48. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* & Ioānes Apo. c. 20. ita ſcribit; *Et infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.*

Veniale autem peccatum cōmuniter illud dicitur, quod ita leue eſt, vel defectu voluntarii, & deliberationis plenę, vel defectu materiæ, vt nec amicitiā cū Deo diſſoluat, nec auferat vitā ſpūalē, nec ex ſe faciat aliquem reum pęnæ ęternę, ſed ſolū tēporalis, cuius etiā frequens mentio eſt in Scripturis, vt 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt*, & Iacob. 3. *In multis offendimus omnes.* & Prou. 24. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit, impij autē corruēt in malum.* Eſt ergo peccatū aliquod, non tollens amicitiā Dei, & iuſtitiam, & hoc dr̄ peccatum veniale.

3 *Mortale* autē † variè definitur ab authoribus, vt videre eſt apud Nauarr. in prælud. 9. nu. 7. verſicu. quarto, & Summā Coronam in prima par. capi. 1 nu. 17. illa tamen vt breuior, ita melior definitio eſt, quam tradit Toletus in tracta. de ſeptem peccatis mortalibus, cap. 1. *Mortale eſt receſſus a regula diuina volūtarius, Dei gratia peccantē priuans, & æterna morti adiudicans.* a qua non differt illa Caniſii in Sūma Doctrinæ Chriſt. tit. de peccatis c. 1. *Mortale actuale eſt, tollens uitā ſpiritualem, ac mortem inferens animæ peccatoris, quæ mors à Deo ſeparat, ac æterno ſupplicio aſcribit.* Dicitur *receſſus à regula*, ſicut enim in artificiatis dicitur error, ſeu peccatum artis, non ſequi regulam artis, per quam diriguntur operationes artium, ita in moralibus peccatum eſt deuiare à *regula*, cui in operando quis conformare ſe debet. Quia vero, vt rectè docet S. Tho. 1. 2. queſt. 71. articu. 6. *Peccatum non eſt aliud quam actus humanus malus*, actus autē humanus cenſetur, quia eſt voluntarius, voluntatis autem humanæ duplex eſt regula, vna propinqua, & homogenea, ſcilicet, ipſa humana ratio, alia vero eſt prima regula & remota, ſcilicet, lex æterna, rectè dicitur, quod peccatum mortale ſit receſſus, & deuiatio à *regula diuina*, quia peccando mortaliter deuiat a ratione, & lege diuina, cui homo in operatione conformare ſe debuit. Additur præterea, quod ſit receſſus ſeu deuiatio *voluntaria*, ad actum enim humanum requiritur *voluntarium*, vt latius in ſuperioribus explicauimus, poteſt autē actus humanus eſſe *voluntarius*, vel quia elicitur ab ipſa voluntate, vt ipſum velle, uel eligere; vel quia a voluntate imperatur, vt ſunt actus exteriores locutionis, vel operationis. Qualiter vero actus humanus paſſione aliqua, aut ignorantia à peccato excuſari poſſit, ſatis conſtat ex his, quæ in pręcedentibus de cauſis peccatorū dicta ſunt. *Dicitur* deinde Peccatum mortale *priuare gratia Dei*, quia cum peccatū ſit infirmitas quædā animæ, vt docent S. Tho. 1. 2. q. 71. art. 1. ad 3. & q. 72. ar. 5. in corpore, & q. 74. ar. 9. ad ſecundū, & q. 88. ar. 1. in corpore, peccatū aliquod dicitur mortale ad ſimilitudinē morbi, qui dicitur mortalis, ex eo quod inducit defectum irreparabilem per ſubtractionem principii alicuius, ſ. animæ. In moralibus autē principium vitæ ſpiritualis eſt gratia, qua coniungimur cum Deo, vltimo fine noſtro: quia vero per peccatum mortale anima deordinatur à Deo vltimo fine noſtro, cui per charitatem vnimur, conſequenter priuat hominē gratia, qua viuimus, & coniungimur Deo. *Quia* vero per peccatum mortale homo æterna pœna gehennæ dignus cōſtituitur, qui enim illud cōmittit, niſi pęniteat, morte punitur ęterna: *Malorū enim amatores*, inquit Sapiens c. 15. digni ſunt morte, rectè et in fine dicitur peccantes mortaliter *æternis ſupplicijs eſſe adiudicatos*, iuxta ea quę ſuperiori capite dicta latius à nobis ſunt: vbi diximus, hanc pęnā duplicē eſſe, vnā damni, priuantē nos fruitione Dei, alteram ſenſus, quia ſcilicet peccator punitur pęna ſenſus, igne nimirum perpetuo.

4 Iuxta hæc † autē, quæ de peccato mortali dicta ſunt, definiri poteſt veniale peccatū *eſſe peccatum ſeu actum humanum voluntariū inordinatum, qui gratia peccantem non priuat, nec aliquem reum pœnæ æternæ conſtituit, ſed ſolum temporalis.* Et quidem veniale eſſe actum *inordinatum*, ſatis ex ſe conſtat nam aliquam dicit inordinationē circa ea quæ ſunt ad finē, quia tamen inordinatio hæc non tollit princi-

pium vitæ, ſ. gratiam, eſt enim compatibilis cum gratia, & charitate, conſequenter non conſtituit hominem æterna pœna dignum, ſed ſolum temporali, & in hac re conueniunt omnes.

5 Solum diuerſitas† eſt inter authores, An peccatum veniale ſit ſimpliciter peccatum, an vero ſecũdum quid tantum? Caiet. enim in 1. 2. q. 88. arti. 1. docet eſſe tantum peccatum ſecundum quid, per analogiam, & attributionem ad mortale, immo ait definitionem peccati traditam ab Auguſt. libr. 22. cont. Fauſtum capi. 27. ſimpliciter conuenire tantum peccato mortali, & veniali ſolum, ſecundũ rationem imperfectam, additque veniale non eſſe ſimpliciter prohibitum, nec contra legem, ſed præter legem, & idem docent Conradus, & Medina ibidem, & volunt eſſe opinionem S. Thom. ibidem in reſponſ. ad primum, vbi ait *diuiſionem peccati in Veniale, & Mortale, eſſe Analogi in Analogata*, & fauent huic ſententiæ Alexandr. de Ales par. 2. Summæ, q. 106. memb. 1. & Bonauen. 2. diſti. 42. art. 2. q. 1. cum aſſerant, peccatum veniale non eſſe cõtra præceptum, ſed præter illud. Volunt igitur hi authores, diuiſionem peccati in mortale, & veniale, non eſſe diuiſionem generis in ſuas ſpecies, ſed analogi in ſua analogata.

Alij vero vt Durand. in 2. diſtinct. 42. quæſt. 6. & Maior ibidem, quæſt. 6. in 2. quæſito, in reſpõſ. ad dubium primum. Andr. Vega ſuper Conc. Trid. lib. 14. cap. 13. & Ioſeph Angles in Florib. 2. Senten. diſtinct. 37. quæſt. 3. art. 2. difficul. 3. quãuis peccatum veniale ex defectu perfectæ conſiderationis analogicè peccatum reſpectu mortalis eſſe concedant, peccatum tamen ex genere ſuo veniale vniuocè peccatum cum mortali eſſe docent. *Ratio eſt*: quia licet in veniali primo modo ſit voluntarium ſolum analogicè, & non ſimpliciter, attamen in veniali ex genere ſuo, vt in verbo otioſo, eſt peccatũ, & voluntarium ſimpliciter, & vniuoce, vnde intelligi poteſt eſſe poſſe veniale peccatum, etſi nullum eſſet mortale, vt v.g. intelligi poteſt fore verbum otioſum, aut mendacium iocoſum, etiamſi nullum poſſet eſſe peccatum mortale, ſiquidem ergo eſt tale verbum, aut mendacium non dici veniale per analogiam ad mortalem. Deinde etiam venialia in Scripturis dicuntur ſimpliciter, & abſolute peccata, vt 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus*, &c. & Eccleſiaſt. 7. *Non eſt homo, qui non peccet.* ſermo autem eſt in vtroque loco de iuſtis, quorum peccata ſunt tantum venialia. Item ſub nomine peccatorum comprehenduntur a Chriſto, cum dicit, Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, alias claues ſacerdotales ad eorum remiſſionem non extenderentur, neque confeſſio eorum, eſſet ſacramentalis, quod eſt falſum. *Ratio eſt*: quia ſunt actus mali ſimpliciter, quippe qui voluntarii, & circa materiam indebitam, & a recta ratione deuiant, & diſſentiunt, & denique pœnam, & reprehenſione digni ab omnibus habentur, non autem reſpondet pœna ſimpliciter, niſi peccatis ſimpliciter.

6 Ceterum, †meo iudicio facilè conciliari poſſunt hæ duæ ſententiæ ſuperius commemoratæ, facta diſtinctione, quam adhibent quidam recentiores, Gregor. ſ. de Valentia tom. 2. diſput. 6. quæſtio. 18. puncto 2. Gabriel Vaſquez in 1. 2. diſput. 144. ca. 3. Nam peccatum conſiderari poteſt vel formaliter vt tale eſt, hoc eſt, vt offendit Deum, & diuerſum reatum pœnæ inducit, & ſic *mortale*, quod eſt contra ſpiritualem vitam animæ, ſ. contra charitatẽ, & vnionem cum Deo, *veniale* autem non itẽ, non differunt eſſentialiter, ſed accidentaliter, vnde & diuiſio peccati in mortale, & veniale ſub hac conſideratione non eſt eſſentialis, ſed accidentalis, atq; adeo ſubiecti in accidentia, vt ſupra docuimus, & fatetur S. Thom. 1. 2. quæſt. 72. art. 5. & ſecundum hanc conſiderationem 1. 2. quæſt. 88. art. 1. & 2. rectè docet peccatum veniale non ſimpliciter, ſed *analogicè* dici peccatum. Nam ratio peccati ſimpliciter in eo poſita eſt, vt vitam ſpiritualem tollat, & quia veniale non tollit eam, ſed *eſt veluti ægritudo, & diſpoſitio tendens ad mortem*, ideo analogicè dicitur peccatum, nec aliud voluit S. Thomas locis allatis, vt verba, & rationes eius manifeſtant, & ſic certum eſt quod ablato mortali non eſſet poſſibile peccatum veniale dari: quia ſi impoſſibilis eſſet mors, impoſſibilis etiam eſſet ægritudo, & diſpoſitio ad mortem. Deinde vt S. Thom. in illa quæſt. 72. artic. 5. argumentatur, ſi mortale & veniale, vt formaliter talia ſunt, hoc eſt, vt dicunt rationẽ maioris, vel minoris offenſæ, aut reatus, differrent eſſentialiter in genere peccati, nunquam contingeret peccata mortalia, & venialia eſſe eiuſdem ſpeciei, cum tamen certum ſit, aliquando eſſe eiuſdẽ ſpeciei, vt cum habent idem obiectum, & priuant perfectione debita eiuſdem virtutis, & ſolum differunt penes quantitatem materiæ, aut perfectionis actus; vt furtum paruum, & magnum, & conſenſus in fornicationem plenè, & non plenè deliberatus, Sin autem conſiderentur materialiter (vt loquitur Gregor. a Valentia, ſeu vt ait Vaſquez) intra genus moris, hoc eſt, quatenus habent hoc aut illud obiectum, priuantque perfectione debita huius, aut illius virtutis, ſeu quatenus peccatum vtrumque diſconueniens eſt naturæ rationali, vt rationalis eſt, & contrarium virtuti, ſic quidem tam mortale, quã veniale ſiue ex genere ſuo, ſiue ex leuitate materię, aut imperfectione actus, vniuocè peccata ſunt: nam Mortale habet obiectum planè rationi, & charitati Dei, & proximi repugnans, Veniale vero non item, obiecta vero quæ ita differunt, pariunt omnino differentiam eſſentialem peccatorum in genere moris, vt furtum paruum, & magnũ, plenè aut non plenè deliberatum, eſt vniuocè furtum contra virtutem iuſtitiæ, & verbum otioſum, quod ex genere ſuo veniale eſt, vniuocè conuenit in cõmunicatione generica peccati cum verbo contumeliæ, & iniuriæ, quippe ex genere ſuo eſt mortale, & ideo hac ratione eſſentialiter diuiditur peccatum in mortale, & veniale, id quod non ſolũ verũ eſt de veniali ex genere ſuo vt voluerunt Durandus, & Greg. de Valentia, ſed etiam de veniali ex imperfecta deliberatione: Nam etiam in talibus venialibus reperitur vera ratio, & vniuoca voluntarii, ac proinde nihil ex hac parte obſtat quo minus vniuocè peccata ſint, & contra præcepta, vt eruditè Vaſquez loco ſuperius commemorato contra [illegible]uran. annotauit. Et ſicut animalia, quæ per putrefactionẽ generantur vt mures, formicæ, & alia id genus animalia imperfecta, ſunt nihilominus ſimpliciter animalia, quamuis imperfecta, ita, & venialia quæcunque,

quamuis quoad malitiam non ſint ita conſummata, nec ita rationi, ac virtuti repugnant, ſicut mortalia, ſunt tamē ſimpliciter vocanda peccata, vt ex dictis conſtat. Vnde vt rectè Vega, & Ioſeph Angles vbi ſupra notant, incautè S. Bonauen. 2. diſtin. 42. art. 2. q. 2. ad vltimum, *negat Veniale eſſe Dei offenſam*; Nam vt diximus, verè eſt offenſa, & peccatum, & contra obedientiam debitam Deo, vt conſtat:

7 *Sciendum* porro eſt † tam mortale, quam veniale, duplex eſſe poſſe, ſcilicet, vel ex ſuo genere, vel ex cauſa: peccatum mortale ex genere ſuo eſt, quod ſecundum ſe repugnat *charitati*, per quam homo ordinatur in vltimum finem: vt enim ſæpius dictum eſt, & docet S. Thomas in 1. 2. quæſt. 18. art. ſecundo, actus humani ſpecificantur ex obiecto, peccatū igitur illud, cuius obiectum eſt vel contra charitatem, & dilectionem Dei, ſicut blaſphemia, periuriū, & huiuſmodi, ſiue contra dilectionē proximi, vt homicidium adulterium, & ſimilia, eſt mortale ex genere ſuo; veniale autē ex genere ſuo eſt, quod licet in ſe habeat quandam inordinationem, eius tamen obiectum non eſt contrarium dilectioni Dei, & proximi, vt verbum otioſum ſine cuiuſque detrimento, mendacium, iocoſum, ſiue officioſum, quod nullum lædit, vt riſus ſuperfluus, aut aliæ operationes inutiles cuiuſcunque ſenſus, vt ſunt inutiles viſiones, auditiones, & alia huiuſmodi. Quia vero actus morales non ſolum recipiunt rationem boni, & mali ex obiecto, ſed etiam ex aliqua diſpoſitione agentis, ideo contingere poteſt, vt id, quod non eſt niſi *Veniale* ex genere, ratione ſui obiecti ſit *Mortale* ex cauſa, ſeu ex parte agentis, & è contra ex parte agentis contingere poteſt, quod aliquod peccatum quod ex genere ſuo ſit *Mortale*, fiat *Veniale*, vt docent S. Thom. 1. 2. q. 88. art. 2. & art. 4. & art. 6. & interpretes illius.

Peccatum ex genere ſuo mortale, variis modis veniale fieri poteſt.

8 *Primo* propter actus † imperfectionem, quia ſ. nō perfectè pertingit ad rationem actus moralis cum non ſit deliberatus, ſed ſubitaneus, cum enim actus moralis habeat ſpeciem a ratione deliberata, inde fit, vt per ſubtractionem quandam deliberatæ rationis ſoluatur ſpecies, & fiat ex mortali veniale. Sic S. Tho. 1. 2. q. 88. art. 2. & 6. & 1. 2. quæſtio. 74. art. 10. vbi id tum in vniuerſum, tum in particulari docet de ſubitis motibus infidelitatis. Quamuis n. infidelitas ſecundum genus ſuum ſit peccatū mortale, ſubitus tamen motus infidelitatis eſt peccatū veniale, verbi gratia, cum quis reſurrectionē mortuorum ſubitò apprehendit, vt impoſſibilē ſecundum naturam, & ſimul apprehendendo remittitur, antequam tempus habeat deliberandi, quod hoc eſt nobis traditum, vt credendum ſecundum legem diuinam; ſi vero poſt hanc deliberationem motus infidelitatis maneat, eſt peccatum mortale. Sic etiam delectatio libidinoſa eſt venialis genere ſuo, ſed propter deliberationem, & conſenſum efficitur mortalis ex S. Thom. 1. 2. quæſt. 74. artic. 8. ad ſecundum Alexandro Alenſi parte ſecunda, q. 108. memb. 11. dubio 2. Ioſeph Angles in Floribus 2. Sentent. diſtin. 37. quæſtio. 9. artic. primo, diffic. 4. concluſ. 2. & Summa Corona parte prima, cap. 1. nu. 26. Sic etiam ſi quis ex ira repentina mortē alicui infligeret, motus ille tam ſubitus eſſe poteſt, vt non ſit niſi venialis ex Toleto in inſtruct. confeſſ. tracta. de Septem peccatis mort. capi. ſecundo, poſt Sanctum Thomam 1. 2. quæſtio. 88. art. 5. Quo etiā modo motus ſubitus ſuperbiæ non niſi venialis erit, & qui habet diſplicentias quaſdam bonorum diuinorum non ſatis deliberatas, vt frequenter contingit in materia Accidiæ, dum quis tędio circa ſpiritualia ſubitaneo afficitur, ſolum venialiter peccat ex Nauarr. in Manual. in prælud. 9. nu. 11. & c. 11. nu. 4.

Hac etiam reuocari poteſt actus ille, qui nō procedit ex ſufficienti iudicio, quales ſunt actus illi, ꝗ fiunt a ſemidormientibus vel ſemiebriis, vel ab eis qui adeo turbati ſunt, vt non aduertant, aut ſciāt, quid faciunt, aut dicunt, vt quando quis ſubito ex paſſione in verba contumelioſa prorumpit, nō aduertens eorum ſignificationem: ſecus ſi aduerteret quæ dicit, & ſic de aliis, ſignum huius rei ſit, quando tranſacta illa paſſione animi, rogatus quid fecerit, aut dixerit, neſcit reſpondere, quamuis enim tale iudicium ſufficiat ad veniale, ad peccatū tamen mortale non ſufficit, ex Ioan. Maiore 3. ſentē. q. 37. cap. 14. & in 4. diſt. 17. quæſt. 8. concluſ. 4. Naua. in Summa prælud. 9. num. 11. & c. 11. nu. 4. Sum. Corona vbi ſupra, & Gabr. Vaſquez in 1. 2. diſp. 127. ca. 3. in fi. & colligitur ex doct. S. Th. in 1. 2. q. 77. arti. 6. 7. & 8.

9 *Secundo mortale* ex † genere ſuo effici poteſt *veniale* propter paruitatem materiæ, vt verbi gratia, quamuis furtum ex genere ſuo ſit mortale, (quia eſt directè contra præceptum diuinum, *Non furaberis*, & contra iuſtitiam inferendo damnum proximo) ratione tamen paruitatis materiæ fieri poteſt, vt ſit tantum peccatum veniale, ex S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 6. ad 3. Soto lib. 5. de iuſtitia, q. 5. art. 3. ad 3. Nauar. prælud. 9. nu. 12. & cap. 11. numero quarto, Ioſepho Angles, in Florib. 2. Sentent. diſtinction. 37. quæſtio. 9. artic. 1. difficult. 4. concluſ. 1. Barth. Medina 1. 2. q. 88. art. 2. Greg. de Valentia to. 2. diſpu. 6. q. 18. puncto 2. & 3. Toleto tract. de peccatis mort. c. 2.

10 *Tertio* mortale ex genere † vel omnino ſit nullū, vel redditur veniale, ex Summa Corona, p. 1. cap. 1. nu. 25. & Nauarro in prælud. 6. & prælud. 9. num. 10. quando fit ex ignorantia, ſed de hac re latè dictum eſt, quando de ignorantia diſſeruimus.

Quarto, quod eſt ex genere, & propria natura, *mortale* efficitur *veniale*, aut nullum, ex occurrente neceſſitate, vt latius tradit Sum. Coron vbi ſup. nu. 29. tum in peccato furti, tum etiam in peccato homicidii, vt verbi gratia, quando quis furatur aliquid pro vitæ ſuæ ſuſtentatione, non habens vnde ſibi, & ſuis prouidere poſſit. Et certè ſi neceſſitas extrema ſit, nèdum non peccat accipiendo rem alterius, verum etiam nec furtum dici debet, vt expreſsè docet S. Tho. 2. 2. quæſtio. 66. art. 7. in corpore, & ad ſecundum in quo caſu conſequenter non tenetur ad aliquam reſtitutionem, quia cum naturali iuri ſibi debeatur, non committitur iniuſtitia. Sin autē neceſſitas non ſit extrema, ſed magna, quamuis nō excuſet a toto, & proinde peccet appropriando ſibi ſua auctoritate, quod Domino diſpenſandum relinquitur, excuſat tamen a tanto, hoc eſt, a mortali, ſolumque veniale erit, ex Sum. Corona poſt Sotum lib.5.de iuſtitia.quæſt.5.articulo quarto. Intelligitur autem hoc de eo, qui aufert aliquid pro ſuo victu neceſſario, & non in quantitate exceſſiua, ac ēt a diuite, & non a paupere, vt ipſemet eſt, quia in æquali cauſa, potior eſt conditio poſſidentis. l. ſi ob turpem, §. porrò. ff. de condict. ob turp. cauſ. Idem pari ratione dicendum eſt de homicidio dum, ſcilicet quis aggreſſus a ſuo inimico in tali periculo cōſtitutur, vt niſi inuaſorem occidat, probabiliter timeret, aut mori, aut grauiter vulnerari, tunc enim non peccat occidendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſiquidem mors illi ſecuta, non eſt per ſe intentata, ſed eligitur tanquam medium neceſſarium ſuæ euaſionis, & effectus defenſionis iuſtæ, & neceſſariæ ad vitam propriam ſaluandam. Eodem modo, qui ex magna neceſſitate in die feſto laboraret pro pane neceſſario acquirendo, excuſatur a peccato, cum non ſit intentio eccleſiæ aggrauare, aut tam ſtrictè aliquem in huiuſmodi caſu obligare, iuxta ea, quæ tradunt Nauarr. in Manuali capitulo 13. numer. 15. & 16. Sum. Corona loco proximè allegato numer. 29. Tolet. libro 4. Inſtruct. ſacerd. cap. 25.

11 *Illud* autem † eſt notatione dignum, quod licet in peccatis furti, homicidij, & obſeruantiæ diei feſti, quod aliàs ſit ex genere ſuo mortale, ex occurrente neceſſitate, aut nullum, aut veniale ſolum reddatus ſecus tamen eſt in aliis peccatis, vt animaduertit Summa Corona vbi ſupra, puta in peccato luxuriæ, ſi enim puella grauis inopiæ oppreſſione, vel mortis timore, vt vitæ ſuccurreret, iuuenem admitteret, peccaret mortaliter, at vero peccatum mortale ob nullam cauſam committendum eſt, etiā pro vita tuenda. In illis enim tribus iuſta adeſt cauſa, quæ actus illos a peccato excuſare poteſt, in peccato vero luxuriæ nulla ratio fingi poteſt, per quam reddi poſſit licita, niſi bono matrimonij honeſtetur, eſt enim a natura ad finem prolis procreandæ ordinata, modo, & ordine conuenienti, qui autem vtitur vago cōcubitu, aut prolem incertam gignit, cōtra ordinem naturalis ordinis agit, qui nulla circumſtantia, aut conditione honeſtari poteſt, & ideo erit peccatum mortale. Sic Sotus libro quinto de iuſti. q.5. articu.4. Summ. Corona vbi ſupra. *Sic etiā* periurium ex nullo fine, aut cauſa honeſtari poteſt. Quia in iuramento adducitur Deus in teſtem, periurus autem facit Deum teſtem falſi, quod eſt peccatum mortale contra religionem, ideoque periurare coactè, aut timore mortis, aut quacunque alia neceſſitate ſemper eſt mortale, cum enim vita pro Dei honore exponenda ſit, non eſt adducendus Deus in teſtem falſi, eo quod ſic cōtemnitur Deus, quod nulla ex cauſa fieri debet. Ex quibus omnib. conſtat, quod licet mortale ex genere ſuo non poſſit effici veniale ex genere ſuo, cum hoc ſit impoſſibile, nam mortale eſt contra legem Dei, & tollit charitatem, veniale autem non tollit charitatem, nec auertit ab vltimo fine, ex diſpoſitione tamen agentis nihil obſtat, quo minus modis prædictis id quod eſt ex genere ſuo mortale, vel ex actus imperfectione, vel paruitate materiæ, vel ex ignorantia, aut neceſſitate fiat veniale.

12 E*contra* vèro peccatum † ex genere ſuo veniale, effici poteſt ex cauſa *Mortale* variis modis.

Primo quidem ſi in eo cōſtituatur vltimus finis, adeo vt quis paratus ſit potius peccare mortaliter, ſi de hoc actu cogitetur, quam id relinquere. Sic S.Tho.1.2.q.88.art.2.& arti.4. Ioſeph Angles in Florib. 2. Sentent. diſtinct.37.q.9.art. 1. difficul.3. S.Ant.par.1.tit.10..cap.1.§.2. Nauarr. in Manuali prælud.9.num.18. Summa Corona, par.1.cap.1.numer.23. Coſm. Philiarch. de officio ſacerdotis. part. 2. lib. 3.cap.1. Barth. Medina in 1. 2.q.88.art.2.& 4.concluſ.3. Sebaſt. Medices in ſumma peccatorum cap.tit.1. quæſtio. 11. Exemplum poteſt eſſe in illis verbis otioſis, & multis, quibus vti ſolent paraſiti, & buffones, & hi, qui aſſiduè ludunt aleis, &c. Ratio huius eſt: quia conſtituere vltimum finem in aliquo actu, eſt colere illum tanquam Deum, vt ſi quis dicat, nolo aliam beatitudinē, niſi iocosè mentiri, aut mallo hoc mendacium iocoſum proferre, quam Deum videre, quod eſt ſumma peruerſitas, iuxta ſententiam S. Auguſt. lib.83.qq.quæſt.30. dicentis, *omnis humana peruerſio eſt fruendis uti velle* (ea ſcilicet referendo ad aliud) *& vtendis frui*, in creaturis ſcilicet, quæ ad Deum referri debent, tanquam in vltimo fine quieſcendo. Id quod vt ait Ioſephus vbi ſupra difficul.2.conclu.1. non raròcontingit, ſunt enim nōnulli, qui adeo ſunt terrenis rebus affecti, vt libenter gloriæ æternæ cederent hac lege, vt immortales effecti, terrenis bonis perpetuo fruerentur. Ad hoc autem periculum euitandum, ſcilicet, an quis ita animo afficiatur illis, vt potius vellet Deum offendere, quam illa omittere, nō debent fieri iſtæ comparationes, quæ infirmis ſunt periculoſæ, vt rectè Philiarchus ſupra notauit.

13 *Secundò*, quando † id quod eſt ex ſe veniale, intendatur; & ordinetur a peccante ad peccatū mortale, vt ſi quis proferret verba iocoſa, ludens cum muliere, intendens eam prouocare ad fornicationem, quamuis enim verba illa ſimpliciter dicta, de ſe eſſent peccatum veniale, tamen ratione finis ſunt mortale. Sic S. Thom. & alii omnes authores ſuperius allati. Et *Ratio eſt*: quia omnis actus, etiam de ſe bonus, ob finem mortalem eſt peccatum mortale, actus etiam a fine iudicatur, vt v.g. dicere vnum Pater noſter, aut verſiculū alicuius Pſalmi, aut alias quaſcumque orationes, eſt actus Religionis, ſed dicere hmōi cum aliqua ſuperſtitione, eſſet peccatum mortale, erit autem ſuperſtitio, quoties huiuſmodi alio fine dicuntur, quam quod ſunt ab eccleſia ordinata, vbi aduertendum eſt, quod licet veniale ex ſuo genere poſſit fieri mortale rōne mortalis intentionis, mortale tamen ex genere nō fit veniale ratione venialis intentionis, vt ſubtiliter Coſm. Philiarchus loco citato notauit. *Ratio eſt*: quia *bonum* per malam intentionem efficitur *malum*, & *malum*, per peiorem intentionem efficitur *peius*, at vero malū per bonam intentionem non efficitur bonum, non ſolum quia *non ſunt facienda mala, ut ueniant bona*, Rom.3. & S. Thom. 1.2. quæſtio. 79. art.4. ad 4. ſed etiam quia bonum eſt ex cauſa integra, malum vero ex quocunque defectu, ex Diony. capi.4. Diuin. nom. & S. Tho.1.2.q.18.arti. 4. ad 3.

14 *Tertio*, ſi fiat † contra conſcientiam erroneam, dictantem id eſſe mortale, vel de eo dubitantē, vt verbi gratia dicere mendacium iocoſum, ſine proximi offenſione, eſt de ſe veniale, qui autem hoc dicendo, crederet, aut dubitaret eſſe mortale, peccaret mortaliter propter conſcientiam erroneam, quam

habet,vt latius diximus libro 1. cum de conſciẽtia erronea diſſeruimus,& expreſsè docent Nauarr.in Manuali prælud.9.num.9. Summa Corona part.1. cap.1.nu.20.Coſm.Philiarch. vbi ſupra, & Medices in Summa vitiorum Capital. tit.1. quæſt.1.Barto.Medina 1.2.quæſt.88.arti.4. in fin. & alii communiter. Eſt tamen in hoc caſu notandum, quod vt aliquis peccet mortaliter hoc modo, non ſufficit, vt conſcientia dictet aliud eſſe ſolummodo peccatum,ſed eſſe mortale, Nec ſufficit, vt conſcientia dubitet in generali, ſed in particulari de re, circa quam erit peccatum,vt qui dubitat in genere,an liceat diebus feſtiuis negotiari, & deinde exigit nũmos a ſuo debitore,non eſt condemnandus de mortali. Et ſi iuriſperitus dubitaret in genere, an Iuriſconſultis liceat feſtiuis diebus conſulere,& tamen dato caſu particulari quo ei cõſulendum ſit, crederet,quod illo die feſto poſſet in tali caſu ſine peccato conſilium dare,non peccaret; Econtra vero,ſi quis arbitraretur licere generaliter iuriſperitis diebus feſtis conſulere, ſed dubitaret an hic, & nunc, hoc conſilium ſibi liceat dare,peccaret agendo cõtra conſcientiam.

15 *Quarto*,quando†aliquid fit in contemptum conſilii diuini,vel regulæ,& legis,etiam non obligantis ad mortale,ſic Nauarr.Summa Corona,Philiarch.Medina,& Medices vbi ſupra. Quamuis enim conſilia Diuina non obligent,ad obſeruantiam eorum,niſi quis ſe ad illa obligauerit,ea tamen ſpernere,& contemnere peccatum mortale eſt. Et quamuis multæ leges,& Regulæ multorum Religioſorum ad mortale non obligent, non tamen contẽni poſſunt abſque peccato mortali, vnde quamuis opus ſit conſilii vouere religionem,vouere caſtitatem,qui tamen quaſi voueret,iuraret, aut promitteret animo firmato non ingredi religionem, aut aliud votum emiſſurum,peccaret mortaliter,ex Caiet.2.2.quæſt.88. art.2.dub.2.§.circa oppoſita conſiliorum Nauar.in prælud.9.nu.15. qui citat gloſſam in cap.Quis autem, diſtinct.10. Petro de Arragon.2.2.quæſt.88.artic.2.dub.vlt.Sum.Corona.p.1.cap.1.nu.23.Coſ. Philiarcho de officio Sacerd. par.2.lib.3.cap.1. *Quamuis enim non diſpliceat Deo,* (vt verbis Caietan. vtar) *te non ſequi conſilium eius, diſplicet tamen ei quòd tu promittis non ſequuturũ ſuum conſilium.* Et ſi quis in contemptum ſtatus virginitatis duceret vxorem, aut ſi religioſus in contemptũ ſuæ regulæ ſine licentia ſui ſuperioris, inquit Philiarchus, ſcriberet literas, peccaret mortaliter, eo ipſo enim,quod contemnit,aut paruipendit auctoritatem,ordinationes, mandata,& leges ſuperiorũ, peccat mortaliter, *Secus* autem ſi ex alia cauſa non faceret quod præcipitur. *Ex contemptu* autem dicitur eſſe, quando quis principaliter mouetur ad id faciendũ, eo quod conſiliũ,mandatũ,ordinationẽ aut auctoritatem mandatis, & ordinantis parui facit,vt latius tradit Nauarr. in Manual. c.23.nu.42. & fauet S.Tho.2.2.q.105.art.1.ad 1.

16 *Quinto*,quod eſt† ex ſe veniale, fieri poteſt *mortale* ratione *ſcandali*,ſic Nauarr.prælud.9.num.18. Summa Corona par.1.cap.1.num.23.in fine.Coſmus Philiarch.de officio ſacerd.par.2.libro 3.ca.1. Sebaſtian. Medices in Summa peccat. capit.titul.1. quæſt.11. vt verbi gratia ſi presbyter faceret riſus inconditos, turpes fabulas, & huiuſmodi coram ſe fieri,aut laruas dæmonum ante ſe permitteret,& ſimilia; Hæc enim quamuis in ſe conſiderata ſint tantum venialia,ratione tamen perſonæ,& ſcandali,quod exinde probabiliter ſequi ſolet,ſunt ei mortalia, *Item* exornatio mulierum, aut hominũ,quãuis ex ſe non excedat rationem peccati venialis,ſi tamen probabiliter credi poteſt per eam proximum mortaliter peccaturum, ob ſcandalum erit mortale,vt tradunt præfati authores, de qua tamen re quid nos ſentiamus latius ſuo loco dicemus.

20 *Ex his* quæ† de peccato mortali,& veniali hactenus dicta ſunt,ſequitur peccatum aliquod veniale manens idem numero in genere Moris, non poſſe vlla ex cauſa vel modo fieri mortale, vel cõtra,ſic expreſſe S.Thom.1.2.quæſtion.88.arti.4.in Corpore Alexand.de Ales par.1.quæſt.19.membr.8.& par.2.quæſtion.107.membr.3. Bonauen.4.diſtinct.16.par.2.diſtinctionis,articu.3.quæſt.1.& ad 2.num.90.quem falsò Vaſquez pro ſententia contraria loco inferius citando refert. Altiſiod. libro 2. Summæ, tracta.28.capi.4.quæſt.2. in prima parte ad argumentum 2. Ioannes Gerſon Alphab.61.litera C. S.Anton.par.1.titu.10.cap.1.§.4.Conradus in 1.2.quæſt.88.art.4.Medina in 1.2.quæſt.19.art.1.Ioſeph Angles in Florib.2.ſenten.diſtinct.37.quæſt.9.artic.1. difficul.3.concluſ.1. Gregorius de Valentia tomo.2. diſpu.6.quæſtio.18.puncto.2. *Ratio eſt*: Quia hæc peccata omnino inter ſe differunt in genere moris, quomodocunque conſiderentur, vnum enim tollit gratiam,& auertit a Deo,alterum vero,id eſt, veniale cum gratia conſiſtit,nec a Deo vltimo fine auertit. Ergo impoſſibile eſt vnum numero manens idem moraliter fieri aliud,auertere a Deo, & non auertere. *Ratio* a priori eſt,quia peccatum conſiſtit principaliter in actum voluntatis, ſicut & quilibet actus moralis,vnde non dicitur vnus actus moralis,ſi voluntas mutetur,quamuis etiam actio ſecundum naturam ſit continua,ſi autem voluntas non mutetur non poteſt eſſe quod de veniali fiat mortale. Sicut enim neceſſe eſt ad hoc vt actus qui erat antea bonus,reddatur malus, mutetur affectus & voluntas, ſicut & mutari debet aliquo modo cognitio,eadẽ ratione neceſſarium eſt, vt affectus incipiat eſſe mortalis,qui antea erat venialis, apprehenſionem & cognitionem mutari, vel quia additur noua circumſtantia,ſeu finis,vt contingit, quando peccatũ, quod erat veniale ex obiecto & genere ſuo, cum plena deliberatione fiat mortale, ratione circumſtantiæ,aut ratione finis mortalis,vt diximus, tũc enim mutatur apprehenſio & cognitio,vt conſtat. Id quod non ſolum verum eſt de actibus internis ipſius voluntatis, in qua re cum S. Thoma conueniunt Richard.in 2.diſtinct.40.art.2.quæſt.1.Capreol.2.diſtinct.40.quæſt.vnica concluſ.3.& arti.3.in ſolu.argumentorum contra 3.concluſ. & Ferrar.libr.3.contra Gentes, capi.10.§.*circa tertium.* Sed etiam de actibus externis, & aliis potentiis præter voluntatem. Cum enim operatio exterior valeat eſſe moris ab effectu & voluntate, illa dicetur eadem numero in genere moris,quæ ab eodem affectu & voluntate procedit:nam vt notum eſt,ab eodem habere debet eſſe indiuiduum in genere moris,a quo habet eſſe genericum: *Sicut* ergo idẽ

affectus non poteſt fieri de veniali mortalis,vt diximus, ita neque idem actus exterior numero in genere moris fieri poteſt de veniali mortalis, quamuis idem in genere naturæ manere, & continuari poteſt,vt omnes admittunt. Vnde falſa eſt cōtraria opinio,quam ſine vllo ſolido fundamento ſuſtinere conatur Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.145.ca.2. falſo pro ſe citans S.Bonau.in 4.d.16. vt diximus, immo ēt Dur.in 2.d.40.qu.3.nu.4.quamuis initio contrariam hanc ſententiam tueri videtur; in fine tamen concedit mutari cognitionem,& volitionem, proinde non manere eandem actionem numero moraliter.

Eadem ratione verum eſt quod docent S. Tho. 1.2.q.88.ar.3.& interpretes illius loci,S. Anton.par.1.ti.10.cap.1.§.3.Ioſeph. Angles in Florib.2. Sen.d.37.q.9.ar.1.difficul.2.concl.2.Grego.de Valen.to.2.diſpu.6.quæſtio.18.puncto 2.in fine. Gabriel Vaſquez in 1.2.to.1.in annotationibus q.81.art.3. Sebaſt.Medices in Sum.pecc.capita.ti.1.q.11.in principio.peccatum veniale ex genere ſuo diſponere ad mortale,vel per quandam conſecutionem ſeu conſequentiam,quatenus ſcilicet augente, & creſcente diſpoſitione, vel habitu per actus peccatorū venialium, in tantum ēt creſcere poteſt libido peccandi,vt facile etiam prolabatur in eam malitiam, vt non curet violare,& tranſgredi etiam præceptū diuinum,aut humanum,& aſſumere,vt medium peccatum mortale ad conſequendam rem, cuius amor ſolum erat culpa venialis,vel quia facile cōtingere ſolet,vt qui peccando venialiter tranſgreditur ordinē rationis in reb.minimis,paulatim hac aſſuefactione mala decidat in maiora, nolens ſequi ordinem rationis in rebus maioris momenti, iuxta illud Eccl.18. *Qui ſpernit minima, paulatim defluit,* Qui enim aſſuefactus eſt verba otioſa proferre,facile incidit in verba pernicioſa.

18 *Et quamuis* peccata † venialia aliquo modo ad mortale diſponant, nunquam tamen ex plurib. uenialibus quantumcūq; multiplicatis fieri pōt vnū mortale,neque omnia peccata venialia tantum de reatu habere poſſunt, quantum vnum mortale, ex S.Thoma.1.2.q.88.ar.4.Caiet.& Medina ibidem S.Anton.par.1.tit.10.cap.1.§.3. Alexand. de Ales par.2.q.107.memb.4.Ioſepho Angles in Florib.2. Sent.diſt.37.q.9.art.1.difficul.3.conclu.3.Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.146.cap.1.& 2. Ratio a priori eſt: Quia mortale tollit amicitiam Dei,veniale autem non tollit,vnde ſicut vnum veniale non tollit ita nec omnia ſimul,cum ex illis non poſſit fieri vnum aliquod mortale,quandoquidem venialia omnia inter ſe diuerſa ſunt,nec in vnū coaleſcūt. *A poſteriori* etiam patet: Quia cuilibet veniali peccato ſecundum ſe debetur pœna *finita*, mortali autem *infinita*,fieri autem non poteſt, vt ex pluribus pœnis finitis vna infinita fiat. *De pęna damni* conſtat, Quia mortale meretur carentiam diuinæ viſionis quæ eſt pœna omnium grauiſſima, cui nulla pęna venialis peccati comparari pōt,vt oſtendit S.Tho. vbi ſupra ex Chryſoſt.Homil.47 ad pop.Antioch. & Homil.24.in Matth.& epiſt.5.ad Theodorum, & *Ratio eſt*, Quia eo pœna eſt maior, quo maius eſt malum patientis illam; *Atqui* priuatio gloriæ eſt, malum,quia eſt priuatio maximi boni,ſ.diuinæ viſionis,& conſequenter maxima eſt pœna. *Quantum* vero ad pœnam ſenſus, quamuis pęna debita venialibus *per ſe*, nunquam adæquari poſſit pœnæ *per ſe* debitæ mortali, quia pœna debita *per ſe* mortali, eſt æterna,pœna vero per ſe debita veniali eſt temporalis, & ita quoad pœnæ durationem per ſe venialia adæquari non poſſunt mortali, tamen fieri poteſt vt pœna per accidens debita venialib. multis,æqualis ſit cum pœna debita alicui mortali,puta quando coniuncta ſunt venialia cum mortali nō remiſſo,vt ſupra dictum eſt; Quoad pœnæ autem intenſionem non eſt dubium,quin pęna ſenſus debita multis venialibus æquari poſſit cum pęna ſenſus debita mortali,eo quod, cum hæc pœna ſenſus ēt debita mortali ſit finita,creſcere poteſt pęna venialibus debita creſcente numero venialium, vt æquales ſint,& ea quæ venialibus reſpondet,& quæ mortali. *Quod* vero S.Thomas loco allegato tradēs hanc doctrinam,addat particulam *forſan*, non eam addit,quaſi de re dubitans,ſed quia id tanquam certum apud omnes non definiuit,vt Caiet. expoſuit.

19 DVBIVM tamen † eſſe poteſt circa hoc vltimū. Quia qui paulatim magnam quantitatem furatur, etiamſi ſingulis furtis paruam tantummodo quantitatem vſurpet,tenetur totum quod furatus eſt reſtituere,& difficultas eſſe poteſt tam de eo, qui eidem paulatim furaretur,quam de eo, qui a diuerſis paulatim magnam quātitatem vſurpat. Quæ difficultas,quia vtilis, & neceſſaria eſt ſcitu, & quotidie in praxi occurrit,paucis hoc in loco explicanda eſt.

Prima opinio eſt Nauar.in Manuali. cap.17.nu.139.dicentis,*cum,qui ſine animo furandi quantitatē notabilem,ſic paulatim aliquid furatur,etiamſi perueniat ad quantitatem notabilem,nunquam peccaſſe mortaliter in illis furtis,teneri tamen ſub peccato mortali ad totius reſtitutionem*,vnde ait inueniri poſſe furta ſolum *venialia*, quæ obligent ad reſtitutionem ſub peccato mortali. *Ratio* pro prima parte eſſe poteſt, quia ex pluribus venialibus non poteſt fieri vnum mortale. *Secunda* pars probatur: quia cum illatum ſit notabile damnum,exoritur obligatio reſtituendi ſub peccato mortali.

Secunda eſt,dicentium vltimum furtum,quo peruenitur ad notabilem quantitatem ſimul cum præcedentibus,eſſe mortale; Sic Ioan.Medina Cod.de reſtit.quæſt.10.§.*occurit hic caſus*. ad 2.Sotus lib.5. de iuſtitia.q.3.ar.3.ad 3.& 4.diſt.22.quæſt.1.ar.2. caſu 3.Barthol.Medina.1.2.quæſt.88.ar.4.ad tertium.Andreas Vega lib.14.ſup.Conc.Trid. ca.11. in fin.Corduba in Summa Caſuum conſcientiæ.q.70.qui id probant, quia vltimum furtum coniunctum præcedentib.compleuit damnum notabile, quod antea notabile furtum,aut damnum nō erat. Eandem ſentētiam amplexus eſt Gabriel Vaſquez in 1.2.diſp.146.cap.2. vbi non ſolum hanc materiā optimè explicat,& probat,ſed ēt regulam hanc facilem tradit,ad cognoſcendum quando culpa poſterior,quæ ſecundum ſe venialis eſſet: fit mortalis propter præcedentes; ſcilicet, *Quoties materia,& obiectum poſtremi peccati venialis continuari poteſt cū materia præcedentium,ita vt pro vna reputetur, tunc vltimum peccatum fit mortale,quod aliàs eſſet ueniale & non alio modo.* Cum igitur furtum non ſolum cōſiſtat in ipſa vſurpatione,ſed etiam in retentione, hinc fit,vt qui vltimum furtum committit, peccet mortaliter accipiendo illud vltimum, v.g.decimũ nummum,& retinendo illum ſimul cum alijs nouem,non quidem quaſi hoc poſtremum ſit peccatum mortale ſeorſum acceptum, & retentum, ſed prout vnam notabilem quantitatem conſtituit, & damnũ notabile cum illis alijs nouem efficit, ideoque peccatum hoc continuatur toto tempore retentionis huius notabilis quantitatis. Id quod non ſolum procedit,quando quis paulatim furatur ab eodem vſq; ad notabilem quantitatem, ſed etiam qñ aufert a diuerſis,& nulli eorum infert damnum notabile ſed quãtitas ablata omnibus ſimul notabilis fit,tenetur.n.ſingulis reſtituere ſub mortali, & in ipſa ablatione peccat mortaliter, cum eadem ratio ſit de retentione,& ablatione.

Vnde conſtat falli Nauarrum vbi ſupra, dũ dicat auferentem paulatim vſque ad quantitatem notabilem *non peccare mortaliter in vltimo furto*, & tamen teneri ad illius partis reſtitutionem ſub mortali. *Hæc* enim duo repugnãt; Nam ſi tenetur reſtituere ſub mortali, ideo eſt, quia retinere illam eſt mortale,eo quod cum præcedentibus furtis cooperaretur ad retentionem notabilis quantitatis,quod ſi nõ eſſet mortale retinere illam partem,non teneretur ſub mortali illam reſtituere,idem enim peccatum eſt,*retinere, & actu auferre, ſeu vſurpare,* Ergo non ſolum peccat mortaliter retinendo,& non reſtituendo,ſed etiam vſurpando, vt latius in materia de reſtitutione dicemus.

20 *Hinc* fit,vt ſicut ille,qui † poſtremo loco furatur paruam quantitatem, ratione præcedentium facit notabile damnum, & proinde peccat mortaliter, ita etiam cum multi ſimul ſcienter damnum notabile inferunt, omnes mortaliter peccant, etiam ſi vnuſquiſque per ſe paruam furetur quantitatem,cũ enim ſint cauſa notabilis damni,ad quod omnes ſimul concurrunt,& non ſit maior ratio vnius,quam alterius,omnes peccabunt mortaliter. Secus autem dicendum erit,ſi ex quatuor vnuſquiſque per ſe notabile damnum inferat, & poſtea, cum illis ſimul alius accedat,& furetur ab eodem paruam quantitatem,hic enim non peccat mortaliter, quia cum illi quatuor fuerint determinatè cauſa per ſe damni notabilis,alius,qui cum illis paruam quãtitatem vſurpauit, non debet cenſeri conſors notabilis damni, & proinde nec peccabit mortaliter,ex Gabriel Vaſquez vbi ſupra.

Hæc autem doctrina hactenus explicata non ſolum procedit in materia iniuſtitiæ, ſed etiam in alia quacumq. materia quæ continuari poteſt, v g. in materia intemperantiæ; cum.n. intemperantia eatenus ſit peccatum, quatenus ſaluti, & rectæ diſpoſitioni corporis aduerſatur, inde eſt, ꝙ qui ſæpius intemperate comedit,aut bibit,ẽtſi in ſingulis prandijs,iẽtaculis,potibus,aut comeſſationib.parũ excedat,ſi ſingula ſecundũ ſe conſiderentur,rõne tñ effectus relicti a præcedentibus fieri poteſt, vt poſtremũ prandium,aut iẽtaculũ ſit mortale,quod aliàs ſecundum ſe non eſſet. Quod diligenter notandum eſt propter eos, qui putant ieiunium eccleſiaſticum non violari culpa mortali, etiamſi aliquis extra tempus aſſignatum ſæpius comedat,dummodo per ſingula ientacula, aut comeſſationes parum cibi ſumat,quod falſum eſſe conſtat ex dictis. Secus autem erit in illis materijs quæ hac ratione continuari non poſſunt,vt in materia verbi, aut iuramẽti otioſi,quæ cum materia præcedentium continuari non poteſt,vnde nec poſtremum ſemper ratione præcedentium mortale erit.

21 *Ex eadem* regula † tradita colligitur peccare mortaliter eum, qui vouit dare eleemoſinam paruam ſingulis diebus, vel recitare orationem Dominicã aut aliquid paruum ſingulis etiã diebus, ſi per aliquot dies non elargiatur eleemoſinam,quamuis.n. omiſſio vnius,aut alterius eleemoſinæ, aut recitationis, non ſit mortalis, ex continuatione tamen præteriti fieri poteſt materia grauis,quod non ſolũ verũ eſt in omiſſione *eleemoſinæ* (in quo ſolum cõceditur a Soto lib.7.de iuſtitia,q.3.art.1. in corpore prope finem. Ioſepho Angles in Florib.4. Sen.in q.de voto.ar.2.difficult.2. Petro de Arragona in 2.2.quæſt.88.ar.3.& Sũma Corona tract. de voto nume.8.)ſed etiam in recitatione *orationis Dominicæ*,aut alicuius rei paruæ,vt contra Sotum,& alios, docent Gregorius de Valentia to.3.diſpu.6.quæſt.6.puncto 4.Gabriel Vaſquez in 1.2.diſpu.146.c.2. corollario.5. Emanuel Rodriquez in Summa p.2. c.99.concluſ.1.& alij recentiores, ſicut enim ſupra de furto dictum eſt,quod per vltimum furtum alioquin leue completur ratio peccati mortalis contra iuſtitiam erga hominem ; Ita etiam in præſenti, quando incipit eſſe grauis materia voti,quæ prætermittitur, mortaliter peccatur contra Religionem, & cultum Deo debitum. Et ſi is, qui vouit integre recitare Roſarium Beatæ Virginis, peccat mortaliter non recitando, Quare etiam non peccabit mortaliter, qui promittit, & vouit quotidie dicere vnum Aue Maria,ſi per ſpatium 150.dierum illud dicere omittat,cum in ſumma centũ, & quinquaginta Aue Maria recitare debuerat? Et certè ſi id peccatum ſit mortale in omiſſione largitionis eleemoſinæ, vt fatẽtur Sotus,& reliqui,ẽt in omiſſione orationis Dominicæ,aut Aue Maria,id ſimiliter verum erit,cum vtrobique par ratio ſit. Nam ſi obligatio recitandi dierum præteritorum nõ cõtinuatur,neque obligatio elargiendi eleemoſinam cõtinuari poterit;& ſi hæc cõtinuari valet, vt tãdẽ fiat materia grauis,ita vt eius omiſſio ſimul cũ præcedentibus ſit mortalis, eodẽ etiam modo omiſſio recitationis alicuius rei in ſe paruæ, ita continuari poteſt cum alijs,vt tandem vnam notabilem materiam reddat,& peccatũ mortale conſtituat. In quo caſu ſicut in alijs de furto,& intemperantia, non fit ex pluribus venialibus vnum peccatum mortale,ſed vltimum ratione præcedentium,cum quibus continuatur,& quaſi vnum totale cum illis conſtituitur,fit mortale,quod alias eſſet ſolummodo veniale.

22 DVBIVM aliud eſt. An peccatũ † mortale, & veniale differant ex *natura rei,an vero ex ſola Dei voluntate?* Ex Doctoribus Catholicis quidam exiſtimarunt mortale, & veniale nõ diſtingui ex natura rei,ſed ex lege,& volũtate Dei,ita ſtatuẽte, vt hoc ſit veniale,illud vero mortale. Sic Ioan. Gerſon in 3.parte,tract.de vita ſpirituali,lect.1.quæ habetur in Alphabeto 61.litera A. & ſequentibus. Iacobus Alma.in tract.3.Moralium,cap.20.& Roffenſis artic.32.contra Lutherum qui docent omne peccatũ veniale,etiam verbum otioſum de ſe eſſe peccatum mortale,& mereri pœnam æternam, & ex ſola Dei

miſericordia, & clementia non imputari ad pœnā æternam. Ratio eſt: Quia omnē peccatum eſt offenſiuum Dei, & ideo meretur pęnam annihilationis, & ſi nunquam deleretur culpa venialis, in ęternū puniretur, ergo ex ſola Dei voluntate venialis, & leuis eſt, quia ipſe non vult eam ad grauem pœnam imputare.

Alij vero omnes rectius docent veniale, & mortale peccatum non ex Dei voluntate, ſed ex rei natura inter ſe differre. Sic And. de Vega, lib. 14. ſuper Concilium Trid. ca. 15. & cap. 16. Ruardus Tapperus ar. 11. §. Ad quintam quæſtionem. Petrus de Soto tracta. de diſcrimine peccatorum. lect. *6.* circa finem. Tho. Vualdenſis to. 2. cap. 155. & ſeqq. Greg. de Valentia, tomo. 2. diſput. *6.* quæſt. 18. puncto. 1. Barthol. Medina, in 1. 2. quæſt. 88. arti. 1. Ioſephus Angles in Floribus. 2. Sen. diſt. *37.* q. *3.* artic. 2. diffi. *6.* & Gab. Vaſquez, in 1. 2. diſpu. 142. cap. 2. Ratio eſt: quia ſi omnia peccata ex parte ipſorum eſſent mortalia, omnia tollerent Dei amicitiam, quando quidem omne mortale eam tollit; At vero abſurdū omnino eſt affirmare, quocunque leui peccato tolli amicitiam diuinam, cum ex ſacris literis manifeſtum ſit aliquos iuſtos eſſe, qui tamen peccāt venialiter, vt Prouerb. 24. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit, impij autem corruent in malum. Quem locum tractans Beda in c. *3.* epiſtolæ Iacobi, affirmat quod iuſtus cadens ſepties in die non deſinat eſſe iuſtus, alias corrueret in malum, ſicut cadit impius; vnde locum illum intelligit de culpis leuioribus, quas iuſtus committit, & Iac. *3.* In multis offendimus omnes; quem locum S. Auguſtinus in Enchir. cap. 78. intelligit de leuibus peccatis iuſtorum, & 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Denique idem conſtat tum ex Concilio Mileuitano, Can. *6.* 7. & 8. vbi definitur, quemlibet iuſtum verè dicere poſſe: *Dimitte nobis debita noſtra*, & Conc. Trid. Seſſ. *6.* c. 11. & late idem docet S. Auguſtinus lib. de natura, & gratia. cap. *36.* & 38. Iuſti autem non eſſent, ſi in gratia Dei non eſſent. *Sed & lumen* ipſum naturale dictat, quędam peccata eſſe grauia, vt homicidium, furtum graue, percuſſio grauis, mendacium pernicioſum, & ſimilia; alia vero eſſe leuia, vt furtum paruum, mendacium iocoſum, verbum otioſū, & huiuſmodi: & illa digna eſſe pœnis grauib. hæc vero tam acerbis pœnis prorſus eſſe indigna, prout conſtat etiam ex Gentilib. qui abſque ſcripturis in lege naturali viuebant, lex autem diuina, neque abſtulit, neque variauit legem naturalem. Deinde etiam idipſum confirmari poteſt ex amicitia humana ritè inſtituta; Etenim apud omnes ſeueriſſimus haberetur is, qui ob leuiſſimas offenſas reſcinderet amicitiam, & ſeueriſſima eſſet ea amicitiæ lex, cōtra quam non poſſet leuiter peccari, amicitia ipſa ſalua, & inhumanus planè iudicandus eſſet, & crudelis, qui culpas leues ſeueris, & rigidis pœnis, nedum æternis puniret. Tanto autem minus hoc de Deo, & diuina amicitia credere debemus, vt ob verba otioſa, & peccata leuia quempiam odio habere velit, & æternis ſupplicijs punire, quātō maior eſt, & plenior ſumma illa bonitas, & immenſa miſericordia omni creaturarum bonitate. Immo vero ſi, vt diximus, ex ipſa natura differunt graues, & leues offenſæ hominum, nec poſſunt leues ex ſe iure amicitiam humanam dirimere, quanto magis hoc eſt credendum de amicitia inter nos, & Deum, quę nō eſt minus, ſed magis multo firma, quam quæ inter homines in hac vita inuenitur.

Vnde facilis eſt ſolutio rationis in contrarium, Etenim quæuis culpa leuis amicitiam Dei non tollit nec pęnam annihilationis meretur, quod ſi Deus qui eſt Dominus vitæ, & mortis, aliquem iuſtum, & ſolum veniale peccatum habentem mitteret in gehennam, aut annihilaret, id quidem propriè pœna non eſſet, quæ correſpondet peccato, ſed pro ſua omnipotentia, & ſolo beneplacito id facere poteſt, vtpote dominus cum ſit, & auctor vitæ, & mortis. Et quamuis culpa venialis coniuncta cum mortali non remiſſo, perpetuo puniatur in inferno, hoc tamē eſt per *accidens*, ratione ſtatus eius, in quo eſt, vt ſupra explicauimus, quia ſcilicet talis extra ſtatum ſatisfaciendi eſt; At veto ſi peccatum veniale cum mortali coniunctum non ſit, & quis in veniali decedit, talis quidem, cum amicus Dei ſit, & in ſtatu ſatisfaciendi, regno Dei non perpetuo priuatus manebit, ſed facta debita ſatisfactione in purgatorio, regnum, & viſionem Dei, quam in hac vita bonis operibus promeritus condigne fuit, conſequetur, vt conſors, & communis omnium catholicorum ſententia tenet, & credit.

23 *Ceterum* † inter Catholicos, quia concedunt mortale, & veniale differre inter ſe, non ex ſola Dei voluntate, miſericordia & ordinatione, ſed ex ipſa rei, & operis natura, non parua diſſenſio eſt, vnde nam hæc differentia deſumi poſſit, & debeat; Quidam enim vt Scotus in 2. diſt. 21. q. 1. §. Dico ergo, & Gabr. 2 d. 22. qu. 1. art. 3. dub. 1. litera, G. docent *peccatum mortale, & veniale inter ſe diſtingui, q̄ veniale ſit contra conſilium, mortale vero contra præceptum.* Sed non placet. Ratio eſt: quia velle ducere vxorē non eſt malum aut peccatum veniale, & tamen eſt contra conſilium de virginitate, quod tradit Apoſ. 1. Cor. 7. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* & infra, *Si nupſerit virgo non peccabit.* Deinde etiam furtum in materia leui eſt contra præceptum, *Non furtum facies.* non ſolum enim prohibetur furtum graue, ſed etiam leue.

Alij vero mortale a veniali diſtinguunt, q̄ mortale ſit contra legem, & præceptum, veniale autem præter legem, & pręceptum, ſic Bartho. Medina 1. 2. q. 88. ar. 1. poſt concluſionem ſextam, eamq. tribuit S. Thomæ ibidem ar. 1. ad 1. & 2. d. 42. & Magiſtro 2. diſt. *3*5. & hanc tenent Alex. de Ales p. 2. q. 106. memb. 1. §. *contra quintam definitionem* ad *3* Bonau. 2. diſt. 42. ar. 2. quæſt. 1. in corpore, & ad 2. Caiet. & Conrad. in 1. 2. q. 88. artic. 1. Hanc tamen ſententiam refellunt Durand. 2. diſt. *3*4. q. *6.* ad 1. Maior. 2. diſtin. 42. quæſt. *6.* quæſito. 2. ad dubium 2. & Andr. Vega lib. 14. ſuper Conc. Trid. cap. 1*3*. Quia etiam verbum otioſum, & furtum leue ſunt contra præceptum, & contra iudicium rectæ rationis. Nam rectum rationis iudicium non ſolum dictat non eſſe mentiendum, ſed etiam indicat malum eſſe, & minime licitum mentiri etiam officioſe; vnde Eccleſiaſtici 7. dicitur: *Noli velle mētiri omne mendacium.* Quibus verbis prohibetur omne mēdacium, etiam iocoſum, aut officioſum; Quod autem licitum non eſt, aliquo modo prohibitum eſt, nam eo ipſo quod aliquid malum eſt, eſt diſconueniens, nocens,& diſſentaneum rationi, & iuri naturali, & confirmatur ex illo Matth.5. *Ego autem dico uobis, non iurare omnino*, & paulo poſt: *Sit autem ſermo ueſter, eſt, eſt, non, non, quod autem his abundantius eſt a malo eſt*, ergo etiam iurare quouis modo etiam leuiter, eſt prohibitum, & idem dicendum eſt de quocũque alio veniali, eſſe contra præceptum, vt de verbo otioſo conſtat Matth.12.

24 Rectius † ergo alij cum S.Tho.1.2.q.88.art.1.vt Ioſeph Angles in Florib.2.Sẽt.d.37.q.3.ar.2.diffi.6.concl.5.Gab.Vaſquez in 1.2.diſp.143.c.4. Coſmus Philiarch.de officio ſacerd.p.2.lib.3.c.1.Sum. Corona p.1.c.1.nu.2.& 3,& Tolet.in Sum.trac. de pecc.c.2.docent peccatum mortale, & veniale inter ſe diſtingui, Primo, quia mortale tollit ordinẽ ad vltimum finem, eo.ſ.quia priuat charitate,& grã Dei, quæ eſt vita animæ noſtræ, & cõuinctionis cũ Deo, qui eſt vltimus finis,& beatitudo noſtra, quia igitur tollit vitam aĩæ noſtræ,& ex ſe aufert principium oẽ reparationis, morti.n. mederi nõ poſſumus recte inde vocatur mortale; veniale autem tollit ſolum ordinem circa media, conſeruato ſemper ordine ad finẽ, quia igitur non tollit gratiã, et amicitiam Dei, quæ eſt vita,& principium ſanitatis & medicationis, recte venialis appellatur talis deuiatio,& reparabilis. Et ſicut error circa principia reſtaurari non poteſt per alia principia, error tamen circa concluſionem per principia ipſa corrigi poteſt, ita etiam mortale non relinquit principium per quod corrigatur, quia ipſi principio vitæ opponitur, veniale autem relinquit hoc principium, ex quo corrigi poteſt. Et ſicut infirmitatem corporalium vna dicitur mortalis, quia tollit principium vitæ, ſcilicet humidum radicale, altera uero non item, ſed ſolum corpus reddit debile, ita inter infirmitates ſpirituales, quæ ſunt peccata, vna dicitur mortalis, quæ tollit gratiam, & charitatem, quæ eſt principium vitæ æternæ, altera non, vt venialis, quæ ſolum facit hominem tepidum circa diuina, & minus Deo gratum, & idem docent Ioan.Maior.2.diſt.42.q.6.citata, Durandus 2.diſ.43.q.6.num.11.& Richar.4.diſt.16.artic.2.q.2.& Alex.de Ales p.1.q.19.mem.8.dum dicant mortale tollere charitatem,& ordinem neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem, veniale autem non tollere charitatem, ſed feruorem illum impedire, vt etiam notat S.Th.1.2.q.87.ar.5.& conſequenter veniale ſolum tollit ordinem vtilem, et congruum ad ſalutem melius conſequendam.

25 Altera differentia, † quę ex priori conſurgit, eſt, quod mortale ſit contra præceptum neceſſarium ad charitatem ſeruandam, & ſalutem cõſequendã; veniale autem licet ſit contra pręceptum, vt diximus, non eſt tamen contra præceptum neceſſariũ ad conſeruationem charitatis, aut conſecutionem ſalutis, quo modo intelligi poſſunt authores ſupra citati ſcilicet, Alex.de Ales, Bonau.Caiet.Conrad. & alij, cum dicant veniale non eſſe contra præceptum, ſed præter illud; mortale vero eſſe contra pręceptum, hoc eſt mortale eſt contra pręceptum neceſſarium ad conſeruationem charitatis, veniale autem non item.

2 *Tertia* differentia † eſt, quod mortale finem vltimum in creatura conſtituat, veniale autem non cõſtituit id, quod non ita intelligendum eſt, quaſi creatura diligatur propter ſe,& in alium finem nõ referatur, hoc enim etiam in veniali reperitur, quo creatura ratione delectabilis propter ſeipſam diligatur, ſed quia eius amor opponitur amori charitatis, quo Deus nobis vt finis vltimus propter ſeipſum amatur, ideoque amor creaturæ opponitur amori Dei, qui tamen amor Dei non tollitur per veniale, nec amor illius opponitur amori Dei. Seu vt alij explicant, peccans mortaliter ponit vltimum finem in creatura, ſeu creaturam magis amat quam Deum, quia voluntatem Dei, eiuſque mandatum tranſgredi non dubitat, hoc eſt, creaturam affectu ſuo Dei amori pręfert, immo nullo modo Deum in eo actu amat, ſed potius creaturam contra Dei voluntatem,& præceptum; At vero per veniale nullo modo conſtituitur finis vltimus in creatura, quia licet conſtituamus per veniale finem vltimum in creatura negatiue, hoc eſt, creaturam diligimus gratia ſui,& non alterius, non tamẽ diligimus eam, vt finem vltimum, quia opus veniale, non contrariatur fini charitatis, aut ſeparat nos a Deo dilecto charitate, ſicut mortale. Quo modo explicat hanc differentiam,& modum loquendi Vaſquez in 1.2.diſpu.5.cap.1.& 2.& diſputat.143.cap.4.

Alia differentia eſt, quia mortale pœnam æternam meretur, veniale autem non niſi temporalem; quia enim mortale tollit vitam animæ, ſcilicet, gratiam, meretur æterna pœna puniri, non ſic veniale, cum amicitiam Dei, & ſanctitatis principium non tollat, aliæ etiam differentiæ ſunt, ſed hæ præcipuæ cenſentur.

27 DVBIVM EST, Quõ † cognoſci a nobis poteſt, an peccatum aliquod mortale ſit, aut veniale?

a Res hæc ſicut ſcitu vtilis eſt, ita *a* explicatu difficilis, quæ & viros doctos, ac pios non parum dubios,& ſolicitos reddere ſolet, & ideo a nobis paucis ſaltem declaranda eſt; De qua re legi poſſunt Andreas de Vega lib.14.ſuper Concil.Triden.cap.12.Ioſeph Angles in Floribus 2.Senten. diſt.37.q.7.articu.2.difficul.2.& Gregor.de Valentia tomo 2.diſput.6.quæſt.18.puncto 3.& Medina in Summa lib.1.c.8.

28 *Primo* igitur † hoc cognoſcere poſſumus ex Sacris literis; quæ enim in Scripturis abominabilia, execranda, Deo exoſa, digna morte, aut cauſam mortis vel mortem inferre, vel a regno cęlorum excludere dicuntur,& quibus pœnas æternas, vel alteram mortem corporis, comminatur, aut quando ponitur comminatio Væ, ea pro certo mortalia ſunt: Id quod melius quam exemplis è Scriptura deſumptis explicari non poteſt. Vnde Prouer.6. dicitur; *Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius: oculos ſublimes, &c.* vſque ad eũ, qui ſeminat diſcordiam inter fratres, omnia namque illa ſunt mortalia. Leu.24.dicitur. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Eſaię 5. dicitur; *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, &c.*& Ezec.18.multa mortalia flagitia enumerantur, his verbis: Si genuerit filium latronem, &c.& in fine additur, Cum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit, & Roman.1.enumeratis multis grauibus peccatis ſubditur; Quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte,& Gal.5.dicitur: *Manifeſta ſunt autem*

opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c. Nā concludit: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.*

At vero, vbi in Scripturis peccata prohibentur, ſed abſque aliquo dictorum ſignorum, venialia cēſenda ſunt, vt de verbo otioſo Matth. 12. dicitur, *Dico autem uobis, quoniam omne uerbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.* Sic concupiſcentia carnis, aut rei alienæ, per violentiam auferendæ, ante conſenſum voluntatis erit venialis, iuxta illud Iacobi, 2. *Concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero, cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Quo ex loco colligunt Doctores, huiuſmodi concupiſcentiam ante deliberatum conſenſum patrandi actum, vel delectandi ſe in cognitione actus ſolum eſſe peccatum veniale, quia ante illum conſenſum non generat mortem, & Epheſ. 5. dicitur. *fornicatio autem, & omnis immunditia, & auaritia, neq. nominetur in uobis; & infra: Hoc enim ſcitote, intelligētes quod omnis fornicator, aut immūdus, aut auarus (quod eſt idolorū ſeruitus) nō hēt hæreditatē in regno Chriſti & Dei:* Ex quo loco probant authores, fornicationem, immunditiam, & auaritiam peccata eſſe *mortalia*, ſcurrilitatem vero, & ſtultiloquium eſſe ſolū *ueniale*, quia meminit poſtea iſtorum, & tamen illis nec dictam comminationem, vel aliam ex prædictis appoſuit; ſignificans iſta ſolum venialia eſſe, Addit ante Vega, Scripturam apertius, & frequentius explicare, quæ ſunt mortalia, quam, quæ ſunt venialia, quia magis noſtra intererat hoc noſſe. Sin vero ex Scripturis non poſſit aliquando ita facile diſcerni, an aliquid ſit mortale, vel veniale, tunc

29 *Secundo* recurrere † oportet ad traditionem Eccleſiæ, & Doctorū ipſius: quę enim Doctores, & viri graues communi cōſenſu tradunt, & docent eſſe mortalia, vel à pijs, doctis, & timoratis viris, vt talia vitantur, vel certè talia exiſtimantur proculdubio habenda ſunt mortalia; quæ vero ab ipſis venialia cēſentur, cenſenda quoq. ipſa ſunt venialia; hinc Iob 12. dicitur; *Interroga iumēta, & docebūt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi.* vbi per *iumēta, & uolatilia cæli,* intelliguntur pręlati, & ſapientiores eccleſiæ, quos Deus in fidelium detrimentū errare non patietur, maximè Eccleſiam, quam Spiritus ſanctus ſemper inhabitat, & illuminat. *Quod* ſi ex nulla iſtarum regularum clarè poteris colligere mortale, an veniale peccatum ſit, quod cōmiſſum, vel omiſſum; ſit tunc

30 *Tertio* ad lumen † ipſum naturale recurrendum erit, ex quo hāc regulam certā haurire poſſemus: quæ ex directo, & grauiter repugnāt charitati Dei, aut proximi, ea mortalia cenſentur: quę vero rōni quidem diſſonant, & à lege nobis tradita exhorbitant, non autem tantopere, vt grauiter lædant charitatem, quam Deo, & proximis, & nobis ipſis debemus, ea venialia iudicanda erunt. Et eſt hæc regula valdè conueniens, & commoda ad diſtinguēdum in quacunque materia peccatum veniale à mortali. Quia ſicut ex lumine naturali conſtat, vnā eſſe magnam iniuriam, vel ægritudinem, aliam vero paruam: ita etiam conſtat hanc eſſe grauem offenſam, illam vero paruam. Et hac via, & regula communiter vtuntur authores, vt inter mortale & veniale diſcernant, quando neque ex Scripturis neque ex definitione Eccleſiæ ſatis certò ſcire poſſunt, an mortale, vel veniale fuerit, vt conſtat ex S. Thom. 1.2, quęſt. 38. ar. 2. Caiet. Conrad. Medina, & aliis ibidem, Durand. 2. diſtinct. 42. quæſt. 6. Vega, Ioſepho Angles, Greg. de Valent. & aliis ſuperius allatis. Nam quoties iudicio omnium aliqua iniuria eſt grauis in Deum, vt infidelitatis peccatum, vel in proximum, vt graue detrimentū circa bona ſpiritualia, corporalia, vel temporalia, abſque dubio mortale peccatum erit: At vero ſi iniuria ſit leuis, erit ſolummodo peccatum veniale, vt furtū leue, percuſſio leuis, ſubitus infidelitatis motus, concupiſcentia alienæ vxoris indeliberata, & qualia ſunt frequenter peccata venialia in materia intemperantiæ, vt immoderatus exceſſus in cibo, & potu, non tamen vſque ad ebrietatem, ſed abſq; iuſta neceſſitate, & ex ſola delectatione immoderata bibendi. Item exceſſus in ſomno, in confabulatione, & ſimilia, Ratio eſt; quia illa amicitiam cum Deo, & gratiam, quæ eſt vita ſpiritualis, tollūt: hęc vero, ideſt, venialia neutrum faciunt. *Quocirca* rectè admonent Andreas de Vega, & Ioſephus Angles vbi ſupra, ut qui diſcernere voluerit mortalia à venialibus charitatem ante oculos ponat; & oblata quacūq. culpa aut omiſſione humana, diligēter aduertat, an illa directè charitati, necne aduerſetur: ſi non aduerſatur, ſciat ibi nullum eſſe peccatum, ſin autem aduerſari videatur, rurſus perpendat, grauiter ne, an leuiter aduerſetur: ſi grauiter inde charitatem lædi viderit, mortale peccatum, ſi leuiter veniale ſubeſſe agnoſcat. Rurſus conſideret diligēter ea omnia, ex quibus grauitas peccati exiſtimari debet, nempè *cauſam*, an ſcilicet, cum pleno iudicio, & deliberatione commiſſum ſit peccatum necne, ex qua cauſa aliqua iudicantur mortalia, aliqua vero venialia ob imperfectionem actus. Item inſpicerè oportet *materiæ* quantitatem, iuxta quā furtum mortale, aut veniale eſſe poteſt: Item conſiderandum eſt *Genus* peccati, an veniale ex ſuo genere ſit, an mortale, & an aliquo modo ex fine veniale reddatur mortale, aut econtra. Item qualitas pręcepti conſideranda eſt, an ſub pœna grauiſſima prohibitum ſit, & alia his ſimilia, & ſemper iudicio prudentium ſtandum eſt, vt ſcilicet id peccatum mortale iudicetur, & id veniale, quod pro tali ducitur ab his, qui, & eruditione, & vitæ probitate pręditi ſunt. Et de peccato, eiuſque natura, qualitatib. cauſis, effectibus, diuiſionibus, & differentiis in communi hactenus dictum ſit.

ADDITIONES.

a Ita explicatu difficilis. Ex *quo D. Augu. In Enchirid. cap. 78.* Quæ grauia, *inquit*, & quæ leuia peccata ſint, non humano, ſed diuino penſandum eſt iudicio. *Hanc ſententiam ita interpretantur duo grauiſſimi viri Petrus Soto de diſtinctione peccatorum, lectione. 10. & Gregor. de Valen. tomo. 2. diſpu. 6. quæſt. 18. punct. vltim. vt diuinum iudicium hic accipiatur non pro eo, quod nos omnino fugit, & de quo extat illud,* O altitudo ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Sed intelligatur de eo (id ipſum Author ſequitur)* quod patefactum eſt, & elucet maxime in ſacris literis atq; in ſenſu Eccleſiæ ſanctæ Dei, & in ſententia doctorum, piorumq. hominum, qui naturæ, & gratiæ lumine, & ductu valent, ſi non certo, probabiliter tamen ea dignoſcere, & dijudicare. Probe ſane, ac veriſſime. Ceterū à nobis dicetur fortaſſe explicatius; at certe ad rem propoſitam paullo accommodatius; ſi locum Auguſtini primum exponamus, non ſimpliciter de omnibus peccatis, ſed tantum de ijs, in quibus dijudicandis etiam viri eruditi ſolent laborare. Quotus enim quiſque eſt, vel habes, qui humano etiam iudicio, verbum ocioſum leue, homicidium verò inique patratum graue peccatum eſſe non agnoſcat? Deinde ſi affirmauerimus, iudicium diuinum a D. Auguſtino dici eo loco, quod petitur a fine non humano, verum diuino, hoc eſt ab ipſa charitate, quæ vt alibi monſtratum eſt, omnium præceptorum, & noſtrarū actionum finis, ac forma proponitur, at enim a fine, omnium, quæ eo referuntur iudicium, & rationem pendere fatentur omnes. Quocirca non regula humana ſimpliciter, & per ſe, ſed diuina, quæ humanam quoque comprehendat peccatorum grauitatem, & leuitatem ex D. Auguſtini ſententia perpendere, & metiri debebimus: aſſeuerantes illud eſſe leue, & venia dignū, quod leuiter violat charitatem; graue porro, & mortiferum, quod eam, quæ animæ uita eſt, prorſus labefactat, atque euertit qua de re mox fuſius explicabimus ſi illud prius ponatur, Catholicis ſcriptoribus, cōi conſenſu eſſe recepta hæc vocabula, Peccatum Veniale & Mortale, & non excogitata ab ipſis, ſed ex ipſa ſacra ſcriptura deprompta; vt eleganter oſtendit Petrus a Soto loco memorato de diſtinctione peccatorum lect. 7. De mortali legimus cap. 8. ſapientiæ, os, quod mentitur, occidit animam: & apud Iacobum cap. 1. Peccatum cum conſumatum fuerit generat mortem. Venialis autem appellationem deſumunt potiſſimum ex illo D. Paulli Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 7. Hoc autem ſecundum indulgentiam dico. Quæ quidem poſtrema verba relata, vt totus locus, ad uſum matrimonij non generationis cauſſa, ſed delectationis duntaxat, intra limites tamen honeſtatis D. Auguſtinus de bono coniugali interpretatur, ſecundum veniam: diſertis verbis adiungens eodem ſpectans, qui ad ſuam ſolius delectationis gratia accedit, eum tantum venialiter peccare. Nomen Indulgentiam apud D. Paulum Græce eſt συγγνώμην quod Veniam Latinius verſum fuiſſet. Illud etiam maneat tanquam certum, atque exploratum apud orthodoxos peccata venialia ex natura ſua diſtingui a mortalibus Quod Card. Bellarm. to. 4. lib. 1. cap. 9. & ſeqq. De amiſſion. Gratiæ luculenter, atque erudite, vt aſſolet in omnibus comprobat tum authoritate ſacræ ſcripturæ, definitionis eccleſiæ, & ſanctorum Patrum; tum optimis rationibus, & meminit cuiuſdam Bullæ Pij Quinti, & Gregor. XIII. in qua præter alios damnatur error, in quo verſabantur aliqui aſſerentes, nulla eſſe peccata ex natura ſua. De qua quidem Bulla uideas etiam Gregor. de Valen. tom. 2. diſpu. 6. quæſt. 18. punct. 1. His ita conſtitutis vna cum ijs, quæ ab Authore vtriuſque peccati hic afferuntur partitiones, aſſerimus, non aliunde petendam eſſe differentiam, ac rationem cognoſcendi peccati mortalis & venialis; niſi ab eo principio, & ab ijs regulis, quibus peccati abſolute conſiderati natura dijudicatur.

Duæ autem ſunt huiuſmodi regulæ vt alibi monſtratum fuit; nempe recta ratio, & lex diuina, & cum recta ratio conſtet ex rectitudine tum intellectus, tum voluntatis, huic poſteriori hac in re primæ debentur, quippe quæ, vt ante eſt explicatum, una per ſe efficiens cauſſa peccati exiſtit.

Legis porrò diuinæ finis, unde penſandum eſt, & dijudicandum quicquid agimus, ex communi, & certa ſententia, charitas habetur. Quocirca illud peccatum dicetur Veniale, minutum, & leue, quod ex una parte parum uoluntatis ad malum includit: ex altera autem parum, ac leuiter charitatem uiolat, eam non deſtruit, non labefactat, non obruit: aliquas tenebras ei tantum offundit, & non nihil obſcurat qui ita peccat, non delirt, non auertitur ab itinere incæpto: ſed parum diuertit atque adeo uel inſiſtit; uel claudicat: minus uehemens, minus feruidus progreditur: calet tamē charitate, & amicus Dei perſeuerat.

Mortiferum autem, & graue peccatum, ſi ſpectes uoluntatem, eam ſane perfectam, & pleno, ut aiunt, aſſenſu inſtructam requirit; aut expreſſe, aut interpretatiue, ut alio loco fuſius fuit expoſitum. Si Charitatis rationem ducas, eam prorſus expellit, & fugat: & ſi fieri poteſt, diſiicit, & corrumpit, & cæleſti lumine, ac uita animam miſerandum in modum ſpoliat. Itaque qui mortifere peccat, a diuinæ legis progreſſu auerſatus, atque illius fine, quæ charitas eſt, quantum in ipſo peccante eſt, diſſipato, & comminuto: atque ipſum Deū abominatus, miſerabiliter regreditur; immo potius illico præceps in barathrum prolabitur.

Verum, ſi placet, magis Theologica, atque in ſcholis uſurpata loquendi formula utamur. Dicimus igitur breuiter, & generatim, peccatum Veniale tunc dici, quando aut non eſt perfecte uoluntarium, quod proprie competit Venialib. ex ſurreptione, aut non eſt perfecte, ſed ſecundum quid, diceret Caietanus, cōtra legem quod congruit peccatis uenialibus, ex paruitate rei, & uenialibus ex genere: quia ſcilicet neutrum perfecte tollit, aut uiolat charitatem, quæ eſt finis præcepti, & legis. Quocirca nullum peccatum ueniale, cuiuſque generis ſit, perfecte peccatum eſt propterea quod aut non eſt perfecte uoluntarium, aut non eſt perfecte contra legem diuinam, quod Schola Theologorum dicit uno ore, ſi unum Durandum excipias, eſſe præter legem; non ſolum de poſterioribus, quæ perhibentur non eſſe perfecte contra legem, ſed etiam de ijs, quæ ſunt ex ſurreptione, & haud perfecte uoluntaria quandoquidem quod non eſt uoluntarium perfecte, hoc etiam ipſo non eſt perfecte contra legem: niſi materialiter, ut notat Card. Bellarmin. lib. 1. citato de Amiſſ. gratiæ. c. 11. prope finem, & ea poteſt reddi ratio, quod uoluntas, atque uniuerſa ipſa recta ratio lege, cum naturali, tum maxime diuina nititur, & gubernatur. Potiſſima igitur ratio uenialia peccata a mortalibus ſecernendi, quæ una intellectui ab omnibus tenebris alieno, & lucis ueritatis illuſtrato, ut ait Petrus Soto memorata lection. 10. de diſtinc. peccatorum ad id ſufficeret; illa habetur, quod peccata mortalia ſunt contra charitatem: nimirum, quod frangunt, & tollunt eam amicitiam, quæ nobis per gratiam cum Deo intercedit; peccatoremque ab eo ita auertunt, ut ſi fieri poſſet, Deum ipſum ei reddant inimicum. Venialia uero, neque eiuſmodi amicitiam euertunt, ac labefactant, neque proinde Deum nobis faciunt inimicum, & eam obrem ueniale peccatum recte dicitur non eſſe cōtra Charitatem. Quo ſane pacto putat Medin. 1. 2. q. 88. ar. 1. concl. 3. interpretandum eſſe D. Th. aſſerentem eodem art. peccatum mortale in eo differre a ueniali, quod prius eſt contra finem, poſterius uero contra medium;

tum

atque ita arbitratur Medina, ſe à Scoti calumnijs ſanctum ſuum Doctorem uindicaſſe num id fuerit aſſecutus iudicent alij. Certe quæ de contrapoſitione medij, meliora apud Caietanum. Illud igitur nunc ſtatuatur, peccatum ueniale non eſſe contra charitatem, nec proprie contra legem, cuius finis eſt ipſa charitas, & dilectio ut dictum eſt.

Quod ſane proprie congruit ijs uenialibus, quæ talia ſunt ex ſuo genere, & obiecto, & ijs, quæ uocantur ex paruitate rei, ijs porrò, quæ ex ſurreptione appellantur conuenit eſſe uenialia ob propriam, atque immediatam rationem, quam tamen ad charitatem referre poſſumus quia ſcilicet ſunt perfecte uoluntaria: at enim uoluntatis noſtræ charitas quædam quodammodo forma eſt.

Hactenus additamenta, uix exarata, uix congeſta ne dum digeſta, elimataq; primo chirographo, adeo ſubitaria, ut illud recte metuam,

Ἡ κύων σπεύδουσα τύφλα τίκτει

Ita noſtri Baretij res erat faciundum fuit ipſe uiderit, qui intercepit, qui rapuit è manibus nos certe frugi, ac germani amici partibus perfuncturi ieceramus fundamenta, pro tempore, rudi materia, fortuitis, atque illaboratis cementis, ſed neque hæc per alios licuit promouere ulterius ferendũ alias, ſi Deus noſtros conatus prono fauore fuerit proſecutus, quam ſumus orſi, diducemus telam, cæptamq. domum abſoluemus, expoliemuſq.

Ne forte inſideat cornicans garrula cornix.

At at neque nunc erit ubi conſiſtat; ne dum alijs hoc infortunium parat, inter uepres, & dumeta ſibi oculos configat, & fortaſſe metuet a Cane. quod haud exiguum ſolatium.

Finis Libri Secundi.

DE LEGIBVS DIVINIS ET HVMANIS ET EARVM OBLIGATIONE,

Liber Tertius.

AVTHORES QVI IN HOC TERTIO LIBRO ALLEGANTVR *De Lege in communi Tractantes*.

E*X Sanctis Patribus*.S.Augu.lib.12. de Ciuit.Dei.S.Baſilius Orat.2. de ieiunio.Epiphan.Hæreſi.75.S.Hieron.epiſto.ad Marcel.S.Leo Serm.2.de Ieiunio.Cyrillus, Hieroſol.Catechiſ.4.Damaſcen.lib.2.fid.Orthod.& l.3.de lib.arbitr.Theodore. lib.9.de Curand.Græcor.affectibus.Iſidor.l.5.Ethymolog.S.Chryſoſt.ad Rom. 13.S.Anſel.ad Theſſa.4.Theoph. in Io.20.Tertull.in Apolog.c.9. Origenes li.8. Contra Celſum: *Ex Scholaſticis*.S.Tho.1.2.q.19.Alex.Alenſ.3.p.q.26.Caiet.1.2. q.90.Medina ibid.Sotus, Gabriel, Richar in 4.diſt.15. Michael Salon,2.2.to.2. de Vectigal.Franciſc.à Victoria,Relect.de Homic.Ioſeph Angles in Florib.in 4. Albertus Pighius lib.5.Eccleſ.Hierar.Roffenſis, ar.26.Alphonſ. à Caſtro de Poteſt.leg.pen.l.1.Ioannes Driedo de Libert.Chriſtiana,lib.1.c.2.Sotus lib.1.de Iuſt.Bellarm.Card.to.2. Controuerſ.de Clericis,lib.1.Greg.de Valent.to.2.diſp.7.Gabriel Vaſquez,1.2.to.1.diſp.90. *Canoniſtæ, & Iuriſtæ*.Panorm.in c.Quia plerique,& in c.Cognoſcentes.Anton.de Burgos in Repet. eiuſdem ca.& Ioannes Crotus ibidem.Gratian.diſt.4.c.*In iſtis*. Petrus Ancharanus in c.Canon. ſtatuta. Ioannes Calderinus ibidem,nu.184.Ioannes Baptiſta Ferretus,Repet.in d.c.Andreas ab Exea.Felyn.Decius.ibid.Thomas Cananus in proœm.Decret.Couarruuias in c.*Alma mater*, & in Clementina.Si furioſus, §.Vincit. Petrus Cenedus in Collectaneis ad ius Canon.Benedictus Canophilus to.1.lib.1. Marcus Ant.Cucchius, lib.1.Inſti.iuris Canon.Philippus Frãcus in c.Vbi periculum.Bertr.conſ.361.Franciſ.de Curte,conſ.17. Barbat.conſ.55.Paulus Eleaxar,in Proxenetis.Clem.Imola ibid.Budæus in annot.in Pãdect.l.2.ff.de leg. Bart.in l.Omnes populi.Ludou.Gomeſ.in reg.de Infirmis reſignat.Mart.Nau.in diſt.5.de Pœnit.& alii. *Summiſtæ*.in ver.Lex.Sylueſter,Tabiena,Angel.Summa Aſtenſ.Caiet.in verbo. Pædagium.in verb.Gabella.S.Anto.p.1.tit.11.Toletus de 7.peccat.mort. Cordubenſis, in Summa Caſuum Conſcient. q.95.& lib.1.Quæſtionar.c.14.Ioannes Medina,C.de Reſtit.q.14.Lopez,in Inſtruc. Confeſſ.c.37.p.2.Zerula,in Praxi Epiſc.to.1.ver.Pragmatica.Summa Corona,p.1.Hugolinus, de Cenſuris tab.1. Emanuel Rodriquez,in Sum.p.1.Alphonſus à vera Cruce,in Spec.Coniugorum,dub.14. Iacobus Almaynus,de Poteſta. Eccleſiaſt.Turrecremata,in Summa lib.2.Martinus Nauarrus,in Manuali c.23. Sebaſtianus Medices,in Summa Decretorum.Henriquez,lib.1.de Sacramen.Pœnit.c.3.Ioannes Azorius,p. 1.Inſtit.Moral.lib.5. Coſmus Philiarchus,de Officio Sacer.& alii nonnulli recentiores.

De nomine, & definitione legis in communi. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Legis quid propriè ſignificet, eiuſque varia nominis Etymologia.*

2 *Ex uarijs eiuſdem definitionibus una proponitur, ab authore potiſſimum probata, & explicata.*

3 *Cur lex dicatur actus potius intellectus quã uolũtatis, & quid tantũ rõnis practicæ, non ſpeculatiuæ, nu.eo.*

4 *Legis eſt bonum commune ſeu publicum non priuatum, & quare?*

Lex Eccleſiaſtica, *ſiue Politica ſi uniuerſalis, ad bonum cõe ordinari debet, ſi particularis, ſaltem ad cõmune bonum illius loci, diœceſis ſeu prouinciæ, nu.cod.*

Lex lata, & ordinata in ſingulare cuiuſpiam bonũ, obtinet uim, & naturam legis quatenus in bonum cõmune redundat.ibid.

5 *Si ceſſat ratio cõmunis boni, & eius utilitas, ſtatim lex ceſſat & uim obligandi non habet.*

Ceſſante cauſa propter quam lex obligat tranſgreſſorẽ ad peccatum mortale, ceſſabit & legis ſeu ſuperioris præcepti obligatio & quare.nu.eod.

6 *Quando dicitur ceſſante cauſa legis, ceſſare etiam legẽ, eiuſque obligationem, quomodo intelligendum.*

7 *Ad legis rationem quæ ſunt in primis neceſſaria.*

Quæ conditiones in legiſlatore requiruntur, num.eod.

8 *Poteſtas laica qualis, et quis eius finis?*

9 *Lex iure diuino minimè neceſſaria exiſtens a Principe Laico condita toto populo cõtradicente nullius eſt roboris, niſi populus omnem ſuam poteſtatem transferat in Principem.*

10 *An hi qui poſt legem a poteſtate laica conditam nati ſunt, teneantur ad eiuſmodi obſeruantiam, cum illi non conſenſerint, nec illorum cõſenſus ſit requiſitus.*

11 *Poteſtatis Eccleſiaſticæ finis quis.*

Poteſt leges condere ſine conſenſu populi, et quare? numero eodem.

CVm in ſuperiori libro de peccato dictum ſit, *peccatum autem omne contra legem eſt*, vt docet S.Thom.1.2.queſtion. 71. articu. ſexto, conſequens eſt, vt prius, quam de peccatis, quæ in Decalogo prohibentur, differamus, pauca de legibus in cõi explicemus, huius enim rei notitia non parum confeſſarijs vtilis eſt.

1 Atqui vt multas † huius nominis *Legis* acceptiones breuitatis cauſa omittamus, quæ huic noſtro inſtituto parum aut nihil deſeruiunt, nomen *Legis* propriè ſignificat rectam aliquam regulã præſcribentem cõmunitati alicui modum neceſſarium ad eiuſdem communitatis bonum. *Quia* vero lex varias habere ſolet conditiones, & effectus, varia etiam habet nomina: A Latinis.n.vocatur lex, A Gręcis appellatur nomos: Ab Hebræis Thora.quæ ſanè nomina licet idē ſignificent, non tamen eandem nominis Etymologiam omnes tradunt. Nã aliqui vt Iſidorus lib.2.Ethymolog.c.10. legē à legendo deducunt, quia ſcribi ſolet, vt legatur. Alij vt Cicero lib.1.de legibus *à diligendo*, vnde ait: *Arbitrantur prudentiam eſſe legem, cuius ea uis ſit ut rectè facere iubeat, uetet delinquere, eamque re illi Gręco putant nomine, ſuũ cuique tribuendo, appellatam, ego uero a diligendo. Nã ut illi æquitatis, ſic nos delectus uim in lege ponimus, proprium tamen utrumque legis eſt* Hæc Cicero. quam etiam nominis deriuationem admittunt Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſta.legis pœnalis.cap.1.Sotus lib.1.de iuſtit.& iure,q.1.ar.1.Budæus in ſuis annot.ad Pandect.l.2.ff.de legibus, quē refert ac ſequitur Thomas Cananus Ferrarienſ. in Repet. in prooemium Decreti nu.347. Alij vt S.Tho.1.2.q.90 ar.1.in corpore. Medina ibid.S.Anton.par.1.titu.11.cap.1.§.1.Gregor.de Valent.to.2.diſput.7.q.1.puncto 1. Alphonſ. Viuald.in ſuo Cãdelabro par.4.cap.1.nu.27.Archid. in cap.Lex,diſtin.1.Sũmiſtæ in verb. Lex.Sylueſt. Tabiena ibidē, Toletus tract.de ſeptē peccat.mortal.cap.17.deduci exiſtimant hoc vocabulũ *à ligando*, quia obligat ad agendum Græci vero νομον, vocant verbo gręco νέμειν, quod tribuere ſignificat, eo quod lex vnicuique tribuit, quod ſuum eſt. Hebręi uero vocant *Thora*, a quodã uerbo, quod ſignificat docere, ſeu ordinare, quia ſcilicet, Lex ſuo modo docet, quid facto opus ſit, qua ratione Lex domini Pſal.18.dicitur illuminare oculos. Sed parũ refert ad propoſitũ, vnde vox hæc deducta ſit, modo intelligatur, quid in propoſito ſignificet.

Solet etiã aliis nominibus appellari, vt Toletus, Viualdus, & alii ubi ſupra notant; dicitur.n.Ius, eo quod iuſtum ſtatuat in rebus, id quod Græci maximè ſignificauerunt in illa ſua deriuatione, & Caſtro vbi ſupra clare docet, *Legem ſub iuſtitia diſtributiua contineri*.& quia *Lex non eſt, quæ non eſt iuſta*, vnde S.Auguſt.lib.1. de liber. arbi. capit.6.ait *Mihi Lex eſſe non videtur quæ iuſta non fuerit*.& c.Ius generale.diſt.1.& c.Erit autem.diſt.4.& ibi glo.in verb.iuſta. Dicitur etiã *Præceptum*; quia firmitatē habere debet. Dicitur *ſtatutum*, eo quod firmetur deliberatione, quaſi in ſtatu, ideſt, in gradu immobili ſitũ vel poſitum. Dicitur *Conſtitutio*, quaſi ſimul ſtatuitio quia aliquando multi ad eam ſtabiliendã conueniunt, ex Syluestro, Tab. Viualdo, Toleto, & aliis communiter.

2 Variæ itē Legis definitiones † a præfatis authoribus afferuntur, nã Cananus Ferrarienſis vbi ſupra, decem, Grego.de Valentia ſex; & Alphonſus a Caſtro ſeptē afferunt, mihi vero omnium optima videtur illa eſſe, quã affert S.Tho.1.2.quæſt.90.ar.4. in corpore, & eſt huiuſmodi, *Lex eſt ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata*. quã approbant Thomas Cananus, S.Antonin. Sylueſter, Tabiena, vbi ſupra. Medina in d.ar.4. Viualdus locò proximè allato, nu.26. vbi alias etiam affert à qua non differt illa Toleti tracta.de ſeptē pecccat.mort.c.17.dicentis: *Lex eſt rationis ordinatio, homini quid agendum, quidve non agendum ſit oſtendens, in commune bonum inſtituta*. cui ſimilis eſt illa, quã affert Clemens Alexãdrinus lib.1. Stromatum, ſub finem.ſ. *Lex eſt recta ratio, quæ iubet quidem ea, quæ ſunt facienda, prohibet autem ea quæ non ſunt facienda*. Et quãuis hæc S.Thomæ definitio Gregor.de Valen. non arrideat, eſt tamē ab aliis cõiter approbata, & vera, cõtinet enim quattuor particulas, quæ naturam, & proprietatem veræ legis explicant.

Primo enim dicitur, ordinatio rationis. etenim lex menſura quædam eſt, & regula directiua humanorũ actuum, ſecundũ quam homo, vel ad aliquid agendũ inducitur, vel ab agendo.ſ.mala, retrahitur, regula autem prima humanorũ actuũ eſt ratio, quæ eſt principiũ primũ humanorum actuum; Regulã enim pręſcribere rationis practicæ munus eſt, ſicut etiam, & fine oſtendere, qui eſt quaſi principium quoddam in actionibus moralibus.

Id quod etiã ex natura legis eiuſque efficacia cõſtat, ſiquidē munus, & virtus legis eſt præcipere aut prohibere aliquid, vt habetur l.legis virtus.ff. de legib. & Senatuſconſul. & forma ipſa legis prę ſe fert, *Unum cole Deum, Nec iures vana per ipſum*. vnde in cõi ſermone dicuntur, *Mandata*, ſeu *Præcepta*, Præceptum autem, ſeu imperiũ propriè actus eſt intellectus practici, vt docet S.Tho.1.par.quęſ.17.art.1.

Illud tamen verũ eſt, quod licet lex actio ſit pręcipue, & eſſentialiter intellectus, habet tñ adiunctũ voluntatis actum antecedentem, quatenus.ſ.id legiſlator præcipit, quod fieri vult, iuxta illud l.1.ff. de conſtitu. *Quod principi placuit, uim habet legis*. vt enim Rex legem faciat, non ſolũ requiritur, ut iudicet fieri oportere, quod velit ſic fieri ſed præterea requiritur, id quod iudicat fieri oportere, & id quod vult fieri, ſtatuat non ſolũ conſulendo, & exhortando, ſed etiã præcipiendo. *Quia* igitur ad legē ferendam tam intellectus, quam voluntas concurrnut, intellectus quidem iudicando quid fieri oporteat, voluntas autem approbando, quod fiat, & tandem ſequitur imperium legis, & illi potentiæ tribuendus eſt actus, ad quam eſſentialiter pertinet, lex autem, vt dictũ eſt ſecundum ſubſtantiã eſt imperiũ, regula, & lux, inde eſt, quod lex actus potius intellectus, quã voluntatis dicatur.

Non tamen cenſendũ eſt legem, qualemcunque actum eſſe rationis, ſeu intellectus, ſed tantum rationis practicæ, non autem ſpeculatiuæ. Officium namque practicæ rationis eſt dirigere ad ſtudioſas operationes, & rectè pręcipere, non cognoſcere veritates; At uero officium legis eſt dirigere, & rectè præcipere, ut conſtat, & proinde in ratione practica conſiſtit. Etenim lex propriè ad prudentiã gubernatiuã pertinet, cuius officium exiſtit multitudinem regere, ut notat S.Tho.2.2.q.47.artic.11. unde, & Rex à regendo dicitur, qui eſt actus prudētiæ, & Regum eſt leges condere, ex eodem arti.12. Prudentia uero gubernatiua, non ſpeculationem, ſed praxim dirigit, & quid agendū ſit, quidve fugiendum docet, & præſcribit.

4 *Secundo*, additur, *Ad bonum cōe*, vbi finis legis exprimitur, qui eſt bonum cōmune, non enim inſtitui debet lex in priuatum cōmodum alicuius, ſed in vtilitatem cōmunem, iuxta illud cap. erit autem, diſtin. 4. *Lex nullo priuato commodo: ſed pro communi utilitate ciuium debet eſſe conſcripta*, & Ariſtot. lib. 4. Polit. cap. 1. ait, *Sunt autem leges omnes ad rēpublicam accommodandæ, non autem reſpublicæ ad leges*. vnde cap. 10. ait, *Tyrannicam dominationem eſſe, quæ ad propriam utilitatem, non ad utilitatem ſubditorum omnia ordinat*. Et Cic. lib. 2. de legib. ait, *Conſtat profecto ad ſalutem, ciuium ciuitatemque incolumitatē, uitamque omnium quietam, & beatam, conditas eſſe leges. Ratio eſt:* quia lex eſt opus propriū poteſtatis publicæ, ſicut igitur poteſtas publica de ſe in bonū publicum ordinata eſt, ita etiam, & leges ab ea procedentes in bonum publicum, & cōmune inſtituēdæ ſunt. Idipſum etiam natura docet, etenim potentiæ naturales de ſua natura inſtitutæ ſunt, vt bonū totius ſuppoſiti tueantur, & omnia mēbra ad totius corporis ſalutem, & incolumitatē ordinentur. Siue igitur cōe bonum, & beatitudinem naturalē, quā hoc ſeculo adipiſcimur, quæ eſt tranquillus, & pacificus Reipub. ſtatus, conſideremus: ſiue ſupernaturalē, illam quam in alia vita conſequi cupimus, & ſperamus, & ad quā omnia huius vitę referēda ſunt, cogitemus; legū omniū finis, & ſcopus hic eſſe debet, vt omnia ad rectū Reipublicę ſtatū, & beatitudinē ſupernaturalē ordinentur.

Hinc Syluester verb. lex. quæſt. 1. rectè infert, qđ lex ſiue eccleſiaſtica ſit, ſiue ciuilis, & politica, ſi vniuerſalis, & iuſta ſit, ad bonum cōe eccleſiaſticum, ſeu bonum cōe ciuile, ab habente poteſtatem ordinari debet; ſin vero particularis ſit, ab bonū commune eccleſiaſticum loci, & diœceſis a Metropolitano, ſeu Ordinario; ſeu ad bonum commune ciuile illius prouinciæ, vel loci, a tota multitudine, vel eius vices gerente ordinari, & inſtitui debet.

Ceterum vt rectè notant S. Thomas 1. 2. quæſt. 90. artic. 2. Sotus lib. 1. de iuſt. q. 1. arti. ſecundo, ad primum, & Alphonſ. a Caſtro libro primo, de poteſta. legis pœnalis. capi. primo, ſi contingat legem aliquā ferri, quæ ad ſingulare cuiuſpiam bonum ordinatur, illa certè non alia ratione vim, & naturam legis obtinebit, niſi quatenus bonū illud vnius particularis in bonū *commune* redundet: *Immo* vero, quod ſic pro aliquorum cōmodo ſtatutum eſt, non tam illorum, quā totius Reipublicæ cōmodū cenſendum erit. Qua de cauſa leges, quæ, & pupillis, & orphanis, & minoribus viginti quinque annis, & ſeruis merito fauent, iuſtæ cenſentur; quoniā etſi pro priuato illorum cōmodo ſtatutæ videātur, in bonū tamen totius reipublicæ cedunt. *Nam plurimum Reipublicæ expedit, ne quis re ſua malè utatur*, vt dicitur Inſti. De his qui ſunt ſui vel alieni iuris, §. ſed hoc tēpore. Expedit etiā Reipublicę ciues ſuos eſſe locupletes, & quod nullus alteri dānum, aut iniuriā inferat. Huius rei ratio, ipſa natura docente, manifeſta eſt; cū enim omnis pars *ordinetur ad totum*, ſicut *imperfectum ad perfectum*, vnus autē homo pars ſit cōitatis perfectę, inde eſt, quod ſi pręceptū aliquod fiat circa particularē alicuius actionem, & cōmodum, in tantum habet rationem legis: inquantum ad *commune* bonum ordinatur.

5 Hanc particulā, ſ. quod † lex ordinari debeat ad bonum cōe, Bartho. Medina 1. 2. q. 90. ar. 2. veram, & intelligendā eſſe docet non ſolū de iure, ſed etiā de facto, vt lex illa, quæ in priuatum cōmodum inſtituitur, ita vt nullo modo in vtilitatem publicam referatur, lex non ſit, ſed iniquitas. Deinde, ita intelligitur, vt ſi ceſſet ratio boni cōis, & eius vtilitas, ſtatim lex ceſſat, & vim obligandi non habet.

Hinc Alphonſ. a Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pœnal. cap. 5. in documēto . infert, quod ſi lex aliqua iuſta obligat illius tranſgreſſorem ad peccatum mortale, propter iuſtam cauſam, quæ tunc aderat, ceſſante tali cauſa, ceſſabit talis obligatio ad culpā mortalem. Vt v. g. ſi Prælatus propter graue ſcandalū, quod inde veriſimiliter timetur, præciperet ſub peccati mortalis obligatione, ne aliquis religioſus accedat ad horum cōem Conuentus, aut ne accedat ad talem, vel talem ſecularis hominis domum, etiamſi cum licentia ſua exiret extra Conuentum, aut ne cum tali, aut tali perſona loquatur, quoties, & quamdiu ſcandali occaſio manet, ipſa etiam obligatio ad culpam mortalem manet. Sin vero ſcandali occaſio prorſus ablata ſit, tunc obligatio præcepti ad culpam mortalem erit nulla, etiamſi ipſe prælatus non reuocauerit ſuum præceptum, ſed velit adhuc manere cum eadem obligatione qua prius. *Ratio eſt*; quia a principio, quando tale dedit præceptum, ſi nulla ſcandali occaſio, aut alia ſimilis iuſta cauſa fuiſſet, obligare non potuit ad culpam mortalē, ergo ceſſante iam cauſa obligare nequit, conſequentia patet ex illa regula iuris, *omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur*, & c. *Cum ceſſante*. de appellat. ceſſante cauſa ceſſat effectus. Nec refert an lex citet, & exprimat ipſam cauſam motiuā, an illā ſubticuerit, quia ſi cauſa certo cognoſcatur, idē eſt ac ſi illa apertè exprimeretur. Sic Panor. in cap. *Quia plerique*. nu. 39. de immunitatibus eccleſiarū, & citat pro ſe Cyn. in l. *Non dubium*, C. de legibus, & Baldū in l. Maximum vitium. Cod. de liber. præteri. & facit cap. poſt tranſlationem. de Renunciatio. vbi Innoc. Tertius declarat decretū quoddam Concilii Conſtantinopolitani, in eo caſu non obligare, quia cauſa illius decreti ceſſauit.

6 Quando vero † dicitur *ceſſante cauſa legis ceſſare, etiam legem, eiuſque obligationem*, id quidē intelligendū eſt, vt Alph. a Caſtro, & Medina ſupra notant, & hos ſecutus Michael Salon in 2. 2. to. 2. de Vectigalibus. artic. 3. controu. 5. (qui alios citat id docentes de ceſſatione cauſſæ, ob quam imponuntur vectigalia, vt tunc etiā ceſſet obligatio perſoluendi illa, vt Ang. verb. *Pedagium* nu. 6. Gabriel d. 15. q. 5. arti. 2. Syluest. verbo, *Gabella*. 3. nu 9. q. 3. Caie. verb. vectigal. Ioā. Medina, Cod. de reb. reſtituend. q. 14. Anton. Corduba in Sum. caſ. conſciē. quęſt. 95. dub. 2. Lopez in ſuo Inſtruct. confeſſ. par. 2. cap. 37.) quando ceſſat tota cauſa legis: Etenim licet ratio legis aliquando ceſſet reſpectu alicuius particularis, quia tamen non ceſſat reſpectu totius Reipublicæ, aut quia licet ceſſet vna cauſa illius legis, reſtant tamen aliæ cauſæ, tunc quidem lex non ceſſat, neque eius obligatio, prout variis exemplis oſtendi poteſt.

Hinc enim eſt, quod licet aliquis per virtutum exercitia carnem ſuam plenè ſubieciſſet ſpiritui, nihilominus tamen ad eccleſiaſtica ieiunia obſeruanda teneretur, quia repreſſio carnis non eſt ſola cauſa, propter quam indictum eſt ab Eccleſia ieiuniũ, ſed ſunt aliæ, vt puta eleuatio mentis in Deũ, augmentũ meriti, & pręmii, quæ ſatis ſunt ad obligationẽ ieiunii imponendam, & proinde non obſtante ceſſatione alterius cauſæ, adhuc remanent aliæ, & proinde etiam lex in ſuo robore manet, & vim obligandi habet. Immo cum lex ieiunii in cõmune bonũ inſtituta ſit, non autem in bonũ huius, aut illius in particulari, quamuis Petrus v.g. non egeat ieiunio ad cohibendam carnem, in pleriſque tamen aliis neceſſarium erit ad hunc finẽ obſeruare ieiuniũ, & ideo lex iſta ſemper retinet vim ſuã.

Similiter finis, & cauſa baptiſmi eſt remiſſio culpę originalis, quia tamen alia etiã cauſa eſt, (Si quidem ordinatur ad cultũ etiam Dei per actũ religionis, qui exercetur in ſuſceptione ſacramenti, & ſuſceptionem characteris, quo baptizatus diſponitur ad ſuſceptionem aliorum ſacramentorũ, & ad alios ſimiles fines) inde eſt, quod licet quis ab originali baptiſmo flaminis liberetur, tenetur nihilominus ad baptiſmũ fluminis etiam ſuſcipiendum; Præterquam quod lex baptiſmi pręceptiua eſt, cui parendum eſt ſuſcipiendo baptiſmum aquę.

Sic etiam pręcipit lex, quod *teſtamentum* minus ſolemne, i. ſine certo numero teſtiũ, & ſine tabellione, pro infecto habeatur, & nihil valeat: finis autem, & ſcopus legis eſt, vt eatur obuiam fraudibus & dolis, cum mortuus homo pro ſeipſo reſpondere non valeat. Quod ſi caſus contingat, in quo quis inſtituit teſtamentum minus ſolemne ſine fraude & dolo, quippe qui non habeat teſtes, neq. tabellionem, coram quibus ſuam voluntatẽ patefaciat, profecto tale teſtamentum inualidum eſt, & pro infecto habendum: Nam ratio legis, propter quam inſtituta eſt, ceſſat in particulari, nõ autem in communi, & *Lex* (vt eſt in prouerbio) *non reſpuit caſus particulares, ſed id quod communiter, & vt plurimum accidit*, vt habetur in l. iura, & duabus ſeqq. ff. de legibus, & Senatuſc. & l. ea, quę raro, ff. de reg. iur.

Eodem modo prohibet lex egreſſum è ciuitate, in hunc finem, ne hoſtibus illã obſidentibus ſecreta quiſpiam reuelet, etiamſi quis nullo modo ea reuelaturus ſit, tenetur nihilominus legi illi parere. Pręterea lex inſtituit grauiſſimè, vt matrimonium clandeſtinum de cetero non valeat, nectebantur enim varię fraudes in matrimonii clandeſtini celebratione, & finis legis inſtituendæ fuit, his fraudibus obuiam ire; offert ſe caſus, in quo quis contrahit matrimonium clandeſtinum bona fide, & ſine dolo, profecto non valet matrimonium, nã ratio legis ceſſat in euentu particulari, non aũt in cõmuni.

Quando autem lex deſinit eſſe vtilis, & cõmoda Reipulicæ, tunc omnino lex ceſſat, & obligatoria non eſt, vt ſi eſſet lex inſtituta quæ tempore pacis dũtaxat eſſet opportuna, tempore belli iam ceſſat, & minimè obſeruanda eſt. Sed de ſecunda particula hactenus.

8 *Tertio* dicitur, quod lex fiat *ab eo, qui curam communitatis habet*: Nam inter alia, quæ ad legem requiruntur, duo in primis ſunt neceſſaria: *Vnum eſt*, vt ſit recta, & iuſta, ſi quidem lex illa quæ iuſta non eſt, legis nomen non meret. *Alterum eſt*, vt habeat vim obligandi, ideoq. variæ conditiones in legiſlatore requirũtur. Propter primum, duę conditiones ſunt admodum conuenientes. *Prima eſt prudentia*, & *ſcientia* ex Ariſt. lib. 10. Ethic. c. vlt. & Platone, 12. de legib. vbi ait, *legiſlatorem debere eſſe virũ diuinum, & clariſſimi ingenij. Secunda eſt, vitæ integritas*: ita, ſ. vt is, qui leges inſtituit, ex Plat. 4. de legib. *ipſe primum in ſeipſo exprimat, quæ alijs facienda præſcribit.* Propter ſecũdum autem neceſſaria omnino eſt auctoritas in eo, qui legem condit: omnis enim obligatio ex hac auctoritate oritur, vnde Plato in dialogo de regno ait, *Regis munus eſſe cõdere leges. Ratio eſt:* quia lex, vt ait Ariſt. lib. 10. Ethic. c. vlt. & latè probant S. Tho. 1.2. q. 90. ar. 3. ad ſecũdum, Medina ibid. & Sotus li. 1. de iuſt. q. 1. ar.... & Alphonſus de Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pœnal. c. 1. vim coactiuam, & efficaciter inducentem ad opus, habere debet. Hanc aũt vim coactiuam, non quęlibet perſona priuata, ſed is ſolum habet, qui totius communitatis curam gerit, & proinde is ſolum leges condere poteſt. Poteſt quidem, & debet rex, aut alius qui leges condit, aliorum prudentum conſilio in condendis legibus vti, vnde legem Papinianus in l. 1. ff. de legib. & Senatuſconſ. definiuit eſſe, *prudentum virorum conſultum*, quo etiam ſenſu dicitur lib. 2. Polit. cap. vlt. *eos, qui priuatam vitam agunt, leges interdum ſtatuere*, hoc eſt, conſilium principi dare, an lex ſit inſtituenda, & quomodo, & quo ordine promulganda: at vero, vt hoc eorum conſilium firmitatem, & vim obligandi habeat neceſſarium eſt, vt regis auctoritas, ſeu eius, qui curam communitatis gerit, imperium accedat.

9 Hęc aũt populi, & Regis ſup illũ poteſtas, licet *omnis* (teſte Apoſtolo Rom. 13.) *a Deo ſit*, illam tñ homines diuerſimodè a Deo habent iuxta diuerſitatem poteſtatis, & curæ, quæ ſuper populũ habet, cuius finis eſt, vt populũ in pace cuſtodiat, & hæc poteſtas licet ſit ſemper a Deo, non tamen immediatè, ſed ſæpe per populi conſenſum, a quo primũ Deo annuente, aut permittente illam accepit, nec maiorem, quam illi populus ab initio conceſſit. Et qui talem populi regendi curam dedit, eo ipſo poteſtatem dedit eas condendi leges, ſine quibus populus bene regi nõ poſſet. Tam aperta vero, & manifeſta eſt hęc populi poteſtas, vt Xenophon. li. 1. de factis, & dictis Socrat. refert, Periclem his verbis legem definiuiſſe, *Omnes, quas in vnum conueniẽs & conſentiens vulgus conſcripſit, explanãs, quæ ſunt facienda, quæ ve fugienda, ſunt leges.* Et Iulianus Iuriſconſultus in l. *De quibus*, ff. de legib. cenſet leges nulla alia ex cauſa obligare, quã quod iudicio populi receptæ ſunt. & Can. Lex, diſt. 2. Lex definitur *cõſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cũ plebeis aliquid ſanxerunt. Ratio huius eſt:* quia cum Communitas ſit quoddam totum liberum, ſicut habet ius naturaliter regendi ſeipſum, ita hoc ius poteſt transferre in alium, & poteſt quaſi vices ſuas alteri delegare. Et quia ſępè euenit, vt vbi eſt multitudo, ibi ſit confuſio, & multoties etiam difficile ſit totum populum conuenire in vnum ad leges condendas, ideo decuit, vt populus poteſtatem hanc, quæ ſibi iure naturæ conceſſa erat, in aliquem, aut aliquos transferret, qui re bene (vt oportet) circumſpecta, leges toti populo daret, quib. ille vitam pacificam

agere poſſet, vt habetur, l. 2. §. *deinde, quia difficile*, ff. de origine iuris. & in l. 1. ff. de conſti. princip. Vnde primus Rex qui eſt à Deo hominibus datus (vt Regum narrat hiſtoria lib. 1. c. 8.) non niſi populo primũ petenti fuit conceſſus. Deinde populi varij, varios ſibi Reges elegerunt, eos, ſ. (vt Iuſtinus in principio ſuæ hiſtoriæ refert) qui prudentia, & rectis moribus reliquos excedebant, & qui rectius Rempublicã gubernare poſſent. Quia vero regnũ apud multos in tyrannidẽ verti cępit, hanc gubernandi poteſtatẽ non vni ſoli homini, ſed multis cõmittere cęperunt, ita vt exinde Reſpublicæ initia ſua habuerint, quæ tamen non eodẽ modo in gubernando vſæ ſunt, nam in aliquib. ſoli Optimates, in alijs Mediocres, in aliis Plebs ipſa regere conſueuerunt. Ceterum quocunque modo poteſtas hæc laica gubernare conſueuit, conſtat illã gubernandi poteſtatẽ ex populi conſenſu ortã eſſe, & ſolum legimus Sauli, & Dauidi, 1. Reg. 8. & 16. à Deo immediatè hãc gubernandi poteſtatẽ laicam conceſſam eſſe, quãuis eis ẽt acceſſit conſenſus populi, vt conſtat. *Alij* vero Reges, & Principes cõmuniter hanc condendi leges auctoritatẽ ex conſenſu populi habent, vt habetur in l. 1. & 2. ff. de origine iuris.

9 Hinc infertur, legem, quæ de re iure Diuino minimè neceſſaria exiſtens, a Principe laico, toto populo contradicente, condita foret, nullius eſſe roboris, niſi fortè populus omnẽ ſuam poteſtatem in Principem, aut in Senatũ, tum ad leges cõdendas, tum ad omnem rõnem gubernandi tranſtuliſſet, nihil ſibi reſeruans: An vero populus talẽ poteſtatem in Regẽ tranſtulerit, nec ne, ex conſuetudine ipſa, & vſu coniectari poterit. *Nã* ſi Princeps, aut Senatus, cui poteſtas hæc eſt à populo tradita, ſolet ab antiquis temporibus ſine populi conſenſu, immo illo inuito aliquid ſtatuere, ꝙ populus ſeruare cogatur, apertè conuincitur populũ omnẽ ſuã poteſtatẽ in Priucipem aut Senatum tranſtuliſſe, ſin autem in aliis rebus Princeps, aut Magiſtratus, cui hæc poteſtas leges condendi eſt a populo commiſſa, nihil contra populi conſenſum ſtatuere ſolet, inde conuincitur populũ non renunciaſſe oĩno iuri ſuo, nec omnem ſuam poteſtatem in alium tranſtuliſſe.

10 DVBIVM ſolum eſt, An hi, qui poſt legẽ à poteſtate laica conditã nati ſunt, teneantur ad eiuſmodi legis obſeruantiã, cum illi non cõſenſerint legi, nec illorum conſenſus ſit requiſitus. Et intelligitur difficultas, qñ poteſtas illa, quæ talem condidit, eã non niſi ex populi conſenſu condere poterat? *Reſpondeo* cum Alphõſo de Caſtro lib. 1. de poteſt. le. pęnal. c. 1. poſt medium capitis, illos omnes ad eius obſeruantiam teneri, etiamſi longhiſſimo poſt tempore ſuccedant, dũmodo lex illa, vel per legẽ aliã, vel per conſuetudinem contrariam non abrogata ſit. *Ratio eſt*: quia non ſolũ qui tunc viuunt ſed etiã qui poſtea ſuccedunt, vnũ ſolum populum conſtituunt, & vno eodemque nomine vocantur; aliàs oporteret à quolibet hoĩe nato petere conſenſum, aut nouas leges condere, quod oĩno abſurdum eſt, & à ratione alienũ. Quamuis. n. proprio, & expreſſo conſenſu non ligantur, ligati tñ ſunt per conſenſum præſumptum, & quẽ neceſſariò pręſtare tenẽtur. Vnde etiam fit, ꝙ ſi Rex priuilegia aliqua ciuitati alicui concedat, licet omnes, qui tunc viuebãt, moriantur, non tñ eo ipſo priuilegia perire dicentur, ſed ad poſteros deriuantur, propterea, quod poſteriores cũ priorib. idem oĩno populus cenſentur.

11 Eſt ẽt altera ptãs excellentior,† ptãs nimirũ eccleſiaſtica, quę hunc pręcipuum ſui regiminis finẽ hẽt, vt videlicet populũ ſibi cõmiſſum ad æternã beatitudinem perducat. Et qui hanc curam, & poteſtatem hẽt, licet ad hoc ſit ab hoĩe electus, a Deo tñ immediatè poteſtatem illam ſuſcipit, & per illã ſuſcipit poteſtatem legis condendæ. *Quã poteſtatẽ Petrus à Chriſto in vniuerſam eccleſiam accepit*. Io. 21. qua poteſtate vtens, iuſtè potuit toti Eccleſiæ dare leges, quæ ad bonũ illius regimen viderentur. Idẽ aliis Petri ſucceſſoribus Summis videlicet Eccleſię Romanæ Pontificib. cõtingit, qui licet ab Eccleſia ad illius regimen eligantur nõ tñ ab ipſa Eccleſia (vt quidã falſo putauerunt) ſed à Chriſto immediatè hanc habent, qui eam oĩb. illis in Petro cõceſſit. *Hæc autem eccleſiaſtica poteſtas*, quia non a populo. ſed à Chriſto vim ſuæ poteſtatis habet: ideo etiam ſine populi conſenſu poterit leges condere de his rebus, quæ ad finem vltimum conſequendũ eſſent neceſſariæ, aut valdè conducibiles. Ex quo intelligitur, in quanto errore verſentur, qui affirmant leges Pontificias non obligare donec à populo acceptentur: ſiquidẽ ſi multitudo populi Chriſtiani poſſet acceptare, & non acceptare leges Eccleſiaſticas, ſuperior eſſet Summo Pont. quod abſurdum planè eſt & ab omni rõne alienũ, vt docent glo. in ca. *In iſtis*. d. 4. Alphonſus de Caſtro li. 1. de poteſta. leg. pęnal. c. 1. Barth. Med. 1. 2. q. 90. art. 3. & Sotus lib. 1. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 3. & alii communiter.

Quarto dr̃, quod ſit *Promulgata*, voce, ſ. aut ſcripto, niſi. n. lex ſufficienter promulgata ſit, iiſque innoteſcat, quib. inſtituitur, vim legis non hẽt, cõtra rationem namque eſt, vt quis obligari poſſit ad faciendũ, aut vitandũ id, qđ nullo modo implere poteſt. Conſtat aũt neminem poſſe velle id, ꝙ prorſus ignorat, (voluntas. n. non fertur in incognitũ) At vero legiſlatoris voluntas, quæ nec voce, nec ſcripto manifeſtatur, prorſus ignota erit, volũtati aũt ignotæ nemo parere põt, & proinde nec legiſlator quempiam ſua voluntate obligare põt, ad aliquid faciendum, niſi prius voluntatem ſuam illi notam fecerit. Tanta namq; eſt ad legis rigorem publicationis neceſſitas, vt Gratianus diſt. 4. c. *in iſtis*. cenſeat, *tunc leges inſtitui, cum promulgantur*. Quo ẽt pertinet illud Valentiniani & Marciani Imperatorũ C. de legib. & conſt. in *l. leges. Leges*, inquiunt, *ſacratiſſimæ, quę conſtringunt omniũ uitas, intelligi ab omnibus debent, ut vniuerſi præſcripto earũ manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur*. Et in Authen. vt factæ nouæ conſti. *tunc ualere leges* iubetur, *cum in cõe factæ ſunt manifeſtæ*. Idemque conſtat ex iure Canonico, in c. *Ad hæc*, de poſtul. prela. & c. *cognoſcentes*. de conſti. & latius tradunt S. Tho. 1. 2. q. 90. ar. 4. S. Ant. par. 1. tit. 11. c. 2. §. 1. Panor. in d. c. cognoſcẽtes. & Ant. de Burgos in repe. eiuſdẽ c. de conſti. Angelica in verb. lex, nu. 12. Sylue. eo. q. 6. Tabiena. eod. in princ. Sot. lib. 1. de iuſt. q. 1. ar. [illegible]. Alph. a Caſt. lib. 1. de poteſt. leg. pęn. c. 1. Bartho. Med. in 1. 2. q. 90. ar. 4 Caiet. ibid. Greg. de Val. to. 2. diſp. 7. q. 1. pun. 2. Marc. Ant. Cucchus li. 1. inſtit. maior. tit. 3. nu. 16. Toletus de peccatis mortal. ca. 18. & alii oẽs. *Ratio eſt; quia lex eſt regula humanorum actuum*, regula autẽ niſi applicetur ad menſurandum vana, & inutilis eſt; applicatur autem per promulgationem, & communem notitiam, vt conſtat, de qua re plura dicemus in ſequentibus, hæc interim de legis definitione ſufficiant.

De Diuiſione, & Efficacitate legis in Communi. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Multiplex Legis diuiſio ſecundum diuerſas rationes.*
2 *Communior legis diuiſio quæ, eiuſque ratio aſſignatur.*
3 *Lex æterna ſecundum ſe conſiderata quid ſit, & quid in ordine ad res creatas, quas gubernat atq; diſponit?*
4 *Legis æternæ proprietates.*
5 *Actiones humanæ tum naturales, tum liberæ ſubijciũtur æternæ legi ſiue bonæ, ſiue malæ, ſed diuerſimodè.*
6 *Lex naturalis quid?*
Vt ſpeculabilium habitus eſt intellectus, ita practicorum Syndereſis appellatur. nu. eo.
7 *Legi naturæ correſpondet appetitus, ſeu inclinatio naturalis, is autem quotuplex ſit, & quib. reſpondeat gradus legis naturæ, oſtenditur.*
8 *Legis naturalis officia tria, & quænam ſint illa.*
9 *Proprietates variæ legis naturalis deſcribuntur vſque ad num. 12.*
13 *Quot potiſſimum ſint effectus legis naturalis, et q ſint?*
Quomodo intelligatur legem naturalem duplicem vim habere, ſcilicet directiuam, & coactiuam. nu. eo.

1 QVemadmodum variæ in lege conditiones conſiderari poſſunt, ita etiam variæ dari poſſunt, & ſolent legis diuiſiones; ſi enim conſideremus poteſtatem, quæ ad legem ferendam neceſſaria eſt, ſic lex in duo genera diuidi poteſt, ſcilicet, in *Diuinam*, & *Humanam*. *Diuina* illa eſt, quæ a Deo immediate inſtituta eſt: *Humana* eſt, quæ ab humana poteſtate dependenter a Deo proficiſcitur.

Sin autem actum rationis ſpectemus, in quo, vt diximus, præcipuè, & eſſentialiter lex conſiſtit, ſic etiam lex in duas ſpecies diuidi poteſt, nimirum in *æternam*, & *temporalem*: *Aterna* illa eſt, quæ manet in mente diuina; *Temporalis* vero eſt, quæ eſt in mẽte humana, & humana poteſtate conſtituitur, quam legis diuiſionem affert Sanctus Auguſtinus lib. 1. de libero arbit. cap. 6. dicens *Nihil in lege temporali iuſtum, aut legitimum eſt, quod non ex lege æterna ſibi homines deriuauerint.*

Quod ſi legis materiam attendamus, ſic duę alię legis ſpecies erunt, vna *affirmatiua* altera *negatiua*: *affirmatiua* eſt, quę bonum aliquod faciendum pręcipit. *Negatiua* vero eſt, quę malum prohibet. Quę diuiſio colligitur ex Pſal. 36. *Declina a malo, & fac bonum.* vnde communiter dici ſolet, aliqua eſſe pręcepta affirmatiua, alia vero negatiua.

At vero ſi legis finem attendamus, ſic duo membra erunt, ſi enim ſolum finem naturalem ſibi proponat, dicetur *Naturalis*, quę eſt illa, quę ſolum reſpicit felicitatem, & bonum ſtatum Reipublicę, & pacem, & tranquilitatem ciuium inter ſe, & cum alijs, & tales leges ſunt communiter illę, quę a laica poteſtate feruntur. Quod ſi altiorem finem, & vires humanas ſuperantem reſpiciat, vocatur *ſupernaturalis*, quę modum aptum ad finem ſupernaturalem commode conſequendum pręſcribit, ut lex fidei, & Sacramentorum.

Communior autem legis diuiſio illa eſt, qua lex in A*eternam*, *Naturalem*, *Humanam*, & *Diuinam*, diuiditur, prout illam diuidunt Sanctus Thomas in 1. 2. quæſt. 91. Alexander de Ales part. 3. quæſt. 26. 27. 28. & 29. Angelica verbo, Lex, num. 1. Syl. eodem. quæſtio. 1. Tabiena eodem. q. 1. Sotus lib. 1. de iuſt. q. 3. art. 1. S. Anton. par. 1. tit. 11. ca. 1. §. 4. Thomas Cananus Ferrarien. repet. in proæmium Decreti. num. 399. Greg. de Valentia tom. 2. diſput. 7. q. 2. puncto 1. Alph. Viuald. in parte 4. Candelabri. ca. 1. nume. 27. & alij communiter, cuius diuiſionis hæc ratio aſſignari poteſt.

Cum *lex ſit regula*, ſeu dictamen practicum rationis in eo, qui curam communitatis habet, Deus vero ſit primus, & vniuerſalis gubernator vniuerſi, is ab æterno vniuerſorum ordinem, diſpoſitionem, & regimen mente conſiderans, dicitur illa ſua æterna ordinatione, quaſi lege æterna omnia gubernare. Dicitur autem huiuſmodi conceptio, ſeu ſumma ratio in mente Diuina exiſtens lex ęterna, tum quia nec finem, nec initium habet, diuina ſiquidem ratio nihil ex tempore concipit, ſed ab æterno omniũ habet conceptum, tum, quia lex illa omnino inuariabilis eſt, ex Soto lib. 1. de iuſtit. quæſt. 3. artic. 3. Idem vero Deus prout auctor eſt naturæ, rebus ſingulis ſuos indidit inſtinctus, & inclinationes, quibus in ſuos fines agerentur: Quia vero inter ceteras creatura rationalis excellentiori quodam modo talis impreſſionis participationem habet, (ſibi enim, & alijs prouidet ad debitos actus, & fines) ideo participatio æternę legis, maxime in creaturis rationalibus, lex naturalis appellatur, quę maxime conſiſtit in cognitione, & applicatione principiorum illorum, quę abſque diſcurſu, ſolo lumine naturali nota ſunt, quale eſt illud, *Quod tibi uis fieri, facias alijs*, iuxta Chriſti ſententiam Matth. 7. *Omnia quęcunq; uultis, ut faciant uobis homines, & uos facite illis.* Dedit inſuper homini Deus facultatem, vt ſicut in ſpeculatrici intellectu ex primorum principiorum notitia, medio diſcurſu cognoſcit, & deducit varias concluſiones, ita etiam in ratione practica, ut pro temporum, locorum, ac negotiorum uarietate per eandem legem naturæ ex principijs practicis communibus, & indemonſtrabilibus quaslibet alias particulares diſpoſitiones deduceret, legeſque conderet, prout expedire uidetur, quę ab authore ſuo dicuntur leges Humanę, ſiue ſint eccleſiaſticę, ſiue politicę, & ciuiles.

Quia uero non ad finem tantum naturalem, qui eſt pacificus Reipublicę ſtatus, conditus eſt homo, ad quem finem prædictę leges ſufficiunt, ſed etiam ad ſupernaturalem fęlicitatẽ creatus eſt, ideo Deus homini legem ſupernaturalem dedit, quę duplex eſt, ſcilicet uetus, & noua, quę dicitur Euangelica, ut ſic ad finem ſupernaturalem perueniret, quam rem latius explicat Sanctus Thom. 1. 2. quęſtio. 91. ar. 4. ubi alias rationes aſſignat, cur homini lex diuina data ſit, quæ apud illum legi poſſunt, hæc interim noſtro inſtituto ſint ſatis.

3 *Lex æterna*, ſi ſecundum ſe conſideretur, nihil aliud eſt, quam ipſamet mens diuina, & eſſentia, ſeu ordinatio rationis in mente ſua, qua res omnes ab æterno ordinauit, de qua lege, & rõne intelligitur

illud Prouer. 8. *Ab æterno ordinata ſum*. Sin autem cõſideretur in ordine ad res creatas quas ordinat, ſic nihil aliud lex æterna erit, quam ſumma, & æterna ratio diuinæ ſapientiæ, quatenus res omnes ad fines deſtinatos ita dirigit, vt illis iuxta earum conditionem modum aliquem præſcribat in ordine ad finẽ earum conſequendum; ſiquidem rebus neceſſarijs modum neceſſarium, contingentibus contingentẽ, & liberis modum liberum præſcribit. Quo ſenſu recte S. Tho. 1. 2. q. 93. art. 1. docet *legem æternam aliud non eſſe, quam rõnem ſapientiæ diuinę, quatenus eſt directiua omnium actuum, et motionũ*. Quam legis ęternę deſcriptionem colligere poſſumus ex Sap. 8. vbi Sapientia diuina dicitur, A*ttingere a fine vſque ad finẽ fortiter, et diſponere omnia ſuauiter*. Dicitur autẽ lex æterna, ſeu prouidentia diuina infallibiliter res omnes ad fines ſuos dirigere, non quia res omnes ex vi illius certò ad fines ſuos perueniunt ſed quia ad fines ſuos non niſi per media præſcripta a lege æterna peruenire poſſunt. *Optima* autem rõne lex ęterna cõſtituitur, Deus nãq; vt auctor primus eſt omniũ, ita & vniuerſorũ gubernator eſt; in artifice aũt ineſſe dẽt neceſſario rerũ omniũ ratio, forma, exemplar & idea, quæ per artẽ fieri debẽt. *In Deo* igitur artifice, & gubernatore rõ, regula, & exẽplar rerum omnium creandarum, & gubernandarum præexiſtere debet, quæ a Theologis *Lex æterna* nominatur.

4 Habet autem hæc lex æterna quaſdam proprietates, quarum hæc *Una eſt*, quod lex æterna legum ceterarum fons & origo ſit, earumque vis & efficacia a lege diuina procedit, vt oſtendit S. Thom. 1. 2. q. 93. artic. 3. vnde eſt illud eiuſdem diuinæ ſapientiæ Prouer. 8. *Per me Reges regnant, et legum conditores iuſta decernũt*. Et Ro. 13. *Non eſt poteſtas niſi a Deo: quæ autem a Deo ſunt, ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*. Et S. Auguſt. lib. 1. de lib. arb. cap. 6. ait. *In lege temporali nihil iuſtum, atque legitimum eſt, quod non ex lege æterna homines ſibi deriuauerint*. Huius rei hæc ratio eſt: quia rectus ordo, & diſpoſitio cauſarum hic eſt, vt res inferiores non niſi virtute ſuperiorum motæ moueãt, vt in primo motore patet, qui immobilis manẽs dat cuncta moueri. Et in artibus illa, quæ architectonica dicitur, ceteris ueluti Princeps imperat, ut latius Philoſophus 1. Ethic. oſtendit. Igitur pari ratione in legibus, quibus mundus iſte regitur, idem ordo aſſignari debet, nempe, ut hæ omnes inferiores ab æterna illa lege dependeant.

Altera eſt, quod creata omnia, tam neceſſaria, quam contingentia legi æternæ ſubijciantur, unde eſt illa Mardochæi oratio. Eſter 13. *Domine, Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita* &c. Sunt autem res createę omnes in triplici differẽtia, uel enim ſunt res innanimatæ, uel animatę, & tũc aut irrationales ſunt, aut rationales, uel sũt actiones creaturarum rationalium, quę omnia legi eternę ſubiecta ſunt. De inanimatis conſtat Pſalm. 148. ubi loquens de cęlis, Sole, Luna & Stellis, ait, *Statuit ea in æternum, et in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit, et non præteribit*. Et infra *Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius*. Et Prouerb. 8. *Quando præparabat cęlos, aderam, quando certa lege et gyro uallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum, et librabat fontes aquarum, et legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos etc*. Creaturę item animatę, & irrationales ęternę legi ſubijciuntur, inquantum ſine indicio rationis, uel ſenſuum ſequuntur id, quod eis a Deo eſt impreſſum, quaſi motę ab alio, ſcilicet, a Deo, ad ſuos fines & actus; Deus enim non ſolum creaturę rationali regulam dedit, qua per cognitionem tendat in finem ſuum, ſed etiã toti rerum uniuerſitati inſtinctus quoſdam & principia propriorum actuum indidit, quibus aguntur in ſuos ſingulorum fines, ut api ad mellificium, hirundini ad ſtruendum nidum, & terræ proferendi, fruges, & reliquis ſuas pariter uirtutes agendi. Ex quibus conſtat hoc unum diſcrimen, inter legem diuinam, & humanam, *quòd lex humana ad ſolas creaturas rationales ſibi ſubiectas extenditur, diuina uero, ſeu lex æterna, etiam ad irrationales*.

Creaturę autem rationales æternę legi ſubiectę ſunt non ſolum per inclinationem naturalem, ſed etiam per cognitionem finis, & diuini pręcepti, eo quod eis datum eſt intelligere, quid agere, uel cauere debeant, & hoc ſiue Angeli ſint, ſiue homines.

5 A*ctiones* etiam humanę non ſolum naturales, ut ſunt nutritio, augmentatio, & ſimiles, ſed etiam liberę legi ęternę ſubijciuntur, ſiue bonę ſint, ſiue malę, quamuis modo diuerſo, bonę quidem perfectè, in quantum enim opera bona a gratia procedunt, eaque iuſti non ex coactione, & timore, ſed ex uoluntate & amore operantur, Deo ſubijciuntur perfectè, & æterna beatitudine remunerantur, malę uero imperfectè, quatenus diuinę punitioni ſubijciuntur, ſiquidem mali ob demerita iuſtè puniuntur à Deo, quod lex ęterna dictat, & imperat. *Ordinauit* namque Deus permittere peccata fieri, & ita fit; diſpoſuit peccatori pęnitenti parcere, & ita fit, decreuit etiam peccatorem in peccato perſeuerantem punire, & ita contingit, atque adeo etiam in peccatoribus & de illis omnia fiunt, quę Deus fieri ordinauit. *Qualiter* autem, cum peccator dimittit Deum, incidat in Deum, & in legem ęternam, & pœnam eius, luculenter demonſtrat S. Auguſt. tum alibi ſępe, tũ pręcipuè in Enchirid. capit. 110. & lib. 4. Confeſſ. cap. 9. & lib. 5. cap. 2. & lib. 3. de lib. arb. capit. 12. & 13. & deinceps. Sicut etiam lib. 5. de ciuit. Dei, c. 11. pulcherrime oſtendit res oẽs creatas legi ęternę, ac diuinę prouidentię eſſe ſubiectas his uerbis: *Deum* (inquit inter cetera) *qui non ſolum cœlum, et terram, nec ſolum Angelum, & hominem, ſed neq; exigui animantis uiſcera, nec auis pennulam, nec herbę floſculum, nec arboris folium ſine partium ſuarum conueniẽtia, et quadam veluti pace dereliquit, nullo modo eſt credendum regna hominum, eorumq; dominationes et ſeruitutes a ſuæ prouidẽtiæ legibus alienas eſſe uoluiſſe*. Hęc ille, & de lege ęterna, quantum ad hoc pręſens inſtitutum attinet, hęc ſufficiãt, plura namq; de hac re legi poſſunt apud S. Tho. 1. 2. q. 93. per totú, Ale. de Ales par. 3. q. 27. Angelicam uerbo. Lex. Sylueſt. eod. q. 1. Tabienam eod. q. 1. Anto. par. 1. tit. 12. c. 1. §. 1. & §. 2. Barth. Med. 1. 2. q. 93. Sotum lib. 1. de iuſtitia q. 3. ar. 1. 2. 3. & 4. Greg. de Valentia to. 2. diſp. 7. q. 3. Alph. Viuald. in Candel. aureo par. 4. cap. 3.

Lex naturalis eſt lumen rationis humanę, quod Deus naturę conditor una cum natura mentibus hominum impreſſit, quo cognoſcunt aliquid faciendum, uel non faciendum, de qua Roma. 2. dicitur, *Gentes quæ legem* (ſcriptam) *non habent, naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt. Eiuſmodi enim legem non habentes*

tes (.ſ.ſcriptam)*ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis* (per naturale, ſcilicet, rationis dictamen)*teſtimonium illis reddente conſciētia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium, &c.* Quo Apoſtoli teſtimonio apertè oſtenditur legem naturalem hanc vim habere, vt bonum approbet, ac faciēdum proponat, & malum accuſet, & damnet tanquam fugiendum. De qua lege fuſius diſſerit Caſſianus Collat. 8. cap. 23. & 24. cuius teſtimonium ad verbū adducit Medina 1.2.q.94.ar. 1. vt virtutem huius legis oſtēdat. Atqui vt melius legis naturalis efficaciā explicem⁹,

Annotandum in primis eſt, quod ſicut in homine eſt duplex modus intelligendi, ſpeculatiuus.ſ.& practicus, ita in eo duplicia principia conſiderari poſſunt, quædam enim ſunt ſpeculatiua, vt *omne totum eſt maius ſua parte*; quædam practica, vt *Bonum eſt proſequendum, Malum eſt fugiendum*, & ſicut ſpeculabilium habitus dicitur *Intellectus*, ita practicorum habitus *Synderesis* appellatur. Et quemadmodum in ſpeculabilibus eſt vnum principium primum per ſe notum, ratione cuius omnia innoteſcunt.ſ. *De eodem idem affirmari, & negari eſt impoſſibile*, cuius meminit Philoſophus 3. Metaph. 9. ita cognitione practica eſt illud principium primum, *Bonum eſt ſequendum, malum fugiendum*, in cuius virtute omnia alia principia practica continentur, cuius ēt meminit Ariſ. 1. Ethi. 1. Et ſicut primum, quod offertur rationi ſpeculatiuæ, eſt *Ens*, ita primum quod rōni practicæ de appetibilibus, & agibilibus offertur, eſt *Bonū*. Sicut.n. primum obiectum intellectus eſt *Ens*; ſic primum voluntatis obiectum eſt *Bonum*, vnde 1. Ethi. 1. dicitur, *Bonum eſt, quod omnia appetunt*.

7 Deinde vero ſciendum † eſt, legi naturæ correſpondere appetitum naturalem, lex enim naturalis appetitum, & inclinationem quandam naturalem denotat; Nam vt optimè docet S. Tho. 1.2.q.94.ar. 2. *Naturæ lex de his præſcribit, quæ naturaliter vel appetuntur vt bona, vel repudiantur vt mala.* Ex quorum comparatione inter ſe, idem San. Doctor tum præcepta, tum officia legis naturalis colligit. Pōt aūt, vt rem ipſam oſtēdamus exemplo, in hoīe *triplex appetitus* naturalis conſiderari, & ratione inter ſe diſtingui, cui reſpondent tres gradus legis naturæ.

Primus appetitus eſt ad *Eſſe, & viuere, & conſeruari*, ſiquidem primum bonorum naturalium eſt, *Eſſe*; & huic appetitui reſpondet primus quidam gradus legis naturæ, ſcilicet, earum propoſitionum, quæ ad iſtas perfectiones hominis tuendas ſpectāt, & ad repudianda, quæ ſunt contraria, ſcilicet illa principia communiſſima, *Bonum eſt ſectandum, Malum eſt fugiendum*, & ita ex illo appetitu communi conſeruandi ſe, ſequitur alia propoſitio legis, & appetitus naturalis, quæ dictat modum conſeruandi vitam, vt *cibus vſurpandus eſt*.

Secundus appetitus eſt in homine inquantum eſt animal, & huic etiam reſpondet ſecundus quidam gradus legis naturę, ad quem ſpectant propoſitiones circa vſum matrimonij, Nam non ſolum ineſt homini naturalis inclinatio conſeruandi ſe, ſed etiam generandi ſibi ſimile, & ſpeciem propriā conſeruandi; & ita colligi poſſunt hæ propoſitiones, quæ ad actum Matrimonij, & appetitum eius ſpectant, vt v.g. *Ei qui non eſt impeditus legitimè, & vult matrimonium contrahere, non eſt prohibendum.* Item, *Non eſt coniugibus prohibendum, quo minus iure matrimonij utantur.*

Tertius appetitus eſt in homine, quatenus eſt rationalis, qua vtiq; ratione inclinationem habet, vt vitam agat ſocialem, & conſequenter vt rectè ſe gerat tum quoad ſe, tum quoad alios, ſcilicet, quoad Deum, conſanguineos, & proximos. Et huic appetitui reſpondet gradus quidam earum propoſitionū, quæ præſcribunt aliquod bonum proprium naturę rationalis, vt ſunt præcepta religionis; *Deus eſt colendus*; *Non eſt falſo iurandum*: Item præcepta iuſtitiæ, & pietatis erga parentes, vt, *Parentes eſſe honorādos*. Ex quibus conſtat *tria eſſe legis naturalis officia*, 8 *Primum* eſt, ad ſe ipſum decenter † viuere ſecundum inclinationem naturæ inſitam ad conſeruationem ſui eſſe, in cibo, & potu. *Secundum* eſt, decenter viuere in communicando naturam ſuam alteri ad conſeruationem ſpeciei ſecundum inſitam inclinationem generandi ſibi ſimile, & ad illam educandam. *Tertium* eſt, ad Deum & ad omnem hominem iuſtè viuere, ad parentes, ad filios, ad ſuperiores, ad ęquales, ad inferiores, ſecundum inclinationem, qua quiſque appetit bonum, honeſtum, & iuſtè & rectè agere ſecūdum rationem. Vnde fit, quod ſicut ſcđm primum illum appetitū naturalem vnuſquiſq; appetit conſeruationē ſui eſſe ſubſtantialis, ita ēt ſcđm eandē inclinationem naturalemq; legem, pertinent ea oīa, quibus vita hoīs conſeruatur, & contrariū impeditur. Quo modo de iure naturali ponitur, *vim vi repellere*, Can. *Ius naturale*. d. 1. *Quia* tamen inſtinctus naturalis ī homine regulari debet ratione, ideo hoc fieri debet cum moderamine inculpatę tutelę. Non enim licet quomodocunque vitare mortem, & infirmitates, ſed debito modo. Neque licet malefactori reſiſtere iudici condemnanti eum iuſtè ad mortem. Nec licet ad mortem corporis vitandam, incurrere mortem animę, aliquod committendo peccatū. Et proinde ſolum licet ſe defendere ab inuadente iniuſtè, & hoc non repercutiendo ex liuore uindictę, ſed cum moderamine inculpatę tutelę, vt latius tradūt S. Ant. p. 1. tit. 13. c. 2. §. 3. Aſtenſis in Summa, lib. 1. tit. 29. art. 2. & li. 6. ti. 47. ar. 6. & lib. 7. tit. 3. caſu 10. Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 6. ar. 3. ad 5. Coua. in Clem. Si furioſus. p. 3. §. vnico, de homici. Alphonſ. Viual. in ſuo Candelab. par. 4. c. 4. nu. 19.

Sic etiam quamuis in homine ſit appetitus ad cōmunicationem ſui, & conſeruationem ſpeciei per Matrimonium, et commixtionem maris & feminę. Can. *ius naturale*. diſt. 1. talis tamen appetitus ratione moderari debet, ita vt non ad quamcunque feminam, ſed ad legitimè ſibi coniunctam accedat, alias enim fornicando, vel adulterando contra legē naturalem, multoque magis vitium nefandum cōmittendo, peccaret, vt conſtat Ro. 1. Similiter non nutrire filios tam corporaliter, quàm ſpiritualiter moribus informando, contra legem naturalē eſt, cū etiam bruta corporalem filijs pręſtēt cibum. Et deniq; ad appetitum, & legem naturalem tertio modo dictam pertinent ea, quę ad huiuſmodi inclinationem ſpectāt, vt quod *quiete uiuat cum illis, quibus cum conuerſatur*, quod *ignorantiam uitet*; quod *depoſitum, & commodatum reddat, cum ab eo repetitur*. Can. *Ius naturale*. d. 1. quod *inferiores obediāt ſuperioribus*. Ro. 13. & Hebr. 13. quo etiam pertinent ea, quę in Decalogo pręcipiuntur, vel prohibentur.

9 Sunt autem ſicut legis æternæ, ſic etiam legis naturalis multæ proprietates; quarum *vna* eſt, quod lex naturalis eſt de omnibus actibus virtutum, & cōtra omnia vitia; hoc eſt *omnes actus uirtutum ſunt ſecundum legem naturalem, & omnia peccata contra illam. Ratio eſt:* quia virtus aliud nō eſt, quam habitus operatiuus ſecundum rectam rationem, ſeu actio ſecundum rationem, econtra peccatum eſt deuiatio a regula rectæ rationis. Vnde virtutes omnes ſecundum hanc communem rationem, ſcilicet, quatenus cum ratione congruunt, atque adeo vt ſunt bonum quoddam honeſtum, & conſentaneum rationi, de lege naturæ ſunt, *Econtra* autem peccata in vniuerſum ſunt contra rationem, atque adeo cōtra legem naturæ, vnde S. Auguſt. li. 12. ciuit. c. 1. ait, *omne uitium naturale nocet, ac per hoc contra naturam eſt.* & Damaſ. lib. 2. de fide Orthod. c. 30. ait, *homines fieri malos declinando in id, quod contra naturam eſt.* & lib. 3. de lib. arbi. c. 18. *Ideo* (inquit S. Auguſt.) *uitium eſt, quia contra naturam eſt*, de qua re legi poſſunt S. Th. 1.2. q. 71. ar. 2. & q. 94. ar. 3. Sotus lib. 1. de nat. & gratia. c. 3. & li. 1. de iuſt. q. 4. artic. 3. Franc. Victoria, relect. de homicidio. nu. 2. & deinceps. Grego. de Valentia to. 2. diſput. 7. q. 4. puncto 4. & Gabriel Vaſquez in 1.2. to. 1. diſp. 90. c. 2.

10 *Altera* proprietas eſt, Quod lex Naturalis ſit vna & eadem in omnibus hominibus, & omni tempore, vt tradit S. Tho. 1.2. quæſt. 94. artic. 4. Hoc autē ſenſu lex naturalis dicitur vna, quia omnia principia legis naturalis fundantur, & innituntur huic principio communiſſimo, *Bonum eſt proſequendum, & malum uitandum*, quod principium fundatur ſuper rationem boni, quæ eſt aliquo modo una. Sic etiam eadem eſt apud omnes quantum ad principia prima communia, & ſecundum rectitudinem & ſecundum notitiam, ſicut in iſtis principijs, *Omne malum eſt fugiendum, iuſtitia eſt ſeruāda, uirtutes ſunt æmulandæ, & contraria fugienda, Deo eſt obediendum, nullum illicitum eſt admittendum*, & ſimilia; talia namque principia, quæ dicuntur lex naturalis, ab omnibus æqualiter cognoſcuntur, & acceptantur; omnes enim cognoſcūt, & fatentur, quod ſecundū rectam rationem agendum eſt; & ideo hæc legis naturalis communia præcepta, & principia omnibus hominibus nota ſunt, & ſemper in omni tempore, & euētu recta ſunt, & iuſta. *Quantum* autem ad principia propria & particularia, quæ ſunt quaſi concluſiones ex his communibus principijs deductæ, quāuis ut plurimum eadem ſint apud omnes & recta, & iuſta, aliquando tamen propter particularia impedimenta, & circumſtantias particulares quæ in actionibus particularibus humanis inſunt, deficere poſſunt, ſicut & naturæ generabiles aliquando deficiunt propter impedimenta. Vt uerbi gratia. Ex hoc communi principio, *quod agendum eſt ſecundum rationem*, uel *quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris*, ſtatim ſequitur, *Ergo alienum non eſt accipiendum, neque detinendum inuito Domino*; ex qua concluſione ſtatim ſequitur, Ergo, *Depoſitum cum primum petetur, reddendum eſt*, quod ut plurimum rectum eſt & iuſtum, deficit tamen deficiente petitionis opportunitate, ac rectitudine. Vnde ſi Dominus depoſiti gladij furore correptus, illū repetit, uel ut ſeipſum occidat, uel alium, aut in Rei publicæ damnum, ex mutatione talis circumſtantię bonū non eſt, immo contra rationem eſt, quod depoſitus gladius reddatur, & ita quod uidetur ex una parte deficere a lege naturali, ex alia parte incidit in legem naturalem, *Nam* ſicut lex naturę pręcipit, quod reddantur depoſita, ita præcipit quod non reddantur depoſita in perniciem propriam, uel in damnum proximi, uel Reipublicę. Sicut etiam reddendum non eſt, quando deponens rem & dominus rei ſimul petant rem, tunc enim potius reſtitui debet domino, cum ſcitur, ex S. Anton. p. 1. tit. 13. c. 2. §. *vltimo.* in fine, ubi affert hunc caſum ſimul cum alio caſu ſuperiori, quem etiam ad hoc propoſitum probandum afferunt S. Tho. 1.2. q. 94. ar. 4. in corpore, & Bart. Med. ibidem. S. Ant. ubi ſupra, & cap. 1. §. 2. eod. tit. 13. & Adria. Quodlib. 3. artic. 2. litera O. Sylueſt. uerb. lex, q. 3. §. *Quintum*. Tabiena eod. q. 3. Sotus lib. 1. de iuſt. q. 4. ar. 4. Greg. de Val. to. 2. diſp. 7. q. 4. pun. 3. & habetur in Can. *Ne quis*. 22. q. 2. *Pari modo*, ex illo principio, *In pace ac tranquillitate hominibus uiuendum eſt*, quod cunctis tanquam per ſe bonum notiſſimum eſt, infertur, Ergo *abſtinendum eſt ab armorum ſtrepitu*, deficit tamen quando aut hoſtis Rempublicam inuadit, aut alias hæretici è regno expelli nequeant. Similiter ex illo communi principio, *Nulli facienda eſt iniuria*, ſtatim infertur, non eſſe adulterandum, qui enim adulteratur facit alteri iniuriam.

11 *Tertia* eſt, quod lex naturalis ſit immutabilis, unde diſt. 5. initio dicitur, *Ius naturale non uariatur tempore, ſed immutabile ſemper permanet.* Quamuis enim ex eo quod per legem diuinam, & humanam, multa legi naturę ad hominum uitam, & ſalutem neceſſaria addita ſunt, quo ſenſu quodammodo mutari dicitur, ut uerbi gratia, cum facta eſt rerū, & dominiorum diuiſio per legem humanam, quodam modo, & impropriè lex naturę mutari dicitur, eo quod cum antea communis poſſeſſio rerum eſſet de lege naturę negatiuè, (ideſt, quę lege naturę preſcripta, & diuiſa non erant) diſpoſitione legis humanę diuiſa ſunt, ut ſcilicet, unuſquiſque habeat proprium, quod alius abſque ipſius uoluntate uſurpare non poteſt, nihilominus tamen lex naturę rectè immutabilis dicitur, tum *Primo*, quia quoad illa ſua prima, & communia principia penitus immutabilis eſt, nec ullo in caſu deficiunt, ſed ſemper obligant; tum *Secundo*, quia quo ad eadem communia principia, ita permanet naturalis lex, ut nulla ratione a cordibus hominum deleri poſſit, ſiquidem experientia compertum eſt, omnes, qui ratione utuntur, cognoſcere, & approbare illa principia communia, *Bonum eſt faciendum, malum uitandum.* unde S. Auguſt. lib. 2. Confeſſ. capite 4. de hac lege naturali, & Synderesi loquens, ait: *Lex tua* (ideſt, naturalis) *ſcripta eſt in cordibus hominum, quam nec ulla quidem delet iniquitas.* Immo etiam (quoad ſecundaria principia primis proxima, quę, ut diximus, ſunt tanquam concluſiones quędam ex primis deductę,) non mutatur, quin ut in plurimum ſit rectum quod ſecundum eam eſt; Poteſt tamen in aliquo particulari caſu, & quoad aliquem hominem *in particulari caſu* mutari, propter aliquas circumſtantias, & cauſas impedientes talium pręceptorum obſeruantiam, quāmuis propriè loquendo mutatio talis non tam in lege fit, quam in rebus ipſis, ueritas namque illius generalis pręcepti, *Depoſitum red-*

dendum eſt petenti, non mutatur, niſi mutatis rebus, ex quarum mutatione contraria naſcitur veritas. Si enim qui gladium depoſuit apud aliquem, poſtea factus inſanus illum repetat, non debet reddi, nè male vtatur. Sic etiam lex hæc: *Eſus carnium vinique potus ſalubris eſt hominibus*, & tamen in particulari caſu fieri poteſt, vt ſalubris non ſit; Nam homini febri laborãti nociuus eſt. *Quo* etiam modo fieri poteſt vt quoad hæc præcepta particularia & ſecundaria lex naturalis e cordibus hominum deleatur, quatenus ob prauum affectum & conſuetudinem peſſimam, poſſint aliqui ſibi perſuadere contraria his quę ſunt ſecundum legem naturæ, ita vt principia illa communia non rectè applicent actionibus ſuis particularibus, eo quod ratio a concupiſcentia, vel paſſione impediatur. *Qua de cauſa* quidam non reputabant latrocinium peccatum eſſe, vt de Germanis olim refert Iulius Cæſar lib. 6. Comment. de bello Gallico. & apud Theodoretum lib. 9. de curandis affectionibus Græcorum, legimus per leges Lycurgi licitũ fuiſſe *Pueros adamare, itemque uiros ex alienis uxoribus, feminas autem ex alienis maritis ſibi filios comparare*. Et per leges Perſarum, *matrum, ſororum, filiarumque connubijs ſuſque deque commiſceri*, & per leges Tibarenorum, *ſeniores ab altiſſimis rupibus præcipites dare*: & per leges Scytharum, *vna cum mortuis hominibus viuos infodere, quos olim viuentes illi dilexerant*: Et per leges Platonis, *mares & feminas mutuo aſpectu nudorum corporum ad impudentiam ſeſe excitare: Itemque omnium virorum communes eſſe vxores, nulli uero propriam ſub eodem tecto incolere, filios item omnibus omnes communes eſſe, ita ut neque pater ſciat, quem ex ſe filium progenuerit, neque item filius, ex quo natus ſit patre*. quæ omnia contra legem naturæ eſſe manifeſtum eſt. Immo etiam aliqui vitia contra naturam, non vt peccata fugiebant, vt teſtis eſt Apoſtolus Rom. 1. De qua re legendi ſunt S. Thom. 1. 2. quæſt. 94. artic. 4. & 5. & 6. S. Anton. part. 1. titu. 11. cap. 1. §. 2. Syluest. verb. lex quæſt. 3. verſic. 4. & Tabiena verb. eodem. quæſt. 3. Sotus li. 1. de iuſtitia & iure. quæſt. 4. art. 4. & art. 5. Barthol. Medina. 1. 2. quæſt. 94. art. 4. & 6. Alphonſus a Caſtro lib. 2. de poteſt. leg. pęnalis. ca. 15. *ante medium*, qui alia vitia contra legem naturæ permiſſa tanquam licita adducit; & Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 7. q. 4. puncto 1. & puncto 5. & alij. Ex quibus conſtat, qualiter intelligendus ſit Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 7. cum dicat, *Ius naturale eſſe immutabile, ſicuti ignis ubique urit*, quod de primis principijs intelligit, de concluſionibus autem ſubdit, *poſſe mutari, non tamẽ apud Deos, qui immutabiles ſunt ſed apud nos, qui mutari poſſumus*.

12 *Quarta eſt* Lex † naturalis eſt *indiſpenſabilis*. Id quod certum eſt apud omnes, cum enim lex naturæ ſuperior ſit, ad eam poteſtas humana etiam pontificia non extenditur, immo lex naturæ potius hominibus magiſtratum gerentibus proponitur tanquam certa & immota regula, ad quam omnem vſum auctoritatis eorum accommodare debent, & in eis, quæ ad communitatis bonum, & in eis, quæ ad particularium vtilitatem ſpectant, quam vt circa illam aliquid immutare poſſint, liberando aliquẽ ab eius obligatione. *Poſſunt* quidem ex epikeia declarare caſum aliquem non eſſe in lege comprehenſum, (quod iudiciũ etiam ad priuatas perſonas ſpectat) vt v. g. ſi quis furioſus petat gladiũ, quem apud alterum depoſuit, conſtat alterum euidenter declarare & iudicare poſſe, ſe non teneri ex lege naturæ, in tali caſu depoſitum gladium reddere, quoniam lex naturæ non obligat niſi cum poteſt rectè adimpleri, at vero in caſu aliquo, quo ex lege naturæ reddere tenetur, diſpenſare minime poteſt humana poteſtas, quo minus ad depoſitum reddendum teneatur. *Itaque* merito Didac. Couar. in Epitome libri 4. Decret. par. 2. cap. 6. §. 9. num. 3. & 4. reprehendit Panormi. in c. fin. de conſtitut. dicentem *ius naturale tolli poſſe*, quòd omnino falſum eſſe oſtendit, tum Ciceronis in lib. 3. de Repub. tum Plutarchi in Solone, tum Lact. Firmiani lib. 6. de vero cultu Dei; c. 8. auctoritate. Et *communis* Doctorum opinio eſt, ſuper præceptis Decalogi ab homine diſpenſari non poſſe, quia ſunt legis naturæ, ex S. Thoma 1. 2. qu. 190. art: 8. Caietano & Medina ibidem, Soto lib. 2. de iuſt. q. 3. artic. 8. Grego. de Valentia to. 2. diſp. 7. q. 4. pun. 6. vnde ſequitur optima regula ad multos caſus ſoluendos, ſcilicet, quod quoties aliquid ad legem naturalem ſpectat, non ſit petẽda diſpenſatio, vt v. g. in reſtitutione, quæ nulla diſpenſatione tolli poteſt. *Similiter* Iudæus baptizatus, ſic *contraxit* vſuram ante baptiſmum, tenetur ijs, a quibus accepit, reſtituere, nec ei diſpenſatio aliqua prodeſt, & ita de ſimilibus iudicandum erit. *Et de lege naturæ* hæc ſint ſatis, de lege humana, & diuina, quia in ſequentibus de ijs latius agetur, nihil in præſentiarum dicimus.

13 *Quantum* autem † ad legum efficacitatẽ attinet, quod ſecundo loco a nobis in hoc capite explicandum ſuſcepimus, breuiter ſciendum eſt, duos eſſe potiſſimum omnium legum effectus; *Vnus eſt*, facere homines bonos, quantum in ipſis eſt, vt docent S. Thomas 1. 2. q. 92. art. 1. Caietan. & Medina ibidẽ, Sotus lib. 1. de iuſt. q. 2. ar. 1. S. Anton. part. 1. tit. 11. cap. 2. §. 3. Sebaſt. Medices in repeti. capit. *Erit*. diſt. 4. num. 2. & 5. Greg. de Valentia tom. 2 diſp. 7. q. 2. pun. 2. Alph. Viuald. in Candel. aureo par. 4. capi. 1. num. 28. Pet. Cenedus in Collect. ad ius Canon. collect. 1. num. 3. *Ratio eſt*: Quia lex aliud non eſt, quã dictamen rationis in præſidente, quo ſubditi gubernantur, virtus autem ſubditi eſt, vt benè ſubdatur ei, a quo regitur, & gubernatur, lib. 1. Polit. cap. vltimo, ſicut virtus iraſcibilis, & concupiſcibilis in hoc conſiſtit, quod obediant rationi: Ad hoc autem ordinatur lex vt obediatur ei a ſubditis. Cum igitur virtus ſit, quæ facit bonum habentem, conſequenter legis effectus erit homines ſibi ſubditos facere bonos; bonos, inquam, non quomodocunque ſed ea bonitate, quæ ſuo fini conuenit. Vnde lex ciuilis intendit ciues bonos facere bonitate politica, hoc eſt, vt rectè, & pacificè inter ſe viuant, hic enim ciuilis poteſtatis finis eſt, lex autem diuina, cum finẽ ſupernaturalem reſpiciat, conſequenter hoc vnum legibus ſuis intendit, vt ſibi ſubditos ducat & dirigat in finem ſupernaturalem, qui in Dei viſione, & amore conſiſtit.

Alter effectus legum eſt *obligatio*, quia ſcilicet aſtringuntur ij, ad quos lex pertinet, ad eius obſeruationem. Eſt autem obligatio hæc, quod attinet ad noſtrũ inſtitutum, duplex: *Vna* eſt obligatio ſub peccato, ſeu (vt dicitur) in foro conſcientię, obligare autem legem ſub peccato, ſeu in foro conſcientiæ eſt,ſic aliquid p̃ſcribere, vt neceſſe ſit id exequi ad beatitudinem conſequendam ſupernaturalem, vel omninò (vt conſtat in ijs legibus, quæ ſub mortali obſignant) vel certè ſine mora poſt mortem; vt patet in ijs legibus, quæ ſolum obligant ſub peccato veniali. *Altera* eſt obligatio ſub aliqua pęna, vel pœnæ reatu, ſeu in foro (vt dicitur) externo. Legem autem hoc modo obligare, eſt, eam præſcribere aliquid neceſſario vitandum, aut faciēdum, alias incidet in pœnam a lege præſcriptam, vnde eſt illud S. Hieronymi lib. 1. contra Iouin. *Quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet.* & poſt; ad Roman. 13. ex propoſito metu pœnarum hortatur ad obedientiam legib. & ſuperioribus præſtandam.

Hinc conſtat qualiter intelligi debeat, quod Doctores communiter ex Philoſopho lib. 10. Ethic. ca. 9. aſſerunt, omnem legem duplicem vim habere, *Directiuam* ſcilicet, & *Coactiuam.* Directiua eſt, quæ oſtendit quid faciendum, quidue fugiendum, & obligat ſubditos in cõſcientia, etiamſi nullus adſit, qui ſupplicia inferat. Coactiua vis eſt per illationem pœnarum, & vtraque neceſſaria eſt generi humano. Nam

Oderunt peccare boni uirtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Id quod optimè ſignificatur Deuter. 33. vbi legitur, quod lex diuina ignea ſit: *Nam* ſicut in igne eſt claritas, & virtus comburendi, ſic ſanè in lege eſt lex illuminans ad dirigendum, & virtus ad mouendum, & coercendum. Etenim cum lex propriè ferri non poſſit niſi ab habente publicam auctoritatem, ferri autem debet ad cõmune bonum, neceſſarium omnino fuit vtramque vim legi ineſſe, vt ſcilicet ſubditos dirigeret in ordine ad hoc bonum, atque adeo poſſet inobedientes punire, vt ſaltem hac ratione eos ad legis executionem efficaciter mouere poſſet. Vnde in can. *factæ ſunt.* diſt. 4. dicitur, *Factæ ſunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, et in ſeipſis improbis formidato ſupplicio irefrænetur audacia, et nocendi facultas*, & hoc ipſum docent S. Tho. 1. 2. q. 92. ar. 2. & eius loci interpretes, & alij, quos ſuperius enumerauimus.

De lege humana ſecundum ſe conſiderata.
Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter lex humana in uniuerſum definiri, aut deſcribi poſſit, eiuſque definitionis explicatio,*
2 *An, et quare præter legem naturalem neceſſariæ ſint leges humanę.*
3 *An conducibilius et utilius ſit Reipub. gubernari bonis legib. quã ab optimo Principe, ſine legũ poſitione*
4 *Qualis debeat eſſe lex, ut ſubditos obliget, et iuſta ac recta cenſeatur, et utilis communitati.*
5 *An lex humana cuncta uitia prohibere uel omnium uirtutum actus præcipere poſſit.*
6 *Lex iuſta quæ, ſecũdum Iſidorum, eiuſdẽq; explicatio.*
Ad debitam legis diſciplinam quæ circumſtantiæ requirantur. ibid.
7 *Qualiter lex humana diuidi poſſit, et ſoleat.*
Lex humana diuiditur in Ius Gẽtium, & ius Ciuile n. eo.
8 *In ordine ad bonum commune lex humana diuiditur in Ius Sacerdotum, Ius Principum, Ius Militare; ſiue communius in Ius Eccleſiaſticũ, et Ius ſeculare.*
9 *Qua ratione diuidatur lex in Conſtitutiones, Principum Senatuſconſulta, Ius Prætorum, et Plebiſcita.*

HActenus de lege in communi, eiuſque diuiſione, & efficacia, necnon de lege æterna, & Naturali dictum eſt, vnde rectus ordo poſtulat vt de lege humana breuiter diſſeramus. Quam vt melius explicemus, dubia quædam proponemus, ex quorum ſolutione facile ea omnia intelligētur, quę de hac re aut tractari ſolent, aut confeſſarium, vel pœnitentem ſcire vtile, & neceſſarium ſit.

PRIMVM DVBIVM ſit, Qualiter lex humana in vniuerſum definiri, aut deſcribi poſſit.

Reſpondeo ex dictis de definitione legis in communi, & ex S. Thoma. 1. 2. q. 91. arti. 3. & quæſt. 94. artic. 1. & Iſidoro lib. 5. Etymolog. cap. 4. & Greg. de Valentia tomo 2. diſ. 7. q. 5. pun. 1 *quod Lex humana*, (prout diſtinguitur ab *Æterna*, Naturali, & Diuina) *eſt rectũ iudicium rationis conueniens legi Naturali, et æternæ per diſcurſum aliquem probabilem ab habente auctoritatem ſancitum, præſcribens aliquid a ſubditis ſeruandum.* Cuius partes manifeſtæ ſunt ex dictis: Dicitur enim *rectum iudicium rationis*, quia *Ratio eſt* regula actuum humanorum. lex autem, vt talis regula ſit, recta eſſe debet, vnde S. Auguſt. lib. 1. de lib. arb. c. 5. ait: *Mihi lex eſſe non uidetur, quæ iuſta non fuerit.* Dicitur, *Conueniens legi naturali, et æternæ*: quia lex omnis humana, ſi recta ſit, deriuatur, & pendet a regula rationis, regula autem rationis eſt lex naturæ, cui conſequens eſt omnem legem humanam intantum legis rationem participare, inquantum conueniens eſt legi naturæ, & S. Auguſtinus li. 1. de lib. cap. 6. ait, *In lege temporali* (ideſt humana) *mihi eſſe iuſtum, atque legitimum, quod non ex æterna ſibi homines deriuauerint.* Additur. *Per diſcurſum aliquem probabilem ſancitum*, vt enim optimè docet S. Thom. 1. 2. quæſt. 95. art. 2. leges humanæ dupliciter a lege naturali deriuantur: Quædam namque deriuantur ex primis principijs per conſequentiam euidentem, & neceſſariam veluti ex illo principio communi: *Nulli malum eſt faciendum*, euidenter deducitur; *Ergo* non eſt occidendum. Item ex illo principio, *Malefactores ſunt puniendi*, infertur neceſſario; *Ergo* latrones ſunt puniendi, quæ concluſiones, & conſequentiæ de lege naturali ſũt, vtpote, ex ea neceſſariò & euidenter deductæ. Aliæ vero deriuantur quidem ex lege naturali, quia determinant in particulari præcepta naturæ communia, non tamen euidenter aut neceſſariò, ſed ratione ſolum probabili deducuntur, & tales ſunt de lege humana; vt verbi gratia præcipit lex naturæ malefactores eſſe puniendos, ſed tamen quo genere ſupplicij nõ determinat, ſed illud lex humana definit, Quamuis enim ex eo principio, Malefactores ſunt puniendi, euidenter ſequitur, ergo latrones ſunt puniendi, non tamen ſequitur, Malefactores ſunt puniendi; Ergo latrones ſunt ſuſpendendi, hæretici ſunt comburendi, ſequitur tamen ratione probabili ſecundum hominum prudentiam, quoniam non apparet ſecunduu prudentiam hominum, aliud genus ſupplicij huiuſmodi flagitijs conuenientius infligi poſſe. Lex igitur humana præcipuè in hoc verſatur,quod determinat præcepta naturæ cōmunia, habet enim legiſlator humanus ſe tanquam artifex, quia ſicut artifex formam domus in communi conceptam ad particulares fabricas, & formas applicat pro ſua voluntate;ita lex humana communia naturę pręcepta ad particulares concluſiones accommodat,prout recta ratio, & humana prudentia vtile ac neceſſarium eſſe bono communi iudicat.

Dicitur, *Ab habente auctoritatem*,quandoquidem vt c.1.dictum eſt,lex non a quocumque, ſed ab eo ſolum,qui publicam curam communitatis gerit, ſtatui,& ferri poteſt. Additur denique, *preſcribens aliquid a ſubditis faciendum,aut vitandum*,hæc enim virtus legis eſt eos, quos comprehendit, ad eius obſeruantiam conſtringere. Quæ omnia manifeſta ſunt ex ijs quæ de legis definitione in communi diximus.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt,An,& quare † p̄ter legem naturalem,neceſſarię ſint leges humanę? Omiſſis hæreticorum ſententijs,qui negant leges humanas vtiles eſſe, aut neceſſarias , affirmantes non minus impiè, quam imperitè Chriſtum Dominum deobligare Chriſtianos a legum humanarum obſeruatione, Reſpondeo varijs ex cauſis, & iuſtis vtile ac neceſſarium fuiſſe, vt leges aliquę humanæ conderentur. *Vna eſt*,vt hac ratione ſaltem formidine pœnæ,qui legi obedire nolunt,a maleficijs retrahātur. Sunt enim quidam ad malum faciles,& procliues,ad bonum vero duri,& proterui, qui ſcilicet honeſti gratia , & uerbis ad uirtutem de facili adduci non poſſunt,quos neceſſe fuit metu,& ui a malo cohibere,ut ſaltem ſic male facere deſiſtentes,& aliis uitam quietam redderent,& ipſi tandem per huiuſmodi aſſuetudinem ad hoc perducerentur, ut uoluntariè facerent quę prius metu implebant, & ſic boni, & ſtudioſi fierent. Et quamuis lex naturalis ſecum afferat pœnam quandam in tranſgreſſores legis,ſcilicet,conſcientiæ uermen,dicente Apoſtolo Rom. 2. *Cogitationibus ſe inuicem accuſantibus*, & expreſsè docet S.Auguſtinus lib.1.confeſſ.cap. *Iuſſiſti Domine,et ſic eſt,vt omnis animus inordinatus pœna ſit ſibi.* hęc tamen naturalis pœna, ut experientia conſtat, non ſufficit ad homines a malo reuocandos. Quam cauſam aſſignat Iſid.ut habetur in can. *factæ ſunt autem*,diſt.4. *Factæ*,inquit, *ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia , tutaque ſit inter improbos innocentia,et in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur audacia,et nocendi facultas. Altera eſt*; ut ſic homines melius,& facilius tenderent ad uirtutem. Siquidem magna pars hominum præſertim iuuenū metu indiget, ut a noxijs uoluptatibus abſtrahatur, quę ſunt præcipuū uirtutis impedimentū,quo ſublato, facile homines incipiunt ipſam uirtutem per ſe diligere,& colere. Deinde,quia in ijs,quorum rectitudo dictamine legis naturalis euidenter non conſtat,certius iudicat humana lex,quid uirtuti conſentaneum ſit,unde ſit,ut illi,qui ſecūdum legem agūt, certius poſſint uirtutis perfectionem adipiſci . Vt enim omnes ex Philoſophi ſententia libro 2. Ethicor.cap.6.docent, id eſt medium, ſeu uirtutis obiectum, quod a prudentibus conſtituitur, atque adeo etiam a legiſlatoribus.

Tertia eſt , Quia ordo diuinæ ſapientię requirit, ut inferiora a ſuperioribus regantur per medias & ſecundas cauſas , atque ideo hac ratione præter legem naturalem datam à Deo , alię autem leges ab homine dari debuerunt .

Quarta eſt,Quia cum homo diſcurſiuus ſit,nō debuit regi a Deo,ut animantia irrationalia per uirtutes tantum naturaliter ſibi impreſſas,ſed conueniēs omninò fuit,ut etiam per diſcurſum ea inueniret, quæ ſibi ad rectè uiuendum conueniunt,quales ſunt leges iuſtæ ab homine inſtitutæ,ut diximus.

Quinta eſt,Quia non poterant omnia ad benè uiuendum neceſſaria,maximè poſt naturā corruptam tam, benè lege naturali definiri;Siquidem lex naturalis una eſt,& immutabilis, & omnibus cōmunis; actiones uero humanæ circa multa particularia uerſantur,in quibus neceſſarium eſt, uarias mutationes ratione hominum,temporum,& locorum reperiri: *Quam* igitur neceſſarium eſt,tranquillam eſſe Rempublicam,& homines ad uirtutis perfectionem peruenire,rectè ac conuenienter ſecundum ſtatum,& conſtitutionem eorum inſtrui ac gubernari, tātum eſt in humanis legibus emolumentum. Hominem autem uirtute informari maximè utile ac neceſſarium eſt:nam ut inquit Philoſophus lib.1.Polit.ca. 2. *Sicut homo,ſi uirtutis perfectionem ſuſcipiet, optimū eſt cunctorum animalium,ita etiam a iuſtitia,et uirtute alienus,animal eſt omnium peſſimum , et immaniſſimū, et ad libidinem* inquit , *cibationemque deterrimum*. Quoniam eſt in utramque partem ſolertia rationis inſtructus,& armatus,in qua multo plus eſt uirium, quam in ulla uel ſagacitate , uel fortitudine brutorum . De qua re legi poſſunt Plato lib.4. de legibus. Ariſt.lib.10.Ethic.c.9.S. Auguſt.epiſt.50.& 54.Iſidor.lib.5.Etymolog.c.21.S.Tho.1.2.q.95.ar.1.Caiet.& Medina ibidem.S.Anton.p.1.tit.17.c.unico. §.1.& 2.Sotus lib.1.de iuſtit. & iure q.5. Gregorius de Valentia to.2.diſp.7.q.5.puncto 3.Sebaſt.Medices repetit.in can. *Erit*, num.4.d.4.|Alphonſus Viuald.in Candelabro aureo.p.4.c.8.nu.41.& Summiſtæ communiter in uerbo, Lex.

TERTIVM DVBIVM EST, An conducibilius, & utilius ſit Reipublicę gubernari bonis legibus, quam ab optimo Principe, ſine aliqua legum poſitione? *Ratio difficultatis* propoſitę eſt,quia leges nō poſſunt reſpicere particularia,& pręſentia,ſed ea ſolum,quę futura ſunt,& ut plurimum cōtingūt,cum tamen uir bonus,& prudens ſingulas rerum circumſtantias conſiderare poſſit,& ſoleat. Qua de cauſa conſultius ad corporis ſalutem apparet, ut Medicus prudentia ſua, quam literarum præſcriptis alligatus ęgroto medeatur. *Nam* multo melius particulares morbi circumſtantias conſiderare poteſt. *Deinde* quia iudex eſt tanquam *lex animata, lex autem inanimata*; melius autem eſt gubernari a iuſtitia , & lege animata,quam a ſolis legibus, quę ſunt tanquā iuſtitia mortua. *Ceterum* communis Doctorum ſententia eſt,melius eſſe a legibus bonis , quam a bono Principe,aut Magiſtratu gubernari. Sic Ariſt.lib.1. Rhetoricorum ad Theodocten.c.1. & lib.5.Ethic. cap.6.& lib.3.Politic.c.11.& 12. S. Tho.1.2.q.95. ar.1. *ad ſecundum*.Barth.Medina ibidem.S.Ant.parte 1.ti.17.cap.unico,§.2.Alph.a Caſtro lib.1.de poteſt.leg.pœnal.cap.6.non longe ab initio. Sotus li. 1.de iuſt.& iure.q.5.ar.1.in reſponſione ad 4.Greg. de Valentia tom.2.diſpu.7.queſt. 5. puncto 3. & alij . *Ratio eſt*: tum quia facilius inueniuntur pauci boni, & ſapientes, a quibus conduntur leges, quam multi iudices prudentes, & boni ad gubernandum, cum tamen eſſent multi neceſſarij tales, ſi abſque legibus Reſpublica arbitrio iudicum perpetuò gubernanda eſſet. Tum quia leges conduntur a multis poſt longam, & maturam deliberationem conſideratis temporum, locorum, & perſonarum circumſtantijs, iudicia vero breuiſſimè cogitantur, & ideo facilius hic, quam illic error contingere poteſt. Tū quia leges definiunt quid faciendum, aut uitandum ſit, ſecluſa omni paſſione, ſiquidem ſtatuunt in genere, & in futurum; Princeps vero, cum homo mortalis ſit, ſæpenumero perturbatur paſſionibus, quæ facile a recto deflectunt. Quo fit, ut lex ſit tanquam regula quædam inflexibilis, imiteturque magis rationem diuinæ prouidentiæ, quæ eſt etiam inflexibilis a recto. Vnde non ſolum melius eſt regi legibus, quam bono Prencipe, ſed etiam vtilius multo eſt, vt quam pauciſſima arbitrio Principis committantur, & omnia quęcumque poſſibile eſt legibus determinentur. Quas omnes rationes eleganter, & doctè expreſſit Ariſt. li. 1. Rhetoric. c. 1. ſic inquiēs; *Maximè igitur conuenit, ut quæ rectæ poſitæ ſunt leges, cuncta ipſæ explicent, quæ explicari queant, & quam minima iudicibus relinquant. Primum, quia unum; aut paucos prudētes, qui leges ferre, aut iudicare poſſint, facilius eſt inuenire, quam multos. Deinde, quoniam longi temporis conſideratione leges feruntur, iudicia breuiſſimè conficiuntur, difficile eſt, ut bene a iudicibus iuſtum, & conducibile diſtribuatur. Illud autem omnium maximum eſt, quod legiſlatoris iudicium non de ſingulis, nec de præſentibus, ſed de uniuerſalibus, & de futuris eſt. Senator uerò, et iudex de præſentibus iā determinatiſq; iudicant. Vnde fit, ut cum ament, et oderint, ſua quoque utilitas connexa ſit, non ſatis queant ueritatem perſpicere, ſed propria uel uoluptas, uel dolor, iudicia ſua obumbret. Quare minimam ceterarum rerum poteſtatem iudici tribuēdam dicimus; factum uero eſſe, aut non factum, & fore, aut non fore, eſſe quoque uel non eſſe, hæc omnia cum non poſſit lator legis prouidere, iudicibus relinquenda neceſſario ſunt*. Hactenus Ariſtoteles: qui ſubtiliſſimis, atque euidentiſſimis rationibus motus, docet minimum eſſe iudicis arbitrio relinquendū, ſed quoad fieri poterit, omnia eſſe legibus determinanda.

Quamuis igitur in aliquo caſu neceſſeria ſit iudicis prudentia pręter leges, immò uero utrumque neceſſarium eſt, ſcilicet, ut bonus uir ſequatur bonas leges, & ut leges bonę bene a bono, & prudenti principe applicentur, ſimpliciter tamen, & in uniuerſū vtilius eſt Reipublicę bonis legibus quā bono ſolum Principe gubernari, habita pręſertim ratione naturę, & conditionis humanę. Quoad de Medicis dictū eſt, reſponderi poteſt cum Soto vbi ſupra, aliam rationem eſſe in Medicis, quam in iudicibus, quando quidem Medicis non tam crebro accidere poteſt, vt corruptum habeant animum ad necandum infirmum, quā iudicibus ad ſententiam ferendum, uel in unius partis fauorem, uel in perniciem alterius. Et ideo periculoſius eſt Iudicis arbitratui iudicia permittere, quam medici, ubi autem in ſuſpicionem ueniret medicus, quod precio corruptus, uel odio, ſaluti infirmi inſidietur, obſeruandum diligenter erit, ne medicus ſuam potius opinionem, & prudētiam, quam artis regulas, & pręſcripta ſequatur.

4 *Quartum dubium eſt*: Qualis † debeat eſſe lex, ut ſubditos obliget, & iuſta, & recta cenſeatur, & vtilis Reipublicæ, & communitati. Cum enim ſupra oſtenſum ſit vtilius eſſe, & conducibilius humanę ſocietati bonis legibus, quam ſolis bonis Principibus regi, & gubernari, inquirendum eſt, quid neceſſarium ſit ad legem vndequaque rectam, & perfectam. Reſpondeo multa eſſe neceſſaria ad ferendam legem.

Primo enim lex iuſta eſſe debet, lex enim iniuſta nec obligat, nec ferenda, aut ſeruanda eſt: Ad hoc autem, vt ſit iuſta, variæ conditiones ſunt neceſſariæ

Vna eſt ex parte agentis, ſcilicet, vt feratur ab habente auctoritatem, & ita, ut non extendatur ad ea, quæ ferentis poteſtatem excedunt, unde Lex Ciuilis; ſeu Magiſtratus ciuilis de rebus eccleſiaſticis leges ferre non poteſt.

Secumda eſt ex parte materiæ, nam res præcepta talis eſſe debet, quæ aut in ſe bona ſit, aut ſi indifferens ex ſe ſit, accedente tamen præcepto in materia aliqua neceſſaria conſtituitur, ita ut ſubditos obliget; ſiquidem lege non ſolum præcipi poſſunt ea, quæ ex genere ſuo ſunt bona, verum etiam ea, quæ per legem virtutum loco conſtituuntur, neque ſolum vetantur ea, quæ ex genere ſuo ſunt mala, ſed etiam quæ per legis prohibitionem efficiuntur mala. Hinc enim illa celebris diſtinctio orta eſt; *Alia ſunt prohibita, quia mala: Alia uero mala quia prohibita*. Diem enim, v. g. alicui ſancto feſtiuiter dicare, quem prius feriari indifferens erat, ſola lege religionis fit virtus. Et armatos noctu ciues obambulare, quod prius erat indifferens, legis prohibitione fit vitium. Quod ſi aliquid contra legem diuinam lex humana præciperet, tunc quidem iniuſta eſſet, minimeque ſeruanda; ut ſi lex pręciperet ſanctos nō eſſe colendos, crucem non eſſe adorandam, fornicādum eſſe, vel quid ſimile, vnde Act. 4. dicitur; *Obedire oportet, magis Deo quam hominibus*.

5 Quod ſi quæras, An lex humana cuncta vitia prohibere, uel omnium uirtutum actus præcipere poſſit? Reſpondetur cum S. Th. 1. 2. q. 97. art. 2. & 3. Soto lib. 1. de iuſti. q. 6. ar. 2. & 3. S. Anto. p. 1. tit. 17. c. unic. § 4. & Greg. de Val. to. 2. diſp. 7. q. 5. pun. 7. & alijs cōmuniter: Quod cum nulla ſit uirtutis ſpecies, quæ non poſſit aliquo modo ad bonum commune referri, immò etiā, & ſępiſſimè priuatum bonum ad commune referatur, & lex humana ob communem mortalium utilitatem ordinetur conſequens eſt, vt nulla ſit uirtutis ſpecies, de cuius actibus lex humana aliquos non pręcipiat; ſingulos autem ſingularium uirtutum actus præcipere nequit, ut v. g. ea, quæ fortitudinis ſunt, non ſolum referri poſſunt ad protectionem propriæ perſonæ, aut amici, ſed etiam ad tutelam Reipublicæ: præcipit quidem lex humana defendere Rempublicam, etiam cum mortis periculo, non autem ſic defendere amicum, ſed hoc relinquit legi naturæ; Sic etiam quæ ſunt temperantiæ, tum ad bonam priuati hominis valetudinem, tum etiam ut habilior quiuis ſit ad contemplationem eorum; quæ bono publico conducunt, & in hac etiam pręcipit eccleſia, ut certis diebus ieiunemus, non tamen in reliquo temporis anno moderatè comedere iubet, quod facit lex naturæ. Et in materia religionis iubet certos dies in honorem ſanctorum celebrare, ac ſacris intereſſe; non autem cogit ad

alias orationes liberas. In materia iuſtitiæ,& liberalitatis præcipit in graui neceſſitate,& parentibus alere filios ſecundum ſuum ſtatum, & nunnunquam filijs vice verſa parentes. Extra illos autem caſus reliqua ad legem naturæ, & diuinam remittit de honore parentibus deferendo. *In ſumma* lex humana ea dumtaxat præcipit officia, quæ ad bonum commune referuntur,vel per ſe,& proximè,vt ad publicum bellum arma indui, vel mediatè, (vt aiunt) vt illa, quæ ad bonam attinent diſciplinam per quam ciues ad bonum iuſtitiæ,& pacis inſtituuntur.

Quantum vero ad vitia ſpectat, lex humana non omnia prohibet,(hoc enim minus durum eſſet) ſed ea tantum,quæ Reipublicæ pacem, & quietem deturbant,qualia ſunt ea,quæ iniuriam habent annexam,puta illa,quæ ſunt contra iuſtitiam commutatiuam,vt homicidia,furta,adulteria,fraudes, & id genus reliqua.Item illa,quæ aut Deo,& Sãctis iniuriam inferunt,ut ſunt blaſphemiæ,aut quæ religionis ſubſtantiam concutiunt,vt ſunt hæreſes,apoſtaſię,& alia ſimilia.Aliqua etiam permittunt,vt euitẽtur peiora,ſic enim meretricia impunè permittunt, vt adulterijs obuietur,& vſuras,vt caueantur furta.

Tertia eſt ex parte finis: Debet enim lex inſtitui in bonum commune,& non in priuatam utilitatẽ. Vnde leges illæ, quæ inſtituuntur, & dantur communitatibus in bonum alicuius particularis tãtum, ſunt iniuſtæ,niſi bonum illius in totius communitatis vtilitatem redundet. Atqui ad hoc, ut lex commune bonum reſpiciat,inter alia requiritur,vt conſtituatur in communi,hoc eſt,non debet præcipere, ſi talis,aut talis occiderit,aut tali de cauſa, aut cum tali circumſtantia, capite plectatur; verum in communi; Quicunque occiderit, nam circumſtantiæ illæ accidentariæ non poſſunt lege aliqua concludi, ſed ſunt poſtea per prudentiam applicandæ. Cuius *Ratio eſt*:quia cum lex ſit pro bono communi inſtituta,bonum autem commune ex multis conſtet, tã perſonis,quam negotiorum varietate,conſequenter ut optimè tradit S.Th. 1.2.q.96.art.1.lex ad multa ratione perſonarum,temporum, & locorum debet reſpicere.Nam legibus parere coguntur,& ſenes,& iuuenes,potentes,& debiles, ſapientes, & ignorantes,quibus multa poſſunt negotia contingere,quib. omnibus cum legiſlator proſpicere debeat, neceſſe eſt,vt legem in communi ferat.

Quarta eſt ex parte formæ: Nam cum lex regula ſit,ea debet rectitudine,& æquitate pollere, ut talem ſeruet tam in honoribus,quã in oneribus ꝓportionem ad ciues,qualem ipſi habent ad corpus Reipublicæ,ſunt enim tanquam partes in toto,ideoque ſicut partibus diuiſa ſunt a natura munera,ſic & onera ſecundum proportionem facultatum ciuium imperanda ſingulis ſunt,atque honores ſecundum proportionem dignitatũ impartiendi. Vnde leges illæ gabellarum,quæ extorquent tributum ex his,quę ciues in vſus proprios,& ſuſtentationes emunt, iniuſtæ ſunt,quia plus oneratur, qui minus onerandus eſt,& qui plus indiget,plus ſoluit,quod eſt iniquũ, ut inter ceteros latè tradit Toletus libr. 5. inſtruct. confeſſ.c.73.& de peccatis mort.c.18.

6 Has omnes † conditiones poſuit Iſidorus libr. 5. Etymologi.cap.21. & referuntur in Can. *Erit autem*,diſt.4.ubi dicitur, Eſt lex recta,ea quæ *eſt honeſta, iuſta,poſſibilis, ſecundum naturam,ſecundum conſuetudinem patriæ,loco,temporique conueniens,neceſſaria,ſiue utilis,manifeſta quoque,ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat,nullo priuato commodo,ſed pro communi utilitate ciuium conſcripta,ſiue lata*, & paulo ante, quamuis compendioſius: lex, inquit, humana iuſta eſt, *quæ religioni congruit, quæ diſciplinæ conuenit,& ſaluti proficit*; quas legis proprietates optimè explicat S.Thom.1.2.quæſtio 95.art.3.& in idem recidit vtraque legis iuſtę deſcriptio,vnaq; alterius explicatio eſt. Siquidem in lege duo in vniuerſum conſiderari poſſunt, *Primo*, vt ſit forma proportionata fini ad quem homines ducit: ſicut forma ſectę talis eſt, qualis conuenit ſectioni 2.Phyſicorum: finis autem legis humanę eſt utilitas hominum,l.Nulla.ff.de legibus.hoc eſt ſalus eorum, morumque diſpoſitio,& inſtitutio,ut tranquillè,& feliciter viuant, & hoc ſignificant illa uerba. *Et ſaluti proficit.Secundò*. vt ſit regula,& menſura,& ſic conformis eſſe debet legi æternæ,& naturali, & ſic reſpectu diuinæ,& æternæ, quæ eſt fons omnis rectitudinis dicitur; quod ſit *Religioni congruens*, vnde leges Tyrannorũ inducentium ad Idololatriam, uel ad quodcunquè aliud quod ſit contra legem diuinam, iniuſtæ ſunt,nec ſeruandæ, cum poteſtas humana ad id non ſe extendat,& in talibus dicendum eſt cum Apoſtolorum Principe Act. 4. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Inquantum autem lex humana, legi naturali conformis ſit, additur, quod diſciplinæ conueniat. Et ad has tres proprietates,reliquæ omnes reducuntur; nam quod dicitur *honeſta*,refertur ad hoc,quod ſit *Religioni congruẽs*; Quod autem ſubditur,*Iuſta,poſſibilis, ſecundum naturam,ſecundum conſuetudinem patriæ,loco, temporique conueniens*,additur ad hoc,quod *conueniat diſciplinæ*. Si enim lex promulganda eſſet congrua religioni, & tamen non eſſet poſſibilis,hoc eſt,non poſſet obſeruari ab illis,quibus datur, lex verè non eſſet, nec obligaret: Nulla enim recta ratio permittit, ut lex aliquem obligare poſſit ad id, quod ille pręſtare non poteſt.Si enim lex diuina nec obligat,nec obligare poteſt ad impoſſibile,qui fit, ut lex humana, quæ multo minoris potentiæ eſt,poſſit ad impoſſibile aliquod homines obligare.*Immo* non ſolum requiritur,vt quod præcipitur ſit poſſibile,ſed etiam, ut non ſit nimis difficile.Debet autem hæc poſſibilitatis ratio pro perſonarum qualitate penſari, hoc eſt, ſecundũ agentium facultatem, & naturæ poſſibilitatẽ. *Non* enim pueris, & ætate nondum firmis ſenioue confectis eadem imperari exercitia debẽt,& laborum grauamina,quæ alijs firmioribus, & ualidioribus. Neq; tot ieiunia,aut ſpiritualia officia ſũt lege a ſecularibus exigẽda, quot a religioſis monachis.Vnde iniuſta prorſus cenſeri debet lex,quę ſine vllo diſcrimine omnes eadem menſura metiri uellet. Iniuſta enim eſſet lex, quę ſenes obligaret ad portandas ſarcinas, quę viribus iuuenum eſſent ferè pares.Sicut etiam cenſetur lex illa iniuſta, quę illud tributum a paupere exigeret, quod nõ niſi diues reddere poſſet. Requiritur etiã ad debitã diſciplinã, ut lex ſit omnibus circumſtantijs veſtita, circũſtantię autem ſunt tempus,& locus,& ideo additur,*ſecũdum conſuetudinem patrię,loco,& tempori conueniens*. Nam cum rerum natura mutari nõ poſſit,quę in diuerſis regionibus diuerſa fert hominum ingenia, & mores, & morbos, debent leges moribus regionis

adaptari. Et quidem in ferenda lege, locum conſiderare oportet multiplici ratione.

Primo quidem,ne aliquid ſtatuatur, quod patriæ conſuetudini aduerſetur,quod intelligendũ eſt, quãdo conſuetudo illa honeſta,& vtilis eſt Reipublicę; lex enim,quæ hanc abrogaret,iniuſta cenſenda erit, nec digna, quæ obſeruari debeat. Si vero cõſuetudo nec honeſta,nec inhoneſta eſt, nec Reipublicæ vtilis,aut inutilis,expedit eam tolerare, ne fortè illam abrogare tentantes alicuius mali occaſionem præbeant. Sin autem conſuetudo mala eſſet, vtputa, quia inhoneſta,aut Reipublicæ incommoda, iuxta eam lex inſtitui non debet; Quia ſicut conſuetudo illa mala eſt, ita lex, quæ ſecundum illam ſtatueretur,iniuſta erit.

Secundo,quia iuxta locorum varietatem ſæpe multarum rerum conditiones variantur, & inde conſequitur neceſſariò,vt ſi de rebus illis aliquid lege ſtatuendum ſit,iuxta locorum varietatem leges etiam varias ſtatuere oportet. Cõſtat ſiquidem alia in alijs locis eſſe rerum pretia, eo quod aliqua in aliquo loco abundant,& pauci illa perquirunt,quæ in alio loco ſunt nimis rara,& a multis deſiderata. Si igitur iſtarum rerum pretia eſſent lege ſtatuenda, neceſſario oporteret aliam alij loco legem condere, quum non poſſit vnum in omni loco eiuſdem rei iuſtum ſtatui pretium:Ob eaſdem cauſas in lege ferenda ratio temporis habenda eſt, cum certum ſit ex temporum decurſu variari mores hominum,& ideo neceſſarium erit,vt diuerſis ſuccedentibus moribus,diuerſa etiam remedia per leges applicentur. Mutantur etiam ſucceſſu temporis multarum aliarum rerum conditiones,ob quam cauſam euenire neceſſe eſt,vt quod vno tempore utile eſt,alio tempore ſit nociuũ, quod hodie uile eſt propter nimiam illius abundãtiam,poſt menſem,aut annum ſit magnæ æſtimationis,quia rarum eſt,& a multis exoptatum. Has,& alias cauſas conſiderãs Concilium Generale Lateranen.ſub Innocentio III. celebratum, ait: *Non debet reprehenſibile iudicari ,ſi ſecundum uarietatem temporum ſtatuta quandoque variantur humana, præſertim cum urgens neceſſitas , uel euidens utilitas id expoſcit* , & refertur in c. *Non debet*.de conſanguin.& affinit. Vnde Sotus libr. 1.de iuſtitia,& iu.q.6.art.1.eos grauiter reprehendit,qui in condendis legibus, non alia tempora longius proſpiciunt,quam id,quod præſens eſt; Quales ſunt,inquit,illi,qui exiguum numerum perſonarum conſiderantes charitate feruentium, graui legum onere Religionum familiares premunt,quas cum poſteri ferre nequeant, ceruicibus excutiunt. Cetera quæ in priori legis deſcriptione ab Iſidoro adhibentur,ad finem legis,humanam ſ. ſalutẽ,ſpectant. Debet enim lex homines a malo retrahere,& ideo dicitur *Neceſſaria*, debet etiam promouere in bonum,& ideo additur *Vtilis* , vtile enim idem eſt,quod medium ad finem accommodatum. Et quia ad eundem finem legis maximè conuenit,vt lex nulla obſcuritate inuoluatur;ſed ab omnibus intelligatur, dicitur, quod ſit *Manifeſta*, cuius cauſam reddit apertiſſimam,& rectæ rationi conſonam,ſic inquiens. *Ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat*. vnde in *l. leges ſacratiſſimæ*. Cod.de legibus,& Conſtitu. dicitur: *Leges ſacratiſſimæ,quæ conſtrigunt hominum uitas, intelligi ab hominibus debent, ut vniuerſi pręſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, uel permiſſa ſectentur*. Quia vero, ut ſæpius dictum eſt, lex ordinatur ad bonum commune,rectè additur: *Nullo priuato commodo,ſed pro communi omnium ſalute conſcripta*. Vnde lex illa,quæ ſpreta communi utilitate, prò ſolo aliquo particulari commodo aliquid ſtatueret, iniuſta cenſenda eſſet,& rationi contraria. Quæ omnia latius traduntur ab Iſidor.lib.5.Etymolog. c.21.& a gloſſa in Can.*Erit autem*.diſt.4.S.Tho.1.2.q.95.ar.3.& q.96.ar.1.& 4.Barth.Medina ibidem. S.Anto. p.1.tit.17.c.vnico,§.3.Soto lib. 1. de iuſt. & iure,q.5.art.3.& q.6.art.1.& 4. Alphonſo de Caſtro lib.1. de poteſt.legis pęnal.c.1.Ioan.Viguerio tit.de legibus.a.15.Sylueſtro in uerb. Lex,q.5.Tabiena eo.q.18.Summa Piſanella eod.§.7.& §.8. Sebaſtiano Medice repet.in Can.*Erit*.num.6.& ſeqq.diſtin.4.Gregorio de Valentia tom.2.diſp.7.q.5.puncto 3.Toleto in Summa tract de peccatis mortal.cap. 18. Alphonſo Viualdo in ſuo Candelabro,p.5.c.8.nu.43. & alijs.

Secundo requiritur, ut lex ſit ſufficienter promulgata,recepta,& nec per legem contrariam, aut conſuetudinem abrogata, de quibus omnibus latius in ſequentibus agemus,& ideo ſatis eſt,hæc omnia ſolum hoc in loco enumeraſſe.

QVINTVM DVBIVM EST,circa legis humanæ diuiſionem, qualiter lex humana diuidi poſſit, & ſoleat. Huic difficultati Reſpondeo cum Iſido. lib.5.Etymol.cap.4.& Gratiano ex Iſidor.diſt.1.S.Tho.1.2.quæſtione 95. artic.4.S.Anton.parte prima tit.17.cap.vnico,§.primo.Soto libro primo; de iuſtitia,quæſtione 5.artic.4. Gregor. de Valentia tom.2.diſput.7.q.5.puncto 2. Barthol. Med. 1.2.q.75.ar.4.Toleto in Summa,tract. de peccatis mortalibus c.17.Sebaſt.Medice in Summa diſt.2.ar.1.& alijs legis humanæ diuiſiones,ex conditionibus,& attributis, quæ in lege continentur diuerſimodè conſiderari poſſe.

Primo enim lex humana conſiderari poteſt,prout a lege naturali deriuatur, ſiquidem,ut dictum eſt, lex humana eſt dictamen rationis per diſcurſum ex principijs primis practicis deductum, & hac ratione diuidi poteſt, in *Ius Gentium*,& *Ius ciuile*. *Ius Gẽtium eſt* lex,quæ omnium populorum conſenſu ideo ſuſcepta,& inſtituta eſt, quia facili negotio deducitur ex principijs legis naturæ, & ita ad omnes nationes pertinet,hoc eſt,quod deducitur ſtatim ex lege naturali,tanquam concluſio ex principijs,ut uerbi gratia: Ex hoc principio naturali; Homo eſt animal ciuile,ſuſtentare non ualens ſe abſque ope, & auxilio aliorum. Ergo leges iuſtę uenditionis,locationis, impignorationis, aliarumue commutationum, pactorum, & conuentorum,ſine quibus homines ad inuicem conuiuere non poſſunt, ſunt de iure Gentium, *l.ex hoc iure*.ff.de iuſtit. & iure. Item, ex hoc principio naturali: Vita humana in pace conſeruanda eſt;ergo poſſeſſiones diuidendæ ſunt,concluſio hęc eſt de iure Gentium, ſiquidem ui illius principij, cum altera præmiſſa ſubiuncta, ſcilicet, ſed natura corrupta in communi viuens, nec agros coleret,nec pacificè uiueret,rectè infert ius Gentiũ, Ergo poſſeſſiones ſunt diuidendæ,unde diuiſio poſſeſſionum eſt de iure Gentium. Item ex illo principio naturali, conſeruandum eſt genus humanum per coniunctionem maris, & feminæ, introductę ſunt iure Gentium leges nuptiarum, quibus celebretur contractus teſtibus adhibitis. Nam vi illius principij cum hac altera pręmiſſa, ſed homines vt in plurimum ſunt perfidi, & bonis matrimonij abutũtur, recte introductę ſunt leges aliquot neceſſarię ad nuptias celebrandas.

Ius ciuile eſt lex humana, quę non ita facile, ac immediate ex legis naturę principijs deducitur, ſed ex vario, & longo diſcurſu, cum pendeat ex conſideratione circumſtantiarum magis particularium, atque ita lex ciuilis deriuatur a lege naturę per modum particularis determinationis, quę varia, & diuerſa eſt in alijs, atque alijs ciuitatibus, regnis, aut prouincijs, ſecũdum quod, quęlibet ciuitas, regnum aut prouincia ſibi accõmode determinat, vnaquęq; namque prouincia leges particulares ſibi pręſcribit, & determinat.

Quomodo ius ciuile non eſt idem apud omnes, ſed varium ac diuerſum, pro diuerſitate populorũ, vnde videmus varias leges inſtitui in ciuitatibus, & regnis. Hinc Iſidorus lib. 5. Etymolog. capit. 5. & refertur in can. *Ius ciuile.* diſtin. 1. ait: *Ius ciuile eſt, quod quiſque populus, uel ciuitas ſibi proprium diuina, humanaque cauſa conſtituit.* Quamuis igitur tam ius Gentium, quam ius ciuile a lege naturali procedat, differunt tamen inter ſe, quod propoſitiones iuris Gentium facilius deducuntur ex principijs legis naturæ, tanquam Concluſiones: propoſitiones autem iuris ciuilis difficilius deriuantur tanquam determinationes alicuius communis ad aliquid magis particulare ſub illo contentum, habita ratione circumſtantiarum, loci, temporis, &c. Vt verbi gratia. Quod latrones ſuſpendio mulctentur, deriuatur a principio legis naturæ, ſcilicet, Malefactores eſſe iuſta pœna afficiendos, tanquam determinatio quędam formę communis, nimirum pœnę iuſtę, habita ratione circumſtantiarum.

8 *Secundo* conſiderari † poteſt lex humana in ordine ad bonum commune, & ſic diuidi poteſt lex humana ſecũdum diuerſitatem eorum, qui ſpecialiter dant operam ad bonum commune, in *Ius Sacerdotum, Ius Principum,* & *Ius militare.* Siquidem Sacerdotes Deum pro populo orant; Principes populum gubernant; & Milites pro ſalute populi pugnant.

Communior autem diſtinctio eſt, quod hac ratione diuiditur in *Ius Eccleſiaſticum, & Ius ſeculare.* Ius Eccleſiaſticum eſt, quod a poteſtate eccleſiaſtica in bonum commune ſpirituale inſtituitur, nimirum a *Summo Pontifice, a Concilio, Epiſcopo,* vel aliquo Eccleſię prelato, & dicitur lex Canonica, quę etiam uarias habet partes. Seculare eſt, quo a poteſtate ſeculari ad commune bonum temporale, quale eſt tranquillitas Reipublicę, inſtituitur, videlicet, ab *Imperatore, vel Rege,* vel *Duce,* uel *Republica,* aut *Communitate,* aut aliquo alio ſuperiori. Hanc diuiſionem eiuſque ſubdiuiſiones, & partes latius explicant Hoſtienſ. in tit. de Conſtitut. & Doctor. ibi, Summa Confeſſor. lib. 2. tit. 5. Rub. de legibus, q. 203. Thomas Cananus Ferrarienſis Repetitio. in prooemium Decretali. Sebaſtian. Medices in Summa, p. 1. diſt. 1. art. 13. Aſtenſis lib. 1. tit. 46. ar. 3. Angel. in uerbo, lex. num. 1. S. Anton. p. 1 tit. 17. c. unic. §. 10. & ſequentib. Summa Piſanella uerbo, lex, §. ſecundo, Sylueſt. eod. q. 2. Tabiena eodem, §. 20. Benedictus Canophylus in *Compendio iuris Canonici, et Ciuilis* tomo. 1. lib. 1. tit. 2. Alphonſus Viualdus in ſuo Candelab. parte 4. cap. 8. Marc. Anton. Cucchus libro primo Inſtitut. maiorum tit. 1. 2. & 3. Toletus in Summa tract. de peccatis mortal. capit. 17. & alij communiter.

9 *Tertio* conſiderari † poteſt lex humana quatenus fertur ab habentibus publicam poteſtatem, & curam Communitatis, & ſic pro diuerſitate regiminum diuiditur lex humana in *Conſtitutiones Principum,* & in *Senatuſconſulta;* vel prudentum reſponſa; & in *Ius Prætorium,* vel honorarium, & in *Plebiſcita.*

Conſtitutiones Principum ſunt leges latæ a poteſtate, in loco aliquo reſidente, iuxta formam regiminis, quod appellatur Regnum, ſiue Monarchia, vnde l. 1. ff. de conſtit. Princip. dicitur, *Quod Principi placuit, legis habet uigorem.*

Senatuſconſulta, ſeu prudentum reſponſa, ſunt leges, quæ feruntur a poteſtate reſidente in Optimatibus populi, iuxta modum regiminis, quod dicitur *Ariſtocratia,* id eſt, Principatus Optimatum.

Ius Prætorium continet illas leges, quę feruntur a poteſtate reſidente in paucis diuitibus, & potentibus, iuxta regimen quod, vocatur *Olicgarchia.*

Plebiſcita ſunt leges, quæ ſanciuntur auctoritate populi iuxta regimen, quod dicitur *Democratia.* De quibus formis regiminum agunt Plato in Politico, Ariſtot. libro tertio Politic. cap. 10. S. Thom. 1. 2. q. 95. artic. 4. Caiet. & Med ibidem. Sotus lib. 1. de iuſtit & iure. q. 5. artic. 4. Benedictus Canophylus in compendio iuris Canonici, & Ciuilis, tom. 1. libro 1. titu. 2. Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 2. Sebaſtian. Medices in Summa, par. 1. diſtinct. 2. ar. 1. & habentur in diſtinctione 2. per totam.

Quarto conſiderari poteſt lex humana, quatenus eſt directiua humanorum actuum, ſeu ſecundum materiam legum, & ſic alia lex dicitur lex *Iulia* de adulterijs, alia Cornelia, de ſicarijs, & ſic de alijs, quæ, licet ab auctoribus ſuis nomina traxerint, non tamen ſolum hac ratione inter ſe diſtinguuntur, ſed propter ſpecificam diſtinctionem rerum, de quibus latæ ſunt, vt notant S. Thom. 1. 2. q. 95. art. 4. Medina ibi, S. Anto. par. 1. tit. 18. cap. vnico, in principio. Sotus lib. 1. de iuſtit. & iure. q. 5. artic. 4. Gregor. de Valentia tomo 2. diſp. 7. q. 5. puncto 2. & alij. Et de legum diuiſione, quatenus huic noſtro inſtituto ſufficit, hæc dicta ſint.

De legum humanarum ſubiecto, hoc eſt, Quoſnam humana lex obligare cenſeatur. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Quoſnam lex humana obligare cenſeatur.*

Errorem Beguardorum reſuſcitatum a Luthero eiuſq; fundamẽtũ, veritas Catholica multis Scripturarũ locis, et antiquorũ Patrũ teſtimonijs refellit, et cõfutat

2 *Soluuntur rationes, quæ in hæreſis defenſionem a Lutheranis afferuntur.*

3 *An Princeps, & Nomothetæ legibus ſuis parere teneantur.*

Princi-

4 *Principes per ſe, & directè ut plurimum ſuis legibus non obligantur.*

5 *Principes pœnis in ſuis legibus contentis non ſubijciuntur.*

6 *An (ſi Epiſcopus ludens contra ſtatutum, non ſit excommunicatus) ille, qui cum eo luſit, excommunicationem incurrat?*

7 *An aliquo legato, vt excommunicet omnes beneficiatos, qui non ſoluerant procurationem ſuam, dictus mãdatarius, qui non ſoluerat procurationem legati, ſeipſum excommunicare debeat?*

8 *An vbi ex ſtatuto Ciuitatis cauetur, quod Maſſarij terrarum teneantur denunciare delinquentes in ſuo territorio, idem Maſſarius delinquens ſeipſum denunciare teneatur?*

9 *Principem a lege ſua eximi non tam priuilegium quã onus, & nec tam gratia quam iniqua conditio eſt, quare?*

10 *Principes ex iure, & æquitate naturali, ac diuina quoad vim directiuam Leges ſuas in conſcientia obſeruare tenentur, & quare.*

11 *Argumento efficaciter probat Papam teneri ad obſeruationem legis Diuinæ, & naturalis.*

12 *Idem varijs exemplis confirmatur.*

13 *Soluuntur rationes in contrarium allatæ ſupra, nu. 3.*

14 *Soluitur quæſtio: An Pontifex Summus teneatur ſemel in anno peccata ſua Sacerdoti confiteri.*

Quibus demum legibus Principem ſubdi oportere intelligendum ſit, quibus non? nu eo.

15 *An peregrini, qui incertas ſedes habent, teneantur legibus Regionis, aut Ciuitatis ad quam declinant.*

16 An *clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſeruare teneãtur leges, aut ſtatuta laicorum, & nu. ſeq.*

17 *Multa enumerantur de obligatione clericorum circa leges ciuiles, quæ communem Reipub. vtilitatem cõcernunt, nec aliqua ratione libertati Eccleſiaſticæ repugnant, & num. 18.*

1 INter alia, quę de virtute legis eiuſque poteſtate ſcitu neceſſaria ſunt, illud in primis explicandum breuiter eſt, quoſnam lex humana obliget. Siquidẽ hęretici olim dicti Beguardi, & quędam mulieres Beguinę, vt refertur in Clem. *Ad noſtrum.* de hęre. docuerunt, eos qui perfectionem iuſtitię, & Chriſtianæ libertatis conſecuti ſunt, non amplius humanæ obedientiæ ſubiectos eſſe, nec ad aliqua Eccleſiæ præcepta obligari, quia (ut aſſerunt) *vbi ſpiritus domini, ibi libertas.* 2. Corinth. 3. Quem errorem poſtea reſuſcitauit Lutherus in libro de libertate Chriſtiana, qui ex quibuſdam Sacræ ſcripturæ locis indoctè, & male intellectis, docet, hominem iuſtificatum per fidem, (cui ſoli ipſe iuſtificationem tribuit) ab omni legis humanę obligatione liberari, quia per fidem, inquit, adimpleuit omnia, & pro ſe affert locum illum 2. Corinth. 3. & illum ad Galat. 5. *Vos in libertatem vocati eſtis*, & infra, *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege*, & 1. Timo. 1. *Iuſto lex non eſt poſita.*

Contra hos tamen hęreticos eſt Catholica ueritas ſtabilita tum in Concilio Viennenſi, ut habetur in dicta Clem. *Ad noſtrum.* de hæreticis, contra Beguardos, & Beguinas, tum etiam contra Lutheranos, & alios noſtri temporis hęreticos, in Concilio Thridentino Seſſ. 6. cap. 11. & cap. 20. ubi dicitur, *Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ſed tantum ad credendum, anathema ſit. Nam* ſecundum Euangelicam ſimul atq; Apoſtolicam doctrinam, Chriſtiana charitas neque ſuperba eſt, neque inobediens ſuperioribus, ſed humilis, faciens unumquemque debitum ſeruare ordinẽ inter cetera membra in corpore Chriſti, omnib. reddit debita, *cui honorem, honorem, cui timorem, timorẽ, cui obedientiam, obedientiam, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal.* Rom. 13. Chriſtiana igitur libertas, cum ſuper charitate Chriſtiana fundata ſit, nequaquam eximit hominem neque ab obligatione legis ſuperioris poteſtatis, neque a conſuetudine loci, quæ habet *uim legis*, neque ab obedientia parentum, aut præpoſitorum, neq; a uinculis uoti, iuramẽti, aut promiſſæ fidei. Quamobrem & Apoſtolus Paulus paſſim homines factos iam Chriſtianos ſuper hac re inſtruxit, & admonuit, ne occaſione libertatis Euangelicę fallerentur. *Filij*, inquit, *obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt in Domino*, & infra, *Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placẽtes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum:* Coloſſ. 3. & ad Tit. 3. *Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire*, & ad Hebręos c. 13. *Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri*, & 1. Petri 2. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ſiue Regi, quaſi præcellenti*, &c. & ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ eſt enim poteſtas niſi a Deo, quæ autem ſunt a Deo, ordinat ſunta. Itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*, &c. & infra. *Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.*

Ex doctrina igitur Apoſtolorum manifeſtum eſt, Chriſtianos per fidei ſuſceptionem, & profeſſionẽ non fieri liberos a ſubiectione, & obedientia ſuorum ſuperiorum. Et *Ratio eſt:* quia ſi iuſti a iugo, & obligatione legum humanarum exempti eſſent, exinde ſequeretur omnes exemptos fore, quandoquidem unuſquiſque ſtatim iuſtum ſe eſſe diceret, & ſic maxima ſequeretur in Republica Chriſtiana confuſio, & perturbatio, & leges a nullo obſeruarentur. His omnib. accedit inter multa aliorum Patrum teſtimonia, S. Hieronymi ſententia, qui in illud ad Titum tertio, *Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe*, expreſsè docet hanc hæreſim exortam fuiſſe olim ante mille, & ſexcentos ferè annos, auctore quodam Iuda Galilæo, quam etiam & Chriſtus ipſe, & Apoſtoli damnarunt, uerba eius hæc ſunt. *Admone*, inquit Apoſtolus, *illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, obedire ad omne opus bonum. Tale quid*, inquit, *et ad Romanos ſcribitur, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Non eſt poteſtas niſi a Deo: Quod quidem præceptum, et hic, et ibi propterea puto editum, quia Iudæ Galilæi per illud tempus adhuc dogma uigebat, et habebat plurimos ſectatores, cuius, et in Actis Apoſtolorum capit. 5. fit mentio, ſcriptura referente, Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens, ſe eſſe aliquẽ magnum, cui appoſiti ſunt uiri quaſi circiter quadringenti, et poſt hunc ſurrexit in diebus cenſus Iudas Galilæus, qui inter cetera hoc quoq; quaſi probabile ex le-*

ge pro-

lege proferebat, nullum debere dominum vocari, niſi ſolũ Deũ, & eos, qui iã facti ſunt adoptionis filij ſoluẽtes Deo decimas, propter libertatem aſſecutam non debere Cæſari tributa reddere. Quæ ſanè hæreſis in tantũ creuerat, vt etiam Phariſæos, & multam partem populi conturbaret, ita ut ad dominum quoq; Saluatorem hæc quæſtio referretur, liceretne dare Cæſari tributum, an non. Cui reſpondens Dominus ait; Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quę ſunt Dei, Deo. Cui reſponſioni Paulus Apoſtolus congruẽs docet credentes debere eſſe ſubiectos, ac obedientes principibus, & poteſtatibus Hactenus S. Hieronymi doctrina; ex qua conſtat, & a Chriſto, & ab Apoſtolo Iudæ hæreſim, immo & Lutheranorũ, & aliorum noſtri temporis hæreticorum inſaniam, apertè ſatis refutatam eſſe, de qua latius alibi diſſerendum nobis erit in opere particulari contra noſtri temporis nouatores; hæc interim pro fundamẽtò eorum, quæ de obligatione legum humanarum dicemus, breuiter annotaſſe ſufficiat.

2 Quæ autem in † eorum hæreſis defenſionem afferuntur, eorum propoſitum non probãt; Quod enim dicitur: *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* 2. Corin. 3. & *Vos in libertatem vocati eſtis, &c.* ad Gal. 5. intelligitur (vt ex ſententijs cohærentibus liquido conſtat) non de libertate, quæ eſt licentia quodlibet impunè faciendi, ſed de libertate Chriſtiana, quã facit ſpiritus fidei in Ieſum Chriſtum, in qua, iã ablato velamine veteris, ſeu Moſaycæ legis, libera, & ſpõtanea voluntate ambulamus ſecundũ legẽ Dei in die, quã fecit nobis Deus, quæ dies eſt Chriſtus Dominus.

Hæc autem libertas in peregrinatione iſta neque captiuitatem a miſeria excludit, neque ſeruitutem corporalem, neque neceſſitatem obediendi ſuperiorum præceptis: vbi enim eſt ſpiritus Domini, ibi eſt charitas Dei, & proximi vbi autem charitas, ibi & pia, & ſpontanea voluntas, vbi autem pia, & ſpontanea voluntas, ibi nulla ſeruitus ſub legibus, & imperijs hominum coacta.

Et hinc etiam patet intellectus Pauli dicentis, *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Galat. 5. loquitur enim de libertate, qua nos Chriſtus per aduentum ſuum a ſeruitute legis veteris ſecundum cærimonialia, & iudicialia præcepta, ſub qua mortales tenebãtur, liberauit; ita vt circumciſio iam nihil proſit; libertas autem iſta data nobis a Chriſto non eſt data in occaſionem carnis, prout faciunt vindicantes libertatem a conſtitutionibus, & legibus humanis, contra quos ibi Paulus inuehitur, ſicut etiam S. Petrus 1. Petr. 2. dicens, *liberi tanquam ſerui Dei, & non veluti habẽtes libertatem malitiæ*, unde ſubdit: *Proinde ſubditi eſtote cuiuis humanæ creaturæ:* vel etiã intelligi poteſt hoc ſenſu de omni lege, ita ut *qui ſpiritu ducuntur*, non ſint ſubiecti legi, quoad uim coactiuam, tanquam ſerui eſſent legis coacti ad obſeruantiam legis formidine pœnæ, ſicut coacti ſerui ſunt ſubiecti dominis ſuis carnalibus, prout Patres communiter exponunt.

Et ſecundum ſimilem ſenſum accipiendum eſt verbum Apoſtoli 1. Timo. 1. *Iuſto no n eſt lex poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis,* Hoc eſt, Iuſti, quantum in ipſis eſt, non ſubijciuntur legi quo ad vim coactiuam, quia iſti nequaquam ex timore pœnæ coacti legi parent, ſed ex uirtutis amore, prout S. Chryſoſtom. homil. 2. in 1. ad Timoth. D. Ambroſ. enarratione in Pſalm. 36. *Lex Dei eius in corde ipſius, &c.* S. Auguſt. in Pſal. 1. S. Tho. 1. 2. q. 96. art. 5. Caiet. & Medina ibidem. Io. Driedo lib. 1. de liber. Chriſtiana c. 1. p. 5. Greg. de Valent. to. 2. diſp. 7. q. 5. pun. 4. Io. Bapt. Ferretus Vincentinus repet. in c. Canonum ſtatuta nu. 68. de Conſtit. & alij communiter exponunt. His ita præmiſſis.

3 PRIMVM DVBIVM EST; An Principes, & legumlatores legibus ſuis parere teneantur? *Ratio difficultatis eſt:* quia par in parem non habet poteſtatẽ: Ergo minus in ſeipſum. Deinde, ſi ſuis legibus tenerentur, ergo cogi poſſunt ad illas obſeruandas, lex enim ſine ui coactiua non eſt lex: At vero Princeps a nullo cogi poteſt.

Item, vel obligatur a Deo immediatè, & hoc dici non poteſt, nam ſupponimus non extare legẽ aliquam diuinam de ea re, de qua lex humana ſtatuitur; vel obligatur a propria voluntate; at vero nemo cenſetur velle ſe aſtringere ad legis obligationem, quam condit.

Denique, ſicut poteſt quemlibet eximere a legis obſeruatione, ita etiam ſeipſum eximere poteſt, & proinde numquam obligabitur in conſcientia ad legis ſuæ obſeruantiam: Vnde in l. Peinceps. ff. de legibus dicitur, *Princeps non eſt ſubiectus legi.*

Communis tamen, & vera opinio eſt, Pincipem non eſſe omnino liberum a legis ſuæ obſeruatione. Sic S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3. Caiet. & Medina ibid. Hoſtienſ. in Summa lib. 5. tit. de excom. §. 6. Panor. in c. Canonum ſtatuta. nu. 1. Petr. Anch. in repet. eiuſdem c. nu. 1. Io. Baptiſta Ferretus repet. in idem c. Canonum ſtatuta. nu. 50. Andreas ab Exea ibid. nu. 192. & nu. 219. & ſeqq. Benedictus Canophylus in repet. eiuſdẽ c. nu. 30. de cõſtit. S. Ant. p. 1. tit. 17. c. vnic. §. 4. Innoc. in c. Canonũ ſtatuta. nu. 1. de Conſtit. & Glo. ibi in verb. ab omnib. Felin. ibid. nu. 24. Decius nu. 14. Ludou. Gomeſius in reg. de infirmis reſignã. q. 1. Syl. verb. lex q. 14. Tabiena eod. nu. 28. Sotus lib. 1. de iuſtit. & iure q. 6. art. 7. Couarr. in c. *Alma mater* p. 1. §. 1. nu. 4. de ſent. excõ. in 6. Gregor. de Valentia to. 2. diſp. 7. q. 9. puncto 4. & Alph. Viuald. in 3. p. Candelab. nu. 57. & alij communiter. Vt autem omnia in hoc dubio clariora reddantur, & certa ab incertis ſeparemus, ſequentes propoſitiones apponendas eſſe ſtatui.

Prima propoſitio; Principes per ſe, & directè, vt plurimũ, ſuis legibus non obligantur; *Ratio eſt:* quia vis legis humanæ, eiuſque obligatio oritur ex poteſtate ferendi legem, de iure autem par in parem poteſtatem non habet, vt in l. penult. ff. de arbitr. cum actio, & paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſſint: ergo multo minus in ſeipſum, cum diſcrimen eſſe debeat inter ligantem, & ſoluentem; arg. c. Debitũ de baptiſmo. vnde gloſſ. & alij, vt Panor. Petr. Anchar. vbi ſupra, uerbũ illud Canonum ſtatuta ab omnibus ſeruanda ſunt, exponunt, ab omnib. ſubditis, ſicut ẽt exponit Innoc. ibid. & certè lex propriè fertur in cõmuni in ordine ad ſubditum. Deinde lex obligat ex legiſlatoris intentione, princeps autem directè, hoc eſt, ex intentione non cenſetur communiter legem ferre in ſeipſum, ex quibus conſtat ſolutio ad primum, & ad l. Princeps. vbi ſupra. ff. de legibus.

Secunda Propoſitio: Princeps pœnis in ſuis legibus contentis, & impoſitis non ſubijcitur. Sic omne, quos ſupra enumerauimus, & S. Thom. in dicta quæſt. 96. artic. 5. ad 3. qui legem illam, Princeps.

ff.de legib.exponit de vi coactiua;lex enim nullam vim habet coactiuam,niſi ex Principis poteſtate,& voluntate,quo ſenſu recte dicitur , *Princeps ſolutus eſt legibus*, quia nullus in ſeipſum poteſt iudicium condemnationis ferre,ſi contra legem agat, immo, vt ait Sotus,non eſt intellectu poſſibile,vt vim quiſpiam ſibi ipſi inferat, atque adeo ſua lege cogatur, vnde gl.in illud Pſ.50.*Tibi ſoli peccaui*,ait, quod rex non habet hominem,qui ſua facta dijudicet.

Hinc infertur, quod, ſi Papa percutiat clericum, non eſt excommunicatus,&,ſi rex violet legem ſuã, nõ incidit in infamiã,nec in pęnam periurij,ex Medina 1.2.q.69.ar.5.& nos latè to.1.lib.2.ca.11.nu.29.confirmauimus.

Eadem ratione diſpoſitio c.Auaritię. de elect.lib.6.vbi electus ante confirmationem adminiſtrationi Eccleſię ſe ingerens eo ipſo priuatus eſt iure ex electione quæſito,Papam non ligat,ex gl. ibi in verb. Eccleſiarum.Ioan.And.ibi.& Gomeſio in reg. de infirmis reſign.q.1.in princip.

Hinc etiam eſt,quod ſi epiſcopus ſtatutum faciat quod quicumque luderet aleis,excommunicatus ſit, etiamſi ille ludat, in excommunicationem non incidet,ſic Ioan.Andr.in regula cui licet.de reg.iur.in 6.Pet.de Ancharano repet. in cap. canonum ſtatuta.num.178.& nu.179. vbi alios pro hac ſententia refert.Alexand.Iaſ.& alij in l.1.ff.quod quiſque iuris.Ludouic.Gomeſius ubi ſupra,& nos latius tomo 1.Theſauri caſuum conſcient.lib.1.cap.5.nu.22.docuimus,& facit l.penul.ff.de arbit.*Ratio eſt*:quia ſtatuere,ſeu excommunicare eſt actus iuriſdictionis,nemo autem poteſtatem habet in ſeipſum, id quod uerum eſt quo ad rationem excommunicationis ui ſtatuti inferendæ tantum ,an uero aliunde excommunicationem incurrat,ſtatim dicemus.

6 DVBIVM tamen eſſe † poteſt, ſi Epiſcopus ludens contra ſtatutum non ſit excommunicatus, utrum ille,qui cum eo luſit,excommunicationem incurrat? *Ratio dubij eſt*: quia exemptio uni conceſſa extenditur ad ſocium.arg.ca.licet. de priuileg.in 6. & quia actus iſte ludendi inter duos eſt indiuiduus,quia non poteſt exerceri ſine alio,atque in indiuiduis uictoria unius prodeſt alteri. C.ſi unus ex plurib.leg.2.& 3.*Contrariam* tamen ſententiam tenent Ioan.Andr.in reg. cui licet, in Mercurialib. in 6.& Petrus Ancha.repe.in c.canonum ſtatuta num.183.de conſtitut.affirmantes hunc tertium excommunicatum eſſe,afferuntque textum ad hoc probandum notabilem,32.q.5.can. propoſitio animi. ubi in actu inſeparabili unus peccat,alter non, unus punitur,& alter nõ:ut patet de eo, qui committit adulterium per uim,patiens enim uim non peccat,& ibi gloſ.in uerb.unus commiſit. affert aliud exemplum de eo, qui committit ſimoniam altera parte ignorante. Et idem patet in actu electionis,ubi qui eligunt ſcienter indignum, puniuntur, ſed non ignorantes.c.ſcriptum.de elec.& cap.Si alicuius.eod.tit.& lib.& cap.ſi compromiſſarius.eod.tit.in 6.Intelligunt autem hoc de epiſcopo, qui ſolum ludit cum illo,non autem tollit,aut ſuſpendit effectũ ſuæ conſtitutionis. Addunt autem præfati Doctores Ioan. And.& Pet.Anchar.quod licet præfatus epiſcopus ludens cum alio non ligetur ſententia ſui ſtatuti, ex participio tamen cum illo tertio in crimine criminoſo, ligatur ſententia iuris; quamuis iſta ſententia cauſetur a ſtatuto,ut colligitur ex c.Nuper.& Inno. ibi,& alijs,de ſent.excom. De qua re plura diximus to.1.Theſauri caſuum conſcientię.lib.2.c.11.n.30.

7 *Ex* eadem doctrina infertur ſolutio illius quęſtionis, an mandans alicui legato, ut excommunicet omnes beneficiatos, qui non ſoluerant procurationem ſuam, dictus mandatarius, qui non ſoluerat procurationem legati, excommunicare debeat,aut poſſit ſeipſum? Quam quæſtionem in utramque partem diſputant Ioan. Calderin. & Petrus Ancharan.repet.in cap.Canonum ſtatuta.de conſtitut. num.184.& ſeqq. tandem uero concludunt, quod nec debet, nec poteſt mandatarius ille de iure uigore iſtius mandati excommunicare ſeipſum. Quia licet mandatarius præfatus ſub mandato includi uideatur uirtute ſermonis, id eſt, uerborum uniuerſaliter prolatorum, ſiquidem dictum uniuerſale uniuerſaliter debet intelligi, & qui omne dicit, nihil excludit, 19.diſt.cap.1.& 1.q.1.can. ſunt nonnulli. nihilominus tamen ex mente uerbis præferenda, cap.intelligentia. de uerb. ſignifi. non includitur; Quia non eſt ueriſimile,quod mandans uoluerit mãdare mandatario,quod occideret ſeipſum, quod cõtingit per excommunicationem.cap.Per uenerabilem.in fin.Qui filij ſint legit.uel quod tam grauẽ pęnam ſibijpſi imponeret,c.Sacro. de ſen.excom.nulla enim maior eſt pœna in eccleſia, nã per eam quis traditur Satanæ in interitum carnis.c.corripiantur. 24.q.3.cap.audi.11.q.3.& nos fuſius lib.1.to.1.c.3. nu.13.expoſuimus.Ad hunc ergo caſum tam durũ, & difficilem uerba mandati quantumcũq; generaliter prolata non debemus extendere,ſed reſtringere ad id,quod ciuiliter fieri poteſt. arg.l.ſi cui.de ſeruit.& not.in c.ſcienti.de reg.iu. in 6. per Dynum in qõne de ptãte arbitrio poteſtati conceſſo, unde cõſequẽs eſt uerba hæc, & mandatum, quod excommunicaret non ſoluẽtes,nõ extendi ad ipſum mandatarium: Immo ſi expreſſè mandaſſet, quod ſeipſum excommunicaret,mãdatum eſſet illicitum,nec ei parendum; ergo uerba uniuerſaliter dicta nõ includunt hũc caſum illicitum;arg.c.ad noſtram,de iureiur.& c.1.tit.eod.in 6.quod enim expreſſe,& ſpecificè mãdari nõ poteſt,in ſermone generali nõ uenit.arg.c.dilecto.de præben.& c.Tua. de decim. Et deniq; ſi quis ſeipſum abſoluere nõ poſſit,ca. Quod autem.de pœnitẽ. & remiſſ. multo minus ſe ligare ualet,nam fauorabilior eſt abſolutio,l.Arianus. de actio.& oblig.Si ergo abſolutio prohibetur,fortius excommunicatio:& alia inſuper eſt ratio,quia generaliter quis nõ poteſt eſſe agens,& patiẽs,ſunt enim iſta communiter impoſſibilia, quę in eadẽ perſona concurrere nõ poſſunt.*His igitur*; & alijs rationibus, rectè præfati docent Doctores, mandatarium uigore talis mandati nõ poſſe excommunicare ſeipſum.

8 *Hinc* etiam † ſoluitur alia difficultas huic omninò nõ diſſimilis, ubi ſtatuto ciuitatis cauetur, quod Maſſarij terrarum teneantur denunciare delinquẽtes in ſuo territorio, & ad eorum denunciationes iudex inquirere teneatur; modo cõtingit, quod idẽ Maſſarius crimen committit, ex quo pœna mortis uenit irrogãda; *Quæritur*; an idem Maſſarius ſeipſum denũciare teneatur? Reſpõdetur enim cum Pet.de Ancharano, repet. in cap. *Canonum ſtatuta*, nume. 190. de cõſti.& Machagnano de Arzonitis, quem ipſe refert, nõ teneri Maſſarium in hoc euen-

tu denunciare ſeipſum. *Nam*, ſi non haberet officiũ, non teneretur ſeipſum denunciare, ſeu prodere. arg. c. Non tibi dico. de pęnit. diſtinct. 1. ergo neq; propter officium tenebitur, arg. ca. cum non deceat. de elect. in 6. Nam denunciando ſeipſum, incurrit mortis periculum; ſanguinem autẽ, & vitam ſuã quiſq; redimere, & tueri tenetur. l. vt vim. de iuſti. & iure. & l. 1. de bon. eo. qui mort. ſibi conſci. & facit l. Nemini timorem, quod met. cau.

Eodem modo, Si epiſcopus ſtatutum faciat annullans omnes alienationes factas de rebus eccleſiarũ ſine eius licentia, & pœnam apponat, ſi contingat Capitulum epiſcopo terrulas aliquas ſine alia licentia vendere, non erit locus ſtatuto, nec eius pœnis; quia epiſcopus non comprehenditur ſuo ſtatuto; & quia epiſcopus ſic contrahendo conſenſiſſe, & licentiam dediſſe videtur. Sic Ioan. Andreas in reg. Qui tacet. in Mercurial. de reg. iur. in 6. & Petrus Anch. repetit. in c. Canonum ſtatuta, de conſtit.

9 *Illud* demum † circa hanc ſecundam propoſitionem annotandum eſt ex Soto lib. 1. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 7. circa medium, Barth. Medina 1. 2. q. 96. art. 5. concluſ. 3. in fine. & Alphonſo Viualdo in Candelab. ſuo aureo par. 4. cap. 8. num. 58. quod hęc exemptio principis a vi coactiua; & pœnis legis ſuę non tam eſt priuilegium, quam onus, non tam gratia, quam cõditio iniqua; Cuius ratio manifeſta eſt: quia ſubditi, qui non ſolum legis luce ducuntur, verum etiam eius pęnis ſtimulantur, duobus ſubſidijs ad virtutem vtuntur; princeps autem altero deſtitutus eſt, dum nullus ſit, qui illum cogere poſſit, aut reprehendere audeat; immò vix vllus, qui veritatem doceat. Huc alludere videtur illud Prouerb. 21. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu domini, quocunque voluerit, inclinabit illud.* Hoc eſt, cum priuatorũ corda ſic in manu Dei ſint, vt per ſuos iuſtitiæ miniſtros ea gubernet, & cogat, cor tamen Regis in ſolius Dei manib. poſitum eſt. Vt ſicut ipſe ſolus poſſet ingentem amnem, & rapidum ſupra naturã aliorſum diuertere, quam alueus ducit: ſic ſolus ipſe Regẽ, qui ſuæ mancipatus eſt uoluntati, poteſt, vel remorari, vel in aliam mentem conuertere.

10 *Tertia propoſitio.* Quamuis † Principes ſuis legibus quoad vim coactiuam, & pœnas in foro exteriori ſoluti ſint, ex iure tamen, & æquitate naturali, ac diuina, quoad vim directiuam, leges ſuas in conſciẽtia obſeruare tenentur: ſic authores omnes quos initio attulimus, id quod iura omnia tam diuina, quam humana clamare videntur. Siquidem, ſi ius diuinũ conſideremus, reprehendũtur a Chriſto Matth. 23. illi, *Qui dicunt, & non faciunt; & qui alijs onera grauia imponunt, ipſi autem ne digito volunt ea mouere.* In iure etiam Canonico idem ſtatutum eſt, vt euidẽter colligitur ex capit. Cum omnes. de conſtitut. vbi Innocentius Papa III. ait; *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet*: & idem Pontifex in capit. Pro illorum. de præbend. ait: *Nobis legem ponere non debent, quam ipſi negligunt obſeruare.* Iure etiam ciuili ſcriptum legimus. '*Digna vox maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri.* leg. 4. C. de legibus, & conſtitutio. Huc accedit etiam illud Catonis dictum ab Innocentio III. in dict. cap. Cum omnes. & a San. Thom. 1. 2. quæſtio. 96. articulo 5. ad 3. citatum, *Patere legem, quam ipſe tuleris.* Illud item Platonis teſtimonio in libro 4. de Legibus confirmari poteſt, *Paratum*, inquit, *exitiũ illi ciuitati video, in qua non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt; ſalutem vero illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur.* *Ratio* etiam manifeſta eſt, ſiquidem leges humanæ ordinantur ad bonũ commune, & vt ciues bonos efficiant, & ſtudioſos, At uero utrumque horum, id eſt, promouere bonũ commune, & uirtutem ſibi comparare, non minus ad Principẽ, immò magis, quam ad ſubditos pertinet. Quamuis igitur Princeps quoad uim coactiuã legibus ſuis parere nõ cogitur, attamen quoad uim directiuam non minus, quam ſubditus, leges ſuas obſeruare tenetur, cum eadem cauſa in Principe, quæ in ſubdito, ad legem obſeruandam inſit. Præterquã ꝙ turpe omnino eſt partem diſſidere a toto, & ideo cum Princeps pars communitatis ſit, ipſi toti conformare ſe debet. Nam lex naturæ præcipit, ut caput ſe conformet corpori, & membris, & quod patiatur legem, quam ipſe tulerit.

Deinde omnis legislator uitare tenetur illud, ꝓpter quod lex ſua ſuſpecta, dura, odioſa, & ſcandaloſa ſubditis redderetur: At uero ſtatuens legem, & ipſam nõ ſeruans reddit eam ſuſpectam, quod non ſit utilis. & honeſta, immò facile ex eius incuria in nõ obſeruando, redditur contemptui apud alios, ut docent Card. in c. Cum omnes. Notab. 2. Ant. ibid. & Panor. nu. 2. de conſtit. & Ioan. Bapt. Ferretus Vicẽtinus repet. in c. Canonum ſtatuta. nu. 50. de conſti. Ergo conditor eam ſeruare tenetur.

11 Item etiam hoc argumento efficaciter ſuadetur, Nam Princeps omnis legem diuinam, & naturalẽ ſeruare debet, & tenetur, iuxta illud Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, & 1. Pet. 2. & c. ſolita de maior. & obed. & c. Qui reſiſtit. 11. q. 3. & Clem. paſtoralis. de re iudic. lex enim humana a diuina, & naturali dependet, & dimanat, ut latè, & eruditè tradit S. Tho. 1. 2. q. 93. art. 3. & 6. & q. 95. ar. 2. ſed tam diuina lex, quam naturalis damnat illos, qui nõ ſeruant id, quod alijs imperant faciendum: De lege diuina id colligitur ex Matth. 23. ubi Chriſtus redarguit Scribas, & Phariſæos *id alijs imponẽtes, qd ipſi ſuſtinere nolunt*. & Ro. 2. dicit Apoſt. *Qui alios doces, teipſum non doces, prædicas non mœchãdum, et mœcharis, &c. Qua propter inexcuſabilis es, ò homo omnis, qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipſum cõdemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Exiſtimas aũt hoc, ò homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?* De lege autem naturali cõſtat ex d. c. cum omnes. de cõſt. & l. 1. in prin. ff. Quod quiſque iuris in alium ſtatuit. ubi lex dicit, hoc edictũ hre ſummã æquitatẽ, & gl. ibi ait, qđ eſt æquitas, & rõ iuris diuini, & naturalis, qua cauetur, *Quod tibi non vis fieri, alijs ne facito.* & expreſſe Caie. 1. 2. q. 96. ar. 5. hoc de iure naturæ eſſe docet, vt princeps id faciat, quod ab alijs faciendum eſſe ſtatuit.

Quamuis igitur Princeps non eodẽ modo, quo alij, ad legis ſuæ obſeruantiam obligetur, quandoquidem princeps caput eſt communitatis, & auctoritas in eo reſidet, nihilominus tamen ex æquitate quadam naturali legem ſuam cuſtodire tenetur, cum (vt rectè Caietanus, vbi ſupra, notat,) turpis planè ſit pars, & pręſertim caput, ſi non congruat cum alijs partibus, atque adeo cum toto in ea re, quæ ſimiliter ad eam pertinet, maxime cum in moralibus magis moueant exempla, quam verba, & Princeps non ſolum vt præſit,ſed proſit,creatur; & alijs huiuſmodi,quæ ipſamet ratio naturalis dictat.

12 Denique idipſum † varijs exemplis cōfirmatur ; etenim diuinus legiſlator, cui legiſlatores omnes conformare ſe debent, leges,quas alijs imponebat , perfectiſſime obſeruabat,*cæpitque prius facere,quam docere* , Act.1. Vnde legem Circumciſionis , quam Iudæis impoſuit , Gene. 17. ipſe ſeruauit, quia die octaua circumciſus fuit,& oblatus eſt in templo die quadrageſimo,prout alijs præcepit. Et Bias cum vere principem opinatur , qui patrijs legibus, inſtitutiſque ſubiecerit ſe primus , vt teſtatur Lud.Cælius Rhodiginus lib.8.lectionum antiqua.c.1. Traianus quoque,cum præfectum prætorio deſignaſſet , gladium ei in manu porrexit hęc verba ſubijciens:*Vtere hoc gladio aduerſus hoſtes meos in iuſtis cauſis,ſin minus iuſtè egero,tum in meipſum ſtringito.*Zaleucus quoque legiſlator,cum filius eius adulterij damnatus, lege ita iubente,vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliquandiu repugnaret,ad vltimum ne lex violaretur,ſuo prius,demum filij eruto vno oculo uſum videndi vtriq; reliquit ; ſic mirabilis æquitatis temperamento ſe miſericordem patrem,& iuſtum legiſlatorem partitus eſt, vt referunt Valerius Maximus lib.6. & S. Ant. par.1. Chron.tit.3.c.3.§.16.Quod autem Princeps teneatur obſeruare leges,vide latè Franciſcum Patritium lib.8.de Regno,& Regis inſtit.tit.6.

13 *Ex hactenus* dictis † ſoluuntur omnia,quæ in contrarium afferebantur.Quamuis enim vere lex nō eſſet,ſi in vniuerſum careret vi coactiua , attamen qđ reſpectu principis,eo quod ſuperiorem non habeat, careat vi coactiua,nihil amittit.Quibus addendum eſt,Principem ſuis legibus obligari,tum ex voluntate *diuina*,tum ex *propria*; Ex diuina quidem , quia tā lex naturalis, quam diuina eſt , vt quiſque patiatur legem , quam ipſe tulerit . Ex voluntate item propria,ſiquidem ferendo legem humanam conſtituit ſe vnum eorum , cum quo lex ipſa loquitur , caput namque reliquis membris ſe conformare debet. Ex hoc namque ipſo , vt optime docet Caiet.1.2.q.96. artic.5.circa medium,quod Princeps voluntariè legem promulgat , vult ordinationem illam habere vim legis;quia uero ordinationem aliquam habere vim legis eſt ſortiri ab æterna lege vim directiuam in foro conſcientiæ,cui etiam princeps ſubijcitur; ideo ex propria voluntate principis , & ex æterna lege,humana lex vim obligatiuam principis in conſcientia habet.

Quantum vero ad id, quod de exemptione aliorū a lege dicitur,Reſpōdetur cum Caietano, Medina , Greg.de Valentia poſt S.Thomam 1.2.q.96. artic. 5.ad tertium,poſſe quidem Principem ex iuſta,& rationabili cauſa ſecum diſpenſare,ſicut cum alijs; Poteſt etiam quando,& quantum expediens fuerit,aut ſubditum,aut ſeipſum a lege eximere,ita vt non amplius illa teneatur , nec eius violatæ ſit reus; Poteſt etiam legem mutare , ſiue aliam condendo loco illius,ſiue totaliter tollendo ; At vero ſtante lege in ſuo robore,nō poteſt vel ſe,vel alium pro libito ita eximere,vt ſi contra eam faciat , non peccet contra legē naturalem,quatenus nimirum turpis eſt pars , quæ toti non eſt conformis,ſiue ea pars ſit tanquam caput,vt eſt princeps ipſe, ſiue tanquam aliud membrum,vt eſt quilibet ſubditus?Quamuis,ut Medina notat,non ita facile ſeipſum,ac alium priuatum eximere ſine cauſa poſſit,eo q̄ eximere hominem priuatum,nō eſt in perniciem Reipublicę,eximere uero ſeipſum in maximum Reipublicę damnum redundat,quandoquidem in Principem , tanquam in exemplar,omnium oculi coniecti ſunt.*Addo* tamē, quod,ſi Princeps priuatum aliquem a lege eximeret ſine cauſa , tunc quidem pœnam tranſgreſſorib. impoſitam non incurrit ſubditus,faciendo tamē cōtra legem peccaret cōtra legem naturę,ut diximus, lex enim iuſta eo ipſo,quod regula eſt,facit,ut deflexus ab ipſa ſine rationabili cauſa culpa , & peccatū ſit,vt Sotus,& Greg.ubi ſupra,tradunt.

Hinc rectè colligunt Caiet.1.2.qu.96.art.5. ante finem,& Sotus li.1.de iuſt.& iure.qu.6.art.7.prope finem.Quod,ſi Papa licentiet ſe,uel alium, quia placet,ad non dicēdum horas canonicas,uel carnes ꝯmedendum in Quadrageſima,licentiatus malefacit non dicendo horas,aut carnes comedendo;*Quia* turpis eſt pars,quę non conſonat ſuo toti ex iure naturę,quod uiolatur a ſubdito,& multo magis a capite. *Ratio eſt*:Quia legiſlator legem condens opus tale conſtituit in certa uirtutis ſpecie;ut ferens Papa legem ieiunij conſtituit illud uirtute obligatoria abſtinentię; Et pręcipiens ſeruare feſtum,illud conſtituit in uirrute religionis.Conſtituto autem uirtutis opere, tota Reſpublica,atque adeo ipſum caput ſecundum illud agere tenetur:pœnam uero illam trāſgredientibus a lege impoſitam ſic licentiatus non incurrit.

14 *Ex dictis* conſtat † ſolutio illius quęſtionis, An ſ. Summus Pontifex teneatur ſemel in anno peccata ſua ſacerdoti cōfiteri;Quam quęſtionem latius pertractant Glo.in c.ſane 2.de offi.deleg.ubi Decius in fine gloſſ.& c.Nemo 9.quęſt.3.Ioan.And. in c.Omnis utriuſque ſexus.de pœnit.& remiſſ.& ibi Panor. nume.14.& in c.ſignificaſti.de foro comp. Felin.in d.cap.ſanè.2.idem in cap.1.de conſtit.fallen.4.Syl ueſt.uerbo confeſſ.2.queſt.6.Nauar.in principio diſtinct.5.num.32 Sotus 4.diſtinct.18.quęſtio.1.art. 5.Couar.in cap.Alma mater. part.1.§.1.num.5.de ſent.excom.in 6.Henriquez lib.1.de Sacram.pęnit capit.3.num.2.Alphon.Viuald.in par.4.cap.8 numer.57.& Theologi in 4.diſt.17.Qui omnes in eā ſententiam conueniunt,ſummum Pōtificem ui pręcepti humani,& conſtitutionis cap.Omnis utriuſque ſexus,de pœnit.& remiſſ.ad ſemel in anno confitendum non teneri,ui inquam coactiua,ſiquidem ui directiua illius Canonis ſub reatu peccati mortalis ſaltem ſemel in anno peccata ſua mortalia confiteri(& idem de Euchariſtię ſumptione in Paſchate dicendum eſt)tenetur,tam ratione naturali,quę docet Principem legibus humanis ſubditum eſſe , quam quod pręceptum hoc de confeſſione annua, licet aliqua ex parte humani iuris ſit, non omninò diuini , uerè tamen ſit iuris diuini limitati per humanum . *Addo* tamen utriuſque iuris uiolationem unicum ſolum peccatum eſſe , quoniam ambo illa precepta unicum actum iniungunt,& alterum eſt alterius determinatio . Quamuis enim eccleſia longius , aut breuius tempus confeſſioni ſacramentali definire poterat, & poteſt , nihilominus tamen conſtituta iam lege,uel ſeipſum, uel alium ab ea ſine cauſa, & in hac ſpecie grauiſſima,iuſtiſſimaque,propter uim adminiſtam diuinę

uinæ legis ſummo Pontifici eximere non licet: De qua re latius alibi dicendum erit.

Obſeruandum demum eſt, doctrinam hanc, qua ſtatuimus Principem legibus ſuis ſubdi, intelligendā eſſe de legibus, quæ ex ęquo ad ipſum, perinde atque ad ſubditos ſpectant. Sunt enim aliquæ leges, quæ non minus ad principem, quam ad ſubditos pertinent, vt v.g. Indicit Papa ieiunium, aut feſti ſolēnitatem, eadem eſt æquitas in ipſo, atque in ſubdito, niſi de iuſta cauſa ſecum, veluti cum alijs, diſpenſauerit. Item eſt lex frumentaria, ne quis frumentum ex ciuitate deferat, lex hæc ex æquo ad omnes pertinet. Aliquæ vero leges ſunt, quæ ex æquo ad omnes non pertinent, vt v.g. leges, quæ præſcribunt modum conuiuijs, veſtibus, & ſumptibus, & leges, quæ prohibent, ne noctu deferantur arma, leges illæ priores æquè Principem, ac ſubditos obligant, cum ex æquo ad omnes pertineant; at vero leges poſteriores Principem non obligant, cum diuerſa omninò ratio ſit quoad earum obſeruationem in Principe, atque in ſubditis, vt conſtat, ut doctè, ſubtiliterq; Caiet. 1.2.q.96.art.5. Medina ibidem, & Sotus libr. 1. de iuſti. & iure, q.6.art.7. annotarunt.

15 SECVNDVM DVBIVM EST, An † Peregrini, & qui incertas habent ſedes, teneantur legibus regionis, aut ciuitatis, ad quam declinant. Hanc difficultatem attingit, & ſoluit Medina 1.2.q.96.art.5. ante finem facta diſtinctione; ſunt enim quidam peregrini, qui in aliena regione domicilium habent, & tales tenentur legibus regionis, in qua domiciliū habent, ſunt enim incolæ illius loci, & tanquam ciues reputantur: Alij vero ſunt, qui nullum certum habent domicilium, ſed de prouincia in prouinciā demigrant, vt qui proficiſcuntur Lauretū, aut ad D. Iacobu &c. & tales non obligātur legibus ciuitatis, aut loci, ad quem fortuitò declinant, nō enim extat lex aliqua ſpecialis obligans peregrinum per oppidū, aut ciuitatē tranſeuntē, tenetur tamen huiuſmodi legibus communibus Regni, alioquin nō videretur ſatis benè Reipublicę, & bono communi conſultū, & hęc videtur eſſe praxis cōmunis, & obſeruāda.

16 TERTIVM DVBIVM EST, An † clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ſeruare teneantur leges, aut ſtatuta laicorum? *Difficultatis ratio* hæc eſt; quia clerici exempti ſunt a poteſtate laica, & conſequenter non videntur laicorum legibus aſtringi. Nihilominus tamen communis, & vera Doctorum ſententia eſt, clericos, & alias perſonas eccleſiaſticas nō eſſe exēptas ab obligatione directiua legum ciuilium, quæ non repugnāt ſacris Canonibus, vel officio clericali, & quæ ad bonum ſtatum Reipublicæ conducunt. Sic Angelica in verb. Lex. nu.5. circa medium. Syluc. verb. eod. q.15. poſt Panor. in c. Eccleſia S. Mariæ. nu.13. verſic. circa hoc tamen; de conſtit. Ioannes Driedo lib.1. de libert. Chriſtiana cap.2. part.3. fol. mihi 103. Sotus lib.1. de iuſt. & iure, quæſt.6. ar.7. concl.1. in fine, & 4. diſtinct.25. quæſt.2. ar.2. concluſ.4. Alphonſus a Caſtro lib.1. de poteſt. legis pęnal. c. vltim. ante finem: Franciſc. a Victoria in Relect.1. de poteſtate eccleſiæ q. vltim. Martin. Nauar. in Manuali, cap.23. nu.88. Barth. Medina 1.2.q.96. art.5. dub. vltim. Ioſeph Angles in Floribus quarti Sententiarum de Sacram. ordinis, in fin. Robertus Bellarm. tom.2. controuerſ. tract. de clericis libr.1. cap.28. concluſ.2. Gregorius de Valentia tom.4. diſput.9. q.5. puncto 4. Michael Salon. in 2.2. tomo 2. in quæſt.77. art.1. controuerſia 10. Thomas Zerula in Praxi Epiſcopali tom.1. in verb. pragmat. dub.2. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. part.2. libr.3. cap.2. in fine; Alphonſus Viuald. par.4. cap.9. num.10. Emanuel Rodriguez tom.1. cap.196. concluſ.1. & alijs communiter. *Ratio eſt*: quia clerici non obſtāte clericatu ciues ſunt, & membra Reipublicæ politicæ: ſed Reſpublica ciuilis non niſi legibus ciuilibus Principum gubernatur: Ergo eas etiam quatenus conducunt ad vtilitatem, & bonum publicum, clerici ſeruare tenentur. Etenim magna confuſio, & perturbatio in Republica ſequeretur, ſi clerici leges ciuiles iuſtas in venditionibus, emptionibus, contractibus, locationibus, & alijs huiuſmodi commercijs ciuilibus, & humanis, non ſeruarent. Hinc S. Chryſoſtomus in id Roman. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, docet Chriſti Euāgelio non tolli politicas leges, & ideo debere etiam Sacerdotes, & Monachos eis parere. Quoad gabellas autem an clerici exempti ſint, ſuo loco dicemus, cum de exactione Gabellarum diſſeremus, & multa etiam de hac re diximus tomo primo Theſauri libr.3. capit.22. in expoſitione Bullæ Cęnæ Domini. Quo vero iure clerici a poteſtate ſeculari exempti ſint, in tertio tomo, cum de Sacramento Ordinis agemus, latè examinabimus. Hic ſolum hanc propoſitam difficultatem de obſeruantia legum ſecularium, quæ non repugnant ſacris Canonibus, aut officio clericali, quęque in commune Reipublicæ bonum inſtituuntur, explicare ſtatuimus, quandoquidem materia præſens id a nobis expoſtulare videatur.

17 *Hinc* inferunt Doctores † omnes ſuperius allati, quod ſi Reſpublica pretia rebus venalibus conſtituat, puta, ne frumentum, oleum, aut aliquid ſimile vltra pretium iuſtum taxatum vendat, clerici carius vendentes mortaliter peccant, & ad reſtitutionem exceſſuum tenētur, ſicut laici. Qualem legē feciſſe Carolum V. in Hiſpania præſertim in Regno Caſtellæ anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimonono ferunt Alphonſus a Caſtro, & Salon. vbi ſupra, propter magnam ſterelitatem, & penuriam aquæ tunc temporis, quo conſuetum eſt frumentum, & hordeum ſeminare. *Ratio eſt*: quia lex illa pretium taxans conſulit bono communi, & neceſſitati omnium, maximè pauperum, hi namque ſūt, qui vbi annona deficit, maximè indigent, ſed ad ſubueniendum pauperibus, & eorum indigentiam iuuandā ex ſuperfluis eccleſiaſticam immunitatem non minuit, immò magis clerici, quam laici tenentur: Ergo non minus legem hanc clerici, quam laici ſeruare tenentur. Etenim lex hæc iuſta eſt, nec ullo modo ſtatui, aut libertati eccleſiaſticæ repugnat, vt cōſtat, immo ratio repugnat, vt clericus carius rem vendat, quā laicus, & vltra pretium taxatum a lege. Deinde pretium iuſtum taxatum a lege, ſimpliciter eſt iuſtum, & actum illum in materia iuſtitię cōmutatiuæ conſtituit: At verò vendere rem iuſto pretio eſt ſecundum ius diuinum, & naturale, a quo nulla ratione clerici eximūtur; Lex enim naturalis, & diuina prohibet, ut nullus vltra iuſtū pretiū rē aliquā vendat. Quo caſu lex humana, & ciuilis declarans ęquale, & iuſtum rei pretium, prohibenſque, ne quis vltra tale pretium rem vendere præſumat, non in-

ducit propriè nouam aliquam obligationem, ſed ſolum declarat eam, quæ lege diuina eſt impoſita poſt talem pretij taxationem. Vnde pragmatica illa Caſtellę, vt notat Salon, vbi ſupra, exprimit clericos quoque in illa comprehenſos fuiſſe. In huius rei confirmationem eſt, quod Apoſtolus Paulus optimus diuinæ legis interpres 1. ad Theſſal. 4. dicit, *Et ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum, quoniam iudex eſt dominus de his omnibus.* Quæ verba interpretans S. Anſelmus ait, *Supergreſſio enim eſt, vbi pro minori pretio illud, quod maioris pretij eſt, elicitur. Circumuentio, ubi per dolum frater in ipſa uenditione, uel emptione decipitur.* Hæc ille. Sicut ergo iuxta Diui Anſelmi ſententiam ille ſupergreditur in negotio fratrem, qui minori emit, quod maioris eſt pretij, ita etiam econtrario ille ſupergreditur in negotio fratrem, qui pro maiori vendit, quod minoris eſt pretij: Et vtrumque Apoſtolus dicit eſſe contra Dei voluntatem, & Deum de his omnibus eſſe vindictam ſumpturum. *Clericus ergo* vltra pretium taxatum vendens contra legem diuinam peccat, & quia contra iuſtitiam peccat, tenetur ad reſtitutionem eius, quod vltra iuſtum pretium a lege taxatum acceperit, id quod procedit, etiamſi pęna aliqua a lege tranſgreſſoribus imponatur, puta, quod amittat frumentum, quod vltra taxatum pretium vendiderat, huiuſmodi enim pœnæ appoſitio non impedit, quo minus vendens ultra pretium iuſtum peccet, additur autem legi pęna, ut ſic ſaltem frænum nimiæ illorum auaritiæ imponatur, & timore pęnæ a peccato retrahantur.

Eodem modo ſi lex ſit, ne quis induatur ſerico, ne quis venationi incumbat, ne quis noctu cum armis, aut noctu incedat, lex hæc clericos æquè, ac laicos comprehendit, cum leges ciuiles iuſtæ non repugnātes ſtatui eccleſiaſtico, uel clericorum libertati, aut morum honeſtati; obligent etiam clericos, vt communiter Doctores allati tradunt.

18 *Sit* etiam † ſi tempore belli, aut alio quouis tempore edicto Regis ſtatuatur ob bonum Reipublicę, ne quis ſine licentia equum ab ipſo regno ad aliud regnum transferat, ſiue hoc per venditionem, & emptionem, aut per commutationem, aut per liberalē donationem, aut alio quouis modo fiat, appoſita grauiſſima pœna contrafacientibus, quicumque clericus cōtra huiuſmodi præceptum equum e regno extraheret, peccaret mortaliter, vt ex dictis conſtat; & late probat Thom. Zerula vbi ſupra, contra Nauar. conſil. 3. in Nouis, aliàs conſi. 4. in antiquit. de conſtitut. ubi falsò docet clericos tali lege non comprehendi. Quamuis enim ad pœnam non teneatur ante iudicis condemnationem, tenetur tamen ad id, propter cuius obſeruationem impontiur pęna, quod eſt non transferre equum è regno. Et talis lex eſt in regno Caſtellæ, ut habetur in libro ſexto Regalium Ordinationū, tit. 9. leg. 10. ut teſtatur Alphōſus a Caſtro loco ꝓximè a nobis allato. Immo ēt talis Pragmatica hodie viget in Regno Neapol. ut conſtat.

Pari ratione, ſi Lex ſit, ſeu Statutum, aut Pragmatica, ne quis aſportet frumentum extra ciuitatem, Regnum, ſeu Prouinciam, clericus violando legem ſic in bonum commune cōſtitutam mortaliter peccat ex Soto libr. 1. de iuſtit. q. 6. art. 4. poſt medium, & artic. 5. in fi. & lib. 4. q. 6. art. 4. concluſ. 2. & ex dictis conſtat, & præfati authores teſtantur. Ex quibus caſibus, qui frequentiores in uſu eſſe ſolent, colligi poteſt, quid de alijs ſimilibus dicendum ſit. Hęc interim de obligatione clericorum circa leges ciuiles, quæ communem Reipublicæ vtilitatem cōcernunt, nec aliqua ratione libertati eccleſiaſticæ repugnant, hoc in loco pro inſtituti noſtri ratione breuiter attigiſſe ſufficiat, plura namque ſuis in locis de clericis dicemus.

De tempore, quo lex humana obligare incipit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Legibus obligari poteſt nemo ante promulgationem.*
2 *Qualis promulgatio neceſſaria eſt, ut lex vim obligādi habeat, an ut ſingulis innoteſcat, ſiue non.*
3 *An lex ſufficienter promulgata obliget eum, qui eius ignorantiam inuincibilem habet.*
4 *Qualiter probari poſſit hæc ignorantia, ut contrafaciētem non ſolum à culpa in foro interiori, ſed etiam a pæna in foro exteriori excuſet.*
5 *Quando allegatur ignorantia legis poſt promulgationem, tres præcipuè modi ſunt, quibus probatur hæc ignorantia.*
6 *Quando lex promulgata ſufficienter vim obligandi habere incipiat.*
7 *Quando lex ſtatim obliget facta promulgatione.*
8 *De legibus à ſupremo Principe latis, puta ab Imperatore, Regibus, Summis Pontificibus, communis ſententia quæ.*
9 *An in legibus Ciuilib. Imperatoris, aut Regū ſufficiat illa generalis publicatio facta in Curia Principis.*
10 *An qui ante tempus duorum menſium ſciunt legem promulgatam in locis prouinciæ, teneantur in conſcientia ad illius obſeruationem, non expectādo duos menſes.*
11 *An in legibus Eccleſiaſticis, in quibus nullum certum tempus ad obligandum præfigitur, ſatis ſit, ut in Curia Romana promulgentur.*
12 *Quantum ad leges Irritatorias contractuum, quando obligent, & ad quid, culpam, ſeu pænam, ſiue reſciſſionem tantum.*
13 *De legibus reuocatorijs quid dicendum, an in prouincia ſolum, uel etiam in ciuitate, & parochia promulgandæ ſint, ut obligent.*
14 *An præter ſufficiētem legis promulgationem neceſſarium ſit etiam legem humanam acceptari.*
15 *In legibus tam Ciuilibus, quam Eccleſiaſticis, ſicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, ita lex in vna ſola parte recepta quoad illam obligat.*

1 Circa tempus, quo lex humana obligare cēſetur, illud in vniuerſum certum eſt, & ab omnibus conceſſum, legem humanam neminem obligare prius, quā promulgetur, vt paſſim tam in lege ciuili, quā canonica habetur. Nā in l. *leges ſacratiſſimæ.* C. de legibus & cōſtitut. dicit; *Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringūt hominum uitas, intelligi ab hominib. debēt; vt vniuerſi preſcripto earū manifeſtius cognito, uel inhibita declinēt, uel permiſſa ſectentur.* Quod decretū eſt Valētiniani, & Marciani Imꝑatorū. Et in Auth. Vt factæ nouę cōſtitutiones, dr̄ *tūc ualere leges, cū in cōmuni factæ sūt manifeſtæ*, & c. *In iſtis.* diſt. 4. expreſſè

habetur,*leges tũc inſtitui,cũ promulgantur.*Idẽq; colligitur ex c.*Cognoſcentes*,de conſti.& ex ca. *Ad hæc.* de poſtulat.prælat. Doctores etiam communiter id affirmant,vt Gloſſa id d.ca.*Cognoſcentes*, in ver.*ante prohibitionem*,& in d.c.*Ad hæc*,in verbo,*publicè promulgauit.*Innoc.in d.c.*Ad hæc*,nu.6.Panorm.in d.c.*Cognoſcentes*.nu.6.& in d.c.*Ad hæc*.nu.9.Anton. de Burgos repet.in d.c.*Cognoſcentes*.nu.205. S.Tho.1.2.q.90.art.4.Caiet.& Barthol. Medina ibidem.S. Anton.p.1.tit.11.c.2.§.1.in fine.Piſanella verb.lex §.4.Angelica eod.num.12.Sylueſt. eod.q.6. Tabiena eod.in princ.Sotus lib.1.de iuſtit.& iure,q.1.art. 4.concl.1.Alphonſ.de Caſt.lib.1.de poteſt. leg.pœnal.c.1.Marcus Anton.Cucchus lib.1.inſtit. maiorum tit.3.num.16.Sebaſtian.Medices repetit.in ca. *Erit*.diſt.4.num.67.Ioſeph Angles in Florib.4.Sen. in q.de eſſentialibus baptiſmi ar.8.Greg. del Valentia to.2.diſp.7.q.5.puncto 5.Mart.Nau.in Manuali c.23.n.44.Alphonſ.Viualdus in Candelab.aureo, p.4.c.8.num.43.Summa Corona par.1.cap.1.num. 30.Thom.Zerula in Praxi Epiſcopali,par.1.in ver. Pragmatica in princip.Barthol.Hugolin. de Cenſuris Eccleſ.tabula 1.c.9.§.7.num.1.Tolet.in Summa tracta.de peccatis mortal.cap.18. Emanuel Rodriguez in Summa par.1.cap.194. conci.7. Alphonſ. a Veracruce in appendice ad Speculum coniu.dub. 14.Petrus Cenedus in collectan.par.1.collect.1.numero 5.& alij communiter,& nos to.1.theſauri lib. 1.c.7.nu.3.expoſuimus.*Ratio eſt*:quia Lex eſt regula,& menſura actionum humanarum,regula autem & menſura imponitur per hoc,quod applicatur operantibus; applicari autem nequit,niſi per illius notitiam,& promulgationem.

Hinc ſequitur,quod ſi quis ante legitimam legis promulgationem ſciret in Concilio,aut congregatione conſtitutionem aliquam eſſe factam de minori pretio frumenti,& venderet maiori ante promulgationem, nec peccaret, nec reſtituere teneretur. Sic Couar.in reg.peccat.par.4.§.3.num.6.& colligitur ex doctrina S.Thom.2.2.q.77.articu.3.ad quartum,& Petr.de Arragon. ibi. & Michael Salon tomo 2.in 2.2.q.77.artic.3.controuerſ.3.ad quintum, Cordubę lib.1.q.14.in fi.Soti.lib.6.de iuſtit.q.3.art. 2.ad vltimum. Thomæ Zerulæ in Praxi Epiſcop. par.1.in verbo,Pragmatica,in princ.qui citat;Dyn. in cap.ſine culpa num.primo,de reg.iur.in 6. *Ratio eſt*: quia ſi teneretur reſtituere, vel id eſſet ex vi legis,& hoc non,cum ante promulgationem nõ obliget: vel ex accidente futuro,& hoc non, ſicut nec qui vendit pretio occurrenti iuſto,cum ſciat plures ſuperuenturos,& pretium deinde diminuendum fore,quia ſatis eſt,quod pretio iuſto vendat tempore venditionis, vt exemplificant authores allati,argumen.l.pretia rerum.ff.ad legem Falcidiam.quicquid contradicant in hoc vltimo caſu Bartol. in l. quæro.ff.de actio.em.glo.in l.contra legem.ff.de legibus,& Felin.in cap.ſecundo,de Conſtitu.de qua re ſuo loco latius agemus.

Ceterum cum hoc ab omnibus conceſſum ſit,sũt tamen quædã dubia,& inter authores controuerſa.

2 PRIMVM DVBIVM EST,qualisnam† promulgatio neceſſaria ſit,vt Lex uim obligãdi habeat? Reſpondetur ex communi Doctorum conſenſu,requiri,& ſufficere promulgationem publicam,& ſolemnem,nec neceſſe eſt,vt ſingulorum auribus intimetur. Sic cap.*Ad hæc*,de poſtulat. prælat. vbi dicitur: *Non eſt neceſſarium,cum cõſtitutio ſolemniter editur, aut publicè promulgatur,ipſius notitiam ſingulorum auribus per ſpeciale mandatum,uel literas inculcare,ſed id ſolum ſufficit,ut ad eius obſeruantiam teneatur,qui nouerit eam ſolemniter editam, aut publicè promulgatam.* Hactenus Innocentius Papa III. Panormit. ibi nu. 9.Gloſ.ibi,in verbo,*publicè promulgauit*.Sylueſt.verbo,Lex,q.6.& 7.Caiet.1.2.q.90.art.4.Medina ibi, Sotus lib.1.de iuſtit.& iur.q.1.art.4. Ioannes Azorius.1.par.Inſtit.Moral.lib.5.c.3.dub.1.& 2.& alij ſupra citati.*Ratio eſt*;quia cum Lex pro omnibus inſtituta ſit,debet conſequenter talis eſſe promulgatio,quæ ad omnes moraliter peruenire poſſit, vnde publica eſſe debet, & quia Lex vim obligandi non habet,niſi ex legislatoris voluntate, ideo ex ſigno ſolemni hoc innoteſcere debet. Non autem requiritur,vt ad notitiam ſingulorum perueniat;ſed ſatis eſt,vt conſideratis circumſtantijs ad eorum notitiã peruenire poſſet; forma autem conſueta promulgationis eſt, vt ſolemniter in curia Principis, vel in ciuitate Metropolitana, vel in ſingulis prouincijs, aut ciuitatibus, voce præconis, aut alio legitimo modo promulgetur. *Cuius hæc eſt ratio*: Etenim tunc verè Lex promulgari cenſetur, cum in forma præcepti conſtituitur,tunc autem fit præceptum, cum publicitus edicitur,& promulgatur: De qua re inferius plura dicemus.

3 DVBIVM SECVNDVM EST, An lex † ſufficiẽter promulgata obliget eum, qui eius ignorantiam inuincibilem habet? Ioannes Andreas ſuper illo uerbo,*Data Romæ*,in fine lib.6. Panor.in c.*Cognoſcẽtes*, nu.6.de Conſti.Baldus in l. *Leges ſacratiſſimæ*: Cod. de legib.& conſtit.Caiet.1.2.q.90.ar.4.& aliqui alij recentiores eius ſententię ſunt,vt exiſtimẽt ſic ignorantem uerè non obligari.*Ratio eſt*: quia nemo obligatur ad impoſſibile: At uero qui legem inuincibiliter ignorat,eam ſeruare non poteſt. Alij uero, ut Sotus lib.1.de iuſtit.& iure.q.1.ar.4.concluſ.3.Barthol.Medina in 1.2.q.90.ar.4 concl.3 circa mediũ. Tho.Zerula in Praxi Epiſcopali.p.1.in uerbo Pragmatica,in princ.& Gregor.de Val.to.2.diſp.7.q.5. puncto 5.dubio primo, propoſitione 2.docent,ſic ignorantem poſt ſufficientem Legis promulgationem uerè obligari,excuſari tamen a culpa, ſi contra legem faciat;& hæc opinio mihi magis placet,quia alias propriè non diceretur quis excuſari a culpa propter legis tranſgreſſionem,ſi lex omnes non obligaret poſt eius ſufficientem promulgationem,excuſatio enim propriè eſt ab obligatione legis, qua tenetur; nemo enim dicitur excuſari, cum omittit aliquid facere,ad quod non tenetur:ut uerbi gratia,ſi quis non ingrediatur religionem, aut non ducat uxorem, talis enim non propriè ea in re dicitur excuſari a peccato,quandoquidem abſtinere a coniugio,uel religioſo ſtatu, non eſt alioqui contra ullius legis obligationem. Vnde quamuis ſic ignorans obligetur lege, quia tamen inuoluntariè facit, & inuincibiliter ignorat, uiolando legem excuſatur a peccato, nemo enim obligatur ad impoſſibile, ita ut faciendo contra reus peccati teneatur. *Etenim* tranſgreſſio legis tũc ſolum peccatum eſt,quãdo uoluntaria eſt,ignorãtia autem inuincibilis cauſat inuoluntarium, & proinde a peccato excuſat, peccatum enim adeo eſt uoluntarium,ut,ſi uolũta-

rium non ſit,non fuerit peccatum. Et quamuis hęc Doctorum diſſenſio de nomine potius, quam de re ſit,modus tamen loquendi Soti,& Theologorum melior,& verior eſt,quam alter ille Iuriſtarum, vt ex dictis conſtat: Nam lex in vniuerſum promulgatur,& conſequenter ſic ſolemniter promulgata vniuerſos obligat,& per accidēs plane eſt,quod ab iſto, vel illo in particulari ignoretur. Immo ex omnium conſenſu,qui ſic ignorat legem, ſi poſtea admoneatur a concionatore,vel alio fide digno, ad legis obſeruantiam tenetur,& tranſgrediendo peccat,& tamen concionator ille, aut nuntius nō eum obligat; antea ergo lege illa obligatus erat, ſed quia eam inuincibiliter ignorauit,a culpa excuſabatur, & hanc noſtram ſententiam manifeſtè ſatis probare videntur verba illa cap.1.de poſtulat.prælat.vbi Summus Pontifex docet,ad obligationem legis ſufficere publicam, & ſolemnem promulgationem, neque neceſſarium eſſe,vt in omnium,ac ſingulorum notitiā veniat.Quamuis enim Pontifex eo in loco non meminit expreſsè *Obligationis*, hoc tamen ex eius verbis euidenter colligitur, cum determinet Epiſcopū obligatum fuiſſe ſeruare Interdictum illud, cuius ipſemet Epiſcopus ignorantiam in ſui excuſationem allegabat.

4 TERTIVM DVBIVM EST, qualiter † probari poſſit hæc ignorantia,vt contrafacientem non ſolū ac culpa in foro interiori, ſed ēt a pęna in foro exteriori excuſet? & intelligitur hæc quæſtio non ſolū, quādo ſtatim inducitur obligatio,ſed ēt ſi non obligaret,niſi poſt duos menſes,vt infra dicemus. In hac re variæ ſunt Canoniſtarum ſententiæ. Gloſſa in c. *Propoſuiſti*,in verb.*Puellæ*,de probat.& c. *Propoſuiſti*.in verbo.*Non probatur*.diſt.82.docet ſtandum eſſe iuramento eius,& facit ca.*Si vero*.de ſent.excommun.c.*Nulli*.de elect.in 6.& Gloſſam ſecutus eſt D. Anton.quando adeſt cauſa aliqua veriſimilis. Deinde ignorantia,vel ſcientia conſiſtit in mente hominis, & ſic facilè aliunde, quam per proprium iuramentum probari non poteſt,ſecūdum gl.in §.*Aliæ*. Inſt.de action.& eadem gloſſ.in l.atqui natura.§.*Cū me abſente*,in gloſ.magna in verbo,*Committat*.ff. de nego.geſt.& gloſſ.in c.*Vt circa*.§.*Super huiuſmodi*.in uerbo.*Ignorantia*.de elect. in 6. & ibi Petr. Anchar. Hyppol.conſ.61.num.28.& conſ.96.nu.8.Iuramētum autem proprium dicitur, quod præſtatur per ſeipſum, uel per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum. Panorm.in c.*Cognoſcentes* nu.9.de Conſtit.ait talem probationem eſſe arbitrariā, ſecundum quantitatem præiudicij, & qualitatem perſonæ allegantis ignorātiam, & qualitatem ignorantiæ, & qualitatem facti, in quo ignorantia prætenditur,& citat ad hoc cap.*Innotuit*.iuncta gloſſ.in uerbo.*Ignorantiam*,de elect.& in cap.fin. de iureiur. cui conſentit Marc.Antonius Cucchus lib.1.Inſtit. maiorum,titu.3. numero 25.Alij uero ut Innoc. in d.cap.*Cognoſcentes*,& Cardin.quos refert Panrm.dicunt, non ſufficere iuramentum; etiamſi haberet unum bonum teſtem, contra gloſſam, nec eſſe probationem arbitrariam, ut uoluit Panormitanus,ſed requiri uolunt dilucidam,& manifeſtam probationem,quam ſententiam ſequuntur Sylueſ.uerb.Lex, quæſt.7. Anton.de Burgos num.230. Andreas de Exea,nume.74.& Franc.Coſcius Senenſis,nu.108. in repet.d.cap.*Cognoſcentes*.de Conſtit.*Ratio eorum eſt*:quia poſt ſufficientem promulgationem eſt præſumptio iuris contra eum; quandocunque autem præſumit ius contra aliquem,ſemper probatio contra illam præſumptionem iuris debet eſſe aperta,& liquida,nec ſufficit iuramentum.glo.in l.fi.ff.de minor.glo.in l.cum de indebito ff de probat.facit glo. in c.*Cupientes*.in uerbo.*Fidem*.de elect.in 6.Rom.in conſi.481.incip.Præſentis conſultationis articulus. colum.2.uerſic. Et igitur ex præmiſſis. Bertrandus conſil.361.uolum.1.Et quidem opinio gloſſæ in foro cōſcientiæ eſt ſatis probabilis, quia in eo foro,ut plurimum ſtari ſolet iuramento,ut in ca. *Si vero*, de ſent.excomm. ubi qui percuſſit Clericum comam nutrientem, ſuo iuramento ex ignorantia excuſatur,& in c.fi.qui Matrim.accuſa.poſſunt,ubi ſolo iuramento ex cauſa ueriſimili admittitur ad accuſandum, ne contrahentes matrimonium ſtent in peccato contra præceptum Dei,& eccleſiæ,& in cap. *Vt circa*.ad finem,de elec.in 6.ubi, qui appellat contra electionem,iurat,quod credit uera, quæ obijcit, & ſe poſſe ea probare, & hoc propter fauorem Eccleſiæ,ne diutius uacet,& in cap.*Significaſti*.1.de homicid.ubi iuratur, an ſciret uitium equi, & ſtatur eius iuramento ad excuſandum ab irregularitate. In foro autem contētioſo uerior, & communior uidetur Innocentij, & Card.opinio, quamuis etiam in hoc foro nonnunquam uera erit ſententia Panormitani,ut fatetur etiam Anton.de Burgos in d.repet.nu. 238. quando ſcilicet eſſet aliquis ſanctæ uitæ, quia illa præſumptio tollit aliam iuris.

5 *Quando* autē allegatur talis ignorantia legis poſt ſufficientem promulgationem,† tres præcipuè modi ſunt,quibus probari poteſt hæc ignorantia.

Primus eſt: Si probatur,quod allegans ignorantiam erat nouellus Ciuis,ſic Bald.in l.data opera. Cod.qui accuſ.non poſſ.Ioan.Crotus in repet.l.omnes populi.colum.26.ff.de iuſtit.& iure.Roman.in conſil.251.incip.Clariſſimè dicitur.circa medium. Franciſc.de Curte ſenior,in conſi.27.incip.Magnificus uir.uerſic.Tertio præmitto.ubi ait, ciuem nouellum,qui parum habitauit in loco, & forenſem æquiparari. Andreas de Exea.in repet.cap. *Cognoſcentes*. numero 66.& 67.de Conſtitu.Immo Ioannes Crotus in repet.cap.2.Notab.3. de Conſtitu. in 6.ait,ſe defendiſſe quendam ſcholarem, qui attulerat pannum de alieno territorio contra ſtatuta Bononienſium, ut non incideret in pœnam dictorum ſtatutorum.

Secundus modus eſt: ſi probetur abſentia eius, qui allegat ignorantiam,cap.*Cum in tua*. Qui matri.accuſ.poſſ.facit l.planè,ff.de excuſ.tut.& ibi Bald.ubi ait, quod abſens præſumitur ignorare etiam Banna generalia,quæ fiunt in ciuitate.glo.in c.*Cognoſcentes*.in uerbo. *Ante prohibitionem*. in fin.& ibi Panormita.num.10.de Conſtit. Andreas de Exea. ubi ſupra,num.68.& fauet Romanus conſi.7.incip.Viſis neceſſarijs,in fin.Quæ ignorantia ratione abſentiæ tunc maximè admittenda erit, quando de Conſtitutione Summi Pontificis agitur, & probet is, qui ignorantiam allegat, ſe apud eos fuiſſe, penes quos Sanctiſſimi Pontificis nomen, & acta nullo in honore ſunt,puta, apud infideles, Turcas, uel etiam Chriſtianos eos, qui nudum Chriſtiani hominis nomen geſtant,ceterum ſe Chriſtianæ doctrinæ,et uitæ hoſtes infenſiſſimos reipſa oſtendunt, quales ſunt Geneuæ,& apud Gallorum, & Germanorum, & Heluetiorum aliquos receſſus incolentes; vel ſi ętatem,puta,infantiæ probet, vel ægritudinem, vel furorem,aut arctum carcerem,hæc enim, & ſimilia iuſtam ignorantiæ cauſam præbere poſſunt, iuxta ea,quę docent gloſſa in c.*Propoſuiſti.* verb. *Non probatur.* diſt.82.Panorm.in c.cognoſcentes.nu.10.& Franciſcus Coſcius Senenſis in repet. eiuſdem c.nu. 112.de conſtitut.Alex. conſi.31. incip. ponderatis. volu.5.Mar.Ant. Cucchus in Inſtitut.maior.libr.1. tit.3.num.24.& alij.

Tertius modus eſt,ſi probaretur,quod lex etiam ſemel publicata non ſemper,ſed rarò, & per interualla temporum obſeruatur in illo loco, quia tunc erit tolerabilis ignorantia. Sic Pet. de Ancharano, & Philip.Frāc.in c.*vbi periculū.*§.pręterea, de elect. in *6.*& Andr.de Exea repet.in c.cognoſcentes.num. 71. de conſtitut. qui tamen in omnibus his caſibus pręter dicta in ſingulis vult requiri iuramentum allegantis ignorantiam; quod idem antea docuit Decius in lectura 2. dicti c.cognoſcentes.de conſtitut. Et de hac difficultate hęc ex Doctorum cōmuniori, & receptiori conſenſu,& ſententia dixiſſe ſufficiat.

6 QVARTVM DVBIVM EST, Quando † lex promulgata ſufficienter vim obligandi habere incipiat? In hac re aliqua certa ſunt,aliqua vero controuerſa,vt ex dictis conſtabit.

Primo certum eſt ex dictis, quod cum lex omnis vim ſuam habeat ex legislatoris intentione, ſi legislator apponat certam temporis determinationē, illi ſtandum erit. Vnde ſi lex dicat,ſtatim a promulgatione obligationem incipere, ſtatim facta promulgatione obligare incipiet; ſi vero poſt menſem, aut poſtquam lex erit promulgata in talibus,aut talibus locis, ſcilicet in parochia,diœceſi, &c. non obligabit ante menſem,aut prius,quam in talibus locis promulgata fuerit: ſic Syluester in verb. lex.q.*6.* verſi.Tertio.Nauar.in Manuali,c.23.num.44.Mar. Ant.Cucchus in lib.1.Inſtitut.maiorum.tit.3.num. 30.Gregor. de Valentia tomo 2.diſput.8. quæſt. 5. pun.5.dub.3.poſt Panor.in capitu.*cognoſcentes*, nu. 7.Decium,& Felin.ibi,de conſtit.& Felin.in c.*licet cauſam.*verſic.Nota ſexto, de probat. & gloſ.in cle. 2.in verb.*& nunc.*de hęret.Exemplum habetur in c. *cum ſingula.* de prębend. in *6.* *vbi religioſi habentes duos prioratus intra menſem a notitia huius conſtitutionis,vnum eorum,quem maluerint, dimittere tenentur, quod niſi fecerint,ex tunc eo ipſo efficiuntur ineligibiles.* & c.fi.ne clerici,vel monachi. *Religioſi de clauſtris exeuntes ad audiēdum leges,vel phyſicā,niſi intra duorum menſium ſpatium ad clauſtrum redierint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt.* Et in c.*Nouerit.*de ſent.excom.*facientes ſeruari ſtatuta edita,& conſuetudines introductas contra eccleſiæ libertatem, niſi ea de capitularibus ſuis intra duos mēſes a publicatione illius Canonis fecerint amoueri,excommunicati ſunt.* Et Conc.Trid.ſeſſ.24.de reforma.Matr.c.1.ſtatuit, *decretū de irritando matrimonio clandeſtino robur ſuū non habere niſi poſt 30.dies a die prima publicationis in eadem parochia factæ numerādos:* & eadem Synodus Seſſ.24.de refor. c.17. ſtatuit, *vt habentes plures parochiales eccleſias,aut vnam cathedralem,& aliā parochialem,unam earum infra ſpatium ſex menſium dimittant, alioquin tam parochiales,quam beneficia omnia,q̄ obtinent,ipſo iure uacare cenſeantur.* Notant tamē Panor.Syueſt. Gregorius,& alij, quod licet legislator declarat,ſe *ſtatim*,ſeu *ex tunc* velle obligare, id tamē intelligendum erit de irritatione actus, ita ut actus in contrarium factus irritus ſit, non autem de pęna, aut culpa, ſiquidem,qui haberet ignorantiam inuincibilem legis,excuſaretur a culpa, & a pœna legis; pœna enim legis infligi non debet ſine culpa,in culpa vero non eſt,qui legis ignorantiam inuincibilem haberet.

7 *Secundo certum eſt*,quod † licet legislator non explicet,ex quo tempore velit legem obligare,ſi tamē is, qui legem tulit,inferior ſit Papa, Imperatore, aut Rege, puta, ſi lex lata ſit ab aliquo Magiſtratu, Duce,Epiſcopo,& ſimilibus,tunc ſtatim etiam obligat facta promulgatione in ciuitate,aut dięceſi, ubi lex fertur,ut colligitur ex communi Doctorum ſententia in c.2.de Conſtit.in *6.*& facit gloſ.ibi in ver. *Sententijs.*Panormit.in c.*Cognoſcentes.*nu.7.de Conſtit.Compoſt.in cap.*Capitulum Sanctæ Crucis*, de reſcript.Sylueſt.verbo lex q.*6.*verſic.Tertio.Roman. conſi.228.Anton.de Burgos repet.in c.*Cognoſcētes.* num.103.de Conſtit.Domini.Soto lib.1. de iuſtit. q.1.art.4.poſt concluſ.3.Nauar.in Man.c.33.num. 44.Marc.Ant.Cucchus lib.1.inſtit. maior.tit.3.nu. 27.Gregor.de Valentia tom.2.diſpu. 7. q.5.pun. 5. dub.3.Io.Azorius,tomo 1.Inſtit.Moral.lib.5.ca.3, dub.2.*Ratio eſt*,quia cum iſti non habeant amplam iuriſdictionem, vt plurimū, illa promulgatio facta in loco reſidentię ſatis ſolemnis eſſe videtur,ut omnes obliget,& ad omnium notitiam perueniat, nec vt plurimum neceſſaria eſt promulgatio in alio loco, aut longum aliquod tempus expectandum ad hoc,ut omnes ſubditos obliget: Id quod intelligendum eſt in foro exteriori; nam in interiori excuſat ignorantia inuincibilis, vt dictum eſt. *It quoad* pœnam ſpiritualem, verbi gratia, excommunicationis per legem alicuius Epiſcopi latæ, etiam ignorantia vtcunque vincibilis in eiuſmodi legibus excuſat ſubditum,dummodo non ſit craſſa, & ſupina, id eſt,quæ attentis circumſtantijs negotij,& perſonæ facilè ſuperari potuerit, prout Bonifacius Papa VIII.in c. *Vt animarum.* de Conſtit.in *6.* ad tollendos conſcientiæ ſcrupulos declarauit,& nos latè de hac re tomo 1.lib.1.capit 28.diſſeruimus.Idē etiam & in conſtitutione Synodali dicendum eſt, vt ad eius obligationem non expectetur longum aliquod tempus, puta bimeſtre, aut promulgatio in ſingulis locis, quia cum anguſta ſit vt plurimum talis prouincia, non opus erit,vt varijs in locis fiat promulgatio,aut expectetur longum tempus ad eius obligationem,ex Ioan.Andr. in prooem. Clemen. in verb.*De cetero.*Panor.in d.c.*Cognoſcentes* num. ſeptimo,& Marco.Anto.Cuccho lib.1. Inſtit maior.tit. 3.num.28.in qua tamen re,vt notat Panor. opus eſt prudentia,habita ratione qualitatis prouinciæ, & conſtitutionis.

8 *Tertio* Controuerſum eſt de legibus a ſupremo Principe latis, puta, ab Imperatore, Regibus, & a Summis Pontificibus,qui ampliſſimam,latiſſimāque iuriſdictionem habent; In qua re communis Doctorum ſententia eſt, eorum leges obligare poſt duos menſes a promulgatione facta, ut habetur in Authent.*Vt factæ nouæ conſtitutiones*; vt ſic probabiliter ad notitiam ſubditorum veniant: ſic Io. Andr. in data lib.*6.*Hoſtienſ.in Summa; tit.de Conſtitu.§.

quando. Bald.in leg.*Leges ſacratiſſimæ.* Cod.de legib. Panor.in c.*Cognoſcentes.*num.7.de conſtitu. Anton. de Burgos,in repetit.eiuſdem capit.num. 206. Andrea de Exea in eadem repet.num.76. Ang.in uerb. lex nu. 13.Sylueſt.eod.q.6.verſic.Tertio.Sotus li.1. de iuſtit.& iure q.1.art.4.Medina 1.2.q.90.artic.4. concl.2.Nauar.in Manuali c.23.num.44.Grego.de Valentia tomo 2.diſput.7.q.5.pun.5.dub.3.Marc. Ant.Cucchus in lib.1. inſtit. maiorum tit.3.nu. 16. & Doctores communiter,id quod procedit tam in foro interno, quam externo.

Neque huic communi Doctorum ſententiæ obſtat illud Authēt.Vt priuatis domibus:ibi, *intra tres menſes.* Nec Authent. Nos quis miles aut federatus, ibi *poſt 36.dies.* quia vt notat gl.in d.Auth. ut factæ nouæ conſtitutiones, ſunt caſus ſpeciales, in quibus prædictum ſpatium aſſignatur, & proinde non derogant iuri,& conſtitutioni communi, & vniuerſali. Neque obſtat gl.in c.*Propoſuiſti.* in uer. *non probatur.* diſt.82. quia ut notat Panorm. in c. *Cognoſcẽtes.* nu.7.de Conſtit.reijcitur ab omnibus, & c. *decernimus*, diſt.18. per quod illa gloſſa mouetur, non loquitur de tempore,quo illa conſtitutio ligat, ſed de tempore præfixo à Concilio Toletano Epiſcopis ad denunciandum ſubditis, quænam in Concilio illo Toletano Prouinciali ſtatuta fuerant.

9 *Quarto controuerſum eſt*, an in huiuſmodi legibus ciuilibus Imperatoris, & Regum ſufficiat generalis illa publicatio facta in Curia ipſius Principis, ſeu Imperatoris? In hac re communis Doctorum ſententia eſt (loquendo de legibus, quæ non ſunt reuocatoriæ priuilegiorum,aut irritatoriæ actuum, de quibus inferius agemus) non eſſe ſufficientem promulgationem factam in Curia, aut in Ciuitate Regia, ſed requiri etiam,vt alijs in locis cuiuſq; prouinciæ,aut Imperij,& Regni promulgatio ſolemniter fiat,& duorum menſium effluxerit ſpatium, ita vt ad omnium notitiam moraliter, & probabiliter venire poſſit,vnde lex Imperatoris non obligat Bauaros v.g.niſi etiam in Bauaria promulgetur, ex Panorm.in c.cognoſcentes num.7.de conſt.Syl.verbo lex q.9.verſic.Tertio,& alijs,qui id colligunt ex Authen.*Vt nouæ conſtitutiones.* Soto lib.1.de iuſtit.q.1. art.4.qui exemplificans de Cæſare,ſeu de Rege Hiſpaniæ (& idem de aliquo alio Principe,cui plura ſunt regna,ſeu plures prouinciæ ſubiectæ) expreſsè docet, non ſatis eſſe,verbi gratia, Toleti in Hiſpania promulgari legem,qua Belgas,Flandros,Italos, aut Indos comprehendat,ſed oportere etiam in ſingulis prouincijs promulgari,ut ſic qui abſentes ſunt a Curia,in Prouincijs earum legum notitiam habere poſſint. *Ratio eſt*, quia, quod attinet ad gubernationem ſecularem,diuerſa regna,ſiue Prouinciæ videntur eſſe per ſe diſtinctæ Vniuerſitates,& Reſpublicæ: vnde cum lex ſit uniuerſalis regula ad omnes pertinens,non in uno certo loco tantum, ſed in diuerſis promulgari debet, ut ad omnium notitiam peruenire queat,vt præter citatos manifeſtè tradũt Barth.Medina,1.2.q.90.ar.4.concluſ.2.& dub. vlt. poſt concluſ.quintam.Grego.de Val.tom.2.diſput. 7.q.5.pun.5.q.2.Mar.Ant.Cuc.li.1.inſt.Maior. tit. 3.num.17.& alij.

10 *Quinto* controuerſum etiam eſt, An qui ante id tempus duorum menſium ſciunt legem promulgatam in locis prouinciæ, teneantur in conſcientia ad illius obſeruationem non expectando duos menſes? Anton.de Butrio in c.2.de conſtit.dubius eſt,& potius in partem negatiuam inclinat, & idem docent Andreas de Exea repet. in c.*cognoſcentes.* num. 76.de conſtitut.& Greg.de Valent.to.2.diſp.7.q.5. puncto 5.dub.3.eo quod ante illud tempus lex non videtur obligare, & afferunt pro ſe Auth. *vt nouæ conſtitutiones.* Communior tamen,& verior ſententia eſt dicentium, eos, qui legis promulgatæ notitiam,ſcientiamque habuerint, ante lapſum duorum menſium ad legis obſeruantiam teneri,& obligari, ſic gloſ.in c.*cum ſingula.* in uerb. *peruenerit.* de præbend.in 6.& in c. *Hoc conſultiſſimo.* in uerb.*hactenus.* de rebus eccleſ.non alienan. in 6. Ioan.de Lignano, in c.2.de conſtit.Panor.in c. *cognoſcentes.* num 7.de conſtit.& in c.1.nu.11.de poſtulat.prælat.vbi citat Ioan.Andr. Pan. & Hoſtienſ. pro eadem ſententia; Angelica uerb.Lex,nu.12.Syl.eo.q.6.verſi. Tertio. Sotus lib.1.de iuſtit.& iure q.1.artic.4. qui id docet ſaltem verum eſſe in foro interiori; Mar.Anto.Cucchus lib.1.maior.inſtitut.tit.3.nu 21.Anto. de Burgos repet.in c.*cognoſcentes.*nu.206.& nu. 213. de conſtit.Bartol.in l.omnes populi.de iuſt.& iure.Barbat.conſ.55. & uidetur ſatis euidenter colligi ex c. primo,de poſtulat. prælat.in illis uerbis: *Sed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruantiam teneatur, qui nouerit eam ſolemniter editam,aut publicè promulgatã*;ubi, vt notat Panor.uerbum illud,*ſufficit.* ſatis oſtẽdit ſufficere ad obſeruantiam conſtitutionis, quod illius notitia habeatur. *Ratio huius eſſe poteſt*:quia fruſtra expectatur euentus,cuius nullus eſt effectus. Ex quo ergo quis certus eſt de legis promulgatione, fruſtra expectat lapſum duorum menſium, quia cum, qui certus eſt, non oportet amplius certiorari, ex regu. *Eum qui certus eſt*, de reg. iur. in 6. Nec obſtat tex. in dicta Auth.*Vt factæ nouæ conſtit.* quia,ſi rectè conſideretur, ſolum probat id fieri propter ſcientiam, & non ob aliud, ita ut poſt illos duos menſes præſumatur ſcientia, nec in contrarium facilè admittatur probatio in foro exteriori, quamuis in foro conſcientiæ ignorantia inuincibilis ſemper a culpa,& pœna excuſet,vt diximus. Qui enim facit contra legem, quam ignorat, in foro conſcientiæ non peccat illo peccato, quod eſt committere in legem,ſed illo, quod eſt ignorare legem, cum forte ſcire tenebatur. Etenim peccatum eatenus cenſendum eſt,quatenus voluntarium eſt, ubi autem eſt ignorantia inuincibilis, non eſt voluntarium,vt conſtat,& per cõſequens non erit peccatum aliquod contra legem ex tali ignorantia. Tunc autem cenſetur ignorantia inuincibilis, quando quis ſcire non potuit aliquid adhibita diligentia ſolita adhiberi a uiris prudentibus eiuſdem qualitatis; Sicut econtra ignorantia illa vincibilis dicitur, quando quis aliquid ignorat, quod eiuſdem qualitatis homines cõmuniter ſciũt. Hæc autem omnia intelligenda ſunt de ijs legibus, in quibus non eſt expreſsè ſtatutum tempus determinatum,in quo obligare incipiunt; *Nam* de ijs alia eſt ratio, cum ipſæ leges obligandi vim non habeãt ex uoluntate, & intentione legiſlatoris, antequam illud tempus adueniat,vt colligitur ex c. *Cum ſingula*,de præbend.in 6.& alijs legibus in ſecundo dicto fuſius a nobis allatis.

11 *Sexto* itidem inter Authores controuerſum eſt de legibus Eccleſiaſticis Summi Pontificis, An in ijs le

gibus, in quibus nullum certum tempus ad obligandum præfigitur, ſatis ſit, vt in Curia Romana promulgentur, ita vt non opus ſit ad earum obligationem, vt vel in ſingulis prouincijs promulgētur, vel etiam expectentur duo menſes ad earum obligationem? Aliqui enim exiſtimant requiri promulgationem in ſingulis prouincijs, duoſque menſes itidem expectandos poſt earum promulgationem, ſicut de legibus ciuilibus ab Imperatore latis diximus. Sic Panorm. in c. *Cognoſcentes*, nu. 7. de conſtit. Franciſcus Coſcius Senenſis in repet. dicti c. *Cognoſcentes*, nu. 100. Angelica in verbo, lex, nu. 13. Caiet. 1. 2. q. 90. art. 4. & ibi Barthol. Medina dubio 1. poſt concl. ſecundam, & dub. vlt. *Ratio eorum eſt*: quia eadem vtriuſque ratio eſſe videtur. Nam imperium Papæ latius patet, quam imperium alicuius Regis, aut Imperatoris, & leges eius nō minus, immò magis vniuerſales ſunt. Ergo non ſolum requiritur promulgatio in Curia, ſed etiam in prouincijs, dieceſibus, & eccleſijs cathedralibus. Quamuis enim Papa pedes habere plumbeos videatur, & proinde immobilis maneat, nec diſcurrat per prouincias, & mundum, ſicut Imperator, habet tamen Epiſcopos, & Archiepiſcopos, per quos omnibus notitiam date poteſt.

Alij vero exiſtimant leges Summi Pontificis vim obligandi habere, quamprimum in Curia Romana publicentur, & in acie Campi Floræ, & ad valuas Baſilicę Apoſtolorum affixæ ſint, & in Cancellaria Apoſtolica pro publicatis habeantur, nec neceſſe eſſe, vt in ſingulis prouincijs promulgentur, niſi id in Bullis ipſis exprimatur. Sic Ioan. Monachus in reg. *In generali*. de reg. iur. in 6. Io. Andreas ſuper data ſexti. Panormi. in cap. *Nouerit*. num. 3. de ſent. excommun. Paul. de Eleazar. in proœm. Clement. Imol. ibid. Henr. Bohic, in c. *Cognoſcentes*. de Conſt. Aufrer. ad Cap. Toloſan. q. 445. dub. 2. Gomeſius in proœm. regul. Cancellar. q. 2. ante finem. Sylueſt. verbo, Lex, q. 6. uerſic. Tertio. Marcus Ant. Cucchus lib. 1. Inſtit. maior. titu. 3. nu. 19. Greg. de Val. to. 2. diſp. 7. q. 5. puncto 5. dubio 2. Ioan. Azorius par. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. c. 3. dub. 3. Emanuel Rodriguez to. 1. q. Regular. q. 6. ar. 2. in fine, & fauet Sotus lib. 1. de iuſt. & iure q. 1. arti. 4. ait enim parum referre, ſi dicamus ſtatim Romæ latas obligare: & Sylueſter, Gomeſius, Gregorius, & M. Anto. Cucchus ita in vſu, & praxi obſeruari dicunt, & huius etiam ſententiæ eſt Anton. de Burgos repetit. in d. cap. *Cognoſcentes*. nu. 208. citans Archid. in c. fi. diſt. 16. unde Bulla Cœnæ, uerbi gratia, obligat omnes vbique terrarum, poſtquam in die Iouis Sancti publicatur. Huius opinionis ratio hæc eſſe poteſt, quia tota Reſpublica, & Eccleſiaſtica gubernatio ſub uno capite, & paſtore, Summo uidelicet Pontifice, una prouincia reſpectu Papæ cenſetur, & vt notat Anton. de Burgos, ubi ſupra, Romæ ſunt omnes mundi nationes, unde uerīſimile eſt, quod, quando ibi conſtitutio aliqua noua promulgatur, illi, qui Romę commorantur, certas eorum ciuitates, & prouincias faciant, vt proinde illa promulgatio Romæ facta ſufficiens eſſe cenſeatur, aliàs, ut Sylueſter loco proximè allato notat, multæ Decretales Pontificis nō obligarent, quandoquidem multæ illarum in multis prouincijs non ſunt unquam promulgatę, in quibus tamen obligant, & ſeruantur, et hoc maximè in legibus Pontificijs uim habet, quæ non pendent ex acceptatione populorum, cum eccleſiæ ſupremus paſtor immediate a Deo poteſtatem acceperit, cuius auctoritati, et imperio nihil omninò obſtat, quod nonnunquam aliqui Principes, aut magiſtratus inueniantur, qui talium conſtitutionum promulgationem in ſuis Regnis, et Prouincijs impedire conantur, eorum enim iniquitas impedire minimè ualet, quo minus Summus Pontifex leges ferre poſſit, quæ totum orbem Chriſtianum ad earum obſeruantiam coarctent, et conſtringant. Ideo autem duorum menſium ſpatium in lege ciuili ſtatutum eſt, quia ſatis rationabile tempus eſſe uidetur, intra quod lex promulgata omnibus innoteſcere queat. Cum ergo in legibus Eccleſiaſticis huiuſmodi tempus conſtitutum non ſit, illud tempus ſufficere intelligi debet, quod habita ratione diſtantiæ rationabiliter ſufficit, ut aliquid Romæ promulgatum eſſe cognoſcatur. Conueniunt tamen omnes, quod ignorantia inuincibilis ſemper excuſat a culpa, et pœna, nō ſolum in foro conſcientiæ; ſed etiam in foro exteriori, ſi probetur, ut latius tomo 1. Theſauri lib. 1. cap. 18. oſtendimus. Et quæ hactenus dicta ſunt, de legibus præcipientibus aliquid intelligenda ſunt.

12 *Septimò*, quantū † ad leges irritatorias cōtractuū cōiter tradunt Doct. quod ſi lex aliqua promulgata fuerit in Curia, et habeat decretum irritãs, et reſcindens, ſtatim obligat, non quidem quoad culpam, et pęnam, ſed quoad reſciſſionem contractus facti cōtra dictam legem. Exempli g. ſi in Concil. Romæ ſtatuatur, et promulgetur, ut illegitimus non poſſit habere beneficium Eccleſiaſticum, et quod talis collatio ſit irrita, etiamſi poſt promulgationem inuincibiliter ignorāti beneficium collatum ſit, collatio illa nulla, et irrita erit. Quia retractatio, ſeu annullatio actus non eſt ulla pęna, quæ infligitur ob culpam, & conſequenter inuincibiliter ignorantes, & omni culpa carentes ea affici poſſunt, non aūt pęna, vt diximus, cum abſurdum planè eſſet ad pœnam ligare ignorantem. Sic glo. in Clement. 2. in ver. *Ex nunc*, de hære. & Panormit. in c. *Cognoſcentes*, num. 7. in princip. de Conſtit. Sylueſ. verbo, Lex, q. 6. verſic. tertio circa medium. Sotus lib. 1. de iuſti. & iure. q. 1. ar. 4. Barth. Medina 1. 2. q. 90. artic. 4. antę concluſ. 4. & Greg. de Valentia tomo 2. diſpu. 5. puncto 5. dub. 2. & colligitur expreſsè ex c. 1. §. *Adijciebatur inſuper*. de conceſſ. præbend. in 6. *Idem* iudicium eſt de donatione facta a nouitio in religione ante duos menſes profeſſionis, nam ſi quis bona fide, & ignorantia inuincibili donationem validam fuiſſe exiſtimaret, non peccaret eam acceptando; ceterum donatio irrita fuit, & inualida, vt colligitur ex Concilio Tridentino Seſſ. 25. de Regular. c. 16. quapropter continuò, atque reſciuerit, tenetur id, quod donatum eſt, domino vero reſtituere. Sic etiam extante lege, quæ decernat, & taxet rerum venalium pretia, ſi quiſpiam ignorans leges inuincibiliter vendat res auctiori, & maiori pretio, liberatur a culpa propter ignorantiam inculpabilem, ſed tenetur reſtituere illud, quod plus iuſto accepit, vt Bartho. Medina, vbi ſupra, tradit. Hanc autem communem Doctorum ſententiam ſolum ueram Sotus, vbi ſupra, affirmat, quando reſciſſio, & annullatio eiuſmodi contractus eſt ſine notabili damno, & iniuria tertiæ

tiæ perſonæ, ſi enim Pontifex,verbi gratia,ferret legem, per quam redderet ad matrimonium inhabiles cognatos intra quintum gradum, cum non poſſet retractatio huiuſmodi actus, & contractus fieri ſine iniuria partium,vt conſtat,æquum planè eſt,ut talis lex vigorem non habeat, antequam in ſingulis prouincijs promulgaretur; Quare conſultiſſimè fecerunt patres in Conc.Trid.Seſſ.24.de reform. matrim.cap.1.in lege irritante matrimonia clandeſtina,vbi præceptum eſt,quod hæc non ſolum per diœceſes vniuerſas, ſed etiam per ſingulas parochias ꝓponeretur, & quod non valeret, niſi poſt triginta dies a die primæ publicationis in eadem parochia factæ numerandos.

13 *Octauo*,Circa leges reuocatorias priuilegiorum, & indulgentiarum illud communiter ab omnibus receptum,& approbatum eſt, huiuſmodi leges vim obligandi non habere, quouſque promulgatæ ſint, non ſolum in prouincia,ſed etiam in ciuitate,ac parochia;Exempli gratia,dum indulgentiæ reuocantur,aut ſuſpenduntur, quouſque in Metropoli Eccleſia ſit reuocatio promulgata, quicunque poteſt conceſſis priuilegijs citra culpam vti. Neque hoc tantum, verum etiam ſi quis uſque ad illum articulum priuilegio indulgentiarum fuerit a reſeruatis Sacramentaliter abſolutus, abſolutio eſt ualida, ex Soto lib.1.de iuſtitia,& iure,q.1.artic.4.& Greg.de Valentia tom.2.diſ.7.q.5.pun.5.dub.2.niſi (inquit hic author)fortè in anno Iubilæi,ubi ſtrictiſſimè uidentur illæ reuocari, in qua re conſulendum eſſe cenſeo tenorem Bullæ Iubilæi, & ſecundum illum iudicandum.Immo aliqui,ut Panorm.in c.*Cognoſcẽtes*.nu.7.& Fel.ibi,de Conſtit.& Greg. de Valentia to 2.diſpu.7.q.5.puncto 5.dub.2. affirmant huiuſmodi leges reuocatorias priuilegiorum, non obligare aliquem, antequam ad eius notitiam perueniant,& colligitur ex cap.1.de conceſſ.præbend. in 6.ubi id communiter tradunt Doctores, ut notat Panor. ubi ſupra, & facit tex.l.qui abſenti,& Aret. ibi.ff.de acquir.poſſ.& l.abſenti. ff.de do. Sebaſtia. Sap.in annotationib. ad Panormitanum, ubi ſupra, in uer.priuilegiati.litera k. citans ad hoc Iaſonem in l.fina.colum.9.uerſic.ſucceſſiuè ff. de Conſtitut. Princip. ubi dicit, eſſe communem opinionem Legiſtarum,& Canoniſtarum.*Ratio eſſe poteſt*:quia fauores ſunt ampliandi:Vnde,ut notant Medina 1.2. q.90.art.4 ante ſolutionem argumentorum,& Gregorius,ubi ſupra,ſi quis habuiſſet antea priuilegium de ouis comedendis,aut de confeſſore eligendo, qui ipſum a peccatis reſeruatis abſolueret,ualidè uti poſſet huiuſmodi priuilegio, quouſque ſciret ſibi eſſe reuocatum per aliquod nouum ſtatutum, id quod etiam docet Sotus li.1.de iuſtit.& iure,q.1.ar.4.&, vt diximus,colligi uidetur ex d.c.1.de conce.præb. in 6.§.nec obſtaret.

14 QVINTVM DVBIVM eſt,An præter ſufficiẽtem legis promulgationem eo modo,quo dictum eſt,neceſſarium etiam ſit,legem humanam acceptari? *Ratio difficultatis eſt*:quia uirtus legis dependet a poteſtate legiſlatoris, & non ab acceptatione ſubditorum, & conſequenter uim obligandi habet, quamuis ſubditi repugnent,& reſiſtant. Communis nihilominus Doctorum ſententia eſt, poſt legis promulgationem, & duorum menſium lapſum neceſſarium eſſe,ut lex recepta ſit ad hoc,ut uim obligandi habeat.Sic gloſſ.in ca.1.in uerb. *frangere* de tregua,& pace,& Panor.ibi,nu.4. & Felyn.nu.6. Sylueſt.uerbo,lex,q.8.uerſic.4.Io. Driedo lib.1.de libert.Chriſt.c.9.conſiderat.2.Alph.a Caſtro, libro 1.de poteſt.legis pęnal.c.1.Nau.in Manuali,ca.23. nu.41.Marc.Anton.Cucchus lib.1.Inſtit.maiorum titu.3.num.31.Barthol.Vgolin.de cenſu Eccleſ.tabula 1.c.9.§.9.num.1.Gregorius de Valentia to.2. diſp.7.q.5.puncto 5.dub.4.Summa Corona part.1. cap.1.num.30. Sebaſtianus Medices in Summa de concord.Canon.Decret.diſtinct.4.artic.5.& Toletus in Summa tract.de ſeptem peccatis mortal.cap. 18.& colligitur euidenter ex cap.in iſtis.§.leges,diſtinct.4.ubi dicitur: *Leges inſtituuntur, cum promulgantur; firmantur, cum moribus vtentium approbantur.* & huius rationem in ſequentibus aſſignans ait: *Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus utentium ipſæ leges confirmantur*, & in l.de quibus. ff. de legibus; *Leges*,inquit Iulianus Iuriſconſultus, *nulla alia de cauſa nos tenent, quam quod iudicio populi receptæ ſunt.* Etenim,ut præfati authores tradunt,lex non promulgatur, niſi ſub conditione ſaltem tacita,ſi,ſcilicet,a Communitate acceptetur: Non enim expedit homines ita per humanam poteſtatem gubernari, ut renitentes, atque inuiti adigantur lege ad aliquid faciendum,quod alioquin neque lege naturali,neque diuina præſtare tenentur, ut ſupponimus. Neque hoc cuiquam durum,aut abſurdum uideri debet, cum Principis legum conditoris poteſtas quodammodo ab arbitrio populi pendere uideatur, quandoquidem ſecularis poteſtatis auctoritas ipſi Principi, ſeu magiſtratui a populo delegata ſit ad leges ferendas,quæ ad bonam Reipublicæ moderationem utiles uidebuntur,adeo ut leges, quæ ab his Principibus, aut Magiſtratibus conditæ ſunt, ideo ualidæ dicendæ ſint quia ex ipſius populi conſenſu prodijſſe cenſeantur. Hinc Alphonſus a Caſtro,ubi ſupra,deducit,quod ſi Princeps,aut magiſtratus talem poteſtatem a populo habèns uellet, lege ab eo condita populum contradicentem cogere ad aliquid lege diuina, aut naturali minimè neceſſarium,Tyrannus cẽſendus ſit,quippe qui maiorem poteſtatem erga populum ſibi commiſſum exercet,quam uerè habet. Hoc autem de ſola poteſtate laica intelligendum docet Caſtro, quoniam hæc ſola a populo ſuæ poteſtatis robur accipit. Sicut etiam dicendum eſt tunc legem eſſe receptam, quando non ab uno, aut altero tantum, ſed a maiori parte Communitatis recipitur;Si enim pars populi maior eam receperit, tunc minor pars populi eam non obſeruando peccat; Sicut etiam ecõtra, ſi maior pars populi eam non receperit, uel certum perſonarum genus ſit, in quo maior perſonarum pars legem non acceptauerit, quamuis minor pars tantum populi,uel certi generis perſonarum eam acceptet, uim obligandi non habebit lex lata,& a minori tantum parte populi recepta. Non tamen a peccato excuſantur ij, qui nulla iuſta ratione ducti aduerſus uoluntatem Principis conditoris a principio in cauſa ſunt, ne lex iuſta Principis publicam utilitatem ſpectans recipiatur,eique obuiam eunt, ex Felino in cap. ſecundo, de treuga, & pace, & Marco Antonio Cuccho ubi ſupra, num. 34. Sicut neque excuſandi ſunt in hac parte,

ſuperiores illi,ſeu prælati,quorum negligentia fiat, vt a ſubditis lex vtilis,honeſta,& iuſta non acceptetur, & in praxim deducatur, ſi nimirum,prout debent, non curant, vt leges a Principe latæ ad notitiam ſubditorum perueniant.

Eccleſiaſtica vero poteſtas,quia non a populo,ſed ab ipſo Deo,vim ſuæ poteſtatis habet,ideo etiam ſine populi conſenſu leges condere valet de his reb. quæ ad finem vltimum conſequendum aut neceſſariæ,aut valde conducibiles eſſent.

25 *Ceterum* illud tam in legibus ciuilibus,quã eccleſiaſticis obſeruãdum eſt,quod ſicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat;ita lex in vna ſola parte recepta,quoad illam ſolũ obligat:fieri namque poteſt, vt acceptetur lex aliqua quoad vnum, & non quoad aliud, quoad ſuam principalem diſpoſitionem, & non quoad pœnam, quia quoad illam recepta,& non quoad hãc;immò fieri poteſt,vt acceptetur quoad vnam partem pœnę,& non quoad aliam. Vnde ſicut lex non obligat quoad totum, niſi quoad totum recipiatur a cõmunitate, ſeu maiori parte illius,ita etiam neque quoad illam partem,quæ non eſt recepta,obligabit,vt rectè Nauar.in Manuali c. 23.numero 62.verſic.Decimo.Bar.Hugolinus de cenſur.eccleſiaſt.tabula 1.c.9.§.9.num.2.& Gre.de Valentia tom.2.diſput.7.q 5.puncto 5.dubio 4.annotarunt.

Huius rei exemplum ponitur a Nauarro, & Hugolino locis allatis,de Extrauag.1. Pauli Papæ II. ſub titulo, De rebus eccleſ.non alienan. vbi hodie clerici in caſibus a iure non permiſſis eccleſiæ bona vltra triennium locantes in excommunicationis pœnam,quæ in dicta extrauagan.lata eſt,non incidunt,quandoquidem quoad hanc pœnam in pluribus locis recepta non ſit, ex Nauar. in Manuali c. 23.num.62.& cap.27.numero 149.verſi.Quinquageſima ſecunda,& nu.150.Caie.in Summa in verb. excommunicatio c.75. Hugolino vbi ſupra, & nos to.1.lib.3.c.32.num.22. latius expoſuimus:talis tamen locatio vltra triennium facta nulla, & irrita eſt,quia quoad hanc partem lex illa, ſeu Extrauagans recepta eſt.

Denique illud apud authores omnes manifeſtum eſt,quod tolerãtia, & diſſimulatio Principis etiam Papæ, quando ſcit a principio legem non eſſe receptam a maiori parte communitatis, excuſat a peccato tranſgreſſores;immo licet recepta lex fuerit a maiori parte, ſi tamen poſtea temporis decurſu, aut per aliam legem contrariam, etiam de prima mentionem non facientientem, aut contraria conſuetudine,rationabili tamen, aut per non vſum, legislatore id ſciente,& tolerãte abrogata ſit,amplius obligandi vim non habet,vt colligitur euidenter ex capit. In iſtis.§.leges.diſtinct.4. Panormit. in capit. 1.de tregua,& pace numero quarto. Sylueſt.in uerbo.conſuetudo.quæſtio.6.& in uerbo.lex quæſtio. 6.uerſic.quarto.Angel.uerbo.lex §.16. & §.17.Nauar.in Manuali.capitu.23.numero 41. Barthol.Hugolin.de cenſuris eccleſ.tab.1.cap.9.§.9.numero 3. Marcus Antonius Cucchus lib.1.maiorum inſtitu. titu.3.numero 32. Summa Corona part.1. capit.1. numero 30.Emanuel Rodriguez in Summa part.1. cap.194.concl.9.& 10.Toletus in Summa tract. de ſeptem peccatis mortal.cap.1 .Multi enim extant antiqui Canones, & leges, quæ olim promulgatæ, & receptę fuerunt, modo tamen non obligant,quia per leges contrarias,aut per contrariam conſuetudinem ſuperioribus ſcientibus, & non contradicentibus derogatæ ſunt, cuius rei exemplum habetur in dicto §.Leges. diſt.4.ubi dieit, *Decretum Teleſphori Papæ,quo ſtatuit,vt clerici generaliter a Quinquageſima ieiunandi propoſitum ſuſciperent,& a carnibus,& delicijs abſtinerent,quia moribus vtentium approbatum non eſt, aliter agentes tranſgreſſionis reos non arguit.* Idemque iudicium de multis alijs legibus tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus faciendum eſt, de qua re plura inferius dicemus.

De qualitate legis humanæ, hoc eſt, qualis, & quanta ſit obligatio legum humanarum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *De obligatione legis humanæ cõtra hæreticos,et quodnam illorum fundamentum, leges humanas non obligare de materia alioqui per legem diuinam non præſcripta.*

Scripturarum teſtimonia, & Conciliorum authoritates pro ſententia Catholicorum ibid.

2 *Contra hereticos probatur,legem de re alioquin nõ per legem naturalem,aut diuinam præſcripta obligare ad obſeruantiam. Eorundem rationum dilutio.*

3 *Opinio Ioan.Gerſonis,eiuſdemque refutatio.*

Legem obligantem ſub mortali ferri poſſe ab eccleſiaſtica poteſtate concedit Almaynus,hanc tamen Principibus, & legibus ciuilibus poteſtatem negat.nu.eod.

De legibus ciuilibus idem dubitat Soto ibid.

4 *Lex humana in vniuerſum poteſtatem habet obligandi ſub mortali:tum Scripturis tum ratione probatur.*

5 *Lex Eccleſiaſtica vim habet obligandi trãſgreſſores ad mortale.*

Probatur ex authoritate eccleſiæ a Chriſto tradita.num. eodem.

Quænam Scripturæ loca illud apertè doceant. ibid.

Probatur ex comparatione Sacerdotij legis Euangelicæ cum illo Aaronis in lege veteri, ibid.

6 *In his etiam,quæ vel indifferentia ſunt ſecundum ſe, vel ſaltem non præcepta iure diuino,aut naturali,authoritas eccleſiæ probatur.*

Caluini,eiuſq, ſectatorum interpretatio ſuper Act.15. refellitur, vt manifeſte falſa,tũ cõtextui,tum Sanctorũ Patrum communi intelligentiæ repugnans.ibid.

7 *Apoſtoli conſtitutio,ne bigami ordinentur, in conſcientia obligat,cum tamen nec iure diuino, nec naturali prohibeantur.*

Lex eccleſiaſtica de ieiunio præſertim Quadrageſimæ obligat ſub peccato .nu.eod.

8 *Eſſe in Eccleſia hanc poteſtatem condendi leges, quæ ſub pœna peccati mortalis obligent,de fide eſt.*

9 *Lex Ciuilis poteſtatem habet obligandi tranſgreſſores ad peccatum mortale: Ex Scripturis.*

10 *Idem probatur ex teſtimonijs Patrum.*

11 *Præcepta iuſta parentum obligant filios ſub pęna mortis æternę.*

12 *Sicut Reſpubl. Eccleſiaſtica authoritatem habet condendi leges particulares ad finem ſpiritualem,ſic & Reſpubl.ciuilis ad pacem, & tranquilitatem neceſſarias.*

Reprehenditur doctrina Gerſonis,vt falſa,& abſurda, ibidem.

13 *Soluuntur Rationes, quæ in contrariam partem adductæ fuerunt ſuperius,nu.3.*

14 *Medicus nullam habet authoritatem præcipiendi, ſed tantum facultatem conſiliandi, & docendi, quid agendum ſit.*

15 *Quamuis Eccleſia actum nudum interiorem ſecundũ ſe nec præcipere,nec prohibere poteſt,nec punire, prout tamen actus exterior prohibitus inde exortus eſt,ſimul in obligatione ponit.*

Hæreticus penè mentalis non eſt excommunicatus,nu. eod.

1 ANtequam cũ Catholicis de obligatione legum humanarum diſputemus duo breuiter explicanda ſunt: *vnum* cõtra hæreticos,qui negant in eccleſia eſſe poteſtatem condendi leges, quæ obligant in conſcientia ad earum obſeruantiam,de materia alioqui per legem diuinam non præſcriptam. Quam olim hæreſim tenuerunt Vualdenſes, vt patet ex Anton.in Summa p.4.ti.11.c.7.§. 2.eoſq; ſecuti Vuicleff.vt patet ex articulo eius 38.damnato in Concilio Conſtantienſi ſeſſ.8.& Ioannes Hus,vt patet ex art.eius 15.damnato in eodem Concil.ſeſſ. 15.& his temporibus Lutherus,vt conſtat ex Bulla Leonis X.contra illum,artic.27.& articu.vlt. Confeſſionis Auguſtanæ. Caluinus lib.quarto,Inſtitut. cap.10. & alij recentiores affirmantes illa ſolum mandata obligare in conſcientia,quę in Euangelio explicata ſunt,hoc fundamento nixi,quod Matth. 15.dictum a Chriſto ſit: *Fruſtra colunt me, docentes doctrinas,et mandata hominum.* Contra hanc tamen hæreſim ſunt Scripturæ,& perpetua eccleſiæ conſuetudo,ſiquidem Matth.28.& Ioan.20.dixit Chriſtus: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, ſicut miſit me pater, et ego mitto vos.* Ex quo loco San.Chryſoſto.& alij eccleſiæ poteſtatem in Apoſtolos, eorumque ſucceſſores a Chriſto translatam eſſet tradunt, qua leges Eccleſiaſticas condere poſſent,ſicut ipſe Chriſtus eam a patre acceperat. Hinc in Scriptura dicuntur *Superiores*, Matth.23. Act. 23.Item *Præpoſiti, & ſublimiores poteſtates,* Rom. 13.& 1.Pet.2.Item vocantur *Paſtores,* Io.21.Act. 20.Epheſ.4.1.Corinth.12.& 1.Petr.5.Item *Epiſcopi,et ſuperintendentes.* Act.20.quæ nomina regendi poteſtatem,& auctoritatem condendi leges ſignificant; ſi quidem alias qui præeſſent non poſſent ſufficienter, & efficaciter ſubditos ad gubernationis finem dirigere,prout Ariſtot.lib.7.Polit.cap.6.& 9.& Plato libr.2. de Repub.& libr.8.de Legibus, tradunt, & experientia manifeſtat. Hinc Apoſtoli, vt colligitur, ex Act.15.hanc poteſtatem ſibi a Chriſto traditam exercere cæperunt,conſtituẽtes legem de abſtinentia a ſanguine,& ſuffocato ad tempus,dicentes: *Viſum eſt Spiritui ſancto,et Nobis, nihil ultra imponere uobis oneris,quam neceſſaria, ut abſtineatis uos,etc.* & licet Melanchthon in Confeſſione Auguſtana artic.vlt.dicat eam non fuiſſe veram legem,ſed ſolum directionem quandam,id tamen facile tum ex verbis ipſis,tum ex c.16.conuincitur eſſe falſum, vbi Paulus ad illam conſtitutionem Apoſtolorum alludens,hortatur fideles; *ut ſeruarent præcepta Apoſtolorum,et ſeniorum.* Similia etiam ipſemet Paulus præcepta circa ordinationẽ Presbyterorum,& Diaconorum ſtatuit,vt videre eſt primo Timoth.3.& ad Titum 3.& alia etiam circa ordinationem ſtatuit primo Corin.11. Et idẽ ex multis Concilijs colligitur,vt ex Chalced.Actione 15.ex Romano ſub Hilario 1.Can.1.& Synodo 6.Act.4 & Synodo 8.Act.1.& Toletano 3.Can. 1.Concilio Viennenſi, vt habetur in Clement. Ad noſtrum,de hæreticis,& Conſtantienſi,Seſſio.8.& Florentino,in vnione Armenorum, & Tridentino Seſſ.6.can.20. Et denique Rom.13.dicitur abſolutè. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,* & Matth.18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, et Publicanus.* Ex quo loco euidenter colligitur,neceſſariò obediendum eſſe, ſaltem vt vitetur pœna,qui modus neceſſitatis ſatis ad legem, de qua re nunc ſolum contra hæreticos agitur, inferius enim oſtendemus etiam conſtituere poſſe leges obligantes in conſcientia. Nec ualet, quod ab eis affertur, ſiquidem eo in loco Chriſtus ea ſolum mandata reprehendit,quæ legi diuinæ repugnant, vt verba ſubſequentia manifeſtant,ait enim: *Quare uos tranſgredimini præceptum Dei propter traditiones ueſtras, etc.* Nos autem ſolum contendimus in eccleſia Dei poteſtatem eſſe ferendi leges, quę alioquin in lege diuina non continentur, nec legi diuinæ repugnant.

Alterum, quod explicandum eſt,non ſolum contra hæreticos,ſed etiam cõtra Ioannem Gerſonem, & Iacobum Almainum erit; nam hæretici uolunt in eccleſia poteſtatem non eſſe ferendi aliquam legem de re alioquin per legem naturalem, & diuinã non præſcripta, quæ ad eius obſeruantiam ſub peccato mortali obliget. Quia ſatis,inquiunt,eſt ad ſalutem ſeruare mandata diuina.Matth. 19. *Si uis ad uitam ingredi,ſerua mandata,*& Matth.28. *Docentes eos ſeruare omnia,quæcunque mandaui uobis.* Et quia prohibitum eſt aliquid addere verbo Dei. Deuteronom.4.& 12.& Eſaiæ. . Ceterum hæc nihil contra Catholicam veritatem ualent; Nam inter alia diuina pręcepta hoc vnum eſt, ut obediamus legibus ſuperiorum,ut paulo ante dictum eſt. Illud uero, quod dicitur,nihil uerbo Dei addẽdum eſſe,intelligitur, quod uerbo Dei repugnat, cuiuſmodi erant impij Sacrorũ ritus ab Ethnicis uſurpati, quos Deuteron.12.in primis Deus uitari iuſſit,ut ex uerborũ contextu euidentiſſimum eſt. Et contra Gerſonem Paulo inferius exempla multa afferemus, quibus probabimus hanc poteſtatẽ in eccleſia eſſe, ut ea pręcipere poſſit ſub pœna peccati mortalis, quę alias in Sacris literis, uel lege naturę pręcepta non ſunt. Interim ſatis erit hoc argumentum afferre,quo utitur S.Thom.1.2.q.95.art.2.& 3.humana poteſtas ea omnia per legem humanam præſcribere poteſt,quæ utilia,aut neceſſaria eſſe poſſunt bono communi. Sed quarumcunque uirtutum actus ad commune bonum referri poſſunt. Ergo de quarumcumque uirtutum actibus legem ſancire ualet. Maior ex eo patet:quoniam finis gubernationis humanę eſt bonum cõmune, & conſequenter auctoritas gubernandi ſufficiens non eſſet,niſi de omnibus illis ſtatuere poſſet, quę ad heiuſmodi bonũ referri poſſunt. *Quæ ratio* generatim probat,auctoritate humana leges condi poſſe etiam de actionibus, de quibus alioquin per legem naturalem, aut diuinam

nam nihil præſcriptum ſit: Id quod de fide certum eſt contra hæreticos.

3 *Quoad* Ioan. Gerſonem ſciendum eſt, eum huius ſententiæ fuiſſe, vt conſtat ex lect. 4. de vita ſpirituali; Nullam poteſtatem humanam, quæcumque illa ſit, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ciuilis, poſſe leges condere, quæ, quatenus tales ſunt, hoc eſt, quatenus humanæ ſunt, nec quatenus poteſtate hominibus conceſſa conditæ ſunt, obligare poſſunt homines ad aliquid ſub pœna mortis æternæ, ſed ſolum quatenus cum lege diuina miſcentur, ſeu legis diuinæ interpretes, & declaratoriæ ſunt: Vt exempli gratia, ſi ſuperior lege ſua præcipiat, non furandum, aut non adulterandum eſſe, peccabit mortaliter, qui aliquã iſtarum legum fuerit tranſgreſſus, non quidem quatenus humana eſt, ſed quatenus cum lege diuina miſcetur, idem, quod illa, præcipiens, ſeu illam declarans. *Et dat exemplum* de Medico, qui docens ægrotum, cibum aliquem eſſe mortiferum, & admonens, vt ab illo tanquam a ueneno abſtineat, non obligat ægrotum, ſi comedat, ad peccatũ mortale, quamuis ille contra Medici præceptum comedens mortaliter peccet: Aeger itaque tranſgrediẽs medici præceptum peccat mortaliter, non quia tranſgreſſio illa, quatenus talis, hoc eſt, quatenus tranſgreſſio medici, ſit mortalis, ſed quia, & quatenus eſt trãſgreſſio diuini præcepti, quo præcipitur, vt neminem occidamus. Et ſententiam ſuam concludens corollario decimo tertio prædictæ lectionis dicit prælatos Eccleſiæ non poſſe obligare ſubditos ad aliqua non contenta in Euangelio; ſicut Monachorum pręlati non poſſunt obligare monachos ſibi ſubditos, vltra ea, quæ in ſua regulari profeſſione continentur. Itaque ſecundum ipſum Papa annalem pręcipiens confeſſionem non obligat poteſtate ſua, ſed ſolum declarat ius diuinum; quia, inquit, ante eius ſanctionem lex Dei erat annuatim confiteri, ſed quia nobis ignota fuit, excuſabat nos ignorantia. *Pari modo* niſi ius, inquit, fuiſſet diuinũ Quadrageſimam ieiunare, pręceptum Eccleſię nõ obligaret ad culpam; at quia tale ius erat, per Eccleſiam declaratum nos ligat.

Et multo magis leges ciuiles Principum, niſi declarationes ſint iuris diuini antea ignorati, nullatenus ad culpam obligant. Iacobus uero Almaynus tract. de poteſt. Eccleſ. cap. 10. & 12. quamuis concedat a poteſtate eccleſiaſtica ferri poſſe legẽ obligantem ſub mortali, hanc tamen poteſtatem principibus, & legibus ciuilibus ineſſe negat. Horum argumenta ſunt, quia ſicut ſolius Dei eſt gratiam dare, ita etiam & illam tollere, ergo ipſe ſolus obligare poteſt ſub mortali, per quod gratia tollitur. Et quia Nulla poteſtas humana punire poteſt tranſgreſſorem pœna æterna, ergo nec obligare ad mortale, quod æterna pœna punitur: hac enim de cauſa dici ſolet Eccleſiam non habere poteſtatẽ in actus interiores, quia non poteſt eos punire. Quę opinio plus quam falſa eſt, parum a Lutheranorum hęreſi diſtans, vnde & ipſe hanc Gerſonis ſententiam in ſui erroris confirmationem adducit.

His tamen non obſtantibus firmiſſimè tenẽdum eſt, vtraque poteſtate tam ciuili, quam eccleſiaſtica poſſe condi legem, quæ obligat ſub mortali, & hoc de fide certum eſt, non ſolum de poteſtate eccleſiaſtica, ſed etiam de ciuili, quicquid dubitet Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iure, quęſt. 6. articu. 4. de legibus ciuilibus, vt rectè Greg. de Valentia tom. 2 diſput. 7. quęſt. 5. puncto 6. dub. 1. animaduertit. Vt autem hęc Catholica veritas clarior, & manifeſtior fiat tã contra Lutheranos, quam contra illos duos authores, alioquin viros Catholicos, ac doctos, ſequentes propoſitiones ſubiungam.

Prima Propoſitio. Lex humana poteſtatem habet obligandi tranſgreſſores ad peccatum mortale. Intelligitur propoſitio hęc de lege humana in vniuerſum abſtrahendo a ciuili, & eccleſiaſtica. Probatur primo ex Sacris literis, Prouerb. 8. *Per me reges regnant, et legum conditores iuſta decernunt.* & Rom. 13. *Omnis poteſtas a Deo eſt, et quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt*. Ex quibus locis, ut alia breuitatis cauſa omittam, duo euidentiſſimè colliguntur: Vnum eſt cauſa, & origo poteſtatis ad ferendas leges humanas obligantes ad earum obſeruantiam in conſcientia; quia ſcilicet leges humanę iuſtę a lege ęterna, & diuina deriuantur, haud ſecus ac cauſę ſecundę a primis dimanant; ſicut enim cauſæ ſecundę naturales producunt uerè, & per ſe ſuos effectus naturales, quatenus ſubduntur efficacię cauſę primę; ita etiam leges humanę ſuum effectum obligandi producunt, quatenus a lege diuina deriuantur; cum igitur ab illa deriuentur, quę omnes ligat, etiam iſtę obligare poſſunt. Et ſicut cauſæ inferiores, etſi non agant, niſi dependenter a cauſa prima, uerè tamen, & per ſe agunt; ita leges humanę, quamuis non obligent, niſi dependenter a lege diuina, uerè tamen, & per ſe obligandi uim habent.

Vis itaque obligandi, quę in legibus humanis eſt, ex duplici uoluntate dimanat, ſcilicet, & ex uoluntate poteſtatis humanæ inſtituentis, & pręcipientis aliquid in particulari, tanquam ex cauſa ſecunda, & ex uoluntate diuina, & ęternæ poteſtatis ordinantis, quod illud, quod auctoritate humana fuerit inſtitutum, ratum ſit, & in conſcientia obſeruandum.

Immo uero lex diuina, & æterna, non quomodocunque pręſcribit idipſum faciendum eſſe, quod lex humana ſtatuit, ſed faciendum idcirco etiam eſſe, quia lex humana pręſcribit, ſeu quatenus ab ea præſcribitur. Hoc enim eſt legem ui ſua obligare, eſſe uidelicet illi parendum, quia, ſeu quatenus præcipitur. Sicut ergo legi diuinæ, & naturali parendum eſt, ita etiam & legi humanę, quę ab illa deriuatur. Et hoc primum manifeſtè ſatis declarant illa uerba, *Per me Reges regnant*, &c. & *Oomnis poteſtas a Deo eſt.* hoc eſt, a Diuina poteſtate, & uoluntate dimanat.

Alterum eſt, legem humanam ab hac diuina ordinatione habere uim obligandi ad peccatum; ideo enim ſubditur: *Quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt*, & proinde inquit: *Qui poteſtati reſiſtunt, Dei ordinationi reſiſtunt:* ideoque *damnationem ſibi acquirunt*. Ex quibus tandem infert: *Ideo neceſſitate ſubditi eſtote*, hoc eſt, neceſſariò poteſtati humanæ obedire debetis, *non ſolum propter iram*, id eſt, propter obligationem ad pœnam, *ſed etiam propter conſcientiam*.

Secundo eadem veritas hac ratione probatur, quia utraque poteſtas uana, & inutilis eſſet, niſi hanc obligandi uim haberet. Etenim poteſtatis ciuilis finis, & ſcopus eſt, pacis, & boni communis conſeruatio; eccleſiaſticę uero poteſtatis finis eſt,hominem in finem ſupernaturalem dirigere. At certè vtraque poteſtas vt plurimum vana eſſet, & finem ſuum non conſequeretur, ſi poteſtate careret obligandi in conſcientia,liberumque ſubditis eſſet abſq; peccato leges inſtitutas tranſgredi,& violare.

5 *Secunda Propoſitio*: lex eccleſiaſtica vim obligandi habet tranſgreſſores in conſcientia ad peccatum mortale. Hæc propoſitio patet ex ſuperiori,ſi enim aliqua poteſtas humana ſit, quæ obligare poſſit in conſcientia,hæc ſine dubio erit eccleſiaſtica, vt ex omnium conſenſu manifeſtum eſt; Atqui vt veritas hæc clarior reddatur,nõ abs re erit,auctoritate Scripturarum eam confirmare.

Primo igitur probatur hoc ex auctoritate eccleſiæ tradita a Chriſto,Ioan.20.vbi ait:*Pax vobis;;ſicut miſit me pater,& ego mitto vos.* hoc eſt, inquit Sanctus Chryſoſtomus:*Suum eis reliquit miniſteriũ.* Et vt ait Theophylactus:*Opus meum ſuſcipite.* Vnde perpetuo Catholici patres verba iſta Chiſti ſic intellexerunt,vt reliquèrit Dominus Apoſtolis,& eorũ ſucceſſoribus locum ſuum,ac vices,ac vt ſua fungerentur auctoritate in eccleſia gubernanda. At Chriſtus miſſus eſt a patre cum poteſtate,non ſolum prędicandi,& docendi,ſed etiam condendi leges,& iudicandi; ergo & Apoſtoli,& eorum ſucceſſores eandem auctoritatem habent.

Secundo idem ptobant ea ſcripturæ loca,quæ docent obedientiam datam prælatis Eccleſiæ datam, & exhibitam eſſe Deo,& econtra iniuriã fieri Deo quando illis non obeditur,eo quod auctoritate Dei regant,vnde & præcepta paſtorum pręcepta Dei cenſentur,quia à Deo poteſtatem illam receperũt, vt populo ſibi commiſſo ea,quæ ad legis Dei obſeruationem maximè conducunt, præcipere poſſent. Hinc cum populus Iſrael murmuraſſet cõtra Moyſen,& Aaron fratrem eius,dixit illis Moyſes: *Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrũ, ſed contra Dominum.* Quod ideo dixit Moyſes,quia illi a Domino miſſi erant, & poteſtatem a Deo ad populi regimen acceperant, & ob hanc cauſam iniuriam illis illatam Deo inferri cẽſebant: Et primo Reg.8. de filijs Iſrael petentibus Regem loco Samuelis, ait ibi Dominus:*Non enim te abiecerunt,ſed me,ne regnem ſuper eos*. Et Luc.10. *Qui vos*,ait,*audit,me audit,& qui vos ſpernit,ſpernit eum, qui miſit me*. Et Act.15.*viſum eſt Spiritui Sancto,& nobis,&c.* Rom.13.*Non eſt poteſtas niſi a Deo,itaq; qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit.* Et 1.The.4.*Scitis*, inquit,*quæ pręcepta dederim vobis per Dominum Ieſum.*& paucis interpoſitis ſubdit:*Itaq; qui hæc ſpernit,non hominem ſpernit,ſed Deum,qui etiam dedit ſpiritum ſuum Sanctum in nobis.* Ex quibus euidens eſt, non ſolum auctoritatem imperandi,atq.adeo leges ferendi diuinitus eſſe magiſtratibus, & Pręlatis attributam,ſed etiam legem diuinam id ipſum dictare faciendũ,quod prælati præcipiunt,ſicut ſi a Deo ipſo præceptum fuiſſet. Si igitur Deus obligare poteſt ſuo pręcepto in conſcientia ad peccatum mortale,etiam Pręlati Eccleſię idipſum facere poſſunt.

Tertio Sacerdotium legis Euangelicę multo pręſtantius, & maioris dignitatis, & auctoritatis eſt, quam fuerit illud Aaronis in lege veteri, vt copioſe docet Apoſtolus ad Heb.7. At vero veteris legis Sacerdos poterat ſibi ſubditos obligare ad aliquid ſub pœna culpę mortalis, vt conſtat ex illo Deuteron.17.vbi dicitur:*Qui ſuperbierit,nolens obedire Sacerdotis imperio,qui ex tempore miniſtrat Domino Deo tuo,ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael;cunctuſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.* Conſtat autẽ ex omnium Theologorum ſententia,pro nullo peccato mortem tunc fuiſſe ex lege illa Moſaica inflictã, niſi pro peccato mortali: Ergo multo magis in lege Euangelica pręceptis,& legibus Pręlatorum inferri poteſt neceſſitas parendi ſub pœna peccati mortalis. Et Prouerb.6.dicitur : *Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* vbi nomine *Patris* intelligitur Deus, nomine autem *Matris* intelligitur Eccleſia. Vnde Matth. 18. ait Chriſtus. *Si eccleſiam*, id eſt, pręlatorum mandata, *non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*. Ex quibus omnibus ſatis comprobatum eſt, in eccleſia penes illius Pontifices, & pręlatos poteſtatem eſſe pręcipiendi, & condendi leges, quibus fideles omnes in conſcientia parere teneantur.

6 *Neque* ſolum † auctoritatem hanc in his habent, ad quę iam alias iure aliquo diuino, vel naturali tenebamur,ſed in his etiam, quę cum vel indifferentia ſint ſecundum ſe, vel ſaltem non pręcepta, videntes pręlati eccleſię ad bonos mores, & vtilitatẽ ſpiritualem populi Chriſtiani plurimum facere,ſua lege illa pręcipiunt. Id quod ex vſu, & praxi Eccleſię manifeſtum eſt. Nam Act.15. Apoſtoli Hieroſolymis congregati pręceperunt a ſuffocato, & ſanguine abſtinere,ſic enim ibi legitur. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis,nihil ultra uobis imponere oneris,niſi hæc neceſſaria, vt abſtineatis uos ab immolatis ſimulachrorum,a ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione,a quibus cuſtodientes uos benè agetis.* vbi S.Chriſo. ho.23.ait:*Hæc noua lex non præcipit,nunquam enim de his diſſerit Chriſtus,ſed a lege hæc ſumunt*: neque ſunt hęc iure naturę bona, vel mala, neque nobis præcepta ſunt, ſed ceſſante neceſſitate, temporis ſucceſſu, tria ex illis quatuor deſierunt eſſe neceſſaria. *Nec ualet*, quod reſpondent Caluinus, & alij ſectarij, ideo hęc pręcepiſſe Apoſtolos, non tanquam legem ſtatuentes,ſed ne comedentes ex ſuffocato,& ſanguine,ſcandalum alijs afferrent,& eo nomine legem illam vim habuiſſe,non quaſi ab Apoſtolis conditam,ſed quia iure naturali,& diuino tenemur vitare omnia, quę fratribus noſtris ſcandalo eſſe poſſunt; Hęc enim & textui, & ſanctorum Patrum communi intelligentię explicatio repugnat, ſiquidem nulla ibi ſcandali fit mentio, ſed ſolum abſolutè ibi hęc obſeruari pręcipiuntur, unde in fine capitis habetur de Sancto Paulo : *Pertranſiens ciuitates præcipiebat eis cuſtodire pręcepta Apoſtolorum, & ſeniorum*; & cap.16.dicitur: *Tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ decreta erant ab Apoſtolis,et ſenioribus qui erant in Hieruſalem.* unde ſemper appellantur *Præcepta,et leges Apoſtolorum.* Tũ a Scriptura, ut conſtat, tum a Patribus, Tertuliano in Apologetico cap.9. Orig.lib.8. contra Celſum, Cyrillo Catecheſi 4.& S.Auguſt.Epiſt.154.quę eſt ad Publicolam.

7 *Sic* etiam Apoſtolus 1.Timoth. 3.legem ſtatuit, ne Bigami ordinarentur, quod tamen iure naturali,aut Diuino alias prohibitum non fuit, quę tamẽ Apoſtoli conſtitutio in conſcientia obligat, & in

uſu

vſu vſque hodie eſt apud omnes, vnde in Concilio Carthag.4.can.49. Epiſcopus ſcienter bigamum ordinans auctoritate ordinãdi in poſterum priuatur, quæ pœna ſatis arguit,legem illam in conſcientia, & ſub peccato mortali obligare.

Lex item eccleſiaſtica de ieiunio,pręſertim Quadrageſimæ, ſub peccato obligat, quod tamen ieiunium neque per legem Diuinam, neque per naturalem præſcriptum eſt; Sic D.Hieronymus in epiſtol.ad Marcellam, de erroribus Montani.S.Ambroſ.ſerm.25.D.Leo ſerm.2.& 3.de ieiunio decimi menſis.Chryſoſt.hom.2.in Geneſ.& hom.6.ad populum Antiochenum.Baſil.orat.2.de ieiunio. San. Auguſt.ſerm.62.de tempore. Quo nomine D.Epiphanius hæreſi 75.& S.Auguſt.hæreſi 63.Arrium exiſtimantem ieiunia eccleſiæ non obligare iuſtos, hæreſis damnant.

Solent etiã ſummi Pontifices, & alij Prælati obligare ſubditos,& Canones ſtatuere, quib.prohibent aliquid ſub pœna excommunicationis,quæ pena non niſi ob peccatum mortale imponi ſolet. Sic.n. in c.ſuper ſpecula.Ne clerici,vel Monachi. prohibetur clericis ſecularibus,& religioſis, leges, aut Medicinam in ſcholis audire,& ſi vltra duos menſes auditionem protraxerint,ipſo facto ſententiam excõmunicationis incurrunt. Et tamen clericos,aut religioſos vltra duos menſes ius ciuile, aut medicinam audire iure diuino,aut naturali nõ eſt prohibitum. *Item in* Concilio Viennenſi ſub Clemente V.decretum eſt,excommunicatos ipſo iure eſſe eos, qui tẽpore interdicti ſepeliunt in eccleſia aliquem extra caſus à iure conceſſos,vt ex Clem.1.de ſepultu.conſtat;cũ tamen certum ſit, quod, ſi præceptũ humanum hoc loco ſecludas, nullo modo peccaret mortaliter,qui interdicti tẽpore humanũ corpus eccleſiaſticæ traderet ſepulturæ,& aliæ multæ his ſimiles afferri poſſent,niſi id ſuperfluum eſſe cenſerem.

8 *Denique* in eccleſia † Catholica hanc auctoritatẽ eſſe condendi leges ſub pœna peccati mortalis obſeruandas de fide eſt,& definitum illis omnib.Concilijs,quæ in ſuperiori dicto contra hæreticos attulimus, & apertè teſtantur Damaſus Papa in Can. Violatores,25.q.1.S.Tho.1.2.q.96.art.4 Bartho. Medina.ibid.Scholaſtici 2.d 44.S.Anto.p.1.Summæ,titu.18.ca.vnico,§.2.Io.Driedo lib.1.de liber. Chriſt.c.8.& 9.Turrecrem.in Summa lib.2.ca.45. Alphonſus à Caſtro lib.1.de poteſt. legis penalis.c.4.Sotus lib.1.de iuſt.& iu.q.6.ar.4.Adria. Quodli. 6.art.1.& 2.Io.de Med.C.de ieiunio q.7. Mãrt.Ledeſm.2.4.q.18.art.2.dub.5.Alber. Pighius li.5.Eccleſiaſticæ Hierarchiæ.Roffenſis art.27. Panormi. in c.Canonum ſtatuta.num.9.citans Io.Andream in c.quanquam.de vſur.in 6.Andreas ab Exea repe. in dictum c.canonum ſtatuta.num.180.de conſtit. Summ.Piſanel.verb.lex.§.8.Angelica.eod. num.3. Sylueſt.verb.lex.q.8.& 9.Tabiena eo.q.23.Nauar. in Manuali.ca.23.nu.48.Coua.in reg. peccatum.p.2.§.5.nu.2. Alphonſ.Viuald.in ſuo Candelabro aureo.p.4.c.8.nu.55.Io.Maior.in 3.diſt.37.q.16.& in 4.diſt.15.q.4.Caiet,in 1.2.q.96.artic.4. Gabriel in 4.d.16.ar.1.notab.6.Sebaſt.Medices in Sum.hęreſum,in verbo. eccleſia,hæreſi 3. Bellarm.tom.1. controuerſia 3.lib.4.c.15.& 16.Greg.de Val. tom. 2.diſput.7.q.5.puncto.6.Michael Salon. in 2.2.to. 2.in q.77.arti.1.controuer.7.Sum.Corona p.1.c.1. num.33.Coſm.Philiar.de offi. Sacerdotis p.2.li.3. c.2.Toletus de inſtruct.Sacer.trac. de ſeptem peccatis mortal.c.19. & 20.Emanuel Rodriquez in Sũ. p.1.c.194.concl.1.M.Ant.Cucchus lib.1.inſti.maior.tit.3.num.41.& alij communiter.Quæ auctoritas meritò eccleſiæ conceſſa eſt: Etenim, cum hominum ſtatus nunquam firmus ſit, ſed pro temporum, & locorum diuerſitate circa mores varietur, opus erat pro temporum varietate, ſecundum indigentiam, vltra leges ab ipſo Chriſto conditas pro eorum ſalute etiam nouas leges condere, quę ſub reatu peccati mortalis obligarent,vt ſatis comprobatum eſt.

9 *Quarta Propoſitio:* † Lex ciuilis poteſtatem habet obligandi trãſgreſſores ad peccatum mortale. Hęc propoſitio eiſdem argumentis comprobatur, quibus ſuperior confirmata eſt; Primo enim id ex ſacris literis euidenter colligitur,vt Rom.13. vbi dicitur: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit;* & ſubiungens rationem ait: *Nõ eſt enim poteſtas niſi à Deo,* & infra: *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui aũt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt. Nam Principes nõ ſunt timori boni operis, ſed mali.* qui Apoſtoli locus verè de Principibus ſecularib. intelligitur,vt conſtat,& ſubdit, Itaque *neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed ét propter cõſcientiam.* Et ad Tit.3 clarius. *Admone illos, Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire,* &c. Et B.Petrus 1.epiſ.c.2.ait; *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellẽti, ſiue Ducibus, tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei.* Quibus omnibus in locis manifeſtum eſt, Apoſtolos de poteſtate ciuili locutos eſſe, ut uerba textus indicant,& S.Chryſo.in eum locum S.Pauli, & S.Au. epiſt.54.ad Macedonium teſtantur Theophilactus ẽt priora illa Pauli verba exponẽs ait: *Ne forte illud fideles obijcerent, nos ipſe reddis abiectiores, qui cum ſimus regno celorũ potituri, principibus ſubdas, oſtendit Deo eſſe ſubiectos, qui magiſtratib. parent. Quin ét, quod horribilius eſt, adijcit, cum videlicet, qui his minus paruerit, Deo obſiſtere, qui illos inſtituit. Qui uero obſtiterit, cũ Deo, tum hominib. pœnas daturũ. Quod ſanè per illud ſignificatur, quod inquit, damnationem ſibi acquirunt.* Hæc Theophilactus. Eadẽ Apoſtoli verba poſt Theophilactũ apertius interpretatur S.Anſel. ſic inquiens: *Hoc.n. contra illos dicitur, qui ſe putabant ita debere uti libertate Chriſtiana, ut nulli uel honorem deferrent, vel tributa redderent, unde magnũ poterat aduerſus Chriſtianam religionem ſcãdalum naſci à princibus ſeculi. De bona poteſtate patet, quod eam perfecit Deus rationabiliter. De mala quoq; uideri poteſt, dum & boni per eam purgantur, & mali damnantur, & ipſa deterius præcipitatur. Qui poteſtati reſiſtit, cum Deus eam ordinauerit, Dei ordinationi reſiſtit. Sed hoc tam graue peccatum eſt, quod qui reſiſtunt, ipſi pro contumacia, & peruerſitate ſibi damnationem æternæ mortis acquirunt. Et ideo non debet quis reſiſtere, ſed ſubijci.* Hæc S. Anſelmus. Scripturæ igitur teſtimonio,& auctoritate non ſolum probatur poſſe principes ſeculares condere leges,quæ obligant in cõſciẽtia, ſed etiam hæretici euidentiſſimè refelluntur, dum prætextu chriſtianę libertatis auctoritatem Principum contemnunt,quos olim S.Petrus 2.epi. 2,cap.quaſi præmonſtrans nominauit, & damna-

uit, dum inter alia mala eorum, hoc etiam illis tribuit,*quod dominationem cõtemnãt,& libertatem alijs promittant,quum ipſi ſerui ſint corruptionis:* quo ſanè perditiſſimos homines *à Deo reſeruatos eſſe in diem iudicij cruciandos affirmat:* De quibus etiam locutus eſt Iudas,dicens,*Dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant,*imitantes Iudęum illũ, qui tempore Chriſti Iudæis perſuadere voluit,ſuperioribus,& Principibus à Cæſare conſtitutis, ac eorum legibus obediendum non eſſe,ut referunt Clemens Alexandrinus lib.3.Strom. & D.Hieron. in Commentarijs ad Titum 3.vt ſupra docuimus.

10 *Secundo* id ipſum docent Patres, Theophilactus, & S.Anſelmus,vbi ſupra,& S.Auguſt.epiſt.50.ad Bonifacium,vbi ait,*Qui legib. Imperatorum pro Dei voluntate obtemperare non uult,acquirit grande ſupplicium.*S.etiam Chryſoſt. hom.34.in epiſtolam ad Hebræos,ait: *Malum quidem eſt,ubi nullus eſt principatus,& multarum cladium hæc res exiſtit occaſio,& confuſionis eſt,turbationiſq; principiũ.*Et Paulo poſt: *Malum autem non minus eſt,et inobedientia eorum, qui reguntur à Principe.Populus enim,ſi non obſequitur Principi,ſimilis eſt populo Principem non habenti, immò etiam deterior. Illi enim* (ſcilicet,qui Principe carent) *ueniã habent,pro quo inordinatè,et indiſpoſitè uerſantur,ſi quidem ordinatore priuati ſunt: Hi autem ueniam non merentur*(vtique nec apud homines,nec apud Deum) *quin etiam puniuntur*,tam ab homine, quam à Deo.Gelaſius item Papa, vt habetur in Cã. *Quis autem*.diſt.10.ait:*Quis autem leges Principum, aut regulas Patrum , aut admonitiones paternas dicat debere contemni,niſi qui impunitum ſibi tantum exiſtimet tranſire commiſſum?*Sed de Patribus in re manifeſta hæc ſatis ſint.

Tertio,rationes , quæ probant poteſtatem eccleſiaſticam leges condere poſſe, quæ in conſcientia obligant,hoc idem de poteſtate ciuili demonſtrat. Nam lex ciuilis iuſta deriuatur a lege diuina , ſicut eccleſiaſtica,& Princeps ſecularis Miniſter Dei eſt, & à Deo poteſtatem habet,iuxta illud Prou. 8. *Per me reges regnant, et legum conditores iuſta decernũt, et Omnis poteſtas à Deo eſt*,Rom.13.*et Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit* . Vnde a Chriſto dicitùr Pilato: *Non haberes in me poteſtatem,niſi tibi datum eſſet deſuper.*Io.19. Ergo ſicut peccatum eſt legem diuinam violare, ita etiam, & legem humanam violans peccat, & cõſequenter leges ciuiles iuſtæ obligant in foro conſcientiæ ad culpam. Vnde S.Bernardus in lib.de præcepto, & diſpenſ. ait: *Siue Deus,ſiue homo uicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit,pari profectò obſequendum eſt cura,modo contraria Deo non præcipiat homo* .

11 *Deinde*,Præcepta iuſta parentum obligant filios ad aliquid faciendum ſub pœna mortis æternæ, vt docet S.Auguſt.in titulum Pſal.70.dicens; *Vbi hoc iubet Pater , quod contra Deum non ſit, ſic audiendus eſt , quomodo Deus, quia obedire patri iuſſit Deus.* & Deut.22.*Filius inobediens præcipitur lapidari.* Pœna autem mortis nunquam in lege veteri,niſi pro peccato mortali,eoque graui,imponebatur. Sed maior eſt auctoritas Principum erga ſibi ſubditos, quam parentum erga filios,in rebus,quæ Reipublicæ bonum concernunt,ſicut bonum commune patrię, in quod dirigitur poteſtas Politica principum multò præſtantius eſt, & magis curandum, quam bonum priuatæ cuiuſque domus,vel familiæ, in quod dirigitur poteſtas œconomica parentum; cum bonum domeſticum,vt ait Ariſtot.lib.1.Politic.c.1.ad bonum totius ciuitatis ordinetur. Vnde S.Aug. ſerm. 6.de verbis Domini, ait: *Diſcute nunc maiores tuos. Primi tibi ſunt pater,et mater,ſi rectè educantes, ſi in Chriſtum nutrientes,audiendi in omnibus,obtemperandum eis in omni iuſſione, cõtra maiorem ſi nihil iubeãt, et ſeruiatur illis. Quis eſt,inquis,maior eo,q me genuit? At ille,qui teipſum creauit? generat.n. homo, creauit Deus.Vnde generat homo,neſcit,quid generatus ſit,neſcit;ille , qui te uidit, ut faceret,antequã eſſet,quẽ fecit, certè maior eſt patre tuo : Maior eſt quoq; Patria ipſis parentibus tuis, ut quicquid iuſſerint parentes contra patriam,non audiantur,et quicquid iuſſerit patria contra Deum,non audiatur.*Hæc S. Aug.Cum igitur maior ſit poteſtas principis in re ciuili,quam Patris in re domeſtica, quandoquidem in re ciuili pater ſubditur Principi,ſi peccatum ſit filio patris mandatũ iuſtum violare,multò magis peccabit filius Principis mandatum,& legem violando.

12 *Denique* ſicut Reſpublica eccleſiaſtica habere debuit auctoritatem,qua leges particulares condere poſſet neceſſarias fini ſpirituali præter eas, quas Chriſtus in Euangelio inſtituit, pro varietate locorum,& temporum,ita etiam Reſpublica ciuilis habere debuit poteſtatem ſeipſam rectè gubernandi, & leges iuſtas condendi, paci, ac tranquillitati neceſſarias,præter eas,quas ius naturale,aut diuinum proponunt,pro ratione temporum, hominum,& locorũ. Quæ ſanè poteſtas vana,& inutilis eſſet,niſi ſubditi hmõdi legib. in cõſcientia obedire tenerẽtur. Vnde Philoſ.lib.5.Ethic.c.7.quẽ refert S.Tho. 1.2.q.96.art.1.ad 1.ait,ius ciuile,politicum,ſeu legale,circa illa verſari,quæ non ſunt à iure naturali, vel diuino,ſed ſunt indifferentia, poſſuntque benè, vel male fieri,hoc eſt,antequam ſint per legem ſtatuta,parum referre,& indifferentia eſſe; at poſtquã lege ſtatuta ſunt,multum referre,an fiãt,nec ne,immo tunc ſine peccato omitti nõ poſſunt, quę præcipiũtur,nec fieri quę per leges humanas prohibẽtur.

Ex quibus omnibus conſtat,quam falſa, & abſurda,ne dicam erronea, ſit doctrina Gerſonis, de omni lege humana; & Almaini de lege ciuili . Sicut etiam falſa,& temeraria eſt opinio quorundam Iuriſtarum, ſcilicet,Imolæ,in repet.cap. cum contingat,de iureiur.col.17.& Felini in cap.1.num.18.de ſponſal.quos refert Nauar.in Manuali,ca. 23.num. 55.aſſerentium leges humanas non habere vim, nec quatenus tales ſunt,id eſt, humanæ,poſſe per ſe obligare ad mortale ſecluſo contemptu , & ſcandalo;vnde nullo modo placet opinio Caietani, qui in verb.*clericus.§.uerum.*affirmat *clericos non deferẽtes habitum,et tonſurã,artes macellariorum, et tabernariorũ,aut officia ſecularia exercentes, tabernas frequentãtes,ad aleas,uel taxillos ludentes , contra eccleſiæ præceptum , ſecluſo contemptu, et contumacia non peccare mortaliter,quantum* inquit,*ex præcepto iuris poſitiui pendet* . Et eodem modo reijcienda eſt eiuſdem Caietani opinio,qui in Summa,in uerbo,*Ieiunium.§. Quoad quartum.*docet,*quantum eſt ex iure ſcripto, non eſſe mortale peccatum frangere ieiunia eccleſiæ, ſi deſit contemptus .* Ex cuius doctrina ſequeretur , quod qui in Quadrageſima , alijſque eccleſię ieiunijs non ex cõtemptu,ſed ex intemperantia ſecretò,& citra ſcandalum carnibus veſceretur, non peccaret mortaliter; quod quam alienum ſit a vera,& Catholica doctrina,nemo eſt,qui ignoret. *Nam* Canon.68.Apoſtolorum,iubet clericum huiuſmodi ieiunia frangentem, deponi, & laicum excommunicari, & Concilium Gangreſe Can. 19. iubet excommunicari eos, qui indicta ieiunia ſine neceſſitate ſoluũt, & Concilium Toletanum VIII. Can.9. priuat eos Sacra communione in Paſchate, & iubet anno a carnibus abſtinere,qui Quadrageſimæ ieiunium violauerint. *Et nota*,non dicere Concilium,qui ex contemptu, ſed qui ex intemperantia non ieiunant. Vnde neſcio, qua ratione Caietanus vir doctus,& catholicus dicere potuerit, *non eſſe peccatum mortale frangere ieiunia Eccleſiæ,ſi deſit contẽptus, quantum ex iure ſcripto*. Patres inſuper graue peccatum eſſe docent violare eiuſmodi ieiunia, & loquuntur maximè de Quadrageſima. Nam S.Baſil. Orat.2.de ieiunio.ait: *Ob paruam eduliorum voluptatem,damnum incurrere,& reũ criminis ſtatui.* S.Chryſoſt.Hom.6. ad populum Antioche. ait, *Debere aliquem omnia potius pati,quam accedente ieiunij lege,ꝑhibitum tangere nutrimentum*.S.Ambr.ſerm. 25.ait; *Non leue peccatum eſſe indictam fidelibus Quadrageſimam violare*.S.Auguſtinus ſerm.62.de tempore ait: *Alijs diebus ieiunare remedium eſt, aut præmium, in Quadrageſima non ieiunare peccatum eſt*, & ſimilia paſſim habent Patres longe aliter de ieiunio ſentientes,quam Caietanus docuiſſe videatur.

13 Ex dictis † facile ſolui poſſunt, quæ in contrariũ afferuntur. Ad primum enim Reſpondetur, legiſlatores non poſſe conferre gratiam, nec illam auferre,ſed tantum condere leges iuſtas,quas tranſgrediẽtes ſuis ſceleribus, ac peccatis per inobedientiam ſubinde gratiam ſibi auferunt, quemadmodum nec parentes,qui nos genuerunt, cũ illis rebelles, & inobedientes ſumus,non auferunt nobis gratiam, ſed qui illis non obediunt, ſuis proprijs ſceleribus gratiam amittunt. Immo nec Deus ipſe,qui author eſt gratiæ,& quam ſolus conferre poteſt,non aufert illam peccatori,cũ peccat, vt optimè docent S.Th.1.2.q.113.ar.2.& ibi Caiet.dub.1.& 2.2.q.24.ar. 10. Barth.Med.1.2.q.113.ar.2.dub.vlt.Michael Salon in 2.2.to.2 in q.77.ar.1.controuerſia 8. ad ſecundũ Sotus li.1.de iuſtitia,& iure q.6.ar.4.Gregor de Valentia tomo 2.diſput.7.quæſt. 5. puncto 6.Coſinus Philiarchus de officio Sacerd. par.2.lib.3. cap.2.& communior Theologorum ſchola. Sed ipſemet peccator ſuo delicto illam ſibi aufert, iuxta illud Oſeæ 13. *Perditio tua ex te Iſrael*.Vt igitur poteſtas humana obligare ad mortale poſſit, ſatis eſt, quod legem ſtatuere poſſit,quam ſi homo uiolet, conſequenter priuetur gratia ex ordinatione legis diuinæ,cui humana lex nititur.

Ad ſecundum eodem modo reſpondetur, concedendo ſolum Deum infligere poſſe pœnam æternam,non tamen inde ſequitur,auctoritatem humanam non dare poſſe præcepta affirmatiua, aut negatiua, quorum tranſgreſſor reus fiat æternæ pœnæ. *Nam*,qui poteſtatem humanam offendit,etiam Deum ipſum, a quo poteſtas humana deriuata eſt, offendit,qui voluit, vt obedientia homini præſtetur,alioquin pęnam æternam incurrat, quam Deus ipſe infligere decreuit. *Vnde* tranſgreſſor legis humanæ peccat, & pœnę æternæ fit reus, non ex ſola voluntate humana, ſed ex voluntate diuina, quam tranſgreſſor offendit violans legem humanæ poteſtatis,quæ cum a diuina deriuata ſit,obligare poteſt ad pęnam æternam,quam Deus inobedientibus inferre decreuit.

14 *Illud* vero † exemplum de Medico allatum,nullã omnino vim habet ad eorum propoſitum comprobandum,eo quod Medicus nullam habet auctoritatem præcipiendi ipſi ægroto,ſed ſolum facultatem habet conſiliandi,& docendi illum, quid agere debeat. Vnde licet æger comedendo cibum mortiferum contra Medici admonitionem, mortaliter peccet,non tamen id prouenit, quia agit contra conſilium Medici,cum ille auctoritatem præcipiendi nõ habeat,ſed quia agit contra Dei præceptum præcipientis,vt non occidamus nos ipſos,ſicut nec alios. Hic enim Medicus perinde ſe habet, ac uir doctus admonens virum ſimplicem,vt ab hoc,vel illo opere abſtineat,quoniam peccatum eſt,qui ſi forte contra viri docti monitionem operetur, Deum ipſum offendet,legem illius tranſgrediẽs,minime vero virum doctum, cum vir iſte doctus ex hypoteſi nullã præcipiendi auctoritatem habeat.Longe tamẽ aliter ſe res habet in Prælatis,& Principibus, qui non ſolum auctoritatem docendi, ac mouendi, verum etiam præcipiendi,& cogendi uim habent.Nam alias fateri oporteret,nullum ſuperiorem habere maiorem poteſtatem ſuper ſuos ſubditos,quam habeat uir doctus illos docens,aut admonẽs, quod affirmare non ſolum falſum,ſed etiam temerarium,& hęreticum eſſet.

15 *Ad id autem*,quod afferunt,nullum legiſlatorem alium a Deo poſſe præcipere actum interiorẽ, ſeu eccleſiam nõ poſſe præcipere actus interiores, propterea quod eos punire non poſſit; *Reſpondetur*, qđ eccleſia neque præcipit,neque vetat,neq; punit nudum interiorẽ actũ ſecũdũ ſeipſum,cum illum pręciſè cognoſcere nõ poſſit,ſed præcipiens virtutis actum,aut vetans vitij actum externum, ſimul etiam in obligationem ponit actum internum,ſine quo actus ille externus fieri non poteſt. Vnde hæreticus verus,& perfectus,purè mentalis,non eſt excommunicatus, qui & proinde abſolui poteſt a quolibet ad confeſſiones audiendas approbato, ut teſtatur inter ceteros Ioannes Driedo libr.3.de libertat.Chriſtiana,c.3.p.1.in fine,ad ſolut.argumẽti decimi, & nos latius to.1.lib.3.c.4.nu.21.ex communi Theologorum ſententia probauimus. Verum, ſi actus quiſpiã exterior fuerit ex ſua hæreſi exortus, etiam quantũuis fuerit occultus, veluti ſi hæreſim occultè ſcripſerit, uel quempiam occultè docuerit, iam excommunicatus eſt per Bullam Cœnæ Domini. Ex quibus conſtat, aliud eſſe de crimine externo, quamuis occulto,quod excommunicatione punitur aliud de crimine ſolo mentali,ſola uoluntate, aut propoſito concepto, quod eccleſia per excommunicationis cenſuram non punit. Dicendum igitur eſt,quod licet eccleſia poteſtatem non habeat in actus interiores,ſi per ſe conſiderentur,ſine ulla relatione ad actus externos, habet tamen auctoritatem in actus etiam interiores,ſi conſiderentur, ut ſunt conditiones actuum exteriorum,& ad eos referri poſſũt, de quibus plene, & perfectè poteſt eccleſia cognoſcere, & ſtatuere propter finem humanæ gubernationis,ſicut rectè explicant Caietanus in Summa, verbo,

bo, Horæ canonicę. *Quoad* tertium. Greg. de Valentia tomo 2. diſput. 7. quęſt. 1. puncto 7. & alij, quos tom. 1. theſauri ſuperius allato recenſuimus. Siquidem eccleſia excommunicat eos, qui eo odio, vel amore contra hęreticos procedunt, aut in eos inquirere omittunt. *Clem. Multorum, §. vero quia*, de hęret. Sicut etiam eodem reſpectu pręcipit Innocentius III. in cap. *Dolentes*, de celebr. Miſſarum, vt officium diuinum *ſtudioſe, & deuote* a clericis perſoluatur: quod fieri non poteſt ſine actu interiori. Et de poteſtate ſuperiorum in condendis legibus hęc ſufficiant.

Quæ, & quando lex humana ad peccatum mortale obligat, & quomodo hoc cognoſci poſſit. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *An omnis lex humana ſicut ad culpam mortalē obligare poteſt, ſic etiam de facto, & in actu illius trāſgreſſorem reum mortalis peccati conſtituat.*

2 *Quomodo cognoſci poſſit, quando lex humana obliget ad mortale, quando ad ueniale.*

Lex iniuſta ex ſe, ſcandalo ſecluſo non obligat in conſciētia, num. eod.

Lex iniuſta quæ contra bonum diuinum, quæ contra bonum humanum, & ex quibus hoc conſtat nu. eod.

3 *Omnis malus finis intentus a legislatore non ſufficit ad reddendum legem iniuſtam.*

Lex iniuſta poteſt eſſe ex efficienti, & ex forma, & in quo forma conſiſtat, num. eod.

4 *Quid in forma ipſa ſit conſiderandum ſecundum Alphonſum.*

5 *Niſi lex expreſſè bono communi repugnet, tenentur ſubditi in fauorem legis iudicare, & quare.*

6 *Quo ſenſu intelligendum ſit, verum eſſe leges humano bono aduerſantes non obligare in conſcientia.*

7 *Iniuſtè incarceratus poteſt carcerem frangere, vt exeat: Iniuſtè excommunicatus non tenetur ſeruare obligationis mandatum, neque ipſe alios vitare, nec ipſum alij, ibid.*

8 *Quotieſcunque lex poſitiua, aut iudicis ſententia fundatur ſupra ſola preſūptione, non obligat in conſciētia illum, qui de veritate in contrarium certus eſt.*

Sententia Adriani, vt uerior, ab Authore probatur, iniuſte condemnatum poſſe ſoluere, ſi velit, ſine peccato, & quare, nu. eod.

Iniuſte re ſua priuatus non potens aliter damnum ſibi illatum reſarcire, poteſt tantundem clanculo ſurripere ab illo, qui rem ſuam per iniuſtam ſententiam abſtulit, nu. eod.

9 *Hæres, qui non confecit inuentarium, licet teneatur creditoribus hæreditarijs vltra uires hæreditarias in foro iudiciali, in foro tamen conſcientiæ non tenetur, & quare.*

10 *Lex humana iuſta, etiamſi ſimpliciter, et ex ſe, quādo inſtituta fuerit, obligaret ad mortale, ceſſante tamen omnino cauſa illa iuſta, propter quam condita fuit, ceſſabit talis obligatio ad mort.*

11 *Non eſt neceſſarium, vt hæc cauſa in lege exprimatur, ſed ſatis eſt, ſi inde colligatur, vel aliunde certo cognoſcatur illam eſſe cauſam, & non aliam.*

12 *Si ceſſet cauſa, propter quam poſita fuit gabella, licitum erit eam fraudare, quamuis ab initio iuſte fuerit impoſita.*

13 *Licet quis carnem ſuam perfecte domuerit, & Sanctus fuerit, tamen ad Eccleſiaſtica ieiunia obſeruanda tenetur.*

Si lex inſtituatur de non geſtandis armis homicidij cauſa, etiamſi in aliquo particulari non ſit hoc periculum, nihilominus ad legis obſeruantiam obligatur, num. eod.

14 *Lex humana iuſta non obligat eius tranſgreſſorē ad peccatum mortale, niſi ſit circa materiam talem, quæ ſit alicuius momenti, & grauis, aut ſecundum ſubſtantiam, aut circumſtantiam.*

15 *Regula, quæ communiter ab Authoribus ſtatuitur ꝓ cognoſcenda legis obligatione ex parte materiæ.*

16 *Tranſgreſſio legis tam Ciuilis, quam Eccleſiaſticæ ex contemptu peccatum eſt mortale.*

In obſeruatione præcepti humani duplex virtus ſolet inueniri, vnde & in uiolatione duo uitia plerumque reperiuntur, nu. eod.

17 *Tranſgreſſio legis humanæ unde habeat, ut ſit mortalis, vel uenialis: ſi ſuperior aliq̄d præcipiat ſub pęna excommunicationis eo ipſo incurrendæ, excommunicādi tamen intentionem non habens, ſubditus hoc præceptum tranſgrediens eam non incurrit, ſed per conſcientiā erroneam obligatur ab ijs cauere, a quibus excommunicatus abſtinere tenetur, nu. eod.*

18 *Quomodo cognoſci poſſit intentionem legislatoris eſſe obligatoriam ad mortale, uel veniale, cum in lege non exprimatur intentio.*

19 *Ex quibus colligi poſſit ſecundum Medin. & Ledeſm. an lex Eccleſiaſtica obliget ad mortale.*

20 *Verba præceptiua quæ, aut æquipollentiæ præceptis ſecundum Alphonſum a Caſtro, & quæ non.*

21 *Verba alia conſultoria, ſeu perſuaſiua, alia præceptiua, alia mandatiua, quænam illorum, & quando obligent ſecundum alios?*

22 *Quid Nauarrus de hac materia tradat.*

23 *Authoris elucidatio varijs punctis, & propoſitionibus expreſſa uſque ad num. 31.*

Quando lex aliqua ſub quibuſcunq; uerbis ex communi præſertim conſuetudine Eccleſiæ, aut prudentum exiſtimatione intelligitur obligare ad mortale, uerè obliget ad mortale, nu. eod.

24 *Quoties aliquid præcipitur, vel p̄hibetur ſub uirtute ſanctę obedientię, uel ſub obteſtatione diuini Iudicij, vel ſub indignatione B. Apoſt. Pet. & Pau. uel alijs æquipollentibus intelligitur obligare ad mortale.*

25 *Quando grauis pœna temporalis alicui legi iuſtæ apponitur, quæ ex ſua natura præſupponit culpam mort. lex illa ſeu mandatum obligat ſub mortali.*

Quid de hoc ſenſerit Nauar. & alij, & quid Michael Salon, cum quo concordat Author, nu. eod.

Lex ciuilis iuſta præcipiens aliquid, uel prohibens ſub pęna capitis, aut exilij, aut præſcriptionis bonorū, aut alicuius alterius ſimilis damni, etiam ſub mortali obligare intelligitur, nu. eod.

26 *Lex Eccleſiaſtica per verba communia modi imperatiui lata, non eo ſolo cenſetur obligare ſub mortali.*

27 *Quotieſcunqe lex Eccleſiaſtica utitur verbo præceptiuo, ſeu æquipollenti, aut uerbo ſignificante determinatam neceſſitatem, talis ſub mor. obligare cenſetur.*

Significatur his uerbis obligatio niſi ex materiæ leuitate, aut aliunde contrarium conſtet, nu. eod.

Quæ in Regula S. Frāciſci proponūtur uerbo preceptiuo, obligant ſub mor. ex declaratione Clem. Pap. V.

non autem in alijs ord. Religioſis, nu. eod.

28 *Quando nullum eſt verbum ex prædictis, ſed verba communia non cenſetur obligare ad mort. niſi aliundè ex grauitate materię, aut ex detrimento boni cōmunis, quod ſequeretur.*

29 *Quando lex abſolutè fertur, nec ullo modo, verbo, aut ſigno declarat ſe non habere intentionem obligandi in conſcientiā, tunc pro grauitate, aut leuitate materiæ iudicandum erit obligare in conſcientia ad mortale, vel veniale.*

30 *Quando lex Canonica, & Ciuilis ſibi inuicem opponūtur, ſtandum eſt in foro conſcientię legi canonicæ, & in lege Ciuili, quando agitur de materia peccati, ſtandum eſt iuri Canonico.*

31 *An leges humanę ad ſui obſeruationem obligent cum periculo uitæ, tribus nu. ſeq. 32. 33. 34.*

35 *Soluuntur Rationes Caietani, & aliorum in contrariam partem allatę, qui putant uniuerſaliter omnem legem humanam, quæ obligat ad mort. obligare ad mortale pro ſui obſeruatione.*

CVM ex his, quæ in proximè præcedēti capite dicta ſunt, certum, & manifeſtū ſit legem humanam obligare poſſe in conſcientia, quatenus a lege diuina, & naturali deriuatur, ne quis fortè rē malè intelligēs exinde colligat omnē legem humanā ad culpam mortalem illius tranſgreſſorē obligare, vt res hæc clarius explicetur, & oīs errādi occaſio tollatur, quædam dubia explicanda ſunt. Quorum

1 PRIMVM DVBIVM EST, An omnis lex humana, ſicut ad culpam mortalem obligare poteſt, ſic etiam de facto, & in actu illius tranſgreſſorem reum mortalis peccati conſtituat. *Ratio dubitandi eſt*; quia ideo, ut dictum eſt, lex humana in conſcientia etiam ſub mortali obligat, quia deriuatur a lege diuina, & naturali, quæ dictat legibus, & præceptis maiorum obtemperandum eſſe; ſed hoc omnibus humanis legibus conuenit. Ergo omnes in conſcientia obligant. Vnde S. Th. 1. 2. q. 96. art. 4. ex huiuſmodi lege naturali, & diuina ſimpliciter, & abſolutè concludit leges humanas in conſcientia obligare, & non ſolum poſſe obligare.

Communis tamen, & vera opinio eſt, quam tenent Adrian. quodlib. 6. art. 2. litera A. verſic. Error ſecundus. Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pænal. c. 5. in princip. Greg. de Valentia to. 2. diſp. 7. q. 5. puncto 6. & alij; Omnem legem humanam non obligare ad peccatum mortale. *Ratio eſt*: Quia vis obligendi legis oritur ex auctoritate, & voluntate legem ferentis, vt ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Sed aliquæ leges ita feruntur, vt non tota auctoritate legiſlatoris ſanciantur, ſiue quia hoc ipſe non velit obligare ad mortale, ſed ad ueniale ſolum, immo etiam aliquando ad nullum omninò peccatum, ſed ſolum ad pęnam, cuiuſmodi ſunt leges quorundam religioſorū; ſiue quia res ipſa, quæ præcipitur, aut prohibetur, in ſe non eſt grauis, ſed leuis; ſiue quia populus non eatenus acceptet: nam ut diximus, ad legis obligationem requiritur, ut recepta ſit a populo. *Deinde* etiam lex humana non eſt maioris poteſtatis, & fortioris uinculi, quam ſit lex naturalis, aut diuina; At uerò certum eſt, non omnem tranſgreſſionem legis naturalis, aut diuinæ eſſe mortalem. Quamuis enim lex naturalis mendacium vetet, & Deus lege ab eo data, & per miniſtrum eius promulgata, etiam mendacium prohibeat, dicens; *Non mentieris, nec decipiet unuſquiſque proximum ſuum.* Leuit. 19. Conſtat tamen non omne mendacium eſſe mortale. *Conſtat* etiam verbum purè otioſum eſſe ſolum peccatum ueniale, quāuis lege ſua Deus decreuerit de omni tali uerbo otioſo petere ab hominibus rationem. Matth. 12. omnis igitur legis humanæ tranſgreſſio mortalis culpa non erit.

Nec ualet ratio in contrarium, ſiquidem, licet tā lex diuina, quam naturalis dictet obediendum eſſe præceptis maiorum, non tamen dictat eſſe mortale ſemper legibus humanis non obedire, ſed tunc ſolum, quando lex illa a tota ſuperioris auctoritate proficiſcitur, volentis pro grauitate rei obligare ad faciendum, quod pręcipitur, aut omittendum, quod vetatur, ſub culpa mortali. Quo ſenſu etiam intelligendus eſt S. Thom. cum affirmat leges humanas in conſcientia obligare. *Cum* ergo ex his omnibus manifeſtum ſit, non omnes humanas leges obligare illarum trāſgreſſores ad culpam mortalem, ſicut nec omnes leges diuinę ad culpam mortalem obligant, ideo

SECVNDVM DVBIVM EST, Quomodo cognoſci poſſit, quando lex humana obliget ad peccatum mortale, quando vero ad ueniale. In qua re, ut certa ab incertis ſeparemus, ea prius ponenda ſunt, quæ ab omnibus conceduntur, deinde uero dubia, & incerta omni, qua fieri poteſt breuitate, & diligentia explicanda.

Primo igitur certum eſt, legem iniuſtam ex ſe, ſcandalo ſecluſo, non obligare in conſcientia. Sic expreſsè S. Tho. 1. 2. q. 96. art. 4. Caietanus, & Medina ibi, Ioannes Driedo libr. 1. de libertate Chriſtiana cap. 8. ſententia quinta, & capit. 12. propoſitione prima, Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnal. capit. 5. documento 1. Sotus libr. 1. de iuſtit. q. 6. art. 4. concluſ. 2. Adrian. quodlib. 6. artic. 1. concluſ. 1. litera A. Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 7. puncto 6. Panormit. in capit. Canonum ſtatuta, num. 9. de Conſtit. & ibi Andreas ab Exea num. 307. concluſ. 3. Summa Piſanella, uerbo, lex, §. 8. Ant. p. 1. tit. 18. c. vnico §. 2. Angelica, eod. nu. 4, & nu. 24 Syl. verbo, lex, q. 5. & q. 6. verſic. Primo. Tabiena eod. q. 24. Nau. in Manuali c. 13. nu. 48. Summa Corona. p. 1. c. 1. num. 33. concl. 3. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 2. li. 3. c. 2. Toletus in inſtruct. Sacerd. tract. de ſeptem peccatis capit. c. 18. *Ratio eſt*: Quia lex debet eſſe regula directiua actuū humanorum, & proinde recta eſſe debet, vnde cum lex iniuſta, recta regula eſſe nequeat, neque lex erit, & conſequenter obligandi uim non habet; ſiquidem longiſſimè a ratione naturali diſtet, vt quis ad iniuſtum aliquid in conſcientia obligetur. Vnde in cap. Ius generale. diſtinct. 1. dicitur, legem eſſe iuris ſpeciem, lex autem quæ iuſta non eſt, ius non eſt, & conſequenter lex non erit, & S. Auguſt. libro 19. de Ciuitate Dei cap. 21. ait: *Non enim iura dicēda ſunt, uel putanda iniqua hominum ſtatuta, cum illud etiam ipſius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manauerit.* Et lib. 1. de lib. arbit. c... ait: *Non mihi lex eſſe uidetur, quę iuſta non fuerit.*

Lex autem humana iniuſta eſt, quæ vel eſt contra bonum *diuinum*, vel *humanum*: Contra bonum diuinum eſt,quæ repugnat legi Dei, ſicuti ſunt leges hominum,& mãdata contra Chriſti Euangelium, aut præceptum,aut contra verum Dei cultum,quibus legibus reſiſtere oportet vſque ad mortem, de quibus Act.4.*Oportet Deo magis obedire,quam hominib.* Et S.Ber.epi.7.quæ eſt ad Adam Monachũ,ait: *Mala imperantibus non eſt parendum, præſertim dum prauis obtemperans imperijs,in quo homini videris obediens, Deo planè,qui omne,quod perperam agitur,interdixit,inobedientem te exhibes. Valde autem peruerſum eſt profiteri te obedientem,in quo noueris ſuperiorẽ propter inferiorem,id eſt,diuinam propter humanã ſoluere obediẽtiam.* Et hoc certum eſt apud oẽs. *Contra* bonũ autem humanum maximè lex iniuſta eſt ex tribus.

Primo ex fine,ſicut enim finis legis iuſtæ eſt utilitas boni communis;ſic econtra lex iniuſta eſt,quando eſt contraria bono communi; vt quando aliquis præſidens imponit leges oneroſas ſubditis, nõ propter communem utilitatem,ſed propter priuatam ſuam,vt propter cupiditatem, auaritiam, aut gloriam: Puta,faciens ſtatutum, quod qui committit talem defectum,ſoluat tantum, quod non propter aliud facit,niſi, vt inde lucretur, vel cum imponat tallias,& gabellas vltra debitum,ut theſaurizet, aut inaniter in pompis, & vanitatibus eas conſummat. Sic S.Anton.part 1.tit.18.cap.vnico §.2.Angelica, verbo,lex,num.4.verſic.Tertius, Sylueſt. verbo eo. q.5.Tabiena in verbo,lex.q.24. Andreas ab Exea repetit.in c.Canonum ſtatuta,num.319.concl. 4.& Panormit.in eod.c.nu 9. de Conſtit.poſt S.Th.1.2. q.96.art 4.& Bald.in leg.2. Cod. de iure aureorum ann.& Bar.in l.vectigalia.ff.de publica. & vect. vbi dicitur,quod fraudetur gabella, quæ licitè non eſt impoſita, & idem de illicitis gabellis docent Hoſtienſ. in c.innouamus.de cenſibus. Ioan. Driedo li. 1.de libert.Chriſt.c.15.& Doctores in ca.ſuper quibuſdam, de verb. ſignific. & Zacharias in annot. ad Panormitanum ubi ſupra, & nos latius ſuo loco dicemus. Hinc Ariſtoteles lib.5.Polit.c.10.ait. *Tyrannum nullam reſpicere utilitatem,niſi gratia proprij commodi.* Denique,quod lex illa iniuſta ſit,quæ nõ communem,ſed propriam conditoris vtilitatẽ reſpicit, inter recentiores eleganter docet Franciſcus Patritius lib.1.de Regno, & Regis inſtitutione, tit.3.his verbis: *Nam ſi rex,*inquit,*oblitus utilitatis eorum,quibus præeſt,proprium dumtaxat quærat commodum, ſibi,ſuiſque ſtudeat,iuſtitiam negligat, uoluntati inſeruiat,tunc a dignitate ſua diſcedit, ſitque manifeſtè Tyrannus,qui rectum tranſgreditur, & ab omni uirtute ſecernitur.* Hæc ille.

2 *Illud* tamen hoc in loco diligenter annotandum cum Alphonſo de Caſtro lib.1. de poteſt. legis pœnalis,capit.5.documento 1.non omnem malum finem a legislatore intentum ſufficere ad reddendam legem iniuſtam. Si enim finis intentus non nocet Reipublicæ,ſed eſt illi indifferens,& res, quæ per legem præcipitur,apertè cognoſcitur eſſe Reipublicæ utilis, quamuis legislator legem cum tali intentione condens peccet, lex tamen ab eo condita erit iuſta,ſi cetera adſint,quæ ad legem iuſtam neceſſariò exigũtur. Vt verbi gratia, ſi princeps ad reprimendum effrenatum veſtimentorum luxum,legem ſtatueret, quæ pro varietate cuiuſque ſtatus,& conditionis veſtimenta moderaretur, & pœnam moderatam tranſgreſſori hac ſola intentione adijceret,vt ſibi exinde lucrum acquireret, aut, vt vnum, aut alterum ciuem, quem odio habet, hac occaſione punire poſſet,ſic legem ferendo peccat ob intentionem peruerſam, lex tamen lata iuſta erit, ſi in Reipub. vtilitatem uergere cognoſcatur, teneturq; populus tali legi obedire.

Sicut vxor tenetur reddere debitum marito, qui ad ſolam libidinem ſuam explendam illud exigeret,quamuis ille ſic petens peccaret. Solus igitur ille malus finis obſtat,ut lex iuſta eſſe poſſit,per quem non communi utilitati Reipublicæ,ſed priuato cõmodo legislator conſulit. 4

Secundo iniuſta erit lex ex cauſa efficiente, ſeu auctore,puta,cum excedit limites ſuæ poteſtatis, vt ſi v.g. laicus cuiuſcunque dignitatis, etiam Imperator,aut Rex,faciat legem,quæ extendatur ad clericos in re non permiſſa,vt quod debeant reſpondere in foro ſuo,aut,quod ſoluant tallias, & huiuſmodi. Sic S.Anton.1.p.tit.18.c.vnico,§.2.Sylueſt. verbo, lex,q.5.& q.9.verſicul. 5. Andreas de Exea repetit. in c.Canonum ſtatuta, num. 322. concluſione 5.de Conſtitut.& alij. Eodem modo prælatus ordinarius ſubditum ſuum extra limites ſuæ iuriſdictionis degentem excommunicans, iniuſtè agit, & excommunicatio eſt nulla,arg.cap.Vt animarum.§.Statuto.de Conſtit.in 6.& facit l.fi.C.de iuriſd.om.iudic. Angel.uerbo,lex, num.4. verſiculo 5.Syluester.eo. q.9.uer.5.& Alphonſus a Caſtro,lib. 1. de poteſt.legis pęnal.cap.5.documento 1.Et propter hunc poteſtatis defectum,multi Theologi tradunt,& rectè, iniuſtam fore lege humanam, quæ actibus humanis purè internis,qui ſoli Deo patent, aliquid præciperet. Quia tales actus non ſubſunt iudicio humano,& conſequenter nullam ſuper illos habet homo poteſtatem.

Tertio lex iniuſta eſt ex forma, quæ quidem forma conſiſtit in hoc,ut ſeruetur æqualitas proportionis Geometricæ inter eos, quibus imponuntur onera propter bonum commune. 5 *Cum* enim vnus homo ſit pars multitudinis,& quilibet homo & quod eſt,& quod habet, eſt multitudinis, ſicut & quælibet pars eſt,quod eſt,totius, ideo natura aliquod detrimentum infert aliquando parti, vt ſaluet totum. Et ſecundum hoc leges proportionaliter onera imponentes iuſtæ ſunt, & obligant in conſcientia, & qui ea recuſaret ſoluere, peccaret, ex Ioan. Calderino, & Imola in prooem. Decre. S.Anton. 1.par. tit.18.c.vnico,§.2.& Andrea ab Exea repetit. in c. Canonum ſtatuta,num.327.de conſtit.unde ex cauſa rationabili Rectores ciuitatis imponunt aliquas collectas ſecundum proportionem debitam, puta ad ſe defendendum in bello iuſto. *Iniuſtæ autem* ſunt leges, quando talia onera inæqualiter imponuntur, puta, quando debiles, & pauperes plus, aut tantum oneris pro bono communi ſuſtinere compelluntur,quantum fortes, & diuites ſuſtinere poſſunt,& tales leges in foro conſcientiæ non obligant,vt præfati authores, & Angelica uerbo, lex, num.4.verſicul.quartus. Syluester eodem, quæſt.5. Tabiena uerbo, lex, quæſt. 24. Alphonſus a Caſtro lib.1.de poteſt.leg.pœnal.cap.5. documento 1. Panormit.in c.Canonum ſtatuta,numer.9.de Conſtit. & S.Thom.1.2.q.96.art.4.Adrian. Quodlib.6.art. 1.concluſ. 1.litera B.& Sotus lib.1. de iuſtit. & iure quæſt.6.artic.4.concluſ.2.& 3.teſtantur. Et de his omnibus legum iniquarum conditoribus intelligi poteſt illud Eſa. 10. *Væ his, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humilium populi mei*, &c.

4 *Eſt præterea* in forma † ipſa, vt ſubtiliter annotauit Alphonſus a Caſtro, ubi ſupra, aliud conſiderandum, vt uidelicet ſit æqualitas inter onus ipſum, q; nouiter imponitur, & cauſam, propter quam onus imponitur; Alioqui, ſi onus multum excederet cauſam, ob id ſolū lex diceretur iniuſta ex defectu formæ: Vt v.g. ſi ob aliquam nouam, & veram regni neceſſitatem Principi occurrentem, nouum aliquod ſubditis Princeps ipſe tributum imponeret; iuſtè faceret. Si tamen tributum impoſitum ſit maius, quā vera regni neceſſitas exigat, lex illa erit iniuſta, quia deficit forma, per quam non ſolum ſunt onera inter ſubditos proportionaliter diſtribuenda, ſed etiam onera ipſa cum cauſa commenſuranda ſunt, ne maiora, quam cauſa petat, imponantur. Id quod euidenter colligitur ex cap. Quia plerique. de immunita. eccleſ. vbi taliter extorta vltra cauſæ neceſſitatem reſtitui mandātur, & tantundem vltra pauperibus dari: idem latius tradit Sanctus Anton. parte 1. tit. 18. c. vnico. §. ſecundo, affirmans talem legiſlatorem, & hæredes eius teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ occaſione legum dictarum aliqui paſſi ſunt, & illi, qui induxerunt conditorem ad legem ferendam, quilibet in ſolidum; Immò, & ſeruantes tales leges tenentur ad reſtitutionem eorum, quæ occaſione talium legum lucrati ſunt, & eſt communis Doctorum ſententia. *His igitur* modis omnibus ſi lex aliqua iniuſta fuerit, obligandi vim non habet. Et idem dicendum erit de particulari quocunque ſuperioris mandato, ita vt nullus inferior illi obedire teneatur, ſi illius mandatum conſtiterit eſſe iniuſtum.

5 *Ceterum* illud † diligenter annotandum eſſe cenſeo ad meliorem eorum, quæ dicta ſunt, intelligentiam, non ita facilè iudicari debere legem aliquam eſſe iniuſtam; *Quamuis* enim aliquando lex non uideatur ita manifeſtè bonum commune reſpicere, niſi tamen expreſsè bono communi repugnet, tenentur ſubditi in fauorem legis iudicare, quia non ſemper cauſa ita manifeſta eſt ſubditis. *Deinde* quamuis interdum videatur eſſe bonum aliquod particulare, & proprium ipſius Principis, vt plurimum tamen refertur ad bonum commune, quicquid contrarium ſubditi nonnunquam iudicet. Sic licet Princeps legem ferret mala intentione, non tamen idcirco licitum erit ſubditis ei non obedire, quia tunc finis potius legis, quam extrinſeca legiſlatoris intentio ſpectari debet. Quoad poteſtatem autem condendi legem illud eſt neceſſarium, vt poteſtatem habeat non ſolum in uniuerſum condendi legem, ſed etiam condendi hanc legem. *Neque* enim poſſunt omnes Principes noua vectigalia imponere; vt latius tomo 1. Theſauri caſuum conſcientiæ, lib. 3. c. 9. explicauimus. *Neceſſarium* eſt etiam, vt poteſtatem habeat in ſubditos: *Præterea*, vt rectè notat Franciſcus a Victoria in relect. de poteſtate ciuili. numer. 22. etiamſi quis Tyrannus ſit, non tamen ſubditi ſtatim ab obedientia ſoluti ſunt, quando fert leges iniuſtas, ſed adhuc iure naturali ei obedire tenentur, quouſque aliter a ſuperiori poteſtate iudicatum fuerit. Et denique quoad formam legis non ita facile apparet omnibus legis iniuſtitia, nec ita bene populus poteſt, aut ſolet iudicare. Immò, quamuis fortaſſis in una aliqua ciuitate omnia vectigalia eſſent iniuſta, non tamen ab eorum ſolutione abſoluuntur ſubditi, quia de iure naturali, & diuino eſt ſoluere tributū, & proinde aliquid debitū reddere tenentur, ut latius ſuo loco oſtendemus.

6 Quæ autem hactenus dicta ſunt, † ſcilicet, leges humano bono aduerſantes non obligare in conſciētia, eo ſenſu vera eſſe intelligenda ſunt, quando ex earum inobſeruantia nullum ſcandalum ſequeretur; ſi enim ex eo, quod legi, aut particulari præcepto non obeditur, graue aliquod ſequeretur ſcandalum, aut turbatio Reipublicæ, tunc in multis caſibus, & ut plurimum, obediendum eſt legi iniuſtæ, aut præcepto iniuſto; ad euitandum ſcandalum illud Matth. quinto. *Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo alia duo, & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium.* argum. c. ſecundo, de noui operis nūciat. & c. Nihil. de præſcriptione, Sanctus Thomas prima ſecundæ, quæſt. 96. art. 4. Panorm. in c. canonum ſtatuta, nu. 9. Andreas ab Exea in repet. eiuſdem cap. num. 329. de conſtit. Calder. & Imol. in procemio Decret. S. Anton. p. 1. tit. 18. cap. vnico, §. 2. Adrian. Quodl. 6. art. 1. propoſit. 1. litera H. Alphonſus a Caſtro lib. primo de poteſtate legis pœnal. c. 5. documento primo; Sotus lib. primo de iuſtitia, quæſt. 6. art. 4. concluſ. 3. vt exempli gratia, ſi princeps tributum aliquod apertè iniuſtum ſubditis imponeret, poſſet ſubditus, ſi abſque ſcandalo hoc facere valet, principi tributum negare. *Vnde* notant Doctores poſt Barth. cap. 1. de Conſtitut. quod licitè fraudatur gabella, quæ iniuſtè fuerit impoſita. Alphonſus a Caſtro, Adr. Panorm. & alij ſuperius allati, & Cardin. conſ. 56. incip. Pro magnifico, & ſic intelligendum eſt c. ſi tributum. 2. q. 1.

7 *Sic etiam* qui † iniuſtè incarceratus eſt, poteſt abſque culpa mortali carceres frangere, vt exeat, ſi aliter exire non poteſt, ex Alphonſo de Caſtro, vbi ſupra, & nos tomo primo, libro 1. ca. 17. nu. 9. docuimus. Bart. in l. vis eius. Cod. de proba. Panormitan. in cap. inter alia. numer. 32. de immunit. eccleſ. gloſ. in uerbo per uiolentiam in Clement. Paſtoralis, de re iudic. Archid. Geminia. & Præpoſit. in capit. Ius gentium. ſuper gloſſ. in verbo Seruitutes, diſtinc. 1. Andreas ab Exea repet. in cap. 1. num. 308. de Conſtit. quia nullus parere tenetur ſententiæ iniuſtæ, ergo poterit, non obſtante iniuſta ſententia, a carcere exire vt latius alibi oſtendemus. Hoc tamen uerum tunc ſolum erit, quando graue ex hac re non immineret ſcandalum, aut magna turbatio, quia tunc, etiamſi carcerem inueniret apertum, non liceret ei exire. Qua de cauſa, vt ait Caſtro; Paulus, & Sylas Act. 16. cum carcerem, in quo iniuſtè tenebātur incluſi, Deo operante ſemel inuenerunt apertū, & ſecundo iterum ex Magiſtratus præcepto cuſtos occultè aperiret, exire noluerunt, ne inde occaſionem alijs præberent, putandi eos iuſtè in carcerem coniectos fuiſſe, propterea quod falſa prædicaſſent: Ideo libentius carcerem elegerunt, vt ſic ſuam innocentiam probarent, & ſuæ doctrinæ veritatem confirmarent.

Eodem modo iniuſtè excommunicatus non obligatur ſeruare excommunicationis mandatum, neque ipſe alios uitare tenetur, neque ipſum tenentur vitare alij, quibus conſtiterit ſententiam eſſe iniuſtam, niſi vel ratio ſcandali, vel alia extrinſeca occurrens cauſa iuxta legem charitatis exegerit. Multa enim ſint in ſe licita, nullo diuino præcepto in ſe ſe prohibita, quæ pro loco, & tempore conſilium charitatis docet eſſe illicita. *Sententiam* autem excōmunicationis iniuſtam appello non eam ſolummodo, quæ ſecundum iuriſperitos nulla eſt, vtpote vel lata a non ſuo iudice, vel continens intolerabilem errorem, ſed & eam etiam, quæ iniuſta eſt ex parte cauſæ, uidelicet, dum lata eſt, aut propter cauſam iniquam, aut cauſam non extantem, falſis videlicet præſumptionibus, aut teſtimonijs ſubnixam, vt colligitur ex cap. Illud planè. 11. quęſt. 3. & cap. Cui eſt illata. eadem cauſa, & quæſt. & c. ſi quis non recto. 24. q. 3. Ioanne Driedone li. 1. de libert. Chriſtiana, c. 16. fol. mihi 236. Adriano quodlib. 6. art. 1. litera D. & alijs, quos latè to. 2. li. 1. c. 17. nu. 8. & ſeq. retulimus, vbi materiam hanc examinauimus.

8 *Pari ratione* quotieſcunque † lex aliqua poſitiua, aut iudicis ſententia fundatur ſuper ſola præſumptione, non obligat in conſcientia illum, qui de veritate in contrarium certus eſt. Sic Panormit. in capit. Canonum ſtatuta, num. 10. de Conſtit. Gulielm. de Monte Ferrato in ſecunda par. tract. ſuper pragmaticam ſanctionem. Angel. verbo, lex. nu. 4. verſicul. Secundus. Sylueſt. eod. q. 9. verſic. Secundo. Tabiena uerbo, lex, num. 28. q. 27. circa medium. Andreas ab Exea repet. in c. Canonum ſtatuta, numer. 332. concluſ. 8. de Conſtit. Adrian. quodlib. 6. art. 1. litera B. verſic. Ex quo infero. Io. Driedo lib. 1. de libert. Chriſt. cap. 16. Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pęnal. cap. 5. documento 1. in fine, & alij. Hinc Adrian. Caſtro, & Driedo inferunt, quod iniuſtè condemnatus ſecundum veritatem ad reſtituendum aliquid, quod nō abſtulit, aut non debet, ſeu ad poſſeſſionem rei relinquendam, iuſte tamen ſecundum allegata, & probata, puta, conuictus per falſos teſtes, qui ſeruato iuris ordine repelli non potuerunt, non tenetur in foro conſcientiæ ſoluere, quia ſententia ſuſtinetur ſola præſumptione iuſtitiæ, ut notatur in l. Iulianus. ff. de cond. indeb. vnde licet talis ſententia ſit iuſta ex præſumptione, qua præſumitur teſtes vera dixiſſe, aut inſtrumenta fuiſſe vera, ſententia tamen in rei ueritate non erat vera, & iuſta, quia cum teſtimonium verum ſit quædam iuſtitiæ pars, conſtat ex falſitate teſtium illam fuiſſe iniuſtam; ſententia autem, quæ ex ſola præſumptione cenſetur iuſta, non inducit naturalem obligationem, niſi veritas præſumptioni conueniat. Cui conſequens eſt, ut is, cui talis iniuſtitia eſt manifeſta, non teneatur illi citra ſcandalum in conſcientia obedire. Immo Innocen. in c. Quia plerique. nu. 3. & ibi Hoſtienſ. & Panor. num. 19. & nu. 24. de immunit. eccleſ. Alex. in l. nemo poteſt, & ibi Iaſon col. 9. in 1. lect. & in 2. lect. col. 17. de legat. 1. docent, non licere ſic condemnato ſponte ſoluere, quia induceret victorem ad peccandum, victor. n. iniuſtè iudicatum recipiendo peccat, nunquam autem debet quis aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati; limitat tamen hoc Panorm. in d. nu. 24. niſi qui ſoluit animum donandi habuerit, tunc. n. inquit, nec ille recipiendo peccaret, & conſequenter ſic iniuſtè iudicatum ſoluere, ſeu potius donare poteſt. Ceterū in hac re uerior mihi uidetur ſnĩa Adriani, ubi ſupra, quod, ſ. ſine animo donandi licitè ſoluere poſſit, ſi velit, tum ad redimēdum vexationem, quā veriſimiliter timet; tum ne contumaciter uideatur nolle parere ſententiæ, & ſubterfugia quęrere, tum etiā quia, ſi alius paratus ſit recipere iniuſtè prius, quam iſte ſoluit, non coinquinetur conſenſu in peccatum, niſi nō ſoluendo eum correcturus eſſet, uel caſu ſimili, ut conſtat in ſoluente vſuras. Sicut etiam teſte Panor. non peccaret parendo iniuſtæ ſnĩæ, & ſoluendo ad mandatū iudicis, quia iudiciū redditur in inuitum, vt in l. inter ſtipulantē. §. ſi Stichum. ff. de verb. oblig. & in c. intelleximus. de iud. quamuis, ut notat Adrianus, ſicut non tenetur parere iniuſtæ ſnĩæ, ita nec in foro cōſciētię tenetur parere vocali mādato. *Immo* Alphonſus de Caſtro, vbi ſupra, addit, quod qui ſic iniuſte per ſententiam priuatur re ſua, ſi aliter non poteſt damnum ſibi illatum reſarcire, poterit ab illo, qui per iniuſtam ſententiam rem ſuam abſtulit, tantundem clanculo ſurripere, quantum fuerit ab eo iniuſtè ſublatum. Idem docent Innoc. in c. Olim Cauſam. nu. 8. de reſtit. ſpoliat. vbi ait, quod vbicunque per alium rem ſuam, & ius ſuum proſequi non poteſt, licitum eſt etiā furtiuè rem ſuam recuperare, dummodo ex tali furto, nec malū, nec ſcādalum valeat generari, ſi. n. exinde ſcandalum ſequeretur, illud facere non debet, & Panorm. in c. 1. nu. 7. de his quæ vi. met. cauſa fiunt. ubi concludit, quod in defectum probationum poteſt quis in occulto ſibi ſatisfacere, & Alexand. de Imola, in conſ. 135. incip. Circa primum. vol. 1. Paul. de Caſtro conſ. 339. incip. Priuſquam iura fierent. col. 2. circa princip. in 2. par. conſiliorum antiquorum, ſecundum nouiſſ. impreſſiones. Iaſon in l. 1. col. 5. uerſic. aliā utilitatē. Cod. de teſtam. ubi tenet, quod hæres inſtitutus in teſtamento, quod probare non poteſt propter detectam inhabilitatem teſtium, dato quod in iudicio contentioſo obtinere non poſſit, tamen poteſt quocunque ingenio etiam in foro conſcientię furari res hæreditarias. Idem tenet Alexandr. conſi. 13. incip. Viſo eleganti conſilio. colum. 3. & Andreas ab Exea in repetit. cap. Canonum ſtatuta, numer. 334. de conſtitut.

His omnibus conſequens eſt, obtinētem iniuſtam ſententiam teneri ad reſtitutionem in foro cōſcientiæ, quicquid inde fuerit conſecutus: *Quia* retinet alienum, ſic Panorm. in d. c. quia plerique, nu. 21. & Imol. in conſi. 147. incip. In cauſa vertēte. *Ratio eſt:* quia, vt dictum eſt, ſententia iniuſta non tollit, nec inducit obligationem naturalem, & lex mandauit, vt executioni mandaretur ſētētia, quia præſumpſit pro iuſtitia ſētētiæ. *Ergo* cum in foro animæ cōſtet de contrario, tenetur ad reſtitutionem, *quia* peccatū nō dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. Vt in c. Cum tu. de vſuris. & in Reg. Peccatum. de reg. iuris in 6.

Sic etiam Panorm. in c. quia plerique. num. 41. de immunit. eccleſ. Guliel. de Monte Ferrato in ſecunda par. tractatus ſuper pragmat. ſanction. Angelica verbo, lex, numero quarto, verſicul. ſecūdus. Sylueſ. verbo. eod. quæſt. 9. §. ſecundo, & Andreas ab Exea repetit. in c. canonum ſtatuta, nu. 332. Emanuel Rodriguez tom. 1. cap. 194. concluſ. 3. tradunt, quod licet hæres, qui non confecit inuentarium, teneatur creditoribus hæreditarijs vltra vires hereditarias in foro iudiciali, ut habetur in l. fi. Cod. de iure delib. vt in Authen. de hæred. & fal. notatur, in foro tamen conſcientiæ non tenetur. *Ratio eſt*: quia lex fundata eſt ſuper præſumptione, & præſumit plus fuiſſe in hæreditate, & quod hæres fraudauit bona, ex quo non confecit inuentarium; vnde ex quo cõſtat in foro conſcientiæ de contrario, non habet locum iuris diſpoſitio.

9 Sicut etiam, licet † hæres in foro iudiciali legata in minus ſolemni teſtamento relicta ſoluere nõ obligetur, vt colligitur ex l. fin. Cod. de fideicom. ſi tamen certò nouerit nullam fraudem in huiuſmodi teſtamento minus ſolemni interueniſſe, voluiſſeq; teſtatorem tale teſtamentum valere, tenebitur in foro conſcientiæ talia legata ſoluere: Sic Panor. in c. quia plerique. num. 42. & 43. de immunit eccleſ. citans etiam D. Ant. Idem tenent Iaſon in l. nemo poteſt. in 1. lect. colum. 9. & in lect. 2. colum. 15. & Ripa ibid. colum. 19. ff. de legat. 1. Adrian. Quodl. 6. artic. 1 concluſ. 2. uerſic. ſecundo infero. in fin. litera K, & Andr. ab Exca repetit. in cap. Canonum ſtatuta, num. 337. concluſ. 8. *Ratio eſt*: quia ſolemnitates iuris ciuilis fuerunt inductæ ad falſitates euitãdas, & de rigore. *Si ergo* conſtat in foro animę, quod nulla falſitas interuenit, ceſſare debet diſpoſitio iuris poſitiui, & ſeruari æquitas, & obligatio naturalis; quæ oritur ex diſpoſitione defuncti. argu. l. cum amplius, §. is natura debet. ff. de re iud.

Hinc Æneas de Falco in annot. ad Panorm. vbi ſupra. in verb. Sed totum, interrogatus de hoc caſu: Quædam mulier, quæ erat peſte infirma, dixit cuidam Petro, quod uolebat, quod dos ſua reuerteretur ad matrem ſuam, ſi duæ eius filiæ ſine filijs decederent, cui diſpoſitioni non interfuit alius, quam prædictus Petrus, cui hæc verba dixit, ad quem per viã indirectam poſtea peruenit hæreditas iſtius mulieris; Reſpondit prædictum Petrum in conſcientia teneri, & per denunciationem Euangelicam poſſe cõpelli ad ſoluendam dictam dotem in tali diſpoſitione non ſolemni relictam. Idemq; docet Ant. Franc. in anno. ad Panorm. vbi ſupra.

Ex eodem fundamento Inno. in c. Quod ſicut. nu. 7. & nu. 8. de elect. Panorm. in ca. Quia plerique. nu. 43. de immuni. eccleſ. & Adrian. Quodlib. 6. arti. 1. concluſ. 2. verſic. Infero ſecundo. litera k, inferunt, ſi alias legitima interuenit eorum, ad quos ſpectat electio, quę; ſcilicet, ſufficeret ad metas iuris naturę (hoc eſt, interuenit conſenſus liber, & legitimus electi, & eligentium) non obſtante nullitate ex defectu ſolemnitatum, quas ius ſtatuit adhibendas eſſe, poteſt tutò electus dignitatem ſeruare, ſi fraus, aut dolus non interuenerit. Et de hoc primo dicto principali, eiuſque intellectu hactenus dictum ſit, multa enim alia Corollaria ex eo deduci poſſent, quæ propter prolixitatem vitandam prudentis lectoris iudicio relinquimus. & ex dictis facilè colligi poſſunt. Hæc vero exempli gratia retuliſſe ſufficiat.

10 *Secundo* principaliter † certũ eſt, quod lex humana iuſta, etiamſi ſimpliciter, & ex ſe; quando inſtituta fuit, obligaret ad mortale, ceſſante tamen omnino cauſa illa iuſta, propter quam condita fuit, nec alia de nouo illi ſimili occurrente; talis etiã obligatio ad culpam mortalem ceſſabit; Panorm. in capit. quoniam contra. numero ſexto. Notabil. vlt. de probat. & in capitul. quia plerique. numero trigeſimo octauo, de immunita. eccleſ. Archidiac. in cap. vtinam. diſtinctio. 76. Cynus in leg. Non dubium. Cod. de leg. Bald. in leg. maximum uitium Cod. de liberis præteritis. Angelus de Clauaſio in Summa, uerbo, lex, num ero 4. uerſiculo. Septimus. Syluęſt eodem, quæſtio. nona, uerſic octauo. Adria. Quodlib. ſexto, art. 1. concluſ. ſecunda, litera H. Alphonſus a Caſtro libro primo, de poteſta. leg. pœnal. cap. quinto, documento tertio. Michael Salon in 2. 2. tomo ſecundo, in queſtio. 77. arti. primo, controuerſia octaua. Emanuel Rodriguez tomo primo, cap. 196. concluſ. tertia. Andreas ab Exea, repet. in capitul. Canonum ſtatuta, numero 300. de Conſtitutionibus, & eſt communis opinio Doctorum, & procedit etiam in diſpoſitione pœnali, ſecundum eoſdem, ex Panormit. in dicto capitu. quia plerique, numero 39. in fine. *Ratio eſt*. quia ratio eſt anima legis, omniſque lex, ut iuſta ſit, neceſſariò iuſtam cauſam requirit in ordine ad bonum commune, propter quod fuit inſtituta. *Ergo* ſicut lex illa a principio, quando ſtabilita fuit, iniuſta, & nulla fuiſſet, ſi non extitiſſet cauſa iuſta, ita etiam ſi poſtea ceſſat illa cauſa, aut alia ſimilis, iniuſta erit, & conſequenter non obligabit, quandoquidem lex iniuſta, vt dictum eſt, non eſt lex, nec obligandi uim habet in conſciẽtia; quare ceſſante poſtea hac cauſa, aut alia ſimili deſinit eſſe lex, quia q̃ ab initio ualidum non fuit, nec temporis progreſſu ualidum erit. Conſequentia ex illa regula iuris euidenter probatur: *Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur*, & c. cum ceſſante, de appellatio. *ceſſante cauſa ceſſat effectus*, & c. Poſt translationem, de renunciat. ubi Innocentius referẽs decretum quoddam Concilij Conſtantinopolitani, docet illud iam ceſſaſſe, quia cauſa, propter quam potuit illud ita decerni a Concilio, iam ceſſauit.

11 *Illud* tamen † obſeruandum eſt ex Doctoribus allatis, non eſſe neceſſarium, ut hæc cauſa in lege exprimatur, ſed ſatis eſſe, ſi inde colligatur, uel aliundè certo cognoſcatur illa eſſe cauſa, & non alia, tunc enim idem eſt, ac ſi cauſa apertè expreſſa fuiſſet. *Non* tamen eſt ita facile iudicandum de cauſa legis, an adhuc exiſtat, uel ceſſauerit, maximè cum ſubditis non ita benè certò conſtare poſſit de cauſa legis, unde quando manifeſtum non eſſet ceſſare cauſam, recurrendum erit ad ſuperiorem, cuius eſt iudicare, an cauſa legis ceſſauerit, necne.

Immo uerò non ſufficit, ut quæcunque cauſa tollatur, ſed neceſſarium eſt, ut omnis cauſa tollatur, & non ponatur illa cauſa, uel alia ſimilis. Quia ceſſare nonnunquam poteſt cauſa ex aliqua parte, & manere ex alia, quo caſu lex illa iuſtè adhuc obligabit; quia ſicut ab initio fuiſſet cauſa ſufficiens ad iuſtitiam, & uim legis cauſa illa, quæ ſuborta eſt, etiamſi non extitiſſet prior illa, propter quam talis lex inſtituta fuit: ita etiam licet progreſſu temporis prior illa, propter quam a principio lex condita fuit, iam ceſſauerit, alia tamen non minus iuſta, & neceſſaria oblata, lex illa uim ſuam obligandi retinebit. *Denique* non ſufficit, ut ceſſet cauſa, uel ratio alicuius particularis; *Nam* ſi manet cauſa quoad commune, obligat lex ſingulos, etiam eos, in quibus non eſt illa cauſa.

12 *Hinc infertur primo*, Quod ſi ceſſat cauſa, pro-

pter quã poſita fuit gabella,licitum erit eam fraudare,quamuis ab intio iuſtè impoſita fuerit; quod intelligitur, dummodo alia noua cauſa priori ſimilis in genere, vel in ſpecie in ordine ad bonum commune non ſuperuenerit: Vt verbi gratia,ſi ad conſtructionem pontis,aut murorum ciuitatis, aut alicuius arcis ad tutelam regni neceſſariò gabella, vel tributum imponatur, conſummatis huiuſmodi ædificijs non poterit amplius illa gabella exigi. Item ſi pro maris tutela, & defenſione imponatur tributũ pro expenſis faciendis, vt ſecuri ſint a piratis nauigantes,non poterit iuſtè tributum illud poſtea exigi,ſi piratis exiſtentibus,Princeps ipſe nullam præbet nauigantibus contra piratas defenſionem. Sic etiam ſi inſtitutum ſit pedagium,vt viæ ſecuræ,& liberæ ſint,ſi non reficiantur pontes,aut non cuſtodiantur viç,non poterit Rex pedagium illud exigere. Quia ceſſante cauſa iuſta,propter quam conſtat impoſitum fuiſſe tributum, oportebit ceſſare tributum;& Principe non præſtante ea,propter quæ inſtituta fuit gabella, non tenentur alij gabellam illi ſoluere. Si vero piratæ non eſſent,quamuis princeps nullum laborem, nullaſque expenſas maris tutelæ tribuat,poterit nihilominus Rex tributum conſuetum, & huic rei deſtinatum exigere, ſi ille paratus ſit,quoties opus fuerit,nauigantes a piratis tueri,& uias publicas liberas,& ſecuras cuſtodire. Et iuxta hunc modum dicendum eſt in reliquis omnibus tributis,quorum impoſitionis cauſa cognoſcitur eſſe iuſta,ita,vt illa protinus ceſſante,& nulla alia noua illi ſimili adueniente,ceſſet etiam iuſti tributi obligatio,poteritq.tunc ſubditus ſine vllo peccato principem de tali tributo,& gabella fraudare, non obſtante lege per eum lata de tributo, aut gabella tali ſoluenda. Sic expreſsè Panorm in ca.Canonum ſtatuta.nu.9.de conſtit. Bart.in l.uectigalia.ff.de publ. & vect.Hoſtienſ.in Summa.tit.de cenſib.§.ex quib. uerſic.ſed quid ſi mercatores.Zacharias in annot.ad Panor.ubi ſupra.S.Ant.p.2.ti.1 ca.13.§.8.in princ. & Angel.in uerb.pedagium.num.6.Sylu.uerb.Gabella q.9.& uerbo,lex.q.9.uerſi.*Tertio*.Gab.4.d.15. q.5.art.2.concl.2.Ioannes Driedo lib.1.de liberta. Chriſt.c.15.fol.mihi 213.uerſi.*Quarto*. Io.Medina Cod.de rebus reſtituendis qu.14.Alphonſ.a Caſtro lib.1.de poteſt.leg.pœnal.ca.5. documento 3.in fine.Andreas ab Exea repet.in c.1.de conſti.nu.301. Ant.de Corduba in ſuo tract.de caſibus conſcientiç q.95.dub.2.in fine.Michael Salon in 2.2.q.de uectigalibus controuerſia 5. citans ad hoc Magiſtrum Blaſium Nauar.de uectigalib.ca.8. & colligitur ex S.Tho.lib 1.dè Regimine Principum c.8.

13 *Infertur Secundo*,Quod licet † quis carnem ſuam perfectè domuerit,& uir ſanctus fuerit, ad eccleſiaſtica tamen ieiunia obſeruanda tenetur. *Ratio eſt*: quia carnis repreſſio non eſt ſola cauſa, propter quã indictum eſt ab eccleſia ieiunium,ſed ſunt aliæ multæ, ut eleuatio mentis ad Deum, meritum obedientiæ, quæ ſufficiunt ad obligationem ieiunij imponendam,ex Alponſo de Caſtro,ubi ſupra,Andrea ab Exea repet.in c.1.nu.303.de conſti.& Emanuele Rodriguez to.1.c.196.concl.3.

Infertur Tertio,Quod ſi lex inſtituta ſit de nõ geſtandis armis homicidij cauſa,etiamſi in aliquo particulari non ſit hoc periculum,nihilominus tamen ad legis obſeruantiam quilibet obligatur,*Ratio eſt*: quia ſicut lex ſpectat bonum commune,ita etiam et cauſam communem; Vnde & hic,in quo tale periculum occidendi non inuenitur,legem ſeruare tenetur.Plura huius rei exempla ſuperius ca.1.§.ſecundo huius libri attulimus, quç propterea hic conſultò prçtermittimus.

14 *Tertio* principaliter † certum eſt,legem humanã iuſtam non obligare eius tranſgreſſorem ad peccatum mortale,niſi ſit circa materiam talem, quç ſit alicuius momenti, & grauis,aut ſecundum ſuam ſubſtantiam,aut ſecundum circumſtantiam illi cõiunctam. Sic Alphonſus a Caſtro, lib.1.de poteſt. legis pœnal.cap.5.documento 2.Gregorius de Valentia tomo 2.diſput.7.quçſtio.5.puncto 6.q.3.& Michael Salon tomo 2.in quçſt.77.artic.1.controuerſia 8.poſt regulam primam. *Ratio eſt*,quia contra rectam rationem eſt,ut lex obliget hominem ad culpam mortalem pro quacunque re leuiſſima; Etenim lex humana,ut iuſta,& rationabilis ſit,conformari debet legi diuinç,a qua deriuatur,formamque legum diuinarum,quantum poterit,imitari; At uero lex diuina,quç,& ſub mortali,& ſub ueniali obligare poteſt, quando hoc,aut illo modo obliget,ſumitur ex materia graui, aut leui; ut conſtat in lege, & prçcepto non mentiendi, mendacium enim iocoſum,& officioſum ſolum erit ueniale,quia materia leuis eſt, nociuum autem mortale, quia eſt materia grauis. Idem patet in lege, & prçcepto Non furandi, furtum enim rei parui momenti non niſi ueniale peccatum eſt. Ergo ſimiliter in legibus humanis iudicandum erit eſſe mortale, aut veniale, ex grauitate, aut leuitate materiç. Si enim res, quç prçcipitur, grauis ſit, obligat ad peccatum mortale, ſi leuis ſit,ad ſolum ueniale obligare poterit,cũ legislator auctoritate ſua abuti non debeat,ut uelit pro rebus leuiſſimis leges ſuas ad mortale obligare. Vnde Caſtro, Gregorius de Valentia, & Salon reprehendendos docent eos ſuperiores, qui circa res leues aliquid prçcipiunt,aut ſub cenſura,aut ſub merito obedientiç, uel aliquo alio modo obligante ad mortale;de quibus dici poteſt illud Ezech. 34. *Cum auſteritate imperabatis eis,& cum potentia.*& illud Saluatoris,Matth.23.*Imponunt onera grauia,et importabilia* Exemplificat Caſtro,ubi ſupra,in prçlatis,qui obligare uolunt ſubditos ad mortale propter ſolam uiolationem ſilentij, tali, aut tali tempore, aut propter tardum ad Miſſam acceſſum,aut propter ſolam unius lactucç ſine licentia manducationem,aut propter aliam ſimilem leuem cauſam. Addit tamen, & rectè poſſe his paruis rebus talem circumſtantiam, & tam grauem coniungi, ut puta, graue ſcandalum religionis, aut magnam occaſionem tranſgreſſionis uotorum regulç ſuç profeſſionis, ut merito prçlatus res illas ſub culpa mortali prohibere poſſit. Non quidem propter ipſas, quç re uera tanti meriti, & momenti non ſunt,ſed propter grauem circumſtantiam illis ex accidenti cõiunctam. Siquidem fieri poteſt,ut circumſtantia aliqua addat eiuſmodi materijs grauitatẽ. Vt u.g.prçcipere poteſt prçlatus ſub obligatione ad culpam mortalem,ne aliquis religioſus accedat ad hortum cõem cõuẽtus,aut ne accedat ad talẽ,aut talẽ ſecularis hominis domum, aut ne tranſeat per talem uicũ etiamſi cum licentia ſua exierit extra conuentum; aut ne cũ tali,aut tali perſona loquatur. Hçc enim

& ſimilia,quamuis ſecundum ſe conſiderata uidentur,& ſunt parui momenti, comparata tñ ad honeſtatem,& bonum nomen religioſorũ,aut rõne ſcandali,& alterius circumſtantię,efficiuntur res magni momenti,& ideo obligãt ad mortale, vt ẽt teſtatur Bart.Medina in 1.2.q.96.ar.4.in ſolutione dubij ſecundi contra regulas ab eo allatas propoſiti. Poſſe aũt Prælatum,& maximè ſummum Põtificem,qui in his,quæ pertinent ad totam eccleſiam circa fidẽ,& mores errare nequit, pro re alioquin leui ſecundum ſe,graui tamen ex adiuncta aliqua circunſtantia,legem inſtituere, quæ obliget ad mortale,oſtendit Gregorius de Valentia, vbi ſupra,ex eo ꝙ Deus obligauit Adamum ſub mortali, vt etiam a pomo abſtineret, quod quidem per ſe non ita graue erat, ſed propter circumſtantiam,& finem legis, atque adeo ſeueritatem præcepti ex parte voluntatis diuinæ,vt,ſcilicet,ſeruaretur iuſtitia originalis pro poſteris ſuis. Ergo ſimiliter poterit prælatus per poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam aliquid ſub peccato mortali præcipere, quod non ſit graue,niſi ſecundum circumſtantiam illi adiunctam, vt diximus.

15 *Regula* igitur hæc † communiter ſtatuitur ab authoribus pro cognoſcenda obligatione legis ex parte materiæ,ſcilicet,vt lex illa humana tam eccleſiaſtica,quam ciuilis obliget ad mortale,quę eſt de materia graui. Sic Sotus lib. 1.de iuſtitia,& iure,quæſ. 6.artic.4.poſt medium. Barthol.Medina 1.2.quæſ. 96.art.4.dub.1.regula. 2. Michael Salon.2.2.tomo 2.in q.77.art.1.controuerſia 8.regu.1. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd par.2.lib.3.ca.2.concluſ. 4.Toletus in Summa tract. de ſeptem peccatis capital.cap.20.diffic.2.Circa quam regulam obſeruãdũ eſt:*Materiam grauem* hoc in loco nõ appellari, quia peccatum mortale ſit,cum ſint multa, quæ intrinſecè mortalia ſunt,quæ tamen lex aliquando nõ prohibet aliquo ſuo peculiari præcepto,vt ſimplex fornicatio non ſolet prohiberi aliquo præcepto humano præter diuinum,ſed quæ,cum alias ex ſua natura mala non ſit,ſed indifferens,lege tamen prohibetur tãquam materia grauis in ordine ad bonũ cõe, puta,quia eius obſeruatio maximè conducit ad bonum Reipublicæ,eiuſq; violatio charitati proximi aut iuſtitię repugnat,talis.n.lex obligat ad mortale, ſin aliter ad ueniale ſolum obligabit. *Exempli* gratia,ſi in aliquo loco,aut regno ſit penuria frumenti, materia grauis cenſenda eſt,non extrahere frumentum ex illo loco,aut Regno; vnde ſi eo tẽpore, quo ciuitas graui frumenti inopia laboraret,lex a Principe,aut Magiſtratu feratur prohibens, ne frumenta extra ciuitatem,aut Regnum aliò deferantur,certiſſimum eſſe debet huius legis præceptum obligare ſub mortali, cum illius tranſgreſſio in graue detrimentum Reipublicę,aut proximi redundet.

Sic etiam quando imminet hoſtium,inimicorum & belli periculum,grauis materia cenſenda eſt non transferre equos in aliam prouinciam,neq; arma, vel metalla,ex quib.inſtrumenta bellica confici poſſunt;adeo,vt, ſi aliquo tp̃e lex mandaret, ne efferãtur arma,aut transferantur equi extra prouinciam, procul dubio ad peccatũ mortale tranſgreſſores obligaret. *Ratio eſt*:quia tales tranſgreſſores plurimũ nocent bono cõi,& paci,& ſaluti proximorũ aduerſantur, aguntq; non modo contra obedientiam in reb.grauibus ſuperiori debitam,verum etiam cõtra charitatem,& iuſtitiam legalem, qua bonum commune omni priuato,& proprio commodo præferẽdum ſit; & quia magni referunt huiuſmodi legum obſeruationes,mortale erit eis non obedire.

Ceterum,ſi lex eſſet,quæ ſtatueret, quod quis non equitaret mulas, aut non induatur ſericis, communiter non obligaret ad mortale, niſi eſſet in graue damnum Reipublicę,tunc.n.ad mortale obligaret.

16 *Quarto* principaliter certum eſt,tranſgreſſionem legis tam ciuilis, quam eccleſiaſticæ ex contemptu eſſe peccatum mortale. Sic Alphonſus a Caſtro lib. 1.de poteſt.legis pœnalis.c.5.documento 6.Adria. quodlib.6.artic.2.litera,D Ioan. Driedo lib.1.de libert.Chriſtiana.capti.12.propoſitione 5.Bartho. Medina 1.2.quæſt.96.ar.4.dub.1.regula 5. Gregorius de Valentia tomo 2.diſpu.7.q.5.puncto 6.ante finem.Toletus lib.Inſtruct.Sacer.in trac. de ſeptem peccatis mortal.cap.19.Nauar. in Manuali,ca.23. numero 42.& colligitur ex S. Thoma 2.2.qu.186. articu.9.in corp.& ad tertium. *Ratio eſt*: quia lege diuina tenemur ſub peccato mortali ſubijci his poteſtatibus, & legibus,vt ſuperius oſtenſum eſt; Ergo illas contemnere peccatum mortale erit. Tunc autem uiolat quis ex contemptu,vt communis Doctorum ſententia, & opinio habet, quando ideo violat, quia non vult ſubijci ordinationi legis, aut regulæ,ſed paruipendit legiſlatorem,aut præceptũ ex ſuperbia, & tumore quodam animi, & exinde procedit ad faciendum contra legem,vel regulam. Quando autem ex conſuetudine, aut malitia, aut ira,aut ex alia cauſa particulari,puta, quia ſibi videtur durum, aut moleſtum, contra legem facit, non cenſetur peccare ex contemptu.

Obſeruandum autem eſt,in obſeruatione humani pręcepti duplicem virtutem inueniri; Vna eſt obedientia, ueluti cum homo vult pręceptis ſuperiorum obedire,quia eſt pręceptum ab eo; & huic virtuti contrarium eſt nolle obedire, quatenus eſt pręceptum ſuperioris.

Alia autem uirtus in obſeruatione humani pręcepti eſt virtus aliqua particularis: ſiquidem lex poſitiua,vt optime docent Caiet. 1.2.q.96.arti.4.in fine,Sotus in lib.1.de iuſtitia & iure.quęſt. 6. artic.4. poſt medium,Ioannes Driedo vbi ſupra,& alij; pręcipiens,aut prohibens actus ex his,quę ſunt in ſe indifferentia, facit actus illos eſſe aut in pręcepto, aut in prohibitione, conſtituens eoſdem, vt ſint actus huius,vel illius virtutis,vt uerbi gratia lex ieiunij pręcipiendo abſtinentiam facit actũ illũ ſub pręcepto temperantię, lex item ſanctificandi diem feſtum,pręcipiens audire Miſſam,& abſtinere ab opere ſeruili,facit actus illos eſſe uirtutis religionis, & latrię. Et lex pręcipiens ſolutionẽ uectigalis ponit actum illum ſub uirtute iuſtitiæ. Vnde unũ,idemq; opus externum diuerſarum uirtutum actus eſſe poteſt,ut dare decimas põt eſſe actus religionis,poteſt etiam eſſe actus iuſtitię,& actus uirtutis obediẽtię.

Hinc fit,ut in humani pręcepti uiolatione plerũque duo uitia reperiantur: *Vnum* inobedientia formalis,id eſt,nolle obedire, aut contemnere præceptum,quoniam pręceptum eſt,aut facere.i.quia prohibitum eſt,& ſic peccatum mortale eſt legem humanam tranſgredi,iuxta doctrinam Chriſti dicẽtis Luc.10.*Qui vos ſpernit,me ſpernit*.& Apoſtoli Pauli ad Rom.13.aſſerentis: *Qui poteſtati reſiſtunt,ipſi* *ſidi damnationem acquirunt.* Et 1.Reg.15.*Quaſi peccatum ariolandi eſt,repugnare,& quaſi ſcelus idololatriæ,nolle acquieſcere.* Et in hoc conſentiunt omnes; nam ipſe huiuſmodi contemptus ſecundum ſuam ſpeciem mortale peccatum eſt etiam pro tempore, quo quis ad executionem humanæ legis non obligatur,tametſi poſſit eſſe contemptus quidem ſurreptitius veluti primus, ſeu leuis quidam inobedientiæ motus,qui ſolum ſit culpa venialis, vt Driedo, vbi ſupra,notauit. *Alterum* vero executio operis humana lege vetiti,aut omiſſio operis humana lege præcepti,& tale peccatum alicui virtuti ſpeciali opponitur,eſtq; vel guloſitas,vel ſacrilegium,vel iniuſtitia,vel timiditas,faciens in prȩlio fugere,cum oporteat in certamine fortiter ſtare,& pro iuſtitia agonizare vſque ad mortem. Et hoc modo faciens actum ex aliqua affectione,qui videtur lege prohibitus,aut ex negligentia omittens actum facere, quē facere oportuit,omittens inquam,quia actus ille lege præceptus aut difficilis eſt, aut moleſtus,aut ex alio quouis reſpectu,nō ſemper eſt peccatū mortale ſed interdum ſolum veniale erit, interdum etiam nullum,vt communiter præfati authores teſtātur.

17 *Quinto* principaliter certum eſt,Tranſgreſſorem legis humanæ habere,quod ſit mortalis, aut uenialis culpa,ex iuſta,& rationabili voluntate,& intentione legiſlatoris,ſuppoſita tamen materia debita, & ſufficienti ad culpam mortalem, uel uenialem; non enim rationabilis eſſet voluntas, ſi pro libito ſuo uellet tam ſtrictè obligare ad culpam mortalem pro re leui, quæque ex circumſtantia aliqua alioquin non redderetur grauis,iuxta ea quæ in tertio dicto principali annotauimus. Immò ſi legiſlator ciuilis haberet intentionem obligandi ad mortale pro re leui, nonnulli putant, quod in tali caſu ad mortale non obligaret, quorum opinio valde rationabilis, & probabilis eſt, eamque ſequi videtur Barthol.Medina, 1.2.quȩſt.96.artic.4 dub.1.in refutatione regulæ primæ a Sylueſtro poſitæ,dum aſſerat, quod ſi legiſlator prȩciperet rem alioquin leuem,& minimi momenti,non eſt poſitum in eius poteſtate,quod lex illa obliget ad mortale; idemq; docet Alphonſus à Caſtro libr. 1.de poteſtate legis pœnalis,cap.5.documento 2.de prælatis eccleſiaſticis, cuius tamen opinio quoad leges eccleſiaſticas mihi non placet; ſecundum ea, quæ ſuperius docuimus, quandoquidem legi eccleſiaſticæ, & prælatis eccleſiæ multo maior obedientia debetur, quam legi ciuili,vt conſtat. Intelligitur autem hoc quintum dictum de legibus purè humanis,quæ de re indifferenti aliquid ſtatuunt, & quæ omnem ſuam obligationem habent ex ratione humani præcepti; Siquidem obligatio,quæ eſt ex iure naturali,vel diuino, a legiſlatoris humani intentione non dependet: & hoc dictum ſic intellectum expreſſe defendunt Alphonſus a Caſtro lib. 1.de poteſt.leg. pœn. cap.5.documento 4.Nauar.in Man. cap.23.nu.49. Summa Corona par.1.cap.1.nu.33.concluſ.4.uerſ. Vt autem. Coſmus Philiarchus de officio Sacc.par. 2.lib.3.cap.2.conciuſ.2.& Toletus in Inſtruct. Sacer.trac.de ſeptem peccatis mor.c.19.§.2.affirmantes ex voluntate legiſlatoris dependere vim obligādi ad peccatum mortale, vel veniale, ita vt,ſi velit obligare ad mortale,obliget,ſin minus, nō obliget. *Ratio eſt*:quia obligatio legis pendet ex uoluntate legiſlatoris, dummodo cetera adſint, quæ ad inducendam obligationem neceſſaria ſunt. Vnde addit Caſtro, vbi ſupra, quod ſi legiſlator non intendat obligare ad culpam, etiamſi verba ipſius legis videantur inducere obligationem, nunquam tamen lex illa tranſgreſſorem culpæ reum efficiet, ſed ſi ſubditus obligatur, erit ratione conſcientiæ ſuæ erroneæ, quæ iudicat illic eſſe culpæ obligationem, quamuis reuera non ſit. Ceterum in tali caſu,vbi legiſlator vim obligandi ad culpam non habet,debet talem ſuam intentionem uerbis exprimere,ad omnes ſcrupulos tollendos. Qua de cauſa S.Th. 2.2.qu. 16.art.9.ad 1.affirmat ſtatuta Dominicanorū (& idem de ſtatutis Minorum docet Caſtro,vbi ſupra) non obligare ad culpam,præter illam,quæ ex iure diuino,aut iure naturali fuerit aliàs inducta,ſed ſolum ad pȩnam taxatam, quia ipſe regulæ inſtitutor expreſſit ſe nolle obligare ad peccatum, lex autem non ligat vltra intentionem legiſlatoris.

Hinc infertur ex Io. Medina C. de ieiunio. qu.7. dub.2. & Alphonſo de Caſtro, quod ſi legiſlator, aut ſeperior,aliquid præciperet ſub pœna excōmunicationis eo ipſo incurrendȩ,excommunicandi tamen intentionem nō habens, quamuis ſubditus prȩceptum huiuſmodi tranſgrederetur, & exiſtimaret prȩlatum habuiſſe intentionem excommunicandi, nullam tamen propter hoc excommunicationem incurreret,obligatus tamen erit per ſuam conſcientiā erroneam,cauere ab his,a quib. excōmunicatus abſtinere tenetur. Ideo aūt in priori caſu violans legem,q̃ ex conſcientia erronea obligare putabat ad culpam,(cum tamen uerè non obligaret ex defectu uoluntatis,& intētionis in legiſlatore)peccat mortaliter,non tamen in hoc ſecundo caſu excommunicationem incurrit, eo quòd legiſlatoris intētio nō fuit ſub illa pȩna obligare, quamuis ipſe ex conſciētia erronea putaret obligare ad illam pœnam, quia qui facit aliquid,quod errore deceptus putat eſſe cōtra legē Dei,eo ipſo Deum quodammodo contemnere uidetur,et ideo peccat propter ſolū cōtemptū Dei,ſaltem interpretatiuum, quem ſic operans habet,iuxta doctrinam S.Thom. 1.2.q.19.art. 5.ad 3. & S.Bonau.2.diſt.39.art.1.q.3.unde quia contemptus Dei ſufficit obligare contemptorem ad culpā mortalem,nō autem ſufficit ipſum reddere excommunicatum (non enim omnis, qui Deum contemnit, eſt eo ipſo excommunicatus, ſicut eſt eo ipſo culpæ mortalis reus)ideo ex errore conſcientiȩ de obligatione ad culpam oritur culpa, quȩ errore ſecluſo non eſſet,ex errore autem de ſola impoſitione excommunicationis non oritur excommunicatio, ut doctè Alphonſus a Caſtro loco proximè allato annotauit. His igitur hunc in modum ex communi Doctorum ſententia expoſitis,alia nonnulla, quȩ controuerſa ſunt, in ſequentib. explicabimus.

18 PRIMVM DVBIVM ſit, Quomodo cognoſci poſſit intentionē legiſlatoris eſſe obligandi ad mortale,uel ueniale,quando in lege non exprimitur intentio. *Ratio* difficultatis maxime eſt in legibus ciuilibus,quȩ nunquam explicare ſolent, obligare ſe uelle tranſgreſſorem ad peccatum mortale: cum tamen certum ſit ex dictis, principes ciuiles authoritate ſua ab ȩterna deriuata leges ciuiles condere poſſe obligantes ad mortale,immò multȩ earum ita obligant. *Immo* Sotus lib. 1.de iuſt.& iu.q. 6.art.

4.poſt medium,in reſponſione ad tertium argumentum,cumque ſecuti Michael Salon in 2. 2. tomo 2. in q.77.art.1,controuerſia 8 in principio, Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.par.2.lib.3.c.2.conci. 5.& Summa Corona par.1.c.1.num.33.poſt concluſionem quartam.§. Secũdam autem cõcluſionis partem. docent, hoc intereſſe inter Eccleſiaſticã poteſtatẽ,& ciuilem,quod Eccleſiaſtici principes,& pręlati,cum ſint animarum iudices, poſſunt leges condere non modo conſtituendo opera in ſpecie certa virtutis,aut vitij,verum etiam diſcernendo inter veniale,& mortale,atque adeo explicando tranſgreſſionem ſuę legis mortalem eſſe. Seculares vero Principes, quorum proprius, proximuſq; finis eſt bonũ tẽporale,& ciuile,felixq; & tranquillus Reipublicę ſuæ ſtatus,minimè uero bonum ſpirituale,quamuis poſſint ſuis legibus opera ſuorum ciuium in ſpecie alicuius virtutis,aut vitij, puta,obedientiæ,fortitudinis,&c.conſtituere,definire tamen nec ſolet, nec valent,quænam culpa ſit illarum tranſgreſſio,mortaliſne,an venialis, quandoquidẽ iudiciũ tale ſpirituale eſt,& ab eorũ officio,& auctoritate alienũ. Cũ igitur res hęc,ſicut utilis admodũ,& neceſſaria,difficilis tamen ſit,perplexa, & obſcura primo aliorũ in hac re ſententias afferemus, deinde quid ipſi verius,ac probabilius arbitramur paucis exponemus.

19 In hac igitur † re Ioannes Medina Codi. de ieiunio.quæſt.7.dub.2.& Martinus Ledeſm.2.4. quæſtio.17.ar.2.dub.6.docent ex quatuor præcipuè colligi poſſe,an lex Eccleſiaſtica obliget ad mortale. *Primo* enim recurrendum eſt ad intentionem legiſlatoris,quæ ſi conſtat,habetur,quod quęritur,cuius *Ratio eſt*:quia leges humanæ ex legiſlatoris intentione vim obtinere videntur, ſi aũt de animo legiſlatoris non conſtat,tunc *Secundo* recurrendum erit ad verba legis,cuius *Ratio eſt*; quia intentio vix alio modo,quam per uerba legis poteſt agnoſci,niſi forte ipſemet legiſlator poſſet conſuli,vt ſua voce uoluntatem, & intentionem exprimat uerba autem uel ſunt præceptiua,ut ſi lex dicat: *Præcipimus, Iubemus,ſub pena,virtute,aut præcepto obedientiæ iniungimus*,aut alijs ſimilib. uerbis utatur,puta,uerbis,quę æquipollent præceptiuis ut *debet,oportet,non licet, neceſſe eſt,teneatur*,aut alijs, quæ neceſſitatem denotant,obligat ad mortale,niſi de contraria legiſlatoris intentione per eandẽ legem cõſtet;uel legis uerba ſunt cõia,ut *ſtatuimus, volumus, & ordinamus*, &c.& tunc *Tertio* uidendum eſt, quænam pęna appoſita ſit,grauiſne,an leuis: Nam ſi ſtatuatur ſub *pœna mortis*:aut *perpetui carceris*, aut *excõmunicationis, irregularitatis,ſuſpenſionis, degradationis,priuationis eccleſiaſticæ ſepulturæ*,tunc obligat ad mortale, quia hæ pœnæ non niſi pro mortalibus infliguntur. Sin aũt nec de intentione legiſlatoris ſufficienter conſtat,nec ex uerbis legis,nec ex pęna appoſita,quia fortè nulla apponitur, ſed lex tantum utitur uerbis communibus,ita ut dubitetur,an obliget ſub pœna peccati mortalis;tũc *Quartò* ad materiã legis recurrendum erit, nam ſi res ſit magni momenti, ita ut omiſſio eius,quod ſtatuitur,ſit ualdè periculoſa,tenendum eſt obligare ad mortale: Si uero ſit leuis materia,ut nullum quaſi periculum ſit,id,quod ſtatutum eſt,prætermittere,obligat ſolum ad ueniale, & idem docet Coſmus Philiarcus de officio Sacerdot.par.2.lib.3.c.2.concl.3. Et denique ſi poſt hæc omnia perſpecta manet adhuc dubius de uigore legis, an ad mortale obliget nec ne, tunc conſcientia dubia,quæ temerè deponi non poteſt,erit ei pro lege,& facere debet,quod tutius eſſe cognouerit, ne conſcientiæ propriæ contraueniendo, ædificet ad gehennam,ex Medina, & Ledeſmio,ubi ſupra.

20 *Alphonſus a Caſtro* li.1.de poteſtate † legis pęnalis.c.5.documento 4.eadem ferè hẽt,quæ Medina; nã quoad leges canonicas ait,quod quicquid in lege canonica ſtatuitur per uerbum præcepti, aut æquipollentis præcepto, denotat illius canonis trãgreſſionem eſſe culpã mortalem,& id colligit ex Clem. Exiui de paradiſo.§.cum autem.de uerb. ſignifi. uerba aũt pręceptiua,inquit,ſunt, *Præcipio,Mãdo,Iubeo prohibeo,inhibeo,veto,interdico.* uerba aũt ęquipollẽtia præcepto ſunt, *Debeant,teneãtur,neceſſario, Neceſſe eſt,Nõ licet,non põt.* At uero,inquit,hoc uerbũ, *Oportet*,non oſtẽdit sẽper eãdẽ præcepti obligationẽ,quia aliquãdo ſignificat præcepti neceſſitatem, ut c.primo,de præſcrip.in 6.ubi dicitur, *Epiſcopum, qui eccleſias, & decimas,quas ab eo repetis,proponit ſe legitimè pręſcripſiſſe,allegare oportet huiuſmodi pręſcriptionis titulum,et probare*.& ibi gloſſa in uerbo. *Oportet*,& in can. Non oportet. 3.q.9.ubi habetur *Non oportet quemlibet iudicari,uel damnari prius,quã legitimos habeat præſentes accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Aliquando uero dicit ſolam rationis congruentiã,& honeſtatem,ut 19.qu. 1.can.1.ubi dicitur: *Clerici, qui monachorum propoſitum appetunt,(quia meliorem vitam ſequi cupiunt) liberos eis ab epiſcopis in monaſterium largiri oportet ingreſſus,nec interdici propoſitum eorum,qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur.* & 25.q.1.can. 1.Gelaſius Papa ait: *Confidimus, quod nullus iam ueraciter Chriſtianus ignoret,uniuſcuiuſq; Synodi conſtitutum,quod uniuerſalis eccleſie probauit aſſenſus,nullã magis exequi ſedem præ ceteris oportere, quã primam, & quæ unaquamq; Synodum ſua auctoritate firmauit, & cõtinua moderatione cuſtodit.*& gl.ibi. Vnde quoad hoc uerbum, *Oportet*, Caſtro a medina diſſentit. Vbi uero ponuntur uerba,quæ non indicant apertè præceptũ,nec ęquipolleant uerbis præceptiuis, ut ſunt hęc. *Decernimus,ſtatuimus,ordinamus, uolumus ſancimus*,tunc aduertendũ eſt,an ſit pęna grauis,uerbi gratia,an *excommunicatio,degradatio, priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ,mors,carcer perpetuus,confiſcatio omnium bonorum,infamia*,& tunc obligat ad mortale; *De irregularitate* uero & *ſuſpẽſione* dubitat,an inter tales pœnas numerandę ſint, cum hę nonnunq̃ pro ſola ueniali culpa,aliquando uero ſine ulla culpa imponantur. Vbi uero poſt hęc omnia dubius ſit conſulat peritos,& ſemper tutiorem eligat partem, ut uidelicet ita ſe habeat circa legis obſeruationem, ac ſi illa ad culpam mortalem obligaret.

21 *Summa* Corona par.1.capit.1.nume.33.concl.4. tria genera uerborum conſtituit, quędam enim sũt conſultoria,ſeu perſuaſiua,uel imperatiui modi, ut cum dicitur. *Si uis perfectus eſſe,vade, & vende omnia,quę habes*; & talia non obligant ad mortale,niſi quando quis ex contemptu tranſgrederetur; Quędam ſunt præceptiua, uel prohibitiua; ut *Præcipimus,obligamus,teneatur in uirtute obedientię,prohibemus,uetamus, inhibemus, interdicimus.* Quædam tertio ſunt mandatiua,ut *Mandamus,ordinamus,ſtatuimus,conſtituimus,faciat,dicite,ſeu dicat*,& tunc ſi

leges,aut ſtatuta fiant per præceptiua, aut mandatiua uerba circa iuſtitiã,charitatem, & diuinam reuerentiam de materia neceſſaria, aut multum ponderoſa,etiamſi fiant per uerba mandatiua, uel imperatiui modi,ſeu per uerbũ debet,uel oportet,obligant ad mortale; In materia uero non neceſſaria, & non ponderoſa,ſeu graui,per talia uerba mandatiua minimè obligamur,niſi ad ueniale tantum,dum.n. non præcipit,nec prohibet, non hẽt animum obligandi ad mortale. At uero ſi non colligi poſſit ad quid obligant ex legiſlatoris intentione,aut ex materia,tunc ſi ponatur pęna ſpiritualis,puta, *indignationis æternę,vel excommunicationis latæ,aut comminatoriæ*,obligat ad mortale, quia excommunicatio maior non fertur,niſi pro mortali, rõne inobedientiæ ad minus; Quod ſi ponatur pœna corporalis, puta *mors*,aut *mutilatio*,uel ita grauis,& arcta, quæ imponi ſolet pro mortali, aut ẽt pęnæ tẽporales cũ ſpiritualib.ſimul iunctę imponãtur,obligat ad mortale; ſi uero pęna tẽporalis leuis ponatur,ut in multis ſtatutis religioſorum,obligat ſolũ ad ueniale. Qñ aũt uerba præceptiua,aut prohibitiua abſolutè in ſtatuto ponũtur,intelligi debent (ẽt in dubio) obligare ad mortale,& multo magis hoc,quando uerbo præceptiuo,uel prohibitiuo additur aliud uerbum ſignificatiuum intentionis obligandi ad mortale,ut eſt, arctè præcipimus,prohibemus in uirtute obediẽtiæ ſanctæ,& ſimilia,niſi per aliquod aliud uerbum,aut ſignum oppoſitum exprimatur, uel ſignificetur.

Hæc autem omnia intelliguntur procedere in legibus Canonicis,nam in legibus ciuilibus nec uerba præceptiua, aut prohibitiua denotant obligationẽ ſub mortali, ſed aliundè eius obligatio petenda eſt, pro quarum legum ciuilium obligatione quatuor regulas tradit,quas in ſequenti capite agentes de lege penali afferemus. Eadem omninò tradit Pano.in c. Nam concupiſcentiam.n.3.& 4.de conſt.cui in omnibus conſentit Tabiena,uerbo,lex.q.28.

22 Martinus Nauarrus in Manuali,cap.23.a nume. 48.& deinceps,multa de hac materia tradit: *Primo* enim ait, leges canonicas, quę non habent uerba præceptiua, uel prohibitiua,ſed ſolum ordinatiua, uel conſtitutiua,etiamſi ſint imperatiui modi, qualia ſunt illa,*facite,faciant,dicite*,&c. Non obligare ad mortale,ſed ſolum ad ueniale,niſi ſint de materia, quæ ex ſe obliget ad mortale, quo tamen caſu non tam obligat illa lex, quam alia, quę eiuſmodi materiam talem fecit. *Ratio huius eſt*: quia quamuis author talis legis intentionem habeat, ut actus trãſgreſſionis legis ſit uitioſus, qui antea fuit indifferens, & conſequenter uoluerit obligare ad ueniale, quia tamen nec præcipit, nec prohibet, uidetur noluiſſe obligare ad mortale:idem docet Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.par.2.lib.3.c.2. Dicto 1. poſt concluſionem quintam.

Secundo num.50.docet,quod licet nullum ſit uerbum latinũ, ꝙ ſolum in lege aliqua poſitum ex ſua propria ſignificatione ſufficiẽter ſignificet legiſlatoris mẽtem fuiſſe obligare tranſgreſſorem ad mortale,unde hęc uerba:*Teneatur, debeat, obligetur,præcipimus,obligamus, uetamus, inhibemus, mandamus, prohibemus*, ſunt generalia, & apta tam culpam mortalem, quam uenialem ſignificare,ut patet etiã in lege diuina, & naturali pręceptiua, ubi lex de non mentiendo iocosè,de non furando minima, de non ridendo immoderatè, & multo minus ſi in legibus humanis ponantur; nihilominus tamen, vt notat num.52.ex vſus accommodatione,& ex communi interpretatione Conciliorum,Pontificum,& aliorum Prælatorum,& Doctorum, omnia, & ſingula verba præceptiua, & prohibitiua poſita in lege eccleſiaſtica ſignificant in dubio conditorẽ eius habere animum obligandi ad mortale, niſi de contraria legiſlatoris intentione aliundè conſtet, & cũ eo conſentit Coſmus Philiarchus,vbi ſupra dicto 2. & id probant ex Clem. Exiui. de verb. obliga. vbi Pontifex interrogatus,an omnia,quæ S. Franciſcus conſtituit in ſua regula,obligent fratres Franciſcanos ſub mortali; Reſpondet in his,quibus S.Franciſcus apponit verbum *Præcipio*, vel æquipollens, vt *Teneantur*, obligari ſub mortali,& ſubiungit, *Quia ex ſignificatione, & vi verbi præceptiui naſcitur talis obligatio*. Et a fortiori quando dicitur,arctè pręcipimus. Tertio,quoad Leges,vt in Clem. Dudum. de ſepult.& cum dicitur:*In virtute ſanctæ obedientiæ*,in Cle.Si Dominum,§.ideoque.de reliq.& venerat.Sãctorum.& in c. Cum ad monaſterium. de ſtatu Monach. aut cum dicitur, *Sub obteſtatione diuini iudicij*. in Clem.1.de immunit.Eccleſ.Et etiam quando additur verbum oportet, ſentit enim cum Medina contra Alphõſum a Caſtro,verbum *oportet* eſſe præceptiuum, & denotare obligationem legis ad mortale,ſicut & verbum *debet*. Item cum dicitur.*Sub pœna æternæ indignationis Dei, & SS. Petri, & Pauli*,ſignificatur obligatio ad mortale, ſicut cum apponitur pœna excommunicationis, quia hæc præſupponit peccatum mortale. Secus autem dicendum putat de pœna ſuſpenſionis,interdicti,aut irregularitatis,quæ aliquando ſine culpa adhibetur.arg.c.ſi ciuitas.§.ſi ſententia.de ſent.excom.in 6.

Tertio quoad lęges ciuiles num.54.docet,quod licet contineant verba pręceptiua, & prohibitiua ordinantia,vel conſtituentia aliquid,non obligant ex eo ſolo ad mortale: tamen quia verba hæc ex ſua primaria, & originaria ſignificatione, vt dictũ eſt, non ſignificant obligationem ad mortale;tum quia Principes ſeculares paſſim his verbis vtuntur etiam in rebus leuibus,nec intentionem habent ligandi in foro interiori,ſed ſolum ad pęnas temporales, quas ſolas tranſgreſſoribus infligere, & tollere poſſunt. Et cum Nauarro conſentit in hoc ſecundo,& tertio dicto Gregorius de Valentia,tom.2.diſpu.7.quæſt. 5.puncto 6.dub.3.in ſexto ſigno. Hęc ea ſunt, quæ authores circa hanc materiam docent; nunc ſupereſt, vt propriam opinionem in hac re exponamus, vbi hęc mihi dicenda videntur.

23 *Primum eſt*, Quando † lex aliqua ſub quibuſcunque verbis communi conſuetudine pręſertim eccleſiæ, aut prudentum exiſtimatione intelligitur obligare ad mortale, verè obligat ad mortale:hoc expreſsè colligitur ex Paulo Iuriſconſulto in leg. Si de interpretatione. ff.de legibus, & Innocentio III.in capit.Cum dilectus.de conſuetud. Panorm.in cap.Nam concupiſcentiam.num.4.vbi citat ad hoc l.minimè.ff.de legib.& conſtitutio. Alphonſo a Caſtro lib.1.de poteſtate legis pœnalis,capitu.5.documento 4.§.Quicquid in iure Canonico.ver.quia forte.Caiet.verb.ieiunium.§.quoad quartum, in princip.Martino Nauarro in Manuali,cap.25.num.58. verſic.octauo.Gregorio de Valentia tomo 2. diſpu.

7.quęſt.

7.q.8.puncto 6.dub.3.§.quintum ſignum. Mich. Salo.in 2.2.tomo 2.in q.77.artic.1.controuerſia 8.regula quarta. Toleto in inſtruct.confeſſ.in tract.de ſeptem peccatis mortal.cap.19.verſicu.quintum & alijs. *Ratio eſt:* quia communis conſenſus eccleſiæ, ſeu *conſuetudo eſt optima legum interpres*, maximè cū ipſa per ſe vim legis habeat, vt aiunt Vulpianus in l. Diuturna.ff.de legib.& S.Thomas 1.2.q.97.ar.3. etenim, vt diximus, legiſlatores ipſi humani tacitè, & implicitè non intendunt obligare Communitatem, niſi ipſa, uel maior illius pars legem illam tanquam obligatoriam acceptauerit. Vnde quamuis non ſit in lege expreſſum, an pręceptum confeſſionis, & communionis tēpore Paſchę obliget ad peccatum mortale, (hoc enim in ca. Omnis utriuſq; ſexus. de pęnit.& remiſſ.non exprimitur) uſus tamen, & praxis Eccleſiæ ita declarat. Similiter iure expreſſum non eſt legem ieiunij Quadrageſimalis obligare ad mortale, quia tamen communis conſenſus Eccleſiæ, & Patrum, & Doctorum opinio ita eam interpretatur, dicendum eſt peccare mortaliter eum, qui ieiunium hoc Eccleſiæ ſine iuſta, & rationabili cauſa uiolauerit, ut latius in ſuperiori capite contra Caietanum ex Concilijs, & Patribus oſtendimus.

24 *Secundum eſt* propriè † pertinens ad leges Eccleſiaſticas, ſcilicet, quoties aliquid pręcipitur, uel prohibetur *in virtute ſanctæ obedientiæ*, uel *ſub obteſtatione diuini iudicij*, uel *ſub indignatione Beatorū Apoſtolorum Petri, & Pauli*, uel alijs uerbis ęquipollentibus, intelligitur lex illa obligare ad mortale. Sic Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnalis, cap.5.documento 4.uerſicu.quicquid in iure. Nauar.in Manuali cap.23.numero 53. Gregorius de Valentia tomo 2.diſput.7.q.5 dub.3. Michael Salon in 2.2.tomo 2.q.77.art.1.controuerſia 8. regula ſecunda. Summa Confeſſ.par.1.cap.1.nu.33.concluſ.4.uerſic.4. Tolet.in Summa, in tract. de ſeptem peccat.mor.c.19.uerſic. Quartum.& alij. *Ratio eſt:* quia uſus communis eſt, ut hęc uerba indicent intentionem legiſlatoris eſſe obligare ſub mortali: Id quod Michael Salon limitat, quando lex uerbis iſtis utitur circa materiam, & rem grauem; quia ſi res leues ſint, tam in ordine ad bonum commune, quam ad priuatum bonum ſubditorum, tales leges, etiamſi uocibus illis uterētur, ſub mortali non obligabut, eo quod obligatio hęc non pendet ex ſola, & libera intentione, & uoluntate legiſlatoris, ſed ex intentione, & mente eius, iuxta regulam rectę rationis, a qua maximè alienum eſt, leuia, & quę nullius ferè momenti ſunt, ſub mortali pręcipere, maximè cum poteſtas hęc ſuperioribus quibuſcunque tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus tributa ſit in ędificationem & commodum, & non ad deſtructionem, & damnum ſubditorum; eſſe autem maximum illorum detrimentum, ſi quaſcunque ſuperiorum leges, & de rebus leuiſſimis latas ſub mortali obſeruare deberent. Cuius etiam ſententię eſt Alphonſus a Caſtro, ubi ſupra, in d.cap.5.documento 2. ea ratione ductus, quoniam ſi de reb. quibuſcunque leuiſſimis ſtatui poſſet lex, aut dari pręceptum obligans illius tranſgreſſorem ad culpam mortalem, nulla maior, & crudelior eſſet politię ſpiritualis ſeueritas, quam politię corporalis; & peior, atque miſerior eſſet animę in hac uita ſubiectio, quam corporis. *Nam* lex humana in corporali, & mundana politia non pōt pro aliqua leui culpa hominem ad mortem corporalem obligare, ergo neque in Republica ſpirituali pro leui culpa lex ferri, aut mandatum dari conuenit, obligans tranſgreſſores ad peccatū mortale. Quæ ſane conſequentia non malè ex S.Aug. comprobatur, qui lib.21.ciu.ca.11. mortem ſpiritualē in politia ſpirituali comparat ad mortem corporalē in politia mundana, ſic inquiēs; *Quod eſt de iſta ciuitate mortali homines ſupplicio primæ mortis, hoc eſt, de illa ciuitate immortali homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre.* Hæc S. Auguſtinus.

25 *Tertium eſt* pertinens etiam† ad leges Eccleſiaſticas, quando grauis pœna temporalis alicui legi iuſtæ apponitur, quæ ex ſua natura præſupponit culpam mortalem, tunc lex illa, ſeu mandatum obligat ſub mortali. *Etenim* appoſitio grauis pœnę in lege iuſta euidens argumentum eſt, tranſgreſſionem illius legis grauem culpam eſſe, & mortalem, quandoquidem, vt diximus, aliàs lex iniqua eſſet, quę pro re leui, tam graui pœna illius transgreſſorem puniret. Sic Alphonſus a Caſtro lib. 1.de poteſtate legis pœnal.c.5.documento 4.verſi. Quicquid.in fine. Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iu.q.6.articu.5. Ioan Medina Cod.de ieiunio q.7. Mart. Ledeſmius 2.4.q.17.arti.2.dub 6.fol.200.colum.3. Nauar.in Manuali, c.23.num.53. Greg.de Valent.tomo 2.diſp.7.q.5.pun 6.dub.3. Michael Salon 2.2.in q.77.ar.1.controuerſia 8.reg.3. Summa Corona par.1.cap.1.num.33.concluſ.4.verſic. Tertio. Ioannes Driedo lib.1.de liber. Chriſtiana, ca.12.concluſ.2.circa medium. Coſinus Philiarchus de offic.Sacerd.par.2.lib.3.cap.2.in tertio dicto. Barth. Med.in 1.2.q.96.art.4.dub.1.regula 4. Toletus in Inſtruct. Sacerdotum.tract. de ſeptē peccatis mortal.uerſic. Quartum. Quo fit, vt lex Eccleſiaſtica aliquid præcipiens, aut prohibens ſub pęna excōmunicationis, obliget ſub mortali, ut tradūt authores allati, cum excommunicatio maior non niſi pro peccato mortali feratur.

Addunt autem Caietanus in Summa, in uerb. præceptum, Nauarrus, Ioannes Driedo, Grego.de Valentia, vbi ſupra, quibus fauet Toletus loco allato, hoc intelligendum eſſe ſolum de excommunicatione latæ ſententiæ ipſo iure, & facto incurrendę, nō expectata alia admonitione, & ſententia iudicis, ſi quidem mandata, & ſtatuta ſub excommunicationis pœna, non ipſo facto illata, ſed comminata, & intimata, ut inferenda, non ſemper obligare putant trāſgreſſorem illorum ſtatutorum ſub peccato mortali, quia cum excommunicatio hæc non imponatur immediatè, ſed ita, ut admoneatur prius, qui eſt excommunicandus, non peccat mortaliter, donec præcedat admonitio, eique inobediēdo reſiſtit; uerbi gratia, ius decreuit clericum, qui comam nutrit, eſſe excommunicandum. Can. Si quis. diſtin.23.& ca. Si quis ex clericis.de uita, & honeſt.cler.& ibi gl.in uerbo, Anathema, & ibi Innocentius Papa IIII. ſed non ob hoc eſt ſtatim iudicandus clericus peccare mortaliter, ſi comam habeat laxiorem, niſi monitus generaliter, uel ſpecialiter, perſeueret, tunc enim propter inobedientiam, & contumaciam dignus eſt excommunicari, & peccat mortaliter. Alij uero, quos ſequuntur Michael Salon, ubi ſupra, & Summa Corona, par.1.cap.1.nu.33.concluſ.4.uerſi. Tertio. uolunt legem etiam, in qua apponitur excommunicationis maioris comminatio iuſta, obligare quoque ſub mortali. Exemplum ſit cap. Omnis vtriuſque ſexus. de penit. & remiſ. vbi nõ apponitur excõmunicatio latæ ſententiæ, ſed comminatio tantum illius, his, qui in Paſchate non communicauerint, vt notat idem author, manifeſtũ aũt eſt, legem illam obligare ſub mortali: intellecto ſub nomine paſchatis toto illo tempore, quod iuxta diœceſis cõſuetudinem ad communicandum concedi ſolet. Ratio pro hac opinione, (quæ etiam mihi ualdè probabilis videtur) hæc afferri poteſt; *Quia* cũ lex pęnam excõmunicationis cõminatur, vtiq; cõminatur illã propter eandem tranſgreſſionem, propter quam, ſi ſubditus in ea perſeueret, punietur poſtea excõmunicatione latæ ſententiæ, ſed hæc nõ fertur niſi pro mortali: *Ergo* nec eius comminatio apponetur legi, niſi pro tranſgreſſione etiam mortali; Hęc igitur Salonis, & aliorum recentiorum opinio, cui fauere uidetur Toletus, vbi ſupra verſic. Quartum. ſi attentè legatur, mihi placet ob rationem allatam; non.n. ferri, aut comminari ſolet excõmunicatio maior, niſi ob materiam peccati mortalis; & quantum ad exempla allata, exiſtimo exemplum illud de nutriẽte comam eſſe falsũ, hoc eſt, licet, qui ſic comam nutrit, excommunicationem non incurrat ante admonitionem, peccat tamen mortaliter, ſi abſque cauſa rationabili eam nutriat, id quod verum eſſe cenſeo, maximè poſt conſtitutionem Sixti V. editam anno Incarnationis Dominicę 1588. Quinto Idus Ianuarij, Pontificatus ſui anno quarto, quæ Bulla citatur a nobis tomo 1. libr. 4 cap. 15. numer. 30. & incipit, Cum ſacroſanctam. vbi ſub grauiſſimis pœnis præcipit clericis quibuſcunque, vt habitum, & tonſuram iuxta canonum decreta deferant. Alterum vero exemplum a Salone adductum, ſuum propoſitum non probat, quamuis enim mortaliter peccet, qui ſine iuſta cauſa in paſchate non communicat, in eo tamen cap. Omnis vtriuſque ſexus. non ſit mentio excommunicationis maioris ferendæ, ſed ſolum præcipitur, vt ois homo ſemel in anno peccata ſua cõfiteatur, & ſaltem in die Paſchæ Euchariſtiæ ſacramẽtum ſuſcipiat *alioquin, & uiuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens ſepoltura eccleſiaſtica careat:* quæ pœna longè diuerſa eſt ab excommunicationis ſententia, iuxta ea, quæ to. 1. lib. 5. c. 9. nu. 9. & deinceps latius expoſuimus. Et quod diximus de excommunicatione, idem dicendum erit de ſuſpenſione a iure lata, hæc enim a iure, non niſi ob culpam mortalem ferri ſolet, vt diximus tom. 1. lib. 4. c. 1. nu. 20. & etiã de interdicto perſonali, quod non niſi ob grauem culpam ferri debet, immò nec interdictum locale, vt latius tomo 1. lib. 5. cap. 11. num. 1. & 16. dictum a nobis fuit: Secus autem dicendum eſt de irregularitate, quia hæc aliquando ſine vllo peccato incurritur, vt lib. 6. c. 1. docuimus, quamuis hæc, quando ſine peccato incurritur, non ſit dicenda pęna, ſed inhabilitas quædam, ſeu canonicum impedimentum tam ad ordines ſuſcipiendos, quam ad miniſtrandum in ordinibus ſuſceptis.

Iuxta hæc, quæ in hoc tertio dicto explicata ſunt de legibus Eccleſiaſticis, proportionaliter dicendum eſt, legem ciuilem iuſtam aliquid præcipientem, vel prohibentem ſub pœna capitis, aut exilij, aut præſcriptionis bonorum, aut alicuius alterius ſimilis damni, etiam obligare ſub mortali; Siquidem non eſſet iuſtus legiſlator, qui pro re leui, & veniali ſubditos ſuos cum tanta pœnę ſeueritate obligare vellet, prout Caſtro li. 1. de poteſtate legis pœnalis. ca. 5. documento 4. in fine. Ioannes Medina Cod. de pęnitentia in tractat. de ieiunio. q. 7. Martin. Ledeſin. 2. 4. q. 17. artic. 2. dub. 6. Sotus lib. 1. de iuſtitia iure. queſt. 6. artic. 5. Ioan. Driedo libr. 1. de libertat. Chriſtiana, cap 12. propoſit. 2. Barth. Medina in 1. 2. q. 96. art. 4. dub. 1. regula. 3. Summa Corona part. 1. capit. 1. num. 33. concluſ. 4. verſic. Tertio. Toletus in Inſtruct. Sacerd. tract. de ſeptem peccatis mortal. cap. 20. & Michael Salon tomo 2. in quæſt. 77. artic. 1. controuerſia 8. regula 3. & alij communiter affirmant.

26 *Quartum eſt*, lex Eccleſiaſtica † per uerba communia modi imperatiui lata non eo ſolo cenſetur ſub peccato mortali obligare, ſic Alphonſus a Caſtro libro 1. de poteſtate legis pęnal. capitu. 5. documento 4. Summa Corona par. 1. cap. 1. num. 33. concluſ. 4. Mich. Salon tomo 2. in quæſt. 77. arti. 1. controuerſia 8. & communiter Doctores contra Panormitanum, qui in cap. Veſtra. Notab. 2. de cohab. cleric. & mulier. docet verba imperatiui modi æquipollere verbis præceptiuis. Quæ Panormitani opinio, vt rectè annotauit Caſtro, ſi vera eſſet; valdè magnum nobis faceret numerum præceptorum, & tam duram nobis faceret legem Dei, vt penè eſſet intolerabilis, cum tamen Chriſtus Matth. 11. dicat, *eſſe iugum ſuaue, & onus leue*. Sed præterea apertè conuincitur illam eſſe falſam, tum quia ſic ea omnia, quæ dantur ſub conſilio, dicenda eſſent præcepta, ſiquidem omnia conſilia Euangelica data ſunt a Chriſto per verba imperatiua, vt verbi gratia, *ſi uis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes*, &c. tum quia huiuſmodi verba, quamuis explicent voluntatem legiſlatoris volentis illud fieri, tamen uolũtas eius eſt omnino indeterminata, cum poſſit ſub mortali, uel veniali obligare. Et idem dicẽdum puto de his uerbis, *Oportet*, & *Debet*, vt de uerbo *Oportet* tradit gloſſa diſtin. 25. q. 1. can. 1. & cap. 1. de preſcrip. in 6. & ibi gl. in uerbo, Oportet. Caſtro, & Salõ ubi ſupra. Et de verbo *Debet*, quod non ſemper inducat mortale, patet ex c. 1. & gloſſa ibi in uerbo, Debet; de deſponſa. impub. gloſſa in canon. 1. diſtinct. 25. quæſt. 1.

27 *Quintum eſt*, Quotieſcunq; † lex Eccleſiaſtica vtitur verbo præceptiuo, puta *præcipimus, Iubemus, Inhibemus*, &c. ſeu equipollenti, aut uerbo ſignificante determinatam neceſſitatem vt, *Neceſſe eſt, teneatur*, &c. talis lex ſub peccato mortali obligare cenſetur, niſi *ex materiæ leuitate, vel aliundè contrariũ conſtet*. Sic doctores communiter, ut Ioannes Medina Cod. de pęnitentia. tract. de ieiunio. q. 6. Martin Ledeſin. 2. 4. quęſt. 17. articu. 2. dub. 6. Nauarr. in Manuali, cap. 23. num. 52. Caiet. 2. 2. q. 186. artic. 9. Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pęnal. c. 5. documento 4. Alphonſus Viuald. in explicatione Bullę Sixti V. de habitu & tonſura clericorum. Notab. 7. Coſmus Philiarchus de officio Sacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 2. dicto 2. Summa Corona par. 1. cap. 1. num. 33. concluſ. 4. verſic. Quarto. Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 7. quęſt. 5. puncto 6. dubio 2. in ſexto ſigno. Quicquid Michael Salon tomo 2. in quęſt. 77. articu. 1. controuerſia 8. & Toletus in Inſtruct. Sacerd. de ſeptem peccatis mortal. capit. 20. hoc negent.

Ceterum, licet hęc Salonis opinio vera ſit, ſi hęc verba *De ſe, & ſua originaria ſignificatione* conſiderentur, vt Nauarrus,Caſtro,& alij etiam cõcedunt, (quando quidem in lege diuina multa ſunt ſub verbo præcepti poſita,quę tamẽ non obligant ad mortale,vt gratia exempli, quãdo Chriſtus præcipit diſcumbere eos,qui ſeptem panibus ab eo erant reficiẽdi,Mar.8.Et diſcipulis iuſſit, ut paucos, quos habebant,piſces apponerẽt; Et leproſis, & infirmis ab eo curatis præcepit,ne alicui dicerent: *Nullus* tamẽ ſanæ mentis dicet Chriſtũ in illis omnibus præceptis obligaſſe illos,quibus præcipiebat,ad culpam mortalẽ. Immo etiam talia verba præceptiua quantum *ad ſuam originariam ſignificationem* tã de peccato veniali,quã de mortali intelligi poſſunt, vnde S.Tho. 2.2.q.44.agens de præcepto charitatis, & quæſt. 56.de præcepto prudentiæ,& quęſt.122.de præcepto iuſtitiæ, & q. 140. de præcepto fortitudinis, atque quęſtione 170. de pręcepto temperantiæ, comprehendit non ſolum ea quæ obligant ad mortale,ſed etiam quę ad ueniale,vt Nauarr.in Manuali,ca.23.nu.51.poſt Caiet.2.2.q.186.artic.9.docet) vſus tamen communis iuris Canonici obtinuit, vt talia verba in lege Eccleſiaſtica poſita ſignificẽt intẽtionem legislatoris eſſe obligare ſub mortali. Vnde hoc dictum quintum verum eſſe cenſeo magis propter communem ſententiam Doctorum, quam propter Clementinam. Exiui.de uerb. ſignific.§.Cũ autem.vbi Pontifex docet ea,quæ in regula S.Franciſci proponuntur cum verbo præceptiuo, obligare ſub mortali,rationemque reddit,quaſi regulam cõmunem,uerbum præceptiuum *ex ſua propria vi* obligare ad mortale. Quæ ſanè declaratio Summi Pontificis veriſſima eſt,ſed tamen de regula tantum Sãcti Franciſci (de qua eo in loco ſolum loquitur) intelligenda: vbicunque enim S. Franciſcus in ſua regula tali uerbo præceptiuo vtitur, conſtat ex declaratione Clementis Papæ V. Sanctum Franciſcum animum habuiſſe obligandi ad mortale. *Ratio eſt*: Quia S.Franciſcus arctam regulam, & compendioſam viam ad ſtatum perfectionis aſſequendum inſtituens ſuæ regulæ profeſſores ad mortale obligare voluit,quotieſcunque uerbis præceptiuis uteretur.

Deinde religioſi illius ordinis, cum profeſſionẽ emittunt, non ſolum vouent obſeruare tria illa vota,quæ ad religionis eſſentiam pertinent, ſed etiam quę S.Franciſcus in Regula pręcepit; Quo fit,vt teneantur ex uoto, non ſolum tria vota eſſentialia, ſed etiam regulę obſeruationem tenere, & ſeruare, cum regulę illius obſeruationem etiam uoueant. Secus autẽ eſt in alijs pręceptis, quę non obligãt ex uoto; Sicut etiã talis ratio eſt in alijs religionum ordinibus,puta S.Benedicti, D. Auguſtini, B. Dominici, quarum profeſſores nõ uouent Regulę obſeruationem,ſed tria illa uota eſſentialia obſeruanda ſecundũ regulã S.Benedicti,&c.vt ex forma profitẽdi harum religionum conſtat: de qua re legendus eſt S. Tho.2.2.q.186.ar.9. Addidi autem hęc uerba ſignificare obligationem ſub mortali, *niſi ex materiæ leuitate,uel aliunde contrariũ conſtet*, ſi enim res,quę p̃cipitur, leuis ſit, erit tantum tranſgreſſio venialis; Idemque oſtendit communis uſus multarum Religionum, in quarum conſtitutionibus vtuntur nonnunquam legislatores, & ſuperiores verbis pręceptiuis,cum tamen earum tranſgreſſio venialis tantum ſit,iuxta commune iudicium,& opinionem earundem Religionum,ut pluribus tradit Caietanus 2.2.q.186.art.9.

28 *Sextum eſt*, Quando † nullum eſt uerbum ex pręd ictis,ſed uerba communia, puta *ordinamus, ſtatuimus, conſtituimus,uolumus,ſtabilimus*, lex illa ad peccatum mortale obligare non cenſetur, niſi aliundè ex grauitate materię, aut ex detrimento boni communis, quod ex non obſeruatione ſequeretur, contrarium dicendum ſit: ſic Ioan.Medina Cod.de pœnitentia.tract. de ieiunio.q.7.Martin. Ledeſm.2.4. q.17.art.2.dub.6.Nauar.in Manuali, cap.23.num. 49.&50.Coſmus Philiar. de officio Sacerdotis par. 2.lib.3.c.2.in dicto 3.Summa Corona par.1.ca.1.n. 33.concluſ.4.in princ. & colligitur ex S. Thoma 2. 2.q.186.art.9.ad ſecundum. Et quę in his dictis cõtinentur,vera eſſe cenſeo, non ſolum in legibus eccleſiaſticis, ſed etiam in ciuilibus, quia hæ etiam obligant ex intentione legislatoris, quę colligi debet ex uerbis, uel alijs ſignis.

29 *Septimũ eſt*, quando lex abſolutè fertur,neque ullo modo,uerbo,aut ſigno declarat ſe non habere intentionem obligandi in conſcientia,tunc pro ratione materię magis, vel minus grauis iudicandum erit legem ex parte legislatoris obligare in conſcientia ad culpam uenialem,uel mortalem. *Ratio eſſe poteſt*: non ſolum quia lex ſecum affert obedientię p̃ceptum,obedientia autem ſecundum ſe eſt virtus,& inobedientia peccatum; ſed etiam quia in tali caſu non eſt ulla ratio, cur exiſtimare debeamus legislatorem non habuiſſe intentionem obligandi tam ad culpam mortalem, aut uenialem,quam ad pœnam pro ratione materię,de qua ponitur pręceptum. Sic Sotus lib.1.de iuſt.& iur.q.6.art.4.poſt medium, & Greg. de Valent.to.2.diſput.7.q.5. puncto 6.dubio 3.in ſecundo ſigno: cui etiam fauet Bart. Medina 1.2.q.96.artic.4. dubio 1. in regula ſua prima. Et quamuis in dubio lex potius interpretanda ſit,quod obliget ad ueniale,quam ad mortale, eo quod leges quę rectè poſſunt intelligi de pęna maiori,& minori, in dubio intelligendę ſunt de minori reg. *In pœnis*.de reg.iur.in 6. & l. ſi pręſes.ff.de pœnis. ex Nauar.in Man.c 23.nu.50.& Coſimo Philiarcho de officio Sacerdotis par.2.li.3.c.2.in dicto quinto, quia tamen in dubijs pars tutior eligenda eſt, & a peccato fugiendum eſt,quaſi a facie colubri,quoad nos in dubio ſeruare debemus legem, ac ſi ad mortale obligaret,ex Alphonſo de Caſtro libr.1.de poteſtate legis pœnalis cap.5.documento 4.in fi.Ioan. Medina tract.de ieiunio, q.7.Ledeſm.2.4.q.17.art.2.dub.6. Greg.de Valentia to.2.diſput.7.q.5. puncto 6. dub. 3.in fine.Nauarr.vbi ſupra ca.23.nu.57.verſic.ſeptimo.Coſino Philiarcho loco proximè allato,& Toleto in Summa tract. de ſeptem peccatis mortal.c. 20.dub.ult. *At uerò* quoad iudicandum de alijs,qui in tali dubio legem tranſgreſſi ſunt,conuenit, nonnunquam habita ratione rei, & perſonę interpretari de ueniali, quamuis,ſi conſilium eis dandum ſit, monendi ſint, ne exponant ſe periculo peccandi, agẽdo cõtra legem, quia qui amat periculum,peribit in illo,ut pręfati authores rectè animaduertunt.

30 *Octauum eſt*, Quando lex Canonica, & Ciuilis opponuntur, ſtandum eſt in foro conſcientię legi canonicę, & quando in lege ciuili agitur de materia peccati,ſtandum eſt iuri canonico: ſic Panorm. in c. Canonum ſtatuta,nu.3.Anchar.in repet. eiuſdem

cap.nu.42.& 43.de Conſtit.Syluest.verbo, lex,q.9. Tabiena eod.nu.34.& Ioan.Andr in Nouella,in c. de noui oper.nunciat, vt enim notat Gloſ. in reg. Poſſeſſor.de reg.iuris in 6.quando leges ciuiles vergunt in periculum animarum, quia, ſcilicet, continent aliquid contra ius diuinum,naturale,aut cōtra rationem, poteſt Papa huiuſmodi leges in vtroque foro abrogare. *Ratio eſt*; Quia Summo Pontifici competit, ſaltem indirectè poteſtas temporalis, quatenus neceſſaria eſt ad regimen ſpirituale, & principes temporales iuri Pontificio in huiuſmodi caſibus parere tenentur; vnde Summi Pontifices de facto derogarũt legibus ciuilibus permittẽtibus pręſcriptionem cum mala fide,vt patet ex cap. fin. de præſcript.& legibus inducentibus infamiam; ſi intra annum luctus femina nubat, ut habetur in c.Super illa quęſtione.de ſec.nup.& ex alijs legibus multis,quas inferius ſuo loco recenſebimus.

31 SECVNDVM DVBIVM EST. An leges † humanæ ad ſui obſeruationẽ obligent cum periculo vitę hoc eſt,vt mors potius ſubeunda ſit, quā vel omiſſione,vel tranſgreſſione violentur? In hac re quorũdam opinio eſt,vt notat Caiet. 1.2.q.96.art.4.dicentium ius poſitiuum non habere poteſtatẽ obligandi in foro conſcientiæ cum periculo vitæ,niſi in cauſa fidei, vel tuendæ Reipublicæ,vnde docent licitum eſſe ad euitandam mortem celebrare coram excommunicatis, &c. & omnia iura poſitiua violare, *Ratio pro hac ſententia eſſe poteſt*: quia vnuſquiſque iure naturali tenetur vitam ſuam tueri,& conſeruare, cui iuri naturali ius humanũ derogare nō pōt,maximè cũ legiſlator humanus nō ſit dñs vitę,& mortis.

At verò Caietanus,vbi ſupra,opinionem contrariam defendit,exiſtimans vniuerſaliter omnem legem humanam,quæ obligat ad peccatum mortale, obligare ad mortem pro ſui obſeruatione; quod ſi in caſu aliquo non ita obliget, hoc ex legis benignitate prouenire putat. *Ratio eius eſt*: quia quilibet homo, quicquid habet,& quicquid eſt,multitudinis eſt, ſicut quælibet pars id,quod eſt, totius eſt, ergo lex humana, quæ reſpicit bonum commune, poteſtatem habet ſuper id, quod eſt quilibet homo,ac per hoc ſuper vitam ipſius, & proinde diſponere poteſt,& ordinare de expoſitione vitæ cuiuſcunque pro communi bono,pro quo ſit omnis lex. *Hinc* infert teneri hominem potius mori,quam contrahere matrimonium ſine diſpenſatione cum ſorore conſobrina,& tamē hoc ſolo iure poſitiuo eſt prohibitum. Item tenetur ſacerdos mori potius, quam celebrare Miſſam abſque calice,corporali,altari,lumine,veſtibus ſacerdotalibus,& alijs requiſitis ex iure humano. Deinde in ca.Sacris. de his,quæ vi, metuſue cauſa fiunt: Innocentius Papa III ait; *Communicantem cum excommunicato ex metu excommunicationem incurrere, eo quod licet talis metus attenuet culpam, eam tamen nō prorſus excludit,cũ pro nullo metu debeat quis peccatum mortale committere:* communicare vero cum excommunicatis iure tantum humano eſt prohibitum,cenſet ergo hominem potius mori debere,quam hanc legem humanam de vitandis excommunicatis violare.

Tertia,& media opinio eſt Soti, lib.1.de iuſtit.& iure,quæſt.6.artic.4.& 4.diſt.22.q.1.arti.4. ante finem.Martin.Ledeſm.2.4.quæſt.25.art.3.in fi.Barthol.Medinæ.1.2.quæſt.96.artic.quarto,dub.ſecundo,Petri de Arragona in 2.2.quæſt.62.art.3. Emanuelis Rodriquez in Summa tomo 1.cap.194.concluſ.4.& 5. Gregorij de Valentia to.2.diſput.7.q.5.puncto 6.quæ ſententia mihi videtur verior,& communior,& clarioris doctrinæ gratia his ſequentibus propoſitionibus explicatur.

32 *Prima propoſitio:* Lex humana † tam ciuilis,quam Eccleſiaſtica ferri poteſt, quæ obligandi vim habeat etiam cum periculo vitæ, quando, ſcilicet, eius obſeruatio in magnum bonum Communitatis, aut illius tranſgreſſio in magnum eius damnum, & detrimentum cedit. *Ratio eſt*: quia ex vna parte legiſlator, qui curam Communitatis gerit,exponere poteſt membrum periculo euidentiſſimo,ſi id neceſſarium ſit ad corporis totius conſeruationem,& ex altera parte quilibet tenetur, cum ſit pars Communitatis, præponere bonum commune ſuo proprio, tanquam particulari bono, cum hoc ſecundũ naturam ſit,vt pars referatur ad totum. Vnde Papa præcipere poteſt alicui, vt fidem contra hæreticos defendat. Item Rex obligare poteſt militem,vt pugnet,& ſeruet locum in bello, teneturque ſubditus vitam potius,quam locum deſerere.

33 *Secunda Propoſitio*: Obſeruatio † legis humanæ, quę non poteſt eſſe ſine tranſgreſſione legis naturalis, aut diuinæ, quæ eſt de re intrinſecè mala, aut quæ eſt de actu habente periculum mortis,quod a legiſlatori præuidere potuit, obligat ſub mortali, etiā cũ periculo vitæ. *Ratio pro prima parte eſt*:quia illa lex naturalis,vel diuina obligat cũ periculo mortis,ergo & lex humana, quæ cum ea neceſſariò coniungitur. Vnde mori potius quis debet,quam adulterari,aut mentiri, aut peierare, etiamſi mendaciũ eſſet leue,cum hæc ſint intrinſecè mala, & ideo ſi lex humana aliquid præcipiat,cuius violatio ſine iſtarũ tranſgreſſione fieri nequeat,mori potius quis debet, q̃ cōtra legẽ peccare,cũ mori potius quis debeat,q̃ vel leuiter peccare. *Secũda pars* his exemplis illuſtrari poteſt,ſi.n. Epiſcopus tẽpore peſtis pręcipiat parocho,vt in parochia permaneat,vt adminiſtret Sacramẽta,tenetur obedire,nō obſtãte periculo vitę. Itẽ pręcipit Epiſcopus Viſitatoribus, vt ſuum officium exerceant,quãdo hęretici graſſãtur,tenẽtur obſeruare p̃ceptũ cũ periculo vitę,ex Medina, Arragona,& Rodriguez,vbi ſupra. Sic etiã quãdo Dux præcipit militibus,& dat ſignũ aggrediendi contra hoſtes, non obſtante diſcrimine vitæ, parere tenentur.

34 *Tertia propoſitio*: Communiter † extra caſus ſupra dictos lex humana non obligat cum tali periculo, niſi obſeruantia legis pertineat ad bonum commune,aut eius tranſgreſſio reddundet in contemptum fidei. *Prima pars* probatur: tum quia lex humana non cenſetur ſtrictius per ſe obligare, quam aliqua lex naturalis, aut diuina, quæ ſimiliter obligat ad mortale,conſtat autem aliquas leges naturales, & diuinas obligantes alioquin ad mortale non obligare cum diſcrimine vitæ, vt patet in lege naturali de ſatisfaciendo creditori, aut de reddendo depoſito cum periculo vitę; Item ex Caiet. pręceptum reſtitutionis non obligat cum periculo vitę. Cum.n. maximum bonum ſit vita humana, ius naturale dictat, non teneri hominem vitam exponere pro legis cuiuſcunque naturalis obſeruatione, niſi aliundè obſtaret aliud maximum malum. Vnde etiam in extrema neceſſitate licitum eſt accipere rem alie-

nam inuito domino. Eodem modo in lege diuina de facienda integra confeſſione, etenim fas eſt propter vitæ periculum aliquod peccatum celare, nec tunc erit cōfeſſio dimidiata formaliter, ſed tantum materialiter, vt in materia de confeſſione dicetur. Neque tenetur quis baptiſmum ſuſcipere cum periculo mortis, aut alia Sacramenta. Idem patet exemplis, quæ in Sacris literis leguntur, nam Dauid in extrema neceſſitate comedit panes propoſitionis contra legem diuinam, vt patet 1. Reg. 21. qui tamē Chriſti Saluatoris teſtimonio non peccauit. Matth. 21. & Machabæi ſine peccato contra hoſtes in Sabto pugnarunt, 1. Machabe. 2. *Cum* igitur lex naturalis, & Diuina non ſemper cum tanto diſcrimine obliget, nec lex humana in tali caſu ſemper obligare cenſenda eſt, vt conſtat dę pręcepto ieiunij, quod licet ſub reatu mortali obliget, nihilominus tamen non ſolum nō obligat cum periculo mortis, ſed nec cum multo minori periculo, puta, quando abſtinentia notabiliter valetudini noceret; Sicut nec lex illa de non participando cum excommunicatis cum diſcrimine vitæ obligat.

Dixi, *niſi tranſgreſſio eius redundet in damnū fidei*, quia licet Eccleſiaſtica lex ieiunij non obliget cum periculo vitæ, ſi tamen Tyrannus mortem alicui minaretur, niſi ieiunium frangeret, idque faceret in cōtemptum legis, teneretur in eo caſu mori potius, quàm legem frangere, propter ius diuinum, quo tenetur homo fidem confiteri. Matth. 10. *Qui me negauerit*, &c. *Eodem modo*, ſi quis mortem minatur Sacerdoti, niſi celebret coram excommunicatis: ſi id fiat in contemptum legum Eccleſiaſticarum, & fidei Catholicæ, tenetur mori potius quam coram eis celebrare, ſin autē id poſſet fieri ſine contemptu fidei, & ſine magna irreuerentia Sacramenti, non tenetur ad legis obſeruantiam cum periculo vitæ.

35 *Ex his* ſoluuntur rationes vtriuſque ſententiæ in contrarium allatæ, nam contra rationem primæ opinionis dicendum eſt, non obligari hominem ſemper uitam ſuam ſeruare, ſed aliquando teneri eam exponere pro defenſione fidei, aut Reipublicæ, ut conſtat. *Ratio autem Caietani* ſolum probat, poſſe conſtitui legem humanam, quæ obliget etiam cum vitæ periculo, vt dictum eſt, rarò autem contingit, vt lex humana cum tanto diſcrimine obliget, vnde ſuperueniente tali periculo, ceſſat obligatio legis humanæ, ita vt contrafaciendo non peccet. Ad exemplum uero de matrimonio cum conſobrina *Reſpondetur*, ideo ex nullo metu licitum eſſe contrahere cum conſobrina, quia committeret inceſtum, qui eſt intrinſecè peccatum; peccatum autem mortale, aut ueniale nunquam ad uitandam mortem committi debet. De celebrante ſine lumine, aut ueſtibus dicendum eſt, non teneri Sacerdotem cum tali periculo celebrare, quando id ſine ſcandalo, aut irreuerentia Sacramenti, aut ſine contemptu fidei fieri poſſet, ex Nauar. in Manuali, ca. 25. nu. 84. & Medina, vbi ſupra. Illud vero, quod affertur ex cap. Sacris, uel intelligitur de participatione cum excommunicato in crimine, vel de metu leui non cadente in virum conſtantem, vel quando coniunctus eſt contemptus fidei, & legis Eccleſiaſticæ, vel quando populus exinde ſcandalizaretur, ſuſpicans leges Eccleſiaſticas nullius eſſe valoris, in his enim caſibus mori potius deberet, quam id facere, alias communicare cum illis ad fugiendum mortis periculū peccatum mortale non eſſet, vt Sotus, Medina, Gregorius de Valentia, & Ledeſmius, ubi ſupra, teſtantur, & nos copioſè ſatis tomo 1, lib. 2. cap. 14. nu. 36. & deinceps expoſuimus.

De lege pœnali, eiuſque inſtitutione, & interpretutione. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Legis pœnalis definitio, eiuſque differentia a lege præceptiua quæ.*
2 *Variæ formæ, & modi in pœnis ſtatuendis nu. eod.*
3 *Cur pœnæ legum humanarum tranſgreſſoribus ſtatuendæ.*
4 *Cauendum, ne pœnæ atrocitas delicti grauitatem excedat.*
Quæ in delicti menſura præcipuè conſiderāda, nu. eod.
5 *Quando poſſit Iudex ex iuſta cauſa pęnam augere, ut delicti grauitatem tranſcendat, quando autem minuere.*
6 *Regula in legum pœnalium interpretatione quæ, & quomodo intelligenda?*
7 *Cum ſit dubitatio circa legem pęnalem ex uaria uocū ſignificatione, & utraq; ſignificatione populus utatur, una cū ꝓpria ſit, altera impropria, qd agendū?*
8 *Lex generaliter, & indiſtinctè loquens, ad ſpecialē intellectum pro huiuſmodi benigniori interpretatione reſtrigenda non eſt.*
Quomodo autem regula hæc ſit intelligenda, multis caſibus oſtenditur ibid.
9 *Lex pœnalis, ut communior eſt ſententia, extendenda non eſt ultra crimen, perſonam, aut caſum per legem expreſſum.*
Cur argumentum a ſimili, aut a contrario ſenſu, aut ab identitate valeat in alijs legibus, non autem in pœnalibus num. eod.
10 *Vnde conſtat falſam eſſe eorum opinionem docentiū per reiterationem confirmationis incurri irregularitatem.*
11 *An pęna apponi debeat ſecundū ſtatutum, ſeu legem antiquam, quæ uigebat tempore delicti, aut ſecūdum ſtatutum nouum, quod uiget tempore ſententiæ.*
12 *Quando in iure præcipitur, ut crimen tale, vel tale cōmiſſum puniatur a Iudice, nulla tamen pena in particulari huiuſmodi tranſgreſſoribus decreta eſt, quanam pœna crimen illud puniri poteſt, aut debet.*
13 *Quidnam poteſt Iudex circa legem pęnalem, in qua certa pœna ſtatuitur pro aliquo delicto.*
14 *An quando lex pęnalis ſtatuit aliquam pœnam certam ſub diſiunctione, poteſt Iudex ex illis mitiorem ſemper eligere?*
15 *An Princeps teneatur infligere pęnā a lege ſtatutā.*
16 *An ille, cui pœna eſt per legem adiudicata, poterit illam pro arbitrio ſuo remittere.*
17 *An, & quando, & quomodo intercedere liceat pro reo, ut pęna per legem ſtatuta illi remittatur.*
18 *Qualiter cognoſci poſſit legem pœnalem continere ſententiam ferendam 4. nu. ſubſeqq. declaratur.*
19 *Quoties lex utitur uerbis ſolis cōminatorijs, et quare.*
Sed procedit hoc tantum in lege pęnali, non in contractibus num. eod.
20 *Lex pœnalis utens uerbo, aut participio ſignificāte actionē futuri temporis, continet ſententiam ferēdā.*

Etiamſi lex pœnalis utatur uerbo futuri temporis, quando dicetur ſententia lata, & nu. 23.

21 *Lex pœnalis utens uerbo Imperatiui modi, quamuis ſit præſẽtis temporis, ſententiam continet ferendã.*

22 *Quoties in lege pœnali apponitur dictio, de qua dubiũ eſt, an, latam, uel ferendam exprimat, dicendum eſt ferendam continere.*

23 *Quibus modis cognoſci poteſt lex quæ ſententiam continet latam.*

24 *Quoties in lege pęnali apponuntur uerba, quæ ſignificant tranſgreſſorem legis incurrere pœnam ſine alia ſententia.*

25 *Quoties lex pœnalis vtitur uerbis temporis præſentis, & indicatiui modi.*

26 *Lex, in qua ponuntur uerba, per quæ redditur irrita, & inanis actio, aut paſſio, quæ in pęnam criminis per legem impoſita eſt.*

27 *Lex, in qua ponitur dictio, quæ omnem dilationem, & omne temporis ſpatium excludit ad pęnæ executionem, latam ſententiam continere cenſetur.*

28 *Licet in grauibus, & atrocibus delictis puniatur arbitrio iudicis conatus proximus delicto, ac ſi delictum eſſet conſummatum ſecus tamen de pęnis per legis ſententiam impoſitis.*

1 Illud in uniuerſum ex communi Doctorum conſenſu tanquam certũ ſupponẽdum eſt, leges humanas, quantũ ad pręſens inſtitutum attinet, in duplici eſſe differentia, quædam enim ſunt purè præceptiuæ, quæ, ſcilicet, aliquid faciendum, aut non faciendum iubent, aut ꝓhibent, de quibus in ſuperioribus dictũ eſt; Quædam uero ſunt pęnales, quibus pęna infligenda tranſgreſſoribus ſtatuitur, de quibus in ſequẽtibus agendum eſt. Differt autem lex pęnalis a pręceptiua, quod præceptiua propriè illa eſt, quæ aliquid pręcipit, aut prohibet, nulla appoſita pœna: pęnalis autem eſt, quæ apponit pœnam. Vnde lex pœnalis definitur eſſe, quæ ſtatuit pœnã alicui infligi propter culpam commiſſam, ex Alphonſo de Caſtro lib. 1. de poteſt. leg. pœnalis, cap. 3. ante finem.

2 Atqui in pœnis ſtatuendis variæ formæ, & modi reperiuntur; Nam aliquando lex ſtatuit pœnam, nõ tamen exprimit ſpeciem pęnæ, & tunc eo ipſo lex reliquiſſe videtur pœnam arbitrio iudicis, qua ille, quem lex punire voluit, ſit plectendus. *Aliquando* lex pœnam aliquam expreſſam, & taxatam, ſed a iudice infligendam, ſtatuit: ſicut ſi lex hoc modo dicat, qui hoc, aut illud fecerit, relegetur, aut mulctetur pœna decem aureorum, aut excommunicetur, aut officio, uel beneficio priuetur. Quo ſenſu Theologi, Canoniſtæ, & Iuriſconſulti communiter dicunt, tales leges continere ſententiam ferendam, ſeu cõminatoriam, non autem ſententiam latam. *Aliquando* autem Lex ſtatuit pęnam expreſſam, & taxatam, quam non committit iudici, ut ab eo imponatur, ſed ipſamet lex committit reo, ut ille in ſeipſo pœnam exequatur, ut ſunt leges illæ tam in iure Canonico, quam Ciuili contentæ, quæ condemnant reum ad exilium, aut ad alicuius pecuniæ ſolutionem, quas ſanè pœnas, poſtquam ad illas damnatus ſit, tenetur reus in ſeipſo exequi, nec expectare debet, ut ab alio ſibi infligantur, ſed ſatis eſt illi, ut ad illas a iudice iuxta legem condemnatus ſit. *Aliquando* etiam Lex ſtatuit, & exprimit pęnam taxatam, nec committit iudici, aut reo, ut ille eam exequatur, ſed ipſamet lex talem pœnam exequitur in reo. Tales ſunt multę leges in utroque iure, quę, videlicet, ſententiam latam continent, his, aut alijs ſimilibus verbis utentes; Qui hoc, aut illud fecerit, ſit ipſo iure excõmunicatus, aut irregularis, aut ſit priuatus beneficio, aut poſſeſſione bonorum ſuorum, de quibus omnibus inferius agemus.

3 *Et ne* leges humanę paſſim, ac facilè violarentur, nèue Reſpublica ex legum iſtarum tranſgreſſione, pro cuius recta gubernatione leges inſtituuntur, periret, aut humanus conuictus, & ſocietas turbaretur, iuſtum, & expediens omninò fuit, legum humanarum tranſgreſſoribus pęnam ſtatuere, ut quos uirtutis amor ad illarum obſeruationem non allicit, aut futurę pœnę metus non impellit, pręſentis ſaltem pœnę timor ab illarum tranſgreſſione deterreat, iuxta illud; *Oderunt peccare mali formidine pęnæ*; Quam ſanè rem eleganter docet, & confirmat Ariſtoteles lib. 10. Ethic. cap. 9. Sic inquiens. *Multitudo neceſſitati potius, quam rationi, & pęnæ, quam honeſtati paret. Idcirco ſunt, qui legum latores oportere cẽſent ad virtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia, propterea quod ij, qui probi ſunt, ob conſuetudinem præcipuè obtemperabunt, aduerſus autem inobedientes, & habetiores ingenio, caſtigationes, pęnaſque inſtituere, at eos, qui curari, atque emẽdari nequeunt, extrudere, atq; exterminare. Probum enim hominẽ, & ad honeſtatem uiuentẽ, rationi obtemperaturum eſſe inquiunt, improbum vero uoluptatem affectantẽ, dolore afficiendum eſſe perinde atque iumentum.* Hactenus Ariſtoteles: qui ex ſui ipſius, & aliorum Philoſophorum iudicio, & opinione oſtendit neceſſarium eſſe legibus pœnas apponere, ut ſic improbi ſaltem timore pœnarum ad legum obſeruationem cogantur. Idemque colligitur ex Concilio Lugdunenſi, vt habetur in cap. Exigit. de Cenſib. in 6. vbi dicitur: *Exigit peruerſorum audacia, ut non ſimus ſola delictorum prohibitione cõtẽti, ſed etiam pęnam delinquẽtibus imponamus.* Hinc factũ eſt, vt in veteri teſtamẽto, populo illi durę ceruicis leges multę pœnales a Deo datę ſint ita quidem exigente populi duritia, vt ſic tandem metu pœnarum legibus obtemperare diſceret.

4 In lege autem pœnali † conſtituenda ſummo ſtudio cauere debet legiſlator, ne pœnę atrocitas delicti grauitatem excedat, prout rectè Iuriſconſultus in l. Reſpiciẽdum. ff. de pœnis. admonet his uerbis: *Reſpiciendum eſt* (inquit) *iudicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quã cauſa depoſcat. Nec enim ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt; Sed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo tẽperamento benignitatis ſubſequi.* Hęc ille.

Qua de cauſa rectè admonent auctores pœnam mortis non niſi pro ualde grauibus delictis, & quæ multum Reipublicę nociua eſſe poſſunt, ſtatuẽdam eſſe. Alias uero pœnas etiam ſemper iuxta qualitatem criminis, quæ potiſſimum ex proximi nocumẽto, aut publicè pacis turbatione capienda eſt, infligendas eſſe uolunt. Ad rectam autem delicti menſuram capiendam, non ſolum inſpicienda eſt nuda delicti qualitas, ſed omnes delicti, & delinquentis pręcipuas circumſtantias conſiderare oportet, quoniam illę culpam augere, aut minuere, aut prorſus tollere ſolent,prout dicitur in l.Reſpiendum.§.delinquunt,ff.de pœnis. Qua conſideratione facta intelliget iudex æquum eſſe, & neceſſarium pęnam legis aliquando diminuere, propter particulares aliquas delicti,aut delinquentis circumſtantias occurrentes.Nam,ut communiter tradunt authores, pōt iudex legis pœnam minuere ratione ætatis ipſius delinquētis,ut puta,quia ſenex, aut puer eſt, ut dicitur in l.auxilium.§.in delictis,ff.de minoribus,& c.fin.de ſent.excomm.& c.Fraternitatis, diſt.34.& c.tanta,diſtin.86. aliquando etiam minuere eam poteſt ratione locorum,& temporum.ca. Super eo.de ſent.excom. nonnunquam etiam ratione perſonæ, & cauſæ,& loci,& temporis eam minuere cōuenit, cap.fin.& ibi glo.in verb.cauſas, de tranſact.& facit c.Occidit,23.q.8.*Ex circumſtantia*, etiam delicti pęnam minuere poteſt,cum,uidelicet,cognoſcit delictum eſſe ſine dolo perpetratum,l.abſentem.§.fi.& l.Reſpiciendum.§.delinquit,ff.de pœnis. Immo ēt minui poteſt pęna, ubi fuit dolus minor, uel ſaltem leuis,ex Bald.in l.ſi ſeuerior.Cod.ex quibus cauſ.infam.irroga.Alexand.cōſ.144.uolum.2.*Deinde* etiā mitius puniri debet,qui alias optimis moribus pręditus fuiſſet.l.non omnes,ff.de re milit. *Sicut* etiam mitius puniēdus erit, qui ex ruſticitate peccat, & ſimplicitate quadam excuſatur,not.l.1. ff.de legib. gl.in c.tanta,in uerb. Quia ſimplicitatem,diſtinct. 86.*Alia* etiam iuſta cauſa minuendi pœnam eſt paupertas,ita ut ſi lege aliqua definita eſſet pœna pecuniaria,contra alicuius certi criminis reum,& ille eſſet tam pauper,ut non eſſet ſoluendo aut data pecunia nihil, aut ualde parum ſibi poſtea ad uictum ſupereſſet,poteſt iudex pęnam temperare, & minorē pecuniam ab eo exigere,aut prorſus remittere.arg. l.Illicitas.§.ult.ff.de officio præſid.Panor.in c. Niſi ſpecialis,de officio le.ubi addit, propter inopiam pęnam pecuniariam non commutandam in corporalem.Et Alphonſus a Caſtro,lib.2.c.13.de poteſtate l.pęnal.Conclu.2.ait,quod in tali caſu is,cui propter inopiā diminuta eſt pena pecuniaria, aut prorſus remiſſa, etiamſi poſtea ueniat ad pinguiorem fortunam,non tenebitur ad pęnam illam ſoluendā. Quia ob talem inopiam diminuitur, aut tollitur debitum,& actio. Vt autem rectè, & ſubtiliter animaduertit Caſtro,ubi ſupra, hoc intelligendum eſt ſolum de debito, quod contractum eſt ratione pœnæ,quia in debito, quod cōtrahitur ratione mutui, aut ratione emptionis,aut uenditionis,aut alia ſimili ratione, quamuis propter inopiam debitoris ceſſet actio, non tamen propterea remiſſum cenſetur debitum; unde quando debitor ad pinguiorem fortunam uenerit,creditori ſoluere tenebitur,ut colligitur ex c. Odoardus.de ſolutione.

Cauſa etiam minuendi pęnam eſſe poteſt doli defectus,ut puta,quia nō ex deliberatione,aut præmeditato conſilio, ſed ex quodam impetu,aut ſubita paſſione,& perturbatione animi ex dolo cōcepta crimen commiſit, tunc enim ſicut culpa eſt leuior, ita ratio naturalis docet,ut pœna ſit mitior.argu.l. abſentem.§.ult.ff.de pęnis. Vnde qui ſe defendendo alium occiderit,quamuis aliter ſe defendere potuiſſet,mitiori pęna puniendus eſt, quam illa, quæ per leges contra homicidas ſtatuitur. Alia etiam cauſa minuendi pęnam poteſt eſſe conſuetudo,quę non ſit mala,ex Panorm.in c. Ea quæ, de ſtatu monach. citans pro hoc ca.cum contingat de foro compet.& cap.Inquiſitionis.de accuſat. Et certè,ſi conſuetudo non ſit mala,ratio naturalis docet,vt per illam poſſit pęna legis minui; *Quia* ſicut conſuetudo poteſt in alijs rebus derogare legi, ita etiam in pœna a lege ſtatuta, vt v.g.ſi lex ſtatuit,ut qui ſacrilegium committit,ſoluat triginta libras argenti,& lōgæua conſuetudine ſeruatum ſit,non ſolui niſi decē libras,ipſa conſuetudo cogit iudicem, vt legis ſeueritatem temperet,non exigendo a ſacrilego niſi decem libras.*Altera* etiam iuſta cauſa minuendi pęnā a lege ſtatutam eſſe poteſt,ſi iudex,qui pęnam infligere debet, non habeat poteſtatem infligendi pęnā legis;vt v.g.ſi quis laicus commiſiſſet crimen, cui debetur ex legis decreto pęna mortis, & iudex, qui illum damnare debet,eſt in ſacris conſtitutus, non debet illum pæna mortis,ſed alia mitiori pœna punire; quia iudici eccleſiaſtico ſententiam ſanguinis dicere non licet.Hunc caſum ponit Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate leg.pęnal.cap.13.concl.2.& colligi poteſt ex cap. In Archiepiſcopatu.de raptoribus,vbi Archiepiſcopus ille delegatus a Rege Siciliæ,non poterat damnare ad pęnam mortis; ideo dicitur illi,vt pęnam mitiorē imponat, ex quo textu Caſtro poſt Ioannem Andreā; in ca. De cauſis.de officio deleg.docet vnum,quod diligenter conſiderandum eſt,ſ.quod iudex delegatus minuere poteſt pęnā legis,quod alias non contingit. Alias cauſas referunt Archid in c.penult.diſt.84 & in c.Innocēs, 2.q.4.Felinus in ca.Qualiter,& quando,§.ad corrigendos,de accuſa.& Caſtro ubi ſupra, qui rectè notat has,& alias ſimiles cauſas tunc ſolum eſſe iuſtas ad minuendum pęnam legis,quando lex ipſa nō exprimeret,nullam aliam debere pęnam imponi, aut manifeſta prohibitione uetaret pęnam mutari, prout dicitur in c.ſuper eo.de raptorib. tunc enim non liceret legem tranſgredi pęnam mutando.

5 *Poteſt* etiam iudex † ex iuſta cauſa adeò pęnā augere,ut merita delicti tranſcendat, ut quando ex unius delicto multi alij occaſionem ſumpſerūt ad ſimile delictum committendum. Tunc enim neceſſarium eſt ut illius delicti pęna exacerbetur,ut alij timorem habeant,l. Aut facta.§.fi.ff.de pęnis. Quo tamen in caſu,in uno ſolo, aut fortè duobus,aut trib. delinquentibus augenda erit pęna,non in tota multitudine,niſi fortè illa rebellis eſſet,& delictum ſuū quaſi defendere uellet,quia tūc ēt contra totā multitudinem pęnam augere oporteret,gl.in c.1.uerb.reſcindenda.de pęnit.d.6.ſi uero multitudo, quæ deliquit,peccatū ſuum agnoſcens pęnam congruā ſubire parata ſit,non ſolum non erit pęna augenda, ſed potius econtrario minuenda,quia ut dr in c.latores. de cler.excom.miniſt.& c.fi.de tranſac.& in c.commeſſationes.d.44.& in c.ut cōſtitueretur.d.50.multitudini parcendum eſt.Propter has igitur, & alias ſimiles cauſas,& rōnes poterit iudex pęnas ultra delicti menſurā augere,uel minuere: Quæ omnia non ſolum de pęnis corporalibus, ſed etiam de ſpiritualib.intelligenda ſunt, prout melius, & vtilius regimini Eccleſiæ,uel Reipublicæ prudēs, & æquus iudex arbitrabitur.de qua re legendi ſunt Alphonſus a Caſt.lib.1.de poteſt.legis pęnal.cap.6.Sebaſt.Medices,repe.In c.Erit.d.4.a n.83.& deinceps,& alij.

6 Quantum † uero ad legum pęnalium interpretationem attinet,uariæ regulæ traduntur in titulo de

reg.iur.in 6. Quarum pręcipua eſt illa,quę eſt in ordine illius tituli quadrageſima nona,ſic dicens: *In pęnis benignior eſt interpretatio facienda.* Quę regula in ſolis rebus dubijs intelligenda eſt, vt conſtat ex alia iuris ciuilis regula,vnde iſta deſumpta eſt, quæ habetur.ff.de reg.iur. ſub hoc uerborum contextu, *Semper in dubijs benigniora præferenda ſunt.* Pro cuius regulę expoſitione adducit illic glo. exemplum ex l.merito.ff.pro ſocio. in qua Vlpianus Iuriſconſultus cenſet credendum eſſe,eum,qui ſocietatem cum alio habens ex re vtrique cōi aliquid abſtulit, iure potius ſuo vti,quam furti conſilium inire. Quoties igitur lex ſit pœnalis,& aliqua ambiguę vocis ſignificatio mitiorem,aut benigniorem legem facere poterit, q̃ altera, mitior, & benignior legis expoſitio facienda eſt; Nam,ſi uerba legis vnam ſolum ſignificationem habeant, illa tunc ſequenda erit, nec pro libito interpretari licebit: vbi autem alia eſt uocis proprietas,vſus aūt cōmunis diuerſam ſeruaret vocis ſignificationem,ita vt dubium eſſet,iuxta quam ſignificationē lex illa interpretanda eſſet,tunc quidem Doctores communiter affirmant,legem illam juxta cōem loquendi vſum accipiendam,& exponēdam eſſe, quamuis fortaſſis uſus ille cōis loquendi improprius ſit,aut ꝓprię alioquin uerborum ſignificationi repugnet. Sic Bart. in proœmio Digeſtorum,& in l.oēs populi,q.6.principali. ff.de iuſtitia, & iure.& in l.Nō dubium,C.de legib.& in l.inſtrumentorum.ff.de fide inſtrum. & facit pro hac re l.Labeo.ff.de ſupp.leg.Panor. in proœmio Decretalium,nu.8 Ioan. And.in c.fundamenta, de elect in 6.Felin.in proœm.Decret.And.Sicul.in repet.rub. de fide inſtr.Petr.de Anchar.conſ.183.incip.Apud me iſta quęſt.& conſi.221.incip. Quia primo quęſito,propè finem,& Alphonſus a Caſtro lib.1.de poteſtate leg.pęn.c.7.in princi. Hinc Pano.ubi ſupra, in proœm. Decretal.num 9.ait,quod licet appellatione filiorum ex propria uocis ſignificatione comprehēdantur etiam nepotes,ut eſt tex.in l.liberorū, ff.de uerbo.ſignifi.propter communem tamen uſū loquendi non comprehenduntur nepotes,ut patet in Inſtit.qui.da.tu.poſſ.in fine. Eodem modo idem Panorm.ibidem poſt Ioan. Andr.ubi ſupra, docet, nepotis nomine in lege pœnali debere intelligi nō ſolū filium filij,uel filię,ſed ēt filium fratris,uel ſororis Quia etſi propria nepotis appellatio ſolū filiū filij,uel filię comprehendat,ut dicitur in l.1.& in l.Iuriſconſultus.§.Nepos, ff.de gradibus.communis tamen loquendi uſus iam pręualuit,ut filius fratris, uel ſororis Nepos dicatur,quicquid Federic. de Senis in conſil.38 uelit deſcendentes ex fratre,uel ſorore non comprehendi appellatione nepotū in materia odioſa,quem Panorm.ubi ſupra, refellit.& latius idem tradit Panorm.in ca. Per tuas,de probat. ubi addit, communem uſum uerborum ſeruandum eſſe in legum tam pęnalium,q̃ fauorabilium interpretatione. Immò,etiamſi ſtatuto caueretur, ꝙ uerba ſtatutorū intelligātur,prout iacent, adhuc tamē recipiunt interpretationem a cōmuni uſu loquendi,ſecundum Iacobum But.in proęm. Digeſtorum, & Bar.in d.l.Non dubium,& Bal.in l.Omnes populi,q.penult.ff.de iuſtit.& iure.& Bald. in l.de quib. in fine.ff.de legib.Petr.de Anchar.cōſil.213.incip. Viſo puncto,& Seb. Sapia in Notat. ad Panor ubi ſupra Hoc tamē, ꝙ ultimo loco dictū eſt, locū non habet,ſi ſtatutū diceret, quod uerba intelligi debēt etiam ſm propriam ſignificationem; tunc.n.nō attenditur vſus cōis loquendi, quia cōis vſus loquendi non eſt propria ſignificatio, ſm Bal. in l.Labeo, ff.de ſup.leg.Panorm.in proœm. Decretal. nu.12. & not.Rom.ſing.427.incip. Communis doctrina. Ad cognoſcendum autem communem vſum loquēdi,attenditur maior pars Ciuitatis, vel loci, ex Panorm.in c.Ex parte,de cenſib.& Seb.Sapia loco ꝓximè citato,qui notant, quod, qui allegat communem vſum loquendi,debet id probare; nō ſufficit autem,quod probare poſſit communem uſum loquēdi in materia ſtatutaria fuiſſe,& eſſe decem annis citra,ſed oportet,quod probet,quod erat tempore conditi ſtatuti,alias probatio nō releuaret probantem,ſi enim nunc ſit cōmunis uſus loquēdi,& tamē non erat tempore,quo lex condita fuit, interpretatio faciēda erit iuxta propriam verborum acceptionem,cum ea mens fuerit legiſlatoris tempore, quo lex ſtatuta fuerat, vt optimè docet Dom. Fulgoſ.in l.1.in princ.C.de iuram.calum. vbi ait ſe ita in practica obtinuiſſe in ciuitate Veronæ.

7 Deinde ſi ſit † dubitatio circa legem pęnalem ex varia vocum ſignificatione,& vtraque ſignificatione populus vtatur,vna verò ſit propria ſignificatio, altera vero impropria,tunc interpretatio legis faciēda erit iuxta illam ſignificationem , in qua conſtat ex aliqua ueriſimili ratione legiſlatorem voluiſſe verba intelligi, quāuis talis ſignificatio impropria eſſet;& quæ uerborum proprietati repugnaret,l.cū de lanionis §.Aſinā,ff.de fundo inſtructo,vel inſtro legato,& l.Non alter,ff.de leg.3. toties autem mēs legiſlatoris manifeſta eſſe poterit de ſignificatione ſuorum verborū, quoties verba in alia ſignificatione ſumpta cōtinēt aliquid abſurdum, aut iniquum, l.in ambigua voce,ff.de legib. Vnde,in ſcriptura ēt ſæpenumero accidit, vt myſtica vocis ſignificatio pro ſenſu literali accipienda ſit, qñ id, quod iuxta hiſtoriam narratur, verum nō eſſe deprehenditur, ex S.Greg.in Prologo Moral. & S.Hiero. in ca.19. Eſaiæ,in princip.& in id Pſal.80. *Ex adipe frumenti ſatiet te.* Hinc infertur ex Barto.in l.Non dubium. Cod.de legibus,& Alphonſo de Caſtro,lib.1.de poteſtate le.pœnal.documento 1. quod ſi lex ſub hac ſerie verborum lata ſit: *Quicunque humanum ſanguinem in principis palatio fuderit,capitali ſententia puniatur*;nihilominus tñ chirurgus medendi cauſa venā ſecans,& ſanguinem ibi effundēs;legis tranſgreſſor dicendus non erit, quia intelligenda non eſt lex de quacūq; effuſione ſanguinis,(ſic enim eſſet iniqua) ſed de illa ſola,quæ fit per iniuriam homini illatā.

Qua de cauſa,licet in c.Si Eccleſia de cōſec.eccl. vel altar.dicatur: *Eccleſiam per ſanguinis effuſionē pollui*: ſi tamen in illa ex medici præcepto,ad ſalutis conſeruationem facta fuerit humani ſanguinis effuſio per alicuius venæ inciſionem , non cenſebitur Eccleſia illa polluta ; intelligitur ergo caput illud de illa ſola ſāguinis effuſione, per quam homini infertur iniuria,aut per q̃ aliqua cōtra locum ſacrum committitur irreuerentia Alioqui fateri oporteret, Eccleſiam uiolari, qñ in illa brutū aliquod animal hominem percuteret, & illius ſanguinem funderet,quod eſt abſurdum; Iniquum enim,et abſurdum eſſet,pœnam inferre,non ad præteritæ culpæ punitionem,nec ad futuræ cautelam, aut coerctionem nec denique ad alicuius boni executionem. Quando autem de mẽte legislatoris ex ratione uerisimili conſtare non poteſt,in qua,ſcilicet,ſignificatione ille verba legis acceperit,tũc ex duabus vocis ſignificationibus,quarum vna eſt propria, & altera impropria,ſemper accipienda eſt propria, relicta impropria,prout dicitur in l. 1.§.ſi is qui nauem,verſi. in re igitur dubia.ff.de exercitoria actione, & in l. non aliter.ff.de legat. 3. Quando aũt verbum aliqđ in lege poſitum plures habet ſignificationes proprias,tunc illa vocis ſignificatio ſumenda eſt, quæ magis poſſit ſubiectæ materiæ conuenire.ex Barto. in l.oẽs populi.ff.de iuſtitia,et iure.Quod ſi vtraque vocis ſignificatio ſubiectę materiæ conuenire poſſit, & vtraque eſſet propria,& in vſu ſeruata,& non poſſit ex rationibus veriſimilibus conijci, qua illarum legislator vſus fuerit,tunc a legislatore, ſi fieri commodè poſſit,interpretatio petenda erit,arg.ca. inter alia.de ſent.excom.& l. Leges ſacratiſſimæ,& l.fi.C.de legib.In ceteris caſibus dubijs,vt diximus, benignior,& mitior pars ſequenda eſt.

Illud tñ aduertendum eſt † ex cõi DD.ſnĩa,legẽ generaliter, & indiſtinctè loquentem ad ſpecialem aliquem intellectum pro huiuſmodi benigniore legis interpretatione facienda reſtringi non debere; vnde cõiter dici ſolet a Iuriſperitis: *Vbi lex non diſtingui: nec nos diſtinguere debemus.* & faciũt ꝑ hoc c.Quod ſi dormierit.31.q.1.ca.Solitæ §.nobis aũt, de maior.& obe.& l.3.ff de officio præſid.l.Imperator.ff.de poſtulando.Intelligendum aũt hoc eſt,dũmodo lex generalis per aliquam aliam legem ſpecialem non ſit limitata,& reſtricta,quia,vt habetur in regulis iu.in 6.*Generi per ſpeciem derogatur.*& in l.Sanctio legum ff.de pęnis ubi Papinianus:ait: Nõ ambigitur in omni iure ſpeciem generi derogare. Exempli cã,ſi eſſet lex generalis,quæ diceret: *Qui legibus non obedierit,iudicis arbitrio puniatur*; intelligitur non procedere hoc in illis criminib.quib.ſpecialis pœna per legẽ imponit. Sicut ẽt intelligi debet, dummodo nulla iniquitas,aut abſurditas ex tali generalitate ſequatur,quia in tali euentu,quamuis lex non diſtingueret, nos ad uitandam abſurditatem, aut iniquitatem diſtinguere debemus,ex Bart. in l. furti.§.pactus,ff.de his,qui not.infamia.& facit Clementina.Auditor,& Clem.Literas.de Reſcriptis.

Hinc infert Alphonſus a Caſtro lib.1.de poteſtate leg.pęnal.cap.7.in 2.documento. Quod licet in cap.Si eccleſiæ.de conſecrat. Eccleſ.uel altaris, & in cap.Eccleſijs.de conſecr.diſt.1.generaliter dicatur, *Eccleſiam per quodcunque ſemen emiſſum pollui, & indigere reconciliatione*, non tamen polluitur per licitam emiſſionem ſeminis ex coitu coniugali; neque per emiſſionem ſeminis ab homine ſomniante factam; quia in his caſibus effuſio illa ſeminis caret omni peccato,& omni irreuerentia loci ſacri,ut latius expoſuimus tomo 1.lib.5.cap 16.a numero 19.abſurdum autem eſt dicere,per opus, quod non eſt peccatum, & quod omni caret libertate arbitrij,& omni irreuerentia,eccleſiam uiolari poſſe. Ad uitandam igitur omnem abſurditatem, dicendum eſt,textus legis generaliter,& indiſtinctè loquentes de omni ſeminis effuſione ad ſolam illam humani ſeminis emiſſionem reſtringendam eſſe, in qua aliquod interuenit peccatum,aut aliqua loci ſacri irreuerentia. Sicut etiam dicendum eſt, quod,licet textus ille de quouis ſemine generaliter, & indiſtinctè loquatur, non tamen polluitur per coitum brutorum animalium,cum hoc abſurdum eſſet affirmare,ſcilicet, eccleſiam ex effuſione ſanguinis animalis bruti pollui,& egere reconciliatione,ex gloſ.in cap.Vnico,in uerb.ſemine. De conſe. eccleſ.uel altar.in 6.Quemadmodum nec polluitur per effuſſionem ſanguinis in Eccleſia factam, quando uulnus,unde illa ſanguinis effuſio proceſſit, extra eccleſiam illatum ſit. Quia ſic uulneratus extra Eccleſiam,& ad illam confugiens,& intra illam ſãguinem fundens,nullam exinde iniuriam infert eccleſiæ. Abſurdum autem eſſet dicere Eccleſiam eſſe uiolatam propter eam rem, per quam nulla prorſus iniuria illata eſt. Ne igitur has,aut ſimiles abſurditates in iure admittamus, neceſſarium erit aliquando generales,& indiſtinctas loquutiones ad ſpecialem aliquem, & rationi conſonum intellectum reſtringere.

9 Demum quicquid † Panor.in ca.translato.nu.7. de Conſtitut.& Decius ibi.Iaſ.in §.ex maleficijs.in gloſ.fina.& in §.tripli.colum.3.Inſtitut.de action. Hippol.in l.lege Cornelia.§.Conſtitutum.n.18.ff. de ſicar.& in ſua practica criminali. in uerbo, diligenter.nu.130.Bertrandus conſi.379.ad finem primæ partis,uelint legem pænalem extendi poſſe ab uno caſu ad alium caſum ſimilem; Alij tamen, ut Fely.in procem.Decreta.Gomeſ.in §.ex maleficijs. num.13.Inſtitu.de Action.Afflict.deci.21.num.7. & Decius ſibi contrarius in l.ſi quis id quod. ff.de iuriſd.omn.iudic.nu.47.& Hippolitus conſ.71.nu. 19.& conſi.52,nu.36 Franciſcus Coſcius repeti. in cap translato.num.50.de Conſtitut.& Alphonſus a Caſtro,lib.1.de poteſtate leg.pæn.c.71.documento.3. docent legem pænalem nunquam extendendam eſſe ultra crimen, perſonam, aut caſum per legem expreſſum,quamuis in alijs criminibus, aut in alijs caſibus eadem ratio inueniatur, & ideo in legis pænalis interpretatione arguere non licet per argumentum a ſimili, aut a contrario ſenſu,niſi fortè talis extenſio per alias iuris regulas apertè,& euidenter probari poſſet; quæ opinio colligi uidetur ex c.Pœnæ.de pænit.diſtinc.1.ubi dicitur:*Pænæ legum interpretatione molliendæ ſunt potius, quam nimis exaſperandæ; atque ideo proprium caſum non excedunt*.Vnde gloſſa in reg.In pænis.de reg.iur.in 6. ait,argumentum a ſimili non ualere in pænis,& facit reg.Odia,de reg.iur.in 6.ubi dicitur;*Odia reſtringi,& fauores conuenit ampliari*. Rationem autem, cur argumentum a ſimili,aut ab identitate rationis ualeat in alijs legibus, non autem in legibus pænalibus,hanc aſſignat Caſtro, ubi ſupra, quia aliæ leges adeò pendent ex ratione, ut ratio legis dicatur eſſe mens illius, unde Panor.in cap.fin.de Reſcrip. ait,legem non eſſe aliud, quam rationem eius, & idem docet Bald.in l.non dubium.C.de legibus, & conſequenter ubicunque illa eadem inueniatur ratio,ibi etiam lex eadem habetur,lex autem pænalis non omninò pendet a ratione, ſed a uoluntate legislatoris, quia licet pænam aliquam ſine ratione non ſtatuat, nulla tamén recta rõ cogit, ut tale,aut illud crimen hac,aut illa pæna puniatur,ſed hoc ex ſola uoluntate legislatoris dependet,& proinde etiam iudex pro ſuo arbitrio pænam imponere poteſt;quando lex id arbitrio illius relinquit. Et hæc

etiam ratio eſt,cur, licet ratio naturalis ſit eadem apud omnes,criminaque punienda eſſe dictet, non tamen eadem pœna idem crimen vbique puniatur, quia,ſ.humanum arbitrium non eſt idem apud omnes,ſed diuerſum,pro eodem genere delicti diuerſã pęnam ſtatuens. Quibus omnib.conſequens eſt,argumentum a ſimili,aut ab identitate rationis in lege pęnali prorſus inualidum eſſe; Quia,vt diximus, lex pęnalis nõ oĩno pendet a ratione, vt aliæ leges, ſed etiam pendet ex arbitrio voluntatis, vnde nihil mirum eſſe debet, ſi eadem crimina in diuerſis orbis Chriſtiani prouincijs diuerſa pęna puniantur.

10 Hinc infertur,falſam eſſe multorum tum Caniſtarũ,tum Summiſtarũ ſentẽtiã ,docẽtium ꝑ reiterationẽ Cõfirmationis cõmitti,& incurri irregularitatẽ, ſicut ꝑ reiterationem Baptiſmi ; Quorum opinionẽ refutauimus to.1.li.7.c.8.n.27.& p̄ter ea, quæ ibi dicta ſunt,facile refellitur ex dictis;quia in pęnalib.non fit extenſio ab vno caſu ad alium,id ꝙ maximè verum,& certũ eſt, quo ad pęnam irregularitatis,quæ non niſi in caſib. a iure expreſſis incurritur,vt habetur in c.is qui.de ſen.excom.in 6.in iure autem non habetur irregularem eſſe eum,qui ſacramentum confirmationis reiterare præſumit.

Eodẽ mõ ſequitur errare Ang.in Sũma, verbo,Inceſtus,§.vlt.& Abulẽſ.in Matth.5.q.200.affirmantes,oẽm inceſtuoſum,hoc eſt,tam cognoſcentẽ propriã ſuam conſanguineã,q̄ cõſanguineã vxoris ſuę, priuatum eſſe poteſtate exigendi debitũ ab vxore. Quia,ut rectè docent Alphõſus a Caſtro,li.1.de poteſt.legis pęn.c.7.& Alphõſus a Veracruce in Speculo cõiugiorũ,p.1.ar.23.cõcl.1.& p.3.ar.17.in fine,c.Tranſmiſſæ.de eo qui cog.cõſang.uxor.& alia iura.ꝗ inceſtuoſũ prohibent poſſe exigere debitum ab uxore de illo ſolo inceſtuoſo loquuntur,ꝗ cognouit cõſanguineã uxoris ſuæ,non aũt de illo, qui cognouit cõsãguineã ſuã,& cũ hæc lex pęnalis ſit, nõ ẽ extendenda ad alios caſus p̄ter eos,ꝗ in iure expſſi ſunt. Et q̄uis ſufficere poſſet pro rõne legislatoris uolũtas,ꝗ in uno caſu hoc prohibuit,& non in alio, addi tamen põt hæc rõ:Quia,qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ,acquirit affinitatem,q̄ antea non habebat cum propria uxore, ut colligitur ex c. Diſcretionẽ,& c.Tuæ.de eo qui cog. conſang.uxoris ſuæ,& 1.Cor.6.ubi dr̃:*Qui adhæret meretrici,unũ corpus efficitur cum ea.*& proinde iuſtum,& æquum fuit,ut ab uxore ſua,quam ſibi fecit affinem, debitũ exigere non poſſet:Quia uero ſolum cognouit conſanguineam ſuam,nullã acquirit cum uxore ſua affinitatem,quam antea non habuerit, & proinde illa affinitatis rõ non impedit, quo minus ab uxore ſua debitum exigere poſſit. His ita in uniuerſum circa legis pęnalis inſtitutionem, & interpretationem expoſitis dubia quædam breuiter ſoluenda ſunt.

11 PRIMVM DVBIVM EST,An † pęna apponi debeat ſ̄m ſtatutũ,ſeu legẽ antiquã,ꝗ uigebat tempore delicti,aut ſecundũ ſtatutũ nouũ,ꝙ uiget tempore ſñiæ,ut.n.experientia cõſtat, ſæpenumero leges pœnales uariantur, pęnæq; tranſgreſſorib. impoſitæ aliquando augentur, aliquando uero minuũtur. Queſtio igitur eſt;ſi poſt crimen aliquod cõmiſſum lex,q̄ pęnam certã contra illud crimen ſtatuerat,ante illius criminis punitionẽ mutarẽt,an delinquens in tali caſu puniẽdus ſit pęna,quæ ſtatuta fuit tempore,quo crimen cõmiſſum eſt,uel pęna,ꝗ per legem poſteriorem conſtituta eſt,& quę uiget eo tẽpore,quo crimen illud puniendum eſt? Reſpondeo cum Bar.in l.Omnis populi.ff.de iuſtitia & iure.Panor.in c.fin.nu 12.de conſ & Alphonſo de Caſtro, lib.1.de poteſt.legis pęn.cap.6.ante finem.Quod,ſi pęna tali delicto impoſita ſit ordinaria,in illa imponenda habenda eſt rõ temporis,quo delictum illud commiſſum fuit,& ſic intelligi uolunt præfati authores c.ſi.de ſententia excõ. & l.1.ff.de pęnis,ſi uero pęna ſit extraordinaria,quæ,ut ſuperius annotauimus,a iudice ex cauſa iuſta minui, uel augeri poteſt;etiamſi ſit pęna legis,ſeu ſtatuti, tunc conſiderandum erit tempus ſententiæ,& non delicti.

12 SECVNDVM DVBIVM EST,Quãdo in iure præcipitur,ut crimen tale,uel tale cõmiſſum puniatur a iudice,nulla tamen pæna in particulari huiuſmodi tranſgreſſorib.decreta eſt, quanam pæna crimẽ illud puniri põt, aut dẽt? Reſpondeo cũ Panor. in c.ex literis.de conſt. & Alphonſo de Caſtro, lib. 1.de poteſtate leg.pænal c.6.puniendũ eſſe tale crimen iuxta patrię,& loci illius cõſuetudinem;nec licebit iudici aliã pęnam imponere, niſi urgẽs aliqua rõ in contrarium obſtet;Sin uero nulla ſit de huiuſmodi criminis punitione conſuetudo,nec ꝑ legem pęna aliqua expreſſa ſit,tunc iudex arbitrium ſuum ſ̄m pænas ſtatutas in ſimilib. criminib. informare, & pænam ſ̄m qualitatem,& quantitatem criminis infligere debet. Recta namq; ratio in punitione delicti illa eſt,quæ a Deo declaratur dicente:*Pro menſura delicti erit & plagarum modus* Deu.25. An uero iudex,cum ex illius arbitrio pendeat punitio,delinquentem pæna mortis punire poſſit, controuerſum eſt inter Doctores; In qua re Panorm.ubi ſupra,nume.11.de conſtit.& in cap. Cum te. num. 3.de ſent. & re iudic. Anton Fran.ibi in addition. Ant. & Ioã. Imola,in cap.de cauſis,de offic.de leg. Bald.in ca.1. §.iniuria,de pace iuram.firman.& in l.1.Cod.de his qui latro.occult. Ioan.de Anã in c.Inquiſitionis:in fine,de accuſ.quos refert,& ſequitur Bernar. Diaz, in Pract.Crim.Canon.c.138. in fine,poſt glo.ſingularem,in §.In Summa.Inſtitu.de iniur.partem affirmatiuam tenent; Albericus autem de Roſato,quem ipſe refert, Alexand.conſ.11.incip. Ponderatis.colum.3.uerſic.Nec poteſt iudex,uolum.1.& Caſtro, ubi ſupra, contrarium docent; Quorum opinio nõ malè conciliari poteſt,ut Zacharias in annot. ad Panorm.loco proximè citato, & Salzedo Complutenſis,in addit.ad Bernard.ca.146.Iacob. Simãcas, de Cathol.inſtitut.ti.46.num.81.& Alphonſus Viuald.in Candelab.aureo,par.4.c.9.num.9.dicendo; Quando iudicis arbitrio relinquitur aliqua pæna,& tales ſunt circumſtantiæ delicti, ut mortem mereatur,poterit tũc iudex arbitrari pænam mortis,alias ſecus,nec certa p̃t,(meo iudicio) in hoc regula aſſignari,ſed hoc totum iudicis prudentis arbitrio,penſatis tamen benè omnibus delicti circumſtantijs, præſertim loci,temporis,& perſonę relinquendum eſſe cenſeo. Et pari modo Eccleſiæ cenſores poterunt pręmiſſis conſideratis,ad depoſitionis, & carceris perpetui pęnam procedere ex arbitrio, ut Ber. Diaz ubi ſupra tradit.

13 TERTIVM DVBIVM EST, Quidnam poſſit Iudex circa legẽ pænalẽ,in qua certa pæna ſtatuitur ꝓ aliquo delicto? Rñdeo; Quoties lex pænalis penã aliq̃ ſtatuit contra reũ certã,& taxatam a iudice in-

ferendã, tenetur iudex ſub peccato pœnam illam infligere,nec eam remittere p̃t. Intelligitur aut de iudice inferiore. *Ratio eſt*:quia iudex,cum ſit ſubiectus legib.ſecundum illas iudicare tenetur,vt docet Ariſ.5.Eth.c.6.vbi vult rõnẽ dominari, nõ hoĩem, & lib.2.Polit.ca.8.ait,periculoſum eſſe ex proprio arbitrio,& non ſecũdum legem ſcriptam iudicare. Peccat ergo iudex,qui pœnam a lege ſtatutã reo infligere negligit,aut illi remittit. Sicut.n.leges humanæ obligãt ſubditos trãſgreſſores ad culpã aliqñ mortalẽ,aliqñ venialẽ,ita ẽt & iudices, ne cõtra legis p̃ſciptũ,in ijs reb.quæ illos facere oportet,delinquant, lex.n.ferẽdã continẽs ſñiam obligat iudicẽ, vt eã exequatur. Immo nõ exequẽdo legẽ,& iniuriã Reipublicæ facit,& illi,quẽ reus offenderat; qui.n. a reo offenſus eſt,ius hẽt petendi a iudice iniuriæ ſibi illatæ ſatisfactionem;& conſequenter iudex obligatus eſt recompenſationem iniuriæ, quæ per legẽ ſtatuta eſt,reddere. Reſpublica ẽt, vt conſtat,damnũ pateretur,ſi crimina impunita iudex relinqueret cum hoc modo non paruã alijs delinquẽdi occaſionem præberet,ex S.Tho.2.2.q.67.ar.4.ad tertium.

Quib.addo,ꝙ iudex remittendo pœnã iuris reo ſine conſenſu illius,cui ex decreto legis erat per iudicem adiudicanda,aut nõ condemnando reũ ad illam,obligatur in conſcientia ad reddendum illi tantum,quantum erat pęnæ illius æſtimatio,vt expreſsè docet Alphonſus a Caſtro,li.2. de poteſtate legis pęnal.c.12.poſt concl.2.ver. Ex his,& ad huius rei confirmationem adducit cap.ſi. De iniur.& damno dato. Sic enim aut remittendo pęnam, aut negligendo eam infligere,infert damnum illi,cui ex legis decreto pęna erat adiudicanda. Ergo tenetur ad reſtitutionem: ſicut ad reſtitutionem obligatur teſtis,ex cuius teſtimonio conuinci poſſet reus condemnandus ad pęnam alteri reddendã, ſi requiſitus ab actore, & iuridicè mãdatus a iudice verũ dicere noluit. Quia teſtis tenetur reddere teſtimoniũ, qñ iuridicè a ſuperiore rogatur. Can. Quiſquis 11.q.3. Dixi, *Qñ lex pęnalis ſtatuit pænam certam a iudice inferendam*, quia pęnam non certã,aut nõ taxatã põt iudex aliqñ temperare,prout qualitas,& circũſtantia delicti patitur,& potius ad miſericordiã, q̃ ad nimiã ſeueritatẽ in pęnis arbitrarijs declinare debet, iuxta illud Iacobi 2. *Iudicium ſine miſericordia illi,qui non facit miſericordiam. Superexaltat aũt miſericordia iudicium.*& l.Reſpiciendum,ff.de pęnis dicit: *planè in leuiorib.cauſis proniores ad lenitatẽ iudices eſſe debẽt: in grauiorib.pęnis ſeueritatem legũ cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Ceterũ, vt notat Caſtro, vbi ſupra,hãc lenitatẽ non põt præſtare iudex poſt datã ſententiam. Quia ſiue pęna fuiſſet a lege taxata,ſiue illi cõmiſſa,ſi ſemel ſententiam dixit,tñ non põt pęnam ꝑ ſuam ſententiam declaratã minuere, niſi eſſet in cã,& crimine hæreſis. Nã in illo crimine hoc eſt ſpeciale,vt definitũ eſt in c.Vt commiſſis §.vlt.de hæret.in 6. In alijs criminib.ſolum ante datã ſentẽtiã,pęnas arbitrarias tẽperare põt,& debet, omnem aũt pęnam remittere nõ põt. Quia,etſi lex iudicis arbitrio cõmittat pęnæ quantitatẽ,& qualitatem,non tamẽ illi liberũ relinquit, vt puniat,vel non puniat. Et quæ dicta ſunt in hoc dubio, intelligenda ſunt,vt diximus,de iudice inferiori,nam de ſupremo principe quid cenſendum ſit, infra dicemus,ſed neque hæc de iudice inferiori ita abſolutè intelligi debent, vt nulla ex cauſa minuere poſſit pęnam a lege taxatam,ſed vt non poſſit eã minuere ſine iuſta cauſa, quandoquidem poterit iudex pœnam a lege decretam ex cauſa iuſta, & rationabili minuere,vt ſupra expoſuimus, & oẽs Iuriſperiti fatentur,& probant per l.Quid ergo,§. pęna grauior, ff.de his qui notãtur infamia,& per l.Et ſi ſeuerior, & l. ſi Poſſidonium,C. ex quib.cauſis irrogatur infamia. Quæ aũt ſint iuſtæ cauſæ,propter quas iudex minuere põt pęnam,explicauimus ſupra,& exponit gl.in illa prædicta l.Quid ergo,§.pęna grauior.

14 QVARTVM DVBIVM eſt, An qñ † Lex pęnalis ſtatuit pęnã aliquã certam ſub diſiunctione,vt ſi dicatur,ſuſpendatur,vel excõicetur, vel puniatur in mille florenis; amputetur ſibi pes, vel quid ſimile,poterit iudex mitiorẽ ex illis ſemper eligere? Rñdeo,cũ glo.in c.Fraternitatis, in uerb.profeſſura. d.34.& gl.in c.A crapula,in verb.uel beneficio,de uita,& honeſt.cleric.& in c.Sicut, in uerbo, excõmunicationis,de Iudæis, Pan.in ca.inter ceteras. nu.5. de Reſcr.& Alphonſo de Caſtro,lib. 2.de poteſtate legis pęnal.c.12.in fin. quod aut hmõi verba alternatiua diriguntur ad reũ,vt qñ dicitur,ſoluat cẽtũ, vel recedat a Ciuitate,tunc optio datur reo, vt in l. Quicunq; & ibi gl.in uerbo,Vel viginti ſolidos. C. de ſeruis fugitiuis. uel huiuſmodi uerba diriguntur ad iudicẽ,ut puta, puniat eum iudex tali,uel tali pęna,et tũc datur optio iudici,ut q̃ maluerit,eligat,ut in d.c. Sicut,de Iudęis,& in l.Si fugitiui,C.de ſeruis fugit. Nam regulariter iudex tanquã legis miniſter habet eligere,& imponere pęnam ſecundum circũſtantiam loci,tp̃is,& perſonæ,ut in l.Reſpiciendũ, & in l.Aut facta,in fi. ff.de pęnis. Hoc tñ Panor.ubi ſupra limitat,niſi una pęna eſſet translata in aliam; ut ſi lex dicat,ꝙ pro tali delicto reus ſoluat mille, & ſi non ſoluerit intra decem dies, amputetur ſibi manus; tunc.n.poſt lapſum decẽ dierum, iudex non habet amplius electionem, quia pęna pecuniaria fuit translata in corporalẽ,& ait Bart.in l. cũ duob. in §.idem reſpondi,il 2.ff.pro ſocio,idem docuiſſe.

15 QVINTVM DVBIVM eſt, An † Princeps teneatur infligere pęnã a lege ſtatutã? Reſpondeo,cũ Princeps ſupremam habeat poteſtatem, nec legib. ſubiectus ſit,ſicut iudex inferior, põt conſequenter in ſuis legibus diſpenſare, & oẽm pęnam a lege ſtatutam remittere, aliquando quidem ſine conſenſu eius,immo inuito eo,qui iniuriam, & damnũ paſſus eſt; aliqñ aũt non põt ſine illius conſenſu,ut colligitur ex S.Th.2.2.q.67.ar.4. Felino,in c.Qualiter, & quando,§.ad corrigendos.de accuſ. & Alphonſo de Caſtro,li.2.de poteſtate legis pęnal. c.12.concl. 2.uer.Contra hanc ſc̃dm,qui citat ẽt tex. in l. uenia. C.de in ius uocando. Bal.Ang. & Salic.ibi, & Bald. in l.Reſcripta.C.de precibus Imperatori offerẽdis. & Dominicũ in c.Authoritate;de priuil.in 6. Sciendũ namq; eſt pęnã imponi ꝑꝑ ſolum bonum publicum, & tunc ſolus Princeps, qui curam totius Reipub.habet, poteſt pęnam remittere abſq; conſenſu alterius,quãdo id Reipub.expedire cognouerit. Aliquãdo aũt imponitur pęna a lege pro ſola aliqua ꝑſona priuata,cui ea pęna adiudicata eſt:& tũc Princeps talẽ pęnã remittere nõ p̃t ſine cõſẽſu eius, cui ꝑ legẽ adiudicata ẽ,niſi(ut dixi) ꝑꝑ bonũ cõe Reip. illã remittere oporteret. Poſtq̃.n.reus crimẽ cõmiſit,etſi is,cui lex pęnã ad iudicauit nõ hẽat ſtatim do

minium,& ius in illa pœna,tamen ius ad illam,quo iure Princeps illum ſine culpa illius,aut iuſta cauſa priuare non poteſt,vt Felyn.& Caſt.locis citatis tradunt. Aliquando autem impoſita eſt pœna propter bonum publicum,& priuatum ſimul, & tunc Princeps non poteſt illam remittere ſine illius conſenſu,quia inferret ei damnum ſine culpa;intellige,niſi eſſet Reipublicæ neceſſarium;quia tunc commune præferendum eſſet particulari.

16 SEXTVM DVBIVM eſt, An † ille,cui cui pœna eſt per legem adiudicata; poterit illam pro arbitrio ſuo remittere; *Ratio difficultatis eſt*;quia vnuſquiſq; renunciare poteſt iuri ſuo,c.ſtatuimus.de regularibus. Ex alia parte,quia talis remiſſio pęnę vergit in damnum Reipub.cuius intereſt,vt delicta publica puniantur,ne alijs detur occaſio delinquendi, non videtur poſſe eam remittere,quia nõ poteſt renuntiare iuri ſuo cum dãno Reipub.Huic quæſtioni optimè reſpondet Alphonſus a Caſt.l.2. de ptãte legis pęn.c.12.poſt concl 2.ver. Sed nunquid,facta legum pęnalium diſtinctione,quædam.n.prohibẽt huiuſmodi remiſſionem in reb.de quib.illæ loquuntur,vt in c.Statutum,§.ſi quid aũt,de Reſcript.in 6. vbi dicitur: Nulla eorum, quib. reſtitutio facienda fuerit,remiſſione vllatenus eidem profutura, & ibi gl.in verbo,Remiſſione.docens,ꝙ ſi poſtquã iudex receptum a parte illud parti reſtituerat, pars illud poſtea ei donaret,valeret donatio,quia (vt ait) hoc illi non prohibetur,& in c.Exigi,§.vlt.de cenſib. in 6.vbi dicitur: *Nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate,ſeu gratia valitura.* vbi prohibetur, & remiſſio pęnę,& donatio;& in Cle.Nolẽtes.de hære. Præcipitur Inquiſitoribus hæreticorum,ne aliquid extorqueant prætextu officij,alias excommunicati ſunt ipſo facto,nec abſolui poſſunt, donec accepta reſtituant,*Nullis priuilegijs,pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris.*& in Conc.Lateran.ſub Leone X. ſeſſ.10.*Imprimentes librum abſque præuio examine,librorum impreſſorum amiſſione priuantur,& pœna ducatorum centum fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe applicandorum puniuntur,ſine ſpe remiſſionis.* & habetur in Conſtitutione 10. eiuſdem in ordine, vbi,vt patet,prohibetur pœna remitti. Et in his pœnis,quæ per leges ſic remitti prohibentur,non põt is,cui pęna eſt per legem adiudicata remittere,cum non poſſit contra legis præceptum agere. Et quod dicitur,poſſe quemlibet renunciare iuri ſuo, ſolum verum eſt,quando non eſt lege prohibitus; Sicut n. lex ꝓhibet certas perſonas,puta minores 25. annis ne donare poſſint;ita prohibere poteſt alias perſonas, ne poſſint remittere, quando id expedire iudicauerit. Quando pęna alicui certæ perſonæ adiudicata eſt,nec vlla legis prohibitio extat de remiſſione,tunc poteſt talem pœnam remittere; Nec ex tali remiſſione relinquitur crimen impunitum, ſicut eſſet,ſi iudex,qui eſt perſona publica,remitteret pœnam. Nam quando iudex damnauit reum ad pœnã alteri ſoluendam,tunc puniuit eum per talem condemnationẽ,ita vt nõ poſſit dici impunitus. Quod autẽ alter remittat poſtea pęnã, non impedit publicam punitionem per iudicem factam,vt conſtat.

17 SEPTIMVM DVBIVM EST, An,& † quãdo, & qũo intercedere liceat pro reo,vt pœna per legẽ ſtatuta illi remittatur? Rõ difficultatis eſt:quia ſi iudex,vt dictum eſt,pœnam remittens peccat. Ergo etiam peccat ille,qui iudicem pro eo rogat: Quia nemini rogare licet alium,vt faciat, ꝙ iuſtè facere nõ põt,rogando enim apertè conſentit facto alterius. Ex altera parte,vt patet experientia; multi ẽt sãcti, & boni viri ſępè rogarũt,& rogant iudices, vt uiris ſceleratis parcerent,& legum duritiam in illis non exercerent,vt S.Aug.epi.158.Marcellinum Tribunum rogat,vt Donatiſtas,qui propter grauiſſima ſcelera,quæ commiſerant, digni erant morte, citra mortis pęnã puniat,& idẽ facit epi.159.& epi.160. rogat Apringium, vt Circumcelliones grauiſſima ſcelera confeſſos mitiori pœna,q̃ eorum crimina exigebant,punire dignaretur. Hanc quęſtionẽ olim S.Auguſtino Macedonius iudex Cęſareus in Africa propoſuit,vt patet epi.53.eamq; epi.54. ſoluit,quã ẽt Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſt. legis pœn.c.13. latè tractat,ex quib.nos pauca colligemus, quæ huius dubitationis ſolutioni erunt neceſſaria.

Primo igitur, ſicut iudex non põt ſceleratis totã pęnam a lege ſtatutam remittere,quia ſic daret alijs occaſionem delinquendi,violaret iuſtitiam,& damnum inferret Reipub.vt diximus,& periret legum authoritas, ita nec quiſpiam apud iudicem intercedere valet, vt totam malis,& ſceleratis pœnam remittat, hoc enim eſſet conſentire peccato alterius, ſed ſolum petere poteſt,ut pœnam temperet, quod fecit S.Auguſt.& ſic oſtendunt uiri ſancti mĩam, & charitatem,rogando ſolum,ut legum ſeueritas temperetur. Quod ſi S.Aug.in illa ep.54.illud dicit eſſe impunitum, non ita loquitur, quaſi crimen ſit omninò impunitum,ſed quia pęna illa,quam patitur,ſi ad criminis meritum comparetur, ferè nulla ſit, & ideo ait tale crimen eſſe impunitum.

Secundo,ſicut iudex aliquando,ut diximus,ex iuſta,& rõnabili cauſa pœnam legis minuere põt, ita dum ſpes ſit de correctione rei, licitum eſt apud iudicem intercedere, ut pęnam mitiget, dummodo hac intentione pro eo intercedat, ut per impetratã a iudice pęnæ diminutionem, illum a peccato conuertat,& meliorem faciat. Nã ſi interceſſor ſperet emendationem, non tamẽ eo fine intercedit ꝓ eo, ut emendetur, ſed ut malum aliquod per illum poſtea operetur,iniuſtè facit, non quia interceſſio ex ſe mala ſit,ſed quia ad malum finẽ ordinata. Quod uero in l.Quiſq; cum militibus. Ad legem Iuliã maieſt.& refertur in can.ſi quis.6.qu.1.prohibetur,ne quis deprecetur pro eis, qui coniurauerunt contra Principem, & ſic intercedentes notandos eſſe pręcipit; Intelligendum eſt ideo prohiberi, quia Imperator ignorare cenſetur,qua intẽtione intercedat pro eis,ſ.an,ut tales emendentur, & pęnitentiam agant de tanto crimine,an uero, ut amplius lædere poſſint,immò intercedẽdo ꝓ talib. habẽtur ſuſpecti.

Tertio,Nõ tenetur iudex ſemper exaudire interceſſores hmõi,etiamſi bono fine intercedant. *Ratio eſt*:quia interceſſor,& iudex valde diuerſos habent fines,& circa diuerſa obiecta uerſantur. Interceſſor enim,ut plurimum,ſolum reſpicit bonum proximi, pro quo intercedit,iudex uero non ſolum hoc reſpicit ſed ẽt bonũ cõe,cuius curam gerit,unde,ſi timet incõmodũ ex remiſſione,iuſtè negat, ꝙ alius petit.

Quarto, Quando non eſt ſpes emendationis ipſius rei,tunc nec iudex pœnam remittere, nec aliquis pœnæ a lege ſtatutæ diminutionem petere poteſt,etiamſi ſit pęna mortis plectendus. Hoc patet ex dicto ſecundo,& colligitur ex capit.Facientis.diſtin.86. Immo qui tali in peccato obſtinato parceret,non miſericors, ſed potius crudelis diceretur. Vnde Eccleſia alioquin Chriſti clementiam,& manſuetudinem imitata,relapſos, & clericos incorrigibiles tradit brachio ſeculari puniendos.

Quinto; Nullus licitè poteſt pro reo intercedere, vt illi uenia concedatur, quando ex veniæ conceſſione proximo damnum infertur: *Ratio eſt*; quia ſicut iudex,vt ſupra dictum eſt,pęnam in tali caſu remittere, aut diminuere nequit; ita nec aliquis pro eius pęnæ diminutione intercedere poteſt cum alterius præiudicio,& damno. Qui enim cauſam damni dat,damnum dediſſe videtur,cap.fi. de iniur. & damno dato,& *non ſunt facienda mala, vt ueniant bona; Rom.3.* Hoc autem intelligendum eſt ſolũ,quando iudex non remiſiſſet pœnam, niſi ab interceſſore attractus,& illectus fuiſſet. Si.n.iudex abſq; alterius precibus pęnam remiſſurus fuiſſet,tunc licet interceſſor pro huiuſmodi pœnæ remiſſione, aut diminutione rogans peccet, ad illius tamẽ damni reſtitutionẽ non obligatur,quia tunc verè ipſe non eſt occaſio illius damni. Et pro quo reo,& quando, & quantum intercedere liceat,hactenus dictum ſit.

18 OCTAVVM DVBIVM EST,Qualiter† cognoſci poſſit legem aliquam pęnalem continere ſententiam ferendã. De hac re latè tractat,ſed confusè Andreas Tiraquel.in Commentarijs ſuis ſuper l. ſi vnquam.C.de reuocandis donationibus quę omnia potius ad Legiſtas, quam ad Theologos, aut Summiſtas pertinent. Inter Theologos legi poſſunt ij omnes,quos to.1.Theſauri lib.1.ca.11.recenſuimus,dũ de excommunicatione latæ, aut ferendæ ſententiæ diſſeruimus, quibus addi poſſunt Alphonſus a Caſtro,lib.2.de poteſt.legis pęn. cap.1.& Sebaſtianus Medices in Summa peccatorum capital. ti.9.q.42. Quia uero res hæc difficilis eſt, & de qua alij aliter ſentiunt,nos hoc in loco ea ſolum afferemus, quæ communiori authorum opinione, & calculo approbari videntur.

19 *Primo igitur*, Quotieſcunque† lex pęnalis utitur uerbis ſolis comminatorijs,lex illa ſententiã ferendã continet: *Ratio huius eſt*; quia comminatio nunquã eſt,aut eſſe ſolet de re pręterita,aut pręſenti,ſed ſolum de re futura,& conſequenter lex pęnalis vtẽs verbis ſolũ cõminatorijs,ſentẽtiam ferendam,& cõminatã in ſe continet. Huiuſmodi aũt dictiones,quę ſolã comminationẽ ſignificant,ſunt iſtæ: *Sub pœna*, *ſub interminatione,ſub interpoſitione*. Vnde ſi quis homo, aut lex aliquid præcipit, aut prohibet fieri ſub metu pęnę,addens huiuſmodi verba; *Sub pena,aut interminatione,vel Interpoſitione excommunicationis,ſuſpẽſionis,aut priuationis bonorũ,aut centũ aureorũ*,&c. erit ſententia ferenda non lata, vt v.g in c. Dolentes. De cęlebr.Miſſar.dicitur.*Sub pena ſuſpenſionis penitus inhibemus*,vbi gl.in verbo,ſub pęna, ait eſſe ſẽtentiam ferendam,Et in c.Relatum.de iure patron. vbi habetur:*Sub anathematis interminatione prohibere curetis*, vbi gloſſa in verbo, Excommunicationi ſubdatis,notat ſolam ſententiam ferendã in illo Canone cõtineri,& in c.Cum eſſes.de teſtamẽtis,dicitur;*Sub interminatione anathematis prohibentes*. Vbi gloſſa in uerbo,Sub interminatione,notat,hoc in loco ſolũ denotari ſententiã ferendam,& c.Vnico.de Sagitar. vbi etiam gloſſa docet his uerbis; *Sub anathemate prohibemus*,exprimi ſolum ſententiã ferendã,& in c.ſicut tuis.de ſimon.& c. Cum Eccleſia.de immunit.eccleſ.& c.2.de matrim.contracto contra interdict.Eccl.& c.1.de eo qui furt.ordines ſuſcep.& Clem.1.de priuileg.& exceſſ. priuileg. habentur hæc uerba.*Sub anathematis, ſeu maledictionis æternæ interminatione prohibemus*,& in c.Non ſolum.de regular.in 6.dicitur;*ſub pœna excommunicationis*,& in c.Salonitanę,diſt.63.dicitur:*Sub excommunicationis interpoſitione*.Quibus omnibus in locis ſolum continetur ſententia comminatoria,& ferenda.

Ceterum,ut rectè notat Caſtro,vbi ſupra, hoc qđ diximus de verbis comminatorijs, quod ſcilicet, ſolum ſententiam ferendam contineant,tantum procedit in lege pęnali,de qua nunc agitur, nam ſi ponantur in contractibus,uerbi gratia, ſi quis contractum de re aliqua cum alio faciens, promittat illi ſe aliquid facturum ſub pęna centum aureorum, tunc quidem,etſi non ex propria uerborum ſignificatione,attamen ex natura contractus,exprimitur ſentẽtia lata,& non ferenda.

Deinde, etiam in lege pęnali, ſi poſt huiuſmodi dictiones cominatorias,addantur aliæ, quæ apertè ſententiam latam ſignificant,tunc uerba comminatoria,propter dictiones ſequentes,a ſua natura detorquentur,& in ſententiæ latæ ſignificationem transferuntur. Exempli gratia, ſi Lex, aut homo dicat; *Præcipio hoc ſub pœna excommunicationis aut priuationis bonorum,ſi quis autem contra fecerit,nouerit ſe ſtatim,aut ex tunc,aut ipſo facto,aut ipſo iure excommunicatum, aut priuatum*. Vnde c.Non minus. de immunit.eccleſ.vbi *prohibetur ſub anathematis diſtrictione, ne contra Eccleſiaſticam libertatem tributa, aut angariæ uiris Eccleſiaſticis imponantur*, continet ſententiã latam,propter uerba ſequentia,*ſi autem Conſules, aut alij de cetero iſta commiſerint,et commoniti deſiſtere noluerint,tam ipſi,quam fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubiacere*. Eodem modo c.Clericis. ſecunda parte Canonis,Ne clerici vel monachi.cõtinet ſententiam latam,quia poſt interminationem anathematis adduntur hæc uerba:*Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus ſe emendare noluerit excommunicationi ſubiaceat*.ex gl.ibi in verb. Excommunicationi ſubiaceat. quæ uerba ſententiã latam denotant,vt diximus to.1.li.1.c.11.n.8.cuius capitis explicationem legere poteſt diligens,& ſtudioſus lector to.1.lib.3.ca.32.nu.5.& deinceps. Sic etiam in Clement.1. de relig. domibus.propter illa uerba,*Eiſdem, & alijs mulieribus*,&c. ſententia lata cõtinetur,quamuis ibidem verba cõminatoria hęc, ſcilicet:*Sub pœna excommunicationis*,interponantur, eo quod verba ſubſequentia ſententiam latam ſignificant, ut legenti maniſeſtum eſſe poterit.

20 *Secundo*, Omnis† lex pœnalis vtens uerbo, aut participio ſignificante actionem futuri temporis, ſententiam a iudice ferendam continet. Sic Panor. in c.Si diligenti.num.18.de foro competẽti. Felin. in cap.Rodulphus, de reſcrip. Alphonſus a Caſtro, lib.2.de poteſtate legis pęnal. ca.1.regula 2.& alij, quos attulimus tomo 1.lib.1.ca.11.nu.13.*Ratio eſt*: quia uerbum futuri temporis, ex ſua natura non ſignificat rem præſentem, aut præteritam, ſed futuram, & quæ in poſterum fiet, & ideo ex ſe nunquã exprimet ſententiã a iure latam, ſed ſolum ab homine ferendam, unde cap.Si uir. de adulter.& ſtupro,

eſt ferendæ ſententiæ, ut colligitur ex illis verbis, *Reus, erit*, & ex c. Si quis vxorē. 32.q.1.utitur enim tex illa pœnalis verbo futuri tēporis dicendo, *Reus erit*, & Exod.22.idem conſtat de eo, qui furatus fuerit bouem, aut ouem, ſcilicet, quod reſtituet quinq: boues, pro uno boue, & quattuor oues pro una oue. vbi uerbum, *Reſtituet*, eſt futuri temporis, & expreſsè idem teſtatur S.Tho. 2.2.q.62. artic. 3. ad 1. vbi ait hunc furem non fuiſſe tunc ad pęnam in illa lege expreſſam obligatum, niſi poſtquam ad illā damnatus fuiſſet a iudice. Et de participio futuri temporis extant paſſim exempla, vt in l. Capitalium.ff.de pęnis. vbi Caliſtratus Iuriſconſultus ait: *Venenarij capite puniendi ſunt, aut ſi dignitatis reſpectu agi oportuerit, deportandi*, ſcilicet, poſt ſententiam latam, & in c. Cum Eccleſia. de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi dicitur; *Præmiſſam electionem factam eis contradicentibus, & excluſis decreuimus irritandam*, & in c. Cum tu. de uſuris, hæc verba habentur; *Communione altaris, & Eccleſiaſtica præceperis ſepultura priuandos*, & ſimilia uerba habentur in c. 1. de cler. pugn. in duello, & in Clem. Sepè, de verb. ſignific.

Quæ autem in hoc ſecundo dicto annotauimus, ſolum procedunt de lege pęnali, in qua non apparet vlla ratio, quæ cogit, ut lex talis intelligatur cōtinere ſententiam latam, & non ferendam. Si enim lex aliqua lata eſſet ſub uerbo temporis futuri, quæ inutilis, & nullius prorſus valoris eſſet, ſi ſententiam ferendam contineret, tunc ne legem illam inutilem eſſe dicamus, ipſa ratio cogit; ut uerbum illud futuri temporis a propria ſua ſignificatione detorqueamus ad ſententiam latam ſignificandam, ut ſic lex illa aliquid efficere, & operari valeat. Exemplum ſit, l. Improbum fænus. C. Ex quibus cauſis infamia irrogatur. in qua lege dicitur; *Quod improbum fænus exercentibus pœna infamiæ irroganda eſt.* vbi gloſ. in uerbo, *irroganda*, notat infamiam eſſe ipſo iure latā, quoniam (vt inquit) improbum fęnus exercens eſt infamis, & Zacharias in annot. ad Panormit. in cap. Si diligenti, nu. 18. litera C. in uerbo, non infligitur, ait, quod eſt ſpeciale ibi; uel dici poteſt, quod ita eſt expreſſum per alia iura, ut in l. Debitor. §. veriſimile. ff. de contrahenda emptione, & in l. Qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerb. oblig.

Deinde etiamſi lex pęnalis utatur uerbo futuri temporis, ſi tamen illa ſit diſpoſita iuxta aliquem illorum quattuor modorum, quos dubio quarto, declarauimus, dicetur ſententia lata, ut melius ibi dicitur.

Denique hoc, quod diximus, intelligendum eſt de lege pęnali, quia ſi in alia lege, aut in diſpoſitione teſtamenti teſtator vteretur tali uerbo, dicendo, verbi gratia, lego Petro decem millia aureorum, præcipiendo illi, ut quotannis in tali die dicatur Miſſa pro anima mea, quod ſi non curauerit, ut dicatur, *priuetur, aut priuabitur* illis decem millibus aureorum, ſeu dabit centum aureos pauperibus, quamuis talis pœna ſit per uerbum futuri temporis expreſſa, declarat tamen ſententiam latam, & non ferendam, ut Felin. in cap. Rodulphus. nu. 24. in verbo, priuetur, de Reſcript. & Alphonſus a Caſtro, libro ſecundo, de poteſtate legis pęnal. cap. 1. regula 2. in fi. annotarunt.

21 *Tertio*, lex pęnalis † utens uerbo imperatiui modi, quamuis ſit temporis præſentis, ſententiam continet ferendam: *Ratio huius eſt*; quia natura modi imperatiui eſt, vt ſemper ad aliquem alium reſpiciat, & conſequenter legislator uerbo imperatiui modi vtens, non præcipit, ut reus ſibi ipſi pęnam infligat; ſed ad iudicem verba dirigens illi imperat, ut ille pęnam imponat. Sic in c. Quia propter: non obſeruantes formam eligendi ibi præſcriptam, *eligendi ea uice poteſtate priuentur*, & ibi gloſ. in uerbo, *priuentur*, ſcilicet, per ſententiam iudicis, & gloſ. in regula, in pęnis, de reg. iu. in 6. & Panor. in cap. Si diligēti, nu. 18. de foro competenti, & in cap. Quiſquis, eodem tit. quamuis in prima parte capituli contineatur ſententia lata, vbi conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, *ineligibilis fit*, ſcilicet ipſo facto, ex gloſſa, ibi in uerbo, *ineligibilis fiat*, in ſecunda tamen parte continetur ſententia, vbi ait, *Ab officijs, & beneficijs penitus ſuſpendantur*, ſcilicet, per ſententiam, ex gloſ. ibi, in uerbo, *ſuſpendantur*, & in cap. Grauem. de exceſſibus prælat. continetur ſententia ſolum ferenda, ut notat gloſ. ibi, in uerbo, Abſcindatis. ſicut etiam uerbum illud, *Arceatur*, in cap. Cum infirmitas, ut ibi notat gloſſa, ſententiam ferendam, non latam, ſignificat, & in cap. Excommunicamus, §. Quia uero, de hæret. uerbum illud, *innodentur*, ſententiam ferendam denotat.

Fallit autem hoc tertium dictum, prout notat Alphonſus a Caſtro libr. 2. de poteſtate leg. pęnal. capitu. 1. regula 3. circa medium, in duobus caſibus: *Primus eſt*, quando ponitur verbum imperatiui modi, quod nullum ſignificat hominis miniſterium, neque aliquam exprimit hominis actionem ad pęnam infligendam, ut ſunt hæc uerba, *ſubiaceat*, *incidat*, *incurrat*, & alia ſimilia: ut de uerbo *ſubiaceat* euidenter conſtat in capit. Si quis ſuadente diabolo, & ibi gloſ. in uerbo, ſubiaceat, 17. quæſt. 4. & idem notat Alphonſus a Caſtro lib. 2. de poteſtate legis pęnal. capite 7. verſic. ſeptimo cognoſcitur, de hoc uerbo, *Subdatur*, quod ſignificet idem, quod uerbum *ſubiaceat*, & proinde latam exprimit ſententiam. Et de hoc uerbo, *incurrat*, idem cenſendum eſt; unde, in ca. 1. §. confirmatus, de relig. domib. in 6. & in cap. 1. de iniurijs, in 6. (vbi utrumque uerbum, ſcilicet, *incurrat*, & *ſubiaceat*, habetur) & in Clem. 1. & ibi gloſ. in uerb. incurrant, de uſuris, lata ſententia continetur. Et idem prorſus dicendum de illo uerbo, *incidat*, ut habetur in capit. Quod olim, de Iudæis, in cap. clericis. §. Nos igitur, in fine, de immuni. eccleſ. in 6. & de verbo *Reincidat*, in Clement. 1. §. vltim. de pęnis, Eādem uim, & poteſtatem habent hæc duo uerba, *Amittant*, & *Perdant*, ex Alphonſo de Caſtro libro ſecundo de poteſtate legis pęnal. cap. 7. §. ſeptimo cognoſcitur, & citat Authen. licet. Cod. de Epiſcopis, & clericis. vbi poſtquam dicitur; A*mittant lucrum*, &c. poſtea ſubditur, *& Epiſcopus licentiam habeat vendicare*: quæ poſteriora uerba apertè declarant, quod illud uerbum, A*mittant*, prius poſitum, ſignificauit amiſſionem ipſo iure factam, quamuis Sebaſtianus Medices, in par. 2. Summæ peccat. cap. tit. 9. q. 42. putet hoc uerbum, A*mittant*, denotare ſententiam ferendam. De uerbo, *Perdat*, aliter quam Caſtro ſentiunt gloſ. in cap. *Inolita*, 11. q. 1. quam falsò pro ſe citat Caſtro, & Panorm. in cap. Si diligenti, nu. 18. de foro compet. ſcilicet, quod denota ſententiam ferendam per iudicem, non autem a iure latam, ut uoluit Caſtro ubi ſupra. Ceterum de illis

uerbis

verbis,*ſubiaceat,incidat,incurrat*,res certa eſt,quod latam ſententiam ſignificent. Quod idem dicendum eſt,de verb. *Fiat*,quo uti ſolent Pontifices.

Ratio eſt;quia hæc uerba ſicut non ſignificant hominis miniſterium,nec aliquam illius actionem, ita non diriguntur ad iudicem, quamuis ponantur in modo imperatiuo, ſed ad pœnam, quæ legis imperio executioni mandatur.

Secundus eſt, quando cum uerbo imperatiui modi ponuntur aliquæ aliæ dictiones, quæ ſignificant expreſsè ſententiam latam, ut uerbi gratia, ſi lex dicat,*ipſo iure excludatur,aut,ipſo facto priuetur, aut cōtinuo repellatur, aut ſine vlteriori ſententia ſpolietur*, aut denique lex utatur aliquo ex illis quattuor modis,quos dubio 4.explicauimus.

22 *Quarto*,quoties in † lege pęnali apponitur dictio, de qua dubium eſt, an latam,vel ferēdam exprimat ſententiam,in dubio dicendum eſt ferendam ſententiam continere. Sic Fely.in c. Rodulphus;nu.24.& nu.30.de Reſcrip.Philiph.Franc.in capitulo,In pęnis,& ibi gloſ.de reg. iur. in 6. Alphonſus a Caſtro, lib.1.de poteſt.leg.pęnal.c.1.reg.4.*Ratio eſt*: quia *in pęnis benignior interpretatio faciēda eſt*.reg.In pęnis. de reg.iur.in 6.At uero ſententia deferenda a iudice benignior,& mitior cenſetur.vnde gl.in c.Quicunque.§.Iubemus,dę hæret.in 6 vbi præcipitur,ut laici publicè,vel priuatim de fide diſputantes *excōmunicationis laqueo innodentur*: ait, continere ſententiā ferendam ob dubiā illius uerbi,*innodetur*, ſignificationē,& eadē gl.in c.Cupientes,§.Si vero,in uerbo, priuentur,de elect.in 6.verbū illud,*priuentur*,de ſētentia ferenda exponit,propter eandē rationē. Quā etiam ob cauſam Caſtro,ubi ſupra notat,q· cum uerbum infinitiui modi,etiam temporis pręſentis,aptū ſit(vt Grammatici docent)omnia tēpora cōprehendere,& proinde dubia ſit eius ſignificatio,an videlicet,præſens,an præteritum,vel futurū tempus ſignificet,quoties in lege aliqua illud inuenitur,toties dicetur illud ſignificare tēpus futurū,& ſententiam ferendā exprimere,niſi aliquę aliæ dictiones ſimul cū illo ponantur,quæ apertè demonſtrent ſententiā latā;Exēpli gratia,in c.*Si quis*,2.q.3.dicitur:*Si quis cōtra huiuſmodi perſonas non probāda detulerit, authoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere*;ſcilicet,ipſo facto,ex Alphonſo de Caſtro,q id probat ex illis verbis, *authoritate huius ſanctionis*: hæc enim uerba,uim,& poteſtatem habet declarandi ſententiam latam,quicquid gl. ibi velit;talem nō eſſe infamem ipſo iure,ſed per ſententiam.

Addit tamen Alphonſus a Caſtro ex communi Doctorum ſententia,quod,ſi in alijs legibus,pręterquam in pęnalibus,ponatur dictio ambigua habens latæ,aut ferendæ ſententiæ ſignificationem, tunc ſi lex illa facta ſit in fauorem,& commodum ſubditorum,interpretanda potius erit,ut latam potius, quā ferendam ſententiam contingere dicatur. arg.cap. odia.de reg.iur. in 6.Siquidem *odia reſtringi,& fauores conuenit ampliari*.

23 NONVM DVBIVM EST, quibus † modis cognoſci poſſit lex,quæ ſententiam continet latam? De hac re quatenus ad ſententiam excommunicationis attinet, latè a nobis to.1.libr.1.cap.11.diſputatum eſt,& legi de hac re poſſunt Felyn. in ca. Rodulphus,§.ult.de Reſcript.Panorm.in ca.Si diligenti.num.18.de foro competenti. Andreas Tiraquellus in Comment. leg. Si unquam. C. de reuocandis donat. Sebaſtian. Medices, in Summa peccatorum capital.tit.9.q.42.& Alphonſus a Caſtro lib.2. de poteſtate leg.pęnal.c.6.& ca. 7. & alijs recentiores. Nos ſententiam noſtram breuiter ſequentibus dictis exponemus. Quorum

24 *Primum eſt*: Quoties in lege pęnali apponuntur verba,quæ ſignificāt tranſgreſſorem legis incurrere pœnam ſine alia ſententia, lex illa ſententiam latam continet.Huiuſmodi dictiones ſunt hæ,quæ ſequuntur,*Ipſo iure;de iure;ipſo facto*; *auctoritate huius legis;abſque alia ſententia;abſque alia declaratoria*;&c. Sic Felyn.vbi ſupra,& Alphonſus a Caſtro, ubi ſupra.gloſ.in capit.1.de Reſcript. in 6. in uerbo, *Ipſo iure*.Vnde ſequitur capit.Excommunicamus,§.credentes.de hæret.& capit.Statutū,§.vlt.de Reſcript. in 6.& ca.ult.& ibi gloſ.in uerbo, ipſo iure. de offi. deleg.in 6. & Clement.1.& ibi gloſ.fin.de Reſcrip. & Extrauag.Suſcepti regiminis.& ibi glo.in uerbo, Tranſeat,de elect.& Extrauag.Execrabilis.& ibi gl. in uerbo, Ipſo iure. de præbend. in quibus omnibus habentur hæc uerba,*Ipſo iure*,continere ſententiam latam;& idem dicendum de hac dictione, *Eo ipſo*, & conſequenter cap.Quam ſit.teſte gloſſ.ibi in verbo,Eo ipſo.& glo.fin.de elect.in 6.continet ſententiam latam:& idem notat Domin.ibi,de his verbis: *Statim,mox,prorſus,protinus,funditus*. Idem conſtat de hac dictione,*Ipſo facto*. & notat Ioann. Andr.in cap. Quia ſæpè. de elect. in 6. Sic etiam cum hæ dictiones,*Authoritate huius ſanctionis*,denotent ſētentiam latam,conſequenter Can.Si quis, 2.quæſtio.3. vbi hæ dictiones habentur, continebit ſententiam latam,& non ferendam.Nec valet,quod affert gloſſa pro ſe,quia,etiamſi lex illa Athletas,§.Calumniator.ff.ex quibus cauſis irrogatur infamia. quam citat,ſententiam ſolum contineret ferendam, nihil tamen inde probaret, quia Gelaſius Papa non dicit ſe irrogare infamiam authoritate legis Imperialis, ſed authoritate huius ſuæ ſanctionis.

25 *Secundum eſt*, Quoties lex † pęnalis vtitur verbis temporis præſentis,& indicatiui modi, toties lex illa ſententiam latam continere cenſetur. Exempli gratia,ſi lex diceret; Excommunicamus,interdicimus,ſuſpendimus eum, qui hoc fecerit; Priuamus dominio bonorum ſuorum; Damnamus ad talem pecuniæ mulctam eum,qui hoc, aut illud crimen cōmiſerit,talis enim abſque alia iudicis ſententia,ſi crimen commiſerit,uerbi gratia, clericum uiolenter percuſſerit, erit ſtatim per legis ſententiam excommunicatus,&c. aut ſi uerbi gratia,hominem occiderit, eo ipſo bonorum ſuorum dominio priuatus erit. Quo modo loquendi vtitur Papa in capit. Excommunicamus,1.& 2.de hæret.dicens. *Excommunicamus, & anathematizamus omnem hæreſim*, &c.& in cap. Dilectus:de tempor.ordin.ſimilis forma loquendi habetur de cenſura ſuſpenſionis.Similiter ſi poſt hæc verba,*Declaramus,decernimus, definimus,cenſemus,iudicamus*,aut alia ſimilia, ſequatur uerbum præſentis; aut participium præteriti temporis,importans pœnam aliquam, tunc lex illa latam ſententiam continet; uerbi gratia, ſi lex dicat: Qui hoc, aut illud fecerit, declaramus eſſe excommunicatum,aut amiſiſſe dominium bonorum ſuorum,aut eſſe infamem,&c.Sic ca.Nouit:de his, quę fiunt a prælat.ubi dicitur:*Nos tales inſtitutiones, &*

*deſtitutiones carere decernimus robore firmitatis:*ex gl. fi. ſententiam latam continet. Sic etiam lex eſt latã ſententiam continens,quæ ait: *denuncia,aut declara talem eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, aut dominio bonorum ſuorum priuatum.* Vnde cap. Tam litteris. de teſtibus latam conſtituet ſententiam, vt colligitur ex illis verbis, *Ab officio,& beneficio denuncietis eſſe ſuſpenſos,donec mereantur noſtram indulgentiam obtinere.* His enim verbis non præcipit iudici, vt eos ſuſpendat:ſed vt denunciet eſſe ſuſpenſos, & ideo latã prius ſententiam continet.

26 *Tertium eſt*,Lex,in † qua ponũtur verba,per quæ redditur irrita,& inanis actio,aut paſſio,quæ in pœnam criminis per legem impoſita eſt, ſententiam a iure latam continet. Sic in cap. Statutum,§.vltim.de reſcript.in 6.dicitur: *Sit ipſo iure irritum,& inane:* & in cap.fundamenta,§.Quod ſi ſecus,de elect. in 6.dicitur.*Irrita prorſus ex nunc,& vacua nuntiamus.*& in cap.Quorundam,in fi.eodẽ titulo, & libro dicitur: *omninò decernimus irritum, & inane.* & in Clem. Paſtoralis,in fin.de ſentent.& re iudicata,dicitur:*Declaramus fuiſſe,et eſſe omninò irritos,et inanes.*& ĩ Clement. 1. de conceſſ. præbend. ait Papa:*Ex tunc etiam inane,et decernentes,et irritum.*& in cap.Quicunque, §.Hęretici,de hæreticis in 6.ſic dicitur;*Quod ſi ſecus actum fuerit,ſit irritum,et inane.* & in l. Statuimus,in fi. C. de Epiſcopali audientia. habentur hæc uerba: *Ex tunc irritas decernimus,& inanes.* Itẽ ſi lex dicat: *Careat uiribus,aut nõ obtineat uires;aut careat omni robore firmitatis,careat omni priuilegio,omni iure, aut actione,aut commodo,aut honore,aut dominio*, declaratur eſſe ſententia lata. Vt in c. Ad aures.de reſcrip.in c.Docet,§.vlt.de immunit.eccl.in 6. in Clem. Quia cõtingit,§.vt autem. de relig.domib.Gemin.in c.1. de cleric.cõiugat.in 6.vbi ait hoc verbũ,*Careat*,totalẽ denotare priuationẽ,per notata per glo.in Clem. In pleriſque.de electione. Vnde ca.1. De Schiſmat, & ordinat.ab eis,ubi dicitur:*Careant impetratis.* & c. Quiſquis, de elect.vbi dicitur.*Electionis commodo careat.*& ca.Ne pro defectu,eo tit.vbi dicitur: *Eligẽdi poteſtate careant ea vice.*latam continẽt ſententiam. Sicut etiam capit.2.de ætat.& qualitat.& cap.1.de poſtulat.prælat.in 6.& capit.1.de vita,& honeſtat. cleric.vbi hæc dictio,*Careat*,ponitur,latam in ſe ſententiam continere cenſetur. Idem hoc verbum,*Valeat*,poſitum cum aliqua dictione uniuerſali negatiua,quæ illud afficit,v.g.dicendo: *Non valeat, nullo modo ualeat*,nihil valeat,aut nullatenus valeat,ſemper denotabit ſententiam latam, etiamſi tale uerbum ponatur in futuro tempore. Sic gloſſ.in cap.Si cui.in uerbo.Non ualere.de electione. in 6. Dominicus,& Philippus Francus ibid.& Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate leg.pęnal.c.7.vnde cap.Quia propter,de elect.vbi dicitur: *Aliter electio facta non ualeat.*& cap.Quamquam,in fi.de uſur.in 6.vbi dicitur: *Teſtamenta aliter facta non ualeãt.*& Clem.1.§. propter quod,de hæret.vbi dicitur.*Non ualet.*& l.Si libertus.ff.de iure patron.ubi dicitur:*Penitus non valere.*& l.Labeo.ff.de operis libertorum.vbi dicitur: *Ipſo iure non ualere.* ſententiam latam continent. Hoc autem, quod diximus de hoc uerbo: *Non ualeat*,Felyn.in cap.Rodulphus,num.24.de reſcrip.& Bartol.in l.uniuerſa,& ibi Baldus.Cod. de precibus Imperatori offerendis. & idem Bart. in l.1.col. ult. in princ.ff.de teſtamentis. Andreas Tiraquellus, in Commentarijs ſuper l.Si vnquam,in verbo, Reuertatur,nu.59.de reuocandis donationibus & Alphõſus a Caſtro,vbi ſupra,limitant,vt verum ſit,quando voces illæ ponuntur propter omiſſam ſolemnitatem formalem,quæ,videlicet,debet interuenire in ipſo actu, ſecus autem in alia ſolemnitate,quæ poſt actum interuenire poteſt. Vnde ſi lex dicat,aliquid non valere propter aliquid faciendum omiſſum,tunc ſi voces illæ,*Non valeat*,ponantur propter ſolemnitatem aliquam omiſſam, quæ in ipſo actu debet interuenire,vitiat ipſo iure;Sin autem ponantur propter ſolemnitatem omiſſam, quæ poſt actum interuenire poteſt, tunc illius omiſſio non vitiat ipſo iure,etiamſi ponantur ea verba,*aliàs non valeat*,ſed per ſententiam:quæ doctrina vera eſt,& valdè conſentanea rationi. Sic etiam ſi ante verbũ, *Agere*, præcedat negatio vniuerſalis, aut aliquid æquipollens,dicendo:*Nihil agit*,aut *nihil aget,fruſtra aget*,in futuro,lata ſententia ſignificatur, & patet ex ratione,& natura negationis,quæ(vt Dialectici aiũt)tam malignantis naturæ eſt,vt deſtruat quicquid poſt ſe inuenit;Vt notat Fely.in c. Rodulphus,nu. 32.citans Baldum in l.fi.ff.de lib.& poſth. de reſcript. Idem dicendum eſt de hoc verbo, *Teneat*; ſi præcedat negatio vniuerſalis,dicendo:*Non tenet,Non tenebit.* vnde latæ ſententiæ ſunt illæ,q̃ in cap.Ad audientiam,de appellat.& in cap.Si duobus,ti.eod.& in cap.Si motu proprio.de præben.in 6.continentur. Ad eundem modum dicendum eſſe cenſeo de alijs negationibus,ſcilicet, *Nullus,Nullatenus,Nullo modo*,quod ſententiam latam denotant, cuicunque verbo cuiuſcunque temporis iungantur,ex gl.in ca.Innotuit,in verbo, Nullam eſſe. de elect.& glo.in Clem.2.de ætate,& qualit.& Archidiac.in ca.Quoniam,de immunit.eccl.in 6.Vnde ſi Lex,aut conſtitutio aliqua dicat:*contractus ſit nullus,ſententia ſit nulla,electio ſit nulla,Matrimonium erit nullum,nullas vires habeat*; lata intelliget ſententia. Denique huc reducuntur dictiones illæ, quæ ſignificant priuationem poteſtatis ad aliquam rem faciendam,& recipiendam;Nam eo ipſo declaratur irritum,& inane eſſe id, quod ab oblata poteſtate factum fuerit. Exempli gratia,ſi lex,aut cõſtitutio dicat:*Qui tale,aut tale crimen commiſerit,votũ in electione aliqua præſtare non poteſt*, aut *non poteſt eligi*,aut *non poteſt heres inſtitui*,aut *teſtari non poteſt.* his enim verbis declaratur ſententia lata,& nullũ, & irritum eſſe ipſo iure, ſi quid cõtra legis edictum factum fuerit. Quia *quæ contra ius fiunt,pro infectis haberi debent.*reg. Quæ contra ius, de reg.iu.in 6. Hinc in c.excommunicamus,1.§.credentes,de hære.dicitur:*Sit inteſtabilis*, hoc eſt, non poſſit condere teſtamentum.& in c.Quiſquis.de ele.dicitur:*Ineligibilis fiat*,hoc eſt,non poſſit eligi,& in cap.Felicis.de pœnis,in 6.dicitur:*Sit inteſtabilis.* In quibus omnibus ſententia lata exprimitur, id quod etiam procedit,etiamſi poſt tales dictiones ſequeretur verbum futuri temporis.

27 *Quartum eſt*,lex,† in qua ponitur dictio,quæ omnem dilationem,& omne temporis ſpatium excludit ad pœnę executionem, latam ſententiam continere cenſetur. tales dictiones ſunt iſtę;*Statim confeſtim,ex tunc,continuo poſt, incontinenti,ſine mora, illico,protinus,mox, ſubito,e veſtigio.* Cum enim ad hoc, vt iudex ſententiam iuſtè proferat, multa re-

quirantur, ut puta, reum citare, illum audire, teſtes examinare, & alia facere, ad quæ perficienda neceſſe eſt non modicum temporis ſpacium præterire, & hæ dictiones omne temporis ſpatium excludant, conſequens eſt, vt leges per huiuſmodi dictiones promulgatæ, latam ſententiam ſignificent, nec neceſſarium eſſe iudicis ſententiam ad eiuſdem pœnæ executionem. Vnde in cap. litteras. de conceſſ. præbend. dictio, *ſtatim*, expreſsè denotat ſententiam latam, & idem de hac dictione, *ex tunc* in c. Quam ſit. & ibi gloſ. de elect. in 6. & in c. Excommunicamus, §. credentes. de hæret. & in cap. Cupientes, §. ceterũ, & ibi gloſ. in uerb. ex tunc. de elect. in 6. & in c. Cũ ex eo, & gloſ. pęn. eod. tit. & lib. & de hac dictione, *Eueſtigio*, in c. 1. §. verum, de ſtatu regular. in 6. & de hac voce, *Incũctanter*, in c. 1. de his quæ fiũt a maior. par. cap. & in c. Quemadmodum, de iureiu. & in cap. Referente, de præbend. & in c. fi. de Schiſmaticis. & in c. Cum quis, de ſent. excom. in 6. dicendũ eſt. Quo ſenſu etiam uſus eſt Bonifacius Papa VIII. hac voce *Indilate*. in cap. Vt inquiſitionis officium, teſte gloſ. ibid. de hæret. in 6. Sic etiam dicendum puto de hac dictione, *Mox*, quod ſententiam latam denotat, ex Felyn. in c. Rodulphus, nu. 33. de reſcript. citatque Baldum idem docentẽ in l. Iubemus, 2. §. ſanè, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. cuius etiam ſententiæ eſt Andreas Tiraq. in l. Si unquam. Cod. de reuocãd. donation. & fauet gloſ. in c. Quia propter, in uerbo, Mox, de elect. in cap. 1. 20. q. 2. in uerbo. Mox, vbi uarias huius uocis acceptiones ennumerat. Quæ omnes dictiones latam ſententiam denotant, etiamſi poſt eas ſequatur uerbum futuri temporis; Etſi enim tempore futuro ſignificetur eſſe faciendam pœnæ executionem, quia tamen ſine ullo temporis interuallo iudicatur eſſe facienda, eo ipſo declaratur ſine ulla iudicis ſententia, talem pęnam fore executioni mãdandam, ut ex ſupradictis conſtat.

28 *Illud* demum ſciendum eſt, quod † licet in grauibus, & atrocibus delictis, puniatur arbitrio iudicis conatus proximus delicto, ac ſi delictum conſummatum eſſet, vt Doctores communiter notant poſt gloſ. in l. Si quis, Cod. de Epiſcopis, & cleric. & l. Is qui cum telo; de Sicarijs, ſecus tamen dicendum eſt, quoad pœnas, quæ ſunt ipſo iure; aut per legis ſentẽtiam impoſitæ. Quamuis enim peccet is, qui tale crimen committere conatur, non tamen pœnam a lege impoſitam ante criminis conſummationem incurrit. Et ideo in legibus pęnalibus diligenter conſiderare oportet, qualiſnam ſit res, aut operatio, quę per talem legem prohibetur, & propter quam pęna a lege imponitur. Si enim excommunicatio feratur ob aliquem actum, Intelligitur de actu conſummato, ex Panor. in c. Cum in cunctis, § clerici ſanè, nu. 3. de elect. & in c. 1. numer. 13. de eo qui mittitur in poſſeſ. Alex. conſ. 111. lib 3. Cepol. conſ. 166. & Io. Andreas in c. Perpetuo, de elect. in 6. & in reg. In pęnis, de reg. iur. in 6. in ſuis Mercurialibus. Bartol. in l. Si quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcopis, & clericis. & in l. 1. ff. de Sicarijs. Sylueſt. uerbo, pœna, q. 5. & Alphonſo de Caſtro, libr. 2. de poteſtate legis pęnal. c. 7. in fine, qui omnes expreſsè docent, quod, vbi pœna apponitur in iure ipſo facto propter aliquod delictum, non habet locum in eo, qui inchoauit, ſeu incepit illud delictum, ſi illud non perfecit; Quia ſtatutum, & maxime pœnale, eſt ſtrictiſſimè interpretandum, arg. reg. Odia, de reg. iur. in 6. Id quod intelligitur, niſi conſtitutio puniat attentatum, vt eſt caſus in l. 1. §. beſtias. ff. de poſt Secundum Salicetum in d. l. Si quis non dicam rapere. & Zachariam in annot. ad Panor. vbi ſupra. Quare, licet peccet is, qui conſulit delictum, non tamen incidit in pœnam contra delicti patratorem ipſo iure impoſitam, niſi ipſa lex utrumque in eadem pœna cõprehenderet, ſcilicet, conſulentem, & facientem, ut annotauimus to. 1. li. 3. c. 2. nu. 6. Quam ob cauſam Dominicus de Sancto Geminiano in cap. Indemnitatibus. §. Poſtremo, de elect. in 6. ait; quod pœna impoſita procurantibus ortum diſcordiæ non comprehendit nutriẽtes iam exortam, niſi aliud in lege exprimatur: *Ratio ea eſt*; quam attulimus, quia pœnæ reſtringendę ſunt, & non extra caſum proprium extendendæ, arg. c. Odia, de reg. iur. in 6.

De obligatione legis pœnalis ad culpam, vel ad pœnam ſoluendam.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *An lex pœnalis ad ſui obſeruationem in conſcientia, ſeu ad culpam obliget.*

2 *Lex pœnalis miſta quæ.*

3 *Lex pœnalis diſtributiua in purè pœnalem, & miſtam a multis reiecta, ab authore probatur.*

4 *Lex purè moralis quæ dicenda ſit.*

5 *Sententia aſſerentium nullam legem pœnalem obligare in conſcientia ad culpam.*

6 *Sententia dicentium legem purè pœnalem, in qua nullum continetur præceptum, uel prohibitio, ſed ſolum nuda pęnæ comminatio, non obligare ad culpam, ſed pœnam; legem uerò miſtam, quæ præter pęnam, præceptum, uel prohibitione continet, ad culpam, & pęnam obligare.*

Pœnam in lege purè pęnali appoſitam, aliquando indicare homines eſſe obligatos ad culpam, unde certum ſit, vel unde obligatio inducatur nu. eod.

Vnde legem pœnalem miſtam obligare conſtet, & quando non imponat obligationem culpæ mortalis, ſed uenialis.

7 *Sententia eorum, qui affirmant omnem legem pęnalem ſiue miſtam, ſiue pure pœnalem, obligare ad culpam, niſi contrariam intentionem expreſſerit.*

8 *Poteſtas humana tam ciuilis, quam Eccleſiaſtica legẽ ſtatuere poteſt obligantem ad mortale, etiamſi pœna tranſgreſſori lex ſtatuat, & ille ſe periculo exponat.*

9 *Lex humana ſiue Eccleſiaſtica, ſiue laica, aliqua fieri præcipiens, aut prohibens pęna appoſita, ex eo ad culpam in foro interiori obligare non deſinit, quod in foro exteriori obliget ad pœnam.*

10 *Lex purè pœnalis, dummodo uerè, & propriè pœnalis ſit, obligat in conſcientia ad id, pro quo imponitur pœna, niſi contrarium a legiſlatore exprimatur.*

Vnde ut plurimum conſtare ſolet, legis tranſgreſſionem eſſe culpam mortalem, aut uenialem. nu. eod.

11 *Quædam ſunt leges conditionales potius, & conuentionales, quam pœnales, in quibus non apponitur pęna ſub ratione pœnæ.*

12 *Ad cognoſcendum, quando lex ſit conditionalis, & quãdo purè pœnalis, quędam Regulæ aſſignantur.*

13 *Solutiones argumentorum, quæ contra communem ſententiam nu. 7. deſcriptam allata ſunt.*

14 *Leges purè pœnales, licet non ex ui uerborum expreſsè, & explicitè ad culpam obligent, implicitè tamen, & interpretatiue.*

15 *An, quando de eadem re ſunt diſtinctę leges, altera moralis, altera pure pœnalis, duplex peccatum ſit talem legem tranſgredi.*

16 *An tranſgreſſor legis teneatur in conſcientia pati, & ſoluere pœnam a lege impoſitam.*

17 *Quænam, & quanta ſit obligatio legis pœnalis ſententiam ferendam continentis, tribus propoſitionibus declaratur uſque ad nu. 21.*

18 *Qui comiſit crimen, ob quod bonis ſuis priuatus non eſt ipſo iure, ſed per Iudicem priuandus, omnia illa facere poteſt abſque peccato circa illa bona, quæ ante crimen commiſſum ratione dominij facere potuit, ibi.*

Qui tributum ſoluere Regi debitum omiſit, etſi peccet nō reddendo tributum debitum, ad illiuſque reſtitutionem teneatur, ad pœnam tamen ante Iudicis ſententiam non tenetur.

Peccant ſubditi, qui obedire nolunt ſuperioribus, ob hoc ſolum, quod commiſerunt crimen, ob quod lex illos ſua dignitate priuandos decernit.

19 *Lex pœnalis, quę ſententiam ferendam continet, poteſtatem Iudici confert, vt poſtquam illi legitimè de crimine conſtiterit, reum ad pœnam damnare poſſit.*

20 *Reus ad pœnam a lege ſtatutam damnatus in conſcientia pœnam illam ſoluere tenetur.*

Prælatus a iudice damnatus tenetur eius ſententiæ obedire, nec ſubditi amplius prælato obedire tenentur, numero eod.

Damnatus ad pęnam lege ſtatutam ob dolum, aut fraudem occultandi res aliquas, propter quas debetur tributum, tenetur in conſcientia talem pœnam ſoluere. num. eod.

21 *Si quis a Iudice damnatus ad pœnam decedat è uita prius, quam ſoluat, hæres defuncti ad ſoluendum obligatur.*

22 *Intelligendum damnatum ad pœnam lege ſtatutam in conſcientia obligari, dummodo omni iudicij ordine conſummato ſic damnatus ſit, ut nullum habeat iuris remedium.*

23 *Quam uim obligandi in conſcientia habeat lex pœnalis latæ ſententiæ.*

24 *Prima ſententia affirmantium obligare ante iudicis ſententiam.*

25 *Secunda negantium obligari ad executionem pœnæ ante iudicis ſententiam, etiamſi lex ſit pœnalis latæ ſententiæ.*

26 *Sententia media inter duas præcedentes, & qd author hac in re ſentiat, paucis propoſitionibus declaratur.*

27 *Lex pęnalis tam diuina, quam humana ferri poteſt, quæ tranſgreſſores obliget in conſcientia ad pœnam ſine ulla iudicis ſententia.*

28 *Idem oſtenditur de lege humana tam laica, quam Eccleſiaſtica. & quatenus.*

29 *Ipſo facto incurri poſſe excommunicationem, ſuſpenſionem, irregularitatem, abſque alia iudicis ſententia, argumentum efficax eſt, poſſe Eccleſiam obligare reum ad pęnam ante iudicis ſententiam.*

30 *Lex pęnalis iuſta, continens ſententiam latam, ſtatim ipſo facto ante quamcunque ſententiā iudicis condemnatoriam, uel declaratoriam obligat reum ad pęnam iure ſtatutam.*

31 *Viſitatores, qui quodcunque, & qualitercunque offeratur recipere præſumunt, maledictionem incurrunt.*

32 *Lex pęnalis contra prælatos res Eccleſiæ ſine licentia Rom. Pontific. alienantes.*

33 *Lex pęnalis contra eos, qui officium recitare omiſerint.*

34 *Reus criminis læſæ Maieſtatis, abſque alia iudicis ſententia omnibus bonis priuatur, eaq; fiſco applicātur.*

Si lex priuet aliquem uoce actiua, & paſſiua, ſi commiſerit tale crimen, abſque alia iudicis declaratione uoce actiua, & paſſiua priuatus eſt. nu. eod.

35 *Licet Religioſi ex delicto occulto perpetrato incurrant iſtas pœnas ipſo facto, nullus tamen eorum obligatus erit ſtatim relinquere, & renunciare officium, & voces actiuas, & paſſiuas.*

36 *Lex pęnalis latam continens ſententiam, ſi non expreſſe contineat executionem, et ſolutionem actualem ipſius pęnæ, non obligat reum ad eam pęnam ſoluendā.*

37 *In lege pęnali diligenter aduertendum, quod ad pęnā ipſam in lege, et quod in lege ad materiam inſtitutā pertinet.*

Quid de legibus tabellionum iudicandum, quibuſque pęnis obligentur. nu. eod.

38 *Extenduntur etiam ad pęnas conuentionales.*

39 *Intelligendum eſt illud ſuperius dictum, n. 36. de lege proprie pęnali; Secus de lege conditionali.*

40 *Qui in Eccleſijs ſuis, et beneficijs non reſident, tenentur fructus reſtituere ante iudicis ſententiam.*

41 *Tranſgreſſor legis pęnalis poſt Iudicis condemnationē non ſolum tenetur non reſiſtere iudici, aut miniſtris, ſed etiā tenetur in conſcientia eas actiones exercere, quæ neceſſariæ ſunt.*

42 *Tranſgreſſor legis pęnalis poſt condemnationem iudicis non tenetur eas pęnas ſibi ipſi infligere, quæ commodius a miniſtris exerceri poſſunt.*

HActenus de legis pęnalis inſtitutione, eiuſque forma dictum eſt, nunc reſtat, ut alteram eius proprietatem, hoc eſt, poteſtatem eius ad obligandum, explicemus: quę cum in ordine ad culpam, aut ad pęnā intelligi poſſit, ideo de poteſtate, quā circa vnūquodque horum habet, eo ordine diſſerendum erit ut primo de poteſtate in ordine ad culpam, deinde vero de poteſtate, & obligatione ad pęnam agatur. Quæ omnia, ut facilius exponi, & oſtendi poſſint, hanc totam materiam propoſitis quibuſdam dubijs examinare, & abſoluere ſtatui.

1 PRIMVM DVBIVM EST, An lex † pœnalis ad ſui obſeruationem in conſcientia, ſeu ad culpam obliget? Vt autē difficultas hæc clarior, & manifeſtior reddatur, afferenda eſt quędam diſtinctio legū pœnalium, ex authoribus, quos infra citabimus, ſūt enim quædam leges purè pœnales, quædam verò pœnales miſtæ. Lex purè pœnalis eſt illa, quæ nihil facere præcipit, aut prohibet, ſed tantum imponit pęnam aliquid facienti, uel omittenti. Exempli gratia; *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, uel uendiderit: quinque boues pro uno reſtituet, et quattuor oues pro una oue.* Exod. 22. verſu 1. vbi Deus ex ui iſtorum verborum nihil prohibet, aut præcipit, ſed ſolum pęnam furanti bouem, aut ouem aſſignat. Sic etiam Leuit. 20. verſu 20. multæ leges habentur, in quibus ex vi uerborū nihil in eis Deus ꝓhibet, ſed tantum aſſignat pœnam, ut cum dicitur: *Si mæchatus quis fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur et mæchus, et adultera,* Item: *Qui dormierit*

cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo, ſanguis eorum ſuper eos. Item *qui dormierit cum maſculo coitu femineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos*. Item, *Qui ſupra uxorem filiam, duxerit matrē eius, ſcelus operatus eſt, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri*: q̄ omnes, quãtũ ex hoc loco ſcripturæ,& ui uerborum colligitur, ſolum leges pœnales ſunt, vt conſtat. Alia ēt exempla huius rei ex iure canonico afferri poſſunt, vt patet ex.c.Si quis,& c.calumniator,& c.Qui non probauerit.2.q.3.vbi habetur, quod qui nō probauerit, quod obiecerit, pęnam, in quã iniecerit, pati debet. Et de auditione verbi Dei eſt lex pœnalis in can.Sacerdote:de conſecr.d.1.vbi Concilium Carthaginenſe 4. ait, *Sacerdote verbum in eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicatur.* Et de auditione Miſſæ ſimilis lex ibidem ex eodem Cōcilio Carth. 4.in can. Qui die. habetur in hũc modum. *Qui die ſolemni prætermiſſo eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur.* Quæ duæ leges merè pœnales ſunt, vt ex earum verbis euidenter colligi poteſt. Et in c.Plerunq; de donat.inter virum,& uxorē habetur hæc lex, *Si mulier ob cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ, aut propria voluntate a uiro receſſerit, nec recõciliata poſtea ſit eidem, dotem, vel dotalitium repetere non ualebit*. Sic Clemēs Papa III. Ex lege etiam ciuili varia exempla adducit Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnal.ca.9.vt l.Capitalium,ff.de pœnis.vbi venenarij,& graſſatores capite puniũtur ſic etiam incendiarij,& transfugæ ad hoſtes, vel renunciatores conſiliorum Principis viui exuruntur, aut furca ſuſpendi iubētur; authores ſeditionis,& tumultus beſtijs ſubijciũtur, aut in inſulam deportantur, & leg. Nunquam, ff.de priuat.delict. & leg. vnic.C. de raptu virgin. quæ omnes leges pœnales ſunt nullo appoſito præcepto, aut prohibitione adiuncta.

2 *Lex pœnalis miſta eſt*, quæ non ſolum aliquid fieri præcipit, aut prohibet, ſed ēt pœnam legis tranſgreſſori imponit, ſiue pœna hæc a lege ipſa præſcripta ſit, ſiue iudicis arbitrio cōmiſſa fuerit. Ideo autem lex hæc pęnalis miſta dicitur, quia ſub eodem contextu verborum ſimul in ea miſcentur mores, & pœna. Nam ex ea parte, qua aliquid præcipit, aut prohibet, eſt lex moralis; ea vero parte, qua pęnam contra tranſgreſſorem ſtatuit, lex pęnalis dicenda eſt: vnde fit, vt tota lex, quæ ex illis duabus partibus componitur, merito pęnalis miſta dicatur. Tales leges ſunt illæ in iure diuino poſitæ Exod. 22. vbi dicitur, *Viduæ, & pupillo non nocebitis; ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorũ, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtrę viduæ, & filij veſtri pupilli.* Et Leuit. 19. dicitur, *Si immolaueritis hoſtias pacificorum domino, vt ſit placabilis, eo die, quo fuerit immolata comedetis eam, & die altero, quicquid aũt reſiduum fuerit, in diem tertium igne comburetis. Siquis poſt biduum comederit ex ea, prophanus erit, & impietatis reus, portabitque iniquitatem ſuam, quia ſanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo ſuo*. In iure canonico etiam varia extant exempla, vt in can. Miſſas. de cōſecrat. diſtinct. 1. vbi Concilium Agathenſe hanc legem tuliſſe legitur, *Miſſas die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat, ꝙ ſi fecerit, ab epiſcopo publice confundatur.* Et in c. Felicis. de torneamentis. poſtquam expreſſe prohibuit Concilium Lateranenſe torneamenta fieri, ſtatim pęnam hanc tranſgreſſoribus impoſuit, *Quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis ei morienti pęnitentia non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura*. Quæ pęna, ut notat Caſtro li. 1. de poteſtat e legis pęnal. c. 9. non ad omnes in torneamento pugnantes, ſed ad illos ſolos, qui illic mortui ſunt, extendenda eſt, cum illi ſoli ſint per legem expreſſi. De qua re videnda ſunt ea, quæ ex Concilio Tridentino Seſ. 25. de reform. ca. 19. & alijs ſummorum Pontificũ cōſtitutionib. to. 1. lib. 3. c. 31. in fine, attulimus. Sic ēt in c. Omnis utriuſque ſexus. de pęnit. & remiſſ. pręcipitur omnibus, *Vt ſemel in anno peccata ſua proprio ſacerdoti confiteantur, & ſaltem in die paſchæ Euchariſtiæ ſacramentum recipiant*, quo dato p̄cepto, ſtatim contra trãſgreſſores pęnam ſtatuit his uerbis, *Alioquin, & uiuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriēs chriſtiana careat ſepultura*. Et in ca. Cum infirmitas. eo. ti. & libro pręcipitur medicis, *vt cum eos ad infirmos uocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, et inducant, ut medicos aduocent animarum*; deinde vero apponitur pęna tranſgreſſoribus his uerbis. *Si quis aũt medicorum huius conſtitutionis, poſtquam per prelatos locorũ fuerit publicata, trangreſſor extiterit, tandiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur*, ſ. per ſententiam, vt notat gl. ibi in uerb. arceatur, *donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter*. Tales etiam ſunt canones uiſitatoribus propoſiti ab Innoc. IIII. in ca. Romana. & a Greg. X. in c. Exigit. de cenſib. in 6. cuius etiam rei uaria exempla adducit Alphonſus a Caſtro, ubi ſupra, ex iure ciuili, quę apud eum legi poſſunt, hęc interim nobis ſufficiant.

3 Hanc diſtinctionem legis pęnalis in pure pęnalem, & miſtam Sylueſter in uerbo, inobedientia. in fine, uocat uerbalem tantum, & puerilem. Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iure, queſt. 6. articul. 5. putat inintelligibilem, & Nauar. in Manuali. c. 23. num. 56. exiſtimat hęc duo membra uere, & realiter inter ſe nō differre, cui conſentit Gregorius a Valentia tom. 2. diſput. 7. quęſt. 5. puncto 6. q. 3. Eam tamen approbant Henricus a Gandauo Quodlib. 3. queſtio. 22. qui licet eas leges non appellet his nominibus, earum tamen exempla ponit, & proinde eam diſtinctionem approbare uidetur; & expreſſe Ioannes Driedo libro primo, de libertate chriſtiana. capit. 12. poſt propoſitionem ſecũdam, Alphonſ. a Caſtro lib. 1. de poteſtate leg. pęnal. cap. 9. ubi grauiter Sylueſter reprehenditur. Angelus in uerb. inobedientia. numer. 1. Thomas Mercatus in ſuo opuſculo de contractib. lib. 3. capit. 10. quem refert, & ſequitur Michael Salon in 2. 2. tom. 2. in q. 77. articu. 1. controuerſia 7. ubi ait eſſe multorum uirorum peritorum. Coſinus Philiarcus de officio Sacerd. part. 2. lib. 3. capit. 2. concluſ. 4. & Emanuel Rodriquez in ſumma tom. 1. cap. 195. concluſ. 1. alijque recentiores, &(mea ſententia) non male, quia etiamſi cōcedatur omnem legem pęnalem pręſupponere culpam, non tamen neceſſum eſt, ut omnis lex pęnalis ſecundum ſe ſumpta aliquid pręcipiat, aut prohibeat. Nam, ut exemplis quibuſdam oſtenſum eſt, quędam ſunt leges, in quibus ex tenore, & uerbis illarum nihil pręcipitur, aut prohibetur, ſed tan-

tum imponitur pœna illi, qui aliquid fecerit, aut facere omiſerit, quæ leges purè pœnales ſunt; Quædã vero leges ſunt, in quibus ſub eadem verborum ſerie miſcentur aliqua, quæ ad mores hominum publicos ſpectant, & aliqua, q̃ pœnam transgreſſorib. imponunt, & propterea leges pęnales miſtæ dicuntur. Deinde vt cõſtat experientia, aliquando legiſlator aliquid præcipit, aut prohibet, nullã apponẽs pęnam, poſtea tamen idem legislator, aut eius ſucceſſor eidẽ legi poenam apponit, & ideo leges iſtæ inter ſe ex ſua natura diuerſæ & diſtinctæ ſunt, nec ita inter ſe connexæ, quin vna ſine altera conſiderari, & conſtitui poſſit; Quia nõ eſt neceſſum, vt eo ipſo, quod lex aliquid præcipiat, vel prohibeat, ſtatim apponat poenam; Neque econtra cõſequẽs eſt, vt in omni lege, in qua apponitur poena, ſit et aliq̃d pręceptum in ea expreſſum; Et rurſus eſt aliqua lex, quæ aliquid præcipit, aut prohibet, & ſimul ẽt poenam tranſgreſſori imponit. Et ita iuxta horum doctrinam leges ſunt triplicis ordinis, quædam ſunt pure pænales, quæ.ſ. nihil præcipiunt, aut prohibẽt per ſe ſumptæ, & ex vi verborum, quæ in illis continentur; Quædam ſunt pure morales, ſeu præceptiuæ, quæ.ſ. aliquid tantum præcipiunt fieri, vel non fieri, nulla appoſita poena; Quædam ſunt miſtæ, q̃.ſ. aliquid ex vi verborum præcipiunt, aut prohibẽt, & ſimul tranſgreſſoribus poenam apponunt. De pęnalibus hoc in loco ſolum agendum nobis eſt.

4 *Quia* vero legum pęnalium perfecta explicatio, aliqualem etiam legis pure moralis notitiam requirit, ideo de ea etiam, quantum huic noſtro inſtituto ſatis erit, hoc vnum annotare neceſſarium erit, ſcilicet, legem pure moralem eã appellari, non vt Theologi eam diſtinguere ſolent contra legem iudicialem, aut cærimonialem, (quo ſenſu eam accipiunt, cũ de varijs veteris legis cærimonijs, & præceptis differant) ſed illam omnem, q̃ quouis modo ad aliquam virtutem reduci poſſit, ſiue illa ad tollendas lites, ſiue ad bonos populi mores inſtituendos ordinetur. Tales leges purè morales ſunt illæ, quæ in Decalogo continentur, prout in Exodo ponuntur c.20. vbi quamuis bona præcipiant, & mala vetent, nullam tamen ipſarum tranſgreſſorib. pęnam adijciunt. Tales etiam ſunt illæ Exod. 21. his verbis cõtentæ, *Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, ſeptimo exiet liber gratis. Cum quali veſte intrauerit, cũ tali exeat. Et Exod. 22. Aduenã non contriſtabis neq; affliges eum, aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti.* Item, *Si pignus a proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei.* Sic ẽt leges pure morales ſunt illæ Leu. 18. quantum ex eo loco colligitur, vbi Deus legem ſtatuit, qua præcipit, vt nullus cum nouerca ſua coiret, ſic dicens, *Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies.* Item, *Ad mulierem, quæ patitur menſtrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius.* Quæ leges quatenus in eo loco continentur, purè morales ſunt, quamuis alibi ad meliorem earum obſeruantiam leges purè poenales ſtatuerit, ut Leui. 20. illis correſpondentes, his uerbis, *Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui morte moriantur ambo*, quæ lex purè poenalis correſpondet priori illi legi, quam ex Leuitici capite decimo octauo attulimus, vt conſtat, ſicut etiam hæc alia Leui. 20. *Qui coierit cum muliere cum fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaq; aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficiẽtur ambo de medio populi ſui.* In iure etiam Canonico leges pure morales ſunt illæ, quæ in c. Non liceat. can. Nõ oportet. & can. Placuit. de conſecrat. diſt. 3. continentur, in quibus ſtatuitur per totam quadrageſimã (exceptis diebus dominicis) ieiunandum eſſe. Sic etiam circa Miſſæ auditionem datæ ſunt leges pure morales in can. Cum ad celebrandas Miſſas. vbi præcipitur, *vt populus non ante diſcedat, quam Miſſa ex integro celebretur*, & in can. Apoſtolica. de conſecr. diſtinct. 1. præcipit Anaſtaſius Papa, *vt Euangelium tempore Miſſæ non ſedendo, ſed ſtando audiatur.* Et in c. 1. de ferijs, prohibetur, *ne mercatum in die dominico fiat, neque aliquis ad mortem damnetur.* Quæ omnes leges tam diuinæ, quam humanæ, pure morales dicũtur, quia ſolum præceptum, aut prohibitionem abſque alicuius poenæ impoſitione continent. Hæc autem de lege pure morali breuiter annotare volui ad faciliorem eorum intelligentiam, quæ de lege pure poenali, aut poenali miſta, in ſequentibus dicemus. His itaque prænotatis de poenalium legum differẽtijs, uarię ſunt circa dubium a nobis paulo antea propoſitum doctorum ſententię.

5 Prima Sententia eſt aſſerentium, nullam legem poenalẽ obligare in conſcientia ad culpam. Quam ſententiam tanquam uulgi ſententiam referunt Sotus libro primo de iuſtitia. quaeſtion. 6. articul. 5. & Alphonſus a Caſtro lib. 1. de poteſtate legis poenal. c. 8. ubi etiam ait eſſe quorundam Doctorum: A qua ſententia, ut mihi uidetur, non longe abeſt illa, quã ſequitur Nauar. in Manuali c. 23. num. 55. & num. 56. vbi expreſſe docet, nullam legem humanam etiam praecipientem, (praeſertim ſecularem, q̃ poenam temporariam conſtituit) obligare ad poenam aeternam, & conſequenter non obligare ad peccatum mortale, niſi aliunde cõſtet legislatoris intentionem fuiſſe hanc obligationẽ inducere, aut quando alias fit contra legem diuinam, aut quis legem illam cum ſcandalo, aut ex contemptu tranſgredit. Et ita docere uidetur, leges quaſcunq; poenales, tam purè poenales, quam miſtas, etiamſi poenas grauiſſimas tranſgreſſoribus imponant, ut poenam mortis, uel amiſſionis bonorum, exilij, famae, amiſſionis alicuius membri, & ut expreſſe tradit nu. 57. uerſi. 7. (dummodo non ſint poenae, quae ſua natura ſupponunt culpam mortalẽ, qualis eſt excõicatio maior, ut notat nu. 53.) ad culpam mortalem non obligare ex ui, & uirtute illarum. Quam ſententiam probat Primo, quia leges humanae poenales in dubio ſunt mitius interpretandae. Vbi ergo in lege humana apponitur poena temporalis, & nulla fit mentio poenae aeternae, ſignũ eſt legislatorẽ non uoluiſſe obligare ad poenam aeternam, ſeu culpam mortalem.

Secundo, qui duobus concurrentibus unum affirmat, alterum negare uidetur; ut u.g. cum duae uiae mihi occurrunt, & quaero, quae tenenda ſit, dextera, an ſiniſtra? qui affirmat tenendam eſſe dexterã, eo ipſo negat tenendam eſſe ſiniſtram. Ergo quamuis legislator poſſit ad utranque poenam obligare tam temporariam, quam aeternam, quando tamen de facto in ſua lege obligat ad temporalem, & non meminit aeternae, eo ipſo oſtendit non eſſe intentionem ſuam obligare ad culpam.

Tertio, quia hic uidetur uſus, & cõmunis interpretatio, maxime quoad leges ſeculares, de quarum trangreſſione non conſueuit fieri ſcrupulus conſcientiæ,vel apud doctos,vel apud indoctos, niſi cum per eas etiam lex diuina naturalis, aut reuelata,aut canonica infringeretur. Id quod non ſolum procedit de legibus principum infidelium, qui nihil curant de pęna æterna, ſed etiam fidelium, qui ſolum obligare intendunt ad pęnam temporalem.

Huius etiam ſententiæ eſt Greg. de Valentia to. 2.diſp.7.q.5.puncto 6.q.3.vbi inter alia ſigna, quibus cognoſci poteſt, qn̄ lex humana non obligat in conſcientia, hoc vnum ponit,ſ.ſi legiſlator ciuilis, aut etiam Eccleſiaſticus apponat legi aliquã pœnã temporalem tantum,neq.aliundeq; conſtet ex aliquo certo ſigno ipſum voluiſſe ſimul obligare ſubditos ab illius obſeruationẽ ſub peccato mortali, atque adeo ad pęnã ẽt æternam,tunc.n (inquit) perſuadere ſibi poſſunt homines,legiſlatorem ad illam tantum pœnam temporalem voluiſſe obligare,putans nimirum eã pœnæ cõminationem fore ſatis ad deterrendum ſubditos ab eo,ꝙ prohibetur. Hanc eandem ſententiam, ꝙ humana lex aliquid pręcipiens, & pęnã addens temporalem non obliget tranſgreſſorẽ ad mortalem culpã, cum ſatis ſit tranſgreſſorẽ ipſum ſe obtuliſſe periculo pœnæ, tenent,& veram exiſtimant, vt refert Couar. loco inferius citando, Matt.Matheſila.notab.78.Cępola conſil.ciuili 13. col.2.Decius in c.Nam concupiſcentiam. lect.2.de Cõſt.& Lud.Gomeſ.in c.2.nu.60.de cõſti.in 6.quorũ opinio a pleriſq; probatur auctoritate Hoſtie. & Ioan.And.in c.Relatum,de cleric.non reſid.qui idẽ tenent;& eos ſequitur Iaſon in l.2 nu. 143.Cod.de iure emphy.idem in §.item ſi quis poſtulante,n.78. Inſti.de actionibus, & quidam alij locis allatis.

6 *Secunda Sententia* eſt dicentiũ † legem purè pęnalem,in qua nullum continetur præceptũ,vel prohibitio,ſed ſolum nuda pęnæ cõminatio,non obligare ad culpã,ſed ad ſolã pęnam,legem vero miſtam, quæ præter pęnam præceptum ẽt,vel prohibitionẽ continet,ad culpã,& pęnã obligare. Sic Henr.a Gãdauo quodlib.3.q.22.(vt falsò citatur ab Angelo in verbo,inobedientia,nu.1.& a Sylueſtro verbo,eod. in fine.)nam verè non eſt huius ſententiæ, ſed cum tertia opinione ſentit,vt infra dicemus. Hãc tñ ſententiã expreſſe docent Angel.vbi ſupra,& Alphonſus a Caſtro li.1.de poteſtate legis,pęnalis, ca.9.vbi docet legem pœnalem,quatenus talis eſt,nunq̃ obligare ad culpam aliq̃,quamuis aliqñ ratione grauitatis pœnæ innuat illum, cui pœna imponitur,aliundè ad culpã obligatum eſſe; in q̃ ſententiam etiam citat Caiet.in 2.2.q.187.arti.5 affirmantem legem ciuilem punientem mendicum validum ſeruitute, non facere ipſum criminis reum,ſed ſuppoſitã punire culpã.& c.11.docet,legem pœnalem miſtã aliqñ obligare ad culpã mortalem,aliqñ uero nõ,ſed ſolũ ad pœnam,& ad culpam venialem tantum. Quod uero lex purè pęnalis,*quatenus talis eſt*,non obliget ad culpam aliquam,ex eo probat:quia nullum in ſe verbum continet,per quod conſtare poſſit illam obligare ad culpam;lex aũt ſicut non obligat,niſi debito modo publicetur,ita neque obligabit ad culpã, niſi talem obligationem legiſlator uerbis ſufficienter exprimat. Quod uero lex purè poenalis nullum tale verbum in ſe contineat, exinde probat, quia verba,quæ obligationem ad culpam inducunt ſunt iſta;*Præcipio,mando,iubeo,prohibeo,inhibeo,interdico veto*,aut æquipollentia,prout ſunt hæc uerba,*teneãtur,debeant,neceſſariò,neceſſe eſt,non põt,non licet.* Itẽ, ſi poſt uerbum,*ſtatuimus*,aut *ordinamus*,aut aliud ſimile,adderetur aliquod horum uerborum,*In virtute Sanctæ obedientiæ,ſub interminatione gehennæ*, &c. haec enim obligationem ad culpam mortalem oſtẽdunt. At uero in lege poenali nullũ iſtorum uerborum habetur in ordine ad culpã,ut ſupponitur,quia ſic non eſſet lex pure poenalis,ſed ſi quod tale uerbũ ſit in lege,eſt in ordine ad poenam, uel per iudicem imponendam,uel per reum ſuſcipiendam,intelligẽdum,non aũt ſignificabit obligationem ad id faciẽdum,uel omittendum, ꝑꝑ quod poena imponitur, ut u.g.ſi lata ſit lex ſub hoc tenore uerborum: *Qui noctu armis accinctus fuerit,cum huiuſmodi armis ſpoliari præcipimus.* Quae lex ſolum obligat iudicem,ut tranſgreſſori poenam infligat,nõ aũt alios obligat, ut a portandis armis abſtineant. Quia uerbum illud praecipimus non reſpicit armorũ delationem, nec ad illã refertur,ſed ad ſolã poenae impoſitionẽ. Deinde ſecundo, Quia poena non neceſſario dependet a culpa, neq; illã neceſſario exigit ad ſui conſiſtentiam;quia licet poena nunq̃ imponatur alicui ſine cã,frequenter tñ alicui imponitur ſine culpa ſua, & aliqñ ẽt ſine aliena,ut patet de irregularitate, q̃ incurrit bigamus ſine culpa ſua,uel aliena,ꝑꝑ ſecũdas nuptias,& q̃ incurrit iudex ꝑꝑ mortis ſententiam, q̃ iuſte cõtra aliquem protulit:lex igitur poenalis, *quatenus talis eſt*,non obligat ad culpã. Quod uero peana in lege purè poenali appoſita,aliquãdo iudicet hoĩes eſſe obligatos ad culpã,& peccare,ſi faciãt uel omittant id,ꝑꝑ qđ poena impoſita eſt,id quidẽ certũ eſt,haec tamẽ obligatio nõ inducitur (inquit Caſtro) uirtute legis pure poenalis, ſed uirtute alterius legis moralis ſeorſum datae,q̃ id p̄cipit, aut ꝓhibet:ut u.g. Quãdo legiſlator legẽ aliq̃ ſtatuens aliquid fieri p̄cipit,aut ꝓhibet,poſtea aũt uidens legẽ ſuam paſſim uiolari,ſtatuit legem pure poenalẽ, ut ſic ſaltẽ timore poenae obſeruetur. In hoc caſu ſubditi obligantur ad legis obſeruantiã ſub culpa, non tamẽ habet hanc obligationẽ a lege mere poenali, ſed a lege morali,& ita ſi cã tranſgrediant,peccant, non qa tranſgrediũtur legẽ pure poenalem, ſed qa faciunt cõtra legẽ moralẽ. Sic in c.18 Leuitici habẽtur leges pure morales, ſolũ obligantes ad culpã, ut u.g. *Turpitudinẽ vxoris patris tui non diſcooperies: Turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre, quæ domi, vel foris genita eſt,non reuelabis.* Quibus tot aliae leges pure poenales correſpondent Leuit.20. ut u.g. *Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiã patris ſui,morte moriatur*, &c. Qui igitur contra aliq̃ illarum legum feciſſet,peccaret quidẽ, hãc tamẽ obligationẽ ad culpam non haberet a lege pure poenali,ſed a ſola lege morali q̃ fuiſſet trãſgreſſus. Ne igit in Scriptura uerborũ, & legũ ſuperfluitatẽ ineſſe dicamus,aſſerẽdũ eſt in Leu.c.18.ſolũ contineri leges pure morales, obligantes ad culpam ſed nõ ad poenam, in capite aũt uigeſimo eiuſdẽ libri cõtineri ſolũ leges pure poenales,obligãtes ad ſolã poenã ſed nõ ad culpã. Sic ẽt clericus pugnãs ĩ duellũ peccat,qa agit cõtra p̄ceptũ diuinũ,nõ aũt,quia agit ꝯtra c.1.de cleric.pugnãt.in duello,cũ hic nullõ ſit p̄ceptũ,aut ꝓhibitio,ſed ſolũ poena imponitur,q̃ icurrit,q in duello clericus pugnat. Sic ẽt Diaconus,qui cãm homicidio dedit,peccauit quidẽ,nõ

tñ uirtute cap. De cetero, de homic. ꝙ conſtat eſſe purè pœnale, ſed virtute præcepti illius diuini, & moralis, ꝙ ait: *Non occides.* Idē dicendū eſt per oīa de latronib. venenarijs, incendiarijs, & alijs, qui puniri iubentur in l. Capitaliū. ff. de pęnis. Qui igitur aliquod iſtorū criminū cōmiſerit, peccat, nō tñ virtute illius l. Capitaliū, cū illa ſit pęnalis purè, & non moralis, vt cōſtat. Addit deinde idē author, ꝙ licet talis obligatio ad culpam nō oriatur a lege purè pęnali ſed ab alia lege morali, hāc tñ obligationē ad culpā, q̃ ex alia lege morali oritur, lex ipſa pęnalis aliqñ ex grauitate pęnę, q̃ imponit, apertè dat intelligere, tunc. ſ. qñ imponit eas pęnas, q̃ non niſi pro peccato mortali iuſtè infligi poſſunt, vt ſunt *Mors, membri alicuius abſciſſio, ſeruitus, perpetuus carcer, aut perpetuum exilium, excommunicatio*: hoc enim ipſo, quod lex purè pęnalis aliquam iſtarum pęnarum imponit, ſatis ſignificat, per aliam legem diuinam, aut humanam eſſe præceptum, aut prohibitum id, propter quod tam grauis pęna impoſita eſt. Quia cum lex illa pęnalis ad culpam obligare non poſſit, conſequens eſt, vt alia ſit lex moralis obligans illius trāſgreſſorem ad culpam, propter quam lex illa merè pœnalis tam grauem pęnam imponit.

Quantum vero ad legem pęnalem miſtam, docet cap. 11. quod cum lex pœnalis miſta duas partes contineat, vnam moralem, alteram pęnalem, an & quantum pars illa moralis obliget, non niſi ex intentione, & voluntate legiſlatoris cognoſci poteſt: ſicut enim bonitas, & malitia actus exterioris pendet a bonitate, & malitia actus interioris, a quo eſt imperatus; ita legis ſcriptæ, aut voce prolatæ obligatio pendet ab actu interiori voluntatis, uolētis ꝑ legem ſuā obligare. Hæc aūt voluntas ex uerbis legis cognoſcitur; Qñ igitur pars moralis habet aliquod verbū præcepti, aut prohibitionis, aut aliquid illis æquipollens, tunc tota lex miſta dicetur obligare ad culpam mortalem, ut fiat, uel ommittatur id, quod per talē partem moralē decernitur. Si uero in parte morali non ſit tale uerbum, tunc, niſi aliundè, uidelicet ex parte pœnali, oſtendatur maior obligatio, tota lex miſta cēſebitur non obligare ad culpam mortalem. Quæ autē ſint uerba præcepti, aut prohibitionis, aut æquipollentia, ſupra dictum eſt. At ſi pars legis miſtæ, quæ pęnā tranſgreſſorib. ſtatuit, talē pęnam decernit, quæ (ut ſupra dictum eſt) non niſi pro culpa mortali iure imponi poteſt, tunc ex tali pęna adiuncta, etiamſi nullum aliud ſignum adeſſet, conijci poteſt legiſlatorem uelle obligare tranſgreſſorem partis moralis ad culpam mortalē. Si uero nullam tam grauem pęnam lex miſta imponat, nec in parte morali eiuſdem legis reperiatur aliquod uerbum præcepti, aut prohibitionis, aut ęquipollentis, tunc dicendum eſt talem legem miſtam non imponere obligationem culpæ mortalis, ſed ſolum uenialis, ad faciendum, uel omittendum id, qđ per legem moralem ſtatuitur.

Hinc infert primo, omnes illas leges Leuiti. 18. & 20. quas ſuperius enumerauimus, in quibus Deus prohibuit matrimonia contrahi inter eos, qui aliquibus certis gradib. conſanguinitatis, aut affinitatis erant coniuncti, obligaſſe tunc temporis ad culpam mortalem, ut colligi poteſt ex pęna mortis cōtra tranſgreſſores in illis legib. appoſita, q̃ ut Scot. in 4. d. 1. q. 6. §. De potentia uerè ordinata. Alphōſus a Caſtro, li. 1. de ptāte leg. pęn. ca. 8. poſt medium, & c. 11. ante medium, & Couar. relect. in reg. peccatū p. 2. §. 5. nu. 3. de reg. iur. in 6. & alij cōmuniter tradunt, non niſi pro graui culpa mortali pōt infligi.

Infert Secundo, ſtatutum, ſeu legem, quę ad inſtar legis pęnalis miſtæ fertur in c. Omnis utriuſque ſexus, de pęnit. & remiſſ. ex cōmuni omnium Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, obligare ad culpam mortalem. Quæ obligatio non niſi ex pęna appoſita colligi poteſt, quæ tanta eſt, ut non niſi pro culpa mortali meritò imponi potuiſſet. Si quidem ſi ſecluſa pęna uerba ſola inſpiciamus, nullum uerbum præcepti, aut æquipollentis præcepto in illo ſtatuto de confeſſione quotannis facienda, & de cōmunione in paſchate facienda, extat, quod ſufficienter probat decretum illud ad culpam mortalē obligare, ſed hoc ex pena appoſita, quia, ſcilicet, tale pręceptum tranſgrediens, *& viuus ab ingreſſu eccleſiæ arceri, & moriens Eccleſiaſtica ſepultura carere*, iubetur, ſufficienter colligitur, quandoquidem tanta pęna non niſi ob mortalem culpam infligi iuſte poterit. Idemque iudicium de altera lege contra Medicos non admonētes infirmos, ut confeſſionē faciāt, in c. Cum infirmitas, de pęnit. & remiſſ. lata, faciēdū eſt; ſiquidem trāſgreſſores illius legis *ab ingreſſu Eccleſiæ, donec competenter ſatisfecerint, arceri* iubētur, quæ pęna arguit legem illam ad culpam mortalem obligare, etiamſi nullum præcepti uerbum ibi appoſitum fuiſſet; Dixi *etiamſi nullum extaret verbum præceptiuum*, quia uerba illa in lege appoſita, *Præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum*, obligationem ad culpam mortalem ſufficienter indicant, & ita lex illa pęnalis miſta eſt.

Infert Tertio, quod lex illa, quæ ponitur in capit. Miſſas. de Conſecr. d. 1. ſit pęnalis miſta, ut ex literę decurſu conſtat, & ad culpam mortalem obligat. Quia etſi ex pęna, quę illic ſtatuitur, ſ. ꝙ legis tranſgreſſor *publicè ab Epiſcopo confundi debeat*, hoc non ita certò cognoſci poſſit, cōuincitur tñ per hoc, qđ ante pęnę impoſitionem utitur uerbo pręcepti, ſic dicens: *Miſſas die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine pręcipimus*. Et in c. Felicis: de torneamēt. lex etiam pęnalis miſta continetur, ubi tum ex uerbo illo, *Prohibemus*, tū ex pęna torneamenta facientib. impoſita, ſ. quod *morientis ſepultura Eccleſiaſtica negatur*, colligitur legem illam ad culpam mortalē obligare. Et idem contingit in c. unico, de Sagittarijs. Hæc Summa eorum eſt, quæ hic author de obligatione legis pænalis ad culpam in locis allatis habet, cuius ſententiam ex induſtria eo prolixius allegauimus, quòd nonnullos recentiores eam minus fideliter retuliſſe animaduertimus.

7 *Tertia Sententia* eſt eorum, qui † affirmant omnem legem pænalem, ſiue miſtam, ſiue purè pænalem obligare ad culpam, niſi legiſlator contrariam intentionem expreſſerit, dicendo; non intendimus obligare ad culpam, aut quid ſimile. Sic Henricus a Gandauo, ſi attentè legatur, Quodlib. 3. q. 22. ut rectè annotauit Caſtro, ubi ſupra, vbi loquens de lege pænali purè, ait, quod licet lex purè pęnalis ex forma uerborum non obliget ad culpam, ex intentione tamen legiſlatoris aliquando obligat ad culpā, aliquando non. Si enim lex imponit pęnam ꝓpter rem ſimpliciter malam, quales ſunt leges, quæ pęnā decernunt contra adulteros, aut latrones, lex illa

quamuis purè pęnalis ſit,ex intentione legislatoris ad culpam obligat,imponit enim pęnam,quia vult abſolutè,vt malum illud non fiat,ſin aũt lex illa purè pęnalis de re indifferẽti ſit,quæ nec eſt ex ſe mala,nec bona,prout eſt lex illa,quæ in aliquibus religionibus habetur, ſic dicens, quicunq; poſt dictum cõpletorium locutus fuerit cũ aliquo, dicet ſeptem pſalmos,tũc quidẽ qui paſſim inquit,& temerariè ſine iuſta,& rõnabili cã legem tranſgreditur,ad culpam,& pœnam obligatur, & idẽ inquit dicendum eſt de ſtatutis Principum, & Prælatorum in cõſimili materia. Quib.verbis manifeſtè docet, legẽ pęnale,q̃uis non ex præciſa verborũ forma,attamen ex intẽtione legislatoris obligare ad culpã,& pœnam. Et Ioã. Driedo lib.1.de liber.Chriſt.c.12.poſt ſecũdam propoſitionem,vbi ait,ſi ſtatutũ ſit,ne quis tale quid faciat,q̄ ſi fecerit,talis ei imponatur pœna, aut ad arbitrium ſuperioris,ſic,vel ſic puniatur,trãſgreſſor huius Cõſtitutionis pęnã ſoluere nõ tenetur anteq̃ ad eã condemnetur,peccat tñ,etiamſi paratus ſit pęnam ſoluere,niſi intẽtio legislatoris ſit nõ obligare ad culpam, ſed ſolum ad pęnã. Dominic. Sotus expreſsè lib.1.de iuſtitia,& iure, q.6.artic.5. Sylu.verbo,Inobedientia,in fine, citans Gemin. in c.vt animarum,de conſtitut.in 6.& in c. Perpetuo. de elect.in 6.& Ioan.Andr.in c.Relatum. Ne cleri. vel monachi,Couar.etiam in reg. peccatum,p.2.§. 5.nu.3.& 4.concl.vlt.de reg.iur.in 6. qui etiam refert Felin.& Dec.lect.1.in cap. Nam concupiſcentiam,de Conſtit. Ioan.Medina C.de reſti.q. 12.uer. An autem.Bar.Med.in 1.2.q.96.ar.4.dub.3.Petrus de Arragon in 2.2.q.62.art.3. Michael Salon,in 2.2.tom.2.in q.77.art.1.controuerſia 7.& 8. Alphonſus Viuald.in 4.p.Candelabri,in c.9.nu.8.in fi.Coſmus Philiarc.de Officio Sacerd. par.2.lib.3.cap.2. Concluſ.4.Toletus in Summa de peccatis mor.cap. 20.dub.vlt.Emanuel Rodriguez in Summa to.1. c.195.Summa Corona par.1.c.1.nu.33. poſt quartam concluſionem,regula 2. Quæ etiam putatur eſſe ſententia S.Tho.in 1.2.q.87.arti.7.& 2.2.q.108. art.4.vbi licet non agat de lege pænali,ſupponit tamen, & docet omnem pænam dicere ordinem ad culpam:& q.96.ar.4. vbi in vniuerſum docet leges humanas iuſtas obligare in foro conſcientiæ, & eſt communis opinio inter recentiores. Ideo autẽ addunt illam particulam; *Niſi contrarium exprimatur a legislatore:* Nam in aliquibus religionibus, & in aliquibus collegijs habentur leges, quæ non obligãt ad culpam,eo quod legislator exprimit ſe nolle per tales leges obligare ſuos ſubditos ad culpam; ſed ſolum ad pænam. Sic enim inter ſtatuta Fratrum Minorum, in Prologo dicitur, vt teſtatur Alphonſus a Caſtro libro 1.de poteſtate leg.pænal.ca. 8. *Nolumus per hæc quæcunque noſtra ſtatuta fratres ad peccati vinculum aſtringere, niſi alias per ius Diuinum,vel humanum fuerint aſtricti.* Et in ſtatutis fratrum Prædicatorum hæc habentur verba, vt Driedo,& Caſtro notant, *vt vnitati,& paci totius ordinis prouideamus,volumus,& declaramus,vt conſtitutiones noſtrę non obligent nos ad culpam,ſed ad pęnã, niſi propter præceptum, vel contemptum.* Et Eugenius IIII. in Bulla quadam, referrente eodem Caſtro, quæ incipit: Ordinis tui. declarauit nihil eorum, quæ in prima regula Sanctæ Claræ continentur, obligare ad culpam,præterquam quinque illius regulæ vota,quæ ſunt de *obedientia,paupertate,& caſtitate,& clauſura,& Abbatiſſæ electione,aut depoſitione.* Et idem protinus declarauit ſentiendum eſſe de ſecunda regula per Vrbanum VI. eiſdem ſororibus S.Claræ data.

Quoad religioſos autem ordinis, & cõgregationis noſtræ Caſinenſis, alias Sanctæ Iuſtinæ de Padũa, Eugenius Papa IIII.in Priuilegio quodam incip.Regularem vitam agentibus. Anno incarnationis Dominicæ 1436.Pridie Kalend. Iulij, declarauit: *Quod conſtitutiones Capituli Generalis,Præſidẽtis, Viſitatorum,& Rectorum,obligant perſonas eis ſubiectas,ſed non ad peccatum,niſi per contemptum,appellatione remota. Ratio huius limitationis eſt:* quia vis obligationis alicuius ſtatuti,ex intentione, & voluntate legislatoris,aut Summi Pontificis declaratione dependet,qua illos,quibus legem ſtatuit,obligare vult,aut non;aut illos ſic obligatos,aut non obligatos eſſe declarat,& exprimit. Quorum omnium opinio,& limitatio intelligenda eſt de lege humana aliquid ſub pęna temporali præcipiente,aut prohibente, quod alias nec diuina,nec naturali lege præceptum, aut prohibitum ſit. Vt autem materiam hanc clarius explicemus, & quid veritatis,aut falſitatis vnaquæq; opinio in ſe contineat,oſtendamus, ſequentes propoſitiones ſubiungere ſtatuimus.

8 *Prima Propoſitio*: Poteſtas † humana tam ciuilis, quam eccleſiaſtica legem ſtatuere poteſt obligantem ad culpam mortalem,etiamſi pænam trãſgreſſori lex ſtatuat, & ille ſe periculo pænæ exponat. Hæc propoſitio clara,& manifeſta eſt ex ijs,quæ in ſuperioribus de poteſtate,tam laica,quam Eccleſiaſtica,quod vim obligandi in conſcientia habeat,fusè ſatis expoſita ſunt. Ratio partis prioris eſt: quia poteſtas humana deriuatur a diuina,iuxta illud Prouerb.8. *Per me reges regnant, & legum cõditores iuſta decernunt*,& Roman.13. *Non eſt poteſtas niſi a Deo, quæ autem a Deo ſunt,ordinata ſunt.* &cet. *Itaque,qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* & conſequenter tam Laica,quam Eccleſiaſtica poteſtas legem ſtatuere poteſt, quæ ad culpam obliget tranſgreſſores

Pars uero poſterior, tum ratione, tum etiam exemplis euidenter probari poteſt. *Ratione quidem*, quia pæna ex ſe,& ſua natura non repugnat culpæ, quin cum ea ſtare poſſit, vt patet tum in damnatis in inferno, qui perpetuò patiuntur pænam pro culpa,in qua ſunt; tum etiam in multis viuentibus,qui pænas patiuntur pro peccatis, in quibus perſeuerant,ſicut olim contigit Pharaoni,Antiocho,Herodi,& alijs. Ergo pæna non ita contrariatur culpæ, quin ſimul eſſe poſſunt. Vnde fit poſſe legem humanam ſtatui,quæ non ſolum ad culpam,ſed etiam ad pænam obligat.

Exemplis etiam oſtendi facilè poteſt, leges diuinas,& humanas aliquando ad culpam,& pænam obligare. De lege diuina conſtat ex Geneſ. 2.ubi Deus hanc legem homini dedit, *Ex omni ligno paradiſi comede,de ligno autem ſcientiæ boni,& mali ne comedas, In quacunque enim die comederis ex eo,morte morieris.* Quæ lex ad culpam obligauit, ut omnes fatentur poſt Apoſtolum Roman.3. pænalem autem fuiſſe hanc legem,ex pæna mortis,quam illa minatur,& quam Deus homini propter illius tranſgreſſionem infligit teſte Apoſtolo, ubi ſupra, apertiſſitiſſimè conſtat, lateque docet Eucherius li. 1. ſuper Geneſim capit. 17. ubi prædicta uerba interpretans ait: *Hanc, quam Deus homini minatus eſt, mortem non eã tantum debemus accipere. qua caro ſeparatur ab anima, ſed hanc, qua hæc alienatur a Deo, qui eſt uita ſua. Sicut. n. corpus uiuit ex anima, ita anima, ut beatè viuat, uiuit ex Deo. Ergo deſerta a Deo anima iure dicitur mortua, ex qua tres poſtea ſecutæ ſunt mortes, prima in anima, ſecunda in carne, tertia in damnatione. Sed ut iſtæ ſequerentur, prima præceſſit deſerto Deo*. Hactenus Beatus Eucherius. Sic etiam omnes illæ leges, quæ prohibebant matrimonia contrahi inter illos, qui erant aliquo affinitatis, aut conſanguinitatis gradu coniuncti, tranſgreſſores ad culpam, & pęnam obligabant, ut de obligatione ad culpam conſtat Leu. 18. ubi poſt datas omnes illas leges ſubdit Deus: *Omnis anima, quæ fecerit de abominationib. his quippiam, peribit de medio populi ſui.* Et tam de obligatione ad culpam, quam ad pęnam euidenter colligitur ex pœna mortis tranſgreſſoribus impoſita Leuiti. 20. quæ mortis comminatio non niſi ob culpam mortalem infligi ſolet, ut ſuperius annotauimus. Et in lege euangelica, quæ Moſaica mitior eſt, ſimiles leges habentur. Siquidem ex illis uerbis Chriſti Mat. 26. *Omnis, qui occiderit gladio, gladio peribit*, Theologi communiter docent Chriſtum dediſſe iudicibus poteſtatem occidendi homicidas. Sed præterea iuſtè adulteros puniuit, priuando eos iure exigendi debitum ab uxoribus ſuis, quando hanc ſolam dixit eſſe cauſam, propter quam marito licet dimittere uxorem ſuam. Matth. 19. Et in Iure Canonico paſſim leges ſtatuuntur, quæ ad culpam mortalem obligant, prout conſtat ex appoſita excommunicationis pęna tranſgreſſoribus cum pęna non niſi ob culpam mortalem infligi debeat, ut colligitur ex ca. Nemo, & c. certum eſt 11. q. 3. cuius rei plurima teſtimonia in tom. 1. li. 3. ferè per totum appoſuimus, quę nunc breuitatis cauſa miſſa facimus

9 *Secunda Propoſitio*: Lex humana† ſiue Eccleſiaſtica, ſiue Laica aliquid fieri præcipiens, aut prohibẽs pęna appoſita, ex eo ad culpam in foro ĩteriori obligare non deſinit, quod in foro exteriori obliget ad pœnam. Quæ propoſitio uarijs rationibus confirmari, & probari poteſt.

Primo quidem, quia in lege diuina reperiuntur uariæ leges purè pęnales, quæ priorem obligationem ad culpam per aliam legem prius impoſitam non tollunt: Ergo neque pęna lege humana impoſita, aliam priorem obligationem ad culpam in eademmet lege, uel diuerſa cõſtitutam tollit. Antecedens oſtenditur ex legibus illis purè pęnalibus in Leuitici ca. 20. contentis, quæ obligationem illam ad culpam per leges alias morales priores Leuitici 18. impoſitam non tollunt. Non enim lex illa Leuitici 18. in qua ſtatuit Deus, ut nullus cum nouerca ſua coiret, ſic dicens: *Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies*, per eam poſteriorem legem purè pęnalem Leuit. 20. ubi dicitur: *Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo*, tollitur, eiuſque obligatio ad culpam diminuitur, quin potius, ut lex illa moralis melius obſeruaretur, legem hanc poſteriorem purè penalem addere uoluit. Id quod alijs exemplis eiuſdẽ loci oſtendi poteſt, quæ ſuperius a nobis recenſita fuerunt. Si igitur lex diuina pęnalis aliam legem diuinam moralem priorem, eiuſque obligationem ad culpam non tollit, multo minus lex purè pęnalis humana legem diuinam moralem priorem ad culpam obligantem tollere poterit. Inferior enim legem ſuperioris tollere, & prorſus abrogare non poteſt. Homo autem adeo eſt inferior Deo, vt nullam, niſi quam ab illo accepit, teſte Apoſtolo Rom. 13. habeat poteſtatem. Igitur homo per nullam ab eo conditam legem, diuinæ legis poteſtatem, quouis modo minuere, nedum ꝓrſus tollere poteſt. Immo verò ſi lex pœnalis humana legis moralis diuinæ obligationem tolleret, exinde planè ſequeretur, nullam iam eſſe totius diuini Decalogi obligationem, quandoquidem ferè nullum eſt ex toto decalogo præceptum, ob cuius tranſgreſſionem lex aliqua pęnalis a principibus, præſertim Chriſtianis, ſtatuta non ſit; Fateri igitur oporteret neminem in tranſgreſſione Decalogi peccare, propterea quod periculo pęnæ per legem humanam impoſitæ ſe exponat; Quod quam erroneum, & hæreticum ſit, nemo ſanæ mentis eſt, qui non videat. Quibus omnibus addo, quod ſicut lex purè pœnalis diuinam obligationem ad culpam non tollit, quæ per legẽ moralẽ diuinam antea impoſita fuit; ita neq. lex purè pęnalis humana obligationẽ ad culpam, q̃ prius impoſuit lex moralis humana, tollere cenſetúr. Quę ſanè conſequentia inde apertiſſimè conuincitur eſſe manifeſta, quia lex purè pęnalis humana maiorem cõtrarietatem & repugnantiã cum lege morali humana obligante ad culpam non habet, quam lex purè pęnalis diuina cum lege morali diuina, vt conſtat.

Huius rei exemplum ponit Toletus, Card. Summa, vbi ſupra c. fin. in tit. de celebr. Miſſar. vbi præcipitur, ne Latinus in occidentali eccleſia conſecret in pane fermentato, & alias priuatur officio, & beneficio; & tamen cum lex hæc penalis ſit, non tollit obligationem ad mortale. Siquidem nemo eſt qui dicere audeat, non eſſe peccatum mortale ſcienter in fermentato conſecrare. Lex ergo pęnalis ad culpam obligat.

Secundo, quia poſitio vnius non infert neceſſariò ablationem alterius, niſi quando illa duo ſibi inuicem contrariantur, aut quouis alio modo ſic inter ſe mutuo pugnant, vt ſimul eidem hærere non poſſint. Vt v. g. frigiditas tollit calorem, & econtrario, quia frigus, & calor contrariantur, & poſitio lucis infert ablationem tenebrarum, & album nigro repugnat. Quando autem illa non inter ſe pugnant, quamuis inter ſe diuerſa ſint, & diſparata, poſſunt nihilominus eidem conuenire, ita vt vnum eorum alterum non tollat, unde dulcedinis poſitio albedinem non tollit, nec ex frigoris poſitione ſequitur neceſſario depoſitio nigredinis, quia nec dulcedo pugnat cum albedine, nec frigiditas cum nigredine; Siquidem albedo cum dulcedine iungitur in lacte, & frigus ſimul cum nigredine exiſtit in Opio: Sed pęna, & culpa ſibi inuicem nõ aduerſantur, aut repugnant; Ergo poſita obligatione ad pęnam per legem pęnalem, non neceſſariò tollitur obligatio ad culpã, q̃ per legẽ moralem prius impoſita fuerit.

Tertio, ratio naturalis non patitur, vt quod ex ſua naturali inſtitutione ordinatur ad meliorem alicuius rei conſiſtentiam, & conſeruationem, ſit illius abolitio, & deſtructio, ſicut contra rationem eſt, vt media per ſe ordinata ad aliquem finem illũ deſtruant, unde extat illud D. Bernardi, *Quod pro charitate, aut iuſtitia inſtitutum eſt, contra charitatem, vel iuſtitiam militare non debet.* Veſtimentum enim, quod ex ſua natura corporis humani calorem cuſtodit, & conſeruat, calorem ipſum non deſtruit. Frigiditas, & ſiccitas, quæ ex natura ſua carnes, ne putreſcant, cuſtodiunt, nunquam eaſdem carnes putreſcere faciunt. Cum igitur pęnalis lex ad hoc ex ſua natura ordinata ſit, vt lex illa perfectius, & accuratius obſeruetur, ac vt ſubditi intelligant, quantum legislator illam obſeruari deſiderat, nunquam illa ex ſe tollet obligationem illam, quæ per priorem legem moralem impoſita fuerat. Rectę namque rationi repugnat, vt quod in fauorem legis, ac ut melius obſeruetur; inſtitutum eſt, nempe, pœna illius uim tollat, & obſeruationem deſtruat. Quod autem pęna legi appoſita ſit in illius robur, & vim, vt diligentius, & melius obſeruetur, apertè docet D. Iſidorus lib. 5. Etym. ca. 21. referturque diſt. 4. Can. Factæ ſunt leges. his uerbis; *Factæ ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque eſſet inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenaretur nocendi facultas.* Pęna igitur legi appoſita obligationem ad culpam, quæ per priorem aliquam legē moralem impoſita eſt, non tollit, quin potius maiorem legis obſeruantiam præſupponit, & indicat. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, legē pœnalem miſtam obligare in conſcientia ad faciendum id, pro quo pœna appoſita eſt, id quod intelligendum eſt, etiamſi id, quod præcipitur lege humana pęnali, nulla alia lege naturali, aut diuina pręceptum, aut prohibitum ſit; habet enim poteſtas tam Laica, quam Eccleſiaſtica, facultatem obligandi ſubditos ad legum ſuarum iuſtarum obſeruantiā, & rem aliquam in materia virtutis obedientiæ, iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, aut alicuius alterius virtutis conſtituendi, quæ leges ita conſtitutę, non obſtante pęna temporali appoſita, in conſcientia obſeruandæ ſunt.

10 *Tertia Propoſitio:* Lex pęnalis purè, dummodo verè, & propriè pęnalis ſit, obligat in conſcientia ad id, pro quo imponitur pęna, niſi contrarium a legislatore exprimatur. Quæ Concluſio intelligitur etiam quoad obligationem ex vi præcepti humani, etiamſi id, quod pręceptum, aut prohibitum ſit, nulla alia lege morali diuina, aut naturali, fieri, vel omitti pręcipitur. *Ratio huius eſt:* quia loquendo propriè de pęna, pęna dicit ordinem ad culpā, vtputa, quod per illam quodāmodo puniatur peccatum; vt docent S. Th. 1. 2. q. 87. art. 7. & 2. 2. q. 108. art. 4. & authores omnes pro tertia ſententia ſuperius allati. Ideo Ioannes Gerſon lect. 1. de Vita ſpirituali animæ, ait, pęnam, & culpam dici correlatiuè; id quod etiam fatetur Alphonſus a Caſtro libr. 1. de poteſtate legis pœnalis, ca. 3. circa medium, & initio eiuſdē capitis peccatum in definitione pœnæ poſuit, & proinde non ſatis conſequenter poſtea ca. 9. docuit, legem pœnalem non obligare ad culpam, quatenus pęnalis eſt. Hoc ipſum etiam ſenſiſſe D. Auguſtinū manifeſtum eſt ex lib. 1. Retract. c. 9. vbi ait: *Omnis pœna, ſi iuſta eſt, peccati pęna eſt, et ſupplicium nominatur.* Qua de cauſa afflictiones, quas iuſti in hac uita ſæpè ſine culpa præcedente tolerant, non eſſe dicendas pęnas, docent lib. 4. de Ciuitate Dei, ca. 3. ſic inquiens; *Nā iuſtis quicquid malorum ab iniquis irrogatur, non eſt pęna criminis, ſed virtutis examen.* Meritò autem pęna reſpectum dicit ad culpam, tum quia ortum, & initium a culpa habuit, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 5. *Per unum huminem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors;* vbi nomine mortis, omne genus pęnarum intelligitur, vt Doctores communiter exponunt, tum quia pęna eſt tanquam medicina culpę: id enim, quod per culpam violatū eſt, & labefactatum, per pęnam ad æqualitatem, & ordinem ręuocatur. Pœnæ enim propriè conuenit ordinare culpam, vt, videlicet, corrigat ordinem, quem peruerterat culpa. Cum igitur ex vna parte de ratione pęnæ ſit, ut imponatur ad culpam, & ex altera parte in legislatore poteſtas ſit obligare legis tranſgreſſorem ad culpam, & ſimul etiam ſtatuere pœnam, eo ipſo, quod legislator ſtatuit eam pęnam, ſignificat ſe uelle, ut id fiat, vel non, quod præcipitur, aut prohibetur, ita ut tranſgreſſor in culpam, & pœnam ſtatutam incurrat, quæ legislatoris uoluntas obligandi in conſcientia, ſubditis per appuſitionem pœnæ legitimè promulgata, eos obligat, niſi contrariū a legislatore, vt diximus, explicetur. Et certè, vt rectè animaduertit Coſmus Philiarchus, vbi ſupra, ſi contraria ſententia uera eſſet, tota vis legum humanarum periret, parumque utilis eſſet legumlatorum cura, & diligentia, boniſque etiam, qui magis mouentur virtutis amore, quam formidine pępæ, aperiretur via innumeris fraudibus contra legem, ſi per appoſitionem pęnæ liberarentur a culpa, ſicque legislatores intendentes corroborare leges appoſitione pęnæ, contrarium prorſus effectum agerent, & illas maximè infirmarent ſublato conſciētiæ timore, quod ſanè affirmare abſurdum eſſet; Quandoquidem talis appoſitio pęnæ potius ſignū, & argumentum euidens eſt, quod legislator, non vtcunque vult id fieri, quod præcipit, ſed quod vehementiſſimè vult: ſiquidem pęnam ſumit de tranſgreſſoribus. An verò culpa mortalis, aut uenialis ſit legis tranſgreſſio, ex ſubiecta materia pęnalis legis, & pęnæ impoſitæ qualitate, vt plurimum, conſtare ſolet. Si enim, vt id fiat, vel omittatur, Reipublicè expediat; & hęc ratio manifeſta ſit apud legislatorem; Immo vero ſi id fieri, uel omitti non tantum eſt ſimpliciter vtile Communitati, cuius legis conditor curam gerit, ſed & maximè intereſt eius ab bonum commune id fieri, aut omitti, quod præſumi poteſt ob grauem pęnam lege purè pęnali ſtatutā, rationi conſentaneum eſt, in tali caſu arbitrari, intendiſſe legislatorem ad mortalem culpam obligare tranſgreſſorem eius, vt rectè Couaruuias in Reg. Peccatum p. 2. §. 2. numer. 4. de reg. iur. in 6. annotauit, tales ſunt leges de non extrahēdis equis è regno tempore belli, aut etiam alio tempore: Item de non diſtrahendo frumento, uino, aut alia re ſimili, ne regnum remaneat exhauſtum, & graue damnum patiatur, & ſic de alijs legibus ciuilibus, in quibus ex materia legis, & pęnæ qualitate non admodum difficile erit iudicare, quam obligationem in foro conſcientiæ leges illæ inducant.

11 Dixi autem † in propoſitione, *Dummodo ſit lex uerè, & propriè penalis,* quia ut rectè notant authores quidam recentiores poſt Sotum, libro primo, de iuſtitia, & iure, quæſt. ſexta, articulo quinto, in fine, ſunt quædam leges, quæ ſunt potius conditionales, & conuentionales, quam pęnales, in quibus

verè

vere non apponitur pęna ſub ratione pęnæ, neque ad hoc, vt ſimpliciter fiat, vel non, ſed ſolum apponitur conditio, ut ſi quis velit hoc facere, teneatur & aliud facere, ſcilicet teneatur talem pecuniæ ſummam ſoluere; In quo caſu ponitur illa ſolutio pecuniaria, non per modum pęnæ, ſed per modum pretij, & conuentionis, ſeu conceſſionis: Vt uerbi gratia, ſi Princeps legem ferat ſub hac forma, qui frumentum è regno euexerit, illud perdat, aut talem luat pœnam; Item, qui lignum, in nemore cæciderit, tali puniatur pęna, lex hæc ad culpam, & pęnam obligat. Sin autem lex ſub hac forma lata eſſet, qui vult euehere frumentum, tantum ſoluat; Similiter, qui vult in nemore ligna cædere, tantum contribuat, lex illa ad culpam non obligaret, quia talis lex pęnalis non eſt, nec intendit Princeps verè, & propriè frumenti euectionem, aut lignorum cæſionem prohibere, ſed potius concedere cum conditione, ut tantam pecuniæ ſummam perſoluat. In tali enim caſu intentio Principis non eſt diſtractionem frumenti, aut lignorum cæſionem uetare, ſed illa ratione potius pecuniam colligere, ideoque lex illa ad culpam non obligat, nec, vt diximus, conditio ſubiuncta eſt pęna, ſed conceſſionis pretium. Quę conditio varias ob cauſas poni poteſt, & ſolet, aliquādo enim eam ponit legislator, ne res illa paſſim a quocunq; & pro libito eorum fiat, aliquando, ne ſaltem ſine aliqua rationabili cauſa fiat, ideoque conditionem illam apponit, tanquam frænum; aliquando eam ponit, ne fiat ſine aliquo commodo, & bono Reipublicę, aliquando etiam, ne id fiat ſine aliqua utilitate, præſertim ſpirituali illius hominis, ut cum apponitur conditio alicuius operis ſpiritualis, aliquando etiam, quia non eſt decens, ut ea ſint ſimul, ut patet in irregularitate bigami, vel iudicis iuſtè condemnantis reum.

12 Ad cognoſcendum autem † quando lex ſit conditionalis, vel pure pęnalis, hæ regulæ aſſignari poſſunt, quarum

Prima deſumi poteſt ex qualitate rei, propter quā apponitur pęna, uel conditio, illa enim interdum ſufficit ad ſignificandum legislatorem nolle, ut res illa p̄cepta, vel prohibita fieri fiat, aut ommittatur, & ad melius, & euidentius hāc ſuam ſignificandum voluntatem apponit pęnam ſub ratione pęnæ.

Secnuda colligi poteſt ex qualitate pęnæ, quæ apponitur; Quædam enim pęnæ ſunt, quæ nō poſſunt habere niſi rationem pœnæ, & quæ non niſi ob culpam mortalem inferuntur, vt v. g. inter ſpirituales Excommunicatio, & aliquando etiam Interdictū, & Suſpenſio, & etiam Irregularitas ex delicto proueniens: Inter corporales autem ſunt, Confiſcatio omnium bonorum, Priuatio omnium beneficiorū, Mortis, Perpetui carceris, &c. quæ ſanè pęnę important obligationem ſub peccato mortali. Aliæ uerò pęnæ ſunt, quæ infligi poſſunt, & ſolent, etiam abſque culpa mortali in Deum pro culpis quibuſdā in homines, ut ſunt pęnæ pecuniariæ, & leges imponentes tales pęnas, ut plurimum eas imponunt, in modum conditionis, & pretij, ut in allatis exemplis eſt manifeſtum, quamuis etiam nonnunquam in modum pęnæ imponuntur, ut conſtat, in quo caſu leges illæ ad culpam obligarunt.

Tertia deſumi poteſt ex verbis legis, ſi enim legislator explicitè dicat, ſe non obligare ad culpam, tunc certum eſt, legem illam in conſcientia non obligare; Neque etiam ſi apponatur aliquid aliud, quod illud ſignificat. Interdum etiam videtur lex pęnalis mixta, quæ tamen non eſt niſi conditionalis, quando, ſ. apponitur aliqua particula diſiūctiua, ſecus aut, ſi ponatur particula coniunctiua. Quod ſi ex nulla harum regularū colligi poteſt, quod ſit lex uerè pęnalis, in dubio potius eſt putandū eſſe conditionalem, quam pęnalem, quia pęnæ potius reſtringendæ, quā ampliandæ ſunt, argum. c. Pęnæ, de pęnit. diſt. 1. & reg. Odia, & reg. in pęnis. de reg. iur. in 6.

13 His ita conſtitutis, argumenta † aliorum, quæ communi ſententiæ, quam ſequimur, aduerſantur, facilè ſoluuntur. Et quidem ad primum a Nauarro allatum Reſpondetur, diuerſimodè iudicandum eſſe in legibus quoad pęnas, & culpas; Quia cum pęna nō ſolū ex tranſgreſſione legis, ſed etiam ex præſcripto legislatoris fiat, (vnde pro libito varias pęnas præſcribere ſolent) quando ex uerbis legis apertè colligitur tranſgreſſionem illius puniendam quidem eſſe, non tamen exprimitur, qua pęna, ſed uerba legis citra ullam uim, & extorſionem de maiori, uel minori pęna intelligi poſſunt, tunc quia odia reſtringere oportet, intelligi debent de pęna minori. Id quod ſolum probant illi textus, quos Nauarrus pro ſe refert, ſcilicet, reg. In pęnis. de regu. iur. in 6. & l. ſi præſes. ff. de pęnis. At uerò cum culpa non incurratur ex ſola legislatoris intentione, & arbitrio, ſed ex natura legis, (quia eo ipſo, quod lex iuſta eſt, obediendum eſt illi, & omnis inobedientia eſt culpa) ideo an ſit culpa mortalis, aut uenialis non ſolum ex verbis, & intentione legislatoris, ſed etiam ex materia ipſius petendum, & iudicandum erit. Hinc non valet ratio illa, obligat ad minus, id eſt, ad pęnam: ergo non ad maius, ſcilicet, ad culpam, quia hæc non comparantur inter ſe, quaſi unum excludat alterum, ſed potius unum inſinuat alterum, ut enim dictum eſt, pęna non tollit obligationem, ſed potius eam arguit; Neque neceſſarium eſt, ut in lege exprimatur, vel culpa, uel pęna æterna, alioquin enim nulla lex ciuilis unquam in conſcientia obligaret, quia nunquam horum meminit, ut experientia quotidiana declarat.

Ad ſecundum Reſpondetur, eum, qui duob. concurrentibus inter ſe pugnantibus vnum affirmat, alterum negat, vt, vidimus in ſecundo argumēto, quo propoſitionem noſtram ſecundam confirmauimus; At uero quādo illa inter ſe non pugnant, ſed potius ſibi affinia ſunt, & alterum uelut alterius effectus ſit, affirmatio vnius, non eſt negatio, ſed potius inſinuatio alterius, niſi oppoſitum apertè exprimitur, ut in uarijs Conſtitutionibus multarum Religionum habetur. Pęnæ igitur impoſitio tantum abeſt, vt a culpa deobliget, ut potius illam inſinuet, niſi oppoſitū legislator apertè exprimat.

Ad tertium Reſpondeo, falſum eſſe, quod docet, boni enim, & docti uiri (ut ex dictis conſtat) iudicāt eſſe peccatum tranſgredi leges humanas, eoque maius, & grauius peccatum erit, quo maiores, & grauiores pęnæ tranſgreſſoribus fuerint impoſitæ, vnde, ut notant Medina, ubi ſupra, & Michael Salon tomo 3. in quæſt. 77. artic. 1. Cōtrouerſia 7. ante finem, in argumento tertio, inæquales pęnæ tranſgreſſoribus tam lege diuina, quam humana impoſitæ, optimè denotant inæquales eos culpas committere,

mittere,qui leges illas offendūt,ut iuxta illud *Deut.* 25: *pro menſura peccati erit & plagarum modus.*

Quid autem de ſententia Caſtri ſentiendum ſit,
conſtat ex dictis, iam enim ſuperius probatum eſt
pœnam,quæ propriè pęna,& ſupplicium eſt,ac culpam,
adeo eſſe ad inuicem, & inter ſe relatas,(vt ipſemet
Caſtro faſſus eſt,) vt nullo modo locum habeat
pęna,& punitio,vbi non exiſtit culpa,ita vt pęna
ſit proprius ipſius culpæ effectus,cuius rei rationē
optimam reddit S.Th.2.2.q.108.ar.4.quia pęnę
proprium eſt reparare iuſtitiæ æqualitatem, ita ut
qui peccando nimis ſuæ voluntati indulſit,pœnam
14 nolens patiatur. Ex quo ſequitur, leges † etiam purè
pęnales,ſi grauem imponant pęnam, interpretatiuè
culpā præſupponerè, quamuis enim huiuſmodi
leges purè pęnales ex vi uerborum expreſsè,&
explicitè ad culpā non obligent, eo ipſo tamen quo
pęnam grauem aliquid facienti, vel omittenti imponunt,
implicitè, & interpretatiuè inſinuant culpam
eſſe illud facere,vel omittere. Nemo enim iuſtè
apponit pœnam aliquid facienti, vel omittenti,
niſi quia vult illud fieri, aut omitti, quod tali ſtatuto
pœnali præcipitur, uel prohibetur,& conſequenter
malum eſſe iudicat contrarium facere,alioquin
enim lex illa,vel ſtatutum iniquum eſſet,ſi puniret
immunē ab omni culpa. Vt igitur Caſtri ſentētia
vera ſit,intelligenda erit legem pęnalem pure ex
vi uerborum,& expreſſe ad culpā non obligare,ſ.n.
intelligat nec præſupponere,nec inſinuare culpam,
dummodo contrarium non exprimat, omninò falſum
eſſe cenſeo,vt ex his quæ diximus manifeſtum
eſſe poteſt. Vnde licet leges pęnales miſtæ,& pure
pœnales in eo differant, quod illæ explicitè contineant
præceptum,ad quod obligant ſub culpa, &
pęna a tranſgreſſore luendam, pure autem pœnales
explicitè,& ex vi uerborum tantū aſſignent pœnā,
in eo tamen conueniunt ambæ,quod hanc pęnā neceſſario
aſſignant pro aliqua culpa, aliter reuera eſſent
iniuſtæ. Quod uero addit ſecundo in loco,pęnā
non neceſſario dependere a culpa, falſum eſt vt diximus;
irregularitas autem,quam incurrunt bigamus,
& iudex iuſte hominem occidens, pęna propriè dicenda
non eſt, neque tales arcentur a ſacris ordinibus
ſuſcipiendis, ut aliqua pœna afficiantur, aut
ſupplicio, ſed propter decentiam: non enim decet,
vt qui ſanguine contaminatus eſt, ſacramenta innocentiſſimi
agni diſpenſet: neque bigamus Chriſtum
vere ſignificat, qui unam tantum eccleſiam ex
Iudæis, & Gentibus immaculatam ſibi deſponſauit.
Siue igitur lex pœnalis miſta ſit, ſiue pure pœnalis,
& ſiue præ ſe ferat præceptum,ſiue non,dummodo
tamen uera lex ſit,obligat ad culpam; Quod
ſi legiſlator interdum explicet ſe obligare non uelle
ad culpam,illud eſt,quia nō vult eam habere vim
legis,aut præcepti, ſed tantum regulæ, quam conſulendo,
admonendo, & adhortando ſequendam
proponit,quales ſunt leges,ſeu ſtatuta Religionum,
quæ non obligant ad culpam, non ſolum quia propriè
leges non ſunt, ſed potius habent modum admonitionis,
& conſilij, quam legum,ſed etiam quia
legiſlator exprimit ſe ad culpa non obligare, ſed
tantum ad pęnam,vt Sotus lib.1.de iuſtitia,q.6.ar.
5.in fine,Barthol.Medina in 1.2.q.96.art.4.dub.2.
ad 3.Petr.de Arragon. in 2.2.q.62.artic.3.Michael
Salon in 2.2.to.2.in q.77.art.1.Controuerſia 7.&
Alphonſus a Caſtro, lib.1.de poteſtate legis pænal.
cap.8.tradiderunt,& de hac prima difficultate hæc
ſint ſatis.

15 SECVNDVM DVBIVM EST, An † quādo de eadem re ſunt diſtinctæ leges, vna moralis, altera pure pœnalis, (vt patet in Leuit. 18. & 20. & idem de legib.humanis,quæ ſtatuunt pænas tranſgreſſoribus legū diuinarum, v.g. occidi iubet lex furem, cum furtum in decalogo ſit prohibitum,) duplex peccatum ſit talem legem tranſgredi?

Reſpondeo, In tali caſu nō eſſe duplex peccatum, vt rectè Medina loco allato,dub.2.artic.4.annotauit. *Ratio eſt*, quia lex pœnalis tunc ſolum obligationi legis moralis conſtitutionē pęnę ſuperaddit quamuis in tali caſu appoſitio pęnę maiorem obligationem arguat.

16 TERTIVM DVBIVM EST, An tranſgreſſor † legis teneatur in conſcientia pati,& ſoluere pęnam a lege impoſitam? *Reſpondetur* certum eſſe teneri in cōſcientia: *Ratio eſt*: quia lex humana iuſta obligat in conſcientia; ſed lex humana iuſtè obligare pōt ad culpā, & pęnā, vt iam dictum eſt. Et proinde tranſgreſſor legis ad ſubeundam pęnam in conſcientia obligatur. Et in hac re oēs conueniūt. Quia vero lex pęnalis alia eſt latæ ſententiæ,alia ferēdę; Rurſumq; pęnæ in multiplici ſunt differētia, quędam.n.ſunt pure Eccleſiaſticę, & ſpirituales,quæ a lege Eccleſiaſtica ſolum imponi poſſunt, vt Excōmunicatio,Suſpenſio,Interdictum, quibus addi poteſt Irregularitas;quædam vero ſunt ciuiles,vt priuationes facultatum, Confiſcationes bonorum exteriorū:quædā vero ſunt pęnę corporales,vt Mors, Incarceratio,Flagellatio,&c. Item, quaedam pœnæ ſunt,quæ non ſolum ſtatui,ſed etiam infligi per ſolam ſententiam uel legis, vel iudicis abſque ulla actione ipſius delinquentis,aut alterius poſſunt, & in ſola paſſione,& priuatione conſiſtunt, ut Excōmunicatio, Irregularitas, Priuatio dominij bonorum, Priuatio beneficiorum, &c. Aliæ pęnę ſunt, quę infliguntur per realem alicuius actionem, reo tantum patiente pęnam inflictam,ut eſt pęna mortis, flagellationis, abſciſſionis mebrorum; Quædā etiam ſunt, quae per ſolam actionem ipſius delinquentis infliguntur, ut cum quis iubetur ire in exilium,& pœna pecuniaria, nam in pęna exilij neceſſaria eſt actio delinquentis, ut proficiſcatur in exilium,quaedam denique ſunt,quae & per actionem rei, & alterius infliguntur, ut cum quis ducitur in carcerem, de quibus omnibus in ſequentibus quanta fieri poterit breuitate, & perſpicuitate agemus. Vt autem ordinate omnia explicemus,prius de ſententia ferenda, deinde de pœnis ipſo facto a iure latis,differendum erit. Sit igitur in ordine

17 QVARTVM DVBIVM Quænam, & † quanta ſit obligatio legis pœnalis ſententiam ferendā continentis? Quia uero lex ferenda duas perſonas continet,uidelicet reum,cui pœna infligenda eſt,& iudicem,a quo reus damnandus eſt ad pœnam, quae per legem ſtatuitur; Rurſumq; in tali lege pœnali, duo tempora conſiderari poſſunt,alterum eſt tempus ante ſententiam a iudice latam, alterum uero eſt tempus poſt prolatam a iudice ſententiam, de his omnibus in ſeqq. propoſitionibus dicemus.

Prima Propoſitio. Reus toto tempore, antequam iudex ſententiam iuxta legis diſpoſitionem proferat,

ferat, ad pęnam ſtatutam a lege ſubeundam in conſcientia non obligatur. Quæ propoſitio communis eſt omnium Doctorum, vt Ioan. de Anan. c. In litteris. de Raptoribus. Angeli de Clauaſio. in Summa, in uerbo, Lex, §. 4. in ſexto caſu. Syluestri, in uerbo, Lex, q. 9. verſicul. ſeptimo, quando eſt pœnalis; Andreę ab Exea repetit. c. Canonum ſtatuta, num. 339. & num. 341. de Conſtit. Aſteſani, in 2. par. ſuæ Summæ, lib. 5. tit. 29. artic. 3. S. Antonini p. 2. tit. 1. c. 13. §. 8. Alphonſi a Caſtro, lib. 2. de poteſtate legis pœnal. c. 2. Petri de Arragon. 2. 2 to. 2. in q. 62. art. 3. & S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. in corp. & aliorum omnium præterquam Decij, qui in c. Canonũ ſtatuta, in lect. 1. col. 9. verſic. Non omitto tamen. de Conſtitut. vbi ait æquè obligare legem latæ ſententiæ, & ferendæ, & in l. quod a quoquam. ff. de reg. iur. *Ratio pro hac concluſione euidens eſt*: quia non eſt maior legis obligatio, quam ſit per legem expreſſa. At lex pœnalis, quæ ſtatuit pęnam a iudice ferendam, non præcipit reo, vt ipſe per ſe pœnam illam ſubeat, ſed tantum, ut condemnetur ad pęnam, hoc enim ſignificat lex pœnalis ferenda, & comminatoria. Non igitur tenebitur reus eam ante iudicis condemnationem per ſe ſubire. Ex qua concluſione nonnulla in praxi quotidiana inferri poſſunt. Hinc enim

18 *Primo* infertur, eum, qui † commiſit crimen, ob quod bonis ſuis priuatus non eſt ipſo iure, ſed per iudicem priuandus, omnia illa facere poſſe abſque peccato circa illa bona, quæ ante crimen commiſſum, ratione dominij facere potuiſſet, cum adhuc integrum dominium bonorum retineat, ſicut ante crimen commiſſum retinebat, ut v. g. res illas alienare poteſt tam oneroſo titulo, quam lucratiuo; Item res illas cum onere, aut detrimento aliquo permutare poteſt, aut etiam donare; dummodo tamen dolus, & fraus abſit, ut limitat Caſtro, vbi ſupra, libro 2. de poteſtate legis pęn. ca. 2. Coroll. 2. Nam ſi is, q crimen commiſit, intelligens ſe propterea rebus ſuis priuandum fore, illa cum damno aliquo alienaret, aut donaret, quod crimine non commiſſo facturus non eſſet, non valeret talis alienatio, quia dolus, & fraus nulli patrocinari debent, cap. Sedes Apoſtolica. de reſcript. & fauet Bartolus in l. poſt contractũ. ff. de donat. vnde ſi poſt commiſſum delictum hac intentione bona donaret, ne fiſcus ea caperet, nõ valeret donatio. Quia licet fiſcus ante condemnationẽ nullum ius in illis bonis habeat, ius tamen habet ad illa, & contra reum agere poteſt in iudicio, & petere, ut priuetur bonis, & bona illius ſibi dentur. Qui verò volens crimen committere, ob quod ſcit ſe bonis ſuis priuandum, antequam illud committat, bona ſua donat, aut uendit, quicquid Bartolus, vbi ſupra, contrarium ſentiat, tuta conſcientia, & ualide res illas donare, & vendere poteſt, quia tunc fiſcus non habebat ius in re, nec ius ad rem. *Ratio huius eſt*: quia non obſtante tali mala intentione, eſt dominus rei ſuæ, nec ulla lege prohibetur rem ſuam dare, aut vendere, ideoque donatio illa, vel venditio erit valida.

Eadem ratione poſt crimen commiſſum, ante iudicis ſententiam, res ſuas locare poteſt, quibus voluerit, & pretium locationis accipere, & redditus prius debitos exigere, debitorque illi ſoluere tenetur. *Ratio inquam eſt*: quia poſt crimen commiſſum ante ſententiam verè dominus eſt bonorum ſuorũ. Sic Petr. Anchar. in c. Cum ſecundum leges. de hæret. in 6. & Caſtro, ubi ſupra.

Secundo infertur, eum, qui tributum Regi debitũ ſoluere omiſit, etſi peccet, non reddendo tributum debitum, ad illiuſque reſtitutionem teneatur, ad pęnã tamen, quæ contra non ſoluentes tributa debita per legem ſtatuitur, ante iudicis ſententiam non tenetur. Et idem de eo dicendum eſt, qui res de regno in regnum transferendas manifeſtare noluit, ne ſolueret vectigal regi debitum, peccat enim non ſoluendo, pœnam tamen, quam lex contra tales ſtatuit, ſoluere non tenetur, antequam iudex eum condemnet.

Tertio infertur, peccare ſubditos, qui ſuperioribus ſuis obedire nolunt, ob hoc ſolum, quod commiſerunt crimen, ob quod lex illos ſua dignitate priuandos decernit. *Ratio eſt*: quia ille ſalua conſcientia officium ſuum retinere, & exercere poteſt, ualentque omnia ab eo geſta, quouſque per iudicem dignitate ſua priuatus ſit, & conſequenter ſubditis præcipere poteſt, illique obedire tenentur. Sic Petr. de Anchar. in c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. lib. 6. in notab. 20. vbi citat Lapum interpretantem c. ſæpè, de app. & Bar. in tract. de tyranno. q. 7. & Alphonſ. a Caſtro, libr. 2. de poteſt. leg. pęnal. cap. 2. Coroll. 1. Conc. 1. & facit c. Nonne, 8. quæſt. 4.

Illud autem circa pęnam a iudice inferendã annotandum eſt ex communi Doctorum conſenſu, ut docent Petrus Ancharannus in c. Cum ſecundum leges; de hæret. in 6. & Alphonſ. a Caſtro, lib. 2. de poteſtate legis pęnal. c. 2. Concl. 1. & colligitur ex l. ſi pęna. ff. de pęnis, pęnam hanc ad hæredes non trãſire, & proinde, ſi reus ante ſententiam moriatur, ceſſat pęna. *Ratio huius eſt*: quia in his, quæ ad hæreditatem pertinent, hæres, & defunctus ſunt velut eadem perſona; ergo ſicut defunctus nondum damnatus ad illam pœnam non tenebatur, neq; ita hæres: Qua etiam ratione, ſi defunctus ob crimen commiſſum, iuxta legem certam ſummam pecuniæ poſt iudicis ſententiam, & non antea ſoluere tenebatur, illeque, antequam ad eam condemnaretur ex hac uita diſceſſit non tenetur executor teſtamẽti eam ſoluere, non enim tenetur executor teſtamenti ad plura, quam defunctus ille tenebatur, vt Baldus in l. id quod pauperibus, q. 9. C. de epiſc. & cler. & Caſtro, vbi ſupra, notarunt.

19 *Secunda Propoſitio*; Lex † pęnalis, quæ ſententiam ferendam continet, poteſtatem iudici confert, vt poſtquam illi legitimè de crimine conſtiterit, reum ad pęnam in lege ſtatutam damnare poſſit. Hæc in confeſſo eſt apud omnes, eamque expreſsè tradit Alphonſus a Caſtro li. de poteſtate legis pęnal. ca. 2. in fine. *Ratio eſt*: quia alias legis pęnalis virtus quę cõtinet ſententiam ferendam, nulla, & irrita eſſet, ſi iudex, cui hoc onus incumbit, poteſtatem hanc non haberet, ut experientia conſtat.

20 *Tertia Propoſitio*, Reus † ad pęnam a lege ſtatutã damnatus, in conſcientia pęnam illam ſoluere tenetur. Sic S. Th. 2. 2. q. 62. art. 3. in corpo. Felin in c. Canonum ſtatuta, nu. 43. de Conſtit. qui citat Baldum in l. Id quod pauperibus, q. 9. C. de Epiſcopis, & clericis. Caſtro, li. 2. de poteſtate legis pœnal. c. 3. Greg. de Valen. to. 2. diſp. 5. q. 9. puncto 9. quæſt. 3. uerſic. Tertium eſt, & alij omnes. *Ratio eſt*: quia eo ipſo qđ lex tribuit iudici poteſtatem repetendi pęnam,

conſequenter obligat ſubditum reum ad obtemperandum tali iuſtæ ſententiæ iudicis, ne repugnet poteſtati, & legi iuſtæ, adeoque ordinationi diuinæ, juxta illud ad Rom. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, & Hebr. 13. *obedite præpoſitis ueſtris*. Ex qua concluſione nonnulla inferuntur.

Primo infertur, Quod ſi prælatus damnatus ſit a iudice ob delictum, ad priuationem prælationis, tenetur huic ſententiæ obedire, nec aliquid poſtea facere poteſt, quod ad illam prælationem ſpectat, nec ſubditi amplius ei obedire tenentur: Et conſequenter non poteſt fructus, qui dignitati debentur, iuſte precipere, quos ſi percipiat, ad reſtitutionem obligatur.

Secũdo infertur, Quod damnatus ad pęnam lege ſtatutam, propterea quod dolo, aut fraude res aliquas occultauit, propter quas iure debebat vectigal, aut quoduis aliud tributum, tenetur in conſcientia talem pœnam ſoluere. *Ratio eſt*, quia cum leges iſtæ iuſtæ ſint, quæ huiuſmodi criminibus pęnas aliquas infligi præcipiunt, iuſte etiam agit iudex, reum ad pœnam in lege ſtatutam damnans, & proinde ſic delinquens huic iuſtæ ſententiæ obedire in conſciẽtia obligatur.

21 Tertio infertur, Quod, ſi quis a iudice ad pęnam in lege ſtatutam damnatus, antequam eam ſoluat, ex hac uita decedat, hæres defuncti ad pœnam illam ſoluendam obligatur, dummodo ſit pœna, quæ infertur, circa bona temporalia, quibus hęres ſuccedit. *Ratio eſt*, quia hæres in his, quæ ad hæreditatem pertinent, ſuccedit in ius defuncti, eademque perſona cum illo cenſetur, non ſolum ad lucrum, ſed etiã ad damnum, ideoque tenetur id in hæreditate pati, quod defunctus ſic damnatus paſſus eſſet, ſi superuixiſſet. Hæreditatis autem nomine id ſolum intelligitur, quod deducto ære alieno ſupereſt. Idemque de executione teſtamenti, quod de hærede cenſendum eſt, tenetur enim & iſte ea ſoluere, quæ defunctus ſoluere tenebatur. *Dixi circa bona temporalia*, quia nec haeres defuncti, nec executor teſtamenti, pœnam corporis, quam alias defunctus, aut teſtator pati debuerat, pati tenetur. Ratio differentiae eſt, quia defunctus propterea quod, dum viueret, uerum habebat bonorum ſuorum temporalium dominium, potuit illud in haeredem transferre, & ita tranſtulit ea lege, & conditione, qua ipſe illud retinebat. Et inde ſequitur teneri haeredem pœnam ex illis bonis ſoluere, ex quibus, cum è uita deceſſit, ſoluere tenebatur. At circa corpus ſuum defunctus, aut circa corpus haeredis, quia non habet dominium perfectum, ideo nullum tributum, nullamque pœnae obligationem ſuper corpus haeredis transferre poteſt. Quo ſenſu intelligendus eſt Paulus iuriſconſultus in l. ſi pœna, ff. de pœnis, ubi ait, haeredem non teneri ad pœnam defuncti. Sicut è contra intelligendus eſt Bal. in l. quod pauperibus q. 9. Cod. de Epiſcop. & clericis, de ſolis pœnis, quae circa bona temporalia inferuntur, non autem de pęnis corporis, quando ait, haeredem teneri ad pęnam, ad quam defunctus fuerat condemnatus. Quibus omnibus conſentiunt S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. ad ſecundum, Alexander de Ales, in ſumma p. 3. q. 41. membro quarto, art. 1. ante finem, Alphonſus a Caſtro lib. 2. de poteſtate legis poenal. c. 3. circa medium, & paulo ante finem, & alij Theologi communiter affirmantes, nunquam unum pro alio poſſe poena corporis puniri, id quod etiam iure humano definitum eſt, ut patet in leg. Crimen. ff de poenis.

22 Illud autem circa hanc tertiam propoſitionem annotandum eſt, damnatum ad poenam in lege ſtatutam, ad eam ſoluendam in conſcientia obligari, dũmodo omni iudicij ordine conſummato ſic damnatus ſit, ut nullum habeat iuris remedium, quo ſententiam condemnationis irritam facere poſſit. Quamuis enim damnatus ſit a iudice ad poenam, ſi tamen appellet, putans ſe iniuſtè damnatum, non tenebitur poenam, ad quam damnatus eſt, ſoluere, quouſque ultima ſententia definitiua, a qua non poſſit appellare, contra illum data ſit; lex enim ait, quod ſi condemnatus appellauit, ſtatus eius integer erit. l. vnica. ff. Nihil innouari pend. appell. & conſtat ex toto tit. decret. vt lite pendente nihil innouetur. Vnde ſi praelatus condemnatus, & priuatus praelatione interim appellet, ſtante iuſta appellatione retinere poteſt ſuam dignitatem, & excommunicare, & alia facere, ac ſi condemnatus nõ fuiſſet, ſicque ab illo excommunicatus, & denunciatus ab omnibus uitandus erit, cum excommunicatio ſecum executionem trahat, cap. Paſtoralis. de appellat. At vbi poſtea declaratum fuerit talem appellationem fuiſſe iniuſtam, & ultima ſententia definitiua prolata fuerit, priuaretur tunc ſua dignitate, & praelatura.

23 QVINTVM DVBIVM eſt, circa legem poenalem latae ſententiae, quam uim obligandi habeat in conſcientia? Poteſt autem hęc difficultas duobus modis accipi, & intelligi; uno modo ut ſenſus ſit, An tranſgreſſores legis poenalis taneantur in conſciẽtia ad ſoluendam poenam ante iudicis ſententiam: Alio modo, An poſt iudicis ſententiam poenas illas ſoluere, & ſubire teneantur.

Quoad primum ſenſum, In hoc conueniunt omnes, ut certa ab incertis ſeparemus. Quotieſcũque in lege lata ſit pro aliquo delicto ſententia excommunicationis ipſo facto, ipſo iure, aut nulla iudicis expectata ſententia, quicunque legem illam tranſgreditur, ante iudicis condemnationem erit excommunicatus: ſic Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iure q. 6. art. 6. concluſ. 2. Caiet. in ſumma, uerb. poen. & 2. 2. q. 62. articulo tertio. Barthol. Medina 1. 2. q. 96. articulo 4. dub. 2. concluſ. 1. Petrus de Arragona in 2. 2. quaeſt. 62. articulo tertio. Martin. Nauarr. in Manuali cap. 23. numer. 67. verſic. Dixi regulariter Dominicus Bãnes in 2. 2. quaeſt. 12. art. 2. dub. 2. ad ſecũdum. Alph. a Caſtro libr. 2. de poteſtate leg. poenal. capit. 8. poſt principium, & Gregor. de Valent. tomo 2. diſput. 7. quaeſt. 5. puncto 6. quaeſt. 3. ante finem. Et patet ex communi praxi Eccleſiae, qui enim publicè clericum percuſſit, communiter habetur ab omnibus pro excommunicato, etiam ante iudicis ſentẽtiam, ut patet 17. quaeſt. 4. c. Si quis ſuadente diabolo. & faciens, uel mandãs aliquem interfici per aſſaſſinos (quamuis exinde mors nõ ſequatur) aut eos acceptãs, defendens, uel occultãs excommunicationis, & depoſitionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio ſententias ipſo facto incurrit, ut habetur in capit. Pro humani, de homic. in 6. & haeretici etiam ut cõſtat. in c. Ad abolẽdam, de haeret. ipſo facto excommunicati ſunt. Differunt tamen Sotus,& alij in aſſignanda huius rei ratione, Sotus enim loquens de excommunicatione in particulari, rationem hanc rèddit,cur eccleſia aliquem abſque cauſæ cognitione, & iudicis ſententia excommunicare poſſit, non autem alijs pœnis caſtigare, Quia,ſcilicet,per excōmunicationem non priuatur quis bonis ſuis proprijs, quæ iure priuato poſſidet, ſed bonis communibus eccleſiæ,ſ. ſacramentis,& ſuffragijs eccleſiæ, quorum diſpenſatio ad eccleſiam pertinet, ideoque eccleſia eo ipſo, quod quis legem ſuam violauerit, bonis ſuis illum priuare poterit; At uero per leges ciuiles priuatur quis bonis ſuis proprijs, quibus non niſi per actionem propriam priuari ualet. Quæ Soti ratio, vt rectè notat Bannes,vbi ſupra,non multum efficax eſt, Nam primo,eo ipſo,quod quis per Baptiſmum fidelis, & membrum eccleſiæ factus eſt, habet ius ad percipienda ſacramenta eccleſiæ, & alia bona ſpiritualia ipſius. Deinde ſecundo bona ciuilia etiam eodē modo pèrtinent ad bonum commune, eorumque diſpenſatio ad eum pertinet,qui curam gerit communitatis. Ergo ſicut bonis illis ſpiritualibus per legem priuari poſſet,etiam & bonis temporalibus priuari poterit; Immo ſi poteſt iſtis bonis temporalibus priuari pèr ſententiam,etiam per legem eiſdem priuari poteſt,cum iudex non niſi ſecundum legem iudicare debeat.

Alij uero Doctores allati,vt Nauar. Medina, Arragon. Gregor. de Valent. poſt Caietanum aliam rationem vniuerſaliorem aſſignāt, quia excommunicatio eſt pœna, quæ in priuatione,& paſſione conſiſtit, ad quam reus non concurrit aliqua actione, prout facit in pœnis pecuniarijs, & corporalibus, & ideo illa abſque alia aliqua præuia actione, & executore incurritur. Et quod de excommunicatione dictum eſt, de ſuſpenſione, & irregularitate etiam dicendum eſt,incurri ipſo facto,prout fatetur ipſemet Sotus lib. 1 de iuſtitia, & iure,q. 6. articu. 6. ad ſeptimum,de ſuſpenſione, & irregularitate, hac ratione motus,quod hæc non ſit aliud, quam commaculatio,& indignitas ad tractandum ſacra,& cōſentiunt Caietan. Dominicus Bannes, Alphonſus a Caſtro, Petrus de Arragon. & Nauarrus, ubi ſupra, de ſuſpenſionè, interdicto, & irregularitate incurri poſſe ipſo facto, ſine alia iudicis ſententia, quia hæ pœnæ non in actione, ſed in priuatione conſiſtunt. De alijs inter ſe diſſentiunt, & in tres ſententias diuiſi ſunt.

24 Prima ſententia eſt dicentium omnem legem pęnalem,quæ continet ſententiam a iure latam, obligare in conſcientia ad pœnam in illa ſtatutam, ante iudicis ſententiam,ita vt non ſolum quis debitor ſit illius pœnæ,ſed etiam vt teneatur ſtatim pænam illam ſoluere, Sic Alphonſus a Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punitione. c. 6. & libr. 2. de poteſtate leg. pœnal. c. 8. vbi etiam citat multos alios in ſuam ſententiam, vt Adrianum, Ioannem Medinam, Panorm. in ca. Canonum ſtatuta. nu. 11. de conſtit. & in ca. dilecti, de arbit. Dominicum de S. Geminiano in ca. Pro humani. §. ſacri. de homicid. in 6. Felinum in ca. Rodulphus, de reſcri. Barbatium in repet. c. Rainaldus, de teſtamentis. Philippum Decium in c. Canonum ſtatuta, num. 20. de conſtit. Paulum de Caſtro in l. 1. §. Ad beſtias. ff. de poſtulando. Bald. in l. id quod pauperibus. C. de Epiſcopis,& clericis, quæſt. 9. Angelum de Peruſio in Auth. de inceſtis nupt. num. 2. & nu. 5. Iaſonem lib. 3. conſiliorum ſuorum, conſil. 21. Ant. Corſet. in ſingularib. ſuis in tit. pœna. uerſ. ubi cunque pœna. Andr. Tiraq. in commentarijs ſuper l. ſi unquam. in uerbo. Reuertar. Cod. de reuocand donationibus,& Gloſ. in c. quam ſit. verbo, Eo ipſo de elec. in 6. & ibidem in ultim. gloſſa ſuper hoc uerbo, vacuetur,& in c. commiſſa. in uer. iuſto impedimento. de elec. in 6. & in clem. quoniam. in verb. eo ipſo. de uita,& honeſt. cler. & in clement. Multorū gloſ. ultim. de pęnis. vnde infert hic author,ſcilicet, Caſtro, quod hæreticus ſtatim, ac incidit in crimen hæreſis tenetur in conſcientia tradere bona ſua fiſco,quorum dominio ipſo iure priuatur,per c. cum ſecundum leges, de hæret. in 6. vt multis argumentis oſtendere conatur lib. 2. de poteſtate legis pęnal. ca. 10. & ſeq.

25 Secunda Sententia eſt aſſerentium neminem obligari ad executionem pęnæ ante ſententiam iudicis, etiamſi ſit lex pęnalis latæ ſententiæ. Sic S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. ubi ait neminem ante condemnationē per iudicem ad pęnam teneri. Adria. Quodlib. 6. ar. 1. litera I, verſic. Tertio infero. Sylueſt. in verbo Hæreſis. 1. q. 8. verſ. Tertia pęna. & in uerb. Pœna. q. 25. Conrad. trac. 1. de contract. q. 7. Ioan. Med. C. de cōtractib. q. 1. dub. 3. verſ. Aut etiam,& q. 22. in ſecunda parte quæſtionis, in reſponſione ad ſextum argumentum pro parre affirmatiua, poſt corollariū tertium, verſ. Nec obſtat motiuum. Nau. in Manuali. c. 23. nu 66. Couaruuias in 2. p. epit. c. 6. §. 8. nu. 10. & inter Iuriſconſultos multi, quos Caſtro lib. 2. de poteſtate legis pęn. c. 9. & Sotus, ubi ſupra, referunt, ut Arch. in cap. Cum ſecundum leges. de hæret. in 6. Petrus Anch. & Philip. Francus in eo. ca. Ioan. Andr. in c. pro humani. de homicid. in 6. Bart. in l. eius qui delatorem. ff. de iuri fiſci, Alex. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Guliel. Benedictus in c. Rainutius de teſtamentis p. 2. num. 32. Hippolitus Marſilienſis in ſua practica cauſarum criminalium, in §. Aggredior nu. 105. & in rubrica. ff. ad leg. Corn. de falſis nu. 24. Alciatus in l. cum poſtea quam Co. de pact. & in leg. ſi quis maior. C. de tranſact.

26 Tertia Sententia, quæ media eſt inter duas illas præcedentes, eſt Caietani in 2. 2. q. 62. artic. 3. & Petri de Arragon. ibidem. Barth. Medinæ. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Dominici Bannes in 2. 2. q. 12. art. 2. ad ſecundum,& Gregor. de Valentia tom. 2. diſput. 7. q. 5. puncto 6. q. 3. propè finem, & aliorum, qui diſtinguunt de lege pęnali; quædam enim pęnæ ſunt, quæ ad ſui executionem exigunt actionem aliquam poſitiuam,& realem, quę pœnę non incurruntur ex lege latę ſententię ante iudicis ſententiam, ſaltem quoad executionem, ſatis enim eſt, quod reus patiatur pœnas has ab alio illatas ex mandato iudicis; quædam vero ſunt pœnę, quę ad ſui executionem non exigunt actionem realem, & poſitiuam, ſed ſunt merę priuationes, & has incurrūt legis tranſgreſſores ante iudicis ſententiam, quoad executionem. Vt igitur, quid mihi probabilius in tanta doctorum uarietate uidetur, exponam, remque hanc ob praxim quotidianam ſcitu neceſſariam clarius, manifeſtiuſque declarare queam, ſequentes propoſitiones ſubiungam.

27 PRIMA PROPOSITIO; Lex pęnalis tam diuina, quam humana ferri pọteſt, quę tranſgreſ-

ſores obliget in conſcientia ad pęnam ſine vlla iudicis ſententia. Quæ concluſio ſic in communi poſita ab omnib. conceditur, nec ab vllo verè negari poteſt. Et de lege diuina id oſtendi poteſt varijs exemplis, ſic enim Exo.22.habetur lex, in qua ſtatuitur, vt qui percuſſerit oculum, aut excuſſerit dentem ſerui, aut ancillæ ſuæ, in pęnam delicti lege diuina teneatur in conſcientia ante iudicis ſententiā ad reddendam ſeruo, aut ancillæ libertatem. Si enim neceſſaria fuiſſet iudicis ſententia, rarò, aut nūquam plenè fuiſſet ſeruo ſatisfactum, vt notat Caſtro l.2.de poteſtate leg.pęnal.c.4.in principio, quia dominus ſerui in catenis, aut domi eum incluſum tenuiſſet, ne ad iudicem perueniret & dominum accuſaret, ſicque ſeruum ſuum amitteret. Et in lege veteri varia ſacrificia pro varietate peccatorum offerri præcipiebantur, quæ ſacrificia in pęnam tranſgreſſoribus a lege impoſita erant, tenebanturque tranſgreſſores ad illa ſacrificia facienda ante aliquam iudicis ſententiam, ita vt, ſi non feciſſent, tanquam vlterioris peccati rei tenerentur. Et in lege Euangelica coniux adulter in ſui criminis pęnam, priuatus eſt iure petendi debitum a coniuge innocente, vt ex Matth.5. & 19. colligitur, vbi dicitur non eſſe licitum vxorem dimittere, *niſi ob fornicationem*, exinde ſatis apertè docens licere coniugi innocenti, coniugem adulteram dimittere, adeo vt quāuis poſtea adultera ſe correxerit, nunquam recuperabit ius, quod ſemel amiſit, niſi vir innocens voluerit illud per indulgentiam illi concedere. Et poteſt dari ſimile in hæretico, qui etſi reſipiſcat, & ipſum ſui erroris pęniteat, nunquam tamen recuperat bona olim ſua, quorum dominio per hæreſim priuatus eſt, niſi fuerint illi miſericorditer conceſſa, vt dicitur in c.vergentis.de hær. Cum igitur certum ſit pęnam eſſe adultero coniugi priuatum eſſe iure exigēdi debitum ab altero coniuge ſuo, inde apertiſſime colligitur, vt lex, quæ talem pęnam contra adulterū ſtatuit, pęnalis cenſenda, & dicenda ſit, ad quam pęnam ſuſtinendam obligatur in conſcientia adulter abſque aliqua iudicis ſententia, quæ illum de crimine damnet. Quamuis enim ad diuortium plenum faciendum, & cohabitationem iuſte ſeparandam requiratur iudicis ſententia, ad hoc tamen, vt retenta cohabitatione debitum ſecreto licitè negetur, nulla requiritur iudicis ſententia; ſed ſatis eſt, vt illi quouis modo de crimine alterius conſtet. Tunc enim adulter ante iudicis ſententiam, quamuis poſſit abſque vllo peccato blande, & humiliter ab innocente debitum coniugale petere, & illo donante, & annuēte recipere, illo tamen negante per vim, & violentiam capere non poteſt. Et ſi taliter acceperit, mortaliter peccat, quia id, quod iure ſibi non debetur, arripuit.

28 Et quod his, alijſque exemplis ex lege diuina deſumptis probatum eſt, etiam de poteſtate, & lege humana tam laica, quam eccleſiaſtica facile oſtendi poterit, quandoquidem, vt alias ſæpè monſtratum eſt, vtraque poteſtas facultatem a Deo accepit, qua leges condere poſſit de re quacunque, quæ non ſit contra ius naturale, aut diuinum, præſertim ſi res illa iuuat ad meliorem mandatorum Dei obſeruantiam, poteſtque homines ſibi ſubditos ad talium legum obſeruationem ſic obligare, vt illarum tranſgreſſio in re graui peccatum mortale ſit. Hominem vero peccatorem obligari in conſcientia per legem ad pęnam ſine iudicis ſententia ſubeundam, nec cōtra ius diuinum eſt, vt ex dictis conſtat, nec contra ius naturale, quia etſi Deus multa ſtatuerit, nunquam tamen legem ſtatuit, quæ legi naturæ repugnaret. Tunc enim ipſa lex naturæ eo ipſo efficeretur iniuſta, & a rectitudine deuians, quoniam ideo lex naturalis ſemper eſt recta, quia ſemper ſe diuinæ voluntati conformat. De qua re apertiſſimum reddit teſtimonium Beatus Cyprianus, qui in ſermone de baptiſmo Chriſti Deum alloquens ſic ait; *lex tua docet vitare peccatum, & corripit tranſgreſſores, & vt lotis, mundiſque pedibus in via immaculata incedant, omnia præmonſtrat offendicula, & inſinuat diuerticula, quib. periculoſi tranſitus euitentur, nihil impoſſibile, nihil iubet auſterum. In quibuſdam per legem tuā promiſſa præmia nos inuitant, in multis pœnæ propoſitæ, & ſupplicia, vel damna territos animos a ſcelerum retrahunt appetitu. Neq; lex tua ſcripta a lege naturali in aliquo diſſonat, &c.* & S.Aug.in Pſal.118.*præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ*, ait, *lege diuina legem naturalem inſtauratam, auctam, & firmatā eſſe* & li.22.contra Fauſtum Manichęum, ca.27.ait, *lex æterna eſt ratio diuina, vel voluntas Dei, ordinē naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans.* Quibus ēt conſentit Ariſtoteles in libro de mundo, dicēs, *Deus cum omnium rerum principium, & finē, mediumq; teneat, recte ſemper ſecundū naturā incedit, quem iuſtitia ſemper aſſectatur, vlciſcens legis diuinæ violatores.* Hęc ille. At vero peccatorem obligari in conſcientia ad pęnam peccato debitam perſoluendam abſque ulla iudicis ſententia, plurimum ad meliorem legum tam diuinarum, quam humanarum obſeruationem prodeſſe conſtat. Sicut enim pęna a lege ſtatuta, & a iudice inferenda vtilis eſt ad publica crimina coercenda, ita etiam talis obligatio ad pænam in conſcientia ſoluendam multum utilis eſt ad homines cohibendos, ne ſecretò crimina perpetrare audeāt, maxime quando ad talem pęnam ſine aliqua iudicis ſententia ſuas conſcientias obligatas eſſe intellexerint. Deinde iudex ex omnium ſententia obligare poteſt reum ad ſoluendam pęnam, ita vt in conſcientia debitor illius ſit. Ergo & lex eodem modo obligare poterit, cum nō minoris poteſtatis ſit lex, quam iudex. Cum enim voluntas legiſlatoris ſit, ꝗ ſubditos obligat, & voluntas eius ęque per ſcriptam legem, ac per vocem ſuam viuam manifeſtari poſſit, inde plane conuincitur legem ſcriptam ita obligare ſubditorum conſcientias ad aliquid agendum, uel omittendum, ſicut vox ipſius legiſlatoris viua obligaret. Vnde Cicero li.2.de legibus, ait. *vere dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum.* Et deinde certū eſt, ipſo facto incurri poſſe excommunicationem, ſuſpenſionem, aut irregularitatem, abſq. alia iudicis ſententia; quoties pro aliquo crimine commiſſo a iure canonico pęnæ iſtæ ipſo facto impoſitæ ſint, quod argumentum efficax eſt, poſſe eccleſiam obligare reum ad pęnam ante omnem iudicis ſententiam ſuſtinendam. Idemque de alijs legibus pænalibus cenſendum eſt, ut ex his, quæ infra dicemus, manifeſtum erit. Satis interim comprobatū eſſe puto in eccleſia poteſtatē eſſe, ut leges pęnales ferat, quibus tranſgreſſores ad

ſoluendam pęnam abſq; vlteriori iudicis ſententia obligari poſſunt. Quę omnia non ſolũ de ptãtę eccleſiaſtica, ſed etiam laica procedunt, cum hæc etiã leges ſuis ſubditis præſcribere poſſit, ſicut eccleſiaſtica, quæ conſcientias eorum ad peccatum mortale obligare queant. Etenim non ſolum eccleſiaſticis, ſed etiam laicis in officio, & dignitate poſitis obedientia in conſcientia debetur, iuxta D. Pauli teſtimonium, qui de obedientia magiſtratibus debita in communi, & abſolutè loquens ait, *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*. Rom. 13. Et paucis interpoſitis de ſola poteſtate ſeculari loquens ait, *Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malũ agit. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*. Poteſt igitur poteſtas humana tam laica, quam ſecularis legem pęnalem condere, quæ illius tranſgreſſorem in foro conſcientiæ ad pęnam obliget abſque aliqua iudicis ſententia perſoluendam

SECVNDA PROPOSITIO: lex pęnalis iuſta continens ſententiam latam ſtatim ipſo facto ante quamcumque ſententiam iudicis condemnatoriam, uel declaratoriam, quales ſunt leges illæ, quæ in priuatione conſiſtunt, obligat reum in conſcientia ad pęnam, quæ in lege ſtatuitur, eumque debitorem conſtituit. Sic authores omnes in tertia ſententia citati. Et patet in ſententijs, & cenſuris eccleſiaſticis, quæ cum in priuatione conſiſtant, & ſine vlla actione ipſius rei incurri poſſint, poteſt eccleſia eas inferre, & vere incurrunt ante omnem iudicis ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam; ſatis enim eſt quod quis crimen ſcienter commiſerit, ob quod pęnæ iſtæ tranſgreſſoribus infliguntur a iure. Itaque ſi iudex eccleſiaſticus præcipit aliquid ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, quicunque illam tranſgreditur, ante iudicis condemnationem erit excommunicatus. Sic etiam Bonifacius Papa VIII. in cap. cum ſecundum leges. de hæret. in 6. legem tulit, vt hæretici ſtatim priuentur bonorum ſuorum dominio, ante omnem iudicis ſententiam. Circa quam legem annotandum eſt, duo ibi a Bonifacio ſtatuta eſſe, vnum eſt, quod hæreticus ipſo iure bonis ſuis priuatus ſit, & bona illa fiſco applicentur; Alterum eſt, ut fiſcus bona illa non apprehendat, antequam ille per competentem iudicem ſit de crimine hæreſis damnatus. Ante omnem igitur ſententiam iudicis, hæreticus verè pęnam legis incurrit, hoc eſt dominio bonorum ſuorum priuatus eſt, ita vt nullo modo, (quamuis nulla ſequatur iudicis ſententia declaratoria) bona, quæ tunc poſſidet, vendere, aut permutare, donare, aut alienare poſſit, neque aliquid eorum facere, quæ ſoli domino vero conueniunt, ſicut nec ille, qui per iudicis ſententiam bonis ſuis priuatus eſſet; Neque de huiuſmodi bonis ſuis, quę poſſidet, teſtari valet, ſicut nec poſſet, ſi per iudicis ſententiam bonis ſuis priuatus eſſet; vt latius Bald. in Authent. Inceſtas. Cod. de inceſt. nupt. Ioannes Andr. Petrus Anchar. Dominicus, & Philip. Francus in cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6. & Alphonſus a Caſtro in libro 2. de poteſtate legis pęnal. capit. 8. in principio tradunt. vnde tales donationes, & alienationes ab eo factæ irritæ ſunt, adeo vt poſtquam per iudicis ſententiam declaratum fuerit aliquem fuiſſe hæreticum, quoad hanc bonorum amiſſionem retroagitur vſque ad tempus, quo fuit hæreticus, poteſtque fiſcus omnia illa bona a quocunque accipere, etiam ab emptore, aut hæredibus immo etiam repetere poteſt fructus omnes præter eos, quos circa vitæ ſuæ ſuſtentationem impenderit, ut colligitur ex cap. Accuſatus, §. in eo uero caſu, de hæret. in 6. Requiritur autem ſententia declaratoria criminis, non ut bonis ſuis priuatus ſit, ſed ut poſſeſſione eorum priuetur, hoc eſt, ut fiſcus bona illa iuſte exigere poſſit, aut ipſemet illi eadem reddere in conſcientia teneatur. Id quod iuſtiſſime, & magna cum prudentia ſtatutum eſt, quia niſi ita fieri oporteret, ſæpè contingeret, ut odio, aut cupiditate ſolicitante, ex modica, & leui criminis ſuſpicione executio pęnæ contra innocentem, & inculpatum fieret dicente fiſco hęreticum eſſe eum, qui uere catholicus eſſet. Ne igitur hoc contingeret, & ex altera parte hęreticus impunitus remaneret, ſtatuit Pontifex hęreticum ipſo iure dominio bonorum ſuorum eſſe priuatum, quamuis fiſcus ea capere prohibeatur, donec ille per iudicem competentem de crimine hęreſis damnatus ſit.

Sic etiam per capitulum, Quicunque, §. Hęretici autem. de hęret. in 6. Alexander Papa IIII. legem ſtatuit, qua hęretici, aut credentes, aut receptores, aut defenſores hęreticorum ad beneficia eccleſiaſtica, aut officia publica inhabiles redduntur. Vnde ſi alicui hęretico beneficium eccleſiaſticum, aut officium publicum collatum ſit, qui nondum fuerit de ſuo crimine damnatus, collatio illa irrita, & inanis eſt ipſo facto, & conſequenter hęreticus uirtute huius legis ante omnem iudicis ſententiam in pęnam inhabilitatis, & indignitatis ad beneficia, & officia publica ſuſcipienda incidit.

Eodemque modo hęreticus ante omnem iudicis ſententiam patria poteſtate priuatur, ut colligitur ex cap. Quicunque, § illorum autem, de hęret. in 6. ubi idem Alexander Papa IIII. ſtatuit emancipationem filiorum a patre hęretico factam nullius eſſe momenti, & ualoris, etiamſi poſt talem emancipationem declaretur patrem fuiſſe hęreticum. Ergo ante iudicis ſententiam pater hereticus, eo ipſo quod hęreticus erat, amiſit patriam poteſtatem, & filius etiam ante talem emancipationem factus erat ſui iuris, ut ibidem habetur, & docent gloſſ. ibi in uerb. deſierint. & Alphonſus a Caſtro lib. 2. de poteſtate l. pęnal. capit. 5. argumento. 7. & Doctor. communiter.

Simili ratione Innocentius Papa IIII. legem ſtatuit, qua Aſſaſinos, & illorum fautores, atque receptatores ipſo facto depoſitionem a dignitate honore, ordine, officio, & beneficio incurrere uoluit, ita ut illa libere alijs per illos ad quos eorum collatio pertinet, conferantur, ut ex capit. Pro humani, & gloſſ. ibi in uero. libere. de homicid. in 6. Ad quam pęnam incurrendam ſententia iudicis neceſſaria non eſt; quia ſi illa requireretur, non libere, ut ait textus, illi, ad quos ſpectat, poſſent talia conferre; quandoquidem reus multa opponere poſſet, per quę talis libertas impediretur.

Et Cæleſtinus Papa III. vt habetur in c. Tranſmiſſæ.de eo,qui cognouit conſang.vxor. ſuæ. hanc pœnam inceſtuoſo impoſuit, vt matrimonium cõtrahere non poſſit,niſi cum illo diſpenſetur,& ſi cũ tale crimẽ commiſit, fuerat matrimonio alligatus, imponitur illi hæc pęna,vt priuatus ſit ptãte exigẽdi debitum ab vxore,niſi fuerit cum eo diſpenſatũ. Id quod verum eſt, vt teſtatur Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate leg.pœnal.c.5.etiamſi nulla poſt inceſtum ſequatur iudicis ſententia, quæ illum ad talem pęnam damnet, aut declaret illum in talem pœnam mortalem incidiſſe. Alioqui inceſtuoſus occultus ſine diſpenſatione contrahens, aut debitum ab vxore petens, non peccaret, quod nullus ſanæ mentis affirmare audet.

31 Deinde Innoc.Papa IIII.in c. Romana,§.procurationes.de cenſib.in 6.legem,& modum viſitationis præſcribens Archiepiſcopo,iuxta quem diœceſim,& alias epiſcoporum ſuffraganeorum viſitare debet,monet illum, vt caueat ne ipſe, vel quiſpiam ſuorũ aliquod munus quodcunq; ſit,aut qualitercũque offeratur,præſumat recipere: quia monitione, & præcepto prætermiſſo,tandẽ contra illius tranſgreſſorem pęnam imponens,ait. *Quod ſi fuerit cõtra præſumptum recipiens maledictionem incurrat,a qua nunquam, niſi duplum reſtituat,liberetur.* Similemq; legem ſtatuit Greg.X.in Concilio Lugd.vt habetur in ca.Exigit.de cenſib.in 6.vbi hæc reſtitutio dupli intra menſem fieri præcipitur,id quod etiam confirmatum eſt a Concilio Trid.Seſ.24.de reform.ca.3. In qua conſtitutione habetur illius tranſgreſſorem peccare mortaliter,hoc.n.ſignificat dictio illa,*maledictio*,nullus.n. incurrit maledictionem niſi per peccatum mortale. Et præterea eo ipſo,quod a tali maledictione abſolui non poterit, niſi duplum intra menſem reſtituat, euidenter probatur legem hanc pœnam eſſe,& latã ſententiã continere, quæ in foro conſcientiæ obliget reum ad pęnam in illa expreſſam,ante omnẽ iudicis ſententiã,prout manifeſtè conuincunt verba illa in fine d.ca. *Exigit*,poſita, poſtquam.n.docuerat tranſgreſſorem illius teneri ad reſtitutionem duplici eius quod receperit,eccleſiæ a qua id receptũ fuerit intra menſem,ſtatim ſubdit,*Alioqui ex tunc*,id eſt,elapſo menſe,vt ait gl. in verſic.*ex tunc,epiſcopi,& eorum ſuperiores,duplum ipſum vltra prædictum tempus reſtituere differentis, ingreſſum eccleſiæ ſibi ſentiãt interdictum. Inferiores vero,ab officio,& beneficio vſq; ad plenariam de duplo ſatisfactionem ſuſpenduntur.*quas omnes pęnas Concilium Trid.vbi ſupra renouat,& confirmat.

32 Extat etiam lex quædam pęnalis. *in Extrauag. Ambitioſe de reb. eccleſ. non alien.*a Paulo Papa III. edita,vbi poſtquam præcepit,ut res eccleſiæ ſine licentia Romani Pontificis non alienentur,& Epiſcopis,& Abbatib.contrarium facientibus ingreſſum eccleſiæ prohibuit,tandem alijs prælatis contra illam conſtitutionem facientibus pęnam imponens,hæc verba ſubdit: *Inferiores vero prælati cõmendatarij,& aliarum eccleſiarum rectores, beneficia, uel adminiſtrationem,quomodolibet obtinentes, prioratib.prępoſituris,prępoſitatibus,dignitatibus,perſonatibus adminiſtrationib.officijs,canonicatib. præbendis,alijſq; eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus & regularib.beneficijs quorum res,et bona alienauerũt duntaxat,ipſo facto priuati exiſtant,illaq; abſq; declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſuntq; per locorũ ordinarios,vel alios,ad quos eorũ collatio pertinet,perſonis idoneis(illis exceptis,q̃ propterea priuatæ fuerint) de iure conferri,niſi alias diſpoſitioni ſedis Apoſt. ſint ſpecialiter ac generaliter reſeruata.* Hactenus verba Extrauag. In quibus verbis id ſolum aduertere oportet,quod ait,*abſque declaratione aliqua vacare cenſeãtur*,hanc pęnam ante omnem aliam iudicis ſententiam incurri,adeo ut Sylueſter in uerbo. Emphyteoſis.quæſ.2.poſtquam dixerat ſemper eſſe neceſſariã iudicis ſententiam declarantem crimen eſſe commiſſum, hęc uerba ſubiungens,ait,uel autem lex uel ſtatutum priuaret aliquem bonis, vel aliter ipſo facto,non requiritur ſententia declaratiua. Et ſic fecit Paulus Secundus, in Extrauaganti, quę incipit. *Ambitioſę*. Hęc Sylueſt. idemque in hoc caſu docet Alphonſus a Caſtro.lib.2.de poteſtate leg. pęnal.c.6.paulo poſt principium.

33 Celebrare etiam eſt decretum illud Concilij Lateranenſis ſub Leone X.celebrati,ubi ſeſſione nona lex pęnalis habetur contra eos, qui officium diuinum recitare omiſerint,eoſque ad reſtitutioem fructus obligans, etiam abſque ulla alia iudicis ſentẽtia,cuius decreti hęc ſunt uerba, quę etiam referuntur in conſtitutione XI.eiuſdem in Bullario,incip. *ſupernæ*.in fin. *Statuimus, & ordinamus,quod quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit,legitimo ceſſante impedimẽto, beneficicorum ſuorũ fructus ſuos non faciat, pro rata omiſſionis recitationis officij, & temporis. ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Si uero vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit legitima monitione præcedente beneficio ipſo priuetur, cũ propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc,quod eſt beneficio priuari poſſe,qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit.* Hactenus uerba concilij,ubi ut ex illis uerbis *Non faciat fructus ſuos*,conſtat,eo ipſo quod quis abſque cã legitima officium recitare omiſerit, abſque alia iudicis ſententia fructibus beneficij priuatur, non acquirit dominium illorum, & ſi illos perceperit,dicit eſſe iniuſtè perceptos,& teneri ad illorum reſtitutionẽ, non enim eſt ſententia iudicis, quę facit perceptionem fructum iniuſtam,ſed ſola diuini officij omiſſio. Quam conſtitutionem poſtea Pius Papa V. in alia ſua cõſtitutione,quę incipit; Ex proximo.anno Domini 1571.12.Kalen.Octob.approbauit, & cõfirmauit,quę conſtitutio habetur in Bullario, & eſt in ordine 138.eiuſdem,quam latè explicat Nauarrus in tractatu de oratione & horis canonicis, c.21. nu.61.& ſequentibus.

34 Et in lege ciuili habetur lex pęnalis ,ut patet in l.quiſquis cum militib.C.ad l.Iul.Maieſtatis:in qua qui reus eſt criminis lęſę Maieſtatis, eo ipſe abſque alia iudicis ſententia omnibus bonis ſuis priuatur, eaque fiſco aplicantur.

Alias etiam leges refert Alphonſus a Caſtro lib.2.de ptãte legis pęnal.c.6.in quib.expreſſum eſt,leges illas obligare tranſgreſſores ad pœnas in illis contentas ante omnem iudicis ſñiam, quamuis crimen commiſſum ſit occultiſſimum, quas breuitatis ergo prętermitto. Ex quib. omnib. exemplis manifeſtum eſt , nonnunquam leges aliquas tam laicas, quam eccleſiaſticas ſnĩam ſuſtinendas, & ſoluendas obligant,maxime,vt dictũ eſt, qñ pœnæ illæ in priuatione conſiſtunt, quales ſunt amiſſio dominij bonorum ꝑꝑ hæreſim,aut crimen læſæ Maieſtatis, & ſimilia,& tales conſtitutiones,ac pęnæ paſſim in Conci.Trid.latæ habentur contra obtinentes plures eccleſias cathedrales,aut parochiales,vt uidere eſt Seſſ.7.de reform.c.2.& 4.Seſſ.24. de refor.c.1.

Ex dictis ſequitur, quod,ſi lex priuet aliquem voce actiua,& paſſiua,ſi commiſerit tale crimen, continuo ac cõmittit crimen,abſque alia iudicis declaratione,voce actiua,& paſſiua priuatus eſt,ſi lex hoc ipſum exprimat.Sic Bart.Med.1.2.q. 96.articul.4. dub.2.concl.1.& Pet. de Arragon.in 2.2.to.2.in q. 62.arti.3.circa med.Et de voce paſſiua eſt cõis Doctorum conſenſus,& colligitur ex c.Quiſquis.& gl. ibi in verb.videtur,de elect.vbi conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, ipſo iure fit ineligibilis, nec abſq; diſpenſatione ad vllã dignitatem eligi põt,& in ca.cum ſingula.de præb. in 6.Religioſus Prioratum, vel eccleſiam curatam obtinẽs,ſi recipiat ſecundam,ipſo iure priuatur prima,& ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis, & tanquam ambitioſus priuatur vtriſq;. Et ex Cõc. Trid.Seſſ.25.de regula.c.6.qui in Prouincialẽ, Abbatem,aut Priorẽ cõtra illius decreti conſtitutionẽ ſe creari permittit,deinceps ad oĩa officia,in religione obtinenda inhabilis exiſtit. De voce vero actiua Sotus,lib.1.de iuſt.& iu.quæſt.6.arti.6.ad 3.docere videtur,quod priuatio vocis actiuæ non incurritur ante iudicis declarationem. Alij vero,vt Medina, & Petr.de Arragon,vbi ſup.dicunt ipſo facto incurri, eo quod priuatio vocis actiuæ pœna priuatiua eſt,& quia excõicatio ipſo facto incurritur,ante iudicis declarationem excõicatio autem priuationẽ vocis actiuæ,& paſſiuæ includit. Quorum opinio mihi ẽt uerior videtur,qñ id in lege exprimitur,ꝓut expreſſit Clemens Papa VIII.in Bulla,quæ incipit,*Religioſæ congregationis*. Anno Domini 1594. 13.kalend.Iulij,de largitione munerum, vtriuſque Sexus regularibus interdictas in qua poſtquam multas pœnas contra illius tranſgreſſores impoſuerat, hanc etiam de priuatione vocis actiuæ,& paſſiuæ ſubiungit,dicens.*Et præterea priuationem vocis actiuæ,& paſſiuæ abſq; vllo ſuperioris decreto,aut miniſterio,ipſo facto incurrat.* Sic etiam Illuſtriſs.DD.Car. Sacræ Regularium Cõgregationis præfecti,in quodam decreto anno Dñi 1590.promulgato, contra regulares, qui abſque expreſſa licentia eiuſdem Sacræ Congregationis,ad Monaſteria,ſeu domus quarumcunque Monialium,vel ſororum,ſiue ſui,ſiue alterius cuiuſuis ordinis accedunt, pœnam hãc priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ inflixerunt, vt ex illis ult.decreti uerbis euidenter colligitur, quæ ita ſe habent. *Quæ omnia,& ſingula ſub pœna priuationis officiorum,ac vocis actiuæ,& paſſiuę ipſo facto incurrenda,inuiolabiliter obſeruari præcipimus.*

35 Circa quas pœnas priuationis officiorum, & uocis actiuæ,& paſſiuæ,annotandum eſt ex Fr.Hieronymo a Sorbo Cappucino in annotationib. ad Cõpendium priuilegiorum Mendicantium, in uerbo, *Dare*,in expoſitione dictæ conſtitutionis Clemẽtis VIII.& in uerbo,*Ingredi Monaſteria*,quod licet Religioſi modo ſupradicto ex delicto occulto perpetrato incurrant iſtas pœnas ipſo facto,nullus tamẽ eorũ obligatus erit ſtatim relinquere,& renuntiare officium,& uoces actiuas,& paſſiuas,quas habẽt, quando per huiuſmodi renunciationem delictum ſuũ manifeſtari poſſet,ac fama,honorq; amitti,iuxta cõem omnium Theologorum doctrinã de cõſeruanda fama,& honore,quam latè explicat Alphonſus a Caſtro lib.2.de ptãte legis pęn.c.11.in argu.1. per totum,& ca.15.circa med. Tenentur tamẽ religioſi in tali caſu omni diligentia, & ſolicitudine uti & omnib.Medijs poſſibilib. procurare diſpenſationem,alioquin a peccato nequaquam excuſantur.

36 *Tertia Propoſitio*,Lex pœnalis latã continens ſententiã,ſi non expreſsè contineat executionẽ,& ſolutionem actualem ipſius pœnæ,nõ obligat reum ad eam pœnam ſoluendam,uel patiendam,quæ ſine reali actione ipſius rei, uel alterius infligi non poteſt.Quam propoſitionem defendunt oẽs illi, quos pro tertia ſnĩa attulimus,eamque latè probat Sotus lib.de iuſt.& iur.quæſt.6.artic.6. Ratio huius eſt,ut alias omittam,quas Sotus,ubi ſupra,adducit,quia tales leges pœnales non continent in ſe actualem pœnæ ſolutionem, & executionem,ut ſupra ponimus,ſed ſolum obligationem ad eam. Ergo ante iudicis ſententiã declaratoriam non tenetur reus eam ſoluere, quamuis debitor eius ſit; conſequentia ex eo patet,quia,ut dicitur in reg.odia.& in reg.In pœnis.de reg.iur.in 6.odia reſtringenda ſunt,& in pœnis benignior eſt interpretatio facienda.Quãdo igitur in ipſa lege nõ exprimitur pęnæ executio, ad eã reus ſoluendam non tenetur.Deinde uel ad eam tenetur ui legis,& hoc nõ,ut dictũ eſt,q̃a nulla eſt ibi mẽtio executionis,uel ex natura pœnæ,qui eo ipſo quo quis incurrit,tenetur ſtatim ſoluere,& hoc nõ, ut patet ex multis pęnis præſertim corporalib.quas reus nõ tenet̃ ſoluere niſi alio infligẽte.Immo ſi rationem pœnę diligenter conſideremus potius de eius ratione eſt,ut non ſoluatur, niſi reo patiente, & alio infligente.Et in quibuſdã pœnis oĩno irrationabile eſt, ut reus teneretur ſibi eas infligere, quamuis eas pati debeat,quãdo ab alijs infliguntur, ut u.g.pœna mortis,carceris, & grauis flagellationis,immò etiam & reſtitutio oĩum bonorum ſuorũ facienda nõ eſt ob crimẽ læſæ Maieſt. aut hæreſis, niſi poſtq̃ iuridice a fiſco poſt ſententiam criminis declaratoriam exigitur,uel deniq; eſt ex natura ipſa reſtitutionis,quia ex eo,quod amiſit dominium bonorum ſuorum, non poteſt ea iuſte poſſidere,at neque hoc obligat reum ad pœnam ſtatim perſoluẽdam,quia dominium & poſſeſſio inter ſe diſtinguũtur,ut patet in eo,qui rem alienam bona fide poſſidet,& in eo,qui rem alterius cum conſenſu domini retinet,quamuis in caſu hæreſis lex priuet reum dominio ſuorum bonorum,fiſcus tamen illorum bonorum poſſeſſionem ab hęretico tollere non poteſt,niſi prius iudex eccleſiaſticus illum uere hæreticum fuiſſe declaret. Quę omnia ex eo confirmari facile poſſunt, quia aliquando leges exprimunt hanc actualem pœnę ſolutionem,& executionem, ut ex dictis conſtat. Ergo ſignum eſt, ubi hoc non exprimunt, noluiſſe legislatorem tranſgreſſores obligare, ut pęnas illas ſibi ipſis infligerent.Pręterquam quod ab omni humanitate,& ratione alienum eſt,quod reus ipſe,qui in occulto crimen committit,ſeipſum condemnet ad iacturam bonorum ſuorum,uel ad pœnam carceris,exilij,aut mortis,

& quod ſeipſum prodat,futurus iudex, teſtis,accuſator, & iuſtitiæ executor.

Illud autem in lege pœnali diligenter aduerten-
37 dum,& diſtinguendum eſt,quod† ad pęnam ipſam
in lege poſitam ſpectat, & quod in eadem lege ad
materiam iuſtitiæ pertinet,hoc enim ſtatim ante iu
dicis condemnationem reddendum eſt, illud uero
non item,niſi poſt factam condemnationem. Itaq;
ſi ſit lex,quæ præcipiat,vt tritici modius viginti ar
genteis vendatur, & qui contrarium fecerit, ſoluat
quadraginta, qui vendit carius, tenetur continuo
exceſſum iuſti pretij reſtituere,quia accepit plus, q̃
ex iuſtitia habere debet; ceterum ad pœnam non te
netur,niſi condemnatione præcedente.

Idem planè de legibus illis dicendum eſt, quæ tabellionibus præcipiunt, ne aliquid vltra taxatum pretium accipiant,ſi quid.n.vltra taxatum pretium acceperint, vtpote, quod pertinet ad materiam iuſtitiæ,ſtatim reſtituere tenentur, non tamen pœnã pro ſimili tranſgreſſione impoſitam ſoluere obligãtur, ſicut nec illi, qui pecunias, aut merces ab vno regno in alterum traijciunt,non obſtante,quod lex hoc ſub grauiſſimis pęnis prohibeat. Ex quibus colligitur, quid ſentiendum ſit de decreto illo Concilij Tridentini Seſſ. 21.de reform. cap. 1.in quo ſtatuitur, vt epiſcopi,& alij ordinum collatores, aut eorum miniſtri pro collatione ordinum, etiam clericalis tonſuræ,aut pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, vel pro ſigillo,nihil omninò etiam ſpõte oblatum,quouis prætextu accipiant. Notarius tamen,ſi non habet ſtipendium, & ſalarium pro officio exercendo, decimam tantum vnius aurei partẽ accipere poteſt, niſi ſit conſuetudo nihil accipiẽdi; contrariæ vero taxæ,ſtatuta, & conſuetudines etiã immemorabiles penitus caſſantur, & interdicuntur. Qui ſecus fecerint,tam dantes,quam accipientes grauiter peccant, & pœnas iuris ipſo facto incurrunt. Pœnæ iuris ſunt, vt epiſcopus proprij gradus periculo ſubiaceat,& ordinatus nihil ex tali ordinatione, vel promotione proficiat, vt habetur in cap.ſi quis epiſcopus,& in cap. Placuit,vt nullus. 1. q. 1. Et licet has pęnas ſoluere non tenentur,aut exequi ante iudicis ſententiam,ſic tamen acceptum ſtatim reſtituendum eſt.

38 Et quod de his † pœnis dictum eſt,Nauar.in Manuali c.23.nu.67.& Gregorius de Valentia tom. 2. diſp.7.quæſt.5.puncto 6.quęſt.3.ante finem,extendunt etiam ad pœnas illas conuentionales, de quibus conuenire ſolent contrahentes, vt niſi hoc, vel illo tempore alter ſoluat,debeat hoc,vel illud amittere,aut ſoluere,&c. *Ratio eſt*: quia neque communis exiſtimatio, neque vſus habet, vt eiuſmodi pœnas luant contrahentes,antequam ſententia iudicis compellantur: vnde contrahentium intentio ſolum eſt,vt per tales pęnas eodem modo ad obſeruãtiam contractuum, ſicut per pęnas ad legum obſeruationem cogantur,ſcilicet,poſt iudicis ſententiam habentis poteſtatem,vt violatorem promiſſi ad pęnam perſoluendam compellat. Alij vero,vt Feli. in cap.1.nu.43.& Decius ibidem num.2.de conſtitut. & Ancharan.in regu.poſſeſſor,quęſt.3.de re.iur.in 6.quem ipſi referunt,affirmant hanc pęnam conuẽtionalem in foro conſcientiæ deberi. Ceterum exiſtimo has duas ſententias rectè conciliari poſſe, ſi uel dicamus cum Nauarro,ubi ſupra,pęnas has ſolũ in conſcientia ſoluendas eſſe,quæ ad ſatisfactionem intereſſe debentur; tunc enim qui eas incurrunt, ad earum ſolutionem in conſcientia tenentur, aut ſaltem ad tantam eius partem, quantum eſt uerum intereſſe, & damnum eius,cui debetur, iuxta ea, quæ tradunt Doctores in l.unica.C.de ſent. quæ pro eo, quod inter.proferuntur.ęquitas enim, & recta ratio poſtulat,ut alter damnum illud recompenſet,quod alter paſſus eſt, eo quod ille pactum, & promiſſum uiolauerit; uel ſi dicamus,cum Couar.in 2.par.Epi. cap.6.§.8.nu.11.& Corne.conſil.69.uol.2.& conſ. 55.uol.3.& Rebuf.in d.l. unicam, pęnam hanc cõuentionalem in foro conſcientię deberi,ſi ab eo,cui ſoluenda eſt,petatur. *Ratio eſt*: quia contrahentes poſſunt ſe obligare ad pęnę ſolutionem ante iudicis ſententiam. Vnde,ſi petatur ab eo,alter pęnam ſoluere tenetur, niſi fortaſſis contraria conſuetudo ibi ſeruaretur,cui in eo loco ſtandum eſſet. *Ratio eſſe poteſt*: quia ſicut iudici exequenti legis pęnam reſiſtere non licet:ita petenti pęnam ex conuentione, & promiſſione refragari nõ licebit. In his ergo duobus caſibus uera erit Felini,& aliorum opinio; econtra uero, ſi nullum damnum patiatur alter contrahentium ex non obſeruatione promiſſionis,nec pęnam a tranſgreſſore petat,uera erit Nauarri ſententia,non teneri alterum in conſcientia ad talem pęnam conuentionalem perſoluendam; quandoquidẽ qui pęnam promiſit,iuſta coniectura præſumere poteſt,alterum nolle pęnam recipere,ſi eam non petierit. Vt autem rectè Couarruuias annotauit,is,qui ex conuentione,uel ex lege pęnam exigit, & extorquet,nullum peccatum committit, eo quod lex illa iuſta eſt,& pœna conuentionalis licitè in contractũ deduci poteſt,ut Baldus.in l.1. C. unde ui.Corne.in dicto conſil.69.& Fortunius in tract.de ult. fi.ſillat. 18.affirmant,quos Couarr.ubi ſupra refert, & ſequitur.

39 Deinde,† quę in hac tertia noſtra propoſitione dicta ſunt,intelligi debent de pęnis propriè dictis, ſeu de lege proprie pęnali,ſecus namque dicendum eſt de lege conditionali, & oneribus ſub conditione aliqua impoſitis,ſcilicet,ut ſoluat hoc,uel illud, aut etiam amittat,niſi hoc,aut illud prеſtiterit;&c. Vnde ſi maritus uxori ſuę ſub hac conditione legaret bona ſua,ſi caſte uixerit, uel ſi non tranſierit ad ſecundas nuptias; tunc quidem ſi talis uidua non obſeruet caſtitatem, ſed realiter fornicata fuerit, uel ad ſecundas nuptias clam,aut publice tranſeat,tenetur in conſcientia ſtatim bona illa reſtituere,quia illa donatio fuit potius legatum conditionale, quam pęna, & conſequenter non ſtante conditione, nec legatum illud tenebit,& proinde tenebitur ante iudicis ſententiam bona ſic legata reſtituere. Sic Caie. in ſumma,in uerbo,pęna. Sotus,lib. de iuſtitia,& iure,q.6.art.6.ad quartum. Nauar.in Manuali,ca.23. nu.62.& nu.67.Barth.Medina,1.2.q.96.ar.4.dub. ſecundo.ad decimum,& Gregorius de Valentia tomo 2.diſput.7.quęſt.quinta, puncto 6. dubio tertio ante finem.

Pari ratione qui collegium aliquod de ſua ſubſtantia inſtituit,& legem, aut ſtatutum ſub hac cõditione fert,ut quicunque collegarum hoc, aut illud crimen admiſerit, priuatus ſit iuribus collegij, aut qđ a collegio receperat,reſtituat, tenetur tranſgreſſor ante iudicis ſententiam bona illa reſtituere, vt Sotus.lib.1.de iuſtitia,& iure,quæſt.6.artic. 6.ad 4.Bartho.Medina,1.2,q.96 art.4.dub.2.ad quartũ, docent,quamuis Nauar.in Manuali,cap.23 nu.63. contradicat. Ratio pro Soti, & Medinæ ſententia, quæ mihi verior videtur,eſt; quia huiuſmodi ſtatuta non priuant tranſgreſſores bonis proprijs,ſed efficiunt illos inhabiles ad ſuſcipiendum bona, quæ ex collegio ſuſcepturi erant, vnde cum fundatores collegiorum ſub ea conditione ſolum bona ſua concedere voluerunt, (id quod iuſtè facere poterant) non eſt dubium,quin conditione non ſeruata teneatur tranſgreſſor in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam ſeſe bonis illis, tanquam non ſuis, ſed prorſus alienis,priuare,& reſtituere quicquid ab articulo criminis commiſſi conſumpſit, prout ipſemet Nauarrus in Manuali,cap.23. num.62. fatetur in legatis teſtamentorum, quibus conditiones illæ de caſtè uiuendo, aut non tranſeundo ad ſecundas nuptias apponi ſolent,quas qui non ſeruat,legatum tale condirionale ipſo facto amittit.

40 Eodem modo,qui deinceps in ſuis Eccleſijs, & beneficijs non reſident, tenentur fructus reſtituere ante iudicis ſententiam, iuxta Concilij Tridentini definitionem,Seſſ.6.de reform.cap.1.& Seſſ.23.de reforma.cap.1.& 2.& Seſſ.24.cap. 12. de reformat. poteſt enim Eccleſia ſtatuere hanc conditionem,cũ confert beneficia,vt qui non reſederit,fructus teneatur reſtituere. Præterquam quod ex alio etiam capite ad eorum reſtitutionem obligatur; lex enim iuſtitiæ poſtulat,vt qui officium ſuum non facit, ſtipendium pro officio deſtinatum non percipiat, vt Medina loco proximè allato annotauit.

Sic etiam Rex tali lege, & conditione iudices, miniſtroſque iuſtitiæ ad munera Reipub.eligere, & aſſumere poteſt, vt quicunque iudicium vendiderit,aut munuſcula ſuſceperit, continuò ſic accepta abſque alia iudicis declaratione,aut ſentẽtia reſtituere teneatur. Quales leges in multis Regnis, & Rebuſpublicis bene inſtitutis extant,& tranſgreſſores in conſcientia obligant. Cum enim illos ſua libera voluntate eligant in ſuos miniſtros,ac de ſuo ærario ſtipendia illis decernant,poſſunt tali conditione illos eligere, vt in conſcientia obligentur ad ſic acceptum ſtatim reſtituendum; & ideo ſi conditionem accipere voluerint,tenentur implere. Quo caſu leges illæ non ſpoliant trãſgreſſores bonis ſuis, quæ antea poſſederant,ſed impediunt,ne acquirant dominium munerum & proinde,cum ſua non ſint, ſed aliena, ad eorum reſtitutionem ante iudicis ſententiam in conſcientia obligantur, vt Alphonſus a Caſtro libro ſecundo, de poteſtate legis pœnalis,capit.6.verſicul.2. modo.Sotus libro 1.de iuſtitia.q.6.artic.6.ad quartum.Cou.in 2. parte Epit. cap.6.§.8.num. 10.in fi.& Bartho.Medina in 1.2.q. 96.artic.4.dub.2.ad 6.& alij communiter tradunt. Et de hac difficultate quoad primum ſenſum hactenus dictum ſit. Quoad ſecundum quæſtionis ſenſum ſit

41 *Quarta propoſitio*: Trãſgreſſor legis pœnalis poſt iudicis condemnationem non ſolum tenetur non reſiſtere iudici,aut miniſtris pœnã inferentibus,ſed etiam tenetur in conſcientia eas actiones exercere, quæ ſunt neceſſariæ ad ſubeundam pœnam, quę ab alio ipſo renitente, commodè exerceri nõ poſſunt. Sic Caie.2.2.q. 62.ar.3.& q.69.ar.3.& Ioã Driedo li.1.de libertate Chriſtiana c.15.ante fi.f.mihi 227 Sotus lib.1.de iuſtitia q.6.art.6.concluſ.5.Couar.2. par.Epit.c.6.§.8.nu.10.in fin.Bartho.Medina,1.2. quæſt.96.art.4.dub.3.& Petrus de Arragon. in 2.2. tomo 2.in quęſt.62.art.3. circa medium. *Ratio eſt*; quia,cum iudex,atque miniſtri iuſte pœnas illas inferant,conſequenter reus tenetur pœnas illas pati, & ſubire,& non reſiſtere:nam hic locum habet illud Apoſtoli,Rom.13. *Qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit.* ſed ad pœnas iſtas ſubeundas neceſſariç ſunt tales actiones ab ipſo reo exercendç. Ergo in conſcientia eas exercere tenetur. Itaque tenetur reus poſt iudicis condemnationem progredi in locum,vbi pœna afficiendus eſt; tenetur etiam ire in exilium, ſoluere pecuniam in ſententia decretam, manere in carcere,aut ciuitate,ſi ad hoc condemnatus ſit, atque adeo tenetur ſcalas aſcendere,ſi fuerit ſuſpendendus.

42 *Quinta propoſitio*: Tranſgreſſor legis pęnalis poſt cõdemnationem iudicis non tenetur eas pęnas ſibi ipſi infligere,quę commodius a miniſtris,quam ab ipſo fieri poſſunt, ſeu potius quę nullo modo licite a ſeipſo exerceri poſſunt, ut ſunt v.g.pęna mortis, aut pęna abſciſſionis membrorum,ſuſpendij,verberum,& flagellationum.Itaq; non tenetur mortem, verbera,ſuſpendium ſibiipſi inferre, aut nodum collo aptare, aut gladium in iugulum, aut ſibi manus quoquo modo inferre; *Ratio eſt*:quia leges humanę eatenus habent uim obligandi,quatenus expedit bono communi; ſed ad commune bonum conſeruandum ſatis eſt,quod reus pœnas illas ab executore,& miniſtro iuſtitię illatas patienter ferat, & ſuſtineat; Immò vero,cum inhumanum,& irrationabile eſſet reum ad illas ſibi ipſi inferendas obligare,nullo modo cenſendum eſt voluiſſe legiſlatorem obligare aliquem, vt ſibi huiuſmodi pęnas ipſemet inferat. An vero damnari quis poteſt,vt bibat pòculum lethale,alibi dicemus. Hęc interim de obligatione legis pęnalis tam ad culpam,quam ad pænam dicta ſufficiant.

Explicantur dubia quædam ad materiam legum humanarum in communi pertinentia. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *An lex humana iuſta,quæ ſemel ad culpam mortalẽ obligauerit,ſemper, & vbique eandem vim habeat.*

2 *Nonnunquam præter verba legis agere licere varijs exemplis confirmatur.*

3 *An occurrente caſu particulari,in quo verba legis ſeruare non expedit,poterit inferior propria authoritate interpretari legem non obligare in eo caſu; vel antenea tur ſuperiorem adire,vt contra verba legis agendo non peccet.*

4 *An ſufficiens ratio epicheiæ ſit,vt ſubditus faciat contra legis verba quod ratio legis in particulari perſona, & caſu deficiat.*

5 *An,ſicut licet ſubditis in caſibus particularib.vti epicheia, & contra verba legis facere, ita etiam liceat legiſlatori,ac Principi diſpenſare in lege in illis caſibus,quibus expedire iudicauerit.*

Quod-

6 *Quodnam neceſſarium ſit,ut diſpenſatio in legibus humanis rectè, & legitimè fiat.*

Papa in omnibus legibus, & ſtatutis Conciliorum etiã Generalium diſpenſare poteſt.nu.eod.

7 *Cum uero in iure Canonico,uel aliquo Concilio generali nouo,uel antiquis Concilijs generalibus diſpenſat, ſpecialiter exprimere debet ſe derogare tali decreto talis Concilij,&c.*

8 *An ſicut Papa circa humanum ius, ita etiam circa ius diuinum,& Naturale diſpenſare valeat.*

9 *Quibus in caſibus Prælati inferiores poteſtate delegata, & ex commiſſione diſpenſare poſſint legibus ſuperiorum.*

10 *Quæ cauſa requiratur ad diſpenſationem.*

11 *An diſpenſatio ſine cauſa facta in lege humana valida ſit,ita,ut diſpenſatus tutus ſit in conſcientia.*

12 *An lex humana ſemel ſtatuta, & approbata mutari poſſit.*

Quære,cum lex humana deriuetur a lege naturali, quæ eſt inuariabilis,ipſa tamen mutabilis ſit, & uariabilis,ibid.

CVm illa omnia hactenus expoſuerimus, quæ ad legis naturam, & obligatione ſpectant, ſupereſt ſolum, vt difficultates aliquas breuiter explicemus, quæ ad clariorem, facilioremque legũ humanarum intelligentiam, & multorum caſuum deciſionem,nec non conſcientiarum tranquillitatẽ nõ parũ utiles,& neceſſariæ eſſe poſſunt. Eſt autem

1 DVBIVM PRIMVM, An lex † humana iuſta, quæ ſemel ad culpam mortalem obligauerit,sẽper, & vbique eandem vim,& poteſtatem obligandi habeat? *Ratio difficultatis eſt*; quia lex obligandi vim habet ex voluntate,& intentione legiſlatoris,quæ nobis ex uerbis innoteſcit. Ergo ſicut eadem verba legis manent,eadem etiam obligatio remanere cenſetur. Nihilominus tamen communis opinio Doctorum eſt,leges humanas ſtatuta,ſeu decreta, etiã uniuerſaliter prolata,nunquam ita generaliter,& abſolutè intelligi debere,quin interpretationes,cõditiones,& ciuiles intelligentias ſuſcipiant, prout æquitas,rectaq; ratio ſuadet: ſic S.Tho.1.2.q.96.art.6.& 2.2.q.120.art.1.& ibidem Caiet.S.Anto.p.1.ti.17. ca.unico.§.5. Ioannes Driedo,lib.1. de libert. Chriſtiana,c.12.propoſit.tertia,fol.mihi 174. Alphonſus a Caſtro, libr.1.de poteſtate legis pœnal. cap.5. documento quinto.Sotus,libr:1.de iuſtitia, & iure. q.6.ar.8.Barth.Medina,in 1.2.q.96.art 6. & Greg. de Valentia to.2.diſp.7.q.5.puncto 9.& alij cõmuniter de uirtute epicheias diſſerentes. *Ratio eſt*: Quia cum teſte Ariſtot.libr.5.Ethic.ca.10.& S.Thom.& alijs, vbi ſupra, leges humanæ de illis diſponant, quæ frequenter, & ut plurimum fiunt, intendentes ſemper ad commune bonum,actus autem humani,de quibus leges dantur,in ſingularibus contingentibus conſiſtunt, qui multis, ac pœnè infinitis modis uariari poſſunt, nec vllius hominis tanta ſapientia eſt, ut caſus omnes ſingulares excogitare, & præuidere poſſit, multoque minus per uerba ſua exprimere poterit ea omnia, quæ ad finem intentum conueniunt: inde eſt, quod in huiuſmodi caſibus, in quibus, ſi verba legis obſeruarentur, illa lex communis ſaltem damnoſa, & nociua foret, præter uerba legis agere,& quod iuſtitiæ ratio, & communis vtilitas poſtulat, ſequi, & obſeruare licebit, *id quod legiſlator,et ã ipſe,ſi adeſſet,dixiſſet,*(vt uerbis vtar Ariſtotelis,) *& ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet,* vt enim Iuriſconſultus Iulianus in l. neque leges,& in l.Non poſſunt.& in l. Nulla.ff.de legibus ait. *Nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur,ut quæ ſalubriter pro ſalute hominum introducũtur,ea nos duriori interpretatione contra ipſorum cõmodũ perducamus ad ſeueritatẽ.* Cũ igitur lex ad cõmunem hominum ſalutem ordinata ſit, & ea ſolum ratione obliget, qua bonum commune reſpicit, ſi in caſu aliquo particulari contingat legis obſeruationem communi ſaluti,& bono damnum, & nocumẽtum afferre,impunè,& abſque peccato, præter verba legis ſubdito agere licebit. Immo uerò,ut doctè, ſubtiliterque Barth.Medina,vbi ſupra,notat,non ſolum legem uiolat,qui nimis rigidè legem obſeruare vult contra legiſlatoris intentionem, ſed etiam qui fraudolenter verba legis obſeruans mentem legiſlatoris tranſgreditur. Hinc in l. Non dubium.C.de legibus dicitur: *Non dubium eſt, eum in legem cõmittere,q uerba legis amplectens, cõtra legis nititur uolũtatem.*& in l.Cõtra.ff.de legibus. *Fraude* (inquit Iuriſcõſultus) *legi facit,qui ſaluis verbis legis,mentem eius circumuenit.* Etenim, vt rectè docet S. Hilar.lib. 4. de Trin.cuius verba refert S.Thom.1.2.q.96.ar.6. *Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicẽdi; quia non ſermoni res; ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectus.* Exempli gratia,præcipit lex, ne filij presbyterorũ parentibus in beneficio ſuccedant.c.Quoniam,& c. Ad extirpandas, de fil. presbyterorum, ſi quis autẽ concederet beneficium illud amico, vt daret filio, eſſet ſaluis verbis legis mentem eius circumuenire. Item eſt lex eccleſiaſtica, vt ſacerdos in fauorem filij ſacerdotium non renunciet; conueniunt duo patres presbyteri,vt alter in alterius filium cõferat beneficium,& mutuo,iſti quamuis uerba legis amplectantur, contra tamen eius uoluntatem faciunt, & legum tranſgreſſores ſunt, ut euidenter colligitur ex Conc.Trid.Seſ.25.de reform. cap.15 Nauar.in tom.1.conſiliorum, conſ.5. in antiquis impreſſionibus,& 10.in nouis.Soto ubi ſup.art.8.in fi.Med. & alijs ubi ſupra.

Quod autem nonnunquam præter uerba legis agere liceat, quamuis ſatis conſtet ex his, quæ dicta ſunt, poteſt tamen idipſum uarijs exemplis confirmari. Maritus enim lege Diuina, & Naturali tenetur reddere debitum coniugale uxori petenti, ſi tamen maritus infirmatur, non tenetur, ut omnes Theologi docent; quia magis tenetur ad propriæ perſonæ conſeruationem, quam ad debitum reddẽdum; lex ergo Diuina,& Naturalis in caſu illo particulari non obligat,nec ad literam obſeruanda erit.

Sic etiam qui uotum de ſuſcipiendo monachatu emiſit, lege Diuina, & Naturali adeo tenetur ad reddendum, ut propter ſolam moram redditionis nonnunquam peccare dicatur: *Cum uotum uoueris Domino Deo tuo,* inquit ipſe Deus, *non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.* Deuter. 23. Si tamen poſt emiſſum uotum eueniat grauis patris indigentia ad uictus ſuſtentationem, cui filius ſuccurrere poteſt, non ſolum licebit illi, immo tenebitur ex S.Tho.2.2.q.189.ar.6. Alphōſo de Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœna. c.5.documento 5.& alijs,nõ intrare in religionem, quouſque patris indigentiæ ſatisfecerit, & ſi aliter religionem intraret,peccaret, ut notatur in c. ſi qui filij,diſt.30.

Lege item diuina,& naturali tenetur quiſque iuramentum promiſſorium ſeruare propter id, quod Dominus Numeror. 30. ait: *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe cõſtrinxerit iuramẽto, nõ faciat irritũ verbũ ſuum, ſed omne, quod promiſsit, implebit.* Nihilominus tamen ſi talis caſus eueniret, qui apertè oſtenderet impletionem iuramenti eſſe maioris boni impedimentum, nõ ſolum liceret ei, qui iurauit,immo teneretur non implere iuramentũ, ut colligitur ex c. Anteceſſor, & c. Qđ p̄deceſſor, 11.q.3.

Sic etiã,ut Nicolaus Papa III. in c. 1. de iureiur. in 6. docet, Iuramentum appoſitum in aliqua obligatione, uel in contractu, omnes illas conditiones, & interpretationes recipit, quas habet ille contractus. *Iuramento,* inquit, *ſub quacunq; generalitate præſtita, vel præſtanda ſuper ſtatutis, vel conſuetudinibus ſeruandis, ab his, quæ ad aliquam Communitatẽ, uel ad Collegiũ recipiũtur, declaramus ad licita, poſsibilia, & libertati eccleſiaſticæ non obuiantia tantum extendi, & ad ea duntaxat iurantium debet referri intentio.*

Lex etiam naturæ docet, fidelitatem in depoſito reddendo eſſe ſeruandam, ſi tamen furioſus repetat gladium, vel qui ſanæ mentis eſt, repetat ad patriã inuadendam,non eſt reddendus gladius. Quia magis teneor conſulere patriæ, & domini furioſi incolumitati,quam gladium illi reddere.

Eodem modo ſi in ciuitate obſeſſa ſtatuatur lex, vt portæ ciuitatis maneant clauſæ,lex hæc utilis eſt communitati in pluribus,& obſeruanda, ceterum ſi contingat caſus, quod hoſtes inſequantur ciues aliquos, per quos ciuitas conſeruatur, & damnoſiſſimum eſſet ciuitati, niſi eis portæ aperirentur, ideo in tali caſu eſſent portæ aperiendæ contra verba legis, vt communis utilitas, quam intendit legislator, ſeruaretur, vt optimè Sanctus Thomas 1. 2. quæſtione 96.articulo ſexto,annotauit,id,quod benè limitat Sotus libr.1.de iuſtitia, quæſtio.6.arti.8. concluſ.tertia,dummodo exinde ciuitati periculum non immineret. Quamuis enim eſſent perſonæ quamplurimum ciuitati tuendæ utiles, ſi tamen certum eſſet, aut periculum immineret, quod hoſtium turma ſimul cum illis intrò irrueret, quæ ciuitatem caperet,nequaquam portas illis aperire licebit,cum teneamur potius communi ciuitatis bono, quam ciuium priuatorum ſaluti, & incolumitati conſulere.

Item,ſi alicui conſtaret, hoſtes ſibi in uia inſidias parare,non tenebitur die feſto ire ad ſacrum audiendum,cum intentio legislatoris non ſit,fideles in tantum periculum adigere,vt legem cum tanto periculo obſeruare teneantur, vt Sotus loco proximè allato annotauit.

3 DVBIVM SECVNDVM eſt, An occurrente caſu parriculari, in quo uerba legis ſeruare non expedit, poterit inferior propria authoritate interpretari legem non obligare in eo caſu, an uero teneatur adire ſuperiorem, ut contra verba legis agendo non peccet? *Ratio difficultatis eſt*; quia illius eſt interpretari leges, cuius eſt condere; ſed ſolus Princeps legem condere poteſt: Ergo ille ſolus eam interpretari poteſt, vnde Imperator in C. de leg. & conſtitut. prin. ait; *Inter æquitatem, eiuſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis, & oportet, & licet inſpicere.* *Reſpondeo* cum S. Thom. 1.2.q.96. art.2.quæſt.120.art.1.& quæſt.147. artic.4. ad tertium, Caietano ibidem, Sum. Antonina, parte 1.tit. 17.cap.unico, §.5.Mich.Salon,2.2.quæſt. 60.artic. 5.& Petro de Arragon ibidem. Alphonſo a Caſtro libro primo,de poteſtate leg. pœnal. capit. quinto, documento quinto. Soto libro primo, de iuſtitia, quæſtio.6.articu. 8.concluſio. 3. Barthol. Medina prima ſecundæ, quæſtio.96.articulo ſexto, Gregorio de Valentia, tomo ſecundo, diſputat.7.quæſtio. 5.puncto 9.quotieſcunque particulare aliquid præter legem accidit, tunc, aut euidens eſt caſum particularem non comprehendi in lege, & ſubditus id certò cognoſcit, & tunc contra verba legis agere poteſt, nec ad ſuperiorem recurrere pro legis interpretatione tenetur, etiamſi alioqui res moram pateretur, ut verbi gratia in ieiunijs ab eccleſia præceptis, ſi cauſa non ieiunandi ſit manifeſta, puta, ſi non habeam alios cibos præter carnem, abſque ulla ſuperioris conſultatione poſſum, ne fame pereã, illam comedere, etiamſi citra periculum poſſem ipſum adire. *Ratio eſt:* quia, quod eſt pro charitate inſtitutum, contra charitatem militare non debet. Vnde, ut habetur in hiſtoria Sozomeni, lib.primo capitu. 11. Spiridion Epiſcopus, & uir Sanctus, in Quadrageſima carnes edendas hoſpiti ſuo appoſuit, & eaſdem ipſe guſtauit, cogente, ſcilicet, neceſſitate, & charitate, id, quod nullus Catholicorum negat, immo extat hac de re decretum Innocentij Papæ IIII.in ca.conſilium,de obſeru.ieiunij. & colligitur ex S.Thom.in dicta q.147. ubi ſupra artic.4. Soto, Caſtro, Medina, Roberto, Cardin. Bellarm. tom.4.controuerſia 3.lib.2. de bonis operibus, c.9. & alijs. Eodem modo ſi quis certus ſit, quod quis depoſitum petit, ad deſtruendam Rempublicam, quam[illegible]is lex dicat, depoſitum eſſe reddendum, abſque ullo ſuperioris conſilio ex æqui, & iuſti interpretatione non tenetur reddere, ſed denegare debet.

Sin autem res non euidens eſt, diſtinguendum eſt: Nam ſi ſubditus vtrinque æquè dubius ſit, ita, vt neutrius partis aſſenſum habeat, liceatne facere contra legem, necne, tunc ſi opportunitas ſit conſulendi ſuperiorem, tenetur ſuperiorem conſulere, qui eſt legitimus legum interpres; ſi uero non eſt opportunitas adeundi ſuperiorem propter repentinum periculum, ad literam ſeruanda lex erit, ut uitet peccatum contra conſcientiam dubiam. Vnde dici ſolet, quod in dubijs pars tutior eligenda eſt,tutior autem pars eſt, ut legem obſeruemus: & in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, lex autem eſt veluti in poſſeſſione, ut obſeruetur. Si vero medio modo ſe habeat, ita, ut neque certus omnino ſit, neque prorſus ambiguus, ſed tamen in alteram partem propendeat, quod poteſt facere contra legem; adeo, ut illius partis opinionem habeat cum formidine alterius, tunc ſi locus, & opportunitas eſt reccurrendi ad ſuperiorem, recurrere tenetur, propter rei ipſius incertitudinem, ſin autem res non patiatur moram, tunc contra legem facere poteſt, maximè, quando ex legis obſeruatione periculum ſalutis imminet, cum in tali caſi minus periculum ſit, non ſeruare legem, quam vitæ, & ſalutis diſcrimen ſubire. Ex quibus conſtat ſolutio argumenti initio allati, ſolum enim procedit in caſu dubio eo modo, quo expoſitum eſt.

4 DVBIVM tertiũ eſt, An ſufficiens† ratio epicheas ſit, ut ſubditus faciat contra legis uerba, quod ratio legis in particulari perſona, & caſu deficiat: Vt ſoluamus hoc dubium, obſeruandum eſt ex Caiet. 2.2. q.120.art.1. legem dupliciter deficere poſſe in caſu particulari, ſcilicet, *Negatiuè, & contrariè*. Deficit lex, *Negatiuè*, tantũ, quando deficit ratio legis in particulari caſu, ac per hoc uidetur, qud lex in illo caſu non obliget, ſi tamen ſeruetur lex, nihil mali, aut inordinati committitur, ut v.g. lata eſt lex, vt quilibet ſacerdos tali die celebret, in ſatisfactionem peccatorum ſuorum, cognoſcit, quis certo ſe pro ſuis delictis abundè ſatisfeciſſe; deficit tunc lex negatiuè tãtum, quia ceſſat ratio legis in illo. *Contrariè* ceſſat lex, quando non ſolum ceſſat ratio legis in tali caſu particulari, ſed etiam iniquè ageretur obſeruando legem, ut patet in lege de reddendis depoſitis, ſi redderentur poſcenti ad impugnandam patriam, & de lege non aſcendendi mænia Ciuitatis, ſi non aſcendendo permitteret ciuitatem capi: & alijs huiuſmodi, in quibus ſeruare legem eſſet a recto deuiare. His ita prænotatis.

Dicendum eſt, Quando lex in caſu particulari ceſſat contrariè, tunc iuxta ea, quæ in dubio præcedenti dicta ſunt, pro euidentia, aut dubietate caſus, licitum erit, vel ſola propria authoritate, vel ex conſilio ſuperioris præter uerba legis agere. Sin autem lex deficiat negatiuè tantum, nec ceſſat legis obligatio, nec ſubditos contra uerba legis agere licet. Exempli gratia, lata eſt lex, ne quis arma noctu deferat, quamuis Petrus uir pacificus ſit, nec ullum ab eo timeatur occiſionis periculum, contra legem arma deferre non licet. Item extat lex eccleſiaſtica ieiunij, cuius finis eſt extenuare corpus, & pacatas habere paſſiones, licet autem quis habeat iã ſedatas paſſiones, nihilominus tamen ad eccleſiaſtica ieiunia obſeruanda tenetur. Sic etiam, ut notat Caietan. ubi ſupra, ratio legis in ſimplici fornicatione eſt bonum prolis, & non generationis, ſed educationis, inſtitutionis, curæ, & huiuſmodi; propter quæ oportet coniugali copula iungi marem, & feminam in humanis, ne, ſcilicet, proles fornicariè nata tali bono priuetur, ſeu incurrat tale damnum, ut latius tradit S.Tho. 3. contra Gentes, ca. 122. & 2.2. q. 154. art. 2. Quamuis igitur huiuſmodi legis ratio in caſu aliquo ceſſare poterit, puta, ſi utraque pars carnalis copulæ ſit ſui iuris, & diues, & prouiſionem omnem proli neceſſariam ordinet, non tamen in tali caſu huiuſmodi copula carnalis ſoluti cum ſoluta licita erit, ut conſtat, ſed fornicaria: fornicarij autem, vt ad Galatas 5. dicitur, regnum Dei non poſſidebunt. Quamuis igitur in his, & alijs ſimilibus exemplis, ut de celebrante dictum eſt, ceſſat ratio legis in particulari negatiuè tantum, non tamen ceſſat obligatio legis, ſed adhuc etiam ab illo lex illa ſeruauda erit, ut patet de Domino Ieſu Chriſto, qui legem circumciſionis ſeruauit in ſeipſo; & ſimiliter Beata virgo legem præſentationis in templo adimpleuit. *Quorum omnium hæc eſt ratio:* quia lex humana in communem vtilitatem ordinatur; bonum autem publicum per publicam legum obſeruationem conſeruatur, quando commodè ſeruari poſſunt, alioquin propter exceptiones in particulari, aut raro, aut nunquam leges humanæ ſeruarentur, cum unuſquiſque ſtatim rationem legis in eo ceſſare affirmaret, ſicque virtus legum humanarum facilè, ac paſſim ab omnibus contemneretur, & maxima rerum omnium confuſio, & perturbatio ſequeretur. Quæ omnia ex ijs, quæ tradunt Caiet. 2.2.q.120.ar. 1. Sotus lib. 1. de iuſti. & iure, q.6.art.8. Alphonſus a Caſtro, lib. 1. de poteſtate legis pœnal. c.5. documento 3. & Barth. Medin. in 1.2.q.96.art.6. Michael Salon 2.2.q.60.art.5. Bannes, & Arragona ibidem, facile colligi poſſunt.

5 DVBIVM quartum eſt, An† ſicut licet ſubditis in caſibus particularibus vti epichea, & contra uerba legis facere, ita etiam licitum ſit legiſlatori, & Principi diſpenſare in lege in illis caſibus, quibus expedire iudicauerit? *Ratio difficultatis eſt*: Quia cum lex bonum commune reſpiciat, non videtur licitum eſſe ob bonum priuati alicuius bonum commune negligere, & diſpenſando contra legem facere. De materia diſpenſationis legendi ſunt Summiſtæ, Angel. Sylueſt. Tabiena, Armilla, in uerbo, Diſpenſatio. Summa Confeſſ. libr. 3. titul. 29. quæſtione 1. S. Antonin. parte 1. titul. 17. capit. vnico, §. 19. Panormitan. in capit. fraternitatis. de ſchiſmat. Gloſſa latè in cap. Requiritis, §. niſi rigor, 1.q.7. Nauarr. in Manuali, prælud. 9. Alphonſus Viualdus in ſupplemento ad Candelabrum aureum, c.12. S.Th. 1.2. quæſt. 97. art. 4. Sotus lib. 1. de iuſtitia, quæſt. 7. artic. 3. Caietan. in 1.2. quæſt. 96. art. 5. & quæſt. 97. artic. 4. Barthol. Medina, eadem quæſtione 97. art. 4. Gregorius de Valentia tomo 2. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 9. Couaruuias in 4. Decret. parte 2. capitu. 6. §. nono. Emanuel Rodriguez in Summa, par. 1. cap. 196. & cap. 237. & alij. Suppoſita ergo huius vocis, ſcilicet *Diſpenſationis*, definitione, (eſt enim, ut pręfati authores tradunt, diſpenſare, aliquem ſubditorum a legis obligatione eximere, ſine quo legi obnoxius eſſet.)

Dicendum eſt, quod qui legem condidit, poteſtatem habet diſpenſandi in lege ſua, in caſibus certis, & cum certis perſonis: Cum enim lex uim ſuam a uoluntate, & intentione legiſlatoris habeat, ſicut poteſt legem condere, eiuſque obligationem ſimpliciter abrogare, ita etiam eiuſdem legis obligationem ab aliquo actu in particulari curſu, etiam perſeuerantibus omnibus conditionibus, ſecundum quas uoluit antea eiuſmodi etiam actum in lege comprehendere, ex communi Doctorum ſententia remouere poteſt. Id quod communis praxis, & ipſa ratio ſuadet, & confirmat. Cum enim lex humana, quia in communi poſita eſt, caſus omnes particulares comprehendere nequeat, quandoque autem contingit, ut præceptum multitudini vtile, alicui perſonæ particulari, aut in caſu particulari utile non ſit, immo uero illius obſeruantia vel impedimentum eſt melioris boni, uel alicuius mali occaſio; Quia verò periculoſum eſſet cuilibet committere iudicium, an vtile ſit præceptum, necne, ratio ipſa ſuadet, ut qui communitatis curam gerit, & vniuſcuiuſque ſaluti conſulere debet, hanc diſpenſandi poteſtatem habeat, & tali perſonæ in caſu particulari contra legem faciendi facultatem concedat. Hanc autem poteſtatem in eccleſia eſſe, qua Prælati, & ſuperiores in ſuis legibus cum ſibi ſubditis diſpenſare poſſunt, de fide certum eſt apud omnes Catholicos, ut latius probat Paulus Gryſald. in lib. deciſio. Cathol. verbo, Diſpenſatio. & colligitur tum ex illo Apoſtoli teſtimonio, 1. Corinth. 9. Diſpenſatio mihi credita eſt; tum traditione ipſa Eccleſiæ ab Apoſtolorum temporibus vſque ad hanc ætatem noſtram deducta. Nec vllo modo diſpenſatio hæc cum perſona priuata in caſu ſpeciali bono communi præiudicium affert, quia tunc concedenda non eſt, ſed ea potius intentione, & prudentia fieri debet, ut ad bonum commune proficiat.

6 DVBIVM quintum eſt, quidnam neceſſarium ſit, vt diſpenſatio in legibus humanis rectè, & legitimè fiat? Reſpondeo ad legitimam diſpenſationem duo præcipue requiruntur, *Auctoritas*, & *cauſa*, quarum ſi aliqua deſit, diſpenſatio legitima, & iuſta non erit, immo vero ſi deſit, auctoritas, diſpenſatio prorſus nulla, & inualida erit. Hæc autem auctoritas plenaria pęnes Principem, & legiſlatorem manet, vnde poteſt quilibet diſpenſare in ſua lege, vel in legibus ſuorum anteceſſorum, in quo ſunt ei pares, uel ſuorum inferiorum in eo, quo ſunt eius inferiores. In lege autem ſuperioris diſpenſare inferior non poteſt auctoritate propria, quamuis ex poteſtate delegata, & ex conſenſu, & commiſſione eius nónunquam iuxta facultatem eis conceſſam inferiores etiam in legibus ſuperiorum diſpenſare poſſint, ut ex l. 1. Cod. de legibus conſtat, & patet ratione: nam inferior poteſtas auctoritatē non habet in his, quæ ſuperior poteſtas decernit.

Vnde Papa in omnibus legibus, & conſtitutionibus humanis anteceſſorum ſuorum Pontificum, & in legibus diſpenſare poteſt, nec non in his, quæ ab Apoſtolis iure humano ſtatuta ſunt, ut notant S. Thom. Quodlib. 4. art. 13. Couar. in epit. de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 9. nu. 6. Medina, in 1. 2. q. 97. ar. 4. concl. 1. & Alphonſus Viuald. in Supplemento ad Candelabrum aureum. c. 12. & gl. in ca. ſunt quidam 25. q. 1. Quod autem Zozimus Papa in c. Contra ſtatuta. 25. q. 1. ait; *Pontificem Romanum contra ſtatuta Parm. condere aliquid, uel mutare non poſſe*, intelligendũ eſt, quatenus ſtatuta illa Ius Naturale, uel Diuinum referunt. Vt gloſſa S. Tho. & Couar. ubi ſupra, docent. Qua ratione cum bigamo, non obſtante præcepto Apoſtoli 1. ad Tim. 3. & ad Titum 1. diſpenſare poteſt, ut ad ordines promoueri poſſit, ſicut etiam diſpenſare poteſt circa id, quod aliquis Sacerdos non indutus veſtibus Sacris Corpus Chriſti conſecraret, vt exemplificat S. Tho. ubi ſupra. Et eadem ratio eſt de omnibus alijs huiuſmodi, quæ ex inſtitutione humana procedunt. *Ratio eſt*: quia in iſtis parem cũ illis habet poteſtatem; vnde ſicut illi in ſuis legibus, ita etiam, & qui nunc eſt Pontifex, cum illis poteſtate æqualis ſit, in eorum legibus diſpenſare poteſt. Qua etiam ex cauſa, & ratione. Rex in legibus ſuis, ac ſuorum prædeceſſorum ſtatutis, qui in æquali fuerunt poteſtate, diſpenſare poteſt.

Ex eodem etiam principio infertur, quod Papa in omnibus legibus, & ſtatutis Conciliorum etiam Generalium diſpenſare poteſt, cap. Propoſuit. & ibi gloſ. & communiter Doctores, de conceſſione præbend. & c. ſignificaſti, & ibi gloſſ. in uerbo, auctoritatem, de elect. & glo. in c. ubi periculum, in uerbo, Concilio. de elect. in 6. Panorm. in d. ca. ſignificaſti, nu. 3. Iacob. Almain in tract. de poteſtate eccleſ. cap. 14. Felin. in c. 1. num. 23. de conſtit. latè Iacobatius lib. 5. de Concil. art. 15. quos refert, ac ſequitur Couar. in Epit. 4. Decret. par. 2. c. 6. §. 9. num. 6. Alphonſ. Viuald. in Supplemento ad Candelabrum aureum, c. 12. nu. 17. Medina, in 1. 2. q. 97. art. 4. concl. 1. Poteſt enim Papa ex omnium conſenſu Ius humanum tollere; At uero in Concilio ius ſtatutum humanum eſt: Ergo & illud tollere, & in eo diſpenſare poteſt, vt praxis, & uſus Eccleſiæ obſeruat. Immo verò etiamſi in tali Concilio decretum eſſet irritans, & derogans, quicquid ſecus factum fuerit, nihilominus poteſt Papa illud tollere, uti docent Cardin. Turrecremata, libr. 3. de Eccl. ca. 52. & 53. Victoria in relect. de poteſtate Papæ, & Concil. Couarr. & Medina, vbi ſupra, & Viuald. loco proximè allato nu. 18. & num. 20. Siquidem poteſtas Romano Pontifici a Deo, non a Concilio data eſt, & Papa ſupra Concilium eſt, vt inter recentiores latè Rob. Bellarm. Card. tom. 2. lib. 2. de Concil. c. 14. 15. 16. & 17. demonſtrat, vtpote a quo Concilia omnia ſuam auctoritatem, & confirmationē accipiunt, iuxta ea quæ in ſeſſio. vltima Concilij Tridentini in fine traduntur; Id quod etiam manifeſte docent gloſ. in ca. Ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. in 6. in princ. Innoc. & Imola, in c. Graue. de prębend. Cardin. a Turrecrem. in tract. de Eccl. li. 3. cap. 37. Anton. de Roſellis, in tract. de Concilijs, q. 12. Aegid. Bellamera, conſil. 99. q. 16. Iacobatius in tractatu de Concilijs, lib. 5. art. 8 Couarr. lib. 4. uariar. reſolut. ca. 16. nu. 6. Alphonſ. Viuald. in Supplemento ad Caudelabrum aureum c. 12. nu. 20. Ex quibus, & multis, quæ hi authores adducunt, conſtat Concilium, etiam uniuerſale in ſtatutis ſanciendis, in litibus, & controuerſijs decernendis, non habere aliam iuriſdictionem, quã eam, quæ ſibi fuerit expreſſim, uel tacitè a ſummo Pontifice delegata.

7 *Illud* autem obſeruandum eſt, quod cum Papa in iure Canonico, vel aliquo Concilio Generali nouo, (vt in Triden.) vel antiquis Concilijs Generalibus; aut in alijs decretis a ſe, vel a Sede Apoſtolica factis, diſpenſat, ſpecialiter exprimere debet ſe derogare tali decreto Concilij Tridentini, adeo, ut diſpenſatio aduerſus Concilij decreta, & canones ſufficiens non cenſetur, niſi in ſpecie fiat eorum derogatio his quidem, aut ſimilibus uerbis: *non obſtante aliqua lege, vel conſtitutione, etiam in Concilio Generali ſtatuta*, Vt Archid. in capit primo, de conſtitut. in 6. & facit textus in cap. ex parte, & in capit. fi. de capell. monach. c. Eam te. de ætate, & qualit. ordin. & cap. Nonnulli, de reſcript. & ibi Felin. colum. 4. & Alexan. conſil. 187. lib. 5. Card. Iacobat. tractatu de Concil. lib. 5. art. 18. Couar. in libr. 4. variar. reſolut. c. 16. nu. 6. Alphonſ. Viual. in Supplemento ad Candelabrum aureum, c. 12. num. 22. & alij tradunt. Et quamuis in derogandis decretis, aut conſtitutionibus ſolius Summi Pontificis non eſt ita neceſſaria mentio iſta, per hæc uerba prædicta ſpecialia, iuxta Couar. & Viuald. vbi ſupra, ſolet tamen derogando alicuius conſtitutioni, uel ſuæ, vel prædeceſſorum ſuorum, mentionem facere conſtitutionis eius, cui derogare, aut in qua diſpenſare intendit, ut uſus, & ſtylus Curiæ obſeruat.

8 DVBIVM ſextum eſt, An † ſicut Papa circa hu-

manum ius, ita etiam circa ius diuinum, & Naturale diſpenſare valet? Reſpondeo, quamuis Panormit. in c. Non eſt, num.6.7.de uoto.& Felin.in c.quæ in eccleſiarum.nu.19.de conſti. et Decius conſil.112. & alij nonnulli eius ſententiæ fuerint, quod Papa cum cauſa in iure Diuino diſpenſare poſſet; Alij tamen, quos paulo poſt referemus, rectius docent hāc poteſtatem Papæ conceſſam non eſſe. Et quidem illud apud omnes certum eſt, (ſi loquamur propriè de diſpenſatione) ſummum Pontificem in præceptis primæ, uel ſecundæ tabulæ Decalogi diſpenſare non poſſe, neque in articulis fidei, neque in ſacramētorum inſtitutione, & celebratione quo ad ea, quæ ad ſacramentorum eſſentiam pertinent, iuxta ea quę in Concil. Trident. Seſſion.21.cap.2. traduntur, neque etiam in præceptis moralibus, quæ ſunt de lege naturæ, hoc enim, vt rectè docet S. Thom. quodlib. 4.art.13. non eſſet poſſe pro veritate, ſed contra ueritatē; nec denique in ijs diſpenſare ualet, quæ determinatè de iure diuino inſtituta ſunt. Sic S. Tho. 1.2.q.97.artic.4.ad tertium, & 2.2.q.88.articul.10. Petr. de Arragon. ibi, & idem S. Thom. Quodlib.4. art.13.& Quodlib.9.ar.15.in fi.& li.1.ſent.diſt.47. & 3.diſt.30.& 1.2.q.100.art.8.Card. a Turrecrem. li.2.de eccleſ.c.107.Ioan. Maior.in 4. diſt. 24.q.12. Ang.in uerb. Papa in prin. Syl.uerb. Papa q.16.Io. Driedo de libert. Chriſtiana, lib.1.c.14.circa mediū fol. mihi 204.Sotus libr.1.de iuſtit.& iure, q.7.ar.3. ad 3.Ambr. Cather. contra Caiet. libr.6.c.2.Couarr. in epito.4.decreta.p.2.c.6.§.6.nu.4. Franciſcus Victoria in relect.2.de poteſtate Papæ, & Concilij. Alphonſus Viuald. in ſupplemento ad candelab. c.12. nu.10.& 13. At uero in alijs, quæ ita ſunt de iure diuino, vt tamen miſceatur aliquid humanæ obligationis, ſine dubio diſpenſare poteſt, vt in voto, & iuramento, quamuis aliqui dubitent, an hæc ſit diſpenſatio, an tantum declaratio; Ratio eſt, quia licet ſit de iure diuino ſeruare votum, quia tamen hęc obligatio ad id faciendum eſt ſibi a ſemetipſo impoſita, hanc obligationem Papa tollere, & in ea diſpenſare poteſt; quo ſenſu exponi poſſunt, & excuſari Panormitanus, & alij, quos initio difficultatis citauimus. De qua re alibi latius dicemus.

9 DVBIVM SEPTIMVM eſt. Circa Prælatos inferiores, qui cum propria, & ordinaria poteſtate in legibus ſuperiorum diſpenſare non poſſint, ſed ſolum ex commiſſione, & poteſtate delegata, difficultas eſt, quibus in caſibus hanc poteſtatem exercere poſſint. Et quidem ex communi Doctorum ſententia, quam ſequitur Sotus libr.1.de iuſtitia, & iure, q. 7.artic.3.circa medium, in ſuis legibus proprijs auctoritate ordinaria, auctoritate uero delegata in legibus ſuperiorum quilibet diſpenſare poteſt. *Primo* in his caſibus, in quibus uel ius, uel conſuetudo declarauit: ſic enim iure, ſeu Concil. Trident. Seſſione 24.de reformat.c.6. ad cauendos hominum ſcrupulos, data eſt epiſcopis auctoritas abſoluendi ab omni culpa, & ab omni cenſura eccleſiaſtica, propter crimen occultum contracta, & diſpenſandi in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario. *Secundo*, ex conſuetudine (quæ eſt optima legum interpres) diſpenſare poſſunt epiſcopi in omnibus votis ſimplicibus, exceptis tribus, religionis, ſcilicet, caſtitatis, & peregrinationis Hieroſolymitanæ, ut Sotus, vbi ſupra, & Barth. Medin. in 1.2.q.97.art.4.tradunt.

Tertio ex Caiet. in 1.2.q.97.art 4.& Medina, & Soto in locis proximè citatis, & Greg. de Valent. to. 2.diſp.7.q.5.puncto 9.in triplici rerum ordine, ſcilicet, *in rebus leuibus, in frequentibus, et in legibus proprium bonum ſuæ ciuitatis, et dięceſis reſpicientibus*; *Leuia* autem cenſentur illa, quæ propriè non præcepto aliquo obligante ad mortale, ſed ſtatuto poſita ſunt. Non enim rationi conſonum eſt, & nimis moleſtum, & intollerabile eſſet, ad Principem, ſeu ſupremum Prælatum pro diſpenſatione in leuibus recurrere. Qua ratione ait Sotus Prælatos, & etiam priores conuentuales ordinis S. Dominici diſpenſare poſſe in eſu carnium, in induendis lineis, & id genus ceteris, id quod etiam Prælati Congregationis noſtræ Caſinenſis poſſunt, & ex cauſa iuſta facere nonnunquam ſolent. In caſibus etiam frequentibus diſpenſare poteſt epiſcopus, ob eandem rationem, quandoquidem nimis graue eſſet ad ſupremum Prælatum ſæpè ualde remotum loco, uel commoditate recurrere; unde poteſt Epiſcopus diſpenſare in ieiunijs non obſtante lege quæ a ſummo Pontifice lata eſt, quæ cauſa diſpenſandi frequentiſſimè occurrit; Nec eſt rationi conſonum, vt ſemidebilis, aut uolens quis equitare, aut pedes ire ſine neceſſitate cogente, & putans ſe non poſſe ſeruare ieiuniū, recurrat ſemper ad Papam; ſed ſatis eſſe uidetur, quod arbitrio epiſcopi in aliud opus pium pro ratione perſonæ commutetur ſaluo legis fine. Hoc autem, & rectè limitat Sotus, quod in huiuſmodi legibus, & caſibus diſpenſare poteſt epiſcopus ex cauſa in diem, aut in breue tempus, non tamen pro tota vita. Et eadèm ratione, ut notant Sotus, & Medina, ſi alter coniugum per inceſtum cum alterius conſaguinea inhabilis ad exigendum debitum coniugale fiat, maximè dum, uel ob perſonę pauperiē, vel alia de cauſa commode ſummum Pontificem adire non poſſet; ſecus autem ſi impedimentum antecederet matrimonium, quod ſubinde contrahendum impediret, in quo ſolus Papa diſpenſare poteſt, ut pręfati duo authores docent, quicquid Sylueſter in uerb. diſpenſatio quęſt. nona in fi. velit etiā in hoc caſu epiſcopum diſpenſare poſſe, ſicut etiam, inquit, diſpenſare poteſt, ſi duo contraxerunt matrimonium in gradibus prohibitis, & non facile poſſunt adire ſummum Pontificem, & ſine ſcandalo ſeparari non poſſunt, vt de nouo contrahant, id quod falſum eſt, ut Medina loco citato animaduertit, cum alia ratio ſit in impedimento ante, & poſt matrimonium contractum, & quia hac ratione datur occaſio multis excogitandi huiuſmodi neceſſitates.

Denique in legibus ſtatutis in commodum proprium alicuius oppidi, & communitatis diſpenſare poteſt inferior in lege ſuperioris, ut uerbi gratia, ſi lex lata ſit, ne uinum, aut frumentum aliunde aduehatur, ut proprij ciuitatis fructus diſpendantur, poteſt Pretor in hac lege diſpenſare maximè conſentiente populo, poteſt enim populus iuri ſuo cedere; ſecus autem ſi res illa alijs etiam eſſet communis, ut ſi lex ſuperioris ſit de doctoratu, matrimonio, ordine, & ſimilibus, quę ad bonum commune pertinent, cum Doctor, coniux, & ordinatus ubique, & non in uno tantum loco munus ſuum exerceant, non poterit epiſcopus, ſed totius eccleſiæ paſtor, & Princeps diſpenſare, cum ei ſolum totius communitatis cura, & regimen commiſſum ſit.

10 DVBIVM octauum eſt circa cauſam, quæ requiritur ad diſpenſationem. In qua re communis Doctorum ſententia eſt, quam ſequuntur S.Thom. 1.2. q.97.art.4.S.Antoninus p.1.tit.17.c.vnic.§ 19.Caiet.1.2.q.96.art.5.Sotus lib.1.de iuſtitia, q.7.art.3. Nauar.in Manu.prælud.9.nu.13.& ſeq.Couar.in 2. par.epit.de ſponſal.c.6.§.9.nu.7.Barth.Medin.in 1. 2.q.97.art.4.Greg.de Val.to.2.diſput.7.q.5.pun.9. Alphonſus Viuald. in ſupplemento ad Candelabrũ aureum, cap.12.nu.6.& alij Summiſtæ in uerbo, diſpenſatio. ad id diſpenſationem requiri cauſam rationabilem aliàs qui diſpenſat, peccatum committit infidelitatis, & imprudentiæ, vt rectè notant authores allati poſt S.Thomam: infidelitatis quidem, dum bono communi non proſpiciat, cum tamen lex omnis in bonum commune conſtituta ſit: imprudentiæ autem, dum prius, quam cauſam perſpectam, & exploratam habeat, contra legem diſpenſet. Etenim, vt Apoſtolus 2.Corinth.10.docet, diſpenſandi facultas data eſt in ædificationem, & non eſt in deſtructionem, & Chriſtus Luc.12. in diſpenſatore ſuper familiam ſuam conſtituto fidelitatem requirit, vt diximus, ita ut in diſpenſando non bonum ſuum, aut alterius bonum priuatum reſpiciat, ſed bonum commune, ne alioquin occaſionem præbeat ſuſpicandi, quod leges ſtatutæ ſint propter turpe lucrum. Quapropter conſuetudo illa, quod nõ diſpenſetur in tali lege, niſi pro pecunia, abolenda eſt, ne quis ſuſpicetur leges condi, vt ſint legiſlatori peculium, ſicut eam aboleuit Concilium Tridentinum Seſſion.25.de reformat cap.18. prudentiam etiam expoſcit, vt non niſi cauſa cognita diſpenſet. Quæ communis Doctorum opinio varijs in locis à Concilio Triden.confirmatur, tum pręcipue Seſſ.6. de reform.ca.2.in illis verbis, *Indulgentijs vero, et diſpenſationibus temporalibus*, puta, ne quis in beneficijs perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine exigentibus per tempus reſideat, *ex veris, & rationabilibus cauſis tantum conceſsis, et coram ordinario probandis, &c.*& Seſſ.24.de refor.matrim.ca.5.dicitur, *In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino* (ſcilicet a Papa) *detur diſpenſatio, uel raro; idque ex cauſa, et gratis concedatur. In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, et ob publicam cauſam.* & Seſſ.25.de reform.cap.18.vbi latè forma, & modus in diſpenſationibus faciendis præſcribitur his uerbis. *Sicuti publicè expedit, legis uinculum quãdoque relaxare, ut plenius euenientibus caſibus, et neceſsitatibus pro* COMMVNI VTILITATE *ſatisfiat: ſic frequẽtius legem ſoluere, exemploque potius, quam certo perſonarũ, rerumque delectu, petẽtibus indulgere, nihil aliud eſt, quam vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant uniuerſi, ſacratiſsimos canones exactè* AB OMNIBVS, *et quoad eius fieri poterit*, INDISTINCTE, *obſeruandos, quod ſi* VRGENS IVSTAQVE RATIO, & MAIOR *quandoque* VTILITAS *poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id* CAVSA COGNITA, *ac Summa* MATVRITATE, *atq;* GRATIS *a quibuſcunque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum, aliterque facta diſpenſatio ſurreptitia cẽſeatur.* Hactenus Cõc. Trid. Quibus verbis apertè docetur diſpenſationem faciendam non eſſe, niſi ex cauſa iuſta, & ob bonum commune, aut ſaltem ob maiorem vtilitatem eius, cum quo diſpenſatur, ſed neque tunc diſpenſandum erit niſi cauſa cognita, & mature ponderata, & non ob pecuniã, ſed gratis. Quæ omnia non ſolum in prælatis inferioribus poteſtatem diſpenſandi habentibus, ſed etiam in ſummo eccleſiæ paſtore, & Principe procedunt, ut notant Summa confeſſ.lib.1.tit.8.quęſt.& Aluarus Pelagius de planctu eccleſiæ libr.2.cap.15 Couar.& Viualdus, vbi ſupra, vnde S.Bernar.libr.de diſpenſatione, & præcepto, vocat eos, qui ſine cauſa iuſta diſpenſant non diſpenſatores, ſed diſſipatores. Ratio eſt, quia Princeps non niſi duce recta ratione quicquam facere debet, recta autem dictat ratio, vt ius quod omnibus commune eſt, communiter, & indiſtincte ab omnibus ſeruetur, nec unius alicuius gratia ſine cauſa violetur, frangit autem æquabilitatem illam, quam iuſtitia inter omnes ſeruari iubet, qui pro libito, & ſine cauſa cum aliquo diſpenſat, ideoque in conſcientia tutus non eſt, qui ſic diſpenſat, & ut plurimum peccatum mortale eſt, quãdoquidem princeps ipſe ſub pœna peccati mortalis ſubditis ſuis iuſtitiam exhibere tenetur. Sed, & is etiam, qui a Papa huiuſmodi diſpenſationem petit ſine iuſta, & legitima cauſa, peccat, ſicut ipſe, qui diſpenſat, quippe qui rem illicitam à Principe poſtulat, eique in peccato mortali comparatur, vnde quamuis grauius peccet ſuperior ſine cauſa diſpenſando, quam diſpenſationem petens, ſi tamen ſuperior diſpenſando mortaliter peccet, etiam petens peccati mortalis reus erit, cum uterq; cõtra legem naturæ peccet, quia turpis eſt pars, quæ non conſonat ſuo toti, vt ait Caietanus, vbi ſupra. Dixi utrunque peccare aliquando mortaliter, quia nonnunquam & petens, & concedens ſolum peccat uenialiter, ut Nauarrus, ubi ſupra, prælud.9.n.14.Co. in d.§.9.nu.7. Alph.Viual.in d.c.12.nu.22.qui etiã alios refert, ut Victoriã in relect.3.de poteſtate Papæ, propoſit.5.& 15.& Cordubam lib.4.Quæſtionarij, q.8.& alios. Quando autem mortale, aut ueniale peccatum ſit, ex circunſtãtijs iudicandũ erit. Addunt autem Caietanus, Nau.& Coua.Gregor.de Val.& Alphonſus Viuald.numer.25.locis allatis, quod licet Papa diſpenſans ſecum, aut cum alio ſine cauſa in lege aliqua, u.g.ad non dicendum horas canonicas, uel ad non ieiunandum in quadrageſima, peccet, quia facit contra legem naturæ, qua omnis pars, & maxime caput tenetur conformare ſe ſuo toti, ſic tamen licentiatus non recitando horas, & non ieiunando, non eſt reus fractę legis, aut uiolati pręcepti de horis canonicis dicendis, aut de ieiunando, cum iam diſpenſationẽ obtinuerit, & conſequenter utendo tali diſpenſatione conceſſa illi a Papa ſine cauſa, non peccat mortaliter, ſi exinde ſcandalum aut damnum, proximi non ſequatur; ſi enim ex uſu talis diſpenſationis ſequeretur ſcandalum, aut damnum alterius, puta, ſi exoneratio mea eſſet oneratio aliorum, ut cum quis priuilegium procurat, quo ſe tributis ſoluendis abſque cauſa ſubtrahat, unde aliorum uergit aggrauatio, peccatũ eſſet mortale, ut cõſtat, id quod etiã procedere poteſt in alijs caſibus, ut notat Greg.de Valentia, ubi ſupra, pun.9.attenta conditione, & grauitate ipſius legis humanæ, in qua illicitè facta ſit diſpenſatio.

11 DVBIVM eſt, An diſpenſatio ſine cauſa facta in lege humana valida ſit, ita vt diſpenſatus ſit tutus in conſcientia? Inn.cap.cum ad Monaſterium.nume.3.& 4.de ſtatu monachorum. Pan.in cap. Non eſt.nu.8.de voto,& voti redempt.& in ca.de multa.nu.20.de præb.& in c.quæ in eccleſiarum.num.17.& Decius ibi.nu.29.de conſtit.Syluest.verb.diſpenſatio.q.2.nu.4. Couar.in decretal. par.2.cap.6.§.9.nu.10.& nu.11 docent, quod ſi is; qui inferior Papa eſt,diſpenſet ſine cauſa, etiam in rebus humanis, non eſt ualida,quia non eſt data ei poteſtas diſpenſandi ſine cauſa: ſi vero Papa diſpenſet, tunc ſi diſpenſatio ſit circa ius humanum, licet Papa ſine cã diſpenſando peccet,relaxatio tamẽ ipſa iuris tenet, & valet:ſin autem ſit circa ius diuinum,tunc diſpenſatio ſine cauſa facta non valet. Vt autem,quid verius ſit,breuiter ſtatuamus,dicendum eſt cum Caie. in ſumma verb.diſpenſatio,& in 1.2.q.96.ar.5.Soto lib.1.de iuſtitia,quæſt.7.ar.3.Bartho. Medina in 1.2.q.97.arti.4.Petro de Arragon.2.2.q.89.ar.9.in fine.Coſino Philiarco de officio ſacerd.par.2.lib.3.cap.4.Nauar.in Manuali.prælud.9.num.15.& Alphonſo Viualdo in ſupplemento ad candelabrum aureum, c.12.nu 8.9.& 24.

Primo,Quod licet inferior,v.g.epiſcopus diſpenſando in lege ſuperioris ſine cauſa peccet,& diſpenſatio ita facta non valeat,(in qua re conueniunt omnes) ſi tamen diſpenſet ſine cauſa in legibus Sinodalibus a ſe inſtitutis,aut in legibus ſui prædeceſſoris,aut inferioris, diſpenſando peccat, diſpenſatio tamen valet, quia in his, quæ a ſua merè pendent ordinaria poteſtate, eandem habere videtur epiſcopus poteſtatem,quam Papa in ſui legibus diſpenſandis habet.

Secundo,quoties Papa in his diſpenſat, quæ ſunt tantum iuris poſitiui humani, diſpenſatio etiam ſine iuſta,& ſufficienti cauſa facta,dummodo vera ſit,valida cenſeri debet: Vt v.g.ſi diſpenſet cum aliquo,vt contrahat in ſecundo gradu,aut vt non ieiunet in Quadrageſima,vel vt non recitet horas canonicas. Ratio eſt,quia obligatio hæc a iure humano dependet, quam Princeps, aut legislator pro libito ſuo abrogare poteſt. Dixi, *dummodo cauſa ſit vera*, quia vt notat Medina loco citato, ſi cauſa ad diſpenſandum allegata ſit falſa,& fictitia,etiam diſpenſatio nulla,& ſurreptitia erit. Ratio eſt,quia, hæc diſpenſatio cauſæ allegatæ innititur, tanquam fundamento,vnde non extante fundamento,& cauſa,etiam ædificium corruit.

Tertio;in his, in quibus admiſcetur obligatio iuris naturalis, aut diuini, prout in ijs diſpenſare poteſt Papa,ſi diſpenſet ſine cauſa legitima,peccat, & diſpenſatio inualida eſt. Sic omnes, quos ſupra, attulimus vt verbi gratia ſi diſpenſet in voto, & iuramento,quia cum hæc diſpẽſatio in ijs,quæ ſunt de iure diuino ſit propria Dei,& conceſſa ſummo Pontifici ad rectam eccleſiæ gubernationem, non eſt credibile ſine cauſa, datam eſſe ei poteſtatem diſpenſandi. Neque enim Papa,vt ait Caiet. in ſumma, ubi ſupra, habet poteſtatem in deſtructionem, ſed in ædificationem corporis Chriſti. 4. Corinth. 10.& S.Tho.1.2.q.97.articul.4.ad tertium,id ſatis apertè indicat,& Nauar.ubi ſup.prælud.9.num.13. Viuald.in d.c.12.nu.9.Sotus lib.1.de iuſtit. q.7.art.3.ad tertium.Sylueſ.uerb.diſpenſa.q.3.nu.5.Petrus de Arragon.ubi ſupra, & Coſinus Philiarchus loco citato,& alijs, neque enim habet ſummus Pontifex auctoritatem ſupra ius diuinum,& naturale, ut illud pro ſua uoluntate abroget. Et quidem hi omnes exemplificat in uoto, & iuramento. Addunt autem Sylueſter,Caieta.in ſumma.Sotus, Medina locis allatis poſt Panorm.in cap.Non eſt uoti.num.8.de uoto, & uoti redempt. aliud exemplum, ſcilicet,ſi abſq; rationabili cauſa diſpenſetur, quis, ut plura beneficia curata habeat, aut ut non reſideat,& patet,aut creditur, uel probabiliter dubitatur inde prouenire,quod eccleſiæ priuarentur debitis curis animarum, cum contra ius diuinum ſit,ut eccleſia debita cura animarum priuetur.Item,ut ait Sotus,ſi infans, & puer curam permittitur gerere animarum,aut,ut ait Medina,ſi diſpẽſet cum epiſcopo,ut teſtetur de bonis eccleſiaſticis, quæ, ut aiunt Panor.& Sylueſter,ſunt bona Dei, & pauperib.diſtribuenda: Item ex Pan.in d.c.Non eſt.num.9.Sylueſtro,& Soto, ubi ſupra, ſi religioſus profeſſus diſpẽſationem obtineat a Papa ſine iuſta cauſa,ut poſſit tranſire ad laxiorem regulam; Item ex eodem Pan.quem refert,& ſequitur Sylueſter, ubi ſup.q.3.nu.6.ſi religioſus præficiatur eccleſiæ curatæ cauſa legitima non extante,puta,quia non eſt aptus ad officium prædicandi, uel exercitium curæ, nam propter hoc bonum publicum emanauit illud ius diſpẽſatiuum,ut religioſus præfici poſſit eccleſię ſeculari,ca.Quod Dei,de ſtatu Monach.& gl.in c.Monachi uagantes.16.q.1.ait, quod ſi religioſus præficit̃ eccleſiæ ſeculari,non ut proſit,ſed ut præſit, peccat mortaliter, cum ueniat contra uotum. Item ex Soto, ſi laicus monachis in Abbatem præficitur, in his, & alijs ſimilibus, ut præfati authores tradunt, diſpenſationes ſine cã legitima factæ inualidæ ſunt apud Deũ,quamuis in foro exteriori ratæ,& ualidę habeantur. De quib.exemplis exactius ſuis in locis nobis agẽdum erit, hic ſolum exempla Doctorum pro hoc tertio dicto referre ſtatuimus, quid autem ueritatis in ſe contineant, alibi demonſtrabimus.

Quæ autem hactenus de diſpenſatione dicta ſũt, etiam de concedente, aut obtinente priuilegium procedunt,ut uocant Petr. de Arragon.2.2.qu.89.art.9.in fi.in dict.2. Gregor.de Valentia tom.2.diſput.7.qu.5.pun.9.in fi. Nam & res iſta cauſam,& auctoritatem requirit,ſicut diſpenſatio; Alioquin & is,qui priuilegium,& exemptionem a lege communi procurat, & is, qui concedit,peccat ſimiliter contra ius naturæ, quandoquidem ratio ipſa naturalis dictat, ut pars omnis ſeſe cum toto conformet in his,quibus fieri poteſt. Alia multa de priuilegijs legi poſſunt apud Alphonſum Viualdum in Candelabro aureo,par.4.c.10.per totum,& S.Anto.par.1.tit.19. per totum.

12 DVBIVM decimum eſt, an lex humana ſemel ſtatuta,& approbata mutari poſſit? Ratio difficultatis eſt,quia,cum lex humana regula ſit humanorum actuum, iuſta, & recta, & a lege naturali deriuetur, conſequenter ſemper permanens, & immobilis eſſe debet, ſicut ipſa lex naturalis immutabilis, & inuariabilis permanet. Reſpondeo cum S. Tho.in 1.2.q.97.artic.1.Caiet. & Medina ibidem, Soto lib.1.de iuſtit.& iure,q.7.artic.1. Gregorio de Valentia tom.2.diſpu.7.qu.5.puncto.8.S.Antonio in ſumma par.1.tit.17.cap.unic.§.8.& Ariſtotele

lib.2.politic.cap.6.& S. Auguſtino li.1. de lib. arb. c.6.& Innotentio Papa III. in Concilio Latera. vt refertur in cap. Non debet. de conſang.& affinit. leges humanas interdum recte mutari, & abrogari poſſe. Ratio eſt, quia cum lex humana ſit dictamen quoddam rationis, quo actus humani diriguntur, ex duplici cauſa,& radice, vt erudite tradit Angelicus Doctor, vbi ſupra, prouenire poteſt, vt lex humana iuſte mutetur, vna ex parte rationis, altera vero ex parte hominum. *Ex parte rationis*, quia cum natura noſtra rationalis,& diſcurſiua ſit, nec omnia vno diſcurſu, & apprehenſione penetrare poteſt, ſed gradatim ab imperfecto ad perfectum tendit, ut tam in ſcientijs ſpeculatiuis, quam practicis uidere licet, (Siquidem qui primo philoſophati ſunt, vt Thales Mileſius,& alij, quædam imperfecta tradiderunt, quæ poſtea per poſteriores magis perfectè tradita ſunt,& Licurgus Salon, Numa, & alij leges quaſdam imperfectas ſtatuerunt, quæ deinceps ſucceſſu temporum ab alijs exactius, & accuratius cultæ ſunt) nihil mirum eſſe debet, ſi legislator non valens omnes caſus occurrentes præuidere, ſtatuat legem, quam poſteri recto conſilio,& ratione ducti mutant. Vnde recta ratio, quæ prius dictabat legem ita ſtatuendam fore, alio tempore dictat mutandam eſſe. Cum enim res humanæ, quas leges humanæ moderantur mutationibus expoſitæ ſint, recta ratio conſequenter dictat, vt pro rerũ mutatione leges etiam de nouo ſtatuantur. Vnde Deus, qui legem ueterem inſtituit conuenientem quidem rudi, & imperfecto populo, rebus poſtea mutatis, & hominibus ad maiorem perfectionem tendere cupientibus, aliam nouam,& perfectiorem inſtituit.

Ex parte etiam hominum conuenit nonnunquam, vt lex mutetur, cum, vt conſtat experiẽtia, actiones humanæ ita locorum, & temporum diuerſitati ſubiectæ ſunt, vt longo tempore in eodem ſtatu difficulter permaneant; Vnde ſm diuerſas eorum conditiones,& ſtatus, diuerſas leges ſtatuere oportet, cuius rei exemplum optimum affert S. Tho. ex D. Auguſt. lib. 1. de lib. arb. ca.6. his uerbis. *Si enim populus ſit bene moderatus, & grauis, communiſq; utilitatis diligentiſſimus cuſtos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare ſibi magiſtratus, per quos Reſpublica adminiſtretur. Porro ſi paulatim idem populus depranatus habeat venale ſuffragium, & regimen flagitioſis, ſceleratiſq; committat, recte adimitur populo talis poteſtas dandi honores, et ad paucorum bonorum redit arbitriũ.* Hinc recte Ariſtoteles lib. 2. policit. c. 6. concludẽs quaſdam leges,& quandoque mutãdas eſſe ait. *Sicut in alijs artibus, ſic etiam circa ciuilem conſtitutionẽ impoſſibile eſt, ſingula ad minimum vſq; ſcriptis comprehendere, neceſſe eſt.n. vt generaliter ſcribantur; Actiones aũt circa ſingularia fiunt. Ex his igitur,* inquit, *concluditur, quaſdam leges, & quandoque mutandas eſſe.* Quas oẽs cauſas,& rationes egregie Innocentius Papa III. vbi ſupra, his verbis complexus eſt. *Non debet* inquit, *reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum narietatem temporum ſtatuta quoque narientur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit, quoniam ipſe Deus ex ijs, quæ in ueteri teſtamento ſtatuerat, quædam etiam mutauit in nouo.* Quibus verbis non ſolum oſtendit leges humanas licite nonnunquam mutari, & abrogari poſſe, ſed etiam, quando id licite fieri poſſit. Neque enim Princeps, & leg lator pro libito, & ſola voluntate ſua legem re ante inſtitutam mutare debet, ſed tunc ſolum, qua do aut vrgens neceſſitas, aut communis vtilita expoſcit, vt S. Thomas 1.2. quæſt. 97. artic. 2. & ali quos paulo ante recenſuimus, annotarunt. Sic enim leges humanæ pro communi vtilitate, & bo no Reipublicæ inſtitutæ ſunt, ita etiam non alia cauſa, & ratione mutandæ ſunt, niſi cum earum mutatio in augmentum, & vtilitatem boni com munis redundat. Etenim mutatio legis, quantu eſt de ſe, detrimentum Reipublicæ afferre ſolet, q cum conſuetudo ſeruandæ legis plurimum ualea legis conſequenter mutatio, talem conſuetudine tollens, vim etiam conſtrictiuam legis diminu Et ſicut (vt notant Honorius Papa III. in cap. co conſuetudinis de conſuetud.& Sotus) veneranda gis canicies amore retinet humanos animos; ita in mica nouitas inuidiam, & diſcordiam afferre ſole Tunc igitur ſolum mutari lex debet, quando uel maxima, euidentiſſimaque vtilitas ex noua lege prouenerit, aut grauis,& urgens neceſſitas conſuetam legis obſeruantiam, ob manifeſtam eius iniquitatem antiquare compulerit. Vnde ff. de conſtit. Principu l.2. Vlpianus ait, *In rebus nouis conſtituendis euiden eſſe debet vtilitas, vt recte recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt.* Aliter autem legem mutans, vt Sotus lib. 1. de iuſtitia, q.7. articu.2. in fine, Gregorius de Valentia tom. 2. diſpu. 7. quæſt. 5. puncto 8.& alij communiter docent, peccat, populus tamen non amplius eiuſmodi lege tenebitur: ſiquidem iam ſimpliciter ex uoluntate Principis abrogata eſſet. Satis igitur conſtat mutari poſſe legem ex cauſa iuſta, nihilque obſtat, quod lex humana legi naturali tanquam regulæ immutabili innitatur; Etenim lex humana a naturali lege per rationem humanam deducitur, quia uero ratio humana non omnia futura ſatis proſpicere poteſt, lexque humana in actionibus ſingularibus, & contingentibus conſiſtit, cum tamen econtra lex naturalis ſola principia uniuerſalia contineat, quæ a ſingularibus abſtrahunt, nihil mirum ſi, cum lex naturalis immutabilis ſit, humana tamen uariabilis exiſtat: Siquidem menſura rebus ipſis, quarum menſura eſt, accommodari debet: menſura autem rerum mutabilium, quales ſunt actiones humanæ, ſolidiorem,& firmiorem non ſuffert perpetuitatem, ut ratio,& experientia quotidiana demonſtrat: & de mutatione legum hæc, quãtum ad inſtitutum noſtrum ſpectat, dicta ſufficiant,

De conſuetudine, virtute, & conditionibus eius. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Variæ definitiones conſuetudinis.*
2 *De proprietatibus conſuetudinis, quæ ex S. Tho. et aliorum conſenſu præcipue tres ſunt.*
3 *Qualiter intelligẽdæ ſunt cõditiones, ut haberi poſſint.*
4 *An conſuetudo legem diuinam, uel natutalem mutare, uel abrogare ualeat?*
5 *Quibuſnam introduci poteſt conſuetudo, quæ legem tollat, aut mutet.*

6 *Qualis debet eſſe conſuetudo, quæ vim legis habet.*
7 *Conſuetudo neceſſariò debet eſſe præſcripta, quando, & quæ ad legitimā præſcriptionem requirantur, n. 8.*
9 *Qualis multiplicatio, & quorum actuum uſus conſuetudinem, & legem obligatoriam conſtituit.*
10 *An lex aliqua conſuetudinem uincere poſſit.*
11 *An, quando conſuetudo habet id, quod lex, ſublata lege tollatur conſuetudo.*
12 *Qua ratione excuſantur ij, qui contra legem agunt propter conſuetudinem.*
13 *An lex pœnalis propter conſuetudinem tolli poſſit.*
14 *An omnis cõſuetudo proprie dicta obliget ad mortale.*

CVM in ſuperioribus de legib. abundè ſatis, quatenus præſens opus morale patitur, dictum ſit, inter leges autem, & conſuetudinē ea eſt connexio, & affinitas, vt nonnunquam cõſuetudo uim legis obtineat, reſtat, vt in fine huius libri pauca de conſuetudine in vniuerſum dicamus. De qua re Canoniſtæ in titulo, de conſuetudine, in Decretalibus & ſexto, & in can. conſuetudo. diſtin. 1. Iuriſperiti in l. De quibus (quæ eſt lex 32) & in l. Si de interpretatione. (quæ eſt lex 37.) ff. de legib. & in l. 1. & 2. C. quæ ſit longa cõſuetudo. Summiſtæ, vt Ang Syluester, Tabiena, Armilla, & alij in verb. conſuetudo. S. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 3. Caie. & Barth. Medina ibidem. Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iure, q. 7. arti. 2. Alphonſus a Caſtro lib. 2. de poteſtate legis pœnal. ca 12. Ioan. Driedo lib. 1. de liberta. Chriſtiana. c. 10. & 11. & Io. Medina Cod. de ieiunio. q. 8. S. Ant. p. 1. ti. 16. per totum. Gregorius de Valentia to. 2. diſp. 7. q. 5. puncto 8. Marcus Antonius Cucchus in inſtitutionibus maioribus. lib. 1. ti. 9. Alphonſus Viuald. in candelabro aureo. p. 4. in 2. p. per totum, & alij fuſè diſputant. Antequam uero ad ſoluendas difficultates, quæ in hac materia occurrunt, accedamus, quædam annotanda ſunt, quorum

1 PRIMVM eſt Circa definitionem eius. Etenim variè definiri, ſeu deſcribi ſolet. Ioan. Andreas, & Panorm. in rubric. de conſuetud. ſic definiunt; Conſuetudo eſt ius quoddam, quod eſt moribus, ſeu vſibus populi totius, vel maioris partis ratione initiatum, continuatum, & conſtitutum, legis habeas auctoritatem. Alij aliter deſcribunt: Illa autem, ut communior, ita etiam mihi videtur verior deſcriptio, quam affert Iſidor. lib. 5. etymol. & refertur in can. conſuetudo. diſt. 1. *(Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex.* Cum enim leges nulla alia ex cauſa homines obligent, quam, quod a voluntate, & ratione legiſlatoris proficiſcantur, & iudicio populi pro legibus ſuſceptæ ſint, merito etiam ea, quæ ſine vllo ſcripto ex conſenſu Principis, & populi probantur, pro legibus habenda ſunt, parum enim, aut nihil refert, an talis voluntas uerbis, & ſcriptis, an etiam actibus externis multiplicatis, qui conſuetudinem efficiunt, declaretur.

2 SECVNDVM eſt, Circa cõſuetudinis proprietates, quę ex S Thomæ, & aliorum Doctorum conſenſu, & ſententia tres præcipue ſunt; *Prima* eſt, legem mutare, abrogare, & tollere. argu. cap. Cum omnes. de conſt. & l. de quib ff. de legib. Et huc etiam pertinet legem confirmare, quando conſuetudo eſt conformis legi, arg. cap. fi. de conſuetud. ca. In iſtis §. leges. diſtinct. 4. vbi dicitur, *leges inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approbātur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentium ipſæ leges confirmantur. Secunda eſt*, legem interpretari, vt in l. ſi de interpretatione. (quæ eſt lex 37.) ff. de legibus. & Innocentius Papa III. in c. cum dilectus, de conſuet. conſuetudinem optimam legis interpretem eſſe docet. *Tertia eſt*, legem facere, & conſtituere, ut habetur in l. de quibus. (quæ eſt 32.) ff. de legibus, & can. conſuetudo. diſtinct. 1. cuius rei optimum affert S. Thomas, vbi ſupra, ex S Auguſtino teſtimonium, in epiſt. 86. ad Caſulanum. *Mos*, inquit, *populi, Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſūt, et ſicut prævaricatores legum diuinarum, ita contemptores conſuetudinum eccleſiaſticarum coercendi ſunt.* & refertur in cap. In his rebus. diſtinct. 11. Quarum omnium optima ratio eſt, quam affert San. Thomas loco proxime citato, quia eadem eſt poteſtas condendi, mutandi, & interpretandi legem. Ergo ſicut multitudo poteſtatem habet legem condendi, ſic etiam & eam interpretandi, & abrogandi, quam poteſtatem, non minus rebus ipſis & factis, quam verbis, & ſcriptis explicare ſolet, & poteſt, quia vero circa has conditiones nonnulla dubia eſſe ſolent, ſiquidem non omnis conſuetudo legē tollere, aut conſtituere poteſt, vt diſtinct. 11. varijs capitibus oſtenditur, ideo ad difficultatem omnem, & errorem tollendum, nec non ad clariorem rei explicationem, quædam dubia in ſequentibus declaranda ſunt.

3 DVBIVM Primum eſt Circa has conditiones, qualiter intelligendæ ſunt, vt vim habere poſſint eo modo, quo dictum eſt? Reſpondeo, quamuis in ſequentibus res hęc latius explicanda ſit, in hoc tamen dubio ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſecundę conditionis intelligentiam, paucis exponemus. In quare, vt recte notant Sotus, Gregorius de Valentia, & Medina, ad hoc, ut conſuetudo ſit fida legum interpres, requiritur *Primo*, ut ſit publica, & neminem lateat, ſi enim aliquid a multis ſeruaretur, ſed in occulto, ita, ut ad notitiam principis non perueniat, talis conſuetudo non poteſt eſſe legum interpres, ut ergo legem cõſuetudo interpretari poſſit, debet eſſe publicis morib. recepta, ſciente, & conſentiente Principe. *Secundo*, ut id non ſolum ſciat, ſed etiam approbet, & non puniat, etiamſi res in iudicium deducatur. Si enim ſciat aliquid fieri, & uel ex negligentia, uel ex impotentia non potens delinquentes corrigere, & abuſum tollere oculata diſſimulatione talem abuſum permittat, talis conſuetudo legem interpretari non poteſt. Hinc colligit Medina in 1. 2. q. 97. ar. 3. quod licet olim ſemel tantum in die, & id quidem hora nona, in diebus ieiunij comedere licebat, conſuetudine tamen introductum eſt, quod aliquid noctu ſumamus, quę conſuetudo optime legem hanc ieiunij interpretata eſt. Inde enim Doctores, ut notant Ioann. Medina capit. de ieiunio. q. 8. Martin. Ledeſm. 2. 2. q. 17. art. 6. dub. 6. & Caie. in Summa uerbo. ieiunium. in principio, communiter excuſant fideles, qui iuxta morem, & conſuetudinem patrię in die ieiunij longiores collationes faciunt, ſiue ſumant olera, ſiue electuaria ſiue etiam aliquos fructus, aut etiam panem, uel ſolum, uel ſimul cum aliquo fructu arboris alicuius. Ob quam

etiam conſuetudinem, quæ legem hanc ieiunij interpretata eſt, excuſantur hoies refectionem ante horam nonam ſumentes. Nam, vt Caie. Io. Medina, Ledeſm. tradunt, paulatim detractum eſt multum horæ comedendi; Trecenti enim anni adhuc non ſunt, ex quo hora prandij in ieiunio erat hora tercia poſt meridiem, vt conſtat ex S. Th. 2. 2. q. 147. art. 7. Nunc autem religioſi etiam multum ante meridiē æſtiuo tempore, & in Quadrageſima comedere ſolent. Quæ conſuetudines valent, & a peccato excuſant ſummo Paſtore eccleſiæ ſciente, & tolerante. Econtra vero conſuetudo introducta a tabellionib. aut a ſtabularijs, & huiuſmodi exigendi vltra taxatum pretium, nec legitima legum interpres eſt, nec a peccato excuſat. Quia, vt ait Bartho. Medina, licet id frequētiſſime fiat, & ita fieri Princeps cognoſcat huiuſmodi tñ tranſgreſſores i iudicio accuſatos grauiter punit, quod efficax argumētum eſt, uelle Principem, vt lex ſtatuta ſeruaretur, adeo vt occulta cōſuetudo, & abuſus multorum in contrarium, vigori legis præiudicare non poteſt. Addit unum Sotus ubi ſupra notatu, & obſeruatione dignū, ſcilicet diſſimulationem prælati, quæ facit ad legis conſtitutionem, interpretationem, aut abrogationem per actuum multiplicationem intelligi de illo prælato, ſeu principe, qui eſt legislator, quāuis enim prętor in vrbe, vel prælatus conuentus, aut prouinciæ legum tranſgreſſiones diſſimulent, talis tamen cōſuetudo numquam legis vires conſequitur, quia nō eſt ſignum voluntatis ſupremi prælati, aut principis, qui eſt legislator. Id quod multum valet ad caſuum plurimorum deciſionem.

4 DVBIVM Secundum eſt, an conſuetudo legem diuinam, uel naturalem mutare, uel abrogare ualeat? Reſpondeo, nulla conſuetudine derogari poſſe iuri diuino, aut naturali, eo quod nullo modo id fieri poteſt ſine detrimento ſalutis, ut expreſſe habetur in cap. cum tanto. & gl. ibi in uerb. Naturali iuri. de conſuetud. idemque docent. S. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 3 ad 1. S. Ant. p. 3. ti. 16. §. 6. Sotus lib. 1. de iuſtitia q 7. ar. 2. ad 1. Panorm. in d. c. cum tāto, nu. 1. & 2. de conſuetud. Sylu. uerb. conſuetudo q. 14. Tabiena uerb. eodem. uerſi. Tertio. Io. Driedo lib. 1. de liber. Chriſt. c. 10. Alphonſ. Viuald. in Candelabro aureo p. 4. tract. 2. c. 2. & 3. & alij. Immo uero quanto conſuetudo contra legem diuinam, & naturalem fuerit inueteratior, tāto grauioris cauſa eſt peccati; tantum abeſt, ut conſuetudo aliquid uigoris detrahat illis legib. Id quod procedit quoad prima principia iuris naturalis, hæc. n. nullo modo per conſuetudinem mutari poſſunt. Notandum n. eſt ex S. Th. 1. 2. q. 94. ar. 4. & queſt. 95. ar. 2. In lege naturali tria conſiderari poſſe, ſ. prima principia, quæ nunquam deficiunt a rectitudine, ut *Nulli faciendum eſt malum*. Et primæ concluſiones raró deficientes ex illis principijs communibus deductæ, ſicut hoc, quod eſt, *Non eſſe occidēdum*, deducitur ut cōcluſio quędam ab eo, quod eſt, *Nulli eſſe faciendum malum*. Et quædam determinationes, quorundam principiorum communium a dicta lege deriuatæ, ſicut lex naturæ habet, quod peccans puniatur, ſed quod tali, uel tali pœna puniatur, eſt determinatio legis naturæ, qua ex ſola lege humana uigorem habet, Quamuis igitur prima illa principia nullo modo mutari poſſint per conſuetudinem, ea tamen, quæ ut concluſiones inde deducuntur, u. g. Non occide Non furaberis, per cōſuetudinem limitari, & declarari poſſunt, Quæ uero remotius tamquam determinationes ex illis principijs deducuntur; quoniam fere aliud non ſunt, quam leges humanæ, poſſunt etiã per conſuetudinem tolli, declarari, & limitari, prout ratio naturalis ſuadet, ubi autem nulla ratio naturalis id ſuadet, ius diuinum aut naturale conſuetudo limitare, aut diſtinguere nequit.

Hinc infertur primo, Conſuetudine induci non poſſe, ut iuramentum falſum non ſit peccatum, cum hoc ſit contra ius diuinum.

Secundo, Conſuetudo facere non poteſt, ut inuenta ex naufragio ſint occupantium, cognito uero domino, cum illa furari ſit contra ius diuinum, & naturale.

Tertio, Conſuetudo facere non poteſt, ut licite exigantur uſuræ, quia iure diuino, & naturali ſunt prohibitæ, ut patet ex toto titu. de uſur. & communi Theologorum, & Canoniſtarum conſenſu, & ſententia.

Quarto, Conſuetudo facere non poteſt, ut licitum ſit uiolare ſigillum ſacramenti confeſſionis, ut communiter tradunt Doct. eo quod tale uinculum ſacramentale ſit de iure diuino, & naturali.

Quinto, Conſuetudo facere non poteſt, ut regularis profeſſus aliquo modo ſit Dominus eorum, quę lucratur prædicando, legendo, & eorum, quæ ſibi donantur; quia eſſet contra ius naturæ, ut monachus, qui eſt mortuus mundo, & nec uelle, nec nolle habet, dominium haberet. Vnde quicquid acquirit monachus, acquirit Monaſterio, ut late docēt Nauar. in tract. de tribus uotis, & Viuald. ubi ſupra c. 2. num. 10. ualet tamen illa conſuetudo habendi, expendendi, & recipiendi ex licentia ſuorum ſuperiorum, quicquid eis donatum fuerit, et acquiſierint ad uſum tantum, Religioſis enim prohibita eſt proprietas, non rerum uſus.

Qua etiam de cauſa ualet uſus, & conſuetudo, ut religioſus beneficiatus donare poſſit aliquid, quod ſibi de congrua portione ſuperfuerit, non quidem tanquam dominus, ſed ex ſuperiorum tacita licentia, & permiſſione, & ex antiqua conſuetudine interpretata a iure, in ca. ceterum de donation. Idemque iudicandum eſt, ſi prælatus religionis aliquem ad Curiam, uel ad ſcholas cum portione taxata mitteret, ex conſuetudine enim diſponere poteſt de illis, quæ ipſe propter abſtinentiam non conſumpſit, ut Viualdus, ubi ſupra, & in ſupplemento par. 3. cap. 14. nu. 86. & nu. 87. tradit.

5 DVBIVM TERTIVM eſt, A quibuſnam introduci poteſt cōſuetudo, quę legem tollat, aut mutet? Reſpondeo, certum eſt ab ijs induci poſſe, apud quos eſt auctoritas condendi leges; Quia eadem eſt utriuſque poteſtas. Vnde patet primo quod ſi populus poteſtatem habeat regendi ſeipſum, & ferendi leges, poterit per cōſuetudinem abrogare leges, ſin autem poteſtas hæc ſit in Rege, talis conſuetudo abrogare legem non poteſt, niſi adſit ſaltem tacitus conſenſus Regis, ut ſcilicet, ſciat ipſam conſuetudinem, & illam toleret, cum tamen illam impedire poſſit. Si enim ſciat, & toleret, quia non pōt talē abuſum impedire, talis tolerantia, ſicut nec ualet ad conſenſum, ita neque ad conſuetudinem inducendam ualebit, ut ſupra expoſuimus, & expreſſe docent

cent Sotus lib.1.de iuſtitia,q.7.art.2. Bart.Medina in 1.2.q.97.art.3.Gregorius de Valentia to.2.diſp.7.q.5.puncto 8. Marcus Antonius Cucchus in maioribus inſtit.lib.1.tit.9.num.9.Syluest. verb.conſuetudo.q.3. & alijs

Secundo conſtat,quod conſuetudo, vt vim legis habeat,introduci debet a maiori parte populi, hoc eſt,vt maior pars populi habentis conſenſum habilem ad introducendam legem, ſeu conſuetudinem vtatur illa conſuetudine; Quia ſicut minor pars populi legem facere non poteſt,ita nec inducere conſuetudinem ex l. De quibus.ff.de legibus.Angel.ibi col.2.& Panorm.in c.fi.numero 18. de conſuetud. Syluest.verb.conſuetud.nume.7.quæſtio.4.in fine. Marc.Anto.Cucchus,vbi ſupra. Maior autem pars ex Panorm.vbi ſupra, intelligitur, quando ex tribus partibus ſint duæ,vt in l. Nulli.& in l.Planc.ff. quod cuiuſque vniuerſit. Id quod intelligendum eſt computando eos,qui ſunt habiles, ſeu conſenſum habilem habentes ad legem inſtituendam. Etenim mulieres,infantes & multo minus furioſi & huiuſmodi non computantur, quia legem condere non poſſunt,vt in l.1.ff de legib. Sed tantum viri ratione vtentes ex Panorm.in ca.final.numero 8. & numero 10.de conſuetud. Socin.conſil.7.colum.4.in princip.li.1.Felin.in c.ſuper his. de maior.& obed. Syluest.verbo.conſuetudo.quæſt.4. in fine.num.7. Gregor.de Valentia tom.2.diſput.7.q.5. puncto 8. Marco Antonio Cucchio lib.1.maiorum inſti.titu.9.nu.8.& alijs.

Tertio conſtat ex dictis, Non poſſe per populi conſenſum abrogari legem eccleſiaſticam, niſi adſit conſenſus prælati ſaltem tacitus; Quia populus non habet poteſtatem in huiuſmodi legibus. Nam, vt recte notat Ioannes Driedo lib.1.de liber.Chriſtia.c.10.in fine,lex canonica, c.ad audientiam noſtram de conſuetud. neque eſt a poteſtate, quæ ex conſenſu populi dependet, neque tunc ſolum ligare incipit,cum iudicio populi pro lege ſuſcipitur,neq; etiam eſt de nudis temporalibus rebus, in quibus populus liberum habet conſenſum vel diſſenſum. insuper & ſacro ſancti canones propter bonum ſpirituale commune instituti ſunt,& ad impediendū peccata, nec non homines in Deum dirigunt, vel ſunt de rebus, & iuribus eccleſiaſticis,quæ conſuetudine vlla præſcribi non poſſunt, Immo,vt ait Panormitan.in capi.fin.numero 9.de conſuetud. conſuetudines contra canones inductæ præſumuntur temerariæ, & ambitioſæ, & ſini æterno contrariæ.

6 QVARTVM DVBIVM eſt, Qualis eſſe debeat conſuetudo,quæ vim legis habet? Reſpondeo,Quamuis gloſ.in cap.fi. Panormit. & alij ibi de conſuetud.S.Anton.p.1.tit.16.§ 4.Syluest.in verb. conſuetudo.q.3.nu.6. Tabiena verb.eod.§.Quinto, & ſequen.varias conditiones ponant, poſſunt tamē omnes ad illas duas commode reduci, quas Grego. Papa IX.in capitul.final. de conſuetud. poſuit, ſcilicet,quod ſit *rationabilis*, & *præſcripta*: vnde licet teſte Honorio Papa IIII.in cap. Cum conſuetud. de cōſuetud.conſuetudinis,vſuſque longæui nō ſit leuis auctoritas, non tamen eſt vſque adeo valitura, vt iuri etiam ſcripto derogare valeat, niſi fuerit *rationabilis*,& legitime *præſcripta*:ex Soto li.1.de iuſtitia.quæſtio.7.art.2.S.Antonino, vbi ſupra,Marco Antonio Cuccho,loco proxime citato. num.41. Greg.de Valentia,vbi ſupra,& alijs. Illa autem dicitur conſuetudo *rationabilis*,quę & iuſtam cauſam, & bonum finem habet, ſicut & lex ex iſtis dicitur iuſta,& rationabilis. Quādo igitur conſuetudo hęc duo habet, abrogare poteſt legem, quæ etiam iuſta,& rationabilis olim erat.

Quod ſi quis dicat fieri non poſſe, vt conſuetudo aliqua cōtra ius poſſit eſſe rationabilis, eo quod ius,& lex iuſta fundatur ſuper ratione.cap. Erit autem lex.diſtinct.4.& cap.conſuetudo.diſtinct.1. & l.leges ſacratiſſimæ.Cod.de legibus. Ideoq; conſuetudo,quę huic legi iuſtæ,& rationabili contraria eſt,nō poteſt eſſe rationabilis. Quia ſi vnum contrarium eſt bonum, & rationabile, aliud malum erit,& irrationabile.argum.ca. Intellecto.de iureiurand.& c hoſpitiolum, diſt.32.

Huic facile reſponderi poteſt cum Ioan.Andr. quem refert,& ſequitur Panormit. in cap.final.numero 6.de conſuetud.& Tabiena, vbi ſupra,Quod licet conſiderata vnica ratione,& vno fine,conſuetudo contra legem rationabilis eſſe non poſſit, diuerſa tamen ratione,& fine diuerſo poterit eſſe cōſuetudo rationabilis contra legem rationabilem, puta, ex eo, quod deficit iam bonus ille finis legis ob temporis, & hominum mutationem, & hic alter conſuetudine inductus nunc cognoſcitur eſſe melior.

Exempli gratia, lex ſtatuit, vt epiſcopus tractet negotia cum conſilio capituli,cap.Nouit.& capit. Quando.de his quæ fiunt a prælat. Quę lex fuit bona,& rationabilis,eo quod epiſcopus,& Capitulum faciunt vnum corpus, & quia firmius eſt iudicium, quod plurimorum ſententia confirmatur. cap.prudentiam.de offic.deleg. Et tamen bona eſt cōſuetudo,quæ eſt in cōtrarium,vt habetur in ca. Non eſt. de cōſuetud.in 6.propter alium bonum finē, videlicet,ut facilius expediantur negotia. Vt igitur cōſuetudo ualeat,& pro lege ſeruetur, debet eſſe rationabilis. Nā,ſi uel ratione careat, uel ſaluti æternæ repugnet, uel bono publico contrarietur, non conſuetudo, ſed corruptela potius appellanda erit, neque obſeruari debebit.cap.1. de conſuetud. in 6. clem.1.de pęnit. & remiſ.

Sicut ſi eſſet contra legem, aut libertatem eccleſiaſticam,ut cap.1.de conſuetud.& Authent. Caſſa. Cod.de Sacroſanct.eccleſ. In dubio tamen præſumendum eſt conſuetudinem eſſe æquam, & rationi innixam,dummodo iuri communi non aduerſetur, Contra uero, ſi aduerſetur iuri communi, præſumetur in dubio irrationabilis:& denique hoc totum iudicis, ac boni uiri arbitrio relinquitur, ut ſciatur,an conſuetudo aliqua rationabilis, uel irrationabilis ſit, iuxta ea quæ tradunt Gloſſ.in ca.1.in uerb.rationabilia.de conſt.in 6.Hoſtienſ.in ſumma tit.de conſuetud.§. quid ſit conſuetudo.uerſic.conſuetudo eſt uſus.Panorm.in c.fi.num.5. de conſuetud.Felin.in ca.ſi quando.col.8.uerſicu. ibi uero de reſcript.Rebu.de conſuetud.nume.9. Aret. conſil. 44.colum.2. Oldrad.conſi.220.Barbat.conſi.5.colum.2.libro primo. Craueta conſilio 116.numero quinto,& alij,quos refert, & ſequitur Marcus Antonius Cucchus libro 1.inſtitut.maior.numero 43. capit.9.

Quantum uero ad alteram conditionem, ſcicet, quod ſit *Præſcripta*; annotandum eſt, requiri hãc præſcriptionem, quando populus, apud quem eſt conſuetudo, non habet abſolute auctoritatem condendi legem; Nam ſi hanc haberet, ſufficeret quocunque modo intentionem explicare ad legem abrogandam, ſicut ſufficit ad legem condendam, Quando autem auctoritas hæc ab alio dependet, tunc ſecundum omnes neceſſaria eſt præſcriptio, hoc eſt, conſuetudo debet eſſe præſcripta, ſeu obtenta per curſum temporis requiſiti ad præſcriptionem, Bald. in l. de quibus. in 8. oppo. ff. de legibus. Alexand. conſil. 129. uol. 2. Panorm. in ca. fi. nu. 7. de conſuetud.

8 Ad præſcriptionem autem legitimam multa requiruntur, Primo enim requiritur certum aliquod tempus, & ſpatium notabile, quod in iure ciuili videtur eſſe tempus decem annorum, etiamſi conſuetudo ſit contra ius: Siquidem iura requirunt lõgum tempus ad inducendam conſuetudinem, vt C. quæ ſit longa conſuetudo. & l. 2. C. de ſerui. longum autem tempus dicitur decem annorum. Cod. de præſcript. longi temporis per totum. Bart. in l. de quib. ff. de legib. Cyn. in l. 2. C. de ſeruit. Panorm. in l. fin. num. 11. de conſuetud. Sylueſt. verbo. conſuetudo. num. 4. q. 2. & num. 6. q. 4. verſicu. Secundo requiritur. Tabiena eod. num. 7. verſic. Sexto. Marc. Antonius Cucchus lib. 1. inſtitut. maior. tit. 9. num. 23. & Gregor. de Valentia tom. 2. diſput. 7. q. 5. puncto. 8. vbi Sylueſt. in dicta quæſt. 2. & Gregor. de Valentia ita limitant, vt hoc tempus decem annorum ſit ſufficiens inter præſentes, id eſt, in locis, vbi præſentes ſunt legiſlatores, inter abſentes autem tempus debet eſſe viginti annorum. In lege autem canonica, ſeu eccleſiaſtica vtuntur præfati authores diſtinctione, ſi enim conſuetudo ſit præter ius, tunc ſufficit tempus decem annorum ex gloſſ. in c. fin. in verbo. conſuetudo. de conſuetud. in 6. Panor. Sylu. Tabiena, & Cucchus vbi ſupra, nume. 28. qui ait eſſe receptam ſententiam, citans pro hoc Anton. Butriũ in cap. fin. de conſuetud. & in ca. Quia circa. de conſang. & affinit. Corneum conſi. 154. num. 4. lib 4. & conſi. 293. lib. 1. Decium conſil. 134. colum. 2. in fi. verſi. accedit ſcientia, & quamuis Innoc. in ca. Cum dilectus. num. 6. de conſuetud. limitet hoc, ita vt uelit tempus decem annorum ſufficere, quando eſt contra eccleſiam uniuerſalem, ſecus autem quando talis cõſuetudo detraheret iuri alicuius eccleſię particularis, quia tunc, inquit, ſicut in præſcriptione requiritur tempus quadraginta annorum, ita in conſuetudine. Panormitanus tamen, & Sylueſter, ubi ſupra, hoc dictum Innocentij reprobant, quia non debet eſſe minus fauorabile totum corpus eccleſiæ, quam aliquod membrum ipſius.

Sin uero conſuetudo ſit contra ius canonicum, tunc requiritur tempus quadraginta annorum, quia ad præſcriptionem in rebus eccleſiaſticis hoc tempus eſt neceſſarium iuxta ea, quæ traduntur in ca. fi. de conſuetud. & cap. Non eſt. eod. tit. in 6. In hac autem re exiſtimo communiter requiri tempus quadraginta annorum, ut habetur in c. De Quarta. c. uigilanti. cap. Ad aures. cap. Illud autem. & cap. Quia iudicante. de pręſcript. & cap. ſi qui. de præſcript. in ſexto, niſi ſciente ſummo Pontifice, & patiente eo, talis conſuetudo irrepſerit, nam tunc decem annorum lapſus ſufficiet, quæ opinionibus frequentiſſimis accepta uidetur ſententia eorum, quos ſupra retulimus; Item niſi ſciente, & patiente Prælato inducta eſſet talis cõſuetudo contra aliquam eccleſiam, In qua tamen re pro temporis, & rei grauitate requiritur communis exiſtimatio bonorum, ac prudentum, ut illud item ſufficere, uel non ſufficere, cenſeatur, quod illi æquum, & iuſtum iudicauerint, ut recte Gregorius de Valentia loco proxime citato animaduertit, contra eccleſiam autem Romanam opus eſt præſcriptione centenaria, ut habetur in c. Ad audientiam. & c. cum nobis. de præſcript. & c. fi. eodem ti. in 6. Addunt autem præfati authores Panorm. in cap. fin. numero 11. de conſuetud. Iaſon. in leg. de quibus. ff. de legibus, numero 45. Crauetta de antiq. tempo. part. quarta, numero 9. Sylueſter, Tabiena, ubi ſupra, & Cucchus num. 42. & colligitur ex c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſignific. quod conſuetudo decem annorum non ſufficit, ubicunque derogaret, uel præiudicium afferret his, quæ ſunt reſeruata Principi, in ſignum ſpecialis priuilegij, quinimmo, nec quadraginta annorum conſuetudo eo in caſu ſatis eſſet, ſed tunc utroque iure requiritur tempus, de cuius initio non eſt memoria.

9 *Secundo* requiritur aliqua actuum multiplicitas animo introducendi conſuetudinem intra hoc tempus; Et quidem, ut plurimum, ſecundum omnes, unus actus ad introducendam conſuetudinem non ſufficit, etenim cõſuetudo ut nomen ipſum importat, introducitur ex frequentia moris, ceſſat autem frequentia, ubi eſt unicus actus. Neque ex unico actu quamtumcunque notorio elici poteſt conſenſus populi (qui tamen neceſſarius eſt) an uoluerit conſuetudinem introducere nec ne; Nam forte per errorem, uel cauſa uitandi ſcandalum, populus prima uice non contradicit; unde eo caſu non eſſet conſuetudo, ſed eius principium. Addunt tamen Panormit. in capit fin. numero 17 de conſuetud. Sylueſtr. uerſic. conſuetudo. quęſtio. quarta. uerſic. Tertio requiritur nu. 6. Angel. eod. nu. 5. Tabiena eod. nu. 8. uerſic. 7. Corneus lib. 2. conſi. 90. nu. 6. & 7. & lib. 3. conſil. 319. nu. 15. Ripa lib. 1. Reſponſ. nu. 6. quos refert, & ſequitur Marcus Ant. Cucchus libro 1. inſtit. maior. tit. 9. nume. 17. quod ſi unicus actus habet cauſam ſucceſſiuam, & continuationem per tempus, intra quod introducitur conſuetudo, tunc introducere poteſt conſuetudinem, argumen. capi. cum de beneficio. de præbend. in 6. ut ſi beneficium ſeculare conferatur regulari, & poſſideatur per Regularem tempore habili ad conſuetudinem inducendam, efficitur beneficium illud Regulare, licet unica collatio interuenerit. Et econtra ſi Regulare conferatur ſeculari, & illa colatio habet actum ſucceſſiuum, ſcilicet, poſſeſſionem continuatam per ſecularem. Et idem dico de pontis ædificatione in publico, cuius cauſa duraret per totum tempus præſcriptionis. Et ratio eſſe poteſt, quia ibi actus eſt quidem unus ratione rei factæ, quæ eſt una, ſed eſt ſaltem uirtualiter multiplex propter temporis diuturnitatem, in qua poſſent eſſe multiplices, & de facto ſunt, cum non continue artifices operẽtur. Communiter tamen ſaltem requiruntur duo actus, argum. can. Ita nos. 25. q. 2. ſeu potius tot actus, & notorij, ut ueriſimiliter tranſierint in notitiam populi, & ut ex illis elici poſſit conſenſus populi,

conſuetudinem illam inducere volentis,qui tamen pro negotij qualitate modo plures, modo pauciores deſiderantur ad inducendam conſuetudinem, quique actibus contrarijs non ſint interrupti ; Et quamuis dubium inter Doctores ſit, An ad interrũpendam conſuetudinem ſatis ſit vnus , aut alter actus,nihilominus tamen communiter tradunt Doctores,quod aut conſuetudo illa erat completa,& perfecta,& tunc vnus actus in contrarium non tollit conſuetudinem, ſed oportet, ut tollatur eo modo,& tempore,quibus fuit inducta,quia iam lex eſt, & ideo tanquam lex tolli debet, vnde ſaltem ſequitur tempus decem annorum,argumen.leg. Nemo,iuncta gloſ.ibi.ff.de reg.iur. ſin autem completa non fuerat , interrumpitur vnico actu , ita vt de nouo incipere oportet, quia per hoc apparet de tacito conſenſu populi,quod non velit inducere cõſuetudinem , cum fecerit actum contrarium.argumen.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.Panorm. in ca. fi.num.19 de conſuetud.Ang.verb.conſuetudo, n.11.Syluest.eodem num.8.quæſtio.q.5.Tabiena eodem nu.12.verſi.10.

9 Hinc Sotus libro primo,de iuſtitia,q.7.ar.2. monet, diligenter cauendum eſſe, ne in Republica aliquid ſemel,aut bis permittatur,quia exinde facile alij ad idem faciendum inducuntur, ac ſubinde conſuetudo vires nanciſcitur. Et idem,inquit,periculum exiſtit inter viros potentes,ut ſi ſemel vaſalli vrbanitatis, ac beneuolentiæ gratia Domino,ac patrono ſuo munuſcula obtulerint, ſtatim vrbanitas in conſuetudinem rapitur, & gratia in ius debitum conuertitur.

Sed neque vſus quicunque , & multiplicatio actuum,conſuetudinem, & legem obligatoriam cõſtituit; Nam ſi caſu fortè,aut temerè actus aliqui tametſi frequentiſſimè celebrati ſint,non propterea cenſebitur conſuetudo introducta , ſed oportet tales actus ad hunc finem factos eſſe, vt conſuetudinem inducere intendant.ex Panorm.in c.fin.num. 17.de conſuetud.Syl.verb.conſuetudo,quæſt quarta,num.7.verſi. Quarto requiritur.Tabiena eodem nu.10.verſic.Nono:Ioan. Driedone lib.1.de liber. Chriſt.c.11.fol.mihi.161. Soto lib.1.de iuſtitia, & iure q.7.art.2.Barth.Medina in 1.2.q.97.artic.3.&. circa tertium,verſicu.Tertia conditio. Marco Anton.Cuccho lib.primo,inſtitu.maior.titu.9. nu. 18. Decio conſ.215.colum.penul.& conſ. 402.colum. fina.Hinc Driedo,Sotus,& Medina inferunt,quod licet homines pietatis;& deuotionis gratia diem feſtum colere,vel ieiunium ſeruare incipiãt, nũquam tamen id uertitur.in legem,& conſuetudinem, niſi poſtea conſuetudo illa ſuſcepta ſit conſenſione populi pro lege,ac præcepto obligante. Vnde quamuis in uigilijs feſtorum Beatæ Virginis conſuetum ſit,ut populus a carnibus abſtineat, & ieiunet, talis tamen conſuetudo uim legis non habet, excepta Vigilia Aſſumptionis eiuſdem Beatiſſimæ Virginis,quia populus in reliquis vigilijs ex ſola deuotione ieiunare intendunt, nec unquam animum habuerunt obligandi ſe ad peccatum, ſi illis diebus non ieiunent.

Hinc Sotus,ubi ſupra, docet, quod mos ille ſoluendi ſtatis horis officium Beatæ Virginis,in principio uim præcepti non habuit, neque uim illam ante quadringentos annos obtinuit; Alioquin, inquit,in ordine S.Dominici non eſſet fratribus iuſſum,ut ſurgentes illud in dormitorio perſoluerent; Veruntamen poſtea adeo religio inualuit, ut uix iã ſit,qui audeat negare præceptum, id quod intelligendum eſt, quoad illorum ordinum fratres, & alios religioſos,qui officium B.Virginis recitare ex præcepto, aut ex conſuetudine uim præcepti habẽte tenentur; Nam qui officium Romanum,ſeu Breuiarum Romanum obſeruant in horis recitandis, uirtute cõſtitutionis Pij V.incip.Quod a nobis.editæ anno Dominicæ incarnationis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, ſeptimo Idus Iulij, & anno tertio Pontificatus eiuſdem , a tali præcepto liberantur , quæ conſtitutio habetur in Bullario,& eſt 72. eiuſdem in ordine.

10 QVINTVM DVBIVM eſt, An lex aliqua conſuetudinem uincere poſſit, Reſpõdeo,aut lex ſequitur conſuetudinem , & tunc ſine dubio tollit eam, arg.l.3.ff.de ſepul.uio.præſertim ſi dicitur in lege, *Non obſtante quacunque conſuetudine.* Vnde per Cõcil.Trid.Seſſ.23.de reform.c.15.tollitur conſuetudo illa , qua ſacerdotes ſeculares antea eligere ſolebant confeſſarium,quem malebant. Hoc tamen,qđ diximus,conſuetudinem,ſ. tolli per legem ſequentem,Panorm in c.fin.nu.24.de conſuetud. Syluest. uerb.conſuetudo,q.6.in fi. Tabiena eod.uerſic.4.in fi.& Marc.Anton.Cucchus lib.1.inſtitut.maior.ti. 9.nu.192.limitant,& reſtringunt ad conſuetudinẽ, generalem,talis enim per legem,& conſtitutionẽ nouam tollitur , & merito; quia alias illius legis promulgatio ſuperflua , & inutilis eſſet; At uero conſuetudinem certi loci,ſeu conſuetudines particulares non tollit,niſi de ea facta fuerit mẽtio in lege, ut colligitur ex c.1.& gloſ.ibi in uerb.*Singularium.* de conſtitut.in 6.Ratio differentiæ eſt,quia cum Papa ſcire præſumatur tales conſuetudines generales, condendo legem illis contrariam (quamuis de ipſis mentionem non faciat)eas reuocare cenſetur,alias ſuperflua eſſet legis promulgatio: At uero cum conſuetudines,& ſtatuta locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularium ſint facti , & in facto conſiſtant,poterit Papa illas ignorare, ideoque cõſuetudines huiuſmodi particulares, dummodo rationabiles ſint,(niſi mentionem illarum faciat)per conſtitutionem ſequentem non reuocare cenſetur; Non enim reuocat, quæ ignorat ,& lex illa,quamuis in illo loco uim non habeat,in alijs tamen locis uiget,& ualet.

Hinc Panorm. & alij ubi ſupra,inferunt, Quod ſi ciuitas facit ſtatutum contra ſuam conſuetudinem , tollitur conſuetudo , licet de ea non faciat mentionem,quia ciues conſuetudinem ſuam ſcire præſumuntur,ut notat in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iu.Sin uero econtra lex præcedat conſuetudinẽ, tunc opus eſt diſtinctione.Nã uel lex illa nõ eſt derogatoria conſuetudinis, & tunc communiter docent aurhores, quod conſuetudo generalis (dummodo ſit rationabilis,& præſcripta) uincit,& tollit generalem legem; conſuetudo autem particularis non uincit legem uniuerſalem , argum.l.2.C. quæ ſit longa conſuetudo. Sed ſolum uincit legem ubi conſuetudo uiget; ideoque ut ait Panorm.in c. Cum olim.num.8.de conſuetud. nocet priuilegijs studij generalis in loco ubi uiget,non in alio. Vel lex illa eſt derogatoria , hoc eſt , derogat omnem conſuetudinem ſequentem, & tunc Panormitan. in c. fi. nu. 24. de conſuetud. citans Bart. in Authen. Nauigia. Cod. de furt. & Leos. C. de vſu. & Syl. uerb. cõſuetudo, q. 6. nu. 10. Marcus Anton. Cucchus. libr. 1. Inſtit. maior. tit. 9. nu. 193. & Sotus lib. 1. de iuſtitia, q. 7. art. 2. docent, legem illam per nullam conſuetudinem ſequentem uinci, aut abrogari poſſe. Ratio eorum eſt, quia conſuetudo eatenus vim abrogandi legem habet, quatenus declarat voluntatem Principis uolentis abrogare legem, quæ uoluntas Principis per talis clauſulæ appoſitionem ſatis explicatur, quod nolit conſuetudine ſequenti legem ſuam abrogari.

Ceterum mihi verior videtur ſententia contraria, quam ſequitur Barthol. Medina. 1.2.q.97.art.3. Quia quibuſcunque verbis lex ſtatuta ſit, poteſt a Principe per uerba derogari; conſuetudo autem approbata a Principe habet uim uerborum, cum, vt docet S.Tho. 1.2.q.97.ar.3. non ſolum uerbis, ſed factis etiam volũtas legiſlatoris manifeſtari ſoleat; Et conſequenter talis conſuetudo vincit legem: quibuſcunque verbis lata ſit; Nec ulla ratio eſt, cur aliæ leges per conſuetudinem tolli poſſint, non autem iſta. Vnde Sotus, ubi ſupra, tandem fatetur, tam longam conſuetudinem in contrarium eſſe poſſe, vt decretum illud irritans euincat, & tollat. Affert Medina exemplum, c. ſi epiſcopus, de pœn. & remiſſ. in 6. vbi Bonifacius Papa VIII. ait, *Quod nulla poteſt cõſuetudine introduci, quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere, aut ligare*; & tamen ſacerdotes ſeculares, ut ante diximus, ex conſuetudine eligebant confeſſariũ, quem mallebant, donec tandem conſuetudo iſta in Conc. Triden. Seſſ. 23. de reform. c. 15. abrogata fuerat. Vnde, quamuis conſuetudo ſemel reprobata a lege, amplius induci non poſſit, nihilominus tamen, ut Panor. in c. fi. nu. 24. de conſuetud. & in c. 2. nu. 8. de prob. & conſ. 7. ante fi. vol. 2. Syl. uerb. cõſuetudo, q. 6. nu. 10. & Tabiena eod. verſic. Quarto. docent, ſi ſubſit noua ratio, quę non ſuberat tẽpore legis damnantis conſuetudinem, de nouo induci poterit, arg. leg. ſi hominem. ff. mand. & eſt tex. iuncta gloſſ. in clem. ſtatutum, in uerb. conſuetud. de elect. Etenim ut rectè animaduertit. Ioan. Driedo libr. 1. de libert. Chriſt. ca. 10. Notab. 6. conſuetudo ex conſideratione vnius æquitatis, & rationis eſt utilis, lex autẽ illi contraria ex alia ratione, alioque reſpectu etiam videtur utilis, atque ita fit, ut plerumque contrariæ videantur duæ poſitiuæ leges, quarum tamen vtraque ſuo reſpectu eſt utilis, unde fit, vt interdum conſuetudo vincat, & abroget legem contrariam, interdũ vero lex uincat, & tollat contrariam conſuetudinẽ, quod utiliter, & cum lucro vtilitatis Reipublicę fit, ſi habeatur conſideratio ad utilitatem præponderãdam loco, tempori, & conditioni Reipublicę magis congruentem, quam etiam doctrinam tradit S.Th. 1.2.q.97.art.3. ad ſecundum.

11 DVBIVM ſextum eſt, An, quando conſuetudo habet id, quod lex, ſublata lege tollatur conſuetudo? Reſp. cum Panor. in c. ſi. nu. 21. de conſuet. & in c. 1. nu. 2. & in c. ſuper eo. nu. 4. & nu. 6. de cogn. ſpir.

Quod ubi conſuetudo concurrit cum iure communi, ſi ius commune tollitur per contrariam conſtitutionem, tollitur etiam per conſequentiam conſuetudo, niſi ſit talis conſuetudo, quæ ex omiſſione generet ſcandalum, vt ex d. c. 1. de cogn. ſpir. & ex glo. in c. 1. in uerb. facti in fi. de conſtit. in 6. colligitur. Vnde Gloſſa Heliæ in c. 1. de cõſtit. in 6. ait, quod cum ſæpè contingat, quod plures Epiſcopi ſuas cõſtitutiones ſynodales extrahant a corpore iuris, ut ſic rectores eccleſiarum videant ea, quæ ad ſuum officium pertinent, ſi Papa poſtea conſtitutionem faciat iuri communi contrariam, conſtitutio hæc non ſolum tollit, & abrogat ius commune, ſed etiam ſtatuta illa particulatia ab Epiſcopo loci facta. Nec huic obſtat, quod initio dubij præcedentis diximus, ſ. per conſtitutionem nouam non tolli conſuetudines particulares loci, aut ſtatuta particularia, niſi expreſſe eorum mentio fiat in lege noua; quia illud intelligitur, quando ſtatuta illa particularia, & conſuetudines particulares factæ, & inductæ erant contra ius commune, quod ſi facta ſint illa ſtatuta, aut inductæ conſuetudines illæ ſecundum ius commune, tunc, ut notat Helias, reuocato iure communi reuocantur etiam illa particularia ſtatuta, & conſuetudines loci particulares.

12 DVBIVM ſeptimum eſt, qua ratione excuſantur a peccato ij, qui contra legem agunt propter conſuetudinem? Ratio difficultatis eſt, quia conſuetudo debet eſſe rationabilis, utputa fundata ſuper aliqua ratione, *arg. c. ſi. de conſuetud.* At uero qui primus violat legem, peccat mortaliter, & ſic etiam reliqui violando legem illam ſimiliter peccant. Ergo cum conſuetudo hæc agendi contra legem humanam ortum, & initium habuerit ab actibus malis, & illicitis, cõſequenter non erit rationabilis, & ideo per nullam conſuetudinem excuſantur qui contra legem agũt. Reſpondeo, aliam eſſe rationem conſuetudinis quoad uim inducendi nouam obligationem, & priorem obligationem legis remouendi, ut doctè, & ſubtiliter tradunt Io. Medina. C. de ieiunio q. 8. Sotus lib. 1. de iuſtit. q. 7. art. 2. ad ſecundum, & Martinus Ledeſm. 2.2.q.17.artic.6.dub.6. Siquidem ad hoc, vt obligationem inducat, & legem conſtituat, requiritur, ut ſit rationabilis, & præſcripta, vt diximus, & conſequenter non habebit vim legis, quamdiu peractus illicitos increbruerit, quia ſicut lex, ita etiam conſuetudo æqua, & iuſta eſſe debet. Ad hoc autem, vt conſuetudo legis obligationem tollat, non opus eſt, ut ſit rationabilis, & prę ſcripta, ſed ſatis eſt, quod per tantum tempus ſit huiuſmodi conſuetudo inducta, & obſeruata, ut ad notitiam maiorum peruenerit, qui cum eam ſciant, non contradicunt, cum tamen commode, ſi vellent, contradicere poſſent, & præuaricatores punire, quod quia non faciunt, iuſtè præſumitur eos legis rigorem velle amouere. Vnde quando iura dicunt, quod conſuetudo debet eſſe rationabilis, & præſcripta, vt legem vincat, & tollat, aut ſtatutis Papæ, & Principis præiudicet, intelligi debent de conſuetudine inducta, & ſeruata, neſciente ſuperiore, cuius eſt legem facere, & reuocare. Nam eo id neſciente, neceſſarium eſt cõtrariam conſuetudinem iuſtam eſſe, & rationabilem, & per longum tempus præſcriptam, ut legem vincat: ſecus de conſuetudine maioribus ſcientibus introducta, & obſeruata. Quo etiam ſenſu accipiendum eſt id, quod ait S.Tho. 1.2.q.97. artic. 3. ad ſecundum, nempè, quod ſi eadem legis ratio permanet, quæ prius, non uincitur per contrariam conſuetudinem ſuperuenientem, ſed non obſtante huiuſ-

modi conſuetudine manet lex in ſuo vigore; Intelligitur enim, ſi legislatore ignorante talis conſuetudo introducta ſit, nam ſi eo ſciente, & conſentiente, cõſuetudo contraria adſit, etiamſi eadem legis ratio permaneat, lex illa vim ſuam amittit.

Hinc Caiet. in 1.2.q.79.artic.3. Sotus, Medina, & Ledeſmius in locis proximè citatis, Ioannes Driedo lib.1.de libert. Chriſt.c.10. Notab.6. Greg. de Valentia tom.2. diſp.7.q.5. punct.8. & Sylu. verbo conſuetudo.q.7. rectè inferunt, quod licet conſuetudo aliqua contra legem, & canonem introducta ſit ex cauſa non iuſta, ſed ex actibus illicitis, & conſequenter primi illi legis trãſgreſſores peccauerint, nihilominus tamen ſucceſſores eorum excuſantur a peccato, ob talem conſuetudinem inductam: Quia non tenentur poſteri, & ſucceſſores ſoliciti, & curioſi eſſe in inueſtiganda cauſa, ob quam maiores ſui contra legem facere cœperint. Quinimo uerè præſumere poſſunt, eos habuiſſe iuſtam cauſam, quod eſt, ſaltem ſecundum præſumptionem, & veriſimile iudicium, eiuſmodi conſuetudines apud poſteros eſſe rationabiles, etiamſi fortè alia cauſa noua non occurreret, id quod ſatis eſt in propoſito, quo ad hunc effectum abrogandi legem. Deinde, ut notat Driedo, quamuis lex in ſe magis eſſet utilis reipublicæ nondum habenti contrariam conſuetudinem, non tamen eſt magis utilis reip. aſſuetæ in contraria cõſuetudine. Atque ita lex, quæ plerunque in ſe magis foret expediẽs eccleſiæ, fit inutilis eccleſiæ, aut reip. ſic diſpoſitæ, habenti, videlicet, conſuetudinem illi legi prorſus contrariam, & proinde nullum omninò peccatum erit propter talem conſuetudinem inductam contra legem agere, in hoc enim caſu, nec eadem ratio legis, nec eadem ſuperioris intentio obligatoria manet, vt ex dictis conſtat, & ideo non eſt mirum, quod licet conſuetudinis initio a culpa inobedientiæ primi tranſgreſſores non excuſentur, excuſantur tamen poſteri ob conſuetudinem contrariam ſufficienter continuatam, cum difficile ſit, & nonnunquam periculoſum Reipublicè conſuetudinem multitudinis remouere, vt poſt S. Thomam in in prima ſecundæ q.97. artic.3. ad ſecundum, Ioan. Driedo, & alij tradiderunt.

13 DVBIVM octauum eſt, An lex pœnalis per conſuetudinem tolli poſſit, Reſpondeo: In hac re vnum certum eſt, alteru uero controuerſum; certum eſt enim, quod, ſi lex aliqua ſit, in qua conſtituitur pœna contra eius tranſgreſſores, ſublata lege, ſeu præcepto, conſequenter tollitur pœna legis. Ratio eſt, quia pœna illa non niſi ob legis violationem incurritur; ſublata vero per conſuetudinem lege, non amplius dicitur quis legis violator: ergo nec pęnam legis incurrit.

Controuerſum eſt autem, an huiuſmodi lex pœnalis tolli poſſit, quoad ſolam obligationem ad pęnam per conſuetudinem, manente adhuc lege, & præcepto; In qua re Hoſtienſis in cap.1.de tregua, & pace, Franciſcus Zabarel. in procemio clementinarum, §. vniuerſitati, referens etiam quendam Matthæum. Andreas Tiraquellus in commentarijs ſuper legem, ſi unquam. C. de reuocandis donationibus. in uerbo. reuertatur. recenſens diſcrimina inter legem, quę continet ſententiam latam, & ferendam, diſcrimine 23. & Alphonſus a Caſtro, libr.2. de poteſtate legis pœnal.ca.12 concluſ. prima, docent, quod ſi lex pęnalis ſtatuat pęnam a iudice inferendam, tunc poterit derogari poteſtati legis in ordine ad pęnam inferendam per ſolam conſuetudinem contra ipſam pęnam, manente adhuc obligatione eiuſdem legis in ordine ad id, propter quod imponitur pęna. Vt uerbi gratia: Si ad euitanda ſuperflua, & exceſſiua mulierum ornamenta lex præciperet nullam mulierem portare monilia aurea, & quæ portauerit, priuari illis, & inſuper duodecim ducatos aureos ſoluere fiſco, manente obligatione huius legis ad non portãdum monilia, & manente uirtute, & poteſtate illius legis ad priuationem illorum, derogari poteſt illius legis poteſtati ad exactionem decem ducatorum aureorum per ſolam conſuetudinem non exigendi illos. Sin autem conſuetudo ſit contra legem, propter cuius tranſgreſſionem imponitur pęna ipſo facto, aut ipſo iure, tunc quamuis, ut dictum eſt, pęna illa mediatè tolli poterit, per ablationem talis legis, & præcepti, manente tamen obligatione pręcepti, nũquam per ſolam conſuetudinem contra pęnam tolletur obligatio pœnæ a iure impoſitæ. Ratio iſtorũ eſt, quia nulla unquam incipere poteſt conſuetudo contra huiuſmodi legem. Nam primus ille, qui legẽ violat, peccat mortaliter, & pęnam incurrit, & ſic ſecundus, tertius, & quartus, & ita de ceteris. Ergo nõ poſſunt inducere conſuetudinẽ. Vnde infert Caſtro, non poſſe contraria conſuetudine induci, ut percutiens clericum non ſit excommunicatus, cum cõtra canonem, ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. delinquẽs ipſo facto excommunicationem incurrat; vnde ſicut primus percutiens canone illo in ſuo robore manente, excommunicatus eſt ipſo facto, ita etiam & reliqui, non obſtante contraria cõſuetudine quacũque. Eadem etiam ratione, inquit, intrantes in monaſteria Monialium abſque diſpenſatione Papæ, excommunicati ſunt, (niſi fortè intrarẽt propter ignorãtiam inuincibilem, putãtes id ſibi licere.) Nec illis poteſt ullo pacto ſuffragrari lõgęua multorum ſine huiuſmodi licentia intrãtium conſuetudo, quamuis propter monaſterij diſformationem, & diſſolutionem, & ſuperioris prælati negligẽtiam, & diſſimulationem, moniales ipſæ multis domus ſuæ portas aperire, & liberam introeũdi facultatem concedere cõſueuerint. Nam ſicut primus ſic abſque licentia intrans, ipſo facto in excommunicationem incidit, ita etiam ſecũdus, tertius, quartus, & reliqui eo quod poſt ingreſſum primi poteſtas illius canonis non eſt ullo pacto diminuta, ſed vires ſuas retinet. Et in Concil. Later. ſub Leon. X. Seſſ. decima, & in conſtit. X. eiuſdem, in ordine, anno 1515. lata eſt ſẽtẽtia excommunicationis ipſo facto cõtra eos, qui imprimunt, aut imprimi faciũt librum aliquem ſine pręuia legitima examinatione libri: unde ſicut primus, qui librum imprimẽdum examinare omiſit, excommunicatus eſt, ſic etiam ſecũdus, & tertius, & reliqui excõmunicati erunt, nec cõtraria cõſuetudine excuſãtur, cum legis poteſtas non pendeat ex eorum uoluntate, ſed ex legiſlatoris intentione.

Alij vero, ut Panor. in ca.1.de tregua, & pace. nu.4. & glo. in c. Denique. in verb. cõſuet. diſt.4. Angel. in uerb. cõſuetudo, num.15. Sylueſt. verb. eod. q.7. & q.11. & q.12. Tabiena verb. eod. nu.15. verſi. Decimo tertio, & alij recẽtiores docẽt, manẽte lege, tolli poſſe obligationem ad pęnam per cõtrariam cõſuetudinem. Ratio eſt, quia ſi lex aliqua præceptiua abrogari

rogari poteſt per contrariam conſuetudinem, vt diximus, nulla eſt ratio, quare ſimiliter abrogari non poſſit quoad obligationem ad pœnam, ſi ſciente legislatore introducta ſit conſuetudo, ut qui legem illam uiolat, non illa pœna in lege conſtituta puniatur. Vnde Syluester expreſſe docet quæſt. illa XI. quod lex, vel ſtatutum habens annexam excommunicationem tolli poteſt per contrariam conſuetudinem, ita vt contrafacientes excommunicationem illam non incurrant, quando per binum, aut trinũ actum factum eſt contra, legislatore ſciente, & valẽte contradicere, & non contradicente: vbi autem ignorat, requiritur ſecundum Panor. tempus 40. annorum, ſi eſt ius canonicum, ſed ſi ſit ſtatutum epiſcopi, ſufficient decem anni, ante quos ligabuntur pęna, & culpa delinquentes ſine cauſa rationabili. Quę ſanè ſententia valde probabilis eſt, & exemplis etiã confirmari poteſt; Sunt enim aliquæ excommunicationis pœnæ per ſententiam latam a iure ſtatutæ, quæ tamen per conſuetudinem poſtea abrogatæ fuerunt; Nam excommunicationes olim latæ a Bonifacio Papa VIII. vt patet in Extrauag. 1. de ſentẽtia excom. contra non reuelantes ſimoniam, & contra dantes aliquid pro impetranda aliqua gratia, aut iuſtitia in Curia Romana, per non uſum, & non exequendo pęnam a lege impoſitã, ablatæ erant olim ante nouam conſtitutionem Gregorij Papæ XIII. de hac re editam, vt docent ipſemet Caſtro, & Nauarr. in Comment. Bullæ vigeſimæoctauæ Gregor. XIII. incip. Ab ipſo Pontificatus. Anno incarnationis Dominicæ, 1574. Notab. 3. nu. 6. verſic. Tertio. & colligi poteſt ex verbis Bullæ Greg. XIII. Idemq; teſtatur Nauar. in Manuali c. 27. nu. 3. & num. 148. verſic. Quinquageſima. de cenſuris illis latis in prædicto Concilio Later. ſub Leone X. contra imprimẽtes, aut imprimi facientes libros aliquos ſine pręuia, & legitima examinatione, donec poſtea Conc. Trident. Seſſ. 4. & Pius Papa IIII. in Indice librorum prohibitorum, regula X. & poſtremus omnium Clemens Papa VIII. in nouiſſimo Indice, anno Domini 1595. eaſdem cenſuras innouarunt, & confirmarunt. Nec obſtat ratio in contrarium allata, ſi quid enim argumentum concludit, probat nunquam poſſe legem aliquam conſuetudine contraria abrogari, quia communiter conſuetudo contra legẽ per actus illicitos, & mala fide factos incipit. Reſpondetur igitur iuxta ea, quæ in præcedenti difficultate ex communi Doctorum ſententia, & conſenſu dicta ſunt; Quod licet primi illi peccent, & pęnam incurrant, quia tamen paulatim fiunt ijdem actus bona fide, ſiue accedente tacito conſenſu legislatoris, ſiue ex ignorantia iuſta inuincibili eorum, qui illos faciunt, legem ipſam, immo & pęnam legis, ipſamet lege manente, contraria conſuetudine abrogare poſſunt, & legislator ſcienter tranſgreſſores non caſtigando, ſeu pœnam impoſitam non exigendo, rigorem legis quoad pœnam illam remittere cenſetur.

14 DVBIVM nonum eſt, An omnis conſuetudo propriè dicta obliget ad peccatum mortale? Reſpondeo cum Ang. verb. conſuetudo in fine, conſuetudinem quamcunque non ſic obligare. *Ratio eſt,* quia conſuetudo non habet maiorem vim obligandi, quã habet lex, Ergo ſicut non omnis lex obligat ad mortale, ita nec omnis conſuetudo ad peccatum mortale obligabit. Sola ergo conſuetudo illa obligat ad mortale, quę ea mente & intentione introducta eſt, vt ſi præceptiua, vel prohibitiua ſub peccato mortali, quod perpendi debet ex materiæ, & circumſtantiarum grauitate, & qualitate, & ex uſu loci ubi talis conſuetudo obſeruatur. Multa alia de conſuetudinibus particularibus, an, & quando obligant ad peccatum mortale, legi poſſunt apud Caiet. in ſumma in uerb. Hora canon. & in uerb. ieiunium. Ioannem Driedonem li. 1. de libert. Chriſt. c. 10. & duobus ſequentibus, & Alphonſum Viualdum in candelabro aureo p. 4. trac. 2. c. 5. qui uarias conſuetudines recenſet; hæc interim a nobis de conſuetudine in genere, eiuſque natura, & conditionibus, & denique de hoc tertio libro dicta ſufficiant.

Finis Libri Tertij.

DE LEGE DIVINA POSITIVA,

ET PRIMVM

DE PRIMO PRAECEPTO DECALOGI

Non habebis Deos alienos.

LIBER QVARTVS.

Authores qui in hoc Quarto Libro allegantur.

EX *Patribus, & Scriptoribus Eccleſiaſticis*. Clemens Roman.lib.6.Conſtit.S. Athanaſius ſerm.de B.Virg.S. Ambroſius libr.3.de Spon. S. Auguſt. quæſt.71.in Exodum & 10.de Ciuit.ca.1.Epiphanius Hæreſ.78.Ioan. Damaſcenus orat. 1 & 3.de Imaginib.S.Gregorius lib.7.moral.cap.12. Arnobius libr.2.contra gentes. Cyrillus Hieroſolym.Catecheſi 6. Euſebius Cæſarienſ. lib.2.cap.14. Theodoret.lib.1.hæret.fabul.Iſidorus Peluiſiota lib.1.ca.1 .Maximus Taurinenſis ſerm.5.in natal.Apoſtolorum, Ven. Beda in capit.4. Lucret.Seuerus Sulpitius lib.2.Hiſtor.Egeſippus lib.3.cap.2.Nicephorus lib.2.hiſtor.cap.36. Cedrenus in compendio Glycas lib.2. Annalium.Gregorius Turonenſis lib. Hiſtor.Franc.cap.26.Rupertus Tutienſis lib.13.in Ioan.Cardinalis Baronius tom.1. Annal. Abulenſis ſuper cap.4. Matth. Maldonatus in 1.Lucæ.& alij. Burgenſis lib.1.Scrutinij diſtinct.18.ca.9. Petrus Galatinus de arcanis fidei Cathol.cap.4.lib.11.

Ex Scholaſticis. Magiſter in 4.diſt.34.S.Thom.1.2.quæſt.91. Alexander Alenſis par.3.quæſt.23. Bonauentura in 3.diſtinct.9.Scotus ibidem.Gabriel in 3.diſtinct.37.Durandus 2.2.quæſt.3.Caiet. 1.2.quæſt.100.Bartholom.Medina ibidem. Palud.in 4. diſtinct.34.Petrus Aureolus in 4. diſtinct. 24.Ioannes Maior diſtin.34.Sotus 2. de Iuſtitia quæſt.1.Franciſcus de Victoria quæſt.2. de Magia. Alphonſus a Caſtro libro primo de iuſta hæret. punir. Michael Medina de recta in Deum fide libro ſecundo, Ioann.Bachonius in prolog.4.ſent.quæſt.9.Adr. quodlib.3.Cregor. de Valentia tomo 2.diſputat. 7.

Canoniſtæ. Panormit.capit.primo de Reliquijs, & Vener. SS. Archidiac.& glo. in capit.non licet 16.d.Couarruuias in ca.quamuis.par.1.Martinus Nauarrus in cap.inter verba.11.q.3.

Summiſtæ. S.Antonin.par.1.tit.14.Piſanella uer. ſortilegium. Roſella ver. impedimentum. Sylueſter.Caiet.Angelica.in ver.ſors, & ſuperſtitio.Tabiena uer. Apoſtaſia.Armilla aurea uer.Aſtrologia. Catechiſmus Rom.in primo præcepto decal.Nauarrus in Manuali cap.11.Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.par.2.lib.3.Tolletus in Summa lib.4.Pedrazza in præcepto 2.decalog.Sylueſter Prierius lib.2. de Strigibus.Barth.Spineus de Strigibus.cap.18.Malleus malefic. part.2.Binsfeldius par.2.de confeſſione malef.& alij plurimi recentiores.

De lege Diuina eiuſque diuiſione.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Lex diuina, æterna, & poſitiua quid?*
Cur præter legem naturalem, & humanam neceſſarium fuit aliam longè digniorem ſuperaddi, ibid.
Quatuor cauſæ aſſignantur, quæ in pſ. 10. exprimuntur. Lex Domini immaculata, &c. nu. eod.
2 *Legis Diuinæ deſcriptio ex authore, & fine.*
3 *Quomodo lex diuina una dicitur, quomodo uetus, et Noua, & qualiter hæ duæ inter ſe diſtinctæ.*
4 *Imperfectio, & perfectio earum ex tribus colligitur.*
5 *Legem ueterem bonam fuiſſe qui docuerunt contra Manicheos, & alios hæreticos.*
6 *Quænam præcepta in lege ueteri continebantur, & quot numero fuerint, explicatur.*
7 *Ratio triplicis generis aſſignatur, cur omnia præcepta reducantur ad Moralia, cerimonialia, iudicialia.*

CVm iam in ſuperiori libro ea omnia expoſuimus, quæ ad legis naturam, & diuiſionem in communi ſcitu neceſſaria erant; nec non triplicis legis, hoc eſt, *Æternæ, Naturalis*, & *Humanæ* effectus, & proprietates, quantum huic noſtro inſtituto ſatis eſt, declarauimus; Reliquum eſt, vt de quarta legis ſpecie, ſcilicet, de lege Diuina generatim in ſequentibus agamus; ubi ante omnia recolendum eſt id, quod antea docuimus, legem diuinam duplicem eſſe videlicet, *Aeternam*, & *Poſitiuam*. *AEterna* eſt ſua ipſius eſſentia, quæ fons eſt omnis luminis, rectitudinis, & perfectionis, unde omnis alia ſcientia, & lex promanat. *Poſitiua* vero illius quædam participatio eſt, & nobis a Deo data; de priori in ſuperioribus ſatis dictum eſt, de hac ſecunda præſens ſermo inſtituitur.

1 Neque fruſtra tot leges excogitatæ, uel inſtitutæ ſunt, quin potius vt eleganter, & diligenter docet S. Tho. 1. 2. q. 91. ar. 4. præter legem naturalem, & Humanã, neceſſarium omninò fuit, vt lex alia dignior, & altior nobis poneretur, quæ idcirco *poſitiua* dicitur, & ſignificantius diceretur *Poſita*, vt Sotus lib. 2. de iuſtitia. q. 2. art. 1. annotauit. Etenim ſi natura humana ordinata ſolum ad finem naturalem fuiſſet, minimè ei lege alia, quam naturali, & humana opus eſſet; ceterum cum creatus ſit homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, factuſque capax ſit diuinę uiſionis, & finis ſupernaturalis, qui proportionem naturalis facultatis humanę excedit, neceſſaria illi fuit non ſolum in intellectu ſpeculatiuo fidei cognitio, quæ finem illum oſtenderet, ſed etiam in intellectu practico lex aliqua naturali excelſior, qua tanquam regula diuinitus data, ad finem ſuum ſupernaturalem dirigeretur.

Deinde quia humana iudicia, ex quibus etiam diuerſæ, & contrariæ leges procedunt, præcipuè de rebus ſingularibus, & contingentibus incerta, & diuerſa ſunt, vt homo in particulari abſque dubitatione ſcire poſſet, quid ſibi agendum, quidve uitandum eſſet, lege aliqua infallibili diuinitus data in actibus particularibus dirigi, & inſtrui neceſſarium fuit, ne in operando erraret.

Præterea, quia homo tam in moribus interioribus, quam in exterioribus rectitudinem habere debet: homo autem, cui competit legem humanam condere, de internis moribus iudicium ferre non ualet; danda ei fuit lex diuina, quæ circa tales actus hominem ordinaret, & dirigeret. Et denique cum teſte S. Auguſtino libr. 1. de lib. arbitr. ca. 6. lex humana omnia, quæ malè fiunt, punire, vel prohibere nõ valeat, quia dum auferre uellet omnia mala, etiam multa bona tollerentur, & impediretur vtilitas boni communis, quod eſt neceſſarium ad conſeruationem humanam, (ut verbi gratia, ſi omnia mendacia lex humana acri ſupplicio vindicaret, non eſſet, qui loqui auderet; & ſi meretrices abigeret, nõnunquam homines in grauiora ſcelera ruerent) ideo ut nullum malum improhibitum, & impunitum remaneat, neceſſarium fuit ſuperuenire legem diuinam, per quã peccata omnia prohiberentur. Quas omnes quatuor cauſas, & rationes Propheta pſalm. 18. aſſignauit, dum ait, *lex domini immaculata*, id eſt, nullam peccati turpitudinem permittens; *Conuertens animas*, quia non ſolum exteriores actus, ſed etiam interiores dirigit, *teſtimonium Domini fidele*, quoniam certiſſimum, & infallibile, *Sapientiam præſtans paruulis*, in quantum hominem ad finem ſupernaturalem, & diuinum ordinat. Quas ob cauſas meritò idem propheta pſal. 118. *legem*, inquit, *pone mihi Domine uiam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper, &c.* & iterum, *Quomodo dilexi legem tuam Domine, &c.*

Poteſt autem iuxta ea, quæ in præcedenti libro de lege in communi dicta ſunt, lex diuina ex auctore, & fine ipſius ſic deſcribi; *Lex diuina eſt ordinatio rationis a Deo data, quæ hominem in finem, & beatitudinem ſupernaturalem dirigit.* Quæ deſcriptio tum ex præcedentibus, tum ex ſubſequentibus clarior, & manifeſtior erit, iuxta quam etiam colligitur, quam rectè S. Tho. 1. 2. q. 91. art. 5. docet legem diuinam vnam tantum eſſe ſpecie ſimpliciſſimè, & eſſentialiter, quamuis alia ratione in duas quaſi partes diuidi, & diſtingui poſſit pro diuerſitate tẽporis, quo promulgata eſt, atque etiam pro diuerſitate perfectionis, non quidem quæ contingat ex parte Dei, ſedaliunde, ut paulo poſt exponemus.

Si enim authorem huius diuinæ legis, & finem conſideremus, ſic planè una lex diuina eſt ſpecie, ſiquidem legis Diuine auctor eſt Deus, qui, vt ait propheta pſal. 46. *tanquam unus Dominus excelſus, terribilis, rex magnus eſt ſuper omnem terram*, omniumque ſeculorum, & Eſaiæ 33. *Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter*. Finis etiam diuinæ legis unus eſt, nempe, uiſio beatifica. Sin uero & promulgationem huius legis, & perfectionis cogitemus, ſic quiedm una *vetus*, alia *Noua* dicitur, quæ duæ leges non diſtinctæ ſunt inter ſe ueluti duæ ſpecies eiuſdem generis, vt equus, & bos, ſed tanquam perfectum, & imperfectum in eadem ſpecie, ſicut puer, & uir, ut docet Apoſtolus ad Galat. 3. ubi ſtatum legis ueteris comparat ſtatui puerili exiſtenti ſub pędagogo, dicens; *Itaque lex*, ſcilicet uetus, *Pedagogus noſter fuit in Chriſto*, ſtatum autem legis nouæ comparat ſtatui uiri perfecti, qui iam non eſt ſub pędagogo, unde ſubdit; A*t ubi uenit fides, iam non ſumus ſub pędagogo, &c.* Quam diuinæ legis diuiſionem in *Nouam*, & *veterem* probat S. Thomas, vbi ſupra ex Apoſtolo ad Hebr. 7. Nam *translato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis translatio fiat*. Dum igitur duplex ſacerdocerdotium ſit, vt ibidem dicit Apoſtolus, ſcilicet, ſacerdotium leuiticum, & ſacerdotium Chriſti; conſequenter etiam lex erit duplex, ſcilicet, *Vetus*, & *Noua*, quarū illa imperfecta eſt, hæc perfecta; ſicut paruulus in eadem ſpecie humana imperfectus cenſetur, ſi ad virum iam perfectum comparetur. Hæc autem imperfectio, & perfectio ex tribus, quæ ad legem pertinent, colligi poteſt; nempe ex fine quo lex ducit, ex ordine iuſtitiæ, quam conſtituit; & ex modo, quo ſubditos cogit. Ex fine quidem, eo quod lex noua finem proximum perfectiorem habet, quàm lex vetus, vt ex initio ſuæ conſtitutionis colligitur. Exo. 36. hęc. n. ſuis cultorib. ſenſibile, et terrenum bonum Chananæorum proponebat, lex autem noua bonum ſpirituale, & regnū cœlorum propoſuit, vnde ſtatim Chriſtus ad regnum cęlorū in ſuæ prædicationis initio auditores ſuos inuitauit dicens, *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum*. Matth. 4. A qua voce, tanquam a capite, lex noua *Euangelium Regni* nominatur, de qua re legendus eſt Sanctus Auguſtinus libro 4. contra Fauſtum, ca. 2. & libro 18 de ciuitate Dei, capit. 2. lex etiam vetus, vt plurimum, actus externos ordinabat, lex autē noua non ſolum externos, ſed internos et perfectiori modo ordinat, vnde Matth. 5. ait Chriſtus *niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum*, & ideo dicitur, quod lex vetus cohibet manū, lex noua animū. Denique lex noua perfectior eſt, quā vetus ex modo, quo impellit homines ad ſui obſeruationem, vetus namque ad mandata obſeruanda timore pœnæ inducebat, lex aūt noua ad id in primis impellit per charitatem, quæ, vt ait Apoſtolus ad Roman. 5. *diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis:* vnde recte a S. Auguſtino libro contra Adimantū Manichæi diſcipulum, ca. 17. dictum eſt. *Breuis differentia legis, & Euangelij eſt timor, et amor.* Quæ etiam cauſa eſt, cur nouæ legis *ſuaue iugū eſſe, et onus leue*, dicitur, Matth. 2. & S. Auguſtinus in tractatu de laudibus charitatis, & lib. de natura, & gratia capit. 69. locum illum 1. Ioan. 5. interpretat: *Et mandata eius grauia non ſunt*, nimirū, inquit, amāti, cum tamen legis veteris *importabile iugum* fuiſſe dicitur, Ac. 15. non ſolum quia plura officia externa requirebat, qua de cauſa antonomaſtice dicitur lex factorum, ſed etiam quia vires ad ſe ſupportandam non ſuppeditabat, & mortis, aliarumque pœnarum temporalium formidine, qua ſolent homines grauius concuti, terrebat.

Multa de hac lege veteri, & noua traduntur a Theologis poſt S. Thomam, qui optime omnium in 1. 2. a quæſt. 98. vſque ad 108. incluſiue hanc materiā petractat, oſtendentes contra Manichæos, & alios hæreticos, legē veterem bonā fuiſſe, iuxta illud. Roman. 7. *Lex quidem ſancta eſt, et mandatum ſanctum, et iuſtum, et bonum*; & Pſal. 118. paſſim, vt etiā late probat S. Auguſtinus tum alias, tum in lib. 22. contra Fauſtum Manichæum, & libro 2. contra aduerſarium legis, & prophetarum, ubi hæreticorum argumenta ſoluit, oſtendens eorum tantum rationibus probari legem ueterem non fuiſſe ita perfectam ſicuti nouā; Quo ſenſu accipiendum eſt illud Ezech. 20. *dedi eis præcepta non bona*, id eſt, non bona, & perfecta ſimpliciter, quamuis bona pro illo ſtatu, ſeu bona dicuntur præcepta legis ueteris cerimonialia, quia gratiam non conferebant, per quam homines a peccato mundarentur, prout lex noua, quæ lex gratiæ appellari ſolet. Item a Deo datam eſſe legem illam uarijs rationib. probant, quamuis miniſterio Angelorum, ut docet S. Thom. 1. 2. q. 98. art. 2. & 3. poſt D. Auguſtinum lib. 2. de Trinit. c. 13. & lib. 3. c. ult. & D. Gregorium in proœmio Moralium c. 2. & patet ex epiſt. ad Gal. c. 3. *lex*, inquit, *data eſt per Angelos in manu Mediatoris*, id eſt, Moyſis, & Act. 7. *Accepiſtis*; inquit S. Stephanus, *legem in diſpoſitione Angelorum*. Cum enim lex illa imperfecta fuerit, ſi quidē, ut Hebr. 7. dicitur, nihil ad perfectū adduxit lex, non niſi per Angelos Dei miniſtros ferri eam conueniebat, & alia multa his ſimilia de utraque lege à D. Thoma, & alijs tradita ſunt, quæ, quia huic noſtro inſtituto non conducunt, prætermittimus.

6 Illud ſolum explicandum eſt, quænam præcepta in lege ueteri continerentur, & quot numero fuerint. Cuius rei facilis eſt explicatio; etenim præceptum legis, cum ſit obligatorium, aliquid faciendū præcipit, quod eſt neceſſarium ad finem; contingit autem ad unum finem multa eſſe neceſſaria, uel expedientia, inde eſt, quod licet omnia legis uetreis præcepta unum ſint ſecundum ordinem ad unum finem, multa tamen ſunt ſecundum diuerſitatē eorum, q̃ ad finem illum ordinantur. Et quidem Burgenſis li. 1. ſcrutinij. diſtinct. 18. c. 9. tot fuere pręcepta, dicit, quot ſunt dies in anno. At uero Gulielmus Pariſienſis. lib. de fide, & legib. & Galatinus lib. 11. de arcanis Catholicæ fidei, c. 4. multo plura fuiſſe affirmāt, ſcilicet 613 ut merito Apoſtolus Petrus Ac. 15. dixerit. *Quid tentatis imponere iugum ſuper caput diſcipulorum, quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus.* Ceterum quicquid de hac re ſentiendum ſit, communis Doctorum ſententia eſt, quam ſequuntur S. Tho. 1. 2. quæſtio. 99. per totum. Alexand. de Ales par. 3. q. 28. memb. 2. & Scholaſtici 3. diſt. 37. Sotus lib. 2. de iuſtitia. q. 2. Greg. de Valentia tom. 2. diſput. 7. qu. 17. puncto 4. & alij, omnia legis ueteris præcepta, ad tria capita commode reduci poſſe, uidelicet ad *moralia, cærimonialia, & iudicialia*, iuxta illud Deut. 6. *Hæc ſunt præcepta, cærimoniæ, atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus vobis*, ubi præcepta *moralia* antonomaſtice dicuntur *præcepta*, quoniam erant præcepta. Quæ etiam tria præceptorum genera inſinuata ſunt ab Apoſtolo Roman. 7. dicente, *lex quidem Sancta, et mandatum ſanctum, et iuſtum et bonum: Iuſtum* quidem, quantum ad iudicialia: *Sanctum*, quantum ad caerimonialia (nam ſanctum dicitur, quod eſt Deo dicatum) *bonum* uero, id eſt, honeſtum, quantum ad moralia, ut optime S. Tho. 1. 2. q. 99. ar. 4. explicauit.

Ratio autem huius triplicis generis haec eſt, quia de ratione legis diuinae eſt, ordinare homines ad Deum, ad ſeipſum, & ad proximum; bonitas autem omnis eſt uirtus, quae bonum habentem facit; unde oportuit praecepta legis ueteris de actibus uirtutum dari, qualia ſunt praecepta legis Moralia, quae legem naturalem in ſe continent. Quia uero homo actiones ſuas ad Deum referre debet, quae relatio, & ordinatio non ſolum per actus interiores mentis, ut ſunt credere, ſperare, & amare, ſed etiam per exteriora quaedam opera, quibus homo Diuinam ſeruitutem profitetur; talia opera ad Dei cultum magis proprie pertinere dicuntur, qui cultus cærimonia vocatur, conſequenter pręcepta illa, quę peculiare cultus religionis modum continent, alioqui naturali lege non præſcriptum, per quem homines rectè ordinantur ad Deum, ſpecialiter cærimonialia nominantur. Et quamuis colere Deum ſit actus virtutis, & ſic ad Morale pręceptum pertineat huius tamen præcepti determinatio, vt, ſcilicet, talibus hoſtijs colatur, & talibus muneribus, ad præcepta cærimonialia pertinet.

At vero, vt homo ad proximum modo debito, & conuenienti ordinaretur, inſtituta ſunt præcepta iudicialia; iuſtitiæ namque munus eſt, homines recte inter ſeipſos ordinare. Quamuis igitur actus iuſtitiæ in generali ad præcepta Moralia pertineat, determinatio tamen eius in ſpeciali pertinet ad pręcepta iudicialia. Sicut igitur determinatio communis præcepti, de cultu Diuino fit per præcepta cærimonialia; Sic determinatio communis pręcepti de iuſtitia obſeruanda inter homines, per præcepta iudicialia determinatur. Vnde tria præcepta veteris legis ponenda ſunt, videlicet, Moralia, quę ſunt de dictamine legis naturę, cerimonialia, quę ſunt determinationes cultus Diuini, & iudicialia, quæ ſunt determinationes iuſtitiæ inter homines obſeruandę. Reliqua vero omnia, quę in lege veteri continentur, ad hęc tria genera reducuntur, vt latius oſtendit S Tho. 1.2.q.99.art.5.

De legis veteris, ſeu Decalogi præceptis, eorumque numero, diſtinctione, ordine, & perfectione. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Cur moralia dicantur antonomaſtice præcepta?*
Omnia moralia præcepta ad legem naturæ pertinent.
Præcepta moralia ſunt in triplici gradu de iure naturæ, & vnde procedunt, nu. eod.
2 *Quænam ex tribus generibus præceptorum moralium ſolum ad Decalogum pertinent.*
Cur duo illa principia, diliges dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum, & c. non ſunt expreſſa in decalogo.
3 *Quænam præcepta decalogi nomine intelliguntur.*
Cur Deus Angelorum miniſterio in tabulis moyſis inſculpſit præcepta decalogi, alia autem per Moyſen. ibidem.
4 *Decalogus legum omnium Epitome, ad quem omnia alia precepta, vel antecedenter, uel conſequenter reduci poſſunt.*
5 *Doctrina de reductione omnium aliorum præceptorū moralium veteris legis ad Decalogum valde vtilis, & neceſſaria, quibus præcipuè.*
6 *Primæ tabulæ præcepta quot, & ſecundæ, multorum diuerſa ſententia.*
7 *Quid Hebrei ſecundum Ioſephum legis peritiſſimum de hac legum deſcriptione ſenſerint.*
Quid S. Auguſt. S. Tho. & alij. n. eod.
8 *Primum mandatum primæ tabulæ ſecundum Aug. triplex eſt; morale affirmatiuum negatiuum Cerimoniale: unum uero eſt vnitate ſubordinationis.*
Præceptum ſanctificandi ſabbathum partim naturale partim cærimoniale, ibid.
Cur præceptum illud obſeruandi diem Sabbathi ceſſauit, & non alia præcepta Decalogi. Ibidem, & numero 11.
9 *Numerus, & diſtinctio, & conueniens ordinatio præceptorum.*
10 *Quotuplex differentia præceptorum ordinantium hominem ad proximum.*
11 *Præceptorum pulcherrimus ordo, et diſpoſitio quali*
12 *Præcepta moralia* Decalogi *omnem in ſe perfectionem continent, et de uniuerſarum uirtutum operibus agunt.*
13 *Lex Diuina leges alias quaſcunque quomodo exced in ſanctitate, et perfectione, uel preſcribendo, uel prohibendo.*
In omnibus ſigillatim oſtendenda perfectio reſpectu legum humanarum.
14 *Quod eſt contra aliquid decem mandatorum regulariter eſt peccatū mortale niſi ex trib. cauſis excuſetur*

1 INTER legis veteris pręcepta ea pręcipuum locum habent, quę *Moralia* dicuntur, vt propterea recte S. Thom. 1. 2.q.99. articulo 4. in argumento. *Sed contra*; antonomaſtice Deutero. 9. pręcepta appellantur. Quę cum de his ſunt, quę ad bonos mores ſecundum ſe pertinent, mores autem humani dicuntur in ordine ad rationem, quæ eſt proprium actuum humanorum principium, conſequenter pręcepta omnia moralia ad legem naturę pertinent, ſicut omnis rationis humane iudicium aliqualiter a naturali ratione deriuatur. Etenim ſicut omne iudicium rationis ſpeculatiuę a naturali cognitione primorum principiorum procedit, ita etiam iudicium omne rationis practicę, ex quibus diuerſimode ad iudicandum de diuerſis procedi poteſt. Sunt autem pręcepta Moralia in triplici gradu de iure naturę, ſecundum tres diuerſos modos, quibus ab eiſdem primis naturę principijs deſcendunt. *Quędam* enim ſunt in actibus humanis adeo explicata, & manifeſta, quod ſtatim ratio naturalis per ſe cuiuslibet hominis dijudicat facienda, vel non facienda, ſicut, *Honora patrem tuum, et matrem tuam, et non occides, & non furtum facies*, & ſimilia; ex illo namque principio communi, & primo, *Id facias alijs, quod tibi fieri vis*, ſubſumpta hac naturaliter quoque per ſe nota, *Quod velles a filijs tuis honorari*, ſequitur, quod & tu parentes tuos honorare debes. Et rurſus ex illo, *Id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis*, ſubſumendo ſtatim, quod nolles ab alio lędi in perſona, vel in bonis, colligitur, *Non occides, Non furtum facies, Non adulterabis*.

Quędam autem ſunt, ad quorum iudicium requiritur multa conſideratio diuerſarum circunſtantiarum, quas diligenter conſiderare non eſt cuiuslibet, ſed ſapientum, ſicut conſiderare particulares concluſiones ſcientiarum non pertinet ad omnes, ſed ad ſolos philoſophos: veluti illud *Leuit. 19. cor cano capite conſurge, et honora perſonam ſenis*. Hoc enim non eſt adeo notum, quam debitum honorandi parentes. Item illud, *Ne dicas fratri tuo Racha*, Matt. 5. quod non tam manifeſtum eſt, quam prohibitio non occidendi.

Quędam denique ſunt, quae licet rationi naturali conſentanea ſint, nō poteſt tamen ratio per ſeipſam, niſi diuinitus inſtructa, attingere, ſicut ſunt credenda, & ad cultum diuinum pertinentia, ut

Non facias tibi ſculptile ; Non aſſumes nomen Dei tui in vanum:& ſimilia.

Ex his tribus generibus præceptorum moralium illa ſolum ad Decalogum pertinent, quæ primo, & tertio loco enumerauimus, ſcilicet, quorum notitiã homo habet per ſeipſum a Deo; huiuſmodi autem ſunt illa, quæ ſtatim ex communibus principijs modica conſideratione cognoſci poſſunt, & iterum illa, quæ ſtatim ex fide diuinitus infuſa innoteſcunt. Illa vero duo alia præceptorum genera inter præcepta Decalogi non enumerantur, illa, ſcilicet, quæ ſunt prima, & communia, quorum non oportet aliquam editionem eſſe, ſed tanquam per ſe nota in ratione naturali, & mentibus noſtris ſcripta ſunt, ſicut *Id ne facias alijs, &c.* & iterum illa, quæ per diligentem inquiſitionem ſapientum inueniuntur rationi conuenire, hæc enim a Deo proueniunt ad populũ, mediante diſciplina ſapientum: vtraque tamen horum præceptorum in pręceptis Decalogi continentur, ſed diuerſimodè; illa enim, quæ ſunt communia, & prima, continentur in eis, ſicut principia in proximis concluſionibus; quoniam, *Non occides, Non furtum facies, &c.* nihil aliud eſt, quam, *Id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis.* Illa vero, quæ per ſapientes cognoſcuntur, e conuerſo continentur in Decalogi præceptis, ſicuti cõcluſiones in ſuis principijs: vt illud Leuit. 19. *Coram cano capite conſurge*; virtute continetur in illo, quod eſt, *Honorare parentes.* & *Non fornicaberis*, Deutero. 24. ad id, quod eſt, *non mæchaberis*, & illud *non fœneraueris fratri tuo ad vſuram*, Deuteron. 18. ad id, quod eſt, *non furaberis.* Qua etiam ratione duo illa principia communia, & præcepta; *diliges Dominum Deum tuum; & diliges proximum tuum*; non ſunt expreſſim in Decalogo poſita, eo quod ſunt prima, & communia præcepta legis naturæ, & per ſe nota rationi humanæ, vel per naturam, vel per fidem. Quicunque enim fatetur eſſe Deum, eadem ipſa confeſſione compertiſſimum habet eundem a ſe diligendum eſſe, nec quicquam eſſe põt rationi naturali apertius conſentiens. Quia tamen diligendi modus, cum ſit res ſupernaturalis, non eſt cunctis mortalibus in comperto, eundem expreſſit in præceptis primæ tabulæ, ſicut modum diligendi proximum in ſecundę tabulę præceptis declarauit, vnde & hęc etiam duo pręcepta prima, & communia in Decalogo, tanquam principia in ſuis concluſionibus continentur, vt egregiè explicat S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 3.

Quoniam autem hęc Decalogi pręcepta a nobis in ſequentibus explicanda ſunt, antequam ad eorum declarationem in particulari deſcendamus, annotãda ſunt nonnulla in vniuerſum in hoc capite, quæ ad faciliorem, & meliorem huius rei intelligentiam conducunt.

3 *Primo* igitur vt a nomine exordium ſumamus, *decalogi* nomine nihil aliud, quam illa decem pręcepta intelliguntur, ab ipſo Deo conſcripta, & promulgata, & tradita in duabus tabulis lapideis, vt patet Exod. 21. & 31. & Deutero. 4. 9. & 10. cum tamen reliqua pręcepta promulgauerit Moyſes auctoritate diuina, & non ipſe Deus immediatè pręſcripſerit, vt patet Deuteron. 4. ex illis uerbis Moyſis, *locutuſque eſt dominus ad vos, &c.* quę Decalogi pręcepta, vt dictum eſt, Deus Angelorum miniſterio, in tabulis Moyſi inſculpſit, alia vero dedit per Moyſen, id quod optima ratione factum eſt. Cum enim in Decalogo ea ſolum contineãtur pręcepta, quę neque ita per ſe nota eſſent, vt nulla peculiari conſideratione, pręter lumen ipſum rationis, aut fidei indigerent, neque etiam adeo difficilia, ut a ſolis ſapientibus ex per ſe notis deduci facile poſſent, ſed etiam a vulgaribus, & denique quę ad omnes homines communiter pertinerent, rationi planè conſentaneum erat, vt Deus tanquam naturę author illa per ſe doceret.

SECVNDO aduertendum eſt, iuxta S. Augu. doctrinam in quęſt. 140. ſuper Exodum, & S. Thó. 1. 2. quęſt. 109. art. 3. & artic. 11. & Catechiſ. Roma. initio explicationis Decalogi, Decalogum legum omnium aliarum ſummã, & epitomen eſſe, facileq; ad pręcepta Decalogi, vel *antecedenter*, vt principia vel *conſequenter*, vt concluſiones reduci, & reuocari poſſe. Etenim pręceptum de fide vnius Dei, ut docet S Tho. 1. 2. q. 100. art. 4. ad 1. ſicut & pręceptum dilectionis Dei, & proximi ut ibidem affirmat, & arti. 3. eiuſdem quęſtionis in reſponſione ad primũ, non ſunt Decalogi præcepta, ſed potius ſe habent ad illum antecedenter, tanquam pręambula, quia ſunt per ſe cognitu facillima, ex ipſo lumine rationis vel fidei, credere enim in Deum eſt primum, & per ſe notum ei, qui habet fidem, vnde Hebr. 11. dicitur. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt*, id quod repetit art. 11. eiuſdem quęſtionis 100. & latius tradit Nau. in Manuali. c. 11. nu. 5. Alia vero pręcepta, quorũ ratio non ita cuilibet nota, & manifeſta eſt, ſed ſolum ſapientibus, qualia ſunt pręcepta moralia tradita a Deo populo per Moyſen, & Aaron, *conſequenter* ad Decalogum reducuntur per modum cuiuſdam additionis. Ratio eſt, quia ea, quę ſunt manifeſta (qualia ſunt Decalogi pręcepta vt diximus) ſunt principia cognoſcendi ea, quę non ſũt manifeſta (qualia ſunt illa precepta moralia ſuper addita Decalogo, & tradita a Deo populo miniſterio Moyſis, & Aaronis) adeo vt ſingula ſingulis correſpondeant. Cum enim in primo Decalogi pręcepto cultus Deorum alienorũ prohibitus ſit, huic conſequenter ſuperadduntur illa pręcepta prohibitiua eorum, quę in cultum Idolorum, & Idololatricam ſuperſtitionem ordinantur, quale eſt illud Deuteron. 18. *Non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ſuam, ducens per ignem, nec ſit maleficus, atque incantator, neque qui Phytones conſulat, neque diuinos, & quærat a mortuis veritatem.* Rurſus quia in ſecundo Decalogi pręcepto prohibetur periurium, ſuperadditur ei prohibitio blaſphemię; Leuit. 4. vbi blaſphemus iubetur lapidibus obrui, & prohibitio falſę doctrinę, cuius mentio fit Deutero. 18. vbi falſi prophetę refelli iubentur. Ad tertium vero Decalogi pręceptum, quod eſt de ſanctificatione Sabbathi, reducuntur omnia cęrimonialia. Quarto autem pręcepto de honore parentum ſuperadditur pręceptum de honore Senum, ſecundum illud. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam Senis.* Leu. 19. & vniuerſaliter omnia pręcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus, vel ad beneficia exhibenda, vel ęqualibus, vel minoribus. Quinto aũt præcepto, quod eſt de Prohibitione homicidij, prohibetur non ſolũ laeſio quaelibet corporea proximi, ſed et internum odium, vt ſunt illa. *Nõ ſtabis contra ſanguinem proximi tui*, & rurſus. *Non* *oderis fratrem in corde tuo.* Sexto aũt præcepto, quod eſt de prohibitione adulterij, prohibetur omne genus luxuriæ, non ſolum ſimplex ſcortatio, iuxta illud Deu. 24. *Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neq; fornicator de filijs Iſrael,* ſed etiam crimen nefandũ, ſeu vitium contra naturam, ſecundũ illud, Leu. 18. *Cum maſculo non commiſceberis, cum omni pecore non coibis.* Septimo autem præcepto de prohibitione furti, adiungitur pręceptum de prohibitione vſurę, ſecundum illud Deuteron. 18. *Non fæneraberis fratri tuo ad uſuram,* & prohibitio fraudis, iuxta illud Deuteron. 25. *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera.* & vniuerſaliter omnia, quæ ad prohibitionem calumniæ, & rapinæ pertinent. Octauo etiam præcepto, quod eſt de prohibitione falſi iudicij, iuxta illud Exod. 23. *Nec in iudicio plurimorum acquieſces ſẽtentiæ, ut a ueritate denies,* & prohibitio mendacij, ſicut ibi ſubditur, *Mendacium fugies,* & prohibitio detractionis, ſecundum illud Leu. 19. *non eris criminator, & ſuſurro in populis.* Poſtremis autem duobus præceptis nullum aliud ſuperadditur, quia per ea vniuerſaliter oĩs mala concupiſcentia prohibetur.

5 TERTIO annotandum eſt, doctrinam hanc de reductione omnium aliorum præceptorum moralium veteris legis ad Decalogi pręcepta, valde vtilem, ac ſcitu neceſſariam eſſe, cum omnibus fidelib. quantum eorum capacitas, & intellectus patitur, & apprehendere valet, tum præcipue Theologis omnibus, confeſſarijs, ac diuinorum eloquiorum interpretibus, & concionatoribus.

Primo quidem Theologis, eo quod ſicut ad res naturales cognoſcendas plurimum retulit, omnia entia ad decem capita, ſeu prædicamenta reduci, ita ad cognoſcenda omnia genera vitiorum, & reponendos actus virtutum in ſuo ordine, plurimum expedit decem pręcepta referri.

Secundo magnam etiam confeſſarijs, & pœnitentibus vtilitatem affert, vt illi pœnitentium conſciẽtias diſcutere, & iſti peccata ſua ordinate enumerare, & confiteri melius ſciant.

Tertio denique vtilis eſt doctrina hæc prædicatoribus, ſi quandoque uoluerint legem diuinam populis interpretari; hinc enim intelligent, quid circa vnumquodque pręceptum tractandum, & explicandum ſit. Recte igitur ſapientia diuina utilitati, ac capacitati hominum conſulere volens, eorumque omnium, quæ ad mores bene inſtituendos pertinent, epitomem, & compendium tradere cupiens, Decalogum compoſuit, in quo paucis uerbis capita, & fontes, immo uero legis naturalis plenitudinem tradidit. Haud diſſimiliter quicquid de fide ſparſim in ſacris literis, & ſcripturis, aut alias per reuelationem Dei traditum eſt, id diligentia, ac ſtudio Apoſtolorum cooperante Spiritu ſancto in duodecim articulos contractum videmus. Et quicquid recte orando peti poteſt, id ſimiliter per Chriſtum Saluatorem noſtrum in ſeptem breuiſſimas petitiones redactum legimus. Sicut etiam prudentiſſimi iuriſcõſulti ſummam iuris ciuilis ad tria capita, uidelicet, honeſte uiuere, alterum non lædere, ius ſuum unicuique tribuere, redegerunt.

6 QVARTO circa numerum præceptorum Decalogi una, & concors eſt omnium Doctorum ſententia, decem eſſe, prout nomen ipſum teſtatur, ſicut etiam in eo conueniunt omnes, hæc omnia in duas tabulas eſſe diuiſa, in quarum prima collocantur illa præcepta, quæ ad dilectionem, cultumque Dei pertinent, in ſecunda uero illa, quæ dilectionem proximi explicite continent; qua de cauſa illa præcepta *Primæ tabulæ*, hęc autem *Secundæ tabulæ* præcepta nominantur.

Atque has myſticas tabulas aiunt uoluiſſe ſignificare Deum hoc ipſo, quod præcepta Decalogi tradidit in duabus illis tabulis lapideis. Deut. 4. At uero quot primæ tabulæ, & quot ſecundæ tabulæ pręcepta ſint, non parua eſt inter Doctores diſſenſio. Nam Heſychius in lib. Leuit. 26. *Decem mulieres in vno clibano coquunt panes,* & D. Hieron. in capit. 10. Oſeæ, ſuper illa uerba, *Propter duas iniquitates tuas,* in prima tabula quatuor præcepta circa Deum ponunt, ſcilicet primum, *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Secundum, *Non habebis Deos alienos coram me.* Tertium, *Non facies tibi ſculptile.* Quartum uero, *Nõ aſſumes nomen Dei tui in uanum.* Illud uero de obſeruatione ſabbathi, Heſychius a numero decem præceptorum reijcit, quia non eſt obſeruandum ſecundum literam, ſecundum omne tempus, cum iam apud chriſtianos in diem Dominicam mutatum ſit, cum tamen præcepta moralia Decalogi immota permaneant, ſolum igitur ſecundum ſpiritum intelligi uult, ut, ſcilicet, nullum huius mũdi opus faciamus. Et his conſentit etiam ex parte Origenes Homilia 8. ſuper Exodum; ponit enim quatuor præcepta in prima tabula, quamuis in hoc ab illis diſcrepet, qđ illud, *Ego ſum Dominus Deus tuus,* non facit diſtinctum pręceptum, ſed pro eodem exiſtimat illud, atque ſubſequens, *non habebis Deos alienos coram me.* Secundum uero arbitratur, *non facies ſculptile.* Tertium, *non aſſumes nomen Dei tui in uanum.* Quartum autem, *Memento ut diem Sabbathi ſanctifices.* In ſecunda uero tabula, hi omnes pręcepta ad proximum pertinentia collocant, ita ut primum ſit, *Honora patrem, & matrem tuam.* Secundum *non occides.* Tertium, *non Mæchaberis.* Quartum, *non furtum facies.* Quintum, *non falſum teſtimonium dices.* Sextũ, *non concupiſces rem proximi tui; et non concupiſces uxorem eius.* hæc enim duo cum eandem animę potentiam reſpiciant, coniungunt, & ut unum unitate ordinis numerant.

7 Hebręi uero auctore Ioſepho legis peritiſſimo lib. 3. antiq. capit. 6. in utraque tabula quinque pręcepta collocant, in prima, ſcilicet, quatuor prędicta de dilectione Dei, nam in duo ſeiungunt, *Ego ſum Dominus Deus tuus,* & *non facies tibi ſculptile:* & quintum de Honore parentum, eam forte ob rationem, quod, cum Deus ſit, ex quo omnis paternitas deriuatur, uoluit: ut ſui inſtar parentes noſtros coleremus. A qua etiam ſententia non abhorret Sotus li. 2. de iuſtitia. q. 3 & 4. & Gregorius a Valentia Tho. 2. diſputa. 7. q. 7. puncto. 4. ea ratione perſuaſi, quod tabulę illę ęquales erant; In ſecunda uero quinque negatiua ponunt, ſcilicet, *non adulterabis: non occides, non furaberis: non falſum teſtimonium dices: non concupiſces.*

Alij uero, ut S. Aug. quęſt. 71. in Exod. & S. Tho. 1. 2. quęſtio. 100. artic. 4 Barthol. Medina ibidem. Alexan. de Ales part. 3. q. 29. memb. 2. art. 2. Gabriel in 3. diſt. 37. qu. unic. articu. 1. notab. 5. & Catechiſmus Romanus in explicatione primi pręcepti Decalogi. nu. 16. & Sotus, & Valentia, ubi ſupra, hanc

ut

vt communiorem opinionem approbantes, primæ tabulæ tria præcepta, ſecundæ verò ſeptē tribuunt, hoc modo, & ordine, ita vt primæ tabulæ, primum præceptum ſit, *non habebis Deos alienos coram me*; *nō facies tibi ſculptile, vt adores illud*: illa autem verba, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, exordij, & præfationis locum habent. Secundum; *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*. Tertium, *Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices*. In ſecunda vero tabula ſunt ſeptem erga proximum, quorum primum eſt, *Honora patrem tuum, et matrem tuam*, &c. Secundum, *Non occides*: Tertium, *Non mæchaberis*, Quartum, *Non furtum facies*: Quintum, *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium*, Sextum, *Nō concupiſces uxorem proximi tui*. Septimum, *Non domum, non agrum, nō ſeruum nō ancillam, non bouē, non aſinum, & uniuerſa, quę illius ſūt*. Quorum ſententia eccleſiæ magis placuiſſe conſtat, vel ob id, quod magis ad myſterium ſanctiſſimę Trinitatis reſpiciat, ita vt primum mandatum primę tabulæ referatur ad patrem, ſecundum ad filium, cui proprium nomen eſt verbum Dei, non creatura; tertium ad Spiritum ſanctum, quo in nobis Sabbathizamus, id eſt, ab omnibus, quę caro ſine ſpiritu gignit, quieſcimus, noſque continemus.

8 QVINTO aduertendum eſt ſecundum hanc ſententiam, quodcunque præceptum ſiue primæ, ſiue ſecundæ tabulæ, tanquam vnum numerari, non ſolum ſi ſit vnū ſimpliciter, vnitate ſimpliciter indiuiſibili, ſed etiam ſi ſit vnum vnitate ſubordinationis. Siquidem primum tabulæ primę mandatum, quod D. Auguſt. numerat, triplex, ſ. vnum affirmatiuum morale, *Ego ſum Dominus*, id eſt, colas me pro vero Deo; Alterum Morale item, ſed negatiuum, ſ. *non habebis Deos alienos*; Tertium cærimoniale, *non facies tibi ſculptile*, Saltem ad venerandum illud pro Deo. Nam vt rectè docet S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 4. in corpore. in tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim, vt dicitur Exod. 25. Quæ tria pręcepta non ſunt ſeparatim numeranda, ſed ſecundum ſubordinationem vnum ſunt cum illo, non habebis Deos alienos coram me: quia eò tendebant hæc omnia, vt coleretur rectè vnus Deus, & periculum ſuperſtitionis, & idololatriæ, ad quam Iudæi ualde procliues erant, pęnitus remoueretur. Sic etiam præceptum tertium, *Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices*, eſt duplex, vt colligitur ex D. Tho. q. 100. artic. 5. ad 2. ſcilicet, partim naturale, quatenus illo præcepit Deus rebus diuinis interdum uacare, ad commemorandum beneficium creationis, & glorię futurę, & quietis in Deo, partim cęrimoniale, ut, ſcilicet, id fieret die Sabbathi, quo Deus ab opere creationis requieuit, qua ex parte iam hoc pręceptum ceſſauit, & in alia feſta mutatum eſt; Nihilominus tamen tanquam unum pręceptum numeratur propter ſubordinationem, quoniam cęrimoniale illud determinabat naturale, unde malè Heſychius pręceptum hoc a Decalogo reiecit, eo quod pręceptum illud cęrimoniale fuerat; Quia hoc non obſtat quominus etiam in Decalogo fuerit; Etenim cum pręceptum hoc diuini cultus morale ſit, ritus uero in particulari cęrimonialis, ſit, ut unum ſernare feſtum, ſit morale. quod autem hic, aut ille dies obſeruandus ſit, cęrimoniale eſt, determinans pręceptum illud naturale, & morale de uacando rebus diuinis, & ideo nihil mirum, ſi pręceptum illud, quatenus cęrimoniale, mutatum ſit, ſicut & reliqua cęrimonialia ceſſauerunt, ut conſtat. Quia uero concupiſcentia uxoris alienę ad commiſtionem pertinet ad concupiſcentiam carnis, concupiſcentia autem aliarum rerum, quae deſiderantur ad poſſidendum, ad cōcupiſcentiam oculorum ſpectat, merito haec duo praecepta, ut duo diſtincta recenſentur. Nam iuxta philoſophorum doctrinam actus diſtinguuntur per obiecta; clarum autem eſt muliebrem uſum diuerſū eſſe obiectum a rerum poſſeſſione, nam alterum ad luxuriam, alterum ad auaritiam pertinet, ideoque duo diuerſa praecepta conſtituunt.

9 SEXTO circa numerum, & diſtinctionem horum praeceptorum notandum eſt, numerum hunc denarium praeceptorum planè, ac euidenter ex lege colligi, ut habetur Deuteron. 4. his uerbis, *oſtendit uobis pactum ſuum, quod præcepit, ut faceretis, et decem uerba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis*. Quae decem praecepta ſumma ſapientia a Deo ordinata ſunt, ut egregiè S. Thomas 1. 2. quaeſt. 100. articu. 5. Alexand. de Ales par. 3. quaeſtio. 29. memb. 2. artic. 2. Gabriel. 3. diſtinct. 37 artic. 1. notab. 5. Sotus libr. 2. de iuſtitia. q. 3. articu. 5. & alij tradunt, ſicut enim praecepta legis humanae ordinant hominem ad quandam communitatem humanam, ita etiam praecepta legis diuinae ordinant hominem ad communitatem quandam, ſeu rempublicam hominum ſub Deo. Ad hoc autem, ut quis benè conuerſetur in cōmunitate, duo in primis neceſſaria ſunt; unum, ut rectè ſe habeat ad eum, qui communitati praeeſt: Alterum, ut bene ſe habeat ad alios conſocios communitatis. In lege igitur Diuina primo ordinanda erant praecepta, quibus homines bene, & rectè ſe habeant ad Deum, qui communitati praeeſt; Alterum, ut benè ſe habeant ad alios conſocios communitatis. In lege igitur Diuina primo ordinanda erant praecepta, quibus homines benè, & rectè ſe habeant ad Deum, qui tamquam Rex, Dominus, & Princeps uniuerſitati praeeſt; & deinde ferri debuerunt praecepta ordinantia homines ad alios proximos ſimul conuenientes ſub Deo. Quia uero tria p̄cipuè principi communitatis debentur, uidelicet, *fidelitas, reuerentia, & famulatus*, rectè in prima tabula tria praecepta traduntur, quibus homo benè in Deum ordinatur. Etenim cum Deo in primis fidelitatem debeamus, quae in hoc conſiſtit, ut honorem principatus ad alium non deferamus, ordinatur primum legis praeceptum, in quo dicitūr *non habebis deos alienos coram me*: Deinde cum eidem reuerentiam debeamus, quae in hoc poſita eſt, ut nihil iniurioſum in eum cōmittamus, additur ſecundum hoc praeceptum, *non aſſumes nomen Dei tui in uanum*. Quia uero Deo famulatum in compenſationem beneficiorum ab eo acceptorum debemus, rectè ordinatur tertium legis praeceptum, in quo dicitur, *Memento ut diem Sabbathi ſanctifices*, uidelicet, in memoriam creationis rerum, reparationis hominum, & ceterorum Dei beneficiorum praeteritorū, praeſentium, & futurorum.

Quamuis etiam ſecundum Sanctum Auguſtinum alia diſtinctio fieri poteſt mandatorum ordinantium homines ad Deum, ſecundum perſonarum appropriationem, quia per primum praeceptum reuereri praecipimur primi principij unitatem, quae appropriatur patri, per ſecundum veritatem Diuinam,quæ appropriatur filio;per tertium eius bonitatem, quæ appropriatur Spiritui ſancto;etenim tertium pręceptum eſt de quiete Sabbathi,per gratiam autem Spiritus ſancti ſanctificamur, animæque quies in ipſa ſumma bonitate tanquam in fine conſiſtit. Eſt & alia ratio diſtinguendi hæc mandata ordinantia in Deum,quia conuerſio animæ in Deum eſt triplex,ſcilicet,corde,ore, & opere: vnde in primo præcepto oſtenditur honor,& reuerentia ſecundum actum cordis,cum dicitur,*Non habebis Deos alienos*, in ſecundo ſecundū actum oris,cum dicitur,*non aſſumes nomen Dei tui in vanum*.in tertio oſtenditur honor,& reuerentia in actu exterioris operis, cum determinatur quies in Sabbatho,vt vacet anima Deo;hæc enim eſt intentio Sabbathi,cum dicitur,*Memento,vt diem Sabbathi ſanctifices*.

10 Quantum autem ad præcepta ordinantia hominem ad proximum ſuum,ea ſunt in duplici differentia,quædam enim proximi ſunt,a quibus beneficia ſpecialia recepimus,quibus ſpecialiter ad gratitudinem,ac recompenſationem obligamur; inter quos præcipui ſunt parentes. Et quantum ad hoc datur quartum præceptum *de honorandis parentibus*,a quibus ſecundum Deum, vitam, quæ bonorum omniū fundamentum eſt,acceperunt.Sub parentibus vero intelliguntur reductiuè omnes benefactores corporales,& ſpirituales. Quidam vero proximi ſunt, quibus ſolum generaliter aliquid debemus.Generaliter autem ad omnes proximos homo ita ſe habere debet,vt nulli noceat neque opere,neque ore,neque corde. Contingit autem opere tripliciter nocere proximo,ſcilicet, vel in perſona propria ipſum occidendo, aut membris truncando, aut lædendo, contra quod datur quintum præceptum, *Non occides*: vel in perſona coniuncta, præſertim quantū ad prolis procreationem, & quātum ad hoc datur ſextum præceptum,*non mœcaberis*. Nam turpitudo cōmiſſa cum proximi uxore, filia, vel ſorore,in mariti,patris,vel fratris iniuriam redundat. Vel in bonis fortunæ,in rebus exterioribus poſſeſſis, de quo datur ſeptimum præceptum,*non furtum facies*, quo prohibetur omnis iniuſta contrectatio, vſurpatio, occupatio,aut detentio rei alienæ. Ore autem nocumentum proximo inferri poteſt per detractionem, quæ prohibetur octauo præcepto,cum dicitur,*non loqueris contra proximum falſum teſtimoniū*. Corde etiam damnum proximo infertur per illicitam concupiſcentiam, quæ teſte Apoſtolo 1.Ioan. 2.duplex eſt, ſcilicet, concupiſcentia carnis, quæ prohibetur nono præcepto,cum dicitur,*non concupiſces vxorem proximi tui*, & concupiſcentia oculorum,quæ decimo, & vltimo præcepto prohibetur, *non concupiſces rem alienam,non domum,non ſeruum, non ancillam,&c.* Quamuis enim concupiſcentia omnis in vna communi ratione conueniat, qua ratione Apoſtolus Rom.7. tanquam vnum præceptum ponit,dicens,*Concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret, non concupiſces*, quia tamen in ſpeciali diuerſæ ſunt rationes concupiſcendi,vt notat S.Tho. 1.2. quæſt. 100.artic.4.ad 3. Doctores communiter poſt S. Auguſtinum quæſtio. 71.in Exodum, diuerſa præcepta de non concupiſcendo diſtinguunt; differunt enim ſpecie concupiſcentiæ ſecundum actuum,vel concupiſcibiliū diuerſitatem,iuxta doctrinā.philoſophi libro 10. Ethic.cap.3. & nos paulo ſuperiu expoſuimus.

11 SEPTIMO, Ex prædicta diſtinctione præceptorum,quę & memoriæ,& intellectui ſimpliciu inſeruit, colligi etiam poteſt pulcherrimus eoru dem ordo, & diſpoſitio. Nam priora ſunt, quæ a Deum ordinant,poſteriora vero,quę ad proximu ordinant. Cum enim rationis ordo a fine incipia finis autem vitæ humanæ, & ſocietatis ſit Deu priori loco collocanda erant præcepta illa, quibu homo ad Deum ordinatur. Inter præcepta autem illa, quæ Deum reſpiciunt, ſeu homines ad Deum ordinant,primum eſt, quod homo illi fideliter ſubdatur, nullam participationem cum inimicis habens: ſecundum autem eſt, vt ei reuerentiam exhibeat: Tertium vero, ut ei famulatum impendat. In præceptis autem ordinantibus ad proximum, primum, quod & affirmatiuum eſt, illud poni debet, quo ſpecialiter, & ſpecialibus proximis benefacere tenemur. Reliqua vero ſex negatiua ſunt,prohibentia nocumenta generaliter,omnibus proximis inferenda, ſecundum quod magis, vel minus indebita, & damnoſa ſunt, ita vt maiora nocumenta prohibentur prioribus, minora uero poſterioribus, ſiquidem omnibus obligamur,ne noceamus. Et quia maius eſt nocumentum operis proximo, quam oris,& maius oris,quam cordis,& inter ea,quę opere inferuntur,maius eſt, quòd infertur in re magis dilecta, hoc eſt,in propria uita,& perſona; Nam ordinata dilectione quilibet magis diligit ſe,quam proximū, & proximum coniunctum, quam res exteriores; Ideo inter ultima ſex pręcepta primo prohibetur maius nocumentum proximi,ſcilicet,operis in perſona proximi propria;in ſequenti prohibetur nocumentū operis erga proximum in perſona coniūcta; in alio prohibetur nocumentum in rebus; deinde in pręcepto octauo prohibetur damnum oris,in nono aūt,& decimo prohibetur nocumentum cordis, in nono quidē,ne concupiſcat quis thoru alienū; in decimo, ne res proximi externas illicite deſideret. In quibus omnibus tam primę,quam ſecundę tabulę pręceptis apparet ordo ſecundum ordinem grauitatis peccatorum. Grauius nanq; peccatum eſt violare,q̃ ſi aliquam irreuerentiam illi faceret,& hoc eſt etiam grauius,q̃ ſi in aliquo obſequio, & famulatu deficiēs inueniatur. Et in proximis magis repugnat rationi,grauiuſque peccatum eſt, non ſeruare debitum erga parentes, quibus homo magis eſt debitor, quam alijs;& in alijs grauius eſt opere peccare,quā ore, & ore,quam corde, inter operis autem peccata grauius eſt homicidium, per quod tollitur uita hominis iam exiſtētis,quam adulterium,per quod tollitur certitudo prolis naſciturę,& adulteriū grauius eſt furto,quod pertinet ad bona exteriora.

Eodem modo grauius eſt ore, q̃ corde proximo nocere;Corde ēt grauius peccatur concupiſcentia thori alieni,quam rerum externarum,ut conſtat.

12 OCTAVO annotandum eſt, Hęc pręcepta moralia Decalogi omnem perfectionem in ſe continere, ac de uniuerſarum uirtutum operibus agere. In quo lex diuina hęc legibus humanis pręſtat. Lex enim humana cum ordinata ſit ſolum ad communitatem ciuilem, quę eſt hominum ad inuicem, homines autem ordinātur ad inuicem per actus exteriores,qui sūt uirtutis iuſtitię, per q̃, ſcilicet,unicui-

cuique quod ſuum eſt, tribuitur, non alia præcepta proponit, quam quæ ad iuſtitiam pertinent; Quod ſi quæ alia de fortitudinis, temperantiæ, aliarumue virtutum actibus præcepta tradat, id ſane non alia de cauſa, & ratione facit, niſi quatenus rationem iuſtitiæ aſſumunt, & ad commune bonum ciuile referuntur, iuxta philoſophum lib. 5. ethic. c. 1. Præcipit namque lex humana fortitudinem, non quæ alicui in particulari neceſſaria eſt ad ſuas iniurias propulſandas, ſed quæ rei bellicæ neceſſaria eſt, puta, ne locum in acie deſerat: Iubet etiam temperantiæ moderamen, non tamen quo quis aut ſecum, aut cum propria vxore non ſit intemperans, ſed quo adulterium non committat. Lex autem diuina, cum homines ad Deum ordinet, vel in præſenti vita, vel in futura; homo autem nõ ſolum iuſtitiæ, ſed aliarũ etiam virtutum actibus externis, & internis cũ Deo coniungitur conſequenter de virtutum omnium actibus præcepta proponit. Quare ex æquo, primariaque intentione tam virtutes intellectuales, quæ ſunt rationis lumina, actuſque rationis in ſeipſis ordinant, quam morales, quæ bene ordinant actus rationis circa paſſiones interiores, & exteriores operationes iubet, nempe tres in primis Theologicas fidem, ſpem, & charitatem, mox & quatuor morales, ſecundum illud Sap. 8. de eadem diuina lege & ſapientia aſſertum; *Sobrietatem, & ſapientiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus.*

15 NONO, lex hæc diuina leges alias in eo excedit, quod præcepta ſanctiora, & perfectiora præſcribit, & proponit, id quod euidens eſt ex ſingulis præceptis, quæ in Decalogo continentur, & ex actibus, qui in eo vetantur, aut præcipiuntur.

Primum namque Decalogi præceptum eſt, *Non habebis Deos alienos coram me*. Quod ſane præceptũ prohibet omnem idololatriam, diuinationem, & recurſum ad ariolos, ac magos indiſtinctè, & quacunque de cauſa, vt Exod. 20. & Leuitic. 19. habetur; in quo leges humanas excedit. Quamuis enim ſecundũ leges magi, incantatores, & malefici puniantur, qui tamen hoc faciunt contra imbres, grandines, & uentos, præmiantur. C. de malefic. l. Eorum. cum tamen id grauiſſimum peccatum ſit, vt latè probat S. Tho. 2. 2. q. 96.

Secundum etiam Decalogi præceptum, ſcilicet, *Non aſſumens nomen Dei tui in vanum*, quo prohibetur omne Periurium, & iuramentum ſine cauſa, leges humanas excedit, quibus licitum eſt in cauſa ſanguinis accuſatorem corrumpere. ff. de pręuaricat. le. fin. Quod tamen peccatum eſt, vt Doctores poſt S. Thom. 2. 2. q. 69. communiter tradunt.

Tertium uero præceptum, ſcilicet, *Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices*; vbi prohibetur in feſto omne opus ſeruile, quamuis in legibus humanis reprobatum non ſit, perfectiori tamen modo in Decalogo, quam in alijs legibus obſeruandum præcipitur.

Quartum autem præceptum, videlicet. *Honora patrem tuum, et matrem tuam, etc.* in qua incluſiuè præcipitur Patribus filios amare, & nutrire, excèdit leges humanas, & imperiales, quæ filios ſpurios, & ex damnato coitu generatos omni paterno beneficio priuant, ut in Authen. Quibus mod. natur. effic. ſui. §. fina. & C. de inceſt. nupt. Authen. ex complexu. & Cod. de Natur. lib. Authen. licet, quod ſane nimis durum eſt, quamuis bono fine, & reſpectu ſtatutum ſit. Vnde Epiſcoporum eſt curare, quod vterque parentum talibus neceſſaria ſubminiſtret ſecundum eorum facultates. capit. Cum haberet. de eo, qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. & ibi Panormit. Notab. vltim. Barto. in d. Authent. ex Complexu. Sylueſt. uerb. filius §. 4. quęſtio 4. verſic. Quintum. Tabiena. uerb. alimentum. verſicul. Tertio.

Quintum vero præceptum, ſcilicet, *Non occides*, excedit leges Imperiales, quibus licitum eſt viro occidere adulterum vxoris deprehenſum in adulterio, ſi ſit perſona uilis, & cui non debet reuerentiam ff. de adulter. leg. marito. 1. & leg. ſi adulterium, & Cod. de adulter. leg. Gracchius. Inſuper licet patri, qui habet filiam in poteſtate, occidere adulterum filiæ in domo ſua fornicantem, & occidere filiam. ff. de adult. leg. pater. & l. Non in ea. Similiter licitum eſt occidere latronem, & populatorem agrorum inuentum in maleficio. C. Quod liceat unicnique, lege 1. & 2. Cum tamen nihil horum ſecundum Deum liceat, & prohibentur talia quinto hoc Decalogi mandato, vt infra dicetur.

Sextum autem Decalogi præceptum, nimirum, *Non Mechaberis*, quo prohibetur omnis actus illicitus carnalis extra matrimonium, leges item excèdit humanas, quibus conceditur homini libero, & ſoluto tenere mulierem ſolutam in concubinam, vt in Authen. Quibus mod. nat. effic. ſui §. ſi quis autem. Cum tamen ſecundum Deum fornicatio ſimplex peccatum mortale ſit, & a regno Dei excludat, ut docet Apoſtolus 1. Corinth. 6. Sic etiam ſecundum leges licitum eſt in multis caſibus repudiare, & matrimonium ritè contractum diſſoluere, & maximè in caſu, qui notatur in can. lege. diſtin. 10. & can. ſunt qui dicunt. 27. q. 2. ſcilicet, cauſa religionis, quod tamen lex diuina prohibet, Matth. 19. vbi dicitur, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, & *Non licet dimittere vxorem excepta cauſa fornicationis*. Item ſecundum leges damnatur, qui deprehenſam in adulterio detinet in vxore Codice de adulter. l. crimen. & l. caſtitati. cum tamen ſecundum pręcepta decalogi, & ius canonicum poſſit eum tenere abſque vlla pœna, dummodo illa uelit ab adulterio recedere. 31. quęſt. 1. capitu. illud uero. §. Hic ſubaudiendum eſt. Item ſi mulier infra annum mortis uiri ſui nubat, efficitur infamis, & punitur. Cod. de ſecundis Nupt. l. 1. & 2. Non ſic ſecundum Deũ, ſed nubere poteſt libere, cui vult, melius eſt enim nubere, quam vri. 1. Corinth. 7. & capi. fin. de ſecundis Nuptijs. Deinde ſecundum leges filius germani unius copulari poteſt matrimonio cum filia alterius germani, ut in Authent. de Nuptijs. §. inter eas. & Cod. de Nupt. l. Nemini. Cum tamen ſecundum Deum hoc illicitum ſit, debentque tales ſeparari. ca. Non debet, de conſang. & affinit. & 35. q. ſecunda, can. progeniem.

Septimum etiam Decalogi pręceptum, *Non furtum facies*, quo prohibetur omnis rei alienę acceptatio iniuſta, ſiue per furtũ, ſiue per vſuram, ſiue damnificationem, aut alio modo, leges Imperiales excedit, quę uſuras ſaltem leues permittunt. C. de uſur. l. eos. Et quod contrahentes ſe in pretio decipere poſſunt. l. in cauſa. 2. §. idem Pomponius. ff. de Minor.

&l.

& l.item ſi pretio.§.fin.ff.locati. At uero ſecundum legem diuinam, ſi non ſeruetur æqualitas in contractibus, qui plus iuſto habet, damnificato reſtituere tenetur.cap.Per tuas.de Donatio. Immò etiam ſecundum leges in longiſſimo tempore poſſeſſor malæ fidei præſcribit l.ſi quis emptionis. & l. cum notiſſimi.C.de præſcrip.30.vel 40.annorum, cum tamen ſecundum Deum, & canones id licitum ſit,ca. vigilanti,de pręſcript.& reſcript.c.Poſſeſſor.de reg. iur. in 6.

Octauum Decalogi præceptum, videlicet, *Non dices falſum teſtimonium*, quo prohibetur omne mendacium, falſum teſtimonium, & promiſſio non ſeruata, excedit leges Imperiales humanas, quæ permittunt, quod, ſi promitto aliquid nudo pacto, non teneor, quia exinde non oritur ciuilis actio.ff.de pactis l.iuris gentium.§.ſed cum nulla.verſ.igitur nuda pactio. Econtra uero ſecundum Deum; & canones recedens a pacto peccat mortaliter, & ex nuda promiſſione licita obligatus eſt.c.1.de pact.

Nonum præceptum Decalogi, nimirū, *Non concupiſces uxorem proximi tui*, quo prohibetur omnis affectus inordinatus, & deliberatus libidinis carnalis; Nec non.

Decimum pręceptum eiuſdem decalogi, ſcilicet, *Non concupiſces rem alienam*, quo prohibetur omne deſiderium inordinatum rei alienæ, leges humanas excedunt, cum ſecundum leges maleficia cogitationis, ſecundum vero legem diuinam punitur omne peccatum tam cogitationis, quam facti. de pœnitentia, diſt.1, cap.omnis iniquitas.cap.Nunquid, capit. Homicidium, c.ſi propterea, c.ſi cui, & 33.q.2.capit. omnis. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quāta ſit diuinorū præceptorū perfectio, quantum que lex diuina leges humanas excellit, cum non ſolū actus malos, ſed omnes etiam inordinatos affectus prohibeat.

De quibus S. Auguſtinus in libr. de decem chordis, ait, *Decalogus legis decem præcepta habet, quorum tria priora ad Deum pertinent, alia uero ſeptem ad homines. Hæc decem præcepta ſunt decē chordæ pſalterij, quas tangendo feras peccatorum occidis, quibus occiſis ſecurus, & innocens in dilectione Dei, et humana ſocietate verſaris*. Hæc ille: de qua re legi poſſunt S. Anto.p.1. tit.18.capit.vnic.§.4. Sylueſt.in uerbo lex.q.10. Tabiena uerb.eod.§.29.& alij.

14 DECIMO, vt rectè notant Nauarr. in Manuali cap.11.num.4.& Toletus in ſumma lib.4.capit.12. quod eſt contra aliquod decem mandatorum, regulariter eſt peccatum mortale, niſi una iſtarum trium cauſarum excuſetur. Prima eſt defectus deliberationis, tunc autem actus dicitur deliberatus, cum in noſtra poteſtate ſit, vt illud facere poſſimus. Hęc enim perfecta deliberatio neceſſaria eſt ad peccatum mortale, cum autem ſemiplena eſt, nec integra, ſolum erit veniale. Vt contingit in accidia, ſeu tædio circa ſpiritualia, ſubito nos ſurripiente. Item qui ex ſubitaneo motu concupiſcit alterius vxorem, & non ex pleno uoluntatis conſenſu: Aut qui occidere vult, ſed non actu deliberato. Secunda eſt materiæ paruitas, ut qui aliquod leue falſum altori imponit, ſolum uenialiter peccat: & qui parū furatur, non niſi peccatum veniale regulariter committit. Quas duas cauſas ponit S.Thom.1.2.quæſt. 88.articul.5.& 6.& 2.2.quæſtio.59.articul.4. ad 2. Tertia eſt defectu pleni vſus iudicij, & rationis, vt accidit in ebrijs, & ſemidormientibus, qui aliquando pollutionem patiuntur, & alijs infirmitatibus, & perturbationibus, in quibus ſolent alios percutere, aut uerba iniurioſa proferre, qui tamen mortaliter non peccant.

15 VNDECIMO, Quamuis præceptum dilectionis Dei ſine charitate impleri non poſſit, quando enim inſtat obligatio de dilectione Dei, tali præcepto ſatisfacere non poſſumus ſine modo charitatis, ſcilicet, ex toto corde, ex tota anima, & ſuper omnia, vt conſtat ex illis verbis, Matth.22. *Diliges Dominum ex toto corde, & ex tota anima tua, &c.* In quibus verbis non ſolum præcipitur ſubſtantia, ſed etiam modus dilectionis, omnia tamen Decalogi præcepta, cum ſint naturalia, non excedunt modum naturæ, ideoque non obligant, vt in charitate, quæ eſt virtus ſupernaturalis, fiant; Sed ſolum obligant ad ſubſtantiam actus, unde præceptum hoc, honora patrem, & matrem, non obligat, vt parentes ex charitate honoremus, ſed ſolum, ut reuerentiam exteriorem eis exhibeamus. Vnde qui exiſtens in peccato mortali parentes ueneratur; legis tranſgreſſor non eſt. Similiter præceptum hoc, Non occides, ſolum obligat hominem, ne occidat, non tamen, ne occidat ex charitate. Similiter præceptum ieiunij non obligat ad finem, qui eſt maceratio carnis, uel eleuatio mentis, ſed ſolum ad ipſum actum ieiunij, & ſic de reliquis præceptis. Quamuis igitur impletio præcepti non ſit meritoria extra charitatem facta, ualet tamen quoad ſubſtantiam actus præcepti, & effectum uitādi nouum peccatū, quod incurreretur, niſi illud adimpleret, ut dicunt S.Thom.1.2.q.100.ar.10. Barth. Med.& Caie.ibi. Sotus, lib.2.de iuſtitia.q.3.ar.10. Nauar.in ſumma c.11.num.17. Toletus in inſtruct. ſacerd.li. 4.c.12.& alij omnes. Et hoc eſt, quod authores communiter dicunt impleri poſſe præceptum quoad ſubſtantiam actus ſine charitate, non tamen quoad modum, & finem præcepti. Et quod finis præcepti non ſit in pręcepto. Et de præceptis Decalogi in uniuerſum hæc ſint ſatis.

DE PRIMO PRÆCEPTO Decalogi, Non habebis Deos alienos coram me.

De Cultu Dei, & Sanctorum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Quam conueniens fuit primū præceptum eſſe de vero cultu veri Dei, cū prima illa negatione annexa, Nō habebis Deos alienos, nō facies ſculptile; nō adorabis etc.*

2 *Primum præceptum eſt latriæ, & cultus diuini, qui non modo Chriſtianæ religionis, verum etiam iuris naturalis caput, et fundamentum eſt.*

Cur non affirmatiuè, ſed negatiuè ponitur hoc primum præceptum, num.eod.

3 *Ex varijs cauſis homo induci poteſt ad unum Deum colendum, reiecto cultu falſorum Deorum, et quænam præcipuæ ſunt.*

4 *Adoratio quid ſit, et quem propriè reſpicit.*

5 *Adoratio quotuplex, interna uera eſt ſine exteriori, exterior*

terior vero ſine interiori fictio eſt, & irriſio, non uera adoratio.

6 *Deus Solus cultu latriæ adorandus.*

Vna eſt adoratio ſimpliciter trium Perſonarum in Trinitate.

7 *Chriſtus, quatenus Deus, ſeu hic homo Chriſtus, in diuina, & humana natura ſubſiſtens eadem adoratione latriæ adorandus eſt, qua tota Trinitas, et ſingulæ perſonæ diuinæ adorantur.*

8 *Humanitas Chriſti, in quantum eſt diuinitati unita, eſt cultu latriæ adoranda, et eſt de fide.*

9 *Beata uirgo non ſolum, ut ceteri ſancti, ſed excellentiori modo adoranda eſt, quæ dicitur hyperdulia.*

10 *Sancti Angeli, et alij Beati in cælo regnantes ab hominibus adorandi ſunt dulia, et in neceſſitatibus inuocandi.*

11 *Imagines Chriſti, B. Virginis, et Sanctorum adorandæ ſunt.*

Quomodo intelligendum eſt imagines propter prototypa adorari. ibid.

1 CVm de prȩcetis Decalogi in communi in ſuperioribus abũdè ſatis dictum ſit, ordo doctrinæ poſtulat, vt de ijſdem in ſpeciali diſſeramus. Quia uero legiſlatoris finis ac ſcopus eſt hac legis promulgatione homines facere bonos, bonitatis autem progreſſus naturalem generationis ordinẽ imitari debuit; in ordine autem generationis duo præcipuè cõſiderãda ſunt; Primum eſt, ut pars illa, quæ eſt initium vitȩ, primò conſtituatur, vt in generatione animalis primo generatur cor, & in domo primo ponitur fundamentum, & in moralibus fundamentum primum eſt recta intentio voluntatis circa finem, inde namque actiones omnes circa media ſuam ſortiuntur bonitatem; cum igitur Deus humanȩ uoluntatis finis vltimus ſit, primo omnium iacere oportuit quoddam fundamentum religionis, ꝑ quam Deum modo debito coleremus: Secundum eſt, vt primo contraria, & impedimenta tollantur. Sicut agricola primo purgat agrum, poſtea vero proijcit ſemina, ſecundum illud *Hierem. 4. Nouate uobis nouale, et nolite ſerere ſuper ſpinas, et tribulos.* Ideo ex his duobus conſequens eſt, primum omnium præceptum legis illud eſſe debuiſſe, quo Deus vere coleretur, & impedimenta veræ religionis amouerentur: Quia uero præcipuum impedimentũ religionis eſt, quod homo falſo, Deo adhæreat, ſecũdũ illud *Matth. 6. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ*, congruentiſſima ratione primum hoc legis præceptum poſitum fuit, *Non habebis Deos alienos coram me*: in quo uerus Dei cultus prȩcipitur, omniſque falſorum Deorum cultus excluditur, ſub forma trinæ negationis, ſ. *Non habebis Deos alienos; Non facies tibi ſculptile non adorabis ea, neque coles.* Quamuis enim religionis verè unus actus ſit, eius tamen violatio non vno, ſed pluribus, & præcipuè duobus modis fit. fuere namque inter gentes, qui abſque vlla imaginis effigie creaturas pro Dijs mente colebant. Refert enim Marc. Varro, Roman. antiquitus abſque ſimulachris aliquamdiu Deos coluiſſe, qui cultus prohibetur illis prioribus uerbis, *Non habebis Deos alienos.* Alij uero ſub quibuſdam imaginibus, & delubris falſos Deos adorabant, contra quos dicitur, *non facies tibi ſculptile*, vbi huiuſmodi imaginum inſtitutio prohibetur, cultuſque idololatricus earum vetatur, cum dicitur, *neque coles ea.*

2 Primum igitur Decalogi præceptum eſt latriæ, hoc eſt, diuini cultus, qui non modo religionis Chriſtianȩ, verũ etiam iuris naturalis caput, & fundamẽtum eſt. Nulla.n. vnquã natio tam barbara fuit, quæ non primum ſuarum legum fundamentum in Dei cultu poſuerit. Cultus autem iſte in hoc conſiſtit, vt vnus Deus credatur, & colatur. Nam, quod dicitur, *non habebis Deos alienos coram me*, eam habet ſententiam coniunctam, *me unum, & uerum Deum coles, dijs alienis cultum non adhibebis.* Quia uero cunctis manifeſtum erat, Deum eſſe, non opus erat affirmatiue illud ponere, ſed negatiuè, puta non eſſe plures Deos. Nam multi erant, qui licet Deum eſſe credebant, immo uero, & uerum ſe Deum colere profitebantur, multitudinem tamen Deorum venerabantur, Cuiuſmodi inter Hebreos ipſos permulti fuerunt, qui, vt Elias eis obijciebat 3. Reg. 18. *in duas partes claudicabant*, quod, & Samaritæ fecerunt 4. Reg. 17. qui Deum Iſraelis, & Deos gentium colebant.

3 Ad Deum autem colendum, reiecto cultu falſorum Deorum homines varijs ex cauſis, & rationib. induci poſſunt, quas S. Thom. in opuſc. 4. de decem præceptis, & S. Ant. p. 1. tit. 14. ca. 4. §. 2. adducunt, Quarum vna eſt ex dignitate Dei, vt enim Eccle. 1. dicitur *unus eſt altiſſimus creator omnium, omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, et dominans Deus.* Cuius etiam hæc maxima dignitas eſt, quod omnia ſciat. Hoc namque deitatis ſignum eſt, vnde Eſa. 41. dicitur, Annuntiate, quæ uentura ſunt in futurum, & ſcienus, quia dij eſtis uos, & Hebr. 4. dicitur, *Omnia nuda, et aperta ſunt oculis eius.* Altera eſt, ex Dei largitate; ſiquidem a Deo omne bonum tam naturale, quam ſpirituale habemus. *Quid enim habes*, ait Apoſtolus 1. Cor. 4. *quod non accepiſti, & in pſa. Aperiente te manũ tuam omnia implebuntur bonitate.* Tertia eſt, Ex premij magnitudine. In nulla enim lege talia promittuntur prȩmia, ſicut in lege Chriſti. Sarracenis enim promittuntur fluuij lactis, & mellis: Iudæis terra promiſſionis, Chriſtianis vero gloria promittitur Angelorum, Matt. 22. *Erunt ſicut Angeli Dei in cælo.* Quod conſiderans S. Petrus ait, *domine, ad quem ibimus? verba uitæ æternæ habes.* Ioan. 6. & S. Pau. Rom. 8. ait, *non ſunt condignȩ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Quarta deniq; eſſe poteſt ex pacti fidelitate. In baptiſmo namque abrenuntiat homo diabolo, & pompis eius, & ſoli Deo fidem promiſit. Vnde magnum ſupplicium meretur, qui fidem ei non ſeruat. Hebr. 10. *Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, uel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit.* His ergo alijſque grauiſſimis ex cauſis Deus honorandus, & colendus eſt, cum igitur ex communi Doctorum ſententia in hoc primo decalogi præcepto, cultus, & adoratio Dei præcipiatur, ante omnia ſciendum eſt adorationem proprie reſpicere alium vi excellentem, & ſuperiorẽ, ut S. Th. 2. 2. q. 103. articu. 1. ad 2. docet, cui ſe ſubmittit. Vnde adoratio definiri poteſt, actus honorandi alterum, ſe illi, tanquam ſuperiori, & excellentiori ſubmittendo. Hic autem

actus, vt docet S.Thom. ad virtutem iuſtitiæ pertinet, nomine iuſtitiæ vtendo, prout ſub illa comprehenduntur virtutes omnes, quæ ad alterum ordinantur, ſiue ſit ipſa propria iuſtitia commutatiua, aut diſtributiua, ſiue religio, pietas, obſeruantia, aut aliæ ſimiles, quæ dicuntur partes potentiales iuſtitiæ. Cum.n.adoratio ad alterum tendat, neceſſe eſt, vt ad illud virtutis genus, cuius munus eſt operationes circa alterum moderari. Sicut ergo inter prędictas virtutes iuſtitiæ, quædam verſantur circa homines, quæ uariæ ſunt ſecundum diuerſas rationes debiti, quæ inter homines eſſe poſſunt, aliæ circa Deum, quæ dicitur religio, ita adoratio debita eſſe poteſt, & Deo, & homini, propter aliquam excellētiam, quæ in eis reperitur. Et quamuis aliqui adorationem actum intellectus eſſe uelint, quibus fauent Gabr. in 3. diſ. 9. q. unic. in princ. Bellarminius to.2. controuerſia.4.c.12.& Toletus in Summa lib.4.q.12. rectius tamen Franciſcus Suarez in 3.p.diſp.51. ſect.1. docet eſſe actum uoluntatis, ſupponentis actum intellectus. Qui.n.aliquem adorat, præſupponitur cognitionem habere excellentiæ illius, cui adoratio exhibenda eſt. Talis igitur bona exiſtimatio, & cognitio eccellentiæ ſupponitur adorationi. Ex illa enim bona exiſtimatione oritur prudens iudicium dictans aliquem eſſe colendum, poſt quod ſequitur uoluntas honorandi. Non ergo poteſt adoratio in illa intellectuali exiſtimatione conſiſtere. Vnde fieri poteſt, ut aliquis ueram habeat cognitionem de alterius excellentia, quem tamen nec debito modo colat, nec adoret, ut patet etiam reſpectu Dei, ſi quis habeat ueram illius fidem, & tamen ipſum adorare, & religioſè colere nolit. Quamuis igitur adoratio ſupponat illam ſpeculatiuam cognitionem alienæ eccellentiæ, conſiſtit tamen verè & perficitur per practicam illam recognitionem, & uoluntariam ſubmiſſionem, & ideo S.Tho.2.2.q.84.art.2. dicit adorationem Dei maximè conſiſtere in interiori affectu, & deuotione: at vero q.82.art.1. docet deuotionem eſſe actum uoluntatis, & clariſſimè omnium id teſtatur Lactantius lib.4. diuin. inſtitut. capit.4. his verbis. *Non poteſt*, inquit, *neque religio a ſapientia ſeparari, nec ſapientia a religione ſecerni, quia idem Deus, & intelligi debet, quod eſt ſapientiæ, & honorari, quod eſt religionis, ſed ſapientia præcedit, religio ſequitur.* Idipſum oſtendi poteſt hac ratione, quia in daemonibus eſt cognitio eccellentiæ diuinæ, *Dæmones enim credunt, & contremiſcunt. Iacob.2.* & tamen, quoniam eis deeſt hæc uoluntaria ſubmiſſio, & affectus, non adorant, ſed blaſphemant Deum.

6 *Adoratio* autem hæc duplex eſt, vna eſt interior quæ per interiores actus mentis, uidelicet, intellectus, & uoluntatis exhibetur, quæ maximè ad Deū refertur, qui ſummus Spiritus eſt, & actus internos, & affectus mentis uoluntatis uidet, & cognoſcit, quæ etiam ad creatos ſpiritus beatos extendi poteſt, quatenus internos actus ad illos relatos cognoſcere poſſunt. Quo ſenſu S. Auguſt. in Enchirid. c.3.& 6.& lib.12. de Trinit. c.14. dixit, *Chriſtianam religionē, eſſe maximè colere Deum fide, ſpe, et charitate*, quia.ſ. ex fide, ſpe, & charitate mouetur homo ad colendum Deum uero religionis cultu, ut exponit S.Tho.2.2.q.81.art.5.ad 1. uel econtrario ipſa uirtutes iſtas imperat, ut per illas Deum colat, ut exponit idem S.Tho.3.d.9.q.1.art.1.quæſtiuncula 3. ad 1. Alia eſt externa, quæ in exterioribus humilitatis, & ſubmiſſionis ſignis conſiſtit, puta, in genuflexione, in humiliatione, in proſtratione, manuum eleuatione, & alijs ſimilibus ſubiectionis ſignis. Hæc autem exterior eſt quaſi actus imperatus, & affectus, interior vero elicitus, & quaſi affectus, vnde ſi deſit actus iſte internus, quamuis adſit externus, non eſt verè adoratio, ſed fictio adorationis, & irriſio, ideoque, vt ſit vera adoratio, neceſſum eſt, vt ex voluntate honeſta procedat: interna autem adoratio eſſe poteſt verè ſine externa, ſicut ſola voluntas occidendi pōt dici homicidium internum, non tamen dicitur ſimpliciter homicidium, quia hæc vox, externum, actum humanum ſignificat, ſicut, & adorationis nomen magis impoſitum videtur actui externo, quam interno. Propter quod S. Tho.2.2.q.84. adorationem Dei poſuit inter actus externos latriæ, quamuis, ut diximus, actus exterior rationem adorationis nō habeat, niſi vt procedit ob affectu interno, nam ſi ab illo non oriatur, non tam adoratio, quam fictio, & actio adorationis erit.

Demum cum ex dictis conſtet, adorationem alicui debitam eſſe propter eius excellentiam, diuidi poteſt adoratio ex parte obiecti, & excellentiæ rei adoratæ, in latriam, duliam, & hyperduliam. In qua diuiſione nominum, ſciendum eſt, quod licet uox hæc λατρέυω & hæc δουλέυω, idem ſignificent, ſcilicet, ſeruio, adeo, ut apud Græcos hęc duo uerba frequenter pro eodem accipiantur, ita ut communia ſint ſeruituti, quę Deo, & hominibus debetur; Ad omnem tamen ambiguitatem tollendam ſcholaſtici Doctores, & recentiores ſcriptores hęc nomina inter ſe diſtinguere ſolent, vt *latriam* appellent ſingularem excellentiam, & adorationem, quę Deo propter ſummam eius excellentiam debetur, qua etiam acceptione uſi ſunt Patres hac uoce, ut patet ex Synodo.7. quę eſt Nicęna 2. act. 3.4.6.& 7. S. Aug. lib.10. ciuit. c.1.& libr.1. de Trin. c.6.& lib.20. contra Fauſtum. c.21.& q.61. in Geneſ. ubi aduertit propterea falſorum Deorum cultum *Idolatriam*, non, *Idoloduliam* fuiſſe appellatam, quia *latria*, proprium cultum vero Deo debitum ſignificat, & eodem modo vtuntur hac uoce Damaſc. orat.1.& de imaginibus. Ionas Aurelianenſis libr.1. de cultu imaginum, Beda in c.4. Lucę, & alij. Nomine autem *duliæ*, ſignificatur honor, & cultus, qui creaturis excellentibus dari poteſt. Cum igitur certum ſit, diuerſas eſſe excellentias Dei, & creaturarum, ut ſine erroris ſuſpicione loqueremur, accommodarunt *latriæ* uocem, ad cultum diuinum ſignificandum; *duliæ* uero nomen ſignificare uoluerunt cultum creaturis excellentibus debitum, ut conſtat ex S.Thom.2.2.q.103.artic.2.& 3.& 3.d.9.q.2.artic.1.& Durando ibid.q.3. & alijs. Quia igitur excellentia alia eſt increata, alia creata, adoratio, quæ exhibetur propter excellentiam increatam, dicitur *latria*, quæ uero propter creatam, generali nomine dicitur *dulia*, praeſertim, quando excellentia eſt gloriae, uel Sanctitatis creatae. Quod ſi illa ſanctitas ſit aliqua ſingulari ratione excellens, Theologi uocant illam *hiperduliam*, qualis eſt ſanctitas illa humanitatis Chriſti, ob ſingularem rationem unionis ad uerbum diuinum, & ſanctitas illa B.Virginis, quae cum mater Dei ſit, ita praeſtat alijs ſanctis,

ctis,vt dici poſſit Domina,& Regina noſtra. Quę omnia colliguntur ex S.Tho. 2.2.q.103. art.3.& 4. & Theologis in 3. diſt.9.& alijs.

Rurſus adoratio hæc diuidi poteſt in abſolutam, & reſpectiuam, ſicut enim voluntas poteſt rem aliquam amare, uel per ſe,quia in ſe bona eſt, quæ dici poteſt dilectio abſoluta, vel propter aliud,quia ſcilicet,eſt utile,& dici poteſt dilectio reſpectiua,ita dici poteſt adoratio abſoluta illa, qua quis vult rem adorare propter intrinſecam excellentiam,quam habet,adoratio vero reſpectiua dici poteſt illa, qua quis adorare vult rem propter aliud, ſeu propter excellentiam,quæ eſt in aliqua perſona, ad quam tales res aliquam habitudinem, vel coniunctionem habent. Priori modo ſolum adorabilis eſt res intellectualis, cum hæc ſolum capax per ſe ſit excellentiæ propter ſe honorabilis,vt virtutis, ſanctitatis,dominij,&c.cum enim homo ſit naturæ intellectualis,non poteſt prudenter, & honeſtè ſe ſubmittere alteri rei propter eius dignitatem, niſi ſit eiuſdem,vel excellentioris naturæ, & excellentiam naturæ intellectuali conuenientem habeat. Poſteriori modo adorabiles ſunt res ordinis inferioris, quia cum non propter ſe, ſed propter alterius rei dignitatem colantur, honor illis exhibitus non in illis ſiſtit, ſed in ipſas perſonas, propter quas adorantur, redundat. Ne igitur in hoc cultu exhibendo error aliquis adhibeatur, quiſnam honor Deo, Chriſti humanitati, Beatæ Virgini, ſanctis, & imaginibus, abſque ulla huius præcepti tranſgreſſione exhibendus ſit, ſequentibus propoſitionibus breuiter exponam.

1 PRIMA Propoſitio; Deus ſolus cultu latriæ adorandus eſt. Sic Deut. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, et illi ſoli ſeruies.* Quem etiam locum ad probandum,adorationem eam ſoli Deo tribuendam eſſe,adduxit Chriſtus Matth. 4. contra tentationem illam Diaboli, *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*,vnde tres pueri Dan. 3. dixerunt, *Notum ſit tibi Rex,quia Deos tuos non colimus, et ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* & Apoc. 19. *Cecidi ante pedes eius,ut adorarem eum* (Angelum.ſ.) *et dixit mihi;Vide ne feceris,conſeruus enim tuus ſum, et fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu: Deum adora.* Vt enim circa hunc locum inquit S. Auguſt.q.61.ſuper Geneſin, *Talis apparuit Ioanni Angelus, ut pro Deo poſſet adorari,et ideo fuerat corrigendus adorator.* Eſt autē hæc adoratio propriè actus ſeruitutis debitæ ſoli Deo,tāquam ſummo omnium Domino, quę proprie dicitur latria,illa vero alia,quæ hominibus, uel Angelis exhibetur,ſolum eſt actus dulię, id eſt, talis ſeruitutis ſeu obſequij, quod exhiberi poteſt creaturæ. Quod totum luculenter declarat S. Auguſtinus libro 1. de Trinitate cap. 6. diſſerens de diuinitate Spiritus ſancti,his uerbis; *Iubemur non ſeruire creaturæ,ſed creatori* (Rom. 1.) *non eo modo,quo iubemur per charitatem ſeruire inuicem.* ad Galat. 5. *quod eſt Græcè* duleuem,*ſed eo modo,quo tantum Deo ſeruitur,quod eſt* græcè latreuē. *Vnde Idololatræ dicuntur,q ſimulachris eam ſeruitutem exhibent,quæ debetur Deo, ſecundum hanc enim ſeruitutem dictum eſt. Dominum Deum tuū adorabis, et illi ſoli ſeruies;nam,et hoc diſtinctus in græca ſcriptura inuenitur,latreuſeis enim habet.* Hæc ille.

Huius autem cultus,& adorationis hæc ratio eſt, vt optime docent S.Thom. 2.2.q.81.art.1.ad 3. & quæſt.84.art.1. Alexander de Ales,par.3.quæſt.30. memb.1.per totum. S.Bonau.3.diſt.9.Richar. Scotus,Gabriel,& alij ſcholaſtici Doctores ibi. Quia, ut philoſophus in Prædicamentis, & libr. 5.Metaphyſic. tradit,relatiua ad aliquid dicuntur, ut pater eſt filij pater; Vnde, cum Deus ſit dominus, eſt alicuius ſerui Dominus, ſeruus enim ad Dominum refertur: vbi igitur propria, & ſpecialis eſt ratio Dominij,ibi neceſſario propria, & ſpecialis ratio ſeruitutis eſſe debet. Manifeſtū eſt autem,dominium ſoli Deo ſecundum quandam propriam, & ſingularem rationem,& excellentiam conuenire, quia ſcilicet creauit omnia, gubernat omnia, ſummum in rebus omnibus principatum obtinet, primum, & indeficiens principium eſt: ideoque illi ſpecialis ratio ſeruitutis,quæ latria dicitur,meritò debetur,cum ſit & principium,& finis omnium. Sicut ergo proditor regis eſt,qui ei aufert, quod exhibere tenetur, ſic qui Deo debitam reuerentiam non exhibet, aut honorem Deo debitum alteri exhibet, maximam iniuriam Deo facit, peccatque mortaliter, vt communiter tradunt authores. Vnde Eſa.42. ait. *Ego Dominus,hoc eſt nomen meum,Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.* Et grauiter eos reprehendit Apoſtolus. Roman. 1. *Qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Etenim cum adoratio veneratio ſit, & reuerentia exhibita ratione alicuius dignitatis,quę eſt in creatura rationali,non eſt ſūma,immò ab illa diuina,& ſub illa, & ad illam, ratione illius ſummæ dignitatis,quæ eſt in Deo, debetur ei ſoli adoratio latriæ; ratione vero dignitatis datę a Deo creaturæ debetur ei Dulia,non dignitatis, quę ſumma ſit, ſed quę ſub illa eſt, ratione cuius adoratur Deus. Quibus addi poteſt ex Alexandro de Ales, vbi ſupra, art.2. Quod licet in Deo conſiderari poſſit maieſtas,veritas, & bonitas, hec tamen adoratio conuenit Deo ratione poteſtatis;ſiquidem maieſtas, cui proprie conuenit adoratio, dicitur reſpectu maioris,& ſuperioris ſtatus, unde ſicut ratio maieſtatis plus ſe tenet ex parte poteſtatis, quam veritatis, uel bonitatis,ita magis ratione poteſtatis,& maieſtatis, quam ueritatis, aut bonitatis ſeruitus, & adoratio hęc latrię Deo debetur.

Hinc etiam conſequens eſt, vnam eſſe adorationem ſimpliciter trium perſonarum in trinitate, qua adoratur pater,& filius,& Spiritus ſanctus,ſicut una eſt maieſtas,quę omnibus tribus perſonis eadem,& communis eſt. Vnde Gen. 18. habetur,quod *Abraā tres uidit,et unum adorauit.* Quāuis igitur diſcretio,& numerus ſit perſonarum,quia tamen vna, & ęqualis in tribus eſt maieſtas, una erit,& adoratio. Et ideo dicitur *Io.5. Qui nō honorificat filium, non honorificat patrem,qui miſit illum*, per hoc oſtendens, quod honor patris eſt ex honore filij,& econuerſo. Et licet ſit ibi diſcretio proprietatum, illę tamen proprietates,ut oſtendit Halenſis,ubi ſupra,artic. 3. inuicem ſunt,& ad inuicem relatę. Vnde Chriſtus ait. Io. 14. *Philippe, qui uidet me,uidet et patrem meum.* Ideo qui intelligit filium,ut filium,neceſſe eſt, ut intelligat patrem. Sic igitur reſpiciēdo trium perſonarum diſcretionem,unus, & idem honorat, eademque adoratio toti Trinitati debetur, & ſimiliter reſpiciendo eſſentiam unus, & idem honor numero debetur ei,& adoratio.

SECVNDA propoſitio; Chriſtus, quatenus Deus, ſeu hic homo Chriſtus in diuina, & humana natura ſubſiſtens, eadem adoratione latriæ adorandus eſt, qua tota trinitas, & ſingulæ diuinæ perſonæ adorantur. Id quod de fide eſt, & conſtat tum ex dictis, tum ex eo, quod Chriſtus de ſe loquens Io. 5. ait, *vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem,* & Ro. 14. Apoſt. illud Eſa. 45. *Mihi curuabiur omne genu.* de Chriſto exponit, quòd de adoratione latrię intelligi conſtat. Et hoc ſenſu dicitur ad Phil. 2. *In nomine Ieſu omne genu flectatur,* & S. Tho. Chriſtum adorans Ioan. 20. dicit; *Dominus meus, & Deus meus.* Nec de hac re dubium eſſe poteſt, & alibi exactius a Theologis demonſtratur.

8 TERTIA propoſitio: Humanitas Chriſti, inquãtum eſt diuinitati vnita, ſeu coniuncta, latria adoranda eſt. Quod etiã de fide eſt, vt cõſtat ex Cõc. Epheſ. can. 8. vbi dicitur, *ſi quis audet dicere, aſſumptum hominem coadorari oportere Dei uerbo quaſi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emanuelẽ, ſecundum quod factum eſt caro uerbum, anathema ſit.* Et in 5. Synodo (quæ eſt ſecunda Conſtat.) collat. 8. can. 9. dicitur; *Si quis nõ una adoratione Deum uerbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei eccleſiæ traditum eſt, anathema ſit.* Quæ definitio eccleſiæ hæreſim Neſtorianam damnauit, voluit namque Neſtorius Chriſtum coadorandum eſſe cum Dei Verbo; exiſtimabat. n. duas in Chriſto perſonas eſſe, ideoque Chriſtum non adorandũ putauit ea adoratione, qua Dei uerbum, ſed diuedebat adorationẽ, vt diuidebat ſuppoſita, & perſonas. Niſi quòd aiebat, quòd adorantes Dei verbum coadorabant quodammodo Chriſtum propter vnionem dignitatis, & amoris inter Chriſtum, & Dei uerbum. Quam hæreſim Neſtorij Concilia damnant affirmantes vna adoratione Chriſtum adorandum eſſe. Ratio eſt, quia humanitas uerbo vnita ſortitur eſſe perſonæ diuinæ, ideoque vna adoratione latriæ adorari debet. Hinc corpus Chriſti iacens in ſepulchro adorandũ erat latria, vtpote verbo vnitum, & anima Chriſti vnita etiam tunc Dei uerbo cultu latriæ adorari debuit. Vnde quædam preces feruntur, quæ diriguntur ad animam Chriſti, qualis eſt illa, *anima Chriſti ſanctifica me.* Hoc ſenſu Dam. libro 3. fid. orth. cap. 8. & lib. 4. cap. 3. ait carnem per ſe eſſe inadorabilem, ſed tamen, vt verbo vnitam, eadem adoratione coli; *Non enim* inquit, *carnem nudam adoramus, ſed carnem Dei, id eſt, incarnatum Verbum,* & lib. 3. ca. 8. ait, *Timeo carbonem tangere propter ignem copulatum ligno, adoro Chriſti Dei mei ſimul utramque naturam propter carni unitam deitatem,* & S. Auguſtinus ſerm. 58. de verbis Domini in fine, ait, *Replicabunt Arriani, & dicent, quid quod carnem eius, quam creaturam eſſe non negas, ſimul cum diuinitate adoras, atque ei non minus, quam diuinitati deſeruis? Ego,* Reſpondet, *dominicam carnem, immo perfectam in Chriſto humanitatem propterea adoro, quod a diuinitate ſuſcepta, atque deitati vnita eſt, ut non alium, atque alium, ſed vnum, eundemque Deum, & hominem Dei filium confiteor.* Quam etiam ueritatem latius tradunt Magiſter, & Theologi 3. diſt. 9 S. Thom. par. 3. q. 25. ar. 1. & 2. Alexander de Ales, in Sũma p. 3. q. 30. memb. 2. & alij paſſim.

9 QVARTA propoſitio: Beata Virgo, non ſolum vt ceteri ſancti, ſed excellentiori modo adoranda eſt. Quæ res de fide eſt, vnde in Synodo 7. Actio. 4. 6. & 7. & in Trident. ſeſſ. 25. in decreto de reliquijs, & veneratione Sanctorum, primo loco docetur Deiparę adoratio, & Damaſc. in orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ, & 2. de Aſſumptione ait, *Decet enim Dei matrem ea, quæ filij ſunt, poſſidere, & ab omnibus adorari.* Non eſt tamen adoranda tanquam Dea, nec illi ſacrificia offerenda ſunt, vt Collyridiani hæretici docuerunt, teſtibus Epiphanio hæreſi 78. & Damaſc. lib. de hæreſibus; hoc enim eſſet idololatria illi latriæ honorem tribuere, quo ſenſu S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 12. dixit, adorationem Chriſti propriam non eſſe cum eius matre communicandam, & Epiphanius vbi ſupra contra Collyridianos diſputans, virginem adorandam eſſe negat, ſcilicet latria, ſed dulia ſolum excellenti, quæ a Theologis communiter hyperdulia dicitur. Et notant S. Tho. 2. 2. q. 103. art. 4. ad ſecundum, & par. 3. q. 25. art. 5 & Alex. de Ales p. 3. q. 30. memb. 3. artic. 2. & Scholaſtici Doctores communiter 3. diſt. 9. & hoc non ſolum ob ſingularem quandam prærogatiuam gratiæ, & Sanctitatis quæ in illa præ reliquis omnibus Sanctis ineſt, ſed etiam propter ſpecialem matris Dei dignitatem, quæ, & diſtincta eſt a dignitate gratiæ, & altioris quodammodo rationis ab illa. Quo ſenſu ſupra ex Damaſceno diximus oratio. 2. de Aſſumptione Virginis, *Decere matrem ea, quæ filij ſunt, poſſidere, & ab omnibus rebus adorari.* Siquidem B. Virgo eo, quod mater Dei eſt, ſpeciale quoddam ius, & dominium habet in omnes creaturas, vt autem ſupra dictum eſt, vnicuique iure dominij adoratio ab inferioribus debetur. Quod quidem dominium merito Patres in duobus fundatum eſſe docent, *primo* quidem in coniunctione, & affinitate quadam inter Deum, & Virginem, vnde S. Athanaſius ſermo. de Sanctiſſima Deipara ait, *Quia ipſe rex eſt, & dominus, mater, quæ eum genuit, & Regina, & domina uerè cenſetur,* & ideo Caiet. in 2. 2. q. 103. artic. 4. ad 2. aduertit B. Virginem habere conſanguinitatem cum Chriſto, vt homine, affinitatem uero cum Chriſto, vt Deo, & proinde ſpecialis, inquit, ei adoratio debetur, *quia propria operatione naturali ſola fines deitatis attigit, cum Deum concepit, peperit, & genuit, & lacte proprio pauit. Secundo,* quia ſingulari quodam modo ad noſtram redemptionem comparata eſt. Sicut enim Chriſtus, eo quod nos redemit, ſpeciali titulo Dominus eſt, ac Rex noſter, ita, & B. Virgo propter ſingularem modum, quo ad noſtram redemptionem concurrit, & ſuam ſubſtantiã miniſtrando, & illam pro nobis voluntariè offerendo: noſtramque ſalutem deſiderando, petendo, procurando. Quam rationem Rupertus ſignificauit, libr. 13. in Ioan. his uerbis; *Mater omnium hominum, dicitur, quia nimirum, ſalutis omnium cauſam, tunc ſine dolore peperit, quando Deum hominem factum de carne ſua genuit. Et tunc magno dolore parturiebat, quando iuxta Crucem eius ſtabat.* Propter has igitur cauſas eccleſia Dei B. Virginem, vt matrem Dei veneratur, eamque ab omnibus ſpeciali quadam ueneratione adorandam proponit, qua etiam adoratione coadoratur eius Sanctitas omniſque perfectio eius ſub altiori quadam ratione, quatenus ſcilicet, omnes aliæ ex maternitate Dei manant, & ad illam ordinantur.

10 QVINTA Propoſitio, Sancti Angeli, ac alij,

Beati in cælo regnantes ab hominibus adorandi ſunt dulia, & in neceſſitatibus inuocandi. Quæ etiam propoſitio contra hæreticos de fide eſt, & definita in Concilio Nicæno 2. act. 6. in fine, vbi dicitur, *Cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deipare, & ſemper Virginis Dominæ noſtræ Mariæ; item Sanctorum Angelorũ, omniumque Sanctorum, ſalutantes venerandas illorum reliquias, vt nos ſanctitudinis eorum fiamus participes.* Et antea Concilium Gãgrenſe can. 20. *Anathema dicit ijs* (Euſtachianis) *qui collectas, quæ fiunt in martyrum memorijs, execrabantur*, & in Concilio Conſtantienſi, & Trid. ſeſſ. 25. Id quod etiam ſcripturæ manifeſte docēt, nam Tob. 12. dicit Angelus Raphael, *Ego obtuli orationem tuam Domino*: non quidem manifeſtando illam Deo (quem nihil latet) ſed eam Deo offerendo, vt Angeli interceſſione, & oblatione Tobiæ oratio effectum conſequeretur. Idemque Zach. 1. Dan. 10. Pſalm. 90. Apocal. 5. & 8. quibus in locis manifeſtum eſt, Angelos adiuuare homines, & orare pro illis. Nam Zachar. 1. Angelus orans pro populo captiuo, *Domine*, inquit, *exercituum, vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus natus es? &c.* Si igitur Angeli pro nobis orant, multo magis beati, qui & Angelis æquales ſunt, vt dicitur Luc. 20. & intelligunt orationes noſtras, & amant nos non minus, quam Angeli, & deinde aliquid habent præ Angelis, quod ſint membra corporis eccleſiæ magis coniuncta, quã ſint Angeli, & experti ſunt noſtras miſerias, quas Angeli non ſunt experti. Quam etiam veritatem latius Doctores tum ex ſcripturis, & Concilijs, tum ex Patribus, & eccleſiæ traditione contra hæreticos noſtri temporis ex induſtria, & propoſito demonſtrant, & probant. Nos, quia cum catholicis tantum in præſentiarum agimus, veritatem hanc non tam probare, quam ſupponere, & inſinuare ſolum ſtatuimus, vt ſic omnibus notum eſſet, huic primo præcepto de cultu Dei non repugnare cultum, & adorationem Sanctorum; cum Deo honor latriæ, ſanctis autem dulia ſolum tribuatur.

1 SEXTA Propoſitio; Imagines Chriſti, B. Virginis, & ſanctorum adorandæ ſunt. Hoc ſatis manifeſtum eſt ex ſcripturis, in quibus expreſſe agitur de imaginibus, vt Exod. 25. vbi Moyſes ex præſcripto Dei, fecit imagines Angelorum, duos, ſ. Cherubin aureos, poſuitque illos in tabernaculo in ſummis propitiatorij partibus; conſtat autem huiuſmodi imagines Cherubin ſuper arca exiſtentes adoratione coli ſolitas ab eis, qui arcam adorabant. Immo S. Hieron. epiſt. ad Marcellam ideo ait tabernaculum a Iudæis veneratum fuiſſe, quia ibi erant Cherubin. Et Exod. 39. In veſte Pontificis erant malorum punicorum ſimulachra. Et nume. 21. Fecit Moſes ſerpentem æneum, poſuitq; eum pro ſigno: Et quicunque percuſſi a ſerpentibus aſpiciebant illud ſculptile, ſanabantur: Domino vtique ſic diſponente in figuram magni myſterij, & ſerpentem hunc ænum adoraſſe Iudæos, docet S. Auguſt. lib. 3. Trinit. cap. 10. Si ergo licuit venerari imagines Angelorum, cur non etiam ſanctorum? & ſi licuit venerari imaginem Chriſti in forma ſerpentis (nam ſerpentem Chriſti fuiſſe figuram patet Ioann. 3.) cur non licet Chriſti imaginem in humana forma venerari? Inſuper Salomon Sapientiſſimus 3. Reg. 6. & ſeptimo in templo quod extruxerat, fecit bouum, ac Cherubin ſculptiles imagines, & a Deo laudatus eſt, tantum abeſt, vt propterea reprehenſus ſit. Et 2. Paralip. 3. ſculpunt Cherubin. Deinde etiam ſcripturæ docēt res ſacras, & ad cultum diuinum deſtinatas religioſe adorandas eſſe, vt Pſal. 98. *Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam Sanctum eſt.* Id quod ad literam intelligitur de arca teſtamenti, de menſa, & propitiatorio, totoque tabernaculo, quod alis ſuis Cherubin ſub humana forma tegebant. Tabernaculum autem adorari ſolitum a Iudæis docent Synodus 7. act. 3. Dama. lib. 3. de fide ortho. capit. 27. Hieron. tom. 3. epiſto. 120. ad Marcellam. Si ergo res inanimatæ propter relationem ad Deum, cultumque diuinum honore dignæ ſunt, cur non etiam imagines Chriſti, & Sanctorum adorandæ erunt, propter habitudinem ad prototypon. Id quod expreſſe declarant ſeptimæ Synodi Patres in actione 3. his verbis. *Imagines colimus non in materia, aut in coloribus honorem conſtituentes, ſed per hoc, officium noſtrum, quod ipſis, quorum typum imagines geſtant, debemus, impertiētes. Cum ſciam ſecundum Baſilij Magni ſententiam, quod imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.* Idemq. docent Concilij Trid. Patres Seſſ. 24. in fine. Hinc verſus illi.

Effigiem Chriſti cum cernis, pronus adora,
Non tamen effigiem, ſed quod deſignat, honora.

Quod autem dictum eſt imagines propter prototypa adorandas eſſe, non eo ſenſu accipi debet, quaſi velimus affirmare, non vere honorari ipſas imagines, (ſiquidem imagines ipſæ & ſanctæ, & venerabiles ſunt) ſed ſolum hoc loquendi modo ſignificare volunt Patres, & Concilia, non eadem ratione imaginem honorandam eſſe, qua prototypon, quia, ſcilicet, tota ratio huius adorationis prototypo fundata eſt, & in eo terminatur, nullo autem modo in imagine, cum enim imagines res inanimatæ ſint, non habent in ſe vnde propter ſe colantur, ſed tota ratio adorandi illas eſt excellentia, & dignitas prototypi, in quo vno animum figimus; imago autem ſolum propter habitudinem ad excellentiam, & dignitatem perſonæ, cuius imago eſt, adoratur. Sed de hac re plura legi poſſunt apud Patres, & alios recentiores authores, qui rem hanc copioſius contra hæreticos tractare ſolent.

De ſuperſtitione, & Idololatria, quibus primum Decalogi præceptum violatur. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Superſtitio eſt vitium virtuti Religionis oppoſitum.*
Cultus Diuinus indebite fieri poteſt quot modis ibid.
2 *Cultus ſuperfluus qualis cenſeri debeat?*
3 *Cultus falſus, et falſo Deo exhibitus tres habet ſpecies, et quænam illæ ſunt.*
4 *Cultus indebiti deformitas vnde colligitur ſecundum Caiet.*
Cultus indebitus qualiſcunque, id eſt, uero Deo falſus cultus, uel falſo Deo cultus Diuinus peccatum mortal. n. eodem.
Falſitas cultus communis ex parte colentis quos ſpectat.

Falſarius in cultu particulari ſecluſo contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſolum peccat ven.

5 *Idololatria quid ſit, & quot modis accipitur.*

6 *Ad Actũ Idololatriæ committendũ quot requiruntur.*

7 *Actores in theatris, qui vt perſonæ decorum obſeruẽt, actorem alterum, vt Iouem implorant, non ſunt idololatræ. Quare?*

In cultu Sacratiſſimæ Euchariſtiæ nõ eſt idololatria, vt impijſſime vniuerſam Eccleſiam damnant hæretici.

8 *Cultus Sanctorum non eſt idololatria, & in quo conſiſtit cultus, & honor illis exhibitus a Catholicis.*

9 *Sacras imagines, & reliquias colere nõ eſt idololatria.*

Idololatria omnium peccatorum grauiſſimum. nu. eod.

10 *An maius peccatũ ſit idololatria interior, vel exterior.*

11 *An Chriſtianus committens actum Idololatriæ ſalua integre interiori fide incurrat pœnas cenſurarum in foro conſcientiæ.*

1 QVoniam in ſuperioribus oſtenſum eſt, hoc primo Decalogi præcepto verum Dei cultum præcipi, falſum autem prohiberi, ſatiſque declaratum eſt, quiſnã cultus Deo, & ſanctis tribuẽdus, prout Religionis virtus præſcribit, nunc de vitijs, & peccatis, quæ cultui huic aduerſantur, agendum eſt. Sicut enim religio virtus eſt, qua debitus honor Deo exhibetur propter ſingularem eius excellentiam, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 81. art. 2. & 4. ita econtrario ſuperſtitio vitium eſt, cultum indebitum ei reddens, vt idem Sanctus 2. 2. q. 92. arti. 1. & 2 tradit, puta, quia exhibetur cultus diuinus, vel ei, cui non debetur, vel eo modo, quo non debetur.

Poteſt autem cultus diuinus hoc ſecundo modo duobus modis indebite fieri: *primo* quidẽ, ſi ſit *falſus*, quod accidit, vel quando aliquid cærimoniæ & ritus vſurpatur diuini honoris cauſa, quę falſum ſignificant, vt ſi quis iam verum Deũ colere, & adorare vellet per cærimonias veteris legis; nunc enim ſi quis Deo offerre vellet veteris legis ſacrificia, falſo Deum coleret, quia licet olim uera erant, & uerum cultum ſignificabant, ſcilicet, mortem Chriſti futuram, nunc tamen eſſent falſa, ut conſtat, cum iam Chriſtus mortuus ſit; uel quando aliquid in perſona alterius ad colendum Deum adhibetur, quod tamẽ ex alterius uoluntate minime erat ad finem illum adhibendum: ut ſi quis uerbi gratia ex perſona eccleſiæ immiſceat profana diuino cultui, tanquam partem officij diuini, ut loco Antiphonæ, u. g. tũc enim ſi quis huiuſmodi profana in diuinis officijs admiſcet (ſiue ea uoce, ſiue organis canantur) formaliter, & ex intentione, graue peccatum mortale committit, eo ꝙ præter deformitatem, quã habet talis actus ex ſua natura, quatenus uel uanus eſt, uel prouocatiuus ad malum, directe obſtat fini diuini cultus, qui eſt, ut humana mens ad cæleſtia excitetur, non ad mundana, & mala, talique merito *falſarius* in diuino cultu cenſetur: ut ex S. Thom. 2. 2. q. 93 art. 1. & Caiet. 2. 2. q. 91. art. 1. & 2 & q. 93. artic. 1. & Gregorio de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 9. puncto unico, & quæſt. 10. puncto 2. colligitur. Hoc enim, ut ibidem notat Caietanus, non eſt aliud, quam coniungere *Chriſtũ cum Belial.* & ſicut fecerunt filij Aaron Leuit. 10. *apponere ignem alienum*, ſcilicet, carnis & mundi, in ſacrificio diuino, qui idcirco deuorati ſunt; uel quando quis cærimonijs infidelium colere uellet Deum uerum, etenim & hic cultus falſus eſt, & pernicioſus, & mortale peccatum, ut notat Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 13.

2 *Secundo* etiam contingit indebitus cultus Deum colendi, quando adhibetur cultus aliquis ſuperfluus, qualis cenſetur ille, qui iudicio bonorum, & ſapientum, neque ad excitandum interiorem ſpiritum, neque ad diuinam gloriam pertinet; ut cum quis præter conſuetudinem communem eccleſiæ, & proborum, apud quos uiuit, ſingulariter aliquid facit diuini cultus cauſa, puta ex Caiet. 2. 2. q. 93 artic. 1. Nauar. in ſumma. c. 11. nu. 24. & Greg. de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 10. puncto 2. ſi ieiunet in die Dominico, dummodo id faciat ex ſtudio quodam ſingularitatis, aut ex eodem Caiet. ſi oraret ſic in propria perſona, quod eam nihil ad eccleſiam conducere uellet, cum tamen quilibet ſit pars eccleſiæ, & in perſona eccleſiæ præceptum habeat orandi a Chriſto dicente, Matth. *6. orabitis, Pater noſter, Panem noſtrum da mitte nobis*, &c. aut ex Nauar. ubi ſup. & Toleto in ſumma lib. 4. cap. 13. ſi multiplicet Alleluia, cum dicendum eſt unum, additque inſuper ea, quæ in cærimoniali dicenda præſcribuntur.

3 *Alter* uero cultus diuinus primo modo ſuperius dicto, ſcilicet, cultus ille, qui exhibetur Deo falſo, cui exhibendus non eſt, tres habet ſpecies, iuxta tres fines diuerſos, circa obiectum *creaturæ*, ſ. præſcriptibiles, ex S. Th. 2. 2. q. 92. art. 2. *Primo*. n. ordinari poteſt & ſolet cultus diuinus in hũc finem, ſ. ad exhibendũ Deo reuerentiã, & honorẽ, & hac ratione prima ſpecies huius ſuperſtitionis, & falſi cultus eſt *idololatria*, quæ diuinam reuerentiã, & honorem exhibet indebitè alicui creaturæ. *Secundo*, ordinari poteſt cultus diuinus in hunc finem, ut inſtruatur, & doceatur à Deo, quod fit; quando honoramus Deũ orationibus, deuotione, &c. & ſimiliter poteſt quis tribuere diuinum cultum creaturæ procurãdo ex ipſa inſtructionẽ, & cognitionem rerum occultarũ, & in hoc conſiſtit ſecunda ſpecies ſuperſtitionis, quę dicitur *Diuinatio*, per q̃ quis conſulit dæmones per aliqua pacta cum eis inita, uel tacita, uel expreſſa. *Tertio*, ordinari poteſt cultus diuinus ad hunc finem, ut ab ipſo dirigatur in ſuis actionib. ſecundum inſtituta Dei, qui colitur. Et ſimiliter poteſt quis tribuere cultum diuinum creaturæ, ut ab ipſa in ſuis actibus dirigatur, & in hoc conſiſtit tertia ſuperſtitionis ſpecies, quæ dicitur ſuperſtitio quarundam uanarum obſeruationum. Vt. n. doctè animaduertit Caieta. 2. 2. q. 92. ar. 1. quemadmodum in diuino cultu inueniuntur tria genera diuinorum; *Primo*, ſacrificia, oblationes, decimæ, uota, & huiuſmodi, quę directè in Dei reuerentiam fiunt; *Secundo*, orationes, contemplationes, lectiones, & huiuſmodi, quæ ad inſtructionem noſtrã ordinantur; *Tertio*, ſacramenta, benedictiones, ſacramentalia, ieiunia, feſta, & huiuſmodi, quæ directè cõſiſtunt in ritu a Deo inſtituto, & ad actus noſtros dirigendos ordinãtur, ut ſunt actus regenerationis, confirmationis, ordinis, matrimonij, &c. ita in cultu ſuperſtitioſo, eſt *Primo* Idololatria, quæ diuinam reuerentiã exhibet creaturæ: *Secundo* eſt diuinatio, quæ uarijs modis inſtructionem a dæmone quęrit: *Tertio* eſt obſeruatio, qua tam multipliciter & operationes ſuas conſtruunt, continent, laxant, & aliquas creaturas quandoque aſſumunt ad ſua opera, quaſi ſacramentalia.

Huius

4 *Huius* autum utriuſque modi cultus indebiti deformitas,vt rectè animaduertit Caieta. vbi ſupra,q. 93.art.1.euidenter colligitur ex illo loco Ioan. *Spiritus eſt Deus,& eos qui adorant eum,in* SPIRITV *&* VERITATE *oportet adorare.* Si enim cultus ſi *ſuperfluus*,non adhibetur in *Spiritu*,quicquid nãque extra neceſſarium, aut vtile ad ſpiritualem eſt cultum,id totum ſuperfluum eſt:quando autem aliquo modorum prædictorum cultus eſt falſus, non adhibetur in veritate,vt conſtat ex dictis.

Quod autem ad rationem peccati ſpectat, communiter tradunt authores,vt Caiet.2.2.q.93.artic.1.& 2.Nauar.in Manuali.c.11.nu.26.Greg.de Valentia tom.3.diſp.6.q.10.puncto.2. Tolet. in ſumma lib.4.ca.13.& alij poſt S.Aug.lib. de mendacio, c.14.quem refert,& ſequitur S.Tho.2.2.q.93.artic.1.huiuſmodi cultum indebitum eſſe peccatũ mortale non ſolum,quando cultus ille Deo falſo attribuitur,ſed etiam quando tribuitur Deo vero,cultus falſus,aut ratione *falſæ ſignificationis rei*, aut ratione colentis falſariæ, ſi ſit cultus publicus, & communis. Vt autem notant Caiet.& Toletus; Ad hanc falſitatem cultus communis ex parte colentis non ſolũ ſpectat,ſi ſacramenta contra eccleſiæ ritum celebrẽtur,argu.cap. Quicunque 26.q.5.ſed etiam ſi miracula falſa prædicet,aut docendo ſcribat, reliquias falſas ſupponat pro veris,decipiens alios. Prædicatores namque, & Doctores in perſona eccleſiæ dicere,& prædicare conſtat. Nec,inquit Caietanus,quacunque pia intentione excuſantur a pernicioſo cultu, quia quantum in ſe eſt, fidem Chriſti euacuant veritate.Sin autem quis falſarius ſit in cultu *particulari*, tunc ſecluſo contemptu eccleſiaſticæ diſciplinæ,ſolum peccatum veniale erit ex Caiet. & Greg de Valentia,& Toleto, vbi ſupra,ſi quis orationem Dominicam, quam eccleſiæ nomine dicere debemus, ita pro ſe dicat, vt nolit inde fructum in alios etiam redundare. Et eodem modo ſolum veniale erit ſecluſo contemptu *cultus ſuperfluus*,quando quidem bonus animus, ex quo eiuſmodi ſuperfluitates proficiſci ſolent, deformitatem mortalẽ in talibus tollere videtur,vt pręfati Doctores tradũt. Atqui vt res hęc melius explicetur, de ſingulis ſpeciebus in particulari breuiter agemus.

5 Et cum ſæpius dictum ſit,quod cultus, & adoratio,quæ in hoc primo præcepto prohibetur, ſit illa *latriæ*, quæ ſoli Deo debetur, ne alteri exhibeatur, ſed ipſi ſoli, alteri autem exhibita, dicitur Idololatria,de hac ſpecie primo dicemus. Et quidem ſciendum in primis eſt, hoc nomen aliquando communiter,& improprie accipi, ſiquidem quodcunque peccatum,per quod a Deo receditur,atque adeo anteponitur creatura Deo,impropriè,& metaphoricè dicitur Idololatria,Vnde Apoſtolus auaritiam Idolorum ſeruitutem appellauit. Alio modo,& magis propriè Idololatria dicitur,quando alicui creaturæ honor Deo ſoli debitus,attribuitur. Qua ratione peccatum ſpeciale eſt ab auaritia,& a reliquis omnibus diſtinctum, & hoc primo Decalogi præcepto prohibitum,quod ab Apoſtolo Act.17.ſub ſuperſtitione tanquam ſpecies ſub genere ſuo proximo collocatur,his verbis Athenienſes alloquens. *Per omnia ſuperſtitioſos vos video.Pręteriens enim,et videns ſimulachra veſtra,inueni et aram,in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo*. Poteſt autem Idololatria ſic definiri, *Idololatria eſt cultus,quo diuinus honor tribuitur creaturæ alicui,ſicut Deo*,quę definitio non ſolum Doctorum opinioni,ſed etiam ipſiſmet ſcripturis conformis eſt, ſcripturæ namque vbicunque de Idololatria loquuntur,ita eam explicant, vt hanc genuinã illius rationem eſſe declarent, *creaturæ cultum diuinum,ſicut Deo,tribuere*:vt Pſal.105. Sap.13.14. & 15.Hiere.2.Ro.1.& alibi ſæpè, adeo vt Idololatræ dicuntur mutare cum Idolo Deum, eiuſque in illud gloriam. Pſalm.105.*foderunt ſibi ciſternas diſſipatas.* Hier.2.*Populus meus mutauit gloriam ſuam, in idolũ, etc.*& Apoſt.1.Cor.8.dicens,*ſcimus,quia nihil eſt Idolum in mundo.* Aperte declarat,Idololatriam verſari circa creaturam tanquam Deum. Senſus namque horum verborum eſt,Idolum, [illegible] aliæ creaturæ, q̃ adorantur pro Deo, nihil omnino tale ſunt, qualia falſò putantur,hoc eſt,non ſunt Deus,vnde ſubdit, *Nullus eſt Deus,niſi vnus*,hoc eſt,cum Deus non ſit niſi vnus, fieri nequit,vt Idola, quæ putantur Dij, ſint Deus; ſiquidem illa ſunt plura:vnde concludens ait, *Nobis autem unus eſt Deus pater*,&c. de qua re legi poſſunt Alexan.de Ales in ſumma par. 2.q.158. memb.1.S.Tho.2.2.q.94.art.1.ad 3.Bonau. 3.diſt. 37.& alij,qui explicãt,qua ratione Idolum ab Apoſtolo dicatur nihil, quia,ſ.imagines illæ,quæ Idola dicebantur,non fuerunt animatæ,aut aliquam virtutem diuinitatis habentes,ſicut Hermes ponebat;exiſtimabant.n.Idolum eſſe aliquid ſubſiſtens,& compoſitum ex ſpiritu,& corpore,quod non eſt ita,ſecũdum quod Abac.2 dicitur,*Ecce quod coopertus eſt auro,et argento,et omnis ſpiritus non eſt in viſcerib. eius*, & Pſal.113.*Simulachra genitum argentum,et aurum, etc.os habent,et non loquentur,etc.*

6 *Ex* quibus conſtat duo requiri ad actum Idololatriæ committendum *vnum eſt*, vt honor, & cultus, qui Deo eſt debitus,tribuatur creaturæ; *Alterum eſt*, vt honor ille tribuatur creaturæ, ſicut Deo, cultus autem,& honor diuinus, quem dicimus per virtutẽ religionis Deo deferri, duplex habet obiectum, alterum materiale; alterum formale; materiale eſt quoduis officium externum, aut internum a nobis factum ad excitandam in nobis, aut in alijs talem exiſtimationem,qualem de excellentia Dei habere conuenit;formale uero eſt ea ipſa exiſtimatio propriè conueniens excellentiæ, atque Maieſtati diuinę,& ita honor diuinus eſt quicquid uerborum, aut officiorum omnino accommodatum eſt ad gignendam exiſtimationem eiuſmodi,quæ in Diuinã maieſtatem propriè conueniat; cognoſcitur autem officium aliquod eſſe diuinũ ex duobus; *Primo* ex natura ipſius actus,& officij,quæ nonnunquam tantæ dignitatis eſt,ut manifeſta peruerſitas ſit,eiuſmodi officium ad creaturam honorandam deferre, ut eſt oblatio ſacrificij. Neque enim aut olim ſine crimine Idololatrię alicui,pręterquam Deo,immolatio animalium fieri potuit,unde in lege ueteri Exod.22. ſic cauebatur, *Qui immolat dijs,occidetur,præterquam domino ſoli*.& S. Aug.lib.10.de ciu.Dei.c.4.ait, *Quis ſacrificandum cenſuit,niſi ei,quem Deum aut ſciuit,aut finxit*.aut nunc ſacroſanctũ Miſſæ ſacrificiũ, in quo diuina perſona religioſe offertur,alteri q̃ Deo, poteſt offerri abſq; Idololatria. *Secundo* ex intentione eius,qui officiũ aliquod confert ad excitandam opinionẽ excellentẽ,qualis de D.Maieſtate ſolummodo haberi poteſt.Siquidẽ nonnunq̃ ijdem actus ex-

terni,qui fiunt Deo,exhibentur etiam hominibus abſque peccato, v.g. flectuntur genua ad Deum, vt Matth.2.*Magi procedentes Chriſtum adorauerunt.* & Ioan.9. cæcus natus *procidens Chriſtum adorauit.* & Hebr.1.ex Pſal.96.*Adorant angeli Deum.*& tamē idem actus externus genuflexionis fit etiam hominibus.Gen.33.*Iacob adorauit Eſau pronus interram,* & c.43.*filij Iacob adorauerunt proni Ioſeph.*& 3.Reg. 1.*Inclinauitque Bethſabee,& adorauit regem.*& Act. 10. *Cornelius procidens ad pedes Petri eum adorauit.* Sola igitur interior voluntas, atque intentio conciliandi per hos actus externos exiſtimationem diuinam facit,vt ſint materia cultus Diuini,atque adeo per illos,adoratio Dei exterior exerceatur, cultum diuinum tribuente Deo.

Similer cenſetur tunc quis cultum diuinum tribuere creaturæ tanquam Deo, quando eam diuino hoc cultu proſequitur,vt eo, *Quantum in ſe eſt*,velit illi talē exiſtimationem excellentem conciliare qualis re vera in ſolam Dei Maieſtatem competit. Id ꝗ duobus modis fieri pōt,*Primo* expreſſa,atq; præſenti intentione,quæ ſumma eſt in hoc genere peruerſitas,*Secundo* implicite,hoc ipſo, videlicet, quod aliquid aut metu,aut aliorū conſuetudine ductus,aliaue rōne obcęcatus, idipſū per creaturę venerationē facere intenderet,quod intendat,neceſſe eſt is,creaturę diuinos honores re uera exhibere velit ; aut ſi omninò ita extrinſecus creaturę diuinum cultum adhibeat,vt alijs conſideratis actionis circunſtātijs, meritò ex ſumere queant, ipſum uelle diuinitatis opinionem cōciliare creaturę;nam tunc ēt ſaltē indirecte,& in cauſa,vult quis creaturę opinionem diuinam conciliare.Vt igitur Idololatria verè committatur,hęc duo,quę diximus, requiruntur neceſſario, ſcilicet,ut honor diuinus vſurpetur,& vt ille ita uere deferatur creaturę,Sicut Deo. His enim duobus concurrentibus uerum Idololatrię crimen erit,at alterutro,uel utroque deficiente non erit.

7 Hinc ſequitur primo, Actores illos in Theatris, qui,ut perſonę decorem ſeruent, actorem alterum, uelut Iouem implorant,ei ſupplicant, aliaſque more Gentium coram eo cęrimonias exequuntur, minimè Idololatras cenſcendos eſſe; Quia nulla ratione hoc faciunt animo,& intentione conciliādi creaturę eam exiſtimationem, quę in Deum ſolummodo conueniat.Per externam uerò cęrimoniam tantum,ſi uoluntas,tum expreſſa,tum tacita adſit conciliandi creaturę per cultum exiſtimationem ſoli Deo conuenientem, idololatria non committitur. ex S.Tho.2.2.q.94.ar.3.ad 1 & alijs.

Secundo infertur, nullam eſſe idololatriam in cultu ſacrę Euchariſtię,ut impiè, & impudenter garriunt hęretici, uniuerſam eccleſiam idololatrię damnantes. Quia licet cultus diuinus in adoratione euchariſtię adhibeatur, ille tamen non creaturę,ſed Deo uero tribuitur. Non enim panis ſubſtantiam, quę illic non eſt, nec accidentia , quę creaturę ſunt, ſed Deum uerum, ſcilicet,Chriſtum ſub illis ſpeciebus exiſtentem adoramus. Quę ueritas catholica definita eſt in Concilio Tridentino Seſſ.13.can.6.his uerbis; *Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum unigenitum Dei ſilium non eſſe cultu Latriæ, etiam externo, adorandum, & eius adoratores eſſe Idololatras, anathema ſit.*& idem docet capit. 5. cultus igitur iſte, *per ſe* exhibetur Chriſto, ut in ſacramento continetur,& eo ipſo per *accidens* redundat ad ſacramentales ſpecies,ut continentes eundem Chriſtum.

8 Tertio contra eoſdem hęreticos ſequitur,non eſſe Idololatriam colere ſanctos, quandoquidem cultus eis exhibitus nec eſt diuinus,nec eis,ut Deo,attribuitur. Nam cultus ſanctis a catholicis tributus in hoc conſiſtit,uel eos orando, ut pro nobis Deo ſupplicent,& hic cultus diuinus non eſt, ut conſtat, enim eos oramus, ut Deum pro nobis ſuffragentur, diuinitatem eis non tribuimus, ſed eos, hac orandi formula,Deo lōge inferiores eſſe proteſtamur,dum illos Deo tanquam ſuperiori ſupplicare petimus, uel rogando Deum, ut propter illorum merita nobis opituletur : & hac quoque ratione eos inferiores eſſe Deo profitemur, quandoquidem merita conſeruorum noſtrorum, nobis apud communem Dominum omnium ualere uolumus: uel in illorum memoriam templa extruimus,ſacra facimus, & ſtatis diebus feriamur, aut aliquid illis promittimus; At qui nec hæc omnia facere eſt cultus diuinus,quia & templa ipſa,& ſacra,& ferias ad Deum tantummodo catholici referunt : ad ſanctos uero non templa , non ſacrificia, non ferias, ſed in templis,ſacrificijs,& ferijs peculiarem memoriam ſanctorum , & uenerationem ipſius conuenientem faciunt,ut docet S.Auguſtinus de templis li.8.de ciuita.Dei.c.27.& de ſacris,lib.20.contra Fauſtū.c.21. & eadē rō de Ferijs eſt.Promiſſiones autem,& uota, quatenus ad Religionem, & cultū diuinū pertinēt, nō referuntur ad ſanctos,ſed ad Deū, & ſanctorum amore,& reuerentia,quos ēt uolut eſſe teſtes obligationis,qua ſeſe Deo obſtringut;& ut illorū auxilio, & interceſſione adimplere poſſint, quod Deo promittunt. Quod ſi quis promittit aliquid animo ſeſe obligandi,non Deo immediatè,ſed ſancto,ut excellenti creaturę;cui promiſſum opus putatur gratum eſſe futurū, nec tunc quidem cultus ille diuinus eſt, hoc eſt,actus diuinę religionis,ſicut nec ille,quo homo homini ſeſe obſtringit; ſed eſt potius actus alterius uirtutis,ſcilicet, ſingularis obſeruantiæ.

Vel illorum ſanctimoniam, & excellentiam laudando,& prędicādo,& actibus externis,puta,genuflexione,pectoris percuſſione, & ſimilibus teſtādo; ſed nec iſta,& id genus alia ex natura, aut conditione ſua,uel ex uſu, & conſuetudine diuina ſunt,cum etiam adhiberi poſſint,& ſoleant,ut diximus,ad honorandas creaturas, & teſtatur S. Auguſt.lib.10.de ciuita.Dei.cap.4.Non ergo poſſunt hęc officia ad cultum diuinum pertinere, niſi ex animo procedant,quo uelit quis de re, quam per illa ueneratur, excitare opinionem ſoli Deo conuenientem, idꝗ a catholicorum mente alieniſſimum eſt. Quod uero actus ille,quo ſanctis honorem damus, non ſit uirtutis religionis ſed alterius uirtutis, ſcilicet, obſeruantię erga creaturas rationales, conſtat ex doctrina S.Auguſt.lib.10.de ciuit. Dei.ca.4.quam explicat S.Tho.2.2.q.103.artic.3.& 4.ratio eſt,quia actus proprius uirtutis Religionis proxime ſpectat ad Dei gloriam,hoc eſt conciliare Diuinę Maieſtati conuenientem exiſtimationem ; actus uero, quo proſequimur ſanctos;proximè,& immediate ꝓ ſcopo hēt ſolum conciliare exiſtimationem, quę in creaturā excellentē quadrat,quāq; proinde illi,non religio proxime,ſed peculiaris obſeruātia cōciliat.

Quarto ſequitur, nullam eſſe idololatriam, ſacras imagines, & reliquias colere; ſiquidem catholici ſacras imagines venerando, nec cultum eis diuinum tribuunt, nec illas ſecundum ſe colunt, ſed relatiue, quatenus coram illis actionem aliquam honorificam exercemus, per quam excitare volumns opinionem excellentem de ijs prototypis, ad quæ ipſæ referuntur, & quorum loco, ac vice quodammodo habentur, & honorantur. Sanctorum vero reliquias veneramur, eo quod ſanctorum hominum (qui viua Chriſti membra, & templum Spiritus ſancti fuerunt) aut corpora ſunt, aut partes extiterunt, aut corpora attigerunt; relatiue etiam eodem cultus genere veneramur, quo illos, quorum reliquiæ ſunt, cum, videlicet, reliquijs præſentibus, in illos animum intendimus, adeoque cultum coram reliquijs vſurpatum ad ipſos referimus: cum igitur nec diuinum cultum vſurpemus, nec creaturæ ſicut Deo, illum tribuimus, illos venerando, & reuerenter tractãdo, idololatriam non committimus.

Quod ad criminis huius grauitatẽ attinet, manifeſtum eſt grauiſſimum omnium peccatum eſſe, vt conſtat tũ ex ſacris literis, quæ grauiſſimis verbis, & comminationibus id vetat, Exo. 20. Deu. 5. & alibi ſæpe, tum ex eo, quod illa in ſacris literis ſumma eſt impietatis exaggeratio, ſi quod peccatum cum hoc comparetur, vt 1. Reg. 15. tum ex natura ipſius peccati. Sicut enim in terrena republica grauiſſimũ eſſe videtur, quod aliquis honorem regium alteri impendat, quam vero Regi, quia quantum in ſe eſt, totum reipublicæ ordinem perturbat, ita in peccatis, quæ contra Deum committuntur, quæ tamen ſunt maxima, grauiſſimum eſſe videtur, quod aliqs Diuinum honorem creaturæ impendat, cum ratione quantum in ſe eſt, alium Deum in mundo faciat, diuinum principatum minuẽs, & primum quod in fide eſt ſcilicet credulitatem Dei omnipotentis, creatoris cęli, & terræ, deſtruens; vnde Deus Eſa. 42. ait, *Gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam ſculptilibus.* Vt fuſius tradunt S. Th. 2. 2. q. 94. ar. 3. Alexander de Ales in ſumma par. 2. q. 158. memb. 5. S. Bonau. Scotus, & reliqui Doctores cum Magiſtro Sen. 3. diſt. 37. Quotuplex autem Idololatria ſit, & quænam eius origo fuerit, optime tradit S. Thomas, vbi ſupra, q. 94. ar. 1. & 4. cumque ſecuti ſunt S. Ant. par. 1. ti. 14. cap. 4. §. 1. & Gregorius de Valentia tom. 3. diſpu. 6. q. 11. puncto 2. quæ res, quia parum, aut nihil ad noſtrum præſens inſtitutum ſpectat, conſulto a nobis prætermittitur.

10 DVBIVM autem eſt circa grauitatem peccati Idololatriæ, ſcilicet, An maius peccatum ſit Idololatria interior, an vero exterior? ſermo autem eſt de Idololatria interiori eius, qui eſt etiam infidelis, & exteriori eius, qui non eſt infidelis, ſed tamen directe, vel indirecte ſaltem (ob actus circunſtantias) velit ad creaturam diuinum honorem actu ſuo redundare. Reſpondeo ex S. Thom. 2. 2. q. 94. artic. 2. & 3. Alexand. de Ales in ſumma par. 2. q. 158. memb. 5. Caie. in 2. 2. q. 94. art. 2. & Gregorio de Valentia to. 3. diſ. 6. q. 11. puncto 2. Plus peccare Idololatram exteriorem intenſiue, quam interiorem tantum. Ratio eſt, quia grauius eſt peccatũ eius, qui peccat ſciẽter, quam eius, qui peccat ignoranter. At vero idololatria interior, & infidelis, qui exiſtimãs creaturã eſſe Deũ, eiq. diuinũ honorẽ tribuit, peccat ex ignorantia; Idololatra vero exterior, qui timore, vel alio reſpectu creaturę diuinũ honorẽ tribuit, ſcienter peccat. Ergo plꝰ peccat, vnde S. Au. li. 6. de ciuitate Dei c. 10. dicit, *Senecam eo damnabilius coluiſſe idola, quo illa, quæ mẽdaciter agebat, ſic ageret, vt eum populus veraciter agere exiſtimaret.* Ceterum *extenſiue* grauius peccatũ eſt Idololatra interior, eo ꝙ duo peccata committit vnũ infidelitatis, alterũ ſuperſtitionis.

11 DVBIVM ſecundum eſt, an Chriſtianus committens actum idololatriæ, ſalua integre interiori fide, incurrat pœnas cenſurarum eccleſiaſticarum in foro conſcientiæ, ita vt non ſolum in foro exteriori, ſed etiam interiori incurrat excommunicationẽ latam in Bulla cœnæ Domini contra hæreticos: Caietanus 2. 2. q. 94. ar. 1. partem affirmatiuam amplexus eſt. Ratio eius eſt, quia actus ille exterior eſt per ſe, & ex proprio genere actus infidelitatis proteſtatiuus. Alij vero, vt Sylueſter ver. hæreſis. 1. q. 6. citãs Alexandrum de Ales p. 2. q. 163. memb. 2. in principio, de Apoſtaſia loquens. Tabiena verb. Apoſtaſia. q. 3. & in verb. Hæreticus q. 2. Nauar. in Manuali. c. 11. nu. 27. Gregorius de Valentia to. 3. diſ. 6. punct. 2. Toletus in ſumma lib 4. c. 13. & alij communiter docent, quod licet Chriſtianus ex affectu, & animo ita credendi actum idololatriæ committens excommunicatus ſit, ſi tamen ſolum actum externum exerceat, hoc eſt, retinens perfectam intus fidem, timore tamen, aut alia victus paſſione conſentit in exteriorem actum Idololatriæ, tunc licet in foro exteriori cenſendus ſit excommunicatus, quia præſumitur et interior, & cum errore, vere tamen in foro interiori excommunicationem non incurrit: grauiter tamen peccat. Ratio eſt, quia vere talis actus externus etſi alioqui ex ſua natura aptus ſit proteſtari infidelitatem interiorem, non eſt tamen a parte rei actus infidelitatis, vnde cũ pœnæ potius reſtringendę ſint, quam ampliandæ, *arg. reg. odia, reg. In pœnis. de regu. iur. in 6.* non cenſetur ex tali actu externo in excommunicationem incidiſſe, excommunicatio enim Bullæ contra hęreticos credentes fertur, vt alibi expoſuimus. Et de prima ſpecie ſuperſtitionis, quæ eſt Idololatria, hæc ſufficiant.

De diuinatione, & varijs eius ſpeciebus. quibus primum Decalogi præceptum violatur. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatio in quo conſiſtit.*
2 *Futura præcognoſci poſſunt quotupliciter, & quot modis cauſæ futurorum ſe habent.*
3 *Diuinatio omni lege damnata.*
4 *Futurorum euentuum inquiſitio ex operatione dæmonum prouenit, vel expreſſe, vel tacite inuocando.*
Quam futurorum cognitionem dęmones habere poſſunt, et qua ratione illam hominib. annuntiare. nu. eo.
5 *Diuinationum genera quot ſunt.*
6 *Expreſſa inuocatio Dęmonum quot modis fieri ſolet, et quot ſpecies ſub ſe continet.*
Pręſtigium quid, & quot modis fieri ſolet. nu. eo.
7 *Diuinatio per ſomnia ſecunda ſpecies, et qualiter?*
Somniorum cauſę in uniuerſum quatuor, et quęnam illę ſunt?

8 *An ſomnium a Deo proueniat coniecturæ, aliquæ aſſignari poßunt.*
9 *Vti ſomnijs ad præcogneſcenda futura quando ſit Diuinatio ſuperſtitioſa, quando non illicita?*
10 *Negromantia quid ſit, & vnde dicatur cum alijs quinque ſpeciebus, ſcilicet, Geomant. Hydrom. &c.*
11 *Inuocatio tacita in quot genera diuiditur? & quod ſpecies ſub illis continentur.*
12 *Genetheliaci damnantur a Sixto V.*
13 *Auguria quæ illicita, & quæ non cenſentur ſuperſtitioſa.*
Aruſpicium, *Omen, Chiromantia, Spatulamantia, quid num. eod.*
14 *Quot ſunt ſpecies ſecundi generis Diuinationis, ſeu tacitæ Inuocationis ſupra nu. 11. propoſitæ.*
15 *Sortilegium quid, & quotuplex genus ſortium.*
Sors diuiſoria, conſultoria, Diuinatoria quid nu. 16. 17.
18 *Sors Diuinatoria fere ſemper eſt peccat. mort. Quare?*
19 *Conſultoria quando expectatur aliquid a dæmone ſemper mort. iudicium uero a Deo expectare licitum quibus conditionibus concurrentibus.*
20 *Diuiſoria nonnunquam licita, quibus conditionib. concurrentibus.*
21 *Temporalium dignitatum electiones fieri ſortibus intelligendum eſt duobus concurrentibus, et quatenus licet his vti in dignitatibus temporalibus, ſecus autē in eccleſiaſticis, et nu. præced.*
22 An *diuinatio ſemper ſit peccatum mortale, et in quibus caſibus ſolum ueniale eſſe poſſit.*

1 ALTERA ſuperſtitionis ſpecies *Diuinatio*, quæ in hoc conſiſtit, vt quis ſibi cognitionem earum rerum indebitis modis, & vijs arroget, quæ ad ſolum Deum ſpectat, nec ratione naturali poteſt acquiri, qualis eſt cognitio certa contingentiū, ſiue *futurorum* iuxta illud Eſa 41. *Annuntiate nobis, quæ ventura ſunt, et dicemus, quia Dij eſtis*, ſiue *præſentium, occultorum tamen*, cuiuſmodi ſunt cogitationes, & affectiones cordium, & occulta facta hominum, iuxta illud 2. Paral. 6. *Tu ſolus noſtri corda hominum*. Pro cuius intelligentia

2 *Notandum* eſt ex S. Tho. 2. 2. q. 95. artic. 1. Futura dupliciter præcognoſci poſſe, uno modo in ſuis cauſis, alio modo in ſeipſis. Cauſæ aūt futurorum tripliciter ſe habent. Quædam enim neceſſario producūt ſuos effectus, tales autem effectus futuri certo præcognoſci poſſunt ex ſuis cauſis, quomodo Aſtrologi futuram Solis, aut Lunæ eclypſim prænuntiant. Quædam ſecundo non neceſſario, nec ſemper, ſed tamē vt plurimum ſuos effectus producunt, & raro deficiunt, & tales effectus futuri præſciri poſſunt, etſi non certo, probabiliter tñ, quomodo Aſtrologi multa prænuntiant de pluuijs, & ſiccitatibus per conſiderationem ſtellarum, & medici multa præſciūt de ſanitate, vel morte. Quædam tertio cauſæ ſunt, quæ ſecundum ſe conſideratæ ad vtrumlibet ſe habent, vt potentiæ rationales, & huiuſmodi effectus, aut ēt alij effectus, qui, vt in paucioribus, caſu accidunt, ex cauſa naturali per ſe conſiderata præſciri non poſſunt, cum non magis ad vnum, quam ad oppoſitum determinetur cauſa illa, & ideo licet quando talis effectus ſit præſens, verbi gratia cum homo videt Petrum currere, aut ambulare, cognoſci poſſit, tamen cognitio talis effectus in ſeipſo, antequam fiat, eſt ſolius Dei, qui ſolus in ſua æternitate vide ea, quæ futura ſunt, ſicut præſentia, iuxta illud Eſa 41. vbi ſupra. Non igitur conſiſtit diuinatio in eo, quod quis prænunciat ea, quæ ex neceſſitate eueniunt, vel vt in pluribus, quæ humana ratione prænoſci poſſunt, neque etiam ſi quis futura contingentia Deo reuelante cognoſcit, tunc enim non ipſe diuinat, ideſt quod diuinum eſt, facit, ſed magis, qđ diuinum eſt, ſuſcipit. Sed tunc ſolum Diuinare dicitur, quando ſibi indebito modo vſurpat prænuntiationem euentuum futurorum, ita vt Diuinatio definitur eſſe *vſurpatio cognitionis futurorum euentuum indebito modo*, ſeu *indebita vſurpatio prænuntiationis futurorum euentuum* ex S. Tho. ubi ſup. & Caiet. ibidē. Dicitur autem *indebita vſurpatio* ab indebito modo præcognoſcendi ea, quia ſcilicet quærit *explicite*, uel *implicite* auxilio dęmonis ea ſcire, quę a ſolo Deo petenda ſunt, unde ignominiam Deo irrogat, dum aliunde uanis inuentionib. eorum cognitionem procurat, & conſequenter grauiter peccat, ex S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 1. in corpore, & Caietan. eadem quæſtione art. 2. in princ.

Diuinatio autem hæc ſuperſtitioſa, eo quod auxilium dæmonis aſſumitur, mala eſt, & omni iure, ac lege damnata. Iure namque diuino paſſim damnatur, ut Num. 23. *Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael*. Deutero. 18. *Non inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, et obſeruet ſomnia, auguria, etc. neque pythones conſulat, nec diuinos.* Eccleſ. 34. *Diuinatio erroris, et auguria, mendacia, et ſomnia malefacientium, vanitas eſt.* & Eſa. 8. *Nunquid populus a Deo ſuo requiret viſionem;* Iure item canonico prohibetur, ut conſtat 26. queſtio. 5. fere per totam. Et iure ciuili, C. de Maleficis præſertim l. Nemo Et nouiſſime in Extrauaganti a Sixto V. edita contra exercentes Aſtrologię iudiciarię artem, & alia quęcunque diuinationum genera, libroſque de eis legentes, ac tenentes, anno 1585. Nonis Ianuarij Pontificatus ſui anno primo, quę incipit, *Cæli, et terræ creator*. Diximus autem diuinationem ſuperſtitioſam prohibitam eſſe, quia docent Caieta. 2. 2. quęſtio, 95. articul. 2. & Grego. de Valentia tom. 3. diſput. 6. quęſtio. 12. puncto. 1. iure humano, (ſaltem in foro conſcientię) ſolum prohiberi inquiſitionem uanam, & ſuperſtitioſam, unde ſi aliqua inquiſitio occultorum comperiatur non eſſe uana, ſed utilis, talis iure humano non eſt prohibita: quod patet ex ſtudio Doctorum ad diſcernendum ad quid aſtra, ſomnia, auiuum motus, &c. ſunt utilia ſecundum naturam, & ad quid non, concludendo quod uti eis ſecundum quod ſunt ex natura utilia non eſt peccatum. Vnde Sixtus V. in pręfata conſtitutione, in Aſtrologos, Mathematicos, & alios ſuperſtitioſę iudiciarię aſtrologię artem exercentes, aut iudicia facientes, excipit eos, qui talia circa agriculturam; nauigationem, & rem medicam exercēt. Nulla enim diuinatio eſt mala, quia prohibita, ſed contra, omnis eſt prohibita, quia mala. Ceterum, ut rectè monet Caietanus, eccleſia timens, ne ad ſuperſtitioſam occultorum inquiſitionem filij ſui declinent, horret, damnat, punitque hęc, non inijciendo laqueum animabus, ſed prohibendo, quę mala ſunt, & monendo, ne etiam licitis in huiuſmodi ſe implicent, ne paulatim in pernicioſa declinent.

3 Quia uero, ut dictum eſt, huiuſmodi contingentium

gentium futurorum euentuum inquiſitio,& diuinatio ex operatione dæmonum prouenit, uel quia dæmones *expreſſe* in auxilium inuocantur, ad futura manifeſtanda, vel *tacite*, & pręter intentionem hominis, eo quod dum homines vanis,& inutilibus medijs huiuſmodi futurorum cognitionem acquirere procurant, dęmon ex peruerſitate voluntatis ſuę, & ſtudio nocendi hominibus, occultè ſe ingerit ad prętnuntiandum,& docendum aliqua futura quę hominibus ſunt ignota, illi tamen nota, explicandum eſt, quamnam harum rerum cognitionem dęmones habent,& qualiter ea hominibus annuntiare poſſunt. Vt autem colligi poteſt ex doctrina S.Thom.1.p.q. 57.art.3.& 4.S.Bonau. diſt.7.art. 2. Syluestri, uerb. diuinatio, Tolet.in ſumma lib.4.ca.15. & aliorum.

4 *Primo* Dęmones ex perfectione intellectus, & ſubtilitate ingenij conſiderantes ad quid noſtra inclinatur affectio, aut quid poſſit uirtus cauſę naturalis, plus, minusve conijciunt, quid homines nonnunquam facturi ſunt. Immo vt docet S. Tho. ubi ſupra artic.4. cognoſcitur interdum ipſa cogitatio non ſolum per actum exteriorem, ſed etiam per immutationem vultus. Quod ſi medici aliquas affectiones animi per pulſum cognoſcere poſſunt, multo magis Angeli,& dęmones, quanto ſubtilius huiuſmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde S.Auguſt.to.3.in lib.de Diuinat dęmonum c.5.ait, quod aliquando hominum diſpoſitiones non ſolum voce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quędam in corpore exprimuntur ex animo tota facilitate perdiſcunt.

Secundo ex doctrina aliena nuntiant, puta quę ex permiſſione diuina a bono Angelo diſcunt, aut per ſcripturas; Permittit namque Deus ut aliquando ipſis dęmonibus quędam nuntientur.

Tertio, ex longa experientia,& magna notitia rerum naturalium multa ſciunt, vt ecclypſes, peſtes, pluuias,& huiuſmodi, quae cum ex cauſis naturalib. certo euentura erant, nobis autem non uidentur euenire niſi contingenter, iſta pręnuntiantes, uidentur aliquibus enuntiare futura contingentia. Saepè namque daemon ſecretum morbum alicuius intuetur,& cognoſcit naturale tempus mortis, quod alteri praenuncians, videtur futurum contingens praedicere, ſaepè etiam ruinas domorum nuntiat quia occultas cauſas ruinae uidet.

Quarto ex doloſa cautela, qua proponunt aliquid facere,& pradicunt. His ergo alijſque modis rerum notitiam habentes,& uidentes homines deditos uanis huiuſmodi rerum inquiſitionibus, paulatim ſe illis inſinuant, talia nuntiant, ſicque diuinatores ſuos fallunt,& decipiunt, vt S.Tho.ubi ſupra,& 2.2. q.95.art.3.& latè S.Aug.lib 2. de Doctrina Chriſt. cap.23.docent.

5 *Diuiditur* autem diuinatio in duo genera, quorum vnum eſt, in quo *expreſſe* inuocatur daemon, ut occulta doceat; Alterum, in quo *tacite* ad eadem facienda inuocatur, ex S.Tho.2.2.q.95.articul.2.& 3. Expreſſa inuocatio eſt, uel quando inuocatur daemon, uel quando facit aliquid, quod ſcit ex diaboli virtute operari; ut faciunt incantatores. Vtrique enim expreſſe daemonem inuocant ex intentione, uerbo, uel facto. Et tunc interuenit pactum factum, etſi non cum illo homine factum, tamē cum aliquo alio, qui illis operibus oſtendendo, uel operando aſſiſtit. Tacita autem inuocatio daemonum tunc ſolummodo eſt, quando aliquis talibus ſe implicat, ut dignum ſit daemonem ſe illis immiſcere, quamuis hoc ſit praeter hominis intentionem.

6 *Expreſſa* uero daemonis inuocatio multipliciter, fit,& varias habet,& continent ſub ſe ſpecies pro diuerſitate modorum, quibus ſolet daemon huiuſmodi ſuperſtitioſos homines docere.

Prima dicitur *Præſtigium*, quia, ſ. varijs præſtigioſis apparitionibus, ſeu fictis,& apparentibus figuris, ita ſe aſpectui, & auditui hominum ingerunt ad p̄nuntiandum futura, ut eorum oculos *perſtringant*, fiunt autē huiuſmodi apparitiones uarijs modis ex Alexandro Alenſi p.2.q.43.Gabr.2.diſt.8.q.2.ar.3. Caiet.2.2.q.95.art.3.& Greg.de Val.to.3.diſp.6.q. 12.pun.2. & alijs. *Aliquando* enim obijcit daemon ſenſibus vera corpora uel occultè, & celeriter aliunde importata, uel a ſe facta, & conflata applicando naturalia actiua,& paſſiua, quo modo uerè facti ſūt ſerpentes per magos Pharaonis. Exod.7. ut docent Alex.de Ales, Caiet. & Greg.vbi ſupra poſt S. Aug. lib.3.de Trin.c.7 & 8. et lib.83.qq.q.79. et S.Tho. q.7.de potentia arti.5.ad 8. Et ſimile quid narrat S. Aug.lib.18.de ciuit.Dei,c.18.de uolucribus in quas ſocij Diomedis qui ſubmerſi fuerant, conuerſi erāt, *Aliquando* autem obijcit ſenſibus nō uerum aliquod corpus, ſed ſimilitudinem aliquam corporis, ex naturalium tamen operatione conſurgentem, quomodo S.Auguſt.lib.18.ciuit.ca.18.intelligendu putat, quod de ſocijs Vlyſſis in beſtias conuerſis perhibetur, & quod de Archadib. narratur, quod cum ſtagnum quoddam traijcerēt uertebantur in lupos. Nō enim putandum eſt, illos in uera corpora fuiſſe trāsformatos, ſed opera dæmonum ſub huiuſmodi corporeis ſimilitudinibus apparuiſſe. Et idem cenſendum putant.S.Auguſtinus libr.2.ad Simplicianum. q.3.& S.Th.2.2.q.95.art.4.ad 2.& Caiet.ibidem,& Alexander de Ales, par.2.q.164.membr.6.& Greg. de Valentia tomo 3.diſput.6.q.12.puncto 2.de anima Samuelis, quæ apparuit Sauli Reg. 1. Reg.2S. dæmonem ſcilicet in forma Samuelis apparuiſſe. Quamuis S.Tho.vbi ſupra, & Toletus in ſumma libro 4.capit.15.putant etiam dici poſſe animam Samuelis uere apparuiſſe non dominante arte magica, ſed occulta diſpenſatione, quæ Phytoniſſam, & Saulem latebat. Cui fauet illud Eccleſ.46.*Poſt hæc dormuit,& notum fecit Regi, & oſtendit illi finem uitæ ſuæ*. Quænam autem harum opinionum uerior ſit Caietanus determinare non audet. Sic etiam ut notat Caiet.2.2.queſtio.95.articul.3.dæmones ſolent ſæpenumero apparere in phialis aquę, uel aliquo corpore polito, ſcilicet per quaſdam corporis ſimilitudines a dæmone procuratæ, cum inuocatur. Et frequenter accidit, cum dęmones in aſſumptis corporibus humanis apparent uigilantibus, & conuerſantur cum eis, familiariter colloquentes, & concumbentes, quandoque etiam munera vera eis afferentes. Non enim habent ueras carnes, oſſa vera, nec membra ſed carnis, & membrorum ſimilitudinem non ſolum uiſibilem, ſed etiam palpabilem, & ſolidam, ita ut ſentiantur tanquam humanae perſonae, prout refert Caietanus ſe a perſonis fidedignis ex propria experientia narrantibus audiuiſſe. Addit autem, & rectè Caietanus, ſe ab ijſdem perſonis accepiſſe, daemones ſic in corporeis ſimilituditudinibus apparentes, veram carnem non habuiſſe, id quod ex duobus probabatur eſſe certum; Primo ex temperamento carnis. Nam cum caro eius quaſi glacialis moleſta eſſet tactui humanæ carnis, confeſſus eſt ipſemet dæmon, ſe non poſſe melius facere. Non enim poteſt ſic commiſcere naturalia abſque uera generatione hominis, ut carnem humanam afficiat.

Et ſimili ratione non poteſt ſemen humanum efficere propter perfectionem horum, & ſimilium effectuum requirentium propria naturalia actiua perfecta, ex quibus patet veriſſimum eſſe, quod Chriſtus poſt reſurrectionem dixit, *Palpate, & uidete quia ſpiritus*, ſeu dæmonium, *carnem, et oſſa non habet.* Luc. 24. & Ioan. 20. Secundò, ex delectatione tactus, & concubitus. Eſt enim tantò perſonarum humanarum commiſtio naturalis delectabilior, quantò verum ſuper excedit veriſimili.

Aliquando facit exterius aliqua apparere, quę nec in ueritate corpora ſunt, nec corporum habent ſimilitudinem, ſed ſolum illudendo ſenſibus externis, ita vt videatur homo ſibi exterius videre, quod nullo modo eſt, quod facit commouendo ſpiritus, & humores ad eum modum, quo ex ſimili commotione phrenetici videntur ſibi videre varias imagines, & ſimilitudines in parietibus, & huiuſmodi, ex Philoſopho in libro de ſomno, & vigilia.

Aliquando etiam id facit cauſando apparitiones ſecundum ſenſus interiores ad eum modum, quo affici ſolent, quando ſenſus exteriores ligantur, ut ſolet contingere nonnunquam per *nimiam attentionem* in ſuperbis contemplatiuis, inquit Caietanus, qui a dæmone illuduntur in uarijs imaginibus, aut per aliquam *alterationem corpoream*, ut per uarias vnctiones, ut accidit ijs, qui ire ſe credunt veſpere quintæ feriæ ad ludos Dianæ, & ſimilia diabolica, cuius rei uaria exempla ponit Caietan. 2. 2. quæſt. 95. artic. 3. quibus conſentiunt ea, quæ Alexander de Ales, par. 2. quæſt. 43. membr. 3. art. 1. & Gabriel 2. d. 8. quæſt. 2. articul. 3. ex S. Auguſtino in lib. de ſpiritu, & anima, cap. 28. & lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 18. adducunt, vbi ſic ait, *Quædam mulierculæ poſt Sathanam conuerſæ illuſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ, credunt ſe, & confitentur nocturnis horis cum Diana Paganorum Dea, & cum Herodiade, & innumera mulierum multitudine æquitare, earumque iuſſionibus obtemperare. Ipſe namq; Sathanas, qui ſe transfigurat in angelum lucis, cum mentem cuiuſque mulierculæ ceperit, & hanc ſibi per infidelitatem ſubiugauerit, illico diuerſarum perſonarum ſpecies mente, quam captiuam tenet, in ſomnis deludens modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens, per deuia quæque deducit, & cum ſolus hæc patitur ſpiritus infidelis, non in anima, ſed in corpore euenire opinatur. Idcirco nimis ſtultus, & hebes eſt, qui hæc omnia, quæ in ſpiritu fiunt, etiam accidere arbitratur in corpore*. Hæc S. Auguſt.

7 Secunda ſpecies eſt diuinatio per *ſomnia*, cum, ſcilicet, inſtructio expectatur a Dæmone per ſomnia. Et quantum ad hanc ſpeciem ſciendum eſt, quod cum ſecluſa reuelatione (qualem habuerunt, Ioſeph Gen. 41. & Danie. capitu. 2. & 4.) in ſomniorum interpretatione nihil ex ſomnijs de futuris contingentibus ſciri poſſit, illicitum eſt rerum futurarum contingentium cognitionem a dæmone per ſomnia expectare. Ratio eſt, quia nihil poteſt ex ſõnijs cognoſci, niſi ſomniorum cauſæ cognoſcantur; ipſum nãque ſomnium per ſe nullius effectus contingentis cauſa productiua eſt. Cum igitur ſomnium ex ſe, cauſa determinata non ſit alicuius effectus, ut conſtat, immò nec ullum ſomnium, ut procedens ex aliqua certa cauſa, quod non poſſit ab alia cauſa prouenire, temerarij erroris eſt cognitionem futurorum contingentium ex ſomnijs certam expectare. Et quidem manifeſtum eſt ſomnium ex ſe non eſſe cauſam productiuam alicuius effectus contingentis, quod vero nullum ſomnium ita procedit ab una certa cauſa, quod ab alia cauſa prouenire non poſſit, optimè oſtendit Caietan. ex doctrina S. Thom. 2. 2. quæſt. 95. articul. 6. & in ſumma uerb. *ſomniorum obſeruatio.* ex eo quod ſomniorum cauſæ in uniuerſum quatuor eſſe poſſunt, quarum duæ ſunt corporales, & duæ ſpirituales. Rurſum corporalium una eſt *interna*, ſ. humores naturales cauſantes motũ aliquẽ in phantaſia, ex quibus contingit interdum ſomniare ea, quæ ſunt conſentanea huiuſmodi humoribus, vnde, ut notat S. Thom. homini, in quo abundant frigidi humores, nonnunquam occurrit in ſomnijs qđ ſit in aqua, uel in niue, quare propter hæc medici dicunt interdum intendendum eſſe ſomnijs ad cognoſcendum interiores diſpoſitiones.

Alia eſt *externa*, ſcilicet, corpus circumſtans, ita enim aliquando imaginatio dormientis immutatur uel ab aere continenti, vel ex impreſſione corporis cæleſtis, vt ſic dormienti aliquæ ſimilitudines appareant, conformes corpori circumſtanti, aut corporibus cæleſtibus. Spiritualium uero cauſarum ſimiliter vna eſt *interna*, videlicet, cogitatio præcedens in vigilia, ſiquidem occurrunt aliquando dormienti phantaſiæ earum rerum, circa quas cogitatio, & affectio eius vigilando immorata fuit. Altera eſt *externa*, videlicet, Angelus bonus, aut malus, tale ſomnium immittens. Solet enim Deus miniſterio Angelorum aliqua interdum hominibus reuelare per ſomnium, ſecundum illud Num. 12. *Si quis fuerit inter nos propheta Domini, in uiſione apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad eum. A*liquando etiam operatione dæmonis aliquæ phantaſiæ dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura reuelat his, qui cum eo pacta illicita habent. Cum igitur tam varię ſint cauſę ſomniorum & ab earum qualibet ęquè poſſit ſomnium prouenire, cohibendum iudicium eſt, ne vni alicui earum adhaereat, & diabolica fraude decipiatur, iuxta illud Eccleſiaſt. 24. *Multos errare fecerunt ſomnia*. Error namque eſt, vt ait Caiet. contra omnem rationem effectum potentem prouenire a pluribus cauſis, pro certo ab vna earum expectare. Immo tunc maximè cauendnm eſt, ne quis temere ex ſomnijs aliquid ſibi certò perſuadeat, cum videantur euentu comprobari. Accidit namque, vt vel caſu poſtea res eueniat, uel procurante daemone, vt hac ratione facilius hominem per ſomnia illaqueare queat.

8 *Et* quidem quoad cauſam hanc ſpiritualem externam, coniecturae aliquae aſſignari ſolent, quibus ſciri poſſit, quando ſomnium prouenit a *Deo* aliquid docente, & quando a *Dæmone*. Si enim ſomnium illud impellat aliquem ad opus malum, aut indiſcretum, indicio id eſt, eſſe a daemone. Econtra uero ſi moueat ad opus bonum, exiſtimari poteſt eſſe a Deo, quamuis tunc etiam ſi non alia cauſa faciendi

ciendi appareat, non niſi cum humilitate, & timore faciendum eſt, ſolet namque aliquando dæmon ſe transfigurare in angelum lucis, vt facilius homines illaqueare,& decipere poſſit. Deinde ſecundo, ſi poſt ſomnium animus maneat confuſus, turbatus, & minus aptus ad opus ſpirituale,& bonum, ſignum eſt prouenire a dæmone, contra uero ſi animus poſtea promptior,& alacrior redditur ad bonum, exiſtimari probabiliter poteſt eſſe a Deo, ſemper tamē opus eſt prudentia,& diſcretione ſpirituum, vt cognoſcatur, an ab Angelo bono, vel malo procedat, petendunque a Deo lumen eſt, vt bonum a malo diſcernere,& dijudicare poſſit.

Dicendum igitur eſt, quod ſi quis vtatur ſomnijs ad præcognoſcenda futura, ſecundum quod ſomnia procedunt ex reuelatione Diuina, vel ex cauſa naturali, ſeu corporali intrinſeca; ſiue extrinſeca, quantum virtus illa extendere ſe poteſt, non erit illicita diuinatio; ſin autem cauſetur ex reuelatione dęmonum, cum quibus pacta habentur expreſſa, quia ad hoc inuocantur, vel tacita, quia ſcilicet, ſomnia extenduntur ad ea, ad quę ſe extendere non poſſunt, vt ſunt habere certitudinem de contingentibus, & alijs, quæ ſubterfugiunt etiam corpora cęleſtia, erit planè diuinatio illicita,& ſuperſtitioſa, vt S. Thom. 2.2.q.95.art.6.& alij communiter tradunt.

10 *Tertia* ſpecies dicitur *Necromantia*, cum videlicet adhibito ſanguine, & certis carminibus mortui videntur reſurgere,& loqui, & docere futura. Quãuis enim dæmon nullam animam reuocare poſſit ad mundum hunc, fingit tamen eſſe mortuum, aſſumēdo corpus, ac ſi anima eſſet. Sunt tamen qui affirmant dæmonem id facere ex permiſſione diuina, ſicut de Samuele ſupra diximus, quamuis alij docent Deum id feciſſe, dæmonem autem, vel Phytoniſſam non potuiſſe facere, de qua re ſupra diximus, quid authores ſentiant. Dicitur autem ſpecies hæc *Necromantia*, eo quod diuinatio hæc fieri ſolet in mortuis animalibus, nel in figura mortuorum animalium; deducto uocabulo a voce εκ, quæ mortuum ſignificat,& Μαντεία, quæ Diuinatio interpretatur. Ad huiuſmodi autem cadauera ſuſcitanda ſanguis adijcitur, vt notant S. Tho. 2.2.q.95.art.3.& Alexander de Ales p,2.q.164.mem.2. Dęmones nāque amatores ſanguinis eſſe perhibentur; ideoque quoties Necromantia fit, cruor aquæ miſceri ſolet, vt facilius dæmones prouocentur.

Quarta ſpecies dicitur Diuinatio per *Tythones*, cum, ſcilicet, dæmon futura prænuntiat per homines viuos,& arreptitios, qui dicuntur *Phythones* ab Apolline Pythio, qui primus author diuinandi olim putabatur, ex S. Tho. vbi ſupra.

Quinta ſpecies dicitur *Geomantia*, cum, ſ. dæmon docet per ſigna quædam apparentia in corporibus terreſtribus, vt in ligno, ferro, aut lapide polito.

Sexta ſpecies dicitur, *Hydromantia*, cum, ſ. dæmon aliquid docet per figuras apparentes in aquis.

Septima ſpecies appellatur *Aeromantia*, cum talia docet per figuras in aere apparentes.

Octaua ſpecies dicitur *Pyromantia*, quando, ſcilicet, hæc docet per figuras apparentes in igne.

Nona ſpecies nominatur *Aruſpicium*, cū, ſcilicet, per ſigna apparentia in viſceribus animalium ſacrificatorum in aris dæmon talia prænuntiat.

11 *Tacita* vero diuinatio, ſeu inuocatio dæmonis in duo genera ſubalterna diuiditur, *Primum eſt*, quando ad cognitionem occultorum vtimur vana, & ſuperſtitioſa diſpoſitione exiſtente in rebus ipſis, quæ tamen diſpoſitio nullam habet ſufficientem virtutem ad res illas iudicandas.

Secundum eſt, quando eiuſmodi cognitio quæritur ex diſpoſitione eorum, quę homines ipſi *faciunt conſulto* ad eam cognitionem acquirendam, & ſub quolibet iſtorum continentur alie ſpecies, vt tradūt S. Tho. 2.2.q.95.arti.3. Greg. de Valen. to.3 diſp.6. q.12.pun.2. Tolet. in ſumma lib.4.c.15.& Michael Medina lib.2. de recta in Deum fide. poſt S. Auguſt. libro 2. de Doctrina Chriſtian. ca.19.& ſeq. *Primum* namque iſtorum ſub ſe continet nouem alias ſpecies, quarum

12 *Prima* eſt *Genethlia*, quando, ſcilicet, ex motu, aut ſitu ſiderum inquiruntur natalia hominum, ita vt ex ijs quęratur humanorum effectuum cognitio, & euentuum contingentium circa illos. Quare Aſtrologi, qui,& Genethliaci dicuntur, volentes per motus,& ſitus aſtrorum ea circa homines cognoſcere, quę ex libera voluntate hominis dependent, eaque quaſi certo euentura pręnuntiare paſſim a Doctoribus, & nouiſſimè a Sixto V. in pręfata ſua conſtitutione damnantur, quandoquidem nec hominis complexio, nec cęlum, nec vlla creatura cogere, & impellere voluntatem hominum poſſunt, ad aliquid agendum, & huiuſmodi contingentia ex multis cauſis, ne accidant, impediri poſſunt. Si quis igitur ſitu, & motu aſtrorum vtatur ad cognoſcendum euentus futuros caſuales, aut actus liberi arbitrij, peccat, ex S. Thom. 2.2.queſt.95.artic.5. ſecus ſi eis vtatur ad pręſcienda futura, quę ex cęleſtibus corporibus cauſantur, puta ſiccitates, pluuias, & huiuſmodi, dummodo eas non certo euenturas affirmet.

Secunda eſt *Augurium*, quando, ſcilicet, ex garritu auium, vel ex vocibus quorumcumque animalium, aut etiam ex ſternutationibus hominum, quęritur cognitio occultorum. Sic autem nominatur a *garritu* auium audito, qui ſolet in iſtis praecipuè attendi. Sciendum autem eſt, quod licet huiuſmodi animalia non habeant dominium actuum ſuorum habent tamen inſtinctus quoſdam, quibus motu aliquo naturali nonnunquam ad aliqua facienda mouetur qui *inſtinctus*, ut rectè notant S. Thom. 2.2.quaeſt.95.articu.7. ex duplici cauſa procedere poſſunt; *vno modo* ex cauſa corporali; cum enim bruta haec animalia non habeant niſi animam ſenſitiuam, cuius omnes potentiae ſunt actus corporalium organorum, eorum anima diſpoſitioni continentium corporum ſubiacet, & primordialiter 13 cęleſtium; vnde nihil prohibet aliquas eorum operationes eſſe ſigna futurorum, inquantum conformantur diſpoſitionibus corporum caeleſtium, & aereis continentis, ex quibus proueniunt aliqui futuri euentus. Vnde vti vocibus, & motu huiuſmodi animalium ad praecognoſcenda futura, quae aliqualiter cauſantur per motus corporum caeleſtium, & quae ad huiuſmodi animalia aliqualiter pertinere poſſunt, nullo modo illicitum eſt; Quandoquidem conſequuntur per caeleſtia corpora cognitionem quandam naturalem, & inſtinctus ad ea, quae eorum vitae ſunt neceſſaria, ſicut ſunt immutationes, quæ fiunt per pluuias, & ventos, & alia huiuſmodi. Ideo ſi quis ex hoc, quod cornicula frequenter crocitat, prædicat pluuiam cito eſſe futuram, non cenſetur ſuperſtitioſus diuinator, eo quod motus ille crocitantis corui naturali quodam inſtinctu repræſentat pluuiam futuram, nõ quidem quod in imaginatione corui ſit aliqua pluuiæ imago, ſed quia eſt motus quidam correſpondens pluuiæ, diſpoſitionem quandam habens in illo animali conformem diſpoſitioni corporum caeleſtium, & aeris continentis, ex quibus frequenter eueniunt huiuſmodi futuri euentus. *Alio modo* cauſari poſſunt huiuſmodi inſtinctus ex cauſa ſpirituali. ſ. vel ex Deo, vt patet in columba ſuper Chriſtum deſcendente, & in Coruo qui pauit Heliam; & in Cete, quod euomuit, & eiecit Ionam, vel ex dœmonibus qui vtuntur huiuſmodi operationibus brutorum animaliũ, ad implicandos animos hominum, vanis opinionibus. Sola igitur diuinatio illa quæ fit per auguria, ita vt extendatur vltra illud, ad quod pertingere poteſt, ſecundum ordinem inſtinctus naturalis, vel diuinæ prouidentiæ, eſt ſuperſtitioſa, & illicita, & in ſacris literis prohibita, Deuter. 18. in illis verbis. *Non inneniatur in te, qui obſeruet auguria* & Leui. 19. *Non augurabimini.* Quod vero Ioſeph Geneſ. 44. *non eſſe ſibi ſimilem in ſcientia augurandi,* affirmauit ſecũdum S. Auguſt. in lib. quæſt. ſuper Geneſ. ca. 145. to. 4. & S. Tho. 2.2. q. 95. art. 7. ad 1. non ſerio, ſed ioco dixit referens hoc ad vulgi opinionem de illo, ſicut etiam diſpenſator ipſius Ioſeph paulo ante dixit. *Scyphum quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, et in quo augurari ſolet.*

Tertia eſt *Aruſpicium*, cum, ſcilicet, ex volatu auium, aut ex alio motu quorumcunque animalium quæritur eiuſmodi occultarum rerum cognitio.

Quarta, eſt *Omen*, cum, videlicet, ex verbis hominum caſu aliquo, aut aliqua intentione prolatis, retorquet quis ad futurum, quod vult cognoſcere.

Quinta, eſt *Chiromantia*, quando, ſcilicet, ex figuris, & lineamentis manuum inquiritut futurorum notitia. Quod ſi quæratur ex apparentibus ſignis in ſpatula alicuius animalis, *Spatulamentia* vocatur.

14 Secundum etiam genus diuinationis per *tacitam* dæmonis inuocationem duas habet ſpecies, quas numerat S. Tho. 2.2. q. 95. art. 3.

Prima eſt, quæ fit ex conſideratione eorum, quæ eueniunt ex protractione punctorum facta ſerio, ab homine ad aliquid occultorum inquirendum.

Secunda eſt diuinatio per *ſortes*, ſeu *ſortilegium*, quod conſiſtit in actibus humanis, *conſulto* factis, ſiue fiat in taxillorum emiſſione, ſiue in aliquarum chartularum deſcriptione, ſiue ex ſignis reſultantibus in plumbo liquefacto, & proiecto in aquam ſiue ex conſideratione feſtucæ, quam quis eligit ex duabus oblatis æqualibus, vel inæqualibus, ſiue ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis, vel non ſcriptis, in occulto poſitis, ſiue ex conſideratione eius, quod aperienti librum primo occurrit: dum enim ex iſtis cognitio inquiritur futurorum, eſt implicita diuinatio, & inuocatio dæmonum: & generali nomine diuinatio per *ſortes*, ſeu *ſortilegium*, appellatur, ex S. Thom. 2.2. q. 95. articul. 3. Pro clariori autem huius ſpeciei intelligentia

15 Notandum eſt primo, ex S. Thom. 2.2. quæſtion. 95. artic. 8. & Opuſc. 25. ca. 1. S. Anton. part. 2. titul. 12. §. 8. Sylueſt. verb. ſuperſtitio. quæſtion. 9. Tabiena verb. ſors. §. 1. & alijs, ſortes propriè dici, qua do aliquid ſerio fit ab homine, vt eius euentu con ſiderato, aliquid occultum innoteſcat. Quia ve ro ſors in rebus neceſſarijs locum non habet, n que in eis quæ vt plurimum accidunt; (Nem enim ſortibus inquirit, an Deus ſit, duo, & tria e quinque, ſolem oriri, aut æſtatem eſſe ſiccam, hy men vero pluuioſam, ridiculum enim eſſet ha per ſortes inquirere) ſed ſolum in rebus humani quæ ad nos, vel amicos noſtros pertinent, qu per propriam induſtriam, & prudentiam cognoſcere, & ad effectum perducere non poſſumus; Re autem ad vitam humanam pertinentes tribus mo dis accommodari poſſunt, vel enim *primo*, ſoli citantur homines, vt ea qualitercunque habeant, vel *ſecundo*, vt habitis vtantur, vel *tertio*, ut futu rum euentum uſus rei cognoſcant, ideo iuxta hæ tria, triplex genus ſortium conſtitui ab authoribu ſolet.

Quia enim res uitæ noſtræ deſeruientes in uſu noſtros aſſumere non poſſumus, niſi eas aliqualiter habeamus, res autem ſecundum ſui naturam, communes ſunt omnibus, neceſſe fuit ad hoc, quod eis diſtinctè uti poſſent, ut per aliquem modum inter homines diuiderentur. Quando autem communium rerum diuiſio ex humana induſtria, & uoluntate concordi ad effectum perduci poteſt, tunc ſortibus non indigetur. Quod ſi humanus ſenſu non ſufficit ad concorditer diuidendum, tunc conſuecuerunt ſorte diuidere, ſecundum illud Prouerb 18. *Contradictiones comprimit ſors.* Sicut autem eſt diſtinctio facultatum, ita etiam honorum & dignitatum, unde quandoque contingit, quod aliqui non ualentes concorditer eligere aliquem, cui dignita aliqua conferatur, ſorte hoc requirendum exiſtimant. Quod etiam in lege ueteri obſeruatum fuit, ut ſorte quidam ad officium ſummi ſacerdotis accederent, unde dicitur Luc. 1. Quod Zacharias ſorte exijt, ut incenſum poneret, ut notant S. Thom. Opuſc. 25. capit. 2. & Tabiena ubi ſupra uerb. ſors; numer. 2. & Maldonatus in hunc locum Luc. Saul etiam ſorte in Regem electus fuit. 1. Reg. 10. ſicut autem contingit dubitari circa diſtributiones bonorum, ita & pęnarum. Et ideo ſi credatur aliquis puniendus, ignoretur autem quem puniri oportet, ſorte hoc aliquibus inquirendum uidetur. Sic enim legimus Ionam fuiſſe in mare proiectum, ſicut & Ioſue Achan de anathemate ſurripientem ſorte puniuit, Ioſue cap. 7. Quando igitur inquiritur iudicio ſortium, quid cui ſit adhibendum ſiue res illa ſit poſſeſſa ſeu poſſeſſio, ſiue ſit honor, ſiue dignitas, ſeu pęna; aut actio aliqua, uocatur *ſors diuiſoria*, quæ deſcribitur eſſe, quando emittuntur ſortes, ad cognoſcendum quid cuique eueniat.

19 *Rurſus* uero, quia ſicut dubitatur, an quis rem aliquam habiturus ſit, ita etiam dubitare contingit, an re aliqua utendum ſit, & uniuerſaliter an aliquid agere expediat, omnis enim actio uſus alicuis eſt, uel ſui ipſius, uel rei alterius. Ideo cum talis dubitatio circa agenda occurrit, ſiquidem per humanam prudentiam tali dubitationi ſatisfieri poſſit, ad humanum conſilium recurrendum eſt. Quia uero, ut dicitur Sap. 9. cohitationes mortalium timidæ, & incertae prouidentiae noſtrae, ideo ubi humano conſilio dubitationi plenariè occurri non po-

poteſt, ad ſortium inquiſitionem recurrunt, vt de Heſter cap. 3. legitur, vbi dicitur, quod miſſa eſt ſors in vrnam, quo die, & quo menſe genus Iudæorum deberet interfici. Et quia huiuſmodi ſors ſuccedit loco conſilij, dicitur *ſors conſultoria*, quaſi ad conſultandum ordinata. Vnde *ſors conſultoria* deſcribitur eſſe, quando emittuntur ſortes ad cognoſcendum, quid in aliquo caſu agendum ſit.

17 Denique quia plerumque ſolicitantur homines de futuris euentibus, ex quorum cognitione homo in pluribus agendis, vel uitandis dirigi poteſt, & tamen futurorum cognitio induſtriam humanam excedit ſecundum illud Eccleſiaſtes 8. *Multa hominis afflictio, qui ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuntio.* Idcirco homines ad aliquid de futuris euentibus cognoſcendum, interdum recurrendum eſſe putant ad ſortes. Et hæc dicitur *ſors diuinatoria*: Diuini enim dicuntur, qui aliqua de futuris prænoſcunt, quaſi ſibi attribuentes, quod eſt proprium Dei, ſecundum illud Eſa. 41. *Annuntiate quæ futura ſunt, & dicemus, quia dij eſtis uos.* Vnde nomen *ſortis* communiter in hoc ſenſu accipitur, ita vt *ſors diuinatoria* deſcribitur eſſe, inquiſitio occulti excedentis humanam induſtriam per aliquid a nobis factum, ſcilicet, rebus humanis ad nos pertinentibus, vel habendis, vel vtendis, vel cognoſcendis.

18 Notandum ſecundo eſt, quod ex his tribus ſortium generibus, tertium hoc, ſcilicet, *Diuinatorium* ferè ſemper eſt peccatum mortale, quia, ſcilicet, ibi vt plurimum tacitè inuocatur daemon; ſocietas autem cum dæmone, (non ſolum expreſsè inuocando dæmonem, ſed etiam tacite, per quæcunque occulta pacta cum dæmonibus inita) peccatum eſt ex ſuo genere mortale, & omnibus prohibita 1. Corinth. 10. in illis verbis. *Nolo uos fieri ſocios dæmonum*, & S. Auguſtin. libr. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 2. ait, *omnis ſocietas dæmonum, & hominum tanquam peſtifera fugienda eſt.* Dum enim homines præter debitum ordinem occulta, & futura exquirunt, ingerunt ſe dæmones, & talibus rebus efficaciam aliquando præſtant, vt diuinationis prætextu homines in errorem inducant, & conſequenter peccatum ſuperſtitionis erit. Dixi *ferè ſemper eſſe peccatum mortale*, quia ſi quis non expectaret, aut quæreret cognitionem, ex emiſſione ſortium, quaſi illa ſufficiat ad cognitionem futurorum pariendam, ſed potius intenderet exinde expectare reſponſum, ſeu iudicium a Deo, tunc exiſtente cauſa rationabili, ut notat S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. excuſatur *uſus ſortium*, ad aliquid cognoſcendum, iuxta illud, Prouerb. 16. *ſortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur*, ita Ioſue cap. 7. ex præcepto domini deprehendit Achan fuiſſe reum per ſortes. Et Saul videtur etiam eodem modo deprehendiſſe filium ſuum Ionatham mel comediſſe, vt habetur 1. Reg. 14. Et Ionas a facie Domini fugiens ſorte deprehenſus eſt, & in mare deiectus, vt habetur Ionæ 1.

19 *Conſultorium* autem, quando iudicium expectatur a dæmone, ſemper eſt peccatum mortale, ſicut legitur de Rege Babylonis Ezech. 21. quod ſtetit in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas interrogauit idola, exta conſuluit. Quando autem iudicium expectatur a Deo, tunc licitum eſt his conditionibus concurrentibus, quarum *Prima eſt*, cum ſit ex cauſa rationabili, & ex neceſſitate, contra vero peccatum eſt recurrere ad ſortes abſque ulla neceſſitate, tunc enim eſſet Deum tentare, ſcilicet, ſi quis habēs, quod faciat ex humana induſtria, eo prætermiſſo recurreret ad iudicium diuinum ex S. Tho. opuſc. 25. cap. 5. & Alexandro de Ales p. 2. q. 165. mem. 3. & dicitur 2. Parali. 20. *Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habeamus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Vnde legitur antiquos ſanctos aliquando Deum in rebus dubijs, & neceſſarijs conſuluiſſe, ſicut legitur 1. Reg. 30. quod Dauid conſuluit Dominum dicens, *Perſequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non?* vt ergo ſors conſultoria licita ſit, requiritur neceſſitas, ne tentetur Deus, vbi opera humana prouideri poteſt.

Secunda eſt, vt occurrente etiam neceſſitate, fiat cum reuerētia; ſi enim irreuerenter, & ſine deuotione requiratur ſortibus diuinum iudicium, peccatum eſt, ſed ueniale, ex Toleto in ſumma libro quarto, ca. 15. in fine, niſi irreuerentia notabilis ſit. Hanc conditionem ponit Beda ſuper Act. Apoſtolorum dicens; *Si qui neceſsitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus exemplo Apoſtolorum eſſe conſulendum, uideant hoc ipſos Apoſtolos non niſi collecto fratrum cœtu, & fuſis ad Deum precibus egiſſe*, quem locum ad hoc probandum afferunt ſanctus Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. in corp. & opuſc. 25. c. 5. & Alexander de Ales p. 2. q. 165. memb. 2. Sylueſt. uerb. ſuperſtitio. q. 9. Tabiena verb. ſors num. 6.

Tertia eſt, ut fiat modo proportionato, hoc eſt, ne Diuina oracula ad negotia terrena conuertātur: hanc conditionem ponit S. Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij, *His*, inquit, *qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, etſi optandum ſit, potius faciant, quam ad dæmonia conſulenda concurrant, tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad uitæ huius uanitates, diuina oracula uelle conuertere.* Hactenus ſanctus Auguſt. epiſt. 119. ca. 20. & eam etiam afferunt ſanctus Thomas, Syluest. Tabiena, Halenſis, vbi ſupra, part. 2. quæſtio. 165. membr. 2. Toletus, & alij. Ratio eſt, quia nullus debet ea ſorte inquirere, quæ per ſuam induſtriam, uel cognoſcere, uel ad effectum perducere poteſt: negotia autem terrena opera, & induſtria humana tractari, & perfici poſſunt, & proinde Deus ſortibus in iſtis rebus conſulendus non eſt.

20 *Diuiſoria* ſors etiam nonnunquam licita eſt, concurrentibus, ſcilicet, his conditionibus, *vna eſt*, quando ſit ad contradictiones humanas ſedandas, quæ aliter terminari non poſſunt, in tali namque caſu, licitum eſt cum debita reuerentia ſortibus diuinum iudicium implorare, iuxta illud Prouerb. 18. *contradictiones comprimit ſors*: ut uerbi gratia, cum tempore peſtis, aut perſecutionis neceſſe ſit aliquos curatos manere ad ſalutem ouium, duo tamen ſufficerent, & cum multi ſint, non poteſt epiſcopus eos cōcordare, neſciatque quos duos iſtorum conſtituat, poſſet in hoc caſu iudicium a Deo per ſortes expetere. Vnde Sanctus Auguſtinus epiſt. 108. ad Honoratum, ait, *Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneat, ne fuga fiat omniū, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur eccleſia; ſi hæc diſceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, qui fugiant, ſorte eligendi ſunt.* Sic etiam, ſi ciuitas eſſet obſeſſa,

ſeſſa, & clerus dubitaret, qui fugere, aut manere deberet, ſortibus controuerſia hæc dirimi poteſt.

Similiter, ſi duo eſſent in æquali neceſſitate extrema, quorum vni tantum eorum aliquis ſubuenire poſſet, tunc ſorte conſulendus eſſet Deus, vter illorum eſſet, Sic S. Auguſt. li. 1. de doctr. Chriſt. c. 11. his verbis, *Si cui abundaret aliquid, quod oporteret dari eis, qui non haberent, nec duobus dari potuiſſet, ſi tibi occurrant duo, quorum neuter alium, vel indigentia, vel vrgente aliqua neceſsitate ſuperaret, nihil iuſtius faceres, quam ut ſorte eligeres, cui dandum eſſet, quod dari utrique non poſſet.*

Sic etiam quia terrenæ dignitatis officium ad tēporalia diſponenda ordinatur, poteſt etiam licite ad huiuſmodi ſortes haberi recurſus, ſi aliter electio ctio concors eſſe non poteſt. Quamuis enim Rector quærendus ſit, non ſorte, ſed induſtria prudens, tolerabilius tamen eſt ſorte rectorem ſecularem quærere, quam populum diſſenſionibus laborare, ex S. Th. opuſc. 25. c. 5. & 2. 2. q. 95. art. 8.

Secunda eſt, quando in tali vſu ſortium non violatur iuſtitia, ſi enim res, quæ in ſorte mittitur, ſit vnius, puta, Petri, nec ad eam par ius habent alij, puta, Ioannes, & Andreas, inter quos mittitur ſors, tunc huiuſmodi ſors diuiſoria nō erit licita, eo quod continet iniuſtitiam contra verum dominum, cum ad eam admittantur alij, qui tamen æquale ius ad rem non habent. Similiter, vt licita ſit talis ſors, requiritur non ſolum, vt non admittantur, qui par ius non habent ad rem, ſed etiam vt non excludantur alij, qui par ius habent ad eam rem, alias committitur iniuſtitia, cum enim æquales ſint in iure, ad ſortium etiam æqualitatem admitti, non autem excludi debent.

Tertia eſt, vt non fiat in electionibus eccleſiaſticis, hoc enim illicitum eſt, & prohibitum, vt conſtat c. fi. de ſortileg. & communiter tradunt Doctores S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. opuſc. 25. cap. 5. Alexand. de Ales, p. 2. q. 165. membr. 5. Io. Bachonus in prologo quarti, q. 9. art. 1. Ang. verb. ſors, §. 2. S. Ant. par. 2. tit. 12. cap. 1. §. 8. Sylneſt. verb. ſuperſtit. q. 9. Tabiena verb. ſors. verſ. Quinto, Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. & in ſumma verb. ſors Greg. de Val. to. 3. diſput. 6. q. 12. pun. 3. Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 15. quia electio ad dignitates eccleſiaſticas fieri debet inſpiratione ſpiritus ſancti, & concordia electorum: at vero qui ſorte eligitur, humano iudicio, aut inſpiratione diuina non comprehenditur. Nec obſtat quod Matthias Act. 1. ſorte ſit electus, non ſolum, quia vt notat Halenſis, vbi ſupra, q. 165. memb. 5. priuilegia ſingulorum legem communem facere non poſſunt, arg. c. Hinc eſt. §. Quod priuilegium. 16. q. 1. & cap. Sanè. de priu. Sed etiam, quia, vt notat Beda in Act. 1. quē referunt S. Tho. opuſc. 25. c. 5. & 2. 2. q. 95. art. 8. & Alex. de Ales vbi ſupra. memb. 4. *Matthias ante Pentecoſten ſorte electus fuit, quo tempore, ne à lege diſcreparet, in qua ſummus ſacerdos ſorte quærebatur, ipſe etiā ſorte eligendus fuit. Etenim quærendus erat uetus ſacerdos, donec ueniret ille, qui per proprium ſanguinem intrauit ſemel in Sancta Sanctorum, cuius hoſtia in Paſcha immolatur, in die Pentecoſtes (ſpiritu apparente) eſt conſummata.* Donec enim venit veritas, figuram exercere licuit, & propter hoc Matthiæ electio ſorte facta eſt ante Pētecoſten, in qua dabatur Spiritus ſanctus, nondum enim omnino facta erat publicatio veritatis, nec antea plenitudo Spiritus ſancti in eccleſia effuſa erat: ſeptem vero Diaconi poſtea in miniſterio non ſorte, ſed electione diſcipulorum, Apoſtolorum vero oratione, & manus impoſitione ſunt ordinati, vt oſtenderetur, quod deinceps per electione eſſent prælati eligendi, non ſorte.

21 *Quod* vero ſuperius dictum eſt de temporalium dignitatum electione, fieri nempe poſſe ſortibus, intelligendum eſt, duobus concurrentibus. Primo, ſi non ſtultè, & promiſcue fiat, ſecundo ſi abſque cōmunis boni damno, & proximi iniuria fiat. Vt enim Tabiena in verb. ſors. verſ. Quinto. Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. & in ſumma. uerb. ſors. & Toletus in ſumma l. 4. ca. 15. & alij rectè notant, dupliciter contingere poteſt vti ſortibus in tēporalib. dignitatibus; *Primo* promiſcuè, ita vt vnuſquiſq; de populo bonus, & malus, aptus, & ineptus ſorti ſubſit principatus, uel huiuſmodi regiminis habendi, & ſic peccatum eſſet nō ſuperſtitionis, ſed fatuitatis, & iniquitatis contra bonum commune. Eſt enim contra naturalem dignitatem rationalis creaturæ, cui datum eſt, ut ratione ſibi, & alijs prouideat, & contrà commune Reipub. bonum, quod quilibet tutari tenetur, & non in diſcrimen ponere, ut in tali caſu accideret.

Secundo, contingit vti ſortibus in dictis dignitatibus, poſt nominatos multos, qui pro idoneis, & aptis ad huiuſmodi officia communiter habentur, ita ut ſuper illos tantū nominatos, ſeu conſcriptos, ſortes cadere poſſint, in quo caſu ſolum ſortibus vti licitum eſſe diximus. In dignitatibus enim terrenis ſolum de rebus caducis agitur, ſecus autem in eccleſiaſticis, in quibus de re diuina, & æterna hæreditate tractatur; unde in illis pax ciuium præcipuum bonum eſt, ad quod ſortes ordinantur, in iſtis pax Dei, quæ exuperat omnen ſenſum, bonum eſt, quod a ſolo Spiritu ſancto effici poteſt, ideoque in illis, non in iſtis, licitum erit ſortibus uti.

22 Cum igitur ex hactenus dictis manifeſtum ſit, quænam diuinatio, & quibus in caſibus peccatum ſit, ſolum dubium reſtat inquirendum, an ſemper peccatum mortale ſit, an vero aliquando ſolum veniale eſſe poſſit? Et quidem quotieſcunque diuinatio hæc per *expreſſam dæmonis inuocationem* fit, peccatum mortale eſt, ob commercium illud cum dæmone, ex S. Tho. 2. 2. q. 95. artic. 1. in corpore, in fi. Caiet. eadem quæſtione artic. 3. Nauarr. in Manuali c. 11. nu. 24. verſ. Quinto, & nu. 28. verſ. 7. & Greg. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 12. puncto 4. tale namque peccatum non ſolum eſt contra religionem, ſed etiam contra charitatem erga ſeipſum, non tantum generali quadam ratione, ſicut ſunt omnia alia genera peccatorum, ſed peculiariter, quatenus agitur cū hoſte ſalutis humanæ. Quæ uerò per *implicitam dæmonis inuocationem* ſit, aliquando excuſatur a mortali *ob ignorantiam*, ex Caiet. ubi ſupra art. 2. & Nauar. cit. & Gregor. de Valentia, dummodo tamen ignorantia non ſit craſſa, & ſupina, ſcilicet, quia uel noluit ex induſtria ſcire, an hoc, aut illud ſit peccatum diuinationis, uel quæ attentis omnibus circunſtantijs facile uinci potuiſſet, Immò etiam, ut Caiet. & Gregor. de Valent. in locis proximè allatis docent, excuſari poteſt a mortali ratione *leuitatis materiæ*, nimirum, quando non haberet animum ſuperſtitioſum inquirendi occulta, ſed iocose, & uanè, tunc enim uanitatis, non ſuperſtitionis peccatum erit, &c.

De vana obſeruantia, & Maleficio, quibus quis primum Decalogi præceptum tranſgreditur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia vana in quo differt a Diuinatione.*
Obſeruantiæ nomine quænam intelliguntur. numero eodem.
Obſeruantia vana explicita, vel implicita, & quid ſint.
2 *Obſeruantiæ vanæ ſpecies quatuor, & quænā ſunt, enumerantur.*
3 *Ars Notoria quid ſit? peccatum mort. ob tacitum commercium.*
Eſt vana, illicita, ineſſicax, & quare.
4 *Obſeruantia ſanitatum per cauſas naturales ineficaces tamen, & per artificialia pec. mor. ſed magis ſuperſtitioſum, & illicitum per artificialia.*
5 *Obſeruantia futurorum euētuum ex vanitate humana, cooperante dæmonum malitia, vana, & ſuperſtitioſa.*
6 *Obſeruantia reliquiarum, breuium, orationum ad collum appenſa geſtare quomodo illicitum, quomodo ſuperſtitioſum vſque ad nu. 9. ſeq.*
7 *Quomodo excuſandæ, vel accuſandæ ſint conſuetudines aliquarum regionum, in quibus adhibentur quædam formæ, quæ videntur ſuperſtitioſæ.*
8 *Hæc breuia portantem, vel has orationes recitantem tale periculum euitare poſſe ex vi prædictorum eſt a dæmone.*
Qualiter orationem Dominicam recitare ſuperſtitioſum eſſe cenſetur.
Breue S. Vincentij in pluribus miraculoſum.
9 *Inter omnes obſeruantias vanas præcipua eſt illa, quæ dicitur maleficium.*
Quid maleficij nomine intelligitur?
Qui negāt huiuſmodi maleficos, & maleficia, refutātur.
10 *Malefici tales cauſas applicare non poſſunt, quarum effectus ſequuntur.*
11 *Cauſæ a maleficis adhibitæ vaniſſimæ, nec vllam habēt virtutem producendi effectum.*
12 *Malefici nulla faciunt, quæ concurrentibus cauſis quibuſcunque naturalibus fieri poſſunt.*
13 *An malefici, aut alij eorum maleficijs a diabolo de loco in locum transferantur, fuſe declaratur.*
14 *Rationes, quę poſſunt homines ad credendum inducere, qui quod rationem multorum neſciunt, falſa, & fabuloſa arbitrantur.*
Scientia naturalis dæmonum nulla ex parte diminuta num. eod.
15 *Omnia corpora inferiora obediunt quoad motum localē eorum potentiæ, ſaluo ordine naturæ.*
16 *Diabolus nouam ſpeciem, aut phantaſiam animæ, aut ſenſui interiori imprimere non poteſt, ſed noua imaginationi poteſt offerre, quomodo?*
17 *Maleficia, & aſtutia dæmonis non minor eſt, quam ſciētia, aut potentia.*
Cur homines perditos cooperatores eſſe, vt plurimum uero volunt mulieres, cum per ſe poſsint hæc maleficia perpetrare, ibid.
Incubi, & ſuccubi qua ratione fiant Dæmones? nu. eod.
18 *Malefici, & ſtriges nōnunquam transformantur in beſtias, quomodo? an tantum deluſorie, vel realiter per apparentiam.*
19 *Maleficiati euomunt acus, clauos, pilos, oſſa &c. Quō-*
20 *Demones excitare poſſunt tempeſtates, cauſare infirmitates, ſterilitates &c. quomodo.*
21 *Dæmones futura prædicere qualiter poſſunt.*
22 *Maleficiorum, ſeu maleficorū poteſtas qualis, & quāta.*
Dæmon impedire poteſt hominem Deo permittente varijs modis.
Ad amorē cōpellere quāta poteſtas exemplo oſtēditur.
23 *Maleficia omnia ad quinque genera reuocantur.*
24 *Maleficus quot modis cognoſci poteſt.*
25 *In maleficio ſeu malefico confeſſarius quatuor inquirere debet ad peccati grauitatem percipiendam.*
26 *An liceat pro re graui, & vrgente bono publico maleficiorum, & diuinatorum aliàs paratorum opera vti?*
27 *An ſaltem liceat Magos adire, & petere, vt maleficium vnum per aliud diſſoluant.*

1 TERTIA ſuperſtitionis ſpecies eſt *obſeruantia vana*, quæ in hoc a diuinatione differt, quod diuinatio tota refertur ad cognitionem rerum occultarū modo indebito conſequendam, hoc eſt, cognitionem futurorum Dei propriam indebito modo procurat, ſicque Deo iniuriam grauiſſimam infert, obſeruantia autem vana, & ſuperſtitioſa in eo conſiſtit, quod medijs inutilibus, & vanis procurat commoditates, & varias corporum immutationes, vt v.g. ſanitatem, vitæ prolongationē, ſcientiam rerum vniuerſalium, aut nocumenta his commoditatibus contraria alteri inferenda, & ijſdem locis, quibus diuinatio in iure canonico, & ſacris literis prohibetur. Obſeruantiæ namque nomine intelliguntur Magia, Veneficium, Maleficiū, & ſimilia. Et ſicut diuinatio explicita, vel implicita eſt, ita etiam & obſeruantia vana *explicita*, vel *implicita* eſt.

Explicita eſt, quando inuocatur Dæmon, vt doceat aliquos effectus per media aliqua, quæ vel hominem latent, uel per quæ dæmon, tāquam per inſtrumenta, effectus illos principaliter operatur: qui effectus intentus, ſi ſuperet vim naturalem cauſæ adhibitæ, & etiam facultatem naturalē Dæmonis, qualis eſt infuſio ſubitanea ſcientiæ, aut conciliatio beneuolentiæ aliorum, (hæc enim demon naturaliter præſtare nequit) eſt expreſſa ſuperſtitio, ſuperſtitioſe expectans a dæmone, quod ſolius Dei eſt; ſin autem effectus intentus non ſuperet naturalem potentiam dæmonis, vt ſunt ſanitas, & quæuis corporis immutatio (excepta reſurrectione corporis, aut reſtitutione viſus, & huiuſmodi, quę naturali alicuius creaturę facultate fieri non poſſunt) tunc quidem licet grauiſſimum peccatū ſit propter commercium cum dæmone, non eſt tamen ita proprie ſuperſtitio, vt notauit Gregorius de Valentia to. 3. diſput. 6. q. 13. puncto. 1. eo quod non vſurpatur id, aut expectatur a dæmone, quod eſt ſolius Dei, poteſt enim dęmon multa facere, applicando actiua paſſiuis, quæ nobis ignota ſunt, eo quod ignoramus naturales rerum cauſas, quę tamen dæmonibus notæ, & manifeſtę ſunt.

Implicita eſt, quando quis ea media adhibet ad effectus aliquos; quę non habent virtutem ullam ad tales effectus, ignorans dęmonē ſolere ſe immiſcere huiuſmodi vanitatibus, vt hominem uanitati deditum irretiat, ſeu ignorans dæmonem eſſe eum, qui illos effectus operari ſolet. Ideo aut ſi hæc ignoranter adhibeat; Nam ſi ſciens adhibeat huiuſmodi media vana, & eo ipſo expreſſe inuocatur dæmon facto, quamuis non verbo, vt ex ſe conſtat.

2 Huius autem *obſeruantiæ vanæ* quatuor ſunt ſpecies, quas explicant S. Tho. 2. 2. q. 96. & Caiet. ibidē, & in ſumma verb. incantatio. S. Anton. par. 2. titu. 12. c. 1. §. 9. 10. & ſeqq. Ange. verb. ſuperſtitio, nu. 3. & ſeq. Sylueſt. eod. qō. 10. Ioan. Bachonus in prologo quarti ſent. q. 9. art. 3. 4. & 5. Barthol. Medina in ſumma lib. 1. c. 14. §. 2. Greg. de Valen. to. 3. diſpu. 6. q. 13. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 7. & 8. Nauar. in Manuali c. 11. nu. 31. & ſeqq. & Tolet in ſumma lib. 4. c. 16.

3 Prima eſt *Ars notoria*, qua videlicet quis per quaſdam orationes, & ieiunia, adhibitis præterea inſpectionibus quarundam figurarum, & prolationibus quorundam verborum ignotorum, & alijs huiuſmodi, expectat ſcientiam abſque labore ſibi infuſum iri. Quæ obſeruantia peccatum mortale eſt ob tacitum cum dæmone commercium, & illicita, & inefficax ad talem ſciētiæ acquiſitionem: illicita quidem, quia utitur huiuſmodi inſpectionibus figurarum, & prolationibus verborum, non vt cauſis, ſed vt ſignis, quæ ſigna, cum non ſint diuinitus ad hæc inſtituta (ſicut ſunt ſacramentalia ſigna ad ſuos effectus producendos) vana, & ſuperuacua ſunt, & conſequenter pertinent ad pacta quædam ſignificationum cum dæmone. Inefficax etiam eſt huiuſmodi ars ad acquirendam ſcientiam, quandoquidem his medijs non intenditur, aut acquiri poteſt ſcientia naturaliter. Etenim medium ordinarium acquirendi ſcientias eſt propria induſtria, ſtudium, & labor, abſq; ſtudio igitur, & labore velle huiuſmodi ſcientias acquirere, ad modum ſcientiarum infuſarum, vanum, & inefficax eſt, cum ſolius Dei ſit ſcientiam infundere, nec ad dæmones ſpectet intellectum illuminare; poſſunt quidem dæmones verbis hominibus colloquentes aliqua documenta ſcientiarum exprimere, ſubito autem ſcientiam infundere, & illuminare intellectum non poſſunt.

4 Secunda eſt *obſeruantia ſanitatum*, cum, ſcilicet, quis vane media aliqua adhibet tanquam cauſas efficaces ſanitatis, ſeu immutationis corporum, & hoc, ſiue media illa ſint naturalia, ſed alioqui inſufficientia ad hoc, vt tales effectus cauſent, ut herbæ, lapides, &c. ſiue artificialia, vt characteres, figuræ, imagines, & huiuſmodi, cum enim figuræ illæ naturaliter huiuſmodi effectus cauſare nequeant, adhibendæ non ſunt tanquam cauſæ ſufficientes ad tales effectus cauſandos, adhibitæ autem tanquam ſigna ad pacta ſignificationum cum dæmonib. inita, pertinent. Quamuis enim cauſæ naturales ad ſuos proprios effectus adhiberi poſſint; ſi tamen naturaliter tales effectus cauſare non ualeant, non tanquam cauſæ, ſed ſolum tanquam ſigna adhiberi poſſunt, ſic autem tenquam ſigna adhibitæ, pertinēt ad pacta ſignificationū cum dæmonibus inita, quod ſuperſtitioſum, & peccatum eſt. Multoque magis ſuperſtitioſum, & illicitum eſt, artificialia, quatenus artificialia ſunt, ver. g. *imagines*, quas uocant Aſtronomicas, *characteres, nomina quædam*, aut alias huiuſmodi *vanas obſeruationes*, ad effectus extraordinarios adhibere, vt rectè docent S. Tho. 2. 2. qō. 96. art. 2. ad 1. & 2. & lib. 4. contra gentes, c. 104. & 105. & ibidem Ferrarienſis, Sylueſt. verb. ſuperſtitio. qō. 10. Ratio eſt, quia huiuſmodi artificialia, neque ſecundum ſe, neque virtute aliqua cæleſti ei impreſſa poſſunt eſſe principium operationis, qu alterentur corpora, & ideo vane adhibita ſunt pacta tacita cum dæmonibus inita, & illicita, & damnata ſunt, vt latè probat Gregorius de Valentia, vb ſupra.

5 Tertia eſt *obſeruantia futurorum euentuum*; Sun enim, qui ex quorundam impertinentium obſeruatione mala ſibi, uel alijs futura conijciunt, obſeruantes aliqua tempora, loca, aut uerba audita, vel occurſus hominū, aut animalium, &c. Quæ omnes obſeruationes, cum ſine ratione, & arte ſint, nec ex auctoritate Dei, vel eccleſiæ introductæ, ſed ex uanitate humana, cooperante dæmonum malitia, qui nituntur animos hominum huiuſmodi vanitatibus implicare, uanæ, & ſuperſtitioſæ ſunt, ut docent S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. S. Ant. par. 2. tit. 12. c. 1. §. 10. Sylueſt. uerb. ſuperſtitio, q. 10. uerſ. Tertium. Grego. de Valentia tom. 3. diſput. 6. q. 13. puncto 2. Toletus in ſumma lib. 4 c. 16. & alij: Cuius rei optimum, & expreſſum extat S. Aug. teſtimonium lib. 2. de doctrina Chriſt. c. 20. his verbis, *Ad pacta cum dæmonibus inita pertinēt millia inanium obſeruationum, puta, ſi mēbrum aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulantibus amicus, lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit; limen calcare, cum ante domum ſuam quis trāſit, redire ad lectū, ſiquis, cum ſe calciat, ſternutauerit, redire domum, ſi procedens offenderit, cum veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuperſtitiones mali futuri quam præſens damnum dolere.* Hæc S. Auguſt. Quamuis enim a principio in iſtis obſeruationibus aliquid fortaſſis ueri homines experti ſint, id tamen non iſtarum uirtute, ſed caſu accidit; Poſtea uero cum homines incipiant animū ſuum huiuſmodi obſeruantijs implicare, multa ſecundum huiuſmodi obſeruationes eueniunt per deceptionem dæmonum, vt in his obſeruationibus homines implicati curioſiores fiant, & ſe magis inſerant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris, et S. Aug. ubi ſupra, S. Thom. ar. 3. ad 2. & Syl. in uerb. ſuperſtitio, q. 10. verſ. Tertium.

6 Quarta eſt *obſeruantia reliquiarum, breuium, & orationum* portando eas ad collum, ut uero uanitas & ſuperſtitio omnis in huiuſmodi incantationibus uel ſcripturis ſuſpenſis euitetur, hæc ſecundum S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. cauenda ſunt.

Primo quidem, vt nihil falſi contineant non ſolum contra ſacram ſcripturam, ſed etiam contra eccleſiæ auctoritatem & conſuetudinem, ſic enim effectus earum expectari non poteſt a Deo, qui non eſt teſtis falſitatis.

Secundo, ne aliquid in eis proferatur, aut ſcribatur ad inuocationem dæmonis pertinēs, tunc enim certum eſt ſuperſtitioſum, & illicitum eſſe.

Tertio, ne ignota nomina contineant, quia tunc aliquid illicitum ſub illis latere uidetur, unde San. Chryſoſt. ho. 42. ſuper Matth. ait, *Quod Phariſæorum magnificantium fimbrias ſuas exēplo, nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorū confingunt, & ſcribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda uidentur.*

Quarto, ne cum uerbis ſacris aliqua uana contineantur, puta, aliqui characteres inſcripti præter ſignum crucis, quia alij ad dæmonis inuocationem pertinent.

Quinto, ne ſpes habeatur in modo ſcribendi, aut ligandi, aut in quacunque huiuſmodi vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia hoc iudicaretur ſuperſtitioſum, alias autem eſſe licitum, vnde can. Non liceat Chriſtianis. 26. q. 5. dicitur, *Nō liceat Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, non in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incantationes attendere, niſi tantum cum ſymbolo diuino, aut dominica oratione, vt tantum creator, & Deus omnium adoretur, & honoretur.* Talis obſeruantia vana eſt illa, quando euangelium ſcriptum eſt in charta virginea, & cum certis cerimonijs. Talis etiam eſt, vt notāt Caiet. in ſumma uerb. incantatio. Barthol. Medina in ſumma lib. 1. c. 14. §. 2. & Greg. de Valentia to. 2. diſp. 6. q. 13. pun. 2. quod annulus ferreus ſuper filum poſitus moueatur verbis aliquibus ſacris pronuntiatis. Tunc enim putandum eſt *tacitè* eiuſmodi verba ad dæmonem referri, qui vult etiam verbis ſacris honorari, non uero ad Deū, a quo minimè expectandus eſt ullus effectus vanus. Id quod Caietanus, ubi ſupra, teſtatur, ſe experientia probaſſe. Cum enim annulo ſuper filum poſito diceret illa eadem uerba, proteſtatus ſe nullo modo ad dæmonem illa dirigere, ſed ad Deum, ſecundum intentionem eius, qui illa aliquando ſanctè vſurpauit, annulus permanſit immotus. Quod ſignum eſt effectum illum non ſequi, niſi quando ſaltem *tacitè* illa verba ad dæmonem referuntur.

7 Ex quibus etiam patet, quomodo accuſandæ, uel excuſandæ ſint cōſuetudines aliquarum regionum, & prouinciarum, in quibus a precantibus, uel quippiam deſiderantibus aliquæ circumſtantiæ adhibentur, quæ uidentur ſuperſtitioſæ. Vt quod iumentis vena aperitur certo die alicui ſancto dedicato. Item quod circa templum S. Antonij nouies circunducuntur iumenta. Item quod in Italia, vt narrat Caiet. 2. 2. q. 96. art. 4. ſoliti ſunt aliqui ex primo nummo oblato imagini Crucifixi in Paraſceue facere annulum pro depellendo morbo contractionis neruorum. In his namque, & ſimilibus caſibus, ſi animus ſit adhibendi huiuſmodi circumſtantias tanquam per ſe efficaces ad effectum impetrandum a Deo, ſ. ſanitatem, & rerum ſuarum incolumitatem, &c. ſine dubio eſt ſuperſtitio mortalis ex genere, ex Grego. de Valentia, vbi ſupra. Quo ſenſu intelligendum eſt quod Nauar. in Manuali cap. 11. nume. 36 verſicul. 26. ait, eſſe peccatum mortale colligere herbas medicinales in die B. Ioannis Baptiſtæ, vel in die S. Petri, vel alterius Sancti iumentis venam aperire. Quāuis enim non ſit peccatum vti huiuſmodi circunſtā tijs, ſi ex deuotione, & vt ſe magis excitet ad intente precandum propter præſentiam rerum ſuarum circa templum Sancti; vel etiam propter diem ſancto dedicatum, vel propter Crucifixi memoriam, aut ſi caſu, & concomitanter iſta faciat, ſi tamen hæc faciat credens in tali die, aut cum tali circumſtantia herbas collectas, aut apertionem venæ, &c. maiori pollere virtute, quam ſi in alio die, aut tempore fieret, ſuperſtitio erit mortalis: vbi autem non eſſet talis ſuperſtitio, nec periculum ſcandali, ſcilicet quod alij, non putarent eſſe ſuperſtitionem, & conſuetudo loci hæc obſeruaret, nullum eſſet peccatum hæc facere, vt Nauarrus, Greg. de Valentia vbi ſupra, & Caie. 2. 2. q. 96. ar. 4. teſtantur, vbi ait, quod ex eo qđ S. Greg. triginta diebus orari fecit pro defuncto, hodie dicentes ex deuotione Miſſas triginta pro aliquo defuncto excuſantur, nec peccant venialiter, ex quo principale, puta, quod virtus diuina aſſiſtat, ſuſtineri poteſt, licet aliam rationem reddere neſciāt, quare has conditiones, & circumſtantias, quæ alias vanæ ſunt, obſeruant, niſi quia ſic a maioribus ſuis acceperunt. Difficile namque eſt, velle tales conſuetudines ſeniorum traditione, & auctoritate obſeruatas tollere, ſed res pie, & prudenter explicanda eſt, & fideles admonendi ſunt, ne exinde ad vana, & ſuperſtitioſa declinent, vt præfati authores teſtātur. Et quidem quoad catholicos res ſatis defenditur, & explicatur ex dictis: contra hæreticos vero, qui abſolute damnant catholicos ſuperſtitionis, dum hæc faciāt, aut permittant, adduci poteſt teſtimonium illud. S. Paulini, qui in Natali 2. S. Felicis Martyris Nolani non ſine laude, & commendatione refert conſuetudinem fidelium, qui ſuo tempore ſolerēt ad ſacrum Martyris ſepulchrum accedere.

Non ſolum gremio ſua pignora ferre paterno,
Sed pecora ægra manu ſæpe introducere ſecum,
Et ſancto quaſi conſpicuo mandare licenter.
Moxque datam ſua confiſos ad vota medelam
Experto gaudere Deo, & iam credere ſana,
Et vere plerumque breui ſanata ſub ipſo
Limine lęta ſuis iumenta reducere tectis.

8 *Sexto*, Ne in eis prænotauerit, quod qui hæc breuia portauerit, vel has orationes dixerit, tale malum euitabit, puta, non morietur in bello, in peccato, & huiuſmodi, vel conſequetur tale bonum, puta, obtinebit fauorem puellæ, &c. nec etiam portentur, aut dicantur tali animo, quaſi ſibi hæc quis ob illa promittat, hoc enim illicitum, & a dæmone eſt, qui dum ſic ſimplices, & idiotas reddit ſecuros, facit, vt ſe periculis exponant, & facilius peccent, & vt in peccatis moriantur; Ratio eſt, quia Deus nulli orationi, nullis verbis infallibilem temporalem effectum promiſit, cum bona hæc temporalia nobis aliquando mala, & nociua ſint, Vnde cum reſignatione voluntatis petenda ſunt, quatenus ſint ad Dei gloriam, & ſaluti animarum conducāt. Si igitur diceretur ipſamet oratio Dominica cum hac firma ſpe, quod prius reuelabitur hora mortis, quod ſcientia diuinitus infundetur, quod latrones, & inimici nocere non poterunt, eſſet ſuperſtitioſum; ſin autem nihil horum ſit, licitum erit verba ſacra, & preces ſcriptas ad collum portare, ſicut etiam voce vſurpare. Nam, cum quis geſtat, tacite eo ipſo precari etiā videtur, & maxime conducit ad excitandam deuotionem, & ad Dei beneficia promerenda. Ratio eſt, quia cum certum ſit verbum Dei creditum, & prolatum eſſe ſummæ virtutis ad impetrandum, defendendum, & adiuuandum, actualiter vero illud ſemper proferre, & meditari non poſſumus, & illud alligatum portare in ſignum, & teſtimonium, quod ſēper habemus cor ad Deum, & in illo ſperamus, bonum, & ſanctum eſt, ex corde religioſo, & pio procedens. Vnde eccleſia in laudem S. Ceciliæ canit, quod ſemper Euangelium Chriſti in pectore gerebat. Sic etiam legitur de ſanctis Bartholomæo, Barnaba, & alijs, quod infirmos curabant Euangelium eis ſupraponendo, & multi Religioſi publice, & notorie dant breuia infirmorum collo alliganda, vt Dominicani teſte Coſmo Philiarcho loco inferius citan-

do breue S. Vincentij, de quo multa videntur miracula, & ſenſibiliter videmus Euangelium poſitum ſuper dæmoniacos maximam habere virtutem.

Eadem plane ratio eſt de portatione reliquiarum, ſi enim portentur ex fiducia Dei, & Sanctorũ, quorum ſunt reliquiæ, non erit illicitum: Sin autem circa hoc attenderetur aliquod vanum, puta, quod vas eſſet triangulare, quadrangulare, aut aliquid aliud huiuſmodi, quod ad reuerentiam Dei, & Sanctorum non pertineret, illicitum planè, ac ſuperſtitioſum eſſet. Sic S.Thom.2.2.q.96.art.4. S. Anto.p.2.titul. 12.cap.1.§.12.Angel.verb.ſuperſtitio.nu.7.Syluef. verb.eod.quęſt.10.verſic.Quartum.Gregor.de Valentia to.3.diſp.6.q.13.punct.2. Na. in Manuali.c. 11.num.35.Coſmus Philiarchus de officio ſaced.p. 2.lib.3.cap.10. Toletus in ſumma lib. 4. cap.16.& alij. In his ergo omnibus caſibus peccatum eſt mortale huiuſmodi vana, & ſuperſtitioſa obſeruantia, vt potè contraria virtuti religionis, niſi excuſentur quia ijs vtuntur ignorantia vincibili, & non craſſa, quia, ſcilicet, ignorant hæc eſſe illicita, ſecus autem ſi admoniti illa adhibeant, ut præfati authores communiter tradunt

9 Inter alias autem obſeruantias vanas illa vna, & præcipua eſt, quę Maleficium appellatur, Malęficij autem nomine intelligitur hoc in loco illud ſolum maleficium, quod a diabolo per hominem, vel inſtante homine infertur, mediante aliquo ſigno pacti expreſſi, vel taciti, quod eſt inter maleficum, & diabolum, quod ſignum etiam maleficium dicitur, vt infixio gladij intra circulum, plumarum inuolutio, imago cærea cum acubus infixis, & huiuſmodi.

Et quamuis aliqui negare videantur huiuſmodi maleficos, & maleficia, dicentes ea omnia, quæ communiter a maleficis fieri putantur opera dæmonũ, potius ſine opera dæmonum, mediantibus cauſis naturalibus effici; Siquidem poſſunt aliqui notitiam illarum cauſarum naturalium habere, & per earum applicationem, influentibus cælis, illos effectus facere, quos dæmonibus tribuimus; Nihilominus tamen certum eſſe debet dari talia maleficia, & tales maleficos reperiri, adeo vt non ſolum in ſacris literis tales occidi iubentur, ut Exod. 22. vbi dicitur, *Maleficos non patieris viuere:* ſed etiam iure ciuili pęna mortis affici pręcipiuntur, l. Nemo. l. Multi. C. de maleficis, & mathematicis. Immo etiam ratione cõuincitur, non omnia, quæ ab illis fiunt, ab hominib. mediantibus cauſis naturalibus fieri poſſe ſed ſolum a dæmonibus.

10 *Primo* enim homines tales cauſas habere, & applicare non poſſunt, vt illi effectus ſequantur; ut patet de pluuijs, grandinibus, fulminibus, & huiuſmodi, quæ ipſi efficiunt. Siquidem ad applicandum actiua paſſiuis requiritur contactus ſaltem uirtutis intra ſphæram actiuitatis: certum autem eſt hominis uirtutem non extendi uſque ad nubes, ex quibus illa generantur.

11 *Secundo,* Quia uidemus illa, ex quibus tales cauſant effectus, uana prorſus eſſe, nec ullam habere uirtutem tales effectus producendi, ut patet ex inſpectione ſola eorum, quæ ad illos cauſandos efficiunt; Nam pro pluuia, & grandine ſcopam aqua intingunt, & in aerem aquam ſpargunt, & ſtatim ſequitur pluuia; Ad aliquem maleficiandum faciunt imaginem cæream, cui acus infigunt, & ille, qui maleficiatus fuit, in illis partibus crudeliter torquetur, in quibus imago illa cærea fuit acubus infixa, quæ tamen certum eſt non habere uirtutem producendi tales effectus, non enim exiſtimandum eſt nocumentum imaginis peruenire ad perſonam, ſed dæmon hęc erga perſonam operatur, dum maleficus eadem facit circa imaginem, id quod facit per pactum expreſſum, uel tacitum, dum in illis uanis obſeruationibus colatur, & inuocetur, adeo ut ſi huiuſmodi uana fierent ab alio, qui diabolo, & eius malignis effectibus renuntiet, nullus ſequitur effectus.

12 *Tertio,* Malefici multa faciunt, quæ ſine dæmone fieri non poſſunt, concurrentibus quibuſcunque cauſis naturalibus, & cæleſtium corporum influentijs, qualia ſunt illa, quæ prouenire non poſſunt niſi ab intellectu dirigente, & operante, non quidem humano, ſed aliquo alio in rebus ipſis exiſtente, qui educi non poteſt ex potentia materiæ, ut uerbi gratia quando malefici ſuis artibus portantur, & alios et inuitos portari faciunt ad loca remotiſſima, ubi uolunt, etiam ianuis, & feneſtris, & omnibus clauſis quibus ad eorum ingreſſum, & egreſſum clauſa a dęmone aperiuntur, & aperta poſtea caluduntur eo modo, ac ſi tacta non fuiſſent, quæ omnia non poſſunt prouenire a uirtute corporea, uel ratione delationis per aera, & per loca clauſa, uel ratione ordinis, & directionis ad locum determinatum illis ignotũ, ſed a uirtute aliqua intellectiua cognoſcente, & dirigente, quæ directio non poteſt eſſe ab intellectu eorum, qui inuitè, & quo neſciunt, portantur. Item ad inuenienda occultiſſima faciunt, q; puella uirgo in amphora aquæ, aut in ungue uideat imaginem eius, qui furtum fecit, cum omnibus particularibus circumſtantijs, quæ neque maleficus, neque puella illa neuerunt, quæ non uirtute aliqua corporea fiunt, ſed opera dęmonis, qui illam effigiem in amphora facit, aut ſpeciem illam phantaſiæ obijcit. Item magicis ſuis artibus faciunt, ut lapides, ligna, & bruta nonnunquam loquantur, locutio autem non niſi ab intellectu, & maxime reſponſio ad rem, & de occultis, quæ homines ignorant, procedere poteſt, ut propterea neceſſario fatendum ſit dari maleficos, & uere fieri huiuſmodi maleficia, non uirtute cauſarum naturalium, ſed opera dæmonum, vt experientia conſtat, & pluribus probant Sylueſter Prierius Magiſter Sacri Palatij, lib.2.de ſtrigimagis c.1.& ſeq. & Fr. Barth. Spineus Magiſter etiã Sacri Palatij in q.de ſtrigibus.c.18.& ſeq. Malleus Maleficarum par.2.& p.3. Petrus Binsfeldius ſuffraganeus Treuirenſis in tractatu de confeſſionibus maleficorum, & ſagarum, vbi par.2. multa de hac re dubia proponit, & ſoluit. Coſmus Piliarchus de officio Sacerd.par.2. lib.3. c. 7. & 8. Greg. de Valen. tom.5.diſp.6.q.13.puncto 4. Tolet. in ſumma lib.4 c.16.& alij paſſim.

13 *Dubitant* quidem Canoniſtæ de aliquibus eorum effectibus, nimirum, an malefici, & alij eorum maleficijs a diabolo de loco ad locum portentur, & de alijs huiuſmodi, ſcilicet de eorũ tranſmutatione in brutorum figuras, propter can. Epiſcopi.26.q.5.ex Concilio Ancyrano, vbi iubentur concionatores docere omnia iſta, quæ narrantur de mulierculis, quæ dicebant ſe portari cum Diana, vel Herodiade Dea paganorum, eſſe fabuloſa, præſtigioſa, & ſolum

lum in phantaſia perfici. Ceterum quamuis nonnunquam illuſiones ſint, vt ſuperius diximus agentes de præſtigijs, non tamen negandum eſt, quin aliquando dæmon vere huiuſmodi mulier transferat de loco ad locum. Eſt enim id experientia a iudicibus varijs comprobatum, præſertim in Germania, vt Nauarrus ex Malleo maleficarũ, p.1.q.1.& p.2.c.3. refert c.11.nu.38 verſ. Trigeſimo ſecundo. & Coſmus Philiarcus, vbi ſupra, ex diuerſis authoribus oſtendit: Idemq; concedunt Abulenſis ſuper ca.4. Matthæi, q.47. Franciſcus Victoria q.2.& 7. de Magia. Alphonſus a Caſtro, lib.1. de iuſt. hæret. punitione, cap.16. Caiet.2.2.q.95.art.3. Greg. de Valen. to.3.diſp.6.q.13.punc.2. Toletus, & alij, vbi ſupra. Ratio eſt, quia certum eſt materialia, & corporea quantum ad motum localem obedire Angelis, tam bonis, quam malis ad nutum, ex S. Tho. p.1.q.110. art.3. Syluest. verb. Maleficium. q.2. verſ. Secundũ. Coſmo Philiarcho, vbi ſupra, c.7. in dæmonib. autẽ manſerunt naturalia, & in ſua prima perfectione, Ideoq; a dæmonibus de loco ad locum portari poſſunt. Immo de facto certũ eſt homines ab Angelis bonis, & malis fuiſſe de loco ad locum tranſlatos. De bonis extant exempla Abacuc, Danielis c.15.& Philippi, Act. octauo; de malis etiam habemus exẽpla clariſſima, & a tota eccleſia recepta, & celebrata, de Hermogene Mago, qui iuſſu S. Iacobi Apoſtoli a dæmone ligatus fuit, & de domo propria ad domũ S. Iacobi per aera portatus, & de Simone Mago, qui magicis artibus a dæmonib. viſibiliter per aera, quaſi cælum conſcenderet, ſe deportari fecit, quem S. Petrus, præcepto dæmonib. facto, de ſublimi aere depoſuit, & cadens toto fractus corpore poſtea expirauit. Quam hiſtoriã referunt Clemens Roman. lib.6 conſtit. cap.9. Arnob. lib.2. aduerſus Gentes. Cyrill. Hieroſol. Catecheſi 6. Epiphan. hæreſi 21. Euſeb. lib.2. hiſt. capit.14. Philaſtrius de hæreſ. c.3. S. Auguſtinus epiſt.26. ad Caſulanum. & De hæreſibus, hæreſ.1. Seuerus Sulpitius lib.2. Hiſtoriæ. Theodoretus lib.1. hæreticarum fabularum. cap.1. Iſidorus Peluſiota lib.1. epiſtol.13. Maximus Taurinẽſis ſermo.5. in Natal. Apoſtolorum, vbi late hanc rem declarat. Damaſus Papa libro de vitis Pontificum Romanorum, in Petro. Hegeſippus lib.3.c.2. Metaphraſtes in die 29. Iunij. Niceph. lib.2. Hiſt. c.36. Cedrenus in compendio. Glycas lib.2. Annal. Gregorius Turonenſis lib.1. Hiſtor. Franc. cap.25.& alij, quos refert Baronius Cardinalis to.1. Annalium ſub anno Chriſti 68. Petri uero 24. Neronis anno 12. a numero 16. vſque ad numerum 22. vbi multa narrat, quæ a Simone Mago artibus magicis fiebant. Vnde ad dictum can. Epiſcopi 26.q.5. Reſpondent Victoria, & Gregorius de Valentia, vbi ſupra, ex Turrecremata ſuper illum canonem, non ita intelligendum eſſe, quaſi ibi negetur, quod nullo modo contingat unquam vere huiuſmodi accidere, ſed quia fabuloſum eſt id accidere eis modis, qui in illo canone memorantur, ita ſcilicet, ut eiuſmodi mulieres conuiuentur cum Diana, & cum Herodiade, credebant etiam mulieres illæ, quarum ibi fit mentio, Dianam, & Herodiadem uerſas eſſe in Deas, quod eſt hæreticum; credebant etiam ſe certis noctibus ſuper quaſdam beſtias multarum terrarum ſpatia cum Herodiade, & Diana Dea, ad eius ſeruitiũ tranſcurrere, quæ omnia falſa, & nugatoria ſunt; Quam etiam reſponſionem dant Syluester, vbi ſupra, lib.2.c.1. Nauar. loco citato. Coſmus autem Philiarcus, vbi ſupra, c.7. in fin. canonem illum nullius eſſe auctoritatis, & inter paleas numerari, nec in dicto Concilio Ancyrano reperiri, & faciunt pro hac ſolutione ea, quæ in lib. Decretalium, ante d. can. Epiſcopi.26.q.5. nouiter correcto, & iuſſu Gregor. XIII. impreſſo, annotantur.

14 *Quia* vero tam multa, & fere incredibilia de his maleficis dicuntur, vt nonnulli, qui illorum rationem reddere neſciunt, hæc falſa, & fabuloſa eſſe credant, non abs re erit breuiter fundamentũ horum omnium proponere, vt eo cognito, facilius credi, & diligentius ab omnibus caueri poſſint malefici iſti, qui uirtute dæmonis ea omnia operantur. Etenim, ut notat S. Tho. p.1.qõ.64. in dæmonibus magna ineſt ſcientia, non enim per peccatum ſciẽtiam naturalẽ amiſerunt, agnoſcunt enim naturali ſcientia omnes ſpecies, & naturas, & uirtutes rerum naturales per earum ſpecies, ſeu ſimilitudines eis à Deo a principio ſuæ creationis inditas, eaſque non ſolum in communi, ſed etiam in particulari cognoſcunt, ex S. Tho.1.p.q.57.ar.1.& 2. Vnde quilibet diabolus perfectè cognoſcit uirtutes omnium Angelorum, cælorum, ſtellarum, herbarum, volucrũ, piſcium, animalium, arborum, metallorum, lapidũ, & elementorum, & quæ hominib. quocunque modo prodeſſe, aut obeſſe poſſunt. Et cum ſint intellectuales, & ſine diſcurſu, & ratione intelligant, eorumq; intellectus a principio perfectus, & in actu fuerit, omne ens intelligibile vniuerſaliter, quod eſt eorum naturale obiectum, ab initio cognouerunt, quæ cognitio naturalis nec per peccatum penitus ablata, nec aliqua ex parte diminuta fuit, quia cum eorum conſequatur naturam quę ſimplex eſt, nihil ab ea ſubtrahi poteſt; Quod ſi daemones ſaepe fallantur, inde eſt, quod tanquam ſuperbi ex rebus naturalibus de myſterijs diuinis, de futuris contingentibus, & de his, quae libera uoluntate fiunt, & de his, quæ ſecundum diuinam potentiam eueniũt, iudicare volunt.

15 Et cum tam magna ſit eorum ſcientia, non minor eſt eorũ potentia, quibus omnia corpora inferiora quo ad motũ localem obediunt, ſaluo naturæ ordine, vt diximus, unde non poſſunt totam terrã, aut aliud elementum mouere, cum hoc eſſet ordinem naturæ euertere; poſſunt tamen quaſcunque partes etiã turres & montes mouere; poſſunt etiã tanta celeritate moueri naturaliter, vt in tempore imperceptibili ab oriente in occidentem, a terra in cælũ, & econtra aliquid portare ualeant, quicquid volũt, ex S. Thom.1.p.q.53.art.3. portant autem per hoc, quod ita intelligunt, & uolunt, nã corporea, vt diximus, quoad motũ localẽ eorũ uoluntati obediunt.

Hinc eſt quod angeli mali ea omnia facere poſſunt, quæ per motum localem, aut per applicationẽ virtutum actiuarum naturalium fieri poſſunt, ſi a Deo permittantur, vt homines ad longinqua loca portare, pluuias, ventos, infirmitates, ſanitates, & huiuſmodi facere; Item aerem condenſare, illũ colorare, & figurare, & in eo apparere in forma viri, & mulieris, aut beſtiæ, vt experientiæ docent, & ſancti tradunt.

16 Quia uero in iſtis apparitionibus fiunt nonnunquã illuſiones, & multa apparent oculis fieri, quæ

verè non fiunt, vt iſtorum etiam rationẽ reddamus, oſtendendum breuiter eſt, ad quid ſe extendat diaboli poteſtas ſpecialiter circa hominem, quantum ad animam,& corpus,& res,& famam. Et quidem certum eſt, non poſſe diabolum nouã ſpeciem, ſeu phantaſma in anima, ſeu in ſenſu interiori imprimere, quæ nullo modo in ea fuerit; ſi enim non poteſt nouas formas in materiam corporalem influere, multo minus has imprimere poterit in imaginationem, in qua nihil recipitur ſine organo corporali; Vnde facere nequit, vt cæcus a Natiuitate imaginetur colores, vel quod ſurdus natus imaginetur ſonos; poteſt tamen per ſpecierum, ſeu phantaſmatum tranſmutationem, diuiſionem, & compoſitionem, noua imaginationi offerre; Cum enim in cerebro quidam ſinus ſint pleni ſpiritib. ſubtilibus ſenſitiuis, in quibus ſpiritibus conſeruantur ſpecies rerum ſenſitiuarum, quorum ſpirituũ motu, & tranſmutatione, contingit etiam ſecundum naturę operationem noua imaginari, (quam tanquam ſomniorum cauſam reddit philoſophus) poſſunt hoc etiam modo dæmones immutare imaginationem non ſolum dormientium, ſed etiam vigilantium, & noua quędam oſtendere, non quidem totaliter noua, ſed per diuerſas diuerſarum phantaſmatum partium compoſitiones, ſicut nos etiam pro libito poſſumus diuerſa phantaſmatum compoſitione,& diuiſione, noua,& impoſſibilia imaginari, vt mõtem aureum, chymæras,&c. poteſt etiam eſſe tanta ſpirituum, & humorum commotio in phantaſmatum delatione, vt huiuſmodi apparitiones etiam vigilantib. fiant, & oculis corporeis cerni videãtur, vt patet in febricitantibus, qui etiam vigilantes patiuntur alienationes, & dicunt ſe videre latrones; & in melancholicis, qui aliquando multitudinem hominum armatorum ſibi videre videntur, & timore perculſi exinde clamores grauiſſimos emittunt. Si igitur apparitiones,& illuſiones iſtæ naturaliter fiant in dormientibus, infirmis,& melancholicis, multo magis fieri poſſunt a dæmonibus, qui humores omnes hominis mouere poſſunt,& reducere ad caput, ſpecies diuidere,& tranſmutare, ut diximus.

Poteſt ẽt in humanum corpus infirmitates inducere, vt patet in Iob, intellige omnes infirmitates inducibiles per corpora inferiora, quia nouit virtutes omnium eorum, & eas corporibus humanis applicare poteſt. Poteſt etiam nocere in rebus, vt patet in Iob, quem ſubito accepta licentia rebus omnib. ſpoliauit, ſimiliter in fama, quia ſumere poteſt formam humanam, & obloqui,& fingere caſus, in quibus videantur delinquere, ſicut permiſit ſe inueniri ſub lectulo cuiuſdam ſancti viri in forma puellæ, vt refert Sylu. vbi ſup. verb. malefic. q. 3. in fi.

17 *Nec* minor illis ineſt malitia, et aſtutia, cum enim tanta ſcientia,& poteſtate imbuantur, ex odio erga genus humanum; vtuntur modis omnibus, vt homines ad ſe confugientes decipiant,& perdant;& quãuis huiuſmodi maleficia (quando id a Deo illis permittitur) per ſe agere poſſint, uolunt tamen homines perditos cooperatores eſſe, vt plurimum autem teſte Alexand. de Ales par. 2. qu. 165. membr. 6. mulieres, & homines ſimplices decipiunt; Inuocati etiam nonnunquam veniunt, vt eis fides facilius adhiberi poſſit; aliquando non veniunt, & hoc, vt magis noceant, venientes etiam aliquando non efficiunt ea, quæ facere ſoliti ſunt, ſed potius figmenta eſſe oſtendunt, & hoc, quando timent, ne maleficia eorum detegantur,& contra maleficos procedatur, & ut alios ad credendum inducant, ſomnia, & falſa eſſe, quę de maleficis dicuntur, ut ſic maleficia libere, & impune fiant.

Ex his facile colliguntur rationes eorum omniũ, quę a maleficis fiunt, ſcilicet, qua ratione ſępe in ſpecie mulierum,& uirorum appareant, & ſub ſpecie mulierum ſupponunt ſe uiris,& ſub ſpecie uirorum moleſti fiunt mulieribus, quæ etiam ex eorum congreſſu generant, quos latini incubos, & ſuccubos uocant, ex S. Greg. lib. 7. Moral. c. 12. S. Aug. lib. 15. ciuit. c. 23. Iſid. lib. 8. Etymol. c. ult. S. Tho. 2. d. 8. ar. 4. q. 2. Coſino Philiarc. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 8. ubi uaria huius rei affert exempla.

18 *Eodem* modo malefici, & ſtriges ſuis maleficijs nonnunquam transformantur in beſtias, quod licet aliquando fiat deluſoriè ſola imaginatione, nonnunquam tamen fit etiam per realem,& extrinſecam apparentiam; in cuius ſignum multi,& multæ ſub forma gattorum fuerunt uulnerati, & cum uulneribus in eiſdem locis correſpondentibus reperti, qui capti confeſſi ſunt,& pueri, quos maleficiarunt, infra paucos dies exſiccati interierunt, ut latius habetur in Malleo malefic. p. 2. q. 1. c. 9.

Neque ſolum transformantur, ſed etiam alios transformant,& transformati portant onera, ut aſini, ſicut uidentur, cuius rei exempla afferunt S. Auguſt. lib. 18. ciuit. c. 16. 17, 18. & Malleus Malefic. p. 2. q. 2. c. 4. Philiarcus ubi ſupra & alij, non quod uere tranſmutentur, & propriam figuram amittant, ſed ſicut dęmones poſſunt corpora aſſumere aerem cõdenſando,& ſub diuerſis formis apparere, ita etiam poſſunt per actiuorum applicationem maleficorum & maleficiatorum corpora incuruare,& aeris condenſatione nobis occultare, & figuras beſtiarum, ut gattorum, aſinorum, uolucrum efficere, & circumponere, ut in hęc, & ſimilia animalia conuerſi uideantur, & ipſi dęmones, ut uideantur uera animalia, formant uoces eis proprias, illos portant, ut uideanturut uolucres uolare, onera ſuſtentant, quę, ut aſini, portant, feneſtras eis aperiunt, ut ſub gattorum forma ad maleficiandum portati ingrediantur, aere etiam condenſato corpus alicuius proportionaliter extendunt, ut uideatur ſine membro, quod tanquam abſciſſum oſtendunt,& poſtea uidetur, quod illud reſtituunt, cum uerè abſciſſum non fuerit, ſed ſolum fuit apparens, & phantaſticũ; Immo etiam ipſi dęmones aliquando ſub forma bruti apparent, ut ſerpentis, ut patet in tentatione primi parentis, & alia huius rei exempla refert S. Auguſtin. libro 18. ciuit. cap. 18. poſſunt enim per aeris condenſationem quam uoluerint formam oculis oſtendere.

19 Quantum uero ad effectus admirabiles, ut quod maleficiati euomãt acus, clauos, pilos, oſſa magna, plumas ingenioſiſſimè conſertas, & huiuſmodi, qđ uidetur impoſſibile, ut res tam magnę, & ſenſibiles per foramen paruum oris, immo etiam per oculos ſine dolore uiſibiliter emittantur, patet ex dictis, quomodo hęc fieri poſſunt: Nam uel ſunt illuſiones, ut uideantur, quę uerè non ſunt, uel dęmon aeris condenſatione, & coloratione facit illa apparere, aut ſi ſint uere res, ipſe diabolus inuiſibiliter

huiuſmodi ſtomacho intulit, & inde viſibiliter educit; non obſtante, quod ſint ita magna, quia poteſt ad libitum ea diuidere, & reunire, & vbi opus fuerit, actiua naturalia ad id applicare, cũ localiter huiuſmodi corpora, & partes eorum ad nutum moueantur ab eo, & inuicem conglutinentur. Quæ omnia tanta celeritate facere poſſunt, ut oculus diuiſionem, & compoſitionem diſcernere non poſſit, ſed iudicet ita magna emitti, & quod oculus decipiatur. Quod autem oculus aliquando non poſſit ratione uelocitatis motus percipere rem, vt eſt, patet ex veloci titionis motione, nam videtur eo fieri circulus igneus perfectus, qui tamen non eſt, & ex his, quæ circulatores manuum dexteritate facere ſolent. De qua re mirabile exemplum habetur apud Coſmum Philiarchum vbi ſupra lib. 3. cap. 8. quod refert ex Surio tom. 3. in vita S. Petri Archiepiſcopi Tarantaſij.

20 *Eodem* modo conſtat ex dictis, qua ratione dæmones excitant tempeſtates, cauſent infirmitates, ſterilitates, ſanitates applicando earum cauſas, & etiam odia inter virum, & vxorem, ea imaginationi repreſentando, quæ ad vxoris odium, & ad alterius mulieris amorem inducunt, & cum omnia ſciant, quæ proficua, aut nociua eſſe poſſunt: eaque a longiſſimis partibus ſubito afferre queant, quaſcũque infirmitates viſibiliter, & inuiſibiliter locis opportunis earum applicatione cauſare poſſunt, immo non ſolum exterius, ſed etiã interius inferre ea poſſunt per os, dum homo dormit, aut dum putat ſe bibere, aut aliquid aliud ſumere: hinc eſt, quod vetula, aut alio incantante ſanantur infirmitates, & malefico torquente imaginem, aut acubus illã pungente, torquetur perſona multum diſtans in illa parte, in qua pungitur imago; quæ omnia diabolus ex pacto tacito, vel expreſſo cum malefico erga talem perſonam operatur; dum maleficus hæc facit circa imaginem.

21 *Conſtat* etiam qualiter dęmones ſolent multa futura prædicere: Cum. n. præſentia omnia, et occulta, exceptis cordium cogitationibus norunt, aut noſcere poſſunt ſecundum omnes Theologos, conſequenter ſciunt omnia Principum conſilia, & tractatus hominum, & corporum diſpoſitiones: vnde ſciunt de his omnibus diuinare, etiam de his, quæ a præſentibus deriuentur, licet coniecturaliter; Sicut ſi ſcit determinatum eſſe in conſilio Regis alicuius: quem ſcit non eſſe hominem leuem, neque mutabilem, probabiliter enuntiat, quod tale bellum erit. Similiter præſentia quoque diſtantia omnia ſimiliter norunt, & quia ſubito mouentur, ea ſubito nuntiant, adeo vt futura enuntiare hominibus videantur.

22 *Facile* etiam ex dictis colligitur, qualis, & quanta ſit poteſtas maleficorum, & maleficiorum circa copulam carnalem, vt. n. notant S. Tho. in addit. p. 3. q. 58. art. 2. Palud. 4. diſt. 44. q. 2. ar. 3. Sylueſt. verb. maleficium, q. 6. & alij, ideo poteſtas maleficiorũ permittitur dęmonibus a Deo in actu generatiuæ potẽtiæ, magis quam in alijs, quia per eam peccatũ originale transfunditur; poteſt autem dæmon impedire hominem Deo permittente multipliciter.

Primo enim ex hoc, quod eſt ſpiritus, poteſtatem habet ſuper creaturam corporalem ad motum localem prohibendum, vel faciendum, vnde poteſt corpora impedire, ne ſibi etiam mutuo appropinquent, uel directè, vel indirectè ſe interponendo inter eos in corpore aſſumpto.

Secundo, ex eo quod hominem inflammare poteſt, ad actum illum, uel ab actu infrigidare; adhibẽdo occultè virtutes rerum ad hoc ualidas.

Tertio, turbando imaginationem, & æſtimatiuã facultatem, quæ reddat mulierem exoſam, poteſt enim, ut diximus, talẽ imaginationem imprimere.

Quarto, prohibendo directè rigorem membri, ſicut, & motum localem cuiuſcunque organi.

Quinto, prohibendo miſſionem ſpirituum ad mẽbra, in quibus eſt virtus motiua quaſi intercludendo vias ſeminis, ne ad uaſa generationis deſcendat, vel ne ab eis recedat, vel ne excidatur, vel ne emittatur, & multis alijs modis. Hæc omnia præter inſtitutum noſtrum eo latius expoſuimus, quia multi, etiam catholici, hæc figmenta eſſe credunt, quos refellit S. Tho. loco proximè allato, & de his legi poſſunt ea, quæ in Malleo Maleficarum a duobus religioſiſſimis Inquiſitoribus Ord. Prædic. & ab Innocentio Papa VIII. contra ſtriges, & maleficos ſpecialiter deputatis Sylueſtro, & Bartholomæo Spineo, compoſito, latius, & exactius traduntur; Quorum omnium etſi infinita fere extent exempla, vnum ſolum adducam ex uitis Sanctorum Patrum, in uita S. Baſilij Magni, ubi legitur, quod famulus quidam cupiens in uxorem ducere filiam domini ſui opera cuiuſdam malefici ductus fuit ad Diabolum, qui uiſibiliter apparuit, & Chriſtum, & omnia Sacramenta negauit, & ſeipſum corpore, & anima diabolo tradidit, & ſic propria ſua manu ſcripſit, & promiſit. Ex eo igitur die filia cœpit amare ſeruũ, & inſtanter a patre illam in maritum petere, pater uero indigne tulit, non ſolum quia nobilis erat, & ſenator, ſed etiam quia uir Sanctiſſimus fuit, & ſicut illam in timore Dei nutrierat, ita etiam Deo in Monaſterio dicare uolebat, ſed tandem coactus, illam ei dedit. Obſeruatũ fuit, quod nunquam iret ad eccleſiam, id cum uxor intellexerat, quæ ſanctæ uitæ fuit, uehementer dolẽs, cauſam ab eo exquiſiuit, qua cognita ſtatim lacrymis perfuſa ad S. Baſilium acceſſit, qui eum uocauit, & ad pœnitentiam conuerſum per aliquot dies in certo loco recluſit, vt iuxta regulam præſcriptam penitentiam ageret, & oraret, poſtea uero uocato clero, & populo, illum ad eccleſiam duxit, & omnibus pro illo orantibus, diabolus inuiſibiliter illum de manibus S. Baſilij eripere conabatur; audiebantur ab omnibus voces, & querimoniæ diaboli contra ſanctũ uirum, qui ei præcepit, ut chartam illius manu ſcriptam redderet, & charta ſtatim per aerẽ delata, & ab omnibus uiſa, deſcendit, & in manibus S. Baſilij impoſita fuit, qui recognita, manu illam lacerauit. Hæc ibi: plura legi poſſunt apud Authores, quos ſupra retulimus.

3/ *Ex* his, quæ hactenus dicta ſunt, colligi poteſt, 23/ quidnam maleficium proprie ſit; Eſt enim opus excedens communem captum, & facultatem hominum, diaboli opera, & libero voluntatis humanæ conſenſu factum, interueniente nimirum pacto explicito, vel tacito hominis cum diabolo, vt deſcribitur a Gregorio de Valentia tom. 3. diſputa. 6. quæſt. 13. punct. 4. §. 2. ſeu, vt ait Toletus in Summa lib. 4. cap. 16. Ars nocendi alijs, dæmonis poteſtate. Quæ omnia ex ſuperioribus manifeſta ſunt.

Poſſunt autem maleficia omnia, vt notat Sylueſter verb. Maleficium, q. 5. verſ. Secundum, ad quinque genera reuocari. Aut enim huiuſmodi opera diabolica fiunt, *Primo*, ad cognoſcenda occulta, & procul poſita (vt conſilia, & actiones perſonarum, quæ longe abſunt) aut *Secundo* ad infirmitates, & morbos mirabiliter inferendos, ſub quo intelliguntur damna omnia tam in perſona, quam in rebus illata, v.g. cauſando homicidia, dolores, aut deſtruendo vineas, animalia, ſubuertendo domus, arbores, & huiuſmodi; nam Deo permittente, circa perſonas dæmon aliquando poteſtatem ſuam exercet, inducendo dolores, & infirmitates, quas nulla medicina ſanat. Applicat ad hoc venena, aliaſque virtutes naturales, quæ talia cauſant; ſimilemque poteſtatem habet circa res ipſas irrationales, vel per ſe eas deſtruendo, vel grandines, tempeſtates, aliaſque deſtructionis cauſas applicando; Aut *Tertio*, ad inducendam ſanitatem; Aut *Quarto*, ad falſas, & præſtigioſas apparitiones, & actiones, Aut *Quinto*, ad motus, vel mutationes rerum, & effectus mirabiles, & communi hominum iudicio impoſſibiles; vix. n. aliquod maleficium reperiri poteſt, quod ſub uno horum non contineatur, ut conſtat.

24 *Poteſt* autem maleficus aliquis cognoſci, *Primo* ex confeſſione propria, dicendo ſe prædicta feciſſe, aut aliqua eorum.

Secundo, ex confeſſione aliorum, qui eiuſdem delicti conſortes ſunt, & qui alios nominant, ut notāt Bart. Spineus in tract. de ſtrigib. & Petr. Biusfeld. in tract. de confeſſionib. maleficorum.

Tertio, ſi chyrographum aliquod reperiatur penes aliquam perſonam, manu eius, atq; ab ea recognitum, quo ſe dæmoni dedicaſſe, abiecta fide Chriſti, profiteatur, aut ſtigmate quodam inſignita ſit, quo ſolent maleficæ eſſe inuſtæ.

Quarto, ſi penes aliquem reperiantur aliqua uenena, hoſtiæ, bufones, membra humana, imagines ceræ, quæ acubus transfixæ ſint.

Quinto, ſi dæmonē inuocare ſolere conuincatur, ſi minata fuerit mulier alicui malū, & deinde quis reperiatur morbo, ac faſcinatione correptus.

Sexto, ſi teſtes aliqui ſint contra aliquem teſtificantes, quod viderint eum ueneno, aut unguento aliquo linire animalia, quæ poſtea mortua reperta ſint, aut infantes, aut alios, ex Biusfeldio, & Grego. de Valentia locis proxime allatis, & ex Malleo maleficarum, p. 3.

25 *Ad* peccati vero huius grauitatem melius percipiendam, confeſſarius hæc quatuor præcipue in maleficio, ſeu malefico inquirere debet, ut Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 16. annotauit. *Primum eſt*, An interceſſit pactum aliquod cum dæmone (prout fere ſemper intercedit) in quo promittunt ſe negaturos Chriſtum, & fidem Chriſtianam abiurant, Satanam adorant, actioneſq; nefandas, & ſacrilegas erga venerabile Euchariſtiæ Sacramentum exercent. *Secundum eſt*, An in tali pacto aliquam hæreſim habuerit, credendo fidem Chriſtianam eſſe falſam, Sacramenta eccleſiæ nihil ualere, ſi enim talis error interceſſit, eſt hæreſis, & ſi monitus, (dummodo ignorans fuerat) non reſipiſcat, hæreticus eſt; Sin vero talis error non interceſſit, ſed ſola malitia uoluntatis, eſt ſola dæmonis inuocatio, quæ eſt grauiſſimum peccatum. *Tertium eſt*, qualenam maleficium fuerit, ſolent. n. iſtiuſmodi malefici res ſacras in ſuis maleficijs miſcere, puta, aquam benedictam, oleum Sanctum, cæram benedictam, immo etiam (quod horror eſt dicere) & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Conatur. n. dæmon animas hominum ab iſtis auertere, & eis abuti, cum ipſe rerum omnium ſacrarum inimiciſſimus ſit. Nōnunquam etiam verba ſacra admiſcent, immo dæmoni ſacrificant; Vnde de iſtis interrogandus eſt maleficus, & an crediderit iſtis ſacris talem ineſſe virtutem ad effectus ipſorum nefandos. Si enim pertinaciter credit, hæreticus eſt, & hæreticorum pęnas incurrit; Sin autem fuerit ſola malitia voluntatis abſque errore, (quod vix fieri poteſt) ſolum eſt graue peccatum ſuperſtitionis. *Quartum eſt* circa damnum illatum, an perſonæ, vel rebus damnum intulerit, & tenetur ad reſtitutionem. Hæc ea ſunt, quæ in hac morali doctrina præcipue annotanda, & conſideranda ſunt, vt confeſſarius aliqualem huius rei notitiam habere poſſit. His ita expoſitis quędam dubia ſoluenda breuiter ſunt. Quorum

26 PRIMVM eſt, An liceat pro re graui, & vrgente bono publico maleficorum, & diuinatorum alias paratorum opera vti? Ratio difficultatis eſt, quia licitum eſt malo alterius vti ad bonum ſuum, vt licitè vtimur iuramento infidelis, quem ſcimus iuraturum in nomine Dei ſui, & licitum eſt a parato fęnerari accipere ſub uſuris. Ob quā rationem Petrus Aureolus in 4. diſt. 24. q. 2. & ſumma Ang. uerbo. ſuperſtitio. §. 13. docent, quod licet non poſſit quis inducere alium ad maleficium aliquod faciendum, ſi tamē ſit aliquis diſpoſitus actualiter facere aliquod maleficium, vt aliud deſtruat, poſſum illo uti ad bonum meum.

Contraria tamen, & uera opinio eſt dicentiū nullo modo hoc eſſe licitum. Sic S. Th. 4. diſt. 34. q. 1. ar. 3. S. Bon. 2. diſt. 7. ar. 2. q. 1. Io. Maior. 4. diſt. 34. qō. 2. Syl. uerbo. malefic. qō. 8. Roſella uerb. impedimentum, 15. c. 18. Tabiena uerb. impedimentū, 12 verſ. Nono. Caiet. uerb. maleficium. Nau. in Manuali. ca. 11. nu. 29. uerſ. 11. Co. in c. Quamuis, p. 1. §. 1. num. 10. de pact. in 6. citans Caiet. to. 2. opuſc. 12. de maleſi. & Alphonſus a Caſt. lib. 1. de iuſta hęret. *punit.* ca. 15. Coſinus Philiarcus de offic. ſacerd. p. 2. *lib.* 3. c. 11. Toletus in ſumma lib. 4. c. 16. & alij cōiter. Ratio eſt, quia actio, quæ petitur, eſt intrinſece mala, & conſequenter pro nullo bono conſequendo, aut malo uitando, licitum eſt ita operari, & proinde nec petere, quia eſſet cooperari peccato, Immo talis, ut rectè notat Sylueſter, & cōtra legem naturalem, & legem diuinam, & contra ius canonicum, & ciuile peccat. Siquidem lex naturalis reuerentiam, & fidelitatē uerſus dominum ſuū requirit, qualem habere non pōt is, qui ab eius inimico. ſ. diabolo certante cum eo de ſtatu, & uolente adorari, petit, aut accipit auxilium et parato auxiliari. Lex ēt diuina eos damnat, unde Leu. 20. dicitur, *Anima, quæ declinauerit ad Magos, & ariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponā faciem meā contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.* Ius etiam canonicum non ſolum prohibet alicui ſuadere, ut talia faciat, ſed ēt ad domum talium accedere, can. Nō obſeruetis, 26. qō. 7. Ius item ciuile iſtos conſulere uetat, aliàs conſulens deportari, & bona eius confiſcari, & diuinator gladio ultore ſeré feriri iubetur. l. Nullus. l. Nemo. & l. culpa. C. de maleſ. & math. Et denique cõtraria Aureoli opinio viam omnibus incantationibus aperit, cum vbique ſint viri, & feminę, parati incantare, & ſoluere maleficia, vnde homines paſſim eos adirent, ſi id licitum eſſe putarent. Nec valent, quæ in contrarium afferuntur, tunc enim licitũ eſt vti alterius malo ad bonum noſtrum, quando actio petita poteſt ab illo parato, ſi voluerit, ſine peccato fieri, ita vt ex iniquitate ſua proueniat, quod opponit ipſe peccatum, tunc enim petens bonum opus petit. Quia uero ille, a quo petitur, non vult niſi cum peccato efficere, ideo petens vtendo iniquitate parati non communicat peccato illius, vt in exemplis allatis conſtat, petens namque mutuum ab vſurario petit opus bonum, ſcilicet, mutuum, quod vſurarius, ſi uellet, ſine peccato concedere poſſet, & ſimiliter petens iuramentum ab infideli petit opus religionis ſanctum, ſcilicet, iurare, quod idololatra poteſt, ſi vult, ſine peccato concedere, recognoſcendo verum Deum, & per illum iurando. At uero in caſu noſtro petens, vt maleficium ſoluat, rem petit illicitam, & quam ille ſine peccato præſtare non poteſt, & conſequenter peccat, quia conſentit iniquitati alterius ſic petendo, & inducendo illum ad peccatum. Nec excuſatur petens a peccatu, quod maleficus ille, a quo petit, paratus erat ad cuiuſcunque petitionem maleficium operari: Quia etſi ille paratus eſſet, non tamen operatus fuiſſet hoc particulare maleficium, niſi ille petijſſet; unde conſtat illius petitionem cauſam fuiſſe proximam, quod maleficus ille maleficium hoc particulare commiſeritis. Siquidem ſi petens non fuiſſet maleficus, hoc in ſpecie maleficium non fuiſſet operatus. Sicut a ſimili, qui petit a meretrice parata ad cuiuſcunque inſtantiam, peccat, etſi enim illa parata eſſet, non tamen hunc actum meretricium in particulari commiſiſſet, niſi ab illo inducta fuiſſet, qui actus meretricius, cum ſit malus, ſicut actus maleficij, neque unquam bene fieri poteſt, cõſequenter ad illum committendum ſine peccato induci non poteſt.

Sicut parato occidere inimicum meum non licet mihi uti ad homicidium, quod cedit in bonum meum, quia, ſcilicet, ipſe vſus, ſeu actus, hoc eſt, conſenſus in homicidium ex ſe res mala eſt, & conſequenter nec paratum inducere licet ad homicidium tale, uel maleficium faciendum, *digni enim ſunt morte non ſolum qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Rom. 1. & faciunt, quæ docet Sanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 78. arti. 4. de petente pecuniam ſub vſuris, & de eo qui iuramento infidelis utitur in bonum ſuum. Caiet. ibi. Adria. Quodlib. 3. art. 2. Couar. vbi ſupra.

SECVNDVM Dubium eſt, An ſaltem liceat Magos adire, & petere, ut maleficium vnum per aliud maleficium diſſoluant. Aureolus, & Angelus in verb. ſuperſtitio. §. 13. id licitum eſſe docent.

27 Communis tamen, & uera opinio eſt in contrarium, quia hoc eſſet maleficium, & habere pactum cum diabolo, ſeu conſentire ſaltem in illius peccatum, quod non licet, vt diximus. Eſt, enim maleficium omne ſecundum ſe malum, nec ulla intentione benè fieri poteſt. Non eſt tamẽ negandum, quin ſi quis ſciret maleficium factum conſiſtere in laqueo ibi alligato, licitum eſſe rogare maleficum, ut illam ligaturam ſoluat, ſicut etiam licitum eſt rogare maleficum etiam pecunia ei data, ut illas ligaturas, quas fortè habet ſepultas, ſuſpenſas, & occultè conſeruatas, inde dimoueat. Quia hic nulla interuenit opera diabolica, ſed humana tantum actio, quam quilibet alius efficere poſſet, ſi ſciret, vbi eſſet illa alligata. Immo huiuſmodi facere uirtus eſt, & qui ſcirent, ubi ſepultæ, aut conſeruatæ eſſent, eas ſubtrahere poſſent, cum hoc non ſit vti maleficio, ſed factum deſtruere. Sic Scotus 4. diſt. 34. verſic. Hic primo, §. Et ex hoc patet. Sylueſt. verb. Maleficium. q. 8. verſic. His præmiſſis Tabiena uerb. impedimentum. 12. uerſ. Nono. Caiet in ſumma uerb. maleficium in fine. Nau. in Manual. c. 11. nu. 29. Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 16. Coſinus Philiarchus de officio Sacerd. p. 2, lib. 3. cap. 11. in fine, & alij. Qui etiam docent fas eſſe maleficia diſſoluere exorciſmis approbatis, aqua benedicta, Sanctorum orationibus, piorum deuotione, uera pœnitentia, deuota euchariſtiæ ſuſceptione, & ſimilibus.

De peccatis in ſpeciali, quibus primum Decalogi præceptum violatur.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Peccant Idololatria contra hoc præceptum adorantes pro Deo diabolum, uel aliquod Idolum, aut creaturã.*

2 *Quinam peccant reſpectu ſacrarum imaginum, & reliquiarum, & quot modis illarum reſpectu peccare poſſunt.*

3 *Peccant, qui Diuinationibus operam dant de rebus futuris ex libero arbitrio dependentibus iudicando.*

4 *Qui ex conſideratione ſitus, & motus aſtrorum aliquid circa hominum natalitia, & actiones liberas iudicant.*

5 *Credentes ſomnijs, interpretando bona, uel mala euentura par ſomniorum obſeruantiam peccant.*

6 *Qui in Calendis Ianuarij, vel alio die quaſi pro bono augurio aliquid donant.*

7 *Qui ſortibus diuinatorijs, aut conſultorijs indebitè utuntur ad præcognoſcendum quid futurum, uel faciendum ſit.*

8 *Qui incantationes faciunt, uel fieri procurant ad inueniendа furta, uel amiſſa, aut recuperandam ſanitatẽ.*

9 *Qui ex complexione, et phiſiognomia vult certo colligere, quæ futura ſunt ei in uita, ut gradus honores, &c.*

10 *Qui aliquod maleficium faciunt, aut procurant ob quãcumque cauſam.*

11 *Portantes breuia, aut procurantes, etiamſi ſint uerba bona, & diuina, ſi admiſceantur uerba uana, & ſuperſtitioſa.*

12 *Qui Deum tentant; Deum tentare quid, & qualiter fiat.*

13 *Tentatur Deus varijs modis.*

14 *Eſſe peccatum mortale ex genere ſuo communis opinio, nonnunquam ſolum ueniale.*

15 *Purgatio per aquam feruentem, aut ignem candentem, & ſimilia iure canonico prohibita.*

CVm ex his,quæ dicta ſunt, manifeſtum ſit, quid hoc primo Decalogi præcepto prohibitum,vel præceptum ſit,nõ abs re erit, ad faciliorem eius intelligentiam,& exactiorem confeſſarij inſtructionem, ſingula peccatorum genera breuiter recenſere, quibus contra primum hoc Decalogi præceptum peccari ſolet. Quia igitur primum hoc præceptum cultum diuinum pręcipit,prohibetque, vt latria, quæ ſoli Deo debetur,alteri non exhibeatur, & alteri exhibita dicitur Idololatria, quæ eſt maximum,& grauiſſimum peccatum: ideo

1 PRIMO contra hoc præceptum peccant Idololatræ adorantes diabolum pro Deo,uel aliquod idolum,aut creaturam,ei diuinum honorem tribuẽtes, etiam ſolo cultu exteriori,can. Nõ licet Chriſtianis. 26.q.5.vbi dicitur,*Non licet Chriſtianis tenere traditiones Gentilium,et obſeruare, uel colere elementa, aut Lunæ, aut ſtellarum curſus,aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda,uel propter ſegetes, uel arbores plantandas,uel coniugia ſocianda,&c. Sed tantum Deus creator omniũ,et dominus.*latria ſcilicet,*honoretur.* Idololatria autem hæc peccatum mortale eſt ex S. Th. 2.2.q.94.art.1.& 2.Alex.de Ales p.2.q.158.memb. 5.Bonauen.Rich.Scot.& alij.3.diſt.37.& Summiſtæ in uerb.Idololatria.Nauar. in Man.c.11.nu.26. Coſinus Philiarcus de officio Sacerd. p. 2. lib.3.cap. 9.Toletus in ſumma lib.4.cap. 13. Barthol.Medina lib.1.inſtr.c. 14.§.2.

2 SECVNDO,cum ad hoc primum præceptũ pertineat cultus ſacrarum imaginum,& Reliquiarum, earum reſpectu peccant,*primo,* qui nimia diligentia gentium idola exquirunt,eaque exigentes, & in locis ſacris ponentes,quamuis non adorationis,ſpectaculi tamen, & ornatus cauſa huiuſmodi in locis ea collocantes, cum exinde idola hæc plures habere ſoleant ſpectatores,quam Sacræ Sanctorum imagines, oculoſque ſpectantium ad libidinem moueant, dum nuda Veneris,aut Dianę membra conſpiciunt, & Satyrorum geſtus ſalaces, & Bacchi, Bacchantiumque turpes,& uinoſos furores inſpiciunt, ob quas cauſas S.Greg.multas vrbis ſtatuas iuſſiſſe confringi,authores in vita eius referunt.Non tamen cõmuniter exiſtimo hoc peccatum eſſe mortale, quãuis tot circumſtantiæ concurrere poſſint, vt mortale cenſendum eſſet,ut Coſinus Philiarchus, vbi ſupra,notauit.*Secundo,*qui pingit, ſeu retinet inhoneſtas imagines; Dicuntur autem inhoneſtæ non ſolũ illę,quę ſunt inhoneſtarum mulierum, & quæ actus inhoneſtos repreſentant, ſed etiã illæ,quæ ſunt honeſtarum,ſi ſint nudæ in totum,vel in parte, uel ita fucatæ,ut terminos honeſtatis excedant. Immo poſſunt eſſe adeo inhoneſtæ,ut illas efficere,& retinere peccatum mortale ſit. Poteſt etiam eſſe, quod imago aliqua honeſtè depicta ſit, & tamen retinens illam mortaliter peccet,v.g.ſi ſit imago illius,quam quis inhoneſtè amat, ut illam in ſua imagine ſemper præſentem habeat, uideat, delectetur, concupiſcat. Et quod peius eſt,aliqui earum paruulas imagines ad collum ferunt,capillos,literas, uel aliquid aliud earum penes ſe habent ob earum memoriã,& vt eis oſtendant,quam feruenter eas diligant. Id qđ confeſſores, ut rectè monet Philiarcus, ubi ſupra, diligenter aduertere debent, nec illos prius abſoluant,quam res huiuſmodi abiecerint, & combuſſerint,cum retentio earum ſit cauſa proxima ut plurimum,quod in peccatis permaneant, & peccata de nouo continuo committant. *Tertio,*qui ſacras imagines ita depingunt,ut per illas aliquid falſum,& apocryphum repreſentatur,vt ſi dipingatur B.Virgo in lecto quaſi puerpera,& paſſa dolores,ita ut ex partu inualida,& imbecillis reddita ſit, nec corpus ſuum ſuſtinere ualeat,hoc enim falſum eſt,& Chriſto,& matri iniurioſum.

Item,ſi in locis inhoneſtis depingantur,aut ſub effigie illarum mulierum,quę amantur, aut nimis laſciuæ,& nudæ ſint,ita ut ad libidinem potius,quam ad deuotionem excitent,aut nimis negligenter ſeruentur,quamuis in his caſibus non ſemper cenſemus eſſe peccatum mortale. *Quarto,*qui ſacras reliquias indecẽter,& illicitè ad collum portat,ita ut aliquid vanum,& ſuperſtitioſum circa illas attẽderet, quod ad Dei,& ſanctorum reuerentiam non pertineret, puta, quod vas eſſet triangulare, aut aliquid aliud huiuſmodi;ex S.Tho.2.2.q.96.art.4.ad 3. Syluest. & Tabiena in uerb.Reliquię.

Item,ſi furtiuè eas ſubtraheret, etiam ut honorificentius reponantur, niſi eſſent apud infideles,qui earum iniuſti ſunt poſſeſſores.

Item,ſi eas vęnales exponeret,ſcilicet,aut eas uerè uendendo,& accipiendo pretium, quia tunc eſſet ſymonia, ex Panormitano in capit cum ex eo.de Reliq.& Venera.Sanct.Syluest.& Tabiena uerb.reliquię, (quamuis ſi eſsent apud infideles, & pro illis daretur pecunia,non eſſet ſymonia, nec illicitum, quia non daretur cauſa emptionis, ſed ut ab iniuſto poſſeſſore auferantur.)aut exponendo eas principaliter cauſa quęſtus, & ut oblationes largiores accipiant. Item,qui reliquias,& corpora ſanctorum perpetuę ſepulturę tradita de loco ad locum ſine Papę, uel Epiſcopi, aut Pręlati loci licentia transferunt.l. fin.C.de Relig.& ſumpt.fun.can.corpora.de conſecrat.diſt.1.Syluest.& Tabiena uerb. Reliquię,q.3.

Et qui reliquias nouas ſine ſummi Pontificis,uel ſaltem Epiſcopi,& Pręlati loci auctoritate uenerantur. Neque enim reliquię nouę, aut antiquę nouiter repertę; ſi non ſunt alicuius Sancti canonizati, ſine authoritate Summi Pontificis,ad quem ſpectat Sanctorum canonizatio ,publice uenerandę ſunt: Sin autem Reliquię nouiter repertae ex aliqua ſcriptura, uel alijs coniecturis alicuius Sancti canonizati iudicentur antequam publice adorandae exponantur, id Epiſcopo ſignificari debet, cuius eſt iudicare, an illae ſufficientes cauſae ſint ad credendum eas eſſe Sanctorum illorum reliquias. Non ſunt tamen damnandi illi, qui oratione priuata ſe illis commendant, quos ſciunt ſanctè uixiſſe, & piè credunt ſanctos eſſe, & eorum reliquias reuerenter ſeruant. Non tamen debent illãs ita tenere, ut ſanctorum canonizatorum, ſuper altari cum lumine, ut ab ingredientibus domum honor illis adhibeatur ſine Pręlati licentia,ex Panorm.in c.1.de reliqui.& Venerat.Sanctorum.Syluest.uerb.reliquię. q.1.Tabiena eod.q.1.Coſino Philiarco,ubi ſup.cap. 9.& alijs.

3 TERTIO contra hoc primum pręceptum Decalogi peccant, qui diuinationibus operam dant, qui,ſcilicet de rebus futuris ex libero arbitrio dependentibus iudicant,& quid futurum ſit diuinant, uel ad ſic diuinantes accedunt.Cũ enim ſolius Dei ſit fu-

tura præſcire; Eſa.41. *Annuntiate*, inquit, *quæ uentura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis uos*, & 26. q. 5. in princ. diuinare, & futura prædicare, v.g. ea, quæ ex libero arbitrio dependent, uel quæ per accidens in rebus humanis contingunt, Deo non reuelante, quod Dei eſt, ſibi manifeſtè uſurpant, vnde & *Diuini*, ſeu *Diuinatores* dicuntur, & mortaliter peccant. Poteſt tamen nonnunquã fieri, ut ratione actus imperfecti ſit ſolũ ueniale, puta, quãdo non eſt dæmonis inuocatio expreſſa, nec tacita, uel ſi eſt, neſcit, nec credit, neq; dubitat faciẽs, quod ſi crederet, nõ faceret, tunc enim eſt quędã vanitas, ut qui in libro fortunæ, aut rotæ Pythagoræ, uel in apertione librorum, & huiuſmodi aliqua ſcire uolunt. S. Tho. 2.2.q.95.art.1.& 2. Caiet. ibi. S. Anton. p.2.tit.12.c.1.§.3. Sylueſt. uerb. ſuperſtitio. q.4. Tabiena eod. nu. 3. Nauar. in Manua. c. 11. nu. 30. Barth. Medina li. 1. inſtruct. c. 14. §. 2. Sebaſt. Medices in ſumma vitiorũ tit. 2. q. 36. Tolet. in ſum. lib. 4. c. 15. Coſinus Philiarcus de officio Sacerdot. par. 2. lib. 3. cap. 12.

4 QVARTO peccant, qui ex conſideratione ſitus, & motus aſtrorum aliquid circa hominum Natalitia, aut circa futuros euentus caſuales, aut hominum actiones liberas certo affirmant. Nam arbitrium liberum aſtrorum, & corporum cæleſtium motibus non ſubdit, quamuis enim ratione corporis, in quod agunt, aliquantulum inclinent, non tamen cogunt, aut neceſſitant, immo (vt dicitur) ſapiens dominabitur aſtris, nec ſolum ſapiens, ſed & quilibet poteſt agere, & ſæpè agit contra eorum inclinationem. Et quamuis futura contingentia ex aſtrorum influxu pendeant, poſſunt tamen multipliciter impediri, & ex aſtrorum concurſu, qui non plenè intelliguntur, & etiamſi plenè intelligerẽtur, poſſunt tamen impediri, quatenus homo ad illa cooperatur, & ab Angelis, ſub quorum cura ſunt, & etiam a Diuina prouidentia. Pari ratione peccant, qui ſtellarum curſus, aut lunæ motum pro domo facienda, aut vxore ducenda, obſeruant. can. Non licet. 26. q. 5. & qui tempora, & menſes Aegyptiorum, aut Calendas Ianuarij, aut horas ad aliquid inchoãdum obſeruant. can. Non obſeruetis. 26. quæſt. 7. & can. Quis exiſtimaret. eadem cauſa, & quæſtio. Hæc enim omnia ex falſa, & vana opinione procedant, & conſequenter diuinatio illicita, & ſuperſtitioſa erit. Si quis autem curſum lunę obſeruet ad incidenda ligna, vel ſi utatur conſideratione aſtrorum ad prænoſcendum futura, quæ ex cæleſtibus corporibus cauſantur, puta, ſiccitates, pluuias, & alia huiuſmodi, non eſt illicitum. Vnde licet ruſticis etiam per uentos, & diſpoſitiones lunæ conſiderare tempus ſeminandi, & medicis tempora potionum, & aliarum rerum medicinalium; & denique licitum eſt uti conſideratione aſtrorum, & lunæ in his, quæ naturaliter ex influentijs eorum procedunt. Archid. & Gloſ. in d. can. Non licet. 26. q. 5. S. Thom. 2.2. q. 95. artic. 5. & Caiet. ibi Syluest. uerb. ſuperſtitio. nu. 6. S. Anto. p. 2. q. 12. c. 1. §. 6. Ang. uerb. ſors nu. 3. Armilla uerb. Aſtrologia in princip. Tabie. uerb. ſuperſtitio. nu. 3. Piſanella uerb. ſortilegium il 1. §. utrum diuinatio. Barth. Medin. li. 1. inſtruct. c. 14. §. 2. in fi. Coſinus Philiarcus de offic. Sacerd. par. 2. lib. 3. cap. 12. Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 15.

5 QVINTO peccant, dantes fidem ſomnijs, uolendo interpretari per ſomnia illa, quæ ſunt futura, v.g. in bonum, uel malum euentum, ſi dormiat, & ſomniet ſe inuenire pecunias, uel dentes, ab ore ſibi cadere, & huiuſmodi, id quod prohibitum eſt Deuteron. 18. vbi dicitur, *Non inueniatur in te, qui obſeruet ſomnia*. S. Tho. 2.2. q. 95 art. 6. & Caiet. ibi. S. Bonau. 2. diſt. 7. part. 1. art. 1. q. 3. nu. 68. Ang. uerb. ſors. nu. 5. S. Ant. p. 2. tit. 12. c. 1. §. 7. Piſanella verb. ſortilegium. §. utrum diuinatio, quæ fit per ſomnia. Sylueſt. uerb. ſuperſtitio. nu. 7. Tabiena eod. nu. 4. Caiet. in ſumma uerb. ſomniorum obſeruatio. ubi etiam Armilla. nu. 1. Nauar. in Manuali c. 11. nu. 33. Medina lib. 1. inſtruct. confeſ. c. 14. §. 2. Toletus in ſumma lib. 4. ca. 15. Sebaſt. Medices in ſumma peccatorum capitalium tit. 2. q. 36. §. Tertia. Ioãnes Pedrazza in expoſitione primi p̃cepti decalogi n. 14. Hinc Cato,

Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit idipſum.

Et quidem huiuſmodi ſomniorum obſeruatio peccatum mortale eſt, quoties quis propter huiuſmodi ſomnia cõmittit, uel omittit aliquid contra neceſſaria ad ſalutem; econtra uero ueniale erit, ſi non committatur, aut omittatur aliquid neceſſarium ad ſalutem, ex Ceiet. in ſumma, & Medi. ubi ſupra, ſemper tamen cauendum eſt, ne determinatè unum inferat, & indicet euenturũ ex tali ſomnio, cum enim ſomnium ex diuerſis cauſis oriri poſſit, temerarij erroris eſt, unam determinatè inferre, aut ſi temerè determinaretur ad unum aliquod futurum ſignificandum, ſolum tamen ueniale ex Caietan. Pedrazza, & Medice locis proximè allatis, dummodo non ſit in preiudiciũ alteriũs, aut exinde periculum non ſit, ne cadat in crimen ſuperſtitionis diuinatoriæ per ſomnia, ſecundum quã ſi quis actus ſuos dirigeret, & regularet, immiſceretur diabolica illuſio, & tacita dæmonum ſocietas, ſicque eſſet peccatum mortale.

6 SEXTO peccant, qui in calendis Ianuarij, uel alio die, quaſi pro bono augurio aliquid donant, Aut qui eo die, uel alia aliquid facit propter bonum annum, & bonam fortunam habendam. can. Illud. ca. Sed & illud. 26. q. 2. ubi multa huiuſmodi ſuperſtitioſa prohibita ſunt. & can. Si quis, & can. Non obſeruetis. 26. q. 7. Item, qui ex eo, quod audit aues garrire, lupos ululare, boues mugire, &c. & ex eo, quod obuiat lepori, aut mulieri grauidæ, & huiuſmodi credit aliquid ſibi proſperi, uel mali euenturum: nam licet ex animalium uocibus, & alijs ſignis ab eis ſumptis, temporum qualitates, ſcilicet, ſerenitas, pluuia, uenti, & naturali eorum inſtinctu precognoſcantur, humana tamen ex illis præcognoſci non poſſunt. S. Thom. 2.2. q. 95. articul. 7. Caiet. ibi, & in ſumma uerb. Augurium, Armilla eodem. Piſanella uerb. ſortilegium, §. utrum diuinatio per augurium. Tabiena uerb. Augures nu. 2. S. Anton. part. 2. tit. 12. c. 1. §. 8. Nauar. in Manuali. c. 11. nu. 37. Sebaſt. Medices in ſumma pecca. capit. tit. 2. q. 36. §. Quarta. Barthol. Medina li. 1. inſtruct. confeſ. c. 14. §. 2. Pedrazza in precept. 2. decalogi. num. 15. Coſmus Philiar. de offic. ſacerd. par. 2. lib. 3. cap. 14. & alij. Et quidem hæc aliquando, ut notat Caiet. tolerari poſſunt, ut non mala, ſi debitæ adſint circunſtantiæ, puta, quod ex his non ſumatur niſi coniectura, & ſuſpicio, & de his tantum, ad quæ cæleſtia corpora ſe extendere poſſunt, & quod ſicut in ceteris ſuſpicionibus prudenter ſe habet homo, ita in iſtis; aliquando autem erunt ſolũ venialia, ſcilicet ſi aliqua circũſtantia deſit,

ſit,puta,quis nimis credit, aut timet propter huiuſmodi ſigna.Ceterum qui his ſignis adeo deditus eſſet,vt ea pro lege ſuorum operum haberet,peccaret mortaliter,& parum Chriſtianus habendus eſſet.

7 SEPTIMO peccant,qui ſortibus diuinatorijs & conſultorijs indebitè vtuntur ad præcognoſcendum,quid futurum , uel faciendum ſit: & quidem cum ſors diuinatoria illa ſit, quæ innititur ſocietati dæmonum explicitè,uel implicitè, iuxta ea quæ ſuperius expoſita ſunt,hæc ſemper damnata , & mortalis eſt.c.ſortilegi.26.q.1.& 26.q.2.c.ij,qui.S.Tho. 2.2.q.95.art.8.& Caiet.ibi.S.Anto.par.2.tit.12.ca. 1.§.9. Piſanella in uerb. ſortilegium,§. vtrum diuinatio ſortium. Ang.in uerb.ſors.Tabiena eo.in prin. Sylueſt.verb.ſuperſtitio.nu.9.Nau. in Manuali. ca. 11.nu.30.Medina lib.1.inſtr.c.14.§.2.Coſmus Philiarcus de offic. ſacerd.part.2.lib.3.cap.12.Tolet.in ſumma li.4.ca.15.Sebaſt. Medices in ſumma peccatorum capital tit.2.q.36.§.Quinta. & Pedrazza in primum præceptum decalogi.nu.13. unde qui facit experientiam de ferro candente , uel aqua feruenti , aut prouocat ad duellum , uel prouocatus acceptat , vt ſe,uel alterum liberet a ſuſpicione criminis,quod ſibi , aut alteri imponitur , peccat mortaliter ex S. Th.2.2.q.95.art.8.ad 3.& alijs citatis,& habetur in ca. conſuluiſti.2.q.5.vbi Stephanus Papa id definit: hæc enim quędam ſpecies ſortilegij eſt,ut rectè poſt alios Nauar.ubi ſupra num.39.uerſ.Trigeſimoquarto.annotauit.

8 OCTAVO peccant , qui incantationes faciunt, vel fieri procurant ad inueniendum furta , uel amiſſa, uel ad aliquid ſciendum , uel ad recuperandum ſanitatem,& grauius peccant, ſi id faciant cum reb. ſacris,uel ſacramentalibus,v.g.cum aqua benedicta, oleo ſancto.&c. Nec ideo quia aliquando futura prędicunt,& eueniunt,eis credendum eſt, ſed permiſſu Dei fit,ut qui hoc audiunt , aut vident , probentur quales ſint fide , & deuotione erga Deum,can.nec mirum.26.q. 5. Eodem modo peccant mortaliter, qui percontantur illos,qui vulgo Cingari dicuntur, de fortuna ſua, animo credendi id , quod ipſi dixerint,ex curioſitate uero,& animo ridendi percontari mortale non eſt , niſi ratione ſcandali , ut ſi eſſet perſona talis conditionis,quod ex eius interrogatione alij grauiter offendantur ex Coſino Philiarco de offic.ſacerd.par.2.lib.3.ca.12.

9 NONO peccant, qui ex alicuius complexione,vel phyſiognomia uolunt certo colligere, quæ ci in uita euentura ſunt , vt gradus , honores , infortunia,quamuis enim tam ex his,quam ex aſtris , cognoſci poſſint inclinationes , cognoſci tamen nequeunt liberè euentura,& non ſolum illa, quæ ex aliorum dependent voluntate,ſed nec etiam ea , quæ ex ipſius uoluntate dependent , quandoquidem voluntas humana corporis inclinationibus non ſubditur,ſed illas ſuperare,& contrarium agere poteſt, ex S.Thom.2.2.q.95 art.3.Caiet.ibi. & Sylueſt. verb. ſuperſtitio.nu.10.verſ.Tertium. Sebaſt. Medices in ſumma peccatorum capital. tit. 2. q. 36.§.Decimaquinta.Coſino Philiarco de offic. Sacerd.par.2.li. 3. cap.12.& alijs communiter.

10 DECIMO peccant , qui aliquod maleficium faciunt , aut fieri procurant ob quamcunque cauſam,etenim id mortale peccatum eſt, tum quia nocumentum proximo infert, tum quia dæmon ibi inuocatur, quod ſine mortali peccato fieri nequit. Nec, vt diximus, incantationem incantatione,ſeu maleficium maleficio diſſoluere licet, cũ non liceat conſentire,aut cooperari peccato. Piſanella ver.maleficium num.1.& 8. Roſella eo. Iudiciale inquiſi. verb.Maleficia.Tabiena verb.maleficium. Armilla eo.nu.1.Nau.in Manua.c.11.nu.29.Sebaſ. Medi.in ſum.pec.capit.tit.2.q.36.§.vigeſimo ſeptimo.

11 VNDECIMO peccant portantes Breuia; aut ea procurantes,quando ſunt ſuperſtitioſa,& ſi in eis aliquid ſuperſtitionis contineatur pertinens ad inuocationem dæmonis,etiamſi ſint uerba bona,& diuina,quando eis miſcentur aliqua uana.ſ.aliqui characteres prẹter ſignum crucis,aut ſpes habeatur in modo ſcribendi,puta,quia ſunt ſcripta in uno loco, uel tempore magis,quam alio , aut per unam perſonam magis, quam aliam.ſ.tempore Miſſæ , aut a ieiuno, uel in eccleſia,uel per uirginem,uel ſi in fine dicatur, qui portauerit iſtud breue,non peribit in aqua,uel in igne:Hæc enim omnia ſuperſtitioſa ſunt, & ea portantes,ſcribentes,aut eis credentes, peccãt mortaliter.Archid.in can. Non licet, 26.q 5.S.Tho.2.2.q. 96.art.4.Caiet.ibi.Ang.uerb.ſuperſtitio. nu.7.Piſanella uerb.ſortilegium.2.§.utrum ſuſpendere. Roſella eo nu.8.Syl.uerb.ſuperſtitio.nu. 10.uerſi.Quartum.Armilla uerb.ſortilegium.nu.3.Nau.in Manu. c.11.n.35.S.Ant.p.2.ti.12.c.1.§.13.Sebaſt.Medic. in ſum.pecc.capit.ti.2.q.36.uerſi. Decimoſexto.Pedrazza in primum præceptum Decalogi.nu.16.

12 DVODECIMO peccant , qui Deum tentant: Tentare autem Deum; eſt experientiam facere de potentia,ſapientia , aut uoluntate eius,ſine neceſſitate,ſiue expreſſe , ſiue implicitè aliquid dicendo, aut faciendo , quod ad hanc experientiam faciendam conducit. *Expreſſe* quidem quando ex intentione formali dubitat de re aliqua,& ex tali dubitatione dicto , aut facto experientiam vult ſumere de potentia , ſapientia , aut pietate Dei , & ſemper eſt peccatum mortale,quoties deliberatè, & conſultò fit. *Implicite* , cum quis tametſi non dubitet expreſſe de perfectione diuina , id tamen agit, quod *ſuapte natura* ad nihil pertinere , & referri poſſe uidetur , quam ad ſumendam experientiam de perfectione diuina , quaſi de illa dubitaretur. Et primo modo tentarunt Phariſæi Chriſtum dicentes Matth. 22. *volumus a te ſignum uidere*. Secundus autem modus accidit quandocunque aliquis neglectis medijs a diuina prouidentia conſtitutis, aliquid agit expectans effectum a ſolo Deo , nulla rationabili cauſa ad id mouente , ut v. g. Concionari nulla præuia meditatione (cum eam adhibere poſſit) ſecum reputans per interiorem inſpirationem a Deo ſibi neceſſaria ſubſidia præſtitum iri , ex Nauar.in Manuali c.11.num.41. verſ.Trigeſimoſeptimo,citans ad hoc Landulphum in 4.par.vitæ Chriſti.cap.32. Item qui probabili mortis periculo, aut mutilationis ſe exponeret ſine neceſſitate , aut utilitate , vt qui eſſet in alto loco , & deſcendere nollet per gradus,ſed præcipitaret ſe,credẽs,quod Deus illum incolumen cuſtodiret. Item infirmus nolens recipere medicinam,credens, quod Deus eum ſanabit. Hoc.n.ut notant authores communiter,de lege ordinaria eſſet tentare Deũ,ſcriptũ eſt.n. Altiſſimus de terra creauit medicinam , & uir ſapiens non deſpiciet illam. Ceterum ut notant Caiet. 2. 2. q. 97.

art.1.

ar.1.& Nau.in Man.c.11.n.41.ver.Trigeſimo octauo,nolle vti medicina tp̃e martyrij, non eſt tentare Deum,cum exinde maxima cõſequi ſoleat vtilitas, & oſtendatur promptitudo patiendi pro fide Chriſti:nam ſi corporalem medicinam ſuſciperet, videretur hæc minus ſponte pati, & fugere paſſionem, quãtũ poſſet,cuius cõtrariũ S.Martires facto docuerunt.Neq; ẽt tentaret Deum,qui medicinam nollet recipere propter ſpiritualem profectum,continẽdo ſe intra limites obſequij rationabilis,puta,ſi ob carnem domandam,aut paſſiones efferueſcentes comprimendas,vel vt melius paſſionem Chriſti in ſeipſo ſentiret,libenter hæc oĩa ſuſtineret. Quomodo ſancti,& qui dati ſunt in exemplum ceteris præſertim religioſi in hoc mundo,vulnera,dolores iliacos vlcera,aliaſque corporis infirmitates libenter ſuſcipiunt,& patiuntur,eiſq; vtuntur,vt inſtrumentis diuinitus ſibi conceſſis ad carnis ſubiectionem,& mortificationem, & participationem paſſionis Chriſti, id quod bene limitat Nau. vbi ſup. dummodo mortis periculum ſecum non adferant, ſi enim ex eo, qđ medicinam non reciperet, probabile mortis periculum incurreret negligendo medicinam,peccaret:vt igitur cognoſcatur, qñ tẽtatur Deus necne ex aliquo opere,aut dicto noſtro,reſpicere oportet ad cãm,& finem,ꝑꝑ quem effectus ille a ſolo Deo expectatur. Et ſi ea ſit cã rõnabilis,non erit Dei tentatio:ſi vero nulla talis cã ſubſit,erit Dei tentatio,ſaltem interp̄tatiuè.Hinc qui periculo mortis ſe exponeret ex cã vtili,aut neceſſaria,puta,qui exiſtens inter infideles, concionatorem fidelem audiendi neceſſaria documenta fidei gratia adiret, aut qui iuſto in bello pugnat,non peccaret,vt rectè notat Pedrazza in primum præceptum decal.nu.6 Pari mõ qui ex iuſta, & *vtili* cã Deum oraret expectans ab eo euentum, nõ peccat. Ita.n.videmus interdum ſanctos vĩos fuiſſe hmõi orationib.vel ad miracula patranda,vel ad detegenda occulta,&c. Qui vero ſine præparatione orat,Deum dr tentare. Eccle.18. quia ſ.talis oratio ad nihil eſt vtilis,quippe cum Deus non promiſerit ſe tale.n.orationem exauditurum. Vnde ad nihil aliud oratio talis,vt ordinari ex modo, quo inſtituitur,niſi ad experiendam diuinam potẽtiam, vtrum ſuccurrere poſſit etiam non bene oranti. Idem iudicium de illo faciendum eſt,qui ſola oratione nititur à Deo bona temporalia impetrare,neglectis ijs medijs,ſine quibus non ſolent ordinariè bona temporalia conferri;ſecus, ſi in aliquo caſu expediret fieri in ea re miraculum,&c.Quæ omnia manifeſta ſunt ex ijs,quæ traduntur a S.Th.2.2.q.*97*.per tot.& Summiſtis in verb. Tentare,vbi Ang.Syluc.Tabie.Caie. Nau.in Man.c.11.nu.40.Sebaſt.Medic.in ſum.pec. cap.ti.2.q.*36*.verſi.Trigeſimo ſecundo.Greg.de Valen.tom.*3*.diſp.*6*.q.14.Pedrazza in primum præceptum Decal.nu. *6*.& alij.

13 *Tentatur* vero Deus varijs modis,*Primo*,indiſcretè ſe periculo committendo, cum habet humanum conſilium, vel auxilium de aliquo faciendo, quod prohibetur. *Secundo*,in incredulitate a Deo aliquid petendo,quod prohibetur.*Tertio*,miraculum a Deo abſque neceſſitate petendo. *Quarto*,terminum Dei adiutorio ponẽdo,non.n.tp̃s,aut modus præſcribitur Deo.*Quinto*,volendo experimentum habere de potentia,aut præſentia Dei,an adſit, vel aliquid facere poſſit.*Sexto*,volendo Deum capere in ſermone iuxta illud Ma.22.*Quid me tentatis Hypocritæ?* Nam hypocritæ vnum in corde,aliud in ore habent. de qua re legendus eſt S.Ant.p.2.tit.*3*.c.10.

14 *Quantum* autem ad peccati huius grauitatem attinet,cõis Doctorum opinio eſt,eſſe peccatum mortale ex gñe ſuo;iuxta doct.S.Tho.2.2.q.*97*.ar.2.& aliorum vbi ſup. Tentare namq; eſt experimentum ſumere uelle de perfectione Diuina, de ea dubitando,unde manifeſtè continet diuinæ excellentię deſpectum,id q̃ graue pctm̃ eſt, & grauiter prohibitũ Deu.*6*.& Mat.4.*Non tentabis dñm Deũ tuũ*.Intelligendum aũt hoc eſt de tentatione *explicita*,& *formali*,ſi quidem quæcunq; expreſſa dubitatio de diuina perfectione res grauis eſt cõtra uirtutẽ Religionis, atq; adeo opus ex tali dubitatione procedens diuinã excellentiam grauiter lædit.Nonnunq̃ aũt ſolũ ueniale erit:nam ſi ſit tñ tentatio *materialis, et interpretatiua*,tũc ꝑꝑ actus imperfectionẽ ſolum ueniale erit cõiter; Dixi cõiter,quia ſi grauitas materiæ, ſeu magnitudo & qualitas tentationis ſit tanta, ut reducat actũ in naturam ſuæ formæ, mortalis erit, ſicut de alijs ẽt peccatis cõſtat u.g.ſi quis ſe exponeret maximo periculo,ut in purgatione illa ferri cãdentis. Poteſt ſecundo eſſe uenialis ſolum ꝑꝑ defectum *plenæ deliberationis*,ut in primis motibus,ut rectè Caie.2.2.q.*97*.art.4.& in Sum.uerb.tentatio.Sebaſt.Med.in ſum.pecc.ca.tit.2.q.*36*.§.Trigeſimoſecundo.Greg.de Val.tom.3.diſp.*6*.q.15.punct.2. & Armil.uerb.tentare, annotarunt.

Hinc conſtat,merito iure canonico prohibitam eſſe purgationem illam, qua quis ſumere uult aquã feruentem,aut ignem candentem, aut prunas ignitas,uel in fornacem ardentẽ ingredi, ut a ſuſpicione criminis obiecti ſe purget, ut patet ca. Conſuluiſti.2.q.5.& c.3.de purg.uulg. Rõ eſt,quia ad tuendũ bonum cõe ſatis eſt,ſi de crimine,uel innocentia cõſtare poſſit per probationes teſtium,& per iurm,& alia hmõi media ordinaria,& ſuauia, qualia decent humanam gubernationem, neque exponendus eſt homo tanto periculo:cum igitur talis purgatio bono cõi non expediat;illa uti non eſt aliud, quam *interpretatiuè* ſaltem Deum tentare;ut docent S.Tho. 2.2.q.*95*.ar.8.ad 3.& p.3.q.80.art.*6*.ad 3.Grego.de Val.tom.3.diſpu.*6*.q.15.punct.1.& Sebaſt.Med. in Sum.pecc.c.tit.2.q.*36*.verſ.Trigeſimoſecundo.Vnde canon ille Normacienſis Concilij.2.q.5.can.ſæpe ubi iubetur Abbas qñ aliquod furtum in monaſterio contingit,peracto ſacro,ſanctiſſimo Sacramẽto Monachos purgare,& dicere,*Corpus dñi noſtri ſit tibi hodie ad probationem.* per alias conſtitutiones uidelicet,c.3.& c.ex tuarum,de purg.uulg. reuocatus eſt:nam ut conſtat, exinde perſona ſuſpecta magno periculo exponitur,eo quod debet peccare,ſi rea ſit, et corpus domini ſumit,uel ſe infamare,ſi abſtineat. Atque adeo purgatio illa mulieris de adulterio ſuſpectæ per aquas amaras,quibus ſi rea erat,femur putreſceret.Num.5.quamuis tunc tp̃is,eo q̃ conſtaret de uoluntate diuina,cui placebat per miraculum de crimine cognoſci,licita, & expediens fuerat bono cõi illius populi,nunc tamen utpote præceptum iudiciale cum fuerat,planè ceſſauit, & res ſimilis modo humano, & ordinario tranſigenda eſt, ne alioquin tentãdo Deũ,a quoppiam peccetur. His igitur p̃cipuè modis in Primũ Decalogi p̃ceptũ peccatur.

Finis Libri Quarti.

DE SECVNDO DECALOGI PRAECEPTO

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Liber Quintus.

Authores, quì in hoc Libro Quinto citantur, de natura iuramenti tractantes.

EX *Sanctis Patribus*, S.Auguſt.lib.19.contra Fauſtum.& ſerm.28.de uerbis Apoſt.Iacob. 5.S.Hieronymus in S.Matth.& in Ezechiel 16.S.Chryſoſt.hom.9.ad pop.Antioch.S. Bernardus ho.66.in Cantica *Ex Scholaſticis*.S.Tho.2.2.q.122.Cai.ibid.q.89. Alexan. Alenſ.p.3.q.31.Magiſt.ſenten in 3.diſt.39.S.Bonauen.Richard.Scotus,Durandus,Gabriel,Thomas Argentin.ibid.Ioan.Bachonius in 4.diſt.25.q.14. Petrus de Arragona, 2.2.q.89.Ledeſma.2.2.q.17.Ægidius Quodlib.6.q.24 Sotus lib.8.de iuſtitia Ambro. Catharinus de periurio,Gregorius de Valen.to.3.diſpu.6.*Canoniſtæ, & iuriſtæ*. Innoc. in c.etſi Chriſtus Panor.ibid.Archid in c.tibi.Domine.Hoſt. Goffred. Turrecremata li.4.Card.in Cle.& c quamuis p.1.§.7 Couar.l.1.Varia.Reſo.Paulus,Alex.& Aretinus in l.prima,ff.de uerbo.oblig.Ioan.Crotus ibid.Alciatus li.1.parergon,ca.2. Vlpianus in l.iuſiurandum.§.ſi de qualitate iuramenti.Ioannes de Selua l.1.de iuramento p.1.quæſt.2.Andr.Tiraquel.de legib.connubialib.gl. 5.Anto.de Butr.de Reſcript.Soc.lib.3.conſil.99.Federicus conſi.91 Paul.de Caſtr.conſi.65.Ange.conſi.236. Ioan.Andr.in c.ult.de ſepul.Bal.leg.ult.Zacharias,& Anto.Franc.in annot.in c.ueritatis.Oldradus in conſ.24. Felin.& Decius in c.quoniam Abbas.Fulgoſ.& Rom.in l.ſed ſi hac.ff.de in ius uocand.Bar.in auth. Iaſon.in l. ſtipulationis.Philip.Corneus conſi.246.Anania in c.querelam.Imola,Alex.Fortunius,Lambertinus.Lanfracus ibid.Cald.conſi.20.de præb.Gutierrez in auth.ſacr.puberum.Ignatius Lopez de Salſedo in pract.crim.ci. & Ioannes Bernardus in c.92.Nicolaus Millis in repert.Aufrerrius in capella Toloſana.*Ex Summiſtis*.S.Anton.p.1.ti.14.Silueſt,Tabiena,Piſanella,Armilla uerſ.iurare.Nauar.in Manual.ca.10.& 13.Barthol. Med.inſtruct.Confeſſor.c.14.Summa Corona Confeſſor.p.3.de Iuramentis.Toletus in Summa li.4. Emanuel Rodriquez p.1.c.191.Coſmus Philiarcus de offi.Sac.p.2.l.3.Sebaſtianus Med. in ſumma hęreſ. Iacob. de Graffijs p. 2.deciſion.l.2.ca.8.Cathechiſ.Romanus,& Colonienſis in præcepto ſecundo.Pedraz ibid.Guliel. Peraldus in ſumma de uirtutibus to.2.tract.9.Cordub.in ſumma caſ.conſcien.q.64.Ludouicus Lopez part.1.inſtruct.conſcien.42.Ioannes Azorius p.1.Moral.Inſtitut.lib.5.c.6.Emanuel Sa.in aphoriſmis uer. Votum. Frater Hieronymus a Sorbo Capucinus in compend.priuilegiorum.Didacus Lopez a Stunica in tract.de uoto.Alphonſus Viuald.in annot.ad candelab.aureum tract.14.& alij plurimi recentiores.

De iuramento ſecundum ſe quidnam ſit, & vnde dicatur. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quoad Nominis interpretationem quid ſit.*

Poſt Ciceronis tempora verbum enatum eſt, pro quo ſpoſuit Iuſiurandum.

2 *Iuramentum dicitur apud varios Sacramentum.*

3 *Iuramentum pro actu ſumptum quomodo definitur.*

4 *Iuramentum pro habitu ſumptum uariè definitur.*

5 *Iuramentum non eſt niſi Deus tacite, uel expreſſe innocetur.*

6 *Ad Iuramenti eſſentiam quę requiruntur, et quomodo Deum expreſsè, uel tacitè innocamus.*

7 *Ad iuramenti eſſentiam non eſt neceßarium hoc uerbum (iuro) ut multis exemplis manifeſtatur.*

8 *Nulla uerba præciſe neceſſaria eſſe ad ſubſtantiam iuramenti.*

9 *Error Bartoli, et aliorum expreſsè docentium uerba fore neceßaria ad iuramentum.*

10 *Iuramentum de re pręſtitum ſine nouo conſenſu, et intentione ad alium caſum extendi non poteſt.*

11 *De eo qui promiſit ſub iuramento ſe ſoluturum centum aureos intra 20. dies termino a creditore poſtea prorogato, quid dicendum, an ſit periurus necne.*

12 *Non eſt neceſſarium regulariter ad iuramētum, quod fiat tactis euangelijs, diuinis ſcripturis, aut re aliqua ſacra, ut Cruce, Reliquijs, etc.*

Quandoque ſatius eſſe fieri iuramentum per contactum rei ſacræ, quandoque neceßarium, nu.cod.

13 *Qui iurat, ſub fide mea, uel per fidem meam, non cenſetur iuramentum feciſſe.*

Quænam fides intelligitur, cum ſit iuramentum in fide ingenui uiri, Regis, Principis, in bona fide, num.eod.

Si quis dicat, in fide boni Chriſtiani, Religioſi, non erit iuramentum; et quis eius ſenſus. nu.eod.

Per fidem meam, ſeu per conſcientiam meam, etc. non eſt magis iuramentum, quam in fide, quod nullum eſt, unde refellitur Sotus, et Sylueſter.

14 *An, et qualiter iuramentum eſt iurare per creaturas, ſiue ſacras, ſiue non ſacras.*

Qui diceret per habitum S.Franciſci aut S.Dominici, iuramentum facit ſecundum Sotum, et quare.

Quem-

QVemadmodum primo Decalogi præcepto ſumma erga Deum fidelitas iubetur, uitiumque ſuperſtitionis, quod uirtuti religionis opponitur ſecūdum exceſſum, manifeſte prohibetur, ne, ſcilicet, cultus Diuinus alteri, quam uni, ac uero Deo tradatur; ita hoc ſecundo mandato Diuinū nomen & uerbis, & factis honore maximo proſequi iubemur, ſimulque uetamur, ne quouis modo illud in uanū aſſumamus, neue per ipſum aut falſo, aut fruſtra, aut temere, & irreuerenter iuremus. Et quia prius eſt Deum ſuſcipere ad colendum, quam eum ſuſceptum honorare, ideo rationabiliter præmittitur præceptum primum, quo prohibetur ſuperſtitio, & deinde ſecundo uetatur periurium, quod ad irreligioſitatem, & irreuerentiam Dei ſpectat, ut erudite S. Tho. 2.2.q. 122. art. 3. & S. Anton. p. 1. tit. 14. c. 4. §. 3. annotarunt. Hoc igitur ſecundo præcepto in uniuerſum prohibemur, ne nomen Dei contemnamus, ne in uanū illud aſſumamus, ſed ut ſummo uerborum honore proſequamur, ac per illud ſancte iuremus. Quia uero non ſolum ille in uanū Dei nomen aſſumere cenſetur, qui per eum male iurat, uel bene iuratum male adimplet; ſed etiam, qui male, & indebite uouet, uel male adimplet, quod bene uouit, uel qui blaſphemias, & uerba iniurioſa contra Deum, & ſanctos effutit, ut Catechiſ. Colon. & Roman. in explicatione ſecundi præcepti, Angel. in uerb. interrogatio ſecundi pręcepti, Nauar. in Manuali, cap. 12. nu. 1. Coſmus Philiarcus de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. c. 13. Barth. Med. lib. 1. inſtruc. conf. c. 14. §. 3. & ſeq. & alij communiter tradunt, ideo vt quid hoc præcepto prohibitum ſit, & quomodo cōtra illud peccari ſoleat, plene cognoſcatur, de ſingulis breuiter agemus hoc ordine, primo, ſcilicet, de iuramento, deinde de uoto, & tandem de blaſphemia.

1 DE Iuramento igitur agentes, ab ipſo nomine inchoandum eſt, ipſa namque nominis interpretatio ad rei ipſius notitiam, & intelligentiam non parum conducere ſolet. Et quidem ante omnia id breuiter obſeruandum eſt, quod uox hæc IVRAMENTVM latina eſt, a Seneca, & a Iuriſconſultis ſæpè ſæpius vſitata, nata tamen, vt opinor, poſt tempora Ciceronis. Nam neque Cicero, neque qui illum pręceſſerunt, ea vſi ſunt, ſed loco illius ponebant Iuſiurandum, vt Petrus de Arrago. 2.2.q. 89. art. 1. annotauit; Seneca quidem in lib. 2. de Clementia, ſic ait, *o vocem in concione mittendam omnium mortalium, in cuius verba Principes; Regeſque iuramentum faciant.* id eſt, in cuius verba Principes iurēt. Vlpianus etiā hac uoce vſus eſt in leg. Iuſiurandum, §. Si de qualitate iuramenti. ſic enim legendum eſſe teſtatur Budæus. Dicitur autē iuramentum a iure, vel, ut ait S. Aug. ſerm. 28. de verbis Apoſtoli, ſuper uerbis Iacobi c. 5. *nolite iurare*, quia qui utitur iuramento, ius ueritatis reddit Deo, cui proprie competit patrociniū ferre ueritati, ſuoq; teſtimonio veritatem ſtabilire, (uerba S. Auguſtini hæc ſunt, *Quid eſt iurare, niſi IVS reddere Deo, quando per Deum iuras?*) vel quia, ut ait S. Tho. 2.2. quæſt. 89. art. 1. iure introductum eſt, vt dicta ſua, & facta homines teſtimonio diuino cōfirment, vel denique, quia qui iurat, perinde facit firmum id, quod iurat, ac ſi eſſet ipſum ius. Id. n. quod iuratur, pro lege habendum eſt, & ueluti ius ſancte ſeruandum eſt. l. 5. §. dato, ff. de iureiu. Id quod etiam Apoſtolus Hebr. 6. denotare uidetur dicens, *Iuramentum eſt omnis controuerſiæ finis*, ac ſi lege Sancitū eſſet. Quare iura poſt præſtitum iuramentū nullam aliam inquiſitionem permittunt, quia iniuria alioqui Deo irrogaretur: vnde & iuſiurandum dicitur iuramentum iuris. Sic S. Anton. p. 2. tit. 10. cap. 3. §. 1. Sotus lib. 8. de iuſti. & iure, q. 1. ar. 1. concluſ. 1. Petrus de Arrag. 2.2.q. 9. art. 1. Couar. in cap. Quamuis. p. 1. in princ. num. 2. de pactis. in 6. & Grego. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 7. punc. 1.

Dicitur etiam *Sacramentum*, ut in Authen. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendit. c. 2. §. Item Sacramenta. vbi præcipitur, *Quod Sacramenta*, id eſt iuramenta, *puberum ſponte facta cuſtodiantur inuiolabiliter.* & c. Qui Sacramēto. & can. Non eſt obſeruandum. 22. q. 4. & can. Paruuli. 22. qō. 5. & S. Thom. 3. p. quæſtio. 60. art. 1. Panormit. in rubrica, de iureiurando. Catechiſm. Roman. in explicat. Sacrament. in principio. Couar. in capit. Quamuis, in initio. nume. 2. de pactis. in 6. Et Vegetius lib. 2. de re militari, ſcribit, milites iurare ſolent, & ideo militiæ Sacramenta dicuntur, l. milites agrum. §. ignominioſa, ff. de re militari. Qua de cauſa ipſi milites *Sacramentarij* appellabantur, ex eo, ſcilicet, quod ſe *Sacramento*, id eſt, iuramento ad fidelitatem obligabant: Quintilianus etiam lib. 12. c. 2. ait, *Qui velut Sacramento rogati, uel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas eſſe ducunt a ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere.* Cornelius Tacitus etiam lib. 1. ſic utitur hac uoce, dicens. *Addebat Meſſala Valerius renouandum per annos Sacramentū.* id eſt, iuramentū, *in nomen Tiberij*. Vnde Suetonius in Cæſare, c. 42. *iureiurando aſtrictū teneri Sacramento* dixit. Cicero etiā lib. de Oratore, hac ſignificatione nomen hoc accepit, ubi ait, *Sacramento contendere*, id eſt, iuramento. Merito autem ſic appellatur, quia iuramentum aliquid religioſum eſt, & actus latriæ, ſiue religionis, ex S. Thom. 2.2. quęſtio. 89. artic. 4. quo Deo honorem deferimus, quem tanquam infallibilem ueritatem in alicuius rei confirmationem, & teſtimonium adducimus. Quo ſenſu Deut. 6. dicitur; *Dominū Deum tuū timebis, & ipſi ſoli ſeruies, ac per nomē illius iurabis.* & Pſal. 62. *laudabuntur omnes, qui iurāt in eo.* Vnde Cicero in officiis, lib. 3. *iuſiurandum*, inquit, *eſt affirmatio religioſa*: de qua re legi poſſunt S. Thom. 2.2. quæſt. 89. artic. 4. Sotus lib. 8. de iuſt. quæſt. 1. artic. 4. Nauar. in Manuali cap. 12. num. 2. & alij. Sed de nomine hæc ſint ſatis.

3 QVIA uero iuramentum, & pro actu iurandi, & pro habitu ſumi poſſet, quid utrumque ſit, explicandum eſt. Iuramentum igitur pro actu iurandi ſumptum ſic definitur; *Iurare eſt Deum teſtem inuocare.* Sic S. Thom. 2.2.q. 89. art. 1. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 1. art. 1. concluſ. 1. Gabr. 3. diſtinct. 39. quæſ. 1. artic. 1. Summa Corona par. 3. tract. de iuramento. nu. 3. & alij. Qui enim iurat Deum ueritatis authorem ad dictum ſuum confirmandum in teſtem inuocat. Vnde S. Auguſtni. ſermon. 28. de uerbis Apoſtoli, ait *Quid eſt iuro per Deum, niſi teſtis eſt Deus?* Id quod etiam euidens eſt, ſi finem cogitemus, ob quē iuramentum introductum ſit. Eſt namque iuratio ueritatis confirmatio certa in rebus moralibus, quæ in particulari contingunt, iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 6. *Omnis controuerſiæ finis ad cōfirmationem eſt iuramentum.* Quæ ſane confirmatio certa eſſe non

poteſt, niſi Deus in teſtem aduocetur. Teſtimonium enim humanum nonnunquam fallax eſt, tum ex vitio voluntatis hominis, qui contra id, quod mente ſentit, ob malitiam pronuntiare poteſt; tum etiam ex defectu intellectus, qui non poteſt cognoſcere occulta cordium, aut futura, aut præterita omnia, vel abſentia, de quibus tamen homines loquuntur. Vt igitur certitudo aliqua in rebus moralibus haberetur, neceſſarium omnino fuit ad teſtimonium diuinum recurrere, quia Deus neque mentiri poteſt, neque eum aliquid latet.

4 *Iuramentum* autem pro habitu ſumptū variè definitur; Hoſtienſis enim in Sum. Rubr. de iuramento. Godfred. & Archi. quos refert, & ſequitur Ang. verb. iuramentum, ſic definiunt, *Iuramentum eſt aſſertio, vel negatio de aliquo licito, poſſibili, & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata.* Quæ tamen definitio communiter reijcitur ab alijs, eo quod exinde ſequeretur, nullum poſſe male iurare, cuius tamen contrarium frequentiſſimè videmus. *Verior* ergo, & cōmunior definitio eſt, *Iuramentum eſt alicuius rei affirmatio, uel negatio adducendo Deum, quātum in ſe eſt, in teſtem, tanquam infallibilem ueritatem.* ita Doctores Scholaſtici cōmuniter in 3. diſt. 39. vbi S. Bona. Richar. Scot. Gabr. & alij. S. Ant. p. 2. tit. 10. cap. 3. in princ. Syl. uerb. iurare, nu. 1. Tabiena eo. num. 1. Sotus lib. 8. de iuſt. q. 1. art. 1. concluſ. 2. Nauar. in Manuali c. 12. num. 1. Couar. in cap. Quamuis. par. 1. in princ. num. 1. de pactis. in 6. Petr. de Arrago. 2. 2. q. 89. art. 1. Coſmus Philiarchus de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 13. Greg. de Valentia tomo 3. diſput. 6. q. 7. puncto. 1. ſumma Corona. part. 3. tract. de iuramēto, num. 3. Toletus lib. 4. cap. 20. Emmanuel Rodriquez in ſumma par. 1. c. 191. concluſ. 1. & alij. Qui enim iurat, & Deum in teſtem inuocat, hoc ipſo, *quantum in ſe eſt*, vult, & cupit Deum manifeſtare id, quod iuramento confirmatur, vel negatur, tāquam id. quod eſt ab ipſo Deo etiam ſcitum, & verum. Id quod hominibus probis; & prudentibus ſufficit ad faciendam fidem, cum credibile nō ſit hominem facile expetere diuinum teſtimonium in confirmationem rei falſæ, cum tanta Diuinæ Maieſtatis iniuria, quanta eſt uelle *quantum in ſe eſt*, ut Deus, qui ſumme ſapiens eſt, & ſumme bonus, aſſerat, & teſtificetur, id, quod eſt falſum. Ex qua definitione

5 PRIMO Infertur, Non eſſe iuramentum, niſi Deus *tacitè*, vel *expreſsè* inuocetur in teſtem, hoc enim eſt de iuramenti eſſentia, vt conſtat. Vnde nulla dictio ſimplex, ſeu affirmatio ſit, ſeu negatio, quę præ ſe non fert teſtimonij, aut execrationis imaginem, eſt iuramentum, ut ſi petenti quis reſponderet, *Eſt*, aut *non eſt*; aut interroganti, an fecerim, aut dixerim nec ne; quis reſponderet, *Sic*, aut *nō*; aut *non feci*; aut *feci*: *Dixi*, aut *non dixi*, non iuraret, aut qui diceret, *uerè*; *in ueritate*: *certe*; *profectò*: *ſanè*; cum nullo iſtorum modorum Deus inuocetur, vt conſtat, ita Sotus lib. 8. de iuſtit. quæſtio. prima, art. 1. concluſ. 4.

DVBIVM tamen eſt, An qui diceret, *Deus ſcit*, aut *Coram Deo loquor*, iuramentum faceret? Reſpondeo cum Caiet. 2. 2. q. 89. art. 1. in fine, & Petro de Arragona ibidem, Notab. ult. & Soto lib. 8. de iuſtitia. q. 1. art. 1. ante finem. Summa confeſ. par. 3. trac. de iuramento. num. 5. verſ. Item qui dicit. Huiuſmodi uerba dupliciter intelligi poſſe, vno modo *inuocatiue*, alio modo *enuntiatiuè*: *inuocatiuè* ſumuntur, quando inducuntur ad cōfirmandum id, quod dicitur, ſeu quando intendit quis Deum in teſtem eius, quod dicit, vt ſæpe fieri ſolet, & tunc eſt iuramentum, ſicut Paulus ad Galat. 1. loquitur, dicens, *Ecce coram Deo, quia non mentior*, aut *Deus ſcit, quod non mētior*. & illud S. Petri Ioā. 21. dicentis, *Tu ſcis domine, quia amo te*, formam habet iuramenti, ex Soto vbi ſupra, videtur namque Deum in teſtem aduocare amoris ſui erga eum.

Enuntiatiuè ſolum ſumuntur, quando ſolum proferuntur per modum narrationis, id quod frequenter accidit in illis, qui non intendunt iurare ad confirmandum dicta ſua. ſed ſolum ſignificare ea, quæ dicunt, coram Deo dici, & ab ipſo ſciri, vt ſenſus ſit, Ego ſic, aut ſic aio, ſed tamen verba mea Dei ſcientiæ, & iudicio remitto; ipſe enim, quid verum ſit, nouit, & ſic iuramentum non eſt. Quia igitur huiuſmodi verba ex animo, & intentione proferentis penſantur, ideo ceſſante dolo, & præiudicio cuiuſcunque, qui ſine intentione iurandi talia uerba proferret, ſolum ſignificans ſe habere conſcientia mrectam in tali re, & Deum conſcium eſſe talis rei, non erit iuramentum, quia non eſt inuocatio Dei in teſtem, ſed ſimplex tātum enuntiatio, quod Deus ſcit verum eſſe, & quod dicti illius Deus ſpectator ſit. In iudicio tamen, & præiudicialibus, ut rectè notat Caietanus, vbi ſupra, ad communem intellectum audientium reſpicere oportet, ne erretur.

6 Ad iuramēti ergo eſſentiam requiritur, vt Deus *expreſſè*, vel *tacite* inuocetur: *Expreſſe* verbi gratia dicendo, *Inuoco Deum, Chriſtum, Sanctiſſimam Trinitatem*, ſeu *facio Deum teſtem*, ſeu dicendo, *Per Deū; per Chriſtum*; *Per Sanctam Trinitatem*; *Per ſummam veritatem, & ſimilia*. *Tacitè* ſeu *implicitè*, dicendo, *uiuit Deus*; *Per Deum, &c.* Item cum iuratur per creaturas, quatenus in his relucet Diuina virtus, bonitas, veritas, potentia, & ſapientia, vt cum quis iurat per cælum, per terram, per Euangelium, per Sanctos, per ſalutem, & uitam Domini ſui, &c.

Perinde namque eſt, ac ſi iuraret per Deum, cuius ueritas, in Euangelio continentur, & per Sanctos, qui Euangelium, & ueritatem primum prædicarunt, coluerunt, & crediderunt; Per ſcripturas etiam, aut per Reliquias, in quibus diuina ueritas manifeſtatur; Et qui iurat per conſcientiam, atteſtando Deum per eam. In his omnibus igitur *tacitè* inuocatur Deus, eſtque, ut notat Toletus libro quarto capit. 20. maius iuramentum, quo magis Deus in creaturis relucet. Maius enim eſt iurare per Beatam Virginem, quam per alios ſanctos magis per iſtos, quam per cælum, magis per cælum, quam per terram, & ſic conſequenter. Qui enim per creaturas iurat, ſemper, ut notant Alexand. de Ales parte 3. quæſtio. 31. memb. 3. Sylueſt. uerb. iurare, 1. quæſtio. 4. & Petrus de Arragon. ſecunda 2. quæſtio. 89. artic. 1. & alij, numen aliquod in illis eſſe profitetur, ſiue falſum, ut idololatræ, ſiue uerum, ut orthodoxi, qui Deum in creaturis exiſtere profitentur, adeo ut non tam creatura, quam Deus ipſe, qui author eſt creaturæ, ut teſtis adducitur, attamen notant Petr. de Arragon, & Summa Corona, ubi ſupra, quod qui atteſtaret creaturas, ita tamen ut per eas aliquo modo diuinum teſtimonium non inuocaret; ſed ſolum ut eas tanquam res humanas ad dicti ſui confirmationem adduceret, uerè iuramentum non faceret, ut qui diceret, *per fidem meam*, ſeu *in fide mea*, ſcilicet, humana, & morali, ut infra dicemus.

7 SECVNDO infertur, non eſſe neceſſarium ad eſſentiam iuramenti hoc verbum *IVRO*, ſufficit enim ad iuramentum hoc, vt *expreſsè*, vel *tacitè*, Deus in teſtimonium inuocetur; poteſt autem tacitè inuocari in teſtem ſine hoc verbo *IVRO*, vnde in lege ueteri ſæpe ſæpius celebratur iuramentum illud, *viuit Dominus, viuit Deus*; & Deus ipſe iurauit per hæc verba, *viuo ego*. Num.21.& Hierem.4.iurauit, *viuit Deus*, & Apoſtolus Roman.1. iurauit per hæc verba, *Teſtis mihi eſt Deus*: & patet ex c. Iurabunt.22.q.1.vbi dicitur iuramentum fieri dicendo, *viuit Dominus*. Hierem.4.& can. Non eſt cõtra.22.q.1.Apoſtolus iuraſſe dicitur illis verbis 1.Corinth.15.*Quotidie morior per gloriam ueſtram fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro*.& in c. Et ſi Chriſtus. de iureiu. vbi omnes iſti modi iurandi enumerantur tanquam vera iuramenta ab Innoc. III. Papa. Et ita contra Cardinalem in cap. Præterea.1.de ſpõſa. dicentem nõ dici quemquam periurum, nec quo ad periurij reatum cenſeri iuramentum pręſtitum, niſi quis fidem interpoſuerit expreſſe per verbum *IVRO*, communiter tradunt authores. Panorm.in d.c. Et ſi Chriſtus, & in c. querelam, de iureiu. Ioan. Sueſa. in trac. de iureiu. p.1.qõ.penul. Sotus lib.8.de iuſtitia, q.1.art.1 ante finem. Petrus de Arragona 2.2.q.89.art.1.Notab.vlt.verſ.Quinta.Sylueſt.verbo.Iurare,nu.2.q.1. Summa Corona p.3.trac.de iuramento.nu.6.dub.3.& Angel.verb. iuramentum, 1.§.5.Couar.in c. Quamuis.q.1.in princ.nu.7.de pactis.in 6.qui etiam docet apud Cardinalem in Commtẽarijs, qui nunc typis excuſſi circumferuntur, nõ reperiri talem deciſionem, & ſine dubio eſt opinio falſa, vt conſtat ex dictis.

8 TERTIO Infertur nulla verba præciſe neceſſaria eſſe ad ſubſtantiam iuramenti, eo quod ſine vlla uerborum prolatione Deus uocari poteſt in teſtem, vt v.g. cum quis rogatus, ac iuſſus, manu crucem, aut librum euangelij tangit, intendens, & ſignificans ſe iurare. Sic Sylueſt. in verb. Iurare.num.2.qõ.1.Sotus lib.8.de iuſtitia q.1.art.1.ante finẽ. Petrus de Arrogona 2.2.q.89.art.1.Notab.ult.§.ſexta.Conar.in cap.Quamuis.in principio,nu.4.uerſicu.Tertio.de pactis,in 6.qui citat glo. in ſumma 22.qõ.1.ubi dicitur, *Forma iuramenti, alia fit ſolo ſermone, alia fit interuentu alicuius rei ſacræ*. Panorm.in rub. de iureiu.& Anto.Corſetus in eadem rubrica,q.6.& huc pertinet, quod ex Alex: tradit Ioan. Stobæus ſermone 25.*firmum*, inquit, *eſt iuramentum, ſi ſolum annuero*. Ratio eſt, quia ibi eſt tacita Dei inuocatio, cuius ueritas eſt in ſcriptis.

9 QVARTO Infertur, erraſſe Bartolum in l. Et per iuſiurandum, ff.de acceptilationibus.& in l.qui iuraſſe, ff.de iureiu. Alb. Fulg. & Romanum in l.1. in princ. ff.de uerb. obliga.expreſſe docentes uerba fore neceſſaria ad iuramentum. Contrarium enim eſt uerum, ut præfati authores tradunt. Ratio eſt tum quia iuramentum fit Deo, qui mẽtis inſpector eſt, can. Si quid inueniſti, 14.quæſt.5.& can.erubeſcant.diſt.32.tum quia ex communi ſententia, neq; in Matrimonio neceſſaria ſunt uerba, aut de illius eſſentia, cum interdum ſufficiat contrahentium cõſenſus quouis modo aliquo ſigno citra uerba exterius ſignificatus. Id quod non ſolum uerum eſt in ualentibus loqui, ſed etiam in non ualentibus, ut docet Couar.ubi ſupra, & in Epitome de ſponſal. p.2.c.4.nu.1.Si enim uerba eſſent de eſſentia Matrimonij, mutorum matrimonium nullum eſſet. Et eodẽ modo uerba non ſunt neceſſaria ad iuramentũ non ſolum in his, qui loqui nõ poſſunt, ſed etiam nec in his, qui loqui poſſunt, ut optime Couar. in d.capit. Quamuis. contra nonnullos aſſerentes Bartoli opinionem eſſe uerã in his, qui loqui poſſunt, aliã autẽ ueram eſſe in non ualentibus loqui, teſtatur. Qua diſtinctione, (licet falſo) utuntur Paul. Alexand.& Aretin.in l.1.ff.de uerb.oblig. Ioan.Crotus ibidem. col.4.& Alciat.lib Parergon.cap.2.& Ioan. de Selua lib.de iuramento. p.1.q.2.& Andr. Tiraquell.de legib.connubial.gl.5.nu.18. quos refert, & refellit Couar.ubi ſupra.

Nec obſtat cap. penult. de iureiu. ubi *qui iurauit ſe ſtatuta in eccleſia ſua edita ſeruaturum, promittens per idem iuramentum, ſtatutum poſtea ſubſequutum fideliter obſeruare ex ui illius iuramenti non tenetur*; dat Pontifex rationem, quia iuramentũ ſemel ſuper re præſtitum non poteſt ſimpliciter conſenſu iurantis
10 ad aliũ caſum extendi ex ui iuramenti, niſi expreſſim iterum fiat, ſignificans non ſufficere iurandi mẽtem, niſi & verba iuramentum ſignificantia fuerint expreſſa. *Reſpondetur* enim ibi non agi de iuramento mente concepto, ſed potius de extenſione iuramenti, quam textus negat fieri poſſe ad caſum non contentum, quando iurat abſque nouo conſenſu, & intentione iurãdi de nouo, quo ſenſu accipitur textus citatus, vt colligitur ex doctrina S. Thom. 2.2.q.98.art.2.ad 4.& Ant.de Butr.in c. Ab excommunicato, nu.23.de reſcriptis. Soc.lib.3.conſil.99.& Couar.in c.Quamuis. vbi ſupra.num.5.qui hinc colligit, & bene, quod ad effectum verum iuramenti, & etiam ad periurium non ſufficeret habere relationem ad aliud iuramentum factũ a iurante. Vnde qui ſemel iuramentum præſtaret de ſoluendo centũ aureos Petro, ac poſtea diceret, ſe promittere equum dare Ioanni ſub eodem iuramento iã præſtito, quãuis tenetur ex vi promiſſionis equum dare Ioanni, non tamen ex vi iuramenti, nec periurus erit, ſi non dederit, ex Couar. vbi ſupra poſt Anto. de Butrio in d.c. Ab excommunicato.nu.23.

11 QVINTO Infertur, quid dicendum ſit de eo, qui promiſit alicui ſub iuramento ſe ſoluturũ centum aureos intra 20.dies, ſi poſtea termino ei a creditore prorogato periurus ſit, necne, ſi intra tempus prorogatum nõ ſatisfaciat. In qua re Card. in clem. 1.§.Nos itaque.q.5.de iureiu. & Bal.lib.1.cõſ.436. & Decius in c. De cauſis, numero ſeptimo, de offic. deleg. negant periurum fore, quia alias extenſio iuramenti fieret ad tempus prorogatum ab eo, quando iurauit, non comprehenſum.

Alij vero, vt Felinus in cap.de iureiur. col.1.& in capit.2. de ſponſal.numero 34.& Couar. in cap. Quamuis.par.1.in princip.num.6.de pactis, in 6.& Socin.lib.3.conſil.99.putant eſſe periurum, niſi intra tempus prorogatum ſatisfaciat. Ratio eſt, quia iurans ſoluere intra certum diem, duo communiter promittit, primo, ſe reſtringere iuramento ad ſolutionem; & ſecũdo ſe eidem ſolutioni ſatisfacturum intra certum diem; Vnde quamuis tempus prorogatum ſit, quia tamen illa temporis prorogatio eſt temporis etiam determinatio, tenetur ex vi prioris iuramenti ad ſoluendum.

Nec obſtat cap. penult. de iureiu. quia ibi agitur de extenſione ad rem diſtinctam, v.g. iuramentum ibi præſtitum fuit ſuper ſtatutis iam eo tẽpore editis, relatio autem, & extẽſio poſtmodum ſecuta ad iuramẽtum, agit de ſtatutis editis poſt primũ iuramentum, & ſic de re diſtincta ab ea, quæ in primo iuramento tractatur; Vnde nihil mirũ, ſi Pontifex ibi doceat clericum nõ teneri obſeruare ſtatuta poſtea edita vi prioris iuramenti; At vero vbi iuramẽtum, & eius extenſio ſuper eandem rem cõtingunt, (vt accidit in caſu propoſito) proculdubio promiſſio ſub iuramento præſtita extenditur etiã ad tempus prorogatũ, ita vt periurus ſit niſi intra tempus prorogatum ſatisfaciat. Quamuis enim primum iuramentum ad tempus certum reſtrictum eſſet, ideoque eius vis peritura eſſet eo tempore finito; quia tamen eiuſdem temporis extenſio fit per legitimã cõuentionem cum prioris iuramenti extenſione, eaque prorogatio circa eandem rem contingit; æquitas poſtulat; vt eo caſu prioris iuramenti vis obtineat etiam quoad idem prorogatum, cum ſemper tractetur de eadem re, quæ ſub prioris iuramenti religione fuerat comprehenſa. Id quod maximè certum eſſe puto, quoties ex verbis, aut alijs coniecturis mens, & intentio iurantis deprehendi poſſit. Nam cum, vt dictum eſt, verba præciſe neceſſaria non ſint ad iuramentum, ſatis erit mẽtem præſumi, vel ex coniecturis, vel ex alijs uerbis, vt notat Panorm. in c. penul. nu. 4. de iureiu. Secus autem, vt dixi, quãdo de re diſtincta ageretur. Vnde Decius ipſe in ca. pręterea. col. 2 de appell. poſt Innoc. ibi tenet, quod ſententia excommunicationis lata in Titium, niſi intra decem dies ſatisfecerit, etiamſi illi decem dies in alios decem proferantur, nihilominus tamen his tranſcurſis locus erit excommunicationis cenſuræ,

12 SEXTO Infertur non eſſe neceſſarium regulariter ad rationem iuramenti, quod fiat tactis Euangelijs, aut alijs diuinis ſcripturis, aut ſuper aliqua re ſacra, puta, ſacris reliquijs, cruce, &c. Ratio eſt, quia ad iuramentum ſatis eſt, quod aliquid promittatur, affirmetur, aut negetur, adducendo Deum in teſtẽ. Sic Panorm. in c. vlt. num. 3. de iuramento calum. Gabr. 3. diſtin. 39. qõ. 1. art. 1. coroll. 1. Sylueſt. ver. Iurare. 1. q. 1. Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 1. nu. 1. de pactis in 6. Gratian. 22. q. 1. vbi ait, ita eſſe iuramentum, ſi per Deum iuretur, ac ſi per ſacra Dei euangelia iuratũ fuerit. & colligitur ex c. Et ſi Chriſtus, de iureiu. vbi per hæc ſimplicia verba, teſtis eſt mihi Deus, iuramentum inducitur. Cuius ſolemnitatis, ſ. iurandi tactis ſacroſanctis Euangelijs meminit Sozom. li. 6. Eccleſiaſt. hiſtor. c. 3. Meminit etiã Iuſtin. Nouella. 72. & 124. & l. cũ furioſus, §. Sed cum antiquitas. Codic. de curat furioſ. Immo aliquando etiã iurantium timore permiſſum fuit, vt iuramenta fierent in eccleſijs ſuper Sanctorum reliquijs, vt colligitur ex l. Generaliter. §. vlt. Cod. de rebus creditis. Dixi, *regulariter*, quia licet eadem vis ſit iuramenti ſimplicis, ac iuramenti præſtiti cum hac ſolemnitate, quo ad Deum, ſicut etiam uoti ſimplicis, & ſolemnis, quo ad Deum, & uoti obligationem, arg. c. Rarius. Qui clerici, vel uouent. Quandoque tamen *Satius eſt* iuramentum fieri tactis rebus ſacris, quandoque etiam *neceſſarium*.

Satius quidem eſt ad terrorem hominum, qui temere iuramenta huiuſmodi violare non erubeſci, & maiore pęna caſtigari ſolent, qui ſolemne, quam qui ſimplex iuramentum uiolant, grauiuſque peccatum eſt, ac maior peierandi religio ob maiorem iurantium timorem. Quantò enim id, per quod iuratur, magis ſanctum eſt, tãtò magis pęnale eſt periurium, ex S. Auguſt. epiſ. 154 ad Publicolam, & c. Monete. 22. q. 1. Panorm. ubi ſupra. nu. 3. & S. Tho. 2. 2. q. 98. artic. 3. ad 2. vbi expreſſe affirmat, grauius eſſe peccatum quoad periurium, ſi quis ſolemniter iuret per Euangelium, quam ſi per Deum communi ſermone, tum propter ſcandalum, tum propter maiorem deliberationem.

Neceſſarium etiam eſt aliquando, vt iuramentum tactis Euangelijs præſtetur, alioquin iuramentum vim ullam non habebit, quantum ad iuris effectum attinet, ut communiter tradunt Doctores in Rubrica de iureiu. vbi Panorm. & alij, & patet ex c. Hortamur 3. q. 9. & c. Teſtimonium 11. q. 1. & clem. 1. §. porro. de hæret. & c. ult. de iuramento calumniæ & alibi ſæpe. Notant autem Doctores, quod, ſi lex exprimat corporaliter iurandum eſſe, ſatis erit ſcripturam quamlibet tangi, ſi uero in ſpecie ſanxerit iuramentum præſtandum fore ſuper Euangelijs, tunc neceſſario fieri debet tactis Euangeliorum libris, alias iuramentum ualidũ non erit, nec ſufficit, quod tãgatur quilibet alius liber ſacer, id quod verum eſt conſiderato iure ſcripto, ex Clemen. Multorum. §. porro. & ibi gl. in uerb. tacta. de hæret. Panorm. in c. Dum in cauſa. nu. 3. de iuramento calum. & in c. Tuis. nu. 7. de teſtib. & in c. Etſi Chriſtus, & in Rubr. de iureiu. Sylueſt. uerb. Iurare. 1. q. 1. Couar. in cap. Quamuis. p. 1. §. 1. nu. 2. de pactis. in 6. vbi aũt cõſuetudine obtentum eſſet, ſatis eſſe iuramẽtum præſtari ſuper crucem, illi ſtandum eſſe docent Panorm. in d. c. Tuis. & in c. Fraternitatis. circa finem. de teſtib. & lib. 2. conſ. 68. & Couar. vbi ſupra citans gl. in Authent. vt iuſiurandum, & alios.

Immo uero quamuis Epiſcopi, & Sacerdotes nõ teneantur, cum iuramentum præſtant, ſacra tangere, ſed ſatis eſt per ſuam conſecrationem tangendo proprium pectus iurare, arg. cap. vlt. de iuramento calumniæ. & ibi Panorm. num. 7. citans cap. ſi quis presbyter. 2. q. 5. glo. in c. ut circa. in uerbo, corporali. de elec. in 6. Nihilominus tamen in cauſis grauibus, & in omnibus illis, in quibus iure expreſſum eſt ſpecialiter Epiſcopum, aut presbyterum debere tactis ſacroſanctis Euangelijs iuramentum præſtare, etiam iſti iurare debent tactis ipſis Euangelijs, & ponunt duos caſus, ſ. in iuramento teſtis, & calumniæ. c. Teſtimonium. §. Epiſcopus. 11. q. 1. tex. in Authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. Nulli. Ego N. de iureiu. can. Quoties. 1. q. 7. & c. Quoties. §. porro. de purg. canon. gl. in d. c. ut circa. in uerb. corporali. de elect. in 6. Panorm. in c. cum in cauſa. nu. 6. de iurament. calum. Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 1. nu. 3. de pactis. in 6.

13 SEPTIMO Infertur, Quod qui iurat hoc modo, *ſub fide mea*, uel *per fidem meã*; non cenſetur iuramentũ feciſſe; Nã talia uerba hoc ſignificãt, Hoc faciam, ſicut ego ſum fidelis, intelligens fidẽ humanã, hac enim rõne non adducitur Deus in teſtem, quod tamẽ

neceſſarium eſt ad iuramentum. Sic Innoc. in c. Ad aures. quod met. cauſ. Angel. uerb. iuramentum. 1. §. 6. Sylu. uerb. Iurare. 1. q. 6. Andr. Alciat. in Rubrica de iureiur. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 1. art. 1. poſt cõcluſ. 4. & in relect. de iuramento. p. 1. c. 4. Caiet. 2. 2. q. 89. art. 6. Nauar. in Manuali c. 12. nu. 2. uerſ. Infertur Secundo. Couar. in c. Quamuis p. 1. §. 2. num. 2. verſ. Nono, de pactis in 6. Petrus de Arragon. 2. 2. in q. 89. articul. 1. ante ſolutionem tertij argumenti. S. Tho. Summa Corona p. 3. tract. de iuramento nu. 5. dub. 1. & nu. 6. dub. 3. Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ c. 191. nu. 3. Idem dicendum, ſi dicat, *In fide ingenui uiri, In fide nobilis hominis, Regis, Principis, etc. In bona fide, &c.* In iſtis enim, & ſimilibus ſemper intelligitur fides politica, & humana. Quomobrem ſi quis contractum aliquem fecerit, quem expreſſim fide humana, uel ea, quæ nobilitatis iure, ac titulo paſſim conuentionibus accedit, ſeruare promiſerit, non cenſebitur ex hoc contractus iſte iuratus, nec iuramenti priuilegia obtinebit. Idem dicendum, ſi dicat, in fide boni Chriſtiani, aut religioſi, non enim erit iuramentum, ex Soto in d. artic. 1. ſed ſenſus eſt, id pronuntiari ſecundum fidem humanam, quam bonus Chriſtianus, & religioſus ſeruare debet. Sin autem quis *per fidem Chriſti*, aut *per fidem Chriſtianam* aliquid aſſeuerauerit, aut ſeruare promiſerit, tunc ſine dubio eſt iuramentum, cenſetur enim tunc fides catholica, & Theologica adduci in teſtimonium. Sic Sotus lib. 8. q. 1. art. 1. poſt concluſ. 4. Sylueſt. uerb. iurare. 1. num. 7. quæſt. 6. Couar. in c. Quãuis, par. 1. §. 2. num. 2. & ſumma Corona par. 3. tract. de iuramento. num. 5. Quo modo conciliantur opiniones contrariæ Doctorum, nam qui docent fidei *interpoſitionem* iuramentum eſſe, eiuſque uiolatores periuros eſſe, vt Panormit. in c. Querelam, num. 5. Bernard. Ioan. & Hoſtienſ. & Felyn. de iureiurando, intelligendi ſunt, ut uerum aſſerant de fide Theologica, & catholica: Econtra uero, qui negant, hoc dicendi modo interuenire iuramentum, ut Doctores antea citati, de fide humana loquuntur. Sic qui diceret, *In conſcientia mea*, aut *per conſcientiam meã*, non iurat ex Petro de Arragona, ubi ſupra, ſenſus enim eſt, id dico, quod ſentio, quicquid Sylueſt. in uerb. iurare 1. quæſt. 5. putet eſſe iuramentum. Vnde falſum eſt etiam, quod docet Sotus libro 8. de iuſtitia quęſt. 1. art. 1. poſt. conc. 4. non eſſe iuramentũ dicere, *In mea fide, in mea conſcientia*, bene tamen, ſi dicat, *Per meam fidem, per meam conſcientiam, Per habitum S. Franciſci*, aut *S. Dominici*. Quia, inquit, cũ apponitur præpoſitio *IN*, ſenſus eſt, ſecundum fidem, & conſcientiam meam loquor, hoc eſt, iuxta id, quod ſentio, nec fidem, aut conſcientiam meam adduco in teſtem, ſicut cum addo prępoſitionem *Per*, ideo hoc loquendi modo fit iuramentum, non illo. Sed ut rectè notant Sylueſt. uerb. iurare. 1. q. 5. & Petrus de Arragon. 2. 2. q. 98. arti. 1. ante ſolutionem tertij argumenti principalis, Nauar. in Manuali cap. 12. num. 2. Gregorio de Valen. tom. 3. diſput. 6. q. 7 punc. 2. & ſumma Corona par. 3. tract. de iuramento. nu. 5. dub. 2. poſt. S. Bonau. 3. diſt. 39. in expoſitione literæ, ante finem, nihil intereſt inter has, formas iurandi, unde ſi ſit iuramentum, quando additur prępoſitio *Per*, erit etiam, quando additur *IN*, vnde ſi res, quæ iuratur, ſit ſacra, ſiue utaris *IN*, ſiue *Per*, erit iuramentum; Sin autem res, quæ adducitur in iuramento, uel affirmando, uel negando non ſit ſacra, non erit iuramentum, ſiue ſit cum præpoſitione *Per*, ſiue cum præpoſitione *IN*. Vnde qui diceret, *Promitto tibi per fidem meam*, aut *in fide mea*, porrigendo dexteram manum, ut paſſim fieri ſolet, intelligendo de fide, quam profitentur Chriſtiani, verum iuramentum præſtat; Sin autem intelligat de fide ciuili, & de fidelitate humana, tunc præſtatio fidei non conſtituit iuramentum. Quod ſi præſtando fidem nihil horum cogitat; tũc vt notat Summa Corona part. 3. tract. de iuramento, num. 6. dub. 3. intelligitur de fide humana, quia ſic ipſum nomen ſonat, ut conſtat.

14 OCTAVO Infertur, an, & qualiter iuramentum ſit, iurare per creaturas. Cum enim iurare ſit Deum in teſtem aſſertionum noſtrarum adducere, Deus autem non ſolum *expreſſè*, ſcilicet, uocibus Deum ſignificantibus, ſed etiam *tacitè*, & mediatè in teſtẽ adduci poteſt, puta, quando creatura, cui diuinum aliquid, atque ſacrum ineſt, quatenus talis inuocatur, conſequens eſt iuramentum eſſe; Si quis dicat *Per hanc crucem, per quatuor ſancta euangelia, per batiſmum, quem accepi, &c.* ſemper enim in his tacite Deus inuocatur, in quibus ſemper diuinum aliquid, & ſacrum inuenitur. Et idem cõtingit, quando creaturæ non ſacræ in teſtimonium adducuntur, vt ignis, aqua, lux, &c. Dei nomine appoſito in obliquo. Vt ſit dicat, *Per iſtam lucem Dei, per iſtũ ignẽ, aut hanc aquam Dei.* Illud enim nomen Dei in obliquo poſitum facit, ut Deus illarum rerum conditor tacite ſaltem in teſtem adducatur. Sic S. Thom. 2. 2. quæſt. 98. art. 6. Sylueſter uerb. iurare, 1. quęſt. 4. Angel. in uerb. Iuramentum. 1. §. 2. Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 5. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 98. art. primo. Summa Corona, par. 3. tract. de iuramento. num. 4. Immo, etiamſi non addatur nomen Dei, ſi tamen ipſa creatura, per quam iuratur, eſt eiuſmodi, ut peculiari quadam ratione excitet in nobis Dei memoriam, adhuc illam adducere in teſtimonium erit iuramentum, quia ea citata, ex communi modo concipiendi, intelligitur Deus citari: Id quod ſignificauit Chriſtus Matth. 5. dicens, *Non iurabis, neque per cælum, quia thronus Dei eſt.* Vnde Innocentius Papa 3. in cap. Etſi Chriſtus. de iureiur. ait, *Qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum.* Sin autem quis adduceret in teſtem, creaturas abſque vllo tacito, vel expreſſo reſpectu, Dei, aut diuinæ bonitatis in eis reſplendentis, ſed ſolum nominaret eas, quatenus tales ſunt, & ſecundum ſe tantum conſideratas, non erit iuramentum, ex Nauar. in Manuali, capitu. 12. num. quinto. Summa Corona par. 3. tract. de iuramento, numer. 4. & Petro de Arragona 2. 2. q. 98. artic. 1. ut faciunt, qui iurant per ſuam veritatem, per ſuam fidem, per has veſtes, per hanc barbam, per hos capillos, ex Nauarro ubi ſupra, in his enim nihil ſpeciatim excitare poteſt in nobis memoriam Dei, nec aliquid ſpeciale continent in ſe, vnde iuramenti uim inducere queant, neque ſic loquentes iurandi intentionem habere uidentur. Qui uero diceret, *per habitum S. Franciſci, aut S. Dominici, &c.* iuramentum facere videtur ex Soto l. 8. de iuſtitia, & iure, quæſt. 1. artic. 1. poſt concluſ. 4. & Summa Corona, ubi ſupra, quia aliqua Dei memoria peculiariter excitatur in nobis ex huiuſmodi modo loquendi, diuinaque boni-

tas in illis ſanctis maximè reſplendet, atque ideo inquit Sotus, iuramentum eſt tum loquentibus indecorum, tun etiam audientibus abſonum, & ingratum.

De Iuramenti diuiſione, ſeu quotuplex ſit,
Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum materiliter diuidi ſolet in iudiciale, & extraiudiciale, & quid ſint.*

2 *Iuramentum extraiudiciale eſt uel aſſertorium, uel promiſſorium, & quid ſint.*

3 *Aſſertorium ſit vel per ſimplicem conteſtationem, uel per execrationem; ſic & promiſſorium.*

4 *An periurus execrando duo peccata committat.*

QVamuis iuramentum omne ſpecificè, et formaliter acceptum vnius modi ſit, cum in omni iuramento diuinum teſtimonium inuocetur, in quo ratio formalis iuramenti conſiſtit, vt optime, ac ſubtiliter Caie. 2. 2. q. 89. artic. 1. annotauit; Materialiter tamen diuerſimodè diuidi ſolet.

1 Quidam namque, vt Canoniſtæ, Angu. verb. iuramentum. 2. Sylueſt, verb. iurare. 1. q. 2. Tabiena eod. §. 2. & alij iuramentum in *Iudiciale*, & *Extraiudiciale* diuidunt. *Iudiciale* eſt, quod defertur in iudicio, & hoc aliquando dicitur iuramentum de calumnia, quo. ſ. quis iurat ſe bona fide, non animo calumniandi cauſam mouiſſe, vel reſpondere, ſeu aliquid proponere, vt C. de iur. calum. l. 2. §. 1. ff. ſa. hæ.

Eſt autem calumnia falſa petitio, vel iniuſta repulſio facta ſcienter; quod iuramentum non ſolum debet eſſe de præterito, ſed etiam de futuro. Aliquando autem ſolum dicitur Iudiciale, & dicitur iurare in litem ex eo, ſcilicet, quod propter litem, ſiue propter rem in lite, id eſt, iudicio petitam præſtatur. Vnde aliquando datur a iudice, quando deficientibus probationibus habens vnum teſtem, vel famam pro aliquo, compellit eum iurare, ſuper quo eſt fama. Et dicitur neceſſarium, quia pars, cui defertur, ſine cauſa illud recuſare non poteſt, vt in cap. fin. de iureiur. Aliquando autem dicitur deciſorium quia præſtatur ad deciſionem litis. Aliquando autem iſtud iudiciale datur a parte parti, & tunc recuſari poteſt, vt colligitur ex cap. fi. de iureiur. *Extra iudiciale* vero iuramentum dicitur voluntarium, quia voluntariè fit, & de hoc iuramento in ſequentibus agetur, & eſt duplex, ſcilicet, *Aſſertorium, & Promiſſorium.*

2 *Aſſertorium* eſt, quod ad præterita, & præſentia aſſerenda, vel neganda aſſumitur. *Promiſſorium* eſt, quod aſſumitur ad aliquid futurum confirmandum. Quæ duo iuramenta non differunt inter ſe ſpecie, quandoquidem ad rationem iuramenti ſolum ſpectat, quod Deus in teſtem adducatur: quod autem teſtetur ſuper præterito, præſenti, vel futuro, ex quo ſumitur differentia materialis, & accidentalis iuramenti aſſertorij, & promiſſorij, naturam ſpecificam iuramenti non mutat. Aſſertorij exemplum eſt, *Iuro Petrum non occidiſſe Ioannem*, vel *Iuro Petrũ occidiſſe Ioannem*; Promiſſorij exemplum eſt, *Hoc faciam per Deum*, vel, *Non faciam per Deum*, vel, *Da tibi cẽtum aureos. Cras ueniam ad talem locum* per Dẽ vel, *Non ueniam*, & ſimilia.

Rurſus tam *Aſſertorium*, quam *Promiſſorium* iuramentum aliquando fit ſimpliciter, ſeu per *ſimplicem conteſtationem*, aliq̃n per *execrationem*: *Simplex conteſtatio* eſt, cum quis ſimpliciter inuocat diuinum teſtimonium, ſine obligatione ſui, vel alterius ad pœnam, vt cum aliquis dicit, Teſtis eſt mihi Deus; Teſtor Deum, Per Deum, Iuro coram Deo; Corã De loquor, his enim omnibus iuratur ex S. Aug. ſermo 28. de verbis Apoſtoli. Item cum quis iurat per creaturas aliquas, in quibus peculiariter relucet diuina veritas, quam ipſę creaturæ ſuo modo imitantur, vt cum iuratur per ſancta Euangelia, per Sanctos, &c. Non enim tunc ſiſtit in creatura, ſed intendit iurare per diuinam veritatem, quę in creatura relucet. Et denique quoties vſurpat uerba in eo ſenſu, quo pro conſuetudine aliorum iurantium vſurpari ſolent, intendendo explicitè, vel implicitè eo loquendi modo diuinum teſtimonium inuocare, de quibus varijs loquendi, & iurandi modis ſatis dictum eſt ſupra. Execratorium eſt, in quo ſiue promittendo, ſiue aſſerendo aliquid affirmatur, vel negatur adducendo Deum non ſolum, vt teſtem, ſed etiam vt iudicẽ, & punitorem, ſi falſum ſit, quod dicitur, vt verbi gratia. Si non eſt verum, quod dico, aut ſi non impleuero promiſſum, illud patiar, vel illud mihi contingat, aut filijs meis, aut poſſeſſioni meæ, & ſolet fieri his, vel ſimilibus verbis. Hæc faciat mihi Deus, hæc addat, niſi ita ſit; aut niſi hoc faciam, priuet me vita, non viuat filius meus, pereat incẽdio poſſeſſio mea, ſic me Deus adiuuet, ſic vitam meam ſeruet, &c. Qualis iurandi formula frequens erat in teſtamento veteri, 2. Reg. 3. *Hæc faciat mihi Dominus, et hæc addat, etc.* Eſt autem dictorum iuramentorum ſenſus huiuſmodi. Niſi hoc ita ſit, aut, niſi id fecero, aut ſi id fecero, dixero, fecerim, aut dixerim, Deus in teſtimonium hoc, & illud faciat. Vnde quamuis in huiuſmodi iuramentis Dei punitionem, & vindictam petat, niſi ſit verum, quod dicit, quod ad execrationem ſpectat, nihilominus tamen præcipuum in eis eſt Deum in teſtem vocare, quod eſt de eſſentia iuramenti, vt diximus. Sic S. Thom. 2. 2. *q. 98. ar.* 1. ad tertium, & artic. 6. Alex. de Ales in ſumma, p. 3. q. 31. memb. 3. articu. 3. §. 1. Magiſter ſent. 3. diſt. 39. Bonau. Richard. Scotus ibi. Gabriel ibid. q. 1. artu. 1. coroll. 2. Ang. verb. iuramentum. 2. Syl. uerb. iurare. 1. q. 2. Tabiena uerb. Iuramentum. num. 3. §. 2. Sotus lib. 8 de iuſtit. q. 1. artic. 1. concluſ. 2. & poſt conclu. 4. Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 3. Couar. in cap. Quamuis. par. 1. in princ. nu. 3. de pactis. in 6. Caiet. in 1. 2. q. 98. art. 1. S. Ant. par. 2. ti. 10. ca. 3. §. 1. Greg. de Valentia tom. 3. diſputa. 6. q. 7. puncto 2. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. par. 2. lib. 3. capitu. 13. ſumma Corona p. 3. tract. de iuramento, nu. 8. Emanuel Rodriquez in ſumma p. 1. c. 191. numc. 2. & 3. Toletus li. 4. c. 20. & alij, & quamuis multas alias iuramenti diuiſiones faciant, hæc tamen, quam aſſignauimus, & communior, & verior eſt, & quam authores in iuramenti explicatione ſequuntur.

4 DVBIVM ſolum eſt, An periurus execrando duo committat peccata, unum periurij, quando falſa eſt aſſertio illa, in cuius confirmationem adhibetur iuramentum execratorium: Alterum execrationis

nis, ſeu maledictionis; Reſpondeo eſſe vnum ſolum peccatum periurij, ex Caiet. 2.2. q. 98. art. 1. Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 1. & Gregorio de Valentia tom. 3. diſp. 6. q 7. punct. 2. in fine. Ratio eſt, quia execratio illa, cum ſit prolata ſolum cauſa adducendi Deum in teſtem, nec quiſpiam fere eſt, qui ex animo ſibi malum imprecetur, conſequenter ſolum periurij reatum incurrit. Confirmari autem poteſt horum opinio ex eo, quod actus agentium, non ſe extendant vltra intentionem eorum, argum. cap. ad audientiam, de Decimis, Quo fit, vt ſi quis eſſet ita ſibi infeſtus, vt ex animo illam maledictionem imprecaretur, tunc duplex eſſet peccatum, vt patet, vnum periurij, alterum uero execrationis. Et de iuramenti diuiſione hæc ſufficiant.

De iuramenti vſu, & quibus modis licitus, vel illicitus ſit.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *An Iuramenti vſus per ſe bonus ſit, & licitus.*

2 *Solutio argumentorum, quæ in negatiuam partem adducta ſunt.*

Quod Chriſtus prohibuit Matt. 5. non ſimpliciter omnẽ modum iurandi.

3 *Solutio Rationis in contrariam partem adductæ.*

Iuramentum in cultum, reuerentiam, & honorem Dei, ordinare quomodo.

4 *Non ſolum licitum eſt iurare tempore gratiæ, ſed præceptum eſt naturale, et diuinum omnibus hominibus commune, quando exigit ratio.*

5 *Iuramentum ex ſuis circunſtantijs bonum, non tamen per ſe appetendum.*

6 *Iurandi conſuetudo, & frequentia maximè cauenda etiam in ſermonibus veritate ſubnixis: ex ſcripturis, & Patribus.*

7 *Quidnam neceſſarium ad iuramentum, vt actus bonus & licitus, vel illicitus ſit.*

Circunſtantiæ variæ enumerantur, quibus iuramentum licitum, aut illicitum redditur.

An pueri ante pubertatem admitti poſſint ad iuramentum, ſi ad id ſe obtulerint.

8 *Pueri, ſi ſint doli capaces, poſſunt ſe obligare ad iuramentum promiſſorium, pater tamen poteſt filij ſic vota, & iuramenta irrita facere, quando.*

9 *Periuri repelluntur a iuramento ex defectu debitæ reuerentiæ.*

10 *De quo periuro intelligendum eſt, an de conuicto in iudicio, an de notorio.*

11 *Clericis, Sacerdotibus, & Prælatis iurare in iudicio interdicitur, quare.*

Varij caſus numerantur, in quibus iurare debent. nu. eo.

12 *Clerici accuſati coram Iudice ſeculari, aut requiſiti, vt ſolemne præſtent iuramentum, coram eo iurare prohibentur. Qualiter tamen id poſſunt.*

13 *Si iuretur aliquid, quod eſt peccatum Veniale, aut mortale, non eſt ſeruandum iuramentum.*

Pro re turpi, inhoneſta, illicita, uel iniuſta iuramentum factum non valet.

14 *Iuramentum, cum ſit actus latriæ, per ſolum Deum fieri debet, per creaturas autem nõ, niſi ad Deũ relatas.*

Iurare per creaturã, vt creatura eſt, maxima Deo iniuria.

15 *Iurare per membra Dei, quaſi is membra habeat, illicitum eſt, immo blaſphemia, maximè ſi aliqua membra nominentur.*

Iurare per membra Chriſti honeſta regulariter loquendo, dummodo deſit contemptus, & conſuetudo iurandi, non erit mortale; ſed Veniale. ibid.

17 *Verum, ſeu falſum iurare per Deos falſos peccatũ mortale, quare.*

An grauius peccatum ſit iurare falſum per verum Deum, an iurare verum per falſum Deum.

18 *Reſpondetur teſtimonio S. Aug. pro parte affirmatiua ſuperius allato.*

19 *An liceat Chriſtiano petere, & recipere iuramentum ab Idololatra, quem ſcit per Deos falſos iuraturum.*

20 *Ratio in contrarium non valet.*

In iuremento falſo nihil boni, iuramento facto per falſos Deos aliquid boni eſt.

21 *An iurans per Deos falſos, & aliquid promittens arctius promiſſum implere teneatur, quam ſi ſimpliciter, & abſque iuramento promiſiſſet.*

22 *An grauius ſit peccatum iurare fallaciter per Deum, quam per creaturam.*

Quare periurans cum deliberatione, & ſolemnitate infamis ſit, & irregularis, non autem qui ſimpliciter per Deum periurus eſt. nu. eod.

23 *Ex fine licito iuramentum erit licitum, & econtra illicitum, quando finis illicitus apponitur.*

Aſſertorium Iuramentum ex octo finibus vitiari poteſt.

24 *Cauſa concomitans turpis iuramentum reddit illicitũ.*

25 *Iuramentum magna cum reuerentia, & timore fieri debet.*

Iuramentum præſtare ſolebant olim ieiuni. nu. eo.

Tempus iuramentum reddit illicitum.

26 *In Dominicis diebus, & in feſtis ſolemnib. niſi ex magna neceſſitate, & pro cauſis pijs, et pro Eccleſia, et pace iuramentum ſolemne non licet.*

CVM ex dictis manifeſtum ſit, quid, & quotuplex iuramentum ſit, reſtat, vt de illius vſu in ſequentib. agatur. Atq, vt rem hanc melius explicemus, dubia quædam proponenda, & ſoluẽda ſũt.

1 PRIMVM Dubium eſt, an iuramenti vſus per ſe bonus, & licitus ſit? Ratio difficultatis eſt, eo, q Chriſtus Matth. 5. ſimpliciter prohibet omne iuramentum, dicens, *Ego autem dico vobis, non iurate omnino*, & Iacob. 5. dicitur, *Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cęlum, neque per terram, etc.* Quibus in locis omne iuramentum interdictum eſſe uidetur. Ob quæ ſacræ ſcripturæ teſtimonia quidam hęretici, ſcilicet, Manichæi, teſte S. Bona. 3. diſtin. 39. ar. 2. q. 1. & Apoſtolici tempore S. Bernard. ut patet ex homil. 6. in Cantica. & VValdenſes, ex Guidone, Carmelita, & Alphonſo a Caſtro. de hæreſ. lib. 8. in verb. Iuramentum. & Sebaſt. Medice in ſumma de hæreſ. cap. 110. & Fraticelli, teſte Turrecremata li. 4. Summæ. de eccle. par. 2. capi. 37. Et VViclefus in errore 43. damnato in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. Et Anabaptiſtæ, ut patet ex Cochleo contra eoſdem, docent ita Chriſtianis interdictum eſſe iuramentum, ut illis nulla ex cauſa licitum ſit iurare. Et S. Hieronym. in cap. 5. Matth. ut refertur in cap. conſidera. 22 q. 1. ait conceſſum fuiſſe Iudæis iurare per Deum, non quod eſſet rectum hoc facere, ſed quia minus malum eſſet per Deum iurare, quam

per Idola. Et in Hieremiæ c.4. ait Euangelium prohibere iuramentum, & idem habet in capitulo 8. Zachariæ. Ratio eſſe poteſt, quia cum iuramentum adhibitum ſit, vt ſit finis terminandi lites, & controuerſias humanas Hebr.6. omnino peruerſum eſt diuinum teſtimonium inuocare, illudque ad res humanas referre.

Contrarium tamen certum eſt, & de fide tenendũ, Iuramentum bonum eſſe licitum, & honeſtum, id, quod patet Deute.6. vbi dicitur, *Dominum Deum tuum timebis, et ipſi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis*, Quo ex loco S. Thom.2.2. quæſtio.98. articul.2. & 4. & alij optime colligunt, iuramentum religionis, ſeu latriæ actum eſſe. Qui enim iurat, teſtimonium diuinum inuocat ad veritatem confirmandam; Non poteſt autem aliquid confirmari tanquã certum, & verum, niſi per aliquid certius, & verius eo, ſecundum illud, Propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Cum igitur iurando Deum in teſtem veritatis inuocamus, ipſum tanquam veritatem pimam, & infallibilem profitemur. Id quod Apoſtolus ad Heb.6. docuit illis verbis, *Homines per maiorem ſe iurant.* Quibus conſentit S. Hieronym. in Matth.5. dicens, *Qui iurat, aut veneratur, aut diligit Deum, per quem iurat.* Erit igitur iuramentum legitimè factum virtutis, ſeu latrię actus; Atque adeo omni iure tam diuino, quam naturali, & ciuili, vt religionis cultus haberi ſolet. Hinc Hiere. 5. conqueſtus eſt Deus de filijs Iſrael, *quod eum dereliquiſſent, iuraßentque in his, qui non erant Dij.* Et Philoſophus 1. Metaph. ca.3. affirmat iuramentum eſſe quid honorabiliſſimum, cuius ideo venerationem nunquam antiqui tribuerunt, niſi illis, quos pro dijs colebant, & Cod. de Iureiurando. Imperator ait, Iurandi contempta religio ſatis Deum habet vltorem.

Deinde licitum eſſe iuramentum teſtatur propheta Pſalm.63. *Laudabuntur*, inquit, *omnes, qui iurãt in eo.* Vnde Chriſtus toties iuraſſe cenſetur, quoties vſurpauit illud *Amen, Amen*, vt notant Hieronym. ſuper illud Ezech.16. *viuo ego dicit Dominus, etc. Iuramentum*, inquit, *Dei in veteri teſtamento erat; viuo ego, in Nouo autem, Amen, Amen, etc.* & Chryſoſt. homil.11. in Epiſt. ad Hebræos, & Oecum. in Heb. 3. Idemque patet ex ca. Et ſi Chriſtus de iureiur. Sed Deus etiam, ipſe in ſcripturis ſæpe iuraſſe legitur, vt Gen.22. vbi iurauit Abrahæ, *quod ex eius ſemine miſſurus eſſet ſuper omnes gentes benedictionem.* & Pſ.109. *Iurauit dominus, etc.* & Hebr. ſexto, Apoſtolus Deum iuraſſe teſtatur: Apoſtolus etiam ipſe ſępe iurauit, vt Rom.1. *Teſtis eſt mihi Deus, etc.* & 2. Cor. 1. *Teſtem Deũ inuoco. etc.* Phil.1. *Teſtis eſt mihi Deus, etc.* Quibus omnibus in locis Apoſtolus Deum in teſtem eorum, quæ dicit, inuocat. Immo Apoc. 10. inducitur Angelus iurans manifeſtè per nomen Dei. Et S. Auguſtinus latè hoc ipſum confirmat libro 19 contra Fauſtum. c.23. & ſermo.28. de verbis Apoſtoli. Chryſoſto. Hieronymus, & alij, vbi ſupra, S. Tho. ſecunda ſecundæ quæſtione 98. arti.2. & 4. Caietan. & Petrus de Arragon. ibidem. Alex. de Ales in ſumma p.3.q.31. memb.2. art.2. & 3. S. Bonau.3. diſt.39. art.2.q.1. Richard. ibid. art.1.q.1. Scotus ibid. Gabr. q.vnic.ar.2. concl.1. S. Anton. p.2. tit. 10. cap.3. §.2. Angel. verbo, iuramentum 3. Ioan. Bachon. 4. diſt. 25. quæſtione 11. articul.5. Syluester verb. iuramentum 2. quæſt.1. Tabien. verb. Iuramentum, nume5 §.3. Sotus lib.8. de iuſtitia. quæſt.1. articul.2. & 4 Nauar. in Manuali cap.12. numero 2. Couar. in cap Quamuis. par.1. §.6. numero 2. de pactis. in 6. Gregor. de Valentia tomo.3. diſpu.6. quæſtio.7. punc 3. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. par.2. li. cap.14. Summa Corona tract. de iuramento. numero 10. Toletus in ſumma lib. quarto, capitu.21. Ca chiſm. Roman. tract. de ſecundo Decalogi præcep to num.6. & 7.

2 *Quod* vero in contrarium affertur, facilè, vari que modis ſolui poteſt, illa tamen, omiſſis ali ſolutio verior eſt, quam afferunt S. Thomas Gab Sotus, & alij ex S. Auguſtino libro 19. contra Fa ſtum. capitulo 23. & lib. de Mendacio cap.15. quem etiam ſequitur Innocentius III. in cap. Et ſi Chriſtus. de iureiur. Chriſtum, ſcilicet, eo loci non prohibuiſſe ſimpliciter omnem modum iurandi, ſiue per Deum, ſiue per creaturam, ſed fidelitatem, & temeritatem iurandi, ſcilicet, ne paſſim, aut ex leui cauſa iurarent, ne ex facilitate iurandi veniatur ad conſuetudinem iurandi, & a conſuetudine in periurium cadatur. Voluit namque eo in loco Chriſtus duos Iudæorum errores refellere. Exiſtimabant enim Iudæi, non eſſe iuramentum, ſi per creaturam iurarent, eo, quod audierant, Reddes Domino iuſiurandum tuum, quem errorem ipſos habuiſſe ſatis manifeſte ſignificant verba illa Saluatoris Matth.23. *væ vobis duces cæci, qui dicitis; quicunque iurauerit per templum, nihil eſt*, Credebant inſuper ſolum iuramentum falſum, id eſt, periurium eſſe peccatum, atque adeo, dummodo falſum non iurarent, quamuis paſſim, & pro nulla, aut leui cauſa iurarent, minimè ſe peccare arbitrabantur. Hos igitur errores refellit Chriſtus dicens, *Audiſtis, quia dictum eſt, antiquis, non periurabis*, id eſt, falſum iurando, *Ego autem dico vobis non iurare omnino*, id eſt, nullo modo iurandum eſſe ſine neceſſitate, *neque per cælum, neque per terram, neque per templum, etc.* Significans etiam iuramentum fieri poſſe per creaturas. Prohibentur enim quædam, quia per ſe mala ſunt, vt furtum, adulterium, &c. quæ nullatenus licita ſunt, quædam vero prohibentur ex cauſa, non quia per ſe mala, ſed quia, ſi fiant frequenter, & paſſim, ſequuntur inde mala, vt verbi gratia vinum per ſe non eſt malum, & tamen Apoſtolus Epheſ. 5. prohibet, dicens, *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, ſecundum illud S. Hieronymi, Venter mero æſtuans, facilè deſpumat in libidinem. Sic & iuramentum per ſe malum non eſt, cum introductum ſit ex fine bono, ſcilicet, ad *finiendas controuerſias*, Heb.6. & ex bono principio procedat, videlicet, ex *eſtimatione*, quam habemus de diuina infallibilitate credentes Deum ſummam, & infallibilem veritatem eſſe, omniumque rerum notitiam habere, quia tamen ex frequenti, & incauta iuratione naſcitur ſæpe periurium, iuxta illud Eccleſ. 23. *vir multum iurans implebitur iniquitate*, ideo iuſtis ex cauſis prohiberi cenſetur iuramentum omne ſiue per Deum, ſiue per creaturam, ſcilicet, ne abſque cauſa iuſta iuretur. Vnde Eccleſ.23. dicitur, *Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa.* Vt recte S. Tho. 2.2. quæſtione 98. articulo 2. notauit. Et eodem modo Reſpondendum eſt ad auctoritatem ex San.

Jacobo allatam, ſicut etiam & patres, qui negare videntur licitum eſſe iurare, ad hunc modum exponendi ſunt.

Ad rationem autem Reſpondetur, quod licet iuramentum quatenus refertur ad animum iurantis, habeat pro fine confirmare veritatem, & efficere auditorem certum earum rerum, quæ iurantur, nihilo minus tamen hoc ipſum iuramentum, ſeu inuocatio Dei, per ordinem ad habitum religionis a quo oritur, atque adeo ipſa litis determinatio, præcipuè in Deum, eiuſque reuerentiam ordinatur. In iuramento igitur duo ſunt, vnum quod eſt minus principale, ſ. confirmare veritatem diuino teſtimonio; Alterum vero quod præcipuum eſt, exhibere Deo hunc, atque illum honorem, quo Deus ex veriatis confirmatione, exigente hominum'infirmitate, afficitur. Hoc igitur modo nulla omnino peruerſitas eſt diuinum teſtimonium inuocare ad controuerſias humanas finiendas, cum & ipſemet finis controuerſiæ humanæ in Diuinum tandem cultum ordinetur. Sicut etiam eadem ratione nulla eſt peruerſitas in eo, qđ incarnatio Chriſti ſimili modo ordinata fuerit in remiſſionem peccati, atque adeo hoc modo gratia diuina ad naturam hominis ſanãdam ordinetur, cum hæc omnia tandem ad honorem Dei, tanquam ad finem principalem referantur. Scio quidem Caietanum aliter argumentum hoc ſoluere, ſed non ita bene; hæc autem ſolutio noſtra ex S. Tho. doctr. 2. 2. q. 98. ar. 4. ad 1. Petri de Arragon ibidem, & Grego. de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 7. punct. 3. deſumitur.

4 Ex dictis infertur *primo*, non ſolum licitum eſſe iurare tempore gratiæ, cũ ſit actus virtutis Religionis, quo Deo cultum, & honorem exhibemus; ſed etiam præceptum eſſe naturale, & diuinum omnibus hominibus commune, quando recta ratio ad id induxerit Id quod patet ex vſu, & praxi fidelium. Habet enim poteſtas publica vim petendi a ſubdito iuramentum: quando id bono Reipubl. expediẽs uiſum fuerit puta quando id neceſſarium erit ad detegenda, coercendaque mala, quæ vel in damnum Reipub. uel in proximi iniuriam redundãt; Adeo ut qui tunc temporis non iuraret, non ſolum contra præceptum obediẽtiæ, ſed etiam religionis ageret. Immò quandoque non requiſitus tenebitur quis iuſiurandum offerre, ſ. uel ad liberandum aliquem innocentem a morte, uel pro alio magno bono publico, & non iurando peccaret.

Quibus addo non ſolum licitum eſſe iurare, quando eſt in præcepto, ut in caſibus prædictis, ſed etiam quando utile iudicabitur. Etenim hoc præcepto non ſolum docuit nos Chriſtus non iurare, quando nec neceſſitas, nec utilitas adeſt, ſed etiam præceptum naturale expreſſit, ſcilicet iurandum eſſe, quãdo iuſta neceſſitas, & pia utilitas id expoſcit. Sic Alexand. de Ales. p. 3. q. 31. memb. 2. art. 4. Sotus li. 8. de iuſtit. q. 1. art. 2. Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 6. numero 4. de pactis, in 6. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 98. articul. 4. & Summa Corona tract. de iuramento. p. 3. num. 11. Grego. de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 7. puncto 3. in fine.

5 *Infertur ſecundo*. Quod licèt iuramentum ſuis circumſtantijs ornatum bonum ſit, non eſt tamen per ſe appetendum, nec inter illa bona, quæ per ſe appetenda ſunt numerandum, ut ſunt actus charitatis, obedientiæ, humilitatis, orationis, & huiuſmodi, ſed ſolum inter ea recenſeri debet, quæ ſunt neceſſaria, hoc eſt, quæ ad ſubueniendum alicui defectui ordinata ſunt. Inter uirtutes enim quędam ſunt ſimpliciter bonæ, honeſtæ, & ſimpliciter appetendæ, ut fides, ſpes, charitas, iuſtitia, &c. cum ſint quaſi ipſa ſalus animæ; quædam uero appetendæ tantũ ſunt, ut media ad finem, ut pœnitentia quæ bona & neceſſaria eſt ſuppoſito peccato, & eatenus eſt uirtus quatenus ad peccatum remittendum conducit, atq; adeo in ſtatu innocentiæ non fuiſſet. Sic & iuramẽtum, quamuis ob id honeſtum, & bonum ſit, quod a fide, & ęſtimatione proficiſcitur q̃ de diuina infallibilitate habemus, nunquam tamen fuiſſet licitum niſi ob neceſſitatem, ſ. ad fidem noſtram in rebus dubijs, & grauibus confirmandam, unde nec in ſtatu innocentiæ eo fuiſſet opus, quandoquidem tunc homines ſibi fidem mutuam pręſtarent. Hinc

6 *Infertur tertio*, ſummopere cauendam eſſe iurandi frequentiam, & conſuetudinem, etiam in ſermonibus ueritate ſubnixis, nec mediocriter laborandũ eſt, ut conſuetudo hęc uincatur, Vnde S. Auguſtin. *Iurationem*, inquit, *caue quantum potes, melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi conſuetudine, etiam in periurium cadatur ſæpe, & ſemper periurio appropinquatur non quia peccatum eſt verum iurare, ſed quia grauiſſimum peccatum eſt falſum iurare, quo citius cadit, qui iurare conſueuit*. Et infra, *Nemo nouit, niſi qui expertus eſt, quam ſit difficile, & conſuetudinẽ iurandi extinguere: & nunquam temere facere, quod aliquando neceſſitas facere cogit*. Hinc conſuetudinem iurandi acriter reprehendit ſcriptura, *Eccleſ. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa*. Et ibidem, *uir multum iurans replebitur iniquitate*. Quauis igitur iurare nonnunquam bonum, & licitum ſit, quia tamen non niſi ad ſubueniendum infirmitati humanę adhibendum eſt, minimè iurare licet abſque graui cauſa, & neceſſitate, alioquin quo ſanctius ſit, eo pernicioſius frequentatur, id quod appoſitiſſimo medicinę exemplo S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 5. Caiet. & Pet. de Arragon ibidem. Sotus lib. 8. de iuſt. q. 1. artic. 5. Gabr. 3. diſt. 39. artic. 2. concluſ. 1. q. unica. Grego. de Valentia tomo 3. diſput. 6. q. 7. puncto. 3. & Catechiſmus Romanus tract. de ſecundo Decalogi pręcepto, num. 7. declarant. ut enim corpori medicamenta adhibere non expedit, niſi neceſſe ſit, eorundem uero frequentatio omnino pernicioſa eſt; immo uerò quo uirtuoſior medicina eſt, eo maius nocumentum inducit, ſi indebite ſumatur, ita etiam, niſi cum grauis, & iuſta cauſa ſubeſt, iureiur. uti non eſt ſalutare, quod ſi ſępius adhibeatur, tantum abeſt, ut proſit, ut quanto magis uenerandum eſt, tanto magis periculoſum habetur. Vnde pulchrè ſanctus Ioannes Chryſoſto. Homil. 9. ad Populum Antiochum, hanc iurandi conſuetudinem reprehendit, his uerbis *Improbam iurandi cõſuetudinem expellamus, et uel tantillum Deo tribuamus honoris, quantum veſtimentis noſtris præcioſioribus; Quomodo enim non abſurdum eſt, ueſtimentum quidẽ habentes reliquis melius, ipſo continuè abuti non ſuſtinere; Dei uero nomen ubique temere, et ut occurrit diſtrahere*. Quam iurandi conſuetudinem Chriſtus in Iudęis redarguit Mat. 5. & de ea legi poſſunt, quę 2. 2. q. 1. ex patribus afferuntur.

SECVNDVM dubium eſt, Quidnam neceſſarium ſit ad iuramentum, ut actus bonus, & licitus uel vel illicitus ſit; In hac re Doctores, vt Glo. in cap. 1. 22.q.4. Hoſt.& Goffred. quos refert Angel. verb. Iuramentum, 3. Ioan. Bachon. 4. diſ. 25.q.14.art.5. Sūma Corona p.3.trac. de iuramento, nu. 13.& Greg. de Valentia to.3.diſp.6.q.7.punc.3.& Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. p.2.li.3.c.15.& Turrecr. in c. *Quod autem*. 22. q.4.& Gab.3.diſt.39.qō. vnica ar.3.dub.1. varias enumerant circumſtantias quib. iuramentū licitum, aut illicitū redditur, quæ deſumūtur ex perſona, Ex re, Ex fine, Ex cauſa. Ex tēpore, & ex modo quæ his verſibus comprehenduntur.

Sit iuſiurandum licitum diſcerne, notato,
Quis; Cui; Quod; per quod: Ad quid: Cur: Quomodo: Quando.

8 QVIS, denotat perſonam iurantis, vnde ex perſona iuramentum redditur illicitum, vt enim notat S.Tho.2.2.q.89.art.10. in iuramento duo conſideranda ſunt, vnum ex parte Dei, cuius teſtimonium inducitur; Alterum ex parte hominis, cuius dictum iuramento cōfirmatur. Ex parte Dei maxima reuerentia debetur iuramento, & ſic quidem in iudicio interdicitur iuramentum pueris, & puellis ante annos pubertatis, maſculis, ſcilicet ante decimumquartum annum, puellis vero ante annum duodecimū, eo quod antea vſum perfectum rationis non habent, quo poſſunt cum reuerentia debita iuramenta præſtare. cap. paruuli & can. pueri, 22.qō.5. & can. Honeſtum. eadem cauſa, & q. Vnde ante hoc tempus cogi non poſſunt a Iudice ad præſtandum iuramentum, ut omnes fatentur, An vero admitti debeant antea, ſi ad id ſe obtulerint, non ita conueniunt authores. Nam Sylueſt. verb. iuramentum 2.q.3.& Grego. de Valentia tomo 3. diſput.6.q.7. punct.3. negare videntur antea admittendos eſſe; Alij vero, vt S. Anton. p.2.tit.10.c.3.§.4. Ioann. Bachon.4.diſt.25.q.14.art.5. Sotus lib.8. de iuſtitia q.1.art.10. Petrus de Arragon.2.2.q.89.artic.10.& Summa Corona pa.3.tractat. de iuramento, nu.13. docent, admitti poſſe dummodo ſint doli capaces, alias non, eo quod in iuramento adeſſe debet iudicium. Quæ opinio verior videtur, ſi tenorem canonum conſideremus: ſolum enim dicitur, *Quod ſi renuerint iurare, non cogantur*. hoc loquendi modo ſignificans, non eſſe repellendos, ſi vigente in eis ratione, & iudicio vitro ſe ad iurandum obtulerint: Econtra uero uera erit Sylueſtri ſententia, ſi praxim, & conſuetudinem attendamus. Idem dicendum eſt de pupillis infantiæ proximis, & de furioſis, & mente captis, iuramentum enim fieri debet cum iudicio, quo præfati carent. Quæ omnia intelligenda ſunt de iuramento in iudicio facto, id eſt ſolemni, Nam extra iudicium iurare, & periurare poſſunt, & ita ſi extra iudicium periurent, ſi ſunt doli capaces, peccant mortaliter, aut uenialiter ſecundum qualitatem periurij, ſicut & alij, arg. ca.1. de delictis puerorum, id quod procedit de iuramento aſſertorio. Nam quantum ad promiſſorium, certum eſt, ſi ſint doli capaces, poſſunt ſe obligare iurando, & valet iuramentum coram Deo, & in iudicio. Vnde gl. in d. can. paruuli, 22.qō.5.& Summa Corona vbi ſupra rectè docent, Impuberem talem conueniri poſſe de tali iuramento præſtito arg. leg. v.t. in fin. ff. de lib. cauſ. Illud tamen addendum eſt, poſſe patrem reuocare eius iuramenta, vt habetur in cap. pueri. 22. quæſ.5. vbi dicitur, *Si pater eius, ut audierit, ſtatim contradixerit, nota eius, & iuramenta irrita erunt.* ubi ut notat Gloſſa in uerb. *ſtatim*, ut reuocatio hæc ualeat, ſtatim id eſt, quam primum nouit, & potuit, a patre illius facienda erit.

9 *Deinde* ex defectu debitæ reuerentiæ repelluntur periuri a iuramento, ut habetur in can. paruuli, 22.q.5. S. Tho.2.2 q.89.ar.10. Rich.3.diſt.39.ar.1. q.3. S. Ant. p.2.tit.10.c.3.§.3. Gabr.3.diſt.39.art.3. Soto lib.8. de iuſt. q.1.ar.10. Syl. uerb. Iuramentum 2.q.3 Petr. de Arragon.2.2.q.89.ar.10. Greg. de V len to.3.diſp.6.q.7.punc.3. Summa Corona trac. d iuramento, nu.13. Id quod procedit etiamſi offera ſe ad iurandum. Ratio autem differētiæ inter pueros doli capaces, & periuros eſt, quia pueros ſolu defectus ætatis, & iudicij inhabiles reddit ad iurandum, & ideo ſi malitia ſuppleat ætatem, iurare uolentes admittuntur, periuros autem ipſum uitium, & delictum proprium inidoneos ad iurandum reddit. Quia ut notat S. Th. ex retroactis præſumitur, quod reuerentiam debitam iuramento non exibebunt. arg. cap. Semel malus de reg. iur. in 6. ubi glo. ponit exemplu periuri. ex dicto can. paruuli. *Vnde* talis in iudicio non eſt admittendus ut ſit teſtis in contractibus, nec in lite, neque de calumnia iurare pōt, dicitur. n. ibi: *Qui ſemel periuratus fuerit, poſt hoc, nec teſtis ſit, nec ad ſacramētum accedat, nec in ſua cauſa, uel alterius iurator exiſtat.*

10 Dubium autem eſt, an hoc, quod de periurio dictum eſt, intelligatur ſolum de eo, qui conuictus eſt de periurio in iudicio, an uero de illo etiam q notorius, & publicus periurus eſt de facto, etiam de periurio non fuerit conuictus in iudicio. Ratio difficultatis eſt, quia reperiuntur multi tales, qu priuatim periuri ſunt; S. Ant. ubi ſupra dubius eſt, ob rationem dictam, cum quotidie in contractibus maxime uenditionis, & emptionis homines periur ſint. Sotus autem, Petr. de Arragon. & fauet S. Thom. ubi ſupra ſolum putant hęc uera eſſe de periuro, qui in iudicio conuictus eſt, & condemnatus periurij, & huic multum fauet Canon ille *Paruuli*, 22.q.5. qui loquitur ſolum de iuramento ſolemni. Sylueſt. Gregorius de Valentia, & Summa Corona locis proximè citatis, docent, quod ſi iuramentum fuerit euidens, quantum ad uerba, & deliberationē, & factum, puta, ſi coram multis deliberatè ſuper ſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis, falsò iurauerit, etiam ſi id coram iudice non fecerit, tamen pro periuro cenſendus erit; Iam enim ratione ſcandali, & deliberationis, & grauitatis rei iuramentum publicum cenſetur, & ideo tanquam periurus habendus erit, & fauet d. ca. paruuli, ubi reiicitur abſolute iuramentum periuri. Sin autem uerba talia fuerint, ut iuratoria, & non iuratoria haberi poſſint, aut ex ira, cholera uel alio dubitetur de intentione, & deliberatione, & falſitate rei, talis quamuis periurus ſit, a iudicio tamen non eſt repellendus, hoc enim modo authorum opiniones conciliandas eſſe cenſeo, & pie interpretandas.

11 Ex parte uero hominis, cuius dictum iurame to confirmatur interdicitur clericis, ſacerdotib & prælatis iurare in iudicio, non quia non poſſunt iurare (immo in quibuſdam caſibus iurare debent) ſed quia ſine graui, & urgenti cauſa, & neceſſitate exigi non debet ab illis iuramentum in iudicio, aut in contractibus, ſicut a laicis. Ratio eſt, quia in eis

præſumitur iuſtitia conuerſationis, ob ſtatum perfectiouis, ita vt nec aliquid falſum dicere, nec illicitum promittere voluerint. Ideo enim exigitur iuramentum ab homine, quia dubitatur de veritate eorum, quæ dicit, ne ſimpliciter loquendo diceret mendacium, vel non ſeruaret promiſſum, quod dignitati perſonarum eccleſiaſticarum derogat. Debent etiam ipſi magis cauere à iuramento non neceſſario, vt exemplo doceant alios nomen Domini reuereri, nec illud in vanum aſſumi debere. Vnde in can. Si quis presbiter. 2. q. 5. dicitur quod *Sacerdotes ex leui cauſa iurare non debent,* (ſcilicet per ſacra Dei Euangelia, ſicut laici) *manus enim, per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento polluetur. Sed vice iuramenti per ſanctam conſecrationem interrogentur.* Vnde ſolum pro magna aliqua neceſſitate, vel vtilitate, illis iurare licebit, & præcipuè pro negotijs ſpiritualibus, ex 2. q. 5. per totam. S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 10. Rich. 3. diſt. 39. art. 1. q. 3. S. Anto. p. 2. tit. 10. c. 3. §. 3. Gabr. 3. diſt. 39. quæſt. 1. artic. 3. dub. 1. Syl. uerb. iuramentum. 2. q. 3. Soto lib. 8. de iuſtitia. q. 1. art. 10. concluſ. 3. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 89. art. 10. Gregorio de Valentia tom. 3. d 6. q. 7. puncto 3. Summa Corona tract. de iuramento. p. 3. nu. 13 & alijs Quibus in locis S. Antonin. & Sylueſt. varios caſus referunt, in quibus ſacerdotes, & Prælati iurare debent, quorum *Primus eſt,* ne defectu probationum quis lædatur, uel rem ſuam amittat, tunc enim poſſunt, & debent iurare, vbi tamen non ſit cauſa ſanguinis. *Secundus eſt* pro fide, vt cum quis abiurat hæreſim, promittens non amplius relapſurum, uel etiam ſchiſma, de conſecrat. diſt. 2. ca. Ego Berengarius, & prima quæſt. 7. can. quoties. *Tertius eſt* pro obedientia, prout iurant Epiſcopi, & Abbates Romano Pontifici. cap. ſignificaſti de elect. & c. Ego N. epiſcopus. de iureiur. *Quartus eſt* pro pace. 22. q. 1. can. Omne. *Quintus eſt* pro eccleſiæ indemnitate. arg. cap. De ſiracuſanæ. diſt. 28. *Sextus eſt,* quando ab excommunicatione abſoluuntur. cap. Ad reprimendam de offic. ordin. *Septimus eſt,* cum infamatus debet ſe purgare deficientibus, ſcilicet, probationibus. can. Si quis presbyter. can. Habet hoc. & ſeqq. 2. q. 5. *Octauus eſt,* ſi litigent in cauſa ſpirituali, uel alia, iurare debent de calumnia, & etiam de ueritate dicenda. ca. ceterum. & c. fi. de iuramen. calum. in antiquis & cap. ſi de calumnia. eod. tit. in 6.

12 CVI, denotat in cuius manibus ſit iurandum, & tunc extra iudicium, & in priuato, cuicunque iurare poteſt homo, in iudicio autem quilibet iurare debet iudici competenti. Vnde clerici accuſati coram iudice ſeculari, aut requiſiti, ut ſolemne præſtet iuramentum, coram eo iurare prohibentur, ſed tantum coram ſuo iudice eccleſiaſtico ſe purgare debet. can. Nullus. 1. 22. q. 5. ſicut nec ad teſtimonium ferendum coram iudice ſeculari vocari poſſunt. can. Teſtimonium. 11. q. 1. fere per totam. can. Quanquã. 14. q. 1. Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi adſit prelati licentia. Gabr. 3. diſtin. 39. quæſt. 1. art. 3. dub. 1. litera P. Ioannes Bachon. 4. diſtinct. 25. q. 14. arti. 5. Sylueſt. uerb. iuramentum. 2. q. 3. & 4. Angel. uerb. eod. 3. nu. 3. Summa Corona tractat. de iuramento. nu. 14. Coſmus Philiarchus de offic, ſacer. p. 3. lib. 3. ca. 15. & alij communiter.

3 QVOD, Hæc particula cauſam iurandi denotat, & ſic pro omni re licita, & honeſta iuramentum fieri poteſt, pro re autem turpi, illicita, uel iniuſta iuramentum factum non ualet. argumen. capit. fin. de pactis, & c. 1. de re iudic. Ioan. Bachon. Quarto, diſtinct. 25. quæſtio. 14. articul. quinto. Angel. uerb. iuramentum, 3. numero quarto, Sylueſter uerb. iuramentum ſecundum quæſtio. 4. Summa Corona p. 3. tract. de iuramento. numero 15. Coſmus Philiarchus part. 3. libro tertio, capit. 15. ut latius in ſequentibus dicemus. Vnde ſi iuretur aliquid, quod eſt peccatum ueniale, aut mortale, non eſt ſeruandum iuramentum. Item iuramenta contra eccleſiæ libertatem illicita ſunt. Neque iuramentum in detrimentum eccleſiæ, aut diminutionem regni ualet. Item ſi maritus iuret non habitare cum vxore, uel econtra, non ualet. Et denique quiſquis iuramento affirmauerit aliquid ſe facturum, quo ſecuto ſalus corporalis, vel ſpiritualis adimitur; vel ſine quo utraque ſalus, uel altera reparari, uel conſeruari non poterit, fidem ſeruare prohibetur. ex Ioan. Bachono, ubi ſupra, Hoſtienſi. tit. de iureiur. §. Quomodo cenſeatur. Cuius rei multa exempla habentur in 22. quæſt. 3. per totam, ſed præcipuè can. fi. §. vlt. uerſic. Iuramentum itaque, & nos in ſequentibus varia exempla afferemus.

14 PER QVOD, Iuramentum enim, cum ſit actus latriæ, per ſolum Deum uerum fieri debet, per creaturas autem non, niſi ad Deum relatas, hoc eſt, quatenus in eis diuina veritas relucet. Qui ergo iurando aliquam creaturam atteſtaret, inquantum creatura eſt, ei attribuendo, quæ ſoli Deo debentur, maximam iniuriam Deo faceret. Id quod Chriſtus prohibuit Matth. 5. *Nolite iurare omnino, nec per cælum, nec per terram, &c.* his enim uerbis non ſolum refellere uoluit errorem Iudæorum credentium non eſſe iuramentum, ſi iuretur per creaturas, vt enim diximus ſupra, id falſum eſt, ſed etiam', ut non iuremus per eas conſtituendo in illis iuramenti finem, & vim, & exhibendo eis reuerentiam, quæ ſoli Deo debetur, tunc enim ſpecies quædam eſt Idololatriæ, & blaſphemiæ, licet ueritas iurationi ſubſit. Quare hoc ſolo ſenſu per creaturas iurare non licet; vt Doctores communiter docent, eo quod hac ratione aliquid numinis creaturæ attribueret, cognitionẽ, ſcilicet, ſecretorum, uel infallibilitatẽ, qua de cauſa Gabriel, & alij locis infra citandis docent, Iudæis tanquam paruulis prohibitum fuiſſe iurare per creaturas, & conceſſum iurare per Deum, ne honor Deo attribuendus, ſcilicet, veracitas, cognitio ſecretorum, & infallibilitas creaturæ attribueretur.

Quamuis igitur iuramentum per Deum tanquã rerum omnium conditorem, & cognitorem, primamque & infallibilem veritatem fieri debeat, factum tamen per creaturas, referendo eas in creatorẽ, cuius nomen, & maieſtas in eis exiſtunt, ſeu quatenus a Deo creatæ ſunt, licitũ eſt. Et ita licite iuratur per creaturas, puta, per Euangelia; per quæ diuina veritas nobis innoteſcit, ac per ſanctos, qui illã crediderunt, & coluerunt, & multo magis per B. Virg. quæ eandem fidem, & ſublimius nouit, & perfectius coluit. Id quod S. Auguſt. ut refertur. 22. q. 1. can. Monete, ait, *ſciendum eſt, quod Sancti non tam per creaturas, quam per creatorem creaturarum iurabant, neq; in creaturis* (per quas, ſ. iurabant) *aliud quã creatorem ipſarum uenerabantur;* Sic qui iurat per cælum, iurat per thronum Dei, atque adeo per ipſum Deum, ex

Innoc, in ca. Etſi Chriſtus. de iureiu. & qui iurat per crucem, per ipſum Deum iurat, qui in ligno crucis mortem paſſus eſt pro redemptione generis humani. Iurare ergo per creaturas in Deũ relatas licitum eſt, ſiue hoc fiat per modum ſimplicis atteſtationis, vt contingit, quando quis iurat per Euangelia, vel per ſanctos, vel per crucem &c. ſiue per modum execrationis, oppignorando creaturam Deo, eamque eius iudicio ſubdendo, ſi res aliter ſe habeat, quam iuratur, vt contingit, quando quis iurat per vitam ſuam, aut filiorum; ſic enim Ioſeph iurauit per vitã Pharaonis, Geneſ. 42. Hoc eſt, ſi iuratio eſſet falſa, Deus Regem vita mulctaret, & Apoſtol. 2. Corinth. 1. ait, *Ego teſtem Deum inuoco in animam meam*, hoc eſt, in vitam meam. Hoc enim iurandi modo creaturam obſtringimus iuſtitiæ Dei in confirmationem veritatis, vt ſi aliter res ſe habeat, quã dicimus, Deus in illa creatura vlciſcatur periurium noſtrum. Quæ omnia euidenter colliguntur ex S. Thom. 2.2.q.89. art. 3. §. 1. S. Aug. ſerm. 28. de verbis Apoſtoli. Bona. 3. diſt. 39. art. 2. concluſ. 3. & artic. 3. dub. 1. litera. Q. S. Ant. p. 2. tit. 10. cap. 3. Angel. verbo iuramentum, 1. §. 2. Sylueſt. verb. eod. 1. q. 1. & 4. Tabiena verbo. eod. §. 4. Soto libr. 8. de iuſtitia. quæſt. 1. art. 6. Petro de Arragon. 2. 2. quęſt. 89. artic. 6. Nauar. in Manuali. cap. 12. num. 1. Couar. in capit. Quamuis p. 1. §. 1. numero 5. de pactis in 6. Gregorio de Valentia tom. 3. diſput. 6. quæſtio. 7. puncto. 3. Summa Corona p. 3. tract. de iuramento, numero 5. & numero 26. & alijs.

15 *Iurare* vero per membra Dei, quaſi is membra habeat, illicitum eſt, immo blaſphemia, maxime ſi aliqua membra impudenter nominarentur. Idem etiã dicendum eſt, ſi quis per pudenda membra Chriſti, aut B. Virginis, aut Sanctorum iuraret. Quamuis enim Chriſtus vere membra illa habeat, vt quilibet alius verus, & integer homo, eaque ratione illa nominans minime mentiatur (prout mentitur ille, qui iurat per membra Dei ſiue honeſta ſint, ſiue inhoneſta, quaſi Deus his membris ſit præditus, quod eſt blaſpemia) nihilominus tamen dum illa in Chriſti ignominiam, & dedecus nominat, volens ex ipſo iurandi modo innuere aliquid eſſe in Chriſto ignominioſum, & vituperabile, vere blaſphemus eſt, & grauiſſime peccat, & prauiſſimis pęnis affici debet, iuxta notata in c. clericum. & c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. & in Authent. vt non luxur. contra naturam. §. vlt. Et idem cenſendum eſt de iurante per membra inhoneſta Sanctorum ob eandem rationem.

Iurare autem per membra honeſta Chriſti, & Sanctorum, vt per caput, manus, oculos &c. *regulariter loquendo*, dummodo deſit contemptus, & conſuetudo iurandi, non erit mortale, ſed ueniale, eſt enim aliqualis irreuerentia ita inter membra diſtinguere, ex Angelo verb. iuramentum. 3. §. 12. Gabr. 3. diſt. 39. q. 1. art. 2. quæſt 3. in fin. S. Anton. par. 2. tit. 10. cap. 4. in prin. Petro de Arragon. 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 1. concl. 3. Couar. in c. Quamuis. par. 1. §. 1 num. 6. de pact. in 6. Gregorio de Valentia tom. 3. diſputa. 6. q. 7. puncto 3. & Summa Corona tractat. de iuramento. num. 26. Dixi, *regulariter loquendo*: Nam, ſi adſit debita reuerentia, & alij comites iuramenti, aliquando ſic iurans non peccabit, ex S. Antonino, Sylueſt. Petro de Arragona, & Gregorio de Valentia locis proxime allatis, vt ſi v.g. præſente Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, aut aliquibus reliquijs Sa ctorum, iuraret quis per corpus Chriſti, uel illa Sa cta oſſa. Tunc enim ſic iurans, nec Chriſtum, nec Sa ctos iniuria afficeret nec aliquam eis irrogaret i reuerentiam, & proinde nec ullum peccatum co mitteret.

16 Demum certum eſt, illicitum, & peccatum mo tale eſſe per Deos falſos iurare, ſiue verum, ſiue fa ſum iuret, eſt enim blaſphemia, quod ſolius Dei e Deo falſo tribuere. Ratio eſt, quia, vt dictum eſt, i rare eſt actus latriæ, ſeu religionis, quo Deum ue tatem infallibilem profitemur. Cũ igitur hæc, q ſibi ſoli debentur, alijs attribuuntur, maxima iniuria fit, eſtque blaſphemiæ, & idololatriæ im tas. Solum reſtant hic examinanda quædam dub

17 DVBIVM PRIMVM eſt, An grauius p catum ſit iurare falſum per verum Deum, an iura verum per Deum falſum? Ratio difficultatis e quia S. Auguſtinus epiſt. 154. ad Publicolam ait, & refertur 22. quæſt. 1. can. Monete. expreſſe ait, S *vlla dubitatione minus malum eſt per Deum falſum i rare ueraciter, quam per Deum verum fallaciter: Qua to enim id, per quod iuratur, eſt magis ſanctum, tanto m gis pœnale eſt periurium.* Communis tamen opinio a firmat ſimpliciter grauius peccatum eſſe iurare v rum per Deos falſos, quam iurare falſum per Deu verum. Sic Alexand. de Ales par. 3. quæſt. 31. me bro 3. artic. 2. §. 2. Sotus in tractatu de cauendo a iu ramentorum abuſu part. 1. capit. 6. & libro 8. de iu ſtitia quæſtio. 2. articul. 3. Petrus de Arragon. 2. 2 quæſtio. 89. artic. 6. dub. 2. Couar. in capitul. Quamuis. part. 1. §. 1. numero 10. de pactis in 6. & ſumma Corona part. 3. tractat. de iuramento. numero 26. Iacobus de Graſſijs parte ſecunda deciſ. libro ſecundo capitul. 8. numero 6. & capitul. 11. numero quinto; Ratio eſt euidens, quia blaſphemia, ſeu Idololatria grauius peccatum eſt, quam periurium, eo quod illa opponitur confeſſioni fidei, quæ eſt totius Chriſtianitatis fundamentum, eſtque idcirco infidelitatis ſpecies, & conſequenter contra primum Decalogi præceptum, cum tamen periurium ſit contra ſecundum, peccatum autem, quod primo præcepto opponitur, grauius eo eſt, quod ſecundo opponitur. Deinde, qui falſum iurat per verum Deum, ſolum detrahit veritati dictorum diuinorum; qui autem per falſos Deos verum iurat, ipſi diuinæ eſſentiæ iniuriam infert, quia illam, quantum eſt in ſe, communicat creaturis, quas pro Deo colit, quod facere multo peius, ac grauius eſt, ut conſtat. Iuramentum autem per Deos falſos factum ad Idololatriam pertinere conſtat, Hierem. 5. ubi Deus filijs Iſrael improperat, quod ab eo ueluti Apoſtatæ defecerint, & iurauerint in ijs, qui non erant dij. Et S. Chryſoſtom. homil. 16. oper. imperfect. *Idololatrã*, inquit, *ſe facit omnis, qui per falſum Deũ iurat.* Et ratione probatur, quia qui huiuſmodi iuramenta facit, tribuit creaturæ honorem qui ſoli Deo debetur, profitetur enim illam, nec fallere, nec falli poſſe, & conſequenter blaſphemus, & idololatra eſt.

18 Ad teſtimonium autem S. Auguſtini facile Reſpondetur, duo conſiderari in iuramento per Deos falſos; vnũ, quod eſt ueritas, aut falſitas; aliud, quod eſt Idololatria, quod inuoluitur in tali iuramento, dum diuinus hnnor, & ſoli Deo debitus, dijs fal

ſis attribuitur. Quamuis igitur ratione periurij, in quo ſtat veritas, & falſitas, minus malum ſit iurare verum per Deos falſos, quam falſum per Deum verum, immo ſtando intra latitudinē, & rationē mendacij, & periurij, (quod ſolū ibi conſiderauit S. Auguſtinus) primum non eſt mendacium, aut periuriū ex S. Tho. 2.2.q.98.art.1.ad 2. Soto, Arag. Couar. & Summa Corona, vbi ſupra, ſecundum autem & mēdacium eſt, & periurium; Si tamen conſideretur id, per quod iuratur, quia hic iuratur per Deum verū, ibi vero per Deum falſum, ſicque quod Dei ſolius eſt, Dijs falſis attribuitur, & incurritur idololatria, ſimpliciter dicendum eſt peius eſſe iurare verum per Deos falſos, quam per Deum verū iurare mendaciter, vt præfati authores teſtantur.

19 DVBIVM Secundum eſt, An liceat Chriſtiano petere, & recipere iuramentum ab homine Idololatra, quem ſcit per Deos falſos iuraturum? Ratio difficultatis eſt, quia petens, & exigens iuramentū ab eo conſentire videtur actui Idololatriæ; qui ſine peccato fieri non poteſt; ergo peccat. Deinde non licet priuatæ perſonæ exigere iuramentū ab eo, quē certo nouit peieraturum. Ergo multo minus licitū eſt exigere iuramentū ab eo, quē certo nouit iuraturum per Deos falſos, cum, vt dictum eſt, minus peccatum ſit peierare, quam falſos Deos inuocare.

RESPONDEO cum S. Tho. 2.2.q.78.artic.4.& q.98.art.4. Alexandro de Ales p.3.q.31. membr.2. art.6.§.2. Bonau.3.diſt.39.art.2.q.3. Gabriele 3.diſtinct.39. quæſtio.1. artic. 2. dub.2. littera.R. Soto lib.8. de iuſtitia.q.2.art.3.& Petro de Arragon. 2.2. quæſt.89.art.6. Gregorio de Valentia tom.3. diſpu.6. quæſtio.7. punct.3. Couar. in cap. Quamuis. part.1.§.1.num.9.& nume.10. de pactis in 6. Caiet. tomo 2. opuſc.12. & in ſumma uerb. maleficium. Sylueſt. uerb. maleficium. quæſt.8. & Summa Corona par.3. tract. de iuramento. num.26. & alijs communiter, quod licet peccatum graue ſit exigere ab eo iuramentū, intendendo directè, ut per falſos Deos iuret; (cum, ut conſtat, huius voluntatis obiectum per ſe malum ſit) ſicut etiam graue peccatum eſt inducere illum ad iurandum, non intendendo etiam, vt per falſos Deos iuret, quando petenti, aut exigenti nullum, aut exiguum commodum inde reſultat; (quandoquidem vnuſquiſque, quantum in ſe eſt, alterius peccatum uitare tenetur, quando id poteſt ſine ſuo incommodo,) nihilominus tamen ex cauſa rationabili iuramento eius vti, nullum omnino peccatum eſt. Siquidem ex una parte petens iuramentum non intendit, vt per Deos falſos iuret, ſed per Deum uerum. Neceſſitas etiam petendi adeſt, puta, vt ſic pacta, & conuenta iuramento firmentur, id quod licitum, & honeſtum in ſe eſt; Et ex altera parte iurans poteſt, ſi uelit, iuramentum rectè præſtare, iurando, ſcilicet, per Deum uerum. Si igitur per Deos falſos iuret, atque ita iurando peccet; hoc totum ex ſua malitia, & falſa religione procedit, & proinde peccatum hoc, qualecunque ſit, iuranti tantum, & non ex cauſa rationabili petenti imputandum erit, cui nec petens iuramentum aſſentit, nec illud impedire cum diſpendio, & damno ſuo tenetur; ſed ſolum fide illius, hoc eſt, fidelitate naturali vtitur, quam quilibet, cuiuſcunque religionis ſit in pactis, & fœderibus ſeruare tenetur. Idem a ſimili oſtendi poteſt; Qui enim ab homine parato ad vſuras petit mutuum, dat quidem aliquo modo ipſi materiam, & occaſio nem peccandi, ipſemet tamen petendo non peccat, quandoquidem, quod ipſe petit, ſcilicet, mutuum, iuſtum, & licitum eſt, & cum merito præſtari poteſt. Sin autem alter mutuum ſine uſura præſtare nolit, culpa ipſius vſurarij eſt, non petentis, qui petit ab altero, quod ille, ſi uellet, ſine peccato, & cum merito facere poſſet. Pari ratione, qui ab infideli petit, quod aliquid iuramento confirmet, non petit, ut per falſos Deos iuret, (ſic enim petendo peccaret, ſicut etiam peccaret, qui mutuam pecuniam ſub uſuris ſibi dari peteret) ſed ſolum petit iuramentum, quod ab altero legitime per Deum uerum præſtari poteſt, cum res licita petita fuerit. Vnde ſi infidelis per Deos falſos iuret, culpa eſt ipſius iurantis, non autem iuramentum exigentis, quia is, qui exigit, id petit ab illo, quod ille, ſi uellet, bene facere poterit. Idem etiam patet exemplo Iacob, qui, vt legitur Gen. 33. petijt a Laban Socero ſuo homine Idololatra, ut fœdus, quod cum illo pepigerat, iuramento firmaret. Et Romani cum Iudæis pacem firmabant, 1. Mach. 8. cum tamen illi per Deos falſos, hi uero per Deum uerum iuraſſe legantur. Quæ omnia latius confirmat S. Aug. epiſt. 154. ad Publicolam, cuius uerba referuntur in c. Monete, 22.q.1.

20 Ratio autem in contrarium non ualet, vt enim dictum eſt, qui petit iuramentum ab infideli, nulla ratione intendit, vt infidelis per Deos falſos iuret (id enim pecatum eſſet) ſed intendit tantum, vt pacta iuramento confirmet: licitū aūt eſt pacta, & conuenta iuramento firmare, & eius rei petendæ ius habent qui contrahunt: Non igitur peccato alterius ſic petendo conſentit. Quod aūt petendo aliqualem peccandi occaſionem præbeat, non facit, vt peccet petendo rem in ſe licitam, Non enim malū eſt, qualitercunq; occaſionē materialem peccandi præbere, ſed tunc ſolū; quando aut ipſum factum, in quo conſiſtit occaſio, per ſe malū eſt, nec licite fieri poteſt, aut quando illud abſque ſuo cōmodo, aut neceſſitate aliqua facit. Quod uero de exigente iuramentum ab eo, quem falſo ſcit iuraturū, dictum eſt, nihil contra veritatē a nobis in præſenti quæſtione probatā ualet. Siquidem vt recte notat S. Tho. 2.2.q.98.art.4. ad quartū, ex S. Auguſtino epiſt. 154. ad Publicolā, in iuramento falſo nihil boni eſt, quo vti liceat, hoc eſt ex eo, quod quis falſum iuret nulla poteſt ad nos vtilitas iuſte peruenire, nec aliqua ratione ex eo res noſtra iuuari iuſtè poteſt. Ceterum in iuramento facto per Deos falſos, aliquid boni eſt, quo vtimur, cum ex huiuſmodi iuramento efficiantur pacta firma, quæ cū infideli pepigimus, qua firmitate carere cum nobis eſſet incommodum, fit, vt non teneamur cum tanto noſtro damno, & iactura alterius peccatū in iuramento per Deos falſos vetare, ſicut in periurio tenemur, quod nulla ratione bene fieri poteſt.

21 DVBIVM Tertium eſt, An iurans per Deos falſos, & aliquid promittens, arctius promiſſum implere teneatur, quam ſi ſimpliciter, & abſque iuramento promiſiſſet? Ratio difficultatis eſt, quia S. Auguſt. epiſt. 154. ad Publicolam, ſolum ait, quod qui iurat uerum per Deos falſos, ſemel peccat, quia iurat, per quem non debet; qui uero falſum per eoſdem iurat, bis peccat, quia præterea iurat falſum. Et idem eſt, ſi non adimpleat iuratū promiſſum. Qui-

bus verbis ſignificat, eum, qui rem aliquam promittit cum iuramento per Deos falſos, magis teneri ad ſeruandum promiſſum, quam ſi ſimpliciter, & abſque iuramento promiſiſſet.

Reſpondeo ex Alex. de Ales in ſumma p. 3. q. 31. memb. 3. art. 2. §. 1. Gabr. in 3. diſt. 39. q. 2. art. 3. dub. 3. S. Anto. p. 2. tit. 10. ca. 4. §. 1. in fine. Soto lib. 8. de iuſtitia, q. 2. art. 3. dub. 3. Couar. in c. quamuis. pa. 1. §. 1. nu. 7. de pactis. in 6. & Petro de Arragon. 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 3. Innoc. in c. Etſi Chriſtus. nu. 2. & Panorm. ibi. de iureiur. & alijs. Quod licet huiuſmodi iuramentum per ſe loquendo nullam aliam inducat obligationem præter eam, quæ eſt in ſimplici promiſſione, eo quod ſecundum ueritatem non eſt iuramentum, cum nec uerus Deus, nec ulla res ſacra illic in teſtimonium inuocetur, ut conſtat, Nihilominus tamen ex ſuppoſitione, hoc eſt ſuppoſita eius conſcientia erronea, quia. ſ. putat eſſe ueros Deos, peccat peccato periurij, ſi falſum dicat, & ſacrilegij, niſi adimpleat promiſſum, quod tali iuramento firmauit. Vt enim libro primo ex communi Thologorum ſententia diximus, conſcientia erronea uim obligandi habet; ratio eſt, quia qui agit contra legem ſuperioris creditam, ſeu æſtimatam, licet non uere obligantem, ipſum ſuperiorem, eiuſque auctoritatem contemnit; Qui uero contra erroneam cōſcientiam agit, contra legem ſuperioris creditam agit. Ergo ipſum contemnit; & conſequenter peccat, eiuſdemq; generis peccatum cōmittit, ac ſi lex illa uerè fuiſſet. Cui conſequens eſt, quod tam Idololatra, quam Gentilis iuſiurandum ſuum obſeruare tenetur, nō quidē ex ui religionis, quę falſa eſt, ſed ob fidelitatem humanā, quam ſecundū conſcientiā ſuam iureiurando confirmauit. Quo ſenſu intelligēdus eſt S. Augu. vbi ſupra, relatus in c. Ecce dico 22. q. 5. dicens *periurū eū eſſe, qui ſuper lapidē falſum iurat.* id eſt, qui ad Iouem lapidem falſum iurat. Quāuis. n. a parte rei, & in veritate per rem ſanctam; & diuinam non iuret, & proinde uerum iuramentum non faciat, ſi tamen per illam iuret, eo ipſo quod putat rem ſanctam eſſe, tenetur fidem illam ſeruare, & falſum iurando bis peccat, ſemel quidem iurando per rem illam, per quam iurare non debet, & deinde falſum iurando per rem illam, quam in conſcientia ſua erronea ſanctam, & diuinam eſſe putat. Quæ omnia ex ſe ſatis manifeſta ſunt.

22 DVBIVM QVINTVM eſt, an maius ſit, & grauius peccatū iurare fallaciter per Deum, quam per creaturam? Ratio dubij eſt, quia ex vna parte grauius videtur peccatū iurare per Deum, quia, vt ait S. Auguſt. epiſt. 154. & refertur can. Monete. 22. q. 1. in fi. *Quanto, per quod iuratur, magis ſanctum eſt, tantò magis pœnale eſt periurium*: Deus autem ſanctior eſt ſanctis omnib. in infinitum, Et proinde grauius peccatum eſt iurare falſum per Deum, quā per creaturas, magiſq; obligat iuramentum per Deum, quā per creaturam factum. Ex altera uero parte grauius videtur periurium, quod fit iurando per creaturas, eo quod S. Auguſt. vbi ſupra, docet, *dupliciter reum eſſe, qui per creaturas iurat mendaciter, quia & contra prohibitionem iurat, per quod ſibi iurare non licet, a quo peccato eſt immunis, qui non niſi per creatorem iurat, & proximum dolo capit, quod facit etiam per creatorem mendaciter iurans.* Si igitur duplex in illo reatus ſit, qui falſum per creaturas iurat, a quorum vno immunis eſt, qui per creatorem falſum iurat, grauius proculdubio erit periurium factum per creaturam, quam factum per creatorem; grauius autem periurium non eſt, niſi quia iuramentum magis obligat. Grauius etiam eſt creaturā, & creatorem ſimul qui creatorem tantum contemnere; qui vero per Deum tantū periurium cōmittit, creatorem ſolū offendit; qui vero per creaturam falſum iurat, & creaturam & creatorē etiam contemnit, quandoquidē, qui pe creaturam iurat, non per ipſam ſolam iurat, ſed e per eius creatorem Deum, & ſic per duo ſancta, qu ſunt magis ſancta, quam alterum ſolum.

Reſpōdeo cum S. Thom. 2. 2, q. 89. art. 10. ad ſecundum, & quæſ. 98. art. 3. ad ſecundum. Alexand de Ales in ſumma p. 3. q. 31. memb. 3. art. 3. §. 2. Soto in 3. diſt. 39. q. vnica ad ſecundum. Gabriele ead diſt. 39. q. 1. art. 3. dub. 2. Soto lib. 8. de iuſtitia, qō. 1 art. 10. ad ſecundum, quod ceteris paribus grauius peccatum eſt iurare falſum per Deum, quam per creaturam, arctiuſque obligat iuramētum per Dei quam per creaturas factum. Quo ſenſu rectè a S Auguſtino dictum eſt, iuramentum ſecundum ſe conſideratum tanto fortius eſſe, & obligare magis, quanto maius eſt id, per quod iuratur. Ceterum ex modo iurandi fieri poteſt, vt magis obliget iuramentum per creaturas, quam per Deum factum, nimirum ſi iuramentum, quod fit per creaturam, puta per ſancta Dei euangelia (prout fieri ſolet) fiat cum quadam deliberatione, & ſolemnitate; iuramentum autem, quod fit per Deum, fiat leuiter, & abſque deliberatione, & ſolemnitate. Quanto enim creſcunt plus ſolemnitates, tanto maius eſt iuramentū. Hinc eccleſia ad terrorem ſtatuit, vt per creaturas non niſi ſolemniter, & per conſequens deliberate iuretur, vbi veritas eſt ſimpliciter aſſerenda, uel promiſſum firmiter obſeruandum. Vnde propter hoc obſeruantur certæ cærimoniæ, vt quod digiti eleuentur, aut ſanctorum reliquiæ, uel Sacræ Scripturæ tāgantur. Quamuis igitur ceteris paribus, & ſecundum ſe grauiſſimum peccatum ſit iurare per Deum, qui ſummè ſanctus eſt, & eminenter in ſe continet omnem ſanctitatem creaturarum iuxta illud Pſal. 138. *Confeſſio eius ſuper cælum, & terram*, id eſt, laus eſt, ſuper omnem creaturæ bonitatem; ſuppoſita tamen ex altera parte ſolemnitate, & deliberatione plena, qualis habetur, cum per crucem, reliquias, & Euangelium iuratur, grauius periurium erit, quam ſi ſimpliciter per Deum ſolum falſum iuraret; non quidem propter reuerentiam eius, per quod iuratur, ſed propter ſolemnitatē, & deliberationem, quæ ibi, nō hic reperitur, & hoc ſolum probant argumenta allata.

Hinc infertur, quare periurans cum deliberatione, & ſolemnitate infamis ſit, & irregularis, non autem, qui ſimpliciter per Deum periurus eſt. Infamia namque non ſemper ſequitur quantitatem culpę, ſed crimen publicum. Violatio igitur iuramenti ſolemnis, & publici facit irregularem ratione infamiæ, infamia autem irregularem reddit. Qui enim ad ſacros ordines accedere debet, bonā famā communem habere debet iuxta illud 1. ad Timo. 3. *ordinadus bonum teſtimonium ab his, qui foris ſunt, habeat.* & Tit. 1. Quia igitur ſolemnis iuramenti tranſgreſſor fidei uiolator præſumitur, ideo rationabiliter habetur infamis, & conſequenter irregularis efficitur, quæ præſumptio de eo, qui ex leuitate, & indedeliberatione falſum iurauit per Deum non eſt, vnde nec peierando infamiam, aut irregularitatem incurrit.

3 AD QVID, denotat finem, propter quem iuramentum illicitum, vel licitum redditur. Etenim ex fine licito iuramentum licitum efficitur, & econtra illicitū erit, quando finis illicitus opponitur. Quia cuius finis bonus, vel malus eſt, & ipſum quoque bonum, aut malum eſt arg.c. Artaldus, 8.q.3. vbi ex fine, ad quem tenditur, iuramentum redditur illicitū, vt ſi ante electionem iuretur de indemnitate rerum eccleſiæ, vt ſic eligatur. Ioan. Bachon.4.diſt.25.qō.14.art.5. Angel.uerb.iuramentum 3.§.6. Sylu.eod.2.q 4. Summa Corona par.3.trac.de iuramento.nu. 27 Coſm. Philiarch.de officio Sacerd. p.2.lib.3.ca.15. Et ita 22.q.1.can.1.iuramentum faciendum eſſe dicitur pro fœdere pacis, ad ſedandas controuerſias, & mentes hominum ſeruandas, vbi aliter veritas oſtendi non poteſt. Heb.6. & l.1.ff.de iureiu.dicitur: *Maximum remedium expediendarum litium in vſum uenit iuriſiurandi religio*. Couar.in c. Quāuis. par.1.§.6.nu.3.de pactis in 6. Et quidem cum iuramentum ſit aſſertorium, vel promiſſorium, vtrumque ex indebito fine illicitum eſſe poteſt. Aſſertorium enim iuramentum, ut optimè explicat Sūma Corona, vbi ſupra, ex octo finibus vitiari poteſt, prout octo ſunt genera mendacij poſita a S. Auguſt. in lib. de mendacio. c.14.

Primo, cum quis iurat falſum contra fidem, & ſapit hæreſim.

Secundo, cum iurat falſum contra proximum, vt eum iniuſte lædat, ſine ſui, aut alterius vtilitate, vt cum proximo falſum imponit in iudicio, aut falſum teſtificatur contra illum in aliqua re.

Tertio, cum falſum iurat, vt alicui proſit, lædēdo alterum, puta, cum producitur vt teſtis in cauſa pecuniaria, vt amicum a debito liberet, & alium iniuſte condemnari facit.

Quarto, Iurando falſum ex ſola delectatione mentiendi.

Quinto, Iurando falſum complacendi cauſa, ſine alterius tamen præiudicio, ſed ſolum, vt eis placeat.

Sexto, Iurando falſum, ut alicui proſit ſine alterins offenſione.

Septimo, Iurando falſum, vt multum alteri proſit, puta, vt excuſet homicidam, ne ſuſpendatur.

Octauo, Iurando falſum, vt ſeipſum a malo liberet.

Iuramentum autem promiſſorium illicitum redditur, quando quis aliquid licitum promittit ob malum fidem, puta, promittit dare aliquid puellæ, vt illi conſentiat in actum malum. Hic enim finis malus appoſitus donationem aliàs in ſe licitam uitiat, vt pluribus confirmat Summa Corona, vbi ſupra, quę alios modos enumerat.

24 CVR, in hoc loco cauſam concomitantem denotat, quæ, ſi turpis fuerit, iuramētum illicitum reddit, vt iuramentum Herodis propter ſaltationem puellæ. Item iuramentū eorum, qui iurant adinuicē alicuius delicti ſocietatem. Item qui iurant ad conſpirationes, & coniurationes iniuſtas faciendas contra ſuperiores, & huiuſmodi. arg.c.fin.de pac. & cap. 1.de ſent. & re iudic. & can. coniurationum. & can. conſpirationum. 11.q.1. Ioan. Bacho.4.diſt.25.qō.14.art.5. Angel.uerb.iuramentum, 3.§.6. Syl.uerb. Iuramentum.2.q.4. Summa Corona p.3.trac.de iuramento.nu.28. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.p.2.lib.3.cap.15.

25 QVOMODO, explicat modum, quo iuramentum illicitum redditur, puta, ſi per vim aut timorē, aut ex inconſulto iracundiæ calore iuretur, de quibus poſtea latius agemus, cum de obligatione iuramēti dicemus. Et cum iurare ſit actus latriæ, in quo ad ueritatis teſtimonium Deus tanquam ſumma veritas inducitur, ideo ut licite fiat, cum magna reuerentia fieri debet, vnde Cornelius Papa ait can. Honeſtum.22.q.5. *Honeſtum etiam uidetur, ut quæm ſanctis audet iurare*, IEIVNVS *faciat cum omni honeſtate, & timore Dei.* Quę cærimonia quamuis, ut notat ibi gloſſa; ſit potius conſilij, quam præcepti, & iam in deſuetudinem abierit, reputabatur tamen olim inhoneſtum aliter fieri, ut quaſi ad ſacroſanctū ſacramentum altaris, ſic ad iuramentum accederetur, nempe, ut iuraturus attentiori animo ſecū reputaret, uerumne eſſet, ac certum id, quod ſub iuramēto aſſerturus accedebat. Qua propter, & alijs circunſtantijs exornabatur iuramentum, ſcilicet, ratione loci, ut nemo niſi in templo, & ſuper altari, & libro Euangeliorum attacto, quæ ſacerdos in manibus teneret, quaſi ante tribunal Dei tremebundus iuramentum præſtaret. Vnde S. Ioan. Chryſoſt. Homil. 15. ad pop. Antioch. ait, *Non ita gemo, & deploro quoſpiam in uijs iugulatos audiens, ſicut gemo, & lacrymis proſequor, & horreſco, cùm uideo quempiam ſupra menſam hanc, ſcilicet altare uenientem, & manus imponentem, & Euangelijs iurantem attactis, &c.* Cuius ēt cærimoniæ meminerunt S. Tho.2.2.qō 89.art.10. Petrus de Arrago. ibidem Gab.3. d.39.q 1.artic.3. dub.2. litera S. Sotus lib.8. de iuſtitia. q.1.art.10. concluſ.2. & Greg. de Valentia tom.3. diſput.6.q.7. puncto 3. Angel.uerb.iuramentum.3.§.13. Sylueſt.uerbo iuramentum, ſecundo, q.4.

26 QVANTO, Tempus enim iuramentum reddit illicitum, unde 22.q.5.can. Decreuit. habetur, *Decreuit ſancta Synodus, quod à ſeptuageſima uſque ad octauas Paſchæ, ab Aduentu uſq; ad octauas Epiphaniæ, nec non in ieiunijs quatuor temporum, & in Letanijs maioribus, & in diebus Rogationum, ac in diebus Dominicis, nullus ſupra Euangelia, niſi de concordia, ac pacificatione iurare præſumat.* Verum huic decreto, ut ibidem notat gloſſa, per contrariam cōſuetudinem præſcriptam derogatum eſt, quantum ad ſeptuageſimam, & aduentum, &c. In Dominicis tamen, & in ſolemnibus diebus, niſi ex magna neceſſitate, & pro cauſis pijs, & pro eccleſia, & pace iuramentum ſolemne præſtare non licet, quandoquidem illis diebus uacandum eſt rebus ſpiritualibus. c.1. de ferijs. S. Tho. 2.2.q.88.artic.10. in corpore. Gab.3.diſt.39. quæſt. 1.art.3.dub.2. litera T. Angel.uerb. Iuramentum.3. §.13. Sylueſt.uerb.iuramentum.2.q.4. Summa Corona p.3.tracta. de iuramento.nu.36. Gregorius de Valentia tom.3. diſputa.6. quæſt.7. punc.3. Coſmus Philiarchus de offic. Sacerdot. p.2.lib.3.c.15. & alij communiter.

De tribus circumſtantijs iuramenti, veritate, iudicio, & iuſtitia, & de peccatis ex earum defectu commiſſis.

Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Vt iuramentum virtus, & actus Religionis ſit, quænam circunſtantiæ neceſſario requiruntur.*

2 *Quid per ueritatem intelligatur in iuramento requiſitam.*

3 *Quid per iudicium ſignificetur, & quæ præcipue iurans, vt cum iudicio iuret, debeat conſiderare.*

4 *Ad iuramentum requiritur, vt res, quæ iuratur, ſit iuſta, & honeſta.*

5 *Iuſtitia requiritur ad iuramentum aſſertorium, & promiſſorium, ſed diuerſimode.*

6 *Tres conditiones vitiantes iuramentum, tribus prædictis oppoſitæ; Dolus, indiſcretio, iniuſtitia.*

7 *An omne iuramentum, cui aliquid prædictorum deeſt, ſit periurium necne.*

8 *An omne periurum ſit peccatum.*

9 *An periurium grauius peccatum ſit ceteris peccatis, quę in proximum committuntur.*

10 *Cur homicidium maiori pena puniatur, quam periuriũ, cum tamen non ſit grauius peccatum periurio.*

11 *Homicidium non immediate opponitur charitati, ſed iuſtitiæ, quæ eſt uirtus minor latria.*

12 *Qui de grauitate periurij copioſe ſcripſerunt.*

13 *Quando iuramentum ex defectu alicuius circunſtantiæ ſit mortale, aut ueniale?*

14 *Iuramentum aſſertorium, cui deeſt veritas, quocunque modo aut quacunque de cauſa fiat, eſt mortale, ſi ſit actio deliberata.*

15 *Periurium iocoſum non eſſe mortale a Theologis exploditur.*

Quicunque doli capax in iudicio, uel extra iudicium, ſciẽter, uel ſecundum æſtimationem iurans, de quo dubitat, peccat mort. etiamſi iocoſe fiat, n. eod.

16 *Nullum periurium eſt mortale, ſi fiat ex ſurreptione.*

17 *Qui actu iurat falſum inaduertenter, ita tamen diſpoſitus, quod, ſi ſciret eſſe falſum, adhuc falſo iuraret, peccat mort.*

18 *Qui iurat falſum putans eſſe verum, non habens animũ fallendi, ſi nullã adhibuit diligentiam, ut certo ſciret, peccauit mort. ſi aliquã, ſed non ſufficientem, venial.*

19 *Vt excuſetur iurans a peccato credere tenetur magis uerum eſſe illud, quod iurat, quam eius oppoſitum.*

20 *An, qui aliquid affirmat, uel negat aliter concipiendo, & intelligendo uerba in mente ſua, quam ille, cui iuramentum præſtatur, illa accipit, periurus ſit; declaratur tribus. n. ſeq. 21. 22. & 23.*

24 *Qui coacti iurare reſpondent id, quod eſt uerum ſecundũ propriã intentionem, & falſum ſecundum intentionẽ illius; cur iurando excuſantur a peccato.*

25 *A perſona priuata rogatus ſine uiolentia, ſed cum iuſtitia iurare tenetur ad intentionem exigentis.*

26 *Quando quis ab alio petit rem dandam, aut accommodandam, is, a quo petitur, poſſit uti æquiuocatione.*

27 *Iuramentum promiſſorium, cui deeſt ueritas de præſenti, ſiue de re licita, ſiue illicita, parua, aut magna eſt peccatum mortale.*

An iurans occidere hominem, & non habens animum adimplendi peccet mortaliter. ibid.

28 *An iuramentum promiſſorium, cui deeſt ueritas de futuro, peccet ſemper mortaliter non adimplendo, an aliquando ſolum uenialiter.*

29 *Violatio iuramenti in re leui æque erit mortale peccatum, ac de re magna, & quare? & quomodo intelligitur modicum pro nihilo computari?*

Quomodo inobedientia in re minima ſit peccatum mortale. n. eod.

Mendacium officioſum ex ſe ueniale, iuramento confirmatum ſit mort.

30 *In iuramento promiſſorio* Deum *non adduci ut teſtem veritatis de futuro, ſed ut fideiuſſorem, & pignus (ut uoluit Petrus de Arragon) refutatur.*

31 *Non peccat mortaliter, qui partem minimam promiſſionis iuratæ non adimplet, ſi reliquum promiſſionis adimpleat.*

32 *Iuramentum ex defectu iudicij aliquando mortale, aliquando ueniale.*

33 *Peccatur in iuramento, quando adhibetur ſufficiens deliberatio, & inquiſitio.*

34 *Quanta neceſſitas requiratur ad iurandum, ita ut iurare nullum omnino peccatum ſit?*

35 *Iuramẽtum ex defectu iuſtitiæ, quæ ſolum locum habet in iuramento promiſſorio, aliquando peccatum mortale, aliquando ueniale.*

36 *Iurans ſe omiſſurum aliquod opus ſupererogationis, aut ſe facturum aliquid contra conſilium diuinum, peccat ſolum uenialiter.*

37 *Iurans ſe facturum rem aliquam indifferentem, ſi non obſeruet tale iuramentum, quamuis tunc intenderit illud ſeruare, ſolum uenialiter peccat.*

1 QVoniam iuramentum uirtus non eſt de genere illarum, quæ per ſe, & ex obiecto proprio uirtutes ſunt, & honeſtatem habent, ſed ut uirtus, & bonum ſit, comites quoſdam habere debet, ideo quinam ſint, & quæ circunſtantiæ neceſſariæ ſunt, vt iuramentum uirtus, & actus religionis ſit, explicandum eſt.

Communis Doctorum ſententia eſt, Iure diuino, & naturali tres circunſtantias, ſeu comites requiri, vt iuramentũ honeſtetur, uidelicet, *veritatem, Iudicium*, & *Iuſtitiã*, ita. n. aperte dicitur, Hier. 3. *Iurabis, uiuit Dominus, in ueritate, & in iudicio, & in iuſtitia, & benedicent eum gentes, ipſumq; laudabunt.* Ex parte iurantis requiritur *iudicium* diſcretionis. Ex parte rei requiritur *ueritas*. Ex parte cauſæ requiritur *iuſtitia.* Rõ huius eſt, quia per iuramentũ Deus, qui ſumma ueritas eſt, & ſumma iuſtitia, adducitur in teſtem. Neceſſarium igitur eſt ad eius reuerentiã, ut id, quod iuratur, primo ſit uerum, deinde iuſtum. & æquum, & tandem circumſpectio iurandi requiritur, vt non leuiter, ſed maturo iudicio, & diſcretione fiat. Præter rationem adeſt communis Doctorum conſenſus, qui expreſſe docent hos comites, ſeu circunſtãtias neceſſario requiri, ut iuramentum bonum, & licitũ ſit. Sic S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 3. & Caie. & Petrus de Arrag. ibidem. Alex. de Ales. p. 3. q. 31. mem. 4 art. 1. S. Bonau. 3. d. 39. in expoſitione literæ Gabr. 3. d. 39. q. 1. art. 1. littera D. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. §. 2. Angel. uerb. iuramentum. 3. §. 8, Sylu. uerb. iuramentum. 2. q. 5. Tabiena uerbo eodem. §. 7. Sotus lib. 8. de iuſti. qõ. 1. art. 3. Nauar. in Manual. c. 12. num. 3. Couar. in c. Quamuis. par. 1. §. 6. num. 4.

de pactis.in 6.Greg.de Valentia tomo.3.diſpu.6.q. 7.puncto 3.Summa Corona par.3.tract.de iuramento num.16.Coſmus Philiarchus de officio Sacerdo. p.2.lib.3.c.23.Toletus in ſumma lib. .c.21.Barth. Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.cap.14.§.3.Emanuel Rodriguez in ſum.p.1.c.191.num.4.concl.1.Io.Pedrazza in præceptum ſecundum Decalogi. num.2. Catechiſmus Rom.in ſecundum præcep. Decal.nu. 11.Atqui,ut res hæc clarius explicetur,ſingulas particulas exponemus.

Quoad primam igitur particulam, quę eſt veritas, id notandum in primis eſt, per eam non intelligi hoc in loco adæquationem rei ad intellectum, quã Metaphyſici propriè veritatem appellant,ſed conditionem quandam orationis,atque ſermonis exterius probati,vt.ſ.oratio cum animo concordet.Itaque ad hoc,vt veritas, quæ comes eſt iuramenti,adeſſe intelligatur, non eſt neceſſarium,vt id,quod affirmo,ſit ſemper verum, & ita ſe habeat a parte rei,ſicut a me ſignificatur; ſed requiritur ſolum, & ſufficit,vt ita eſſe pro certo exiſtimem, quemadmodum a me eſſe iuratur.Hanc autem veritatem iureiurando neceſſariam eſſe teſtatur propheta Pſalm.14. his verbis,*qui iurat proximo ſuo,& non decipit*,& ex fine ipſius iuramenti colligitur,finis autem iuramẽti eſt confirmatio dicti humani.

Ceterum ſicut duplex eſt iuramentum,*Aſſertoriũ*, ſcilicet, & *Promiſſorium*, ita veritas in vtroque diuerſimode requiritur : nam in *Aſſertorio* requiritur ſolum veritas concordiæ vocis cum mente interiori,hoc eſt,vt id,quod aſſeritur,omnino verum ſit,& quod negatur,ſit falſum,ſaltem ſecundum rationabile iudicium eius,qui iurat. In *Promiſſorio* autem duplex veritas requiritur,*vna eſt*,in concordia orationis promiſſoriæ, & animi interioris faciendi ſuo tempore id, quod promittitur, altera eſt,vt ſit concordia promiſſionis,& effectus futuri,hoc eſt,vt exiſtimet effectum promiſſum adimpleri poſſe,& de facto adimpleatur.Quod intelligendum eſt,niſi commutata rei promiſſæ conditione, incipiat talis eſſe, vt iam fidem ſeruare, & promiſſis ſtare ſi velit, Dei odium,& offenſionem ſubiret.

3 Quoad alteram particulam, quæ eſt *Iudicium*, ſignificatur hac voce diſcretio,& prudentia,quæ in iuramento ineſſe debet. Neque enim iuſiurandum temere, & inconſideratè,ſed conſultò,& cogitatò adhiberi debet: iurans igitur, ut cum iudicio iuret; tria præcipue conſiderare debet: *Primum eſt*, an quæ iuramento confirmanda ſunt, abſque iuramento ſufficiẽter probari poſſint,nec ne.Quę enim aliter probari,& perſuaderi poſſunt,non ſunt iuramento confirmanda . Vnde confirmare iuramento res,quæ claræ,& perſpicuæ ſunt,aut quæ ad aliquas pertinent diſciplinas,& alia ratione,quam iuramento probari poſſunt,nempe,ſyllogiſmo,temerarium planè eſſet.*Secundum eſt*,ut antequam iuret,diligenter ſecum reputet,quemadmodum ſe res habeat, de qua iuramentum ferre debet,ne forte ex diſpoſitione falſum pro uero iuret.*Tertium eſt*, ut non ex quacunque cauſa, aut odio, amore , aut animi perturbatione iuret, ſed ſolum ex graui, & neceſſaria cauſa.Et quocumque ex his tribus deficiente,iuramentum ſine iudicio factum dicitur, & ex conſequenti temerarium cenſetur.

4 *Quantum* ad tertiam particulam, ſeu conditionẽ, quæ eſt Iuſtitia,ex dictis manifeſtum eſt,quod ad iuramentum requiritur,ut res,quę iuratur,iuſta,& honeſta ſit; Et quamuis Caie.2.2.q.89.ar. 3. exiſtimet iuſtitiam hanc requiri ſolum in iuramento promiſſorio,non aſſertorio; eo quod,inquit,iuramento aſſertorio ſæpe affirmamus feciſſe nos res turpes,idq; honeſtè,& licitè,ut cum rogatus aliquis a iudice de furto,uel adulterio,iurat ſe id feciſſe: Alij tamẽ omnes rectius docent, iuſtitiam utriuſque iuramenti, ſcilicet,tam aſſertorij,quam promiſſorij neceſſariũ comitem eſſe; quamuis diuerſimode. Nam in *Promiſſorio* requiritur dupliciter,ſcilicet,tum ex parte ipſius actus iurandi,ut uidelicet ſit iuſtus,& non noceat proximo: tum etiam ex parte Rei,quæ iuramẽto firmatur,ut,ſcilicet,id iuramentum iuſtum dicatur,quo res iuſta promittitur,& iniuſtum,quo promittitur res iniuſta. In *Aſſertorio* autem nõ requiritur iuſtitia ex parte Rei aſſertæ,quia licitè ſæpe res iniuſta adhibito iuramento detegitur,ſed ſolum ex parte actus iurandi,hoc eſt ex parte cauſæ,quæ compellit ad iurandum.

5 *Hęc* igitur *veritas,iudicium,*& *iuſtitia* adeo ad iuramentum ſunt neceſſaria,ut quocunque ex his comitibus deficiente,iuramentum illicitum, & peccatũ ſit,ut optima ratione S.Thom. & alij communiter probant.Si enim deeſt *veritas*,iuramentum ſua ſubſtantia,& medulla priuatur,& Deus teſtis mendacij adducitur: Si deeſt *iudicium*,afficitur Deus quadã irreuerentia, ſiquidem ſine cauſa inducitur tanquam teſtis: Si deeſt *iuſtitia*,adducitur,quantum eſt ex parte iurantis,ut cooperator,& approbator iniquitatis. Quæ ſine manifeſta iniuria , & irreuerentia diuini nominis eſſe non poſſunt.

6 His autem conditionibus opponuntur tres aliæ uitiantes iuramentum,ſcilicet, Dolus, indiſcretio, & in iuſtitia,a quibus iuramentũ denominatur doloſum, incautum, & iniquum Doloſum in aſſertorio eſt,quando iurans oppoſitum eius ſentit,quod iurando aſſerit . In promiſſorio, quando iurans ſe aliquid facturum , in ipſo actu iurandi intendit oppoſitum,nec intendit ſe obligare ad illud,quod iurat . Iuramentum incautum, ſeu temerarium eſt, quando quis iurat aliquid facturum quod tamen facere non poteſt. Iuramentum iniuſtum eſt,quando rem iniuſtam facere iurat,puta,iurat hominem occidere,adulterare,&c.de quibus omnibus latius in ſequentibus,& quoad rationem peccati, & obligandi uirtutem dicemus.

PRIMVM dubium eſt,an omne iuramentum, cui aliquis prædictorum comitum deeſt , ſit periurium,nec ne? Ratio difficultatis eſt,quia S.Hieronymus in id Hierem.4. *Iurabis,viuit Dominus,&c.* ait tres illos comites ita neceſſarios ad iuramẽtum, ut ſi illorum aliquis vnus defuerit,non ſit iuramentum,ſed periurium. Ex altera uero parte eſt,quia periurium definitur,mendacium iuramento firmitum.Sic Magiſt.3.diſ.39.S.Bonau.3.diſt.39.ar. 1.q. 1.Sylueſ.uerb.periurium in princip.Tabiena eod.§. 1.S.Tho.2.2.q.98.artic.1.ubi ait, falſitatem eſſe de intrinſeca ratione periurij,& ab ea ſpeciem ſumere. Sotus lib.8.de iuſtitia.q.2.art.1.Couar.in c. Quamuis.par.1.§.6.nu.5.de pactis in 6.Pet.de Arragon 2. 2.q.89.artic.3.

Reſpondeo, Ex quolibet defectu horum trium comitum incurritur periurium , cum in quo-

cunque

cunq; eorum falſitas contineatur; Atq; adeo falſitas in eius definitione poſita non ſolum accipienda eſt, prout directe opponitur veritati, quæ eſt comes iuramenti, ſed etiam ſe extendit ad iudicium, & iuſtitiam, quæ ſunt alij comites iuramenti. Hinc eſt, vt quandocunque eorum aliquis iuramento deſit, periurium fit, non tamen in eodem genere, gradu, & ordine, vt optimè S. Th. & alij, vbi ſupra, tradiderũt. Nam primo, principaliter, & ſimpliciter, ſeu formaliter periurium eſt, quando deeſt veritas. Sicut enim ſpecificatio, & eſſentia iuramenti eſt confeſſio veritatis. ſ. finis illius, ita ſpecificatio, & eſſentia periurij eſt per ſe primo falſitas, quæ opponitur veritati: Secundario tamen periurium erit, quando deeſt iuſtitia iuramento, quocũque enim modo quis illicitum iurat, eo ipſo falſitatem incurrit. Quamuis enim verè habeat animum faciendi, quod iurat, obligatus tamen eſt non facere, & falſificare, quod iurauit. Eſt tamen hic ſecundus gradus periurij inferior primo. Qui vero iurat ſine iudicio, quãuis veritatem iuret, eatenus tamen iuramento illi falſitas ineſt, quatenus ſic inconſultò, & temere iurans, periculo dicendi falſum ſe exponit. Hic tamen falſitatis gradus inter ceteros infimus eſt. In omni igitur iuramento, cui aliquis prædictorum comitum deeſt, falſitas ineſt, & committitur periurium. Nam in falſo ineſt actu falſitas; in iniuſto falſitas etiam ineſt virtute, in temerario etiam reperitur falſitas, quaſi in cauſa. Ex quibus omnib. manifeſtum eſt, quam rectè periurium definitum ſit mendacium iuramento firmatum, extenſo. ſ. mendacij, ſeu falſitatis nomine, prout S. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 1. ad 1. & Gabr. 3. diſ. 39. q. 2. Notab. 1. declarant.

8 SECVNDVM Dubium eſt, an omne periurium peccatum ſit?

Reſpondeo cum S. Tho. 2. 2. quæſt. 98. articul. 2. Soto lib. 8. de iuſtitia. q. 2. artic. 2. Tabiena in verb. periurium. §. 1. & alijs communiter, peccatum eſſe. Quia exinde infertur iniuria Deo, eo enim ipſo, quod Deum in teſtem falſi profert, aut ignorantiæ notam Deo inurit, eo quod Deum omnis veritatis conſcium non eſſe facit, aut prauæ voluntatis reum eſſe facit, quantum in ſe eſt, dum velit eum falſum atteſtari, quorum vtrumque contra debitam eius reuerentiam eſt. Et denique periurium omne in ſe mẽdacium includit, & proinde peccatum erit Religioni contrarium, cuius eſt Deo reuerentiam debitam exhibere.

9 TERTIVM Dubium eſt, An periurium grauius peccatum ſit ceteris peccatis, quæ in proximum committuntur. In hac re certum eſt periurium grauius peccatum eſſe, quam ſit adulterium, vt notant Richard. 3. diſp. 39. articu. 4. q. 2. Gab. ead. diſt. ar. 3. dub. 4. & Ange. verb. periurium. §. 9. Ratio eſt, quia tanto grauius eſt peccatum, quanto corrumpit ordinem digniorem. Dignior autem eſt ordo ille, qui debet eſſe hominis ad Deum immediatè, & directè, quam ille, qui debet eſſe ad proximum immediate, & mediante proximo ad Deum. Periurium autem ordinem priorem corrumpit, adulterium autem ſecundum. Ex quibus etiam conſequens eſt, vt Richard. vbi ſupra. q. 3. & Gab. teſtantur, periurium grauius peccatum eſſe, quam furtum, quia grauius eſt adulterio, quod maius eſt furto. Grauius enim eſt iniuriari proximo in vxore, quam in exteriori poſſeſſione, vt conſtat. Solũ difficultas inter autho res eſt, an ſit grauius homicidio? In qua re Richa 3. d. 39 art. 4. q. 1. Duran. ibidem. q. 5. Tho. de Arg. eadem diſt. art. 3. Gabr. 3. diſt. 39. q. 2. art. 3. dub. 4. Ang. in verb. periurium. §. 8. docent homicidiũ gra uius peccatum eſſe periurio, & intelligitur quæ ceteris eodem modo ſe habentibus, puta, ſurrepti ne, tentatione, impulſione, timore, & ceteris hu modi. Horum ratio eſt, quia tanto grauius eſt pec tum, quanto contrariatur directè maiori virtuti, actui digniori, ſed periurium directe, & immedi eſt contra actum virtutis latriæ, (præcepta. n. pri tabulæ ſunt de actibus virtutis latriæ) homicidi aũt eſt directe, & immediate contra charitatẽ ro ſecundarij actus, qui eſt diligere proximum; Co eſt autem quod nobilior virtus eſt Charitas, qu latria. Nobilior ẽt actus eſt proximum diligere charitate, quam iurare verũ ex legitima cauſa; Gr uius ergo peccatũ eſt homicidium, quam periuri

Alij econtra, vt S. Tho, Quodlib. 1. q. 9. ar. 18. Æ gid. Quodlib. 6. q. 24. Sylueſt. verb. periurium. qu Tabiena verb. eod. §. quarto. Sotus lib. 8. de iuſtiti quæſt. 2. art. 3. concluſ. 4. Couarr. in cap. Quamu par. 1. §. 7. num. 1. de pactis. in 6. Iacob. de Graff. pa 2. deciſ. c. 11. numer. 7. S. Ant. par. 2. ti. 10. cap. 7. §. 1 Turrecrem. in c. ille. 22. q. 1. docent periurium gra uius peccatum eſſe, quam homicidium, id quod in telligit Sotus, ſiue iuramentum fiat per Deum, ſiue per creaturam, ſiue ſolemniter, ſiue priuatim. Ratio eſt, tum quia periurum eſt contra præceptum primæ tabulæ, & per hoc immediatè contra Deum; homicidium autem contra pręceptum ſecundæ tabulæ, & immediatè contra proximum. Peccata autem, quæ ſunt contra Deum ex ſe gratiora ſunt, qui ea, quæ ſunt contra proximum, cum Deus ſine proportione maior ſit proximo. Tum quia in cauſa homicidij defertur iuramentũ, vt per hoc ſit finis controuerſiæ Hebr. 6. ſed fruſtra id fieret, ſi homicidiũ grauius peccatũ eſſet periurio. Præſumeretur enim, quod qui maiorem culpam homicidij commiſiſſet, non vereretur minorem periurij incurrere. Vnde ex hoc ipſo, quod in cauſa cuiuslibet peccati defertur iuramentum, manifeſte oſtenditur periurium pro maximo peccato habendum eſſe. Tum quia periurare nomen Dei videtur quædam Diuini nominis denegatio; unde ſecundum locum poſt Idololatriam peccatum periurij tenet, ut ex ordine præceptorum apparet.

10 Nec obſtat, quod pœna maiori puniatur homicidium, quam periurium, & conſequenter grauius erit homicidium periurio, cum pœna proportionetur culpæ. Reſpondet enim S. Thom. vbi ſupra, in humano iudicio quantitatem pœnæ non ſemper reſpondere quantitati culpę. Quandoque enim culpa minor grauiori pœna punitur, quando. ſ. ex culpa minori grauius nocumentum imminet hominibus, aut Reipublicę. At uero ſecundum iudicium Dei grauior culpa grauiori pœna punitur, unde, ut oſtẽdatur grauitas idololatrię, & periurij, poſt primum & ſecundum Decalogi pręceptum additur comminatio pœnę tranſgreſſoribus.

11 Ad rationem autem in contrarium, qua aſſeritur homicidium opponi charitati, periurium autem latrię, quę eſt minor virtus, Reſpondet Syluester, & rectè, homicidium non opponi immediatè

charitati,ſed iuſtitiæ,vt latè docet S.Tho.2.2.q.64. quæ eſt minor latria. Quod vero Richar.Gabriel.& Ang.rationem illam S.Thom.& aliorum infringāt ſcilicet,ideo periurium eſſe grauius peccatum homicidio,eo quod peccata primæ tabulæ grauiora ſunt peccatis tabulæ ſecundæ,quia,inquiunt, exinde ſequeretur, grauius fore peccatum in die Dominico facere opus ſeruile,quam homicidium;quia obſeruatio Sabbathi eſt præceptum primæ tabulæ, eiuſque obſeruatio eſt ad ordinandum hominem directè,& immediatè ad Deum, Hanc inquam eorum illationem doctè,& neruosè refellunt Sylueſter,& Sotus *vbi ſupra*,aſſerentes obſeruantiam feſtorum,quantū ad tempus determinatum dierum non eſſe de iure Diuino,ſed ſolum de iure humano,& eccleſiaſtico, & hac ratione violatio feſti,non eſt tam grande peccatum,quam vel homicidium,vel furtum. Quātum vero ad tempus indeterminatum,ſcilicet,vt aliquod tempus expendatur ad honorem Dei, ſic eſt de iure diuino,qua ratione, qui præceptum illud tranſgrederetur, ita ſcilicet, vt nullum in tota vita feriaret tempus,quod diuino cultui dicaret, grauius quam homicida peccaret, quia contra latriam, & amicitiam ad Deum ageret.

12 Quis de criminis huius grauitate plura ſcire deſiderat,legat Gulielmum Peraldum in ſumma de vitijs,& virtutibus tom.2.tract.9.par.2.c.4.quo in loco duodecim rationes adducit, quæ criminis huius grauitatem oſtendunt: Præter quas illud eſt potiſſime obſeruandum,quod periurium omnium humanorum commerciorum fundamētum funditus euertit,omnium enim actionum humani contractus,& conuictus firmiſſimum ſtabilimētum eſt dictorum, & conuentorum fides,quæ ſimpliciter violata maximum damnum infert,id quod multo magis continget,ſi iuramento ſtabilita violetur.

13 QVARTVM Dubium eſt,quando ſit peccatum mortale, aut veniale iuramentum, ex defectu alicuius circunſtantiæ iſtarum trium, quas ſupra retulimus;vt autem materiam clarius explicemus,de ſingulis ſuo ordine agemus,primo quidem de iuramento,cui deeſt *veritas*;deinde de eo,cui deeſt *iudicium*, & tandem de eo,cui deeſt *iuſtitia*.

14 PRIMA Propoſitio: Iuramentum aſſertorium, *cui deeſt veritas*, quacunque ratione deſit,ſiue cum cauſa,ſiue abſque illa, & in quacunque materia,ſiue magna, ſiue parua, quocunque etiam fine,ſub quacumque forma,& quocunque modo,& intentione fiat,dummodo ſit actio deliberata, eſt peccatum mortale. Sic S.Thom.2.2.q.98.artic.3.ad 2. vbi ait peccare mortaliter eum,qui iocoſe falſum iurat; & etiam qui ex lapſu linguæ falſum iurat, dummodo aduertat ſe iurare,& falſum eſſe,quod iurat,& ad tertium, ſi conſideretur reſponſio cum argumento,vniuerſaliter docet eſſe peccatum mortale aliquid cum iuramento falſum affirmare,vel negare. Caiet.ibid. S.Bonau.3.diſtin.39.artic.1.quæſt.2.& 3.Richard. ibid.artic.3.q.2.Scot.3.diſt.39.q.vnic.art.1.§.videtur ergo.Gabriel.3.diſt.39.q.3.ar.2.concl 1. & 2.S. Ant.par.2.tit.10.c.4.§.2.& cap.7.§.1.Angel. verb. periurium.§.1.Sylueſt.verb.eod.nume.1. Tabiena, verb.Iurare.nu.10.§.Nono. Sotus lib.8.de iuſtitia. q.2.art.3.concluſ.2.Nauar.in Manuali, ca.12.num. 6.& ſeq.Couar.in c.quamuis,pa.1.§.1.numero.4.& §.6.num.5.de pactis,in 6.Petrus de Arragon.2.2.q. 89.artic.3.Greg.de Valentia tom.3.diſputa.6.quæſtion.7.punct.3.Bartho.Medina *lib.*1.inſtruct.confeſ.c.14.§.4.Caiet.in ſumma verb.periurium. Summa Corona p.4.tract.de iuramento nu. 17. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.par.1.lib.3.c.13.Sebaſtian.Medices in ſumma peccatorum capital.ti.6.q. 34.Tolet.in ſumma lib.4.c.21.Pedrazza in ſecundo præcepto Decalogi.§.2.Emanuel Rodriquez p. 3. ſummę c.94.concl.3.& alij communiter, quicquid Goffredus,cui fauet Angel.putet, periurium iocoſum non eſſe peccatum mortale.

15 Quæ opinio merito exploditur a Theologis, & alijs citatis. Ratio eſt, quia iurans falſum eam ob cauſam peccat, quia inducit Deum in teſtem mendacij,in quo grauis iniuria Deo irrogatur,eo.n.ipſo (quantum in ſe eſt) profitetur,vel Deum neſcire,q̃ verum eſt,vel ſi ſciat, poſſe induci, vt patrocinium mendacio ferat.Sed tam falſum eſt mendacium iocoſum,quam pernicioſum;verbi gratia,dicere te eſſe Romæ,cum ſis Venetijs,ac dicere D.Petrū fuiſſe damnatum. Ergo ſi iuramento confirmes vtrumque quantum attinet ad rationem iuramenti, ſeu periurij,æqualiter in vtroque peccabis; quia in vtroque æqualiter Deus in teſtem mendacij adducitur. Et vt exemplificat Sotus, qui falſum iurat ſe non fricaſſe barba,aut non penna lauaſſe dentes, (dūmodo falſum ſit)mortaliter peccat,ac ſi iuraſſet ſe non cōmiſiſſe homicidium,quod tamen patrauit. Atque adeo recte infert mortaliter peccare, qui falſum iurat ad cauendum ſibi mortem,vel innocenti,uel Regi;uel ad liberandam ab incendio,& proditione totam Rempublicam,de qua re legi poſſunt,ca. faciat, & cap.ſi quis.22.q.2. Quiſquis igitur ſiue adultus,ſiue puer doli capax,ſiue uir,ſiue femina, ſiue in iudicio,ſiue extra,ſiue ſcienter falſum iurat, ſiue ſecundum ſuam æſtimationem ſaltem aduertat ſe iurarē falſum,ſiue iurando affirmat uerum eſſe,quod ita eſſe neſcit certo, ſed in animo ſuo dubius eſt, peccat mortaliter,etiamſi iocoſe fiat,ſecus autem ſi quis aſſereret eo modo,quo ſcit,puta,credo eſſe ita,uel ſuſpicor,& huiuſmodi. Eodem modo qui crederet aliquid eſſe falſum,cum tamen uerum ſit, & cum iuramento affirmaret illud eſſe uerum, periurus eſſet, quia iurat contra mentem ſuam,quod eſt formaliter periurium,licet materialiter non mentiatur,ut u.g. qui iuraret Petrum occidiſſe Ioannem, quod ipſe ignorat,immo credit Petrum non occidiſſe, etſi uere Petrus illum occiderit,erit tamen ſic iurando formaliter, & ex intentione periurus cenſendus.22.q. 2.can.Homines,ubi dicitur. *Homines falſum iurant, vel cum fallunt,vel cum falluntur. Aut putat homo verum eſſe,quod falſum eſt,& temere iurat. Aut ſcit,vel putat falſum eſſe,& tamē pro uero iurat,& nihilominus cū ſcelere iurat.* D*iſtant hæc duo periuria, primus enim non ex animo peierat,ſed fallitur.* Ac ſi diceret,eſt mēdacium,ſeu periurium ſolū materialiter,*ſecundus vero fallit,et periuius eſt*, ſcilicet formaliter]. Et infra. *Fac aliū qui putat eſſe falſum, et iurat tanquā verū ſit, et forte verum eſt,v.g.vt intelligas, Pluit in loco illo, interrogas hominem,et dicit pluiſſe, et ad negotiū eius competit,ut dicat,pluit,ſed putat nō pluiſſe, periurus eſt. Intereſt quemadmodum uerbū procedat ex animo; Reā linguam non facit niſi rea mens.* Quæ omnia procedunt in quacunque materia iuretur falſum, ſiue in re graui, ſiue in re parui momenti, ut dictum eſt.

Immo quanto res, pro qua falſo iurauit, erit parui momenti, tanto maior irreuerentia Deo fit, vt notat Summa Corona, vbi ſupra, num. 17. prope finem, & ideo grauius peccat, quia magis vane aſſumit nomē Dei. Et denique intelliguntur hæc omnia, ſub quacunque forma verborum iuretur, ſiue per Deum, ſiue per ſancta Dei Euāgelia, ſiue per ſanctos, ſiue per aliud genus, ſeu modum iurandi, ex Soto, & Nau. in d. nu. 6. & Sum. Corona vbi ſup.

16 Dixi (*Dummodo actio ſit deliberata*) Quia nullum periurium eſt mortale, dum fit indeliberate, & ex ſurreptione. Cum enim actus bonus, aut malus non ſit, niſi ſit humanus, talis autem non eſt, qui ex inaduertentia, & ſurreptione fit, conſequenter nec periurium mortale erit, quando inaduertenter fit, ob quā cauſam Gabriel 3. diſt. 39. quæſt. 2. articu. 2. conclu. 1. ait, quod ſi fatuus, aut furioſus periuret, non peccat. Et Sotus lib. 8. de iuſtit. q. 2. articul. 3. in reſpon. ad tertium, ait, eum, qui lapſu linguæ deierat, non peccare mortaliter, niſi adſit deliberata aduertentia. Nam ſi eſt motus ſurreptitius, adeo vt ſit ſubita deliberatio, non autem plena, ſolum erit veniale, puta, ſi tempus non ſuppetebat ad plenè deliberandū. Actio autem poteſt eſſe deliberata, & formaliter, & interpretatiue, vt notat Gabriel loco proxime allato, qui etiam rectè addit, quod in iuramentis cum ſolemnitate factis indeliberatio, & ſurreptio locum habere non poſſunt, ubi propter deliberationem habendam tot adhibentur ſolemnitates, atque adeo mortaliter peccabit, quamuis non intenderet iurare falſum, quia non curauit adhibere diligentiam debitam, ne iuraret falſum. Nam propter talem diligentiam in re tam graui redit actus in naturam ſuæ formæ, hoc eſt, conuincitur, quod maluit iurare falſum, & incurrere periurium, quam diſcutere, & aduertere, vt debuit, an iuraret falſum, id quod non ſolum in hac materia, ſed etiam in alijs omnibus diligenter aduertendum eſt, vt ſciatur, quando peccatum ſit necne, ex aduertentia debita, vel inaduertia iudicandum. Hæc autem deliberatio, vel indeliberatio tam in actionibus bonis, quam malis, vt rectè notat Scotus. 3. diſt. 39. q. vnica. ar. 1. § videtur ergo. non eſt æſtimanda ex aliquo tempore breui, aut longo, quia qui habet prudentiam magnam, qua promptus eſt ad deliberandum, quaſi in tempore imperceptibili, facilitatem deliberandi acquirere poteſt, & talis deliberatio eſſet ſufficiens ad rationem peccati, ſicut eſt ſufficiens ad rationem meriti.

17 *Quibus* addo ex Caiet. 2. 2. q. 98. artic. 3. in fi. Nau. in Manuali. c. 12. num. 6. verſ. Quinto, ſumma Corona p. 3. tract. de iuramento nu. 16. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 7. pun. 3. in fi. & Toleto in ſumma lib. 4. ca. 21. notab. 1. Quod ſi quis actu iuraret falſum inaduertenter putans eſſe verum, ita tamen diſpoſitus, quod ſi ſciret, & aduerteret illud eſſe falſum, adhuc falsò iuraret, peccaret mortaliter propter malam diſpoſitionem, quam habet ex intentione, quandoquidem talis inaduertentia non eſſet cauſa periurij, quæ excuſat a peccato, ſed concomitatur; concomitans autem inaduertentia nō excuſat, ſicut nec ignorantia, vt infra dicemus, quicquid Sotus, li. 8. de iuſt. q. 2. arti. 3. in fi. & Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ c. 191. concl. 7. contradicant.

Eodem modo, qui iuraret ſuper aliquid, in quo nihil ſanctitatis eſſet, puta ſuper lapidem, exiſtim ſe iurare ſuper Euangelia, aut aliam rem ſacram, fal ſum dicendo, erit periurus, quamuis ille, cui iurat, nō intendat illum obligare, & iurans hoc neſcit, arg. c. ecce dico. 22. q. 5. in ſua namque æſtimatione ſancti habetur id, per quod iurat. Vnde infert Sum. Corona, vbi ſupra, quod ſi innocens interrogatus ſit, an commiſerit tale furtum, & iuret ſuper ſcripturam in qua continetur, ſe furtum commiſiſſe, dicendo, v innocentiam ſuam comprobaret, ita immunis ſit a tali peccato, ſicut continetur in tali ſcriptura, putans eſſe illam ſcripturam, quam ipſe ſcripſerat, in qua ſe iuſtificauerat, non propterea periurus cenſetur, eo quod Deus non reſpicit id, quod in ſcriptura continetur, ſed quod mens iurantis cogitat.

18 Et quæ dicta ſunt de inaduertentia, dici etiam poſſunt de ignorantia, qui enim iurat falſum, puta eſſe verum, non habens animum fallendi, tūc ſi nullam diligentiam adhibuit, vt certo ſciret, quod iuraret, mortaliter peccauit, ſin autem adhibuit aliquam diligentiam, ſed non ſufficientem, peccauit ſolum venialiter, ſi vero debitam adhibuit diligentiam, tunc excuſatur a peccato in tali iuramento ob ignorantiam inuincibilem, ſicut in alijs rebus ex Ange. verb. periurium. §. 1. Syluest. eod. quæſt. 1. §. 2. Gabr. 3. diſt. 39. q. 2. artic. 2. concluſ. 3: Scot. 3. diſt. 39. queſ. vnica. §. Quantum ad ſecundum. Nauar. in Manuali. c. 12. num. 7. ver. ſexto Sum. Cor. par. 3. tracta. de iuramento, nu. 17. & Toleto in Sum. confeſſ. lib 4. c. 21. Nota. 1. in fi. Id quod certum eſt, quando iuramentum fit extra iudicium, an vero idem dicendum ſit quando iuratur in iudicio, non ita manifeſtum eſt, quandoquidem in iudicio maior adhibenda diligentia eſt, vt iuretur. Vnde Scotus, & Gab. vbi ſupra rectè docent, reſpiciendum eſſe ad legem, & conſuetudinem iurandi, an iuramentum accipi ſoleat, vt ſimpliciter, & certo aſſertiuum, vel non. Si enim accipiatur vt certo aſſertiuum rei, vt communiter fieri ſolet, tunc non ſolum peccat mortaliter iurans falſum, quod verum putat, ſed etiam ſi verum iurat, quod tamen ſibi non eſt omnino certum, ſed aliquo modo dubium, quia ad confirmandum illud, quod aſſerit ſimpliciter certum, & verum, adducit Deum teſtem, cum non ſit ſimpliciter certū. Nec ſolum fit irreuerētia nomini Dei, ſed etiam eſt mendacium pernicioſum, & nociuum proximo, atque adeo peccabit iudex, ſi ſententiam certam ferat, quando ſcit teſtes non rectè, & certo depoſuiſſe. Sin uero ex lege poſitiua, uel communi conſuetudine habeatur, quod iurans non teneatur deponere de certitudine, ſed de credulitate, ſicut communiter fit in fauorabilibus, tunc iurans non peccat, eo modo iurans quo probabiliter exiſtimat partem illam magis ueram eſſe, quam alteram, ut habetur in capit. unico, de ſcrutinio in ordine faciend. ubi Innocentius Papa tertius docet, non peccare eum, qui reſpondet aliquem eſſe dignum ad huiuſmodi onus officij, quantum humana fragilitas noſſe ſint, dummodo contra conſcientiam non loquatur: Quia non ſimpliciter aſſerit eſſe dignum, ſed in quantum humana fragilitas noſſe ſinit, cum illum, quem indignum eſſe non nouit: dignum æſtimare debeat. Et eodem modo in alijs promotionibus ad dignitates per electionem, uel ad ordines, uel in Collegijs, & uniuerſitatibus

ad Magiſterium, in Religionibus ad prælaturam, uel ad actus alios, ſi ſit conſuetudo approbata, quod reſponſiones ſub iuramento, fide,& obedientia promiſſa non debeant intelligi, niſi de credulitate, quãtũ ſinit humana fragilitas noſſe,& per conſequens, quod iurans, ſeu reſpondens non nouit indignitatẽ in eo, debent talia iuramenta,& reſponſiones intelligi ſecundum communem conſuetudinem. Nec reſpondens peccat in aliquo, quamuis tutius eſſet ibi loqui cum adiectione, ſicut loquitur decretalis allegata, non ſimpliciter, ſed quantum ſinit humana fragilitas. Nam fauores ampliandi ſunt,& odia reſtringenda, ideoque teſtis in odibilibus ſtrictè dicere tenetur veritatem,& hoc certum, in fauorabilib. ſufficit dicere, quod credit eſſe uerum.

19 Sic etiam ut excuſetur iurans a peccato, credere tenetur magis uerum eſſe illud, quod iurat, quam eius oppoſitum; Quia uniuerſaliter tam in fauorabilibus, quam in odioſis iurans de illo, de quo eſt ſimpliciter dubius,& non magis aſſentit corde uni parti, quam alij, Peccat mortaliter, quia adducit Deum teſtem illius, quod aſſerit verum, certum, vel creditum, quorum neutrum eſt verum, cum ſit ſibi ſimpliciter dubium. Quæ Scoti,& Gabr. doctrina diligenter notanda eſt, ad vitandum ſcrupulos, qui ex quotidiana praxi in huiuſmodi rebus oriri ſolent.

20 Dubium eſt, An qui aliquid affirmat, vel negat, aliter concipiendo,& intelligendo verba in mente ſua, quam ille, cui iuramentum præſtatur, illa accipit, peccet,& periurus ſit? In hoc autem dubio ſolum agemus de iuramento aſſertorio, nam de promiſſorio, quamuis eadem fere ſit ratio, de eo tamen inferius agemus. Huic igitur difficultati Reſpõdeo cum Alexand. de Ales par. 3. q. 31. memb. 4. Soto lib. 8. de iuſt.& iur. q. 1. ar. 7. in fin. S. Tho. 2. 2. q. 89. arti. 7. ad 4. Caiet.& Petro de Arragon ibi. Sylueſt. verb. iuramentum. 3. q. 2. Nauar. in Manuali. c. 12. num. 8. verſi. Nono. Summa Corona p. 3. tract. de iuramento. nu. 17. Coſmo Philiarcho de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. c. 14. Pedrazza in explicatione ſecundi præcepti. §. 3. Toleto in Summa lib. 4. capitu. 21. Notab. 2. & alijs.

21 *Primo*, Quicunque non petitus, ſed ſeipſum vltro offert ad iurandum, iurare tenetur ſecundum intentionem eius, cui iurat,& oppoſitum iurare eſt mortale peccatum. Sic Syllueſt. Coſmus Philiarchus,& Toletus, vbi ſupra. Ratio eſt, quia cum in hoc caſu nulla ſit ratio, ob quam iuret, non debet iurare, aut, ſi iurat, ſine fraude iurare tenetur, cum iuramentum fiat ad confirmationem veritatis. Vnde negotiatores, qui, ut res ſuas vendant, iurare ſolent ſe tanti emiſſe rem illam, quam vendunt; & tamen non eſt ita, nam minoris emerunt, quamuis intelligant ſe rem illam tanti emiſſe ſimul cum alijs rebus, peccant mortaliter,& periuri ſunt, quia ſponte iurant vſi tamen verbis ſecundum communem ſenſum,& modum intelligendi, prout intelliguntur ab emptoribus, qui intelligunt ea verba de pretio ſolum illius rei.

22 *Secundo*, Quicunque petitus a iudice, ſeu ſuperiori competente, vt iuret de veritate rei, ut uerbi gratia interrogatur quis a ſuperiori, ſeu iudice competente de aliquo delicto a ſe perpetrato, an ſit verum, aut de alterius delicto, de quo præceſſit ſemiplena probatio, aut fama publica eſt, quod *ille*, vel alter, de quo interrogatur, crimen illud commiſerit, aut aliquod habeatur ſufficiens indicium, quia, ſcilicet, adeſt teſtis aliquis fide dignus, tenetur iurare verum ſecundum mentem iudicis interrogantis iuridicè ſub peccato mortali,& aliter iurans, etiamſi id faciat ad vitam propriam, uel alterius ſaluãdam, periurus eſt.

Eodem modo peccat,& periurus eſt, qui tempore peſtis venit ex loco infecto,& ſub iuramento interrogatus ad portas ciuitatis a cuſtodibus, doloſe contra intentionem interrogantium reſpondet ſe non uenire ex illo loco, id quod uerum eſt, ſi talis ciuitas uerè infecta ſit,& ipſe etiã infectus ſit: ſi enim ciuitas aliqua non admittit ciues alterius, quia peſte infectos putat,& tamen uerè ciuitas illa peſte non ſit infecta aut ſi infecta ſit ciuitas; ipſe tamen rationabiliter credit, neque ſe, neque aliquid ſuum, eſſe peſte contaminatum, tunc ſi cuſtos ab illo petat ſub iuramento an uenerit ab illa ciuitate, iurare poteſt, Non uenio, intelligendo, modo, quamuis uerè ueniat, ſecundum mentem cuſtodis, nam ſatis eſt qđ iuret uerè ad petitionem iudicis remotã,& præcipuam intentionem interrogãtium, ex Syllueſt. uerb. iuramentum. 3. q. 2. in fin. Nauar. in Manuali. capit. 12. num. 19. uerſic. uigeſimo. Summa Corona par. 3. tract. de iuramento. nume. 18. Toleto in inſtruct. ſacerd. cap. 21. lib. 4. Rodriquez in ſumma p. 1. c. 191. concl. 4. Coſmo Philiarcho p. 2. lib. 3. ca. 14. in fine. Quicquid Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcientiæ, c. 42. contradicat.

23 Tertio, Interrogatus a iudice incompetenti, uel etiam a iudice ſuo competenti, non tamen iuridice,& ſecundum formam iuris, puta, quia uel nulla habet indicia, ut eum examinare deberet, eo quod peccatum eſt occultum, uel quia interrogat de rebus impertinentibus,& non ſpectantibus ad cauſam, tunc quidem non tenetur iurare ſecundum intentionem cogentis, ſeu ad iurandum inducentis, neque etiam mentiri debet,& contra propriam intentionem iurare, quia eſſet periurus,& peccaret mortaliter, ſed ita poteſt accommodare uerba, ut ſint uera ſecundũ intentionem propriam;& falſa ſecundum intentionem exigentis indebite iuramentum,& ſic reſpõdendo non mentitur, nec eſt periurus, Nam formalis ratio mendacij, non ſumitur ab intentione conſtituendi falſitatem in mente alterius, nam alias, qui ad celandam ueritatem uteretur uerbis æquiuocis mentiretur, ſed conſiſtit in hoc, quod aliter dicitur, quam ſit in mente, unde mentiri eſt contra mentem ire, ut ex dictis conſtat.

24 *Hinc* excuſantur, qui coacti iurare, reſpondent, id quod eſt uerum ſecundum propriam intentionem & falſum ſecundum intentionem illius cui iuratur dicendo, Neſcio, non feci, non uidi, ſcilicet, ut tibi dicam, uel non feci in tali loco, uel die. Atque ita

Primo, non eſt periurus teſtis, aut reus, qui interrogatus de crimine a nõ ſuo iudice, uel interrogatus a ſuo iudice, ſed non iuridice, reſpondet, non feci, non uidi, &c. non audiui, ſcilicet, ut tibi dicam, uel tali die, hora tali, uel anno.

Secundo confeſſarius, qui interrogatur de auditis in confeſſione. Ex Sot. de tegendo ſecreto. qu. 3. memb. 3. concluſ. 2. 3. & 4.

Tertio, uxor, quæ a marito ad iurandum compellitur,vt veritatem dicat de commiſſo adulterio; etſi verum ſit,dicere poteſt,non ſum, intelligendo, vt tibi reuelem. Ange.verb.iuramentum.4.diſtin.1. Sylueſt.verb.eod.3.quæſtio. 2. Nauar. in Manuali. c.12.num.18.verſicu.Decimonono. Lopez parte prima,inſtruct.conſcien.ca.42.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.p.2.lib.3 c.14.Pedrazza in explicatione præcepti 2.§.3.Toletus in ſumma lib.4.c.21. Notab.2.vel intelligendo iam non eſſe adulteram, quia deletum eſt per pęnitentiam,& confeſſionem, Mulier enim præfata iurare poteſt ſe non habere peccatum adulterij,quia moraliter credit verum eſſe poſt factam confeſſionem.

Quarto,qui interrogatur,an locutus ſit de his,quę in conſilio,vel congregatione tractata ſunt, ſi locutus eſt de rebus minimè præiudicantibus,& quę iuxta mentem ſtatutorum non ſunt ſub ſilentio tenenda,iurare poteſt,& reſpondere, ſe nihil de his locutum fuiſſe,intelligendo de his, quæ tacere iuxta mẽtem ſtatutorum tenebatur,ne ex illa congregatione eijciatur,ex Coſmo Philiarcho de officio ſacer. p.2. lib.3.c.14.

Quinto,ſcholaſtici vniuerſitatis,qui cathedrarum candidatos,ſiue oppoſitores (vt vocant)extra ſcholas alloquũtur de illis rebus,quæ ad ſubornandum minimè faciunt,quod tamen ſi poſtea cum ſuffragaturi ſunt confiterentur, exinde redderentur inhabiles ad ſuum ſuffragium conferendum, & ea de cauſa iurati reſpondent,ſe nulli candidatorum quicquam locutos fuiſſe,intra ſe intelligentes, nihil locutos eſſe de ijs rebus,quę contra ſtatutorum mentem ſunt, non peccant,aut periuri ſunt. Sic Nauar.in Manua. c.12.nu.19.verſ.vigeſimo, & Emanuel Rodriquez in ſum.p.1.c.191.concl.4.in fi.

25 QVARTO,quando quis a perſona priuata petitur ſine violentia,ſed cum iuſtitia,iurare tenetur ad intentionem exigentis. Vt v.g.vendens rem aliquã, & interrogatus ſub iuramento de aliquo occulto impedimento,quod emens tunc detegere non poteſt, vel non debet iurare, aut ſi iurare expediat,iurare debet ſecundum intentionem ementis,& non ſecundum intentionem propriam,alias eſt periurus,iurando falſum,nam emens ſub iuramento decipitur,& damnificatur.Sic Sum.Cor.p.3.tract.de iuramento. nu.17.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.p. 2.li. 4.c.21.Notab.2. Et idem dicendum eſt,quando exigitur iuramentum ob alium bonum finem, puta,ad finiendam aliquam controuerſiam, aut vt ſibi ſatisfiat,vel ſimile,vel enim iurare non debet, aut ſi iurare voluerit,iurare debet ſecundum mentem exigentis iuramentum,alias periurus eſſet,& peccaret mortaliter. Dixi(*ſine violentia*) quia ſi perſona priuata exigens iuramentum per metum,importunitatem vel aliud ſimile extorquet illud, tunc iurare poteſt verum ſecundum mentem ſuam,& falſum ſecũdum intentionem extorquentis,vt ex prędictis exemplis in tertio dicto allatis conſtat.

26 DVBIVM autem eſt,an quando quis rem aliquã ab alio dandam,aut commodandam petit, & is, a quo petitur, nolit ei dare, uel accommodare rem illam, vti poſſit æquiuocatione? In hac re Ludouicus Lopez in inſtruct.conſcientiæ,par.1.ca.42.ait, non poſſe,quia vbi ceſſat coactio iniuſta, vti debet verbis eo ſenſu, quo communiter accipiuntur,& iurare debet ad mentem rogantis. Alij tamen,vt Sylueſt.in verbo iuramentum.3.q.2.verſic.licet autem, quem Lopez,vbi ſupra,falſò pro ſe citat, Nauar.in Manual.c.12.nu.18.in fi.Sum.Cor.par.3.tract.de iuramento.nu.17.& Tolet.in ſum.lib.4.ca.21.Notab.2.in fin.verſi.tertio.rectius reſpondent, quod ſi res,quæ petitur,eſt illi aliquo modo debita, tenetur ſub mortali reſpondere ſecundum intentionem petentis:ſin uero res illa debita non ſit, nec aliquo pacto ad illam dandam, uel accommodandam tenetur,nec illi rem illam dare, aut accõmodare placet, reſpondere poteſt,ſe talem rem nõ habere, maxime quando petens importunus eſt, & alter iuſtam cauſam habet,cur dare,uel accommodare noluerit;ſatis eſt enim,quod uerum iuret, & reſpondeat ſecundũ intentionem propriam,ſcilicet,non habere rem illam, ut det illi, uel accommodet. Quæ omnia diligenter obſeruanda ſunt a confeſſarijs,ut ſciant pęnitentes ſuos condemnare,uel abſoluere, quando caſus huiuſmodi acciderint. Et de iuramento aſſertorio hactenus.

27 SECVNDA propoſitio; Iuramentum promiſſorium,cui deeſt ueritas de præſenti, hoc eſt, in quo quis iuramento promittit ſe aliquid facturum, non habet animum adimplendi promiſſum,quæcunque res ſit illa,quę promittitur,ſiue licita,ſiue illicita,ſiue parua,ſiue magna, eſt peccatum mortale. Quæ propoſitio,ut intelligatur,ſupponit unum,quod eſt certum apud omnes, nimirum in iuramento promiſſorio eſſe duplicem ueritatem, una eſt in tempore præſenti,cum fit iuramentum,quæ in hoc conſiſtit, ut is, qui promittit, quando promittit, habeat animum adimplendi promiſſum.

Altera eſt de futuro,ſcilicet, ut faciat, quod promiſit.Qui.n.aliquid promittit,duo facit,unum pollicetur in futurum; Alterum aſſerit de præſenti.Pollicetur quidem,ſe daturum,u.g.centum, quæ res futura eſt.Et aſſerit,& affirmat de præſenti, ſe habere animum huiuſmodi rem adimplendi ſuo tempore. Et ita cum adiungit iuramentum promiſſioni,confirmat teſtimonio eſſe uerum, quod in præſenti de ſuo animo aſſerit, atq; etiam futurum uerum, quod ſe promittit facturum.Quiſquis igitur cum iuramẽto promittit aliquid facturum,non habens animum adimplendi tale promiſſum tempore præſenti,quo iurat,peccat mortaliter, ut Doctores communiter docent.S.Tho.2.2.q.89.art.7.S.Ant.p.2.tit.10.c.4. §.2 Sylueſt.uerb.iuramentum.2.q.6. & uerb.periurium.q.1.Tabiena uerb.iurare.§.Nono. Gab.3.diſt. 39.q.2.art.2.concl.4.Caie.2.2.q.98.ar.7. Sotus lib. 8.de iuſtit.q.2.art.3.concl.2.Nauar.in Manuali.ca. 12.nu.13.Petr.de Arragon.2.2.q.89.ar.3. Greg.de Valentia tom.3.diſp.6.q.7.puncto 3. Couar. in cap. Quamuis.p.1.§.6.nu.5.de pactis.in 6.Sum.Cor.p.3. tract.de iuramento,nu.18.Barthol.Medina in ſum. lib.1.c.14.§.4.regula 4.& Couar.in cap.Quamuis, p.1.§.1.num.4 de pact.in 6.Coſinus Philiarchus de officio Sacerd.p.2.lib.3.ca.13.Pedrazza in expoſit. præcepti.2.§.3.& Toletus in Sum.lib.4.c.21.in fine & colligitur ex 22.q.2.cap.1.ubi dicitur,*In dolo iurat,qui aliter facturus eſt,quam promittit*. Ratio eſt, quia iuramentum promiſſorium,quod attinet ad ueritatem requiſitam de præſenti, conuenti cum aſſertorio. Qui enim promittit u.g.ſe daturum centum aureos, eo ipſo aſſerit,ſe iam habere animum id faciendi.

Atque ita reſpectu huius animi, & uoluntatis eſt aſſertio rei præſentis; atque adeo iuramentum aſſertorium. Et conſequenter, quantum ad hanc ueritatẽ idem iudicium eſt de hoc iuramento, ac de aſſertorio. Eſt enim mendacium quoties intentio iurantis non conformatur uerbis ipſius, & proinde mortale erit peccatum non habere animum adimplendi ꝓmiſſum cum iurat, ſic enim Deum in teſtem falſi adducit, quod eſt irreuerentiam grauem facere Deo. Non intendens igitur adimplere promiſſum, prout uerba teſtantur, mendax, & periurus eſt, contra ueritatem iuramenti, quod in omni caſu, materia, & ob quemcunque finem eſt peccatum mortale, dummodo fiat deliberate, iuxta ea, quæ in ſuperiori propoſitione annotauimus.

Nec obſtat, quod iuramentum promiſſorium aliquando ſit de re illicita, ut quando ſit de occidendo homine, quo caſu non uidetur eſſe peccatum mortale, ſi iurans non habeat animum adimplendi promiſſum quin potius tenetur non habere animum adimplendi promiſſum. Reſpondetur enim, quod licet non habeat animum adimplendi promiſſum, & cõſequenter non peccet peccato homicidij, eo ipſo tamen quod non habet animum id adimplendi, & nihilominus iurat ſe facturum, peccat *peccato periurij*, contra præceptum negatiuum de non adducendo Deum in teſtem falſi.

Quamuis igitur ſic iurans, ſiue habeat animum adimplendi quod iurat, ſiue non, peccet, non eſt tamen propterea perplexus; Quia poteſt libere omittere iuramentum, & ſic utrinque euadere periculum peccandi.

28 DVBIVM autem eſt de iuramento promiſſorio, *cui deeſt* ueritas de futuro, hoc eſt, quando is, qui ali*quid licitum* iuramento promiſit, non adimplet promiſſum, an peccet ſemper mortaliter, an uero ſit aliquando ueniale tantum, ratione paruitatis rei, ſeu materiæ, quæ promittitur? In qua re duæ ſunt Doctorum ſententiæ.

PRIMA eſt dicentium iuramentum promiſſorium de re parua, & minima, u. g. dandi pomum, obolum puero, non obligare ad peccatum mortale, ſed tantum ad ueniale. Sic S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. §. 2. uer. De tribus. circa medium. Sylueſt. uerbo. iuramentu. 4. q. 1. citans etiam Archid. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 1. artic. 7. & q. 2. art. 3. concl. 5. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 89. art. 3. Barth. Medina in ſumma li. 1. c. 14. §. 4. Lud. Lopez in inſtruct. confeſſ. par. 1. c. 42. Emanuel Rodriq. in ſumma p. 1. c. 192. concl. 5. & p. 2. ca. 94. concl. 3. & Summa Corona tracta. de iuramento. nu. 19. & Nauar. in Manuali. c. 12. num. 10. uerſic. Decimo. Qui omnes docent, quod frangere iuramentum de re leui ſuſceptum, dum tamen quando ſe eam facturum iurauit, animum adimplendi habuit, eſſe ſolum ueniale. Ratio eorum eſt, quia paruitas materiæ excuſat à mortali in omnibus alijs pręceptis diuinis, & uotis. Vnde inferunt, quod qui iurauit dicere unũ Aue Maria tantum, ſi poſtea non recitet, peccat ſolum uenialiter.

SECVNDA eſt aſſerentium iuramentum promiſſorium de re licita ob defectum ueritatis de futuro, ſemper eſſe peccatum mortale, etiamſi materia promiſſa ſit parua. Sic expreſſe Caietan. in ſumma in uerbo periurium. §. 2. ubi ait, eſſe peccatum mortale quoties iuramentum promiſſorium non adimpletur. & 2. 2. quæſt. 89. articu. 7. dub. 1. diſtinguens de materia iuramenti, ait, quod ſi res leuis quæ promittitur, ſit pars eius materiæ, quæ iuramẽto eſt promiſſa, tunc id prætermittere non eſt peccatum mortale, ſed veniale ſolum, vt uerbi gratia, ſi ꝓmiſi cum iuramento me recitaturum pſalterium, aut vnum pſalmum, & dum recito, omitto vnum verſiculum, illa omiſſio leuis vnius verſiculi quaſi pro nihilo reputatur, & conſequenter non poteſt inducere culpam mortalem, ſin autem res leuis quæ promittitur, & omittitur ſit totalis materia iuramenti, erit mortale, vt verbi gratia ſi iuramento promiſi dicere vnum Aue Maria, aut dare pro eleemoſina potum aquæ frigidæ, & iſta omitto, pecco mortaliter, quia totaliter non exoluo promiſſum. Cum Caie. conſentiunt Tabiena. verb. iurare. §. Decimo. circa medium Coua. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 2. & in capit. Quamuis. p. 1. §. 1. nu. 4. de pactis. in 6. Gabr. 3. d. 39. quæſt. 2. artic. 2. concl. 4. & concl. 7. Gregor. de Val. tom. 3. diſp. 6. q. 7. puncto. 3. conc. 3. Toletus in Summa lib. 4. cap. 22. in principio. & Coſmus Philiar. de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 3. & alij recentiores in ſuis ſcriptis. Ratio pro hac opinione, quæ mihi videtur probabilior, eſt, quia grauis iniuria fit Deo dum adducitur in teſtem falſi. Sed qui iuramentum promiſſorium de re licita non adimplet, quantulacunque ſit eius iuramenti materia, quantum in ſe eſt, cauſa eſt, vt Deus falſus teſtator ſit; qui enim antea induxit Deum in teſtem adimplendæ promiſſionis, & nunc promiſſum non adimplet, quantum in ſe eſt facit vt Deus tunc falſum teſtatus ſit, ſcilicet, quod promiſſum adimplendum ab eo erit, quod tamen reipſa Deus antea non fuerit teſtatus. Deinde ſicut mortalis eſt defectus veritatis in præſenti, vt diximus, & authores primæ opinionis etiam concedũt; Ita etiam peccatum mortale erit deficiente ſecunda veritate, ſcilicet, veritate executionis promiſſionis factæ, & ſtabilitæ iuramento; Siquidem tam in vna, quam in alia adducitur Deus in teſtem, cui maxima irrogatur iniuria, ſi veritas, ſiue præſens, ſiue futura deficiat.

Inſuper peccatum eſt mortale non adimplere iuramentum promiſſoriũ re in graui. Ergo etiam in re leui conſequentia probatur, quia ratio falſitatis æq; reperitur in promiſſione rei leuis, ac rei grauis. Ergo ſi in promiſſione rei grauis mortale peccatu ſit violare iuramentum, eo quod Deus in teſtem falſi adducitur, in tranſgreſſione etiam rei leuis mortale erit, cum vtrobique eadem ratio falſitatis ſit, & vtrobiq; Deus in teſtem falſi adducatur, vt conſtat. Demum hoc ipſum colligitur ex c. Debitores. de iure iur. vbi Alexander Papa III. pręcipit, vt qui iurauit ſoluere vſuras, eas ſoluere teneatur, cum tamen parum vtilitatis inde naſcatur vſurario, quandoquidem accipẽs ex hoc iuramento uſuras, tenetur uſuras acceptas reſtituere. Quamuis ergo parum utilitatis afferat complementum iuramenti uſurarij rei minimæ, ei cui factum fuit, tamen mortale eſt, ſi non adimpleatur.

29 Nec valet ratio in contrarium, ſcilicet, quod modicum pro nihilo computatur, & quod paruitas rei excuſat a peccato mortali in omnium præceptorũ materia. Ergo etiam in iuramento. Quia vt reſpondent authores ſecundæ ſententiæ poſt Caietanum, tunc modicum pro nihilo reputatur, & excuſat a mortali, quando ut pars, aut quaſi pars alterius con-

ſideratur: At quando ſecundum ſe ſumitur, vt totũ quoddam, tunc non habet rationem modici, ſed totius. Sed melius reſponderi poteſt diſparem eſſe rationem in iuramento, ac in alijs materijs, propter grauem iniuriam, quæ fit Deo in eo, quod adducitur in teſtem falſi, quæ ratio ceſſat in alijs rebus. Deinde ratio peccati mortalis non ſumitur ſimpliciter ex paruitate, vel ex magnitudine materiæ, ſed ex vi præcepti, & debiti, eiuſque rationis, quæ ſi proprie ſit de re magna, vel de damno notabili, tranſgreſſio in minimo cenſetur præter intentionem, & voluntatem præcipientis; At ſi tota vis præcepti ſit de minimo, tranſgreſſio eſt contra intentionem præcipientis, quæ ſi ſit obligare ad mortale, erit obligare ad mortale. Sed præceptum de ſeruando iuramento obligat ad mortale, & tota eius vis æque reperitur in iuramento de re minima, ac de re magna, ſcilicet, ne Deus unquam in teſtem falſi inuocetur. Ergo violatio talis iuramenti in re leui erit peccatum mortale. Id quod varijs exemplis confirmari poteſt.

Primo quidem, quia licet inobedientia in re minima ſit venialis, ſi tamen Prælatus rem minimam præcipiat alicui in virtute ſanctæ obedientiæ, ſignificans per hoc, quod intendit obligare ad mortale, talis inobedientia erit peccatum mortale; Quia tota vis præcepti obedientiæ ad rem illam minimam reſtringitur. Exempla paſſim ſunt apud Religioſos, quorum Prælati aliquando iuſtis de cauſis ſic præcipiunt alicui ſilentium, vt non egrediatur cubiculum & huiuſmodi.

Secundo, excommunicatio maior non incurritur, niſi ob peccatum mortale, & tamen ſi alicui præcepto apponatur pœna excommunicationis ob rem leuem, vt contra clericos nutrientes comam, arg. ca. Si quis ex clericis. d. 23. & c. ſi quis. de vita & honeſt. cleric. & contra miniantes Agnus Dei; vt habetur in conſt. 2. Gregorij Papæ XIII. quæ incipit, *Omni certe ſtudio*. edita 1572. talis inobedientia erit mortalis ex intẽtione p̄cipiẽtis, & obligantis ad mortale.

Tertio, Mendacium officioſum nõ eſt niſi veniale, & tamen ſi iuramento confirmetur, efficitur mortale, quia Deus ipſa veritas adducitur teſtis, & in confirmationem mendacij, ex omnium ſententia, quos ſuperiori propoſitione citauimus.

Quarto, omiſſio vnius verbi eſt res minima; At, ſi omittatur in forma ſacramenti, eſt ſacrilegium, & peccatum mortale.

Quinto, iurans ſoluere vſuras tenetur ſub pœna periurij eas ſoluere, etiamſi eius executio ſit parui momenti, vt ſupra diximus. Materiæ ergo leuitas, & paruitas non ſemper excuſat à mortali.

30 Nec valent Petri de Arragon. & aliorum reſponſiones in huiuſmodi iuramento promiſſorio Deum non afferri, vt teſtem veritatis de futuro, ſed potius vt *fideiuſſorem*, & veluti *pignus*, quo alter certus redditur de effectu futuro, hoc modo docentes violationem iuramenti non eſſe peccatum graue, eo quod Deus non adducitur, vt teſtis, ſed vt fideiuſſor; Nam ad confirmandum aliquid futurum non ſolemus vti teſtibus, ſed pignore, & fideiuſſore. Quia, vt recte notat Gregorius de Valentia, vbi ſupra, Dei nomen non interponitur propriè vt fideiuſſor, aut pignus; Siquidem fideiuſſor, ſeu pignus proprie eſt id, ex quo creditor poſſit ſibi ſatisfacere caſu, quo debitor illum fallat: conſtat autem eos qui requirunt iuramentum, non id ſpectare, neque ſibi poſtea ex Diuino nomine ſatisfacere; Deus igitur hoc ſolo ſenſu in iuramento tali, vt pignus, ſeu fideiuſſor inuocatur, quia ſicut pignus, & fideiuſſor ſolet facere creditorem certum; ita etiam inuocatio Diuini nominis ſuo modo facit ad teſtimonium. Et conſequenter non adimplens iuramentum quantum in ſe eſt, Deum fallacem reddit, id quod grauis iniuria eſt, in quacunque materia licita fiat, vt conſtat.

31 *Addo* tamen his omnibus non peccare mortaliter, eum, qui partem minimam promiſſionis iuratæ non adimplet, ſi reliquum promiſſionis adimpleat, v.g. qui præſtito iuramento promittit cẽtum aureos ſe daturum Petro, ſi centum aureos perſoluat, excepto obolo, periurus non erit eo modo, vt peccatum mortale committat. Ratio diſcriminis eſt, q; in priori caſu de quo hactenus diſputatum eſt, obolum, ſe res minima ſeparatim cõſideratur, vt materia totalis iuramenti, non ſic autem in hoc poſteriori caſu, de quo nunc agitur, quia quantitas illa oboli in caſu non conſideratur, vt materia iuramenti, cum non fuerit iuramenti uinculo ſeparatim ſuppoſita, atque ideo tanquam res leuiſſima nequaquam iudicanda eſt ad iuramenti tranſgreſſionem ſaltem mortali culpa dignam, vt Caie. 2. 2. q. 89. ar. 7. dub. 1. & Coua. li. 1. varia. reſol. c. 1. nu. 2. doctè, ſubtiliterq; annotarint. Et quę hactenus dicta ſunt, intelligi debent de iuramento ex ſolo defectu veritatis.

32 TERTIA PROPOSITIO, Iuramentum ex defectu *IVDICII*, aliquando peccatum veniale eſt, aliquando etiam mortale. Vt autem propoſitio hæc clarius explicetur, ſupponendum eſt, tunc accidere peccatum ex defectu Iudicij, *primo* quando quis res veras ſine iuſta cauſa, & neceſſitate confirmat; Etenim fieri non debet iuramentum, niſi ex cauſa neceſſaria, & iuſta, puta, quãdo iuratio neceſſaria eſt ad perſuadendum id, quod iuramento aſſeritur, uel promittitur. Eſt enim irreuerẽtia, & temeritas quædam diuinum nomen citra neceſſitatem inducere, quandoquidem tunc fruſtra fit iuramentum, quando fine ſuo caret. Finis autem iuſiurandi eſt ipſa neceſſitas perſuaſionis, & fidei, ut ueritas confirmetur, ac credatur aſſerenti, & promittenti: qui finis deeſt, ubi nulla ad perſuadendum iurandi neceſſitas adeſt. Neceſſitas autem iurandi tunc eſt, quando illa ueritas, quæ eſt iuramento firmanda, nequeat alia uia comprobari, eaque iuratio neceſſaria ſit tuendæ charitati, ſiquidem Deus ex qualibet cauſa in teſtem adducendus non eſt. Atque ita iuramentum ex defectu *cauſæ neceſſariæ* communiter ſolum eſt ueniale peccatum. Quia ſi id alioquin uerum eſt, quod iuramento confirmatur, adducere Deum in teſtem ſine cauſa ſufficienti non eſt niſi irreuerentia uenialis. Dixi, communiter, quia ſi id faceret in cõtemptum Dei, ad quem aliquando inducit frequens uſus iurandi, aut exponeret ſe periculo peierandi, erit mortale. Sic S. Anton. part. 2. titu. 10. cap. 4. §. 2. uerſiculo. De tribus circa medium. Sylueſt. uerbo. iuramentum. 2 q. 8. Tabiena uerb. iurare. num. 9. §. Octauo. Caieta in ſumma. uerb. periurium. in fi. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 2. poſt concluſionem ſextam. Nauar. in Manuali. cap. 12. num. 3. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 89. articu. 3. Gregor. de Valentia to. 3. diſput. 6. quæſtio.

ſtio.7.puncto.3. Barthol. Medina lib.2.inſtruct.confeſſ.cap.14.§.4. Summa Corona p.3.tractat.de iuramento.num.16. & Toletus in ſumma lib.4.ca.21. in fine.

33 *Secundo* contingit peccatum ex defectu Iudicij, quando non adhibetur *ſufficiēs deliberatio,& inquiſitio* ad videndum, an res vera ſit, quæ iuramento confirmatur. Erenim ad iuramentū requiritur, ut fiat præuia conſultatione, maturoq; iudicij examine; & conſequenter vt nihil iuret, antequam pro rei qualitate ſit ceruts, uerum eſſe quod iurat.

Dixi, *pro rei qualitate*, quia non æqua in omni materia, quæ iuramento eſt confirmanda, ad ueritatem perſcrutandam requiritur diligentia, ſed in rebus arduis, & grauibus multò maior, quam in ijs, quæ ſunt minoris momenti. Immo quandoque res poteſt eſſe tam peruia, & manifeſta, ut ſine ulla diſcuſſione iurari poſſit. Vnde culpa iurandi rem incertam, & dubiam pro certa, & uera æſtimanda eſt penes negligentiam, hoc eſt, penes omiſſionem diligentiæ, quæ pro materiæ dignitate adhibenda eſt. Si igitur negligentia nulla fuerit, hoc eſt, ſi poſt legitimum examen quis id iurat, quod certo putat eſſe uerum, licet forte ſit falſum, nullatenus peccat. Sin uero negligentia eſt notabilis, & magna, tunc peccatum mortale erit, quia qui eſt notabiliter negligens in inquirenda ueritate eius rei, quam iuramento confirmat, ſciens, & uolens exponit ſe periculo peierandi, & cenſetur perfectè uelle iurare falſum, ſi contingat falſum eſſe id, quod uult iurare, quod proculdubio ſine culpa mortali fieri nō poteſt. Quod ſi imperfectè ſolum negligens fuerat, ſolummodo imperfectè cenſetur uelle iurare falſum, & proinde ſolum uenialiter peccat. Etenim in tantum cenſetur iuramentum falſum perfectè, aut imperfectè voluntarium, quatenus negligentia inquirendi perfecta, uel imperfecta eſt. Idemque dicendum eſt, quoties quis dubitat, an uerum ſit, nec ne, quod pro certo iurat, aut leuiter, & temere putat verum, quod iurat: peccatum enim mortale, aut ueniale erit, ratione negligentiæ, eo quod non ſufficienter ptouidet, vtrum falſum ſit, nec ne, id quod iuramento confirmat, vt cōiter tradunt Doctores, S.Tho.2.2.q.89.art.3. S.Bonau.3.d.39.ar.1 q.2.nu.16.& q.3.nu.21. Scot.3.diſt.39.q.unica.uerſic. Quantum ad ſecundum. Richard.eadem diſtinc. art.3.q.2. Gabriel ibid.q.1.artic.1.litera D.& qō.2. art.2.concluſ.3.& 6. S.Anto.p.2.titul.10.cap.4.§.2. circa medium. Angel.verb. periurium.nu.2. Sylueſ. verb. iuramentum. 2.q.8. Tabiena uerb. iurare.verſic.ſeptimo.& uerſic.octauo. Sotus lib.8.de iuſtitia. qō.1.artic.3.& qō.2.art.3.concluſ.6. Nauar. in Manuali, c.12.nu.3.& nu.7. Caiet. in Summa uerb. periurium. Petrus de Arragon.2.2.q.89.artic.3. Grego. de Valent.tom.3. diſput.6. q.7.puncto.3. Couar.in c.Quamuis.p.1.§.6.nu.4.de pactis.in 6. Summa Corona p.3.tract.de iuramento.num.16. Barthol. Medina lib.1.inſtruc.confeſſ.cap.14.§.4. in fine.& Toletus lib.4.c.21. Emanuel Rodriquez p.1. ſummæ, c.192.concluſ.1.& alij. Quæ doctrina intelligenda eſt in caſu, quo talis aduertat ſe iurare, & aduertat ſe iurare id, quod eſt falſum, aut dubitet, an uerum, aut falſum ſit, & conſequenter etiam id, quod eſt inſufficienter diſcuſſum, quod Doctores uocare ſolent, aduertere de dicto, & iuramento. Si enim quis ſolum anteuertente lingua iudicium, iuret id, quod non ſufficienter diſcuſſit, non aduertens ſe aliquid tale iurare, non peccat iurando, cum iurare ita inaduertenter non ſit actus humanus, vt colligitur ex doctrina S.Th.2.2.q.98.art.3. ad 2. Nauarro nu.6.& Greg.de Valentia, & alijs, vbi ſupra.

34 DVBIVM ſolum eſt circa hanc circunſtantiā, quanta, ſcilicet, neceſſitas requiritur ad iurandum, ita vt iurare nullum omnino peccatum ſit? Iſocrates apud Ioannem Stobæum ſerm.25. referente Couarruuia in c.Quamuis.part.2.§.6.num.4.de pactis in 6. *Sacramentum*, inquit, *oblatum tibi duabus de cauſis iurato, velut te ipſum turpi ſuſpicione liberes, vel ut amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum vero gratia, etſi iuſtam cauſam habeas, nullum* Deum *iuraueris, ſin minus, alijs auarus videberis.*

Alij vero, vt Alexander ab Anglia in deſtructorio vitiorum p.4.cap.16.& Gabriel in 3.d.39.quęſt.1.art.3 dub.1. enumerant nouem cauſas ſub hac neceſſitate comprehenſas, quarum ſeptem tenent ſe ex parte boni inducendi, & duæ ex parte mali remouendi.

Prima eſt, Pro veritate fidei, aut doctrinæ, aut alia vtilitate confirmāda. Sic iurauit Apoſtolus 2.Corinth.1.dicens, *Fidelis* Deus, *quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo, eſt, & non.*

Secunda eſt, pro veritate declaranda, aut manifeſtanda, Deut.19. *In ore duorum, aut trium teſtium ſtat omne verbum.* non eſt autem teſtis niſi iuratus ſecundum iura.

Tertia eſt, Pro amicitia contrahenda, Gen.26. *dixerunt uiri Geraræ ad Iſaac, ſit iuramentum inter nos, et ineamus fœdus, ut non facias nobis quicquam mali*, Et ſequitur. *Surgentes mane iurauerunt ſibi mutuo.*

Quarta eſt, Pro pace confirmanda. Et ſic Gen.31. *Iurauit Iacob Laban per timorem patris ſui Iſaac.*

Quinta eſt, pro fidelitate ſeruanda, 2.Reg.5. *venerunt ſenes Iſrael ad Regem Dauid, & percuſſit cum eis fędus coram Domino.*

Sexta eſt, Pro obedientia, & ſubiectione recognoſcenda, ſicut iurauerunt viri Galaad Iephtæ, Iudicū 11.dicentes. *Dominus, qui hæc audit, ipſe mediator, & teſtis eſt, quia noſtra promiſſa faciemus.*

Septima eſt, Pro conſuetudine eccleſiæ ſtatutis, & lege ſeruandis, & ſic filij Iſrael data lege iurauerūt Exod.19.& 24. *Cuncta, quæ locutus eſt Dominus, faciemus.*

Octaua eſt, propter calumniam cauendam, vt fieri ſolet in conteſtatione litis, ſeu in principijs cauſarū, ne pars actrix alteram calumnioſe impetat, nec altera calūnioſe ſe defendat, & in cautione pacti ſeruādi, aut debiti ſoluendi. Heb.6. *omnis controuerſiæ finis eſt iuramentum ad confirmationem*, ſ.pacti compoſitionis, vel concordiæ.

Nona eſt, pro infamia purganda, ut Deute.21. vbi docetur, qūo in crimine occulto, vt puta, occiſione hominis, ſuſpectæ pſonæ iurabāt, ꝗ manus ſuæ non effuderūt hūc ſanguinē, nec oculi uiderunt. Ad has cās ex ſacris literis collectas, ceteræ oēs reduci poſſunt, quæ ſub neceſſitate comprehenduntur. Quantum autem ad alterū comitem iuramēti attinet, ſit

35 QVARTA PROPOSITIO; Iuramentum ex defectu *iuſtitiæ*, quæ ſolum locum habet in iuramento promiſſorio, vt Doctores infra citandi notant, aliquando peccatum mortale eſt, aliquando autem

veniale tantum. Primo quidem eſt mortale, quoties quis iurat ſe facturum aliquid, quod eſt mortale, id quod procedit, ſiue intendat facere, ſiue non. Si enim non intendat facere, deeſt veritas, quia iurauit contra veritatem mentis ſuæ, id quod ſemper eſt mortale, vt dictum eſt ſupra. Sin autem intendebat facere, puta, occidere, adulteram non relinquere, peccat etiam mortaliter, tum quia firmatur volũtas ad peccatum mortale, tum quia applicatur ad materiam, quam oportet omnino falſificare, quia eſt contra charitatem, & conſequenter deeſt veritas in genere circa iuramentum; tum quia, quantum in ſe eſt, Deum cooperatorem eius rei faciat, id qđ graue peccatum eſt, & grauis Dei offenſa, & iniuria. Sic S.Thom.2.2.quæſt.98.artic.3.Richard.3.d.39.artic.3.q.2.ad 1.Gabriel eadem diſt.q.2.artic.2.concl.5.S.Anto.p.2.titu.10.c.4.§.2. circa medium. Angel.verbo.iuramentum.5.§.1.Sylueſt.verb.iuramentum.2.q.7.Tabiena.verb.iurare.num.11.§.Decimo.Caiet.2.2.quæſt.98.arti.7.& in Summa verb. periurium.§.2.Sotus lib.8.de iuſtitia.q.2.articul.3.concluſ.3.Nauar.in Manuali.c.12.num. 15. verſic. Decimoſexto.Couar.in cap.Quamuis.p.1.§.6.num.6.de pactis.in 6.Petrus de Arragon.2.2.q. 89.artic.3.Grego.de Valentia tom.3.diſput.6.q.7.puncto.3.Barthol.Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.c. 14.§.4.regula prima.Summa Corona p.3.tract.de iuramento num.21.Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. p.1.lib.3.c.15.Emanuel Rodriquez in Summa p.2.cap.191.nu.5.concluſ.2.& Toletus in Summa li.4.cap.21.in fi.& alij.

Secundo eſt veniale, quoties iurat ſe facturum aliquid, quod eſt veniale. Sic Doctores omnes ſupra citati, & Ludouicus Lopez in inſtruct. confeſſ.par.1.capit.42.ante finem. quamuis Ambroſius Catherinus, vt notat Couarruuias, vbi ſupra, admonuerit, cauendum eſſe ab hac opinione. Ratio eſt, quia iniuria, quæ fit Deo in huiuſmodi iuramentis, non eſt niſi leuis, etiamſi iuramentum adimpleat, præſertim cum quis non habet intentionem directam efficiendi Deum adiutorem mali, & peccati, ſaltem ut malum, & peccatum eſt. Intelligitur autem hoc verum eſſe, niſi iurauerit quis animo non adimplendi; quia ſi quis quamcunque iniuſtitiam etiam venialem abſque animo faciendi iurauerit, peccat mortaliter propter iniuriam, quæ fit Deo, dum adducitur in teſtem falſi; vel ſi iurauerit animo adimplendi in caſu, quo adimplere eſſet mortale, tunc enim iuramentum peccandi uenialiter, mortale etiam erit, vt recte notat Lopez, vbi ſupra: dixi etiam non eſſe mortale, etiamſi adimpleat iuramentum de peccando venialiter, quia ex reuerentia iuramenti Deo præſtiti videtur impleſſe, & non ex contemptu, & ideo licet Angelus in verb. iuramentum, quinto; numero ſecundo, concedat eſſe ueniale ſolum, quando ſimpliciter committit veniale, mortale autem, quando quis ideo committeret ueniale, quia iurauit, eo quod nomen Dei aſſumit in malum, vt tamen diximus hoc male dictum eſt, quia illa intentio non aggrauat, ſed alleuat, cum veniat ex reuerentia Dei, nec tunc aſſumit nomen ad malum, ſed quando iurauit, & tamen tunc non peccauit mortaliter, quia res eſt modica, vt in ſpecie notant Sylueſter. verbo, iuramentum. 4.quæſt.1.Caie.uerb.periurium.§.2. Couar.in cap.Quamuis.1.§.6.nume.6.de pactis in ſexto. Nauar. in Manuali c.12.numero 15.S.Anton.par.ſecunda,titul.10.ca.4.§.ſecundo, circa medium. Tabiena verb. iurare.numero 11.verſi. Decimo, & Ludouicus Lopez in inſtruct.confeſſ.par.1.c.42. Et ratio eſſe poteſt præter eam, quam adduximus, quia in eo caſu non incurrit, nec incurritur periurium ſimpliciter, cum non def ueritas præſens iuramento, nec de neceſſitate salu oportet deficere veritatem de futuro, cum non fi contra, ſed præter charitatem, vnde poteſt adeſſe veritas ſine peccato mortali, puta, faciendo id, quod iurat, quod eſt ſolum ueniale, ut conſtat, incurritur tamen periurium ſecundum quid, id eſt, quia, firmatur uoluntas ad peccatum ueniale, id quod ueniale eſt propter irreuerentiam quandam in tali iuramento, applicando illud ad materiam non obligabilem, cum per hoc apponatur impedimentum effectus iuramenti, qui eſt obligare ad faciendum. Certu autem eſt hunc, de quo eſt ſermo, non obligari ad faciendum, quod iurauit, cum iuramẽtum non ſit uinculum iniquitatis.

36 *Tertio*, Iurans ſe omiſſurum aliquid ſupererogationis, ſeu vt alij loquuntur, ſe facturum aliquid cõtra conſilium diuinum, ut uerbi gratia, ſe non ingreſſurum religionem, ſe non mutuaturum, aut non daturum eleemoſinam egenti, citra tamen neceſſitatem extremam, uel grauem, ſolum peccat uenialiter. Sic Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 89.articulo ſeptimo, ad ſecundum, & Caietan. ibidem dub. ſecundo, & in Summa verb. periurium.§ ſecundo, Tabiena uerbo. Iurare.numero 11. uerſiculo Decimo, & numero 13.uerſi. Duodecimo. Bartholomeus Medina libro primo, inſtruct.confeſſ.capit.14 §.quarto, regula.3.S.Anton.par.ſecunda, titul.10.cap.6.Tertius caſus. Sotus libro octauo de iuſtitia.quæſt.ſecunda, articulo tertio, concluſ.quinta, Nauar.in Manuali.capit.12.numero 16.uerſicu. Decimoſeptimo. Couarruuias in capit. Quamuis, part.prima.§.6.numero 7.de pactis.in 6.Ludouicus Lopez in Summa parte prima, cap.42. Petrus de Arragon.ſecunda ſecundæ quæſtione 89.articu.tertio, Gregorius de Valentia tomo tertio, diſputa.ſexta, quæſt.ſeptima, puncto.3.Summa Corona part.3.tract.de iuramento, numero 21.§. Quoad quartum membrum uerſicu.Qui iurat. & Toletus in Summa lib.4.cap.21.in fine. Ratio eſt, tum quia ſine cauſa tali, qualis adeſſe debet, Deum in teſtem uocat; tum quia ponit obicem Spiritui Sancto, & conſequenter eſt culpa uenialis propter irreuerentiam, quæ fit Deo in iuranda huiuſmodi abſtinentia, cuius contrarium a Deo conſulitur: tum quia grauior culpa eſt iurare ſe facturum aliquid ueniale, quam iurare ſe facturum aliquid, quod ex genere ſuo non eſt peccatum omnino, quamuis contrarium eius melius ſit eo, ſed iuramentum peccandi uenialiter tantum, eſt peccatum ueniale tantum. Ergo a fortiori ueniale ſolum erit iuramentum de opere ſupererogationis, & conſilij omittendo, cum nemo teneatur ſequi conſilia, nec adeo ſtricte uelit Deus executioni mandari, cum ea non præcipiat, ſed ſolum conſulit. Quicquid Gabriel.3.diſtinct.39.quæſtio.1.articu.ſecundo concluſ.6.& quæſtione 3. articul.2.concluſ.5.Angel.uerb.iuramentum.5.num.3.& Syluecter.uerb.iuramentum.2.quæſtio.7. & uerbo. iuramentum.4.quæſt.1.uerſicu.Quinto.ex mente

Archidiaconi in c.Florentinum.diſt. 85.& Catherinus apud Couarruuiam,vbi ſupra,velint talia iuramenta emittentes peccare mortaliter; quia ponunt obicem Spiritui ſancto. Quorum opinio ſolum uera eſt, quando quis intenderet non ſeruare prædicta, etiamſi occurreret caſus, quo id ſub peccato mortali facere teneretur; tunc enim peccaret mortaliter ſic iurando; vt ſi contingeret obligatio dandi eleemoſinam exiſtenti in extrema, vel graui neceſſitate,aut quando videt proximum in magna neceſſitate, tunc enim tenetur illi mutuare ſine ſuo damno. Ceterum vt recte notat Caietat. in ſumma, vbi ſupra; huiuſmodi iuramenta communiter,& non ſic extreme ad caſus de neceſſitate ſalutis interpretanda ſunt. Quia ſic iurantes ſuper ſua libertate ſe fundant dicentes,ego non teneor mutuare, fide iubere, ingredi religionem,fieri clericus,accipere prælationem,dare eleemoſinam,&c.& ideo nolens incidere in foueam, iuraui. Non enim communiter plus quã veniale eſt,ita obſiſtere inſpirationi diuinæ,nec ſimpliciter deeſt veritas,aut in præſẽti,aut in futuro,cũ poſſit talia iuramenta obſeruare, etiamſi, vt ait S. Thomas, vbi ſupra, multo melius faceret, ſi ea non ſeruaret.

37 QVARTO, Iurans ſe facturum rem aliquam indifferentem,puta non leuare feſtucam,aut reſcindere vngues tali die,non tranſire per talem locum, & ſimilia,ſi non obſeruet tale iuramẽtum, quamuis tunc intenderit illud ſeruare, ſolum venialiter peccat. Eſſe autem peccatum ex eo conſtat, quia vtitur Dei nomine ad rem confirmandam quę fieri,vel nõ fieri parum refert,id quod irreuerentia quædam eſt, & vanitas.Et idem dicendum ſi iurauit facturum rẽ impoſſibilem.Sic S. Anton.p.2.tit.10.c.4.§.2. circa medium.Sylueſt.verbo.iuramentum.3.q.1.§.6. Tabiena.verb.iurare.num.11.verſic.Decimo.Caiet.in Summa verb.periurium.§.2.Sotus li.8.de iuſtitia.q.2.art.3.concl.5.Nauar.in Manuali.c.14.num.12.verſic.Duodecimo.Ludou.Lopez.p.1.inſtr.conſciẽtiæ.c.42.Summa Corona.p.3.tract.3.de iuramento.nu.19.concluſ.5.&21.§.Quo ad tertium membrũ, & §.Quo ad ſextum membrum. Petrus de Arragon.2.2.q.89.art.3.& Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.p.2.lib.3.c.15.& alij communiter.

Explicantur dubia quædam ad rationem, et notitiam iuramenti in communi pertinentia. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *An peccet,qui ad iuramentum faciendum inducit alterum,aut prouocat,aut qui iuramentum recipit ab eo, quem ſcit,vel probabiliter credit falſum iuraturum num.2.3.4.5.*

6 *An,& quando iurandi conſuetudo ſit peccatum ?*

7 *Qui non aduertit ſe falſum iurare abſolute loquendo nõ peccat mortaliter.*

8 *Conſuetudo iurandi quando iuramenti ſpeciem mutat, aut aggrauat.*

9 *Aſſuetus iurare,ſed non mentiri, immo ita diſpoſitus, vt non mentiretur,aut iuraret, ſi aduerteret,regulariter ſolum uenialiter peccat.*

10 *Aſſuetus iurare tam vere,quam falſe non aduertens,an falſum iuret,peccat mortaliter.*

Peierans ex conſuetudine præter peccata, quæ committit in ſingulis iuramentis,peccat peculiari peccato omiſſionis contra charitatem,nu.eod.

11 *An,& quando peccatum ſit uiolare iuramentum comminatorium.*

12 *Iuramenta terminatoria parentum excuſantur per conditionem appoſitam.*

13 *Nominatio facta de aliquo malo culpæ ſiue mortali,ſiue ueniali poteſt,& debet non adimpleri.*

Vt comminatio facta de iuſta inflictione, aut procuratione mali pęnæ,ſiue quoad corpus,ſiue temporalia tria conſideranda.nu.eod.

14 *An peccent, & periuri ſint, qui honoris, aut amicitiæ, cauſa iurant ſe non præceſſuros in exitu domus,& ſimilia,et tamen contrarium faciunt.*

15 *Quæ conditiones in omni iuramẽto ſimpliciter facto ſubintelligendæ ſunt ex iure communi, ut iuramentum obliget,nu.16.17.18.*

CVM in ſuperiori capite ea omnia expoſita ſint, quæ ad rationem iuramenti ſpectant, & ſimul etiam abunde ſatis peccati grauitas ex defectu cuiuslibet circunſtantiæ innoteſcat,reſtat,vt dubia nonnulla in ſequentibus diſſoluamus,quib.materia hæc clarior,manifeſtiorq; redditur. Quorum

1 PRIMVM Dubium eſt,An peccet,qui ad iuramentum faciendum inducit alterum, aut prouocat, aut qui iuramentum recipit ab eo,quem ſcit,vel probabiliter credit falſum iuraturum. Ratio difficultatis eſt, quia licitum eſt petere iuramentum ab eo, quem ſcimus per Deos falſos iuraturum. Ergo etiam in caſu pręſenti cum par ratio utrobiq. eſſe uideatur: in hac re hæc mihi dicenda uidentur ex communi Doctorum conſenſu.

2 *Primum eſt*,perſona publica, ut iudex publicum exigens iuramentum ab eo, quem ſcit periurum, nõ peccat,dummodo iuris ordine ſeruato id faciat, & ad partis inſtantiam. Sic Magiſter Sentent.3.d.39. ante finem.S Tho.2.2.q.98.art.4.Alexand.de Ales p.3.Summæ.q.31.memb.2.ar.6.§.1.S.Bonau.3.diſ.39.in expoſit.literæ. Richard.eadem diſt.art.3.q.3. Gabriel ibidem.q.2 arti.3.dub.1.Angel.uerb. iuramentum.3.§.11.S.Anton.part.3.titul. 10.capitu.7. §.3.Syluest.uerb.iuramentum.2.quęſtio.9.Tabiena uerb.periurium.num.4.uerſic.Tertio.Turrecrem.in cap.ille.22.quæſt.5.Sotus lib.8.de iuſtitia.quæſtio.2.art.4.Nauar.in Manuali.cap.12.num.20.uerſicu.22.Couar.in ca. Quamuis.p.1.§.6.nu.3.de pactis.in 6.Corduba in ſumma;caſuum conſcientiæ.quæſ.64. Summa Corona.p.3.tracta.de iuramento.nume.17. prope finem Sebaſtia. Medices in ſumma peccatorum capital.tit.6.qu.35.Ioannes Pedrazza in expoſit.2.præcepti.num.8.Iacobus de Graffijs par.2.deciſ.lib.2.cap.4.num.3.& num.5 Toletus in ſumma lib.4.cap.21.Notab.3.Petrus de Arragon.2.2.q.89. art.6.dub.2.ad ſecundum.Emanuel Rodriquez p.1. ſuæ ſummæ.cap.191.num.6.conclu.3.& alij.Ratio eſt, quia in hoc caſu iudex non uidetur exigere, ſed is,ad cuius inſtantiam facit, & publicum eius officium implorat.

Secundum eſt,perſona exigens iuramentum ab eo, quem ſcit, aut probabiliter credit falſum iuraturum,puta, ſcit eum contrarium feciſſe eius, quod iurat, peccat mortaliter. Sic authores omnes ſuperius allati, & colligitur ex c. ille. 22. q. 3. vbi dicitur, *Ille, qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, immo duas animas, & eius animam, quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum, quod ille dicit, & iurare compellis, ecce quod ille iurat, ecce peierat, tu quid inueniſti? immo, et tu periſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti.* Ratio eſt, quia hoc eſt inducere ad peccatum qđ peccatum eſt.

Nec obſtat licitum eſſe petere iuramentum a priuato, quem ſcis iuraturum per falſos Deos, quaſi etiam licitum ſit in caſu præſenti. Quia longe diſpar eſt ratio. Dum enim petitur iuramentum ab infideli dari poteſt cauſa, quia, ſcilicet, petitur ad habendam certitudinem de fide illius, quando id neceſſarium eſt, & ideo cohoneſtatur petitio ex eo, ne videatur inductio. At vero in caſu præſenti, cum nihil dari poſſit, quod ex certo, aut probabili periurio iuſtè prætendi poſſit, inducere omnino videor ad peccatum periurij, & conſequenter pecco, dum ab eo iuramentum peto. Atque ita ſoluitur ratio in contrarium allata.

3 *Annotandum* autem eſt, eum ſcire alium iuraturum falſum, qui more humano id credit, vnde non ſufficit quæcunque dubietas, & ſuſpicio, vt quis careat iure petendi iuramentum, vnde rectè notant Ang. verb. iuramentum. 3. num. 11. Sylueſt. verb. iuramentum. 2. q. 9. & Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 20. verſi. vigeſimoſecundo male facere confeſſores, qui inducunt pœnitentem ad vouendum, & iurandum ſe non commiſſurum tale peccatum carnale, uel aliud ſimile, in quod humana fragilitas facile labitur arg. capit. clericos. de cohabit. clerico. & mulier. vbi Alexand. Papa III. non vult *clericos in ſacris conſtitutos, qui publicè detinent concubinas, ad eas abiurandas compelli*, & dat rationem, *ne in eandem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraudis redeuntes, periurij reatum incurrant*. Eodem modo peccant patres, & domini, qui filijs, & famulis ſuis deferunt iuramētum, vt authorem furti, aut criminis reuelent, ſi moraliter credant eos exponi periculo peierādi in eo, quod intelligi debet, quando deferunt eis tale iuramentum ea intentione, vt reuelent authorem criminis in omnibus caſibus. Nam expoſtulando iuramentum ab eis in caſibus, in quibus extranei poſſent reuelare crimē non peccant. ex Ang. in verb. familia. §. 8. Syluesſ. eo. q. 8. Tabiena verb. eo. nu. 6. ver. Quinto. Nau. in Manuali. c. 12. nu. 21. verſ. 23. & Ludou. Lopez. p. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 42. in fi.

4 *Tertium eſt*, ſi abſque inductione quis ſponte ſe offerret ad iurandum, & adeſt cauſa rationabilis ad recipiendum iuramentum, non peccat, qui iuramentum illud recipit, eſto ſciat illum falſo iuraturum. Hoc enim caſu recipiens nulla ratione eſt cauſa illius periurij, & licet alijs vti peccato alterius in bonum proprium. Nec de iſto loquitur capit. ille. 22. quæſtio. 5. ſed de eo, qui inducit non diſpoſitum iurare. arg. c. Mouet. 22. q. 1. & expreſſe hoc docent Angel. verb. iuramentum. 3. §. 11. Syluest. uerb. iuramentum. 2. q. 9. & Nauar. in Man. c. 12. nu. 20. in fine. Iacob. de Graff. ubi ſup. nu. 13.

5 *Quartum eſt*, qui petit iuramentum ab eo, quem neſcit falſum eſſe iuraturum, ſi id faciat vrgente neceſſitate, non peccat. Sic omnes pro primo dicto citati. Ratio eſt, quia dubitare in re graui de veritate alterius nullum eſt peccatum, ſed infirmitas humana. Vnde ſi abſque cauſa exigatur iuramentum, ſi re parui momenti, & vbi aliter ſatis fide dignus eſt ille, a quo petitur iuramentum, in his, & ſimilibus caſibus vix ſine culpa iuramentum petitur. Id quod eleganter expreſſit S. Aug. Hom. 28. de verbis Apoſtoli, & habetur in cap. *Qui exigit*, 22. q. 5. *Qui exigit* inquit, *iurationem, multum intereſt, ſi neſcit illum iuraturum falſum, an ſcit. Si enim neſcit, et ideo dicit, Iura mihi, ut fides ei ſit, non eſt peccatum, tamen humana tentatio eſt*, quia, ſcilicet, procedit ex quadam infirmitate, qua dubitat de veritate proximi, & hoc eſt illud malum, de quo Chriſtus Matt. 5. ait. *Quod amplius eſt, a malo eſt, Si autem ſcit eum feciſſe, et cogit iurare, homicida eſt. Ille enim ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum inficientis, et impreſſit, et preſſit.* quia, quantum in ſe eſt, illum ad peccandum inducit, & vt peieret, ſcienter conſentit.

6 SECVNDVM dubium eſt, An, & quando iurandi conſuetudo ſit peccatum. Sunt enim quidam, qui ex conſuetudine iurandi quicquid, vt dicunt, in buccam venerit, iurare ſolent. Quidam apud Scotum 3. diſtin. 39. quæſt. unica, & Gabr. ead. diſt. q. 2. artic. 1. Notab. 2. litera D. dicunt, quod unum periurium leue non eſt peccatum mortale, tamen ex conſuetudine peierare eſt peccatum mortale, vnde docent ſemper eos peccare, qui ex conſuetudine iurant, ſiue verum, ſiue falſum dicant. Ratio eorum eſt, quia ſic iurantes ſemper iurant ſine iudicio, cuius defectu ſemper eſt mortale, vel ueniale peccatum, At certè, vt rectè docet Gabriel, vbi ſupra, poſt Scotum, habitus, & conſuetudo nihil faciunt ad rationem peccati, ſed deliberatio, & conſenſus in actum illicitum, unde ſi actus primus in ſe non eſt peccatum mortale, ſed ueniale, circunſtantia frequentationis, aut conſuetudinis non facit eum mortale. Quia habitus inclinans non poteſt actum grauem reddere leuiorem quantum ad genus peccati, aut econtra, quandoquidem habitus genitus ex actibus ſemper inclinat ad actus eiuſdem rationis cum his, ex quibus generatur, licet benè ad intenſiorem, ſemper tamen in eadem ſpecie. Ideoque ſi actus præcedens generatiuus habitus non fuerit peccatum mortale, nunquam actus ſequens, ad quē inclinat habitus, erit peccatum mortale. Atque ita in caſu propoſito, diſtinctio periurij quantum ad raritatem, & frequentiam non facit ad rationem peccati mortalis, ſed diſtinctio inter deliberationem, vel indeliberationem, ſiue deliberatio ſit unica, ſiue ex conſuetudine frequentata, unde in hac re ſit

7 PRIMA propoſitio: Qui non aduertit ſe falſum iurare, abſolute loquendo non peccat mortaliter. Ratio eſt, quia non habet intentionem directè, aut indirectè iurandi falſum, & conſequenter non eſt iuramentum formaliter, ſed materialiter tantum. Sic Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione 98. articulo 3. ad 2. Bonauent. 3. diſtinct. 39. articu. 1. quæſt. 1. numero 21. Richard. ibidem, articu. 3. quæſtione 2. Scotus eadem diſtinct. quæſtione vnica. §. uidetur ergo. Gabriel ibid. quæſt. 2. artic. 1. Notab. 2. & art. 2. concluſ. 6. Caiet. in 2. 2. quæſt. 98.

art. 3. & in Sum. verb. periurium. §. 1. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 2. art. 3. concl. 7. Petrus de Arragon 2. 2. q. 89. art. 3. in fine. Bartho. Medina lib. 1. instruct. con feſſ. c. 14. §. 4. in fine Greg. de Val. tom. 3. diſp. 6. q. 7. pun. 3. in fine. Ludou. Lopez p. 1. inſtru. conſcientię. c. 42. Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ ca. 191. concl. 7. ſignificant tamen præfati authores peccare venialiter, quia ſine cauſa iurat, & quia imperfecte ſaltem voluntarium eſt tale periurium.

8 SECVNDA Propoſitio, Conſuetudo iurãdi abſolutè, & ſecundum ſe ſumpta, quamuis mala ſit, non tamen ſpeciem iuramenti mutat, aut aggrauat, niſi quatenus comitem aliquem iuramenti tollit. Itaque qui decies varie iurat ex conſuetudine, decem etiam præciſe peccata committit, vel mortalia, uel venialia, iuxta defectum comitis, qui defuerit iuramento. Hoc eſt, ſi fuerint falſa, aut de re iniqua, quæ ſine mortali impleri non poteſt, erunt mortalia, & ſi fuerint vana ex defectu iudicij, & diſcretionis, erunt venialia. Nec aliquod diſcrimen eſt, quantum ad hoc, inter iurantem ex conſuetudine, & iurantem ſine illa. Sic Sotus, Petrus de Arragon. & Gregorius de Valentia locis proximè allatis, & Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſ. c. 14. §. 4. in fin. Ratio eſt, quia conſuetudo in quacumque materia non eſt ſine actionis frequentatione, ex qua generatur habitus, ex quo oritur facilitas ad iterum, & iterum iurandum, quæ facilitas ſecum defert periculum deierandi; anteuertit enim vſum rationis, & facit ſæpè ſæpius, vt homo iuret antequam adhibeat veritatis iudicium, frequentatio autem actuum non eſt diſtincta ab ipſis actibus, ex quibus generatur, & conſequenter non eſt peccatum vltra numerum actuum multiplicatorum. Ex quo fit, vt qui habet conſuetudinem iurandi; ſi ex cauſa legitima iurat veritatem, non peccat; ſin autem iurat ſine cauſa, peccabit ſolum venialiter conſuetudo enim illa, cum ſit habitus, nec eſt peccatum, nec aggrauat peccatum ex illa procedens. Non tamen per hoc intendimus fauere peſſimæ illi conſuetudini iurandi, ſed vt illi occurramus, qui plus nimio eam inculpantes, culpam eſſe affirmant, vbi culpa non eſt. Aliquando tamen ſaluberrimum eſt conſilium, vt recte notant Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 5. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 89. artic. 3. in fin. Emanuel Rodriquez par. 1. ſummæ. ca. 192. nu. 11. & ſeq. & Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcientiæ. cap. 42. huiuſmodi homines non prius abſoluere, quam mutent conſuetudinem præfatam. Quod ſi neque id efficiant, nec occaſionem periurandi relinquere velint, aut animum ſaltem reſiſtendi illi conſuetudini, eamque extirpandi non habeant, abſoluendi non ſunt, cum tales in ſtatu peccati mortalis ſint, exponentes ſe periculo peierandi, qui autem amat periculum peribit in illo, & Eccleſ. 23. dicitur, *Ne aſſueſcat os tuum iurationi, multi enim caſus in illa. Nominatio Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorum non admiſcearis, quoniam non erit immunis ab eis omnis iurans, & nominans in toto a peccato non purgabitur, vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet a domo illius plaga, &c.* & multa de hac re habentur Zach. 5. & Concil. Tolet. 8. can. 2. & Chryſoſt. Homil. 9. ad populum Antioch. quem cap. 3. dub. 1. in fin. citauimus. Inter alia autem aduerſus hanc teterrimã iurandi conſuetudinem extat pulcherrimum Sancti Aug. teſtimonium hom. 28. de uerbis Apoſt. ſuper illa verba S. Iacob. 5. *Ante omnia nolite iurare. Ante omnia,* inquit, *vt attendatis præ ceteris, vigiletiſque, ne ſerrepat vobis conſuetudo iurandi, tanquam in ſpecula ita te poſuit contra te, ante omnia leuauit te ſuper cetera, vnde te attendas.* Et infra, *Nolles vt diceret tibi, ante omnia, vt omnia tua inſpiceres, omnes motus linguæ tuæ diligentiſſimè cuſtodires, eſſeſque cuſtos malæ conſuetudinis tuæ. Ad eam conſtringendam, audi ante omnia. Quid eſt ante omnia? ante omnia vigila, ante omnia intentus eſto, &c.* Quib. verbis ſignificat vigilantiſſimam curam, quam homines ad extirpandam malam iurandi conſuetudinem adhibere debent, ne in periurium incidant.

9 TERTIA Propoſitio; Aſſuetus iurare, ſed non mentiri, immo ita diſpoſitus, vt non mentiretur, aut iuraret, ſi aduerteret, *regulariter* ſolum venialiter peccat. Sic Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 4. in fi. & Gregor. de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 7. punct. 3. ante finem. Ratio eſt, quia ſæpe iurat ſine neceſſitate. Dixi, *Regulariter*, quia in tanta conſuetudine iurandi, contingere aliquando poteſt, vt mendacium iuramento confirmet, vt peccet mortaliter.

10 QVARTA Propoſitio: Qui aſſuetus eſt iurare tam uere, quam falſe in communi locutione, non aduertens an verum, aut falſum iuret, ſi falſum iuret, peccat mortaliter propter periculum, cui ſe exponit iurandi falſum. ſic Caiet. 2. 2. quæſt. 89. artic. 3. in fi. & in Summa. verb. periurium. §. 1. Nauar. in Man. cap. 12. num. 6. verſi. Quinto. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. cap. 14. §. 4. in fin. & fauet Sotus lib. 8. de iuſtitia. quæſt. 2. art. 3. in vltimis verbis. Ratio eſt, quia tale periculum in ſua cauſa, id eſt, in tali conſuetudine eſt volitum, ſicut peccatum ebrietatis eſt volitum in ſua nimia potatione vini potentis inebriare iam ſcita. Etenim dubium non eſt, quin frequentiſſimè ſaltem in huiuſmodi caſu actus redeat in naturam ſuæ formæ, debuit enim præcauere, & aduertere diligenter ſuam malam conſuetudinem, ne aliquando ſe periculo peierandi exponeret. Vnde propter talem negligentiam in re tam graui redit actus in naturam ſuæ formæ, id eſt, conuincitur quod maluit incurrere periurium, quam diſcurrere, vt debuit, an iuraret falſum. Quam doctrinam etiam ſequuntur Greg. de Valentia tom. 3. diſput. 6. quæſt. 7. punct. 3. & Ludou. Lopez part. 1. inſtruct. conſcientię. cap. 42. maxime in caſu, quo quis ſolitus eſt, & frequenter iurare, & ſimul frequenter in iuramento mentiri. Nam moraliter loquendo, talis aliquando peierabit, coniungendo mendacium cum iuramento. Et quoniam talis debet hoc præuidere, & vitare; & poteſt id facere deſiſtendo ab ea conſuetudine, etiamſi forte talis tunc, cum peierat, non aduertat, videtur tamen illi id imputari in cauſa, ideoque ſi ab ea conſuetudine non deſiſtat, huiuſmodi periurium cenſebitur illi voluntarium in cauſa, id quod ſatis eſt, ut quis peccare mortaliter cenſeatur.

Addit autem Gregor. de Valentia, ubi ſupra, ſic peierantem ex conſuetudine, præter peccata, quæ committit in ſingulis iuramentis, quæ male uſurpat, peccare etiam alio peculiari peccato omiſſionis, contra charitatem ſibi debitam, eo quod non conatur remouere a ſe talem conſuetudinem iurandi

randi ſæpe ſine neceſſitate. Tenetur.n.vnuſquiſque non ſolum remouere a ſe peccatum, ſed periculum peccandi. Quod omiſſionis peccatum erit mortale, aut veniale, iuxta ea quæ in ſingulis propoſitionibus de peccato iurãdi dicta ſunt. A quo tamen omiſſionis peccato quis deſiſtit, quando dolet de peccatis, & mala conſuetudine præterita, & proponit ſe amplius nõ malè iuraturum, atque adeo per vnam, eandemque pęnitentiã liberatur quis tam a peccatis commiſſionis, quam etiam a peccato omiſſionis, ſatiſque erit peccatum commiſſionis confiteri, cum exinde prudens confeſſarius ſatis de ſtatu pęnitentis inſtrui, & edoceri cenſeatur.

11 TERTIVM DVBIVM eſt Circa iuramentum comminatorium, an, & quando peccatum ſit violare huiuſmodi iuramentum? Pro huius difficultatis ſolutione ſciendum eſt, iuramentum comminatorium eſſe, qñ iuramẽtum eſt, de comminatione pęnæ, ſeu de malo ab ipſo iurante inferendo; vt uerbi gratia; Per Deum caſtigabo te, percutiam te, &c. Differt autem a iuramento execratorio, quia execratorium eſt de malo, quod inferendum eſt a Deo, & non ab ipſo iurante; comminatorium vero econtra, vt dictum eſt, vnde in ſcripturis ſæpè habetur, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, niſi fecero; quod ad iuramentum execratorium pertinet. Execratorium autem aliquando coincidit cum aſſertorio, ſcilicet, cum tali iuramento vtimur, ad confirmandam aliquam veritatem præſentem, aut præteritam, vt Deus me deſtruat, niſi hoc ita ſit, aut ſi non id fecerit; aliquando autem coincidit, cum promiſſorio, puta cũ iuramus futura; vt, Deus me deſtruat, niſi hoc fecero. Comminatorium autem reducitur ad promiſſorium, & ideo idem de eo quoad hoc dicendum eſt, quod de promiſſorio diximus, & conſequenter iuramentum comminatorium inducit periurium duobus temporibus, *præſenti*, ſcilicet, & *futuro*. In *præſenti* dupliciter, *primo*, quando fit animo mendaci, ſiue materia iuſta ſit, ſiue iniqua, hoc eſt, quando fit abſque animo adimplendi, & tunc ſemper eſt peccatum mortale; Ratio eſt, quia iuramentum cadit ſuper mendacio, ideoque deeſt illi veritas, & proinde vt de periurio promiſſorio dictum eſt, peccatum erit mortale, niſi excuſetur per inaduertentiam, aut alio modo. *Secundo* ſi fiat cum animo ueraci, id eſt, cum animo adimplendi, in materia tam mortali, quam veniali, & tunc idem de eo, quod de iuramento promiſſorio, dicendum eſt.

12 *Atque* hinc excuſantur iuramenta comminatoria parentum, dum iurant ſe caſtigaturos filios, ſi illos arripuerint ad caſtigandum, etſi enim non habeant animum caſtigandi, & adimplendi iuramentum, & conſequenter huiuſmodi iuramentis deeſſe uidetur ueritas pæſens, excuſantur tamen a periurio propter conditionem appoſitam, ſcilicet, *ſi arripuero*, & non adimpletam, eſt enim uoluntas eorum non arripere ad caſtigandum. Excuſantur etiã a periurio huiuſmodi comminatoria iuramenta, quando illis apponitur indeterminata conditio, ne fortè per expreſſionem conditionis oriatur obligatio iuramenti adimplendi, & ita in eis non videtur eſſe ueritas præſens, ſed videtur potius fictio iuramenti, quam iuramentum; & conſequenter in prædicto caſu excuſatur iurans non adimplens cõminationem a peccato mortali, non tamen a graui venali. Denique excuſantur a periurio iuramenta comminatoria quibus parentes iurant ſe filios, & ſeruos occiſuros, eorum capita fracturos, &cet. Quicquid. n. quando iurant non habeant animum occidendi, & frangendi capita, & inferendi graue nocumentum, & conſequenter uidetur deeſſe ueritas præſens, ipſi tamen quando iurant, putant ſe verum iurare, quia loquuntur per exaggerationem, & ita excuſantur a peccato mortali, non tamen a veniali graui, vt ſupra dictum eſt.

13 *Committitur* etiam periurium in iuramento comminatorio tempore futuro, i. tempore executionis. Et quidem ſi comminatio fiat de aliquo malo culpæ, ſiue mortali, ſiue ueniali, poteſt, & debet non adimpleri, vt diximus de iuramento promiſſorio, vt v.g. ſi quis cõminatus eſt percutere aliquem, aut diripere bona eius, aut impedire eum ab aliquo aſſequendo, &c. tenetur non exequi, ut patet. Qua ratione cum iuramenta parentum de punitione filiorum ut plurimum fiant paſſione, ira, & inordinata vindicta potius, quam ex bono correctionis, (cuius rei ſignum eſt, quod ſi in eodem erraret filius, & mater non irata, non comminaretur punire illũ) & conſequenter punitio hæc promittitur ſub ratione mali uenialis, non obligant, ſecus autẽ eſſet, ſi ut bonum correptionis promitterent, quamuis ex ira, niſi tunc etiam alia ex cauſa excuſarentur ab executione pœnæ comminatæ, vt infra dicemus. Sin autem cõminatio facta ſit de iuſta inflictione, aut procuratione mali pęnę ſiue quoad corpus, ſiue quoad bona temporalia, tunc tria conſideranda ſunt; *Primum eſt*, quod ſicut iuramentum non eſt vinculum iniquitatis, ita nec melioris boni impedimentum, vnde ſi melius ſit abſtinere a cõminati mali iuſti executione, non tenetur iurans ad executionem iuramenti. Quamuis igitur pater, aut mater promittat, & comminetur caſtigare filium ob bonum correctionis, ſi tamen melius eſt poſt pacatam domum parcere, ne fletus conturbet totam domum, commutatur iuramentum in melius. Exemplo Dauid, qui licet iuraſſet percutere Nabal cum domo eius, poſtea tamen ad preces Abigail mutauit in melius indulgendo; 1. Reg. 25. *Secundum eſt*, comminationem intelligendam eſſe ſecundum præſentem iuſtitiam, vnde qui iurauit iuſtam punitionem, poſtea petenti veniam iuſtè parcat abſq; periurio, eo quod ceſſauit præſens iuſtitia, ſecundum quam iurauit, propter conuerſionem in pęnitente. Quo modo licet Deus dicat ſæpè ſe caſtigaturum gentem, poſtea tamen ignoſcit ob pęnitentiam eorum. Et Dauid ad preces innocentis Abigail pepercit Nabal, quaſi iã ceſſauerit ratio præſentis iuſtitiæ ex alterius innocentis, & humilis ſupplicatione præueniente. *Tertium eſt*, quod pęnæ in hac vita non ſunt appetibiles niſi vt medicinæ, uel perſonæ puniendæ, vel boni communis cauſa. Vnde quando comminata pęna ceſſaret habere rationem vtriuſque medicinæ, non tenetur iurans comminationem iuratam adimplere. Quando autem id contingat, relinquitur iudicio prudentiæ, quæ eſt circa ſingularia occurrentia. Ex his tribus colligitur quare mater, quæ iurauit verberarè filium, aut dominus qui iurauit uerberare ſeruum, & poſtea parcet (uel ne turbet pacem domus, vel quia non eſt opus amplius talis

pœnæ medicina, vel quia iudicatur melius parcere) non tenetur ad implendam comminationem iuratam. Quibus adde ſufficientem cauſam eſſe etiam ſatisfactionem mali patrati per pęnitentiā vel ipſius delinquentis, vel petitionem veniæ ab amico factam. Et quia melius eſt modo non punire, ſiue ob bonū pacis, ſiue alia iuſta de cauſa: Non tamen iuſta cauſa erit omittendi comminationem iuratam, quod iam ceſſaret bilis, furor, & voluntas caſtigandi, vt latius tradunt Caiet. in Summa verb. Periuriū, §. 3. & in verb. Minari. & 2.2.q.89.ar.7. & dub. 1. Naua. in Manuali. c. 12. nu. 10. verſ. Decimo. Gre. de Valentia. tom. 3. diſp. 6. q. 7. punct. 3. Ioan. Pedrazza in expoſitione 2. præcepti, §. Sexto. Toletus in Summa lib. 4. c. 22. in fin. & alij poſt Tabienam in verb. iurare. nu. 11. verſ. Decimo. poſt medium.

14 QVARTVM DVBIVM eſt, an peccent, & periuri ſint, qui honoris, vel amicitiæ cauſa ſe præuenientes, iurant ſe non præceſſuros in exitu domus, aut ianuæ, aut non velle ſedere in loco nobiliori, aut accipere aliquid ex amicitia, & ſimilia, vt quotidie fit, & tamen contrarium faciunt. Ratio difficultatis ex vna parte eſt, quia iuramentum promiſſoriū libere factum de bono, quod non uergit in damnum alterius, ſeruandum ſub peccato eſt. Ex altera uero parte, cum tam facile violentur talia iuramenta, non videtur, quod intentionem habuerint ea ſeruandi.

RESPONDEO cum Tabiena verb. iurare. num. 11. uerſi. Decimo. circa medium. Caie. in 2.2.q.89. ar.7. dub. 2. Soto lib. 8. de iuſt. qō. 1. ar. 7. poſt principium & Greg. de Valentia. tom. 3. diſp. 6. q. 7. punc. 3. Quod in huiuſmodi actibus, in quibus de nullius agitur præiudicio, ſed potius de honoris animo, ac ſignis amicitiæ, duo præcipue conſideranda ſunt. Primo pia intentio iurantis, ſic enim iurando non intendit omnino ſic agere, ſed *quantum eſt in ſe*, niſi alteri id ſit ingratum, quam intentionem manifeſtat, cum ſtatim ad uoluntatem alterius faciat oppoſitum. Quo pacto S. Petr. dixit Chriſto; *Non lauabis mihi pedes in æternum*. intendens, ſcilicet, quantum in ſe erat, & ſic nec iurando, nec faciendo oppoſitum deeſt iuramento veritas. Secundo conſideranda eſt qualitas ipſius actus, quia, ſcilicet, iurat in huiuſmodi ſæpè de his, quæ ſunt potius in *poteſtate alterius*, vt cum dicit, non venies mecum, non tranſibis hoc oſtium, non ſedebo ibi, non præcedam, &c. Hæc igitur, & ſimilia, quamuis pie interpretanda ſint, quantum eſt ex parte iurantis, a parte tamen rei indiſcreta ſunt iuramenta. Ideoque ſic iurans, communiter peccat uenialiter propter indiſcretionem, faciendo tamen oppoſitum periurus non eſt, quia non facit contra intentionem implicitam, & communiter cognitam in huiuſmodi.

15 QVINTVM Dubium eſt, Quænam conditiones in omni iuramento ſimpliciter facto ſubintelligendæ ſunt ex iure communi ad hoc, vt iuramentum obliget? Eſt autem quæſtio de iuramento promiſſorio, nam in aſſertorio nulla conditio ſubintelligitur, ſed ſolum requiritur, vt iurans uerum iuret, vt ex dictis conſtat. In promiſſorio autem ſubintelliguntur multæ conditiones, quas colligunt gloſſa in c. Quemadmodum. in uerb. conditio. & ibi Panormit. num. 8. de iureiur. Angel. in uerb. iuramentum. 4. Sylueſt. in uerb. iuramentum. 3. quæſtio. 1. & Gab. 3. d. 39. q. 1. art. 2. concl. 9. Tabie. uerb. iurare. §. Decimo ſexto. & Io Bach. 4. d. 25. q. 14. artic. 6. Hoſt. tit. de iureiur. §. Quod ſpecies. qui uiginti conditiones afferunt, quæ tamen omnes commode ad tres reduci, & reuocari poſſunt.

16 PRIMA eſt, delatio authoritati ſuperioris. In omni namque iuramento ius ſuperioris intelligitur exceptum, ut in c. uenientes, de iureiu. & ideo in omni iuramento intelligitur, niſi contrarium præcipiat, aut uelit ſuperior, & hoc in eis rebus, quæ ſuperioris authoritati, & diſpoſitioni ſubiectæ ſunt, ſecus autem in eis, in quibus ſuperior non habet authoritatem, uel tantum habet authoritatem limitatam, ſecundū quam præcipere poteſt. Hinc in omni iuramento vniuerſaliter tacitè intelligitur primo, ſi Deo placuerit. Arg. c. Beatus. 22. q. 2. & ibi gloſſa. unde Iacob. 4. dicitur, *Dicatis, ſi Dominus uoluerit, & ſi uixerimus, faciemus illud*. Sic ēt Papæ authoritas ſecundo excepta intelligitur in rebus ad eū ſpectantibus ſaltem dū cauſa rōnabilis exiſtat, ſic etiā cuiuſlibet iudicis authoritas, ac uis præcipiendi intelligitur excepta in eis, quæ ſuæ iuriſdictioni ſubſunt. Vnde ſi quis iurauit ſoluere centum aureos in certo termino, ſi iudex per areſtam, aut alias prohibet, tenetur obedire iudici iuramento non obſtante. Vnde Federic. conſ. 91. format hanc quæſtionē: quidā clericus in minorib. ſcholaris filiusfamilias exiſtens in ſtudio de uoluntate patris obligatus eſt iuramento non exire diſtrictū Bononienſem, niſi prius ſolueret debitum, ſed reuocatus a patre ad certum diem, petita, & obtenta licentia a creditore, rediјt ad patrem, uel Epiſcopum, nunquid eſt periurus? Et concludit non eſſe periurum, tum ob præceptum patris, cui ex lege naturali, & diuina filius eſt obligatus, tum etiam propter iuſſum Epiſcopi; Significans omnem obligationem factam per filium, etiam cū iuramento, intelligi ſaluo iure patris. Hinc eſt, quod filiusfamilias uouere nequeat ſine conſenſu patris, excepto uoto Religionis, per quod ſoluitur patria poteſtas. argu. can. pueri. 22. q. 5. Ex quibus conſtat in iuramento filii ſubintelligi exceptam authoritatem patris. Quæ doctrina licet alias uera ſit, in caſu tamen a Federic. propoſito non ualet, quia, ut recte notat Sylueſt. ubi ſupra, quotieſcunque pater, aut epiſcopus, aut alius ſuperior conſenſerit iuramento ab inferiori facto, (ut in caſu propoſito contingit) non excuſatur inferior ex obedientia, quia nulla eſt, cum ſuperior ſe ſpoliauerit iure ſuo, ſecus autem dicendum eſſet, ſi filius, aut ſubditus iuraſſet non exire, donec ſolueret debitum inſcio patre, epiſcopo, aut ſuperiore, tunc enim non ualet iuramentum contra obedientiam ſuperioris, ut Sylueſt. uerb. iuramentum. 4. quæſt. 16. annotauit, quia inferior obligare ſe nequit ad ſtandum in aliquo loco, niſi ſuperior tacitè, uel expreſſe cōſentiat; unde religioſus obligare ſe nequit iuramento ad manendum in loco, nec ſeruus contra præceptum ſuperioris, aut domini ſui.

17 *Secunda eſt*, obſeruatio fidei, propter quam iuratur, quia non ſeruanti fidem fides ſeruanda non eſt. argum. Reg. Fruſtra ſibi fidem. de reg. iur. in 6. intelligitur enim cōditio hæc in iuramēto promiſſorio, ſi mihi fidem ſeruaueris, ut habetur in cap. peruenit. 2. & c. ſicut. 3. de iureiuran. Ideo ſi mulier contra fidem ſponſaliorum, uel matrimonij uenerit, licet

vir iurauit eam in vxorem ducere, vel pro vxore ſemper tenere, non obſtante iuramento poteſt non ducere. Ceterum vt hæc conditio ſane intelligatur, annotandum eſt ex Panor. in cap. peruenit. 2. num. 3. & 4. de iureiur. Ang. in verb. iuramentum, 5. nu. 17. Syl. verb. iuramentum 4. quæſt. 13. Tabien. verb. Iurare. §. vigeſimooctauo. Sum. Cor. p. 3. tract. de iuramento, num. 22. & Coſmo Philiarco de officio ſacer. p. 2. lib. 3. cap. 16. dub. 3. obligatio, ſeu promiſſio duplex eſſe poteſt, quædam enim eſt reciproca, mutuo ſe reſpiciens, vt v. g. promiſi tibi certum quid, quia tu promiſiſti aliquid aliud, promiſi tibi equũ, quia tu promiſiſti mihi centum, & tunc, ſi tu non adimples ex parte tua promiſſum, nec ego teneor adimplere ex parte mea: & ſic intelligitur illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidem*, & ca. peruenit. 2. de iureiur. & c. Conſtitutus. de pœnis. & l. cum proponas. 2. C. de pactis, & Reg. Fruſtra. de regu. iur. in 6. Sic ſi iurauit quis alicui ſeruire vſque ad tempus determinatum pro certo ſalario ſibi quolibet menſe ſoluendo, ſi alter non ſoluit ei ſalarium, nec ille tenetur ei ſeruire. Vnde infert Panorm. Quod ſi Doctor promiſit legere ſub certo ſalario, ſi non ſoluitur illi ſalarium, non tenetur legere. Sic etiam ſi quis promiſit eum iuramento ſeruire in bello ratione feudi, quod illi conceſſit, ſi auferat ei feudum, non tenetur illi ad ſeruitium, arg. c. 1. ſi de feu. vaſal. Et ſi promiſi te non expellere de domo, etiam cum iuramẽto, ſubintelligitur, ſi ſolueris mihi canonem, alias ſi tu non ſoluis, poſſum te expellere, quia tu non ſoluis id, ratione cuius facta fuit promiſſio. l. quæro. §. inter locatorem, ff. de locat. Idem dicendum de patre, qui promiſit cum iuramento non exhæredare filium, ſubintelligitur enim niſi crimen ingratitudinis commiſerit. l. quidam cum filium, ff. de verbor. oblig. Ang. verb. iuramentum. 5. numer. 18. & num. 20. Tabiena verb. iurare, §. 25. Idem dicendum etiam eſt, quando conditionaliter promiſi, puta, iuraui ire pro te Romam, ſi dederis mihi centum; ſi non das, non teneor, quia obligatio mea non purificatur, niſi a tempore exiſtentis conditionis: vt l. cedere diem. ff. de verb. oblig. & Inſtit. de verbor. oblig. §. ex conditionali. Id quod procedit, non ſolum quando alius non ſeruat promiſſum mihi ex negligentia, & voluntariè, vt putat Hoſt. ſed etiamſi non adimpleat promiſſum ex aliqua neceſſitate, puta, quia non poteſt, ſiquidem non teneor ego ad id, quod iuraui, quia iuramentum meum fuit tacitè conditionatum: ſic Panorm. in c. ſicut 3. num. 6. de iureiur. D. Anton. & alij ab eo citati. Ang. verb. iuramentum. 5. nu. 18. Syluest. verb. iuramentum 4. quæſt. 13. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. par. 2. lib. 3. capit. 16. dub. 3. Summa Cor. par. 3. tract. de iuramento. num. 22. Quandoque autem obligationes non ſunt reciprocæ, nec mutuo ſe referuntur ad inuicem, ſed ad diuerſa, puta, promiſi tibi ſimpliciter certum librum, & iuraui, & tu etiam ſimpliciter promiſiſti mihi aliquid facere, & iuraſti; certè licet ego non adimpleam promiſſionem meam, tu tamen non euitas periurium, ſi non adimpleas promiſſionem tuam, quia ſimpliciter promiſiſti, & non ratione promiſſionis meæ, & de ſpecie ad ſpeciem non admittitur compenſatio, iuxta notata in ca. 2. de depoſit. & idem docent Panorm. Angel. Syluest. & alij ſupra allati, poſt Cynum in l. cum proponas 2. C. de pactis.

18 TERTIA conditio reſpicit ſtatum rerum ipſa- rũ, tam iurantis, quam eius, cui iuratur, & etiam re- rum pro quibus, & ratione quarum iuratur, nec non ſtatum ipſius iuramenti, vnde intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. Vnde ſi quis vt officialis iurat, ceſſante officio, non tenetur. Item qui prælato iurat, vt tali, exempli gratia obedientiam, ſi cedit prælationi, aut deponatur, non tenetur ei ſubditus. Et qui iurauit accipere aliquam in vxorem, ſi fuerit illa fornicata, aut effecta leproſa, uel incurabiliter alias infirma, non tenetur ad iuramentum. Et qui iurauit reddere gladium, non tenetur, ſi repetatur in furia, nec erit periurus, quia cum promiſit, non cogitauit de furia, quæ ſuperuenit, de qua ſi cogitaſſet, non promiſiſſet. Sicut ait Gabr. qui in pingui fortuna iurat aliquid ſe daturum, ſi mutatur fortuna, ut præſtare non poſſit, non tenetur durante impotentia. Similiter ſi abſoluitur a iuramento ab eo; qui poteſt abſoluere ſubſiſtente cauſa rationabili, non tenetur iuramento, a quo fuerit abſolutus.

Denique ex omnium conſenſu, quando aliqua generaliter iurantur, ſubintelligitur ſemper, ſi honeſta, licita, poſſibilis, moderata, &c. ſecundum intentionem illam, ſecundum quam ordinator iuramento obligari uoluerit, & rationabiliter debuerit. Vnde per generale iuramentum ſeruandi ſtatuta, & ſtatuenda, & conſuetudines eccleſiæ, vniuerſitatis, aut communitatis cuiuſlibet, non obligatur iurans niſi ad ea, quæ ſunt licita, & honeſta. Nam de alijs ordinator iuramenti non intendit, nec iurantem obligare debet, aut poteſt. De quibus omnibus latius agunt authores, quos initio difficultatis huius citauimus. Hæc interim noſtro inſtituto ſufficiant.

De iuramenti virtute, & obligatione.

Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *In iuramento tam aſſertorio, quam promiſſorio eſt obligatio, ſed diuerſimode.*

Iuramentum factum male per creaturas, ſeu per falſos Deos ſeruandum eſt, & obligat, ſi licitum ſit, quod iratur.

2 *Iuramentum de eo, quod eſt peccatum mortale, aut veniale non obligat, ſed peccatum eſt illud ſeruare.*

3 *Iuramentum de re vana, aut indifferenti non obligat.*

4 *Iuramentum illicitum non ratione rei, de qua ſit, ſed ob defectum alicuius debitæ circunſtantiæ obligat.*

5 *An iuramentum doloſum obliget, declaratur propoſitionibus ſubſequentibus nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

6 *Quando promittens, & iurans intentionem promittendi & iurandi habuit, non tamen animum adimplendi, peccat mortaliter.*

7 *Qui iurat aliquid cum animo iurandi, non tamen promittendi, & ſe obligandi, periurium mortale committit, contra illud, quod aſſerit Greg. de Valen.*

8 *An ſic iurans ratione iuramenti maneat obligatus ad implendum, quod iurauit.*

9 *Qui fingit ſe iurare, animum tamen iurandi non habet, nullam ex natura iuramenti obligationem incurrit, ſed ratione ſcandali, &c.*

10 *In foro exteriori iurans ſemper in dubio præſumitur habuiſſe animum iurandi, & ſe obligandi.*

11 *An qui ſic fingit ſe iurare ſemper peccet mortaliter,*

12 *An liceat uti verbis ſimulatorijs, & amphibologicis in iuramento promiſſorio ita ſcilicet, vt is cui iuratur, decipiatur.*

13 *Si qui metu coactus latroni petẽti centum aureos, ſe daturum iuramento promittit, & non intendit, non tenetur perſoluere.*

14 *An iuramentum coactum, ſeu metu extractum ſit obligatorium.*

15 *Iuramẽtum metu extortum in cõſcientiæ foro ſub mort. obligat quando, & quare.*

16 *Iuramenta per vim, & non ſolum per iniuriam extorta non obligant in foro exteriori. Quare. & nu. 17.*

18 *An hæres ex vi iuramenti a defuncto teſtatore emiſſi illud præſtare obligatur, quod defunctus ſub iuramento promiſerat.*

19 *An qui iurauit alicui ſe facturum aliquid, eo mortuo teneatur ſub iuramento facere illud eius hæredi.*

20 *Quare poteſt quis obligare ſe alicui & ſucceſſoribus eius non obligare ſe & ſucceſſores ſuos.*

21 *An minor viginti quinque annis aliquid iuramento præſtito confirmans ſine conſenſu tutoris in conſcientia obligetur ſeruare promiſſum.*

22 *An qui promittit cũ iuramẽto aliquid facere, obligetur ſub mortali peccato id facere licet velit ſoluere id quod eius intereſt cui iuratur.*

23 *Iuriſtarum ratio adducta non valet, & quare.*

24 *An is qui iurauit ſe ſoluturum certam quantitatem pecuniæ, poſſit abſque periurio ſatisfacere per compenſationem.*

25 *Quid cenſendum ſit circa iuramenta facta in nomine alterius, vt a procuratoribus, & patronis nomine abſentium, & nu. 26. 28*

27 *Iuramentum fieri non poteſt per procuratorem etiam ſi mandatum habeat ſpeciale quando, & quo caſu.*

1 CVM ea omnia hactenus expoſita ſint; quæ ad iuramenti naturam ſpectant, reſtat, vt eius effectus explicemus, inter quos hic præcipuus eſt, vt obligandi vim habeat, id quod apud omnes indubitatum eſt. Hoc. n. ipſo, quod quis iurat præcepto naturali Religionis, ad aliquid obligatur; obligatio namque vt optimè docet S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad aliquid faciendum, vel dimittendum refertur, atque adeo in iuramento tam aſſertorio, quam promiſſorio ſua ineſt obligatio, quamuis diuerſimodè. In aſſertorio enim obligatio eſt, vt res præſentes, vel præteritæ reſpondeant dictis, In promiſſorio autem, vt res futuræ dictis reſpondeant. Ad hoc enim obligat Religionis pręceptum affirmatiuum, de conſeruanda, & procuranda gloria diuina, vt verum efficiat illud, in cuius confirmationem teſtimonium Dei inuocauit, ne alioqui ſit quis, *Quantum in ipſo eſt*, cauſa, vt Deus falſum teſtatus ſit. Diuerſa tamen vt diximus, eſt obligandi ratio, ſiquidem in iuramento aſſertorio, quod eſt de præſenti, vel futuro, obligatio non eſt reſpectu rei, quæ iam fuit, uel eſt, ſed reſpectu ipſius actus iurandi, vt ſcilicet iuret id, quod iam uerum eſt, vel fuit. In promiſſorio, autem quod præſtatur de his, quæ a nobis fienda ſunt, cadit econtra obligatio ſuper rem quam aliquis iuramento firmauit. Quiſquis igitur aliquid ſe facturum iurat, ad id faciendum obligatur, ad hoc vt ueritas impleatur, ſi tamen alij duo comites adſint, ſcilicet iudicium, & iuſtitia, vt partim ex hactenus dictis, partim ex ijs, quæ inferius dicemus erit manifeſtum. Atqui vt materia hęc clarius exponatur, primo ponemus ea, quæ certa ſunt apud omnes, deinde vero, quę dubia & controuerſa ſunt examinabimus.

PRIMO igitur certum eſt, quod iuramentum factum malè per creaturas, hoc eſt, exhibendo ipſis creaturis reuerentiam, quæ Deo debetur, ſeu factum per Deos falſos, ſeruandum eſt, & obligat iurantem dummodo licitum ſit quod iuratur. Sic c. etſi Chriſtus. ver. & quamuis. & ibi gl. Pan. de iureiu. Alex. de Ales. p. 3. q. 31. memb. 3. ar. 2. §. 1. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. §. 1. in fi. Gabr. 3. d. 39. q. 2. ar. 3. dub. 3. Sotus lib. 8. de iuſt. q. 2. ar. 3. Sylueſt. verb. iuramentum. 4. q. 4. Coua. in c. Quãuis p. 1. §. 1. nu. 5. 6. 7. & 8. de pac. in 6. & alij communiter. Rõ eſt, quia licet peccat iurãdo eo modo, quo non debet, ſeruãdo tñ fidẽ in re licita bene facit, quam ſi non ſeruaret, peccatum peccato adderet. Id quod etiam docet S. Aug. epiſt. 154. ad Publicolam, cuius verba referuntur in can. Monete. 22. q. 1. vbi ait, *uolo te cõſiderare, vt ſi quiſpiam, per Deos falſos iurauerit ſe fidem ſeruaturum, ſi eam nõ ſeruauerit, nonne tibi uidetur bis peccaſſe? Si enim tali iuratione promiſſam cuſtodierit fidem, deo tantum peccaſſe iudicaretur, quia per tales Deos iurauerit, illum autem nemo reprhenderet, quia fidem ſeruauit. Nunc vero quia iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccauit.* Et per hoc patet, vt conſequenter docet S. Auguſt. quod *non eſt illicitum uti fide illius ad bonum, qui per falſos Deos iurat, nec per hoc peccato eius ſe ſociat, quo per dæmonia iurauit, ſed bono pacto eius, qui fidem ſeruauit.* ut capit. 3. dub. 2. & 3. latius expoſuimus.

2 *Secundo* certum eſt, iuramentum illicitum, hoc eſt, quod eſt de eo, quod eſt peccatum mortale, aut veniale, non obligat, ſed peccatum eſt illud ſeruare mortale, aut veniale iuxta qualitatem peccati de quo fuit, ſicut etiam peccatum fuit ita iurare. Sic S. Tho. 2. 2. q. 98. art. 7. Caie. & Petr. de Arragon. ibi. Alex. de Ales par. 3. q. 31. memb. 4. ar. 1. Angel. verb. iuramentum. 5. §. 1. & 2. S. Bon. 3. diſt. 39. ar. 3. q. 3. Richard. eadem diſtin. art. 2. q. 3. Scotus ibid. Ioan. Bacch. 4. diſp. 25. q. 14. art. 5. Gabriel. 3 diſtin. 39. q. 1. art. 2. concluſ. 6. S. Ant. par. 2. tit. 10. cap. 4. §. 2. Sotus lib. 8. de iuſt. qõ. 1. arti. 7. Sylueſt. uerb. iuramentum. 2. quæſt. 7 & uerb. iuramentum, 4. q. 1. Tabiena uerb. iurare. §. Decimo. Nauarrus in Manuali. c. 12. nu. 25. verſ. Decimoſexto. Coſmus Philiarchus de officio Sacerdot. par. 2. lib. 3. c. 15. Sum. Cor. par. 3. tract. de iuramento. nu. 21. Tolet. lib. 4. c. 21. Ludou. Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. c. 42. Bartol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 4. & alij. Rõ eſt, quia nemo poteſt ſe obligare ad peccatum, vt conſtat, cum iuramentum iniquitatis vinculum eſſe nequeat. Vnde ut rectè notat Gabr. vbi ſupra, taliter iurans in ipſo actu iurandi peierat, non autem poſtea dum iuramentum non ſeruat, quia in ipſo iurandi actu Deum quodammodo contemnit, & irreueretur, non autem cum oppoſitum eius quod iurauit facit.

3 *Tertio* certum eſt, iuramentum illicitum, hoc eſt quia eſt de re uana, & indifferenti, quæ licet in ſe mala non ſit, non tamen ob id eſt bona, eo quod

nec cedit in honorem Dei, aut propriam, ſeu proximi utilitatem, vt v.g. de non tranſeundo per talem locum, aut de non ingrediendo talem domum, aut de non loquendo cum aliquo homine particulari, puta, Martino, non obligat. Intelligitur autem hoc, quouſque res iurata manet indifferens, ut v.g. iuramentum de non tranſeundo per talem uiam, quouſque tranſitus ille ſit res indifferens, non obligat, ſi enim ſic iuraret ob euitandam occaſionem peccati, tunc, quia eſſet de re bona, obligaret. Sic S.Ant.p.2. tit.10.c.4.§.2.circa mediũ, Sylueſt.uer.iuramentũ. 4.q.1.§.Sexto.Ang.uerb.iuramentum.5.num.5.Tabiena uerb.iurare.uerſic. Decimo. Caiet.in Summa verb.periurium, §.2.Sotus lib.8. de iuſt.q.2.artic.3. concluſ.5.Petr.de Arragon.2.2.q.89.artic.3.in explicatione ſecundæ qualitatis iuramenti, ſ.iuſtitiæ, d.5.& 6.Nau. in Man.c.12.n.12.& nu.17.Sum.Co. p.3.tract.de iuramento.nu.19 in fin.concl.5. & nu. 21.§.Quoad tertiũ membrũ.Lud.Lopez p.1. inſtr. conſcientiæ.c.42. Coſmus Philiarchus de off.ſacer. p.2.lib.3.ca.15.& alij. Rõ eſt quia iuramentũ obligat ſeruare promiſſũ, ubi uerè exiſtit promiſſio, promiſſio autẽ tunc ſolum eſt, quando res promiſſa cenſetur aliquo modo vtilis, cum igitur iuramentum de re omnino indifferenti reddatur omnino inutilis, & inefficax, non eſt promiſſio. Ergo iuramẽtum adiunctum nullam inducit obligationẽ. Vnde manente re iurata in ſua indifferentia, nulla inducitur obligatio, ſecus autem ceſſante tali indifferentia. Hinc fit, quod, ſi in illa via, per quam ſe nunquam tranſiturum temere iurauit, venit mulier ad habitandum, quam inhoneſtè amat, & per illam tranſeundo eſt ei occaſio peccandi mortaliter, pro tempore illo, quo ratione occaſionis peccandi actus redditur bonus, & licitus, iuramentum obligat. Pari ratione, qui iurauit ſe non habiturum talem, aut talem in ſuum miniſtrum, aud quod non loquetur cum tali de tali re, vel non ibit ad officinam ſuam, vt aliquid emat, vel quod non quoquet ad furnum ſuum, non obligatur ad ſeruandum tale iuramentum tanquam de re indifferenti, & vana emiſſum. Intellige tamen iſtum caſum verum eſſe, quando quis ſolum ex ſe iurat, quia ſecus eſſet, ſi conueniſſet cum proximo ad tale aliquid faciendũ ex pacto, aut alio bono reſpectu, & ita iuraſſet ei, quia tunc obligatus eſſet, vt rectè Ang. verbo. iuramentum, 5.§.Quintus, & Nau.in Man.c.12.num.17.annotarunt.

4 *Quarto*, Iuramentum illicitum non ratione rei, de qua fit, ſed ob defectum alicuius circunſtantiæ debitæ, puta, diſcretionis, & iudicij obligat. Ratio eſt, quia tale iuramentum non eſt ſimpliciter inualidum, & eius adimpletio non impedit ſalutem animæ, aut profectum eius, ergo ſeruandum eſt. arg.c.ſi vero.de iureiur. vel ſi adeſt iuſta cauſa, petenda eſt abſolutio, nec propria auctoritate infringi poteſt, vt v.g. Iurauit ille, qui non eſt ſui iuris, donec irritetur, illud ſeruare tenetur.arg. cap.pueri. 22.q.5. Item iurauit quis ex ira, ſi impetus iræ non fuerit talis, ac tantus, quod induceret quandam mentis alienationem, tenet iuramentum, ẽtſi, quod iurauit ex impetu iræ, non iuraſſet omnino deliberatè, ex Angel. verb. iuramentum.5.§.8. Syl-ueſt. verb. iuramentum 4.q.9.S.Ant. par.2 tit.10. c.6.§. Quartus caſus. Sum.Cor.par.3. tract.de iuramento nu. 34. Coſmo Philiar. de off. ſacerd. par. lib.3.c.15. in fi. Quia in bonis non requiritur lo ga, & multa deliberatio; ſed ſufficit liber confe ſus. Hæc igitur omnia cum certa ſint, alia tamen d bia, & contrauerſa ſunt. Eſt igitur

5 PRIMVM DVBIVM, an iuramentum dolo obliget? *Vt ſoluamus*, & explicemus hanc diffic tatem, annotandũ eſt ex Caiet.2.2.q. 89.art.7.cir quartum, in iuramento promiſſorio (de quo nu agitur) tria conſideranda eſſe; *Primum* eſt ipſa pr miſſio; *Secundum* eſt iuramentum, quo promiſſio matur, quæ duo ſunt in præſenti, quando iurat *Tertium* eſt obſeruatio, & adimpletio promiſſio quæ in futuro expectatur, quæ tria fiunt extern his trib. ad extra reſpondent alia tria interius in te iurantis, quorum *Primum* eſt intentio promitte di, & obligandi ſe; *Secundum* eſt intentio iurand *Tertium* eſt intentio adimplendi promiſſum. Ex defectu alicuius horũ trium iuramentũ eſt mẽda eſt enim mendacium falſa uocis ſignificatio cũ in tentione fallendi. Exemplum primi patet in ill qui licet iurent ſe facturos, in corde tamen non pr mittunt, ſed mendacibus uerbis ſimulant ſe promi tere. Exemplum ſecundi patet in his, qui licet o proferant uerba iuramenti ſibi nota, non intendu tamen iurare, ſed uerbis mendacibus ſimulant ſe iu rare. Exemplum tertij patet in illis, qui promitt non tamen adimplere promiſſum intendunt. Di cultatem hanc tractant S.Tho.2.2.q.89.art.7 ad Alex.de Ales p.3.q.31. memb.4.artic.3. & S.Bo 3.diſt.39. art.3.q.1. Rich.ibid.art.2.q.1. Scot.ea diſtin.art.3.litera K. Gabr. 3.diſtinc.39.q.1.arti concl.5.S.Anto.p.2.tit.10.c.6.uerſ. Quintus caſu Ang.uer.iuramentũ 5.n.2 .uerſi. Decimoſeptimo Syl.uer.iuramentũ.4.q.8.17.& 19.Tabiena uer.iurare. num.12. 14. & 15. Caiet.ubi ſup.Sotus lib.8. de iuſt.q.1.ar.7.circa argumentũ.4. Pet.de Arrago. 2.2.q.89.ar.7.Nau.in Manuali,c.12.n.13.uer.Decimo quarto.Couar.in c.quãuis p.1.§.5.nu.2.de pactis in 6 Greg.de Valentia.to.3.diſp.6.q.7.punc.4.dub. 2.Sum.Cor.tract.de iuramento.p.3.num.19.& nu. 24.Emanuel Rodriquez p.1.Sum.cap.192.conclu. 4.Ludo.Lopez.par.1.inſtruct.conſcientiæ.cap.3 Coſinus Phillarchus de offic.ſacerd.p.2.lib.3.c.16. & alij. Quorum aliqui, ut S.Bonauen. Richar.Gab docent obligare in foro exteriori, non autem in foro conſcientiæ. Ceterum ut res hæc clarius exponatur, ſequentes propoſitiones ex frequentiori Doctorum conſenſu afferemus.

6 PRIMA PROPOSITIO: quando promittens & iurans intentionem promittendi, & iurandi habuit, non tamen habuit animum adimplendi promiſſum, peccat mortaliter, & ad promiſſa implenda obligatur, ſiue ui, ſiue iure tale faciat iuramentum. Sic Caiet.2.2.q.89.art.7. Sotus lib.8.de iuſtit q.1.art.7.Pet.de Arragon. 2.2.q.89. art.7.conclu 3.Grego.de Valentia tom.3.diſpu.6.q.7.puncto 4 Sum.Cor.tract.de iuramento.par.3. nu.19.conclu 1.Coſinus Philiarchus de off.Sacerdot. par.2.lib. c.16 & alij. Exemplum ſit in eo, qui profitetur religionem, & non ſolum uoto, ſed etiam iuramento ſe obligat ad tria uota ſubſtantialia religionis, animo tamen non piè, & religioſè, ſed diſſolutè, & luxurioſè uiuendi; talis enim non ſolum mortaliter peccat, ſed etiam tenetur promiſſum ob-

ſeruare. Eſſe peccatum mortale conſtat, quia in iuramento promiſſorio ſunt duo, vnum eſt animus faciendi ea, quæ quis iurat; Alterum obligatio, ſeu executio operis promiſſi in futuro; reſpectu primi eſt aſſertorium, reſpectu ſecundi eſt promiſſorium; ſed iurans aſſertiuè falſum, peccat mortaliter, efficiendo, quantum in ipſo eſt, Deum fallacem. Ergo iurans, & promittens abſque animo adimplendi, & efficiens falſam orationem exteriorem, quam iuramento confirmat, peccat mortaliter. Quod uero iuramentum hoc obligatorium ſit, patet, quia duæ illæ priores intentiones, ſcilicet, promittendi, & iurandi, vere illum obligant ad iuramentum adimplendum, effectus enim naturalis iuramenti eſt obligare iurantem, dummodo id, quod iuratur, materia uera iuramenti ſit; defectus autem animi ad obſeruandum non tollit uinculum iuramenti, unde eo non obſtante, tali iuramento obligatur.

SECVNDA PROPOSITIO: Qui iurat aliquid cum aĩo iurandi, nō tamen promittēdi, & ſe obligādi, (vt patet in his, qui licet iurent ſe aliquid facturos, in corde tamen non uere promittunt, ſed uerbis mendacib. ſe promittere ſimulant) periurium mortale committit. Sic Pet. de Arrag. 2.2.q.89.ar.7.cōcluſ.5. addens id uerum eſſe, ſiue ſua ſponte, ſiue coactus iuret, & Caiet. 2.2.q.89.arti.7.& uerb. periurium, §. 2. ubi abſolute ait eſſe periurium mortale. & Sylu. uerb. iuramentū, 4.q.7. uerſi. Secundum. & q.8. Rodriquez p.1. Sum.c.192.concl.4.nu.4. S. Bonau. 3.diſt.39.art.3.q.1. Richard. ibi. arti.2.q.1. ad ſecundum, & in corpore articuli. Scotus eadem diſt. art. 3. litera K. Gabriel 2.d.39.q.1.artic.2.concluſ.5. qui omnes abſolutè etiam uolunt peccatum eſſe mortale. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6.q.7. puncto 4. §. *Tertio modo.* qui putat eſſe peccatum ueniale ſolum, quando rationabiliter ab eo iuramentū exigitur, ſic decipiendo alterum abſq; cauſa rationabili; ideo autem mortale eſſe negat, quia nihilominus manet obligatus ratione iuramenti, & ita non eſt pernicioſa proximo illa deceptio; at uero quando irrationabiliter petitur, ſic iurando nihil peccat. Et licet hoc ſecundum eius dictum uerum ſit, primum tamen eſt falſum, quia ſic iurando intentio eius non confirmatur uerbis exterius prolatis, vnde deeſt ueritas præſens, id quod mortale eſt; Et deinde ſicut ille, qui iurauit animo iurandi, & non ſeruandi promiſſum, peccat mortaliter, ut ex prima propoſitione conſtat, quia non habet animum conformem iuramento, ut ipſemet Gregor. de Valentia, ubi ſupra, §. Primo modo, docet; A fortiori peccabit mortaliter, qui habet animum iurandi, ſine animo promittendi, & obligandi ſe, cum in iſto longius diſtet animus à uerbis, quæ iuramento confirmat, quam in illo. Vnde non ſibi uidetur conſtans, & conformis Gregorius de Valentia, ut conſtat, nec ualet ratio eius; quia etiam in caſu primæ propoſitionis manet uere obligatus, ratione iuramenti, & tamen in eo caſu peccat mortaliter. Ergo etiam in caſu præſenti. Ratio igitur, cur peccat mortaliter, eſt, quia ex iuſta cauſa iurans tenetur ueram illam orationem exteriorem facere, quam iuramento confirmat, vnde adducendo Deum in teſtem falſitatis, peccat mortaliter.

8 Quod ſi petas, an ſic iurans maneat obligatus ratione iuramenti ad id adimplendum, quod iurauit? S. Bonau. 3.d.39.art.3.q.1. Rich. ibid. ar.2.q.1. Scotus ibid. art. 3. littera K. Gabriel 2.d.39.q.1.ar.2. concl.5. docent in foro eccleſiæ exteriori teneri ad ſeruandum promiſſum, quia eccleſia iudicat de his, quæ patent: verba autē ſignificant obligationē. In foro autē conſcientiæ interiori putant non manere obligatū; & idē docet Sylueſ. uerb. iuramentū. 4.q.19. quē ſequitur Coſmus Philiarch. de offic. Sacerd. p.2. lib.3.c.16. quia in priuatis obligationibus nullus non intendens ſe obligare corā Deo obligatur, quia Deus iudicat ſecundum ſecreta conſcientiæ. Nā hō accipit uerba ſecundū quod foris ſonāt, Deus uero ſecundum ꝙ intus cōcipiuntur. Hinc 1. Reg. 16. dicitur. *Homo uidet, quæ patent, Dominus autē intuetur cor.* & c. Humanę aures. 22.q.5. dicitur. *Humanæ aures talia uerba noſtra iudicant, qualia foris ſonant; diuina uero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur.* Nec tamen, inquiunt, reportat talis cōmodū ex peccato ſuo, eo, ꝙ ſi non doloſe iuraſſet, obligatus eſſet, nūc aūt obligatus nō eſt, quia doloſè iurādo peccauit mortaliter, quod peius eſt, quā ſit obligatio ad ſeruandū iuramentū. Addunt tamen præfati authores, ſic doloſè iurantē obligari in conſciētia ad hoc, ut is, cui iurauit, ex dolo ſuo nō lædatur, ſecundum illud 1. Theſſa. 4. *Ne quis ſupergredietur, & circumueniat in negotio fratrē ſuum.*

9 Alij uero, vt Caiet. 2.2.q.89.art.7. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q.5. artic. 7. circa reſponſionem ad 4. Couar. in c. Quamuis. p.1.§.5.n.2. de pactis in 6. Pet. de Arragon. 2.2.q.89.art.7.concl.4. Gregor. de Valentia to.3. diſ.6.q.7. puncto 4. §. Tertio modo. Sum. Cor. par. 3. tracta. de iuramento. num. 19. concluſ. 3. Ludou. Lopez p.1. inſtruct. conſcientiæ. cap. 42. Emanuel Rodriquez par. 1. Sum. c. 192. conclu. 4. quib. fauet S. Tho. 2.2. q. 98. art. 7. ad 4. ſic iurantē etiam in foro conſcientiæ obligari ad adimplēdū promiſſum. Id quod procedit, ſiue dolo, ſiue coacte iurauerit, ut expreſſe notant Rodriquez, & Arragon. vbi ſupra. Ratio eſt, quia obligatio eſt intrinſecus, & naturalis effectus iuramenti, ſicut ignis calefacere, ita ut animus iurandi ſeparari nequeat ab obligatione ſeruandi promiſſum. Et confirmatur, quia ad iuramentū promiſſoriū rōnes ueritatis ſunt neceſſariæ, una, ut qui iurat, habeat intentionē adimplendi, quādo iurat, altera, ut poſtea in executione, ſi matetia licita ſit, & honeſta, id efficiat uerū, ꝙ iurat. Implicat ergo aliquod eſſe uerū iuramentū, & nō inducere obligationē, uerū uel dicēdi, uel faciēdi. Atque ita patet ſolutio argumenti in contrariū, obligatio. n. inſeparabilis eſt a iuramento, ut dictū eſt, & qui uoluntatē iurandi habet, uirtualiter, & implicite illa uoluntate uult oīa, quæ neceſſario conſequuntur ex iuramento, & conſequenter uirtualiter & implicite vult promittere. Obligatio. n. reſpectu iuramenti, non nititur uoluntate iurantis, ſed iure naturali per ſe annexa eſt iuramēto, vnde nō eſt in poteſtate iurantis ſeparare illam à iuramento.

9 TERTIA PROPOSITIO: Qui fingit ſe iurare, animū tñ iurandi nō hēt, nullā ex natura iuri obligationē incurrit, ſiue iure, ſiue iniuria requiſitus iuret. Sic Cai. 2.2.q.98. art.7. in reſp. ad 4. §. *Ex quibus patet. uerſ. ſi aūt tertio modo.* Sotus lib. 8. de iuſt. q.1. art.7. in reſpōſione ad 4. Petr. de Arrago. 2.1.q.98. art.7. concl.6. Greg. de Val. to.3. diſput. 6. q.6. puncto. 4. §. Quarto mō. Couar. in c. Quamuis. p.1.§.5.

nu.2.de pact.in 6.Sum.Cor.p.3.trac.de iuramento, nu.19.concl.2.Coſm.Philiar.de offic.Sacer.p.2.lib.3.c.16 Ludo.Lopez.p.1.inſt.conſcientiæ.c.42. Ratio eſt, quia cum iuramentum ſit actus humanus, vbi non eſt uoluntas, & intentio iurandi, ibi vere nullũ eſt iuramentum, ſed ſimulatio tantum iuramenti, & conſequenter nulla inde naſcitur obligatio abſolute, & ex ratione iuramenti, quia ad ea, quæ honeſta ſunt, & ad quæ lege non aſtringimur, niſi ex propria uoluntate obligari non poſſumus. Dixi, *abſolute, ſeu ex ratione iuramenti*, quia, vt præfati authores Caiet. Sotus, Cou. & Sum.Coro. docent, certum eſt eum teneri ratione ſcandali ad ſeruandum, ſi detur, ſi quis enim in publico, & ſolemniter iurauit, quãuis ficte in re alicuius momenti, ſi perſuadere illis non poſſit ſe non uerè iuraſſe tenetur ſub peccato mortali ſeruare iuramentum, ne det ſcandalum, & periurus habeatur. Similiter tenebitur ratione iniuriæ, ſi cum deceptione fiat, vt ſi quis animo Venereo puellę iuret ſe eam accepturum in coniugem, abſque animo tamen iurandi, is copula ſecuta tenetur ſtare promiſſioni ex lege iuſtitiæ, non ex vi iuramenti, ex Soto, Lopez, & Sum.Cor. loco proximè allato. Si vero nec ſcandalum, nec iniuria intercedat, tunc qui iurauit abſq; animo iurandi, poteſt abſq; peccato non adimplere, quod finxit ſe iurare.

10 *Notandum* tamen eſt, quod in foro exteriori iurans ſemper in dubio præſumitur habuiſſe animum iurandi, & ſe obligandi, etiamſi coram Deo talem animum non habuerit. Dixi in foro exteriori, quia coram Deo ille, qui dubitat, vtrum iurauerit, nec ne, vel dubitat, an habuerit ueram intentionem iurandi, & obligandi ſe, nec ne, talis ſecundum aliquos coram Deo deobligatus manet a uinculo iuramenti. In dubio enim melior eſt conditio poſſidentis; ceterum iuxta ea, quæ lib.1. cap.13.dub.7. de uoto, diximus (vtrobique enim par ratio eſt) mihi placet contraria ſententia, ſ. interpretandum eſſe iuramentum cum animo uero emiſſum fuiſſe, quia in dubijs, quantum fieri poteſt, pars tutior eligenda eſt.arg.c. Iuuenis.de ſponſalib.vt latius ibi probauimus.

11 *Si quis* autem petat, an qui ad iſtum modum fingit ſe iurare, ſemper peccet mortaliter, non ita conſtat apud authores. Nam Caiet. 2.2.q.89.art.7.circa reſponſionem ad 4.§. Ad hoc dicitur. abſolutè vult eſſe peccatum mortale, ſiue ille, qui fictè iurat, ſpontanee iuret, ſiue coactus vi, cui conſentit Emanuel Rodriquez p.1.Summæ c.192.concl.4. Alij tamen vt Sotus lib.8.de iuſtitia, & iure.q.8.artic.7.circa reſponſionem ad quartum argumentum principale, Couar.in cap.Quamuis.p. 1.§.5.num.2 de pactis in 6.Petrus de Arragon. 2.2. q.89.artic.7.in fine concluſ.6.Greg.de Valent.to.3.diſput.6.q.7. puncto 4. §. Quarto modo.Sum.Coron.p.8.tract.de iuramento.nume.19.§. Secundus dolus. Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ.cap.42.in fine, & alij cum diſtinctione reſpondent. Nam uel id, in quo fingo me iurare, eſt falſum, ſiue in præſenti, quia non ita ſe res habet, ſiue in futurum, quia non habeo animũ id adimplendi, & tunc, ſiue vi, ſiue iure cogar ad iurandum, pecco mortaliter, ex Soto, & Petro de Arragona, ubi ſupra, vbi Sotus dat exemplum de eo, qui iniuſte rogatur à latrone, ut iuret ſibi tantam numerare pecuniam, ipſeque iurat, ſine intentione tamen iurandi. Quo caſu iurans peccat mortaliter, quia licet non ſit iuramentum interius, eſt tamen diuini nominis ad aliquam rem confirmandi exterior inuocatio, quæ quidem eſt actus religionis. Atque adeo applicata materiæ repugnat, quale eſt mendacium, afferendo nomen Dei in teſtimonium falſi eſt grauius irreuerentia, & iniuria diuini nominis, & peccatum mortale. Confirmatur autem a ſimili; Nam qui ſolo cultu exteriori colit idola, ut fecit Marcellinus Papa, ſine animo interiori colendi peccat mortaliter, ut conſtat, & non ob aliam rationem, niſi quia actum externi cultus applicat ei, cui non debetur. Ergo a ſimili, qui exterius tantum Dei nomen in teſtem inuocat ad confirmationem mendacij, peccat mortaliter. *Vel* qui ſic fictè iurat, vtitur iuramento ad confirmandam veritatem, & tamen ſi quis cogitur iuridice, & ab habente authoritatem exigendi iuramentum, & iuris ordine ſeruato vt iuret, aut etiam a priuato, qui rationabiliter exigit iuramentum, peccat mortaliter ſic doloſè iurando; facit enim contra finem iuramenti, & iniuriam grauem, & notabilem deceptionem infert ei, qui ius habet ad uerum iuramentum, & præterea in hoc caſu tenetur iurare, & iuramentum adimplere ad mentem alterius. Præterquam quod huiuſmodi fictione, & mẽdacio, ſubuertitur omnis ratio publicæ iuſtitiæ, & contractuum humanorum, ſolent enim homines, ut certi ſint de rerum ueritate, quas quærunt, exigere iuramenta, ad quorum mentes, & intentiones alter iurare tenetur. Sin uero iuramentum per iniuſtitiam extorquetur, & in caſu, quo alter non tenetur iurare, tunc quidem ſic iurans non peccat mortaliter, ut falſo putat Caiet. ſed tantum venialiter. Nam cum alter tunc non habeat ius ad uerum iuramentum, non facit is, qui ſic doloſe iurat, contra finem iuramenti, nec intus, aut extra falſum iurat, ſed ſolum fingit per illud teſtimonium ueritatem confirmare, quam re uera non confirmat, id quod ſolum ueniale peccatum eſt, cum ſit mẽdacium officioſum, quo quis iniuriam ſibi illatã cauet, ut rectè Sotus, Pet. de Arragon. Gregor. de Valent. Sum. Cor. & Lopez animaduertunt. Et quæ in hoc dubio primo dicta ſunt, intelligi debent de his, qui planis verbis contra mentem iurant.

12 SECVNDVM Dubium eſt, an liceat vti uerbis ſimulatoriis, & amphibologicis in iuramento promiſſorio, ita ſ. ut is, cui iuratur, decipiatur? Reſpondeo cũ S.Th.2.2.q.89.art.7.ad 4. Alexã. de Ales.p.3.Sum.q.31.memb.4.Caiet.2.2.q.89.art.7.ante fin. Petro de Arragon.ibid. concl.7. Syluest.uerb.iuramentum.3.q.2 Nau.in Manu.c.12.nu.8. uerſi.Nono.Sum.Cor.p.3.tract.de iuramento.nu.17.Grego. de Val.to.3.diſp.6.q.7.puncto.5.uerſ.Secundo modo. Soto lib.8.de iuſt.q.1.art.7.ante fin. Coſmo Philiarcho de offic. Sacerd.p.2.lib.3.c.14. Ludo. Lopez p.1.inſtruc.conf.c.42 Pedrazza in explic. præcepti 2.§.3.Tol.li.4.Sum.c.21.Notab.2.& c.22.in princ, & alijs. Quod tã in iuramẽto aſſertorio, quã in promiſſorio iuridicè requiſitus uti tenetur uerbis planis, & iurare debet ad intentionem eius, cui iuratur, alioquin peccat mortaliter, etiamſi uerum ſit ſecundum intentionem iurantis, unde Iſid. lib.2. de Summo bono.c.31.& refertur 22.q.5.can. Quacunque dicitur. *Quacunque arte uerborum quis iurat, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus eſt,*

quia & nomen Dei in uanum aſsumit, & proximum dolo capit, & tenetur nihilominus ſub mortali iuramētum adimplere ad mentem eius, qui illud legitimè requiſiuit. Ratio eſt, quia ille in hoc caſu ius habet ad exigendum iuramentum. Ergo alter tenetur uerbis ſimplicibus, & ad mentem eius iurare, cum iuramentum introductum ſit ad confirmationem ueritatis rei, quoties opus eſt iuramento ad illius confirmationem, & cum iurans in tali caſu cauſā legitimam non habeat vtendi verbis ambiguis, & dubijs & detorquendi iuramentum in alium ſenſum, quā concipit is, qui iuridice interrogat, conſequenter vtendo uerbis amphibologicis peccat mortaliter, & iuramentum nihilominus adimplere tenetur. Sin vero iuramentum irrationabiliter requiſitum fuerit, vtendo verbis ambiguis, quæ uerū ſenſum generant ſecundum mentem iurantis, quamuis falſum iuxta intelligentiam alterius, non peccat, nec iuramentum ſecundum mentem alterius adimplere tenetur. Quod non peccet, ex eo conſtat, quia uerum iurauit, quamuis non illud uerum, quod alter uolebat, qui ſibi imputare debet, quod deceptus ſit, cum ſine cauſa iuſta alterum ad iurandum adegit. Quod etiam non teneatur adimplere iuramentum ſecundum mentem alterius, patet, quia non fuit iuratum ad mentem eius, ſed ad mentem ipſius iurantis, id quod fieri iuſte potuit, cum alter nullum ius habuerat exigendi iuramentum ab eo. Hinc infertur

13 *Primo*, quod ſi quis latroni petenti promittis, inquit, mihi ſub iuramento, te mihi daturum centum aureos, coactus, & metu iurat ſe daturum, concipiendo intra ſe, ſi tibi illos debeo, aut ſi mihi placuerit, non peccat, nec tenetur illos perſoluere, ſi illi alias antea non debebat, aut ſi etiam iurauerit, non intendit vere dare: ſi enim antea debebat, aut cum iurauerit, vere intendebat dare, tunc in his duobus caſib. tenebitur dare, alias non. Sic Sotus lib. 8. de iuſtitia q. 1. art. 7. in fin. Syl. uerb. iuramentum. 4. quęſ. 7. verſic. ſecundum. Nauar. in Manuali. cap. 12. nume. 14. uerſic. Decimoquinto. Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. 6. q. 7. puncto 4. §. ſecundo modo. in fine. Emanuel Rodriquez par. 1. Summæ. c. 192. concluſ. 3. Ludouicus Lopez. p. 1. inſtruct. conſcientiæ. ca. 42 & Toletus lib. 4. Summæ. c. 22. quicquid Caietanus 2. 2. q. 89. artic. 7. contradicat. Ratio eſt, quia ſic iurando non mentitur, ſed dicit uerum iuxta mentem propriam, quamuis non iuxta mentem latronis, ad cuius mētem non tenetur iurare, & proinde nec peccat, nec aureos illos perſoluere tenetur, quandoquidem non id iurauit. Quibus addo, quod ſi latro ſub iuramento interrogat, an utatur amphibologia in pronuntiatione facienda, licebit etiam tunc illa uti in iurando; uerbi gratia, iurare ſe neque uti, neque uſurum amphibologia, ſubintelligēdo intra ſe ad dicendum ſibi, cum enim hoc totum verum ſit, non committit mendacium, nec conſequenter periurium.

Secundo infertur, quod mulier habens ſecretum impedimentum, propter quod non poteſt cohabitare uiro, & propterea excommunicationem patitur, poſtea in articulo mortis ad effectum obtinendi abſolutionem, ſi iuret ſe cohabitaturam uiro, intelligendo intra ſe, ſi id ſine peccato fieri poſſit, ſi poſtea conualeſcat, nec cohabitare uoluerit, rea periurij non erit ex Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 9. uerſ. Nono, in fi. & Ludou. Lopez. p. 1. inſt. conſc. c. 42.

14 TERTIVM Dubium eſt, an iuramentum coactum, ſeu metu extractum obligatorium ſit, de hac re agunt S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. & q. 98. arti. 3. ad 1. Alexand. de Ales p. 2. Sum. q. 31. mem. 4. art. 4. §. 2. S. Bonau. 3. diſt. 39. art. 3. q. 2. Richard. ibid. arti. 2. q. 2. Dur. ead. diſt. q. 2. Gabr. 4. diſt. 39. q. 1. artic. 2. concl. 8. Io. Bachon us. 4. diſt. 25. q. 14. art. 3. Panor. in cap. ſi uero. nu. 9. de iureiu. S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 6. §. Quintus caſus. Angel. uerb. iuramentum. 5. §. Nonus. Sylueſt. uerb. iuramentum. 4. q. 7. Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. circa 3. Sotus lib. 8. de iuſt. q. 1. artic. 7. Nauar. in Manuali. cap. 12. nu. 14. uerſic. Decimoquinto. Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 5. num. 3. de pactis. in 6. Sum. Cor. p. 3. tract. de iuramento. nu. 12. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 89. art. 7. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 6. q. 7. puncto. 4. Ludo. Lopez. p. 1. inſtruct. conſcien. cap. 42. Coſmus Philiarcus de offic. Sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 16. & alij. Qui omnes ſuppoſitis circumſtantiis ad iuramentum, puta, quod uerum iuretur, vt in aſſertorio, quando dominus cogit ſeruum, vt iuret, an Petrus hoc, uel illud fecerit, & maritus cogit uxorem, ut dicat, an adulterium commiſerit, & ſic de aliis, tenetur uerum dicere, aut ſecundum mentem ſuam, quando iniuſte petit, & non ſecundum mentem mariti, aut ſaltem non mentiri, debet enim homo omnia mala potius pati, quam falſo iurare, & peccare, ex S. Auguſtino lib. 2. ciuit. capitu. 18. & refertur in capit. Itane. 32. q. 5. & ſuppoſito quod factum ſit de re alias licita, & denique ſuppoſito, quod iurans animum habuerit iurandi, & ſe obligandi, & ſuppoſito metu cadente in uirum conſtantem; His, inquam, omnibus ſuppoſitis pręfati authores duo docent, *vnum eſt*, iuramentum hoc metu extortum obligare in foro conſcientiæ, etiam ſub peccato mortali; *Alterum eſt*, talia iuramenta per uim, & non ſolū per iniuriam extorta in foro eccleſiæ exteriori non obligare, hoc eſt, non dari actionem in iudicio contra eum, qui iurauit, ſed potius dari illi ius repetendi, ſi dedit, quod promiſit.

15 Primum patet, ex c. Si uero. de iureiu. vbi Alexā. Papa II. determinat negligenda non eſſe huiuſmodi iuramenta coacta, *niſi quando ſeruata uergerent in interitum ſalutis æternæ*, additq. Summus Pontifex ita ſe determinaſſe, *ne alioquin daret materiam alicui veniendi contra iuramentum proprium, & author periurij haberetur*. Ratio huius eſt, quia quicumque uolēs iurat rem licitam, tenetur implere iuramentum. Sed ſic iurans, v. g. latroni ſe daturum centum, uolēs iurat rem licitam. Ergo obligatur in conſcientia adimplere promiſſum. Maior ex ſe manifeſta eſt; Minor autem duas habet partes, ſ. materiam huius iuramenti eſſe rem licitam, immo actum uirtutis, & deinde uolens iurare, non obſtante tali coactione. *Prima pars* patet, quia materia huius iuramēti, quo promitto me datutum centū latroni, eſt ipſa actio dandi, quę ſane actio, quamuis ut reſpicit latronē vi, & metu illa centū extorquētem, & recipientē, nullius virtutis actus ſit, immo illi noxia, & inutilis eſt, eo q peccat, & pecuniā acceptā reſtituere tenetur, prout tñ reſpicit dantē coacte pro redēptione ſuæ uexationis iniuſtę, actio honeſta, & bona eſt, & actus uirtutis, ſ. charitatis, ſi fiat ꝓ euitādā morte ꝓpria: & miſericordiæ, ſi pro uita ꝓximi fiat, dēt. n. quis ex cha-

ritate erga ſeipſum,& proximum,vitam propriam, & proximi bonis temporalibus præponere.Sic igitur redimendo iniuſtam ſuam uexationem, quam quidem redimere cæpit, quomodo præſtitit iuramentum,& complete redimit,dando quod promiſit, etiamſi tunc in loco ſecuro ſit, actum uirtutis exercet. *Secunda pars* conſtat,quia qui ui,& metu coactus aliquid facit, vel promittit,etſi ſecundũ quid inuoluntariè facere cenſetur, quia, ſcilicet, nollet facere ,ſimpliciter tamen , quia, ſcilicet, non poteſt aliter periculum vitare, id facere uoluntariè dicitur, vt in eo uidere eſt, qui merces in mare coactus proijcit,ex Ariſtot.lib.3.Ethic. cap.1. Quod ſane uoluntarium mixtum ex uoluntario ſecũdum quid, & ſimpliciter, ſufficiens eſt ad conſtituendum actũ moralem bonum, uel malum pro ratione materiæ. Qui enim metu mortis coactus adulterium faceret, aut mendacium diceret, proculdubio peccaret. Confirmatur hæc ratio. Quia ſi metus aliquis tolleret hanc obligationem iuramenti, maximè metus cadens in uirum conſtantem, metus enim minor non excuſat. At uero nullus metus facere poteſt, vt uir conſtans contra mentem iuret, & conſequenter peccet; ſi enim iuraret cum peccato, iam non eſſet metus cadens in conſtantem uirum,cum maius malum ſit peccatum,quam id pati,propter cuius metũ peccat. In foro igitur conſcientiæ tale iuramentum obligatorium eſt,ſi illud,quod promittitur,licitum ſit, & ſi ipſe conſenſit in promiſſum, quantumcunque fuerit per metum etiam in conſtantem uirũ cadentem coactus, cum pro nullo temporali quiſpiã Deum offendere, & peccare debeat. Quibus addo ex Soto, ubi ſupra, quod licet latro eidem uiatori iuranti,centum alias deberet,& nihilominus uiator iurauit dare centum,teneretur tradere.

16 *Quod* vero iuramenta coacta (in foro cõſcientię,) obligent ad ſui obſeruantiam ſub mortali, contra Panormit.qui in c. Si uero. de iureiu. putat tantum obligare ſub ueniali,eo quod Cæleſtinus Papa Tertius in cap. Verum,de iureiu.ait,*Homines,qui eiuſmodi fregerint iuramenta,non eſſe tanquam pro mortali crimine puniendos:* probatur; quia omne iuramentum promiſſoriũ de re licita, & de re graui in foro conſcientiæ obligat ſub mortali, ut antea comprobatum a nobis fuit; cum ergo hæc iuramẽta talia ſint, ſub mortali obligare cenſentur. Nec ualet fundamentum a Panorm. allatum, quia nihil ibi ſtatuit Summus Pontifex de culpa, utrum mortalis,an uenialis fuerit,ſed de pęna tantum canonica,quam eccleſia ob circunſtantiam coactionis relaxat; hoc eſt, eos, qui huiuſmodi iuramenta coacta fregerint,leuius puniendos eſſe decernit.

Secundum vero,ſcilicet,in foro iudiciali non obligare talia iuramenta, colligitur ex cap. Si uero.& cap. verum.de iureiu. Ratio eſt, quia eccleſia præſumit,quod,qui coacte iurauit,id fecerit non tam animo iurandi,quam euadendi periculum: Et quia qui ſic impulit ad iurandum,nullum ius acquiſiuit, nec ulla ei competit actio ex obligatione talis iuramenti,cum nullum commodum de malitia ſua reportare debeat.

Dixi autem, *ſi per vim*, & non ſolũ per iniuriam. Quia ſi uis abſit, quamuis per iniuriam iuramentum fuerit extortum, cogitur in foro exteriori is, qui iurauit, adimplere iuramentum. Vnde quamuis ille,qui ſimpliciter promiſit,etiam per vim co ctus ſoluere uſuras,non tenetur illas ſoluere,ſi tam cum iuramento citra ullam uim promiſit illas ſo uere,quamuis patiatur iniuriam, non ſoluendo pe iurus erit, & in ſoro contentioſo cogetur ſtare promiſſis,vt definitum eſt ab Alex. Papa in cap. debitores.de iureiu. Datur tamen poſtea actio repeten illud, quod quis eo modo dat, iuramentum adimplens,ut ex eodem c. Debitores.conſtat.

Ad alia uero iuramenta ui extorta cum iniur non compellitur iurans in foro contentioſo,ut conſtat ex c.Si uero.& c.verum.de iureiu.& c. Abbas de ijs,quæ vi,met.cau.fiunt.& ex 15.q.6. per totam. Petr.de Arrago. ubi ſupra concluſ.1. Summa Con loco proximè allato.nu.20.concl.6.& alijs.

Eodem modo, qui coactus per uim ſimplicite promittit latroni dare centum,non obligatur in foro conſcientiæ,aut exteriori obſeruare promiſſu ſecus autem in foro conſcientiæ, ſi cum iuramen promiſit,ex Nauar.in Manuali c.18.nume.7.& Arrag.vbi ſupra, & Ludo Lopez.p.2. inſtructio.conſcientiæ.c.30.concl.2.& Mich. Sal.in 2. 2.p.1.q.5. de domin.art.2. ad 5. Ratio differentiæ eſt,quia licet utriuſque,id eſt,tam promiſſionis ſimplicis,qua promiſſionis cum iuramento, eadem materia ſit, nempe actio dandi pecunias; alia tamen, & alia ratione; Nam quia promiſſio fit alteri,& ad illius rationem pertinet efficere gratum,& utile,ideo habet pro materia illam traditionem pecuniæ, quatenus recipitur in paſſo, id eſt, quatenus eſt illi utilis, & bona; At uero iuramentum,quia eſt adhibitio diuini teſtimonij,habet pro materia eandem traditionem pecuniæ conſideratam per ſe,& abſolutè,ſine ordine ad patientem;& præterea iuramentum obligat,ut enuntiatio illa, in cuius confirmationem inductum fuit,efficiatur vera.

Quia igitur datio illa pecuniæ, in ordine ad latronem,non eſt bona, & utilis ei, ſed potius noxia, & inutilis, conſequenter ex ratione promiſſionis promiſſio illa non obligat, utpote non habens materiam idoneam;quia uero in iuramento non conſideratur, an materia, de qua fit, ſit utilis ei, in cuius gratiam fit,ſed ſolum,ut ſit de materia licita, & ut uera efficiatur enuntiatio illa,in cuius confirmationem inducitur,conſequens eſt,ex acceſſu iuramenti induci obligationem ad illud adimplendum, quod iuramento promiſſum fuit.

17 *Demum* intelliguntur hæc omnia de iuramento extorto per uim cadentem in uirum conſtantem; ſi enim iuramentum ſit coactum per metum, qui non cadit in conſtantem uirum, tunc iuramentum illud non ſolum obligatorium eſt in foro conſcientiæ fortiori ratione, quam ſit iuramẽtum coactum per metum cadentem in conſtantem uirum, ſed etiam in foro contentioſo, quia ſecundum iura talis metus non iudicatur ſufficiens ad aliquid cum iuramento promittendum: unde ſi promittat cum iuramento ex tali metu, in utroque foro ad obſeruandum promiſſum obligatur, vt expreſſe notant Durand. 3. diſtinctio.39, quæſtio.2. numero 7.& Gabriel ibidem quæſtio.1.artic.2. concluſ.8. Quib. addendum eſt, hæc omnia in hoc dubio expoſita intelligenda eſſe de eo,qui intentionem iurandi habuit,& uerbis planis,& non ambiguis uſus eſt:nam tunc idem dicendum erit, quod ſuperioribus du-

bijs annotauimus. Quid autem dicendum ſit de uoto metu facto, nec non de matrimonio ex metu cōtracto, ſuis proprijs in locis exponemus.

QVARTVM Dubium eſt, an hæres ex ui iuramenti a defuncto teſtatore emiſſi illud præſtare obligetur, quod defunctis ſub iuramento promiſerat? Reſpōdeo cum Pan. in c.ueritatus.nu.3.de iureiu.& Zacharia.& Anton.Fran.& Seb.Sap.in annot.eiuſdem loci.Ioan. And.in c.ult. de ſepult. & Bald.in l.vlt.colum.4 C.de pact.& in l.2.C.de fru.& litis expenſ.& in l.Generaliter. C.de reb. cred.& in l.grege legato.ff.de leg.1.Ang.in Auth.de iureiu.a mor. præſt.§.1.collat.5.Paul.de Caſt.conſil.65.& conſil.307.alias conſil. 167. incip. viſis,& conſideratis.& conſil.13.in parte 2. iuxta nouiſſimam impreſſionem.Angel.conſil.236.incip.Ex Themate,& actis. & Oldr.in conſ.241.incip.factum tale eſt.Corſet.in repet.rubr.de iureiu.in 21.priuileg.Alciat.in c.cum contingat,nu.120. & Innoc. ibi. nu.18.de iureiu.S. Anto.p.2.titu.10.c.6.§.3.Ange.uerb.iuramentum, 5.num.40.Sylueſt.uerb.iuramentum.4.q.3.Tabiena.uerb.iurare.num.30.uerſi.29.Couar.in c.Quamuis.p.1.§.5.nu.4.de pact.in 6.Soto lib.8.de iuſt.q.2. art.2.ad 4.Caiet.2.2.q.98.artic.2.in fi.& alijs.Hæredem ex ui iuramenti nō teneri; teneri tamen, quatenus eſt hæres defuncti. Ratio pro prima parte eſt, quia iuramentum eſt uinculum perſonale, & obligationem ſpiritualem inducit, in perſonalibus autem nullus ligatur niſi ex proprio conſenſu, unde quamuis pater in temporalibus ſeipſum, & hæredem obligare poſſit, in ſpiritualibus tamen non poteſt; obligatio.n.ſpiritualis animam tantum iurantis ligat, ſicut ceteri ſpirituales contractus, uoti, ſ.& ſimiles arg.c.vnic 30.q.2. Ideoque filius, uel hæres, ex iuramento defuncti nunquam efficitur periurus. Idem dicendū eſt ex Pan.Sylu.Tabien.S.Ant.Coua. & alijs, etiā ſi defunctus iurauerit pro ſe, & ſuis hæredibus, adhuc enim ob rationem datam obligatio iuramenti ad hæredes non tranſit. Ratio pro altera parte eſt, quia hæres tenetur ſoluere debita defuncti, cum hæreditas tranſeat cum onere ſuo.

19 QVINTVM Dubium eſt, An qui iurauit alicui ſe facturum aliquid, eo mortuo, teneatur ſub iuramento facere illud eius hæredi? Huic difficultati ex Panorm.in c.ueritatis.nu 3 & gloſſ.ibi.uerb.compellantur.de iureiu.& Nichol. Sicul.ibid.S.Anton. p.2.titu.10.c.6.§.3.Ang.uerb.iuramentum.5.num. 40.Syluest.uerb. iuramentum.4.q.3. Tabiena uerb. iurare.nu.30.uerſ.29.& Couar.in c.Quamuis.par.1. §.5.nume.5.de pact.in 6. *Reſpondeo primo*, ſi iurans expreſſit ſe etiam iuramentum facere ſucceſſoribus illius, certum eſt teneri ſub iuramento. *Secundum*, ſi alicui ſub nomine & ratione dignitatis fiat iuramētum & nulla fiat mentio ſucceſſorum, cenſetur nihilominus iuramentum factum etiam quoad ſucceſſores in illa dignitate, arg.c.ueritatis, de iureiu.& cap.ſi gratioſe. de reſcript. in 6.vt ſi dixit, iuro obedientiam Epiſcopo Pat. aut Roman. Pont. quia dignitas non uariatur ex uarietate perſonarum, argu. c.liberti.12.q.2. In dubio autē an actus aliquis, perſonæ uel dignitati tribuendus ſit, ex coniecturis deprehenditur.argum. c.Requiſiti, de teſt.Pan.& Felin. & Decius in c. Quoniam Abbas.de offic.deleg. Barto.in l.penult.ff.de rebus.dub. & ibi Paul.Caſt. Bald.item in d.cap. Quoniam Abbas. Socin.conſil 34.lib.3.col.2.Alcia.de præſumpt.reg.1.pręſumpt. 28.Couar.vbi ſupra nu.5.verſi.Tertio conſtat.coniectura uero ſatis ſufficiens eſt, quod actus ipſe fiat reſpectu rei ad dignitatem pertinentis. *Tertio*, ſi cum iuramento aliquid alicui particulari promittatur, vnde ei acquiratur obligatio, tūc niſi aliud ſuadeat materia ſubiecta, & intentio iurantis, ſecūdum quam iuramentum ſeruandum eſt, (cum ex rei, & materiæ natura iuramentum interpretandum ſit) obligat etiam, quoad hæredes, qui in illo debito ſucceſſerunt defuncto, etiamſi in tali iuramento nulla facta ſit ſucceſſoris mentio. Ratio eſt, quia iuramentum ſortitur naturam actus, cui apponitur, & ſecundum illam interpretari debet, cum igitur ea ſit natura huius rei, quæ promittitur, ut illius obligatio tranſeat ad hæredem, conſequenter iuramenti uinculum ad hæredē tranſibit, quicquid Bal. Fulgo. & Ro.in l ſed ſi hac. ff.de in ius uocan.contradicant, falſo exiſtimantes iuramentum eſſe vinculum perſonale etiam ex parte eius, cui præſtatur, ita vt ad hæredes eius non tranſeat. Vnde qui iurat Titio dare centum, iuramentum hoc facit ſecūdum interpretationem iuſtam eius actus, cui iuratio adhæret; At uero actus iſte proculdubio ſecundum iuris deciſiones ad hæredes Titij tranſit: Ergo is, qui iurauit, tenebitur hæredibus Titij ſub iuramenti religione, quæ eius animam obligat ad periurij pœnam.

20 *Quod* ſi quæras, quare aliquis poteſt ſe obligare alicui, & ſucceſſoribus illius ſub pœna periurij, non autem obligare ſe, & ſucceſſores ſuos? Reſpondet Panorm.in c.ueritatis.nu.3.de iureiur. & S.Anto.p. 2.titu.10.c.6.§.3 quia in primo caſu agitur de obligatione propria, quam quis facere poteſt, pro vt uoluerit; in ſecundo autem caſu agitur de obligatione aliena, quam non poteſt facere in iſtis ſpiritualibus, niſi interueniat mandatum ſpeciale. argum. cap.fin. de iuram. calum. in 6. anima enim in ſpiritualibus non niſi ex conſenſu proprio ligari poteſt. arg.cap. vnic.30.q.2.& quod not.glo.in 1.q.4. in ſumma.& 24.q.3.in Summa.

21 SEXTVM Dubium eſt, an minor vigintiquinque annis aliquid iuramento præſtito confirmans de conſenſu, & licentia tutoris, & curatoris in conſcientia obligetur ſeruare promiſſum? Reſpondeo cum gloſſ.in c.Ex literis.2. in uerb.ſub iuramēto, & glo.in c.2.verb.ſeruari.de pact.in 6.Panor.& Doct. ibid.de ſponſal.& Pan. in conſil.108.nu.1. & 2.lib. 2.& in ca.cum contingat, de iureiu. & Hoſtienſ.& Doct.ibi.Bart.in Auth.ſacramenta puberū.C.ſi aduer.vend.Couar.in c.Quamuis.pa.3.§.1.nume.3.de pact.in 6.& in 4.p.2.c.7.§.1.num.3.Emanuele Rodriquez p.1.Summæ.ca.192.concluſ.6.& communi, quod minor 25.annis iuramento obligari poteſt, dummodo is pubes ſit, nempe femina duodecim, uir autem quatuordecim annorum; immo iuramentum præſtitum ab impubere, doli tamen capace, & proximo pubertati, qui intellectum, & diſcretionem habet ad iurandum, ualidum eſt, & obligationem inducit, dummodo iuramentum hoc non adhibeatur ad confirmandum contractum alioqui iure inualidum, ad cuius confirmationem neceſſarium eſt iuramentum; aut dummodo non firmat contractum præiudicium alterius, quam contrahentis: his enim duobus caſibus exceptis, te-

nebitur minor 25. annis, maior autem 14. obſeruare,& adimplere contractus iuramento firmatos, ita vt ratione minoris ætatis ab eis diſcedere minime licebit, vt latius Couar. & Rodriquez vbi ſupra oſtendunt.

22 SEPTIMVM DVBIVM eſt,an qui promittit cũ iuramẽto aliquid facere,obligetur ſub mortali peccato id facere, licet velit ſoluere id, quod eius intereſt,cui iuratur? In hac re alia eſt Iuriſtarum, alia canoniſtarum ſententia: Iuriſtæ enim, vt Iaſon. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat. & alii ibid. Philip. Corneus in conſ.246.lib.4.Ana. in c.querelã. Ne prælati vices ſuas. Dec.in cap.1. de iud.nu.23.Matth.Afflict.diciſ.Neapol.295.volunt non teneri ad factum, & conſequenter ſi ſoluat intereſſe,ſufficere,nec incurri periurium. Ratio eorum eſt, quia iuramentum ſortitur naturam actus cui apponitur. Iurans autem aliquid facere, videtur iuramentum feciſſe iuxta qualitates huic promiſſioni, & obligationi iure acceſſorias, cuius ea eſt natura, & conditio,ut liberetur ſoluendo intereſſe, ſi nolit agere.l.ſtipulationes non diuiduntur. ff.de verbor. oblig. In quam etiam iuriſtarum ſententiam aliqui canoniſtę,vt Io.And.in c.Qualiter.& Felyn.in c.1. de pactis.inclinarunt,exiſtimantes etiam iure canonico promiſſorem facti omnino liberari, ſi velit ſoluere intereſſe, nec cogendum eſſe præciſe facere, per text.in c.Dilecti.de arbitris.

Alij vero,ut Pan.in c.veniens.nu.7.8.& 9.de iureiur.& ibi late Sebaſt.Sap.de iureiur.& idem Pan. in cap.per tuas. & Hoſtienſ.& Imol. ibi.de arbitris. Inno.in c.2.de pignorib.Roma.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur.in princ.& Alex.ibi, & conſ.179. Fortun.in c.1.nu.16.de pactis.Ang. uerb.iuramentum,5.§.33.uerſ.21.Sylueſt.verb.iuramentum.4.q. 21.Couar.in c.Quamuis.p.1.§.4.nu.9.de pact.in 6. docent ſic promittentem cum iuramento teneri ad factum prȩſtandum, nec liberari a periurio ſoluendo intereſſe. Ratio eſt, quia iuramenta interpretanda ſunt ſecundum ius Canonicum potius, quam Cæſareum. At ſecundum ius canonicum promittẽs aliquid facere etiam abſque iuramento, præciſe facere cogitur,quod promiſit,arg.c.1.& c. Qualiter. de pactis,ubi dicitur,*ſtudioſe agendum eſt*, *vt ea, quæ promittuntur,opere compleantur*.vbi notandũ eſt verbum illud generale,*promittuntur*,& illud *opere compleantur*,vbi requirit in ſimplici promiſſione rei.ſ.licitæ,complementum in forma ſpecifica,& non reſpectu intereſſe. Ergo a fortiori ſi id iuramento firmauit. Intelligitur autem dummodo illud adimplere poteſt,& dummodo nõ ſit cõtra bonos mores Quod uero iuramenta ob religionis cauſam intelligenda potius ſint iuxta iura Canonica, quam Cæſarea, ex ſe conſtat. Ius autem tum diuinum, tum Canonicum præcipiunt iuramenta ſeruanda, ut conſtat Pſal. *quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.c. Et ſi Chriſtus de iureiu.Redde Deo iuramenta tua. Et c.cum contingat de iureiur.& c.2.de pactis in 6.*ſeruari præcipitur iuramentum ſpecifice,etiamſi damnoſum,& damnum inferat,dummodo *non vergat in ſalutis æternæ diſpendium,nec redundet in alterius*,ſcilicet,alicuius tertij, *detrimentum*, principale ex gloſſ. ibi in uerb.*detrimentum*. Deinde,ut argumentatur Sebaſt. Sap. vbi ſupra, ſi per ſententiam quis condemnatus fuerit ad factum, uirtute ſententiæ obligatur ad factum, & non poteſt ſoluendo intereſſe liberari, vt eſt glo. reputata ſingularis in l.qui reſti-tuere.in uerb.*Condemnandus*.ff.de rei uend. At uero ſententia,& iuramentum æquiparantur. l.2.& l. etſi poſſeſ.§.ſi cum de hæreditate ff.de iureiu.Si ergo ſententia obligat præciſè ad factum, multo magis iuramentum, vnde hanc communem Doctor. appellat ſententiam.

23 *Nec* valet ratio Iuriſtarum, quia iuramentum interpoſitum ſuper contractu ſortiri debet naturam contractus primordialem, non naturam accidentalem, quæ ex mora contingit, gloſſ.in l.certi condictio.in princ.& glo.2.in fin.ff.ſi cert.pet.promiſſio autem faciendi ex propria natura, & primordiali habet conſenſum, & neceſſitatem præciſè faciendi; hoc etenim ſecundum propriam verborum ſignificationem promiſſio inducit, ex accidenti autem,ideſt,ex mora,quia promittens non facit;quod promittit,tenetur ad intereſſe. Cum igitur hæc obligatio ad intereſſe in promiſſionibus facti ſit ex accidenti, propter moram, minime erit iuramentum ſecundum eam intelligendum, ſed ſecundum primordialem obligationis, & contractus naturam vt Aret.in cap.1.de iudic.colum.penult.& Sebaſt. Sap.vbi ſupra reſpondent. atque ita ſolutum eſt iuriſtarum argumentum,quod etiam ſolui poteſt dicendo iuramentũ potius interpretandum eſſe iuxta ius diuinum, & Canonicum,quam ciuile, & Cæſareum,vt diximus.

Nec obſtat ſecundo,quod quidam canoniſtæ vbi ſupra aſſerant pro ſe,cap.per tuas,& cap.Dilecti.de arbitris.ubi promittens ſtare ſententiæ arbitri,præciſè non cogitur,ſed ſufficit præſtare intereſſe, uel pœnam ſoluere; Quia,ut rectè reſpondent Panor.in c.ueniens. nu.9. de iureiu. & Couar.ubi ſupra,nu.6. ideo non cogi ibi quem præciſe ad factum,ſed liberari præſtatione pœnæ,ſeu intereſſe,quia non obligauit ſe præciſè,& determinatè ad aliquod unum certum,ſed alternatiuè, vel ad factum, uel ad pȩnã, ſi non fecit,quod promiſit, atque ita liberatur ſoluendo pȩnam.

24 OCTAVVM DVBIVM eſt,An is,qui iurauit ſe ſoluturum certam quantitatem pecuniæ; poſſit abſque periurio ſatisfacere per compenſationem? v.g. iurauit quis ſoluere centum Titio, qui tamen Titius centum debet iuranti, an qui ſic iurauit,poſſit compenſare ſine periurio. Innoc.IIII. Hoſt. And. Imo.& communis ex Fel.in c. Ad noſtram,1.de iureiur. expreſſe negat, quia iuramentum in forma ſpecifica obſeruandum eſt.c.debitores.de iureiuran. compenſatio autem non eſt uera, ſed ficta ſolutio.l. ſi cum filio.ff de compenſ. Deinde in d.cap. Ad noſtram. primo. habetur, quod iurans ſe ſoluturum quandam ſummam pecuniæ,& pignus creditori aſſignauit,cogitur pecuniam ſoluere,licet creditor ex pignore fructus percipit. Et tamen certum eſt fructus illos debitoribus eſſe reſtituendos. iuxta d.cap. Ad noſtram.primo, & ca.conqueſtus.de uſuris,& compenſandos eſſe in ſolutione capitalis, l.1. C.de pign.actione.

Alij,vt Bar.in l.amplius.ff.rem rat.hab.Bal.in d. c. Ad noſtram,1.Pan.ibi.num.3.de iureiu. & Couar.in c.Quamuis.p.1.§.4.nu.8.9.& 10.de pact.in 6.Sylu.uerb.iuramentum,4.q.27.& Sum.Cor.tracta.de iuramento,nu.25.contrariam uidẽtur ſequi ſententiam,ſcilicet,eum,qui iurauit ſoluere, non eſſe periurum, ſi compenſet. facit ad hoc l.4.§.ſoluiſſe ff.de re iud. ubi is ſoluiſſe dicitur, nõ ſolũ,qui ſoluit, ſed etiam qui liberatus eſt ea obligatione. l. ſi ambo. ff.de compenſat. Ideo qui ſic ſoluit compenſando verè ſoluit,& conſequenter adimplet iuramentum. *Mihi* in hac re placet ſententia Io.Medinæ.C.de reſt.q.3.cauſa duodecima.§.Reſpondetur,& Sum.Coronę ubi ſup.

Quod iuramentum ſeruandum eſt iuxta mentem iurantis in foro conſcientiæ,cum iuramentum non obliget niſi iuxta intentionem debitam iurantis, ſiue expreſſam,ſiue interpretatiuam. Vnde ſi is,qui iurauit, intendebat ſe obligare ad debiti ſolutionem abſolutè,ſciens alterum ſibi tantum debere, tunc tenetur ſoluere,nec habet locum compenſatio propter iuramentum,ratione cuius viſus eſt iurans cedere iuri,quod habebat ad compenſandum. Limitandum autem hoc eſt,dummodo ſoluere poteſt ſine compẽſatione,tunc enim non debet contrauenire iuramento,ſed ſoluat,& repetat ſibi debitum poſtea. Si autẽ ſoluere non poteſt, puta,quia alter ſoluere illi nolit, ex impotentia excuſatur a periurio. Si enim impotẽtia excuſat a periurio,ut patet ex his,quæ infra dicemus,multo magis impotentia,quia non poſſum ſoluere tibi,quia tu mihi non ſoluis, excuſabit a periurio,ut notat Syluester,ubi ſupra.

Sin autem intendebat ita ſe ad ſoluendum obligare,ut non intendat cedere iuri compenſationis, tunc iuramentum interpretandum eſt, quod iurat, ſoluere ſe debitum,ſi tenebitur illud ſoluere. Et quia abſolutè non tenetur,cum habeat facultatem compenſandi, ſi uelit, cui facultati cedere non intendit, ideo in hoc caſu compenſatio locum habebit,ac ſi iuramentum appoſitum non fuiſſet. Intelligitur autem hoc dummodo debitum ſit liquidum, quia ſi non ſit liquidum, in nullo caſu compenſare poteſt, ſed prius ſoluere debet,& poſtea liquidare,& repetere. Quæ omnia ſolum procedunt in foro conſcientiæ,nam in foro iudiciali iudex hæc omnia non reſpicit. Atque ita conciliari poſſunt authorum inter ſe opiniones.

Ex dictis patet ratio,quare in caſu d.c.ad noſtram 1.de iureiur. non ſit permiſſa compenſatio debiti cũ fructibus a creditore perceptis,vel ut ait Cou.ubi ſupra num. 10.uerſic. Quarto,quia nondum erat liquidum,quantum creditor ex fructibus percepiſſet: cõpenſatio autem nuſquam admittenda eſt, niſi ea de liquido fiat. l.ſi debeas.ff.de compen.& notat Bar.in leg.fratre.ff.de cond.indeb.

Quod autem in d.cap.ad noſtram.1.non fuerat liquidata quantitas a creditore ex fructibus pignorũ percepta,patet,quia ex fructibus erant expenſæ deducendæ,ut ibidem ſignificatur in illis uerbis: *Deductis expenſis*.arg.l.fructus.ff.ſolut,matr.l.ſumptus.ff. de rei uend.

Vel ut notat Medina,quia debitor cum iuramento creditori promiſit datis pignoribus ſe non moleſtiam daturum creditori ante ſolutionem debiti,ſuper pignore,aut ſuper fructibus inde perceptis,atque ita conſtat, eum iuri compenſationis ceſſiſſe, cum ſic iurauit.

25 NONVM DVBIVM eſt, Quid cenſendum ſit circa iuramenta facta nomine alterius,puta a procuratoribus,& patronis in litibus nomine abſentium. In hac re hæc mihi breuiter dici poſſe uidentur.

Primum eſt, Iuramentum per procuratorem præſtari non poteſt abſque ſpeciali mandato, Sic Couar. in c.quamuis.p.1.§.5.num.8. de pactis.in 6.& Sotus lib.8.de iuſtitia.q.2.ar.2.in fi.& facit c.vlt.de procu. in 6. Ratio eſt,quia cum tractetur de obligatione ſpirituali,non poteſt fieri ſine ſpeciali conſenſu, maxime in re tanti momenti,quantum eſt vinculum religionis iuramenti.arg.ca.vni.30.q.2. Cum enim procurator iurare debeat in animam alterius,non poterit eam abſque eius ſpeciali conſenſu obligare, præſertim cum agitur de periurio committendo, quod grauiſſimum crimen eſt. Id quod procedit,tum in iuramento promiſſorio,cum veriſimile non ſit,quemquam velle ita ſe obligare,& aliquid promittere ſub iuramento abſque ſpeciali ſuo conſenſu; tum in iuramento aſſertorio,cum nemo certus eſſe poſſit,an alter id verum eſſe ſciat, & an ſub iuramento requiſitus id verum eſſe aſſeueraret, niſi ſpecialiter habeat in mandatis ita iurare ſuo nomine.

26 *Secundum eſt*, Iuramentum per procuratorem,aut nuntium habentem ſpeciale mandatum ad iurandũ id,de quo in iuramento tractatur,fieri poteſt. Ratio eſt,quia licet iuramentum, & contractus matrimonialis ſint actiones perſonales,tamen ſicut matrimonium licite contrahitur per procuratorem habentem ad hoc mandatum ſpeciale,c. fi.de procura. in 6.ita etiam iuramentum per procuratorem ſpeciale mandatum habentem exhiberi poteſt c. fin.de iuram.calum.in 6.vbi Doctores communiter Caiet. 2.2.q.98.artic.3.& Sotus lib.8.de iuſt.q.2.artic.2.in fi.& Couar.in c.Quamuis p.1.§.5.num.8.de pact.in 6. Vnde ca.1.§. Verum.de ſtatu regul.in 6. habetur, ex conſenſu domini poſſe vaſſallum iuramentum fidelitatis præſtare per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum. Ro.in ſing.798. Archid.in c.tibi domino.diſt.63.

Quod intelligitur,modo Dominus ipſe non contradicat,vt habetur in d.§.verum: ſi tamen vaſſallus iuſte impeditus ſit,vt non poſſit commode accedere ad dominum, tunc etiam inuito domino mittere poteſt procuratorem, aut nuntium ſpeciali mandato inſtructum,ad fidelitatis iuramentum pręſtandũ, ex Couar.vbi ſupra,poſt Bal.in capi.1.§. niſi iuſta. num.6.& ibi glo.verb.quo tempore miles. per quos fiat inueſt.

In caſu autem huius ſecundi noſtri dicti,is cuius nomine procurator præſtitit iuramentum, ita aſtringitur uinculo iuramenti ſub pœna periurij, ac ſi ipſemet in propria ſua perſona iuraſſet ex Soto, vbi ſupra. Id quod procedit,quando quis conſtituitur procurator ab aliqua perſona ſingulari,vt nomine ſuo iuret. Si enim ciuitas aliqua conſtitueret procuratorem,vt faciat contractum cum iuramento, & procurator iuraret nomine ciuitatis, etiamſi ciuitas violaret contractum iuratum nomine ſuo, non erit rea periurij. Quia iuramentum eſt actio perſonalis, quoad hunc effectum. Non poterit tamen ciuitas eo in caſu ratione iuramẽti petere reſtitutionem in integrum. Sic Bal.in l.generaliter.colum.2.uerſic. pone enim.C.de reb.cred. Gutierez in Authen.Sacramenta puberum,num.41.C.ſi aduerſus uend.quos refert,ac ſequitur Emanuel Rodriquez p.1.ſummæ.c. 192.num.8.concluſ.8.

27 Eſt autem hoc ſecũdum dictum ſolum intelligẽdum

dum in caſu, quo lex non requirit in aliquo actu proprium alicuius iuramentum propria manu fieri, aut dummodo actus ille non ſit eius conditionis, vt per alium geri nequeat, tunc enim fieri non poteſt per procuratorem iuramentum, etiamſi mandatum ſpeciale habeat. arg. c. ſi vero. 2. de ſent. excom. quem ita intellexit Fel. in c. licet 3. de teſtib. & atteſtat. Ioan. Domin. & Doct. in ca. vt circa, de elect. in 6. & facit d. c. licet. 3. quo in loco apparet, teſtem, nec teſtimonium per alium dicere, nec iuramentum ad id neceſſarium præſtare poſſe etiam cum mandato ſpeciali. Idem docent Card. in cle. 1. Notab. 21. de iureiuran. Dec. in c. cum parati. nu. 5. de appel. Iaſ. in leg. ſi is, q pro emptore. ff. de vſucapion. nu. 39. & Couar. in ca. Quamuis. p. 1. §. 5. nu. 8. de pact. in 6.

Tertium eſt, Qui alterius nomine ex ſpeciali mandato iurat, non tenetur iuramẽtum adimplere, Quia iuramenti huius ſenſus eſt, iuramentum adimplendum eſſe ab eo, cuius nomine iuratur. Sic Sot. li. 8. de iuſt. q. 2. ar. 2. in fi. & Caie. 2. 2. q. 98. ar. 3.

28 *Quartum eſt*, ſi is, cuius nomine iuratum eſt, facultatem ſpecialem non dedit procuratori ad iurandũ, & procurator eius nomine iuret, non ſic ligatur, vt, ſi non impleat, periurus ſit, tenetur tamen ratione facultatis, quam dedit procuratori ad ſuam litem, & cauſam agẽdam ſtare verb. procuratoris; quod ſi neque ad id facultatem dedit, nulla ratione ad iramenti adimpletionem obligatur, ex Soto vbi ſupra, & ex ſe conſtat.

Quintum eſt, qui nomine alterius iurat abſque eius facultate, peccat mortaliter, cum ſit fictio, irreuerentia, & abuſus iuramenti, vt conſtat, non tamen qui ſic iurat, tenetur iuramentum adimplere, cum non ſuo, ſed alterius nomine, (quamuis male) iurauerit.

Sextum eſt, Non licet concedere alicui ſuo procuratori facultatem generaliter ad iurandum de calumnia, aut alio modo in quacunque lite, & cauſa, vbi id procuratori videbitur expedire; Et conſequenter nec licet procuratori huiuſmodi, ex vi talis facultatis generalis iurare nomine abſẽtis. Ratio eſt quia in ea lite, quæ inſcio, v g & ignorante domino tractatur, iuramentum de calumnia, quo procurator iurat in animam domini iuxta c. 2. de teſtib. in 6. licitè fieri non poteſt, cum nulla ſit certitudo, quod abſens in eius lite defendenda, aut proſequenda calumnia tali modo procedere vellet; Forſitan enim dominus eam minimè defenderet, aut ijs fortaſſis defenſionibus non vteretur, ſi eius litis ſcientiam haberet ex Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 5. n. 8. in fi. de pact. in 6. & Soto li. 8. de iuſt. q. 2. nu. 2. in fi. ubi tamen forenſis conſuetudo præſcripta uiget, ut ex generali facultate fiant prȩfata iuramẽta, ea ſaltem cautela adhibẽda eſt, vt procurator ipſe, aut patronus nihil iuret nomine alterius, niſi, q alter certo ſciuerit eſſe uerum, ſi iuramẽtum fuerit aſſertoriũ: alioquin falſum iurãdo vterq; periurus erit, ex Syl. verb. periuriũ. q. 4. ſeu, qđ alter certo adimplere ſtatuerit, ſi iuramẽtum fuerit promiſſorium. Vbi uero non uiguerit talis cõſuetudo præſcripta forenſis, omnino neceſſarium eſt, vt procurator, qui iurare debet in animam domini mãdatum habeat ſpeciale, puta, ad iurandum in tali, aut tali cauſa, & vt dominus cauſæ agenti ſuo dicat, iura meo nomine hoc, aut illud, ex Soto, Coua. vbi ſupra, & eſt communis Doctorum ſententia.

An, & quas ob cauſas poſſit iuramentum non obligare. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ex quatuor capitibus contingere poteſt iuramentum promiſſorium non eſſe adimplendum abſq; peccato.*

2 *Quotieſcunque quis, iurat aliquid facere, quod eſt peccatum mortale, aut veniale, peccat iurãdo, nec adimplere tenetur.*

3 *Quotieſcunq; id, quod iuratur, bonum eſt, minus tamen bonum, quam oppoſitum illius, non eſt obligatio adimplendi iuramentum.*

4 *Ex parte euentus iuramentum non obligat in multis caſibus, qui fusè declarantur nu. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Ex parte modi contingit, vt quis non teneatur iuramẽtum adimplere, ſunt autem duo modi, ſub quibus iuramentum non obligat.*

10 *Relaxationem iuramenti in fauorem alterius fieri poſſe ab eo, cui quis iurauit, certum eſt.*

11 *An qui metu coactus iurat ſe non denuntiaturum ſuperiori latronem ſic compellentem eum iurare, nec petiturum iuramenti relaxationem, ad id, quod promiſit, faciendum obligetur.*

CVm effectus proprius iuramenti ſit obli-
gare iurantem, atque periurium ſit
non adimplere, quod iuratum eſt, vt ex
dictis conſtat, ſunt tamen aliquæ cauſȩ,
propter quas iuramentum nõ obligat,
ſi de iuramento promiſſorio loquamur; Nam quo-
ad aſſertorium, & etiam promiſſorium quantum ad
eam obligationem attinet, quæ reſpicit *tempus præ-*
ſens, in quo fit iuramentum, nulla cauſa eſſe poteſt
cur non obliget, cum nulla cauſa eſſe poſſit, propter
quam licitum ſit ſine iuſtitia, iudicio, & ueritate iu-
rare, iuxta ea, quæ docet S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 1.
Illa enim eſt obligatio præcepti negatiui naturalis
de non vane iurando, quod ſemper obligat. Quan-
tum autem ad obligationem iuramenti promiſſorij
quæ *tempus futurum*, ſeu *futuram executionem* reſpi-
cit, ſpectat, communis, & certa Doctorum ſententia
eſt, in multis caſibus iuramentum promiſſorium
non obligare. Ex quatuor autem capitibus, vt recte
docent Caieta. in. Sum. verb. periurium, §. 2. & Tole-
1 tus in ſum. lib. 4. cap. 22. & alij, contingere poteſt iu-
ramentum promiſſorium non eſſe adimplendum
abſque peccato. *Primo*, ex parte materiæ. *Secundo*,
ex parte euentus. *Tertio*, ex parte modi; *Quarto*, ex par-
te relaxationis.

PRIMO igitur ex parte materiæ hæc mihi breuiter dicenda videntur ex communi omnium Doctorum conſenſu.

2 PRIMA PROPOSITIO; Quotieſcunque quis iurat aliquid facere, quod eſt peccatum mortale, aut veniale, peccat iurando, nec adimplere tenetur Sic S. Tho. 2. 2. quæſt. 89. ar. 7. ad 2. & q. 98. ar. 2. ad 1. Caiet. & Petr. de Arrag. ibi. Ang. uer. iuramentum. 5. §. 1. & 2. Sylu. verb. iuramentum. 2. q. 7. & verb. iuramentum 4. q. 1. Sot. li. 8. de iuſt. q. 1. arti. 7. ad 2. Nau. in Manua. c. 12. num. 15. ver. Decimoſexto. Ioan. Bachon. 4. d. 25. q. 14. artic. 5. Dur. 3. d. 39. q 4. Gabr. 3.

diſt.39.q.1.ar.2.cõcl.6.S.Ant.p.2.ti.10.c.7.§.1.Pa. in c.Si vero.nu.3.de iureiur.Coua.in ca. Quamuis.p. 1.§.6.num.6.de pact.in 6.Cai.in Sum.verb.periuriũ §.2.Lud.Lopez p.1.inſtruc.c.14.§.4.reg.1. Greg.de Valen.to.3.diſp.6.q.7.punct.4.§.2.Coſmus Philiarchus de off.ſacerd.p.2.lib.3.ca.15. Toletus in Sum. lib.4.c.22.Immo adimplendo iuramentum de materia illicita mortali peccat mortaliter: ſi vero materia venialis fuerit, venialiter ſolum peccat, dummodo animo adimplendi iurauerit, iuxta ea, quæ diximus c.4.propoſit.4.In hoc autem vltimo caſu, ſi is, qui iurauit ſe commiſſurum peccatum veniale, id adimpleret, ea potiſſimum ratione, quod iurauerit, hoc eſt, vt reuerentiam faceret iuramento, exiſtimans ſe teneri ad iuramentum illud adimplendum, quia iurauit, erit peccatum mortale, vt ait Ang.verb.iuramentum.5.q.2.cuius tamen opinionem nos vbi ſup.cum Sylu.refutauimus. Addunt autem Sot.li.8.de iuſt.q.1.artic.7.ad 2.& Barth. Med.lib.1.inſtr.confeſ.cap. 14.§.4.& reg.1.eſſe quoddam genus blaſphemiæ ea ratione adimplere peccatum veniale, quia iuratum eſt, quaſi Deus iurati peccati adimpletionem velit, ꝙ eſt blaſphemia. Quam propoſitionem tunc ſolum admitterem, vbi quis malitioſe ſub ea ratione adimpleret. Quia tamen moraliter loquendo, nunquam homines ratione iuramenti, ſed potius bona fide, & per ignorantiam rem iuratam adiemplent, potius dicendum eſt minui culpam circunſtãtia illa committendi peccatum, quia iurauit, quandoquidem in eo caſu reuerentiam aliquam erga Deum habet, ex Syl. verb.iuramentum 4.q.1.§.ſed pro his, & Nau.in Ma. c.12.nu.15.ver.Decimoſexto. Vnde qui iurat facere contra leges, & ſtatuta humana, quæ ſunt de bonis moribus, ad mortale obligantia, & iurando peccat, nec iuramentum obſeruare debet.c. Quemadmodũ. de iureiur.& in Reg.Non eſt obligatorium; de reg. iur.in 6.Ang.verb.iuramentum.5.num.13.caſu 11. S.Ant.p.2.tit.10.c.6.§.1.ver.caſus tertius. Syl.uerb. iuramentũ.5.q.11.& q.23.Tab.verb.iurare.§.Trigeſimooctauo. Sum.Cor.p.3.trac.de iuramento. n.21.

Et qui iuraret obſeruare aliquod particulare ſtatutum in ciuitate, quod eſſet iniquum, & contra iura, peccat mortaliter, & illud ſeruare non debet.argu. clem.Ex grau.de vſur.vbi excommunicantur, qui cogunt obſeruare ſtatutum de ſoluendis vſuris, vel de non repetendis. Sic etiam qui iurat facere contra primum iuramentum, peccat mortaliter, ſi primum tres illos comites habuerit, nec obligat ſecũdum; ſecus autem, ſi primum eſſet contra rationem, tunc.n. tenet ſcd̃m.cap.tua nos, & c.veniens, de iureiur. Ang. verb.iuramentum,5.n.15.§.Duodecimus. Syl.uerb. iuramentum,5.q.12. Sum.Cor.vbi ſup.n.21. caſu 5.

SECVNDA PROPOSITIO: Quotieſcunq; id, ꝙ iuratum eſt, bonum eſt, minus tamen bonum, quam oppoſitum illius, non eſt obligatio adimplẽdi iuramentum. Ratio eſt, quia iuramentum Deo factum eſt impeditiuum maioris boni, quandoquidem reſpectu illius habet rationem mali, & conſequenter Deo non placet. Et a fortiori, ſi eſſet votum, nõ obligaret, cum non ſit votum, quod non ſit de meliori bono. Sic S.Tho.2.2.q.89.ar.7.ad 2. & alij omnes relati pro prima propoſitione. Vnde qui iurat peregrinare ad aliquem locum ſanctum, ſi poſtea intrare vellet Religionem, quod tamen facere non poſſet, niſi peregrinationem iuratam deſerat, non tenetur iuramentum implere, cum non infringat promiſſũ, qui illud in melius commutat.cap.peruenit.2.de iureiuran.

Item ſi iuret, quod non erit ep̃s, aut clericus, aut religioſus, &c.ex S.Thom.2.2.q.89.art.7.ad 2.& q. 98.art.2.ad 2.Alex.de Ales.p.3.q.31.memb.3.ar.4. §.1.peccat quidem iurando, inquantum ponit obicẽ Spiritui Sãcto. Id quod intelligi debet, ſi iurauit ſimpliciter, & in quocumque caſu ſe nunquam futurũ epiſcopum, tunc enim iuramentum illud indiſcretum fuit, & abſque iudicio emiſſum, maxime ſi contingeret, quod nullus ita ſufficiens inueniretur, ſicut ille, qui iurauit, ideoque in tali caſu non erit obligatorium iuramentum.

Sin autem ſic iurans ſe non futurum epiſcopum id fecit ex conſideratione periculi, & ſuæ inſufficientiæ non peccauit iurando, immo ait Halenſis in eo caſu, ſi inueniatur alius ſufficiens, obligatur nõ ſuſcipere, & implere iuramentum; ſin vero non inueniatur alius æquè ſufficiens, atq; adeo expediens ſit, vt prælationem ſuſcipiat, tunc petita diſpenſatione a ſuperiori de iuramento facto debet ſuſcipere, quãuis etiam in hoc caſu propter religionem iuramenti non ſponte, ſed coactus mandato ſuperioris ſuſcipere debet, arg.c.Florent.d.85.vbi Gre.Papa primus coegit Archidiaconum, vt epiſcopatum ſuſciperet, eo ꝙ iudicatus fuit eccleſiæ neceſſarius, etiamſi prius iurauerat nunquam ſe futurum eſſe epiſcopum.

Item qui iurauit non dare eleemoſinam indigenti, iuramentum non obligat; Quia non eſt veriſimile, quod Deus acceptet talia iuramenta, cum ipſe præcipiat opera charitatis exerceri, & iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.can.inter cetera.22.q.4.& c.Quanto.de iureiur.S.Th.2.2.q.98.ar. 2.ad ſecundum.

Sic etiam qui iurauit non mutuare, non fideiubere, aut aliquid huiuſmodi non obligatur ad iuramentum implendum, ſed mutuare, & fideiubere poteſt, ſicut prius, antequam iurauerat. Pan.in cap. ſi vero, num.5.de iureiur.S.Anto.p.2.ti.10.c.6.§.1.verſ.ſextus modus.Ang.verb.iuramentum. 5 nu. 4. Syluest. uerb.iuramentum.4.q.1.Caiet.verb.periurium, §.2. Sum.Cor.tract.de iuramento, num.21.Item quando iuramentum excludit opus indifferens pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum, manente rei indifferentia, iuramentum non obligat. Sic authores omnes proxime citati, & Io.Bachon.4.d.25. q.14.artic.5.Coſmus Philiarchus de off. ſacerd. p.2. lib.3.cap.15.& Tolet.lib.4.inſtruct.ſacerd.ca.22.vt ſi quis iurat, quod non loquetur Martino, vel quod non intrabit domum eius vel quid ſimile. Non enim tenetur iurans ad obſeruantiam talis iuramenti, ſi vult contrarium facere pia intentione propter Deũ, vel ſalutem proximi, ex Panormita. in cap.ſi vero, numero 5.& in cap.cum quidam.num.6.de iureiur. Qua de cauſa ſi quis abſque vlla ratione boni, vtilis, honeſti, vel delectabilis iurauit tranſire extra muros ciuitatis, aut aliquid huiuſmodi, non tenetur ſeruare, ſi nulla ſit ratio ſic tranſeundi, quia iuramentum non eſt vinculum ad aliquid otioſum; conſtat autem, quod ſalua indifferentia actus otioſum eſt exercere illum.

Secus autem eſt ſi actus in ſeipſo indifferens eſſet ad cautelam, ſeu vtilitatem ſpiritualem, vel temporalem ſui, uel alterius, ut infra dicemus; Quia tunc iuracoactum timore in virum conſtantem cadente non valet, ſaltem lege eccleſiaſtica; c. cum locum. c. veniens. de ſponſal. ita iuramentum metu exortum de contrahendo eſt irritum. arg. c. ſignificauit nobis. & ibi gl in verb. Tanta uis. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult. Et ſicut in ceteris iuramentis ꝑ eundē metum exortis neceſſe eſt petere relationem; ita etiā in iuramēto accedēte matrimonio cōtracto.

Eſt enim peculiare Papæ ob virtutem religionis, & ne populares alioquin ſcandalizarentur, a iuramētis etiam multis abſolutionem, & relaxationem concedere. De alijs iuramentis metu extortis, præterquā in Matrimonio, & uoto, diximus ſup. c. 6. dub. 3. uim obligandi habere in foro conſcientiæ, quare autem in iuramentis Matrimonij, & uoti ex metu in uirum conſtantem cadente, eadem uis obligandi non ſit, ſuis proprijs in locis dicemus.

10 QVARTO, ex parte relaxationis, Certum eſt ex his, quę dicta ſunt, relaxationem iuramenti in fauorem alterius facti, fieri poſſe ab eo, cui iurauit; eo enim ipſo, quod ille relaxat, id eſt, vult, ut non teneatur ad promiſſum, intelligitur iam ei ſoluiſſe promiſſum, faciendo ſecundum eius uoluntatem, cui iurauit, ex S. Th. 2. 2. q. 89. artic. 9. ad 2. Caiet. & Petr. de Arragon ibi. Pan. in c. 1. num. 4. de iureiur. Sot. libr. 8. de iuſt. q. 1. art. 9. in reſponſione ad 2. Sum. Cor. tract. de iuramento nu. 41. Syl uerb. iuramentum 5. quę. 8. Tabiena verb. Iurare. num. 20. verſ. Decimonono. Couarr. in c. Quamuis. p. 1. §. 3. numer. 1. de pact. in 6. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 6. q. 7. punct. 4. §. 3. & Tole. lib. 4. Sum. c. 22. & alijs; vt v. g. ſi Petrus alicui cum iuramento promiſit ſe daturum ei pecuniam, aut ei ſeruiturum, & alter ei dimittat, abſolutus eſt a uinculo iuramenti. Ratio eſt, quia in huiuſmodi iuramentis ſubintelligitur conditio, ſi alter voluerit.

Certum etiam eſt aliquando relaxari iuramentum, eo ipſo quod ceſſat cauſa principalis, ob quam factum eſt iuramentum; vt v. g. ſi quis iurat alicui obſequium aliquod, & obedientiam præſtare, puta, Regi, aut Epiſcopo, tanquam Regi, aut Epiſcopo, ſi poſtea Rex ille deponatur; aut Epiſcopus renūciet epiſcopatui, non tenetur amplius illis obedientiam, & obſequium exhibere, iam enim ceſſat cauſa obligationis iuramenti, & proinde ipſo facto relaxatur iuramentum ex Panor. in c. veritatis. nu. 3. de iureiur. Couar. in ca. Quamuis. part. 1. §. 3. num. 5. uerſ. Decimo. de pact. in 6. Syl. verb. iuramentum. 3. q. 1. verſi. Decimoquinto. Sum. Coro. vbi ſup. num. 41. & alijs communiter. Idem dicendum eſt, quoties ſtatuta Religionis, aut alicuius collegij per ſuperiorem reuocantur, aut tolluntur, ſtatim etenim hi, qui iurarunt eadem ſtatuta ſeruare, abſolui cenſētur ab illo iuramento. ex Caiet. 2. 2. quæſt. 89. art. 9. Couarr. in ca. Quamuis. p. 1. §. 3. num. 5. verſ. Decimo. de pact. in 6. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 7. punct. 4. §. 3. & ex dictis conſtat.

11 DVBIVM ſolum ex hoc capite eſſe poteſt de eo qui metu coactus iurat ſe non denuntiaturum ſuperiori latronem ſic compellentem eum iurare, neque petiturum iuramenti relaxationem, quid, ſcilicet, in hoc caſu dicendum, & faciendum ſit? In hac re hæc mihi nunc dicenda videntur.

PRIMVM; Quamuis ille, qui ſic coactus pecuniā ſoluit, aliquando non teneatur ſub reatu peccati mortalis denuntiare, poteſt enim ſuam propriam pecuniam; & iniuriam alteri remittere, ſi tamen alter tam nefarius latro eſſet, aut res eſſet talis, quæ vergeret in damnum Reip. is, qui iurauit ſe rem illam non denuntiaturum, peccauit mortaliter, etiamſi ad vitandam mortem iurauerit, nec tale iuramentū adimplendum eſt, cum ſit contra publicam iuſtitiam.

SECVNDVM eſt, ſi res eſſet talis, ꝙ ipſe non teneretur denuntiare, non peccauit iurando ſimpliciter ſe non denuntiaturum, intelligendo in mēte ſua, quod ſponte ſua non denuntiabit, aut quod non niſi legitimè interrogatus à ſuperiore denuntiabit.

TERTIVM eſt, qui ſic iurauit ſoluere, v. g. cētū, nō pōt eos repetere, niſi prius a iuramento abſoluatur, & ſi iurauit etiam non repetere, non pōt repetere, ſed eccleſiæ denuntiare, vt ipſum cogat reſtituere. Quæ omnia colliguntur ex S. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. Caie. & Pet. de Arragon ibid. Alex. de Ales p. 3. Sum. q. 31. memb. 3. ar. 4. §. 2. Dur. 3. d. 39. q. 2. nu. 7. Gabr. ibid. q. 1. ar. 2. concl. 8. verſi. Dicitur notanter. Pan. in c Ego N. nu. 7. de iure iur. Sylu. verb. iurm. 4. q. 28. Tabiena verb. Iurare. nu. 27. verſ. 26. Sot. lib. 8. de iuſt. q. 1. ar. 3. & art. 7. circa arg. 3. Gregō. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 7. puncto 4. Sum. Cor. p. 3. trac. de iuramento, nu. 20. concl. 8. & nu. 31. in fi. & Coſmo Philiarcho de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 16.

QVARTVM eſt, qui ſic iurauit, poſterioris iuri relaxationem petere poteſt, illaque obtenta, prioris etiam relaxationem petere poteſt, niſi iurauerit, vel de neutro iuramento ſe petiturum relaxationem, vel niſi cum iurauit, intellexit, nec per ſe, nec per alium relaxationem petiturum. arg. c. Ad noſtram 2. de iureiu. quantumcunque enim quis iuret non petere diſpenſationem, neque illa vti, poteſt, vbi ratio id exigit, prælato iuramentum patefacere, & ſi ille voluerit diſpenſare, poteſt illa vti, ſunt enim talia iuramēta fatua, ex Soto lib. 8. de iuſt. q. 1. art. 9. in fi. & Emanuele Rodriquez p. 1. Sum. cap. 192. concl. 2. Syluef. verb. iuramentum. 5. q. 14. in fi. De qua re plura in ſequentibus dicemus.

De Abſolutione, & diſpenſatione iuramenti.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio, diſpenſatio, irritatio, commutatio, & relaxatio quid ſint, aut ſignificent.*

2 *Quid in iuramento abſoluitur, & diſpenſatur, & ad quæ ſe extendit abſolutio.*

3 *In iuramentis aſſertorijs non poteſt contingere diſpenſatio, quare.*

4 *Inter votum, et iuramentum quotuplex differentia.*

5 *Irritare iuramentum poteſt ille quicunque dominium, et poteſtatem habet in rem promiſſam.*

6 *Ad irritationem voti, aut iuramenti non eſt neceſſaria iuriſdictio Eccleſiaſtica, non conſenſus eius, qui iurauit nec cauſa.*

7 *Quamuis irritatio iuramēti nō fiat niſi ab habēte poteſtatem, et dominium in rem promiſſam, abſolutio tamē, et diſpenſatio ex cauſa fieri poteſt a Prælatis Eccleſiaſticis, qui habent ſolum iuriſdictionem ſpiritualem.*

Quid in diſpenſatione, et relaxatione horum iuramentorum cauendum.

8 *Summus Pontifex in omni iuramento ceſſante damno*

tertiæ perſonæ ex cauſa rationabili diſpenſare poteſt.

Epiſcopus cum ſibi ſubditis nō ſolum declarare poteſt, quando dubium eſt, an aliquid ſub iuramento promiſſum ſit debita voti materia, ſed etiam in omnibus iuramentis diſpenſare, etſi eſſent uota.

Prælati regularium exempti ab ordinario circa ſuos ſubditos in omnibus iuramentis diſpenſare poſſunt.

1 *Quando Summus Pont. Epiſcopus, aut alius poteſtatē habens abſoluendi, & diſpenſandi in iuramētis diſpēſat, neceſſaria eſt notitia, & mentio iuramenti.*

2 *Diſpenſans in iuramento ſine cauſa rationabili peccat, nec ualet diſpenſatio in foro conſcientiæ,*

3 *In quibus modis quis iurans poteſt authoritate propria contrauenire iuramento, nec indiget diſpenſatione.*

4 *Commutare iuramenta promiſſoria poteſt ille, qui relaxare, ſeu diſpenſare poteſt.*

5 *Commutatio iuramenti in æquale, uel minus bonū quis fieri non poſſit ſine authoritate Prælati, aut habētis poteſtatem, in illud tamen, quod melius eſt, unuſquiſque pro ſuo arbitratu commutare poteſt.*

QVamuis ea fere omnia, quæ inferius de voti diſpenſatione dicemus, etiam de iuramenti diſpenſatione intelligenda ſint, ad faciliorem tamen vtriuſq; materiæ cognitionem, & explicationem pauca breuiter in præſenti capite exponemus, quæ ad hanc, de qua agitur, iuramenti notitiam ſpectāt.

Primo igitur explicanda ſunt hæc nomina, *Abſolutio, Irritatio, Diſpenſatio*, Commutatio, & *Relaxatio:* Eſt autem *Abſolutio* nomen magis commune, quantum tamen ad præſens noſtrum inſtitutum attinet, idem ſignificat, quod obligationem iuramenti tollere, id quod etiam *Irritatio*, & *Diſpenſatio*, & *Relaxatio* ſignificant, & operantur, vnumquodque enim iſtorum facit, ut qui alias iuramento fuerat obligatus, à tali obligatione abſoluatur, & liberetur Atque ita *Abſolutio* a iuramento idem eſt, quod iuramenti uinculum, & obligationem tollere. *Irritatio* autem magis proprie loquendo ſignificat, & eſt iuramentum nullū efficere, hoc eſt, impedire, & caſſare, ne robur obligandi obtineat. *Diſpenſatio* uero eſt iuramenti obligationem tollere, poſt quam uim obligandi habuit, reſpectu alicuius, ſeu reſpectu aliquarum perſonarum condonando ei, uel illis, qui iurarunt, quaſi ex perſona Dei, ea, quæ polliciti ſunt.

Commutare autem iuramentum, ut ipſum nomē præ ſe fert, eſt ab una in alteram rem maiorem, uel minorem iuramenti obligationem transferre, & commutare. *Relaxare*, autem iuramentum eſt uelle, ut alter ad obligationem iuramenti non teneatur.

2 Secundo, ut ſciatur, quid in iuramento abſoluitur, & diſpenſatur, oportet notare ad quid per iuramentum homo obligatur. Cum enim in iuramento requirantur tres comites, *ueritas*, ſcilicet, *iudicium*, & *iuſtitia*, quorum primus, id eſt, *ueritas*, pro formali, alij uero duo, ſcilicet, *iudicium, et iuſtitia* pro materiali ipſius iuramenti habentur, ueritaſque iuramenti in actu illo iurandi conſiſtit, ut, ſcilicet, iuretur ſolum, quod uerum eſt, materia autem ſit id, ſuper quo iuramentum fit; conſequenter abſolutio, quæ in iuramento fit, non extenditur ad formam, hoc eſt, ad iuramenti veritatem, cum indiſpenſabile omnino ſit, & contra ius diuinum, ut quis permittatur peccare mortaliter, iurando falſum, id quod formæ iuramenti repugnat: ſed abſolutio hæc extendit ſe tantum ad materiam iuramēti, hoc nimirum ſenſu, vt id, quod ſub iuramento cadebat, ſeu, quod idem eſt, vt id, quod erat materia iuramenti, per abſolutionem non ſit amplius eius materia; atque ita diſpenſatio, abſolutio, & relaxatio non reſpiciunt, nec cadunt ſupra iuramentum, cum eius obſeruatio de iure naturæ, & diuino ſit, ſed cadunt ſupra eius materiam. Cumque aliquando contingat, ut id, quod uniuerſaliter conſideratum licitum, utile, & honeſtum eſt, (ideoque optime ſub voto, uel iuramento comprehendatur) ſecundū aliquam cauſam, & euentum particularem poſſit eſſe, vel inutile, uel inhoneſtum, & nociuum, (ac proinde indebita uoti, aut iuramenti ſit materia) in eccleſia a Deo poteſtas penes Summum Pontificem, & alios Prælatos relicta fuit ad eius neceſſarium regimen, ut poſt huius cauſæ particularis diligens examen tandem iudicarent, an æquum eſſet huiuſmodi uoti obligationem, & iuramenti religionem in caſibus particularibus remittere, & materiam, quæ voto, & iuramento ſubiecta fuit, ex cauſa ſubtrahere per abſolutionem, & diſpenſationem. Nam ubi manifeſte id, quod in uotum, aut iuramentum deducitur, inhoneſtum eſt, aut iniquū, tunc nulla neceſſaria eſt diſpenſatio, immo iuramētum, & uotum irrita ſunt. Quod ſi dubium ſit hoc, an promiſſum uoto, uel iuramento poſſit eſſe debita uoti, & iuramenti materia, Epiſcopus id poterit declarare, nec dicetur ea declaratio proprie diſpenſatio. Quæ omnia ex S. Thom. 2. 2 quæſt. 88. ar. 10. de uoto, & de iuramento. 2. 2. quæſt. 89. art. 9. Caiet. & Petr. de Arragon. ibidem Soto lib. 8. de iuſt. q. 1. art. 9. Cou. in c. quamuis. p. 1. §. 3. nu. 3. de pact. in 6. Summa Cor. p. 3. tract. de iuramento. nu. 37. & alijs colliguntur.

Tertio ex his manifeſtum eſt, in iuramentis aſſertorijs non poſſe contingere diſpenſationem; materia namque iuramenti aſſertorij, quod eſt de præterito, uel præſenti actu, in quandam neceſſitatem 3 iam tranſit, & immutabilis efficitur, quandoquidem uel ſtatim fuit uerum, uel falſum iuramentum propter ueritatem, aut falſitatem actus iam præteriti. Vnde cum fieri non poſſit; ut non ſit, uel fuerit, ita per diſpenſationem mutari non poteſt. Diſpenſari enim non poteſt, ut actus iurandi, qui iam eſt, aut uerus fuit, non ſit, aut non fuerit uerus. Sic namque diſpenſatio non ad materiam, ſed ad ipſum actum iuramenti referretur, taliſque diſpenſatio contra ius diuinum, & naturale eſſet, iuxta quod tenemur Deum in teſtem ueritatis adducere. In iuramento autem promiſſorio eſt duplex ueritas, una de præſenti, quę in hoc conſiſtit, ut quando iurat, uerum dicat, id eſt, intentionem habeat obſeruandi, quod promittit, qui iurandi actus coincidit cum actu iuramenti aſſertorij, ac proinde etiam indiſpenſabilis eſt; Alte-
4 ra ueritas eſt de futuro, id eſt, ut id, quod iurando promiſit, faciat eſſe uerum adimplendo promiſſum; quod cum uariari poſſit, ita, ſcilicet, quod in aliquo euentu poſſit eſſe illicitum, & nociuum, & per conſequens non debita iuramenti materia,

tertia, ideo in tali iuramento promiſſorio diſpenſari poteſt, quia talis diſpenſatio materiam iuramenti reſpicit, & ſuper eam, non ſuper actum iurandi præſentem cadit abſolutio, ſcilicet ut ſicut prius ꝑ iuramenti promiſſionem illud obſeruare tenebatur ſic per authoritatem abſoluentis ab illa obligatione liberetur. Hic enim effectus abſolutionis, & diſpenſationis eſt, vt id, quod ſub iuramento cadebat, ſub illo amplius ex iuſta cauſa non cadat. Exempli gratia, ſicut in uoto, ſi quis peregrinationem uouit, uotum adimplere tenetur, ſi tamen eius adimpletio in aliquo caſu, uel ſimpliciter eſſet mala, uel inutilis, aut maioris boni impedimentum, peregrinatio illa tanquam indebita uoti materia per diſpenſationem tollitur; ita etiam in iuramento dicẽdum eſt; ſi quis.n.iurauit ieiunium, quod poſtea, uel malum eſſet, uel maioris boni impedimẽtum, non amplius materia debita iuramenti cenſendum eſt, ſed in eo ab habente poteſtatem abſolutio, & diſpenſatio petenda, & concedenda eſt, ex communi Theologorum doctrina, quam authores præfati, & Emanuel Rodriquez p.1.Sum.c.192.conclu.9.poſt ſanctum Tho.2.2.q.89.arti.9.ad primum locis proxime allatis explicat.

Quarto, Votum, & Iuramentum, quantum ad præſens inſtitutum attinet, inter ſe differunt; *Primo* ex parte obiecti eo quod uotum fit ſoli Deo: iuramentum uero & Deo, & homini fieri poteſt. *Secundo* ex parte materiæ, quia propria materia uoti eſt opus ſupererogationis, ut in ſequentibus dicemus: materia uero iuramenti cuiuſcunque opus uirtutis, ut ius ſuum unicuique tribuere, &c. *Tertio* ex parte diſpenſationis, quod licet Papa diſpenſare poſſit in uoto, quod maius eſt, non tamen inde inferre licet, poſſe diſpenſare in iuramento, quod minus eſt. Nam relaxare non poteſt iuramentum factum alteri de ſoluendo ei certam pecuniæ quantitatem, cum non habeat facultatem tollendi alteri, quod ſuum eſt; quod tamen relaxare poteſt alter cui promiſſio illa facta eſt, cum ſit ſuorum bonorũ dominus. Sicut enim poteſt illa donare, ita etiam iuramentum ſibi de illis exhibitum remittere poteſt. Econtra uero quia uotum fit Deo, cuius Papa Vicarius eſt, poteſt illud in aliquid aliud, quod ſibi magis gratum eſt, commutare, in quo tamẽ uoto priuatus homo diſpenſare nequit, cum Dei uicarius non ſit. *Quarto* ex parte diſpenſationis reſpectu materiæ, q̃ in commutatione, diſpenſationeq; uotorum attendi debet id, quod Deo magis gratum eſt; In iuramẽtis uero relaxandis caueri debet, ne fiat iniuria tertiæ perſonæ. His igitur quoad iſtorum nominum differentias, eorumque ſignificationes, nec non diſpenſationis neceſſitatem breuiter declaratis, quid de irritatione diſpenſatione, & commutatione iuramentorum cenſendum ſit, ſequentibus propoſitionibus exponam.

5 **PRIMA PROPOSITIO**: Irritare poteſt iuramenta omnis ille, qui dominium, & poteſtatem in rem promiſſam habet, ſic pater iuramẽta filiorum, & filiarum in minori ętate exiſtentium, ſicut, & uota ab eis emiſſa irritare, & annullare poteſt 22.q.5. can. pueri, & ibi gloſſ. in uerb. ſtatim. niſi quod iuramentum ſtatim, ac cognouerit, irritare debet; uotũ autem non, ſed poteſt expectare tempus pubertatis, ex gloſſa ubi ſupra, & Summa Corona trac de iuramento.nu.38.ſic etiam maritus iuramenta vxoris, & dñs iuramenta ſeruorum, & ſuperior ſubditorum ſibi iuramenta in his, in quibus illis ſubiecti ſunt, irritare poſſunt. Nu.30.& arg.c. Tua nos.2.de iureiur.S.Tho.2.2.q.89.art.9.ad 3.Sylueſt. uerb.iuramentum.5.q.7.Tabiena verb.iurare.nu.20.verſ. Decimonono.in fi.Sotus lib.8.de iuſtitia.q.1.artic. 9.Petrus de Arragon.2.2.q.89.artic.9.dict.1.Ioan. Bachon.in 4.d.25.q.14.articu.6.Sum. Corona p. 3.de iuramento.num.38.Coſimus Philiarchus de officio Sacer.p.2.lib.3.cap.4.Iacobus de Graffijs p. deciſ.aurearum.lib.2.c.10.num.24.verſic.Decim. Toletus in Summa lib.4.ca.23.Idem dicendum e de Papa reſpectu clericorum, ſeu rerum eccleſiaſticarum, quarum dominus eſt, & plenitudinem poteſtatis ſuper eas habet ex S.Thom. & Caietano 2. 2.quæſt.89.articu.9.Couar.in cap.Quamuis.p.1§. 3.numero 5.verſicu.8.de pactis in 6.Summa Corona, & Toleto, vbi ſupra, vnde qui iurauit dare alici beneficium eccleſiaſticum, aut aliquid aliud eccleſiaſticum, puta, Prælatus, aut Epiſcopus iurauit da re alicui talia, aut talia beneficia, & officia eccleſiaſtica, gradus, dignitates, aut etiam non conferre, v alienare res eccleſiaſticas, ſe habet ad Papam, vt ſe uus ad dominum, poteſtque Papa pro ſua volunta abſque ulla cauſa talia iuramenta irritare.argum cap.peruenit.1. & cap.Intellecto.de iureiur.Imm etiamſi iurarunt dignitates non ſuſcipere, quando prodeſſe poſſent, poteſt Papa, quomodo expedit, a lia iuramenta irritare, vt patet ex c. Florentinum d 85.vbi Grego.Papa I.coegit Archidiaconũ, vt Epiſcopatum ſuſciperet; quamuis prius iurauiſſet, nunquam ſe Epiſcopatum ſuſcepturum. Hoc autem, q dicimus de poteſtate Papæ, vt poſſit iuramenta irritare, intelligi debet tantum de rebus ad eccleſiam pertinentibus, quia reliquorum iuramentorum materia Papæ poteſtati non ſubijcitur, ex Petro de Arrag.vbi ſupra dicto.3.Quod autem dictum eſt de poteſtate mariti reſpectu vxoris, Summa Piſanella, Veracr.Syllueſt.& Tabiena, vbi ſupra intelligendũ putant in illis iuramẽtis quæ non poteſt vxor adimplere ſine ſcandalo viri, vel præiudicio, & idem de alijs, argu.cap.Manifeſtum, & gloſ. ibi in verb.Niſi author.33.q.5.

6 Ex quibus conſtat *Primo*, non eſſe neceſſariam iuriſdictionem eccleſiaſticam ad irritationem voti, aut iuramenti, ſed ſatis eſſe, quod habeat dominium ſuper re voto, aut iuramento promiſſa. *Secundo* conſtat ad irritandum iuramentum non eſſe neceſſarium conſenſum eius, qui iurauit, ſed irritari poteſt illo inuito, atque renuente, dummodo velit ille, penes quem eſt dominium eius rei, quam iuramento promiſit. *Tertio* conſtat, quod iuramenta, quæ irritari poſſunt, non ſunt firma iuramenta, ſed illorum obligatio ex nutu, & voluntate eius pende qui habet dominium rei promiſſæ. *Quarto* conſta quod ad irritationem non eſt neceſſaria cauſa, ſed ſufficit, quod ille, ex cuius voluntate res promiſſa dependet, contradicat.

Illud autem annotandum eſt, quod iuramenta, quæ a prędictis etiam ſine cauſa irritari poſſunt, poſt illorum confirmationem, non poſſunt amplius abſque peccato ſine cauſa irritari, ſi tamen ſine cauſa poſtea irritentur, qui iurauit, obedire debet, nec reus eſt iuramenti, ſed peccat irritans poſt confirmationem,irritando ea ſine cauſa. Sic de uoto Sylueſt.uerb.uotum.4.q.2 uerſic.Tertium.& de uoto, & iuramento, Coſinus Philiarchus de offic. Sacerd.p.2.lib.3.cap.4.concl.3. Cum enim ſine eorum conſenſu res promitti non poterat, uel quia ad eos pertinebat,ut pater,maritus,dominus, uel quia ſunt domini uoluntatum promittentium, & iurantium, ut ſunt Prælati Religioſorum,conſequenter ad libitum etiam ſine cauſa iuramenta illa irritare poſſunt,quæ ſunt de rebus ad ipſos ſpectantibus, & eorum conſenſum requirunt, quod ſi abſque cauſa contradicunt,utuntur iure ſuo,& iuramenta ſic irrita poſt mortem irritantium non reuiuiſcũt, uel per eorum poſtea confirmationem, quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit.C.de rem ſ.pign.l.cum ex cauſa.ubi autem ſuperior conſenſit,aut de eius licentia factum ſit iuramentum,non poteſt illud amplius abſque peccato ſine ſufficienti cauſa irritare, quia per licentiam, uel approbationem conceſſam iuramentum iam confirmationem obtinuit, ad cuius relaxationem requiritur iuriſdictio ſpiritualis, & cauſa,unde pater,maritus, uxor, & dominus illa amplius abſq; peccato,niſi iuſta,& rationabilis cauſa ſuperueniat,irritare non poſſunt, cum iam conſenſerint. Hoc autem ad omnes irritare potentes extenditur,ſcilicet,ad patrem, maritum,& dominum,unde laici ad epiſcopum pro diſpenſatione recurrere debent,ut liberentur a tali iuramento,quando cauſa nulla irritationis adeſt.

Addidi autem teneri ſubditos illis obedire,etiãſi ab illis poſt confirmationem ſine cauſa irritentur, nec obediendo peccare, quia per talem confirmationem non ſoluitur ratio ſubiectionis etiam in illa re;quare in fauorem obedientię debet inferior obedire,& imputatur culpa ſuperiori. Ratio eſt,quia ſuperior prætendere poteſt ſe non ſimpliciter conceſſiſſe,ſed ad tempus uel ad unum effectũ, & quod iam ceſſat illa ratio, & ad inferiorem non pertinet facta ſuperioris iudicare, atque adeo tota culpa pręcipientis erit,non obedientis, de qua re plura dicemus in materia de uoto, cum utriuſque, id eſt,tam uoti,quam iuramenti eadem ratio ſit.

7 SECVNDA PROPOSITIO: Quamuis irritatio iuramenti,non niſi ab habẽte poteſtatem, & dominium in rem promiſſam fieri poſſit,abſolutio tamen, ſeu diſpenſatio ex cauſa fieri poteſt tam a Romano Pontifice, quam ab alijs Prælatis eccleſiaſticis,tametſi ſolum habeant iuriſdictionem ſpiritualem in hominem,& nõ dominium rei promiſſę,idque ratione publici officij,quia ita expedit fieri ad utilitatem Reipublicæ, *quandoque* quidem in *pœnam humanæ ſeuitiæ*,ut in iuramentis ui, & metu extortis,a quibus petente eo,qui iurauit, datur abſolutio per pręlatos eccleſiæ ratione publici officij,in pœnam eius,cui iuratum eſt,uel humanę ſęuitię,neſęuitia hominum foueatur; Iuramenta namque ita pręſtita iurantem obligant ad eorum obſeruationem,ut c.6.dub.3. diſtinctum eſt; adeo ut qui contraueniret tali iuramento,antequam ſe abſolucre faciat,peccaret mortaliter,ex Syl. uerb.iuramẽtum.4.q.7.uer.Tertium.Soto li.8.de iuſti.q.1.arti.7.in reſponſ.ad tertium principale. Petr.de Arrag. 2.2.q.89.ar.7.dub.1.concl.3.Greg. de Valen.to.3. diſp.6.q.7.puncto.4.§.3.Sum.Cor.p.3.tracta.de iuram.nu.31.in fin.& alijs.Ceterum ne quis facile iuramentum uiolaret, uoluit eccleſia,ut abſolutio a tali iuramento peteretur,& quia petens eo ipſo,quod coactus iurauit,cauſam iuſtam, & legitimam habet petendi abſolutionem, datur ſtatim ab epiſcopo (hanc enim dare poteſt)abſolutio,arg.ca.Si vero.de iureiur. Eſt enim id de bono communi,hoc ipſo qđ ita præcludit magna ex parte aditus eiuſmodi coactionibus, ſi ſciant homines, in iuramentis coactis, propterea quod coacta fuerint,facile diſpenſari,ac proinde parum prodeſſe ad iurandum cogere. Cauſa igitur & petendi,& concedendi abſolutionem,& diſpenſationem in huiuſmodi coactis iuramentis duplex eſt,vna quidem ex parte petentis,qa ſcilicet iuramenta hæc plurimum inuoluntarij admiſtum habent,vnde can.Si quandoque.15.q.6.dicitur,iuramenta huiuſmodi non ſimpliciter ex corde fieri,quod Deus potiſſimum reſpicit. *Altera* ne malis hominibus cauſa præbeatur vim bonis inferẽdi. Eſt tamen,vt recte monent Caie.2.2.q.89.art.7. Petr.de Arrag.ibidem,dubio primo, concl.6.Sotus lib.8.de iuſt.q.1.ar.7.in reſp.ad tertium principale. in fi.Greg de Valen.tom.3.diſp.6.q.7.puncto. 4.§.3.dub.1.in ſolu.argu.4.Emanuel Rodriquez par.1. Sum.c.192.concl.9.& Sum.Coro.tract.de iuramento.num.39.in fin.diligenter in diſpenſatione,& relaxatione horum iuramentorum cauendum, ne in blaſphemiam Dei cadant, aut in Eccleſiæ contemptũ. Si quis enim captiuus apud infideles detentus eſſet,cui ſub iuramento per Deũ verum facto poteſtas fieret redeundi in patriam ea conditione, vt ꝓ redemptione ſua mittat certam pecuniæ quantitatẽ,aut iuraret illuc redire,quamuis iniuſte captus eſſet,nec redire ſine periculo mortis poſſet,& ex hoc, q̃ a iuramento relaxatione obtineret,arbitrarentur illi,nihil apud Chriſtianos valere religionẽ iuſiurãdi,non eſſet ob ſcandalum relaxandũ tale iuramentum ſed potius redire deberet. Etenim ſi Gentilitas Romanũ illũ Regulũ ita laudauit, qui cũ fide Carthaginenſib. ꝑ falſos Deos iurãdo impignorata dimiſſus eſſet Romã ire,illuc tamen rurſus cũ capitis ſui periculo,vt fide hoſtibus datam ſeruaret, reuerſus eſt; quãto maiori fide,& religione tenetur Chriſtianus promiſſis ſtare ꝑ verum Deũ iuratis? Quãuis,ſi perſona reipublicæ ualde vtilis eſſet,tentanda eſſet,procurandaq; recompenſatio,& redemptio.

Et quod dictum eſt de iuramentis metu extortis, pari ratione de iuramentis ad ſolutionem vſurarum extortis dicendũ eſt, tenetur enim eas ſoluere,poſtea uero diſpẽſatur,vt repetat,c.1.& c.Debitores; de iureiur Couar.vbi ſupra,& lib.1.variar. reſol.ca. 44.nu.5.Sum.Coro.vbi ſupra.nu.39. quod ſi iurauit non repetere, tunc quidem pecunias ſolutas ipſemet repetere non poteſt, niſi adſit cauſa noua repetendi, eccleſia tamen poſtquam ſciuerit ſoluiſſe, recipientem cogere poteſt,vt reſtituat,ſeu declarare,vt reſtituantur.c.Ad noſtram.2.de iureiu. Immo vero,ut notat Sotus lib.8.de iuſt.q.1.artic.9. prope finem,Summa Corona p.3.tract.de iuramento.nu. 39.& Emanuel Rodriquez p.1.Sum.cap.192.concluſ.2.quantumcunque quis iuret non petere diſpẽſationem,neque illa uti,poteſt, vbi ratio id poſtulat,prælato iuramentum patefacere,& ſi ille diſpenſare uoluerit,poteſt illa uti,cum huiuſmodi iuramẽta fatua,& fictitia ſint.

Quandoque etiam remittuntur iuramenta ex officio publico ad pœnam eius, cui præſtita fuere, propter aliquod crimen commiſſum ab eo,vt in odium excommunicatorum,iuramēta,quæ illis fiūt, relaxantur,& liberantur ſubditi a iuramento fidelitatis illis præſtito.can.Nos ſanctorum. & can. Iuratos. 15.q.6.& c.vlt.de hæret.& c.inter alia.de ſēt. excom.Caiet.2.2.q.89.art.9.Sotus lib.8.de iuſtitia. q.1.ar.9.in fi.Couar.in c.quamuis.p.1.§.3.nume.5. ver.Nono de pactis.in 6.Greg.de Valentia to.3.diſpu.6.q.7.puncto 4.§.3.Summa Corona p.3.tracta. de iuramento.nu 39.& Petrus de Arragon. 2.2.q. 89.art.9.dicto 3.

8 *Quandoque* item ab eccleſia indirectè remittuntur iuramenta in totum per naturam rationis conſequentis ab antecedenti. Quemadmodum accidere ſolet cum epiſcopus aliquis , vel Princeps priuatur epiſcopatu, uel regno. Eo enim ipſo,quod tali officio,& dignitate priuatur,iuramenta his a ſubditis præſtita cenſentur remiſſa.arg.c.Ad apoſtolicā. 5.de ſent.& re iudic.in 6.& c.venerabilem.de elect. Gabr.3.diſt.39.q.1.art.2.concl.9.in fi.Angel.verb. iuramentum.4.nu.12.verſic.Decimus. Sylue.verb. iuramentum.3.q.1.uerſi.Decimoquinto. Caie.2.2. q.89.art.9.Sotus lib.8.de iuſtitia.q.1.arti.9. ante finem.Greg.de Valent.tom.3. diſput.6.q.7. puncto. 4.§.3.Couar.in c.quamuis.p.1.§.3.num.5.uer.Decimo.Idem dicendum eſt, quoties ſtatuta religionis, aut alicuius collegij per ſuperiorem reuocantur , aut tolluntur; ſtatim etenim hi, qui eadem ſtatuta ſeruare iurarunt, ab illo iuramento abſoluti cenſentur.

TERTIA PROPOSITIO; Summus Pontifex in omni iuramento , ceſſante damno tertiæ perſonæ,ex cauſa rationabili diſpenſare poteſt. Dixi,ceſſante damno tertiæ perſonæ,quia,ſi iuraui creditori meo pecuniam debitam ſoluere, aut alicui priuato iuramentum præſtiti ſuper aliquo contractu,vel conuentione,non poteſt Summus Pontifex iuramēti huius obligationem per diſpenſationem tollere, cum non ſit rerum mearum dominus. Ex quo ſequitur, non habere Summum Pontificem eandem,nec æqualem poteſtatem diſpenſandi in iuramentis, quam habet in uotis. Nam quia iuramenta nonnunquam fiunt in commodum tantum hominis , uota autem ſemper fiunt Deo,cuius Vicarius eſt ſummus Pontifex,ideo in omni uoto,non autem in omni iuramento diſpenſare poteſt. Sic Sylueſt.uerbo.iuramentum.5.q.2.in fine.Tabiena.uer. iurare.uerſicu. uigeſimo.poſt medium.Caie.2.2.q.89.arti.9. Sotus lib.1.de iuſtitia.q.7.art.3.dub.ult.& lib.7.q.4. arti. 2.in fi.& lib.8.q.1.art.9.in fi.Couar.in c.Quamuis, par.1.§.3.nu.4.uerſi.7.& num.5.uerſi.Hæc ſane.de pactis.in 6.Coſm.Philiarc.de offic.ſacer. p.2. lib.3. c.4.concl.4.Petr.de Arragon.2.2.q.89.articul.9.& Toletus lib.4. Sum.c.37.

9 QVARTA PROPOSITIO: Epiſcopus ex cauſa cum ſibi ſubditis non ſolum declarare poteſt,quando dubium eſt, an aliquid ſub iuramento promiſſum ſit debita uoti materia ex S.Thoma 2. 2.q.89.articu.9.ad 3.ſed etiam diſpenſare poteſt in omnibus iuramentis,quæ ſi eſſent uota,poſſet in illis diſpenſare.Sic Syluest.uerb.iuramentum. 5.q.3. Tabiena.uerb.iurare.uerſic.uigeſimo. Angel.uerb. iuramentum.6.in princip.S.Ant.p.2.titul.10.ca.6. in princip.Sum. Piſanella.uerb. iuramentum. 1.§. ult.Caiet.2.2.q.89.ar.9.Petrus de Arragon.ibid.dicto.4 Sotus lib.8.de iuſt.quæſt.1.art.9. Tolet.lib.4. Sum.ca.23.Ratio eſt,quia uinculum iuramenti minus eſt,quam uinculum uoti . Vnde quicunque poteſt a uoto abſoluere, a iuramento etiam de eadem re emiſſo abſoluere poteſt. Ex quo ſequitur,Epiſcopum diſpenſare non poſſe in iuramentis emiſſis de religione,de perpetua caſtitate,de peregrinatione in Hieruſalem , de uiſitandis liminibus Apoſtolorum Petri,& Pauli,& de Peregrinatione ad Diuum Iacobum , ſicut nec in uotis illis diſpenſare ualet, quæ Summo Pontifici reſeruantur:ut patet in Extrauag.Sixti. IIII. quæ incipit,Etſi Dominici gregis.de pœni.& remiſſ.Soto,Caieta.Arragon.ubi ſupra,& Couar.in cap.Quamuis.p.1.§.3.nu.12.de pactis.in 6.In alijs autem iuramentis, nempe aliarum peregrinationum,ieiuniorum,&c.Item non ludendi,non uenandi,Epiſcopi diſpenſare poſſunt. Inferior autem Epiſcopo iuriſdictionem Epiſcopalem non habens a iuramento abſoluere non poteſt, ſicut nec a uoto abſoluere ualet poteſtate ordinaria, ex Syl.uerbo.iuramentum 5.q.4.& Toleto lib.4.ſummæ.cap.23.in fi.Vnde licet confeſſarius ordinarius abſoluere poſſit a peccatis contra iuramenta factis, obligationem tamen iuramenti facti abſque aliquo priuilegio tollere,& in ea diſpenſare non poteſt,ex Toleto,ubi ſupra,& Nauar.in Manuali,c.12.num. 79.uerſic.Decimo.

Dixi,*abſque priuilegio*, quia quilibet idoneus cõfeſſor per bullam Cruciatæ, aut alio modo facultatem habens diſpenſandi in uotis poterit ſimiliter in iuramentis de eadem re diſpenſare , ut docent Sotus lib.8.de iuſtitia.queſtio.1.artic.9.Petr.de Arragon.2.2.quæſtio.88.artic.12.& 89.artic.9.dicto.[illegible].& Emanuel Rodriquez par.1.Sum.c.192.concl. 10.citans ad hoc Directorium Curatorum.c.15.& in expoſ.Bullæ Cruciatæ.§.11.nu.42. quem refert Petr.de Arragon.ubi ſupra. Emanuel Sa.in Aphoriſmis.uerb.uotum.2.& Alphonſus Viuald.in additionibus ad Candelabrum.tract.14.nu. 8.& Frater Ioannes a Penna huius etiam eſt ſententiæ , & Ludouic.Lopez infra citandus,& Frat.Hieronymus a Sorbo Capuccinus in annotat. compendij priuilegior. uerbo.uotum.cum eadem ſit ratio quoad hoc de uoto,& iuramento; quicquid Nauar.in Manual. capit.12.nume.79.de hac re dubius ſit,& ca.27.numero 275.ubi id expreſſe negat , quem ſequuntur Ludouic. Lopez prima parte inſtructio. conſcientiæ.capit.50.& Gregor.de Valentia.tomo 3.diſpu. 6.quæſtio. ſexta, puncto quarto . Addo tamen ex eodem Rodriquez in dict.§.11. quem ſequitur Capuccinus,opinionem Nauarri,& aliorum poſſe eſſe ueram in caſu, quo quis promitteret, & uoueret dare , & ſtatim iuramentum ſubiungeret , quia tunc iam concurrerent duo uincula , ut ait Nauarrus, ſecus autem , quando quis ſimpliciter iuraſſet dare,quia tunc non eſſet niſi unum uinculum, ſicut in uoto. Intelligit autem Nauarrus hanc ſuam opinionem ſolum procedere de confeſſarijs , qui hanc facultatem habent diſpenſandi in uotis , tanquam delegati uirtute Bullæ,& priuilegiorum, hos enim exiſtimat non poſſe diſpenſare in iuramentis, nam de ijs, qui eādem facultatem habent, ueluti *ex officio, & iure communi,& tanquam ordinarij*, ut Epiſcopi , & Prælati, ſicut in uotis, ita etiam iuramentis diſpenſare poſſe docet, quod idem docent Lopez, & Greg. ubi ſupra, de qua re latius agemus in materia de uoto.

10 QVINTA PROPOSITIO: Prælati Regularium exempti ab ordinario, circa ſuos ſubditos in iuramentis diſpenſare poſſunt, ſicut Epiſcopi. Quia tales ſunt ueluti Epiſcopi erga ſuos ſubditos; Immo ſubditorum iuramenta irritare poſſunt, ut diximus, quod & certius, & factu facilius eſt. Sic authores proxime citati, nec in hoc ulla eſt apud authores difficultas. Immo etiam omnes confeſſores ordinum Mendicantium ex Priuilegio Innoc. Papæ VIII. diſpenſare poſſunt in omnibus uotis, in quibus poſſunt Epiſcopi, præterquam in uoto peregrinationis ultra duas diætas. Sic Author Compendij Priuileg. Mendicantium. in uerb. Abſolutio quoad ſeculares. 1. §. 12. & uerb. Abſolutio quoad ſeculares. 2. §. 12. Naua. in Manua. c. 12. num. 79. uer. 11. Ant. de Cor. in Summa de caſibus conſcien. q. 149. Ludu. Lopez. 1. p. inſtruct. conſcien. c. 50. Greg. de Valen. tom. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto 7. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 88. arti. 12. Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ. c. 192. concl. 10. Frater Hieron. a Sorbo Capucinus in annota. ad compen. priuile. ordinis Mendicantium. in uerb. uotum. Idemque dicendum eſt de alijs confeſſarijs Regularibus, qui priuilegijs ordinum Mendicantium fruuntur. Quale ẽt priuilegium Eugen. Papa IIII. conceſſit confeſſarijs S. Benedicti Congregationis Caſinẽſis, ut habetur in priuilegio XI. eiuſdẽ incip. Etſi quaslibet perſonas. Anno 1436. pridie Calẽ. Iulij; Vt inferius in materia de uoto dicemus; conſequenter iuxta doctrinam ſupra traditam poſſunt p̃fati confeſſarij Regulares in iuramentis omnib. diſpenſare, quibus Epiſcopi poſſunt, ut expreſſe docet Petrus de Arrag. & Rodriq. ubi ſupra.

Annotandum tamen eſt ex Fratre Hierony. Sorbo loco proxime citato, quod ſupradicti confeſſarij Regulares, qui uirtute ſuorum priuilegiorum, uel alij, qui uirtute alicuius Bullæ in ſupradictis uotis, & iuramentis diſpenſant, non poſſunt hoc agere, niſi in ſacramento pœnitentiæ. Quando autem tales diſpenſationes non fiunt per uirtutem alicuius Bullæ, uel Iubilæi, ſed per uiam authoritatis, ſicut habent Papa, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, uel Guardiani pro ſuorum ſubditorum uotis, & iuramentis, tunc diſpẽſationes illæ, etiam in foro exteriori, ex cauſa rationabili fieri poſſunt.

11 SEXTA PROPOSITIO; Quando ſummus Põtifex, Epiſcopus, aut alius poteſtatem habens abſoluendi, & diſpenſandi a iuramenis, diſpenſat, neceſſaria eſt notitia, & mẽtio iuramenti, i. ut ſciat actum eſſe iuratum: facit pro hoc gloſ. celebris in ca. cum non deceat. in uerb. effectus. de elect. in 6. gl. in Clẽ. Dudum in fine. in uerb. pacta de ſepul. & eas allegãt Rom. ſingul. 7. incip. Diſpoſitio emanans. Panor. in c. conſtitutus num. 7. & 8 de reſcrip. & in c. 1. de his quæ fiunt a ma. par. capit. Alexand. conſil. 38. incip. uiſa petitione. Sebaſt. Sapia. in annot. ad Pan. in d. c. conſtitutus, & ibi Felin. & Decius. Hieron. Gratus. conſi. 41. Coua. in rubr. de teſtam. p. 2. num. 19. poſt concluſ. 4. uerſic. Secundo infertur, & in ca. Quamuis p. 1. §. 3. nu. 6. de pactis. in 6. Qui omnes expreſſe tradunt generalem Canonum, uel ſtatutorum derogationem minimè tollere ſtatutum iuratum atque adeo tollens ſtatutum, *ſi ignoret eſſe iuratum*, non cenſetur tollere iuramentum. Ratio eſt, quia, qui habet poteſtatem tollendi iuramentum, non cenſetur illud tollere, niſi habeat uoluntatem illud tolendi. Hæc autem uoluntas alicui non ineſſe cenſetur, niſi demus, & conſtituamus in eo ſcientiam perfectam eius actus, quem per diſpenſationem tollere conatur.

12 SEPTIMA PROPOSITIO: Diſpenſans in iuramento ſine cauſa rationabili peccat, nec ualet diſpenſatio in foro conſcientiæ, ſic Sotus lib. 8. de iuſtit. q. 1. art. 9. in fi. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 89. ar. 9. Couar. in c. quamuis p. 1. §. 3. nu. 5. uerſicu. Hæc ſane. de pact. in 6. Coſmus Philiarc. de offic. Sacer. p. 2. lib. 3. c. 1. concl. 4. & colligitur ex doctrina S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad 2. & Caiet. ibidem, in reſpon. ad dub. 2. Intelligitur autem propoſitio de illis, qui ſolum poteſtatem habent diſpenſandi, & non irritandi, qualis eſt in Papa reſpectu rerum eccleſiaſticarum, in uiro reſpectu uxoris, in Prælato reſpectu religioſorũ &c. nam irritare poſſunt uota ſine cauſa eo modo quo ſupra expoſuimus.

Cauſa uero legitima diſpenſandi in iuramento elicienda eſt, uel *Primo*, ex grauitate operis, & imbecillitate iurantis: uel *Secundo*, ex diminuta operis utilitate, uel *Tertio*, reſpectu boni communis. Quãdo igitur res illa, quam quis iuramento confirmauit, eſt nimis ardua; aut quando is, qui iurauit, ex mutatione uirium, uel fortunæ effectus eſt parum aptus ad id exequendum: aut denique quando res iuramento confirmata eſt iuranti impedimento, ne bono publico conſulat, tunc eſt legitima cauſa diſpenſandi in iuramento, prout latius infra de uoto dicemus. Per omnia enim quantum ad hoc pari paſſu currunt iuramentum, & uotum, cum utrunq; uim habeat à iure diuino. In rebus autem, quæ ex iure diuino pendent, ſi abſque cauſa legitima fiat, nulla eſt diſpenſatio, ut Doctores communiter tradũt, & colligitur ex Innoc. in ca. cum ad monaſterium. num. 2. de ſtatu Monachorum, & Panorm. in c. Nõ eſt uoti. nu. 6. & 7. de uoto, & uoti redemp. Et quod abſolutio a iuramento: ſine cauſa non ualeat; expreſſe docent Innoc. in cap. cum inter. in fi. de renuntia. Panorm. ubi ſup. glo. in cap. Quanto. in uerb. abſolui. de iureiu. quam gloſſam ſequuntur communiter, Doctores ex Panormitano, ubi ſupra. Sebaſt. Sap. & Ant. Franc. in annot. ad Panormitanum in d. capit. Non eſt uoti. Archid. in ca. Quæ ad perpetuam. 25. quæſt. 1. Cou. & Petrus de Arragon. & Coſmus Philiarchus, ubi ſupra. & Ioan. Bachonus 4. diſt. 25. qu. 1. artic. 6. in fi. Ratio eſt, quia reſpectu illarum rerum, quæ ex iure diuino, aut naturali pendent, non habet ſummus Pontifex excellẽtem, & ſupremam poteſtatem, ſed tantum diſpenſatoriam, quæ data ei eſt in eccleſiæ ædificationem, & non in deſtructionem illius.

13 OCTAVA PROPOSITIO; quotieſcunque iuramẽtum eſt de re illicita, aut maioris boni impeditiuum, hoc eſt, ut authores infra citandi tradunt, uel primo cum iurat aliquid, quod eſt mortale in ſe uel ſecundo, quod eſt ueniale in ſe; uel tertio, quando iuratur aliquid licitum, & indifferens, quod ex circũſtantia efficit mortale, aut ueniale; uel quarto; cũ excludit opus de genere bonorum, ut cũ quis iurat, quod non erit epiſcopus, monachus, uel cleri-

cus,aut quod non celebrabit vſque ad menſem,vel quod non ieiunabit,& ſimilia; vel quinto, cum iuramentum excludit opus pietatis ex charitate , vt cum iurat quod nihil dabit ex charitate tali,vel ſexto,cum excludit opus indifferens, quod tamen pia intentione pro Deo,aut pro proximo eſſet faciendum,vt ſi quis iurat,quod non loquetur cum Petro, vel quod non intrabit domum ſuam, vel quod non comedet ad eandem menſam cum tali,(id quod intelligendum eſt,manente operis indifferentia) in tribus primis modis ex omnium ſententia poteſt quilibet ſic iurans authoritate propria contrauenire iuramento, nec indiget diſpenſatione: in alijs vero tribus,quamuis Monaldus,& alij, quos ſequitur.Sum.Coro.par.3.tract.de iuramento num. 39. in fine,velint opus eſſe diſpenſatione,alij tamen ut S.Tho.2.2.q.89.art.9.ad 3.Pan.in ca. ſi uero.num. 3.& c.cum quidam nu.6.de iureiur.Ioan.Bacho.4. diſt.25.q.14.art.5.in fi.Ang. uerb. iuramentum 6. num.1.Sylu.uerb.iuramentum.5. q.1.§. Quantum ad ſecundum.Tabiena uerbo iurare.num. 20.uerſi. Decimo nono.Sotus lib.8.de iuſt.q.1.artic.9. in reſponſ.ad argu.3.principale,& alij cõiter,rectius tradunt poſſe ſic iurantem authoritate propria contrauenire, id quod intelligi debet quãdo certum eſt iuramẽtũ non ligare;ſi enim dubium eſſet,an iuramentum licitum eſſet nec ne,aut condecens, uel nociuum,ſeu ſimpliciter in genere, ſeu in tali caſu,tũc opus eſt epiſcopi declaratione, & diſpenſatione ut notant authores præfati.Poteſt tamen defendi Monaldi opinio ita,ſcilicet ut in tribus ultimis caſibus non expediat propria authoritate contrauenire, quando exinde ſcandalum aliorum ſequeretur, tũc enim tum ob reuerentiam iuramenti,tum ob ſcandalum ſimplicium,& ne notetur ab alijs tanquam periurus,petenda erit ab epiſcopo,aut alio habente authoritatem abſolutio, niſi urgeret neceſſitas, nã tunc etiam in licitis ob urgentem neceſſitatem poteſt quis authoritate propria frangere iuramentũ,ſi non poteſt haberi ſuperior,a quo petatur abſolutio, arg.can.Anteceſſor.11.q.3 Sylueſt.uerb. iuramentum.4.q.18.& uerb.iuramentum.5.q.1.in fi.& alij communiter.

14 NONA PROPOSITIO:Commutare iuramenta promiſſoria poteſt ille, qui illa relaxare,ſeu diſpenſare poteſt. Hæc concluſ patet ex dictis. Ratione autem probatur, quia commutare minus eſt, quam diſpenſare; Nam diſpenſatio omnino remittit iuramenti obligationem;commutatio uero non item,ſed unũ in aliud mutat uel æquale,uel melius; ut cum quis iurauit peregrinationem,& poſtea in ieiunium commutetur, obligatus enim adhuc manet ad ieiunium, in quod peregrinatio commutata eſt. Vnde conſilium eſt,ut quando cauſa diſpenſandi non eſt adeo manifeſta,commutent potius q̃ diſpenſent epiſcopi,& alij ad quos ſpectat diſpenſatio,aut diſpenſationem cum commutatione temperent. Vnde conſequens eſt poſſe cõfeſſarios regulares uirtute Priuilegiorum ſuorum commutare iuramenta promiſſoria de eiſdem rebus,de quibus uota commutare,& diſpenſare poſſunt,iuxta ea,quæ ſuperius in propoſitione quinta latius,ex communiori,& ueriori Doctorum ſententia annotauimus, & expreſſe docet Emanuel Rodriquez p.1.ſummæ.c. 192.concl. 10.

15. DECIMA PROPOSITIO; Commutatio iuramenti in æquale,uel minus bonum,quamuis fieri non poſſit ſine authoritate Prælati;aut alterius habentis ad hoc poteſtatem,in illud tamen,quod certum eſt melius eſſe, unuſquiſque pro ſuo arbitratu commutare poteſt. Prima pars certa eſt,& omnium conſenſu comprobata,cuius hæc eſt ratio,quia in tali commutatione,admiſcetur quędam diſpenſatio, cum non exigatur id de quo iuratum eſt,ſed pars q. dam ipſius:ad diſpenſationem autem ſemper neceſſaria eſt ſuperioris authoritas. Secunda pars eſt contra Syلueſt.in uerb.uotum 4.q.7.uer.ſecundum.qui uult etiam tunc requiri ſuperioris authoritatem ad commutationem, ſed noſtram ſententiam in uoto, & conſequenter in iuramento tenent Pan.in c.peruenit.2.nume.1.in fi.de iureiur. Angel.uer.uotum. 4.num.2.& idem Pan.in c.ſcripturæ.de uoto.Sotus lib.7.de iuſt.q.4.ar.3.Caie.2.2.q.88.art.12.& Pet. de Arragon.ibidem.& q.89.ar.9.dicto 5. Couar.in c.quamuis.p.1.§.3 num.4.uerſ.6.& colligitur ex d. c.ſcripturæ.ubi definit ſummus Pont.uotum ſolemne religionis extinguere omnia uota ante emiſſa; Quia,inquit,illa commutantur in melius, ubi commutatio illa facta fuit non authoritate alicuius prelati,ſed priuato iudicio. Ergo etiam idem dicẽdum eſt de commutationibus iuramẽti in melius factis. Ratio eſt,quia qui commutat in aliquid melius, ſatisfacit iuramento emiſſo,& aliquid amplius facit, quam antea promiſit, & quia gratius, & acceptius eſt Deo quod melius eſt. Intelligendum autem eſt hoc primo,quando certum eſt commutationem fieri in id quod melius eſt, quia ſi res dubia ſit, utrum id, in quod uotum, aut iuramentum commutatur, ſit melius,uel æquale bonum, nec ne,neceſſaria erit ſuperioris authoritas argu.ca.1.de uoto,& uoti redempt. Intelligitur ſecundo, quando iuramentum fit ſoli Deo;ſi enim fieret homini,in eius utilitatem non poſſet commutare etiam in meliorem rem ſine illius conſenſu,quia forſan illud,quod per ſe melius eſt,non erit illi melius,ut præfati authores,& Summa Coro.p.3.tract.de iuramento. nu.25. & nu.40. tradiderunt,de qua re plura agemus infra in materia de uoto. Quæ autem de relaxatione iuramenti dicenda ſunt,ſatis conſtant ex ijs,quæ in fine pręcedentis capitis expoſita ſunt.

De Modis vſitatioribus quibus malè Iurando peccatur, & varijs periurij pœnis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Vt quandoque laudabile,immo præceptum per nomen diuinum iurare,ſic ſub pęnis grauiſſimis prohibitum.*

2 *Qui ſcienter falſum iurant etiamſi ioco,uel coactione, & metu,uel etiam ex lapſu linguæ dummodo aduertenter faciant,peccant mort.*

Qui pro certo affirmat uerum quod ita eſſe certo ignorat ſed animo dubius eſt,peccat mort.ibid.

Qui iurat id quod uerum exiſtimat , quod re uera falſum eſt.

Qui iurat rem ſic eſſe aliter intendens quam uerba ſonant,dummodo legitimè ſit interrogatus.ibid.

3 *Qui per falſos Deos,Mahometem,Solem,&c.*

Qui inducit alios ſcienter ad falsò iurandum etiam per Deum uerum.nu.eod.
4 *Qui iurat ſe illicitum facturum,ut occidere,furari.*
5 *Qui iurat aliquod ſecretum tenere, & poſtea aduertenter & ex propoſito illud reuelat.*
6 *Præcipuæ pœnæ, quæ contra periuros ſtatuuntur, quinque,inter quas principalis infamia, nu.7.& 8.*
9 *Collatio beneficij facta periuro ipſo iure nulla eſt.*

1 QVemadmodum licitũ, & laudabile eſt diuinum nomen fidei faciendæ cauſa inuocare, dummodo id debitis adhibitis cõditionibus & circunſtantijs fiat, iuxta illud prophetæ pſ.62.*Laudabuntur omnes qui iurant in eo*; Immo etiam id quandoq; in pręcepto eſt,vt ex illis Deut.6.verbis colligitur, *Dominum Deum tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis*;ita quandoque illud facere,malum & illicitum eſt, & ſub pęnis grauiſſimis prohibitum,prout illa Exo.20.verba declarant, *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum; Neque.n.habebit inſontẽ Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.* Quib.verbis, & rationẽ aſſignat, cur hoc facinus ſceleſtum adeo ac nefarium ſit, nimirũ propterea quod eius Maieſtas minuitur, quẽ nos Deum, ac dominum noſtrum eſſe profitemur, vt hac ratione ſaltem homines ab hoc peccato committendo deterreat. Quia vero non vno ſolum modo, ſed varijs ac diuerſis peccatum iſtud committi poteſt, & ſolet, ad faciliorem huius rei intelligentiam, ac maiorem tam pęnitentis, quam Confeſſarij vtilitatem, vſitatiores modos, quibus malè iurando peccari ſolet, breuiter afferemus.

2 PRIMO igitur peccant mortaliter illi,qui ſcienter falſum iurant,etiamſi loco, vel coactione,& metu,uel etiam ex lapſu linguæ faciant,dummodo aduertenter id faciant, ſecus autem ſi non aduertant.ita S.Thom.2.2.q.98.art.3. ad 1.2. & ad 3.ſi conſideretur reſponſio cum argumento. Magiſter in 3.diſt.36.Bona.ibid.ar.1.q.2.& 3 Rich.ead.diſt. art.3.q.2.Scotus ibid.q.vnic.arti.1. Gabr. ibid.q.2. art.2.concluſ.1.& 2.S.Ant.p.2.tit.10.c.7.§.1.Ang. verb.periurium.§.1.& ſeq.Sylu. eod. nu.1.Tabien. verb. Iurare nu.10.§.Nono. Sotus lib.8. de iuſtit.q. 2.artic.3 .concluſ.2. Nauar.in Manuali.c.12.nu.6. & ſeq.Cou.in c.Quamuis.p.1.§.1.nu.4.& §.6.num. 5.de pact.in 6.Petr.de Arrag.in 2.2.quęſ.89.art:3. Greg.de Valentia.to.3. diſp.6.q.7.punct.3.Barth. Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.cap.14.§.4. Caiet.in ſum.verb.periurium.Lud. Lopez p.1.inſtruct.conſcien.c.42.Sebaſt. Medices de peccatis cap. tit.6.q. 32.& q.34.Sum.Cor.tractat.de iuramento.nu.17. Coſmus Philiarcus de off.ſacerd.p.2. lib.3.cap.13. Emanuel Rodriqnez p.1.ſum.c.191. concluſ.1.& 7.Tolet.in ſum.lib.4.c.21.& alij communiter. Ratio eſt, quia talis inſignem Deo facit iniuriã, quippe qui, aut illi inſcitiæ notam inurit, dum ipſum alicuius rei veritatem latere arbitratur, aut certè improbitatis, aut praui affectus, qui mendacium teſtimonio diuino uelit confirmare. Ex S.Tho.2.2. q.98.artic.2. Iurat autem falsò non is ſolum,qui, quod falſum ſcit, uerum eſſe iurando affirmat, ſed ille etiam, qui iureiurando id aſſerit, quod cum verum ſit, tamen ipſe falſum putat. Cum.n.mendacium ea da cauſa mendacium ſit, quod contra mentem, & animi ſententiam profertur, ut notat S.Tho.2.2.q.110.art.1. manifeſtum eſt, hunc planè mentiri, & periurum eſſe. Ex Magiſtro,& alijs, diſt.39.& colligitur ex 22.q.2.can.Homines,vbi dicitur, *Intereſt quemadmodum uerbum procedat ex animo,ream linguam non facit,niſi mens rea.*

SECVNDO peccat mortaliter, & periurus eſt, qui pro certo affirmat eſſe uerum, quod ita eſſe certo ignorat, ſed in animo ſuo dubius eſt; Quia tenetur dicere ſecũdũ illud,quod nouit,& ſentit,ex Angel.uerb.periuriũ.n.3.uerſ.Quarto.Sylueſt.eo.q.1. Nau.in Manu.c.12.n.7.verſ.Octauo.Sum.Cor.p.3. tract.de iuramento,n.17.& alijs.Grauem.n.iniuriã Deo infert, dũ Deum in teſtẽ ueritatis rei ſimpliciter adducat, cũ tamen ipſe de re ipſa certus non ſit.

TERTIO peccat mortaliter,& periurus eſt, qui id iurat,quod uerum exiſtimat,& tamen reuera falſum eſt,niſi quantũ potuit curã & diligentiã adhibuerit,ut totam rem cõpertam, & exploratam haberet; Quamuis enim ipſius oratio menti cõſentiat, periurij tamen reus eſt.Sic Sylu.uerb.periurium, q. 1.uerſ.Secundo.Caiet.in Sum.uerb. periurium,§.1. Sot.lib.8.de iuſt.q.1.art.3.concl.6.Nauar.in Man. c.12.nu.7.verſ.Sexto.Greg.de Valen. to.3. diſput. 6 q.7.punct.3.Emanuel Rodriquez par.1.Sum.ca. 191.Cathechiſ.Rom.ſuper præcep.2.decalogi.nu. 22.poſt S.Ant.p.2.tit.10.c.7.

QVARTO peccat mortaliter, & periurus eſt, qui iurat alicui aliquid ſic eſſe, uel nõ eſſe, intendẽs verba aliter quam ſonant, dummodo legitimè ab aliquo requiſitus & interrogatus ſit: Ratio eſt, quia verba intelliguntur ſecundum intentionem & mentem eius cui fit iuramentum ex legitima cauſa,ff. de inter.ac.leg.de ætate.§. qui interrogatus. Alex ã. de Ales p.3.Sum.q.31.memb.4.Syl.uerb.iuramentum.3.q.2.Sotus lib.8.de iuſt.q.1.art.7. in fi.Caiet. 2.2.q.89.art.7.& Pet. de Arragon.ibidem Nauar. in Manuali.c.12.nu.8.uerſ.Nono.Sum. Cor.par.2. tract.de iuramento. nume.17.Coſmus Philiarchus de offic.ſacer.p.2.lib.3.c.14. Lud.Lopez p.1.inſtr. conſcien. cap.42. Pedrazza in expoſitione ſecundi præcepti,§.3.Tole.lib.4.ſum.c.21. Notab.2.Secus autem ſi a iudice incompetenti, uel illigitime rogatus ſit,uel coactus ab eo, cui iuramentum de iure præſtare non tenetur, tunc enim non peccat, quia Deus accipit iuramentum ſecundum intentionem iurãtis ſine dolo.22.q.5.can. Quacunq; arti.& can. Hoc uidetur,ubi gl. Arch. & auth.communiter.

3 QVINTO peccat mortaliter, q per falſos Deos iurat,v.g.per Mahometem,per Solem,&c. Vnde Exo.23.dicitur,*Per nomen externorum deorum nõ iurabitis,neque audietur ex ore ueſtro. & can.Monet.*22. q.1. Quandoquidem ut recte notat Cathechiſmus Romanus in expoſitione ſecundi præcepti nu.26. nihil à ueritate magis alienum eſt,quam mendaces, & fictitios Deos tanquam uerum Deum teſtari,eſtque blaſphemia quædam ex S.Tho.2.2.q.13.art.1. ad 3.Nau.in Man.c.12.nu.4.uerſ.2.

Et eodem modo peccat,qui alium inducit ad iurandum per falſos Deos: Recipiens autem ab infidelibus iuramentum per falſos Deos,non peccat,dummodo adſit iuſta cauſa, & dummodo non inducat illos ad iurandũ,ex S.Tho.2.2.q.78. art.4.& q.98. art.4.& aliis communiter.

SEXTO peccat mortaliter,qui inducit alios ſciẽ ter ad falsò iurandum etiam per Deum uerũ. can. Ille.22.q.5.Pan.in c.Cleros.de cohabit.cleri. & mulier.Tabiena verb.periurium num.4.uerſ.Tertio.S. Tho.2.2.q.98. art.4. Qui tamen ex officio tenetur, poteſt ex hibere iuramentum,quamuis ſciat peieraturum ex S.Tho.ubi ſupra,& Doctoribus communiter,quos c.5.in princip.attulimus.

SEPTIMO peccat mortaliter, & periurus eſt, qui cũ iuramento promittit ſe licitũ aliquid facturũ,cum tamen aut promiſſum implere in animo nõ habuerit,aut ſi habuerit,quod promiſit,re ipſa non præſtat,niſi ille, cui promiſit, ante terminũ relaxet iuramentũ.22.q.2.can.1.& 2.S.Th.2.2.q.89.art.7. S.Ant.p.2.tit.10.c.4.§.2.& c.7.§.1. Syl.uerb.iuramentũ. 2.q.6.& uerb.periurium.q.1. Tabien.uerb.iurare.§.Nono.Nauar.in Manuali.c.12.nu.13.uerſ. Decimotertio,& alii,quos c.4.dub.4. propoſitione 2.citauimus,& Catech.Rom.ubi ſup.nu.23.

4 OCTAVO peccat mortaliter, & periurus eſt, qui iurat ſe aliquid illicitum facturum,ut occidere, furari,&c.quamuis ille ſeriò,atque ex animo dicat; Quia tenetur cõtrarium facere.S.Thom.2.2.q.89. ar.7.ad 2.& q.98.ar.2.ad 1. Caiet. & Petr.de Arragon.ibid.Ang.uerb.iuramentum. 5.§.1.& 2.Sylue. verb.iuramentum.2.q.7.Nau.in Manuali.c.12.nu.15.verſ.Decimoſexto.Sum.Cor.p.3.tracta.de iuramento,nu.21.Barth.Medina lib.1.inſtruct.confeſ. c.14.§.4.ut latius expoſuimus cap.7.§. Primo.uerſ. Prima propoſitio.& Catech.Roma. in expoſitione præcepti 2.nu.24.

NONO peccat,qui iurat ſe non obtemperaturũ Conſiliis Euangelicis, cuiuſmodi ſunt,quæ ad cęlibatum,& paupertatẽ hortantur.Quamuis enim nemo ea neceſſario ſequi debeat, ſi quis tamen iuret, nolle ſe illis parere cõſiliis,eo iureiurãdo diuina cõſilia contemnit,& uiolat.S.Th.2.2.q.89.ar.7.ad 2. Alex.de Ales p.3.q.31. memb.3.ar.4.§.1. Cat.Ro. vbi ſup. ut plurimũ tamen peccatum hoc ſolum ueniale erit,ſecundum ea,quæ dicta ſunt c.4.in fin.

DECIMO peccat,qui, quod uerũ eſt,iurat, idq; ita ſe habere exiſtimat, leuib.quibuſdam coniecturis adductùs,& longè petitis.Quamuis enim huiuſmodi iuſiurandum ueritas comitetur, ſubeſt tamen aliquo modo falſum,nam qui ſic negligenter iurat, in magno peierandi periculo uerſatur ex Cate.Roman.in expoſitione præcepti 2.nu.25. quando autem id mortale,aut ueniale peccatum ſit,c.5.dub.2. latius expoſuimus.

5 VNDECIMO peccat mortaliter iurãs aliquid ſecretum tenere,& poſtea aduertenter,& ex propoſito illud reuelat,ſi res erat,quæ cum bona conſciẽtia teneri poteſt ſecreta. Et idem de eo dicẽdum eſt, qui alium inducit ad tale ſecretum reuelãdum ſciẽter, & dolosè ex S. Thom.2.2.q.70.artic.1.ad 2. Panorm.in c.Ego N.num.7.de iureiu. S.Anto.par. 2.tit.10.c.7.§.3.Sylueſt.verb.iuramentum.4.q.28. Tabiena uerb.iurare,nu.27.verſ.26. Nauar.in Manuali,c.12.nu.23.uerſ.25. Pedrazza in expoſitione 2.præcepti.verſ.Nono.& Theolog. in 3.diſtinct. 39.& Richard.4. diſt.21. artic.5.q.4.& colligitur ex can.Qui ambulat.5.q.5.id quod S.Ant.uerum eſſe docet, etiamſi ex tali reuelatione non oriatur ſcãdalum. Seruare namque fidem in rebus licitis eſt de iure naturali, & ideo accedente iuramento fidem violare mortale erit.

DVODECIMO etiam contra hoc præceptum peccat, qui verbum Dei (cuius maieſtatẽ non ſolũ pij,ſed impij etiam interdũ reuerentur, vt de Eglõ Moabitarum rege legitur Iudic.3.) à recta, & germana eius ſententia,ad impiorũ dogmata,& hæreſes flectit;quique etiam eius verba,& ſententias,quæ omni veneratione colenda ſunt, ad profana quæque detorquet, ad ſcurrilia, ſcilicet, fabuloſa, uana, aſſentationes, detractiones, ſortes, libellos famoſos,& ſi quæ alia ſint id genus, ex Catech. Rom.ubi ſupra,nu.27.in quod peccatum ſacra Trid.Syn.Seſ. 4.in fin.grauiter animaduerti iubet.

Et quauis alijs modis iuſiurandum malum,& illicitum eſſe poſſit, his tamen modis frequentius homines peccare ſolent, quos hoc in loco breuiter collegiſſe,& attigiſſe ſatis eſt, cum de illis latius in ſuperioribus diſputatum ſit.

6 QVOAD pœnas vero, quæ contra periuros ſtatuũtur,vt omittamus varias pœnas,quæ olim apud Ethincos in vſu erant, quantum ad præſens noſtrũ inſtitutum attinet,hæ præcipuæ ſunt.

Prima,& principalis eſt infamia,quæ pęna vtroque iure,tam Pontificio,ſcilicet quam Cęſareo periuris irrogatur.vn can.infames.6.q.1.& can.quicũque.ead.cauſa & quæſt.& l.ſi quis maior.C.de tranſact. gloſſ.in cap. querelam.in uerb. crimine.de iureiu. Ioan.Bachonus.4.diſtinct.25.q.14.art.6.Angel.verb.periurium.nu.6.S.Anton.par.2.tit.10.ca. .§.3. Sylueſt.verb. periurium. quæſt. 6. Tabiena. verb.eodem.nume.6.verſ. Quinto. Couar.in capit. Quamuis. par.1.§.7.nume.4.de pactis.in 6.qui id procedere docet non ſolum in periurio, quod ſit in iudicio, ſed etiam extra iudicium, quod etiam antea docuit Bachonus, vbi ſupra, at uero rectius docet Sotus lib.8.de iuſtit.q.2.art.3. in reſponſi.ad ſecundum principale. infamiam hanc non contrahi ipſo iure ex periurio, niſi concurrentibus duabus conditionibus,ſcilicet,& quod *ſolemniter* iurando peierauerit; & quod poſtea in *foro iudiciali* ſit de periurio *publice condemnatus*, ita vt ſit a ferendo teſtimonio repudiandus.arg.can.Quicunque.6. q.1.idemque docent S.Tho.2.2.quæſt.98.art.3.ad 3.Sylueſt.& Tabiena,& S.Anton.vbi ſupra. Quia peccata mortalia non afferunt infamiam,niſi in iudicio traducantur, & condemnentur. Immo,inquit Sotus, hæreticus quoaduſque ſit de hæreſi cõdemnatus, non habetur iure infamis. Hoc autem quod diximus, ex S.Thoma & aliis intelligendum eſt, ſi periurium contingat in iuramento promiſſorio, nam ex periurio aſſertorio non incurritur infamia. Quod etiam præter Doctores citatos tradunt etiam gloſſ.in can. Quicunque. in uerb.recipiatur,6.quæſt.1. & gloſ. in l.Lucius. ff.de infamibus.Panor. in c. teſtimonium. & Felin.ibidem.nume.20.de teſtibus.& Lambertinus de iurepatron. par.1.lib.2.quæſt.9.art.15.& Lanfrancus in capit. Quoniam contra.de probation.uerb.teſtes.nu.135. quos refert Couarruuias,vbi ſupra. Rationem hanc aſſignat S. Thomas, quia qui aſſertoriè peierauit, poſt factum iuramentum non habet poteſtatem faciendi, quod non fuerit factum. Qui autem ſolemniter iurando aliquid promiſit,propterea ſi id non implet, maiorẽ incurrit infamiam, quia in eius poteſtate remanet, poſtquam iurauit, vt det ſuo iuramento veritatem.

7 *Secunda eſt*,quod periurium aſſertorium rei præſentis,vel præteritæ,iure ciuili punitur pęna criminis ſtellionatus, & ideo periurus ad tempus exulat, l.vlt.ff. de crimine ſtellionat. Periurium autẽ promiſſorium hanc etiam iure ciuili pęnam habet, vt præter imfamiam periurus pœnam contractus ſoluat,& actionem,omneque conuentionis commodum amittat. d.l.ſi quis maior. C.de tranſactio. & Docto.ibi. & Io.a Selua de iureiu.q.vlt.Couar.in c. Quamuis.p.1.§.7.nu.4.de pact.in 6.

Tertia eſt, Quod periurium ſimplex priuato homini iniuriam, & præiudicium irrogans,iure Pontificio pęna depoſitionis ab ordine, ſi clericus ſit, punitur.c.cum non ab homine.& Doct.ibi.de iudi. Pan.in c.Tuas. de iureiu.Couar.in cap.Quamuis.p. 1.§.7.num.3.de pact. in 6. Qnod ſi falſum dixerit teſtimonium in iudicio, vltra depoſitionem detruditur in Monaſterium, vt ibi pęnitentiam tanti ſceleris agat, ſecundum Panor.in cap.1.de crimine falſi.& facit can. Epiſcopus.diſt.50. Si laicus ſit,& crimen capitale ſit, qui falſum teſtimonium aduerſus reum dixerit, puniendus erit eadem pęna, qua puniretur reus ipſe, ſi criminis conuictus foret.l.1. §.1.& ibi Bar. ff.de ſicar.Fely.in ca.ſicut. de teſtib. & facit can. ſatis.33.q.5. glo. in can. Rex debet.in verb.periuros.23.q.5. & Couar. vbi ſupra,nu.6.Sin vero crimen capitale non ſit,tunc pęna falſi in homine libero eſt deportatio,omnium bonorum publicatio,in ſeruo autem vltimum ſupplicium.l.1.§. vlt.ff.de falſ.

8 *Quarta eſt*, Quod periurus priuandus eſt beneficio: Et quãuis Rebuffus in tract. de pacificis poſſeſ. num.218.exiſtimet periurum priuatum eſſe ipſo iure beneficijs eccleſiaſticis, quæ iam tempore periurij obtinebat, quam etiam opinionem tenet Barba. in c.cum non ab homine.de iud. Alij tamen omnes verius docent non eſſe priuatum ipſo iure ſuo beneficio,ſed per ſententiam priuandum. Sic Pan.in c.2. de reſcr.Dec.& Fel.ibi.col.1.qui ait hanc eſſe communem opinionem.gl. in c.Querelam.in uerb.Remouentes.in fi. de iureiu. & eadem gl. in cap.Illud verb.falſo.de exceſſ. prælat. Io.a Selua tract. de iureiu.q.vlt.& in tract.de beneficio.p.3.q.2.nume.7. Io.Bernard.Diaz in ſua pract.c.86.in antiq.aliàs c. 92.cnm annot. Ignatij Lopez de Salzedo, qui etiã hanc ſententiam probat.Cæſar Lambert.de iure patron.p.1.lib.2.q.9.art.15.Vnde Salzedo,ubi ſupra, docet ante ſententiam facere fructus ſuos, immo ẽt poſſe renuntiare beneficium ſuum, ita vt ſententia priuationis poſt renuntiationem lata nullius momenti ſit, cum iã clericus beneficio careat,& alios refert in huius rei confirmationem. Addit inſuper clericum hanc pęnam non incurrere,ſi probare poſſit abſque dolo commiſſum fuiſſe periurium, aut ſi propter difficultatem iuramentum non adimpleuerit,& facit glo.1.in c.Breui.de iureiu. Procedunt autem hæc omnia, ut notat Sylu.in uerb. periuriũ. q.5.in fi.in periurio ratione deficientis ueritatis,nõ autem ratione deficientis iuſtitię,& iudicij,ex periurio.n.in iſtis,nec infamia incurritur,nec a teſtimonio repellitur, nec beneficio eccleſiaſtico priuandus eſt, quod idem docent glo. in can.definitio.in uerb.emendatio.22.q.4. Couar. in c. quamuis p.1. §.6.nu.9. uerſ. Hinc ſanè. de pact.in 6.Caiet.2.2.q. 98.art.2.in princ.Sotus lib.8.de iuſt.q.2.concl.6.& Bonau.3.diſt.39.art.1.q.1. qui tres ultimi ſatis fauent, dum dicunt periurium ex defectu iuſtitiæ,& iudicij eſſe ſolum periurium ſecundum quid: periurium autem ex defectu ueritatis eſſe periurium formaliter,& abſolute, quandoquidem formale iuramenti eſt atteſtatio veritatis,atque adeo periuriũ proprie tunc eſt,quando deeſt veritas,gloſſa autem, & Sylueſter, & Couar.id expreſſe docent, quorum opinio communis eſſe videtur.

9 *Quinta eſt*,Quod collatio beneficij facta periuro eſt ipſo iure nulla. Sic Pan.& Doct.in cap.querelã. de iureiu.Dec.in cap.dilecti.col.2.de except.Fel.in c.2.colum.3.de reſc. Nicol. Millis in repertorio.in verb.periurus. Aufrerius in Capella Tholoſana.q. 17.quem refert,& ſequitur Couar.in c. quamuis.p. 1.§.7.num.3.de pact.in 6.Io. Selua de benefic.p.3. q.2.nu.7.& 8.Ang.in Sum. verſ. periurium.nu.12. Io.Bernard.Diaz in pract.crim.canon.ca.86.Ignatius Lopez de Salzedo in c.92. Ratio eſt,quia periurus eſt infamis,l.ſi quis maior.C.de tranſact.collatio autem beneficij facta infami eſt ipſo iure nulla.reg.Infamibus.de reg.iuris,in 6.id quod tradunt præfati authores de eo,qui eſt infamis notorius infamia iuris,tunc etenim collatio eſt nulla ipſo iure, vt notant Pan.in c.inter dilectos.num.6. de exceſſ. prælat.& idem Pan.in c.ſuper eo.ad fi.de elect.Fel. vbi ſup.col.4.& Couar.loco proximè citato.

De eo autem, qui eſt infamis infamia facti; communiter tradũt Doctores, quod poſtquam quis per ſententiam declaratus eſſet periurus,& poſtea ei fieret collatio, collatio illa nulla eſſet, ſecus ſi non ſit condemnatus,& per ſententiam declaratus. Sic Calder.conſil.10.titu.de præbend. & poſt eum optime Nauar.in c.ſi quando. Except.17.nu.9.verſ.Tertiũ. de reſcr.Lopez,Salzedo,& Diaz,& Cou.vbi ſupra, vbi Nauar.Couar.& Salzedo alium caſum ponunt, in quo collatio facta periuro eſt nulla ipſo iure,ſ. cum collatio beneficij periuro facta fuerit authoritate literarum Apoſtolicarum ad beneficia. Cuius ratio eſt,Quia cum collatio beneficij præſupponat morum honeſtatem,omnino alienum a mente ſummi Pontificis eſt, vt infames, ac periuri ſub huiuſmodi literis ad beneficia a ſe conceſſis comprehendantur, cum potius ea velit clericis bonis moribus præditis conferri.Idemq; præter tres citatos docẽt Cald.conſ.20.de præb.& conſ.4.de accuſ. Fel. in c. 2.col.3.de reſcr.& in cap.Inquiſitionis.col.2.de accuſ.Rebuff.in trac.de pacificis poſſeſſ. nu.222.ſiue igitur quis infamis ſit infamia iuris,ſiue infamia facti,collatio beneficij illi poſtea facta & nulla,& inualida eſt.Atque de periurij pęnis hæc ſufficiant.

Finis Libri Quinti.

DE SECVNDA PARTE SECVNDI PRAECEPTI

De Voto, eiuſque natura, Conditione, & Obligatione.

Liber Sextus.

Authores, qui in hoc Sexto Libro allegantur, de voto, eiuſque natura tractantes,

EX *Patribus*. S. Auguſt. contra Fauſtum, & lib. de Sancta Virginitate. S. Hieronymus epiſto. ad Edibiam. Gregorius Nyſſenus homil. 2. in orat. Domini. Fulgentius in lib. de fide ad Petrum. cap. 3. *Ex Scholaſticis*. S. Thom. 2. 2. q. 13. Caiet. ibidem Alex. Alenſis par. 2. q. 131. Magiſter in 4. diſt. 38. Scotus ibid. §. ratio igitur. S. Bonau. ibidem. Richardus. ibid. artic. 6. Paludan. ibid. q. 5. Durand. ibid. q 1. & Gabr Sotus de iuſtitia. lib. 7. q. 2. & in 4. d. 29. Ioſeph Angles in florib. in 4. q. de voto. Herueus quodlib. 11. q. 25. Henricus quodlib. 6. q. 39. Michael Palatius in 4. diſt. 38. diſp. 2. Adrianus tract. de ſponſal. q. 9. Ioannes Maior in 4. diſt. 37. Petrus de Arragona. 2. 2. q. 88. Dominicus Bannes 2. 2. q. 13. Michael Medina de continentia hominum ſacrorum. lib. 4. cap. 36. Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 17. Bellarminus lib. 1. de Clericis. cap. 15. Gregor. de Valentia tom. 3. diſput. 1. & 6. *Canoniſtæ, & Iuriſtæ,* Canoniſtæ in titulo de voto, & voti redemptione. Innocen. in cap. conſulti. de regularibus. Hoſtienſis, & Vincent. in d. cap. Conſulti. Panorm. in c. Statuimus. & Henricus Bohic ſuper d. cap. Ioannes Andr. ibid. & in cap. qui bona. Archidiaconus ibid. & Antonius de Butrio. Lapus, & Cardinalis in clement. vnica. Landunus in Cardin. q. 6. Andr. Tiraq de pęnis Alexand. de Imo. l. bonorum. C. qui poſſunt ad bon. poſſeſ. admitti. Nicolaus Arelatanus in tract. de hæret. Franciſc. Squillacens. de fide Catholica. Gendiſſalinus de hæret. q. 1. Pallacius Rubeus in alleg. de hæret. Simancas de Catholica inſtitut. titu. 17. Bernardus Diaz in prac. canon. Coua. in cap. quamuis pactum. Franciſc. Pegna p. 3. ad directorium Inquiſit. Ignatius Lopez de Salſedo in pract. crimin. canon. Campegius apud Zanch. cap. 7. Albert. in tract. de agnoſcendis aſſertionibus. quæſtion. 3. Conradus Brunus l. 5. de hæret. Alexand. in conſi. 72. lib. 1. Nicolaus Boer. deciſ. 301. Thom. Gramma. deciſ. 50. *Summiſtæ*. Ang. Armilla, Caieta. Piſanella Sylueſter, Tabiena, verb. votum. Relig. S. Antonin. p. 2. tit. 11. Summa Cor. p. 3. tract. de voto. Emmanuel Rodriguez p. 2. cap. 92 Ludouic. Lopez p. 1. inſtructor. Conſc. cap. 43. Gul. Perald. p. 2. de vitijs, & virtutibus Sebaſt. Medices in Sum. peccatorum capital. titu. 4. Martinus Nauarrus in Manual. cap. 12. & 22. Coſinus Philiarchus de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. Bartho. Medina lib. 1. inſtruct. Confeſſ. c. 14. Viualdus in Candelabro. Corduba in tract. Caſuum conſcien. caſ. 149. Ludou. de Beia in reſp. caſ. conſcient. p. 2. Toletus lib. 4. Summ. cap. 17. Emanuel Sà in Aphoriſmis verb. Religio. & verb. votum. Henriquez lib. 2. de Matrimo. cap. 5. Ioannes Azorius par. 1. inſtitut. Moral. lib. 13. cap. 14. & alij plurimi recentiores.

Quid votum ſit, ſeu quomodo definitur.
Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Votum unde appelletur, & quare potuit a uoluntate nomen ſortiri, cum tamen actum rationis importet.*

2 *Voti deſcriptio uaria, quæ uero communior, & optima.*

3 *Voti ratio promiſſione perficitur, ex qua ſequitur obligatio.*

4 *Ad uoti perfectionem ſufficit, quod promiſſio fiat implicitè.*

Annexum uotum ſolemne caſtitatis impedit, aut dirimit matrimonium ſuſcipienti ſacros ordines, etiamſi quis implicitè non uotum emittat. ibi.

5 *An puer ante uſum rationis cogi poſsit ad ſeruandum caſtitatem.*

6 *Solum propoſitum, ſeu conceptus boni, & deſiderium deliberatum non ſufficit abſque promiſſione, & animo ſe obligandi.*

7 *Qui religionem ingreditur, & in ea ſuſcipit habitum etiam cum firmo propoſito manendi, non cenſetur uotum emiſiſſe.*

8 *Qui putant habitus ſuſceptionem habere uim uoti ſolēnis, aut propoſitum uoluntatis æquipollere uoto ſimplici, refelluntur.*

Propoſitum ingrediendi religionem quando uim uoti habeat. ibid.

9 *Promiſſio quæ ad uotum ſufficit debet eſſe deliberata.*

10 *Promiſsio ad uotum neceſſaria fieri debet Deo.*

Votum ſoli Deo fieri poteſt, quare, nu. eod.

Vota, quæ fiunt ſanctis, proprie uota non ſunt, niſi in quātum fiunt mediate, & principaliter Deo, & ipſis amore Dei. ibid.

11 *Votum de bono aliquo maiori fieri debet.*

12 *Votum ad ſui validitatem requirit, ut promiſsio facta non ſit a ſuperiore reuocata.*

13 *Sanctum, & expediens eſt uouere religionis ingreſſum, quam non uouere ex Sacra Scriptura, & ratione probatur contra hæreticos.*

14 *Melius, & magis meritorium eſt factum ex uoto, quam ſine illo, triplex ratio aſsignatur.*

Quid Votum ſit,ſeu quomodo definitur.

MAteria hæc quæ adeo celebris ac cognitu neceſſarie eſt,tractat a Theologis in 4. diſtinct.38. S.Tho.2.2.q.88. Soto lib.7.de iuſtitia per totum;a ſummiſtis in uerb. votum. a Canoniſtis in titulo de uoto, & uoti redemptione, a Nau.in Manuali.c.12.a nume.24.& alijs,ſuis in locis, quos inferius referemus.

Ad cuius intelligentiam,vt à nomine ipſo exordiamur,aduertendum eſt ex Richard.4.diſtinc.38.art.2.q.2.S.Tho.2.2.q.88.art.1.ad ſecundum. Palud.4.diſt.38.q.1.§.Prima.Supplemento Gabr.ibi.q.1.Notab.1.& Sum.Cor.p.3.trac.de uoto.num.1. votum dici a voluntate,quaſi uoluntarie factum.

Quamuis enim importet promiſſionem, quæ actum rationis denotat,quia tamen ratio in tali actu à voluntate dirigitur, ideo tanquam a primo mouente, uotum non ineptè à uoluntate dici poteſt. Quæ ſanè uox non ſolum in uſu eſt apud ſacros ſcriptores, ſed etiam apud prophanos, ut uidere eſt apud Ciceronem lib.2. de legibus. & lib.3. de Natura Deorum, & lib.1.de diuinat.& alibi paſſim. Duo autem præcipuè hac uoce ſignificari ſolent. Interdum enim idem eſt, quod deſiderium. Quia enim ea, quæ maxime cupimus, & deſideramus adhibitis votis à Deo petere ſolemus, inde tractum eſt *voti* nomen ad deſiderium noſtrum ſignificandum. Vnde qui deſiderij ſui factus eſt compos,uoti compos dicitur; Idemque uota facere ſignificat, quod optare, auere, & precari. Altera uero uocis acceptio & ſignificatio, quæ huius loci propria eſt,ut ſignificet aliquam promiſſionem non cuicunque factam, ſed Deo, & ſanctis cum quadam firmitate, & obligatione, ſecundum illud Deuter. 23. *Cum uotum uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, &c.* & infra, *ſi nolueris polliceri,* i.uouere, *abſque peccato eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis,obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo,&c.* Præſuppoſita autem hac uocis ſignificatione,uariè ab authoribus deſcribi ſolet.

2 *Prima* deſcriptio eſt Hug de S.Vict. lib.2.de ſacra.p.12.c.3. dicentis, *uotum eſt ſponſio animi uoluntaria & Deo facta pollicitatio.*

Secunda eſt Magiſtri in 4. diſt.38. dicentis, *uotũ eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpõtaneæ,quę Deo, & de his,quæ Dei ſunt proprie fieri debet.*

Tertia eſt Iuriſtarum dicentium, uotum eſt alicuius boni cum deliberatione facta promiſſio.Alij alias definitiones afferunt.

Ceterum illa omnium optima eſt,& communior quæ colligitur ex S.Tho.2.2.q.88.art.1. Soto li.7.de iuſt.q.1.art.2. Nauar.in Manuali.c.12. num 24. S.Anto.p.2.titu.11.c.2.§.3.Barthol.Medina lib.1. inſtruct.confeſſ.c.14.§.6. Lud.Lopez par.1.inſtru. conſcientiæ.c.43.Summ. Cor.par.3. tract.de uoto. nu.1. Sebaſt.Medice in ſumma peccatorum capita. tit.2.q.38.Pet.de Arragona 2.2.q.88.art.1.Grego. de Valentia tom.3.diſputa.6.q.6.puncto 1. Coſmo Philiarcho de off.ſacerd.p.2.lib.3.c.1. Emanuele Rodriquez in p.2.Sum.c.87.Toleto li.4.Sum.c.17. & alijs. *uotum eſt uoluntaria & deliberata promiſſio, (ſaltem interior) Deo facta, de aliquo bono maiori a ſuperiori non reuocata.* Quæ definitio breuiter à nobis in hoc capite explicãda eſt, latior enim & exactior expoſitio ex his, quæ inferius dicemus, conſtabit.

3 PRIMO igitur ponitur *Promiſſio* pro genere, quia adeſſe deber animus obligandi ſeipſum, adeo vt quamuis quis proponat,& deliberet aliquid facere,ſi tamen non promittat illud facere; non cenſetur uotum emiſiſſe, aut uoto obligari, ex S.Tho.2.2.q.88.ar.1.ubi ait; *rationem uoti perfici promiſſiooe,* & conſtat ex ſacris literis, in quib. ſemper mentio eſt promiſſionis, ubi de uoto agitur. vt Deuter.23. *Cum uotum uoueris &c. facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo,&c.*& Eccle.5. *Si quid uouiſti Deo,ne moreris reddere, diſplicet.n.ei ſtulta, & infidelis promiſſio.* Hinc Greg. Niſſen. Hom.2. de oratione Dominica,definiens uotũ, ait, *uotũ eſt promiſſio alicuius rei, quæ pietatis nomine dedicetur, & ſacris deſtinetur.* Nõ requiritur tamen, quod promiſſio hæc facta ſit cũ ſtipulatione præmiſſa.i.cũ interrogatione,& reſpõſione,ſed ſufficit,quod nude fiat, & abſq; fidei,& iuramenti interpoſitione,ex Richardo in 4.d.38.art.3.q.3.Palud.ibidem.uerſ. Secunda definitio.concl.3.Immo ſufficit, quod promiſſio ſit purè mentalis, etiamſi nihil dicat ore, aut ſcripto, ex S. Bonau.in 4.diſt.38.art.1.q.1.Richar.4.diſt.38.art.3.q.2.Suppl.Gab.ibid.q.1.Notab.2.S.Anton.p.2. tit.11.c.2. in prin.Tabiena uerb.uotum.1.nu.4.§.Tertio.Nau. in Man.c.12.n.24.Sebaſt.Medice in ſum.c.peccat. tit.2.q.38.Ioſeph Angles in florib.4.ſenten.quæſt. de uoto,artic.1.diffic.1.Sot.4.diſt.38.q.2.ar.1.Couar.in c.Quamuis,p.1.§.3. nume.12.de pact. in 6. Rodriquez par.2.ſummæ,c.92.concluſ.9. & Sum. Cor.p.3. tract. de uoto.num 4. Ratio eſt,quia cum uotum fiat Deo, *Deus autem intuetur Cor.1.Reg.16.* nihil refert an fiat uerb.aut ſola mente promiſſio iſta, etiamſi ad expreſſiorem uoti firmitatem aliquando uerba,teſtes & ſcriptura illi adiungatur,& facit ad hoc c.cum apud.de ſponſal.

4 *Præterea* ad uoti perfectionẽ ſufficit, quod promiſſio hæc *implicitè* fiat:qualis eſt illa, quę eſt in recipiente ordines ſacros,& hoc ex eccleſiæ occidentalis intentione, & inſtitutione, quæ ordini ſacro adiunxit uotum ſolemne caſtitatis,ex S.Tho.2.2.q.88.ar.11.in Corp.Caiet.tom.1.opuſ 27.Soto lib.7.de iuſt.q.7.art.2 & latè id probat Rob. Bellarm. lib.1.de clericis,cap.15.& c.16. Vnde ordinatus ſacris abſque alia promiſſione explicita, eo ipſo quod ſuſcepit ordines ſacros, voto conſtringitur, vt optimè docet Sylue.uerb. Matrimonium.8.q.12.verſi. Secundum.

Immo ſi quis ſacros ordines ſuſciperet,non intendens uouere,nec ſe obligare voto,ligabitur tamen; poſito enim,quod ordinari voluerit,neceſſario cenſetur velle etiam votum conſequens ordinem, ex Naua.in Manuali.cap.22.num.52. poſt Syl.verbo. Matrimonium.8.uerſ.2.& Palud.4.diſtin.37.ar.2. concl.3.

Nec obſtat,quod nemo cogitur uouere,cap.integritas.22.q.1.quia eccleſia nullum cogit ſacros ordines ſuſcipere, ſed ſolum ſtatuit, vt qui ſacros ordines ſuſcipiunt, inhabiles ſint ad matrimonium. Vnde qui voluntariè ordinatur, voluntariè etiam illam inhabilitatem incurrit,ex Scoto in 4.diſt.37.§.Hic eſt & Naua.in Manuali.cap.22. num.52.& ſi contrahat, excommunicatus eſt, clemen.1.de conſang & affin.

Annexum autem eſſe uotum ſolemne caſtitatis impediens matrimonium, & dirimens, ſuſcipienti ſati ſacros ordinis,patet ex cap.1.& can.*ſi quis eorum & can.erubeſcant*,d.32.& cap.1.de clericis coniug. Syl.verb.Matrimonium.8.q.12.verſ.2.& Pal.4.d. 3.q.1.art.2.concl.3.& Scoto 4.d.37.verſ.Dico igitur,qui tres idem affirmant de eo, qui dum ſuſciperet ordines,contrarium proteſtabatur.Hoc.n.in caſu tenetur ad caſtitatem, non ex vi voti (quia neq; implicitè,vt conſtat,voluit emittere votum) ſed ex vi ſtatuti eccleſiæ; poteſt enim eccleſia facere inhabilem ad matrimonium etiam ignorantem & inuitum,ſicut ſeruum,vel frigidum,& huiuſmodi.

5 *An uero* puer ante vſum rationis ſacris initiatus poſſit poſtea cogi ad caſtitatem ſeruandam, ex vi ſtatuti eccleſiæ non ita conueniunt authores. Partem affirmatiuam affirmant Palud.4. diſt.38. q.1. ar.2.conclu.3.vbi ait, quod ſi ante annos diſcretionis aliquis ſacrum ordinem ſuſcipiat, ad continentiam obligatur,etiamſi in cunis ordinaretur ſuppoſito quod characterem baptiſmi receperit,quia, inquit, obligatur ſtatuto eccleſiæ, non voto ſuo, & Sylu.uerb.Matrimonium.8.q.12.uerſi.Secundum. vbi repetit hæc uerba Paludani,& addit quod ſi talis contrahit,dirimitur matrimonium,quamuis poſtea contrariam opinionem magis conformem D. Tho.eſſe velit,& expreſſe Mart.Led.2.4.q.55.art. 4.vbi ait, eos teneri ad caſtitatem poſt quam deueniunt ad vſum rationis, & eccleſiā poſſe illos obligare; addit tamen eccleſiam debere facile cum illis diſpenſare ſi petant, & pro hoc citat Ioan. Maiorē 4.d.37.Partē uero negatiuam tenet idem Pal.4.d. 25.q.3.art.1.concl.3.Rich.4. d.25.art.4 q.2.ad 2. Sylueſ.verb.ordo.4.q.1.verſ.Tertio.Sotus lib.7.de iuſt.q.2.art.5.ad 4 & in 4. d.25 q.1.art.2. concl.3. Pet.de Arragon.2.2.q.88.ar.1.§.circa 2.concl.3.in fin.Rodriquez p.2.Summæ.c.92.concl 8.Io. Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.13.c.14.q.9.& idem Rodriquez c.96.conclu.4.& Henriquez lib.2.de Matrimonio.c.5. nu.9. niſi adultus ſponte velit manere in ſtatu ordinis.Quia votum ſolemne,ratione cuius eſt inhabilis,pendet a voluntate liberè acceptāte ſtatum. De qua re alibi latius agendum eſt,& hæc opinio probabilior eſt,& rationi conformior.

6 SECVNDO, Adeò neceſſaria eſt promiſſio ad votum,vt ſolum *propoſitum*, ſeu boni conceptus,& deſiderium etiam deliberatum faciendi aliquid bonum, non ſufficit abſque promiſſione, & animo ſe obligandi.Sic S.Thom.2.2.q.88. arti.1. Caie. ibidem.Gabr.in ſuppl.& diſtin.39.q.1. Notab.2.Sylueſt.verb.religio.5 q.8.& uerb.uotum,q.2.Pan.in cap.literaturam.nu.2.de voto & voti redempt.S. Anton.p.2.tit.11.c.2. Sum. Cor.par.3.tract.de voto,nu.4. in princip.& in fin. Petr. de Arragon.2.2. q.88.art.1.in fin.Ioſeph.Ang.in floribus 4.ſent.tractat.de voto, art.1.difficul.1.Nauar.in Manuali,c. 12.num.26.Emanuel Rodriquez par 2.ſummæ,c. 92.concluſ.9.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6. punct.1.in fin.q.6.Lud.Lopez part.1.inſtruct.conſcientiæ.c.43.Couar.in c.Quamuis.par.1.§.3.num. 12.in fi.de pact.in 6.Toletus libro 4. ſummæ c.17. Quicquid gloſſ.celebris in ca.Qui bona.17. q.1.& aliqui iuriſconſulti,vt Alex.de Imola in leg.bonorum.Cod.qui admit.ad bonor.poſſeſſ.poſſunt, & aliqui canoniſtæ,ut referunt Sylueſt. & Sotus locis citatis, exiſtiment, ſolum propoſitum uoluntatis abſque promiſſione ſufficere ad votum, maximè quando iam opus inceptum eſt.

Atque adeò vt docet Nauar.in Manuali.ca.12. nu.26.huiuſmodi propoſitum nec obligat ad mortale; aut ueniale. Ratio eſt, quia propoſitum cum ſit actus uoluntatis eligentis aliquid facere in futurum, non eſt affirmatio aut negatio alicuius rei, ſed ſolum conſenſus uoluntatis, qui exprimi poteſt per hoc uerbum de futuro; Faciam,dummodo in illo non intelligamus ſenſum promiſſorium,ſcilicet,promitto facere, ſed tantum ſimplicem aſſertionem eius, quod tunc in animo gero. Promiſſio autem cum ſit actus intellectus importat affirmationem, aut negationem. Vnde qui habuit propoſitum aliquid faciendi, ſi poſtea mutato propoſito oppoſitum faciat, non mentitur, cum tamen ille, qui promiſit aliquid facere, ſi poſtea contrarium faciat,mentitur; eo quod facit contra veritatem illius,quod facere promiſit.

Deinde non ordinatur homo ad alterum per ſolum propoſitum uoluntatis, abſque promiſſione, & tamen per votum obligatur quis Deo,aut alteri. Per ſolum igitur propoſitum abſque promiſſione non fit uotum. Id quod procedit, *primo*, etiamſi tale propoſitum diu duret; Non enim ex hoc fit votum, quia non eſt promiſſio, ex ſupplem.Gabr. in 4.diſtinct. 38.arti.1. Notab.2.quæſt.1.litera.C. *Secundo.* etiamſi tale propoſitū uerbis exprimatur, non tamen habet vim uoti,quandiu promiſſio non eſt,exemplum ſit in eo,qui dicit, Faciam hoc,& illud.talis namque ſimplex aſſertio, non facit hunc ſenſum.promitto facere,ſed eſt ſimplex tantum aſſertio eius quod exiſtit in mente, vnde qui illud non implet, non committit mendacium, ex Soto lib.7.de iuſt.q.1.ar.2.in fi.Pet.de Arragona in 2.2. q.88.art.1.in fi.& Ioſepho Angles in florib.4.ſent. in q.de uoto,ar.1.difficult.2.

7 *Hinc* ſequitur *primo*, ingredientem religionem, & habitum in illa ſuſcipientem etiam cum firmo propoſito manendi in ea, non cenſeri uotum emiſiſſe; Ratio eſt,quia adhuc non eſt promiſſio, quæ tamen vt ſupra diximus,neceſſaria eſt ad uotū; quo quis ſe obligat Deo,aut alteri. Vnde fallitur Inn. in c.Conſulti.in princ.de regular.affirmans propoſitum voluntatis cum habitus ſuſceptione habere vim voti ſolemnis, adeo ut talis non poterit poſtea contrahere matrimonium. Idemque docent Hoſtienſ.& Vincent.in d.c.Conſulti. & Henricus Bohic ſuper cap.ſtatuimus, de regular. citans Archid. cap.17.q.1.in cap. Qui bona. & Ioannes Andreas, & Ant.de Butrio, volunt talem exeuntem, & ſpoliantem ſe habitu inducendum eſſe, vt reuertatur ad illam religionem de qua egreſſius eſt, uel ad aliā, quia obtulit ſe in genere religioni. Quod ſi nullo modo acquieſcit, inducendum uolunt ad procurandum diſpenſationem à Papa, (quia epiſcopus non poteſt) & cum hac diſpoſitione, quod ſi obtinere non poteſt diſpenſationem, paratus ſit uotū implere; contrahens autem matrimonium ante obtentam diſpenſationem, non ſolum peccare, putant mortaliter, ſed etiam matrimonium nullum eſſe, & proinde debitum petere, aut exigere non poſſe. Eodemque modo falluntur Palud.in 4.diſt. 38.q.1.uerſ.Secunda definitio.concluſ.2.& S.Ant. par.2 tit.11.c.2.qui exiſtimant propoſitum uoluntatis æquipollere uoto ſimplici, adeo vt qui intra-

ret religionem cum propoſito manendi in ea, & habitum ſuſciperet, teneretur in illa, uel alia religione profeſſionem emittere, nõ quidem quia propoſitum ſit uotum: ſed ex præcepto eccleſiæ ita præcipientis.

Authores autẽ prædicti omnes in eo ſe fundant, quia in c. Beneficium. de regular. in 6. habetur; quod beneficium clerici, qui eſt religionem ingreſſus, intra annum probationis alteri non conferatur, niſi conſtet, quod abſolute voluit mutare vitam. Ergo inferunt propoſitum mutandi vitam cum habitus ſuſceptione cenſeri a ſummo Pontifice Bonifacio VIII. votum ſolemne; alias non expoliaretur clericus beneficio ſuo. & c. Conſulti. de regular. Innocent. Papa III. affirmat, quod ille, qui accipiens habitum religionis firmum propoſitum habuerit deſerendi ſeculum, in ſeculum rurſus redire non poteſt. Et idem habetur in c. ſtatuimus. & c. ſuper eo. tit. eod Et in c. Neque viduas. 27. q. 1. Pelagius Papa ait; *Neque uiduas ad nuptias tranſire patimur, quæ in religionis propoſito diuturna obſeruatione permanſerunt.* Ex quibus omnibus inferunt ſolum propoſitũ ſufficere ad voti obligationem.

8 *Ceterum* Panor in c. literaturam. num. 3. de voto, & voti redempt. Syluest. in uerb. religio. 5. qu. 8. & verb. votum. 1. q. 2. Caiet. 2. 2 q. 88. ar. 1. & tom. 1. opuſc. 17. reſponſ. ar. 7. Sotus libr. 7. de iuſtitia. q. 1. art. 2. in fin. Couar. in c. Quamuis. p. 1. §. 3. num. 12. de pactis. in 6. Nauar. in Manu. c. 12. nu. 26. Petrus de Arrago. 2. 2. q. 88. ar. 1. in fin. Gregor. de Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. puncto. 1. in fine. Emanuel Rodriquez p. 2. Sum. c. 92. concl. 9. glo. in d. c. conſulti. in verb. proteſtetur. & in d. c. ſtatuimus. in uerb. niſi euidenter. de regul. docent tale propoſitum voluntatis abſque promiſſione, etiamſi ſequatur habitus ſuſceptio, non eſſe uotum ſimplex, aut ſolemne. Quia, vt diximus, de ratione uoti eſt promiſſio. Deinde quia uotum ſolemne eſt contractus quidã, quo utraque pars manet obligata, quod non poteſt eſſe ſine vtriuſque partis conſenſu. At uero Monaſterium, ſeu ſuperior illius tribuens alicui habitum religionis, in illius profeſſionẽ non conſentit. cap. Ad Apoſtolicam. de regular. Ergo quantumuis quis propoſitum habeat, & ſuſcipiat habitum, uoto ſolemni aſtrictus non erit: Nec alicubi tale præceptum reperitur, ut falſo Paluda. affirmat. Vnde ad iura in contrarium allata reſpondetur. Ad illud enim ex c. Beneficium. deſumptum, & ex c. conſulti. & etiam ad alia iura citata Reſpondent, *Nomine propoſiti mutandi vitam* non intelligi nudum propoſitum, ſed propoſitum cum implicita ſaltem, & virtuali promiſſione firmatum. quod uoti uirtutem habet, vt ſupra dictum eſt. Vnde cum clericus ille cum tali propoſito habitum ſuſceperit, uidetur probationis anno renuntiaſſe, atque adeo merito expoliatur beneficio habito, & alteri confertur. Et niſi hoc modo iura citata exponantur, ſine dubio contradicerent cap. literaturam. de voto, & voti redempt. vbi Alex. Papa III. expreſſe definit, ſolum propoſitum ingrediendi religionẽ, non obligare aliquem ad religionis ingreſſum, ut optime Pano. ibidem affirmat, vnde diſpenſationes, quas S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. teſtatur ſe vidiſſe à Summo Pontifice datas, ad ſcrupulos potius tollendos, quam quod voti obligationem habuerint, concedebantur.

Hinc infertur *ſecundo*, ſic ſuſcipientem habitum cum tali propoſito permanendi in religione, non teneri manere in religione, ſed poſſe redire ad ſeculum, & matrimonium non obſtante tali propoſito contrahere, quia non tenetur ex ui propoſiti, cũ propoſitum, eo quod promiſſio non ſit, non obliget. Neque ex ratione ſuſceptionis habitus, quia intelligitur habitum ſuſcepiſſe ſecundum ius canonicum, atque adeo experiatur per annum difficultates religionis arg. c. Ad Apoſtolicam. de regular. & Nauar. in Manuali. ca. 12. num. 47. vnde ſi nouitius intra annum probationis habitum dimittat, dummodo uotum non fecerit, non peccabit mortaliter, immo nec venialiter, niſi id faciat ex animi leuitate. ex Nauar. in Manual. c. 12. nu. 26. & Petro de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 1. in fi.

9 TERTIO, Vt promiſſio, quæ requiritur ad votum, ſufficiat, debet eſſe *deliberata*, quia ſubita promiſſio, & abſque conſideratione facta non ſufficit, ex S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. Caie. & Petr. de Arragon. ibid. S. Bonau. 4. diſt. 38. ar. 1. q. 1. num. 14 Richard. ibid. ar. 2. q. 2. Palud. 4. diſt. 38. q. 1. uerſic. Secunda definitio. Gabriele ibid. q. 1. Notab. 2. litera. C. ante finem. Soto lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 2. Naua. in Manua. c. 12. nu. 24. & nu. 26. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. Notab. 6. Angel. uerb. uotum. 1. nu. 6. uerſi. Quarto. Syluest. verb. votum. 1. q. 1. Tabiena uerb. uotum. 1. uerſic. Primo. Ioſepho Angles in florib. 4. ſent. q. de voto. art. 1. difficul. 3. Summa Corona par. 3. tracta. de uoto. nu. 4. Sebaſt. Medice in Summa peccat. capit. tit. 2. quæſt. 38. Ludouico Lopez p. 1. inſtruc. conſcien. cap. 43. Emanuele Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 92. concluſ. 1. Gregorio de Valentia tom. 3. diſpu. 6. quæſt. 6. puncto. 1. Toleto lib. 4. inſtruc. confeſſ. c. 17. quanta uero deliberatio neceſſaria ſit, inferius dicemus.

10 QVARTO, promiſſio ad uotum neceſſaria *fieri debet Deo*; Etenim quamuis promiſſio fieri poſſit homini, uotum tamen ſoli Deo fieri poteſt. Per uotum enim quis ſe totum deuouet, & obligat alteri; nulli autem alteri a Deo, poteſt homo ſe per uotũ obligare; & ideo ſoli Deo fieri poteſt uotum. Ratio autem a priori eſt quia cũ religio uirtus ſit, quæ Deum reſpicit, etiam uotum, quod eſt actus latriæ, & religionis, Soli Deo mediatè, uel immediatè, tacitè, uel expreſſè fieri poteſt, ſecundum illud Eſaiæ 19. *Colent eum in hoſtijs, & muneribus, & uota uouebunt Domino, & ſoluent.* Poteſt enim cuiuſcunque virtutis opus Deo tanquam ſacrificium offerri, vt caſtitas, ieiunium, eleemoſinæ elargitio, & quicunque actus ſeu fortitudinis, ſeu tẽperantiæ, & c. hmõi tñ ordinatio, & oblatio non tribuuntur ipſis uirtutibus imperatis, a quib. illi actus eliciuntur, ſed uirtuti imperanti, qualis eſt religio, unde & hos actus uouere, a uirtute religionis ſaltem mediate elicitur.

11 Hinc eſt, quod uota, quæ fiũt ſanctis proprie uota non ſunt, niſi inquantum promittitur ipſi ſancto tale uotum adimplere amore Dei, adeo ut etiã huiuſmodi uota fiant Deo mediate, & principaliter, cum non fiant ſanctis, quatenus creaturæ rationales ſint, (quaudoquidem hac ratione ſecundum ſe talis honoris, & obedientiæ non ſint capaces) ſed quatenus quodammodo Dii ſint, ſcilicet, participatiuè, hoc eſt, quatenus Deus in eis eſt, & in eis honoratur; ſic enim promiſſiones eis factæ uota ſunt,

quia in Deo in ipſis fiunt. Quia igitur votum promiſſionem Deo factam ſignificat, ideo cum abſolutè quis vouet alicui ſancto, intelligendus eſt uouere Deo in illo ſancto. Et eadem ratio eſt de prælatis, ſi conſiderentur, quatenus in eis eſt Deus ſecũdum dignitatis participationem, & poteſtatem, quam habent, ſecundum quam gerunt vicem illius. Quibus conſonat modus ille profitendi a quibuſdã religioſis obſeruatus, quando dicunt, *Promitto Deo, & B. Marię, & B. Auguſt. uel B. Dominico, & B. Franciſco, &c.* Semper enim uotum fit Deo, nec promiſſio aliter fit ſanctis, niſi quatenus fit coram ſanctis Deo, ſeu quatenus Deus eſt in ſanctis ſuis. Quo etiã modo iurare licet per creaturas, referendo iuramentum ſaltem implicitè ad Deum, pro ut eſt in ſanctis ſuis. Sic Sanctus Thom. 2.2.q.88.artic.5.ad 3. affirmans, quod qui uouet aliquid ſanctis, uel prælatis, vouet Deo, ſe impleturum, quod ſanctis, uel prælatis promittit. Caie. & Petr. de Arragon. in d. arti. 5. Sotus lib. 7. de iuſtit. q 2. artic. 3. Sylueſt. uerb. uotum. 1. quęſ. 3. Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 25. Gregor. de Valentia tom. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto 3. Sum. Coro. tract. de uoto. nu. 4. in fi. Richa. 4. d. 38. art. 2. q. 1. ad 1. Ang. uerb. uotum. 1. num. 2. Gabr. 4. d. 38. q. 1. Notab. 2. Emanuel Rodriquez parte 2. ſumm. c. 96. concluſ. 1. Ioan. Azorius parte prima, inſtitut. Moral. lib. 11. capit. 12. dub. 7. & dub. 10. Bartholomæus Medin. lib. 1. inſtruct. confeſ. c. 14. §. ſexto.

Atque ita cum quis uotũ facit alicui ſancto pro aliqua gratia, puta, pro ſanitate obtinenda, euaſione periculi, & huiuſmodi, talis debet eſſe mens, & intentio uouentis, & orantis, vt illam principaliter à Deo ſperet obtinere, intercedente ſancto illo, ex S. Anton. 2. p. tit. 11. c. 1. §. vlt. & Gabriele ubi ſup. laici tamen, qui actualiter non ita dirigunt intentionem ſuam in uotis ſanctorum ad Deum, ſed innituntur conſuetudini fidelium, non ſunt ſtatim in hoc condemnandi, ſed pie interpretanda eſt eorum intentio, prout ſancta Eccleſia in huiuſmodi fieri docet, & intendit, vt S. Anton. loco citato annotauit.

Hinc ſequitur non eſſe uotum illud, quando quis vouens, & promittens dicit alteri, ſe nunquam luſurum, aut facturum tale, uel tale quid, quia non eſt promiſſio facta Deo, quæ tamen neceſſaria eſt ad uotum, ex Nauar. in Manuali c. 12. nu. 25. Sum. Coro. p. 3. in tract. de uoto. num. 4. in fi. Ludoui. Lopez p. 1. inſtruct. conſc. cap. 43. Rodriquez, & Azorio vbi ſupra.

QVINTO, votum *de bono aliquo maiori* eſſe debet. Etenim voti materia talis eſſe debet, vt etiam eius contrarium non ſit melius, & Deo gratius, atque adeo vt non ſolum ſit bonum abſolute, ſed etiã melius, quam eius oppoſitum, ex S. Tho. 2.2.q.88. ar. 2. Caie. & Petr. de Arragon. ibidem. S. Bonauen. 4. diſtin. 38. ar. 1. q. 2. Richard. ibid. ar. 2. q. 2. Palud. q. 1. uerſic. Sexta definitio. Gabr. 4. diſt. 38. q. 1. Notab. 2. litera. C. Soto lib. 7. de iuſtitia. q. 1. articu. 3. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. Notab. 2. Angel. in uerb. uotũ 1. nu. 1. Syluest. uerb. uotum. 1. q. 4. Nauar. in Manual. c. 12. nu. 25. Sebaſt. Medice in ſumma peccat. capit. tit. 2. q. 38. Sum. Coro. p. 3. trac. de uoto, nu. 5. Coſmo Philiarco de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 17. Greg. de Valen. tom. 3 diſpu. 6. q. 6. puncto 3. Ludou. Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. c. 43. Barth. Medina lib. 1. inſtruc. confeſ. c. 14. §. 6. in fi. Toleto lib. 4. inſtruc. ſacerd. c. 17. Emanuele Rodriquez. pa. 2. Sum. c. 94. & aliis.

12 SEXTO, votum ad ſui ualiditatem vltra prædicta requirit, vt promiſſio facta non ſit a ſuperiori reuocata. Quia uota filiorum familias, religioſorum, & aliorum, qui alterius poteſtati ſubduntur, legitimè à ſuis parentibus, & prælatis, aliiſq. ſuperioribus irritari poſſunt, vt infra dicemus, & colligitur ex c. puella, & c. fi. 20. q. 2. S. Tho. 2.2.q.88.ar. 8. & 9. Caie. & Petro de Arragona ibidẽ. Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 25. Sebaſt. Medice in Sum. peccat. cap. titu. 2. q. 38. Summ. Cor. p. 3. trac. de uoto num. 5. Ludou. Lopez p. 1. inſtruc. conſcien. cap. 43. Nullus enim per promiſſionem firmiter ſe obligare poteſt ad id, quod eſt in alterius poteſtate, ſed ſolum ad id, quod eſt omnino in ſua poteſtate; Quicunque autem eſt ſubiectus alicui, quantum ad id, in quo eſt ſubiectus, non eſt ſuæ poteſtatis facere, quod vult, ſed ex alterius voluntate dependet. Non poteſt igitur quis per uotum ſe obligare firmiter in his, in quibus alteri ſubijcitur, ſine ſuperioris ſui conſenſu.

13 Ex dicta uoti definitioni ſequitur *Primo*, Quod cum uotum ſit de re bona, ſanctum, & expediens eſt uouere ingreſſum religionis potius, quam non uouere, ex S. Thom. 2.2.q.88.ar.5. & q. 189. ar. 2. Richard. 4. d. 38. art. 6. q. 1. Palud. ibid. q. 5. artic. 1. concluſ. 1. Io. Bachono in 4. diſt. 3. q. 2. ar. 3. Gabriele in 4. diſtinc. 38. q. 1. ar. 4. litera. R. & litera S. & S. Anton. par. 3. titu. 16. c. 2. §. 3. Soto lib. 7. de iuſti. q. 2. ar. 2. Petr. de Arrago. 2.2. quæſ. 88. art. 2. Gregorio de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſtione 6. puncto 3. & alijs.

Id quod tum ex ſacris literis, tum etiam ratione manifeſtum eſt. Nam Eccleſiaſt. 15. dicitur *vota iuſtorum placabilia; &* Eſaiæ 19. *In illo die*, inquit, id eſt, hoc tempore nouæ legis, *colent Deum hoſtijs, & muneribus, & uota uouebunt Domino, & ſoluent*, & pſal. 75. *uouete, & reddite Domino Deo ueſtro &c.* & pſal. 65. *Reddam tibi uota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Ex quibus manifeſtum eſt, pium, ac utile eſſe uouere: Nunquam enim Sacra Scriptura ſic uota commendaret, nunquam ad illa emittenda, & adimplenda hortaretur, nunquã denique fideles in illis adimplendis laudaret, & econtra infideles deteſtaretur, ſi uana, & inutilis eſſet uouendi religio, ut hæretici non minus impiè, quã imperite fabulãtur. Vnde Anna 1. Reg. 1. uouens Samuelem filium Domino in obſequiũ perpetuum templi à Deo exaudita eſt. Idemq; Patres paſſim docent, vt Gregor. Nyſſ. homil. 2. in orat. Dominic. S. Ambr. in exhort. ad uirgines. S. Auguſt. lib. de Sancta uirginitate. ca. 30. & lib. 1. de adult. coniug. c. 24. S. Fulgentius in lib. de fide ad Petrum. c. 3. & alij.

Ratione etiam optima id probat S. Thomas, ubi ſupra. Quoniam is, qui ex uoto bonum opus exequitur, exercet opus ornatum præſtanti quadam circunſtantia, uidelicet, gloria diuina actualiter, uel uirtualiter ex opere ſecuta, eaque non quomodocunque adhibita operi, ſed per adeo firmam, & excellentem uoluntatem, qua uoluerit quis manere etiã obligatus ad opus illud faciendum ob eiuſmodi circunſtãtiam finis gloriæ diuinæ. Vnde etiã

Sequitur *Secundo:* Melius eſt, & magis meritorium aliquid factum ex uoto, quam ſine illo.

Primo, quia actus nobilioris virtutis melior eſt, & magis meritorius, quam actus inferioris uirtutis; Continere enim, qui eſt actus caſtitatis, & ieiunare, qui eſt actus abſtinentiæ, ſi fiant ex uoto, ſunt actus imperati à uirtute religionis, quæ actus inferiorum uirtutum ad Dei cultum, & reuerentiam ordinat. Ergo ſic ordinati ſunt nobiliores, quam ſi à proprijs virtutibus elicerentur ſine imperio religionis. Qua de cauſa S. Auguſtinus in lib. de Virginitate, c.8. dixit, *virginitatem adeo maxime, quia Deo dicata eſt, honorari, quam fouet, & conſeruat continentia pietatis.*

Secundo, quia qui ex uoto aliquid facit, magis ſe ſubiicit Deo, quã qui ſine uoto facit, ille enim ſubdit ſe Deo non ſolum quoad actum ipſum, ſed etiã quoad potentiam, & facultatem, cum de cetero nõ poſſit contrarium facere ſicut teſte D. Anſelmo in lib. de ſimilitudinibus, ca. 84. plus eſt dare arborem cum fructibus, quam ſolos fructus.

Tertio, quia per uotum uoluntas immobiliter firmatur in bonum: facere autem aliquid ex uoluntate firmata in bonum, ad uirtutis perfectionem pertinet, ut teſtatur Philoſophus lib. 2. Ethic. ca. 4. de qua re legendi ſunt S. Th. 2. 2. q. 88. art. 6. Caiet. & Petrus de Arragona ibi. Richard. 4. d. 38. ar. 6. q. 2. Palud. ibid. q. 5. ar. 1. concluſ. 2. Gabriel 4. diſtinc. 38. q. 1. ar. 4 litera R. Sotus lib. 7. de iuſtitia q. 2. artic. 4. Gregor. de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 3. Ioſeph. Angles in floribus. 4. in q. de uoto. art. 3. & art. 5. Nauar. in Mauali. c. 12. num. 32. uerſic. Quarto. *Prædicta* tamen, vt recte monet Paludanus, intelligenda ſunt ceteris paribus, hoc eſt, quãdo cum æquali charitate fiat utrumque opus. Vnde merito reprehenditur ab omnibus Ioan. Maior, qui in 4. diſtin. 8. q. 4. contrarium docere videtur, & rationes aſſignatas ſoluere conatur. Et de uoti definitione hactenus dictum ſit, quæ ex ſequentibus manifeſtior erit.

De varijs voti diuiſionibus.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Votum aliud perſonale tantum, aliud reale, aliud ex utroque miſtum.*

Votum aliud temporale, aliud perpetuum, ibid.

Votum conditionatum aliud, aliud abſolutum, ibid.

2 *Votum aliud ſimplex, aliud ſolemne.*

3 *Voti ſolemnis ratio in quo conſiſtat multiplex ſentẽtia.*

4 *Voti ſolemnitas eſt de iure diuino, & naturali, & conſiſtit in interna conſecratione, non externa contra alios ſup. 3.*

In quo uotum ſolemne præcipue differt a ſimplici. num. eodem.

5 *Votum ſolemne Religionis per ſe dirimit matrimonium contractum, uotum annexum ordini ſacro per accidens.*

Votum ſolemne matrimonium dirimere cenſetur ex Apoſtolica traditione deſcendere. nu. eod.

6 *Votum ſolemne Religionis iure diuino, & naturali contrahendum impedit, & contractum dirimit, ſecundũ Concil. Trident.*

7 *Religionis profeſſio, holocauſtum, ſecundus baptiſmus, tanti meriti, & efficaciæ, ut omnia peccata etiam quo ad pęnam remittantur ſecundum S. Tho.*

8 *Argumenta eorum, qui aſſerunt uoti ſolemnitatem eſſe de iure poſitiuo, ſoluuntur, & quomodo ad ius poſitiuum ſpectet?*

Voti ſolemnitatem ex ſola inſtitutione Eccleſiæ inuentam eſſe quomodo intelligendum.

9 *Votum ſolemne in Religione non approbata emitti non poteſt, quare.*

QVod ad diuiſionem uoti ſpectat, Doctores tam Theologi, quam Canoniſtę varias uoti diuiſiones enumerare ſolẽt, & quidem Palud. in 4. diſ. 38. q. 2. duodecim refert; alij pauciores recenſent, vt Magiſter in 4 d. 38. Richard. ibi. ar. 3. q. 2. Gabr. ibi. q. 1. ar. 2. litera D. S. Ant p. 2. tit. 11. c. 2. §. 2. Angel. uotum. 1. nu. 8. Sylueſt. uerb. uotum. 1. q. 1. Tabiena uerb. uotum. 2. Sotus lib. 7. de iuſtitia. q. 2. ar. 5. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 5. Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ cap. 87. concl. 2. Toletus li. 4. inſtruc. ſacerd. c. 18. & Ioannes Azorius p. 1. Inſtitutionum Moralium. lib. 11. cap. 14. Nos eas ſolum referemus, quæ huic noſtro inſtituto magis conducunt.

1 *Prima eſt*; votum aliud eſt *perſonale* tantũ; aliud *Reale* tantum; Aliud ex *utroque miſtum*. *Perſonale* tãtum dicitur, cum quis uouet, & promittit Deo aliquod opus ad perſonam ipſius uouentis, quod ſcilicet, a perſona ſolum impleri poteſt, ut qui uouet caſtitatem, ieiunium, orationes, Miſſam, religionem; & ſimilia. *Reale* eſt, quando res ſola Deo promittitur, & nihil ad perſonam uouentis ſpectans, ut qui uouet eleemoſinam, & ea, quæ abſque rei diſpendio non fiunt. Inter quæ duo hanc differentiã aſſignant authores, quod pater irritare poſſit uota perſonalia filiorum uſque ad decimumquartum annum, non autem poſtea; Realia uero annullare poteſt uſque ad uigeſimumquintum incluſiue, ut notat Toletus, ubi ſupra.

Miſtum ex utroque eſt; cum quis, & rem, & perſonæ officium promittit, ut qui peregrinaturum ſe vouet, peregrinando enim non ſolum opus, & laborem ſuum præſtat, ſed etiam ſumptus ad iter neceſſarios expendere debet.

2 *Secunda eſt*; uotum aliud eſt *Temporale*, aliud *perpetuum*. *Temporale*, dicitur, eo quod ad certum, & præſcriptum tempus durat, & obligat, vt qui abſtinentiam; & continentiam ad certum tempus uouet, & qui uouet ſemel, aut bis in menſe, aut hebdomada ieiunare: *Perpetuum* eſt, quod ad uitam uouentis permanet, ut qui uouet perpetuam abſtinentiam ab aliquo cibo, aut perpetuam caſtitatem, vt in religione, & in ſacri ordinis ſuſceptione.

Tertia eſt; votum aliud eſt *conditionatum*, aliud *Abſolutũ*. *Conditionatũ eſt*, qñ quis aliquid uouet appoſita cõditione, q rurſus duplex eſt: vel *pure conditionatũ*, vt cũ quis uouet ieiunium, aut peregrinationẽ, aut ingredi religionẽ, ſi ab infirmitate ſanet, aut à periculo liberetur, vel *cõditionatũ pęnale*, ut cũ qs aliquid vouet certa appoſita pęna, ſi illud nõ ſeruet, vt cum Petrus dicit, ſi nõ abſtinuero à ludo, vel fornicatione, uoueo centũ, uel tot dies ieiunij, uel peregrinationẽ, uel religionẽ; hẽt enim hmõi votũ pęnam,vt conditionem appoſitam. Vnde ſicut in voto pure conditionato, extante conditione, tenetur implere votnm, ita in conditionato pœnali, ſi poſtea non abſtinet, uoto obligatur.

Abſolutum eſt, quando quis aliquid ſimpliciter ſine cōditione, & pęna uouet, & talis, quam primū commode poteſt, uotum adimplere tenetur.

Quarta eſt; votum aliud eſt *ſimplex*, aliud *ſolemne. Simplex* generaliter uotum eſt, quodcunque nō ſit ſolemne. *Solemne* eſt, quod emittitur tacite, vel expreſſe in aliqua religione à Papa approbata, & quod eſt annexum ordini ſacro.c.1.de uoto, & uoti redempt. in 6. Quæ duo uota inter ſe differunt tum à poſterioti, ſiue ab effectu, tum à priori, ſiue ex propria ratione. Ab *effectu*, quia uotum *ſolemne* matrimonium *cōtractum*, & *contrahendum* dirimit, hoc eſt, efficit, vt quis non ſolum contrahere nequeat poſtea matrimonium, ſed etiam ſi contrahere tentat, inualidum fit matrimonium, atque adeo dirimi debet tanquam inualidè contractum.

Simplex autem uotum non ita dirimit contractum, quamuis, ſi ſit caſtitatis, impedit, quo minus licitè, & ſine peccato cōtrahi poſſit, & eatenus impedire dicitur matrimoniū *contrahendum*. Et in hac re cōueniunt oēs; & colligitur ex c.unico. de uoto & voti redempt.in 6. Quo autem modo hæc uota à priori, & ex propria eorū rōne differant, atq; adeo quæ vtriuſque propria ſit rō, non conſentiunt authores. Quamuis.n.in eo conueniant fere omnes, votum ſimplex conſiſtere in *nuda* quadam *promiſſione*, propter quod dicitur *ſimplex*; in explicanda tamen propria ratione voti ſolemnis, non parua eſt inter doctores controuerſia. In qua re

3 PRIMA opinio eſt aſſerentium uoti ſolemnitatem eſſentialirer conſiſtere in quadam *ſpirituali benedictione*, vel *conſecratione ipſius vouentis*, ideo autē dicunt conſiſtere in quadā *benedictione* propter benedictionem, quæ fit in profeſſione religionis; in *conſecratione* uero propter ordinis ſacri ſuſceptionem. Sic S.Th.2.2.q.88.art.7.& art.13. Quæ benedictio, & conſecratio, cum ſit ſolum de iure poſitiuo, conſequenter dicunt uoti ſolemnitatem eſſe de iure poſitiuo. Hæc tamen opinio cōiter reijcitur ab omnibus. Ratio eſt, quia, quod eſt de rei eſſentia, ita ſe habet, vt ſine eo res eſſe non poſſit, vt conſtat. At vero ſine benedictione aliqua perſonæ vouentis fit ſolemnis profeſſio, vt patet in profeſſione religioſorum ordinis Prædicatorum, vt docent Caieta. & Petrus de Arragona locis infra citandis, ſolæ veſtes benedicuntur poſt profeſſionem immediatè, atque adeo benedictio hæc non eſt perſonarum, ſed veſtium, & fit poſtquam voto ſolemni obligatus eſt ille, cuius veſtes benedicuntur. Et deinde ſacerdotes Græcorum conſecrantur ſine vllo uoto ſolemni caſtitatis; Poteritq; eccleſia, ſi uellet, ſtatuere de noſtris, vt qui ſacris initiarentur, ſolum uotum ſimplex caſtitatis emitterent; Vnde tunc daretur conſecratio ſine uoto ſolemni. Votum igitur ſolemne non conſiſtit proprie in benedictione, & conſecratione. Et quamuis Sotus, & Petrus de Arragon. velint S. Thomam non fuiſſe huius opinionis, ſed ſolum hoc loquendi modo ſignificare uoluiſſe, illam ſolemnitatē benedictionis, aut conſecrationis adhiberi in ſignum uoti ſolemnis, non aūt quod ſit de illius eſſentia, ſicut nec ſolēnitas nuptiarum eſt de eſſentia matrimonij, quāuis adhibeatur in illius teſtimoniū; hæc tn̄ expoſitio eorū uiolēta eſt, & à verbis S.Tho. aliena, ut legenti eius uerba manifeſtum eſſe poteſt. Sed ſiue eius opinio ſit, ſiue non, falſa eſt, & cōmuni Doctorum conſenſu reiecta, ut diximus.

SECVNDA opinio eſt eorum, qui affirmant ſolemnitatem uoti conſiſtere eſſentialiter in *ſolo ſtatuto, & conſtitutione eccleſiæ* prohibente matrimoniū ijs, qui ſolemniter uouent. Adeo ut, quāuis conſecratio illa, & dedicatio, qua tales mācipantur cultui diuino, ſit fundamentum huius inhabilitatis ad matrimoniū, & ſtatuti eccleſiæ, hæc tn̄ *exhibitio, & traditio ſui* nō conſtituit eſſentialiter voti ſolemnitatem, ſed ſolum ſtatutum eccleſiæ. Cuius ſententiæ ſunt Canon. in c.Rurſus. Qui clerici, uel uouent, & Gerſon tract.25.Moralium ſuorum. litera I. Scot. 4.diſt.38.in fi.§.Ratio igitur. Herueus quodlib.11. q.25. Henric.quodl.6.q.39. Palud.in 4.diſt.38.q.4. art.4.concl.11. Michael Palacius ibid.diſp.2.& Caiet.2.2.q.88.art.7.& opuſc.27. tom.1.in fine, huius ſententiæ eſt, quamuis in medio quęſtionis fauere videtur ſententiæ tertiæ, quā infra referemus. Michael Medina de continentia hominū ſacrorū.li.4. c.36.& ſeqq. Aſtenſis li.8.tit.16. Ange.uerb. Matrimonium.3.impedim.5.in prin. Ioan. Azorius to.1. inſti. Mora.li.12.c.6.dub.1.& 2. & Ioſeph. Angles in florib.4.ſent.q.de uoto.artic.6. Spec.coniug.p.1. art.31.& colligitur ex c. vnico.de uoto, & uoti redempt.in 6.vbi Bonifacius Papa VIII.ait, *Quod uoti ſolēnitas ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt inuēta.* Idēque docet Grego.Papa XIII.conſtitut.102.quæ incipit; Aſcendente domino. anno Domini 1584. octauo Kal.Iunij. Ratio eſt, quia Papa ſtatuere pōt, vt qui corā tribus teſtib. religionem uoueret, maneret uoto ſolemni aſtrictus, & inhabilis omnino ad matrimonium contrahendum. Ergo uoti ſolemnitas conſiſtit tantum in ſtatuto eccleſiæ. Deinde qui uouet tria uota religionis in religione non approbata, manet ligatus uoto ſimplici, non ſolēni, non alia ratione, niſi quia deeſt authoritas eccleſiæ.

4 TERTIA ſententia docet uoti ſolemnitatem eſſe de iure diuino, & naturali, nō & cōſiſtere in cōſecratione externa, vt uoluit prima opinio, ſed interna, qua homines *actuali quadā dedicatione, & traditione proprij corporis, & libertatis*, dominium vtriuſque in Deum transferunt, interueniente acceptatione illius, qui Dei vices gerit, & hac ratione ab eccleſia in huiuſmodi ſolemnitate uoti ſtatutę ſunt dictæ ſolemnitates, tum in collatione, & ſuſceptione ordinis ſacri; tum in emiſſione, & ſuſceptione profeſſionis, quibus ſolemnitatibus ſignificat eccleſia ſe acceptare illam traditionem. Vnde docet hæc opinio, quod non quælibet actualis traditio ſuijpſius, ſed traditio actualis affecta certis quibuſdam circunſtantijs ab eccleſia, iuxta cuiuſque religionis inſtitutum approbatis, votum ſolemne conſtituit. Atque ita uotum ſolemne hoc præcipue differt a ſimplici, quod ſimplex conſiſtat in *nuda promiſſione*, ſiue illa ſit de futuro, ſiue de præſenti, qua quis uel in futuro promittit, vel in præſenti uouet paupertatem, & caſtitatem, & obedientiam: Non obſtante enim tali promiſſione, retinet ſui ipſius dominium, atque adeo tanquam dominus poteſt ualide quidem ſeſe alteri per matrimonium tradere; quanquam nō ſine peccato (ſi

vouotum caſtitatis emiſit)contra fidelitatem Deo datam;uotum autem ſolemne,quia includit *traditionẽ actualem dominij ſuiipſius* in manum Dei, & eorum, qui uicem Dei tenent,ita ut non ſit amplius ſui iuris,ſed ſub dominio alterius,conſequenter iure naturæ, & diuino talem perſonam inhabilem reddit ad tradendum ſe alteri per matrimonium, aut faciendum ualide,& iuſte ea opera, quæ ſunt contraria illis,quæ uouet. Quia iure diuino, ac naturali, nemo poteſt alteri dare, quod ſuum non eſt, & ſi dederit, irrita eſt donatio. Iure igitur naturali, & diuino ex ſolemni uoto religionis approbatæ per paupertatẽ, facultatum, ac rerum ſuarum dominio ſe abdicat, & ineptum, & inhabilem ſe reddit ad rerum proprietatem,ac dominium in poſterum acquirendum: Per caſtitatem ſe ad matrimonium contrahendum inhabilem facit: Et per obedientiam ſuæ perſonæ dominium in religionem transfert, quæ ius acquirit,ipſum quandocunque ab ea receſſerit,repetendi, recuperandi, & reducendi tanquam rem ſuam. Vnde communiter cum hac perſonæ traditione conſecratio,& benedictio quædam coniungi ſolet, qua tãquam nota ſignatur perſona religioni addicta,tradita,& diuino cultui mancipata. Hanc ſententiam ſequuntur Theologi antiquiores,& recentiores S.Th. in 4.d.38.q.1.ar.3.& in addit.ad 3.p.q.53.arti.2. Altiſiod.lib.3.Summ.tract.22.cap.2.quæſt.3.& 4. Alber.in 4.d.38.artic.16.S.Bonau.ibid.artic.2.quæſt.1.3.Richar.4.d.38.artic.7.quæſt.2.& ar.9.q.1. Duran.4.d.38.quæſt.1.num.9.& 10.Tho.de Argentina eadem diſt.artic.3.ad 1.Capreol.ibidem q.unica. Carthuſianus quæſt.2.Sotus lib.7.de iuſtit.q.2.arti.5.& in 4.diſtinct.38.quæſt.2.art.2.Syluester.uerbo uotum.4.quæſt.5.Tabiena uerb.diſpenſatio.quæſt.7.Petrus a Soto tit.de uoto.lect.5. Martinus Ledeſmius 2. .quæſt.55.articu.2. qui tamen ſibi contrarius eſt quæſt.69.articu.7.in fine. Petrus Ledeſmius in addit.ad 3.partem.quæſt.53.articu.2.Petrus de Arragon.2.2.quæſt. 88.articu.7. Gregorius de Valentia tomo 3.diſp.6.quæſt.6.puncto.5. Henriquez lib.2.de Matrimonio cap.5.§.3.6.& 7.Coua.p.2.de ſponſal.cap.7.§.4.num.7.immo etiam Caieta.tomo 1.opuſ.27.quamuis dubius,affirmat tamen, quod uotum ſolemne religionis per ſe dirimeret matrimonium poſtea cõtractum,in quo diſtinguit uotum ſolemne religionis a uoto annexo ordini ſacro, illud enim per ſe,hoc uero per accidens dirimere ait 5 matrimonium poſtea contractum.Quæ ſententia mihi uidetur probabilior,& rationi,& pietati cõformior. Rationi quidem, quia,qui alteri ſe tradit,& ſe in dominium illius transfert,iure naturali,& diuino inhabilis eſt ad ſuſcipiendum alium ſtatum priori contrarium,ſed qui uouet ſolemniter, tradit ſe,& uoluntatem ſuam diuino cultui, & miniſterio,ita ut iam Deus non ſolum ſit dominus talis hominis, ut cauſa uniuerſalis, & prima, ſicut eſt dominus aliarum rerum,ſed iam habet particulare quoddam dominiũ talis perſonæ. Ergo uotum ſolemne iure naturali, & diuino reddit hominem inhabilem ad matrimonium contrahendum, ad dominium, & proprietatem rerum acquirendam. Maior propoſitio patet, Nam ſi iure naturali, & diuino, qui rei ſuæ dominium in alterum tranſtulit, illam ſine furto iterum ſurripere nõ poſſit,eodem modo nec ille, qui ſeipſũ alteri tradidit, ſeipſum ſine furto ſurripere nequit. Minor patet,nam religio ex iure diuino eſt ſtatus ſequendi Chriſtum,iuxta illud Matth.19.*Si uis perfectus eſſe,vade,& uende omnia,quæ habes,& da pauperibus,& ueni,ſequere me.* Si igitur utraque præmiſſa ſit de iure naturali,ac diuino,conſequẽs omnino eſt, cõcluſionem eiuſdem iuris,& rationis eſſe. Idipſum docet traditio eccleſiaſtica,eccleſia namque ab antiquiſſimis temporibus,a tempore, ſcilicet, Apoſtolorum ſemper docuit uotum ſolemne religionis dirimere, & annullare matrimonium poſtea contractum, ut ex Concilijs Toletano.1.can.16.Chalcedonenſi Generali.can.16. Foroliuienſi,cauſa.11. Tolet.8.can.6.Tole.4.can.51.Turon.2.can.16.Triburien.can.23. Et ex Patribus,Cypr lib.1.epiſt.11. ad Pomponium.Baſilio in lib.de Virginit.ultra medium.Ambroſio in lib.ad Virginem Lapſam.cap.5. Chryſoſtomo epiſt.6.ad Theodorum.Gregorio lib. primo,epiſt.40.Gelaſio 1.epiſt.prima,cap.22.& 23. Innocentio I. epiſtola ſecunda,capit.12.& 13.Siricio epiſtola prima, capite ſexto conſtat. Ergo credendum eſt, quod hoc emanauit a Chriſto Domino, neque enim Concilia, aut Summi Pontifices id tanquam aliquid nouum ſtatuerunt, ſed potius, ut rem antiquam confirmarunt, ac proinde cenſendum eſt hoc ex Apoſtolica traditione deſcendere.

6 Hoc etiam ipſum non male ex Concilio Tridentino ſeſſ.24.de reform.Matrim.can.9.colligi poſſe uidetur,ubi ſic definitur, ſi quis dixerit clericos in Sacris ordinibus conſtitutos,uel Regulares caſtitatẽ ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere,contractumque ualidum eſſe,non obſtante *lege eccleſiaſtica uel uoto,&c.* ubi aduertendum eſt cum Petro Ledeſmo & Henriquez ubi ſupra,primam particulam,*ſ lege eccleſiaſtica*, poni propter ordines ſacros,qui ex lege eccleſiaſtica dirimunt matrimoniũ Secũdam uero,*ſ. uoto*,poni propter religioſos,quorum matrimonia irrita ſunt ex natura uoti. Etenim religio intrinſece,& ex ſua natura includit omnimodam continentiam, cum religioſus totum ſe Deo conſecret,& immolet,quæ totalis dedicatio,& conſecratio ſuiipſius ex natura rei pugnat cum ſtatu matrimoniali. Iure igitur naturali,& diuino uotum ſolemne religionis matrimonium contrahendum impedit,& contractum dirimit,id quod Cõcilium Tridentinum ſatis manifeſte ubi ſupra ſignificauit,contra diſtinguens uotum ſolemne religionis,a uoto ſolemni ordinis ſacri,docens hoc eſſe ex *lege eccleſiaſtica*, quaſi aliter dicendum ſit de uoto ſolemni religionis ut diximus.

7 *Eſt denique* ſententia hæc admodum pietati conſentanea,& maximè congruit cum dignitate profeſſionis ſolẽnis,& exiſtimatione q̃ de illius excellẽtia cõiter habetur. Qñq; enim *holocauſtum* appellatur religionis ꝓfeſſio.Sic.n eam uocat S Grego.Homi.20.in Ezech.& D.Hieronymus epiſ.8.& in epiſto.25.ad Paulã de obitu Bleſillæ,ſtatũ religionis cẽſet eſſet quaſi ſcđm baptiſmũ,& S.Tho.in 2.2.qu.189.ar.3.ad 3.docet profeſſionem ſolemnẽ religionis tãti eſſe meriti,& efficaciæ,ut ꝑ illã oĩa peccata etiam quod pœnam totã remittãtur. Et in uita S. Antonij habetur Angelos dixiſſe,peccata ante ꝓfeſſionẽ cõmiſſa deleta eſſe, & ꝑ ꝓfeſſionẽ hominẽ reſtitui ad eũ ſtatũ,in quo fuit cũ baptiſmũ accepit,nec Monachũ rationẽ redditurũ de peccatis antea commiſſis

atque adeo ſi ſtatim poſt profeſſionem moreretur, euolaturum eum in cælum. Idem quod Diuus Hieronymus, docent etiam S. Anſelmus in libro ſimilitudinum cap. vlt. & D. Bernardus lib. de Diſpenſatione, & præcepto verſus finem, & alij quos refert Thomas VValdenſis tom. 3. de ſacramentalibus tit. 9. cap. 80. comparantes ſolemnem profeſſionem baptiſmo. Et quod peccata omnia, id eſt, pœna peccatis debita per profeſſionem remittatur, docent Thomas VValdenſis vbi ſupra, Gloſſa in cap. ſcripturæ. in verb. temporale. de voto, & voti redempt. Palud. 4. d. 38. q. 4. artic. 1. conclu. 8. Angel. verb. religioſus q. 46. S. Ant p. 3. tit. 16. c. 3. §. 3. Gabr. in 4. d. 38. q. 1. art. 5. littera AA. Sylu. verb. Religio. 3. q. 23. Grego. de Val. tom. 3. diſp. 6. q. 6. puncto. 5. Ioan. Azor. p. 1. inſt. Moral. lib. 12. c. 5. dub. 11. Quæ omnia non ſatis commode dicerentur, aut intelligi poſſent, ſi ꝓfeſſionis ſolemnitas in ſolo eccleſiæ ſtatuto extrinſeco conſtituta eſſet.

8 *Argumenta* vero pro ſecunda ſententia facile ſolui poſſunt, Ad *primum* enim Reſpondetur, quod licet ſummus Pontifex efficere poteſt, vt quotieſcunque votum fit coram tribus teſtibus, in eo fit actualis traditio, non tamen inde ſequitur, voti ſolemnitatem eſſe de iure poſitiuo, ſed tantum ad ius poſitiuũ ſpectare, apponere conditiones, & circunſtantias, ſine quibus in voto non erit actualis conditio, quod verum eſt. Nam ſicut matrimonium eſt de iure naturali, & diuino validum, & ſimiliter teſtamentum à quocunque homine factum, & tamen ad ius poſitiuum ſpectat apponere conditiones, ſine quib. nec matrimonium, nec teſtamentum validum erit; ita etiam votum ſolemne religionis ex ſua natura, & ex iure diuino eſt actualis traditio, & tamen ad eccleſiam pertinet apponere conditiones; ſine quibus in voto non erit talis actualis traditio, & acceptatio. Eſt igitur votum ſolemne, ſeu profeſſio de iure diuino, ſed ſolemnitas voti, hoc eſt, quod ſolemne fiat hoc, vel illo modo, hac, vel illa cærimonia, atque adeo fiat traditio ſolemnis, & irreuocabilis, eſt de iure, & conſtitutione eccleſiæ; & id tantum intendit Bonifacius Octauus in cap. vnico, de voto, & voti redempt. in 6. quando ait, *voti ſolemnitatem ex ſola inſtitutione eccleſiæ eſſe inuentam*, quo etiam modo intelligendus eſt Gregorius XIII. qui eodem modo locutus eſt. Niſi enim traditio hęc his circumſtantijs, accedente approbatione, & conſtitutione eccleſiæ, fiat, Deus non acceptat traditionem, & trãſlationem dominij perſonæ, aut certe non ſciremus, quod acceptaret. facta igitur traditione actuali dominij perſonæ affecta talibus circunſtantijs ab eccleſia inductis, & appoſitis, eo ipſo iure naturæ, & diuino perſona fit inhabilis ad matrimonium, eo quod tranſit tanquam mancipium in peculiare Dei dominiũ. Sicut inſtitutio alicuius eccleſiaſticæ præbendæ, quamuis ſit ex ſola auctoritate eccleſiæ, illa tamen inſtitutione ſuppoſita, eſt contra ius naturæ vendere præbendam ſpiritualem.

6 Ad ſecundum reſpondetur, ideo in religione ab eccleſia non approbata non emitti votum ſolemne, ex defectu conditionis, & eccleſiæ non recipientis votum illud, quia enim eccleſia non approbat religionem illam, nec etiam recipit votum in ea factum. Et hæc ſatis ſint de hac difficultate, quæ omnia intelligenda ſunt de voto ſolemni religionis, qđ enim attinet ad ſolemnitatem eius uoti, quod fit tantum implicite in uoluntaria ſuſceptione ſacrorum ordinum, quatenus illis eſt annexa obligatio ad caſtitatem, & inhabilitas ad matrimonium, receptiſſima ſententia eſt omnium tam ſecundæ, quam tertiæ ſententiæ, initiatos ſacris, ſolo ſtatuto eccleſiæ inhabiles effici ad matrimonium, nec in hac re ulla eſt difficultas.

De materia voti, ſeu de re voto ſubiecta.
Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Propria voti materia eſt actus virtutis aut res bona, potiſſima vero bonum ſupererogationis.*

2 *Votum de re illicita ſeu de peccato nullum eſt.*

Vouere ueniale, aliquando erit mortale ibid.

3 *Vota ſex modis illicita fieri poſſunt vſque ad nu. 7.*

4 *Vouere Deo licitum pro illicito obtento non eſt obligatorium, ſed potius blaſphemia quam votum.*

5 *Promittere licitum pro petitione licita ex cauſa tamen turpi, non licet, ſed obligat ſi conditio adimpleatur.*

6 *Promittere licitum pure conditionaliter apponendo euentum illicitum, obligat adueniente conditione.*

7 *An ſi quis voueat licitum ad quod mouetur ex re illicita tanquam ex fine ſecundario, votum validum ſit, & obligatorium.*

8 *Votum de re abſolute neceſſaria, vel impoſſibili non tenet.*

9 *Votum de nunquam peccando mortaliter ex ſua natura verum, & validum eſt contra Naua. quem falſo citat Azorius.*

Ne huiuſmodi vota fiant præſertim quoad peccata cordis maxime conſulendum eſt ibi.

Votum de non peccando venialiter circa aliquam materiam certam ualidum eſt, & obligatorium. ibid.

Votum de nunquam peccando abſolute non ualet, nec obligat.

10 *An qui vouit abſolute abſtinere a uenialib. ab ijs ſaltem abſtinere teneatur ex ui uoti, quæ ſaltẽ uitare poteſt.*

11 *Votum de rebus indifferentib. ad bonum morale, ut malum, (quatenus in differentes ſunt) nullum eſt.*

12 *Vouens ſtulta uota, ut non lauare, filare, &c. in honorem huius uel illius ſancti, non tenetur adimplere.*

13 *Votum de induenda ueſte alba die Sabb. ob honorem B. Virg. aut de ueſte uili, & aſpera valet.*

Qui dubitat, an res de qua factum eſt uotum, ſit indifferens, non poteſt illud propria authoritate infringere, ſed tenetur, donec diſpenſationem obtinuerit.

14 *Vota facta in uniuerſali quæ in particulari poſſunt eſſe bona, & mala, fieri non debent.*

15 *Vota licite fieri poſſunt de bonis temporalibus.*

16 *An de re lege naturali aut diuina alias præcepta, uotum fieri poſſit.*

Votum uiolare factum de rebus, quæ ſunt ex præcepto nõ grauius eſſe quam ſi uotum non eſſet emiſſum, error Io. Gerſoni.

17 *Quæ neceſſitas non tollit rationem uoluntarij, ſed ſub uoto cadit.*

18 *Vouere rem alioqui præceptam quare bonum utile.*

19 *Votum ſecundum de eadem re emiſſum non multiplicat peccatum, quare?*

20 *Votũ ad præceptũ ſeu legẽ naturalẽ aut diuinã accedens quãdo inducit nouã obligationẽ, ut duplex ſit peccatũ.*

21 *Votum de re præcepta, non eſſe complete, & proprie uotum S. Thom. non affirmauit, vt voluerunt alij ſupra num. 16.*

22 *Qui vouit ſe daturum eleemoſynam pauperibus ſi eam det Petro in extrema neceſſitate conſtituto, non uoto ſatisfecit, cui contradicit Azorius.*

23 *An in Baptiſmo fiat propriè uotum cum quis abrenuntiat mundo, & ſeſe eccleſiæ obligat ad ſeruanda præcepta.*

24 *An de rebus quæ repugnant bonis conſiliorum uotum valide fieri poteſt.*

25 *Vouere abſolutè de oppoſitis conſilio euangelico non obligat quare.*

26 *Qui uouit abſolutè ſe nunquam uotum facturum, tali uoto non tenetur.*

27 *An qui uotum emiſit ſe nunquam uotum facturum ſine conſilio alicuius uiri docti, ſi poſtea emittat, ualidũ ſit.*

28 *An, & quale peccatum ſit emittere uotum de reb. quæ conſilijs Euangelicis repugnent.*

29 *An fieri poſſit uotum de ijs, quæ maius bonum impediunt.*

30 *An uotum ualidè fieri poſſit de bonis illis, quæ licet non ſint formaliter religioni contraria, ſunt tamen abſolutè loquendo incompatibilia.*

31 *Iuramentum de matrimonio contrahendo iurantẽ obligat, non autem uotum uouentem, & quare?*

Voto de matrimonio non obſtante poteſt quis ingredi religionẽ ſine diſpenſatione, ex circunſtantia tamen fieri poteſt uotum laudabile, & ualidum. nu. eod.

32 *Qui uotum emittit ob certum aliquem finem poteſt ſua authoritate commutare uotum illud non ſolum in aliquid Deo gratius, ſed etiam in æquè gratum.*

33 *An uotum de contrahendo matrimonio ſine copula, & conſummatione ualidum ſit, & obligatorium.*

34 *Obſeruatio uoti manifeſtè nociua notabiliter, ut caſtigatio, & maceratio corporis uergens in detrimentum perſonæ non obligat.*

POſt explicationem definitionis, & diuiſionis voti ordo, poſtulat, vt de eius materia, ſeu de re uoto ſubiecta breuiter agamus. In qua re aliqua certa ſunt, aliqua vero incerta.

1 PRIMO namque certum eſt, propriam uoti materiam eſſe *actum alicuius uirtutis, ſeu rem bonam.* Sic S.Tho. 2.2.q.88 ar.2. S.Bonau 4.d.38.ar.1.q.2. Richard. eadem diſtin. art.1.q.1.& 2. Sotus lib.7 de iuſtitia q.1.art.3. Petrus de Arragon. 2.2.q.88.arti.2. Grego. de Valent. tom.3. diſputat.6. q.6. punct.2. Ioannes Azorius par.1.inſtit. Moral. lib.11.cap.14. poſt dubium.5. Ratio eſt, quia uotum eſt promiſſio facta Deo. Sed nihil eſt Deo acceptum niſi bonum. Ergo ſolum bonum eſt materia uoti. Deinde ſicut inclinatio naturalis indita rebus naturalibus ſemper reſpicit bonum naturale, ita inclinatio moralis per uotum obligandi ſe Deo ſolum bonum morale ſecundum rectam rationem reſpicit.

SECVNDO potiſſima uoti materia eſt bonum ſupererogationis, id eſt, ad quod nullam ex præcepto obligationem habemus, ſed quod tantum eſt in conſilio. Sic S.Thom. 2.2.q.88.artic.2. Sotus lib.7. de iuſtit. quæſt.1.artic.3.concluſ.5. Richard.4.diſtinc.38.art.3.q.2. Ang. uerb. uotum.1.§.1. Sylueſt. uerb. uotum, 1.q.4.§. Tertium. Petrus de Arragon. 2.2.quæſt. 88.artic.2. Ioannes Azorius par.1.inſtitut. moral. lib.11. cap.14. dub.10. Summa Corona par.3.tract. de uoto, num.5. Ratio eſt, quia uotum eſt promiſſio boni uoluntarij. Bonum uero ſupererogationis, & conſilij eſt omnium maximè uoluntarium, & Deo gratiſſimum. Hinc S. Fulgentius. lib. de fide ad Petrum, cap.3. ait; *Tunc unuſquiſque regnum cælorum poſſidebit, &c. Si quod ſcit eſſe* LICITVM, & AD PROFECTVM VITÆ MELIORIS *pertinere cognoſcit, libenter uoueat, & celeriter reddat.*

2 TERTIO votum de re illicita, ſeu peccato nullũ eſt, ſic S.Tho. 2.2.q.88.art.2. S.Bonau. 4.diſt.38.ar.1.q.2.n.22. Richard. ibi. ar.3.q.1. Gabriel eadẽ diſt. q.1. Notab.2. Sotus li.7.q.1. ar.3.concl.1. Syl. uerb. votum 1.q.4. uerſ. Tertium. Nau. in Man. c.12.num.25. Sum. Cor. p.3. tract. de uoto. nu.5. Ioſeph Angles in florib.4.ſent. art.1. difficul.6. Petrus de Arragon. 2.2.q.88.ar.2. cõcl.1. Greg. de Val. to.3. diſp.6.q.6. pun.2. Coſmus Philiarchus de offic. ſacer. p.2.lib.4. c.17. Barthol. Medina lib.1.inſtruct. confeſſ. c.14.§. 6. in fin. Emanuel Rodriquez p.2. ſummæ. c.94. concluſ.1. Tolet. in ſum. lib.4. cap.17. Ioannes Azorius par.1. inſtitut. Moral. lib.11.c.14 in princip. & colligitur ex Iſid. lib.2. de Sinonymis, cap.16. & refertur 22.q.4.cap. *in malis*, vbi dicitur, *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi uoto muta decretum. Si quid incaute uouiſti, ne facias, impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur*, unde uouere id quod eſt peccatum mortale, non eſt uotum, ſed peccatum mortale, v. g. ſi uoueas Deo te homicidium, furtum, uel adulterium, aut aliud maleficium commiſſurum, eſt peccatum mortale: quod uero ſit mortale, patet, quia actiones ſumunt ſpeciem ab obiecto, unde cum obiectum illius uoti ſit mortale, etiam uotum ipſum peccatum mortale erit duplicem malitiam in ſe continens, prima eſt malæ uoluntatis occidendi, furandi, &c. altera eſt ſacrilegij, quod ſit dum uouetur Deo res, quæ illi maxime diſplicet, in quo maxima iniuria Deo irrogatur. Vnde utraque hæc malitia in confeſſione explicanda eſt: ſi autem uouet id, quod eſt ueniale, uotum nullum eſt, & peccat venialiter, ex Soto lib.7. de iuſt. quæſt. 1.art.3. concluſ.1. & in explicatione illius Petr. de Arragon. Sum. Cor. Toleto. Greg. de Valen. Ioanne Azorio. Nau. in Man. c.12.nu.34. Emanuel Rodriquez. 2.p. ſum. c.94. concl.3. Aliquando autem erit mortale, uouere ueniale, puta ſi aliquis de induſtria promitteret ſe commiſſurum ueniale, intendens, vt Deo placeret tale peccatum, eſt enim blaſphemia mortalis, ex Greg. de Valen. ubi ſupra, blaſphemia ſiquidem eſt uelle, ut Deus acceptet peccatum. Et quæ in hoc tertio dicto annotata ſunt, locum habent, non ſolum quando uouens habet intentionem promittendi, & ſeruandi promiſſum, ſed etiam quando habet propoſitum promittendi, etiamſi non habeat propoſitũ ſeruandi promiſſum, ex Petr. de Arragona, & Rodriquez locis proximè citatis. Cum enim propoſitum illud uouendi ſufficiens ſit ad uotum, in illo includitur uoluntas ſe obligandi, & ſeruandi promiſſum. Quod uero tale uotũ de peccato mortali, aut ueniali ſit nullũ, patet, quia uotum eſt promiſſio rei gratæ, & acceptæ Deo nullum autem peccatum Deo acceptum eſſe poteſt. Intelligitur aũt hoc dictum de opere malo ſecundum ſe, & ex obiecto, utrum autem uotum factum ob finem malum teneat, infra dicemus. Pro qua re

Notandum eſt, uota ſex modis illicita fieri poſſe, vt notat Caiet. in ſum. uerb. uotum. §. 2.

Primo, promittendo opus quod *in ſe illicitum eſt*, v.g. odio habere aliquem, occidere, furari, &c. & ſic uotum eſt nullum, & peccat uouens, eo modo quo diximus.

Secundo, promittendo opus bonum, ſed *propter malum finem*, ut ſi quis uoueat dare eleemoſynã propter uanam gloriam, & tale uotum eſt nullum, & peccatum mortale, aut ueniale, iuxta qualitatem finis mortalis, aut uenialis. Ratio eſt, quia opus, cuius finis malus eſt, & ipſum opus malum eſt, res enim ſpeciem ſortitur ex obiecto ſuo. Vnde quamuis id, quod uouetur, bonum ſit, uotum tamen de illo ob talem finem eſt malum, & indebita materia uoti, materia enim talis uoti non eſt ſolummodo dare eleemoſinam, ſed totum hoc dare eleemoſinam ob malum finem, ſ. inanem gloriam, quod conſtat eſſe formaliter malum, ſic Richard. 4. diſt. 38 art. 1. q. 1. Gabriel ibi. q. 1. artic. 1. Notab. 2. litera C. circa medium. Ang. uerb. uotum. 1. num. 3. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. & verb. uotum. §. 2. Sotus lib. 7. de iuſtit. q. 1. art. 3. circa concl. 5. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 2. & Greg. de Val. tom. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 2. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſent. quæſt. de uoto, artic. 1. difficul. 11. Nau. in Man. c. 12. num. 30. verſi. undecimo. Coſmus Philiarchus de offi. ſacer. p. 2. lib. 3. cap. 17. Emanuel Rodriquez p. 2. ſum. ca. 94. concl. 10. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 44. Toletus lib. 4. inſtruct. ſacerd. c. 17. & Ioannes Azorius p. 1. inſtruct. Moral. lib. 11. c. 15. q. 3. Id quod procedit, etiamſi qui uouet non habeat propoſitum ſeruandi promiſſum, dummodo propoſitum hoc habuerit quando id uouit, ut notant Arragon. & Rodriquez locis citatis.

Tertio promittendo aliquid licitum *ob illicitam petitionem obtinendam*, vt ſi quis uoueat Deo cẽtum aureos, ut uictoriam iniuſtam, & ciuitatem non ſuam conſequatur, tale enim uotum non eſt ualidum, nec obligatorium. Ratio eſt, quia finis ille ob quem illa eleemoſina promittitur, nempe vt victoria iniuſta obtineatur, & medium illud, quo vtitur ad talem uictoriam obtinendam, ſcilicet, dare centum aureos ea intentione, ut uotum hoc ſit tanquam medium ad obtinendam uictoriam illam, minimè acceptatur a Deo. Non enim vult Deus ad eum finem acceptare centum aureos, ut ipſe conferat uictoriam iniuſtam, immo potius eſt materialiter blaſphemia, quam uotum, cum faciat Deum authorem peccati. Et idem dicendum ſi quis uoueret Deo munera ut compotem eum faceret optati adulterij, homicidij, &c. Sic Richard. 4. diſt. 38. art. 1. q. 1. Caiet. 2. 2. q. 88. artic. 2. & in ſumma uerb. uotum. §. 2. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. artic. 3. poſt medium. Gregor. de Valent. to. 3. diſput. 6. q. 6. punct. 2. Petr. de Arragona 2. 2. q. 88. artic. 2. Ioſeph Angles in 4. in q. de uoto, artic 1. difficult. 11. Nau. in Manuali. c. 12. nume. 30. uerſ. vndecimo. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. par. 2. lib. 3. ca. 17. Emanuel Rodriquez par. 2. ſum. cap. 94. concluſ. 12. Tolet. lib. 4. inſtruct. ſacerd. cap. 17. & Ioannes Azorius par 1. inſtitu. Moral. lib. 11. c. 15. q. 3. clarè namque patet, quod ipſa uoti executio, ſcilicet, offerre centum aureos pro iniuſta uictoria, eſt actio formaliter mala, non minus quam dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Non eſt ergo ſic facta promiſſio votum. Nec obſtat, quod ſimiles promiſſiones factæ homini valeant, vt ſi quis promitteret meretrici 10. aureos pro turpi actu, ex Cou. in reg. peccatum p. 2. §. 2. nu. 2. Soto, & Arragon. vbi ſup. Ergo etiam, & promiſſio facta Deo, Quia ratio differentiæ eſt eo, quod cum ab homine expectari poſſit obſequium turpe, quod ſit pretio æſtimabile, promiſſio pro tali obſequio facta ex iuſtitia valida eſt. Ceterum cum a Deo expectare tale obſequium ſit blaſphemiũ, conſequenter votum pro eo conſequendo factum, nullum eſt, nec obligatorium.

4 *Quarto*, promittendo Deo licitum pro aliquo *illicito obtento*, quaſi in recompenſationem, & gratiarum actionem, vt ſi quis voueret Deo calicem pro *victoria iniuſta iam obtenta*, aut pro *obtenta aliena vxore*, tale enim votum nullum eſt, nec obligatorium, immo potius eſt blaſphemia, quam votum, cum Deus non acceptat illud hoc reſpectu factum. Eſt enim facere Deum authorem mali, quod eſt grauiſſimum peccatum. Sic Caiet. 2. 2. quæſt. 88. artic. 2. & in ſumma verb. votum. §. 2. Sotus lib. 7. de iuſtit. quæſtion. 1. artic. 3. vltra medium. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. articu. 2. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſenten. q. de voto artic. 1. difficul. 11. Gregor. de Valentia to. 3. diſput. 6. q. 6. puncto 2. Nau. in Manuali. cap. 12. nu. 30. verſ. Vndecimo. Coſmus Philiarchus de offic. ſacer. part. 2 lib. 3. cap. 17. Emanuel Rodriquez to. 2. c. 94. concluſ. 12. & Toletus libr. 4. inſtruct. ſacerdot. capit. 17. & patet ex his quæ in tertio modo dicta ſunt, nã eadem eſt vtriuſque ratio, vt conſtat. His igitur quatuor modis votum eſt nullum, & committitur peccatum.

Quinto, promittendo licitum pro petitione licita, ex cauſa tamen turpi pendente, vt v. g. ſi quis habens concubinam voueat Deo centum aureos, ſi conceperit ſibi ex illa filium, & huiuſmodi votum eſt validum, & obligat, ſi conditio adimpleatur. Sic Caiet. in ſum. verb. votum. §. 2. & 2. 2. quæſt. 88. artic. 2. Sotus lib. 7. de iuſtit. quæſt. 1. art. 3. poſt medium. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 88. artic. 2. Ioſeph Angles in 4. q. de voto, art. 1. difficult. 11. concluſ. vltim. Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. 6 q. 6. puncto 2. Nauar. in Manuali. cap. 12. num. 31. verſic. Dixi. Ludou. Lopez 1. par. inſtruct. conſcient. cap. 43. Coſmus Philiarchus de officio ſacerdot. part. 2. lib. 3. ca. 17. & Toletus lib. 4. inſtruct. ſacerd. ca. 17. quicquid Emanuel Rodriquez part. 2. ſum. cap. 94. concluſ. 12. contrarium ſentiat. Ratio eſt, quia in hoc caſu uotum non cadit ſuper illo illicito coitu, ſed ſuper dono filij, quamuis præſupponat illum illicitum coitum. Non tamen tenetur is retinere concubinam, vt faciat quod in ſe eſt ad votum adimplendum, quia præſuppoſitum eſt malum, & illicitum. Idem dicendum ſi quis bellum iniuſtum moueret, & voueret aliquid Deo pro incolumitate exercitus, votum enim tenet. Item ſi in duellum deſcendens vouet aliquid Deo pro vita, & incolumitate ſua, ſi exinde ſaluus euadat. Idem dicendum de meretrice, quæ vouet dimidium turpis lucri. Item ſi fur, dum in patrando furto eſt, aliquid Deo vouet, ne capiatur, ſimiliter ſi vſurarius, aut luſor promittat partem lucri in ludo iniuſto, huiuſmodi enim vota valent, quamuis non ad meritum, cum uerſetur circa actum malum, ſed ad obligationem. Quia in his omnibus caſibus effectus, pro quo vouetur, eſt res bona, & a Deo. Quamuis enim adulterium ſit malum, & ſimiliter bellum iniuſtum, & duellū, et meretricium, furtum, vſura, & ludus inordinatus; proles tamen bona eſt, & ſimiliter incolumitas, lucrum, &c. atque ita vota pro his rebus emiſſa ſunt valida, cum ſint de rebus, & pro rebus bonis, quatenus a Deo ſunt. Quia vero communiter vouentes non præſcindunt in huiuſmodi rebus id, quod bonum eſt, a malo, nec vtuntur huiuſmodi diſtinctionibus Metaphyſicis, diſtinguēdo in malo actu, id quod eſt entitatis, ab eo, quod eſt deformitatis, ideo Rodriquez, vbi ſupra, voluit huiuſmodi uota non ualere. Sed ut recte notat Grego. de Valentia loco proximè citato, longè diſpar eſt ratio de materiali entitate peccati, coniuncta, cum deformitate culpæ, & de alijs bonis coniunctis cum peccatis, ut de incolumitate, prole, lucro, &c. Nam materialis entitas peccati eſt etiam quædam pars peccati, & prohibetur a Deo; alia autem bona non itē. Et ideo pro obtinendis a Deo illis bonis quantumuis coniunctis cum peccatis uotum ualidum fieri poteſt, non autem pro obtinenda materiali entitate peccati.

6 *Sexto*, promittendo licitum non pro aliqua petitione obtinenda, ſed pure conditionaliter apponendo euentum illicitum, ut ſi quis uouet ingredi religionem ſi committat adulterium, ad hoc ut caueat ab adulterio, uel ut pœnitentiam faciat de adulterio, uel abſolute intendit in tali euentu obligare ſe ad tale uotum, tunc huiuſmodi uota ſunt uere conditionalia, & obligant adueniente conditione, & non alias, ex Sylueſt. uerb. uotum 2. q. 2. uerſicul. *Tertium*. Caie. 2.2. quæſt. 88. ar. 2. & in Summa. in uerb. uotum. §. 2. Soto lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. poſt cōclu. 5. Grego. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 6. puncto. 2. Naua. in Manuali ca. 12. num. 31. Ioſeph Ang. in floribus 4. ſen. q. de uoto. art. 1. difficul. 11. concl. penul. & Coſmo Philiarch. de officio ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 17. in fine.

7 DVBIVM autem eſt; An ſi quis uoueat licitum, ad quod mouetur ex re illicita, ita ut hoc illicitū nō ſit finis rei uoto promiſſæ (tunc enim certum eſt nō eſſe uotum) ſed tantum ſit finis quidam ſecundarius ipſius uouentis, ſeu applicationis, & motionis uoluntatis ad uouendum, ſit uotum ualidum, & obligatorium necne? Reſpondeo, quamuis ſic uouens peccet mortaliter, aut uenialiter pro ratione, & qualitate rei, uotum tamen ſic factum ualidum eſt, & obligatorium, ut uerbi gratia qui uouet religionem non dirigendo ſuam profeſſionem, & uota in finem luxuriæ, licet ad id moueatur ſperans, qđ inde habebit occaſiones luxuriandi, uotum illud ualet. Item ſi quis conſiderans, quod factus ſacerdos facile poterit conſequi beneficium, licet ſit indignus, hac intentione motus uouet fieri ſacerdos: Item promittit quis Miſſas, ut præbendam conſequatur, habens intentionem abutendi præbenda, huiuſmodi uota tenent, ex Nauar. in Manuali. c. 12. num. 31. uerſi. Dixi. Sylueſt. uerb. religio. 3. queſt. 6. Caie. 2.2. q. 88. ar. 2. uerſi. circa bona ſupererogationis. §. In primo ergo ſenſu. Petr. de Arragon. 2.2. q. 88. ar. 2. Ioſeph. Ang. in 4. de uoto. ar. 1. difficul. 11. conclu. 2. Ludoui. Lopez par. 1. inſt. conſcientiæ. ca. 4. Grego. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 2. Coſmo Philiarch. de officio ſacerd. par. 2. li. 3. c. 17. ante fi. Emanuele Rodriquez par. 2. Summæ. c. 94. conclu. 11. Soto lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. poſt concluſ. 5. Rō eſt, ꝗa nec finis religionis eſt malus, nec finis uoti eſt malus, ſed ſolum cauſa mouens, ſ. ſpes habēdi ibi occaſionem luxuriandi, conſequendi beneficium, &c. eſt mala, quę cauſa impulſiua, & motiua non uitiat rem promiſſam, ſed tantum actum promittentis: cum igitur obiectum illius uoti ſit bonū, ſ. uiuere religioſe, (uita enim luxurioſa non eſt finis religionis, ſed motiuum ſolum uouentis; quod motiuum ſolum uitiat actum promittentis, uotum autem relinquit in ſua natura) conſequenter uotum illud bonum, & ualidum eſt, & adimpleri poteſt ſine peccato, & ſolum tenetur mutare intentionem, & de ea penitere, ſicque uotum adimplere.

8 QVARTO uotum de re abſolute neceſſaria, uel impoſſibili, ut quod homo moriturus ſit, uel uolaturus, non tenet. Sic S. Th. 2.2. q. 88. ar. 2. Caie. Petr. de Arragon. ibid. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. concl. 3. Nauar. in Manuali. c. 12. num. 28. uer. 8. Lud. Lopes p. 1. inſt. conſcien. c. 4. Greg. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 2. Sum. Cor. p. 3. tract. de uoto, nu. 5. Ratio eſt, quia uotum ſignificat promiſſionē uoluntariam; ſed neceſſitas, uel impoſſibilitas tollit uoluntarium. Illud igitur, quod eſt abſolute neceſſarium, aut impoſſibile, nullo modo ſub uoto cadit. Nec de hac re ulla poteſt eſſe difficultas.

Hinc conſtat, quid ſentiendum ſit de illis uotis, quæ fiunt de non committendo peccato. Id quod quatuor modis fieri poteſt. *Primo*, de uitando peccatum mortale in genere; *Secundo*, de uitando 9 peccatum mortale in ſpecie, *Tertio*, de uitando peccatum ueniale in ſpecie, *Quarto*, de uitando peccatum ueniale in genere. *Votum* igitur primo modo factum, ſcilicet de nunquam peccando mortaliter, ex ſua natura uerum, & ualidum eſt, quicquid Nauarrus in Manuali c. 12. nu. 65. dicat non eſſe ualidum, eo quod eſt rei ualde difficilis. Ceterum hanc noſtrā ſententiam docent Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. poſt medium. Petr. de Arragon. 2.2. q. 88. ar. 2. & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. c. 94. conclu. 5. & Io. Azorius par. 1. inſt. Moral. lib. 11. c. 14. dub. 4. qui tamen falsò Nauarrum pro hac opinione citat. Ratio eſt, quia uotum hoc, & bonum obiectum habet, & poſſibile ex gratia Dei, quam omnibus conferre paratus eſt, & colligitur euidenter ex Concil. Tri. ſeſſ. 6. cap. 15.

Conſulendum tamen eſt, ne huiuſmodi uota fiant præſertim quantum ad peccata cordis, quæ maxima cum difficultate cognoſci poſſunt. Sic enim ſemper eſſet ſcrupulus, an uouens conſenſerit, necne; cum tamen uotum fieri debeat de re comperta, & cuius tranſgreſſio ſit manifeſta. Votum autem ſecundo modo factum eſt laudabile, ex Soto, & Azorio, ubi ſupra. Votum etiam tertio modo factum, id eſt, de non peccando uenialiter circa aliquam certam materiam, uerbi gratia, nunquam mētiri iocosè, ualidum eſt, & obligatorium, cum ſit de obiecto bono, & poſſibili moraliter cū gratia Dei. Vnde & laudabile eſt ſic uouere: ſic Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. articu. 3. Ioſeph. Ang. in floribus. 4. ſenten. q. de uoto. arti. 1. difficul. 8. Petr. de Arragon. 2.2. q. 88. art. 2. Nauar. in Man. c. 12. nu. 65. Emanuel Rodriquez par. 2. Sum. ca. 94. concluſ. 4. in fin. & Ioan.

Azorio p.1.inſti.Moral.lib.11.c.14.q.4. *Votum* autem quarto modo factum, ſcilicet, de nunquam peccando abſolutè non eſt validum nec obligat, cum ſit votum de re ſimpliciter via ordinaria impoſſibili, etiam cum gratia Dei, quæ de lege ordinaria dat̃ iuxta illud 1.Io.1. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis nõ eſt*, & definitur in Concilio Meleuitano.can. 6.7.& 8. & in Conci.Tri.ſeſſ.6.can.23.& expreſſe id docent Sotus li.7.de iuſ.q.1.arti.3.Pet.de Arrag.2.2.q.88. ar.2.Ioſeph Angles q.de voto,ar.1.difficu.8.Greg. de Val.to.3.diſ.6.q.5.punc.2.Emanuel Rodriquez p.2.Sum.c.94.conclu. . & Io.Azo.p.1 inſt.Moral. lib.11.c.14.q.4.

10 Dubium aũt eſt, An qui vouit abſolutè abſtinere a uenialib. ab ijs ſaltem abſtinere teneat ex vi voti, quæ ſaltem vitare põt, v.g. ab hoc, uel illo, quod in particulari vitare põt, vt diximus. Ratio difficultatis eſt, q̃a qui vouit ſe ieiunaturũ ꝑ totã quadrageſimam in pane, & aqua, aut dare eccleſiæ centum aureos, ſi poſtea non poteſt ieiunare omnib. dieb. quadrageſimæ, aut dare centum aureos, tenetur ſaltem ieiunare diebus, quibus poſſit, & dare quantum cõmodè valet, puta 40. aut 20. Ergo idem dicendũ eſt in caſu noſtro. Partem affirmatiuam tenet Ioſeph Angles q.de voto.ar.1.diffic.8. Verior tamen eſt opinio Soti lib.7.de iuſtitia.q.1.ar 3.Petri de Arrag. in 2.2.q.88.ar.2.& Greg.de Val.to.3 diſ.6.q.6.puncto 2. Non teneri ex vi voti ab aliquo abſtinere. Rõ eſt, quia cum votum illud abſolutè nullum ſit, eo q̃ eſt de re impoſſibili, ad nihil tenetur quis ratione illius. Atque adeo talis venialiter peccans non magis peccat, quam ſi votum non emiſiſſet.

Ad argumentum autem in contrarium reſpondetur, diuerſam eſſe rationem in illis caſibus, ac in iſto quia tale votum de ieiunio, aut de dãdo centum aureos eccleſiæ eſt ualidum, cum ſit de re bona, & poſſibili, ideoque ex ui talis uoti tenetur poſtea adimplere, q̃ põt. Qua etiam de cauſa, qui uouet confiteri omnia peccata uenialia, ex ui uoti tenetur ſolum ea confiteri, quæ moraliter occurrunt memoriæ, ex Petr.de Arragona ubi ſup. Emanuele Rodriquez p.2.Sum.c.94.concl.4.& Io.Azorio p.1.inſt.Mor. li.11.c.14.q.4. ſi aliorum poſtea meminerit, non tenetur ſtatim ea ui uoti confiteri, cum ſolum uouiſſe cenſeatur ſe confeſſurum ea, quorum meminerit qñ cõfeſſionem facit. In caſu aũt noſtro uotum omnino fuit nullum, cum.n.quis uouet omnia peccata uenialia uitare, uotum cadit ſupra totam materiam ſimul ſumptam, quæ cum ſit impoſſibilis, minimè obligat ad aliquid exinde faciendum.

11 QVINTO certum eſt uotum de rebus indifferẽtibus ad bonum morale, uel malum, *quatenus omnib. circunſtantijs conſideratis indifferentes ſunt*, nullum eſſe, nec obligatorium. Sic S.Tho.2.2.q.88.art.2.S. Bonau.4.d.38.ar.1.q.2.nu.21.Rich.ead.d.arti.1.q. 3.Gab.4.d.38.q.1.ar.1.Notab.2.litera C.Ang.uerbo.uotum.1.nu.5.Sylu.uerb.uotum.1.q.4. Caie.2. 2.q.88.art.2.dub 4.Sotus lib.7.de iuſti.q.1.artic.3. circa concluſ.2.Pet.de Arrag.2.2.q.88.art.2.Greg. de Val.to.3.diſp.6.q.6.punct.2.Nauar.in Manuali c.12.nu.28.uerſi.Nono.Ioſeph Angles in floribus. 4.ſent.q.de uoto.art.1.difficul.7.Bartho.Med.li.1. inſtr.confeſ.c.14.§.6.ante fi.Sum.Cor.p.3.tract.de uoto.num.5.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſe.c.43.Coſmus Philiarch.de off.ſacer.p.2.lib.3.cap.17.Eman. Rodriquez p.2.Sum.c.94.concl.6.Tol.lib.4.inſtr. ſacerd.c.11.Io.Azorius p.1.inſt.Moral.lib.11.c.4 dub.5.Emanuel Sa in Aphor.uerb.uotum,§.1.Aragon.Tol.& Rodriquez addunt ſic uouentem peccare uenialiter. Non eſſe uotum, patet, quia materia uoti debet eſſe opus bonum ſecundum rationem & Deo gratum. Res autem indifferentes, quatenus tales, non ſunt bonæ, aut Deo acceptæ. Etenim res indifferens dicitur illa, quæ nihil boni, aut mali prę ſe fert, ut fricare barbam, reſcindere ungues in tali die, & huiuſmodi, atque adeo ex illis nihil honori diuino accreſcit, nec aliquid utilitatis uouenti, aut proximo accedit, etſi fiat. Eſſe uero peccatum probatur, quia malum eſt per res uanas, & nullius momenti uelle Deo, & Sanctis reuerentiam exhibere.

Dixi; *quatenus conſideratis omnibus circunſtantijs indifferentes ſunt:* nam ſicut iuramentum de re indifferenti, ſi accedat circunſtantia reddens actum bonum, ualet, ut diximus c.6.uer.Tertio. ita etiam uotum circa obiectum indifferens, ſi reddatur bonum ex circunſtantia, materia uoti eſſe põt, quamdiu nõ redit ad ſuam indifferentiam. Siquidem opus illud cum tali circunſtantia poteſt eſſe bonum, & actus uirtutis, & conſequenter materia poteſt eſſe Voti. Vnde quamdiu manet talis circunſtantia, poteſt eſſe materia uoti, qua iterum ceſſante, deſinit eſſe materia uoti. Ex quibus multa inferri poſſunt.

12 *Primo*, quod uota quæ fiunt a mulierculis de non filando in Sabbatho ob honorem etiam B.Virginis uel non edendis capitibus animalium ob honorem S.Ioannis Baptiſtæ, uel de non edẽdis carnibus igni aſſis ob uenerationem S.Laurentij martyris, non eſſe ualida, nec obligatoria, quia opera illa adhuc relata in finem ſunt indifferentia, cum nihil conducant ad honorem B.Virginis, S.Ioannis, aut S.Laurentij, ſi in Sabbatho non filent, & tamen alia opera ſeruilia faciant; aut ſi à capitibus animalium, uel carnibus igni aſſis abſtineant, & tamen edant alias carnes coctas, ſecus autẽ ſi uoueret femina ſe in ſabbatho non facturam opera ſeruilia ob Deiparæ cultum, ut hac ratione liberius, & expeditius uacaret diuinæ contemplationi, tunc enim uotum eſſet ualidum, cum tale opus in illum finem relatum bonũ ſit, & actus religionis. Et idem dicendum de eo, q̃ uoueret non edere carnes ob honorem S. Io. Baptiſtæ, uel S.Laurentij, aut alterius Sancti.

Secundo, uota non loquendi, uel non ludendi cũ aliquo, uel ad certum aliquem ludum, quando ſolũ fiunt, quia colloquium, aut ludus uouenti ſunt grauia, non ſunt ualida, nec indigent diſpenſatione, ut non ſeruentur, cum hac ratione non cedant in bonũ aliquod Dei, aut uouentis, ſecus autem eſſet, ſi fierẽt propterea quod ex talibus actionibus datur occaſio peccandi uel dilapidandi ſubſtantiam uouentis, tũc enim ualida eſſent ob huiuſmodi cauſam, & circunſtantiam bonam adiunctam.

Tertio, qui uouet non ingredi talem domum, quia ibi datur occaſio peccati, tunc quamuis ingreſſus in domum ſit ex ſe res indifferens, cum tali tamen circunſtantia, in eam ingredi malum eſt, & materia uoti eſſe poteſt, & econtra ſi ingreſſus in illam domum eſſet uouenti bonum propter aliquem finem, poterit eſſe materia uoti. Ceterum quam primum ceſſauerint tales circunſtantiæ bonæ, aut malæ ceſſaret votum , nec teneretur illud amplius ſeruare. Ratio eſt, quia uotum non plus obligaret, ſed lex ceſſante in uniuerſum eius cauſa, & fine,ceſſat. Ergo & uotum,ceſſante enim tali; cauſa, & fine opus redditur indifferens,de quo uotum fieri non poteſt.

13 *Quarto*,uotum de induenda ueſte alba die Sabbati ob honorem B. Virginis, aut etiam de portanda ſemper ueſte alba,ualet,ex Soto,& Azorio,quia talis amictus ſignum eſt caſtitatis , & conſequenter opus hoc ex tali circumſtantia cohoneſtari poteſt. Item uotum de ueſte uili , & aſpera gerenda ualet, quia eſt ſignum pœnitentiæ,& incitat ad pęnitentiam. Votum etiam de non bibendo uinum ualet, quia eſt opus pœnitentiæ.

Quinto,quamuis uota de re indifferenti, quatenus indifferens eſt,a uouente abſque ulla diſpenſatione annullari poſſint, ſatiſque ſit de talibus pœnitere; Qui tamen dubius eſt,an res, de qua factum eſt uotum,ſit indifferens necne,non poteſt illud propria auctoritate infringere , ſed ſeruandum erit, quia aliàs exponeret ſe periculo peccandi, ideoque conſulere debet ſaltem confeſſorem , & obtinere diſpenſationem ab habente poteſtatem. Quæ omnia exempla colliguntur ex Caiet.2.2.quæſt.88.ar. dub.4.Soto lib.7.de iuſt.& iur.quæſt.1.arti.3.circa concluſ.2.Nau.in Manuali c.12.nu.37. Ang. uerb. uotum 1.nu.5.Sylueſt.uotum.1.q.3.uerſ.Tertium. Barth.Medina lib.1.inſt.confeſ.c.14.§.6.in fi. Ioſeph Angles in 4.q. de uoto.arti.1.difficul.7. Coſmo Philiarch.de officio Sacerd.p.2.lib.3.c.15. & c.17. Petr.de Arragon.2.2.q.88.artic.2.Lud.Lopez p.1. inſt.conſcien.c.43.Greg.de Val.tom.3.diſp.6 q.6. punct.2.Sum.Cor.p.3 tract.de uoto,num.5.Toleto lib.4.c.17.Ioan.Azorio p.1.inſti.Moral.lib.11.ca. 14.dub.5.& Emanuele Rodriquez p.2.Summæ, c. 94.concluſ.6.

14 *Sexto*,uota facta in uniuerſali, quæ in particulari poſſunt eſſe bona, & mala, fieri non debent, quod ſi fiant, intelligenda ſunt reſpectu boni,in quod inclinare poſſunt,unde iuramentum ab Herode præſtitum puellæ ſaltanti imprudenter factum fuit,& impiè adimpletum. Et exemplum eſſe poteſt de Iepthe Iud.11.qui,ut ait S.Tho.2.2.q.88.art.2. ad 2. ex S.Hieron.in c.7.Hierem. & in uouendo ſtultus, & in reddendo impius fuit,idemque poſt multa docet S.Aug.in q ſuper Iud.q.49.& quamuis nonnulli dubij ſint,an uere occiderit filiam,immo occidiſſe negent,ut Lyran.Vatablus, & Arias Montan. in Iudic.11.Patres tamē,& Doct.Scholaſtici communiter tradunt peccaſſe uouendo,& eam occidendo, ſic Chryſoſt.Hom.14.ad popu.Anthio. & Hom.de Iepthe.Orig.to.9.in Ioan.Tertul.lib.3.contra Marcionem.Iuſt.Mart.q.99.Grego. Nazianz. Orat.de Machabæis,quæ eſt oratio.22.S.Ambroſ.lib. 1. de offic.c.50.& lib.3.c.12.Hyeron.in cap.7.Hiere. S. Aug.ubi ſupra.Iſidor.in Alleg.in ſcripturam,& de uita,& morte ſanctorum. Beda in li.qq.ſuper Iudic. c.7.Ruper.de Trin.& operibus eius,in lib.Iud.cap. 12.Abulenſis in librum Iud.c.11.q.92.S. Tho.2.2. q.88.art.2.ad 2.S.Bonau.4.diſt.38.ar.1.q.2.nu.23. Rich.eadem diſt.ar.3.q.1.S.Ant.p.2.ti.11.c.1.§.2. Sotus lib.7.de iuſt.q.1.ar.3.ad 2.Petr.de Arrag.2. 2.q.88.ar.2.in fi.Io.Azorius p.1.inſt.moral. li.11. ca.14.q.2.qui tandem poſt multa in utramq; partē diſputata in hanc communem Patrum,& Theologorum ſententiam deſcendit. Votum igitur hoc Iepthe,ut recte notat Rich.in 4.diſt.38.arti.3.q.1.ad primum non fuit obligatorium, niſi ad immolandum animal occurrēs immolatitium,& quoad hoc fuit licitum,& placens Deo,prout victoria ſubſecuta oſtendit. Vnde in occidendo filiam ſuam impius fuit. Quod uero ibidem dicitur, *Spiritum Sanctum fuiſſe ſuper Iepthe*,vel intelligendum eſt ex S.Tho. quia fides,& deuotio eius,ex qua motus eſt ad mouēdum,fuit a Spiritu ſancto,uel, ut notat Sotus,quia ex Zelo diuino animatus Ammonitas Dei hoſtes adortus eſt. Nec ex eo quod inter iuſtos antiquæ legis numeratur ab Apoſt.Hebr.11.fit conſequens illum non peccaſſe,quia recenſet etiam Sampſonem, & Dauidem,quos tamen conſtat nonnunquam peccatores fuiſſe; Et quia probabile ualdè eſt,eum pœnituiſſe de facto iniquo,ſicut multi alij pœnitentiā egerunt ex S.Th.& Rich. vbi ſupra.

15 *Sexto* certum eſt , vota licite fieri poſſe de bonis temporalibus,puta,pro obtinenda ſanitate, pro euaſione periculi,&c. Vt patet exemplo Iacob Gen.28. vbi de eo dicitur , *uouit uotum dicens,ſi fuerit, Deus mecum,& cuſtodierit me in uia,per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad ueſcendum, & ueſtimentum ad induendum, reuerſusque fuero proſpere ad domum patris mei,erit mihi* Dominus *in* Deum, *& lapis iste, quem erexi in titulū,uocabitur domus* Dei, *cunctorūq; quæ dederis mihi,decimas offeram tibi*, & latius docēt Richard.in 4.diſt.38.ar.1.q.2.Gabriel ibidem. q.1. ar.1.notab.2.litera C.Sotus lib.7.de iuſti.q.1.art.3. ante ſolutionem argumentorum, & alij , quicquid hæretici non minus impiè;quam imperitè mercaturam eſſe calamitent. Hæc igitur cum certa ſint, ſunt tamen nonnulla dubia, & contrauerſa.

16 PRIMVM DVBIVM eſt,an de re lege naturali,aut diuina aliàs præcepta,uotum fieri poſſit? v.g. lege naturali,& diuina tenemur non fornicari, non adulterare,non occidere,& lege Eccleſiaſtica tenemur audire Miſſam in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus;difficultas eſt, an uotum de his rebus emiſſū ualidum ſit,& obligatorium? Ioan.Gerſon par.2.ut refert Arragon.eius ſententiæ fuit , ut exiſtimaret uotum fieri non poſſe de rebus , quæ ſunt in pręcepto , atque ideo docuit, quod ſi quis uouerit rem debitam ex præcepto, & contrarium fecerit , non peccat grauius, quam ſi uotum non emiſiſſet, & fauere uidetur S.Thom.huic ſententiæ in 4.diſ.38. q.1.artic.2.quæſtiuncula.1.ubi ait, uotum ſingulare,quod eſt de conſilijs, ſeu de operibus conſiliorū, habere complete rationem uoti, uotum autem cōmune,quod,ſcilicet, eſt de operibus præceptorum, non habere completè rationem uoti , & in ſolutione ad tertium ait, fractionem talis uoti, non inducere nouum peccatum, & Tabiena uerb. uotum.1. §.Secundo notandum . Ratio pro hac ſententia eſſe poteſt , tum quia hac ratione iniuriam facit legi diuinę , dum maiorem uim attribuat ſuę proprię uoluntati , quam legi diuinę: Tum quia cum homo pluries de eadem re uotum emittete , & repetere poſſit, frangendo uotum primum mille peccata committeret, ſi toties uota repeteret , & frangeret,quod eſt abſurdum. Ergo & illud,ex quo ſequitur . Conſequentia patet,quia non minus tenetur homo uotum adimplere , quam ea facere, quę

ſunt in præcepto. Si igitur non ualet uotum ſecundum de eadem re emiſſum;eo quod tenetur ad illud ex voto primo,pari ratione non valebit uotum de re,quæ eſt in præcepto,quia ad id tenetur ante votum emiſſum.Confirmari poteſt hæc ratio,quia votum eſt lex quædam particularis,quam quis ſibi pręſcribit:ſed lex humana,quæ ſtatueret,ne quis fornicetur,aut furetur, nullam nouam obligationem inducit ſupra legem diuinam,& naturalem de eadem re. Ergo nec votum inducit obligationem nouam ſuper eam,quæ eſt ex pręcepto.

17 Communis tamen,& vera opinio docet poſſe fieri votum de rebus, quæ ſunt ſub præcepto diuino,aut naturali.Sic S.Thom.2.2.q.88.ar.2.ubi ait, *quod licet uotum fieri non poſſit de re abſolute neceſſaria* cum tale neceſſarium tollat rationem voluntarij, quod eſt de eſſentia uoti,vnde *uotum de moriendo,et de non uolando non ualet: Illud tamen,quod non habet abſolutam neceſſitatem,ſed neceſſitatem finis*,id eſt,cōſequendi beatitudinem, ſecundum illud Matth. *Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Cadit ſub uoto, inquantum fit uoluntarie, non autem inquantum eſt neceſſitatis*.S.Bonau.4.diſt.38.artic.1.q.2.num.19. dicens multos ex operibus alioqui præceptis facere virtutem,dum vota de rebus in præcepto emittant.Rich.4.diſt.38.artic.3.q.2.Duran.ead.diſtin.q.1.num.8.Pal.4.diſt.33.quæſt.1.verſicul.Quinta diuiſio Ioan.Maior.ead.diſt.quęſt.1.Gabr.4.diſtin.38.q.1.artic.1.Notab.2.litera D. S Ant.par.2.tit.11.c.2.§.2.Sylueſt.uerb.votum.1.q.5.Caiet.2.2.q.88.articu.2.dub.1.Sotus lib.7.de iuſti.q.1.ar.3.circa concluſ.4.Pet.de Arragon.2.2.q.88.art.2.Greg.de Valentia tom.3.diſp.6.q.6.punct.2.dub.penult.Nau.in Manuali cap.12.num.25.Sum.Cor.part.3.tract.de uoto.num.5.Barthol.Medina li.1.inſtruc.confeſ.cap.14.§.6.in fi.Emanuel Rodriquez par.2.Summæ.c.94.concluſ.8.Ioſeph Ang. in floribus.4.ſen.quęſt.de uoto,articu.1.difficul.9.Ludo. Lopez par.1.inſtruct.conſcien.cap.43.& Ioan. Azorius p.1.inſtit.Moral.li.11.c.14.dub.1. & alij communiter. Ratio eſt, quia licet ad illa opera teneamur, ex ſuppoſitione finis,quomodo neceſſitatem quādam important; prout tamen ſubijciuntur noſtræ uoluntati,& in particulari a nobis fiunt,liberè,& ſpontanee fiunt,& conſequenter poſſumus nos ad illa opera uinculo arctiori conſtringere, & de eis uotum emittere, hæc enim libertas ſatis eſt ad uotum emittendum,ſiquidem abſolute, & ſimpliciter liberum eſt homini non adipiſci vltimum finem, & nō exequi ea,quæ ad talem finem conducunt. Sicut igitur nulla repugnantia eſt,vt quamuis quis ligetur lege naturali,& diuina non furari, & non occidere,nihilominus tamen ligetur etiam lege ciuili, & humana; vt quos virtutis honeſtas non mouet, pœnæ metus cohibeat; & ſicut quis quamuis lege iuſtitiæ teneatur depoſitum reddere, iuramento tamen ſeſe ad id faciendum obligare poſſit,ita etiam ad eaſdem res faciendas,quæ lege diuina,& naturali præceptæ ſunt, altero etiam, & arctiori uoti uinculo ex voluntate noſtra, nos ipſos aſtringere, & obligare poſſumus. Et denique id patet ex communi praxi,& vſu eccleſiæ, & conſuetudine eorum, qui religionem uouent, aut ſacros ordines ſuſcipiunt. Tales namque nouo vinculo voti obligantur abſtinere à fornicatione,& adulterio,a quibus tamen antea lege diuina, & naturali prohibiti erant. Et Iacob Gen.28. vouit ſe Deum ueneraturum,ſi eum præſeruaret a malo, & tamen antea ad Deum colendum ex lege naturali,& diuina obligabatur. Res igitur antea in pręcepto materia voti eſſe poteſt. Monet tamen Sotus, vbi ſupra,huiuſmodi uota non eſſe temere, & abſque conſilio facienda, quia multoties non ita bene adimplentur; Quod ſane conſilium maxime locum habet circa uotum de non peccando, vt experientia conſtat. Quare vel non ſunt emittenda talia uota,uel caſſanda ſunt, & facile diſpenſanda, habita tamen ratione perſonę, & circumſtantiarum, nam aliquando uota hęc cauſa ſunt, cur homines rarius peccent, & uigilantiores ſint ad euitandum peccatum.

18 *Quæ* autem in contrarium allata ſunt, facile ſoluuntur. Etenim, qui vouet rem alioqui pręceptam, non id facit, quia plus tribuit ſuę uoluntati, quam legi diuinę, ſed vt firmius, & uigilantius perſoluat, quod Deus pręcepit, & ad quod duplici iam titulo, & uinculo aſtringitur. Vtile namq; eſt uouendo uoluntatem noſtram immobiliter firmare ad bonum,ex S.Tho.2.2.q.88.articul.4.unde S.Aug.epiſt.45.ad Armentarium, & Paul.ait,*felix neceſſitas eſt,quæ in meliora compellit*. Deinde etiam opus ex uoto procedens,magis meritorium eſt,quā ſine uoto,ex S.Tho.ubi ſup.art.6.cum iam opus,& actus ſit religionis,ut u.g.adeſt pręceptum eccleſię de ieiunando,ieiunium eſt actus temperantię,& ēt obedientię, & ratione uoti ſit actus religionis, quę eſt actus potior,quam abſtinentię ex S.Tho. in dicto articu.6.ad ſecundum.Teneri ex pręcepto diuino non fornicari,eſt actus continentię,& caſtitatis non fornicari, ſi accedat uotum, ſic etiam aliquando adorare, & ex pręcepto eccleſię Miſſam cunctis diebus Dominicis audire,ſi accedat uotum, erit actus religionis ex duplici titulo, & nomine,ut conſtat.

19 Ad alterum uero Reſpondetur negando ſequellam.Ad probationem autem dicimus, diuerſam eſſe rationem in uno,ac altero caſu.Ideo enim uotum ſecundum de eadem re emiſſum, non multiplicat peccatum:quia cum obligatio ſecūdi uoti,eiuſdem ſit rationis cum priori nihil aliud facit, quam primum firmare.Vnde qui uotum millies confirmat, non ſuſcipit diſtinctam obligationem,ſed ueterem tantum renouat,ut ſe promptiorem, & firmiorem reddat,& conſequenter, qui uotum millies confirmatum negligit,& uiolat, unum ſolum peccatum perpetrat,& committit, ex Ioſepho Angles in floribus.4.ſent.in q.de uoto.art.1.difficult.9.Petro de Arragona.2.2.q.88.ar.2.circa conclu.4.ad 4.Emanuele Rodriquez p.2.Summę c.94 conc.9.& Ioan. Azorio p.1.inſti.moral.c.14.q.1.Vnde qui in duabus religionibus regularium bis uotum ſolemne emiſit continentię, quamuis grauius peccet incontinenter uiuendo, unum tamen ſolum peccatum committit.Ceterum cum obligatio uoti diſtincta ſit ab obligatione præcepti etiam de eadem re, & diuerſę rationis, conſequenter ſicut actus bonus de eadem re,ad quam quis obligatur ex pręcepto, & ex uoto,ut diximus, quamuis unicus actus numero ſit,habet tamē duplicem bonitatem,unam proprię uirtutis, cuius eſt actus, & alteram religionis, ra-

tione voti:ita etiam,qui rem alioqui lege, aut præcepto imperatam, & voto promiſſam contemnit, duplex peccatum committit;quamuis enim vnicus actus ſit,adeſt tamen duplex malitia. Atq; ita qui caſtitatem vouit,& fornicatur duplici ſe crimine vnico actu polluit,intemperantiæ,ſ.ſeu libidinis,cõtra præceptum naturale,& ſacrilegij prauitate,faciendo contra votum. Vnde paſſim ſacrilegæ appellantur mulieres,quę poſt uotum emiſſum fornicationẽ committunt.vt can.*impudicas.can.uirginibus.can.ſi quis ſacro.can.uelatæ*.27.q.1.Eſſe autem duplex peccatum expreſſe tradunt Durand.4.d.38.q.1.nume.6.Palud.ead.diſt.q.2.verſi.Quinta diuiſio. Gabriel ibid.q.1.arti.1. Notab 2.litera D.S.Ant.p.2.ti.11.c.2.§.2.Sylueſt.verbo.uotum.1.q.5.Caie.2.2.q.88.ar.2.dub.1.& ſum.verb.votum.§.1. Ioſeph Angles q.de voto.artic.2.diffic.9.Pet.de Arragona ibidem. Nau.in Man.cap.12.num.25.Sum.Cor.p.3.tracta.de voto.num.5.Emanuel Rodriquez p.1.inſt.mor.lib.11.cap.14.qu.1. Et conſequenter,qui uouit rem alioqui præcepto imperatam, puta non furari,non adulterare,&c.per huiuſmodi uoti tranſgreſſionem duplex peccatum committit, & contra pręceptum, & contra uotum,quæ circunſtantia,vtpote mutans ſpeciem peccati,neceſſario in confeſſione explicanda eſt,quicquid falſo Tabiena verb.uotum.1.§.Notandum ſecundo.contrarium ſenſerit.

20 *Atque* hinc patet reſponſio ad confirmationem, quæ vt melius intelligatur,& clarius ſoluatur,ſciendum eſt, Quod leges humanæ de nouo poſitæ ad præcipiendum id, quod lege naturali, aut diuina præceptum erat,ſunt in duplici differentia. Quædã enim tales ſunt, quæ actum præceptum non mutãt in aliam ſpeciem;ſed in eadem relinquunt, & tales leges non inducunt aliam nouam obligationem ultra diuinam, aut naturalem; vt verbi gratia eſt lex naturalis pręcipiens non occidere; lex humana de eadẽ re impoſita cum grauiſſimis pœnis,non transfert priorem actum in aliam ſpeciem,& ideo nõ inducit nouam obligationem,vltra eam,quæ eſt ex lege naturali,& ſic peccans contra has leges,unum ſolum committit peccatum, ſicut diximus de eo, qui uotum confirmat centies,ac millies de eadem re.

Aliæ uero leges ſunt,quæ adiunctæ legib. naturalibus actus illarum in aliã ſpeciem transferunt,& hę nouam obligationem inducunt ſupra legem naturalem,ut uerbi gratia lex naturalis pręcipit reſtituere alienum,ſi poſtea pręlatus in uirtute S.Obedientię pręcipiat,ut reſtitutio fiat, quia huiuſmodi pręceptum & lex mutat ſpeciem prioris actus,ita ut nouam inducat obligationem ſupra legem naturalem,non reſtituens duplex peccatũ committit,unũ iniuſtitię,alterũ inobedientiæ, quorum quodlibet neceſſariò debet in confeſſione explicari. Atque ita cum uotum accedens ad id,quod homines ex lege naturali facere tenentur,mutet actus ſpeciem, & faciat id,quod antea erat in uirtute temperãtię,eſſe in uirtute religionis,nouam inducit obligationem.

21 Ad auctoritatem S.Tho.in 4.diſt. 38. Reſpõdet non uoluiſſe eo loquendi modo ſignificare, uotum de re pręcepta non eſſe complete,& proprie uotum (cum enim circunſtantia illa mutet ſpeciem peccati,ut diximus, & ubi ſaluatur eſſentialis ratio alicuius,ibi eſt proprie illud, & conſequenter illud proprie eſt uotũ)ſed tãtum docere uoluit,eiuſmodi uotum non eſſe ſolum uotum, ſed ẽt pręceptum, hoc eſt, rem pręceptam, non eſſe ita propriam materiã uoti,ſicut res,quę ſub conſilio cadit, eſt propria materia uoti; Nam res,quę in conſilium cadit, ideo eſt proprie materia uoti,quia eſt ſolius uoti materia,& non pręcepti. At uero uotum,quod cadit ſupra materiam pręceptam,quamuis ſit uere,& proprie uotũ materia tñ illius non eſt propria uoti, id eſt, ſolius uoti,ſed cõis illi,& pręcepto. Ideoque in 4.d.38.dixit uotum de re pręcepta eſſe cõe uotum, id eſt,uotum *communiter* dictum,non quod deſit illi aliquid de eſſentia uoti proprie,ſed quia eſt de materia *communi* uotis,& pręceptis,ut recte Caie.Petr.de Arragona,Gregorius de Valentia,& Azorius locis proxime citatis annotarunt. Vnde idem S.Tho.2.2.q.88.ar.2.in corp.ait,id quod cadit ſub conſilio *propriiſſime* cadere ſub uoto,ſignificans etiam rem,quę cadit ſub neceſſitate finis, & conſequenter ſub pręcepto,eſſe proprie materiam uoti.

Quod uero poſtea 4.diſt.38.q.1.art.2.ad tertium dicat,fractionem uoti de re pręcepta non inducere nouum peccatum, uerum eſt, quia ibi non eſt, niſi unicus actus duplicem malitiam habens, eo modo quo dictum eſt.

22 *Hinc* ſequitur quid dicendum ſit de eo, qui uouit ſe daturum eleemoſinam pauperibus,ſi eam det Petro in extrema neceſſitate conſtituto, an uoto ſatisfecerit,nec ne? Reſpondetur enim, cum uotum hoc uim habeat ex intentione uouentis ſi cum uouerit,nihil aliud expreſſit, dicendum eſt non ſatisfeciſſe,quicquid Ioannes Azorius p.1.inſt.moral. lib.11.ca.14.q.1.in fine contradicat. Ratio eſt,quia intentio uouentis interpretari debet fuiſſe dare eleemoſinam,quę alias non erat in pręcepto, cum uotũ regulariter fieri ſolet de re, quę cadit tantum ſub conſilio,& non ſub pręcepto, atque ita cum pręceptum ſit dare eleemoſinam exiſtenti in extrema neceſſitate,non cenſetur ſatisfeciſſe uoto; Secus autem ſi quando uouit,intendebat dare eleemoſinam pauperi,ſiue ad eam elargiendam pręcepto teneretur, ſiue ex conſilio,ac pietate induceretur.

Eadem ratione, ſi ſacerdos alicui pœnitentiam iniungat,ut det eleemoſinam,pſalmum recitet, aut aliquid ſimile,intelligendus eſt de illis,quę alias in pręcepto non erant,ut communiter docent authores,& tenet Azorius ubi ſupra,de qua re latius in materia de pœnitentia agemus.

23 SECVNDVM DVBIVM eſt,An in baptiſmo fiat proprie uotum,cum quis abrenuntiat mũdo,& ſeſe eccleſię obligat ad ſeruanda eius pręcepta. Ratio dubitandi eſt, quia Magiſter in 4.d. 38. & San. Tho.2.2.q.88.artic.2.ſignificare uidentur in baptiſmo cõtineri uotum. Vera tamen,& communis Doctorum ſententia eſt,non eſſe proprie uotum,ſic Richard.4.d.38.ar.3.q.2.Durand.eadem d.q.1.num.8.Gabriel ibidem.q.1.ar.1.Notab.2.litera. D.San. Anton.p.2.titu.11.cap.2 §.2.Sylueſt.uerb.uotum.1.q.4.§.Tertium,& q.5.Caie.2.2.q.88.ar.2.dub.2. Sotus lib.7.de iuſtitia.quęſtio.1.articul.3.ad 1.Nauar.in Manuali.cap.12.num.31.uerſicul.Duodecimo.Petrus de Arragona 2.2.quęſtio.88.articu.2.ad 1.Ioſeph Angles in floribus.4.ſenten.quęſt. de uoto.art.1.difficul.13.Bartho.Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.capit.14.§.6.in fine.Gregorius de Valentia tom.3. diſpu.6.quęſt.6.puncto 2,dub.ult. Ludoui-

cus Lopez p.2.Summæ.c.43.& Ioãnes Azorius p. 1.inſtitu.moral.lib.11.cap.14 q.3.Ratio eſt,quia neque uerba baptiſmi,quæ ſunt,*volo*,*Credo*, *Abrenuntio*,uotum ſignificant; Neq; aliquod extat *ſtatutum eccleſiæ*, quo ſignificetur baptizatum aliquid uouere,prout cõſtat de ſuſceptione ordinis ſacri,in quo ordinatus implicite uotum continentiæ emittit; Neq; demum id colligi põt ex natura *profeſſionis Chriſtianæ religionis*, qua qs in baptiſmo profitet̃ ſe uelle ſubijcere iuriſdictioni eccleſiæ,& iuxta eius mandata uiuere,quia ad hanc profeſſionem fidei ſatis eſt, ut quis illam corde,& ore profiteatur cum propoſito mutandi uitam abſque ullo uoto: Eo uel maxime,quod cum uouere ſit opus conſilij,baptizari aũt ſit opus præcepti,fieri non põt,ut unum in altero contineatur ex natura rei. Et quia in baptiſmo patrinus promittit pro altero, nullus autem alium uoto ligare põt:nec Magiſter,aut S.Thomas unquã docuerunt in baptiſmo uotum proprie emitti, ſed ſolum ſignificant largo quodam modo, & improprie dici,& appellari uotum,propoſitum illud mutandi ſtatum & uitam,quod fit in baptiſmo,quo ẽt ſenſu intelligendi ſunt Doctores,quando dicunt fideles in baptiſmo uouere legem euangelicam.

Ex quibus ſequitur, ut recte docent præfati authores,quod Chriſtianus, quando fornicatur, furatur,aut aliud peccatum committit, non peccat duplici peccato,ſcilicet, contra præceptum, & contra uotum,ſed unum ſolum committit,quamuis ſit grauius. Etenim fidelis in eodem genere peccati grauiꝰ peccat, quam infidelis propter notitiam ueritatis,q̃ habet ex fide,& propter Sacramenta, quibus imbutus eſt,quibus peccando contumeliam facit,ex San. Tho.2.2.q.10 ar.3.ad 4.S.Ant.Caie.Soto,Petro de Arragona,& alijs.

24 TERTIVM DVBIVM eſt, An de rebus,quæ repugnant bonis conſiliorũ,uotum ualide fieri poſſit? Vt ſi quis uoueat non ingredi religionem, uel non ieiunare,uel non mutuare,nõ dare eleemoſinã? Ratio difficultatis eſt,quia quod licitum eſt facere, licitum eſt uouere:Sed licitum eſt non ſequi diuina conſilia,puta,non ingredi religionem, non mutuare,non ieiunare.Ergo etiam licitum erit idem uouere. Deinde uotum emiſſum de perpetuo ſeruiendo alicui hoſpitali eſt ualidum,ut Doctores communiter tradunt:Et tamen uotum hoc eſt impeditiuum boni conſilij,ſ.ingreſſus religionis; Ergo uota de impedientibus bona conſiliorum ſunt ualida.

In hac re communis opinio Doctorum eſt, quod licet quis licite emittere poſſit opera conſiliorum, non tamen poteſt de oppoſitis, & repugnantibus illis uotum emittere, & uotum hoc modo factum non obligat. Vnde quamuis licite poſſit quis non ingredi religionem,cum talis ingreſſus ſit tantum in conſilio, non tamen poteſt ſe ad eius oppoſitum uoto aſtringere Sic S.Bonauen.4.diſtinct.38 artic. primo,quæſt.ſecunda,num.20. Palud.in 4.diſtinc. 38.queſt.prima,uerſi. Sexta definitio.§. prima concluſ.Caie.in ſumma.uerb.uotum.§.2. & 2.2.quæſt. 88.ar.2.dub.2.prin.Verſic.circa oppoſita conſiliorum.Sotus lib.7 de iuſt.q.1.arti.3.§.circa quintam concluſionem.dub.2. Sylueſt.uerbo. uotum.1.q.4. uerſic Quartum.Nauar.in Manuali.cap.12.nu.19. uerſic.Decimo.Petrus de Arragon.2.2.q.88.ar.2. circa conclu.5.dub.2.concl.1.Gregorius de Valentia to.3.diſp.6.q 6.punct.2.q.4.Bartho.Med.lib.1. inſtruc.confeſ.c.14.§.6.in fi. Sum.Coro.p.3.trac.de uoto,ar.1.difficul.10.Lud.Lopez p.1.inſtruc.conſcien.c.43.Coſmus Philiarchus de offic.ſacerd.p.2. l.3.c.17.Emanuel Rodriquez p.2.Sum.c.94 concl. 13.Toletus lib.4.inſtruc.ſacerd.cap.17.uerſ. Quinto,& Ioan.Azorius p.1.inſti.moral.lib.11.ca.14.q. 6.Ratio eſt, quia uotum debet eſſe promiſſio facta Deo de re grata illi, & accepta.At uero ea,quę ſunt oppoſita conſilijs diuinis, non ſunt grata, & accepta Deo. Nunquam.n.Deus acceptat id,quod eſt contra conſilium, & maiorem propenſionem ſuæ uoluntatis,& ad quod faciendum tanquam melius ipſe nos allicit,inuitat.& hortatur.Quamuis igitur licite quis poteſt non obſeruare conſilia, puta, non ingredi religionem,non tamen poteſt uoto aliquo ſe ad id obligare,unde nec uotum ſic emiſſum adimplere tenetur. Atq; ita ſoluitur ratio prima in contrarium.Non enim quicquid licet facere licet uouere,cum de rõne uoti ſit,ut gratum Deo ſit,quod uouetur.Et idem dicendum eſt de eo,qui uouit nõ mutuare,non facere eleemoſinam,&c.tale enim uotũ, cum aduerſetur conſilijs Chriſti,non ualet,poteſtq; is,qui talia uota emiſit, propria auctoritate contrafacere, cum nullo uoti uinculo obligatus ſit, ut diximus ſupra de iuramentis in tali caſu,cap.7.propoſitione 2.

25 *Hæc* aũt, quę diximus, ut uera ſint, intelligi debent *ſimpliciter*,& *abſolute*;ſic enim uouere abſolute non ingredi religionem,aut non mutuare,eſt cõtra conſilia euangelica,nec obligant talia uota.Dixi, *abſolute*,quia ſi malum, & iniquum eſſet in aliquo indiuiduo,& caſu particulari ingredi religionẽ ob aliquas circunſtantias, licitum erit uotum non ingrediendi, ut u.g.ſi quis uouet non ingredi religionem in Monaſterio,in quo regula non ſeruatur, ex Nauar.in Man.c.12.num.36.uerſi. Quarto.Sicut enim multa ſunt ex genere ſuo bona, quę rõne alicuius circunſtantię mala fiunt,ſic multa ſunt ex ſuo genere mala,uel non adeo bona,ſicut eorum oppoſita,uel indifferentia, quę rõne alicuius circunſtantię bona redduntur,uel meliora,quam eorum oppoſita. Et pari ratione quamuis matuare,& fideiubere *abſolute* ſit conlium, ubi tamen tales circunſtantię concurrerent, quę meliorem redderent actum non mutuandi,aut non fideiubendi, quam oppoſitum, tunc licite de iſtis uotum fieri poteſt: Vt uerbi gratia. Non eſt conſilium omnibus petentibus mutuare,aut pro oĩb.fideiubere; quare qui uouerit ſe non mutuaturũ illi,a quo mutuũ non eſt accepturus,uel nõ fideiuſſurũ indiſcriminatim ꝑ oĩb. tale uotum & licitum,& ualidũ eſt,cũ hoc ad prudentiam pertineat,& cõſiliũ tm̃ ſit de mutuãdo, uel fideiubẽdo pro loco,t̃pe,& cum alijs circũſtantis uirtutũ. Vnde ille ſolũ faceret cõtra conſiliũ, qui abſolute uoueret nõ ingredi religionẽ,nõ mutuare,non fideiubere alicui aliquo in caſu,& tale uotũ eſſet nullum: ſecus aũt ſi adeſſet aliqua circunſtãtia, q̃ meliorem redderet actũ non ingrediendi,nõ mutuãdi,non fideiubendi,quam oppoſitum,tunc.n.ualidum,& uerum erit uotum ex Soto,lib.7 de iuſt.q.1.ar.3.§.circa cõc.5.dub.2.Pet.de Arrag.2.2.q.88.ar.2.dub.2. circa cõcluſionẽ quintã.cõcl.1.Naua.in Man.c.12. n.36.uer Quarto.Eman.Rodriq.p.2.ſum.c.94.cõcl.13.& Lu.Lopez p.1.inſtru.cõſcię.c.43.ante finẽ.

Eadem

26 *Eadem* de cauſa,& ratione, Qui vouit *abſolute* ſe nunquam votum facturum, tali voto non tenetur, cum nullum ſit, vtpote diuino conſilio repugnans; Eſt enim diuini conſilij vouere, reddere autem præcepti, iuxta illud Pſal. 75. *uouete, & reddite Domino Deo ueſtro*. Si tamen emittat quis uotum de non vouendo, aliqua circunſtantia bona, & legitima cohoneſtatum, validum erit, & legitimum tale votum, puta, ſi quis votum emittere de nunquam vouendo ſine expreſſione eius, quod vouetur, verbo, aut ſcripto; tale enim votum ualidum, & obligatorium eſt, & conſequenter, qui faceret contra huiuſmodi votum, peccaret. Sic expreſſe Richar. in 4. d. 38. articu. 2. q. 3. Angel. verbo, votum. 3. q. 4. Sylueſt. verb. votum. 2. q. 7. Sotus lib. 7. de iuſtit. q. 1. articu. 3. circa concluſio. 5. dubio. 2. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſen. quæſt. de voto. articul. 1. difficul. 10. conclu. vltim. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 88. articu. 2. circa concluſionem 5. dub. 2. concluſ. 1. Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. cap. 94. conclu. 13. & Ioannes Azorius par. 1. inſtitu. moral. lib. 11. ca. 14. poſt quæſtio. 6. Ratio eſt, quia licet ſit conſilium vouere abſolute quia tamen bonum eſt, quod homo non uoueat præcipitanter, ſed cum maturo conſilio, ad quod ſpectat illud uotum, conſequenter votum illud validum erit. Tantum enim abeſt, ut ſit malum, aut contra conſilium Euangelicum cum huiuſmodi circunſtantia vouere, vt plane cōſilium diuinum ſit, quod homo non voueat præcipitanter. Et quia præcipitatio hæc euitatur, dum voueat, nō vouere aliquid ſine certa cognitione rei, & per uoti expreſſionem uerbo, uel ſcripto habetur certior cognitio de uoto facto; Conſequenter tale uotum de non uouendo aliquid ſine eius expreſſione, quod uouetur, uerbo uel ſcripto, ualidum, & obligatorium erit; ita ut ſi poſtea uoueat, & uotum ſuum aliquo prædictorum modorum, ſi poteſt, non exprimat, peccat tanquam tranſgreſſor prioris uoti. Nā ratione prioris uoti obligatur poſtea ad exprimenda uota ſua uerbo, uel ſcripto, ſi ipſum uouere contigerit; Vnde qui faceret contra primum uotum, peccaret.

27 DVBIVM tamen eſſe poteſt, An qui tale uotū emiſerit, puta, nunquam emiſſurum uotum, niſi cū expreſſione eius, quod vouetur, verbo, uel ſcripto; aut niſi cum conſilio alicuius uiri docti, uel cum alijs circunſtantijs, ſi poſtea ſine illis uotum emittat, tale uotum ualidum ſit, nec ne? *Reſpondent* communiter Doctores, Richard. 4. d. 38. art. 2. quęſt. 3. Sylueſt. uerb. uotum. 2. q. 7. Sotus lib. 7. de iuſtitia. quęſ. 1. ar. 2. poſt concluſ. 5. dub. 2. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 2. circa quintam concluſionem. dub. 2. cōcluſ. 1. in fin. & Ioan. Azorius p. 1. inſti. mora. li. 11. cap. 14. poſt quæſtionem ſextam, uotum illud ualidum eſſe, quamuis ſic uouendo peccet grauiter, qđ intelligendum eſt, dummodo alias, quod uouetur, licitum, & honeſtum ſit. Ratio eſt, quia cum uotum de re licita ex iure diuino, & naturali obligādi uim habeat, non poteſt quis per appoſitas conditiones, & circunſtantias illud abrogare. Satis namque eſt ad ualiditatem uoti, quod quis intendat obligare ſe Deo.

Mihi ualde probabilis uidetur opinio Emanuelis Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 94. concluſio. 13. in fine, dicentis, tunc ſolum ueram eſſe prædictam Doctorum ſententiam, quando is, qui poſtea uouet, recordatur ſe emiſiſſe uotum antea de non uouendo niſi cum prædictis circunſtantijs, & tamen illo non obſtante, uotum emittit ſine illis; tunc enim uotum ſecundum obligabit, cum lege diuina, & naturali uotum obliget iuxta intentionem uouentis; id quod ratio allata ſolum probat.

Ceterum ſi quando poſtea uouet ſine talibus circunſtantijs, non recordetur ſe prius aliud uotum ita conditionatum emiſiſſe, cuius, ſi iam memor eſſet, non uoueret, tale uotum non ualebit, nec ſic uouendo peccabit. Ratio eſt, quia in tali caſu non cenſetur intentionem habere aliquid faciendi, aut uouendi cōtra uotum prius emiſſum, & conſequenter ex defectu intentionis debitæ, & neceſſariæ ad uouendū, interpretari debemus uotum ſic emiſſum ex obliuione prioris uoti, nullam obligandi uim, & ualorem inducere, cum non præſumēdum ſit de aliquo, quod peccare uelit, niſi quando ſufficienter conſtat de animo uouentis in contrarium, ut in priori caſu contingit.

Ex dictis etiam conſtat, quid dicēdum ſit de eo, qui uouit ſe nunquam futurum Epiſcopum, clericū, ſenatorem, &c. Cum. n. abſolute factum ſit tale uotum, non obligat, utpote repugnans illi ſtatui, cuius oppoſitus Deo gratior eſt; ubi tamen tales circunſtantię concurrerent, quæ meliorem redderent actum non ſuſcipiendi tale munus, & officium, habita ratione periculi, imbecillitatis, & inhabilitatis perſonæ, & aliarum circunſtantiarum, uotum ita factum obligatorium erit, iuxta ea, quę de iuramento diximus ſupra c. 7. propoſitione 2. Id q; expreſſe docent Sotus li. 10. de iuſtitia. q. 2. art. 2. ad tertium, & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. ca. 94. conc. 15. tenetur autem non procurare, nec acceptare epiſcopatum, quantum in ſe eſt: ubi autem tales circunſtātiæ ſint, quæ licitam acceptationem redderent, tutius eſt diſpenſationem uoti obtinere. Et fauet quod habetur in cōſtitutione quadam Greg. XIII. incip. Aſcēdente domino. quę eſt 102. eiuſdem in ordine, §. poſt emiſſam uero profeſſionem. ubi profeſſores Societatis Ieſu, ad omnem ambitionis occaſionem excludendam, uotum ēt ſimplex emittunt de non procurādo directe, uel indirecte aliquam prælationē uel Dignitatē intra, uel extra ſocietatē, nec de p̄bēdo aſſēſu quātū in eis fuerit, ut extra ſocietatē in aliq̄ dignitatē, aut p̄lationē eligant, niſi coacti obediētia eius, q id ipſis poſſit ſub pęna peccati p̄cipere

28 QVARTVM DVBIVM eſt, An, & quale peccatum ſit, emittere uotum de rebus, quæ conſilijs euangelicis repugnant? Reſpondeo cum Caietano 2. 2. q. 88. articu. 2. uerſic. circa oppoſita conſi. Soto lib. 7. de iuſtitia, q. 1. art. 3. ante ſolutionem argument. Petro de Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 2. ante finem. Greg de Valen. to. 3. diſp. 6. quęſt. 6. punct. 2. dub. 4. concluſ. prima. Ioſepho Angles in floribus. 4. ſent. quęſt. de uoto. articul. 1. difficult. 10. Nauar. in Manuali. c. 12. num. 29. uerſic. Decimo. Summa Corona par. 3. tractat. de uoto. numero 5. Ludouico Lopez parte 3. inſtruct. conſcientię. capitu. 43. in fine, & Ioanne Azorio parte prima, inſtitutio. Moral. libro 11. cap. 14. quęſt. 6. regulariter loquendo eſſe ſolum peccatum ueniale. Ratio eſt, quia regulariter non ita uouent in contemptum Dei; quin potius exiſtimant, ſe obſequium pręſtare Deo, &

conſequenter ſolum peccatum erit veniale; Immo tanta poteſt eſſe apud nonnullos ignorantia, vt nullum peccatum committerent. Dixi, *Regulariter*, qa in duobus caſibus eſſet mortale; *Primus eſt*, quando quis ita pertinaciter voueret non dare eleemoſinam vel non mutuare, vt habeat animum in nullo caſu hæc facere, cum enim dare eleemoſinam, vel mutuare, ſit ſæpe ſæpius in præcepto; ſcilicet, in caſu neceſſitatis; qui tali animo voueret, haberet propoſitum non ſeruandi præceptum, & conſequenter peccaret mortaliter. *Secundus eſt*, quando ſciens, & prudens, quod oppoſita conſilijs non placent Deo, ea voueat illa intentione, vt Deo ſic conſulente diſpliceat, veluti in deſpectum diuinorum conſiliorũ eſſet enim hoc grauiſſimum ſacrilegium, & mortalis blaſphemia, vt conſtat.

29 QVINTVM DVBIVM eſt, An fieri poſſit votum de ijs rebus, quę maius bonum impediunt? Cõmunis Doctorum opinio eſt non poſſe.

Ceterum in hac re opus eſt diſtinctione; Nã quędam opera bona ſunt, quæ omnino incompatibilia ſunt cum operibus perfectioribus, ita vt ex ſua natura repugnare uidentur cum operibus conſiliorum, vt Matrimonium in ordine ad vitam religioſam, & de hac re agemus dubio ſequenti.

Alia uero ſunt, quæ licet non ſecum compatiantur bona maiora, non tamen priuant abſolute maiori bono, & de iſtis intelligitur præſens dubium. Vnde reſpondemus bona huius ſecundi generis poſſe eſſe materiam uoti: ſic Palud. 4.d.38.quæſt.1.uerſi. Sexta definitio.§.2.concluſio. Richard.eadem diſt. ar.3.quæſt.2.ad ſecundum. Gabriel ibidem.quæſ.2. ar.1.Notab.2.litera G.uerſicul. Ad ſecundum. Angel.uerb.votum.3.num.1. Syluest.uerb.uotum.primo, quæſtione quarta.uerſicu.Quartum. Tabiena uerb. uotum.1.in fin. Caie. ſecunda ſecundæ, quæſtione 88.articul. ſecundo, §. circa bona, quæ non ſunt præcepta.uerſicu. Ad ſecundam dicitur. Sotus lib.7.de iuſtitia.quæſt.1.ar.3.poſt concluſ.quintam dub.2.uerſicu.ſecundus gradus operum eſt. Gregorius de Valentia.tomo ſecundo.diſpu.9. quęſtione. 6.puncto 2.quæſtio.quarta.ante concluſionem primam.& conclu.2. Toletus libro quarto inſtruct.ſacerd.cap.17.uerſicu.Quinto. & Ioannes Axorius p. 1.inſt.Moral.lib.11.c.14.q.7. Ratio eſt, Quia ad uoti materiam non requiritur, quod ſit ſimpliciter optimum, & bonum melius, ſed ſatis eſt, quod ſit aliquid bonum, conducens, & iuuans ad ſalutem æternam, & non excludens ſimpliciter bonum magis Deo gratum, & acceptum. Quamuis enim, dum uouentur hæc bona Deo, non offerantur illi alia, quæ alioqui ei magis placerent, hoc tamen non obſtat, quominus recte hæc minora illi offerantur, eaque a Deo, utpote non omnino excludentia alia maiora, acceptentur ut uarijs exemplis oſtendi põt. Nam ſi quis certam peregrinationem uouet, tale uotum ualidum eſt, licet alia res gratior ſit Deo, & peregrinatio hæc incompatibilis ſit cum præſenti religionis ingreſſu, ex Gregorio, & Azorio, ubi ſupra.

Item, ſi quis uouet, ſe daturum eleemoſinam certo pauperi, ratum eſt uotum, quamuis alius ſit egentior.

Item, ſi quis uotum emittit ſe perpetuo ſeruiturum hoſpitali, aut alteri loco pio, & curam ſuſcepturum infirmorum, uotum hoc licitum, & obligatorium eſt, & tamen incompatibile eſt hoc cum præſenti ingreſſu religionis, qui eſſet perfectior, & Deo gratior, cum certum ſit per ingreſſum religionis, & profeſſionem abſolui poſſe a priori uoto, ex Soto, Petro de Arragona, Gregorio de Valentia, Toleto, Azorio, & alijs. Vnde ſolutum manet ſecundum argumentum in principio dubij præcedentis allatum. Similiter ualet uotum de ingrediendo religionem laxiorem, cum tale uotum ſit de bono abſolutè; ſufficit enim, quod uoueat religionem ingredi, cum hoc magis Deo placeat, quam manere in ſeculo. Nec obſtat, quod per huiuſmodi uotum uideatur excludi perfectior, & actior religio; Nam primo uotum non fertur directe in id, quod eſt magis Deo gratum, quam aliquid aliud. Deinde ſecundo non per hoc excluditur Religio ſtrictior; nã non obſtante tali uoto non tenetur in religione illa laxiore perſeuerare, ſed ad actiorem, & perfectiorem, ſi uelit, aſcendere poteſt, arg.c.licet. de regular. & hunc caſum expreſſe ponunt Palud. 4.d.38.qu.1.§. ſexta definitio.uer.2.conclu. Gabriel in 4.d.38.q.1. ar.1.Notab.2.litera.G.uerſic. Ad ſecundum. Sylue. uerb.uotum.in q.4.uerſicu.4. Tabiena uerb.uotum. 1.in fine. Nauar.in Manuali.cap.12.num.53. uerſi. uigeſimoſecundo. Azorius par.1.inſtit. Moral.lib. 11.cap.14.quęſtio.7. & eſt communis Doctorum opinio.

30 SEXTVM DVBIVM eſt, An uotum fieri poſſit ualide de bonis illis, quæ quamuis non ſint formaliter religioni contraria, ſunt tamen talia ex ſua natura, ut *abſolute*, & *ſimpliciter loquendo* ſint incompatibilia cum religione, ut Matrimonium: Exemplum ſit de uoto contrahendi matrimonium, an, ſcilicet, uotum de nubendo ualidum ſit In qua re communis Doctorum ſententia eſt, quod *abſolute*, & *ſimpliciter loquẽdo* tale uotum ex genere ſuo non eſſet ualidum, cum abſolute loquendo impedimentum ſit maioris boni, id eſt, continentiæ, & religionis, ſeu caſtitatis perpetuæ. Maius namque bonum, & gratius Deo eſt caſtitas, quam matrimonium, ex Concilio Tridentin.ſeſſ.24.can.10.& colligitur euidenter ex 1.Corinth.7 ubi Apoſtolus uarijs rationibus probat, quando melius eſt caſtitatem ſeruare, quam nubere. Et ita uotum de nubendo non ualere expreſſe docent Tabiena uerb.uotum.in fine Caietan. ſecunda ſecundæ, quęſtione.88. articu.ſecundo. ante finem. Sotus libro ſeptimo, de iuſtitia.quęſt.prima, articul.tertio, poſt concluſionem quintam. dub. ſecundo. uerſicul. In tertio ordine. Ioſeph Angles in floribus. quarto, ſententiarum. in quęſtione.de uoto.ar.1.difficul.12. Petrus de Arragona ſecunda ſecundę, queſtione 88.articul.ſecundo, dub.ultim.concluſione ſecunda, Gregorius de Valentia tomo tertio diſpu.ſexta.quęſtio. ſexta. puncto ſecundo, quęſtione quarta, concluſione 3. Nauar. in Manuali, capitu.12.numero 43.uerſicu. Decimoquarto. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.par. ſecunda, libro tertio, capitul.17. Emanuel Rodriquez parte ſecunda, Summę, capitulo 94.concluſ.14. Toletus libro quarto, inſtruct.Sacerd.capit 16.uerſicul.Quinto.& Ioannes Azorius par.prima, inſtitutio.Moral.lib.11.capit.14.quęſt. 9.& alij communiter. Ratio eſt, quia ſtatus matrimonialis, reſpectu ſtatus continentium eſt deſcenſiuus. Cum ergo Deus non ſuadeat homini-

bus

has deſcenſiones, ſed aſcenſiones, ſecundum illud Pſal. *Beatus uir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*, non habet acceptum, quod illi quis pollicetur aliquid minus gratum, ex ſua natura excludens aliquid aliud ſibi magis gratum, & acceptum.

Dicet aliquis, votum non minus obligat, quam
iuramentum, at vero iuramentum præſtitum ali-
cui de contrahendo matrimonio obligat iurantem
niſi intret religionem. c. commiſſum. de ſponſal. Er
31 go, & votum nubendi obligabit. Reſpondetur ta-
men cum Caietano, Petro de Arragona, & alijs, dif
ferentiam eſſe, quantum ad præſens inſtitutum at-
tinet, inter iurantem, & vouentem matrimonium;
votum enim fit ſoli Deo, cui magis placet ſtatus
cõtinentiæ, quam matrimonij, vnde vouens matri-
monium non manet voto aſtrictus, ſed ſemper põt,
aut vouere religionem, aut fieri ſacerdos, & manere
in ſtatu continentiæ, cum hæc ex ſua natura Deo
magis grata, & accepta ſint: iuramentum aũt de nu
ptijs contrahendis fit homini, cui magis grata eſt
promiſſio matrimonij, quam recedere ab ea. Vnde
ſicut iurans ſeruare tenetur alios contractus ciuiles,
iuramento hominis confirmatos; ita etiam & iura-
mentum de matrimonio contrahendo, ne alioqui
iniuriam faciat illi, cui facta eſt promiſſio.

Dixi, votum de matrimonio contrahendo abſolute loquendo non eſſe validum; Quamuis enim Sotus lib. 7. de iuſtitia. q. 1. ar. 3. ante finem, & Petrus de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 2. dub. penul. concluſ. 2. in fi. ſimpliciter, & in omni euentu negent, Matrimonium eſſe materiam voti, quia ſemper tale votum manet impeditiuum maioris boni: & quia non obſtante tali voto, ingredi poſſit religionem ſine diſpenſatione:

Alij tamen, vt Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 2. ante finem. Tabiena verbo. votum. 1. q. vlt. Ioſeph. Angles in floribus. 4. ſen. q. de voto. ar. 1. difficul. 12. Nauar. in Manuali, c. 12 num. 43. uerſic. Decimoquarto. §. Dixi abſolute. Gregorius de Valentia tom. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto. 2. q. 4. conclu. 3. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 17. Toletus lib. 4. inſtruc. ſacerd. cap. 17. verſic. Quinto. Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 94. concluſ. 14. & Ioannes Azorius par. 1. inſti. Moralium. libro 11. cap. 14. quæſt. 9. docent, quod ſi adſit aliqua circumſtantia, propter quam uotum de contrahendo matrimonio fiat laudabile, licitum, & ualidũ erit tale uotum, ut uerbi gratia, ſi quis uoueat nubere propter fornicationem uitandam, quia, ſcilicet, cognoſcit ſe labilem, & difficile ſe poſſe continere, & niſi nubat, caſurum in multa pericula, & ex altera parte nullam in ſeipſo procliuitatem, & inclinationem uidet ad religionem, tunc enim uotum erit ualidum, & obligatorium. Ratio eſt, quia ſi uotum de re indifferenti abſolute propter cautelam à malo eſt obligatorium, ut diximus; multo magis uotum de re bona, & in remedium tanti periculi. Eo uel maxime, quia reſpectu huius hominis melius eſt nubere; quam uri, ut inquit Apoſtolus 1. Corinth. 7. Ceſſat namque ratio facta in principio dubij, cum ſic uotum ſit de meliori bono reſpectu illius. Quamuis enim tale matrimonium impediat id, quod abſolute eſt maius bonum, non tamen impedit id, quòd circunſtantijs omnibus conſideratis illi homini non ſolum *licitum, & bonum* eſt, ſed etiam *melius*, ideoque matrimonium tali homini materia uoti eſſe poterit. Et ſic ſoluta eſt prima Soti ratio. Altera uero eius ratio, ſi quid probat, probat etiam uotum de inſeruiendo ægrotis in hoſpitali, uerbi gratia, aut de aliqua peregrinatione, non eſſe uerum uotum.

Nam ſimiliter ei, qui ea uouerit, ſi poſtea mutet propoſitum, & religionem ingredi uelit, licet id facere, ut ipſemet Sotus paulo ante conceſſit, etiam abſque diſpenſatione. Ratio igitur, cur poſtea talis abſque diſpenſatione ingredi poteſt religionem, & facere contra id uotum, non eſt, quia uotum fuerit nullum, ſed quia poſito, quod talis ingredi uelit religionẽ, mutatur materia uoti, deſinẽs nimirum eſſe bonum melius tali homini, quippe cui poſtquam in animum inducit religionem ingredi, hoc eſt illi melius ad uincendas etiam carnis tentationes. Suppoſito enim tali animo ingrediendi religionem, materia prioris uoti de matrimonio incipit eſſe homini obſtaculo offerendi Deo id, quod & ſibi eſt melius, & Deo gratius, atque ita non obligat primum uotum.

32 Addit autem Rodriquez loco proxime citato unum notatu dignum, quod a nullo alio authore hactenus animaduerſum eſſe dicit, ſcilicet, qđ quotieſcunque quis uotum emittit de re aliqua ob aliquem certum finem, poteſt propria ſua authoritate commutare uotum illud non ſolum in aliquid aliud, quod Deo magis gratum eſt, ſed etiã in aliud æque gratum, & acceptum Deo, ordinatum ad eundem finem.

Id quod mihi etiam placet, quando certo illi cõſtaret illud aliud, in quod commutatur, uel magis gratum, uel æque gratum, & acceptum Deo eſſe; ubi autem non ita certus, aut dubius eſſet, opus eſt prudentis, & docti conſilio, & iudicio, nec non diſpenſatione multoties, ut id licite facere poſſit.

Præterea aliæ etiam cauſæ eſſe poſſunt, ut nuptiæ legitima uoti materia ſint, puta, ſi quis Deo promittat ſe ducere uelle in uxorem certam puellam, aut meretricem, ut eam a corporis, & animæ interitu liberet, uel ut ipſemet eius puellæ uita, & honeſtis moribus ad beatitudinem conſequendam uehemẽtius incitetur, talis enim finis bonus, & laudabilis eſt. Hunc caſum ponunt Coſmus Philiar. de offic. ſacerd. p. 2. li. 3. c. 17. & Io. Azorius p. 1. inſt. Moral. li. 11. c 14. q. 9.

Item Matrimonium uoti materia eſſe poteſt, ſi quis uir primarius uoueret aliquam in uxorem ducere, ob publicum pacis bonum, aut communem Reipublicæ ſalutem; puta, ſi exinde prouincia aliqua, aut regnum à paganiſmo, aut hæreſi ad fidẽ catholicam, & Chriſti religionem facilius, & commodius reduceretur. In hoc enim caſu dubium non eſt, quin gratius Deo eſſet matrimonium, quam continentia, cum has ob cauſas nonnunquam etiã poſt religionis, & caſtitatis uotum matrimonium, obtenta prius diſpenſatione, contrahere liceat, ut infra dicemus.

33 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An uotum de cõtrahendo matrimonio ſine copulæ conſummatione, ualidum ſit, & obligatorium? Ratio difficultatis eſt, quia tale uotum non eſt impedimentum religioni, aut caſtitati.

Reſpondetur tale uotum illicitum, & inualidum

dum eſſe. Ratio eſt, quia licet hoc uotum neque religionem impediat, cum adhuc ſit licitus ingreſſus, cap. ex publico de conuerſ. coniug. neque etiam impediat continentiam, cum ſupponat eam conſeruādam, is tamen, qui Matrimonium uouet, ex rei natura obligat ſe ad copulam, & conſummationem illius; Vnde qñ ſit abſolutè uotum de contrahendo matrimonio abſolutè eſt illicitum, ex Richar. 4.d. 38.ar.7.q.1.& Soto lib.7.de iuſt.q.1.art.3.poſt concluſ.5.dub.2. Vnde quamuis Scotus 4.d.30.q.2.art. 2.Palud.ead.d.q.2.& Tabiena uerbo. Matrimoniū. 2.q.5. dicant matrimonium ſine peccato contrahi poſſe ab eo, qui emiſit uotum caſtitatis, dummodo illud contrahat cum propoſito ſeruandi caſtitatem Alij tamen ut Bonau.4.diſt.28.qu.6.Rich.ibidem. ar.2.q.4 & d.38 art.7.q.1.Sylueſt.uerbo.Matrimonium.7.q.5 uerſi.Secundum.Adria.tracta.de ſponſal.q.9.Sotus in 4.diſt.29.q.2.art.3.concluſ.2.& d. 30.q.2.art.2.& d.38.q.2.ar.1.concl.1.& 2.& Lud. de Beia p.2.reſponſ.caſuum conſcientiæ, caſu octauo. rectius docent eſſe peccatum mortale contrahere matrimonium poſt ſimplex uotum caſtitatis, ēt animo non conſumandi, quia in eo contractu includitur obligatio reddendi debitum, ſi petatur, atque ita contrahendo, quantum in ſe eſt, uult exponere ſe periculo, & neceſſitati ueniendi contra uotum ſuum. ſi alter coniux uoluerit poteſtate ſibi conceſſa uti, ut latius in materia de Sacramento matrimonij explicabimus.

34 Illud demum circa hanc materiam uoti emittendi obſeruandum eſt, quod cum uoti materia uirtutis opus eſſe debeat, conſequenter uota illa, quæ cum tanta carnis, & corporis caſtigatione, & maceratione quis emittit, ut uergant in perſonæ detrimentum, ualida non ſunt, quia nihil Deo gratum eſt, niſi inquantum eſt opus uirtutis, quod quidem eſt, inquantum cum debita diſcretione fit, iuxta illud Apoſtoli Rom.12.exhortantis fideles, ut *exhibeant corpora ſua hoſtiam viuentem, Sanctam, Deo placentem*, & tandem ſubdit, *Rationabile obſequium ueſtrum*. Vnde uouere licet ea tantum ieiunia, uigilias, & alias corporis macerationes, quibus caro ſpiritui ſubditur, concupiſcentia refrenatur, & natura non nimis grauatur. Atque ita quando obſeruatio uoti eſſet maniſeſtè nociua notabiliter, non obligat, nec opus erit ad ſuperiorem recurrere, cum in tali caſu ceſſet res promiſſa, ſcilicet, abſtinere, eſſe pro tunc opus uirtutis, & materia uoti; Id quod certum eſt, quando non eſſet facultas ad ſuperiorē recurrendi; Quia ut plurimum homines in his, quę ad ſeipſos attinent, de facili in iudicando decipiuntur, conſultius eſt, ubi res dubia eſt, ad ſuperiores recurrere, ad quorum arbitria, talia uota ſeruanda, uel prętermittenda erunt, ut rectè docent S.Thom. 2.2.q.88.art.2.ad 3.Caie.ibidem in fine, Sotus lib. 7.de iuſtitia, q.1.art.3 ad 3.in fi.& alij. Hoc autem, quod diximus, intelligendum eſt *regulariter*, & qñ uotum emittitur à perſona particulari in propriam ſolum utilitatem: Nam Monachus Carthuſianus, qui uouit non comedere carnes, non id promiſit pro ſe ſolo, ſed pro conſeruatione religioſę diſciplinę totius ordinis, ne relaxatione paulatim pereat, quam ipſe conſeruare tenetur etiam cum periculo uitę, ut diximus c.7.propoſitione 7.ſic Ang. uerb. iuramentum.5.q.7.Martin.Ledeſm.2.4.q.17.arti. 6.dub.5.Emanuel Rodriquez p.2.Sum.c.94.conc. 16.& Ioan.Azorius p.1.inſti.moral. lib. 5.c. 6.q.7. Et de materia uoti hactenus dictum ſit.

De conditionibus requiſitis in voto ex parte vouentis. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Conditio prima vouentis eſt, vt ſine dolo, & fallacia voueat: dolus autem tribus modis contingere poteſt.*

2 *Qui coram alijs, vt fit in voto ſolemni religionis, ſine animo promittendi votum emittit, tenetur votū ſeruare; quamuis votum ſolemne abſque animo vouendi apud Deum nullum ſit, nec obligiet, ibid.*

3 *Qui intendit vouere, ſed non implere promiſſum, verè vouet, & obligatur.*

4 *Quando quis verè intendit promittere, & uouere, non tamen ſe obligare, quin potius animum habet ſe non obligandi, an ſit votum ualidum.*

5 *Vt uotum uerum ſit, non requiritur expreſſa, & formalis intentio.*

6 *Suppoſito uoto, obligatio conſequens ex natura uenit, non ex uoluntate uouentis.*

Caietanus male à Nauarro citatur. ibid.

7 *Deliberatio ex parte uouentis Conditio neceſſaria.*

8 *Quæ, & quanta debet eſſe deliberatio, ut uotum fiat ualidum, & perfectum.*

9 *Votum ex repentino motu factum non eſt obligatorium.*

Ebrius, aut iracundus uouens, & non adimplens, non eſt uoti reus.

Deliberatio, quæ ad ſolum uenialiter peccandum ſufficit, ad uotum non ſufficit, quare. nu. eod.

10 *Ad uoti obligationem deliberatio quæ neceſſaria, & ſufficiens.*

11 *Vota, quæ fiunt ob metum mali repentini, & mortis, tam naturalis quam accidentalis.*

12 *Vota in motu iracūdiæ, aut ebrietatis ualida quomodo.*

Deliberatio ſufficiens poteſt fieri in momento temporis. ibidem.

13 *Vouens ex facilitate tenetur uotum adimplere.*

Qui fraude, uel ignorantia inductus eſt ad uouendum, non tenetur, nec uotum erit ualidum ibid.

Peccata in ebrietate commiſſa cur imputentur, cum tamen uota ſic emiſſa non ſint ualida, nu. eod.

14 *Vt uotum ſit uoluntarium, non coactum, neceſſariò requiritur.*

15 *Metus cadens in uirum conſtantem ex uarijs cognoſci poteſt.*

Votum ex metu factum non cadente in uirum conſtantē ualidum erit, & obligatorium. ibid.

Votum ex metu mortis intrinſecus, ſiue diuinitus illato obligat in conſcientia, quare, nu. eod.

16 *Votum factum metu mortis extrinſecus, ſed ex cauſis naturalibus ueniente ualidum eſt, & obligatorium.*

17 *An uotum factum ex metu cadente in uirum conſtantem, & ab extrinſeco incuſſo per iniuriam ab homine in illum finem, ut emittat uotum, ualidum ſit necne.*

18 *Si puella propter patris timorem citra mortem, exiliū, & c. religionem profiteatur profeſſio nulla eſt.*

Minor metus excuſat feminam, quam maſculum.

19 *Quo iure uotum emiſſum ex metu cadente in uirum conſtantem nullum ſit.*

Cur uotum ab eccleſia irritetur iuramentum uero non.

20 *An ſi quis metu in uirum conſtantem cadente ad ſacros ordines promoueatur teneatur uoto caſtitatis ita, ut matrimonium contrahere non poſſit.*

21 *Votum ex huiuſmodi metu factum etiamſi poſtea iuramento confirmetur, adhuc nullum eſt & inualidum.*

22 *Metus vouentem ab omni culpa excuſat, ſi uotum nō exequatur quod à principio uouerat.*

QVemadmodum ad votum rite & valide faciendum quædam neceſſaria ſunt ex parte materiæ, vt in ſuperiorib. expoſitum eſt, ita etiam conditiones quę dam ex parte vouentis neceſſario requiruntur, quas in hoc capite afferemus.

1 Prima eſt, vt uouens ſine dolo & fallacia uoueat. Poteſt autem huiuſmodi dolus tribus modis contingere.

Primo quidem, quando quis non intendit uouere, ſed ſolum verbis exterioribus ſimulat ſe uouere promittendo. ſ. ſe aliquid facturum, abſq; propoſito tamen & uoluntate promittendi, & ſeruandi promiſſum. Et tale votum *coram Deo* nullū eſt ſicut & iuramentum abſq; animo iurandi nullum, & inualidum eſt, vt diximus c. 6. dub. 1. propoſi. 3. ſic Caie. in ſum. uerb. votū. § 3. & 2. 2. q. 88. ar. 1. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 2. Petr. de Arrago. 2. 2. q. 88. ar. 1. Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 27. uerſ. 7. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. de uoto. ar. 1. difficul. 4. concluſ. 3. Summ. Coro p. 3. trac. de uoto. nu. 4. Lud. Lopez p. 1. inſtruc. conſcien. c. 43. Barthol. Medina li. 1. inſtru. confeſſ. c. 14. §. 6. in prin. Emanuel Rodriquez par. 2. Sum. ca. 92. conclu. 5. Toletus lib. 4. inſtruc. ſacerd. c. 17. §. Alterum. & Io. Azorius par. 1. inſti. Moral. lib. 11. c. 13. q. 9. & c. 15. q. 8. Ratio eſt, quia exterior promiſſio eſt ſignū promiſſionis interioris. Ergo vbi & quādo homo interiori actu uoluntatis non intendit promittere, promiſſio nulla eſt, ſed fictio tantum promiſſionis; Et conſequenter nullam inducit obligationem; peccat tamen mortaliter ſic uouens, quia in re graui mentitur, dum animo non vouendi votum emittit.

Dixi coram Deo, quia in foro exteriori, qui ſic vouit, compellendus eſt ad uotum præſtandum, niſi certis euidentibus ſignis, aut teſtibus oſtenderit, ſe non habuiſſe animum promittendi. Sicut enim qui alteri promittit coram teſtibus aliquid ei perſoluere, cogi poteſt ad ſoluendum promiſſum, quamuis dicat ſe non habuiſſe animum promittendi, ſed decipiendi, cum fraus, & dolus nulli patrocinari debent: ita a fortiori, qui coram alijs promittit Deo.

An uero qui ſic uouet ſaltem ſolemniter abſque animo uouendi, ſit compellendus in foro conſcientiæ, eſt dubium: Nam Palud. in 4. diſt. 38. q. 2. in fi. affirmat valere tacitam profeſſionem eius, qui in religione vltra annum permanſit cum habitu etiāſi nunquam interceſſerit conſenſus, idque ex ſtatuto, inquit, eccleſiæ. Contrarium tamen dicendum eſt, quia uere uotum quoad Deum fuit nullum, nec aliquod apparet ſtatutum eccleſiæ obligans in con-
2 ſcientia obſeruare uotum. Quia uero homo uidet ea quæ foris ſunt, & ſecundum ea quæ foris aguntur, iudicat eccleſia, Hinc eſt, quod qui coram alijs, vt fit in uoto ſolemni religionis, ſine animo promittendi, uotum emittit, tenetur uotum ſeruare, non quidem ratione uoti, quia fuit nullum, ſed ratione euitandi ſcandalum, quod ex uoti fractione ſequeretur; Poteſtque eccleſia, quæ de ſolis externis iudicat, ſic uouentem compellere ad uoti obſeruantiam, nec tenetur illi credere, etiamſi iuret intentionem obligandi ſe non habuiſſe. Sicut etiam cum aliquis baptiſmum ſuſcepit, aut ordinē abſque animo ſuſcipiendi ſacramentum, apud eccleſiam pro baptizato, & ordinato habetur, & pro tali tractandus eſt, etiamſi iureiurando affirmaret ſe non habuiſſe intentionem recipiendi tale ſacramentum, nec tenetur eccleſia illi fidem adhibere; vnde cogit omnes huiuſmodi ad reddendum uota ſua, quæ diſtinxerunt labia ſua. Et meritò quidem, alias enim magna perturbatio ſequeretur in eccleſia: Nam Monachi, ac moniales, & clerici ſtatim ac aliquid triſte illis accideret, dicerent, ſe nō habuiſſe animum uouendi, & ordines ſumendi. Item coniugati dicerent, ſe non habuiſſe animum contrahēdi matrimonium. Vnde matrimonia omnia facile diſſoluerentur, & ſacerdotes laici efficerentur, & breui tempore uniuerſa non ſolum eccleſiaſtica, ſed etiam humana conuerſatio deſtrueretur. Vnde iſtis credendum non eſt, niſi oſtendant euidentibus ſignis ſe non uouiſſe, non habuiſſe animum contrahendi matrimonium &c. Si enim illis credendum non eſt, quando promiſerunt, quare credendum illis erit, quando dicunt ſe non uere promiſiſſe? *Hinc* Sotus, Petrus de Arragon. Ioſeph Angles & Emanuel Rodriquez & Sum. Corona locis proximè allatis inferunt, quod ficte uouens, ſecluſo ſcandalo (vt ſi à loco ubi ſcandalum oriri poteſt, in aliam prouinciam longè recedat) ad uoti obſeruantiam non tenebitur, cum ex ſe nullum ſit, & tātum obliget ratione ſcandali. Econtra uero ſi in eodem loco manet, ne in peccato permaneat, ad ſecretè vouendum tenetur iuxta formam ſuæ regulæ; Aliter enim non erit religioſus, & ſic dum falsò ſe religioſum oſtendat, in ſtatu damnationis manet; eo quod prælati illius religionis illum a peccatis abſoluere aut ligare nequeūt, ſed ſolum Diœceſanus Epiſcopus cum religioſus non ſit. Deinde etiamſi intentionem ſuffragandi habet in electionibus, cum vero ſuffragio careat, mortaliter peccat, vnde uel à loco illo recedere, & ſine ſcandalo habitum dimittere, vel ſecreto infra ſe religionis uotum emittere debet.

3 *Secundo* poteſt eſſe fallax uotum, cum quis intendit quidem vouere, ſed non implere promiſſum quo caſu uere uouet quis, & obligatur, perinde ac ſi haberet animum adimplendi promiſſum, quamuis ſic uouens peccat mortaliter, & in ſtatu damnationis manet, quouſq; mutat propoſitū, Sic Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 1. & in Sum. uerb. uotum. §. 3. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. art. 2. uerſ. Tertio. Nauar. in Manuali. c. 12. num. 38. verſic. Septimo. Pet. de Arragon. 2. 2. q. 88. art. 1. §. circa ſecundum. concluſ. 3. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. de uoto. art. 1. diffic. 4. concluſ. 2. Barthol. Med. lib. 1. inſti. confeſſ. c. 14. §. 6. in princ. Greg. de Valèn. tom. 3. diſpu. 6. q. 6. punct. 1. Lud. Lopez p. 1. Inſtru. conſcien. c. 43. Sum. Cor. p. 3. q. de uoto. num. 4. §. ſecunda fallacia. Tolet. lib. 4. inſtru. ſacer. c. 17. Emanuel Rodriquez p. 2. ſum. cap. 92.

92.concluſ.6.& concluſ.7.Corduba de caſibus conſcientiæ, q.145.& Ioan.Azorius par.1.inſtit.Moral.lib.11.c.13.q 9.poſt Sylueſt. in uerb.religio.3.q.6.& q.9.Ratio eſt,quia tam ex uoto, quam ex iuramento quaſi naturalis & neceſſarius effectus ſequitur obligatio adimplendi promiſſum,nec eſt in poteſtate uouentis abſtrahere ſe ab huiuſmodi obligatione.Immo ex eo peccat mortaliter,quod habet animum non ſeruandi uotum, ad quod tenetur. Vnde Sotus,& Rodriquez inferunt,Religioſos Militares S.Ioan. & alios ſimiles, quamuis aliquando obtentu citius bonorum temporalium,quã religionis ſoleant talia uota emittere,dicantque ſe non habuiſſe intentionem ſeruandi caſtitatem, ad eam tamen ſeruandam ratione uoti emiſſi obligantur. Sicut a ſimili, ſi quis alteri promiſit ſoluere certam pecuniæ quantitatem, perſoluere tenetur, etiamſi intentionem habuerit non perſoluendi,ſed promittendi tantum & decipiendi,ex Caie.& Medina & Ioſeph Ang.vbi ſupra.

4 *Tertio*, fallax poteſt eſſe uotum ex parte uouentis,quando quis uerè intendit promittere, & uouere,non tamen ſe obligare,quin potius animũ habet non ſe obligandi,& in hoc caſu cõtrouertitur inter Doctores,an uotũ hoc ualidum,& obligatoriũ ſit? Partem negatiuã tenent Gloſſa in c.literaturam.in uerb.proponens in animo.de uoto, & uoti redemp. S.Bon.4.diſt.38.ar.1.q.1.nu.15.& in 3.d.39.ar.3.q.1.nu.46.Rich.4.d.38.ar.3.q.3. Ang. uerb.uotũ.1.q.7.Syl.uerb Metus,q.8 uerſ.8. Nau.in Man.ca.12.nu.27.uer.Septimo.& n.38.verſ.Sept.citans Caiet.2.2.q.88.ar.1.& Greg.de Valẽ. to.3.diſp.6.q.6.pun 1.ubi refert S.Tho.2.2.q.88.artic.3.ad 2.& 3. Quæ ſñia probari poteſt *Primo* ex c. Humanæ aures.22.q.5.ubi habetur,*Deum intueri cor, & intẽtionem iurantis, non uerba*,& c. literaturam.de uoto,& uoti redemp.Alex.Papa III. quendã, qui in morbo de religioſo ſtatu cogitans dixit,ſe nõ amplius moraturum in ſeculo, proponens ingredi religionem, non uouiſſe iudicauit. *Secundo* ratione,quia cum uotum, eiuſque obligatio dependeat ex intentione,& arbitrio uouentis, conſequenter qui habet ſolum propoſitum uouendi, non autem ſe obligandi per votum,vere non uouiſſe cenſebitur.

Alij uero,vt Sotus li.7.de iuſt.q.1.ar.2. uerſ.Tertio.Pet.de Arrago.2.2.q.88.art.1. Ludoui.Lopez par.1.inſtr.conſcientiæ.c.42.ante fin.citans etiam pro hac opinione ſua Ioan. de la Penna. Emanuel Rodriquez.par.2.Sum.cap.92.concluſ.7. & fauet Ioannes Azorius p.1.inſtit.moral.lib.11.c.13.q.9.& alij recentiores in ſcriptis ſuis docent tale votum ualidum, & obligatorium eſſe, & Arragon,& Rodriquez hanc communem eſſe opinionem omnium ferè Theologorum noſtri temporis affirmant. Mihi quidem hæc ſecunda opinio ſemper uiſa eſt uerior,& probabilior. Ratio autem,quę me mouet,hæc eſt: Quia ſuppoſito,quod habeat intentionem uouendi, & promittendi, etiamſi defuerit intentio obligandi ſe, uere tamen obligatur tali uoto, eo quod obligatio intrinſecus, & quaſi naturalis effectus eſt, promiſſionis. Addo ut quamuis in libera poteſtate uouentis, & iurantis ſit, iurare & uouere,ſuppoſito tamen, quod cum intentione iurandi,aut uouendi iurat, aut uouet, ſeparare nequit a iuramento,& uoto hunc intrinſecum, & naturalem effectum,& reſultantiam neceſſariam obligandi. Confirmatur hæc ratio,Quia eſt de iure naturali,& diuino ſeruare uotum, & iuramentũ iuxta illud pſal.75. *uouete, & reddite Domiño Deo noſtro.*& Eccleſiaſtes 5.dicitur, *Siquid uouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet.n.ei infidelis, & ſtulta promiſſio,ſed quodcunque uoueris,redde.* Suppoſito igitur,quod uouit,hoc eſt,quod intentionem uouendi habuit,ex ſua natura conſequitur obligatio. Sicut à ſimili,quamuis accipere mutuum, & ducere uxorẽ pendeat ex noſtra uoluntate,ea tamen ſuppoſita ex natura rei oritur obligatio reddendi mutuum creditori, & debitum vxori: Ita etiam quamuis in noſtra poteſtate ſit uouere, & promittere, qui tamen promittere, & uouere vult, & promittit, & uouet, velit nolit,ex naturali quadam conſequentia, & reſultantia voto aſtrictus, & obligatus manet.

Notandum autem eſt, ex Petr. de Arragona, Rodriquez, & alijs, vbi ſup.quod ad hoc, vt uotum ſit uerum uotum, non eſt neceſſum, quod uouens habeat expreſſam, & formalem intentionem ſe obligandi,ut diximus c.10.§.*Primo*, ſed ſatis eſt intentio uirtualis, qualem habere cenſetur.qui uouet. Atque adeo,qui uouet Deo ſciẽs, & uolens,etiamſi tunc nihil cogitet,de ſe obligando, uere obligatur, eo ipſo quod uotum ex ſua natura obligationem inducat: Alioquin uota, quæ communiter fiunt, non eſſent uera uota, cum nullus fere ſit, qui habeat formalem intentionem ſe obligandi, ſed tantum uouendi, & promittendi. Et denique ſicut alij contractus obligant,quamuis in eis non explicetur formalis intentio ſe obligandi,ſed contrahendi;ita etiam in uoto dicendum erit, cum par ratio ſit, ut conſtat.

Et quæ dicta ſunt, regulariter uera ſunt; Nam ſi quis ex ignorantia inuincibili, uel quia credit obligationem non eſſe inſeparabiliter uoto annexam, vel quia credit opinionem primam eſſe ueram, emitteret uotum habens quidem propoſitum uouẽdi,& non ſe obligandi per uotum, ille talis nõ obligaretur uoto; tum quia talis uere eo ipſo quod tũc, cum uouet, non vult ſe uoto obligare, cenſetur uoluntatem mutaſſe,& a uouendo recedere, ita vt perinde ſit, ac ſi uouere nollet, id quod ſolum voluiſſe uidentur authores pro prima opinione citati,& expreſſe Greg. de Valentia, ubi ſupponit talem uere non promiſiſſe, & conſequenter non ſe obligaſſe. Ratio eſt,quia cum ignorantia inuincibilis tollat voluntarium, fit,ut tunc obligatio illa nec formaliter,nec uirtualiter ſit uolita, & conſequenter uotum erit nullum,quo caſu rectius dicetur non uouiſſe,quam uouiſſe: unde nihil mirum,ſi exinde nulla obligatio conſequatur. Sic expreſſe Petrus de Arrago. Rodriquez ubi ſupra concluſ.8.& Azorius in locis proximè allatis.

Ex qua doctrina Arragon,& Rodriquez inferũt, quod ſi aliquis ignorãs inuincibiliter uotũ caſtitatis eſſe coniunctum ſacro ordini illum ſuſciperet, ille talis non maneret obligatus uoto caſtitatis, quia nec formaliter,nec virtualiter fuit uolitũ. Qui caſus mihi videtur impoſſibilis, cũ in adulto ſacris ordinato ineſſe nõ poſſit talis ignorantia. Quare ſi puer ante uſum rationis ſacris ordinib. initiaretur, nõ teneretur poſtea in adulta ætate ad uotũ caſtitatis ſeruandum, ſed uxorem ducere poſſet, ſi uellet, vt docent Sotus in 4.diſt.25.q.1.art.2.concl.3.Pet. de Arrago.2.2.q.88.ar.1.§. circa ſecundum. verſic. concl.3.in fin.Rodriquez p.2.Sum.c.92.conclu.8. Io.Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.13.c.14.q.9.&q. 10.&alij,quos attulimus c.10.

6 *Ex dictis* facilis eſt reſponſio ad ea,quæ pro contraria ſententia allata ſunt. Nam d.c.Humanæ aures.22.q.5. ſolum probat iuramentum habere vim ex intentione iurantis, ſi enim iurans nõ habeat intentionem iurandi, iuramentum eſt nullum, quod certum eſt, idemque de voto dicendum eſt. Sin uerò iurans,& uouens intentionem iurandi,& uouendi habeat, velit, nolit, obligatur eo quod in tali caſu iuramentum,& votum ex ſua natura,& non ex voluntate iurantis, aut uouentis obligationem habeat,vt diximus. Illud vero ex c.literaturam. de uoto,& uoti redemp.nihil contra noſtram ſententiam probat, cum ibi ſermo ſit non de eo, qui uouit, ſed qui ſolum propoſitum abſque promiſſione habuit, ſolum enim propoſitum non ualere ad uotum latius probatum a nobis eſt c.10.§. Secundo, & aperte docent S. Tho.2.2. q.88.art.1. Caiet. & alij omnes,quos ibi citauimus. Atque ita etiam ſoluitur rõ in contrarium allata, ſolum enim propoſitum uouendi uotum non conſtituit, ſuppoſito autem uoto,tunc obligatio conſequens, non ex uoluntate uouentis,ſed ex natura ſua prouenit.

Neque S.Tho.quem refert Greg.de Val.contrarium ſenſit, nam in locis ab eo allatis, ſolum docet eum, qui uouit religionem ingredi in communi, aut in certo aliquo monaſterio,aut poſt certum tẽpus,aut ſub certa conditione teneri ad hæc, uel illa facienda iuxta intentionem illam, quam habuit, quando illa uouit, id quod certum eſt,nec a quopiã negari poteſt, multum tamen differunt hi caſus ab hoc noſtro,de quo præſens controuerſia eſt.

Neque fauet primæ opinioni Caietanus, quem pro ſe citat Nauarus. Quod enim docet Caietanus,eſt eum qui ſolis uerbis ſine animo promittendi,& ſeruandi promiſſum uouet propter metũ,aut aliam quamcunque cauſam,uere non obligari,quia verè non eſt uotum,ut diximus in primo modo,vnde male à Nauarro in huius rei confirmationem adductus eſt.

7 Secunda conditio ex parte uouentis eſt deliberatio,hoc eſt,ut deliberet de re, quam uouet,aliter actus erit imperfectus.Sic S.Tho.2.2.q.88.artic.1. Caiet.& Pet.de Arragona ibidem. Rich.4.diſtinc. 38.art.2.q.2. Palud.ibidem. q.1.§.prima definitio. verſ.concluſ.1.& §.Secunda definitio.uerſi.prima concluſio. Supplementum Gabr.in 4. diſt.38.q.1. art.1.Notab.2.litera.C.Ange.uerb.uotum.1.nu.6. verſ.quarto. S.Ant.par.2. tit.11.c.2.§.1. Notab.6. Sylueſt.uerb. uotum.1.q.1. & uerb. uotum.2.q.13. Tabiena uerb.uotum.1.§.Primo notandum. Sotus lib.7.de iuſtit.q.1.art.2.Nauar. in Manua.c.12.nu. 24.Greg.de Valent.to.3.diſp.6.q.6.punc.1.Barth. Med.lib.1.inſtruc.confeſſ.c.14.§.6.Summa Cor.p. 3.tract.de uoto.nu.4.Caiet.in Sum. uerb. uotum,§. 3.Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.de uoto.artic.1. difficul.3.Ludou.Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ. c.43. Sebaſtianus Medices in Sum. peccatorum capita.tit.2.q.38.Emanuel Rodriquez par.2.Sum.c. 92 concluſ.1.Toletus lib.4.inſtruct.ſacerd.c.17.& Io.Azorius par.1.inſtit.Moral.lib.11.c.12. q.2.Vt autem ſciatur,quid ſit hæc deliberatio; Notandum eſt, deliberationem duo importare, unum eſt, diſcurſus, ſeu collatio inter multa; Alterum eſt determinatio ad unum, id quod experientia conſtat, nunquam enim requiritur deliberatio, niſi quando datur optio inter multa, vt v. g. concipit intellectus bonum eſſe ingredi religionem: ut autẽ deliberatio fiat,neceſſarium eſt,vt per diſcurſum,& collationem conſideret,an ille ſtatus ſibi expediat, & quæ religio ſit conuenientior,conferendo ſingula,quæ in religionibus inueniuntur,cum fine,quem intendit, & tunc demum poſtquam viderit per diſcurſum talem religionem eſſe ſibi aptiorem,determinat eam ingredi,& ſic fit deliberatio. Atque ita non ſatis eſt ad hanc deliberationem determinatã prior illa determinatio intellectus, qua iudicat expedire ſibi ingredi religionem, ſed requiritur hæc altera determinatio voluntatis qua potius eligit religionem ingredi,quam non. Vnde ad deliberationem utraque determinatio requiritur,tam,ſcilicet, illa intellectus,quam hæc altera uoluntatis,ut conſtat. His ita ſuppoſitis.

8 DVBIVM eſt inter authores,quænam,& quanta debet eſſe deliberatio,vt fiat votũ? In qua re quidam iuriſtæ apud Sotum, quos ſequi uidetur Rich. in 4.diſtinct.38. art.2.q.2. exiſtimant neceſſariam eſſe adeo plenam deliberationem,ut ſit *matura, & diuturna*, ita ſcilicet, vt conſideret omnia,quæ circunſtant operationem, & quæ illum a uouendo deterrere, aut a uouendo remouere poſſent. Ratio eſt, quia cum uotum ſit grauiſſima obligatio, qua quis ſe Deo obligat in perpetuum ſub pęna mortis æternæ, requirere uidetur omnium circunſtantiarum plenam deliberationem. Sicut etiam in alijs contractibus ciuilibus, vt in matrimonio opus eſt tali deliberatione propter grauiſſimam obligationem,quam ſecum adducit. Ceterum ut,quid ſtatuẽdum ſit,paucis exponamus,tria in hac re mihi dicẽda uidentur.

9 *Primum eſt*, uotum ex repentino,& indeliberato voluntatis motu factum,(quales ſunt illi motus,qui à Theologis dicuntur *primo primi*, in quibus nulla eſt deliberatio,nec ratio culpæ,aut meriti) non eſt validum,nec obligatorium. Ratio eſt, quia cum primi motus non ſint liberi, nec in noſtra poteſtate, obligare non poſſunt,uotum enim uolũtarium eſſe debet. Hinc ſi ebrius,aut iracundus primo iræ motu laborans iuret,aut uoueat, ſe iturum Romam,ſi iterum ludat,non perpendens quid faciat, quamuis illud non adimpleat, non erit uoti reus: unde Angelus uerb.uotum.1.num.6.rectè docet huiuſmodi uota ex ſurreptione ſine deliberatione facta non obligare. Regula uero illa,quam ibidem affert ad cognoſcendum, quando uotum ita indeliberate factum ſit, & conſequenter ut non obliget, ſcilicet, *Quotieſcunque tranſacta anguſtia, ſeu periculo pęnitet facti eũ qui uouit*, vel vt ipſi loquitur,*eſt male contentus,quod tale uotũ emiſit*, eſt falſa; ſicut etiam falſa eſt eadem fere regula tradita in Supplemento Gabrielis in 4.diſt.38.q.1.art.1.Notab.2.littera C.vbi dicitur,ex eo perpendi poſſe,an uotum ex indeliberatione proceſſerit, *Si diceretur ei, uiſne ſimpliciter ſic obligari data temporis copia ad deliberandum: Reſpondeatque non*. Id quod falſum eſſe conſtat; tum quia contingere poteſt, & ſolet, vt licet quis poſt

longam deliberationem uouerit,poſtea tamen voti pęniteat,& tamen ſecundum omnes, tale votũ ualidum eſt,ex Soto lib.7.de iuſtit. q. 1.ar.2. Petro de Arragona 2.2.q.88. art. 2. & Ioãne Azorio p.1. inſtitu.Moral.lib.11.c.15.q.5. Eſt enim hominis voluntas natura ſua inconſtans,leuis,mutabilis,& flexibilis, vt ſequatur quocunque eam ducat affectus; tum quia illa pœnitudo ſolum arguit uotum non fuiſſe factum ex plena, & perfecta deliberatione, conſideratis omnibus, quæ pertinere poſſunt ad actionem, non tamen arguit defuiſſe illi ſufficiẽtem deliberationem, aut non proceſſiſſe ex uoluntaria electione,ex Palud.4.diſt.38.q.1.§.ſecunda definitio.uerſ.ſecunda concl. S. Anto. p.2.tit.11.c.2.§.1. Notab.6.Syl.in uerb.uotum 2.q.13.& alijs.

Secundum eſt,deliberatio,quæ ſufficit ad peccandum ſolum uenialiter, (qualis eſt illa,quam Theologi motum primo ſecundum appellant) ad uotum non ſufficit, ita omnes, quos in tertio dicto afferemus. Ratio eſt,quia cum votum,ut infra dicemus, obliget ad mortale peccatum,ſicut per motum uoluntatis, in quo ſolum eſt culpa uenialis, non frangitur uotum,ut omnes concedunt,ita nec talis motus ſufficiens erit ad inducendam uoti obligationem. Implicare.n.uidetur, ut ſi quis ea deliberatione uouere poſſet, & ſub peccato mortali obligari, cũ qua tñ non poſſet peccatum mortale cõmittere.

10 *Tertium eſt*, ad uoti obligationem non eſt neceſſaria deliberatio illa,qua quis cõſiderat omnia,quæ prouenire poſſunt ex tali operatione, ſed ea ſolum neceſſaria.& ſufficiens eſt,qua quis cognoſcit,& iudicat,quid ſit id, quod facit, & quæ ſatis eſt ad peccandum mortaliter, ſic Palud.4. diſtinct.38.q.1.§. Secunda definitio.verſ.Secunda concluſ.S.Anto.p. 2.tit.11.cap.2.§.1.Notab.6.Sylu.verb.uotum.2.q. 13.Caie.2.2.q.88.ar.1.& in Sum.uerb. uotum.§ 3. Sotus lib.7.de iuſt.q.1.arti.2.Pet.de Arrago.2.2.q. 88.art.1. Ioſeph Angles in floribus.4.ſent.q. de uoto ar.1.difficul.3.Grego.de Val.to.3. diſp.6.q.6. pun. 1.Nau.in Manu.c.12.nu.24.& nu.26.verſ.Quarto. Sum.Cor.p.3.tract.de uoto.nu.4.Tabiena uerb.uotum.1.uerſ.Primo notandum.Barth. Med.inſtruc. confeſſ.lib.1.c.14.§.6.Sebaſt. Medices in Sum.peccat.capit.tit.2.q.38.Emanuel Redriquez p.2.Sum. c.92.concl.1.Toletus lib.4.inſtruc. Sacer.c.17.& Io.Azorius par.1.inſtitu.Moral.lib.11.cap.12.q.3. Ratio eſt,quia talis deliberatio ſufficiens eſt ad conſtituendum opus liberum, & ſpontaneum, actumque humanum,ſeu moralem,& etiam ad ſuſcipiendum Baptiſmum, ad iurandum, ad contrahendum matrimonium, & ad quemcunque alium contractum ciuilem,& ad merendum coram Deo, & ad peccandum mortaliter,& denique ad inducendam obligationem quamcunque humanam. Ergo etiam ad inducendam obligationem erga Deum per uotum,cum æqua ſit utriuſque ratio. Etenim cum in actu ex tali deliberatione procedente ſit libertas contradictionis, qua homo facere, uel non facere, promittere, uel non promittere poſſit,quia cognoſcit,quid facit, & promittit, conſequenter uotum ex tali deliberatione procedens, uim obligandi inducet. Atq; ita rectè docent præfati Doctores,omnem deliberationem, quæ ſufficiens eſt ad peccandum mortaliter, ſufficere ad uotum,quãdoquidem peccatum mortale eſt etiam actus uoluntatis deliberatæ. Idipſum confirmari poteſt ex c. uiuentis.de voto,& uoti redemp.ubi Alex. Papa III.votũ emiſſum *magis ex facilitate animi, in ætate puerili,quam ex arbitrio diſcretionis*,ualidum iudicauit, & commutauit,ex qua doctrina

11 *Infertur Primo* ualere uota illa, quæ fiunt ob metum mali repentini, & mortis, tam *naturalis*,ut in grauiter infirmo,ut colligitur ex ca.Sicut nobis.de Regularibus.ubi ex definitione Innocen.Papæ III. clericus,qui nimia ęgritudine laborans uouit ingredi religionem,iubetur ingredi,& tamen probabile eſt in nimia ęgritudine non fuiſſe admodum maturam illam deliberationem longo aliquo temporis diſcurſu habitam,quam accidentalis,ut patet de uotis mulierum in partu, & uirorum in quibuſcunque anguſtijs, & periculis proprijs naufragij, incendij, & hoſtium,aut in periculis ſuorum. Si.n.habuerint intentionem obligandi ſe Deo, cogitantes de cauſa,quæ mouebat eos ad uouendum,ſcilicet,in infirmitate,uel periculo & de fine, ſ.de euaſione periculi, propter quod euitandum uouebant, ea adimplere tenentur, etiamſi in tribulatione, & perturbatione emiſſa ſint,ex Palud.4.diſ. 38.q.1.§.prima definitio.in prin.S.Ant.p.2.tit.11. c.2.§.1. Notab. 6.Syl.uerb.uotum.2.q.13.Tabiena uerb.votum.1. § Primo notandum. Soto lib.7.q.1.ar.2.& Nau.in Manuali.c.12.nu.52.verſ.21. Vnde Iſrael ſeruauit uotum,quo ſe aſtrinxit inſtante periculo belli.Nu. 21.Pſ..... *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea. Et locutum eſt os meũ in tribulatione mea.* Nõ enim fiunt huiuſmodi uota ſine deliberatione, ex quo uouentes ſunt in ſana mente.

Nec obſtat c.Gonſaldus.17.q.1.ubi quidam preſbyter Gonſaldus nomine uouit ſe futurum monachum, dum eſſet in infirmitate, qui tamen noluit fieri recuperata ſanitate, nec tamen cogitur implere uotum. Reſpondetur enim ibi ſolum haberi non eum cogi ad manendum in Monaſterio, cum non fecerit uotum ſolemne,ſed ſimplex tantum. Atque adeo cum nondum eſſet monachus, cogi iure non potuit remanere in Monaſterio,cum de eo nõ emiſerit uotum. Non tamen negatur ibi,quin ſaltẽ in foro conſcientiæ conſulendum ei ſit ingredi religionem,ut ſic uotum adimpleat. Sic Turrecrem. ibi,& S.Tho.2.2.q.189.art.3.ad 1. Vbi autem dubitãt,an intenderint ſe obligare,tutius eſt adimplere,ex S Ant.p.2.titu.11.c.2.§.1. Notab.6. Quia in dubiis pars tutior eſt eligenda. arg. c.ad audientiã. De homicid.& l.ſemper in dubiis.ff.de reg.iur.unde verſus. *In dubio ſapiens cernit,quod tutius intret.* Si uero ſciunt ſe ſine ſufficienti deliberatione, & ex ſurreptione ſolum,& doloris, & anguſtiæ nimietate inconſiderata uouiſſe,quod deliberate non feciſſent,uoto non tenentur.

12 *Infertur ſecundo*, ualida eſſe uota illa,quæ in iracundia fiunt, ſicut etiam & ea, quæ quis bene potatus facit, niſi ira, & potus ita uſum rationis auferrent, vt ob eum defectum non poſſet peccare mortaliter, tunc enim non tenerent. Vnde filius, qui iratus patri, aut puer iratus magiſtro, uel bene potatus, iurat, aut uouet intrare religionem, vel aliquid aliud, non tenetur, quia quod calore iracundiæ fit, pro non facto haberi debet. l. Quicquid. ff. de regulis uris, & l. tertia.ff. de diuortiis. difficile enim eſt iuſtum dolorem temperare,

rare, vt dicitur in l. Si adulterium cum inceſtu.§. Imperatores.ff.ad leg.Iul.de adult. Id quod uerum eſt ſi iracundia, aut potus rationem, & iudicium penitus abſorbuerit: ſecus autem ſi præceſſerit deliberatio ſufficiens ad peccatum mortale, quæ non requirit magnam moram temporis, ſed quod ſciēs iurat, & uouet ſicut etiam qui calore concupiſcentiæ inflammatus, aut bene pōtatus, non tamē perfecte ebrius iurat vxorē ducere, cōpellitur eā ducere, niſi oīno mētis expers eſſet. Et ſicut iuratus, aut potatus occidēs hominē, nō excuſatur a toto, quin ſit mortale, ſed a tanto, ne ſcilicet, tam graue iudicetur, ita, & uouens, ſatis.n.eſt, quod nō ſit ita extra ſe, quin ſciat, quod faciat, licet poſtea pæniteat. Sic Pal.4 diſt.38.q.1.§.4.definitio. uerſ.1.concluſ. S.An.par.2.titu.11.c.2.§.1.notab.6.Sylu.uerb.uotū.2q..13. Tabiena uerb. uotum.1.§.Primo notandum.Sotus lib.7.de iuſt. quæſt.1.ar.2.Ioſeph Ang. q.de uoto.ar.1.difficul.3.& Summ.Coro.p.3.trac. de uoto.num.4. Ratio iſtorum eſt, quia ſicut aliquis iracundia accenſus, aut repentina turbatione commotus, dummodo ſit rationis compos, uotum frangere poteſt, & peccare mortaliter, ita eadem paſſione dominante poteſt uotum emittere, & per uotum Deo obligari; Neque enim libertas maior ad aliquod promittendum, quam ad ſeruandum promiſſum deſideratur.

Quibus omnibus addo ex Palud.4.diſt.38.q.1.§.2.definitio.verſ.1.cōcluſ.S.Ant.p.2.tit.11.c.2.§.1. Notab.6.Gabr.in 4.diſt.38.q.1.art.1.Notab.2.litera C.in fin.Nau.in Manuali.c.12.nu.26.verſ.Quinto.Panor.in c.literaturam.nu.2.de voto & voti redempt. Lud. Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ,c.43. hanc deliberationem fieri poſſe in momento temporis; illud vero c.literaturam. de voto, & voti redempt.quod requirit deliberationem, & propoſitū præcedere promiſſionem, intelligitur de præcedentia, (vt loquuntur philoſophi) naturæ, ſeu cauſæ, & non temporis, ita vt opus non ſit: vt deliberatio hęc præcedat votum per aliquod ſpacium temporis, ſed ſicut ad rationem meriti, uel peccati ſatis eſt, vt facta ſit iſta deliberatio in eodem temporis momento, in quo bonum opus, vel peccatum fit, ita etiam ad rationem voti ſufficit, vt in eodem temporis momento, quo fit ipſum votum, ſit deliberatio, & aduertentia etiam per imperceptibilē quaſi perceptionem conuenientis, & diſconuenientis. Quamuis enim vtrumque ſimul, & in eodem tempore efficiatur, ſemper tamen prius natura deliberatio præcedit votum, ſicut ſubſtantia ſolis præcedit lucem ſuam, & ignis calorem ſuum.

Sola autem differentia inter vota facta magna præcedenti deliberatione, & inter facta ex repentina deliberatione, ſufficienti tamen ad votum, eſt, quod in illis diſpenſandis aut redimendis, aut commutandis diligens eſt adhibenda prouiſio; In iſtis autem facilis eſſe debet diſpenſatio, redemptio, aut commutatio. Ratio eſt, quia huiuſmodi vota facta ex paſſione, uel timore, quodammodo ſunt inuoluntaria, & conſequenter ſecum afferunt cauſam, vt diſpenſantur. ex Caiet.2.2.q.88.ar.1.Soto li.7.de iuſt.q.1.ar.2.Nauar.in Manuali.c.12.nu.26 Lud.Lopez par.1.inſtr. conſcientiæ c.43.Ioſepho Ang.in floribus.4.ſent.in q.de uoto, ar.1.difficul.3.concluſ.3.Petr.de Arragona 2.2.quæſ.88.ar.1.dub.2.concl.3.Pan.in c. venientis. nu.3.de uoto & voti redempt. Palud 4.diſt.38.q.1.§.2.definitio uerſ.1.concluſ.Syl.uerb.uotum.2.q.13.in fi.& Tabiena.uerb.uotum.1.§.1.notandum in fine.

13 *Infertur tertio*, quod ſicut iurans ex conſuetudine, uel ex facilitate, reus eſt periurij, ſi non iurat uerum, vt diximus ca.5.dub.2. ita etiam qui uouet ex facilitate, tenetur uotum adimplere. Immo, vt notant Caiet.2.2.q.88.ar.1.& Petr. de Arragona ibidem dub.2.concluſ.2.frangens uotum ex facilitate factum, habebit duplex peccatum; vnum, quod cōmiſit uouens irreuerenter, & ſine exacta diligentia, alterum, frangens uotum. Quod intelligendum eſt, dummodo non procedat tale uotum aliquando ex ſurreptione, & motu ſubitaneo, abſque ulla deliberatione. Vnde Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ. c.92.concluſ.3.affirmat iuramenta, & uota facta ex ira tempore ludi, ab eis, qui ludendo iurare, & uouere ſolent, ualida eſſe, citatque ad hoc Alcocerum, tract.de ludo.c.13.quamuis facile in huiuſmodi uotis diſpenſare ſolet.

Infertur quarto, quod ſi quis fraude, uel ignorantia inducatur ad uouendum, tale uotum non erit ualidum, cum fraus, & ignorantia tollant voluntariū requiſitum ad uotum. Vnde ſi quis alterum deciperet, affirmans in tali religione non ſeruari ciborum delectum, nec ieiunia, aut aliquid aliud difficile, quod ſi præſciret, nunquam uoueret, uotum illud validum non erit. Cuius rei ſignum eſt probationis annus in quo ius vult, vt difficultas religionis ante profeſſionem emiſſam comprobetur. Secus autem ſi deceptio eſſet circa minutiora, tunc enim ualeret uotum. Pari modo, ſi quis deciperet ruſticum, ita vt uoueret peregrinationem Heroſolymitanam, dicens locum eſſe propinquum, & quod non eſt nauigandum, cum tamen res longe aliter ſe habet, tale uotum eſſet nullum. Secus autem ſi deciperet tantum circa res leues, puta, ſi diceret iter eſſe magis amenum, quam reuera ſit, tunc enim uotum ualidū eſſet. Sic Sotus lib.7.de iuſt.q.1.ar.2.circa medium. Petrus de Arragona 2.2.q.88.ar.1. & Emmanuel Rodriquez p.2.ſummæ.c.92.concl.4.

Ex quibus omnibus conſtat, quænam deliberatio ſufficiens ſit ad uotum, illa ſcilicet, qua homo iudicat, quid ſit id quod facit, hæc enim cum efficiat actum *ſimpliciter, & in ſe* voluntarium, & non ſolum *in cauſa*, ſufficiens eſt ad hoc, vt homo ſe obliget Deo per uotum, & homini per contractum ciuilem. Dixi, *ſimpliciter, & in ſe*, quia qui ſciens, & uolens, ſe inebriaret, cognoſcens quod ebrius ſolet vouere, ſi poſtea uoueat, non ualet uotum. Quamuis enim peccata ab eo facta in ebrietate, quæ alias facere ſolebat in ebrietate, imputarentur ei, eo quod eſſent uolita in ſua *cauſa*, uota tamen tunc facta ualida, & obligatoria non erunt. Etenim libertas in cauſa quamuis ſufficiat ad peccatum, non tamen ad uotum conſtituendum ſufficiens cenſetur, cum plus ad uotum, quam ad malum requiratur. Bonum.n.non niſi ex integra cauſa conſurgit, malum uero ex quocunque defectu. Vnde tunc ſolum erit uotum obligatorium, quando in ſe formaliter, uel uirtualiter uolitum fuerit vt Petrus de Arragona 2.2.q.88.ar.1. Ioſeph. Angles in floribus.4.ſent.in q.de uoto, artic.1.difficul.3. concluſ.4. & Emanuel Rodriquez parte 2.

Summæ.c.92.concluſ.2.annotarunt. Atque ita ſoluuntur argumenta in contrarium allata.

14 Tertia conditio eſt, vt votum ſit voluntarium, & non coactum. Ratio eſt, quia cum votum, vt diximus, debeat eſſe voluntarium, vis autem, & metus tollunt voluntarium, conſequenter vbi coactio, & metus eſt, votum eſſe non poteſt. Sic Panor. in c. Sicut nobis. de reg. Palud. 4. diſt. 38. q. 1. §. 1. definitio. Angel. verb. Metus. §. 8. Syl. uerb. Metus. q. 8. verſic. 8. & verb. votum. 2. q. 8. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 2. ar. 1. Nau. in Manu. c. 12. nu. 52. Pet. de Arrago. 2. 2. q. 88. ar. 3. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 4. in fi. Bartho. Med. lib. 1. inſtruct. cõfeſ. c. 14. §. 6. Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. c. 45. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. de voto. ar. 2. difficul. 18. Sum. Coro. p. 3. tract. de voto. nu. 4. Coſmus Philiarchus. de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. ca. 18. Emanuel Rodriquez par. 2. ſum. c. 93. Toletus lib. 4. inſtr. ſacer. c. 17. & Io. Azorius p. 1. inſtit. Moral. lib. 11. cap. 15. q. 6. Vt autem clarius innoteſcat quidnam in hac re pręfati doctores affirment, aut negent, ſupponendum eſt, metum alium dici illum, qui eſt ab intrinſeco, alium vero qui incutitur ab extrinſeco. Metus ab intrinſeco eſt ille, qui a Deo offertur, qui nemini facit iniuriã, vt metus grauis mortis ex periculoſa infirmitate proueniens. Vnde vota nuncupata Deo metu grauis, periculoſique morbi, ex metu intrinſeco fieri dicuntur. Metus ab extrinſeco eſt ille, qui a re extrinſeca incutitur, vnde vota illa, quæ fiunt metu mortis extrinſecus ueniẽte, ſiue metus ille incutiatur a cauſis naturalibus, v.g. ex timore naufragij, ſiue ab homine mortem minitante, ex metu ab extrinſeco veniente facta cenſentur.

Rurſus, metus alius eſt ille, qui dicitur cadens in virum conſtantem, alter uero, qui dicitur non cadens in virum conſtantem. Metus cadens in uirum conſtantem eſt ille, qui illatus cogit quem eligere minus malum, ob maius malum ſibi imminẽs effugiendum. Vt cum quis infamiam, uel contumeliam, aut patrimonii iacturam ſuſtinet, ne mortem, & pęnam capitis ſubire cogatur. Aut qui bona in mare proiicit, ne paſſus naufragium intereat. Aut qui offert pecunias latroni, veritus vincula, uerbera grauia, ſupplicium, & mortem: Aut qui ſinit ſe potius occidi, quam peccare venialiter; maius enim damnum eſt quodcunque peccatum etiam ueniale, quam quodcũque corporis incommodum, vt enim ait Ariſto. 3. Ethic. cap. 1. propter quæcunque duriſſima, non eſt quid turpe agendum, & facit ca. ſacris. de his, quæ vi, met. cau. fiunt. Panor. ibidem, & 22. q. 2. c. 1. Gabr. 3. diſtin. 39. q. 1. ar. 1. litera E. Couar. de Matrim. & Sponſal. p. 2. c. 3. §. 4. nu. 2. & ſeq. Poteſt autem hic metus ex uarijs cognoſci, primo

15 quidem ex obiecto, vt ſi malum, quod minatur ſit graue, qualia ſunt mors, grauis cruciatus, carcer diuturnus, ſeruitus, grauis infirmitas, captiuitas, amiſſio ſtatus, uel magnæ partis ſuorum bonorum, metus ſtupri, infamiæ, quæ facile reſarciri non poteſt, vt conſtat ex toto titulo, de ijs, quæ vi, met. cau. fiunt. vbi hæc omnia recenſentur. Secundo ex parte modi, vt ſi metum incutit vnus, uel plures homines armati, uel inermes, ſi mulier, ſi ſenex, &c. Tertio reſpectu ſubiecti, fieri enim poteſt, vt metus, qui reſpectu vnius eſt cadens in uirum conſtantem, reſpectu alterius non ſit, metus enim reſpectu feminæ, aut puellæ poteſt eſſe cadens in uirum conſtantem, qui reſpectu viri non ſit.

Metus autem non cadens in conſtantem virum eſt, quando quis maius malum, uel incõueniens admittit, ad fugiendum minus malum; vel inconueniens, vt qui peccat, ne ſubſtantiam temporalem perdat, aut mortem ſuſtineat corporalem, ne diuitias habitas perdat. His prænotatis, in aliquibus conueniunt omnes; in alijs autem diſſentiunt.

Primo, uotum factum ex metu non cadente in uirum conſtantem, ualidum, & obligatorium eſt. Sic omnes. Ratio eſt, quia metus ille non tollit uoluntarium. Ergo nec votum, nec matrimonium et tali metu factum impedit, vt Doctores communiter affirmant.

Secundo, uotum ex metu mortis intrinſecus, ſiue diuinitus illato, (cuiuſmodi ſunt vota facta Deo metu grauis infirmitatis) validum eſt, & in conſciẽtia obligat, ut ex communi Theologorum, & canoniſtarum ſententia conſtat. Et colligitur ex cap. *Sicut nobis. de regularib.* vbi clericus quidam, qui graui morbo tentatus religionem vouerat, uotum adimplere compellitur. Ratio eſt, quia metus ab intrinſeco incuſſus uoluntarium non tollit; Immo, qui uouet ex metu incuſſo ab intrenſeco, gratum habet illud vouere, vt mereatur patrociniũ diuinum, quo a periculo liberetur.

16 Tertio, votum factum metu mortis extrinſecus quidem, ſed ex cauſis naturalibus ueniente, ualidũ, & obligatorium eſt, ſic omnes authores initio allati. v.g. ſi quis ad uitandum mortis periculum in mari uoueret. Item uotum factum metu mortis ab extrinſeco, puta ab homine ob alium finem, quam ad extorquendum uotum, eodem modo ualidum eſt, & in conſcientia obligat; vt v. g. ſi quis in vincula, & carcerem coniectus, aut ad mortem condemnatus, voueret, vt ab illo periculo liberetur, aut ſi quis captiuus, aut in bello uoueat, ut liber euadat, votum illud validum, & obligatorium eſt, Quæ tamen omnia intelligẽda ſunt, dummodo vis, & metus talis non ſit, quæ rationis uſum omnino alienet. Ratio eſt, quia in tali periculo conſtitutus eligit votum tanquam medium, quo Deo propitio euadat periculum. Et confirmatur, quia ſicut ſi promitterem dare alicui aliquid, ut me liberaret a morte, in caſu in quo non tenetur, puta, medico, obligarer, ita qui in aliquo huiuſmodi periculo conſtitutus Deo promittit, votum, & promiſſum obſeruare tenetur. Sic Palud 4. diſt. 38. q. 1. §. prima definitio. Sotus li. 7. de iuſti. q. 2. ar. 1. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 3. dub. 2. concl. 2. Greg. de Val to. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 4. Nau. in Manuali. c. 12. num. 52. uerſ. 21. Lud. Lopez. p. 1. inſtruct. conſcien. c. 45. Barthol. Med. li. 1. inſtruc. confeſſ. c. 14. §. 6. Sum. Cor. par. 3. tracta. de voto. nu. 4. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. de uoto. ar. 2. difficul. 18. concluſ. 2. Toletus lib. 4. inſtru. ſacerd. cap. 17. Emanuel Rodriquez p. 2. ſum. c. 93. concl. 2. Ioan. Azorius p. 1. inſti. Moral. lib. 11. cap. 15. q. 6. & alij communiter.

17 Quarto autem diſſentiunt, An uotum factum ex metu cadente in uirum conſtantem, & ab extrinſeco incuſſo per iniuriam ab homine in illum finẽ, vt emittat votum, ualidum ſit, nec ne? In qua re Sylueſter uerb. Metus. q. 8. uerſic. 8. & uerb. uotum. 2. quæſ. 8. docet uotum illud ualidum, & obligato-

num eſſe,ſi ille, qui uouit, animum vouēdi habuit, eo quod obligatio voti prouenit ab intentione uouentis;ſin autem vouere non intendit,nullum, & irritum erit. Alij tamen,vt Sotus lib.7. de iuſti.q.2. ar.1.& Palud.4.d.38. q.1.§. prima definitio.verſ.2. concluſio. Petrus de Arrago.2.2. q.88.ar.3. dub.2. concl.1.Grego.de Valen.tom.3.diſp.6. q.6.pun.4. Ioſeph Angles in florib.4.ſen.q.de uoto ar.2.diffic. 18.concl.1.Nauar.in Manuali. c.12.num.52.uerſi. 21.Ludou. Lopez p.1. inſtructio. conſcien.cap.45. Summa Corona p.3.tract. de uoto. num.4.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.p.2. lib.3. c.18.Emanuel Rodriq.p.2.Sum.c.93.cōcl.1. & cōcl.3.& Toletus lib.4. inſtruct.ſacerd.cap.17. abſolutè docent votum ita emiſſum nullū, & irritum eſſe:& Barth. Medi.lib.inſtruct.confeſſ. c.14.§.6.ex parte Sylueſtri ſententiam,ex parte vero aliorum ſequitur opinionē;ſi.n.cauſa ſit iniuſta, uotum, inquit, erit nullum;ſin uero metus ille ex cauſa iuſta illatus ſit,non inualidat uotum;dat exemplum, vt ſi maritus vxorē deprehenſam in adulterio, cū ibi poſſet eā occidere,minatus eſt ei,dicens,occidam te,niſi profeſſa fueris religionem; ſi ipſa hoc adacta metu,& cauſa euitandi mortem profeſſa fuerit,manet obligata.

Ceterum alij, ut diximus, & expreſſe Sotus in 4. diſtinc.29.q.1. ar.3.Petrus de Arragon.& Lopez vbi ſupra,abſolute docent tale votum eſſe nullum; & colligitur ex c.Perlatum. de ijs,quæ vi met.cauſa fiunt.ubi Alexander Papa III. determinat profitentem religionem ex metu mortis incuſſo, libere matrimoniū contrahere, & è religione exire poſſe. Et patet à ſimili in matrimonio,quod etiam ex tali metu contractum nullum, & irritum eſt; etiam ſi quis animum uouendi, & contrahendi habuit.cap. Notificaſti.33.q.5.& de conuerſ.coniug.per multa capita.& c.cum locum.de ſponſal.& diſtinctionem illam Medinæ refellit Sotus in 4.d.29.q.1.ar.3.alio exemplo,quia poteſt eſſe iuſtus metus,qui matrimonium annullet,vt ſi quis furem deprehēdens in crimine,comminetur ei ſe eum delaturum, niſi filiam ſuam vxorem duxerit, re uera metus ille iure incutitur, & tamen matrimonium non tenet,ut ēt docent Lopez,& Arragon, ubi ſupra. Vnde exemplū Medinæ falſum eſt,vt conſtat, non enim tenebitur adultera eo in caſu religionem profiteri,& ſi ex tali metu profeſſa fuerit,uotum nullum,& irritum erit: uotum enim, ſicut & matrimonium liberū eſſe debet,talis autem metus libertatem tollit; cui ſuffragatur edictum, quod metus cauſa, ut habetur in l. Nec timorem.& in l.Iſti quidem. ff.titu.eo. quare, quamuis ſic uouens dicat ſe habuiſſe animum uouēdi,uel contrahendi,ſi tamen legitime probet ex metu contraxiſſe, a uoto, uel matrimonio iure abſoluetur,ſeu potius declarabitur abſolutus, cum antea reipſa obligatus non fuerit.

Denique hæc omnia probari poſſunt ex Concil. Trid.ſeſſ.25.de Regular.c.18.vbi ſub excommunicationis pęna prohibetur, *ne quis virginem aliquam, uel uiduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingrediendū monaſterium,uel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis,uel ad emittendam profeſſionem; quomodocunque cogat, & compellat.*& cap.19.ſtatuitur remedium,& modus agēdi cū eis,qui aliquo mō prætēdunt ſe per vim,& metū ingreſſos eſſe religionem,

18 *Hinc* recte infert Ioſeph Angles in quęſt. de uoto.ar.1.difficul.18. concluſ.1. poſt Sotum lib.7. de iuſti.quæſt.2.ar.1.Quod ſi puella propter patris timorē minantis ei aliquas graues iniurias citra mortem,exillum,&c. religionem profiteatur,nulla erit profeſſio illa;quia cum teſte gloſ.in cap.cum locū. in uerb.metus.& Panormi.ibid.num.6. de ſponſal. Sum.Coro.vbi ſupra,num.4. Soto vbi ſupra.& Nauar.in Man.c.22.num.51.minor metus excuſet mulierem, quam maſculum, eo quod eſt fragilior ratione ſexus,ut etiam docet Hoſt. in Sum.in titu.de matrim.§.qualiter.uerſ.ſi uero. & facit c.indignātur.32. quæſt.6. talis metus in animum conſtantis feminæ cadere poteſt. Quare diligenter conſiderare debent tam Monachi,quam Moniales,an profeſſionem per vim, aut metum ex parentū, & propinquorum impulſu emiſerint; non enim ſatis eſt dicere,ſe id vi feciſſe, ſi uoluntas aliqua affuerit, aut alia ex cauſa profeſſionem emiſerint, puta, ſi ad profeſſionem emittendam mouebantur, vel quia defecit eis dos honeſta, vel ne diſcederent à ſua nobilitate,vel ut fratribus bona cederent, uel quia contra parentum voluntatem contendere non ualerent, vel quia ex monaſterio eas exire non permittant, quamuis cum triſtitia quadam profeſſionem emiſerint,ita ut potius oppoſitum eligere mallent, hæ namque ſufficientes cauſæ non ſunt annullādi profeſſionem, dummodo in actu profeſſionis ipſam emittere reſoluerant, & emittendo uoluntas conſenſerit, tunc enim uotum ualidum erit, nec reuocari poteſt,nihilque pœnitere iuuat: ſin autem coacte profeſſionem emiſerint, nec unquam conſenſum adhibuerint,uotum erit nullum,niſi poſtea ratificaſſent,ut Summa Corona par.3.tracta.de uoto. num.4.annotauit.

19 Quinto,differunt inter ſe authores, quo iure uotum emiſſum ex metu cadente in uirum conſtantem nullum ſit;utrum,ſcilicet,iure naturali, an uero iure poſitiuo tantum,nullum ſit? Nam Doctores in 4.d.29.agentes,de matrimonio inter ſe diuiſi ſunt,quidam enim,ut Scotus ibidem ar.2. Couar.in par.2. de Sponſal. cap.3.§.5. numero 6.& Specula. coniug.par.1.articulo 8. docent matrimonium ex metu cadente in uirum conſtantem, iure naturali, diuino & poſitiuo eſſe inualidum,& irritum. Alij vero ut Paludan.in 4.diſtinct.29. quæſt.1. artic.3. concluſ.2.Richar.ibid.ar.1.quæſt.1. Durand.ead. diſtinc. quæſt.2.numero 8. Maior. ibid. q.1. Sotus ibidem,q.1.ar.3.Nauar. in Manuali. cap.22.num. 50.Petrus Ledeſm.in addi.3.p.S.Thom.quæſt.47. ar.3.concluſ.5.Gregorius de Valentia tom.4. diſp. 10.q.3.puncto.2 & Henriquez lib.11.cap.9.§.1.& alij volunt eſſe ualidum iure naturali,& tantum eſſe nullum iure poſitiuo. Et ſimili ratione philoſophantur alij recentiores de uoto,vt Petrus de Arragon.2.2.q.88.ar.3.dub.2.concl.3.Pet. Ledeſm.vbi ſupra in reſponſ.ad quintum & Ioannes Azorius p. 1.inſt.lib.11.c.15.q.6.Ratio eſt,quia ſi iure naturę metus cadens in uirum conſtantem annullaret uotum,etiam metus leuis in uiro meticuloſo irritaret uotum,& matrimonium,id quod falſum eſt,& contra communem Doctorū ſententiam. Sequela probatur,quia metus leuis non minus tollit libertatem in uiro meticuloſo, quam in uiro conſtante metus grauis. Vnde exiſtimo hanc ſententiam ueriorem,

vt ſcilicet, tale votum nullum ſit ex eccleſiæ ſtatuto, annullante votum factum ex metu graui, nō autem ex metu leui. Cum.n.votum fiat Deo, eccleſia, quæ regitur Spiritu ſancto, docet tale votū nullum eſſe, idq; merito ſtatuit in odium, & pęnā eius; qui per iniuriā illud extorquet, cum Deus militē ſpontaneum, & voluntarium eligat. c.Non eſt.15.q.1. atque adeo votum ſic metu extortum, ipſo iure irritum eſt, & nullam obligationem inducit.

Nec obſtat, quod iuramentum metu cadente in virum conſtantem, cum iure naturæ validū ſit, non tñ irritatur ab eccleſia. Ergo nec uotum ab eccleſia irritari debuit. Rñdetur.n.differentiā eſſe, quia iuramentū fit homini, vnde facilius oritur ſcandalū, ſi non ſeruetur, quam in uoto, quod fit ſoli Deo.

20 Sexto etiam differentia inter authores eſt, an ſi quis metu in virum conſtantem cadente ad ſacros ordines promoueatur, teneatur uoto caſtitatis, ita vt matrimonium contrahere non poſſit, etiamſi maxime uellet. Quidam enim, vt Gofre.in Summa de ætat.& qualit. ordi.nu.11. Hoſtienſ.in Sum tit. de æta.& qual. ord.nu.5.Palud.4. diſt.38.q.[illegible].ar.4. concl.6. vbi ait, oīno peccare ſi non contineat, qui inuitus ordinatus eſt, ſi fuit uoluntas licet coacta, talis.n. quamuis ſine culpa, non tamen ſine cauſa cogitur continere, ſicut etiā, qui habet vxorem infirmam, quam non poteſt cognoſcere. Loquitur autē hic author de ordinato per metum cadentem in virū conſtantem, nam qui per uim ordinatus eſſet, non erit uere ordinatus, nec cogetur cōtinere, vt infra teſtatur S.Ant.p.3.tit.14.c.16.§.vlt.in fin.Sylu. verb.ordo.4.q.1.Tabie.uerb.ordo.2.uerſi. Decimo ſeptimo.Summa Piſanella verb.ordinatus.1.verſic. vtrū coacte ordinatus. Armilla uerb.ordo.num.14. Arch.in c.de Iudæis.diſt.45.in fi.Ioan.Andr.Anto. Butrio. & Abbas in ca.Maiores.de Baptiſmo.§.vlt. Henricus Boich. ibid.& Canoniſtæ communiter, in d.c.Maiores.& in c.de Iudæis.diſt.45.Hi, inquā, omnes docent, quod ordinatus per metum in virū conſtantem cadentem, continere cogitur, dummodo quando ſic ordinatus fuit, non habuit vxorem, ſi.n. vxorē habuit, quando ſic ordinatus erat, poterit illa vti ſine peccato. Ratio eſſe poteſt, quia talis ſuſcipit characterem ordinis, ergo & continentiam ſeruare tenetur, cui continentia annexa eſt.

Alij vero econtra docent non teneri ad continētiam ſeruandam, etiamſi characterem ſuſceperit, ſed poſſe vxorem ducere. Sic Gloſſa in ca.Maiores. §.vlt.in uerb. conditionaliter uolens. de baptiſmo, & Gloſſa in c.vbi iſta.diſt.74.Summa Confeſſ.titu. de æta.& qual.ord.q.50.& q.51.Ang.uerb.ordo.3. §.vlt.Roſella uerb.ordo.3.nu.5.Maior.4 d.24.q.2. ad quintum.Sotus in 4.d.25.q.1.art.2.Rich.4 diſt. 29.art.4.q.2.ad tertium.Rota in deciſionibus vltimo impreſſis p.1.dec.661.ubi ait, quod ſtylus Cancellariæ approbauit hanc ſententiam, & liberam dat facultatem, ut contrahat nuptias is, qui ſacros ordines recepit per uim, uel per metum mortis, uel ante quam ſit doli capax.Ioan.Azorius p.1.inſtitu. Moral.lib.11.c.15.q.7.in fine, & li.13.c.12.q.6.& c.14.q.8.& alij, quos c.10.& c.13. citauimus.Ratio eſt, quia uotum metu mortis factū, vt diximus, non ualet; voluit enim eccleſia, ut uotum vim haberet, ſi ſponte fieret. Et quia ut præfati authores tradunt poſt gloſſam, caſtitas perfecta, & integra, res eſt uoti, non præcepti. can.integritas.32.q.1.& quia continentia non uoluntaria debetur.ca.Ante triennium.diſt.31. vnde eccleſia ſolum coget eum, aut uotum continentiæ denuo emittere, aut à ſacrorum ordinum uſu, & exercitio abſtinere, atque adeo priuilegio clericali non gaudebit, ſi ad nuptias tranſeat, ut Sotus, & alij annotarunt. Nec ualet ratio in contrarium, quia continentia non eſt neceſſario, & iure diuino annexa characteri ordinis ſacri, vt conſtat de ſacerdotibus Græcis, ſed ſolum ex decreto, & conſtitutione eccleſiæ, ſtatuit autem eccleſia, vt uotum nullum eſſet, quod fit ex metu cadente in uirum conſtantem, ut ex cap.Perlatum, & c.cum dilectus. De his, quæ vi met.cau.fiunt.colligitur. Vnde nihil mirum ſi eodem decreto, quo continentia ſacris ordinibus annexa eſt, ſcilicet, eccleſiæ, ex eiuſdem eccleſiæ ſtatuto ordinatus metu cadente in uirum conſtantem ad continentiam ſeruandam non teneatur.

21 Septimo, uotum, quod ex metu in uirum conſtantem cadente factum nullum eſt, etiamſi poſtea iuramento confirmetur, adhuc tamen nullum, & inualidum manet. Id quod procedit in eis, in quib. neceſſario requiritur conſenſus liber ad contractus ualiditatem. Vnde qui ex tali metu uouet ducere aliquā in uxorē, cum matrimonium hoc nullū ſit ipſo iure.arg.c.cū locum.c.cum ueniens.2. de ſponſal.c. ſignificauit.De eo qui dux.in Matrimo.non deſinit eſſe nullū, & irritum, etiāſi iuramento confirmetur. Sic Cou.in p.2.de Matrim.c.3.§.5.num.3.Coſmus Philiarch de offi.Sacer.p.2.li.2.c.7.& li.3.c.18.& Emanuel Rodriquez p.2.Summæ.c.93, conc.4.Ratio eſt, quia ad matrimoniū ex natura rei requiritur liber conſenſus; iuramentum autem ſortitur naturam eius, quæ à primordio ineſt actui, in quo præſtatur.Cum igitur matrimonium, cui adhæret iuramentum, requirit liberum conſenſum, qui deeſſe cenſetur in caſu propoſito, conſequenter iuramentum ipſum illi adhærens nullum erit ipſo iure. Habet.n.iuramentū adhærens coniugio per metū contracto illā conditionem, ſi liber conſenſus interueniat, ſicuti ipſemet coniugalis contractus; unde cū ipſe liber conſenſus deficiat ad iuramentum in ho caſu requiſitus, ipſum iuramentum nullum eſt ipſo iure; Iuramentum enim defectum conſenſus non ſupplet, ut not. in c.fin.de procurat. in 6.ut Cou.& Coſmus Philiarchus, ubi ſupra, latius oſtendunt.

Octauo metus, qui à principio faceret, ut uotum nullū, & irritū ſit, uouentē ēt ab omni culpa excuſat, ſi uotū non exequatur, ut v.g.ſi voueris die Sabbathi ieiunare, aut non ludere, aut dare eleemoſinam, & poſtea tibi metus mortis incutitur, vt contra facias, tunc contrafaciendo excuſaris à culpa. Id quod intelligendū eſt, niſi tyrannus in contēptum religionis, & eccleſiæ cōtumeliā cōpelleret uouentē ad frangendū ieiuniū. Sic Sotus lib.7.de iuſt.q.2. ar.1.Ioſeph.Angles in florib.4.ſen.q.de uoto.art.2. diffic.18.concl.3.& Emanuel Rodriq.par.2.Sum. c.93.concl.5. Ratio eſt, quia uouens intentionē nō habuit obligandi ſe ad ſeruandū uotum cum tanto detrimento. Deinde, quia uotum nō obligat, niſi ad modum legis, lex aūt eccleſiaſtica ad ieiunium non eo rigore cōpellit, ut uelit nos ſubire mortē pro ſui obſeruatione, niſi infidelis tyrannus eam nobis in legis contemptum comminaretur, ut doctores cōmuniter affirmant. Dixi, *lex eccleſiaſtica*, quia nullus metus quantumuis grauis excuſat à culpa tranſgredientem legem diuinam, aut naturalem. Ratio eſt, quia obligatio adimplendi legem diuinam, non ex noſtra uoluntate, ſed Dei pręcipientis oritur; atque ita in omni euētu obligat, ut recte Sotus, & Ioſeph Angles locis proximè citatis annotarunt. Vnde ſi metu mortis puella in ſtuprum conſentiret, non excuſatur à culpa, cum nec ob mortem peccatum mortale, aut ueniale committendum ſit. Et de votis ex metu factis, hæc dicta ſint.

De ſubiecto voti, ſeu de ijs, qui vouere poſſunt. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *An & quatenus uouere poſſunt pueri.*

2 *Ante vſum rationis nullo modo vouere poſſunt uoto ſolemni aut ſimplici.*

3 *Si ante annū, pubartatis quis habeat uſum rationis, uoto ſimplici etiam religionis obligare ſe poteſt quantū in ſe eſt, poterit tamen parens uotum irritare,*

Voto ſolemni non poteſt etiam cum conſenſu parentum num. eod.

4 *Pueri antiquo iure quando ſe ſolēni Religionis uoto obligare potuerunt, nouo autem Concil. Trid. quando.*

Matrimonium ab impubere contractum ualidū eſt, profeſſio autem ſolemnis non item, quare. nu. eod.

5 *An uotum ſolemne Religionis ante prædictam ætatem emiſſum obliget ſaltem ad uotum ſimplex, maximè ſi cum parentum conſenſu fiat.*

6 *Votum reale ante uigeſimumquintum annum puer facere non poteſt, quin à parētibus irritari queat.*

Poſt pubertatem uir aut femina Religionē ingrediens (quod facere quis poteſt inuitis parentib.) eo ipſo dedicat omnia bona religioni, nu. eo.

7 *An & qualiter uouere poſſunt ſerui.*

Quænam uota emittere poſſunt coniugati.

Vir poteſt ſine conſenſu mulieris uotum emittere de ieiunio aut peregrinatione, & tenetur implere; quare.

An mulier uouere poſſit ſuccurrere terræ ſanctæ abſque licentia mariti.

11 *An & quando vxor ante contractū matrimonium uotum peregrnationis aut abſtinentiæ emiſerit aut etiā poſt contractum, & conſummatum cum conſenſu mariti eadē fecerit, teneatur ea ſeruare, ſi maritus ea poſtea irritauerit aut ſi redundēt in præiudicium ſtatus matrimonialis.*

12 *An alter coniugum uotum continentiæ emittere poſſit.*

13 *An uxor poſsit inuito aut inſcio marito uouere, & obligare ſe ad non exigendum debitum.*

14 *Quando emittitur uotum ex conſenſu alterius an uotum illud teneat, & obliget uouentē, ſi alter poſtea reuocet conſenſum.*

15 *Vxor, quæ ex conſenſu mariti uotū continentiæ emiſit, debitum petere non poteſt, & petendo peccat, ſed maritus debitum reddere tenetur.*

16 *Maritus qui conſenſit uoto continentiæ ab uxore emiſſo poteſt nihilominus debitum petere.*

Si ambo de communi conſenſu uotum continentiæ emiſerint, non poteſt maritus uotum uxoris nec uxor mariti uotum irritare. ibid.

17 *Si poſt huiuſmodi uotū, mutuo conſenſu emiſſum, ante obteutam diſpenſationem ſe commiſceant, ſacrilegiū committunt.*

18 *An Religioſi aliquid vouere poſsint ſine licentia ſuperiorum.*

19 *Opera Religioſorum in quotuplici ſunt differentia, etiā in quibus uouere poſſunt ante conſenſum ſuperiorum explicat. nu. 20. 21. 22. 23.*

23 *An abbates, & Prælati religionum uota poſsint emittere.*

24 *An Epiſcopi aliqua uota, & quæ facere poſsint.*

25 *Parochi archipresbyteri, Archidiac. Præpoſiti, Priores Canonici, quæ uota poſsint emittere.*

QVoniam ex his, quæ iam dicta ſunt, manifeſtum eſt, ad emittendum uotū neceſſarium eſſe iudicium, vſumq; rationis; ſed neq; hoc ſatis eſt, niſi etiā qui vouet ſui iuris ſit; quandoquidem nemo per uotū obligare ſe poteſt alteri, qui rationis, & libertatis compos, & capax non eſt, atque adeo nonnulli ipſo iure naturali uouere non poſſunt alij uero iure ſolū canonico uouere prohibentur; ideo quinam illi ſunt, qui uouere nequeunt, aut ſaltē de quibus dubium eſſe poſſit, an, & quomodo uouere legitimè poſſint, nec ne, in ſeqq. exponemus.

1 PRIMVM DVBIVM eſt de pueris, an, & quatenus uouere poſſunt pueri? De hac re uidēdi ſunt S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 9. Caie. & Petr. de Arragon. ibid. Rich. in 4. d. 38. ar. 4. q. 2. Palu. ea. d. q. 3. ar. 1. cōcluſ. 5. Io. Bachonus in 4. diſtinct. 3. q. 3. ar. 2. Durand. 4. d. 38. qu. 1. num. 7. Gabr. ead. d. q. 1. ar. 5. §. 7. & 8. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. §. 7. uerſ. 2. Ang. uerb. uotum. 2. §. 9. Sylu. uerb. uotum. 3. q. 5. Tabie. uerb. uotum. 5. q. 6. Caie. uerb. uotum. §. 3. Sot. lib. 7. de iuſti. q. 3. art. 2. Nauar. in Manual. c. 12. nu. 68. uerſ. 6. Sum. Cor. trac. de uoto. n. 6. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 6. in fi. Barth. Med. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 6. ante medium. Lud. Lopez p. 1. inſtr. cōſcien. c. 48. Ioſeph Angles in florib. 4. ſentē. in q. de uoto. ar. 7. difficul. 11. & 12. Coſmus Philiarchus de offi. ſacer. p. 3. lib. 3. c. 18. Emanuel Rodriquez p. 2. ſum. c. 91. & Ioannes Azorius par. 1. inſtitu. Moral. libro 11. cap. 16. dubio nono, & alii, ex quibus hæc mihi dicenda uidentur.

2 Primo quidem certum eſt, quod pueri ante uſum rationis, nullo modo uouere poſſunt, uoto ſolemni, aut ſimplici. Ratio eſt, quia ad quodcunque uotum requiritur deliberatio rationis, quæ in pueris deficit, ſicut in amentibus, & furioſis. Ergo ſicut amentes, & furioſi non poſſunt ſe ad aliquid uoto aſtringere; ita etiam nec pueri ante uſum rationis ullo uoto ſe obligare poſſunt. Quando autē adſit ſufficiens uſus rationis, certa regula aſſignari nequit, cum alijs citius, alijs tardius id contingat. Et quidem ex iuris præſumptione, ante ſeptennium non præſumuntur habere uſum rationis; unde prima ætas dicitur infantia, & durat uſque ad ſeptimum annum, quo tempore ob defectum uſus rationis deliberare nō poſſunt, nec uouere. Id quod regulariter uerum eſt, nam quandoque accidere poteſt, vt puer ante ſeptennium uigeat integro uſu rationis, & tunc quantum de ſe eſt, uoto ſimplici obligare ſe poterit. Vnde attendere debent confeſſores, & qui cū illis uerſantur, an ſint doli capaces necne, & an ſciant diſcernere, quid ſit Deo uouere;

Tunc autem poſſunt vouere, quando illum vſum rationis habent, vt poſſint peccare mortaliter, ex communi Doctorum ſententia, & Nauar. in Man. c. 12. nu. 68. verſ. 6. quicquid Sylueſt. uerb. religio, 2. q. 15. contradicat.

3 Secundo certum, eſt, quod ſi ante annum pubertatis, qui in pueris eſt decimusquartus, & in feminis duodecimus completus, vt colligitur ex cap. puella. 20. quæſ. 2. & c. is qui. de regul. in 6. quis habeat vſum rationis, voto ſimplici etiam religionis, quātum eſt in ſe, obligari poteſt, poterit tamen parens quodcunque tale uotū irritare. Dixi *ſi habeat uſum rationis*, quia ſi non haberet vſum rationis, uouere non poſſet, vt conſtat. Dixi poſſe ſe obligare *uoto ſimplici* etiā *religionis*, vt docent expreſſe Syl. uerb. religio. 3. q. 2. & in uerb. uotum. 3. q. 5. Caiet. uerb. votum. §. 3. & 2. 2. q. 88. ar. 9. & q. 189. ar. 5. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 2. Nau. in Manual. c. 12. nu. 68. Ludou. Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. cap. 48. Gregor. de Val. to. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto. 6. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. de uoto. ar. 7. difficul. 12. concluſ. 2. & Ioan. Azorius p. 1. inſtit. Moral. lib. 11. ca. 16. q. 9. quicquid Angel. verb. uotum. 2. §. 6. & Roſella non bene intelligentes S. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 9. contradicant, voto tamen *ſolemni religionis* ante pubertatem obligare ſe nequeunt etiam cum conſenſu parentum, uel tutorum, propter eccleſię ſtatutum. Dixi, *uoto ſolemni religionis*: Quia ut notat Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 9. ante annos pubertatis, dummodo doli capax ſit, poteſt ſe obligare voto ſolemni continentiæ ſuſcipiendo ordinem ſacrum, cum eccleſia tale votum acceptet, ſtatuitq; votum eſſe ſolemne etiam in tali puero doli capace, id quod patet ex eo, quod eccleſia exigit à tali, quod ſe in ſacro ordine, quem ſponte ſuſcepit, recognoſcat: vultque tali ordini ſacro inſeparabiliter annexum eſſe uotum continentiæ in eccleſia occidentali. Id quod verum eſt, quamuis enim poſt Concilium Trident. ſeſſion. 23. de reform. cap. 12. nemo ſacris ordinari debeat ante vigeſimum ſecundum ætatis annum, ſi tamen quis antea ordinatus ſit ſponte etiam ante pubertatem, uere ordinatus eſt, & ad uotum continentiæ obligatur.

Dixi, *poſſe tale uotum a parētibus irritari*, cū enim pueri ante decimum quartum annum, & feminæ ante duodecimum, ut plurimum non ita ratione, & iudicio vigeāt, lex eccleſiaſtica, quæ reſpicit id, quod eſt ut plurimum, ſubijcit uoluntatem eorum in illi ætate parentibus, & tutoribus, ideoq. nullū eorum uotum eſt ita firmum, quin à parentibus irritari queat, quod ſi uotum non irritetur, ad eius adimpletionē tenetur, ſiue ſit uotum religionis, ſiue ieiunii, ſiue orationis, &c.

4 Tertio, Quamuis antiquo iure puer poſt annum decimum quartum completum, & puella poſt completum duodecimum, & non antea, etiamſi doli capaces eſſent, voto ſolemni Religionis ſe obligare poterant, ut docent S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 9. & alij omnes, & colligitur ex c. Non ſolum. de regul. in 6. ca. 1. tit. & lib. eod. Nouo tñ iure Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 15. ſtatutū eſt, vt *nullus, neque uir, neque femina, ante decimū ſextum annum expletum, & integrum annum probationis à primo die ſuſcepti habitus, profeſſionem emittat, Adeo ut profeſſio antea facta, nulla ſit, nullaq; obligationē ad alicuius Regulæ, uel Religionis, vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus inducat*. Vnde ſicut iure antiquo profeſſio a uiris facta ante decimum quartum annum, & à feminis ante duodecimum facta, nulla, & irrita fuerat; ita etiam modo facta ante decimum ſextum completum, & integrum annum probationis, nullam obligationem inducit.

Nec contra hoc valet, quod matrimonium contractum ab impubere doli capace, & apto ad generandū ualet, vt habetur in c. De illis, de deſponſ. impub. Et tales ſuſcipientes ordinē ſacrum, uoto ſolemni tenentur ad continentiam. Ergo etiam ualida erit impuberum profeſſio ſolemnis; quādoquidem votū maioribus priuilegijs foueri debet, quam matrimonium; Et quia cum tales ſe obligare poſſint homini per matrimonium, quare etiam non poſſunt ſe obligare Deo per profeſſionem? Reſpondetur primo, in matrimonio contrahendo, & ordine ſumendo interueniunt ſacramenta, quæ nō ſunt in poteſtate eccleſiæ, vt quoad eſſentiā mutentur, vnde vbi debita eſt materia, qualis eſt uir & femina prædictis qualitatibus affecta, & alia adſint neceſſaria, matrimonium ab eis contractum adeo eſt validum, ut ab eccleſia irritari nequeat; Idemq; de ſacramento ordinis dicendum eſt; In profeſſione autem cum nullum adſit ſacramentum, poteſt eccleſia ſolemne religionis uotum ex cauſa iuſta irritare, id quod fecit, pręſcribendo ætatē ad profeſſionem valide faciendam. Et cum res hæc à uoluntate eccleſiæ dependeat, hoc ſufficit. Secundo, diſparatio eſt in matrimonio, & ordinis ſuſceptione, ac in profeſſione, nam in profeſſione ſolemni religionis *mors ciuilis* eiuſdem interuenit, quę ardua ualde mutatio eſt, non ſic in matrimonio, & ordinum ſuſceptione, ob rei igitur dignitatem recte ſtatuit eccleſi, ane profeſſio ſolēnis ualeret ante ætatē præſcriptā. Deinde quamuis tales non poſſint ſe Deo obligare ante pubertatem, & ætatem ab eccleſia præſcriptam tali modo, ſ. per uotum ſolemne, poſſunt tamen ſe dare alio modo, ſ. per votum ſolemne continentiæ, ſuſcipiendo ordinem ſacrum, acceptante eccleſia tale votum, ut ſubtiliter Caiet. 2. 2. quęſ. 88. ar. 9. Sotus lib. 7. de iuſtit. q. 3. ar. 2. & Grego. de *Val.* to. 3. diſp. 6. q. 6 pun. 6. annotarunt.

Dubium ſolum eſt, an tale uotum ſolemne religionis ante prædictam ætatem emiſſum obliget ſaltem ad uotum ſimplex eo maxime, ſi uouens ſit doli capax, & de conſenſu parentum factū? Ratio difficultatis eſt, quia cū eccleſia ſolā ſolemnitatem deneget, videtur ille remanere obligatus inquantū potuit, ſ. uoto ſimplici: vnde in ca. Quidā. de côuerſ. coniug, vir ingreſſus monaſteriū, & profeſſionē emittens inuita vxore, quāuis reſtitui debeat petente vxore, ea tñ mortua, matrimoniū cōtrahere nequit, vt docet ibi Alexand. III. & dat rationem, quia per *tale uotum promiſit ſe non exigere debitū, quod in eius poteſtate fuit, & ideo, quoad hoc uotum tenuit; Non reddere autem in eius poteſtate non fuit, ſed mulieris: ſte Apoſtolo, uir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.* & in c. Placet nobis, eod. tit. & lib. Cęleſtinus Papa Tertius quærenti, an mulier, quæ credens mortuum maritum, religionem profeſſa eſt, eoq; reuerſo reſtituta fuit viro, poſt obitum uiri teneatur regularem obſeruare diſciplinam? Reſpondet, *quod licet uotum eius non uſquequaque tenuerit, eatenus te*

enim

men fuit obligatorium,quatenus ſe poterat obligare,atque adeo,ut teneatur ui uoti,nec debitum petere,nec uiro mortuo alteri nubere, cum utrumque horum in eius ſit poteſtate. unde Sylueſter in uerb. religio. 3. q. 2. docet tale,uotum retinere rationem & uirtutem uoti ſimplicis,irritabilis à parentibus.

Communis tamen,& uera opinio eſt dicentium, uotum ſolemne religionis, quod non ualet pro ſolemni, propter defectũ ætatis à iure requiſitum,nõ habere vim uoti ſimplicis, atque adeo non tenetur talis ad religionem,aut continentiã ex ui illius uoti. Sic expreſſe Angel.uerb.uotum. 2 §.6. Caie.2.2. q.88.ar.9.Sotus lib.7.de iuſtitia.q.3.ar.2.ante finẽ. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſenten. in q. de uoto. ar.7.dub.ult. & Greg. de Valentia to.3. diſp.6.q.6. puncto.6.in fi. Quorum opinio certa eſt modo poſt Concilium Triden.ubi ſupra, immo etiã & iure atiquo veriſſima fuit,ſiquidẽ in c.is qui.& cap.Non ſolum,de regular.in 6.habetur,quod profeſſus ante annum decimumquartũ completum, libere poteſt redire ad ſeculum, id quod eccleſia non diceret, vt recte notat Caietanus vbi ſupra, ſi talis,quantum in ipſo eſt,ad religionem, aut cõtinentiam teneretur. Ad rationem autem, & authoritatem in contrariũ Reſpondetur diſparem eſſe rationem in uoto ab impubere,aut ante legitimam ætatem facto,& in coniuge. Quia votum ſolemne ab impupere factũ abſolute irritatur ab eccleſia,& proinde vim uoti ſimplicis non retinebit, factum autem à coniuge non irritatur,niſi quatenus eſt in præiudicium alterius coniugis, ideo cum vnuſquiſque habeat poteſtatem ſui,quantum ad hoc,quod eſt non petere debitum,poteſt altero inuito id uouere, & conſequenter ratione talis uoti ſolemnis obligatus manet ad non exigendum debitum, cum hoc ſit in poteſtate ſua,non autem impeditur quoad aliud, quod inter coniuges cernitur, ſ.reddere debitum, cum quoad hoc ſubiecta ſit uoluntas & poteſtas eius alteri coniugi,vt rectè Sylueſter in uerb.uotum.4. quæſ.2.§. Quartum.Sotus lib.7.de iuſt. q.3.ar.2. & Nauar.in Manuali cap.12.nu.60.vnde qui ſic vouit ſolemniter,mortua uxore,matrimoniũ contrahere nequit, ſi tamẽ de facto contrahat, tenet matrimonium,ex Sylueſtro, & Nauarro locis proximè allatis; & gl. in c.Quidã in uerb. *Non exigere*,de conuerſ.coniug. quę tandem in hanc ſententiã inclinat, licet cõtrariam non oĩno improbabilem, ſ.non ualere matrimonium, putet, ſed falſo, quamuis.n. contrahendo peccet,nec adhuc debitum exigere poterit, cum ad hoc ſe obligare poterat, non tamen irritatur ab eccleſia tale matrimonium,vt conſtat.

6 QVARTO,filius familias, ſeu puber,etiam poſt pubertatẽ,quæ ab anno quartodecimo ad 25.ætatis annum durat, & adoleſcentia vocatur quamuis iure antiquo voto ſimplici, & ſolemni ita ſe obligare poſſit, vt uota illa ab eius parentibus, & tutoribus irritari poſſint, & iure nouo Concilii Triden.ſeſſio.25.de regular.c.15. uotum ſolemne poſt decimumſextum ætatis annum emittere ualet, uotum tamen reale, ante vigeſimumquintum annum facere non poteſt, quin a parentibus irritari queat. Ratio eſt,quia toto hoc tempore adoleſcentes ſunt ſub cura parentum in ijs, quæ pertinent ad diſpenſationem bonorum ſuorum, ita ut de bonis ſuis ſine eorum licentia nihil diſpenſare poſſiunt, ut habetur.ff.de minorib.25.annorũ per totum titulum. Vnde parentes eorum uota realia,id eſt,vota illa,ad quorum impletionẽ neceſſarij ſunt ſumptus,vt v. g. de ædificandis eccleſijs, de dandis eleemoſinis, de facienda peregrinatione,ad quam neceſſarij ſunt ſumptus,& expenſæ,& huiuſmodi,vſque ad 25.annũ irritare poſſunt: Id quod intelligendũ eſt de bonis paternis, ſi.n.filij haberent bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, id eſt,in bello, vel in officio publico acquiſita, puta legendo, docendo, aduocando, medicando, exercendo artes liberales, aut ſeruiendo Regi in officio,ob quod ſtipendiũ accipit, cum hæc bona ad liberam poteſtatem & diſpoſitionem pertineant filiorũ,vtique de illis ẽt inuitis parentibus uouere valide poſſunt,vt præfati authores cõmuniter tradunt. Dixi autem uota realia ſic facta de bonis paternis, irritari poſſe à parentib. vſque ad 25.annum,quia niſi pater illa irritauerit, filius etiã poſt expletum 25. annum, illa adimplere tenetur, vt notat Summa Coron. par.3. tracta. de uoto. numero 6.

Vnum autem notatu dignum eſt ex Palud.in 4. diſt.38.q.3.ar.1. conclu.5. S.Antonino p.2.tit.11. c.2.§.7.verſ.Secundo.& Nau.in Man. c.12.nu.70. uerſ. *Dixi principaliter*. Quod minor 25.annis habens curatorem, uel exiſtens in patris poteſtate, quoad uotum reale, quamuis pater, aut curator irritare poſſit vota realia ab eis principaliter facta vſque ad 25.annũ, vt diximus, ſi tñ poſt pubertatẽ vir,aut femina intret religionẽ (quod poteſt facere inuitis parentibus, aut curatoribus) eo ipſo dedicat omnia bona ſua religioni,argum.cap.in præſentia. de probat.quæ niſi eſſet maior 25. annis non poſſet alienare,adeo vt nec parentes,nec tutores bona illa retrahere poſſunt, quæ poſſent, ſi illa principaliter uouiſſet; eo quod non poteſt talia alienare ſine illis,niſi ſeipſum alienando, quædam enim tranſeũt cum vniuerſitate,quæ alias non tranſirent. Quia igitur non poſſunt irritare votum illud perſonale poſt pubertatem ab eis emiſſum, per quod bona eius in monaſterium transferuntur ſimul cum perſona,cõſequenter nec bona illa alienare, aut retrahere poſtea poſſunt; hæc enim cum acceſſoria ſint,ſequuntur perſonam uouentem.

7 SECVNDVM DVBIVM eſt de ſeruis, an,& qualiter uouere poſſint. *Reſpondetur*, cũ nullus firmiter aliquid promittere poſſit; quod non eſt poſitum in ſua, ſed alterius volũtate,niſi illius accedat conſenſus; ſeruus autem domino ſubiectus eſt, inde eſt, quod ſeruus nulla ratione uoto ſe obligare poſſit in his,in quibus domino ſubijcitur, abſque illius conſenſu. Hinc eſt,quod ſeruus uota realia facere non poſſit,quia nihil habere ſupponitur. Neque ẽt vota perſonalia emittere poteſt,quib.aliquo modo præiudicium dño infertur,cum dño ſuo quoad perſonam ſuam,&operationes perſonales ſubiectus ſit. Vnde nec peregrinationem, nec ieiuni quibus à ſeruitio dño abſtrahitur, uel debilior ad ſeruiendum dñi efficitur, uouere põt. Multoq.minus uoto ſe obligare ualet ad religionẽ,per quã oĩno ab obſequio dñi ſui abſtraheretur. Vnde ſi aliquod uotũ de iſtis faceret, à domino ſuo irritari & annullari poteſt. Econtra vero ſi uoueat rem aliquam, in qua domino non eſt ſubiectus,nec domino ſuo pręiudicat,uotum illud ita validum eſt,ut a domino irrita-

ritari nequeat. Atque ita caſtitatem inuito domino vouere poteſt, & orationes aliquas, in quibus non eſt domino ſubiectus, aut ei non præiudicat. arg. c. Relatum, de ſent. excom. & arg. c. ex antiquis, & c. ſi ſeruus ſciente. diſt. 54. & c. Si quis ſeruum. 17. q. 4. & clare in l. ſi quis rem. ff. de pollicitat. ubi dicitur. *Quod ſeruus ſine authoritate domini uoto nō obligatur.* Innoc. & Pano. in cap. ſcripturæ. de voto, & voti redempt. Hoſtienſ. ibidē, & in tit. de voto. §. Quis poſuit. S. Th. 2.2. q. 88. ar. 8. ad 2. & q. 104. in corpore ar. & q. 189. ar. 6. ad 2. Rich. in 4. diſtin. 38. ar. 4. q. 2. Durand. ibidē. q. 1. num. 7. Palud. ead. diſtinct. q. 3. ar. 1. concluſ. 3. Ioan. Bachon. 4. diſt. 2. q. 3. ar. 2. ante finem. Gabr. in 4. d. 38. q. 1. ar. 5. concl. 3. verſ. Quinto. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. §. 7. Angel. uerb. uotum. 3. q. 7. Tabiena uerb. uotum, 5. q. 6. Piſanella uerb. uotum. 2 §. vtrum ſeruus. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 1. ad 2. Petrus de Arragon. 2.2. q. 88. ar. 8. Gregor. de Valentia tom. 3. diſp. 6. pun. 6. q. 6. Sum. Cor. par. 3. tract. de uoto. nu. 6. Coſmus Phialiarchus de officio ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 18. in fin. Barth Med. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 6. Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ. c. 91. concluſ. 10. & conclu. 11. & Ioan. Azorius p. 1. inſtit. Moral. lib. 11 c. 16. q. 8. & alij.

8 TERTIVM DVBIVM eſt de coniugatis, quænam uota emittere poſſint? *In hac re* unum certum eſt apud omnes, quod neque vir, neq; vxor uouere aliquid poteſt, quod directè, uel indirectè tendat in præiudicium ſtatus matrimonialis. facit cap. Manifeſtum §. ex præmiſſis. 33. q. 5. & gloſſa ibid. & c. Noluit. 33. q. 5. Richard. 4. diſt. 38. ar. 4. q. 2. Ioan. Bach. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. ante finem. Gabr. Supplementum, in 4. d. 32. q. 1. ar. 1. Notab. 2. & ar. 2. concluſ. 7. Ang. in Summa uerb. votum. 2. §. 8. Sylueſt. uerb. votum. 5. q. 1. Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 61. uerſi. Trigeſimotertio, & num. 64. uerſ. Maritus. Coſmus Phiarchus de officio ſacerd. p. 2. libro 3 cap. 18. Gregor. de Valentia. tom. 3. diſpu. 6. q. 6. punct. 6. q. penult. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. c. 90. concluſ. 2. & Ioan. Azorius p. 1. inſtit. Moral. lib. 11. ca. 16. q. 10. Quod intelligendum eſt ſine alterius conſenſu. Ratio eſt, quia ut rectè notat S. Thom. 2.2. q. 88. ar. 8. votum eſt tantum de illis rebus, quæ noſtræ ſubiacent poteſtati, non aūt de illis, in quibus quis eſt alteri ſubiectus. Cum igitur coniuges corporis poteſtatem commutarint coniugaliter, ideo in hoc ſibi præiudicare non poſſunt. Vnde unus coniugum, continentiam, abſtinentiam, longam peregrinationem, & alia ſimilia uouere nequit, quibus coniugale debitum impeditur, ne uel omnino reddi poſſit, aut ſaltem congrue non poſſit. Quod enim congrue, & commode fieri nequit, dicitur non fieri, aut non poſſe fieri, ideo circa hæc vouere non poſſunt cum præiudicio alterius. Dixi, *in alterius præiudicium*, quia vxor vouere poteſt ea, quæ non ſunt in præiudicium viri, ſicut, & econtra. Vnde ſi uouit aliquod ieiunium honeſtum, & moderatum ſine licentia uiri, quod ſine ſcandalo viri adimpleri poteſt, tenetur illud adimplere: vt ſi uouit dare eleemoſinam de ſuo proprio, & Palu. 4. diſt. 38. q. 3. ar. 1. concluſ. 6. Bachon. ex Syllueſt. ubi ſupra. Idem dicendum ſi uouit recitare aliquas orationes, & alia, in quibus non fit præiudicium uiro. Nam ſi tendat in uiri ſcandalum, tunc ſi maritus uoluerit, frangere tenetur, ut v.g. ſi uouerit tali die ieiunare, aut non comedere carnes, aut ſi vouerit ſurgere ad matutinum ſingulis noctibus, cum ſcandalo viri, aut iacere in camiſia tota nocte ſuper ſcamnum, &c. viro petente debitum, aut denique ſi aliquid aliud vouit, per quod matrimonii fit ei odioſum; Idemque dicendum eſt de uiro reſpectu vxoris. Non enim datur ratio diuerſitatis quoad virum, aut vxorem quoad ſtatum coniugalem, cum in hoc pares ſint arg. c. *Gaudemus. de diuortijs*. Et proinde in his, quæ in præiudicium illius tēdunt, neuter coniugum ſine libero conſenſu alterius quippiā uouere poteſt, cum nemo proximū ſuo iure ſpoliare poſſit. Quod ſi aliquis aliquid uouit ſine alterius conſenſu, poteſt illud ab alio irritari.

Et hæc quidē ita abſolutè dicta certiſſima ſunt, & ab omnibus conceſſa; quamuis enim Innoc. in c. ſcripturæ. de uoto, & voti redemp. And. & Anto. de Butr. ibidem, & Sylue. uerb. uotum 5. q. 1. in fin. velint, quod ſicut vxor non poteſt obligari voto abſtinentiæ, vel peregrinationis niſi maritus conſentiat, vt habetur in can. Manifeſtum, & can. Noluit. 33. q. 5. ita neque maritus obligare ſe poteſt ad votum abſtinentiæ, aut peregrinationis ſine conſenſu uxoris, cum uir, & uxor dicantur pares, cap. Gaudemus. de diuor. Alij tamen ut glo. in c. Manifeſtum. 33. q. 5. Hoſtienſ. & Pan. in d. c. ſcripturæ. nu. 8. de uoto, & uoti redemp. Richar. in 4. diſtin. 38. ar. 4. q. 2. Durand. ibidem q. 1. nu. 7. Palud. 4. diſtin. 38. q. 3. ar. 1. concluſ. 6. Ioā. Bachon. 4. diſt. 3. q. ar. 2. Ang. uerb. uotum. 2. §. 8. Summ. Coro. p. 3. tracta. de uoto. nu. 6. Grego. de Valentia tom. 3. diſpu. 6. q. 6. punct. 6. & Ioan. Azorius p. 1. lib. 11. c. 16. q. 10. docent poſſe virum ſine conſenſu mulieris emittere uotum de ieiunio, & de peregrinatione, atque adeo tenebitur ea implere etiam inuita vxore. Ratio eſt, quia in ceteris omnibus, præterquam in reddendo, & petendo debito, uir eſt caput mulieris. 1. Corinth. 11. & can. cum caput. 3. q. 5. & ideo ſui iuris, mulier autem eſt ſub poteſtate uiri. Ideo licet uiro ſine conſenſu mulieris emittere uotum de ceteris, puta de ieiunio, peregrinatione, uel ſimilibus pertinentib. ad domus adminiſtrationem, ſed mulieri non licet, ſiue conſenſu viri. *Id quod* inde conuincitur, quia ſpecialiter prohibetur de vxore, unde videtur permiſſum de uiro. Quorum opinio mihi etiam uidetur vera ob rationem dictam, quam tamen limitarem, dummodo ex tali abſtinentia, ieiunio, & peregrinatione, nullum præiudicium fiat mulieri quoad carnale debitum; ſi enim uellet ſe affligere ieiunio, ita ut impotens redderetur ad reddendum debitum, non poſſet uotum, illud inuita uxore ſeruare; ſicut nec lōgam peregrinationem, ex qua præiudicium vxori faceret, uouere licet. ex Sylueſt. vbi ſupra, & Emanuele Rodriquez p. 2. ſummæ. cap. 90. concluſ. 7. ſecus autem de peregrinatione modica ad domum diſponendam, vel domicilium aliò transferendū, aut etiamſi longo aliquo tempore abeſſe oporteat lucri ac negotiationis gratia, & ad prouidendum ſibi, & familiæ ſuæ de rebus neceſſariis, in his enim caſibus licitum eſt uiro abeſſe etiam ad longum tempus, cum in utilitatem familiæ redundet, ſicut etiā poteſt quis Domino ſuo terreno a quo feudum tenet, abſque mulieris conſenſu militare, iuxta ea, quæ tradunt S. Th. in addit. p. 3. q. 64. ar. 4. Sot. lib. 7. de iuſtit.

iſtit.q.3.ar.1.circa medium,& Rodriquez ubi ſupra Immo etiam poteſt maritus emittere votum pro ſubſidio terræ ſanctæ ſine conſenſu vxoris, vt definit Innoc.III.in c.Ex multæ.§.in tanta.de voto, & voti redemp.Panor.ibid.nu.8.S. Th.loco proximè citato,ad .Palud.in 4. diſt. 38.q.3.ar.1.concluſ.6. Angel.verb.votum.2.§.8.Syl.verb.uotum.5.& Rodriquez p.2.Sum.c.90.concl.8.quamuis, vt notant Syl.& Nau.in Man.c.12.num 62.uerſic.34.non ſit conſulendum uiro, ut crucem accipiat,ſi uxor eum non poteſt ſequi,& de incontinentia timeatur.Ceterum,vt notat Rodriquez ubi ſupra poſt alios, quos refert,non põt maritus ex ſola deuotione votum emittere adeundi terram ſanctam,ſine conſenſu uxoris:atque adeo cum hiſce temporibus terta illa ſit in poſſeſſione Turcarum,& uota adeundi locum illũ non ſint facta ad ſubſidium terræ ſanctæ, ſed tantũ ex deuotione,non poterit maritus huiuſmodi votũ ſine conſenſu vxoris facere.

10 *Ceterum* dubium inter authores eſt , an mulier uouere poſſit ſuccurrere terræ ſanctæ abſque licentia mariti? Et intelligendum eſt dubium,etiamſi adire debeat Hieroſolymam,& ſecum milites ducere.Hoſtienſis in d.cap.Ex multa, & Pan.ibid.nu.9. de voto,& voti redemp.& Nau. in Manu.c.12.nu. 61.uerſic.Trigeſimoquarto.Ludo.Lopez.p.1.inſtr. conſcien.c.46.docent,quod ſi mulier eſt iuuenis,& ſuſpecta de incontinentia,non debet exequi tale uotum ſine licentia mariti, ſed debet redimere illud: ſin uero ſit mulier ſenex, & potens ad deducendum bellatores,puta,ſit Comitiſſa,aut magna Domina, & habeat bona paraphernalia,id eſt,bona vltra dotem ſibi relicta,aut per donationem, legatum,& ſimilia ad ſe arrogata , de quibus facere poteſt eleemoſinas,aut alia, quæ uult,uiro etiam inuito,tunc huiuſmodi uotum ſine uiri licentia facere,& illud adimplere tenetur. Alij tamen rectius docent non poſſe uxorem tale uotum adimplere ſine licentia mariti.Sic S.Thom.in addi.par.3.quæſt.64.ar.4.ad 1.& Palud.in 4.diſt.38.q.3.ar.1.concluſ.6. Roſella uerb.uotum.2.§.9.Syluester in uerb.uotum.5.queſ. 1.Emanuel Rodriquez p.2.Sum.cap.90.conclu.8. & quidam recentiores in ſuis ſcriptis. Ratio eſt, quia uxor uotum facere: & adimplere non poteſt cum præiudicio mariti, ſine tacita, uel expreſſa licentia eius,ut ipſemet Nauarrus ibidem nume.61. fatetur . Cum igitur huiuſmodi uotum uergat in præiudicium mariti,non eſt adimplendum. Deinde non poteſt mulier ſic diſcurrere ſine periculo caſtitatis,præterquam quod indecens omnino eſt, ut uxor relicto domi uiro cum militibus Hieroſolymam uiro renuente proficiſcatur. Non igitur uotum tale facere,aut adimplere ualet ſine licentia illius.Nec eſt textus,aut ratio pro Nauarri opinione, ſiquidem ca. Ex multa. ab eo citatum, ſolum loquitur de uiris. Non igitur ad mulieres extendi debet. Sed neque probatur opinio Nau.ex cap.præcedenti.Quod ſuper his.§.ul.de uoto,& uoti redẽp. Quia ut notat Palu.id intelligendum eſt,quod uadat, aut per ſe,aut per alium,& quia cum ibi non exprimatſ, an de licentia uiri , uel ſine uotum emiſſum fuerit, non eſt a communi hac opinione ſine textu, aut ratione diſcedendum.

1 DVBIVM autem eſt,an quando uxor ante cõtractum matrimonium uotum peregrinationis,aut abſtinentiæ emiſerit,aut etiam poſt contractum,& conſummatum matrimonium eadem uota cum cõſenſu mariti fecerit,teneatur ea uota ſeruare,ſi maritus ea poſtea irritauerit, aut in præiudicium ſtatus maritalis redundent? Reſpõdeo ſiue ante matrimonium, ſiue poſt ex conſenſu mariti huiuſmodi uota emiſerit , ſi uota in præiudicium mariti, aut maritus poſtquam cõſenſit,repugnat ei (in quo ultimo caſu peccat repugnando poſtea ſine cauſa) non tenetur mulier ea adimplere, nec peccat uxor non adimplendo. Ratio eſt,quia tenetur iure diuino,& humano obedire marito,ut notatur in c.Manifeſtum,& ibi gl.in uerb.Niſi author. & c.Noluit. 33.q.5.Pano.in c.chariſſimus.nu.4.de conuer.coniug.Palud.4.diſt.32.q.2.arti.2.concl.1.Io. Bachonus.4.diſt.3.q. 3.ar.2.Syl.uerb.uotum.4.q.2.uerſic. Sextum,& uerb.uotum 5.q.2.in fin.Caie.2.2.q.88. ar.8.dub.antepen.So.li.7.de iuſti.q.3.ar.1.circa medium. Nau.in Manua.c.12.n.61.uer. Dixi.Coſmus Philiarchus de offi.ſacerd.li.3.c.4.Lud. Lopez par. 1.inſtruct.conſciẽntiæ.c.46.& Sum.Cor.p.3.tract. de uoto.nu.6.uerſi.Etſi ambo.& habetur expreſſe Nume. 30. ubi poſtquam locutus eſt generaliter de omni uoto filiæ,& uxoris,poſtea ſubditur de uoto uxoris approbato ab eius marito,qui poſtea contradicit,ſpecificat de uoto abſtinentiæ,per ieiunium, uel ceterarum rerum , quod mulier obedire debet, quamuis uir reuocando peccet.

12 Dubium aliud eſt,an alter coniugum uotum cõtinentiæ emittere poſſit: Quia uero intelligi poſſit hoc dubium tam de matrimonio rato,quam de cõſummato,de utriſque dicendum eſt.

Primo igitur certum eſt, quod poſt contractum matrimonium, & nondum conſummatum, poterit uxor uiro inuito (& idem dicendum eſt de uiro reſpectu uxoris) uotum continentiæ,& caſtitatis emittere,illudq; obſeruare,ingrediendo religionẽ. Idemque dicendum eſt de uoto non petendi, & non reddendi debitum abſolutè . Hoc conſtat ex cap.uerum.& cap.ex publico.& Panor.ibidem,numero 1.& num.4.de conuer.coniug.ubi poſt matrimonium contractum, ſed non cõſummatum datur ſpacium duorum menſium,ut poſſit deliberare, an religionem intrare uoluerit,necne; computandum autem eſt hoc ſpatium non a tempore matrimonij contracti, ſed a tempore, quo ſtatuitur a iudice, ut deliberet, an religionem intrare, uel ad uirum redire uelit,ut notat glo.ibidem in uerb.intra duorum. quamuis elapſo etiam hoc tempore , ante copulam religionem libere intrare ualeat . Palud.4. diſt.32.q.2.ar.2.concluſ.2.Gabrielis ſupplementũ, ibidem q.1.ar.1.concluſ.2.Sotus in .diſt.38.qu.2. ar.1: Emanuel Rodriquez p.2.Summæ cap. 90. cõclu.1.Specul.coniug.p.1.ar.15.concl.2.Henriquez lib.2.de Matrim.c.5.§.8.quod ſi ingredi noluit religionem, tenetur ad uirum redire, poteritque uir huiuſmodi uotum irritare, dummodo non uouerit uxor ingredi religionem,ſeu caſtitatem in religione ſeruare,ſin autem uouerit caſtitatem in religione ſeruare, tenetur eam ingredi . Ceterum ſi poſt contractum matrimonium, ut diximus, ante conſummationem uouit caſtitatem animo ſolum manendi in ſeculo , eamque extra religionem ſeruandi, non eſt cogenda religionem ingredi, & quia matrimonium ratum non diſſoluitur per ſimplex

uotum

votum caſtitatis, ſed ſolum per ſolemnem religionis profeſſionem,conſequenter debet ad virum redire,poteritque maritus votum illud irritare. Etenim nec per ſacri ordinis ſuſceptionem, nec per religionis ingreſſum citra regularem profeſſionem, nec per votum ſimplex continentiæ in ſeculo ſeruandæ,ſed ſolum per religionis profeſſionem,ſoluitur matrimonij rati,non conſummati uinculum.c. verum,& c. Ex parte.2.de conuerſ.coniug. Palu.ubi ſupra,concl.2.& Gabr.concl.3.Angles uerb.matrimonium.3.impe.q.5.§.2.& habetur expreſſe in Extrauang.Antiq; Ioan.22.ti. de voto, & voti redẽp. atque adeo ſacris ordinatus tenetur ad matrimonium redire,etiamſi ratum ſolum fuerit, & non cõſummatum,vt Ioannes 22.loco citato definit.

Secundo certum eſt,non poſſe maritum,aut vxorem poſt conſummatum matrimonium altero inuito vouere, aut intrare religionem niſi ob notoriã fornicationem carnalem, aut ſpiritualem facto diuortio,arg.cap.*Quæſiuit*,& c *Porro*, & c.*ſignificaſti*, *de diuort*. Palud.4.diſt.32.q.2.artic 1.concluſ.3.Gabr.ibid.ar.2.concluſ.6.Doctores communiter in 4.diſt.36.& Canoniſtæ in ti. de diuor.Sylueſt.verb. Diuortium.quæſt.13.& verb uotum.5.q.2.Nauar. in Manuali.c.12.num.64 uerſ.Maritus.Henriquez lib.1.de Matrim.c.17.& alij.Ratio ex dictis cõſtat, quia non valet uotum unius coniugis in præiudiciũ alterius.

13 Tertio certum etiam eſt, non poſſe vouere continentiam poſt conſummatum matrimonium quoad redditum debiti, altero inuito, quia vouere non poteſt alienum: ceterum an poſſit inuito, aut inſcio marito vouere, & obligare ſe ad non exigendum debitum,id eſt,ad non compellendum cõſortem ſibi reddere, diſſentiunt authores. Et quidem abſque dubio poteſt ſe obligare ad non exigendum debitum, id eſt, ad non compellendum conſortem ſibi reddere, cum hoc nullo modo ſit in alterius præiudicium, ſed ſolum in præiudicium propriũ, cui renuntiare poteſt, atque adeo maritus non poteſt tale votum uxoris irritare, nec e contra uxor irritare poteſt huiuſmodi votum mariti,ſolum difficultas eſt, an alter coniugum uouere poſſit ſine conſenſu alterius,non petere debitum. In qua re S. Bonau.4.diſtin.32.ar.2.quæſ.1.nu.8.Rich.ibidem ar.2.quæſt.1.Thom.de Argen.4.diſt.32.ar.2.conc. 2.Palud.ibidem quæſt.2.ar.1.concluſ.3. & Angel. uer.Matrimonium.4.§. 6.docent poſſe tale uotum emittere, nec poſſe ab altero coniuge irritari. Ratio eſt, quia quoad hoc eſt ſui iuris, nec uergit in præiudicium alterius, cum ſatis ſit reddere debitum,quando alter petit. Alij vero docent non poſſe tale uotum emitti ab altero coniuge ſine alterius conſenſu: quod ſi fiat, poſſe ab altero conſorte irritari tale uotum. Sic S.Thom.in addit.partis 3.q.64.ar.4.ad 3.Gabr.ſupplementum in 3.diſt.32. q.1.ar.2.concluſ.7.Sylueſt.uerb.uotum.5.qu.2.Sotus lib.7.de iuſt.quęſ.2.ar.1.maximè de uoto facto a uiro.Nau.in Manuali cap.12.num.60.Lud. Lopez par.1.inſtr.conſcien.par.1.ca.46.Petr.de Arragon. 2.2.q.88.ar.8.Grego.de Valentia tom.3.diſpu.6.q. 6.punct.6 Emanuel Rodriquez par.2.ſum.cap.90. concluſ.3.& Ioſeph Ang.in floribus.3.ſent. quæſt. de voto ar.7.difficul.9.dub.2.Ratio eſt,quia nimis onerosum eſſet matrimonium alteri, quem ſemper oporteret ſubire uerecundiam in petendo debitum, atq; ita quatenus hac ratione uergat in præiudiciũ alterius,non poteſt uotum de non petendo debitũ, altero inſcio emitti,emiſſumque ab altero, tanquã illi præiudiciale irritari poteſt. Vnde ſoluitur ratio in contrarium allata. Et hanc ſecundam opinionem tanquam communiorem, & ueriorem docere uidetur S.Aug.epiſt.45.ad Arment.Riparium, & Paul.eius coniugem,iuxta finem,& refertur *in can. una ſola*.33.q.5.vbi ait,*una ſola cauſa eſſe poteſt,quare id, quod uouiſti,non ſolum non hortaremur, uerum etiam prohiberemus implere,ſi forte tua coniux hoc tecum ſuſcipere, animi, ſeu carnis infirmitate recuſaret. Nam, & uouenda talia non ſunt a coniungatis niſi ex uoluntate, & conſenſu communi. Et ſi perperam factũ fuerit,magis corrigenda eſt temeritas,quam perſoluenda promiſſio. Neque enim Deus exigit,ſi quis ex alieno aliquid uouerit,ſed potius uetat uſurpare alienum.* Hactenus S.Aug.

14 Dubium etiam eſt, quando emittitur uotum ex conſenſu alterius,an uotum illud teneat, & obliget uouentem, ſi alter poſtea reuocet conſenſum?

Reſpondeo primo, ſi uxor uouit continentiam de conſenſu mariti matrimonio iam conſummato,ſi vir reuocet ſine cauſa facultatem,quam dedit vxori, antequam votum faciat, nequaquam amplius vouere poterit. Sicut enim mandatum alias re integra reuocari poteſt,ita etiam, & facultas integra reuocari poteſt.Sic Palud.4.diſt.32.q.2.ar 2.concl. 1.uerſi.*Sed contra hoc eſt*,& concl. 3. & Richar.ibi. artic.2 q.2.

Secundo,ſi maritus ſine cauſa reuocet facultatem poſt uotum ab uxore emiſſum, peccat mortaliter. Sic.Palu.ubi ſupra,& Sylueſt.uerb.uotum quinto, quæſt.2.ubi cauſam licitam reuocandi talem facultatem eam eſſe vult Palud.quod licentians ſit perſona ſuſpecta de incõtinentia,& talis, quæ non poterat licentiare,quo caſu ſignificat teneri uxorem petenti reddere debitum,quamuis alter peccet,reuocãdo itaque ita docere uidetur reuocationem eſſe validam, poſſeque uxorem abſque peccato reddere debitum petenti poſt reuocationem; idemque docent Sotus lib.7.de iuſt.q.3.arti.1.& in 4.d.27.q.1. ar.4.Pet.de Arrag.2.2.q.88.ar.8.concl.3.Emanuel Rodriquez p.2.ſummæ.ca.90.concluſ.4.& Ioſeph Angles q.de uoto.ar.7.difficul.9. dub.1.concluſ.1. Alij uero docent primo peccare maritum reuocando facultatem prius conceſſam poſt emiſſum caſtitatis uotum,in quo conueniunt cum Paludano, ſecundo etiam docent non ualere reuocationem, & irritationem talis uoti emiſſi de conſenſu illius. Sic Richar.4.diſtin.32.ar.2.quæſt.2.Sylueſt.uerb.uotum.5.quęſt.2.Roſella.uerb.uotum.3 §.2.gloſſa in ca.Manifeſtum.in uerb.niſi author.33.q.5.& uidetur ſatis euidenter colligi ex d.capit.Manifeſtum.§. ex præmiſſis.Caie.to.1.opuſc.31. Reſponſione 14 dub.4.Nauar.in Manuali.c.12.num.59.& Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.par.ſecunda,lib.3.ca. 4.Martin.Ledeſm.2.4.quæſt.55.ar.1.in fi. & conſequenter non teneri,nec poſſe vxorem,quæ ex conſenſu mariti tale uotum caſtitatis emiſit, reddere debitum marito petenti,quia ſic conſentiret,& cooperaretur peccato mortali, quo maritus exigendo debitum peccat, iuxta illud Rom.1. *Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſen-*

tiunt facientibus,& confirmatur ex doctrina S.Tho. 2.2.q.61.ar.5.ad.1.ubi ait,non eſſe reſtituendũ debitum,qñ apparuerit fore nociuum ei, cui debetur.

In hac ſententiarum,& Doctorum varietate,hęc mihi dicenda uidentur.

Primo, ſi uir non conſenſit uoto, ſed ad tempus diſſimulauit, tenebitur poſtea uxor uiro contradicente,non ſtare uoto,ex Palud. & Syluestro ubi ſupra.Hoc patet ex dictis,non enim uouere poteſt alter coniugum aliquid præiudiciale alteri ſine eius conſenſu,& diſſimulatio ſolum ad tempus,ſufficiẽs cauſa non eſt,quin alteri petenti debitum reddere teneatur.

15 *Secundo*,vxor,quę ex conſenſu mariti uotum cõtinentiæ emiſit,debitum petere non poteſt,& petẽdo peccat,ſed maritus debitum ei reddere tenetur. Sic Palud.in 4.d.32.q.2.ar.2.concluſ.1.& concluſ.3.in fi.Sotus,Arragon.& alij ſupra citati pro priori opinione,& Bartho.Medina lib.1.inſtruct. confeſ. cap.14.§.9.Lud Lopez par.1.Sum.cap.46.§.1.in fi. Adrian.in 4.quæſt.14.de Matrimonio, uerſicul.ex his patet error.§.Tertio contingit.in fin.Pet.de Ledeſma de Matrimonio in addi.3.partis S.Thom.q.53.ar.1.in 2.difficultate principali,dub.2. concluſ.2.Cou.in 2.p.de ſponſal.cap.3.§.1.num.6.& Maior.in 3.diſt.31.quæſt.unic in argumento contra ſecundam opinionem,& Sotus eadem diſt.q.unica, ar.3.uerſic.inter ſoluendum plurimum fauet. Ratio eſt,quia in hoc caſu redditio debiti marito facta, infertur ad bonum honeſtum, ſ.ad fidem promiſſã in Matrimonio,& iuſtitiam ſeruandam,iuxta illud Apoſtoli dicentis,& præcipientis,ut uir uxori debitum reddat,& ſimiliter uxor. Et ideo quamuis uxor petendo peccet contra uirtutem religionis, qua ſe ad non petendum obligauit,quia tamen ahuc habet ius iuſtitiæ ad petendum,alius ex iuſtitia tenebitur reddere quod ſuum eſt.Confirmari poteſt hæc opinio ex communi Doctorum ſententia in alijs ſimilibus exemplis, ut u.g.petere debitum ſolum delectationis gratia eſt peccatum ueniale ex S. Aug.lib. de bono coniugali,c.6.Syl.uerb.debitum coniugale,q.2.Soto in 4.d.31.q.unica.ar.3.& tamen nullũ eſt peccatum reddere debitum petenti ex tali fine. Item ſi quis pecuniam petat ſuam a debitore ad expendendum prodige,alter eam reddere tenetur.

Item ſi quis mihi deberet centum aureos, & modo ſit oppreſſus graui neceſſitate,petendo ab eo debitum in tali neceſſitate conſtituto,cum commode aliàs pecunia illa carere poſſim,pecco contra charitatem non ſuccurrendo graui neceſſitati proximi, cum poſſim ſine ullo damno meo, non tamen contra iuſtitiam pecco, quia habeo ius iuſtitiæ petendi illos centum aureos.

Sic etiam in caſu propoſito, quamuis coniux, a quo petitur debitum, petentem precibus auertere debeat, ſi exiſtimet ſe proficere poſſe, id enim charitas expoſcit,& præceptum fraternæ charitatis; ſi tamen inſtet adhuc alter,debitum reddere tenetur, Vnde conſulunt præfati authores,ut priuſquam petat debitum, diſpenſationem petat propter periculum incontinentiæ.

Nec ualet ratio in contrarium allata;Quia licet petens peccet mortaliter peccato ſacrilegij, quia tamen quando opus non eſt de ſe malum,immo debitum,& redditur ſolum malum ex malo fine, aut intentione praua petentis,aut ex alia operantis circunſtantia, qui reddit debitum alteri, non dicitur cooperari ad malum, nec conſentire peccato alterius, quia non cooperatur propter eundem finem, aut ex mala intentione, ſed ſolum reddit debitum alteri,ad quod tenetur ex iuſtitia.

Nec contrariatur S.Th.huic noſtræ aſſertioni loco citato;intelligendus enim eſt,quando ex reſtitutione debiti ſequitur aliud damnum temporale ipſi creditori,cui fit reſtitutio,uel alteri; ut ſi quis petat gladium,quem apud alium depoſuit,ut ſeipſum,uel alium interficiat;non eſt ei reſtituendus.Quo etiam modo rectè docet Sotus in 4.diſt.31.q.unica.ar.3.§. Inter ſoluendum.coniux non tenetur reddere debitum,quando præſentiret ex redditione magnum ſalutis periculum alteri petenti impendere.Secus aũt de ſolo nocumento ſpirituali,cum illud unuſquiſq; poſſit præuidere.

Ad c.Manifeſtum 33.q.5.§.ex pręmiſſis.Reſpõdetur,intelligi,quod non ſit ualida irritatio uoti cõtinentię quoad unam partem,uidelicet,quod uouẽs tenetur ſeruare debitum non petendo,non autem tenetur illud ſeruare quoad debiti redditionem.Vnde alius eſt caſus noſter,alius uero caſus dicti c.Manifeſtum.nos enim hoc in loco ſolum loquimur de eo, qui conſenſit uoto alterius, & dicimus, quod alteri petenti reddere tenetur debitum; At uero ca. Manifeſtum.§.ex pręmiſſis.loquitur, quando uterque coniux uouit continentiam,tunc enim non ualet alter coniux, uotum alterius irritare quoad unã partem,& non quoad aliam ita,ſcilicet ut uotum illud irritare poſſit quoad hoc, quod coniux poſtea teneatur reddere debitum, & non quod non poſſit petere debitum,quia quoad neutrum irritare poſſit ut inf.dicemus.

16 *Tertio*,Maritus,qui conſenſit uoto continentię ab uxore emiſſo,poteſt nihilominus ab ea debitum petere,ſic Inno.in cap.1.de conuerſ.coniug.nu.2.& Panor.ibid.nu.16.Nau.in Man.c.12.nu.59.uer. Trigeſimoprimo,& c.16 nu.31.uerſi.Septimo.Syluef. uerbo.uotum.5.q.2.Ang.uerb.Matrimonium,14.§.7.Barth.Med.lib.1.Sum.c.14.§.6. Lopez p.1.c.46. Coſmus Philiarch.de off.ſacer.p;2.li.3.c.4.§.Decimotertio,& uxor in hoc caſu non peccat reddendo debitum,ex Angelo,Nauarro,Medina,Lopez, & Coſmo Philiarcho ubi ſup. Ratio eſt, quia per talẽ facultatem non cenſetur uoluiſſe facere pręiudiciũ iuri ſuo, quod hẽt petendi debitum, ſed ſolum ut uxor non poſſit petere debitum ab eo, ſed reddere, & probatur ex c.Chariſſimus.de conuerſ.coniug.& ẽt quia ad uotum de nõ petendo requiritur alterius conſenſus,quando ex non petendo redditur oneroſum,& pręiudiciale alteri,ut diximus.

Quarto, ſi ambo de cõi conſenſu uotum continẽtię,aut caſtitatis emiſerint,non põt maritus uotum uxoris irritare,nec econtra uxor uotum mariti,unde neuter eorum poſtea abſq; obtenta diſpenſatione debitum petere,aut reddere tenetur,aũt põt abſque peccato.Sic Syl.uerb.uotũ.5.q.2.in fi. Sot.li.7. de iuſ.q.3.ar.1.poſt mediũ,& in 4.diſ.27.q.1.art.4. ante fi.§.Id aũt fieri.Inno.in c.1.num.2.& ibi.Pan. nu.6.& idẽ Pan.in c.chariſſimus,nu. 6.de conuerſ. coniug.Nau.in Man.c.12.nu.59.uer.Trigeſimoſecundo.Sum.Cor.trac.de uoto,nu.6.uer.Etſi ambo. Pet.de Arrago.2.2.q.88.ar.8.dub.ult.Ludo.Lopez

par.

p. 1. inſtr. conſcient. cap. 46. Pet. de Ledeſm. in addi. ad 3. partem S. Thom. q. 53. ar. 1. difficul. 2. principali. dub. 2. conclu. 3. Marti. Ledeſm. 2. 4. q. 55. ar. 1. in fin. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 90. conclu. 5. Ioan. Azorius p. 1. inſtit. Moral. lib. 11. ca. 21. q. 5. & alij, & colligitur euidenter ex c. Quod Deo 33. q. 5. Ratio eſt, quia eo ipſo quod vterque ex mutuo conſenſu emittit votum caſtitatis, vterque uidetur cedere iuri ſuo, quod habebat petendi debitum, & conſequenter alter non tenetur reddere, immo nec poteſt. Eſt enim genus quoddam mutui contractus, voueo, vt tu voueas, id eſt, renuntio iuri meo, vt tu renunties tuo, vterque igitur priuatur in poſterum iure ſuo petendi debitum.

Addunt tamen præfati authores, quod ubi vterque coniux timeret ſibi de incõtinentia, petere debet diſpenſationem a ſummo Pont. qui ſolus in hac re diſpenſare poteſt, cum ſit votum perpetuæ continentiæ ad eum modum quo infra dicemus cap. 20. dub. 5. verſi. Tertium. Intelliguntur autem hæc omnia quatuor dicta de voto ſimplici caſtitatis, & continentiæ. Nam de voto ſolemni alio in loco latius agemus, quæ tamen omnia multo magis locum in eo habent, vt conſtat. Dixi, ſi emiſerint votum, ꝗa ſi non vouerunt continentiã, ſed ſolum pactũ inter ſe fecerunt, aut ſe abiurarunt ſuper nõ petendo, tũc ſi non contineant, põt alter alteri remittere hoc pactũ, & redire ad vſum matrimonij propter periculũ incontinentiæ, immo quia temeraria fuit adiuratio, cogendi ſunt ad ſuum matrimonium redire per eccleſiam ex Ang. in verbo. matrimonium. 3. impedimentum. 5. §. 5. Roſella impedimentum. 4. §. 7. Nau. in Man. c. 12. nu. 59. in fi. uerſi. Dixi, & c. 16. nu. 31. uerſi. 7. & Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c. 46.

17 *Quinto*, Quando ambo coniuges ex mutuo conſenſu continentiam eo modo, quo diximus, emittunt, adeo tenentur votum illud obſeruare, ut ſi ante obtentam diſpenſationem ſe commiſceant, ſacrilegium committant, & filij nati ex tali copula illegitimi ſint. Sic Innocen. in cap. Dudum. numero 4. & Pan. in cap. chariſſimus, nu. 7. & ibi Zacharias in annotat. de conuer. coniug. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de filijs presb. §. quis poſſit. uerſic. Quod ſi ſacerdos, & idem Zacharias in anno. ad Panor. in cap. ſi quiſquam litera A. de cohab. clerico. & mulier. citans ad hoc Rom. ſing. 502. incip. Die quod filij ſacerdotis & Ang. uerb. Matrimonium 3. impedimentum 5. §. 5. gloſſa in cap. Miniſtri. diſt. 81. & Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 90. concl. 6. & quamuis gloſſa, Hoſtienſ. & Zacharias id ſolum dicant de illis, qui poſt uotum ſolemne caſtitatis per ingreſſum religionis, aut ordinis ſacri ſuſceptionem nati ſunt: alij tamen omnes id ſimpliciter dicunt de illis, qui nati ſunt ex parentibus poſt emiſſum caſtitatis uotum, etiamſi eorum parentes poſtea nec ordines ſacros ſuſceperint, nec religionem aliquam approbatam ingreſſi ſint; Quamuis enim non ceſſat matrimonium inter eos quoad uinculum, & eſſentiam eius, ceſſat tamen quoad uſum carnis, unde filij poſtea nati tãquam illegitimi in hæreditate ſuccedere non poſſunt.

18 QVARTVM DVBIVM eſt, De Religioſis, An ipſi aliquid uouere poſſint ſine ſuperiorum ſuorum licentia, & conſenſu. Ratio difficultatis eſt, ꝗa religioſus per profeſſionem renuntiat uoluntati ꝓpriæ, & totus ſubeſt uoluntati ſuperioris. Ergo ſicut promiſſio de re aliena ipſo iure eſt nulla, ita uotum a religioſis factum abſque conſenſu ſuperioris nullum, & irritum eſt. Vnde in ca. Monacho. 20. q. 5. dicitur, *Monacho non licet vota uouere ſine conſenſu abbatis ſui, ſi autem uouerit, frangendum erit*. In hac re duæ ſunt ſententiæ.

Prima eſt dicentium Religioſum non poſſe uotum emittere abſque licentia ſuperioris ob rationẽ dictam. Et quia non poteſt aliquod uotum emittere abſq; præiudicio aliquo, aut periculo ſaltem alicuius præiudicij obſeruantiæ eorum, ad quæ tenẽt ex ſua profeſſione, & abſq; periculo reddendi ſe interdum oneroſum prælato ſuo, aut alijs cum quib. uiuit, propter ſollicitudines, & modos ſingulares, quos interdum haberent illi, qui eſſent ad plura q̃ alij obligati. Sic Rich. in 4. d. 38. ar. 4. q. 1. Ang. uerbo. uotum 2. §. 3. Roſella uerb. uotum. 4. nu. 14. Maior in 4. diſt. 38. q. 4. & fauere uidetur S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 8. ad 3. & ad 4. ubi ait, uotum monachi non eſſe firmum, niſi ſit de conſenſu pręlati.

Secunda eſt eorum, qui affirmant aliqua uota monachorum ualida, & obligatoria eſſe, ſine ſuperioris conſenſu. Sic Palud. in 4. diſt. 38. quęſt. 3. art. 1. concluſ. 7. & q. 4. artic. 2. concluſ. 6. Ioan. Bachon. in 4. diſt. 3. q. 3. ar. 2. Gabr. in ſupplem. 4. diſt. 38. q. 1. ar. 5. §. Tertio. S. Ant. par. 2. ti. 11. cap. 2. §. 7. Sylueſt. uerb. uotum. 5. q. 3. Tabiena. uerb. uotum. 5. §. Quarto. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 8. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. arti. 1. dub. 3. Nauar. in Manuali. c. 12. nu. 67. uerſi. Quinto. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. arti. 8. dub. 1. Grego. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 6. q. 1. Ioſeph Ang. in floribus. 4. ſent. q. de uoto artic. 7. difficul. 2. Sum. Cor. p. 3. tract. de uoto, nu. 6. Ludo. Lopez par. 1. inſtr. conſcient. c. 48. Barth. Medina li. 1. inſtr. cõfeſ. c. 14. § 6. circa medium. Toletus lib. 4. inſtru. ſacerd. c. 17. uerſ. Tertium. Emanuel Rodriquez par. 2. ſum. c. 89. & Ioan. Azorius par. 1. inſti. Moral. lib. 11. c. 16. quęſt. 4. Quę duę ſententię ita inter ſe differunt, ut prima uelit uotum religioſi non ligare eũ ut quantum in ſe eſt, impleat illud, quaſi ſit ipſo iure nullum, & irritum; Secunda uero uelit uotum ligare uouentem, ut quantum in ſe eſt illud adimpleat, quouſque a ſuperiore irritetur, unde d. c. Monacho, dicitur, *Quod monacho non licet uouere ſine cõſenſu abbatis, ſi autem uouerit, frangendum erit*, ubi notanter dicitur, *frangendum erit*; quaſi ipſo iure non ſit fractum, & nullum; Quia in huiuſmodi uotis religioſorum ſubintelligitur tacite cõditio iſta, ſi Abbati, aut ſuperiori placuerit; ſi Abbas, aut ſuperior non contradicat. Quia uero hęc nimis generaliter dici uidentur, ut in particulari explicemus, quęnã uouere, aut nõ uouere poſſunt ſine conſenſu expreſſo, aut tacito ſuperioris, & quouſque obligatoria ſunt eorum uota;

19 *Notandum eſt*, opera religioſorum, de quibus uotum emitti poteſt, in duplici differentia ſunt, quędam enim ſunt *prohibita*, & hoc dupliciter, uel *in genere*, ut peregrinatio, & exitus a Monaſterio, uel *in particulari*, ut quod non faciat hoc, uel illud, uerbi gratia quod non ieiunet, nõ ſe uerberet, &c. Quędã uero *non ſunt prohibita*, & hęc ſunt in quadruplici differentia, quędam ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, ut pręcepta Decalogi, & alia pręcepta diuina, quędam ſunt, ad quę monachus ex profeſſione tenetur, ut

tria vota eſſentialia religionis, ieiunia, ſilentium, & alia religionis ſtatuta; Quædam tertio ſunt opera libera, & voluntaria ſupererogationis, quæ adhuc in duplici ſunt differentia; quædam enim ita excedunt, vt nullo modo prohiberi, aut præcipi poſſint, ut tranſitus ad regulam arctiorem: quędam vero ſunt, quæ excedunt communem, & vniuerſalẽ regulæ obſeruantiam, talia tamen ſunt, quæ ſuperioris voluntati ſubiecta eſſe videntur, ut orare, abſtinere, diſciplinam ſumere, vigilare, & huiuſmodi. De quibus omnibus quid ſentiendum ſit, ſequentibus propoſitionibus breuiter exponam.

Prima propoſitio: Vota de his, quæ neceſſaria sũt ad ſalutem, a quocumque fiant, uera uota ſunt, & firma, ante omnem ſuperioris conſenſum, & obligant. Ratio eſt, quia, vt ſupra diximus, de his vouere quis poteſt, & de his nulla eſt difficultas, ut conſtat. Sicut econtra nullum eſt uotum de his, quæ ſunt ꝑ ſe mala, & peccata ſiue mortalia, ſiue uenialia, cum hæc non ſubſint prælatis religioſorum; vt recte Caietanus annotauit.

20 *Secunda propoſitio*: votum a Religioſis emiſſum de materia prohibita a prælato in generali, uel in particulari, non eſt ualidum, nec obligatorium ante conſenſum prælati affirmatiuè. Sic Sot. in lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 1. Pet. de Arrago. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. 1. conclu. 1. & Grego. de Val. to. 3. diſpu. 6. q. 6. pun. 6. dub. 1. Nau. in Man. c. 12. num. 67. verſi. Quinto. Sum. Cor. p. 3. tract. de voto. num. 6. Caie. 2. 2. q. 88. ar. 8. uerſi. Vnde ad primum dubium. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſci. c. 48. uerſi. uota religioſorum. Barth. Medi. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 6. circa medium, & Eman. Rodriquez p. 2. Sum. c. 89. conclu. 1. & ſic intelligendum eſt cap. Monacho. 20. qu. 4. ubi dicitur, Monacho uouere non licet ſine conſenſu Abbatis. Quicquid Sylueſt. uerb. uotum. 3. q. 3. uerſi. Quintũ, & Ioſeph Angles in q. de uoto ar. 7. difficul. 2. conc. 1. dicant talia uota non eſſe irrita, ſed irritanda, atque adeo obligari uouentem ea ſeruare, quantum poteſt, donec irritentur à prælato. Sed contrarium uerum eſt, ut diximus, & probatur, quia pręlatus dominium, aut quaſi dominium uoluntatis ſubditi habet, ut illam dirigat. Ergo priuſquam accedat conſẽſus prælati, non emittitur votum cum cõſenſu eius, qui eſt dominus uoluntatis uouentis, ſed potius cõtra illius uoluntatem, & idcirco non obligat. Deinde materia uoti debet eſſe materia uirtutis, ſed res prohibita à prælato non eſt monacho materia uirtutis, antequam accedat eius conſenſus. Non igitur uotum emiſſum erit ualidum, quoaduſque accedat conſenſus prælati. Immo uero, cum in tali uoto ſua intelligatur conditio affirmatiua, *ſi ſuperiori placuerit* (ſine qua conditione ſubintellecta uouens uouendo peccaret) uotum cenſetur conditionale, unde non extante conditione, ſ. prælati conſenſu, uotum non erit ualidum, nec obligatorium. Quibus addo ex pręfatis Authoribus, quod, cum uotum hoc conditionale ſit, ſ. *ſi placuerit ſuperiori*, tenetur ſubditus manifeſtare prælato uotum ſuum, ut det licentiam faciendi, quod uouit, alias ꝓmiſſio eſſet uana, & ridicula. Nec ſatis eſt petere facultatem, uerbi gratia, ieiunandi, uel peregrinandi, quod fuerat promiſſum, & etiam prohibitum, ſed tenetur illi manifeſtare uotum ſuum de illa re, quandoquidem conſentire non poteſt, niſi ſciat, & aliquando negare ſolent abſolute ſuperiores, quæ concederent, ſi cognoſcerent eſſe Deo promiſſa per uotum.

Quamuis igitur nonnulli putent ſatis eſſe petere facultatem faciendi, quod uouit, non exprimendo, quod uouit, atque adeo ſatis eſſe, quod prælatus cõtradicat impletioni uoti rogatus à ſubdito, etiamſi non patefecerit ei ad id ſe obligaſſe uoto; Cuius opinionis eſt Caie. 2. 2. q. 88. ar. 8. quamuis obſcure, & expreſſe Canus, quem refert Lud. Lopez, eſſe uidentur, eo quod mulier, quæ uouit continentiam, rogata a marito poteſt ei debitum reddere, nihil ei ſignificando de uoto continentię a ſe facto, Alij tamen, ut Sotus lib. 7 de iuſt. q. 3. art. 1. Pet. de Arrago. 2. 2. quęſt. 88 ar. 8. dub. 1. conclu. 1. Ioſeph Ang. q. de uoto. ar. 7. difficul. 2. concl. 1. Lud. Lopez p. 1. inſtr. cõſcientiæ. c. 48. uerſic. utrum religioſus, & Grego. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 6. dub. 2. ipſemet Caie. tandem id concedit. §. Ad obiectonem. Tabie. uerb. uotum 5. uerſi. Quarto. poſt medium Nau. in Manu. c. 12. num. 69. uer. Septimo. conſultius eſſe dicunt, petere facultatem faciendi, & uotum emiſſum illi explicare, ut ſic poſtea excuſetur a peccato ĩ nõfaciendo, ſi prędlatus cõtradicat, ſciens uotum eius rei a ſuo ſubdito fuiſſe emiſſum. Sicut a ſimili filius, qui promiſit homini ſub conditione, ſi patri placuerit, tenetur patri conditionem manifeſtare, ut pater conſenſum, uel diſſenſum pręſtet, & filius in conſcientia tutus ſit, ſi pater conſcius rei promiſſæ aſſenſum pręſtare noluerit.

Nec ualet exemplum à Cano allatum, quia, ut Sotus ubi ſupra notat, mulier coniugata emittere non poteſt uotum continentię, etiam ſub conditione, de non reddendo debitum abſque conſenſu mariti, ſed ſolum de non petendo.

Illud autem aduertendum eſt ex Gregor. de Val. ubi ſupra, conſenſum *affirmatiuum* non ſolum adhiberi, quando ſuperior expreſſis uerbis facultatem concederet, ſed etiam quando audiens de uoto ſubditi taceret, & non contradiceret. Nam qui tacet, p̄ſertim in tali caſu, & re ad ipſum ſpectante, conſentire uidetur: Id quod ſignificat S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 8. ad 4. ubi ait, uotum religioſi eſſe conditionale, *ſi*, inquit, *ſuis ſuperioribus placuerit, uel non renitantur*, qua de cauſa ſubdit, ſubditos non peccare ſic uouendo, ob tacitam, ſcilicet, conditionem, *ſi ſuperiori placuerit, aut non renitatur*, hac enim ſubintellecta conditione nihil illicitum uouent.

21 *Tertia propoſitio:* Religioſus emittens uotum de re a pręlato, uel Religione prohibita, quam ignorabat eſſe prohibitam, ſi poſtea ſciat illius rei prohibitionem, non eſt ualidum, nec obligatorium, ſed neque tenetur illud pręlato manifeſtare, aut licentiam petere, ut uotum adimpleat: Sic Pet. de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 8. concl. 3. Ratio eſt, quia ignorantia hęc tollit uoluntarium, adeo ut non uouiſſet, ſi eius rei prohibitionem pręſciuiſſet. Vnde uotum illud non eſt obligatorium.

Idem dicendum eſt, ſi uoto iam emiſſo, pręlatus rem promiſſam prohibeat, ut uerbi gratia ſi qs promiſit ieiunare tali, aut tali die, & p̄latus poſtea tale ieiunium prohibeat, uotum illud non erit ualidum, nec tenebitur uotum illud aperire pręlato, aut petere licentiam uotum illud adimplendi, ex Pet. de Arragon. ubi ſupra, & Emanuel. Rodriquez p. 2. Sum. c. 98. concl. 2. Ratio eſt, quia non cenſetur religioſus velle ſe obligare uoto, ſtante tali prohibitione; immo quando votũ illud emiſit, ſubintelligebatur conditio, niſi prælatus contradiceret, & prohiberet.

Addunt tamen præfati authores Arragon, & Rodriquez, quod, ſi quando uotum illud emiſit, intendebat abſolutè ſe obligare, aut etiamſi prælatus ꝓhiberet, tunc ſi materia non ſit per ſe mala, ſed ſolũ mala, quia prohibita, ceſſante prohibitione, (quæ ceſſat mortuo prælato, aut depoſito ab officio) ſicut & quæcunque alia cenſura, aut prohibitio ab homine facta, denuo reſurgit uoti obligatio, & ad eius adimpletionem tenetur. Quia cum uotum illud nõ fuerit irritatum per prohibitionem, ſed ſuſpenſum tantum (ad irritationem enim cum ſit actus iuriſdictionis requiritur cauſæ cognitio) conſequenter ea ꝓhibitione ſublata, uotum adhuc erit obligatoriũ. Quare ſi talis religioſus domicilium mutet, & ad aliud Monaſterium tranſeat, in quo non eſt talis ꝓhibitio, tenetur uotum illud ſeruare, donec per prælatum cauſa cognita irritetur.

22 *Quarta propoſitio*; Religioſus emittens uotum de re non prohibita, ante prælati conſenſum ualidum, & obligatorium eſt, quandiu prælatus non commutauerit, diſpenſauerit, aut irritauerit. Sic Caie. 2. 2. quæſt. 88 ar. 8. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 1. Sylue. uerb. uotum. 3. q. 3. uerſic. Quartum. Nauar. in Manuali, cap. 12. num. 67. uerſicul. Quinto. & num 69. uerſicu. Septimo. Petr de Arragon. 2. 2. q. 88. arti. 8. dub. 1. concluſ. 2. Sum. Cor. p. 3. tract. de uoto. num. 6. Lud. Lopez p. 1. Sum. c. 48. uer. Vota religioſorũ. Ioſeph Ang. in 4. ſen. q. de uoto. ar. 7 difficul. 2. concluſ. 2. Emanuel Rodriquez par. 2. Sum. ca. 89. concluſ. 2. & Bartho. Medina lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14 §. 6. circa medium. Ratio eſt, Quia talis materia eſt in ſe licita, & materia uirtutis, & uoti, cum non ſit ꝓhibita, & ſubintelligatur conditio negatiua, niſi Prælatus contradicat. Ergo obligat in conſcientia, quoad uſque accedat prælati prohibitio, & irritatio. Tale eſt uotum dicendi ſeptem pſalmos, orandi, ieiunandi, &c. Addunt etiam Sotus, Arragon, & Summa Corona liberum eſſe uouenti in huiuſmodi rebus, ut, ſi uelit, manifeſtare poſſit, uel celare tale uotum, cum in hoc ſubditus utatur iure ſuo. Et quidem ſi huiuſmodi uota facta libenter, & commode perſoluere poſſit, poteſt ea celare prælato, ne ab eo irritentur. Sed ſi grauia ſint, & difficulter ea adimplere ualeat, poteſt ea prælato patefacere, ut ea irritet, nec peccat ſic faciendo, ſed utitur iure ſuo: poteſtque prælatus ea irritare, cum in his monachus uere prælato ſuo ſit ſubiectus.

23 *Quinta propoſitio*; Votum emiſſum a religioſo de tranſeundo ad regulam ſtrictiorem, obligat ante omnem conſenſum ſuperioris. Sic S. Thom. 2. 2. q. 189. artic. 8. & Caie. ibi. & idem Caie. 2. 2, q. 88. ar. 8. Palud. in 4. diſt. 38. q. 3. articu. 1. concluſ. 7. Ioan. Bachon. in 4. diſt. 3. q. 3. articu. 2. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 3. ar. 1. uerſi. Tertius operum ordo. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 8. dub. 1. ante concluſiones, & concluſ. 5. Nauar. lib. 3. titu. de uoto, conſilio 30. in antiquis. aliàs conſil. 40. in Nouis. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. par. 2. lib. 3. cap. 18. Summa Corona trac. de uoto, nume. 6. & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ, cap. 89. concluſ. 3. & fauet Ioan. Azorius par. 1. inſtit. Moral. lib. 11. cap. 22. dub. 12. Ratio eſt, quia quoad hoc ſubditus non eſt prælato ſuo, ſed ſolum tenetur licentiam humiliter petere, vt habetur in c. licet. de reg. an vero prælatus tale votum irritare poſſit, nec ne, inferius dicemus.

Dubium olim erat, An Abbates, & alij Prælati Religionum vota emittere poſſent, eo quod olim iure communi ſubditi erant epiſcopis, vt patet in c. Abbates, & cap. Abbas. & cap. Monaſteria. 18. q. 2. atque adeo nihil vouere poterant, quod eorum munus impediret, quamuis cetera, quæ nihil obſtant eorum publicæ adminiſtrationi, vouere potuiſſent, de qua re legendi ſunt Summiſtæ, Ang. uerb. uotum 2. §. 4. Syl. uerb. votum. 5 q. 4 Gabr. ſupplementum in 4. diſt. 38. q. 1. ar. 5. Ioan. Azorius p. 1. inſti. Moralium. lib. 11. c. 16. q. 7. Quia vero nunc ab Epiſcoporum iuriſdictione, & poteſtate Papæ beneficio exempti ſunt, ceſſant omnia, quæ antiquitus de illis in hac re tradita ſunt. Nunc ſolum conſiderare debent, quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem.

24 QVINTVM DVBIVM eſt de Epiſcopis, An aliqua vota, & quæ facere poſſint? De qua re tractat S. Th. 2. 2. q. vl. ar. 7. Rich. 4 diſt. 38. ar. 4. q. 2. & Pal. ibid. q. 3. ar. 1, concl. 1. Hoſtien. Innoc. & Pan. in ca. Niſi cum pridem. de renuntia. & in c. licet. de Regular. & in c. Magnæ. de voto & voti redemp. & Ioan. Bach in 4. diſt. 3. q. 3. ar. 2. Gab. ſupplementum in 4. diſt. 38. q. 1. ar. 5. Ang. uerb. uotum. 2. §. 1. S. Anto. p. 2. ti. 11. c. 2. §. 7. Sylueſt. uerb. uotum 3. q. 1. Tabiena uerb. uotum. 5. q. 1. Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. c. 88. & Ioan. Azorius p. 1. inſti. Moral. li. 11. c. 16. q. 1. & 2. & c. 21. q. 13. & alij, qui tria docent.

Primo non poteſt ſine licentia Papæ emittere votum, uel poſt epiſcopatum votum emiſſum implere, per quod diſſoluatur vinculũ matrimonij inter ipſum, & eccleſiam ſuam, ut colligitur ex dicto cap. Niſi cum pridem. de renuntiat.

Secundo, vouere non poteſt aliquid, quo eccleſiæ ſuæ notabiliter præiudicetur, puta, longam aliquam peregrinationem, propter quam abeſſe debet diu a ſua eccleſia, quod intelligitur ſine licentia Papæ, c. Magnæ, & ibi Innoc. & Pan. num. 9. & num. 10. de uoto, & uoti redemp. & facit c. Epiſcopus. de conſecra. diſt. 3. ubi dicitur, quod ceſſante infirmitate nõ debet epiſcopus ſaltem diebus dominicis abeſſe ab eccleſia ſua. Secus autem vbi peregrinatio non eſſet longa, ex Innoc & Pan. ubi ſupra. Quod ſi longam aliquam peregrinationem vouerit ſine licentia, ex quo ualere debet uotum, quantum fieri poteſt, ſoluere debet expenſas eundi, & redeundi, laborem autem itineris uigilijs, ieiunijs, & orationibus compẽſare debet, ut ſic ualeat uotum in ſui præiudicium, iuxta notata in d. c. Magnæ. de uoto, cetera uero, in quibus ligatus non eſt, ut abſtinẽtiam, eleemoſinas, & ſimilia uouere poteſt, & denique omne uotum, quod bonum exemplum alijs præbere poſſit, arg. cap. Magnæ.

Tertio, ſi uouit ingreſſum religionis antequam creatus ſit epiſcopus, tenetur uotum prius adimplere, ex cap. per tuas. de uoto, & uoti redemp. quia licet ſtatus epiſcoporum perfectior ſit ſtatu religioſorum, ut docet S. Tho. 2. 2. q. 184. ar. 7. quia tamen religionis ingreſſus, & profeſſio non impedit, quo minus in epiſcopum eligi poſſit, uotum ſuũ, quantum poteſt, adimplere tenetur. Sin uero poſt adeptum epiſcopatum tale uotum religionis emittat, tenetur, quantum in ſe eſt, & quantum poteſt, ut illud adimpleat, ut ſcilicet, petat licentiam a Papa, quam non obtenta, ſed uoto iam irritato per ſuperiorem, excuſatur, ex quo non ſtat per eum, quo minus adimpleatur; obtenta autem licentia, votum adimplere tenetur, ut Doctores cõmuniter tradunt.

25 SEXTVM DVBIVM eſt de clericis in dignitate conſtitutis, aut curam animarum, & beneficia reſidentiam requirentia, habentibus, quales ſunt Parochi, Archipresbyteri, Archidiaconi, Præpoſiti, Priores, Canonici, & ſimiles, an iſti aliqua uota, & quænam emittere poſſint? Reſpondeo; Clerici, quicunque beneficiati habentes beneficia, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, longam aliquam peregrinationem, aut aliquid aliud in detrimentum eccleſiarum, quibus prçſunt, ſine licentia Epiſcopi uouere non poſſunt, arg. c. Niſi cum pridem. de renuntiat. & c. Magnæ. de uoto, & uoti redempt. & c. Non oportet. 2. de cõſecr. diſt. 5. Et quamuis Rich. in 4 d. 38. ar. 4. q. 2. & alij, quos referunt Hoſtienſ. & Pan. in ca. ex multa, §. fi. de uoto, & uoti redemp. exiſtiment licere eis uouere peregrinationem Hieroſolimitanam, quia uidentur licentiati generaliter a Papa clerici omnes, qui poſſunt eſſe utiles terræ ſanctæ, præterquam epiſcopi, arg. d. c. ex multa. §. fi. Alij tamen omnes, quos infra referemus, rectius docent, non licere eis abſque Prælati, aut ſummi Pontificis petita & obtenta licentia, argu. c. Fraternitati. de cleric. non reſid. id quod noſtris temporibus certum eſt, quicquid olim ſuper hac re inter authores controuerſũ fuerit, & ſi tale uotũ emittãt, ſoluere debẽt expenſas, & redimere labores, eo modo, quo præcedenti dubio de epiſcopis dictum eſt.

Alia uero uota, puta, abſtinentiæ, eleemoſynarum, orationum & ſimilium uouere poſſunt ſine licentia epiſcopi, dummodo, vt notat Sylueſter loco inferius citando, non ſint in graue detrimentum ſuarum eccleſiarum.

Poſſunt etiam ſine licentia epiſcopi, immo eo inuito, petita tamen licentia, quamuis non obtenta, depoſita cura, aut beneficio rite, & legitime renuntiato, aut etiam non renuntiato, uotum religionis emittere, & eam ingredi, c. Duæ. 19. q. 2. & c. licet. de Regularibus. Interim uero dum profeſſi ſint, expleto probationis anno, eorum beneficia nulli conferri poſſunt. c. Beneficium. de Regularibus. in 6. id quod procedit non ſolum quando habuit ius in re, & fuit in profeſſione, ſed etiam ſi tantum habuit ius ad rem, puta, quia facta eſt ſibi gratia de prælatura, & interpoſitum eſt decretum, & habitus eſt proceſſus & poſtea religionem intrat, non enim uacat ius ad rem intra annum probationis, ſed uti poteſt beneficio iuris concedentis ſpacium anni ad probationem, ex Io. And. & Guid. quos refert, ac ſequitur Io. Bachonus loco inferius citando, quicquid Io. Monachus uelit uacare beneficium in hoc caſu. Interim uero dum profeſſionem emittat, prouidendum erit eccleſiæ de Vicario ſufficiente, qui ei inſeruiat, aſſignata illi competenti portione de fructibus beneficij; quod uero ſupereſt, cedit in uſum eius, ne ſit oneri religioni, ut notat Syluest. uerbo. religio. 2. q. 8. arg. can. de lapſis. 16. quæſt. 6. maxime quando monaſterium parum; aut nihil habet, vnde eum ſuſtentare queat, quod ſi monaſteriũ illud diues ſit, ita ut eum commode ſuſtentare poſſit ſine alio uitæ ſubſidio, tunc, quod ſupereſt, conſeruari debet, & in uſus eccleſiæ, cui ſeruiebat, expendi, ex Ang. in uerb. Nouitius, §. 22. & Geminiano in c. beneficium. de reg. in 6. In quo tamen ſtandum puto conſuetudini, & executio hęc per epiſcopum facienda eſt, c. cum ex eo. de elect. in 6. Plura de hac re tradunt S. Thom. 2. 2. quæſt. 189. artic. 7. Hoſtien. Innoc. & Panorm. in d. c. Magnæ. de uoto, & uoti redempt. Rich. 4. d. 38. ar. 4. q. 2. Palud. ibid. q. 3. ar. 1. concluſ. 2. Io. Bachonus in 4. diſt. 3. q. tertia, ar. 2. circa medium. Supplemen. Gabr. in 4. diſt. 38. q. 1. ar. 5. & S. Anton. p. 2. tit. 11. ca. 2. §. 7. uerſic. Quinto. Angel. uerb. uotum, ſecundo, §. 3. Sylueſt. uerb. uotum. 3. quæſt. 2. Tabiena. uerbo. uotum. 5. §. Secundo. Emanuel Rodriquez parte 2. Summæ, capit. 88. concluſ. 3. & Ioannes Azorius parte prima inſtitu. Moral. lib. 11. capit. 16. quæſt. 3. & alij paſſim.

De voti vinculo, & obligatione.
Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vouere ex ſe non eſt ex præcepto, ſed tantum ex conſilio*

2 *Votum emiſſum ab eo, qui uouere poteſt, & de materia licita adhibitis debitis circunſtantijs, ex præcepto eſt et obligat, contra hæreticos.*

3 *Idem probatur ex Patribus, & ratione.*

4 *Obligatio uoti, ex ſe eſt ad peccatum mortale, ex accidente autem poteſt eſſe ſolum ad ueniale.*

5 *An ex leuitate materiæ uiolatio uoti poſſit eſſe ſolum peccatum ueniale.*

6 *Cur iuramentum promiſſoriũ de re leui obliget ſub mortali uotum autem de re minima ſub ueniali.*

7 *An, ſi quis uoueat recitare unum Credo cum intentione obligandi ſe ad mortale, omittendo peccet mortaliter.*

8 *An fractio uoti ſit ſpeciale peccatum, & an aliquando ſit duplex peccatum uiolare uotum.*

9 *An toties nouum peccatum committatur, quoties uotũ frangitur.*

10 *An grauius peccatum ſit frangere uotum ſolemne, quã ſimplex circa eandem materiam.*

11 *An arctius ſit uinculum uoti, an iuramenti.*

* *Cur iuramentum uoto adhibetur, num. eod.*

12 *An ſicut eſt peccatum, mortale ex genere non adimplere uotum, ſit etiam mortale poenitere uoti.*

13 *Qui de uoto facto poenitet ita tamen, ut habeat propoſitum illud adimplendi, non peccat mortaliter.*

Poenitere ſe feciſſe et obſeruaſſe, ad quæ ratione uoti tenebatur, peccatum mortale, num. eod.

14 *An promiſſio nuda, et ſimplex obliget ſub mort. ſubſeq. propoſitionibus explicatur, uſque ad nu. 21.*

15 *Quæ promiſſio ſimplex ſub ueniali tantum.*

17 *An, qui promiſit, animum obligandi ſe habuerit, diligẽter perpendere debet confeſſarius.*

Ficte promittens uerbis tantum ſine intentione ſe obligandi, non fit reus in conſcientia, etiamſi iuramento illud promiſerit, et quare. nu. eod.

18 *Promiſſum non implere in re graui, cuius impletionis*

defectus cedit in damnum notabile alterius, mortale.

19 *Omnis ſufficiens materia furti mortalis non eſt ſufficiens materia promiſſionis obligantis ad culpam mortalem.*

20 *In quibus caſibus non eſt ſeruanda promiſſio.*

21 *Per ſimplicem aſſertionem nullus tenetur adimplere aſſertionem.*

22 *An promiſſio pure mentalis obliget promittentem in conſcientia ſaltem ad explicandam promiſsionem ei, cui in mente facta eſt promiſſio.*

23 *Argumenta pro affirmatiua ſoluuntur.*

An promiſſio facta ſurdo prius, quam ab eo, aut ab alio illius uice acceptetur, non obligat, nu. eod.

Nec promiſſio ſimplex ſine ſolemnitate iuris abſenti facta, nu. eod.

INter alia multa, quæ de uoto tradi ſolent, hoc unum præcipuum eſt, & eius effectus quaſi naturalis, quod obligandi uirtutem habet, de qua re tractant S. Thom. 2.2.q.88.ar. 3. & Caie. & Petr. de Arragon. ibid. Richard. in 4. diſt. 38. ar. 5. Palud. eadẽ diſt. 38. q. 3. ar. 4. Supplementũ Gabr. ibidem, q. 1. ar. 3. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. §. 5. Angel. uerb. uotum. 3. Sylu. uerb. uotum. 2. Tabiena. uerbo. uotum. 3. Sotus lib. 7. de iuſti. quæſt. 2. ar. 1. Nauarr. in Manuali, c. 12. nu. 26. Summa Coro. p. 3. tract. de uoto, nu. 8. Ioſeph Angles in florib. 4. ſenten. q. de uoto, ar. 2. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. par. 2. lib. 3 c. 18. 19. 21. & 22. Lodou. Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. c. 43. & ſeq. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. puncto 4. Barth. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 6. Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ, c. 99. Toletus lib. 4. inſtruct. ſacerd. c. 17. Io. Azorius p. 1. inſtruct. Moral. lib. 11. c. 15. & alij, quam etiam materiam nos partim in ſequentibus propoſitionibns, partim propoſitis dubijs explicabimus. Sit igitur in hac re

1 *Prima Propoſitio:* Antequam quis uotum emittat, uouere ex ſe non eſt in præcepto, ſed tantum ex cõſilio. Quæ propoſitio certa eſt apud omnes, & patet, eo quod uotum eſt promiſſio facta Deo, promiſſio autem eſt alicuius, quod quis pro aliquo uoluntarie facit, actuſque eſt uoluntatis, ut optime notat S. Thom. 2.2. quæſt. 88. artic. 2. & conſtat ex dictis.

Dixi *Ex ſe*, Quia ex vi alicuius præcedentis uoti poteſt quis teneri ad aliud uotum, ut uerbi gratia in ſocietate Ieſu, ex ui uoti profeſſionis tenetur profeſſus uouere, ſe non procuraturum, nec accepturũ aliquam prælationem, uel dignitatem intra, uel extra Societatem, quantum ex ſe eſt, ut patet in conſtitutione quadam Gregorij XIII. incip. Aſcendente Domino. Cuius etiam mentionem fecimus ſupra, ca. 12. dub. 3. in fine.

2 *Secunda propoſitio:* Votum emiſſum ab eo, qui uouere poteſt, & de materia licita, adhibitis debitis circunſtantijs, ex præcepto eſt, & ad ſui obſeruationem obligat. Sic S. Tho. 2.2. q. 89. ar. 3. & alij ſuperius allati.

Hæc propoſitio certa etiam eſt, & de fide contra hæreticos id negantes. Etenim Lampetiani teſte Damaſceno libro de hæreſibus, circa finem, docuerunt poſſe religioſos pro libito facere, quicquid uelint. Et Fraticelli hæretici teſte Turrecremata lib. 4. Summæ de eccleſia. p. 2. c. 37. uota, & inſtitutum Religioſorum deridebant. Idemque fecit Ioan. VViclef, ut refert Thomas VValdenſis to. 3. tit. 9. de clericis, & Religioſis, c. 75.

Et deniq; in eadem hæreſi ſunt Lutherus, Caluinus, & alij recentiores hæretici: Vbi Lutherus in libro, quem de uotis Monaſticis inſcripſit, docet, uota non obligare, niſi quamdiu homini ea ſeruare placet, quod eſt omnino non obligare. Probatur autem breuiter hæc ueritas ex ſcripturis; nam Deuteronom. 23. dicitur, *Cum uotum uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies, ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria uoluntate, & ore tuo loquutus es,* Quo ex loco manifeſtum eſt, uoluntarium eſſe uouere, neceſſarium autem emiſſum uotum adimplere. Et Eccleſiaſtes 5. *Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio; Sed quodcunque uoueris, redde. Multoque melius eſt non uouere, quam poſt uota promiſſa non reddere,* vbi expreſſe habetur eſſe in hominis poteſtate, ut uoueat, poſt emiſſum autẽ uotum teneri ſub præcepto ad illud obſeruandũ, quod uouerat. Et Pſal. 75. dicitur, *uouete,* quod conſilij eſt, *& reddite Domino Deo ueſtro:* quod præceptum denotat. Vnde S. Auguſtinus ibi, *uouere eſt uoluntatis, ſed reddere neceſſitatis.* Et Prou. 20. *Ruina eſt homini deuorare ſanctos,* id eſt, blaſphemare, ſeu contumelijs afficere ſanctos, *& poſt uota retractare,* & ſimilia paſſim Deu. 23. Num. 30. & alijs locis ſcripturę habentur.

3 *Idem* etiam Patres docent. Innocent. Papa III. in c. Licet. de uoti redemp. ait, *Licet uniuerſis liberum ſit arbitrium in uouendo, uſque adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt uotum, ut ſine proprio ſalutis diſpendio alicui reſilire non liceat.* Et S. Baſilius in quæſtionibus fuſius explicatis quæſt. 14. *Qui ſeipſum Deo ſemel deuouerit, hic ſi ad aliud ſe uitæ genus transtulerit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, ueluti ſubterfuratus ſit.* Et S. Chryſoſt. Epiſt 6. ad Theodorum lapſum, & S. Auguſt. lib. de bono uiduitatis capitu. 11. dicunt adulteris peiores eſſe, qui poſt uotum caſtitatis matrimonio copulãtur, immo non nuptiæ, ſed adulteria, aut adulterio peiores ſunt tales nuptiæ. Verba Sancti Auguſtini ſunt. *Plane non dubitauerim dicere, lapſus, & ruinas a caſtitate ſanctiore, quæ uouetur Deo, adulterijs eſſe peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum eſt) ad offenſionem Chriſti pertinet, cum membrum eius fidem non ſeruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipſi non ſeruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum. Cum enim quiſque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus uouit, tanto magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi neceſſitatem.* Et Epiſtol. 45. ad Armentarium & Paulinam, *quia iam,* inquit, *uouiſti, iam te obſtrinxiſti, aliud facere tibi non licet. Non talis eris, ſi non feceris, quod uouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale uouiſſes. Minor enim tunc eſſes, non peior, modo autem tanto (quod abſit) miſerior fidem Deo fregeris, quanto beatior ſi perſolueris.* Quæ omnia euidenter vtramque propoſitionem confirmant.

Ratione etiam idē comprobatur, quia ad fidelitatem pertinet ſeruare promiſſum. Etenim, vt recte docet S. Aug. Epiſt. 19. ad S. Hieronymum: *fides duabus ſuis Syllabis ſignificat, vt fiat, quod dicitur*. Sed homo tenetur ſeruare fidelitatem Deo tum ratione creationis, tū rōne vniuerſalis dominij. Ergo maxime obligatur ſeruare fidem factam Deo per vota emiſſa: ſiquidem fractio voti quædam infidelitatis ſpecies eſt. Hinc Salomon rationē aſſignans, quare votum ſeruandum ſit, ait Eccleſiaſt. 5. *Diſplicet Deo infidelis promiſſio*. Id quod certum eſt apud catholicos, & ſimul hæreticos tum ignorantiæ, tum malitiæ conuincit, qui rem tam euidentem, & ex ſcripturis, & ex Patribus comprobatam negare audent.

Tertia propoſitio: obligatio voti de ſe eſt ad peccatum mortale, ex accidente autem poteſt eſſe ſolum ad veniale. Vnde ſicut furtū, quod ex genere ſuo eſt peccatum mortale, ex paruitate tamen materiæ poteſt eſſe veniale, ita etiam in uoto dicendum eſt. Et quidem quoad primam partem conueniunt omnes initio allati, ſcilicet, votum ex genere ſuo obligare ad ſui obſeruantiam ſub peccato mortali, ratione fidelitatis, quam tenetur ſeruare Deo is, qui vouit, immo grauius peccatum eſt, violare promiſſum factum Deo, quam homini. Quia in uiolatione promiſſionis factæ homini ſolum peccatur contra iuſtitiam, in violatione uero promiſſionis factæ Deo fit peccatum contra iuſtitiam, & contra religionem; in voto enim oritur obligatio non ſolum ex iuſtitia, cuius actus eſt votum, ſed ēt ex religione, cuius actus eſt ēt uotū; vnde grauius peccatum committitur ex vtriuſque virtutis uiolatione. Idem denique certum eſt ex ſcripturis, & Patribus ſupra citatis. Quoad ſecundam vero partem

PRIMVM DVBIVM eſt, an ex leuitate materiæ violatio voti poſſit eſſe ſolum peccatum ueniale. Caie. 2. 2. q. 89. ar. 7. & Coſm. Philiar. de offic. Sacerd. p. 3. c. 3. docent, ꝙ ſi uotum fiat de re aliqua totali, & dimittat aliq̃ minimā partē illius, ut ſi q̃s uoueat dicere unum pſalteriū, & dimittat ex negligentia vnū, aut alterū pſalmū, aut uerſum, talis nō peccat mortaliter, q̃a tūc parum pro nihilo reputat. Sin uero materia parua ſit tota materia uoti, obligare putat ad mortale, vt v. g. ſi quis voueat quotidie dicere unū Aue Maria, & illud relinquat, erit peccatū mortale. Quoties igitur res minima eſt pars voti, violatio illius partis minimæ eſt ſolum peccatū veniale; qn̄ aūt res minima eſt tota materia voti, eius omiſſio erit mortalis. Cuius etiam opinionis olim fuit Nauar. ut teſtatur in Manuali c. 12. num. 10. & nu. 40. Ratio eius eſt, quia iuramentum promiſſorium de re leui obligat ſub mortale. Ergo, & votū, cum uotum non minus obliget, quam iuramentū. Et etiam propter excellentiam virtutis religionis, quæ non uidetur poſſe uiolari, niſi mortaliter.

Alij uero, ut Sotus lib. 7. de iuſtitia. q. 2. articu 1. Naua. in Manu. ca. 12. nu. 40. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 3. dub. 1. concl. 3. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſenten. in q. de uoto. articu. 2. diffic. 2. Summa Corona p. 3. tracta. de uoto. nu. 8. Greg. de Valentia tom. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto 4. dub. 2. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. cap. 42. Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. c. 99. concl. 1. & Ioan. Azorius p. 1. inſti. Moral. lib. 11. cap. 15. q. 4. rectius docent uotum de re minima, ſiue ſit pars tantum rei promiſſæ, ſiue tota rei materia obligare ſolum ad peccatū veniale. Ratio eſt, quia materia illius uoti, quomodocunque ſumatur, eſt ſolum res leuis. Ergo votum de ea emiſſum obligabit ſolum ad ueniale. Deinde votum eſt quędam lex, quam homo ſibijpſi ex propria uoluntate imponit. Ergo non debet magis obligare, quam ſi eſſet lex à Deo, uel ab eccleſia illi impoſita. Sed lex diuina, & eccleſiaſtica ex genere ſuo ad mortale obligans ratione leuitatis materiæ non obligat niſi ſub ueniali: Ergo uotum de re leui obligat tantum ſub ueniali.

Ad *rationem* in contrarium reſpondetur, diſparē rationem eſſe inter votum, & iuramentū, in hoc. n. etſi res, quæ promittitur, leuiſſima ſit, niſi opere cōpleatur, Deus aſſeritur mendax, quæ eſt grauior iniuria, ſiquidem tam mendacium eſt, quod circa rem leuem profertur, quam quod circa rem grauem, atque adeo grauitas periurij non tam perpenditur ex rei grauitate, uel leuitate, quam ex graui iniuria, quę fit Deo, dum in teſtem falſi adducitur. Secus autem in uoto, in quo ſolum grauitas perpendenda eſt ratione materiæ, vnde ſi uotum ſit de re minima, erit ſolū peccatum ueniale. Quod illud uero, quoad de excellentia religionis dicitur, reſpondetur, quod licet ex ea parte aliquam habeat excellentiam, quia tamen omnia, quæ ad religionem pertinent, non ſunt æqualis excellentiæ, dignitatis, & neceſſitatis, nihil mirum, ſi non omnia æque ſtricte obligent, vt conſtat.

Quod vero Sotus, Arragon, & Ioſeph Angles ex hac doctrina inferant, quod ſi quis promitteret dare quotidie unum obolū pauperib. tunc quāuis quotidie non dando peccaret ſolū uenialiter; qn̄ tamē perueniſſet ad materiam peccati mortalis, peccaret mortaliter, ſicut ille, qui furatur quotidie vnū obolum. Ratio eſt, quia licet priora peccata tantū ſint venialia, ultimum tn̄ eſt mortale, uel ratione nocumēti, uel ratione grauitatis materiæ, quæ aufertur. Secus autem, inquiunt, dicendum eſt, ſi aliquis promittat ſingulis diebus dicere unum Pater, & Aue, aut unum Credo, & illud quotidie prætermittat, nunquam peccabit mortaliter, quia ſemper frangeret fidelitatem in re leui, & ex plurib. venialibus non poteſt fieri vnum mortale. Hæc inquam illatio mihi non placet, & falſa eſt in hoc ultimo exēplo, vt recte notant Ludou. Lopez. par. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 42. Greg. de Valentia tom. 3. diſput. 6 q. 6. puncto. 4. dub. 2. Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. c. 99. concl. 1. Gabriel Vaſquez in 1. 2. to. 1. diſpu. 146. cap. 2. corollario 5. & Ioannes Azorius par. 1. inſt. Moral. lib. 1. cap. 5. q. 3. Nam toties prætermitti poteſt leuis materia uoti, vt iam ſit graue id, quod eſt prætermiſſum. Non enim eſt ratio, cur peccatum ſit mortale prætermittere integrum Roſarium B. Virg. v. g. & non ſit etiam peccatum mortale ei, qui promiſit quotidie dicere unum Aue Maria, ſi omittat illud Aue Maria per centum, & quinquaginta dies. Vnde ſicut in furto communiter tradūt authores, quod per ultimū etiam furtum alioqui leue completur ratio peccati mortalis contra iuſtitiam erga hominem; ita etiam in præſenti caſu dicendum eſt, quod quando omiſſio recitandi aliquid incipit eſſe grauis materia uoti, mortaliter peccatur contra religionem, & cultum Deo debitū. Eadem. n. eſt rō in illis, ac in iſto caſu noſtro.

Tunc.n.ſequens peccatū fit mortale in furto, quia peccata venialia præcedentia continuantur cū ultimo veniali,& faciunt vnum mortale; ſiquidem ex plurib.quorum materia continuatur,fit vna notabilis materia. Eodem mō in peccatis omiſſionis contingit,quod veniale rōne præcedentium fiat mortale,qn̄ præcedentia cōtinuantur cum illo vltimo, vnde fit,vt q̄ vouit quotidie recitare Pater,& Aue, aut Symbolum,ſi plurib.diebus omiſit,tandem fiet ex continuatione mortale,vt dixi de furto. Qui.n. uouit quotidie dicere Pater, & Aue, ſi hodie omittat, non tollitur eius obligatio,ſed vltra alio futuro tp̄e in dies fortiori rōne implēdū eſt,et hac rōne cōiunguntur obligationes præteritæ cū alijs ſequētibus & quę per ſe ſingulæ erant leuioris materię,cōiunctæ materiam grauioris obligationis, & peccati mortalis cōtinēt. Quare ſicut qui promiſit dare quotidie ꝑ plures dies vnū obolū in eleemoſinā,tādem peccabit mortaliter omittēdo per plures dies, qn̄ perueniretur ad notabilē quantitatē, ut fatetur Sotus,ita ēt qui per plures dies omitteret recitationē ſymboli, eadem.n. eſt vtriuſq; rō. Si.n.fit unum mortale,eſt,quia continuantur omiſſiones eleemoſinæ vſq; ad notabilem quantitatem, quæ etiam rō in omiſſione Symboli reperitur,vt ex dictis cōſtat.

7 SECVNDVM DVBIVM eſt,an ſi quis uoueat recitare vnū Credo,habens intentionem obligandi ſe ad peccatum mortale,omittendo peccet mortaliter? Reſpondeo fore peccatum mortale. Ratio eſt quia vnuſquiſque poteſt ſibi hanc legem imponere quicquid Sotus lib.7.de iuſti. q.2.ar.1.id neget,exiſtimans non eſſe ſitum in arbitrio vouentis obligare ſe ad mortale, vel veniale, ſed culpæ qualitatem ex obiecto perpendendam eſſe. Id quod uerum non eſt,nam,vt de iuramento diximus,etiam periurium in materia leui eſt peccatum mortale. Vnde quamuis regulariter culpæ quantitas ex materiæ quantitate menſuranda ſit,non eſt tamen ratio, cur uouēs ad peccatum mortale ſe non obligare poſſit.

8 TERTIVM DVBIVM eſt,an fractio uoti ſit ſpāle peccatum,atq; adeo an aliquando ſit duplex peccatum uiolare uotum? Reſpondeo,ſi uotum ſit de bono ſupererogationis,id eſt,ieiunij non alias præcepti,eius uiolatio,& fractio unum eſt ſpeciale peccatum ſacrilegij,ſeu infidelitatis erga Deum. Ratio eſt, quia tunc ſolum uiolatur uotum, atque adeo unius tantum uirtutis rectitudo,ſ.rectitudo religionis debita ex uoto uiolatur, & conſequenter unum ſolum ſpeciale peccatum committitur. Sin uero uotum fiat de bono opere poſito alias in præcepto,ſ. de ieiunando in quadrageſima,de non fornificādo, &c. tunc duplex peccatum in uno actu committitur ob duplicem deformitatem,quæ in eo cernitur, atque adeo circunſtantia hæc mutans ſpeciem peccati neceſſario confitenda eſt,cum habeat ſuam particularem malitiam,& ſit contra deſtinatum præceptum uoti,quo uouens ſe obligauit, unde non erit ſatis dicere ſe non ieiunaſſe in quadrageſima, aut fornicatum eſſe,ſed etiam circunſtantiam uoti appoſiti confiteri tenetur. Sic Caie.2.2.q.88.ar. 5.Sotus lib.7.de iuſt.q.2.ar.3.Armilla in uerb.uotum.§.15.Nau.in Man.c.12.nu.34.uerſic.2.Petrus de Aragon.2.2.q.88.ar.5.in fi.Grego.de Val.to.3.diſp.6.q.6 puncto.4.dub.1.Ludo.Lopez par.1.inſtruct.conſcientiæ.c.43.uerſi.qui uouit,& Gabrielis Supplementum in 4.d.38.q.1.arti.2.litera D.quicquid Tabiena in uerb.uotum.1.§.2.contradicat: prædicta etiam intellige, ētſi quis in genere uotum emiſit,ſe nō peccaturū mortaliter. Neq; tamē ꝑ hoc uolumus quēlibet chriſtianū,dū peccatum aliqđ mortale committit contra aliquod præceptū,duplicem committere peccati deformitatē,alterā uoti emiſſi in baptiſmo,alteram pręcepti; ſi quidem improprie omnino,ut c.12.dub.2.expoſuimus, emitti dr uotū in baptiſmo,quando baptizatus renuntiauit diabolo,& pōpis eius nihilominus tn̄ negandū nō ē,quia ceteris parib.grauius peccet fidelis, q̄ ſi fuiſſet infidelis,ut patet ad Heb.10. *Quanto putatis deteriora mereri ſupplicia,qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit*,&c. ex Tabiena ubi ſupra. Quod idem dicēdū eſſe puto de eo,q poſt acceptam abſolutionē iterum peccat mortaliter. In neutro tn̄ caſu additur noua deformitas: q̄uis n.firmiter proponat pœnitens in confeſſione ſe emēdaturum uitā ſuam,non tamē id uouet. Vnde fit,ut nūquā,niſi in aliquo caſu id iure præciperetur,inducēdus ſit pęnitens ad iurandum, & uouendum in poſterum ſe uelle abſtinere a peccatis, propter periculum iterum grauius peccandi ob uiolationem uoti.

9 QVARTVM DVBIVM eſt, an toties peccatū nouū committatur,quoties uotum frangitur? Huic difficultati Nau.in Man.c.12.nu.39.uerſ.8.& Emanuel Rodriquez p.2.Sum.c.99.cōcl.9. Rn̄dēt,toties peccare,quoties uiolat uotū. Ceterum melius reſpōdetur diſtinguendo cum Paludano in 4. diſt.15.q.4.ar.5.in fi.& diſt.38.q.3.ar.4.concl.1. Gabr. ibid. q.1.ar.3.litera M. Ang.uerb.uotum.3. §.27.S.Ant p.2.ti.11.ca.2.§.3.Syluestro in uerb.uotum 2.q.20. uerſi.Tertium,& Tabiena uerb.uotum.3.§.8.Quod ſi uotum ſit affirmatiuū,puta,uouit quis ieiunare,in hoc caſu,cum ita fractū ſit uotum prima uice,ut nequeat amplius obſeruari.peccabit ſolum ſemel ex ui uoti,prima.ſ.uice,non ſecūda,aut tertia uice comedēs,dummodo id faciat ſine cōtemptu, quaſi reputans ſibi impoſſibile plus illo die ieiunare; ſecus ſi ex contemptu,puta,quia ētſi poſſet ieiunare,non faceret,& ſimilia; id quod uerum eſſe limitat Sylueſter in uoto ſecreto ieiunij, ſecus autem ſi uiolaſſet ieiuniū eccleſiæ,quia ꝑꝑ hoc non liceret ei extra horas conſuetas comedere in ſcādalū aliorū. Sin uero uotum erat negatiuū,puta,de nō bibendo uinū, de nō comedendo,&c.tunc toties peccat mortaliter,quoties bibit, aut comedit,quod procedit, ſiue uotum hoc fuerit perpetuum,ſiue tp̄ale, cum.n.tempus uoti non finiatur prima uice,ſed adhuc ulterius duret obligatio, conſequenter peccat non minus ſecūda, quam prima uice contrafaciendo, ut ēt Ludou. Lopez p.1.inſtr.conſ.c.45.poſt Nauarrum ſibiipſi cōtrariū in Man.c.12.nu.53.uerſ.23.annotauit,eſt.n. obligatus nunquam bibere, aut comedere illo die &c.quod intelligitur, quādo certum tempus, puta diē Sabbati,aut talē uigiliam ſibi pręfixit nō bibēdi uinū,aut non comedēdi talē cibum,ſiue ad tēpꝰ ſiue in perpetuum. Nam ſi emiſſum eſſet uotum ad tempus,aut diē incertum, puta,huius hebdomadæ, menſis,anni &c.non erit peccatum hac, uel illa die hebdomadæ,menſis,aut anni bibere,niſi forte eſſet ultima dies hebdomanæ,mēſis, aut anni,tunc.n.bibendo peccaret,ex S. Antonio 2.par.ti.11.ca.2.§.3. Sylueſ.uerbo.uotum.2.q.20.in fine,& faciunt quæ

tradunt Caie.2.2.q.88.ar.3.ante finem,& Naua in Man.c.12.nu.41.vnum aūt annotandum eſt ex Palu.in 4.d.38.q.3.ar.4.conc.5.& Gab.ibi.ar.3.litera M.§.Ex illo poteſt ſumi.& Ioan.Azorio par.1.inſt. Mor.li.11.c.20.dub.7.quod qui vouit certa die nō bibere vinum,nihilominus celebrando pōt ad ablutionem vinum,non aquam infundere, quia in tali voto excipi intelligitur vſus,& conſuetudo eccleſię in hac re;arg.c.Ex parte de celebr.Miſſar. atque adeo interpretari debet votum de non bibendo vinū illa die extra Miſſę celebrationem. Quod aūt dictū eſt peccatū eſſe frangere votū, intelligendū eſt,qñ quis ſcienter violat votū,aut ēt ex negligentia,& obliuione vincibili,& culpabili, ex eo quod debitā diligentiam non adhibuerit,vt voti emiſſi recordaretur,ſecus autem ſi ex obliuione inculpabili, & inuincibili illud violaret,ex Nau.in Manu.c.12.num. 39.Corduba de caſibus conſcien.q.40. & Emanuel Rodriquez p.2.Sum.c.99.concl.9.

0 DVBIVM QVINTVM eſt,an grauius peccatum ſit frāgere votum ſolemne,q̃ ſimplex circa eādem materiam? Reſpondeo: primo certum eſt grauius peccatum eſſe votum ſolemne, quam ſimplex frāgere,ratione ſcandali,quod contingere ſolet. Secundo,Grauius etiam eſt abſolutè,& remota ratione ſcandali:ſic S.Tho.2.2.q.88.ar.7.ad 1.& quęſt. 189.ar.8.ad 3.Sotus li.7.de iuſt.q.2.ar.5.ad primū & Nau.in Manua.cap.12.num.32.uerſic.13.Ratio eſt,quia uotum ſolemne obligat ſicut traditio,uotū autem ſimplex tantum ſicut promiſſio. Et confirmatur,quia vt præfati authores tradunt, & certum eſt,uotum ſolemne quo ad Deum plus,& firmius obligat de ſe,& conſequenter eius violatio grauius peccatum erit. Nec obſtat c.Rurſus. Qui clerici,vel vouentes.vbi Cæleſtinus Papa III.affirmat,*ſimplex uotum non minus obligare apud Deum,quam ſolemne*, id.n.ex S.Th.2.2.q.88.ar.7.ad primum,& Soto in 4.d.38.q.2.ar.2.ad primum,& Gloſſa in d.c.rurſus, in verb.Apud Deum.intelligendum eſt, quantum ad hoc,quod vtriuſque voti tranſgreſſio ſit peccatū mortale,quamuis vnus minus peccet alio.

SEXTVM DVBIVM eſt, an grauius peccatū ſit frangere votum,q̃ iuramentum, ſeu quod idem eſt,an arctius ſit vinculum voti, quam iuramenti? Io.Maior.in 4.d.38.q.5.in fine,& Michael a Medina lib.5.de continentia.c.23.docent arctius eſſe vinculum iur̃i,quam voti,& in hanc potius partem inclinat Grego.de Valen.to.3.diſpu.6.q.7.puncto.4. Ratio eſt,quia uotum etiam nonnunquam iuramēto confirmamus,& non econtra. Ergo ſignum eſt iuramentum arctius ligare,quam uotum.

Alij vero,vt S.Tho.2.2.q.89.ar.8. Richard.in 4.diſtin.38.ar.5.q.2.Sylu.uerb.iuramentum.4.q.5. Tabiena.uerbo.Iurare.§.Decimoſeptimo. Sotus li. 8.de de iuſti.q.1.ar.8.Nauar.in Man.cap.12.nu.32 uerſi.Tertio.Petrus de Arragon.2.2.q.89.ar.8.Ioānes Azorius p.1.inſt.Moral.lib.11.c.15.qu.1.econtra affirmant grauius peccatum eſſe ex ſe, & ſua natura frangere uotum,quam iuramentum, & arctius eſſe uinculum uoti ex ſe,& ſua natura,quam iuramēti.Ratio eſt,quia uotum ex ſua natura dicit promiſſionem factam Deo,iuramentum autem per ſe,& immediate non fit Deo,ſed homini. Atq; ita ex parte eius,cui fit obligatio,arctior,& maior eſt obligatio uoti,quam iur̃i. Deinde quamuis vtriuſque, id eſt,tā iur̃i,q̃ uoti obligatio,ex aliquo diuino cauſetur,(quo ſenſu intelligendi ſunt Canoniſtæ dicentes votum,& iur̃m pari paſſu currere,ut Panor. in c.1.& in c.ſi uero.de iureiur.)longe tamen aliter,ſiquidem obligatio uoti oritur ex fidelitate,quā Deo debemus,in obſeruandis promiſſis ei factis: obligatio aūt iuramenti oritur ex reuerentia,quam ei debemus,ut,ſ.uerum faciamus eſſe id, quod ei promittimus. At uero maior eſt ex ſe fidelitas, quam reuerentia,quæ alicui debetur,immo in infidelitate continetur irreuerentia, & non econtra infidelitas in irreuerentia,unde grauius peccatum ex ſe erit uoti,q̃ iuramenti uiolatio. Dixi,*ex ſe,& ex ſua natura*,q̃a ſi de eadem re fiat non ſolum uotum, ſed etiam iuramentum,tūc ſine dubio arctius eſt uinculum utriuſque ſimul,quam unius tantum, eſt enim uotum iuratum,atq; adeo ineſt ratio obligationis utriuſque ſ.tam uoti,q̃ iur̃i. Deinde fieri per accidens poteſt, ut grauius peccatum ſit frangere iur̃m homini factum,quam frangere uotum Deo factum, u.g.grauius peccatum eſt frangere iur̃m ſoluendi homini decem millia aureorum,quæ illi ex iuſtitia, & iuramento debentur,quam frangere uotum factū Deo, de dando eleemoſinam decem aureorum. Ceterum ex ſe, & natura rei ceteris paribus, aut parum plus aucta materia iuramenti,maior eſt uoti,quam iuramenti obligatio,grauiuſque peccatum erit votum, quam iuramentum uiolare.

Nec ualet ratio in contrarium, ut optime notat S.Th. 2.2.q.89.ar.8.ad ſecundum.nā iur̃m adhibetur uoto, non quaſi aliquid firmius, ſed ut per hæc duo uincula maior firmitas habeatur adeo ut diligētiores ſint homines ad promiſſa adimplenda, quo pluribus ſe uinculis obligatos conſpiciant. Sicut ſi quis aliquid Petro debeat, unum ſolum iure,& nomine,& deinde idem ipſum alio titulo,& iure,quāuis minori,debeat,arctius Petro obligatur,q̃ ſi uno tm̃ titulo obligaretur,non quia uinculum ſecundū ſit maius primo,ſed quia plurib.uinculis aſtrictus tenetur. Qđ uero eccleſia maiorem uim faciat in iuramento,q̃ in uoto,ex eo q᷑ iur̃m metu factum non annuellet,ſicut irritat uotum metu factū, non probat arctius eſſe uinculū iur̃i,q̃ uoti, ſed quia cum ex natura rei tā uotū,q̃ iur̃m ex metu factū, aptū natū eſſet inducere obligationē, eccleſia uoluit,ut uotū ex metu emiſſum eſſet nullum,& nō iur̃m,q̃a maiꝰ eſt periculum peierandi,eo q᷑ frequentius fit iur̃m, q̃ uotū,ut Pano.in c.ſi uero.de iureiur.Ang.in uerb. iur̃m.5.§.11.Tabien.in uerb.Iurare.§.Decimoſeptimo,& Petrus de Arrag.2.2.q.89.ar.8.ad ſecundum docte ſubtiliterque annotarunt.

12 SEPTIMVM DVBIVM eſt,an ſicut eſt peccatum mortale ex gñe non adimplere uotum,ita ēt ſit peccatū mortale pęnitere uoti? De hac re legendi ſunt S.Th.2.2.q.88.art.6.ad 2.Caie.& Petrus de Arragon.ibi in fine.Palud.in 4.d.38.q.5.art.1.concluſ.3.Sylueſt.uerb.uotum.2.q.20.Ang.uerb.uotū. 3.§.13.Tabiena in uerb.uotum.3.§.Quarto.Sotus lib.7.de iuſt.q.2.ar.4.in fin.Nauar.in Manuali.cap. 12.nu.54.uerſic.24.Summa Corona.p.3.tracta.de uoto.num.4.Ioſeph Angles in florib.4.ſen.in quęſ. de uoto.ar.5.Gregor.de Valen.tom.3.diſpu.6.q.6. puncto.3.in fin.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.p.2.libro 3.ca.18.Ludou.Lopez p.1.inſtruct. conſc.ca.5.§.Non eſt idem. Emanuel Rodriquez

p.2.Sum.c.99.cõcl.4.& Io.Azo.p.1.inſt.Mora.lib.11.c.15.dub.vl.qui oẽs cõiter docent nõ eſſe peccatum mortale.Ceterum cum res hæc adeo vtilis ſit, & in praxim quotidianam veniat, quid de hac re ſentiendum ſit,in particulari explicare oportet.

Primo igitur,qui ita pœnitet de voto, vt intendat illud non adimplere, ſine dubio peccat mortaliter,*loquendo regulariter*. Rõ eſt,quia talis intentionem habet peccãdi mortaliter. Dixi,*regulariter loquendo*,quia ſi votum eſſet de re leui, ſolum erit veniale.Sicut.n.tranſgreſſio voti in re leui ſolũ ueniale peccatum eſt,vt diximus; ita ẽt pęnitentia illius cum animo non adimplendi ueniale tantum erit.

13 *Secundo*,qui ita de voto facto pęnitet, ut tñ poſitũ habeat illud adimplendi,nõ peccat mortaliter. Rõ eſt, quia cum vouere non ſit de neceſſitate ſalutis; Ergo nec pęnitere,ꝗ vouerit,erit peccatum mortale,cũ actus ille non ſit contra vllũ p̄ceptũ. Id ꝗ maximè procedit, qñ quis ex voto cognoſcit ſe impeditũ eſſe ab aliquo bono opere maiore. Immo fieri pôt,vt pñia aliqua circunſtantia ita cohoneſtetur,vt nullum ſit pctm̃,vt v.g. ſi quis pœniteret uoti ſolemniter emiſſi,quia habet parentes neceſſitate oppreſſos,quibus extra religionem liberius ſubuenire poſſet: talis.n.volitio ꝑꝑ circunſtantiam illius boni finis non eſt peccatũ, ſed potius actus meritorius,dummõ poſtea votũ adimpleat, & propoſitum non adimplendi non concipiat. Intelligendũ aũt ẽ hoc dictũ de pñia circa *vota non ita magna, & temporanea*, vt ſunt ieiunare, carnibus tali, vel tali die abſtinere,talem eccleſiam viſitare,pſalmos recitare Roſarium B Virg.dicere,& hmõi; De iſtis.n.pęnitere, cum aĩo tñ adimplendi,regulariter loquendo, nõ eſt pctm̃,ſi ſufficiens cã pęnitendi adſit,puta,ſi illorum adimpletio impedimentum ſit alterius boni melioris,puta,dum uotum ieiunij,aut ſimiles à ſtudio,à Concione, à lectura in beneficium publicum, aut ab alio charitatis opere maioris fructus hoĩem reuocet; Dixi,*circa bona non ita magna*,quia pœnitere hoc mõ de votis eſſentialibus, & perpetuis ipſius religionis,puta,caſtitatis, obedientiæ, paupertatis, aut alijs ita magnis, ſemper eſt peccatum veniale graue ꝑꝑ periculum,cui hõ ſe exponit,niſi conetur eam pœnitudinem depellere. Et rõ eſt,quia nunquã ferè,regulariter loquendo,dari pôt cã ſufficiens,ꝑꝑ quam melius eſſet iſta vota non emiſiſſe.

Tertio,pœnitere de voto,quantum ad opera,quæ quis ex voto fecit,præſuppoſito adhuc voto,i.pęnitere ſe feciſſe,& obſeruaſſe illa opera, ad quæ ratione voti tenebatur,peccatum mortale eſt.Stãte enim tali voto,opera illa ita ſunt ad ſalutem neceſſaria,ut ſine eorum obſeruatione ſalus æterna acquiri nequeat;unde pęnitere de adimpletione eorum,idem eſt ac pœnitere de operibus ad ſalutem neceſſarijs, quod ſine dubio ex genere ſuo peccatum mortale eſt.Ceterum ſi quis doleat de bonis operibus factis ex uoto,non tamen præſuppoſito uoto,ut cum quis dolet ſe profeſſum eſſe,& tot annos in religione uixiſſe,nihil curans an huiuſmodi operibus caruiſſet, qui dolor proprie non eſt de uoti obſeruatione, ſed de applicatione animi ad uotum, ſolum peccat uenialiter. Poſtquam enim quis bona fecerit, non poteſt citra culpam illorum pœnitere.

Quarto,opus factum ex uoto cum illa triſtitia,& pœnitudine,dummodo adſit propoſitum adimplẽdi uotum,q̃uis non habeat illam excellentiam meriti,q̃ alioqui habuiſſet, ſi prima illa uoluntas, qua quis uouit,adhuc uigeret,adhuc magis meritoriũ eſt,q̃ ſi non fieret ex uoto.ſic S.Tho.2.2.q.88.ar.6.ad 2.Palu.in 4.diſt.38.q.5.ar.1.concl.3.Pet.de Arag.2.2.q.88.ar.6.in fi.Et Eman.Rodriq.p.2.Sum.c.99.conc.4.Rõ eſt,quia impletio uoti eſt actus religionis,quæ eſt potior uirtus,q̃ abſtinẽtia,u.g.cuius actus eſt ieiunare:unde ieiunium ex uoto factum et cũ aliquali triſtitia magis meritorium eſt, q̃ illud, ꝗ non fit ex uoto:ſtudendum tamẽ ſummopere et hmõi triſtitiã depellere,ne, ſi nimiũ pęnitudo creſcat,in periculum incidat frangendi uotum.

14 DVBIVM OCTAVVM eſt,an promiſſio abſq; rõne debiti præcedentis,aut iuramento, teſtibus,& ſcriptura,q̃ dĩr nuda,& ſimplex, facta homini,obliget ſub pctõ mortali?ut u.g cum quis ſpõtaneè,& ſimplicibus uerbis aliquid amico promittit,& pollicetur.Si.n.promiſſio facta ſit cum iurõ,aut cum alijs circunſtantijs requiſitis ad ita obligandum in foro exteriori,ut promittẽs compelli poſſit ad eius obſeruãtiam, aut ſi facta ſit homini ratione debiti præcedentis, ut ſi quis promittat puellæ eam ducere,uel ratione ſponſaliorum,uel alterius debiti, dubium non eſt, quin ex genere ſuo obliget ad ſui obſeruantiam ſub reatu peccati mortalis. Niſi.n.obligarent tales promiſſiones ex genere ſuo ad mortale, uiolaretur omnis ſocietas inter homines, periret amicitia humana,atq; iuſtitia. Item cum promiſſio actus uoluntarius,& gratuitus ſit,ideo quicquid repugnat gratuitæ,ſeu uoluntariæ promiſſioni,tollit obligationem adimplendi promiſſum: unde ſi quis ui,metu,aut dolo promittat aliquid,cum promiſſio non fuerit gratuita, quamuis fuerit uoluntaria, loquendo de uoluntario miſto,non tenetur obſeruare promiſſum. Non enim exigit morum honeſtas,ut gratuita fiant coactè;nec honeſtati conuenit,ut quis ex iniquitate reportet commodum ſibi,aut ſuis; reportaret autẽ aliquo modo, ſi coactus ui, metu,aut dolo promiſſum adimplere teneretur. Dixi aliquo modo, quia licet ſic acceptum reſtituere teneretur in conſcientia iuxta ea,quæ c.6.dub.3.in fi.annotauimus,ad tempus tamen poſſideret rem acceptam, id quod utile illi aliquo modo eſſet. Et hæc omnia certa ſunt,ſolum ergo difficultas eſt, an ſimplex ꝓmiſſio ſponte facta alteri, ex genere ſuo obliget ad mortale, intelligendo dummodo id, ꝗ promittit, bonum,& licitum ſit, & reliq̃ adſint circunſtantię.

In hac re Caie.2.2.q.88.ar.5.uerſic.ſciendum ſecundo.& qu.113.ar.1.dub.4.& in Sum.uerb. Perfidia.exiſtimat promiſſionem ſimplicem hoĩ factam obligare quidem ſub pctõ ad ſui obſeruantiam, nõ tamen ad peccatum mortale ex genere ſuo. Rõ eſt, quia promiſſionis obligatio(ut ipſe putat)ad aliam uirtutem non pertinet,quam ad *ueritatem*,i.uerum dicere,quæ eſt uirtus moralis; unde non adimplere promiſſum ex genere ſuo nihil aliud eſt, q̃ mendacium,quod ex obiecto non eſt mortale,niſi aliunde fiat pernicioſum,& contra charitatem: confirmari poteſt hæc opinio ex S.Th.qui in 2.2.q.88.ar.3.ad 1.ait,*hominem homini obligari ex qualibet promiſſione ſecundum honeſtatem*, quaſi ſignificare uelit, obligationem,quę conſurgit ex promiſſione,non pertinere ad iuſtitiam, ſed ſolum ad honeſtatem moralem,qua quis promiſſum adimplere tenetur.

Deinde legatum eſt quoddam promiſſionis genus, & tñ dum viuit teſtator, ſemper mutare poteſt teſtamentum ſuum, nec tenetur ſoluere legatum; ſignũ ergo eſt, quãlibet promiſſionem ex genere ſuo non obligare ſub mortali. Ceterum in hac re quid ſentiam, ſequẽtib. propoſitionibus breuiter exponam.

15 *Prima propoſitio*: omnis promiſſio iuſta, & honeſta, etiam ſimplex, ad ſui obſeruantiam obligat ſaltem ſub peccato ueniali. Hæc propoſitio certa eſt, & ab ipſo Caie. ubi ſup. conceſſa. Ratio eſt, quia ex promiſſione tenetur quis in conſcientia uerum facere dictum ſuum, hoc eſt, adimplere promiſſum, aliàs mendacium committit, id quod peccatum ſaltem veniale eſt. Hoc.n. dictat ratio naturalis, & oppoſitum eius manifeſtè nocet tranquillitati, & bono cõi humanæ ſocietatis: vnde S.Th.2.2.q.88.ar.5.ad 1. docet, hominem obligari homini ex qualibet promiſſione naturaliter; & 2.2.q.110.ar.3.ad 5. docet eum, qui non adimplet promiſſum, infideliter agere, eo quod animum mutat. Qui.n. promittit, dat fidem alteri, frangere uero fidem eſt contra ius naturæ. Ergo ſaltem peccatum erit ueniale.

16 *Secunda propoſitio*: Omnis promiſſio ſimplex, vera, deliberata, uoluntaria, rei licitæ, poſſibilis, notabilis, immutato manente rerum, & perſonarum ſtatu, facta homini, ex genere ſuo ſub mortali obligat. Sic Sylueſter in uerb. pactum. q.4. Angel. uerb. eod. §.4. Tab. uerb. pactum §.2. Sotus lib.7. de iuſt. q.2. ar.1. Pet. de Arrag. 2.2.q.88.ar.3. Michael Salõ in 2.2.p.1.q.5. de dominio. ar.3. dub 2. Gregor. de Val. to.3. diſp.6.q.6. pun.1. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſen. in q. de uoto. ar.2. difficul.3. Nau. in Manu. c.18. num.7. & Lud. Lopez p.2. inſtruc. conſcien. ca.30. Eman. Rodriquez p.2. Sum. c.27. Corduba trac. de caſib. cõſcien. caſu 156. & Emanuel Sa in aphor. in uerbo. promiſſio, & alij cõiter. Quæ propoſitio primo in communi probanda eſt, deinde explicanda. Ratio igitur, cur promiſſio ex genere ſuo adhibitis debitis circunſtantijs obliget ad mortale, eſt, quia obſeruantia promiſſionis non ſolum pertinet ad veritatem moralem, qua præcipimur dicere uerum, vt falſo putat Caiet. ſed etiam ad iuſtitiam cõmutatiuam, qua tenemur reddere debitũ ei, cui fuit promiſſum, poſtquam.n. aliquid eſt promiſſum, iã eſt debitum, ſed iuſtitia ex genere ſuo obligat ad mortale. Ergo & promiſſio ſimplex. Minor eſt manifeſta; Maior autem probatur, quia cum promiſſio ſit ad alterum, non pertinet ſimpliciter ad uirtutẽ veritatis moralis, ſed reducitur ad commutatiuam iuſtitiam. Non.n. in promiſſione ſolum aliquid dicitur, ſed etiam fides alteri aſtringitur, quæ ſanè fides teſte Cicer. in offic. lib.1. ipſiſſimum eſt iuſtitiæ fundamentum, cui fidei omnium hoĩum pacta, & conuentiones nituntur. Et confirmatur hæc ratio: Quia aliàs cederet in maximum Reip. detrimentũ, periretque conuictus humanus, & fides, ſi ſibi perſuaderent homines in promiſſis frangere fidem, & verba dare non eſſe genere ſuo pluſquam ueniale, vnde Liu.3. deca. lib.3. dicit, *Niſi fide ſtet Reſpublica, opibus non ſtabit*, Quæ omnia clariora fient, dum propoſitionis verba perpendamus.

17 *Primo* enim, vt obliget promiſſio ſimplex, debet eſſe *vera*, hoc eſt, cum animo ſe obligandi facta, nemo enim ex promiſſione obligatur, niſi animũ habuerit ſe obligandi, ſic S.Thom. 2.2.q.110.ar.3.ad 5. facit c. literarum, de uoto, & l. obligationum. 1. ff. de act. & obl. Ang. Syl. & Tabie. locis proxime citatis. Nau. in Man. c.18. nu.6. Lud. Lopez p.2. inſtru. confeſ. c.30. concl.4. Ioſeph Angles q. de uoto ar.2. diffic.3. concl.6. Eman. Rodriquez p.2. Sum. c.27. concl.3. Ratio eſt; quia potiſſima uis obligandi naſcitur ex intentione, vnde ex defectu intentionis non conſequitur obligatio, vnde quidam, dũ obligatiores ſe reddere uelint, ſimul cũ promiſſione iuramentũ adhibere ſolent, Quaſi aliàs exiſtimantes ſe non obligatos ſeruare promiſſionẽ, eo quod non videntur habuiſſe animũ ſe obligandi. Atq; hac ẽt de cã ij, quib. aliqua fit pollicitatio, ſtatim iuramentum promiſſionis cõfirmatoriũ exigunt, aliàs parũ ſe putant conſecutos, quãdoquidẽ alias ut dici ſolet,

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Quare diligenter perpendere debet confeſſarius, an qui promiſit, animum obligandi ſe habuerit, necne, vt Lopez, & Rodriquez ubi ſupra monent, vnde qui fictè promittit, ideſt, uerbis tantum pollicetur, animo autem, & intentione ſe obligandi caret, nõ fit reus in conſcientia obligationis promiſſi, ſed tenetur ſolum pœnitere de diſſimulatione, id quod Rodriquez, & Ioſeph Angles uerum eſſe docent, etiamſi iuramento illud promiſerit. Ratio eſt, quia radix obligationis, ſ. uoluntas ſe obligandi defuit. Ceterum in hoc caſu pro maiori ſecuritate conſcientiæ, & reuerentia debita iuramento petenda eſt ab ordinario, aut alio habente poteſtatem relaxatio a iuramento. Addunt autem Ang. Syluest. & Tabiena unam limitationem, in qua uolunt promiſſionem ſimplicem ſine tali animo factam obligare in conſcientia, ſcilicet, quando ſubeſſet cauſa, quæ ad hoc obligaret de neceſſitate præcepti; puta, promiſit quis patri ſuo ueſtem, qui moritur ex frigore, tenetur enim tunc quamuis animum ſe obligandi non habuerit. At uero hæc limitatio ad rem non facit, quia tunc non tenetur ex ui promiſſionis, ſed ex lege naturali, & diuina, qua tenetur ſuccurrere patienti extremam neceſſitatem, quæ lex multo magis obligat filium in ordine ad patrem, vt conſtat. His addendum eſt, quod licet talis promiſſio ſine animo obligandi ſe facta in conſcientia non obliget, fictio tamen illa nonnunquam peccatum mortale erit, quando, ſcilicet, alicui notabiliter nocet, aut nocere intendit, ex Nau. ubi ſupra.

Secundo debet eſſe *deliberata*, & *uoluntaria*, quia ſine deliberatione facta non obligat, illa autem requiritur, & ſufficit deliberatio, quæ requiritur ad uotum; & quamuis ſit deliberatè facta, ſi tamen metu, aut dolo facta ſit, non obligat, vt diximus ſupra ex Caie. Tabiena, & Nauar. ubi ſupra, nu.7. niſi adſit iuramentum, iuxta ea quæ diximus c.6. dub.3. in fi. ex S.Tho. 2.2.q.89.ar.7. & alijs.

Tertio debet eſſe *rei licitæ*, quia ſi promiſit, quod de ſe erat illicitum, quamuis promittendo peccauit, mutando tamen propoſitum bene facit. arg. c. ſi publicis. & cap. in malis. 22. q.4. vbi dicitur, *In malis promiſsis reſcinde fidem*, & infra. *Impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur*. Ang. Syl. & Nau. ubi ſupra.

Quarto debet eſſe *rei poſsibilis*, quia ſi promittenti ſit impoſſibile, uel pernicioſum, vt ſi promiſit pecuniam, quam poſtea ob infortunium reddere non poteſt, non tenetur ſeruare promiſſum, cum ad impoſſibile nemo teneatur, argu. l. impoſſibilium, ff.

de reg.iur.& Reg.nemo.de reg.iur.in 6.

18 *Quinto* debet eſſe rei *notabilis*, paruitas.n.materię excuſat à mortali, ſicut in furto, & alijs rebus, ita etiam in adimplendis promiſſis: aliàs ſi promiſſum non impleat in re graui, aut defectus impletionis promiſſi cedat in notabile damnum, & detrimentum alteri, non ſolum ex eo, quod caret re promiſſa, ſed etiam quia deluditur, in defectu promiſſionis grauiterq; offenditur in propria fama, uel bonis, quia neceſſe eſt decoquere ſubſtantiam, fidemque creditoribus frangere, quia ſibi fides data eſt violata, tunc culpa mortali non vacat, talem non impleſſe promiſſionem, dummodo ab eius impletione nulla rationabili ex cauſa ſit excuſatus, vt v.g. ſi quis promittat alicui ſuccurrere primo mane inchoato bello, & non ſeruat promiſſum. Similiter ſi quis promittit ſe tenere aliquid ſecretum, quod magni refert, ſi reuelaretur. Item ſi medicus promittat periclitanti infirmo ſubuenire, ex cuius defectu interim infirmus, aut moritur, aut notabilẽ læſionem patitur. Sic etiam ſi aduocatus pollicitus eſt patrocinari Petro in iudicio, atque ideo Petrus alium ſibi patronum non parauit, niſi aliunde excuſatus ſit, vt infra dicemus. Aut ſi quis fidem fecit puellæ de largiendo ei pro dote, qua ratione cognatus promiſſionis conſcius deſtitit illam dotare, qui promiſſum non adimplet, mortaliter peccat, niſi aliqua rationabili ex cauſa excuſatus ſit, ut paulo poſt exponemus. Addunt etiam Caiet. in Sum. verb. perfidia, & Lud. Lopez p.2.inſtruc.conſc.c.30. concl.6. tunc etiam eſſe peccatum mortale non ſeruare promiſſum, quando materia promiſſionis ea præponderat grauitate, ut quotieſcunque in foro exteriori, iureque ciuili contra pollicitationem huiuſmodi intentaretur actio, reus promiſſi pronuntiaretur, tunc enim etiamſi ad iudicium exterius nõ vocetur, mortaliter peccat non adimplendo promiſſum, quandoquidem tunc conſequitur obligatio ex iuſtitia, & in materia graui.

19 Notandum autem eſt circa hanc particulam ex Lud. Lopez ubi ſupra concl.3. §. Tertio requiritur. materiam omnem furti mortalis non eſſe ſufficientem materiam promiſſionis obligantis ad culpam mortalem, ſiquidem nulli dubium eſt, quin decem argẽtei ſint ſufficiens materia peccati mortalis furti, & tamen promiſſio decem argenteorum non inducit obligationem culpæ mortalis: Id quod limitandum cenſerem niſi ex defectu ſolutionis, ſeu adimpletionis promiſſi alter notabile damnum pateretur, id quod rarò accidere ſolet, promiſſio autem centum argenteorum obligat ad mortale, vt conſtat.

Sexto, Immutatus eſſe debet ſtatus rerum, & perſonarũ, hoc eſt, ad hoc, vt ſimplex promiſſio in conſciẽtia obliget, perſonæ, & res in eodẽ ſtatu eſſe debent tempore adimplendi promiſſum, in quo erãt, quando facta fuerat promiſſio. Si enim facta ſit magna mutatio in ſtatu perſonæ, negotiiſque contingentibus à tempore promiſſionis, non tenetur quis adimplere, quod ſic promiſit. Sic S.Thom.2.2.q.110.ar.3.ad 5.Caie.2.2.q.88.ar.1.& q.113.artic.1. in fin. Ang.Syl.& Tabiena locis proximè citatis, in verb. pactũ. Sot.li.7.de iuſt.q.2.ar.1.Petr.de Arrag. 2.2.q.88.ar.3.Nauar. in Manua.c.18.num.7.Lud. Lopez p.2.inſtr.conſc.c.30.conclu.2.Ioſeph Ang. q.de uoto.ar.2.diffic.3.concl.5.& Rodriquez p.1. Summæ.c.27.conc.1. Ratio eſt, quia obligatio promiſſionis oritur ex intentione promittentis. Nõ eſt autem probabile promittentem in caſu tantæ mutationis ſe obligare uoluiſſe; quæ mutatio, ad hoc vt non obliget, arbitrio boni, & prudentis uiri relinquenda eſt, habita ſemper rõne intentionis eius, qui promiſit, an.ſ. promiſiſſet, ſi mutationem hanc præſciuiſſet, & aduertiſſet. Et quamuis Victoria & Canus hoc procedere putẽt, etiamſi iuramento cõfirmata fuiſſet promiſſio, alii tamen, vt Lopez, & Rodriquez ubi ſupra, ſecurius eſſe docent in hoc caſu mutationis petere relaxationem iuramenti promiſſorii ab ordinario, & hoc cum ob maiorem conſcientæ ſecuritatem, tum ob reuerentiam debitam iuramẽto, immo in dubio id omnino neceſſariũ eſt.

20 *Hinc* infertur primo, non eſſe ſeruãdam promiſſionem, quando id, quod promittitur, uel ſit inutile, aut nociuum ei, cui promiſſio facta eſt; vt ſi quis promiſiſſet alicui enſem, & interim efficitur furioſus, uel quando promiſſionis obſeruatio facta ſit magis nociua promittenti, quam eſſet utilis ei, cui ſit promiſſio, ut ſi quis promiſiſſet ſe aditurum aduocatum in cauſa eius cras, & accidit proprii filii infirmitas exigens paternam curam, & præſentiam.

Secundo, non tenetur ſeruare promiſſum, quando promittenti ſit impoſſibile, aut pernicioſum, vt ſi quis promiſiſſet alicui dotare hinc ad annum illius filiam, & interim tanto eſt affectus infortunio rerũ ſuarum, vt extra ſtatum, & ordinem illũ ſit, in quo promiſit, conſtat enim, quod non promiſiſſet in tali ſtatu. Et ſimile eſt de his, qui promittunt ire aliquò & poſtmodum maiora urgent.

Tertio, nõ tenetur adimplere promiſſum gratuitum, ſi tempore promiſſionis erant amici, & poſtea adimpletionis tẽpore ſunt inimici, aut is, cui promiſſio facta ſit, ſigna ingratitudinis exhibuerit, ex Soto, Ioſeph Ang. & Arragon. ubi ſupra: aut ſi quã ducere promiſit, poſtea fornicata ſit, ex Nauar. loco proxime citato, arg.c. Quemadmodũ. de iureiur. Hinc Sene.lib.4.de beneficiis ca.35.ait, *adhoc, quod homo teneatur facere, quod promiſit, requiritur, quod omnia immutata permaneant, alioquin nec fuit mendax in promittẽdo, quia promiſit, quod habebat in mẽte, ſub intellectis debitis conditionibus; nec etiam eſt infidelis non implendo, quod promiſit, quia eædem conditiones non extant*, vnde, vt notat S.Tho. in d.q.100.art.3. ad 5. Apoſtolus non eſt mentitus, qui non iuit Corinthũ, quo ſe iturum eſſe promiſerat. 2.Cor.1. idq; propter impedimenta, quæ ſuperuenerunt.

Quarto, addunt Caiet.2.2.q.88.arti.1.& Petr. de Arrag. ibi.ar.3. aliam rationem excuſandi a peccato ſaltem mortali, non adimplentes promiſſa, ex loquentiũ abuſu deſumptam, qm̃ cõiter vñr homines ſimplici promiſſione uti, qñ non intendunt ſe obligare ad mortale. Cuius ſignum eſt, quod nolunt ſuper promiſſione iurare, idque non ob reuerentiam iuramenti, ſed ne peccẽt mortaliter, ſi non ſeruent. Sed hoc quartum reduci poteſt ad primam particulam. Tales enim excuſantur, quia non habent intentionem obligandi ſe ſub peccato, ſed ſolum ex quadam beneuola honeſtate. Vnde fit, quod ſimplices promiſſiones parum æſtimentur apud homines ſaltem plebeios, & vulgares ex defectu intentionis ad obligandum, uti Caie. vbi ſupra annotauit.

Quinto, non tenetur quis ſeruare promiſſum, qñ altera pars remittat promiſſionem, uel pro ſua parte non impleat id, cuius cauſa promiſſio facta eſt, l. cum proponas. 2. C. de pact. & c. peruenit. 2. de iureiu. Dixi *cuius cauſa*, quia ſi alicui abſolutè aliquid promiſerit ſine reſpectu rei ab eo promiſſæ, & contra ille aliquid tibi abſolutè promiſerit, ſine reſpectu rei a te illi promiſſæ, non liberatur vnus ab obligatione, ex eo quod alter nõ ſeruet promiſſum ſuũ, vt recte Nau. in Man. c. 18. nu. 7. in fin. & Eman. Rodriquez p. 2. Sum. c. 27. concl. 1. annotarunt.

Ex dictis facile ſoluuntur rationes in cõtrarium allatæ. Ad rationem enim Caiet. Reſpondetur, falſum eſſe fundamentum eius, nimirum, obſeruantiã promiſſionis pertinere tantum ad ueritatem moralem, ſiquidem, ut diximus, pertinet etiam ad fidelitatem, quæ eſt pars iuſtitiæ commutatiuæ, atque ita non ſolum erit mendacium non ſeruare promiſſum, ſed etiam erit violare iuſtitiam non reddendo debitum ei, quod fuit promiſſum. Quando autem S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 1. ait, obligari hominẽ homini ex promiſſione *ſecundum honeſtatem*, non accepit honeſtatem, vt excludit iuſtitiam, ſed vt excludit forum ciuile. Qui. n. aliquid alteri promiſit, tenetur ei debitum reddere in conſcientia, & ſecundũ honeſtatem; etiamſi in foro exteriori, & ciuili ad id compelli non poſſet, vnde poſtea ſubdidit, *hanc obligationem eſſe iuris naturalis*, hoc eſt, obligari ex naturali iure, quamuis non poſſit ciuiliter cogi. i. a iudice damnari. Quare, vt promiſſio in ciuili tribunali firmitatem habeat, actionemq; pariat, ſolet iuramento, vel ſcripto, vel teſtibus circumuallari. Denique legata promiſſiones proprie non ſunt, nec firmitatem habent ante mortem teſtatoris, quia vt ait *Apoſtolus* ad Hebr. 9. teſtamentum morte confirmatur, vnde omnia ad illum articulum referenda ſunt, ex Soto lib. 7. de iuſtitia q. 2. ar. 1.

21 *Tertia propoſitio*: Per ſimplicem aſſertionẽ nullus tenetur adimplere aſſertionẽ. Sic Caie. 2. 2. q. 88. ar. 1. Sot. lib. 7. de iuſt. q. 2. ar. 1. Ioſeph Angles in q. de voto ar. 2. difficul. 3. concl. 3. Nau. in Man. c. 12. nu. 26. verſ. 2. & in c. Non reuertebantur. nu. 1. & 2. de pen. d. 2. Lud. Lopez p. 2. inſtr. conſ. c. 30. & Eman. Rodriq. p. 2. Sum. c. 27. concluſ. 2. Ant. de Corduba trac. de caſib. conſc. q. 156. & colligitur ex doctr. S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. Ratio eſt, quia talis aſſertio futuri non eſt promiſſio, ſed modus quidã exprimendi propoſitum animi ſui. Ergo ſicut propoſitum nõ eſt promiſſio, ita neq; ſignificationes huiuſmodi propoſiti erunt promiſſiones, & cõſequenter vim obligandi non inducunt. Tales ſunt locutiones illæ, faciam, pręſtabo, dicam, &c. Vnde cum quis alteri dicit, viſitabo, aut ſalutabo illum, aut illum nomine veſtro, orabo Deum pro te, &c. ſuffragabor tibi in iudicio, faciam hoc, aut illud pro uobis, huiuſmodi dici ſolent potius cauſa exprimendi amoris, propoſiti, & intentionis, quam habent ad ea faciendum, quam animo ſe ad ea obligandum. Vnde conſonum eſt prudentiæ, cum efflagitamur ab alijs de perſoluendis orationibus pro illis, de ſuffragandis illis in tali negotio, &c. ſine animo nos obligandi de huiuſmodi fidem eis facere. Quæ doctrina notanda eſt ad tollendos ſcrupulos multorum, qui ſe pro aliis oraturos affirmant, aut illis ſuffragaturos, unde qñ liquis alteri dicit: Ego ſuffragabor tibi in iudicio aut dicit: Faciam hoc aut, illud, ſtatim alter exigit promiſſionem dicẽs, promittiſne, niſi addat, ſe promittere, ex communi conceptu, & intelligentia nõ cenſetur per talem ſimplicem aſſertionem facere promiſſionem. Immo ſi quis ita interrogatus reſpõderet ſe promittere, ſine tamen animo obligandi ſe, ſed tantum exprimendi ſuum propoſitum, non obligatur in conſcientia, ſaltem ſi res eſt leuis, & non iurat illud, ut Nauar. in d. c. Non reuertebantur. nu. 2. affirmat. Vnde infert, confeſſiones eorum, qui confitentur ſe omiſiſſe, aut deſtitiſſe ab executione diuinarum vocationum, & propoſitorum implẽdi pia conſilia, intelligendas eſſe de omiſſionibus, quæ per negligentiam, vel aliam inordinationem ſaltem uenialem contaminantur.

22 DVBIVM NONVM eſt, an promiſſio purè mentalis, i. quæ fit interius in mẽte, aut ẽt exterius, dummodo promittens ſit ſolus, obliget promittentem in conſcientia, ſaltem ad explicandam huiuſmodi promiſſionem ei, cui in mente promiſſio facta fuit? Quæ etiam difficultas tractari ſolet in materia de dominio, an. ſ. ſine quocunque actu exteriori, per ſolam voluntatem quis rei ſuæ dominium in alterum traſferre poſſit? Partem affirmatiuã tenet Mart. Ledeſm. 2. quartæ q. 18. ar. 1. dub. 13. & eam Sotus lib. 4. de iuſti. q. 5. ar. 1. ad 1. & lib. 7. q. 2. ar. 1. ad primum; probabilem putat. Ratio eſt, quia uoces ſunt tantum ſigna conceptuum. Ergo ſi per uoces transfertur dominium, & promiſſio facta voce obligat, multo magis per promiſſionem, & conceptum mentalem. Propter quod. n. vnumquodq; tale, & illud magis. Et quia ſi tali promiſſioni mentali addatur iuramentum, non eſt dubium, quin obligatur ſeruare promiſſum, non ſolum ratione iuramenti, ſed etiam ratione promiſſionis mentalis pręcedentis, cum iuramentum non obliget niſi ratione promiſſionis præcedentis, iuramentum enim non inducit obligationem, ſed tantum confirmat illam. Denique promiſſio facta ſurdo nihil audienti, aut facta abſenti in præſentia alicuius obligat in conſcientia. Ergo facta etiam in mente tenebit, cum eadem ſit utriuſque ratio, tam ignota enim eſt promiſſio facta ſurdo nihil audienti, aut abſenti, etiamſi uerbis explicetur, quam ſi eſſet omnino interna, & non explicata uerbis. Ergo ſicut obligat vna, ita & alia.

Contraria vero ſententia communior, & probabilior eſt non obligare, ſic Sotus locis proxime citatis, quamuis enim illam opinionem probabilem eſſe dicat, hanc tamen probabiliorem eſſe putat. Iacobus Almayn. in 4. d. 15. q. 2. Armilla. uerb. promiſſio. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 3. dub. 4. Michael Salon in 2. 2. tom. 1. q. 5. de dominio. ar. 2. dub. 1. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. in q. de uoto. ar. 2. difficul. 4. Lud. Lopez p. 2. inſtr. conſc. c. 30. & Eman. Rodriquez p. 2 Sum. c. 27. cõcl. 4. Huius ẽt opinionis uidetur eſſe S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. in corpore, ubi ait, *Quod promiſſio, quæ ab homine fit homini, non põt fieri niſi per uerba, uel quæcunque exteriora ſigna; Deo autem fieri poteſt promiſſio per ſolam interiorem cogitationem, quia ut dicitur* 1. *Reg.* 16. *Homines uidēt ea, quæ patēt, ſed Deus intuetur cor;* Rõ eſt, quia naturale eſt, vt homo homini proprios cõceptus verbis, & ſignis externis ſignificet; Ergo ante ſignificatã promiſſionem nulla uidetur obligatio reſultare. Sola ergo promiſſione mentali, nec rei dominium in alterum trãsfertur, nec ius alteri in re; aut ius ad rem acquiritur, nec obligatio aliqua inducitur adimplẽdi promiſſum. Confirmatur hæc ratio, quia cũ promiſſio ſit actus iuſtitiæ, ad hoc, vt promiſſor dare teneatur, requiritur, ut is, cui fit promiſſio, illam acceptet; Dare enim, & accipere ſunt relatiua, vnde quandiu non eſt, qui accipiat, non eſt donatio, & tranſlatio dominii, ſed per ſolam promiſſionem interiorem ille, cui fit promiſſio, nihil acceptat, nec acceptare poteſt: Ergo per ſolam promiſſionem interiorem non inducitur aliqua obligatio, qua promiſſor teneatur ſeruare promiſſum; nec aliqua iniuria fit ei, cui fit promiſſio, ſi reuocetur promiſſio, nec obligatur promittens talem promiſſionem ei manifeſtare, cum abſque omni iniuria decretum, & propoſitum ſuum mutare, ac reuocare poſſit. Et hanc etiam ſententiam ſequuntur communiter iuriſconſulti, qui eam confirmant ex l. 1. ff. de uerbo. obligat. ubi dicitur, quod animus in mente retentus obligationem non inducit, ſed oportet, quod per verba exteriora explicetur. Et in l. abſenti. ff. de donat. vbi dicitur, quod abſenti fieri nequeat donatio, quia requiritur ulterius partis acceptatio. Quæ doctrina non ſolum procedit in contractibus, & promiſſionibus mutuis, in quibus eſſentialiter requiritur utriuſque partis conſenſus, vt uidere eſt in matrimonio, & alijs contractibus emptionis, & uenditionis, cum tales promiſſiones ſint mutuæ, do, vt des, facio, vt facias, promitto, vt promittas, ſed etiã in alijs promiſſionibus ſimplicibus, & non mutuis, quæ ſuper nullo contractu fundantur, ſemper enim neceſſarium eſt, vt verbis, aut ſignis externis exprimatur promiſſio, ut virtutem obligandi inducat, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Ad allata uero in contrarium facile reſpondetur. 23 Ad primũ enim dicimus, quod licet uerba vim habeant ab interno conceptu, internus tamen conceptus non ligat abſque uerbis, aut ſignis externis. Sicut enim natura inſtituit uoces, & ſigna ad exprimendos conceptus internos, ita etiam inſtituit uoces, & ſigna tanquam inſtrumenta, & media, ſine quibus unus homo alteri non poſſit obligari.

Ad alterum uero dicimus, promiſſionem internam iuramento firmatam obligare non ex ui promiſſionis, ſed ex ui iuramenti, propter diuini nominis reuerentiam, exigit enim reuerentia Deo debita, ut qui Deum iurando in teſtem illius promiſſionis adduxerit, illud efficiat, & præſtet, in cuius teſtimonium talem teſtem adduxit, ut in materia de iuramento expoſuimus. De promiſſione vero facta ſurdo præſenti, Reſpondetur non obligare, donec ab eo. aut ab alio uice ipſius acceptetur, vt Lopez, Ioſeph Angles, Petrus de Arrag. Michael Salon, & Rodriquez locis proxime citatis affirmant; & fauet Sotus libro ſeptimo. de iuſtit. quæſt. 2. artic. 1. ad 1. quamuis etiam Salon non improbabile putat obligare etiam ante acceptationem, eo quod per accidens eſt promiſſionem illam non audiri a ſurdo, ſatis enim eſſe putat, quod promiſſionem ſuam uerbis expreſſerit, vnde Dominicus Bannes tractat. de dominio. quæſt. 5. dub. 2. ait, promiſſionem præſenti factam transferre dominium. At certe probabilior eſt aliorum opinio aſſerentium promiſſionem factam etiam præſenti, & audienti, ſi taceat, non obligare, donec acceptet. Ratio eſt, quia beneficiũ non confertur inuito; quando autem fit præſenti, ſi taceat, donec acceptet, nõ uidetur illi placere. Quãuis n. in fauorabilibus ſecundum regulam iuris, *Qui tacet, conſentire uidetur*, Reg. Qui tacet. de regul. iur. in 6. nihilominus tamen cum dare, & acceptare relationem ad inuicem dicant; qui tacet, ſi non uerbis poſtea ſignificet ſe gratũ habere, & acceptare promiſſum, (vt communi vſu inter homines obſeruari ſolet) tacendo potius ſignificat ſe talem promiſſionem contemnere, & negligere, atque adeo, qui promiſit ad implendum promiſſum, non obligatur. Quoad promiſſionem vero factam abſenti *Reſpondeo*, Non obligare ſaltem ex iuſtitia legali, antequã acceptetur ab ipſo, qui abſens eſt, aut ab alio, qui præſens eſt nomine abſentis, & ideo reuocari poteſt etiam ſine cauſa, & ſermo eſt de promiſſione ſimplici facta ſine iuris ſolemnitate; nam de ea, quę fit cum ſolemnitate iuris, puta, quãdo fit coram teſtibus, cum inſtrumento publico, & uocato notario, aut præſente aliquo, qui eam acceptet nomine abſentis, non ſolum tenet donatio, & promiſſio, ſed nec abſque donatarij, & promiſſarij conſenſu, uel legitima cauſa reuocari poteſt ab eo, qui donauit, & promiſit. Quæ omnia latius tradunt Sotus lib. 3. de iuſt. q. 5. ar. 3. Couar. lib. 1. uariar. reſol. cap. 14. num. 11. & 14. & de teſtam. p. 3. nu. 13. Mich. Salon in 2. 2. p. 1. q. 5. de dominio. ar. 3. dub. 3. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcientiæ, cap. 27. Ioſeph Ang. in florib. 4. ſent. in q. de voto. ar. 2. difficult. 3. concluſ. 3. & difficult 4. Eman. Rodriquez par. 1. Summæ. cap. 95. concluſ. 1. Gregor. de Valentia, tom. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 3. & Bannes ubi ſupra.

De Impedimentis excuſantibus a votorum impletione. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta uoti duplicia poſſunt occurrere, ſcilicet, ex materia voti, & ex intentione uouentis.*

2 *Quotupliciter quantum ad materiam fieri poteſt impedimentum.*

3 *Materia uoti impoſſibilis quomodocũque ſuperueniat ſiue ex culpa ueniali, ſiue, non, excuſat ab impletione.*

Impoſſibilitate reſpectu totius materiæ promiſſæ ſiue per naturam, ſiue per miraculum ſublata tenetur quis uotum implere.

Si impoſsibilitas parti adueniat, tenetur ad alteram partem poſsibilem ſibi, & licitam, nu. eod.

4 *An femina, quæ uotum caſtitatis emiſit, & poſtea uotũ illud fornicando, aut etiam matrimonium contrahendo impoſsibilem ſibi fecit uoti obſeruantiam, ad caſtitatem in poſterum ſeruandam teneatur.*

5 *Habens intẽtionem perpetuo ſeruandi caſtitatem ſi poſtea contrahat matrimonium, peccat non ſolum contrahendo, & conſummando, ſed etiam quoties debitũ petit.*

Talis non poteſt petere debitum ſine diſpenſatione, reddere uero tenetur.

An, qui poſt uotum ſimplex caſtitatis Matrimoniũ contraxit, teneatur ingredi religionem, antequã conſummet, ſuppoſito quod alter coniux continere nequeat.

7 *Quid dicendum de femina, quæ uouit religionem, & poſtea*

ſtea contraxit matrimonium, ſed non conſummauit.

Quid de femina, quæ uouit non nubere, & poſtea contraxit matrimonium, & conſummauit.

Quæ tale uotum fecit, ſi fornicetur, non duplici peccato tenetur vno fornicationis, altero ſacrilegij, ſed uno fornicationis. ibid.

An, qui per ſeipſum uotum adimplere nequit, teneatur id per aium perficere.

10 *In tribus caſibus tenetur per alium perficere, quando uotum per ſe ipſum adimplere non ualet, & quinam illi caſus ſunt.*

11 *An hæres defuncti uota teneatur adimplere, uſque ad num. 15.*

12 *Quotieſcunque uotum eſt reale, ſolum tenetur hæres adimplere.*

13 *Si partim reale, partim perſonale eſt & utrumque a defuncto expreſſum, tenetur ſolum ad reale.*

14 *Si perſonale expreſſum, reale autem tacitum, & acceſſorium, hæres ad nihil tenetur.*

1 QVamuis obligatio uoti adeo inſeparabiliter cũ uero uoto coniuncta eſſe videatur, ut nihil a uoti obligatione liberare poſſit omnino, aut partim, ꝗ omnino, aut partim non reddat uotũ inualidũ, nihilominus tamẽ occurrere poſsũt, & ſolẽt ĩpedimẽta aliqua, q̃ a uotorũ ĩpletione excusãt.

Et quidem ſicut ad eſſentiam uoti duo præcipuè pertinent, *materia*, ſcilicet, ſiue obiectum uoti, & actus, ſiue *intentio* ipſius uouentis, ita etiam ex duplici hoc capite, duplicia impedimẽta occurrere poſſunt, quædam ſci licet, ex parte *materiæ uotiuæ*, quædam uero ex parte *intentionis* ipſius uouentis, quæ uotum reddant inualidum, & conſequenter ab ipſius obligatione, & peccato liberant, & excuſant.

Et quidem quãtum ad uoti *Materiam*, Caieta. in Sum. uerb. uotum. §. 4. Sotus lib. 7. de iuſti. q. 2. ar. 1. circa 3. arg. citans S. Tho. 4. d. 38. ar. 3. & Grego. de Val. tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 4. & Io. Med. tract. de ieiunio. q. 13. in reſponſ. ad 4. hanc regulam generalem aſſignant. Quicquid impediret uotum, quãdo fit, ſi tempore exequutionis adueniat, a uoti adimpletione excuſat, eiuſque obligationem tollit; Hoc autem multis modis fieri poteſt.

2 Primo, ſi materia uoti poſtea facta ſit *illicita*, ut v.g. vouit quis ieiunare ſingulis ſextis ferijs, poſtea perdit ſanitatem, ita ut abſtinere ſit ei illicitum, excuſatur ab impletione uoti. Sic Richar. in 4. diſt. 38. ar. 5. q. 1. Ang. uerb. uotum. 3. in princ. Sylueſt. uerb. uotum. 2. q. 1. Tabien. in uerb. uotum. 3. §. Secundo. Caie. uerb. uotum. §. 4. Sum. Cor. tract. de uoto, num. 8. Maior. in 4. diſt. 38. q. 3. in fi. & Emanu. Rodriq. p. 2. Sum. c, 94. concl. 2.

Notant tamen recte Angelus, & Rodriquez ubi ſupra in hoc caſu adeundum eſſe ſuperiorem, ſi facultas adſit, id quod etiam ſuadet S. Tho. 2. 2. quæſt. 88. ar. 2. ad 3. quia in his, quæ ad ſeipſum pertinent, de facili fallitur homo in iudicando talia uota. Idem dicendum eſt de eo, qui uouit nunquam petere diſpenſationem a uoto, ſi enim occurrat caſus, in quo timet quis probabiliter ſibi de tranſgreſſione uoti, aut expediat, uel pro honore ſedis Apoſtolicæ, uel utilitate perſonæ uouentis, aut Reipublicæ, aut forte neceſſarium ſit recipere diſpenſationem, aut commutationem uoti, non eſt obligatorium illud uotum, atque adeo illicitum redditur tale uotum, ex Richar. in 4. diſt. 38. ar. 9. q. 3. & Gabr. ibid. q. 1. dub. ult. litera FF. Sylueſt. in uerbo, uotum 2. q. 14. Alcocero de Lud. c. 17. col. penul. quem refert, ac ſequitur Eman. Rodriq. par. 2. Sum. cap. 94. concl. 2. in fine.

Secundo, ſi materia uoti facta ſit *impeditiua maioris boni*, puta, uouit quis ire Hieroſolymam, & poſtea uult ingredi Religionem, quia adimplere uotum eſſet impedimentum maioris boni, inde religionem licite ingredi poſſet. Item ſi quis uouiſſet ſe fore clericum, ſi poſtea uult ingredi religionem, non debet ſcrupulum aliquem de priori uoto habere, quia per religionem, quæ eſt ſtatus perfectionis, cetera uota ceſſant, arg. ca. Scripturæ. de uoto, & voti redemp. ubi Alexan. Papa III. ait, *Reus fracti uoti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare.* Gloſſa, & Pan. ibi. S. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 12. ad 1. Palud. in 4. diſt. 38. q. 4. ar. 1. concl. 5 & ar. 3. concluſ. 2. & 3. Sylueſt. uerb. uotum. 4. q. 7. uerſi. Tertiũ. Caie. in Sum. uerb. uotum. §. 4. Armilla. uerb. uotũ. §. 10. Nau. in Manu. ca. 12. nu. 78. uerſ. Nono. Sum. Cor. tract. de uoto, nu 8. & alijs omnes.

Tertio, Si materia uoti facta ſit *indifferens*, ut ſi quis uouit non tranſire per certum vicum, quia v.g. ibi erat mulier attractiua ad malum, mortua muliere tranſire uicum eſt indifferens, & ideo amplius non ligat. Caie. in Sum. uerb. uotum. §. 4. Nauarr. in Manu. c. 12. nu. 12. & nu. 28. uerſ. Nono. Sum. Cor. p. 3. tract. de uoto. nu. 5. Coſmus Philiarchus, de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 15. & cap. 17.

Quarto, ſi materia uoti facta ſit *Impoſſibilis.* S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. Rich. in 4. diſt. 38. art. 5. q. 1. Pal. ibid. q. 3. ar. 4. conc. 2. Gabr. eadem diſt. q. 1. artic. 3. litera F. Ang. uerb. uotum. 3. in prin. S. Ant. p. 2. tit. 12. c. 2. §. 5. Sylu. uerb. uotum. 2. q. 1. & q. 10. Tab. in uerb. uotum. 3. uerſ. Primo. Caie. in Summa. uerb. uotum. § 4. Sot. li. 7. de iuſt. q. 2. ar. 1. ad tertiũ. Nau. in Manu. c. 12. n. 36. uerſ. Octauo. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 3. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 4. q. 4. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcientiæ. ca. 43. Sum. Coro. p. 3. tract. de uoto nu. 8. Coſmus Philiarch. de offic. ſacer. p. 2. li. 3. c. 19. & c. 21. & Tole. lib. 4. Summæ, c. 17. ut v.g. ſi rex, qui uouit ædificare eccleſiã; regno priuatus id nequeat præſtare; Addunt tamen Palud. S. Ant. & Naua. Gabr. & Sum. Cor. quod ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunã, tenetur adimplere totum, uel partẽ quã poſſit.

Circa hanc autem impoſſibilitatem duo præcipuè annotanda ſunt; *unum eſt*, non referre, utrum materia uoti reddatur impoſſibilis ex culpa uouentis, aut ſine culpa eius, nam quocunque modo ſuperueniat, excuſat ab impletione uoti, cum in utroque caſu eadem ſit ratio, nam ad impoſſibile nullus tenetur. Id quod intelligitur de impoſſibili nõ ſolum ſimpliciter, ſed etiam de impoſſibili moraliter loquendo. Quamuis enim in eo peccauit, quod reddidit ſibi uoti obſeruationem impoſſibilem, & propterea pęnitere debet de culpa illa præterita, poſtea tamen non peccat non obſeruando, quatenus iam ex ſuppoſitione eſt illi moraliter impoſſibile. Ideo autem ſequitur, ut pœniteat de culpa præterita, ne alioqui poſſit is cenſeri uoluntariè peccare in cauſa. Per pœnitentiam enim deſinit eſſe illi uoluntaria cauſa illa, ex qua res eſt ei impoſsibilis, & conſequenter ſuppoſita iam tali impoſsibilitate non peccat in non adimplendo uotũ, ut colligitur ex S.Thom.2.2.q.88.ar.3.ad 2.Sylu. in uerb.uotum.2.q.1.Tab.uerb.uotum.3.§.Primo. Caie.2.2.q.88.ar.3.Soto libr.7.de iuſt.q.2.ar.1.circa 3.arg.Nauar.in Manuali.c.12.num.47.Greg.de Valentia.tom.3 diſp.6.q.6.punct.4.dub.4. Coſmo Philiarch. de officio Sacerd. par. 2.lib.3.cap.9.& Toleto lib.4.cap.17.

Alterum eſt, An impoſſibilitas ſuperueniens ſit reſpectu totius materiæ promiſſæ, an uero reſpectu partis tantum, & an duret in perpetuum, uel ad tempus talis impoſſibilitas. Si enim impoſſibilitas ſuperueniat toti materiæ promiſſæ, non tenetur uotũ illud implere, durante tali impoſſibilitate, illa autem uel per naturam, uel per miraculum ſublata, tenetur uotum adimplere, quicquid Palu. in 4. diſt.3. diſt.38.q.3.ar.4.concluſ.2.ſolum id uerum eſſe putet, quamdiu per naturam impoſſibilitas illa toli nõ poſſit. Si uero impoſſibilitas illa ſuperueniat parti materiæ, tenetur tunc ad reliquam partem materiæ ſibi poſſibilem, & licitam. Vt patet in eo, qui uouit ieiunare, aut peregrinari, aut dare eleemoſinam, ſi enim factus eſt impotens ad ieiunandum propter infirmitatem, tranſacta infirmitate, tenetur ad ieiunium, ſin uero infirmitas ſit incurabilis, & perpetua, excuſatur pro ſemper. Sic etiam qui uouit dare pecunias, & factus ſit pauper, ſi poſtea ad meliorẽ fortunam redierit, tenetur dare totam, aut partẽ ſecundum poſſibilitatem ſuam, & ſic de alijs. Tenetur quis ad triduanum ieiunium, ſi iam ieiunare non poterit, tenetur alio tempore, cum potuerit: niſi forte reſpexit ad aliquod tempus particulare propter eius temporis ſolemnitatem, v.g. ſi quis uouiſſet ſe ieiunaturum in Aduentu & in uigilia alicuius Sancti, tunc enim ſi non poteſt illo tempore, non tenetur alio, ex Sot.li.7.de iuſt.q.2.ar.1.Sum.Coro.par. 3.tract.de uoto nu.8 Greg.de Val.to.3.diſp.6.q.6. punct.4.dub.4.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſcientię.c. 43.in fi.& Coſmo Philiarch.lib.3.c.19. Quia uero circa hęc duo maxima difficultas ineſſe poteſt duobus generibus uotorum, ſcilicet, Caſtitatis, & ingreſſus in Religionem, ideo de utriſque in ſequentibus agemus, de priori quidem in hoc loco, de altero uero in proprio capite agemus. Eſt igitur

4 DVBIVM PRIMVM, An femina, quæ uotum uirginitatis emiſit, & poſt uotum illud fornicando, aut etiam contrahendo matrimonium impoſſibilẽ ſibi fecit obſeruantiam uoti, ad caſtitatem in poſterum ſeruandam teneatur.

Reſpondeo cum S.Tho.2.2.q.88.ar.3.ad 2.Caiet.ibid.uerſ.Ad hoc dicitur.Soto lib.7.de iuſt.q.2. ar.1.poſt medium.S.Anto.p.2.tit.11.ca.2.§.3.in fi. Nauarr.in Manual.c.12.n.43.uerſ.Decimoquarto. Sum.Cor.tract.de uoto nu.8.Lud.Lopez.part.1.inſtru.conſcient.c.44.Ioſeph.Ang.in florib.4.ſen.in q.de uoto, ar.2.diffic.10.Greg.de Valen.tom.3.diſpu.6.q.6.punct.4.dub.4.Coſmus Philiarchus li.3. par.2.ca.19.Eman.Rodriq.par.2.Summæ, cap.96. concluſ.1.Toleto libr.4.inſtruct.ſacerd.cap.17.& Ioan Azorio p.1.inſt.Moral.lib.11.ca.19.du.14.& ca.21.dub.11. Duobus modis conſiderari poſſe huiuſmodi uirginitatis, ſeu caſtitatis uotum, ſ. aut ſecũdum *Naturã* uoti, aut ſecundũ *intentionẽ* uouentis.

Et quidem ſi *Naturam* huius uoti ſpectemus, cũ ſeruare uirginitatem non conſiſtat in operatione, ſed in non operando, ſcilicet, in negatione uenereæ uoluptatis uoluntariæ, atque adeo ad uirginitatem requiritur, quod nunquam uolũtariè ueneream admiſerit uoluptatem, negatio autem non pro aliquo tempore, ſed ad ſemper obligat, cõſequenter uotum caſtitatis ex ſua natura requirit, & obligat nullo unquã tẽpore uoluptatem ueneream uolũtariè admittere. Vnde hac ratione dicendum eſt, nõ liberari ab obligatione non ſeruandi caſtitatem in poſterum, quantum poteſt, ex eo, quod uirginitatẽ amiſit.

Sin uerò *intentio* uouentis fuerat perpetuo ſeruare uirginitatem, cum hoc uotum, ut diximus, ſit negatiuum, ſcilicet, de non cognoſcendo uiro etiam amiſſa uirginitate, atq; adeo uouentis intentio conformis eſt naturæ uoti uirginitatis, tunc quamuis corrupta fuerit, tenetur nihilominus, quantum poteſt, ſe continere, atque adeo ſeruare de cetero caſtitatem, aliàs toties mortaliter peccat, quoties carnalem actum exercet.

Ceterum ſi uouentis intentio ſolum fuiſſet obligare ſe de cauendo a primo libidinis actu, & non de continentia perpetuo ſeruanda, niſi conſequenter, & ſecundario quatenus ad perpetuam uirginitatem ſequitur, amiſſa ſemel uirginitate, poterit licite uxorem ducere, quia cum amiſerit, eſt ſibi impoſſibile illam ſeruare; Nam actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, arg.ca. Ad audientiam.de decimis & l.Non omnia.ff.ſi cert.pet. & ideo confeſſor intentionem percunctari debet; ubi autem dubium eſſet qualis eſſet intentio, recurrendum eſt ad id, quod natura uoti requirit, ut.ſ. toties peccet, quoties actum carnalem exercet.

5 *Hinc* infertur, quod ſi habuerit intentionem perpetuo ſeruandi caſtitatem, & poſtea contrahat, & conſummat matrimonium, peccat non ſolum contrahendo, & conſummando, ſed etiam quoties poſtea debitum petit; Quamuis enim poſt conſummationem impoſſibile ſit illi ſeruare omnino caſtitatẽ, quia tamen poſſibile eſt illi partim ſeruare, uidelicet, non petendo debitum, tenetur reddere debitũ, ſed non poteſt petere, abſque obtenta diſpenſatione, cum id ſit ſibi illicitum, tenetur etiam habere uoluntatem ſeruandi uotum plene, mortuo, ſcilicet, coniuge, ex Soto in 4.diſt.38 q.2 ar.1.concl.3.Caiet.in Sum.uerb.uotum.§.4.Nau. in Manu.cap.12. nu.39.uerſ.8.Couar.in c. Quamuis pactum.p.1.§.6. nu.8.de pact. in 6.Cand.aur. tract. de Matrimonio. q.138.Mart.Led.2.4.q.55.ar.1. Coſmo Philiarch. de off.ſacerd.p.2.lib.3.c.19.Greg.de Val.to.3.diſp. 6.q.6.pun.4.dub.4.Sum.Cor.p.3.tract.de uoto, nu. 8.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſcient.c.43.in fi. Tolet. lib.4.inſt.ſacerd.c.17.& Ioan. Azorio p.1.inſtitut. Moral.li.11.c.21.q.3.4.& 6.poſt S.Tho.in additionibus ad tertiam par.q.53.ar.1.ad 3.& ad 4.& Th. de Argent.in 4.diſt.38 q.vnic.ar.3.in fine.

Secus autem quando habuit animum ſolũ abſtinendi a primo actu uenereo, tunc.n.quamuis cõtrahendo, & conſummando Matrimonium peccet, poſtea tamen debitũ licite petere, & reddere poteſt.

6 DVBIVM SECVNDVM eſt, An qui poſt uotũ ſimplex caſtitatis Matrimonium cõtraxit, teneatur ingredi religionem, antequam illud conſummet ſuppoſito, quod alter coniux continere nequeat,

Prima opinio docet Matrimonio contracto, & non conſumato ui, & ratione voti antea facti, teneri religionem ingredi. Ratio eſt, quia, cum adhuc integre ſeruare poſſit uotum caſtitatis, non quidem remanendo in ſeculo, ſed ingrediendo religionem, per quem ingreſſum matrimonium ratum diſſoluitur, tenetur illud facere, cum quilibet teneatur votum adimplere pro ea parte, qua poteſt.

Quamuis igitur talis non vouerit religionē, nihilominus tñ ad id tenetur, cum ea ſolū ratione poſſit votum adimplere; Et ſibi imputet, q̄, cū potuerit caſtitatis votum ſeruare manēdo in ſeculo, voluit ſciens, ac prudens matrimonium contrahere.

Quod vero poſt contractum matrimonium ante conſummationem poſſit religionem ingredi, ēt reclamante altero coniuge, habetur in c. ex publico. de conuerſ. coniug. & Cōcilio Tridē. ſeſſ. 24. can. 6. Sic S. Tho. in addit. 3. partis, q. 53. ar. 1. ad 3. & 2. 2. q. 189. ar. 8. in arg. 4. Richard. in 4. d. 38. ar. 7. q. 1. ad ſecundum. Palud. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 3. in caſu. 5. & q. 3. ar. 3. concl. 2. & diſtinc. 38. q. 3. ar. 5. concluſ. 4. & 5. Durand. in 4. diſt. 38. q. vnica, ar. 3. in fin. S. Anto. p. 3. tit. 1. cap. 16. §. 1. Supplementum Gabr. in 4. diſ. 32. ar. 1. Notab. 5. & d. 38. q. 1. ar. 3. litera F. Summ. Aſtenſis. lib. 8. tit. 16. q. 1. Sylue. uerb. Matrimoniū. 7. q. 5. verſic. Secundum. & uerſi. Tertium. Tabiena verb. impedimentum, 2. §. Tertio. & §. Quinto. Petrus à Soto lect. 5. de Matrimonio prope finē. Nauar. in Manu. c. 12. nu. 80. verſi. Decimoquarto. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. in q. de matrimonio. in trac. de impedimento voti. artic. 2. dub. 2. Petrus Ledeſmius in addit. ad S. Thomam, in q. 53. ar. 1. *dub. 3.* hanc opinionē putat probabiliorem *Pedraza in 6.* præcepto, §. 8. Couar. in ca. Quamuis pactū p. 1. §. 6. nu. 8. de pactis. in 6. & Ioannes Azorius p. 1. inſtitu. Moral. lib. 11. dub. 5. & c. 21. dub. 2. & Roſella uerb. impedimentum. 4. nu. 9. ait contrariam opinionem eſſe periculoſam.

Secunda opinio docet, quod licet talis poſt ſimplex votum caſtitatis peccet contrahendo matrimonium, & etiam conſumando poſtea, quando ipſe debitum petit, non tamen peccat mortaliter conſumando matrimonium per redditionem debiti, nec tenetur ingredi religionem ad ſeruandam caſtitatem. Sic Angel. in uerbo. Matrimonium. 3. Impedimento. 5. num. 2. Sotus in 4. diſtin. 38. q. 2. artic. 1. poſt cōcluſionem ſecundam. verſ. Quid autem remedij. ubi docet primam opinionem ſolum ueram eſſe in uoto religionis, non autem in uoto caſtitatis. Antonius de Corduba tracta. de caſib. conſcientiæ. caſu 136. puncto 2. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruc. confeſſ. cap. 50. Speculum coniugiorum in appendice ad ar. 15. pa. 1. & huius etiam ſententiæ dicitur fuiſſe Franciſcus à Victoria, ut refert Petr. Ledeſmius, ubi ſupra. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerdo. p. 2. lib. 3. cap. 19. Henriquez etiam lib. 2. de Matrimonio, cap. 2. §. 8. ubi ait hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & ſatis tutam in praxi, & pro ea refert Victoriam, Pennam, & Perez l. 1. titu. 1. lib. 5. ord. p. 14. & perpendet Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 66. art. 4. ſicque reſolutum fuit in caſu occurrenti à Patribus ſocietatis Ieſu Eboræ, vt quidam eorum affirmauit in quodam ſcripto ſuo. Ratio eſt, quia nō eſt redigendus, qui ita uouit, ad tales anguſtias, ſed cenſetur iam moraliter impeditus ad uotum implendum, cum tam difficili modo ſit ei utendum.

Cum.n. votū reddatur ei moraliter impoſſibile, non obligat durante impoſſibilitate, eo.n. ipſo qđ contraxit matrimoniū, tranſtulit ius corporis ſui in coniugem, ita ut alter pro arbitrio debitum petere poſſit. Nec refert, quod ſua culpa in hanc impoſſibilitatem ſeruandi uotum inciderit; qui enim incidit in morbum ſua culpa, cum quo ieiuniū non eſt poſſibile, non tenetur ieiunare, etiamſi ieiunare vouerit, vt conſtat. Aut ſi quis in paupertatem ſua culpa incidit, ita ut nequeat votum de dando calice adimplere, niſi cum magno ſuo rubore oſtiatim mendicet, cū ſit nobilis, nō erit ex ui uoti ad id compellēdus, quin potius ex morali impoſſibilitate reputabitur excuſatus. Cum igitur is, qui poſt uotum caſtitatis matrimoniū contraxit, nequeat, quoad redditionē debiti, uotum adimplere, niſi ingrediendo religionē, quod difficillimū mediū eſt, ei præſertim, qui non eſt diuino ſpiritu afflatus ad ſubeundū perfectionis culmen, quamuis ſua culpa id contigerit, reputandus eſt moraliter impeditus, atque adeo non peccat cōſummando matrimoniū ad coniugis petitionem, & ſatis eſt, quod uotū adimpleat meliori modo, quo poteſt, ſaluo ſtatu matrimonii, nempe, reddendo debitum, & non petendo. Et à fortiori idem dicendum eſt, ſi non inueniat religionem, in qua recipiatur, immo tunc obligatio ceſſat, cum illius adimpletio in hoc caſu non ſit poſſibilis, atq; adeo tunc etiam debitum reddere, & petere poteſt.

Confirmatur hæc ſententia ex quadam Extrauag. Ioannis 22. ſub tit. de uoto. incip. Antiquę concertationi. vbi Pontifex agens de eo, qui poſt matrimonium de præſenti non conſummatum ſacris initiatus fuerit, atque adeo ſolemne uotum caſtitatis emiſit, ait, *quod talis inducendus eſt ingredi religionē, quod ſi forſan adimplere renuerit, & ſponſa eius inſtiterit in debiti petitione, tunc per cenſuram eccleſiaſticā compellendus eſt matrimonium conſummare;* Quibus verbis, ut notat Gloſſa in uerbo. Renuerit implere, aperte ſignificatur eum poſſe renuere religionis ingreſſum, quia alias non compelleretur per eccleſiaſticas cenſuras matrimonium conſummare. Addit autem gloſſa ultima non poſſe illum poſtea debitum ab vxore exigere, cum adhuc quoad ſe uoto continentiæ ligatus ſit.

Ad rationem aūt pro contraria ſententia Reſpōdemus, quod licet inducendus eſt, qui uouit, ut ante conſummationem ingrediatur religionem, ad id tñ non tenetur, nec peccat debitū reddendo, ut.n. ex dictis cōſtat, ei, q̄ ſic contraxit, deeſt facultas adimplēdi uotū, quoad redditionē, eo q̄ moralis impoſſibilitas ei ſuperuenit, quāuis id ſua culpa cōtigerit, & ī cōtractu matrimonii mortaliter peccauerit.

7 DVBIVM TERTIVM eſt, quid dicendū ſit de femina, quæ uouit religionem, & poſtea matrimonium contraxit, non tamen conſummauit? Reſpondeo eam teneri ingredi religionē, prout uouit, & peccabit mortaliter conſumando matrimonium. Ratio eſt, quia adimpletio uoti adhuc eſt ei licita, & poſſibilis, ſi tamen conſummauerit, poſtea non ſolum debitum reddere, ſed etiam petere poteſt, cū uotum religionis præciſe non obliget ad continentiam, niſi poſt profeſſionē factam in religione approbata; mortuo autem coniuge tenetur ingredi religionem ex uoto priſtino non extincto, ſed quaſi

ad tempus ſopito; vnde ſi poſtea contrahat, peccat de nouo, quia incurrit periculum violandi votum ſuum per conſummationẽ matrimonij de nouo cõtracti, & ſi poſtea conſummat, grauiter peccat; ita omnes in præcedenti dubio allati, & expreſſe Caie. 2.2.q.88.ar.2.in reſponſ.ad ſecundum, verſ. Ad primum horum dicitur. Sotus lib.7. de iuſtitia.q.2.ar. 1.in reſponſ.ad tertium, poſt medium, & 4.d.38.q. 2.ar.1.concluſ.4.Nauar.in Manua.c.47.verſ.Dixi, vouet intentione. & nu.80. verſ.ex quo ſequitur. Coſmus Philiarchus de offic.ſacerd.p.2.lib.3.c.19. Ant.de Corduba tract.de caſib.conſc.caſu 136.puncto.2.Ludou. Lopez p.1.inſtruc.cap.50.Speculum coniug.in append.ad ar.15.par.1.Henriquez lib.2. de Matrimonio. c.2.§.9. & Ioan. Azorius p.1.inſti. Moral.lib.11.c.2.dub.8.

8 DVBIVM QVARTVM eſt, quid dicẽdum ſit de femina.quæ vouit non nubere,& poſtea contraxit matrimonium, & conſummauit? Palud.in 4.d. 38.q.3.ar.5.concl.6. Caie.2.2.q.88.art 3.ante finem, & in opuſc. to.2.trac.11.q.1.& 2.& Ioſeph Angles trac.de uoto. ar.2. difficul.11. docent uotũ non nubendi æquipollere voto caſtitatis, & conſequenter à ſolo Papa diſpenſari poſſe in tali voto. Alij vero, vt Sylueſter uerb.uotum.4.q.4.in fin.Sotus lib.7.de iuſt.q.2.arti.1.circa tertium argumentum,& in 4.diſt.38.q.2.ar.1.ante concluſionem ſecundam. Roſella verb.impedimentum.4.c.12. Petrus de Arragon.2.2.q.88.ar.3.Nauar.in Manuali. c.12.nu.43.uerſicu.Decimoquarto. Summa Coro. trac.de uoto, nu.8. & Emmanuel Rodriquez to.2. Summæ,c.96.concl.2.docent tale uotũ non æquipollere voto caſtitatis, dummodo non aliunde habuerit animum uouẽdi perpetuam caſtitatẽ,id eſt, abſtinentiam à cõtractu matrimoniali,ſed ſolũ uouit non nubere; Et conſequenter ſi poſtea contrahat matrimonium non tenetur abſtinere vi illius voti à petitione debiti. Ratio eſt, quia votum de non nubendo,quantum eſt ex ſe,importat ſolũ priuationem ſtatus, in quo actus Matrimonij licite exerceri poteſt, hoc autem longe diuerſum eſt à uoto caſtitatis,vnde ſi nubat; & debitum reddere, & petere poteſt. Vnde ſequitur, quod etiamſi matrimonium nondum ſit conſummatum, poterit tamẽ legitime conſummari etiam petendo debitum,non obſtante voto de non nubendo,cum materia illius, quæ erat priuatio ſtatus Matrimonialis,per Matrimonium poſtea valide contractũ impoſſibilis omnino reddatur.

Secundo infertur, eam, quæ tale votum fecit, ſi fornicetur,non peccare duplici peccato,uno fornicationis, altero ſacrilegij, ut authores primæ opinionis falſo opinantur, ſed vno tantum ſimplicis fornicationis peccato, cum tale uotum non æquipolleat voto caſtitatis,

Tertio infertur, uotum hoc non eſſe reſeruatum Papæ, ſed Epiſcopum in eo diſpenſare poſſe; Immo quilibet idoneus confeſſor per Bullam Cruciatæ in eo diſpenſare ualet, cum nec ſit reſeruatum Papæ,eo quod non eſt uotum caſtitatis,nec in Bulla excipiatur,vt præfati authores docẽt. Secus autẽ in his omnibus dicendum eſſet, qñ in emiſſione talis uoti aĩum habuiſſet ſeruandi, & uouendi perpetuam caſtitatem, tunc enim fornicando ſacrilegiũ committeret, nec in eo epiſcopus, ſed ſolus Papa diſpenſare poſſet. Quibus omnibus addendum eſt ex Soto lib.7.de iuſti. & Petro de Arragon.ubi ſupra,quod ſi ea intentione uotum non nubẽdi fecit, vt licentius ſcortaretur, uotum illud non eſt obligatorium,vtpote de re mala,& illicita emiſſum,talis enim finis malus tanquam pro uoti obiecto appoſitus,uotum annullat,iuxta ea,quæ diximus cap 12.atque adeo nubendo,aut fornicando,non tranſgreditur votum, ſin autem licentius luxuriari non ſit finis uoti, ſed finis tantum applicationis uoluntatis ad uouendum, ualet uotum, & obligat, cum vere ſit de meliori bono, puta, non nubere, ut conſtat.

9 DVBIVM QVINTVM eſt, An qui per ſeipsũ votum adimplere nequit, teneatur id perficere per alium? De hac re tractant Inno.& Panorm.in c.licet vniuerſis. de uoto, & uoti redemp.Palud.in 4. diſt.38.q.3.ar.3.S.Anto.p.2.tit.11.ca.2.§.6.Gabr. Supplementum in 4.d.38.q.1.ar.3.litera L.Angel. in uerb.uotum.3.§.6.& §.7.Syllueſt. uerb.uotum.2. q.10. Tabiena uerb.uotum. 3.§. Sexto. Sotus lib.7. de iuſt.q.2.ar.1.ad 5.in fin.ar. Naua.in Man.c.12. nu.55 uerſi.27.Ioſeph Angles q. de uoto.ar.2.poſt difficul.13. dub.1. Ludou. Lopez p.1. inſtruc.conſcient.c.45.in fi. Emanuel Rodriquez p.2. Summ. c.99.concl.10. & Io. Azorius p.1.inſti. Moral.lib. 11.c.15.dub.16. Ex quibus hæc mihi tanquam probabiliora dicenda uidentur. Quorum

Primum eſt, Regulariter loquendo id nemo tenetur per alium perficere,quod per ſeipſum nõ poteſt. Ratio eſt,quia in omni uoto ſemper ſubintelligitur conditio illa generalis, ſi Deo placuerit: ſi potero,& huiuſmodi, etiamſi non exprimatur, arg.c. Quemadmodum. de iureiurã. quæ conditio ſi non extat,tollitur obligatio uoti.

Id quod maxime locum habet, quando res uoti talis eſt, quæ à uouente ſolum, & non ab alio commode fieri poteſt, aut ſolet, niſi expreſſe, dum uouit, intentionem habuerit exequendi per ſeipſum, aut per alium.

10 Secundum eſt, In quibuſdam caſibus *tenetur is*, qui uouit, per alium perficere, quando uotum per ſe ipſum adimplere non ualeat.

Primus caſus eſt, quando uotum ad id extendi uidetur tacite; vt v.g. Qui uouit ferre opem iis, qui pugnant in terra ſancta, tunc enim tacite uotum ad id extendi uidetur, ut ſi non poteſt per ſe opem ferre, faciat per alium. Sic Innoc. Ang. Syllueſt.& Nauar. vbi ſupra. Secus aũt ſi uouit ſolum ex deuotione uiſitare terrã ſanctã, tunc enim non tenetur per aliũ viſitare, ſi ipſemet poſtea impeditus fuerit: ex Inno. Gabr. Ang.& Syllueſt. vbi ſupra. Idẽ dicunt Angel. & Sylueſter de eo, que uouit ire Compoſtellam, & aliquid impendere ad dãdum in tẽplo S. Iacobi. Addit & Rodriquez, Qđ cũ Rex, aut Regina, aut alii ſimiles uiri principes ſanguinis regij uouẽt peregrinationẽ aliquã extra regnũ eorũ, cũ huiuſmodi uota adimplere ipſi non poſſint, aut ſoleant ſine graui dãno regni, tenentur uotum adimplere per alium.

Secundus caſus eſt, cum quis uouit aliquid, & tempore uoti erat impedimentum, quod uouens certo nouit futurum poſtea perpetuum, ut perinde non poſſet per ſeipſum uotum implere, tunc enim, ne uotum ſit deriſorium, cenſetur uoluiſſe per alium implere. Secus autem ſi nõ erat certus de impedimento ro perpetuo, quamuis impedimentum erat tempore uoti emiſſi, quia tunc ſolum tenetur quamprimum commode poterit. arg. in l. Nepos Proculo. ff. de uerb. obl. Pan. in c. licet. uniuerſis. num. 13. de uoto, & uoti redempt. Ang. Sylu. Nauar. & Lopez locis proxime citatis.

Tertius caſus eſt, ſecundum Pan. & Ang. quando vouens culpa ſua factus eſt impotens ad implēdum votum, puta, quia prius fuit in mora ad exequendum votum, quo caſu volunt teneri exequi per alium, aut uotum commutare, vel redimere. Ceterum vt rectius docent Sylu. & Naua. vbi ſupra, & Sotus lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. circa tertium, oppoſitum eſt uerius, quamuis enim mora imputetur ad culpam, vt habetur Deut. 23. vbi dicitur, *Quod ſi moratus fuerit, imputabitur ſibi in peccatum*: non tamen ſuperueniente impoſſibilitate ex culpa tenebitur votum exequi per alium.

11 DVBIVM Sextum eſt, an obligatio voti tranſeat ad hæredes, v. g. vouit quis, & culpabiliter, vel inculpabiliter omiſit adimplere uotum, & moritur an hæres defuncti teneatur vota eius adimplere? Hanc materiam explicant Inno. & Panor. in c. licet vniuerſis. de voto, & voti redempt. Palud. in 4. diſt. 38. q. 3. art. 3. ſupplem Gabr. ibid. q. 1. artic. 3. litera L. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. §. 6. Ang. verbo. votum. 3. §. 8. Syl. verb. votum. 2. q. 11. Tabie. verb. votū. 3. §. Sexto. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. in fin. Barthol. Med. 1. 2. q. 90. art. 3. in Nau. Manua. c. 12. num. 56. verſ. 18. Ioſeph Angles in floribus 4. ſent. q. de voto, art. 2. diffic. 13. dub. 1. Ludo. Lopez p. 1. Sum. c. 45. in fi. Eman. Rodriq. p. 2. Sum. c. 99. cōcl. 11. Io. Azo. p. 1. inſtit. Moral li. 11. c. 15. dub. 15. & alij paſſim.

Pro cuius ſolutione ſupponendum eſt, quod votorum aliud eſt reale, aliud perſonale, aliud ex utroque miſtū: Perſonale, quod concernit precife perſonam propriam, non alienam. Reale, quod concernit res ſeu ſubſtantiam exteriorem: Miſtum, quod partim perſonam, partim etiam res ipſas concernit, vt latè c. 11. expoſuimus. Hoc ſuppoſito ſit

Prima propoſitio; Votum, cum proprie Religionis actus ſit, qua quis propriam uoluntatem Deo offert, & conſequenter propriæ perſonæ obligatio ſit, non rei, adeo propriæ perſonæ adhæret, vt aliū voto ſuo obligare non poſſit abſque eius conſenſu, loquendo de uoto perſonali tantum: vt uer. gra. ſi vouiſti filium alicui templo offerre, teneris illum ducere; ille autem ſolum tibi filiali obedientia parere tenetur, nullatenus tamen ex vi religionis. Item vouit quis ieiunare, continere, peregrinari, dum uiueret, non tenetur hæres adimplere votum, niſi ſponte ſe obligauerit, ſiue hæres ſit filius, ſiue extraneus: vt patet ex c. licet de uoto, & uoti redēp. Ideo enim dicitur uotum perſonale, quia ſolam perſonam uouentis obligat. Dixi, *abſque eius conſenſu*, ſi enim ſponte conſenſit, & ſe obligauerit, & ea de cauſa præcisè, vt hæreditatem leuare poſſit, & non aliàs, tunc accepta hæreditate tenebitur uota adimplere, non autem ſi hæreditatem non accipiat. Dixi, *loquendo de uoto perſonali tantum*: nam ſi dominus defunctus uouit mittere certas perſonas indeterminatas ultra mare, tenetur hæres mittere, quia tale uotum non eſt proprie perſonale tantum, ſed partim reale, ſicut ſecundum ius ciuile tenetur implere pollicitationem factam Reipublicæ à prædeceſſore. Sic Palud. S. Ant. Ange. Sylu. Tabiena, Gabr. Nauar. & alij.

12 *Secunda propoſitio*: Quotieſcunque votum eſt Reale ſolum, quale eſt votum fundandi Monaſterium, dotandi eccleſiam, veſtiendi pauperem, dandi calicem, aut oblationem mittendi, aut tot armatos ultra mare, tunc tenetur hęres huiuſmodi vota realia adimplere ſecundum oēs. Ratio eſt, qa hæres, licet tunc non teneatur ratione voti ea facere, quia tñ tenetur defuncti debita ſoluere ratione adeptæ hæreditatis, conſequenter etiam huiuſmodi vota realia perſoluere tenetur, quandoquidem uotum reale eſt debitum quoddam Deo perſoluendum.

13 *Tertia propoſitio*: ſi votum ſit miſtum, id eſt, partim Reale, & partim Perſonale, & vtrumque eſt expreſſum a defuncto, tunc hæres tenetur ſolum ad reale, & non ad illud, quod eſt perſonale; vt v. g. ſi pater defunctus vouit ire ad S. Petrum, ibique calicē aureum offerre, uel Monaſterium ædificare, & ipsū ingredi, tenebitur hæres tantum ad reale, non ad perſonale, hoc eſt, tenebitur hæres offerre calicem, ædificare monaſterium, non autem ire per ſe, aut ꝑ alium, nec ingredi monaſterium, ita Paluda. S. Ant. Gabr. Ang. Sylueſt. & alij.

14 *Quarta propoſitio*: Quando votum eſt perſonale, & reale, ſed perſonale eſt expreſſum, & principale, reale autem erat tacitum, & acceſſorium, vt v. g. vouit quis ire ad S. Iacobum, quod eſt principale in voto, non autem expreſſit expenſas, quas in itinere facturus erat, quę ſunt res acceſſoriæ voto, in hoc caſu hęres ad nihil tenetur. Ratio eſt, quia cum in hoc caſu heres non teneatur ad principale, nec cogi poteſt ad reale acceſſorium, ſublato enim perſonali, ad quod, vt dixi, hæres non tenetur, aufertur etiam reale acceſſorium. Item vouit quis intrare religionem, & illi dare bona ſua, ſi in ea profeſſionē emitteret, ſi moritur vouens ante profeſſionem, nō tenetur hæres dare bona Monaſterio, quia ſicut non tenetur ingredi religionem, quod eſt principale, ita nec dare bona, quod eſt acceſſorium, ſublato enim principali, tollitur acceſſorium. Similiter ſi ſuſceperat defunctus crucem, non propter hoc tenetur hęres mittere expenſas, quas ille facturus erat niſi ipſe hoc ordinauerit, ſic omnes pręfati authores initio allati.

15 *Quinta propoſitio*. Quādo filius hęres per vota patris grauaretur, iuſtam habet cām petendi diſpenſationem; Etenim intelligitur ſemper adeundo hereditatem obligare ſe uota paterna realia implere, in quantum uires hęreditatis patiuntur. Quod ſi ſit hęres neceſſarius, grauari non poteſt vltra quintam partem bonorum, etiamſi in teſtamēto fuerint relicta hęc uota; Sin aut non fuerit neceſſarius, tenebitur hęres omne uotum realę defuncti in teſtamento relictum in quacunque quantitate adimplere, ex Ioſepho Angles, Sylu. Angelo, & alijs, quod intellige, ſi hęreditatem adierit, & compelli poteſt uterque hęres ad uoti impletionem per priuationem hęreditatis, immo etiam & per excommunicationem ex Pan. in d. c. licet. nu. 15. & D. Anto. quē citat Gabr. Syl. & alios, quia participando hęreditatē facit, quaſi contractum, & obligationem de exequendo uotum eiuſdem in his, in quibus tenetur; quod ſi hęreditatem non acceptet, non tenetur, quia nec hęres eſt, niſi forte promiſerit, tunc enim obli-

gatur ob promiſſionem factam, & quidem ſi promiſit in omni caſu non habendo relationem ad hæreditatem, tenebitur implere, etiamſi non ſuccedat in hæreditate; At vero ſi promiſit intuitu hæreditatis, à qua poſtea mutato conſilio abſtinet, non tenetur, arg. c. uenerabilem. §. fi. de elec. Angel. uerb. votum. 3. §. 9. Syl. ubi ſupra, uerb. uotum. 2. q. 11. verſi. Quintum. Tabiena uerb. uotum. 3. uerſicu. Sexto. & Gabr. loco proxime allato. Et hæc de impedimentis ex parte materiæ voti.

De impedimentis ex parte intentionis vouentis. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Regulę quædam aſſignantur ad cognoſcenda impedimẽta excuſantia ab impletione voti ex parte intẽtionis.*

2 *Si vouens aliquam conditionem apponat, iuxta illam votum adimplere tenetur & non aliter.*

Votum conditionale expleta conditione ſeruandum eſt, non antea.

3 *Quando conditio appoſita votum irritat.*

4 *An ſi culpa vouentis deficiat conditio, ſub qua vouit, teneatur nihilominus votum adimplere.*

5 *Quando quis votum ſuum adimplere tenetur.*

6 *Qui vouit aliquid ita, vt determinatio temporis appoſita ſe teneat ex parte obiecti, non adimplendo tempore ſtatuto mor. pecc. tranſacto tamen illo tempore nõ tenetur amplius.*

7 *Qui non principaliter intendebat tempus, ſed ſolum appoſuit, vt determinatiuum operis, ſiue executionis voti, & mort. pecc. non adimplendo, & tranſacto tempore implere tenetur.*

8 *Cum quis aliquid abſolute vouit nullum determinando tempus, ad intentionem, & conſcientiam vouẽtis recurrendum ſecundum conſilium Naua. & Caiet.*

Eorum opinio, vt incerta, & fallax refellitur.

9 *Quid ex communiori, & veriori Theologorum ſententia ſtatuendum, uouens intrare religionem non determinando tempus tenetur, quam primum commode poteſt ingredi ibi.*

10 *An ſi quis uoueat in uigilia alicuius ſancti non comedere panem, & poſtea voueat, uel ante die ueneris comedere ſolum panem, & contingat eodem die concurrere vigiliam ſancti, teneatur abſtinere.*

11 *An qui abſolute vouit non comedere carnes die ueneris, et contingat eodem die Natalis Domini, teneatur abſtinere.*

12 *An uouens ieiunare die alicuius ſancti, ſi dies feſtiuus incidat in Dominica, teneatur in Dominica, uel Sabbato ieiunare.*

13 *Quid illi faciendum, qui duo diuerſa uota fecit, unum poſt alterum, aut in cauſa repugnantia.*

14 *An ceſſante cauſa, propter quam quis uouit, ceſſet obligatio uoti.*

QVemadmodum ex parte materiæ dari poſſunt impedimenta excuſantia ab impletione voti, ita etiam ex parte intẽtionis, in qua re aſſignari poſſunt hæ regulę.

1 Prima eſt, Quando vouentis intentio certa eſt, vota poſſunt quæcunque impedimenta ſuſcipere: Ratio eſt, quia tota voti obligatio ex voluntate, & intentione uouentis dependet. Cum igitur intentio uouentis ſufficiat ad quamcunque conditionem apponendam, uota præciſe iuxta intentionem uouentium obligabunt, ex Caie. in ſum. uerb. uotum. §. 4. & alijs. Quæ regula euidenter colligitur ex illo Deut. 23. *Quod ſemel egreſſum eſt ex labijs tuis, obſeruabis, & facies, ſicut promiſiſti* Domino, *& uoluntate propria, & ore tuo locutus es.*

Secunda eſt, Quando uotum abſolute, & ſimpliciter emiſſum eſt, nec uouentis intentio ullam conditionem, aut limitationem appoſuit, tale uotum ſecundum ſacros canones, & ſanam doctrinam pie interpretandum eſt. Et quidem ita ſemper interpretandum eſt, ut quam maxime fieri poſſit, omnis occaſio uiolandi uotum, & peccati periculum præcideretur, ac ut minus etiam peccetur.

Hinc qui uouit ſe daturum alicui eccleſię, uel pauperibus annuatim unam menſurã grani, & non determinauit, de qua menſura, ex æquitate interpretãdum eſt uotum de quacunq; menſura uouens dare maluerit, ex Doct. in c. Ex parte. de cenſib. Hoſtien. & Panor. ibi. nu. 5. & Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 6. puncto. 4. & Io. Azor. p. 1. inſti. Moral. lib. 11. c. 20. dub. 2. & 10. uel ut notant Ange. in uerb. uotum. 3. §. 22. & Sylu. uerb. uotum. 2. q. 15. & Tabiena uerb. uotum. 3. uerſic. Quinto. interpretatio fieri debet de ea, de qua cogitabat, aut determinaſſet, ſi cogitaſſet, conſideratis circunſtantijs perſonæ uouentis, & materiæ ſubiectæ, quia dubium eſſe poteſt in hac re, tã quoad qualitatem rei, ſ. quale triticum dare tenetur, bonum, melius, aut optimũ, q̃ quoad menſuræ quãtitatem, an, ſ. in menſura maiori, uel minori; Dicendum eſt quo ad qualitatem, ſatis eſſe dare triticũ bonum, nec teneri dare melius, aut optimum, quoad quantitatem autem, ſi mos patriæ unam obſeruet menſuram, iuxta eam communem menſuram perſoluere debet; Sin aũt uarijs utatur menſuris, tunc quidem ſi iuxta minorem menſuram uota reddat, non eſt compellendus maiorem menſuram perſoluere, quoniam cum huiuſmodi uota fuerint ab initio gratuita, benignius ſunt a uiris eccleſiaſticis exigenda, ut in c. Ex parte. de cenſibus. habetur.

Sic etiam cum quis promittit calicem eccleſiæ certæ; intelligitur promiſſus calix aptus, & accommodatus ad cultum diuinum, & proinde debet aureum, uel argẽteum, non ęneum calicem offerre, & dare, prout uſus eccleſiæ obſeruat. Ex Panor. in cap. Ex parte nu. 4. de cenſibus. & Io. Azorio p. 1. inſtitu. lib. 11. c. 20. dub. 10. & facit l. Titia. §. Sempronia, et §. Seia. ff. de auro, & argento legato.

Item ſi quis promittat dare alicui eccleſię, uel hoſpitali equum, aut bouem, ſi omnes ſui equi, aut boues infortunio poſtea perierint, tenetur equum, aut bouem emere, & dare; vt uoto ſatisfaciat, niſi expreſſe ſpoponderit unum ex his, quos habet, ex S. Anto. p. 3. ti. 16. c. 2. §. 4. Palud. in 4. d. 38. q. 4. ar. 1. conclu. 3. Sylu. uerbo. religio. 2. q. 16 & Io. Azor. ubi ſupra. dub. 2. ueluti ſi promiſiſſes te mihi daturum equũ, & omnes tui equi perirent, tenereris equum emere, & mihi dare, eo quod de equo generatim, non autẽ ſpeciatim, facta eſt promiſſio. Ex quibus colligi poteſt, quid in ſimilibus dicendum ſit.

2 Tertia eſt, quando uouens aliquam conditionem, & limitationem apponit, tunc iuxta illã conditionem uotum adimplere tenetur, & non aliter.

Et quidem ſi plures appoſuit cõditiones, & vouens non intendebat ſe obligare, donec omnes implerentur, non tenetur ad votum antequam omnes conditiones adimpletæ ſint; ſin autem de hoc non cogitauit, nec ſcit diſcernere, tutius eſt, immo neceſſarium, vt votum adimpleat, vna conditione extante, ex Archid. in c. Non ſolum. 23. q. 8. Sylueſtro verſi. votum. 2. q. 2. ver. Quartum, & Summa Corona tractatu de voto, nume. 11. & facit, quia in dubijs pars tutior eligenda eſt, ex Angelo verb. votum. 3. §. 12. Sin vero vnam ſolum conditionem appoſuit, nõ niſi adimpleta conditione ad votum tenetur, vt v.g. ſi filius meus liberetur ab hoc morbo, dabo calicem certæ eccleſiæ, ſi filius non liberetur, ad calicem eccleſiæ dandum non obligatur. Id quod Syluester verb. uotum. 2. q. 2. ver. Primum, niſi ſcandalum ſequeretur, ex eo quod non adimpleret, ut ſi uotum fuit publicum, & conditio ſit ſecreto in corde retẽta, tunc enim tenebitur ante purificationem conditionis adimplere uotum, non quidem ratione uoti, ſed ratione ſcandali.

Circa votum autem conditionale ſciendum eſt, quod conditio aliquando adijcitur in pęnam alicuius rei faciendæ, uel non faciendę, ut ſi quis caſtitatem, uel Religionem uouerit, quando in certum peccati genus incurrerit, & tunc huiuſmodi uota expleta conditione ſeruanda ſunt, non antea. Id qđ intelligitur de uoto pœnali abſolute facto, ut in caſu propoſito conſtat. Nam ut recte notant Bartho. Med. 1.2.qu.96.ar.4.dub.3.ad ſecundum, & Petrus de Arragon.2.2.q.62.ar.3.circa medium, & alij uotum pœnale dupliciter fieri poteſt, uno modo, ſub *diſiunctione*, ut ſi quis promittat ſe non luſurum, aut ſi luſerit, ieiunaturum, certè ſi luſit, non eſt reus uoti, ſed ſolum ieiunare tenetur. Alio modo abſolute, ut ſi quis promittat ſe non acceſſurum ad talem mulierem, quod ſi fecerit, talem ſubiturum pęnam; Si ad eam accedat, reus eſt uoti, & inſuper pœnam ſubire tenetur.

3 *Rurſus* conditio appoſita, aliqñ talis eſt, ut ſit *cõtra naturam, & ſubſtantiam eius, cui accedit*, & tunc talis conditionis appoſitio uotum irritat, & nullum efficit, ut colligitur ex c. fi. de condi. appoſi. ut ſi quis uoueret ingredi religionem ea conditione, ut ad uotum reddendum non teneatur; Item qui uoueret religionem ea intentione, & conditione appoſita, ut proprium quid ſibi reſeruet, tale namque uotum, nullum, & irritum eſt, quia poſſidere proprium, cũ ſolemni Religionis profeſſione pugnat, ex Calderino, Cardin. & Abbate, quos refert Couar. in 4. de Matrim. p.2.c.3.§.1.nu.18. Ang. in uerb. Religioſus. §.19. Sylueſt. uerb. religio. 3.q.7. Tabiena. uerb. Religio. §.20. Roſella uerb. Religio. 2.§.11. & Ioanne Azorio p.1. inſti. Moral. lib.11.cap.15.dub.9. Aliquando uero conditio appoſita eſt impoſſibilis, & tunc in foro conſcientiæ uotum illud nullum eſt, & irritum, ex Palud. in 4.d.38.q 3.ar.2.conclu.1.& Azorio ubi ſupra, ſiue conditio hæc ſua natura ſit impoſſibilis, ut ſi quis uouet ingredi religionem ſi cælum manu tetigerit, ſi mare totum ebiberit, ſiue lapſu temporis effecta ſit impoſſibilis, ut ſi quis uouet dare eleemoſinam ſi pater eius uiuat, cum tamẽ iam mortuus ſit. Aliquando conditio appoſita eſt *turpis*, ut ſi quis uoueret religionem, ſi homicidium committat, ſi potuerit habere coitum cum tali femina, talis enim conditio cum habeat finem malum, & moueat, & trahat ad peccatum, uotum ẽt irritũ, & nullum efficit, ex Palud. ubi ſupra, & Azorio, & Sylueſtro uerb. uotum. 2.q.2. uerſ. Tertium. eſt.n. neceſſarium ad uotum ut finem bonum habeat. Aliqñ conditio eſt neceſſaria, & in futurum concepta, ut dabo eleemoſinam, ſi cras ſol oriatur, & tunc ſtatim extante conditione tenetur uotum perſoluere. Aliqñ aũt conditio eſt *coniunctiua*, ut uoueo dare calicẽ ſi pr, & frater meus ex bello ſalui redierint, & tunc utraque conditio impleri dẽt, ut ualeat uotum. Aliquando autem eſt *diſiunctiua*, ut uoueo dare calicem ſi pater, aut frater ſaluus redierit, & tunc ſatis eſt alterutrum impleri, ut ualidum ſit uotum, ubi aũt diſiunctiua ita ponitur, ut incertum ſit ad quid uotũ ſe extendat, u.g. uoueo dare uiginti, aut quindecim aureos certæ eccleſiæ, uoueo poſt annum, uel biennium fieri religioſus, tunc ſi conſtet de mente uouẽtis, ſecundum eã adimplendũ eſt uotum; quod ſi de uoluntate promittẽtis dubij ſimus, tutior pars eligẽda eſt, ita ut obligatio conferatur in id, quod maius eſt, puta ut det uiginti, & in tempus, quod breuius eſt, puta ut poſt annum ſuſcipiat religionem. His ita ſuppoſitis, dubia quędam ſoluenda reſtant.

DVBIVM PRIMVM eſt, An ſi culpa uouentis deficiat conditio ſub qua uouit, teneatur nihilominus uotum adimplere.

Reſpondeo cum Richardo in 4.d.38.ar.5.qu.3. Ang. in uerb. uotum. 1.§ 10. Sylu. in uerb. uotum. 2. §. ſecundum. Tab. in uerb. uotum. 2.§.2 Gabr. in 4. diſtinctio. 38. quæſt. 1.ar.3 litera I. Ioſepho Angles quęſt. de uoto ar.2. difficul. 17. Ioan. Azorio par. 1. inſti. Moral. lib.11.cap.22.dub.9 Naua. in Manuali. cap.12. numero 42. uerſicul. Vndecimo. Summa Corona tract. de uoto. numero 11. Ludouico Lopez par. 1. ſummæ. cap.44 Coſmo Philiarcho de officio ſacerd. par.2. lib.3. ca.18. & Ioan. Azorio par. 1. Inſti. Moral. lib.11.cap.20.dub.ui. uotum illud obligatorium eſſe. Vnde inferunt, quod ſi quis aliquid Deo uouit, ſi ipſum à peccato certo pręſeruet, poſtea uero non facit id, quod feciſſet, aut intendebat facere implicite, dum uouit, ad ſe præſeruandum ab illo peccato, aut ſe præcipitet in illud peccatum, ne aſtrictus maneret tali uoto, nihilominus uoto ligatus manet, alias enim fraus patrocinaretur eidẽ. Sicut ſi quis uoueret aliquid ſi Petrus in domum ſuã ingrederetur, & deinde Petro ſæpius ad ſe ueniente fores occluderet, ne in domum ſuam intraret, uoti uinculo tenetur, eo quod per uouentem ſtetit, quo minus ingrediatur; Secus autem ſi id faceret ex incuria, negligentia, uel obliuione. Quæ omnia intelligenda ſunt iuxta intentionem uouentis, a qua uotũ obligandi uim habet. Si enim uouens, quando uouit, intendebat ſolum obligare ſe, ſi Deus ad illud peccatum uitandum maiorem ſolito gratiam ei cõferret, ut cõiter fit, non tenetur etiamſi ex ſua culpa conditio non extet, quia intendebat, ꝙ per talem gratiam ſolito maiorẽ ipſe à culpa illa præſeruaretur; ubi autem dubius eſſet de ſua intentione, tunc expectandum ſolum erit cõe, ac conſuetum Dei auxilium, quod datur unicuique facienti, quod in ſe eſt, & proinde ſi incidat in peccatum, ad uotum tenetur, cum iam uoti conditio impleta ſit, ut recte Sylueſter, & Azorius ubi ſupra annotarunt.

5 DVBIVM SECVNDVM eſt, De tempore qñ ſcilicet, quis uotum ſuum adimplere tenetur? De qua re legendi ſunt S. Thom. 2.2.q.88.ar.3. ad ter-

tium Caiet,& Petrus de Arragon.ibi.Palu.in 4. diſtin.38.q.3.art.2.concl.2.S.Anton.p.2.tit. 11. c.2. §.2.&§.5. Supplement. Gabr. in 4.d.38.q.1.art.3. litera K.Angel.verb.votū.3.§.2.& 3.Syluest. verb. votum 2.q.3.Tabiena verb. uotum.3.§. Quarto,& §.ſeptimo.Sotus li.7.de iuſtitia q.2. art. 1. ad quartum.Nau.in Manuali,ca.12.nu.41.& nu.54. Summa Corona tract. de voto. num. 11. Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſcient.c.45,§ Non implens. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.in q. de uoto art.2.difficult. 12. Coſmus Philiarchus de officio ſacerdot. lib 3.p.2.cap.18.in princ. Et Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ. cap.99. concl. 14. Ioannes Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.11.c.15.dub.10. & dub.11.& Gregor.de Valen.tom.3.diſp.6. q.6.puncto 4. Qui omnes docent, quod cum uotum pendeat ab intētione vouentis, qui intendit ſe ſtatim obligare, tenetur ſtatim: ſi autem ad certum tempus, vel ſub certa cōditione,non tenetur ſtatim reddere,quāuis nec tardare debet vltra, quod intendit ſe obligare.

Ceterum cum hæc nimis vniuerſaliter dicta ſint & res in particulari explicanda eſt, antequā noſtrā de hac re ſententiam afferam,ſupponendum eſt varijs modis emitti poſſe votum,vno modo determinando tēpus; Alio modo ſub cōditione: Tertio modo abſolute nullū tēpus determinando. Rurſus determinatio tēporis in emiſſione voti dupliciter cōtingere poteſt, vno modo,ita vt tēpus ipſum ſe habeat tanquā pars obiecti ipſius voti,vt cum quis voueat ieiunare vigiliā alicuius ſancti ex ipſius deuotione,hic.n.non ſolū ipſum ieiunium, ſed tēpus ipſum etiā ſub voti obiecto cadit. *Alio modo* ita vt tēpus non ſit pars obiecti,ſed ſolū ſe habeat tanquam determinatiuum executionis voti,vt ſi quis vouet ingredi religionem poſt annum quo caſu ſola religio obiectum eſt voti, tempus vero eſt determinatiuū executionis ipſius voti. His ſuppoſitis, rem ipſam ſequētibus propoſitionib. breuiter exponam.

Prima propoſitio: Qui uouit aliquid facere determinando tempus,tale votum ſiue ſit abſolutum, ſiue conditionale, tenetur intra illud tempus votū ſuum adimplere,alias voti fracti reus erit. Hæc propoſitio certa eſt,& ab omnibus conceſſa. Ratio patet ex dictis, quia cum voti obligatio ex vouentis intentione dependeat,eo ipſo quod intendit votum intra certum tempus adimplere, contrafaciendo peccat mortaliter,niſi aliunde excuſetur.

Secunda propoſitio: Qui aliquid vouit;ita vt determinatio temporis appoſita ſe teneat ex parte obiecti,quamuis non adimplendo votum tempore determinato peccet mortaliter,tranſacto tamen illo tempore non tenetur amplius ad votum: ita Sotus,Petr. de Arragon. Nauarrus,Sūma Corona,Lopez,Ioſeph Angles,& Rodriquez vbi ſupra.Ratio eſt, quia tempus eſt de ratione obiecti ipſius uoti. Cum igitur tranſacto illo tempore, non amplius exiſtat uoti obiectū,quod erat ieiuniū v.g.talis diei, ut conſtat,conſequenter ceſſante uoti obiecto, ceſſat eius obligatio. Vnde ſi quis uoueat ex deuotione alicuius ſancti, eius uigiliā ieiunare, aut ieiunare feria ſexta, propter deuotionem ad paſſionem Chriſti,uel in die ſabbathi propter affectionem, & deuotionem ad B.Virginem,ſi in his dieb. ieiunare prætermittat,peccat quidē,in alijs tamē dieb. ieiunare non tenebitur. Quia ut diximus, materia & obiectum uoti non fuit ſolum ieiunium,ſed etiam deuotio temporis,atque adeo finito illo tempore, impoſſibile eſt uotum illud implere. Simile enim eſt huiuſmodi uotum,ac præceptū eccleſiæ de ieiunio alicuius ſancti, ac de perſoluendis horis canonicis, in his enim caſibus obligatio uoti reſpicit certum diem,tanquā onus illius diei, ſeu ſit uotū ob particularē deuotionē illius ſancti,atq; adeo in huiuſmodi uotis adimplendis, interpretatio facienda eſt ſecundū uſū ſanctæ matris eccleſiæ in illis exequendis,quæ onus illud in aliud tempus non transfert.

7 Tertia propoſitio: Qui aliquid faciendum certo tēpore uouit,ita tamē quod nō principaliter intendebat tēpus in uoto adimplēdo,hoc eſt, non habendo rationem ad tēporis deuotionē, ſed reſpiciendo opus illud quod faciēdū uouit,& ſolū tēpus appoſuit tanquā determinatiuū executionis ipſius uoti, nō ſolū mortaliter peccat nō adimplendo uotū tempore ſtatuto,ſed tranſacto etiā illo tempore, tenetur adhuc quam primum poterit uotum adimplere. Sic expreſſe Sotus Nauar. Petr. de Arrag. Lopez, Ioſeph Angles,Sum.Coro.& Rodriq.locis ſup. citatis. Ratio eſt,quia materia & obiectum uoti,tranſacto illo tēpore adhuc manet; Ergo & obligatio uoti.

Hinc qui uouit intra annum ire Romam ad viſitanda limina Apoſtolorum, ſi culpa ſua intra tempus illud non adijt Romam,& uiſitauit corpora Apoſtolorum,peccauit mortaliter,& nihilominus finito anno uotū adimplere tenetur. Ratio eſt, quia peregrinatio, quæ fuit principalis materia & obiectum uoti, eadem manet,& tempus ſolum ad expellendam moram appoſitum fuit.

Eodem modo,qui uouit ingredi Religionem intra annum,ſi id non facit, peccat mortaliter, & adhuc uotum perſoluere tenetur,quam primum commode poterit.

Quarta propoſitio; Quicunque uouit aliquid cōditionatum,ſiue illud pęnale eſſet,ſiue non,poſita conditione,uotum adimplere tenetur. Hæc cōcluſio ex ſupradictis patet, & expreſſe id docet S.Tho. 2.2.q.88.art.3.ad tertium. Ratio eſt, quia intentio uouentis,ex qua uotum obligandi vim habet, erat ſe obligare impleta conditione,& non ante.

8 Quinta propoſitio: Qui aliquid abſolute uouet, nullum determinando tempus,tunc Caie.2.2. quęſ. 88.ar.3.in fine,& Nauar.in Manuali ca.12.nu.41. verſ. Decimo.conſulunt, ut recurratur ad intentionem & conſcientiam uouentis, & ſecundum eam faciendum eſſe. Atque adeo inquiunt, tunc non teneri, quando conſcientia non remordet, teneri autem,quando remordet,uſque ad illud enim tempus nondum hominem in mora eſſe dicunt. Alij tamē, vt Syluest.uerbo,uotum 2.quæſtio.3. Angel. uerb. uotum.3.§.2.Tabiena uerbo,uotum.tertio.§.Quarto.Paludan.in 4.diſtinctio.38.quæſtio.3.articul. concluſ.2. Gabriel in ſupplem. ibid. quæſt. 1.ar. litera k.Petrus de Arragon.2.2.quæſt.88.ar.3.in fine.Summa Corona tract. de uoto,num.11.Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd.p.2.lib.3.ca.18.in princip.Ioſeph Angles q.de uoto ar.2.diffic.12.propoſitione prima, Greg. de Valentia to.3.diſp.6.q.6. punct.4.Eman. Rodriquez par.2.ſummæ, c.99.cōcluſ.15.& Ioannes Azorius par.prima,inſti.Moralium lib.11.ca.15.dub.10.hanc regulam Caietani, & Nauarri,ut incertam & fallacem refellunt.Nam

pro ijs,qui timoratæ ſunt conſcientiæ, nimis ſcrupuloſa eſt,dum incertum hominem reddat quando in mora ſit, necne, immo ſcrupuloſi ſemper ſe in mora eſſe credent; pro illis vero, qui ſalutis ſuæ parum memores ſunt,nimis ampla & laxa eſt, tales namque aut nunquam, aut ſero ſe in mora eſſe putabunt. Ex communiori igitur, & veriori Theologorum,& Canoniſtarum ſententia dicendum exiſtimo,eum, qui nullum tempus ſibi ad uotum perſoluendum perſcripſit, teneri ſtatim votum ſuum adimplere,quando id commode poteſt, ſecundum boni,ac prudentis viri iudicium,& maxime iuxta cõfeſſarij ſui docti,& prudentis determinationem, qui penſatis ſingularibus conditionibus perſonæ, materiæ, & temporis, quid faciendum ſit iudicare debet, atque adeo in dubio partem tutiorem eligere debet,ſcilicet,ut ad uotum ſtatim data opportunitate perſoluendum iudicet,ut tandem Caietan.& Nauarr.fatentur; Alioquin ſi per ipſum ſtat, quo minus ſtatim uotum adimpleat, quando moraliter ſine notabili incommoditate poteſt, reus erit uoti. Quæ ſententia meo iudicio ſatis manifeſte colligitur ex Deuteronom.23.vbi dicitur, *Cum uotum uoueris Domino Deo tuo, non TARDABIS reddere quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi MORATVS fueris,reputabitur tibi in peccatum. Et Eccleſiaſtes 5. Si quid uouiſti Deo, ne MORERIS reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio*. Ex quibus locis euidens eſt peccatum eſſe *tardare,& moram facere*,in uoto reddendo,& Deum *ſtatim* uotum *requirere*,& *infidelem eſſe* qui eſt in mora reddendi, Ratione etiam conſtat, quia uotum iſtud cum ex ſe non magis obliget vno tempore quam alio,ut conſtat,ſed tota ratio exequendi votum,ex acceptatione, & requiſitione Dei dependet, in cuius cultum, & gloriam ſit, conſequenter cum Deus omni tempore,quo quis commode illud facere poſſit, votum illud acceptet,& requirat,vt Deuteron.23.habetur,ſtatim ac quis commode illud poſſit facere, obligabitur. Confirmatur etiam exemplo aliorum debitorum,cum enim aliquid alteri homini debemus,illud ſoluere, ac reddere ſtatim quam primum commode poſſumus, tenemur, maxime creditore requirente, atque adeo ſi non reddat, in mora eſſe cẽſetur, Deus autẽ sẽper votũ requirit,ut diximus.

Notandum autem eſt ex Paludano, & Gabr. vbi ſup. & S.Ant.p.2.tit.11.c.2.§.2.hanc doctrinam tũ in alijs rebus, tum maxime in uoto religionis locũ habere,idque ex natura ipſius voti; Qui enim uouit intrare religionem,non determinando tempus, tenetur quam primum commode poteſt ingredi. Ratio eſt,quia qui hoc uouet, ideo uouiſſe iudicatur, quia Deo diu ſeruire intendit in hac vita, & non vt moriens,quia illud parum utile ſibi,& Deo gratum foret; Eſt enim natura religionis, vt vita hominis, & non tantum mors Deo dedicetur; unde quã cito commode poteſt intrare debet, quia qui uouit intrare,reſiduum uitæ ſuæ Deo dedicat. Sicut qui ꝑmittit cum aliqua contrahere,non ſufficit in morte contrahere,quia ad hoc fit matrimonium ut ſimul conuiuant. Quæ doctrina diligenter annotanda eſt propter eos, qui poſt religionis uotum, religionem ingredi,procraſtinare ſolent.

10 DVBIVM TERTIVM eſt,an ſi quis uouit v.g. in uigilia alicuius ſancti, v.g.S.Laurentij nõ comedere panem, & poſtea vel ante uouit in die ueneris non comedere niſi panem,& contingat,vt cõcurrat in eodem die vigilia S.Laurentij,& dies veneris poſſit eo die comedere panem,uel teneatur abſtinere à pane? Reſpondeo primo, ſi uouens ſit certus de ſua intentione,iuxta illam uotum adimplere debet,cum iuxta illam votum obliget, & nõ amplius, Secundo,ſi non ſit certus de ſua intentione, vtrũq; ſi poteſt,adimplere tenetur, quia obligatus ad duo præcepta,tenetur ambo implere,ſed uotum adimplere eſt præceptum; Sin autem utrumque implere nequeat ſine periculõ mortis, aut grauis infirmitatis,tenetur vnum ſolũ implere,illud ſ.quod prius vouit,niſi poſterius ſit præſtantius,& Deo gratius. Vnde ſi unum eſſet maioris deuotionis, & alterum maioris afflictionis,cum deuotio mentis præferenda ſit afflictioni carnis, ex eo quod eſt actus perfectioris virtutis, ſ.religionis; & bona per ſe,ſ.deuotio,afflictio uero carnis bona per accidens,& actus minoris uirtutis,uidelicet, temperãtiæ, eligere debet id in quo habet maiorem deuotionem, & cum certus ſit ſe non poſſe utrumque implere,non tenetur aliquid aliud pro eo in alio die facere, cum iam excuſatus ſit propter impoſſibilitatem adimplendi; Sicut qui ieiunium eccleſiæ adimplere nequit ob infirmitatem, non tenetur alio die ieiunare, aut in aliud bonum commutare. Quãdo autem dubius eſſet, an vtrumque implere poſſet, tunc illud ieiunium,quod implere non poteſt, in alium diẽ transferre,aut in aliud bonum non ſua propria auctoritate,ſed prælati ſui, quæ requiritur ad diſpenſationem,uel commutationem,commutare debet. Ratio eſt, quia in dubio poſitus,an peccet,uotum non ſeruando,partem tutiorem eligere debet. Sic Ioã. Maior in 4.d.38.q.2.col.pe.& Io.de Neapoli quem referunt,ac ſequuntur S.Anto.p.2.titu.11.c.2.§.ult. & Syl.uerb.uotum.2.q.17.verſ. Ex his dico,quamuis in hoc ultimo caſu Syluester hanc regulam ſequendam eſſe putat,vt non obligetur vltra id,quod actu cogitauit, aut quod ſi cogitaſſet, obligari voluiſſet,ſed quod diximus,tutius,& ſecurius eſt.

11 DVBIVM QVARTVM eſt,an qui abſolute uouit non comedere carnes die ueneris,teneatur abſtinere a carnibus, ſi dies Natalis Domini in diem veneris incidat? Ratio difficultatis eſt, quia in cap.fi. de obſeru.ieiuniorum. Honorius Papa III. permittit eo die comedere carnes. Gloſ.Io.Andr.in d.cap. fin.docet poſſe,niſi expreſſe eum caſum in uoto incluſerit, ita ut uotum illud intelligendum alias ſit de eſu non licito. Vnde d.cap.in quo exceptio ſit de eo qui tenetur ex uoto, ait, intelligi debere de eo; qui uouit nunquam comedere carnes. Et fauet Ioã. Azor.p.1.inſt.Moral.lib.11.c.20. dub.3.ubi ait, q̃ ſi nihil de eo die cogitauit,quando uouit,non teneri a carnibus abſtinere, aut ieiunium ſeruare. Alij tamen vt Gloſ.ibi, in uerb. Nec uoto, & Pan.nu.3. Palud.in 4.d.38.q.3.ar.4.concluſ.4.docent, teneri abſolute uotum adimplere etiamſi ſit dies Natalis Domini. Quia in d.cap.fin. excipit eos qui uoto, aut Regulari obſeruantia aſtricti ſunt ad carnium abſtinentiam ſeruandam, unde cum huic abſtinentia in eo caſu ſit in præcepto uoti, tenetur eo die abſtinere. Id quod non ſolum uerum eſt in eo,qui vouit nunquam comedere carnes,ut vult Ioã. And. immo uero talis nõ poſſet comedere in feſto Natiuitatis

uitatis, etiamſi non veniret in feria ſexta, eo quod cum talis nullũ diem excepit generaliter, indiſtincte intelligendus eſt, ſed etiam de eo, qui vouit non comedere carnes feria ſexta, quia ex quo uouit generaliter, tenetur abſtinere in qualibet feria ſexta. Nec ualet ratio Io. Andr. ſi. n. intelligeretur votum de eſu illicito, vt ipſe putat, uouiſſet Deo de uento, vt ait Pan. cum antea ad illud tenebatur ex præcepto diuino, & humano; Et quamuis votũ fieri poſſit de re alias præcepta, qñ tamen non cõſtat de mẽte vouentis, interpretari oportet votum fieri de re, quæ alias in præcepto non fuerit, cum uotum communiter & propriè ſit opus conſilii, non præcepti. Vt igitur talis Deo aliquid vouere dicatur, intelligi debet, quod abſtinebit feria ſexta, etiamſi alias licite carnes comedi poſſent.

Confirmatur hæc opinio. Quia diſpoſitio debet ſemper intelligi, ut non ſit inutilis, ſed ut aliquid operetur, arg. c. abbate. de uerb. ſign. & l. Quoties. de uerbor. obliga. Sed ſi uotum prædictum refertur ad eſum illicitum, inutile quaſi eſſet tale uotum. Ergo intelligi dẽt gñaliter, ut cõprehendat ẽt eſum licitum. Addit aũt & recte Palud. ubi ſup. poſſe hoc uotum auctoritate epiſcopi in alium diẽ commutari.

12 DVBIVM QVINTVM eſt, an qui uouit ieiunare in die alicuius Sancti, v.g. S. Mart. ſi dies ille feſtiuus incidat in Dominica, teneatur ieiunare in Dominica, uel potius in ſabbato. Hanc difficultatem tractant S. Anto. p. 2. tit. 11. c. 2. §. vlt. Syluest. uerb. uotum. 2. q. 16. Tabiena uerb. uotum. 3. §. 7. Supplementum. Gabr. in 4. d. 38. q. 1. ar. 3. litera M in fine. Sum. Cor. tract. de uoto. nu. 11. & Ioã. Azorius p. 1. inſt. Moral. lib. 11. cap. 29. dub. 4. Pro cuius ſolutione, Notandum eſt ex S. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 5. ieiuniũ eſſe duplex, aliud afflictionis, aliud exultationis. Ieiunium afflictionis illud eſt, quo quis ieiunare intendit, ut carnem affligat, ut eam ſpiritui ſubdat, & Deo pro peccatis ſatisfaciat. Ieiunium exultationis, eſt, quo quis ieiunat, ut magis ſit diſpoſitus ad ſpirituale gaudium, & contemplationem diuinorum, feſtumque celebrandum. Hoc ſuppoſito, certum eſt, ſi intendit primum, ideſt ieiunium afflictionis, in ſabbato præcedenti iuxta morem, & uſum eccleſiæ vniuerſalis in talibus ieiunare debet, & non in Domenica: Econtra uero ſi intendit ſecundum, id eſt, ieiunium exultationis, ieiunare debet in Dominica: Ratio eſt, quia ieiunium hoc licitum eſt, votum autem licitum obligat. Eſſe autem licitum cõſtat ex S. Hieronimo epiſto. ad Lucinium, ut habetur in c. utinam, diſt. 76. & fatentur S. Thom. ubi ſupra, ad tertium, & alij citati. Nec obſtat, quod cap. ſi quis tanquam. & c. ſi quis presbyter. diſt. 30. ieiunium in Dominicũ prohibent; Intelliguntur enim quando ieiunatur in Dominica ex contemptu diei Dominicæ, uel ex ſuperſtitione, & errore hæreticorum, (ſicut Manichæi ieiunant, quaſi neceſſarium tale ieiunium arbitrantes) alias namque ex deuotione licet.

Quando autem dubius eſt, an intendit ieiunare, ſi dies ille in Dominica uenerit, nec ne: quamuis ex una parte poſſit in Dominica ieiunare, eo quod probabile eſt, quod intendat potius implicite ieiunare ieiunio exultationis, quam afflictionis: Si tamen ieiunet in ſabbato præcedenti, potius, quam in feſto uoto ſatisfeciſſe cenſetur, & quidum ceteris paribus magis conſulendum eſt vnicuique, quod conformat ſe quantum ad diem vniuerſali eccleſiæ in ieiunando quam quod ſit ſingularis,

Similiter, qui uouit ieiunare per totum menſem ſi expreſſe dies Dominicos non comprehendit uoto ſuo, poteſt tuta conſcientia conformare ſe conſuetudini uniuerſalis eccleſiæ, ita ut non ieiunet dieb. Dominicis, ex Tabiena, & Azorio ubi ſupra, crederem tamen teneri abſtinere ab ouis, & lacticinijs illis diebus, prout eccleſia tempore Quadrageſimali in Dominicis abſtinet.

13 DVBIVM SEXTVM eſt, Quid facere debet is qui duo vota diuerſa fecit, unum poſt alterum, ut etiam in caſu repugnantia.

Reſpondeo cum S. Tho. in 4. diſt. 38. q. 1. artic. 4. quæſtiuncula 1. Ang. verb. uotum. 3. §. 24. S. Anto. par. 2. tit. 11. c. 2. §. 5. Sylu. uerb. uotum. 2. q. 17. & Ioan. Azorio p. 1. inſt. Moral. li. 11. c. 20. dub. 5. & Sum. Cor. tract. de uoto, nu. 11. in fi. Quod utrumque ſeruare debet, ſi poteſt; ſi ſint incompoſſibilia, ſeruare debet maius, id eſt, quod arctioris eſt vinculi; quod intelligitur, quando ſunt inæqualia; ſi uero ſint equalia, ſeruare debet primum cum non potuerit ſe obligare ad aliud ſecundum uotum incompoſſibile, ſic enim interpretanda eſt pia uouentis intentio, ſcilicet, quod non feciſſet aliud uotum incompoſſibile priori, ſi de illo priori cogitaſſet, quando votum ſecundum emiſit. arg. ca. Quemadmodum de iureiur. vbi iuramentum non extenditur ad uerſimiliter non cogitata, & idem de uoto dicendum eſt. Vnde qui uouit nihil coctum, neque panem in vigilia alicuius ſancti, puta S. Lau. comedere, & poſtea, uel ante uouit ſe nihil cibi ſumpturum in feria ſexta niſi panem, ſi uigilia S. Laur. cadit in feria ſexta, ſeruare potius debet uotum primum, quàm ſecundum, hoc eſt abſtinere debet à panis comeſtione illa die, vt ſic votum maius ſeruet, quãuis in his, & alijs ſimilibus reſpicere oportet ad uouentis intentionem, quam habuit, aut uerſimiliter habuiſſet, ſi de priori uoto cogitaſſet.

14 DVBIVM SEPTIMVM eſt, An ceſſante cauſa propter quã quis vouit, ceſſat obligatio uoti? Quidam, ut Hoſtienſis in c. Magnæ. de uoto, putat non ceſſare; Goffredus autem econtra ceſſare affirmat. Ceterum rectius Pan. in d. c. Magnæ, nu. 14. Ang. in uerb. uotum. 3 §. 5. & 23. Syluest. uerb. uotũ. 2. q. 8. & Io. Azorio p. 1. inſti. Moral. lib. 11. c. 15. dub. 13. diſtinguendo reſpondent; Quod ſi cauſa finalis, ob quam factum eſt uotum, ceſſat, ita quod non intendebat ſe obligare, ea non obſtãte, ceſſat uotum. arg. c. cum ceſſante. de appella. Sin uero cauſa ſolum impulſiua & inductiua uoti ceſſat, ea ceſsãte reſtat adhuc obligatio uoti, quamuis in hoc caſu facilior ſit cauſa diſpenſandi præſtanda arg. c. ex par. 2. de conuerſ. coniug. In dubio autem utrum fuerit cauſa finalis, uel impulſiua uoti, iudicandum eſt pro parte tutiori, ſcilicet, quod maneat uoti obligatio. arg. l. Quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig. Nã in omni uoto cauſa finalis uidetur eſſe placere Deo, & ideo aliæ cauſę uidentur impulſiuæ. Et ideo ipſis ceſſantibus remanet nihilominus obligatio & eodem modo uouens ex duabus cauſis impulſiuis, puta ire Romã, tum ad ſatisfactionẽ pro peccatis, tũ ut fratrem ſuum inueniat, ſi una illarũ deficiat, puta quia

frater inde receſſit, & hoc vouit, tenetur nihilominus propter aliam cauſam; Quod intelligendum eſt ſi intendebat ſe obligare vna illarum extante, aliàs non tenetur, quia votum non obligat vltra conſenſum, & intentionem, vt conſtat. Et ex dictis facile colligi poteſt, quid in aliis caſibus iudicandum ſit.

De voto ingrediendi Religionem, & qualiter interpretandum ſit. Cap. IX.

SVMMARIVM.

Qui in religionem inducendus eſt, ſufficientem ætatem habere debet, & quænam illa ſit.

Nemo minis, metu, & terrore violenter inducendus.

Non muneribus ad ſimoniam datis, aut acceptis pertrahendus.

Explicatio aſperitatis in religione, quam ingreditur, diligens eſſe debet, omniſque falſæ ſuggeſtionis excluſio.

Mira, & ſingularis S. Ben. regulæ diſcretio. ibid.

Ex parte obligationis quot obſeruanda ſunt?

Maxima prudentia opus eſt in Religionis ingreſſu.

6 *An, qui vouit Religionem in certo aliquo loco ingredi, ſi non ibi recipiatur, liber ſit ab obligatione voti.*

7 *An, qui determinate vouit vnum Monaſteriũ ingredi, expulſus ad tempus, teneatur aliquantulũ expectare, & iterum tentare, an ad habitum recipi poſſit?*

8 *Quid facere tenetur, qui uouit religionẽ ingredi, non determinando religionem, aut locum in particulari.*

9 *Qui vouit religionẽ ingredi, non tenetur ingredi monaſteria reformata, etiamſi ibi, & nõ alibi recipi poſſit.*

10 *An, qui votum fecit Religionis, ſatisfaciat uoto aſſumendo habitum, ſeu ingrediendo ordinem equitum militarium S. Iacobi, Calatranæ, aut Alcantaræ?*

11 *Quid facere tenetur, qui religionem aliquam certam, v. g. S. Bened. vouit ingredi.*

12 *An qui religionẽ aliquam vouit, teneatur ubique terrarum monaſteria illius religionis adire, vt voto ſatisfaciat.*

13 *An qui vouit Religionem in communi, vel etiam aliquam in particulari, & non admittitur in illa, vel aliqua alia, quia ignorat Grammaticã, ſed reciperetur, vt laicus, teneatur Grammaticam diſcere, vel ingredi vt laicus.*

14 *An qui uouit certam Religionem aliquam, aliam ingredi poſſit.*

Vouens ſtrictiorem religionem ingredi regulariter, & iure communi peccat ingrediendo laxiorem, nu. eod.

Quare regulariter, & iure communi peccare dicitur, ibidem.

15 *An qui uouit religionem ingredi, ſatisfaciat voto, ſi ſtatim egrediatur abſque vlla probatione.*

16 *Diſparitas rationis cur, qui iurauit matrimonium contrahere, ſatisfacit iuramento, ſi contrahat eo animo, ut ſtatim religionem ingrediatur.*

17 *An, qui uouit ingredi Religionẽ, poſſit poſt ingreſſum egredi ſine peccato.*

18 *Ex rationabili cauſa ante profeſſionem emiſſam recedere quis poteſt, & contra uotum non delinquit, peccat tamen, quomodo.*

19 *An, qui uouet religionem ingredi, & in ea perſeuerare, & profiteri, poterit tuta conſcientia intra annum probationis ad ſeculum redire?*

20 *An, qui uouit ingredi religionem, & ſit dubius, an uouerit etiam profiteri, interpretari, & intelligere debeat ſe uouiſſe profiteri.*

21 *An, qui uouit ingredi, poſtea tempore probationis aliqua crimina commiſit, & propterea eijcitur, uoti obligatione teneatur.*

Idem de eo quæritur, qui antequam ingreſſus eſt, peccata commiſit ita, ut culpa ſua non ſit admiſſus in monaſterium, ibidem.

22 *An uouens ingreſſum poſtea ex ſua culpa, uel citra ſuã culpam non ſit admiſſus ad ingreſſum, aut ingreſſus non admittatur ad profeſſionem, teneatur in ſeculo ſeruare caſtitatem, & regulam, & alia eius ordinis præcepta, quantum in ſe eſt.*

23 *An, qui abſolute uouit religionem, non admiſſus, aut reiectus teneatur ſeruare caſtitatem, & alia religionis officia.*

24 *Non tenetur quis paupertatem, obedientiam, & caſtitatem ſeruare, niſi poſt uotum ſolemne, per quod uouentur explicitè.*

25 *An, qui poſt uotum ſolemne emiſſum propter mores deprauatos expellitur, uota eſſentialia religionis ſeruare teneatur.*

26 *Sententia definitiua iudicum eiectus non tenetur etiam emendatus redire, ſed tuta conſcientia poteſt in ſeculo manere.*

27 *Eiectus propter incorrigibilitatem obligatus manet ad caſtitatem, ita ut inhabilis ſit ad contrahẽdum matrimonium.*

Eiectus propter mores deprauatos ad obedientiam non tenetur quo ſenſu.

28 *Excluſus a Monaſterio ſolutus manet a uoto paupertatis.*

Si non fuerit in ſacris, diuinum officium recitare non tenetur, ibidem.

29 *Qui ante ingreſſum uouit abſolute religionem, poſtea certam quandam profeſſus eſt, an ab ea iuſte expulſus teneatur ex vi uoti ſimplicis ante ingreſſum emiſſi aliam intrare.*

QVamuis nulli dubium eſſe poſſit, religionem rem in ſe ſanctam, & laudabilem eſſe, atq; adeo non ſolum bonum, ſed etiam opus maxime meritorium eſſe, conſulere aliquib. Religionis ingreſſum, vt egregie demonſtrat S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6. quandoquidem quibus religioſæ uitæ inſtitutũ perſuademus, hac ratione a mundanæ uitæ periculis prope innumeris auocantur, & ad Chriſti conſilia amplexanda inducuntur: Vt tamen id debito modo fiat nonnulla diligenter conſideranda ſunt,

1 *Primo* enim, qui inducendus eſt, ætatem ſufficientem, & ſecũdum iura debitam pro ingreſſu religionis habere debet: quæ ætas iure antiquo ad minus complectebatur tempus 14. annorum completum ad profeſſionem valide faciendam, vt conſtat ex cap. ſignificatum. de regular. & cap. Is, qui monaſterium, eod. tit. in 6. & gloſ. in cap. 1. in verb. ætate legitima. de reg. in antiq. iure autem nouo Concilij Triden. ſeſſ. 25. c. 15. de reg. profeſſio ante 16. annũ expletum facta, nulla, & irrita eſt; Id quod maxima cum prudentia, & iudicio ſancitum eſt, vt ſic ætas illa, quæ alias inconſtans eſſe ſolet, maiorem in huiuſmodi propoſito arduo, & difficili ſtabilitatem, & ad conſiderandum quid illa obligatio ponderet, diſcretionem ſufficientem habeat.

Secundo,

2 *Secundo*, cauendum eſt, ne uiolẽter, minis, metu, atque terroribus inducatur ad religionem, prout in c. præſens clericus, 20. q. 3. c. 1. de reg. habetur Etenim vt Nicolaus Papa in d. c. præſens affirmat. *Quod quis non eligit, nec optat profectò, nec diligit, quod autẽ non diligit facilè cõtẽnit. Nullum. n. bonum niſi uoluntarium. Quapropter pijs ſuaſionib. ad mundi cõtẽptũ, et Dei amorem, non uiolentia inducendus eſt. In cuius rei ſignum dominus Luc. 9. non ferendam in uia uirgam per quam violentia ulli inferatur, præcepit*, vnde Synodus Tridentina ſeſſ. 25. c. 18 de Reg. *excommunicat omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, vel cõditionis fuerint tam clericos, quam laicos, ſeculares, vel regulares, atq; etiam qualibet dignitate fungẽtes, cogentes aliquam virginem, uel uiduam, aut aliam quãcunque mulierem inuitam, præterquam in caſibus à iure expreſsis.* Neque ſolum cauenda eſt violentia, vt dictum eſt, ſed etiam perſuaſio nimis importuna, vt notant Rich. in 4. diſt. 38. art. 6. q. 3. & Gabr. ibid. q. 1. art. 4. litera T. tunc autem eſt nimis importuna perſuaſio, quando fit cum rerum temporalium promiſſione, & cum nimia ſollicitudine, ſolent namque promiſſiones huiuſmodi, & perſuaſiones importunæ in iuuenibus ſurreptionem cauſare, obligatio uero monaſtica liberè fieri debet, & non niſi ex plena voluntate, & deliberatione. Cum enim quis ſe deceptum videt, & minus volũtariè religionem ingreſſum, facile reſilire ſolet a propoſito, mutando voluntatem, fiuntque nouiſſima illius hominis peiora prioribus Luc. 11. vt grauiſſimè S. Tho. vbi ſupra art. 9. in arg. 3. annotauit.

3 *Tertio*, ſummopere cauendum eſt, ne quis muneribus per Simoniam datis, & acceptis ad religionẽ pertrahatur, c. Quam pio. 1. q. 2. Non tamen ad hoc pertinet, ſi aliquis alicui pauperi neceſſaria ſubminiſtret in ſeculo nutriens eum ad religionem, vel ſine pacto munuſcula aliqua tribuat, vt ſic eius beneuolentia, & voluntate conciliata ad religioſæ vitæ inſtitutum eligendum moueat, & alliciat, ex S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. & q. 189. articul. 9. ſicut etiam fas eſt Ethnicos ad fidem, & religionem Chriſti inducere muneribus ac donis gratuito, & liberaliter propoſitis, oblatis, & datis ex Syl. in uerbo. Iudæus. q. 6. ſic etiam licite admittuntur aliqui, ut ad tempus in ipſo Religioſorum domicilio gratis inſeruiant, quo ſic poſtea in eorum familiam & religionem admittantur, ex Ioa. Azorio to. 1. inſtit. Moral. lib. 12. cap. 1. dub. 2. Ceterum in his omnibus oportet pactum abeſſe, ne, ſcilicet, aliquid detur, vel promittatur pro ingreſſu in religionem, tanquam pretium. Vnde ſi monaſterium ſit tenue, quod non ſufficit ad tot perſonas nutriendas, dummodo gratis exhibeatur ingreſſus monaſterij, abſque Simoniæ vitio pro uictu perſonæ, quæ in monaſterio recipienda fuerit, aliquid accipere licebit. Sicut etiam abſque Simonia licitum erit, propter deuotionem, quam aliquis ad monaſterium oſtendit, largas eleemoſinas faciendo, facilius aliquem in monaſterio recipere, ut latius oſtendit S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4.

4 *Quarto*, in alicuius inductione ad religionem diligens eſſe debet aſperiratis religionis, ad cuius obligationem inducitur, explicatio, omniſque falſæ ſuggeſtionis excluſio. Quandoquidem aſperitatis religionis celatio, & falſitatis ſuggeſtio operantur deceptionem, deceptio autem ratione ignorantiæ multum de rõne uoluntarij diminuit. Hinc S. Bened. in regula ſua c. 58. quod inſcribitur de diſciplina ſuſcipiendorum fratrum, ait. *Prædicentur ei dura, et aſpera, per quæ itur ad Deum, et ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeuerantia, prælecta ei regula dicatur ei. Ecce lex, ſub qua militare uis, ſi potes obſeruare, ingredere; ſi uero non potes, liber diſcede.* Immo vero tanti ponderis & momenti hęc res eſt, vt aliquando deceptio hæc votũ de ingreſſu religionis facti irritet, & annulet, v. g. ſi quis aliquẽ deciperet, aſſirmans in tali religione non ſeruari ciborũ delectũ, nec ieiunia, aut quippiam aliud difficile, quod ſi prænoſſet, nunquã voueret, ſi ita ſeductus voueat, votum nullum, & irritum erit, eo quod deceptio illa tollit voluntarium requiſitum ad votum, vt optime Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. art. 2. circa medium, Petr. de Arrago. 2. 2. q. 88. ar. 1. & Emanuel Rodriquez par. 2. Sum. c. 92. concluſ. 4. annotarunt. Neque ſolum in inductione requiritur, vt explicetur religionis aſperitas, ſed etiam vt religio, ad quam ſuſcipiendam mouetur, ea obſeruantia vigeat, vt inductus occaſionem habeat proficiendi. Nam ſi tepide maiores viuant, & inter minores multa ſit relaxatio, non paruum imminet inducto periculi ſcandali, dum credendo ſe ad perfectionis ſemitã induci, ingreſſus ſemel inuenit tantam remiſſionem, & imperfectionem, ut deceptum ſe fateri iuſte poſſit, & ſi mendacio inducentis, tamen ipſo inductionis actu, quo tantum ad illam religionem ingreſſum intulit. Vnde quando inducitur aliquis ad religionem exponenda eſt ei tam aſperitas religionis, quam difficultas, quæ erit ex imperfectione conſortium, ſi ita eſt, vt Caieta. 2. 2. q. 189. artic 9. monet quo in loco docet, malum, & illicitum eſſe inducere aliquem ad ingreſſum Religionis Conuentualium, vel uitæ communis. Ratio eius eſt, quia inducitur quis ad uitam reprehenſibilem, omnis autem uita reprehenſibilis mala eſt. Vitam autem communem religioſorum reprehenſibilem eſſe ex eo conſtat, quia exorbitat a uita Regulari, & quia continuus bonorum prælatorum conatus eſt ad illorum reformationem. Vnde infert vituperabile eſſe non ſolum inducere, ſed etiam ingredi, & recipere ad uitam irregularem perſonas utriuſque ſexus, quamuis eccleſia hoc permiſſiue tolleret. Idemque docent 2. 2. queſ. 189. art. 5. & Nauar. in Manuali, c. 12. num. 46. & num. 51. uerſ 20. peccat. Sed intelligendi ſunt hi authores, quando in aliqua religione regula non obſeruaretur ſecũdum eſſentialia religionis, ſecus autem ſi obſeruatis eſſentialibus, alia non ita bene cuſtodiantur.

5 *Quinto*, ex parte obligationis tria præcipue obſeruanda ſunt, nimirum, vt fiat præuia deliberatione; Deinde cum diligenti examinatione propoſiti ſtabilitatis, & denique cum prouida diſcretione, vt, ſcilicet, ingredi uolens non ſe obliget ſtatim uoto, aut iuramento, ſed prius uires ſuas experiatur, an onus religionis ſuſtinere poſſit, quæ omnia ſapiẽtiſſime S. Bened. in Reg. ſua c. 58. fieri mãdauit, dum fratres ſuſcipiendos in omni patientia probandos eſſe voluit, eiſq; ſemel, ac iterum, & tertio regulam relegendam eſſe ſtatuat. *Et ſi tandem habita ſecum deliberatione promiſerit ſe omnia cuſtodire, et cuncta ſibi imperata ſeruare, tunc ſuſcipiatur*

tur in congregatione, ſciens ſe ſub lege regulæ conſtitutũ, quod ei ex illa ei non liceat egredi de monaſterio, nec collum excuteret de ſub iugo regulæ, quam ſub iam moroſa deliberatione licuit recuſare, aut ſuſcipere. Vnde patet, quod licet in gñe ſuo, & ſecundum ſe bonum, & laudabile ſit conſulere aliquib. ingreſſum religionis, immo etiam vt ſe obligent voto ad ingrediēdū, quia vnum, & idem opus ex voto factum laudabilius, & magis meritorium eſt, quā ſi ſine voto fiat; tum quia vouere eſt actus religionis, quæ excellentiam quandam habet inter virtutes, tum quia per uotum firmatur voluntas hominis ad bonum faciēdum. Et ſicut peccatum eſt grauius ex hoc, quod ꝓcedit ex voluntate obſtinata in malum, ita bonum opus laudabilius eſt ex hoc, quod procedit ex voluntate confirmata in bonum per votum; nihilominus tñ aliquibus non ita bonum, & expediens erit vouere prius religionem, quam vires ſuas, & religionis onera experti ſunt, & conſequenter in hac re maxima prudentia opus eſt, & diligenter conſiderandæ ſunt perſonæ, & aliæ omnes circunſtantiæ. Vnde Rich. in 4. d. 38. ar. 6. q. 3. Gabriel ibidem q. 1. art. 4. litera T, Caie. 2. 2. q. 189. ar. 2. Nauar. in Man. ca. 12. nu. 46. Ludou. Lopez par. 1. inſtr. conſcien cap. 44. & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. c. 95. conc. 1. abſolute docent experientia compertum eſſe, non expedire inducere aliquem ad vouendum religionis ingreſſum, quia ſic emiſſa vota, cum non tam ex proprio affectu, quam ex ſuaſione alterius fiunt, nō ita poſtea animo alacri implentur, nec hujuſmodi ſic religionem ingredientes, onera religionis, & ꝑſeuerantiam ita bene ſuſtinent, immo vero multoties *malos* exitus habent, quib. fauet Io. Azor. par. 1. inſti. Moral. lib. 12. c. 1. dub. 2. in fine. ſi enim, vt inqt Caietanus, minus late tota vita agitur, cum recolit quis non ſponte, aut ex proprio affectu, ſed aliena inductione maritum talem acceptaſſe, quanto magis moleſtum erit ei vitam in carne præter carnem agere, in paupertate, & obedientia perpetua viuere, qui ſine deliberatione, diſcretione, & deuotione, ad alterius potius ſuaſionem, quam voluntate propria, & diuino ſpiritu ductus, religionem vouiſſe cognoſcitur. Econtra vero diſſuadens alicui religionis ingreſſum abſque cauſa legitima peccat mortaliter, ex Palud. in 4. d. 18. q. 4. ar. 1. conclu. 4. Ang. in verb. religioſus, §. 6. 3. Nau. in Man c. 12. nume. 44. qui tamen addunt dari poſſe aliquas circunſtantias, propter quas in particulari caſu nulla culpa ſit alicui diſſuadere religionis votum, de qua re alibi latius agēdum erit. His præmiſſis circa voti interpretationē dubia quædam ſoluenda ſunt.

DVBIVM PRIMVM eſt, an qui vouit religionem aliquam in certo loco ingredi, ſi non recipiatur ibi, liber ſit ab obligatione voti?

6 Reſpondeo cum S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. Caie. ibi. & idem S. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 2. Sylu. in verb. religio. 2. q. 16. Soto lib. 7. de iuſt. q. 2. ar. 2. circa 3. Ioan. Bachono in 4. d. 3. q. 3. ar. 3. Naua. in Manua. c. 12. num. 46. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 88. ar. 3. circa arg. 2. Greg. de Val. to. 3. diſ. 6. q. 6. puncto 4. Coſmo Philiarc. de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. ca. 21. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſc. c. 44. Io. Azor. p. 1. inſti. Moral. lib. 11. ca. 22. dub. 1. & Eman. Rodriquez p. 2. Sum. c. 95. conclu. 4. quod cum votum obliget ſecundum intentionem vouentis, qui fecit uotum ingrediendi religionem in uno certo loco, & monaſterio, uerbi gratia in monaſterio Caſinenſi propter peculiarem conditionem, & deuotionem illius loci, eo quod ibi initium ſumpſit ordo Monaſticus in occidente, aut quia eo in loco S. Benedictus regulam ſuam deſcripſit, aut quia monaſterium illud caput ſit ordinis monaſtici, aut quia ibi requieſcunt S. Benedictus, & ſoror eius S. Scholaſtica, aut ob alium reſpectum, ſi in eo loco, & monaſterio recipi nequeat, non tenetur amplius religionem ingredi, etiam in alio loco eiuſdem ordinis. Ratio eſt, quia intentio eius primaria limitata fuit ad illum locum, & ingreſſus in illam religionem in genere, fuit tantum ſecundario intentus; ceſſante autem obligatione ad primariam intentionem eius, ceſſat etiam quoad ſecundariam.

7 DVBIVM SECVNDVM eſt, an qui determinate uouit unum monaſterium intrare, expulſus ad tempus teneatur aliquantulum expectare, & in eo iterum tentare, an ad habitum recipi poſſit? Reſpondeo cum Caie. 2. 2. q. 88. ar. 3. uerſi. In eadem reſponſione. Petro de Arragon. ibidem, & Grego. de Val. tom. 3. diſpu. 6. q. 6. puncto 4. q. 4. uerſic. Tertium, & Io. Azorio p. 1. lib. 11. cap. 22. q. 5. Quod ſi ſimpliciter repulſus ſit ab eis, manifeſto eiſdem uoto ſuo (quia hoc forte poteſt eſſe inductiuum eorum ad illum recipiendum) non tenetur amplius expectare, ſed liber eſt a uoto, quamuis fortaſſis poſtea alij futuri ſint Monachi, qui meliori ſpiritu ducti eum ad ingreſſum religionis recipere uellent; Ratio eſt, quia quando duorum uoluntas ad aliquem contractum requiritur, uno eorum ſimpliciter renuente, alter liber manet ab obligatione contrahendi. Si uero talis uouens repellatur ad tempus, & ſperat alio tempore recipi, tenetur expectare ex hoc ipſo, quod non eſt ſimpliciter refutatus, præſertim ſi cauſa, ob quam nunc repulſus eſt, non ſit perpetua, ſed ad tempus. Si enim eſſet perpetua, neque ſperat ſe alio tempore ibi poſſe recipi, liber eſt a uoto.

DVBIVM TERTIVM eſt, quid facere teneat̃, qui uouit religionem ingredi, non determinando religionem, aut locum aliquem in particulari?

8 Reſpondeo primo, qui ſimpliciter, & abſolute uouit religionem in communi, ita ut intentio primaria ipſius tantum fuerit ſe obligare ad religionem; quamuis poſtea particularem habeat affectum ad hunc, uel illum ordinem, & ad hunc, uel illum locum, quaſi ſibi magis congruentem, ſi in una religione non recipitur, tenetur aliam, ac ſubinde aliam, & aliam adire, ut per ſe non ſtet, quo minus uotum adimpleat, ſatiſque erit quinque, aut ſex, aut ſeptem diuerſas religiones luſtrauiſſe, Ratio eſt, quia cum determinatio loci, aut Religionis in illo non ſe teneat ex parte obiecti, ſed accidentaliter ſe habeat, quamuis reiectus ſit ab una, aut altera religione, tenebitur nihilominus alias religiones attentare. Addo tamen, quod ſi in monaſterijs, quæ ſunt in proprio regno non recipiatur, non tenebitur tranſire ad alia, quæ ſunt extra regnum; Immo nec tenebitur adire ſingula monaſteria prouinciæ, ſed ſat erit diuerſa monaſteria diuerſorum ordinum in illa ciuitate, & prouincia, uel prope exiſtentia adire, ex quib. cognoſcere poterit, quod in nullo reciperetur. Ratio eſt,

quia cum votum ſit de poſſibili morali, obligatio eius moraliter intelligenda erit. Vnde cum nullam inueniat, quæ ipſum recipiat, licite poteſt in ſeculo manere, & matrimonium contrahere, vt colligitur ex S.Tho.2.2.q.88.ar.3.ad 2.& q.189.ar.3 ad 2.,& Caie.ibid.S.Ant.p.3.ti.16.cap.2.§.4.Angel.verbo. votum.3.§.11.Syluest.verb. Religio.2.q.17. Ioan. Bachono in 4.diſt.3.q.3.ar.3.in princ.Soto lib.7.de iuſt.q.2.ar.1.in reſponſion.ad 3.principale.Nauar. in Manuali.cap.12.num.48.verſi. Decimo octauo. Petro de Arragon.2.2.q.88.ar.3.Grego. de Valen. to.3.diſp.6.q.6.punct.4.Lud.Lopez par.1.Summę. cap.44.Ioſepho Ang.in floribus 4.ſen.qu.de voto. ar.2.difficul.5.concluſ.3.Coſmo Philiarcho de officio ſacerd.par.2.lib.3.ca.21. Emanuele Rodriquez par.2.Summæ.cap.95 conclu.4.& Ioan.Azorio p. 1.inſtitu.Moral.lib.11.c.22.dub.2. & 3.Quicquid Innocen.in cap.porrectum num.5.de regular.falſo putet talem teneri fieri religioſum,& profiteri in manibus epiſcopi, & manere in domo ſua,quia,inquit,ſic implet votum ſuum,quantum poteſt.Cuius opinio falſa eſt, & ab omnibus reiecta; Ratio eſt, quia ſicut ille,qui vouit ſolum intrare hanc religionem in particulari,uerbi gratia Religionem S. Benedicti,quæ eſt pars religionis in genere,non tenetur ſub epiſcopo profiteri,& ſub eius,obedientia in domo propria manere,ſi religio S.Benedicti noluerit illum recipere;ita qui vouit religionem in genere,non tenetur profiteri ſub epiſcopo,& ſub eius obedientia manere,ſi nulla religio illum recipere velit,ſed tuta conſcientia matrimonium in ſeculo manens contrahere poteſt.

Et confirmatur hæc ratio, quia in vtroque caſu eadem ratio eſt; ſiquidem in voto religionis implicite ſubintelligitur aſſenſus religionis acceptatæ, id eſt, ſi Religio me recipere voluerit, particularis quidem,ſi particularem religionem vouerit,& vniuerſalitas religionum,ſi religionem in genere vouerit, hæc enim cenſetur fuiſſe mens, & intentio vouentis; vnde reiectus ab omnibus liber manet a voto.

Illud tamen addendum eſt,quod ſi quis vouit religionem in genere,& applicauit animum ſuum ad vnam aliquam certam potius,quam aliam, tenetur primo illam petere,a qua ſi repulſus ſit,tenetur poſtea aliam,ac aliam petere,eo modo,quo dictum eſt, vt notat Sotus,vbi ſupra.

9 *Notandum* aūt eſt,eum, qui vouit religionem ingredi,non teneri ingredi monaſteria non reformata,etiamſi ibi,& non alibi recipi poſſit;Monaſteriū aūt non reformatum dicitur,vbi unuſquiſq; pro ſua voluntate vitam agit, & fere omnes putantur eſſe malæ conſcientiæ, niſi forte ſpes eſſet in breui reformandum fore monaſterium, tunc enim teneret illud ingredi,ſi alibi nō reciperetur,alias votū ſuū rōne euentus factum eſt illicitum.Ceterum ſi in aliquo monaſterio eſſentialia ſeruantur,ſed non adeo ſtrictè circa accidentia,ut regula exigit, ſi ſub obedientia prælati ibi cum Dei timore uiuitur,monaſterium illud ingredi tenetur, ut uoto ſuo ſatisfaciat, ut Ioan Maior in 4.diſt.38.q.20 Caie.2.2.q.88.ar. 3.& q.189.ar.3.Nau.in Man.c.12.nu.40.Lud. Lopez p.1.inſtr.conſc.c.44 & Emanuel Rodriquez p. 2.Summæ.c.95.concl.3.annotarunt.

10 Dubium autem eſt inter authores,an qui uotum fecit religionis, ſatisfaciat uoto, aſſumendo habitum, ſeu ingrediendo ordinem equitum. Militarium S.Iac.Calatrauæ, & Alcantaræ.Pro cuius ſolutione ſciendum eſt, Religioſos horum ordinum eſſe in duplici differentia; quidam enim eorum ſ. clerici,& ſacerdotes ſimpliciter uouent caſtitatem, & choro, & diuinis officijs deputati ſunt,& tales uerè,& ſimpliciter religioſi ſunt. Alij uero,ſ.milites,qui belligerare ſolent, aut poſſunt, profitentur ſolum caſtitatē coniugalem, & uxores ducere poſſunt,& habere,impetrata facultate a magiſtro ordinis, & tales uere, ac proprie religioſi non ſunt. Hoc ſuppoſito dicendum eſt,quod qui ſolum habitum militum aſſumeret huius ſecundi generis,non ſatisfaceret uoto,qui uero habitum aſſumeret militum primi generis,ſatisfaceret,cum iſti uere religioſi ſint, ſicut etiam qui profiteretur religionem San. Io.Hieroſolymitani, uoto ingrediendi religionem ſatisfaceret, cum milites eius abſolute caſtitatem uoueant,nec matrimonio copulari, aut uti poſſint. Quæ doctrina colligitur ex S.Thom.2.2.q.186.ar. 4.ad 3.ubi expreſſe docet illos uiuendi modos,ſecundum quos homines matrimonio utuntur, non eſſe ſimpliciter, & abſolutè loquendo, Religiones,ſed ſecundum quid,inquantum ſcilicet in aliquo participant quædam,quæ ad ſtatum religionis pertinēt, ex Soto lib.7.de iuſtitia.q.5.ar.3.ad 3. & 4.d.27.q. 1.ar.4.Sarmiento.lib.de reddit.Eccleſiaſt.p.4.ca.1. nu.13.Couar.in lib.4.decre.de Matrimo.par.2.c.3. §.1.num.18.ubi ſententiam Soti approbare uidetur Anton.de Corduba tracta.de caſibus. caſu. 148.expreſſe,& caſu 178.Grego. de Valentia tomo 3.diſpu.10.q.4.puncto 2.propoſitione 4.Emanuel Rodriquez p.2.Summæ.c.95.concluſ.8.& Ioan.Azorio p.1.inſti.Mora.lib.13.c.3.dub.2. & Panorm.in rubrica de Regularibus.Ang.in uerb.religioſus.nu. 1.Syluest.uerb.religio.1.q.1.qui omnes docent uere,& proprie Religioſos non eſſe, qui matrimonio utuntur.Vnde Nauar.in tracta.de reddit. Eccleſ.q. 1.monitione 55.& q.3.monit.27.& monit.29.& conſi.23.in antiquis,alias conſil.10.in Nouis.tit.de Reg.& Fortunius Garſias in conſilio edito pro militia edita S.Iacobi par.2.promiſcuè, & ſine diſtinctione prædicta docentes milites S.Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ eſſe religioſos,quæſtionem hanc potius confundunt,quam explicent, ut recte Azorius,ubi ſupra,notauit.

11 DVBIVM QVINTTM eſt,quid facere tenetur,qui religionem aliquam certam,puta,S.Bened. uouit? *Reſpondeo primo*,qui uouit ingredi certam religionem,ita quod intenderet ſolum ad eam ſe obligare,niti debet pro uiribus,ut in ea recipiatur,quod ſi in ea recipi nequeat,uel quia ipſa non uult,aut quia prohibiti ſunt recipere ad profeſſionem,tunc quāuis Palud.in 4.diſt.38.q.4.arti.1.conclu.3.putet ratione uoti impliciti,quo abrenuntiaſſe uidetur ſeculo, teneri non redire ad ſeculum,ſed remanere in alia religione. Alij tamen omnes melius,& uerius docent non teneri aliam religionem adire, ſed liberum eſſe a uoto.Sic S.Thom.2.2.quæſt.188. ar.3.ad 2.& ibi Caie.& idem S.Tho.2.2.q.189.ar. 3.ad 2.S.Ant.par.3.tit.16.c.2.§.4 Ioan.Bac.in diſt. 3.q.3.arti.3.in prin.Syluest.uerb.religio.2.q.16.Sotus lib.7.de iuſtitia.q.2.arti.1.in reſponſ.ad 3.principale.Nauar.in Manuali,c.12.nu.46.Petr. de Aragon

ragon.2.2.q.88.ar.3.circa ſecundum principale. Grego.de Val.tom.3.diſp.6.q.6.puncto.4.Coſmus Philiarc.de offic.Sacer.p.2.lib.3.ca.21.Ioſeph Angles q.de voto.ar.2.diffic.5.& Emanuel Rodriq. p. 2.Sum.c.95.conclu.4. Et conſequenter poteſt talis tuta conſcientia matrimonium poſtea contrahere, niſi aliud obſtet,vt ex dictis conſtat. Reſpondeo ſecundo,qui vouit ingredi aliquam religionem;& poſtea in ſe cognoſcit aliquod impedimentũ,propter quod in ea non recipietur,vt v.g.vouit intrare religionem,in qua hoĩes ex ignobili gñe,aut ex Iudęis, & Turcis vſq; ad tertiam,aut quartam gñonem nõ recipiuntur,& poſtea in ſe cognoſcit talem ignobilitatem,aut ex talibus parentibus deſcendere,non tenetur amplius ad votum. Et ſimiliter,ſi poſtea incurrerit aliquod impedimentum perpetuum puta morbum aliquem perpetuum,vel contagioſum,ꝓpter quod à monaſterio expelleretur. Ratio eſt,ꝗa nullus tenetur ad impoſſibile & votum iam factum eſt illi impoſſibile,id quod procedit, ſiue culpa ſua, ſiue abſque vouentis culpa impedimentum illud ſuperueniat,quamuis peccauit in priori caſu,vt expreſſe docent Sotus lib.7.de iuſti.q.2.art.1.in reſpon.ad tertium princip.Petrus de Arragõn.2.2.q.88.ar.3.circa argumentum ſecundum.Sylu.verb.relig.2.q.16.Ioſeph Angles in florib.4.ſen.q.de voto,arti.2.diffic.5.conclu.1.Greg.de Val.to.3.diſp.6.q.6.puncto.4.q.4.Emanuel Rodriq.p.2.Sum.c.95.conclu.5.& colligitur ex doctrina S.Tho.2.2.q.88.ar.3.ad 2.§.ſi vero incidit in impoſſibilitatem. Secus autem dicendum eſt,quando impedimentum eſſet temporale,puta,ſi incideret in febrim quartanã, aut aliud impedimentum temporale ſuperueniat,tunc enim ceſſante impedimento, religionem intrare tenebitur. Ratio eſt, quia ſublato impedimento nulla ſubeſt excuſationis cauſa.

12 DVBIVM QVINTVM eſt,an qui religionem aliquam ingredi vouit,teneatur vbiq; terrarum monaſteria illius religionis adire,vt voto ſatisfiat? Rñdeo,quamuis natura voti expoſcere videatur,vt nõ admiſſus in vna prouincia,aut regno,extraneas ꝓuincias, & regna quærere teneatur,v.g. Hiſpanus Italiã,&c. Si ſpes ſit, quod alicubi receptores inueniat,eo quod votum obligat ad ſui obſeruãtiã, quãtum poſſibile eſt, quia tñ votum obligat ſecundum intentionem vouentis,ſi vouentis intentio ſalte tacita nõ fuerit exteras prouincias, & terras adire, ad id non tenebitur. Ratio eſt,quia cõis vouentium intentio eſt ſolum obligare ſe ad votum in prouincijs & regnis proprijs. Nullus.n. Italus vouens religionem intendit ſe obligare ad eundum in Galliam, aut Hiſpaniam,vt votũ adimpleat,vnde ẽt in dubio de vouentis intentione dicendum eſt talẽ non teneri peragrare remotas prouincias, & regna externa, cum hoc in vſu non ſit, nec quiſpiam vouendo obligare ſe intendit,niſi ad diligentiam moralem. Vnde ſatis erit,ſi in eadem prouincia quinque, aut ſex monaſteria illius ordinis quærat. Nã ex illis coniecturam facile poteſt facere,vtrum in reliquis reciperetur,tũc.n.moraliter tota religio eſt explorata. Sic Ang.ver.votum.3.§.10.Sylu.verb.relig.2.q.16.Caie.2.2.q.88.ar.3.Sotus lib.7.de iuſt.q.2.artic. 1.circa tertium principale.Nauar.in Man.ca.12.nu.48. verſi.18.Petrus de Arragon.2.2.q.88.artic.3.circa argumentum ſecundum,Grego.de Valen.tomo 3. diſp.6.q.6.puncto.4.q.4.verſicul. Quartum.Ioſeph Angles q.de voto.art.2.diffic.5.conclu.2.& 3.Coſmus Philiarchus de offic.ſacerd.p.2.libr.3.cap.21. Emanuel Rodriq.p.2.Sum.c.95.concl.4.Io.Azor. p.1.inſti.Moral.lib.11.c.22.dub.2.Coſmus Philiarchus de offic.ſacerd.p.2.lib.3.c.45.& alij cõiter.

13 DVBIVM SEXTVM eſt,an qui vouit religionem in cõi ingredi,vel etiam aliquam in particulari,& non admittitur in aliqua, vel in illa particulari,quam vouit,quia ignorat Grammaticam,ſed reciperetur vt laicus,an teneatur Grammaticam diſcere,vel ingredi vt laicus? Ratio difficultatis eſt, quia,ut ait S.Tho.2.2.q.88.ar.3.ad ſecundum, ſi illud,quod quis vouit, ex quacunq; cauſa impoſſibile reddatur,debet facere,quod in ſe eſt,vt ſaltem habeat promptam voluntatem faciendi quod poteſt. Sed qui ob defectum Grammaticæ non admittitur in religione,potens eſt dare operam,vt diſcat grammaticam,& ita recipiatur.

Reſpondeo,cum Soto lib.7.de iuſti.quæſt.2.ar.1.ad tertium principale. Petro de Arragona 2.2.q. 88.ar.3.circa ſecundum argumentum. Ioſepho Angles in floribus.4.ſen.q.de voto.ar.2.difficu.5. concluſ.1.Coſmo Philiarcho de officio ſacerdo. par.2. lib.3.cap.21.Ioanne Azorio par.1.inſtitu. Moral. lib.11.cap.22.dub.4.& Emanuele Rodriquez par. 2.Summæ.c.95.concluſ.10. Quod ſi talis bona fide credebat votum emittendo, non neceſſario requiri Grammaticam,vt admitteretur inter illos, qui deſeruiunt choro, & ſacris initiantur,tunc nec tenetur addiſcere Grammaticam , ſi alias non admitti poſſit,nec etiam tenetur laicorum ordinem intrare ſed omnino liber eſt à voto. Ratio eſt,quia ignorantia ipſum excuſat,quæ facit, vt votum fuerit inuoluntarium. Et ſimiliter qui vouit intrare ordinem laicorum,in quem nullus v.g.in ea religione,quam ingredi vouit,admittitur,niſi ſcias tale officium, ſi quando votum emiſit, bona fide credebat non eſſe neceſſarium ſcire aliquod officium, non tenetur illud addiſcere,vt admittatur,præſertim ſi fuerit ſcitu difficile,ob eandem rationem. Ceterum qui abſolute vouit religionem,ſciẽs neceſſariam eſſe Grammaticam , vt admitteretur inter eos, qui ſeruiunt choro,tunc quamuis Sotus,Arragon,Angles,& Rodriquez abſolute dicant,talem teneri vel Grammaticam addiſcere,vel habitum laicorum ſuſcipere, vt voto ſatisfaciat;probabilis tamen valde eſt opinio Coſmi Philiarchi in hac re, hoc vltimum non ita vniuerſaliter verum eſſe, ſed cum limitatione hac tenendam eſſe opinionem eorum,ſcilicet,ſi credebat ſe ineptum eſſe ad diſcendum,quando vouit, tunc enim,inquit,tenetur ingredi,ut laicus,quia appoſitio conditionis impoſſibilis quamuis faciat, vt nullum ſit votum quantum ad ingreſſum in ordine eorum, qui ſeruiunt choro, ne tamen deluſorium omnino ſit,valebit quantum ad ingreſſum in ordinem laicorum, tenebiturque vt laicus ingredi, & laborare,& exercere opera manualia, cum quo ad hoc non ſit ei impoſſibilis voti adimpletio,ſibique imputet,quod religionem vouerit ſcienter apponẽdo limitationem,& conditionem,quam ſibi impoſſibilem eſſe vouerat. At vero ſi religionem ea intentione nouerat,vt reciperet̃ inter illos,ꝗ deſeruiũt choro,ſciens neceſſariam eſſe Grammaticam, & quando vouit , credebat ſe aptum ad diſcendum, ſi poſtea omni adhibita diligentia non poteſt diſcere, valde probabile eſt, & rationi conſentaneum non teneri ingredi vt laicus, cum uotum obliget ſecundum intentionem rationabilem tantum eius, q vouit, cenſebitur enim in hoc caſu vouiſſe ingredi religionem, ſi aptus poſtea fuerit poſt diligentiam adhibitam ea addiſcendi, quæ requiruntur in illis, qui choro inſeruiunt; atque adeo votum quaſi conditionale emiſiſſe cenſebitur; qua conditione abſque culpa ſua ceſſante, ceſſabit votum, ne vltra intẽtionem ſuam obligatum eſſe dicamus, fieri enim poteſt, vt perſona vouens talis ſit, quæ non cenſeatur aliam intentionem habuiſſe. Et confirmatur hæc opinio ex communi regula Theologorum, & Summiſtarum in hac materia, ſcilicet quod ſicut effectus non excedit cauſam: ita votum non extenditur vltra intentionem vouentis, cum ex ea virtutem ſumat, cui etiam fauent Azorius, vbi ſupra, & Ioannes à Penna, quem refert, ac ſequitur Ludou. Lopez p.1.Sum.c.45.§.2.

14 DVBIVM SEPTIMVM eſt, an, qui vouit ingredi certã aliquã religionem aliam ingredi poſſit?

Reſpondeo primo, Qui vouit ingredi certam religionem, licite poteſt ingredi aliam illa arctiorem & præſtantiorem. Ratio eſt, quia alias votum eſſet impedimentum maioris boni. Immo licet eum inducere ad ingrediendum maiorem religionem, niſi aliquid rationabile obſtet, puta infirmitas, vel ſpes maioris profectus in religione minori. Sic S.Tho.2.2.q.189.ar.9.ad tertium, & Caie.ibi. Paluda.in 4.d.38.q.3.ar.1.conclu.7.S. An p.3.ti.16.c.2.§.4.Ang. verb.votum.3.§.16.Syluest. verbo votum 2.q.18. Intelligendum autem eſt hoc ex Caieta. vbi ſupra, dummodo religio illa maior bene ſeruetur, tunc enim licitum erit inducere ad maiorem eum, qui obligatus eſt voto ad minorem, quia niſi bene ſeruetur, fruſtra de maioritate in abſtracto, & in debito gloriatur: oportet enim ad maiorem de facto ſeruatam inſpicere.

Secũdo, qui votum ſimplex emiſit certe religionis, in aliam æque arctam priuata auctoritate tranſire, non poteſt, & ſi admiſſus ſit in alia æque dura, & arcta, etiamſi bona fide putet id ſibi licere, ad illam, quam vouit, redire tenetur, dummodo in illa alia nondum profeſſionem emiſerit: vnde qui vouit ingredi ordinem S.Dominici, quamuis admiſſus poſtea ſit in alia æquè dura, ad Dominicanorũ religionem redire tenetur, quandiu non ſit in alia profeſſus, ex Ioanne Azorio p.1.inſti Moral.libro 11.c.22.dub.12.in fi.& aliis.

Tertio, Qui vouit ſtrictiorem religionem ingredi, *regulariter, & iure communi* peccat ingrediendo laxiorem, nec ad eam induci poteſt, niſi aliqua ſpeciali, & euidenti cauſa, & hoc cum diſpenſatione ſuperioris ex S.Th.2.2.q.189.ar.9.ad tertium, Palud.in 4.d.38.quæſt.3.ar.1.concluſ.7.& q.4.arti.1. conclu.5.Ang.verb.votum.3.§.16.S.Ant.p.3.titu.16.c.2.§.4.Syluest.verb.votum 2.q.18.Tabi. verb. religio.§.Trigeſimo.Ioſepho Angles in floribus 4. ſent.in q.de voto.ar.2.difficul.17.Nauar. in Man. c.12.nu.48.verſi.18.& Ioanne Azorio p.1.inſtitu. Moral.lib.11.cap.22.dub.12.facta tñ ſemel profeſſione in illa religione laxiori, quamuis peccauerit profitendo laxiorem, liber eſt à voto priori, & profeſſio valida eſt, vt omnes præfati authores teſtantur, & expreſſe tradit S.Tho.2.2.q.189.ar.8. ad 3.& definitur à Bonifacio Papa viij.in cap.Qui poſt votum.de reg.in 6.vbi dicitur, *Qui poſt votum a ſe de certa religione intranda emiſſum, religionem ali ẽt laxiorem ingreditur, & profitetur in ipſa, poteſt (voto non obſtante priori, cui tanquam ſimplici per ſequẽs ſolemne noſcitur derogatũ) manere licitè in eadẽ. Promiſſo tamen nõ cõpleto, erit eidẽ pœnitentia imponẽda,* vbi duo ſummus Pontifex tradit, vnũ eſt, peccaſſe intrando laxiorem religionem, quia minus præſtat, quam promiſit & ideo pœnitẽtiam ei imponendã eſſe. Alterum eſt, liberari a voto religionis arctioris, per profeſſionem factam in laxiori, quia, vt ait S.Thom. votum ſolemne in religione laxiori, quo quis ſe tradit religioni, ita vt religio ſibi ius in ipſum acquirat, fortius eſt, quam votum ſimplex de intranda religione maiori, & ideo liberat à voto priori ſimplici. Recte aũt monet Ioſeph Angles vbi ſupra, Magiſtros nouitiorũ cautos eſſe debere ne tales vouentes recipiant, vel receptos retineãt: quia retinendo peccatis eorum cooperantur.

Dixi autem *Regulariter, & iure communi* non poſſe ingredi laxiorem, quia ſi aliqua religio haberet à Summo Pontifice priuilegium, vt tali voto aſtrictos admittere poſſit, tunc non erit peccatum illos admittere, quale priuilegium Eugenius Papa IIII. vt habetur in priuilegio xi.incip. Etſi quaslibet perſonas.1436.congregationi Caſinenſi conceſſit, vbi habetur, quod prælati dictæ congregationis abſoluere poſſunt intrantes in eandem congregationẽ à voto cuiuſcunque religionis etiam arctioris, dummodo in ea religione, ſeu ordine arctiori, de quo vouiſſent, profeſſionem non emiſerint. Quod ſi poſtea ab eadem congregatione ante profeſſionem emiſſam recedant, talis præcedens diſpenſatio nullius erit roboris, vel momenti. Cuius meminit F. Hieronymus a Sorbo in annotat.ad compendium priuilegiorum verb.votum. Et ſimile priuilegium conceſſerunt Eugen.Papa IIII.ordini S.Auguſt.& Leo X.congregationi Camaldulenſiũ anno 1513. & Iulius Papa II. congregationi Montis Oliueti 1507.vt refert idem author in eodem compendio in verb. Nouitius.

15 DVBIVM OCTAVVM eſt, an qui vouit Religionẽ ingredi, ſatisfaciat voto ſi ſtatim egrediatur, abſque vlla probatione? Reſpondeo, qui habet votum religionis, & illam ingreditur animo ſtatim exeundi, non ſatisfacit voto, ſed tenetur voluntatem mutare, & experiri, an vita religioſa ſibi cõueniat, necne. Sic expreſſe S.Tho.2.2.q.189.arti.4. ad tertium. Palud.in 4.d.38.q.4.ar.1.conclu.1.Richar.4.d.38.ar.8.q.3.Io.Maior.in 4.d.38.q.2.verſic.Dubitatur.ad finem.S.Ant.par.3.tit.16.cap.2. §.4.Summa Piſanella, verb.religio.3.q.vlt.Ange. verb.votum.4 §.18.Sylueſter verſ.religio.2.q.1. Sotus lib.7.de iuſtitia.q.2.artic.1.in reſponſ.ad tertium argumentum poſt medium. Ioannes Azor. parte prima inſtitut.Moraliũ.libro 11.capitul.22. dubio ſexto. Ratio eſt, quia quando quis vouet non ſolum obligatur ad votum, ſed etiam ad omne eſſentiale ei annexum, ſine quo votum non eſſet votum. Quia quicunque vult aliquid, vult eo ipſo implicitè omne id, ſine quo id eſſe non poteſt. Sed votum ingrediendi religionem ſine propoſito remanẽdi, vel experiendi, & cum propoſito ſtatim

exeundi, vere non eſt votum, cum ſit malum, nihil autem malum poteſt eſſe materia voti, nec votum illud votum eſſe poteſt, aut rationem boni habere niſi ex remanentia, & experientia aliqua in religione. Ergo eo ipſo quod votum ingrediendi religionem emiſit, vt voto ſatisfaciat, non ſolum intrare debet, ſed etiam animum habere experiendi religionem, cum talis experientia ſitquid ſubſtantiale voto, quoad materiam, & efficaciam. Vnde ad vtrunque ex vi voti, id eſt, ad ingreſſum religionis, & experientiam faciendam de religione obligatur. Vnde Richardus, vbi ſupra, recte docet, vouentem intrare, vt exeat, aut vouentem introitum & exitũ, aut ſolum vouentem introitum, cui comitatur exeũdi propoſitum, peccare, & votum illicitum facere. Nam vouere vt exeat, eſt vouere ob malum finem, & ſic nõ tenet votum; uouere autem copulatiue introitum, & exitum, temerarium eſt, propter coniunctionem partis malæ, ſcilicet exitus, & denique vouere intrare religionem cum voluntate, & propoſito exeundi, peccatum, & temerarium eſt, quia quãuis intrare de ſe bonum ſit, cum tali tamen propoſito concomitante exeũdi malum eſt, ideoque vouẽs intrare religionem eo modo, quo tenet votum, voto non ſatisfacit, niſi mutet propoſitum, & intret cũ propoſito experiendi, an ei expediat uitam religioſam profiteri, facta autem experientia bona fide, & videns religionem ſibi non conuenire, ſi exeat, liber manet à uoto.

16 *Neque* obſtat prædictis, quod qui iurauit cõtrahere matrimonium, ſatisfacit iuramento, etſi eo animo contrahat, ut ſtatim religionem ingrediatur, c. *Commiſſum*. de ſponſal. ſimiliter qui iurauit ſoluere *uſuras*, ſatisfacit iuro ſoluendo illas cum aīo, ut ſtatim eas repetat, c. Debitores. de iureiu. Et qui iurauit, uel uouit ingredi religionem, ſi in epiſcopum eligatur, poteſt religionem intrare, & nihilominus poſtea Epiſcopatum acceptare, & conſequenter implet uotum intrando cum aīo exeundi propter Epiſcopatum. c. Per tuas. de uoto, & uoti redemp. Ergo pari rõne ſatisfacit uoto ingrediendi religionem, ꝗ eam ingreditur aīo ſtatim exeundi. Reſpondetur, enim diſparem eſſe rationem, quia in p̄dictis caſib. intentio fertur in licitũ, ſiquidẽ poſt matrimonium de præſenti ante cõſummationem, ingredi religionẽ, & poſt ſolutas uſuras, illas repetere, & poſt ingreſſum religionis aſſentiri illi electioni in Epiſcopum, licita ſunt de ſe. At uero poſt uotum ingrediẽdi religionem abſolute factum, velle ſtatim exire de ſe illicitum eſt, ut conſtat; quia talis ingreſſus non cadit ſub uoto, ſed ſolum ille, qui eſt cum aīo probãdi, & experiendi an expediat ei uitam religioſam ſuſcipere. Vnde quamuis uouens ingredi religionem eo aīo, ut ſtatim exeat, poſſit abſque ulla experientia ſtatim, ac ingreſſus eſt, exire, quia tale uotum, ut diximus uere, non eſt uotum ingrediendi religionẽ qui tamen abſolute ingredi uouit religionem, tenẽt non ſolum ingredi, ſed etiam experientiam bona fide facere, ut uoto ſuo ſatisfaciat.

17 DVBIVM NONVM eſt, an qui uouit ingredi religionẽ, poſſit poſt ingreſſũ exire ſine peccato? *Reſpondeo primo*, qui uouit ingredi religionẽ, cum intentione experiendi illam, & cum libertate remanendi, uel non remanendi, utrumque facere poteſt, aut remanere, aut exire. Ratio eſt, quia intantum fertur obligatio uoti, inquantum ſe extendit uoluntas, & intentio uouentis. Idem dicendũ eſt, de eo, qui ſimpliciter uouens ingredi religionem, nihil cogitauit de libertate exitus, uel de perpetuitate remanendi, ſolum enim obligatur ad ingreſſum religionis, ſecundum formam iuris communis, quæ eſt, ut detur ingredientibus annus probationis, unde non tenetur perpetuo remanere in religione, ſed bona fide experiri, an religioſum inſtitutũ ſibi conueniat, nec ne S. Thom. 2. 2. quæſt. 189. ar. 4. Caiet. ibid. Richar. in 4. d. 38. ar. 8. quæſt. 3. Paluda. in 4. d. 38. q. 4. ar. 1. concluſ. 2. Ioan. Bachonus in 4. d. 3. qu. 3. ar. 3. S. Ant. par. 3. ti. 16. cap. 2. §. 4. Summa Piſanella. uerb. Religio. 3. §. ult. Angel. uerbo. uotum. 3. qu. 18. Sylueſt. uerb. Religio. 2. q. 19. Sotus li. 7. de iuſt. q. 2. ar. 1. circa tertium argum. Nau. in Manu. ca. 12. num. 47. uerſic. Quarto. Coua. in c. Quamuis. de pactis. p. 1. §. 3. num. 12. in fi. in 6. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. ca. 20. in fin. Ioſeph Angles q. de uoto. ar. 2. diffic. 7. Emanuel Rodriquez p. 3 Summæ. ca. 95. concl. 2. & Ioannes Azorius p. 1. inſt. Moral. lib. 11. c. 22. q. 6. Idem dicendum eſt, q̃uis cum uoto de ingrediendo concurrat etiam propoſitum perſeuerandi in ipſa religione, adhuc enim non eſt impedita libertas exeundi, cum propoſitum ſolum non ſit promiſſio, atque adeo non ſit uotum. Nec obſtat, quod non dicitur ueniſſe, qui non ſtetit, ac per hoc non dicitur ueniſſe ad religionem, qui non ſtetit in illa, ſed exiuit ante profeſſionem; quia is ſolum dicitur non ueniſſe ad religionem, qui, q̃primum ingreſſus eſt, exijt, antequam experientiã ullam, aut ferè nullam de religione fecerit, ut ſuperius dictum eſt, ſecus autem, ſi poſt experientiam factam exiuerit. Idem dicendum eſt de eo, qui uouit ſe fore religioſum, niſi enim aliud intellexerit in mente ſua non tenetur permanere in religione; intelligitur enim tale uotum non de perpetua, & perfecta religione, ſed de ea, quæ eſt intra annum probationis; atque ita ſatis erit ſi ſecundum iura probationis experimentum fecerit ex Caie. 2. 2. q. 189. ar. 4. dub. 1. & Ioſepho Angles in floribus 4. ſen. q. de uoto. ar. 2. diffic. 6. Couar. in cap. Quamuis. p. 1. §. 3. num. 12. in fi. de pactis. in 6. & Ioanne Azorio p. 1. inſti. Moral. lib. 11. c. 22. q. 7. Ratio eſt, quia cum uotum ſit uoluntarium, ſolum obligat ſecundum uouentis intentionem.

18 Reſpondeo ſecundo, qui poſt uotum ingrediendi religionem, & experientiam factam ante profeſſionẽ exit, ſi ex cauſa rationabili recedat, puta, quia diſplicet ei id uitæ genus, tanquam minus gratum, & commodũ ſibi, aut, quia ꝓbata bona fide religio parit ſibi minorem fortitudinem, roburque minus animi ad ipſius perſeuerantiam, & propterea timet, ne temporis proceſſu tepidus inueniatur, non peccat, nec contra uotum ſuum facit, quia utitur iure ſuo, annus namque probationis iure conceditur; ut quis experiatur onera religionis, ita tamen, ut ſua ſponte, & uoluntate poſſit à religione, præſertim ex aliqua rationabili cauſa, infirmitatis, ſcilicet, debilitatis, aut difficultatis alicuius recedere, ex S. Th. 2. 2. quæſt. 189. articu. 4. ad ſecundum Caie. ibidem dub. 3. Ioſepho Angles. quæſt. de uoto. articu. 3. difficul. 7. Coſmo Philiarcho. de officio. Sacerd. par. 2. lib. 3. cap. 20. in fi. Emanuel. Rodriquez par. 2. Summæ. c. 95. conclu. 2. & Ioanne Azorio par. 1. inſtitu.

Moral.lib.11.c.22.q.6.in fi.& colligitur ex cap.Ad Apoſtolicam.de Regularib.& ex c.1.& ex c.2.eod. ti.in 6.Immo vero ẽtſi intra annũ ꝓbationis abſq; legitima cã recedat,in eo peccat,quod temere,& ex animi leuitate ab incepto propoſito deſiſtat,contra votum tñ delinquit,cum ſecundum iura tp̃s probationis liberum ſit,vt libere manere,vel exire poſſit, vt colligitur ex c.1.de reg.in 6.in illis verbis. *libere poteſt intra ſequentem annum ad ſeculum remeare*, & ex c.2.eod.ti.& lib.in illis verbis,*omnino ad ſeculum redeat,ſicut de ſua uoluntate proceßerit*. Et fauent Nau.in Man.c.12.num.47.ver.Quarto.& Io.Azorius vbi ſupra. Quicquid Caie.2.2.q.189.art.4.dub. 3.eumque ſecuti Ioſephus Angles, & Coſmus Philiarch.putent ſic vouentem,& exeuntem ſine legitima cauſa ex ſola libertate peccare mortaliter, quorum opinio mihi nimis dura, & rigida videtur ob rationem allatam,ſicut ẽt falſam exiſtimo Caietani ſententiam,qua docet ingredientem abſq; voto, & ſine cauſa iuſta,pro ſola libertate exeuntem, peccare venialiter. Niſi.n.ex leuitate animi retrocedat, atque ita quodammodo peccatum inconſtantiæ cõmittat,ex alio capite nullũ committit peccatum quia facit quod licitum eſt ſibi,& iure ſuo vtitur, vt colligi poteſt ex S.Th.2.2.q.189.ar.4. ad ſecundũ, vbi ait,eum,qui religionem ingreditur,ſi exeat,*præſertim* ex aliqua rationabili cauſa, non dare malum exemplum,nec generare ſcandalum, ſed facere qđ ei eſt licitum. Loquitur autem Sanctus Thomas de eo,qui vouit religionem ingredi. Ex eo enim quod ait ſic egredientem *præſertim* ex cauſa non peccare, ſignificat, quod exiens etiam ſine rationabili cauſa non ſcandalizat, quia facit, quod ſibi licet, quod ſi aliquis ex eius egreſſu ſcandalizetur,erit ſcandalum paſſiuum ex parte eius, non autem actiuum ex parte exeuntis,quia fecit,quod licitum erat ei facere. Id quod multo magis locum habet in eo,qui ingreditur ſine voto.

19 DVBIVM DECIMVM eſt,an qui vouit religionem ingredi,& in ea perſeuerare,& profiteri poterit tuta conſcientia intra annum probationis ad ſeculum redire? Sotus li.7.de iuſt.q.2.ar.1.circa tertium arg.in fi.Pet.de Arrag.2.2.q.88.ar.3. docent, quod ſi bona fide ingrediatur,& poſt experientiam ſumptam bona fide videt,eam non conuenire,etiãſi multoties perſeuerantiam vouerit, poſſit nihilominus exire,abſolutuſq; manebit a voti obligatione. Ratio eſt,quia votum ſemper intelligitur ſecundum ius commune,ſed iura concedunt annum probationis. Ergo ſi intra probationis annum expertus ſit bona fide illum ſtatum non conuenire,poterit ad ſeculum redire,liberque manet à voto.

Alij,vt S.Th.2.2.q.189.ar.4.in corpore. Palud. in 4.diſt.38.q.4.ar.1.concluſ.2.Caie.2.2.q.88.arti. 3 verſic.Duabus autem exiſtentib.Nau.in Manu.c. 12.nu.47.S.Ant.p.3.ti.16.c.2.§.4.Summa Piſanella in verb.Religio.3.q.vlt.Sylueſt.verb. Relig.2.q. 19.Coua.in c.Quamuis p.1.§.3.in fi Coſm. Philiarch.de offic.Sacerd.p.2.lib.3.cap.20.Ludou. Lopez p.1.inſtru.conſcientiæ.c.44.in fin.& ca.45.in princip.Gregorius de Valentia tom.3.diſpu.6.q.6.puncto.4.dub.4.Emanuel Rodriquez p.2.Sum.cap.95. concluſ.7.& Ioannes Azorius p.1.inſti. Moral. lib. 11.c.22.dub.8.docent teneri ex vi uoti ad profitendum,ſeu ad perpetuo remanendum in Religione. Ratio eſt,quia obligatio voti procedit ex uoluntate unde in tantum ſe extendit obligatio uoti,in quantum ſe extendit uoluntas,& intentio uouentis. Cũ igitur uouens intendit ſe obligare non ſolum ad ingreſſum,ſed etiam ad ꝑpetuo remanere, atque adeo per hoc ſecundum uotum de perſeuerantia cedit iuri, quod tempus probationis ſibi concedit. Et confirmatur, quia duo diuerſa ſunt uota, uouere ingredi, & uouere perſeuerentiam in religione,ut cõſtat, & hoc ſecundum arctius obligat,quam primum ſolũ, unde per hoc ſecundum ſe obligat ad aliquid amplius, quam per primum ſolum, quod intelligi non poteſt, niſi per ſecundum addatur noua, & diſtincta obligatio ad perſeuerandum, renuntiãdo, quantum in ſe eſt, iuri, quod ſibi annum probationis concedit. Cum enim annus probationis datus ſit in fauorem uouentis,& religionis,cui renuntiare poſſunt.cap.ad Apoſtolicam.de Regularibus, uouens non ſolum ingredi, ſed etiam profiteri, & perſeuerare,uidetur,quantum eſt ex ſe, ei renuntiare. Vnde qui habet huiuſmodi uotum,ſi iudicatur aptus religioni, tenetur in ea perſeuerare, etiamſi experiretur aliquot difficultates, quas alioquin iudicaret ſufficientes ad exeundum, ſi uotum fuiſſet ſolum de experiendo. Siquidem uouendo profiteri uidetur promittere ſe ſuperaturum difficultates Religionis, & renuntiare beneficio probationis ſibi conceſſo,adeo ut niſi religio illum dimittat, non obſtantibus huiuſmodi difficultatibus profiteri tenetur, nec abſque diſpenſatione ad ſeculum redire ualet.

Cuius ratio eſt,quia licet probauerit bona fide ſtatum Religionis,nondum tamẽ adimpleuit uotum de profitendo,& perſeuerando in illa. Vnde exire non poteſt ſine diſpenſatione. Immo uero impetrãs ſuper tali uoto diſpenſationem,ſi exprimat ſolum, quod uouit ingredi,& taceat, quod uouit etiam ꝓfiteri, ſurreptitia erit talis diſpenſatio ſic obtenta, ut Naua.Lopez,Coſmus Philiarchus,Grego.de Valentia, & Rodriquez locis proxime citatis docent, & conſequenter,ut recte infert Rodriquez, exeundo ſine legitima diſpenſatione obtenta,duo peccata contra duo hæc diuerſa uota committit; *diuerſum* namque, & diſtinctum eſt uotum ingrediendi ad probandum,& uotum profitendi,& perſeuerandi, ut diximus.

20 DVBIVM VNDECIMVM eſt, An qui uouit ingredi religionem, & dubius ſit, an uouerit etiam profiteri,interpretari,& intelligere debeat ſe uouiſſe profiteri.

Reſpondeo cum Naua.tom.1.conſiliorum *ti.de* uoto.conſil.18.in antiquis,aliàs conſi.*26.in Nouis*, uerſicul.Tertio.& Emanuel Rodriquez *p.2.* Summæ.c.95.concluſ.6.debere intelligi uotum de profitendo.

Tum quia uotum ingrediendi religionem ſine intentione implicita emittendi profeſſionem in illa,ſeruatis ſeruandis,uidetur uarium. Tum quia in dubijs eligendã eſt pars tutior,capit.iuuenis,de ſponſal.& fauet Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſciẽt. cap.45.§.2.in fine.affirmans multo tutius eſſe,ut in tali dubio petat diſpenſationem addens dubietatem hanc inducere facilem cauſam diſpenſandi cum eo.

21 DVBIVM DVODECIMVM ẽ,An ꝙ uouit ĩgredi

di religionem, & poſtea, probationis tempore aliqua crimina commiſit, & impedimenta appoſuit, et propterea eijcitur, & idem de eo qui antequam ingreſſus eſt, peccata commiſit, ita, ut culpa ſua non ſit admiſſus in Monaſterium, aut Religionem uoti obligatione teneatur?

Reſpondeo, Qui ita deliquit in eum finem, ut non admitteretur ad ingreſſum, aut vt ingreſſus eijceretur, non modo peccat, ſed excluſus etiam non manet tuta conſcientia. Quamuis enim ex ui voti directe non videtur aliquibus ad aliud teneri, ſed ſolum pœnitere de peccatis commiſſis; Alij tamen rectius docent adhuc voto ſuo non ſatisfeciſſe niſi bona fide iterum ingredi petat, & admiſſus bona fide experiatur; Quia culpa ſua, & iniuſte, & cum dolo curauit, vt non admitteretur, aut vt ingreſſus excluderetur, iuxta ea, quæ capit. 17. dub. 1. docuimus.

Aliter tamen dicendum eſt, ſi commiſit crimina, non tamen eo fine, vt non admitteretur, aut eijceretur, ſed ex mala, & praua conſuetudine, aut ex humana fragilitate, tunc enim quamuis peccet, non admiſſus tamen, aut poſt ingreſſum eiectus liber manet.

2 DVBIVM DECIMVMTERTIVM eſt, An qui vouit ingredi religionem, & poſtea ex ſua culpa vel citra culpam ſuam non ſic admiſſus ad ingreſſum, aut ingreſſus citra culpam ſuam aut ex culpa ſua, non ſit admiſſus ad profeſſionem, teneatur in ſeculo ſeruare caſtitatem, & regulam, & alia illius ordinis præcepta, quantũ eſt in ſe. IN hac re duo certa ſunt, tertium uero incertum, & controuerſum.

Primum eſt, Qui uouit religionem cum intentione obligandi ſe ad caſtitatem, & continentiam perpetuam, & ad alia religionis officia, etiamſi ad religionem non admitteretur, aut poſt ingreſſum eijceretur, ſine dubio etiam in ſeculo manẽs ad hæc omnia ſeruanda obligatur.

Secundum eſt, Qui uouendo religionis ingreſſum animum habuit ad nihil ſe obligandi, niſi in ea reciperetur, & profiteretur, poſtquam paſſus eſt repulſam, aut excluſus ſit, ad nihil obligatur. Ratio eſt, quia obligatio voti non extenditur vltra intentionem vouentis.

3 *Tertium*, & de quo dubium eſt, de eo ſolum eſt ꝗ abſolute uouit religionem, an non admiſſus, aut reiectus, teneatur in ſeculo manens caſtitatem, & alia religionis officia ſeruare? Ratio difficultatis eſt, ꝗa hæc omnia continentur in voto religionis.

Ergo ſicut votum ſolemne ad hæc omnia obligat: itaetiam, & votum ſimplex, cum obiectum voti ſimplicis ſit ipſum votum ſolemne. Confirmatur autem ex illa communi regula, Quotieſcunque id quod quis vouet, eſt factum ei impoſſibile, tenetur ſaltem dare operam vt adimpleat id, quod eſt in eius poteſtate, vt verbi gratia. Qui vouet dare centũ pauperibus, vel ieiunare totum aduentum ſi non poteſt totum aduentum ieiunare, aut centum dare, tenetur ſaltem ad id, quod eſt ſibi poſſibile. Ergo à ſimili, qui vouit ingredi, ſi non admittatur, tenebitur ſaltem caſtitatem in ſeculo ſeruare, cum hoc ſibi poſſibile ſit.

Communis tamen opinio eſt non teneri ad caſtitatem, & alia religionis onera, ſiue ex culpa ſua, ſiue citra culpam ſuam admiſſus non ſit, aut poſt ingreſſum reiectus. Sic expreſſe Caiet. 2.2. q. 88. artic. 3. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. ad 3. Nauar. in Manuali, cap. 12. nu. 47. Petr. de Arragon. 2.2. q. 88. ar. 3. circa 2. arg. Gregor. de Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. pũcto 4. dub. 4. Ludou. Lopez. par. 1. inſtr. conſcien. c. 44. in fin. Ioſeph Angles in florib. 4. ſenten. q. de voto, art. 4. difficult. 9. Lodou. de Beia in 1. p. Reſpon. caſuum conſcient. caſu. 29. Coſmus Philiarchus de offic. ſacer. p. 2. lib. 3. ca. 20. & Emanuel Rodriquez par. 2. ſum. ca. 95. concl. 2. & concl. 4. Ratio eſt, quia ex vi talis uoti, ſolum obligatur quis ad id, quod eſt propria, & prima materia, & proprium obiectum eius.

Sed propria materia, & proprium obiectum illius, qui religionem ſimpliciter vouit, eſt religio ſolum; non autem caſtitas, aut alia religionis officia. Ergo ceſſante religione, ceſſat obligatio ad aliã illam materiam uoti ſecundariam, ſcilicet, caſtitatem & reliqua. Immo vero ſi teneretur vi uoti ad caſtitatem, teneretur etiã ad paupertatem, & obedientiam; cum non ſit maior ratio vnius, quam alterius; æque enim poſt ſolemne votum ad iſta, quã ad illam obligatur, vt conſtat. Cum igitur abſurdũ ſit affirmare eum, qui redit ad ſeculum teneri ad paupertatem, & obedientiam, abſurdum etiam erit dicere teneri ad caſtitatem. Deinde qui vouet ſtatum aliquem accipere, non tenetur ad leges illius ſtatus quouſque vere ſtatum illum aſſumit, niſi forte in uoto, quo ſtatum premiſit, leges aliquas illius ſpecialiter uouerit, vt qui vouit verbi gratia, intra annum ſuſcipere ſacros ordines, quamuis peccat non ſuſcipiendo ſacros ordines intra annum, non tamen tenetur officium diuinum recitare, aut ex voto ſeruare caſtitatem, quouſque vere fuerit ordinatus. Et qui vouit ſuſcipere Baptiſmum, quamuis peccat non ſuſcipiendo baptiſmum, non tenetur tamen ad leges Chriſtianas ante baptiſmum vere ſuſceptum, exceptis illis, quæ ſunt de iure naturæ.

Sed Religio eſt quidam ſtatus, & lex particularis quam homo ſibi ipſi inſtituit & imponit. Ergo qui illum uouit non tenetur caſtitatem, aut alia religionis officia ſeruare, quouſque ſtatũ illum per ſolemnem profeſſionem ſuſcipiat.

24 *Ad* Rationem autem in cõtrariũ Reſpondetur, caſtitatem non aliter includi in voto religionis quã paupertas & obedientia, vnde ſicut non tenetur ad iſta niſi poſt ſolemne votum, ſic neque ad illã. Per uotum enim ſolemne hæc omnia uouentur explicite, non autem per ſimplex religionis uotum. Quare quoaduſque uotum ſolemne fuerit emiſſum, ad illa non obligatur. Nec eſt ſimilis ratio uoti ſimplicis ingrediendi religionem, ac ieiunandi, & dandi centum, quia ideo tenetur ieiunare quantum poteſt, & dare quantum poteſt, qui non poteſt per totum aduentum ieiunare, aut dare centum, quia qui uouit totum, formaliter vouet partem, & ſic ſi non poteſt præſtare totum, tenebitur ſaltem præſtare partes, quantum in ſe eſt. At uerò qui uouet ſtatum religionis, non uouet formaliter leges illius ſtatus, ſed ſecundario, & conditionate, quatenus ſtatum illum ſuſcipit, quem non niſi per ſolemnem profeſſionem ſuſcipit, & proinde non niſi poſt ſolemnem profeſſionem, ad caſtitatem, & alia onera religionis obligatur. Et idem dicendum eſt ſi

voluiſſet primario profiteri religionẽ, adhuc enim non tenetur ſeruare caſtitatem, caſu, quo perſeuerãtia in religione facta ſit ei impoſſibilis ex culpa ſua, vel citra culpam ſuam. Quia primaria materia talis voti non erat ipſa continentia, ſed erat votum ſolemne ſiue profeſſio, quo ceſſante, ceſſat etiam obligatio ad continentiam, & caſtitatem, quæ erat materia ſecundaria, vt ex dictis conſtat.

Hinc infertur primo, quod ſi ille, qui vouit religionem, antequam profeſſionem emittat, cum muliere congrediatur, ſolum peccatum fornicationis, aut adulterij committit, non ſacrilegij, cum nondũ vouerit caſtitatem, ſed religionem.

Secundo ſi talis matrimonium contrahat, (prout ualide poteſt) debitum reddere, & petere poteſt abſque peccato, cum nondum ſit religionem profeſſus, ſed ſua culpa, vel abſque culpa ſua reiectus ſit, nec votum caſtitatis emiſerit, vt diximus.

25 DVBIVM DECIMVMQVARTVM eſt, an qui poſt votũ ſolemne emiſſum propter mores deprauatos à religione expellitur, vota eſſentialia, & religionis præcepta ſeruare tenetur.

Reſpondeo cum Soto lib. 7. de iuſt. q. 2. articu. 1. ad 3. in fi. Ioſepho Angles in floribus 4. ſen. q. de voto. articu. 2. diffic. 8. Pet. de Arragon. 2. 2. quæſt. 88. articu. 3. circa ſecundum arg. Coſmo Philiarcho de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 21. Eman. Rodriquez p. 2. ſum. cap. 95. concl. 11. & Io. Azo. p. 1. inſt. Moral. li. 12. c. 16. dub. 4.

Primo, qui poſt votum ſolemne tanquam incorrigibilis à monaſterio, ſeu Religione expellitur, quamdiu per ipſum ſteterit ne iterum recipiatur, nõ eſt tutus in conſcientia, ſed tenetur ſe emendare, & vitam in melius mutare, vt iterum ad religionem recipiatur. Quod ſi correctus, & emendatus non admittitur, licite in ſeculo remanere poteſt. Prima pars patet, quia donec in malitia, & culpa ſua manet, ipſe cauſa eſt excluſionis, & proinde tutus non eſt in conſcientia, cum malitia, & culpa nulli patrocinari debeat.

Secunda pars conſtat, quia ſi poſt vitæ emendationem non recipiatur, adimpletio voti facta eſt illi impoſſibilis ſine ſua culpa. Intelligitur autem ꝓpoſitio hæc de eo, qui expellitur tanquã contumax, eo quod emendari, & corrigi recuſet.

26 *Secundo*, Religioſus ſententia definitiua, & publica iudicium ad id deſtinatorum eiectus, non tenetur etiam emendatus redire ad monaſterium, & Religionem, ſed tuta conſcientia in ſeculo remanere poteſt, & ſub epiſcopi obedientia viuere in habitu clericali, nec cogi poteſt ut ad Religionem redeat. Sic Nauar. conſil. 51. de regularibus, in antiqs alias conſi. 78. in Nouis, & conſil. 3. de ſtatu Monachorum in antiquis, alias conſi. 79. de regular. in nouis, & in cap. Non dicatis. 12. q. 1. nu. 34. & nu. 36. & Io. Azorius p. 1. inſti. Moral lib. 12. c. 16. dub. 6. Ratio eſt, quia per iuſtam ſententiam eiectus in perpetuum deſinit eſſe religioſus illius Monaſterij, ſeu ordinis, à quo eſt repulſus, & tanquam ſeruus à domino derelictus cenſetur.

27 *Tertio*, Eiectus à Monaſterio propter incorrigibilitatem, in ſeculo manens, obligatus manet ad votum ſolemne caſtitatis ſeruandum, ita vt inhabilis ſit ad contrahendum matrimonium, etiamſi non ſit in ſacris, & ſi cum muliere congrediatur, ſacrilegium committit. Sic omnes initio allati, & patet a ſimili, quia ſicut cõiugatus extractus à religione poſt ſolemnem profeſſionem, quam in uita vxoris emiſit, mortua uxore, inhabilis eſt ad contrahendum matrimonium, propter ſolemne votum emiſſum, c. Quidam, & c. placet. de conuerſ. coniug. ita à ſimili in caſu propoſito, prout vſu, & conſuetudine eccleſiæ ſemper receptum eſſe videmus, quæ nuſquam tales excluſos ad matrimonium admittit.

Quarto, Eiectus à religione propter mores deprauatos, ad obedientiam non tenetur niſi hoc ſenſu, ſcilicet, vt vitam; & mores emendet, & paratus ſit redire ad religionem, ſi eum admittere velint, alias cum prælati, quibus obedientiam debebat, eũ reiecerint, ab obedientia abſolutus manet, quandoquidem niſi eum admittant, nõ cenſetur amplius monachus religionis, & impoſſibile eſt ei obedientiam ſeruare.

28 *Quinto*, Excluſus à Monaſterio, ſeu Religione abſolutus manet à voto paupertatis. Ratio eſt, quia Religio non amplius eum alit, & conſequenter poteſt victum, & veſtitum, & alia ad uitam neceſſaria ſibi acquirere, ita tamen ut nulla ratione poſſit diuitias accumulare, aut teſtamentum cõdere, ſed bona quecunque acquirit, ad Romanum Pontificem, uel eccleſiam vel epiſcopum pertinent, inſtar bonorum illorum quæ uacantia dicuntur, ut latius tradit Azorius ubi ſupra dub. 9. Ratio eſt, quia licet non alatur à Religione, tenetur tamen uota obedientię, & paupertatis meliori modo, quo poteſt, adimplere, alioquin mortaliter peccat.

Sexto, Eiectus a Monaſterio, & Religione, ſi non fuerit in ſacris, officium diuinum recitare non tenetur, nec etiam ad ieiunia, & alia religionis pręcepta ſeruanda tenetur.

Ratio eſt, quia hæc non uouit, aut promiſit expreſſe, & ad illa non tenebatur, niſi ratione religionis, à qua excluſus eſt.

Deniq; ſi habitu indutus, à religione eiectus fuerit, tenetur eum geſtare in ſeculo, ſecus autem ſi per ſententiam eiectus, illoque expoliatus dimiſſus fuerit, arg. c. vlt. de regularibus.

29 *Septimo*, Qui ante ingreſſum in religionem, uouit religionem abſolute, & poſtea certam religionem profeſſus, & ab ea iuſte expulſus eſt, ſi non poſſit iterum in priorem religionem admitti, non tenetur ex ui uoti ſimplicis ante ingreſſum emiſſi, aliam religionem intrare, aut inquirere. Ratio eſt, quia uotum ſimplex religionis per ſolemne in aliquo religioſorum ordine emiſſum plane extinguitur: obligatio autem ſemel extincta non reuiuiſcit. Sic Io. Azorius, ubi ſupra, dub. 5. & Sotus, & Petrus de Argon. ubi ſupra, quamuis hi duo ultimi probabiliorẽ putant ſententiam contrariam ſcilicet, teneri aliam inquirere religionem in quam ingredi debeat, ſi beneuolum receptatorem inueniat; At certè cum per ſolemnem profeſſionem, quam fecit, uota, quæ ante emiſerat, omnino ceſſarunt, non eſt dicendum teneri poſt eiectionem aliam religionem inquirere, aut ingredi ratione voti ſimplicis prius emiſſi.

De varijs modis, quibus quis ab obligatione voti liberari poſſit. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Quinque modi aſsignãtur, quibus obligatio voti atque votum ipſum annullari ſolet.*
2 *Quid interpretatio ſiue* epikeia.
3 *Ceſſatione votum tollitur quando.*
4 *Irritare votum quid ſit, & quid ſupponit, vbi non rectè docuit Greg. de Valentia.*
5 *Diſpenſare quid, & in quo differt a commutatione.*
6 *Commutare uotum quid ſit, ad quam reducitur voti redemptio, & quid illa ſit.*
7 *Irritare votum qui poſſint.*
Poteſtas, quam habent ſuperiores Religioſorum ad irritandum vota ſubditorum, non ſolum iure humano, ſed naturali, & diuino illis conuenit. ibid.
8 *Quænam vota Religioſorũ a Prælatis poſſint irritari.*
9 *Non poteſt Prælatus irritare vota ſubſtantialia ſubditorum, nec votum de ingredienda religione ſtrictiori, quare.*
10 *An ſi religioſus voueat aliquid explendum pro tempore, quo erat ſui iuris, votum illud a Prælato irritari poſſit.*
11 *An Prælatus vota religioſi irritare poſſit, quæ ante Religionis ingreſſum emiſit.*
12 *An votum a Religioſo ex licentia Prælati ſemel emiſſum a Prælato poſtea irritari poſſit.*
Communis, & vera ſententia quæ ibid.
13 *Soluitur ratio Richardi in contrarium allata.*
14 *An ſi ſuperior aut aliquis habens poteſtatem dominatiuam, uotum ſubditi ſolum ex uoluntate ſua irritet, quia ei placet ualida ſit, & an peccet ſuperior ſic irritando.*
15 *An Abbas, & Prælatus uota nouitiorum irritare poſſint.*
16 *An qui uice aliorum ſuperiorum funguntur, irritare poßunt uota ſubditorum quæ poßent ſuperiores, ſi adeßent.*
17 *An ſummus Pontifex Religioſorum vota poſſit irritare.*
18 *Quænam uota ſeruorum poßint Domini irritare.*
An poßit Dominus irritare uotum ſerui perſoluendum, & tempore ſeruitutis, & libertatis, nu. eod.
Quæſtio ab alijs intacta de ſeruo impubere, nec patrem nec matrem habente, ab authore ſoluitur.
19 *An maritus irritare poſsit uota omnia uxoris.*
20 *An poſsit uxor uota mariti irritare.*
21 *An ſi uxor emiſit uotum aliquod implendum poſt mortem mariti poſsit maritus uotum illud irritare.*
22 *An, et quæ uota filiorum familias a parentibus poſsint irritari.*
23 *De uotis realibus, & perſonalibus ab impubere emiſſis quid iudicandum.*
24 *De uotis perſonalibus a filijs familias poſt annos pubertatis.*
25 *De uotis realibus poſt pubertatem emiſsis, quid dicendum.*
26 *An ſi Pater non irritauit uota perſonalia aut realia a filijs ante pubertatem emiſſa, ea poſt pubertatem irritare poſsit.*
27 *Patrem non habere poteſtatem in filium poſt pubertatem quantum ad uota perſonalia, nec poſt an. 25. quo ad realia (ſicut cum alijs Sotus uoluit) falſum eſt.*
28 *Verior ſententia quæ, & quomodo concilientur inter ſe.*
29 *An uota perſonalia facta ab impubere facta cũ animo ea implendi, poſtquam peruenerit ad pubertatem a patre poſsint irritari.*
30 *Vota perſonalia ante pubertatem emiſſa, qua forma etiam poſt mortem patris non reuiuiſcunt.*
31 *An ſicut Pater ſic etiam mater uota impuberum irritare poſsit.*

1 Solent ab authoribus quinque modi aſſignari, quibus obligatio voti, atque adeo votum ipſum tolli, & annullari ſolet; Quorum primus eſt *Interpretatio, ſeu* epikeia; Secundus eſt *Ceſſatio,* Tertius eſt, *Irritatio*, Quartus eſt, *Diſpenſatio*, Quintus autem *Commutatio*, de quibus tractant S. Thom. 2. 2. q. 88. arti. 10. 11. & 12. Caiet. ibid. & in ſumma verbo, votum. §. vltimo. Rich. 4. diſt. 38. art. 8. q. 1. & artic. 9. q. 1. & 2. Palud. ead. diſtin. q. 4. per totam. Ioan. Bachonus in 4. diſt. 3. q. 5. Gabr. in 4. diſt. 38. q. 1. artic. 5. & S. Anto. p. 2. tit. 11. cap. 2. §. 8. ſumma Piſanella verbo, uotum. 5. Ange. verbo votum. 2. & 4. Sylue. verbo. votum. 4. Tabiena in uerbo. Diſpenſatio. §. 8. 9. & 10. Sotus lib. 7. de iuſtit. q. 4. artic. 1. 2. & 3. Nauar. in Manuali, cap. 12. numer. 63. & ſeqq. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. artic. 10. Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 6. q. 6. puncto 7. Ludou. Lopez. part. 1. inſtruct. conſcien. cap. 47. & quatuor ſequentib. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. capit. 14. §. 7. Summa Coro. par. 3. tract. de uoto, nu. 14. & ſeqq. Coſmus Philiarchus de offic. ſacer. p. 2. lib. 3. cap. 4. Ioſeph Angles in q. de uoto, artic. 7. Candelabrum aureum in ſupplemento, capit. 14. Tolet. in ſumma lib. 4. cap. 18. Emanuel Rodriquez p. 2. ſum. capit. Ioan Azor. par. 1. inſtit. moralium. lib. 11. cap. 17. & Io. Benedictus in ſumma peccatorum. lib. 1. cap. 9. & alij.

Eſt autem *Interpretatio* ſeu Epikeia declaratio quædam eius, quod vnicuique intelligenti poteſt eſſe euidens, votum in tali caſu particulari non tenere.

Vnde vere ante ipſam interpretationem, votum in re nullum fuit.

Ad talem autem interpretationem voti non eſt neceſſaria ſuperioris authoritas pro illo articulo, vt uerbi gratia, uouit quis non comedere carnes, & in eum locum deuenit, vbi, niſi eas comedat, fame peribit; In hoc caſu poterit vouens ſua prima authoritate, non obſtante uoto, carnes comedere, æquitas enim, & ratio naturalis in eo caſu dictat, votum non obligare; Non tamen propterea a voto facto abſolutus manet, ſed illa neceſſitate præterita manet uoto aſtrictus, ſicut antea. Ex quo patet, ad interpretationem, ſiue in lege, ſiue in uoto, neceſſarium eſſe, vt eius impletio in tali caſu particulari ſit rationi naturali, & æquitati contraria. Quo, etiam modo ſupra docuimus per manifeſtam rei aut circumſtantiarum mutationem, atque adeo per interpretationem epikeiæ, ſine ſuperioris authoritate uoti obligationem tolli, quando ipſa materia uoti, aut *poſsibilis*, aut *bona & utilis*, aut *melior* eſſe deſinit.

3 *Ceſſatione* item tolitur uotum, quando quis ob aliquam cauſam, aut uſque ad tempus aliquod certum,

tum votum emiſit. Vt v. g. emiſit quis votum de re indifferenti ex aliqua particulari circunſtantia, aut ſine bona effecta, puta, de non intranda domo propter vitandum aliquod periculum, quod ibi ſibi imminebat, quia, ſcilicet, ibi habitabat mulier aliqua impudica excitans eum ad libidinem, ceſſante cauſa, & recedente femina, ceſſat votum, eiuſque obligatio, quia iam talis domus ingreſſus redditur veluti res vana, & inepta, vt ſit materia voti. Item vouit quis ieiunare ſingulis ferijs ſextis huius anni; elapſo anno, ceſſat votum. Et de his duobus modis ſatis ſit hæc breuiter dixiſſe.

4 *Irritare* votum non eſt aliud, quam efficere, vt votum nullum, irritumque ſit. Vnde quamuis Gregorius de Valentia to. 3. diſp. 6. q. 6. puncto. 7. in principio, dicat *Irritationem* non ſupponere votum vere obligauiſſe ex eo, quod putet votum illud eſſe dependens, donec ſuperior præberet aſſenſum: Alij tamen rectius, & verius docent vota inferiorum de re non prohibita facta ante ſuperiorum conſenſum verè obligare, quouſque in eis prælatus, aut ſuperior diſpenſet, aut ea irritet; ſi enim irritantur; ergo antea non irrita, ſed ualida fuerunt. Sic expreſſe Palud. in 4. d. 38. q. 4. art. 2. concl. 1. Gabriel ead. diſt. q. 1. art. 5. concluſ. 1. & alij quos ſupra, cap. 14. dub. 4. propoſitione 4. citauimus, vbi etiam huius rei rationem aſſignauimus.

5 *Diſpenſare* vero eſt authoritate ſuperioris voti obligationem relaxare, atque adeo diſpenſatio & ſupponit verum in re fuiſſe votum, & vinculum eius tollit; in quo differt a commutatione, cum per commutationem non tollatur, ſed ſolum mutetur materia, & obiectum eius vinculi. Cadit autem diſpenſatio tam in legem, quam in uotum, quāuis diuerſimodè; quia lex multos reſpicit, & obligat, votum autem tantum reſpicit perſonam ſingularem: Vnde fit, vt diſpenſatio in lege nihil aliud ſit, quam exceptio, & exemptio ab uniuerſali illa legis obligatione, vt cum quis priuilegio excipitur, ne quadrageſimam, verbi gratia, iuiunet, diſpenſatio autē in uoto eſt ſubiatio illius ob id, quod cauſa, qua factum eſt, minimè iam tunc decere videtur.

6 *Commutare* autem non eſt aliud, quam materiam voti, eiuſque obligationem authoritate ſuperioris in aliam materiam transferre. Vt v. g. ſi quis uouit peregrinationem, & uotum illud commutetur in ieiunium, aut orationē, uel eleemoſinam, tunc enim tenetur vouens illa facere ex ui uoti, & non ſolum ex præcepto commutantis; Atque adeo ſi non ieiunauerit, orauerit, aut eleemoſinam erogauerit, peccabit peccato ſacrilegij contra votum.

Huc etiam reducitur voti *Redemptio*, eſt enim idem voti *Redemptio*, quod *commutatio*, niſi quod *Redemptio* ſit commutatio voti in pecuniam, vt ſi votum peregrinationis commutetur in pecuniam alicui loco applicandam, commutatio autem fit in quamlibet aliam rem. His itaque breuiter de illorū ſignificatione expoſitis, de his tribus ultimis, irritatione, ſcilicet, diſpenſatione, & commutatione voti in ſequentibus agemus.

7 Quod igitur ad horum primum attinet, irritare poſſunt vota omnes illi, qui poteſtatem habent dominatiuam in eos, qui uota emiſerunt, ut patres, Domini, tutores, curatores, mariti, prælati, vota filiorum, ſeruorum, pupillorum, minorum, vxorum, & religioſorum ſibi ſubditorum irritare poſſunt. Neque enim irritandi poteſtas ſpiritualis, & eccleſiaſtica eſt, ſicut diſpensādi, & cōmutandi, ſed ciuilis, & profana; neque ex iure canonico, ſed ex iure naturali deſcendit, atque adeo poteſtas hæc irritandi vota non ſolum penes Chriſtianos, ſed etiam penes infideles remanet.

Hinc eſt, quod multi uota irritare poſſunt, qui tamen diſpenſare, aut commutare uota nequeunt, Sicut econtra, multi diſpenſare, & commutare valent, qui tamen ea irritare non poſſunt; Alij vero ſunt, qui & ea irritare, & diſpenſare, & commutare valent. Nam Pater, & Dominus vota filiorum familias, & ſeruorum irritare poſſunt ob poteſtatem dominatiuam in filios, & ſeruos, non tamen diſpenſare, aut commutare, quia ad diſpenſationem, & commutationem requiritur poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis reſpectu eorum, quorum vota commutare, aut diſpenſare debent; Epiſcopus autem uota aliqua ſuorum ſubditorum diſpenſare, & commutare, ualet ob poteſtatem ſpiritualem, quā in ſubditos habet: nulla tamen irritare ualet ob defectū poteſtatis dominatiuæ in illos. Aliqui uero, quia utrāque poteſtatem ſpiritualem, ſcilicet, & dominatiuam erga ſubditos habent, illorum vota irritare, & diſpenſare poſſunt, ut Prælati Religionum in eorū ſubditus, & ex Soto lib. 7. de iuſtitia q. 3. ar. 1. Petro de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 8. & Ioſeph Angles quæſt. de uoto. art. 8. difficult. 6. Prouincialis & Generalis cuiuſcunque ordinis erga ſubditos eorum. Item Abbatiſſa ſuarum Monialium uota irritare poteſt, ex Ioſeph Angles in 4. ſent in quæſt. de uoto. art. 7. difficult. 7. & Ioan Azorio p. 1. inſtitut. Moral. lib. 11. c. 17. dub. 3 in fine. Sicut enim pater irritare poteſt uotum filij, ob dominium in operibus illi ſubditis, ita & Abbatiſſa poterit, cum maiorem authoritatem, & dominium ſuper opera monialium habeat. Quæ autem diximus, intelligenda ſunt de uotis ſubditorum factis circa ea, in quibus ſunt ſubditi, ſecus autem ſi fiant circa ea, in quibus non ſunt ſubditi, ut inferius dicemus.

Poteſtas autem hæc, quam habent ſuperiores Religioſorum ad irritandum ſuorum ſubditorum uota non ſolum iure humano, ſed etiam naturali, & diuino illis conuenit. Ratio eſt, quia eo ipſo, quod quis religionem profitetur, ſubijcit uoluntatem ſuam atbitrio prælati, vnde facta profeſſione iure naturali, & diuino non poteſt abſque ſuperioris iniuria uoluntatem ſuam ab obedientia ſuperioris ſubtrahere, & conſequenter Prælatus iure naturali, & diuino ob ius dominatiuum uoluntatis ſubditi, illius uota irritare poteſt, ut ſignificat Caie. 2. 2. q. 88. ar. 8. & expreſsè Petr. de Arragon. ibid. tradit. Hæc cum certa ſint, alia tamen dubia, & incerta ſunt, & in ſequentibus explicanda.

8 PRIMVM DVBIVM eſt, quænam uota Religioſorum a Prælatis irritari poſſint? Quāuis Rich. in 4. diſt. 38. art. 4. q. 1. Ang. uerb. uotum. 2. §. 3. Roſella. uerſ. uotum. 4. nu. 14 & Ioan. Maior in 4. d. 38. quæſt. 4. exiſtiment vota a religioſis emiſſa ſine ſuperioris licentia eſſe nulla quia tamen hæc eorum doctrina a nobis ſupra cap. 14. dub. 4. refutata eſt, ne idem ſæpius repetamus, quoad præſentem difficultatem.

Reſpondeo, Prælatorum poteſtatem in hac re eo vſque extendi, vt Regulariter uota omnia, quæ emiſerint ſubditi, ab eis irritari poſſunt. Ratio eſt, quia Religioſi non ſunt ſui iuris, ſed Dei, cuius uices ſuperior gerit. Vnde etiamſi uoueant ea, ad quæ alias ex iure diuino tenentur, vt ver.g. non peccare mortaliter, (quæ uota ante Prælati conſenſum obligant) poſſunt tamen a prælato irritari, vt Palud.4. diſt.38.q.4.arti.2.concluſ.6.Syluester uerb.uotum. 3.q.3. verſ.Quintum. & uerb. uotum.4.q.2. uerſic. Quintum. Sotus lib.7.de iuſtit. q.3.art.1. circa medium. Petrus de Arragon. 2.2.q.88.ar.8.dub.1.cõcluſ.4.Gregorius de Valentia tom.3. diſput.6.q.6. puncto.6.dub.6.Nauar. in Manuali. capi.12.num. 65.Ludou. Lopez par.1. inſtruct.conſcientiæ, cap. 48.in princ.& Io.Azor.par.1.inſtit. Moral.lib.11. cap.17.dub.16.tradunt, quicquid Caietanus 2.2.q. 88.ar.8.in fine,& Ioſeph. Angles in q.de uoto, art. 7.difficult.2.conclu.3. contradicant, exiſtimantes prælatum irritare non poſſe uota facta a ſubdito de rebus neceſſariis ad ſalutẽ, puta de non mentiendo, de non furando,&c.ea ratione ducti, quod poteſtas irritandi fundatur ſupra dominium materiæ. Cum igitur talis materia præceptorum iuris ntturalis,& diuini non cadat ſub dominio prælati, conſequenter uotum ſupra illam cadens a prælato irritari nõ poteſt. Quæ opinio falſa eſt, quia licet prȩlatus non ſit dominus abſolute illius materiæ, quatenus ad eam ſubditus obligatur præcepto diuino, & naturali, quatenus tamen ad eam ſubditus obligari, uel non obligari poteſt per obligationem peculiarem virtutis Religionis ortã *ex vinculo uoti* atq; adeo ex *ſubditi uolũtate*, quæ *ſubditi uolũtas* ſubiecta eſt prȩlato, conſequenter in tali uoto ſubditi prælatus nõ ſolum diſpenſare, ſed etiam uotum illud irritare poteſt.

9 D*ixi*, poſſe prælatos omnia uota ſubditorũ ſuorum *regulariter* irritare, quia fatendum eſt cum Soto lib.7.de iuſtitia.quæſt.3.art.1. Petro de Arragona 2.2.quæſt.88.artic.8.dub.1.concluſ.5.& Ioſeph Angles in floribus 4.ſent.q.de uoto art.7.difficul.2. concl.4.& Io.Azorio p.1.inſti.Moral.lib.11.c.17. dub.17.& 18.non poſſe prȩlatum irritare uota ſubſtantialia ſubditorum, ſicut nec uotũ de ingredienda religione ſtrictiori, ſi ſubditus illud emittat. non tam ea ratione, quod ſit de re, quam ſubditus facere debet, poſtquam fuerit extra obedientiam prælati, & proinde ſupra illam non habet plenam poteſtatem ita, vt illam irritare nequeat, ut docet Arragon ubi ſup. quæ ratio non ita firma mihi uidetur, quàm quod ius Canonicum expreſſim uotum hoc excipit ab Abbatis poteſtate, vt patet in cap. licet de Regularibus. vbi Monachis conceditur libera facultas tranſeundi ad arctiorem religionem, petito ſaltem, licet non obtento, ſuperioris conſenſu, Quæ facultas Religioſis conceditur, ne alioquin ſpes omnis vitam arctiorem aggrediendi tolleretur, ſi penes ſuperiores ſuos facultas, & poteſtas irritandi huiuſmodi uotum remaneret, ut Ioannes Azor. ubi ſupra, rectius annotauit. Alia uero uota a religioſis emiſſa, ſiue ſint de rebus, quæ ad Regulam, & Conſtitutiones ordinis pertinent, ſiue de aliis operibus uoluntariis, ut de ieiunando, orando, &c. à prælatis eorum irritari poſſunt. Quia licet materia uoti huiuſmodi, quantum attinet ad Conſtitutiones, & Regulam, non ſit omnimode ei ſubiecta, quia tamen uoluntas Religioſi ei plenè quoad iſta ſubiicitur, ita ut iure prohibere queat ſubditos ſuos nouis ſe uotorum uinculis obſtringere, merito poterit uota illa libera obligatione noua facta irritare, ut præfati authores, cum Caieta. affirmant, & res certa, & indubitata eſt.

Semper autem in irritatione uotorum huiuſmodi requiritur, & neceſſarium eſt, ut prælato ſuo ſubditus uotum ſuum manifeſtet, ut a uoto liberetur: Quia prælatus uotum illud, quod ignorat, irritare non poteſt, cum, ut conſtat, uoluntas in ignotum ferri nequeat.

10 SECVNDVM DVBIVM eſt, an ſi Religioſus uoueat aliquid explendum pro tempore, quo erit ſui iuris, uotum illud a prælato irritari poſſit? ut v.g. ſi Religioſus voueat aliquid faciendum, quando erit epiſcopus, an uotum hoc irritari poſſit à prȩlato, cui nunc ſubeſt, ita ut ſi poſtea epiſcopus factus ſit, irritatio valida ſit? Reſpondeo cum Syluestro uerb.votum.4.q.2.uerſ.Quintum. Soto lib. 7.de iuſti.q.3.ar.1.in fin. Emanuele Sa in Aphoriſmis, uerbo.uotum.cap.2.Gregor.de Valentia to.3. diſput.6.q.6. puncto.6. dub.5.& Ioan.Azorio p.1. inſtit.Moral.lib.11.c.17.dub.19.uotum illud ualide irritari poſſe. Ratio eſt, quia licet tunc non poſſit irritari uotum ex parte materiæ, poteſt tamen irritari propter ſubiectionem uoluntatis, qua fuit emiſſum. Satis enim eſt, quod voluntas Religioſi, qua uotum emiſſum eſt, ſuperiori ſubiecta fuerit, & uotum ſemel irritarum, non amplius reuiuiſcit.

11 TERTIVM DVBIVM eſt, an Prælatus vota Religioſi irritare poſſit, quȩ ante religionis ingreſſum emiſit? Reſpond. poſſe. Sic gloſſa expreſſe in c. Noluit.33.q.5. Quia religioſus plus eſt prȩlato ſubditus, quã uxor uiro: at maritus irritare poteſt uota vxoris, quæ fecit ante matrimonium, ut infra dicemus. Ergo & prælatus uota prius emiſſa pari ratione irritare poterit, & fauet Ioannes Azor. par.1.inſti.Moral.lib.11.cap.17.dubio 2.& dub.ult. Immo uero ſolemni profeſſione uota omnia perſonalia finiuntur, & ceſſant, quia in ipſum religionis uotum perpetuum communi iure commutantur, cap. Scripturæ. de voto, & uoti redempt. & Palud. in 4.diſ. 38.q.4. ar.1. concluſ.5. Summa Piſanella verb. uotum.6.§.ult. Richard.4.diſt.38. ar.8.quæſt.2. Lud. Lopez p.1.inſtruc.conſcientiæ.cap.48. S.Anto.pa. 2.tit.11.ca.2.§.9. Syluest. uerb. uotum.4.quæſt.7. verſ.Tertium. Nauar. in Manual.c.12.nu.65.& alij communiter.

12 QVARTVM DVBIVM eſt, an uotum a Religioſo ex licentia prælati ſemel emiſſum a prælato poſtea irritari poſſit.

IN hac re unum certum eſt, alterum uero controuerſum. Certum eſt enim, quod Abbas dans licentiam ſubdito ſuo uouendi, ſi eam reuocet, antequam ille ſubditus uotum illud faciat, & poſt illam reuocationem uoueat, uotum irritum eſt, nec peccat ſuperior reuocando ex cauſa licentiam: ſin autem uotum fecerit ante reuocationem licentiæ, tenet uotum, quouſque cum eo diſpenſatum ſit; ſolum difficultas eſt, An idem prælatus, qui uouendi licentiam dederit, cum eo diſpenſare, illudque irritare poſtea queat.

Hinc Reſpondet Richardus in 4. diſtinctio. 38. articu.4.quȩſt.3.non poſſe; Vnde ait recurrendum eſſe in hoc caſu ad Summum Pontificem pro irritatione, vel diſpenſatione; aut ſi Religioſus ille plures prælatos habeat in ſua religione per ordinẽ ſe habentes, ita vt quicquid poteſt inferior, poteſt ſuperior, & amplius, ſi uouit de licentia inferioris, ab illo voto poteſt abſolui à ſuperiore: de voto autem facto ex licentia ſuperioris ab eodem, aut inferiore ſuo abſolui nequit. Ratio eſt, quia ad voti firmitatem a religioſo emiſſi, ſolum requiritur conſenſus Prælati. Ergo accedente eius conſenſu ita firmum eſt uotum, vt amplius ab eo irritari non poſſit. *Communis* tamen, & uera opinio eſt poſſe prælatum non ſolum ante uotum factum licentiam conceſſam reuocare, ita ut poſtea emiſſum, nullum, & irritum ſit, ſed etiam poſt uotum emiſſum, illud irritare poſſe. Et quidem, ſi ex cauſa rationabili de nouo occurrenti motus prælatus reuocet licentiam datam, & uotum irritet, non peccat prælatus; Sin vero illud poſtea irritet ſine rationabili cauſa, peccat quidem mortaliter, quia eſt infidelis Deo in re graui. Ceterum ſiue ex cauſa rationabili, ſiue abſque illa uotum irritet, irritatio ualida eſt, nec peccat ſubditus, ſi non adimpleat tale votum, quod ſine iuſta cauſa irritatum fuit. Sic expreſſe Angel. uerb. uotum. 4. §. 8. Sylueſt. uerb. uotũ. 4. quæſt. 3. verſic. Sextum. Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. verſic. In eodem artic. & in Summa. uerb. uotum. §. ult. in princ. Sot. lib. 7. de iuſtitia. quęſt. 3. artic. 1. poſt medium. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 88. articu. 8. dub. 2. Gregorius de Valentia to. 3. diſpu. 6. quęſ. 6. puncto 6. dub. 3. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruc. conſcientiæ. cap. 48. in fine. Coſmus Philiarchus de officio ſacerdo. pa. 2. lib. 3. cap. 4. concluſ. 3. Ioſeph. Angles in floribus. 4. ſenten. trac. de uoto, ar. 7. difficul. 5. Nauarrus in Manuali, cap. 12. num. 73. uerſ. Quarto. Emanuel Sa in uerb. uotum, cap. 2. Ioannes Azorius p. 1. inſtitu. Moral. lib. 11. cap. 17. dub. 6. Ratio eſt, quia licet religioſus ex licentia prælati uouerit, adhuc tamen manet prælato ſubiectus, ſicut antea erat. Ergo adhuc manet in ſuperiore poteſtas votum illud irritandi. Non enim per talem conceſſionem tranſtulit prælatus dominium ſuũ, quod habuit ſupra uoluntatẽ ſubditi in ipſum ſubditum, quaſi poſtea ſubditus abſolutum dominium haberet vtendi voluntate ſua in uouendo pro arbitrio ſuo: ſed ſolum concedere cenſetur ſuperior facultatem ſubdito vouendi, cum dependentia tamen ſemper ab eiuſdem ſuperioris uoluntate, atq; adeo abſq; translatione dominii uoluntatis ſubditi, & rei offerendæ, cum dominium ſit facultas utẽdi re *independẽter ex uolũtate alterius*. Etenim credẽdum eſt (quando aliud nõ explicatur) ſuperiorem, minimũ, quod poteſt, uelle cedere de iure ſuo, maxime cum poſſit poſtea ad bonum ſubditi pertinere, vt ſuperior tanquam adhuc dominus facultatem illam reuocet, id quod in utilitatem ſubditi redundare cenſetur. Quæ etiam ſententia cnofirmari poteſt ex cap. Noluit. & cap. Manifeſtum. 33. q. 5. ubi habetur, quod ſi maritus conſentiat uoto uxoris, & poſtmodum cenſendum reuocet, non tenebitur amplius vxor uoto. Ergo pari ratione idem de prælato reſpectu ſubditi dicendum erit; atque ex conſequenti illud irritare poterit.

13 *Nec* obſtat ratio Richardi in contrarium allata; ſolum enim probat, ab eo irritari licitè non poſſe uotum ex licentia illius emiſſum ſine rationabili cauſa; quia uero prælatus etiam poſt datam facultatem adhuc manet voluntatis ſubditi dominus, ſi voti irritationem faciat, ualida erit, quia adhuc vtitur iure ſuo. Nec peccat ſubditus, dum ſequitur voluntatem prælati, cum eius ſit parere ſuperiori, & non examinare iuſſa ſuperiorum in iis, quę non ſunt per ſe mala. Sicut nec peccat ille, qui pecunias apud ſe depoſitas reddit domino illas petenti ad prodigendum, quia alias iure ſuo vtitur, quamuis in eius uſu peccet: Immo ſubditus poſtea faciendo contra reuocationem à pręlato factam peccat, eo quod facit contra obedientiam, & contra iuſtitiam, utendo aliena operatione inuito domino, ſcilicet, pręlato. E contra uero obediendo non peccat; ſed ſi quid culpę ſit, id totum ſuperiori imputatur, qui uotum illud ſine cauſa rationabili irritauit. Quibus addo, quod ſi ſuperior irritato ſemel uoto, & poſtea pœnitentia motus ob peccatum commiſſum in irritatione facta ſine cauſa, iterum facultatem ſubdito faciat, non tenetur ſubditus ſtare uoto ex Armilla uerbo. uotum. §. 12. Quia uotum uere irritatum non redit, ut inferius latius oſtendemus. Et quę hactenus de pręlatis circa irritationem dicta ſunt, intelliguntur etiam de Pręlata ſanctimonialium erga ſuas Moniales; Quia poteſtas hęc, cum ſit dominatiua, poteſt etiam eſſe in laico, etiam in femina, quicquid ſit de poteſtate diſpenſandi, de qua infra dicetur.

14 QVINTVM DVBIVM eſt, an ſi ſuperior, aut aliquis habens poteſtatem dominatiuam uotũ ſubditi ſolum ex uoluntate ſua irritet, quia ei placet, & nulla alia ex cauſa, ualida ſit irritatio, & an peccet ſuperior ſine cauſa irritando?

Reſpondeo cum Paludano in 4. diſtinc. 38. quęſ. 4. artic. 2. concluſ. 2. S. Anton. par. 2. titu. 11. capit. 2. §. 6. in fine. Gabriele in 4. diſtinc. 38. quęſt. 1. artic. 5. concluſ. 2. Sylueſt. uerbo uotum. 4. quęſt. ſecunda, uerſi. Sextum. Soto lib. 7. de iuſtitia. quęſt. 3. artic. 1. Petro de Arragona 2. 2. quęſtio. 89. artic. 8. poſt concluſionem. 3. Nauarro in Manuali. cap. 12. nume. 6. & num. 69. Gregorio de Valentia tomo 3. diſput. 6. quęſt. 6. punc. 6. in principio. *Ioſepho* Angles in floribus. 4. ſent. quęſt. de uoto, art. 7. difficul. 4. Caiet. in Summa uerb. uotum. §. ult. in principio. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. capit. 14. §. 7. Ludouico Lopez par. prima, inſtruc. conſcientię. cap. 47. in principio. Coſmo Philiarco de officio ſacerdo. par. ſecunda. lib. 3. capitul. 4. Summa Corona par. 5. trac. de uoto. num. 15. Toleto libro 4. inſtruc. ſacerdo. cap. 18. in fine, & Ioanne Azorio parte prima, inſtitu. Moral. lib. 11. ca. 7. dub. 5. Irritationem uoti a ſuperiore factam etiam abſque cauſa, pro ſola ſuperioris uoluntate ualidam eſſe, ita ut qui uotum emiſerit, non amplius ad illud obligetur, cum ſuperior ea in re iure ſuo utatur. An uero peccet in eo ſuperior, quod ſine cauſa uotum irritet, non ita conueniunt authores; Nam Paludan. S. Anton. Syluest. Ioſeph Angles, Gabriel, & Azorius docent non peccare, quia utuntur iure ſuo, niſi, vt ait Sylueſter, ex mala uoluntate irritaret, aut licentiam ſemel conceſſam ſine cauſa rationabili reuocaret; Sotus tamen, Barthol. Medina, & Gregorius de Valent. uolunt peccatum eſſe ueniale ſaltem ſine ratiotionabili cauſa uotum ſubditi irritare. Ratio eſt, quia cum irritatio ſit actus iuriſdictionis, vti debet prudentia,& iudicio, antequam irritet, vt conſideret, an vtilius, ac decentius ſit facultatem concedere, vel negare. Et quia eſt quædam deformitas, ſine cauſa impedire promptitudinem illam ſubditi ad exhibendum cultum Deo per uotum; quæ opinio etiam mihi uerior,& ſecurior videtur; debet enim quis vti iure ſuo rationabiliter, maximè in re tanti momenti. Illud autem certum eſt, quod ſiue ſuperior irritando peccet, ſiue non, ipſe tamen ſubditus liber omnino manet à voto. An uero ſubditus peccet, ſi votum ſuperiori manifeſtet, ita vt ſi conſentiat, adimplere teneatur, ſecus autem ſi diſſentiat? Reſpondetur, *Regulariter* ſubditum non peccare. Dixi, *regulariter*, quia ſi ſuperior ſine peccato non poteſt votum illud irritare, puta, quia non datur cauſa irritandi, ſecundum Soti, & aliorum ſententiam, quam ueriorem putamus, ſubditus ſaltem peccabit venialiter, eo quod dat occaſionem ruinæ peccati ſuperiori, à quo voti ſui irrationem petit.

15 SEXTVM DVBIVM eſt, an Abbas, & Prælatus vota nouitiorum irritare poſſit? Reſpondeo cũ Nauarro in Manuali.c.12.nu.65. Ioſepho Angles in florib.4.ſent.in quæſt.de voto.ar.8.dub.3. Ludouico Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ.c.47.& c.48. Ioanne Azorio p.1.inſtit.Moral.lib.11.c.17.dub.20.& Emanuele Sà in Aphoriſmis.verb.votum.ca.2. Prælatum nouitiorum vota irritare non poſſe. Ratio eſt, quia, cum nondum profeſſionem emiſerint, eorum voluntas a ſuperioris voluntate nõ dependet.arg.cap.1.& cap.beneficium.de Regularibus.in 6. per profeſſionẽ.n.renuntiatur voluntati propriæ. Vnde vota nouitij, vel tẽpore nouitiatus manent ſuſpẽſa, eo quod infra annum probationis nec à ſuperiori irritari, nec à vouente cõmode fortaſſis adimpleri poſſunt, vel per profeſſionem ceſſant, & iure communi in votum religionis cõmutantur, dummodo vota illa fuerint perſonalia, vt communiter tradunt authores. Nonnulli tamẽ cõcedunt prælatum poſſe nouitij vota in hoc ſenſu irritare, videlicet, ſi non faciat profeſſionẽ, vota eius non irrito, ſecus autem ſi profeſſionem fecerit. Atque adeo dicunt, quod ſicut nouitius eſt religioſus in fieri,& in eſſe imperfecto, ſic etiam habeat prælatus auctoritatem vota eorum irritandi: ſed prior dicendi modus melior,& vſitatior eſt.

16 SEPTIMVM DVBIVM eſt, an, qui vice aliorum ſuperiorum funguntur, irritare poſſint vota ſubditorum, quæ ſuperiores irritare poſſent? Rñdeo cum Ioanne Azorio par.1.inſtitut. Moral.lib.11.c.17.dub.3.in fine, poſſe, dummodo huiuſmodi Vicarij iuriſdictionem generalem habeant ad omnes cauſas,& negotia, non autem contractam,& limitatã ad certas cauſas, id quod procedit, ſiue eam iuriſdictionem demandatam habeant auctoritate legis, Canonis, Principis Conſtitutionis, aut ipſius ſuperioris, cuius vice funguntur, aut alicuius alterius legitimi ſuperioris. Qua de cauſa Prior Clauſtralis Congregationis Caſinenſis tempore Capituli Generalis abſente Abbate vota monachorum irritare poteſt, ſicut Abbas poſſet, ſi præſens fuiſſet, cum ex conſtitutionibus ordinis à Summis Pontificibus confirmatis illo tempore poteſtas regiminis penes Priores Clauſtrales monaſteriorum remaneat.

17 OCTAVVM DVBIVM eſt, an Summus Pontifex religioſorum vota irritare poſſit.

Reſpondeo cum Caietano 2.2. quæſt.88.ar.12. verſ. Ad ſecundæ quæſtionis euidentiam. Soto.lib.7.de iuſtitia, q.3.ar.1. Petro de Arrago. 2.2.q.88. art.8.dub.1.poſt concluſionem 3. Gregorio de Valentia to.3.diſp.6.q.6.pun.6.in prin. Nauar.in Manuali.c.12.nu.76. verſ.Sexto, Ludou. Lopez.par.1. inſtruct.confeſſ.c.49. Coſmo Philiarcho de officio Sacer.p.2.lib.3.c.4.concl.4. Emanuel Sà in Aphoriſmis.verb.votum.c.2.& Io. Azorio par.1.inſtitu. Moral.lib.11.c.17.dub.3.& alijs poſt Richardum in 4.diſt.38.art.4.q.3. Poſſe Summum Pontificem Religioſorum vota irritare, cum ratione profeſſionis ſit eorum prælatus non minus, quam Religionis Prælati, immo Sũmus, ac ſupremus eorum prelatus eſt, vtramque poteſtatem, ſpiritualem, ſ.& dominatiuam ſuper eos habens: laicorum autem, ſeu ſecularium hominum vota irritare non poteſt, ſed ſolum diſpenſare,& commutare, cum ſuper eos poteſtatem dominatiuam non habeat, ſed ſolum ſpiritualem. Immo vero nec clericorum vota, qui Religioſi nõ ſunt, *regulariter* irritare poteſt, cum ſuper voluntates,& res eorum dominium non habeat, cuius rei ſignum eſt, quia poſſunt multa diſponere,& multos cõtractus facere, qui ſi liciti fuerint, à Summo Pontifice irritari & reuocari non poſſunt. Dixi, *regulariter*, quia ſi clericus aliquid uouerit, quod ad gubernationem eccleſiarum, beneficiorum,& rerum eccleſiaſticarum pertineat, puta, de beneficio renuntiando, alienando, aut augendo numero Canonicorum alicuius eccleſiæ, aut alia vota ſimilia de reb. eccleſiaſticis fecerit, poterit ea Summus Pontifex irritare, eo quod aut facta videntur tacita conditione, ſi Summo Pontifici placuerint, aut quia in rebus eccleſiaſticis, ex multorum ſententia, Papa plenum dominium habet, & ideo tanquam poteſtati eius præiudicantia irritari ab eo poſſunt. Quoad alia vero eorum vota, puta, de ieiunando, orando, dando eleemoſynas, peregrinando & ſimilia, cum talem poteſtatem dominatiuã non habeat, facta tenent, nec conditionata ſunt,& conſequenter ad libitum illa irritare nequit, ſed ſolum commutare, redimere, aut in eis diſpenſare. Eodemque modo cum Epiſcopus erga ſuos ſubditos ſolam poteſtatem ſpiritualis iuriſdictionis habeat, illorum vota, ſiue clerici, ſiue laici ſint, ſolum commutare, aut diſpenſare, non autem irritare poteſt. Et de Religioſis hactenus dictum ſit, ex his enim difficultates aliæ, ſi quæ ſint, facile diſſolui poſſunt.

18 NONVM DVBIVM eſt de poteſtate Dominorum ad irritanda vota ſeruorum, quænam vota eorum irritare poſſint.

Reſpondeo primo, data eſt Dominis ea poteſtas ſuper ſeruos, vt poſſint omnia eorum uota irritare, quæ Dominis eorum in aliquo præiudicant, vnde poſſunt uota ſeruorum de peregrinatione, de danda eleemoſina, aut de horis recitandis, nec non de intranda religione illis inuitis irritare. Quia hæc omnia præiudicant ſeruitio debito illorum dominis. Sunt enim ſerui adeo Dominis attricti, ut opera, labor, ars, & denique res omnes eorum in bonis Dominorum numerentur. Si tamē ſerui aliquas orationes paucas voueant,ex quib.nullum præiudicium Dominis infertur,tunc Dñs vota illa irritare nequit, ſicut nec votum ſerui de ſeruanda caſtitate irritare valet, cum tale votum non præiudicet Domino;Et in ijs,quæ non præiudicãt ſeruitio ſui Domini, ſeruus ei ſubiectus non eſt, ſed ſui iuris, & conſequenter votum ab eo emiſſum de tali re à Domino irritari non poteſt.Quæ doctrina non ſolum procedit de voto emiſſo tempore ſeruitutis, ſed etiam de eo,quod fecit, antequam in eius poteſtatem deuenerit;quæ enim Domino prẹiudicant, irritari poſſunt ab eo, non autem ea, quæ in præiudicium illius non redundant. Ratio vtriuſq; eſt,quia poteſtas Domini in ſeruum eſt ratione ſeruitutis ei debitæ: vbi igitur ex obſeruatione voti, vel ante ſeruitutem, vel in ſeruitute facti, ſequitur aliquod præiudicium Domino, eouſq. extenditur domini poteſtas,vt votum illud, tanquā in ſui præiudicium factum, irritare poſſit, ſecus autē ſi abſq. iniuria,& prẹiudicio Domini poſſit obſeruari. Quę ratio æque ualet in votis ante ſeruitutem factis, ac in illis,quæ ſeruitutis tempore fiunt,& conſequenter idem ius in Domino eſt,quoad ea irritanda, vel non.Sic S.Thom.4.diſtinct.38.quæſ.1.art.1. quæſtiuncula 3.art.3.& 2.2.queſt.88.arti.8.ad ſecundum.Palud.4.diſtinct.38.quæſt.4.art.2. concluſ.4. Gabriel ibi.quæſt.1.articu.5.poſt concluſ.3.uerſic. Quinto.Ang.uerb.uotum 2.§.11. Sylueſt.uerb.uotum.4.quæſt.2.verſic.primum.& uerb.uotum.3.q.7.Nauar.in Manuali.c.12.nu.64.uerſi.maritus autem.Petrus de Arragon.2.2.q. 88.art.8.Ioan.Azorius par.1.inſtitu.Moral.lib.11.c.17.dub.2.& dub. 9.& 10. & Coſinus Philiarchus de officio ſacerdo. par.2.lib.3,cap.18.in fin.

Secundo, Vota a ſeruo facta, quæ ſeruus facienda promiſit eo tempore, quo ſui iuris, & libertatis eſt,à Domino irritari non poſſunt,immo irritata à Domino,ſeruo libertatem adepto,reuiuiſcunt. Sic expreſſe Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.q.6. puncto.6.dub.vltimo.Petrus de Arragon ubi ſupra & Ioannes Azorius loco proxime citato. dub.11. Ratio eſt, quia eatenus ſolum poteſt Dominus ſerui uotum irritare, quatenus in eius præiudicium redundat.At uero poſt adeptam libertatem eorum adimpletio nullo modo præiudicat Domino.Votum igitur ſerui poſt emancipationē adimplendū, etiam tempore ſeruitutis emiſſum dominus irritare non poteſt.

Difficultas autem eſt,an irritare poſſit uotum ſerui perſoluendum,& tempore ſeruitutis,& tempore libertatis. *Huic* quæſtioni reſpondet Syluest.uerbo votum 4.q.2.uerſic.Quintum.uotum ſerui explendum durante tali poteſtate tantum,aut ea durante, & poſtea ſimpliciter a domino irritari poſſe. Rectius tamen reſpondere mihi videntur alii quos ſequitur Ioannes Azorius par.1.inſtit.Moral.lib.11. cap.17.dub.11. diſtinguendo, quod votū ſerui aut factū eſt ſimpliciter, non referēdo illud ad aliquod tēpus expreſſe,& late uotum ita poteſt a dño irritari,vt ēt finita libertate non reuiuſcat;aut factum eſt ſolū explendū pro tempore libertatis, & tale uotū irritare nequit, cum dominus non ſit ſuperior, quoad voluntatem ſerui ſimpliciter; aut refert uotum ad utrumque tempus, libertatis, ſcilicet, & ſeruitutis,ut in præſenti caſu ſupponitur,& tunc irritare illud poteſt ſolum ex parte, quam ſibi nocet, non autem pro tempore libertatis, ut ex his, quæ diximus,colligi poteſt.

Quæri ulterius poteſt, An ſi ſeruus impubes uota aliqua emiſerit Domino non præiudicialia, Dominus illa irritare valeat, ſi neque patrem, neque matrem habeat?

Reſpondeo; quamuis nullus hanc difficultatem attigerit, mihi tamen pars affirmatiua probabilior videtur; Eſt enim admodum conſentaneum rationi, vt Dominus, ſicut omnem curam talis impuberis habet, ita etiam & uota illius tali caſu irritare poſſit,eodem prorſus modo, & ratione,qua parentes poterant,ſi uixiſſent.

19 DECIMVM DVBIVM eſt de uotis coniugatorū,an maritus irritare poſſit uota omnia uxoris? Abulenſis in c.30.Numerorum. Sotus.lib.7.de iuſtitia.quæſt.3.art.1. & Petrus de Arrago.2.2.q.88. artic.8.docent maritum irritare poſſe omnia uota vxoris, nullo excepto, etiam uota non mentiendi, & ſeruandi præcepta.Ratio eſſe poteſt,tum quia nullum eſt tempus, in quo non poſſit uir vxorem ordinare in bonam gubernationem domus, & familiæ, tum quia licet uxor non ſit ſubiecta uiro quoad materiam præceptorum Dei, bene tamen ſubdita eſt, quoad nouam obligationem, quam ſibi imponit per uotum, ſcilicet, ſeruandi illud:tum quia expedit obuiare leuitatibus mulierum leuiter vouentium; tum quia Nume.30. concedi uidetur iſta poteſtas maritis, quod præceptum legale ſecundum veriorem opinionem eſt Morale, adeo vt nunc uim habeat. Exiſtimant igitur hi authores vxorem ſubditam eſſe uiro, ſicut religioſus eſt ſuo Prælato, atque adeo poſſe uirum irritare omnia omnino uota uxoris.

Communis tamen, & verior opinio eſt irritare poſſe ſolum uota vxoris, quæ ſunt in præiudicium ipſius,& domus,& familiæ adminiſtrationem. Et ſic irritare poteſt uotum uxoris, quod præiudicat actui matrimoniali,cap.Noluit.33. quæſt.5.& uota abſtinentiæ, ieiuniorum, & peregrinationum ab vxore facta ſiue ante, ſiue poſt matrimonium, poterit uir irritare, utpote ei præiudicialia, cetera uero uota non item, ut uota recitandi aliquas preces, aut largiendi eleemoſinam ex bonis illis, quorum liberam habet adminiſtrationem, multoque minus irritare ualet votum de non mentiendo, de non peierando, de non ferendo falſum teſtimonium,& huiuſmodi.Ratio eſt,quia uxor non eſt ſubdita illi, niſi quoad ea, quæ ſunt in mariti præiudicium, unde ea ſolum uota uel ante,uel poſt matrimonium emiſſa irritare ualet, quæ uiro præiudicium aliquo modo afferre poſſunt, & hoc ſolum colligitur ex cap.30.Numerorum, vbi dicitur *Si mulier vouerit,& iuramento ſe conſtrinxerit,* ut per *ieiunum, vel ceterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam,in arbitrio uiri erit, ſiue faciat, ſiue non faciat*.Hanc communem ſententiam docent Innocentius in cap.Scripturæ.& ibi Panorm. num.8.de uoto.Palud.4.diſtinct.38.quæſt.4.artic.2.concluſ. 5.Summa Piſanella uerb.uotum.3.in princip.Ang. uotum. 2.§.8.& §.11.Sylueſter uerb.uotum.4.q.2. uerſ.Quintum.Nauar.in Manuali.c.12.num.65.& nu.66.Gabrielis ſupplementum. in 4.diſt.32.q.1. art.1.

art.1.Notab.3.&art.2.concl.7.& d.38.q.1.art.5. ver.Sexto.Caiet.to.1.Opuſc.tract.31.Reſponſ.14. dub.4.Ludou.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.45.& ca.47. Ioſeph Angles in florib.4.ſent. in q.de voto.arti.7. diffic.9.Greg.de Val.to.3.diſp.6.q.6.punct.6.dub. vlt.Sum.Coro.p.3.trac.de voto.nu.7. Com.Philiarchus de offic.ſacerd.p.2.lib.3.cap.4.conclu.3.& Io. Azor.par.1.inſtit.Moral.libr.11.cap.17.dub.12.& du.14.& alij cōiter. Et quoad vota, quæ ſunt in præiudicium eius, non ſolum irritare pōt ea, quæ emiſſa ſunt ſine eius licentia, ſed etiam illa, quę emiſit ex licētia viri, quāuis.n. in hoc caſu peccet ea poſtea reuocando, & irritando ſine cauſa, irritatio tamen valida eſt, & vxor obedire tenetur, vt colligunt præfati authores Coſmus Philiarchus, Lopez, Ioſeph Angles, Petrus de Arragon. vbi ſupra, & Nauar. nume. 61. ex cap. Manifeſtum. 33.q.5. non enim minor eſt poteſtas viri poſt conceſſionem talis licentiæ, quam antea, quamuis diſpar ſit ratio quoad rationem peccati, vt in ſimili diximus ſupra dub.4.

VNDECIMVM DVBIVM eſt, an poſſit vxor vota mariti irritare?

Reſpondeo, poſſe ea vota irritare, quæ ſunt pręiudicialia actui matrimoniali. Sic Sylueſter verb. votum.5.q.1.Sotus lib.7.de iuſtit.q.3.art.1.Nauarr.in Manuali c.12.nu.61.verſi.Trigeſimotertio.§.Dixi Petrus de Arragon 2.2.q.88.art.8.Greg.de Valent. tom.3.diſpu.6.q.6.punct.6.dub. vlt. Summa Coro. p.3.tract.de voto.num.7.Ludo.Lopez p.1.inſtruct. conſcient.c.48.& Io. Azor.par.1.inſtit.Moral.libr. 11.c.17.dub.13: poſt Gloſſam in cap. Manifeſtum. 33.q.5.& Panor.in c.ſcripturæ.num.8. de uoto. Ratio eſt, quia quoad debitum coniugale petendum, vel reddendum, coniuges ſunt pares, iuxta illud 1. Cor.7. *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vxor,* & econtrario. Atque ita cum in cōiugio pares ſint, quod pertinet ad debitum coniugale, ſi maritus vouerit non reddere debitum, poteſt vxor non admittere, & illud irritare, & idem de viro reſpectu vxoris. Vnde neuter eorum abſque alterius conſenſu votum caſtitatis, & omnimodæ continentiæ vouere poteſt, vt colligitur ex c. Quidam, & c. Placuit, de conuerſ. coniug.

Dixi, quoad ea, *quæ ſunt præiudicialia actui matrimoniali*, quia cum vir ſit caput mulieris, in rebus pertinentibus ad domus, & rei familiaris adminiſtrationem, non ſunt pares, & ideo multa vota vxoris circa huiuſmodi poteſt maritus irritare, quæ tamen vxor econtra non poſſet, ſi a marito facta eſſent, vt præfati authores Panorm. Syluester, & alij, vbi ſupra, poſt gloſſam annotarunt, & nos cap.14.dub.3. expoſuimus, vbi alia multa legenda ſunt, quæ poteſtatem viri, aut vxoris concernunt circa irritationē voti emiſſi de non petendo debitum, ſiue ex conſenſu conſortis, ſiue ex vtriuſque conſenſu, atque ideo hoc in loco prætermittenda ſunt.

DVODECIMVM DVBIVM eſt, an ſi vxor votum aliquod emiſit implendum poſt mortem mariti, poſſit maritus votum illud irritare?

Reſpondeo, quicquid Innocentius, & Hugo, & Panor. in c.Scripturæ.nu.7.de voto, & voti redempti. putent maritum poſſe irritare tale votum, eo qđ votum emiſſum tempore inhabili, ſcilicet, tempore illo, quo voluntas vxoris ſubiecta fuit voluntati mariti, non eſt de neceſſitate adimplendum tempore habili, ſed à marito irritari poteſt. Alij tamen, vt Palud.in 4.diſt.38.q.4.art.2. concl.5.Ang.verb.votū.2.§.13.Sylueſt.in verb.votum.4.q.2. verſ. Quintū. Sotus lib.7.de iuſt.q.3.art.1.Naua.in Manual.c.66. Petr.de Arrag.2.2.q.88.art.8.Greg.de Val.tom.3. diſt.6.q.6.punct.6.dub.5.Caiet.2.2.q.88.art.8.ver. Ad hoc dr̃. Ioſeph Angles in florib.4.ſenten.in q.de voto.art.7.diffic.9.dub.1.concl.2 Ludou. Lopez p. 1.inſtruct.conſcien.c.47 & Io. Azor.p.1.inſti.Moral.lib 11.ca.17.dub.15. Maritum irritare non poſſe tale votum. Ratio patet ex dictis, quia maritus ſolum irritare poteſt vota illa, quæ vel ſunt in præiudiciū actus matrimonialis, vel in damnum adminiſtrationis domus, & rei familiaris, quale non eſt votum adimplendum ab vxore poſt mariti mortem. Neque ſatis eſt ad irritandum votum, quod habeat poteſtatem ſuper voluntatem vouentis tēpore, quo votum emittitur, ſed vltra hoc requiritur dominiū materiæ ipſius voti, cum tamē conſtat maritum nō eſſe dominū materiæ voti, quod ab vxore poſt eius mortem adimplendum eſt, præterquam quod maritus non eſt dominus voluntatis vxoris, niſi quo ad ea, quæ ſunt in præiudicium ſuum, quale non eſt votum poſt eius mortem adimplendum.

22 DECIMVMTERTIVM DVBIVM eſt circa irritationē votorū, quæ fiunt a filiis familias, an & quæ vota eorum a parentib. irritari poſſint? Pro cuius rei intelligentia ſupponendum eſt *primo*, vota hæc vel eſſe poſſe *realia*, vel *perſonalia*. *Reale* eſt, qđ ad res pertinet, & ad cuius impletionem ſumptus requiruntur. *Perſonale* vero, quod ad vouentis perſonā pertinet, vt votum religionis, ieiunii, orationis, peregrinationis, &c. *Secundo*, quidam dicuntur filii *impuberes*, quidam vero *puberes*: *Impuberes* ſunt maſculus vſque ad annum decimumquartum, femina vero vſque ad duodecimum completos, non enim ſufficit attigiſſe, ſed oportet compleſſe, ex gl. in ca. firma.20.q.1.Palud.in 4.diſ.38.q.4.art.2.concluſ.7. Gabriel.ibid.q.1.art.5.verſ. Septimo, & alij cōiter, poſt annum autem decimumquartum dicūtur puberes, & quia vſque ad 25. annum ſub cura parentum, aut tutorum ſunt, ab anno 14. ad 25. dicuntur eſſe *Minores*, ſeu in minoribus, & ſub curatorum poteſtate. *Tertio*, patris nomine veniunt etiam tutores, & curatores. Nam ſicut filius familias refertur ad patrem, in cuius poteſtate eſt, ſic pupillus ante 14. annum parentib. orbatus refertur ad tutorē, minor autem poſt 14. annū vſq; ad 25. annū refertur ad curatorē. His ita ſuppoſitis, quid in hac re ſentiendum ſit, ſequentibus propoſitionib. breuiter exponam.

23 Prima propoſitio, vota omnia tam Realia, quam perſonalia ab impubere emiſſa à patre, vel à tutore, qui patris vicem gerit, vt diximus, irritari poſſunt. Vnde ſi filia ante 12. annum, aut filius, ſeu pupillus ante 14. annum, votum aliquod reale verbi gratia dandi eleemoſinā, aut perſonale, v.g. caſtitatis, Religionis, orationis, &c. emiſerint, patres, & tutores illa pro libito irritare poſſint. Id quod procedit, non ſolum ſi in ea ætate emittantur, puta, ante ſeptennium, quando ratione, & iudicio communiter non vtuntur, (immo vero neq; tunc proprie vouere poſſunt, eo quod in eis libertas, & deliberatio deſunt, quæ ad votum requiruntur) ſed etiam ſi vtantur ratione. Quamuis enim ante pubertatem poſſint ſimplici voto, etiam religionis, ſe obligare, illudq;

ſeruare tenentur,ſi à patre, vel tutore non irritetur, vt colligitur ex ca.30.Numerorum,& Doctoribus infra citandis, quia tamen vſq; ad annos pubertatis ſubijciuntur parentibus, & tutoribus, nõ ſolũ quoad rem,ſed etiam quoad voluntatem, conſequenter poſſunt parentes,& tutores quæcunque vota realia, vel perſonalia ante pubertatem emiſſa irritare, poteruntque tales impuberes irritationem huiuſmodi votorum petere, immo nonnunquã Cõfeſſarius cõſulere poteſt,vt eorum petant irritationẽ.Sic S.Th. 2.2.q.88.ar.9.Caie.& Petrus de Arrag.ibid.Richa. 4.d.38.art.4.q.2.Palud.ead.d.q.4.art. 2. concl.7.& 8.Gabriel ibid.q.1.art.5.litera.X. Summa. Piſanella.verb.votũ.2.§.2.& §.3.S.Ant.p.2.tit.11.c.2.§.7. Ang.verb.votum 2.§.5.& 6. Tabiena verbo.votũ. 5.num.6.verſi.Quinto.Syluestr.verb. votum.3.qu. 5.& q.6.& verb.votum.4.q.2. verſic.Secundum.Sotus lib.7.de iuſtit.q.3.art.2. Nauar.in Manuali.cap. 12.nu.64.Barth.Med.libr.1.inſtruct. confeſſ.c.14. §.7.Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ.cap.47.& cap.48. Ioſeph Angles in q.de voto.art.7.dif.11.& dif.12.Grego.de Valentia tom.3.diſp.6.q.6.punct. 6.ante finem.Coſinus Philiarchus de officio ſacerd. par.2.lib.3.cap.4.concluſ.3. & cap. 18.Sum. Corona par.3.tract.de voto.nu. 7.Toletus lib. 4.inſtruct. Sacerd.capit. 18. Emanuel Sà in Aphoriſmis.verb. votum.cap.2.& Ioannes Azorius p.1.inſtit.Moral. lib.11.cap.17.dub.7.Panorm.in c.ſcripturæ. nu.7. de voto.late Imola repet.in c.cum contingat.num. 18.de iureiur.& colligitur ex c.Puella.20.q.2.&c. Non ſolum.de reg.iur. in 6.

24 Secunda propoſitio: vota perſonalia à filijs familias poſt annos pubertatis emiſſa, & etiam mixta, quæ per ſe primo ſunt perſonalia,vt votum peregrinationis,pater,& tutor irritare non poſſunt.Sic authores vbi ſupra.Vnde poteſt filius poſt annum decimumquartum, & filia poſt completum duodecimum votum caſtitatis, & etiam religionis emittere,& alia vota perſonalia patre inuito. Quamuis enim poſt Concilium Trid.ſeſſ.25. de Reg.cap. 15. non valeat profeſſio,aut votum ſolemne Religionis ante decimum ſextum annum completũ, ſi tñ filia, aut filius votum de intranda religione ante decimum ſextum,poſt completum duodecimum in femina, & decimũ quartũ in maſculo emittat,adeo validum eſt votum illud,vt a patre,vel tutore irritari non poſſit. Concilium.n.eo in loco ſolum irritat profeſſionem religionis ante completum annũ decimum ſextum factam,patriam tamen poteſtatem, & ius in vota filiorum, & pupillorum eòuſque non extẽdit, nec ius commune quoad hoc corrigit. Ratio pro hac concluſione eſt,quia poſt annum pubertatis filius plenum ius hẽt quoad propriam perſonã, cum etiam ſupponatur hr̃e plenum vſum rationis. Ergo votum perſonale adeo valide emittere poteſt, vt a patre,vel tutore irritari nequeat. Ideo.n.ius patri concedit, vt vota omnia p̱ſonalia ante pubertatẽ emiſſa irritare poſſit, quia ante pubertatẽ voluntas filij cẽſetur imperfecta, vt pote pleno iudicio rationis,& deliberatione carens,ſecus autem poſt pubertatem,quocirca emiſsa ante pubertatem irritare poteſt,non autẽ quæ poſtea fiunt. Et hæc certa ſunt quoad vota,quæ ſunt pure p̱ſonalia,vt vota caſtitatis,religionis,ſacri ordinis ſuſcipiẽdi, recitandi officium,vitandi peccatum aliquod particulare, &c. Si enim ſint mixta,& perſonalia principaliter, vt votum peregrinationis,tunc quidem quamuis regulariter ea pater irritare poſſit, eo quod acceſſoriũ ſequitur naturam principalis, iuxta regulam iuris 42. Reg. Acceſſorium,de reg.iur.in 6.quando tamẽ votum tale eſſet præiudiciale gubernationi domus, perſonæ,poteſtati,& ſubſtantiæ paternæ,puta,qa eam filius ſine multis ſumptibus exequi non poſſit, tunc quidẽ valde probabile eſt ratione illius rei admixtæ,poſſe patrem irritare votum illud, cum filius tunc etiam ſubiectus ſit patri, quantum ad curã bonorum, ſic expreſsè S. Ant.par.2.tit.11.cap.2.§. 6.verſic.3.Nauar.in Manu.c.12.nu.70.verſi.Octauo.Petrus de Arragon.2.2.quæſt.88.artic.9.Ioſeph Angles q.de voto.art.7.diffic. 12. dub.6.concl.2.& Ioannes Azorius par.1.inſti.lib.11.c.17.dub.7.vbi Petrus de Arragna & Ioſeph Angles concedunt ſaltẽ ſuſpẽdere poſſe quoad executionẽ, vſq; ad tẽpus,quo filius fuerit emancipatus,vnde conſulunt ſecurius eſſe ad oẽm ſcrupulum auferendum petere diſpenſationem à prælato, quam illud irritare.

25 Tertia propoſitio: vota realia omnia poſt pubertatẽ emiſſa ante vigeſimumquintum annum à patre,ſeu tutore,ſeu curatore irritari poſſunt. Ita omnes allati in prima propoſitione. Ratio eſt, quia vſque ad vigeſimumquintum annum completum filij ſunt ſub parentum,tutorum,& curatorum cuſtodia,& cura,ita vt de rebus,& bonis eius ſine eorum authoritate diſpenſare non poſſint, vt patet ex toto tit.ff.de minorib. Quæ propoſitio cum duplici limitatione intelligẽda eſt, *Prima* eſt,dummodo ſint vota realia principaliter, ſi.n. p̱ſonalia ſint principaliter,& realia acceſſorie, irritari non poſſunt à parẽtibus,ſeu tutoribus,aut curatoribus. Vnde ſi pubes ſolẽniter profiteatur religionẽ,(quod facere poteſt inuitis parẽtibus, & curatoribus) eo ipſo dedicat omnia ſua bona Deo,illaq; in monaſterium trãſfert,quæ niſi eſſet maior 25. annorum alienare nõ poſſet,niſi ſe alienando,nec poſſunt parentes, aut curatores talia bona retrahere,ex Palud. 4.d.38.q. 3.ar.1.concl.5.S.Anto.par.2.tit.11.c.2.§.7. verſic. Secundo.Syluest.verb.votum.4.q.2.verſicu. ſecundum.& Nauar.in Manu.c.12.nu.7.verſ. *Dixi principaliter*,& facit cap.In præſentia.de *probat.* *Secũda* eſt, dummodo vota realia nõ ſint facta de bonis caſtrenſibus,ſeu quaſi caſtrenſibus,tunc.n.non poterit pater,tutor,aut curator talia vota irritare, quia dominium,& vſus horũ bonorũ penes filios ſunt, ita vt de illis libere eleemoſinas facere, & vouere ſe daturum aliquid ex eis, poſſint, ẽt inuitis parentibus ex Palud.in 4.diſtin.15.q.3.art.6.conclu.3.S. Ant.par.2.tit.11.c.2.§.7.verſ. Tertio.Syluest.verbo.votum.3.q.6.Naua.in Manu.c.17.nu.141.Summa Corona tract.de voto.nu.7.Lud. Lopez p.1.inſtru.conſcient.ca.48.Ioſepho Angles in floribus 4. ſent.q.de voto.art.7.difficult.12.& dub.8. Coſmo Philiar.de offic.Sacer.p.2.lib.3.c.18. Emanuel Sa verb.votum.c.2.& Io.Azorio p.1.inſtit.Moral.lib. 11.c.17.dub.7.

26 DECIMVM QVARTVM DVBIVM eſt an ſi pater non irritauit vota perſonalia,aut realia a filijs ante pubertatẽ emiſſa,ea poſt pubertatẽ irritare poſſit? vt v.g. Emiſit filius ante 14. annum votũ aliquod perſonale,vel ante 25. annum votum aliquod reale, quod a patre, vel curatore his temporibus

tibus irritatum non fuit, an poſſit parens elapſis illis annis votum illud irritare? In qua re ſunt duæ ſententiæ.

Prima eſt negantium, poſſe patrem talia vota irritare. Sic Sotus lib.7.de iuſt.q.3.artic.2. Pet.de Aragon 2.2.q.88.art.9.in fi. Ioſeph Angles in floribus 4.ſent.in q.de uoto.artic.7.difficu.12.& dub.7. Ratio eſt, quia poſt pubertatem pater non habet poteſtatem in votis perſonalib. filij, nec in realibus poſt 25.annum, & confirmant exemplo ſerui, quia dominus votum ſerui manente ſeruitute emiſſum, non poteſt poſt libertatem irritare, quia iam eſt ſui iuris. Ergo neque parens in propoſito.

Secunda eſt dicentium poſſe parentes uotum illud poſtea irritare. Sic Caiet.2.2.q.189.art.5. Nauar.in Manuali.c.12.nu.71.verſicu. Nono. Ludou. Lopez p.1.inſtruct.conſcientiæ,c.48.uerſi.uotum ſolemne, citans etiam pro hac opinione Pennam. Gregorius de Valentia to.3.diſp.6.q.6.punc.6.paulo ante finem. Emmanel Sa in Aphoriſmis, uerbo. votum.c.2.verſ.votum impuberis. Summa Corona tracta.de uoto.num.7.uerſi.quantum ad pueros.& Ioannes Azorius p.1.inſtit.Moral.c.17.dub.7. Ratio eſt, quia voluntas filii ante annos pubertatis cenſetur imperfecta, & perfecto & pleno carens iudicio, & deliberatione, atque adeo conditionata, ſcilicet ſi parentes conſenſerint, & abſque præiudicio patriæ poteſtatis. Sed nulla facta eſt mutatio in uoto ex ſua natura, ex eo quod mutata eſt perſona, ſcilicet; ex eo, quod filius exiuit annos pubertatis. Ergo manet adhuc conditio implicita, quam a principio habuit. Et conſequenter poſt annos pubertatis irritari poteſt a patre, ſicut intra annos pubertatis potuit. Quia ut habetur in regu. Non firmatur.de regu.iur. in 6. *quæ a principio non tenent, tractu ſolo temporis non firmantur*. Intelligitur autem hæc opinio, quæ mihi verior videtur, dummodo filius poſt annos pubertatis votum, illud antea factum non confirmet de nouo, & ratificet. Si enim poſtea cum iam iuris ſui ſit, illud ratificet, non poterit illud amplius pater irritare, cum iam perinde eſſet, ac ſi uotum illud poſt pubertatem emiſiſſet. Vbi ut recte notant præfati authores, ad hoc, vt aliquis approbet, & ratificet uotum antea factum propter ætatem inualidum, non ſufficit talem opinionem habere, ſcilicet, credere tale uotũ tenere, & cum illa credulitate uelle illud adimplere, ſed opus eſt, vt aut de nouo uoueat, aut ſaltem in animo uelit, vt uotum primo factum, de nouo ualeat, etiamſi antea non ualuit. Hoc enim eſt approbare, ſeu ratificare velle nunc aliquid, quod olim voluit, atque adeo vt velit denuo vt obligetur ex uoto. Credere enim pertinet ad actum intellectus, approbare autem ſeu ratificare ad uolũtatem. Vnde intentio illa exequendi votum ex eo, quod credebat illud valere, non ſufficit ad uotum confirmandum. Et ideo ſi aliquis ante pubertatem uotum emiſit, & poſtea in legitima & libera ætate conſiderans ſuum uotum, credens illud eſſe abſolutè validum, intendit centies, aut millies illud adimplere, non propterea coram Deo approbaſſe, aut ratificaſſe votum cenſetur. Sicut in contractibus etiam apparet, ſiquidem ſeruare contractum inualidum, & velle illum ſeruare ex hoc, quod creditur validus, non eſt illum ualidum reddere, ſed cognita poſtea eius nullitate poterit reſcindi, niſi denuo ratificauerit.

27 Quod uero à Soto & aliis dicitur, patrem nõ habere poteſtatẽ in filium poſt pubertatem quantum ad perſonalia uota, nec poſt 25.quoad realia, falſum eſt, ſiquidem etiam poſt pubertatem habet pater poteſtatem quoad actum præteritum voti ante pubertatem à filio emiſſum. Quia cum actus ille elicitus fuerit cum dependentia ad conſenſum patris, adhuc pendet obligatio eius ex patris conſenſu, ſicut, & antea pẽdebat. vnde pater uotũ illud irritat non tãquã habẽs adhuc ſimpliciter in *uoluntatẽ, filii*, ſed tãquã is, ex cuius cõſenſu, tanquã ex conditione vis illius uoti adhuc dependet, fuit nãque emiſſum *ſub conditione*, ſi parens conſenſerit, vnde cũ parens nondum conſenſerit, nec filius poſt pubertatẽ denuo vouerit, manet in ſua natura, ſcilicet, conditionatũ, & proinde poterit poſtea a patre irritari, ſicut è principio potuit. Nec obſtat illud de ſeruo, cum diuerſa ratio ſit; Nam in uotis filiorum conceditur patri poteſtas irritandi vota ob defectum iudicij, in uotis uero ſeruorum datur poteſtas propter præiudicium quod ab eis irrogatur Dominis, vnde non poteſt Dominus uota ſerui irritare quæ in domini præiudicium non vergunt. Quia igitur tempore quo ſeruus eſt liber, nulla eius uota ſunt præiudicialia Domino, & iam ceſſauerit omnino ratio poteſtatis in ſeruum, non poterit Dominus vota illius poſtea irritare, ſecus autem de uotis filiorum, ut diximus.

28 *Hanc* igitur ſecundam ſententiam quamuis primam ueriorem eſſe exiſtimem, non male tamen vtramque inter ſe conciliari poſſe puto, prout eas Coſinus Philiarchus de officio ſacerd. p.2.lib.3.ca.18.reconciliat, vt ſcilicet, Soti ſententiam tunc ueram eſſe cenſeã, quando pater nouit votum filii, & illud infra tempus ei conceſſum non irritauit, tunc enim poſtea adueniente pubertate illud irritare nõ poteſt, eo quod ſciendo tale uotum a filio ſuo emiſſum fuiſſe, & tacendo, tacite cenſetur uotum illud confirmaſſe, ut enim cap.14. dub.4. propoſitione 2.diximus, ſuperior non ſolum conſenſum affirmatiuum cenſetur adhibere quando uerbis expreſſis facultatem concedit, ſed etiam quando ſciens uotum emiſſum eſſe, tacet, & non contradicit. Nam qui tacet, præſertim in tali caſu, conſentire videtur iuxta regulã iuris. Qui tacet de reg.iur.in 6. *ſibique* imputet, quod cũ ſciuerit intra tempus pubertatis illud non irritauerit. Et facit ad hoc c.puella.20.q.2.ubi de uoto profeſſionis dicitur. *At ſi annum & diem diſſimulando conſenſerint, & ulterius nec ipſi*, ſ. parentes, *nec ipſa*, ſ. puella, quæ in anno duodecimo ætatis ſacrum uelamen aſſumpſit, *mutare poterunt voluntatem*. Circa quod cap. Notandum eſt quod licet iure antiquo pater votum ſolemne etiã religionis emiſſum ab impubere irritare poterat intra annum, & diem, non autem poſtea, eo quod tale uotũ tranſacto anno, & die in uotum ſolemne, & ualidũ tranſierat, hodie tamen abſque ulla patris irritatione uotũ ſolemne religionis ab impubere emiſſum etiam poſt pubertatem nullius ualoris eſt, ex Concilio Trid. ſeſſ.25.de reg.c.15.

Econtra vero Caietani opinio vera erit, ſi pater ſolũ poſt annos pubertatis ſciuerit uotum filii ante pubertatem emiſſum, tunc enim etiam poſt pubertatem illud irritare poterit, quia fuit de re, quæ tunc ex patris diſpoſitione,& voluntate pendebat, & taciturnitas filij non poteſt aut debet ei præiudicare; ſemper enim præſumitur votum filij ante pubertatem emiſſum, eſſe cōditionatum, ſcilicet,ſi pater conſenſerit. Non poteſt autem in hoc caſu præſumi tacita confirmatio voti, dum illud pater ignorauerit. Ergo ne præiudicium fiat patriæ poteſtati, dicendum erit poſſe patrem in hoc caſu votum illud poſt pubertatem irritare, quod intelligi debet, dummodo ſtatim ac conſcius factus ſit uoti,contradicat; ſi enim non ſtatim contradicat, videtur diſſimulare,& cōſentire; Ideoque,ſi vult,debet ſtatim contradicere & ſtatim contradicendo legis beneficio uti,illud irritare. Ad quod facit cap. Mulier.32.quæſt.2. vbi dicitur, *Quod mulier,quæ in domo patris manet,& in ætate puellari uotum emiſit,ſi pater cognouerit uotum,& tacuerit,compleat quod pollicita eſt, ſi autem ſtatim vt audierit contradixerit pater,& vota,& iuramenta eius irrita erūt.* Hoc igitur modo,hæ Doctorum inter ſe differentes opiniones conciliari poſſe videntur.

29 DECIMVM QVINTVM DVBIVM eſt, an vota perſonalia facta ab impubere, cum animo ea adimplendi,poſtquam peruenerit ad pubertatem,a parte irritari poſſint? vt v.g.ſi uoueat religionem, aut aliud perſonale votum emittat, adimplendum mortuo patre,aut adueniente pubertate. Quidam vt Innocentius in ca.Scripturæ, de voto,& Ioſeph Angles in q.de voto artic.7.diffic.12.dub.5.negāt. & conſentire videtur Caiet.2.2.q.88.ar.... verſ.circa vota ſubditorum.vbi docet,quod ſi perſona ſubdita voueret nunc aliquid,non pro nunc,ſed pro tēpore quod illud erit ſuum, votum illud adeo firmū eſt,quod non poſſit à ſuperiore irritari & Nauar.in Manuali,c.12.nu.66.verſ. Quarto.ſententiam etiā Innocentii veram eſſe docet, quando quis expreſſe vouet aliquid adimplendum pro tempore quo liberatus erit à ſubiectione, & meminit etiam parentū, & curatorum.

Alij uero econtra affirmant poſſe patrem huiuſmodi vota irritare, & idem de tutore dicēdum eſt. ſic Sylueſter uerb.uotum.4.q.2.uerſi. Quintum.& verb. Religio.2. quæſt.15.in fine, & citat Rayner, Rodoan.& Aſtenſem.Sotus etiam lib.7.de iuſtitia. q.3.art.1. ante ſolutionem argumentorum in hanc inclinat ſententiam, affirmans non eſſe metuendā. Gregorius de Valen.to.3.diſp.6.q.6. punct.6.dub. 5.& Io.Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.11.c.17.dub. 8.Et hæc ſententia verior eſt. Ratio eſt,quia iura ideo concedunt patri poteſtatem irritandi uota impuberum, quia ante illud tēpus voluntas corū cenſetur imperfecta,vtpote pleno iudicio, & deliberatione carens. Quæ ratio æque ualet ſiue referatur opus adimplendum antequam ſint ſui iuris,ſiue poſtea cum ſui iuris fuerint; & proinde idem ius, eademque erit poteſtas patris, aut tutoris quoad illa irritanda. Quamuis.n.non poſſit tunc uotum illud irritari ex parte materiæ,poteſt tamen irritari propter ſubiectionē uolūtatis eo tpe, quo uotum illud emiſſum fuit. Poteſt igitur pater uotum filiæ, ante duodecimum, & uotum filii ante decimumquartū annum emiſſum irritare, aut eo deficiente tutor: Idemque dicendum eſt de uotis realibus ab impubere factis, etiamſi ea referant ad tempus, in quo ſui iuris erunt omni poteſtate patria ſoluti, ſcilicet poſt annum vigeſimumquintum.

Intelligendum autem eſt hoc,dummodo huiuſmodi vota perſonalia, aut realia facta ſint ante pubertatem; ſi.n.filius,aut pupillus qñ vouerit,pubertatis annos exceſſerit, & uota hmōi fecerit adimplenda tempore, quo ſui iuris erunt, tunc quidem quia uota illa ex plena animi deliberatione,& iudicio facta cenſentur,& referuntur ad tempus,quo ſui iuris erunt, à patre, uel tutore irritari non poſſunt, vt recte Ioannes Azorius vbi ſupra notauit.

30 *His* omnibus addo ex communi Doctorum ſententia, quod ſi uota perſonalia, aut realia filiorum familias, aut pupillorum ante pubertatem emiſſa ſub ea forma, id eſt, pro tēpore quo ſui iuris erunt, ſemel à patre, aut tutore irritentur, non amplius reuiuiſcunt etiam poſt mortem patris,aut tutoris, niſi denuo ab ipſis poſt pubertatem facta fuerint. Ratio eſt, quia talis irritatio non tam fit ratione præiudicii parentis,aut tutoris, quam quia vt ſæpe diximus, intra annos pubertatis non cenſentur filii eo uti iudicio, & deliberatione, vt uoto obligari poſſint. Sic etiam ſi tutores, aut curatores uota pupillorum, aut minorum emiſſa, antequam ſub eorum poteſtate erant, irritauerint (id quod facere poſſunt) non amplius reuiuiſcunt. Hoc autem quod de minoribus diximus, ita intelligendum eſt, ſcilicet, ſi ante pubertatem uotum reale emiſit, poteſt curator uotum illud ſimpliciter irritare, etiamſi poſt pubertatē ſub eius cura & tutela uenerit, dū modo tale uotum reale ſimpliciter emiſerit, nulli tempus reſpiciendo quādo illud emiſit; ſi enim retulit ad tempus in quo erit ſui iuris, tūc diſtinctione opus eſt,nam uel pater eius conſcius erat uoti illius,& tacuit,& non contradixit,& poſtea mortuus eſt antequam filius pubertatis annos exceſſit, uel etiā poſtquā pubes factus erat, & tunc iuxta doctrinam dubio præcedenti à nobis traditā, curator, qui loco eius ſucceſſit, uotum illud irritare non poteſt, poſtquam pubertatis annos exceſſit, ſicut nec pater eius poterat,ſi in viuis fuiſſet, ſin uero pater eius uotum illud ignorabat, & uouēs iam pubes factus ſit, ſicut pater votum illud irritare potuit, ita etiam conſentaneum eſt rationi,ut curator qui *loco patris* ſucceſſit, facultatē illud irritādi habeat, cum omnis cura talis minoris etiam poſt pubertatem quoad uota realia, & rerum ſuarum adminiſtrationem pertineat. Quando autem talis minor poſt pubertatem uotum aliquod reale emiſit, tunc quidem quamuis, illud curator irritare poſſit, ſi ſimpliciter emiſſum ſit, ut ſupra diximus, ſi tamen illud emiſit adimplēdum pro tempore, quo ſui iuris erit, & bonorum ſuorum adminiſtrationem habebit, à curatore irritari non poteſt, vt expreſſe docent Sylueſter verb. uotum.4.quæſt.5.uerſicu. Quinto.& Ioannes Azorius par.1.inſtitut.Moral.lib.11.capit.17.dub.8.in fine, & hoc ſenſu uera erit ſententia Caieta. & Nauarri ubi ſupra locis proximè allatis. Ratio eſſe poteſt, quia pro eo tempore materia ſeu res oblata non eſt in poteſtate curatoris, & ex altera parte voluntas minoris ſubiecta illi non fuit, aut tempore,quo uotum fuit emiſſum,aut quo adimplendum eſt, vt conſtat, & idem colligitur ex doctrina Gregorij de Valent. loco proxime citato, ubi expreſſe docet votum à ſubdito emiſſum, & adimplen-

dum pro tempore, quo ſui iuris ſit, niſi adoleſcens vouet ſe facturum eleemoſinam, quando fuerit emancipatus, irritari non poſſe à ſuperiore, quando eſt ſubditus ſolum quoad rem, quam vouet, ut in caſu propoſito contingit.

DECIMVM SEXTVM DVBIVM eſt, an ſicut Pater, ſic ēt mater vota īpuberū irritare poſſit? Reſpondeo; certum eſt matrem non poſſe uiuēte patre, iſto autem mortuo poteſt, dummodo fuerit tutrix impuberum, alias non poterit, quatenus mater. Filius enim, quādiu viuit pater, quoad hæc ſub ſola patris eſt poteſtate, quo mortuo, poteſtas hæc patria quoad vota in tutorem tranſit, non in matrem, niſi mater filiorum ſit tutrix, quo caſu iure tutricis, id poterit, non matris. Quod ſi nec curatores ſint, ſuccedet mater, eaquē omnia poterit, quæ pater, & tutores, quoad uota perſonalia, & realia potuiſſent, & deficiente matre, ſuccedit auia. Sic Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 2. concl 8. & S. Anton. p. 2. ti. 11. c. 2. §. 6. verſ. 2. in fin. Sylu. verb. uotū. 4. q. 2. verſ. primum. Naua. in Man. c. 12. nu. 64 uerſic. 2. Ludouicus Lopez p. 1. inſtit. conſcientiæ. cap. 47. verſ. Pater, & mater. Ioſeph Angles in floribus. 4. Sent. q. de uoto. art. 7. difficult. 12. dub. 3. & Ioannes Azorius p. 1. Inſtit. Moral. lib. 11. c. 17. dub. 7. in fine. Et de primo modo, ſcilicet, de uotorum irritatione hæc ſint ſatis.

De votorum diſpenſatione, ſeu abſolutione. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatione, ſeu abſolutione voti vinculum ſoluitur.*
2 *Diſpenſatio communiter ſumpta quid ſignificet?*
3 *Lex communiter reſpicit bonum, ſicut & votum.*
4 *In particulari lex, & votum poſſunt non ſeruari, quod proprie eſt diſpenſare.*
5 *Votum ſemper fieri debet de meliori bono.*
6 *A lege, & voto diſpenſatus quis dicatur.*
7 *Poteſtatem diſpenſandi in Eccleſia Dei relictam eſſe de fide certum eſt. vide nu. 13.*
8 *Voti obligatio, etiāſi ſit de iure diuino, & naturali, eius tamen vinculum ſolui poteſt. i. diſpenſari.*
9 *Variæ opiniones circa Papalem in diſpenſando poteſtatem.*
10 *Quare votum, cum ſit de iure diuino, & naturali, neutrum violando diſpenſari poteſt, uerior authoris ſolutio. num. 12.*
11 *In prædictam ſolutionem nonnullorum inſtantia, eiuſq; dilutio.*
12 *Voti Reus vt quis dicatur, ex quibus colligitur.*
13 *In omni uoto ſimplici, ſiue temporale ſit, ſiue perpetuū, Pontifex Summus diſpenſare poteſt.*
14 *In uoto etiam ſolemni continentiæ per Sacrorum Ordinum ſuſceptionem emiſſo.*
15 *An in voto ſolemni continentiæ in profeſſione Religionis emiſſo.*
16 *Partem affirmatiuam qui teneant.*
17 *Negatiuam aſſerētium verior, & communior opinio.*
18 *Exemplis illuſtratur.*
19 *Rationibus comprobatur.*
20 *Bonum commune priuato præferendum.*
21 *Errant nō mediocriter, qui bono magno mediocre præferunt, cum quò communius tanto diuinius bonum eſſe dicatur.*
22 *Eſt contra ius naturæ, vt perſona Deo dicata, vt ſic matrimonium contrahat.*
Pontif. poteſt ius illud acquiſitum, ac dominium tollere, vt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, nu. eod.
23 *Calix conſecratus an, & quomodo in communes vſus conuerti poteſt.*
24 *Religioſus, vt ſic, & quandiu talis, nulla humana poteſtate etiam Pontificia licite coniugatus eſſe poteſt.*
Poteſt fieri non Religioſus, & coniugatus ex conſequ. ibidem.
25 *Ex plenitudine poteſtatis poteſt ex Monacho non Monachum facere, & cum votum caſtitatis ſit de eſſentia Monachorum, poteſt tamen in huiuſmodi uotis ex urgenti cauſa diſpenſare.*
26 *Continentiæ bonum æquiualens an dari poteſt, quibus bonis anteponenda, & quare amplectenda.*
27 *Obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
Poteſt Pontifex in uoto ſolemni paupertatis diſpenſare. ibidem.
28 *Voti diſpenſatio legitima quæ, & quot requirat.*
29 *Quare authoritas ſuperioris, & rationabilis cauſa ex parte diſpenſati requirantur.*
30 *Prælati eſt uices gerentis Dei declarare hominibus Dei uoluntatem. ibid.*
31 *Iudex in propria cauſa nemo eſſe poteſt, nec ſibi ſuperior, ideoque nec ſecum diſpenſare.*
32 *Quinam poteſtatē habere dicantur in diſpenſandis huiuſmodi uotis uſque ad dubium 4.5. nu. 45.*
33 *Pontifex in omni diſpenſatione ſummam habet poteſtatem, ut Vicarius Chriſti, in aliquibus autem ſolus ipſe diſpenſat.*
Quot, & quæ ſunt illi ſoli reſeruata? nu. eod.
34 *Votum peregrinationis in Hieruſalem Iure Canonico ultramarinum appellatur.*
35 *Quo iure omnia prædicta pontifici reſeruantur, & ſequent.*
36 *Diſpenſatio peregrinationis Hieroſolymitanæ, ſiue ſit in ſubſidium terræ ſanctæ, ſiue deuotionis ergo, ex conſuetudine ſoli pontifici reſeruatur.*
37 *Votum, quo quis uouit bona aliena mixta conferre in ſubſidium terræ Sanctæ, ab Epiſcopo diſpenſari non poteſt, ſed à Papa ſolo, ut in alios uſus conuertantur.*
38 *Diſpenſans in uotis Papæ reſeruatis quomodo excommunicationem incurrit, quomodo non.*
39 *Si Confeſſionalia Six. IIII. ceſſauiſſent, aut ſi ualida eſſent, non incurrerent excommunicationem in reſeruatis diſpenſantes, & quare?*
40 *Votorum commutatio minoris eſt facultatis, quam diſpenſatio.*
41 *In pœnis talis facienda eſt interpretatio, ut proprium caſum non excedant.*
42 *Vota omnia exceptis quinque prædictis nu. 33. non ſolū Epiſcopi, ſed omnes Prælati ſpiritualium iuriſdictionem habentes, quoad ſibi ſubditos diſpenſare poſſunt.*
43 *Vota omnia perpetua ex D. Thom. opinione Pontificis reſeruata eſſe quomodo intelligendum.*
44 *Votorum quædam perpetua dicuntur per ſe, quædam ex intentione uouentis, & quaſi per accidens.*
45 *In uoto non contrahendi matrimonium an Epiſcopus poſſit diſpenſare.*
46 *Opinio Caiet. eiuſdemque ratio.*
47 *Opinio aliorum firmior, & uerior, eiuſdemque Ratio, & quomodo ſeruatur in ſacro pœnitentiariæ prætorio ſecundum Nauar.*

4 *Votum continentiæ, & caſtitatis non perpetuæ, ſed ad tempus ab Epiſcopo diſpenſari poteſt, & quare.*

49 *An poſſit idem aliquando in uoto perpetuæ caſtitatis.*

50 *Speculatoris, & Andreæ opinio.*

Authoris opinio fuſè declaratur, nu. 51. 52. & 53.

54 *Eiuſdem ſolutio contra Specul. & Ioan. Andream.*

55 *Virginitatis votum emittens an ab Epiſcopo poſſit diſpenſari.*

56 *Quis propriè virgo dicatur.*

57 *Votum virginitatis Papæ non reſeruatur, ſed perpetuæ caſtitatis.*

58 *Soluitur quæſtio, ſcilicet, Epiſcopum poſſe diſpenſare, cũ tale votum differat à voto perpetuæ caſtitatis, & ratio ſoluitur.*

59 *Quomodo idem cenſeri poteſt cum uoto perpetuæ caſtitatis, & conſequenter non ab Epiſcopo diſpenſari, ſed Pontifici reſeruari debet.*

60 *Votum ſuſcipiendi ſacros ordines an Papæ reſeruetur, cui reſpondetur negatiuè, eiuſque ratio.*

61 *Votum factum ſub diſiunctione vel ingrediendi Religionem, uel ſeruandi caſtitatem, &c. an ſit Papæ reſeruatum.*

62 *Quomodo Epiſcopus in hoc uoto diſpẽſare poſſit, & non.*

63 *Votum de ingredienda arctiori Religione an ab Epiſcopo diſpenſari poſſit.*

64 *Poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt laxiorem Religionem ingrediatur, & quare.*

65 *In uoto ſimplici Religionis licet Epiſcopus diſpenſare non poſſit, poteſt executionem differendã declarare.*

66 *Votum nunquam petendi diſpenſationem, aut non ab alio, quam à Papa an ſit obligatorium, & Papæ reſeruatum.*

67 *Quare nec obligatorium, nec Papæ ſit reſeruatum.*

68 *Votum pœnale factum de materia Papæ reſeruata an ſit Papæ reſeruatum.*

69 *Ante adimpletam conditionem Epiſcopus diſpenſare poteſt, & Ratio quare?*

70 *An poſt incurſã penã, aut cõmiſſũ genus peccati ſolus Papa diſpẽſare poſsit, dubiũ ab Authore diſcutitur.*

71 *Prima multorum opinio affirmatiua, ſed ſine rationibus ad probandum adductis.*

72 *Secunda declaratur, & Authori uti uerior placet.*

73 *Ratio cur huiuſmodi uota poſt adimpletam conditionẽ Papæ reſeruẽtur, & an uere ſint in caſu propoſito dicenda uota religionis.*

74 *Vota ſola, quæ propriè Pontifici reſeruantur.*

75 *Votum obligandi uim habet ab ipſa mente, & voluntate vouentium, ut ipſa patet experientia.*

76 *Epiſcopus, & quilibet Confeſſarius uirtute cruciatæ, aut Iubilei diſpenſare, aut commutare poteſt huiuſmodi vota poſt incurſam pœnam, cum non ſint ſimpliciter volita.*

77 *Quomodo caute intelligenda ſunt omnia de uotis pœnalib. aliàs autem ſi ſint pure conditionalia.*

78 *In uotis maxime ratio habenda eſt de intentione uouẽtis, an ex affectu ſit, uel in penam.*

Probabile eſt Epiſcopum in conditionalibus etiam poſſe diſpenſare ante adimpletam conditionem, licet poſtea Pontifici reſeruatur, nu. eod.

79 *An ſicut Epiſcopus circa ſubditorum ſuorum uota diſpenſare poteſt, ſic reſpectu eorundem Archiepiſcopus Epiſcopi illius Metropolitanus.*

80 *In uotis Epiſcopi ſui ſuffraganei poteſt, in eiuſdem uero ſubditis minime; & Ratio, cur id fieri nequeat.*

81 *Propter uoti fractionem poteſt à peccato abſoluere, nõ autem commutare, aut diſpenſare.*

Quid interſit inter abſoluere, & diſpenſare, ibid.

82 *An alij Prælati inferiores Epiſcopis poſsint uota ſubditorum ſuorum commutare, & in eis diſpenſare.*

Requiritur Priuilegium, & iuriſdictio quaſi Epiſcopalis. ibid.

83 *Abbates exempti niſi ſint quaſi Epiſcopi, & propri habeant territorium, ut Abbas ſacri Monaſterij Caſinenſis.*

84 *Non ſolum in uotis, ſed irregularitatibus ex delicto culto prouenientibus diſpenſare poteſt Capitulũ ſe uacante, & quare.*

85 *Simplex Sacerdos, Parochus, Curatus in uotis diſpenſare non poſſunt, & quare.*

Nec quorumcunque Penitentiarij, niſi ſpecialiter ijs cõcedatur.

86 *Ad poteſtatem diſpenſandi requiritur iuriſdictio in foro exteriori.*

87 *An Prælati, & Superiores Religionis diſpenſare poſſint in uotis Religioſorum.*

88 *Omnes Prælati Religionum, quales modo omnes ſe ſunt, Pontificis priuilegio uota non ſolum irritare, ſed in eis diſpenſare poſſunt.*

89 *Idem poſſunt non ſolum Generales, et Prouinciales, ſed et prælati Conuentuales.*

Idem etiam ij, qui eorum uice funguntur, ut Vicepropſiti, etc. nu. eod.

90 *Superiores poſſe ſubditorum vota irritare, non autem diſpenſare, quod docuit Paludan. falſum eſt.*

91 *Palud. ſibiipſi contradicit.*

Doctrina Gregorij de Valentia reprehenditur. numero eodem.

92 *An ſuperior uota Nouitij commutare, ſeu in ijs diſpenſare poſsit.*

93 *Ex ui priuilegiorum poteſt abſoluere, et relaxare uota Nouitiorum, ut laicorum, non aliàs.*

94 *An, quæ Abbatibus, et prelatis conueniunt, etiam Abbatiſſis conueniant.*

Prælatus non Sacerdos eandem habet facultatem, contra Palud. et S. Anton. nu. eod.

95 *Quam facultatem habent prælati Regulares, ſeu Confeſſarij regulares circa uotorum diſpenſationem.*

96 *Omnes confeſſores Ordinum Mendicantium poſſunt in ijs omnibus diſpenſare, in quibus Epiſcopi, uoto peregrinationis excepto ultra duas dietas.*

97 *Quæ priuilegia conceſſa ordini ſancti Benedicti diſpenſandi, et commutandi uota, et à quibus hoc indultum eſt Monaſterio Vallis Oleti, et alijs eiuſdem annexis.*

98 *Congregationi ſancti Benedicti Hiſpaniæ de Monteferrato, quæ facultas abſoluendi, et diſpenſandi conceſſa.*

Idem priuilegium conceſſum confeſſarijs Ordinis Mino. ibid.

66 *Monachis S. Benedicti Congreg. Caſin. aliàs S. Iuſtinę de Padua ex priuilegio conceſſum poſſe diſpenſare in omnibus, et ſingulis uotis peregrinationis, eademque commutare.*

Quibus autem, et quamdiu, et in quibus non ualent ſecundum eadem priuilegia, nu. eod.

100 *Intrantes in eandem Congregationem abſolui poſſunt à uoto cuiuſcunque Religionis, etiam arctioris.*

Quomodo hæc abſolutio nullius ſit roboris, et momenti. ibid.

101 *Vota permutãdi, et quibus caſibus diſpenſandi Monachis à ſuperioribus eiuſdem Congregat. ad audiẽdas confeſſiones deputatis qualis poteſtas.*

102 *De ſtatu Commiſſorum,qui votum Religionis emiſerunt, quid ſtatuendum.*

103 *Confeſſarijs Soc.Ieſu priuilegia quæ in votis commutandis.*

104 *Opinio Io.Azorij de extenſione facultatis prædictæ non probatur.*

Authoris ſententia profertur cum authoritate , & ratione.

105 *Confeſſores Regulares virtute priuilegiorum quorũcunque diſpenſare,aut commutare vota non poſſunt, niſi in ſacramento Pœnitentiæ, nec alijs poteſtatem delegare abſoluendi,& quare.*

106 *Qui per viam authoritatis ordinariæ diſpenſant,ex cã rationabili poſſunt etiam alijs delegare.*

107 *In votis alienis qui diſpenſare poſſunt,an etiam in proprijs ualeant .*

Nec Papa ſecum,nec Epiſcopus ſecum diſpenſare poteſt & quare. nu.eod.

108 *Confeſſor electus ab Epiſcopo cum eo diſpenſare poteſt in quibus ipſe Epiſcopus cum ſuis inferioribus.*

Confeſſori communicatur iuriſdictio eadem nu. eo.

109 *Confeſſarius a Papa electus unde poteſtatem accipit diſpenſandi cum eodem.*

110 *Pontifex eligendo ſacerdotem non conſtituit illum iudicem ſupra ſeipſum,ſed conſtituit ſeipſum materiã poteſtatis ſacerdoti.*

Inferiores Epiſcopis ſecum hoc modo diſpenſare non poſſunt num.eod.

111 *Forma in diſpenſatione obſeruanda quæ ſit.*

In diſpenſatione requiritur forma expreſſa,uel tacita.

112 *In Epiſcopo,aut alio inferiore a Papa ſecundum Canoniſtas non ſufficit, quod intendant diſpenſare, ſed exprimant.*

Archiepiſcopus promouendo ſcienter illum,qui diſpenſatione indigebat,non propter hoc diſpenſat.numero eodem.

Ab excommunicationis ſententia abſoluere ſine uerbo non poteſt Epiſcopus nu.eod.

113 *Papa faciens aliquid animo diſpenſandi,licet non exprimat,ſufficienter diſpenſat,& ratio a ſimili.*

114 *De intentione diſpenſandi Palud. & aliorum opinio quomodo ſe probabiliter habeat, & ubi.*

115 *De Bullæ,aut Iubilæi beneficio in uotorum diſpenſatione quid diligenter obſeruandum.*

116 *In uotis diſpenſare qui põt, an idem cõmutare poſſit.*

117 *Verior,& probabilior opinio,quæ abſolutè docet,quicunque poteſt diſpenſare,eundem poſſe commutare contra Nauar.Greg.de Valentia,& alios.*

Eiuſdem cõfirmatio cum impugnatione Gregorij de Valentia,& Ludou.Lopez.nu.eod.Commutatio ſpecies diſpenſationis. ibid.

118 *Quando Verificatur ea Regula,qui poteſt, quod maius eſt,poteſt etiam,quod minus.*

Quomodo fit diſpenſatio , & quotupliciter fieri contingat,ibidem.

119 *Diſpenſatio,& commutatio ſunt eiuſdem rationis.*

Probatur a ſimili,quod poſſit idem commutare, qui diſpenſare.eo.nu.

Concludit cum Soto contra Nauar. & alios ſupra numero 117.

110 *Cui conceditur facultas commutandi,non tribuitur poteſtas diſpenſandi.*

Actus diſpenſandi, & commutandi qualiter differant, ibidem.

111 *Quid dicendum ſit de uoto facto Deo , & non homini,facto tamen de re,quæ cadit in utilitatem alicuius tertij.*

1 SEcundus modus, quo quis ab obligatione,
& uinculo uoti liberari poteſt,& ſolet,
eſt per diſpenſationem, ſeu abſolutionẽ.
2 Accipitur autem Diſpenſatio communi-
ter prout ſignificat perſonæ exemptionem a lege
factam ex particulari ratione,ex S.Thom.2.2.quęſ.
88.artic.10.Soto lib.7.de iuſtitia.q.4.artic.1.Sylu.
in uerbo,diſpenſatio,& alijs Summiſtis. Couar.p.
2.de ſponſal.capit 6.§.9.num.2.& alijs. Vnde ut S.
Thomas ubi ſupra docet, diſpenſatio uoti intelli-
genda, & explicanda eſt ad modum diſpenſatio-
nis, quæ fit in legis alicuius obſeruantia. Quocir-
ca ſicut lex,quamuis communiter, & ut plurimum
3 reſpicit id, quod eſt bonum, quia tamen contingit
huiuſmodi in aliquo caſu non eſſe bonum,oportuit
per aliquem determinari in illo particulari caſu le-
4 gem non eſſe ſeruandam,& hoc proprie eſt diſpen
ſare in lege; ita etiam qui uouet,quodammodo ſibi
legem ſtatuit,obligans ſe ad aliquid,quod eſt ſecun
dum ſe,& ut in pluribus bonum; quia uero contin-
gere poteſt,ut in aliquo caſu ſit uel ſimpliciter ma-
lum,uel inutile,uel maioris boni impeditiuum, qđ
eſt contra rationem eius,quod cadit ſub voto,cum,
5 vt diximus, votum fieri debeat ſemper de meliori
bono,neceſſarium plane fuit,vt ab aliquo determi-
naretur votum in tali caſu non eſſe ſeruandum. Si-
6 cut igitur cum quis Principis beneficio a lege ſolui-
tur,& ab ea eximitur,dicitur diſpenſatus,ſeu a lege
illa ſolutus;ita etiam cum a voti vinculo,& obliga-
tione liberatur , rectè dicitur in uoto diſpenſatus,
hoc eſt,a uoti uinculo abſolutus.

7 Et quidem in Eccleſia Dei poteſtatem eſſe diſpenſandi in votis de fide certum,& tenendum eſt, atque adeo neceſſarium plane fuit ad bonam , & prouidam Eccleſiæ gubernationem,vt talis in ea diſpenſandi poteſtas relinqueretur , vt experientia quotidiana teſtatur,& optime declarat Inno.Papa in c.Diſpenſationes,1.q.7.his verbis; *Diſpenſationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito rigore quoſdam exire foras,vt maius aliquid lucri faciãt. Sicut enim ij:qui mare nauigant,tempeſtate urgente, nauique periclitante anxiati,quædam exonerant,ut cetera ſalua permaneant;ita,& nos,cum non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex ijs quædam , ne cunctorum patiamur diſpendia,* hactenus Summus Pontifex.

8 Neque obſtat, quod voti obligatio ſit de iure Diuino,& naturali,& ideo nullus,immo nec Summus Pontifex voti vinculum tollere poteſt , quod eſt diſpenſare,argu.capit.qui inferior,de maiorit.& obed.& clem.Ne Romani,de elect. Huic enim argumento varie Reſpondent authores. Quidam enim ideo dicunt poſſe Papam in voto diſpenſare, quia in quolibet uoto ſubintelligitur conditionaliter Papæ voluntas, & proinde poſſe in eo diſpenſare,& de facto tollere voti obligationem, quia deeſt illa conditionalis ſubintellecta, ſcilicet, ſi Papæ placuerit.Sic Richard.in 4.diſt.28.articul.9. quæſt.1.Eo enim ipſo,quod diſpenſat,non placet illi,& conſequenter ceſſat voti obligatio.Quæ reſpõſio non placet,tum quia hac ratione poſſet Papa ꝓlibito ſine cauſa in voto,aut iuramento diſpenſare,

quod eſt falſum;tum quia poteſt quis,vt ait S.Tho. 4.diſt.38.quęſt.1.artic.4.quęſtiuncula 1. ſicut alia multa facere, ita etiam ſine voluntate Papę uouere poteſt.

9 *Alij* vero,quibus fauet Cou.ubi ſupra, & expreſſe S.Bonau.in 4.diſt.38.artic.2.quęſt.3.Palud.in 4. diſt.38.q.4.art.4.concl.1.S.Anton.p.2.tit.11.c.2. §.penul.in principio.Sylueſt.uerb.uotum.4.quęſt. 3.uerſic. Tertium.dicunt Papam diſpenſare in uotis,non quidem tollendo eorum obligationem,ſed ſolum declarando in eo caſu uotum non obligare propter aliquod bonum, quod impeditur, aut malum,quod ſequitur ex adimpletione uoti. Sed non ualet iſta reſponſio, quia aliud eſt declarare ius, quod pertinet ad EpiKeiam, & aliud diſpenſare circa ius,quod pertinet ad poteſtatem ſpiritualem, quam habet Papa reſpectu uoti,& iuramenti. Ius declarat,& interpretatur ille,qui ita explicat illud, ut oſtendat apertè, an ius illud, id quod agitur, includat,necne,ut u.g.lex illa naturalis, *Non occides*, ita ſepe per leges humanas declaratur, ut conſtet per eam homicidium ad defenſionem commiſſum minime prohiberi.l.ut uim.ff.de iuſtitia,& iur. Ratio namque naturalis dictat, defenſionem iuſtā omnibus eſſe permiſſam.Sic etiam lex illa, *Non facies furtum*,ita explicatur,ut tamen furtum non dicatur committere, qui fame coactus uictus gratia alienū aſſumit,cap. Si quis propter neceſſitatem de furtis. Diſpenſat uero circa ius, qui data legis obligatione ab ea priuatim aliquem eximit. Quamuis igitur aliquando non opus ſit diſpenſatione,ſed ſolum declaratione,puta,quando uotum,aut iuſiurandum aperte pugnat cum iure naturali,quando tamen non ita pugnat,opus eſt diſpenſatione. Omiſſa igitur hac reſponſione,iuxta quam,ut conſtat,diſpenſatio potius erit declaratio iuris,quam uera diſpenſatio, relaxatio,& obligatio;

10 Verior mihi uidetur eorum reſponſio, qui docent Summum Pontificem, aut alium Prelatum diſpenſantem in uoto,uel iuramento, non diſpenſare in iure diuino,& naturali,ſeu,quod idem eſt, nō tollere ius diuinum,aut ius naturale, (hoc enim non poteſt humana poteſtas) ſed ſolum tollere uoti obligationem. Qui enim in uoto diſpenſat,non tollit legem diuinam, quę eſt, ut dum uotum firmum manet,ſeruetur,nec facit poteſtatem,ut ſtante uoto liceat ei contraire , id enim eſſet contra ius diuinum facere, ſed ſolum tollit eius uim,& obligationem,iudicando, & determinando uotum non eſſe ſeruandum etiam in caſu,quo ante diſpenſationem uere obligauerit in re uotum . Quare ſicut quando Princeps in lege humana diſpenſat, non facit,ut ſubditus legi non obediat, (quod eſſet contra ius diuinum, & naturale)ſed ſolum, ut quod antea lex erat, & uim legis habuit, non ſit lex in hoc caſu, ſic etiam, quando Papa, aut alius in voto diſpenſat,nō facit,vt ſit licitum illud,quod iure diuino, & naturali non eſt licitum, ſcilicet, non exequi votum, durante adhuc voto(hoc enim eſſet contra ius diuinum, & naturale)ſed ſolum facit, vt quod antea erat votum, & uim obligandi habuit, in tali caſu non ſit. Ius enim diuinum,aut naturale non dictat,opus promiſſum exequendum, niſi durante uinculo uoti,quod per diſpenſationem tollitur.

11 *Quod* ſi quis inſtet, & dicat, hoc ipſum quod eſt tollere voti obligationem, eſſe tollere ius diuinum ex eo , quod illa obligatio reſultans ex voto exequenda ſit de iure diuino ; Reſpondeo, quod licet talis obligatio ex iure diuino reſultans ex voto exequenda ſit,quia tamen illa ex uoluntate, & deliberatione humana , quæ non potuit omnia circumſpicere,prouenit,& quæ ſubditur prælato,fit,ut prælati exiſtente cauſa obligationem illam legitime tollere poſſint.

12 Quod enim quis voti reus ſit ex duabus præmiſ-
ſis colligitur,ſcilicet,quia *libere,& deliberate uouit*,
& quia ius diuinum,& naturale dictat,*ut uotum red-*
datur, diſpenſans autem non tollit hoc ſecundum,
ſcilicet,ut uotum manente eius uinculo non redda-
tur(hoc enim contra ius diuinum,& naturale eſſet)
ſed illud primum, uidelicet, obligationem,quate-
nus ex propria uoluntate uouentis emerſit,quæ eſt
quædam lex humana,ut diximus.Sicut etiam uide-
mus,quod quamuis obedire legi humanæ ſit præce
ptum diuinum , quia tamen lex ipſa poſitiua eſt,&
ab homine prolata , dum ſuperior in ea diſpenſat,
non cenſetur,aut dicitur contra ius diuinum diſpen
ſare, ſed ſolum tollit uim legis, ita ut lex in illo ca-
ſu ceſſet.Sic S.Tho.2.2.q.88.art.10.ad 2.Caiet. ibi
art.12.ad 2.dub.2.Sotus lib.7.de iuſtitia. q.4.art.1.
ad 2.Ioannes Medina,tit.de confeſſione. quæſt.48.
de diſpenſatione ſuper confeſſione,reuelanda in re-
ſponſione ad 2.Cou.de teſta.c.2.num.12.Petrus de
Arragon.2.2.quęſt.88.ar.10.Ioſeph Angles in flo-
ribus.4.ſent.in quæſt.de uoto.artic.8.difficult.1.&
Greg.de Val. tom. 3.diſp.6.q.6.puncto 7.quicquid
Ioannes Azorius hanc ſolutionem improbare con-
tendit.part.1.Inſtitu. Moral.lib.6.cap.1.dub.4.qui
tamen non aliam meliorem, immo potius nullam
pro ſolutione difficultatis reſponſionem excogita-
re potuit. Cum igitur certum ſit in Eccleſia reli-
13 ctam eſſe hanc poteſtatem a Chriſto , ut Vicarius
eius,qui eſt Summus Pontifex,& alij,ut infra dice-
mus,pro cauſa,& occaſione occurrente ad ſalutem,
& commune bonum fidelium in uotis diſpenſare
poſſint:ſupereſt, ut nonnulla explicemus,quæ ma-
iorem habent difficultatem,ex quorum declaratio-
ne caſus multi,qui quotidie occurrunt, *facile ſolui*,
& explicari poſſint.

PRIMVM DVBIVM eſt,an in omni uoto ſo-
lemni diſpenſari poſſit. In qua re certum eſt,poſſe
Summum Pontificem diſpenſare in uoto ſimplici,
ſiue ſit temporale,ſiue perpetuum,ex S.Tho.2.2.q.
88.ar.12.ad 3.Soto lib.7.de iuſt.q.4.ar.3.ad 3.Syl.
uerb.uotum.4.q.3.uer.4.Tabiena uerb.diſpenſatio.
§.9.& alijs. Et idem dicendum eſt de uoto ſolemni
14 continentię emiſſo per ſacrorū ordinum ſuſceptio-
nē,ex cōi Doctorum ſnīa ſcđm. S.Th.2.2.q.88.art.
11.& Pal.4.d.38.q.4.ar.4.concl.10.Syl.in uerb.uo
tum.4.q.5.Nau.in Man.c.12.n.75.uerſi.4. Petr.de
Arragon.2.2.q.88.ar.11.Sot.in 4.diſt.38.q.2.ar.2.
& Greg.de Valen.to.3.diſ.6.q.6.pun.7.& alios.So
15 lum controuerſia inter authores eſt,an Sūmus Pō-
tifex in uoto ſolēni continentiæ in Religione emiſ
ſo,diſpenſare poſſit? In qua re ſunt duę ſententiæ.
16 Prima eſt dicentium Papam diſpenſare non poſ
ſe,ſic S.Tho.2.2.q.88.arti.11.Alb.Magn.in 4.diſt.
38.ar.16.& 18.Alt.in Summa lib.3.tract.22.q.2.c.
1.D.Bon.4.diſtinct.38.arti.2.quæſtio.3.Turrecre.

in cap. Sicut bonum. 27. quæſt. 1. Gloſſa in ca. cum ad monaſterium. in verb. Abdicatio. in fine. de ſtatu monac. Sylu. verb. votum. 4. q. 5. Tabiena verbo. diſpenſatio. §. Septimo. Sotus in 4. diſt. 38. q. 2. arti. 2. & lib. 7. de iuſtitia. quæſtio. 4. articul. 2. Ambroſius Catherinus lib. 6. capitu. 2. Iacob. Alma. in tracta. de poteſtate Papæ. cap. 15. Ludouicus Lopez par. 1. inſtructio. conſcientiæ. cap. 49. & Petrus de Arragon. (quamuis dubius) in hanc magis inclinat, & facit d. cap. Cum ad monaſterium. de ſtatu monachorū. vbi Innoc. Papa III. in fine ait. Quod abdicatio ꝓprietatis ſicut etiam cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pōtifex poſſit licentiam indulgere. Rō horum eſt ꝗa per ſolemnem profeſſionem religioſus cōſecratur, & totaliter mancipatur cultui diuino. Sed Papa facere non poteſt, vt qui ſemel ſit Deo conſecratus, non ſit conſecratus: ſicut nec facere poteſt, vt id qđ eſt ſanctificatum, ſantificationem amittat etiam in rebus inanimatis, puta, quod calix conſecratus deſinat eſſe conſecratus, ſi maneat integer. Ergo nec facere poteſt, vt ille, qui eſt religioſus, non ſit religioſus. Hoc eſt, vt Religioſus non teneatur ſeruare cōtinentiam, Et cōfirmatur, quia vt Albertus, Altiſiodorenſis, & Bonauen. dicunt; continentia tam magnum, & tam excellens eſt bonum, vt nullo alio compenſari queat, ſecundum illud Eccleſiaſtici. 26. omnis ponderatio non eſt digna animæ continētis.

17 Secunda eſt aſſerentium poſſe Papam diſpenſare in voto ſolemni per profeſſionem emiſſo ex iuſta, & graui cauſa. Ita Henricus de Gandauo quodlib. 5. q. 25. & 28. Richar. in 4. diſtinct. 38. articu. 9. q. 1. Durandus ibid. q. 2. Palud. ead. diſt. q. 4. arti. 4. concluſ. 11. Ioannes Bachonus in 4. diſt. 3. q. 5. articu. 3. Herueus. Quodlib. 11. q. 25. Ioan. Maior in . diſt. 38. q. 14. Gabriel in 4. diſt. 38. q. 1. artic. 5. litera EE. S. Ant. p. 2. ti. 11. ca. 2. §. penult. Ange. verb. votum 4. q. 5. Caie. 2. 2. q. 88. arti. 11. & to. 1. Opuſc. 27. Michael a Medina lib. 1. de continentia. cap. 7. & c. 25. & 42. Ant. de Cord. lib. 1. q. 24. Nau. in Man. ca. 12. num. 75. verſi. Quarto. & conſi. 10. tit. de ſponſal. in antiq. alias conſi. 38. ti. de voto. in Nouis. Cou. in c. 2. de teſtamētis. n. 10. & nu. 11. & num. 12. Greg. de Val. to. 3. diſ. 6. q. 6. pun. 7. Ioſeph Angles in florib. 4. ſen. q. de voto art. 8. diffi. 2. Emanuel Sa in Aphoriſmis. verb. votum. c. 2. Io. Azorius p. 1. inſti. Mora. lib. 12. cap. 7. dub. 1. & Io. Bened. in Sum. de peccatis. lib. 1. c. 9. ante fi. Inno. in d. ca. cum ad Monaſterium. num. 4. Ioan. Andr. & Panor. num. 21. de ſtatu Monach. & idem Panorm. in ca. 1. num. 8. de voto, & voti redempt. & alij Canoniſtæ, & Iuriſconſulti, quos refert Couarru. vbi ſupra. immo idem tenet S. Tho. in 4. diſt. 38. q. 1. art. 4. quæſtiuncula 1. ad 3. & Claudius Spencæus lib. 5. de continentia. cap. 4. & ſeqq. multa in hanc ſententiam, quæ verior, & communior eſt, adducit. Poteſt autem hæc opinio probari tum exemplis, tum ratione.

18 Exemplis quidem, Nam, vt hiſtoriæ multæ tradunt, ſæpe ſæpius vrgenti ex cauſa Summi Pontifices cum Religioſis diſpenſarunt, vt matrimonium contraherent; Sic in vita B. Laurentij Iuſtiniani legitur, quod cum familia Iuſtinianorum extincta morbo, & ferro fuiſſet, ita vt ſolum remanerent aliquot ſenes, qui ad ſobolem procreandam inepti eſſent, & quidam adoleſcens nomine Nicolaus in Monaſterio S. Nicolai ordinis ſancti Benedicti, Vitalis Venetorum Dux ab Alexandro Papa III. impetrauit, vt liceret adoleſcenti Monacho matrimonium contrahere ad huiuſce gentis ſobolem reparādam, eique vnicam filiam Annam nomine deſpondit, ex qua ſex filios maſculos, & tres filias genuit. Qui tandem poſt infinitas gratias Deo peractas veteris voti, & vitæ memor, edificato prius apud Amianum monaſterio virginū ſub nomine S. Adriani, in quo Anna vxor eius vitam monaſticam cœpit, ad monaſterium eſt reuerſus, & multis miraculis ambo claruerunt.

Ramirus etiam II. Santij I. Aragoniæ in Hiſpania Regis filius, a prima iuuentute monachus cœnobij ſancti Pontij de Tomerijs in Territorio Narbonenſi ad Iauri fluminis ripas ſub Frotardo Abbate, deinde ſanctorum Facundi, & Primitiui in Hiſpania Abbas, & Poſtea Pompelonenſis epiſcopus, Petro, & Alphonſo fratribus ſuis, Aragoniæ Regibus ſine prole mortuis, Romani Pontificis auctoritate ad vitandos inteſtinos motus è monaſterio eductus eſt, & Regio diademate Oſcæ coronatus, uxorem ducere, Agnetem, ſcilicet, Gulielmi Comitis Pictauienſis ſororem, ad ſobolem procreandam cōpulſus eſt. Qui cum uitæ Sanctitate religionem cōiunctam habens, S. P. Benedicti habitum ſub ueſtib. Regalibus continue geſſit, monaſteria multa ædificauit, totuſque in operibus pietatis manens tandem in Cœnobio ſancti Petri ueteris ab ipſo in Oſca ciuitate conſtructo, ac monachis ſancti Benedicti donato, Regni reſignatione Petronillæ filiæ prius facta anno 1137. reliquum uitæ in habitu monaſtiſtico, & pœnitentia peregit, mortuuſque eſt anno Domini 1147. & in Cœnobio S. Petri ſepultus fuit. Vt Lucius Marinæus Siculus lib. 8. de Memorabilibus Hiſpaniæ. c. ult. Ioannes Vaſæus in Chron. cap. 18. Petrus de Palude in 4. diſt. 38. q. 4. art. 4. concluſ. 11. Ancharanus conſi. 339. nu. 2. Fel. in c. ſi quando, nu. 5. de reſcriptis. Modernus Pariſienſis de conſuetudinib. Pariſ. in Rubr. num. 40. Caie. 2. 2. q. 88. arti. 11. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 88. arti. 11. Arnoldus Vion. Belga, & monachus Caſinenſis li. 4. de ligno vitæ. c. 12. & Ioan. Azor. p. 1. inſti. Moral. lib. 12. c. 7. dub. 1. teſtantur.

Caſimirus etiam huius nominis primus poſt patris ſui obitum cum matre Rixa a Polonis regno exactus, Cœnobium Cluniacenſe prope Matiſconē ingreſſus, Deo ſub arctiſſima regula ſe deuouit, & mutato nomine Crolus uocatus in eodem poſtmodum monaſterio Diaconus effectus eſt, ex quo a Polonis iam facti pœnitentibus, diſpenſatione Romani Pontificis euocatus, & ad Regnum ſuorū maiorum effectus, uxorem accepit, & liberos procreauit, regnumque, & populum ſibi commiſſum, per decem & octo annorum ſpatium tam bene rexit, ut moriens 4. kalend. Decembr. ann. 1058. conſpectu diuino beari meruerit, ut ſcribunt Chronicon Cluniacenſe manuſcriptum. Martin. Chromerus libro. 4. de Orig. & rebus geſtis Polonorum Arnoldus Vion libro 4. cap. 11. & Ioannes Azorius ubi ſupra. Vbi tacendum non eſt, quod idem Chromerus ſcriptor diligentisſimus narrat, quod pro hac Romani Pontificis diſpenſatione agnoſcunt Poloni tria præcipua, & egregia ſibi fuiſſe a Romano Pontifice iniuncta; Primum eſt, ut ſinguli li exceptis nobilibus,ſeu equitibus,& qui ſacris addicti ſunt, quotannis obolum vnum in lucernam perpetuo in eccleſia S.Petri Romæ arſuram penderent,qui etiam nunc S.Petri nummus vocatur.

Secundum eſt,vt omnes Poloni rotunda in morem monachorum tonſura capillorum vterentur, nec infra auriculas more barbarico quiſquam omnino comam nutriret.

Tertium eſt,vt in feſtis ſolemnibus dum ſacra fiunt ſinguli equites faſciam lineam cãdidam in modũ ſtolæ,qua in ſacris vtuntur ſacerdotes,& Diaconi è collo ſuſpenſam ferrẽt, quæ Romani Pontificis,ſ.Benedicti IX.ſeu potius Clementis 2. præcepta non grauate Polonorum legati ſuſcepere, & totam Poloniam Pontificijs decretis obſtrinxere.

Conſtantia item filia Rogerij Regis Siciliæ,& Neapolis ſanctimonialis femina, & quinquagenaria in Monaſterio Panormitano,(poſtquam pater eius Rogerius in expeditione Hieroſolymitana,& eius expugnatione diem obijſſet anno 1391. & Tancredus eius Regna tyrannice occupaſſet, & inſuper Romano Pontifici obedientiam denegaſſet,& propterea regno a Cœleſtino Papa III.priuatus fuiſſet) eiuſdem Pontificis conſenſu Henrico VI.Imperatori nupſit,& genuit Federicum II. Sic Belugantius,& Belueſius in ſuis Centiloquijs a numero 129.vſque ad 150.Phacellus Rerum Siculárum ſcriptor lib.7.cap.6.in decade poſteriori, & alij recentiores ſcriptores,Caieta.Petrus de Arragon,Ioan.Azorius,immo,& Diplomata,& Decreta Cœleſtini III.quæ hucuſque in Archiuio Romano ſeruantur,idem habent,vt mirum ſit Sylueſtrũ & Sotum auſos eſſe negare huius rei veritatem; aut ſummos Pontifices ita cum eis de plenitudine poteſtatis,non de iure diſpenſaſſe;aut eos nondum fuiſſe profeſſos,ſed nouitios: aut eos non vſque adeo ſpontanee ſolemniter vouiſſe; aut quod peius eſt,hæc cum ſcandalo totius Chriſtianitatis feciſſe. Cum tamen tot hiſtorici horum omnium meminerint,& vt conſtat Conſtantia iam quinquagenaria fuit: Ramirus etiam tantum abfuit,vt Nouitius fuerit,vt Monaſterio Abbas præfuerit. Caſimirus etiam non ſolum profeſſus, ſed etiam ob vitæ meritum Diaconus ordinatus fuit. Nec vllus eſt,qui eos religionem ingreſſos coacte fuiſſe ſcribit: Et denique tantum abfuit,vt ſummi Pontifices hæc cum populi ſcandalo fecerint, vt potius propterea ab omnibus ſummo in honore haberentur, & hæc beneficij maximi loco habuerint, vt ex dictis manifeſtum eſt.

19 Ratione etiam oſtenditur, quia credendum eſt Deum non deeſſe ſuæ eccleſiæ in rebus adeo neceſſarijs,ſed ſuauiter,& ſufficienter prouidiſſe quibuſcunque neceſſitatibus illius. At vero neceſſarium aliquando eſſe poteſt, maximeque expedire bono communi eccleſiæ, vt cum Religioſis talis fiat diſpenſatio authoritate ſummi Pontificis, qñ ſcilicet grauiſſima ſubſiſtit cauſa,puta,pax,& tranquillitas totius Regni,quæ alio modo non ita commode ſequeretur,niſi ex matrimonio alicuius religioſi,aut feminæ ſanctimonialis ob defectum ſucceſſoris,& hæredis legitimi, vt in exemplis allatis manifeſtum eſt. Item ſufficiens ſine dubio cauſa eſſet, ſi Rex infidelis cum toto ſuo regno conuerſionem ad fidem promitteret,ſi ſanctimonialis fe-
mina ſibi in vxorem daretur, cuius amore captus
eſt: ſicut Iacob conſenſit dare Dynam filio Regis
Sichẽ alienigenę propter circunciſionem,Gẽ. Aut
ſi Regina concupiſcens monachum ſimiliter vel-
let cum hac conditione fidem catholicam ample-
20 cti. Præferendum namque eſt bonum commune
21 in tali caſu bono priuato alterius. Bonum nam-
que tanto diuinius,quanto communius. Vnde vt
in cap.non mediocriter de conſe.diſt.5.dicitur,nõ
mediocriter errant, qui bono magno præferunt
mediocre bonum.Semperque cauendum eſt,vt ad-
monet S.Bernardus in lib.de pręcepto,& diſpenſa-
tione,ne quod pro charitate inſtitutum eſt,contra
charitatem pugnare videatur. At certe contra cha-
ritatem faceret,qui propriam continentiam,& ca-
ſtitatem in vita religioſa profeſſam, communi ec-
cleſiæ bono,accedente ſummi Pontificis conſenſu,
præferret, cum in perſona eccleſiæ ſcriptum ſit
Cant.2.ordinauit in me charitatem.

Ad rationem vero in contrarium allatam fa-
cile eſt reſpondere. Nam quamuis per ſolemnem re-
ligionis profeſſionem qui cultui diuino mancipatus
ſit,ita vt manente vinculo ſtatus religioſi matri-
monium contrahere non poſſit, quia tamen fieri
poteſt authoritate ſummi Pontificis Chriſti vicem
in terra gerentis,vt ex graui,& legitima cauſa qui
fuerat religioſus,non ſit amplius religioſus,conſe-
quenter nihil obſtat,quominus poſtea matrimonium
contrahat. Eſt quidem contra ius naturæ, vt perſo-
22 na Deo tradita contrahat matrimonium, poſito,
quod adhuc Deus retineat peculiare dominium il-
lius,ceterum cum ſummus Eccleſiæ paſtor poteſta-
tem diſpenſatiuam ad paſcendum gregem Chri-
ſtianum illimitatam acceperit,poteſt ex cauſa legi-
tima id ius acquiſitum,& dominium tollere, quod
Deus ſupra aliquem habet ratione profeſſionis a ſe
emiſſæ. In quo caſu Deus accommodãdo ſe iudicio
rationationabili eccleſiæ, manumittit(vt ſic dicã)
eam perſonam,& reddit illi iterum ſui dominium.
Vnde licet humana poteſtas non poſſit pro libito
facere, vt aliquis licite vtatur re alterius,ſuppoſito,
quod dominium eius rei maneat apud illum alte-
rum,poteſt tamen ex cauſa rationabili in multis ca-
ſibus dominium rei transferre ex vno in alterum,
quo facto alter licite vtitur ea re tãquam dominus.
Sic in caſu propoſito Summus Põtifex ſuo iudicio,
& determinatione rationabili, ex voluntate, &
authoritate Dei Religioſum illum Deo prius tra-
ditum quaſi manumittit, dum per diſpenſationem
faciat,vt Dei eſſe deſinat,illo modo peculiari,quo
prius, qua manumiſſione per diſpenſationem le-
gitimam facta, licet illi perſonæ iam ſui iuris fa-
ctæ matrimonium contrahere. Nec aliquid in
hoc caſu contra ius naturale, aut diuinum fit, nec
accipitur alienum inuito domino,ſed ex Dei volũ-
tate, quod erat alienum, & iuris Dei,ex legitima
cauſa per diſpenſationem deſinit iam eſſe illius,vt
proinde licite matrimonium contrahere poſſit.Vn-
de quod aſſertur de Calice cõſecrato, eodem modo
23 ſoluitur. Nam tametſi calix ille, qui ſemel eſt con-
ſecratus Deo, paſſim in communes vſus iure con-
uerti non poſſit, amiſſa tamen formula conſecra-
tionis ob iuſtam cauſam,vendi,emi,& ad alios vſus
profanos locari poteſt. Et vt ait Durandus, vbi ſu-
pra,in caſu, quo aliquis laicus periculoſiſſime fie-

ret

iret, nec poſſet bibere', niſi per calicem cōſecratum,
licite in eo caſu vti eo poſſet ad bibendum, ſicut Da
uid, & qui cum eo erant, in neceſſitate vſi ſunt pa-
nibus Deo ſacratis. 1. Reg. 21. Quamuis igitur Reli
gioſus quamdiu talis ſit, nulla humana poteſtate,
etiam Pontificia, licite coniugio vti poſſit, cum
matrimonium ſtatui Religioſo repugnet, ex cauſa
tamen fieri poteſt non Religioſus, & ſic conſequē
ter licite matrimonium contrahere, & filios pro-
creare valet.

Ad cap. cum ad monaſterium. Reſpondēt com-
muniter Richardus, Durandus, Gabriel, Palud. Ca-
ietanus, & alij, non poſſe Pontificem diſpenſare, vt
manēte vinculo voti, ſeu manēte tali monacho, nō
ſit obligatus ad caſtitatē, paupertatem, &c. cum de
eſſentia monachatus ſit caſtitas, & proprietatis abdi
catio, atq; ideo repugnat aliquem eſſe monachum,
& poſſe matrimonio vti, vel proprietarium eſſe, &
25 & hoc ſolum voluit Summus Pontifex. At vero ex
plenitudine poteſtatis ſuæ poteſt ex monacho non
monachum facere, & tūc erit illi licitum matrimo
nium. Dici etiam poteſt Papā eo in loco non id de-
finiuiſſe, ſed tanquam Doctorē illius fuiſſe opinio-
nis, & alios Pontifices contrarium ſenſiſſe, & in hu-
iuſmodi votis ex cauſa vrgenti diſpenſaſſe.

26 *Quod* vero dicitur, non dari bonum æquiualens
continentiæ, ob quod iuſte fiat diſpenſatio, parum
facit ad ſniam primam confirmandam, vt S. Tho.
2. 2. quæſtion. 88. art. 11. in corpore, & ad quartum
docet, non enim antefertur continentia omnibus
bonis priuatis animæ, aut communibus Reipubli-
cæ, ſiquidem, vt notat Apoſtolus 1. Corint. 7. conti-
nentia amplectenda eſt propter contemplationem,
eo quod *mulier innupta cogitat, quæ Dei ſunt*, finis au-
tem potior eſt his, quæ ſunt ad finem. Cum igitur
fieri poſſit diſpenſatio in uoto orationis, uel contē-
plationis, multo magis in uoto continentiæ. Solum
igitur antefertur ibi continentia, & ſanctitas ani-
mæ omnibus diuitijs, & bonis externis fortunæ,
aut corporis.

Quibus omnibus addo cum Ioſepho de Angles, v-
bi ſupra, quod ita ex legitima cauſa diſpēſatus, mor-
tua vxore, & ceſsante iam cauſa diſpenſationis, non
27 tenetur ad monaſterium redire, quia obligatio ſe-
mel extincta non amplius reuiuiſcit.

Hinc etiam ſequitur poſse ſummum Pontificem
diſpenſare in voto ſolemni paupertatis, vt Couarr.
in c. 2. nu. 11. de teſtam. Io. Azor. p. 1. inſtit. Moral.
lib. 12. c. 7. dub. 2. & ipſemet Sotus lib. 7. de iuſtit. q.
4. art. 1. in fi. teſtantur. Non. n. eſt ratio cur in voto
caſtitatis potius quam paupertatis diſpenſet.

28 SECVNDVM DVBIVM eſt, quænam requirū
tur ad legitime diſpēſandum in voto? Huic difficul
tati communiter reſpondent authores, duo præci-
pue requiri, ſcilicet, *authoritatem* ſuperioris, & *cau-
ſam rationabilem* ex parte diſpenſati. Sic S. Thom. 2.
2. q. 88. ar. 12. Caie ibi. Palud. in 4. diſti. 38. quæſt. 4.
ar. 4. conclu. 3. & 4. S. Ant. par. 2. tit. 11. ca. 2. §. penu.
Ang. verb. votum. 4. §. 10. Sylueſt. verb. votum. 4 q.
1. & q. 7. verſ. ſecundum. Tabiena verb. diſpenſa. 10.
§. Decimo. Gabr. in 4. diſt. 38. q. 1. art. 5. litera CC.
Caie. in ſumma. verb. votum. c. fi. Sotus lib. 7. de iu-
ſtitia. q. 4. art. 1. & 3. Petrus de Arragon 2. 2. q. 88.
art. 12. Nau. in Manu. c. 12. n. 75. & 76. Summa Co
rona pa. 3. tracta. de voto. ante fin. Coſmus Philiar-
chus de off. ſacer. p. 2. lib. 3. c. 4. Ioſeph Angles in q
de voto art. 8. diffic. 3. Greg. de Valen. tom. 3. diſpu
29 6. q. 6. punct. 7. & alij communiter. Ratio eſt, quia
votum eſt promiſſio facta Deo, de eo quod eſt ſibi
gratum, & acceptum. Sed quid Deo acceptum ſit,
vel non, pendet ex voluntate Dei, cui facta eſt pro-
30 miſſio. Ergo ad Prælatum pertinet declarare homi
nibus Dei voluntatem, cum Dei vices gerat. Nec
de hac re vlla eſt apud authores diſsenſio, aut eſſe
poteſt. Hinc inferunt Palud. & S. Antoninus, vbi ſu-
31 pra, quod, cum nullus ſit iudex in propria cauſa,
nec ſuperior ſibi, conſequenter nemo ſecum diſpē-
ſare poteſt, vt infra dicemus.

32 TERTIVM DVBIVM eſt, quinam hanc pote-
ſtatem diſpenſandi in votis habent?

Reſpondeo primo, poteſtas hæc ſumma, & ſupre
ma eſt penes ſummum Pontificem, qui Chriſti in
33 terris vicarius eſt. Immo in aliquibus ſolus Papa di
ſpenſat, in illis. ſ. quæ ſibi reſeruauit, quæ ſunt quin-
que, ſ. uotum ſolemne Religionis, & Caſtitatis per-
petuæ ſacris ordinibus annexæ, & etiam uota ſim-
plicia de Religione intranda, & caſtitate perpetuo
ſeruanda, & uotum peregrinationis in Hieruſalem
34 ad uiſitandum Sanctum Domini ſepulchrum, quod
uotum in iure Canonico ultramarinum uocatur, &
uotum uiſitandi limina Apoſtolorum SS. Petri, &
Pauli, & uotum peregrinationis ad ſanctum Iaco-
35 bum Compoſtellanum. Quæ omnia etſi non iure
antiquo, at ſaltem iure nouo Papæ reſeruātur ut pa-
tet ex conſtitutione Sixti iiij. quæ incipit, Etſi Do-
minici gregis. 2. de Pœn. & remiſſ. inter extrauagan
tes communes. Angelica uerbo. uotum. 4. §. 6. Sylu.
uerb. uotum. 4. q. 3. uerſ. quartum. Tab. uerbo, diſpē-
ſatio. §. nono. Soto lib. 7. de iuſti. q. quarta art. 3. poſt
principium. Nauar. in Manuali, cap. 12. nu. 75. Pet.
de Arragona 2. 2. q. 88. art. 12. Lud. Lopez par. 1. in-
ſtruct. conſcient. c. 49. Greg. de Valent. tom. 3. diſp.
6. q. 6. puncto 7. Summa Cor. tract. de uoto, nu. 15.
Card. Toleto lib. 4 inſtruct. ſacer. c. 18. in fi. Eman.
Sa in Aphoriſmis, uerb. uotum. c. 2. & Io. Azor. pa.
1. inſt. Moral. lib. 11. c. 19. dub. 4.

Circa hæc autem uota ſciendum eſt, quod licet
S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. ad tertium ſolum memine
rit uotorum continentiæ, & peregrinationis terræ
Sanctæ, eo quod ut ait Sotus lib. 7. de iuſtitia. quæſt.
4. artic. 3. ad tertium. alia forſitan ſuo tempore non
36 erant excepta, nunc tamen iure nouo reliqua re-
ſeruata ſunt, & ita obſeruat praxis curiæ Roma-
næ, quæ conſuetudo in diſpenſatione Hieroſolymi
tanæ peregrinationis adeo inualuit, ut ſi modo fiat
tale uotum non ſolum in ſubſidium terræ ſanctæ
(quo ſolo in caſu uotum hoc Panormit. in capit. Ex
multa, nu. 11. de uoto, et uoti redemp. et Angel. in
uerbo. uotum. 4. §. 6. falſo putant Papæ reſeruatum
eſſe) ſed etiam ex deuotione tantum, non poteſt
in eo alius quam Papa diſpenſare, ut rectius Sylue-
ſter verb. votum. 4. quæſt. 3. verſi. quintum. Nauarr.
in Manuali. c. 12. num. 75. verſi. ſecundo. Pet. de Ar
ragon 2. 2. q. 88. art. 12. Gabr. 4. diſt. 38. q. 1. art. 5. li
tera EE. in fine, et Ioan. Azorius p. 1. inſtit. Moral.
lib. 11. capit. 19. dub. 4. et alij communiter tradunt.
37 Quibus addo ex Sylueſtro vbi ſupra, quod etiam
votum quo quis bona aliena incerta vouit confer-
re in ſubſidium terræ ſanctæ, a ſolo Papa diſpenſa-
ri poteſt, et non ab Epiſcopo, vt in alios vſus con-

uertantur,etiamſi vouens religionem ingrediatur. & idem habent Summa Piſana verbo, votum, 5.q. penult.& Ang.verb.votum.4.q. 13.

38 *Notandum* inſuper eſt,quod ſi inferior a Papa ab-
ſolueret a dictis votis, non propterea excommuni-
cationem Papalem incurreret, niſi prætextu Con-
feſſionalium conceſſorum a Sixto IIII.eos abſolue-
ret,ex Angel.verb.excommunicatio,6.caſu 31.Syl-
ueſt.verb.excommunicatio 7.nu.77.verſi. Trigeſi-
maſecunda Nau.in Manuali,c.12.nu.75. verſi. 2.&
Ludouic.Lopez p.1.Inſtruct.conſcientiæ.c.49.&
conſtat ex verbis prædictæ Extrauagantis. Quam-
uis vt Nauarrus in Manuali,c.27.num. 105. verſic.
Decimaoctaua,notat Extrauagans illa nullius ferè
eſt quoad hoc momenti,cum confeſſionalia illa Six
39 ti IIII.ceſſauerint,vt latius tom.1. Theſauri con-
ſcientiæ,lib.3.cap.30.num.14.expoſuimus. Immo
vero, qui in dictis votis prætextu confeſſionalium
Sixti Quarti,diſpenſaret,non propterea incurreret
excommunicationem ibi definitã,vt aliqui putant;
quia ibi non agitur de diſpenſatione,ſed de commu
40 tante talia vota. Et licet minus ſit commutare, quã
diſpenſare,non tamen facienda eſt in hac parte cõ-
ſequentia ab vno in aliud; cum inhærendum ſit ver
bis canonis prædictæ Extrauagantis, & in pœnis
talis interpretatio facienda eſt, vt non excedant ꝓ-
41 prium caſum.c.Pœnæ,de pœni.diſt.1.& facit Re-
gula odia.de reg.iur.in 6.

42 Secundo, Exceptis his quinque votis Summo
Pontifici reſeruatis,non ſolum Epiſcopi, ſed etiam
omnes prælati iuriſdictionem ſpiritualem ordina
riam habentes, quoad ſibi ſubditos diſpenſare poſ-
ſunt ſic S.Thom.2.2.quæſt.88.arti.12.ad 3. Palud.
4.diſt.38.quæſt.4.ar.4.concluſ.5.S.Anton.p. 2.tit.
11.cap.2.§.penult.Angel. verb. votum.4.quæſt. 6.
Sylueſt.verbo.votum.4.quæſt.3.verſic. Quartum.
Tabiena verb.diſpenſatio.§.Nono.Sotus lib.7. de
iuſtitia.quæſt.4.ar.3.Petrus de Arragon.2.2.quæſ.
88.ar.12.Gregorius de Valentia tomo.3.diſpuat.6.
quæſt.6.puncto.7.Ioſeph Angles in quæſt.de voto,
art.8.difficul.9.Nauar.in Manuali,cap.12.numer.
75.verſi.2.Ludoui.Lopez par.1.Inſtruct.conſcien-
tiæ,cap.49.Summa Corona,par.3.tractat. de voto,
num.15.Card.Toletus in Summa, lib.4.cap. 18.in
fi.Ioan.Ben.in Summa peccatorum,lib.1.c.9. in fi.
& Ioannes Azorius par.1.Inſtitutio.Moral.lib.11.
cap.19.dub.2.ſiue vota illa ſint temporalia,ſiue per
petua orationis,ieiunij,&c. Quare cum S.Tho.vbi
43 ſupra dicat, omnia vota perpetua eſſe Papæ reſer-
uata,intelligendus eſt de votis,quæ natura ſua per-
petuitatem dicunt, qualia ſunt votum Religionis,
& votum Caſtitatis;Non autem de votis, quæ tan-
tum habent perpetuitatem ex intentione vouen-
tis,vt ſi quis voueret perpetuam orationem,vel ie-
iunium,eleemoſinam,&c.Locutus eſt enim S.Tho.
44 de illis,quæ ſunt per ſe perpetua,non autem de ijs,
quæ ex intentione vouentis, & quaſi per accidens
perpetua ſunt,vt rectè Caie.2.2.q.88.ar.12.in Re-
ſponſione ad 3.Sot.lib.7.de iuſt.quæſt.4.ar.3. in fi-
ne.Petr.de Arragona,2.2.quæſt.88.art.12.& Ioan.
Azorius par.1.Inſti.Moral.lib.11.ca.18.dub.4. an-
notarunt.

45 QVARTVM DVBIVM eſt, An Epiſcopus diſpenſare poſſit in voto non contrahendi Matrimonium.

46 *Prima* opinio eſt Caietani tomo.2.opu.tract.11. q.1.& 2.dicentis Epiſcopum non poſſe. Ratio eſt, quia votum non nubẽdi æquiualet voto caſtitatis, votum enim caſtitatis non eſt aliud quam in perpetuum abſtinere a nuptijs; Nam reliquum quod ad caſtitatem pertinet,in præcepto diuino,& naturali eſt,ſcilicet non commiſceri alteri ſibi non nuptæ. Vnde exiſtimat votum hoc,ſicut & votum caſtitatis,Summo Pontifici reſeruatum eſſe.

47 *Secunda* opinio eſt dicentium poſſe Epiſcopum in eo diſpenſare,ſic Ang.verb.votum.4.q.9.Sylue. verb.votum.4.quęſt.4.in fine,citans etiam pro hac opinione S.Anton. & Roſella verb. impedimentũ. 4.nu 12.Sotus in 4.diſtinct.38.quæſt.2.arti.1.concluſ.1.in fine Nauar.in Manuali,c.12.nu.76.verſi. Quinto.Petrus de Arra.2.2.q.88.ar.12.in fine,ante ſolutionem argumentorum. Gregorius de Valen. tomo 3.diſput.6.q.6.puncto.7.Ludouicus Lopez p. 1.inſtruct.conſcientiæ.cap. 9.Eman.Sà.in Aphoriſmis.verb.uotum.cap.2.Alphonſus Viuald.in additionibus ad Candel. aureum.tracta.14.nu.42.vbi alios refert.& Ioannes Azorius p.1.inſtitut.Moral. lib.11.cap.19.dub.5.Ratio eſt,quia non eſt votum ſimpliciter caſtitatis, vnde nec violatur votum ſi poſtea fornicetur,vt Sotus & Azorius vbi ſupra rectè animaduertunt, quia votum ſolum eſt de non contrahendo; Ideoque poterit Epiſcopus in tali voto diſpenſare.Sicque ſeruari ait Nauarrus in Sacro pœnitentiariæ prætorio.

48 Sic etiam diſpenſare poteſt Epiſcopus in voto continentiæ,aut caſtitatis non perpetuæ, ſed ad tẽpus,puta ad annum, vel decennium Sic Palu.4.diſ. 38.quæſt.4.articu.4.concluſ.5.S. Anton. par.2.tit. 11.cap.2.§.penul.verſic.Nota 4.Ang.verb.votum. 4.quæſt.9.Sylueſt.verb.votum.4.quæſt.3.verſi.Sextum.Sotus lib.7.de iuſtitia.quæſt.4 arti.3.& in 4. diſtinct.38.quæſt.2.art.1.concluſ.1.in fine Nauar. in Manuali.cap.12.num.76. verſi.Quinto.Gregorius de Valentia tomo.3.diſput.6.quæſt.6.puncto. 7.Petrus de Arragon.2.2.quæſt.88.arti.12.ante ſolutionem argumentorum. Ludouicus Lopez parte 1.inſtruct.conſcien.cap.49.Ioſeph Angles in floribus.4.ſen.quæſt.de voto,art.8.difficul.9.concluſ.3. Emanuel Sà.in Aphoriſmis.in verbo.votum cap.2. & Ioan:Azorius par.1.Inſtitu.Moral.lib.11.cap. 19.dub.6.Ratio eſt quia cum Epiſcopus ordinaria poteſtate diſpenſare poſſit in omnib.votis,exceptis Papæ reſeruatis, & votum hoc non ſit perpetuæ continentiæ,aut perpetuæ caſtitatis, ſed temporalis,in eo diſpenſare poterit, cum cohibitiones, & exceptiones reſtringendæ ſint, vt ſonant. Idem dicendum eſt in voto certæ caſtitatis puta, in non committendo adulterium, aut aliud certum libidinis genus.

49 QVINTVM DVBIVM eſt, An Epiſcopus aliquando diſpenſare poteſt in voto perpetuæ continentiæ,ſeu caſtitatis?

50 Quidam vt Speculator,& Ioã.And.in c.veniens Qui clerici, vel vouentes,quos refert Sylueſt. lo inferius citando, docent epiſcopum poſſe, qu in d.cap.ueniens,habetur, quod epiſcopus diſpen uit cum femina, quæ poſt ſponſalia emiſit uotu continentiæ audita ſeueritate viri, qui audito ta voto ſponſæ cum alia contraxit. In hac re hæc m hi dicenda videntur.

Pri-

1 *Primum eſt*, Qui poſt votum ſimplex caſtitatis, & continentiæ ante obtentam diſpenſationem à Summo Pontifice,(qui ſolus diſpenſare poteſt) matrimonium cõtrahit, peccat, etiam antequam illud conſummet. Ratio eſt, quia matrimonium cõtrahitur, vt compleatur, & conſummetur; conſummatio autẽ eſt contra votũ caſtitatis emiſſum. Vñ Epiſcopus ante matrimoniũ contractũ, ſeu ante matrimonium ratum (vt Theologi loquuntur) in tali voto diſpenſare non poteſt vt conueniunt omnes.

2 *Secundum eſt*, Quando poſt conſummationem Matrimonij alter coniugum uouit caſtitatem, tũc quidem ſiue ex licentia alterius coniugis, ſiue illo inſcio votum emiſit, votum illud non ſolum à marito irritari poteſt, quatenus, & quãdiu eſt in eius præiudicium, vt diximus ca. 14. dub. 3. verſ. Primo & cap. 19. dub. 10. ſed ẽt in eo diſpenſare põt Eṗs Sic S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 22. §. 2. & §. 3. Sylue. verb. matrim. 7. q. 5. uerſ. Vndecimum. Sotus in 4. d. 38. q. 2. art. 1. poſt concluſionẽ. 3. vbi id inſinuat. & expreſſe Pet. de Arrag. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. vlt. & art. 12. ante ſolutionẽ argu. Ratio eius eſt, quia non eſt vere votũ caſtitatis, ſed tantũ non petendi debitũ, & ideo non reſeruatur Papæ, ſed in eo eṗs diſpenſare poteſt. Immo & quilibet cõfeſſarius per Bullã Cruciatæ, vt ait Arragon vbi ſupra, art. 8. Ceterum in hoc dicto Petri de Arragon. dicentis hoc eſſe votũ ſolũ de non petẽdo debitũ, non ita facile ei aſſentior; Nã quãuis poſt cõſummatũ matrimoniũ vxor votum emittere non poſſit de caſtitate ſimpliciter ſeruanda, (tale enim votũ abſolute includit abſtinẽtiam ab vſu copulæ carnalis, id quod in poteſtate alterius coniugis non eſt, abſq; alterius conſenſu) poteſt tamen emittere votũ de non petendo debitũ, ſaltem hoc ſenſu, vt nunquã ipſa petere velit debitum, niſi in caſu quo erit alteri oneroſum, (hoc enim in eius poteſtate eſt) atq; ita in uoto non petendi debitum poterit Epiſcopus ſimpliciter diſpẽſare, ita vt mortuo viro non teneatur ad caſtitatem poſtea ſeruandã, atq; adeo ſi poſtea mortuo marito fornicaretur, nõ faceret contra uotũ prius emiſſum; At vero in alio voto de caſtitate, non poterit ſimpliciter diſpẽſare, poteſt. n. diſpẽſare, vt poſſit petere debitũ à marito, non tñ vt eo mortuo cum alio licite cõtrahat, quia ratione talis voti, quantũ in ſe eſt, tenebitur poſtea caſtitatem ſeruare, cum votum illud fuerit (quantũ ex ſe fuit) perpetuũ caſtitatis, atq; ita viro mortuo tenebitur illud, quantum poteſt, abſoluere, ſcilicet, in eo ſtatu manere, quo nec debitũ petere, nec reddere teneatur, cum caſtitatis votum vtrique repugnet, vt conſtat.

3 *Tertium eſt*, Quando poſt Matrimonium ambo coniuges de cõi conſenſu ſimplex uotum caſtitatis emittunt, cum vterq. in hoc caſu iuri ſuo de petendo, & reddendo debitũ cedat, uotũ cenſetur perpetuæ caſtitatis, & in eo ſolus Papa diſpenſare poteſt. Niſi forte ſit periculũ incontinentiæ, & non poſſit de facili patere acceſſus ad ſummum Pontificẽ, vel niſi ipſi coniuges ſint ita pauperes, vt non habeant, quo diſpenſationẽ acquirant; Tunc. n. poterit epiſcopus in tali voto diſpenſare. Sic Angel. verb. votum. 4. q. 6. & Sylueſt. verb. Diſpenſatio. q. 9. in fin. & in verb. Matrimoniũ. 7. q. 5. verſ. 11. & in uerbo. votũ. 4. q. 4. in fi. & in verb. votũ. 5. q. 2. in fin. Sotns in 4. d. 38. q. 2. art. 1. concl. 3. in fin. Nau. in Manu. c. 12. nu. 59. verſ. Trigeſimoſecundo. & nu. 76. verſic. Quinto. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 88. artic. 8. dub. vlt. & art. 12. poſt mediũ. Ludou. Lopez p. 1. inſtru. conſc. c. 46. & c. 49. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 55. arti. 1. Speculũ coniugiorũ, p. 1. art. 15. in fin. & in appendice ad art. 15. in fi. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 6. q. 6. pun. 7. Emanuel Sa. in Aphoriſ. in uer. Debitum coniugale, & in verb. votũ. c. 2. & Io. Azorius p. 1. inſt. Mor. lib. 11. c. 9. dub. 8. Id quod intelligendũ eſt, non ſolũ qñ poſt conſummatum matrimoniũ hmõi votũ ſimplex emiſerunt, ſed etiã qñ poſt votũ ſimplex emiſſum, matrimoniũ contractũ & conſummatum fuerit; quamuis enim conſummando peccauerunt, quia tamen matrimoniũ tenet, & periculũ incontinentiæ timetur, & vel pauperes ſunt, aut difficilis eſt aditus ad Papã, cum eis Epiſcopus diſpenſare poterit. Et idẽ dicendum, ſi vnus ante Matrimouiũ ſimplex votũ caſtitatis emiſit, & poſtea matrimonium conſummauit, poteſt enim diſpenſare, vt petat, & reddat debitum. In hmõi tamen caſibus diſpenſatio hæc non eſt faciẽda, immo nec fieri põt ab Epiſcopo ſimpliciter quoad votum ipſum, niſi inquantũ Epikeia locum habet. Et ideo talis diſpẽſatio proderit quoad debiti petitionẽ, & redditionẽ, non autem vt ſoluto matrimonio per coniugis mortem liceat ſecundas nuptias contrahere.

Idem etiã dicendum eſſe cenſeo, ſi quis poſt uotum ſimplex caſtitatis contraxit matrimonium de præſenti, hoc eſt, ratum ſolum matrimonium contraxit, ſed nondum conſummauit. Quamuis enim ſic contrahendo peccauit, & adhuc uotum adimplere poſſit, ſi velit, ingrediendo religionem, etiã inuito marito, quia tamen veriorem illam opinionẽ eſſe puto, quæ docet non teneri ingredi religionẽ vt latius c. 16. dub. 2. oſtendimus, conſequenter poterit Epiſcopus, ſi non poſſit vouens induci ad ingreſſum religionis, (id quod primo tentandũ eſt) diſpenſare vt debitũ uiuente marito, cum quo iam contraxit, petere poſſit, quicquid Ioã. Azorius loco proxime allato. dub. 5. contradicat, ex eo q̃ putat teneri ad religionis ingreſſum, quod fundamentum à nobis in c. 16. refutatum eſt. Et iuxta hæc pariter dicẽdum erit, qñ uotum caſtiratis emiſſum eſt poſt matrimonium ratũ, & de præſenti tãtum. Si. n. pœnitet poſtea uoti, & religionem ingredi nolit, poterit Epiſcopus ad modũ dictũ diſpenſare. In alijs autem caſib. in quib. Epikeia locum non habet, nunq̃ eſt concedendum Epiſcopum in voto continentiæ perpetuæ diſpenſare poſſe etiam in coniugatis, nã in non coniugatis nunquam diſpenſare valet.

54 Ad Speculatorem autem & Ioan. Andream vbi ſupra, Reſpondetur cum Paludano in 4. diſt. 38. q. 4. art. 4. concl. 5. Angelo uerb. uotum. 4. q. 6. Sylueſtro uerbo, uotum, 4 q. 5. & Ioan. Azorio par. 1. Inſtit. Moral. lib. 11. c. 19. dub. 11. Epiſcopum cum dicta femina non diſpenſaſſe ex auctoritate propria, ſed vt Papæ delegatus, & ex ſpecifica delegatione & commiſſione Papæ Alexandri III. vt patet ex dicto c. veniens. Quam facultatem ideo facilius Summus Pontifex conceſſit, tum quia mulier illa uotũ illud emiſit non tam ſponte, quam timore quodam uiri, & intentione liberandi ſe ab eius ſęuitia, ſicut etiam in his, q̃ calore iracundię uotis fiunt, facilius diſpenſari ſolet, tum quia femina illa iuuenis erat; & proinde probabile erat periculum ne contra vo-

tum fornicaretur, vt ibi expreſſe habetur.
55 SEXTVM Dubium eſt, An qui virginitatis uotum
emiſit, poſſit ab Epiſcopo diſpenſari? Ratio
difficultatis eſt, quia qui promittit virginitatem,
ſolum vouere videtur corporis integritatem perpetuo
ſeruare, fugiendo omnem venereum concubitum,
56 is enim proprie dicitur virgo. Vnde ſi illã
ſemel amiſit, cum impoſſibile ſit uotum adimplere,
57 non cenſetur amplius uoto ligari. Et deinde
votum virginitatis non reſeruatur Papæ, ſed votum
perpetuæ caſtitatis, Caſtitas autem includit
propoſitum de non habendo rem coniugalem, aut
etiam veneream cum alio.

Reſpondeo, cum hmôi votum, & ex intentione
vouentis, & ex natura rei conſiderari poſſit, ſi qui
uotum illud emiſit, ſolum animum habuit ſeruandi
ſe integrum à primo concubitu ſiue coniugali,
ſiue venereo extra coniugium, tunc cum tale uotum
58 differat à uoto caſtitatis perpetuæ, non eſt reſeruatum
Papæ, ſed in eo Epiſcopus diſpenſare poteſt.
Quia non uouit caſtitatem ſimpliciter, ſed ex
parte tantum, ſ. abſtinere ſolum à primo concubitu
uenereo. Sin autẽ intentionẽ habuit caſtitatem
ſimpliciter ſeruare, tunc cum idẽ ſit cũ uoto caſtitatis,
erit Papæ reſeruatum, ſicut & uotũ caſtitatis
59 Sin autem ſimpliciter, & abſolute virginitatem
uouit, nihil cogitans de primo ſolo libidinis actu,
neque an uotum hoc uirginitatis differret à uoto
caſtitatis, tunc quidem per ſe, & ex natura ſua cenſetur
idem cum uoto caſtitatis, & proinde eodem
modo ſummo Pontifici reſeruatur, ac propterea ab
epiſcopo diſpenſatio petenda non eſt, niſi iuxta ea,
quæ in dubio præcedenti dicta ſunt, de qua re plura
diximus ſupra c. 16. dub. 1. ubi authores multos
enumerauimus.

60 SEPTIMVM Dubium eſt, an uotum ſuſcipiendi
ſacros ordines ſit Papæ reſeruatum? Ratio difficultatis
eſt, quia in uoto illo includitur uotum ſolemne
caſtitatis. Reſpondeo cum Nauarro lib. 3. cõ
ſil. 32. in antiquis, alias conſ. 18. in Nouis. de uoto
& uoti redempt. Petro de Arragona 2. 2. q. 88. arti.
12. in fine ante ſolutionem argumentorum. Ludouico
Beia p. 1. Repon. caſuum conſcien. caſu. 28.
Emanuel Sàe in Aphoriſmis. uerb. uotum. 1. & Ioã.
Azorio p. 1. inſtitu. Moral. lib. 11. c. 19. dub. 9. Non
eſſe Papæ reſeruatum. Ratio eſt, quia ſicut qui uouit
religionem, non uouet continentiam antequã
Religionem profiteatur, atq; adeo ex ui illius uoti
ſi non profiteatur, nõ tenetur ſeruare caſtitatem
in ſeculo, ut diximus c. 18. dub. 13. Sic qui uouet ſacros
ordines ſumere, quia non promittit caſtitatem
præſentem, ſed futuram, ſ. poſtquam ordinatus eſt,
conſequenter non cenſetur uotum caſtitatis Papæ
reſeruatum uouiſſe, unde ſi comiſceatur cum femina
ante ſuſceptionem ordinum, non facit contra
uotum caſtitatis, nec contra uotum factum, ut
conſtat ex Nauar. vbi ſupra, & in Manua. c. 12. nu.
47. & Azorio vbi ſupra, atque ita cum eo in hoc uoto
Epiſcopus diſpenſare poteſt.

61 OCTAVVM Dubium eſt, an uotũ factum ſub
diſiunctione, vel ſeruandi Caſtitatem, uel ingrediendi
Religionem, uel ſuſcipiendi ſacros ordines,
ſit Papæ reſeruatum?

62 Reſpondeo cum Ioanne Azorio par. 1. inſtitut.
Moral. lib. 11. ca. 19. dub. 10. Quod ſi in animo habeat
ſacros ordines ſuſcipere, poterit in tali uoto
Epiſcopus diſpenſare, cum enim in tali uoto tres
partes conditionales diſiunctiuæ ſint, quarum una
non reſeruatur Papæ, quandiu in animo habet uel
ſeruare caſtitatem, uel Religionem ingredi, uel ſacros
ordines ſumere, poteſt Epiſcopus uotum illud
commutare, ſeu in eo diſpenſare. Sin uero nollet
amplius ſacros ordines ſumere, tunc cum aliæ duæ
partes Papæ reſeruatæ ſint, ad unam illarum ſeruandam
obligatur, & proinde cum eo Epiſcopus diſpenſare
non poterit.

63 NONVM Dubium eſt, an uotum de ingredienda
arctiori religione poſſit ab Epiſcopo diſpenſari?

Reſpondeo cum Paludano in 4. diſt. 38. q. 4. art.
4. concluſ. 5. in fine. S. Anton. p. 2. titu. 11. cap. 2. §.
pen. Syluest. uerb. uotum. 4. quæſt. 3. uerſicu. Sextũ.
Petro de Arragona 2. 2. q. 88. artic. 12. ante ſolutionem
argumentorum. Ioſepho Angl. in floribus 4.
ſentent. in quæſt. de uoto. art. 8. diffic. 4. dubio 2. &
difficult. 9. concluſ. 5. & Emanuele Sa in Aphoriſ.
in uerb. uotum. cap. 2. poſſe Epiſcopum diſpenſare
cum eo, qui uouit ingredi arctiorem religionem,
64 ut ingrediatur latiorem; Ratio eſt, quia hoc non
eſt diſpenſare in uoto religionis, cum ſemper ſit religioni
obnoxius, ſed in modo, & qualitate illius,
hoc eſt, in arctiori vinculo. Sic etiam ut notat Petrus
de Arragon, ſi aliqua mulier uouerit fore beatam,
poterit Epiſcopus in tali uoto diſpenſare, quia
hoc non eſt eſſe religioſam. Quibus addo ex Ioſe-
65 pho Angles ubi ſupra, concluſ. 4. Quod licet Epiſcopus
in uoto ſimplici religionis diſpenſare non
poſſit, põt tñ ex cauſa legitima declarare uoti executionem
eſſe differendam, ob maius bonum, ad
quam differẽdam requiritur iuriſdictio ſpiritualis,
nec ita tuta eſt declaratio alicuius Doctoris, ut eſt
delaratio autoritatiua Epiſcopi, ut conſtat.

66 DECIMVM Dubium eſt, an uotum nunquam
petendi diſpenſationem, aut non petendi diſpenſationem
ab alio quam à Papa, ſit obligatorium, &
Papæ reſeruatum?

Reſpondeo cum Richardo in 4. diſt. 38. art. 9. q.
3. Gabr. ibid. q. 1. dub. ult. & S. Ant. p. 2. tit. 11. ca. 2.
§. pen. in fi. Ioſepho Angles, in q. de uoto. art. 8. diffic.
8 Eman. Sa in Aphoriſm. in uerb. uotum. c. 2. &
Io. Azor. p. 1. inſt. Moral. lib. 11. c. 19. dub. 15.

67 *Primo*, tale uotum non eſſe obligatorium, cum
aliquando expediat potius petere diſpenſationem
ob maius bonum, uel ipſius uouentis, uel ipſius
Reipubl.

Secundo, Non eſt Papæ reſeruatum, cum non ſit
vnum ex illis quinque enumeratis ſupra, atque ita
in eo epiſcopus diſpenſare poteſt.

68 VNDECIMVM Dubium eſt, an uotum pœnale
factum de materia Papæ reſeruata ſit Papæ reſeruatum?
vt v. g. uoueo me non luſurum tali ludo,
aut uoueo me non peccaturũ tali, aut tali peccato,
quod ſi ſecus fecero, ingrediar religionem,
aut ibo Hieroſolymam; Dubitatur ſi luſerit, aut illud
genus peccati commiſerit, an alius à Papa in
huiuſmodi uotis diſpenſare poterit? In qua re vnum
certum, eſt alterum uero dubiũ ualde & con-
69 trouerſum. Certum eſt enim quod ante adimpletam
conditionem, ſeu ante incurſam pęnam epiſcopus
diſpenſare põt, cũ huiuſmodi uota ante incurſam
pęnam nõ obligent, nec antea ſunt uota re-
gio-

gionis,aut peregrinationis in Hieruſalē, ſed ſolum non ludendi aut non peccandi tali genere peccati, ſuper quibus epiſcopus ex cauſa diſpenſare poteſt, vt omnes,quos paulo poſt afferam,teſtantur.

Dubium autem eſt,an quando vouens iam luſerit,aut commiſerit illud genus peccati, cenſetur emiſiſſe votum Religionis,aut peregrinationis Hieroſolimitanæ,in quo ſolus Papa diſpenſat.

Prima opinio eſt dicentium, votum illud poſt luſum,aut commiſſum peccatum, tranſiſſe in votū religionis, aut peregrinationis Hieroſolimitanæ, & conſequenter ſolum Papā in eo diſpenſare poſſe. Sic Sotus lib.7.de iuſtit.quæſt.2.artic.1.ad 4. & quæſt.4.art.3.ante medium. Nauarrus in Manuali.cap.12.num.43. quicquid Sotum reprehendere conatur,in eius tamen opinionem licet ſub quadam diſtinctione inclinat, quamuis etiam poſtea eam oppugnare contendat. Couar.in cap. Quamuis pactum.par.1.§.3.num.12. de pactis.lib.6. hanc opinionem Soti tutiorem eſſe dicit,quamuis alteram, quam paulo poſt afferemus,probabilem eſſe putat. & Ioannes Azorius par.1.inſtitu.Moral.lib.21.ca.19.dub.13. qui tamen nullam pro ſe rationem adducunt.

72 Secunda eſt aſſerentium, Epiſcopum etiam poſt adimpletam conditionem poſſe diſpenſare,& quēlibet alium confeſſorem virtute Cruciatæ, aut Iubilæi in eo diſpenſare,aut illud commutare poſſe. Sic Barthol.Medina lib.1. inſtruct. confeſſ.c.14.§.6. vbi ait eſſe opinionem Doctorum huius temporis. Petrus de Arragon.2.2.q.88.art.12. affirmans eſſe communem opinionem. Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſcient.ca.44.vbi notat eſſe ſententiā Doctorum huius ætatis, & ait Canum huius fuiſſe ſententiæ. Palacius ſuper ſummam Caietani.in verbo.votum,verſic.6. Author Candelabri in additionibus.tract.14.de voto.num.50. vbi docet multos Doctores Salmanticenſes de hac re interrogatos, ita ſenſiſſe,& eſſe tutā opinionē in praxi, & nu.57. refert duos Prælatos Hiſpaniæ, videlicet, D.Hieronym. Manriquez Epiſcopum Salmanticenſem, & D.Alphonſum Velazquez Archiepiſcopū Compoſtellanum,viros doctiſſimos,& Religioſiſſimos in huiuſmodi votis pœnalibus etiam adimpleta conditione, ſæpe diſpenſaſſe. Antonius de Corduba in Summa quæſt.152. in hanc potius inclinat ſententiam. Gregorius de Valentia to.3.diſpu.ſexta,quæſtione ſexta,puncto ſeptimo, Ludouicus de Beia in parte prima, Reſponſio. caſuum conſcientiæ.caſu vigeſimooctauo, Toletus in Summa.libro quarto,capitulo, decimooctauo, in fine. Emanuel Sa in Aphoriſmis.verbo votum,capitulo ſecundo, Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. parte ſecunda,lib.3.capitulo vigeſimoſecundo,in fine,vbi potius in hanc ſententiam inclinat, quāuis liberum cuique relinquit, vt quam maluerit ſententiam eligat.& Ioſeph.Angles in quæſtione , de voto.articulo 8.difficult.decima,vbi ait,quod licet Soti ſententia ſit tutior, poterit tamen confeſſor ſequi hāc Medinæ ſententiam,quamuis ipſemet Soti opinionem tueatur,tunc enim non faciet contra conſciētiam,cum hæc ſecunda opinio etiam teſte Soto vbi ſupra probabilis ſit, quāuis agat contra ſuam propriam opinionē. Et hæc opinio mihi placet magis. Ratio eſt,quia Papa reſeruat ſibi illa vota, quando
ſunt abſolute facta & voluntaria, & habēt propriā
73 rationem religionis,peregrinationis Hieroſolimi-
tanæ,&c.& quando procedunt ex amore, & deuo-
tione religionis,& terræ ſanctæ. At vero in his ca-
ſibus vere non ſunt vota religionis, aut peregrina-
tionis in terram ſanctam, ſed non ludendi, aut nō
peccandi nec ex amore peregrinationis,aut deuo-
tione religionis procedunt, quin potius imponun-
tur tanquam odia,& pœnæ, vt ſic deterretur a lu-
do,& peccato committēdo. Cum igitur impoſitio
illius pœnæ ſit odioſa,& pœnalis, vt conſtat, non
niſi ſtricte interpretanda eſt, & ad proprios & for-
males terminos conſtringenda.

74 Et ideo ea ſola vota ſummo Pontifici proprie
reſeruari cenſentur,quæ proprie, & ſimpliciter ſūt
Religionis volitæ, caſtitatis deſideratæ,peregrina-
tionis intentæ,cuius generis non ſunt, quando re-
75 ligio,caſtitas, aut peregrinatio huiuſmodi in pœ-
nam,& etiam odioſa,ac non volita a vouente pro-
mittuntur. Et hanc eſſe vouentiū mentem & volū-
tatem,a qua votum obligandi vim habet, ipſa expe-
rientia teſtatur. Nullus enim eſt,qui ſic vouendo
intendat religionem,aut peregrinationem Hiero-
ſolimitanam vouere, ſed ſolum non ludere,aut nō
committere tale peccatum. Ideoque in eo Epiſco-
76 pus,& quilibet confeſſarius virtute Cruciatæ,aut
Iubilæi diſpenſare, illudque cōmutare poteſt,etiā
poſt impletam conditionē,vt ex dictis conſtat.

Quæ omnia intelligenda ſunt, quando hæc adduntur in pœnam,ita vt dicantur vota pœnalia; Si enim non ſint pœnalia, ſed pure conditionalia,vt quando quis vouet eſſe Religioſum,vel ire in Hieruſalem, ſi Deus illum ab hac infirmitate liberet, ſi pater eius ante eū obierit, ſi factus fuerit diues, &c. tunc quidem licet Sotus lib.7.de iuſtitia. quæſtione ſecunda, articulo primo, ad quartum,velit & ante, & poſt adimpletam conditionem a ſolo Papa diſpenſari,aut commutari poſſe, eſt tamen probabile poſſe in eo Epiſcopum diſpenſare antequam conditio adimpleatur, cum ante ea vim obligandi non habeat, vt inſinuat Petrus de Arragon.2.2.quæſtio.88.art.12.poſt adimpletam vero conditionem ſolus Papa diſpenſat, cum tunc tanquam votum abſolutum cenſendum ſit,& ideo illi reſeruatum.

78 Vnde vt recte Petrus de Arrag.vbi ſup. poſt Antonium de Corduba in ſumma.quæſt.152.notat,in his votis maxime habenda eſt ratio de intentione vouentis,an ſcilicet,ea fecerit ex affectu, & deuotione ad continentiam,religionē,aut peregrinationem terræ ſanctæ,ſi luſerit,vel peccatū illud cōmiſerit;an vero in pœnam, vt diſcernatur,an ſint pœnalia,in quibus Epiſcopus etiā poſt incurſum peccatum;an vero conditionalia, in quibus ſolus Papa maxime poſt impletā cōditionē diſpēſare poterit.

79 DVODECIMVM Dubium eſt, An ſicut Epiſcopus circa ſubditorum ſuorum vota diſpenſare poteſt,ſic etiam reſpectu eorundem poſſit Archiepiſcopus,Epiſcopi illius Metropolitanus? Reſpondeo, Quod licet Archiepiſcopus in voto Epiſcopi ſui ſuffraganei diſpēſare poſſit, eo quod illi immediate ſubiectus eſt; in votis tamen ſubditorum ſuffraganei ſui diſpenſare non poteſt, ſicut nec abſoluere. Sic Paluda.in 4.diſt.38. quæſt.4. art.4.cōcl.8. S.Anton.par.2.tit.11.c.2.& penul.Sylueſ.verb.vo

tum.4.quæſt.3.verſic.Quartum. Sotus lib.7.de iuſtit.quæſt.4.art.3. Petrus de Arragon.2.2.quæſt.88.art.12. Ioſeph. Angles in floribus.4. ſenten.in quæſt. de voto.art.8. difficul.9.concl.7.& 8.& Emanuel Sà in Aphoriſmis.in verb.votum.cap.2.

80 Ratio eſt, Quia licet in foro contentioſo ſit iudex appellationis reſpectu ſubditorum ſuffraganei ſui quia tamen cura animarum ordinaria ſubditorum ſuffraganei ſui illi non incumbit, nec iuriſdictionē ſpiritualē ordinariam reſpectu illorum habet, ideo licet viſitando illos abſoluere poſſit a voti fractione, non tamen vota eorum commutare, aut in eis diſpenſare poteſt.

81 Aliud namque eſt abſoluere a peccato propter voti fractionem, aliud vero poſſe in voto diſpenſare. Etenim, vt recte notat Toletus lib.4.ſummæ.capit.18.in fine, Qui vouet continentiam perpetuam ſi fornicetur, a proprio confeſſore abſolui poteſt a peccato illo contra votum commiſſo; Ceterum a voto, quod adhuc manet, ſolus Papa, vt diximus, abſoluere poteſt.

82 DECIMVMTERTIVM Dubium eſt, An alij
Prælati inferiores Epiſcopis, poſſint vota ſubdito-
rum ſuorum commutare, & in eis diſpenſare? Re-
ſpondeo poſſe, ſi habeant ad id priuilegium aut ta-
lem facultatem legitime præſcripſerint aut iuriſ-
dictionem quaſi Epiſcopalem habeant in aliquos.
Sic Richard.in 4.diſt.38.ar.9.quæſt.2.& Paludan.
in 4.diſt.38.quæſt.4.art.4.S.Anton.pa.2.tit.11.c.
2.§.penul.Syllueſ.verb.votum.4.q.3.verſ.Quartū.
Angel.verb.votum.4.q.6.Tabiena verb. Diſpenſa-
tio.§.Nono.Petrus de Arragon.2.2.quæſt.88.art.
12.Gregorius de Valentia to.3.diſp.6.quæſt.6.pū-
cto.7.Naua.in Manua.cap.12.num.75.verſic.Ter-
tio. Summa Corona pa.3.tracta.de voto.num 15.
Ludouicus Lopez pa.1. inſtruct. conſcientiæ.cap.
49.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.par.2.lib.
3.cap.22. Ioannes Benedictus in ſumma de pecca-
tis.lib.1.cap.9.in fine.Emanuel Sà, in Aphoriſmis.
in verb.votum.cap.2.& Ioannes Azorius pa.1.in-
ſtitut Moral.cap.18.dub.4.Vnde Abbates exem-
83 pti, & Commendatarij S.Ioannis dantes Reueren-
das ad ordines, ac alij iuriſdictionem quaſi Epiſco-
palem habentes, in ſuorum ſubditorum votis tan-
quam Epiſcopi, diſpenſare poſſunt, ex Sylueſtro,
Petro de Arragona, & Nauarro vbi ſupra, & facit,
quæ tradit Gloſſa Clement.1.in verb.*proprii*.de re-
bus eccleſ. non alien. & eadem ſignificant Inno.in
cap.ſtatuimus.de Maior.& obed. Panor. in c.ſigni-
ficaſti.de foro compet.

Addo tamen cum Petro de Arragona loco proximè citato, hoc quod diximus, de Habentibus auctoritatem quaſi Epiſcopalem, & de poteſtate eorum circa diſpenſationem in votis, non eſſe extendendum ad alia, quæ ex iure ſpeciali conceduntur Epiſcopis in Concilio Tridentino Seſſ.24. de reformat. c.6. niſi etiam ſint Abbates quaſi Epiſcopi, & diœceſim propriam, & proprium territorium habeant, qualis eſt Abbas Caſinenſis, qui ſacri Monaſterij Caſinenſis Abbas eſt, & Epiſcopalem auctoritatem, & diœceſim, & Territorium proprium habet, qui eadem poteſt circa ſuos ſubditos, quæ reliqui Epiſcopi circa ſuos poſſunt.

84 *Capitulum* etiam ſede vacante diſpenſare poteſt, non ſolum in votis, ſed etiam in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, Quia capitulū ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi. Sic Sylueſter verb.capitulū. q.2.& citat Federicum.conſ.29.& Panor.in ca.cum olim.de Maior.& obed. Tabiena verb.eodem.verſ.Primo. Angel.verb. Capitulum. q.1.Petrus de Arragona 2.2.quæſtione 88.art.12. concluſ.5.Emanuel Sà, in Aphoriſmis in verb.Capitulum.& nos latius tomo 1.Theſauri caſuū conſcientiæ.libro 1.capitulo ſexto, numero.decimoquarto, expoſuimus.

85 *Alij* vero a prædictis, omiſſis Prælatis Religio-
ſorum, de quibus infra dicemus, in votis diſpenſa-
re non poſſunt, vt v. g. ſimplex ſacerdos, quicquid
contradicat ſine ratione, aut authoritate Gabriel
in 4.diſt.38.q.1.art.5. litera. E e.coroll.2. Nec pa-
rochus, aut Curatus in ſuorum ſubditorum votis di-
ſpenſare valet, cum facultas diſpenſandi ad iuriſdi-
ctionem ſpiritualem ſpectet, vt diximus, qua præ-
dicti carent. Nec Penitentiarii quorumcunq; niſi
quatenus eis ſpecialiter committitur. Quamuis e-
nim prædicti in foro conſcientiæ iuriſdictionem
habeant, non tamen in foro exteriori, quæ tamen
86 requiritur, vt quis ex poteſtate ordinaria, & extra
pœnitentiæ ſacramentum, diſpenſare poſſit; Vnde
quamuis ſic vouentē ſimplex ſacerdos in articulo
mortis conſtitutum a peccatis abſoluere poterit, &
parochus ſemper & omni tempore, non tamen a
voto liberare eum poſſunt. Neque etiam Archidia-
coni poteſtatem diſpenſandi in votis habent iure
ſuo, niſi forte ex aliqua legitima præſcriptione, &
tunc ſolum quantum competit illis ex conſuetudi-
ne legitime præſcripta. Vnde Archidiaconus, qui
conſueuit diſpenſare in bannis, non propter hoc
poteſt in votis, & qui in votis peregrinationū non
propter hoc in votis abſtinentiarū, & ſic de aliis.
Sic Palud.in 4.diſt.38.q.4.ar.concl.6.& conclu.9.
S.Anto.p.2.tit.11.cap.5.§.penult. Angel. verb.vo-
tum.4.q.6.& Sylueſt. verb. votū.4.q.3.verſ.ſepti-
mū, & verſ.decimum. Sotus lib.7. de iuſtitia.q.art.
3.& Naua.in Manua c.12.nu.79.verſ.10. Summa
Corona p.3.tractatu,de voto.nu.15.

87 DECIMVMQVARTVM Dubium eſt, Quid
dicendum ſit de poteſtate prælatorū, ſeu ſuperiorū
Religionis circa diſpenſationem in votis ſuorum
Religioſorum? Paludanus in 4.diſtin.38.quæſt.4.
art.4.concluſ.7.& S.Anton.p.2.tit.11.c.2.§.pen.
docent, penes Abbates & ſuperiores non eſſe pote-
ſtatem diſpenſandi in votis ſuorum ſubditorum,
88 ſed ſolū irritandi. Quia ſi facta ſint ante ingreſſum
Religionis, per profeſſionē liberantur, ſi poſt pro-
feſſionem, non ſunt firma, niſi ex conſenſu ſuperio-
rum, vnde poſſunt irritare vota ſuorum, non autem
in illis diſpenſare.

Communis tamen & vera opinio eſt dicentium, Prælatos Religionum exēptos ab ordinario (quales modo ſunt omnes fere ex ſummi Pontificis priuilegio) non ſolū ſuorum ſubditorum vota irritare, ſed etiam in eis diſpenſare poſſe. Sic Richard.in 4.diſt.28. art.9. q.2. Gabriel ibid.quæſt.1.art.5 litera. E e.corollario.2 Angel. verbo. votum.4.q.6. Sylueſt.verb.votum.4. quæſt.3. verſ. Nonum. Tabiena.verb.diſpenſatio.verſ.decimo, Caieta.2.2.q.3.Naua.in Manuali cap.12.num.75.verſic.Tertio. Summa Corona pa.3. tracta.de voto.nume.25. Petrus de Arragona 2.2.q.88.ar.8.dub.1.concluſ.4 & 5.

& 5.& art. 12.concl.6. Grego.de Valentia tom.3. diſput.6.q.6.pun.7.Ludou. Lopez p.1.inſtru.conſcientiæ cap.49. Coſmus Philiarcus de officio ſacerd.par.2.lib.3.capitu.22.Ioſeph Angles tractat. de voto.ar.8.difficul.9.conclu.6. Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis,lib.1.ca.9. in fine.Toletus lib.4.inſtruct. ſacerd.cap.18.in fine. Emanuel Sa in Aphoriſmis.in verb.votum.c.2.& Ioan.Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.11.cap.18. dub.4. Immo vt notat Sotus vbi ſupra,hoc quod diximus, verum eſt,non ſolum quoad Generales, & Prouinciales, ſed etiam quoad prælatos Conuentuales, cum ij ſint antiſtites ordinarij ſuorum ſubditorum. Et idem dicendũ eſt quoad eos,qui ex iure, vel ex prælatorum auctoritate eorũ vice fungũtur,cuiuſmodi ſunt vice præpoſiti, vice rectores, viceprouinciales,& alii huiuſmodi in ijs, quæ ſpiritualia ſunt aliorũ locũ tenentes, vt recte Ioannes Azorius annotauit. Quod vero Palud. & Anton. dicunt poſſe irritare omnia eorum vota,& ideo non opus eſſe diſpenſatione, falſum eſt,nam ſi Monachus profeſſus votum migrandi ad arctiorem religionem 90 fecerit, eius prælatus non poteſt irritare votũ illud pro libito & arbitrio ſuo, cum careat dominio ſuper hunc actum; poteſt tamen ex cauſa legitima, & non aliter in tali voto diſpenſare, tum quia irritare eſt voluntatem alterius coercere, diſpẽſare vero non, niſi ſpontaneæ petitioni ſubditi annuere, tum quia habet iuriſdictionem ſpiritualem in Monachum, atque adeo tempore quo votum illud emiſit,ita erat ſub prælati poteſtate, vt teneatur ſequi eius voluntatem, vnde grauamen eius per diſpenſationem tollere poterit. Sic Caiet.2.2.quęſt.88.art.8.Sotus lib.7.de iuſtitia.q.3.arti.1.& quęſt.4.art.3.Nauar.lib.3. tit.de voto.conſil.30.in antiquis,alias conſil.40.in Nouis.Petrus de Arragon.2.2.q.88.art.8.dub.1.concl.5. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.p.2.lib.3.ca.18. Ioſeph Angles in florib.4.ſenten.q.de voto,art.8.difficult.9.concl.6 Emanuel Rodriquez p.2.ſummæ.c.89.conclu.3.Emmanuel Sa in Aphoriſm. verb.votũ.cap.2.& Syluest.verb votum.4.q.3.verſic. Sextum. Immo ipſemet Paludanus in 4.d.38.q.4.art.4.concluſ.5. in fine.& S.Antoninus p.2.tit.11.c.2.§.penult.fa91 tentur Prælatum ſeu Abbatem irritare non poſſe tale uotum, poſſe tamen in eo diſpenſare. Non enim prohibere poteſt prælatus ſubditum tranſire volentem ad frugem meliorem, ſi tamen vult ſub eius obedientia manere, poteſt cum eo diſpenſare. Vnde male docet Gregorius de Valentia tom.3. diſputatio.6.quæſtio.6.puncto 7.parum pertinere ad praxim quod prælati Religionum exempti diſpenſare poſſint,cum(inquit)prælati Religionum habeant poteſtatem *Irritandi* vota ſubditorum, quod eſt & certius, & facilius factu, quia vt iam diximus,in voto tranſeundi ad arctiorem religionem ſolum diſpenſare poſſunt, non autem illud irritare valent.

DECIMVM QVINTVM DVBIVM eſt, An ſuperior vota Nouitij commutare,ſeu in eis diſpẽſare poſſit?

Reſpondeo, quod licet vota Nouitiorum irritare non poſſit,vt diximus cap.præcedenti. dub.6. in eis diſpenſare, eo modo quo in votis profeſſorum poteſt; Nihilominus tamen eo modo uota illorum abſoluere & relaxare valet, quo poteſt vota laicorum,qui nouitii, aut Religioſi non ſunt, ni93 mirum ex ui priuilegiorum,quibus uota laicorum relaxare poſſunt,ut paulo poſt dicemus, & expreſſe docet Ioannes Azorius p.1.inſtit.Moral. lib.11. cap.19.dub.21.

94 DECIMVM SEXTVM DVBIVM eſt,An quæ de Abbatibus & Prælatis dicta ſunt,locum etiam habeant in Abbatiſſis,& Monialibus?

Reſpondeo. Non habere. Ratio eſt,quia diſpenſandi facultas ad iuriſdictionem ſpiritualem pertinet, vt ſæpe dictum eſt, cuius femina incapax eſt, vt late tradunt Sotus in 4.diſtinct.20. quæſt.1. artic.4.& Mart.Ledeſmius 2.4. quæſt.20. art.4. pag.309.& 310. Secus autem dicendum eſt de Prælato non ſacerdote, non enim ulla eſt ratio cur Prælatus non ſacerdos hanc facultatem habere non poſſit,quicquid Paludanus in 4. diſtinct.38.q.4.arti.4. concl.9.& S.Antoninus p.2.tit.11.c.2.§.penult.ſine ratione de hac re dubitent.

95 DECIMVM SEPTIMVM DVBIVM eſt, Quãnam facultatem habeant Prælati Regulares, & confeſſarii Regulares circa uotorum diſpenſationem?

Reſpondeo, omnes confeſſores ordinum Mendicantium,& conſequẽter alii Religioſi qui fruuntur priuilegiis ordinum Mendicantium, ut inter alios ſunt Confeſſarii Regularis Congregationis Caſinenſis Ordinis Sancti Benedicti,vt patet ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Ex ſupernæ diſpoſitionis*. edita anno Domini 1567.decimoſeptimo Kal.Septembris, Pontificatus eiuſdem anno ſecundo, poſſunt ex priuilegio ſummorum Pontificum diſpenſare in iis omnibus uotis, in quibus poſſunt Epiſcopi, excepto uoto de peregrinatione vltra duas dietas.

96 Sic Innocentius Papa VIII. in quadam Bulla quoad Fratres Confeſſores ordinum Minorum, ut habetur in Compendio priuilegiorum in uerbo. Abſolutio quoad ſeculares.2. §.12. Nauarr.in Manuali.cap.12.num.79.verſicu.undecimo. Petro de Arragona 2.2.quæſt.88.artic.12.Ludouico Lopez par.1.inſtruct.conſcient.capit.50. Ioan.Benedicto in ſumma de peccatis.lib.1. cap.9. in fine.& Gregorio de Valentia.tom.tertio, diſputat. ſexta quæſtione ſexta,puncto ſeptimo. Hinc fit vt confeſſores præfati in omnibus uotis, exceptis quinque, quæ diximus eſſe Papæ reſeruata, diſpenſare poſſint.

97 *Sic* etiam Eugenius Papa IV. conceſſit ſuperioribus, & Confeſſariis deputatis Monaſterii S. Benedicti, oppidi uallis oleti,ut in uotis quorumcunque fidelium utriuſque ſexus, etiam Epiſcopo reſeruatis, diſpenſare ualeant, & ea commutare in alia pietatis opera,toties, quoties expedire videbitur. Quam conceſſionem Pius Papa II.ad reliqua Monaſteria S.Benedicti,quæ prędicto Monaſterio uallis oleti annexa, uel ſubiecta fuerint, extendit, ut habetur in Compendio Priuileg. Relig. uerbo. Abſolutio quoad ſeculares.2.num.16.& nu.17.& Compend.priuileg.Societatis Ieſu.uerb. Diſpenſatio.§.10.ut refert Ioan. Azorius p.1.Inſtit.Moral. lib.11.c.19.dub.20.in fine.

98 *Iulius* item Papa II.anno Domini 1503.pro cõgregatione Sancti Benedicti Hiſpaniæ de Monteſerrato conceſſit, ut ſicut antea uirtute cuiuſdã fa-

cultatis Martini V. conceſſæ Monaſterio B. Mariæ de Monteſerrato abſoluere, & diſpenſare poſſet cum ſecularibus in caſibus, & votis Epiſcopis reſeruatis, ita etiam poſſent confeſſarii eiuſdem inter coniugatos, quorum alter eorum, cum alterius conſanguinea adulterium perpetrauit, diſpenſare in foro conſcientiæ ad petendum debitum. Vt refertur in Compend. Priuileg. in annot. Capuccini. Idipſum ad eundem effectum poſſunt facere confeſſores ordinum Minorum, in foro conſcientiæ, cum his, qui poſt votum ſimplex caſtitatis, matrimonium contraxerint, prout eis conceſſit Pius Papa V, vt refertur in eodem compendio, in annotat. Capuccini, & idem refertur in Compend. Priuileg. Societatis Ieſu, vt infra dicemus.

99 *Eugenius* etiam Papa IIII. in quodam Priuilegio incip. Et ſi quaslibet perſonas. conceſſo Monachis ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, aliàs San. Iuſtinæ de Padua. Anno 1436. pridie Kal. Iulij, conceſſit, vt Prælati præfatæ Congregationis diſpenſare poſſint cum omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris intrare volentibus in eandē Congregationem in omnibus, & ſingulis votis peregrinationis etiam vltramarinę, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. Iacobi, & quibuſuis aliis votis, etiàſi talia ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito ſit conſulenda, & ea in alia pietatis opera commutare, voto Religionis duntaxat excepto, quandiu ſub obedictia dictæ Congregationis vixerint.

100 *Idem* etiam Eugenius Papa in eodē Priuilegio conceſſit, vt Prælati dictæ Congregationis abſoluere poſſint intrantes in eandem congregationem à voto cuiuſcunque Religionis etiam arctioris, dūmodo in ea religione, ſeu ordine arctiori de quo vouiſſent, profeſſionem non emiſerint, ſin autem à dicta Congregatione ante profeſſionem emiſſam recedant, talis præcedens abſolutio, & diſpenſatio nullius erit roboris, uel momenti.

101 *Idem* denique Eugenius in eodē Priuilegio cōcedit, quod Monachi à ſuperioribus ad confeſſiones ſecularium audiendas deputati, vota omnia permutare, ac in oībus, ac ſingulis caſib. etiam ordinarijs per Synodales, aut Prouinciales conſtitutiones reſeruatis, cum ſibi confeſſis diſpēſare poſſunt, præter eas cenſuras, vota, & caſus, de quibus merito ſedes Apoſtolica conſulenda eſſet. Quæ omnia in prædicto Priuilegio habentur, & eſt priuilegiū 11. eiuſdem Eugenij III, in ordine prædictæ Congregationi conceſſum, & refertur in Compendio priuileg. Religio. in verb. Diſpenſatio. §. 27. §. 28. & §. 29. & in annot. Capuccin. in verb. votum.

102 *Paulus* etiam Papa II. anno 1468. 18. Nouembris, eidem Congregationi Caſinenſi conceſſit, vt habentes votum Religionis, aſſumentes habitum, ſeu ſtatum Commiſſorum, ſeu oblatorum, & in cōgregatione perſeuerantes, votum impleant, ſecus autem ſi non permanſerint, tunc. n. remanere voluit obligatos, & vota ī alia Religione adimplere.

103 *Paulus* vero III. conceſſit confeſſariis ſocietatis Ieſu, vt commutare poſſint omnia vota exceptis vltramarino, & peregrinationis ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli in vrbe, & ad S. Iacobū Compoſtellarum, caſtitatis, & religionis. Quam facultatem cum eadem exceptione extendit poſtea Gregorius Papa XIII. ad vota etiam iurata, dummodo commutatio non fiat in præiudicium tertii. Vt refertur à Capuccino in annota. ad Priuilegia Relig. in verb. votum. & à Ioan. Azorio par. 1. inſtit. Moral. lib. 11. c. 19. dub. 20. vbi etiam ſimilia refert de intrare volentibus in ſocietatē Ieſu, quæ nos paulo ſupra de intrare cupientibus in Congregationem Caſinenſem retulimus. Vbi etiam refert poſſe Confeſſarios dictæ ſocietatis ex commiſſione Prouincialis diſpenſare ad petendum debitum in his, qui poſt votum ſimplex caſtitatis matrimonium contraxerint, admonito pœnitente, vt ſi ſuperſtes vixerit, votum ſeruet. Id quod antea Pius V. conceſſit Confeſſariis ordinum Minorum, & refertur in Compendio Priuilegiorum eiuſdem ſocietatis in verbo,
104 Diſpenſatio. §. 9. Et licet Ioannes Azorius vbi ſupra putet hanc facultatem extendi ſolum ad eos, qui poſt uotum ſimplex caſtitatis matrimonium contraxerunt, & conſummarūt, ea perſuaſus ratione, quod vouens caſtitatem, & poſt matrimonium contrahens, ante conſummationem teneatur ingredi Religionem, vt ſic ſaltem votum adimpleat, cum adhuc illud ante conſummationem adimplere poſſit, & proinde dicta facultas diſpenſandi ad tales non extenditur; *alÿ* tamen & mea ſententia melioribus ducti rationibus extendi etiam putant ad eos, qui ſolum matrimnnium ratum contraxerunt, & nondum conſummarunt. Quia fauores ampliandi ſunt, & priuilegia Principum pleniſſimè interpretanda ſunt, iuxta Reg. Odia. vbi dicitur, *Odia reſtringi, fauores aut conuenit ampliari*, de regulis iuris. in 6. & leg. Beneficium. ff. de conſtitutio. Princip. Deinde verba abſolute prolata, ſimpliciter, & ſine limitatione intelligenda ſunt
105 vnde cum abſolute conceditur diſpenſandi poteſtas cum eo qui poſt votum ſimplex caſtitatis matrimonium contraxit, accipi debet abſolute & ſimpliciter, vt dictum eſt. Et quia vt diximus. ca. 16. dub. 2. non tenetur poſt matrimonium ſic contractum Religionem ingredi, ſed ſatis eſt vt uotum meliori modo quo poſſit, adimpleat, ſcilicet, non petendo debitum; Et ſicut epiſcopus in tali caſu diſpenſare poteſt, ut dictum eſt ſupra dub. 5. verſic. Tertium. ſi non poſſit induci vouens ad *intrandam* religionem, ita etiam & confeſſarius *Regularis in* eodem caſu diſpenſare poteſt, vt debitum petere poſſit, admonito vouente vt poſt mortem conſortis, vt votum ſeruet. Ex quibus conſtat quidnam poſſint prælati Regularium quoad religioſos ſibi ſubditos, & alij confeſſores regulares circa diſpenſationem votorum, quæ à ſecularibus emittuntur. Solum aduertendum reſtat, quod huiuſmodi confeſſores regulares qui virtute ſuorum priuilegiorum, & alii, qui uirtute iubilæi, aut Bullæ alicuius in votis diſpenſare poſſunt, vel commutare, non poſſunt hoc agere, niſi in ſacramento pœnitentiæ. Sed neque poteſtatem hanc alijs delegare, hoc eſt, per alium abſoluere, diſpenſare, aut commutare, cum eis ſolum miniſterium nudum diſpenſandi, aut commutandi commiſſum ſit, ex Sylueſt. verbo delegatus. q. 8. verſ. Primum. in fine, & Ioanne Azo-
106 rio par. 1. inſtit. Moral. lib. 11. ca. 19. dub. 22. Alii vero qui non virtute alicuius Bullæ, vel iubilæi, ſed per viam authoritatis ordinariæ diſpenſant, vt Papa, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, vel Guardiani, ſeu Re-

ctores pro ſuorum ſubditorum votis, ex cauſa rationabili etiam in foro exteriori diſpenſare, alijſque hanc facultatem diſpenſandi, delegare poſſunt.

107 DECIMVMOCTAVVM DVBIVM eſt, an qui in alienis votis diſpenſare poſſunt, in ſuis etiam proprijs diſpenſare valeant.

Reſpondeo cum Palud. in 4. diſt. 38. q. 4. artic. 4. concl. 4. Pan. in c. Magnæ, nu. 2. de voto, & voti redempt. Ang. in verb. votũ. 4. q. 7. & Sylueſ. in verb. votum. 4. q. 3. verſic. vndecimum. Non poſſe quemquam ſecum diſpenſare, cum nemo iudex eſſe poſſit in ſua propria cauſa, nec ſuperior ſibi ipſi, vnde nec 108 Papa ſecum, nec epiſcopus ſecum diſpẽſare valet, Confeſſor tamen electus ab epiſcopo cum eo diſpẽſare poteſt in ijs votis, in quibus epiſcopus cum ſuo inferiore diſpenſare valet, ex Paludano vbi ſupra. In quo caſu confeſſarius non accipit iuriſdictionem ab Epiſcopo, qui cum illam non habuerit, neque illam ei communicare poterit, ſed illam accipit cõmunicatam ei a ſuperiori, mediante tamen Epiſcopi electione talis perſonæ, vt ſecum diſpenſet. Similiter confeſſarius a Papa electus poteſt cum ipſo in 109 votis diſpenſare, non poteſtate a Papa ipſo acceptа, ſed a Deo, mediante tamen Pontificis electione, ſeu eo ipſo quod ſe ei ſubijcit, prout etiam in abſolutione a peccatis contingit. Quo in caſu Pontifex non tribuit ſacerdoti auctoritatem abſoluendi 110 ſupra ſeipſum, quia auctoritas iudicandi ex parte ſacerdotis eſt a Chriſto vnde Pontifex eligendo ſibi ſacerdotem non cõſtituit illum iudicem ſupra ſeipſum, ſed ſeipſum conſtituit materiam poteſtatis ſacerdotis quam ſacerdos a Chriſto in ordinatione accepit, quam auctoritatem ſupra Papam exercere poteſt, eo ipſo quod Papa ſeipſum materiã eius poteſtati ſubiectam eſſe velit, & conſtituat. Addit autem Paludanus, inferiores epiſcopis, ſecũ hoc modo diſpenſare non poſſe, niſi ius ſibi concedat, ſicut conſtitutiones Religioſorum dant Prælatis, vt ipſi etiam prædictis diſpenſationibus, ſicut, & ceteri fratres, vti poſſint.

111 DECIMVMNONVM DVBIVM eſt, quænam forma in diſpenſatione obſeruanda ſit?

Reſpondeo cum Palud. in 4. diſtin. 38. q. 4. art. 4. conclu. 2. S. Ant. par. 2. tit. 11. c. 2. §. pen. ver. Nota ſecundo. & Sylueſt. in verb. votum 4. q. 8. ver. Primum. In diſpenſatione requiritur forma expreſſa, vel tacita, ſcilicet, quod intendat quis diſpenſare. Vnde ſiue in votis, ſiue in alijs factum ſuperioris non diſpenſat, niſi hoc ipſe exprimat, vel ſaltem di- 112 ſpenſare intendat. Et quidem in Epiſcopo, & alio inferiore a Papa docent communiter Canoniſtæ, quod ita iuri ſubſunt, vt nõ ſufficiat, quod intẽdãt diſpenſare, niſi exprimant, arg. capit. literas, de conceſſ. præben. vbi Archiepiſcopus promouendo ſcienter illum, qui diſpenſatione indigebat, non propter hoc diſpẽſauit, & arg. c. 2. de Schiſmaticis: Vnde nec Epiſcopus ſine verbo abſoluere poteſt ab excommunicationis ſententia, quantumcunque intendat, vt diximus tom. 1. Theſauri caſ. conſcient. lib. 2. c. 11. num. 31. Papa vero qui non ſubeſt iuri, certum eſt, quod faciens aliquid animo diſpenſãdi licet non exprimat, eo ipſo ſufficienter diſpenſat, ſicut & ſimplici ſalutatione, aut participatione cum excommunicato abſoluit ab excõmunicationi hoc ex certa ſcientia faciat, & per hoc abſoluere intendit, vt ibidem oſtendimus nu. 29. & lib. 7. capit. 14. num. 13. quia vero non ſolum verbo, ſed etiam facto fieri poteſt diſpenſatio, & intentio explicari, hinc Palud. Ant. & Sylu. vbi ſupra, & Emanuel Sà in Aphoriſmis in verb. votum. 2. in fine docent, quod eo ipſo diſpenſant, quod faciunt effectũ, ſeu actum animo diſpenſandi, vel ſciunt, & non cõtradicunt, quando facile, & libere contradicere 114 poſſent, quæ opinio valde probabilis eſt, & defendi licite poteſt procedere in foro interiori, & conſcientiæ, vt in diſpenſatione de votis contingit, illa vero contraria procedit in foro exteriori, in quo diſſimulatio locum non habet, vt conſtat.

115 *Illud* vero in diſpenſatione votorum diligẽter annotandum eſt ex Nauarro in Manual. c. 12. num. 79. ver. Duodecimo, & Ludouico Lopez par. 1. inſtru. conſc. c. 50. & alijs, quod non eo ipſo quo quis ſumit Bullam, aut conceſſum ſit iubilæum quo poteſtas commutandi, aut diſpenſandi in votis conceditur, eo ipſo diſpenſati ſunt, vt latius ſequenti capite dicemus.

116 VIGESIMVM DVBIVM eſt, an qui in votis diſpẽſare poteſt, eadem etiam commutare poterit? Nauar. in Manu. c. 12. nu. 79. verſi. Illud autem. Ludouicus Lopez par. 1. inſtru. conſcientiæ. c. 50. Gregorius de Valen. tom. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 7. Ludouicus de Beia in 2. parte. Reſponſ. caſu. conſcient. caſu 9. & Capuccinus in annot. ad compend. priuil. in verb. votum. Notab. 4. & Ioannes Azorius, 1. part. inſtit. Moral. lib. 11. ca. 18. dub. 7. quamuis dubius, dicunt non poſſe, niſi ſint tales qui habent poteſtatem diſpenſandi iure communi, vel tanquam ordinariam, & ex officio, vt Epiſcopi, & Abbates, & alij reſpectu ſuorum ſubditorum. Non vero qui authoritatem illam ex priuilegio ſpeciali, aut ex Iubilæo, tanquam delegati ex commiſſione eã habent. Quia priuilegium contra ius commune reſtringendum eſt, & ſatis eſt, quod aliquid contra ius commune operetur, vnde in reliquo eſt reſtringendum. Alij vero abſolute docent, quod quicunque diſpenſare poteſt in voto, poteſt illud commutare. Sic Palud. in 4. diſt. 38. q. 4. arti. 3. concluſ. 5. Sylueſt. verb. votum. 4. q. 3. verſic. ſecundum. Tabiena verb. diſpenſatio. §. Nono. Sotus lib. 7. de iuſtitia. q. 4. art. 3. Petrus de Aragon. 2. 2. quæſt. 88. art. 12. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. parte 2. lib. 3. ca. 22. in fine. Toletus in ſumma lib. 1. cap. 18. in fine, a fortiori debet hanc ſententiam tueri, dum concedit eius eſſe diſpenſare, cuius eſt commutare, & Emanuel Sà in Aphoriſmis verb. votum. 2. & Aplhonſus Viuald. in additionibus ad candelab. aur. tract. 14. qu. 1. & alij quos refert.

117 Quæ opinio mihi verior, & probabilior videtur, quia vt ait S. Th. 2. 2. q. 88. art. 10. minus eſt votum commutare, quam in voto diſpenſare, cum. n. abſolute determinatur aliquod votum non eſſe ſeruandum, dicitur diſpenſatio voti, ſi autem per hoc quod ſeruandum erat, aliquid aliud imponatur dicitur commutatio voti, cui autem conceditur, quod maius eſt, conceditur etiam quod minus eſt. Nec valet, quod Greg. de Valent. & Ludouicus Lopez reſpondent, id verum eſſe in his quæ ſunt eiuſdem rationis, commutare autem, & diſpenſare ſunt diuerſæ rationis, & ideo non ſunt neceſſario connexa, falſum namque eſt eſſe diuerſæ rationis

nis,quãtum attinet;ad præſentem materiam. Nam
commuatio ſpecies quædam eſt diſpenſationis, &
quaſi pars illius, quando fit in minus, vel æquiua-
lens, ſed commodius bonum. Et certè ſi in aliquo
vera ſit illa regula, qui poteſt quod maius eſt,po-
118 teſt quoque quod minus eſt, verificari debet de
illo minori,quod continetur in illo maiori, tanquã
pars in toto,aut ſpecies in genere,vt in præſenti ca
ſu contingit, quando fit commutatio voti in mi-
nus,vel æquiualens, ſed commodius bonum;poteſt
enim diſpenſatio fieri vel in toto, vel in parte,
& remittendo,& commutando. Non ſunt igitur
119 diuerſæ,ſed eiuſdem rationis diſpenſatio, & com
mutatio, & proinde qui poteſt diſpenſare in voto
remittendo illud in totum,illud commutare poteſt
mutando illud in aliam materiam. Deinde ſi verũ
ſit vt concedit Lopez vbi ſup. poſt Nauar. quem re
fert, quod is cui conceſſa eſt facultas ad diſpenſan-
dum in tertio gradu conſanguinitatis, conceditur
ei ſubinde tacitè poteſtas ad diſpenſandum in eodẽ
gradu affinitatis,licet diſpenſatus in vno, non eo ip
ſo cenſeatur diſpenſatus in alio, quare etiam non
cenſetur data ei facultas ad votum commutandum,
cui conceditur poteſtas ad diſpenſandum in vo-
to,cum magis inter ſe conueniant iſta, quam illa,
vt conſtat. Præterquam quod priuilegia Princi-
pum large interpretanda ſint, vt ſupra diximus,
quando non ſunt in præiudicium,tertij, ſicut eſſe
non poteſt in caſu propoſito de eo qui diſpenſare,
& commutare poteſt,nullum enim fit prȩiudicium
ſi qui diſpenſare in voto poteſt, illud in aliud com-
mutet,vt conſtat. Quicquid igitur Nauarrus,& alij
in hac re ſenſerint,mihi ſemper magis placuit Soti,
& aliorum opinio, vt ſcilicet qui in voto diſpenſa-
re poteſt,etiam illud commutare poſſit, quippe qđ
pecies in genere, & pars in toto continetur, & cui
competit ratio generis, & totius, eidem etiam ſpe-
ciei,& partis ratio conuenire dicendum eſt. Cete-
rum econtrario non cui conceditur facultas com-
mutandi votum, quod minus eſt, cenſetur ſtatim
conceſſa ei poteſtas ad diſpenſandum in voto,quod
maius eſt,vt recte Palud.in 4.diſt.38.q.4. ar. 3.con-
clu.5. Emanuel Sà in Aphoriſmis,in verb.votum.c.
2.& Ioan.Azorius 1.par.inſtitu.Moral. lib.11.cap.
18.dub.5.annotarunt, quicquid Sylueſtr. Tabiena,
& Toletus locis proxime allatis contradicant. Qui
enim in voto diſpenſat, obligationem ex toto tol-
lit,ſed qui commutat, obligationem voti non tol-
lit,ſed in aliam materiam mutat', quod longe mino
ris eſt facultatis,vt conſtat. Vnde cum in Bullis,aut
in iubilæis ſolum concedatur facultas confeſſorib.
commutandi vota, non autem diſpenſandi,vt no-
tant Ioſeph Angles in floribus.4.ſent. in q.de voto.
art.8.dub.vlt.concluſ.2.& Ioan. Bened. in Summa
de peccatis.lib.1.cap.9.in fine, & Ludouic. Lopez
part.1.inſtruct.conſcientiæ. capi.47. & capitul.48.
qui aliunde virtutem diſpenſandi in votis non ha-
bent, virtute illarum vota ſolum commutare non
autem diſpenſare poſſunt, id quod Parochi, curati,
& alij confeſſores,qui ſolum virtute iubilæi,& in-
dulgentiarum commutare poſſunt, diligenter ani-
maduertere debent, ne alioquin in errores facile in-
cidant.

121 VIGESIMVMPRIMVM DVBIVM eſt, quid
dicendum ſit de voto facto Deo', & non homini,facto tñ de re, quæ cadit,'in vtilitatem alicuius tertij, vt ſi quis vouit ſe daturum calicem alicui monaſterio aut eccleſiæ,aut daturum ſe dotem alicui puellæ orphanæ,aut eleemoſinam alicui indigenti,an epiſcopus, aut alius eandem auctoritatem habens,in voto illudque in aliam operam piam, quæ non in vtilitatem illius tertiæ perſonæ redundat,commutare poſſit? Reſpondeo quicquid aliqui negent,et quod putent ex tali voto acquiri ius illi tertiæ perſonæ; Alij tñ rectius'affirmant poſſe. Sic Ang. verb. votum.3.q.26.Syl.verb.votum.4.q.7.ver.4. Caietã tom.2.opuſc.tract.11.Petr.Arragon 2. 2. q.88.art. 12.Nauar.in Manuali,c.12.nu.78.ver.Nono.Lud. Lopez p.1.inſtr.conſcien.c.49.in fi.Alph.Viual.in additionibus ad candelabrum aureum.tract.14.nu. 16.& 17.vbi alios refert. Ioan. Azorius par.1.inſti. Moral.lib.11.c.19.dub.12.& alij. Ratio eſt,quia in hoc caſu promiſſio,ſeu votum tantum fit Deo, ſeu Sãctis,& nõ tertię ꝑſonę,vnde tertiæ illi ꝑſonę nullum eſt ius acquiſitum. Deinde,quia vt ſequenti c.dub.1.corol.1.dicemus qui ingreditur religionẽ, liberatur ab obligatione illius voti,at non liberaretur,ſi alteri eſſet ius acquiſitum,vt conſtat. Vnde ſi votum illud fiat in euidẽter melius, vt fit per ingreſſum religionis commutari etiam poteſt propria auctoritate, & idem dicendum eſſet, ſi promiſerim centum eccleſiæ S. Petri,poſſum ea poſtea alteri operi magis pio, vel donando ea pauperibus fame morientibus, auctoritate propria commutare. Contraria vero opinio vera eſt, quando ius eſſet acquiſitum eccleſiæ, aut tertiæ perſonæ puta ſi promiſerim eccleſiæ centum aureos, & curatus eccleſiæ votum illud ſciens, mihi gratias egiſſet acceptando illud,tunc.n.eps in damnum tertij diſpenſare aut illud commutare non poteſt,ſicque reſolutum fuiſſe in vniuerſitate Complutenſi a grauiſſimis Doctoribus ſe preſente, teſtatur Alphonſus Viualdus vbi ſupra,& faciunt,quæ tradit Couar.lib.3. Var.reſo. cap.16.num. 3.

De votorum commutatione, & cauſa ad diſpenſationem, & commutationem requiſita. Cap. XII.

SVMARIVM.

1 *Commutatio vocatur aliquando Redemptio, differunt autem ſicut Emptio, & permutatio.*
2 *Commutatio ſeu Redemptio quomodo differunt a diſpenſatione.*
3 *Ad commutationem regulariter neceſſaria eſt authoritas eccleſiæ.*
4 *An quis authoritate propria votum ſuum in melius commutare poſſit.*
5 *Quando Prælati authoritas non eſt neceſſaria.*
6 *Votum ieiunij nõ poteſt quis cõmutare in orationes, et in eleemoſinas, immo nec rectè põt a Prælato et quare.*
7 *Argumenta Syluestri in contrarium allata ſoluuntur.*
8 *Ad voti commutationem in id quod eſt æquale bonum neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas.*
9 *Et in id quod eſt minus bonum.*
10 *Dubius & incertus an fiat commutatio in melius, non poteſt quis votum illud abſq. ſuperioris authoritate in*

tè in aliud commutare.

11 *Non ſolum vota temporanea poteſt propria authoritate in vota religionis commutare.*

12 *Doctorum opiniones inter ſe diſſentientes conciliantur ab authore.*

13 *Si quis religionem ingrediatur ea fraude, vt debita nō ſolueret, non ſolum non liberaretur a debitis ſed etiā peccaret morta. & poſt profeſſionem, omnem operā poſſibilem dare tenetur vt ſoluat.*

14 *Votum peregrinationis in Hieruſalem in nullam aliam rem etiam Religionis commutari poſſe ſine authoritate Papæ, falſo docuit Dominicus a Soto.*

15 *Quinam vota commutare poſſunt.*

16 *Ad quæ ſola ſe extendit facultas conceſſa ad cōmutāda vota vi Iubilæi, aut indulgentiæ Pontificiæ.*

17 *Oblitus peccati reſeruati, a quo tēpore Iubilæi nō erat abſolutus, poſtea a quocunque confeſſario ab ordinario approbato poteſt abſolui.*

18 *Pœnitens qui petit commutationem votorum de quib. non recordatur expreſse, validam commutationem a confeſſario accipere poteſt, nec alia indiget etiam ſi poſtea diſtinctè recordetur.*

19 *Quænam in commutatione facienda ſeu conſideranda. num. 20. & 21.*

20 *Auctoritate Bullæ Cruciatæ vota commutari poſse ſolum in vtilitatem cruciatæ.*

21 *In commutando votum religionis, imponendū eſt perpetuum vinculum vt, ſic commutetur quaſi in aliquid æquale.*

22 *An poſtquam votum commutatum eſt in aliquid aliud, cuius commutationem vouens ratam habuit, liberū vouenti ſit votum primum vel id in quod commutatum eſt adimplere.*

23 *An ſi Papa uotum ſibi reſeruatum in aliud aliquid cōmutauerit poſſit poſtea Epiſcopus, aut confeſſarius Religionis, illud relaxare aut in aliud ex cauſa commutare.*

24 *An cum Papa commutauerit alicui uotum caſtitatis in aliud, homo a priori uoto liberetur, & ad id in qd commutatum eſt, ſolum teneatur.*

25 *An ad diſpenſationem, & commutationem voti requiratur iuſta, & legitima cauſa.*

26 *Si Papa cum aliquo ſine cauſa in voto diſpenſat, non ſolum peccat, ſed nec diſpenſatus in conſcientia tutus eſt.*

27 *Quænam cauſæ iuſtæ. & legitimæ ſunt ad diſpenſationem uel commutationem uoti. nu. 28. 29 30.*

31 *An ſufficiens cauſa diſpenſandi in uoto ſit difficultas grauis, & moleſtia, quæ in voto adimplendo reperitur.*

1 COmmutare votum non eſt aliud, quam materiam voti in aliam materiam mutare, vt v.g. peregrinationem, in ieiunium, &c. Aliquando tamen *commutatio* vocatur *Redemptio*, atque adeo differre videntur *Commutatio*, & *Redemptio*, ſicut Emptio, & permutatio: Dicitur autem *redemptio*; quando votum tranſmutatur in pecuniam, aut in aliud pecuniæ æſtimabile, vnde ſi ille, qui vouit viſitare limina Apoſtolorum, habet hoſtes verſus Romam, & nō verſus S. Iacobum, & liberetur a prima peregrinatione, & obligetur ad viſitandum S. Iacobum, *commutatio eſt*, Si vero impeditus ire abſoluatur, & præcipitur ſib. tantum dare pro Deo, quantū expenſurus erat eundo, & redeundo, *redemptio eſt*, quæ etiam debet eſſe iuſti precij, & æqualis. arg. c. Magnæ. de voto, & voti redempt. vt nihil minus eroget, quam erat expenſurus. Quoad rem vero idem eſt commutatio, quod Redemptio, ideoque S. Th. 2 2. 2. q. 88. art. 10. hæc duo non diſtinxit. Differt autem commutatio, & redemptio a diſpenſatione, quod per diſpenſationem tollitur voti vinculum non autem per commutationem ſeu redemptionem, ſed vt recte Caieta. 2. 2. q. 88. arti. 10. annotauit, in commutatione ſola voti materia tranſmutatur eodem vinculo manente, & conſequenter vouens ad id tenetur, in quod votum eſt commutatum ex vinculo eiuſdem voti, & non ex præcepto aliquo commutantis. Neque enim in votorū commutationibus interuenit præceptum aliquod, ſed habente poteſtatem commutandi commutante, concurrit ſola paſſiua acceptatio eius, qui vouit, & ſic facta eſt commutatio; vnde fit vt etiam exequēdo commutatum actus latriæ inueniatur, ſicut in exequendo voto promiſſo inueniebatur. Quo ſenſu explicandus eſt Syluester in verb. votum. 4. q. 1. dicens in commutatione, & redemptione ineſſe annullationem obligationis voti, ideſt obligationis voti, quoad illam, ſ. materiam præciſè circa quam an ea verſabatur. Ex quibus conſtat, plus eſſe diſpenſare in voto, quam votum commutare, vt optime S. Th. 2. 2. q. 88. art. 10. declarauit.

3 Sicut autem ad voti diſpenſationem, ita etiam ad eiuſdem commutationem regulariter neceſſaria eſt eccleſiæ auctoritas, vt S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. S. Bonau. in 4. diſt. 38. ar. 2. q. 2. Richar. ibid. ar. 8. q. 1. & alij communiter tradunt, Dixi, regulariter, quia an aliquando quis propria ſua auctoritate votum ſuum mutare poſſit, infra dicemus. Ratio eſt, quia cum promiſſio in voto facta Deo de illo ſit, quod ſibi eſt acceptum, ad prælatos, & paſtores eccleſiæ pertinet, qui vicem Dei gerunt, vt quid Deo gratum & acceptum ſit, declarent; id, quod certum, & ab omnibus conceſſum eſt. Ceterum

4 PRIMVM DVBIVM eſt, an quis auctoritate propria votum ſuum in melius commutare poſſit? Prima opinio eſt S. Bona. in 4. diſt. 38. ar. 2. q. 2. dicentis, fieri non poſſe abſque Prælati auctoritate, excepto voto religionis, vel etiam ſtatus perfectionis, in quod aliud votum cōmutari poteſt ſine prælati licentia, quia propter ſui dignitatem iura dāt licentiam, conſentit etiam Richar. ead. diſt. arti. 8. q. 1. affirmans votum temporale authoritate iuris commutari poſſe in perpetuam religionis obſeruantiam. c. ſcripturæ de voto, & voti redempt. & votum laxioirs religionis in arctiorem. ca. ſane, de Regular. alia vero vota non niſi cum ſuperioris licentia commutari poſſunt. Eadem docet Syluest. verbo. votum. 4. q. 7. verſi. ſecundum, vbi id probat ex c. 1. de voto, vbi dicitur, *Ex arbitrio eius, qui præſidet, pendet animaduertere, & conſiderare diligētius qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis*, & l. 2. ff. ſi cert. pet. Inſtit. quib. modis tollitur obligatio. dicitur, quod non abſoluitur ab obligatione, qui creditori rem meliorem ſolueret, niſi ſoluat rem debitam, & promiſſam. Addit etiam alium caſum, in quo licet ſine auctoritate prælati commutare votum in aliud, ſ. quando votum eſſet manifeſte illicitum, hoc eſt, impeditiuum maioris boni, vnde

ad hoc vt ieiunium commutetur in eleemoſynam vel ſacrificium, ſemper eſt neceſſaria auctoritas prælati, ſi tamen quis vouiſſet peregrinationem, qua religionis ingreſſus impediretur, non opus eſſet auctoritate pręlati, ad votum illud in religionẽ commutandum.

Secunda opinio eſt aſſerentium, non opus eſſe licentia prælati, quando votum commutatur in melius bonum: vt autem hæc ſecunda opinio melius explicetur; Sciendum eſt, Primo, votum commutari poſſe in bonum maius, vel in bonum minus, vel in bonum æquale. Sciendum eſt Secundo, vnum eſſe poſſe maius bonum altero, duobus modis, vel quia eſt opus excellentioris virtutis, vt oratio actus eſt virtutis excellentioris quam ieiunium ſiquidem oratio actus eſt religionis, ieiunium vero temperantiæ, & eleemoſyna eſt actus charitatis, & ita præſtat ieiunio. Vel quia continet alterũ, & aliquid amplius, vt qui vouit dare eccleſiæ duos calices, ſi det tres, votum perſoluit, ſi ꝓmiſit Deo duos aut tres cæreos, ſi det vnum calicem promiſſum perſoluit, & hoc ſecundo modo certum eſt, q̄ qui aliquid promittit, & dat aliud maius bonum quod primum illud continet, vt totum partẽ, vel vt genus ſpeciem, aut quia hoc ſecundum plus valet quam primum, poteſt ſine prælati licẽtia illud primum in hoc ſecundum commutare, qua ratione omne votum in religionis votum cõmutari poteſt, vt infra dicemus. Dubium aũt eſt de illo primo, an eo ipſo quod quis exercere voluerit actũ melioris virtutis quam vouerit, votum ſuum adimplere cenſetur, aut poſſit, ſine prælati licentia. v.g. vouit ieiunium, & vult dare eleemoſinam, aut orare. His ita prænotatis, quid Doctores ſenſerint ſeqq. propoſitionibus exponam.

5 Prima Propoſitio, quando votum euidenter fit in id, quod Deo gratius, & vouenti ad voti ſui finem conſequendum accommodatius, & melius eſt; non opus eſt prælati auctoritas ad votum illud commutandum. Sic Ang. verb. votum.4.quæſt.2. in fine Ioannes Bachonus.4.diſtinct.4.quæſtio.5. art.6.Caietanus 2.2.quæſt.88.artic.12.& in Summa verb votum.§.vlt.Sotus lib.7.de iuſtitia.quæſ.4.artic.3.Armilla verb.votum.num.14.Ioan.Maior.4.diſtinct.38.quæſt.3.verſicu.Tertio arguitur. Naua.in Manuali cap.12.nume.75.Couar.in cap. Quamuis pactum.par.1.§.3.num.4. verſi.Ego vero.lib.6.Petrus de Aragon 2.2.quæſt. 88.articul. 12.Gregorius de Valentia tomo.3.diſput.6.quæſ. 6.puncto.7.Ioſeph Angles in floribus.4.ſentent. in quæſt.de voto.articul.8.difficulta.4.Alphonſus Viualdus in additionibus ad candelabrum aureũ. cap.14.num.14.Summa Corona par.3.tracta.de voto num.18. Coſmus Philiarchus de officio Sacerdo.par.2.lib.3.cap.22.in fine. Toletus libro 4. Summæ.cap.18.ante finem. Anton.de Corduba in Summa de caſibus conſcientiæ, caſu.149. Bartho. Medina lib.1.inſtruct.confeſſo.cap.14.§.7.Regula.1.Ioannes Benedictus in Summa de peccatis. li.1.capit.9.ante finem Emanuel Sa in Aphoriſmis verb.votum.2.Ioannes Azorius par.1.inſtitutio. Moral.lib.11.cap.18.dub.1.& alij. Et colligi poteſt ex capit. Peruenit.2.de iureiu. vbi Gregorius Papa 1.ait, *non propoſitum, aut promiſſum infringit, qui in melius illud commutat*. Et cap. *Scripturæ. de voto, & voti redempt.* dicit Alexander Papa III. *Reus fracti voti non habetur, qui tẽporale obſequium in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare,* & facit cap. *Sane.de Regular.* vbi Canonicus Regularis permittitur fieri monachus, quia eſt arctior ꝓfeſſio, & c.Licet tit.eod. vbi Innocentius III. concedit tranſitũ de religione laxiori ad ſtrictiorem. In quibus omnibus locis non fit mentio authoritatis prælati, & ſẽper redditur pro ratione, quia eſt maius bonum id, in quod cõmutatio fit. Ratio etiam eſt manifeſta, quia votum ideo obligat, quia eſt ꝓmiſſio de re grata Deo, ſed qui commutat votũ in rem meliorem, offert Deo rem gratiorem. Ergo voto ſatisfacit, etiamſi non accedat prælati auctoritas. Et denique huius ſententiæ eſt S.Tho.2.2. quæſt.88.ar.12.vbi docet ideo neceſſariam eſſe ſuperioris auctoritatem ad voti commutationẽ, vt definiat, & determinet in ꝑſona Dei, quid ſit Deo acceptum, hocne, an illud. Quoties igitur hoc certum erit, nẽpe illud eſſe Deo gratius, in quod fit cõmutatio voti, nulla erit auctoritas p̄lati neceſſaria.

Dixi primo quando eſt euidens cõmutari in melius, atque adeo abſque formidine oppoſiti. Nam certitudo moralis admixta formidine nõ ſufficit. Hæc enim ſolum ſufficit, quando aliter non poteſt melius conſcientiæ conſuli. In propoſito autem poteſt vtrique interrogando prælatum, qui vices Dei gerit.

Dixi ſecundo per bonum melius quod *Deo gratius, & vouenti ad finem ſuum conſequendum aptius & accommodatius eſt*, poſſe propria auctoritate votũ cõmutari, quia in commutatione voti, conſiderare oportet non ſolum excellentiam virtutis, & operis, in quod mutatur, ſed etiã vtilitatem vouentis, & finem voti facti. Vt v.g. vouit quis ieiunium, vt carnis voluptates cõprimeret, & domaret, non tamen poteſt ipſemet commutare votum illud in orationes, & eleemoſinas, etiamſi ieiuniũ ſit actus temperantię, oratio autem actus religionis, & eleemoſina 6 actus charitatis, quæ ſunt virtutes excellentiores, immo recte cõmutari poteſt tale votum in iſta, ab alio ĕtq̃ a prælato. Ratio eſt, q̄a actus harum virtutum nec ſunt ita vtiles, & apti ad carnem edomandam ac ieiunia, & aliæ corporis caſtigationes. Sic etiam ſi quis vouit eleemoſinam ad auaritiam comprimendam, non recte commutatur votum illud in orationes, aut alia opera, quæ ex ſua natura ſunt digniora, dummodo non ſint æque apta remedia ad conſequendum finem voti; id enim, quod eſt in hoc caſu vouenti vtilius, eſt etiam Deo gratius. Cum enim Deus bonorum noſtrorũ non egeat, id ſolum in hoc caſu cẽſetur Deo acceptius, quod ad finem meliorem vouentis eſt accommodatius. Vnde qui vouit ieiunare ſingulis ferijs ſextis, vt carnem maceraret, & videns ob hoc carnem non reprimi, poteſt ſine licentia prælati ieiunium illud prius ordinarium mutare in ieiunium ſolius panis, & aquæ cum hoc ſit remedium aptius ad finem voti conſequendum. Item vouit quis alicui Hoſpitali paruo, qui parum indiget ſuo ſeruitio, poteſt mutare votum ſeruiendo hoſpitali alteri maiori, & magis populoſo, ob maiorem neceſſitatem ſeruitij, & augumentum charitatis, hoc enim ſine dubio gratius Deo eſſet. Sic etiam qui voueret dicere, vel audire Miſſam lectam, poteſt ſine licendentia votum mutare ita vt Miſſam ſolemnem cãtet, vel audiat cum cultus Dei augeatur in eadẽ materia, vt conſtat. Item qui voueret dare pauperibus 30. aureos, & poſtea occurrente occaſione daret eos in dotem puellæ, cuius honor aliàs periclitaretur hæc vrgens neceſſitas, & maior charitas faceret voti mutationem licitam, ob maius obſequium Deo præſtitum, & ſic de alijs iudicandum eſt.

Hinc facile ſoluuntur argumenta in contrarium a Sylueſtro, & alijs allata. Nam in c. 1. de voto, ſolum definitur id quod regulariter fieri debet. Si enim dubium ſit, an ſit melior voti commutatio neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas. Ad illud vero ex leg. 2. ff. ſi certum petatur. Reſpondetur diuerſam eſſe rationẽ in Deo, ac in homine, Deus. n. ſemper acceptat ſatisfactionem, quã cõſtat eſſe maiorem. Homo vero non item, quia quod eſt abſolute melius, non eſt ſemper ei vtilius, aut tam gratũ illi, vnde inuito creditore res alia ſolui non debet, aut non põt a debitore, vel propter maiorem vtilitatem, vel propter maiorem affectionem, quã habet creditor ad rem debitam, quam ad aliam meliorem, quæ rationes locũ in Deo non habent, qui ſemper acceptat quod ẽ maius bonum eo modo quo diximus. Quod vero ait Richardus, quod nemo poteſt eſſe iudex in propria cã, nec vti iuriſdictione in ſeipſum, intelligendum eſt ſolum quando non certo conſtat commutationem fieri in bonum melius, vt dictum eſt.

8 Secunda propoſitio. Ad voti commutationem in id quod eſt æquale bonum, neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas. Sic Ang. in verb. votum. 4. q. 2. in fin. Ant. de Cordu. in Sum. caſuum conſcientiæ. q. 149. *Ioſeph* Angles in florib. 4. ſen. q. de voto. articul. 8. diffic. 4. conclu. 2. Couar. in cap. Quamuis pactum, par. 1. §. 3. num. 4. verſicu. Eſt etiam. de pactis, lib. 6. Coſmus Philiarchus de officio ſacer. par. 2. lib. 3. ca. 22. in fi. Tole. li. 4. ſummæ cap. 18. in fine. Emanuel Sa in Aphoriſmis. verbo. votum. 2. & Io. Azorius p. 1. inſtitu. Moral. li. 11. cap. 18. dub. 2. Quicquid Bar. Medina in lib. 1. inſtru. confeſſ. cap. 14. §. 7. Regula. 2. dicat non eſſe neceſſariam prælati auctoritatem quando certo conſtat commutari in rem æque bonam, & gratam Deo, quam Medinæ opinionem ſequitur Io. Benedictus in ſum. de pecca. lib. 1. c. 9. ante fin. & eam probabilem etiam putant Sotus lib. 7. de iuſti. q. 4. art. 3. & Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88. ar. 12. Alij vero quos attulimus rectius docent requiri in tali caſu licentiam prælati, qui ex cauſa commutare poteſt votum prius in aliud, & non aliter, vt etiam notat Caietan. 2. 2. quæſt. 88. ar. 12. immo Sotus vbi ſupra putat non eſſe tutam contrariam ſententiam, quia dum agitur de æqualitate, alienũ requiritur iudicium, ne quis in propria cauſa facile decipiatur.

9 *Tertia* propoſitio: Ad commutationem voti in id quod eſt minus bonum, ſemper neceſſaria eſt Prælati auctoritas. Sic omnes tam Theologi, quam Canoniſtæ, & Summiſtæ citati. Ratio eſt, quia in tali commutatione admiſcetur diſpenſatio, cum non exigatur totum votum, ſed pars; Ad diſpenſationem autem vt diximus, neceſſaria ſemper eſt prælati auctoritas. Ergo & ad commutationem in minus bonum. Vnde Petr. de Arragon poſt Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. monent, quod quando petitur commutatio, petatur etiam diſpenſatio, vt commutatio ſit ſecurior. Immo vero vt notat Caietan. ſtando præciſe infra limites puræ commutationis, non poteſt fieri in minus, quia commutatio debet eſſe cum æqualitate rei ad rem, vt patet 5. Ethico. vnde qui uota ſolum commutare poſſunt, quales ſunt parochi virtute Iubilæi, cauere debent, vt monet Caietanus vbi ſupra, ne mutent in minus, quia tenentur commutare in maius vel æquale; Illi vero qui vtramque poteſtatem diſpenſandi, ſcilicet, & commutandi habent, vt Prælati, & confeſſores Regulares virtute ſuorũ priuilegiorum, poſſunt vtranque miſcendo ex cauſa in minus diſpenſando commutare, ſicut etiam ex cauſa poſſunt diſpenſare abſolute. Aliquando enim cauſa erit talis, & tanta, quæ ſufficiet ad diſpenſandum abſolute, aliquando vero erit tanta, quæ excuſet a tanto, etſi non a toto, vt infra dicemus.

10 Quarta propoſitio: Quando quis dubius, & incertus eſt an fiat commutatio in melius, non poteſt q̃s votum illud abſque ſuperioris auctoritate in aliud commutare. Sic omnes allati in propoſitione prima poſt S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. ar. 12. Ratio eſt manifeſta, quia cum votum ſit promiſſio facta Deo de re illi grata, voluntas Dei non per ſubditum ſed per prælatum Chriſti vices gerentem exploranda eſt, vt ipſe in perſona Dei declaret, & determinet, q̃d Deo gratum, & acceptum ſit.

11 Hinc infertur primo, non ſolum vota temporanea poſſe propria auctoritate in vota religionis cõmutari. c. ſcripturæ, de voto & voti redemp. S. Tho. 2. 2. quæſt. 88. ar. 12. ad 1. & Caie. & Petrus de Arragona ibidem. Richard. 4. diſt. 38. art. 8. quæſt. 2. Gabriel ibid. quæſt. 1. articu. 5. dub. 2. litera AA. Palud. ead. diſt. quæſt. 4. ar. 3. concluſ. 2. Ioan. Bachon. 4 d. 4. quæſt. 5. articu. 6. Anto. par. 2. titu. 11. capit. 2. §. 7. Sotus lib. 7. de iuſtitia quæſt. 4. ar. 3. ad primum, Sylueſt. verb. votum. 4. q. 7. verſi. Tertium. Nau. in Manuali. cap. 12. num. 78. Couar. in cap. quamuis pactũ p. 1. §. 3. nu. 4. ver. Sexto. de pactis in 6. Angel. verb. votum, 4. q. 2. Grego. de Valen. tom. 3. diſput. 6. q. 6. puncto 7. & Ioan. Azor. par. 1. inſtit. Moral. lib. 11. cap. 18. dub. 1. Ratio eſt, quia per profeſſionem homo priori vitę moritur, ad cuius directionem priora vota facta fuerant. Et quia alia omnia vota ſunt operum particularium, per religionem vero homo totam vitam ſuam Deo dedicat, particulare autem in vniuerſali includitur, ſed etiam vota perpetua tam perſonalia, quam realia, adeo quidem vt intra annum probationis contingat liberatio a votis, nõ tantum perſonalibus, vt ieiunio, & oratione, & votis mixtis, vt eſt peregrinatio quæ omnia cum non competunt oneri religionis, per ingreſſum in eam expirant, ſed etiam votis realibus, ex Couar. & Petro de Arragona vbi ſupra. Quamuis enim Palud. in 4. diſtinct. 38. quæſt. 4. articu. 3. ſanctus Anto. parte 2. titu. 11. cap. 2. §. 8. verſi. De commutatione, & Sylueſt. verbo. votum. 4. quæſt. 7. verſicul. Tertium. concedant vota omnia perſonalia commutari in religionem, & ceſſare etiam tempore nouitiatus, negantes vota realia per religionem extingui, vnde qui alicui debitor fuit, aut eleemoſinam aliquam dare promiſit, & religionem ingreditur, etſi qui ingreſſus eſt non teneatur ſoluere, aut eleemoſinam promiſſam dare, monaſterium tamen ea debita perſoluere tenetur, ſi bona aliqua

a profeſſo acceperat; Alij tamen vt Couarruuias,& Petrus de Arragon. locis proxime allatis quibus fauet Emanuel Sa in Aphoriſ. verb. Religio. docent etiam vota huiuſmodi realia per religionis profeſſionem ceſſare,& tolli.

12 Ego autē has Doctorum diſſentientes opiniones ita inter ſe conciliari poſſe,& debere puto ,vt illam Paludani veram eſſe cenſeam, quoties ius acquiſitum eſſet alicui tertio ex tali promiſſione facta ab eo qui profitetur,aut ſi illi aliquid ex iuſtitia debitum eſſet,vt verbi gratia,ſi quis promiſit, & iurauit dare Petro centum aureos , & ipſe promiſſionē acceptauit,tenebitur eos dare, quia iam Petrus aliquod ius accepit ad illos . Sic etiam ſi certa aliqua debita ſoluenda alicui habet, & habet vnde ſoluat, ea ante religionis ingreſſum ſoluere tenetur, nec ꝑ profeſſionem extinguuntur, vt recte docet S. Tho. 2.2.quæſt.189.art.6.ad 3.ſi autem non habet vnde reddat,tunc quidem facere tenetur quod poteſt, ſcilicet,bonis ſuis cedere creditori , quibus creditori exhibitis religionem intrare poteſt,ex S.Thom.Palud.S Anton.& Sylueſt.vbi ſupra . Econtra vero vbi ex promiſſione non eſſet ius alicui tertiæ perſonæ requiſitum,aut debita eſſent incerta quæ non cedunt in præiudicium tertij alicuius cogniti, non tenetur manere in ſeculo,& laborare,vt ſoluat, ſed religionem ingredi poteſt.Quo ſenſu vera erit Couarruuiæ,& aliorum opinio: vt verbi gratia,ſi quis vouit dare calicem certæ eccleſiæ, aut monaſterio, aut dotem alicui puellæ orphanæ,cum ex tali voto non acquiratur ius tertiæ perſonæ,ſeu eccleſiæ, ex Ang.verb.votum.3.q.26.Sylu.verb. votum.4.q.3. verſi.4.Caietan.tom.2.Opuſc.tracta.11.q.3. Naua. in Manuali.c.12.n.78.verſ. Nono,& Ioanne Azorio p.1.Inſtitu.Moral.lib.11.cap.19.dub.12.conſequenter per religionis ingreſſum a tali debito, & voto liberatur.

13 His tamen omnibus addo ex Petro de Arragon, & communi Doctorum conſenſu, quod ſi quis ingrederetur religionem ea fraude,vt debita non ſolueret,non ſolum non liberaretur a debitis, ſed etiā peccaret mortaliter & poſt profeſſionem omni modo poſſibili dare operam teneretur,vt ſolueret: immo poſt Bullam Sixti Quinti,quæ incipit, Cum de omnibus Eccleſiaſticis.editam anno 1587.talis ꝑfeſſio nulla,& irrita eſſet, vt colligi poteſt ex verbis Bullæ, ante finem vbi ait.*Statuimus, & ordinamus,ne alieno ære preſſi,vel rationib.obligati,vel criminum, & ſcelerum,cuiuſmodi ſunt homicidia, furta,latrocinia , vel alia ſimilia , vel grauiora , ſuſpecti ad vllam Religionem recipiantur,ſi fuerint iuuenes,aut viri adulti,maiores ſexdecim annis,niſi prius de eorū parentibus,patria, & anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur,& ex accurata informatione,& fide digna relatione compertum ſit,eos neque prædictorum criminum reos,vel ſuſpectos exiſtere, nec propterea damnatos eſſe,nec damnandos fore,neq; ingenti ære alieno vltra ſuarum facultatum vires grauatos,vel reddendis rationibus ita obligatos,vt ex huiuſmodi cauſalis vel moleſtia ipſis iam illata,vel inferenda credatur.*Et infra, *Itaque niſi de his omnibus plena,& indubitata fides facta ſit,ad habitum Regularem nequaquam admittatur Alioqui ad Religionē perpetuo inhabiles declaramus. Quod ſi aliqui contra hanc conſtitutionem fecerint , in eis tam ſuſceptionem habitus,quam profeſſionem irritā eſſe decernimus,& eos habitu exui,& è Monaſterio eijci debere.*Quæ particula,nec in alia cōſtitutione declaratoria eiuſdem Sixti V.anno ſequenti facta,quæ incipit, *Ad Romanum ſpectat*.nec in altera conſtitutione Gregorij XIIII.quæ incipit, *Circumſpecta Romani*.mutata, vel ſublata fuit, & ideo quoad hanc partem Bulla illa in ſuo robore permanet.

14 *Infertur* ſecundo falli Dominicum a Soto,qui in lib.7.de iuſtitia,q.4.artic.3.in eo quod dicat votum peregrinationis in Hieruſalem in nullam aliā rem, etiam Religionis,commutari poſſe, ſine auctoritate Papæ,eo quod Papa in caput. *Ex multa,de voto.* eam ſibi reſeruet.Ceterum verior eſt Caie. in verb. votum.c.vlt.Nauarri in Manuali.c.12.nu.78.ver. Nono.Petri de Arragona 2.2.quæſt.88.ar.12.Gregorij de Valentia tom.3.diſp.6.q.6.pun.7.& aliorum ſententia,non eſſe neceſſariā Papæ licentiam aut alterius, quando commutatio fit in religionem aut in aliam rem,quæ conſtaret eſſe meliorē. Quia quando Papa ſibi reſeruat alicuius voti commutationem,intelligēdus eſt, dummodo res ſit dubia ita vt non euidenter conſtet, an id,in quod commutatio fit,melius ſit. Poteſt enim aliquādo votum hoc a tali perſona fieri, vt probabiliter dubitari poſſit, an melius eſſet illud ſeruare,aut eo dimiſſo religionem intrare,vt ſi aliquis magnus Rex feciſſet votū de acquirenda terra Sancta,& huiuſmodi,in qua re Papa conſulendus eſſet,& ſecundum eius auctoritatem faciendum,& non ita facile,& ſimpliciter in Religionem commutandum,ex Ang.verb.votum.4.quæſt.2.Summa Piſanella.verb.votum.6.in principio.& citat pro hoc Summ. confeſ.lib.1.titu.8.q.75.& Syl.verb.votum.4.q.7.ver.Tertium.Quamuis hic author putat poſſe ſine licentia Papæ in Religionis votum,& profeſſionem commutari, auctoritate iuris canonici,in capit. Scripturæ de voto,& voti redemp.vbi Pontifex abſolute docere videtur, omnia vota in religionem licite commutari,tutior tamen eſt Angeli opinio,& conſulendus eſſet Papa in re tam dubia, & graui.

15 SECVNDVM DVBIVM eſt.Quinam vota commutare poſſunt?

Reſpondeo ex communi Doctorum conſenſu, auctoritatem ad commutanda vota,quando commutatio non fit in euidenter melius,habere eos,qui poſſunt diſpenſare , id quod procedit ſiue agamus de ijs,qui de iure communi, & tanquam ordinarij diſpenſare poſſunt, in qua re conſenſit Nauar. in Manuali.cap.12.numero 79.ſiue agamus de ijs,qui ex priuilegiorum ſuorum virtute diſpenſare poſſunt,ut docent omnes quos præcedenti capite,dub.20.pro ſecunda ſententia citauimus. Quibus addo quod ſicut quoad diſpenſationem quædam ſunt vota quæ Papæ reſeruata ſunt, ſic etiam quoad commutationem, vt votum caſtitatis perpetuæ, Religionis,Peregrinationis Hieroſolymitanæ, etiamſi ſit ex deuotione,aut in ſubſidium terræ Sanctæ,& Peregrinationis Romanæ,& Compoſtellanæ,ſaltē ex conſuetudine,& ſuffragatur Extrauagans Sixti.4.quæ incipit,Etſi Dominici gregis,de pœni.& remiſſ.inter Extrauagātes communes,iuxta quam conſtitutionem incurrent excommunicationem, qui prætextu confeſſionalium Sixti 4.prædicta vota commutare attentauerint,præterquam qđ commutatio nullius roboris,vel momenti erit.

TERTIVM DVBIVM eſt, An conceſſa facultate ad commutanda vota vi Iubilæi, aut Pontificiæ indulgentiæ, intelligatur ſolũ facultas ad ea vota, quæ quis fecerat ante Iubilæum, vel indulgentiam Pontificiam, an vero extenditur ẽt ad alia, quę poſt Iubilæũ, aut indulgentiam Pontificiam facta ſunt? *In hac re* duæ ſunt Doctorũ ſententiæ, *Prima* eſt aſſerentium extendi non ſolũ ad vota prius facta, ſed etiam ad ea, quæ poſtea fiunt. Sic Nauar. in Man. c. 12. num. 80. Petr. de Arrag. 2.2. q. 88. art. 12. Alphõſus Viuald. in additionib. ad candelabrum aureum. tract. 14. nu. 37. Emanuel Sa in Aphoriſm. verb. votum. 2. in fin. & Io. Azor. p. 1. inſtit. Moral. lib. 11. c. 18. dub. 9. Ratio horũ eſt, tũ quia fauores non ſunt reſtringendi, ſed ampliandi. arg. ca. odia, de reg. iur. in 6. c. cum dilectus, de don. & l. Beneficiũ. ff. de conſtit. Prin. maxime quando ex tali ampliatione non præiudicatur iuri alieno. Cum ergo potentia ad cõmutanda vota ex Iubilæo, conceſſa ſit in fauorem pœnitentis lucrantis dictum Iubilæũ, intelligi debet facultas hæc ſe extendere ad omnia vota, quæ tam ante, quàm poſt Iubilæum facta ſunt. Tum qa ſicut facultas conceditur ad abſoluẽdum a peccatis, cenſuris, & caſibus reſeruatis, ſic ẽt ad commutanda vota: ſed facultas conceſſa, quoad abſolutionẽ a peccatis, & cenſuris, & caſibus reſeruatis, niſi aliud exprimatur, ad peccata, & cenſuras, & caſus extenditur tam ante, quam poſt iubilæum contractos. Ergo etiam & facultas commutandi vota.

Secunda eſt dicentium facultatem illam extendi ſolum ad vota ante receptionem Bullæ, & Iubilæi facta. Sic Sotus lib. 7. de iuſti. q. 4. artic. 3. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. in q. de voto. arti. 8. difficult. 7. conclu. 3. Ludo. Lopez part. 1. inſtit. conſcien. c. 50. Ant. de Corduba in Summa caſuum conſc. caſu 149. in fine, qui tamen in lib. de indulg. q. 37. propoſit. 2. primam opinionem ſequitur. & Lud. de Beia in Reſpon. caſuum conſc. part. 2. caſu 9. Ratio horum eſt, quia diſpenſatio, aut commutatio non conceditur niſi ad præterita, incontinens enim eſt concedere alicui facultatem diſpenſandi in voto, priuſquam votum fieret. Hæc ſecunda ſententia quamuis probabilis ſit, mihi tamen verior videtur prima, & communior eſt Doctorum, qui de hac re interrogati ita conſulere ſolent, & rationes habet firmiores, & meliores, vt conſtat. Nam ſicut facultas abſoluendi à peccatis extenditur non ſolum ad peccata ante commiſſa, ſed etiam ad ea quæ tempore iubilæi committuntur, ita etiam & facultas diſpenſandi, & commutandi vota, tam ad ea, quæ ante, quàm quæ poſt Bullæ receptionem, durãte tempore Iubilæi facta ſunt. Et ſicut inconueniens non eſt, vt concedatur facultas abſoluendi a peccatis reſeruatis, quæ quiſque poſtquam Bullam, & Iubilæum ſuſciperet, commiſit, ita neque quòd concedat facultatem ad commutanda vota, quæ poſt Bullæ receptionem facta ſũt.

7 *Hinc* ſequitur, quod ſicut qui oblitus fuit peccati reſeruati, ſi tempore Iubilæi nõ eſt ab eo abſolutus, quia illud non fuit confeſſus, poteſt ab illo poſtea à quocunque confeſſario approbato ab ordinario abſolui, eo quod per priorem abſolutionem virtute Iubilæi datam, reſeruatio omnis a peccatis vſque ad illud tempus commiſſis omnino ſublata fuit, nec Papa illam reſeruationem voluit amplius quoad pęnitentis illius peccata retinere, ſed confeſſario virtute Iubilæi electo poteſtatem abſoluendi ab eis commiſit, ita vt dempta hac reſeruatione poſſit poſtea à quolibet confeſſario approbato abſolui, ſic etiam qui oblitus eſt voti, cuius ſi pœnitens recordaretur, tempore Iubilæi commutatũ fuiſſet, poſſit poſtea ab approbato ab ordinario gratiam commutationis votorũ conſequi, tam quoad vota expreſſa confeſſori quam quoad ignorata, & oblita, maxime cũ voti commutatio ſit res fauorabilior, quam abſolutio à cenſuris, & caſib. reſeruatis, vt conſtat. Nec valet q͞d Ludouic. de Beia loco proxime allato dicat, diſparem eſſe rationem in abſolutione à caſibus reſeruatis, & in commutatione votorum, eo quod reſeruatio caſuum, & cenſurarum ſit impedimentum ad gratiam, & indulgentiæ conſecutionem, ideoque, vt habilis & capax ſit gratiæ, & Iubilæi, tollitur cenſura, & reſeruatio etiam peccatorum quorum non meminit in confeſſione à quibus poſtea abſolui poſſit ab approbato ab ordinario, ſicut tempore Iubilæi abſolui potuiſſet, ſi illorum memor fuiſſet; Votum autem non contrariatur gratiæ, nec Iubilæi aſſecutioni, & proinde ſolum conceditur facultas; vt virtute Iubilæi commutari poſſit votum durante tempore Iubilæi, non autem poſtea; Quia licet tempore Iubilæi non cõmutetur votum, cuius oblitus eſt petere commutationem, cum non commutetur votum niſi cognitũ ſit, & expreſſum, atque adeo confeſſarius vere illud commutet, nihilominus tamen poteſtas confeſſario data per Iubilæum ad vota commutanda, talis, ac tanta eſt, vt iuxta tenorem Bullæ, non ſolum vota facta ante Bullæ receptionem, durante tempore Iubilæi, ſed etiam poſtea commutare poſſit, ſicut a caſibus reſeruatis inculpabiliter oblitis poſtea abſoluere poteſt. Ea namque mens ſummi Pontificis pia & benigna eſſe cenſetur, vt per talis Iubilæi & Bullæ conceſſionem, tribuat facultatem abſoluendi, diſpenſandi, & commutandi vota, quæ ante completum tempus Iubilæi omiſſa & inculpabiliter oblita fuerunt. Qui igitur Iubilæum recipere ſtuduit, & abſque culpa, ſed ſolum ex pura ſimplici ignorantia ſeu obliuione, votum quo erat aſtrictus durante Iubilæo non commutauerit, prout ſibi commutandi facultas concedebatur, tranſacto adhuc Iubilæi tempore, votum ſic oblitum commutare poteſt, cũ reſpectu talis voti conceſſa a Summo Pontifice gratia effectũ ſuũ abſq; alicuius culpa non obtinuerit. Neque. n. ignorat ſummus Pontifex multos fore, q̃ caſus, aut cenſuras reſeruatas non habent, habere tamen vota, quorum commutationem ex cauſis iuſtis & rationabilibus petere cupiunt, quorum deſiderio in hac re ſatisfacere, & ab omni huiuſcemodi grauamine liberare, per Iubilæi conceſſionem intendit. Cum igitur commutare poſſe vota indulto iubilæi conceſſum ſit in fauorem pœnitentis lucrare cupientis dictum iubilæum, tam ampla & gratioſa facultas non eſt ſolum ad tempus iubilæi præſcriptũ contrahenda, ſed vltra etiam extendenda videtur ex pia mentis Summi Pontificis intentione, & gratioſa Bullæ interpretatione: Atque adeo ſatis erit poſtea voti illius commutationem cuius tẽpore Iubilęi inculpabiliter immemor fuit, ab eodem confeſsore, vel alio approbato ab ordinario petere. Quæ doctrina diligenter annotanda eſt a curatis, & parochis, qui non aliunde quam

ex virtute Iubilæi vota commutare poſſunt. Qui ẽt diligenter verbis Bullæ attendere debent, ſi enim facultas detur vi illius vt commutare poſſint in certam eleemoſynam, nõ poſſunt in aliud pium opus, aut in aliam eleemoſinam votum illud commutare, cum terminos demandatæ facultatis tranſgredi non poſſint, adeo vt quantumuis pauper ſit ille cuius votum commutatur, dare tamẽ debet eleemoſinam aliquam paruam, ſuæ paupertati conformem, ex communi Doctorum conſenſu.

18 *Illud* autem certum eſt, vt etiam fatetur Ludouicus de Beia, vbi ſupra, quod ſi pœnitens à confeſſore petat, vt omnia eius vota commutet, de quorum numero non recordatur expreſſe, recordatur tamẽ eſſe talis, & talis obiecti, & confeſſor dicat pro omnibus tuis votis facies hoc, aut illud, adeo valida erit commutatio, vt etiamſi poſtea pœnitens recordaretur expreſſe & diſtinctè de numero votorum, non indigebit alia commutatione. *V*t verbi gratia ſi quis in naufragio conſtitutus, aut graui morbo oppreſſus, multa emitteret vota de viſitandis variis eccleſijs, aut de dandis eleemoſinis, & poſtea ab his periculis liberatus non recordaretur eccleſias, aut numerum eleemoſinarum, peteretque per Iubilæũ hæc ſua vota commutari, non tamen recordatur numerum earum eccleſiarum, aut eleemoſinarum diſtincte, poterit confeſſarius vota illa ſic ſibi quoad obiecta cognita commutare, quamuis non ſint illi ſatis cognita quoad numerum, valebitque commutatio illa, ita vt pęnitens poſtea extra tempus Iubilæi, alia prædictorum votorum commutatione non indigebit, quantumuis diſtincte poſtea ad mentem & memoriam ſuam numerum votorum ſuorũ reuocaret, ſicut in peccatis, aut cenſuris oblitis cõtingeret, vt authores omnes concedunt.

Poſtremo annotandum ex Petro de Arragona 2.2.q.88.art.12. quod confeſſor virtute Bullæ, aut Iubilæi electus, tenetur commutare, vel diſpenſare vota, quæ vouens (præceptis Iubilæi obſeruatis) rationabiliter commutari, vel diſpẽſari poſtulauerit. Nam cum talis confeſſor in commutando, ſeu diſpẽſando, ſit iudex delegatus in fauorem pœnitentis, & ad gratias, & indulgentias Papæ ei adminiſtrandas, & executioni mandandas aſſignatus, tenebitur pœnitenti ius ſuum tribuere, & gratias ei indulgere meliori forma qua poteſt argum. cap. *Quanto à nobis* 2. q.4.

19 QVARTVM DVBIVM eſt, Quænam in commutatione facienda conſideranda ſunt?

Reſpondeo, Cum voti commutatio res admodũ difficilis & periculoſa ſit, maximo iudicio, & diſcretione in votis commutandis opus erit, ita vt conſiderentur in primis hæc tria.

Primo, quid liceat ſecundum æquitatem; Etenim conari debet, vt quantum fieri poteſt, commutatio fiat in bonum æquale, ex Sylueſt. verbo. votum.4.q.8.verſic. Secundum. Soto lib.7.de iuſtit.q.4.artic.3. Caiet.2.2.q.88.art.12.Nauar.in Man.c. 12.nume. 63.Ioſepho Angles in q.de voto.art.8.difficul.6.cõclu.2.Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſcient.ca.50.eſto ſit commutatio quæ dr̃ redemptio, ex Palud. in 4. diſt.38.q.4.art.3.concl.1.Quæ æqualitas non in pũcto indiuiſibili conſiſtit, aut ſcrupuloſe accipienda eſt, ſed ad boni viri arbitrium ceſſante fraude, & lata culpa iudicanda eſt, ex Sylueſtro vbi ſupra & Lud.Lop.in c.50. citato, & Io. Azorio p.1.inſtitut. Moral.lib.11.c.18.dub.13.in fi. Quamuis vbi virtute Bullæ, vel Priuilegij vota commutanda ſunt, cõmutari poſſunt in aliquid mitius, & parum minus, alioquin priuilegium nihil operaretur, cum abſque eo poſſint vota abſque cauſa in melius, & Deo gratius, & in æque bonum cum cauſa, auctoritate prælati commutari, ex Antonio de Corduba in Summa q.149.& q.150.Bartho.Med.lib.1.inſtruct.ſacerd. c.14.§.7.Alphonſo Viuald.in additionibus ad Candelabrum aureum.tract.14.num.20.& num.21.Petro de Arrag.2.2.q.88.artic.12.& Emanuel Sa in Aphor.verb.votum.2.& Lud.Lopez p.1.inſtr.conſcien.c.47.qui tamen id concedit ſolum in caſu, quo cauſa ſubſit ita commutandi in minus, eamque eſſe Papæ intentionem, Omne namque priuilegium eo modo eſt interpretãdum, vt aliquid operetur, quod ſtando in iure communi non licebat, quicquid ſine ratione lib.11.inſti.Moral.p.1.c.18.dub.6.Io.Azo. ſolus, quod viderim, contradicat.

Secundo, conſiderare oportet, quid deceat, ne ſcilicet ex tali commutatione ſcandalum aliquod conſequatur.

Tertio, quid expediat & quoad ipſum vouentem, & quoad proximum ex Panor.in c.Magnũ.num.3. de voto, & voti redempt.Gabr.in 4.diſt.38.q.1.art.5.litera.y.Ang.verb.votum.4.q.12.

Præter hæc, Attendere debet verba Bullæ, quia priuilegia iuxta eorum tenorem interpretanda sũt; vnde communiter tradunt Authores, auctoritate Bullæ Cruciatæ commutari poſſunt vota ſolum in vtilitatem Cruciatæ, & ſubſidium Regis, atque adeo eleemoſina, in quam ſit commutatio, eroganda eſt quæſtoribus Cruciatæ, in expeditionem contra Turcas, Sic enim in Bulla præcipitur Nauar.in Manuali.c.12.num. 80. Petrus de Arragon.2.2.quæſt. 88.artic.12.Ioſeph Angles in quæſt.de voto.artic. 8.difficult.7.Ludouicus Lopez part.1. inſtruct conſcien.cap.49.& cap.50. Anto.de Corduba in ſum.q. 149 & q.150.& Alpho.Viuald.in addit.ad Candelab.aureũ.tract.14.num.39.ſecus autem ſi talis confeſſor auctoritate epiſcopi talia vota commutaſſet, quia poſſet tunc commutare in eleemoſinã pauperibus erogandam, ex Ioſepho, & Lopez vbi ſupra; q̃a tunc non virtute Bullæ Cruciatæ, ſed epiſcopi commutat.id q̃d in aliis ſimilib.caſib.vt in caſu ſequenti, dicendum eſt. Et qñ virtute alicuius Iubilæi datur facultas commutandi vota in certam eleemoſinam, aut aliud opus piũ, in id ſolũ commutari põt, atq; adeo etiamſi ſit pauper ille, cuius votũ commutatũ eſt, dare tñ debet eleemoſinam iuxta vires ſuas. Et cui datur facultas commutandi votũ, non poteſt virtute illius commutare, vel relaxare pęnas ob votũ violatũ contractas, ex Nauar.tom.1.conſil.35.in antiquis, alias conſ.32.in Nouis.de voto.& Io.Azorio p.1.inſtit.Moral.lib.11.c.19.dub.23.

Item, conſideranda eſt qualitas & conditio vouẽtis, ætas, infirmitas, aut robur corporis, officium, ſtatus, inopia, & an habeat ſuis lucrari panem arte ſua &c.ex Richard.in 4.diſtin.38.art.8.quæſtio.1.Gabriele ibidem quæſt.1.artic.5.litera.v. Angel. verb. votum.4.q.12.Nauar.in Manual.capit.12.numero 77.& alijs. Conſiderandæ ſunt etiam expenſæ & ſumptus quos facturus erat, qui vouit; Vt v.g. in commutando voto peregrinationis Hieroſolymitanæ,

nitan;, habenda eſt ratio expenſarum, non quidem earum, quas homo diues debebat per accidens facere iuxta ſuum ſtatum, ſ.equorum, & famulorum, ſed earum quas ſolus, aut ipſe cum vno, aut altero famulo facturus erat, ex Petro de Arragona 2. 2. quæſtio. 88. art. 12. habenda autem eſt ratio ſolum expēſarum in eundo, non autem in redeundo, quia ſolū vouit ire, non autem redire, ex Ioſepho Angles in q. de voto. art. 8. diffic. 6. propoſitione. 4. quod tamē dictum mihi non placet, immo exiſtimo eſſe falſum, nam in *cap. Magnæ. de voto, & voti redempt.* Innocentius Papa III. ita votum tranſmarinum cōmutandum eſſe cenſuit, *vt expenſæ, quas vouens in eundo, morando, & redeundo facturus erat, alicui religioſo committantur in neceſſarios vſus terræ Sanctæ ſine diminutione qualibet transferendæ.* Idem etiam docet gloſſa ibidem in verbo. *Eundo.* quamuis enim nō vouit redire, ſed ſolum ire, huiuſmodi tamen reditus tacite ſubintelligitur in voto peregrinationis & reuerſio a peregrinatione eſt acceſſoria ad profectionem, & opus religionis conſummans votum, vt recte notat Lopez vbi ſupra, capit. 49. Conſiderandus etiam eſt labor itineris, & modus quo peregrinaturus erat, puta an pedibus eſſet iter facturus, nec ne, ſi enim pedibus ire propoſuit, tunc (quod attinet ad laborem peregrinationis) iter vnius diei ieiunio, & iter duorum dierum, cum ieiunio duorum dierum cōmode commutari pōt, & ſic deinceps. Quod ſi non eſſet pedibus iturus, tunc iter quatuor, vel quinque dierum iure in vnius diei ieiunium commutatur. ex Ioanne Azorio par. 1. inſtitu. Moral. capit. 18. dub. 13. Dixi, *quod attinet ad laborem peregrinationis*, quia cum in huiuſmodi peregrinatione conſiderare poſſint hæc duo, videlicet, labor, & itineris moleſtia, & expenſæ, laboris, & itineris moleſtia in ieiunia, & orationes commutari poteſt; expenſæ vero in eleemoſinas, & vſus pauperum, puta in dotandis pauperibus aut in aliud ſimile commutandæ erunt. Sic etiam promiſit peregrinari ad Beatam Virginem Lauretanam, & vlterius promiſſit offerre illi templo decem aureos, commutari debet & poteſt hoc modo & authoritate ſuperioris, aut virtute Iubilæi, vt decem aurei offerantur alicui alteri eccleſiæ indigenti, expenſæ vero in itinere faciendæ pauperibus erogandæ erunt, deductis tamen, quas domi vouens facturus erat, vt not. Ioſeph Angles vbi ſupra, propoſitione. 2. Exempli gratia, erat in itinere ſingulis diebus ſex nummos argenteos conſumpturus, & domi tantum tres, ijs tribus deductis, ceteri ſunt pauperibus erogandi; labor denique itineris commutandus eſt in ieiunium, ita vt ſi pedibus iter facturus erat, dies itineris diei ieiunij reſpondeat, ſin vero pedibus iturus non erat, pro quarto quoque die itineris dies vnus ieiunij imponatur, vt dixi. Quod ſi quis votum Religionis
21 *fecit*, verbi gratia ingredi religionem S. Benedicti, conſiderare oportet, quòd ſic vouens ingrediendo teneretur ad officium Diuinum, ad vigilias noctis, ad obedientiam, ad ieiunandum fere ſemper, ad abſtinendum ſemper à carnibus & ſimilia, & ideo in talis voti commutatione imponendum eſt aliquod vinculum perpetuum, vt ſic commutetur quaſi in aliquid æquale, verbi gratia quod confiteatur ſingulis menſibus, ieiunet ſingulis ferijs ſextis, ſeptem pſalmos pœnitentiales, aut alias orationes quotidie recitet, & det eleemoſinam iuxta ſtatum ſuum, & hæc omnia per totam vitam fieri debent, ex Petro de Arragona 2. 2. q. 88. art. 12. & Bartho. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 7. vbi addit, quod confeſſarius ſi in votis commutandis prædictam diligentiam non adhibeat, peccat mortaliter, vnde monet ne quis hoc onus commutandi vota in ſe ſuſcipiat, qui non verſatus ſit in regimine animarum. Notat autem Alphonſus Viuald. in additionibus ad candelab. aureum. tract. 14. num. 40. vnum particulare pro commutandis votis tēpore Iubilæi, quod ſi confeſſarius quando eſt complurib. confeſſionibus occupatus, magna illum (vt ſolet) pœnitentium ſtipante caterua, dicat pœnitenti, tēpore quo durat Bulla ſeu Iubilæum; Ex nunc, commuto tibi votum hoc, ſeu de rebus in quas fiat commutatio conſule talem Doctorem, ad cuius ſententiam te obligo, erit optime factum, & valida erit talis commutatio.

22 QVINTVM DVBIVM eſt, An poſtquam votum commutatum eſt in aliquid aliud, cuius commutationem vouens ratum habuit, liberum voventi ſit uotum primum, vel id in quod commutatum eſt adimplere. Ratio difficultatis eſt, quia prior obligatio per commutationem factam penitus extincta eſt, & in aliam materiam commutata. Ergo ad hanc ſecundam obligationem tenetur.

Reſpondeo cum Ioanne Azorio par. 1. inſtitut. Moral. lib. 11. cap. 18. dub. 10. & dub. 12. ſuppoſito quod commutatio recte & iuſta ex cauſa facta ſit, poſſe ſi velit, non obſtante hac commutatione facta, votum primum ſeruare. Ratio eſt, quia commutatio tacita cōditione hac fieri cenſetur vt vel prius votum perſoluat, vel id, in quod cōmutatio fit, prout ei commodius & vtilius viſum erit. Tota enim commutatio fit gratia ipſius vouentis, ita vt tali priuilegio & gratia vti poſſit, aut non vti, ſicut illi placuerit, vnde nō eſt penitus extincta obligatio prior, ſed in hanc commutata, cum hac tamen conditione, vt vel prius votum, vel id, in quod commutatū eſt, perſoluat, & præſtet. Dixi, ſuppoſito quod commutatio recte & cum iſta cauſa facta ſit, ſi enim iuſta non ſit, non valet vt paulo inferius dicemus, ſi autem iuſta fuerit, & ſic multoties commutata ſit, ſemper ei liberum erit, vel votum primum vel primam, aut ſecundam commutationem exoluere, prout ei commodius & vtilius viſum fuerit.

23 SEXTVM DVBIVM eſt, An ſi papa votum ſibi reſeruatum in aliud aliquid commutauerit, poſſit poſtea Epiſcopus, aut confeſſarius Religioſus ab ordinario ad confeſſiones audiendas approbatus, illud in quod eſt commutatum, relaxare, aut in aliud ex cauſa commutare. Vt verbi gratia, Si Petrus votum caſtitatis emiſerat, quod poſtea a Papa in certa ieiunia, preces, vel eleemoſinas commutatum ſit, & deinde cauſa ſubſiſtat, vt ieiunia & preces, & eleemoſinæ in aliud commutentur, An epiſcopus, aut alius confeſſarius vi Iubilæi electus, ea commutare poſſit? Ratio difficultatis eſt, quia actio, & res in alterius l. cum ſubrogata, vim, & naturam eius ſortitur, ac ſapit, in cuius locum ſuffecta eſt. Sed id, in quod caſtitatis votum a Papa mutatum eſt, ſubſtituitur in locum ipſius voti; Ergo reſeruatur Papæ, ſicut vo-

tum prius illi reſeruatum fuit. Alij vero vt Antonius de Corduba in ſumma.qu. 150. Emanuel Sà in Aphoriſmis.verb.votum.2.in fi.Ioann. Azor.p. 1.inſti.Moral.libr.11.ca.18.dub.11.& fauent Sylueſtr.verb.votum.4.q.7.in fine, & Alphonſus Viu. in additionib.ad Candelab.aur.tracta. 17. numero 78. & glo. in cap. Tempora pœnitudinis.29.q.7. rectius docent Epiſcopum, aut alium cõfeſsarium virtute Iubilæi electum, poſſe huiuſmodi votum commutare. Ratio eſt, quia prius votum iam per commutationẽ in aliam materiam ſublatum eſt, quoad illam materiam priorem; illud autem in quod commutatum eſt, nõ eſt reſeruatum ſummo Pontifici. Sicut igitur peccatum excommunicatione affectum Papali, deſinit eſſe Papæ reſeruatum remota excommunicatione; ita etiam votum caſtitatis, ſi in aliam materiam a Papa commutetur, non eſt amplius ei reſeruatum, ceſſatque reſeruatio ex commutatione in aliam materiam ei non reſeruatam, & conſequenter poteſt Epiſcopus, aut alius confeſſarius vi Iubilæi electus ex cauſa illud commutare. Argumentum autem ſolum probat teneri eum, cuius votum in aliud mutatum eſt, illud in quod mutatum eſt, ex vi præcedentis voti obſeruare, vt initio huius capitis annotauimus, non tamen inde conſequitur reſeruatum eſſe hoc ſecundum votum, ſicut primum reſeruatum fuit.

24 SEPTIMVM DVBIVM eſt, an cum papa commutauerit alicui votum caſtitatis, in certas eleemoſinas, ieiunia, &c. liberetur homo a priori voto, ita vt faciens dictas eleemoſinas ad nihil aliud teneatur? Quidam eius ſententiæ ſunt, quod licet obſeruando illud in quod votum commutatum ſit, liber prorſus a priori voto, (id quod certum eſt) non obſeruando tamen, teneri ad caſtitatem primam ſeruandam. Ratio eſt, quia commutatio eſt quaſi contractus conditionalis, ita vt non extinguitur prior obligatio, ſed mutatur in aliam materiam, ſi modo impleatur.

Reſpondeo tamen quod cum per commutationem factam extincta ſit prior obligatio quoad illã priorem materiam, abſoluitur homo prorſus à priori voto caſtitatis, & ad materiam obligatur, iuxta ea quæ notant Panorm. in cap. 1.numer.1.de voto. Sylueſt verb.votum.4.q.3.verſi.Tertio.Sotus libro 1.de iuſti.q.7.artic.3.circa medium.verſic.Ex quo fit. & Alphonſus Viuald. in additionibus ad Candelab.aureum.tract.14.nu. 27. obligatio autem ſemel extincta non reuiuiſcit. Id quod ſolum verum eſt quando commutatio fit ab homine, ſi enim commutatio fiat a iure, & talis commutatio non impleatur, reuiuiſcit prima voti obligatio. Vt v.g. ſi quis fecit votum peregrinationis in Hieruſalem, & illud commutet in votum Religionis, ſi culpa ſua redeat ad ſeculum, votum illud primum adimplere tenetur, vt idem Viualdus poſt alios notat. Quamuis proprie votum primum non ſit per ingreſſum religionis commutatum, ſed ſuſpenſum tantum, & tunc ſolum commutatum prius votum eſt, quando profeſſionem in religione approbata emittit, vt conſtat, qua ſemel emiſſa adeo extinguitur prioris voti obligatio, vt etiamſi poſtea a Religione apoſtataret, ad primum illud votum non obligaretur.

25 OCTAVVM DVBIVM eſt, an ad diſpenſationem & commutationem voti requiratur iuſta, & legitima cauſa?

Reſpondeo ad diſpenſationem & commutationem voti, (qñ non ſit cõmutatio in id quod eſt euidenter melius, ſed in id, quod eſt minus, aut etiam æquale bonũ) requiri ſp cauſam iuſtam & rationalem. Sic S.Th.2.2.q.88.art.12. Bona.d.38.ar.2.qu. Richar.ibid.ar.9.q.1.Gabr.ead.diſt.q.1.art.5.litera CC.Panor.in c.1.nu.2.& 3.de voto, & voti redẽpt. Ang.verb.votum.4.q.10.Palud.4.d.38.q.4.artic.4. concl.3.S.Ant.p.2.tit.11.ca.2.§.6.in fin.Sylu.verb. votum.4.q.8.verſic.ſecundũ.Tabiena verb.diſpenſat.q.10.Caiet.2.2.q.88.art.12.& in ſum. verb.votum.§.vlt.Sotus lib.7.de iuſt.q.4.ar.4.Petrus de Arragon.2.2.q.88.ar.12. Greg. de Val. tom.3.diſp.6. q.6.punct.7.Nauar.in Man.c.12.num.76.verſic.6. Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſc.c.49. Sum. Cor.p.3. tract.de voto.nu.16.Coſm.Philiar. de off. ſacerd.p. 2.libr.3.ca.4.Ioſephus Angles in florib.4.ſent.q.de voto.art.8. diffic.concl.2.& diffi.3.concl.1.Barth. Med.lib.1.inſtr.confeſ.c.14.§.7.Io.Benedictus in ſum.de peccatis.li.1.c.9.in fi. Tole.lib.4.ſum.c.18. Emanuel Sà in Aphor.verb.votum.2.Io.Azor.p.1. inſti.Moral.lib.11.c.18.dub.3.& ca.19.dub.16.& alii cõiter. Ratio eſt, quia prælati in ædificationem ſolum, non autem in deſtructionem eccleſiæ, hmõi poteſtatem & iuriſdõnem acceperunt, vt conſtat 2. Corin.10.& 13. Eſſet autem maniſeſtiſſima deſtructio, ſi prælati pro ſua mera voluntate abſque cauſa aliqua votorum vincula tollerent. Quamuis igitur irritari poteſt votum abſque cauſa, ab eis, qui poteſtatem dominatiuam habent in ſubditos, vt ſupra dictum eſt, non tamen ab eis, qui ſolum poteſtatem iuriſdõnis habent, quę poteſtas ad voti diſpenſationem neceſſaria eſt. Datur quidem vtraque poteſtas, ſ.tam dominatiua, quam gubernatiua, in ędificationem, & non in deſtructionem, ſed tamen diſpar eſt in vtriſque ratio; Dominatiua.n.ex ipſa natura dominij, ſeu quaſi dominij, ita datur, vt poſſit prælatus etiam ſine cauſa rationabili, tanquam dominus, votum ſubditi valide irritare; poteſtas vero gubernatiua ita datur, vt ſolum fiat per eam facultas gubernãdi ſubditum, & recte, & valide in his, quæ ſunt rationabilia; alioqui Deus non conſentit & ſic votum non valet.

Quæ omnia procedunt etiam in votis in quib. Papa diſpenſat, adeo vt ſi Papa cum aliquo ſine cauſa in voto diſpenſaret, non ſolum peccat, ſed nec diſpenſatus in conſcientia tutus eſt, cum talis diſpenſatio ſine cauſa facta nulla ſit, vt præfati authores diſertis verbis tradiderunt. Vnde Panor. in ca. Non eſt.nume.7.8.& 9.de voto, & voti redemp. docet, quod abſolutio à iuramento præſtita ſine cauſa, nõ valet, & ita abſolutus non eſt tutus in foro conſciẽtiæ. Item diſpenſatus a Papa ſuper pluralitate beneficiorum ſine cauſa, non eſt tutus apud Deum. Immo etiam Religioſus impetrans a papa diſpenſationem vt ad laxiorem religionem tranſeat, ſi cauſa non ſubſiſtat, tutus quoad Deum non eſt. Et Sotus 4.diſtinction.38.quæſt.2.articu.1.concl.1.in fine, ait, diſpenſatum a papa ſine cauſa in voto ſimplici perpetuæ caſtitatis, non manere tutum in conſcientia. Idemque de ſimilibus dicendum eſt. Ratio breuiter eſt, quia iure diuino, & naturali vota reddere debemus. At vero in ea, quæ iuris diuini, &

ni, & naturalis ſunt, Papa ius non habet, qñ nulla iuſta, & rationabilis cauſa ſubeſt; Et conſequenter peccat Papa ſic diſpenſando in votis ſine cauſa, &; qui ſcienter huiuſmodi voti diſpenſatione vtitur, eodẽ etiam modo peccat, vt præfati docent authores. Id quod intelligendum eſt, quando nulla apparens cã diſpenſandi adſit; Nam ſi cauſa apparens eſſet, ita vt ex ea dubium ſit, an ex cauſa legitima diſpenſatio conceſſa ſit, poteſt diſpenſatus ſtare iudicio Prælati diſpenſantis, aut commutantis, non autem iudicio proprio, vt poſt S.Tho.2.2.q.88.ar.12.ad 2. authores omnes communiter affirmant.

NONVM DVBIVM eſt, Quęnã cauſę iuſtæ, & legitimę ſint ad voti diſpẽſationẽ, & cõmutationẽ?

Reſpondeo, cum S.Bona.in 4.d.28.ar.2.q.2.Gabriele ibid.q.1.art.5.litera.CC.corol.2.Caie.2.2.q.88.arti.12.Petro de Arragon ibid. Sylueſtr.verb. votum.4.q.6.Soto lib.7.de iuſti.q.4.ar. Nauar.in Manuali.c.12.num.77.Sum.Corona tract. de voto num.16.Greg.de Val.to.3.diſp.6.q.6.puncto.7. & Io.Azor.p.1.inſti.Moral.lib.11.c.18.dub.3. & ca. 19.dub.17. & alijs.

27 *Primo*, cauſam legitimam diſpenſandi eſſe ex parte materiæ, quando maius bonum cernitur in diſpenſando, quam in voti executione, puta, quando executio voti redditur illicita, vel inutilis aut moraliter impoſſibilis, aut maioris boni impeditiua, tunc enim votum de eo emiſſum diſpenſari poteſt, aut prorſus tolli, quia non eſt gratum Deo. v.g. vxore orbatus vouit non amplius vxorem ducere, vnde ex ſanguinea complexione, & libidini expoſita, non ſolum patitur difficultatem, ſed etiam quaſi impoſſibilitatem ſeruandi continentiam, atq. adeo ex ſeminis retentione, iudicio medicorum, dubitatur de ſalute, in hoc caſu votum videtur illicitum, adeſtque cauſa rationabilis petendi, & obtinendi diſpenſationem. Sic Summ.Cor.vbi ſup. Item vouit quis nutrire lampadem accenſam ante imaginem B.Virg.in aliqua capella, ſi deſtruatur capella, facta iam eſt inutilis voti executio, & commutandum eſt votum in aliam eleemoſinam.

28 *Secundo*, dari poteſt cauſa legitima diſpanſandi ex parte vouentis, puta ob eius infirmitatem, debilitatem ad votum adimplendum, quæ aliquando talis, ac tanta eſſe poteſt, vt non ſolum ad diſpenſationem, ſed etiam ad voti obligationem prorſus tollendam ſufficeret. Vt v.g. vouit quis peregrinationem ad limina Apoſtolorum, iterque illud pedibus conficere, & poſtea effectus eſt podagricus, vel pede debilitatus, ex quo non poteſt commode votum implere, tunc licite cum eo diſpenſari poteſt, aliudq; ei imponi, ſeu in aliud commutari. Item cauſa ſufficiens diſpenſandi cum coniuge, qui redditur imbecillis propter abſtinentiam promiſſam, ad debiti ſolutionem, & proinde licite cum eo diſpenſatur. Itẽ vouit quis certis diebus ieiunare, aut carnes non cõmedere, effectus eſt debilis, & infirmus, vt non poſſit votum obſeruare, pro ratione infirmitatis votum commutandum diſpenſandum, & penitus tollendum erit.

29 Tertio, dari poteſt cauſa diſpenſandi ex eo quod voti obſeruatio ſit maioris boni impeditiua, vt v.g. vouit quis ieiunare, & poſtea occurrit illi occaſio ſtudendi, & concionandi, prælegendi, hæc enim omnia cedunt in bonum commune, & ideo iuſta erit cauſa vt cum eo diſpenſetur. Vnde, omnes Miniſtri ad eccleſiæ vtilitatem, & bonum commune deſtinati, vt Concionatores, Confeſſores, Lectores, Cantores, & huiuſmodi, qui propter ieiunii promiſſi obſeruantiam minus ſufficienter ſua miniſteria exercere poſſint, ſufficientem cauſam diſpenſandi in voto abſtinentiæ habent, ex Ioſepho Angles vbi ſupra articu.8.difficul.5. Soto lib.7.de iuſtit.quæſtio.4.articu.3.Summa Corona loco proxime citato. Item vouit quis peregrinari ad terram Sanctam, & tamen expedit eccleſiæ vt aliter ei inſeruiat, cauſa iuſta erit diſpenſandi. Item vouit quis ingredi Religionem, ſed ad commune bonum Reipub.confert, vt vxorem ducat, licite cum eo diſpenſatur. Item vouit quis caſtitatem, qui ſi vxorem duceret, ſedarentur multa ſcandala, in hoc caſu hæc ſufficiens cauſa eſt diſpenſandi cum eo, quia magis meritorium eſt paci Reipublicæ conſulere, quam à coniugio abſtinere. Addit autem Sotus vbi ſupra, quem ſequitur Summa Corona, quod ſi bonum aliquod obſtans voti executioni, ſolum cederet in propriam vtilitatem vouentis, & non communem, hoc non eſſet maius bonum, & per conſequens non eſſet cauſa ſufficiens ad diſpenſandum, ſed partim diſpenſatione, partim commutatione vtendum erit.

30 *Quarto*, cauſa ad diſpenſandum, aut commutandum erit probabile periculum peccandi in eo qui vouit, hoc eſt quando probabiliter creditur vouentem ita affectum eſſe, vt ſæpius votum violaturus ſit aut obliuioni traditurus, ex Ludouico Lopez p.1.inſtruct.confeſſ.cap.50.Ioanne Azorio.par.1.inſtitu.Moral.lib.11.cap.18.dub.4.& ca.19.dub.17. & Ioſepho Angles.quæſtio.de voto.articul.8. dub. vlt. Item ſi votum factum ſit ex quadam animi leuitate, aut ſubita perturbatione, aut metu, vi, aut dolo. ex Nauar.in Manual.cap.12.num.77.ver. ſeptimo. Ludouico Lopez par.1.inſtruct.confeſſ.cap.49.Ioanne Benedicto lib.1.de peccatis.ca.9. in fin. Ioſepho Angles quæſt.de voto.art.8.difficul.vlt.in fine, & Ioanne Azorio vbi ſupra.c.18.dub.3. & ca.19.dubio.17. Item cauſa rationabilis diſpenſandi, aut commutandi eſt copia numeroſitaſque familię, eiuſque nocumentum ex abſentia patrisfamilias, ſi peregrinationis quod emiſit votum exequatur, ex Nauarro, & Ludouico Lopez vbi ſupra. Alię etiam iuſtæ cauſæ dari poſſunt, vt præfati authores, quarum iudicium arbitrio ſuperiorum relinquendum eſt.

Illud vero communiter monẽt Doctores, quod vbi talis cauſa erit vt ſuperior non poſſit in totum legitime diſpenſare, dummodo talis ſit qui diſpenſandi, & commutandi polleat auctoritate, partim diſpenſet, partim commutet voti obligationem, ex Caie.2.2.q.88.ar.12.& alijs.

31 DECIMVM DVBIVM eſt, An ſufficiens cã diſpenſandi in voto ſit, difficultas grauis, & moleſtia quæ in voto adimplendo reperitur.

Reſpondeo, cum Soto li.1.de iuſti.q.7.ar.3.ante finem, & li.7.q.4.ar.3.circa medium.Sum.Cor.tra. de voto.nu.16.Ludou. Lopez p.1.inſtruct. conſe. cap.44.Coſino Philiarcho de offi.ſacerd.par.2.li.3. c.4.in fi.& Ioſepho Angles q.de voto.artic.8. difficul.5.concl.1. Quod ſi difficultas ſit in re ipſa voto promiſſa, puta vouit quis imprudenter longum ieiunium in pane, & aqua, aut longam peregrinationem pedeſtrem, & ſimilia, quæ poſtea debilitate complexionis aut temporis indiſpoſitione, aut ex alio accidenti ſuperueniente difficulter adimplere poteſt, cauſa hæc iuſta eſt petendi diſpenſationem. Sin autem difficultas ex praua indiſpoſitione vouentis procedit, non eſt legitima cauſa diſpenſandi, maxime ſi illa difficultas fuit cauſa vouendi; vt v.g. Si quis videns ſe eſſe facilem ad crapulam, & ebrietatem, & exinde vouit ieiunium, & abſtinentiam à vino, quamuis poſtea difficulter abſtineat, non habet cauſam iuſtam diſpenſandi. Id quod verum eſſe cenſeo, quando eſſet ſpes emendationis; quando enim talis ſpes non eſſet, tunc cauſa erit iuſta ad commutandum votum in aliud, & alleuiandū eius peccatum, ne contra votum ita facile, & cōmuniter peccet, vt recte Coſmus Philiarchus vbi ſupra & ſumma Corona annotarunt. Circa diſpenſationem vero cauendum eſt diligenter, vt ea omnia exprimantur, quæ ad concedendum efficere poſſunt difficultatem, ex Nau. in Manu. cap. 12. nu. 72. verſi. Tertio. Couar. p. 2. de ſponſal. c. 6. §. 10. nu. 14. & Ludou. Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. cap. 48. Hinc Religioſus alicuius ordinis intendens tranſire ad Canonicos Regulares, & quia non credit aliter ſe obtenturum ſuper hoc diſpenſationem niſi habitum ſui ordinis prius dimiſerit, ideo illum dimittit, & tacita iſta intentione, & fraude diſpenſationem obtinet, tenetur ad primam ſuam religionem reuerti, vel diſpenſationem de nouo à Papa obtinere expreſſe, vt illa taciturnitate non obſtante, diſpenſationem illam ratam, & validam eſſe velit, ex Nau. & Lopez vbi ſupra. Idem de illis dicendum eſt, qui conſummarunt copulam hac intētione obtinendi diſpenſationem ſuper impedimento matrimonij, ſi prædictam intentionem tacuerūt, etiamſi expreſſerunt præceſſiſſe copulam, ſurreptitia eſt talis diſpenſatio impetrata, & per conſequēs inualida, ex Ludouico Lopez vbi ſupra. Sic etiam ſi quis cum vouerit profiteri in religione impetrās ſuper tali voto diſpenſationem ſolum expreſſit Papæ, quod vouit ingredi, ſurreptitia eſt talis diſpenſatio ſic obtenta, ex Nauar. in Manuali. ca. 12. num. 47. verſi. Secundo, & Ludouico Lopez. par. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 44. in fin. Et de voto hactenus dictum ſit.

De blaſphemia, eiuſque grauitate,
Cap. XIII.

SUMMARIUM.

1 *Blaſphemia cui virtuti opponitur, & contra quod præceptum, & in quo proprie conſiſtit.*

2 *Qui dicunt blaſphemiam opponi confeſſioni fidei quo ſenſu exponendi Theologi.*

3 *Blaſphemiæ peccatum varijs modis contingere poteſt*

4 *Blaſphemia in Deum, & Sanctos non differunt ſpecie. Quare?*

5 *Blaſphemia quale peccatum ſit, an ſemper mortale an aliquando veniale.*

6 *An licet ex genere ſuo ſit mortale, in deliberatione, & ſurreptione poſſit eſſe veniale.*

Blaſphemia ex praua conſuetudine procedens quando mortale non erit.

7 *An ſicut mortale eſt blaſphemare Deum, ſit & proximum?*

8 *An blaſphemiæ peccatum ſit maius reliquis maxime homicidio, & periurio.*

9 *An grauius peccet Catholicus blaſphemando quam hæreticus.*

10 *Qualiter ſe gerere debet confeſſarius qui audiuit eius confeſſionem, qui blaſphemauit, vel ex praua conſuetudine vel alias.*

11 *An quilibet confeſſarius ab hoc peccato poſſit abſoluere. Blaſphemia publica quæ dicenda? nu. eod.*

Ad factum notorium tres conditiones ſunt neceſſariæ. num. eod.

12 *Quibus pœnis caſtigari ſolet peccatum blaſphemiæ.*

13 *Iure Canonico graui pena afficiuntur.*

14 *Clerici blaſphemi ab ordine eccleſiaſtico, & honore eijciendi.*

15 *Decreta Summorum Pontificum in blaſphemos Clericos, & laicos.*

16 *Iudices ſeculares qui contra blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, iiſdem penis ſubijciuntur.*

Audientes blaſphemantem quid agere oporteat, & numero 17.

18 *Conſtitutiones quædam in blaſphemos moribus utentium non confirmatæ.*

19 *Varijs penis in diuerſis regnis puniri ſolent.*

20 *An Inquiſitores hæreticæ prauitatis contra blaſphemos procedere poſſint, & quando id eis permiſſum ſit.*

Blaſphemiæ hæreticales quæ? nu. eod.

21 *Penæ quas Inquiſitores ſolent imponere.*

22 *An qui blaſphemias hæreticales aut uerba hæreticalia per iocum, & ludum profert prædictis penis corrigi debet, & an ab Epiſcopo vel ab Inquiſitore.*

23 *Quid de eo ſtatuendum qui per lubricum linguæ ſeu animo indeliberato in blaſphemiam prorumpit.*

24 *Quid de eo dicendum qui in ebrietate blaſphemiā aut uerba hæreticalia profert.*

25 *Dormientes ſi proferant, excuſantur à penis.*

Blaſphemiæ peccatum grauiſſimum eſſe quamuis nullus dubitet, controuertitur tamen inter authores, cui virtuti opponatur, & cui mandato repugnet. Etenim S. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. & ar. 2. ad ſecundum, & Sotus li. 8. de iuſtitia, q. 2. ar. 3. 1 conclu. 1. docent, blaſphemiam confeſſioni fidei aduerſari, & contra primum mandatum eſſe. Alij vero vt Nau. in Ma. c. 12. nu. 82. Dominicus Bannes 2. 2. q. 12. ar. 1. Notab. 3. Greg. de Val. tomo. 3. diſ. 1. q. 13. puncto. 2. Ioannes Azor. p. 1. inſti. Moral. li. 9. c. 28. dub. 1. & Catechiſmus Romanus in fine ſecundi p̄cepti, rectius docent opponi Religioni, & ſecundo Decalogi præcepto. Etenim infidelitas conſiſtit ꝓprie tū in aſſenſu àliquo interno falſo de Deo, tum in externa aſſeueratione falſi ex tali aſſenſu interno proueniente, ſiue affirmatiue, ſiue negatiue, ſcilicet dicendo aliquid Deo ineſſe, quod vere illi non ineſt, vel non ineſſe, qđ ineſt, vel attribuendo creaturæ, quod Deo conuenit. Blaſphemia vero nō conſiſtit proprie ī ipſo aſſenſu, vel aſſeueratione falſi, ſed in dictione, ſeu ſignificatione falſa de Deo quæ longe differt ab aſſenſu falſi; ſiquidem poteſt quis etiā deliberate velle dicere, & ſignificare aliquid falſi, etiamſi nihil falſi ipſe ſentiat, aut aſſeueret. Deinde de multæ ſunt blaſphemiæ in Deum, vel ſanctos dictæ, quæ ſine errore fidei affirmantur, vt conſtat. Religioni igitur opponitur blaſphemia; ſicut.n. religionis munus eſt Dei honorem tueri, ita blaſphemia Deum honore priuat, Atque adeo definiri cōmuniter ſolet Blaſphemia, quod ſit contumelia, ſeu conuitium in Deum; hoc eſt, dictum contumelioſum in Deum, aut Sanctos coniectum; ſicut blaſphemia in Regem, uel Principem eſt verbum cōtumelioſe in eum dictum. blaſphemans namq. diuinæ bonitati derogare intendit, eiuſque honorem diuinum pro poſſe impedire conatur. ex Hugone de S. Victore lib. de fructu carnis, & ſpiritus. c. 6. Alexandro de Ales in ſum. p. 2. q. 131. mēb. 1. Couar. in c. quāuis pactum. de pactis, in 6. p. 1. §. 7. num. 8. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 1. q. 13. puncto 1. & 2. & Ioan. Azor. p. 1. inſti. Mor. lib. 9. c. 28. dub. 1. colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 1.

2 *Quod* vero S. Thomas, & alij Theologi dicunt opponi cōfeſſioni fidei, eo ſenſu exponēdi ſunt vel quod magnam ſimilitudinem & affinitatem habet cum infidelitate, hoc ipſo quod etiam verſatur circa aliquid falſum de Deo, ſaltem ex intentione blaſphemantis, qui intendit aliquam imperfectionem Deo tribuere, id quod falſum eſt, cum Deus omni imperfectione careat, vel quod proficiſci poteſt, ac interdum ſolet, ex infidelitate, quo etiam modo intelligendum eſt, quod ſolet dici, blaſphemiam oris opponi confeſſioni fidei, blaſphemiam autem cordis ſiue mentis interiori actui fidei.

3 *Blaſphemiæ* vero peccatum varijs modis contingere poteſt.

Primo quidem tribuendo Deo aliquid, quod ſui diuinæ bonitati repugnat, id quod fit, vel attribuēdo ei quod ſibi non conuenit, vt v. g. dicendo, quod Deus iniuſtus ſit, improuidus, inſcius, crudelis, inuidus, & ſimilia, vel auferendo ab eo, quod ſibi conuenit, vt v. g. dicendo: Deum non poſſe hoc facere, quando in ſe poſſibile eſt facere; non habere curam & prouidentiam rerum; vel dicendo ad deſpectum Dei, hoc enim idem eſt, ac dicere Deus hoc prohibere non poteſt; Item dicendo, ſi Deus non facit vindictam, non credam eſſe iuſtum, negabo fidem &c. qui modus blaſphemandi hęreticalis eſt, & ſi quod ore profert, corde crederet, hæreticus eſſet.

Secundo, ſi appetitus deteſtetur diuina, dicendo v. g. maledictus ſit Deus, veniant illi hæc aut illa mala, his enim verbis, Deum malo ſubjcit, quaſi Deus poſſit ad modum creaturarum huiuſmodi malis ſubbiici.

Tertio, affirmando, vel negando; ſeu deteſtando prædictis modis Sanctos Dei; Quia ſicut Deus laudatur in Sanctis ſuis, quatenus multa bona in eis, & per eos operatur; ita dum eos ſpernimus, maledicimus, eorum ſanctitatem & miracula calumniamur, Deum in ſanctis ſuis inhonoramus, & blaſphemamus, talis enim blaſphemia redundat in Deum. Eodem modo ſi quis blaſphemaret alias res ſacras, quatenus ſunt inſtitutæ diuinitus, vt ſacramenta, ſic quidem vt vel expreſſe, vel tacite, iudicio prudentum detrahere vellet gloriæ diuinæ, ſignificando aliquid falſi circa res ſacras. ex S. Tho. 2. 2. q. 13. art. 1. ad 2. & alijs communiter. In quo ēt genere ſunt, qui creaturis maledicunt, quatenus creaturæ Dei ſunt, & opera manuum eius; ſecus autem ſi maledicendo creaturas, non intenderent illis maledicere niſi quatenus eis offenſionem afferunt, & non quatenus creaturæ Dei ſunt, puta ſi deambulando pedem in lapidem impingentes, maledicunt ſimpliciter lapidi offendenti, aut ſentientes ventum frigidum moleſtum, maledicerēt vento, aut patientes aliquas tentationes maledicerent diabolo homines ſollicitanti, & ſimilia, erit enim tunc veniale ſolum ex Ludouic. Lopez, & Summa Cor. Nauar. & Caiet. locis inferius citandis. Eodem modo qui malediceret diei, menſi, aut anno, intelligendo ſolum ſpatium illud temporis, peccat ſolum venialiter; ſin vero intelligat ſanctum qui illo die celebratur, mortalem blaſphemiam committeret.

Quarto quando attribuitur Deo, vel ſanctis aliquid uerum & honeſtum, ſed tamen irreuerenter, iurando, ſ. per corpus, caput, vel ſanguinem Dei, & Sanctorum, & huiuſmodi ex ira, indignatione, conſuetudine &c. quos modos latius tractant Syluest. verb. blaſphemia. q. 2. Tabiena eo. nu. 2. Caie. 2. 2. q. 13. art. 1. Nauar. in Manuali, c. 12. nu. 84. & ſequen. Sot. lib. 8. de iuſt. q. 2. ar. 3. conclu. 1. Summa Coro. p. 1. nu. 86. Sebaſtianus Medices in ſumma peccat. capit. tit. 4. q. 32. Greg. de Val. to. 3. diſp. 1. q. 13. pū. 1. Lud. Lopez p. 1. inſtru. conſ. c. 51. Barth. Med. li. inſtru. c. 14. §. 2. circa mediū. Io. Benedictus in ſum. de pecc. li. 1. c. 9. §. 1. Tolet lib. 4. ſum. c. 13. Io. Azo. p. 1. inſt. Moral. lib. 9. c. 28. dub. 3. & optime omniū Couar. in c. quamuis pactum. de pact. in 6. p. 1. §. 7. nu. 9. Qui omnes modi blaſphemandi fieri poſſunt, ſcilicet, corde, dum homo interius huiuſmodi contra Deum, vel ſanctos cogitat, & ore, dum quod mēte concepit, extra euomit.

4 *Illud* vero annotandum eſt ex Caie. 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 2. & 3. & Ioan. Azor. to par. 1. inſtitu. Moral. li. 9. c. 28. dub. 10. blaſphemiā in Deum, & in ſanctos, non differre ſpecie, ſed ſolum grauitate, & leuitate materiæ ſubiectæ, ſicut nec iuramentum ſpecie differt, eo quod quis per Deum, aut per ſanctos iuret. Ratio eſt, quia peccatum hoc, vt diximus, Religioni opponitur, quæ vna eſt, ſiue Deo, ſiue ſanctis propter ipſum Deum cultus iſte tribuatur: eadem enim ſpecie peccatum eſt maledicere Deum vel in ſeipſo, vel in ſanctis ſuis. Etenim hoc ipſo, quod ita detrahitur de honere ipſorum, derogatur etiam aliquid gloriæ Dei, cuius munere & gratia conſecuti ſunt ſancti ſuam dignitatem. Vnde fit, quod confeſſor non teneatur inquirere an blaſphemia in Deum, aut in ſanctos coniecta fuerit, quaſi hæ duæ blaſphemiæ ſpecie inter ſe differant, ſed ſolum id inquirere tenetur, vt ſic iudicet de maiori, vel minori peccati grauitate, ut in ceteris peccatorum ſpeciebus contingit. Quamuis.n. non differant ſpecie, notabiliter tamen inter ſe differunt quantum ad peccati grauitatem, ita vt neceſſario explicanda ſit in confeſſione talis circunſtantia blaſphemiæ. Sicut in furto explicari debet quantitas materiæ non ſolum propter reſtitutionem faciendam, ſed etiam ad explicandam grauitatem peccati, etiamſi de facto non fuerit furatus, ſed uoluerit furari; ex Dominico Bannes. 2. 2. queſt. 13. art. 1. & fauet Catechiſ. Rom. tracta. de ſacramento pœnit. nu. 48. docens circunſtantias valde aggrauantes,

uantes, uel minuentes peccatum in confeſſione aperiendas eſſe. Quod vero Summa Corona p. 1. nu. 86. Caietano aſcribat, cenſuiſſe illum prædictos quatuor modos blaſphemiæ nõ differre ſpecie, falſum eſt; nunquam enim docuit hos modos inter ſe ſpecie non differre, cum certum ſit blaſphemias illas, quæ hæreſim continent, ſpecie differre ab illis, quæ nullam hæreſim habent annexam, ſolum igitur cenſuit blaſphemiam in Deum coniectam, non differre ſpecie ab illa, quæ in ſanctos coniicitur, vt diximus, prout ſubtiliter Azorius loco proxime allato animaduertit, huncq; fuiſſe Caietani ſenſum, euidenter ex verbis illius colligi poteſt. Hęc igitur cum certa ſint, dubia quædam explicanda ſunt, quorum

5 PRIMVM DVBIVM eſt, qualenam peccatũ ſit, & an ſemper mortale ſit, vel aliquando poſſit eſſe veniale?

Reſpondeo eſſe peccatum mortale ex genere ſuo. Sic S. Tho. 2. 2. q. 13. art. 2. Alex. de Ales p. 2. q. 131. memb. 3. Sotus lib. 8. de iuſtitia. q. 2. ar. 3. Caie. in Summa. uerb. blaſphemia. S. Anton. par. 2. tit. 7. cap. 5. §. 1. & §. 2. Sylueſt. verb. blaſphemia. q. 3. & 4. Tabiena. eod §. Secundo. Nauar. in Manuali. ca. 12. nu. 84. verſic. Quinto. Summa Corona p. 1. nu. 86. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcientiæ, ca. 51. Sebaſtianus Medices in ſumma peccat. capital. titu. 4. queſt. 35. Dominicus Bannes 2. 2. q. 13. art. 2. Toletus in Summa. li. 4. c. 13. Emanuel Sà in Aphoriſmis. verb. blaſphemia. Io. Benedictus. lib. 1. de peccatis. cap. 9. §. 1. & Ioannes Azorius par. 1. inſtitut. Moral. lib. 9. cap. 28. dub. 16. Ratio eſt, quia peccatum mortale eſt, per quod homo ſeparatur a primo principio vitæ ſpiritualis, quod eſt charitas Dei: Blaſphemia autem ex genere ſuo charitati diuinæ, eo quod diuinæ bonitati, quæ eſt charitatis obiectum, derogat. Ideoque ex ſuo genere mortale peccatum erit blaſphemiam in Deum, uel in ſanctos coniicere Id quod colligitur ex Leuit. 24. vbi dicitur, *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Pœna vero mortis non niſi pro peccato mortali infertur. Immo Dominicus Bannes vbi ſupra affirmat, blaſphemiam in Deum, & ſanctos quatenus Dei amici ſunt, & diuinæ ſanctitatis participes, nunquam poſſe eſſe peccatum veniale ratione materiæ. Quia quod hoc modo blaſphemando dicitur, uel eſt contra Diuinum intellectum, & ſic ponit errorem & falſitatem in Deo; uel eſt contra Diuinam uoluntatem, & ſic ponit in Deo malitiã vel eſt contra Diuinam eſſentiam, & ſic ponit malum naturale in Deo, quæ omnia grauiſſima materia ſunt, & conſequenter peccatum mortale. Confirmari poteſt, quia blaſphemia magis repugnat ſecundo pręcepto, quam periurium: Nullum autem periurium aſſertorium peccatũ veniale eſt ex paruitate materię, vt c. 4. dub. 4. propoſitione 1. docuimus. Ergo neque blaſphemia. Et denique ſicut nullum homicidium veniale eſſe poteſt ratione materiæ, etiamſi occidatur fætus in ventre, aut impediatur conceptio, quia uita hominis, quæ in potentia erat in fætu, eſt res grauiſſima, ita neque ulla blaſphemia ratione materię in Deum, aut ſanctos, prout diuinæ ſanctitatis participes ſunt, coniecta, peccatum veniale eſſe poterit. Dixi, *quatenus Diuinæ ſanctitatis participes ſunt,* ſiquidem conuitium, quod dicitur in hominem etiam ſanctũ, nõ prout ſanctus eſt, ſed alia ratione, & ex alio reſpectu, veniale eſſe poteſt ex paruitate materię; Quamuis enim naturalia in ſanctis, magis honorãda ſint, quã ſi non eſſent ſancti, quia tñ in eo caſu ſolũ blaſphemia materialis eſt, conſequenter venialis tm̃ erit propter materiæ paruitatem. Tunc. n. ſanctitas ſolum ſe habet per accidens, vt ſi quis diceret de Criſpino & Criſpiniano per iocũ, quod fuerint ſutores, aut de Ioanne, & Paulo germanis, quod fuerunt Eunuchi. Cõtumelia. n. quæ irrogatur ſanctis, non vt habent reſpectũ ad Deum, ſed vt homines quidã ſunt excellentes, nõ opponitur Religioni, ſed ſingulari cuidã obſeruantię, quę eſt peculiaris quędã virtus, vt recte Dominicus Bãnes, & Lopez vbi ſupra, & Greg. de Valen. to. 3. diſp. 1. q. 13. punct. 2. annotarunt.

6 SECVNDVM Dubium eſt, An blaſphemia licet ex genere ſuo, & ratione materię ſit peccatum mortale, aliũde tamen, ſcilicet, ex indeliberatione, & ſurreptione veniale eſſe poſſit.

Reſpondeo, Blaſphemiam ex indeliberatione, & ſurreptione dupliciter prouenire poſſe, vno modo, ita vt homo nõ aduertat, quid dicit, nec verborum ſenſus cognoſcit, id quod accidere poteſt, ex eo quod quis ſubito ex aliqua paſſione & ira in verba prorumpit, quorum ſignificationem non conſiderat, & tunc ſi talis perturbatio ſit, quæ omnẽ rationis deliberationem anteuertat, nullum omnino peccatum erit, ſi uero aliquantulum rationis indicium ſequatur, plenum tamen præcedat, peccatum erit veniale. Sin autem perturbatio & paſſio illa non ſit tanta, quin aduertat ſe blaſphemare, quia cognoſcit ſenſum verborum, quod eſſe non poteſt ſine aliquali deliberatione, tunc a mortali non excuſatur, ſicut nec ille, qui ex ſubito motu irę aliquem occidit iuxta ſe ſedentem ex S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. ad 3. Alexã. de Ales par. 2. ſummæ. quæſt. 131. memb. 3. S. Anton. p. 2. tit. 7. c. 5. §. 1. Ang. verb. blaſphemia. nu. 6. Summa Piſanella eod. & Sylueſt. verb. eod. queſt. 4. Caieta. in ſumma. verb. blaſphemia. in fine. Nauar. in Manuali. cap. 12. nu. 84. verſ. Quinto. Couar. in cap. Quamuis pactum, de pactis, in 6. par. 1. §. 7. nu. 10. ſumma Corona par. 1. num. 86. Sebaſtiano Medice in Summa peccat. capit. tit. 4. q. 35. Lud. Lopez par. 1. inſtruc. conſcientiæ. cap. 51. Io. Chapeauilla tract. de caſibus reſeruatis. cap. 19. q. 1. Toleto li. 4. ſummæ. ca. 13. Emanuele Sà in Aphoriſmis. in verb. blaſphemia. & Ioan. Azorio par. 1. inſtit. Moral. li. 9. c. 28. dub. 16. Nec opus eſt longo tempore, immo in momento temporis poteſt eſſe ſufficiens iudicium rationis, & deliberatio quæ ad meritum, vel demeritum requiritur. Quæ doctrina procedit, ſiue inconſideratio illa procedat ex cauſa iuſta, ſiue iniuſta, ex ludo, ebrietate, aut alia occupatione ex Ang. Nauarr. & Lopez vbi ſupra, quicquid Pan. in ca. ſtatuimus. de Maledicis, Seb. Med. q. 40. & ſumma Cor. vbi ſup. contradicat, exiſtimantes blaſphemiam ex indeliberato motu prouenientem, ex ludo, ebrietate, & aliis iniuſtis cauſis eſſe mortale, quorum opinio in foro conſciẽtiæ falſa eſt, quamuis in foro exteriori quoad criminis huius punitionem vera eſſe poſſit. Sed neq; blaſphemia ex praua conſuetudine procedens mortalis culpa erit, ſi inconſideratio ſola fuit cauſa prolationis blaſphemiæ, ita vt ſi aduerteret, non proferret,

ferret,ex Caie.in ſumma. verb. blaſphemia. in fin. Nauar.Lopez, quicquid Summa Corona, Toletus Sebaſtianus Medices,& Emanuel Sà, locis proximecitatis,mortale peccatum eſſe putent, quorū opinio ſolū vera eſt in illis,qui communiter nihil curant ſe emendare,tales.n.blaſphemiæ ſunt peccata in ſua cauſa neglecta,id eſt, ex conſuetudine praua, ex qua regulariter procedunt, & quam emendare contemnunt,vt ibidem Lopez affirmat.

7 TERTIVM DVBIVM eſt, an ſicut peccatum mortale eſt blaſphemare Deum,ita etiam mortale ſit blaſphemare proximum, hoc eſt, maledicere proximo?

Reſpondeo,quicunque proximo maledicit, deſiderando ei ex corde aliquod damnum notabile, puta mortem,aut aliud graue malum,peccat mortaliter,quia facit contra charitatem,ut conſtat. Dixi, *damnum notabile*,quia ſi ſolum imprecatur ei aliquod leue malum,erit ueniale peccatum. Dixi, *ex corde*,quia ſi ex impetu paſſionis id faceret, dicendo,ueniat illi hoc, aut illud, quod tamen malum vere nollet,vt ei eueniret,non eſt mortalis peccati damnandus,ex Sum.Cor.p.1.num.86.Tol.libr.4. ſum.c.13.ante fin. Qua ratione excuſantur parentes,qui ex aliquo ſubito motu filijs aliquod malum imprecantur, vnde abſque tali deſiderio uenialis culpa erit,quia ſic charitas non violatur.

8 QVARTVM DVBIVM eſt, an blaſphemiæ peccatum maius ſit peccatis reliquis, tum maximè homicidio, & periurio?

Reſpondeo primo, Blaſphemia ſimpliciter & proprie loquendo, minus peccatum eſt quam infidelitas.Sic Dominicus Bannes.2.2.q.13.artic.3.& Greg.de Valent.to.3.diſp.1.q.13.puncto 2. Ratio eſt,quia peccata eo maiora ſunt, quo uirtutib. maioribus opponuntur; Maior autem virtus eſt fides, vtpote virtus Theologica,cui opponitur infidelitas,quam Religio,quæ eſt virtus moralis cui opponitur blaſpemia,vt dictum eſt. Hoc autem intelligitur de blaſphemia,quæ non eſt cum hæreſi & infidelitate coniuncta,hoc eſt, quando blaſphemans recte interius ſentit & credit eſſe, exterius uerba blaſphemiæ proferat. Quod uero S.Tho 2.2.q.13. artic.3.dicat blaſphemiam ad idem genus pertinere quod infidelitas,& habere in ſe grauitatem infidelitatis,& infidelitatem aggrauare, eo ſenſu accipiendum eſt, uel quia blaſphemia ſuo etiam modo verſatur circa falſum aliquid de Deo; qui enim blaſphemat,licet non ſentiat, nec intellectu perceperit falſum eſſe,quod dicit, dicendo tamen inducit perſonam ſentientis ſic eſſe, vt ore pronunciat; vel quia proficiſci poteſt,ac interdum ſolet, ex infidelitate; uel quia ſicut ex confeſſione fidei redundat quædam laus in Deum, ita ex blaſphemia Dei nomen dehonoratur,& uituperatur. Infidelitatem etiam aggrauat,addendo,ſ. peculiarem ſuam malitiam imminutionis gloriæ Diuinæ; Quemadmodum enim laus fidei augetur per dilectionem, & confeſſionem;ita laus Dei magis, ac magis obſcuratur,& vituperatur per deteſtationem uoluntatis, & locutionem blaſphemam.

Secundo, odium Dei grauius peccatum eſt blaſphemia,ex Dominico Bannes,& Greg.de Valen. vbi ſupra.Ratio eſt manifeſta,quia odium Dei grauius peccatum eſt quam infidelitas, quia opponitur charitati,quæ eſt maxima virtus;Infidelitas autem grauius eſt blaſphemia,vt diximus.

Tertio,Grauius peccatum eſt blaſphemia,quam periurium,qui enim peierat,non dicit,aut ſentit aliquid falſum de Deo, ſicut blaſphemus, ſed Deum ſolum adhibet teſtem falſitatis, non tanquam æſtimans Deum eſſe falſum teſtem,ſed tanquam ſperās quod Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignum.

Quarto, Grauius peccatum eſt blaſphemia quā homicidium quoad obiectum,cum blaſphemia directe ſit contra Deum,homicidium autem contra proximum; blaſphemia etiam eſt contra ſecundū præceptum primæ tabulæ,peccatum vero homicidij contra præceptum ſecundæ tabulæ;Maius autē eſt præceptum primę tabulę,quam ſecundæ,& cōſequenter maius peccatum erit blaſphemia, quam homicidium:Sin autem comparentur ſecundum effectum nocendi,ſic grauius eſt homicidium,quam blaſphemia, plus.n.nocet homicidium proximo, quam blaſphemia Deo.Quia vero in grauitate culpæ magis attenditur intentio uoluntatis peruerſæ, quam effectus operis, ideo cum blaſphemus intendat nocumentum Diuino honori inferre,ſimpliciter loquendo grauius peccat quam homicida; quod enim manibus efficere nequit,uerbis ſaltē iniurioſis facere contendit. Quæ omnia latius tradunt S. Tho.2.2.q.13.artic.3.Caiet.& Dominicus Bannes ibid.Alex.de Ales p.2.q.131.membr.5.S.Anton.p. 2.ti.7.c.5.§.1.& 2.Sot.lib.8.de iuſtit.q.2.ar.3.conclu.1.Greg.de Val.to 3.diſp.1.q.13.punct.2.Sum. Cor.p.1.nu.86.Sebaſt.Medices in ſum.pecc.capit. tit.4.q.36.37.& 38.Tab.uerb. blaſphemia. verſic. Quarto,& uerſi.quinto.Emanuel Sa in Aphoriſm. verſ.blaſphemia & alij.

QVINTVM DVBIVM eſt, an grauius peccet catholicus blaſphemando,quam hæreticus. Ratio difficultatis eſt,quia hæreticus conculcans v.g.imagines Chriſti,& Sanctorum,id facit ex ignorantia, quia iudicat eas colendas non eſſe; catholicus autem credit eſſe colendas; grauius autem peccatum eſt ſcienter,quam ignoranter maledicere.

9 Reſpondeo ex Caiet. & Dominico Bannes 2.2. q.13.ar.3 Quod cum omne peccatum grauius ſit ceteris parib. cum ſcientia,quam cum ignorantia culpabili,nō tñ affectata cōmuſſū,iuxta illud Luc.12. *Qui cognouit uoluntatem Domini ſui,& nō fecit,vapulabit multis;& 2.Pet.2. melius erat eis ueritatem non cognoſcere,quā poſt agnitam retroire*,& multo magis iniuriari,conſequenter catholicus blaſphemās grauius peccat quā hæreticus,ſi rationem ſolū blaſphemiæ conſideremus. Rō eſt,quia blaſphemia quæ eſt cum cognitione tali,plus habet de malitia in intentione ſua,quam illa,quæ eſt cum ignorantia, quia plus habet de voluntario circa illud obiectum, atq; adeo blaſphemia hæc dicitur a Caiet.blaſphemia non ſolum ex parte rei blaſphematæ, ſed etiam ex parte blaſphemantis;illa vero quæ fit cum ignorantia culpabili,nō tamē affectata, blaſphemia ſolū ex parte Dei blaſphemati. Dixi,*ceteris parib.* ꝗa ſi blaſphemaret vnus ſcienter ex magna paſſione,vt iracundia,& alter cū ignorantia culpabili, proferret maiorem blaſphemiā, grauius peccaret iſte, q̃ ille. Dixi,*cum ignorantia culpabili,ſed non affectata*, quia ſi fuerit affectata,tm̄ abeſt,quod excuſet, quod po-

tius aggrauat peccatum quã ſcientia, quia ſignum euidens eſt maioris, & vehementioris voluntatis in malum. Et talis fuit blaſphemia Phariſæorum, & Iudæorum blaſphemantium Chriſtum in Cruce pendentem,cum tamen blaſphemia S.Pauli multo minor erat,quam blaſphemia Chriſtiani,qui nunc blaſphemaret Chriſtum,quia illa erat ignorantia quidem culpabilis,ſed excuſans, & minus habens de voluntario.Ceterum quia hæreticus in tali conculcatione imaginis habet etiam hæreſim, credendo imagines non eſſe colendas,conſequenter ex circunſtãtia hæreſis & infidelitatis,vnde procedit cõculcatio,grauius peccat quã catholicus qui tantum committit peccatũ blaſphemię eſt enim vt ſupra diximus,infidelitas peccatũ grauius quã blaſphemia.

10 SEXTVM DVBIVM eſt, Qualiter ſe gerere debeat confeſſarius, qui audiuit confeſſionem eius, qui blaſphemauit? Intelligi autem poteſt quæſtio, tũ de eis,qui ex praua conſuetudine blaſphemare ſolent,tum de eis,qui publice blaſphemauerint, quãuis non ita ſæpe, ſed ſemel tantum blaſphemias in Deum, vel ſanctos coniecerint.

Reſpondeo,Qui aſſuetus eſt blaſphemare,nec tamen ſe emendauerit non obſtante quod in pręteritis confeſſionibus emendationem promiſerit, non eſt ſtatim abſoluendus, etiamſi iterum emendationem polliceatur,ſed ad tempus differenda erit abſolutio,vt interim hanc prauam conſuetudinem aliqua ex parte deponat, & relinquat, quod ſi poſtea emendare ſe noluerit, nullo modo abſoluendus eſt, cum ſit indiſpoſitus ad abſolutionis beneficium recipiendum: Ideo autem differenda eſt abſolutio, quia qui antea promiſit emendationem, & tamen ab errore non deſtitit, credendus eſt nolle in poſterum ab hoc prauo vitio deſiſtere, ideoque differenda erit abſolutio quouſque ſe ex parte emendauerit.Intelligitur autem hoc de eo qui aſſuetus eſt blaſphemare. Si enim ſemel,aut iterum blaſphemauerit, abſolui poteſt, & debet dummodo propoſitum emendationis firmum concipiat.Quin immo qui ſæpius aſſuetus eſt blaſphemare, dummodo certa ſigna doloris, & deteſtationis huiuſmodi impietatis dederit,nec ita commode differri poſſit abſolutio in aliud tempus abſolui tunc poteſt,impoſita tamen ſalutari & debita pro tanto crimine pœnitentia,ex Barth. Medina lib.1.inſtruct. confeſ.c.14.§.2.poſt medium,& Ioan. Azorio par. 1.inſtit.Moral.lib.9.c.28.dub.18.Dixi,*impoſita ſalutari, & debita pœnitentia*,quia licet Nauar. in Manuali,c.12.nu.83.verſ.Tertio.cenſet non licere pęnitentem abſoluere abſque grauiſſima pœnitentia iniuncta pro arbitrio ſeueri confeſſoris, vt habetur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ.9.§.*Ad abolendam.* Alij tamen vt Armilla in verb.blaſphemia.num.5.Emanuel Sà in Aphoriſmis, verb.blaſphemia,& Ioan.Azorius vbi ſupra, dub.9. rectius docent huiuſmodi Concilij decretum non eſſe moribus vtentium comprobatum,quod attinet ad pęnas in eo conſtitutas in maledicos. Vnde ſatis erit ſi ſacerdos blaſphemiæ crimen quam immane ſit, & quibus pœnis iure diuino,canonico, & ciuili ſubiectum,oſtendat, & ſceleris grauitatem exaggeret,explicando primo huic peccato inflictam eſſe pœnam mortis,Leuit.24.Secundo, exinde oſtendi ingratitudinem magnam,cum aliæ creaturæ, quæ tot ac tanta beneficia a Deo non receperunt,nõ ſolũ Deum laudant,ſed homines etiam ad eum laudãdũ inuitant.Tertio,quod alij peccatores contumeliã Deo inferunt in rebus,& creaturis ſuis;blaſphemus vero contumeliam infert in Deũ ipſum,& ſanctos ſuos quatenus Diuinæ ſanctitatis participes ſunt.Quarto,quia hoc peccatum quaſi propriũ eſt dãnatorum &c. de qua re plura legi poſſunt apud Guliel·Peraldũ par.2.de uirtut.& vit.c.1.§.multa. & Sebaſtian.Medices in ſum. peccat.ca.tit.4.q.42. & alios.

11 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An quilibet cõfeſſarius ab hoc peccato abſoluere poſſit? Intelligitur autẽ difficultas de blaſphemia publica, nam de occulta cõueniunt omnes poſſe proprium parochum ab ea abſoluere. De publica vero, & manifeſta controuerſia eſt inter Doctores. Quidam enim vt Gloſſa in c. 2.in verb.*Reſeruantur*.de pœnit. & remiſ.in 6.Panor.in c.ſtatuimus,de Maledicis.Sebaſt.Medices in ſum pec.cap.tit.4.q.4.& ſum Cor.part.1.nu. 86.uolunt abſolutionem publici blaſphemi iure cõmuni eſſe reſeruatam Epiſcopo.

Alij vero vt Ang.uerb.blaſphemia.nu.4.Sylueſ. verb.eod.q.6.Armilla.verb.eod.nu.Nauar.in Manuali c.27.nu.262.verſ.Duodecimo & Ioan.Azor. par.1.inſtit.Moral.li.9.c.28.dub.12. Non eſſe iure cõmuni reſeruatã epiſcopo.Nam c.illud citatũ, ſcilicet,*ſtatuimus*, quo nituntur contrariæ opinionis authores,intelligitur ſolum de blaſphemia in foro iudiciale coram epiſcopo delata, quam more antiquo,ſolemni pœnitentia puniebat epiſcopus,& poſtea ex parte,vel ex toto pro ratione pœnitentiæ ipſius blaſphemantis relaxare ſolebat, ut legenti caput illud manifeſtum eſſe poterit. Immo vero Concilium Lateranenſe vbi ſup. vetando, ne confeſſarij blaſphemos in foro conſcientiæ,niſi cum grauiſſima pœnitentia ad arbitrium ſeueri confeſſarij impoſita abſoluunt ſatis innuere videtur, poſſe eos cũ prædicta pœnitẽtia abſoluere, vt ſubtiliter Nau. vbi ſup. annotauit.Hoc autẽ quod diximus ſolũ procedit de iure cõmuni, ſiquidem in nonnullis locis ſolent epiſcopi abſolutionẽ blaſphemiæ publicæ ſibi reſeruare,vt cõſtat.Tũc autẽ dicitur publica,qñ eſt notoria,vel *notitia iuris*,ſ.qñ cõſtat in actu iudicij, ad q̃ ſufficiunt tres perſonæ, (id q̃ pertinet ad foru exterius) vel *notitia facti*,(quod pertinet ad iudicium animæ,& forum conſcientiæ,de quo nunc agitur.) Ad hoc autem ut factum ſit notorium,tres conditiones neceſſariæ ſunt,ſcilicet, *Notitia multorum hominũ, loci qualitas,& Temporis*. Quoad notitiam multorum hominum, ea accipienda eſt iuxta numerum loci in quo fit blaſphemia,quamuis enim decem homines in ciuitate dicuntur pauci,in villa tamen erunt multi. Vnde qui in publica platea,in mercato,in nundinis coram nouem, aut decem audientibus blaſphemaret, dicetur publice blaſphemaſſe.Dixi, *Nouem*, aut,*decem*, quia talis locus non requirit minorem numerum, ad faciendum notorium facti.Sin vero blaſphemat in foro villæ, ſufficit ſi ſint ſeptem,ſi in vicinio, uel taberna,vel ſimili,ſufficit,quod ſint quinque,aut ſex; prout erit vicinium,vel locus,ſi in refectorio fratrum,ſufficit,q̃ ſint quatuor,aut quinque,& ſic de ſimilibus iudicandum erit, quia reſpectu horum locorum iſti dñr multi.Dixi,*audientibus*, quia ſi eſſent ibi

centum

rétum homines,& nemo illorum audiuit, vel quia longè diſtabant,vel quia voce ſubmiſſa blaſphemauit,vt audire non poterant,non propter hoc dicetur notorium.

Quoad qualitatem loci, non omnis locus facit blaſphemiam eſſe publicam,etiamſi fiat coram tot viris:Si quis namque ſemper blaſphemaret domi, coram filijs,& famulis, quamuis eſſent plures quã decem,non dicetur publicus blaſphemus, niſi corã extraneis,ibi conuenientibus. Sic neque nauta blaſphemando in naui coram ſocijs, aut mulio per viam incedendo,ſequens mulum,& ſic de ſimilibus locis.ſed qui indifferenter vbicunque inuenitur,ſiue in foro,ſiue in uilla,aut alio loco publico,ſine reſpectu circumſtantium, in blaſphemiam prorumpit. Quantum ad qualitatem temporis, oportet, vt fiat in die,concurrentibus prædictis circumſtantijs,ſi enim fieret in nocte,non diceretur notorius, quæ omnia prudens confeſſarius diligenter conſiderare debet,vt iudicet quando quis publicam blaſphemiam emiſerit, & caſum reſeruatum incurrerit,vt colligitur ex Panor.in c.veſtra.nu.16.de cohab.cleric.& mul.Sum.Cor.p.1.nu.86.in fine, & Io.Chapeanilla tract. de caſibus reſeruatis.cap.19. q.1.& alijs communiter.

12 SEPTIMVM DVBIVM eſt,de pœnis, quibus hoc peccatum caſtigari ſolet.

Reſpondeo, Hoc peccatum vſque adeo atrox atque immane eſt, vt interdum ſacræ literæ, ſi de blaſphemia ſermo incidat, benedictionis nomine vtantur per Antiphraſim ſignificantes maledictionem, vt Catechiſmus Romanus tract. de ſecundo Decalogi præcepto.num.29.annotauit. vt 3.Reg. 21.Impia Iezabel de Naboth loquens,calumniando dixit, *Benedixit Deo,& Regi.* & Iob.1. *Ne forte peccauerint filij mei, & Benedixerint Deo in cordibus ſuis,*& vxor Iob cap.2 ait, *Benedic Deo, & morere,* & alibi ſæpe.

Porro quanta ſit huius criminis grauitas, atque atrocitas, acerbiſſima & varia mortis genera blaſphemis diuinitus illata,exemplo nobis eſſe poſsũt. Ob blaſphemiam filius mulieris Iſraelitidis præcepto domini lapidibus fuit obrutus, eo quod nomen Domini blaſphemaſſet. Leuit.24. ob blaſphemiã ſeruorum Sennacherib. Regis Aſſyriorũ, Angelus Domini 185.millia hominũ de exercitu eius percuſſit.4.Reg.19. ob blaſphemiã Antiochus inſanabili,& horribili plaga percuſſus fuit.2.Mach. 9.ob blaſphemiam etiam Nicanor armis ſuis ruit. 2.Machab.15.Goliath Maledicens Dauid in Dijs ſuis occiditur,eiuſque caput abſcinditur.1.Reg.17. cuius rei plura in ſacris literis extant teſtimonia, quæ a confeſſarijs ad huius criminis deteſtationẽ pœnitentibus inculcanda ſunt.

Porro lege veteri olim blaſphemi pęna mortis puniebantur.*Leu.*24.vbi dicitur, *Qui blaſphemauerit nomẽ Domini morte moriatur, lapidibus obruet eũ oĩs multitudo populi,ſiue ille ciuis,ſiue peregrinus fuerit.*

Iure item ciuili pœna mortis blaſphemi puniebantur.Auth.vt non luxurientur homines contra nat.§.propterea.Nam propter talia delicta,inquit Imperator,& fames,& terræ motus,& peſtes eueniunt cuius conſtitutionis pęna tunc locum habet, cum quis ex conſuetudine, & incorrigibilitate Deum,aut Sanctos blaſphemauerit, ex Alex.lib.6. conſi.233.Anan.in c.ſecundo,de Maledicis,col.8. & alijs,quos refert Couar.in c.Quamuis pactum in 6.p.1.§.7.nu.10. Quæ pœna in deſuetudinẽ abijt, vt notat Lucas de Penna in l.omnes iudices.C.de delator.lib.1.col.3.quem refert,& ſequitur Couar. vbi ſupra.Iulius Clarus libr.5.ſentent.in practica, verb.blaſphemia,nu.3. & Io.Azor.p.1.inſti.Moral.lib.6.c.28.dub.6.

13 *Iure* etiam canonico graui pęna afficiuntur. Nã *c.ſtatuimus,de Maledicis,* ſtatuitur, *vt ſi quis contra Deum,aut Sanctorum aliquem,& maxime beatam Virginem linguam in blaſphemiam publice relaxare præſumpſerit,per Epiſcopum ſuum pœnis debitis ſubijciatur videlicet,ut ſeptem diebus Dominicis præ foribus eccleſiæ palã,dũ aguntur Miſſarũ ſolemnia, exiſtat,& ultimo die Dominico pallium,et calciamenta nõ habeat,ligetur corrigia circa collum,ſeptemque diebus præcedẽtib. ſextis ferijs in pane,& aqua ieiunet,eccleſiã nullatenus ingreſſurus. Quolibet quoq; prædictorum dierum,tres ſi poterit,alioqn duos reficiat pauperes,ſiue unũ.* Et *ſi nec ad hoc eius ſuppetant facultates, id in pœnam aliã commutetur,cui etiam ſi renuerit recipere,ac peragere pœnitentiam ſupradictã eccleſiæ interdicatur ingreſſus,& in obitu eccleſiaſtica careat ſepultura.* Hęc Greg.Papa ix.

14 *Circa* quod decretum, notandum eſt, non habẽre locum in clericis, quia clericus non agit publicã pœnitentiam,ca.ex pœnitentib.d.50.ſed ſolum in laicis. clerici namque blaſphemi ab ordine eccleſiaſtico,& honore deijciendi ſunt, c.Si quis per capillum.22.q.1.Item pœna hæc tã in laicos quã in clericos lata,locũ hẽt in ijs ſolum, qui maledicunt ex cõſuetudine,& abſq; ſpe emendationis,vel cum ita grauis fuerit blaſphemia,quod maximã ſpectet Diuinæ maieſtatis iniuriam,ſecus aũt quãdo proceſſit ex calore iracundiæ, aut ebrietate, ut notat uerbum illud,præſumpſerit,in d.c.ſtatuimus,non autẽ habet locum in foro animæ,in qua prudens confeſſarius rigorem hunc mollire poteſt. Immo vtraq; pœna tam in clericos,quam in laicos iam olim per deſuetudinem antiquata eſt; Quæ omnia latius tradunt Hoſt.in ſumm.tit.de Maledicis.§.blaſphemantes.Innoc.& Panor.in d.ca.ſtatuimus,& Ioan. Andr.ibi.Sylueſt.verb.blaſphemia, quæſt.7. Alex. in conſi.72.libr.1.colum.4.Ioan.Bernard. Diaz in pract.canon.& crimi.c.103.in antiquis, & ca.110. in Nouis,& Ioannes Salſedo ibidem. Couarr.in ca. Quamuis.p.1.§.7.num.10.de pact.in 6. & Ioan.Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.9.c.28. dub.ſexto, & alij paſſim.

15 *Multis* etiam ſummorum Pontificum decretis ſtatutæ pœnæ ſunt in blaſphemos,ſiue clerici, ſiue laici fuerint. Nam in Concilio Lateranenſi ſub Iulio 2. cœpto, & deinde ſub Leone X. continuato, ſeſſ.9.§. Ad abolendam, clericis blaſphemantibus, pœna decreta eſt ſub his verbis; *Quicunque Deo palam,ſeu publice maledixerit,contumelioſisque atque obſcenis verbis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, uel Glorioſam Virginem Mariã eius genitricem expreſſe blaſphemauerit, ſi clericus vel ſacerdos fuerit,eo ipſo, quod delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcumque habuerit fructibus* (applicando vt inf.) *vnius anni mulctetur;* Et *hoc ſit pro prima vice,qua blaſphemus ita deliquerit. Pro ſecunda vero ſi ita deliquerit, & conuictus fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium,eo priuetur, ſi plura, quod ordinarius maluerit,*

luerit, id amittere cogatur. Quod ſi tertio eiuſdem ſceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, & beneficijs omnibus quæcumque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaq; vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaq; libere impetrari, & cõfiteri poſſunt. Hæc quoad clericos: diſtribuitio vero p̃dictorũ fructuũ (vt ex dicto Concilio colligi poteſt in alio caſu, quo etiã amiſſionẽ fructuum imponit) in fabricas huiuſmodi beneficiorum, uel pauperum eleemoſinas facienda eſt.

Contra laicos vero ibidem ſubditur, *laicus vero blaſphemus, ſi nobilis fuerit, pœna 25. ducatorũ mulctetur, & pro ſecunda uice, quinquaginta fabricæ eccleſiæ applicandorũ, pro tertia uero, nobilitatẽ amittat. Si vero ignobilis, & plebeins fuerit, in carcerem detrudatur. Quod ſi ultra duas uices publice blaſphemus deprehenſus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores eccleſiæ principalis coronatus ſtare cogatur. Si uero pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad iudicis deputati arbitrium. Qui uero reliquos ſanctos blaſphemauerit, arbitrio iudicis rationem perſonarum habituri, mitius aliquando puniatur. In foro autem conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus abſque grauiſſima pænitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta, poſſit abſolui.* Hæc quoad laicos.

16 *Quoad iudices vero ſeculares, qui cõtra tales blaſphemiæ conuictos non animaduerterint, eoſque iuſtis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit,* ſtatuitur ibidem, *vt tanquam eodem ſcelere contaminati, eiuſdem quoq; pœnis ſubijciantur. Qui verò in illis inquirendis, puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ habeant.*

Quoad audientes vero, & accuſatores ſtatuitur, ut quicunq; blaſphemantẽ audierint, cũ uerbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre, vel notificare apud Iudicẽ eccleſiaſticũm, ſeu ſecularẽ intra triduũ debẽt. Quod ſi plures dictum blaſphemantem audierint ſimul, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi forte omnes conuenerint, vt unus pro cunctis tali fungatur officio. Eandemq; decẽ annorum indulgentiam, & reliquam tertiam mulctæ partem accuſator nomen blaſphemantis deferens lucretur. Hactenus concilium Lateranenſe.

17 *Iulius* etiam Papa III. in conſtitutione quadam, quæ incipit. *In multis*, ſtatuit, vt ſcientes denunciẽt apud Iudicem de blaſphamiis intra triduum; alioquin in eaſdem pœnas incurrant, & vt denuncians poſſit haberi loco vnius teſtis, ſi iureiurando denunciet. *Item* vt conuicti habeantur infames, & inhabiles ad quæcunque beneficia, gradus, honores, & dignitates obtinendas, ſi bis conuincantur, ſi tertio conuicti fuerint, ipſo iure beneficiis eccleſiaſticis, officiis, dignitatibus, honoribus, & magiſtratibus quibuſcunque, & ſint inteſtabiles actiue, & paſſiue, & inhabiles ad faciendum teſtimonium. *Item* iudices huius criminis ſint inquiſitores hæreticæ prauitatis generales.

Demum Pius V. in Bulla. quæ incipit, *Cum primũ Apoſtolatus.* Renouans decreta Concilij Lateranenſis ſub Leone X. nouiter ſtatuit, vt blaſphemantes Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſam Virginem Mariam eius genetricem expreſſe, ſi laici fuerint, pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrant, pro ſecunda, 50. pro tertia 100. & inſuper ignominia notati exilio mulctẽtur, intelligitur hoc ſi fuerint nobiles. Qui vero plebei fuerint, nec erunt ſoluendo, pro prima vice, manibus poſt tergum ligatis ante fores eccleſiæ conſtituentur per integrũ diẽ pro ſecunda, fuſtigabuntur per Vrbem, pro tertia, eis lingua perforabitur, & mittẽtur ad triremes. Hæc quoad laicos. Quicunq; vero clericus blaſphemiæ crimẽ admiſerit, pro prima vice fructibus vnius anni, omnium etiam quorumlibet beneficiorum ſuorum, pro ſecunda, beneficijs ipſis priuetur, pro tertia omnibus ẽt dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi clericus nullum beneficium habuerit, pœna pecuniaria, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro ſecunda, carceribus mancipetur, pro tertia, verbaliter degradetur, & ad triremus mittatur. Qui reliquos ſanctos blaſphemantes pro qualitate blaſphemiæ, iudicis arbitrio puniatur. Decernit inſuper, *quoslibet iudices cõpetentes in blaſphemos inquirere, et animaduertere poſſe.*

18 *Quoad* has conſtitutiones Concilij Lateranenſis, Iulij Papæ III. & Pij Quinti ſciendum eſt, non eſſe moribus vtentium confirmatas, ex Emanuel Sa in Aphoriſmis, verb. blaſphemia, & Ioan. Azorio p. 1. inſtit. Moral. lib. 9. c. 28. dub. 6. atq; adeo non tenetur quis iure nouo acriter eos reprehendere ſi blaſphemantes audire contingat, ſed ſolum ad id tenetur iure naturali, quo tenetur vnuſquiſque publice peccantem arguere, & obiurgare, cum ſpes emendationis apparet, vt pudefacti reſipiſcant. Neq; enim Concilium Lateranenſe nouum aliquod ius in hac re ſtatuit, (quod tamen potuit, ſi uoluiſſet) ex Ioan. Azorio ubi ſupra, dub. 7. ſed ſolum ius naturale declarauit, quicquid Nau. in Man c. 12. nu. 83. verſ. 4. dicat, audientem teneri ad corripiendum blaſphemum iure nouo. Quia uero denunciatio iudicialis, cuius ibi mentio facta eſt, priuatam admonitionem non poſtulat, eo quod non ad emendationem eius, qui blaſphemauit, refertur, ſed ad publica crimina penis debitis punienda, vt notat Cou. lib. 2. Variar. reſol. c. 10. nu. 3. uerſ. 6. poteſt quis ante omnẽ priuatam admonitionem, & correptionem, immo etiã poſt emẽdationem, blaſphemum publicum iudici denunciare, vt Ioa. Azorius, loco proxime citato, dub. 8. annotauit. Atque adeo etiamſi quis in foro penitentiæ interiori abſolutus a blaſphemia fuerit, & pœnitentiam ei iniunctam egerit, poterit nihilominus in foro exteriori a iudice puniri, ut Cou. & Azorius dubio 13. vbi ſupra tradiderunt. Qui etiam addunt talem blaſphemum, etiamſi a iudice eccleſiaſtico fuerit in foro exteriori abſolutus, poſſe tamen iterum apud iudicem ſecularem accuſari, & ab eo puniri, cum hoc crimen ſit miſti fori, ex Cou. lib. 2. Variar. reſol. c. 10. nu. 6. verſ. 11. Ignatio Salſedo ſuper Bernard. Diaz. in prac. crim. can. c. 110. & Ioan. Azorio vbi ſupra, dub. 14. qui alios iuriſcõſultos in hanc ſententiam afferunt. Idemque de alio quocumque crimine miſti fori dicendum eſt, & hãc communem Doctorum ſententiã eſſe docẽt. Quod uero talis blaſphemus a teſtimonio in iudicio ferẽdo tanquam infamis repellatur, iuxta conſtitutionem Iulij III. Intelligendum eſt, dummodo uel ſemel huius criminis condemnatus fuerit. Sic Couar. in cap. Quamuis pactum parte prima, §. 7. numero duodecimo. de pactis. in ſexto, & Ioannes Azorius

ius par.1.inſtit.Moral.lib.9.cap.28.dub.19.

Blaſphemi etiam varijs pœnis in diuerſis Regnis puniri ſolent, Nam Alphonſus Hiſpaniæ rex, vt habetur.7.Par.tit.28.ſtatuit, quod blaſphemus præſertim plebeius pro prima blaſphemia verberetur, pro ſecunda notetur in labijs ferro candenti ſigno crucis, pro tertia vero, vt ei lingua abſcindatur. Sic leg.4.& leg.17.tit.14.libro 8.Recop. Apud Gallos etiam ſunt variæ pœnæ huic vitio impoſitæ, ſiquidem Carolus Octauus, & Ludouicus Duodecimus,(qui ſanctus fuit) vt teſtantur Nichol.Boer.deciſ.301.num.15.& Couar.in c. Quamuis pactum.par.1.§.7.num.11.de pactis.in ſexto,& Ioan. Benedictus lib.1.in Sum.de peccatis.cap.9.§.1.in fi.ſanxerunt, vt blaſphemus pro ſecunda blaſphemia puniatur pęna abciſionis ſuperioris labij pro tertia inferioris, pro quarta linguæ. In Regno etiam Neapolitano, teſte Thoma Grammatico, deciſ.50.blaſphemãtis lingua clauo publice perforatur. In quibus autem locis prædicta linguę perforatio abijt in deſuetudinem,& mutata eſt in eam pœnam, qua ligno premitur lingua, quod lignum a Seneca libr.4. de beneficijs.c.36. lignum linguarium appellatur. Alicubi etiam amputari ſolet lingua blaſphemantis,& iuſte quidem, vt per ea mẽbra quis puniatur, per quæ deliquerit.l.3.C.de ſeruis fugit. ex Accur. & ibi,& Couar.vbi ſupra. Quæ omnes pœnæ manifeſte indicant, quam execrabili ſcelere ſe polluãt ij, qui impuro ore in Deum aut ſanctos maledicta, & blaſphemias conferunt.

20 OCTAVVM DVBIVM eſt, Cum ex dictis conſtet blaſphemiæ crimen eſſe mixti fori vt late probant Bar.Soc.lib.4.conſi.119. Couar.in c.Quãuis pactum,p.1.§.7.num.12.de pactis.in 6. Ignatius Salſedo ſuper Bernar.Diaz. prac.crim.can.ca.110. & Ioan.Azorius par.1.inſti.Moral.libro 9.cap.28. dub.5. adeo vt crimen hoc tam per eccleſiaſticum iudicem, quam per ſecularem puniri poſſit,& datur locus præuentioni, maxime ſi iudex eccleſiaſticus primo de eo cognoſcere incipiat, qui melius declarare poteſt, & iudicare, quænam pœna tanto ſceleri imponenda ſit, Dubium tamen eſt, An etiam Inquiſitores hæreticæ prauitatis contra blaſphemos procedere poſſint,& quando id eis permiſſum ſit?

Reſpondeo certum eſt ex conſtõne Iulij Papæ III.in blaſphemos edita anno Domini 1554. cuius initium eſt, *In multis deprauatis.* Inquiſitores hæreticæ prauitatis cognoſcere poſſe de hoc crimine, nec de hac re controuerſiam eſſe apud authores. Vt autem ſciamus quando contra eos procedere poſſunt, ſciendum eſt, quod blaſphemiæ quædam ſunt quæ non continent, aut ſapiunt hæreſim,& iſtæ nõ pertinent ad Inquiſitores; Aliæ vero ſunt quæ hæreſim ſapiunt,& continent, & de talibus cognoſcere poſſunt Inquiſitores. Hanc diſtinctionem communiter tradunt Cardi.in cleme.1.§. ſanè. de vſur. Franciſc.Squillacenſis.tract.de fide cathol.cap.16. Albertinus tract.de agnoſc.aſſertio.quæſt.6.numero 24. & quæſt.22.num.63.& quæſt.27.& 36.nu.18.Simancas de cathol.inſtit.cap.8. Conradus Brunus lib.5.de hære.cap.20. Alphonſus a Caſtro Camorenſis.lib.1.de iuſta.hære.punitione.ca.12.Couar.in c.Quamuis pactum.p.1.§.7.nu.12. verſi.crimen autem.de pactis.lib.6.Direct.Inquiſ.p.2.q.41. & ibid.Franciſc.Pegna.commen.66. Ignatius Salſedo ſup.pract.crim.& canon.Ioan.Bernard. Diaz.c.110.Domin.Pannes 2.2.q.13.art.1.in fin.Ioan.Roias tract.de hæret.p.2.aſſert.12. Toletus in ſumma lib.4.c.13.& Io.Azorius p.2.inſt.Moral.libr.9.cap.28.dub.5. & eſt communis & veriſſima opinio. Quoniam vero tota difficultas eſt in cognoſcendis blaſphemijs hæreticalibus, vt inde intelligatur qñ procedere poſſint contra tales hæreticæ prauitatis Inquiſitores, eas breuiter recenſere oportet, quæ cõmuniter, vt tales habentur, ſunt autem iſtæ, *Abnego Deum; Non credo in Deum; Diſcredo de Deo: Renego fidem: vel crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti: vel chriſma, quod fronte recepi: vel puritatem Virginis Mariæ,&c.* Habent enim hæc verba nefanda, infidelitatis ſignificationem,& fidei abnegationem, & directe opponuntur fidei confeſſioni. Idẽque de alijs ſimilibus dicendum eſt, quæ aliquo modo contra fidei articulos directe proferuntur. Quicunque ergo ore impuro atque blaſphemo articulos fidei oppugnat, is hæreticalis blaſphemus cenſendus eſt,& & contra eum Inquiſitores procedere poſſunt. Alię vero blaſphemiæ, vt *Deum tædeat: per uitam Dei, etc.* & ſimiles non ſunt hæreticales, quia fidei confeſſioni non opponuntur, quamuis grauiſſimæ blaſphemiæ ſint; vnde earum punitio ad ordinarios iudices pertinet.

21 *Penæ* vero quas Inquiſitores imponere ſolent, vt Simancas, Ioannes Roias, Franc.Pegna, Salſedo teſtantur, conformes eſſe debent grauitati blaſphemiæ; Nam ſi blaſphemia ſit atrox,& blaſphemus ſit plebeius, infami mitra conſpicuus alligata lingua, & ſine pallio in publicum ducitur ſpectaculum, flagellis cæditur,& in exilium mittitur. Quod ſi nobilis ſit,& honeſtior, ſine mitra producitur, in Monaſterium ad certum tempus detruditur, pœna pecuniaria mulctatur, & ob ſuſpicionem aliquando abiurare compellitur.

In leuioribus autem blaſphemijs mitius agitur. Inquiſitorum arbitrio, ſed hæ pœnæ imponi ſolent, Nam Inquiſitores blaſphemum damnant, vt aliquo die feſto in eccleſia dum Sacra celebrantur, ſtet nudo capite, ſine pallio, ſine calceis nudis pedibus, chorda ſuccinctus, & cereum ardentem dextera teneat,& tandem abſolutis ſacris, legitur publice ſententia contra ipſum lata, & indicuntur ei ſæpe ieiunia, precationes, & aliquando etiam pœna pecuniaria mulctatur.

22 NONVM DVBIVM eſt, An qui blaſphemias hæreticales, aut verba hæreticalia per iocum & ludum profert, prædictis pœnis corrigi debeat,& an ab Epiſcopo, vel Inquiſitore?

Reſpondeo, quod licet regulariter dictum, vel factũ iocoſum pęnam non mereatur, l. ſicut ſemel.C. de liberali.cauſa.& l.1.§.Diuus.ff. ad l. Corneliam, de Sica. l.obligationum ſubſtantia.§.vlt.ff.de act.& oblig.facit.c.1.de ſent. excom. In crimine tñ hæreſis longe aliter iudicandũ eſt. Vñ ſi quis iocoſe ꝗppiã in Deũ, in ſanctos, aut in fidẽ dixerit, pęna condigna plectendus eſt. Sic Cardinalis Zabarella in clem.1.§.nos igitur.in fi.de Summ.Trinita.Nicholaus Arelatanus tract.de hæret.Notab.28.Franciſc.Squillacenſis tracta.de fide Cathol.cap.19.nume.3. in fin.Gondiſſaluus, de hæret.q.1.num.7. Lapus & Cardinalis in clement.vnica.§.ſane. de vſur. Palacius Rubius in allegatione de hæreſi. §.4. in fi. Simãcas de cathol. inſti. tit.17. numer.22. & 23. Ioannes Roias in ſingularibus fidei ſing. 105. Ignatius Lopez Salſedo in pract. crim. canon. Bernardi Diaz. c. 110. Franciſcus Pegna par.3. ad Direct. Inquiſit. cõment.17. & alii, quia vt recte ſcripſit Gerſon par.5. tract. vlt. *Non patitur ludum fama, fides, oculus.* Puniẽdi autem ſunt iſti ab Inquiſitoribus, non ab Epiſcopo, vt recte docent Card. Gondiſſaluus, Roias Salſedo, & Pegna vbi ſupr. Quia ex eo quod quis verba hæreticalia profert, ſtatim illorum iuriſdõni ſubijcitur, & ideo ad eos pertinet iudicare, & diſcernere, an ſerio, vel iocoſe verba prolata fuerint. Quia vero in iure definitum non eſt, qua pœna huius criminis rei plectendi ſint, ideo arbitraria pœna iniungẽda erit, habita ratione perſonarum ea proferẽtium, loci item, & ſcandali, ſi aliquod inde exortum fuit. Modi etiam proferendi eiuſmodi dicteria, nec non perſonarum audientium, atque ita pœna augenda, vel minuenda erit. Quia verò minimè interueniũt ea, quæ ad hæreſim conſtituendam ſunt neceſſaria, puta error in intellectu, & pertinacia in voluntate, non ſunt tanquam hæretici, ſed leuius ac mitius puniendi; Sic tamen vt grauius puniantur, qui facetias hæreticales proferunt, quam qui ſcandaloſas, erroneas, aut alterius qualitatis; Quod ſi viri Theologi, aut religioſi fuerint, qui hæc protulerint, acrius puniendi ſunt, præſertim, ſi coram laicis hæc dicteria, & facetias proferant, vt Franciſcus Pegna, & Salſedo locis proximè allatis annotarunt. In qua re diligenter præcauendum eſt, ne facile fides eis adhibeatur dicentibus ſe ioco verba illa protuliſſe, ſed maturiori iudicio res expedienda eſt, ne hac occaſione impij homines, & qui vere hæretici ſunt, condignas tanti criminis pœnas effugiant. Quod idem dicendũ eſt de illis, qui dicunt ſe hæreticorum verba ſolum recitatiue, non autem approbando, & laudãdo, protuliſſe, ne hac occaſione illi etiam pœnas deuitent; Id quod circumſtantiæ rerum, & qualitas perſonarum recitantium facile commoſtrabunt: Qui ambo ſic ſe excuſantes, probare debent ſe ioco, & recitatiuè verba huiuſmodi protuliſſe, alias illis credendũ non erit, vt expreſſe tradunt Calder. in tract. de forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi, in rubrica, de hæreticis credentibus &c. num.6. Franciſc. Pegna, & Ignatius Lopez Salſedo vbi ſupra.

23 *Idem* dicendum eſt de eo, qui per lubricum linguæ, ſeu animo indeliberato in blaſphemiam, vel hæreſim prorumpit, non enim inultum relinquendum eſt hoc crimen, quamuis mitius puniendum, & aliquando remittẽdum, maxime quando qui ea verba dixit, ſtatim palinodiam recantauit, & pœnituit, ſed reprehendendus eſt grauiter, & admonendus, vt præcaueat in futurum. Quando autem puniẽdus erit, pœna pecuniaria in pios vſus eroganda, vel alia arbitraria caſtigandus erit, conſideratis audientium, & proferentium perſonis, & loci, & ſcandali circunſtantjs, vt latius ſcribunt Lapus, & Cardinalis in clem. vnica. de vſur. Albertinus tract. de agno. aſſert. q.3. num. 10. Gondiſſaluus tract. de hæret. c. 1. num.7 Squillacenſis tract. de fide cathol. c.19. nu. 3. in fin. Io. Roias tract. de hæret. p.1. num.66. Campegius apud Zanchinum. c.7. verſ. Non ex propoſito. Franciſcus de Pegna, ad directorium Inquiſi. cõmen.17. Ignatius Lopez Salſedo ad pract. crim. canon. c.110. & alij. Idemq; dicendum de illis eſt, qui per iram, ſeu calorem iracundiæ aliquod verbũ hæreticum proferunt, vt præfati autores teſtantur.

24 *Secus* vero dicendum de eo eſt, qui blaſphemiã, vel hæreticalia verba in ebrietate profert, dummodo omnino mente priuatus fuerit, nam perinde de eo, ac de furioſo, & mente capto cenſendum eſt, ac proinde a pena excuſandus erit. Sic Zanchinus tracta. de hære. c.7. num.9. & 10. Gondiſſaluus de hære. q.8. nu.6. Franciſcus de Pegna, & Salſedo vbi ſupra. Dixi *dummodo omnino mente priuatus fuerit*; nã ſi modica fuerit ebrietas, coercendus erit, qui delinquit, vt notat Bart. in l. Reſpiciendum §. *delinquũt*. ff. de pœnis. Campegius apud Zanchinum c.7. ver. Aliqualiter corrigi, & Franciſcus de Pegna ad Direct. Inquiſ. p.3. comment. 17.

25 *Dormientes* etiam ſi proferant verba hæreticalia aut blaſphemiam, cum furioſis, & vere ebrjs æquiparentur, omniq; iudicio rationis careant, cum ſenſus ſint penitus ligati, ab omni pœna excuſantur, arg. clem. vnic. de homic. vbi Landunus, & Cardinalis Florentinus. q.6. & Tiraq. tract. de pœnis tẽperandis aut remittendis. cauſa.5. num.2. Franciſc. de Pegna comm.17. ad Direct. Inquiſ. p.3. & Ignat. Lopez c.110. ad pract. crim. canon. Idemque dicendum eſt de pueris, & ſenibus, qui propter ætatẽ decrepitam delirant, ſi illi vel propter ætatem præmaturam, & teneram, vel iſti ob ætatem decrepitã delirantes blaſphemarẽt; cum. n. iudicij, & rationis expertes ſint, ab omni pœna excuſantur. Atque de Blaſphemia hæc dicta ſufficiant. Ex quibus omnib. vtcumque cognoſcere poteſt prudens, ac diſcretus cõfeſſarius, quando, & quib. modis contra ſecundum Decalogi præceptum peccari ſolet, & poſſit, vnde reſtat vt de tertio præcepto in ſeq. lib. agamus.

Finis Sexti Libri.

DE TERTIO, QVARTO, ET QVINTO DECALOGI PRAECEPTIS.

Memento Diem Sabbathi ſanctifices;
Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, &c.
Non occides.

Liber Septimus.

Authores, qui in hoc Libro Septimo recenſentur, de Tertio, Quarto, & Quinto Decalogi Præceptis agentes.

EX *Patribus & Scriptoribus Eccleſiaſt.* Clemens Romanus Conſtit.lib.7.c.20.Iuſtinus Marty.Apolog.2.ad Anto.Origenes homil.7.in Exodum. Ignatius epiſto. ad Magneſian.6.& 8.Tertullianus in Apolog.c.16.& de Corona Militis c.3.Cyprianus epiſ.33.& 59.Cyrillus Luc.9.S.Ambr.lib.3.offic.c.12.S.Hierony.in Ezechiel.c.44.& in epiſ.ad Heliodor.S.Auguſt. epiſ.118.& ſermo.154.de Tēpore, & lib.1.de Ciuit.c.20.Clemens Alexandrinus lib.2.& 7.Stromatū. Euſebius in hiſt. Eccleſiaſ.lib.6.c.28.Beda in Luc.11.Nicolaus de Lyra in Mat.8.Burgenſis ſup.c. 14.lib.2.Machab.Landulphus in vita Chriſti. Abulenſis q.69.in Matt.8.*Scolaſtici.* S.Tho.2.2.q.122.& 1.2.q.103.Alex.Alenſ.p.3.q.32.Albertus in 4.d.38.Scotus in 4.d.15. Gabriel Paludan.ibid.S.Bonau.in 3.diſt.37.& in 4.diſt.29.Richar.ibid.Durand. in 4.d.38.Io. Maior ead.diſt.Ioā.Bachonus in 4.diſt.4.Adrian.Quodl.2.Henricus de Gandauo Quodl.5.& 6. Herueus Quodl.11.q.25.Dionyſ.Carthuſ.in Summa Theol.Petrus de Arrago.2.2.q.64.Michael Salon ibid.Ioſeph Angles in florib.in 4.ſent.Alphonſus à Caſtro lib.11.de hæreſ.Petr.à Soto lectio.3.de Matrimonio.Io.Medina de reſtit.q.3. Sotus lib.5.de fur.Franciſcus à Victoria relect.de homicidio.Michael Medina lib.1.de Continentia.c.7. Tho.VValdenſis lib.2.doctrinal.fid.c.6.Io.Gerſon.alphab.26.Ambroſius Catharinus lib.6.Martinus Ledeſmius 2.4.q.18.Dominicus Bannes 2.2.q.26.Gregor.de Valent.tom.3.diſp.7.*Canoniſtæ, & Juriſtæ.* Panorm.in c.1.de ferijs, Antonius Franciſcus in annot.ad Panorm.Archi.in c.ieiunia.Innoc.3.c.licet.de Regularib.Gloſſa in 19.q.vlt.c.ſtatuimus.& 12.q.3.Cap.Non dicatis. Ioan.Andr.nu.21.de ſtatu monacho. Altiſſiodorenſ.lib.3.in ſum.tract.22.Turrecremata in c.ſicut bonum.Ancharanus conſil.339.Felinus in c.ſiquando.Molineus de conſuetud.Pariſ.nu.40.l.ſi quis à liberis.ff.de libe. agnoſc. Bartholus ibid. Bald. Paulus.Imola.Alex.in l.penul.ff.ſolut.matrim.Couarruuias in c.quamuis pactū. 1.p.§.3.& lib.1.variar. reſolut.c.2.& in clem.ſi furioſus.p.3.§.vnico.*Summiſtæ.* in ver.feriæ.& Dominica. S.Ant.p.1.titu.14.& p.2.tit.7.Ang.Piſanella, Sylueſt.Tabiena, Caie.in Sum.verb.feſtorū violatio. Nau.in Man.c.13.& c.15. Petr.Nau.2.de reſt.c.3.Barthol.Medina lib.1.inſtruct.confeſ.c.14.Ludou.Lopez 1.p.inſtruct.conſcientiæ.Ioan.Pedrazza in explicatione 3.præcept.& 4. Catechiſ.Rom.in d.pręcept.Ioan.Benedictus lib.1.in ſumma de peccatis.Emanuel Sa in Aphoriſmis ver.feſtū.Emanuel Rodriquez pa.1.c.14.Andr.Crocquetius catecheſ.74.Corduba in ſumma caſ.conſc.q.171. Io.de Friburgo in ſumma Confeſſ. Almaynus in tract.de poteſt. Papæ. Coſmus Philiarchus de offic.Sacerd.lib.3. Henriquez lib.2.de Matrim. Ioan.Azorius in Inſtit.moral.de præcep.decal.& alij tum veteres tum recentiores.

De præcepti huius Ordine, & Sabbathi ac dierum feſtorum inſtitutione.

Cap. I.

SVMMARIVM.

Præceptum de Sabbathi ſanctificatione rectè tertio loco ſuccedere debuit. quare.

Ordinis Ratio aſſignata a S.Tho. qualis.

Præceptum hoc partim Naturale, partim morale, partim Cærimoniale, & partim humanum.

In hoc tertio præcepto facta eſt ſolum mentio Sabbathi varijs de cauſis.

5 *Cur inter cetera decalogi præcepta nulli alteri Deus verbum hoc (memento) addidit.*

6 *Cum Deus Sabbathum inſtituerit celebrandum, illumque diem benedixerit, quare Eccleſia in diem Dominicam commutauit.*

Quam multa & inſignia opera die dominico facta ſunt.

7 *Grauis error eorum, qui affirmant non diem dominicū nec vlla alia feſta, ſed Sabbathum tantum celebrandum.*

8 *An & quare Eccleſia alios dies feſtos celebrandos inſtituit.*

9 *Cauſæ variæ aſſignantur, cur eccleſia dies feſtos inſtituit.*

1 TErtium hoc Decalogi prȩceptū, quod eſt de ſanctificatione Sabbathi, rectiſſimo ordine, poſt noſtram ad Deum fidelitatem, & reuerentiam illi debitā, collocatur, Fruſtra enim vel Deus ipſe nobis reuelaretur, vel ipſi Religionē eius amplecteremur, ſi non externo hoc ipſum cultu, & obſequio teſtaremur. Etenim cum Deo fidelitatem, reuerentiā, & famulatum debeamus, fidelitas, autem in eo conſiſtit, vt Principatus ad aliū non deferatur, id quod primo præcepto docemur, reuerentia verò poſtulat, vt nihil iniurioſum in eū cōmittatur, prout ſecundo præcepto inſtituitur; Famulatus autem ei debetur in memoriam & compenſationem beneficiorum, quæ ab eo recipimus; recte quoad hoc tertium iſtud de Sabbathi ſanctificatione præceptum, additur, in memoriā tū creationis rerū, cum redemptionis hominū, tum etiam beneficiorum omnium præteritorum, præſentiū, & futurorum.

2 *Aliam* etiam huius ordinis rationē S. Tho. 2.2. quæſt. 122. art. 4. Sotus lib. 2. de iuſtit. q. 4. art. 4. & alij non omnino contemnendam afferunt, qnod remotis impedimentis veræ religionis, quæ ſunt Idololatria, & irreuerētia, per primum, & ſecundū Decalugi præceptum, conſequens omnino fuit, vt tertium aliquod præceptum poneretur, per quod homines in vera religione fundarentur, ad quam pertinet cultum Deo exhibere. Quia verò cultus iſte tum internus eſt, qui in oratione, & deuotione conſiſtit tum externus, vt ſacrificiorum oblatio, & alij actus ſimiles, & ad cultum interiorē magis inducitur homo ex interno ſpiritus ſancti inſtinctu, quo tamen magis ad religioſum famulatū Deo exhibendū moueretur, dari debuit legis præceptum de cultu exteriori, ſecundū aliquod ſenſibile ſignum. Homo enim cū ſenſibilis ſit, per ſenſibilia ad inſenſibilia, & ſpiritualia contemplanda ducitur, ſic namque per externam illā thurificandi cærimoniā inſtruitur fidelis Chriſtianus, qualiter mens orantis in Deum eleuanda ſit, ſecundū illud Pſal. *Dirigatur Domine oratio mea, ſicut in cenſum in conſpectu tuo.* Et cū præcepta Decalogi ſint quaſi quædam prima, & cōmunia legis principia, præceptū de exteriori Dei cultu ſub ſigno communis beneficii datū fuit, ſcilicet, ad repræſentandū opus creationis mundi, à quo Deus die ſeptima requieuiſſe dicitur. His ita breuiter de ordine expoſitis, reliqua, quæ ad huius mandati notitiā pertinent, breuiter annotanda ſunt.

3 Primo igitur ſciendū eſt, præceptum hoc partim naturale & morale eſſe, partim cærimoniale, & partim humanū, quatenus autem naturale, & morale eſt, obligat ad ſanctificandū Deo aliquot dies, hoc eſt, vt aliquod tempus ad vacandū rebus diuinis deputetur, atque adeo præceptū hoc quatenus naturale, omnes gentes obligat. Vnde in omni Republica ex lumine naturali inſtituti ſunt dies aliquot feſti, quibus præcipue ſacrificia offerebantur Dijs illis, quos colebant, vt latius tradunt Herod. lib. 2. cap. 2. & 4. Plutarch, lib. de Numin. Feneſtel. de ritib. Roman. Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 7. Ineſt. nāque homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei neceſſariæ deputetur aliquod tēpus, ſicut corporali refectioni, ſomno, & alijs huiuſmodi. Vnde etiā ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, dictante natura, tēpus aliquod deputat homo. Quatenus verò diuinum & cærimoniale eſt, ſolùm obligat iudæos ad tēpus certum & determinatū, ſcilicet, ad ſanctificandum in particulari diem Sabbathi. Expediens autē Iudæis omnino tunc temporis fuit, vt dies certus fixus diuino cultui dicatus eſſet, ne alioquin Aegyptiorū ſacra imitarentur. Præter diē etiā Sabbathi alios dies feſtos diuina lege conſtitutos habebant, quibus maximorū beneficiorū memoria renouaretur, vt ſcripturæ ſacræ paſſim teſtantur, Exod. 12. 14. & Leuit. 23. Nume. 28. 29. Deut. 10. de qua re legendus eſt S. Tho. 1. 2. q. 102. artic. 4. Quatenus autem humanū eſt, habet certos dies determinatos ab eccleſia, vt conſtat. Vnde præceptū hoc de ſanctificatione Sabbathi inter Decalogi præcepta, non quatenus cærimoniale, ſed quatenus morale eſt, poſitū eſſe conſtat, vt notant S. Tho. 2. 2. quæſt. 122. artic. 4. Alexand. de Ales par. 3. quæſt. 32. memb. 2. Sotus lib. 2. de iuſtit. quæſt. 4. artic. 4. Cathechiſ. Roman. tractat. de tertio prȩcepto Decalogi, nu. 4. Coſmus Philiarchus de offic. Sacerdot. par. 2. lib. 3 c. 23. & alij.

4 Secundo, in hoc præcepto facta eſt ſolū mentio Sabbathi, varijs de cauſis, *Primo*, quidē, quia in die Sabbathi perfectū eſt opus creationis, quod fuit primū beneficiū nobis è Deo collatum. Eo namque die requieuit Deus ab omni opere, quod fecerat, hoc eſt, a formarū noua productione quieuit. Id quod ita intelligi debet, non quod eo die ſeptimo, qui eſt dies Sabbathi creandi finem fecerat, ſed in ijs, qui præceſſerant dieb. à quibus excludendus eſt dies ſeptimus, ante quē nihil defuit rerū productioni. Vnde memoriā huius beneficij voluit Deus iudæos Sabbatizare, id eſt, ceſſare ab omni opere, & diem iſtū ad cultum diuinū deputare, hoc enim vere Sabbatizare eſt. Ne igitur tantū beneficiū à Iudæorū, mentibus excideret, hunc diem illis obſeruandū præcepit. Qui ſanè ſenſus literalis eſt huius præcepti iudæis in Decalogo traditi. *Secundo*, ob figurā Chriſti in lege promiſſi; Chriſtus enim die ſabbathi in ſepulchro requieuit, quaſi tunc finito opere Redemptionis requieſcens, cuius figura ſecundū allegoricam ſignificationē diei ſabbathi requies fuit. *Tertio*, eo quod ſabbathum illud iuxta ſenſum Tropologicū & Moralē mentis quietem in Deo, & ceſſationē ab omni actu peccati figurat, & ſignificat. *Quarto* deniq. quia iuxta ſenſū Analogicū ſignificabat futurā requiem beatitudinis, & fruitionis Dei, quā habituri ſumus poſt hác vitam. Vnde ob tā multimodā ſignificationem ſabbathi, quamuis aliæ complures eſſent in lege feſtorū ſolemnitates, de hac tamen ſola in Decalogo ſecundū literalem, moralemque ſenſū mentio habita eſt, qua etiā reliquæ cōprehenduntur Nam ceterarū ſingulæ ob particulare aliquod beneficiū fuerunt inſtitutæ, illud autē creationis fuit vniuerſale. De qua re legendus eſt S. Tho. 2. 2. quæſt. 102. art. 4. ad 10. vbi ſeptē veteris legis ſolēnitates enumerat, cauſaſq; inſtitutionis earū egregiæ explicat. Plura de ſabbathi ſignificatione videri poſſunt apud S. Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. Alex. de Ales p. 3. q. 32. mem. 2. S. Ant. p. 1. tit. 14. c. 4. §. 4. Sotum li. 2. de iuſtit. q. 4. ar. 3. & alios paſſim.

5 Tertio, quamuis multa alia Decalogi præcepta fuerint, nulli tamen alteri Deus verbum hoc,

MEMENTO, addidit, niſi huic de Sabbati ſanctificatione, vel quia vt S.Tho.1.2.q. 100.art.7.ad 5. & Cathechiſmus Romanus ſuper hoc præcepto, num. 8.tradunt, præceptum hoc de Sabbatho ponitur vt commemoratiuū bñficij præteriti, puta creationis vniuerſi, vel quia cum naturæ lex, etſi aliquo tēpore Deum religionis ritu colēdum eſſe doceat, hoc tamē quo potiſſimum die fieri deberet, nō præſcripſit, ideoq; populus de hac re admonendus eſſe videbatur, vel quia vt idem ſanctus Thom. 2. 2.qu. 122.art.4.ad tertium. Alex.de Ales.p.3.q.32.memb.3.S.Bonau.Richard & alij in 3.di. 37.ſcribunt, præceptum hoc ad aliorum omnium obſeruationem quodammodo facit. Dum enim homo Deo, & ſibi vacat, melius intelligit quid ſibi agendum, aut fugiendum ſit, atque adeo in eius recordatione cetera omnia ad memoriam reuocantur, cui conſequens eſt, vt qui præceptum hoc bene & diligenter obſeruat, & reliqua omnia, quę in Sabbathi celebratione ad memoriam reuocare debet, facilius, & accuratius obſeruabit. Hæc igitur tria cum certa ſint, alia quædam quæ magis obſcura, & dubia ſunt, breuiter in ſequentibus ſunt explicanda.

PRIMVM DVBIVM eſt, cum Deus Sabbatum inſtituit celebrādum, illumque diem benedixerit, & ſanctificauerit, quare eccleſia in diem Dominicum commutauerit?

Reſpondeo, *Primo*, cum præceptum hoc vt ſuperius dictum eſt, ceremoniale fuerit, quod attinet ad tempus in die Sabbati præſcriptum, ſicut cærimonialia alia omnia antiquanda erant, morte ſcilicet Chriſti, ita etiam & Sabbatum, qua parte cærimoniale fuit, ceſſare debuit. Nam cum illæ cerimoniæ ſint quaſi adumbratæ imagines lucis, & veritatis, illuc vtique neceſſe erat, vt lucis, ac veritatis, quæ Ieſus Chriſtus eſt, vt Io.1 & 14.& Gal.4. habetur, aduentu remouerentur. Vt enim Patres, Theologi, & Scholaſtici communiter docent, Sabbathū Iudæis præceptum fuit in vmbra & figura futuræ requiui Chriſti in ſepulchro. Sicut enim Deus requieuit die ſeptimo ab omni opere, quod patrarat, Gen. 2. hoc eſt, ex Alexandro Alenſi p.3.q.32. memb.3. art.3. nouarum ſpecierum creatione, (quamuis.n. nouas quotidie creat animas, non tamen nouas rerum ſpecies) ita die ſeptimo requieuit Chriſtus in ſepulchro, completa mundi redemptione: vnde in perſona Chriſti dicitur, Pſalm. 15. *Caro mea requieſcet in ſpe.* Adueniente itaque figurato ceſſare debuit figura, & in diem dominicum tranſmutari, in quo animarum, & corporis requies ſignificatur, ſicque dies ſeptimus in diem octauum Chriſtianum ſabbathum commutatum eſt. Id quod Innocentius Papa, vt refertur in *c.Sabbatho.de conſecr.diſt.3.* elegāter docet, his verbis: Diem Dominicum ob *venerabilem Chriſti reſurrectionem non ſolum in Paſcha celebramus, ſed etiam per ſingulas hebdomadas.* In Chriſto enim reſidet exemplar, & cauſalitas generalis reſurrectionis, & iam in eo tanquam in capite humana natura requieſcit.

Secundo, optimo conſilio id ab eccleſia factū eſt, tum ad errorem Gentilium excludendum, tum ēt ne cum Iudęis conſentiret. Etenim Gentiles diem dominicum tanquam primum colebāt, cū in principio illius diei dominari incipiat primus planeta & principalis, i. ſol, vnde diem illum, diem ſolis appellabant, vt habetur Cod.de Ferijs.l.2.& Ioan. Beleth.in explic.Diuin.offi.c.3.& Leo Serm.33. vbi ait, *Gentiles ſoli reuerentiam exhibent, eique caput inclinant.* vt ergo error iſte tolleretur, eccleſia Spiritu ſancto edocta, vt hic dies ſanctificaretur in honorem Chriſti, qui eſt ſol iuſtitiæ, & lux mundi Io.8. ordinauit. Et ne pari ratione ritus, ac cærimonias Iudæorum obſeruare videretur, diem Sabbathi, in diem dominicum commutauit. c. peruenit. & c.Sabbatho.de conſecr.diſt.3.

Tertio, denique diem Sabbathi in diem dominicum potius quam in alium diem commutauit, ob multa opera inſignia quæ in eo die facta ſunt. Primo enim, quia eo die iuxta multorum ſentētiā creati ſunt Angeli, & boni ſunt glorificati, mali vero in infernum deiecti. Secundo, Quia fuit prima dierum omnium, vnde canit eccleſia, *Primo dierū omnium quo mundus extat conditus.* Tertio quia eo die creauit Deus cælum & terram. 4. Quia nulla nox illum præceſſit. 5. Quia nulla nox eum ſubſequetur. 6. Quia ea die mare rubrum receſſit, vt libere filij Iſrael tranſire poſſent. 7. Quia ea die ſecundum Oroſium & alios lex data eſt filijs Iſrael in monte Oreb. 8. Quia ea die primum Manna filijs Iſrael è cęlo deſcendit, vt teſtatur Orig. in Exod. 9. Quia ea die Chriſtus incarnatus eſt. 10. Quia ea die tres Magi Chriſtum adorabant. 11. Quia ea die Chriſtus baptizatus fuit. Matth. 3. Luc. 3. 12. Quia ea die Chriſtus in Cana Galileæ aquas mutauit in vinum. Ioan. 2. 13. Quia ea die deſtructis inferni Clauſtris Chriſtus ſanctorum animas è Lymbo eduxit à mortuis reſurgens. 14. Quia ea die Mariæ Magdalenæ, & Apoſtolis poſt reſurrectionē ſæpe apparuit. Matth. 26. Ioan. 20. 15. Quia ea die clauſis ianuis Apoſtolis apparuit. Luc. 24. Io. 20. 16. Quia ea die datus eſt Spiritus ſanctus. Act. 2. 17. Quia hac die erit reſurrectio generalis quando Chriſtus reddet vnicuique ſecundum opera ſua. 18. Quia ea die Sol, & Luna ſplendorem ſuum ſeptempliciter augebunt, iuxta illud Eſa. 30. *Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum.* 19. Quia in ea die erit initium noſtræ completæ beatitudinis in anima & in corpore. 20 quia in hoc die reuelata fuit Apocalypſis Ioanni. Apocal. 1. Hinc de hac die S. Auguſtin. ſerm. 7. de reſur. ita ait, *Quomodo Maria uirgo mater Domini inter omnes mulieres principatū tenet, ita inter ceteras dies hæc omnium dierum maior eſt. Hæc eſt illa dies in qua ſynagoga finitur, & eccleſia naſcitur, uniuerſa enim Sabbathi gratia & antiqua illius populi feſtiuitas Iudæorum in diei iſtius ſolemnitatem mutata eſt,* Similia fere habet Leo Papa Magnus, & refertur diſtinction. 75. cap. *Quod die dominico,* his verbis; *Dominica dies tantis diuinarum diſpenſationum myſterijs eſt conſecrata, ut quicquid à domino eſt inſegniter inſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac die mundus ſumpſit exordium, in hac per reſurrectionem, & mors interitum, & vita accepit principium.* Et Patres in Synodo ſexta, c.8. tom. 3. Cōc. de hoc die loquentes aiunt. *In eo die Manna in eremo pluit, in eo naſci dignatus eſt, in eo ſtella magis refulſit, in eo de quinque panib. & duob. piſcibus, quinq. millia hominū pauit, in eo baptiſmū in Iordane ſuſcepit, in eo ipſe pius redēptor humani generis ſpōte pro ſalute noſtra a mortuis ſurrexit.* Merito igitur ob tot, tantaque inſignia hac die geſta, eccleſia ſpiritu ſancto edocta, immo ipſimet Apoſtoli ex illis ſeptem diebus eum qui primus eſt, ad diuinum cultum cōſecrare voluerunt, quem & diem Dominicum dixere, cuius Ioan. Apoc. 1. meminit illis in verbis. *Fui in ſpiritu in Dominica die*. De qua re legendi ſunt Patres, vt Clem. Rom. lib. 7. conſtit. Apoſt. c. 20. & 31. Iuſtin. Apolog. 2. ad Anton. Orig. Homil. 7. in Exod. Leo. Epiſt. 79. ad Dioſcorum Epiſcop. Alex. S. Aug. Epiſto. 118. ad Ianu. c. 13. & ſerm. 154. de temp. Ludol. Carthuſ. in vita Chriſti. p. 2. c. 69. Ignat. Epiſ. 6. ad Magneſ. S. Th. 1. 2. q. 103. art. 3. Catech. Rom. ſuper hoc pręcepto. num. 5. & num. 7. Tertul. in Apolog. c. 16. & de corona milit. ca. 3. Cypr. Epiſt. 33. & 59. Cle. Alex. lib. 2. & 7. ſtrom. Io. Bened. libr. 1. in ſumma de peccat. ca. 10. & alij.

7 Ex quibus conſtat quam grauiter errant noui q̄dam Ebionitæ, vt Sterembergius, affirmantes non diem Dominicum, non vlla alia feſta, ſed ſabbathū duntaxat eſſe celebrandum cum reliquis Iudaicis ſolemnitatibus, quarum eſt in ſcriptura frequens mentio. Etenim ſicut alias iudæorum cærimonias, ita etiam & iſtam Apoſtoli abrogare voluerunt, ne cum illis iudaizare videremur. Sic mutata circuncisione, res eadem migrauit in baptiſmum, celebrabant in Paſcha iudæi, nec illud omittunt Chriſtiani, quibus tamen Apoſtolico decreto cap. 7. alias 8. in latino, eadem die cum iudæis Paſcha celebrare non licet, ne ſolemnis vtrobique dies ritus, cærimoniaſque Moſaicas paulatim inueheret. Contra hos autem egregie Ignatius Epiſt. 8. diſputat, qui vndecimo Traiani anno, quo paſſus eſt, ſuas in itinere poſitus Romam veniens ſcripſit Epiſtolas, plane id admonet ſcribēs ad Philippenſes, ne feſtum Paſchatis agerent cum iudæis, ſic dicens. *Ad hæc conteſtor Epiſcopo, & presbyteris in domino, ſi quis cum iudæis celebrat Paſcha, aut Symbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.* Et Epi. 6. ad Magneſia, ſcribens *Poſt Sabbatum,* inquit, *omnis Chriſti amator Dominicum celebrat diem, diem Reſurrectioni conſecratum Dominicæ, reginam, & principem omnium dierum.* Sed & mutationē horum feſtorum ab Apoſtolis factam eſſe, teſtatur S. Hilarius in prolog. expoſ. Pſalmorum, dicens: *Hæc quidem Sabbatha Sabbatorum ea ab Apoſtolis religione celebrata ſunt, ut his quinquageſimæ diebus,* (loquitur de diebus inter Paſcha, & Pentecoſten) nullus neque in terram ſtrato corpore adoraret, neque ieiunio feſtiuitatem ſpūalis huius beatitudinis impediret, quod idipſum extrinſecus etiam in diebus Dominicis eſt conſtitutum, qui vltra Sabbathi numerum per plenitudinem Euangelicæ prædicationis accedunt. Namque cum in ſeptimo die Sabbathi ſit & nomen & obſeruantia conſtituta, tamen nos octaua die, quæ & ipſa prima eſt, perfecti Sabbathi feſtiuitate lætamur. Sanctus etiam Auguſt. ſermo. 251. de temp. ſic ait. Dominicum ergo diem Apoſtoli, & Apoſtolici viri ideo religioſa ſolemnitate habendum eſſe ſanxerunt, quia in eo Redēptor noſter a mortuis reſurrexit, quique ideo Dominica appellatur, vt in eo terrenis operibus, vel mundi illecebris abſtinentes, tantum diuinis cultibus ſeruiamus. Et infra. Ideo ſancti Doctores eccleſię decreuerunt omnem gloriam iudaici ſabbathiſmi in illam transferre, vt quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate. Hæc breuiter ex patribus in huius rei confirmationem contra nouos noſtros Ebionitas afferre placuit pluribus contra eos ſuis in locis diſputaturi.

8 SECVNDVM DVBIVM eſt, an & quare eccleſia alios dies feſtos celebrandos inſtituit.

Reſpondeo, ſicut in veteri teſtamento non ſolū Sabbathum, ſed aliæ etiam ſolemnitates in præcepto erant, ita etiam in nouo non ſolum Dominici dies, ſed etiam ſolemnitates aliæ inſtitui debuerunt ab eccleſia, quæ etiam in illis veteribus quoad eorum principaliores figurabantur. Sicut enim circuncisioni baptiſmus, & Sabbatho Dominica ſuccedunt, ita etiam & alijs ſolemnitatibus veteris legis ſolemnitates nouæ ſuccedere debent, eo quod beneficia illi populo exhibita ſignificant beneficia noua nobis per Chriſtum conceſſa, quæ in huiuſmodi feſtorum celebratione a fidelibus deuote recolenda ſunt. Circuncisio carnalis ſpiritualem noſtram circuncisionem ſignificat, vnde ſicut illa ſigno externo, ſic iſta externo baptiſmi ſigno declaranda fuit, iuxta illud. Coloſſ. 2. *Circumciſi eſtis circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Domini noſtri Ieſu Chriſti conſepulti in baptiſmo.* Atque ita merito circuncisio in baptiſmum commutatur. Sic Sabbathum quod ſignificabat primam creationem, in diē Dominicum mutatur, in quo cōmemorat noua creatura inchoata in reſurrectione Chriſti. Sic feſto Phaſe ſuccedit feſtum Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti. Et feſto Penteco. in quo data fuit lex vetus, ſuccedit feſtū Pētecoſtis & ſpiritus ſancti, in quo data fuit lex ſpiritus vitæ. Feſto autem Neomeniæ, quod celebrabatur in nouitate Lunæ quolibet menſe, ad commemorandum opus gubernationis rerum, ſuccedunt feſta B. Virginis, in qua primo apparuit illuminatio Solis, id eſt, Chriſti per copiam gratiæ quæ & ipſa ſuis meritis & precibus ſuſtentat mundum, vnde Regina mundi dicitur, & pulchra, vt Luna. Feſto turbarum, quod prima die Septembris celebrabatur in memoriam liberationis Iſaac, quādo Abraham inuenit Arietem, quem obtulit pro eo, quem repræſentabant per cornua, quibus buccinabant, quod feſtum tubarum quaſi quædam inuitatio erat vt præpararent ſe ad feſtum ſequens, ſcilicet ad feſtum expiationis, ſuccedunt feſta Apoſt. qui tubis prædicationum inuitauerunt mundum ad feſtum ſupernum. Feſto expiationis, quod celebrabatur in die decima Septēbris in memoriam beneficij, quo Deus propitiatus eſt populo Iſrael in adoratione vituli aurei ad preces Moyſis, ſuccedunt feſta Martyrum, & Confeſſorum, aut etiam feſtum Aſcenſionis Chriſti, qua aſcendit vt ſit propitiatio pro peccatis noſtris apud Patrem. Feſto tabernaculorum, ſeu ſcenophegiæ, quod in eodem menſe Septembris per ſeptem dies celebrabatur in ſignum deductionis & profectionis populi Iſrael de deſerto, vbi in tabernaculis habitabant, ſuccedit vel feſtum Angelorum qui nos deducunt, & cuſtodiunt per deſertum mundi, ſicut illos Angelus Domini, vel feſtum conſecrationis eccleſiæ. Feſto cætus, atque collectæ, in quo colligebantur a populo ea, quæ ad cultus diuini expenſas erant neceſſaria, ſignificans congregationem fidelium in regno cęlorum, ſuccedit feſtum omnium ſanctorum.

Alijs etiam feſtis eorum ſuccedũt alia in eccleſia catholica, vt egregie docent S.Th.1.2.q.102.art.4. ad 10.&q.103.ar.3.ad 4.Alex.de Ales par.3.q.55. memb.1.in fi.S.Ant.p.1.ti.14.c.4 §.4.Sotus lib. 2. de iuſt.q.5.art.2.& alij.

9 *Cauſæ* vero variæ aſſignari poſſunt, cur eccleſia & iſtos, & alios dies feſtos inſtituerit, quæ apud alios legi poſſunt, nos eas ſolum, quæ præcipuę ſunt breuiter recenſebimus, *vna eſt*, vt in eis Deo gratias agamus, reuocantes ad memoriam beneficia nobis a Deo in illis exhibita, atq; in eorum victorijs diuinam bonitatem, & potentiã laudemus.

Altera eſt, vt ſic deuotius oremus eos, vt pro nobis interceſſores apud Deum ſint. Sicut enim Rex in die Natiuitatis, aut coronationis ſuæ libentius, & liberalius ſeruis, & amicis ſuis dona largiri ſolet ſic Chriſtus in diebus feſtis ſanctorum immo & in eis ſancti pro nobis feſta eorum celebrantibus feruẽtius orant. Hinc Iob 5. dicitur: *ad aliquem Sanctorum conuertere*, & Pſa. 120. *Leuaui oculos meos in mõtes*, id eſt, ſanctos, & Apoc. 11. *Hi habent poteſtatem ſuper aquas conuertendi eas, &c.* Scilicet, impetrandi a Deo pro nobis varias gratias, &c. *Tertia eſt*, ad cõfuſionem hæreticorum, fuerunt.n.qui dixerunt animas ſanctorum non videre Deum ante diem iudicij, contra quos eccleſia eorum feſta celebranda inſtituit, prędicans illos eſſe in cęlo nunc quoad animas eorum beatos, vnde canit eccleſia, *Gaudent in cęlis animæ Sanctorum, &c. Quarta eſt*, vt ſic prouocemur ad eorum imitationem, vnde Iac. 5. dicitur; *exemplum accipite fratres laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini, ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt, &c. Quinta eſt*, quia ſicut conuenit celebrare diem Natiuitatis Regis, vel principium ſui imperij ad honorẽ eius. l. fi. C. de ferijs. ita multo magis dies natalitius ſanctorũ in quibus regnũ cęlorũ adepti ſunt celebrare decet. Hinc eccleſia in multis feſtis ſanctorũ introitũ miſſæ inchoat his verbis. *Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes, &c.* vnde in vita S. Agnetis, monẽtur parentes eius, ne illam tanquam mortuam lugeant, ſed congaudeant, quia cum omnibus ſanctis lucidas ſedes cęli acceperit: Plura huc ex S Patribus teſtimonia adduci poſſent, quæ alijs in libris contra recentiores hæreticos ſanctorum feſta contemnentes afferemus. Hæc ſolum in præſentiarũ attuliſſe ſatis erit ut prudens ac pius confeſſarius aliquid habeat, vnde pœnitens ad deuotam feſtorum celebrationem exhortari poſſit.

De operibus lege diuina, & Eccleſiaſtica in diebus feſtis fieri prohibitis.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Ad obſeruationem feſtorum non ſolum ſacræ literæ, ſed etiam lex Ciuilis, & Canonica, necnon prophani authores paſſim hortantur.*

2 *Quænam opera ſint ſeruilia, & illicita habenda, quæ non.*

3 *An omnia opera ſeruilia ſeu mæchanica, adeo ſtricte prohibita ſunt, vt non ſint licita in die feſto.*

Quæ pertinent ad cultum diuinum ſunt in triplici differentia, ibid.

4 *Quæ pertinent ad cultum Dei accidentarie, & valde remote quando licite fieri poſſunt.*

Quænam animæ opera ſeu ſpiritualia in feſtis licita ſint quæ non.

5 *Opera corporalia quæ non ſunt ex geuere ſuo ſeruilia licita. Venatio diebus feſtius licita qualis.*

6 *Opera ſeruilia quando licita, & quando excuſentur illa facientes, & nu. 7. 8. 9.*

10 *Opera ſeruilia quare ab Eccleſia fieri concludantur.*

11 *Conſuetudo generalis ſiue ſpecialis excuſat a peccato, & quare.*

12 *An ſicut neceſſitas ita & pietas excuſet a peccato exercendo opus ſeruile in dominica & diebus feſtiuis.*

13 *An quæ in die feſto licite fieri poſſint ſine lucro & quæſtu fieri etiam licite poſſunt propter pecuniam.*

14 *An licite poſſint homines in feſto propter lucrum ſcribere.*

15 *An notarijs et officialibus Curiæ licitum ſit in feſto tranſcribere.*

16 *An liceat in feſto depingere.*

17 *Quando Epiſcopus ſub poena excommunicationis præcipit vt nemo diebus feſtiuis operetur, an excommunicentur ij qui neceſſitate compulſi operantur.*

18 *An præter opera ſeruilia iure diuino prohibita, alia opera ſint ab* Eccleſia *tunc temporis uetita et quænam illa ſint.*

1 Expoſitis illis, quæ ad Sabbathi inſtitutionem, eiuſque in diem Dominicum mutationem pertinent de illius obligatione dicendum eſt. Etenim non ſolum ad feſtorum obſeruationem ſacræ literæ, ſed etiam lex ciuilis, & canonica nec non profani authores paſſim hortantur. Sic.n.Exod.20.hoc mandatũ Deus proponens, ait, *Memento vt diem ſabbathi ſanctifices, &c.* hoc loquendi modo inſinuãs quãtopere velit Sabbathum, dieſque feſtos ad Dei cultũ & honorẽ inſtitutos obſeruari. Et Exod. 31. *Videte, ut Sabbathũ meũ cuſtodiatis, &c.* Et paulo poſt, *cuſtodite Sabbathũ, ſanctũ.n.eſt uobis, qui polluerit illud morte morietur, &c.* Leu. 26. *cuſtodite Sabbatha mea, &c.* Hier. 17. *ſanctificate diem Sabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris.* Ezech. 20. *Sabbatha mea ſanctificate; ut ſit ſignũ inter me & uos*, &c. & alibi paſſim. De lege canonica manifeſtum eſt de conſec.d.3.c.pronũciandum.& c.ſabbato, & ex toto titulo de ferijs. Idem de lege ciuili conſtat. C.de ferijs.& l.fi.tit. eo. ff.de legibus.ubi imperator ait, *dies feſtos, dies maieſtati altiſſimæ dedicatos nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec ullis exactionum uexationibus prophanari. Dominicũ itẽ diẽ ſemper honorabilem ita decernimus uenerandum, ut a cunctis executionibus excuſetur, nulla quemque urgeat admonitio, nulla fideiuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio deliteſcat, &c.* Pœta etiam prophanus in faſtis ait.

Proſpera lux oritur, linguis, animiſque fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona uerba die.
Lite uacent aures, inſanaque protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Similia habet Tibull. lib. 2. dicens

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
E*t graue ſuſpenſo uomere ceſſet opus. &c.* Immo

hæc res tā certa,& tā manifeſta eſt,vt nullus id neget,nullus de ea dubitare poſſit,ꝗ fidē catholicam amplectitur,nā contra hæreticos,qui licet aliquos dies feſtos admittant,alios tñ ab eccleſia inſtitutos negant alibi agēdū erit. Vt igitur ea, quæ ad huius præcepti obſeruationē ſpectant paucis explicemus conſiderandū eſt quomodo Sabbathū noſtrū, hoc eſt,Dominica dies,alijque dies feſtiui ſanctificandi ſunt,& quia hoc tertio Decalogi præcepto prohibitum,aut præceptum ſit,Duo igitur ex communi omnium Theologorum conſenſu præcepta ſunt, vnū facere,ab altero abſtinere. Id ꝗ faciendum eſt, eſt ſacrificio Miſſæ intereſſe. Quod vero prohibitū eſt,eſt ab operibus ſeruilibus abſtinere. De illo priori inferius agemus,cū de præceptis eccleſiæ ex propoſito dicemus. Hic ſolū de ſecundo, ꝗ huius loci proprium eſt,diſputabimus. Poſtquam.n.poſitū fuerat illud, *Memento vt diem ſabbathi ſanctifices*; ꝗbus verbis præceptum hoc affirmatiuum eſſe ſignificatur,in ſequētibus forma ſanctificandi ſubditur, *non facies omne opus in eo,&c.* ſcilicet,ſeruire, quo impediri queas a vacando cultui diuino. Illud autē quo diligentius populus præſtaret, permiſit vt ſex diebus opera ſua faceret,id quod illa verba teſtantur. *Sex diebus operaberis; Septimus autem dies Sabbathū Domini Dei tui eſt,* in quo nimirum a corporis laboribus,& negotijs ceſſandū eſt,ne illis occupatus animus a diuinarum rerum cura,ſtudioque auocetur.

2 *Ceterum* vt ſciamus quænam opera ſeruilia ſunt ſeu illicita,& quæ licita,annotandum eſt ante omnia ex S.Tho.2.2.q.122.art.4.ad 4. Quod cum obſeruantia diei Dominicæ in noua lege ſuccedat obſeruantię Sabbathi non ex vi præcepti legis, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, & conſuetudine populi Chriſtiani,& iſta obſeruatio non ſit figuralis, ſicut fuit obſeruatio Sabbathi in lege veteri,conſequenter non ita arcta eſt prohibitio operādi in die Dominica, & in alijs feſtis eccleſiæ,ſicut fuit in die ſabbathi. Hinc in die Dominica,alijſque diebus feſtiuis quædam opera conceduntur,quæ olim in die ſabbathi prohibebātur,ſicut decoctio ciborum, & huiuſmodi alia. Immo etiam in quibuſdam operibus prohibitis facilius propter neceſſitatem in noua,quam in ueteri lege diſpenſatur. Cuius ea ratio eſt,quia figura pertinet ad proteſtationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet,opera autem ſecundum ſe conſiderata,pro loco, & tempore immutari poſſunt. Opera igitur quæ lege diuina prohibita ſunt fieri in ſabbathis ſunt opera ſeruilia, Illa autem talia ſunt,& dicuntur,quæ ex ſe famulatum quendam habent, & ab illis communiter ſolum fiunt,qui alijs inſeruiunt,& non ab alijs, vt ſuere,arare,& alia mechanica,vnde Leuit.23. dicitur: *omne opus ſeruile non facietis in eo*, ex S.Tho. 2.2.q.122.art.4.ad 3. S.Ant.par.2.tit.9.c.7.§.Quātum ad 3. Alexand.de Ales par.3.q.32.memb.4.ar.1. Richar.3.diſt.37.art.2.q.4. Angel.ver. Feriæ.§.9. Summa Piſanella.verb.eod.§. A quibus abſtinendum. Syluest.verb.Dominica.q.3. Tabiena. ver.Feriæ.verſ.Decimoquinto. Toleto in ſum.lib.4.c.24. Ioan.Bened.in ſumma de peccatis.li.1.c.10. nu.3. Ioan.Pedrazza in explic.huius præcepti.num.1.& alijs. His ita prænotatis

3 DVBIVM PRIMVM eſt,an omnia opera ſeruilia,ſeu mechanica adeo ſtricte prohibita ſint, vt ſint licita in die feſto? Reſpondeo ſex eſſe capita, per quæ iudicare poſſumus, quænam in diebus feſtis licite fieri poſſunt,necne.

Primum caput eſt,ſi huiuſmodi opus pertinet ad cultum Dei,vbi ſciendum eſt huiuſmodi opera eſſe in triplici differentia, quædam enim ſunt, quæ immediate pertinent ad cultum Dei,& per ſe coniuncta cultui diuino,vt v.g. deferre crucem in proceſſionibus, portare ſanctorum reliquias,organa pulſare,aut alijs inſtrumentis muſicis cantare,& ſimilia,& hæc certum eſt licite fieri poſſe, nec vllo modo prohiberi,cum ſint pars cultus diuini. Quædam ſecundo ſunt opera præparatoria ad cultum diuinum,& hæc aliquando coniuncta ſunt cum ipſo cultu diuino, ita vt paulo ante facienda ſint, vt pulſare campanas,& hæc non ſunt prohibita fieri: ſicut nec olim vetitum erat ſacerdotibus animalia. quæ Deo offerebant occidere, & torrere. Quædam tertio ſunt quæ magis remote pertinent ad cultum diuinum,vt facere hoſtias, ornare templa, altaria præparare,& his ſimilia, & hęc quoniam ex natura ſua non ſunt propinque coniuncta cum cultu diuino,quia ſcilicet, fieri poſſunt vno, vel pluribus diebus antea,ideo licite fieri non poſſunt in die feſto,niſi ex rationabili cauſa. Sic Caietan.2.2. quęſt.122.art.4.verſ. Redeundo igitur. Sot.li.2.q.4.art.4.de iuſtitia. & Coſm. Philiarch.de officio ſacerd. libr.3.cap.23. Cauſa vero rationabilis eſt ex Caiet. vbi ſupra ſi in ſabbatho ſancto contingat aliquod feſtum. Tunc enim cum non decuerit prius ornare templum propter luctum paſſionis Domini, & paranda ſit eccleſia in die Paſchæ, licite parari poteſt in die illo feſtiuo ſabbathi ſancti. Quæ doctrina ſatis rigida eſt, non enim puto requiri tam grauem cauſam ac iſta eſt, quam Caietanus aſſignat, ſed ſatis erit ſi uerbi gratia, adhibita aliqua diligentia debita mediocri non potuerit antea habere paramenta ad eccleſiam ornandam. Item ſi Sacriſta putet ſe habere hoſtias ſufficientes & mane aduerteret, vel veſpere diei deeſſe, tunc licitum erit facere hoſtias in die feſto pro communicaturis illo, vel ſubſequente die. Et denique ſi quis non ex mera negligentia, vel contemptu,ſed aliunde præparando templa laboraret in die feſto non peccaret mortaliter. Ratio autem cur hæc non poſſunt alias in die feſto licite fieri, eſt,quia cum dies feſtus dicatus ſit diuino cultui, & annexus ſibi pro tempore illius diei,& huiuſmodi opera præſupponuntur ad cultum diuinum illius diei, conſequenter niſi cauſa rationabilis adſit,debent congruo tempore,hoc eſt,ante feſtum fieri,& non in feſto. Cauſa etiam rationabilis eſt aliquando continuatio feſtorum, aut quia præcedēte die non poterant commode omnia præparari & abſolui.

4 *Iſtis* addi poſſunt alia opera quæ pertinent ad cultum diuinum ſed accidetarie, & valde remote, ex eo ſcilicet, quod fiunt ob Dei ſeruitium, cum ex genere ſuo non ordinentur ad cultum diuinum, vt conficere calicem edificare eccleſias, vel altare, colere agros eccleſiæ pauperculæ vel hoſpitalis, deferre lapides ad ſtructuram eccleſiæ,&c.& hæc non fiunt licite in die feſto niſi ex graui neceſſitate, & accedente licentia Epiſcopi. Quia cum ſint opera vere ſeruilia, ꝗuis lex miſericordiæ cā ſit diſpēſandi,

ſandi, fieri tamen non debent abſque licentia Epiſcopi, vel ſaltē parochi, vbi ſic habet vſus. Sic Alex. de Ales par.3.q.32.memb.5.art.2. Caie.2.2.q.122. articu.4. Sotus lib.2.de iuſt.q.4.ar.4. Nauar. in Manua.cap.13.nu.4.ver.ſeptimo. Coſmus Philiarchus de off.ſacer.p.2.lib.3.ca.23. Ludouicus Lopez p.1. inſtruct.conſcientiæ, c.52. & alij. Immo non puto licitum eſſe cōficere vaſa eccleſiæ, niſi fortaſſis immineret ſolemnis feſtiuitas eccleſiæ, propter quam eccleſia vaſis illis indigeret ad apparatum cultus diuini, & non eſſet tempus ſufficiens ad perficienda vaſa niſi laboraretur etiam in die feſto, tunc enim licet laborare.

Secundum caput eſt, eorum operum, quæ dicuntur animæ, hoc eſt ab anima procedunt, vt intelligere, ſtudere, ſeu quæ ad talia animæ opera ordinātur, vt diſputare, docere, legere, ſcribere, & pertinētia ad ſtudium, conſulere, exhortari, concionari, & alia opera abſque dubio licite fiunt in feſto, ex San. Tho.2.2.q.122.artic.4.ad tertium. Caie.ibidem. Soto lib.2.de iuſt.q.2.ar.4. Sylueſt.verb. Dominica.q.4.ver.Prima. Nauar.in Manual. cap.13.nu.3. ver.quinto. Coſmo Philiarcho de officio ſacer.par. 2.lib.3.c.23. Toleto lib.4.ſummæ.cap.24. Vnde licet Doctoribus conſulere, & aduocatis ſtudere in feſto ſuper lites, & quæ ſtudent ſcribere, & informare iudices ſcripto, quia iſta omnia ſunt opera animi. Sic etiam licitum eſt legere in diebus feſtiuis, hæc enim omnia redundant in publicam vtilitatē, & fiunt ad illuminationem proprij intellectus, & aliorum ex Panor.in cap.1.de ferijs.num.4. Archi. in cap.ieiunia.de conſecr.diſt.3. Ant. Frane.in annot.ad Panor.vbi ſupra. Ange.verb.feriæ.num.25. & 29. & 30. & Tabiena verb.eodem nu. 34. & nu. 39. Nauar.in Manu.c.13.nu.12.verſi.octauo. Soto. lib.1.de iuſti.q.4.ar.4.§.quarta cauſa in fi. Caiet. in ſum.verbo.feſtum. Quæ omnia intelligenda ſunt, dummodo ex tali ſtudio, conſilio, lectione, &c. non intermittantur diuina, quæ ſunt de præcepto. Ex quibus etiam infert Caiet. vbi ſupra 2.2.q.122.art. 4. licitum eſſe ciuibus ad conſilia conuenire, quoniam ſicut licitum eſt aduocatis præſtare patrocinium, ex eo quod patrocinium aduocati ordinatur ad notitiam, & perſuaſionem veritatis, noſſe autem & perſuadere ſunt opera ſpiritualia, ita etiam conſiliari opus eſt vndique ſpirituale, quia ex prudentia oritur, & terminus conſilij electio eſt, quæ ſpiritualis eſt, & omni tempore licita. Nec obſtat quod ſit electio ad temporalia officia, aut negotia, quia hæc materialiter ſe habent ad electionem, quæ formaliter, & per ſe eſt terminus conſilij. Quædam tamen opera ſpiritualia, & opera animæ, vt ius dicere, cauſas agere, &c. prohibita ſunt fieri in feſtis, vt infra dicemus, quorum alia eſt ratio, ac præcedentium.

5 *Tertium caput eſt* eorum operum, quæ quamuis ſint corporalia, non ſunt tamen propriè ſeruilia; Inter opera enim corporalia, quædam ſunt ex genere ſuo ſeruilia, vt ſunt opera artium mœchanicarū, arare, fodere, & ſimilia, quæ ſuperius diximus fuiſſe prohibita. Quædam vero ſunt, quæ communia ſunt tam nobilibus, quam ignobilibus, tam dominis, quam ſeruis, vt ſcribere, iter agere, pulſare inſtrumenta, venari &c. quæ licita ſunt audita Miſſa, & maxime quando venatio fit recreationis, & animi gratia, tunc enim conſtat, non eſſe opus ſeruile, & conſuetudo habet, vt licitum ſit itinerari audita Miſſa, maxime illis, qui ſunt in itinere, & cauſam itinerandi habent. De venatione, de qua dubium eſſe poteſt, hoc docent ſumma Piſanella verbo. Feriæ. §. A quibus abſtinendum. Ange. eod.num.26. Tabiena eod.nume.35. Sylueſt.verb. Dominica.q.5.in fi. Sotus lib.2.de iuſt.q.4.artic. 4. Naua.in Manu.cap.13.num.11.verſ.ſexto. Coſmus Philiarchus de offi.ſacerd.par.2.lib.3.ca.23. Ludo. Lopez par.1.inſtruct.conſcien.cap.52. Toletus in ſum.lib.4.cap.24. Emanuel Sà in Aphor.ſm. in ſaltibus, & ſiluis; vnde quando in ca. *Qui venatoribus, & cap. vident homines.c. Eſau, c. an putatis diſt. 86.* dānatur, ſeu reprehenditur venatio omni tempore, vt præfati authores docent poſt glo.in d.ca.qui venatoribus, intelligitur de venatione oppreſſiua, & arenaria, hoc eſt, qua quis hominū oppreſſor, & extinctor eſt, aut pugnat in arena cum beſtijs, & operas ſuas locat ad iſta, tales enim ſemper peccant mortaliter; venari autem in ſaltibus, & ſiluis, audito ſacro, præfati omnes licitum eſſe docent, cum ex ſe non ſit opus ſeruile. Et eodem modo licitum eſt in diebus feſtiuis vti arte gladiatoria, ſaltatoria, & piſcari hamo, aucupari recreationis cauſa, dummodo non intermittatur ſacrum. Cauendum eſt tamen, ne excedant in his limites recreationis.

6 *Quartum caput eſt* operum etiam ſeruilium, quæ tamen ex aliqua iuſta cauſa licite fieri poſſunt, ex quo capite excuſantur.

P*rimo* illi, qui parant ea, quæ ad communem, & neceſſarium victum diei pertinent, vt coqui & paſtillos facientes, macellarij, laniones, &c. ſecus autem de piſtoribus dicendum eſt, cum panis pridie feſti confici poſſit, niſi quando eſſet tantus concurſus feſtorum, qui id exigeret. ex Soto lib.2.de iuſti. q.4. Eodem modo excuſantur molitores, & molendinarij ſiue cum iumentis, ſiue ad aquam, ſiue ad ventum dummodo id faciant propter neceſſitatē & ſuperuenientem multitudinem hominū ad molandum, ſicut diximus; etiam excuſari piſtores, & lanios maxime tempore æſtiuo, aut ex concurſu feſtorum, & ſuperueniente multitudine egentiū pane, & carne. Idem dicendum de illis, qui panē, herbas, fructus, & huiuſmodi vendunt propter neceſſitatē venientium, & ementium illo die, quia ſcilicet alijs diebus non ita commode veniunt emptores, occupati agriculturæ, & alijs negotijs. Quo etiam ex capite excuſantur tabernarij, qui ſolū præparāt cibos neceſſarios pro illi, qui quotidie emere ſolēt. Sic S. Anton.p.2.ti.9.c.7.§. Quantum ad tertium. ſumma Piſanella ver.feriæ.§.ſed quid de molendinis. Ange.eo.nu.11. & 12.13. & 18. Tabiena verb. eod.nu.20.21.22. & 27. Syl.verbo.Dominica.q.5. verſi.ſecunda. Caie.in ſumma verbo. Feſtum. verſi. Tertio. Na.in Manuali.c.13.nu.6. Coſmus Philiarch.de officio ſacer.p.2.lib.3.c.23. Ludo.Lopez par. 1.inſtruct.conſcien.cap.52.circa medium. Ioannes Benedictus.in ſum.de peccatis.li.1.c.10.num.3. & alij communiter.

Secundo excuſantur ij, qui operantur propter ſalutis neceſſitatem, vt Medici, minutores, ſeu ſanguinis emiſſores, pharmacopolæ, ſeu aromatarij, & qui fugiunt propria pericula exemplo Eliæ, qui fugit in ſabbatho a facie Iezabel, & ad hoc, quod diximus, citari ſolet illud Chriſti Ioan. 7. *Mihi indi-*

gnamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho. Hæc enim omnia ſunt neceſſaria ad hominis ſalutem corporalem. Sic S. Tho. 2.2.q.122.art.4.ad 3. S. Ant. par.2.tit.9.c.7.§. quantum ad 3. Angel. verb. feriæ. nu.14. Tabiena. eod. nu.23. Sylueſt. verb. Dominica. q.5. ver.2. Caieta. in ſumma. verb. feſtum. §. Tertio. Sotus lib.2. de iuſt. q.4. ar.4. §. Quarta cauſa. ver.2. Coſmus Philiarchus de officio ſacer. par.2. li.3. cap.23. & Ioan. Bened. in ſumma de peccatis lib.1. c.10. num.3. vbi tamen Sotus, & Coſmus Philiarchus addunt pharmacopolas non excuſari niſi ſecundum neceſſitatem præſentis diei, quia eſt ars ſeruilis.

Tertio excuſantur ob neceſſitatem communis ſalutis Reipublicæ milites in bello, & qui illis aggeres, & vallum ducunt, vnde 1. Mac. 2. Machabæi hoſtile prælium ſabbatho propulſarunt, ad ſui, & Reipub. defenſionem. Ex quo capite excuſantur etiam curſores, quorum opera vtilis eſt Reipub. vt conſtat ex Ang. verb. feriæ. nu.15. Tabiena. eod. nu.24. Caie. in ſumma verb. feſtum. Ioan. Benedict. in ſumma de peccatis. li.1. cap.10. num.3. Quos Caie. excuſat non ſolum a labore, & peccato, ſed etiam ab omiſſione Miſſæ, in quam frequenter incurrere iſtos oportet; excuſat enim iſtos neceſſitas publica, accedente conſuetudine ſcita, & non reprehenſa a Prælatis, vbi etiam Ang. nu.16, & Tabiena nu.25. excuſat eadem de cauſa ferratores æquorum tum hmôi curſorum, tum aliorum itinerantium, quia ſicut illi neceſſe habent ambulare, ita licitum eſt iſtis ea facere, quibus itinerantes commode iter ſuũ agere, & conficere poſſunt, quamuis hæc omnia lucri gratia faciant. Huc etiam reduci poſſunt nautæ, muliones, & huiuſmodi qui onera de loco in locu deferre ſolent, quorum opera maxime vtilis, & neceſſaria omnino eſt ad communem Reipub. vtilitatem, vt conſtat, & expreſſe docent Angel. verb. feriæ. num.15. & Tabiena. eod. nu.24. Caie. in ſumma. verb. feſtum.

7 *Quarto*, excuſat etiam priuata neceſſitas propria, vel proximi, ne quis opera ſeruilia exercendo peccet. Vnde qui occurrunt inundationib. conflagrationibus, & huiuſmodi, non peccant, atque ex hoc capite excuſantur, qui foſſas, & aggeres faciũt tempore inundationis, & tollentes fruges ab illuuione, & igne, ab incurſionibus, & alia ſimilia facientes, vt ſeruent ſeipſos, aut proximos indemnes. Sic etiã licitum eſt ſegetes iacentes in agris, & fœnum in pratis ad locum ſecurum in feſtis deferre, ſi imminet tempeſtas, vel pluuia, quæ corrumperet, ſi in agro remanerent. Eadem ex cauſa licitum eſt tempore vindemiarum vuas colligere, ne pereant. Et ſimiliter artifices eorum, quæ continuatam exigunt operam (vt decoctio laterum, ſaponum, calcis & ſimilia) operas ſuas in feſtis continuare poſſunt. Et denique licitum eſt in feſto proſequi opus inceptum, quando notabile damnum ſequeretur ex dilatione, & omiſſione operis, vt eſt in tingendib. lanam, & pannos, & in decoctione laterũ, & vitri; facit. c. fi. in fi. de ferijs, & ibi gl. in verb. Neceſſitas S. Tho. 2.2.q.122.ar.4.ad 3. in fi. citans illud Matth. 12. *Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ſi cecidit Sabbatho in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam?* ſcilicet ne pereat, & moriatur. Alexan. de Ales par.3.q.32.memb.5.ar.2. S. Ant. par.2.ti.9.ca.7.§. Quantũ ad 3. Summa Piſanella. verb. feriæ, §. Quid agendum in fi. Ang. verb. eo. nu.17. & nu.23. & 24. Tabiena. eod. nu.26. & nu.32. & 34. Syl. verbo Dominica. q.5. verſi.4. Caie. in ſumma. verb. feſtum. §. Tertio. Sotus lib.2. de iuſt. q.4. ar.4. Nauar. in Manuali. c.13. nu.7. Coſmus Philiarchus de off. Sacer. par.2. li.3. c.23. & Ioan. Bened. in ſumma de peccatis. li.1. c.10. nu.3. & alij.

8 *Quinto* excuſat etiam neceſſitas propria, puta, vt poſſit quis ſibi, & familiæ ſuæ neceſſarium victum comparare. Quod intelligitur non ſolum de victu neceſſario pro illo die, ſed etiam pro die ſequenti. Nam non ſolum extrema neceſſitas, ſed etiam grauis excuſat. Vnde qui ſunt adeo indigentes, vt niſi laborent in feſtis, non poſſunt ſe ſuoſque ſuſtentare, vrgente graui neceſſitate excuſantur, ſi in feſtis laborent, audita tamen Miſſa, ſecreto laborando, ob vitandum ſcandalum. ex Caiet. in ſumma. verb. feſtum. §.3. & Ludouic. Lopez par.1. inſtruc. conſc. c.52. Neceſſitas enim non habet legem, ſed ipſa ſibi legem facit, vt dicitur in c. Remiſſionem, §. fi. 1. q.1. Præcepta ſiquidem eccleſiæ ſecundum id, quod in pluribus inuenitur, intelligenda ſunt ligare: communiter autem homines communibus eccleſiæ feſtis ſeruatis, prouidere ſibi, ſuiſq; poſſunt. Sed vbi, aut tot ſunt multiplicata feſta, aut tanta vrget neceſſitas, vt non poſſit quis illa ſeruando ſibi, ſuiſq; prouidere, ceſſat legis vinculum. Et quidem vbi magna, & notoria eſſet neceſſitas, poteſt quis authoritate propria laborare, maxime vbi non datur recurſus ad ſuperiorem; quando autem dubitatur, an ſit tanta neceſſitas, ſtandum eſt iudicio boni viri, vel potius petenda eſt licentia ab epiſcopo, vel ſaltem a parocho iuxta ea, quæ notant Alexand. de Ales p.3.q.32.memb.5.ar.2. Sotus li.2. de iuſt. q.4. ar.4. Ang. verb. ferię. nu.35. Tabiena verb. eo. num.44. Syl. verb. Dominica. q.5. verſic.3. in fi. Coſmus Philiarchus de off. Sacerd. p.2. li.3. c.23. & Lud. Lopez p.1. inſtruct. conſc. c.52. poſt medium. Naua. in Manuali. c.13. nu.16.

Sexto excuſat etiam neceſſitas obedientiæ, ſeu coactionis; Ex quo capite excuſantur ſubditi, ſerui, agricolæ, filij, & vxores, iuſſi, & compulſi a ſuis dominis, hæris, patribus, & maritis ad opus agendum, alias paſſuri damnum ab illis, vel in perſona, vel in rebus, niſi obtemperent, maximè ſi audita Miſſa id operis faciant. Intelligitur autem hoc, dummodo id operis non iniungatur illis in contẽptum diei feſti, tunc enim illis parendum non eſſet, ſed potius moriendum. Quia ſicut tenetur quis mori potius quam loco ſacro iniuriam facere ita etiam mori potius tenetur quam iniuriam tempori ſacro inferre, vtrumque enim ſacrilegium eſt. Vnde Machabæi mori potius elegerunt, quam carnes porcinas comedere, quia ad hoc cogebantur, vt cõtra legem facerent; tunc enim vrget Chriſti comminatio, *Qui ſermones meos erubuerit coram hominibus, &c.* Sic Angel. verb. Feriæ. num.9. Tabiena. eo. num.28. Caie. in Sum. verb. feſtum. verſicul. Tertio ex neceſſitate. Nauar. in Manuali. c.13. nu.7. Ludo. Lopez par.1. inſtr. conſcient. c.52. Coſmus Philiarchus de officio Sacerd. par.2. lib.3. c.23. Ioan. Benedict. in Summa de peccatis. li.1. cap.10. nu.3. in fin. & Andreas Crocquetius catechiſ.74. Archid. in c. Sacris. de his quæ vi, met. cauſa fiunt. & alij. Vnde ſi Dominus hæreticus, qui perſuaſũ habet diei Dominicæ nullam eſſe religionem, & ſubditos ad eius violationem idcirco compelleret, tunc mors potius obeunda, quam in Chriſti contumeliam humanæ violentiæ concedendum eſt.

Septimo excuſat modicitas, ſeu paruitas operis; vnde licita ſunt ea opera quæ fiunt paruo vel nullo labore, etiam boum, vt licitum eſt haurire aquã mulo, & ſimilia, nõ tamẽ licitum eſt molare in molẽdino, niſi vrgeret neceſſitas, vt ſupra dictum eſt. Vnde excuſantur mulieres, quæ aliqua puncta ponunt, vel ſcopãt domũ, & qui aliquid modicum in die feſto facit; modicũ .n. pro nihilo computatur. l. ꝗ minimũ, ff. de re iud. Ratio eſt, quia vt notat Angel. verb. feriæ. nu. 10. modicitas operis non impedit quominus quis Deo vacare poſſit. Intelligitur autẽ hoc dũmodo interſint Miſſæ, nec. n. omittenda erit Miſſa, vt vel modicum quid fiat. Tabiena verb. feriæ. nu. 19. Syluc. verb. Dominica. q. 5. verſ. prima Caieta. in ſumma. verb. feſtum. & 2. 2. q. 122. art. 4. Coſmus Philiar. de offic. ſacer. par. 2. lib. 3. ca. 23. Ludo. Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. cap. 52. And. Croquetius, Cateche. 74. & S. Anton. p. 2. tit. 9. c. 7. §. quãtũ ad 3. Hinc fit, vt qui in feſto vnũ, vel duos raderet, calceũ cõſueret, vel aliud quid modicum faceret, ꝙ non valde hominem occupet, non peccet, id quod locum habet in alijs reb. vt conſtat.

10 *Quintum caput eſt* eorum operum ſeruilium, quæ ab eccleſia fieri conceduntur, ſic Alex. Papa III. in c. licet, de feriis. indulſit, ut piſcatores in feſtis haleces piſcari poſſint. Et idem dicendum eſt de Thinnis, & alijs piſcibus, qui vno ſolo anni tempore eodemque breui capiuntur. Ratio eſt, quia huiuſmodi lucrum tranſitorium ceſſans, damnum reputatur, atque adeo ſicut licitum eſt ſeruare ſe indemnem a malo; ita etiam & intendere tali lucro tranſitorio, quod amittitur, niſi tunc detur opera piſcationi Monentur tamen tales partem aliquam rationabilem illius lucri circumpoſitis eccleſijs, & Chriſti pauperibus dare in eleemoſinam. Sic Panormitan. in d. c. licet. nu. 5. & nu. 6. de ferijs. Ang. verb. feriæ. nu. 34. & 35. Tabiena. eod. nu. 45. & 46. Sylu. verb. Dominica. q. 4. verſ. Tertia. Caiet. in ſum. verb. feſtum. Sotus lib. 2. de iuſt. q. 4. art. 4. Nauar. in Man. c. 13. nu. 9. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c. 52. Coſmus Philiarc. de off. ſacer. p. 2. lib. 3. c. 23. And. Croquetius Catecheſi. 74. Hinc ſequitur, quod ſi quis cauſa recreationis piſcaretur hamo; & inueniret magnam copiam piſcium, prout ſolent inuenire haleces, licite põt omiſſo hamo piſcari retibꝰ, quia eo in caſu contingeret lucrum temporale amiſſibile, & quodammodo ſe habet, ac ſi quis vellet ſe indemnem ſeruare. Quando autem quis præuideret ſe inuenturum hanc copiam piſcium, quærere debet licentiam piſcandi ab epiſcopo ſi eum commode adire poſſit vel a proprio ſacerdote ſi epiſcopum commode adire non poterit; quod ſi timeret quod epiſcopus licentiam concedere nollet, piſcari poſſet etiam irrequiſito epiſcopo, dummodo daret partem eccleſiæ, vel pauperibus, argument. c. licet. de ferijs.

1 *Sextum caput* excuſans a peccato eſt conſuetudo præſcripta, quando, ſcilicet, eſt conſuetudo generalis, aut ſpecialis in aliqua patria ſcita, & non ſolum tolerata, ſed etiam non reprehenſa ab epiſcopis, ſeu Prælatis. Sic Caietan. in ſumma. verb. feſtum. Sotus libr. 2. de iuſtitia. q. 4. arti. 4. Nauar. in Manual. c. 13. nu. 8. verſ. Tertio. Coſmus Philiarchus, de officio ſacerd. p. 2. lib. 3. cap. 23. Ludo. Lopez parte 1. inſtruct. conſcient. c. 52. Ratio eſt, quia ſicut cõſuetudo poteſt facere de licito opere illicitũ quãtũ ad tẽpus; ita econtrario poteſt de alias illicito in feſto efficere licitũ, & feſta moderari. arg. c. fi. de conſuetu. vnde licet nundinæ, & mercatus prohibeantur in feſtis diebus, nunc tamen creberrima eſt conſuetudo, vt in illis celebrentur Prælatis ſcientibus, & nõ contradicentibus. His ita expoſitis.

12 DVBIVM PRIMVM eſt, an ſicut neceſſitas, ita etiam & pietas excuſet a peccato exercendo opus ſeruile in Dominicis, & diebus feſtiuis?

Reſpondeo quædam eſſe opera per ſe pietatis, vt ſepelire mortuum, ſeruire infirmis, &c. & talia ſemper ſunt licita; Quædam vero ſunt opera, quæ ſolum accidentaliter ordinantur ad pietatem, & talia ex ſola ratione pietatis non poſſunt fieri in feſtiuis diebus, niſi adſit ſimul neceſſitas. Vnde non eſt licitum reficere pontes viatorum, & alias vias in die feſto ob ſolam pietatem niſi adſit, & vrgeat magna neceſſitas, & cum licentia Epiſcopi. Quamuis enim ſola miſericordiæ ratio ſufficiat ad excuſandum iudicialia opera in feſto, vt infra dicemus, non tamen ſufficit ad excuſandum opera ſeruilia omnia in feſto, niſi adſit ſimul neceſſitas, aut vitatio damni imminentis. Ratio eſt, tum quia opus iudiciale non eſt ex ſe ſeruile, vnde eſſet licitum in feſto, niſi eccleſia prohibuiſſet, tum quia feſtorum obſeruatio eſt opus religionis, & conſequenter prætermittendum non eſt occupando ſe in ſeruilibus circa proximos propter pietatem ceſſante neceſſitate; tum quia hæc non ſunt licita propter conſanguineos, ut patriæ beneuolos in feſto extra neceſſitatem, cum tamen vna eademque virtus pietatis ſit ad conſanguineos, & patriam. Vnde ſicut non eſt licitum agros ſerere, metere, arare, propter patriam extra articulum neceſſitatis, nec propter miſericordiam colere agros pauperum, aut eccleſiæ pauperculæ, aut alia huiuſmodi facere in die feſto ceſſante neceſſitate; ita neque alia pietatis opera quæ talia ſunt ſolum per accidens, exercere licet in in feſto abſque neceſſitate. Sic Caietan. 2. 2. q. 122. artic 4. in ſumma. verb. feſtum. Nauarr. in Manuali ca. 13. num 4. verſ. ſeptimo & nu. 11. verſ. Quinto. Lud. Lopez. p. 1. inſtr. conſcien. c. 52. Coſm. Philiar. de off. ſacerd. p. 2. lib. 3. ca. 23. Hinc fit non licere in diebus feſtis portare lapides ad eccleſias ædificandas, hoſpitalia, domos religioſas, niſi adſit grauis neceſſitas, nec ſola pietas ad hæc licite facienda ſufficit. Vnde quod gloſſ. in c. fi. in verb. pietas. de fer. Ang. in verb. feriæ. nu. 32. Tab. eod. nu. 41. & Sylu. verb. Dominica. q. 5. verſ. Tertia. dicunt licita eſſe pietatis opera in die feſto, exemplum ponentes de refectione pontium, & viarum, intelligendum eſt, quando ſimul adeſt neceſſitas laborandi circa iſta in feſtiuis diebus, ne aliàs multum impediatur opus ex concurſu aquarum, & ad alia damna vitanda, tunc. n. non tam pietas, quam neceſſitas boni communis petita licentia epiſcopi excuſare cenſetur.

13 DVBIVM SECVNDVM eſt, an quæ in die feſto licite fieri pñt ſine lucro & quæſtu, fieri etiã licite poſſint ꝑꝑ pecuniã? Quidam negant, vt Rich. in 4. d. 37. ar. 2. q. 4. Pan. in c. 1. n. 4. de fer. Ang. ver. fer. n. 9. vbi exẽplificat de ſcriptore ob lucrũ, & nu. 17.

de cythariſtis & ſonatorib. ob lucrũ,& n.29.de ſtudentib. ob lucrũ,& nu.30.de ſcholarib. legẽtib. ob lucrũ,& nu.31.de trãſcribẽtibus libros ob lucrũ, & nu.32.de laborantibus circa põtes ob lucrũ. & Tabiena verb.feriæ.nu.36. vbi id docet de cythariſtis ob lucrũ principaliter,& nu.38.de ſtudentibus principaliter propter lucrũ,& nu.39. de legentibus ob lucrũ,& nu.40.de tranſcribentibus libros de quinterno ad quinternum principaliter ob pecuniã,& nu.41.de laborantibus circa refectionem pontium ob lucrum,& nu.42.de barbitonſoribus radentibus ob lucrum,& eadem docet Sylueſt.verb.Dominica q.4.verſ.1.& q.5.verſ.Tertia. Hi igitur docẽt hæc licita eſſe ſi ex neceſſitate fiant aut alia ex cauſa iuſta,ſecus autem ſi fiant principaliter ob lucrum,etiã audita Miſſa. Ratio eorum eſſe poteſt,quia ex lucro fiunt opera ſeruilia, qui enim facit hæc lucri gratia,ſeruit illi in cuius gratiam facit. Ideoque ſeruilia opera ex tali mercede efficiuntur.

Alij vero vt Caiet.2.2.q.122.art.4.& in ſumma verb.feſtum. Sotus in lib.2.de iuſt.q.4.art.4.in fine. Nauar. in Manuali c.13.nu.5.verſ.8. vbi id abſolute docet,& nu.12.verſ.8.de conſulente in die feſto etiam ob lucrum,& nu.14.verſ.Ex quo ſequitur.de ſcribente literas,& inſtrumenta. Barthol. Medina. lib.1.inſtr.confeſ.li.1.c.14.§.8.in fine. Lud. Lopez part.1.inſtruct.conſcientiæ, & Coſmus Philiarch. de officio ſacerd.part.2.li.3.ca.23. docent quoduis opus,quod vel ob neceſſitatem, vel ob conſuetudinem,vel ob aliam cauſam ex dictis licitum eſt in feſtis,licite etiam fieri poſſe in feſto etiamſi principaliter fiat intuitu lucri,& mercedis. Ratio eſt, quia intentio & ſpes lucri, non facit, vt opus quod alias ex genere ſuo non eſt ſeruile, ob hoc fiat ſeruile. Siquidem & librorum opera,qualis eſt negociatio, muſica,venatio,militatio,& ſimilia propoſitam ſibi habent mercedem, & econtra ſeruile opus gratis fieri poteſt. Vnde non exinde conſtitutitur aliquod opus ſeruile,quod fiat in obſequium alterius. Immo artifices & alij prædicti quamuis ex neceſſitate illa faciant in feſto, non tenentur tamen ea gratis facere,quia non ſunt neceſſaria ob inopiam perſonarum,ſed ex natura rei. Omnia igitur opera quæ,vt diximus, licite fieri poſſunt in feſto ſine quæſtu,fieri etiam poſſunt propter lucrum appoſitio enim ſeu intentio lucrandi non conſtituit opus ſeruile, nec magis impedior faciendo opus propter mercedem,quam faciendo abſque mercede. Si igitur licitum eſt abſque lucro,etiam ob lucrum licite fieri poteſt. Vnde ſicut licitum eſt conſulere in feſto ſine lucro, legere in feſto abſque ſpe lucri, aduocare ſine mercede, ſtudere ſine intentione lucrandi, ita etiam hæc omnia propter pecuniam facere licet. Nihilque refert ſiue Doctor, aut aduocatus diues ſit,aut pauper, quod lucrum in præſenti recipiatur,aut in futurum expectetur.

14 DVBIVM TERTIVM eſt inter authores huius ſecundæ ſniæ de ſcriptoribus, An.ſ.licite ſcribere poſſint propter lucrum in feſto? Ratio dubitandi eſt,quia Caiet.2.2.q.122.art.4.& Nauar.in Manuali.c.13.nu.14.ver. Decimo, & Coſmus Philiarchus de officio ſacerd.par.2.lib.3.ca.23.concedunt ſcribere de ſe,& per ſe,vel per aliũ docendo, licitũ eſſe in die feſto,quia non eſt opus ſeruile, ſed commune liberis,& ſeruis,vnde,& Reges,& prælati omnes ſcribunt, adeo vt turpem putamus Principem,aut Prælatum,qui conceptum ſuum,aut ſecretum propria manu exprimere neſciat: Addunt tamen illicitum eſſe tranſcribere, quia tranſcribere, & tranſcribendo libros componere eſt ſeruile opus,& mechanicum. Idem docent S.Ant.p.2.tit.9 c.7.§.quantũ ad 3. Ang.verb.feriæ,nu.31.& Tabiena,eod.nu.40.ſed ex alio fundamento, ſcilicet, ſi fiat ob lucrum. Ceterum Barthol. Medina libr.1. Inſtruct.confeſſ.c.14.§.8.in fine Lud.Lopez.par.1. inſtruct.conſcient.c.52.& fauet Emanuel Sa in Aphoriſmis, verb.feſtum,(etſi Caiet.ſententiam probabilem putent) tutam tamen in praxi contrariam eſſe docent: Ratio eſt, quia quæ licite fieri poſſunt in feſto ſine lucro, etiam fieri tunc poſſunt ob lucrum,nec exinde violatur feſtum, vt ipſimet fatentur. Tum quia tranſcribere non eſt aliud quam ſcribere. Vnde qui in feſto tranſcriberet libros propter lucrum,non peccabit mortaliter, dummodo non omittat ea,ad quæ tenetur in feſto. Id quod maxime verum eſt, quando eſſet pauper qui tranſcriberet,aut ex cauſa curaret aliquid breui tempore tranſcribi,alias non habiturus copiam Scripturæ, cuius maxime indigeret.

15 DVBIVM QVARTVM eſt,de Notarijs,& officialibus Curiæ,an illis licitum ſit in die feſto trãſcribere? Ratio dubij eſt,quia iſtorum ſcriptura ad ſtrepitum iudicialẽ pertinere videtur,quæ omnia ſunt prohibita,vt infra dicemus. Aliqui id concedunt licitum eſſe ex iuſta cauſa dummodo id domi priuatim faciant,quia ſic non videtur pertinere ad ſtrepitum iudicialem,ſed ſolum quando in ipſo ſtrepitu ſcribunt. Ego ſicut non conſulerem ipſis officialibus, vt hæc etiam priuatim facerent, ita non condemnarem peccati mortalis ſi ſcriberent.

16 DVBIVM QVINTVM eſſe poteſt circa picturam,an in die feſto depingere liceat? Ratio difficultatis eſt,quia videtur ars liberalis, & conſequenter ex ſe licita erit. Alij tamen vt Lud.Lopez p.1.inſtr. conſcient.cap.52 Emanuel Sa in Aphoriſmis ver. feſtum dicunt non eſſe licitam, quia communiter, & vt plurimum non ſolet fieri niſi ab ijs, qui alijs inſeruiunt, & ita licet mechanicum non ſit, eſt tamen aliquid ſeruile, ſecus autem ſi ſolum ſtarent in eccleſijs,aut alibi ad deſignandum,ex Angel. verb. feriæ,nu.31.& Tab.eod.num.40. Barthol.Medina libr.1. de inſtruct.confeſſ.cap.14.§.8.in fin. tunc enim licitum eſſet,cum id faciant ad peritiam artis, etiamſi ob lucrum facerent,ex Sylueſt.verb.Dominica.q.5.verſ. Quinta, & Andrea Croquetio catecheſi.74. in fine.

17 DVBIVM SEXTVM eſt,an quando epiſcopus ſub pœna excommunicationis præcipit, vt nemo diebus feſtiuis operetur,excommunicentur illi,qui neceſſitate compulſi operentur, aliquo ex illis modis quos ſuperius enumerauimus?

Reſpondeo,quod uel in ſententia expreſſum eſt vt nullus laboret etiam cauſa neceſſitatis,vel pietatis,& tunc ſententia illa nulla plane eſt, vtpote continens errorem intolerabilem, & exiſtens contra ius expreſſe contentum in c.fi.de ferijs,in fi. vbi habetur,niſi *neceſſitas vrgeat,vel pietas ſuadeat*. Si vero hæc in ſententia expreſſa non fuerint,intelligenda eſt ſententia iuridice,ſcilicet, vt nemo laboret in feſtis,niſi in caſibus de iure conceſſis. Vbi autem dubium eſſet, vel abſtinendũ erit, vel conſulendus erit epiſcopus, ex Sylu. verbo. Dominica. q. 7. Tab. verb. Feriæ. num. 44. Nauar. in Manua. c. 13. nume. 15. uerſi. *Admonemus*. Coſm. Philiar. de off. Sacerd. p. 2. lib. 3. c. 23. in fi. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſc. ca. 52. & Emanuel Sa in Aphor. verb. feſtum. & alijs communiter.

8 DVBIVM SEPTIMVM eſt, An præter opera ſeruilia iure diuino in feſto fieri prohibita, alia opera ſint ab eccleſia tunc temporis vetita, & quænam illa ſint?

Reſpondeo, Præter hæc opera ſeruilia ſunt alia quatuor quæ in feſto fieri ab eccleſia prohibentur c. 1. de ferijs. 1. *Mercatus*. 2. *Placitum*. 1. iudicium ciuile. 3. *Iudicium criminale*, ſeu ad mortem. 4. *Sacramentum publicum, & in c. fi. de ferijs*, prohibetur in die feſto, *omnis ſtrepitus iudicialis*, ita vt nihil ad iudiciũ ꝑtinens fieri poſſit. Quæ oĩa quãuis mœchanica omnino non ſint, fieri tñ merito prohibentur, cum auocent & impediant homines a cultu diuino. *Vbi nomine* Mercatus non intelliguntur illi, q̃ bis, *aut* ter in anno fieri ſolent iuxta diuerſarum regionum & Prouinciarum cõſuetudines, qui alio nomine nundinæ vocantur, quia vt conſtat conſuetudo facit illos licitos, videntibus, & non contradicẽtibus locorum prælatis, ſed illi ſolum mercatus intelliguntur, qui ſingulis dieb. fiunt, emendo. ſ. & vẽdendo, quod tamen ita intelligendum eſt, vt iuxta *vſum* & conſuetudinẽ loci vendi poſſint panis, vinum, herbæ, fructus, carnes & reliqua hmõi ad minutum, hoc eſt, pro vſu illius diei, dũmodo aliqua iſtorum non prohibeantur fieri in feſtis ab epiſcopis, & locorum ordinarijs, maxime dummodo non fiant per totum diem, ſed ad certã horã prout epis neceſſarium videbitur. Ex quo capite excuſãtur tabernarij, hoſpites, laniones & ſimiles iuxta conſuetudinem non reprehẽſam a Prælatis. Nomine placiti intelligitur ſtrepitus ciuilis & iudicialis Iudicum, qui prohibentur in feſtis fieri, duob. caſib. exceptis, ſ. vrgẽte neceſſitate, & ſuadente pietate. Vñ ex *hoc* capite excuſantur Iudices rurales, qui in pagis, & *villis* iuxta conſuetudinem locorum dñt ius in die feſto pro ciuilib. actionib. Nam pauperes qui in villis degunt, ceſſare non poſſunt a ſuis actionib. & laboribus in alijs dieb. ſine magno incommodo & iactura. Idemque dicẽdum eſt, ſi quis eſſet Iudex magnorum pagorum & diſcurrere deberet modo in vno pago, & modo in altero, tunc enim licitum eſſet dicere ius etiam in feſto. Sic etiam aliquando vrget ad hoc neceſſitas, quia. ſ. teſtis, aut Iudex alio tempore non ita tempeſtiue haberi poteſt, ex Caie. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. dub. vlt. & in Summa. verb. feſtum. Nau. in Manua. c. 13. num. 13. verſi. 9. Ludouico Lopez p. 1. inſtru. conſc. cap. 52. Toleto lib. 4. Summæ. c. 24. In qua tamen re conſulendum cẽſeo vel ſummum Pontificem, vt vult Toletus, vel ſaltẽ Epiſcopum loci, ut iudicet de neceſſitate & pietate requiſita ad hæc licite pręſtanda in diebus feſtiuis. Et idem de Notarijs dicendum eſt, quod de iudicibus dictum eſt.

Nomine Iudicij ad mortem, intelligitur etiã quæcumque alia pęna corporalis, neque enim hæc fieri poteſt in die feſto, niſi vrgente neceſſitate, puta immanitas ſceleris notorij exigit captum ſubito ſuſpendi, aut decollari abſque proceſſu, & ſententia, vt ſæpè contingit publicis latronibus, & nocturnis depopulatoribus agrorum, qui licite ſtatim in ſyluis, vbi capiuntur, ſuſpendi ſolent, aut quando timetur, ne impediatur iuſtitia, ſi malefactor detineretur, aut quia temporis, puta belli condõ hoc requirit, ex Hoſt. & Panorm. in cap. 1. num. 6. in fi. de ferijs. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. dub. vlt. & in Sum. verb. feſtum. & Tole. lib. 4. inſtr. ſacerd. ca. 24. Ratio eſt, quia quod pro reuerẽtia feſti inſtitutum eſt, non debet contra rectæ rationis iudicium dilationem vetantis, militare.

Nomine Sacramenti publici, intelligitur iuramentum iudiciale, quod niſi pro pace, vel neceſſitate in feſto fieri nequit: Sicut enim in iſtis caſib. fieri poſſunt placita, id eſt, iudiciales ſtrepitus, vt diximus, ita etiam & iuramenta pro rebus temporalibus, quæ alioquin pro cauſis temporalibus intelliguntur prohibita, ex S. Th. 2. 2. q. 89. art. 10. Caiet. 2. 2. q. 122. ar. 4. dub. vlt. & in ſum. verb. feſtum, & alijs. Et de hoc præcepto quatenus negatiuũ eſt, hoc eſt, quatenus præcipit abſtinere ab omni opere ſeruili, & quibuſdam alijs per eccleſiam adiunctis, hæc breuiter dixiſſe ſufficiant.

Quibus operibus inſiſtendum eſt diebus feſtis; & de feſtorum inſtitutione.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ad quænam opera teneamur in diebus feſtiuis.*
2 *An hoc præcepto præter cultum externum teneamur etiam ad internum.*
3 *Peccantem in die feſto duplex peccatum committere exiſtimat Alex.*
4 *Teneri ad contritionem homines in dieb. feſtiuis ſi ſint in mortali, qui docuerunt, & quare.*
5 *Communis & vera ſententia declaratur.*
6 *Solutio rationis Scoti, & refutatio Alenſis.*
7 *Solutio Argumenti pro ſententia Angeli.*
8 *Finis in quem Deus & eccleſia dies feſtos ordinauit.*
Sabbathum & dies feſtos plene ac perfecte celebrat quis. ibid.
9 *Quinam ſunt dies illi feſti, qui a Chriſti fidelibus vltra diem dominicum de præcepto ſeruandi ſunt.*
10 *An ſicut contingit aliquando dies feſtiuos transferri quoad officia, transferri etiam cenſeantur quod obſeruantiam.*
11 *An quis teneatur dies feſtos patriæ vel loci obſeruare.*
12 *An licitum ſit in die feſto patriæ ad alium locum ire ubi dies feſtus non eſt, ibique totum diem in laborib. expendere.*
13 *Quando feſtum incipiat & deſinat.*
14 *Quidnam poſſit cõſuetudo aut ſuperioris prælatus circa dies feſtos.*
15 *De conſuetudine duo annotanda.*
16 *Summus Pontifex, & Concilium generale poſſunt nouos dies feſtos inſtituere ſicut, & antiquitus inſtitutos abrogare.*
Epiſcopi tantum in particularibus ſuis eccleſiis, nec id tamen ſine urgentiſſima cauſa, idque ex cleri populique conſenſu.
17 *Epiſcopi & alij prælati Eccleſiæ diſpenſare poſſunt non*

ſolum circa feſta particularis conſuetudinis vel præcepti ſed etiam vniuerſalis.

Princeps ſecularis, Ciuitas, Reſpub. dies feſtos inſtituere non poteſt. ibid.

18 *Quotieſcunque contingit neceſſitas etiam publica, nihil ualet diſpenſatio Principis ſecularis.*

Serui à Patronis iuſſi aut coacti excuſantur.

19 *An qui nunc viuunt feſta maiorum voto aut iuramento recepta ſeruare teneantur.*

QVoniam præceptum hoc partim negatiuum eſt, præcipiens.ſ.vt quis ab omni opere ſeruili in feſtiuis diebus abſtineat, partim affirmatiuum, quo præcipimur cultum exteriorem exhibere Deo, & poſitiue vacare diuinis, & de priori parte ſatis in præcedenti capite dictum ſit, nunc de altera præcepti parte, quatenus præſentis inſtituti noſtri ratio poſtulat, agendum eſt. In qua re quædam dubia explicanda ſunt.

1 PRIMVM DVBIVM eſt, Ad quænam opera teneamur in diebus feſtiuis?

Reſpondeo, Ex communi omnium conſenſu, fideles omnes, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint, vſumq. & iudiciũ rationis habuerint, ſingulis diebus dominicis, alijſq. diebus feſtis ex præcepto, Miſſam dicere, vel audire ſub peccato mortali tenentur, niſi ex aliqua iuſta & rationabili cauſa excuſent, vt habetur in c. *Miſſas de cõſec. d.* 1. vbi dr̄, *Miſſas die Dominico ſecularib. totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat, quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur.* Et ſimilia fere habentur in *c. omnes fideles, ead. diſt.* De qua re plura dicemus in materia de præceptis Eccleſiæ. Dixi, *niſi ex cauſa rationabili excuſentur*, vnde qui Miſſam audire omittit, vel quia incurreret mortis periculum ſi exiret domo ad Miſſam audiẽdam, vel quia inſeruit infirmis, qui citra periculum relinqui ſoli nequeũt, vel ſi timeretur raptus puellæ ſi exiret maxime vbi in more eſt nubiles puellas non exire in publicum, dummodo tñ alias non exeant ad choreas, & ſpectacula, vel ſi mater aliquid aduerſum filiæ timeret, ſi ipſa ēt egrederetur ad Miſſam audiendã, poſſet domi manere ad cuſtodiã filiæ, vel ſi maritus Zelotypia æſtuans, vxorē cohibeat, ne exeat, vel vidua per aliqđ tempus, ſ. per dimidiatum, vel integrũ menſem à morte mariti non egrediatur: vel mulier poſt partum tp̄e purificationis Miſſam nõ audiret, iuxta patriæ conſuetudinē, in his inquam, & alijs ſimilib. caſib. qui Miſſam audire omitteret, nõ peccaret. Et pariter ſerui & famuli dum herus iter eis imperat, vel aliud negotium, licet ſacrum non audiant, excuſantur, & quicquid culpæ ſit, Dominis eorum imputatur, ſi abſq; rõnabili cã impedimēto ſint, quo minus famuli Miſſam audiant. Quæ oĩa tradunt authores communiter. S. Ant. p. 2. tit. 9. ca. 10. Ang. verb. feriæ. nu. 42. Tabie. eod. nu. 48. Sylu. verb. Dominica. q. 6. ver. Quintum. & in verb. Miſſa. q. 1. & ſummiſtæ ibidem. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. in princ. & in ſumma. verb. feſtum. in princ. Sotus lib. 2. de iuſt. q. 4. art. 4. Nauar. in Manu. cap. 13. numer. 17. verſi. vndecimo. & cap. 21. numer. 2. 3. 4. 5. Barth. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 9. Ludou. Lopez p. 1. inſtruct. conſc. ca. 52. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 24. Toletus lib. 4. ſummæ. c. 24 & lib. 6. c. 6. & ſeqq. Emanuel Sa in Aphoriſ. verb. Miſſæ auditio. Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis. lib. 1. c. 10. nume. 9. Andreas Crocquetius Catecheſi. 73. Ioannes Azo. p. 1. inſti. Moral. lib. 7. c. 2. & 7. Catech. Rom. in explicat. tertij præcepti. nu. 26. & Io. Pedraza in declaratione 3. præcepti. verſic. Secundo, & alij quos ſuo loco referemus.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, An hoc præcepto præter cultum externum, teneamur ēt ad cultum internum? Scot. in 3. d. 27. §. Quantum ad ſecun lite. N. expreſſe docet hoĩes ex hoc præcepto teneri dieb. feſtis bonum actum mentis exercere erga Deum, nempe eius dilectionem, atq. adeo affirm teneri oẽs in dieb. feſtis Deum diligere, ita. ſ. *vt v neat vnuſquiſq; apud ſe, i. recolligendo ſe, & aſcendẽ ad Deum ſuum.* Rõ pro hac re eſſe põt, quia cũ hoc ſit præceptũ affirmatiuũ ad Dei famulatum pertinens, famulatus aũt ille Deo ſit gratior vt qui int in corde fit, q̃ q exterius exhibetur, conſequen ille potius q̃ iſte in præcepto eſſe vr̃. Deinde q ſecluſa deſignatione & determinatione eccleſiæ, a qua ſanctificatio iure diuino fieri præcipitur in diebus feſtiuis, ſed non poteſt aſſignari alia cõmodi quam illa quæ fit per diuinam dilectionem, qua quis iuſtificatur. Ergo ad eam iure diuino in feſtis fideles obligantur.

3 *Alij* vt Alexander de Ales. p. 3. q. 32. memb. 5. ar. 2. exiſtimant peccantē in die feſto, duplex peccatũ cõmittere, vnum. ſ. pro ratione culpæ, & alterũ cõtaminando feſtũ, & proinde teneri vtrũq; confiteri. Quamuis. n. ſit peccatum vnum ratione actus, e tamen duplex ratione reatus. Dat exemplum, Q *in diebus Dominicis*, inquit *deflorat uirginem, ut occi dupliciter peccat, interficiendo, & ſtuprando.* Sicut q in eccleſia homicidiũ facit, aut Monialem vi vno actu duplex peccatũ cõmittit in cõfeſſione explicandũ. Cuius ēt ſñiæ fuit Hyſichius in eo quod docet hoc præcepto præcipue prohiberi ceſſat a peccatis. Idē ēt docet Nicolaus de Lyra in E 20. affirmans peccantē mortaliter in die feſto, non ſolũ agere contra vnũ præceptum. v. g. cõtra illud, *Non mœchaberis*, ſi adulterium committat, aut contra illud, *Non furtum facies*, ſi furetur, ſed ēt contra illud de ſanctificatione Sabbathi, fauere etiã videtur S. Tho. qui 2. 2. q. 122. art. 5. ad 3. vbi diſtinguens triplex opus ſeruile, vnum quo quis ſeruit peccato, alterum quo homo homini ſeruit, & tertium quo ſeruit Deo, paulo poſt ſubdit, *opera ſeruilia primo, vel ſecundo modo contraria obſeruãtiæ ſabbathi*, inquãtum impediunt applicationem hominis ad Diuina; Immo addit magis contra hoc præceptum agere illum, qui mortale peccati committit in die feſto quam qui opus aliquod corporale facit, & adducit ad huius rei confirmationē D. Auguſtinum in lib. de decem chordis capi 3. vbi ait, *melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid u, quam ſi in theatro ſeditioſius exiſteret, & melius fœminæ eorum die Sabbathi lanam facerent, quam quaca die in Neomenijs ſuis impudice ſaltarent.* Idemque docere videtur S. Thomam ſecutus S. Antoninus p. 2. tit. 9. c. 7. §. quantum ad primum.

Alij docent teneri homines ad contritionem in dieb. feſtiuis ſi ſint in peccato mortali, ſic expreſſe Angel.in verb.feriæ.nu.41.'& Petrus Sotus lec. 13. de pœnitentia,quia cum teneatur vacare Deo in aliquo tempore diei feſti, non poteſt id facere, niſi conteratur de peccato; id quod non ſolum docet eſſe verum in eo qui recognoſcit ſe eſſe in peccato mortali,ſed etiam de eo,qui non aduertit, tenetur enim ſaltem generaliter dolere de peccatis cõmiſſis,alias,inquit,non excuſatur à mortali. Vnde ait hac de cauſa in Miſſa præmitti confeſſionem, quæ fit non ſolum à celebrantibus,ſed etiam ab audientibus Miſſam, & confirmari poteſt ex illo Leuit.16.vbi dicitur, *Sabbathum requietionis eſt, affligetis animas veſtras*,& c.23. *Affligetis animas veſtras in eo,omne opus ſeruile non facietis in die hac* &c. Et infra,*omnis anima,quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo.*

5 Communis tamen,& vera opinio eſt,non teneri homines in diebus feſtiuis ad actum interiorem dilectionis,aut contritionis. Sic Caie.2.2.quæſt.122. arti.4.& in ſumma in verbo.feſtum. Sotus lib.2.de iuſti.q.4.art.4.& in 4.d.17.q.2.arti.6.conclu.3.Io. Med.Cod.de pœnitentia q.6.dub.3. Sylueſt.verb. Dominica.q.6.verſic. Quartum.Tabiena.verb.feriæ nu.48.Naua.in Manu.c.13.nu.17.verſi. Quartum Gregor.de Valen.to.3.diſpu.3. q.19.puncto. 1.in fi.& to.4.diſp.7.q.8.puncto 4.Canus relect.de pœnit.p.4.propoſi.3.Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſcient.cap.52.Coſmus Philiar.de offi.ſacerdo.par. 2.lib.3.cap.23.Toletus lib.4.ſummæ.c.24. & alij. Ratio eſt,quia aut ad hæc omnia ab authorib.cõtrariæ opinionis aſſerta iure eccleſiaſtico obligantur hoĩes, aut iure diuino: Non iure eccleſiaſtico, tum quia eccleſia non directe ſe extendit ad actus internos;tum,quia id quod eccleſia præcipit,continetur in cap.Miſſas.de conſecr.d.1.ſcilicet, vt audiatur ſacrum,& abſtineatur ab operibus ſeruilib. quæ abſque dilectione Dei,& contritione inculpabiliter adimpleri poſſunt. Quamuis enim in illo actu exteriori audiendi ſacrum,ſubintelligatur actus ille interior,ſcilicet,velle audire ſacrum, cum decẽti reuerentia,& attentione vt ſit actus humanus,nõ tamen nos cogit ad aliquem alium particularem actum contritionis,& dilectionis Dei.Vnde licet eccleſia præceperit illa, quibus homo ad iſta præparari,& diſponi ſolet, ſcilicet,dum quis abſtinet ab operibus ſeruilibus, & Miſſæ reuerenter interſit,excitari ſolet ad actus contritionis, & dilectionis Dei eliciendos, illos tamen non præcepit, vt conſtat. Neque iure diuino,tum quia ex communi Doctorum conſenſu præceptum dilectionis Dei non continetur in Decalogo, ſed in principio omnium, tanquam finis eorum præfigitur, tum ꝗa finis pręcepti non continetur ſub ipſo præcepto,pręcepta enim non dantur niſi de medijs; finis autem p̄ceptorum Decalogi eſt dilectio,ergo non cadit in ipſum præceptum. Ratio etiam id ipſum committit,Nã contritio eſt actus virtutis pœnitentiæ,qui eſt actus iuſtitiæ;cultus autẽ in hoc præcepto Decalogi contentus eſt actus Religionis, vt conſtat, quæ ſunt duæ virtutes diſtinctæ,ſub hoc igitur pręcepto ſolus actus exterior cadit, non dilectio Dei, aut contritio, aut vitatio aliorum peccatorũ; atq; adeo peccatum in die feſto commiſſum nec ſacrilegium eſt,nec feſti circunſtantia in confeſſione ex neceſſitate confitenda erit, quãuis accidẽtarie aggrauet,ac proinde conſilium ſit eam confiteri.

6 Ad rationem vero Scoti Reſpondetur, Quod licet dignior ex ſe ſit actus internus quam externus,inde tamen non ſequitur vtrumque eodem modo præceptum eſſe; ſiquidem exterior ſolum in pręcepto eſt,ſcilicet audire Miſſam ea attentione,vt ſit actus humanus. Et exinde tanquam finis conſequitur amor ille internus,& mentis eleuatio. Prior igitur actus,ſ.auditio Miſſę cum debita attentione ſolum præcipitur:Tenetur enim audiens Miſſam in feſto interiorem,& exteriorem cultum exhibere. Sicut ſacerdos tenetur ad attente ſoluendũ horas, ideſt vt ex propoſito,ſeu aduertenter,non notabiliter mentem auertat.Secundus vero, finis præcepti eſt,finis autem præcepti non cadit ſub præcepto vt diximus. Præcipimur igitur abſtinere ab operibus ſeruilibus,vt melius Deo vacemus, hoc eſt, vt attentius Miſſam audiamus, atq; adeo hæc duo in præcepto ſunt,ſ.ceſſare ab opere ſeruili, quantum attinet ad partem negatiuam huius præcepti, & audire attente Miſſam,quod ſpectat ad partem affirmatiuam, quæ ambo ad ſubſtantiam præcepti pertinent;Quod vero poſtea vacemus Diuinis laudibus,orationi,& contemplationi,ad finem præcepti ſpectat,qui nullo modo in pręcepto eſt,vt expoſuimus. Ex quibus etiam refellitur Alenſis opinio, aſſerentis duplex peccatum committi, ſi in die feſto peccetur; Quamuis.n.ſacrilegium cõmitti poſſit,aut ratione voti,puta, ſi Monachus vel ſacerdos fornicatus fuerit, aut ratione eccleſiaſtici ſtatuti, ſ. ſi in loco ſacro furtum committatur, aut ſanguis, vel ſemen ibi effundatur,non tamen extat tale aliquod præceptum ratione temporis: vnde nec ſacrilegium erit quodcunq; peccatum, ex eo quod in die feſto perpetratum ſit.Quod vero S.Thom.affirmet peccata aduerſari obſeruantiæ Sabbathi,intelligendum eſt tantum quantum ad finem Sabbathi, hoc eſt,quantum ad vacationem rerum diuinarũ, non aũt quantum ad ſubſtantiam pręcepti. Etenim magis repugnat peccatum Diuinæ contemplationi,quam opus ſeruile,ideoq; peius eſt fornicari in die feſto,quam arare,id quod ſolum probant exempla ex S.Auguſtino allata.

7 Quod vero ad ſententiam Angeli ſpectat, eiuſq; argumentum,quamuis ſatis ex ſuperioribus refutatum ſit; Reſpondetur tamen conſuetudinem illam præmittendi confeſſionem in Miſſa, ſolum obligare ſacerdotes celebrantes,non audientes, qui licet eam non faciant, præcepto tamen eccleſiæ ſatisfaciunt,ſi Miſſæ interſint, vt ex praxi eccleſiæ conſtat. Ad ea vero,quæ ex Leu.16.& 23. afferuntur,Reſpondent communiter Doctores,vel intelligenda eſſe de abſtinentia a voluptatibus,& ab his, vnde ſolent homines recreationem corporalem ſumere,vel referri ſpecialiter ad feſtũ expiationis, ꝙ inſtitutum fuit ſpecialiter ſemel in anno, ſcilicet, decima die menſis ſeptimi, in quo præceptum Iudæis erat corpora ieiunio macerare, hoc eſt, animas affligere, vt ſic ſacerdos pro peccatis populi offerret,& oraret,ita vt Deus propitius, & miſericors,redderetur,vt notant Ioan. Medina,& Sotus in quarto diſtinct.17. vbi ſupra, & ſatis euidenter colligitur ex Leui.16.atque ita quoad hoc feſtum illud legale erat,& nunc tempore nouæ legis non obligat.

8 Quamuis hæc ita ſint, hoc eſt, quamuis cum abſtinentia ab operibus ſeruilibus, ſufficiat in feſto ad euitandum mortale peccatum attente Miſſam audire, abſque eo quod interioribus alijs actibus orationis, deuotionis, dilectionis, & contritionis vacet hoc tamen ſatis eſſe deberet ad monendos homines ad hæc opera, quod finis in quem Deus, & eccleſia feſtos dies ordinarunt, eſt, vt his diebus ſaltem Chriſti fideles orationi, & operibus pietatis vacēt, quandoquidem id maxime neceſſarium illis eſt ad vitam ſpiritalem conſeruandam, vt cum alijs hebdomadæ diebus perpetuo quaſi negotijs externis diſtrahantur, ita vt vix modicum quid illis internis deuotionis & pietatis actibus tribuere ſoleant, tandem in diebus feſtiuis prolixius attentius, & maiori cum feruore vacemus orationi, vt ſic ſuppleamus defectus, & negligentias aliorum dierum. Si enim iuſſiſſet nos quotidie religionis cultum ſibi tribuere, ſicut tunc pro ſuis erga nos beneficijs, quę maxima, & infinita ſunt, omnis opera danda fuiſſet, vt prompto, alacrique animo eius dicto audientes eſſemus: ita nunc paucis ad eius cultum inſtitutis diebus ſine grauiſſima culpa prætermittere non poſſumus, quin in illis Deum a quo tot beneficia accepimus, agnoſcamus, colamus, ac veneremur. Sabbathum itaque dieſque feſtos is plene ac perfecte celebrat, & ſanctificat, qui ad Dei templum accedens, pia ibi ſinceraque animi attentione ſacroſanctæ Miſſæ intereſt, hoc eſt, vel ſedet, vel geniculatur, & ad ſalutationes, collectaſq. Miſſæ reſpondet, nec fabulas Miſſæ tempore intermiſcet. Hæc enim ex Doctorū conſenſu ad feſti celebrationem, & ſanctificationem abſq. peccato ſufficiunt. Si quem vero generoſiorem tam tepide ac imperfecte Deo ſeruire pudeat, hęc præterea agat, ſub tempus conſecrationis æqualibus votis cum ſacerdote conſpiret, ſiſtatque Deo patri filium ſuum, & agnum Dei. Cūq. ſacerdotē ante conſecrationem, & ſacrificij oblationem in ſilentio ſtantem, & orantem videat, ipſe nō immemor ſuę dignitatis, & cōis ſacerdotij Chriſtianorum, ſeipſum, ſuoſque oēs Deo deuote commendet, & pro viribus communem eccleſiæ cauſā agat. Cum enim ſe dicat ipſe ſacerdos offerre pro ſe ſuiſque omnibus, nemo tam debet eſſe ingratus, & iners, vt omnia ſoli ſacerdoti contradens, ſui ipſius, ac ſuorum ſit immemor. Poſt exhibitum Patri filiū, vbi rurſum erit ſilentium, commendare meminerit ſuos defunctos, & comprecatores ſanctos omnes vtroque in loco aduocet. Quę omnia ſicut dici, ita etiam fieri facile poſſunt. Addi etiam poteſt, & illud, vt ſcilicet poſt lectum Euangelium, aut recitatum Symbolum, cum ſacerdos panem, & vinum offert, ipſe, ſi non corporaliter, ſaltem pia mente, cū ſacerdote eandem oblationem Deo offerat, panem quidem pro omnibus quæ ad hanc vitam, corpuſq; attinēt, vinum autem, quod Symbolum eſt animę, pro ijs, quæ ad animam ſpectant, beneficijs. Hæc res enim vehementer hominem extimulat, vt Chriſtiani decoris nunquam obliuiſcatur, vtpote, q̃ tantam ſibi cum Deo conſuetudinem eſſe meminerit. Illud demum adijciendum eſt, hac præſertim ætate, qua deſijt illa Chriſtianorū cum ſacerdote ſacramentorum cōmunio, vt ſaltem ardentib. votis ſpiritaliter cōmunicet, hoc eſt, vt annitatur, optet, ſupplicet fieri patticeps effectuum, & gratiarum paſſionis, corporiſque, & ſanguinis Chriſti Domini. Hoc enim modo non ſolum attente, ſed pie ē., & deuote præceptum illud de audienda in feſto Miſſa adimplebit. Reliquum porrò diei feſtiui tempus non niſi in concione audienda, & in ijs officijs; & operibus, quæ pietatem continent, pauperib. videlicet, & egenis eleemoſinam tribuendo, ægros viſitando, mærentes, quippe dolore afflicti iacent, pie conſolando, expendendum erit. Nam vt apud Apoſtolū eſt, Religio munda, & immaculata apud Deū & patrem hæc eſt, viſitare pupillos, viduas in tribulatione eorum. Iac. 1. Hoc.n. planè Sabbathum eſt, quod Eſa.c.58. Delicatum appellat, quoniam dies feſti ſunt veluti deliciæ Domini, & piorum hominum, quibus eos digne, & deuote celebrantib. maxima, & ampliſſima præmia a Deo promittuntur, quæ eodem in capite proponuntur. De quo argumento plura apud ſanctos Patres, & cathechiſtas legi poſſunt, hæc noſtro inſtituto ſatis ſint. Ex quib. quid in hac præcepti affirmatiui parte Chriſtianis omnibus præceptum ſub peccato ſit, manifeſtum eſſe poteſt.

9 TERTIVM DVBIVM eſt, quinam ſint dies illi feſti, qui a Chriſti fidelibus vltra diem Dominicam de præcepto ſeruandi ſunt?

Reſpondeo, præter dies Domicos in memoriam, & honorem Reſurrectionis Chriſti, alios dies feſtos ab eccleſiæ initio & conſequentibus deinde temporibus Apoſtoli, & ſummi Pontifices ſancte, & pie inſtituerunt in memoriam multorū beneficiorum quæ a Deo accepimus. Inter quos celeberrimi habentur illi dies, qui ob Redemptionis noſtræ myſteria religioni conſecrati ſunt. Deinde qui ſanctiſſimæ Virgini matri, tum vero Apoſtolis, Martyribus, ceteriſque ſanctis cum Chriſto regnantibus dicantur, in quorum victoria Dei bonitas, & potentia laudatur, ipſis debiti honores tribuuntur, atq; ad eorum imitationem fidelis populus excitatur. Qui dies recenſetur tū in cap. Pronunciandum. de conſecra. diſt. 3. tum in ca. Conqueſtus. de ferijs, quibus tamen in locis enumerantur omnes dies feſti, qui modo ſeruantur, nec præterea ſeruantur oēs dies feſti, quorum ibi mentio habetur. Enumerantur.n. ibi dies Innoc. & S. Syluestri, qui tamen modo nullibi ferè ſeruantur. Item ſeptē dies dominicæ paſſionis, & dies Reſurrectionis cum ſeptem ſequentibus qui tamen omnes modo non ſeruantur; ſed ſolum Dñicæ paſſionis, & Reſurrectionis cum diebus duobus ſequentibus. Enumerantur [illegible] ibi tres dies Rogationum, qui tamen modo dies feſti non ſunt. Quia igitur cōſuetudo nūc multos dies feſtos ex eis abſtulit, & alios induxit, ideo hæc tanquam regula certa tenenda eſt, quod vnuſquiſque illos dies feſtos obſeruet, quos lex, aut conſtitutio Synodalis recepta, & non abrogata, vel cōſuetudo præſcripta ibi præcipit obſeruari. Etenim non ſolum dies qui ſunt ex præcepto, ſed illi etiam qui ex conſuetudine, & particulari deuotione populi ſeruantur, pari modo ſeruandi ſunt, cum conſuetudo vim legis habeat. Scire tamen oportet, quod conſuetudo non eodem modo omnes recipit, & obſeruat. Et hinc eſt, quod non omnes qui ſunt ex conſuetudine ſeruantur eodem modo, ſed inæqualiter prout habet conſuetudo. Aliquando enim conſuetudo habet vt totus dies feſtus ſeruetur.

tur; Aliquando autē ſolum quoad horas ante meridianas, quandiu celebrentur Miſſæ. Aliquando conſuetudo habet vt feſtus dies tā in ciuitate, quā extra: Aliqn̄ vt ſolum in ciuitate, & non extra, ſeruetur, vnde eo modo ſeruandi ſunt dies feſti, quo loci conſuetudo ſeruat. Quæ omnia latius tradunt Gloſſa in d.c. Pronunciandū. & in d.c. conqueſtus. Hoſtienſis, & Panorm. ibi. S. Anto. p.2. tit.9. ca.7. in princ. Ang. in verb. Feriæ. nu.3.4.5.6.& 7. Sum. Piſanella. eo. §.2.3.& 4. Tabiena. eod. nu.3.4.5.& 6. Sylueſter verb. Dominica. q.1. Caiet. in ſum. verbo. Feſtū. in fi. Nau. in Manu. c.13. nu.5. Lud. Lopez p.1. inſtruc. conſc. c.52. Coſin. Philiar. de offic. ſacer. p.2. lib.3. c.23. Toletus lib.4. ſum. ca.24. Emanuel Sa in Aphoriſmis. verb. feſtum. & alii cōmuniter.

10 QVARTVM Dubium eſt, An ſicut contingit aliquando dies aliquos feſtiuos transferri quoad officia, cum ſcilicet, occurrunt in Dominicis aduentus, vel quadrageſimæ, & huiuſmodi, transferri ēt cenſeātur quoad obſeruantiam eorum, ita vt abſtinere teneatur populus ab operibus ſeruilibus, & ad Miſſam audiendam obligetur?

Reſpondeo cum S. Ant. par.2. titu.9. c.7. in princip. & Tabiena. verb. Feriæ. num.15. verſ. Decimoquarto. & Syllueſt. verb. Dominica. q.2. Non teneri; cuius hęc ratio eſt, quia eccleſia illos dies feſtiuos obſeruandos ſolum ſtatuit diebus, quibus occurrunt, non autem aliis diebus prout conſuetudo obſeruat, quamuis ſecus cenſendum ſit quoad celebrationem officii, vt praxis eccleſiæ obſeruat. Id quod etiam patet à ſimili; Nam ſi occurrat ieiuniū eccleſiæ, vel ex voto in eadem die; qua aliud ieiunium eccleſiæ, puta vigilia S. Matthæi, vel S. Thomæ Apoſtoli cum ieiunio quatuor temporum: vel ſi quis ſextam feriam ieiunare haberet ex voto, & eadem die accideret aliquod ieiunium eccleſiæ, nullus dicet, teneri illum alio die ieiunare in ſupplementum, ſed illa dies determinata ſatisfacit vtriq; & voto & ieiunio eccleſię. Et idē de obſeruatione diei feſti dicendum eſt, nec illa tenetur duas Miſſas audire; ſed vtrique pręcepto ſatisfacit, ſi vnam ſolummodo Miſſam attente audiat.

11 QVINTVM Dubium eſt, An quis teneatur dies feſtos patrię, vel loci in quo degit obſeruare?

Reſpondeo, vnuſquiſque obſeruare tenetur feſta loci illius in quo degit, non autem illa, quæ in propria patria obſeruantur. Vnde eſt illud commune dictum, *Cum fueris Romæ, Romano uiuito more; cum fueris alibi, uiuito more loci*. Id quod probari ſolet à ſimili, de ieiunijs, ſiquidem in ieiuniis, & in comedendis ouis, & lacticiniis, aut ab illis abſtinendo, cōformare ſe tenetur vnuſquiſque loco, in quo pro tunc ſe inuenerit. Sic Nau. in Man. c.13. nu.5. verſi. Infertur tertio. Coſinus Philiar. de officio ſacerdo. p.2. lib.3. c.23. Notab.3. & Lud Lopez p.1. inſtruc. conſcient. c.52. ſolus autem tranſitus ad peculiaria feſta non obligat, ſi ibi non requieſcat: Non enim tenetur qui iter agit per ciuitatem vbi dies feſtus obſeruatur, iter ſuum retardare, vt Miſſam audiat in tali feſto proprio loci per quem tranſit, vt Nau. verſic. Infertur 6. Coſmus, & Lopez locis proximè allatis teſtantur. Ceterum ſi illuc ante prandium veniret, & ibi tota die quieſceret, tunc Coſinus vbi ſupra non improbabiliter docet in eo caſu teneri ad ſacrum audiendum, quod tamen intelligerem qñ commode aliàs negotia ſua expedire poterat, & per multum temporis ante prandium illuc accederet, id quod arbitrio boni ac prudentis viri conſideratis omnib. circunſtantiis relinquendum eſt, ſicut etiam à ſimili ſi ibi pranderet, teneretur veſci cibis ieiunii, ſi peculiare ibi ieiunium obſeruaretur.

12 SEXTVM Dubium eſt, an licitum ſit in die feſto patriæ, ad alium locum ire vbi dies feſtus nō eſt, ibique diem totum laborando expendere?

Reſpondeo poſſe quem ad locum, vbi non eſt feſtum, ire cauſa laborandi, ex loco vbi feſtum eſt. Id quod non ſolum verum eſt in eo, qui in feſti vigilia, ſed etiam qui in ipſo die feſto id faceret, dummodo prius Miſſam audierit. Sic Nau. in Manu. ca.13. nu.5. verſ. Infertur ſexto. Ludo. Lopez p.1. inſtruct. conſc. c.52. & Emanuel Sa. in Aphoriſmis in verb. feſtum. Ratio eſt, quia ſicut obligatur ad Miſſam audiendam, eo quod dies feſtus erat in loco vnde egreſſus fuit, ita etiam cum extra locum illum fuerit, in quo dies ille feſtiuus non eſt, laborare licite poteſt, cum non ibi dies ille obſeruetur. In qua tamen re fraus omnis abeſſe debet, nec paſſim id faciendum eſt niſi ex cauſa iuſta, & vrgente neceſſitate, puta quia pauper eſt & familiā magnam habet alendam, aut quia labor eius multum vtilis eſſe poſſit in eo loco, aut alia ſimili ex cauſa.

13 SEPTIMVM Dubium eſt, quando feſtum incipiat, & deſinat?

Reſpōdeo, quidā ex c. Pronūciandū. de conſecr. diſtinctio.3. & c.1. & c.2. de ferijs, exiſtimant incipere a veſpera, & durare ad veſperam. Ceterum vt recte docent Alex.3. in c. Quoniam, de feriis. Pano. ibidem. num.4. S. Anton. p.2. tit.9 cap.7. verſi. feſta autem. Angel. verb. Dies. Syllueſt. verb. Dominica. q.2. Tabiena. verb. feriæ. verſ. Decimotertio. Caiet. in Sum. verb. feſtum. in fin. Naua. in Man. c.13. nu.5. verſ. Infertur 1. Coſin. Philiar. de off. ſac. p.2. li.3. c.23. Notab.3. Ludo. Lopez par.1. inſtr. cōſc. c.52. Tolet. in Sum. lib.4. ca.24. Lud. de Beia p.1. reſpon. caſuum conſci. caſu.3. & Emanuel Sa. in Aphoriſmis. verb. feſtum. Modum incipiendi, & terminādi feſta, an ſcilicet à veſpera in veſperam, vel à media nocte ad mediam noctem, a conſuetudine pręſcripta loci ſumendū eſſe. Et quidē quoad officium incipit in veſpĕris, quoad eſum carnium, à media nocte ad mediā noctem, quoad feſti celebrationem ſeruanda eſt loci conſuetudo, & quidē cōmuniter conſuetudo inuexit, vt paſſim fieri videmus, vt à media nocte vſque ad mediam noctem feſta ſeruētur. Dixi, *communiter*, quia vbi conſuetudo haberet vt ſeruarentur feſta à media nocte vſque ad meridiem, vel vſq; ad Miſſarū ſolemnia peracta, poſſent poſtea fieri opera ſeruilia, vt praxis obſeruat. Immo ſi conſuetudo communis alicuius loci eſſet incipere feſtum à veſpere, & aliquæ artes propter ſuū proprium exercitiū haberent propriā conſuetudinem illa ſeruandi à media nocte, in mediam noctem, vt ſutoria, & barbitonſoria, excuſarentur vel diſpēſatione Eugenii IIII. ex S. Antonino, & Emanuele Sà, vel ratione cōſuetudinis, propriæ omniū fere illarum artium, ex Tabiena, Sylueſtro, Caieta. & Coſino vbi ſupra, vel vt notat Nauarrus cum feſtum communiter more Romano incipit à media nocte ad mediam noctem, l. more Romano. ff. de feriis, non indigent Barbitonſores tali diſpenſatione vt per duas, aut tres horas noctis in Sabbatho & aliis diebus profeſtis laborent, cum abſque omni priuilegio tali vſque ad mediam noctem tōdere poſſint. Vbi autem contraria eſſet conſuetudo, tunc illis diſpenſatio prædicta excuſare poterit.

14 OCTAVVM Dubium eſt. Quidnam poſſit conſuetudo, aut ſuperiores prælati circa dies feſtos.

Reſpōdeo quamuis multa in hac re dici poſſent, ego tamen vt multa paucis complectar, & ſingula clarius & diſtinctius exponam, omnia ad quatuor puncta reducam, quæ ſequentibus propoſitionibus explicabo.

Prima propoſitio: Conſuetudo ſcita & tolerata circa dies feſtos, idem poteſt quod circa alia præcepta humana, ſ. dies feſtos abrogare, vel nouos inſtituere. Sic Angel. verb. Feriæ. nu. 4. Tabiena. eod. nu. 11. verſ. Decimo. Sylueſter. verb. Dominica. q. 1. verſ. Secundum, & verſ. Tertiū. & ſeq. Naua. in Manuali, cap. 13. nu. 5. verſ. Nono. Coſmus Philiachus de offic. Sacerd. p. 2. li. 3. c. 23. Notab. 3. Luodouicus Lopez p. 1. inſtruc. conſcien. c. 52. & alii. Ratio eſt, quia licet ſanctificatio alicuius tēporis, etiam in lege Chriſtiana, de iure diuino ſit, & ſic præceptū naturale, & morale, deterterminatio tn̄ diei eſt de iure humano, iuxta doctrinā S. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad quartum. S. Ant. p. 2. tit. 9. ca. 7. in princ. Soti lib. 2. de iuſtitia. q. 3. art. 4. ad ſecundum. Naua. in Man. c. 13. nu. 1. Coſini Philiarchi. de offic. Sacerd. p. 2. libro 3. c. 23. Notab. 2. & Ludou. Lopez p. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 52. in princi. Conſuetudo autē plurimum poteſt & valet in omne ius humanū. Quod vero conſuetudo dies feſtos abrogare poſſit etiāſi antea fuerint in præcepto, manifeſtum eſt, de facto enim abrogauit diem feſtum Innocentium, & San. Sylueſtri, & dies feſtos Rogationum, & quatuor dies hebdomadæ paſchæ. Quod autem nouos itidē inſtituere poſſit, patet experientia vbique locorū. Addo tamen quod ſupra diem dominicum, & ſupra dies excellentium feſtorum, ver. g. Natiuitatis Domini, Paſchæ Pentecoſtis, &c. probabiliſſimum eſt, nihil vſpiam conſuetudinem poſſe, tum quia probabile eſt, de iure diuino eſſe, vt vnus dies in qualibet hebdomada diuino cultui aſcribatur. Etenim in Decalogo præcipitur vt ſanctificetur Sabbathum, quocirca licet ſanctificatio Sabbathi cærimonialis ſit, quantum tamen ad ſanctificationem vnius diei in hebdomada de iure diuino & naturali eſt, iuxta ea, quæ poſt S. Thom. in 2. 2. q. 122. art. 4. ad primum notat Cathechiſmus Romanus tract. de tertio Decalogi præcepto. num. 6 Cum aūt vnus dies in hebdomada ſanctificandus ſit, nullus aptior, & conuenientior eſt ad ſanctificandū quam dies Dominicus propter Reſurrectionis Dominicæ myſterium. Tum quia hac de cauſa Apoſtoli ex illis ſeptem diebus eum, qui primus eſt, ad diuinum cultum conſecrare ſtatuerunt, quem & diem Dominicum dixere, vt notat Catechiſmus Romanus tract. de tertio Decalogi præcepto, nu. 7. atque adeo cum huius diei ſanctificatio tā antiqua ſit, & perpetuo obſeruata fuerit, non videtur conſueaudine vlla abrogari poſſe. Circa hanc autem conſuetudinem duo annotanda ſunt.

15 *Primum eſt*, quòd ſi in aliquo loco ſint multi dies feſti ex conſuetudine, Epiſcopi debent ex officio aliquot ex illis abrogare. Ratio eſt, quia vbi eſt talis multitudo dierū feſtorum, vnum horum duorum malorum eueniet; vel quod nullus dies feſtus obſeruetur prout ſeruandus eſſet, vel vt illi qui ſunt ex deuotione exactius, & perfectius obſeruentur, quam qui ſunt ex vniuerſali præcepto eccleſiæ. Quod autem multitudo feſtorum impediat eorum obſeruantiam, patet experientia, quia pauperes nō poſſunt ſine magna iactura & incommodo familiæ obſeruare.

Secundum eſt, quod ſi poſtquam Epiſcopus aliquot dies feſtos abrogauit, non obſtante tali abrogatione populus continuo in eorundem obſeruatione perſeueret, tunc conſuetudo præcedēs in ſuo vigore remanet, non ſecus ac ſi tales dies per Epiſcopum abrogati non fuiſſent. Si vero poſt Epiſcopi abrogationem populus ceſſat aliquantulum ab eorum obſeruatione, tunc conſuetudo vires ſuas amittit, eo quod interrupta non ſolum fuit per Epiſcopi abrogationem, ſed etiam per populi receptionem. Vnde quamuis poſtea idem populus, eoſdem dies feſtos rurſus obſeruare incipiat, adhuc tamen ad eos obſeruandos non obligatur niſi hæc conſuetudo rurſus per tot annos perſeueret, quot ſatis ſint ad præſcribendum.

16 Secunda propoſitio: Summus Pontifex, vel Concilium Generale nouos dies feſtos in tota eccleſia Dei inſtituere, & antiquitus inſtitutos abrogare poteſt. Ratio eſt, quia Papa & Concilium ſunt ſupra totam eccleſiam, & ideo nouos feſtos pro tota eccleſia inſtituere poſſunt, & veteres abrogare. Et quia communiter Papa & Concilium non procedunt ad inſtituendum dies feſtos ſine graui & rationabili cauſa, re mature prius diſcuſſa, & examinata, non requiritur conſenſus populi in talium feſtorum obſeruatione.

Tertia propoſitio: Epiſcopi dies feſtos nouos nō niſi in ſuis particularibus eccleſiis inſtituere poſſunt, neque communiter id facere debent ſine cauſa vrgentiſſima, idque ex cleri, populique conſenſu. Sic Panormitan. in capit. conqueſtus. nume. 4 & 5. de feriis. citans Innocen. & alios in cap. ueſtra. de locato. & conducto. & in capit. fin. de offic. delega. Federic. conſil. 17. Archid. in cap. primo, de conſecrat. diſtinctio. tertia. Angel. in verbo. Feriæ, num. 5. Tabiena. verb. eod. num. 10. verſicu. Nono. Emanuele Sa. in Aphoriſmis. verb. feſtum. Ratio eſt manifeſta, quia cum Epiſcopi ſemper non procedant cum tanta deliberatione, & feſtorum multitudo præiudicio eſſe ſolet pauperibus, non debent dies feſtos ſine cleri, populique conſenſu inſtituere. Quando autem contingit caſus, propter quem feſtum diem aliquem celebrare contingit, epiſcopus vnum ex duobus facere poteſt, ſcilicet, vel inſtituere diem illum feſtum celebrandum illo anno ſolum, vel pro aliquo numero annorum; vel ſi inſtituere velit diem aliquem feſtum in perpetuum, exiſtente præſertim cauſa rationabili, alium diem feſtum, qui ex deuotione eſt in illa diœceſi abrogare debet. Vnde colligo Epiſcopos quātum fieri poteſt, parcos eſſe debere in diebus feſtis inſtituendis. & promptiores ad abrogandos, quam ad inſtituendos, & hoc in eum finem, vt dies feſti eo quo debent modo celebrentur, & obſeruentur. Hinc infertur, feſtum ab Epiſcopo indictum non obligare, ſi populus ex cauſa rationabili contradicat, ex Pan. Tabie. & Eman. Sà. locis proxime allatis. Dies autem feſtos, quos in Diœceſi ſua ſeruandos Epiſcopus præceperit, Religioſi omnes, etiam exempti ſeruare tenentur, prout conci. Trid. Seſſ. 25. de Re. c. 12. præcepit.

17 Quarta propoſitio: Epiſcopi, & alij prælati eccleſiæ, ſicut diem feſtum inſtituere poſſunt de nouo, vel abrogare eum, qui ex particulari loci conſuetudine, vel præcepto ſeruatur: ita etiam diſpenſare poſſunt non ſolum circa feſta particularis conſuetudinis, vel præcepti, ſed etiam circa feſta conſuetudinis vniuerſalis, vel præcepti vniuerſalis eccleſię, ex cauſa rationabili, non ſolum cum aliquo particulari, ſed etiam cum toto populo.

Quinta propoſitio: Princeps ſecularis, ciuitas, aut Reſpublica dies feſtos inſtituere non poteſt. Sic Sylueſt. verb. Dominica. in princ. nu. 2. & Emanuel Sà in Aphoriſmis. ver. feſtum. Ratio eſt, quia diei feſti cultus, vnus ex actibus religionis eſt, quo colitur Deus, de cultu autem Dei curam ſolum habent prælati eccleſiaſtici. Hinc eſt, quod ſi Rex aliquis, vel Princeps feſtum diem agi præcipiat, v. g. Natalem filij, vel diem alicuius inſignis victoriæ, vel alium diem quemcunque, ſiue id faciat propter cauſam temporalem, ſiue ſpirituałẽ, dies ille vere dies feſtus non eſt. Vnde quamuis populus die illo ab operibus ſeruilibus abſtinere teneatur, Miſſam tamẽ audire non obligatur ex Syluest. & Emanuele vbi ſupra, & alijs communiter, niſi talem diem feſtum cum Papæ, vel Epiſcopi loci conſenſu inſtitueret, accendẽte namq; tunc eccleſiæ conſenſu, vere dies feſtus eſt. Vnde probabile eſt diem feſtum electionis, aut coronationis ſummi Pontificis eſſe ſolũ feſtum in Dominio Papæ, & ſic habet conſuetudo. Is enim dies non tam celebratur vt dies Põtificis, ſed tanquam principis temporalis, qui ius ſpirituale, & temporale in locis illis habet.

18 Hinc ſequitur, quod quotieſcunque contingit aliqua neceſſitas etiam publica, vt reficiendi pontis, aut conſeruandi mœnia ciuitatis, aut alterius operis faciendi, tunc ſi neceſſitas tanta non ſit, quæ per ſe tollat in caſu obligationem huius præcepti, ſed ſuperioris diſpenſationem requirat, nihil ualet diſpenſatio principis ſecularis, ſed neceſſaria eſt diſpenſatio prælati eccleſiaſtici, populus tamen qui ex imperio principis, vel minis, vel alia lege pœnali laboraret die feſto propter aliquam ex neceſſitatibus prædictis, a peccato excuſaretur, eo quod determinatio temporis diei feſti non ſit amplius de iure diuino, ſed humano, Ius autem humanum ex ſua natura cum graui damno, & periculo vitæ, vel bonorum, non obligat, famuli autem liberi, qui propter mercedem ſeruiunt alicui Domino, non excuſantur, ex hoc quod iuſſi aut coacti a Domino laborent, quia ſi talem Dominũ habeant, eum deſerere poſſunt, & alium acquirere, ſerui autem, qui ex neceſſitate ſeruiunt, excuſantur, ſi periculo alicuius grauis damni in die feſto ad voluntatem patroni laborent.

19 NONVM DVBIVM eſt, an qui nunc viuunt feſta maiorum voto, aut iuramento recepta, ſeruare teneantur.

Reſpondeo, quamuis vota perſonalia ſint, & iuramenta, vt conſtat, & conſequenter ad alios non tranſeant communiter, peccat tamen populus qui non adimplet vota feſtorum, aut aliarum rerum populi ſuperioris ætatis, quãdoquidem eſt vnus idẽq; populus, atque adeo tenetur vel ratione voti cum ſit idem populus; aut ſaltem ex vi contractus, & promiſſionis, quæ in vniuerſalem ſucceſſorem pertranſit, vt expreſſe docent Bar. Medina 1. 2. q. 90. arti. 3. Nau. in Manu. c. 12. nu. 79. ver. Decimotertio. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. ca. 50. Coſinus Philia. de off. ſacer. p. 2. lib. 3. c. 22. Emanuel Rodriquez p. 2. Sum. c. 99. cõc. 13. & Ema. Sà in aphor. in ver. feſtũ.

De quarto Decalogi Præcepto.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Quid hoc Decalogi mandato præcipitur, & Parentis nomen quinam intelliguntur. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Homo non ſolum debet eſſe φιλοθεως ſed etiã φιλανθρώπος ſecundum præceptum diuinum.*

2 *Pietas virtus peculiaris qua parentes colimus potentialis pars iuſtitiæ.*

Pietatis deſcriptio ſecundum S. Thom. & S. Auguſtin ibidem.

3 *Quid in hoc mandato præceptum, & quid honor parentum.*

Quare honoris vox poſita eſt non amoris aut metus.

4 *Quibus hominibus debeatur honor, & ſecundum quæ attributa diuina colligere oportet qui ſunt honorandi.*

5 *Sub hoc cultu parentum cultus conſanguineorum includitur.*

6 *Continetur etiam illa pietas, quæ eſt ad proximos.*

7 *Debitum etiam parentum in filios ſub hoc præcepto cõtinetur, cur autem id non expreſſum ſit, dicitur.*

8 *Cur additur præmium honorantibus parentes.*

Quare aliquando ijs, qui maiorem pietatem parentibus præſtiterunt, breuior uita contingat, triplex cauſa aſſignatur.

1 POſtquam in ſuperioribus pręceptis ea omnia expoſuimus, quæ ad Dei dilectionem pertinet, non ſolum autem φιλόθεοι. ideſt. Dei amatores, ſed etiã φιλάνθρωποι eſſe debemus, adeo vt Chriſtus Dominus præcepta illa duo de diligendo Deo, & proximo, ſimilia inter ſe eſſe dixit, Matth. 22. rectus ordo poſtulat, vt quæ circa proximi dilectionem verſantur, explicemus. Sic namq. inſtitutum eſſe Decalogum diximus, vt docerentur hoĩes, quõ erga Deum, ſuoſq. proximos ſe gerere deberent. Inter proximos autem quidam ſunt nobis peculiariter coniuncti, pręter ſimilis naturæ commercium, quod eſt cum omnib. cõmune. Qui rurſus licet in varios ordines ſint diſtincti, primus tamen locus merito debetur parentibus, quippe quibus, id quod ſumus ſecundum Deũ debemus

Sunt enim particulare noſtri principiũ,ſicut Deus vniuerſale omnium, ac proinde immediate poſt tria præcepta in prima tabula legis contenta ordinantia nos in Deum,quartum,ſed primum ſecundæ tabulæ præceptum conſtituitur illud, quo Patrem,& matrem honorare præcipimur. Eſt enim pietas in parentes illi,quę Deo debetur, adeo affinis,vt teſtibus Ariſt.lib.8.Ethic.c.1.& 2.Plat. de legibus,& alijs,Dijs,parentibus,& magiſtris equiualens reddi non poſſit.Hinc Cicero in orat.poſt reditum,parentes,inquit, chariſſimos habere debemus quod ab his nobis vita,patrimonium,libertas, ciuitas tradita eſt,in primis autem Deum,cuius beneficio hæc omnia tenemus.

2 Et cum omnia Decalogi pręcepta in iuſtitia fundata ſint,eſt enim iuſtitia virtus quædam,quia vnicuique,quod ſuum eſt,reddimus, ſicut religio conuenit cũ iuſtitia,quia eſt ad alterũ,puta ad Deũ,cui tamen æquale reddere non poſſumus,ita etiam pietas,quæ eſt ad parentes,quibus æquale reddere non poſſumus,pars quædam potētialis iuſtitiæ eſt.Quę ſanè virtus licet varijs modis accipi poſſit, hoc tamē in loco pro virtute illa peculiari accipitur, qua coluntur parentes,ſicque in vniuerſum definiri, & deſcribi poteſt,ex S.Tho.2.2.qu.101.art.1.2.& 3. & q.122.art.5.ad 1.& 2. *Pietas eſt uirtus, per quam debitus cultus,& honor tribuitur ijs, quorum beneficio poſt Deum ſubſiſtimus,& gubernamur,nimirum parētibus,et patriæ,atque adeo etiam propter hos ijs,qui uel neceſſitate aliqua ſanguinis cum parentibus,uel beneuolentiæ uinculo cum patria coniuncti ſunt.* Cui omnino ſimilis eſt illa deſcriptio pietatis a S.Aug.tradita li. 83.qq.q.31.deſūpta ex Cicerone lib.2.de inuentione.*Pietas eſt,per quam ſanguine iunctis patriæque beneuolis officium,& diligens tribuitur cultus.*

3 Quod igitur in hoc mandato nobis præceptum eſt,nō eſt aliud,quam vt parentes honoremus. Honor autem eſt proteſtatio quædam reuerentiæ,& præeminentiæ exhibita ab eo qui honorat, illi qui honoratur per aliquem actum interiorem,vel exteriorem,iuxta ea quæ S.Thom.1.2.q.2.ar.2.& 2.2. q.63.ar.3.tradita.Hæc autem præeminentia eſt duplex;vna eſt increata illa præeminentia Dei, quæ in infinitum præeminet toti machinę,& vniuerſitati creaturarũ,de qua in primo Decalogi præcepto dictum eſt.Altera eſt creata, circa quam verſat̃ hoc pręceptum. Rurſus vero honor ille,qui preeminentiæ creatæ debetur,alius debetur ex iure quodā naturæ,qualis eſt honor ille quem vnuſquiſque inferior ſuo debet ſuperiori; Alius vero debitus eſt ex charitate,iuxta illud Apoſt.Ro.12. Honore inuicē præuenientes,& Philip.2.In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes,ſed ea quæ aliorum, quo quidem honore,tum æquales,tum ſuperiores honoramus.Scite aūt in lege poſita eſt Honoris vox, non amoris, aut metus,etiam ſi valde amandi,ac metuendi ſunt parentes. Etenim qui amat, non ſemper obſeruat, & veneratur;qui metuit,non ſemper diligit; quem vero aliquis ex animo,& charitate honorat, item amat,& veretur,vt optime catechiſmus Romanus tract.de quarto Decalogi præcepto n.7.annotauit.

4 Ceterum vt hoc præceptum exactius explicetur, & intelligatur melius quid Parentis nomine hic ſignificetur,ſcire oportet, quod cum præeminentia creata nihil aliud ſit quam participatio quædam & ſimilitudo præeminentiæ illius increatę,ex pręcipuis attributis increatæ præeminentiæ colligi poteſt omnis præeminentia creata , & conſequenter quibuſnam hominibus honor aliquis debeatur. Attributa vero præcipua Dei tria ſunt,*Potentia Sapiētia,& Bonitas*,ex quorum participatione,& ſimilitudine colligere oportet quinam honorandi ſint ob potentiam,quinam ob ſapientiam,& qui ob bonitatem. Potentia autem attendi poteſt in hominibus primo quidem circa eſſe Naturale; ſecundo circa eſſe ſpirituale; Tertio,circa bene eſſe temporale. Et quidem primo circa eſſe naturale,magna ſine dubio potentia in parentibus relucet,qui nos genuerunt, & ad quandam Dei imitationem nos fecerunt.Sunt enim immortalis Dei quaſi quædam ſimulacra, in ijſque ortus noſtri imaginem intuemur, ab ijs nobis vita data eſt, ijs Deus vſus eſt, vt nobis animum,mentemq; impertiret. Vnde ſicut Deo,qui parens eſt,& effector omnium pręcipuum honorem,& cultum tribuimus: ita etiam mortales parentes amare,& honorare debemus.

Circa eſſe ſpirituale potentia relucet in ſacerdotibus,& eccleſiæ prælatis,qui nos, & per baptiſmū regenerant , & per alia ſacramenta paſcua nobis præbent in vita ſpirituali,& ſalutis noſtræ ſpiritualis curam gerunt,& ideo Patres dicuntur, quemadmodum ex Apoſtolo conſtat , qui ad Corinthios ſcribens,1.Cor.4.*Non*,inquit, *ut confundam uos hæc ſcribo,ſed ut filios meos chariſſimos , moneo nā ſi decē milli a pædagogorũ habeatis in Chriſto, ſed non multos Patres, nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego uos genui.* Et Eccleſiaſtici, cap.44. *Laudemus uiros glorioſos,& parentes noſtros in generatione ſua.* Quantum ad bene eſſe temporale,potentia magna relucet in Regibus,Principibus,& alijs Magiſtratibus ſecularibus qui Rempublicam gubernant,quorum cura, & diligentia,& ab hoſtibus defendimur & domi tuti ſumus,& bonis noſtris fruimur, & ſi quid perdidimus, recuperamus, & alijs bonis temporalibus gaudemus,vnde & Patres appellantur, illiſque honor,& reuerentia debetur,vt 1.Re.24. vbi Saulem Dauid Patrem vocat, & Naaman à famulis pater appellatur. 4. Reg.5. Deinde vero præeminentia creata attenditur penes ſimilitudinem ſapientiæ Diuinæ,& ſic debetur honor Doctoribus, & viris ſapientibus,præcipue vero Magiſtris,a quibus diſcimus,vnde Eccleſiaſtici.cap.37.dicitur,*ſapiens in populo hæreditabit honorem,& nomen eius erit uiuens in æternum.* Hoc enim ipſo quod ſapiēs eſt,ab omnibus honorari meretur.Idemque de tutoribus,& curatoribus dicendum eſt,quorum prudentia, & ſapientia, erudimur. Demum attenditur præeminentia creata penes ſimilitudinem Diuinæ bonitatis,quæ in hominibus bonæ vitæ relucet,non ſolū in Angelis,& ſanctis,qui in cęlo regnant,ſed etiam in iuſtis,qui adhuc degunt in hac vita,vnde,& omnibus bonis viris,& probis honor debetur,vnde ſenes,& ætate confecti vt notat S.Thom.2.2.quæſt. 93.arti.3.honorandi ſunt propter ſignum virtutis quod eſt ſenectus,iuxta illud Sap.4. *Senectus uenerabilis eſt, non diuturna neque annorum numero computata.Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita eſt immaculata*,& ideo Leu.19.dicitur,*Coram cano capite conſurge,& honora perſonam ſenis*: vnde vox illa impiorū eſt, Sap. 2. *opprimamus pauperē iuſtum, & nō parcamus uiduæ, nec ueterani reuereamur canos multi temporis.*

Sub hoc etiam cultu & honore parentum includitur etiam cultus conſanguineorum, qui etiam vt docet Philoſophus 8. Ethic. c. 12. *ex eo conſanguinei dicuntur, quod a patris ſanguine deſcendant.* Immo etiam pietas complectitur coniugem, vt cōmuniter traditur, ſiquidem hoc ipſo, quod coniux pertinet, & conducit ad procreandos filios, qui ſunt maxime conſanguinei, habet etiam aliquem reſpectum ad parentes, qui quodammodo in nepotibus manent, & conſeruantur. Sicut igitur charitas erga Deum complectitur omnes proximos ob reſpectum, quem illi omnes habent ad Deum: ita etiam pietas has omnes perſonas complectitur propter reſpectum earum ad parentes. In cultu autem *Patriæ* intelligitur cultus omnium conciuium, & patriæ amantium, vt egregie declarat S. Tho. 2. 2. q. 101. art. 1.

Hoc etiam præcepto non ſolum continetur pietas erga parentes, ſed illa etiam, quæ eſt ad omnes homines, ſeu proximos noſtros, atque adeo latiſſime patet hoc præceptum, admonens omnes, vt honorem debitum vnicuique reddant. Duo tamen præcipue in hoc Decalogi mandato continentur, vnum eſt inferiorum reſpectu ſuorum ſuperiorum, alterum econtra eſt ſuperiorum in ordine ad inferiores: hi enim omnes debitores adinuicem ſunt: ſiquidem & filii parentibus, & econtra parentes filiis: Ciues patriæ, & ex aduerſo patria ciuibus: Milites Imperatori, & Imperator militibus: Diſcipulus magiſtro, & magiſter diſcipulo, ſeruus Domino, & Dominus ſeruo, ſubditus Regi, & Rex ſubdito; inferiores denique omnes ſuis ſuperioribus, & vice verſa ſuperiores inferioribus ſuis debitores ſunt, primarius autem pietatis actus qui hoc præcepto intelligitur, eſt filiorum reuerētia erga ſuos parentes, & conſequenter inferiorum omnium erga ſuperiores eorum; ſecundarius vero eſt parentū cura erga ſuos filios: & ſuperiorum officium erga ſubditos ſuos.

Quamuis autem in hoc præcepto mentio nulla de debito quod parentes debent filiis facta ſit, certum tamen eſt de iure naturæ parentes multa filiis debere, atque adeo hæc omnia tacitè in hoc præcepto ſubintelliguntur. Ideo autem hoc expreſſum non fuit, vel quia ad hoc natura ipſa ſufficienter inclinat, cum videamus etiam animalia bruta filios ſuos diligere, illiſque de neceſſariis prouidere, quouſque ad eum ſtatum veniant, quo ſibi ipſis prouidere poſſint, vel quia vt per hoc oſtenderet Deus tantum eſſe, & tam ingens debitum parētū in filios ex ſolo titulo generationis, vt etiamſi nihil aliud eſſet, hoc ſolum ſufficit quod eos genuerint. *Vnde* ſicut non eſt præceptum de amore ſui; quia ad hoc ſufficienter inclinat natura; ſed de amore proximi, ita nihil mirum ſi nullam de paterno debito erga filios mētionem fecerit, cum ad id inclinet ipſa natura ſufficienter, ac proinde non ita neceſſum fuit de honore filiorum, ſicut de honore parentum, mandatū conſtituere, vt optime Alexā. de Ales in ſumma. par. 3. quæſt. 33. memb. 3. art. 1. expoſuit.

Quia vero non ita inclinantur filii ad parentes honorandos, additur præmium, & promittitur longæuitas honorantibus parentes. Quæ ſane promiſſio licet poſſit, & debeat principaliter intelligi de terra illa viuentium, ſ. beatitudine, poteſt tamen & debet intelligi etiam de longitudine vitæ huius mortalis, ſecundū illud Apoſtoli. 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens uitę quæ nunc eſt, & futuræ.* Solet enim in hac vita Deus plerumque tollere de medio filios parentibus inobedientes. Econtra vero ſolet Deus benedicere, & proſpera multa concedere, vitæque longitudinem illis impertire filiis, qui parentes colunt iiſque gratiam referunt, a quibus lucis, & vitæ vſuram habēt. Huius autem promiſſionis exempla præclare licet è ſcripturis promere. Abimelech enim fratrum interemptor, ſicque patrem ſuum inhonorans indecora morte muliebri vulnere periit. Iudic. 9. Sed & filiis Heli, ſ. Ophni, & Phineæs celer contigit interitus, vtpote patri inobedientibus. 1. Reg. 4. Abſalon item impietas in Dauidem patrem invlta non fuit, in ipſo namque iuuentutis flore extinguitur, & tribus haſtis transfixus occiditur. 2. Reg. 18. Quod ſi aliquando qui maiorem pietatem parentibus præſtiterunt, iis vita breuior ſit, id quidem merito triplici ex cauſa contingit, vel quia hoc modo iis optimè conſulitur, cum prius è vita excedant, quam a virtutis & officii religione diſcedant. Rapiūtur enim ne malitia mutet intellectum eorum, aut ne fictio decipiat animam illorum. Sapient. 4. *Conſummati in breui expleuerunt tempora multa, etc.* vel quia dum pernicies, & rerum omnium perturbatio impendet, è corporibus euocantur, vt communium temporum acerbitatem euadant. A *facie enim malitiæ*, ait propheta Eſa. 57. *collectus eſt iuſtus.* Quod fit, ne eorum aut virtus aut ſalus periclitetur, cum a mortalibus flagitiorum pœnas recipit Deus, vel ne triſtiſſimis temporibus ex propinquorum, amicorumque calamitatibus, accerbiſſimos luctus ſentiant. Itaque ſi quando immatura morte boni viri defungantur, nil inique fieri putandum quia non tantum de iſta miſera & calamitoſa, ſed potiſſimū de vera, & immortali vita debemus eſſe ſolliciti, *quam Dominus Deus dabit tibi.* Sicut econtra nil mirum ſi quando ingratiſſimos, ſceleſtiſſimoſque filios diu viuere videmus. Non enim propterea dānationem euadent, ad quam magnos in dies operibus prauis cumulos adiiciunt. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quis huius mandati ſenſus ſit, & quinam parentum nomine veniunt. De qua re legendi ſunt S. Thom. 2. 2. q. 101. per totam quæſtionem. & q. 122. art. 5. Alexan. de Ales in ſumma par. 3. q. 33. Bonauen. & Richar. & alii 3. diſt. 37. S. Ant. par. 1. tit. 14. c. 4. §. 6. & par. 4. tit. 5. c. 9. Ang. Syluc. Tabi. & Summiſtę. in verbo. filii, Caiet. in ſum. ver. filius. Sotus lib. 2. de iuſtit. q. 4. art. 5. Nauar. in Manual. cap. 14. Barth. Medina lib. 1. inſtru. confeſſ. c. 14. §. 13. Ludo. Lopez par. 1. inſtruc. conſcien. cap. 53. Coſmus Philiar. de offic. Sacerd. par. 2. lib. 4. ca. 20 Grego. de Valen. tom. 3. diſp. 7. q. 1. punct. 1. Tolet. li. 5. ſummæ. cap. 1. Andreas Crocquetius Catechesi. 75. Catechiſmus Roma. in explicatione quarti præcepti. Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis lib. 2. capit. primo. Ioannes Pedrazza in tract. de quarto præcepto. & alij.

Quomodo, & quibus in rebus Parentes carnales honorandi ſint. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Honor parentibus a filijs debitus in quatuor præcipuè conſiſtit, & quænam illa ſint.*

In quo conſiſtit reuerentia exterior & interior ibid.

2 *Qui parentes percutit etiamſi leuiter, immo ſi manus tantum eleuet, mortaliter peccat.*

3 *Qui verbis contumelioſis animo deliberato parentes afficit, & ad iracundiam notabilem prouocat mortal. peccat.*

4 *Qui contemnit & indignatur parentes cum ad dignitatem aliquam euectus fuerit; pec. mor.*

5 *Qui accuſat parentes alicuius criminis quamuis ueri peccat mortaliter in duobus tamen caſibus poteſt id facere.*

6 *In quo conſiſtat amor & honor debitus parentibus.*

7 *Qui odio habet parentes deſiderando eis aliquod damnum animæ vel corporis hæreditatis cauſa, &c. pec. mort.*

8 *Qui licet non odit ſed toruis oculis reſpicit & eos aſpere alloquitur ac ſi uideretur eos odio habere, peccat. mort.*

9 *Circa obedientiam in quo conſiſtit honor quando peccant filij? Vt filius teneatur ſub mortali parentibus obedire quid requiratur. ibid.*

Qui non vult obedire in his quæ pertinent ad regimen domus uel familiæ, ex contemptu, & pertinacia animi pecc. mor. nu. eod.

10 *Qui non obedit in his quæ pertinent ad bonos mores & ad ſalutem pecc. mor.*

In quibus non ſubeſt patri non peccat non obediendo, in quibus etiam melius eſt aliquando non obedire. nu. 11. 12, 13.

12 *In duobus caſibus eſt mortale ſi in contrahendo matrimonio filius uoluntatem patris non ſequatur.*

13 *Contra parentum uoluntatem contrahere quando non ſit peccatum.*

14 *Circa ſuſtentationem qua filius tenetur ſubuenire neceſſitatibus parentum ſpiritualibus quibus caſibus peccet?*

15 *Quoad corporales neceſſitates ſub mortali tenetur.*

16 *Si quis habet filium, & Patrem in neceſſitate cui prius ſubuenire teneatur.*

17 *An quis patrem magis quam matrem amare, & ei ſuccurrere teneatur.*

Non ſolum uiuis ſed defunctis etiam parẽtib. honorem exhibere tenetur.

HOnor, qui parentib. ratione generationis & ſubſtantiæ, quam ab eis filii accipiunt, debetur, in quatuor præcipuè conſiſtit, in *Reuerentia, amore, obedientia, & Iuſtentatione*; ex quarum explicatione facile innoteſcet, quando, & quibus in reb. filius contra hoc præceptum de honorandis parentibus peccare poſſit, & ſolet.

1 Primo igitur quod attinet ad *Reuerentiam*, ſciendum eſt reuerentiam tam actu externo, quam interno alicui exhiberi poſſe. Interior quidem conſiſtit præcipue in recognitione ſuperioris, & conſequenter in timore quodam reuerentiali erga illũ. Exterior vero cõſiſtit tum in verbis, ſ. vt honorificè ſemper de eo loquamur, & conſequenter ne de parentib. & ſuperiorib. murmuremus, aut illis detrahamus. Hæc. n. licet ſemper ſint grauia peccata, multo tamen maiora ſunt ſi erga parentes, & ſuperiores fiant, tum etiam in ſignis externis & cõibus honoris, qualia ſunt operire illis caput, corpus coram illis componere, aſſurgere, caput inclinare, famulari, omne damnum ab eis impedire, vnde graue peccatum eſt eis damnum aliquod perſonale, aut bonorum illis inferre. Hinc S. Hieron. in epiſto. de honorandis parentib. ait. *Præbeatur parentib. amoris mixta formido, qui primi nobis ſunt cauſa naſcendi, exhibete patrib. filijs, quod uos paterni nominis poteſtas cogit. Et Eccleſ. 3. Qui timet Dominũ honorat parentes & quaſi Dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt. In opere, & ſermone, & omni patientia honora, patrẽ tuũ, etc.* Manifeſtũ aũt eſt quod ſerui Dñis ſuis ſeruiunt cũ magna reuerentia in aſſurgendo, caput inclinãdo, famulando, cum humilitate loquendo: vnde & filii multo magis parentes reuereri debent.

2 *Hinc* ſequitur primo, peccare mortaliter filium qui parentes percutit, ex Nau. in Man. c. 14. nu. 12. verſ. quinto. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſ. ca. 54. Rodriquez. p. 1. ſum. c. 14. concl. 5. Coſ. Philiar. de off. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 21. Toleto in ſum. lib. 5. c. 1. Io. Benedicto in ſum. de peccat. lib. 2. ca. 1. nu. 5. Id quod euidenter colligitur ex ca. 21. Exo. vbi dicitur, *Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moriatur.* Et hoc etiamſi percuſſio leuis fuerit: Non. n. excuſari poteſt à peccato mortali, quia materia eſt grauis. Idem dicendum eſt etiamſi ſolum manum eleuet ad percutiendum, & non percutiat. Hinc Ethnici in tantum exhorruerunt hoc peccatum, vt nullam pœnam condignam ſatis huic peccato excogitare potuerint. Eſt. n. directe contra legem naturæ: vnde Eurip. & Seneca Oreſtem matricidam furiis agitatum fingunt: & Nero etiam matricida ſuis manib. periit, ex Auſon. *Nero matricida uim proprij pertulit enſis.* Abſalon ẽt qui contra Dauidem patrem arma ſumpſit, miſerè interiit. 2. Reg. 18. Et lege olim lata, parricida primo virgis cædi iubetur, deinde in ſacco corii cum cane, gallo, vipera, & ſimia conſutus, in mare iactari, vel beſtiis proiici iubetur. ff. de parricid. leg. pen. C. eo. leg. 1.

3 *Secundo* mortaliter peccat, qui parentes verbis cõtumelioſis animo deliberato afficit, aut probris & conuiciis lacerat, & eos ad iracundiam notabilẽ prouocat. Sic Nauar. Lopez, Toletus, & alii paulo ante citati, vnde Exo. 21. & Leu. 20. dicitur, *Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur; Patri matrique qui maledixerit ſanguis eius ſit ſuper eum.* Et *Prou. 19. Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominioſus erit, & infelix. Et Prouerb. 20. Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. & Prou. 30. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentib. & comedant eum filiæ aquilæ.* Dixi *animo deliberato:* Quia multi volunt etiamſi non ſit plena aduertentia, & deliberatio eſſe peccatum mortale; & eadem indeliberatio quæ forte in aliis præceptis excuſaret à peccato mortali, in hoc non excuſat. Ratio eſt, quia tam clarum eſt in lumine naturali hoc præceptum, vt ſtatim occurrere nobis debeat eius memoria. Quæ opinio valde probabilis eſt, Id q; procedit, ſiue maledicat parentibus viuis

ſiue defunctis. Dixi, *ad iracundiam notabilem*, quia ſi verba quæ in eũ profert, ſunt ex ſe prouocatiua in magnam iram, etiamſi vere non iraſcatur, peccat mortaliter, ſicut econtra, ſi verba ex ſe non ſint talia, ſed quia pater eſt extra modum cholericus, tũc non eſſet mortale, ex Toleto vbi ſupra.

Tertio, Mortaliter peccat filius, qui ita contemnit, & indignatur parentes, vt ſe exiſtimet abiectũ & inhonoratum, eo quod pro illorum filio habeatur, vt multoties contingit quando filius eſt in dignitate, pater vero in paupertate, vt patet ex Prouerb. 19. & 30. vbi ſupra. ſic Nauar. in Manua. c. 14. nu. 12. verſ. Octauo. Coſmus Philiarc. de off. ſacerd. par. 2. li. 4. c. 21. Barth. Medin. lib. 1. inſtruct. confeſ. c. 14. §. 14. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 54. Tolet. lib. 2. ſumm ca. 1. Emanuel Rodriquez part. 1. ſum. ca. 14. concluſ. 5. & Ioan. Bened. in ſum. de peccatis lib. 2. ca. 1. nu. 7. Qui tamen addunt, nõ peccare mortaliter ſi id faceret abſque contemptu, ad euitandum aliquod damnum in vita, vel in honore, vel pecunia ſi pater eius noſceretur, maxime parentibus tacite, vel expreſſe pro bono filij conſentientibus, & dummodo in animo non neget patrẽ, & ſubuenire paratus ſit in neceſſarijs.

5 *Quarto* peccat mortaliter filius qui accuſat parentes alicuius criminis, quamuis veri; Nam omni tempore prohibitum eſt filio agere contra patrem in foro ciuili, uel criminali, aut teſtari contra patrem; licet ei quidem coram iudice petere alimenta quando ei iniuſte a patre negantur, ex Sylueſt. uerb. filius. q. 24. & Toleto li. 5. ſummæ. c. 1. Accuſare uero patrem non poteſt niſi in duobus caſibus, ſcilicet, in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ per hæreſim, & criminæ læſæ Maieſtatis humanæ per coniurationẽ & traditionem. Quibus caſibus quamuis poſſit ſecundum Decium in c. 1. de off. deleg. non tenetur tamen ſemper accuſare, aut teſtari, ſed ſolum in crimine hæreſis, & neque in hoc ſemper, ſed ſolum quando pater eſſet diſſeminator hæreſis, & alios inficeret; ſi tamen ſecreta ſit hæreſis, & ſolum ipſi patri nociua non ita certum eſt an tunc teneatur. Ratio pro caſu priori eſt, quia honorem patris cœleſtis tenetur præferre honori patris carnalis. Vnde carnalis pater, qui dehoneſtat, & inhonorat patrem cœleſtem, non eſt tolerandus. In crimine vero læſæ Maieſtatis humanæ ſolum tenetur accuſare ante factum, & non poſt. Ratio eſt, quia in his caſibus poteſt filius liberare totam communitatem a tanto malo ſpirituali, uel temporali; Et conſequenter tenetur bonum commune Reipub. bono priuato parentum anteferre. Sic Alex. de Ales in ſumma, par. 3. q. 33. memb. 4. art. 2. Nauarr. in Manuali. c. 14. nu. 12. verſ. 7. & late in repetit. cap. inter verba, 11. q. 3. corol. 66. nu. 824. & ſeq. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 54. Toletus lib. 5. ſummæ, c. 1. Emanuel Rodriquez par. 1. ſummæ, c. 14. concluſ. 5. Emanuel Sa, in Aphoriſmis, in verb. Hæreſis. Coſmus Philiarchus de off. ſacerd. p. 2. lib. 4. c. 21. & Ioan. Benedictus in Summa de peccatis lib. 2. cap. 1. num. 9.

6 Secundo, Quantum ad amorem debitum parentibus, tenetur filius ſub peccato mortali amare parentes. Si enim tenetur vnuſquiſque proximum amare, multo magis parentes, quibus nemo eſt proximior, cum eadem perſona pater cum filio cenſeantur. Hinc Hugo de Sancto Vict. lib. de Sacram. ait, *Primum præceptum ſecundæ tabulæ ad patrem pertinet hominem, ſicut primum primæ tabulæ ad patrem pertinet Deum: vtrobique paternitas præponitur, vtrobique principij dignitas honoratur.*

Notandum autem eſt hoc præceptum de honore & amore parentum in duobus conſiſtere.

Primo, in fuga contrarij, ratione cuius præceptũ hoc negatiuum eſt, nullo enim tempore, nec vllo in caſu, aut propter vllam cauſam licitum eſt eos odio habere, ſed eos amare tenemur.

Secundo, autem conſiſtit hic amor in oſtenſione ſignorum amoris, & ratione huius præceptum hoc affirmatiuum eſt. Hinc ſequitur

7 *Primo*, peccare mortaliter filium, qui odio habet parentes, deſiderando eis aliquod damnum animæ aut corporis, puta deſiderando eorum mortem, ſiue vt liberetur a moleſta eorum cuſtodia, ſiue vt citius capiat hæreditatem. Cum enim vt optime notat Catechiſmus Romanus tract. de 4. Decalogi præcepto. nu. 10. ita obſeruandi ſint parẽtes, ut quẽ eis tribuimus honor, ex amore interno, hoc eſt, ex intimo animi ſenſu depromptus videatur, quibus hoc officium debetur maxime, cum erga filios ita affecti ſint, nullum vt laborem, nullam contentionem, nulla pericula noſtra cauſa refugiant, nihilq; illis accidere poſſit iucundius, quã vt filijs caros ſe eſſe ſentiãt, quos maxime diligũt, a grauiſſima culpa excuſari nõ põt filius qui pro bono malum, pro amore odium genitoribus reddit, eorumque mortẽ exoptat. Id enim contra naturam eſt, & ab Ethnicis ſummopere reprehenſum. Hinc Ouid. lib. 1. Meta.

Filius ante diem patrios inquirit in annos,
Victa iacet pietas.

Vnde Æneas laudatur Aeneid. 2. Qui ex bello fugere noluit relicto patre ſuo Anchyſe, dicens,

Rurſus in arma feror, mortemque miſerrimus opto,
Nam quod cõſiliũ, aut quæ iam fortuna dabatur?
Me ne efferre pedem genitor te poſſe relicto
Speraſti? tantumque nephas patrio excidit ore?
Alterum in alterius mactatum ſanguine cernam.

Quaſi diceret. Mori tecum potius volo, quam ſine te viuere. Vndé hoc odium erga parentes ita aggrauat peccatum, vt teneatur hanc circumſtantiã in confeſſione exprimere vt docent Nauar. in Manuali. ca. 14. nu. 11. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct conſcient. ca. 54. & Toletus. lib. 5. ſummæ, c. 1. ſicut qui patrem occideret, circumſtantiam illam exprimere teneretur.

8 *Secundo*, peccat mortaliter filius, qui licet non odit, ſed vere diligit parentes, eos tamẽ toruis oculis reſpicere ſolet, aut ita aſpere eos alloquitur ac ſi uideretur eos odio habere. Quia nõ ſolũ corde, ſed ore etiã & ſigno exteriori eos amare, & reuereri tenetur, vnde S. Ambr. ait, primus gradus pietatis eſt, vt quos authores tibi Deus voluit honores obſequijs, abſtineas cõtumelijs, cũ nec vultu lædenda ſit pietas parẽtũ. Vñ Ioſeph cũ in Aegypto honore, & amplitudine Regi eſſet ꝓximus, Gen. 40 patrẽ, qui in Aegyptũ venerat, honorifice excepit. Gen. 46. & 47. & Salomõ matri aduenienti aſſurrexit, eamq; veneratus, in Regio ſolio ad dexteram collocauit. 3. Reg. 2. Sic Alex. de Ales in Summa. p. 3. quæſt. 33. membr. 2. art. 1. Nau. in Manuali c. 14. nu. 11. Ludouic. Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 54. Coſ. Philiar. de

officio ſacerd.p.2.lib.4.c.21.Barth. Medina libr. 1. inſtruct.confeſſ.c.14.§.14.Toletus li. 5.Summæ.c. 1.Ioan.Bened.in ſumma de peccatis.lib.2.ca. 1.nu. 2.Emanuel Rodriquez in part.1.Summæ, c.14.in principio.Ang.verb.filius.nu.26.Tabiena.eod. nu. 17.verſ.Decimoſexto.& alij.

9 Tertio circa obedientiam peccat filius qui in rebus grauioribus,quæ ſunt alicuius momēti,nō obedit patri. *Filij obedite parentibus, per omnia.* Col.3.& Epheſ.6. *Filij obedite parentibus ueſtris in Domino.* Dixi *in rebus grauioribus*,nam etiam in hoc præcepto, inquātū eſt affirmatiuū,excuſat a mortali paruitas materiæ.Sciendū autem eſt, ꝙ adhoc vt filius teneatur ſub peccato mortali obedire patri, requiritur,vt in materia illa,quæ præcipitur, ſubſit patri. Vnde quibus in rebus filius non ſubeſt patri,non tenetur ſub mortali illi obedire. Hinc infertur

Primo peccare mortaliter filium, qui non vult obedire parentibus in his,quæ pertinent ad bonum regimen domus, vel familiæ, & rei familiaris adminiſtrationem, in his enim eius imperio ſubeſt. Sic Angel.verb.filius.nu.29.Tabiena.eod.uerſ.Decimoſexto.Sylueſt.verb.eod.q.22.Caie. in ſumma. verb.filius.Petrus de Arragon.22.q.62.art.3.dub. 1.ad 2.Nauar.in Manual.c.14.nu.12.verſ. Tertio. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. part.2.lib.4. c.21.Barth.Medina.li.1.inſtruct.confeſ.c.14.§.14. Lud.Lopez par.1.inſtruct.conſeientiæ,c.54.Tole. li.5.ſummæ.c.1.Emanuel Rodriquez par. 1. Summæ.c.14.concluſ.1.Ioan.Bened. in ſumma de peccatis.li.2.c.1.nu.3.& Emanuel Sà,in Aphoriſmis. verb.filius.in fine,& alij poſt ſanctum Thom.2.2. q.104.art.5.in corpo.& Alex.de Ales part.3.q.33. memb.4.art.3.Id quod verum eſt, quando ex contemptu,id eſt,ex obſtinatione & pertinacia animi facit,tunc enim ſine dubio mortale eſt,ſecus autem ſi non ex contemptu,ſed ex incogitantia,vel ex inaduertentia non obediat, aut ex ſenſualitate, tunc enim ſolum veniale erit, vt præfati omnes affirmant.

10 *Secundo* etiam pecccat mortaliter filius ſi non obediat parentibus in his,quæ pertinent ad bonos mores,& ad ſalutem animæ,vt v.g.in vitandis prauis amicitijs,in fugiendis meretricibus,ludis prohibitis,& huiuſmodi.Sic omnes paulo ante citati.Ratio vtriuſque caſus eſt, quia cum filius iure naturæ ſubditus ſit parētibus quoad domeſticam gubernationem,& morum inſtructionem, ſi filius diſpēſat bona paterna ſine licentia patris etiamſi ſit hæres vnicus,peccat mortaliter.Et ſimiliter ſi pater præcipiat filio, vt abſtineat ab aliquo conſortio tenetur id facere ſub reatu peccati mortalis.

Econtra vero illis in rebus, in quibus non ſubeſt patri,non peccat,ſi non obediat. Immo aliquando melius eſt non obedire.

11 *Primo* quidem in rebus malis,& iniuſtis. Quamuis enim teneatur filius obedire patri, non modo in bonis moribus & rebus iuſtis & neceſſarijs, verum etiam in adiaphoris & indifferentibus,non tamen in his,quæ ſunt contra Deum,& animam ſuā. v.g.ſi pater præciperet filio vt furetur, mentiatur, non obſeruet Sabbatum, aut ſi iubet vt hæreticorum conciones audiat,aut eorum conſortium amplexetur,aut ſi mater præciperet filiæ, vt pudicitiam ſuam vendat,vt inde lucrum acquirat,in his, & alijs ſimilibus non tenentur,nec debent parentibus obedire,quotieſcūque.n.parentum iuſſa Dei præceptis repugnāt,non dubium eſt,quin liberi parentum cupiditati, Dei voluntatē anteferre debeant,memores verborum Chriſti; Matth.10.& Luc. 14. *Qui amat patrem, aut matrem pluſquā me,non eſt me dignus.& qui amat filium, aut filiam ſuper me non eſt me dignus.*& Act.4. *obedire oportet Deo magis quā hominib.* Vnde in laudē Tribus Leui dr̃, Deut.33. *Qui dixit Patri ſuo,& matri ſuæ,neſcio vos,& fratribus ſuis,ignoro illos,& neſcierunt filios ſuos.*

Secundo, Non tenetur filius obedire patri in electione ſtatus perfectioris ſiue de clericatu, ſiue de ingreſſu religionis. Vnde ſi ſentit ſe a Deo vocari poteſt his inſcijs, & non rogatis religionem intrare,aut clericatum ſumere: Immo melius eſt nihil de hac re parentibus dicere,quoties timet ab illis directe,vel indirecte impediri. Quod ſi parentes reſciuerint filij voluntatē, & ex affectu carnali repugnant filijs, quo minus Religionem ingrediantur, poſſunt filij illis reclamantibus libere clericatum ſumere, aut Religionem ingredi. Quò pertinet illud S.Hieron.in epiſt.ad Heliodorum. *Per calcatū perge patrem, per calcatam perge matrem, ad vexillum crucis euola, ſummum genus pietatis eſt, in hac re eſſe crudelem.* Et Luc.14. *Qui non odit patrem ſuum,& matrem ſuam &c.non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Quod exponens D.Greg.Homil.37.in Euang.ait *Parentes,quos aduerſarios in via Dei patimur, odiendo,& fugiendo neſcire debemus* Dixi, *Si parentes ex effectu carnali repugnent,& impediant*, quia dari poteſt caſus in quo per accidens filius teneretur obedire parentibus etiam in ingreſſu religionis,ſcilicet, quando parentes in extrema eſſent neceſſitate, de qua re in ſequentibus latius agemus. Sic S.Thom.2.2.q.101. art.4. Alex.de Ales par.3.Summæ,q.33.memb.4. art.2.Greg.de Valent. tom.3.diſp.7.q.1.punct.2. dub.1.S.Ant par.4.tit.5.c.9.§.1.& alij quos infra adducemus.

12 *Tertio*, Non tenetur filius in materia matrimonij ſemper obedire patri.Rō eſt,quia matrimonio ligatur homo in perpetuum vxori, vnde maxime neceſſarium eſt vt ipſe filius cum ea contrahat,quæ ſibi placet, & cum qua in pace viuere poſſit. Sic S. Tho.in addit.ad partem.3.quæſt.47.ar.6.S.Bonauen.in 4.diſt.29.q.3.Rich.ibid.art. 1.q.4.Ludou. de Beia in Reſponſ.caſuum conſc.par.1.caſu.18. In duobus tamen caſibus mortale peccatum erit, ſi in contrahendo matrimonio filius voluntatē patris non ſequatur.

Primus eſt, ſi contra voluntatem patris contrahat cum aliqua indigna,id eſt,cum aliqua infra ſtatum ſuum notabiliter,ſic enim dehonoratur familia patris.

Secundus eſt, Quamuis dignam ducat,ſi tamen adeſt aliqua neceſſitas in familia,cui ſubueniri poteſt per filij matrimonium,tenetur filius ſub peccato mortali contrahere matrimonium iuxta patris voluntatem,vt ſi per tale matrimonium pacificarentur inter ſe familiæ mortaliter diſſidentes, aut ſi per idem matrimonium liberaretur pater magno ære alieno,vel alia ſimili de cauſa.His.n.in caſibus obligatur filius voluntatem patris in contrahendo matrimonio ſequi. Quia igitur vt plurimum incommoda magna ſolent ex eo, quod filij, aut filiæ matrimonium inſcijs, aut inuitis parentibus contrahant, merito ſemper eccleſia huiuſmodi matrimonia prohibuit, vt notat Concil. Triden. ſeſſ.24. de reform. Matrim. ca.1. in princi. Vnde de his caſibus intelligendi ſunt Petrus a Soto lect. 3. de matrimonio. §.3. Nauar. in Man. cap.14. nu.15. verſi. Duodecimo. Barthol. Medina lib.1. inſtruct. confeſſ. c.14. §.14. Ludouicus Lopez par.1. inſtruc. conſcien. cap.54. Coſmus Philiar. de officio Sacer. par.2. li.4. c.21. Toletus lib.5. Summæ. cap.1. Ioannes Pedrazza in expoſitione quarti præcepti. §.1. Emanuel Rodriquez par. prima ſummæ. capit.14. concluſ.2. Ant. de Corduba in ſumma caſuum conſcien. quæſt.171. Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis. lib.2. cap.1. num.15. Alphonſus a vera cruce in ſpeculo coniug. par.3. ar.20. Ludouicus de Beia vbi ſupra, & Emanuel Sà in Aphoriſinis. verbo. filius, dicentes peccare mortaliter filium, vel filiam ſi contra voluntatem parentum matrimonium cõtrahant. Quamuis enim validum ſit matrimoniũ ſine conſenſu parentum contractum, dummodo adſint alia neceſſaria, & ipſa matrimonij ratio libertatem in contrahentibus requirat, non tamen impedit quo minus iuxta legem diuinam, humanã, & etiam naturalem parentum conſenſum poſtulẽt cum ad bonam domus, & familiæ adminiſtrationẽ ſpectet, vt pater ſicut filijs prouidere tenetur de neceſſarijs ita etiam vt conuenienter eos matrimonio collocet, iuxta illud Eccleſiaſtici.7. Trade filiã, grande opus feceris, & homini ſenſato da illam, & 1. Corinth.7. Qui matrimonio iungit virginem ſuã bene facit. Contra rationem autem eſt vt pater teneatur procurare vitam, honorem, & bonum filiorum; ipſi autem econtra non teneãtur parentibus in iſtis obedire. Quando igitur ſine iuſta cauſa contra parentum voluntatem matrimonium contrahunt, mortaliter peccant.

13 Addi poteſt, & ſolet caſus, in quo non erit peccatum, ſi filius, aut filia ex cauſa iuſta matrimoniũ contrahat contra voluntatem parentem, ſcilicet, ſi a parentibus aſpere tractarentur, ſi tranſit tempus, nec parentes curant, & negligentes ſunt de matrimonio eorum, vel quia fauent alijs filijs, vel ex cupiditate, & auaritia eas locare nolunt quibus ipſæ volunt, & eas decet, vel quando eas cogunt nubere cum eis quos odiunt, vel ſi eis non expedit, nec ſuæ conſcientiæ, aut quieti congruit, quia eſt deformis maritus, vel impetuoſus, vel infirmus, vel claudus, aut alia ſimili ex cauſa, tunc enim excuſantur a peccato ſi parentibus non obediant: Id quod locum habet tam in filijs, quam in filiabus, quamuis potiori ratione in iſtis propter ſcandalum, periculum, & ignorantiam quæ in ſexu feminino vt plurimum ineſt, vt latius tradunt Theologi in 4.d.28. & 29. & expreſſe Sotus in 4.d.28. ar.1, in fin. & d.29. art.4. Alphonſus a Vera cruce in ſpeculo coniug. p.3. ar.2. concl.3. Ant. de Corduba in ſumma. q.171. & Ludouicus Lopez in p.1. inſtr. conſ. c.54. de qua re plura dicemus in materia de ſacramento matrimonij, hęc interim dixiſſe ſufficiãt de obedientia filiorum erga parentes.

4 Quarto circa ſuſtentationem, tenetur filius parentum neceſſitati, tam ſpirituali, quam corporali ſubuenire, inquantum poteſt. Et quidem neceſſitatibus ſpiritualibus parentum tum maxime conſulere debent filij, cum periculoſe ægrotant, ne q̃d prætermittant, quod vel ad peccatorum confeſſionem attinet, vel ad reliqua ſacramenta, quæ a Chriſtianis hominibus percipi debent cum mors appropinquat: vnde

Primo peccant filij, qui in mortis articulo non curant vt pater cõfiteatur, & alia ſacramenta ſuſcipiat, aut impediunt ne teſtamentum faciat, vel eius animum a rebus alienis reſtituendis auertunt.

Secundo peccant, qui bona a parentibus relicta, & male acquiſita reſtituere nolunt, puta, quę ſciunt eos furto, aut vſuris poſſediſſe.

Tertio peccant, qui ex negligentia, vel auaritia diu differunt debita patris defuncti perſoluere, vel legata teſtamenti adimplere. Si tamen per modicũ tempus eleemoſinas dare differant ea intentione, vt rebus defuncti melius venditis ampliores eleemoſinas dare poſſunt, non peccant. Huiuſmodi tamen intentio non ſufficit ad rem diutius differendam. Quæ omnia colliguntur ex S. Thom. 2.2. qu.101. art.2. Quodlib.6. ar.14. Barth. Medina lib.1. inſtruct. confeſ. c.14. §.14. Naua. in Manu. c.14. nu.16. verſi. Decimotertio, & verſic. Decimoquarto. Ludouico Lopez p.1. inſtru. conſ. c.54. Coſino Philiarcho de officio Sacerd. p.2. lib.4. c.21. Toleto li.5. Summæ. cap.1. Ioanne Benedicto in Summa de peccatis. lib.2. c.1. num.8. nu.12. & nu.13. Emanuele Rodriquez p.1. Summæ. c.14. concl.8. & Thechiſino Romano in explicatione quarti præcepti Decalogi. nu.11. & alijs.

15 Quoad neceſſitates vero corporales tenetur fili⁹ ſub peccato mortali ſubuenire parentib. ſuis in magna neceſſitate ſi id commode facere poteſt, eſto poſſit ſibi pater ſubuenire arte, ſi ars illa ſtatui ſuo indecens eſt. Quia etiam in hoc caſu pater filio ſubuenire teneretur. Vnde peccat filius ſi patris, aut matris corporalibus neceſſitatibus inquantum poteſt, non ſubuenit, vt ſi infirmi ſint, eos non viſitet, & eorum curationi non intendat, ſi pauperes ſint, neceſſaria eis quoad victum, & veſtitum non procuret, ſi in carcere ſint, eorum liberationem nõ ꝓcuret, ſi mente capti ſint, omnem operam non adhibeat, vt eis debite prouideatur. Si enim ex iure naturæ tenetur homo ipſi benefacienti, quanto magis tenetur parentibus, a quibus poſt Deum filij maxima beneficia, ſcilicet, eſſe, nutrimentum, & diſciplinam ſuſceperunt? Hinc Tobiæ 4. dicitur. *Honorem habebis matri tuę omnibus diebus uitæ eius. Memor enim eſſe debes quæ, & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo.* Et Eccleſiaſtici.7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis, quomodo, et illi tibi.* Huic conforme eſt illud D. Ambroſij in c.18. Lucæ dicentis. *Si paueris matrem, non reddidiſti ei cruciatus quos pro te paſſa eſt, non obſequia, quibus te geſtauit, non alimenta, quæ tibi tribuit uero pietatis affectu, immulgens labris ubera; non famem quam pro te ipſa tolerauit, ne quid, quod tibi noxium eſſet, comederet, ne quid quod lacti noceret, hauriret, tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa cibum quem uoluit non accepit, tibi, quem noluit cibum ſumpſit, tibi uigilauit, tibi fleuit, et ita illam egere patieris? illi debes quod habes, cui debes, quod es.* Hæc ille. Quocirca Richardus loco inferius citando docet, filios parentibus in neceſſitate victum, &

veſtitum adminiſtrari teneri, vel de proprijs ſuis facultatibus, ſi ſufficiant, vel ſi ſufficientes facultates non habeat de labore proprio. Immo ſubdit, quod filij debent facere miniſtrare parentibus fercula meliora, & honorabiliora, quam ſibi ipſis. De qua re legendi ſunt S.Th.2.2.q.100.ar.2.Alexan.de Ales in 3.p.q.33.memb.3.art.1.Rich.3.d.37.q.3.artic.1.S.Ant.par.4.ti.5.cap.9.§.1.Ang.verb.filius. nu. 29.Tabiena.eod.verſi.Decimoſexto, Sylu.eod.q.22.Caiet.in ſum.verb.filius.Nauar.in Manu.c.14.num.14.ver.vndecimo.Ludo.Lopez li.1.inſtruct.conſcien.c.54.Coſinus Philiar.de offi.ſacerdo.p.2.lib.4.c.21.Bartho.Medina lib.1.inſtru.confeſſ.ca.14.§.14.Ioan.Pedrazza in expoſitione quarti præcepti.§.1.Andr.Crocquetius Catecheſi.75.Em.Rodriquez p.1.ſum.c.14 conclu.6.Toletus in ſumma lib.5.cap.1.& Ioan.Benedictus in ſumma de peccatis.lib.2.c.1.nu.10.& alij.

16 Dubium vero eſſe poteſt, an ſi quis habet filium, & patrem in neceſſitate, cui prius ſubuenire teneatur?

Reſpondeo cum S.Tho.2.2.q.26.ar.9. ad tertiũ & quæſt.31.art.3.ad 4.Magiſtro ſen.in 3.d.29.Dominico Bannes 2.2.q.26.ar.9.Grego.de Valen.to.3.diſpu.3.q.4.puncto 5.Emanuele Rodriquez par.1.inſtru.conſcient.cap.14.conc.9.Ang.verb.filius nu.23.& Tabiena.eod.verſi. Duodecimo Sylueſt.eodem.q.22.nu.2.& Toleto lib.5.ſum.c.1.& Emanuel Sà.in Aphoriſmis.verb.parentes. Quod ſi vtrique ſubuenire poteſt, ad id tenetur; ſi vero vtrique ſubuenire non poterit, tunc quidem extra caſum extremæ neceſſitatis (dummodo neceſſitas æqualis ſit) tenetur potius diligere, & ſuccurrere filio quã patri, tam in bonis ſpiritualibus, quam corporalib. & facit quod ait Apoſt.2.Corin.12. Non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs. Et ratio eſt, quia extra caſum neceſſitatis extremæ, filius cenſeri poteſt, & debet cõiunctior quam pater. Coniungitur.n. quis filio ſuo per reſpectum ad illum, tanquam ad quendam ſuum effectum; pertinet autem ad cauſam, & principium, vt influat, & communicet bonum effectui ſuo, & illum promoueat, & perficiat. Deinde quia pater coniungitur filio tanquam cuidã parti ſuæ, eſt.n. filius quaſi pars quædam patris. Ergo extra neceſſitatem extremã debet quis potius tutari, & confouere filium ſuum, ſicut pars in ſuo toto fouetur. Demum cura filiorũ commiſſa eſt parentibus ab ipſa natura; vnde experientia teſtatur homines extra neceſſitatis articulũ filijs magis quam parentibus prouidere. In caſu vero neceſſitatis extremæ potius ſuccurrere debet patri quam filio, tum quoad ſpiritualia, tum quoad bona temporalia. Ratio eſt, quia quoad ea, quæ pertinent ad ipſum eſſe abſolute (quibus ſcilicet quis indiget in extrema neceſſitate) eſt ſumma coniunctio filij erga patrem, cum filius à patre habeat eſſe, & non a filio. Id quod iudicat etiam Philoſophus 9.Ethic.c.2.cum ait, filium honeſtius ſubuenire parenti proprio, quam ſibi etiam ipſi. Addidit tamen Rodriq.non eſſe peccatum mortale in tali caſu ſuccurrere potius filio, quam patri, cum non ſit talis ac tanta differentia inter has duas obligationes; quæ ad mortale conſtituendum ſufficit.

17 Dubium etiam eſſe poteſt, an quis patrem magis quam matrem amare, & ſuccurrere teneatur?

Reſpondeo cum S.Thom.2.2.q.26.ar.10.Caiet. & Bannes ibidem Greg.de Val.to.3.diſ.3.q.4.puncto.5.& Eman.Rodriq.p.1.ſum.c.14.conc.10. Patrem abſolute, & per ſe magis diligendum, quia cũ vterque parens amandus ſit tanquam principium quoddam noſtri originis, excellentiorem principij rationem habet pater, quam mater. Eſt enim pater principium per modum agentis, mater vero potius per modum patientis, & materiæ. Quod ipſum confirmari patet ex D.Hier. qui in Ezech.c.44.ait. *Naturæ ſuper hoc probatur affectus, vt ordine charitatis poſt rerum parentem Deum, & carnis quoque pater diligatur, & mater filius, & filia, &c.* Dixi *abſolute, & per ſe*, quia vt recte notant Bannes, & Rodriquez vbi ſupra, euenire poteſt caſus, vbi homo magis teneatur ſubuenire matri, quam patri, & maius bonũ eidem velle, quod eſt eam magis diligere, vt verbi gratia ſi mater ſit valde benefica erga filios in temporalibus, & ſpiritualibus, pater vero ſit vitioſus, & negligens circa curam filiorum. Id quod procedit quando vterque parens in æquali neceſſitate conſtitutus ſit.

Denique tenetur filius non ſolum honorem parentibus viuis, ſed etiam mortuis exhibere, ita, ſ. vt iuxta facultates ſuas funus eis faciat, exequias cohoneſtet, & iuſta, & ſacrificia anniuerſaria curet, & quæ ab ijs legata ſunt, diligenter perſoluat, vt optime notat Cathe.Rom. in explicatione quarti præcepti Decalogi, n.12. Vnde Tob. filio ſuo ait, ca.2. *Quum acceperit Deus animam meam, corpus meũ ſepeli.* Cuius rei plurima in ſacris literis extant exempla, vt Gen.25.& 35.c.50.& alibi ſæpe.

An, & quibus in Caſibus occaſione Religionis prætermittenda ſunt pietatis officia in parentes. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quibus medijs uti ſolent Parentes ad filios à Religionis ingreſſu retardandos, uel ad ſeculum reuocandos.*

2 *Quæ, et quot conditiones requiruntur, ut quis teneatur ſub mortali abſtinere à religionis ingreſſu ob paupertatem, et neceſſitatem parentum, uſque ad nu.7.*

3 *Paupertas extrema uel neceſſitas grauis, et notabilis iactura parentum religionis ingreſſum prohibet ſub mortali.*

4 *Etiamſi parentes ſublato filio cogerentur mendicare, aut ſeruire, ſi non ſit cum indecentia ſtatus filius libere poteſt religionem ingredi.*

5 *Conditio tertia quæ.*

6 *Conditio quarta qualis.*

7 *Conditio quinta ad tollendam obligationem obedientiæ requiſita.*

8 *Scandalum parentum aut propinquorum quod patiuntur ex ingreſſu Religionis, nunquam obligat filium ad abſtinendum.*

Scandalum duplex, ex malitia ſeu Iudaicum, *ex infirmitate ſeu puſillum.*

9 *Opus bonum de neceſſitate ſalutis propter nullum ſcandalum quantumcunq. graue prætermittendum eſt.*

10 *Opera conſilij propter ſcandalum ex malitia natum nullo modo omittenda; ſin ex infirmitate ſeu ignorantia ad tempus differenda.*

11 *Quando opera conſilij adimplere poſſumus quodcunq; ſcandalum ex quacunque radice exinde naſcatur.*

12 *Bonum & laudabile in multis caſibus filios abſtinere ab ingreſſu, vel ad tempus differre religionis ingreſſum.*

13 *Filios profeſſos propter extremam parentum neceſſitatem teneri egredi ad ſubueniendum illarum neceſſitatibus, probabile eſt.*

Secundum quos abſolute tenetur ſub mortali egredi e Religione. ibid.

14 *Soluuntur argumenta eorum qui hoc abſolute aſſerunt ſub mort. ſecundum ſententiam S. Thomæ contradicentis, & num. 15.*

16 *Filius profeſſus ſecundum S. Th. tenetur ſalua obedientia & ſtatu religionis pium ſtudium adhibere omnibus modis ſubueniendi parentibus in neceſſitate.*

Filium profeſſum exire poſſe ſecundum Caie. & aliorum ſententiam probabiliter ab authore cenſetur. ibidem.

17 *Vt licite quis poſſit exire quæ conditiones ſunt neceſſario requiſitæ, & nu. 18. & 19.*

20 *Scandalum quodcunque emergens non obligat ad vnguem ipſum Religioſum ad egrediendū e religione.*

21 *Quicunque ſentit ſe a Deo uocari ad Religionem non debet abſtinere ab ingreſſu ſpe cuiuſcunque prælaturæ, & qui contra conſulunt non excuſantur a mort.*

Ex triplici ſigno cognoſci poteſt an quis a Deo vocetur necne ſecundum Alexand. Alenſ. ibidem.

QVoniam ſæpe ſolent parentes propter carnalem & immoderatum amorem filiorum auctoritate huius diuini præcepti, contra ipſum Deum vti, & filios ſanctiſſime ad Dei ſeruitium properantes, quos neque blanditijs allicere, ne minis ſeparare poſſunt, hac vna obiecta ſpecie pietatis, retardare nituntur, & inuecto ſcrupulo tranſgreſſionis diuini præcepti emollire ſtudent, qui vt ſunt propter 1 Deum ad religionem propenſi, ita obiectione diuini præcepti, cuius obſeruandi ſunt ſtudioſiſſimi, quaſi veriti ne dū conſilia ſeruare velint, præcepta tranſgrediantur, quamuis alioquin fortiſſimi Chriſti athletæ, hoc vno in bello ſuccumbunt, & victi manus porrigunt, ideo non minus diligenter res hæc a nobis pertractanda erit, quam altera, quæ ſuperius expoſita eſt. Solent aūt parentes duplici præſertim medio vti, ad filios a Religionis ingreſſu retardandos. Primo ſimulatiōne quadā paupertatis, & neceſſitatis. Secundo, ſimulatione ſcandali, ſimulantes & contaminantes ſe morituros, & manus violentas ſib ipſis iniecturos, aut in amentiam ſe caſuros, & huiuſmodi, vt ſic eos ab incepto reuocare poſſint. Vnde explicandum nobis erit quib. in caſibus parentum paupertas, aut ſcandalum eorundē impedire debet filios, ne ſine peccato Religionem intrare poſſint, aut eos cogat, vt quamuis ingreſſi ſint, ad ſeculum redire, & e Religione exire teneātur. Quam materiam tractant ſequentes auctores. S.Th.2.2.q.101.ar.4.& Caie.ibid. & idem S. Tho. 2.2.q.189.ar.6.& quodlib.3.q.6.ar.2. alias. ar.16. & quodlib.10.ar.9. Alex.de Ales in ſum.p.3.q.33. membr.4.ar.2.S.Ant.p.3.tit.16.c.2.in princ.Henricus.de Gandauo.Quodlib.6.q.18.Ang. verb.Religioſus.nu.11.& nu.31. Tabiena in verb.pietas. Nau. in Man.c.14.num.14.verſi.11 Sylueſtr.verb. Religio.2.& q.7.& Religio.6.q.6. Ludou.Lopez p.1.inſtruct.conſc.c.54.Barth.Med. lib.1.inſtr. cōfeſſ.c.14.§.14.Greg.de Val.tom.3.diſp.7.q.1.puncto.2.Io.Pedrazza in quarto præcepto,§.1.Coſmus Philiarcus.de offic.ſacerd.p.2.lib.4.ca.21. Toletus in Summa libr.5.c.1.Anto.de Corduba in Sum.q.141.Eman.Rodriq.p.1.Sum.c.14.concl.6.Ioſeph Angles in florib.4.ſen. in q.de voto ar.2.diffic.13. Io.Benedictus in Sum.de peccatis.lib.2.c.1.nu.10. & Eman.Sa in Aphoriſ.in verb.Religio. Vt autē res ipſa plenius & diſtinctius explicetur, ſequentes propoſitiones aſſeremus.

2 Prima propoſitio; Antequam filius ingrediatur Religionem, adhoc vt propter parentum neceſſitatem, & paupertatem abſtinere teneatur ab ingreſſu religionis ſub peccato mortali, & ſub tranſgreſſione huius præcepti Diuini, quinq. conditiones ſunt omnino neceſſariæ.

Prima conditio eſt, vt paupertas parentū ſit præſens. Hanc conditionem expreſſe ponunt Alexander de Ales.p.3.q.33.memb.4.art.1.& S.Tho.2.2. q.101.art.2.in reſp.ad ſecundum. Probatur autem hæc conditio, ex 2.Cor.12. vbi expreſſe dicitur *filios non debere parentibus theſaurizare, ſed parētes filijs.* Theſaurizare vero eſt colligere, & adunare bona in futurum, pro futura neceſſitate. Nec ex Diuino præcepto tenentur pro neceſſitate præterita, quia illa non eget remedio. Ergo ſolum tenentur filij parētibus pro neceſſitate præſenti. Deinde probatur rōne naturali, quia filius in ordine ad patrē nō hēt rationem principij, ſed eius quod eſt a principio; Id autem quod eſt a principio, ex S. Tho. vbi ſupra, non tenetur per ſe prouidere neceſſitati ipſius principij ſed ſolum per accidens, quatenus ſ. neceſſitas inſtat, & præſens eſt. Si ergo nulla ſit neceſſitas præſens, non tenetur ei prouidere.

3 Secunda conditio eſt, vt ſit paupertas & neceſſitas extrema, vel adeo grauis, vt ſit quaſi extrema. Hanc conditionem ponit communis Docto. ſnīa, vt Io. Maior. in 4.d.38.q.13.ad 6.S.Ant.p.3.tit.16. c.2.in princ.Abulenſ.q.69.in Matth.c.8.Nauar.in Manua.c.14.num.14.verſic.11.Coſm.Philiarc.de offic.ſacerd.p.2.lib.4.c.21. & S.Thom.2.2.q.101. art.4.ad quartum. vbi ait quod ſi parentes abſq; filio poſſent vitam tranſigere, licitum erit filio deſertis parentibus religionem intrare. Quæ S.Thomæ, & aliorum opinio & ſnīa eſt rigidiſſima, magni tamen facienda, tum propter tanti viri auctoritatem, tum quia non ſolet S. Thomas in moralibus eſſe valde rigidus, vnde cum S.Thomas, quem ſecuti ſunt ceteri, ſolum mentionē faciat ſuſtentationis, & tranſigendæ vitæ, nec dicat pro ſuſtentatione decenti, & honeſta, ſed ſimpliciter pro ſuſtentatione vitæ, ſine dubio mens S. Thom. eſt, non alium caſum quam extremæ neceſſitatis excipere.

Ceteri tamen Doctores ut Io. Neapol. apud S. Antoninum vbi ſupra. Sylueſtr. verb. Religio. ſecunda, quæſtione ſeptima, Ludouicus Lopez parte prima, inſtruct. conſcient. capitu. 54. Angel. verbo. Religio. numero vndecimo, Gregorius de Valentia tom. tertio diſpu. ſeptima, quæſtione prima, puncto ſecundo. Toletus libro quinto. ſummæ, capit. 1. Anton. de Corduba in ſumma quæſtio. 141. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. in quæſt. de voto. articulo. 2. difficult. 13. concluſ. 4. paulo mitius loquuntur pro parentibus, admittentes non ſolum extremam, ſed etiam valde grauem neceſſitatem, hoc eſt, non ſolum quando parẽtes nullo modo ſine eo viuere poſſunt, vel morerentur fame, vel nuditate, & ſimilibus, quia. ſ. ſunt infirmi, vel in carcere, vel alia ſimili calamitate, ſed etiam quando ſine eo viuere poſſent, ſed cum notabili iactura, & detrimento ſui ſtatus, & cõdõnis ſuæ, puta quia sũt adeo pauperes, vt ſublato filij ſubſidio cogerentur mendicare, aut alijs ſeruire, non quomodocunque, ſed cum magna indecentia ſtatus ſui, talis enim neceſſitas ſufficit ad obligandum filium vt abſtineat à religionis ingreſſu quouſque ceſſet indigentia, quod ſi nunquam ceſſat, debet ex toto dimittere, quod procedere volunt, non ſolum quando habet tantummodo propoſitum ingrediendi religionẽ, ſed etiamſi habuerit votum de intranda religione: Ratio eſt, quia ſi non fecit votum, tunc exiſtente tali neceſſitate non debet ingredi, eo quod obſequi & ſuccurrere parentib. eſt de præcepto diuino & naturali; ingreſſus autem religionis eſt opus conſilij, & ſupererogationis, quæ autem ſunt præcepti, non ſunt omittenda, propter illa, quæ ſunt conſilij. Sin autem vouiſſet ingreſſum, tunc aut vouit ante illam indigentiam patris, & tunc ex ſuperueniente neceſſitate, quia mutatur condõ vouentis, nõ debet votum adimpleri, vt patet a ſimili, ſi.n. quis ſanus exiſtens voueret ieiunium in pane & aqua, & poſtea infirmaretur, ita vt ieiunium illud eſſet ſibi periculum mortis, tale votum adimpleri non dẽt, cum iuramentum & votum non ſint vinculum iniquitatis. c. inter cetera, 22. q. 4. Vnde cum in caſu propoſito poſt votum emiſſum de ingreſſu religionis perſona vouens propter nouam indigentiã ſupuenientem de nouo obligatur parentibus, ad ſubueniendum eis, non tenetur ad votum. Aut vouit tpe indigentiæ parentum, & tunc votum eſt illicitum, quia res alteri obligata non poteſt alteri licite promitti; perſona autem filij in tali caſu obligata eſt parentibus, ad eis ſubueniendum. Ergo nõ tenetur ad religionis ingreſſum. Hinc colligitur

4 *Primo*, Quod ſi parentes habeant vnde viuant, quamuis tenuiſſime, abſque hoc quod mendicent, aut alijs ſeruiant, etiamſi non ita honorabiliter, & ample viuere poſſunt, ſicut vellent, & ſicut viuũt alij æqualis condõnis, libere poterit filius religionem ingredi, cum talis indigentia parentum cẽſeatur parua; Id quod locum habet, etiamſi parentes ſint nobiliſſimi, & alioquin fuerint diuites.

Secundo, Etiamſi parentes ſublato filio cogerentur mendicare, aut alijs ſeruire, ſi hoc non ſit cum magna indecentia ſtatus eorum, adhuc poteſt filius liberè religionem ingredi. Magna indecentia ſtatus eſſet, quando alioquin parentes viri eſſent honorati, nobiles &c. Vnde filij artificum poſſunt libere ingredi religionem, etiamſi parentes mendicare, aut aliis ſeruire deberent.

Tertio, Propter nullam neceſſitatem aliam aut ipſorum parentum, aut ſororum, & aliorũ propinquorum tenetur filius ſub peccato mortali abſtinere ab ingreſſu religionis, cum Doctores nullam aliam cauſam addant. Vnde Ioannes Maior. vbi ſupra, ait, quod filius non tenetur manere in ſeculo pro pompoſo ſtatu parentum; pompoſum autem ſtatum vocat eum, in quo cum habeant vnde viuãt non mendicando, nec aliis ſeruiendo, aliquid aliud volunt. Atq. adeo ſi hoc prætextu pater filium retardare conaretur, huic filio conſulendum eſt illud D. Hieronymi ad Heliodorum, *Per calcatum perge patrẽ, per calcatam perge matrem, ad vexillum Crucis cuola, ſummum genus pietatis eſt in hac rẽ fuiſſe crudelem.*

5 Tertia condõ eſt, vt filius remanendo in ſeculo poſſit ſubuenire neceſſitati parentũ de præſenti, quãdiu durat ipſa neceſſitas, & ingrediẽdo religionem ſubuenire non poſſit. Hanc conditionẽ ponit Alex. de Ales. p. 3. q. 33. mẽbr. 4. ar. 1. & Io. Neapo. apud S. Ant. vbi ſup. Et deducitur hæc condõ, tum ex illo loco Apoſtoli, 2. Cor. 12. Quod filius nõ tenetur theſaurizare parentibus. Ergo ſi non põt de præſenti ſubuenire, ad nihilum obligatur. tũ quia ſi filius non poteſt parentes iuuare in neceſſitate præſenti, neceſſe eſt vt illos aggrauet in præſenti neceſſitate, nam tenentur parentes quærere neceſſaria pro ſe, & pro filiis. Tũ etiã hoc colligitur ex vi ipſius præcepti, filius. n. non tenetur parẽtib. niſi in neceſſitatib. eorũ, ſed in neceſſitate nihil põt, vt ſupponitur. Ergo ad nihil tenetur. Deinde ſi filius in Religione æque bene, aut forte melius ſubuenire poteſt neceſſitati parentũ, tunc liberè poteſt ad religionẽ tranſire, contingit autẽ frequenter quod filius melius poſſit ſubuenire in religione, quam in ſeculo, quia ſæpe religio aliquod ſubſidiũ illis parẽtibus præſtare poteſt, ſicut ſolent religiones dare aliquã eleemoſinã pauperibus, de his, quæ ſibi ſuperſunt ſingulis diebus, tum quia ſolent religiones habere multos deuotos & amicos, qui ſæpe libentiſſime intuitu religionis auxilium præſtabunt ipſis parentibus.

6 Quarta condõ eſt, vt non ſit alius qui poſſit & velit illi ſubuenire in tali neceſſitate. Hanc conditionem ponunt Cyrillus in Luc. 9. Nicholaus de Lyra in Matth. 8. S. Tho. 2. 2. q. 101. ar. 4. ad ſecundũ, & Quodlib. 3. q. 6. ar. 2. alias ar. 16. Sylueſt. verb. religio. 2. q. 7. & alii, qui eam probant ex duplici vocatione qua vſus eſt Chriſtus: Nam aliquos filios vocauit, qui adhuc habebant parentes. & eos pauperes; Alios autem vocauit, ſ. Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui relictis retibus & patre ſecuti ſunt Chriſtum, vbi Lyra ait, ideo ipſos reliquiſſe parentes, quia alii erant qui parentibus ſubueniẽt. Cyrillus autẽ affert vocationem illius iuuenis, qui vt habetur Luc. 9. a Chriſto vocatus petiit ſibi permitti, vt prius abiret, & ſepeliret patrem. Quod, inquit Cyrillus, non eſt ita intelligendum, quaſi patrẽ iam mortuum ipſe voluerit ſepelire, non. n. ſolent filii parentes mortuos ſepelire, ſed ita intelligendum eſt, vt voluerit patri iam ſeni ſubuenire vſque ad mortem, quod tñ Chriſtus prohibuit, quia alios habebat a quibus ſuſtentaretur & ſepeliretur, vnde dixit *ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos*.

7 Quinta Conditio eſt, vt filius remanendo in ſeculo non habeat probabile periculum ſalutis ſuæ ſpiritualis, ſcilicet, quod in ſeculo non poſſit abſtinere ab aliquo peccato mortali, a quo tamen periculo eſſet liber, vel fere liber in religione. Hanc conditionem ponunt S. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione, 101. articu. quarto, ad 1. & quodlib. 3. quæſtio. 6. articulo 2. alias articul. 16. & quodlib. 10. articulo 9. Alexandr. de Ales. part. 3. quæſt. 33. memb. 4. artic. 2. S. Anto. par. 3. titu. 16. c. 2. in principio.

tip.Angel.in verb. Religioſus nu.11. Sylu. verbo. eligio.2.q.7.& alii. Ratio eſt, quia vnuſquiſque ex haritate ordinata tenetur magis diligere ſuā propriam ſalutem ſpiritualem, quam corporalem ſalutem parentum.

Hanc vero conditionē Io.Maior vbi ſupra nititur improbare, & quatuor in vniuerſum docet.

Primum eſt, negando caſum à S.Thoma & aliis poſitum eſſe poſſibilem, ſcilicet, vt filius non poſſit abſtinere à peccato mortali niſi ingrediendo religionem.

Secundum eſt, Ad ſalutem ſatis eſſe religionem Chriſtianam, & per eam facile poſſe vitare peccatum mortale.

Tertium eſt, quod ſi aliquando contingat mortaliter peccare, hoc non multum referet, eo quod in promptu habemus Sacramentū pœnitentiæ, quod in religione Chriſtiana inſtitutum eſt ad delenda peccata mortalia.

Quartum eſt, ſuppoſito caſu prædicto quē ponit S.Thomas, concedit poſſe filium ingredi religionem relictis parentibus. Quia vero dicta huius Doctoris mihi non placent, breuiter de ſingulis eorū dicam quid ſentiam, modo tamen retrogrado, incipiendo ab vltimo. Quartum igitur dictum, conceſſo caſu, ſed non admiſſo, concedit etiam ſententiam S.Thomæ, & proinde non eget reprobatione Tertium eius dictum, non ſolum non eſt Theologicum, ſed vix Chriſtianum, vt pace eius dicam; eſt enim grauiſſimum peccatum mortale, vel peccare mortaliter, vel exponere ſe periculo peccati mortalis cum ſpe veniæ per Sacramentum pœnitētiæ. Deinde pęnitentia eſt donum Dei, & licet per bona opera quis ad illā præparare ſe poſſit, nunquā tamen humana præparatio ſufficiens erit ad conſequendam remiſſionē ſine particulari auxilio Dei, vnde neſcit homo an conſecuturus ſit donum pœnitentiæ. Præterea quis homini polliceri poterit vitam vſque ad perfectam pœnitentiam. Et deniq. ſi peccandum ſit, certe minus malum erit peccare potius propter inordinatum amorem dei relinquēdo parentes, & ingrediendo religionem quam propter inordinatum amorem parentum relinquere Deum, & religionem.

Secundum eiuſdem dictum eſt valde abſurdum vt patet. Nam certum eſt poſſe aliquando ex multis circumſtantiis loci, temporis, perſonæ, & complexionis, propinquorum. & occaſionis malorū habituum eſſe alicui moraliter impoſſibile viuere in ſeculo ſine peccato mortali, aut ſaltem valde difficile. Ergo hinc ex hac ſuppoſitione non ſufficit Chriſtiana religio ad ſalutem, vel ſaltem erit valde periculoſum illi, niſi religionem intret, vt patet quotidiana experientia. Videmus enim multos in ſeculo fere incorrigibiles, qui tamen in religione facile corriguntur. Ex quibus ſequitur. Primum eius dictum.ſ. caſum a S.Thoma poſitum non ſolum nō eſſe impoſſibilem, ſed ſæpe contingere. Vnde conſtat quam probabilis ſit S.Thomæ opinio à nobis in hac prima propoſitione explicata.

Secunda propoſitio: Scandalum parentum & propinquorum quod patiūtur ex ingreſſu religio- filii, nunquā obligat filium ad abſtinendū omnino ab ingreſſu religionis, licet aliqñ illum obliget ad differendū ipſū ingreſſū ad aliquod tēpus. Pro cuius rei intelligentia, & faciliori explicatione

Supponendum eſt, vnum ab omnibus conceſſum, ſcandalū, ſ. quod parentes, & propinqui patiuntur, ex ingreſſu religionis filiorum, & vniuerſaliter ſcādalum quod quilibet patitur ex alterius opere bono, eſſe ſcandalum paſſiuum, non actiuum, id eſt, ſcandalum acceptum & non datum. Ratio eſt, quia ingreſſus religionis, & quæcunque bona opera ex ſua natura afferre debent aliis ædificationem, & inſtructionem, non autem ſcandalum, aut indignationem; vnde quod iſti ſcandalizentur nō prouenit ex operante bonum opus, ſed ex ipſiſmet, qui ſcandalizantur, & hoc ſuppoſitum certum eſt, & ab omnibus conceſſum. Quo ſuppoſito, duo annotanda ſunt.

Vnum eſt, quod ſcandalum paſſiuum de quo eſt ſermo, ex duplici radice naſcitur; Primo, ex ipſa malitia eorum, qui ſcandalizantur, & hoc dicitur ſcandalum Iudaicum, ſeu Phariſaicum, eo quod Phariſæi, & Iudæi ex eorum malitia ſcandalizabantur ex operibus Chriſti: Secundo, ex ignorantia, vel infirmitate, & hoc cōi vocabulo dici poteſt ſcandalum puſillorum, quo ſcandalo ſæpe ſcandalizabatur rudis populus de operibus Chriſti.

Alterum eſt, Opera bona, quæ ſunt aliis occaſio ſcandali paſſiui ſunt in duplici genere; Quędam ſunt opera, quæ ſunt nobis neceſſaria ad ſalutem: Alia vero ſunt opera conſilij, quæ ſcilicet licet nō ſint neceſſaria ad ſalutem per ſe, ad illam tñ plurimum conferunt, & hæc etiam aliqñ per accidens ſunt neceſſaria, vt qui ſe obligauerit voto, vel iuramento &c. De qua re, legi poſſunt S.Th.4.d.38.q.2.ar.4.quæſtiuncula.2. & 2.2.q.43.ar.7. Richard. 4.d.38.ar.10.q.2. Durand.ibid. q.4. Io.Maior.ibi. q.25. Summiſtæ in verb. ſcandalum, vbi Ange.nu. 2.& 3.Sylu.q.3.Tabiena eod.nu.8.S.Anto.p.2.tit. 7.c.4.& 5.& alij. His igitur prænotatis, in nonnullis conueniunt communiter Doctores.

9 *Primo*, quando aliquod bonum opus faciendum eſt de neceſſitate ſalutis. i. quādo ſub peccato mortali tenemur ad aliquod opus bonum faciendum, tunc propter nullum ſcandalum, quantumcunque graue, ex quacunque cauſa & radice tale ſcandalū naſcatur, opus illud bonum nec prætermittendū, nec differendum eſt. Ratio eſt, quia ex charitate ordinata tenetur vnuſquiſq; magis diligere ſuam propriam ſalutem ſpiritualem, quam ſalutem ſiue corporalem, ſiue ſpiritualem alterius. Sed in caſu propoſito omittendo, vel differēdo illud opus peccaretur mortaliter. Ergo propter nullum ſcandalum omittendum eſt; quia ex hoc ſcandalo nihil aliud ſequi poteſt quam peccatum mortale proximi, qui ſcādalizatur; Nō tenemur autem nos peccare mortaliter ad alterius peccatum vitandum. Vnde etiā ſequitur, quod quotieſcunque teneremur ſub peccato mortali religionem ingredi, propter nullum ſcandalum conſurgens poſſumus ab ingreſſu abſtinere. Solum autem ſermo in præſentiarum eſt de operibus præcepti, in caſu in quo tenemur ſub peccato mortali illa implere.

Secundo, Conueniunt omnes in operibus conſilii, quando ſcandalum aliorum naſcitur ex malitia, nos nullo modo teneri ad omittēdū talia opera, vel ad differendum propter quodcūque ſcandalum. Rō eſt, quia videmus Chriſtū hoc obſeruaſſe, 10 Matth. 15. vbi cum Phariſæi ſcandalizabãtur de Chriſti doctrina, & hoc ad Chriſtum relatum fuiſſet, quia hoc eorum ſcandalum erat ex malitia, Chriſtus illos contempſit, nec vel minimum deſtitit à ſua doctrina, & operib. ſed dixit, *ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum, &c.*

Tertio, conueniunt oẽs, quod licet quis ſcandalizetur propter bona opera conſilii, q̃ alius facit, & ſcandalũ non naſcitur ex malitia, ſed vel ex infirmitate, vel ex ignorãtia, tũc licet nullo modo prætermittenda ſint opera conſilii, ad tempus tñ differẽda ſunt, quouſque ignarus inſtruatur, aut debilis cõforte ur, vel ſaltem quouſque reddatur ſufficiens gratia ad inſtruendum, vel ſupportandum. Ratio eſt, quia tenemur quantum poſſumus ſine noſtro præiudicio impedire peccata proximi, ſed differendo opus conſilii ad tempus, nullum patimur regulariter præiudicium, & inſtruendo, aut confortando proximum impedire poſſumus eius peccatum. Ergo ad id faciendum obligamur.

Ceterum ſi poſt redditam rationem ſufficiẽtem ad inſtruendum, vel confortandum, adhuc proximus perſeueret in ſuo ſcandalo, iam non tenemur amplius differre. Id quod probari poteſt, quia poſt redditam iſtam ſufficientem rationem, iam ſcandalum deſinit eſſe ex ignorantia, & fragilitate, & incipit eſſe ex malitia; At vero propter ſcandalum quod naſcitur ex malitia, non ſunt differenda opera conſilii, vt diximus.

11 *Quarto*, Quando imminet periculum ſalutis ſi non ſtatim faciamus opera conſilii, tunc illa ſtatim adimplere poſſumus, etiamſi inde naſcatur quodcunque ſcandalum ex quacunq; radice. Ratio eſt quia in hoc caſu opera conſilii iam deſinunt eſſe Conſilii, & ſunt in præcepto. Hinc ſequitur, vt ſi quando filius vult ingredi religionem aduertat parentes velle ad eum introducere v. g. meretricem ad perdendam eius pudicitiam, & caſtitatem, poſſe filium ſtatim intrare religionem, quodcunq. ſcandalum inde naſcatur. Immo addo, quandocunq; ex dilatione operis conſilii timetur probabile impedimentum per quod non poſſit amplius impleri, vel non niſi difficulter, tunc de quacunque radice naſcatur ſcandalum, poterit ſtatim implere illa opera, & ſatisfacere, ſi poſt opera adimpleta reddat rationem ſufficientem ad tollendum ſcandalum. Et quæ hactenus dicta ſunt, procedunt de ſcandalo cõmuni in ordine ad quodcunq; opus bonum; Vnde ſupereſt vt paucis explicemus, quid Doctores ſentiant in particulari de ſcandalo parentum per ingreſſum filiorum in religionem.

Durandus, vbi ſupra, docet ſcandalum parentũ de ingreſſu religionis filiorum cõmuniter eſſe ſcandalum paſſiuum ex malitia, ex quo ſequitur communiter hoc ſcandalum nihil debere impedire aut retardare filios ab ingreſſu religionis. Vnde huiuſmodi filio, inquit, dicere poſſumus illud S. Hieronymi ad Heliodorum, *Licet in limine iaceat pater, per calcatum patrem perge, & fixis oculis ad uexillũ Crucis euola, etc.* Probatur autem hoc ſcandalum ex malitia communiter procedere, quia fit communiter ſolum ad impediendum ingreſſum filiorum in religionem.

Ioannes Maior ait, quod cum parentes dicunt ſe morituros, non ideo eſt conſequens quod moriantur, neque eorum dictis in hac re credendum eſt, rariſſime enim & quaſi nunquam hoc cõtingit, vt hac de cauſa parentes moriantur, & frequen e, inquit, contingit, quod poſtquam fuerit ſedatus impetus paſſionis parentum, triſtitia eorum etiam in hac vita conuertitur in gaudium.

S. Antoninus ait, ſi alicuius parentes propter ingreſſum religionis filij ſcandalizentur vſque ad mortẽ animæ, vel corporis, non debet aliquis propter hoc dimittere ingredi religionem, & omnia mala, quæ inde ſequerentur, non imputantur ei, qui ingreditur, ſed illis, qui faciunt ſeipſos ſine cauſa ſcandalizatos. Si tamen ex aliqua dilatione illa ſcandala veriſimiliter auferri æſtimarentur, & illi periculum non immineret non valendi poſtea religionem ingredi, differre deberet. Vt autem quid pro certo, aut ſaltem probabilius in hac re tenendum ſit, ſubditur.

12 Tertia propoſitio, Quamuis filii in multis caſibus non teneatur neque omnino abſtinere ab ingreſſu religionis, neq; illum differre propter paupertatem, aut ſcandalum parentum, bonum tamen eſt, & laudabile ipſis filiis, vel abſtinere ab ingreſſu, vel illum differre in multis aliis caſibus.

Primo quidem, quando neceſſitas parentum cogit, licet non ſit extrema, neque tanta vt cogat eos mendicare, aut aliis ſeruire, eſt tamen valde grauis neceſſitas.

Secundo, Quando parentes ſunt onuſti multitudine filiorũ, maximè filiarũ, quarũ pudicitia paſſura ſit magnum periculum, niſi illis ſubueniatur.

Tertio, Quando parẽtes oppreſſi ſunt ære alieno.

Quarto, Quando parentes decidere deberẽt valde notabiliter de ſuo ſtatu, ita vt ex ſumma quaſi felicitate mũdana, deuenirent ad ſummam miſeriam. Et idem de aliis caſibus ſimilibus dicendum eſt. In his enim caſibus poſſunt filii abſtinere ab ingreſſu religionis ſine vllo ſcrupulo, & conſulendũ illis erit vt abſtineant, & etiam Prælati religionũ eos admittere non deberent. Item in his caſibus conſiderandum eſt, an filii poſſint facile viuere in ſeculo ſine peccato mortali; Vnde ſi quando eſſet illis vel valde difficile, vel moraliter impoſſibile, tunc prætermiſſa parentum neceſſitate ingredi deberent. Prælati vero religionum in his admittendis hæc præcipuè conſiderare debent

Primo pacem & quietem quam ſperant in his filiis religionis; Si eos ad religionem admittant; Nã quando parentes ſunt in his neceſſitatibus, etiamſi filii ſint iam religioſi, vbi tñ cæperit frigere primus feruor religionis, incipient magnas moleſtias de parentum neceſſitate habere, & inquietè viuere, ac alios inquietos reddere, nec nõ ipſoſmet pręlatos perturbare, dum nimis ſollicitè voluerint parentum neceſſitati in religione ſubuenire.

Secundo attendere debent Prælati ad bonum cõmune Monaſterij, & an ex receptione talis perſonæ in religionem naſcatur magnum murmur in populo contra Monaſterium.

Tertio maxime attendere debent ſinceritatem, & vocationis feruorem. Propter ſcãdalum autem puto rariſſime, aut nũquam teneri filium omnino abſtinere ab ingreſſu religionis, ſed ad ſummũ aliquando abſtinere ad tempus, vt ex his, quæ diximus, manifeſtum eſſe poterit.

Quarta propoſitio: Quoad eos qui iam ingreſſi, & profeſſi ſunt religionem, probabile eſt filios iā profeſſos propter extremam parentum neceſſitatē, præſertim ſi neceſſitas hæc poſt eorum profeſſionē ſuperuenerit, teneri egredi è religione ad ſubueniēdum parentibus. Dixi hoc ſolum eſſe probabile, ꝗa S.Thom.2.2.q.101.artic.4.ad 4. & Quolib.3.q.6.ar.2.alias.ar.16.& Quodlib.10.q.5.ar.1.alias arti.9.Alex.de Ales par.3.q.33.membr.4.ar.1.S.Anto.p.3.ti.16.cap.2.in prin.Tabie.verb.pietas §.2.Coſmus Philiarc.de off.ſacerd.p.2.lib.4.c.21. Bartho. Medina lib.1.ſum.c.14.§.14.& Abulenſis in cap.8.Matth.q.69.& in Matth.c.15.expreſſe docent eos non poſſe exire Monaſterium vt ſubueniant parentibus quia iam ſunt mortui mundo, & Chriſto conſepulti, vnde ſicut ſecundum leges ciuiles filius deportatus vocatur mortuus, & nō tenetur ad patriā redire ad ſubueniendum parentibus, lege id prohibente, ita filius profeſſus cum ſit mortuus mundo, non tenetur amplius reuiuiſcere mundo, & ſe iterū negotijs ſecularibus implicare. Quæ opinio eſt probabilis vt dixi, tum propter auctoritatem tantorū Doctorum, tum propter eorum rationem.

Alij vero vt Ang.in verb.religioſus.§.31. Sylu. verb.religio.6.q.9. Nauar.in Manuali. cap.14.nu.14.ver.vndecimo. Lud.Lopez p.1.inſtruct.confeſ.c.54 Tolet.in ſum.lib.5.c.1.Eman. Rodriquez p.1.ſum.c.14.conc.6.docent, quod ſi pater fuerit in extrema neceſſitate antequam ingreſſus ſit filius religionem, tunc cum peccauerit ingrediendo religionem, & profitendo, tenetur potius patri vel matri in tali neceſſitate ſuccurrere, non obſtante regula, & præcepto ſuperioris in contrarium. Quia per talem profeſſionem culpabiliter factam non deobligatur a debito naturali quo tenetur ſuccurrere patri extremam neceſſitatem patienti. Ratio eſt, quia actio ex contractu, vel quaſi ex contractu, contra aliquem competens, non extinguitur per religionis ingreſſum. Vnde a religioſo poſt ingreſſum peti poteſt debitum etiam in iudicio, & tenetur Prælatus, ſeu religio ſatisfacere; ſicut enim religio ſeu Monaſterium ſuccedit in hæreditate, ita etiam ſuccedit Monaſterium in obligatione ſuccurrendi parentibus, cum qua religionem ingreſſus, & profeſſus eſt ipſis ſuperioribus conſcijs talis neceſſitatis. Sin vero pater, aut mater non erant in tali neceſſitate ante filij ingreſſum, & profeſſionem, ſed poſt profeſſionem in talem neceſſitatem deuenit, tunc contradicente prælato, religionem egredi non poteſt, ad ſuccurrendum patri. Ratio eſt, quia iam obligatur voto, & ſic Deo, & conſequenter maiore vinculo ligatur prælato, quam parenti, quia præceptum de obſeruatione voti, eſt de prima tabula, præceptum vero de honore parētum eſt de ſecunda. Et quia ſecundum regulam iuris. Semel. de reg.iur.in 6. Semel Deo dicatum, ſcilicet iuſte, *non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum*. Scilicet contra Dei, & ſuperioris voluntatem. Per profeſſionem enim inculpabiliter factam religioſus abdicauit a ſe non ſolum temporalia, ſed etiā proprium velle. 19.q.vlt.c.ſtatuimus. & 12.q.cap. *Non dicatis*, & ita liberatur tamquam impotens ab obligatione ſuccurrendi neceſſitati parentum. Qua ſta diſtinctione concordant hi authores ſententiam S.Thomæ cum illa tertia, quam paulo poſtea afferemus, ita vt ſententiam S. Thomæ veram eſſe putent quando ſuperuenerit neceſſitas parentum poſt factam profeſſionem filiorum, ſecus autem ſi ante ingreſſum, aut emiſſam profeſſionem parētes in tali neceſſitate extrema conſtituti fuiſſent, tunc enim veram eſſe putant Maioris, & aliorum ſententiam, vt dicemus.

Ceterum alij, vt Ioannes Maior in 4.d.38.q.16. Henricus quodlib.6 q.18.Aug.de Anchona. de poteſtate Papæ.q.5.ar.1.Adrian.quodlib.2.in fi.in q.1.ſiue argumentis litera D. Ioannes Medina C. de reſtit.q.3.cauſa octaua, in argumento 5. confirmatione tertia. Cai.2.2.q.101.art.4 Ioſeph Angles in floribus 4.ſen.in materia de voto ar.2.difficul.13. Greg.de Valen.tom.3.diſp.7.q.1.puncto 2.Ant.de Corduba tract.de caſib.conſcien.q.141.Io. Pedraza in quarto præcepto, §.1.& Ioann.Benedictus in ſum.de peccatis.lib.2.c.1.nu.10.abſolute, & ſine diſtinctione docent, filios profeſſos teneri ſub peccato mortali ex vi huius pręcepti exire è religione ad ſubueniendum extremæ neceſſitati parentum. Probari autem poteſt.

Primo, ex auctoritate Chriſti Matth.15.vbi de Scribis, & Phariſæis qui filios docebant, vt Deo offerrent ea, quæ erant pro parentum neceſſitate, & vt parentibus dicerent, *Munus quodcumque eſt ex me tibi proderit*; hoc eſt, plus proderit patri, ſi quod illi neceſſarium eſt, offerant Deo, quam ſi ipſa traderent parentibus eorum; de hac doctrina ſcribarum, & Phariſæorum, ait Chriſtus, Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? & infra, Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram, &c. Quibus verbis aperte docet, quod ſubtrahere neceſſaria parentib. propter cultum Dei, eſt tranſgreſſio huius Diuini præcepti de Honorandis parentibus. Ergo nunquam debet filius propter cultum Diuinum deeſſe extremæ parentum neceſſitati.

Secundo probat Maior, quia ſi religioſus ſtans in oſtio Monaſterij videret aliquē opprimi ab æquo indomito, vel intra domum conflagrantem incendio videret pauperem claudum non valentem exire, poſſit, & teneretur etiam prohibente ſuo prælato exire è Monaſterio, & illi ſubuenire, alias eſſet homicida, cum poſſet adiuuare, & non adiuuat. Ergo multo magis exire poteſt, & debet, ſi patrem ſuum, aut matrem ſuam fame pereuntem videret, etiam reclamante ſuperiore.

Tertio probat Caietanus quia vota non debent eſſe impeditiua operum iuſtitiæ, cum præſertim obligatio ſuccurrendi patri in extrema neceſſitate ſit prior, & maior obligatio voti; iure namque diuino, & naturali tenetur patri ſuccurrere. Immo ſicut licet furari propter extremam alterius neceſſitatem, ita licet actualem obedientiam ſubtrahere, & furari bona eccleſiæ, ſi aliter non poterit patris, aut matris neceſſitati ſubuenire. Quæ ſane rationes ſunt valde probabiles, vnde hanc ſententiā communiorem, & probabiliorem, & magis piam erga parentes eſſe puto.

14 Ceterum ne quis illis deceptus, huic ſnīæ magis quam par eſt, adhęrendum eſſe credat, ad ea Reſpōdemus, adeo vt ſi quis ſententiam S. Thomæ ſequi omnino velit, argumenta iſta ſoluere poſſit. Vnde ad primum Reſpondet Lyr.in Matth.15.

Primo, mentem Chriſti eo in loco non eſſe oſtendere traditionem illam Scribarum, & Phariſæorũ eſſe contra legem Dei, ſed ſolum eſſe argumentum ad hominem, vt ſi id in quo Chriſtus reprehendebatur erat contra legem Dei, etiam hoc quod illis obijcit Chriſtus erat contra legem Dei, vnde (vt ipſe loquitur) clauum clauo tendit.

Secundo & melius Reſpondet, Chriſtum eo in loco ſolum damnare illos, quia ea, quæ erant parentibus neceſſaria, illi trahebant, vt Deo offerrent; Nõ autem damnat eos quod ea, quæ in templo obtulerant, non repetebant vt inde parentibus ſubuenirent. Ex quib. hoc ſolum (quod ad noſtrum propoſitum attinet) ſequitur, ꝙ qñ parentes ſunt in tali neceſſitate, filius illis relictis intrare non põt religionem, quod ab omnib. conceditur, non tamen probat, quod filius qui ſe per profeſſionem, ſemel Deo conſecrauit in religione teneatur ſeipſum ſubtrahere, & Deo, & religioni pro neceſſitate parentũ.

Tertio Reſponderi poteſt cum Abulenſi, & alijs ſecundæ opinionis, hoc præceptum de honore paruntum eſſe affirmatiuum, vnde non obligat niſi pro loco, & tempore, & pro ſtatu in quo filium reperit. Vnde ſi reperit filium liberum duo modo obligat eum, ſi reperit vxorarum, vno modo obligat eum, ſi reperit reportatum in inſulam, aut ciuiliter mortuum, aut in religione profeſſum, uno modo obligat eum, ita ſcilicet vt quantum commode poteſt ſecundum ſuum ſtatum, conetur parentibus prouidere. Vt v.g. filius vxoratus non obligatur ad actum commanendi cum matre, aut patre, quia iã eſt obligatus ad commanendum cum vxore, vnde ſicut filius cõiugatus, ſatis id præceptum adimplet, ſi quantum patitur conditio ſui ſtatus, parenti egenti prouidere ſtudeat, nec debet in hunc finem ea omnia facere, quæ ſi ſolutus ac liber eſſet, deberet, ita filius religioſus ſubuenire ſolum tenetur, quantum commode poteſt, ſecundum ſuum ſtatũ, ſalua .ſ. obſeruantia regulari. Sic ẽt ſi filius clericus eſſet, ſolum obligaretur ei ſubuenire ſecundum ſtatum clericalem; adeo vt non tenetur, nec debet mutare ſtatum ſuum. v.g. arma ſumere, militem, medicum aut aduocatum agere, aut alia officia indigna, & indecentia ſtatui ſuo exercere, vt patri ſuccurrat.

15 *Ad ſecundum* Reſponderi poteſt non valere ſimilitudinem. Nam id quod aſſumitur non requirit in religioſo mutationem ſtatus, ſiquidem remanendo in religione, & in obſeruantia ſuæ regulæ poteſt in illis caſibus ſubuenire proximo, quare ſi poteſt hoc modo ſubuenire parentibus, poteſt etiam contradicente ſuperiore. Ex hoc tamen non ſequitur deſerere debere, aut poſſe religionem, quæ eſt mutatio ſtatus, vt conſtat.

Ad tertium Reſpondetur, non eſſe in hoc caſu impeditiuum iuſtitiæ; Nam iuſtitia ſupponit debitum. At vero iuxta S.Th. ſententiam, eo ipſo quod profeſſus ſit mortuus mundo, conſequenter tollit omnis ratio debiti, & obligatio iuſtitiæ erga parẽtes, ſatiſque facit præcepto de honorandis parentibus ſi ſecundum facultatem ſuam, & ſalua profeſſione, & ſtatu, & decoro religionis parentis neceſſitati ſuccurrere ſtudeat. Per profeſſionem enim traditur in alterius poteſtatem. Vnde ſicut ſi diſpẽſaſſet filius bona ſua pauperibus, patre non indigẽte, non poſſet repetere, licet aut pater, aut ipſemet veniret poſtea ad neceſſitatem, ita cum iam ꝑ profeſſionem ſub alterius dominio ſit, non poteſt niſi ea facere quæ commode poteſt ſine regularis obſeruantiæ detrimento. Ex quibus conſtat ſententiam S.Tho. probabilem etiam eſſe, & facile ſolui poſſe argumẽta contra eã ab authorib. hactenus adducta.

16 Quæret ergo aliquis quid teneatur filius facere in hoc caſu?

Reſpondeo Secundum ſententiam S.Th. non tenetur filius niſi quantũ poteſt ſalua ſui Prælati obedientia, & ſuæ religionis ſtatu pium ſtudiũ adhibere, qualiter eius parẽtibus ſubueniatur. Vnde ſi poſſet laborando manibus, ſalua honeſtate habitus victum lucrari, aut concionando, aut alio modo id tenetur, & etiam tenetur quærere eleemoſinas a deuotis, & amicis religionis. Et deniq; tenetur omnibus modis eniti quibus poteſt, ſaluis illis duobus ſcilicet, obediẽtię, & ſtatus religioſi. Quid aũt faciendum ſit, ſi Prælatus licentiam ei dare nollet, paulo infra dicemus.

At vero ſecundum ſententiam Cai. Ioan. Maioris, & aliorum quos ſupra recitauimus, quam probabiliorem eſſe diximus, licitum erit tali profeſſo exire religionem pro neceſſitate parentum, vt autem hoc licite faciat, neceſſariæ ſunt conditiones ſequente; quarum

17 *Prima eſt*, vt petat licentiam a ſuo Prælato, Vnde peccaret mortaliter egrediendo non petita licẽtia. Ratio eſt, quia tenetur ex vna parte obedire Prælato. Et conſequẽter petere tenetur ab eo licẽtiam. Ex altera vero parte aliquando dubium eſſe poteſt, an parentum tanta ſit neceſſitas, quanta fingitur. Itẽ dubium aliquando eſſe poteſt, an religioſus exponat ſe periculo graui ſpiritualis ſalutis ſi ad ſeculum redeat. Itẽ poſſet quis in religione viuẽs, adeo eſſe vtilis vel Reipub. Chriſtianæ, vel toti Religioni, & ordini, vt merito dubitari poſſit, num iure diuino potius teneatur, neglecto parẽte, manere in religione, vt ea ratione Dei, eccleſiæ, & Religionis cauſam agat, ſicut ẽt dubium eſſe poſſit an præceptum naturale ſuccurrendi parẽtibus obliget cum tãta proprię ſalutis difficultate, & periculo, de quo dubium eſt, vel potius votum adhuc liget quoad obſeruatiam religioſam, vt has ob cauſas merito recurẽdum, & expectandum ſit iudicium ſuperioris ad hoc vt licite parẽtum cauſa quis redeat ad ſeculum.

Secunda eſt, quando nulla ex parte res eſſet dubia ſed conſtaret omnino de neceſſitate parentum, & præterea iudicio prudentum, nullum peculiare periculum ſalutis ſpiritualis Religioſo timẽdum videretur, tunc prælatus concedere debet licentiã ſecundum omnes, immo ẽt ſecundum omnes, ſi prælatus licentiam concedere nollet, poterit religioſus ille petita, quamuis non obtenta licentia exire, etiamſi prælatus omnino pręciperet etiam ſub pœna excomunicationis ne patri ſuccureret obſeruatis tamen conditionibus infra ſcriptis.

Ratio eſt, quia in hoc caſu tenetur religioſus ex præcepto naturali ſuccurrere extremæ neceſſitati patris, nihil obſtante, quoad hoc obligatione voti, & ſtatu religioſo, & conſequẽter non eſſet in tali caſu voluntas ſuperioris obſtans, & repugnans curãda, ſiquidẽ is nõ põt ab obligatione p̄cepti naturalis, & diuini liberare. Cedit. n. in hoc caſu voti & obediẽtię vĩculũ, obligationi p̄cepti naturalis is & diuini de ſuccurrendis parentibus in extrema neceſſitate conſtitutis, arctiuſque obligat hoc præceptũ de ſubueniendo patri, quã de obediẽdo prælato, atq; adeo in tali caſu obediendũ Deo magis erit quã hominibus, vt Ioan. Maior, Caieta. Greg. de Valent. Lopez, Ant. de Corduba & alij ſupra relati expreſſe teſtãtur. Quamuis.n. tenetur quis ſuo ſuperiori obedire, non tamen in mandato iniuſto, quale eſſet pręcipere ne filius ſubueniat patri ſuo in extrema neceſſitate, ſalua honeſtate regulari. Neq; limitatio, aut conditio hæc eſt contra S. Th. immo videtur ad mentem eius poſita. Non.n. dicit S. Th. vt ex licentia petita & obtẽta hoc faciat, ſed ſolum ait, *ſalua obedientia faciat*, ꝙ intelligendũ eſt, non de obedientia quantũ ad hunc caſum particularẽ, ſed de obedientia quantũ ad communem obſeruantiã monaſterij & religionis, ita ſcilicet, vt non liceat huic profeſſo omnia ſtatuta monaſterij, & ordinis pro parentum neceſſitate infringere.

18 *Tertia eſt*, vt talis profeſſus manendo in religione non poſſit ſubuenire parentum neceſſitati; Si.n. poterit manens in religione vijs quibuſcunque nõ prohibitis illis ſuccurrere, aut alij vellent eos iuuare, tunc exire non poteſt. Vnde non excuſantur illi, qui in religione hoc poſſunt facere, & tamen exire procurant. Quare ſi ſuperior, aut alius offerre vellit neceſſaria vitæ pro parentib. vel permittere religioſis aliquem modum lucrandi neceſſaria in monaſterio, ſiue concionando, ſiue confeſſiones audiendo aut alias procurando eleemoſynam, aut etiam artem mechanicam, aut liberalem, exercendo, nullo modo exire poſſent.

Quarta eſt, vt neceſſitas parentum ſit vere extrema. Quamuis enim ſit grauiſſima neceſſitas, ita, ſ. vt parentes viuere non poſſent niſi mendicando, aut alijs ſeruiendo, ſatis ſit ante ingreſſum aut profeſſionem ad impediendum ne filius ingrediatur, vt diximus, non eſt tamen ſatis poſt ingreſſum & profeſſionem emiſſam ad filium reuocandum, ex Ioſepho Angles, Corduba, & alijs quia præceptum de ſuccurrenda neceſſitate parentum, non tollit vim præcepti & vinculi ꝙ oritur ex uoto ſolemni, niſi quãdo illa eſt extrema, maiorq; obligatio cadit ſuper filio poſt, quã ante profeſſionẽ ſecundũ omnes; vnde poſt emiſſã profeſſionẽ, ſolũ tenetur ſuccurrere extremæ neceſſitati parentũ, & non graui, cum tamen ante ingreſſum tã graui, quam extremæ neceſſitati eorũ ſuccurrere tenebatur. Vnde cum hæc paupertas extrema rariſſime contingere ſolet, conſequens eſt cõmuniter eos qui prætextu paupertatis parentum poſt profeſſionem egrediuntur, non eſſe tutos in conſcientia. Sufficiens tamen cauſa erit impetrandi diſpenſationem a ſede Apoſtolica, grauis parentum neceſſitas, vt conſtat.

19 *Quinta eſt*, vt egreſſus è Religione habitum religionis geſtet, quod tamen intelligendum eſt, ſi geſtatio habitus non impediret a lucro pro parẽtum ſuſtentatione, tunc enim non deberet habitum dimettere ſine licentia Prælati, aut etiam Epiſcopi vel Papę. Immo uero, quamuis ſuperior dare poteſt licentiam regulari, vt ſtet extra monaſterium retento habitu ad ſubueniendum patris, aut matris neceſſitati graui, etiamſi non ſit extrema, non poteſt tamen dare licentiam vt dimittat habitum, immo nec Congregatio Cardinalium declarationi dubiorum Concilij Tridentini deputata hanc facultatem dare poteſt, ſed ſolus Papa, qui in iure cõmuni diſpenſare poteſt, vt latius docet Naua. to. 1. conſ. tit. de Regularibus. conſ. 31. in antiquis, alias conſ. 14. in nouis. & conſ. 54. & 55. in antiquis, alias cõſil. 71. & 72. in nouis. & facit. ca. 2. Ne clerici vel monachi. lib. 6.

Sexta eſt, vt etiam quamdiu in ſeculo manet, obſeruet non ſolum eſſentialia religionis, ſed etiam maiora p̃cepta, & minores obſeruantias ſuæ religionis, vt ieiunia &c. eo tñ modo quo cõmode poterit.

Septima eſt, vt ſtatim atque parentes ſubleuauit ab illa neceſſitate extrema, & illis prouiderit, ſtatim reuertatur ad religionem ſuam. Vbi notandũ eſt, quod tenetur quam primum poteſt ſubleuare parentes a tali neceſſitate, intelligendo quam primum mortaliter; ita vt ſi differret eos ſubleuare diutius ex induſtria, ita vt hac ratione diutius in ſeculo moreretur, non eſſet tutus in conſcientia. Votũ enim tantum extinguitur quoad obſeruantiam religioſam, inquantum, & quamdiu impedit, quo minus parentibus ſuccurratur. Atque adeo tenetur omni fraude ceſſante, eos quam primum poterit ſubleuare, & deinde ad religioſam obſeruantiam redire, vt recte Greg. de Valent. notauit.

Octaua eſt, vt quandocumque a prælato Religionis fuerit requiſitus, ſi ille offerat, aut procurare velit neceſſaria pro parentum neceſſitate, paratus ſit ad religionem, & ordinem redire.

Hæc autem omnia, quæ hactenus diximus de religionis egreſſu propter parentum neceſſitatem, locum non habent in neceſſitate aliorum conſanguineorum, nec fratrum, nec ſororum, ſed ſolum in neceſſitate parentum, i. patris & matris, cum non tanta ſit, nec tam arcta obligatio ad iuuandos alios præter patrem, & matrem, vt eorum cauſa religionem exire liceat, vt conſtat, ipſaque ratio manifeſte confirmat.

20 Quinta propoſitio: Scandalum quodcunque emergens non obligat vnquam ipſum religioſum ad egrediendum e religione, quamuis licite poſſint ipſi prælati religionis propter ſcandalum etiam paſſiuum illi licentiam concedere, in caſu quo eſſet neceſſarium, aut expediẽs pro bono cõmuni, eo quod bonum commune priuato bono præferendum ſit.

21 Sexta Propoſitio: Quicunque ſentit ſe a Deo vocari ad religionem, non debet abſtinere ab ingreſſu religionis ſpe cuiuſcunque prælaturæ, etiam ſi hoc faceret eo prætextu, quia expedit eccleſiæ Dei habere bonos prælatos, & quicunque ſub hoc prætextu dant conſilium alicui non ingrediendi religionem, uix excuſari poſſunt a peccato mortali. Quia ſine cauſa rationabili impediunt ab opere perfectionis, & ab opere, ad quod homo a Deo vocatur. Multo magis peccaret ille, qui impediret intuitu prælaturæ comparatæ, vel procuratæ, cum hæc nõ ſit cauſa ſufficiens. Rõ eſt, quia nemo iudicare ſe debet dignum qualibet prælatura, iuxta doctrinam S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. articul. prim. & hoc ipſo quod ſe dignum exiſtimet, fit indignus. Deinde quia non minus bonum, nec minus vtile eſt eccleſiæ Dei habere bonos religioſos, quam bonos Prælatos. Immo aliquando utilior eſt vnus bonus religioſus, quam bonus Prælatus, propterea quod vnus bonus prælatus communiter non eſt vtilis niſi

ſuo gregi, vnus vero bonus religioſus poteſt eſſe bonus multis prouincijs. Et denique quia quicunque promouendus eſt ad aliquam Prælaturam, multo aptior ad illam erit, poſtquam fuerit bonus religioſus, quam antea, vt ratio docet, & experientia quotidiana manifeſtat. An uero quis a Deo vocetur, necne, ex triplici ſigno cognoſci poteſt, vt notat Alex. de Ales p.3.q.33.memb.4.art.2. primum eſt iucunditas mentis ex perfectione religionis conſiderata; ſecundum eſt propoſitum cauendi circunſtantias peccati; tertium eſt propoſitum & deſiderium proficiendi in melius; Alij alia ſigna tradunt, ſed quia res hæc ad præſens noſtrum inſtitutum non ſpectat, non eſt quod de ea pluribus diſputemus.

De peccatis Parentum, & filiorum, viri, & vxoris, ſuperiorum, & inferiorum contra hoc Decalogi præceptum.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Pater prouidere filijs in ſpiritualibus tenetur ſub mortali.*
2 *Sine cauſa rationabili a progreſſu in bono reuocari non poſſunt vt a uoto continentiæ, religionis, &c.*
3 *Qui non inſtruũt filios ſecundum timorem Dei, peccāt.*
4 *Si patiantur filias ſuas amatores habere ob malum finē, vel eas a conſortio malo non ſeparant.*
5 *Qui notabiliter negligit pater prouidere in corporalibus filijs, peccat.*
6 *Peccat mater quæ filium proprio lacte non nutrit.*
7 *Quando peccat maritus in ordine ad vxorem circa ſpiritualia.*
8 *Qui atrociter percutit aut verberat uxorem, peccat.*
9 *Qui verba dicit infamatoria, aut aliqua afficit iniuria uxorem, unde ſequatur infamia, aut eis probabile periculum, peccat.*
10 *In quibus peccat uxor in ordine ad maritum.*
11 *In quibus peccant Domini in ordine ad ſeruos contra hoc præceptum.*
12 *In quibus etiam ſerui contra Dominos.*

1 QVemadmodum filius hoc præcepto patrem honorare præcipitur, ita etiam & pater filijs ſuis de neceſſarijs prouidere tenetur ſub peccato.

Primo igitur tenetur pater ſub peccato mortali prouidere filijs in ſpiritualibus, ita, ſcilicet, vt diligenter curet, ne filij malos mores imbibant, ſed eos bonis inſtruat actibus & diſciplinis, & fidem catholicam doceat, nec vlla ratione permittat, vt hæreticorum ſcholas adeant, vt prauorum conſortia deuitent, & denique quantum in ſe eſt, ſtudeat, vt mandata Dei obſeruent, præcepta eccleſiæ cuſtodiant, & ab omni peccato abſtineant, & virtutem amplectantur.

Secundo, peccant parentes ſi abſque cauſa rationabili filios a progreſſu in bono reuocent, & impediant, vt v.g. ſi reuocant vota filiorum, quæ bona eorum venia fecerunt, ſi ab ingreſſu religionis abſque iuſta cauſa impediunt, ſi filios poſt emiſſa vota continentiæ in ætate deliberandi vi, aut dolo ab eorum impletione retrahant, vel conſulant, aut cogant eos tunc ad coniugium eligendum. Sic Nauar. in Manua. c.14.nu.17.verſ. Decimooctauo. & verſ. Decimonono. Lud. Lopez par.1.inſtruct.conſcien. c.54. Bart. Medin. lib.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.14. Coſm. Philiar. de offic. ſacerd. par.2.c.20.li.4. Emanuel Rodriquez par.1.ſum.c.13.concl.3. Ioan. Pedrazza in 4. præcepto.§. Quarto. Ioan. Benedic. ſum. de peccatis lib.2.c.1.nu.17.& nu.20.& Tolet. lib.5.ſum.ca.1.in fine.

2 *Tertio*, peccant parentes qui ſine cauſa iuſta inuitos filios aut filias matrimonio iungunt ex Lud. Lopez & Toleto vbi ſupra. Item qui dolis, aut minis inuitas filias, niſi in caſibus a iure permiſſis, ad ingreſſum monaſterij, vel ſuſceptionem habitus, vel profeſſionē faciendam cogunt, in quo vltimo caſu per Concilium Tridentinum Seſſ.25. de Reg. c.18. excōmunicantur. Et qui ſcientes ad hoc conſilium, vel auxiliũ dederint, vel his actibus, præſentiā, vel auctoritatē, vel conſenſũ interpoſuerint. Vbi ſimiliter excommunicantur illi, qui ſine iuſta cauſa Sanctā virginũ, aut aliarũ mulierũ voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo impedierint, vt §. ſuperiori dictum eſt.

3 *Quarto*, peccant parentes, qui non inſtruũt filios ſuos ſecundum timorem Dei, maxime in tenera & puerili ætate, eſt enim puerorum animus tanquam tabula raſa, & ſicut facile reducitur ad bonum, ita etiam ex parentum incuria facile euadunt mali. *Adoleſcens enim iuxta uiam ſuam ambulans*, etiam cũ *ſenuerit non recedet ab ea*, Prouer.22. Vnde Horatius ait, *quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, teſta diu*. Quocirca parentes qui in corrigendis filijs negligentes ſunt, grauiter peccant, & ſæpenumero a Deo in hac vita etiam puniũtur. Hinc 1. Reg.2. arguitur Heli indulgentiæ erga filios; *Quare magis honoraſti filios tuos, quam me, Ecce dies veniunt & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua.* & 1. Reg.3. *Dixit Dominus ad Samuel. Ecce ego facio uerbum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinninet aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius incipiam, & complebo. Prædixi enim ei quod iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eo quod nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco Iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius uictimis, & muneribus uſque in æternum.* Vnde 1. Reg.4. duo filij eius Ophni & Phinees, occiſi ſunt a Philiſtæis & ipſe Heli poſtquam audiuit captam fuiſſe arcam Dei, & filios eius mortuos fuiſſe, *cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt*. Quo ſane exemplo oſtendere uoluit Deus quantum deteſtatur negligētiam & incuriam parentum, in educandis, & corripiendis filijs ſuis, vt etiam Io. Pedrazza in quarto præcepto.§.4. & Ioan. Bened lib.2. Summæ de peccatis.c.2, nu.23. annotarunt, & facit can. Duo iſta. 23. quæſt.4.

4 *Quinto* peccant parentes, ſi patiantur filias ſuas amatores habere ob malum finem, vel eas a conſortio malo non ſeparant. Item ſi permittant inter filiam deſponſatam de futuro tantum ante matrimonium, & inter ſponſum eius tactus impudicos. Bene tamen permittere poſſunt inter eos oſcula &

amplemplexus etiam ob delectationem inde capiēdam tanquam principiū nuptiarū promiſſarū, ex doctrina S.Tho.2.2.q.154.art.4. & Caiet. ibid. Nauar. in Man.c.14.nu.18.verſ.vigeſimotertio. Lud. Lopez p.1.inſtr.conſc.c.54. Coſmi Philiarchi p.2.lib.4.c.20.& Io.Benedicti in ſumma de peccatis.lib.2.c.2.nu.25. Quamuis hanc doctrinā Pedrazza in ſexto præcepto,verſ.quinto,tanquam nouū inuētum approbare non audeat. Aduertere tamen debēt parentes,quod quia in ſecretis ſolēt tales ſponſi vti talib. tactibus impudicis, abſq; arbitris,ideo non debent eis permittere,vt ſoli ſecreto conuerſentur. Et propterea ad hæc & alia mala vitanda hortatur Synodus Trid.ſeſſ.24.de reform.matrim.c.1.vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo ſuſcipiendam,in eadem domo non cohabitent.

Sexto peccat pater,qui notabiliter negligit prouidere filiis,quæ pertinent ad neceſſitatem corporalem,cum poſſit. Item ſi filios in templis citra neceſſitatem exponat, aut eos ob auaritiam ad hoſpitalia pauperum mittat,& tenetur in hoc caſu ad reſtitutionem,cum hoſpitalia ad ſolos pauperes alendos inſtituta ſint.ff.de liber.agnoſc.l. Necare.& facit cap.1.& ibi gl. de infant. expoſ. vel etiam filias ſpuaris alere recuſat,cum poſſit, quas etiam dotare tenetur,ex Pano. in c.cum haberet. De eo qui dux. in matrim. Nauar.in Man.c.14.nu.17.verſic.decimoſeptimo Lud.Lopez p.1. inſtr. conſc.c.54.Coſmo Philiar.de offi.ſacer.p.2.lib.4.ca.20. Ema.Rodriquez p.1.ſum.c.13. cōcl.1. qui alios citat. Ema. Sà in Aphor.verb. alimenta, & Ioan.Benedicto in ſum.de peccatis.lib.2.c.2.n.18. & nu.19.dos enim ſuccedit loco alimenti.

Septimo peccat mater, quæ filium proprio lacte non nutrit, & quidem ſi omittit lactare ſine cauſa peccat venialiter, cum cauſa vero nec venialiter. Ideo autem peccat non lactando ſine cauſa, cum natura ipſa doceat, vt partum proprium nutriat, quæ bruta ipſa faciunt. Vnde dicitur. *Praua hæc conſuetudo in coniugatorum moribus irrepſit, vt filios, quos gignunt nutrire mulieres contemnāt, eoſque ad nutriendum alijs mulieribus tradant,, quod ſane ex ſola carnis incontinentia uidetur fuiſſe inuentum, qui dum ſe continere nolunt deſpiciunt lactare quos gignunt.* capitul. Ad eius diſt.5. Non enim tam bene nutritur infans lacte alieno, ac proprio, vt conſtat, cum vt medici teſtantur Gal. Auicen. & Beda in Luc.11.ſanguis menſtruus & lac eodem ex fonte manant. Quocirca ſi ex cauſa iuſta mater infantem lactare non poſſit,tenetur ſub peccato mortali quærere bonam nutricem,& gerere curam circa bonam filii educationem, ac omnia neceſſaria ei miniſtrare vſque ad triennium, Dixi, *uſque ad triennium*,quia poſt triennium incumbit patri alere filium, niſi pater ſit pauper, vel niſi filio ſint bona, aut ars, aut officium decens,quo poſſit ſe alere,uel niſi adeo ſit ingratus,& criminoſus, vt ſecundum iura exhæredari mereatur,l.ſi quis à liberis, ff.de liberis agnoſcen.& Bart. ibi.Panorm. in cap. cum haberet. de eo qui dux. in Matrim. Ang.in uerb.filius num.20.Tabien.verb. alimentum.§.Quarto. Syluest. eod.q.2.& verb.filius q.21.Nau.in Manual.c.14.nu.17.verſ.decimo ſexto.Coſmus Philiarch.de off.ſacer.p.2.lib.4.cap.20.Lud.Lopez par.1. inſtru. conſcien.c.54.Eman. Rodriquez p.1.ſum.cap.13. conclu.1.Eman.Sà in Aphoriſ.verb. alimenta. & Io. Benedictus in ſum. de peccatis.lib.2.c.2.nu.20.& alii communiter.

7 *Primo* igitur peccat maritus in ordine ad ſuam vxorem, circa ſpiritualia, ſi abſq; cauſa impediat vxorem ab impletione diuinorum præceptorum, aut ne obſeruet præcepta eccleſiæ, puta, ſi abſque cauſa legitima illi prohibeat ne diebus feſtiuis eat ad Miſſam, aut ne ieiunet in diebus ab eccleſia ad id deputatis, impediat à communione,&c. & quidem ſi abſque cauſa legitima impediat,peccat mortaliter: Immo vero ſi prohiberet vxori aliis diebus puta diebus profeſtis,aut aliis temporibus, quam Paſchatis,confiteri,aut cōmunicare,& audire Miſſam,peccat venialiter, ſi abſque cauſa id faceret,& aliquando etiam mortaliter, ſ.cum vxori multum expediret ſacrum audire,confiteri,& communicare,& id marito conſtaret. Sic Nau.in Manua.c.14.nu.19.verſ.vigeſimoquarto. Coſ.Philiar.de off.ſacerd.p.2.lib.4.c.19.Toletus in ſumma lib.5.c.2.& Io.Benedictus in ſumma de peccatis lib.2. c.3.nu.33.poſt S.Anton.p.2.tit.9.c.10.§.2.

8 *Secundo* peccat mortaliter maritus, ſi atrociter percutiat,aut verberet vxorem,quia nec ſicut ſeruum cædere debet. Dixi,*atrociter*,quia poteſt leuiter ex graui neceſſitate, & cauſa eam caſtigare,cū ſit inferior viro,puta ſi notabiliter negligens ſit in adminiſtratione domus,ſic Sotus lib.5.de iuſtit.q.2.artic.1.in fine,ante ſolutionem argumentorum. Naua. in Manu.c.14.nu.19.verſ.vigeſimoquinto. Lud.Lopez.p.1.inſtr.conſcien.ca.54.Coſinus Philiarch.de off.ſacerd.p.2.lib.4.c.19. Barth. Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.14.Toletus lib.5.ſummæ.c.2.Eman.Rodriquez par.1.ſummæ.c.15.cōcluſ.1.& Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis.lib.2.c.3.nu.30. Intelligendum autem ex hoc, ſi admonita ſemel à marito, emendare ſe recuſat. Alias cum ſint duo in carne vna æqualitate quadā decet eſſe complexos,& mutuo ſe amare, & fouere debent,iuxta illud Apoſtoli Eph.5. *Viri diligite vxores ueſtras,ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam.* Et infra.*uiri diligere debent uxores ſuas,ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit: nemo.n.unquam carnem ſuam odio habuit,ſed nutrit & fouet cā. Et 1.Petr.3.uiri, quaſi infirmiori uaſculo muliebri impartientes honorem.*

9 *Tertio* peccat maritus ſi verba aliqua infamatoria,ſeu ad infamandum apta vxori dicit,puta,adulteram vocat, aut eam aliqua afficit iniuria,dummodo ſequatur infamia, aut probabile periculum eius etiamſi ſine animo infamandi,vel iniuriandi ei dixerit. Quamuis enim licitum ſit aliquando verbum aliquod cauſa correctionis,& diſciplinæ alteri dicere,non tamen in ea verba prorumpere licet, ex quibus probabile periculum infamiæ, vel iniuriæ ſequi poteſt; vnde neceſſaria ſemper eſt diſcretio, vt moderate quis in corrigendo & reprehendendo talibus vtatur verbis,vt exinde alter nō dehonoretur,& infametur S. Thom.2.2.q.72. art.2. Alex.de Ales p.2.q.129.memb.2.Naua.in Manuali,c.14.nu.19.ver 26.Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd.p.2.lib.4.c.19.Lud.Lopez,p.1.inſtruct.conſcientiæ,c.54.Toletus lib.5.ſummæ.c.2.Emanuel Rodriquez p.1.ſummæ.c.15.concluſio.1.& Ioan. Benedict.in ſumma de peccatis,lib.2.cap.3.nu.31.& alii.

Quarto peccat maritus qui cum uxore cohabitare recuſat, aut per longū tēpus ſe abſentat abſq; iuſta,& legitima cauſa; Dixi,*ſine cauſa*,quia ſi abeſſet ex cauſa, hoc eſt, quia vel tractat negotia domus, vel ad locū aliquē mittitur à ſuperiore, vel ex ſnīa iudicis ad tēpus exulat, aut inimicitias habet,quas breui componendas ſperat,non peccat ſe abſentando; Dixi,*ſi ad tempus exulat, &c.* quia ſi ſpes redeūdi ad patriā ſeu domū ſuā ablata ſit, tenetur vxorē ſuam,ſi poteſt,ex loco illo extrahere, vt ſecum cohabitet,vt notat Toletus in ſumma lib.5.c.2.

10 *Quinto* econtra peccat vxor quæ marito notabiliter inobedientem ſe exhibet in iis, quæ ad bonos mores,& domus, ac familiæ regimen, & gubernationem pertinent. Eſt enim vir caput,ad eumq. pertinet vtrumq. dirigere, vnde velle viro ſpreto gubernare,mortale eſt.Sic 33.q.5.ca. Eſt ordo c.Hæc imago.c.Satis huic apparet.c. cū caput c. Mulierē. c.Mulier.Nauar. in Manua.c. 14.num. 20.verſ.29. Lud.Lopez p.1.inſtruc.conſcientiæ ca.5 . Coſmus Philiarch.de off.ſacer.p.2.lib.4.c.19. Emanu.Rodriquez p.1.ſummæ,ca.15. conclu.2. Tolet.lib.5. ſum.c.2.& Io.Bened.in ſumma de peccatis,lib.2.c. 3.§.1.nu.34.& 39.

Sexto peccat vxor ſciens, aut ſcire debens, quod litigiis, aut iracundia ſua prouocat maritum ad iram,& blaſphemiam,ita, vt ſemper in domo rixę, & contentiones ſint. Item ſi ex contemptu mariti non præſtat ei obedientiam,& ſubiectionem debitam in iuſto præcepto, quale eſt, vt ſuperflua,& vana,moreſque incompoſitos exuat: Dixi,ex contēptu, quia ſine contemptu præceptum mariti non ſemper obligat ad mortale, licet aliquando ſic,ex Nauar.in Manuali.c. 14.nu.20.Coſmo, Lopez Toleto vbi ſupra.Io.Bened.in ſumma de peccatis lib. 2.c.3.§.1.nu.37. & Emanuele Rodriquez p.1.ſummæ.c.15.conclu.1.

Septimo peccat vxor ſi non vult ſequi maritum alio migrantem, tenetur enim ſub mortali eum comitari, niſi inter eos pręceſſerit pactum oppoſitū ne ſcilicet maritus alio migraret,tunc enim non teneretur,niſi viro aliqua iuſta neceſſitas illinc diſcedendi ſuperueniat, vt morbus, vel capitalis inimicitia,interueniente enim tali iuſta cauſa,non obſtante pacto tenetur eum ſequi. Deinde etiam non tenetur virum ſequi vagabundum,dummodo tempore contractus matrimonii non ſolebat vagari, vel vxor hunc mariti morem ignorauit,quod ſi nouiſſet à principio, tenebitur eum ſequi,dummodo ob honeſtam cauſam,& ſine mortis periculo vagetur.Sic Nauar.in Manuali. c.14.nu.20. Coſm.Philiarch.de off.Sacerd.p.2.lib.4.ca.19.Lud.Lopez p. 1.inſtruct.conſcientię.c.54.Toletus lib.5.Summę. c.2.in fine.Emanuel.Rodriquez p.1.Summę.c.15. concluſ.2.Io.Bened.in Summa de peccatis lib.2.c. 3.§.1.nu.36.Ang.verb.vxor.nu.9.Syllueſt.eod.q.8. Tabiena.eod.ver.Secundo.

Octauo peccat vxor, quæ ſine graui cauſa male ſuſpicatur de continentia mariti, aut etiam debitum viro reddere nō vult,ſicut econtra peccat maritus, ſi non vult reddere debitum vxori, aut illam de incontinentia ſuſpectam habet, ex Barth.Medina li. 1.inſtruct.confeſſ.cap. 14.§ 14. in fine. & Ioā.Benedicto in Summa de peccatis, lib.2.c.3.§.1.nu.38. & num.40.

11 *Præter* hæc quæ de parentibus, & filiis,de marito, & vxore dicta ſunt, peccant etiam contra hoc quartum Decalogi preceptum Domini in ordine ad ſeruos ſuos.

Primo quidem, ſi notabiliter negligētes ſint circa famulorum, & ſeruorum ſuorum conſcientiam, puta,ſi non curant quantum in ipſis eſt,ne aſſueſcāt iuramentis,vt catholice viuant, Dei præcepta cuſtodiant,debitis temporibus confiteantur,& communicent,miſſam audiant,vel ſi eis notabiliter negligant procurare confirmationem, & extremam vnctionem. Quia ſecundum Apoſtolum 1.Tim.5. *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet,fidem negauit, & eſt infideli deterior.*

Secundo ſi habeant famulos neophytos,& nō curant, vt in doctrina Chriſtiana inſtruantur.

Tertio, ſi prohibeant ſeruis ſuis, maxime quos ſciunt concubinis alligatos, ne vxores ducant.

Quarto ſi notabiliter negligāt noſſe peccata manifeſta famulorū,vt eos corrigere poſſint.Immo vero tenentur eos expellere e domo ſua, ſi correcti bis, aut ter de mala vita, & maxime de concubinatu,emendare ſe nolunt,niſi probabiliter credāt ſic à domo expulſos deteriores futuros,quia tunc ſatis eſt ſi vt melius poterint ſaluti animæ eorum prouideant. Addit etiam Sotus cui fauet Lopez locis citandis, non teneri Dominum arcere ſeruum à concubina expellendo eum domo,niſi forte propter ſcandalum. Quod dictum Soti verum eſſe puto,dummodo concubinam ſerui in domo ſua non retineat,quia hoc nullatenus licet,eſſet enim quodammodo fouere peccatum ſerui, vnde ſi concubina alibi ſit,& ſciat ſeruum vti cōſortio eius,quāuis bene faceret expellendo ſeruū, ſi correctus emendare ſe noluerit, nō tamen tenetur eum expellere, niſi forte propter ſcandalū maxime ſi id faciat cauſa alias vitandi grauis damni,ne defraudetur ſeruo ſuo,aut ne deterior fiat fugiendo,& dūmodo concubinā in domo ſua non retineat. Seruum aūt hęreticum in domo ſua retinere non licet,niſi cū bona hac intentione,vt eum ad fidem catholicam reducere paulatim poſſit. Quæ omnia colliguntur ex S. Ant.p.2,ar.5.c.9.§.2.Soto in relect.de tegendo ſecreto memb.2.q.3.concl.4. & Nau.in Manu.c.14. num.21.Lud.Lopez.p.1.inſtruc.conſc.ca.55.Coſmo Philiarch.de off.Sacerd.p.2.lib.4.c.25.Ioann. Bened.in Summa de peccatis li.2.c.3.§.2.nu.41.& Emanuel Sà in Aphoriſ.in verb.Dominus.

12 E*contra* vero peccant ſerui ſi inobedientes ſint Dominus ſuis. Non ſolum enim honorandi ſunt patres ex quibus nati ſumus, ſed etiam alii,qui patres appellantur,vt Epiſcopi,& Sacerdotes, Reges Principes,magiſtratus, Domini, magiſtri, &c. vnde Chriſtiani omnes in rebus ſpiritualibus Summo Pontifici, Diœceſani Epiſcopis ſuis, Parochiani ſuis Curatis, Religioſi Pręlatis ſuis, ſerui Dominis,& ſubditi ſuperioribus ſuis obedire tenentur. Hinc de Epiſcopis,& aliis paſtoribus ſcriptum eſt, 1.Timoth.5. *Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur*,ſcilicet tum ob virtutē,tum etiam ob dignitatē,& poteſtatem. Addo vt etiam ſi mali ſint, honorandi tamen ſunt, honor enim quamuis præcipue debeatur virtuti, debetur tamen etiam dignitati,& excellētiæ,& proinde malis obediendum eſt iuxta illud 1. Pet. 2, *Serui ſubditi eſtote*

ti eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, & Matth. vigeſimotertio *ſuper cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ, et Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint uobis, ſeruate et facite.* Quia enim in excellentiori quodam loco, & eminẽtiori poteſtate conſtituti ſunt, honor illis in teſtimonium excellentiæ deferendus eſt. Hinc Luc. decimo, & Matth. decimo, dicit Chriſtus, *Qui uos audit, me audit, & qui uos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me*, & Apoſtolus ad Hebr. decimotertio, *obedite*, inquit, *præpoſitis ueſtris et ſubiacete illis, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri.* Neque ſolum illis obedire ſicut patribus, ſed eis etiam neceſſaria ad victum ſuppeditare tenẽtur, ſicut etiam patres carnales filii alere, & nutrire obligantur. Hinc Eccleſiaſtici ſeptimo dicitur, *Honorifica Sacerdotes, & propugna te cum bracijs. Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi primitiarum, & purgationes.* De qua re legendus eſt Alex. de Ales in Summa, parte tertia, quæſtione trigeſimatertia, membr. quarto, articulo quarto, & quinto. Quæ omnia etiam locum habent in Regibus, Principibus, & magiſtratibus etiam Politicis, quibus honor deferendus eſt, licet mali, & improbi ſint, *omnis enim poteſtas a Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Rom. decimotertio, & 1. Petr. 2. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue Ducibus, tãquam ab eo miſſis.* Quo ſane in loco pulcherrime oſtendit Apoſtolus, Principibus etiam obediẽdum eſſe; quia Dei miniſtri ſunt, ijſque vtitur Deus ad homines gubernandos, nihilque obſtat, quod improbi ſint, quandoquidem non hominum improbitatem, aut nequitiam, ſed diuinam authoritatem, quæ in illis eſt, reueremur. De qua re plura diximus in materia de legibus, & alibi latius hoc ipſum contra noſtri temporis hæreticos oſtendemus.

Nunc ſatis ſit breuiter declaraſſe peccare mortaliter eos, qui ſuperioribus ſuis inobedientes ſunt in re graui, dummodo iuſta & recta præcipiant. Etenim ſi quid improbè, ſi quid inique imperent, cum id non ex poteſtate, ſed ex iniuſtitia atque animi peruerſitate agant; omnino non ſunt audiendi, vt latius Nauarrus in Manuali capitulo decimoquarto, numero vigeſimoſecundo. Ludouicus Lopez parte prima, inſtructionum conſcientiæ, capitulo 55. Ioannes Benedictus in ſumma de peccatis, lib. ſecundo, capitulo tertio. §. tertio numero 43. & ſequent. Andreas Crocquetius Catecheſi. 76. & Catechiſmus Romanus in explicatione quarti præcepti Decalogi, & alii tradiderunt. Quę vero ab aliis de amore proximorum hoc in loco diſputari ſolent, commodius alibi a nobis exponentur, hæc igitur pro huius præcepti explicatione dixiſſe ſufficiant.

DE QVINTO DECALOGI Præcepto,

NON OCCIDES.

Quænam hominis occiſio iure naturali, & diuino illicita, & hoc quinto præcepto prohibita ſit. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Omnem occiſionem etiã animalium, hoc præcepto prohibitam fuiſſe cenſebant aliqui, & quare.*
Eorundem confutatio tum ex ſcripturis, tum ratione naturali.
2 *Nullum hominem iuſte occidi poſſe etiam publica authoritate docuerunt Vualdenſes hæretici.*
3 *Quid & qualiter in hoc præcepto homicidiũ ꝓhibetur.*
4 *Sententia Scoti, eiuſque confirmatio ex S. Auguſ.*
5 *Sententia Scoti falſa, et periculoſa a quibus impugnata?*
6 *Iuſtæ ſunt leges humanæ, quæ furem diurnum occidi iubent, quamuis lex Moſayca furem ſolum nocturnum occidi iubet.*
7 *Verba Christi adulteræ dicta nullo modo reuocatoria, ut uoluit Scotus ſupr. nu. 4.*
8 *Quorundam explicatio hoc præceptum nullo modo eſse generale ſed particulare.*
9 *Alia expoſitio, quæ olim communis erat, ſed ut falſa reijcitur.*
10 *Veriſſima præcepti expoſitio quænam occiſio prohibeatur.*
11 *Illuſtratur per exempla iuxta dictamen rectæ rationis poſſe occidere, & non uiolare præceptum.*
12 *Ex prædicta explicatione homicidij definitio aſſignatur*

CVm vita nobis cũ ceteris animantib. cõis ſit, ad eiuſq; conſeruationẽ cõe pabulum nobis, ipſiſq; initio Deus ſtatim contulit. Geneſ. 1. dicens, *Ecce dedi uobis omnẽ herbam afferentem ſemen ſuper terrã &c. ut ſint uobis in eſcã, & cunctis animantib. terræ, omniq. uolucri cæli, et uniuerſis quæ mouentur in terra, & in quib. eſt anima uiuens ut habeant ad ueſcendum*, adeo cecutiebãt 1 nõnulli, vt præcepto hoc occiſionẽ oẽm prohibitã eſſe cenſuerunt, non hominũ tm̃, ſed animalium etiã quorumcunq;. In quo errore fuerunt olim Manichæi, qui vt refert S. Aug. lib. 1. Ciuit. c. 20. & lib. de hæreſ. Ad quod vult Deum. hæreſ. 45. & lib. 6. contra Fauſtum. c. 6. & 8. & lib. 2. de Morib. Manichęorũ. c. 14. & 15. dicebant, nõ licere occidere animalia, aut herbas mortificare. Putabant. n. animam animalis partem eſſe Dei, ac proinde nulla ratione licitum eſſe dicebant, priuare animal vita ſua. Quocirca veteris legis ſacrificia, in quibus occidebantur animalia, damnabant, & Deum veteris Teſtamenti, malum, & impium, Deum ſanguinum, & amicum occiſionum appellabant. In quo errore etiam olim fuit S. Aug. vt ipſemet lib. 3. conf. c. 3. teſtatur vbi ſe aliquando hunc errorẽ habuiſſe vehementer deplorat. Quẽ errorem S. Aug. locis allatis S. Tho. 2.2. q. 64. art. 1. Alex. de Ales. par. 3. q. 34. memb. 1, art. 1. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 1. art. 1. & alij paſſim refellunt. Etenim Gen. 9. dicitur, *omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*, vnde homini dominiu animaliũ omnium a Deo datũ eſt. Gen. 1. *Dominamini*, inquit Deus hominib. *piſcib. maris & volucribus cæli, uniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram, &* pſal. 9 *omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c.* Quod ſane dominium nil aliud eſt, quam ius aſſumendi hæc omnia in ſuam facultatem, & vſũ, quem homo in multis animalibus habere non pōt, niſi eis veſcendo, ac occidendo illa, vt conſtat. Ratio etiam naturalis id conuincit, nihil enim naturę magis conſonum, & conforme eſt, quam re aliqua vti in finem illum, ad quem ordinata eſt. In rerum autem ordine, vt teſtis eſt Philoſophus lib. 1. Polit. cap. quinto, imperfectiora ſunt propter perfectiora, vt materia propter formam, plantæ propter animalia, omnia autem animalia propter hominem. Vnde licitum eſt, & plantas mortificare propter vſum, & eſum animalium, & animalia ad vtilitatem, & vſum hominum idque ex naturali, & Diuina ordinatione. Quocirca Apoſtolus 1. ad Timo. 4. inter alias *doctrinas dæmoniorum* numerat illam, quæ docet (vt Manichæi) *oportere abſtinere a cibis, quos Deus creauit*, quaſi ex ſe & natura ſua immundi eſſent, id quod falſum, & hæret cum eſſe conſtat. Vnde S. Auguſtinus libr. 1. Ciuit. Dei capit. 20. ait, *Quidam hoc præceptum*, (loquens de hoc præcepto non occides) in beſtias ac pecora conantur extendere, vt ex hoc nullum etiã illorum liceat occidere, in quo inſaniſſimo errore Manichæi perdurant, & ſubdit, His igitur deliramentis remotis cum audimus non occides, non credamus hoc dictum eſſe de frutetis, quia nullus eis ſenſus eſt, nec de irrationalibus animantibus, volatilibus, ambulantib. natantibus, reptilibus, quia nulla nobis ratione ſociãtur, ſed de homine tantum. Quia igitur homo brutorum Dominus eſt, animalia irrationalia, quæ ſua ſunt, aut nullius, licite occidere poteſt, aliorum vero animalia ſi occidat, peccat quidem, non quia occidit, ſed quia occidendo damnum proximo in re ſua infert, quod tamen peccatum, non ſub peccato homicidij, ſed ſub furti, aut rapinæ peccato continetur vt optime S. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 1. ad 3. demonſtrat. Hominem autem occidere non licet, cũ ex prima hominis creatione, vnus homo, hominis alterius Dominus non ſit conſtitutus.

2 *Præter* hanc Manichæorum hæreſim alia circa hoc præceptum extitit Vualdenſium hæreſis, qui vt referunt Guido Carmelitanus, & Alphonſus à Caſt. lib. 11. de hæreſ. in verb. occidere, hæreſi. 1. nullum hominem iuſte occidi poſſe docebant, etiã publica authoritate. Eo quod hoc quinto Decalogi præcepto non occides, generaliter prohibetur omnib. iure naturali, & Diuino omnino indiſpenſabili occiſio cuiuſcunque hominis ſiue priuata authoritate, ſiue publica, ſiue nocentis, ſiue innocentis. Quem errorem poſtea quidam Nicholaus Galechus ex Boemia oriundus, qui fuit ex legatis Boemia miſſis in Concilio Baſilienſi ſecutus eſt. Hic tamen error aperte & contra ſcripturas, & contra rationem eſt. Nam poſtquam Exod. 20. dixiſſet nõ occides, ſubdit Exod. 22. *maleficos non patieris uiuere, Qui coierit cum iumento, morte moriatur*, & Leuit. 20. qui declinauerit ad Magos, & Ariolos interfici præcipitur, & ſimiliter, qui inobediens eſt, & maledixerit patri, aut matri, Deuter. 21. Act. 5. Petrus morte puniuit Ananiam, & Saphiram ob fraudem factam & mendacium, Contra rationem eſt, quia cum homines mali ſenſum & appetitũ ſequuti pœnas æternas non timeant, oportet, vt timeant pœnis præſentibus affligi, conſtat autem ſceleratos homines omnes alias pęnas pręter capitalẽ paruipendere. Ergo neceſſe eſt ad bonum omne, vt hac quã ſolum timent, afficiantur. Deinde niſi mali homines occidantur, nulla erit in populo pax, nulla in populo quies, nulla ciuium ſecuritas, tantoque licentius quoſcunque bonos affligerent, quanto certius nouerint ſe propter nullum ſcelus eſſe occidendos, & ſic mortem, quam ſecundum hanc ſententiam non licet iudici inferre peccatoribus, ipſis malis hominibus in quoſcunque iuſtos impune exercere licebit, eſſentque homines iuxta dictum Abacuc. cap. primo. Sicut piſces maris, quorum maiores ſæpe minores deuorant. Vt ergo ſit in populo debita quies, & tranquillitas expedit omnino malefactores occidi, ſicut expedit membrum putridum tolli, vt totum corpus viuat, & conſeruetur.

3 *Quia* vero præceptum hoc abſolute, & ſine aliqua limitatione proponitur, & in multis caſibus licitum eſt occidere, vt conſtat, & nos infra dicturi ſumus, inter catholicos non parua controuerſia eſt, quid, & qualiter homicidium in illo præcepto prohibeatur. Scotus enim in 4. diſt. 15. q. 3. verſicu. de ſecundo litera. G. vult hoc præcepto in vniuerſum prohiberi omnem hominis occiſionem quacũque ex cauſa, & quacunque authoritate. Vnde cum prohibitio hæc generalis ſit cunctos mortales, nemine excepto, occidere vetans, & diuina ſupra quam ſolus Deus diſpenſare poteſt, fit, vt nullum etiam malefactorem priuata, aut publica authoritate interficere ſit licitum, niſi in caſibus a Deo in veteri lege, quæ ius diuinum continebat, expreſſis Vnde infert

Primo, quod ſi magiſtratus aliquem occidũt, id prouenire putat, quia Deus in lege veteri aliquos malefactores exceperit, vt Leu. 20. Exo. 21. Deute. 21. & 22. vbi Arioli, homicidæ, blaſphemi, adulteri, & maledicentes parentibus ſuis occidi iubentur, atque adeo iſtos tm̃ in lege veteri occidere licuit.

Secundo infert in noua etiam lege licere quoque occidere homicidas, & blaſphemos, quia hoc non eſt reuocatum in Euangelio. Nunc autem inter fideles adulteros non licet occidere, quia inquit, id pręceptum à Chriſto reuocatum fuit, Io. 8. quando dixit Chriſtus illi mulieri adulteræ. *Neque ego te condemnabo*, & eam quamuis in adulterio deprehenſam liberam dimiſit.

4 *Tertio* infert, iniquas eſſe aliquarũ prouinciarum leges, quæ furem maxime diurnũ, qui nõ eſt aggreſſor, occidi præcipiunt, quia nullibi Deus excepit furem ab illo præcepto, Non occides, immo videtur, quod Deus noluit furem illa pœna plecti, quoniam aliam pœnam Deus infligit, ſcilicet, reſtitutionem quadrupli, vel quintupli, vt patet Exo. 22. Dicitur autem maxime diurnus, quoniam ſi nocturnus occidatur, percuſſor non erit reus ſanguinis. Vnde ibidem dicitur, *Si effringens fur domum ſiue ſuffodiẽs fuerit inuẽtus & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis. Quod ſi orto ſole hoc*

hoc fecerit, homicidium perpetrauit, et ipſe morietur. Vbi expreſſe Dominus prohibet furem diurnum occidi. Cum igitur inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, nec alicubi excepta eſt occiſio furis diurni, nec adhuc viſa eſt (inquit Scotus) bulla de cęlo deſcendens, quæ huiuſmodi occidi concedat, iniuſte ſunt leges illæ, quæ furem diurnum occidi præcipiunt. Secus de nocturno qui inuaſor eſt quoniam præſumitur homicida, & velle occidere, ſi quis ei reſiſtere vellet. Et addit Scotus, quod licet aliquo modo licuiſſet Iudæis pro furto occidere, magis tamen videtur per miſericordiam Euangelicam rigor ille reuocatus, quã rigor contra adulterium. Vnde concludit omnes iudicantes furem ad mortem, homicidas eſſe, & grauiter contra hoc præceptum, *Non occides*, peccare. Cuius opinio confirmari poteſt ex S. Aug. li. 1. ciu. Dei. c. 21. & refertur. 23. q. 5. c. Si non licet. dicente. Hoc præceptum nõ occides, intelligendum generaliter eſt de omni hominis occiſione, *his exceptis quos Deus occidi iubet, ſine data lege vel expreſſa reuelatione particulari.*

Hęc tamen Scoti ſententia falſa eſt, & periculoſa, quam optime impugnant Caiet. 2. 2. q. 64. art. 2. Franciſ. a Victoria relect. de homic. nu. 11. Ioannes Medina C. de reb. reſtituendis, q. 4. Sotus libro 5. de iuſt. q. 1. art. 2. Gabriel in 4. d. 15. q. 15. ar. 3. dub. 1. Alphonſus a Caſtro. lib. 1. de poteſtate leg. pœna. c. 6. Petrus de Arragon, & Michael Salon. 2. 2. qu. 64. art. 2. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. dub. 1. nume. 7. & Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. 5. quæſt. 8. puncto 1. Quia vt ipſemet S. Thomas ex ratione naturali colligit & concludit, omnis pars ordinatur ad totum, vt imperfectum ad perfectum. Ergo ſicut in corpore naturali pars putrida abſcinditur vt totum corpus conſeruetur, ita etiam in Republica pars pernicioſa licite & ſalubriter occiditur vt bonum commune conſeruetur. *Modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit.* 1. Cor. 5. conſtat autem fures, adulteros, & ſimiles perturbatores eſſe publicæ pacis, & communi bono inimicos. Ergo tales laudabiliter occidi poſſunt ob pacem, & tranquillitatem boni communis. Deinde leges, & conſuetudo omnium receptiſſima id ſtatuit, vt latrones, adulteri, incendiarij, hæretici, rei criminis læſæ maieſtatis, proditores patriæ occidantur, cum tamen hi & ſimiles non ſint excepti in lege diuina. Abſurdum autem eſſet damnare leges ciuiles, quæ ita ſtatuunt, cum a ſapientiſſimis, & prudentiſſimis viris conditæ ſint, & non ſine diuina prouidentia, iuxta illud Prouer. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iuxta decernunt.* Immo vero per legem Pontificiam non ſolum non ſunt abrogatæ, ſed etiam laudatæ, & confirmatæ, 23. q. 5. cap. *De occidendis*, & cap. *miles*, & cap. *non fruſtra*, vbi dicitur, *non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris, habent omnia iſta modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates, hæc cũ timentur & mali coercentur, & boni quiete inter malos viuunt*, & cap. *Rex debet*, vbi dicitur, *Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas, & periuros, non ſinere uiuere, filios ſuos non ſinere impie agere*, & D. Hiero. in c. 22. Hieremiæ, ait, *Homicidas, & ſacrilegos, & uenenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.*

Denique præcepta illa occidendi malefactorẽ in lege veteri cõtenta, vel erant legalia, & iudicialia ſolum, vel etiam naturalia: ſi legalia ſolum, ergo in Chriſti morte ceſſarunt & conſequenter ceſſarunt etiam exceptiones illæ occidendi homicidas, blaſphemos, & adulteros, quod Scotus negat, ſin autem fuerint naturalia, ſeu vt verius dicam, iuris naturalis interpretatiua, ſic non erant per Chriſtum abrogata, vnde poſſunt modo principes ad pacem & quietem Reip. conſeruandam iuxta dictamen rectæ rationis, malefactores occidere. Nec opus eſt, vt quis iuſte occidi poſſit habere bullam deſcendẽtem de cęlo, aut ſpecialem diſpenſationẽ Dei, qua diſpenſauerit contra illud præceptum, non occides, ſed ſatis eſt, quod talis diſpenſatio nobis innoteſcat ex lege naturæ, quæ in cordib. noſtris a Deo impreſſa eſt, nec vlteriore publicatione indiget. Ac proinde ſtatui poſſunt leges humanæ de pœna mortis pro aliquibus criminibus inferenda, ſi ex iudicio naturalis rationis illam inferendam eſſe conſtiterit, quamuis in lege Moſaica pęna talis pro huiuſmodi crimine expreſſa non fuerit.

6 *Ex* quibus omnibus vlterius infertur, iuſtas eſſe leges humanas, quæ furem diurnum pro graui furto, iubent occidi, quamuis lex Moſaica ſolum furem nocturnum morte puniri ſtatuit, grauitas autem furti, vt iuſtæ legis iuſta executio fiat, vel ex magnitudine rei furtiuæ, vel ex dignitate perſona, a qua res furto ſublata eſt, vel ex ipſius furti frequentia, æſtimanda erit. Nec ſine cauſa lex illa vetus, quæ tantum rigorem in aliorum criminum punitione exercuit; in furis diurni punitione rigorem ſuum temperauit, cum enim lex illa ſoli populo Iſrael data ſit, iuxta illius populi mores, & inclinationes, fuit a legislatore ordinata, & ideo illa crimina, ad quæ populus ille fuerat pronus, vt ſunt Idololatria, blaſphemia, rebellio, ſchiſma acerbo rigore punire decreuit vt pœnarum metu a talibus criminibus deterreret. Furtum vero, quia ad illud non ſic erat populus ille procliuis, non tanto rigore punire decreuit. Poſtea vero, quia ſucceſſu temporis furta in populo illo frequentiora erant, ſapientiſſimus Salomon pęnam legis augere decreuit. Nã lege ab eo ſtatuta (vt ex Prouerb. 6. conſtat) qui aliquid furatus fuiſſet, ſi deprehenſus fuiſſet, ſeptuplũ reddere, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradere iubebatur, cum tamen lege Moſaica, (vt Exod. 22. habetur) pro boue furtiuo ſolum quinque boues, & pro vna oue, ſolum quatuor oues reddere iubebatur. Nunc igitur cum tanta ſit furum copia, & multi ad furtum tam procliues, vt nullo pęnarum metu ad furtis abſtineant oportuit pœnam mortis cõtra tales ſtatuere.

7 *Quod* vero de adultera, & legis illius reuocatione Scotus annotauit, falſum eſt, nec probabili aliqua conſequentia ex Euangelio deduci poteſt. Chriſtus enim eo in loco neq; iudicis perſonam induit, nec aliqua diſpenſatione in lege veteri vtitur, ſed tanquam Doctor priuatus conſultus, an illa eſſet lapidanda (quod ſimulate quærebant) dolo eorum occurrit, dicens oportere, vt vnuſquiſque iudicium culparum a ſuis propriis inchoaret: & tãdem religione ſolus cum illa priuatim agit, vt rex cęli, & redẽptor, verecundiamque quam paſſa erat, & dolorẽ peccati ſui loco pęnitentię ſuſcipiens, ei cõ-

donat. atque adeo verba illa nullo modo reuocatoria ſunt Legis veteris, ſed ſolum Chriſti miſericordiam & benignitatem oſtendũt, vnde neque S. Auguſt. Scoto fauet, ſubdit enim ſtatim lib. 1. Ciuit. ca. 21. Nequaquam contra hoc præceptum facere eos, *qui Deo authore bella faciunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum eius leges, hoc eſt iuſtiſſimæ Rationis imperium, ſceleratos morte puniunt.* Vbi legẽ Dei ſanctus Doctor iuſtiſſimę *Rationis* imperium appellat, ſeu dictamen practicum rectę rationis, quæ tales morte puniendos eſſe dictat, lex ergo illa *non occides*, quamuis Moralis ſit, interpretationem tamen iuxta rectæ rationis præſcriptum, & dictamen recipit, vnde nec Bullam de cęlo deſcendẽtem, nec diſpẽſationem diuinam quærere oportet, quo minus fures tanquam maxime pernicioſi bono communi, iuſtiſſime occidi poſſint.

8 Alij vero ita hoc præceptum explicant, vt nullo modo præceptum generale eſſe velint, ſed particulare, ita vt ſenſus ſit, *non occides*, ſupple innocentẽ, id quod explicatum eſſe putant Exod. 23. illis verbis; *Innocentem & iuſtum non occides.* Sed hæc expoſitio falſa eſt, & ab omnibus communiter reiecta; Tum quia qui priuata authoritate malefactorem occidit contra hoc præceptum peccat, (nulli enim licet ſua propria authoritate alium occidere quantumuis nocentem, niſi in ſui defenſionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ) ſi enim non peccat contra id præceptum *non occides*, nuſquam alibi in iure prohibetur occiſio hominis nocentis. Quare cum certum ſit priuatum hominem reum eſſe homicidij, etiamſi nocentiſſimum occidat, conſequẽter certum, & indubitatum eſſe debet hoc præcepto non ſolum innocentis, ſed etiam nocentis occiſionem eſſe prohibitam. Tum quia iudex, qui præmiſſo iuris ordine publica authoritate hominem impium occidit, violat etiam præceptum de *non occidendo*, quamuis iuſtum hominem nõ interficiat: Atque adeo non tantum hominis innocentis, ſed etiam nocẽtis occiſio in hoc præcepto, *non occides*, prohibetur.

9 Altera huius præcepti expoſitio eſt, quod ſolum prohibetur occiſio hominis priuata authoritate, quæ communis olim fuit, falſa tamen: Tum quia qui hominem cum moderamine inculpatæ tutelæ interficit, propria authoritate id facit, & tamen non violat hoc præceptum, non occides, cum ſecũdum omnes talis occiſio licita, & honeſta ſit, vt inferius oſtendemus. Tum quia Reſpublica, & Rex hominem innocentem interficientes, præceptum de non occidendo violant: aut occidentes nocentem in iudicio, ſed contra ordinem iuris, peccant contra hoc præceptum, & tamen non priuata, ſed publica authoritate id faciunt. Non igitur ſenſus præcepti huius eſt, vt non interficiatur aliquis authoritate priuata.

10 *Veriſſima* igitur huius præcepti expoſitio eſt, Hoc præcepto, *non occides*, omnem, & ſolam illam hominis occiſionem prohiberi, quæ rectæ rationi diſſona & repugnans eſt, hoc eſt, qua homo priuatur vita rationali contra rationem rectam, & rõnabilem hominis voluntatem, ſic S.Th. 1.2.q.100. art.8. ad tertium. vbi ait, *Quod occiſio hominis prohibetur in Decalogo, ſecundum quod habet rationem indebiti*, hoc eſt, prohibetur ea occiſio quæ iure naturæ indebita eſt, & à recta ratione aliena & 2.2.q.64. art.2. ea ratione probat licitũ eſſe malefactores occidere, quia bonum cõe requirit, id eſt, recta ratio poſtulat, vt membrum corruptum & putridũ abſcindatur, propter bonum cõe, ſic etiam exponunt Franciſc. a Victor. Relec. de homicidio a nu. 14. ad 20. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. art. 2. Pet. de Arragon, & Michael Salon. 2.2. q. 64. arti. 2. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. puncto. 1. concluſ. 3. Pet. Nauar. lib. 2. de reſti. c. 3. dub. 1. nu. 12. & Coſm. Philiar. de offic. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 7. Quæ expoſitio vt clarius intelligatur, ſciendum eſt, quod præcepta Decalogi cum non ſint iuris poſitiui, ſed iuris naturalis, & concluſiones deductæ ex primis illis principiis iuris naturalis, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & quod tibi vis fieri, alteri feceris*, intelligi debent iuxta dictamen rectæ rationis, vt apparet in ſingulis præceptis Decalogi, maxime negatiuis. Vt v.g. Dicitur, *Nolite iurare omnino*; præceptum hoc ita intelligendum eſt, niſi recta ratio aliud exigat. Nam vbi ratio recta iurare cogit, non violatur hoc præceptũ. Similiter præceptum eſt, *non furaberis*, id eſt, non accipies alienum, niſi recta ratio aliud exigat; vnde, qui in extrema neceſſitate alienum accipit, non furatur, nec contra hoc præceptum agit, quia recta ratio dictat tunc poſſe accipi alienum. Et ideo etiã quãdo filij Iſrael præcepto Dei tulerunt Ægyptiorum ſpolia, non fuit furtum, quia hoc eis erat debitum ex Dei ſententia. 11 Sic etiam Oſee accedens ad vxorem fornicariam, vel mulierem adulteram, nõ peccauit contra hoc prꝯceptum, non mœchaberis, quia acceſſit ad eam, quæ ſua erat ſecundum mandatum diuinum, qui eſt author & inſtitutor Matrimonij. Eodem modo hoc præceptum, nõ occides, intelligendum eſt, niſi recta ratio aliter exigat, vel niſi iuxta dictamen rectæ rationis. Vnde Abraham conſentiens occidere filium, non conſenſit in homicidium hoc præcepto vetitũ, quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui eſt Dominus vitæ & mortis. Ipſe enim eſt, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus iuſtis, & iniuſtis pro peccato primi parentis, cuius ſententiæ ſi homo ſit executor authoritate Diuina, non erit homicida, ſicut nec Deus, vt egregie explicat S. Tho. 1.2. qu. 94. art. 5. ad tertium, & q. 100. art. 8. ad tertium. In hoc igitur præcepto, non occides, omne, & ſolum illud homicidium prohibetur, quod intrinſecã deformitatem dicit ad rationem, & quæ contra charitatem & iuſtitiam eſt. In caſu autem, quo eadem ratio occiſionem hominis aut iubet, aut permittit, non erit occiſio, quæ per quintum præceptum vetatur, & quæ communi vſu loquendi appellatur *homicidium*, quod intrinſece & ſemper eſt illicitũ. Et ſic nec priuata occiſio aggreſſoris in propriam tutelam, nec ea qua iudex occidit malefactorẽ iuris ordine ſeruato, homicidia ſunt, aut exceptiones huius præcepti, cum vtramque dictet recta ratio. Vnde etiã ſequitur caſu illos antiquæ legis quib. præcipiebantur occidi homicidæ, adulteri & ſimiles, non eſſe exceptiones huius præcepti, nec mere legales, ſed interpretationes quaſdam iuris naturalis, cum illos dictaret recta ratio, licet modus puniendi, & occidendi fuerit legalis, & iudicialis, pertinens ad illum populum, vt quod lapidarentur adultera, blaſphemus, & ſimiles. Quo-

circa recte infert Victoria vbi ſupra, quod ſicut licebat interficere adulterã, aut homicidam, aut furem aliquem in lege Moyſi, ita etiam & ante legẽ, & nunc in Euangelio eoſdem interficere licet; Quia cum hoc præceptum, vt diximus, non ſit iuris poſitiui, ſed naturalis, prohibens omnem, & ſolam eam occiſionem, quam recta ratio dictat eſſe malam & iniuſtam, conſequenter æquale ſemper fuit, & idem tam ante legem ſcriptam, quam in lege ſcripta, & nunc in lege Euangelica. Lex enim naturalis nunquam mutata fuit, aut abrogata, aut limitata, aut extẽſa, ſed immutabilis ſemper manet, cum ſit lumẽ naturale ſupra nos a principio ſignatum, vt S. Thom. 1. 2. quæſt. 94. articul. 4. & quinto demonſtrat.

12 Ex hac explicatione quinti præcepti, *Non occides*, facile erit homicidij definitionem aſſignare, in hunc modum, *Homicidium eſt iniuſta hominis occiſio*, vt colligitur ex S. Thoma 1. 2. q. 100. art. 8. ad 3. & in q. de Malo. q. 13. artic. 4. ad 11. S. Antonino par. 2. tit. 7. c. 8. Sylueſt. verb. Homicidiũ. 1. in prin. & Tabiena. eod. in principio. Bartho. Medina. libr. primo, inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 14. Petro de Arragon 2. 2. quæſtio. 64. artic. 2. Toleto in Summa lib. 5. cap. 6. & aliis vbi ſupra. Quia vero omnis iniuſtitia ex genere ſuo eſt peccatũ mortale, in eo, quod dicitur homicidium eſſe iniuſtam hominis occiſionem, manifeſte oſtenditur omne homicidium eſſe peccatum mortale, & tanto grauius quanto iniuſtitia, quæ fit homini, dũ vita priuatur, maior eſt. Cuius peccati grauitatem ex multis colligere poſſumus, ſed præcipue ex pœna, qua Deus homicidas afficiendos tam in hoc ſeculo, quam in futuro eſſe dicit, *Matth. 26. omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. & Apoc. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eũ in gladio occidi, & Gen. 4. Cain primus homicida maledicitur, et c. 9. Quicũque effuderit humanum ſanguinẽ, fundetur ſanguis illius, &c.* & alibi ſæpe multa habẽtur, quæ criminis huius grauitatem declarant, quæ cum paſſim apud alios legi poſſint, & parum ad præſens noſtrum inſtitutum pertinent, conſulto prætermittimus. Satis nobis ſit, quid hoc Decalogi præcepto vetitum, aut præceptum ſit, oſtendiſſe.

De occiſione ſui ipſius. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *An liceat in aliquo euentu ſeipſum occidere.*
Hæreſis Circumcellionum docentium hominem ſe occidentem aut iubentem alteri vt ipſum occideret, eſſe martyrem. ibidem.
2 *An qui ſeipſum occidit, peccet contra iuſtitiam an ſolum contra charitatem.*
Diſſenſio authorum ab authore concordatur. nu. eod.
In quo caſu fortaſſe dici poteſt peccare contra iuſtitiam ibidem.
3 *An quamuis abſolute verum ſit non licere homini ſe occidere directe vel indirecte, poſſit tamẽ dari iuſta, & ſufficiens cauſa id faciendi.*
In nullo caſu nec aliquo fine quantumuis optimo licitũ eſſe ſe occidere niſi Dei impulſu, communis Doctorum ſententia.
4 *Multæ cauſæ enumerantur quæ aliquam habent probabilitatem ad oſtendendum licitum eſſe aliquando ſe ipſum occidere.*
Licitum eſſe ſeipſum occidere ad deteſtationem peccati commiſſi hæreſis Donatiſtarum, eiuſque refutatio. ibidem.
5 *Licere ad vitandum futurum peccatum, ne ſcilicet conſentiat, confutatur.*
6 *Lucretiæ, Bruti, Catoni Vticenſis occiſio, actus puſillanimitatis & non fortitudinis, & quare.*
7 *Ad vitandam alienam violentiam & peccatum nullo modo licet.*
8 *Ad citius aſſequendam vitam beatam non licere probatur.*
9 *De exemplo Sampſonis qui ſeipſum interfecit duplex reſponſio.*
De Eleazaro 1. Machab. 6. quid dicendum. nu. eodem.
10 *Factum Raziæ 2. Macha. 14. non excuſatur a peccato ſecundum S. Thom. & alios. Quare.*
11 *Quid de Sanctis, qui ſe morti obiecerunt ut S. Apollonia, Pelagia, S. Vincentius, & alij ſentiendum.*
12 An *licitum ſit negatiue ſeipſum occidere.*
13 *Licitum & laudabile uitam corporalem in aliquo euentu pro corporali amici æquali conditionis certo periculo exponere.*
14 *Ratio cur id liceat et quod non uiolatur præceptum charitatis ut falſo exiſtimauit Nauar. ſup. nu. 12.*
Quando tenetur homo potius uitam propriam ſeruare quam alienam, & quando poteſt perdere propriam pro aliena. ibid.
Illud S. Auguſt. regulam doctrinæ excedere uitam ſuã pro alio ponere quomodo intelligendum nu. eo.
25 An *& quando licitum eſt aut præceptum morti ſe offerre pro ſalute & uita ſpirituali proximi.*
16 *Malum ac peccatum mortale eſt contra propriam charitatem martyrio ſe indiſcrete offerre.*
17 *Tenetur quilibet pro Chriſto uitam offerre.*
18 An *occidere ſe permiſſiue ſit peccatum mortale aut homicidium ſui.*
19 *Multi caſus recenſentur, in quibus, quamuis poſſit, nõ tenetur homo uitam ſuam tueri, uſque ad num. 26.*
26 An *damnatus ad ſumendum uenenum aut ad uenam ſibi abſcindendam qua totus ſanguis effluat ſui ſit homicida, & an licite id facere poteſt.*
27 *Quid de illis dicendum qui aſſumunt uenenum uel permittunt ſe a uipera uel ſcorpione morderi.*
28 An *liceat ieiunijs & corporum afflictionibus ita uti ut uel ſaluti notabiliter noceãt, uel exinde uita abbreuietur.*
Nemo ad uitam prolungandã cibis optimis uti tenetur.
29 *Qui utitur alimentis quibus homines communiter utuntur & in quantitate ſufficienti, etiamſi uita notabiliter abbreuietur, non peccat.*
30 *Quid de abſtinentia Carthuſianorum dicendum eſt, et in periculo mortis ab eſu carnium.*
31 *Quando ægrotus grauiter laborans, non comedendo nõ peccat nec ut occiſor ſui contemnendus.*
Cibis nociuis uti alias ex ſingulari inedia quando mortale. nu. eo.
32 *Ex intentione uel aduertenter ſine intentione uitam notabiliter qui abbreuiat uigilijs ieiunijs, &c. peccat mortaliter.*
33 Abſtinentiæ, *uigiliæ, labores liciti & laudabiles qui ex regula ſunt inſtituti.*
34 An *& quando liceat ſeipſum mutilare?*

35 *Communiter eſt peccatũ mortale, in quibus vero caſib. licitum ſit.*

36 *Licitum eſſe ſe mutilare, in nullo caſu occidere, quare Varij caſus in quibus ſibi membra abſcindere liceat.*

37 *An ſi daretur optio alicui a tyranno vt uel ſibi membrũ abſcinderet, vel duobus priuaretur, id licite quis facere poſſit.*

38 *An ſi expediat ſaluti corporis membrum abſcindere et infirmus recuſet, poſſit Reſpubl. ciuem, Pater filiũ, prælatus ſubditum cõpellere cui reſiſtere eſſet mortale.*

QVoniam omnis, & ſola iniuſta hominis occiſio, hoc præcepto prohibetur, hęc autẽ vel à ſeipſo, vel ab alio fieri p̃t, vt conſtat, de vtriſque agendum eſt in ſequentibus, vt ſic melius quæ hoc præcepto contenta ſunt, intelligamus. Id autem vt exactius fiat, dubia quædam proponemus, ex quorum ſolutione materiam hanc abunde declarabimus. Sit igitur

PRIMVM DVBIVM, An liceat in aliquo euẽtu ſeipſum occidere? Fuit olim de hac re hæreſis, vt referunt Philaſtrius, & S. Auguſt. lib. de hæreſ. cap. 69. In Africa enim fuerunt quidam, quos S. Auguſtinus Circuncelliones, Philaſtrius vero Circuitores appellant, genus hominum agreſte, & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſania & feritate parcendo. Etenim nullibi ſiſtebant, ſed loca omnia circuibant, docentes quemcumque hominem ſe occidentem, aut iubentem alteri, vt ipſum occideret, eſſe martyrem fuerunt iſti tempore Iulii Papę & Conſtantii Imperatoris, vt notat Gabriel Prateolus in Elenco hæreſ. lib. 3. c. 19.

Quæ ſane hæreſis euidẽter refutatur ex hoc Decalogi præcepto *Non occides*, quo, vt diximus, quælibet occiſio rectæ rationi repugnans prohibetur, nihil autem magis rectæ rationi repugnans & aduerſum eſſe poteſt, quam ſui ipſius occiſio. Id quod definitum eſt in Concilio Brachar. 1. c. 34. vbi dicitur, *Placuit, ut ijs, qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per uenenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo uiolentiæ inferunt mortem, nulla pro eis in oblationem commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturã eorum cadauera deducantur.* & S. Aug. li. 1. Ciu. Dei. c. 17. & refertur 23. q. 5. *can. ſi non licet, ait, ſi non licet priuata poteſtate alicui hominem innocentẽ, cuius occidendi licentiam lex nulla cõcedit, profecto ét qui ſeipſum occidit, homicida eſt, & tanto fit nocẽtior cũ ſe occiderit, quanto innocentior in ea cã fuit, qua ſe occidendum putauit.* Ratione etiam idipſum comprobatur, tum quia ſe occidens facit contra naturalem inclinationem, vnuſquiſque enim duce natura, & recta ratione dictante vitam propriam diligere, & cõſeruare ſtudet. Vnde Cic. lib. 1. de offic. ait, *Primo generi animantium omni eſt a natura tributum, ut ſe, uitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura uidentur, & oĩa, quæ neceſſaria ſunt ad uitam, inquirat, et paret.* Tum quia vnuſquiſque pars eſt, & membrum Reipub. Qui autẽ ſeipſum occidit, priuat Rẽpubl. parte, & membro ſuo, conſequenter ei facit iniuriã, vt docet Ariſtoteles 5. Ethic. cap. vlt. ob quam cauſam merito concludit à Republica puniri tales, negando eis ſepulturam. Tum quia ſicut occidens ſeruum alienum peccat, quia nõ eſt dominus illius ſerui; ita etiam occidens ſeipſum peccat, cum non ſit dominus vitæ ſuæ, nec iudex in ſeipſum, ſed ſolus Deus, iuxta illud, Deut. 32. *Ego occidam, & ego uiuere faciam, & Sap. 16. Tu es Domine, qui uitæ & mortis habes poteſtatem.* Qui ergo ſeipſum occidit, iniuriam Deo infert, & cõtra rectã rõnẽ agit. Tum quia qui ſe occidit, vel eſt innocens, & tunc aperte cõtra rectam rationem agit, & contra hoc Dei præceptum, *Non occides*, Eſt enim contra rationem & Dei præceptum innocentem occidere: vel eſt nocens, & ſic etiam contra rectam rationem agit, cum ſolius publicæ authoritatis ſit iudicare, & punire, maxime ſeipſum. Et quia ſibi locum pœnitentiæ adimit, quod rectæ rationi eſt aduerſum. Et denique hæc omnia luculentiſſimo illo S. Auguſtini teſtimonio lib. 1. Ciu. Dei c. 20. confirmantur. *Si falſi teſtimonij*, inquit, *non minus reus eſt, qui de ſeipſo falſum fatetur, quam ſi aduerſus proximum hoc faceret, cum in eo præcepto, quo falſum teſtimonium aduerſus proximum prohibeatur, poſſitque non recte intelligentib. uideri, non eſſe prohibitũ ut aduerſus ſeipſum, quiſque falſus teſtis aſſiſtat, quanto magis intelligendum eſt non licere homini ſeipſum occidere, cum in eo quod ſcriptũ eſt, non occides, nihilo deinde addito, nullus nec ipſe utique, cui præcipitur, intelligitur exceptus.* Quibus uerbis aperte docet S. Aug. illo præcepto, *Non occides*, quãcumque hominis, etiam ſuijpſius occiſionẽ eſſe intrinſece malam, & prohibitam; Maxime, cum in illo præcepto, *Non occides*, non fuerit poſitum *proximum tuum*, ſicut in præcepto de non dicendo falſum teſtimonium fuit additum, *aduerſus proximum tuum*. Ex quibus omnibus manifeſtum habetur occiſionem ſui hoc præcepto prohibitam eſſe, in eaque deformitatem non qualemcumque, ſed valde grauem, atque adeo mortalem contineri, cum materia hæc valde grauis & notabilis ſit, vt conſtat. Sic expreſſe ſentiunt S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. Alexand. de Ales p. 3. q. 34. memb. 1. art. 2. S. Bonau. 3. diſt. 37. in expoſitione literæ, nu. 10 S. Ant. p. 2. tit. 7. c. 8. circa medium. §. *Quantum ad primum*. Angel. verb. Homicidium. 1. num. 3. Sylueſt. verb. Homicidium. 1. q. 1. Tab. eo. ver. quarto. Franciſ. a Victoria. relect. de homicidio. concluſ. 1. Sotus lib. 5. de iuſti. q. 1. art. 5. Petrus de Arragon, & Michael Salon. 2. 2. q. 64. art. 5. Gregor. de Valen. tom. 3. diſpu. 5. q. 8. punct. 2. Martin. Nauarr. in Manua. c. 15. num. 11. verſi. Duodecimo. Couar. lib. 1. variar. reſolu. ca. 2. nu. 9. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. nume. 20. dub. 2. Coſm. Philiarchus de officio Sacerd. par. 2. lib. 4. cap. 8. Caieta. in Summa. verb. Homicidium. cap. 1. in fine. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. cap. 65. in fin. & Catechiſmus in explicatione quinti præcepti, num. decimo, & Toletus in Summa. lib. quinto, capit. ſexto, propoſitione. 1. & alii communiter.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, An qui ſeipſum occidit, peccet contra iuſtitiam, an ſolum contra charitatem? Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitu. capit. 3. numero 34. exiſtimat peccare ſolum contra charitatem; Alii vero vt S. Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 64. artic. quinto, ad primum. Sotus libro 4. de iuſtitia. quæſtio. 2. articul. 3. concluſ. 1. & libr. 5. de iuſtitia. quæſtio. 1. articu. 5. in corpore, & ad primum Couar. lib. 1. Variar. reſolu. cap. 2. nume. 8. cit-

ans in eam ſententiam Hegeſippũ de excidio Hie roſol.lib.3.c.17.affirmant talẽ, & contra iuſtitiam, & contra charitatem peccare; Reſpectu enim ſui, facit contra charitatem, non contra iuſtitiam, reſpectu vero Reipub. & Dei, facit contra iuſtitiam, quia reipublicæ, cuius eſt pars, facit iniuriam. Et Pet. de Arragon. 2.2.q.62.tract. de dominio. in dubio de dominio vitæ. concl. 1. in fin. expreſſe affirmat, eodem modo peccare contra iuſtitiam, qui ſeipſum interficit, ac qui alios occidit, citans Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 11. & S. Thom. ibidem. lect. 17. & S. Aug. lib. ciuit. Dei. c. 20. Hæc tamen Doctorũ diſſenſio facile cōcordari pōt, ſi dicamus S. Tho. & alios locutos eſſe de iuſtitia prout eſt virtus quædam generalis, ſic.n. negari non poteſt, quin ſit lex iuſtitiæ de non occidendo ſe, ſicut de ceteris Decalogi præceptis. Sin autem loquamur de iuſtitia ſpeciali, ſic vera eſt ſententia Nauarri: Non enim eſt iuſtitia diſtributiua, cum non diuidatur aliquid commune inter multos, cum tamen lex iuſtitiæ diſtributiuæ communis inter multos eſſe debeat. Neque eſt iuſtitia commutatiua, vt cōſtat; nam Dei ad homines non eſt iuſtitia commutatiua reſpectu temporalium, vt patet; Nec Reipub. cum Reſpublica non ſit domina vitæ ciuium, & ita nullum eius dominium vſurpat. Præterquam quod parũ Reipub. Intereſt vnum, aut duos, aut plures occidi. Deinde ſi eſſet contra iuſtitiam Reip. ergo ſi Reſpub. facultatem faceret remittendo ius ſuum, non peccaret contra iuſtitiam occidendo ſeipſum, cum tamen conſtet Rempubl. concedere non poſſe, vt quis licite ſeipſum occidat.

In vno ſolo caſu dici fortaſſe poteſt peccare cōtra iuſtitiam, quando ſcilicet, qui ſe occideret, eſſet Reipub. neceſſarius, puta Rex, aut Dux egregius, a quo pax, ſaluſque Reipublicæ dependet. Tũc enim dici fortaſſe poteſt contra iuſtitiam peccare, non ratione vitæ, qua priuat Rempub. ſed ratione dãnorum, quæ inde ſequuntur iniuſte, cum ex officio teneatur Remp. defendere, ſicut quodlibet membrum tenetur toti corpori inſeruire. Dixi, *fortaſſe*, quia neque in hoc caſu exiſtimo certum eſſe quod ſit peccatum contra iuſtitiam, cum nemo ſit, qui Ducem Reipub. neceſſarium, ſe tamen occidentem, vel mutilantem, in conſcientia obligaret, vel eius hæredes, ad reſtitutionem depopulationis ciuitatis, aut damnorum quæ ex morte eius ſequuta ſunt. Quando autem nullum inde ſequitur damnum, exiſtimo certum eſſe non peccare contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, quia vnuſquiſque tenetur ſe amare, & vitam ſuam conſeruare.

3 TERTIVM DVBIVM eſt, An quamuis abſolute verum ſit, non licere homini ſe occidere directè, vel indirectè quando ſcilicet, nulla eſt cauſa id faciẽdi, poſſit tamen dari aliqua ſufficiens, & iuſta cauſa id faciendi? Ratio difficultatis eſt, quia legimus multos ſanctos ſe occidiſſe, quos tamẽ laudat ſacra ſcriptura, vt Sampſon, Iudic. 16. & Eleazarus. 1. Machab. 6. cum occidit Elephantem ei ſe ſupponens, & Razias, de quo ſcribitur 2. Mach. 14. quod *gladio ſe ferit, eligens nobiliter mori potius, quam ſubditus fieri peccatoribus*. Multi etiam Sancti ſe morti obiecerunt, & vltro ſe in ignes, & aquas iniecerunt, & ſe præcipitauerunt, quos laudat eccleſia, eorumque feſtiuitates celebrat, ſic S. Apollonia ſeipſam iniecit in ignem; B. Vincẽtius vltroneus cōſcendit machinam tormẽtorum. Et S. Amb. lib. 3. de virginibus, refert illuſtrem quandam feminam nomine Pelagiam cum filiabus ſuis virginib. Mediolani, cum ciuitas illa ab hoſtib. fuiſſet capta, & milites quidam eas ſtuprare vellent, finxiſſe lætitiam, & poſtulaſſe, vt concederetur eis prius aliquas ducere choreas, illaſq; ducendo per murum ſeipſas dediſſe præcipites in profundum fluminis alueum, quas S. Ambroſius, vt ſanctus laudat, & cōmendat, & legenda eſt Hiſtoria eccleſiaſtica 6. cap. 21. Deinde in multis caſibus licitum eſt vitam exponere periculo, ſ. pro amico, pro ſalute patriæ, & in alijs multis caſibus. Ergo in aliquibus caſibus licebit ẽt ſe occidere, cum eadem ratio ſit in vno, ac alio caſu, ſi enim licite ſe exponere poſſit periculo mortis, etiam mortem ſibi conſciſcere poteſt.

Communis nihilominus Doctorum ſentẽtia eſt, in nullo caſu, nec aliquo quantumcunque optimo fine licitum eſſe ſeipſum occidere, niſi ex Dei impulſu, inſtinctu, & ordinatione, qui dominus eſt vitæ. Sic S. Thom. 2.2.q.64.art.4. in corp. & ad 4. Alex. de Ales par. 3.q.34.mẽb. 1.ar. 2. ad pen. Ang. in verb. Homicidium. 1. num. 2. Sylu. uerb. homicidium. 1.q.1. Tabiena. verb. homicidiũ. verſ. quarto. Franciſc. a Victoria. relect. de homicidio concl. 1. & in reſponſ. ad vltimum. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 1. art. 5. ad 5. Pet. de Arrag. & Michael Salon. 2.2.q. 64. art. 5. Greg. de Val. to. 3. diſput. 5. q. 8. puncto 2. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. cōſcien. c. 65. in fi. Petr. Nauar. lib. 2. de reſti. c. 3. nu. 17. & Toletus in Summa lib. 5. c. 6. conclu. 1. & alij. Et patet ex his, quæ dub. 1. dicta ſunt, confirmarique poteſt ex enumeratione, & refũtatione earum cauſarum, quæ aliquam probabilitatem habent ad oſtendendum licitum eſſe aliquando ſeipſum occidere. Solent.n. multæ cauſæ ad hoc probandum afferri. Quarum

4 *Prima eſt*, quod licitum eſt ſeipſum occidere ad deteſtationem peccati commiſſi. In qua hereſi fuerunt Donatiſtæ, contra quos agit D. Aug. lib. 1. ciuit. Dei a cap. 17. ad c. 27. Hi enim docuerunt occidentẽ ſe propter peccata præterita non ſolum non peccare, verum etiam martyrem eſſe. Quæ cauſa falſa eſt, & tanquam hæretica reprobanda. Tum quia potius expedit viuere ad peccata commiſſa delenda per pœnitentiam, vnde talis tempus pœnitentiæ ſibi ſubtrahit, quo poſſit pœnitentiam de commiſſis agere. Tum quia tales non ſolum homicidij, ſed etiam deſperationis de Dei miſericordia peccatum committunt, quaſi maior ſit eorum iniquitas quam Dei miſericordia, ita vt vtriuſque peccati locum pœnitentiæ ſibi præcludant. Tũ quia nemo iudex idoneus eſt in propria cauſa, & punitio præteritorum peccatorum ad eum ſolum pertinet, qui publica pollet authoritate. Tum quia Iudas pœnitentia ductus, & ſeipſum ſuſpẽdens, damnatus eſt, vt conſtat Pſal. 108. vbi dicitur, *Cum iudicatur, exeat condemnatus, & epiſcopatum eius accipiat alter*. Qui locus ad literam intelligitur de Iuda vt docet S. Pet. Act. 1. Idemque de Saul. 1. *Reg.* 13. *qui irruit ſuper gladium ſuum*, & de Achitophel. 2. *Reg.* 17. *Qui ſeipſum ſuſpendit*, cenſendum eſt.

Secunda eſt, Ad vitandum peccatum futurum proprium, ne ſcilicet conſentiat in peccatum. Sed neque admittenda eſt hec cauſa. Tum quia *non ſunt facienda mala, ut ueniant bona Rom. 3.* occiſio autem ſui mala eſt ex ſe. Tum quia non licet committere malum maius, & magis certum, ad vitandum malũ minus, & minus certum. At vero occiſio ſui maximum peccatum eſt, & incertum eſt, an aliquis in futurum conſenſurus ſit in peccatum; Potens eſt enim Deus hominem quacunque tẽtatione ſuperueniente liberare à peccato. Hinc S. Aug. lib. 1. ciuit. Dei. c. 25. ait, *Si deteſtabile facinus,* & damnabile ſcelus eſt, etiam ſeipſum hominem occidere, ſicut veritas manifeſte proclamat, quis ita diſipiat, vt dicat, Iã nunc peccemus, ne poſtea forte peccemus. Iam nunc perpetremus homicidium, ne forte poſtea incidamus in adulterium. Nonne ſi tãtum dominatur iniquitas, vt nõ innocẽtia, ſed potius peccata eligantur: ſatius eſt incertum pro futuro adulterium, quam certum de præſenti homicidiũ? nõne ſatius eſt flagitium committere, quod pœnitendo ſanetur, (ſcilicet permanendo in vita) quam tale facinus, vbi locus ſalubris pęnitentiæ non relinquitur? Tum quia ſi ob futura peccata vitanda liceat ſeipſum occidere, id maxime expediret facere ſtatim poſt baptiſmum, in quo omnia peccata plenissime remittũtur, vt optime ratiocinatur idẽ S. Aug. lib. 1. ciuit. Dei. c. 27. dicens *Reſtat vna cauſa, quæ vtile putatur:* vt ſe quiſque occidat, ſ. ne in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel dolore ſæuiente. Quam cauſam ſi voluerimus admittere, eouſque progreſſa proueniet, vt hortandi ſint homines tunc ſe potius interimere, cum lauacro ſanctæ regenerationis abluti vniuerſorum remiſſionem acceperint peccatorum. Tunc enim tẽpus eſt cauendi omnia peccata futura, cum omnia ſunt deleta præterita. Hoc autem quâm ſit abſurdum, pluribus ibidem oſtendit.

6 *Tertia eſt,* Ad vitandã ignominiã, vel alias huius vitæ ærũnas. Quæ cauſa plane inſufficiẽs eſt, Quia vltimum malorũ huius vitæ, & maxime terribile eſt mors, vt docet Ariſt. 3. Ethic. c. 6. Vnde *Iob. 2.* dicitur, *pellem enim pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua, &* Eccleſiaſt. 30. *Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis.* Et ideo inferre ſibi mortẽ ad alias huius vitæ miſerias euadendas, eſt maius malũ aſſumere ad minoris mali vitationẽ: Vnde merito Lucretia Romana reprehenditur a S. Aug. lib. 1. ciu. Dei. c. 19. quæ propter vitandam ſtupri ſibi a Tarquinio illati ignominiã, ſeſe interemerit. Aut. n. vt argumentatur contra illã S. Aug. nõ cõſenſit, ſed reſtitit quantum potuit adultero, & ſic nec vitiata, nec corrupta fuit, et propterea nõ erat digna vt ſeipſam occideret. Aut conſenſit in culpã adulterij, & tunc ſuijpſius iudex eſſe non debuit. Vnde concludit actum illum nõ fortitudinis, ſed puſillanimitatis opus fuiſſe, eo quod ignominiã illam ferre non valuit. Sicut ẽt Brutus, & Cato Vticenſis, qui ſe interfecerunt, eo quod ferre nõ potuerunt dominatũ Cæſaris, puſillanimes ſeſe oſtenderunt, nõ fortes, cũ vis, & fortitudo animi nõ in ſui occiſione, ſed in tolerantia laborum conſiſtat, vt pulchre ibidem diſſerit S. Aug. c. 22. 23. & 24.

7 *Quarta eſt,* Ad vitandum in ſe alienam violentiã & peccatũ; Sed hæc cauſa friuola, & falſa eſt, quia non debet quis in ſe committere crimen maximũ, quod eſt ſui ipſius occiſio, vt vitet minus crimen alienum, puta adulterium, aut fornicationem, vbi enim non eſt conſenſus, non eſt peccatum, cum vt S. Lucia recte reſpondit, nõ inquinetur corpus, niſi de cõſenſu mentis. vnde S. Aug. lib. 1. ciuit. Dei. c. 18. ait, *Cur homo, qui mali nihil fecit, ſibi maleſaciat,* & ſeipſum interficiendo hominẽ interficiat innocentẽ, ne alium patiatur nocentem atque in ſe perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum. Dices, ne vel aliena polluat libido, metuitur. Non polluet, ſi aliena erit. Si autẽ polluit, aliena non erit, Cum enim pudicitia virtus ſit animi, comitemque habeat fortitudinẽ, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo conſentire decernat, & nullus magnanimus, & pudicus in poteſtate habeat quid de carne ſua fiat, ſed tantum quid annuat mente, vel renuat; quis ſana mente putauerit perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido nõ ſua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit, nec pertinebit ad ea bona, quibus bene viuitur, ſed in bonis corporis numerabitur, qualia ſunt uires, pulchritudo, ſana, integraque valetudo, ac ſi quid huiuſmodi eſt, quæ bona, etiamſi minuantur, bonam, iuſtamque vitam omnino non minuunt. Quod ſi tale aliquid eſt pudicitia, vt quid pro illa, ne amittatur, etiam cum periculo corporis laboratur? Si autem animi bonum eſt, etiam oppreſſo corpore non amittitur. Hæc S. Auguſtinus.

8 *Quinta eſt,* Ad citius aſſequendũ uitam beatam. Quia cauſa non minus falſa eſt, ac aliæ quas refutauimus. Tum quia *Rom. 3. non ſunt facienda mala, vt veniant bona.* Tũ quia non pertinet ad hominẽ determinare tẽpus vitæ ſuæ, ſed hoc ſolius Dei eſt, qui, & vitæ donator eſt, & beatitudinis. Hinc S. Aug. lib 1. ciuit. Dei. c. 20. ait, *In Sanctis, canoniciſq; libris nunquam nobis diuinitus præceptum, permiſſumue reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis vel ullius cauendi, carẽdiue mali cauſa nobiſmet ipſis necẽ inferamus.* Quas oẽs cauſas breuiter enumerat, & refellit S. Aug. li. 1. ciu. Dei. c. 26. his uerbis. *Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnib. approbamus,* neminẽ ſpõtaneã mortẽ ſibi ĩferre debere, velut fugiẽdo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas; Neminem ꝑꝑ aliena peccata ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimũ propriũ, quẽ nõ polluebat alienũ: Neminem ꝑꝑ peccata ſua præterita, queis magis hac vita opus eſt, vt poſſint pęnitendo ſanari: Neminem velut deſiderio uitæ melioris, q̃ poſt mortem ſperat, quia reos ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit. Hæc S. Auguſtinus.

9 *Quod* vero de ſanctis in contrarium affertur, ſolui facile poteſt, Reſpondendo cum S. Aug. lib. 1. ciuit. Dei. c. 26. eos, *non errantes, ſed obedientes* Deo id *feciſſe,* ſicut, inquit de *Sampſone, aliud nobis fas nõ eſt credere.* Cum autem Deus iubet, ſeque iubere ſine vllis ambagibus intimat, quis obedientiã in crimẽ vocet? Quis, & obſequium pietatis accuſet? vt vero ad ſingula exempla Reſpondeamus, ſupponendũ eſt, Deum cum ſit Dominus vitæ, & mortis, iuſte poſſe præcipere occiſionem ſuijpſius, atque adeo occiſio ſui, non eſt ita intrinſece malum, ac mendacium, vel odium Dei. Quo ſuppoſito ad exemplum Sampſonis dupliciter Reſponderi poteſt.

Primo, quod Dei inſtinctu, & inſpiratione id fecerit, contr. Sic S. Aug. lib. 1. ciu. Dei c. 26. S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 4. Alex. de Ales. p. 3. q. 34. memb. 1. art. 2. ad pen. Inno. Papa III. in cap. Gaudemus, de diuortijs. Petrus Nau. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 30. Ang. verb. Homicidiū. 1. nu. 3. Syl. eod. 1. q. 1. Tabiena. verb. Homicidium. verſ. quarto. Petr. de Arragō. 2. 2. q. 64. ar. 5. Toletus lib. 5. ſummæ. c. 6. & Ioan. Benedictus in ſum. de peccatis. lib. 2 c. 4. nu. 2. & alij quos paulo poſt afferemus. Nec hoc eſt diuinare, habetur n. ibi, quod cum oraſset Dominum ut priſtinam fortitudinem ſibi redderet, qua ſe de hoſtibus ſuis vlciſceretur, apprehendens ambas columnas quibus templum nitebatur, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens, ait, *Moriatur anima mea cum Philiſthijm*. *Iudic.* 16. orationem præmiſit, ut ſic cognoſceretur, quod diuinis, & non proprijs confiſus viribus tantum aggrediebatur opus.

Secundo reſponderi poteſt, quod non interfecit ſe ex intentione, ſed cum iuſtè uellet hoſtes opprimere, & interficere, concomitanter & per accidēs ad propriam mortem operatus eſt. Ipſe namq; bene optaſſet alios perdere ſe ſaluo, id quod honori diuino, & patriæ erat ualde neceſſarium, quod ſine noua relatione habetur licitum. Certum eſt enim quemquam in prælio patriam defendentem certū de ſua morte, poſse facinus aggredi, quod ſit patriæ quidem ſaluti, & hoſtibus magnum detrimentum futurum. Sic Frāciſcus a Victoria. in relect. de homicidio, ad ultimum. Pet. de Arragon vbi ſupra. Greg. de Val. to. 3. diſput. 5. q. 8. puncto 2. in fi. & Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c. 65.

Eodem modo de Eleazaro dicendum eſt, Nam 1. Mach. 9. legitur, quod videns in turri lignea, quā deferebat elephans exiſtere duces hoſtilis exercitus, & inde nocere ſuis, & ea proiecta, & contrita duces illos perituros, ob bonum commune ſui populi ingreſſus infra beſtiam, elephātem ipſum gladio confodit, ipſe vero beſtiæ ruina oppreſſus præclaram mortem inuenit, quia ſe libenter, vt ait ſcriptura, poſuit, vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Quod factum tantum abeſt vt ſit peccatum, vt S. Ambr. lib. 1. de officijs, c. 40. mirificis Eleazarum efferat laudibus ob fortitudinē ſuam. Sic Franciſcus a Victoria. relect. de homicid. in reſponſ. ad vlt. arg. Sotus lib. 2. de iuſt. q. 3. ar. 8. & lib. 5. q. 1. ar. 5. ad 4. Pet. de Arragon, & Michael Salon. 2. 2. q. 64. art. 5. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 2. & Ludou. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c. 65. in fi. Ratio eſt, quia vt notat Caie. in Iudic. 16. qñ quis ſe exponit certo periculo mortis ob bonum patriæ, non eligitur per ſe mors ſua, ſed mors hoſtiū & ſolum per accidens & cōcomitanter admittitur mors propria propter bonum commune, quod licitum eſſe conſtat; quandoquidem actiones humanæ bonæ, vel malæ moraliter, tales iudicandę ſunt ex obiecto per ſe conſono, aut diſſono rectæ rationi, quicquid ſit de illis, quę per accidens & concommitanter conſequuntur.

10 *Factū* Raziæ Nicholaus de Lyra 2. Machab. 14. excuſat a peccato, quam etiā ſententiam Victoria vbi ſupra probabilē eſſe putat. Alij vero vt S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 5. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. art. 5. ad 4. Petr. de Arragon 2. 2. q. 64. art. 5. & Michael Salon. ibid. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. puncto 2. Petr. Nauar. lib 2. de reſtit. c. 3. nu. 30. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. c. 65. in fi. Sylueſt. verb. homicid. 1. q. 1. in fi. & Burgenſis ſuper 14. caput lib. 2. Machab. docent Raziam peccaſſe ſe occidendo, quia neque ſe occidit ob bonum commune, neque amore veræ virtutis; Primum ex eo patet, quia ipſe ſua morte nec liberauit populum ſuum, nec liberaturus erat, cum iam eſſent capti. Secundum quoque patet, quia non erat fortitudo, ſed mollities quædam animi & languor, velle potius proprio gladio ſe occidere, quam vinci & occidi ab inimicis. Quod vero ſcriptura ait, quod *maluit nobiliter mori, potius quam ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs agi*. intelligendum eſt iuxta opinionem ipſius Raziæ, qui ea in re deceptus fuit.

11 *Quod* vero legitur ſanctas feminas, cum a tyrāno ad mortem damnatæ fuiſſent, prius ſe in ignem conieciſſe, quam ad illum a lictoribus eſſent applicatæ, vt de Apollonia, & alijs feminis, quæ ſe pręcipites dederunt, dicēdum eſt, vel hiſtoriam illam de S. Apollonia non eſſe omnino certam, vel ſi vera ſit, dicendum erit, quod erat iam tam rogo admota, vt eſſet pene coniecta, vel tertio id feciſſe ex diuino inſtinctu & inſpiratione, ſicut aliæ ſanctæ feminæ fecerunt, quarum memoria in eccleſia celebratur. Sic S. Auguſt. lib. 1. ciuit. c. 23. S. Th. 2. 2. quæſt. 64. art. 5. ad 4. Michael Salon, & Petrus de Arragon. ibidem & Sotus libro 5. de iuſtit. q. 1. art. 5. in fine.

Ad argumentum vero Reſpondetur, aliud eſſe vitam in quibuſdam caſibus non conſeruare, ad quod tenemur ſolū ex pręcepto affirmatiuo, quod non pro omni tempore, ſed pro certo, & certis circunſtantijs obligat; aliud vero ſe occidere, quod vitare tenemur ex præcepto negatiuo obligante pro omni tempore. Quod argumentum ut melius explicetur, ſit

12 QVARTVM DVBIVM, an licitū ſit negatiue ſeipſum occidere, i. morti voluntarie ſe offerre? Antequam vero referamus authorum ſententias, ſenſus difficultatis explicandus eſt.

Notandum igitur eſt, dupliciter poſſe aliquem ſe occidere, ſicut alium; Primo directe & poſitiue operando, vt ſe iugulando, ſe pręcipitando, vel flāmis ſe immittendo, &c. de quo modo diximus ſupra. Secundo negatiue, & indirecte, ſ. non faciendo id, quo vita conſeruari poſſet, vt non ſumendo cibum, nō fugiendo manus inimici, cum poſſet, vel ſe offerendo certæ morti, de quo in præſentiarum controuertitur. In qua re duæ ſunt opiniones.

Prima eſt dicentium, non eſſe licitum pro ſalute temporali hominis priuati morti voluntarie ſe traderet; Sic Bonau. in 3. diſtin. 29. q. 3. dicens. Quod illi ſtulti reprehenduntur, & ſtulti reputantur qui ſalutem propriam ſcilicet, corporalem, negligunt, vt procurent alienam, vitam. ſ. corporalē. Durād. 4. d. 17. q. 6. ad 2. ait, nullū debere eligere mori pro conſeruatione vitæ amici. fauet ex parte Pal. 4. d. 15. q. 3. ar. 2. concl. 3. & expreſſe Petr. Nau. lib. 2. de reſt. c. 3. dub. 3. nu. 41. & citari ſolet ad hoc S. Aug. lib. de Mendacio. cap. 6. vbi ait, *Siquis exponat uitā corporalem propriam pro uita corporali alterius, iam non diligit proximum ſicut ſeipſum, ſed plus quam ſeipſum, quod*, inquit, *doctrinæ regulam excedit*. Ratio eſſe poteſt, quia ordo charitatis non tantum eſt in

concõſilio, ſed etiã in præcepto, ſaltẽ reſpectu eorum, quorũ homo non eſt dominus, vt eſt vita proximi. Sed ordo charitatis eſt, vt quis ſibi potius, quã proximo teneatur. Sicut ergo in bonis animæ, quorũ homo non eſt dominus, ex Dei præcepto tenetur homo eſſe in gratia, & nõ poſſunt licite perdi, propter ſalutẽ animæ proximi, quia cum ſit ordo obligationis, & ipſe ſibi magis proximus ſit, magis tenetur ſuæ, quã animæ proximi cõſulere, ita ẽt cum ſit in pręcepto cõſeruatio propriæ vitæ, corporalis, nõ põt ſine peccato prodigalitatis, nõ cõſeruare eam iuxta ordinem debitæ dilectionis. Non .n. eſt ratio quare ſit præferenda vita ſpiritualis propria ſaluti ſpirituali proximi, & nõ præferenda ſit etiam cõſeruatio vitæ corporalis propriæ, conſeruationi vitæ corporalis proximi. Ergo vitam proximi conſeruare, cũ periculo meæ nõ eſt actus virtutis, ſed prodigalitatis, & contra charitatem.

Deinde ſecundo magis peccat quis occidendo ſeipſum, quam proximum. Ergo magis tenetur homo ſuam uitam conſeruare, quam alterius.

13 *Secunda* eſt affirmantium licitum eſſe & laudabile uitam corporalem in aliquo euentu ad ſeruandam vitam corporalem amici æqualis conditionis certo periculo exponere. Sic S.Thom.3.diſt.29.q.15.art.5.ad 3.lib.1. de regimine principium.c.10. & 2.2.q.26. art.4. ad 2. & art.5.ad 3. Franciſcus a Victoria.relect.de homicidio.ad 5.num.27. Sotus lib.5.de iuſt.q.1.art.6.Dominicus Bãnes 2.2.q.26. ar.4.dub.3.Michael Salon.2.2.q.64.ar.5. ad 5.Petrus de Arraggon ibid. ad 4. & 5.Greg. de Valẽtia tom.3.diſp.3.q.4.punct.3. Corduba li.1.qq.q.38. ad 4.Toletus lib.5.Summæ.c.6.concluſ.3. caſu.3. Emanuel Sà in Aphoriſmis.in verb.Homicidium. Et colligitur ex Ariſt.9.Ethic.c.8.vbi ait, verũ eſt, quod de probo viro dicitur, eum amicorum cauſa & patriæ multa agere, etiãſi pro ipſis ſit mors oppetẽda. Et infra, Qui pro alijs mortẽ obire conſueuerunt, eligunt magnum quoddam honeſtum ſibi ipſis. Diuus etiam Hieronymus in c.7. Micheæ.& S.Ambroſ.lib.3. off.c.12. laudant id officiũ amicitiæ.& S. Aug.lib.de Amicitia. c.10.ait, *Pro amicis eſſe moriendum*.i.poſſe cum laude mortem oppeti, *ut ſanxit*, inquit, *diuina authoritas*, alludẽs nimirum ad illud Chriſti, *Ioan.* 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Et Lactantius lib.5.de iuſt.c.18.ait. *Quid iuſtus faciet, ſi nactus fuerit aut in equo ſaucium, aut in tabula naufragum? non inuitus confiteor, morietur potius, quam occidet.* Et ſubdit, *ſtultitia eſt*, inquiunt, *alienæ animæ parcere cum pernicie ſuæ. Num* etiã pro amicitia perire, ſtultum indicabitur? Quid ergo illi familiares Pythagoræi laudantur, quorum alter ſe tyranno vadem mortis pro altero dedit, alter ad pręſtitutum tempus, cum iam ſponſor eius duceretur, præſentiam ſui fecit, eumque interuentu ſuo liberauit? quorum virtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide mori maluit, ſi ſtulti putarentur. Denique ob hanc ipſam virtutem tyrãnus his gratiam retulit, vtrũque ſeruando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. Quin etiam deprecatus eſſe dicitur, vt ſe tertium in amicitiam reciperent; non vtique tanquã ſtultos, ſed tanquam bonos, & ſapientes viros. Et concludens, ait, Itaque non video, quare cum pro amicitia, & fide mori, ſumma gloria computetur; non etiam pro innocentia perire, ſit homini glorioſum. Ergo ſtultiſſimi ſunt, qui nobis crimini dant mori velle pro Deo; cum ipſi eum qui pro homine mori voluit, in cælum ſummis laudibus tollant. Quibus verbis eloquẽtiſſime probat ex eo glorioſum eſſe Chriſtiano mori pro fide Chriſti, quod glorioſum ſit pro amico mori. Vt pluribus ibi eleganter oſtendit.

14 Ratio igitur quare id licitum ſit, ea eſt, quia in hoc caſu qui vitam ſuam corporalẽ pro amico ponit, non vult maius bonum amico, quam ſibi, ſed pręfert bonũ honeſtũ ſuum vitæ corporali amici, quod ſine dubio licitũ eſt; quandoquidem amiſſio propriæ vitæ corporalis, alio maiori bono cõpenſatur, bono.ſ.honeſto, & actui uirtutis amicitię, benefaciẽdo amico. Vnde ſic exponendo ſe periculo mortis propter alium, magis diligit ſeipſum, quã amicũ, dum amico velit ſolũ conſeruationẽ corporis, ſibiipſi vero bonum honeſtum & actum virtutis, atque adeo non violat pręceptum charitatis, vt falſo Nauar.exiſtimauit. Quod vero ſecundo adducitur, ſolũ probat, teneri hominẽ potius uitã propriam quam alienam ſeruare, vbi non eſt aliud bonum, quam vita & vita; ceterum vbi eſt virtus colenda, poteſt homo vitã propriam perdere pro ſeruanda uita amici. Quod vero S.Aug.dicat, *regulam doctrinæ excedere uitam ſuam pro alio ponere*, intelligendum eſt, non eſſe in præcepto poſitum, vt quis id faciat, non tamen negat id licitum eſſe, quando vita alio bono honeſto compenſatur, vt diximus.

Hæc tamẽ ſecunda ſententia ita intelligenda eſt, quod non pro quolibet, & temere uita exponenda eſt. Nam ſi quis ſit valde utilis Reipub. & amicus non item, vitam pro amico exponere non debet. Item ſi habet familiam, & filios, qui ſine vita ſua educari, & nutriri non poſſunt, non poteſt vitam pro amico dare, quia licet ceteris paribus poſſet ſe morti pro amico offerre, quando tamen illud in aliorum præiudicium vergeret, non poteſt. Itaque in hac re opus eſt prudentia, vt quis ſciat, quando licitè uitam pro alio exponere poſſit.

15 QVINTVM DVBIVM eſt, An, & quando licitum eſt, aut præceptum morti ſe offerre pro ſalute & vita ſpirituali proximi?

In hac re ſupponendũ eſt præceptum aliquando eſſe vitam pro fide Chriſti exponere, adeo vt hæreſis omnino ſit Heleheſaitarum affirmare ſatis eſſe tempore perſecutionis corde credere, etſi exterius Chriſtum negemus. Vt oſtẽdit Euſeb.lib.6.hiſtor. Eccl.c.28.& patet *Rom.10. Corde creditur ad iuſtitiam ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Et Luc.9.& 12. Qui me confeſſus fuerit corã hominibus &c.& qui me erubuerit coram hominibus &c.* Hoc tamen ita intelligendũ eſt, vt tamen nõ ſit licitum ſe poſitiue occidere pro fide, niſi de ſpeciali reuelatione, & inſtinctu fieret, ut ſupra diximus, ſed ſolũ pati mortẽ ab aliis illatam. Immo vero non ſolum licitum eſt mori pro fide Chriſti tuenda, ſed etiam pro tutela cuiuſque virtutis. Vnde Eccleſia Io.Baptiſtæ martyriũ celebrat, quem tamen conſtat non in odium fidei eſſe interfectum, ſed quia Herodem de adulterio arguebat; & S.Th.Archiepiſcopus Cantuariẽſis martyr creditur, & pro martyre ab eccleſia colitur, qui tamẽ non pro fide Chriſti, ſed pro eccleſiæ immunitate defendenda occubuit. De qua re legendi ſunt S.Tho.2.2.q.124.art.vlt.Palud.& Doctores in 4.d.49. Sylu. in verb. martyrium. Sotus lib.5.de iuſt.q.1.art.6.concluſ.1.Pet. Nauar.lib.2. de reſtit.c.3.nu.113.&ſeq. Quia cum omnis virtutis finis ſit Deus, martyrium proprie erit pro quacunque virtute mori, cum reuera in tali caſu mori pro Deo dicatur. Sicut enim qui vitã ponit, ne Chriſtum deneget, animam ſuam pro Chriſto ponit, & vere martyr eſt; ita etiam qui vitandi quodcunque peccatum cauſa mortem oppetit, vitam pro amico, id eſt, Chriſto, ponit, martyrium ſubire cenſetur, plenamque pœnæ, ac culpæ remiſſionẽ accipit. His ita ſuppoſitis, Duo mihi in præſentiarum dicenda eſſe videntur.

16 *Primum eſt*, Malum ac peccatũ mortale eſt contra propriam charitatem martyrio ſe indiſcrete offerre. Sic Sylu.verb.Martyrium.in fi. Martinus. Nauar.in Man.c.15.nu.12. verſ.decimotertio. & Pet.Nauar.lib.2. de reſt.c.3.nu.109. Quod tũc cõtingit, quãdo ex tædio vitę, & nõ in fidei defenſionẽ, & Chriſti honorem, ſe morti offerret. Item qñ quis eſſet Eccleſiæ neceſſarius, nec aliqua neceſſitas urgeret ſe offerendi, tunc.n.non laudabiliter ſe exponeret. Vnde S.Sylueſter, S.Athanaſius & alij multi tempore perſecutionis latuerunt, qui vita ſua multo plus eccleſiæ profuerunt, quam morte profuiſſent. Quare Chriſtus hoc ſenſu dixiſſe videtur, *cum vos perſequẽtur in una ciuitate, fugite in aliã.* Econtra vero laudabile eſt ſe offerre, quando fructus ſperatur in fide ſeminanda, & propaganda, vt noſtrates in Anglia faciunt, qui ſumma cũ laude, atque cõſtantia, nec minori cũ fructu & lucro animarum Angliam ingrediuntur, multoſque ad fidem Chriſti conuertunt. Quia vero non quandocũque eſt laudabile, & obligatorium, ideo vt oſtẽdamus quando martyrium eſt in præcepto.

17 *Secundũ dictũ eſt*, Tenetur quilibet vitã pro Chriſto offerre, vel qñ ex omiſſione Chriſtiana religio derideretur apud infideles; quo ſẽſu Chriſtus Matth.10.Mar.8.& Luc.9.& 12.ait, *Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cũ venerit in maieſtate ſua, & patris, & Sanctorum Angelorũ.* Et, *Qui amat animam ſuam*, i. vitam ſuam, *perdet eam.* Vnde Petrus metu mortis Chriſtũ negando, & alij tẽpore perſecutionis, & modo apud Turcas fidẽ negantes, peccãt mortaliter. Etenim pluris facere vitã quam Chriſti honorem & fidei confeſſionem manifeſtum peccatum eſt: Vel qñ neceſſitas ſpiritualis proximi id expoſtulat, iuxta illud. 1.Io.3. *Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* nẽpe pro ſalute ſpirituali eorum, ſicut fecit Chriſtus, cuius exemplũ ibi Ioannes proponit, alludens ad illud Chriſti præceptũ *Io 15. Hoc eſt præceptum meũ vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos*, & oſtendit S. Aug.lib.de Mendacio.c.6.dicens, *Temporalẽ uitam ſuam pro æterna uita proximi nõ dubitabit Chriſtianus amittere.* Vnde Eccle.17.dicitur, *unicuique mandauit Deus de proximo ſuo.* Cuius rõ eſt, Quia cum ſimus inuicẽ mẽbra eiuſdẽ corporis Chriſti Eph.4. ratio ipſa dictat, vt membrum vnum expendat id quod eſt incomparabiliter minus, pro bono maiori alterius membri. Quando autem talis adſit neceſſitas ſpiritualis, aut quibus in caſibus quis ad id præſtandum obligatur, alterius loci eſt, nunc ſolũ pro difficultatis huius ſolutione & explicatione ſatis eſt oſtendiſſe id aliquando licitum eſſe, immo etiã aliquando in præcepto eſſe, de qua re nulla eſt inter authores controuerſia.

18 SEXTVM DVBIVM eſt, An ſe occidere permiſſiue; hoc eſt, permittere ſe occidi, ſit peccatum mortale, aut homicidium ſui?

Quæ difficultas propoſita a nobis eſt, vt ex eius explicatione ſoluamus caſus aliquot, qui difficultatem habere videntur. Omiſſo autem caſu, quo quis tenetur pati ſe occidi ab alijs in fidei defenſionem, quod certum eſſe debet. Dicendum eſt, communiter teneri vnumquemque vitam ſuã conſeruare inquantum poteſt, & debet, & hoc ſub peccato mortali. Quia cum non ſit dominus vitæ ſuæ, non poteſt ſine peccato abſque cauſa permittere ſe occidi, ſed vitam ſuam conſeruare tenetur. Dixi, *communiter*, quia ſunt multi caſus, in quibue quãuis poſſit, non tenetur homo vitam tueri.

19 *Vnus eſt*, quando quis permittit ſe occidi, ne alter moriatur in peccato Exempli gratia, ſi inuaſus a latrone aliter non poſſet ſe defendere quam latronem occidendo, abſque dubio poteſt permittere ſe occidi, potius quam latronem in illo caſu mittere in perditionem. Nec hoc eſt ſeipſum occidere, ſed non conſeruare vitam quando non tenetur. Sic Sotus lib.5.de iuſt.q.1.art.6.ad 1.& art.8.poſt medium. Michael Salon.2.2.q.64.artic.5.controuerſia.1. ad 5. Pet. de Arragon eadem q.artic.5. ad 3. Pet.Nauar.lib.2.de reſtitut.c.3.num.62. Caie.2.2. quæſt.64. artic.7. Franciſcus a Victoria. relect.de homicidio, num.24. in reſponſ.ad 3. Sylueſt.verb. Bellum.2.q.3.& Toletus lib.5.ſum.c.6. concluſ.3. caſu 4. Rõ eſt manifeſta, quia tunc non pro corporali uita inuaſoris ſe morti committit, ſed pro ſpirituali, cum conſtet illum eſſe in peccato mortali, quod ſi occiditur, fore damnandum. Cum enim in hoc caſu obiectum ſit præſtantius, dici non poteſt prodigalitas vitæ propriæ, ſed magnus actus ſuperabundantis charitatis. Id quod patet exemplo Chriſti, qui pro ſalute ſpirituali noſtra, eorumque qui ſui nequiſſimi, & nefarij aggreſſores erãt, mori non dubitauit, cum tamen facile ſe defendere potuiſſet. Non ergo quicunque licite poteſt vitam ſuam ſaluare, ad id tenetur, dummodo pro bono virtutis illam expendat. Confirmari hoc poteſt exemplo quod Victoria, & Arragon vbi ſupra in huius rei cõfirmationem adducunt. Si.n.Chriſtianus deprehenſus in ſolitudine a Pagano inuaderetur, eo quod eſſet chriſtianus, & ipſe poſſet ſe ab illo defendere etiam licite, & ſine ſcandalo fidei, nemo dubitaret, quin eſſet opus patientiæ ferre æquanimiter mortem in teſtimonium fidei. Et hoc non aliam ob cauſam, niſi quia non tenetur tunc vitam conſeruare. Ergo pari ratione dicendũ eſt de eo, qui inuaſus eſt a latrone, non teneri ſe defendere, ſed mortem corporis pati poteſt, ne alter in anima moriatur, quamnis ad hoc non teneatur. Notandum eſt enim, quod licet homo non ſit Dominus ſui corporis, aut propriæ vitæ, ſicut aliarum rerum, aliquid tamen dominij & iuris habet in vita ſua, ſcilicet, vſum illius, ratione cuius, qui nocet in corpore, non ſolum facit Deo, qui eſt ſupremus Dominus vitæ, ſed etiam ipſi homini priuato iniuriam. Et hoc ius, quod homo habet in

proprium corpus poteſt aliquãdo laudabiliter dimittere, atque perdere, ſicque mortem patienter ferre, quamuis habeat ius ſe defendendi.

Intelligendus tamen eſt præſens caſus de eo qui nõ eſt publica perſona, nec multum vtilis Reipub. Si enim eſſet perſona publica, & Reipub. vel alijs multum vtilis, & neceſſarius, & non eſſet talis ille inuaſor, tunc teneretur ſe defendere etiam occidẽdo, vt infra dicemus.

20 *Alter caſus eſt,* Quando duo eſſent in naufragio & vna tantum eſſet tabula, quæ duos ſeruare non poteſt, licitum eſt vni alteri cedere, & fac eſſe patrẽ & filium, licitum erit filio relinquere tabulam vt pater a morte liberari poſſit. Et quamuis Sotus, lib. 5. de iuſt. q. 1. artic. 6. ad 1. & Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 65. diſtinguant, dicendo id licitum eſſe antequam filius accepit tabulam, poſſe ſcilicet, tunc patri relinquere, quia tunc ſolum negatiuè ſe habet ad mortem, nimirum nõ faciendo id, quo poſſet viuere; ſecus autem ſi iam acceperat tabulam, quia tunc non poſſet eam dimittere, eo quod eſſet poſitiue ſe occidere, & ſuffocare; alij tamen vt Franciſcus a Victoria relect. de homic. in reſp. ad 5. nu. 26. Petrus de Arragon, 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4. & Michael Salon, ibid. ad 5. & Petrus Nau. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 63. & ſeq. & Toletus lib. 5. Sũmæ. c. 6. concluſ. 3. caſu. 3. abſolute docent ſiue ante acceptam tabulam, ſiue poſt acceptã, poſſe eam patri relinquere. Et certe vt recte notat Petrus Nauar. ſi Soti diſtinctio vera eſſet, ſequeretur quod nec ad ſaluandum Regem, aut Rempub. aut ob ſalutẽ ſpiritualem proximi liceret tabulam dimittere, puta ſi alter eſſet in peccato mortali notorio, a quo moraliter loquendo tunc exire nõ poteſt, propter magnam mentis turbationem, quæ tunc contingit, quia nec pro Rege, nec pro Repub. nec pro ſalute animæ licitũ eſt alicui poſitiue ſe occidere.

21 *Tertius caſus eſt,* Duobus exiſtẽtibus in extrema neceſſitate, & vnicum ſolum panem habentibus, vnde alter ſolum poſſet vitam conſeruare, licet alteri habenti panẽ cedere alteri, cũ manifeſta morte ſui ipſius, abſque hoc ꝙ homicida ſui cenſeatur. Sic Franciſcus a Victoria, in relect. de homic. nu. 25. in reſponſ. ad 4. Michael Salon. & Petr. de Arragon. Petrus Nauar. & Toletus locis proxime allatis. & Emanuel Sa in Aphoriſmis. verb. Homicidiũ. Rõ pro vtroque caſu eſt, quia id non eſt cooperari ad propriã mortẽ, quod ſemper eſt illicitũ, ſed ſolum negatiue ſe habere, hoc eſt, nõ accipere id, quo vitã conſeruaret, vt qui nõ ſumit cibũ, aut faciendo id; quo amittatur, dando. ſ. alteri panem, aut tabulam, ſiue iam habeatur, ſiue poſſit haberi, quod non eſt ex ſe malũ, ſed ex fine poteſt eſſe bonũ; Sicut. n. bonũ honeſtum eſt mortem pro amico appetere, ita ẽt non conſeruare vitam propriam pro vita patris conſeruanda. Eſt. n. honeſtum valde parentib. potius quã ſibiipſi opitulari. Sic igitur negare, id eſt, non conſeruare vitam, etiamſi poſſet, non ei imputatur, quandoquidem nec ius ipſum naturæ, nec ius diuinum obligat in tali caſu panem ſumere, aut tabulam retinere, ac proinde mors propria ſequuta non imputatur ad homicidium non ſumenti, etiam indirecte. Sicut nec imputatur nautæ, nauis ſubmerſio, etiãſi poſſet ſuccurrere, quando eius abſentia erat ob maius bonum, ſcilicet ob vitam propriam tuendam, vel ſalutem ſuam ſpiritualem, aut quando alias non tenebatur impedire nauis ſubuerſionem.

Quod ſi dicas exinde ſequi, quod ſi in extrema neceſſitate eſſent pater, & filius, & alter extraneus & filius vnicum panem haberet, poterit illum dare extraneo, relicto patre. Quod probatur, quia poſtquam filius habet ius ſeruandi ſibi ſoli panem, & poteſt iuri ſuo cedere, ergo eum dare poteſt extraneo, nec vllam iniuriam faceret patri, cum pater nihil iuris habeat in illo pane. Reſpondeo, negando conſequentiam, quia licet filius poſſit panem ſibi retinere, & poſſit iuri ſuo cedere, non tamen co vult, ſed tenetur ex ordine charitatis ſubuenire potius patri, quam extraneo, & eo quod panis eſt in poteſtate filij, pater habet maius ius ad panem aut tabulam, quam extraneus, iuri autem patris in eo caſu cedere filius non poteſt.

22 *Quartus caſus eſt*, quando quis iuſte ad mortem dãnatus eſt, poteſt, & tenetur omnes eas actiones, quę ſunt diſpoſitiones ad occiſionem exhibere, vt ſcalã aſcendere, funi collum appendere, ſi ſuſpendendus ſit, nõ tamen poteſt ſe deijcere a ſcala. Item quãdo eſt in carcere, quamuis poteſt fugere, poteſt tamen etiam manere, etiamſi occidendus ſit. Sic etiam qui damnatus eſt, vt inedia moriatur, quãuis poſſit cibos ſine peccato ſumere, poteſt tamen non ſumere. ita Ioan. Maior. in 4. diſtin. 15. q. 22. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 5. artic. 4. Pet. Nau. lib. 2. de iuſt. c. 3. nu. 75. Toletus in Sũma. lib. 5. c. 6. cõcluſ. 3. caſu 5. & alij quos ſuo loco referemus & conſentit Couar. li. 1. Variar. reſol. c. 2. nu. 10. verſ. Sexto. Cũ Caie. 2. 2. q. 69. art. 4. quoad illud quod diximus de non fugiẽdo è carcere, quãuis ambo negẽt poſſe abſtinere a ſummẽdo cibo, ſi ei porrigatur. et S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 4. ad 2. docet damnatũ ad mortẽ oblata occaſione debere fugere, & damnatum, vt fame pereat, ſi nõ ſummat cibum ſibi oblatum, eſſe homicidã ſui. Sed vt diximus verior eſt eorum ſententia, qui docẽt poſſe manere in carcere, & poſſe nõ ſumere cibũ, quia vtrumque ex bono fine facere poteſt. Poteſt. n. manere in carcere eo fine, vt in eo impleatur iuſtitia, & alijs ſe præbeat exemplum, immo vt ait Pet. Nau. poteſt ſe in carcerem conijcere, & iudici præſentare, eſt. n. finis ille ob bonum uirtutis, vt conſtat. Et idem de non ſumente cibum, dicẽdum eſt. Non. n. eſt hoc occidere, ſed ceſſare a vita ſuſtinenda ob bonum virtutis. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 6. in corpore docet laudabile eſſe neceſſaria ſimpliciter ad vitam ſibi & filijs ſubtrahere, vt det alicui magnæ perſonæ, per quam eccleſia, vel Reſpublica ſuſtentaretur; quod certe licitum non eſſet, ſi id eſſet ſui occiſio, non enim licitum eſt ſeipſum occidere poſitiue pro Rege, vel Repub. vt conſtat. Vnde abſtinere a cibo ſumendo, propter finem virtutis bonum & licitum eſt. Qua ratione Petrus Nauarrus vbi ſupra num. 68. & num. 76. refert ex S. Auguſtino, & Henrico de Gandauo Quodlibet. 5. quæſt. 31. quod ſi quis ſciret cibum eſſe immolatum idolis, poteſt, immo debet abſtinere, etiamſi fame moriturus ſit; illa enim actio nõ eſt ſe occidere, ſed ceſſare a ſuſtinenda vita propter magnũ finem ſcandali, & religionis. Tunc autem vera eſſe poteſt S. Tho. opinio, ſ. debere ſumere cibum oblatũ, alias cenſeretur ſui homicida, quando non faceret

rob preſtantiorem finem,quam ſit vita propria.

Quintus caſus eſt, quando femina permitteret ſe occidi potius,quam pateretur ſe violari, vt v.g.minatur tyrannus, aut alius iniquus homo,vt rē cum viro, aut ſecum mulier honeſta habeat, alias eam interempturus eſt,in tali caſu non erit ſui homicida ſi reſiſtat etiam ſpreta morte.. Ceterum vt clarius exponam quid in tali caſu fieri poſſit,aut non poſſit abſque peccato, hæc mihi dicenda vidētur.

Primum eſt, ſi tyrannus, aut alius minatur viro mortem niſi cum femina etiam conſentiente rem habeat, tenetur potius mori, quam cum illa rē habere. Ratio eſt, quia tenetur potius mori,quā peccare: at vero non poteſt vir cum femina coire abſque peccato,quandoquidem id facere nequeat ſine conſenſu; Cum enim actiue concurrat, plane conſentire debet.

Secundum eſt, ſi femina in eo caſu ſolum negatiue ſe habeat immota manens, quamuis in foro exteriori rea adulterij iudicaretur, vel ſtupri, quia tacuit, in foro tamen interiori animæ, ſi interius non conſentiat, licite poteſt ſe ſinere cognoſci. Ratio eſt,quia dum nec conſentiat,nec periculum adſit cōſenſus, nō eſt peccatū, nec tenetur ad vitādam mortem reſiſtere, ſed pati poteſt ſe cognoſci: Atque adeo dum inuita patitur, non ſolum uiolentia abſoluta, ſed etiam ex metu mortis virginitatē non amittit, cum non conſentiat,licet neque etiā diſſentiat,ſed negatiue ſe habeat. Non enim inquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis,vt B. Lucia aiebat. Vnde egregie declamās quidā de Lucretia, vt refert S. Aug.lib.1.de ciuit.Dei.c.19.ait. *Mirabile dictu,duo fuerūt,& unus adulterīū commiſit, &c.* cuius caſtiſſimam uoluntatem laudat ibi Augu. & tñ conſtat non vi, ſed metu mortis oppreſſam fuiſſe. Quę doctrina colligitur ex Soto lib.5.de iuſti.q.1.art.5.in reſponſ.ad 3. Lud.Lopez p.1.inſtr.cōſc. c.65.Io.Benedicto in Sum.de peccatis.c.4.nu.7.in fi.Martino Naua.in Man.c.16.nu.1. Toleto lib.5. Sum.c.10.& Petr. Nau.lib.2.de reſtit.c.3.nu.104.

Tertium eſt,quamuis non tenetur femina pati ſe occidi, quando non timet probabiliter ſe conſenſuram in peccatum, quia tamen valde difficile eſt, ob vehementem naturæ in hūc actum inclinationem,& delectationem,non conſentire, ideo licite poterit id periculi præueniendo reſiſtere ēt morte ſpreta, immo laudabiliter pro uirtute moreretur, & ne inde offenſam fortaſſe incurreret.

24 *Sextus caſus eſt*, quando amicus indigeret auxilio,& obſequio meo in ægritudine,uel conſilio, in conſciētia poſſum licite adiuuare illum cū quantocūq; periculo proprio nec propterea peccati accuſandus aut reus ero. Intelligitur autem hoc,quādo eſt ſpes alicuius fructus, ſi.n.nulla eſſet ſpes fructus,nō videretur carere temeritate, ſi tā graui periculo quis ſe exponeret ſine ſpe fructus. Niſi forte dicamus, hoc ipſum,ſ.amicitiam, & fidem in amicos ſeruare,eſſe magnum fructum. Vnde uxor dānanda peccati non eſt,ſed potius laudanda, quæ ēt cum magno vitæ periculo, marito peſte laboranti aſſidet, etiamſi eius officium non erit marito vllo pacto profuturum, ſed ſolum, vt morienti marito officium,& conſolationem præſtaret.ſic Franciſc. a Victoria relect.de homic.ad 9.num.31.& relect. de temperant.nu.9. Petrus de Arragon.2.2.q.64. art.5.ad 5.Michael Salon ibid.ad 5.& Lud. Lopez p.1.inſt.conſc.c.65.& fauet Martin. Nau.in Man. c.24.nu.11.ver.Tertio.& expreſſe Emanuel Sà in Aphoriſmis.verb.Homicidium.

A *fortiori* verum eſt,quod communiter docent authores, quod paſtores animarum, v.g.parochus, qui ſe ſciret certo inficiendum eſſe morbo pęnitētis,ſi illius confeſſionem audiat, vel aliud ſacramētum ad ſalutem neceſſarium,miniſtret,alias in peccato mortali morituro, non excuſatur a peccato, immo tenetur cum periculo uitæ ſubditis ſuis neceſſaria ad ſalutem miniſtrare, nec poteſt tempore peſtis, aut alia ſimili populi calamitate officio ſuo renunciare,niſi forte ſit alius idoneus, qui ad illud tunc ſuſcipiendum,& exequendum ſe ſponte offerat, vt latius tradunt Martin. Nau. in Manu.c.24. nu.10.Petrus Nau.lib.2.de reſt.c.3.nu.77. Dñicus Bannes 2.2.q.26.ar.5. in fi.Greg.de Val.to.3.diſp. 3.q.4 punct.3. ante fi.Ludou. Lopez p.1. inſtruct. conſc.c.67.& alij. De qua re ſuo loco dicemus.

25 *Septimus caſus eſt*, de nauigantibus,& bella gerentibus; Etenim licet nauigare,& artem militarē exercere,etiam cum magno uitæ periculo,ſeruatis tamen circunſtantijs. Ad cognoſcendum autem quid in illis liceat,non oportet ſolum habere q́ reſpectum ad circunſtantias pro tempore occurrentes, ſed ad illas potius, quæ frequenter,& ut plurimum contingere ſolent. Habenda eſt etiam ratio potius boni, aut mali communis, quam boni aut mali priuati. Cum igitur abſolute loquendo nauigatio etiā tempore periculoſo valde vtilis eſt bono cōmuni, (ex cōmunicatione.n.nationum & prouinciarum per nauigationē factam, reſpublicæ maximā vtilitatem,& in pace, & in bello accipiunt) & preterea nauigatio non ita periculoſa eſt, quia ſemper ſpes probabilis eſt euadendi, immo pauci exinde moriuntur; Econtra vero ſi propter pericula tēpeſtatū hoīes a nauigatione deterrerētur,magna iactura boni publici fieret, conſequenter nauigatio ipſa ſimpliciter loquendo licita, & laudabilis eſt,adeo vt ſi aliqui nonnunquam nauigando pereant nō propterea ſui homicidæ cenſeri debent. Quod ſi aliqua nauigatio ſecundum peritiam artis nauigatoriæ in aliquo tp̄e adeo periculoſa eſſet, vt maior pars, vel fere oēs ſic nauigantes extraordinariū aliquod dānum patiantur, nec ad id ſubeundum ſit vrgens aliqua magna neceſſitas boni communis, vel priuati, qui ſic nauigarent,mortaliter peccarent.

Et eodē modo de militaribus exercitijs dicendū eſt. Cum.n.neceſſarium omnino ſit Reipublicę milites habere ad patriam defendendam,qui ſine militari exercitio prorſus inutiles eſſent bello, & deinde quædā ſunt exercitia militaria parū periculoſa, qualia ſunt equeſtria,& alia multa, quæ ad milites exercēdos ſufficiūt,fit,ut hæc & alia exercitia militaria,etiamſi periculū annexum habeant, omnino licita,& laudabilia ſint, quāuīs alijs multū periculoſis vti erit illicitum. Deinde vero quāuis milites ſine magno & graui periculo exerceri nō poſſent, non tñ propterea omittenda oīno eſſent exercitia bellica: quādoquidē minus malum temporale tolerandum eſſet, ad euitādum maius,ne.ſ.aut patria perderetur, tyranniq; illam occuparent, aut ēt in bello victores,multo plures occiderent, quia milites nō ſunt exercitati, quā ſi omnia bellica exercitia aſſumere potuiſſent. Sic Franciſcus a Victoria in relect. de homicidio. nu. 32. ad 10. Pet. de Arragon 2.2.q.64.art.5.ad 5. Michael Salon. ibid. ad 5. Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 61. Lud. Lopez p. 1. înſtr. conſc. c. 65. & Toletus in Sum. lib. 5. c. 6. conclu. 4. verſ. Prima.

26 SEPTIMVM DVBIVM eſt, an damnatus ad ſumendum venenum, aut ad venam ſibi abſcindēdam, qua totus eius ſanguis effluat, ſeu homicida ſit & an licite hæc facere poſſit? Duæ ſunt in hac re ſententiæ.

Prima eſt Franciſci a Victoria, qui in relect. de homic. nu. 30. in reſponſ. ad 8. docet licitum eſſe, quia cum ſuppliciū illud poſſit eſſe iuſtum, & a iudice iuſte inflictum, nec aliter pœna irrogari pōt, niſi vt ille venenum epotet, nihil videtur, cur non liceat ei venenum haurire. Sicut licet damnato ad mortem aſcendere ſcalam, & ei qui damnatus eſt gladio, prębere iugulum, neque. n. vnus magis cooperatur morti ſuæ, quā alius. Vnde olim hoc mortis genere ſolemni Athenienſes condemnare ſolebant viros nobiles, quo & Socrates damnatus fuit, qui a Cicerone, & alijs laudatur. Sic etiā Ioſephus vt ipſe de ſeipſo refert lib. 2. de bello Iudaico. c. 27. data ſibi optione, an ipſemet ſibi mallet vnā manū truncare, quam permittere vt ambabus truncaretur, elegit unam ſibi manum amputare. Eandē ſententiā tenent Petr. de Arrag. 2.2.q.69.ar.4. Eman. Sà in Aphor. in verbo. Iudicialis actus. §. De Reo. Ema. Rodriquez tract. de ord. iudic. c. 14. concl. c. 2. & fauet Tole. in Sum. li. 5. c. 6. cōcl. 4. ver. Prima.

Secunda, eſt Caie. 2.2.q.69.art.4.dub.7. Soti lib. 5. de iuſti. q. 6. art. 4. controu. 4. Dominici Bannes ibi. conclu. 6. Petri Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. num. 81. Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. c. 65. & Coſmi Philiar. de off. ſacer. par. 2. lib. 4. c. 8. dicentium tales leges omnino illicitas eſſe, quippe quib. condemnarentur rei ſeipſos occidere, aut mutilare, vnde eas chriſtiana religio non admittit, ſed nec eis vllo modo obediendum eſt.

Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, actus quibus homo diſponitur ad mortē, eſſe duplices, quidam enim ſunt proximi & immediati, ex quibus proxime, & efficienter ſequitur mors, vt ſeipſum præcipitem dare, ſe è furca proijcere, potatio veneni, abſciſſio venæ, qua totus ſanguis effluat &c. Alij vero ſunt remotiores quos nec proxime, nec efficienter ſequitur mors, ſed ſunt quædam diſpoſitiones ad facilius patiendam mortem, vt aſcendere ſcalam, extendere collum, extrahere linguā, &c. Actus primi generis omnino illiciti ſunt reo, & proinde nec iudex reo illos præcipere poteſt, nec reus illos exercere poteſt, cum hoc eſſet ſeipſum occidere, quod illicitum eſt; ſolum enim condemnari poteſt reus ad mortem patiendam, non autem vt eam ſibi inferat. Cum igitur potatio veneni, & abſciſſio venæ qua totus ſangnis effluat, huius generis actus ſunt, & ex eis efficienter conſequitur mors, omnino illiciti ſunt, ſicut & illicitum eſt ſeipſum occidere. Si enim occiſor ſui diceretur, qui vel ferrum ignitum, vel plumbum ardenter liquidum ſumeret, aut ſe aqua ſuffocaret; ita multo magis qui aquam ipſam, reſpirationem, & vitam auferētem, aut ignem, aut uenenum intra ſtomachum ſumeret. Quid. n. refert, an calore, vel frigiditate nimia mors eueniat, ſi vtrumq; ab eodē applicatur. Sicut nec intereſt, an infundendo mortiferum, an effundēdo quod eſt vitale pereat. Nullo igitur modo aut venenum ſumere, aut uenam abſcindere licet qua totus ſanguis paulatim effluat. Hinc ſoluitur ratio in contrarium, dicendum namque eſt, nec iudicem præcipere poſſe reo vt venenum bibat, nec reus obedire poteſt, cum id eſſet ſibi mortem inferre, quod illicitum eſt, ſecus autem dicendū eſt de aſcenſu ſcalę, extenſionis colli, aut extractionis linguæ, cum huiuſmodi actus non ſint ultima diſpoſitio ad mortē, nec ex eis ſequitur neceſſario, & efficiēter mors, ſed ſolū ſunt diſpoſitio ad ſuauius, & facilius moriendum, & patiendum. Quod ſi ex iuſta cauſa iudex cōdemnaret reum ad potationem veneni oīno violentā, & inuoluntariā, ut quod eo ligato, & ore per vim aperto, infunderetur ei venenum, tunc reus ſecundum omnes diglutiendo non peccaret, cum actio illa eſſet ipſi oīno inuoluntaria & in ea haberet ſe tm̄ paſſiue, nec peccaret iudex, ſi id ex iuſta cauſa faceret. Nec obſtat exemplum Ioſephi, (quod licitū fuiſſe docet Tol. vbi ſup. concl. 2. in fi.) quia male fecit, ſicut male faceret, qui particulā linguæ ſibi reſecaret, ut maius damnum euitaret; eſt. n. contra ius naturæ, vt quis in ſeipſum agat, vt carnifex, nec illud mediū neceſſarium erat per ſe ad ipſius cōſeruationem, ſed ex malitia tyrrāni. Secus aūt dicendū eſt, ſi quis putridū haberet membrū, in quo caſu ſi non haberetur copia Chirurgi, infirmus in arte peritus poſſet illud ſibi abſcindere, ſicut alia quacunq; via ſibijpſi mederi, vt Sot. & Philiar. locis proxime allatis annotarunt, & fatetur Ang. verbo. homic. 1. nu. 2. aperire vero os, quo alter venenum infundat, puto licitum eſſe, vt docet Rodriquez vbi ſup. cum hæc actio ſit ſecundi generis, nec ab alio commode fieri poſſit, quicquid Petrus Nauarrus id neget licitum eſſe.

27 *Hinc* facile patet, quid de illis dicendum ſit, qui aſſumunt venenū, vel permittūt ſe a ſcorpione, vel vipera morderi, ad experiendam theriacam a viro legali & perito in arte factam, quam expertus eſt iam in bruto animali. Mart. n. Nauar. in Man. c. 15. num. 8. ante factum, peccatum mortale eſſe putat, poſt factum autem ſic ſummentem peccati damnare non audet. & fauere videtur Michael Salon. 2.2.q.69.art.4.ad 5. At certe id abſque ratione dictum eſſe videtur, ſi. n. eſt homicidium, aut aliud peccatū mort. ante factum, non minus erit poſt factum. Vnde Lud. Lopez p. 1. inſtru. conſc. c. 63. docet eſſe peccatum mortale etiam ante factū. Quorū opiniones non indoctè conciliat Pet. Naua. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 83. quod trib conditionibus concurrentib. poſitis a Nauar. ſ. vt componens illam theriacam pro homine legali habeatur: Deinde, vt in bruto animali periculo facto, virtus eius comprobata ſit; Et demum quod ſumens eam, credat eſſe talem, & nullū eſſe periculum, ſic licitum erit accipere, eſt enim ac ſi non acciperet quoad effectū moriendi, etſi in eius ſumptione poſtea appareret periculum, poteſt ſtatim adhiberi remedium. Si vero talis probabilitas non adſit, nullo modo licitum erit ſumere, eſſet enim directe cooperari ad occaſionem ſui, in quo ſenſu vera eſſet ſententia Lud. Lopez & quorundam aliorum.

Idem omnino dicendū eſt de eo, qui aliquo ioco vtitur, cum probabili uitæ periculo, vt qui ambulat ſuper funē excelſiori loco ſuſpēſum, ſecus ſi viribus, & velocitate ita polleat, vt prudentis arbitrio non ſit tale periculum. Quãuis enim aliquãdo ſequitur mors, quia tamen habita ratione perſonæ non erat tale periculum, non erit peccatum mortale in illo, cū fuerit mors omnino accidentalis, ex Martino Nauar. in Manu. c. 15. nu. 8. verſ. 8. Ludo. Lopez p. 1. inſtr. conſc. c. 36. Petro Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 83. poſt Sylueſtrum ver. ars. q. 8.

28 OCTAVVM DVBIVM eſt, An liceat ieiuniis, & corporū afflictionib. ita vti, vt vel ſaluti notabiliter noceāt, vel exinde vita notabiliter abbreuietur. De hac re legendi ſunt Franciſcus a Victoria. in relect. de tēperantia. concluſ. 1. nu. 1. & in fi. num. 12. & relect. de homicidio. nu. 33. & 34. in reſponſ. ad duodecimum. Sotus in relect. de tegendo ſecreto. memb. 1. q. 3. concl. 3. in confirmatione. 5. argu. & li. 5. de iuſtitia. q. 1. art. 6. ad 1. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 1. Martin. Nau. in Manu. c. 15. nu. 12. verſ. Decimoquarto. Couar. li. 1. Variar. reſolut. c. 2. nu. 10. verſ. Quarto. Petrus de Arrag. 2. 2. q. 64. art. 5. ad quintum Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. num. 86. & ſeqq. Lud. Lopez p. 1. inſtruc. conſc. c. 64. Toletus in Sum. li. 5. c. 6. concluſ. 4. verſ. Tertia. & alii. In qua re, hæc mihi, omiſſis ſuperfluis ad materiā temperantiæ pertinentibus, dicenda videntur.

Primum eſt, Nemo, ad uitam prolongandam, cibis optimis & delicatiorib. vti tenetur, etiāſi poſſit, ſed cōibus naturaliter productis. Sic Maior in 4. diſtinct. 38. q. 24. Victoria, Petrus Nauar. Petrus de Arragon. Couar. & Lopez ubi ſupra. Quamuis enim teneatur homo non abrumpere uitam, nō tenetur tamen omnia media etiā licita, & exquiſita quærere, vt longiorem uitam faciat. Id quod manifeſte patet, quia dato, quod aliquis certo ſciat, quod in India, aut in alia ciuitate etiam propinqua ſalubrior, & clementior aura ſit, & quod ibi diutius viueret, quam in patria, aut propria ciuitate, non tenetur nauigare in Indiam, immo nec de vna ciuitate ad aliam ſalubriorem. Nec enim voluit Deus nos tam ſolicitos & anxios de longa vita. Neque ſi medicus conſulat, dicens, quod ſi uinum bibere voluerit, viuet diutius decem annis, quam cum aqua, ideo tenetur bibere vinum, vt diutius viuat, vt notat Victoria vbi ſupra, potus enim aquæ non eſt contrarius uitæ, atque adeo qui biberet aquam nō cenſetur minuere uitam, aut ſe occidere, ſed non producere, et prolongare uitam, ad quod non tenetur quiſpiam, vt diximus. Et denique contrariū affirmare, eſſet damnare omnia ieiunia eccleſiaſtica, et monaſtica. Ex quo ſequitur, quod non tenetur quis uti medicinis ad prolongandam uitam, etiam vbi eſſet probabile periculum mortis, puta, quotannis ſumere pharmacum ad uitandas febres, vel aliquid huiuſmodi. Sic Victoria in relect. de tēperantia. nu. 14. et Petrus de Arragon. vbi ſupra. Vnde eſt illud S. Agathæ, *Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui*, relatum a Victoria in relect. de temperantia. in principio.

Quod ſi obijcias, tenetur quis uti alimento ad vitam prolongandam, ergo & pharmaco.

Reſpondetur primo, non teneri vti cibo meliori, & pretioſo, ut diximus. Secūdo, neganda eſt cōſequentia, alimentum enim per ſe medium eſt ordinatum ad uitam animalis, & naturale, non autē pharmacum, nō tenetur autem quis adhibere omnia media poſſibilia ad uitam conſeruandam, ſed media per ſe ordinata. Rurſus, aliud eſt mori ex defectu alimenti, quod imputaretur homini, & eſſet mors violenta, (quod intelligo extra caſum, quo ex ſententia iudicis damnaretur, ut fame periret) & ſic non cōmedere, eſſet ſe interficere; aliud eſt vi morbi ingruentis naturaliter, & ſic nō ſummere pharmacū, eſſet ſolum non impedire mortē aliūde imminentem, ad quod non ſemper tenetur homo. Id quod locum habet, qñ quis non omnino certus eſſet de morte ſecutura, ſi a medicina ſumēda abſtineret. Si. n. quis haberet certitudinē moraliter, q; per pharmacū reciperet ſalutē, ſine pharmaco autē moreretur, tunc niſi adeſſet iuſta cauſa abſtinēdi, vix uidetur excuſari a peccato mortali, ſi non ſummat medicinam, cum medicina per ſe etiā ordinata ſit a natura ad ſalutem, vnde Eccl. 38. dicitur. *Honora medicū, propter neceſſitatem etenim illum creauit altiſſimus.* Item *Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illā, &c.* Sed quia hoc uix poteſt eſſe certum, ideo non ſunt damnandi de mortali, qui in uniuerſum decreuerunt abſtinere a pharmacis, ut Victoria in dicta relect. de temperantia. nu. 1. concl. 1. animaduertit.

29 *Secundum eſt*, Si quis utitur alimētis, quib. hoīes cōiter utuntur, & in quantitate, q̄ ſufficere ſolet ad valetudinē cōſeruandam, dato qđ ex hoc abbreuietur vita ēt notabiliter, & hoc pcipiatur, nō peccat. Sic Victoria in relect. de tēperantia. nu. 14. & Pet. de Arrag. ubi ſup. & Lopez loco proxime citato: & patet ex dicto primo, quia nō tenetur uitā prolōgare, nec mutare ſolū ad aliū locum ſalubriorē. Dixi, *Si vtantur alimentis cōibus*; ſunt enim quædā alimenta, quæ proprie non ſunt alimenta, eo quod de ſe ſunt inſalubria, & nociua humanæ valetudini, & de his dicemus in ſequētibus; Alia vero ſunt alimenta, quæ licet non ſunt ita ſalubria ſicut alia, non tamen ſunt contraria uitæ humanæ, ut piſces, oua, lacticinia, potus aquæ, & ſimilia, quibus communiter vtuntur homines, & de his intelligēdum eſt hoc ſecūdū dictū, quib. ſi quis veſcatur ad ſufficientiam, etiāſi inde abbreuiari contingat uita, & a ſalubrioribus abſtineat, non peccat: non enim uitæ conſeruandæ gratia oīa media adhibenda ſunt, ſed illa tātum, quæ ad hoc ſunt neceſſaria & congrua. Qđ intelligi dēt de ſanis, & bene habētibus; ægrotantibus. n. aliqui cibi ſunt inſalubres, & nociui, q ſanis ſunt ſalubres, vt piſces, lacticinia, &c. unde ægrotis non eſſet licitum uti huiuſmodi alimentis.

30 *Ex* his duobus dictis facile ſolui poſſunt ea, quæ obijci ſolent contra abſtinentiam Carthuſianorū, qui nō ſolum in bona valetudine, ſed etiā in morbis periculoſiſſimis abſtinent ab eſu carnium. Vt enim in primo dicto annotauimus, non tenetur qs uitam prolongare per alimenta delicatiſſima, & ex hoc ſecundo dicto conſtat, ſatis eſſe uti alimentis illis, quibus homines communiter utūtur, quāuis ex hoc abbreuietur uita. Vnde cum in morbis etiā periculoſis homines illius ordinis perpetuo abſtineāt a carnibus, et ſi qs poſſet comedendo carnes uitam prolongare, non tenetur eas comedere. Id quod cōfirmari pōt, tum quia cum carnes in eo caſu ſe habeant tanquam medicinæ, ſicut ſupra di-

ximus non teneri quē ſumere medicinā ad prolongandā vitā quantū poteſt, ita neque tenebitur Carthuſianus uitam ſuā prolongare comedendo carnes. Tum quia licet nonnunquam aliquis in nauigando, aut bellando moriatur, nō tamē propterea peccare cenſentur qui nauigationi, aut bello ſe exponunt, eo q̄ hæc iactura, cum non ita frequenter contingat, ferenda eſt, pro maiori bono, quod ex bello, & nauigatione conſequitur; Ita in propoſito, licet ſit aliqua iactura, quia aliquando Carthuſienſes ex abſtinentia carnium moriuntur, quia tñ id non ita frequenter accidit, merito ferunt hanc iacturam pro maiori bono ſcilicet uirtutis abſtinentiæ. Etenim cum ex eo quod in caſibus periculoſis inciperet diſpenſatio comedendi carnes, facile diſſolueretur rigor diſciplinæ & abſtinentiæ monaſticæ, tenebitur infirmus pro bono communi religionis abſtinere à carnibus. Quis.n. non videt qđ exinde haberetur exemplum ad multos alios caſus, immo omnes graues morbi eſſent occaſio ſoluendæ abſtinentiæ, maxime cum medici ex induſtria augeant opinionem, & timorem mortis in ægritudinibus, atque adeo paſſim in infirmarijs, Carthuſienſes veſcerentur carnibus ſicque paulatim ſequeretur diſſolutio ordinis, & religionis, vt recte Franciſc. a Victo. in relect. de temperantia. citans Io. Maiorem 4.d.38.q.4.& Martinum. q. de abſtinentia, & Iacobum Alma. in Moral. c.3. annotauit.

31 *Tertium eſt*, Quamuis ægrotus in morbo potens ſumere cibū, vel alimentū cū aliqua ſpe vitæ, cibū ſumere teneatur, ſicut ægrotanti dare tenetur, ſi tñ in vltimis poſitus, & quaſi deſperatus iacet, & tanta in eo ſit animi deiectio, & appetitiuæ uirtutis tātā conſternatio, vt nō niſi per ſummū laborem, & quaſi cruciatū quendā comedere & deglutire cibū poterit, non eſt tanq̃ ſui occiſor condemnandus, ſi comedere non contendat, quia tūc reputatur quaſi quædā impoſſibilitas nec tenetur cū tanto cruciatu uitā prolongare, maxime ubi aut nulla, aut perexigua ſpes vitæ relicta fuerit. Sic Victoria in relect. de tēperantia. nu.1. propoſitione. 1. verſ. Ad argumenta. & Ludo. Lopez p.1. inſtruct. conſc. c.64.

Quartum eſt Si quis ſingulari inedia, vel cibo nociuo, vt fungis, crudis herbis, & acerbis, & alijs ſimilib. humanæ valetudini nociuis, uteretur, ita ut uel ſcienter, vel ex aliorum bonorum & ſapientū ſententia breui abrūperetur uita, nō excuſaretur a mortali; Quia id nō eſſet prolōgare vitā, ſed abrūpere, quod ſine peccato mortali fieri nō pōt, niſi forte id faceret ex peculiari auxilio, & reuelatione diuina. Sic Franciſc. a Vict. in relect. de temperantia. nu.15. in fi. & relect. de homicid. nu.33. ad 12. Petrus de Arragon 2.2.q.64. art.5. ad 5. & Ludo. Lopez p.1. inſtr. conſc. c.64. & patet ex dictis.

32 *Quintum eſt*, Qui ex intentione, aut etiam aduertenter ſine tali intētione vitā notabiliter ieiunijs, vigilijs, abſtinentijs, pſalmorū decātatione abbreuiat, mortaliter peccat. Sic Victoria relect. de tēperantia. nu.12. & relect. de homicid. nu.34. Caiet. 2.2. q. 247. artic. 1. Sotus relect. de tegendo ſecreto. memb.1. q.3. concl.3. arg.5. Martin. Nau. in Man. c.15. nu.12. Cou. lib.1. Variar. reſol. c.2. n.10. verſ. Quarto. Pet. de Arrag. 2.2.q.64. ar.5. ad 5. Pet. Nauar. lib.2. de reſtit. c.3. nu.88. Lud. Lopez p.1. inſtr. conſcien. c.64. & Toletus in Summa. lib.5. c.6. cōcluſ.4. verſ. Tertia. & colligitur ex S. Hieronymo. relato. in c. Non mediocriter. de conſecr. d.5. vbi ait, Non Mediocriter errant, qui bono magno p̄ferunt mediocre bonum, ut propter abſtinentiam immoderatam, & indiſcretam pſalmorum, aut officiorum decantationē, aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrant. & S. Auguſt. in regula ſua ait, Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit. Ratio eſt, quia ſi ſit contra charitatem ex intentione, vel aduertenter, abbreuiare vitam alterius, multo magis eſt contra dilectionem ſui uitam propriam abbreuiare, cum nemo dominus ſit uitæ, vel ſalutis ſuæ. Vnde S. Tho. 2.2.q.147. ar.1. ad 2. docet, contra rectam rationem eſſe tantum de cibo ſubtrahere, vt natura conſeruari non poſſit; ad cuius rei confirmationem, adducit illud S. Hieronymi, Non differt vtrum magno, vel pauco tēpore te interimas, quia de rapina holocauſtum offert; qui vel ciborū nimia egeſtate, vel manducandi, vel ſomni penuria immoderate corpus affligit.

Quæ omnia ex eo confirmari poſſunt, quia cum corporalis caſtigatio de ſe non ſit bona, aut mala, ſeu ut loquitur Apoſtolus, primo Timoth. 4. *ad modicum vtilis*, ſed inquantum deſeruit mortificationi appetitus, & inordinatarum animi paſſionum, vnde addit Apoſtolus, *pietas autem ad omnia vtilis eſt*, conſequens eſt, id tantum licitum eſſe, quantū ad pietatem conducere poteſt, vnde qui ex immoderato ieiunio, aut vigilijs impotentem ſe reddit ad debita pietatis, & deuotionis opera peragenda, contra rectam rationem agit, & peccat, vt ibidem tradit S. Tho. ſecutus S. Hieronymum dicentem, *Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias, ſenſus integritati præfert.* Vnde Apoſtolus 1. Timoth. 5. admonet Timotheum ne in hac re indiſcretus, aut crudelis contra ſeipſum ſit dicens, *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Etenim vt alibi ſcribit idem Apoſtolus, *rationabile eſſe debet obſequium noſtrum.*

33 *Sextum eſt*, Abſtinentiæ, vigiliæ, & labores illi liciti & laudabiles ſunt, qui ex regula ſūt inſtituti. Cum.n. illi a viris ſanctis ſint excogitati, & a Summis Pontificib. approbati, nec non multorum ſanctorū & doctorū virorum in talib. Congregationibus viuentiū vſu confirmati, & ad verā animi & paſſionū mortificationē, & veras virtutes aſſequēdas accommodati, & ad proximorū deniq; ædificationē, & ſingulare pœnitentiæ, & virtutis exemplū inſtituti, nullo mō contra rationis, & diſcretionis regulam eſſe cenſentur. Afflictiones vero ac corporales labores, qui a priuatis eorum perſonis, vel ſuperioribus cōcedentibus, vel præcipientibus, vel ſubditis ipſis ſumentib. cum diſcretionis, & rationis item regula ſumendi, & cōtinuandi ſunt. Quia vero ſepe Satanas ſe in Angelum lucis transfigurat, ne quis priuatus in hac re erret, non ſolum defectus ſuos, ſed etiam pœnitentias, mortificationes, & virtutes omnes, ac totam denique animam ſuperioribus ſuis aperire debet, hac enim ratione fiet, vt nunquam a rectitudine deflectat, & plurimum mercedis, & meriti apud Deū acquirat, prout egregie Sanctiſſimus Benedictus Patriarcha, & legiſlator noſter in ſua regula, capitulo 49. admonet.

34 NONVM DVBIVM eſt, An & quando liceat ſeipſum mutilare? Ratio difficultatis eſt, quia cum ſuperius dictum ſit, hominem non eſſe dominum membrorum, ſicut nec uitæ, conſequens eſſe videtur, vt ſicut illicitum eſt ſeipſum occidere ob quemcunque finem, ſcilicet, vel Reipublicæ, vel animæ propinquorum vel propriæ, ita etiam neque mutilare ſe liceat ob aliquem finem.

Reſpõdeo Communiter eſſe peccatum mortale membrum ſibi abſcindere, Sic S. Thom. 2.2.q.65. art.1. Petrus de Arragon, & Michael Salon ibidẽ. Sylu. verb. homicidium. 1.q.1.verſ. Primũ. Sotus lib.5. de iuſt.q.2.ar.1.concl.3. Martin. Nau. in Manuali.c.15.nu.11.verſi. Duodecimo. Ludo. Lopez p.1.inſtruct.conſcient.cap.64. Petrus Nau. lib.2. de reſtit.c.3.nu.94. & ſeqq. Toletus in Summa.lib.5.c.6.concl.2. Io. Benedictus in Summa de peccatis. lib.2.c.4.nu.3. & Emanuel Sà in Aphoriſmis. verb. homicidium. in fi. Ratio eſt, quia ſicut nec vitæ, ita nec mẽbrorum quis dominus eſt, vnde mortaliter peccat qui ſibi membrũ abſcindit, aut mutilat ex impatientia, ira, verecundia, vel alia inordinata paſſione; facit.n. contra ſui dilectionem, quam iure naturali, & diuino ſeruare debet. Cũ.n. vita totius ex membrorum integritate conſiſtat, ſicut nulli licitum eſt ſeipſum occidere, ita neque ſibi ipſi membrum amputare. Et denique omnia, quæ ſupra de occidente ſe attulimus, eadem prorſus huius actus deformitatem probant. Vnde abſcindere partes viriles, & ſe caſtrare ob caſtitatẽ, peccatum mortale eſt. Atque adeo damnatur Origenes ab omnib. peccati mortalis in eo quod ſe caſtrauerat, vt ſecurius per domos mulierib. prædicaret, ut habetur in c. *Si quis a medicis.* d.55. & lib.6. Hiſtor. Eccleſ.c.6. & Conc. Arelatenſ.2.c.7. & in canonib. Apoſtolorum idem damnatur in vniuerſum. can.22. & 23. & ſimilia habentur apud S. Baſilium in opuſc. de virginitate. & D. Auguſtinum lib. de virginitate c.23. & 24. Cuius optimam rationem aſſignat S. Tho. 2.2. q.65. artic.1. ad 3. Quia ad finem aliquem iuxta rectam rationem vti non licet medijs arduis & acribus, niſi quando ſunt omnino neceſſaria, & ad illũ per ſe ordinata, vnde cum ad ſalutem animæ, verbi gratia, ad turpes cogitationes vitandas, aut motus carnis, & incentiua libidinis reprimenda non ſint omnino neceſſariæ, aut ſecundum ſe ordinatæ abſciſſiones membrorum, ſed potius orationes, ieiunia, & euitatio periculi & occaſionis, ad carnem domandam membrum ſibi amputare non licet. Quare S. Marci factum, qui ſibi pollicem amputauit ex humilitatis abundantia, ne ſacris initiaretur (ſi vera ſit illa hiſtoria) niſi ex Dei reuelatione (quam pie credi poteſt interceſſiſſe) excuſetur, laude dignum non eſt, vt Sotus, Petrus Nauarrus, Petrus de Arragon, Michael Salon ubi ſupra tradunt.

35 Dixi, *Communiter eſſe peccatum mortale abſcindere ſibi membrum*, quia in aliquib. caſibus licitum eſt ſibi membrum amputare: Scilicet, quãdo vita, vel ſalus corporis ita omnino *alia via tueri non poſſit*. Vnde qui haberet membrum aliquod putridum, non ſolum poteſt permittere ſe membro illo truncari ob ſalutem totius corporis, ſed etiam id in ſe exequi poteſt. Sic expreſſe S. Thom. 2.2.q.65.art.1. ad 1. Petrus de Arragon, & Michael Salon inib. Sylu. uerb. homicidium. 1.q.1.verſ. Primum. Sotus lib.5. de iuſtitia.q.2.artic.1.concl.2. Petrus Nauar. lib. de reſtit.c.2.nu.97. Greg. de Val. to.3. diſpu.5. q.9. puncto. vnico. Toletus in Summa lib. 5.cap.6. concluſ.2. Ratio eſt manifeſta, quia bonum partis iuxta dictamen rectæ rationis exponendũ eſt pro bono totius, ſi enim totum periret, pars conſequẽter periret. Deinde Quia totum eſt principalius bonum & finis partis; Et ita etiamſi per ſe pars haberet eſſe (vt patet de parte mortali, quæ non eſt coniuncta in vnitate ſuppoſiti) exponi deberet pro ſalute totius. Vnde videmus brachium naturaliter inclinari ad caput, vel totum corpus, etiam cum ſui periculo, defendendum.

Dixi, *quando alia via ſalus, & vita corporis conſeruari non poteſt*, quia ſi aliter poſſit, non licet, iuxta dictamen enim rectæ rationis non ſunt adhibenda media ita dura, niſi quando ſuauiora non ſufficiunt.

36 *Quod* ſiquis obijciat, quod ſicut ſe occidere eſt malum, & nullo caſu licitum. Ergo nec ſe mutilare, aut membrum ſibi reſecare ob ullum finem licet, cum id ſit poſitiuum ſui homicidium.

Reſpondetur enim quod ſe poſitiuè mutilare non habet intrinſecam malitiam, ſicut ſe occidere. cuius rationem reddit S. Tho. 2.2.q.64.artic.5. ad tertium, & q.65.art.1. ad ſecundum, quia homo eſt liberi arbitrij in his, quæ pertinent ad præſentẽ uitam, & tale eſt membri mutilatio ob ſalutem totius corporis, tranſitus autem de hac vita in aliam non eſt ſibi commiſſa, ſed Dei uoluntatis. Aliter etiam reſponderi poteſt, quia licet nullus ſit dominus uitæ, ſicut nec membrorum, qui tamen ſe occidit, ideo peccat, quia iniuriam infert corpori illud uita priuando, cui iuri nullus renũciare poteſt Deo ſic iubente; Ceterum qui ſibi membrum amputat ob corporis ſalutem, nullam ei facit iniuriam, ſed potius eius bonum procurat, & proinde nullam ex ſe habet deformitatem, ſed laudem & honeſtatem, aut ſaltem vtilitatem.

Sic etiam ſi quis in bello, aut alio modo inique detineatur ligatis manibus, aut pedibus cum certo vel probabili vitæ periculo, nec illud euadere valeat niſi abſcindendo ſibi membrum quo vinctus, aut ligatus tenetur, poteſt ſibi illud abſcindere, vt mortem fugiat.

Item ſi quis alligatam manum ferro, aut tranſfixam ſagitta parieti haberet, videretque flammã ignis iam ipſum inuadentem, aut hoſtes irruentes, quos aliter quam membrum ſibi amputando mortẽ vitare non poſſet, licite poteſt vi brachium extrahere relicta ibi manu; Sic etiam qui a canibus detentus mortem timeret, nec aliter euadere poſſet quam abſcindendo membrum, licite id facere poteſt. Et qui domi occluſus ab hoſtibus interficiendus detinetur, licite poteſt cum manifeſto periculo fractionis pedis, vel manus per feneſtram ſe dimittere. Item qui manum habet veneno tactam viperæ, ne venenum cor comprimat, & moriatur, manum abſcindere poteſt. Sic Sotus lib.5. de iuſtitia. quæſt.2. artic.1. poſt concluſ.3. Petrus de Arragon 2.2. quæſt.65. artic.1. Michael Salon ibidem controuerſia.1. Greg. de Valent. tom.3. diſputat.5. quæſtio.9. puncto vnico. Petrus Nauar. lib.2. de reſtitut. capit.3. nume.98. Toletus in ſumma. li.5.

cap.6.concl.2.& Eman.Sa in Aphoriſm.verb.Homicidium. in fi. In his autem & ſimilibus caſibus, vt recte notant Sotus, Arragon, Toletus, & Greg. de Val.quamuis licite poſſet membrum ſibi abſcindere, non tamen tenetur id facere: quia præceptũ hoc conſeruandi vitam, non obligat cum tam difficili medio.

37 *An* vero ſi tyrannus minaretur alicui mortem, niſi manũ à ſe præſcinderet, aut daretur ei optio, vel vt membrũ aliquod ſibi abſcinderet, aut priuaretur duobus, vt de Ioſepho legitur, licite id facere poſſit, dubitant Doctores; Et quidem Pet.Nau.lib.2.de reſtit.c.3.nu.98. & nu.99. Toletus in ſum.lib.5.c.6.cõcl.2. in fi.& Eman.Sa in Aphoriſ.in verb. Homicidium.in fine partem affirmatiuam tenent. Alij vero ut Sotus lib.5.de iuſtit.q.2.art.1.concl.3. Petr.de Arragon, & Michael Salon locis proxime allatis, id omnino in his caſib. illicitum eſſe docẽt. Quia doctrina S.Tho.2.2.q.65.art.1. intelligitur ſolum de periculo ſalutis, & uitæ quod eſt ab intrinſeco, vt ex ægritudine, vel ex damno inhærente, & proxime afficiente, vt in exemplis ſupra allatis; quamuis enim vincula extrinſeca ſint, tamen conſtrictio membrorum ex uinculis eſt intrinſeca & inhærens, & ſimiliter morſus feræ, & ignis vrẽs; at vero quando tyrannus minatur mortem, periculum illud eſt ab extrinſeco, & proinde non licet ſibi ipſi membrum amputare, ſed pati, vt ipſe damnum quod uoluerit, inferat, cum ei non poſſit reſiſtere: vnde reprehenditur Ioſephus, qui unam manum ſibi amputauit, ne ambabus priuaretur, vt authores communiter affirmant.

38 DECIMVM DVBIVM eſt, an ſi expediat ſaluti corporis membrum abſcindere, & infirmus recuſet, poſſit Reſpublica ciuem, pater filium, vel prælatus ſubditum ad id præcepto compellere, cui reſiſtere ſit peccatum mortale.

Reſpondeo cum Soto lib.5. de iuſtit. q.2.art.1. concl.2.Petr.de Arragon 2.2.q.65.art.1. in princ. Michael Salon ibid.art.1.controu.2. Pet.Nau.lib.2.de reſtit.c.3.nu.102.& nu.103.

Primo, ſi commune bonum reſpiciamus, hoc eſt, ſi infirmus ille ſit ita neceſſarius Reip. vt eo mortuo non inueniatur alius ſimilis, vel fere æquiualens bono communi, & per eam abſciſſionem vel dolorem probabiliter credatur euaſurus mortem, tenetur ille dolorem illum pati, & poteſt a Repu. & ſuperiorib. ad id compelli pro bono. Nam ſi teneatur ille ex charitate, & iuſtitia legali non ſolum mẽbrum, ſed etiam uitam pro bono cõi exponere, quãto magis pati tenetur illã abſciſſionẽ, & dolorem, quamuis vehementẽ pro eodem bono cõi. An vero ipſe ſe ob eum finẽ reſecare poſſit, dubitat & probabiliter Pet. Nau. ubi ſup.nu.101. quia nõ vr̃ eſſe illud maximum, & naturale ius, ut licitum videatur ſibijpſi manus inijcere ad vulnus, & abſciſſionẽ. Vnde Michael Salon vbi ſupra docet, poſſe patrem ex conſenſu filij amputare uirilia filij, qñ vocẽ eius plurimum eccleſijs profuturam ſperat, dummodo id fiat ſine periculo mortis; quia cum hmõi Eunuchi non ſint neceſſarij, ſed ſolũ vtiles bono cõmuni eccleſiarũ, & quia poſtquã ſunt facti Eunuchi, non manet eis facultas ad quemcunque ſtatum, cum de iure clerici eſſe nõ poſſint, nec ex conſtitutione quadam Sixti V. quæ incipit, Sixtus V. edita anno 1587. die 7.Iunij, ad Cæſarem Hiſpaniarum Nuntium miſſa, eſſe poſſunt coniugati, ſine eorum conſenſu a parentibus ob bonum commune eccleſiarum caſtrari non poſſunt.

Secundo, ſi abſciſſio illa ſolum neceſſaria ſit ad bonum particulare, & ſalutem infirmi, tũc Reſpublica nõ habeat auctoritatẽ pręcipiendi, cum Reſpublica non habet ius, aut poteſtatem in corpora, aut membra ciuium in ordine ad bonum aliquod particulare, ſed tantum in ordine ad bonum commune. Deinde, quamuis parentes, & prælati pręcipere poſſint ſuis filijs, & ſubditis ſub peccato, ut ea medicamenta recipiant, quæ neceſſaria ſunt ad eorum procurandã ſalutẽ, etiamſi in illorũ ſuſceptione aliqualis difficultas, & dolor ſentiretur, ex eo quod bonum priuatum, & cura ſubditorum, & filiorum illis commiſſa ſit, ac proinde cum vnuſquiſque iure naturali media licita, quæ commode ſumi poſſunt, ad ſui corporis conſeruationem ponere tenetur, peccaret ſine dubio, qui abſque magno dolore cum poſſit ſaluti corporis ſuccurrere, ſe mori permitteret: Ad hoc tamen, vt ingentiſſimum dolorem in membri amputatione, vel corporis inciſione ferret, nec ſubditum prælatus, nec pater filium obligare poteſt. Ratio eſt, tum quia nec infirmus tenetur cum tanto dolore, & cruciatu vitam corporis conſeruare; vnde eſt illud Marij Romani dictum celebre, dum crus eius aperiretur, *Nõ eſt tanto dolore digna ſalus*. Tum quia ſuperiores non poſſunt omnia licita, & honeſta præcipere, ſed ea tantum quæ moderata ſunt: Quæ.n.ſunt maxime difficilia, & quę ſe habent velut actus heroici, vt grauiſſimos pati dolores, non cadunt ſub hominum obedientia. vnde S.Tho.2.2.q.65.art.1.in corpore, dixit: *Quod membrum totius corporis corruptiuum, de voluntate eius, cuius eſt membrum putridum, & de uoluntate eius, ad quem pertinet curare de ſalute eius, qui habet membrum corruptiuum, ob ſalutem totius corporis, & nõ aliter, licite præſcindi poteſt.* Et hæc de occiſione, ac mutilatione ſuijpſius dicta ſint; De irregularitate enim ex mutilatione, & homicidio proueniente abunde tom.1. theſauri caſuum conſcien.lib.6.c.15.& ſeq.lib 7.per multa capita diſputauimus.

De homicidio alterius priuata auctoritate facto. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *An ſit licitum priuata authoritate aliquem occidere.*
2 *An licitum ſit cuicunque de populo tyrannum palam aut clam occidere.*
3 *Quando tyrannum nullo modo occidere licet, eſt veritas tanquam de fide tenenda.*
4 *Quilibet priuatus aperte vel occulte tyrannum occidere poteſt, quando.*
5 *Si fuerit ſimplex promiſſio abſque iuramẽto poteſt occidere.*
Quid dicendum ſi fides, & promiſſio cum iuramento confirmetur? ibid.
6 *An maritus uxorem in adulterio deprehenſam licite poſſit occidere.*
7 *Legibus antiquis occidere potuit impune.*

Occidentem vxorem priuatim in adulterio deprehenſam dotem, & bona quæ marito lege adiudicantur amittere, ubi ſancitum ſit.

8 *Qui adulteros non inuenit in flagranti delicto, & eos ſimul non occideret, ſed alterum tantum, & mortale peccatum, & contra iuſtitiam.*

Priuata authoritate uxorem qui occidit ante Iudicis ſententiam, quamuis per leges ciuiles impunis ſit, peccat mortaliter peccato homicidij. ibi.

9 *Leges Ciuiles non præcipiunt, ſed permittunt, quare.*

10 *Dubij cuiuſdam ſolutio quid Nicolaus Papa de homicidio ſenſerit in adulterij deprehenſione.*

11 *Poſt ſententiam latam a iudice poteſt maritus exequi ſententiam, nec peccabit mortaliter aut venialiter, nec dotem amittit.*

12 *Patr. filiam in adulterio deprehenſam occidere olim licitum, iam uero leges illæ uſu abrogantur, ideoque priuata authoritate occidendo peccaret.*

13 *An cuicunque priuato liceat occidere inuaſorem pro uita propria defendenda.*

14 *Communis, & uerior ſententia contra Ioan. Gerſon, & alios quæ.*

15 *Iure ciuili, & canonico comprobatur licitum eſſe.*

16 *Solutio argumenti ſuperius allati. nu. 13.*

17 *Soluitur ſecundum pro confirmatione Ioan. Gerſon, & Hugonis. ibid.*

18 *Quænam conditiones requirantur ad moderamen inculpatæ tutelæ, ut occiſio inuadentis ſit licita.*

Qui probabiliter ſe occidendum uidet, poteſt præuenire, ſecus autem grauiter peccabit, & erit homicida, ibidem.

19 *An licitum ſit ad uitæ defenſionem occidere alterum ex intentione.*

20 *Dura nimis opinio eorum, qui negant licere priuato.*

21 *In defenſione ſui alterum occidentem occidere non priuata, ſed publica authoritate fieri, ut Greg. de Valẽ. cum alijs, falſum eſt.*

22 *De iure naturali licet tam laico contra clericum, quã clerico contra laicum ſe defendere, & in quibus locũ habet hæc defenſio.*

23 *Licet uel innocentem occidere aut puerum aut phreneticum in defenſione ſui, ſi aliter ſaluus quis eſſe non poteſt.*

24 *Etiamſi inuaſus dederit operam rei illicitæ, & occaſionem obtulerit inuaſori, iuſte poteſt inuaſorem occidere contra Mart. Nauarr.*

25 *An ſicut licitum eſt aggreſſorem occidere, liceat etiam prætermittere defenſionem ſuam, & potius mortem pati ne inuaſorem occcidat.*

26 *Veritas quæſtionis quatuor propoſitionibus abſoluitur.*

27 *An licitum ſit ob defenſionem honoris cum moderamine inculpatæ tutelæ aggreſſorem occidere.*

28 *Licita huiuſmodi defenſio procedit in ſolis nobilib. non plebeis, & in Laicis non Clericis aut Religioſis.*

In nobilibus autem percuſſio, ſeu occiſio licita ſit quãdo.

29 *Honorem auferentem, & fugiẽtem, repercutere uel occidere poſſe nobilem ab eo læſum docuit Nauarr. qui ab authores refellitur.*

30 *An pro rei familiaris defenſione inuaſorem occidere liceat.*

31 *Licitum eſſe pro defenſione bonorum inuaſorem occidere quomodo intelligendum.*

32 *Quomodo lege charitatis uita proximi rei familiari præferenda, unde ſoluitur argumentum.*

33 *Latro diurnus aut nocturnus ſine telo, & inermis iuſte occidi non poteſt, quare? & ſoluitur ratio Couarruuæ.*

34 *An quæ de defenſione prædicta ſunt, uera ſint tam de clericis, & regularibus quam de ſecularibus.*

35 *An eodem modo liceat interficere inuaſorem pro defenſione uitæ, honoris, ac bonorum amici uel proximi innocentis, & Reipub. cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

36 *An pro defenſione caſtitatis liceat inuaſorem occidere.*

EXplicata hactenus propriæ occiſionis ratione, ſupereſt, vt de alterius occiſione diſputemus, quæ cum duobus modis fieri poſſit, publica. ſ. & priuata auctoritate, de occidente priuata auctoritate in hoc capite propoſitis quibuſdam dubiis ſolita breuitate dicemus.

1 PRIMVM DVBIVM, an ſit licitum priuata auctoritate aliquem occidere? In hac re, vt omiſſis ſuperfluis rem ipſam breuiter explicemus; Dicendum eſt, non eſſe licitum homini priuato malefarem occidere. Sic S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 1. Sotus libro 1. de iuſt. q. 1. art. 3. S. Ant. par. 2. tit. 7. c. 8. §. 1. circa medium. Sylueſt. verb. Homicidium. 1. q. 2. verſic. quartum. Tabiena. eodem. verſic. Tertio. Nauar. in Manual. c. 15. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 64. ar. 3. Michael Salon ibid. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. puncto 3. Sebaſt. Medices in Sum. de peccatis, tit. 4. q. 94. Petrus Nau. lib. 2. de reſti. c. 3. nu. 428. Tole. li. 5. Sum. c. 6. & alii communiter. Id quod authores non ſolum probant ex hoc Decalogi præcepto, *Non occides*, ſed etiam ex illo dicto Chriſti Mat. 26. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Ille enim gladium proprie accipit, cui nõ eſt legitima auctoritate datus, ſed eo ipſe priuata auctoritate vtitur, dicente S. Aug. libr. 22. contra Fauſtũ. ca. 70. & de facto S. Pet. loquente, ad hunc modũ, *Factum Petri Dominus ſatis minaciter cohibuit, dicens, Recõde gladium, qui enim gladio vſus fuerit, gladio cadet, & c. Ille autem*, inquit *utitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate iubente uel concedente in ſanguinem alicuius armatur*. Et lib. 1. de ciu. Dei. c. 26. *Qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficium occiderit, uelut homicida iudicabitur, & tãto amplius, quanto ſibi poteſtatem a Deo non conceſſam vſurpare non timuit*. Cuius rei rationem reddit S. Tho. quia occiſio malefactorum ſolum licita eſt, quatenus iudicatur bono communi conuenire. Ergo ad illum tantum pertinet, cui boni communis cura commiſſa eſt, ac proinde ad eum, qui publica fungitur poteſtate. Quocirca nulla vnquã extitit tã grandis, & tam barbara natio, quæ priuatis perſonis proprias iniurias vlciſcendi copiam, & facultatem fecerit. Et merito quidem, nam ſi eidem ipſi, qui iniuriam paſſus eſt, propriam vindictam natura commiſiſſet, nemo eſſet, qui ſe vltra iuſtum, & æquum non vindicaret, cum dolor illatæ iniuriæ adeo plerumquę rationẽ obſcurat, & affectum in rabiem trahere ſolet, vt nõ quantum iuſtitia poſtulat, ſed quantum quiſque ſibi vindictæ ſumendum proponeret, ſe vindicaret, prout in priuatis contentionibus quotidie euenire videmus. Niſi igitur aliqua circunſtantia adſit, quæ id licitum reddat, peccat mort. qui alterũ priuata auctoritate occidit. Id enim, & charitati contrarium, & legi iuſtitiæ, & diuino pręcepto, quo di-

citur. *Non occides*, repugnat. Reſtat igitur examinare quænam circunſtantia concurrere debeat, vt quis priuata auctoritate licite alterum occidere poſſit.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, an licitum ſit cuicunque de populo tyrannum palam, aut clã occidere? Fuit olim de hac re hæreſis quædam, quam tempore Concilij Conſtantienſis tenuit quidã Io. Parey; Siquidem in Seſſ. 15. eiuſdem Concilij habentur hæc verba. *Nuper accepit ſancta Synodus multas aſſertiones erroneas fide, & bonis moribus dogmatizatas eſſe, &c.* & tandem damnatur hæc aſſertio tanquam hæretica, *Quilibet tyrannus poteſt licite, & meritorie occidi per quemcunque vaſallum etiam per clanculares inſidias, ſubtiles blanditias vel adulationes, non obſtante quocumque præſtito iuramento, ſeu confœderatione facta cum eo nulla expectata ſententia*. Quã doctrinam ſancta Synodus præhabita matura deliberatione declarat, decernit, & definit eſſe erroneã in fide, & moribus.

Econtra vero S. Tho. in 2. 2. diſti. 44. q. 2. art. 2. ad vltimum. Sentire videtur licere cuiuis priuato ciui occidere tyrannum, ait enim, Quando non eſt recurſus ad ſuperiorem laudabiliter occiditur tyrannus, qui per violentiam ſe fecit dominum. Vnde Iudicum 3. Aod quidam occidit Eglon Regem Moab, qui graui ſeruitute populum Dei premebat, Sica in fœmore eius infixa, & poſtea ipſemet factus eſt populi Iudex. Deinde idem S. Thom. refert Tullium libro de officijs, laudantem interfectores Cæſaris, qui tyrannide Rempub. fuit adeptus, & Decius Brutus commendatur, qui extincto Tarquinio Reges exegit. Et Mutius Sceuola laudatus eſt quod exitium Porſenæ ſit aggreſſus.

Propter definitionem Concilij Conſtantienſis Alphonſus a Caſtro libr. 14. de hæret. verb. Tyrannus, de fide tenendum eſſe docet, non eſſe licitum vaſallo principem aliquo modo occidere ob tyrannidem.

Alij vero vt Sylueſt. in verb. tyrannis. Tabiena ibid. Caie. 2. 2. q. 64. ar 3. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. ar. 3. Petr. de Arragon 2. 2. q. 63. art. 3. Michael Salon ibid. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 3. Pet. Nauar. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 314. Tole. in Summa libr. 5. ca. 6. & Emanuel Sa in Aphoriſmis verb. tyrannus, diſtinguunt de tyranno, qui dupliciter tyrannus eſſe poteſt, vno modo quoad ſubſtantiã, hoc eſt, titulo, & inuaſione, quia ſcilicet vi armorum, & tyrannide regnum obtinuit, & durante eadem vi gubernat, & talis vere nõ eſt verus, & legitimus dominus ius habens in regnum. Dixi, *durante eadem vi*, quia ſi deinde Reſpublica in illũ conſentiat, quãuis tyrannice introductus ſit, per illum conſenſum Reipub. deſinit iam eſſe tyrannus, & incipit eſſe legitimus princeps, & optimo titulo poſſidere.

Alio modo, quoad modum, quia ſcilicet vere eſt legitimus dominus, & iure hæreditario Rex, & princeps, in modo tamen gubernandi tyrannice gubernat, omnia in propriam vtilitatem conuertens, diſcordiaſque inter ſubditos aut ſeminans, aut nutriens, vt ipſe lucretur, & exaltetur. Qua facta diſtinctione, hæc mihi dicenda videntur ex communi Doctorum conſenſu.

3 Primum eſt, occidere tyrannum ſecundo modo, id eſt, eum, qui habet ius dominij, ſed tyrannice agit, nullo modo licet, & eſt veritas tanquam de fide tenenda, vt patet ex Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 15. vbi tanquam hæreſis damnatur eorum opinio, qui docuerunt quemlibet tyrannum licite poſſe a quolibet ſuo ſubdito occidi; damnatur enim ibi hæc propoſitio Ioan. Hus, *quilibet tyrannus licite poteſt a quocunque ſubdito occidi*. Item conſtat ex 1. Pet. 2. vbi Apoſtolus admonet Chriſtianos *ſubditos eſſe Dominis non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, Hæc enim*, inquit, *eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes, ac colaphizati ſuffertis? ſed ſi bene facientes patiẽter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deũ*. Ac ſi diceret, quicunque ſubditi parere tenentur ſuperioribus ſuis non ſolum quando benigni, & faciles fuerint, ſed etiam quando dure, & aſpere, & inique dominantur. Hæc eſt enim euangelicæ legis perfectio, vt Chriſtiani ſequentes veſtigia Chriſti patienter iniurias ſuſtineant. Deinde quia ſi quilibet tyrannus licite occidi poſſit a quocunque priuato, ſequeretur confuſio totius iuſtitiæ, quia tunc vxor maritum ſuum occidere poſſet, cum tyrannice in illam dominaretur, & poſſent oues interficere paſtorem ſuum, ſiue ille Parochus, ſiue Epiſcopus, ſiue Papa eſſet, ſi iſtorum aliquis tyrannice regeret, quæ omnia ſunt abſurdiſſima. Conſequentia patet, quia hi omnes ſunt tyranni, & tyrannice gubernare dicuntur, quãdo limites ſuæ poteſtatis excedũt. Denique vt recte Sotus vbi ſupra ratiocinatur, cum huiuſmodi tyrannus habeat ius, & titulum iuſtũ in Regno, non eſt niſi per iudicem deponendus, aut ſuo iure ſpoliandus; Quod ſi ſuperior non habeat, vel nequeat condemnari in iudicio ob potentiam, vel aliam cauſam, recurrendum eſt per orationem ad Regem omnium Deũ, qui eſt adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Eius enim potẽtiæ ſubeſt, vt cor crudele tyranni conuertatur in manſuetudinem, iuxta illud Prouerb. 12. *Cor regis in manu Domini, quocũque uoluerit, inclinabit illud*. Aliquando tamen *propter peccata populi permittit hominem hypocritam regnare*. Iob. 34. De qua re legendus eſt S. Th. li. 1. de regimine Principum. c. 6. vbi hanc materiam optime explicat, docẽs populum ad Deum recurrere debere per orationem, & pęnitere de peccatis, vt ſic ceſſet tyrannorum oppreſſio.

4 Secundum eſt, quilibet priuatus tyrannum primo modo, id eſt, qui per vim, & iniuſtitiam regnũ occupat, ſecluſo iuramento, aperte vel occulte interficere poteſt, ſi aliud non ſit remedium ſe ab iniuſta tyrannide liberandi. Dixi, ſecluſo iuramento, quia quid dicendum ſit in caſu quo populus fidelitatem ei iurauerit, aut promiſerit, infra dicemus. Dixi, ſi nõ reſtat aliud remedium, puta recurſus ad ſuperiorem, vel ad alium legitimum iudicem. Si enim pateat aliud remedium, nullo modo occidi poteſt a priuato quocunque ſubdito. Ratio autem cur, vt dictum eſt, huiuſmodi tyrannum quilibet licite occidere poſſit, eſt, Tum quia vnuſquiſque ius habet, etiam a natura, vt vim vi repellere poſſit, cum igitur tyrannus iſte continuus inuaſor ſit, & bono cõmuni inimicus, poteſt quilibet tanquam pars, & membrum Reipublicæ, vim, & iniuriam quam patitur Reſpublica, per modũ, iuſque defenſionis iuſte repellere, ſicque patriam, & ciues ab iniuſta hac vexatione, etiam illum occidendo, liberare. Tum

quia tyrannus iſte hoſtis eſt Reipub. & bellũ iniuſtum continuo gerit cum populo. Ergo ſicut licitũ fuiſſe cuicunque homini in belli conflictu, cum tyrannus ille Rempublicam eſt aggreſſus, ſi ad manus deueniret, occidere, ita etiam quocunque tempore eadem prorſus auctoritate publica illum occidere poteſt. Cum enim idem bellum ſit continuo perſeuerans, nullis iudicijs intermiſſum, nulla pace terminatũ, ratihabitio quædam & implicita commiſſio, cuiq; membro a Republica fit, vt pro ea ſurgat eiuſq; nomine, & auctoritate occidat, & iniuriam vindicet, bellumque ſibi illatũ retundat. Id tamen vt notat Pet. Nauar. vbi ſupra, curare debet occiſor, ita caute & conſulto facere, vt non peiores exitus, & ſcandala ex tali occiſione, ſperentur, vbi ſicut illa annus Syracuſana Dionyſium tyrannum viuere optabat, ne, ſicut ipſe durior alteri tyrannus ſucceſſit, ita & ipſi alius immanior ſuccederet. Et de hoc tyranno locutus eſt S. Th. 2.2. diſti. 44. vbi ſupra, & tales erant Iulius Cæſar, & Eglon Rex Moab, qui per iniquitatem atq; vim percuſſerat Iſrael, & poſſederat ciuitatem, vt Iudicum 3. habetur. Et ſic iuſte Aod tanquam pars Reipubl. auctoritate publica, & vt electus a Deo, illum occidit. Nec hoc eſt malefactores propria, aut priuata auctoritate occidere, ſed Reipublicæ nomine, & imperio, vt conſtat. Sicque ſolui poſſunt allata in contrarium.

5 Tertium eſt, ſi fuit ſimplex promiſſio, & fides abſq; iuramento de habendo illo Rege, non obſtante illa poterit occidi. Ratio eſt, quia promiſſionem iniuſte extorſit, & ita non poſtulat ius naturæ, vt illi fides obſeruetur, ſicut qui metu mortis latroni pecuniam promittit, dare non tenetur, ex S. Thom. 2.2. q. 89. art. 7. ad 3. eſt enim coacta, & nullius obligationis. Quod vero dici ſolet fidem etiam infideli ſeruandam eſſe, & inimico, verum eſt, cum non iniurioſe extorta eſt, ſed libera pacto, & promiſſio intercedit. Ceterum ſi acceſſerit promiſſio iuramẽto confirmata, tunc Pet. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. nume. 324. diſtinctione opus eſſe dicit, vel enim factum eſt iuramentum ſine intentione iurandi, & ſe obligandi, ſolum ad redimendam vexationem, & tunc non tenetur ſeruare, cum iuramentũ nullum fuerit, ſicut ſi iſto tantum modo latroni iuraret, non eſſet illi fides ſeruanda. Nec etiam periurus eſt, qui ſic iurauit. Quia cum iuramentum præter iuris ordinem exigitur, aut quæuis promiſſio, licite poteſt ſecundum propriam intentionem, & interiorem limitationem fieri, quo caſu non mendacium, ſed prudens cautela dici debet, iuxta ea, q̃ lib. 5. c. 6. dub. 1. propoſi. 3. & dub. 2. Corol. 1. latius expoſuimus. Sin autem animum iurandi, & obligãdi ſe habuit, tunc ſeruãdum eſt, nec poteſt ſine periurio contrauenire, prout etiam in iuramento facto latroni concedendum eſt, vt in d. c. 6. dub. 1. 2. & 3. annotauimus, & colligitur ex c. Si vero, & cap. verum. de iureiur. idque ob diuini nominis reuerentiam, quod etiam S. Th. 2.2. q. 89. artic. 7. ad 3. fatetur, & ex ſacris literis confirmari poteſt, in quibus habetur quemcunque fidem cum hoſtibus ſeruare debere. Vnde Iacob iratus eſt contra Simeonem, & Leui filios. Gen. 34. quod violauerunt pactum cum Sychimitis. Qua de cauſa Gen. 49. eis maledixit, cum ceteris benediceret, Simeon, inquit, & Leui vaſa iniquitatis bellantia, & 2. Paral. 36. reprehẽditur Sedechias, quod rebellauit contra Nabuchodonoſor regem Babylonis, ob iuramentum cũ eo initũ de fidelitate ſeruanda. Ceterum in hoc caſu duo obſeruanda ſunt, vnum eſt, facile concedendã eſſe diſpenſationem talis iuramenti, cum coacte fuerit præſtitum. Alterum eſt, quod eius obſeruatio non vergat in peiorem exitum, ſi. n. diſpendiũ eſſet ſiue animæ, ſiue corporis, puta cõtra bonos mores, aut quia nimis grauantur ciues, & alia mala oriuntur, talem tyrannum in regno tollerare, non eſſe obſeruandum, ſed non obſtante iuramento occidi poſſe.

6 TERTIVM DVBIVM eſt, an maritus vxorem in adulterio deprehẽſam, licite occidere poſſit. Ratio difficultatis eſt, quia ex vna parte certo eſt nemini licere propria & priuata auctoritate aliũ interficere. Ex altera vero parte leges ciuiles id concedere videntur, vt habetur in l. Gracchus, & l. Marito. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. Quod autẽ auctoritate legis fit, licite fieri videtur. arg. c. Qui peccat. 23. q. 4. Quæſtionem hãc tractant Theologi in 4. diſti. 37. & in additionibus ad tertiam par. S. Th. q. 60. art. 1. In particulari vero Richar. in 4. diſ. 37. art. 2. q. 1. Palud. ibid. q. 2. Sotus. art. 3. & lib. 5. de iuſti. q. 1. ar. 3. ad 1. Gabr. in 4. diſti. 37. q. vnica. arti. 3. dub. 2. Mart. Ledeſm. in 2.4. q. 62. ar. 2. in fi. Pet. Ledeſm. in addi. S. Th. q. 60. ar. 1. Pet. de Arrag. 2.2. q. 64. ar. 3. ad 3. Michael Salon 2.2. q. 64. ar. 3. controuerſ. 2. Pet. Nauar. lib. 2. de reſt. c. 3. n. 220. Io. Med. C. de reſt. q. 3. in cauſa 4. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 3. Eman. Sa in Aphoriſmis, verb. Homicidium, & optime omnium Couar. de matrim. par. 2. c. 7. §. 7. vt autem communis in hac re Doct. ſententia breuiter explicetur, & intelligatur quid olim legibus antiquis, & ciuilibus licuit, & quid modo in foro conſcientiæ fieri poſſit, ſequentibus dictis aperiam.

7 Primum eſt, legibus antiquis vxorem in adulterio deprehenſam maritus interficere potuit impunè. Hoc euidẽs eſt lege quadam Athenienſiũ, quam primo tulit Draco, eamque poſtea Solon approbauit, vt refert Plutarc. in vita Solonis, & eiuſdẽ meminit Cælius Rhodig. lib. 11. lect. antiq. c. 25. Quæ tamen lex non ſolum hanc poteſtatem marito, ſed etiam cuicunq. deprehendenti conceſſit. Et idem habetur in lege duodecim tabularum, vbi dr̃, Mœchum in adulterio deprehenſum necato. Poſtea vero maritis cõceſſum fuit, vt vxores in adulteriis deprehenſas ſine iudicio impune occidere poſſent, vt refert Aulus Gell. lib. 10. Noct. Atticarũ. c. 23. Quæ tamen poteſtas in lege Iulia de adulterijs, maritis adempta fuit. Ibi. n. conceditur marito ſolũ, vt adulterum occidere poſſet, ſi eſſet vilis, aut infamis perſona, cumq; domi ſuæ cũ vxore deprehenderit: patri vero permiſſum fuit, occidere adulterum quẽcunque cum filia ẽt in domo mariti deprehenſum, modo & ipſam filiã occideret ſimul. Id quod intelligi debet ex Couar. vbi ſup. n. 4. ſi filiam in ſua poteſtate haberet, alias non licuit patri eam, & adulterum occidere. Ratio autem, cur idem ius non erat maritis, quod patri conceſſum, eſt, tum, quia plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, mariti vero & calor, & impetus facile ſæuientis refrænandus fuit, leg. patri, & leg. nec in ea. ff. de adulter. Tum quia maritus non ha-

bet vxorem tanquam aliquid ſuum, ſeu infra ſe (quã tum ad onera matrimonij ſpectat) ſed tanquam ſociam, pater autem habet filiam nõ tanquam ſociã, ſed tanquam aliquid ſui, & infra ſe. Tum quia pater occidendo filiam coeuntem, nulli videtur facere iniuriam, maritus autem occidendo vxorem facit iniuriam legi matrimonij, per quod illi ſociata eſt, & etiam parentibus ipſius. Regiæ autem Partitarum leges maritis permittunt, vxorem, & adulterũ in crimine ipſo deprehenſos impune, & propria auctoritate occidere, nulla diſtinctione præmiſſa, vilis, an honeſtus ſit ipſe adulter. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordin. modo vtrumque occidat, ſi potuerit, licuit etiã marito olim Authenticorum, & Conſtitutionũ nouellarum iure quemcunque adulterum occidere, ſi eum in ſuſpecto loco cum vxore colloquentem deprehenderet, cum prius eũdem propter ſuſpicionẽ ter per ſcripta admonuiſſet, ne cum vxore in ſecreto, aut loco ſuſpecto confabularetur. Auth. vt liceat matri, & auiæ §. His quoque. colla. 8. & Authen. Si quis ei, Cod. de adult. Reg. l. 12. tit. 17. par. 7. quamuis iure Pandectarum id liceret tantum, quãdo maritus in domo propria adulterum deprehendiſſet. l. marito quoque. ff. de adult.

Illud vero annotandum eſt, maritum occidentẽ vxorem priuatim in adulterio deprehenſam, dotẽ, & illa bona, quæ ob adulterium vxoris lege marito adiudicantur, amittere. Sic Bald. Pau Immo. Rom. & Alex. in l. penult. ff. ſolu. matrim. Sotus in 4. diſti. 37. ar. 3. ante finem. Couar. in d. §. 7. nu. 7. & Pet. Nauar. vbi ſupra, num. 221. & Hiſpanis ſancitum eſt Taurina lege 82. qui enim ius propria auctoritate ſibi dixerit, etiam lege permittente, legale commodum non cõſequitur, l. interdum, §. qui furem ff. de furtis, quamuis ſi dos marito ex alia cauſa deferatur a lege, nõ amittit eam, etiamſi vxorem adulteram priuata auctoritate occidat.

8 Secundum eſt, Qui adulteros non inuenit in flagranti delicto, & eos ſimul nõ occideret, ſed vnumquemque per ſe, vel alterum tantum, & mortaliter peccat, & cõtra iuſtitiam, & perinde ad reſtitutionem tenetur, neque erit tali interfectori impune, etiam per leges ciuiles, & hoc certum eſt apud omnes, & colligitur ex c. Inter hęc. 33. q. 2. Sotus, & Couar. vbi ſupra.

Tertium eſt, Qui vxorem in flagranti delicto repertam priuata auctoritate, & ante ſententiam iudicis occidit, quamuis per leges ciuiles impunis ſit, peccat tamen mortaliter peccato homicidij, vt cõmuniter, & vere tradũt omnes Doctores paulo antea citati, & colligitur euidenter ex cap. Inter hæc, 33. q. 2. vbi habetur, Eccleſiam Dei mũdanis legibus non conſtringi, & ca. Admonere. ea. cauſa & q. interfectoribus vxorum grauis pœnitentia irrogatur, & expreſſe Stephanus Papa ibi docet, quod nullatenus eam occidere debẽt mariti, etiamſi in adulterio deprehendant, & tales vocat homicidas, & c. Si quod verius. 33. q. 2. quod colligitur ex S. Auguſ. lib. 2. de adulterinis coniugiis. ca. 15. expreſſe docet *non licere Chriſtiano homini vxorẽm adulteram occidere*: et præter oẽs Doctores, quos initio quæſtionis attulimus, id expreſſe docẽt. glo. in d. c. inter hæc. Ab. Anan. et Felin. in c. interfeciſti. de homicid. Iaſon. in l. vt vim, ff. de iuſt. et iur. Abbas in repet. ca. cum eſſes. de teſtam. in cap. ſi vero. 1. de ſent. excommu. et Feli. ibi. Fortun. in tract. de vlt. fi. illat. 11. Ratio eſt manifeſta, quia iure diuino naturali ſub illo precepto non occides, prohibetur a Deo vindicare ſe occidendo auctoritate priuata. Cum enim homo ſit ſui ipſius amãtiſſimus, iniquus eſſet ſui ipſius vindex, cum ergo in iſto caſu maritus occidat priuata auctoritate, peccat mortaliter.

9 Nec obſtant leges ciuiles, quæ id permittunt, Siquidem lex mundana non poteſt in homicidio diſpẽſare, ſed neque leges id præcipiunt, ſed permittunt ſolum impune fieri, ob iuſtam cauſam, pœnam remittẽtes ob iuſtum dolorem, ſicut etiam leges permittunt meretrices, leges igitur ſolum permiſſiuæ ſunt in foro exteriori, non ad liberandum illum a culpa, ſed a pœna tantum iudiciaria, quia deprehendentem vxorem in adulterio iudicat lex maritum paſſione tam vehementi tunc opprimi, vt vix aliud potuerit pro illo tempore, ob quam etiam cauſam, eccleſia eum, qui clericum cum ſua vxore, vel ſorore, vel filia turpiter deprehenſum percuſſerit, a ſententia excommunicationis excipit, capit. Si vero. 1. de ſententia excommunicat. eo quod non ita facile poterit quis dolorem illum iuſtum tunc temporis temperare, vt tom. 1. lib. 3. c. 27. nu. 23. latius expoſuimus. An vero idem dicendum ſit, quando clericum non ſolum percuſſerit, ſed etiam occideret, non ita certũ eſt, cum canon ille, non de occidente, ſed de percutiente clericum loqui videatur, vnde Fortunius tract. de vlt. fin. illat. 11. ait occidẽtem clericum cum vxore, ſorore, vel filia deprehẽſum, excommunicationem incurrere, quia canon ſolũ loquitur de percutiente. Syluest. autem. verb. excommunicatio. 6 num. 6. verſic. ſciendum eſt 4. §. Decimo. ait, occidentem clericum cum vxore, ſorore, aut filia deprehẽſum animo deliberato, excommunicatum eſſe, quia iuſtus dolor tunc temperari potuit, alioqui, inquit, ſi abſque deliberatione occiderit, excommunicatus non erit. Couarruuias autem de matrimo. par. 2. c. 7. §. 7. num. 12. docet occidentem in tali caſu excommunicatum eſſe, ſiue cum deliberatione, ſiue abſque deliberatione occiderit, differenter tamen, qui enim abſque deliberatione occidit, abſolui poteſt ab Epiſcopo, qui vero cum deliberatione, a ſolo Pontifice ſummo abſoluendus eſt, cuius ſententia mihi etiam probabilis videtur.

10 Quod vero obijciant, cap. Interfectores. 33. q. 2. vbi Nicolaus Papa ait, *Interfectores ſuarum coniugum ſine iudicio, cum non addas adulterarum, vel aliquid huiuſmodi, quid aliud habendi ſunt, quam homicidæ?* Quo loquendi modo ſignificare videtur, maritos occidẽtes vxores adulteras non eſſe homicidas, alioquin impertinenter addidit, *Si non addas adulterarum.*

Reſpondeo, vel id dixiſſe ſummum Pontificem, habito reſpectu ad leges ciuiles, ſecundum quas, qui vxorem in adulterio deprehenſam occidit, nõ habetur homicida quoad pœnam, vel ſecundo & verius ad mentem & ſenſum illius capitis, ſolũ dicit interfectores vxorum ſine cauſa adulterij, homicidæ ſunt, ſed non dicit, quod cum ea cauſa, nõ ſunt homicidij rei. Eſt enim argumentum a contrario ſenſu non ſemper firmum, vt Medina, Couar. Petr. Nauar. & Arragon vbi ſupra docent.

11 Quartum eſt, Poſt ſententiam iudicis contra adulteram latam, ſi depoſito omni liuore vindictæ

aut odio contra charitatem, maritus ille ſententiã exequatur illam ſententiam iudicis zelo iuſtitiæ occidendo ſuam vxorem, nec mortaliter, nec venialiter peccat, ſed neque tunc dotem amittit. Sic Doctores omnes, quos ſupra citauimus. Notandum eſt enim quod vxor adultera, & adulter in iudicio cõuicti marito accuſante, per ſententiam iudicis ipſi marito traduntur cum bonis ſuis, vt faciat quicquid libuerit, etiam vt eos occidat, lex autem hæc vt notat Sotus Hiſpanorum ingenio competens eſt, & congrua, alioqui vix poſſent creberrima adulteria caueri. Conſulto autem traditur adultera non lictori, qui iuſſu viri in eius præſentia eam iugulet, ſed marito ipſi, vt commiſerandus coniugis aſpectus vehementius eius viſcera ad miſericordiã commoueat, & cruentium ipſum facinus eius animum detereat, ne proprias.ſ. manus ſanguine intingat, vileque officiũ, atque infame exerceat. Hæc enim omnia poſſunt feruentem bilem hominis ſtupore illo mitigare. Conſtituitur maritus miniſter iuſtitiæ, non neceſſarius, vt carnifex, ſed liber, ita vt in eius libertate relinquatur vt eam occidat, ſi voluerit, vnde poſtea nõ ſolum impune (hoc enim priuilegio antea fruebatur, etiamſi abſque iudicio in flagranti delicto illam interficeret) ſed etiam licite, & abſque peccato occidere poteſt, non ſua, ſed auctoritate publica, conceſſa ſibi poteſtate a iudice, ac proinde cum lex illa iuſta ſit occidendo adulteros ex ſnĩa poſitiua iudicis, minime peccat. Quia ſicut licet legi ſententiæ exequutionem carnifici committere, nec carnifex peccaret exequẽdo ſententiam iudicis, ita poterit iudex ex ipſa lege hoc viro committere, maxime cum adulteræ occiſio non ſit reuocata a Chriſto, vt ſuperius contra Scot. in 4. di. 15. q. 3. docuimus. Cum enim lex mortis iuſta ſit, quid refert carnifex, an maritus hmõi adulteros occidat? immo benignior eſt lex, quæ legis antiquæ rigorem temperauit, non enim adulteram neceſſario morte condemnat, ſed arbitrio mariti committit, vt ſi velit, ei. ignoſcat. Neque in eo peccare cenſetur, quod cum miniſter liber conſtitutus ſit, poſſitque vti miſericordia cũ illis, ac proinde occidendo crudelis cenſendus ſit, quia quamuis ſit miniſter liber, vere tamen miniſter eſt, & auctoritate publica agit. Nam & ipſimet iudices in multis poſſent vti clementia, vel rigore, & tamen non peccant, ſi dimiſſa clementia vtantur rigore, quando id non faciunt ex odio perſonæ, aut iræ, ſed ex zelo iuſtitiæ, vt conſtat.

Nec valet, ſi dicatur, quando propria auctoritate occidit in actu adulterii inuentam mortaliter peccat, vt dictum eſt. Ergo etiam occidendo poſt ſentẽtiam iudicis, quia in vtroque caſu lex & ſententia iudicis eſt ſolum permiſſiua, & non præceptiua, vnde ſicut in primo caſu peccat occidendo, ita etiam in ſecundo.

Reſpondetur enim, conceſſo antecedenti, negatur conſequentia; Ratio differentiæ eſt, quia iudex poſitiue dat illi licentiam ad occidendum, & tradit illi eam in manus, atque adeo ſi quis vellet impedire maritum ab executione ſnĩæ, non eſt dubiũ quin iudex illum puniret, vel compeſceret, & conſequẽter iudex non ſolum ſe habet permiſſiue, ſed etiam auctoritatiue, & poſitiue; at vero lex poſitiua non dat licentiam, ſed ſolũ permittit quod maritus poſſit impune vxorem in adulterio deprehenſam interficere. Iudex ergo poſitiuam dat licentiam ad occidendum, & ita maritus non auctoritate propria, ſed publica occidit vxorem, ac proinde non peccat, lex autem ſolum permittit, vt impune occidat, & ideo tunc propria auctoritate occidendo peccat, cum nulli licitum ſit priuata auctoritate vxorem occidere: Vnde Phariſæi deprehenſam in adulterio non occiderunt, ſed ad Chriſtum adduxerũt, ab eo recepturi iudicium Io. 8. Et ſenes Suſannam accuſauerunt conuocato populo coram omnibus deprehenſam in pomario, non autem priuata auctoritate eam occiderunt. Dan. 13.

12 Quintum eſt, quamuis olim licitum erat patri filiam in adulterio deprehenſam, & in patria poteſtate conſtitutam impune per leges ſeculares occidere. l. patri. & l. Nec in ea. ff. ad l. Iul. de adul. & l. caſtitati. C. eo. vt tñ Sotus lib. 5. de iuſti. q. 5. ar. 3. ad 1. Io. Med. C. de reſt. q. 3. cauſa 4. ad 2. & Pet. Naua. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 223. & alij docent, leges illæ vſu abrogatæ ſunt, & ideo occidẽdo priuata auctoritate peccaret.

13 QVARTVM DVBIVM eſt, an cuicunq; priuato licitũ ſit occidere inuaſorem pro vita propria defendenda. Ratio difficultatis eſt, quia vnuſquiſque tenetur in caſu neceſſitatis ex charitate magis diligere vitã ſpiritualẽ proximi, quam propriã corporalem, cum vita ſpiritualis ſit finis omnium tẽporalium. Cum ergo aggreſſor ſit in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis, quandoquidem ſi tunc occidatur, morietur in peccato, & damnabitur, tenetur ordine, & lege charitatis permittere potius ſe in corpore occidi, quam vt aggreſſor in æternũ dãnetur. Confirmari poteſt hoc ex S. Aug. qui in Epiſt. 154. ad Publicolam, & refertur 23. q. 5. c. De occidendis, vbi ait. *De occidendis hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe faciat, ſed pro alijs, accepta legitima poteſtate, ſi eius cõgruat perſonæ.* Et lib. 1. de lib. arbi. cap. 5. *Quomodo,* inquit, *apud diuinam prouidẽtiam a peccato liberi ſunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet humana cæde polluti ſunt.*

Propter hæc Io. Gerſon in tract. de Euchariſtia, Hugo de S. Victore in opuſculo de charitate. Aug. de Anchona opuſculo 1. de auctoritate eccleſiæ. q. 52. ar. 3. Abul. in c. 5. Mat. q. 109. Eraſmus in annotationib. Noui teſtamenti in illa verba Mat. 5. *Ego autẽ dico uobis, non reſiſtite malo,* & in illud Luc. 22. *Conuerte gladium tuum in vaginam.* Et ex Iuriſtis, Accur. & gl. ſuper legẽ. Vim vi. ff. de iuſti. & iu. docent nõ licere occidere inuaſorẽ in propriæ vitæ defenſionẽ. Idẽ ſenſit Villadiego tract. de irregularitate. Pro quorũ opinione addi poteſt hæc alia rõ, ſicut dr: *non occidere,* ita dr, *nõ mœchaberis,* immo grauius peccatũ eſt occidere hominem, quã fornicari, ſed ſi homo ſit in tali infirmitate, qua nõ poſſit curari niſi fornicetur, tenetur potius permittere ſe mori, q̃ fornicari, quia ſi fornicaretur, faceret contra præceptum illud, *non mœchaberis.* Ergo inuaſus etiam tenetur potius permittere ſe occidi, quam occidere inuaſorem, nec occidendo eũ facit contra hoc Decalogi præceptum, non occides.

14 Communis tamen aliorum omnium ſententia eſt, licitum eſſe cuicunque priuato alterũ occidere

re ad neceſſariam vitæ ſuæ defenſionem. Sic Alex. de Ales par.3.quæſt.34.membr.2.ar.2.§.2. S.Tho. 2.2.q.64.ar.7.Caiet.Pet. de Arragon,& Michael Salon ibid.Henricus de Gandauo. Quodli.5.q.31. Rich.in 4.d.37.art.3.q.2.S.Ant.p.2. tit.7.ca.8.§.1. Ang.in verb.Defenſio.nu.1.Sylueſt.verb.Bellum. 2.q.3.& verb.Homicidium.1.q.2.ver. Quintũ.Tabiena.verb.Homicidium.verſ.Septimo. Franciſc.a Victoria.relect.de Homicidio.nu.17. Sot.lib.5.de iuſt.q.1.ar.8.Mart.Nauar.in Manu. c. 15.nu.2.Sebaſt.Medices in Summa de peccatis.tit.4.q.98.Pet. Nauar.lib.2.de reſtit.c.3.nu. 332. Lud.Lopez p.1. inſtruct.conſcie.c.62.Greg.de Valentia to. 3. diſp. 5.q.8.punct. 4. Coſmus Philiarchus de offi.Sacerd. lib.4.c.9.Couar.in clem.ſi furioſus.p.3.§.vnico.nu. 1.de Homicidio in 6.Caieta. verb.Homicidium.§. 1.Toletus in Summa.lib.5.ca.6.Io.Bened.in Sũma de peccatis lib.2.c.4.nu.2. Eman. Sà in Aphoriſm. verb.Homicidium.& alij. Ratio eſt, quia ius naturale dictat licitum eſſe vnicuique conſeruare vitam propriam omni modo licito & neceſſario, etiamſi aliter occidendus ſit, alias ius naturale vinculũ eſſet iniquitatis, & melior eſſet hominum malorum quam bonorum cõditio. Et daretur occaſio iniquis inuadendi bonos, dum eſſent certi ab illis non eſſe occidendos. Sicut 1.Mab.2. Pagani videntes Iudæos ob reuerentiam Sabbathi nolle pugnare, ac ſe defendere in Sabbathis, occidebant eos, aggredientes eos in Sabbathis, quod videntes Duces, & ſacerdotes inito Concilio decreuerunt etiam in Sabbathis pugnare, ac ſe defendere.

Immo vero imminuta omnino eſſet lex naturæ, ſi non tribuiſſet ius tanto malo obuiandi. Cõfirmatur hæc ratio, quia cum vnus iniuriam ab alio patitur, ita vt vnus eorum neceſſario mori debeat, dictat ius naturale vt potius inferens, quam patiens iniuriam occidatur. Et certè durum nimis & intollerabile eſſet, vt ego vitam, rem adeo precioſã, propter malitiam alterius me inuadentis amittere deberem, vt ipſe viueret.

15 Deinde hoc ipſum tam iure ciuili, quam iure canonico comprobari poteſt. Nam in lege ciuili, l.1. ff.de vi, & vi armata. & l.vt vim.ff.de iuſtitia, & iure, dicitur. *Iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.* & l.iniuriarum.ff.de iniur.dicitur, *Iuris exequutio non habet iniuriam.* & l.Etſi.ff.ad l.Aquiliam.dicitur, *Qui alium ferro ſe petẽtem occiderit, non videtur iniuria occidiſſe.* Ratio harũ legum eſt, quia qui qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam. Qui autem occidit inuaſorem, a quo ſe aliter liberare non poteſt, vtitur iure, quod habet a natura conſeruandi vitam propriam, & vim vi repellendi.

In iure etiam canonico, vt in c.Ius naturale.diſ. 1.inter alia eiuſdem iuris, hoc etiam ponitur, violentiæ per vim repulſio, & ca. ſignificaſti.2.de homic. dr̃, *vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittunt, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam uindictam, ſed ad iniuriam propulſandam,* & c.ſi vero.1.de ſent. excommunic.eadem prorſus verba habentur, ac etiam clem. 1.de homicid.& in cap.dilecto filio.de ſent.excommun. in 6.dr̃, *Cum omnes leges, omniaque iura vim ui repellere, cunctiſq; ſeſe defenſare permittant.* Quamobrem perelegãter Cicero natura doctus in Orat.pro Milone, ait; *Eſt enim non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi uita noſtra in aliquas inſidias, ſi in uim, ſi in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis, ſilent enim leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cum ei, qui expectare uelit, ante pœna iniuſta luenda ſit, quã iuſta repetenda.* Hactenus Cic. H [illegible] poſſunt argumenta in contrarium allata.

16 *Ad Primum* Reſpondetur, quod licet verum ſit, quod ex ordine charitatis tenetur homo potius diligere ſalutem ſpiritualem proximi, quam ſuam corporalem, non tamen inde ſequitur, quod quis teneatur perpeti mortem, ne alterum occidat. Siquidem ponere vitam propriam pro anima proximi non eſt actus charitatis, ad quem de neceſſitate tenemur, niſi in caſu, quo proximus eſt in extrema neceſſitate ſpirituali, & quo tenemur eius ſaluti prouidere, ex S. Thom.2.2.q.26.ar.5.ad 3.vt v.g.parochus tempore peſtis, etiam cum propriæ vitæ periculo cõfeſſiones ſuorum audire tenetur. Item ſi videam mulierem volentem recedere a fornicario, ſed non poſſe, niſi me opem illi ferente: Aut ſi videam aliquem decipi ab hæretico, nec poſſe illum ab ea deceptione liberari, niſi mea doctrina, tunc teneor etiam cum periculo vitæ, mulierem illã iuuare, vt recedat a fornicario, & ſimplicem illum docere, ne ab hæretico decipiatur. Sic etiam quando in perſecutione fidei intelligit aliquis valde probabiliter, quod ſua morte alij fideles fortiores erunt ad fidem defendendam, tunc ille tenebitur exponere ſe mortis periculo pro ſalute ſpirituali aliorum, vt patet exemplo S.Sebaſt. in cuius hiſtoria mentio habetur aliquorum, qui vi tormentorum vacillabãt. Ceterum cum in caſu propoſito aggreſſor ille non ſit in extrema neceſſitate ſpirituali abſolute, ſed voluntarie, & ex malitia ſua, non mihi, ſed illi peccatum, & mors, non ſolum corporis, ſed etiam animæ, ſi non deſiſtat, & ſi non conteratur, imputabitur. Sic etiam ſi quis mihi diceret, Niſi centum aureos mihi dederis, ſuſpendam me, non propterea illi centum dare teneor, ne ſe ſuſpẽdat, quia poteſt, ſi velit, ſe non ſuſpendere, & ſi ſe ſuſpendat, id non mihi, ſed propriæ iniquitati attribuendum erit. alias enim præberetur occaſio iniquis hominibus multa peccata perpetrandi, & nocendi proximis ſub hoc prætextu, vt liberarentur a neceſſitate ſpirituali, in qua ſeipſos ſua iniquitate conſtituerent. Quibus omnibus addendum eſt, quòd etiam aggreſſus non eſt de ſalute & gratia ſua certus, ac proinde non tenetur ſe in illud diſcrimen obijcere permittendo ſe occidi.

Ad confirmationẽ Reſpondent aliqui vt S. Th. 2.2.q.64.ar.7.ad 1. & 2. Caiet. Arrag.& Salon ibidem, Auguſtinum.illis in locis loq. de eo, qui ex intentione hominem occidit, exiſtimant enim etiam in caſu licitæ defenſionis non licere occidere inuaſorem ex intentione; Alij vero vt Sotus lib.5.de iuſtitia q.1.art.8.Pet. Nauar.lib. 2. de reſtit.ca.3.nu. 342.& Grego.de Valen.tom. 3.diſpu.5.quæſtio.8. punct.4.reſpondent loqui in caſu, quo non adhiberetur moderamen inculpatæ tutelę, aut quo præueniret inuaſorem.

17 Ad Secundum Reſpondetur cum Richardo i

4.diſt.37.ar.3.quæſt.2.ad 3. Non poſſe quẽ conſtitui in tali infirmitate, quę per coitum tm̃ curari poſſit, & non per aliquam aliã viam: poteſt enim materia ſpermatica per ſudores, per abſtinentias, & per alias euacuationes conſumi. Deinde quamuis per impoſſibile verus eſſet caſus, non tamen licitũ erit fornicari vt mors euitetur: Eſt enim longe diſpar ratio de morte quam expectat homo per infirmitatẽ, & per gladium; Quia enim longè difficilius eſt patienter ſuſtinere vnam, quam alteram, maiora permittit lex fieri pro euitatione vnius, quam alterius.

8 QVINTVM DVBIVM eſt, Cum inuadẽtis occiſio vt licita ſit, fieri debeat cũ moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, vt tantum ſibi aſſumat de nocendo proximo, quantum eſt neceſſe ad vim ſibi illatam repellendam conſequenter inquiri poteſt, & ſolet, quænam requiruntur ad moderamen inculpatæ tutelæ?

Reſpondeo cum Innoc. & Panor. in cap. olim. 1.nu.19. de reſtit. ſpoliat. & cap. ſignificaſti. nu.5. & nu.9. de homic. Sylueſtro verb. Bellum, ſecunda, q.1. Soto li.5. de iuſtit. quæſt.1.ar.8. Michael Salõ. 2.2.q.64.ar.7. controuerſia.1. concluſ.3. Petro de Arragon. ibid. dub.1. concl.2. Ludouico Lopez pa.1. inſtruct. conſcient. c.62. Martino Naua. in Man. c.15. nu.3. Coſmo Philiarco de officio Sacerd. par.2. lib.4. c.9. Ludouico de Beia. in reſponſ. caſuum conſcient. p.2. caſu 21. & aliis communiter, varias requiri conditiones.

Prima eſt, vt inuaſio, ſeu aggreſſio ſit vera aggreſſio, & per vim facta. Nam ſecundum rationem naturalem, & ſecundũ leges, ſolum vim vi repellere licet. Vnde ſi iudex per calumniam, aut falſum proceſſum, aut falſi teſtes, per falſum teſtimonium conentur innocentem vita priuare, non eſt licitum innocenti illos occidere. Et idem dicendũ eſt, quando accuſator per calumniam, etiam vſque ad mortem aduerſus innocentem præualuerit. Ratio eſt, quia horũ iniquitas non eſt vera aggreſſio, nec propria vis, ſed calumnia tantum, quã non licet per vim repellere, ſed per teſtes contrarios, & ordine iuris, quod ſi id nequeat, mortem patienter ferre debet.

Et ratio eſt, quia ſi in his caſibus licitum eſſet proprias iniurias per vim vindicare, vniuerſus Rei publicæ ſtatus facilè perturbaretur, cũ omnes ſtatim dicerent ſe iniurijs, & calumnijs opprimi, etiãſi iuſtè punirentur.

Secũda eſt, vt ſit vera, & actualis defenſio, & propulſatio vis illatæ, non præuentio. Si quis enim eo quod ſuſpicetur alium ad ſe occidendum accedere, illum prius occidat, peccat grauiter, & homicida eſt, cum talis occiſio non ſit verè defenſio, & propulſatio iniuriæ, ſed præuentio. Secus autem dicendum eſt, quando probabiliter ipſe occidendus eſſet, ſi non pręueniret. Qua de cauſa docent authores infra citandi, qđ ſi quis recluſus in domo, etiam ſi non ſit prius offenſus, neq. læſus, ſed tantum videret inimicum irruentem, vel arma parantem atque inſidias vt eum interficiat quando exiret, poterit ſi aliud remedium euadendi non habeat, antequam è domo exeat, inimicum occidere, quippe qui in tali caſu cenſetur potius ſe defendere, q̃ præuenire. Cum enim violentia illa iã ſit actu parata, & non ſit in fieri impedibili, ſed quaſi in facto eſſe, iudicari debet illa inimici occiſio præſentis mali defenſio, & iniuriæ propulſatio. Sic Sotus lib.5. de iuſtitia. quæſt.1. art.8. circa medium. Michael Salon. 2.2.q.64. art.7. controuerſia.1. concl.3. Petrus Nauar lib.2. de reſtit. c.3. nu.349. Ludo. de Beia p.2. reſponſ. caſ. caſu.21. & Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. homicidiũ & Gregorius de Valent. tom.3. diſp.5. q.8. puncto.4. dub.1. ad primum. Sic etiam ſi mulier accumbens cum viro inueniat ſub puluinari gladium paratum à viro ad eam occidẽdam quam primum fuerit excitatus, ſi conſideratis omnibus nullo modo poſſit mortem euadere, niſi occidendo virum, poteſt illum occidere, quia id non eſt præuenire inimicum, quod non licet, ſed tueri, ac defendere ſeipſam à viro aggreſſore, a quo aliter ſe liberare non poſſit; In qua re magna opus eſt prudentia, ſi enim vel fugiendo, vel clamando, vel occultando pugionem, & reſiſtendo, aut alia quacunque via poſſit ipſa euadere, non poteſt illum occidere, quia tunc non eſſet ſeipſam tueri, aut defendere cum inculpata tutela, ſed præuenire inimicum, quod non licet. Sic Martin. Nauar. in Manuali. c.15. nu.3. Michael Salon in 2.2.q.64. artic.3. controuerſia.2. Petrus Nauar. libro ſecundo, de reſtitu. ca.3. nu.349. & Ludouic. de Beia parte ſecunda, reſponſ. caſuum conſcient. caſu.21.

In qua re maxima opus eſt prudentia, vt iudicet an ſit vera & actualis aggreſſio, nam credita tantum, vel ſuſpecta non ſufficit.

Tertia eſt, vt occiſio aggreſſoris fiat in ipſo actu defenſionis, non autem poſtea interueniente temporis interuallo, aut poſtquã iam ceſſauit aggreſſio, vt dicitur in c. ſignificaſti.2. de homicid. Quare ſi aggreſſor vidẽs ſe deficere viribus fugeret, aut deſiſteret, vel durante rixa dicat ſe nolle amplius rixari, non poteſt tunc aggreſſus illum occidere; Tum quia ceſſauit iam violentia: Tum quia talis occiſio iam non eſt neceſſaria ad propriã occiſionem, Nec poteſt cũ occidere propter illatã violentiam, quia hoc iam non eſt defenſio, quæ licet, ſed potius præteritæ iniurię vindicatio, & punitio, q ad ſolum iudicem pertinet. Nec ſimiliter poterit repercutere aggreſſorem tranſacta iam percuſſionis violentia, ob id quod aliqui homines intermedii ſe interpoſuerunt, vel alia ex cauſa, quia iam nõ eſt defenſio, nec vis tunc infertur, ſed eſt vindicatio damni recepti, quam priuatæ perſonæ facere non eſt licitum.

Quarta eſt, vt defenſio ſit moderata, hoc eſt, in nullo excedat id quod ſolum neceſſarium eſt ad euitandum damnum, adeo vt fiat duntaxat ad ſe defendendum, in qua re maxima opus eſt prudẽtia ne modum excedat, cap. olim. primo. de reſtitu. ſpoliato. vnde qui cum leui percuſſione poteſt ſe ab aggreſſore defendere, non poterit tunc illum occidere, cum illic exceſſus tunc ſecundum regulas prudentiæ non poſſit dici factus cum moderamine inculpatæ tutelæ. Eodem modo qui poteſt commode fugere, aut clamare, & implorare auxiliũ, ad id tenetur. Quod ſi dũ hæc conſiderat, poſſit ne fugere, aut clamare, videat ſe exponi graui periculo inuaſore illũ opprimente, nõ eſt, quod in his conſiderandis ſe occupet, ſed vt ſe cum occiſione etiā inuaſoris defendat, quia ſemper eſt melior ratio patiētis iniuriam. Addunt alii conditionem quintam ſcilicet, vt aggreſſus non occidat alterū ex intentione, de qua in ſequēti dubio agemus. Alii alias conditiones addunt, ſed quia eas tomo 1. Theſauri caſuum conſcientiæ, lib. 6. ca. 17. nu. 7. latius explicauimus, illuc lectorē remittimus. Hæc interim de hoc dubio dixiſſe ſufficiat.

19 SEXTVM DVBIVM eſt, An licitum ſit ad vitæ defenſionem occidere alterum ex intentione? Pro quæſtionis intelligentia, Notandum eſt, quod ſicut in omni actu reperiri poſſunt duo effectus, vnus ab agente intentus directè, alter præter intentionem agentis, vt dum quis fodiens terram ad domum ædificandā inuenit theſaurum, ille actus qui eſt ędificare, dicitur per ſe intentus, & ab ædificatione ſumit ſpeciem, obiectū & rationem: ille autem qui eſt inuentio theſauri, dicitur præter intentionem fodientis, & per accidens, à quo non ſuſcipit actus ille ſpeciem: non enim ſic fodiens dicitur quæſiſſe theſaurum, ſed caſu inueniſſe; ita in actu, quo quis ſe defendit ab inuaſore, præcipuus & intentus effectus eſt conſeruatio vitæ proprię, à quo actus ille ſumit ſpeciem, & denominationem, ac proinde bonitatem, cum hic ſit finis illius defenſionis; alter verò actus, ſ. occiſio inuaſoris, eſt effectus præter intentionem, quia illam non intendit defenſor, ſed conſequitur actum illū, & bellum defenſiuum,

Eſt igitur inter authores controuerſia an liceat defendenti vitam ſuam intendere directè & tanquam medium quoddam ad ſuam defenſionem occidere inuaſorem, ſicut medicus verb. g. ex intentione eligit venæ ſectionem, vel medicinę ſumptionem ad ſalutem infirmi conſequendam, & ſicut ædificaturus eligit tanquam medium foſſionē, ad domum ædificandam, an ſolum velle & eligere & intendere defenſionem ſui etiamſi mors inde ſequatur, ita vt mors inuadentis non ſit medium volitionis, ſed ſolum quidam effectus conſequens, & quaſi per accidens reſpectu voluntatis eius, qui ſe defendit. In qua re ſunt duę Doctorum ſententię contrariæ.

Prima eſt, dicentium, non licere alicui priuato ad ſuæ vitę defenſionem occidere proximum ex intentione, hoc eſt, intendere mortem alterius in ſe etiam tanquam medium, ſed ſolum intendere debet ſeipſum defendere, licet per accidens, & pręter intentionem eius, mors inuadentis ſequatur. Sic expreſſe S. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 7. Caiet. ibid. & Salon, & Petrus de Arragon. ibidem. & idem Petrus de Arragon. 2. 2. q. 79. ar. 3. dub. 1. concluſ. 2. Tabiena verb. homicidiū. §. 7. Franciſc. à Victoria. relect. de homicid. nu. 17. Abulenſis in cap. 5. Matthæi. q. 46. vndę docēt ſolum licitum eſſe publicæ auctoritati, id eſt, habenti curam Reipublicæ, puta iudici, vel eius executori, hoc eſt, miniſtro iuſtitiæ aut militi in bello ex intētione pro ſua ſimul, & boni cōmunis Republic. defenſione ex intētione occidere, homini vero priuato ſolum licet occidere aggreſſorē ſolo animo defendēdi ſe, quod eſt occidere ſolum per accidēs, intendēdo, ſ. defenſionem ſui, etiamſi mors alterius conſequatur. Atq; adeo putant talem verè homicidam eſſe, ſi per ſe intendat alterius occiſionem.

Secunda eſt, affirmantium, licere ſui defendēdi cauſa intēdere & velle etiam ipſam mortem alterius tanquā medium quoddam neceſſariū ad vitā propriam conſeruandam. Fauet Alexander Al ſis p. 3. quæſt. 34. memb. 2. arti. 2. §. 2. in reſponſ. ad ſecundū, & quartū. & expreſſe Sotus lib. 5. de iuſtitia, quæſt. 1. ar. 8. Martin. Nauar. in Manua. cap. 15. nu. 3. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. nu. 3. Gregor. de Valen. to. 3. diſpu. 5. quæſt. 8. punct. 4. Ge mus Philiarcus de officio Sacerd. par. 2. lib. 4. ca. 9. & Ludouicus Lopez par. 1. inſtructio. conſcien. cap. 62. in princip. Quæ opinio videtur mihi probabilior. Ratio eſt, Tum quia iura, quæ vim vi repellere licitum eſſe dicunt, id abſolutè docent. Tum quia actus iſte eſt humanus & volitus, non enim ignoranter & caſu occidit, ſed ſciens, & volēs: Procedit ergo ex intētione finis, ſicut omnis electio mediorū oritur ex intētione finis. Cum igitur ad efficacem volitionē finis neceſſario ſequitur electio medii, quod iudicatur neceſſariū ad talis finis conſequutionē ex Ariſto. lib. 7. Ethic. cap. 3. Et in caſu propoſito efficaciter volita ſit defenſio & conſeruatio vitæ propriæ, iudicaturq; vt medium neceſſariū ad illam occiſio inuaſoris, vel gladio, vel ſagitta, vel globo ignito facta, vt ſupponimus. Conſequenter poterit hic ex intētione & directè eligi occiſio tanquam medium neceſſarium ad vitæ conſeruationem. Quamuis igitur abſolutè & ſimpliciter intēdi nequeat occiſio proximi, ita vt ibi, ſicut in fine, ſiſtat, poteſt tamen illā vt medium ad finē propriè defenſionis intendere, ſicut quamuis debilitatio infirmi, & ſanguinis emiſſio a medico, aut inciſio a chirurgo ſimpliciter elegi, & intēdi non poſſit, prout tamen neceſſaria iudicantur ad conſequendam ſanitatem, licitè eligi poſſunt vt mediū neceſſarium ad ſanitatē, & ita de facto da ſolent aliquæ medicinæ, quæ debilitent, vt eo medio ſalus acquiratur.

20 Deinde nimis Metaphyſica & dura videtur prioris ſententiæ doctrina, & ad mores actuſq; humanos in tali cōflictu parū accōmodata, quādoquidē fragilitas humana, & tentatio ſubita nō permittit in illo ſubitaneo conflictu hanc longā deliberationem facere, pręterquā quod abſurdū omnino videtur licere ſui defendendi cauſa ipſum actum externum exercere, cuius effectus per ſe ſit alterius mors, & tamen non velit, nec intendat actum illum externum nec mortem alterius. Satis igitur in caſu propoſito eſt, quod qui priuata auctoritate alterum occidit, non occidat contra rectam rationem, ſed ſui defendēdi cauſa, quandoquidē niſi ita fieret, & publica auctoritas expectaretur, homo prius vita priuaretur, quā aliunde opem, & auxilium accipere poſſet. Atque ita cum quis plus vitā ſuā diligere debeat, quā vitam alterius, ius omnino habet, vt alteri vitā potius eripiat, quā perdat ſuā, nec propterea vitium homicidij incurrit, cū id ſolum eſt, quando fit contra iuſtitiam, & rectam rationem, vt ſuperius expoſuimus.

21 *Quod* vero aliqui, quibus fauere videtur Gregorius de Valentia vbi ſupra, docent, ſic occidētem, non occidere in hoc caſu priuata auctoritate, ſed publica, & diuina, falſum planè eſt, & à Soto libro quinto, de iuſtitia. q. prima. art. 2. verſ. primum enim inuaſorem. non longe ab initio

Antonio de Corduba lib. 1. qq. q. 38. in 1. ratione pro prima opinione, & Petro Nauarro lib. 2. de reſtitut. c. 3. nu. 346. rectè impugnatum. Sicut enim quis cum extremè indiget, & panē vt ſuæ neceſſitati ſubueniat, à diuite accipit, non publica auctoritate, ſed priuato iure, quod habet à natura ſe conſeruandi, licet diuino, & naturali iure, id facit: ita ſane qui vt ſe defendat inuaſorē occidit. Alioquin .n. ſi publica auctoritate id faceret, quaſi miniſter, & executor legis diuinæ, & naturalis, liceret etiam animo vindictæ hoc facere, Poteſt enim miniſter iuſtitiæ publicè iure poteſtatis publicæ non tam iure defenſionis, quā ex iuſtitia vindicatiua punire crimina, & occidere, cū Dei locū obtineat, cuius eſt crimina punire, & caſtigare, quod tamen cuicunque priuato, cum ſe defendit, concedere, impiū eſſet, & euangelicæ legi inimicū. Occidens igitur ob ſui defenſionem, non auctoritate publica, ſed priuato iure id facere cenſetur.

Et quæ hactenus dicta ſunt de defenſione ſui etiā cū alterius occiſione, ſeruando tū vt diximus, moderamen inculpatæ tutelæ, puta, quando adſunt cōditiones requiſitæ ad illud, ita vt nec excedat modum licitæ defenſionis, hoc eſt, maiorē violentiam non adhibeat, quam neceſſe ſit ad ſui defenſionem, nec aliud diffugium euadendi habet, quā occidendo inuaſorem, procedunt.

22 *Primo*, tam in laicis, quā in clericis, adeo vt de iure naturali liceat tam laico contra clericum, quam clerico contra laicū ſe defendere, abſque eo quod exinde excōmunicatio, vel irregularitas incurratur, vt habetur de irregularitate in cle. ſi furioſus. de homicid. & nos latius lib. 6. cap. 17. nu. 5. to. 1. Theſauri expoſuimus, & expreſſe tradunt Dominicus Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 1. ar. 8. in fin. ante ſolutionem arg. Alexan. de Ales p. 3. q. 34. membr. 2. art. 2. §. 2. Sylueſt. verb. Bellum. q. 3. Panor. in ca. 2. nu. 2. de vita & honeſt. cleric. Petrus Naua. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 345. & Michael Salon 2. 2. q. 64. ar. 7. controuerſia. 1 concluſ. 2. verſ. Tertio. & facit cap. Significaſti. 2. de Homicidio. Ratio eſt, quia clerici etiam gaudent priuilegiis iuris naturæ, quale eſt hoc vnum, vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et de excommunicatione id late docuimus eodē to. 1. lib. 3. cap. 27. nu. 17. & ſequētibus, vbi quam plurimos authores in huius veritatis confirmationem adduximus.

Secundo, Adeo licita & permiſſa eſt hæc defenſio, vt ēt circa bruta animalia locum habeat. Si enim animal meum animal tuū occidit à tuo inuaſum, non tenetur Dominus animalis inuaſi ad reſtitutionē aliquā faciendam ei, cuius animal occiſum eſt, ex Petro Nauarro vbi ſupra, & colligitur ex lege prima. ff. ſi quad. pauper. fec. dicat.

Tertio, locum etiam habet hæc defenſio non ſolum ad vitæ defenſionem, ſed etiam ad vitandam mutilationem, ex Petro Nauarro loco proximè citato, & aliis quos to. 1. theſauri. lib. 6. c. 17. nu. 3. attulimus. Ratio eſt, quia defendere membrum eſt defendere vitam partialem illius membri vita. n. totius nil aliud eſt, quam vita membrorum, vtrunque enim pertinet ad defenſionem, & conſeruationem perſonæ.

Quarto, Ita licita eſt hæc defenſio, vt etiam licitum ſit occidere innocētem ſi me inuadit, vt puer, aut freneticus, vel amēs, vel dormiens, me occiſurus eſt, nec aliter ſaluus eſſe poſſum, quam occidēdo. Quandoquidem in pari caſu innocētiæ mihi magis teneor, quam alteri ceteris paribus. Sic Sotus lib. 5. de iuſt. quæſt. 1. art. 7. in fine corporis, de eo, qui irruētem in ſe militem occidit, etiamſi ſciat iuſtè bellare ex ignorantia inuincibili. Anton. de Cordub. lib. 1. qq. q. 38. in 4. ratione pro 2. opinione. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitu. cap. 3. nu. 347. & nu. 348.

24 *Quinto*, locum habet hæc doctrina etiamſi inuaſus dederit operam rei illicitæ, & occaſionē obtulerit inuaſori; Exēplum ſit de eo, qui alterū ignauiæ accuſat, vel ad ſingularem pugnam contumeliis, aut opprobriis prouocat. Idē adulter, qui inuentus eſt cum vxore. Quamuis enim Martinus Nauarrus in Manua. cap. 15. nu. 7. exiſtimet aggreſſum dantem operam rei illicitæ, aut offerentem cauſam aggreſſori, non poſſe ad ſui defenſionem aggreſſorem occidere, cum hac limitatione, quando ſcilicet talis cauſa natura ſua tēdebat in alterius aduerſus ſe irritandam aggreſſionem, & talē eſſe putat caſum de adultero, & à fortiori cū quis aliū conuitiis ad iram prouocat. & in hanc ſententiam citat S. Anton. par. 2. titu. 5. (qui tamen eſt titu. 7. de ira) cap. 8. §. 1. vbi loquitur de homicid. caſuali, ſicut etiam & Caietanus in 2. 2. q. 64. artic. 8. quem pro ſe refert, vnde non fauent eius ſententiæ; Alii tamen vt Michael Salon 2. 2. quæſt. 64. art. 7. controuerſia. 1. conclu. ſecunda, verſic. Secunda pars. Petrus Nauar. lib. ſecundo, de reſtitut. cap. 3. num. 362. & num. 363. Ludouicus de Beia par. ſecunda reſponſ. caſuum conſc. caſu. 21. & alii quos to. primo. lib. 6. capit. 17. nu. 18. attulimus, rectius docēt, quod etiamſi peccet quis grauiter, & ratione delicti, quod committit, & ratione occaſionis illius quam obtulit, nihilominus ille qui iniuria, & contumelia afficitur, nō acquiſiuit ius per alterius peccatum ad eum occidendum ſua priuata auctoritate, ſed ſolum habet ius ad repellēdam illam iniuriam ordine iuris. Vnde iniuſte illum peccatorem aggreditur, & conſequenter huic ſic aggreſſo, etſi peccauerit, & occaſionem dederit, vim vi repellere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ aggreſſorē occidere licet, cum iuſtè ſe defendat, & quo ad ſui defenſionē innocens cenſendus ſit. Nec refert quod ſe in hanc neceſſitatē ex ſua culpa coniecerit, quia ea non obſtante ius ſe defendendi habet. Secus eſſet, ſi taliter dediſſet cauſam, vt licitè impugnaretur, vt quia cōmiſit crimen, & capitur à miniſtris iuſtitiæ. Tunc enim; cū illicitè ſe defenderet, & alter licitè pugnet, non poteſt dici aggreſſor. Hinc ſoluitur ratio Naua. & exēplum quod de adultero adducit, planè contra illum militat, quia aduleriū non ordinatur natura ſua ad occiſionē mariti; quin potius videtur ordinari ad occiſionē adulteri, vnde cum maritus adulteræ iniuſtè adulteriū inuadat in caſu, quo iam ille a turpitudine ceſſat, ad repellēdam iniuſtitiam quā maritus adulteræ ſibi inferre intēdit, illum occidere poteſt, cum vt dictū eſt, per hoc quod ad alienam vxorē acceſſerit, non priuatus ſit iure ſe defendēdi ab iniuria, quæ ſibi infertur, atque adeo ſi occidat, non erit homicida, nec irregularis, vt latius tomo primo expoſuimus.

Eodem modo ſi quis recluſus eſſet in oppidulo aliquo, vel domo, quamuis in ea eſſet neceſſitate ex propria culpa conſtitutus, nec exire poſſet quin occidatur ab inimico expectante eius egreſſum, vt eum interficiat, poteſt nihilominus inimicũ occidere, antequam inimicus eum actu aggrediatur ſi aliud euadendi medium, & remedium non habeat: nec id eſſet præuentio, ſed potius defenſio, vt dictum eſt.

25 SEPTIMVM Dubium eſt, an ſicut licitum eſt occidere, aggreſſorem vim vi repellendo ad vitæ ſuæ defenſionem, ita etiam liceat in tali caſu prætermittere defenſionem ſuam, & potius mortem pati, ne inuaſorem occidat?

Abulenſis in c. Vndecimo. Ioſ. q. 11. docet nõ ſolum licere aggreſſorem ad vitam ſuam defendendam, ſed etiam teneri vnumquemq. ad id, ita vt ſi aggreſſus aliter faciat, hoſtis ſit ſui ipſius, & mortaliter peccet. fauere videtur S. Tho. 2.2. q. 64. art. 7. cum dicat, teneri nos potius vitæ propriæ, quam alienæ prouidere. Ratio eſſe poteſt, quia ordo charitatis in re graui obligat ſub mortali, ſed ordine charitatis tenetur vnuſquiſque plus ſe diligere, quam alterum, vel ſaltem tenetur non diligere alterum pluſquam ſe, iuxta illud *Diliges proximum tuum ſicut teipſum* Matth. 22. Qui vero mortem patitur, ne alterũ occidat, diligit proximum pluſquã ſe. Ergo peccat mortaliter.

Communis tamen & verior aliorum opinio eſt, licitum eſſe prætermittere propriam defenſionem pro vita corporali vel ſpirituali inuaſoris, vt is locum habeat pœnitentiæ. Sic Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. ar. 8. ver. Quare tres ordines. Pet. de Arrag. 2.2. q. 64. ar. 7. Mich. Sal. ibi. ar. 7. contro. 1. concluſ. 1. Pet. Nau. li. 2. de reſt. c. 3. nu. 326. & ſeq. Gregor. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. pun. 4. dub. 2. Tol. in ſum. lib. 5. c. 6. Eman. Sà in Aphor. in verb. homicid. & alii cõiter. Ratio eſt, quia cum homo vitam ſuam corporalem exponere poſſit pro vita corporali amici, a fortiori pati poteſt mortem, ne inuaſor moriatur in peccato. Deinde conſeruare vitam propriam eſt actus poſitiuus, & ex præcepto affirmatiuo charitatis erga ſeipſum. Sed hoc præceptum ſicut non obligat cum abſciſſione membri, ita multo minus cum occiſione proximi. Vnde eſſet perfectio Euangelio conſentanea in tali caſu propriam defenſionẽ prætermittere. Facit etiam ad hoc exẽplum Chriſti, qui cum potuerit ſe defendere ab occiſoribus ſuis, noluit, ſed potius mortẽ pati voluit. Vt autẽ certo ſtatuamus quando id licitum vel illicitum ſit:

26 *Dico primo*, quando aggreſſor eſt perſona publica, vel admodũ Reipu. neceſſaria v.g. Rex, Dux, aggreſſus autẽ eſſet perſona vilis, cuius vita ad bonũ cõe parum referret, tenetur ex charitate aggreſſus defenſionẽ ſuã prætermittere, & mortẽ potius pati, ſi aliter euadere nequeat, quã aggreſſorẽ occidere. Ratio eſt, non quidẽ quaſi ad id teneatur, ne aggreſſor in æternũ dãnetur, cũ non teneatur quis ſubuenire vitæ ſpirituali aggreſſoris in hoc caſu amittẽdo vitam propriã, ſed ob bonũ cõe quod ex aggreſſoris vita reſultat, quod ex ordine charitatis anteferendum eſt bono priuato aggreſſi.

Dico ſecundo, quando aggreſſus eſt perſona publica, aut multũ vtilis Reipublicæ, aggreſſor autẽ nequaquã non ſolũ poteſt, ſed etiã tenetur aggreſſus vitã ſuam tueri etiam cum occiſione aggreſſoris, ſi aliter ſe defendere non valeat. Ratio eſt, quia licet poſſit quis renuntiare iuri ſuo, non tamẽ neceſſitati boni cõmunis, & iuri, quod Reſpublica in ipſum habet. Vnde tunc vitam propriã negligere ob vitam inuaſoris, eſſet noxium Reipub. & prodigalitas quædam, & peccatum mortale.

Dico tertio, Quando aggreſſus, & aggreſſor æquales ſunt, ac eiuſdẽ ordinis, nec vnus magis neceſſarius bono communi, quam alter, poteſt aggreſſus tuẽdo ſeipſum occidere aggreſſorem, eo iure naturali, quo licet vim vi repellere; Quod ſi nolit vti iſto iure, poteſt permittere ſe occidi, & cedere iuri ſuo.

Dico quarto, Etiamſi aggreſſus perſona priuata ſit, & aggreſſor perſona publica, poteſt tamen aggreſſus illũ interficere, ſi aggreſſor ille non ſit Reipub. neceſſarius. Ratio eſt, quia non tenetur aggreſſus cedere iuri ſuo, quod habet à natura ſe tuendi, niſi pro bono communi, quod in hoc caſu locum non habet, vt ſupponimus, eo quod aggreſſor ille, quamuis perſona publica ſit, non eſt tamen bono communi neceſſarius.

Ad argumentum vero in cõtrarium allatum, Reſpondetur primo, *Maximam illam*, Teneri ſcilicet vnumquẽque non magis proximũ, quam ſeipſum diligere, intelligẽdam eſſe, quoad vitam ſpiritualẽ. tenetur enim quis vitam propriam ſpiritualem, cuiuis alienæ præferre. Quantum autẽ ad temporalia non eſt ille ordo neceſſarius, cum temporalia nõ per ſe, ſed tanquam media pertineant ad perfectã facultatem.

Reſpondetur *Secundo*, Negando plus amare proximum, quam ſeipſum, qui patitur mortẽ, ne alium interficiat: Quia vt rectè S. Tho. 2.2. quæſt. 26. art. 4. annotauit, tunc homo ſimpliciter ſe diligere dicitur, quando diligit ſe ſecundum virtutẽ, qui vero patitur mortẽ, ne alterũ occidat, & ne in peccato moriatur, maximè ſe diligit ſecundum virtutẽ, cũ eligat mori pro bono virtutis charitatis, quod illi ſimpliciter vtilius eſt, quã ipſa vita. Atque ita intelligitur S. Thomas vbi ſupra, dũ enim quis patitur mortem, ne aggreſſorem interficiat, non ponit vitã ſuã pro vita corporali alterius, ſed vel pro bono ſpirituali, vel pro bono virtutis, quod ex ordine charitatis præferendum eſt vitæ.

27 OCTAVVM Dubium eſt, An licitum ſit ob defenſionem honoris cum moderamine inculpatæ tutelæ aggreſſorẽ occidere? Vt v.g. ſi Nobilis vir, aut miles inuaſus ſit ab altero, qui fugiẽdo rixam vitare, & vitæ periculũ euadere poteſt, ſed tamen incurreret propter fugam maximuũ dedecus, & ignominiam; An teneatur tunc cum infamia fugere, vt vitã propriam, & aggreſſoris ſaluet, an vero poſſit aggreſſorem occidere in ſuam defenſionẽ, ne fugiens honorem amittat? Ratio difficultatis eſt, quia cum vitam propriam fugiendo ſaluare poſſit, occidendo aggreſſorem moderamen inculpatæ tutelæ excedit.

His tamen non obſtantibus, *Communis* Doct. opinio eſt, quod non tenetur fugere, ſed inimicũ in honoris ſui defenſionẽ occidere põt. Sic Barto. in l. item apud Labeonẽ, ff. de iniur. Idem Bart. Sal. & Bal. in l. 1. C. vnde vi. Card. & Imo. in Cle. ſi furioſus. de homi. Syl. ver. Bell. 2. q. 2. & ĩ ver. Hom. 1. q. 2.

q.2.verſ.Quintũ.Sot.li.5.de iuſt.q.1.art.8.dub.vlt. Martin.Nauar.in Manu.c.15.nu.4. Michael Salõ 2.2.q.64.art.7.controuer.2. corol.2.cõcluſ.1. Pet. de Arragon 2.2.q.64. art.7. Petrus Nauar.lib.2.de reſtit.c.3.nu.369. & ſeq.Gregor. de Val.to.3.diſp. 5.q.8.punc.4.dub.3. Caiet.in Summa.verb.excõicatio.c.10. vbi explicat, non incurrere huiuſmodi hominem excõicationem, quãuis aggreſſor occiſus eſſet clericus. Coſmus Philiarchus de offic.Sacerd.p.2.lib.4.c.9.Ludouicus Lopez par.1.inſtruc. conſcient. cap.62. & Emanuel Sa. in Aphoriſmis. verb.Homicidium. Ratio eſt, Quia honor maius bonum eſt, quam alia quæuis res temporalis, & maximè conducens ad ſuſtentandam virtutem & vitam tranquillè tranſigendam: Vnde Prouer.22. dicitur, *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Et Eccleſiaſt.41. *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni.* Si igitur licitum ſit occidere inuaſorẽ pro defenſione bonorum, à fortiori idem dicendum erit ob defenſionem honoris, ſi alia non ſit defendendi ratio: Id quod verum eſt etiamſi fugere poſſet. Cum enim parui habetur in populo, & tanquam degeneris animi, qui talem iniuriam non propulſat, & fuga viro nobili dedecus, & infamia eſt, licitè poteſt abſque fuga ſe tuẽdo aggreſſorem occidere; fuga enim hominẽ viliorẽ reddit, immo fuga ipſa iniuria eſt, vt patet, ex l. Itẽ apud Labeonem. de iniur. Nec valet ratio in contrarium, Tunc enim dicitur fieri defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando citra notabile damnum relinqui non poteſt, qualis eſt illa, quæ fit ne honor amittatur. Hoc autem quod diximus procedit,

28 *Primo*, in viris Nobilibus, qui ad leuem alapam manu, aut fuſte repellendam, aggreſſorem occidere poſſunt. Eſt.n. hęc iniuria apud Nobiles, & maximè vt notant Pet. Arrag. & Mich. Salon vbi ſupra, apud Hiſpanos, adeo grauis, vt pro illa vitanda, ſi alia non reſtat via, aggreſſorem occidere licitum iudicatur.

Secundo, Procedit in ſolis Nobilibus, ſiquidem plebeius homo non poteſt alium occidere, ne ipſe fugiat. Non enim eſt fuga illi adeò ignominioſa, vt pro illa vitanda poſſit alterum licitè interficere, vt prædicti authores teſtantur.

Tertio, Procedit ſolum in laicis; clericis enim, aut viris religioſis non licet ad honoris defenſionẽ interficere aggreſſorem, ſiue ante, ſiue poſt acceptam iniuriam. Sic Gloſ. in c. ſuſcepimus. & Panorm. in c. Significaſti. 2. de homic. & ca.2. de vita & honeſt. cler. Sylueſt. verb. excõmunicatio.6.nu. 6. Notab.4. verſic. Nono. Sotus lib.5. de iuſtit.q.1. art.8. in fin. Couar. in clem. ſi furioſus. p.3.§. vnico. num.4. de homicid. Pet. Nauar. lib.2. de reſt. cap.3. num.389. Michael Salon 2.2.q.64.art.7. controuerſia.2. concl.1. coroll.2. Grego. de Valen. tom.3. diſpu.5.q.8. puncto.4.dub.3. Petr. de Arragon 2.2. q.64 artic.7. Ludou. Lopez p.1. inſtruct. conſcient. c.62. Coſmus Philiarchus de offic. ſacerd. p.2. libr. 4.c.9. & Toletus in ſumma. lib. quinto, cap.6. Ratio eſt, quia in nobilibus eorum honor conſiſtit in armis, non ſic autem in viris eccleſiaſticis; Cum enim iſti humilitatem, & manſuetudinem profiteantur, nullum eis dedecus accreſcit ex aliorum contumeliis, aut eo quod fugiant: ſed potius ſumma gloria, & bonum nomen: nec parui habentur, ſed magni potius, à populo, quod iniurias patiẽter Chriſtum imitantes ſuſtineant.

Quarto, Hæc vera ſunt in Nobilibus, quando fit percuſſio, aut occiſio ad vitandam iniuriam inferendam, vel ſi accepta iam erat, tamen adhuc pendebat vlterius iniuria; Nam ſi accepta iam ſit iniuria, & læſor velit deſiſtere, & fugere, non erit licitum occidere, aut repercutere aggreſſorem. Sic Sotus, Michael Salon & Toletus vbi ſupra. Petrus Nauar. loco proximè allato. nu.380. Coſmus Philiarchus vbi ſupra. Ratio eſt, quia cum ille iam non inferat vim, velle poſtea illum occidere, aut repercutere, erit potius vltio, & vindicta, quam defenſio, aut propulſatio iniuriæ.

Id quod locum habet non ſolum ſi iam aggreſſor ad alia negotia diuertit, aut eſt domi quietus, ſed.ẽt ſtatim ac iniuriã ĩtulit, penitẽtia motus ſatiſfacere cupit, vel petẽdo veniam, aut aliter ſe humiliando. Cum enim damnũ futurum non imminet, ſed de alapa, aut vulnere accepto agitur, illic defenſio locum habere non poteſt, ſed omnino punitio, & vindicatio. Et certè alias daretur via multis Reipub. perturbationibus, ſcandalis, inſidiis, & inimicitiis, paulatimq. libido vindictæ Chriſtianos animos poſſideret, quod à Chriſtiana manſuetudine longè alienum eſſe debet. Quamuis.n. offenſus iniuriam remittere non teneatur, ſed poteſt vltionẽ proſequi in iudicio, etiãſi agreſſor veniã petat, propria tñ auctoritate eã punire non poteſt, cum iam non de defendẽdo honore, aut de propulſanda iniuria, decertetur: quin potius etiã in mundo ſummam nobilitatis gloriam ſibi cõparat, qui iniuria neglecta, inimicum ſatisfacientem recipit in gratiam, & vltionẽ non proſequitur.

29 *Quod* vero Martinus Naua. in Manu. c.15.nu.4. licitum eſſe docet repercutere, & læſorẽ inſequi, & tm̃ ei vulneris, & iniuriæ inferre, quantum neceſſarium eſſe putat, vt honorem amiſſum recuperet, ea ratione ductus, quia faceret magnam ſui honoris iacturam, ſi fugientẽ non perſequeretur, & vulneraret, quod etiã docẽt Franciſcus à Victoria in relect. de Bello.q.2. propoſitione. 2.nu.5. & Petrus Nauar. lib.2. de reſtit. ca.3.nu.383. & nu.384. eo quod latronem fugientem cum rebus meis licet inſequi, & occidere, ergo & honorem auferentem, & fugiẽtem, Mihi omnino non placet: quam doctrinam Sotus, Salon & Coſ. Philiar. locis paulo añte allatis, etiam refellũt, tum quia ſic perſequẽdo, limites iuſtæ defenſionis excedit, tum quia ſequi & vulnerare fugientem, & timẽtem non eſt virtus, ſed potius dedecus etiam apud ipſos nobiles tum quia latro deferẽdo ſecum rapinam, infert adhuc vim, cum per vim prohibere velit, ne dominus rem ſuam recuperet, qui vero intulit iam vulnus, & deſtitit, nullã vim in pręſenti infert. Tum quia latro defert rẽ, quam adhuc recuperare poſſum, ab eo autem qui vulnus intulit, nullam rem meam recupero, quamuis enim fugiẽtẽ inimicum percutiam, exinde tamen non ceſſat vulnus acceptum, & tantum abeſt, vt ceſſet dedecus acceptũ, vt perſequendo fugiẽntem, & timentem, nouum dedecus & infamiam apud vere nobiles incurram. Vnde ſicut latro, qui rem abſtulit, ſi eam dimitteret, non poſſet iuſtè à me occidi, ita nec qui ho-

furem mihi abſtulit, occidi, aut repercuti poſtea poſſit, ſi veniam petere, & ſatisfacere paratus eſſet.

30 NONVM Dubium eſt, An pro rei familiaris defenſione inuaſorē occidere liceat? Ratio difficultatis eſt, quia vnuſquiſque lege, & ordine charitatis tenetur magis diligere vitam proximi, quā bona propria temporalia. Ergo nunquā pro illis defendendis proximum occidere licet. Quæ confirmari videtur ex S. Auguſt. lib. 1. de lib. arb. c. 5. dicente. *Quomodo apud Diuinam prouidētiam à peccato liberi ſunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt?* Ob hæc argumenta quidam docuerunt non licere ob rerum temporaliū defenſionem inuaſorem interficere, vt Panor. in cap. 2. & c. ſuſcepimus, de homicid. & Couar. expreſſe in clem. ſi furioſus. p. 3. §. vnico. à num. 6. de homicid. vbi latè hanc quæſtionem tractans, tandem docet non licere ob puram rerum ſuarū defenſionē occidere, niſi in duobus caſibus, vel. ſ. quando ſimul cum rebus admiſcetur periculum & damnum perſonæ quale eſt ſi dubitat, an ad occidendum, vel ad furandum veniat, & non poteſt parcere ſine perſonæ periculo; vel ſecundo quando raptor res ablatas defendit, ne pereant, & recuperentur, præſertim ſi telo id faciat, tunc enim perſonæ periculum intercedit. in aliis vero caſibus latronem occidere non licet, facit pro ſententia Couar. cap. 2. de homicid. vbi ſolum probatur occiſio, *vt te, tuaque defendas*, quaſi perſonæ periculum miſceri rerum iacturæ debeat. Hac de cauſa licet furem nocturnum occidere, quia talis cenſetur veniſſe ad occidendum, non autē diurnum, quia talis cenſerur veniſſe ſolum ad furandum, vt docet S. Auguſtinus, & refertur in c. Si perfodiēs. de homicid. & Exod. 22. habet reus homicidii qui furem orto ſole occiderit, non autem qui nocturnum interfecit. Et Cicero pro Milone ait, *Quod ſi duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit interfici impune voluerunt.*

Communis nihilominus & vera Theologorum ſententia eſt, licitum eſſe cuique rem familiarem modo ſit alicuius magni momenti, defendere ab inuaſore, & ſi eas aliter recuperare non poteſt, occidere. Sic Sylueſt. verb. homic. 1. q. 2. verſic. Quintum, Angel. verb. eod. nu. 5. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 7. Petrus de Arragon. ibidem, & Michael Salon controuerſ. 1. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 1. artic. 8. Martinus Nauar. in Manua. c. 15. nu. 2. Grego. de Valen. tom. 3. diſput. 5. q. 8. punct. 4. dub. 3. Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtitu. ca. 3. nu. 398. & ſeqq. Ioan. Medina Cod. de reſtitut. q. 4. §. Eſt autem, in princip. quæſtionis. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. c. 62. Coſmus Philiarcus de offic. ſacerd. p. 2. lib. 4. ca. 9. Toletus in ſum. lib. 5. c. 6. verſ. Tertius caſus. & Emanuel Sà in Aphor. verb. homicidium. & facit l. Furem. ff. ad legem Corneliam de Sicar. Ratio eſt, quia ſicut licitum eſt vitam tueri, ac membra, ita etiam & res, quæ ad vitā conſeruandam, & vitæ incōmoda vitanda ſunt neceſſariæ, eodē prorſus iure tueri licebit. Cui enim licet finem procurare, licet etiam adhibere media ad illum ordinata. Sed bona externa ſunt media ordinata ad virtutē, & vitæ conſeruationē: Ergo & illa, ſicut & vitam ab iniquo inuaſore, etiā cū inuaſoris occiſione defendere licet, quando eas aliter ſaluare non poteſt. Vnde Cicero pro Milone, ait, *Hæc lex nō eſt ſcripta, ſed naturalis, ut latrones, & inſidiatores uiarum in defenſionem bonorum occidere poſſimus.*

Dixi, dummodo res illa ſit magni momenti, quia pro exigua pecunia, vel bono temporali, vt pro valore, duorum, vel trium aureorum, ſicut nec vitam periculo exponere licet, ita nec alium occidere, cū nec à iudice pro leui furto morte puniendus ſit. Quamuis enim vnuſquiſque ſe, ſuaque tuendi ius habeat, ipſa tamē ratio dictat, non debere hominē vſque adeo ſe, & ſua amare, vt inuaſorem rei parui momenti interficiat.

Dixi etiam *ſi eas aliter recuperare non poſſit*. quia ſi dominus bonorum via iuridica, aut alia honeſta via certo intelligat certitudine morali (vt ſi Dominus poſſit ſtatim conuincendo talem latronem teſtibus corā iudice, auctoritate iudicis bona ſua ab illo recuperare, aut poſſet inuaſorem domi retinere) ſe poſſe bona ſua defendere, aut recuperare, quam occidendo latronē non poſſit illum occidere. quia tunc iam non eſſet inculpata tutela vnde in l. ſed etſi. ff. ad legē Aquiliam. dicitur. *Si quis cum furem apprehendere poſſit, maluit occidere, iniuriam feciſſe uidetur.* Et in cap. Interfeciſti. de homic. in ſecunda parte capitis imponitur penitentia occidenti latronem cum poterat aliter liberari res; ſi vero aliter liberari non poterat, nulla pena imponitur. Dixi, *certo*, quia ſi ſit dubius, in dubiis potior eſt ratio patientis iniuriam, & ita quando eſt dubius, occidere poteſt.

31 *Quod* autem dictum eſt, licitum eſſe pro defenſione bonorū inuaſorē occidere, intelligendum eſt quādiu durat defenſio, & inuaſio, durat autem non ſolum quando latro actu, & per vim rapit, ſed etiā quando fugiendo rē ſecū defert, toto. n. eo tēpore eſt in flagranti delicto, & ita non modo, cū actu rapit, verū etiā quando fugit, niſi alia via recuperari poſſit, latronē inſequi, & à longe ſi poteſt, antequā rē occultet, occidere valet. At vero poſtquā in aliquē locū tutū ſe recepit, non erit licitū occidere, aut vi aggredi, ſed ſolū detinere, quoadvſque iudex eū capiat. Ratio eſt, quia tunc deſinit eſſe inuaſor, & iā ceſſauit vis, & ſolū eſt iniquus detentor, natura autē non concedit, vt iniquū detentorem, qui rem occultauit, & domi iā eſt pacificus, vel ad alia diuertit, quis occidere poſſit, ne occaſio iurgiis, & rixis p̄beretur. Satis igitur eſt, q; interficere poſſit fugientem, antequam rem occultare poſſit.

32 *Ad* rationē reſpondetur: Tunc lege charitatis vitā proximi preferendam eſſe rei meæ familiari, quando ille eſt in neceſſitate conſtitutus, nec in ſua eſt poteſtate periculū euadere; ſecus autem quando voluntaria quadā iniquitate, & malitia in eo eſt periculo, vt in caſu propoſito contingit, maxime cū mihi cōmiſſa non ſit cura, & vita alterius, niſi in caſu neceſſitatis veræ, cum tamen cura meiipſius, & bonorū meorū mihi ſemper, & abſolute cōmiſſa ſit, ac proinde ius habeo remouēdi impedimēta oīa q̄ obſtāt, quo minus res meas cōſeruare poſſim.

Quod vero ad S. Aug. attinet, Reſpondent cōiter authores, vel illū fuiſſe eius ſententiæ, vt nō liceat ꝓ bonis tēporalib. defendēdis, occidere: vel certe & verius, illū locutū fuiſſe vt philoſophū moralē, ſ. in caſib. in quib. nō adhibetur moderamē inculpatæ tutelæ, hoc eſt, qñ alia via reſtat recuperandi bona,quam occidendo, tunc enim,vt diximus, iniquum eſſet illum occidere. Et hunc fuiſſe ſenſum S.Auguſtini, ex eo colligi poteſt, quia loquitur de fure diuino,vix autem accidere poteſt caſus,in quo bona temporalia a fure diurno citra eius mortem recuperari non poſſint:quod non ita eſt de fure nocturno. Et hæc eſt ratio,quare per leges licitum eſt furem nocturnum occidere,quia.ſ.præſumunt leges non poſſe communiter citra eius occiſionem bona recuperari,non autem furem diurnum, quia rationabiliter præſumunt poſſe aliter res recuperare furem capiendo, aut alia via iuſta,& propterea,quia occiſio die facta,non omnino neceſſaria nec inculpatum habere moderamen intelligitur, ideo leges aliter de fure diuino,ac nocturno ſtatuerũt,vt Exo. 22.& c.Perfodiens.de homicidio habetur. Si tamẽ aliter res ſuas recuperare non poſſit, quam occidendo furem diurnum, & id certitudine morali cognoſcat, occidendo illum in foro animæ a peccato excuſatur. In qua tamen re vnuſquiſq; ſibi conſulat. Nam etiamſi pro vita defendenda occiderit, niſi id aliqua ratione probet,non erit a iudicio exteriori immunis.

33 Ex quibus etiam ſoluitur ratio Couarruuię:nam ſi latro diurnus erat, vel certe nocturnus, ſi non ſe telo defendebat,præſumit lex, quod erat aliud remedium defendendi res,quam occidendo. Quãdoquidem non ita difficile,aut inuſitatum eſt,ab inuaſore non armato,rem ſuam defendere, aut recuperare citra illius occiſionem,& propterea in tali caſu haud impune illi foret.Cum enim ablatum alia uia recuperabile eſt,iniuſte occideret,vt Bar. in l.furẽ. ff.de Sicar.Syl.in verb.excommunicatio.6.Notab. 4.caſu 9.§.iſta tamen intelligi,Sotus,& alij cõmuniter tradunt.Nec Couarruuiæ fauent verba illa in c.interfeciſti. de homic.vt te,tuaq; defendas, quaſi non liceat aliter occidere inuaſorem rerũ,niſi quando perſonæ periculum rerum iacturæ miſceatur, quia verba illa copulatiue intelligenda ſunt,ita vt cum dicit *te,& tua liberando*,ſenſus ſit,ſi interfeciſti *te liberando*,non peccaſti,& ſi interfeciſti *tua liberando*, non peccaſti.Niſi enim ſic coniugerentur propoſitiones ſequeretur quod ob ſolam vitam tuendam non liceret occidere,niſi etiam ſimul res, cum vita defenderetur,quod eſt ab omni ſenſu,& ratione abhorrens, & alienum,vt optime notat Petrus lib.2.de reſtitu.c.3.nu.406.& nos latius to. 1.lib.6. c.17.nu.27.expoſuimus.

34 DECIMVM DVBIVM eſt,an quæ in præcedẽti difficultate de rerum defenſione explicata ſũt, vera ſint tam de clericis,& Regularibus, quam de ſecularibus?

Quidam enim exiſtimant illis non licere ob rerũ defenſionem occidere,ſic gloſſ.23.q.3.in princ.Nicolaus de Plouc.de irreg.Reg.37.Villadiego tract. de irreg.cap.de Percuſſore.S.Ant.3.par. titul.4. ca. 3.§.2.verſicu.Notandum eſt.Sylu.in verb.Bellum. 2.q.7.ad fin.& verb.excommunicatio.6.Notab.4. verſi.Nono.Marian.Soc.in c.ad audientiam.n.40. de homicid.& Couar.in clem.ſi furioſus. parte 3.§. vnico.verſi.Vndecimo,de homicid.& Michael Salon.2.2.q.64.ar.7.controuerſ.2.concluſ.1.poſt corollarium primum. Qui omnes docent non licere perſonis eccleſiaſticis occidere pro rerum ſuarum defenſione,quamuis ſi attente legantur S.Anto.& Sylue. licitum eſſe dicunt occidere pro neceſſaria rerum ſuarum defenſione,dũmodo ſint tales perſonæ quæ poſſunt habere bona;vnde docent clericos ſeculares poſſe ſuas res defendere:ſeruos autem, & Religioſos non poſſe pro rerum defenſione occidere,quia iſti dominium habere non poſſunt,& maxime religioſi, qui iam mundo renunciarunt. Et gloſſa,Villadiego,& Nich.de Plouc.adducunt pro ſe.c.Interfeciſti.de homicid.vbi presbiter præcipitur toto vitæ ſuę tempore pœnitentiam agere ſi occiderit aliquẽ ob rerum defenſionem,& c.ſuſcepimus.eo.tit.Monachi duo cenſentur irregulares, eo quod quendam latronem occiderant, qui eos ſpoliare voluerat.

Mihi tamẽ magis placet contraria opinio quam tenent Pet.Nau.lib.2.de reſt.c.3.nu.415.& Ludo. de Beia in reſponſ.caſuum.caſ.22.p.2.dub.1. ad vl. licitum eſſe clericis,ac etiam Religioſis eodem modo inuaſorẽ cum moderamine inculpatæ tutelæ,& fauet Alex.de Ales. p.3.ſum.q.34.mẽb.2.ar.2.§.2. quia ex lege naturæ non eſt diſtinctio laici,& clerici,ius.n.naturale concedens facultatem vim vi repellendi,naturaliter omnibus , & æqualiter eam concedit:vnde certum eſt, non eſſe peccatum contra ius naturæ,aut iniuſtitiæ ſic occidere,& per cõſequens annexam reſtitutionis obligationem non habet, id quod præfati authores primæ ſententiæ concedunt: ſed neque eſt contra iura poſitiua de religione,& honeſtate ſacerdotum ſeruanda,vt falſo exiſtimant primæ ſententiæ aſſertores , quando quidem nullo textu iuris canonici hoc ſufficienter probari poteſt, vt etiam Couarruuias fatetur. Nã in d.c.Interfeciſti,ſolum eſt conſilium,vt ſi ſe,ſuaque defendendo,furem occiderat,vbi comprehendi poterat,ſi laicus ſit,quadraginta dies pœnitentiã agat,ſi ſacerdos,tota vita. Quia.ſ.non ſeruauit moderamen inculpatæ tutelæ. Quod vero in hoc cap. contineatur ſolum conſilium, patet ex illis verbis, *Si ſine odij meditatione, te,tuaque liberando huiuſmodi membra diaboli interfeciſti,ſi ieiunare uolueris, bonum eſt tibi.* quaſi dicat: ſi volueris, bonum eſt ad cautelam,non tamen teneris.

Ad c.*ſuſcepimus*. Reſpondetur fratres illos peccaſſe occidendo,& fuiſſe iudicatos irregulares,quia exceſſerunt moderamen inculpatæ tutelæ , cũ potuerint alia via ſe tueri,iam enim ligati erant fures illi,& ita poterant illis dimiſſis,cum iam res ſuas ſaluas haberent,recedere,vel quamprimum ſecundus iſte vidit latrones illos velle confringere vincula, potuit fugere,non enim infamia eſt Monacho fugere ab inimico. Et quod hic ſit dicti cap. ſenſus,ex eo conſtat,quia alias non liceret pro damno perſonæ vitando occidere,id quod Couarruuias non negat eſſe licitum. Dicitur enim in d.cap.Quod latrones *volebant eos in perſonis affligere turpiter,& denudare veſtimentis proprijs,& quod nocte ingreſſi eſsẽt.* & tamen adhuc peccauerunt , & ſunt irregulares ab Alex.Papa III.iudicati,non alia de cauſa niſi qa ceſſante aggreſſione occiderunt.Et quamuis Religioſi non habent rerum dominium, poſſunt tamen habere vſumfructum, & tãquam vſufructuarij res veri Domini,hoc eſt,Religionis defendere licite poſſunt,ſicut ſeruus res domini ſui licite defendere poteſt,& tenetur.

35 VNDECIMVM DVBIVM eſt,an ẽt eodẽ mõ

liceat interficere inuaſorem pro defenſione vitæ, honoris, ac bonorum amici, vel proximi mei innocentis, & Reipublicæ, cum moderamine inculpatę tutelæ?

Reſpondeo cum Petr. Nauar. li. 2. de reſti cap. 3. nu. 419. Michaele Salon 2.2. q. 64 ar. 7. controuerſia. 2. corol. 1. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcientię c. 62. & Emanuele Sà in Aphoriſmis. verb. Homicidium, & alijs, id eſſe licitum, nec teneri ad aliquam reſtitutionem. Tum quia id licet, vt conſtat, pro bonis, inter bona vero pretioſum, & maximũ eſt amicus, maxime innocens. Tum quia iure naturæ, & lege charitatis licitum eſt quoſcunque defendere, quando actu per vim inuaduntur. Vnde ſi videam latronem auferentem bona proximi, re- ſiſtentem, nec proximum habere vires ad illum ſuperandum, vel ſaltem probabiliter dubito, an habeat tales vires, licite poſſum iuuando proximum, ne rebus ſuis expolietur, latronem occidere. Quia iure naturæ ſemper eſt potior ratio patientis iniuriam, & ei fauendum. Et multo magis, cum Reſpublica, & bonum commune inuaderetur, vt de ſe cõſtat. Innocens autem cenſetur qui aggreſſus eſt, vt plurimum. Dixi vt plurimum, quia vt notat Petr. Nauar. vbi ſupra innocens etiam, quoad hoc cenſetur aliquãdo aggreſſor, & qui cauſam dedit aggreſſioni, ſi modo iam deſiſtere velit; Is enim innocens tunc iudicandus eſt contra alterum, qui nunc eſt vere aggreſſor, quamuis initio aggreſſus fuit, atque adeo licebit hunc iuuare pro vitæ defenſione cõtra illum, cuius bona antea eripere voluit.

36 DVODECIMVM DVBIVM eſt, an pro defenſione caſtitatis liceat interficere inuaſorem?

Communis opinio eſt, peccare mortaliter occidẽdo, quando aliter fugiendo, aut clamando euadere poſſit, ſin autem aliter euadere non poſſit licite occidere poteſt. Ratio eſt, quia ſicut licitum eſt occidere pro defenſione membrorum, & bonorũ temporalium, ita a fortiori licitum erit pro defenſione honoris, & caſtitatis, aut alterius virtutis, cũ bonum virtutis rebus alijs præferendum ſit, maiuſque periculum imminet conſenſus in tali caſu, quã in ceteris. Vnde defendendo ſe in re tanti momenti, vtitur iure ſuo naturali, quo licet vim vi repellere, & magis tenetur ſaluti ſuæ prouidere, quam alterius. Si quidem exponit ſe periculo conſentiendi actui peccati permittendo ſe opprimi propter difficultatem renitentiæ voluntatis, dum non facit qđ poteſt ad euadendum. Verum tamen eſt quod ſi talis mulier nolit aggreſſorem occidere, ſed quantum poteſt ſe tuetur, ne ſtuprum patiatur, ſaluo eo, vnde ſequi poteſt mors, peccatoque mente renittitur, multo maioris virtutis opus efficiet, ſicut ſi quis inuaſus ne ſe defendendo contingat occidere, permitteret ſe occidi, non peccaret, ſed maioris virtutis eſſet. Vt enim S. Lucia dixit, *Non coinquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis, & quæ multa patitur virginitatis meritum non amittit*, vt multis probat S. Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei cap. 18. Idemq; dicendum de viro eſt, cum occidit, ne patiatur ſodomiam. Vnde Cice. in orat. pro Milone laudat militem adoleſcẽtem, ꝗ ne turpiter pateretur a Tribuno militari propinquo Caij Marij, ipſum interfecit. Atque idem dicendum eſt de quocunque opem ferente tali mulieri, aut viro, dummodo ſit vocatus a muliere. Quia licet iure naturæ fauere patienti iniuriam in re graui, & iuuare oppreſſum per vim. Nec obſtat, quod mulier non conſentiendo non peccat, nec pudicitiam amittit. Quia reſpōdendum eſt, quod niſi defendatur, vel ſe defendat, exponitur probabiliſſimo periculo conſentiendi in actu turpitudinis. Deinde etiamſi non conſentiat, ſi ſit virgo, priuatur ſignaculo virginitatis, & ſi non ſit virgo, priuatur titulo, & nomine pudicitiæ, quorum vtrumque præſtat cuiuis, & omni bono temporali.

Dixi, *Dummodo ſit vocatus.* Si enim ipſa ſe defendere, aut defendi noluerit, aut tepidè ſe habet, non liceret occidere. Quia tunc licet peccat accedens ad eam, non tamen peccat contra iuſtitiam; Ex quo illa inuoluntarium non patitur, & ita aggreſſor dici non debet.

Ceterum ſi ipſa taceret, aut reſiſteret timens, ne res manifeſtetur, alias omnino abhorrens concubitum liceret ſcienti rem ita ſe habere, illam iuuando aggreſſorem occidere. Iam enim inuaſor eſt, iniuriam, vimque in re maximi momenti facit, qualis eſt pudicitia, aut virginitas. Quæ omnia colliguntur expreſſe ex S. Ant. p. 2. titu. 7. c. 8. Sylueſt. verb. Homicidium. 1. q. 5. Tabiena. eod. ver. 7. in fi. Caiet. 2.2. q. 64. ar. 7. in fine. Mart. Nauar. in Manuali c. 15. nu. 5. Petro de Arragon. 2.2. q. 64. ar. 7. Michaele Salon ibidem controuerſ. 2. Corol. 3. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 394. Greg. de Valentia tomo 3. diſput. 5. q. 8. punct. 4. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ, c. 62. & Toleto in ſumma, lib. 5. cap. 6. ante finem.

De Occiſione alterius, quæ fit publica authoritate. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *An liceat clerico occidere malefactores.*
Clericorum nomine quinam ſint intelligendi?
2 *An diuino iure, vel naturali, aut poſitiuo prohibitum ſit clericis malefactores occidere.*
3 *An Prælati habentes iuriſdictionem temporalem poſſint per ſeipſos iudicium ſanguinis in ſibi ſubditos ferre.*
4 *An iudex vel princeps qui certe conijcit reum pęna afficiendum ſtatim damnationem incurrere, exiſtimet autem probabiliter eum pęnitentiam acturum, & ſaluandum, ſi condonetur, poſſit, & teneatur illi vitam condonare.*
5 *Solutiones argumentorum pro parte negatiua.*
6 *An liceat Iudici aliquem occidere ſine confeſſione, & Euchariſtia.*
7 *Status quæſtionis quatuor propoſitionibus abſoluitur, num. 8. 9.*
10 *An Princeps, vel Reſpublica facultatem concedere poſſit cuicunque occidendi certum malefactorem.*
11 *Abſolute ante Iudicis ſententiam non poſſunt; quando.*
Sine citatione, defenſione, & proceſſu condemnari, & puniri quis poteſt, quando nu. eod.
12 *Poſt ſententiam criminis declaratoriam poteſt Princeps, vel Reſpu. concedere facultatem priuatis occidendi malefactores in aliquibus caſibus.*
Mos Venetorum laudatur, qui exules ad mortem condenatos ſingulis facultatem tribuunt accedendi.

13 *Sol-*

3 *Soluuntur eorum argumenta, qui putant ante ſententiam latam licere.*

4 *An poſſit Rex vel Reſpub. concedere, vt vbicunq; inueniantur etiam extra territorium, & iuriſdictionē occidi poſſint.*

5 *An ſtante tali lege aut facultate occidendi poſt latam mortis ſententiam, poſſit malefactor ille ſe defendere vel miniſtro legis, Regiſque reſiſtere.*

EXplicata hactenus occiſionis priuatæ natura, proxime ſequitur, vt de occidente alterum auctoritate publicæ poteſtatis diſſeramus. In qua re certum eſt licitum eſſe occidere malefactores publica auctoritate, exigente id naturali ratione, vt bonum commune, & ſalus totius ſalua fit per abſciſſionem membri putridi, ac pernicioſi. Nam vt ait Apoſtolus. 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Sicut igitur ad Medicum pertinet membrum putridum præcidere, qñ ei commiſſa fuerit cura ſalutis totius corporis; ita etiam Princeps, & magiſtratus publicus, cui communitatis cura, & cuſtodia commiſſa eſt: malefactores propter ſalutem communis boni occidere licite poteſt, vt optime S. Aug. li. 1. de ciu. Dei. c. 6. & c. 21. & S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 3. & alij communiter affirmant: vnde Ro. 13. dicitur. *non ſine cauſa gladiũ portare, Dei miniſtrum eſſe, & vindicem in iram ei, qui malum agit.* Quia vero publicam poteſtatem gerens, clericus, aut laicus eſſe poſſit, ideo de vtriſq; breuiter in hoc capite dicendum eſt. Eſt igitur

1 PRIMVM DVBIVM, an liceat clericis occidere malefactores? Non eſt autem quæſtio de clericis priuatis occidentibus propria auctoritate, cum ſatis conſtet ex his, quæ præcedenti capite dicta ſunt, non licere illis, cum nullæ perſonæ priuatæ id liceat, atq; adeo tanto grauius peccant ceteris hominibus, quanto clerici propter ſui ſtatus perfectionē debent magis a propriarum iniuriarum vindicatione abſtinere. Quæſtio igitur hæc potiſſime pertinet ad clericos conſtitutos in dignitate, & habentes iuriſdictionem ſiue ſpritualem tantum, ſiue etiam tēporalem ordinariam, vel delegatam, an ſcilicet liceat illis occidere malefactores, & ſermo eſt ſecluſa diſpenſatione, & priuilegio.

Antequam vero rem ipſam explicemus, Notandum eſt, nomine *Clericorum*, intelligi non ſolũ conſtitutos in ſacris ordinibus, verum etiam in Minoribus. De conſtitutis in ſacris res eſt manifeſta; De conſtitutis vero in Minoribus colligitur ex titulo, De clerico percuſſore, vbi in c. ſi. fit mentio Acolythi, & cum Acolytho id ibi prohibeatur, conſequēter prohibetur, & alijs exiſtentibus in minoribus. Sic Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. ar. 4. Michael Salon 2. 2. q. 64. ar. 4. controuerſia. 1. concl. 4. Pet. de Arragon. ibidem. ar. 4. Grego. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. pun. 3. in fi. & Tol. in ſum. lib. 5. c. 6. An autem hoc nomine clerici, intelligendus ſit etiam habens primam tonſuram, dubium eſt, quia tonſuratus communiter gaudet priuilegio eccleſiaſtico, atque ita Greg. de Val. vbi ſup. docet clerici nomine intelligi ēt habentem tantum primam tonſuram, vt pueros. Michael Salon autem loco proxime citato, cui fauet Eman. Sa. in Aphoriſmis verb. clericus in prin. rectius docet non intelligi, quia licet in fauorabilibus clerici nomine veniat habens primam tonſuram, ſecus autem in odioſis, & prohibitionibus, maxime cum odia reſtringenda ſint potius quam amplianda. argum. c. odia, de reg. iu. in 6. nec aliquo loco ex his in quibus habetur in iure huiuſmodi prohibitio, fit mentio habentis tantum primam tonſuram. His ita notatis,

Reſpondent communiter Doct. non licere clericis occidere malefactores. Sic D. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 4. Alex. de Ales p. 3. q. 34. memb. 2. arti. 3. Caie. Pet. de Arragon, & Michael Salon. ibid. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 1. ar. 4. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 8. puncto 3. Sebaſt. Medices in ſum. de peccat. ti. 4. q. 95. Tol. in ſum. lib. 5. c. 6. Emanuel Sa. in Aphoriſmis verb. clericus, & alij cõiter. Ratio eſt, tum quia vt Eccleſiaſ. 10. dicitur, *ſicut iudex populi, ita & miniſtri eius.* Sed clerici ſunt miniſtri Chriſti, qui nullum occidit, immo vt ait S. Pet. 1. Pe. 2. *cum percuteretur, non repercutiebat.* Ergo vt Chriſtum Dñm ſuum repreſentent, nec ipſi quemquam occidere debent. Tum quia ſunt Miniſtri templi, & altaris; templum aũt, & altare adeo abhorrēt ab effuſione ſãguinis, vt eo polluantur, & reddantur ſuo mõ irregulares, hoc ē, indigēt reconciliatione, & mundatione. Ergo ēt, & hac rõne miniſtri horum ab effuſione ſanguinis oĩno abhorrere debent. Tum quia cum ſint nouæ legis Miniſtri, conformare ſe debent legi nouæ; lex autem Euangelica non conſtituit pœnam mortis aut mutilationis, ſicut lex vetus, quæ fuit lex ſeruitutis, vnde decuit vt miniſtri Euangelij ab occiſione hominum abſtinerent. In qua re differunt a ſacerdotibus legis veteris, quib. licuit ꝓpria manu occidere, vt patet Exod. 32. vbi Moyſes a Leuitis interfici fecit viginti tria millia hominum propter adorationem vituli. Et Phinees ſacerdos interfecit Iſraelitem cum Madianitide coeuntem Nume. 25. Et Samuel interfecit Agag regem Amalech, & Elias ſacerdotes Baal, & Matathias eum qui ad ſacrificandum acceſſerat. Nec obſtat quod in nouo teſtamento Petr. Ananiam, & Saphiram occidiſſe legitur. Act. 5. Quia non propria auctoritate, vel manu eos occidit, neque eius iuſſu interfecti ſunt, ſed magis diuinam ſententiam de eorum morte promulgauit. Clerici igitur tam in ſacris, quam in minoribus conſtituti, abſque priuilegio, & diſpenſatione Papæ iudicium in cauſa ſanguinis facientes peccant, ſed cum hac differentia, quod ſacris initiati peccant mortaliter, cum grauem irreuerentiam ſacro ordini inferant, & præceptum eccleſiæ violant; in minoribus vero ſolum venialiter peccant, quia cum ordines iſti ſint minores, & non ſacri, non inferunt eis grauem iniuriam: ſed quandam indecentiam ex Soto lib. 5. de iuſt. q. 1. arti. 4. Pe. de Arragon. 2. 2. q. 64. ar. 4. Michaele Salon ibi. controu. 1. conclu. 4. Grego. de Val. to. 3. diſpu. 5. & Tol. in ſum. lib. 5. c. 6.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, an diuino iure, vel naturali, aut poſitiuo prohibitũ ſit clericis malefactores occidere? Ratio dubij eſt, quia 1. Ti. 3. dicitur, *oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, nõ vinolentum, non percuſſorem*, Quibus verbis ſignificare videtur ex iure diuino Epiſcopis conuenire, quod neminem interficiant. In hac re tria mihi dicenda videntur ex communi Doctorum conſenſu, quos ſuperiori dubio citauimus.

Primum eſt, clericis iure naturæ prohibitum non eſt vt malefactores occidāt,vt patet. Tum quia nec iuri naturali,nec rectæ rationi repugnat, vt clericus malefactores ſibi ſubditos occidat. Tum quia ius naturæ ſemper eſt vnum, & idem apud omnes, & tamen conſtat ex dictis ſupra,licitum fuiſſe veteris legis ſacerdotibus occidere malefactores,quibus tamen id facere minime licuiſſet,ſi ius naturæ id ꝓhiberet. Tum quia ius naturæ nihil dictat de ſacerdotum noui teſtamenti poteſtate,& auctoritate.

Secundum eſt,iure diuino clericis non eſt interdictum malefactores occidere. Hoc ex eo probari poteſt, quia nullibi in ſacra ſcriptura legitur talis ꝓhibitio. Nec teſtimonium ex Apoſtolo allatum id probat,quandoquidem non agitur ibi de omnibus clericis, aut de Epiſcopo vt perſona publica, ſed vt priuata,immo nō agit de Epiſcopo iam creato,ſed eligendo: deſcribit enim mores,& conditiones Epiſcopi eligendi,affirmans *oportere epiſcopum eſſe irreprehenſibilem,ſobrium,non uinolentum, non percuſſorem*;hoc eſt,qui in Epiſcopum,aut in quēlibet alium ſacerdotem eſt eligendus, talis eſſe vitæ debet, vt nihil reprehenſione dignum aduerſus eū iure ac merito obijci poſſit,ſed ſit ſobrius,morum grauitate ornatus, hoſpitalis; non ſit multo vino deditus,non percuſſor, hoc eſt,contentionum amator,quales ſolent eſſe ij,qui multo vino dediti ſunt. Quæ omnia ad perſonam eligendam in particulari ſpectant, nec de peccatorum occiſione publica auctoritate faciēda aliquam mentionem facit Apoſtolus, vt conſtat, vnde nec locum illum S. Thom. 2.2.q.64.art.4 adducit, ad probandum iure diuino clericis prohibitum eſſe malefactores occidere, ſed ſolum per modum conſequentiæ, & congruentiæ, vt paulo poſt dicemus.

Tertium eſt,humano iure poſitiuo,ob ſtatus decētiam,clericis prohibetur,ne malefactores occidāt, Vt habetur in can.Neminem,& can. Epiſcopum.d. 45.& in c.ſententiam,& in c.clericis.Ne clerici vel Monachi,& in toto titu.de clerico percuſſore.Quę prohibito eccleſiæ conformis admodum eſt S.Pauli monitis;Cum enim Apoſtolus præceperit,ne illi in Epiſcopos, & ſacerdotes eligantur, qui fuerint percuſſores,merito canit eccleſia,vt clerici ab omni prorſus abſtineant percuſſione,tam priuata,quā publica auctoritate facta, tum ad meliorem repreſentationem Chriſti Domini,tum etiam ob maiorem decentiam ſtatus eccleſiaſtici, & conuenientiam miniſtrorum nouæ legis, vt ſupra explicauimus.

3 TERTIVM DVBIVM eſt,an prælati habētes iuriſdictionem temporalem poſſint per ſeipſos iudicium ſanguinis in ſibi ſubditos ferre? Ratio difficultatis eſt,quia ex vna parte clericis omnibus iure poſitiuo id prohibitum eſt, vt diximus. Ex alia vero parte ratio conuincere videtur hoc illis licitum eſſe;quicunque enim licite aliquod officium ſuſcipit,licite poteſt ea,quæ ad officium illud pertinēt, exercere; cum igitur nonnulli clerici ſint terrarū Domini, & Principes temporales, licite poſſunt malefactores occidere.

Reſpondeo,primo non eſt dubium,quin prælati habentes dominium temporale poſſunt ex Papæ priuilegio per ſeipſos ferre ſententiam ſanguinis. Ratio eſt,quia cum prohibitio hæc ex ſolo ſit iure poſitiuo eccleſiaſtico,poteſt Papa, qui ſupremam & pleniſſimam poteſtatem in ius Pontificium habet,cum clericis in hac re diſpenſare, ita ſcilicet vt per ſeipſos iudicium ſanguinis exerceant;In qua re conſiderandus eſt verborum Priuilegij tenor. Si enim priuilegium dicit, *poſſe habentem talem iuriſdictionem temporalem exercere omnia officia requiſita in iuriſdictione tēporali,& cum clauſula generali non obſtantibus quibuſcunque decretis Conciliorum,aut iuris Pontificij*,poſſunt tunc per ſeipſos ſentētiam mortis in malefactores ſibi ſubditos ferre, ſin vero ſolum habeant priuilegiū habēdi iuriſdictionem temporalē ſiue ſint ſupremi Domini, nullum agnoſcentes in temporalibus ſuperiorem(vt multi prælati Germaniæ)ſiue ſint inferiores alicui Regi ſeu Principi (vt in Hiſpania,& Gallia) tunc quidē ſolum conceditur illis iuriſdictio temporalis iuxta iuris canonici decreta,hoc eſt,vt abſque peccato,vel irregularitate ferre poſſint leges condemnantes in generali malefactores ad mortē,& eligere iudices, tribuēdo eis auctoritatem iudicandi,ēt ad mortem,prout recta ratio,& iuſtitia requirit,vt habetur expreſſe in c. Ne clerici,vel Monachi,in 6.vbi dicitur, *licet clericis cās ſanguinis agitare non liceat*,ſcilicet per ſeipſos immediate,*eas tamen(cum iuriſdictionem obtinēt temporalem)debēt, & poſſunt metu irregularitatis ceſſante,alijs delegare*.Quo fit,huiuſmodi prælatos in hoc caſu ſine vllo priuilegio Papæ,ſed a iure communi eo ipſo quod iuriſdictionem temporalem ſpirituali dignitati annexam habent,poteſtatem hanc eligēdi iudices habere,nec exinde irreuerentiam,aut indecentiam aliquam ſuo ſtatui eccleſiaſtico inferūt, cum recta ratio dictet, vt poſtquam per ſeipſos cās ſanguinis agitare non poſſint, ſaltem per iudices deſignatos ea omnia faciant,quę ad debitam gubernationem ſunt neceſſaria,prout argumentum initio allatum euidenter conuincit.Idemq; de illis clericis,qui prælati non ſunt,iure tamen hereditario, vel alia via alicuius loci dominium temporale habent,dicendum eſt.

Quando vero aliquid vlterius agunt prælati aliqui Eccleſiaſtici,quā deſignare iudices,& præſtant aliqua,in quibus ad effuſionem ſanguinis concurrere videntur,cenſendum eſt ipſos priuilegium a Papa ad id,vel expreſſum,vel interpretatiuum ex vſu, & conſuetudine loci habere;vſus enim in his eſt optima iuris interpretatio; Princeps autem ſecularis alicui clerico poteſtatem occidendi malefactorem tribuere non poteſt,ſed ſolus Papa qui ſolus in iure communi diſpenſare poteſt. Et de clericis hactenus dictum ſit.

4 QVARTVM DVBIVM eſt,Cum ex dictis manifeſtum ſit licitum,immo,& neceſſariū eſſe pp bonum commune,vt malefactores publica auctoritate occidātur,hancq; eorum mortem non a viris eccleſiaſticis,ſed a ſecularibus ſolum infligendam eſſe,inquirendum eſſet in præſentiarum,quę nam neceſſaria ſunt, vt publica poteſtate malefactores licite interfici poſſint, de qua re, quia commodior locus offertur in octauo Decalogi præcepto,vbi de officio iudicis agetur,nihil in hoc loco dicemus,ſolum ea nunc exponemus, quæ cum præſenti materia connexionem, & aliquam etiam difficultatem habere videntur. Eſt igitur dubium quartum in ordine, An iudex, vel Princeps q̄ certis iudicijs & ſignis conijcit, quod ſi reum pœna capitis afficiat

it ſtatim ille perditus ſit iturus in infernũ,& dan nari,ſi vero condonetur ei, exiſtimat probabiliter pœnitentiã acturũ,& ſaluandũ,poſſit,& teneatur illi vitam cõdonare? Ratio difficultatis eſt, quia vita corporalis vniuſcuiuſq.ordinatur ad ſpiritualẽ eiuſdẽ,ſed in hoc caſu ex ſuppoſitione, vita corporalis malefactoris omnino neceſſaria eſt ad ſpiritualem ſalutẽ ipſius. Ergo in hoc caſu cõdonanda eſt ei vita corporis,vt ſpiritualiter ſaluetur. Maxime cum pœnæ temporales huius vitæ medicinales eſſe debeant,& ordinatæ ad bonum patientis illas,cum tamen pœna capitis in hoc caſu nõ ſolũ non futura eſt huic medicinalis,ſed potius in æternum damnoſa, & nocens corpori, & animæ. Deinde iudex, vel Prĩceps tenetur ex præcepto diuino charitatis velle huic homini ſalutem ſpiritualem; At ſi tunc illũ occidat,non vult illi vitam ſpiritualem; Ergo peccat,& conſequenter vitam ei condonare tenetur.

Communis tamen, & verior ſententia eſt dicentium,Iudicem in eo caſu teneri quidem admonere, & hortati eum per ſe, & per alios viros idoneos ad pœnitentiam; ceterum ſi impœnitens maneat, iuſte poteſt,& debet illum occidere,etiamſi per reuelationem certo cognoſceret talem ſtatim in infernum deſcenſurum,& damnandum. Sic Sotus li.5.de iuſt.q.1.ar.2.in fin.Michael Salon.2.2.qu.64.art.2.controuerſia.2.Pet.Nauar.lib.2.de reſti.c.3.nu.224.& Petr.de Arragon.2.2.q.64.arti.2. Ratio eſt,quia punitio malefactorum, & ſcelerum ordinatur ad bonum cõmune,cuius iudex ex officio eſt cuſtos; Bonum autem commune præferendum eſt bono priuato cuiuſcunq;. Ergo iudex ex amore iuſtitiæ illum morti adiudicans non peccat. Deinde ſi cõtrarium verum eſſet,malefactores omnes ſtatim fingerent ſe impœnitentes,vt hac ratione,& artificio mortem euaderent,manerentque ſcelera impunita in maximum damnum, & detrimentum Reipublicæ,vt conſtat. Argumenta autem in contrarium adducta facile ſolui poſſunt.

5 *Ad Primum* enim Reſpondetur, vitam corporalem dupliciter ordinari poſſe ad vitam ſpiritualem conſequendam, vno modo tanquam medium per ſe ordinatum ad illam, & ſine damno, & præiudicio Reipublicæ; Alio modo tanquam medium per accidens ordinatum, & cum alterius præiudicio. Quando igitur vita corporalis neceſſaria eſſet ſimpliciter,& abſolute ad ſalutem animæ, occiſioque malefactoris non eſſet neceſſaria bono communi, non eſſet a iudice occidendus reus: At vero cum in caſu noſtro, occiſio malectoris neceſſaria ſit Reipublicæ,eiuſque vita corporalis non ſit ei ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem animæ,ſed per accidens, & ex propria malitia, peccaret iudex eum liberando. Quod ſi exinde ſcandalum oriretur,illud plane ex illorum malitia naſceretur, & paſſiuum eſſet: Ac proinde in eo caſu locum haberet, quod vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas deſeratur,id eſt,iuſtitia,& iudicium. Quod vero dicitur, pœnam capitis in eo caſu non futuram ei medicinalem, ſed nociuam, Reſpondetur id omnino per accidens eſſe, & ex propria eius malitia: Etenim pœna illa mortis ex ſe ordinata eſt ad eius vtilitatem: ſi enim patienter illam ferat,ac Deo offerat,& pœnitentiam agat, meretur, & ſatisfacit pro delicto ſuo: ſin vero conuerti noluerit, non iudici,ſed ipſi imputandum eſt: Eſt etiam vtilis pęna illa bono communi,cum exinde alij timeant,& ceſſent a peccatis,proficitque ſaluti ſpirituali aliorum vnde ſic occidendo malefactores vere ſeruant naturam,& rationem pœnarum huius vitæ,vt ex dictis manifeſtum eſt.

Ad Secundum Reſpondetur, iudicem teneri q̃dem velle illi ex charitate bonum ſpirituale ipſius, id quod ſufficienter præſtat, dum illum admoneat vt pœniteat,& ſufficiens tempus ad confitendum, & euchariſtiæ ſacramentum recipiendum ei concedat: Deinde vero cum ex ordine eiuſdem charitatis teneatur iudex conſulere bono communi Reipublicæ, & bonum Reipu.præferendum eſt bono illius priuato, vtrique muneri, & officio ſatisfacit, dum illi tempus ad pœnitendum concedat,& ſcelera in bonum Reipub.puniat. Et licet ex genere ſuo bonum ſpirituale huius diuinius ſit,& altioris ordinis, quam bonum temporale Reipublicæ, adeo tamen excedit bonum cõmune hoc ſpirituale,& particulare huius, vt debeat illud huic præferre; maxime quod non punitis malefactoribus,non ſolum ſequuntur in Repub.multa damna temporalia,verũ etiam innumera ſpiritualia. Quia vero in hac difficultate ſupponere videmur aliam, quæ cum iſta, cõnexa aliquo modo eſt; ideo vt rem iſtam plenius exponamus,

6 QVINTVM DVBIVM eſt,an liceat iudici aliquem occidere ſine confeſſione,& Euchariſtia? Præfati namq; authores docẽt quidem vt vidimus q̃d etiamſi iudex certo nouerit per reuelationem in peccato mortali reum moriturum,non debet a cõdemnatione abſtinere;ſed an differre debeat,non explicat. Sylu.in verb.Iudex q.11.verſic. Sextum. poſt Paludanum in 3.d.22.quem citat,docet nullũ iudicem Chriſtianum negare debere confeſſionem petenti, & parato facere debitum,etiamſi timeret, ne eriperetur. Nam licet id timeretur, vtilius ſcandalum naſci permittitur,quam veritas deſeratur.c. Qui ſcandalizauerit. de reg.iu.in antiq.Mart. Nauar.in Man.c.25.nu.23.verſ.11.& in Enchirid.de oratione,& horis canonicis.c.22.num.11.abſolute docet, confeſſionem concedendam eſſe a iudice ſi petatur, nec excuſari iudicem cõtraria aliqua conſuetudine. De Euchariſtia vero docet non peccare mortaliter iudicem non concedendo tempus ad illam ſuſcipiendam. Petr.Nauar.lib.2. de reſt. c.3.n.225. docet peccare iudicem niſi concedat tempus commodum ad confitendum,& communicandum & fauet Michael Salon 2.2.q.64.arti.2.controu.2. Hæc Doctores, quæ maiorem diſtinctionem, lumenq; deſiderant: Ideo quid mihi probabilius in hac re videtur,paucis exponam.

7 *Primo*, Quod ad confeſſionem attinet, tenetur iudex ſub peccato mortali communiter dare tempus ad commode confitendum. Sic Syl. & vterque Nau. vbi ſup.& Salon. id quod Sylueſter.& Pe.Naua.docent,etiamſi timeretur ereptio, ſi ei mortem notificet,vt ſe præparet ad confitẽdum. Plus enim æſtimanda eſt æterna ſalus proximi, quam quod vel eripiatur; vel aliorum ſcandalum ſequatur, q̃d tamen paſſiuum eſſet,& etiamſi eſſet, ex fragilitate,vel ignorantia, tamen reparabile eſſet. Ratio, quæ me in hanc etiam inclinat ſententiam, eſt decretum in Clem. Cum ſecundum,de pœni.& remiſ.

vbi id abſolute, & indiſtincte iuſtitiarijs omnibus, & Dominis tẽporalibus præcipitur, adeo vt ad hoc faciendum compelli debeant a locorum ordinarijs per excommunicationẽ. Deinde cum ſacramẽtum hoc omnibus exiſtẽtibus in mortali poſt baptiſmũ ad ſalutem neceſſarium ſit ſimpliciter ex Concilio Triden. ſeſſ. 14. de ſacramen. pœnit. ca. 2. & difficile admodũ ſit veram cõcipere cõtritionẽ, eo maxime tempore, quo animus eſt omnino mortis terrore perturbatus, conſequẽter nõ eſt ſine grauiſſima cauſa pœnitens reus illi diſcrimini exponendus, neque tam neceſſario ad ſalutem ſacramento priuandus. Dixi, communiter, tũ quia vt notat Sylu. ſi crederetur quod nõ peteret ex deuotione, ſed ſpe ereptionis, vt quia ſub patibulo petit, & non petiuit in carcere, non peccaret iudex non concedendo ei lõgius tempus, cum ſimularet potius ſe velle confiteri, quã vere de peccatis pœnitentiam agere. Tum quia ſi eſſet homo flagitioſus, & damnum Reipublicæ immineret ex eius conſeruatione, ſufficeret dare ei tempus contritionis; neceſſitas. n. facit vt ſe habeat, ac ſi non eſſet copia confeſſoris. Maxime, quia cum futurum damnum probabiliter timetur, non tam proceditur cum emendato ad pœnam, quam cum aggreſſore ad defenſionem Reipublicæ.

Secundo, conſuetudo negandi prædictum pœnitentiæ ſacramentum, non excuſat iudicem extra caſus prædictos negantem commodum tempus ad confitendum. Sic Sylu. in verb. Iudex. q. 11. verſic. Sextum. vbi ait iudices ſic negantes eſſe reos animarum, cum etiam relapſis, qui ſine vlla audientia tradendi ſunt iudici, & iuſtitiæ ſeculari, eccleſia gremium non claudat, quin pœnitentiam, & viaticum miniſtret. Idem docent vterque Nauarrus locis proxime allatis, & Gloſſa in d. clem. Cum ſecũdum de pœnit. & remiſſ. Et colligitur ex ipſa litera, vbi Clemens V. ait. *Cum ſecundum ſtatuta canonica vltimo ſupplicio deputatis negari non debeat pœnitentia, abuſum damnabilem in quibuſdam partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes, iuſtitiarios omnes, & Dominos temporales, vt ab huiuſmodi deſiſtant abuſu, &c.* Et merito, quia talis vſus eſt contra ius diuinum.

8 *Tertio*, quoad communionem, Gloſſa in d. Clem. Cum ſecundum. Sylu. vbi ſupra Petr. Nauar. num. 228. loco proxime citato, & fauet Michaël Salon vbi ſupra, docent, quod ſi non timetur ereptio, vel aliud damnum notabile, grauiter peccaret iudex, qui non concederet tempus ad recipiendam Euchariſtiam, maxime cum ſecundum opinionẽ probabilem multorum, Euchariſtia, licet non ſit medium ita ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem ſicut pœnitentia, eſt tamen ſaltem de illa præceptum diuinum tempore neceſſitatis, vt eſt tempus quo vt viaticum eſt neceſſaria, vnde iudex impediens eius impletionem ſine cauſa ſufficienti, & proximũ fructu euchariſtiæ, & ſalutari viatico priuans, grauiter peccat. Id quod ex eo confirmari poteſt, quia ipſo iure quo conceditur pœnitentiæ ſacramentum, conceſſa etiam cenſetur euchariſtia, vt aperte ſatis docet Innocẽtius III. in cap. Quod te. de peni. & remiſſ. his verbis. *In illo verbo, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec iſtud decedentibus denegetur*, & facit cap. 2. de furtis. Vnde in vrbe, teſte Nauarro vbi ſupra, quam o vniuerſus ſequi debet, hic vſus viget, vt damn ad mortem detur euchariſtia.

9 *Quarto*, quoad tempus quod concedendum eſt a iudice ad confitendum, & communicandum, hæc conſuetudo vrbis eſt, quam refert Martinus Nauar. in Manuali. c. 25. nu. 23. & c. 22. de oratione, & horis canon. nu. 11. & tom. 2. conſiliorum, tit. de pœni. & remiſſio. conſil. 16. in antiquis; alias conſil. 40. in nouis, vt damnato ad mortem adhuc ieiuno denuncietur ſententia poſt mediam noctem, & liceat ei confiteri, & communicare ante quatuor horas, quam ducatur ad mortem, vt iam communi tanto temporis ſpatio panis ſpecie, ſine vlla irreuerentia ſacramenti, cum magno eius fructu moriatur, immo in dicto conſilio 16. concedit licitũ eſſe miniſtrare hoc ſacramentum eodem mane quo occidendus eſt, ante tres, vel quatuor horas, immo, & ante vnã, id quod ẽt fatetur Emanuel Sa Aphoriſmis in verb. Euchariſtia. in principio. Immo hic author affirmat dari poſſe non ieiunis, q eſt viaticum, ceterũ in hoc vltimo dicto mihi magis placet opinio Nauarri, qui negat dari poſſe e ſi iam pranſi vel non ieiuni ſint. Quia licet infirmus, de quo dubitatur, an in craſtinum victurus ſit p cibum ſumptum etiam veſperi communicare poteſt, ex eo quod ſemper ſe moriturum breui præuidere non poteſt; damnatus tamen ad mortem ſi ieiunius non fuerit, nulla ratione communicare pōt, quia ſe damnandum ad mortem præuidere poterat idque ſibi ſua culpa euenturum, & proinde ad damnationem ſubeundam paratus manere potuit. Addit autem Petr. Nauar. lib. 2. de reſti. cap. 3. nu. 227. Quod vbi nullum eſſet in dilatione iuſtitiæ ſcandalum, nec ereptionis periculum, & eſſet ſpes quod poſt duos, aut tres dies pœniteret, teneretur iudex lege charitatis ruinæ animæ proximi ſuccurrere, vt ſic commode ſeipſum ad confeſſionem, & communionẽ recipiendã præpararet, & hoc maxime quando ex tali dilatione ſpes ſalutis eſſet, & aliunde non vrgeat occidendi neceſſitas. Sin aũt nollet eo tempore confiteri, poterit illum iudex inconfeſſum licite ſuſpendere, quia ex quo tempus ſufficiens dedit, ſibi non imputatur, ſed reo.

10 SEXTVM DVBIVM eſt, an princeps, vel Reſpublica facultatem concedere poſſit cuicunq; occidẽdi certum malefactorem? Ratio difficultatis eſt, quia Nu. 35. habetur lex quæ ſtatuit, *Propinquum occiſi homicidam interficere poſſe ſtatim, vt apprehẽderit eum.* Ex altera vero parte eſt, quia ſic occideretur aliquis ſine tempore ſibi conceſſo ad confitendum, ſicque probabiliter exiſtens in peccato mortali, in æternum periret. Pro cuius ſolutione obſeruandum eſt huiuſmodi facultatem concedi poſſe, aut abſolute ita vt nulla expectata iudicis ſententia occidi poſſit, aut poſt latam mortis ſententia; In hac enim re aliter in primo, ac ſecundo caſu iudicandum eſt. De qua difficultate legendi ſunt Ang. verb. Homicidium. 1. n. 6. Syl. verb. Aſſaſſinus. q. 3. & verb. Homocidium. 1. q. 2. ver. Sextum, & q. 3. Sotus li. 5. de iuſt. q. 1. ar. 3. Michael Salon. 2. 2. q. 64. art. 3. contr. 4. Pet. de Arrag. ibid. in fine. Greg. de Valentia. to. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 3. dub. 3. Emanuel Sà in Aphoriſmis. verb. Bannitus, & Petr. Naua. lib. 2. de reſti. c. 3. nu. 216. & ſeq. qui duo in vniuerſum docent.

Primum eſt, Rex, Princeps, aut Reſpublica legem ſtatuere, aut facultatem alicui concedere abſolute non poteſt, vt quis ante iudicis ſententiam malefactorem occidat. Ratio eſt, quia eſt contra ius naturæ, vt quis non auditus condemnetur; Etenim condemnationem iuridicam præcedere debet cognitio iuridica, ita.ſ. vt condemnandus citetur, eiq; defenſio concedatur, vt exinde ſtatuatur licitè an illicitè aliquid fecerit, vnde quilibet quantumuis pernicioſus audiendus erit. Non igitur concedi poteſt facultas vt malefactor ĩauditus a iudice, a quocunque priuato occidatur. Vnde Act. 25. Feſtus iudex ait; *Non eſt conſuetudo Romanis condemnare aliquem hominem priuſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ obijciuntur*. Et denique huiuſmodi legem ſtatuere, aut facultatem concedere, eſſet facere iudicem quemlibet ad id ineptiſſimũ, & exinde plurima mala in Repub. ſequerentur, cum paſſim homines ſub prætextu puniendi malefactores ſe vindicarent de priuatis ſuis inimicis, omniaque plena eſſent homicidijs, id quod in maximum Reipub. damnum & perniciem redundaret. Et ſicut Princeps, quamuis ſcientia priuata certo nouit aliquem morte dignum, eum tñ occidere non poteſt, donec iuridice cõuincatur de crimine, ita neque legem condere, aut facultatem alicui dare poteſt, qua licitè poſſit malefactorem non iuridicè condẽnatum occidere. Et hinc homicidij ſunt rei, occidentes veneno, vel alias ſecreto de mandato Dominorum non citatos, non auditos non damnatos, etiamſi rei læſæ maieſtatis dicerẽtur, vt recte Caiet. in Sum. verb. Homicidium, non longè ab initio annotauit. Et quamuis Princeps legib humanis ſolutus ſit, iuri tñ naturali ſubiectus eſt, exigit autẽ natura actus publici, (qualis eſt iuſta hominis occiſio ex publica poteſtate) vt ex poteſtate & ſcientia publica procedat. Quod vero nonnulli ſe excuſent ratione ſcandali vitandi, dicentes, ita faciendũ eſſe, vt honor illius & familiæ, & dignitatis ſeruet̃, & vt ſcandalum vitetur, oportere ipſum ſine iudicio occidere cũ dexteritate, plurimũ errant, ſunt.n. vt ait Caieta. artes diabolicæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Hæc tamẽ doctrina ſic in vniuerſum explicata limitari ſolet ita vt non procedat,

Primo, quando crimen eſſet publicum & notorium, tunc.n. ſine citatione, defenſione, & proceſſu condemnari, & puniri poteſt. Ratio eſt, quia talis non poteſt ſe licite defendere in iudicio, negando factum, vel alia via licita. Et hinc excuſantur iudices qui repertos in flagranti crimine publico & notorio (vt latrones in vijs & huiuſmodi) ſtatim ſuſpẽdi iubent. Interuenit enim ibi notorium facti, loco accuſatoris, & teſtium, faciens publicam ſcientiã, & excitans publicam poteſtatem ad publicum iuſtitiæ actũ. Exceſſus enim notorius examinatione nõ indiget. Sic Caiet. in verb. Homic. Mich. Salon 2.2. q.64. ar.3. controuerſ.4. concl.1. & Pet. Naua. lib.2. de reſt. c.3. num.188. citans Panor. & Fel. in c. Cum olim. de ſen. & re iud. & ca. Ad noſtram. de iureiur.

Secundo, quando reus ita eſſet potens vt capi nõ poſſet, tunc.n. non vocatus, & nõ defenſus condẽnari poſſet in abſentia. Cæterum in hoc caſu, quamuis abſens damnari poteſt, debet tamen iudex facere proceſſũ, in quo allegari, & probari curet pro abſente quæcunque poſſunt. Sic Pet. Naua. lib.2. de reſtit. c.3. nu.189. & Mar. Nau. in Man. c.25. nu.10. vbi teſtatur ſe excuſaſſe magnum quendam Monarcham, qui virtute proceſſus in abſentia facti, & ſententiæ ſine citatione latæ, fecit capite plecti quendam ſuorum militũ Ducem, ſibi in alio regno militantem, quia nec capi, nec ſine metu rebellionis illius, & magnæ partis exercitus audiri poterat. Quibus conſentiunt glo. in l. ante pe. ff. in quib. cauſ. maio. Raue. in c.1. de cauſa poſſ. & Decius in c. Ex par. 2. de offic. deleg.

12 *Secundum eſt*, poſt latam ſñiam & declaratoriã criminis qua quis iuſte ad mortem damnatus eſt, poteſt licite princeps, vel Reſpubl. concedere facultatem hominibus priuatis occidendi malefactores in aliquibus caſibus. Sic omnes initio quæſtionis allati. Afferri ſolent duo caſus; Primus eſt, circa latrones publicos, aſſaſſinos, & alios viarum inuaſores, & perturbatores Reipub. Cum enim iſti aggreſſores ſint, & hoſtes Reip. & ſingularũ de illa perſonarum, concedi poteſt facultas occidendi iſtos, cũ non poſſint alia via comprehendi. & facit. c. Pro humani. de homicid. in 6. vbi datur facultas cuilibet necãdi illos, qui occidunt Chriſtianos per aſſaſſinos, & Syluest. verb. Aſſaſſinus. q.3. & Tabie. verb. eod. in princ. & Emanuel Sa verbo Bannitus, docent bãnitos per quemcunque licite occidi poſſe, dummodo id faciat intentione recta, i. ad bonum commune, vel iuſtitiæ obſeruationem. Cuius etiam ſententiæ ſunt Ang. conſi. 1 . & Gem. in d.c. Pro humani. & facit pro hoc l. Reos. C. de accuſ. Et licet Sotus li.5. de iuſt. q.1. ar.3. Venetorum morem reprehendat, qui cum complures habeãt exules a patria condemnatos ad mortem, ſingulis facultatẽ faciũt, vt qui aliquẽ eorũ interfecerit, vita ac libertate donetur: Alij tñ conſuetudinem illam non ita abſolute improbant, ſed ſolum qñ proceditur ad pœnã, & iam emendati ſunt, tunc.n. non ita ab omnib. conſuetudo hæc approbari videtur. Alias ſi non emẽdati ſunt, & non reſtat alia cõmoda via illos apprehendendi, optima eſt conſuetudo Venetorum. Sũt enim aggreſſores, & hoſtes Reipu. & malum pẽdet in futurum, cui hæc rõne obuiari põt, & ſolet. Et ita non imputatur occidenti pro ſe, & Repu. defendenda, ſed propriæ eorũ malitiæ, quod ſine ſacramentali confeſſione, & Euchariſtia moriantur, vt Pet. Nauar. lib.2. de reſt. c.3. nu.230. affirmat.

Secundus eſt, quando filijs, & fratribus, aut conſanguineis occiſi datur facultas occidendi homicidam iam damnatum vbicunque inueniri poſſit. Sic Sotus, & Michael Salon conclu.2. vbi ſupra, qui bene limitant hos duos caſus, ſ. vt talis facultas non niſi a Principe, vel Republica, non autem ab inferiori iudice concedatur, quia cum hic puniendi, & occidendi modus ſit valde extraordinarius, concedendus non eſt, niſi ab eo, qui habet ſupremam poteſtatem. Et deinde vt Princeps talem facultatẽ nõ concedat niſi quam rariſſime, & ex grauiſſimis cauſis, quæ cedant in bonum commune, quando, ſ. homicida ille condemnatus non deſinit male agere, & moleſtus eſſe cognatis defuncti, vel alijs tunc.n. concedi poteſt vt quiuis eum tanquam perturbatorem Reipu. occidat, & quia iuſtitiæ miniſtris facile capi nequit. Vbi autem tales damnati non eſſent inuaſores itinerũ, nec Aſſaſſini, nec perturbatores Reipubl. aut facile capi poſſent, aut ſolum eſſent priuati homicidæ ſuorum tantum inimicorũ, non eſt concedenda talis occidendi facultas, tum quia vix occiduntur tales ex zelo iuſtitiæ, ſed ex odio, & liuore vindictæ, tum quia experientia teſte occidi ſolent atrociter & inhumaniter, & ſine cõfeſſione ſacramentali, cum tamen iudex, vt dictum eſt, quantum patitur bonum commune reis locum, & tempus ad recipienda ſacramenta ſub peccato concedere tenetur. Quando autem ſic occidunt ex cauſa legitima, non occidunt auctoritate priuata, ſed publica à lege, vel Principe accepta, põt enim lex, aut Princeps vti quocunque miniſtro voluerit ad puniendos malefactores, nec exinde ſequentur incommoda, quæ ſequerentur, ſi ante latam ſententiam idem cuilibet priuato concederetur.

13 Ad locum vero ex Nu. 35. Reſponderi poteſt Primo, Deum, cum ſit dominus vitæ, & mortis, potuiſſe legẽ illam condere, & concedere facultatem pro libito occidendi talem malefactorem etiam ante iudicis ſnĩam, non ſic homines, cũ non ſint domini vitæ aliorum, maxime cum recta ratio dictet, vt nullus niſi auditus, & condemnatus occidatur. Secundo, Caiet. ait, illam fuiſſe tantum legẽ permiſſiuam, ita vt licet peccatum homicidij committeret in foro interiori, non tñ puniebatur in foro exteriori, ſicut diximus de viro interficiente vxorẽ in adulterio deprehenſam. Tertio, Lyra, & alij, vt Michael Salon 2.2.q.64.ar.3. controuerſ.4.concl.1.& Greg. de Val.to.3.diſpu.5.q.8.punct.3.dub.3. dicunt legem illam habuiſſe vim etiam in foro interiori, non tamen executioni mandandam fuiſſe, niſi poſt iudicis ſnĩam declaratoriam, & condẽnatoriam, & colligitur euidenter ex ſequentibus. Nam poſtea dicitur, quod ſi quis per inimicitias occidit aliquem propinquum, poterit propinquus eũ occidere, ſi vero caſu occiderit, non poterit: Ait enim; *quod ſi fortuito, & abſque odio, & inimicitijs, quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem, & propinquum ſanguinis quæſtio uentilata, liberabitur innocens de ultoris manu, &c.* De qua re late agit Abul. q.13. in hũc locum.

14 SEPTIMVM DVBIVM eſt, an poſſit Rex, vel Reſpublica facultatẽ concedere, vt vbicunque inueniãtur, etiam extra territorium, & iuriſdictionẽ propriam occidi poſſint, etiã ſub pollicitatione præmij? Ratio difficultatis eſt, quia ex vna parte videtur iniuriam facere illi alteri Principi, in cuius territorio occideretur, atque adeo talis occiſor, ſi ibi caperetur, iuſtè vt homicida puniretur. Ex altera vero parte ſolent Principes talem facultatẽ concedere, etiam promiſſo præmio, ſi in terris alienis malefactores tales occidant. *Communis* in hac re ſententia eſt, non poſſe talem facultatem concedere, niſi domini territorij, aut Regni in quo eſt volũtas & conſenſus expreſſus, aut tacitus, aut probabiliter præſumptus accederet. Ratio eſt, quia Rex, aut Reſpublica in regno alterius iuriſdictionem non habet & ad iniuriam ſibi reputaret ciuitas vna, ſi alia vellet aliquem in ſuo territorio exiſtentem punire, hoc enim eſſet mittere falcem in meſſem alienam, vnde talis occiſor, poſſet ibi vt homicida puniri, ſi caperetur. Sic Arch. quem refert, & ſequitur Syluest. in verb. Homic. 1. quæſt. 3. Petr. Nauar. lib. 2. de reſti. ca. 3. num. 231. & Eman. Sà in Aphor. in verb. Bãnitus. S. Ant. par. 2. ti. 7. c. 8. circa medium. Contraria autem conſuetudo ex tacito Regum, & Principum conſenſu inter ſe de puniendis malefactoribus defendi ſolet, maxime cũ talis actus non tam ſit actus iuriſdictionis, quam neceſſariæ defenſionis, qua Reſpublica, aut ciuitas vna ſe defendere ſtudet a talibus malefactoribus, ne ſibi, aut alijs noceant in futurum; vbi autem non adeſt conſenſus Principis loci, in quo malefactor occiditur, occiſor iuſte poteſt vt homicida puniri, & occidendo grauiter peccaret.

15 OCTAVVM DVBIVM eſt, an ſtante tali lege, & facultate occidendi malefactores, eo modo, quo dubio ſexto expoſitum eſt, ſ. poſt latam mortis ſnĩam poſſit malefactor ille ſe defendere, vel reſiſtere illi, qui vt miniſter legis, aut Regis illũ occidere poteſt? Quidam exiſtimant non ſolum reſiſtere poſſe, ſed etiam occidere eum, qui vt miniſter legis illum aggreditur. Alij vero vt Michael Sal. 2.2.q.64.ar.3. controuerſ.4. conclu.2. in fi. Grego. de Val. tom.3. diſp.5.q.8. puncto 3. dub.3. & Emanuel Sà in Aphor. in verb. Bannitus. rectius docent, fugere quidem poſſe, reſiſtere vero non poſſe, quia ſicut non licet reo iuſte condemnato ad mortem reſiſtere alijs iuſtitiæ miniſtris, ita nec huic, cum par ubique ratio ſit, & obedire tenetur iuſtæ iudicis ſententiæ; eſt enim in hoc caſu, ſicut in illo ablatum ei ius ſe defendendi per legem, & iuſtam iudicis ſententiam; Alioqui iam bellum eſſet iuſtum ex vtraque parte, quod eſt impoſſibile. Et quæ hactenus dicta ſunt, procedunt de illis, qui malefactores ſunt, ſequitur, vt agamus de occiſione innocentum

De occiſione innocentum, tam publica, quam priuata authoritate facienda. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *An liceat in aliquo caſu publica authoritate innocentem aliquem occidere ob bonum priuatum alterius.*

2 *An iudex eum, qui modo innocens eſt uehementer tamẽ timetur quod futurus ſit poſtea Reipubl. noxius & pernicioſus, occidere liceat.*

3 *An liceat iudici occidere filios innocentes ob peccata parentum.*

4 *An ob bonũ publicũ liceat directe occidere innocentem.*

5 *Quid pro certo ſtatuendum ſit, exponitur uſque ad n.8.*

8 *Soluuntur argumenta Soti & Cordubæ.*

9 *S. Tho. Silueſter & alij, qui dicunt innocentem occidendum non eſſe, quomodo intelligendi.*

10 *An Reſpubl. tradere poſſit tyranno innocentem, uel ad mortem condemnare ut Turca uel aliud regnum conuertatur ad fidem.*

11 *An in bello liceat interficere innocentes.*

12 *Quinam præter pueros, & mulieres præſumẽdi ſint innocentes.*

13 *Miles etiamſi ſciat quod qui modo eſt innocens futurus ſit nocens, illum occidere non poteſt.*

In iuſto bello contra Turcas non licet occidere infantes nec feminas inter infideles, niſi actualiter pugnent. nu. eod.

Teodoſius Imp. merito ab Ambroſio reprehenſus. ibid.

14 *Per accidẽs & præter intentionẽ occidi poſſe certũ eſt.*

15 *An*

5 *An liceat in ſingulari certamine innocentem interficere.*

An miles in bello iuſto aggredi illum poſſit, quem ſcit innocentem. ibid.

6 *An inimicum æquo fugiens, & uidens puerum aut hominē in uia iacentem quem neceſſum eſt conculcare, ne ipſe in manus incidat inimici, licite eum poſſit conculcare & proterere, ne ipſe occidatur.*

7 *Duobus punctis veritas abſoluitur & nu. ſeqq.*

9 *An prægnans aut in partu periclitans ad ſeruandam vitam in extrema neceſſitate poſſit ſumere, uel per aliū procurare medicinam unde aborſus, & mors fœtus conſequatur.*

0 *Ante animationem fętus tale quid ſumere licitum eſſe oſtenditur.*

1 *Quando tam ante, quam poſt animationem licitum ſit ſumere medicinam.*

2 *Talem medicinam ſumere quando illicitum, & mater tenetur mortem potius patienter tolerare.*

3 *Medicina niſi principaliter cauſatiua ſanitatis nō miniſtranda.*

4 *Licet aliquando mortem innocentis optare.*

Quomodo & quare petit Eccleſia, ut gentes, paganorum & hæreticorum dexteræ Dei potentia conterantur.

QVoniam abūdè ſatis de occiſione malefactorum, quæ vel publicæ, vel priuatæ poteſtatis rōne fieri licitè, vel illicitè pōt, dictū eſt, vt materiam hanc latius, & exactius explicemus, agēdū in ſequentib. erit de occiſione innocētis. In qua re ſit

1 *Prima difficultas*, an liceat in aliquo caſu publica auctoritate innocentē aliquē occidere ob bonū priuatū alterius? Cōis omnium in hac re ſnīa eſt, nō licere Principi aut iudici occidere innocentē ob bonum priuatū alterius perſonæ. Eſt.n. in hoc caſu eadē ratio iudicis, & cuiuſcumq; perſonæ priuatæ; poteſtas namq; publica iudicis data eſt ei ſolum ad bonū publicū, vnde quando de bono publico non agitur, maiorem non habet poteſtatem circa innocentem quam quæuis alia perſona; Immo ſi circa nocētes auctoritatem habet, hæc illi ob bonum publicū tantum conceſſa eſt, vt S. Tho. 2.2.q.64. arti.2.3.& 6.& alii tradunt: Eſtque hoc adeo certum, vt ſuperuacaneum ſit rationibus probare. An vero ob bonum commune directè id aliquando facere liceat, non ita certum & exploratum eſt: vnde

2 *Secunda difficultas eſt*, an iudex eum, qui modo innocens eſt, prudenter tamen, & vehementer timēt de illo, quod futurus ſit poſtea Reipub. noxius, multaque & grauia mala contra eam commiſſurus, occidere liceat? Abul. ſuper Exod.c.21. circa finē id licitum eſſe docet. Ratio eius eſt, quia bonum cōmune præferendum eſt bono particulari cuiuſcunque. Cum igitur iudex teneatur prouidere bono cōi, & impedire mala omnia non ſolum præſentia, ſed ēt quæ in poſterum Reipu. accidere poſſunt, quantum in ipſo eſt, & in hoc caſu probabiliter timet de futuro damno Reipu. poterit via præuentionis, immo debet talem innocentem, ſed poſtea noxium Reipubl. futurum occidere. Reſpondeo tamen cum communi Theologorum ſnīa, quam expreſſe tenent, & tenendam pro certo docent Petr. Arrag. 2.2.q.64. art.2.& Michael Salon ibid. controuerſia.3. Ratio eſt, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, aut deuitentur alia mala, ſed malū & peccatum eſt hominem iuſtū & innocentem occidere, & contra pręceptū illud, nō occides, & oīno rectæ rationi diſſonū & repugnans. Ergo nulla ratione faciendum aut ad malū aliquod vitandum, aut ad bonū aliqđ obtinendū. Deinde iudiciū, & iuſtitia humana aſſimilari dēt diuinę, nullum aūt puniuit Deus vnquā, aut punit pro peccato futuro, ſed tantū pro præterito & iā commiſſo. Neq; igitur iudex qui Dei miniſter eſt, innocentē iam actu, pro futuro delicto occidere debet, aut poteſt. Nec obſtat rō in cōtrariū, quia tunc prouidendū eſt bono communi cū detrimento aliquo particularis perſonæ, qn̄ alia via ei prouideri non pōt, immo vero non niſi medijs licitis prouidendū eſt ſaluti Reip. in caſu autem propoſito prouideri poteſt multis alijs modis ſine morte iſtius hominis, ſ. vel per exiliū, vel per cuſtodiā, vel per bonam inſtructionem, vel per aliquod aliud medium licitum, quod dictabit abſque eius morte.

3 Tertia difficultas eſt, an ſaltem liceat iudici occidere filios innocentes ob peccata parentum? Ratio difficultatis eſt, quia licitum eſt iuſtitiæ humanæ imitari diuinam. Deus autem punit & occidit filios propter peccata parentum. Vt patet Exod.20. vbi dicitur. *Viſitare iniquitatem parentum in filios*, & Matth.23. dicitur. *vt deſcendat ſuper vos omnis ſāguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrā, a ſanguine Abel iuſti, &c.* hoc eſt, vt condemnemini & puniamini propter homicidia iniuſta quę parentes veſtri commiſerunt. Sic in diluuio multi innocētes perierunt, & Exod.12. ob peccata Ægyptiorum occidūtur omnes primogeniti Ægypti. & Ioſue 7. ob peccata parentum occiduntur omnes paruuli Hiericho, & alia multa exempla in ſcripturis patent. Deinde etiam iuſtitia humana ſæpè punit filios ob delicta parentum, puta infamia, confiſcatione bonorū, exilio perpetuo, vt ſæpè conſtat in crimine hæreſis, & læſæ maieſt. Quæ pęnæ morti æquari pn̄t.

Reſpondeo, quamuis Deus, cum ſit Dominus vitæ, & mortis, occidere poſſit filios innocentes pro peccatis parentum, & econuerſo, nulliq; facit iniuriam, iudex tamen humanus id facere non pōt ſine ſpeciali Dei reuelatione, vt optime docet Sanctus Auguſtinus in c.7. Ioſue. q. 8. vbi ait *An aliud iudicantibus hominibus eſt præceptum ne quenquam pro altero puniant, & Dei iudicia nō ſunt huiuſmodi, qui alio, & inuiſibili conſilio ſuo nouit, quatenus extendat etiam temporalem hominum pœnam ſalubremque terrorem? uiſibiles igitur, ut poſtea ſubiungit, afflictiones hominū, ſiue mortis quoniam his, quibus ingeruntur, & obeſſe, & prodeſſe poſſunt, nouit Dominus in occulto prouidentiæ ſuæ, quem admodum quibuſque iuſte diſpenſet, etiam cum aliorum peccata in alijs uidetur ulciſci, pęnas uero inuiſibiles, quæ non niſi nocent, & prodeſſe non poſſunt, ita nullus Deo iudice pro peccatis alienis luit, ſicut Homine Iudice nullus niſi pro ſua culpa iſtas uiſibiles luere debet.* De qua re legendi ſunt S. Thom. 1.2.q.87. ar. vlt. & illius interpretes, & Theol. Quæ vero in contrarium adducūtur vel ſolū probāt Deū id poſſe, cū ſit dominus vitæ, & mortis, nō aūt homines, qui vitę aliorū domini nō ſunt, vel intelligēda ſūt de filijs imitātib. peccata parentū, quo modo intelligūtur duo teſtimonia priora, vnde Exo. 20. ſubditur, *His qui oderunt me*, & Matth. 23. dr̄, *implete men* *ſuram patrum ueſtrorum*, reliqua loca priori ſolum modo intelliguntur.

Ad illud vero de iuſtitia humana in puniendis quibuſdam delictis, Reſpōdetur. poſſe quidem Rēpub. diſponere de bonis temporalibus ſuorum ciuium ob bonum commune, & ita mittere filios in exiliū, & eos expoliare bonis, & honore, quia bonum partis eſt bonum totius, quia vero vitæ filij nec pater, nec Reſp. dn̄s eſt, conſequēter filium ob parentum culpam vita priuare nequit. Et deinde in crimine hæreſis, aut læſæ maieſtatis non punitur filius bonis proprijs, ſed priuatur bonis patris, ne ea iure hæreditario poſſidere poſſit, vnde ſi filius haberet bona propria, non poſſet in eis puniri.

4 Quarta difficultas eſt, an ob bonum publicum liceat directè occidere innocentem, vt v.g. ſi ciuitas obſeſſa eſſet tyranno, vel latronibus, certoque peritura, niſi alicuius innocentis caput, qui tyranno illi, aut latronibus eſſet inuiſus, illis concederetur; Aut ſi Turca promittat ſe cum Regno ad fidem conuertendum, vel Chriſtianos perſequi deſiturum, redditurumque captiuos, terraſq; iniuſtè poſſeſſas, ſi innocens aliquis occideretur, an inquam ob tantum bonum commune, aut ad tātum malum vitandum, liceat innocentem aliquem occidere? Res hæc valde dubia eſt, & controuerſa inter authores, in qua re ſunt duæ ſententiæ.

Prima eſt aſſerentium licere in hoc caſu tradere innocentem tyranno, aut latronibus, immo & gubernatores illius ciuitatis id debere, ſi enim licet, debent, cū in caſu tantæ neceſſitatis omnia media licita adhibere debent ad Rempubl. & ciuitatem liberandam. Hæc ſententia dicitur fuiſſe Franciſci à Victoria, eamq; vt probabiliorem ſequuntur Gregor. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 8. puncto. 2. §. 2. & Pet. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 121. & ſeqq. Ratio eſt, quia Reſpublica exponere poteſt ciues maniſeſtiſſimo periculo mortis pro ſalule Reipubl. vt in bello iuſto conſtat, poteſt enim Dux milites exponere euidenti mortis periculo, & præcipere, vt tali loco conſiſtant, cum tamen certum ſit eos occidendos eſſe, ſi ibi conſiſtant. Item totum naturale ius habet exponendi membra pro ſalute totius, vt patet in brachio, quod innocens licet ſit, compellitur tamen à toto, vt ictum, vel abſciſſionem ſuſtineat, vt ſaluetur totum. Secundo, quia innocens in eo caſu tenetur ex charitate ſubire mortem & tyranno ſe tradere pro bono communi, cum vnuſquiſque lege charitatis vitam propriam pro ſalute Reipubl. exponere teneatur. Ergo obligari, & cogi poterit ad idipſum per iudicem, aut Rempubl. Immo etiam ex iuſtitia legali tenetur quis in eo caſu ſe tyranno exhibere pro communi bono, cum iuſtitia legalis ordinet omnia bona perſonæ particularis & ſingulorum ciuium vitam, pecunias & bona ad bonum commune, maximè in caſu neceſſitatis communis. Ad ea vero, ad quæ quis tenetur ex lege charitatis, aut iuſtitiæ legalis, non eſt dubium quin à iudice, aut Principe quiſpiā ob caſum neceſſarium boni communis compelli poſſit. Alia ſolent afferri pro hac opinione argumenta, hæc tamen mihi viſa ſunt præcipua, & quę maiorem vim ad hanc rem confirmandam habere videntur.

Secunda eſt negantium licere iudici, vel Reipu. in eo caſu morti tradere innocentem. Sic colligunt authores ex S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 6. Sylueſt. verb. homic. 1. q. 2. ver. 2. S. Ant. p. 1. tit. 7. c. 8. circa medium Tabiena. verb. homic. nu. 6. ver. Quinto. Sotus libro 5. de iuſtit. q. 1. art. 7. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 5. concl. 2. ſol. 221. Ant. de Corduba li. 1. quæſtionarij. q. 27. quem refert Pet. Nauar. vbi ſupra. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 64. art. 6. & Michael Salon ibidem, & Tolet. in Sum. lib. 5. c. 6. circa medium ver. ſecunda condit. Ratio horum eſt, quia vt ait S. Thomas vbi ſupra, peccatorum occiſio in tantum licita eſt, in quātum ordinatur ad bonum cōmune, quod per eos corrumpitur, iuſtorum autem occiſio potius eſt corruptiua boni cōis, cum eorum vita ſit cōſeruatiua, & promotiua boni cōmunis, ſunt enim principalior pars multitudinis, qua ceteri ſuſtentantur, vndè vt docet S. Tho. loco citato in reſp. ad ſecundum, peccatum grauius eſt occidere innocentem, quam occidere peccatorem, quia priuat communitatem maiori bono, & iniuriam infert, qui eſt minus dignus, & ita magis contra iuſtitiā agit. Deinde Reſpub. non eſt dominus vitæ ſuorum ciuium, & ex parte innocentis non eſt vlla cauſa cur occidatur. Ergo non licebit ex quocunque bono fine innocentem occidere, aut tyranno occidendum tradere, cum tradendo eum cooperari cenſetur iniuſtæ eius morti à tyranno inferendæ, non ſunt autem facienda mala, vt veniant bona. Ro. 13. Propter hæc argumenta in vtramque partem allata, ſine dubio pars vtraque probabilis eſt, vt etiam authores huius ſententiæ fatentur; Ego, vt rem totam manifeſtius explicē, quid certum ſit primo exponam, deinde vero argumenta diſſoluam.

5 Primo igitur certum eſt apud omnes, Rempublicam in caſu talis neceſſitatis non teneri innocentē illum defendere cum tanto ſuo periculo, & diſpendio, vnde poteſt aperire portas, & concedere, vt à tyranno, vel latronibus comprehēdatur, & occidatur, ſic Sotus, Salon, & Petrus de Arragon, ſi enim non tenetur particularis defendere innocentem cum graui ſuo damno, multo minus tenebitur Reſpublica cum tanto boni communis, & Reipubl. detrimento.

Secundo certum eſt, quod ſi tyrannus peteret à gubernatoribus, vt ipſi eum occiderent, & caput eius ipſi traderent, alioquin ciuitatem combuſturus, non eis licebit eum occidere, etiam ſi tātum dānum immineret, quia occiſio innocentis actualis adeo mala eſt, vt ob nullum bonum finem licita ſit, eſſet enim directe & per ſe, ac proprio actu occidere innocentem, quod non licet, ſicut non licet miniſtris iuſtitiæ, quando ſententia iudicis continet intolerabilem errorem, illam exequi, & occidere innocentem, quicquid iudices miniſtris illis comminentur, alias excuſarentur carnifices, qui martyres occiderunt. Sic S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. articu. 6. ad tertium, & Michael Salon ibidem, vnde occiſio innocentis adeo intrinſece mala eſt, vt a nullo alio licite fieri poſſit quam a Deo ipſo, qui eſt dominus vitæ & mortis, aut ſine eius mandato, quomodo excuſatur, & laudatur Abraham Geneſi. 22. qui vt diuino præcepto obediret, non pepercit vitæ filij ſui, quamuis innocentis. Secluſo igitur diuino præcepto nulli licitum eſt innocentem quauis de cauſa occidere. Id quod de fide eſt, vt habetur Exo. 23. inſontē, & iuſtum non occides. Quod præceptum

ceptum non fuit datũ illi populo, vt iudiciale pertinens ad particularem illius populi gubernationẽ: ſed vt morale, & naturale.

6 Tertio certum eſt, teneri innocentem in tali caſu ex præcepto affirmatiuo charitatis patriæ, & iuſtitiæ legalis, quo bonum commune præferendum eſt cuiuis particulari, ad tradendum ſe ipſum illi tyrãno, vt liberet ſuam Rempublicam, ſicut dixit Ionas ca. 1. *Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare a vobis: Scio enim quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos*, Sic Sotus, Salon, Petrus de Arragon, Greg. de Val. & Pet. Nauar.

Quarto, certum eſt, poſſe Rempublicam legem condere, vt quotieſcunque talis neceſſitas ſe offerat, tradatur innocens ad liberandam Rempubl. atque adeo imponere poteſt pœnam capitis trãſgrediẽti talem legem. Cum enim Reſpublica poteſtatem habeat cõdendi leges, & præcipiẽdi ciuibus licita & honeſta ob bonum commune, & certum ẽt ſit rem licitam eſſe vt innocẽs in tali caſu ſe tradat tyranno & ad eam ex charitate, & iuſtitia legali teneri vtque manifeſtum eſt poſſe legem talem ferri, qua innocẽs ad liberandam Rempu. tyrãno ſe offerat. Sicut Dux in bello iuſto legem cõſtituere põt vt hic, vel ille miles maneat in tali loco, ĩ quo mors certiſſima imminet, quando ita exigit bonum commune imponereque poteſt pœnam capitis legem illam tranſgredienti, vt experientia cõſtat. Hæc omnia certa ſunt, & in confeſſo apud omnes, vt autem quid in vtraque opinione verius ſit, & qualiter vtraque ſententia concordari poſſit, ſtatuam:

7 Quinto dicendum eſt, quod licet Reſpublica vti poſſit bonis ſuorum ciuium in bonum commune Reipub. cum ſit illorum domina, vnde & eorum dominia ob bonum commune transferre põt, quia tamen domina non eſt vitæ eorum, vti non poteſt illorum vita pro libito, & conſequenter innocentẽ re, & iure ad mortem condemnare, aut tyrãno certo occidendum tradere non poteſt, atq; ita abſolutè loquendo vera eſt Soti & aliorum ſententia; Ceterum cum in caſu propoſito innocens ille præcepto affirmatiuo charitatis patriæ, iuſtitiæque legalis, ſe offerre pro ſalute patriæ tyranno teneatur, & de omni re licita & honeſta non ſolum lex ſtatui, ſed etiam mandatum fieri poteſt, cui priuatus quicunq; obedire tenetur, inde eſt quòd in caſu propoſito Reſp. aut princeps, ſeu iudex innocenti huic p̄cipere poſſit, & debeat, vt ſe propter bonum commune tyranno offerat, quod ſi obedire noluerit tũc vt reum nocentem tyranno illum ob bonum cõe tradere poterit, ſicut Dux, ſi bonũ commune exercitus exigat, militi præcipere põt, vt maneat in loco in quo certo morietur, atque ſi non obediat, cum tanquam reum & inobedientem capite plectere poteſt. Hoc enim modo vtraque opinio cõcordari poteſt, & locorum gubernatorib. offertur via extra omnem dubitationem licita, qua Rempublicã, aut ciuitatem a tali tanto periculo liberare, & ſaluare poſſunt. Hoc tamen vt rectè notat Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 131. intelligendum ſolũ eſt, de adultis, qui talis præcepti capaces ſunt. Vnde infert, quod ſi innocẽs eſſet paruulus ante vſum rationis, nullo pacto licebit eum occidendum tradere. Ille enim mori non tenetur, cum ſit incapax præcepti & ita illi fieret iniuria, priuando illum iure, quod habet ad vitam.

8 Ex dictis facile ſolui poſſunt argumenta in contrarium: ad primum enim pro prima opinione Reſpondetur poſſe Rempublicam exponere ciues pro bono communi, medio licito & honeſto, quia vero tradere innocentem tyranno non eſt medium licitum, infertur enim ei iniuria, ideo non eſt licitũ Reipubl. talem innocentem tyranno occidendum tradere. At vero cum ipſemet in tali caſu teneatur ſe offerre pro bono communi, & ſic liberabitur Reſpublica à tali damno medio licito, ideo præcipere ei poteſt Reſpub. vt id faciat ad quod tenetur, quod ſi obedire noluerit, tunc Reſpubl. illum tanquam reum, & nocentem tradere poteſt. Quod vero affertur de toto naturali, ſolum probat teneri innocentem in eo caſu exponere ſe, vitamque ſuam pro ſalute totius ciuitatis, & Reipub. ſicut etiam aqua propter bonum totius vniuerſi, ne detur vacuum, relicta ſua inclinatione, & motu ſibi naturali, & proprio aſcendit. Non tñ inde infertur, poſſe Rempublicam innocentem certæ morti tradere. Secundum vero argumentum noſtram opinionem confirmat, fatetur enim iudicem poſſe compellere in hoc caſu innocentem, vt ſeipſum tradat, quod ſi renuerit, poſſe tunc vt rebellem tradere illum. Quod vero Sotus, & Corduba dicunt non poſſe quem cogi a Republica ad faciendum id ad quod ſolum faciendum tenetur ex charitate, & conſequenter cũ ſolum teneatur innocẽs ex charitate ſeipſum tradere pro ſalute Reipub. non poſſe cogi ad id faciendũ a Repub. Eſt falſum, quamuis enim Reſpublica ad leuandas graues neceſſitates quæ cedunt in damnum commune, bona diuitum accipere non poſſit, præcipere tamen põt, vt ipſimet diuites exhibeãt, quod ſi non fecerint, tunc vt rebelles tam iuſto præcepto, poteſt in pœnam ſuæ crudelitatis, & inobedientiæ ab eorum domib. pecunias, & bona accipere, & ſuccurrere indigentibus. Cuius ſimile planè accidit in noſtro caſu. Item ex eo falſitatis conuincitur doctrina Scoti, quia fideles iuſtiſſime cõpelluntur fidẽ acceptã retinere, ſemel in anno confiteri, Euchariſtiam ſumere, ſacrum audire, ieiunia obſeruare, & hmõi. Et tamen nulla eſt obligatio iuſtitiæ ita faciendi, ſed ſolũ ex charitate, qua iura diuina, & ẽt humana adimplere tenentur, ẽt citra materiam iuſtitiæ. Cur ergo cogi non poteſt ex cauſa vrgenti, vt hanc diuinam legẽ, & ius adimpleat, & ſeruet? Præterea ſi priuatus homo habeat panem, quo ipſe Rex Reipub. perneceſſarius extremè indigeret, poteſt Rex ei præcipere, vt det ſibi panem illum, quem ſi dare noluerit, licitè ab eo accipere poteſt, vt Regiam vitam præ illius vita conſeruet.

9 Argumenta etiam Soti & aliorum ſine vllo negotio ſoluuntur ex dictis. Nam in hoc caſu occiſio illius dummodo non fiat à Republica, ſed à tyranno eo modo quo diximus, non eſt in ſe mala reſpectu Reipublicæ tradentis illũ tyranno, quinimo cedit in bonum commune Re publ. Quod vero S. Tho. Sylueſter & aliqui alij docent non eſſe occidendũ innocentem, verum eſt non enim traditur innocẽs à Republica, ſed vt nocens, & inobediens. Deinde loquuntur abſolutè, non autem in caſu neceſſitatis, de quo eſt præſens ſermo. Quod vero docẽt Rempublicam non eſſe dominam vitæ, & ideo eum occidere non poſſe, ſolum probant non poſſe Rem-

pub. pro libito innocentem occidere, non tamen quod non poſſit cogere, vt naturalia, & diuina pręcepta obſeruet, vnde Reſpub. & iudex in hoc caſu ſunt executores eius, quod dominus vitæ præcepit. Neque Reſpublica eum tradendo cooperatur morti illius, ſed ſolum cogit eum facere id ad quod ex lege charitatis, & iuſtitiæ legalis obligatur. Et qđ diximus de vita, dicendum a fortiori eſt de mutilatione, ſi enim Dux in pace, aut bello, eſſet neceſſarius, tali autem vulnere laboraret, vt niſi membrũ abſcinderetur, illi moriendum eſſet, teneretur Dux ille abſciſſionem pati, pręcipereque poteſt illi Princeps vt abſciſſionem patiatur, & nolens, cogi poteſt ad abſciſſionem, vt viuat ad ſalutem Reipublicæ.

10 Quod ſi quis inquirat, an idem liceat vt Turca, vel aliud regnum conuertatur ad fidem? Reſpondet Petrus Nauar. lib.2. de reſti. c.3. nume.131. poſt Cordubam lib.1. qq. q.17. non licere; In caſu enim ſupradicto Reſpublica patitur iniuſte, & ita eſt in articulo neceſſitatis: at vero in hoc caſu de conuerſione ad fidem, illi non ſunt in extrema neceſſitate vitæ ſpiritualis, ſed eam alio modo habere poſſunt, & debent; eſſet tamen actus heroicus in hoc caſu mortem acceptare pro ſalute ſpirituali proximorũ, de qua re alibi agendum eſt.

11 Quinta difficultas eſt, an in bello interficere liceat innocentes. Ratio dubij eſt, quia filij Iſrael in bello occiderunt innocentes infantes. Ioſ.6. in Hiericho: & Saul 1.Reg.15. occidit pueros in Amalech & vtrumque factum eſt auctoritate, & mandato Dei. Communis tamen Doctorum ſententia eſt, non licere directe, & per ſe, occidere innocẽtes. Sic Victoria in relect. de iure Belli. nume.34. Sot. lib.5. de iuſt. q.1. art.7. Dominicus Bann. 2.2. q.40. ar.1. dub.1. Petrus de Arragon 2.2. q.64. arti.6. in fin. Michael Salon ibid. in princ. Petr. Nauar. libr.2. de reſt. c.3. nu.146. Greg. de Val. to.3 diſput.3. qu.16. puncto 3. & alij, & colligitur ex c.23. Exo. *Inſontẽ, & iuſtum non occides.* Ratio etiam manifeſta eſt, tũ quia fundamentum belli eſt iniuria: innocens autẽ nullam infert iniuriam, alias non eſſet innocens. Non igitur licet vti bello contra illum. Tum quia non licet in Republica pro delictis malorum punire innocentes apud hoſtes: Ergo nec pro iniuria malorum licet punire innocentes apud hoſtes, cum eadem ſit ratio & auctoritas contra internos, & externos hoſtes Reipublicæ. Tum quia extat de hoc diuinum pręceptum morale, Deut.20. his verbis. *Cum tradiderit Dominus Deus tuus ciuitatem in manu tua, percuties omne, quod in ea generis maſculini eſt, abſq; mulieribus, & infantib.* cuius pręcepti ea poteſt eſſe ratio, quia illi ſunt innocentes. Nec obſtat ratio in contrarium allata, quia illud factum fuit ſpeciali mandato Dei, qui indignatus, & iratus contra illos populos, eos omnino deſtruere voluit: ſicut etiam miſit ignem in Sodomam, & Gomorrham, qui deuoraret tam innocentes, quam nocentes; ipſe autem eſt dominus vitæ, & mortis, nec dedit hanc licentiam ex lege communi.

12 Quinam autem præter pueros, & mulieres debeant quoq; præſumi innocentes, declarauit Alex. Papa III. in c. Innouamus. de Treugua, & pace, vbi ait, *Innouamus, vt Presbyteri, Monachi, Conuerſi, Peregrini, Mercatores, Ruſtici, euntes, & redeuntes, & animalia, quibus arant, te ſemina portant ad agrum ſecuritate congrua lætentur.* Quibus etiam adduntur, Legati, ſiue oratores, in can. Paternarum 24. quæſt. Per mercatores autem vt notant Caie. in verbo. Bellum ante fi. & Greg. de Val. vbi ſupra, intelliguntur ſolum illi, qui tranſeunt importantes aliqua mercimonia, & hoſpites ſunt: Mercatores enim, qui ſunt incolæ in Republica hoſtium, non ſunt quoad hoc melioris conditionis, quam artifices, vt præfati athores teſtantur.

13 *Hinc infertur primo*, quod miles non poteſt occidere innocentem, quem vere innocentem eſſe nouit: immo vero ẽtſi ſciat, quod ille, qui modo eſt innocens, poſtea futurus ſit nocens, non poteſt illum occidere. v.g. pueri Saracenorum ſunt modo innocentes, de quibus merito timẽdum eſt, quod poſtea adultiores facti pugnabunt contra Chriſtianos exemplo maiorum ſuorum, & tamen in tali caſu interfici non poſſunt; Tum quia non ſunt facienda mala ad alia mala maiora vitanda, & intolerabile eſt quempiam occidi pro peccato futuro. Tum quia ſunt alia remedia ad cauendum in futurum ab illis, vt captiuitas, cuſtodia, exiliũ, & huiuſmodi, vnde ſiue iam parta eſt victoria, ſiue actu gerant bellum, ſi conſtat de innocentia alicuius, & milites eum liberare poſſunt, id facere tenentur.

Secundo infertur ex Franciſco Victoria vbi ſupra nu.36. Dominico Bannes, Pet. de Arrago. locis proxime allatis, Greg. de Val. vbi ſupr. & Lud. Lopez p.1. inſtruct. conſc. ca.61. Quod ẽt in bello iuſto cõtra Turcas nõ licet interficere infantes, qui ſunt innocentes; Immo nec feminas inter infideles, quia quantum ad bellum ſpectat, præſumuntur innocẽtes, niſi forte conſtaret de aliqua femina, quod eſſet in culpa. Idemq; dicendum eſt de innoxiis agricolis apud Chriſtianos, & de alia gente pacifica, vt ſunt peregrini, clerici, religioſi vt diximus, cum ii omnes præſumantur innocentes in bello, niſi contrarium conſtaret, cum actualiter pugnarent.

Tertio infertur, merito reprehẽſum fuiſſe Theodoſium Imperatorẽ a Diuo Ambroſio, propterea quod iuſſit interficere Theſſalonicenſes ſine delectu, quandoquidem ſic multi innocentes ſunt occiſi. Cuius meminit Ruffinus lib.2. Hiſt. Eccl. cap.18.

14 Dixi, Non licere directe & per ſe occidere innocentes, nam per accidens, & præter intentionem certum eſt occidi poſſe. Vt v.g. Princeps bellum iuſtum gerens parat ciuitatem expugnare, ſed id efficere non poteſt niſi adhibitis tormentis bellicis, bene poterit eis vti, quamuis aperte cognoſcat plurimos innocentes in tali expugnatione interficiendos eſſe. Sic Victoria in relect. de iure belli nu.37. Pet. de Arragon. Dominicus Bannes, & Grego vbi ſupra. Ratio eſt, quia alias non poſſet geri iuſtum bellum contra ipſos nocentes, & fruſtraretur iuſtitia bellantium. Deinde talis occiſio innocentium non eſt voluntaria niſi in cauſa ſua, vt conſtat, quia milites cum iuſtum bellum gerant, vitare non tenentur vnde nec peccatum eſt, cum peccatum intantum ſit peccatum, inquantum eſt voluntarium. Vt n. docet S. Thom. 1.2. q.6. art.3. & q.73. ar.8. id quod vitare non tenemur, nulla ratione nobis ad culpam voluntarium eſſe poteſt. Quod confirmari poteſt, quia licitum eſt in meam defenſionem etiam occidere innocentem, qui per ignorantiam

me inuadit, vt infra dicemus, nec talis occiſio reputatur mihi ad culpam, vt pote non uoluntaria mihi, quia non teneor vitare meam defenſionem nec ab illa deſiſtere, ſed neque Princeps deſiſtere tenetur a bello iuſto; Ergo licite occidit tales innocentes, & talis occiſio non eſt illi uoluntaria. Hoc tamen intelligẽdum eſt ſolum licitum eſſe occidere hoc modo innocentes, quando bellum iuſtum alia via expediri, aut geri nõ poteſt, iuxta illud Mat. 13. *Sinite utraque creſcere, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum.* Cõſiderandum etiã eſt, vt recte monet Victoria, ne ex tali bello ſequuãtur mala maiora, quam per ipſum vitantur. Si enim ad ſummam belli victoriam parum confert expugnare arcem, aut oppidum in quo ſunt multi innocentes, pauci vero nocẽtes, in tali caſu non licebit oppidum ſubuertere, ſiquidem malum, quod ex morte tot innocentum ſequeretur, exiguo illi emolumento præponderaret ad finem belli conſequendum, quod talis expugnatio arcis afferret, & ſemper cauendum eſt, ne maiora damna per bellum inferantur, quam bonum ſequatur.

15 Sexta difficultas eſt de ſingulari certamine, an liceat innocentẽ interficere: v.g. uideo militem in me irruẽtem, quem certo ſcio eſſe innocentem, eo quod credit ſe iuſtũ bellũ cõtra me gerere, an liceat eum interficere? Ratio dubij eſt, quia ſic daretur bellum iuſtum ex utraque parte: ſi.n. ille contra me iuſte pugnat, ego non poſſum iuſte contra illum agere, atque ex conſequenti nec illum interficere.

Ceterum contrarium verum eſt, atque tenendum vt recte docet Petr. de Arragon 2.2.q.64.art.6.in fi. & Dominicus Bannes 2.2.q.40.ar.1.dub.11.ad 5.poſt Sot. lib.5. de iuſt.q.1.art.c.7. Ratio eſt, tum quia bene poſſunt duo ex ignorantia iuſte pugnare, ſi uterque credit ſe iuſtam cauſam defendere. Tum quia licet in ipſo conflictu conſtet mihi iuſtitiam ſtare ex altera parte, bene poſſum me defendere, cum non tenear mortem pati. Et ſic non ſolum ex falſa pręſumptione, ut quidam dicunt, quia ſcilicet, uterque putat alterum eſſe nocentem, ſed etiam aperte cognita unius innocentia poterit alter tunc licite pugnare, quamuis non poterit quem innocentem iudicat occidere, niſi in propriam defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ex quibus conſtat ſolutio argumenti in contrarium.

Quod ſi quæras, vtrum miles in bello iuſto illum aggredi poſſit, quem ſcit eſſe innocentem? *Reſpondeo* cum Soto, & Pet. de Arrag. locis proxime allatis, & Pet. Nauar. lib. 2. de rectitu. cap. 3. num. 148. Quod ſi bona fide credat ſe iuſtum bellum agere, etiamſi alium putet eſſe innocentem, vel quia idẽ ipſe credit, vel quia inuitus in exercitu detinetur, bene poteſt illum aggredi: agreſſio enim in hoc caſu habetur pro defenſione. Id quod ego verum eſſe puto ſolum, quando vel uterque iam actu pugnaret, tunc enim etiamſi innocens ſit ob ignorãtiam occidi poteſt, quia iure defenſionis licet occidere me inuadentem, etiamſi nõ peccet inuadendo, vt ſi eſt amẽs, ebrius, ignorãs inuincibiliter &c. Vel quando etiamſi innocẽs ille aggreſſus actu nõ pugnaret, nec actu pugnantes iuuaret, ceteri tamẽ noxij, & nocentes ſine illo coerceri, aut ſuperari nequeunt, tunc enim licet eum aggredi, & occidere, ſicut cum innocentes occiduntur, quando aliter ciuitas capi non poteſt: Quod ſi actu non pugnaret, vel ſi pugnaret, ceteri tamen nocentes ſine illo expugnari poſſent, certe illius innocentis interfectio omnino illicita & culpabilis erit, vt Pet. Nau. accurate, & docte annotauit. Eſſet ſiquidem non per accidens, ſed ex intentione, atque immediate innocentis occiſio, quod, vt diximus, rectæ rationi repugnat. Vnde peccant milites, qui in ſpolio ciuitatis captæ miſeros infantes, & mulieres ſibi obuias minime reſiſtentes interficiunt, cum probabile ſit ab illis eorum iuſtam victoriam, & ſpolia minime impedienda fore. Eſt enim eadẽ prorſus rõ. Qui vero iniuſtum ſe gerere bellum credit, nulla ratione poterit innocentẽ aggredi, quãuis ipſemet ab innocente illo aggreſſus poterit ſe defendere, et cum innocentis occiſione, ſi aliter uitã ſuam ſaluare nequeat, vt in ſuperioribus latius expoſuimus.

16 Septima difficultas eſt, an fugiens equo inuaſorem, & inimicum, & videns puerum aut hominem in via iacentem, quem neceſſe eſt conculcare, aut ſi gradum ſiſtat, in manus inimici venire, licite eũ conculcare, & proterere poſſit, & occidere in uia iacentem, ne ipſe occidatur. Idem de eo, qui alium impellit in flumen, vel præcipitium, ut ipſe mortẽ euadat. Similis etiam fere difficultas de eo eſt, qui gerit bellum, vel pugnam cum alio iuſtam, puta cũ aggreſſore qui eum interficere tentat, a quo occidendus erit, niſi illum occidat, non poteſt autẽ illũ occidere, niſi ſimul innocentem quendam interimat a cuius tergo, aggreſſor ſemper exiſtit, vt eo veluti quodam ſcuto ſe defendat, & alterum offendat, an niſi utrumque occidat, occidendus ipſe ſit, licite poterit vtrumque lancea, vel igneo telo tollere de medio? Caſus hic frequens eſſe poteſt, & ſolet in praxi. Res hæc ſatis difficilis & perplexa eſt, de qua re legendi ſunt Caiet. 2.2. quæſt. 67. art. 2. præcipue in ſolut. ad 1. & 2. Anton. de Cord. lib. 1. quæſtion. q. 38. dub. 2. Sylu. verb. homicidium. 2. q. 26. Pet. Nau. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 135. & num. 149. Pet. de Arrag. 2.2. q. 64. art. 7. & Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſcient. cap. 66. Ex quibus duo mihi in hac re dicenda videntur.

17 *Primum eſt*, quotieſcunque eſſet moralis certitudo de morte innocẽtis, nõ licebit ſcienter talem occidere, aut proterere in uia, aut in præcipitium impellere, vt ipſe mortem euadat, etiamſi non ex intentione id faciat. Ratio eſt, quia puer iacens in via & dormiens, aut alius, qui in præcipitium eſt impellendus, non eſt aliquo modo inuaſor iniuſtus vt ſuppono, & eſt iuſtus poſſeſſor viæ, & loci communis, in quo iacet (habet.n. ille, ſicut iſte fugiens, ius ad eum locum, habetque iuſtam poſſeſſionem) cum inde commode, (vt ſupponitur) recedere non poſſit, vt alius fugiat. Ergo iniuſte alius ſcienter & actu directo in mortem illius, aut proterendo, aut impellendo eum occideret, ut ipſe mortem euadat. Conſequentia probatur, quia iuſtus vitæ poſſeſſor & loci nullo modo poteſt ſciẽter ab alio occidi actu directo in mortem eius, quacunq; ex cauſa, & quandocunq; priuata auctoritate fiat, niſi in defenſionem ab iniuſto inuaſore. Vt ergo illicitum eſt, panem, vel tabulam in naufragio a iuſte poſſidente, & qua extreme indiget ad propriam ſalutem auferre, vt ſeipſum a morte liberet, ita etiã illicitum eſt, vel mittere alterum in præcipitium,

vel protererc in uia eũ, qui iuſte locum illum poſſidet, nec poteſt pro tunc loco cedere, ut ipſe mortem euadat: vtrobique enim eadem eſt ratio, & ut ait Apoſtolus ad Rom. 3. *Non ſunt facienda mala, vt veniant bona.*

18 *Secundũ eſt*, quãdo ſpes aliqua eſt de nõ euẽtura occiſione, aut ſi ſpes fere nulla ſit, conatur tñ illam nõ inferre, quantũ poteſt, tunc quidẽ actu indirecto in mortẽ alterius, directo autẽ ad mortis propriæ euaſionẽ, poteſt quis aut iacentem in uia conculcare, aut alterum in flumẽ, aut in præcipitium impellere; Vt v.g. ſi quis fugiẽs equitando arcto calle inueniat infantem iacentem, ſi cum iã proxime accedit, paululum diuertat ad parietem æquum, & calcaria applicet, vt ſaltu quodam vtriuſq; vita ſaluetur, cum bona fide hæc faciens, quãuis res ad votũ non ſuccedat, homicida non erit. Ratio eſt, tũ quia talis occiſio non eſt voluntaria niſi in cauſa ſua, & conſequenter non erit peccatũ. Tum quia in dubio ſemper eſt aliqua ſpes, quæ licet certa non ſit, cum tñ ex altera parte certa ſit mors niſi ita fugiat, non tenetur quis ad alteris uitam ſeruandam, vitæ propriæ iacturam facere. Nec proximus in tali caſu rationabiliter conqueri poteſt, cum aliud remediũ ad uitam propriam ſaluandam non habuerit, & in pari periculo vnuſquiſque ius habet vitam propriã potius quam alterius ſaluandi, vt conſtat. Ex quib. colligitur quid in tertio illo, & frequenti caſu dicendum, & agendum ſit, ſi enim aliter manus aggreſſoris euadere nequeat, quam occidendo innocentem illum; a cuius tergo, aggreſſor ſemper exiſtit, licite ad vitam propriam ſaluandam, vtrumq; occidere poteſt. Sicut enim in bello iuſto innocentes non directe, ſed indirecte, & per accidens occidere licet, ita etiam in propoſito.

19 Octaua difficultas eſt, an prægnans, vel in partu periclitans, ad ſeruandam uitam ſuam in caſu, quo aliter eã ſeruare non poteſt, licite poſſit ſummere medicinam, vel aliquid facere, idque per aliũ procurare, vnde aborſus, & mors fętus ſequatur; Et vtrum medicus, aut obſtetrix eam ſibi porrigere poſſit? Tres de hac re Doctorum ſententiæ ſunt.

Prima docet abſolute, & indiſtincte non eſſe licitum talem medicinam ſumere vel porrigere ſiue ante, ſiue poſt animationem fætus. Ratio eſt, quia licet non ſit homicidium, ſi fætus nondum ſit animatus, eſt tamen actus ille intrinſece malus: Sicut effundere ſemen propter ſanitatem, vtrũque enim eſt contra naturam generationis.

Secunda moderatius, & cum diſtinctione docet, ante animationem fętus licitum eſſe ſummere, aut porrigere medicinam, licet inde ſecuturus ſit aborſus; Quia licitum eſt hominem liberare a morte, etſi impediatur animatio fętus, ſeu generatio; Poſt animationem vero arbitratur non eſſe licitum, cũ occidere innocentem ſit malum, etiam ad ſaluandam uitam. Vnde S. Ambroſius lib. 3. de off. c. 9. & refertur in c. Denique. 14. q. 5. ait; *Si alteri ſubueniri non poteſt, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterum.* Sic Io. de Neapoli. Quodli. 10. quem refert, ac ſequitur S. Ant. par. 3. tit. 7. c. 2. §. 2. Syluеſt. verb. Medicus. q. 4. Martinus Nauar. in Manuali. c. 25. nu. 62. verſ. Quarto. Couar. in clemen. ſi furioſus. p. 2. §. 3. nu. 1. verſ. Hinc eſt omnino, de homicid.

vel

Tertia etiam ſententia, facta diſtinctione de medicina, docet licitum eſſe etiam poſt animationem fætus ſummere medicinam quæ de ſe directe, & principaliter cauſatiua eſt ſanitatis in matre, licet inde ſequatur abortus: talis aũt medicina eſt ſanguinis emiſſio, balneũ, pharmacũ purgatiuũ humoris, emplaſtrũ mitigatiuum doloris, et alia huiuſmodi, quod intelligendum eſt, qñ non ſuppetit aliud remedium ad ſanandũ matrem, ſecus autẽ ſi medicina illa nõ ſit directe & principaliter collatiua ſanitatis, ſed vel mortifera, vel ad mortẽ, ſeu aborſum ordinata, vt venenũ, dilaceratio, percuſſio, tunc n. licet ea aſſumpta veriſimiliter credatur quod mater viuet, ſi tñ exinde creditur probabiliter, q; fętus obiturus ſit, nõ licet talem medicinam ſumere, nec illi dare aut cõſulere. Sic Ant. de Corduba in Summa caſuũ conſc. q. 173. & lib. 1. quæſtionar. j. q. 38. dub. 2. quẽ refert Pet. Nauar. l. 2. de reſtit. c. 3. num. 138. & ſeq. Pet. de Arragõ 2. 2. q. 64. ar. 7. & Lud. Lopez lib. 1. inſtr. cõſc. c. 63. Rõ pro hac opinione eſt, quia cũ medicamẽta prioris generis ex ſua natura, & directe cauſatiua ſint ſanitatis & ad eã ordinata; morſq; fętus, & aborſus exinde ſequẽs ſit tãtum per accidens, & actiones humanæ ex eo, quod per ſe eſt in intẽtione operantis ſpeciem ſumant, & nõ ex eo quod ſequitur per accidens, conſequenter licitum erit ea mulieri modo prædicto periclitanti applicare ex intentione illam a morte liberãdi. Hæ ſunt Doctorum ſententiæ, & rationes. In quibus quid verius, & probabilius mihi uidetur dicendũ, & tenendum ſequẽtibus dictis breuiter exponam.

20 *Primo* igitur contra primam opinionem dicendum eſt, licitum eſſe ante animationem fętus medicinam talem ſummere, quæ ſuapte natura magis ordinatur ad ſanitatem, quam ad mortẽ, etiãſi ſequatur aborſus. Sic omnes tam ſecundæ, quam tertiæ opinionis. Ratio eſt, quia nemo peccat vtens iure ſuo, nec ſibi, quod inde eueniat, imputatur, cũ ſit per accidens, & præter eius intẽtionem. Nec ratio eorum aliquid conuincit; quia licitum eſt facere opus alias licitum & neceſſarium, licet inde p accidens, & præter intentionem ſequatur ſeminis effuſio. Deinde ſeminis effuſio cum directe procuratur, mala eſt ex obiecto, & proinde, vt medium per ſe intentum ad finem etiam bonum ſiue ſanitatis, ſiue alterius accipi non debet, Sanguinis autem diminutio etiam procurata, ex ſe illicita non eſt, vt conſtat, ſed indifferens, immo medium natura ordinatum ad ſanitatem, vitamq; tuendam. Ceterum quid recte prædictum aborſum procuraret, etiam ante animationem fœtus, mortaliter peccaret, vt omnes fatentur, & expreſſe docent Couarr. part. 2. relect. de homicid. §. [illegible]. num. [illegible]. in princip. & Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 140. id quod colligitur euidenter ex c. Si aliquis de homi. vbi dicitur, *ſi aliquis explendæ libidinis cauſa, vel odij meditatione homini, vel mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, aut concipere vel naſci ſoboles, vt homicida teneatur*; ſcilicet quantum ad peccatum mortale, non tamen quantum ad irregularitatem, vt tomo. 1. Theſauri caſuum conſcientiæ. libro 7. capitul. 1. numero 2. docuimus. His ſuffragatur Tertullianus in Apologetico, capitul. 3. dicens: *Nobis uero homicidio ſemper interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur,*

diſſoluere non licet; Homicidij feſtinatio eſt, probiberi naſci, nec refert natam quis eripiat animã, an naſcentẽ diſturbet? Homo eſt, & qui eſt futurus, & fructus hominis iam in ſemine eſt. Similia docet Cicero in oratione pro Aulo Cluentio. Cum.n.actũ eſſet de punitione feminæ cuiuſdã, quæ ob pecuniam fœtum nondũ animatum potionibus ſumptis abegit, ſubdit Cicero; *Nec iniuria, quæ ſpẽ parentis, memoriam nominis, ſubſidiũ generis, hæredem familiæ, deſignatũ Reipub. ciuem ſuſtuliſſet.* cõtra quos grauiter inuehitur Sixtus Papa V. in Bulla quadam contra procurantes, conſulentes, aut quocumq; modo cooperãtes ad aborſum, quę incipit, *Effrenatam perditiſſimorum hominum.* Anno 1588. variaſque pęnas contra eoſdem ſtatuit, quas tamen Greg. Papa XIV. in altera Bulla 1591. temperauit, vt alibi docuimus.

21 *Secundo*, ſi ſolam mortem, aut periculum mortis corporalis matris, & filij conſideremus, licitũ erit matri ſumere medicinam ad vitæ ſuæ cõſeruationem, etiam cum periculo mortis temporalis filij, tam ante, quam poſt animationem. Sic Ant. de Corduba, Pet. de Arragon. Ludo. Lopez, & Pet. Naua. nu. 142. vbi ſupra. Ratio eſt, quia mater potius ius habet ad poſſeſſionem ſuæ uitæ tuendam etiam cũ periculo fætus, quam econtra fætus ad ſuam cum periculo matris; cum uita fætus ex uita matris, & non econtra vita matris, ex uita fætus dependeat; & quod eſt per accidens, & minus principale non eſt attẽdendum. Hinc mater fugere poteſt taurum irruentem, etiamſi timeat aborſum. Et licet fætus ius habeat ad ſanguinis conſeruationem, ſicut ad cibũ quo extreme indiget, mater tamen potius ius habeat; Nec tenetur intra ſe retinere alimẽtũ prolis, niſi prius ſuæ ſubueniat ſaluti. Sic etiam ſi proles nata, lacte extreme indigeret, matrem aũt oporteret ad propriam ſalutem illud effundere, vel alio modo vbera deſiccare, non tenetur mater lac illud conſeruare; quia proprius, & potius eſt ius, quod habet ipſa, quam infans. Quo ſenſu vera eſt opinio illa quam tertio, & vltimo in loco retulimus.

22 *Tertio*, Quotieſcunque probabiliter creditur mors prolis futura, ſi tamen non applicaretur tale remedium, ſperaretur vita illius cum periculo matris, nõ eſt licitum talem medicinam ſumere. Sed tenetur patiẽter mortem tolerare, ſic omnes, quos pro ſecunda ſententia retulimus, quos etiam ſequitur Pet. Nauar. vbi ſup. num. 143. Ratio eſt, quia iã non agitur de periculo corporali prolis, ſed de ſpirituali; Eſt enim proles in extrema neceſſitate animæ: ſed vnuſquiſque ſecundum rectum ordinem charitatis tenetur præferre ſalutem animæ proximi ſaluti propriæ corporali, maxime cum illius curæ commiſſus ſit, & illi impoſſibile eſt aliquid facere pro ſalute ſua ſpirituali, abſque alterius auxilio.

Cum ergo puer nullo mõ poſſit ſaluti ſuæ ſpirituali ſubuenire, nec aliquis alius a matre, cui eſt fętus cura cõmiſſa, conſequenter, ſi puer ſaluari poteſt, vt baptizetur, etiam cum periculo matris, tenetur mater id ſuſtinere. Confirmari poteſt hoc alijs exemplis, ſi.n. videam mulierem volẽtem recedere a fornicario, & non poſſe, niſi me opẽ illi ferente; aut aliquem decipi ab hæretico, nec poſſe illum ab ea deceptione liberari, niſi mea doctrina, tunc teneor etiam cum vitæ propriæ periculo mulierem illam iuuare, vt recedat a fornicario, & ſimplicem illum docere, ne ab hæretico decipiatur, ex Michael Salon. 2.2. q. 64. ar. 7. controuerſia. 1. concluſ. 3. ad 2. & Greg. de Val. to. 3. diſput. 3. quæſt. 4. pun. 3.

Sic etiã ſi Sacerdos baptizans actualiter puerum in mortis periculo conſtitutũ, qui æternaliter dãnaretur, non poteſt Sacerdos ſe defendere ab inuaſore volente eum interficere, ſi nullus alius ſit qui baptizet, ſed tenetur præferre ſalutem ſpiritualem pueri ſaluti ſuæ corporali, quia ſi ita fiat, ſequitur vnum tantum malum, ſ. mors corporalis Sacerdotis, aliter vero ſequuntur duo etiam ſpiritualia, ſ. mors æterna pueri, de cõſec. diſt. 4. can. firmiſſime. & neglectus curæ animarũ, quod Sacerdoti in tali caſu eſt mortale, ex Syl. verb. Bellum. 2. q. 4. Armilla, verb. Defenſio. §. 3. & verb. homicidiũ, §. 7. Pet. Nau. lib. 2. de reſti. c. 3. num. 144. Sic etiam ſi filius alicuius chriſtiani nondum eſſet baptizatus, & in articulo mortis poſitus apud infideles tenebitur quiſq; priuatus cum diſpendio uitæ propriæ illũ, ſi poſſet, baptizare, et ei tanquam in extrema neceſſitate ſpirituali conſtituto ſubſidiũ adferre, ex Martino Nauarro in Man. c. 24. nu. 9. Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. cap. 67. Petr. Nauarro, lib. 2. de reſt. c. 3. num. 132. & Greg. de Val. to. 3 diſp. 3. q. 4. puncto 3. in fin. quicquid Sot. in lib. de tegendo, & detegendo ſecreto, memb. 2. q. 2. poſt cõcluſionem ſextam contradicat. A fortiori parochus in tali neceſſitate puerum baptizare, & alia ſacramenta ad ſalutẽ neceſſaria tempore peſtis ſuis ſubditis miniſtrare tenetur etiam cum vitæ ſuæ periculo. Ergo idem in caſu propoſito de matre dicẽdum eſt. Addo tamen quod ſi medicus probabiliter iudicet, qđ etiamſi a medicamento abſtineat, puer non poterit in lucem ſuſcipi ſed neceſſarium eſt cum matre eum mori, tunc poterit ſanguis minui, & alia medicamenta ſumi, *dummodo ſint principaliter, & ſua natura cauſatiua ſanitatis*, vt alterum ex duobus ſaluetur, nec diuinæ ordinationi reſiſtendum.

23 *Dixi, ſi principaliter cauſatiua ſit ſanitatis*, q̄a ſi medicina ſuapte natura ſit tam mortifera, quam ſalutifera, iam iamque conſtat, quod tam mater quam fætus morietur, ſi tamen mater talem medicinam ſumat, euentus eſt in dubio, vtrum fætus, vel mater ſaluabitur, in tali caſu illicitum eſt prægnanti talẽ porrigere medicinam ex S. Anto. par. 3. tit. 7. cap. 2. §. 2. Sylue. verb. Bellum. 2. q. 4. Ant. de Corduba in Sum. caſuum cõſcien. q. 173. & Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. c. 63. Quia porrigens huiuſmodi medicamen in hoc caſu exponit ſe periculo occidendi matrẽ, vel fætum, vel vtrumque. Quo ſenſu S. Amb. lib. 3. de officijs. c. 9. vt refertur in can. Denique. 14. q. 5. dixit, *ſi alteri ſubueniri non poſſit, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterum*. Quia vt ait Apoſt. Rom. 3. *Non ſunt facienda mala, vt veniãt bona.* Quod vero Almainus quẽ referũt Corduba, & Lopez ubi ſupra, & Adrianus in 4. ſent. in q. de correptione fraterna, artic. 3. verſ. Et quoad ſecundam partem auctoritate Galeni, & Cornelij Celſi innitentes, exiſtiment, licitum eſſe in tali caſu, hoc eſt, in extrema neceſſitate, & in rebus deſperatis facere experientias, quando non eſt aliud remedium, vnde eſt illud Gal. dictum ad medicũ in tali caſu, *Interfice audacter*, quia magis

gis prodeſt vti aliquo remedio in tali caſu, quam nullo, pluſque ualet ſalus in uno eorum, quamuis ſub dubio, quam certa mors vtriuſque, hæc tamen Galeni opinio, vt alii prædicti authores Corduba, & Lopez tradunt, ſolum vera eſt, quando mors alicuius tertii hoc eſt, in caſu noſtro, mors fætus inde non immineret. Cum igitur in hoc caſu de vtriuſq; vita, id eſt, tam matris, quã fætus, ut ſupponimus, eſt iam deſperatum, nihil iniuriæ patitur fætus ſi hæc experientia fiat in matre, in caſu tamẽ dubio, vbi dubium eſt an puer exinde morietur, aut euadet ſi talis experientia fiat in matre, ſecurius dicitur, quod ſi fætus non eſt animatus, talem medicinam aſſumere poteſt mater, etiamſi aborſus ſequatur, quando tamen informatus eſſe creditur anima rationali, medicinam ſuapte natura tam mortiferam, quam ſalutiferam aſumere non licebit, ut diximus.

24 Nona difficultas eſt, An liceat aliquando mortẽ innocentis optare? In hac re certum eſt, peccatum illicitum eſſe mortem alicuius innocentis ſine cauſa, & ſine rationabili optare, vt ſi quis vellet aliquẽ mortuum eſse aut in illa cogitatione delectatur, vt illi malum hoc eueniat, cum conſtat id ad inuidiã, & odium pertinere, quod cõtra rationẽ eſt. Immo mortem homini nocentiſſimo optare hoc modo, peccatum mortale eſt contra charitatem, etiamſi mihi inimicus ſit; Siquidem malum pœnæ, prout malum eſt, proximo cuique optare, & imprecari, directe charitati aduerſatur; Vnde nec iudex mortem nocentiſſimo cuicunque optare, aut inferre poteſt, vt malum eſt, nempe ibi ſiſtendo, ſed ob Reipublicæ bonum, & uirtutis exemplum.

Certum etiam eſt, licitum eſse optare mortem innocentis, ſi finis talis eſt, vt innocens ipſe mortem ſubire tenetur, quo modo ſancta mater optabat mortem filiorum pro Chriſto, & ad id hortabatur, idemque dicendum eſt, ſi ad ſalutem ſpiritualem etiam vnius id foret neceſſarium, ut ſupra dictum eſt. Sic etiam licitum eſt optare mortẽ alicuius, aut morbum, aut aliam iacturam temporalem, quo conuertatur ad dominum, uel ne tot facinora committat, vt docent S. Tho. 2.2.q.36.art.2. in corpore. Alexan. de Ales. par. 2. Summæ. q. 130. memb. 1. & 4. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 12. art. 1. Petrus Arragon 2.2.q.76.art.1. Michael Salon ibid. Martinus Nau. in Manuali. c. 15. nu. 10. verſi. 11. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. nu. 208. & alii communiter. Sic enim poteſt quis dilapidatori bonorũ ſuorum optare aliquod incommodum, v.g. infirmitatem, ne ludo, ac luſibus illa decoquat. Item mortẽ alicui optare poſſumus, quamuis conſtet eum viam perditionis ingreſſurum, ut noſtræ Reipubl. mala caueantur, paxque, & tranquillitas contingat. Sic etiam licitum eſt mortem Turcæ, & hæreticorum, & clades eorum deſiderare, quando aliter eorum perſecutiones iniuſtæ non ſperantur, aut niſi conuerti velint, vt præfati authores tradunt, & videtur Eccleſia petere, dum ait, *vt gentes paganorum, et hæreticorum dextera tuæ potentiæ conterantur*. Item puella, quæ ſolicitatur a iuuene optare poſt illum infirmari, vt ſic ceſſet ab illa libidine, vel tollatur ex hac vita, niſi conuertendus ſit. Orare etiam poſſum, vt qui iniquam mecum litem ducit, infirmetur, vt ſic reſipiſcat, & ceſſet, vel fiat pauper, ſi ex abundantia diuitiarum litẽ illam mouet. Quæ omnia intelligenda ſunt, quãdo ob bonum finem hęc optantur, & quando exiſtit culpa in eo, cui malum deſideratur. Si enim nulla ſit in eo iniquitas, non licet ei malum ob propriam utilitatem noſtrã deſiderare, vnde non licet deſiderare mortem patris, aut alterius propter hæreditatem, vel ut dignitatẽ eius aſſequatur, vel ne ab eo caſtigetur, aut reprehendatur: Id enim eſt contra ordinem charitatis, quo tenemur uitam proximi pluris facere, quam bona noſtra temporalia, qui autem propter hæreditatem proximi mortem deſiderat, pluris illa bona, quam uitam proximi æſtimat. Sic non licet patri deſiderare mortem filiæ, quia eam dotare non poteſt ſecundum ſtatus ſui exigentiam, cum maius bonum proximi negligat ob ſuum minus.

Cum igitur malum pęnæ, & præcipue pęna mortis maximum malum ſit, illud proximo deſiderare non licet, niſi propter maius bonum, vt ſcilicet, diuina uoluntas impleatur, vt bonum commune ſaluetur, vel ſpirituale bonum ipſius.

Tractari hoc in loco potuit quæſtio illa celebris de innocente reipſa, & priuata ſciẽtia cognito pro tali a iudice, probato tamen nocente; Item quæſtio illa de nocente reipſa, & pro tali cognito a iudice, opinione tamen, & publica ſcientia probato innocente, ſed quia commodior de his omnibus agendi locus erit cum de Iudicijs, & octauo decalogi præcepto dicemus, conſulto hæc omnia in præſentiarum omittenda eſſe decreuimus.

De homicidio, quod in bello, & duello fit, an, & quando licitum, quando illicitum.

Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Errores eorum, qui in uniuerſum bella damnarunt, quorum hæreſis a ſacra ſcriptura refutatur.*
2 *Ratione probatur tum bellum defenſiuum eſſe licitum, tum offenſiuum.*
3 *Ad bellum iuſtum gerendũ tria requiruntur uſq; ad 8.*
4 *In particulari uariæ cauſæ bellum inferendi colliguntur.*
5 *Quare filij Iſrael debellarũt Reges Amorrhæorum.*
6 *Vt cauſa belli iuſta ſit, nõ ſufficit ut Princeps credat ſe iuſtam habere cauſam, ſed requiritur, &c.*
7 *Poſt diligentem Principis inquiſitionem re dubia manente quid agendum ſtatuitur.*
8 *Ad bellum iuſtum requiritur recta intentio, non tamẽ eſt neceſſaria.*
9 *Præter tria prædicta ad homicidij peccatum uitandum quæ moderatio aut quis bellũ gerẽdi modus tenendus.*
10 *Oẽs nocẽtes parta victoria ſemper interficere non licet.*
11 *Duellum quid, & an aliquando ſit licitum.*
12 *Duellũ abſolute loquẽdo ſemp malũ, et iure prohibitũ.*
13 *Duellum quare licitum cenſeatur uarię cauſę enumerantur, & ut futiles reijciuntur, & nu. ſeq.*
15 *An ob uitę defenſionem liceat acceptare duellum.*
16 A*n liceat reſoluere bellum in duellum?*
17 *An licita ſit conditio illa quorundam duellorum, ut nullus ex circumſtantibus opem ferat alicui.*
18 *De pugna cum Tauris eorumque agitationibus.*
19 *De Bulla Pij V. contra hoc periculoſum genus pugnæ licentioſe locutus eſt Medina.*

10 *Quinam dum huiuſmodi agitationibus taurorũ interſunt, peccant mortaliter.*
An ipſo facto pęnam excommunicationis incurrant.

CVm plurima homicidia in bello contingere ſoleant, vt quotidiana experientia docet, quo omnia, quę in hoc Decalogi præcepto continentur, clariora reddantur, explicare nõnulla oportet, quæ ad bellum pertinent, vt exinde ſciamus quando licitum aut illicitũ iudicãdum ſit homicidium illud, quod in bello contingit. In qua re ante omnia reijciendi ſunt errores tum eorum, qui in vniuerſum bella omnia tanquam illicita damnabant, vt Manichęi, qui impudenter Moyſen reprehẽdebant, quod bella geſſiſſet, teſte S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum Manichæum. c. 74. & Manichæos ſecutus Vvicleſus, vt refert Tho. Vvaldenſis to. 3. de ſacramẽtalibus. tit. 24. c. 169. tũ eorum, qui ſaltem chriſtianis omnib. bellum illicitum eſſe docuerunt, vt Iulianus Apoſtata, vt refert Grego. Nazianzenus orat. 1. in eundem Iulianum quem ſecuti ſunt Cornelius Agrippa libro de Vanitate ſcientiarum. c. 79. vbi ait, *Artem militarẽ Diuus ille Plato, Auguſtinus, & Bernardus Catholici in Eccleſia Doctores alicubi probauerũt, licet Chriſtus, & Apoſtoli; longe aliter ſentiant*. Vt meminit Alphonſus a Caſtr. in Summ. de hæreſ. verb. Bellum. hæreſi. 1. Et Eraſmus etiam vt patet Chiliade 4. cent. 1. adag. 1. & in annotationibus ad c. 3. & 22. Lucæ. Et Anabaptiſtæ, vt refert Melanchthon in locis comm. tit. de Magiſtratu. & Ioan. Ferus lib. 4. in Matth. circa illud. Matth. 26. *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.*

Immo etiam Lutherus in articulis a Leone 10. damnatis. art. 34. damnat bellum contra Turcas, quãuis poſtea illud contra eoſdẽ approbauit, & cõmendauit Principibus chriſtianis in lib. viſit. Saxonicæ. Quorũ omnium hæreſis facile refellitur, eãque late refellit S. Auguſt. vbi ſupra præclare contra errorem Manichæorum docens bellum aliquñ licitum eſſe, quod Deus quædam bella imperauerit, *quem mali aliquid iubere non poſſe, nemo, qui ei ſeruit, ignorat,* inquit S. Augu. lib. 22. contra Fauſtum. c. 75. vt patet Nu. 25. vbi Moyſes ex Dei præcepto belligerauit, & Saul. 1. Reg. 15. & Dauid. 1. Reg. 25. vnde Pſal. 17. ait, *Qui docet manus ad prælium &c.* & Deut. 1. ait Moyſes, *Nolite metuere, neque timeatis eos, Dominus Deus, qui ductor eſt ueſter, pro uobis ipſe pugnabit, &c.* & Deut. 32. *Quomodo perſequebatur unus mille, &c.* & 2. Parali. 20. & alibi ſępe. Et in nouo teſtamento a Chriſto minime reprobatur, ſed potius commendatur, vnde Matth. 8. laudauit Centurionẽ aſſerentẽ ſe habere ſub ſe milites, & Matth. 22. cum tributa dẽtur Regibus ad bella, et pacẽ ſeruandam, ait, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari;* & Ioannes Baptiſta Luc. 3. a militibus interrogatus, quid facerẽt, ait illis, *Neminem cõcutiatis, neque calumniam faciatis, & cõtenti eſtote ſtipendijs ueſtris.* Ex quo loco S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtũ Manichæum. cap. 74. & Thomas Vvaldenſis vbi ſupra, egregie colligunt nõ omne bellum eſſe illicitum, alioqui, inquit S. Auguſt. *cum ad eum baptizandi milites uenirent, dicentes; Et nos quid faciemus? Reſponderet eis, Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, uulnerate, proſternite neminem. Sed quia ſciebat eos, cum hæc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non ultores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis, Neminem concutiatis, &c.* Et ſimilia prorſus habet epiſt. 5. ad Marcellinum, dicens: *Si Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus conſilium ſalutis pœnitentibus in Euangelio diceretur, vt abijcerent arma, ſeque militiæ omnino ſubtraherent, &c.* & Epiſt. 207. ad Bonifacium Comitem.

2 *Ratione* etiam idipſum cõprobatur, quia ſi bellũ ſit defenſiuum, euidens eſt id eſſe licitum, cum iure naturæ licitum ſit ſe defendere, & iniurias propulſare, iuxta principium illud naturale, *vim vi repellere licet*. Et ſicut priuatæ perſonæ licitum eſt occidere, vt ſe defendat, vt diximus, ita multo magis Reipublicæ idipſum licebit. Et de bello offenſiuo hoc ipſum conſtat; Quandoquidem aliquãdo non alia ratione niſi bellando iniurias vindicare poſſumus; quando ſcilicet non eſt aliquis vtrique parti ſuperior, ad quem pro compenſatione obtinenda, & iniuria vindicanda recurratur. Quo ſane caſu dubiũ nõ eſt, quin natura duce bellum gerere liceat, vt ſic paci Reipub. & bono cõmuni conſulatur, & ſceleratorũ hominum crimina coerceãtur; Alias. n. vnuſquiſq; quæcumque facinora perpetrare tentaret, & Rerũ publicarũ conſummatio, & pacis, & iuſtitiæ violatio ſequeretur. Sicut igitur iudex illatas ciuib. iniurias punire poteſt, ita Reſpublica iniurias, quæ in damnum Reipub. redundãt, indicto bello vindicare, & vlciſci merito ac licite poterit, quoties ita bonum ac neceſſarium communitati iudicauerit. Et quamuis exinde cędes, ac alia damna ſequantur, hæc tamen omnia incommoda Reipublicæ ſaluti, cuius gratia bellum geritur, merito poſtponuntur adeo vt contemptis uitæ, & fortunæ periculis, bellum aggredi liceat. Hinc S. Auguſtinus li. 22. contra Fauſtum Manichæum, cuius verba referuntur 23. q. 1. can. Quid culpatur, ait, *quid culpatur in bello? an quia moriũtur quãdoq; morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum*. De qua re legendi ſunt S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum Manichęũ. cap. 74. & ſeqq. & Epiſt. 5. & 207. S. Thom. 2. 2. quæſt. 40. Alexan. de Ales par. 3. quæſt. 47. memb. 3. Henricus de Gandauo. quodl. 15. quæſt. 16. Gratianus. 23. quæſt. 1. Gabr. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 4. Summiſtæ in verb. Bellum ubi Angel. Sylu. Tabiena. Franciſcus a Victoria in relect. de iure belli. Alphonſus a Caſt. lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 14. Caiet. 2. 2. quæſt. 40. & Dominicus Bannes ibidẽ. Couar. in Regul. Peccatũ. par. 2. §. 9. 10. & 11. per totum. Ant. de Corduba lib. 1. quæſtionarij. quæſt. 39. Gregor. de Val. tomo 3. diſput. 3. quæſt. 16. Petrus Nauarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 3. num. 258. & ſeqq. Martinus Nauarrus in Manuali. cap. 15. nu. 15. Caietanus in Summa verb. Bellum. Ludouicus Lopez parte 1. inſtruct. conſcient. cap. 61. Sebaſtianus Medices in Summa de peccatis, tit. 4. quæſtio. 74. & ſeqq. Emanuel Sà in Aphor. verb. Bellum, & alij paſſim, qui omnes affirmant bellum iuſtum licitum eſſe, et ãſi inde cædes, & homicidia ſequantur, adeo vt teſte Catechiſmo Romano in tractatu de Quinto Decalogi præcepto. nume. 5. qui in bello iuſto decidunt, rei cædis, & peccati non ſint, quamuis ſecus dicendum eſſet, quando

iniuſtum bellum gererēt. Vt igitur ſciamus, quodnam bellum iuſtum & licitum ſit, quodque iniuſtum & illicitum,

3 *Annotandum eſt*, tria requiri ad bellum iuſtum gerendum: Primum eſt, vt ſit auctoritas in mouente bellum, vt ſcilicet ſit ſupremus Princeps, & Reſpublica perfecta in temporalibus, aliàs illicitum eſſet, cum habeat ſuperiorem, apud quem via iuridica poſſit audiri. Cum enim ſupremus Princeps non habet, apud quem conqueri poſſit, iure naturæ illi conceſſum eſt de ſua iniuria cognoſcere, iudicare, & ſententiam, aut punitionem in iniuriantem ferre, & eam exequi, vt S. Thom. & ceteri authores vnanimi conſenſu affirmant. Hinc S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum Manichæum. cap. 75. ait, *ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium penes Principem ſit.* Etenim penes Principem tota auctoritas reſidet, nec ſine illo aliquid publice aut bello, aut pace geri poteſt. Reſpublica etiam perfecta, & communitas, quæ in ſua iuriſdictione nō habet ſuperiorem aliquem, ad quem ſit recurſus, ſimili ratione bellum mouere poteſt. Huiuſmodi ſunt Reges Angliæ, Franciæ, Hiſpaniæ, & quædā Reſpublicæ liberæ, & Ducatus, vt Reſpublica Veneta, Ianuenſis, &c. Secus autem dicendum eſt de illis Regnis, & Principibus qui non præſunt Reipublicæ perfectæ, ſed partes ſunt alterius Reipublicæ, & ſuperiorem agnoſcunt, vt Principatus in Germania, qui Imperatorem recognoſcunt, & ad vnum commune tribunal Imperiale recurrunt, vt egregie tradūt, Franciſcus a Victoria in relect. de iure belli. nu. 7. 8. & ſeq. & Alphonſus a Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 14. & alij; tales nāque cum ad ſuperiorem ſuum recurrere poſſint, eiuſque auctoritatem ad compenſationem acceptæ iniuriæ implorare, non niſi ex eius Imperio bellū indicere queant. Cumque neces, & alia incommoda multa ex bello conſequi ſoleant, non ita facile bellum moueri debet, ſed tunc ſolum, quando lis, quæſtio, & iniuriæ illatæ compenſatio, decidi, terminari, & procurari aliter nequeat.

Secundum eſt, vt *iuſta & rationabilis ſit cauſa* bellum mouendi, ſ. iniuria illata, quæ per bellum iuſte vindicanda & compenſanda ſit, ſiue quia multa fecerit inimicus damna, quæ recompenſare non vult, ſiue quia ciuitatem, vel oppidum teneat tyrānice. Eſt enim bellum actus iuſtitię vindicatiuę, vt conſtat. Vnde S. Aug. q. 10. in Ioſue, ait, *Iuſta bella definiri ſolent, quę ulciſcuntur iniurias, ſi quæ gens, uel ciuitas, quæ bello petenda eſt uel uindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt, uel reddere quod per iniurias ablatum eſt.* Id quod egregie demonſtrat S. Tho. 2. 2. q. 40. art. 1. Ceterum vt Franciſcus Victoria in relect. de iure belli. num. 14. recte docet, non quælibet iniuria ad bellum inferēdum ſufficit, ſed quæ vel abſolute, vel ob aliquas circunſtantias maior ſit, vel certe non minor quam damna, quæ bellum afferre ſolet, iuxta illud Deut. 25. *Pro menſura peccati, erit & plagarum modus.* In particulari autem varias cauſas inferendi bellum colligunt Alphonſus a Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 14. Couar. in relect. in c. Peccatum. par. 2 §. 9. nu. 3. 4. & ſeq. & Greg. de Valentia tom. 3. diſput. 3. q. 16. punct. 2. videlicet.

Primo, contumacia, & rebellio ſubditorum contra Principem, ſi enim admoniti ab eo fuerint, & obedire renuunt, iuſte eos bello coercere poteſt, cuius ratio eſt, quia grauis iniuria fit Deo, & Principi, ſi eius imperio ſubditi reſiſtant: Rom. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Sic Dauid Rex bellum mouit aduerſus Seba filiū Bochri, eo quod populū ſolicitauit, vt a Dauide Rege ad ipſum deficeret. 2. Reg. 20. vnde S. Aug. lib. 22. contra Fauſtum Manichæum. c. 74. ait, *Aduerſus violentiam reſiſtentium ſine Deo, ſine aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos uel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iuſte ipſe ordo conſtringit.* Quod ipſum docet Philoſophus lib. 7. Polit. c. 14. ad finem, vbi bellum iuſtum eſſe cenſet, vt in ſeruitutem redigantur, quos ſeruire oportet, & vt his, qui ſeruitute digni ſunt, legitime dominentur. Pro qua re facit c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat. vbi Innoc. recte docet hanc potius eſſe executionē iuriſdictionis, & punitionem rebellium in hoc caſu, quam bellum, & ideo captos in eo non effici ſeruos capientium, quod maxime eſt obſeruādum. Ex quibus Caſtro, & Gregorius vbi ſupra colligitur iuſtum omnino eſſe bellum, contra hæreticos pertinaces. & Eccleſiæ rebelles, ſicut illud ſuaſit S. Greg. Gennadio, lib. 1. Regiſtri, epiſt. 72. vbi ait, *Sicut excellentiam veſtram hoſtilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet eā inimicis eccleſiæ eius omni uiuacitate mentis, et corporis obuiare quatenus eius ex utroque triumpho magis, ac magis eniteſcat opinio, cum, et forenſibus bellis aduerſarijs Catholicæ Eccleſiæ pro Chriſtiano populo uehementer obſiſtitis, et Eccleſiaſtica prælia ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum eſt enim hæreticæ religionis viros ſi eis ſuppetit nocendi licentia contra Catholicam fidem uehementer inſurgere, quatenus hæreſeos ſuæ uenena ad tabefacienda, ſi ualuerint, Chriſtiani corporis membra transfundant, etc.*

Secundo, quando fit ad repetendas res, quæ per violentiam ab hoſte detinentur, ſic Dauid mortuo Saule bellum geſſit contra Isboſeth filium Saulis, qui occupare nitebatur regnum Iſrael quod Dominus Dauidi diuinitus per Samuelem Prophetam conceſſerat. 2. Reg. 2. Et paſſim hac de cauſa inter Principes bella geruntur.

Tertio, quando negatur id, quod iure eſt debitū. Qua de cauſa filij Iſrael debellarunt Reges Amorrhæorum, quia eis tranſitum negarunt, qui de iure naturę ipſis debebatur. Nu. 21. Vnde S. Aug. q. 43. in Num. ait; *Notandum eſt, quemadmodum iuſta bella geruntur, innoxius enim tranſitus negabatur, qui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.* Quo circa Iulius Cæſar cōtra Romanos ciues bellū geſſit, eo qđ ipſū tuto urbis aditu prohibebāt. Vnde Cæſar apud Lucanū ait, *Arma tenēti omnia dat, qui iuſta negat.* Quare ſi quis aliū impedit, ne per aliquā prouinciā tranſeat, ēt propriam impedientis mō tranſitus ille innoxius futurus ſit, peccat, & licitum eſt tūc bellū impedienti mouere, innoxius. n. tranſitus iure humanæ ſocietatis debetur. Multæ aliæ cauſæ iuſti belli apud præfatos authores referuntur, q̄ ad iſtas reduci, & reuocari poſſunt. Siue. n. fiat contra Rempub. inuadentes, vt ſæpe fecerunt filij Iſrael cōtra Philiſtæos, & Machabæi contra Antiochū,

& Demetrium: Siue quia negatur debitum tributum, ſicut bellum geſſit Ioram contra Regem Moab, quarto Regum. 3. ſiue quia defendunt maleſactores ne puniri poſſint, prout vndecim tribus Iſrael pugnarunt contra tribum Beniamin, & ciuitatem Gabaæ, quia tradere nolebant occidentes vxorem Leuitæ. Iudic. vigeſimo. ſiue ad vlciſcendã contumeliam factam Principi, ſicut pugnauit Dauid contra Hanon Regem Ammonitarum, eo quod nuntijs ſuis mediam barbæ partem, & tunicas abſcindi ignominioſe curauit, 2. Reg. 10. ſiue quia ferunt ſuppetias inimicis ſuis, vt pugnauit Dauid cõtra Siriam Damaſci. 2. Reg. 8. hæ omnes cauſæ iniuriam continent, quæ iuſta cauſa eſt mouendi bellũ, vt diximus.

Quod vero dictum eſt cauſam belli iuſtam eſſe debere, non ita intelligendum eſt, quod ſufficiat vt Princeps credat ſe habere iuſtam cauſam, ſed requiritur vt prius diligenter examinet iuſtitiam, & cauſas belli, & audiat rationes aduerſariorum, ſi velint ex æquo, & bono diſceptare. *Omnia enim ſapienti* (vt ait Comicus) *verbis prius experiri oportet, quam armis.* conſulere etiam oportet viros prudentes, & bonos, qui non ducuntur paſſione. Ratio eſt, quia ſi in rebus paruis, & priuatis non licet aliquid ſine conſilio, & deliberatione agere, multo minus in re tanti momenti, vbi de periculo, & vita multorum agitur. Alioquin licitum eſſet Turcis bella contra chriſtianos gerere, putant. n. ſe obſequium Deo præſtare. Vnde Senatores, & Conſiliarij Regum, & Principum, qui ad Conſilium vocãtur examinare tenentur iuſtitiam vel iniuſtitiam belli; Alij vero minores qui non admittuntur, nec audiuntur apud Principem, cauſas belli examinare non tenentur, ſed licite pugnare poſſunt: Illis enim ſatis eſt, quod publico conſilio, & auctoritate geratur, niſi in caſu quo euidens eſſet iniuſtitia belli, immo etiam in dubio pro ſuo Principe iudicare debet vt recte S. Aug. lib. 22. contra Fauſtum. c. 74. & 75. animaduertit. vir iuſtus, inquit, ſi forte etiam ſub ſacrilego Rege militet, recte poteſt illo iubente, bellare, ſi quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit certum non eſt, vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem oſtendat ordo ſeruiendi. Ex quibus conſtat peccante fortaſſis Principe ob dubium, innocentem eſſe ſubditum militantem propter ordinem ſeruandi, & obediendi. Non enim ipſi cãm examinare debent, ſed licitam, & iuſtam præſumere ex Victoria in relect. de iure belli. num. 24. & 25. Dominico Bannes 2. 2. q. 40. ar. 1. dub. 6. Syluestro. verb. Bellum. 1. q. 9. ver. Tertia. Pet. Na. lib. 2. de reſti. c. 3. nu. 270. & ſeq. Greg. de Val. to. 3. diſpu. 3. q. 16. punct. 2. & alijs communiter.

Dixi, niſi euidens eſſet iniuſtitia belli, qua de cauſa non excuſantur ſecundum Victoriam infideles ſequentes Principes ſuos in bello contra chriſtianos, nec milites crucifigentes Chriſtum ad perſuaſionem Iudæorum, & mandatum Pilati, cum talis ignorantia craſſa ſit, & affectata, & prauo ſtudio contra Chriſtum, & chriſtianos excogitata.

Poſtquam autem facta eſt à Rege cum ſuis Principibus diligens inquiſitio, & tamen res adhuc dubia ſit, tunc ſi res ſit in poſſeſſione alterius, manente dubio, non licet contra eum bellare, cum in dubio melior ſit conditio poſſidentis, tenetur tamen legatos alterius partis admittere, ſi opus ſit, & alia facere quæ neceſſaria ſunt ad rei veritatem inueſtigandam, quod ſi nollet, iure contra eum pars aduerſa bellum mouere poterit, propter iniuriam quam ei infert in eo quod nolit legatos ſuos admittere. Sic Dominicus Bãnnes vbi ſupra dub. 5. conc. 2. Franciſc. Victoria. num. 27. Adrianus quodl. 2. p. 1. in reſponſ. 2. ad rationem primam, Ioan. Medina quæſt. 17. de reb. reſtituend. Coua. in relect. in regulam Poſſeſſor. p. 2. §. 7. num. 4. & Gregor. de Valen. vbi ſupra. Sin autem res adhuc in nullius eſset poſſeſſione (vt ſi controuerſia eſset de iure hæreditario ad aliquod regnum mortuo Rege) tunc in dubio neutra pars alteram oppugnare poſset pro obtinenda re tota, ſed ſolum pro eius obtinenda parte æquali, uel inæquali, prout dubium eſset vtrinque æquale aut inæquale, vt recte Bannes, & Gregorius vbi ſupra reſoluunt.

8 *Tertium* quod ad bellum iuſtum requiritur, eſt *recta intentio*, ne ſcilicet odio, ſed iuſtitiæ zelo, rectaque intentione moueatur. Vnde S. Auguſtinus libro 22. contra Fauſtum Manichæum. cap. 74. ait, Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur. Et quamuis hoc tertium requiritur vt bellum ſit licitum, non tamen neceſſarium eſt vt ſit iuſtum; Atque adeò licet ſine hoc tertio bellum illicitum, & peccatum mortale ſit pro natura ſiniſtri finis, ſicut cum iudex odio, vel ira occidit, non eſt tamen iniuſtitiæ peccatum, nec reſtitutionis obligationem inducit, dũmodo priora duo adſint, ſcilicet auctoritas publica ex parte inferentis, & cauſa iuſta, ſcilicet, iniuria ex parte eius cui fit. Ex quibus patet quando nã homicidium ex quolibet defectu iſtorum peccatũ ſit, & illicitum, atque adeo ſic occidens, aut cauſam eius præbens, hoc quintum Decalogi præceptum violat.

9 *Quia* vero fieri poteſt vt bellum iuſte ac licite, alioqui ſit ſuſceptum, ſcilicet, & per legĩtimam auctoritatem, & ex iuſta cauſa, & bona intentione, & tamen poſtea iniuſto, ac peruerſo modo geratur, ideo his non obſtantibus ad homicidij vitandum peccatum, rectus gerendi bellum modus; & moderatio, tum in ipſo conflictu, & præparatione ad illum, tum etiam parta Victoria tenenda eſt. Etenim cum bellum fieri debeat ſolum, vel ad obtinendam iuſtam rei ablatæ compenſationem, ſeu ad rẽ ipſam recuperandam; vel ad iniuriam iuſte vindicandam, ſecundum culpæ videlicet proportionem; vel denique ad pacem firmandam, & ſtabiliendam, illos ſolum licite occidere poſſumus, quorum mors, & occiſio, ad aliquod iſtorum trium, neceſſarium, & accommodatum medium prudẽtum iudicio cenſetur, vt communiter tradunt Doctores, & nominatim Henricus de Gandauo quodlib. 15. quæſtio. 16. Adrianus in 4. in quæſtio. de reſtitutio. §. *ſed antea etiam*. Franciſcus Victoria in relect. de iure belli. à numero 37. & deinceps. Syluester verbo. Bellum. 1. & Summiſtæ verbo. eodem. Dominicus Bannes 2. 2. quæſt. 40. artic. 1. dub. 10. Gregorius de Valentia. tomo. 3. diſpu. 3. quæſt. 16. puncto 3, & alij. Vnde nec in conflictu ipſo, nec

parta Victoria licitum erit occidere innocentes, cum iſti nullo modo cauſæ fuerint illatæ iniuriæ, nec in bello pugnarunt; id quod intelligendum eſt eo modo,quo ſupra docuimus,ita vt non liceat per ſe,& ex intentione iſtos interficere,ſed ſolum per accidens, & præter intentionem, quando ſcilicet hoſtes aliter expugnari nequeant, niſi etiam cum nocentibus innocentes occidantur,atq; adeo parta Victoria nec per ſe occidi poſſunt innocentes ad pacem in futuro firmandam, ſicut neq; obſides innocentes,puta pueros,fęminas,aut alios obſides innocentes quoſcunque interficere licet,neque etiam licitum erit tradere ciuitatem militibus, vt quoſcumque velint,etiam innocentes occidāt, ob quam cauſam grauiter reprehenſus,& punitus fuit ab Ambroſio Theodoſius Imperator, qui Theſſalonicæ omnes indifferenter occidi præcepit,ex Ruffino lib. 1. Hiſtor. c. 18.

Quoad nocentes vero,quāuis in ipſo actuali cōflictu,aut expugnatione,vel defenſione ciuitatis liceat omnes nocentes,& contra pugnantes indifferenter occidere, & etiam quamdiu res eſt in periculo, cum alioquin fruſtra bellum geri videretur,parta tamen victoria,& rebus iam extra periculum poſitis non licet *omnes nocentes ſemper* occidere. Etenim aliquando id cederet in magnum detrimentum commune,vt ſi eſſent valde multi, vt integra ciuitas,vel prouincia,&c. Sicut.n.inter ciues non liceret,vbi eſſet delictum totius ciuitatis aut prouinciæ interficere omnes delinquentes,ita neq; in cōmuni rebellione totum populum indifferenter occidere licebit,vel ad iniuriam vindicandam, vel ad res recuperandas. Vnde,vt diximus,pro ſimili facto Theodoſius ab Ambroſio reprehenſus eſt; oportet ergo habere rationem iniuriæ ab hoſtibus acceptæ, & damni illati, & aliorum delictorum, & ex hac conſideratione procedere ad vindictam,& animaduerſionem,omni atrocitate, & inhumanitate ſecluſa, ita vt pro menſura delicti ſit plagarum modus, nec vltra progrediatur vindicta, maxime in bello contra chriſtianos facto. Et quia,vt diximus,ſubditi non tenentur,nec debent examinare cauſas belli, ſed Principes ſuos in bellum ſequi poſſunt,contenti auctoritate Principum, & publici conſilij,ideo pro maiori parte,licet ex altera parte ſit bellum iniuſtum, milites tamen,qui ad bellum veniunt, & pugnant,aut defendunt, vel oppugnant ciuitates, vt plurimum ex vtraque parte ſunt Innocentes, ac proinde cum iam victi ſunt, & non eſt periculum ab alijs interfici non poſſunt,nō modo omnes, ſed ne vnus quidem ex illis, ſi præſumitur, quòd bona fide in prælium venerunt, vt Franciſcus à Victoria vbi ſupra,nu.48.annotauit.

10 Dixi,Non licere omnes nocentes parta Victoria *Semper* interficere, quia nonnunquam licitum & expediens erit ob alium finem, ſ. ad firmandam & ſtabiliendā pacem,& ſecuritatē, ſi aliter firmari non poſſet,omnes hoſtes nocentes occidere,& hoc maximè quando contra infideles pugnatur, a quibus nunq̃ vllis,conditionibus pax æqua, & diuturna ſperari pōt. Et ideo vnicum remedium tunc tēporis eſt,omnes interficere,qui contra arma ferre poſſunt,dummodo in culpa, & nocētes fuerint. Hinc Deut. 20. dicitur,*ſi quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem,offeres ei pacē,ſi receperit,& aperuerit tibi portas,cunctus populus,qui in ea eſt, ſaluabitur,& ſeruiet tibi ſub tributo;ſin autem fœdus inire noluerit,& cæperit contra te bellum,oppugnabis eam:cūque tradiderit Dominus Deus tuus eā in manu tua,percuties omne quod in ea eſt generis maſculini in ore gladij*,quia tales omnes ſupponuntur nocentes,*abſq; mulieribus,& infantibus*,quia iſti ſupponuntur innocentes. Id quod ēt S. Aug. epiſt. 207. ad Bonifacium Comitem inſinuauit,his verbis, *Sicut rebellanti,& reſiſtenti violentia redditur,ita victo,vel capto miſericordia iā debetur,maxime in quo pacis perturbatio non timetur.* q.d. poſſe occidi omnes qui timeātur futuri perturbatores pacis cōis. Immo vero obſides,qui vel tempore induciarum,vel peracto bello ab hoſtibus recipiuntur,interfici pñt,ſi hoſtes fidem fregerint,& conuentis non ſteterint, dummodo obſides illi de numero nocentū ſint, puta, ſi tulerint cōtra eos arma; ſic etiā dediti, hoc eſt,qui ſe ſponte dederunt,poſſunt interfici,niſi qui ſe dederunt,cauentes ſibi,vt ſalua eſſent eorum capita,& ſalui mittantur prout communiter fieri ſolet in redditione,& deditione ciuitatum. Alias non videtur iniquum,vt ſi oppidum nihil cauendo dedatur, quin mandato principis,aut Ducis,aliq̃ q̃ fuerint notiores occidātur,vt præclare docent Victoria vbi ſup.nu.43.& 49.Bannes,& Greg.de Valen. vbi ſupra. Et de peccato homicidij ex bello hæc dicta ſint.

11 *Quoad Duellum* vero controuerſia eſſe ſolet an licitum aliquando ſit,eo quod aliqñ ſolebat,& legibus,& magiſtratibus concedi,olimque ſolemniter, & publice fieri varias ob cauſas,& fines. Deinde licitum eſt occidere inuaſorem ob defenſionem vitæ,& honoris,ſiue id ſit præueniendo iniuriam accipiendam,ſiue iam acceptam repellendo. Ergo propter eandem ſaltem cauſam licebit prouocatū ad duellum exire,quando nullum aliud reſtat remedium tuendi honorem. De hac re diſputant San. Th.2.2.q.95.ar.8.ad 3.Caie.ibid. & in Sum.verbo. Duellum.& Summiſtæ verb.eod.Angel.Sylu.Tabiena,& Emanuel Sa.in Aphoriſm. S. Anton.p.3. ti.4.c.4.§.vlt.Henri.Quodlib.5.q.32.Ioan.Maior. in 4.diſt.15.q.23.Sotus lib.5.de iuſti.q.1.art.8.ante finem.Martin.Nauar.in Manuali.c.11.nu.39.& c.15.nu.9.Petrus de Arragon.2.2.q.64.art.3.controuerſia.3.Dominicus Bannes 2.2.q.40.articu.1. in fine.Gregorius de Valentia tom.3.diſpu.3.quæſt. 17.puncto.1.Petrus Nauar.lib.2.de reſtitu.c.3.nu. 281.& ſeqq.Sebaſtianus Medices in ſumma de peccatis.p.1.ti.4.quæſt.83.Toletus in ſumma libro.5. c.6.in fine,& alij. Antequam vero rem ipſam exponamus,

Annotandum eſt,Duellū quantum ad vocis etymologiam ſpectat,idem eſſe quod duorum bellum; alio aūt nomine dicitur in iure *Monomachia*, quaſi pugna vnius contra alterū,ſeu ſingulare certamen, vnde definiri,ſeu deſcribi ſolet Duellum eſſe bellū duorum ex condicto, ſiue illud ſit cum periculo vitæ,vel mutilationis,aut vulnerationis,quo mō proprie accipi ſolet,& etiam à nobis explicatur in præſentiarum,ſiue fiat abſq; huiuſmodi periculo,id qđ improprie duellum appellatur.

12 *Eſt autem* duellum abſolute loquendo malum, hoc eſt,indicere alicui duellum ſemper malum,& illicitum eſt,& a iure prohibitum. Ius enim Canonicū illud tanq̃ alias iure naturæ,& Diuino pro-

ſus

ſis illicitum damnat, vt habetur in can. *Monomachiam.* 2.q.5. Nicolaus Papa dicit, *videri Deum tentare, qui Monomachiam exercent.* nec Dauidis factũ trahendum eſt in exemplum, qui cum Golia ſingulari certamine pugnauit. 1. Reg. 17. quia id peculiari Spiritus Sancti inſtinctu fecit, vt notauit Gloſſa in cap. cura in verb. *Aliquatenus.* de purga. vulgari. Et Cæleſtinus Papa Tertius. in d. cap. cura. *duellum nullo modo tolerandum* eſſe docet. Et idem Cæleſtinus Papa in c. *Henricus. de clericis in duello pugnãtib.* appellat *prauam cõſuetudinem*, & in huiuſmodi duello committi *peccatum homicidij*, quod ẽ ſine dubio contra ius naturæ. Et in Concilio Trident. ſeſſ. 25. de reform. ca. 19. appellatur *conſuetudo deteſtabilis*, & ſub grauiſſimis pœnis de nouo prohibet, in ordinarijs ſcilicet caſibus, quibus iure naturæ grauia, & deteſtabilia ſunt eiuſmodi duella. Quibus enim in caſibus duellum licitum eſt, vt infra dicemus, non prohibetur in Concilio Tridẽtino, vt optime Gregorius de Valentia vbi ſupra, poſt Syluestrum in verb. Duellum. quæſt. 1. nu. 2. annotauit. Sic etiam iure ciuili damnantur duella, vt habetur in l. vnica Cod. de Gladiatorib. vbi Conſtant. Impera. ait, *Cruẽta ſpectacula in ocio ciuili, & domeſtica quiete non placent. Quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus.* Quæ omnia manifeſtiora erunt, ſi cauſas aliquas, quibus eiuſmodi duella licita videri poſſint, breuiter refellamus.

13 *Prima* vero cauſa, ob quam huiuſmodi duellum licitum eſſe cenſetur, eſt, quando aliter *veritas, & iuſtitia* alterius partis innoteſcere nequeat, ſunt .n. aliqui ex eo quod ſe innocentes eſſe cognoſcant, & ius habere ad rem intelligunt, cum non aliter veritatem rei, & ius ſuum probare poſſunt, confidentes quod victoria ſua erit teſtis veritatis, aduerſam partem ad duellum prouocant. Ceterum vt omnes præfati Doctores communiter docent, duellũ ita facturum ad veritatis indagationem, grauiſſimum peccatum mortale eſt. Ratio eſt, quia illud eſt tentare Deum, ſicut tentaretur per examen, & iudicium aquæ feruentis, vel ferri candentis, arg. can. *Conſuluiſti.* 2. qu. 5. eſſet enim petere miraculum vt oſtenderetur veritas, quod illicitum eſt; Deinde eſt contra rectam rationẽ, ꝙ ad veritatem manifeſtandam ſumatur tanquam medium, id quod vere non eſt aptum medium ad eum finem, immo quod conuerti poſſet in damnum veritatis, & confirmationem mendacij, quandoquidem accidere poſſit, vt ſuccũbat in duello is, & alter qui iuſtã cãm habet, victor euadat, vt patet in cap. Significantibus de purgatione vulgari. Vnde in omni caſu damnantur huiuſmodi duella inita manifeſtandæ veritatis cauſa, tanquam vana, & ſuperſtitioſa ſortilegia, iuxta S. Thom. 2.2. q. 95. ar. 8. ad 3. Caie. ibi, & Gregorium, & alios vbi ſupra.

Secunda cauſa eſt ad vires oſtentandas, quæ tñ cauſa plane inſufficiens eſt ad duellum indicendum, & peccat mortaliter, qui hoc fine motus prouocat ad duellum; qua de cauſa Golias 1. Reg. 17. peccauit prouocando Dauidem, & Iſrael ad ſingulare certamen, excuſatur tamen Dauid acceptando, quia non deſcendit in arenam ad vires ſuas oſtendendas, ſed Dei ſpiritu motus, & vt Deo obediret, eiuſque cauſam ageret. Ratio autem cur hęc cauſa inſufficiẽs eſt, ea eſt, quia eſt contra rectam rationem committere ſe periculo mortis ad ſolam virium oſtentationem, vt conſtat.

Tertia cauſa eſt, ad vitãdam ignominiam, ſeu ad *defendendum honorem proprium*, quaſi vilis, & degeneris animi haberetur, ſi in eo caſu nõ acceptaret duellũ. At certe quamuis hæc cauſa apud vulgus plurimũ valere ſoleat, apud ſapientes tamen, & bonos viros non valet hæc ratio, quia apud bonos viros non amittitur honor, ſed potius acquiritur, dum nolit temerę vitam ſuã, & proximi periculo exponere, & cõtra legẽ diuinam peccare; Et quia apud bonos viros ſatis multũ tuebitur honorẽ ſuum, ſi prouocatus ad duellũ reſpondeat, ſe quidem paratũ eſſe ad ſe defendendum quotieſcunq; ab eo inuadatur, acceptare tamen illud ex condicto ſe nollę, cum id ſit contra legẽ diuinam, & humanã, vt recte Dominicus Bannes, & Greg. de Val. & alij annotarunt.

14 *Quarta cauſa eſt*, quando indicitur aut acceptatur duellũ *ad terminandam litem ciuilem, vel criminalẽ.* Quia .ſ. alioquin non acceptans duellum, conſequi nequit iuſtitiã, aut ſuccumberet liti, cũ magno ſuo damno, & detrimento. Vt v.g. aliter quis litẽ terminare non poteſt niſi bellum acceptet. Quã cauſam ſufficientẽ eſſe docet Nicolaus Lyranus in c. 17. li. 1. Reg. Ratio eſſe poteſt, quia acceptans duellum ĩ hoc caſu non eſt aggreſſor, ſed tantum defenſor ſui & bonorum ſuorum cum inculpata tutela. Alij tñ omnes, vt Caie. Pet. Nau. Grego. de Valentia, Pe. de Arragon. S. Anto. & Syl. locis ſupra citatis, expreſſe docent non eſſe licitum acceptare duellum in hoc caſu, quia non eſt aptum mediũ duellum ad terminandã litem ciuilem, eo ꝙ ſemper exponitur periculo iuſtitia cauſæ, vnde contra rationem eſt velle cum periculo iuſtitiæ cauſę, vitam propriam, vel alterius cõmittere ẽt periculo. Deinde alia ſunt ad eũ finẽ media, ſ. aut conuentio partiũ, at ſententia iudicis, aut cõe bellũ, ſi cã poſtulet. Nec valet ratio quæ pro contraria parte affertur, quia non eſt in ſtatu defenſionis inculpatę tutelæ in hoc caſu, quia acceptans duellum põt vitare bellum ſine dedecore, immo recuſando ſe Chriſtianũ oſtendit, atque adeo acceptando duellum non tam defenſor, q̃ cõgreſſor eſt. Nec eſt ſimile de eo, ꝗ occidit ob defenſionẽ rerum, id quod licitum eſſe diximus. Ergo in hoc caſu licitum erit acceptare duellũ ob rerum defenſionẽ. Rñdetur .n. diſparẽ longe rationem eſſe, ꝗa cũ alter inuadit actu res tuas, ipſamet iniuria tũ flagrans, & (vt dicitur) ex incontinẽti, facit tibi ius vt licite poſſis vita alterius poſtpoſita, teipſum armare conſeruando efficaciter res tuas. At vero in caſu noſtro, lite quaſi pendente, & iniuria exiſtẽte dubia, & poſt illatam in rebus iniuriã, alterũ ex cõdicto velle in duello occidere non licet, cũ hoc non tã eſſet res defendere, q̃ vindicare iniuriam, & res, vel repetere earũ cõpenſationem, quæ vindicta nõ niſi ad ſuperiorem pertinet. Non igitur ad vindicãdam iniuriam, aut repetendas res licitum erit acceptare duellũ. Et hic ſolũ agimus de acceptãdo duello, ad litem ciuilẽ terminandũ, an aũt eadem omnino ratio ſit de lite criminali, hoc eſt, qñ ageretur de vita, aut mutilationem membri, dicemus inferius.

Quinta cauſa eſt, quando indicitur, aut acceptatur duellum *ſpectaculi, & voluptatis gratia*. Sed neq; ſufficiens eſt hæc cauſa, vt recte Caieta. & Gregorius animaduertunt. Nimis .n. atrox & crudele medium eſt hoc, ad finem tam parui momenti, prout cōſtat ex lege vnica. C. de Gladiatoribus, vbi ſupra. Vnde damnant ſingularia illa certamina quæ ex conſēſu Ducum fiunt in bellis inter paucos ex vtraque parte, puta, inter decem hinc, & decem inde, ſpectaculi nñ, vel oſtentationis gratia. Vtrum vero ex alia cā licita poſſint eſſe, paulo poſt explicabimus. Has igitur ob cauſas non erit licitum duellum acceptare, Dixi, Acceptare, quia vt diximus, nunquam licitū eſt duellum indicere: hoc enim per ſe, & ex obiecto malum, & illicitum eſt, vt Caie. in d. ar. 8. Pet. de Aragon, & alij affirmant. Eſt tamen

15 PRIMVM DVBIVM, an ob vitæ defenſionem liceat acceptare duellum, hoc eſt, an quando neceſſarium eſt ad euitandam iniuſtam mortem certo imminentem, licitum ſit duellum acceptare; v. g. aliquis imponit alteri innocenti coram iudice falſum crimen propter quod certo capite plectendus ſit, ſi in hoc caſu innocens negaret crimen, alter vero offerret ei duellum, an ſic oblatum duellū innocens ille acceptare poſſit, & hac via attentare ſui defenſionem, præſuppoſito hoc, quod nulla alia via ei pateret defenſio. Abulen. in c. 17. libri primi Regum. Henri. Quodlib. 5. q. 32. Syl. verb. duellum. num. 2. & deinde q. 2. nume. 4. Armilla. verbo, duellum, & Michael Salon 2.2. q. 64. ar. 3. controu. 3. concl. 3. docent nullo modo licere. Ratio eſſe poteſt, quia ille ſolū cenſetur defenſor, qui inuitus cogitur ab actuali aggreſſore cum illo pugnare; qui vero prouocatur in duellum, quacumq; ratione id fiat, non eſt ſui defenſor, ſed aggreſſor, vel ſaltē cōgreſſor. Alij vero, vt Lyranus in c. 17. lib. 1. Regum Ang. verb. duellum, nu. 2. Caie. 2. 2. q. 95. ar. 8. verſ. Quarta cauſa in fi. & in ſum. verb. duellū. Mar. Na. in Man. cap. 11. nu. 39. & cap. 15. n. 9. & 28. Grego. de Val. to. 3. diſp. 3. q. 17. puncto 1. Pet. Naua. lib. 2. de reſti. c. 3. nu. 289. Tolet. in ſum. lib. 5 cap. 6. in fi. Coſmus Philiarch. de officio Sacerd. p. 2, lib. 4. cap. 10. in fi. & Emanuel Sa. in Aphor. verſ. duellū, ecōtrario docent licite in tali caſu acceptari poſſe duellū ad defenſionē vitæ, aut membrorum. Ratio eſt, quia quotieſcunq; non poſſum aliter vitam, aut mēbrū conſeruare, minus malū eſt iniuriam ſic iniuſte illatam repellere cū incerto periculo mortis propriæ acceptando duellum, quam non acceptando, certo mortem iniuſte ſubire. Neque hoc proprie duellum eſt, ſed nomine tantum, proprie namque defenſio eſt, & repulſio iniuriæ alia vi; At vero ius naturæ dictat licitum eſſe vim vi repellere, argu. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure, & c. ſi vero. 1. de ſen. excō. Cum enim accuſator in hoc caſu iniuriā inique alteri inferat, conſequenter alter ius habet iniuriam illam meliori modo quo poteſt repellere; vnde cum iniuriam paſſus aut certo mortē ſubire debet, aut acceptādo duellum mortis periculū ſubire, & mors per iniuriam alterius certo imminens multo maius malum eſt, quam incertum mortis propriæ periculum, quod incurritur per duellum, licitum erit cū alterius diſcrimine tam iure naturæ, quam ordine charitatis incurrere, & acceptare hoc minus malū per duellum, ad aliud malū maius ſine duello auertendum. Nec valet ratio in contrarium, etenim cū aliter mortem iniuſte illatam vitare nequeam quā acceptando duellum, non aggreſſor, ſed defenſor tantum vitæ propriæ, & membrorum habendus ſum, id quod iure naturæ licitum eſt, vt conſtat. Et quamuis alter indicendo duellum, peccet: ego tamen acceptans duellum non cooperor illius peccato, ſed ſolum vtor iure meo, quo ſcilicet mihi licitum eſt vitam meam cum diſcrimine alterius defendere.

16 SECVNDVM DVBIVM eſt, an liceat reſoluere bellum in duellum? Sylueſt. verb. duellum q. 2. verſic. Adde tertio. Michael Salon abſolute tenent, omnes acceptantes duellum indiſtincte peccare mortaliter. Ceterum Caie. 2. 2. quæſt. 95. artic. 8. in fine, & in ſumma. verbo, Duellum. Lyra in c. 17. libri primi Regum. Martinus Nauar. in Man. cap. 11, num. 39. & cap. 15. num. 9. Grego. de Valentia tom. 3. diſputa. 3. quæſtio. 17. puncto 1. Coſmus Philiarchus de officio ſacer. par. 2, lib. 4. cap. 10. in fi. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. nu. 293. Toletus in ſumma lib. 5, cap. 6. in fine. Emanuel Sa. in Aphoriſ. verbo. duellū, & alij rectius docent, quod in caſu Rex, vel Dux videt ſe iuſtum gerere bellū, & habere ſe paucas vires, adeo vt ſi communi bello ageret quaſi certus eſſet ſe ab hoſte ſuperandum, & cum toto exercitu perire quod ſi duellum agat, vel victoriam aſſecuturum ſperat, vel non ſuccumbere, licite ad auertendam communem cladem ſui, & ſuorum, duellum acceptare poteſt. Ratio eſt, quia ideo duellum eſt illicitum, quia periculoſe conſulitur ſaluti alicuius; In hoc autem caſu potius bello res perditur, & duello lucratur, transfert enim quaſi certum caſum in dubium, & in ſpem victoriæ, vtendo omnibus ſuis viribus meliori modo quo poteſt vel per totum exercitum, vel per partē ſui; Nec in eo caſu cooperatur peccato aliorum bellantium iniuſte, quia non ſolum ille, qui comparēbit in duello, ſed omnes parati ſunt ad inuadēdum iniuſte patriam, vel exercitum, vel perſonas: vnde acceptādo duellum auertit eos a maiori malo perpetrando, & ſolum conſulit minus malum, quod licitum eſt; Immo Caietanus, Petrus Naua. & Gregorius de Valen. vbi ſupra docent in hoc caſu, non ſolum licitum eſſe duellum acceptare, ſed etiam inducere ad duellum, & illud petere, ſi id neceſſariū eſſet, ad cladem communem auertendam; nihil enim inter vtrumque in hoc caſu intereſſe videtur; cum non aggrediendi, & vindicandi gratia, ſed defendendi fiat.

Addunt Caietanus, Gregorius de Valen. & Emanuel Sa. vbi ſupra tertium caſum in quo etiam licitum erit duellum acceptare, puta, ſi innocens condemnaretur ab iniquo iudice, vt vel in duello pugnet, vel mortem ſubeat; quamuis enim in hoc caſu innocens non patiatur iniuriam ab illo tertio, cum quo ei offertur duellum, ſed ab iniquo iudice, habet tamen ius, vt aduerſus iniuriam iudicis nitatur per incertum duelli periculum, certam alioqui mortem euadere, etiam cum detrimento tertij, ſiquidem in eo caſu ſeipſum magis quam alterum diligere poteſt, maximè cum in eo caſu iudex ille iniquus tertio illo vtatur tanquam inſtrumento ad exequendam iniquam ſententiam, quoad vnam eius partem. Sicut etiam innocens inique leoni obiectus, ſe tueri poteſt occidendo leonem, a quo inique occideretur, ita in caſu noſtro licite ſe a certa morte tueri poteſt occidendo illum tertium, quo iudex tanquam inſtrumento ad iniuſtā mortem inferendā vtitur. Quorum opinio valde probabilis mihi videtur.

17 TERTIVM DVBIVM eſt, An licita ſit conditio illa quorundā duellorum; vt ſcilicet nullus ex circunſtantib. opem ferat alicui? Ratio dubij eſt, q̄a videtur eſſe contra charitatem, qua quis alicui extremè indigenti ſuccurrere tenetur.

Reſpondeo cum Petro Nau. lib. 2. de reſt. cap. 3. num. 298. Quod ſi duellum ſit ad vitę, aut membri defenſionem, vt dub. 1. dictum eſt, tunc opus eſt diſtinctione, ſi enim ille qui iniuſtitiam facit, v. g. accuſator, nolit adhuc deſiſtere, & extremè indigens ſit tunc talis conditio ab innocente licite acceptari poteſt, nec tenentur circunſtantes illi extreme indigenti ſuccurrere; ſin autem innocens eſſet in tali periculo, illicita eſt conditio. Ratio eſt, quia non tenetur quis liberare eum, qui iuſte occiditur, vt patet in eo, qui a iudice iuſte damnatur ad mortem, ſed qui iniuriam facit iuſte in hoc caſu ab innocente occiditur, cum ſit aggreſſor. Ergo iuſta eſt conditio, *vt nullus* eum adiuuet in tali periculo ex propria culpa conſtitutum. Immo videtur eſſe illicitū eum adiuuare, ſicut illicitum eſt adiuuare latronem me inique occidere volentem, ne a me occidat. Innocentem autem lege charitatis in caſu propoſito adiuuare tenentur, atque adeo ex hac parte iniqua eſſet talis conditio. In alijs vero duellis, quippe illicitis, & deteſtabilibus, illicita eſt illa conditio, cum potius vtramque partem ex charitate impedire teneatur vt conſtat.

Quæ autem hactenus de duello dicta ſunt, intelligi debeant, & limitari iuxta Concilij Tridentini decreta, ſeſſ. 25. de reform. c. 19. & Bulla Pij Quarti, & Gregorij XIII. & Clementis Papæ Octaui, quas late citauimus to. 1. theſauri caſuum conſc. li. 3. c. 31. nu. 21. & ſeq. in quibus tamen iuxta doctrinam Syl. verb. duellum. n. 2. & Gregorij de Val. to. 3. diſp. 3. q. 17. punct. 1. & aliorum, non videntur dānari ea duella, quæ iure naturæ licita ſunt, ſed quæ ſolum iure naturæ illicita ſunt, vt diximus, & apponuntur *grauiſſimæ* pœnæ ſic iniuſte duellum committentibus, conſulentibus, & auxilium illis dantibus aut permittentibus, vt conſtat.

18 QVARTVM DVBIVM eſſe poteſt de pugna cum tauris, eorumq. agitationibus, vbi homicidia quædā cōtingere ſolēt, eſt enim hæc genus quoddā duelli valde periculoſum, vt conſtat, de qua Pius Quintus, Bullam edidit, quæ incipit. *De ſalute gregis.* anno Dominicæ Incarnationis 1567. Calen. Nouemb. Pontificatus ſui anno 2. quā refert Mart. Nauar. in Manu. c. 15. nume. 19. In qua Principibus oībus chriſtianis, quacunq; tam eccleſiaſtica, quam mundana, etiā Imperiali, aut Regia dignitate fulgentibus, & Cōītatibus, & Rebus publicis quibuſcunq; ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda prohibet, ne in ſuis Prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, aut locis ſpectacula vbi tauroru, ferarumve agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus ēt ceteriſq; perſonis alijs interdicit, ne cum tauris, & alijs beſtijs in præfatis ſpectaculis vel equeſtres congredi audeāt, adeo vt ſi quis eorū ibi mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. Clericis quoq; tam Regularib. quā ſecularib. beneficia eccleſiaſtica obtinentib. vel in ſacris ordinib. conſtitutis, ſub excōmunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibet. Hæc Bulla in qua ēt omnia iuramenta, & vota de huiuſmodi taurorum agitatione facta, caſſat, & annullat.

19 *Circa* quam conſtitutionem, Annotandum eſt, Bartholomæum Medinam in inſtr. confeſſ. lib. 1. c. 14. §. 28. aliquantulum licentioſe locutum eſſe, cū abſolute ſine limitatione affirmet agitationem taurorum culpa mortali carere, etiamſi aliquando ei dantes operā ſe periculo exponant, ea ratione motus, quia Reſpu. hos luſus elegit, quo equites exerceantur ad bellum pro bono cōi. Ac proinde cum bonum cōe præferendū ſit particulari, agitare tauros non erit mortale. Quæ doctrina, vt recte notat Ludo. Lopez p. 1. inſtr. conſc. ca. 70. perſtante dicta Pij V. conſtitutione nō ſatis erat, nec tuta ſatis videtur, quia cum alia ſint commodiora, & minus periculoſa præludia belli, quam agitationes iſtæ taurorum, quib. ad prædictum finem, & cōe Reipublicę bonum, milites ſe exercere poſſunt, immo vero cum vt quidā dux ſtrenuus & expertus teſte Mart. Na. in Man. c. 15. num. 18. aſſeuerauerit quaſi experientia teſte, huiuſmodi taurorum agitationem, viros magis ad fugiendum hoſtem, quam ad eum aggrediendum aſſuefacere, non erit licitum tali periculo ſe exponere. Quamuis. n. vt teſtatur Pe. Naua. li. 2. de reſt. c. 3. nu. 300. excōmunicationis cenſura ipſo facto, olim a Pio V. impoſita prædictis Principibus, & Reb. publicis agitationē illam taurorum permittentibus, per aliā conſtitutionē Greg. XIII. ad inſtantiam Philippi ſecundi Regis Hiſpaniarū Catholici ſublata ſit, quæcunq; tamen perſona ex prædictis perſonis in Bulla Pij V. prohibitis, probabili periculo ſe exponat, vel occaſio, & cauſa eſſet, vt alius exponeretur, aut ſcandalum daret, peccaret mortaliter ex rei natura contra ius naturale, quo ſe conſeruare tenetur. Vbi tamen omnia ea moderatione agerentur, & cautela illa adhiberetur, vt probabiliter credi poſſit agitationem illam non conſecutura nocumenta notabilia perſonæ alicuius, puta mortes, vulnera, & id genus alia, non eſſet ſic agitare tauros peccatum mortale, aut contra ius naturæ, vt optime vterque Nauar. & Lud. Lopez ibi animaduertunt. Ratio eſt, quia lex illa, ad hæc pericula vitanda, lata eſt; ceſſante autem ratione, & fine legis ceſſat eius diſpoſitio, lex. n. reſtringi, vel extendi debet, iuxta limites rationis legis, arg. l. cū pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2. & l. adigere. §. quāuis. de iure pat. Quod vero lex ad hæc talia pericula vitanda, lata fuerit, ex proœmio eius, vnde ſolet cauſa finalis legis conijci, l. fi. ff. de hæred. inſti. & c. Quia propter. de elec. colligitur.

20 *Quoad* eos vero qui huiuſmodi agitationibus taurorum, & ferarum interſunt, Petrus Nauarrus libro ſecundo, de reſtitutio. capitulo ſecundo, numero 302. docet primo clericos in ſacris, vel id minoribus beneficia eccleſiaſtica habentes, peccare mortaliter. Ratio eſt quia prohibita eſt eis ſub pœna excommunicationis in dicta Bulla Pij V. huiuſmodi aſſiſtentia, quæ ſanè Bulla quoad clericos omnino immutata manet, nec in aliquo releuantur clerici per reuocationem Gregorij XIII. Sed expreſſe excepti ſunt à dicta reuocatione. Nec obſtat, quod aliqui prælati vident illos intereſſe ſpectaculis illis, & tamen tacent, quia prælati inferiores ſua taciturnitate ius à Papa conſti-

tutum abrogare aut tollere non poſſunt. Deinde quia multi prælati puniunt eos qui aſſiſtunt. Quod ſi aliqui non puniunt, non eſt, quia conſentiunt, ſed quia remedium commodè adhibere nequeũt & multa per patientiam tolerantur. Et denique ſi publice aſſiſtant peccant mortaliter ratione ſcandali, cum omnes intelligant non licere eis intereſſe. Neque veniale cenſeri debet, quaſi ſit materia leuis ſecluſo ſcandalo, intereſſe, quia non debet iudicari res leuis, quod Papa tam grauiter ſub ſpeciali clauſula, & ſub excommunicatione prohibuit. Si.n. leuis eſt materia, quare Pius V. tam ſtricte prohibuit, & quare Gregorius XIII. eam clauſulam non reuocauit, ſicut ceteras? Et cum indignum prorſus ſit, quod ſacerdotes interſint huiuſmodi ſecularibus ſpectaculis, & ludis, plane cenſeo illos peccare mortaliter ſi publice interſint, ratione ſcandali, vt diximus.

An vero excõmunicationis pœnam ipſo facto incurrant, ſi interſint, quicquid aliqui affirment, caducti ratione, quia cum Pius Quintus de magiſtratibus ſermonem faceret, expreſſe docuerat eos excommunicationem ipſo facto incurrere, ſubdit, *clericis quoque, &c. ſub anathemate ſimiliter prohibemus*. Ergo ipſi etiam *Similiter*, ipſo facto incurrere cenſentur; Alij tamen verius cum Petro Nauarro lib. 2. de reſti. cap. 3. nu. 304. eos non incidere in excommunicationem niſi poſt ſententiam cõtra eos à iudice latam. Verbum enim illud, Similiter, non refert ad illud aliud verbũ, *ipſo facto*, ſed ad verbũ *excommunicatio*, quaſi diceret, clericis quoq; ne ſpectaculis huiuſmodi interſint, ſimiliter ſub excommunicationis pœna interdicimus, atque ita ſimilitudo erit in prohibitione, & excommunicatione abſolute. Et quamuis Gregorius XIII. vt diximus, excommunicationem contra Magiſtratus ipſo facto latam reuocauerit, nihil tamen, quoad clericos immutatum eſt, ſed eos expreſſe a dicta reuocatione exceptos eſſe voluit, vt idem Nauarrus teſtatur.

Secundo quoad laicos docet idem Petrus Nauarrus, quod ſi diebus feſtis agitent tauros, & interſint, peccant, immo, inquit, laici mandantes excommunicationem ipſo facto incurrunt, quia cum caſus diei feſti ſit expreſſe in reuocatione exceptus, manſit illa reuocatio in priſtino vigore, vnde ſicut ante reuocationem incurrebant; ita modo quoad hãc partem. Id quod procedere putat, ſiue ſit feſtum à iure, ſiue ex voto ſpeciali populi obſeruatum, cum lex abſolute excipiat dies feſtos, & ratio legis æq; in iſtis, ac in illis, procedat; Retrahuntur enim homines a diuinis laudibus, & ſacrum illud tempus æque profanatur in iſtis, ac in illis; Poſt quam enim tempus diuino cultui dedicatum ſit, huiuſmodi actibus profanatur, qui in diebus feſtis ſpecialiter prohibiti ſunt.

Tertio quoad religioſos laicos tandem affirmat eos peccare, ſi huiuſmodi ſpectaculis interſint, qñ quidem Gregorius XIII. declarando laicos, aut fratres ordinis Militaris non comprehendi in prædicta Pij V. conſtitutione, ſi in ſacris non ſint, nec beneficia habeant, (ſiquidem iſtos Gregorius excepit) ſatis oſtendit antea ſub ea contentos fuiſſe. Si igitur laici fratres Militares antea continebantur, & eos nũc Gregorius ſpecialiter excipit, à fortiori ſenſit aliarum religionũ laicos, & multo magis clericos regulares, id eſt, in prima tonſura, & in Minoribus conſtitutos, in præfata Pij V. Bulla comprehendi, cum circa iſtos Gregorius XIII. nihil reuocauit, aut immutauit, & ſatis euidenter colligi poteſt tum ex verbis ipſis, tum etiam ex fine eiuſdẽ conſtitutionis, eadem enim ratio in huiuſmodi religioſis laicis, quæ in alijs militat. Et de homicidio ex intentione hęc dicta ſufficiant.

De homicidio caſuali, & ſine intentione facto. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale quid ſit, & quotuplex.*
2 *Homicidium, quod proprie caſuale dicitur, & excuſpabile contingere poteſt dupliciter.*
3 *Dans operam rei licitæ, adhibenſq. ſufficientem diligentiam ne alicui noceat, ſi occidat aliquem, non eſt homicida, nec peccat. Regula communis.*
4 *Dans operam rei illicitæ etiamſi diligentiam debitam adhibeat ſi caſu occidat, reus eſt homicidij.*
5 *Homicidium caſuale contingere poteſt non ſolum vere & poſitiue occidendo, ſed etiam negatiue.*
6 *Qui ſcit aliquem falſo accuſari, & morti condemnari, ſi ipſe teſtimonio ſuo liberare poſſit, tenetur ſub mortale.*
7 *Qui amittendo aliquid eſt in cauſa vt mors alterius ſequatur, tantum peccat, quantum amiſſio eſt, & ad reſtitutionem damni tenetur.*
8 *Homicidium tam corporale quam ſpirituale in hoc quinto præcepto probibitum.*

HOmicidium duplex cum ſit, aliud ex intentione, aliud vero caſuale, & præter intentionem, & de priori ſatis dictum ſit, ſupereſt, vt de homicidio abſq. intentione breuiter dicamus.

1 Dicitur autem homicidium caſuale, vt à notione nominis exordium ſumamus, eo quod ſit præter voluntatem operantis, & duplex eſſe poteſt; vnum, quod omnino culpa caret, & large ſumpto vocabulo appellatur homicidium caſuale, cum tamen proprie non ſit dicendum, niſi occiſio hominis caſualis (eſt enim homicidium, nomen, quod in ſua ratione peccatum includere videtur.) Contingit autem quotieſcunque occiſio taliter ſit à caſu, & præter intentionem omnem operantis, vt nec in ſe, nec in ſua cauſa fuerit voluntaria, Et tale homicidium caſuale, peccatum nõ eſt, cum nihil peccatum eſſe poſſit, niſi inquantum eſt voluntarium, vnde cum homicidium iſtud nec in ſe, nec in ſua cauſa voluntarium ſit, nullam culpæ rationem habere poteſt. Homicidium huius generis eſt, quando quis dat operam rei licitæ, & omnem diligentiam adhibet, ne ſequatur homicidium, vt verbi gratia, ſi quis reparans tectum ponat ſignum in via, quo admonentur tranſeuntes ne illac tranſeant: ſi quis illac tranſeundo occidatur à tegula cadente, homicidium iſtud plane caſuale erit, nec proijcienti tegulas ad culpam imputatur, eo quod rei licite operam dedit, omnemque diligentiam adhibuit, ne quis occideretur.

Alterum homicidium caſuale, quod propriè caſuale, & culpabile eſt, contingit, quoties aliquod homicidium ſequitur, quod licet in ſe volitum non ſit, in cauſa tamen volitum fuit, vt ſi dictus reparator domus ſigna non poſuiſſet, ſi quis tranſiẽs caſu lapidis occideretur, homicidium illud ei ad culpam imputabitur, eſtque in cauſa voluntarium fuit, quia cum impedire poterat apponendo ſignum, non apponendo cauſa illius homicidij cenſetur.

2 *Rurſus* homicidium caſuale hoc ſecundo modo contingere poteſt dupliciter, vel dando operã rei licitæ, vel ſi detur opera rei illicitæ. Ad hoc autem vt dans operam rei licitæ homicidij reus dicatur, tres conditiones requiruntur ex Caiet. 2.2. qõ.64. art.8. Soto lib.5. de iuſtitia. q.1. art.9. Michael Salon 2.2.q.64.ar.8. Petro Arragona ibidem. Toleto lib.5. ſummæ. cap.7. & alijs.

Prima eſt, vt non ſit in eo intentio occidendi, quia alias non eſſet homicidium caſuale, ſed volũtarium.

Secunda eſt, vt vere ſequatur mors ex ipſa actione, & non aliunde. Ratio eſt, quia cum tale homicidium non ſequatur ex intentione illius, vt ſupponitur, ſi non ſequitur etiam ex eius opere, nulla plane relinqui videtur cauſa, propter quam ei imputandum ſit homicidium caſuale exinde ſecutũ. Quare in caſibus particularibus dijudicandis diligenter aduertere oportet, an ex illius, cui homicidium imputatur, opere mors ſubſecuta fuerit, nec ne: exempli gratia, ſi dominus corrigens famulum, afficiat illum vulnere, quod ex ſe mortale non eſt, culpa vero percuſſi, vel negligentia chirurgi, ille moriatur, in hoc caſu non eſt imputanda mors illa ad homicidiũ illi domino; Quia mors hæc vere non eſt ſecuta ex illa punitione, ſed aliunde, puta, ex culpa infirmi, aut chirurgi. At vero vt mors percutienti ad homicidium imputetur, ſequi debet propriè, & verè ex actione percutientis, vt habetur in cap. *ad audientiam & cap. Presbyterum, & cap. Ioannes. de homicid.* Dicitur autem percuſſio illa mortalis, ſeu vulnus mortale, ex quo homines cõmuniter mori ſolent, in dubijs autem conſulendi ſunt periti medici, vel chirurgi, & illorum ſtandum eſt iudicio. Quo fit, vt quemadmodum non eſt iudicandus homicida, qui non intulit vulnus mortale, etiamſi percuſſus aliunde moriatur, ita econtra in foro animæ iudicandus eſt homicidij reus, qui intulit vulnus ex ſe mortale, quamuis percuſſus non moriatur.

Tertia eſt, vt qui alium caſu occidit, teneatur impedire id, vnde mors conſecuta ſit. In moralibus enim vt aliquid imputetur ad culpam, non ſolum requiritur, quod potuerit remouere illud, ex quo mors ſequitur, ſed etiam quod debuerit id auferre; hoc eſt, quod Diuino, vel naturali, vel humano iure obligatus fuerit ad illud remouendũ. ver.g. ſi laicus aliquis venatur, & ſagittam emittat, & caſu aliquem occidit, & adhibuit prius debitam diligentiam, non eſt illi hæc mors imputanda ad culpam; quia licet abſtinere potuerit à venatione, non tamen tenebatur. Sic etiam homicidij reus non erit, qui petenti à ſe centum aureos, alioqui cogetur ire ad occidendum aliquem, vt totidem lucretur, negat, vel non dat; quia licet dare poſſit, & ſic prohibere homicidiũ, nõ tamen dare tenetur. Quare in his, & ſimilibus iudicandis conſiderare oportebit, an is, cui homicidiũ imputatur, teneatur abſtinere ab opere, vel remouere illud, ex quo mors eſt ſubſecuta. In homicidio igitur caſuali, quod ſequitur ex opere licito, datur hæc

3 *Regula communis*: Dans operam rei licitæ, adhibenſque alioqui ſufficientem diligentiam, ne alicui noceat, ſi aliquem occidat caſu, nec peccat, nec homicida eſt. Dixi, *ſi adhibeat alioqui ſufficientem diligentiam*, quia dans operam rei licitæ, ſi negligẽs fuerit, & occidat, homicidij reus erit. Debita autẽ diligentia, & circumſpectio ex circunſtantijs loci, temporis, & perſonarum, & qualitate negotij deſumenda erit: vbi autem maius periculũ timetur, ibi maior adhibenda diligentia eſt: quando autem nullum, aut paruum periculum eſt, nulla, aut parua requiritur diligentia. In quibuſdam enim negotijs, diligens cenſendus eſt, qui aliquid, vt conſueuit fieri, facit, vt eſt videre in pulſante campanas iuxta ſolitum ordinẽ, qui nullius eſt reus homicidij, etiamſi inde mors alterius ſubſequatur, vt dicitur in cap. *Ioan. de homicid.* At vero in alijs, aliquid periculi quamuis à remotis annexũ habentibus, vt quis dicatur diligens, neceſſariũ erit, quod ea ſic diſponat, & faciat, vt circũſpiciat, quæ rationabiliter conſiderari debent. Fortuita enim quæ viri prudẽtes cõiter non cogitant, ſi eueniant, non imputãtur, ad culpam: vnde generaliter illa dicitur ſufficiens diligentia, quam probi viri ſufficientem iudicauerint.

4 *Quoad* eum vero, qui dat operam rei illicitè, hæc regula cõmuniter aſſignari ſolet, quod dans operã rei illicitæ, quamuis adhibeat debitã diligentiã, ſi aliquem caſu occidat, peccat, & reus eſt homicidij. Ceterũ, vt præfati authores Caietanus, Sotus, Salon, Arragon, & alij bene notant, quotieſcunque quis reus eſt homicidij caſualis, ſiue quia dat operam rei licitæ, & negligens ſit, ſiue dando operam rei illicitæ, culpa illa mortalis, aut venialis erit, prout negligentia illa, vel actus illicitus mortalis, aut venialis fuerit. Vnde ſi exercendo rẽ illam illicitã non pecabat niſi venialiter, homicidiũ ſubſecutũ veniale tantũ eſt, quod ſi res illa mortalis erat, etiam homicidiũ inde conſequens mortale erit. Idemque iudiciũ de negligentia faciendum eſt. Vt verbi gratia, ſi venator nobilis dans operam rei licitæ, puta venationi, ex negligentia, quia ſcilicet non ſatis circũſpexit, hominem occidit, & negligentia non fuit niſi venialis, homicidiũ non erit niſi veniale. Sin autem negligentia mortalis fuit, etiam homicidiũ mortale erit. At vero ſi monachus, aut clericus dans operam venationi tali, quæ ratione vtriuſque eſt venialiter illicita, ſufficienti adhibita diligentia, emittant ſagittã in nemore, & caſu occidant hominem, tale homicidiũ erit veniale, quam tamen diligentiam ſi laicus adhibuiſſet, nec venialiter peccaſſet, quia in iſto cauſa, ex qua homicidiũ conſecutum fuit, nullum erat peccatum.

Eſt tamen notandũ ex Soto libro quinto de iuſtitia, quæſtio. prima. art.9. & Toleto. in ſum. libro 5. capit.7. quod non quicunque actus illicitus ex quo ſequitur homicidium, facit culpam homicidij, ſed actus ille ſolum, in quo eſt periculum occidencidendi alterum. Siquidem in præſenti materia, actus illo tantũ dicitur illicitus, qui in ſe continet periculum homicidij: Si enim multum ſit periculum, tunc non reputatur pro illicito quantum ad homicidium. Vnde qui arborem alienam conſcendit, gratia capiendi fructus, ſi caſu cadat ſupra aliũ, & occidat, non ob id peccat homicidio, quia talis aſcenſus moraliter non ſic erat periculoſus. Econtra vero vbi in actu aliquo periculum aliquod homicidij eſt, eo ipſo illicitus quoad hoc cenſendus eſt actus, vt ſi quis grauidam mulierem pugno aut calce percuteret, ex quo abortus ſequeretur, quamuis præter voluntatem percuſſoris abortus ſequatur, vere tamen homicidii reus eſt, ſi fætus animatus fuerit anima rationali, cum non liceat vllo modo propter periculũ mulierem grauidam percutere. Sic etiam raro admodũ excuſantur parentes tenentes infantulos in lecto, ſi inter dormiẽdum etiam poſt diligentiam adhibitam ſuffocent ipſum, propter probabile periculũ quod ineſſe ſolet ſuffocandi huiuſmodi paruulos, vt conſtat. Et hæc dicta ſint de homicidio caſuali, quantũ ad culpam: quæ enim ad pœnas homicidarum pertinent, maxime ad pœnam irregularitatis, abunde ſatis to. 1. Theſauri caſuum conſcientiæ, lib. 6. & 7. expoſita ſunt.

Quoniam vero homicidiũ caſuale non ſolũ contingere poteſt vere & poſitiue occidendo, ſed etiã negatiue, quia ſcilicet, negligentia, & omiſſione mors alterius ſequitur, iuxta illud D. Ambroſij, *Si non pauiſti, occidiſti*, & de priori modo dictũ ſatis ſit, reliquũ eſt, vt de hoc ſecundo occidendi genere pauca dicamus. In qua re, quia non eſt aliqua fere Doct. controuerſia, breuiter eam explicabimus.

5 *Primo* igitur, qui aliquid omittit, ad quod ex charitate tenebatur, & ex tali omiſſione alter obit, vel occiditur, peccat iuxta grauitatem occiſionis.

Vnde *Regula generalis eſt*, quod ſciens proximũ eſſe in mortis articulo, vel ſcire debens, quem nullo negotio, vel certe paruo labore, & incommodo poſſet ab ea neceſſitate eripere, peccat mortaliter ſi non liberet à morte. Ad hoc enim obligatur quis præcepto eleemoſinæ, & charitatis quo tenetur proximũ, ſicut ſeipſum diligere. Vnde vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Et hoc ſenſu dictum eſt à S. Ambroſio, & vere, *ſi non pauiſti, occidiſti. cap. paſce. diſtinct.* 86. & ab Apoſtolo 1. Io. 3. *Qui videt proximũ ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Siue igitur pecunia, ſiue pane, ſiue armis, ſiue conſilio, auxilio, fauore, teſtimonio, præceptũ eſt diuinum, & naturale, proximi vitam conſeruandi. Dixi, *quando paruo labore, & incommodo, illi ſuccurrere poſſit*, quia ſi detrimentum eſſet propriæ vitæ amittendæ, manifeſtum eſt apud omnes, quod nullus tenetur, nec iuſtitiæ, nec charitatis lege. Ceteris enim paribus vnuſquiſque ſibi magis, quam alteri poteſt ſuccurrere. Et eadem eſt ratio de bonis temporalib. quæ ad vitam ſimpliciter ſunt neceſſaria; De ſuperfluis autem naturæ, neceſſarijs tamen ad ſtatum, probabilis valde eſt Martini Nauarri in Manuali. cap. 24. nume. 4. & Petri Nauarri lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 424. & aliorum opinio, quod tenetur quis, cum illorum detrimento proximi vitæ ſuccurrere, dummodo non ſit in poteſtate occidẽdi, aliter ſe à morte liberare. Si enim in poteſtate occidendi ſit, a morte ſe liberare, & nõ vult, tũc adhuc obligari nõ videtur. Vt v. g. ſi quis dicat ſibi mortem fore illaturũ ſuſpendio, aut præfocatione, niſi ego dem illi pecunias, quamuis in hoc caſu actus eſſe charitatis, dando ei pecunias ſaltem paucas, ne ſeipſum interficiat, non tamen in hoc caſu teneor illi dare; quia cum ille ex propria ſua malitia peccat, & proinde in neceſſitate vere non eſt conſtitutus, non teneor illi pecunias dare. Sicut ſi aliqua mulier nollet a mala ſua vita recedere, niſi ei daretur certa quãtitas pecuniæ, nõ tenetur aliquis ei dare; Tale namq. peccatũ vel dãnum non imputatur alteri, cum ipſa poſſit ſe ab eo damno liberare. Sin autẽ mors in occidendi poteſtate non ſit, vt v. g. quia ſcio Ioannem occidere Petrũ, niſi ei pecuniam offerã, quo ab ea mente deſiſtat, & firmo animo manet cũ occidendi niſi detur ei pecunia, tũc Gloſſa diſtinct. 83. in principio. Sylueſt. verb. Homicidiũ. 1. q. 6. Armilla. verb. Homicidiũ. ad finem. Martinus Nauarrus in Manuali. cap. 24. nu. 9. & Petrus Nauarrus lib. 2. de reſtit. ca. 3. nu. 426. probabiliter affirmant teneri ſub mortali pecuniã illam offerre, etiamſi ex malitia peccet occiſor. Ratio eſſe poteſt, quia ille innocens eſt, at pro vita innocentis ſeruanda tenetur quis lege charitatis rem familiarẽ poſtponere, cũ frater extrema neceſſitate laboret. Vnde in cap. *Non ſatis*. diſtinct. 86. quod deſumptũ eſt ex D. Ambroſio lib. 1. officio. cap. 31. dicitur, *Grandis culpa eſt, ſi ſciente te fidelis egeat, ſi in cauſa ceciderit, aut captiuitatis ſuæ, vel ſuorũ filiorum, aut calũniæ, & non adiuues: ſi tempore afflictionis ſuæ nihil a te impetret; ſi tẽpore periculi, quo rapitur ad mortẽ, plus apud te pecunia tua valeat, quã vita morituri, non eſt leue peccatũ.* Eadem eſt ratio, de aliquo alio corporali malo, quæ dicitur grauis neceſſitas, vt eſt captiuitas, carcer, morbus, vulneratio, mutilatio, graue dedecus, calumnia & ſimilia, vt ex verbis S. Ambroſij citatis conſtat.

Intelligendũ autem eſt hoc Primo, quando ille qui petit pecuniam, animũ firmum habeat occidendi, ſi enim minaretur ſolũ vt pecuniam extorqueat, non tenebitur ei dare. Secundo intelligendũ eſt, dũmodo ipſe non incurrat in graue aliquod damnũ ex tali ope, tunc enim non tenetur, cũ ſimili ſuo damno & incõmodo alteri ſuccurrere. Sicut enim vitam alterius cũ propriæ periculo conſeruare non tenetur; Sic nec honorem, aut rẽ familiarem alterius cũ ſimili iactura, vt omnes cõmuniter affirmant.

6 *Hinc* infertur, quod qui ſcit aliquem falſo accuſari & morti condemnari, ſi ipſe teſtimonio ſuo vero liberare eũ poſſit, ad id faciendum ſub mortali tenetur, adeo vt ſi alter poſtea mortẽ patiatur, nõ teſtificando mortaliter peccat, & homicidij reus eſt, etiamſi accuſator ex eius teſtimonio damnum patiatur; Id quod procedit, quando hoc ſciat extra confeſſionem, ſi enim ſolum id nouit in confeſſione, tacere debet.

Eodem modo, qui ſcit aliquem tendere inſidias alteri ad eum occidendũ, tenetur ſi commode poteſt illum admonere vt ſibi caueat, alias mortaliter peccat, ſi alter occidatur, cum ipſe vitam eius ſaluare ſuare potuiſſet, ſi antea illum admonuiſſet. Atq; ex his exemplis facilè colligi poſſit, quid in alijs dicendum ſit.

Secundo, qui omittit aliquid, quod ex iuſtitia facere tenebatur, in cauſa eſt, vt alterius mors ſequatur, & peccat tantum, quantũ eſt omiſſio, immo etiam, & ad reſtitutionem damni tenetur. Tales ſunt Principes, & alij ſuperiores, qui ex officio poſiti ſunt ad obuiandum malis, & conſeruandũ bona ciuiũ. Tales etiam ſunt teſtes in iudicium vocati, aduocati, cuſtodes prædiorũ, & huiuſmodi. Vnde Principes, qui non procurant, vt latrones, & phyratæ ſpoliantes, & occidentes viatores, & nauigantes, caſtigentur, cum eos commode capere poſſunt, grauiter peccant, & homicidij rei ſunt, ſi forte ex eorum negligentia, & incuria occidantur. Sic etiam cuſtos qui tenetur viſitare ciuitatem, & non viſitet, ſi ea nocte aliquis occidatur caſu, peccat, aut venialiter, ſi omiſſio ſolum venialis fuit, puta, quia omiſſit illa nocte, in qua nullũ timebatur periculũ, aut mortaliter, ſi graue periculum erat ex eo, quod ciues rixoſi, & inimici adinuicem fuerant. Et aduocatus, qui ex negligentia ſua permittit innocentem occidi, mortaliter peccat, ſicut etiam medicus, ex cuius culpa infirmus moritur. Sic etiam parentes, qui filijs ſuis paruulis arma permittunt, peccant mortaliter, cognoſcendo eos eſſe iracundos, & ſuperbos, rixiſque, & contentionibus deditos, & ſi aliquos occidant, non ipſimet ſolum, ſed parentes etiam homicidij rei eſſe cenſentur. Et eodem modo, vt Martinus Nauar. in Manuali. cap. 24. nu. 20. & Petrus Nauar. lib. 2 de reſti. cap. 3. nu. 42. docent inferiores, puta filius, ſeruus ſubditus ex iuſtitia ſuperiores ſuos defendere tenẽtur, adeo, vt homicidium ex eorum omiſſione ſecutũ illis imputatur, non ſolum ad peccatum, ſed etiam ad iuſtitiam. Horum omnium ratio eſt, quia quando ex officio facere tenetur, lege iuſtitiæ ad id obligatur, ac proinde ad damnum ex omiſſione ſecutũ reſtituendũ tenetur. Et quod de defendenda proximi vita diximus, proportionabiliter, & generaliter eſt accipiendũ de omni damno in honore, & bonis proximi dato, ex eo, quod illi non obuietur, cui ex obligatione officij eſt obuiandum. Quod vero Sylueſter verb. homicidium 1. quæſt. 6. dicat, quod ex officio tenetur defendere, quia ſcilicet publicam habet poteſtatem, tenetur etiam cum periculo vitæ propriæ vitam proximi defendere, non videtur verum. Quia officium non obligat ad tantum ſui diſpendium. De ſuperfluis autẽ naturæ tenetur vitã proximi tueri, & de ſuperfluis ſtatus, graui alterius neceſſitati ſubuenire, vt recte docent Sylueſter, & Petrus Nauarrus vbi ſupra, nu. 429. Ex quibus omnibus conſtat, quiſnam homicidij reus cenſendus eſt ex omiſſione, ex eo, quod nõ defendat, vel conſeruet, cum debebat.

8 *Demum* in fine huius capitis pro coronide addendum eſt, in hoc quinto præcepto prohibitum eſſe quodcunque homicidium tam corporale, quam ſpirituale, neq. ſolũ prohibetur actus exterior occidendi, ſed etiam voluntas occidendi iniuſte, & præparatio quæcunque, ſeu diſpoſitio ad occiſionem, vt vulnerare, verberare, mutilare, gladiũ quærere ad occidendũ, vulnerandum, aut percutiendum, inſidias ad mortem alicuius tendere, aut quouis modo ad occiſionem iniuſtam concurrere, puta iubendo, conſulendo, prouocando, ratificando homicidium factum, adiuuando, defendendo, permittẽdo, & denique facto, verbo, aut omiſſione cauſam homicidij præſtans. Quinimmo cũ homicidium plerumque ex rixa, & ira naſcatur, pari ratione vetitum eſt hoc eodem præcepto, ne quis rixas concitet, aut cõuicijs, & contumelijs proximum ad iracundiam prouocet, aut fratri ſine cauſſa ſuccenſeat, vt optime tradit Catechiſmus Romanus in explicatione præcepti huius, vbi plura de hac re legi poſſunt; Nobis in præſentiarum ſatis eſt ea omnia explicaſſe, quæ aliqualem in ſe difficultatem continer videbantur.

Finis Libri Septimi.

DE SEXTO ET NONO PRAECEPTO

Non Mechaberis;
Non concupiſces,&c.

Liber Octauus.

Authores, qui in hoc Libro Octauo citantur, de Sexto, & Nono Decalogi Præceptis tractantes.

EX *Patribus*. S.Ambroſ.lib.1.offic.c.50.S.Aug.lib.2.ſuper Exod.q.7.ad c.19.S.Hiero.in Eſa.9.S.Cypr.lib.1.epiſt.11.S.Greg.lib.31.moral.c.30.S.Chryſ.hom.18.in 1.Cor.Iſidor.lib.2.de ſum.bono.c.39.*Ex Scholaſticis*.S.Tho.2.2.q.153.Alex.à Ales p.3.q.35.& 39.Magiſt.in 3.diſt.37.S.Bonau.& Scot.ibid.& in 2.diſt.42.Paludan.in 4.diſt.9.q.3.Alb.in 2.d.24.Carth.ibid.Gab.ibi.d.15.q.13. Dur.in 2.d.24.q.6.Io.Maior in 3.d.37.q.14.Adr.in 4.de reſt.q.1.Io.Gerſon alphab.38.tit.6.Caietan.in 1.2.quæſ.154.& to.1.opuſc.tracta.14.q.3.Pet. à Soto tracta.de diſcrimine peccat.lect.9.Ledeſm.1.p.q.21.Pet.de Arrag.2.2.q.62. Michael Salon ibi.Alphon.à Caſt.lib.2.de poteſt.leg.pęn.c.11.Gabr. Vaſquez 1.2.diſp.116.& diſp.114. Greg. de Val.to.3.diſpu.9.*Canoniſtæ, & Iuriſtæ*.Can.non Mœchab.32.q.6.& ff.de adul.ad l.Iul.Innoc.Panor.in c.off.de pœn.&remiſſ.Hoſt.lib.5.ti.de pœn.& remiſſ.Iacob.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.Bern.Diaz in pract.crim.can.Simon Maiǒtus de Irregularitate.Andr.Alc.li.3.de pręſump.pſump.27.& lib.9.parergon.c.12.Couar.in reg.peccatũ.p.1.§.1.*Sũmiſtæ*.S.Ant.p.1.tit.14.& p.2.tit.5.Sylu.Tab.Piſan.Roſ.Ang.Armilla.Sum.Caiet.ver.adult.Luxuria.Altiſſiodorenſis,lib.2.trac.28.Iacob.Almay.tract.3 moral.c.24.Med.C.de reſtit.Franciſc.à Victoria de Feudis.Ant.Corduba lib.1.qq.q.23.dub.42.Barth.Med.lib.1.inſtruc.confeſſ.c.14.§.18.Sebaſt.Medices in Sum.de peccat.Sum.Cor.p.1.Io.Pedr.in explicat.pręcepti 6.Io.Nider.in expoſit.præc.9.Naua.in Man.c.16.Ludo.Lopez p.1.inſtru.conſc.c.73.Eman.Sà. in aphoriſ. ver. adulterium.luxuria.Hieron.ab Ang.lib.6.moral.c.5.Thom.Sanchez de matr.l.5.diſp.5. Io. Chapeauillus de caſibus reſeruatis c.11.q.1.Petrus Naua.lib.2.de reſt.c.4.& lib.3.c.9.Catechiſ.Rom.præcep.6.Coſm.Philiar.de offic.ſacer.p.2.Io.Azor.p.1.moral.inſtit.lib.4.c.6.& alij quam plurimi tum Veteres, tum recentiores.

De ordine & efficacia huius præcepti & luxuria, eiuſque ſpeciebus. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum de adulterio ſequitur legem de homicidio, conuenienter autem præcedit illam de furto; quare.*

2 *De ui, & efficacia huius præcepti, & quid nomine mechiæ prohibetur.*

Nonum præceptum de non concupiſcendo cur ſexto additum, & quod non ſit ſuperfluum.

3 *Ad huius præcepti prohibitionem reducitur luxuria, & quid illa ſit, & cui virtuti opponitur?*

4 *Luxnria ex ſuo genere peccatum mortale, & quænam vitia ex illa oriuntur.*

5 *Luxuriæ malignitas e ſacris, & ꝓphanis literis oſtẽdit.*

6 *Luxuriæ ſpecies principales ſex, & quænam illæ ſunt.*

1 CVm inter omnia nocumenta, quę proximo inferuntur, ea grauiora ſint, quæ in perſonã & vitam proximi inferri ſolẽt, merito in ſuperiori, hoc eſt, in quinto Decalogi præcepto prohibitum eſſe diximus homicidiũ omne, quo vita proximi iniuſte, & contra rectam rationem tollitur. Quia vero poſt vitã ipſam, ac animæ cũ corpore vnionẽ, nullum aliud arctius vinculũ reperiri pōt, quã illud viri & vxoris, quo per legitimũ matrimoniũ quaſi vna caro efficiuntur, rectoq; ac conuenienti ordine illam, quæ hominis vitã à cede tuetur, legẽ hæc quæ de mœchia ſiue adulterio eſt, conſequitur vt ſanctã illam & honorabilem matrimonij coniunctionem, vnde magna charitatis vis, & mutuũ amoris debitũ exiſtere ſolet, nemo vllo adulterij ſcelere violare, aut dirimere audeat. Necà vero prorſus aberrabit, ſi quis ideo poſt homicidij mandatũ hoc aliud de adulterio præceptũ poſitum eſſe affirmaret, quod hæc duo inter ſe peccata adeo connexa eſſe ſoleãt, vt hoc illius vel parens, vel ſoror ſit, cui rei ca.23. Ezechielis fauere poteſt, vt omittã Dauidem, Herodem, & alios huic illud ſuperaddidiſſe peccatũ. Sed nec abs re proponitur furto, cũ enim coniuges vnũ corpus, & vna caro ſint, qui alterũ polluit adulterio, non quiduis ſubtrahit homini, ſed eius corpus ſũma contumelia afficit, quæ prope ad homicidiũ accedit, ob myſtici corporis violationem.

2 *His* ita de ordine prælibatis, quænam huius præcepti vis & efficacia ſit, exponendum eſt; In qua re communis omnium ſententia eſt, quod ſicut in alijs pręceptis negatiuis vnum expreſſe prohibetur, alterũ vero implicite præcipitur: Exempli gratia, in quinto præcepto prohibemur, *Ne occidamus* iubemur autem concordi animo, & mutua amicitia etiã inimicos complecti, & pacem cum omnibus

bus quantum fieri poteſt, habere, ita in hoc ſexto præcepto deſertis verbis prohibemur *Mæchari*, implicite vero animi, corporiſq; caſtitatem colere iubemur. Et quamuis nonnulli hoc præceptū ad fornicationem referant, alij tamen & rectius iuxta vocis etymologiam ad luxuriam, ſeu adulteriū referunt; vox.n. greca mechia proprie adulteriū ſignificat. Adeo vt quemadmodum in alijs præceptis Moyſes poſuit illud, quod ſummū eſt, ita hac voce, ſeu ſpecie ſubalterna reliquas oēs voluit eſſe comprehenſas, vt ſic hæc ſnīa, ne adulteriū, ſtuprum, ſcortationem, inceſtum cōmittas, nullus ſit, (vt verbo dicā) veneris vſus extra legitimū matrimoniū. Noīe igitur *Mæchiæ*, ſeu adulterij, prohibetur quæcunq; carnalis copula extra legitimum matrimoniū, & conſequenter omnia antecedentia, & conſequentia, quæ ad impudicitiā & libidinis ſpurcitiē inducere poſſunt, qualia ſunt opera externa quæcunque, tactus, amplexus, locutiones, ornatus laſciui, literæ amatoriæ, viſitatio huiuſmodi locorum, & reliqua huiuſmodi, quæ omnia, & alia quæcunque inhoneſta, & impudica hoc ſexto pręcepto decalogi, Mæchiæ nomine prohibentur, vt S. Ambr. lib.1.off.c.50.S.Aug.lib.2.ſuper Exod.q.7.ad cap. 19.Exo.& refertur ī c.*Meretrices*.32.q.4.Catechiſmus Rom.in expoſitione ſexti præcepti. S.Tho.2.2.q.153.art.3. Alex. de Ales p.3.q.35. mēb.4.& q. 39.memb.5.Magiſter Sent.3.d.37.& ibi Bonon.in expoſit.literę Coſmus Philiarchus de off.ſacer.p.2. li.4.c.16.Toletus in ſum.lib.5.c.14.Andreas Crocquetius Catecheſi.79.Io. Bened.lib.2. de peccatis. c.5.& alii cōiter tradunt. Et quāuis hoc eodē præcepto prohibitus ſit non ſolum actus exterior, ſed etiam deſiderium, voluntas, & affectus deliberatus inordinatus rei venereæ: etenim vetito adulterio, eo ipſo lumine naturæ intelligitur alienæ vxoris potiūdę cupiditatem prohiberi, nā ſi concupiſcere liceret, fas etiam eſſet potiri, quia tamen plerique ex Iudæis peccato obcæcati in eam opinionem adduci non poterant, vt crederent, id à Deo prohibitum eſſe, cuius etiam opinionis erant multi, qui ſe legis eſſe interpretes profitebātur, vt colligitur ex illis Chriſti verbis Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non mæchaberis; Ego aūt dico uobis, quod omnis, qui uiderit mulierem ad concupiſcendū eam, iam mæchatus eſt eā in corde ſuo.* ideo non clarius, diſtinctiuſque Nono Decalogi pręcepto explicatur, cū dicitur, *Non deſiderabis vxorem proximi tui.* Recte autem dicitur, *Non deſiderabis*, quia delectatio, quæ ex ſola cogitatione naſcitur, quoddam bonū apparens eſt, ad ſui deſiderium inuitans. Nemo igitur nonum hoc præceptum ſuperfluum arbitretur, quia in ſexto, ideſt, in *Mæchia*, videatur prorſus idem prohiberi, quæ ſine concupiſcentia, & libidine nequit obiri, quia vt iam diximus, id contra Iudæorum errorem poſitum eſt, qui ſolum actum externum prohibitum eſſe credebant, & quia diſtinctius concupiſcentia in nono, quam in ſexto mandato vetatur, & denique quia Deus prius truncos ipſos, & craſſiora prohibere voluit, vt poſtremo ad ipſas radices, & ſubtiliora perueniret. Putant enim etiam nunc quidam ſe mirabiliter caſtos, ſi nihil opere exterius committant, cum interea concupiſcentiæ flāmis ardeant, quibus haud dubie neceſſarium eſt Nonum legis præceptum. Ceterum nemo pius & fidelis in animum debet inducere, vt cupiat, velitque cuiuſpiam vxorem, vt ea abutatur, etiamſi non ſit ſecuturū nefas, ea fœditate cogitationis ſeſe oblectare, hoc enim Matrimonij Sacramento pęnitus eſt contrariū, vt ex his, quæ inferius dicemus, manifeſtum erit.

3 *Ad huius* itaque pręcepti prohibitionem reducitur tractatus de Luxuria, de qua S.Th.2.2.q.153. & q 154.Alexā.de Ales p.2.Summę.q.143.& par. 3.q.35.S.Anton.par.1.tit.14.ca.4.§.10.& parte 2. tit.5. per totum. Summiſtę.verb. luxuria.Martin. Nauar.in Manua.ca.16. Coſmus Philiarch.de offi. ſacerdotis.par.2.lib.4.cap.16.Ludou. Lopez par.1. inſtruct.conſcient.c.73.& ſeq. Greg.de Vale.to.3. diſpu.9.q.3.puncto 3. Barth.Medin.lib.1.inſtruct. ſacerd.ca.14.§.18. Andreas Crocquetius catecheſ. 79.Sebaſt. Medices in ſum. de peccatis.titu.8.ſum. Cor.par.2.nu.55.Toletus in ſum.lib.5.cap.10.Io. Pedrazza in explicatione ſexti præcepti. Emanuel Sa in Aphoriſmis.verb.luxuria.Ioan.Benedictus in Summa de peccatis.lib.2.ca.5.& alii communiter tractant.

Eſt autem *luxuria* proprie amor concupiſcentiæ circa voluptates venereas, quibus animus facile diſſoluitur. Quamuis enim actus venereus in ſe cōſideratus naturalis ſit, immo neceſſarius pro conſeruatione ſpeciei, ſicut alimentum pro conſeruatione indiuidui, quandoquidem ſicut ad conſeruationem vitæ vnius hominis ordinatur vſus ciborum; ita etiam ad conſeruationem totius humani generis vſus venereorum, ac proinde ſicut vſus ciborū poteſt eſſe abſque peccato, ſi fiat debito modo & ordine, ſecundum quod competit ſaluti corporis, ſic etiam vſus venereorum abſque peccato eſſe poteſt, ſi fiat debito modo, & ordine, ſecundum quod eſt conueniens ad finem generationis humanæ; in homine tamen qui ratione vtitur, quoties contra rationis ordinem fit, peccatum erit, quod ſpeciali nomine *luxuria* dicitur, & directe caſtitati opponitur per exceſſum rationis circa venerea, vt optime tradit S.Thom.2.2.quæſtio.153.artic.2.& 3. Tunc autem contra ordinem rationis erit, quando quis illo actu vtitur non ſecundum finem illum, ad quem à natura ordinatur, ac etiam modo debito, & conuenienti. Finis autem huius actus eſt procreatio prolis, vnde actus oīs venereus, & carnalis, qui fit extra intentionem procreādi prolem, aut ex quo impeditur procreatio prolis, peccatum eſt. Modus vero debitus & conueniēs eſt, vt homo ſua vxore vtatur ſibi per legitimū matrimoniū cōiuncta, & copulata, ac proinde fornicatio oīs cū nō ſua vxore q̄uis ſit actus naturalis, & ad finē ꝓcreandę prolis intēta, peccatū erit, vt latius inf. dicemus.

4 Nō eſt tñ quodcūq; peccatū, ſed ex ſuo genere peccatū mortale eſt, vt cōſtat ex Apoſtolo ad Gal. 5. recēſente luxuriā inter ea opera carnis quæ qui exercent, *Regnū Dei nō cōſequentur*, immo vero vnū eſt ex ſeptem vitijs capitalibus, vt docent S.Grego. lib.31.Mor.c.31.S.Th.2.2.q.153.ar.4. & 5.& alij cōiter, quia.ſ.alia peccata multa ex illo oriuntur tum propter vehementiam delectationis venereę, tū ēt propter connaturalitatē huiuſmodi concupiſcentię, & pręſertim hęc octo, *Cæcitas mentis, incōſideratio; Præcipitatio; Incōſtantia;* Amor *ſui; odiū Dei, Affectus præſētis ſeculi; Horror*e, *vel deſperatio futuri*.

Cum enim per luxuriam appetitus inferior, ſcilicet pars concupiſcibilis propter paſſionis & delectationis vehementiam vehementer obiecto ſuo ſcilicet delectabili intendat, facile conſequenter vires ſuperiores, ſcilicet ratio, & voluntas deordinari ſolent. Et quidem cum quatuor ſint actus rationis in agendis; videlicet, *ſimplex intelligentia*, quę aliquem finem apprehendit vt bonum, hic actus per luxuriam impeditur; ſecundum illud Daniel. 13. *ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.* & hic actus dicitur, *Cæcitas mentis*. Et eodem modo per concupiſcentiam luxuriæ impeditur ſecundus actus rationis, qui eſt *conſilium* de his, quæ propter finem agenda ſunt iuxta illud Comici de amore libidinoſo dicentis. *Quæ res in ſe neque conſilium, neque modum vllum habet eam cõſilio regere non potes,* & quantum ad hoc ponitur *Præcipitatio*; Tertius vero rationis actus, ſcilicet, *iudicium*, de agendis, etiam per luxuriam impeditur, vnde Daniel. 13. de ſenibus luxurioſis dicitur, *Auerterũt ſenſum ſuum, vt non recordarentur iudiciorũ iuſtorum*, & ita ponitur, *Inconſideratio*; Quartus denique rationis actus, qui eſt *Præceptum* de agendis, per luxuriam impeditur, inquantum homo ex impetu concupiſcentiæ impeditur, ne exequatur id, quod ratio faciendum eſſe decreuit.

Ex parte autem voluntatis conſequitur etiam duplex actus inordinatus, quorum vnus eſt appetitus finis, & ſic ponitur *Amor ſui*, in ordine ad delectationem quam inordinate appetit, & per oppoſitum ponitur *odium Dei*, inquantum prohibet delectationem concupitam. Alter vero actus eſt appetitus eorum quæ ſunt ad finem, & ſic ponitur *Affectus præſentis ſeculi*, ĩ quo ſcilicet, aliquis vult frui voluptate, & per oppoſitum ponitur *Deſperatio futuri ſeculi*, quia dum nimis carnalibus delectationibus detinetur, contemnit, & faſtidit ſpirituales.

5 *Huius* porro tanta eſt malignitas, vt non ſolum in ſacris literis, ſed etiam a profanis ſcriptoribus vehementer reprehẽdatur, vnde Seneca li. 1. declamationum ait, Nihil tam mortiferum ingenijs eſt quam luxuria, ſiquidem rationem perturbat; intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ignorantiam inducit, & hominem quaſi beſtiam facit. Similia eis habet Valerius Maximus li. 9. de luxuria loquẽs; Blandũ malum, inquit, luxuria, quam accuſare aliquando facilius eſt quam vitare; quæ inuictum Hannibalẽ armis illecebris complexa, vincendo Romano militi tradidit: illa ducem vigilantiſſimũ, illa exercitum acerrimum dapibus largis, ac veneris vſu laſciuiore, ad ſomnium e delicijs euocauit. Et paulo poſt, Quid eſt ergo hoc vitio fędius? q̃d dãnoſius? quo virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur, animi, & corporis vires expugnantur. Diuus etiam Hieronymus epiſ. ad Damaſum de filio prodigo, ait, Luxuria inimica Virtutibus, perdit omnem ſubſtãtiam patris, & à patris voluntate delirans, futurã paupertatẽ cogitare non ſinit. Item Iob 31. dicitur: Hoc enim nefas eſt, ſcilicet Scortatio, & iniquitas maxima, ignis eſt vſque ad perditionem deuorans & omnia eradicans genimina. Hinc quidam.

Qui ſequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,
Infamis ſemper, ſemper egenus erit.

Et alter hæc omnia mala complexus ait:

Femina, corpus, opes, animum, vim, lumina, vocem,
Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat,
Occiditque animam, conſortia, fœdera, famam,
Debilitat, perdit ſocios, aufertque fideles.

6 *Quia* vero actus venereus, vt diximus, tunc malus eſt, quando quis illo vtitur contra ordinem rationis, hoc eſt, quando quis illo vtitur non ſecundum finem, ad quem à natura ordinatur, ac etiam modo debito, ac conuenienti, ideo quot ſunt deformitates circa finem, & modum vtendi hoc actu venereo, tot erunt ſpecies luxuriæ diſtinctæ. Communiter autem ſex ſpecies principales luxuriæ ab Authoribus numerantur, ſcilicet, Fornicatio ſimplex, Adulterium, Incæſtus, Stuprum, Raptus, & vitium contra naturam, vt videre eſt apud Gratianum 36. q. 1 c. *lex illa*. S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 4. Alex. de Ales par. 2. q. 143. memb. 9. S. Ant. par. 2. tit. 5. c. 2. Summã Aſtenſem lib. 1. titu. 31. art. 1. Ang. verb. luxuria. nu. 1. Sylueſt. eod. q. 1. Tabiena. eod. verſic. Quinto. Armil. eod. nu. 4. Nauar. in Manuali. c. 16. nu. 3. Sum. Cor. par. 1. nu. 55. Sebaſt. Medices in ſũma peccat. capital. ti. 8. q. 12. Greg. de Valent. to. 3. diſput. 9. q. 3. punct. 3. Barth. Medin. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 24. §. 18. Lud. Lopez pa. 1. inſtru. conſcient. c. 73. Toletũ in ſumma lib. 5. c. 10. Io. Bened. in ſumma de peccatis. lib. 2. cap. 5. Coſmũ Philiarch. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 5. cap. 16. & alios. Cũ enim peccatum luxuriæ in hoc conſiſtat, quod aliquis non ſecũdũ rectam rationẽ delectatione venerea vtatur, id quod dupliciter contingere poteſt, vel ſecundum materiam, in qua huiuſmodi delectationem quærit, vel non obſeruando debitam circunſtantiam in materia debita: ideo ex iſtis duobus ratio diuiſionis prædictæ colligenda eſt. Quia vero circunſtantia, inquantum huiuſmodi non dat ſpeciem actui morali, ſed ſpecies eius ab obiecto, id eſt a materia, deſumitur, ideo ſpecies luxuriæ a materia, ſeu obiecto non autem a circunſtantijs deſumi debent. Materia igitur duobus modis inconueniens eſſe poteſt rectæ rationi, vel quia habet repugnantiam ad finem actus venerei, & ſic inquantum impeditur generatio prolis, conſurgit *vitium contra naturam*, inquantum autem impeditur prolis educatio, conſurgit *ſimplex fornicatio*: vel ſecundo materia, in qua exercetur actus venereus, poteſt eſſe non conueniens rectæ rationi per comparationem ad alios homines, & hoc dupliciter, primo quidem ex parte ipſius feminæ, cui aliquis commiſcetur, quia ſcilicet debitus honor erga eam non obſeruatur, & ſic eſt *incæſtus*, qui conſiſtit in abuſu mulierũ conſanguinitate, vel affinitate iunctarum: Secundo ex parte eius, in cuius poteſtate eſt femina, quæ ſi eſt in poteſtate viri, eſt *adulterium*; ſi autem eſt in poteſtate patris, eſt *ſtuprum*, ſi non infератur violentia, *Raptus* autem ſi inferatur. Ex quibus euidens eſt, quod cum prædictæ ſpecies ſecundum differentiam materiæ aſſignentur; potius diuerſificantur ſpecies iſtæ ex parte feminæ, quam viri, quandoquidem in actu venereo femina ſe habet ſicut patiens & per modum materiæ, vir autem per modum agentis: De quibus omnibus ſuo ordine dicendum eſt.

De fornicatione & concubinatu eiuſque ſpeciebus. Cap. II.

SVMMARIVM.

Fornicatio ſimplex quid ſit explicatur, eiuſque nominis ratio.

Apud Theologos quid ſignificet.

2 *An fornicatio ſimplex ex ſua natura ſit peccatū mortale.*

3 *Fornicatio non ſolum iure diuino ſed etiam naturali prohibita. & nu. 4.*

5 *Oſea ſumpſit ſibi vxorem meretricem & fornicariam & tamen non peccauit contra hoc præceptum. quare.*

6 *An ſemper ſit peccatum mortale.*

7 *An fornicando vir grauius peccet quam femina.*

8 *An ſi quis cum vidua peccet, fornicationem vel adulterium committat.*

Peccatum luxuriæ in vidua grauius peccatum, quam in meretrice, ibid.

Vere uidua, ideſt, quæ promiſerit Deo continentiam, ſi peccauerit, peccatum ſuum reducitur ad adulterium. num. eod.

9 *Meretrix quæ dicitur & concubina.*

Concubinatus fornicatio continuata eſt grauiſſimum peccatum quare.

Cohabitans concubinæ non eſt prius abſoluendus quam eijciat cum propoſito non redeundi, in articulo mortis ſolum ſufficit propoſitum expellendi.

10 *Quæ pœnæ quoad uiros eccleſiaſticos taliter delinquentes inflictæ ſunt ex Concilio Triden.*

11 *Quæ concilium contra Clericos concubinarios ſtatuit etiā ad ſimplicem incontinentiam extenduntur.*

12 *Clerico concubinario qui ob crimen fructibus omnib. ſuorum beneficiorum priuatur, nec fructus aliqui relinquendi ſunt ex quibus alimenta ſuſcipiat iuxta Trid. Concil.*

13 *In proceſſu Iudicum ad punitionem concubinatus non debet eorum ſententia retardari prætextu appellationis aut querelæ ad ſedem Apoſtolicam.*

14 *Concubina clerici etiam coniugata pro modo culpę ab Eccleſiaſticis iudicibus punienda, ſi fuerit punienda.*

1 INTER ſpecies luxuriæ, quas ſuperiori capite enumerauimus, prima eſt *fornicatio ſimplex*, cuius vocabuli notionem ſi conſideremus, a voce fornix deſcendere vr̄, quæ loca quædam concamerata ad modum arcus ſignificat, in quib. meretrices ſe proſtrare ſolebant, Vnde fornicari nihil aliud eſt, q̄ rem cum meretricib. habere. Apud Theologos autem latius patet, & actum venereum illicitū ſignificat, quocunq; modo fiat. In ſacris. n. literis omnis actus qui eſt peccatum mortale, dicitur fornicatio, inquantum. ſ. quis per peccatum mortale recedit à Deo legitimo ſponſo animę. *Pſal. 72. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Oſe. 2. Auferat fornicationes ſuas a facie ſua, &c.* Aliquando etiam ſumitur fornicatio, pro Idololatria, & infidelitate, *Oſe. 4. fornicati ſunt a Deo ſuo. Hierem. 3. Tu* *utem fornicata es cum amatorib. multis.* & inf *facilita- e fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mechata eſt* *um lapide & ligno Iudic. 8. fornicatuſque eſt omnis Iſ- el in eo.* & infra *fornicati ſunt in Baalim*, quod erat dolum Gentium. *1. Paralipom. 5. fornicati ſunt poſt Deos populorum terræ & Sapien. 14. Initium fornicationis eſt exquiſitio Idolorum.* Aliquando etiā omnis actus luxuriæ dicitur fornicatio, vt 1. *Cor. 5. Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes,* & loquitur de inceſtu, ſubdit. n. *ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat.* Ceterum proprie fornicatio ſumitur pro illicito concubitu humano inter ſolutū, & ſolutam, qui dicitur fornicatio ſimplex. Dr̄ autem concubitus *humanus*, quia concubitus inter ſe animalium non dr̄ fornicatio, immo nec quicunq; concubitus humanus, ſed ille ſolum qui eſt cum peccato, & ideo dicitur, *illicitus*. Dr̄ *ſimplex*, quia licet omnis vagus cōcubitus humanus extra matrimoniū factus ſit fornicatio, hic tñ ille ſolum dr̄ *ſimplex*, qui fit abſq; omni alia deformitate. Dicitur, *inter ſolutum, & ſolutam*, vbi homo ſolutus dr̄, ille, qui ſolutus eſt a vinculo coniugali, & cō ſanguinitatis, & affinitatis, voti continentiæ, Religionis, & ordinis ſacri, ſoluta etiam dr̄ talis femina quæ amiſit virginitatē; vnde omnis actus venereus factus inter talem ſolutū, & ſolutam ſeruato vſu naturali dicitur proprie fornicatio ſimplex, ex Alexandro de Ales par. 2. q. 143. mēb. 9. & q. 146. memb. 1. S. Th. 2. 2 q. 153. ar. 2. Toleto lib. 5. ſum. c. 10. & Summa Corona p. 1. n. 55. & alijs, vbi fallitur Summa Corona affirmans concubitum ſoluti cum non baptizata non eſſe ſimplicem fornicationem, id quod ſine auctoritate, aut ratione aſſeritur non ſolum ab illo, ſed etiam a Nau. in Manuali. c. 16. nu. 3.

2 Dubium vero eſt, An fornicatio ſimplex ex gñe ſuo ſit pctm̄ mortale? Ratio dubij eſt, quia Deus non præcipit aliquid quod eſt pctm̄ mortale, Deus tamen fornicationem præcipit, Oſe. 1. dicitur. *Vade, ſumme tibi vxorem fornicariam, et fac filios fornicationum.* Ergo non vr̄ eſſe peccatum mortale. & Gl. in illud 1. *Timoth. 4. pietas ad omnia vtilis eſt*, ait, omnis ſumma diſciplinæ chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt, quam aliquis ſequens, ſi lubricum carnis patitur, ſine dubio vapulabit, ſed *non peribit*. Ergo pctm̄ mortale non eſt. Et Iſidorus vt refertur in *c. chriſtiano. diſt. 34.* ait, *chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tm̄ aut vxorem, aut certe loco vxoris (ſi coniux deeſt) concubinam.* Hæretici etiā appellati Gnoſtici vt teſtis eſt Epiphanius hæreſi. 26. Scortationes non ſolum licere, ſed ēt frequentari debere contendebant. Quibus fauere vr̄ hæretici noſtri tp̄is, qui licet expreſſe peccatum mortale eſſe negare non audent, ita tamen infirmitatem noſtram exaggerāt, vt videri velint eſſe nobis prorſus neceſſariū peccatū, affirmantes virginitatē, et continētiam non cadere ſub votum, ſed Dei dona eſſe, quæ vel intimis tm̄ amicis, vel ad tp̄s dantur. Martinus etiā de Magiſtris tract. de Tēperantia. q. 2. exiſtimat fornicationem ſimplicem ſaltē viri cū determinata femina non eſſe cōtra ius naturæ, quia ibi non impeditur certitudo prolis, nec educatio eiuſdem, & Duran. in 4 diſt. 33. q. 2. eadem de cā, & rōne motus, putat fornicationem ſimplicem non vagam, ſed inter perſonas certas; quæ citra matrimoniū velint (ex pacto, et obligatione) gerere conuenientē curā prolis non eſſe peccatū

mortale, nec iure naturali, ſed ſolum iure diuino poſitiuo prohibitam.

Contra hos tamen errores duo mihi dicenda videntur ex communi Doctorum ſententia.

Primum eſt, Fornicationem ſimplicē eſſe peccatum mortale, ſic S.Th.2.2.q.154.art.2. Alex. de Ales p.2.q.143.memb.3.& q.146.memb.2. S.Ant.p.2.tit.5.c.2.§.2.Angel.verb.fornicatio. nu.2.& verb.luxuria.num.2.Sylueſt.verb.luxuria.q.3.Tabiena.verb.fornicatio.n.2.Caie.2.2. q.154.ar.2.& in Summa verb.fornicatio.Sotus lib.5.de iuſtitia.q.5.ar.3.Nau.in Manuali.c.16. nu.1.Barthol. Medina lib.1.inſtr.confeſſ.c.14. §.18.Ludo. Lopez p.1.inſtr.conſc.c.73.Grego. de Val.to.3.diſp.9.q.3.punct.3. Summa Corona p.1.n.55.Sebaſt. Medices in Summa peccat. capita.q.29. Andreas Crocquetius Catecheſi. 80.Coſmus Philarchus de offi. Sacerd. p.2.lib. 4.c.16.Ioan. Pedrazza, in expoſitione ſexti præcepti, §.1.catechiſ. Roman. ibid.n.4. Toletus in Sum.lib.5.c.10. Ioan.Benedictus in Summa de peccatis.lib.2.c.5.nu.2.Emanuel Sa. in Aphoriſmis.verb.luxuria.& alij, quæ res tā certa eſt, vt oppoſitum aſſerere pertinaciter ſit hereticū, vt definitur, in *cle. Ad noſtrum. de hære.* Ratio eſt, quia tanq̄ peccatū mortale prohibetur in Scripturis, vt *Deu.23.nō erit meretrix de filiab.Iſrael.Tob. 4.Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire,* crimen autē importat peccatum mortale. Act. 15. *Abſtinete vos ab omni fornicatione. Eccleſiaſt.* 42. *Erubeſcito a reſpectu mulieris fornicariæ. Matth.*15. *& Marc.* 7.*De corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes &c.* 1.*Cor.*5.*Ne commiſceamini fornicarijs.*1. Cor. 6.*fugite fornicationē.* Ephe.5.*fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.* 1.Theſſ. 4.*Hęc eſt voluntas Dei Sanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione, &c.*

Deinde ob fornicationem excluditur quis a regno Dei, vt conſtat, 1.Cor.6.*Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, &c. regnū Dei poſſidebunt*, Et ad Gal.5. dicitur, *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c. quoniā qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et ad Epheſ.5. *Hoc ſcito te intelligentes, quod omnis fornicator, & immundus aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus) nō habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.* Et Coloſſ. 3. dicitur *ira Dei deſcendere ſuper fornicarios. Et* Heb. 13. *Fornicarios & adulteros iudicabit*, id eſt, inquit Gloſſa, condemnabit, *Deus.* Et deniq; Apoc.21. dicitur, *Homicidis & fornicatoribus &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Cum tamen certum & manifeſtum ſit nihil a regno Dei excludere niſi pctm̄ mortale.

3 *Scdm eſt*, Fornicatio non ſolum mala eſt, quia iure diuino prohibita, ſed etiam quia eſt iure naturali illicita. Sic expreſſe Sylueſt. verb.luxuria.q.3.verſic.primum.S.Ant.par.2.tit 5.c.2.§. 2.Caiet.2.2.quæſt.154.ar.2.Sotus lib.5. de iuſtitia.quæſtio.3.art.3.Barthol.Medina.lib.1.inſtr. confeſſ.c.14.§.18.Naua.in Man.ca.16.num.1. Gregorius de Valentia.tom.3.diſp.9.q.3.puncto.3.Toletus lib.5.Summæ.cap.10. Probatur hoc ex ratione, quam affert Sanct. Thomas, 2.2.q.154.ar.2.Quia ratio naturalis dictat vt proles non ſolum educetur & nutriatur quoad corpus, ſed etiam quoad animam, ita vt inſtruatur & defendatur, Huic autem repugnat vagus cōcubitus, cum.n. ad nutrimentum corporale nō ſufficiat pater in pueritia, ad nutrimentum animæ per correctionem non ſufficiat mater in adoleſcentia, eo quod in tali ætate parum timet filius matrē, ad hoc vt proles perducatur ad perfectionem ſecundum animam et corpus, prout natura requirit, neceſſarium omnino eſt vt mas & femina diu, vel etiam per totam vitam ſimul permaneāt, prout fit per matrimonium, At vero fornicarij cum non ſint aſtricti aliqua lege ad commanendum, ſed poſſunt ad placitum ſeparari, immo ſeparari omnino debēt, tū pp periculum peccandi, tum pp ſcandalum aliorū, & ex tali ſeparatione cōſequatur prolis deſtructio, inde eſt quod hmōi vagus concubitus extra legitimum matrimonium contra naturalē rationē ſit, vtpote directe repugnans educationi rectæ prolis, quæ requirit operam viri, & feminę, qui inter ſe lege matrimonij perpetuo deuincti ſint. Immo vero ex tali vago cōcubitu cōſequitur incertitudo prolis, & proinde nihil curare ſolent parentes de prolis educatione. Fornicatio igitur cum ſit contra bonū prolis educandæ, pctm̄ mortale eſt & contra rōnē rectā, quę curā in parentib. requirit, vt proles recte & debito modo educetur, inſtruatur & defendatur. Quod ſi aliqn̄ quis citra matrimoniū vnam tm̄ cognoſcat, & curam prolis educandæ hēat, id oīno per accidens eſt, & valde raro cōtingit cū tamen ratio naturalis id docet & præſcribit quod ſecundū ſe, & vt plurimum euenire ſolet.

4 *Deinde* etiā quę ſuperius ex ſacris literis adduximus, euedenter ſatis oſtēdunt, fornicationem ſecundum ſe malam & illicitam eſſe, qn̄quidē fornicationem cum furto, homicidio, Idololatria & alijs huiuſmodi criminib. cōiungit, quæ iure naturæ deteſtabilia ſunt. Vnde S. Auguſt. q.71.ſuper Exodū ait, quod ſicut illo præcepto Decalogi, *Non furtum facies*, non ſolū furtum prohibetur, ſed ēt rapina tanquam res per ſe mala, ita nomine *Mechiæ*, non ſolum adulterium, *ſed ēt omnis illicitus concubitus, atq. illorum membrorum non legitimus vſus, prohibitus debet intelligi.* Quæ S.Aug. verba fruſtra eneruare conatur Durandus vbi ſup. quanquam neq; eſt conſequēs fornicationē contra ius naturale non eſſe, ſi in Decalogo non prohibetur, Nā neq; Sodomia ibi prohibetur expreſſe, & tm̄ contra ius naturę eſſe manifeſtū eſt. Huc accedit peccati huius turpitudo, & deformitas, etenim pctm̄ hoc fornicationis proprio corpori iniuriā infert, vt recte docet Apoſtolus 1.Corint.6.dicens. *Fugite fornicationem*, & rōnem huius aſſignans ſubdit, *omne.n. peccatum quodcūq; fecerit homo, extra corpus eſt, qui aūt fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Et cū vitiū hoc deteſtabile in omnib. ſit, tum pręcipue in Chriſtianis deteſtandum eſt, qn̄quidem ſi homo Chriſtianus meretrici ſe turpiter dedat, quę Chriſti ſunt, ea meretricis facit, vt docet Apoſtolus 1.Corin.6. *Neſcitis*, inquit, *qm̄ corpora veſtra membra ſunt Chriſti? tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit? An neſcitis qm̄ qui adhæret meretrici, unum*

corpus efficitur. Et deniq. cum teſte Apoſt. 1. *Corin. 6. corpus noſtrum templum ſit ſpiritus ſancti*, fornicando templum Dei violatur, & ſpiritus Sãctus ab eo ejicitur. Quo arguměto patres vtũtur, Chryſoſt. Hom. 18. in 1. Corin. Iſid. lib. 2. de ſum. bono. c. 39. & S. Aug. ſerm. 16. de verbis Domini ad oſtendendam fornicationem ſua natura malã, & illicitam eſſe. verba S. Aug. hæc ſunt, *ſi eligeres in eccleſia facere adulterium intra iſtos parietes, quid te eſſet ſceleratius. Modo autem tu ipſe es templum Dei, templum intras, templum exis, templum in domo tua manes, templum ſurgis, uide ne offendas templi habitatorē ne deſerat te, & in ruinam uertaris.*

Eſt igitur fornicatio non ſolum peccatũ mortale, ſed etiam iure naturæ prohibita, nec excuſatur vllus ignorantia, cum ſit naturale præceptum, in quo locum non habet ignorantia, vt expreſſe docet Ang. verb. fornicatio. nu. 2. Sylueſter verb. luxuria. q. 3. verſi. primum Naua. in Man. c. 16. nu. 1. & Toletus lib. 5. Sum. c. 10. vnde inexcuſabiles erant Gentiles, qui fornicationem ſimplicem licitam eſſe putarunt, quorum errorem Apoſtoli Act. 15. grauiter refellunt, mandantes propterea Gentilibus ad fidem conuerſis, vt abſtinerent ſe à fornicatione.

5 *Quod* autem dr̃ Oſeam ſumpſiſſe ſibi meretricem & fornicariam in vxorē ex præcepto Dei, non obſtat huic veritati, quia Rñderi poteſt, vel cum Diuo Hieronymo, quod ſumpſerit eã quę antea fuit fornicaria, & de impudica fecit caſtã & hoc licitũ eſt, ſicut etiam hodie ſi quis meretricem duceret in vxorē volentem honeſte viuere, non peccaret. *c. Non culpandus.* 32. q. 1. vel cũ S. Th. 1. 2. q. 360. art. 8. ad tertium, & 2. 2. q. 154. art. 2. ad ſecundum, dicendum eſt, fornicationē catenus eſſe peccatum, inquantum eſt contra rectã rõnem, ratio aũt hominis recta eſt, ſed. n. quod regulatur volũtate diuina, quę eſt prima, & ſumma regula, Ideoq. quod ex Dei voluntate fit, peccatũ non eſt, ſicut contra naturam nõ eſt, quod per miraculum fit, quamuis ſit cõtra cõem ordinem naturæ. Sicut igitur Abraham volendo filium innocentem ex Dei mandato interficere, non peccauit; ita nec Oſea ex Dei pręcepto fornicãdo, Nec talis concubitus dici proprie debet fornicatio, quamuis fornicatio nominetur referendo ad curſum cõem. Vel cum Nicholao de Lyra, ideo dr̃ vxor fornicaria, qa fuit mulier Gentilis, quę ob fornicationem ſpiritualem, ſ. idololatriam, fornicaria dicebatur, q̃ ex Dei diſpēſatione in vxorem accepit Quod vero ait Gl. ex S. Ambr. non ſic accipiendũ eſt, vt moriens cũ lubrico liberetur, ſed quod opera miſericordiæ exercens, diſponitur ad gratiã, & pęnitentiã, per q̃ cõſequitur ueniam, & ſatisfacit de lubrico carnis cõmiſſo, ex S. Thom. vbi ſup. ad 5. Illud vero quod ait Iſidorus de cõcubina, vt recte notãt gloſſa ibi, & S. Anto. p. 2. tit. 5. c. 2. §. 1. in fi. intelligendũ eſt non de concubina proprie dicta ſed improprie, ſ. de ea, q̃ ducta eſt vere in vxorem, ſed ſine ſolēnitate legali, puta ſine inſtrõ, dote, & teſtib. lex. n. tales cõcubinas nominat, vt cõſtat *c. His qui non hēt diſt.* 34. quæ vero ab hæreticis afferuntur, alibi refellenda ſunt.

Dubiũ aliud eſt, an fornicatio ſimplex ſemper ſit peccatum mortale?

Reſpõdeo communiter eſſe peccatum mortale, excipiuntur tamen duo caſus, in quib. huiuſmodi concubitus peccatum non eſt.

Primus eſt, qñ deficit vſus rationis, vt v. g. ſi amens coiret, non peccaret ob defectum rationis, ſicut nec occidēdo peccaret. Ob quã etiam rationē qui perfecte ebrius eſſet, non peccaret coeundo; Qua ex cã excuſatur Loth, qui ebrius cum filiabus duab. eum decipientib. concubuit; quãuis ſi quis ex ebrietate pręuideret tale periculum, & non antea ſibi prouideret, ei in peccatum concubitus ille illicitus imputaretur.

Secundus eſt, ex parte patientis. ſ. cũ femina cõprehenſa cogeretur ad coeundũ, tunc. n. dũmodo non conſentiat interius, ētſi delectationem ſentiret, nõ peccaret, quia ſi non conſentiat in actum coitus, nec in delectationē, etiamſi ſentiat delectationem, non peccat, cũ delectatio illa non eſſet ei volũtaria, ſed naturalis. Sic Nau. in Man. c. 16. nu. 1. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 1. art. 4. in reſpon. ad 3. Pet. Nau. li. 2. de reſt. c. 3. n. 104. Ludo. Lopez p. 1. inſtr. conſc. c. 65. & c. 73. Toletus in Sum. li. 5. c. 10. & Io. Benedictus. in Summa de peccatis. lib. 2. c. 4. num. 7. Secus autem ſi cõſentiret interius, neq; excuſaretur metu mortis, cum mori potius debeat q̃ cõſentire in peccatum. Dixi ex parte patientis, quia hoc non poteſt locum habere in viro, qui eſt agēs, implicat. n. hominem agere, & non conſentire, vt diximus ſup. c. 9. dub. 6. caſu quinto.

7 Dubium etiam eſt, an fornicãdo vir grauius peccet quam femina? Reſpondeo cum S. Th. in 4. diſt. 35. ar. 4. & Toleto in Summa lib. 5. ca. 10. vt plurimum grauius peccare virum quã feminam, eo quod vir magis pollet ingenio & ratione. Dixi, vt plurimum, quia aliquãdo poteſt femina plus vigere ſecundũ vſum rationis, & grauius peccare. Hoc aũt quod diximus, intelligendum eſt de fornicatione ſimplici, nã in adulterio grauius peccat femina, quam vir pp damnũ quod infert femina adultera dũ ſupponat filios adulterii ita vt multoties legitimi ſua hęreditate priuētur, qđ nõ cõtingit in viro, in quo aperte cognoſcũtur filij adulterij ex Toleto vbi ſup. Ioãne Benedicto in ſumma de peccatis. lib. 2. c. 6. num. 12. poſt Paludanum in 4. diſt. 35. q. 1. ar. 5. concl. 4. & 5. Richar. in 4. diſt. 35. ar. 1. q. 4. & Caie. 2. 2. q. 154. art. 8. circa reſpon. ad primum, & Sylueſt. verbo. luxuria. q. 3. verſic. Tertium.

8 Dubiũ aliud eſt, an ſi quis cum vidua peccet, fornicationem, uel adulterium committat.

Reſpõdeo cum Alexandro de Ales. in ſũma parte 2. q. 143. memb. 9. S. Anto. par. 2. tit. 5. c. 2. in prin. Sebaſt. Medice de peccatis capital. tit. 8. q. 29. Summa Cor. par. 1. ca. 1. nu. 56. & Ioanne Benedicto Summa de peccatis. lib. 2. c. 5. nu. 8. Martino Nauarro in Manuali. cap. 23. num. 62. fornicationem eſſe quoteſcũque ſit ſoluti cum ſoluta, puta cũ vidua, meretrice, aut cõcubina. Ratio eſt, quia ut ait Apoſt. 1. *Cor. 7. mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius uiuit, quod ſi dormierit vir eius liberata eſt lege, cui uult, nubat. & Roman. 7. Quæ ſub uiro eſt mulier, uiuente uiro alligata eſt legi ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege uiri.*

Igitur viuente marito vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro; Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Vnde licet pctm̄ luxuriæ in uidua ſit grauius q̄ in meretrice aut alias fornicaria, non tñ diſtinguitur ſpē à fornicatione ſimplici, quia cum fornicatio ſimplex dicatur ex eo quod ſit ſoluti cū ſoluta, ita ēt & cōmiſtio cū uidua fornicatio erit, ex quo, vt diximus, vidua ſoluta ſit a lege uiri, ut nō ſit adultera cum alio viro coeundo, ex Cai. 2.2. q.152. art. 3. verſ. In rñſione ad quintū, & Sum. Coro. vbi ſupra. Si tñ vidua illa promiſerit Deo ſeruare continentiam, quæ dr̄ vere uidua ab Apoſtolo 2. Tim. 5. cui dari ſolet uelū nigrū, in ſignū ſeruādæ continentiæ 27. q. 1. per totā. [illegible]nc pctm̄ ſuū reducitur ad ſpēm adulterii, ut recte Sum. Coro annotauit. Quib. addo ex Nau. et Io. Benedicto locis citatis, quod vidua bona mariti ſibi relicta, ut caſte uiueret, tuta cōſcientia retinere nō pōt, ſi corporaliter fornicata fuerit, ſola tñ fornicādi volūtas ēt verbo, aut alio actu citra copulā laſciuā bonis p̄dictis illā nō priuat, cum teſtator id intendiſſe non vr̄, cuius volūtas eſt primū attendenda. arg. l. in cōditionib. ff. de cōd. et demonſtr. Siue igitur quis cū vidua, ſiue cū meretrice, ſiue cū cōcubina peccet, dūmodo ipſemet ſolutus ſit fornicationē ſolū cōmittit.

9 *Circa* hoc aūt quod diximus de concubinario annotandum eſt, quod meretrix dr̄ illa, quæ indifferenter ſe exponit omnib. concubina vero, quę vni ſoli ſe exhibet; Eſt autē concubinatus fornicatio quędam continuata cum ſoluta, determinata, ita vt ſit velut cohabitatio quędam, ac ſi matrimonio eſſet coniuncta. Quod ſane grauiſſimum pctm̄ eſt, & periculoſiſſimum, cū homo ſꝑ maneat in ſtatu & propoſito peccādi, adeo vt cohabitans concubinę abſoluendus nō ſit antequam eam eijciat cum propoſito non redeundi, etiamſi vrgeat periculū mortis, quia manet in ſtatu peccati, & quia ſic cohabitādo exhibetur ſaltem occaſio proxima peccandi, quæ in ſe peccatum mortale eſt, ac proinde indignum & incapacē ſe reddit abſolutionis. Et quamuis in articulo mortis ſufficeret propoſitum expellendi concubinam qñ alias deeſſet opportunitas illam eijciendi, extra tñ illum articulum nullo modo abſoluendus eſt, niſi prius eijciat. Vnde refert S. Anto. p. 2. tit. 5. c. 2. §. 2. de quodam concubinario, quod cum eſſet infirmus, & confeſſor eum abſoluere nollet niſi cōcubinā de domo eijceret, ille aſſenſit, ſicq. ſumptis cum lacrymis ſacris deceſſit. Cumq, poſtea confeſſarius, qui vir ſanctus fuit, pro eo oraret, exiſtimans ad purgatorium tranſiſſe pp̄ pęnitentiā, apparuit quadam vice ei, aſſerens ſe damnatū eſſe, eoquod ficte pęnituit, intendens cōcubinam reaſſumere ſi euaſiſſet. Quod ſane exemplum tum pęnitentib. tum confeſſoribus diligenter cauendum & notandum venit.

Sin aūt concubinam domi non habeat, non tñ propterea ſtatim abſoluendus eſt, ſed aliqua prius de continentia eius experientia faciēda erit, præſertim ſi ſæpe propoſuit ſe contēturum, & non continuit, nec tam perfecta cōtritio in eo apparet, vt latius tradunt. Nau. in Manuali. c. 3. num. 19. & c. 16. nu. 20. Ludo. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c. 78. Toletus in ſum. lib. 5. c. 10. Io. Benedictus in ſumma de peccatis. lib. 2. c. 6. n. 1. & alij. Et nouiſſime Synodus Tridentina grauiter vitium iſtud in laicis reprehendit, & acriter puniri præcipit, ſeſſ. 24. de refor. Matr. c. 8. his verbis; *Graue peccatum eſt homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum vero vxoratos quoq; in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere eas quandoq; domi, etiam cum vxorib. alere, & retinere; Quare vt huic tanto malo ſācta ſynodus opportunis remedijs prouideat, ſtatuit hmōi concubinarios, tā ſolutos quam uxoratos, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſeq; ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excōicatione feriendos eſſe, a qua non abſoluantur, donec reipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annū cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab ordinario ſeuere pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinarijs publice viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum, nullo etiam requirēte, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum vel diœceſim, ſi id eiſdem ordinarijs videbitur, inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſeculari, eijciantur, alijs pœnis, contra adulteros, & concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentib.* Hactenus Conc. de Laicis.

10 *Quoad* clericos vero, perſonaſq; eccleſiaſticas omiſſis pœnis quæ iure antiquo contra taliter delinquentes inflictæ ſunt, de quib. egimus to. 1. theſauri. lib. 5. c. 21. nu. 11. & libr. 7. c. 11. n. 20. ea obſeruanda ſunt, quæ ab eodem Conc. Triden. ſeſſ. 25. de refor. c. 14. ſtatuta ſunt. Quo in loco, prohibet ſancta ſynodus primo quibuſcūque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quib. poſſit haberi ſuſpicio, in domo, vel extra detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinem habere audeant, alioquin pęnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarū impoſitis, puniantur.

11 *Secundo*, Quod ſi à ſuperiorib. moniti, ab ijs ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcunque & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ eccleſiæ aut alteri pio loco arbitrio epiſcopi applicetur.

Tertio, ſi in eodē delicto cum eadem, vel alia femina, perſeuerantes ſecundæ monitioni non paruerint, non tantum fructus oēs, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur, ſed ēt a beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad ordinarius, etiam vti ſedis Apoſtolicæ delegatus, arbitrabitur, ſuſpendantur.

12 Et *Quarto*, ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas nō expellant, aut cum iis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionib. ac officiis, & penſionib. quibuſcunq; eccleſiaſticis perpetuo priuentur, atque inhabiles, ac indigni quibuſcunq. honoribus, dignitatib. beneficiis, ac officijs in poſterū reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperiorib. cum ijs ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum.

Quinto, ſi poſtq̄ eas ſemel dimiſerint, ītermiſſū ꝯſortiū repetere, aut hmōi ſcādaloſas ſibi adiūgere auſi fuerit, p̄ter p̄dictas pęnas, excōicationis gladio plectãt. Sexto, et ſi clerici huius criminis rei, bñficia eccleſiaſtica, aut pẽſiones nõ habuerint, iuxta delicti, & cõtumaciæ pſeuerãtiã, et qualitatẽ ab ipſo Epõ carceris pęna, ſuſpẽſione ab ordine, ac inhabilitate ad bñficia obtinenda, alijsq. modis, iuxta ſacros canones puniant.

Septimo, Epiſcopi quoq. quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine nõ abſtinuerũt, & à Synodo Prouinciali admoniti, ſe nõ emendauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi, et ſi perſeuerent, ẽt ad ſanctiſſimũ Romanũ Pontificẽ ab eadem Synodo deferãtur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus erit, in eos animaduertat.

11 *Circa* q̃ conſtitutionem notat Nau. to. 2. conſ. 4. de adul. aliàs conſi. 1. de cohab. cleric. & mulier. in Nouis. quod ea quæ Conciliũ in hoc loco contra clericos concubinarios ſtatuit, ẽt ad ſimplicẽ incontinentiã extenduntur; & nõ ſolũ binas, aut plures acceſſiones ſine actu fornicandi, ſed ẽt vnã cum reali fornicatione, *priuatione tertiæ partis fructuũ*, priuare intendit; maxime cũ Concilium non minus hmõi peccata clericorũ prohibere, & punire voluit, q̃ iura antiqua: vnde cum pp vnam ſolum fornicationem ẽt ſimpliciter iura antiqua clericum deponendum eſſe ſtatuerint, *c. ſacerdos. c. ſi quis clericus. c. presbyter.* diſt. 81. dummodo de crimine conſtaret vel per ſnĩam, vel per confeſſionem propriam, vel per rei euidentiam arg. c. vlt. de cohab. cler. & notat Gloſſa in d. c. presbyter. in verb. *raptus eſt*. à fortiori Tridentinũ vnã realem fornicationẽ (dummodo pdictis modis de crimine conſtat) priuatione tertiæ partis fructuum punire, vnamque acceſſionẽ, & cõuerſationem ſuſpectã & illicitã prohibere, & punire intẽdit, quod intelligendũ eſt, poſtq̃ eam commiſerit admonitione pręmiſſa, vt colligitur ex illis verbis, *Quod ſi a ſuperiorib. moniti, &c.* id quod intelligendũ eſt, ſpecialiter, nõ autem gñaliter, puta per edictum, vt docet Congregatio Card. & facit cle. 1. & ibi Glo. in ver. *Nominatim*. de vita & hone. cler. vbi etiam eadẽ Cõgregatio notat, quod Patroni poſſunt, ſi ad eos ſpectat præſentatio alicuius beneficij per Cõcubinariũ detenti, vel alij laici parochiani pro ſuo intereſſe, puta quia ab eo percipiunt ſacra, illũ accuſare. Quinimmo idem Nau. cõſi. 6. de verb. ſignifi. in Nouis. addit. talem Concubinarium non ſolum tertia parte fructuum, ſed ẽt diſtributionum quotidianarũ priuari, quod tñ limitandum puto iuxta ea quæ in ſimili caſu diximus to. 1. li. 4. c. 6. nu. 11. Atq; vt notat Thomas Zerula in to. 1. prax. epiſc. in verb. Concubinarii. ſufficit ad prędictã pęnã priuationis fructuũ incurrendam vna monitio, quia Conciliũ ſimpliciter loquitur, dicens, *Quod ſi a ſuperioribus moniti, &c.* & quia non proceditur ad cenſuras, nec ad priuationem beneficiorũ, nec ad ſuſpenſionẽ adminiſtrationis, ſed ad tertiã pártem fructuũ, ergo ſatis erit prima monitio. Nec obſtat c. 2. de cohab. cler. & mulier. vbi dicit, *poſt primã, ſcdam, & tertiam admonitionem*, quia ibi agitur de incurrẽda excõmunicatione, & cle. 1. & ibi gl. in verb. *Tertio*. tit. eod. agitur de amiſſione priuilegij clericalis, quę grauiſſimę pęnæ ſunt pręter q̃ quod ibi expreſſio fit trinę monitionis, hic aũt Concilium ſimpliciter loquitur, et proinde ſimpliciter accipi debet.

12 *Præterea* vero pęna hæc ita infligitur, vt clerico concubinario, q ob crimen fructib. ſuorũ beneficiorũ omnib. priuatur, iuxta decretũ Conc. in §. 3. nec fructus aliq relinquendi sũt, ex quib. alimẽta ſuſcipiat, tum qa male meriti egeſtate laborare dẽnt. l. bona fides. ff. depoſiti. tũ qa ſibi imputet, qđ in delicto tã enormi pſeuerare uelit. Hoc tñ ita limitandũ eſſe cenſeo cũ Ignatio Lopez in add. ad pract. crim. c. 79. vt non procedat, qñ clericus egenus eſſet ita vt ſumma laboraret paupertate, nec hr̃et aliunde bona, ex quibus poſſet alimenta pcipere; tũ c. n. iuſtitiæ, & ęquitati congruit vt ei ex dictis fructib. ſubueniatur, qa clerico ſuſpẽſo à bñficio alimenta ex eo miniſtranda ſunt ad vitę ſubſidiũ, ut latius to. 1. theſauri li. 4. c. 6. n. 12. expoſuimus. Tũ quia clerico depoſito prouidetur de neceſſarijs ad uitã. *c. ſtudeat. d.* 50. Tum quia ſemper habenda eſt ratio ne egeat, & cogatur mendicare in ignominiam & opprobrium ordinis ſacerdotalis, *c. Diaconi, d.* 93. Felin. in c. Ex parte. n. 1. de accuſat. & in c. Apoſtolicę. num. 9. de excep. Gl. in c. paſtoralis. §. verum. in verb *ſubtrahuntur*. de appell. & alij quos loco citato recenſuimus.

13 *Eſt* ẽt circa ſuperiora ſumme notandum, q̧ qñ Epi, vel Eccleſiaſtici iudices procedunt ad punitionem cõcubinatus, iuxta Conc. Trident. Seſſ. 25. de refor. c. 14. vel circa viſitationem aut morum correctionẽ, non dẽt eorum ſnĩa retardari prętextu appellationis, vel inhibitionis, ſeu quærelæ ad ſedẽ Apoſtolicam delatę, vt ex d. c. 14. & Seſſ. 24. de refor. c. 10. conſtat. Quæ decreta ſingulariter interpretanda ſunt, vt notat Lopez vbi ſup. vt procedant, qñ iudex ſuperior, nõ iuſtificata appellatione, nec viſis actis pceſſus, inferiorẽ inhibere cõtendit. Sed ſi poſtq̃ appellatio iuſtificata fuerit ex proceſſu, iã ad tribunal appellationis delatæ inhibitio conceſſa fuerit, erit obtemperanda, nec poterit inferior iudex ad ſuæ ſnĩæ executionẽ procedere. Aliter quidem ſuperiorẽ iudicũ auctoritas & ptãs nõ vulgarem iacturã pateretur, dareturq; cã inferiorib. iudicib. vt pro libito iudicarent, & auxilium appellationis multis cauſis nihil proficeret, aliaque incommoda multa ſequerẽtur, quę à mẽte Sacroſancti Concilij prorſus aliena ſunt. Et eadem plane eſt ſnĩa & declaratio Cõgrega. Cardinalium, in d. c. 10. Seſſ. 24. de refor. vt conſtat.

14 *Concubina* porrò clerici ẽt coniugata, ſi modo publica fuerit, pro modo culpę ab eccleſiaſticis iudicib. eſt punięda, vt ſtatutũ eſt in Cõc. Trid. Seſſ. 24. de refor. Matr. c. 8. Et vt notant gl. in c. 2. in verb. *Canonice*. de cohab. cler. & mul. Th. Zerula in praxi Epali par. 1. in verb. Concubinarii. Ignatius Lopez vbi ſup. c. 79. et alii, ſi cõtumax, & perſeuerãs in obedientia fuerit, põt, & debet excommunicari, *arg. c. ſi concubina, de ſent. excom.*

Demum ut notant Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. ſecũdo, Cent. 5. caſu 418. & Ignatius Lopez ut ſup. iudices eccleſiaſtici ſeueri eſſe debent contra hmõi clericos concubinarios, qñquidem non unum, ſed plura ſcelera cõmittunt. Nam primo adulterii crimen perpetrant, cum in ſacrorum ordinū aſſumptione ſuſcipere dñr eccleſiam in ſpōſam, cui implicite ſaltē promittunt continentiam ſeruare. Secundo ſacrilegium cōmittūt, cum Deo dicati, & ſacrati ſint, & per carnalē copulam à Deo ſeparātur. Tertio. committunt crimen ſtupri: Quarto cōmittunt inceſtū. Sic illi immo gl. in l. 2. in verbo. filij. C. de Epiſ. & cler. expreſſe ait mulierē, quę cum clerico in Sacris conſtituto carnale cōmercium habuerit, inceſtum cōmittere, vbi ēt Bal. n. 2. ſcribit, quod cum hoc in facto contigiſſet, ita fuit iudicatum: verior tñ & cōior opinio eſt non eſſe inceſtum, ſed dici poſſe ſacrilegium, & adulterium ſpirituale, vt notāt Abb. in c. vt clericorum. n. 6. de vita & honeſt. cler. Franciſc. Sarmiento. lib. 1. ſelect. interp. cap. 5. nu. 9. & Ignatius Lopez à Salzedo in addit. ad practi. crim. & canon. c. 79. Et de fornicatione hactenus dictum ſit.

De adulterio, & ſatisfactione circa partum adulterinum facienda.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium vnde ſit dictum, & quid ſit.*
2 *Adulterium peccatum mortale, immo in duplici ſpecie peccati conſtituitur.*
Eius grauitas ex pœnis inflictis colligi poteſt. nu. eod.
3 *Contra hanc ſpeciem luxuriæ omnia iura clamant.*
Bruta etiam fęditatem horrent adulterij, ibid.
4 *An peccatum adulterij grauius in viro quā in mulierē.*
5 *Quidnam facere teneatur adultera quæ falſo ſibi ſuppoſuit partum alienum quem maritus ſuum eſſe putat.*
6 *Hoſtienſis in vniuerſum tria docet.*
7 *Adrianus etiam cum Scoto & Richardo tria proponit.*
8 *Ex Iuriſperitis Andreas quid ſenſerit.*
9 *Adultera ex quibus bonis teneatur ſatisfacere defraudatis, & ſi bona non habeat ſufficientia quid agere oporteat.*
10 *Adultera quando non teneatur crimen adulterij manifeſtare, ſed ſufficiat ei contritio & abſoluenda ſit.*
11 *Adultera crimen filio ſuo ſecreto reuelare quando teneatur, & in quo caſu regulariter loquendo non tenetur.*
12 *Dari poteſt caſus egregius in quo adultera cum periculo vitæ crimen detegere tenetur.*
13 *Soluuntur argumenta Adriani ſuperius allata. nu. 7.*
14 *Quando cum non ſit periculum mortis, nec aliud ſit remedium niſi reuelare adulterium ex quo ſequitur infamia propria, id facere tenebitur quando non.*
15 *Modus Alciati & Iuriſtarum ſupra nume. 8. plane inſufficiens.*
16 *Filius illegitimus matri ſuæ de ſua illegitimitate reuelanti fidem regulariter & communiter præſtare non tenetur.*
17 *Obiectio quædam deceptoria eiuſque ſolutio.*
18 *Quidnam facere debeat adultera aut cui reſtitutio facienda, in caſu quo maritus adulterę nullum alium habet filium præter ſpurium.*
19 *Ad quid teneatur adultera quando dubitat an filius ille ſit filius adulteri vel uiri ſui.*
20 *An adulter, qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit, aliquid reſtituere teneatur tum marito, tum legitim hæredi.*
21 *Communis ſententia proponitur.*

1 SEcunda Luxurię ſpecies eſt *adulterium*, qđ vt nomen ipſum ſonat, eſt acceſſus ad alienum thorum, ſeu alterius thori violatio, & ideo adulter dicitur, quaſi ad alter, quia ſcilicet ad alterius thorum accedit. S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 8. Magiſtro 4. diſt. 41. [illegible] Alex. de Ales in ſum. p. 2. q. 146. mēb. 1. de adul. & alijs. Eſt autē adulterium ſiue ſit coniugati cum ſoluta, ſiue econtra coniugatæ cum ſoluto, ſiue cōiugatæ cum coniugato. Et quidē in hac re pares ſunt viri & vxores adeo vt non liceat vni thorum alterius violare; Hinc Innoc. Papa ait, *chriſtiana religio adulterium in utroq; ſexu pari ratione condemnat.* & habetur *can. chriſtiana.* 32. q. 5. Et S. Ambroſius lib. 1. de Patriarchis ca. 4. & refertur in *c. Nemo.* 32. q. 4. ait. *Nemo putet viro licere, quod mulieri non licet, eadem a uiro, quæ ab uxore debetur caſtimonia. & can. Apud nos.* 32. q. 5. Et S. Auguſtinus ſermo. 46. de verbis Dñi, vt refertur *in can. ſi ducturi eſtis.* 32. q. 6. ait. *Si ducturi eſtis uxores*, ſeruate vos vxorib. veſtris, quales vultis eas inuenire, tales, & ipſe inueniant vos. Quis iuuenis eſt qui non caſtam velit ducere vxorē? & ſi accepturus eſt virginem, quis nō intactum deſideret? intactā quæris? intactus eſto. Puram quæris? purus eſto; Non enim illa pōt, & tu non potes. & *can. Non mœchaberis.* 32. q. 6. & ff. de adult. ad leg. Iul. ait Imperator, *Iniquum eſt ut maritus pudicitiam ab uxore exigat, quam ipſe illi non exhibeat*, vñ vt refert Ariſt. li. 2. c. 3. œconom. Vlyſſes maximum malum, & ſupplicium arbitratus eſt, ſi malus cum eſſet immortalitatē haberet. Cum .n. Circe multa ei promitteret, ſi cum nympha Calypſo coire vellet, noluit tñ Vlyſſes vlla rōne conſentire vt fidē erga vxorem Penelopem ſeruaret pro quib. eadē ab illa reportabat; ipſa namq; 20. annis Vlyſſis reditum præſtolata, caſte vixit. Contra vero quia Agamēnon cū Briſeide fidē thori violaret, violauit quoq; eidem Clytēneſtra. Nec minorē à Chriſtianis laudē S. Ludouicus, q̃ à Gentilibus Vlyſſes meretur, qui cum à medicis abſente regina monitus eſſet, vt ſi ſanitatem recuperare vellet, cum ancilla quadam pulcherrima, quam præparauerāt, coiret, in hæc verba reſpōdit, *malle ſe mori, quam fidem ſuæ-con thorali violare, & tale ſcandalum & exemplum ſubditis ſuis exhibere.*

Eſt autem mortale peccatū ſic fidē datā alteri violare, cū adulterando fidem & caſtitatē coniugalem violet. Sic. n. diuidendo carnem ſuam, iniuriam non mediocrem ſacramēto incarnationis facit, ſi quidē matrimonij ſacramētum vnionē naturæ diuinæ cū humana ſignificat, Epheſ. 5. q̃ inſeparabilis oīno eſt. Immo in duplici ſpecie peccatum collocatur, luxuriæ. ſ. & iniuſtitiæ propter iniuriā quæ alteri coniugi fit; grauius aūt tunc eſt, cū coniugatus ad coniugatam accedit, quandoquidē tunc temporis iniuria fit tam propriæ vxori, quam etiā viro adulteræ. Vt enim 1. Cor. 7. dicitur, *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir, & uir poteſtatem ſ*

cor-

rporis, non hēt, ſed mulier, ac proinde cū alijs perſonis ſe coniungere ſine iniuſtitia nō poſſunt. Huius peccati grauitas ex pęnis inflictis manifeſta eſt, tales nāq; cōburi, & lapidari ſolebāt, Gen. 38. Leui. 20. Deut. 21. Io. 8. & pctm̄ hoc aqua amaritudinis probari voluit Deus, nu. 5. ob huius ēt criminis grauitatem 23. millia vna die ceciderunt. Nu. 25. & 1. Cor. 10. & 25. millia de tribu Beniamin ob violationē vxoris Leuitæ occidebantur. Iudic. 19. & 20. Et vſq; ad 8000. Gallorū promiſcui Sexus cęſa ſunt in Sicilia ob adulteriū ex Sabell. Aenead. 4. Sapiens aūt peccatū hoc cum furto comparans, Prouerb. 6. ait. *Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim vt eſurientem impleat animā, qui aūt adulter eſt propter cordis inopiam perdet animam ſuam, turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictę nec acquiſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Et Sap. 3. *Filij adulterorum in conſūmatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.* Heb. 13. *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.* Si quis aūt ſpecifice magis criminis huius enormitatē intelligere velit, & qūo ſit de grauioribus peccatis, quæ in proximum committuntur, legat Dionyſium Carthuſianū in opuſculo de conuerſione peccatoris, ar. 5. vbi materiā hanc late diſputat Idemq; Doctores profitentur in c. *At ſi clerici. §. de adult. de iudic.* vbi Bal. ait, adulterium crimen eſt infeſtū laicis & bonis viris, honorem matrimonij turbat, & famam liberorum, in qua decus gentiū conſiſtit. Bar. ēt in Rub. ff. de adult. ait, crimen hoc pter læſæ maieſtatis eſſe maximum. In hanc ſnīam eſt illud Euphonis apud Stobeum. c. 6. Non eſt adultero maius vllū malū. Cui ſimile eſt illud c. quid oīb. 32. q. 7. vbi dicitur, Quid in omnib. peccatis adulterio eſt grauius? & S. Chryſ. Homil. 62. in Io. ait, adulteriū grauius eſſe idololatria. Huic vitio maxime iraſcitur Deus, vt conſtat ex Lactantio in libro cui titulus eſt, de ira Dei, c. 22. ob hoc vitiū nonnunquā accidūt maritorū cædes, vt conſtat de Vria. 2. Reg. 11. nonnunquā occiduntur ipſi adulteri in crimine deprehenſi, vt contingit in Rodoaldo Longobardorū Rege, q in libidine deprehenſus cū matrona interfectus eſt, vt Paulus Diaconus teſtatur.

3 *Porro* contra hoc vitiū omnia iura clamant, nullum enim fere genus hominū eſt, aut fuit, qđ nō ſeuere in adulteros aīaduertit, pręter Indos Garamantides, quorum cōcubitus promiſcui ſunt. Lege enim Hebræorū vltimo ſupplicio, & lapidib. obruebantur. Leu. 20. Io. 8 Solonis quoq; lege deprehenſum adulterum impune occidi poſſe cautū eſt. Rauiſ. in Epith. de adulter. Idē in legib. 12. tabularum continetur, *Adulterij conuictam vir & cognati vti volent necanto.* Zaleuci lege ſtatutū eſt Locris vtrumq; adulterū oculis priuari, quā legem cū filius violaſſet, alterū ſibi, alterū filio oculū eruit. Apud Arabes minus delictū fuit matre couti, quā adulterari, huic enim vltimū ſupplicium imminebat. Lege quoq; Romanorū capitis pęna primū irrogata eſt ab Aug. C. ad leg. Iul. de adul. & ff. ti. e. Apud Aegyptios mulier adulterij dānata, naſo mutilabat̄. Germani adulterā nudā abſciſſis crinib. domo expellebant publice per vicos eā verberātes. Sed qd proſequor leges humanas? Bruta ipſa fędū putant adulteriū; Leo etenim ſi Pardi coitum ſenſerit in Leæna, ſuppliciū de ea ſumit vſq; ad necē, propterea Leæna fętorē in flumine abluit, aut adultero comite procul fugit. Plin. li. 8. c. 16. Et lege canonica laici adulteri per eccleſiaſticū iudicē excōicari poſſunt. arg. c. Intelligimus, & ibi notāt Doctores, de adult. immo ēt in Monaſteriū detrudi poſſunt ſi ſint Clerici, & ſuſpendi, aut ēt deponi, quāuis benignius eſt vt ſuſpēdantur ab officio & beneficio, de qua re vide Cōc. Trid. Seſſ. 25. de refor. c. 14. Io. Bernar. Diaz in pract. crim. c. 79. & Ignatius Lopez a Salzedo in eundē. ca. 85. Simonē Maiolū lib. 5. de Irregul. c. 38. Ioannē Benedictū in ſumma de peccatis, li. 2. c. 6. & Sūmiſtas in verb. adulterium. His ita in cōi de peccato adulterij, eiuſq; grauitate, & pęnis breuiter expoſitis, dubia quædam diſſoluēda ſunt.

4 PRIMVM DVBIVM eſt, an pctm̄ adulterij grauius in viro ſit, q̄ in muliere? Et intelligitur difficultas qn̄ vterque eſt coniugatus. De qua re tractant Richar. 4. diſt. 35. ar. 1. q. 4. Palud. eadem diſt. q. 1. ar. 5. concl. 3. 4. & 5. Gabr. ibid. q. 1. art. 3. dub. 2. qui citat ēt Robertū Holcoth lectio. 66. in Sapient. Caie. 2. 2. q. 154. art. 8. Nau. in Manuali. c. 16. nu. 23. Syl. verb. luxuria q. 3. verſ. Tertium. Tabiena verb. adulteriū in prin. Ludo. Lopez. p. 1. inſtruct. conſcient. c. 79. Ioā. Benedictus in ſum. de peccatis, lib 2. c. 6. num. 12. & Glo. in l. illud. C. ad leg. Iuliam. de adult. & alij. Qui omnes docent.

Primo vtroſq; æqualiter peccare cōtra bonū fidei, & bonum ſacramenti, quia æqualiter tenentur ambo ſeruare fidem alteri datam.

Secundo, Ceteris paribus, adulterium viri grauius peccatum eſt quā adulteriū vxoris adulteræ, quia vir vt plurimū maiori viget vſu rationis, & melius reſiſtere poteſt, & vxorē ſuā virtute vincere, exēploq; ſuo regere debet, vnde S. Aug. lib. 2. de adulter. coniug. c. 8. & refertur in *cap. Indignantur 32. quæſt. 6.* ait, *Indignantur mariti ſi audiant adulteros viros pendere,* id eſt, ſuſtinere, *ſimiles adulteris feminis pęnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere; & exemplo regere feminas.* Et in capit. *Non mœchaberis.* ead. quæſt. & cau. ex S. Auguſt. in lib. de decem chordis. dicitur: T*u ab vxore hoc exigis, & non vis hoc reddere vxori?* hoc eſt, vt ad aliquam aliam non eas pręter vxorem tuā. *Et cū debeas in virtute præcedere vxorem tuam (qm̄ caſtitas virtus eſt) & tu ſub vno impetu libidinis cadis, & uis uxorem tuam uictricem eſſe, & tu uictus iaces? Et cum tu caput uxoris ſis, præcedit te ad Deum cuius caput es, vis domum tuam capite deorſum pendere? caput enim mulieris vir eſt, vbi autem melius viuit mulier, quam vir, capita deorſum pendet domus. Si caput eſt vir, melius debet viuere quam mulier, & precedere in omnibus bonis factis vxorem ſuam.*

Tertio, penſatis omnib. circunſtātijs grauius eſt peccatū vxoris adulterę, tum qa facit prolem de ſuo patre incertā, tum qa maius ſcādalum generat, quia maiorem infamiam tam ſibi, bi,quam marito,& filijs,ac alijs de cognatione iūxi;tū quia maiora dāna exinde conſeq ſolēt, vt conſtat,cū exinde ſuccedāt filij illegitimi in bonis paternis, & legitimi hęredes bonis illis priuantur, ob quæ oīa ſimpliciter dicendū eſt mulierē adulterā plus peccare. Vnde ēt Caietanus vbi ſupra docet longe magis eſſe cōtra naturalē zelū ne coniugata adulteret,quā ne cōiugatus coeat cū altera, quia olim qn̄ mos iſte erat,peccatum non erat coniugatū coire cū ſoluta,vt patet in Patriarchis:at vero ſēper illicitū fuit coniugatam cum ſoluto coire, vt cōſtat.

SECVNDVM DVBIVM eſt,quidnā facere teneatur mulier adultera,q̄ falſo ſibi ſuppoſuit partum alienū,vel ex adulterio cōcepit,& maritus filiū ſuū eſſe putat, adeo vt nōnunquā talis ſpurius ſuccedat in primogenitura,& hæreditate,& legitimus exinde dānū maximū patit̄? Dubiū graue in hoc caſu eſt, an talis adultera teneat̄ ſe infamare, ne filius ſpurius ſuccedat, tollaturque primogenitura ab eo, qui reuera eſt primogenitus patris? De qua re tractant Theologi in 4.diſt. 15. & Canoniſtæ in c.off.de pęn.& remiſ.Quia vero diſſentiētes inter ſe ſūt Doctores,primo illorū opiniones referā ſecundo,qd verius mihi appareat,breuiter exponam.

Scotus in 4.diſt.15.q.2.ante finē, litera. ll.ait, adulterā quantum in ſe eſt,laborare debere, vt hæreditas reddatur vero hæredi, citra tn̄ periculum diffamationis, ita, ſ.vt reuelet hoc filio ſpurio ſi videat eum ſpiritualem, & timentem Deum,& poteſt tunc & hoc dicere vel per ſeipſam vel per aliam perſonam puta confeſſorem aut alium virum bonum & fidelem,& conſulere ei vt dimittat hæreditātem, & intret religionem,vel vt ſit clericus, & recipiat beneficia eccleſiaſtica,& his quaſi contentus hæreditatem dimittat alij fratri laico remanenti.

Sin autem videt filium indeuotū, nec perſuaſibilem,tunc non dēt ſe diffamationi exponere, & peccatū ſuū illi manifeſtare. Immo vero cū plerumq; homines ita amantes ſint rerū terrenarū,vt nolint res illas dimittere, quas poſſunt iure exteriori tenere,quamuis non item in foro conſcientiæ,& forte ex dicto matris filius tenacius teneret,concipiens diffamationem ſui, qa .ſ.per illam dimiſſionem notaretur ſpurius,quā notā multum cauēt male nati, tunc niſi multū prius experta fuiſſet voluntatē filij ſui, non dēt mulier ſe exponere certo periculo diffamationis apud filiū ſuum pp incertam correctionem filij,ſed alio modo laborare debet,vt fiat reſtitutio vero hæredi,non quidē ſcd̄m æquiualens totius hæreditatis, ſed ſecūdum correſpondentiā iuſtitiæ,quia multū intereſt inter habere,& prope eſſe, iſte aūt qui eſt verus hæres, licet fuerit prope ſecundū iuſtitiam, nunquam tn̄ habuit hęreditatem, ideoq; minus q̄ equiualens hæreditati ſufficit pro reſtitutione, qđ minus ad arbitriū boni viri determinabitur. Addit tertio nō teneri adulterā reuelare hoc marito, qa vt plurimū incurreret exinde periculū mortis.aut ſaltē eā odio perpetuo haberet maritus,& a ſe, & ab actu cōiugij expelleret, & diſcordię & rixæ multę ſequerent̄. Similia prorſus docet Rich.4. diſ.15.ar.5.q.4.ad 9. Qui addit nō excuſari mulierē, quin nō obſtāte quod maritus eā occideret,ſi crimen ſciret,& qđ ſpurius non credet ei, teneatur ad reſtitutionem poſt mortē viri. Sed neque Scotus, neque Richardus explicat,quomodo facere poſſit talem reſtitutionem.

Hoſtienſis in Summa.li. 5.ti.de pęn.& remiſ. Innoc.& Pan.in c.off.de pęn. & remiſ. Syluest.in verb.adulteriū.q. 1.tria in vniuerſum docere videntur. Primū eſt,qđ vbi nullum eſt in reuelando periculū,puta quia maritus non ægre ferret (ſunt.n.quidam viri qui ſuſtinent ſcientes adulterium vxorū,& aliqui cōſentiunt, quia nō poſſunt proprios habere filios) probabiliter credit, qđ maritus ei crederet,tūc reuelare tenetur. Secundum eſt,ſi probabiliter putat qđ ei non crederetur, ſ. aut a marito, aut a filio ſpurio, nec habet probationes prōptas,tacere dēt, & ſufficit ei pœnitere,ne reuelando potius ſcādalū, q̄ veritatē inducat. Tertiū eſt, ſi hēt ꝓbationes in prōptu,& veriſimiliter crederetur ei,ſed ſubeſt periculum mortis in reuelando, tacere dēt, qa tacendo eſt ſolū periculum rerum, ſed in reuelando eſt periculum animarum, & corporum.

Adrianus Papa VI. in 4.ſen.de reſt.q.1.§.*difficultas igitur.* & §.*ſed reſtant.* cum Scoto & Richardo docet.

Primo,quod ſi mulier habet in proprijs vnde poſſit reſtituere hæredibus, aut alijs per eam defraudatis, tenetur reſarcire quantum læſit,ſub compenſatione tamen ad arbitrium boni viri quantum diſtat inter habere, & prope eſſe.

Secundo ſi non hēt in proprijs, nec procurare pōt ab alijs vnde reſtituat, tunc ſi probare poteſt partū ſuppoſitum, aut prolem conceptā de adulterio, aut veriſimiliter creditur ei, tūc tenetur procurare per ſe, vel interpoſitā perſonā a marito,vel alijs ad quos ꝑueniſſet hæreditas, remiſſionē tantæ ſummę,in quanta defraudauit, aut ſeipſam diffamando peccatū detegere, tenetur enim quicquid pōt facere ad indemnitatē eorum,quos ſuo peccato læſit, & hoc ētſi immineret periculū homicidij, puta, quia maritus ꝓuocatus odio aut indignatione eā occidet, aut alium quē ſuſpicatus fuerit cum ea cōcubuiſſe. Ratio eſt, quia quę ad veritatē vitæ pertinent, id eſt,qa ſunt de neceſſitate ſalutis,& in pręcepto naturali,aut diuino,quale eſt reſtitutio alieni pp nullum ſcandalum, aut damnum & periculum,dimittenda ſunt. Non.n.poteſt mulier famæ ſuæ conſulere tacendo ſuum peccatū cū dāno alterius. Confirmari poteſt,quia tabellio, qui fecit falſum teſtamentū & inſtrumentū, & teſtis qui falſum teſtimoniū protulit,aut iudex, qui falſum tulit iudicium, & effecerūt vt aliqua bona iniuſte a vero domino ablata ſint, ſeipſos prodere tenentur etiam vbi ſubeunda foret capitalis ſententia,quando alia via damna illata reficere nequeant.

Tertio addit in articulo mortis teneri matrē filio ſpurio indicare qđ cōceptus ſit de adulterio vt hæreditatē patris putatiui non adeat, & hoc ētſi dubia ſit,an filius ei credere vellet, necne, & in hoc tertio dicto conuenit ēt Palud. 4. diſt. 27.q.2.artic.1.concl. 3. Ratio eſt, quia tenetur facere quicquid pōt ad indēnitatē eorũ quos læſit, fieri.n.poteſt quod filius (licet inquiunt, nō teneatur) fortaſſis ei credat. Dāt ſimile, ſicut prædicator tenetur impio indicare impietatem ſuam, ētſi ille nō ſemper acquieſcat, alioqn ſanguinem eius requiret dn̄s de manu eius. Et quia is qui cũ pluribus alijs infamauit innoxiũ, tenetur ſe retractare, quãuis alijs in ſua ſn̄ia perſiſtentibus nouerit ſibi minime fidem habendã. Quinimmo Adrianus ait fieri nō poſſe moraliter loquendo, q̄n filius tunc tp̄is credat matri, aut ſaltē maneat dubius ea dubitatione q̄ ſufficit ad malã fidē, ac proinde conſcientia motus reſtituat vero & legitimo hæredi. Negat tn̄ Paludanus vbi ſup. concluſ. 4. teneri mulierē in tali mortis articulo id indicare marito, q̄a ſi cōualeſceret haberet eam exoſam, vt accidit de quadam quæ cum hoc reuelaſſet ad conſilium curati, odio habuit eam ſemper.

Ex iuriſperitis And. Alciatus li.3. de præſum. 8 *27.præſũ.* & idē li.9. Parerg. c.12. vt refert Cou. in Reg. Peccatũ. par.1. §.1. n.6. docet talē matrē quæ nec hēt bona ꝓpria, vn̄ reficiat veris hæredib. nec ei credit filius, debere illos ſecreto vocare & dicere, iã noſtis me morti appropinquare, & filij mei vnus veſtrum natus eſt ex adulterio, & iō bona mei mariti detinet indebite; ego vero priuſq̄ ex hac vita migrē, ne moriar ī hoc peccato, eũ vobis nuncupare intendo, niſi vos inuicē remiſeritis oē ius qđ habet alter aduerſus alterũ, nō poteſtis ſaluari, vn̄ putat hac ſola via & conuentione, cũ vnuſquiſq; de ſe dubitare incipiet, remittendo ſibi inuicē ius, ſpurius nihil retinebit alienũ. Huius ēt modi meminit Io. Maior. in 4. diſt. 15. q. 17. Hęc ea fere ſunt q̄ antiquiores Theologi & Canoniſtæ de hoc dubio tradiderũt, qđ ēt recentiores authores paulo diligētius explicarũt, vt Caiet. to. 1. opuſc. tracta. 31. Reſponſ. 14. dub. 2. Ioan. Medina. C. de reſtit. q. 3. cauſa 4. Sot. lib. 4. de iuſt q. 7. ar. 2. ante *fi. Alphonſ.* à Caſt. li. 2. de ptāte legis pęnal. c. 11. Nauar. in Man. c. 16. n. 44. & deinceps. Bar. Medina li. 1. inſtr. cōfeſ. c. 14. §. 18 Mart. Ledeſ. 2..4q. 18. ar. 2. dub. 6. Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. dub. 9. n. 408. & li. 3. c. 1. par. 2. dub. 21. n. 151. & ſeq. Michael Salō 2. 2. q 62. ar. 6. cōtrouer. 8. Pet. de Arrag. ibid. Lud. Lopez part. 1. inſtruct. conſcien. c. 88 & ſeqq. Toletus in ſum. li. 5. c. 11 Ioan. Benedictus in ſum. de peccatis. li. 2. c. 6. & Emanuel Sà in Aphoriſmis. in verb. adulteriũ, ex quib. quid mihi verius, & rationi cōformius videtur breuiter ſequentibus dictis exponam.

9 *Primum eſt*, qn̄ adultera habet aliqua bona ꝓpria libera, ſeu paraphernalia, (hoc eſt, vt vox ipſa ſonat, bona q̄ vltra dotē pro onere matrimonij hēt, ff. de iure do l. ſi ego. §. dotis. Qualia ēt ſunt legata, & ſucceſſiones hæreditariæ, & alia donata quę obueniunt vltra contractũ matrimonij) quę poſſit ꝓ ſuo arbitrio diſtribuere, & ex quib. ſufficienter damnũ reficere queat, nō tenetur ſe prodere, ſed ſufficit, & tenet̄ de hmōdi bonis defraudatis ſatiſfacere. Et in hoc conueniunt omnes tum antiqui, tum recentiores authores allati. Ratio eſt, q̄a tenetur quantũ pōt commode famã ſuã conſeruare, quam hoc modo ſatis bene cuſtodit; Et q̄a hac via ſufficienter reficit dãnum, reſtituendo bona eiuſdē generis, immo ad id tenetur in hoc caſu, q̄a quando reſtitutio commode fieri poteſt, in eodem genere boni, non ſunt exponenda alia, quæ ſuperioris ordinis ſunt.

Secundum eſt, ſi nulla talia bona habet, aut habet, ſed inſufficientia, tunc prudenter & caute abſq; ſui infamia, filium ſpuriũ quantũ pōt inducere curet, vt vitã eccleſiaſticã ſuſcipiat, aut religionē ingrediatur, quatenus hac rōne hęreditas ad legitimũ deueniat, ſic Scot. Adrian. Io. Medina, Nauar. Alphonſus a Caſtr. Petrus de Arragon. vbi ſup. vbi hi tres poſteriores Nau. Caſt. & Arragon. recte notant, inducere debere, vt intret religionē hr̄editatis incapacē, (qualis hodie eſt ſola Religio S. Frãciſci Capucinorũ, & eorũ, qui Minorũ de obſeruãtia vocãtur ex Cōcil. Trid. ſeſ. 25. de Reg. c. 3.) alias nō euitatur dãnũ magis q̄ ſi manſiſſet in ſeculo, q̄a in alijs religionib. monaſteriũ ſuccedit in hæreditate, q̄ ad monachũ iure cōtingere poſſet. Aut ſi nullã iſtarũ ingredi voluerit, ſed aliã, tunc vt euitetur oē damnũ poſt ingreſſum iuxta Cōcilij Trident. formã ſeſſ. 25. de Regul. c. 16. hæreditatem ſuã in legitimos renũtiat, alioqn.n. nihil prodeſſet huic propoſito ingreſſus ille cum monaſteriũ hæreditatem illi obuenientē adire poſſet, arg. c. in præſentia de probat. Et quãuis Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 2. ad ſecundũ putet, non teneri mulierē ad hunc ingreſſum religionis perſuadendũ de iuſtitia, probabilius tn̄ eſt, vt notant Corduba lib. 1. ſui quæſtionarij. q. 31. & Pet. de Arragon. 2. 2. q. 62. art. 6. ad id teneri ex iuſtitia. Nã ex iuſtitia obligatur facere quãtũ poterit, vt legitimi hæredes indēnes fiãt, ſiue ꝑ hũc, ſiue ꝑ aliũ modũ, vt oēs cōiter affirmãt.

10 *Tertium eſt*, qn̄ non habet bona propria quibus dãnum recōpenſet, nec filio ſpurio ingreſſum religionis ad modũ quo diximus perſuadere valet, tũc ſi probabiliter iudicat, aut dubitet mulier, qđ ſi manifeſtet erratũ ſuũ, nihil profutura ſit, puta quia nec filius, nec maritus credent ei, & ſic in effectu nulla ſequetur reſtitutio, non tenetur crimē, & adulteriũ ſuũ manifeſtare, ſed ſufficit ei cōtritio de pc̄tō, & abſoluēda eſt. Sic oēs Doctores quos citauimus, exceptis Paludano, & Adriano, q̄ duo volunt teneri ad reuelandum illud filio, ētſi nulla ſit ſpes remedij, exēplo prędicatoris, qui tenetur dicere verũ, ētſi ſciat nihil profecturum, & exēplo illius, qui ſimul cum alijs proximum infamauit qui tenetur ſuam ſn̄iam retractare, ētſi certo ſciat, qđ non credetur, quia ſtabunt homines magis dictis aliorum, qui ſimul cum ipſo proximum infamarunt, q̄ ſuo. Ceterum probatur noſtrum dictum, quia ratio mediorũ deſumēda eſt ex fine, cũ igitur tota rō propalandi ſuũ adulteriũ ſit, vt dicto ſuo impediat ne hæreditas legitimi deueniat ad ſpuriũ, ceſſãte tali ſpe, & fine, non dēt ſeipſam prodere, eſſet.n. tum opus vanum, tum ēt nociuum, cum exinde plurimum dãni conſequi poſſet. Diſpar autem eſt rō de muliere in hoc caſu, & de prædicatore, tum quia prædicator nō ſolum dicere tenetur,

veritatem, vt credentib. proficiat, ſed ēt vt iuſtitia diuina magis, magiſq; iuſtificetur cōtra peccatores, vnde non ſolum loqui tenetur qñ eſt ſpes emendæ, ſed ēt quando certo ſcit ſe nihil profuturū, tum qa auditores tenentur credere prædicatori, qđ ſi non credant, nullum exinde incōmodū ſequitur prædicatori: At vero adultera pro nullo alio fine tenetur crimen ſuū prodere niſi vt fiat reſtitutio dānificatis, quo fine ceſſante, ceſſat ſimiliter obligatio crimē detegēdi; Deinde ēt vt infra dicemus, filius nō tenetur credere matri, & ipſa e cōtra reuelādo exponit ſe periculo ſaltē infamię. De illo aūt, qui ſimul cum alijs proximū infamauit, dicendum eſt, vel non teneri ad retractandam ſnīam, qñ nulla eſt ſpes proficiēdi, vt vult Petrus de Arragon. 2. 2. q. 62. ar. 6. vel vt docēt Alphonſus a Caſtro li. 2. de ptāte leg. pęnal. c. 11. Io. Medina C. de reſt. q. 3. ca. 4. Michael Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6. cōtrouerſia. 8. concl. 3. ad 6. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. 6. concl. 3. Pan. & Inno. in c. off. de pęnit. & remiſ. tenetur cū propria ſua infamia dictū reuocare, quia q̄ ſe infamat reuocādo dictū ſuum vt alteri famā reſtituat q̃ ab eo abſtulit, non infert ſibi maius dānū, q̃ valet res q̃ alteri reddit, ſed tm̄ ſolummodo, & in eodē genere ꝑdit, quantū, & in quo alteri reddit. Nihil. n. aliud illi reddit, niſi famam, q̃ ſolam ipſe amittit. Et iō ſiue ſperet alios credituros, ſiue nō, obligatur famā illi reſtituere, & ꝓ illa quantū potuerit laborare. Quod ſi alios in ſua ſnīa perſiſtere videret, cōfidere dēt illos ſuo exēplo motos aliquando ēt ſententiam retractaturos, & ſic ipſe facit, quod pōt, & ad quod tenetur. Mulier aūt adultera ſuum peccatum reuelādo ſine ſpe proficiendi, multo maius ſibi damnum infert, quam vere valeat hęreditas cōmuniter quam filius ſpurius recipere, aut retinere pōt.

11 *Quartum eſt*, qñ certitudine morali, & prudēter videret ſe profuturam, admonendo ſecreto filium ſpuriū, & illum crediturum, vſurumq; conſilio, & admonitione ipſius, abſq; eo qđ ſequeretur ſcandalū, aut alia infamia q̃ apud ſolū filiū, tunc tenebitur crimen ſuum ſecreto reuelare filio. Sic omnes Doctores cōmuniter, Ratio eſt, quia maius bonum eſt, vt hæreditas illa ad legitimos deueniat, quam ſit malum illa exigua infamia, & ſecreta apud filium, & ideo eā ſubire tenetur pro maiori bono alterius.

Quintum eſt, ſi mulier probabiliter ſperat ſe ꝓfuturam, & qđ reſtitutio fiet cum effectu, puta quia dabit certa indicia vt illi credatur, ſi tñ ex altera parte eſt certa moraliter, quod maritus eā occidet, vel filium ſpuriū, vel adulterū, aut qđ ſequentur alia multa ſcādala, & inimicitię, non tenetur *regulariter* loquendo ſuū crimen reuelare, nec ſeipſam prodere. Sic oēs antiqui, & recētiores Doctores, quos citauimus, ꝑter Adr. qui vniuerſaliter affirmat talē adulterā teneri crimen ſuū manifeſtare, ēt cum ſuæ, & aliorū vitæ periculo. Tum pp argumenta ſuperius allata qñ eius ſententiam recenſuimus: tum quia adultera non concurrit poſitiue ad illa ſcādala, quæ ex ſua manifeſtatione ſequuntur, ſed tm̄ permiſſiue, ad iniuſtam aūt lęſionē mariti, & hæredum concurrit poſitiue. Ergo tenetur prouidere potius ne damnum illud ſequatur, q̄ ne ſcandala & peccata illa eueniant. Ceterū probatur aſſertio noſtra, Primo, ex c. *officij. de pęnit. & remiſ.* vbi Innocent. Papa III. dicit, non eſſe negādam pęnitentiā mulieri adulterę, aut ſupponēti marito filium alienum ētſi pp metum mariti nolit reuelare crimen ſuū. Quod cōiter Doctores intelligendum eſſe dicunt ſaltem qñ eſt periculū vitæ. Ex qua ſūmi Pontificis reſponſione manifeſte concluditur contra Adrianū non teneri mulierē in hoc caſu ſe ꝓdere. Quia nemo eſt abſoluendus niſi id faciat, ad qđ tenetur in conſcientia; ſed mulier iſta adultera abſoluēda eſt, etiamſi nolit crimen ſuuū marito detegere. ergo non tenetur cū periculo vitæ ſe prodere.

Secundo, ex duob. malis, minus malū eligendum eſt ex Cōcilio Toletano, & habetur in c. *duo mala.* & ca. *nerui teſticulorum. diſt.* 13. Sed mulier q̄ ex adulterio concepit, & peperit hac neceſſitate cōſtringitur, vt quocunq; ſe vertat, in alterum duorum malorum incidat: tacendo n. cā eſt quod legitimus hæreditate priuetur: reuelando aūt periculum mortis incurrit; ſed minus malum eſt, quod nō fiat reſtitutio bonorū temporalium, q̃ vitam propriam amittere, aut qđ tot ſcandala ſequātur, Ergo illud potius eligendum eſt. Sicut. n. vita corporalis multo melior eſt diuitijs: ita mors maius malum eſt q̃ amiſſio diuitiarū. Cum igitur obligandus non ſit quiſpiā reſtituere aliquid cū maiori detrimēto q̃ intulit, maius autem damnum notabiliter pateretur in hoc caſu mulier, q̃ alteri intulit; non tenebitur prodendo crimen ſuum, reſtitutionē procurare cū probabili mortis periculo.

12 *Dixi* aūt hoc verum eſſe *regulariter* loquendo qa Sotus li. 4. de iuſt. q. 7. art. 2. Couar. in regul. Peccatum. par. 1. §. 1. n. 6. in fi. Ant. de Corduba. in ſuo quęſtion. li. 1. q. 31. Michael Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. controuerſia. 8. ante concl. 1. & concluſ. 2. in fi. Pet. de Arrag. ibid. Lud. Lopez part. 1. inſtruc. cōſcien. c. 88. & c. 116. concl. 5. & Toletus in ſum. lib. 5. c. 11. docent, dari poſſe egregium, & extraordinariū caſum, in quo tenebitur adultera ſi eſſet profutura cū periculo vitæ crimē detegere, puta qñ Regnū, vel Principatus, aut ꝑclariſſima domus ſilente adultera ad ſpuriū & adulterinū trāſiret. Id qđ verū eſſe poteſt, qñ bonum commune Regni, & Reipubl. vel ſubditorum id exigat, quia, ſ. ſpurius ille malis morib. imbutus eſſet, & ad malū propenſus, econtra vero legitimus hæres animo nobili & Regio gubernaret, & cū vtilitate ciuiū: aut ēt quando pacificaretur regnum, vitarenturq; cędes, & bella q̄ alias ex ſucceſſione adulterini ſuccreſcerent, tunc quidem deberet adultera cū vitæ periculo, & ſpe proficiendi crimē ſuum detegere, quo ſane in caſu non exponit vitam ſuā ꝓ hr̄editate, & bono priuato filij legitimi, ſed pro cōi Regni, vel ꝓuinciæ, aut Ducatus, ad quod quiſq; iure naturę obligari videtur. Alias extra hūc casū, & ſublata neceſſitate boni cōis non tenebitur ſolo titulo dignitatis, & diuitiarum Regina adultera alias boni nominis, nullaq; laborans infamia, cū vitę periculo crimen

men detegere, cũ vita Reginę, Duciſſę, aut mulieris nobilis cuiuis hæreditati prę́ſtet, vt Medina, Lopez, & Petrus Nau. vbi ſup. teſtantur.

Ad argumenta vero Adriani facilis eſt Reſpõſio: Ad primum. n. reſpondetur, Reſtitutionem eſſe de neceſſitate ſalutis, & in p̃cepto, ſed affirmatiuo, quod nõ obligat pro ſp, ſed cum debito mõ, ordine, & circũſtãtijs requiſitis, quę ſecundũ rectam rõnem cõcurrere debẽt ad hoc, vt eius præceptũ ſit obligatoriũ, & Dñs ſit rationabiliter inuitus. Eſt aũt contra rectã rationem vt quis reſtituere obligatur, qñ multo magis aliunde ſeipſum lædit pro tali reſtitutione facienda, q̃ valeat res ipſa q̃ reſtitui debet: Sicut in præſenti caſu plus valet vita adulteræ, q̃ hæreditas quæ ex reuelatione criminis ad legitimũ perueniret. Neq; is qui pro tali dãno euitãdo rẽ alienã poſſidet, dicẽdus erit tenere illam inuito dño, quia licet dominus actu nolit rem ſuam ab *illo* retineri, tñ iuxta rectam rationẽ, & *volunta*tem debitam, velle deberet illã retineri *ab illo* qñquidem iuxta rectæ rationis iudicium Dominus velle dẽt, vt cũ tam graui damno, quale eſt mortis periculũ, hæreditas ſibi nõ reſtituatur. Sicut petẽs enſem ſuũ ab alio cuſtoditum obligatur velle, vt non ſibi a cuſtode ad percutiendũ innocẽtem reddatur, arg. can. *Ne quis arbitretur. 22. q. 2. & l. bona fides. ff. depoſit.* ex Caſt. & Cou. vbi ſup. Ex quib. conſequitur, nõ eſſe in hoc caſu neceſſariam rei alienæ reſtitutionem præciſe ad ſalutem animæ, nec inconueniens eſſe veritatem hanc ab adultera ob effugiendam necem propriam, ac mariti, & aliorum ſcandalum relinqui, & omitti.

Ad confirmationem vero dicendum eſt iudicẽ, tabellionem, & teſtem, quorũ culpa aliquis in bonis damnũ ſuſcepit, teneri ex proprijs bonis illud reficere: quod ſi in fama dãnum illatũ ſit, tenetur ẽt cum famæ ſuæ dãno illud reſarcire, quia nulla eſt in hmõi reſtitutione inæqualitas, ſed debita æqualitas: ſin aũt culpa illorum innocens ſit in periculo vitæ, ẽt cum vitæ propriæ periculo ſeipſos prodere tenẽtur, & innocentis veritatẽ, & innocentiam aperire, qđ facere poſſunt, vt docẽt Victoria, & Salon vbi ſupra concl. 3. cõſtituẽtes ſe in aliquo loco tuto, mittentesq; literas teſtimoniales cũ oĩb. circũſtãtijs requiſitis, vt plenã fidẽ in iudicio faciãt, quib. & iuſtitiam innocentis teſtentur, & propriã iniquitatem prodant. In caſu namq; ęqualis neceſſitatis ex culpa alicuius prouenientis, tenetur is qui in culpa & cã fuit dãni, damnum illud reſarcire. Ceterũ in caſu noſtro res alio modo ſe habet, cum id quod debetur non niſi bonum temporale eſt, damnum autem quod ex huiuſmodi reſtitutione ſeu criminis reuelatione ſequeretur, longe maius eſt, ſcilicet probabile mortis periculum, vt conſtat, in quo Alphonſus a Caſtro, Ioannes Medina Martin. Ledeſm. & Salon locis allatis conueniunt.

Ad rationem aũt Adriani in hoc dicto allatã, reſpondetur negãdo Antecedens: nã adultera æq; poſitiuè concurrit ſuo modo ad illa ſcãdala, & peccata q̃ ex reuelatione criminis ſequũtur, ac ad damnificationẽ mariti, & hæredum, quia non alio mõ cõcurrit ad illa ſcandala, q̃ detegendo crimẽ, qđ ſi hoc ſatis nõ eſt ad hoc vt dicatur poſitiue cõcurrere ad illa ſcandala, multo minus dicetur cõcurrere poſitiue ad dãnificationẽ mariti, & hæredum, ipſa ſiquidẽ nihil poſitiue ab illis accipit, ſed tñ ſe hẽt negatiue tacendo, & nõ obſtando dãnis. Quod ſi detegẽdo crimẽ ſuũ vere facit, vt legitimus capiat hęreditatẽ, pari rõne cõcurrit ad probabile periculũ occiſionis ſui, qđ non licet; Præterquam quod vt plurimũ non eſt certa, qđ reuelando crimẽ, alterum malũ euitabit, ſ. alieni detẽtionem, nã nec filius ſp tenetur illi credere, vt dicemus, & ex altera parte probabiliter dubitare põt ne ſequatur occiſio ſui, et p̃pea ad vitandã mortem crimen ſuum detegere nõ obligatur. Et in æquali dubio reſtitutionis, & occiſionis, p̃ferenda eſt vita indẽnitati legitimi hæredis.

14 *Sextum eſt*, qñ non eſt periculum mortis, q̃a vel maritus mortuus eſt, vel ſenex, atq; patiẽs, & nullum aliud eſt remedium ad reſtituendũ, niſi reuelare adulterium, ex quo ſequitur propria infamia, manifeſtato aũt ſcelere, credetur ei, & expelletur ſpurius, & legitimus hæres in bonis paternis ſuccedet, tũc q̃uis Adria. in 4. q. 1. de reſtit. & Io. Maior. in 4. diſt. 15. q. 17. ſimpliciter affirment cũ periculo infamiæ debere reuelare; Alij vero vt Caie. to. 1. opuſ. tract. 31. Reſpõſ. 14. dub. 2. & in Sum. ver. adult. Io. Med. C. de reſt. q. 3. ca. 4. Alphõ. a Ca. li. 2. de p̃tate legis pęn. c. 11. S. Ant. p. 2. ti. 1. c. 8. §. 8. in fi. & tit. 2. c. 7. §. 4. Nau. in Man. c. 16. n. 44. verſ. Tertio. abſolute, & ſine limitatione docent ecõtra, qđ cum iactura famę, cũ ſit altioris ordinis, nõ tenetur quis reſarcire damnũ bonorum temporalium. Rectius tñ Sot. lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 2. ad ſecundũ Cou. in reg. Peccatũ. part. 1. de reg. iur. in 6. n. 6. Michael Salon 2. 2. q. 62. ar. 6. controuer. 8. Pet. de Arrag. ibidẽ. Ant. de Corduba li. 1. quæſtion. ſui. q. 31. Lud. Lopez par. 1. inſtr. cõſcien. c. 88. & Toletus in Sum. li. 5. c. 11. & alij tradũt, quod ſi ſecdm viri prudentis iudicium bona, q̃bus legitimi hæredes priuantur, ſunt maioris precij, quam fama eius; quia. ſ. illa non eſt ita nobilis, & illuſtris, vel bonæ famæ, tenetur in conſcientia adultera crimẽ ſuum manifeſtare, vt hæredes talia bona recipiant, dũmodo non hẽat aliũde, quo reſtituat, & nullũ aliud ſeq̃tur incommodum, q̃ propria infamia, & ex reuelatione ſequetur reſtitutio in effectu, ſin aũt bona fortunę, quib. legitimus hæres priuatur, fuerint parua, vel mediocria, aut ẽt ſatis magna, ecõtra vero mulier ſit ita illuſtris, & nobilis, ac bonę famę, vt prudentũ iudicio p̃ſtet fama, & nobilitas hęreditati, non tenebitur cũ infamia ſua reſtitutionẽ facere. Rõ ꝓ prima huius dicti parte eſt, qa licet fama ex genere ſuo ſit quid præſtantius bonis fortunę, tanta tñ poteſt eſſe pecunia, ſeu hæreditas, quod ſecundum arbitriũ boni viri adæquet, vel excedat famã vnius perſonæ inferioris, ſicut licet aurum ex genere ſuo ſit pretioſius argẽto, nihil tñ vetat, quo minus magnũ pondus argenti pręponderet in valore minimo ponderi auri, maxime cũ precium rei ſemper moraliter ſumatur ex vtilitate, q̃a

aſtat

affert in ordine ad vſus humanos, vt conſtat. Immo tanta poterunt eſſe iſta bona fortunę, vt ēt ſint præferenda famæ Regis, vel cuiuſcunq; alterius. Secūda pars cōſtat, qa nemo tenetur reſtitutionē facere cū maiori ſuo dāno notabili, vt v.g. nō tenetur qs reſtituere centū, cū iactura 300. Cum igitur fama, & honor maxime feminæ nobilis, illuſtris, & honeſtæ p̄ſtet diuitijs, & hæreditati viri nobilis in magno exceſſu, nō tenetur mulier illuſtris, & honeſta cum periculo famę facere, vt hr̄editas ad filios legitimos deueniat. Et quidē ceteris paribus, non tenebitur mulier crimē ſuū detegere hoc ſolo fine, ne filius legitimus hr̄editate expolietur; Rō eſt, qa ipſa poſſidet actu famā, legitimus vero nondū poſſidet hæreditatē, & ſicut legitimus hēt ius ad hęreditatē, ita mater ad ſuā famā in re occulta; vbi aūt iura paria ſunt, melior eſt cōditio poſſidentis. Et deniq; qa prudentū iudicio ipſimet filio legitimo p̄ſtat haberi filiū honeſtæ matris in mediocri ſtatu diuitiarū, & dignitatis, quam haberi filiū adulteræ cū magna dignitate, & diuitijs; præſtat. n. eſſe nobilē cum mille aureis, & haberi filiū honeſtę matris, quā eſſe comitē, & haberi filiū adulteræ. Dixi, hoc ſolo fine, *ne legitimus priuetur hæreditate*. qa ſi immineret damnū Regni, aut Ducatus, tunc non agitur de dignitate, aut diuitijs quę ſunt bona tpōralia, ſed de bono cōi, quod non ſolum cuiuis famæ, ſed ēt vitæ præferendum eſt, vt diximus. In qua re maxime iuuare debent conſilium & prudentia boni viri & prudētis cōfeſſarij. Sic igit̄ difficultatē iſtam ſoluendam eſſe puto, adeo vt deciſio illa Sūmi Pontificis in ca. *officij. de pœnit. & remiſſ.* intelligenda ſit, qđ talis adultera abſoluēda ſit, ētſi crimen reuelare nolit, qn̄ aut nihil eſſet reuelando profutura, aut quando ſibi timeret de morte. aut infamia, & caſus non erat egregius, 15 in quo deberet ſe pro hæreditate infamare.

Septimum eſt, modus ille Alciati, & Iuriſtarū de remittendo ſibi inuicē iura, plane inſufficiēs eſt, vt recte Cou. in reg. peccatū. par. 1. §. 1. n. 6. in fi. de regul. iur. in 6. & Michael Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6. controuerſ. 8. concl. 3. annotarunt. Ratio eſt. Tū quia licet mater nō explicet priuatim quis illorū ſit ſpurius, ſeipſam tamen infamat adulterij apud eos oēs, ad quod non tenetur, nec dēt regulariter loquendo, vt diximus. Tum quia hac rōne minime tollitur damnum illatū ex adulterio, nec fit liberatio ſufficiens, ſi quidē mutua hęc abſolutio ſpontanea non eſt, (cum fiat ab vnoquoq; ignorante, & timēte ne ipſe ſit ille ſpurius, alioquin illam nō facturus) ſed inuoluntaria, & coacta, & conſequēter inutilis, & inualida, nullūq; exinde legitimus cōmodū accipit, ſed adhuc dānum, ſicut antea, patitur, nec iuri ſuo cederet, ſi ſe legitimū, & alterū ex adulterio natū fuiſſe certo intelligeret.

16 *Octauum eſt*, Filius illegitimus matri ſuæ de ſua illegitimitate reuelanti fidē regulariter, & cōiter præſtare non tenetur. Sic Richard. in 4. diſtin. 15. ar. 5. q. 4. ad 9. Palud. 4. diſt. 27. q. 2. art. 1. concl. 3. S. Ant. par. 2. tit. 1. c. 18. §. 8. in fi. & ti. 2. c. 7. §. 4. Syluef. ver. adulteriū. q. 1. Ang. verb. eo. n. 5. Tabiena verb. eo. n. 7. Pan. in c. per tuas, de probationib. Adr. in 4. q. 1. de reſtitut. §. *ſed reſtant*. Alphonſus a Caſt. lib. 2. de poteſtate leg. pęnal. c. 11. Ioan. Medina C. de pęnitentia. q. 3. ca. 4. Nau. in Manuali. c. 16. nu. 44. verſ. Tertio. Cou. in reg. peccatū p. 1. §. 1. n. 6. de regu. iur. in 6. Michael Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. controuerſ. 8. concl. 1. Petr. de Arrag. ibid. Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſcien. c. 88. Sotus li. 4. de iuſt. q. 7. ar. 1. ad 2. Pet. Nau. lib. 3. de reſtit. c. 1. p. 2. dub. 21. n. 156. Tolet. in Sum. li. 5. c. 11. Io. Bened. in Summa de peccatis, lib. 2. c. 6. Emanuel Sà in Aphoriſmis verb. Adulteriū, & Barth. Medina in Suma lib. 1. c. 14. §. 18. Immo Pan. ait, non teneri credere ētſi vterq; parēs negaret eū eſſe filiū, & Emanuel Sa ait, non teneri illi fidem adhibere ētſi iuraret, q immo Bart. Medina audacter affirmat filiū illū valde ſtulte facturū, ſi poſtquā natus eſt in domo patris ſui velit aſſenſum matri præbere, ſiquidē ſi credat, tenebitur in cōſcientia reſtituere hæreditatē filio legitimo, vn̄ docet confeſſarios debere tali filio conſulere, ne matri aſſentiatur. Et Paludanus exemplū affert de illo, q dixit matri ſuæ, bn̄ credo vobis, qđ ſitis ribalda. ſed non quod ſū baſtardus. Idēq; docent Doctores in l. filiū, ff. de his q ſunt ſui, vel alieni iuris, & in l. ſi vicinis. C. de nupt. dicentes fatuū fuiſſe illū qui regno renunciauit propter dictū matris. Et l. miles. ff. de adulter. & facit regula iuris, *allegantí ſuam turpitudinem nulla debetur fides*. Pōt etiam filius prudēter ſuſpicari, & timere matrē, cum ſit ingenium mulierum aliquos ardēter amare, & alios capitaliter odire, ipſū ita odio habere, vt vellet eū ab hęreditate excludi, & alios ita diligere, vt eos ſolos vellet eſſe hęredes, & hoc fine fingere adulteriū, quod non cōmiſit. Immo Alphōſus a Caſt. ait, quod licet illa dicat marito, & ille credat, filius tn̄ ille credere nō tenetur. Quia cū natus ſit in domo paterna, matre, & viro ſuo ſimul cohabitantib. nec vlla infirmitate impeditis, ius p̄ſumit illū eſſe legitimū, & a viro, nō ab adultero genitū contra quā iuris p̄ſumptionē filius credere non obligatur in tm̄ ſui præiudicium, & detrimentum.

Ceterum quāuis filius cōiter, & maiori ex parte non tenetur matri, quamuis iuranti, fidē adhibere, qn̄ tamen ſciens conuincitur, & cōpellitur intra ſe fateri ſe eſſe ſpurium, puta, quia probare pōt mater euidēter per teſtes iuratos, & alia teſtimonia patrē putatiuū abfuiſſe tempore ſui conceptus, vel quia euidens eſt ei tpe quo fuit conceptus, matrē ſuam ab illo ſuo patre putatiuo nō fuiſſe cognitam, aut alia rōne intus in mente credere conuincitur, quod continget qn̄ mater, quæ alias talem filium amanter tractauit, & q̄ eſt moribus reformata, & cōſcientiæ timoratæ, & propriæ famę amica, nec mentiri ſolita maxime ſi in tpe ſacro, puta in hebdomada ſancta, aut in mortis articulo crimē ſuū filio ſuo ſpurio reuelat (quo tn̄ tpe non tenetur regulariter illud reuelare) tūc ſine dubio tenebit filius in cōſciētia hęreditatē dimittere, ētſi in foro exteriori ſibi fuerit adiudicata, qa veritas ſp̄ eſt præferenda præſumptioni, alias ſciens, & prudens, & mala fide poſſideret alienum inuito dn̄o, ex Soto, Caſtro, Salono,

Petro

Pet.de Arragona, Ludou.Lopez, Toleto, S. An Sylu. Petro Nau.nu.156.& alijs; Nec poterit in hoc caſu confeſſarius cōſulere ſpurio, ne ma ri aſſentiatur, abſq; pctō mortali. Quandiu aūt dubitauerit de dicto matris poſt ſemel aditā hæreditatē nihil reſtituere tenetur, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, et quia in dubio debemus in fauorē filiorum ſic interpretari, ex Panor.in c.intelleximus.de adult.& Sylu.verb. adul.q 2.& facit l.ſi vicinis.C.de nupt.vbi autē veritas ſibi cōſtaret poſt cōpletam pręſcriptionem bona fide factā, nō tenetur ad aliq̄ reſtitutionem, ētſi ſibi conſtaret ſe non fuiſſe legitime natum, vt notat Sylu.vbi ſup.q.3. Ang.eod.nu.6.Tabien.eod.nu.8.verſ.Quinto.Bart.Med.lib.1.inſtr.conf.c.14.§.18.Petr.de Arragon 2.2.q.62.art.6.& Doctores cōiter in doctrina de præſcrip.tunc.n.titulo præſcriptionis bona fide factæ legitime poſſidere poteſt. Incipit autem pręſcribere, qn̄ incipit nominari, ſeu pro filio legitimo reputari, ſecus autem ſi ante completam præſcriptionem illegitimum ſe fuiſſe conſtet, tunc.n.hæreditati renuntiare tenetur; de perceptis autē, & bona fide conſumptis non tenetur aliquid reſtituere ex Sylueſtro vbi ſupra, immo Michael Salon affirmat, quod ſi in ſtatu honorabili educatus, et conſtitutus ſit; ſi non aliunde hēt vnde viuat, retinere poteſt aliq̄ partem hæreditatis ad moderatā ſuſtentationem, & neceſſariā, & aliā reſtituere, vt cōiter tradūnt authores de debitore, qui non habet alia bona vnde viuat, niſi ea, quæ reſtitutioni obnoxia fuerint.

17 *Solum* contra hanc reſponſionem eſt argumētū quod nōnullos decepit, quia ſi quis mihi legaſſet centū aureos, credens me eſſe ſuū filium, ſua tn̄ leuitate deceptus, vel ab alio citra meam culpam, non teneor illos reſtituere, ſed poſſum tuta conſcīa illos retinere, quia deceptio illa, non mihi, ſed illi imputāda eſt. Ergo licet filius ex relatione matris ſe ſpuriū eſſe intelligat, ſi tn̄ pater putans illū eſſe legitimum, conſtituat illū hæredem, non tenebitur reſtituere hæreditatē.

Reſpondeo tn̄ cum Soto lib.4.de iuſtit. q.7.art.2.ad ſecūdum, & Michaele Salon.2.2.q.62.art.6.controuer.8.conclu.1.in fin. longe diſparem eſſe rōnem, quia in illo allato caſu de legāte cētum aureos, ego nō fui per iniuriam cauſa illius ignorantię, & ex altera parte ad licite poſſidendū illos centū, ſufficit cōſenſus legātis, in noſtro vero caſu pater non ſua ſponte & libera voluntate hæredē inſtituit, ſed lege coactus, adeo vt licet pater ipſum hæredē non conſtitueret, eo tn̄ ipſo quod alter eſt illegitim⁹, & iſte legitimus, ex legis præſcripto hæres efficitur legitimus, & hanc futurā patris mētem certum eſt, ſi ſibi de alterius illegitimitate cōſtaret: ideo.n.illum reliquit hæredem, quia ignorantia ductus illum legitimū fuiſſe credidit, non relicturus ſi ſpuriū fuiſſe cognoſceret: Etenim voluntas patris ius naturale, & leges, q̄ filijs legitimis, non illegitimis, ſuffragantur, ſequi dēt, vt recta ſit, & rectæ rōni conformis, hæc igitur dicta ſint de reſtōne facienda legitimo hæredi, qn̄ certus ſit hæres.

TERTIVM DVBIVM eſt, quidnam facere dēat adultera, aut cui reſtitutio facienda erit in caſu quo maritus adulterę nullū aliū hēt filium præter illū ſpurium. Rō dubij eſt, quia cum nullus niſi filius, aut in recta linea illi ſuccedens ſit hęres neceſſarius, ſed ex ſola voluntate teſtatoris pendeat, quiſnā eſſet conſtituendus eius hæres, ſi illū non fuiſſe filiū ſuū cognouiſſet, incertū plane eſt, cui debeat fieri reſtō hæreditatis, q̄ ſpurius poſſidet; forte.n.non reliquiſſet conſanguineis, ſed in alia pia opera patrimoniū erogaſſet, videlicet, quia illud, aut pauperib. aut hoſpitali, aut alicui monaſterio reliquiſſet. Tūc ergo ſi adultera pro hæreditate a filio ſpurio, retenta, cōſanguineis mariti ab inteſtato ſuccedētib. acceptū reſtituat, conſtat illā lędere paupęres, aut hoſpitale, aut monaſteriū, qđ reliquiſſet hæredē, ſi ſciret illū non fuiſſe filium ſuum.

In hac re mihi probatur quod docent Alphonſus à Caſtro lib.2.de ptāte legis pęnal.c.11.& Petrus de Arragon 2.2.q 62.art.6.ſi forte maritus, putans illū eſſe filiū ſuū, fecit pro illo pupillarē ſubſtōnem, tunc certū eſt adulterā teneri reſtituere illi, quem maritus pro filio ſubſtituit. Eo .n.ipſo quod maritus talē pupillarem ſubſtōnē fecit, aperte ſatis declarauit ſe fuiſſe relicturum illū hæredē, ſi aliàs filiū illū ſpuriū fuiſſe cognouiſſet. Quod ſi nullus ſubſtituatur, tunc ſi certo didicerit a marito, quēnā relicturus eſſet hæredē, ſi filiū non hēret, illi, & non cōſanguineis ſuccedentib. ab inteſtato reſtitutio fieri debet. Illi namq; volūtas mariti aperte & ſine vlla fictione adulteræ declarata, ſatis eſt pro teſtō, quod ſi certa non ſit mulier cui alteri bona maritus reliquiſſet, tunc conſanguineis ſuccedentib. ab inteſtato reſtituere dēt. Alia remedia occurrere poſsūt, p negotiorū, & circūſtātiarū diuerſitate ad q̄ ſimiliter faciēda obligata erit mulier adultera, ſed illa vniuſcuiuſq; prudētię relinquūtur.

19 QVARTVM DVBIVM eſt, ad quid teneatur adultera, quando dubitat, an filius ille ſit filius adulteri, vel viri ſui?

Reſpōdeo, quicquid aliquid velint teneri mulierem in hoc caſu ſuadere viro ſuo, vt benefaciat alijs, quos certo ſcit legitimos eſſe, mihi tn̄ contrarium verius eſſe vr̄, nullo modo ad id teneri ſaltem ex iuſtitia; Tum quia hac rōne daret occaſionem marito ſuo ſuſpicandi male de illa, & infamaret ſe cum aliquo periculo ſui; Tum quia dubia in meliorem & fauorabiliorē partem interpretanda ſunt; Tum quia in dubijs melior eſt conditio tum feminæ poſſidentis famam ſuam, tum filij, qui eſt in poſſeſſione legitimi hæredis. Atq; ita etiam ſenſit Michael. Salon 2.2.q.62.ar.6.controuerſia.8.in fine.

20 QVINTVM DVBIVM eſt, de adultero, an adulter q ex aliena vxore prolē ſuſtulit, aliquid reſtituere teneatur tum marito eius pro expēſis in filio illo ſuppoſito alēdo, & educando factis, tū legitimo hęredi, qui exinde defraudandus venit. Rō dubij eſt, quia ex vna parte, dedit cauſā damni, dans aūt cauſam damni per coitū adulterinū, ipſum damnum dediſſe cēſetur, ac proinde ad oīa damna reſtituenda obligatur. argu. c.final.de iniu.& damno dato. Ex alia vero parte non vr̄ ipſe cauſa damni, quia ipſe non ſuppoſuit filium marito, nec (vt ſupponimus) ben

lieri ſuaſit,vt maritum deciperet, dicendo eſſe filium ſuum.

In hac difficultate nonnulla certa ſunt; *Primo*.n. certum eſt, quod quamdiu adulter non credit nec credere debet, quod filius ex adulterio natus, ſit ſuus, nihil reſtituere tenetur, nec a confeſſore in conſcientia cogendus eſt ad dāna patri putatiuo, aut filijs legitimis reſarciendum. Quod idē dicendū eſt in dubio probabili, ſ.quā diu adulter probabiliter dubitat, aut dubitare poſſit filiū ſuū non fuiſſe. Sic S. Ant.p.2.tit.2.c.7.in fi. Sylu.verb. Adulteriū.q.5. Tabiena.eo.nu.6.verſ.Sed quid dicendū. Nau.in Man.c.16.nu.47.verſ.Septimo. Petrus de Arragon 2.2.q.62.ar.6. Michael Salon ibid.cōtrouerſia.8. Ludou. Lopez p.1.inſtr.conſc.c.90. Toletus lib.5.inſtru.Sacerdot.c.11.Io. Benedictus in Summa de peccatis.lib.2.c.6.& Emanuel Sà.in Aphoriſmis.verb.adulterium & facit c.*Habuiſſe*.d.33.vbi dr̃.*In ambiguis reb.non eſſe ferendum abſolutum iudicium*. Sed neq; facile credere debet mulieri aſſerenti illum ſpurium eius, vel primo qñ mater ipſa prę ſe fert ſpēm leuitatis; & ſolita eſſet alijs ſui copiam facere; ſolent.n.iſtę mulieres nonnunquam filium ſpurium tribuere ditiori, aut ſibi magis dilecto; aut ſecundo, qñ vidit, aut nouit illam ſimul agere cum viro ſuo, nec minus concipere potuiſſe ex viro, quam ex ſe ipſo, vel qñ ipſa quoq; dubitat an ſit mariti, vel adulteri, aut qñ ipſe probabiliter credit eam mentiri ad ſe obligandum, et facit l. Lucius.ff.de condit.& demon.vbi dicitur. Quod ſi duo eodem tempore habeant conſuetudinem cum eadem muliere, neuter tenetur agnoſcere partum.

Secundo certum eſt, non teneri ipſum ad aliqd reſtituēdum cum periculo famæ, aut vitę, ſicut nec adultera, cum æqualis ſit vtriuſque ratio.

Tertio certum eſt, teneri ad reſtituendum, qñ conſuluit adulteræ, vt ſpuriū illum viro ſuo ſupponeret, tanquam legitimum. Qui.n.ſuo conſilio cā eſt alicuius damni, ad illius reſtitutionē obligatur. Hæc igitur certa ſunt apud omnes.

Controuerſum autē eſt inter authores, an caſu quo nec adeſt periculum infamiæ, aut vitæ, nec matri cōſuluit partum ſupponere viro ſuo, ſed credit, aut credere debet filiū illum illegitimū eſſe ſuum, quia.ſ.tempore conceptionis maritus aberat, & illa quia alioquin erat honeſta, et bonæ famæ, etiamſi rem cū illo habuit, ad id tñ vi, aut minis, aut alijs ſuaſionibus adducta fuit, nec vnq̃ poſtea ſiniſtra aliqua laborauit opinione, ſed timoratæ ſemper cōſcientiæ habita fuit, & deniq. tot concurrūt ſigna, & indicia, vt adulter ad credendum filiū eſſe ſuum conuincatur, dubiū in hoc caſu eſt, an teneatur ad reſtitutionem aliquam ex eo ſolum quod genuerit illū?

Dominicus Sotus lib.4.de iuſtit.q.7.ar.2.in fine, ait adulterū in hoc caſu non teneri ad aliquam reſtitutionem ex iuſtitia marito, aut filijs faciēdam, ſed ſolum ex honeſtate, & decentia citra periculum, aut ſcandalū, dummō potens & diues ſit. Rō pro priori parte eſt, quia ipſe non eſt cā proxima illorum damnorum, ſed remota ſolum, cum non intēderit gñare, ſed ſolum ſuam libidinem explere, ſolum aūt mulier cauſa proxima fuit, quæ ſponte adulterata eſt, & filiū ſuppoſuit marito ſuo. Pars vero poſterior exinde probatur, quia eſt aliquo modo cauſa illorum damnorum, vnde cum diues, & potēs ſit, ex honeſto & congruo aliquid reſtituere tenetur.

21 *Cōis* tamen & vera opinio eſt, Adulterum qui probabiliter credit, aut credere debet filiū adulterinum eſſe ſuum, teneri ad reſtituendum damnum marito, & filijs legitimis. Sic S.Ant.p.2.tit.2.c.7.in fine. Ang.verb.adulterium.nu.4. Sylueſt.eod.q.5. Tabiena.eod.num.6. Caietan. Summa.verb.adulterium.in fine. Nau.in Man.c.16.nu.49.verſ.octauo, Petrus de Arragon.2.2.q.62.ar.9.ante finem. Michael Salon.ibid.ante finem. Ludou.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.90.& c.91. Petrus Nau.lib.3.de reſtit.c.1.p.2.dub.21.nu.157.Io.Benedictus li.2.Summę.c.6.Toletus in ſumma li.5.c.11.& Emanuel Sa.in Aphor. in verbo.adulterium. Ratio eſt, quia adulter non minus eſt cauſa damni proxima, quam adultera cum vterq. eodem actu, & eodem modo ad damnum cōcurrat, & vterq. æque dat operam ſciens, & prudens actui adulterij, quod ex ſua natura ordinatur ad gñationem, nec magis intendit mulier generare q̃ adulter, ſed ſolum explere libidinem ſicut adulter. Ergo non minus eſt cā damni, q̃ adultera: ſicut igitur teſte Soto adultera tenetur ad reſtituendum damnum, ita ēt & adulter, cum non minus cā ſit damni, q̃ adultera. Tenetur igitur talis adulter, ſi mater ſatisfacere nō pōt, aut non vult, reſtituere omnes expēſas, & alimenta, quæ ſubminiſtrauit pater putatiuus adulterino ad integrū, ſeu aliquid citra integrum magis, vel minus, ſcd̄m qđ magis, aut minus certus ſit, quod ſui ſit filius penſatis quoq. alijs cauſis, quæ in hmōi interuenire ſolent. Qđ ſi adultera mitteret filiū ad hoſpitale, vt hac rōne occultaret adulteriū (id quod abſq. pctō licet, ex Caie.in ſum.ver. adulteriū.& Toleto.li.5.c.11.hæc.n.vna cā eſt, cur loca hæc pia inſtituuntur) tenebitur pater, aut mater plus ſatiſfacere hoſpitali, niſi paupertas eos excuſet, cum bona hmōi hoſpitaliū ad alendos pauperes, non diuites inſtituta ſint, & q̃tum conſumitur a diuitib.tm̄ indigentib.adimitur. Tenentur inſuper parentes nō ſolum alere, & veſtire, ſed ēt per ſe, vel per alios prolē propriam inſtruere. De hæreditate aūt vel dote, ſi dotaretur a patre putatiuo, tenet̄ vterq. ad boni viri arbitriū, attenta ſui facultate. Ceterum nec ad infamiã, aut mortē vitãdam debet adulter, vel adultera aborſū, aut mortē prolis procurare, arg.c.facite.22.q.3.& S.Anto.p.2.Sylue.Caie. Arragon, Salon, Lopez & alij, quos ſupra citauimus. Qđ ſi adultera totū damnū ex ſuis bonis proprijs, & liberis reſtituerit marito, & alijs filijs tenebitur adulter eidē medietatem recōpenſare, tanquã particeps, & concauſa damni, ſicut quando plures idem damnum inferunt, vno in integrū reſtituente, tenentur alij ſuas partes illi exhibere vt pręfati authores teſtantur, & hæc de adulteræ, & adulteri reſtitutione ſint ſatis.

Poterat hoc in loco tractari de quodã adulterij genere, quod impropriè adulteriū dr̃. puta de eo quod inter virum & vxorem nōnunquã committi ſolet,qñ.ſ.coniuges amore inordinatoſe diligunt,& regulā honeſtatis in actu coniugali excedūt.Debet namq; homo amare vxorem cum iudicio,non affectu libidinis, vnde S. Hieronymus contra Iouinianum,& hr̄ in c. *Ori*go.23.q.2.ait,*Origo quidem amoris*.ſ.ſpes prolis,vel ēt fornicationis vitatio, quæ nuptiarum cā eſt, *honeſta erat,ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt,ex qua honeſta cauſa inſaniat quis,vnde Sixtus Pithagoricus dixit, adulter eſt in ſuam vxorem amator ardentior.In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt,in ſua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu*,ſ.immoderato explendæ libidinis. *Non regnet in eo uoluptatis impetus,nec præceps feratur ad coitum.Nihil eſt fœdius,quam vxorem amare quaſi adulterā*,Contra hos.n.præualere ſolet diabolus, qui vt Tob.6.dicit.*Coniugam ita ſuſcipiunt,vt Deum a ſe, & a ſua mente excludant,& ſuæ libidini ita vacēt, ſicut equus,& mulus,quib.non eſt intellectus.* Tales autem q̃uis improprie,adulteri dñr, non reatu ctiminis huius capitalis,ſed ſimilitudine adulterinæ libidinis;ſicut.n.adulter in adulteram ardet,ita iſte in propriam.Ceterum ſi quis ſolum eā delectationis vxorem cognoſcit,ita tñ quodnon faceret cum alia,nec etiam cum uxore,qñ ſe mortaliter peccare crederet, ſolum venialiter peccat,ſi tamen eam cauſa ſaturandę libidinis,ſine prædictis circunſtantijs, tanquam adulter cognoſcat,hoc eſt,ita animo diſpoſitus eſt, quod ſi ipſa eſſet forte vxor alterius, non minus carnaliter ſe cū ea cōmiſceret, proculdubio mortaliter peccat,vt Gloſſa in cap.origo.32. q.2.in verb.amator. Alex.de Ales p.3.q.35.mēb.8.& p.2.q.147.memb.2.Richar.4.d.31.ar.3.q.3.Palud.ibi.q.3.art.2.& 3.Nau.in Manu.c.16.n.23. verſ.Secundo,et alij cōiter tradunt,ſed quia de hac re latius agendum eſt in materia de ſacro matrimonij,hæc breuiter attigiſſe ſufficiat.

De inceſtu & ſtupro. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus quid ſit, aut quales abuſus.*

Naturæ adeo repugnat vt bruta animantia eam abhorreant.

2 *Quid ſit conſanguinitas,ſtirps,linea?*

3 *Quid gradus & vnde dicatur, & inter quos gradus conſanguinitatis committitur Inceſtus.*

4 *Quid affinitas,& eiuſdem ratione ſunt inceſtuoſi?*

5 *Quot gradus habet affinitas per quam matrimonium contrahi non poteſt.*

6 *Affinitas per actum fornicarium contracta olim vſque ad quartum gradum impediebat, quid vero per Concil. Triden.*

7 *In particulari peccatum hoc committitur multipliciter.*

Quanta ſit huius peccati grauitas ex diuina punitione cognoſcitur.

Stuprum quod eſt quarta ſpecies Luxuriæ quid ſit, eiuſque definitionis explicatio.

Aliud eſt perdere virginitatem,aliud integritatem corporis virginalem.

Defloratio feminæ etiam non ſub cuſtodia parentis vt puta grandeuæ,quæque non eſt habilis generationi, cum tamen virgo ſit,vere ſtuptum eſt.

1 ALtera luxurię ſpecies eſt *Inceſtus*,qui definitur eſſe abuſus per copulam carnalem cum perſona cōſanguinea, vel affini intra gradus prohibitos. Ea namq. propinquitas conſanguinitatis & affinitatis peculiari nomine & ratione deterrere dēt a turpitudine actus venerei, per contrariam, ſ.reuerentiā perſonis propinquis debitam. Naturali.n.iure dēt homo reuerentiā quandā parentib. & per conſequēs alijs cōſanguineis,qui ex eiſdē parentib.de propinquo originē trahunt,adeo vt apud antiquos teſte Valerio Maximo li.2.c.9.fas nō erat filiū ſimul cū patre balneari,ne ſe inuicē nudos cōſpicerent, Vnde Leu.18. hæc ipſa turpidinis rō in inceſtu exprimitur,his verbis;*Mater tua eſt,non reuelabis turpitudinē eius*.Immo hęc cōmiſtio inter parentes & filios,pp immediatā eorum cognationē adeo naturæ repugnans eſt,vt bruta ēt animalia eā abhorreant. Vnde Philoſ.lib.9.de animalib.narrat,quod equus quidā quia deceptus fuit vt matri cōmiſceretur, ſeipſum præcipitauit,quaſi præ horrore. Aliæ vero perſonæ, quæ non ita ſcd̄m ſeipſas, ſed per ordinem ad parentes coniunguntur, minorē & maiorē indecentiā ex ſeipſis habent,prout remotius, aut propinquius inter ſe diſtant, aut coniungūtur. Qua de cā S.Aug.lib.15.de Ciuit.Dei.c.26.ait, *Cōmiſtio ſororū,& fratrum quanto fuit antiquior cōpellente neceſſitate,tāto poſtea facta eſt damnabilior religione prohibente*. Huius ēt prohibitionis aliæ rōnes aſſignari ſolent,Cum.n.hmōi perſonę ſāguine coniunctæ adinuicē ſimul commorari, & conuerſari debent,ſi tales a commiſtione venerea nō arcerentur,daretur nimia opportunitas hominib.venereæ cōmiſtionis ſicq.animi hominū p luxuriā nimis emolleſcerent, impediretur inſuper multiplicatio amicorū, dū nuptias inter extraneos non contraherent, ſed cū ſeipſis ſolū qñquidē experientia teſte,dū homo vxorē extraneā accipiat,ita coniunguntur ſibi quadā ſpāli amicitia oēs conſanguinei vxoris, ac ſi cōſanguinei ſui fuiſſent. De qua retractāt S.Th.2.2.q.154.art.9. Alex. de Ales in ſum. p.2.q.150. mēb.1.& 2.p.3.q.35.mēb. 6.S.Ant.p.2.tit.5.c.5. Ang.ver.inceſtus.Sylu.ver.luxuria.q.4.Tabiena.verb.inceſtus.Nau.in Man.c.16.n.3.Grego. de Val.to.3.diſp.9 q.3.punct.3. Ludou.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.73.Seb. Med. in Sum.peccat. capital.tit.8.q.31.Bar.Medin.libr. 1.inſtr.conf. c.14.§.18 Io.Pedr.in explicatione ſexti præcepti.§.3.Tolet.in Sum.lib.5.c.12.Io.Benedict.in ſum.de peccatis.lib.2.c.7.§ 1.Caie.in Sum.ver. inceſtus.& 2.2.q.154.art.9.Eman.Sa.in Aphoriſm.in verb.luxuria.Sum.Cor.p.1.c.1.num.58.

Ceterum cum dictum ſit peccatum hoc cōmitti cum conſanguineis, aut affinib.intra gradus prohibitos explicandum breuiter eſt, quidnam conſanguinitas,& affinitas ſit,& quinam gradus ſint prohibiti,vt melius hac rōne intelligatur quandonam pctm̄ hoc inceſtus committi dicatur. Eſt aūt conſanguinitas,vinculum, ſeu propinquitas perſonarum deſcendentium ab vno ſtipite per carnalem propagationem contracta,vt cōiter tradunt Theologi in 4.diſt.40. Hoc aūt vinculum perſonarum deſcēdentium ab vno cõi ſtipite,eſt duplex,ideoq. duas lineas facit, vnā rectam, alteram vero collateralem, ſeu tranſuerſalem. Stipes cõis dr̄ illa perſona, a qua reliqui ducunt originem gñationis, puta pater,a quo filij, & alij ab eis deſcendunt,linea recta eſt,qua vna ꝑſona recte ſeu directe trahit originē ab alia mediate,vel immediate,ut filius a patre immediate,nepos a patre mediate,& ꝓnepos a nepote, & ſic deinceps,& illa vel eſt deſcendentiū,vel aſcendentiū:Dr̄ aūt linea deſcēdēs,q̄ eſt a propagante ad propagatū,puta a patre,ad filios,nepotes pronepotes &c.Aſcendēs ecōtra eſt a propagato ad illos,de qb; deſcēdit.

Linea vero collateralis,vel trāſuerſalis eſt,in qua vna perſona non ſic ſanguinem trahit ab alia,ſed vna ſtat ad latus alterius, & ambæ dn̄r ab eodē,vt fratres,& ſorores ſunt ab vno patre; conſobrini ſunt a fratrib. & ſororib. conſobrinorum filij ſunt ab ipſis,& ita deinceps.

Dicitur per *carnalem propagationem*, nec refert quoad prohibitionem,an deſcendant per coitū fornicarium,vel vxorium.

3 *Quia* vero cōſanguinitas hæc ꝑ gradus diſtinguitur,et numeratur,ideo ſcire oportet qd gradus ſit,& vnde dicatur; Eſt aūt Gradus habitudo determinatæ diſtantiæ perſonæ a perſona in conſanguinitatis linea. Et dn̄r illi gradus ad ſimilitudinē graduū,quib.aſcenditur,vel deſcenditur ab vno ad reliquū,et proprie inuenitur in linea recta,minus aūt proprie in linea trāſuerſali.Stipes aūt non facit gradū , ſed eſt principiū,& radix arboris conſanguinitatis,a quo rami pullulant,gradus nāq; eſt diſtantia vt diximus,vnius ad alterū, & non eiuſdē ad ſe,pater aūt non diſtat a ſe;ideo non numeratur in gradib.ſolæ aūt ꝑſonæ poſitæ tā per lineam rectā, q̄ per trāſuerſalē faciūt gradus in ſerie;vt filius, qui diſtat a patre hanc diſtantiā , facit vnum gradū,& dr̄ primus gradus, Nepos conſtituit ſecundū gradū,ex quo diſtat a ſtipite per duas diſtantias: Pronepos eadē rõne cōſtituit tertium gradū, Abnepos ſimiliter cōſtituit quartū; Abnepotis filius cōſtituit qntū,& ſic deinceps.Eodē mõ in linea collaterali dicēdū eſt,vt v.g. Petrus fecit plures filios,q faciūt primū gradū, & qlibet illorū gñando alios filios , faciūt alias lineas tranſuerſales,qui adinuicē vocantur conſobrini,& faciūt ſcdm gradū , filij conſobrinorū faciunt tertiū gradū ; & filij ꝑdictorū gradū quartū cōſtituunt.Qn̄ igitur faciēda eſt coniūctio alicuius maris,et feminę,videndū eſt,ī quo gradu diſtāt a primo ſtipite, a quo habēt originē,& tot gradus ſunt,quot ſunt perſonę diſtantes aſcēdentes,& deſcendētes, non numerādo ſtipitē. Et q̄uis olim vſq; ad ſextū gradū prohibitio matrimonij fuit,nūc tn̄ prohibitio hæc ſolū, vſq; ad quartū gradū incluſiue extēditur,vt definiuit Innoc. Papa III. in c. *Non debet.de conſang. & aſſin.* Vnde ſi quis cognoſcat aliq̄ conſanguineā carnaliter in quocunq. prædictorum quatuor graduū,& inceſtū cōmittit vterq.& enorme pctm̄,& tanto grauius,quanto gradus eſſet coniūctior,vt oēs cōiter aſſirmāt; Adeo vt ſiue dicamus diuerſas perſonas in diuerſis gradibus conſtituere diuerſas ſpēs inceſtus, cum Nau.in Man.c.16.nu.4. & Greg.de Val.vbi ſup.ſiue cū Caie.2.2.q.154.art.9. & alijs,dicamus non differre inter ſe ſpē,ſed ſolū aggrauare pctm̄ intra eandē ſpēm;in omnium in recte ſenſientium opinione neceſſariū erit in confeſſione explicare gradū propinquitatis,cū multum interſit inter has propinquitates,ꝙ attinet ad turpitudinē actus,vt cōſtat. In linea vero aſcendentiū,& deſcendētiū,vt notat S. Ant. vbi ſup. eſt perpetua prohibitio.ſ.contrahēdi matrimoniū, vt.ſ.inter auū,& nepotem,proauum , & pronepotē &c. & inter iſtos inceſtus grauior multo eſſet,q̄ qui inter conſanguineos,& conſanguineas in linea collaterali eiuſdē gradus committeretur. Plura de hac re in materia de matrimonio dicēda ſūt.

4 *Quoad* affinitatem vero , quantum ad noſtrū inſtitutum attinet,vt ſciamus quinā inceſtuoſi ſint ex parte affinitatis, Notandū eſt, Affinitatē eſſe attinentiā,ſeu propinquitatem perſonarū, quarū vna cum conſanguinea alterius copulā carnalē habuit. Et dicitur affinitas, quaſi duorū ad vnū finē vnitas,eo quod duæ, & diuerſæ cognationes per nuptias & per coitū copulātur, & alter ad alterius cognationis finē accedit,vnde conſequenter,affinis dr̄,quia recedit ad fines conſanguinitatis,& cognationis alterius pp̄ copulam cum aliquo de illa familia habitam: debet namq. perſona,quę eſt cā affinitatis,eſſe cōſanguinea alteri illorū,de quorum affinitate quæritur. Hinc conſanguinitas dr̄ cā affinitatis,non tn̄ proxima,ſed carnalis commixtio ad conſanguineā. Non tn̄ ad contrahendam affinitatem ſufficit quæcūq. carnalis commixtio, abuſus.n. mulieris extra vas debitū, non inducit vinculū affinitatis,ſed neq. ſi quis virginē defloraret,& clauſtra pudoris inuaderet, & poſtea intus non ſeminaret,non contraheretur exinde affinitas. *c. Extraordinaria.* 35.q.3. Sed requiritur cōmixtio, hoc eſt,vt ſanguis viri ſanguini mulieris cōmiſceatur, & in vas debitum recipiatur,per q̄ commixtionē efficiuntur vna caro, iuxta illud Gen. 1. *Erunt duo in carne una*. Neq. ſolum contrahitur hęc affinitas per talem coitum coniugalem,ſed ēt per fornicarium, *c. Extraordinaria.35.q.3. & c. Diſcretionem. & c. Tuæ fraternitatis. De eo qui cogn. conſang. uxo.* Vnde ſi quis propriā vxorem,aut aliam fornicarie cognouit, non tn̄ vel omnino ſeminauit,vel extra vas naturale , cognoſcendo cognatam vxoris, aut fornicariæ , non eſſet inceſtuoſus,quia iam non erat contracta affinitas.

Hinc colligitur , quod pp talem affinitatem, conſanguinei coniugiū efficiuntur affines cōiugis ſui propinqui,hoc eſt,conſanguineę vxoris, eundem gradū affinitatis ſortiuntur cum marito,quem gradū cōſanguinitatis habent cum vxore,& econtra conſanguinei mariti eandē affinitatem cōtrahunt cum vxore eius: Vnde ſoror mariti per conſanguinitatē efficitur ſoror vxoris eius,per affinitatem, quæ dr̄ cognata; Non tn̄ conſanguinei coniugum adinuicem contrahunt affinitatem aliq̄,hoc eſt cōſanguinei mariti,affinitatem aliq̄ , cum conſanguineis vxoris non contrahunt , vn̄ frater mariti accipere ſibi pōt in vxorem ſororem vxoris, & econtra.

5 *Habet* ēt affinitas per coitum Matrimoniale

contracta quatuor gradus, intra quos computãdo primum a fratrib. & ſororib. uſq. ad quartũ incluſiue, abſq. diſpenſatione contrahi nequit matrimonium, ut patet ex *c.non debet. de conſang. & affin.* qui fundatur in gradib. cõſanguinitatis. Nam ex matrimonio inter duos conſummato, contrahitur affinitas vt diximus, inter cõſanguineos mariti, v.g. Petri, oẽs ex vna parte, & vxorem eius. ſ. Luciam; Et ex altera parte inter conſanguineos & conſanguinas oẽs Luciæ, & ipſũ Petrũ maritum eius. Et ſecũdũ quam normam computantur gradus conſanguinitatis, ſecũdũ eandem computantur affinitatis gradus, i. in eodẽ gradu, in quo ſunt conſanguinei mariti, puta, Petri, efficiũtur affines Luciæ vxoris. v.g. frater germanus Petri, ſicut eſt conſanguineus Petri in primo gradu, ita efficitur affinis Luciæ vxoris Petri in primo gradu. Et conſobrinus Petri fit affinis vxori Luciæ in ſecũdo gradu, ſic deinceps vſq. ad quartũ incluſiue. Et idẽ econtrario dicendũ eſt de conſanguineis Luciæ quoad affinitatẽ cũ Petro contrahendã. Immovero ſi quis intra hos quatuor gradus conſanguinitatis, vel affinitatis matrimonium ſcienter contraheret, matrimoniũ nullũ eſſet, ſed cõmitteret inceſtus, & excõicatus eſſet, vt patet ex *cle. 1. de conſang. & affin.* vnde qui fornicarie cognoſceret aliquam mulierẽ, ẽt de ſua progenie, q̃ diſtaret a ſe in quinto, vel ſexto gradu, non diceretur inceſtuoſus, quia eã in matrimoniũ mortua vxore, abſq. diſpẽſatione accipere poſſet, Et ſi diſtaret in quarto ex vna parte, & in qnto ex alia parte, nõ eſſet inceſtuoſus, cum nec in hoc opus eſſet diſpenſatione, ſiquidẽ ſtandũ eſt remotiori perſonæ, vt definit Greg. Papa IX in c.ſi. De conſang. & affin. & latius tradit Alex. de Ales in Sum. p. 2. q. 150. mẽb. 4. quẽ ſeqtur Sum. Cor. p. 1. c. 1. n. 58.

6 *Quoad* affinitatem autem contractã per actũ fornicarium, q̃uis olim impediebat, & dirimebat Matrimonium vſq, ad quartum gradum, ſicut affinitas, quę contrahitur per verum matrimoniũ conſummatũ, non cum illa cũ qua fornicatus eſt, ſed cum conſanguineus eius, ita vt nullã earũ vſq. ad quartum gradum incluſiue ducere poſſet, poſtea tñ Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. Matr. c. 4. vinculum hoc reſtrinxit: ita vt licet impediret faciendum vſq. ad quartũ gradum, ſicut prius, non tñ contractum dirimeret niſi in primo, & ſecũdo gradu, Pius autem Papa V. in Bulla, quæ incip. *Sanctiſſimus in Christo Pater.* anno 1566. ſub die 20. Auguſti, ad auferẽda inconueniẽtia multa, quę ex fornicatione occulta aduenire ſolẽt, ad maiorẽ Matrimonij libertatẽ, declarãt dictã affinitatem ex fornicatione contractam, vltra ſecũdum gradum nec impedire matrimoniũ faciendũ quin poſſit ſine peccato attentari, ſed neq. affinitas ex dicta fornicatione ante confirmationem Cõcilij Trid. contracta, vltra ſecũdum gradum, poſt confirmationem prædictam impedit, quin poſſit matrimoniũ licite contrahi, vt idem Pontifex in eadem cõſtitutione declarauit, vnde inceſtus ſolũ eſt, qui cõmittitur cognoſcẽdo meretricem a ſuo conſanguineo cognitã, vſq. ad ſecũdum gradum. Et ſicut mortale peccatũ eſt inceſtus cũ conſanguinea, ita etiam cum affine, & inter affines pctm̃ eo grauius eſt, quo inter cõiunctiores cõmittitur, & in confeſſione ꝓpinqtatis gradus explicandus eſt, ob diuerſam rõnem turpitudinis actus, qui cũ perſonis affinitate cõiunctis cõmittitur. In particulari aũt cõmittitur hoc pctm̃.

7 *Primo*, cum quis peccat cũ vxore patris ſui vel auunculi, & tales ſecundum leges Moyſis morte puniri debent. Leuit. 18. & 20.

Secundo, ſi quis cognouit eandẽ mulierem cũ patre ſuo; ex tali namque copula contrahitur affinitas perſonarum. 34. q. 1. & 2. *can. ſi.*

Tertio, qui cũ matre vxoris ſuæ coierit. *can. ſiqs cũ matre. 34. q. 1. & 2. & can. ſi quis cũ matre. 35. q. 3.*

Quarto, ſi quis cognouit nurum ſuam vxorem filij, debet cum prædicta nuru iuxta legẽ Moyſis occidi. Leu. 20. & *can. ſi vir & vxor. 35. q. 3. Non .n. aliter nurus reputanda eſt quam filia.*

Quinto, peccas cum matertera, uel amita ſua, ambo ſecũdũ legẽ Moyſis occidi debẽt. Leu. 20.

Sexto, qui fornicatur cum matre, vel filia cũ patre, aut quis cũ ſorore ſua, ẽtſi ſit ſoror ſolum ex parte patris, uel matris, & ambo ex præſcripto legis Moſaicę occidi dẽnt Leu. 18. & 20. & 35. q. 1. in prin. §. *His ita.* & ibi gl. in verb. *per Moyſem.*

Septimo, qui carnaliter cognoſcit filiã filij ſui Leui. 18.

Octauo qui peccat cum duab. ſororibus. Leu. 18. & *c. ſi quis. 34. q. 2.*

Nono qui peccat cum uxore fratris ſui. Leu. 18. & *c. de inceſtis. 35. q. 3.*

Decimo, cognoſcens commatrem ſuã, uel filiã ſpiritualem, uel econtra. 30. q. 1. *in prin. & c. peruenit. ibid. & c. ſi quis ex nimia. 30. q. 4.*

Vndecimo, cognoſcens filiam ſuam adoptiuã, uel ſororem. *c. ita diligere.* 30. q. 3.

Duodecimo, qui cognouerit aliquam cognatione ſpirituali ſibi coniunctam, etenim cum per baptiſmum, & confirmatiõẽ contrahatur cognatio ſeu paternitas quędã ſpũalis, inſtar paternitatis carnalis, qui aliqua earũ cognoſceret, inceſtũ committeret. Et quidem quicquid olim de hac re ſtatutũ fuit, nũc ex ſtatuto Cõc. Trid. Seſſ. 24. de refor. Matr. c. 2. inter baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, & ſuſcipiẽtẽ, ſeu ſuſcipientes ipſum baptizatũ, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq. patrẽ ac matrem tantũ, ſpiritualis cognatio in baptiſmo cõtrahitur. Ex cõfirmatione ẽt ſolũ cognatio hęc contrahitur inter confirmantẽ, & cõfirmatũ, illiuſque patrẽ, & matrem, ac tenentem, vt in eodẽ Concilio definitum eſt. De qua re latius dicẽdum eſt in materia de Sacro Matrimonij. Hæc interim breuiter dicta ſint, vt vſitatiores ſaltẽ modos explicaremus, quib. in hoc gñe peccari ſolet, quos oẽs partim ſacræ literę Leu. 18. & 20. partim ſũmi Põtifices 30. q. 1. & 34. q. 1. & 2. & 35. q. 1. & 3. partim Theologi ĩ 4. d. 40. & 41. & 42. & canoniſtæ in eiſdẽ locis tradiderũt.

8 *Porro* quãta ſit huius peccati grauitas, facile conſtat ex diuina punitione, voluit. n. Deus hoc peccatũ pœna mortis caſtigare, vt habetur Leuit. 18. & 20. Rubẽ ẽt, quia cognouit carnaliter uxorem patris ſui Iacob, diminutus fuit in primogenitura, vnde dixit ei pater, *Ruben primogenitus*

tus meus, prior in donis, maior in imperio, nō creſcas quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. Geneſ 49. Amnon etiam, quia concubuit cum ſorore ſua Thamar; ab Abſalon interfectus eſt. 2.Reg.13.& Præcurſor Dñi Io. Baptiſta ita hoc vitiū exhorruit, vt Herodem Regem acriter argueret, quod Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui duxerat, & cognouerat. Marci.6. Sed & Apoſtolus Paulus inceſtuoſum illū excōicauit, & ſatanæ tradidit, vt illum vexaret in corpore, ſicut antea vexauit in mente, vt hr̄ 1. Corin.5. & merito, eſt.n.pctm̄ hoc nō ſolū fornicatione ſed ēt adulterio multo grauius, vt communiter tradunt authores, quos initio capitis attulimus.

6 Quarta ſpecies luxuriȩ dicitur *ſtuprum*, quod definitur eſſe illicita feminæ virginis defloratio ſub cura parentum exiſtentis.

Dr̄ autem *feminæ virginis defloratio*, quia non viri, ſed feminæ ſolum virginitas eſt ea, ob cuius violationē ſtuprum ſuam habet deformitatem ſpecialē, ex Caie.2.2.q.154.ar.6.dub.2.& in Sūma.verb.ſtuprum. Nau.in Man.c.16.n.3. Greg. de Val.to.3.diſp.9.q.3.punct.3. Ludo.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.73.Io.Pedrazza in ſexto præcepto Decalogi, §.2 Toleto in ſum.libr.5.c.11.Emanuel Sa in Aphoriſm.verb.luxuria, & alijs. Quāuis.n.virginitatis virtus cōis ſit vtrique ſexui, ſtuprum tn̄ proprium eſt mulieris. vir.n.virgo extra matrimonium cū meretrice primo cōcumbens ſtuprū non committit, ſed ſimplicem tm̄ fornicationē, eo qđ non additur ſpecialis aliqua deformitas in viro ſicut in muliere, qa nec ſignaculū aliquod naturale perdit, quo inhabilior ſit matrimonio, ſicut femina, quæ ſignaculū virginitatis, hoc eſt, integritatē corporis primo coeundo perdit, vnde q̃uis Sotus in 4. d.18. q.2.ar.4.exiſtimet, hanc primā copulā in femina extra matrimoniū non differre ſpē a ſimplici fornicatione, ſicut nec in viro, & proinde nō teneri neceſſario feminam hāc circumſtātiā cōfiteri, ſicut nec vir, alij tn̄ oēs quos citauimus, q̄bus conſentit Hēriquez lib.5.c.3.n.2.docēt ſtuprū, ſeu primā deflorōnē ī virgine cōſtituere in ea ſpēm diſtinctā a ſimplici fornicatione, & iō neceſſario cōfitendam eſſe a femina.nō a viro.

Dr̄, *ſub cura parentum exiſtentis*, quia ex eo quod virgo exiſtit ſub cuſtodia parentum, quædam ſpecialis deformitas occurrit, ſi corrūpatur, tum ex parte puellæ, quæ ex hoc, qđ violatur, & minus idonea redditur honeſto coniugio, ſiquidē corrupta non facile inuenit maritū; aut ſi inuenit & matrimonium init, facile incurrit in mariti odiū & alienationem, eo ipſo nomine, quod ab alio corrupta fuit, vel certe q̃uis caſu aliquo accidat, vt id maritus non deprehendat, aut nō curet, redditur tamen obnoxia his incōmodis, & ponitur in via meretricādi, a quo retrahebatur, ne ſignaculum virginitatis amitteret, tū ex parte patris, ſi adhuc in eius ſit ptāte, qn̄quidē patri commiſſa eſt cuſtodia virginitatis, ſcđm illud Eccle.41. *ſuper filiā luxurioſam confirma cuſtodiā, ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis.* vnde ex eius defloratione fit iniuria parentibus, vel tutoribus, ſub quorum cura eſt, quod ſi nullum habeat curatorem, adhuc tn̄ defloratio illa ſpecialem deformitatem habet hoc ipſo ꝙ corrūpitur virginalis integritas corporis, quȩ nō niſi per legitimum matrimonium auferri dēt. Atq. adeo ex hac ēt parte diuerſa eſt ratio in viro, ac in virgine; Etenim vt recte notat Caietan. iuuenis coeundo primo cū meretrice non perdit aliquid, quod paternæ cuſtodiæ naturaliter commendatū ſit ſeruandū vſq; ad coniugiū, vt patet ex hoc, quod filij ante cōiugium poſt annos pubertatis abſq. vlla cuſtodia diſcurrunt, adeo vt ſi quis eos cuſtodire vellet, cōtra naturalem morem agere videretur, cū tn̄ econtra feminæ ante coniugiū naturali inclinatione cuſtodiantur a parentib. ne libere diſcurrere poſſint, qui mos naturalis cuſtodiȩ in feminis vſq. ad cōiugium, & liberæ facultatis in maſculis, ſatis oſtēdit, concubitū primum maſculi cum meretrice nō eſſe in ſpē ſtupri; ſed ſimplicis fornicationis, vt dictum eſt, cum tn̄ prima virginis defloratio ſpēm ſtupri conſtituat, quemadmodum ex prædictis manifeſtū eſſe poſſet. Intelligēdū aūt eſt hoc quod de ſtupro diximus, qn̄ virgo ſponte cōſentit, aut ſeſe offert ſtuprandā, ſi.n.vi ſtupratur, aut e domo patris extraheretur, ētſi poſtea in deflorationem conſentiret, aliæ luxuriæ ſpēs cōmitterentur, vt inf. dicemus. Ex quib. conſtat ſtuprū grauius pctm̄ eſſe fornicatione ſimplici, quia habet totam malitiā fornicationis, & aliquid amplius, puta ablationē ſignaculi virginalis. De qua re legendi ſunt S.Th.2.2.q.154.ar.6. Caie.ibid. Alex.de Ales in ſum.p.2.q.148.& p.3.q.36.S.Ant.p.2.tit.5.c.6.Ang.verb.ſtuprum. Tabiena.eod.Sylu.verb.luxuria.q.5.Nauar.in Man.c.16.n.3.Sebaſt.Medices in Sūma pecca.capit.tit.8.q.32.Barth.Medina lib.1.inſtr.conf.c.14.§.18.Sum.Cor.p.1.c.1.n.62.Greg.de Val.to.3.diſpu.9.q.3.punct.3.Lud.Lopez p.1.inſtr.cōſc.c.73.Io.Pedrazza in explicat.Sexti præcepti.§.2.Tole.li.5.inſtr.ſacerd.c.11.Io.Bened.in Sum.de pec.lib.2.c.7.& alij.de hac etiam re agitur 36.q.1.c.lex illa.

10 *Ceterum* vt facilius intelligātur quæ de ſtupro dicta ſunt, quædam breuiter annotanda erunt.

Primo, quidem aliud eſſe perdere virginitatē, aliud vero perdere integritatē corporis virginalem. Siquidem virginitas aliqn̄ amittitur abſq. eo, quod uirginalis ſignaculi integritas uioletur, ſi.n.uirgo ſeipſam polluat per mollitiem uolūtariam ēt ante matrimonium, perditur exinde irreparabiliter & illicite uirginitas mulieris ex S.Th.2.2.q.152.in corpore articuli & ad 4.& Caiet.ibid.& q.154.art.6.dub.3.Alex.de Ales in Sum.p.2.q.143.mēb.10.Io.Benedicto in Sum.lib.2.c.7.§.3.nu.41.Io.Chapeauillo de caſib.reſeruatis.c.11.q.1.& alijs cōiter, per talem tn̄ pollutionem voluntariam non perditur uirginalis ſignaculi integritas, cuius priuatione minus habilis redditur ad coniugiū. Redditur.n.mulier ad coniugiū inhabilis proprie loquēdo, non ex mollitie, aut ſodomia cum femina, ſed ex hmōi uiolatione ſignaculi, cuius ſignum eſt, quod ſi ſciretur puella mollitie ſola polluta non propter hoc coniugium eius deſpiceretur, quaſi nō uirginis, ut recte notat Caie. in d.ar.6.dub.4. Econtra uero fieri poteſt. Vt femina per

uim

vim amittat integritatē ſignaculi virginalis, & tñ virginitatis virtutem, & meritum non amittat, vt v.g. ſi mulier a Medico, vel ab obſtetrice in illa parte vulnus acceperit, nō amittet virginitatē, ſi propoſitū ſeruandi illā firmū retineat, Vnde S.Aug.lib.1.ciuit.Dei.c.18. quē refert S.Tho.2.2.q.152.in argumēto.3.ait, *Poſſunt quidē membra illa diuerſis caſibus uulnerata uim perpeti, & Medici quandoque ſaluti opitulantes, hoc ibi faciunt, quod horret aſpectus, obſtetrix etiam uirginis cuiuſdam integritatē manu uelut explorās, dū inſpicit, perdidit*, & ſubdens ait, *Non opinor quenquam tam ſtulte ſapere, ut huic periſſe aliquid exiſtimet ēt de ipſius corporis ſanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita.* Sic ēt virgo in vigilia, & mente ſana ſi vim patiatur ab homine, ētſi delectationem naturalē ſentiat, dummodo tñ non conſentiat, ſed reſiſtat, virginitatis virtutem, & meritū non amittit, ētſi pareret, & integritatem corporis perderet. Nec mirū ſi virgo pariter, & fęcūda diceretur, pōt enim manere virgo moraliter, etiamſi naturaliter grauida, & corrupta ſit, vtpote violēter oppreſſa ſicut Lucia Paſchaſio dixiſſe fertur, *ſi inuitam me uiolari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam*, ex S.Tho.2.2.q.64.ar.5.ad 3. Alexan.de Ales in Sum.p.2.q.143.memb.10.Caie.2.2.q.152.ar.1.dub.3.ad 4.Sum. Coro.par.1.c.1.num.67.& 32.q.5.per multos canones.

Dixi, amitti virginitatem *per pollutionem uoluntariam*, etiam ſine ſignaculi fractione, puta qñ talis virgo vel ſola aliquo adminiculo, vel cum altera muliere, vel quōcunque illam procuraſſet, vt libidinoſè delectaretur in ea, qđ peccatū nō eſt ſtuprū, ſed lōge maius, & grauius peccatum, ſ. mollities procurata, & contra naturam, ex Caiet.2.2.q.154.ar.6.dub.3. Nā ſi talis pollutio pręter volūtatē accideret, puta vel dormiēdo, ſine culpabili cā mortali præcedente; vel per violentiam illatam, cui mens non cōſentit, quamuis caro delectationē experiatur; vel ēt ex infirmitate naturæ, vt patet in his, qui fluxū ſeminis patiuntur, nō perditur virginitas, vt diſertis verbis tradit S.Tho.2.2.q.152.art.1.ad 4. quia talis pollutio non accidit per impudicitiam, quam virginitas excludit.

11 *Secundo*, quamuis aliqñ femina non ſit ſub cura parētis, ſed grandęuæ ſit ætatis, puta qnquaginta annorū, quęq; amplius nō eſt habilis generationi, ſi tñ defloratur talis defloratio vere eſt ſtuprum; Quia quādiu virgo eſt, ſemper quantū eſt ex habilitate naturalis decoris apta eſt coniugio, & ideo ſp ex tali violatione redditur inhabilis coniugio. Quod autem contingat ſub nullius eſſe cuſtodia, eſt oīno per accidens, ac proinde, nō tollit qn talis defloratio eſſet vere ſtuprū. Siquidem ſpecies morales attenduntur ſecundum id quod cōiter inueniri natum eſt; Conſtat aūt, quod communiter feminę ſub parentum cuſtodia ſunt, aut alicuius loco parentum, ideoq; virginum taliū defloratio abſolute, & per ſe ſtuprū eſt, ad quā ſpeciem deflorationes, quę per accidēs ſunt, reducūtur. Sicut ētſi virgo aliqua etiam conſentiente patre ex ſtupro acquireret dotē, ac conſequenter redderetur habilior ad matrimonium, hoc tñ nō impedit quo minus defloratio illa vere ſtuprū ſit, & dicatur, qñquidem licet exinde reddatur habilior ad matrimonium quoad bona fortunæ, redditur tñ inhabilior quoad bona naturæ tam corporis, quam animæ. Stuprum aūt penes dānū naturalis boni attenditur, & non penes bona exteriora. Conſenſus quoq; tā ſuus, q̃ paternus, etſi ſtupratoris iniuriā attenuet, & diminuat, non tñ rationem ſtupri tollit: quamuis.n. ex tali cōſenſu nulla inducatur reſtitutionis obligatio, cū ſcienti, & conſentienti nō fiat iniuria, non eſt tñ in ſua, aut patris poteſtate, vt defloratio illa illicita, & extra matrimoniū non ſit ſtuprum, & peccatum; ſicut ſi vxor ab aliquo cognoſceretur etiam ex mariti conſenſu, eſſet nihilominus concubens adulterij reus, & vere adulterium committit, vt conſtat.

Poterat hoc in loco tractari de reſtitutione, ad quam obligatur qui virginem deflorat, ſed de ea commodior agendi locus erit, cum de reſtitutione in particulari dicemus. Hæc igitur interim de ſtupro dicta ſufficiant.

De alijs luxuriæ ſpeciebus, Raptu ſcilicet, Peccato contra Naturam, & Sacrilegio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Raptus quinta luxuriæ ſpecies quid ſit.*
2 *Matrimonium contractum cum ea, quam quis violenter abduxit, & poſtea conſenſit, olim validum fuiſſe, nunc vero aliter dicendum.*
3 *Raptus varijs pęnis punitur.*
4 *Peccatum contra naturam in quo conſiſtit, & varia huius vitij nomina.*
5 *Eſt ſpecies ſubalterna plures ſub ſe ſpecies continens.*
6 *Mollitiem ſeu voluntariam pollutionem peccatum mortale eſſe certiſſimum eſt.*
7 *Actus pollutionis pro varietate perſonarum, quas affectat, multiplex peccatum.*
8 *Pollutio in vigilia contingens aliquando non mortale.*
9 *Communis regula ex communi Doctorum ſententia quando pollutio mortalis quando venialis, & quod ex cauſa ueniali poteſt effectus mortalis ſequi.*
10 *De pollutione nocturna an, & qñ, & quale ſit peccatū.*
11 *Tribus modis in ſomnis accidere poteſt, unde aliquando nullum eſſe poteſt peccatum, aliquando ueniale, aliquando mortale.*
12 *Pollutio non in ſe peccatum poteſt eſſe in cauſa ſua cauſæ autem tres aſſignantur.*
13 *Pollutio ſequens ex cogitatione ſpeculatiua quæ in uigilia præceſſit ſi non adſit complacentia, non erit uenialis quidem nec in ſe, nec in cauſa.*
14 *An liceat complacere de pollutione contingenti in ſomno non propter ſe ſed ob uitationem morbi, &c. uel an liceat cupere ut dormienti contingat.*
15 *Simplici affectu illam uelle, licitum eſt propter corporis utilitatem, efficaciter autem uelle nullo modo licet nec deſiderare ex complacentia.*
Periculoſius deſiderium præcedens quam complacentia ſubſequens. ibid.
16 *Sodomia, non ſolum peccatum mortale, ſed ualde abhominabile, & irę diuinæ prouocatiuum.*

Præ-

Peccatum hoc inter alias cauſam fuiſſe diluij potuit Methodius, ibid.
Grauitas huius peccati ex ſcripturis oſtenditur, & ex pœnis impoſitis.
17 *Innaturalitas quid ſit, ſemper peccatum mortale.*
18 *Beſtialitas peccatum omnium quæ contra naturam grauiſſimum.*
19 *Ad hanc ſpeciem pertinet concubitus cum Dæmone.*
20 *An peccata contra naturam concurrere poſſint cū peccatis luxuriæ naturalis in eadem ſpecie.*
21 *Sacrilegium quomodo ſpecies luxuriæ conſtituitur.*
Grauius peccatum eſt ſacrilegium, quo contra perſonam ſacram quam quo cōtra locum Sacrum peccatur. ibid.
22 *Sacrilegium non ſolum luxuriæ ſpecies ſed cum diuerſis luxuriæ ſpeciebus concurrere poteſt.*
23 *Inter luxuriæ ſpecies grauiora peccata quæ contra naturam quam quæ fiunt ſecundum naturam, in vtriſque ſpeciebus quæ grauiſſima.*

1 QVinta luxuriæ ſpecies eſt *Raptus*, quando ſcilicet fit violentia virgini, aut feminę, ſeu cum femina a domo patris violenter abducitur, vt accipiat ſibi eam in vxorem, vel vt eam corrumpat. Et dicitur *Ræptus*, non ſolum quādo virgo rapitur, ſed etiam ſi corrupta, aut vidua, aut coniugata rapitur, & etiamſi non extrahatur, de domo, dūmodo vi opprimatur, & corrumpatur.

De quo vitio agitur 36.q.1.can.lex illa, & 36.q.2.per totam. De eo ēt agunt S. Thomas 2.2.quæſt.154.artic.7. Alex.de Ales.part. 2. quæſt.149.S. Anton.part.2.titu.5.c.7. Summa Aſtenſis lib.2.tit.46.ar.4.Ang.verb.Raptor.nu.3. Sylueſt.verb.luxuria.q.6.Tabiena. verb. luxuria. §.Quinto, & verb.Raptus.Nau. in Man. c.16.nu.3.Barth.Medina.lib.1.inſtruc.Sacerd. c.14.§.18.Summa Corona part. 1.c.1.n.62.Lud. Lopez par.1.inſtruct.conſcien.c.73. Greg. de Valen.to.3.diſp.9.q.3.punct.3. Sebaſt. Medices in Summa de peccatis cap.tit.8.q.13. Toletus in Sum.li.5.c.12.Io.Bened.in Sum.li.2.c.7.§.2.Emanuel Sà in Aphoriſmis in ver.Matrimoniū.§.1.& alij. Conſtituit aūt ſpeciale peccatum luxuriæ, eo qđ ad turpem actum exercendum rapitur, & adducitur pſona, adhibita violētia vel eidē ipſi perſonæ, cū qua peccatur, vel parenti, in cuius eſt poteſtate, vel utriq; ſimul. Vnde q̃uis aliqñ concurrat in diem cum ſtupro, puta cum quis violentiam infert ad virginem illicite deflorandam, aliquando tñ ab eo differt, vel quando rapitur vidua, aut corrupta, vel quādo aliquis abſq; violentiæ illatione virginem illicite deflorat, ſp tamen ſpeciem diſtinctam a ſtupro conſtituit, propter violentiam illatam aut virgini tm̄; puta quando pater conſentit, & diſſentit virgo, aut patri ſolum, puta cum ipſa cōſentit, vt per violentiā de domo patris abducatur, aut vtriq; ſimul, cū tā virgo, q̃ pater diſsētit, aut cū violenter virgo adducitur a domo parētū, & violenter cognoſcitur, aut cum violenter ſolum abducitur, nō tamen violenter corrūpitur, ſed de volūtate virginis, ſiue concubitu fornicario, ſiue mr̄imoniali corrūpatur: qualitercūq; .n. violentia adſit, ſaluatur rō raptus, vt S.Tho. vbi ſupra docet, & peccatū mortale eſt, aut propter violentiam ipſam, aut propter habitudinem ad illam, etiamſi poſtea in actum luxurioſum conſentiat.

Illud vero annotandū eſt, quod licet olim verū eſſet quod tradit S.Thom. loco proxime allato, ſ.matrimonium contractum cum ea, quā violenter de domo patris adduxit, & poſtea in actum matrimonialē cōſenſit, validū fuiſſe, non tamen aliter dicendū eſt, ſiquidem Tridentina Synodus Seſſ.24.de refor. Matrimonij.ca.6.nouiter ſtatuit, & decreuit. *inter raptorem, & raptā, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit,* NVLLVM *poſſe conſiſtere* MATRIMONIVM. *Qđ ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero cōſtituta, illū in virū habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, & omnes illi conſiliū, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure* EXCOMMVNICATI, *ac perpetuo infames, omniūq; dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptā, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.* Hęc Conciliū Tridentinum vbi ſupra, de qua re plura dicemus in materia de ſacramēto mr̄imonij. Quāuis igitur iure antiquo matrimonium inter raptorē, & raptam valide contrahi potuit, ēt dum ipſa in raptoris poteſtate fuit, dummodo conſenſerit ipſa in matrimonium, nunc tamen *matrimonium nullum eſt, quādiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit,* ſic etiam quamuis olim raptor talis excommunicatus nō fuit, ſed excommunicādus ſolum, vt notat bene Caiet. 2.2.q.154.art.7.dub.2. nunc tamē ipſo iure excommunicatus eſt, & infamis, vt ex prædicta Tridentina Synodo conſtat.

Varijs ēt pęnis peccatū hoc punitur, nā Deuteronom.22.punitur pęna mortis, & ſecundū leges ciuiles talis raptor decapitari debet. l.vnica.C.de raptu virg. & eius ſubſtantia applicari debet raptæ; ſi ingenuam rapuit, ſi vero ancillam, aut libertam rapuit, non amittit ſubſtantiam, ſed tantum decapitatur, arg.36 q.1.ca.de raptoribus, quæ tamen pęnæ; vt voluit Goffredus, intelliguntur infligendæ ſolum quando rapuit mulierem honeſtam, ſecus ſi meretricem argu. dictæ legis vnicæ, C.de raptu virg. C.ad legem Iuliam de adulter.leg. Quæ adulterium. Nunc ſeruandum eſt decretum Concilij Tridentini vt diximus.

Sexta luxuriæ ſpecies eſt peccatum CONTRA NATVRAM, qđ in eo conſiſtit, qđ qs actū venereū exerceat tali prauo mō, q per ſe repugnet, & obſtet gñationi humanæ, q̄ alioqui eſt finis hmōi actus, rōne cuius deformitatis ſpecialis in actu venereo, ſpeciē luxurię determinatā, & a ceteris diſtinctā conſtituit. Hēt aūt hoc vitium varia nomina. *Primo* enim dicitur *Sodomia*.c.*Quod ait*.diſt.14.cap.*flagitia*.32.q.7. Dicitur aūt vitium Sodomiticum, & Gomorrheanum, quod homines eorū ciuitatū huic vitio dediti erant, Gen.19. vbi Loth videns qđ Sodomitę vellent hoc vitiū facere cum Angelis q in domo eius hoſpitati ſint in forma iuuenū, ſtatuit poti⁹ dare filias ſuas vt cū eis fornicarētur. Aliud ſimile exēplū hētur Iud.19. De ſene qui receperat Leuitā cum vxore in hoſpitium, quem quē Gabaonitę violare volebāt, ille vero ſenex filiam ſuā virginem potius cū vxore leuitę illis exponere voluit, q̄ vt tm̄ facinus committerēt. *Secundo* dicitur *Nephanda libido.c.in eo fornic.*32.q.4.& inſtit.de publ. iud.§.itē lex Iulia. *Tertio* dicitur *luxuria grauiſſima*, Authen. vt non luxurie. contra naturā.col.6.vbi dicitur, quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi, *grauiſſimis luxurijs* ſemetipſos inſeruere, &c. vbi ēt ait Imperator, quod propter hoc crimen inducuntur fames & peſtilentiæ, & terræmotus.

Quarto dicitur vitiū *contra naturam* ob rationē dictam vt habetur in cap.*adulterij*, & in cap.*flagitia*.32.q.7.& in ca.clerici, *de exceſſ. prælat.* & in d. Auth.col.6.& alibi ſæpe.

Eſt autem hæc luxuriæ ſpecies non ſpecialiſſima, ſed ſubalterna, plures alias ſpecies ſub ſe continens, ſecundum varios modos quibus cōtingere poteſt.

Primo, quidem ſi abſque omni concubitu cā delectationis venereæ pollutio procuretur, qđ pertinet ad immunditiam, q̄ *mollitiem* appellant, de quo Rom.1.dicitur, *Propter quod tradidit illis Deus in reprobum ſenſum.* & 1. Cor. 6. *Neque adulteri, neque molles regnum Dei poſſidebunt.* propter qđ vitiū Deus occidit Onan filiū Iudæ. Ge.38.

Secundo ſi fiat per concubitum ad non debitum ſexum, vt qn̄ vir cum viro, aut femina cū femina turpitudinem operatur contra naturam, & dicitur *Sodomia*. De quo Leuit. 20. Ro. & 1.Corint.6.& leg.fœdiſſimum. C. de adulterijs, & c.*vſus naturalis*. 32.q.7.

Tertio, ſi non ſeruetur naturalis modus cōcūbendi, aut quantum ad inſtrumentum non debitū, aut ſeruato inſtrumento, & vaſe debito, ſed nō debito ſitu, aut quantū ad alios modos mōſtruoſos, & innaturales, puta qn̄ vir cū muliere peccat non ſeruato loco naturali, de quo S.Aug.& refertur in c.*Adulterij*.32.q.7 ait, *Qđ fit contra naturā, execrabiliter ſit in meretrice, ſed multo execrabilius in vxore: Tm̄.n. valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendū conceſſis, cū modus exceditur, longe tolerabilius ſit, quam in eis quę conceſſa non ſunt, vel vnus vel rarus exceſſus.* Item qn̄ vir ſeruato loco matrimoniali ponit ſe loco feminę, & mulier ſe ponit loco viri: Hoc enim eſt cōtra id qđ rō naturalis dictat, & honeſtas ſuggerit. *Quarto* ſi fiat per concubitū ad rem non eiuſdē ſpeciei, vt qn̄ cum brutis, & irrationalibus peccatur, & dicitur *Beſtialitas*. De quo Leuit. 18. quo vitio inuoluti erant fratres Ioſeph, vt ait Gloſſa, Gen. 27. *accuſauit* fratres apud patrē de crimine peſſimo. Eſt .n. hæc ſpecies alijs omnibus grauior, & tales morte puniēdi ſunt. Leuit. 18.& 20. De quib. tractant S. Thom.2.2.q. 154. ar.1.& art.12.& Caiet.ibid. Alex. de Ales in Sūma.par.2.q.15 .S. Ant.par.2.ti.5.c.4. Ang. ver. luxuria, n.2. Syluest.eo.q.7. Nau.in Man.ca.16. nu.3. Sum.Corona tract.de circūſtantijs. n.16. Barth.Medina lib.1.inſtruc.confeſſ. c.14. §.18. Lud.Lopez par.1.inſtruc.conſciē.c.73. Greg. de Valen.to.3.diſp.9.q.3.punct.3. Tolet. in Sū. li.5.c.13.Io.Bened.in Sum.lib.2.c. 8. §. 1. Sebaſtianus Medices in Sum. peccat. capit. tit. 8.q. 14. Emanuel Sà in Aphoriſ.verb.luxuria. Ioan. Pedrazza in expoſitione ſexti præcepti, & alij communiter.

6 *Quoad* Mollitiem, ſeu voluntariam pollutionē certū eſt eſſe pctm̄ mortale, iuxta illud Apoſtoli, 1. Cor.6. *Neque adulteri, neque molles regnum Dei poſſidebunt*. Non.n. priuatur quis regno Dei niſi pp peccatum mortale. Caie. 2.2. q.154.ar. 11.dub.2.& in Sum.verb.pollutio. Nau.in Manuali.c.16.nu.6.verſ. 2.Sebaſt.Medices in Sum. de peccat.capit.tit.8.q.36.Grego.de Valen.to. 3.diſp.9.q.3.pūct.3.Sum.Corona part.1.c.1.n. 64.Lud.Lopez par.1.inſtruc.conſc.c.73.Bart. Medina li.1.inſtruc.Sacerd.c.14.§.18.Tolet.in Sum.li.5.c.13.Io.Bened.in Sum.li.2.c.8.& Emanuel Sà in Aphoriſ.verb.Luxuria. poſt S. Ant. p.2.tit.6.c.5.& Alex.de Ales p.2. q.106.mēb. 10.§.3.& ſeqq.& S. Tho.2.2.q.154.art. 5.

7 *Intelligitur* aūt hoc de pollutione in vigilijs facta, & volūtarie procurata vel ab vna perſona ſe procurante ad eā, ſiue vir ſit, ſiue femina, vel a duabus, vna alterā iuuante, vt qn̄ femina cū femina, aut vir altero ipſum tangēte ſe volūtarie polluit. Ceterum vt recte notat Caiet.2.2.q. 154.ar.11.dub. 2. ſiue ſit procurata extrinſeco adminiculo proprio, vel alieno, per quodcūq; coniunctū, vel ſeparatū inſtrumentū, dūmodo abſit concubitus, & ſiue ſit procurata per ſolū actū interiorē poſitiue, vel negatiue, nulla exurgit diuerſitas ſpecifica, qm̄ hæc oīa materialiter, vel per accidens ſe habēt ad voluntariā pollutionem abſq; concubitu quocunque. Eſt tn̄ grauius peccatū cum alterius opera, & adminiculo contingit, pp participationem in alterius peccato. Id qđ intelligendū eſt de pollutione ſimplici, & abſoluta; quę fit ex ſola expletione voluptatis venereæ ſecū tm̄; ſi enim homo deſiderio, imaginatione, & moroſa delectatione interim dū ſe polluit, cū altera pſone coire voluntate efficaci vellet, erit vere pctm̄ illius ſpeciei cuius eſſet, ſi vere coiret cū illa perſona, q̄ affectat, vt v.g. ſi affectat coniugatā, erit adulterium; ſi virginē, ſtuprū, ſi hominē, ſodomia, & ſic de alijs, adeo vt ſi vno actu polluendi ſe diuerſas pſonas affectaret, multiplex pctm̄ erit, pro varietate perſonarū cū quib. coire deſiderat, & hæc oīa in confeſſione explicāda erunt, iuxta ea, quæ tradunt Caiet. vbi ſup. Nauar. in Manu.c.16.n.6.ver.2. Ludouic. Lopez p. 1. inſtruct.conſcien.c.73.Bar.Medina lib. 1.inſtruc. confeſ.c.14.§.18.Toletus in Sum.lib.5.c.13.& Ioan.Bened.lib.2.Summæ.c.8.in prin.

Immo vero adeo certū eſt pctm̄ eſſe mortale deliberate, & volūtarie procurare pollutionē vt propter ſanitatē, neque propter vitam cōſeruandam, nec propter quemcunque finem liceat, ex Richar.in 3.diſt.37.ar. .q.2.ad 3. Toleto lib.5.Sum.c.13.Io.Bened.lib.2.Sum.de peccatis.c.8.n.49. ſemper.n. aliunde natura habet purgationis ſuæ modos, quā ex ſeminis effuſione, puta ꝑ ſudores, abſtinentias, & alias euacuationes, per quas materia ſpermatica conſumi poteſt. Vnde grauiſſime peccant medici, qui talem actum conſulunt ob ſanitatem, nec excuſantur a mortali, qui eis obediunt, ex Toleto, & Ioan.Benedicto locis proxime allatis.

8 *Et* quæ diximus de pollutione in vigilia occurrente, cõiter vera ſunt, aliquando. n. pollutio in vigilia contingens, dũmodo nõ adſit cõplacẽtia deliberata in delectatione illa, nõ erit mortale vt v.g. pollutio in vigilia, ex infirmitate cãta, non eſt pctm̄, vt accidit patiẽti ſeminis fluxũ, ſeu ſeminiflua. Illa. n. humida ac ſeminiflua diſtillatio, q̃ ex vi imaginatiua in genitalibus ꝑter cõſenſum volũtatis, ac ſine delectatione irrũpit, non eſt peccatũ ſaltem mortale. Itẽ ſi fiat ex tactu alterius violento, vt contingeret ei, qui per tactus membrorũ ad peccandũ traheretur, vel alias excitaretur dummodo, vt diximus, nõ conſentiat in illa delectatione, non erit pctm̄ mortale: vnde mulier inuita violata sẽtiendo delectationem veneream carnis, nõ peccat, quamuis vociferetur, aut aliquo modo ſe defendat, ob verẽcundiã, dũmodo non ſe componat, aut ſe accõmodet, & animo non conſentiat, ex S. Tho. 2. 2. q. 151. ar. 1. ad 4. Soto lib. 5. de iuſtitia. q. 1. ar. 5. ad fin. Martin. Nau. in Manua. c. 16. n. 1. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. ca. 3. n. 104. Sum. Corona p. 1. c. 1. nn. 64. Ludo. Lopez. par. 1. inſtruc. conſc. c. 73. in principio & alijs.

Deinde ẽt abſq; peccato mortali contingere põt pollutio diurna ex cogitatione, & contẽplatione alicuius opis, ex quo inſurgere ſolet motus libidinoſus, qñ tamen non tenetur quis deſiſtere a tali opere, vnde cõſequitur talis pollutio. Cuius rei exemplum poni ſolet in ijs, q audiunt confeſſiones, vel cogitant, & legũt de eiuſmodi materia ad concionandũ, vel docendũ, vel ad eruendã veritatẽ, vel qui honeſte cõuerſantur cũ mulieribus ex cã neceſſaria, cum quibus, dũ interdum loquũtur, patiuntur in carne ꝓpria quaſdã titillationes, & diſtillationes humiditatũ inuoluntarie, in his. n. caſib. nõ peccant mortaliter, dũmodo non conſentiant, cũ proueniat contra imperiũ rationis; neq; tenentur abſtinere ab huiuſmodi exercitijs, & cõuerſationibus, dũmodo in pollutiones illas non cõſentiant, nec periculũ probabile cõſentiẽdi ſibi parẽt. Verũ enimuero ſi hac de cauſa homo ſe conijcit in periculũ probabile conſentiẽdi deliberate hm̃oi voluptatibus, vt ſæpe cõtingit ijs qui ſunt natura fragiles, tũc habita iſta experiẽtia, ẽt præcepto inſtigante eos prçlati ad hæc exercitia, nõ tenentur talia exercitia cũ tali ꝓbabili periculo ſubire: Tũ quia *qui amat periculũ peribit in illo*, Eccl. 93. Tũ qa nemo tenetur ſaluti proximi conſulere cũ diſpẽdio propriæ animæ. Tũ qa ille qui turbulẽtis corruptus eſt affectibus cũ periculo ruẽdi in mortale pctm̄, nõ tenetur acceptare Epiſcopatũ ẽt ſuperiore præcipiente. Nã, & p̄latus ſuç propriæ ouis curã gerere dẽt, nec eã probabilib. periculis ſpiritualib. exponere. Quç oĩa colliguntur ex S. Tho. p. 3. q. 80. ar. 7. in corpore artic. S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 5. Turrecre. *cap. Teſtamentum*. & *cap. ſed penſandum*. diſtinct. 36. Caiet. tom. 1. opuſculorum. tracta. 22. & in Sum. verbo. Pollutio. Nau. in Man. ca. 16. nu. 7. Barthol. Medin. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 18. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſ. c. 73. Gregor. de Valen. to. 3. diſp. 9. q. 3. puncto. 3. Sum. Cor. p. 1. c. 1. n. 64. Toleto in Sum. lib. 5. c. 13. Ioã. Benedict. in Sum. lib. 2. c. 8. in prin. Emanuel. Sà in Aphor. ver. luxuria, & alijs cõiter. In his igit̃ tribus caſib. pollutio in vigilia accidẽs, cum ſit inuolũtaria ſaltem in ſe, immo ẽt in cauſa q̃ non tenetur auferre, niſi eo mõ quo diximus, non erit mortalis. Qñ aũt tenetur, & poterit auferre cãm, ſeu a cauſa illa deſiſtere ꝑꝑ impediendum talem effectũ, atq; adeo ẽt, vel præuidit, vel ob circunſtantias potuerit præuidere ſequuturum certo aut probabiliter effectũ illum ex tali cã, niſi cãm illã impediat, et tollat, pollutio inde ſequẽs illi ad pctm̄ mortale imputatur, ſiquidem tunc indirecte ſaltẽ voluntarius eſt illi talis cãæ effectus. Qñ aũt p̄uidere, ac proinde ẽt impedire talẽ effectum turpem quis potuerit, tũ ex circunſtantijs, tũ ex cõplexione, tũ ẽt conditione perſonæ, & experientia in caſib. particularibus iudicandũ eſt, in qua re magnã adhibere oportet diligentiã, ne qs erret, & ſe decipiat. In particulari vero tenet̃ vnuſquiſq; a cauſis vel alioquin vanis (vt a colloquio ſupfluo, & aſpectib. &c.) vel malis, & laſciuis, & incẽtiuis libidinis, (vt a cogitationib. turpib. aut potu, vel eſu non neceſſario, eo quo cõſideratis rei, & ꝑſonæ circunſtãtijs, veriſimiliter talis effectus ſit ſequuturus) abſtinere, & deniq; ab oĩ cauſa nõ alioqui neceſſaria ad debitum, & honeſtum finem.

9 *Denique* ex cõi Doctorum ſententia in materia iſta, hæc cõis ſtatui poteſt regula, ſ. ſi cauſa pollutionis ſit peccatũ mortale, & ipſa quoq; pollutio inde ſequuta culpa mortalis erit; ſin aũt fuerit cã eius venialis, ipſa quoq; culpa venialis erit: vbi autẽ cã nullã in ſe culpã habet, nec effectus inde conſequens culpabilis erit, dũmodo tñ nulla ſit in tali delectatione cõplacentia, ſi. n. adſit cõplacentia deliberata in turpitudine illa, ẽt abſq; culpabili cã præcedente ſequuta, erit pctm̄ mortale, quod ſi nõ eſſet oĩno deliberata, erit tm̄ veniale, vt p̄fati Doctores tradũt, nunquã. n. licitum eſt, ẽt ex ſe uenienti pollutioni conſenſum præbere, aut de ea turpitudine cõplacere, vt recte Caietanus in Summa verb. pollutio, & Greg. de Valen. to. 3. diſp. 9. q. 3. punct. 3. annotarũt. Vbi ẽt idem Greg. recte, & ſubtiliter animaduertit, regulã illã, quã aſſignãt cõiter authores, quos ſequitur Lopez vbi ſup. par. 1. inſtru. conſc. c. 73. in fin. quoad illam partẽ, *quando cauſa eſt venialis, & effectus pollutionis ſequens erit venialis*, intelligendam ſolũ eſſe qñ cauſa eſt ſolum venialis ex defectu plene voluntarij, ſi quidẽ fieri poteſt, vt quamuis cauſa in qua pollutio eſt volũtaria, ſit alioqui tm̄modo pecatum veniale, ipſa tñ pollutio inde ſequẽs ſit peccatũ mortale, ſi nimirum cauſa ſit ſecundũ ſe peccatũ veniale, nõ quia ſit imperfecte volũtaria, ſed qa ſit circa leuem materiã, quantũuis alioqui plene, & ꝑfecte voluntaria. Tunc enim pollutio ẽt ſequens erit plene & ꝑfecte voluntaria, & conſequenter erit peccatũ mortale, cũ alioqui pollutio ex ſe quoddã graue, & mortale ſit, ſicut ẽt facinus ex ſe mortale qđ conſequitur ex ebrietate imperfecta, & iõ veniali, q̃ tñ fuerit plene volũtaria, ob talẽ imperfectã ebrietatẽ nõ excuſatur a peccato mortali, vt docent Caiet. 2. 2. q. 150. art. 4. & Greg. de

Valen-

Val.to.3.diſp.9.q.3.punct.2. In hoc. n.caſu nihil deeſſe vr̃, quominus mortalia alioq facinora,ſequuta ex tali ebrietate, & q̃ præuideri potuerunt,& debuerũt, imputẽtur ad culpã mortalẽ. Siquidẽ,& ipſa per ſe ſunt mortalia,& plene ẽt tunc voluntaria indirectè,nimirũ, *in cauſa ſua*,ẽtſi in ſe quidem nõ ſint plene voluntaria, propter imperfectũ tunc vſum rõnis, non ſufficientem per ſe ad peccandũ mortaliter . Pari rõne,cũ pollutio ex ſe res grauis ſit, vtpote contra naturã,& plene voluntaria indirecte *in cauſa ſua*,q̃ prȩuideri potuit,& debuit, nõ obſtante quod eſſet circa leuẽ materiã, culpa mortalis erit. Sin aũt cã, in qua pollutio eſt voluntaria, fuerit ex ſe tm̃ veniale peccatum, eo quod nõ fuit plene voluntaria,tunc quidem pollutio cõſequens erit ſimiliter tantũmodo peccatum veniale:ſicut ẽt,& facinus, quod conſeqtur ex ebrietate nõ plene volũtaria,& ideo veniali. Vnde ad cognoſcendã quantitatem culpȩ pollutionis,eius q̃ ſit voluntaria in ſua cã,reſpiciendum eſt tantummodo ad perfectã vel imperfectam rationem *uoluntarij* in ipſa cã,qualiſcunq; demum ſit,alioqui illa cã, i.ſiue ſit ex ſe alioq peccatum mortale,vel veniale,aut nullum dũmodo tñ non ſit neceſſaria ad aliquem honeſtum,& debitum finem; tunc enim pollutio cõſequens ex ipſa nullum erit peccatum, cũ nullo modo cenſenda ſit voluntaria indirecte in eiuſmodi *cauſa*, a qua.ſ. quis non dẽt, aut tenetur deſiſtere, vt diximus quæ omnia multo magis procedunt in pollutione,quæ in vigilia contingit,cum effectus ille magis præuideri,& impediri potuit, & debuit,vt conſtat.

10 Dubium aũt maius eſſe põt de pollutione nocturna, an,& qñ,& quale peccatum ſit? Ex vna namq; parte videtur eſſe peccatum, qa ſit contra finẽ,ad quem ordinatur talis ſeminatio a natura,iuxta illud, Maledictus, qui fundit ſemen in terram. Ex altera vero parte, peccatũ intm̃ eſt pctm̃,inquantũ eſt voluntariũ,& cum iudicio rationis,in ſomno aũt non eſt iudicium rõnis liberum,ex S.Th.2.2.q.154.art.5 vñ Iſidorus li.3.de ſũmo bono c.6.ait: Non eſt pctm̃, qđ nolẽtes nocturnis imaginationib.illudimur

Reſpondeo cũ S.Tho.2.2.q.154.ar.5. Caie. ibi.Alex.de Ales p.2.q.105.mẽb.10 §.3.Pal.in 4.diſt.9.q.3.ar.1.concl 1.S.Anto.p.2.tit.6.c.5. Ang.verb.pollutio. Sylu.eo.Soto in 4 diſ.12.q.1.ar.7.Adr.in 4.q.4.de Euchariſt.§.*His premiſſis*. Nau.in Man.c.16.n.8.Sum.Cor.p.1.c.1.n.64. Greg.de Val.to.3.diſp.9.q.3.punct.3.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.74 Sebaſt. Medice in Sũ. de peccat.capit.tit.8.q.36.Barth. Med. lib.1.inſtruc.ſacerd.c.14.§.18.Toleto li.5.Sũ.c.13.Io. Bened.lib.2.Sum.cap.8. Eman. Sà in Aphoriſ. verb.*luxuria*,& alijs,qđ cũ duplex ſit voluntarium,aut in ſe,aut in ſua cã, pollutio nocturna ſcđm ſe,& in ſe,ſicut voluntaria non eſt, ita neque peccatum erit, qñquidem in ſomno ita opprimuntur vires interiores propter turbulentiã vaporum aſcendentiũ ad caput, vt rõ liberum iudicium nõ habeat,ſublato aũt iudicio rõnis, tollitur ẽt ratio peccati, vnde nec primi motus ſenſualitatis habent rationem peccati, niſi in quantum iudicio rationis reprimi poſſunt.

11 Poteſt aũt pollutio in ſomnis tripliciter accidere,primo,ita vt tota ſit in ſomnis;ſcđo quando inchoatur in sõnis,hoc eſt,motus ille corporis fit in ſomno,conſummatur aũt in vigilia,plerumq; enim accidit emiſſionem in vigilia fieri; Tertio,quãdo emiſſio partim fit in ſomno, partim in vigilia. Et quidem primo modo nullum eſt peccatum in ſe,vt ex dictis conſtat.

Dixi,in ſe,qa licet nocturna pollutio in ſe nõ ſit peccatum rõne iam dicta, dare tamẽ operã ſtudioſe ad hũc finẽ, vt quis in sõno polluatur, peccatũ mortale eſt,vt Nau.S. Ant.Sum.Corona,Lopez,Toletus.Io.Bened.docent; v.g. ſi qs per nimiam comeſtionem, & potũ daret operam, vt ſequatur pollutio, etiã ſi faceret non ob delectationem,ſed ad alleuiationẽ naturȩ,& ſanitatem,eſſet mortale,ſicut ſi quis in vigilia voluntarie ſe pollueret,ob ſanitatẽ ſolũ, nõ excuſaretur a mortali,quia facit directe contra finẽ intentũ a natura,q nõ eſt alius in emiſſione ſeminis voluntaria,niſi generatio, quȩ per illum modũ ſequi non põt. Similiter ſi quis comedit nimis, aut nimis calida,ea intentione,vt in sõno polluatur,peccat mortaliter. Itẽ ſi qs in lecto tali ſitu accũbit,v.g.ſup renib.aut alio quouis mõ vt poſſit ꝓuocari pollutio in sõno, peccat mortaliter,qa in his caſibus vtitur ſomno,vt inſtrumento malitioſȩ voluntatis ordinantis ſomnũ, vt polluatur,quod pctm̃ mortale eſt. At vero ſcđo,& tertio mõ,aliqñ nullum eſt peccatum, aliqñ veniale ſolũ, aliquãdo aũt mortale. Si.n. cõtingat pollutio ſemminæ excitato ante plenã ſuſcitationẽ,nec vlla exinde delectatio libidinoſa conſequitur, nullũ oĩno erit peccatum: Dixi, ſi nulla exinde cõſequitur *Delectatio libidinoſa*,ſi.n.delectatio ſeu complacentia illa ſit de pollutione habita rõne alleuiationis naturȩ, vt ſic melius ſeruiat Deo magis liber a ſtimulis carnis,nec vlla intẽtione in ſomnis procurata,nullũ erit peccatũ. Qđ ſi pollutio incepta ſit in sõno,& finiatur in vigilia, tunc aut hõ nõ plene expergefactus eſt,aliq̃ tñ delectationẽ ſenſualitatis hẽt,quamuis imperfectã, & non plene deliberatã,& tunc veniale peccatum erit, non quidem rõne pollutionis,ſed rõne complacentiȩ,& delectationis factȩ in vigilia,ex S.Ant.Nauar.Lopez, Alexan.de Ales,Toleto,Io.Benedicto,Eman.Sà,& Grego.de Val.vbi ſup. Non.n. contingit peccatũ mortale ſine iudicio rõnis integro perpetrari: Aut homo plene experrectus & excitatus eſt a sõno,& non ſolũ repente,ſed deliberate delectationi,& cõplacẽtiæ aſſentit, ita vt ẽt placeret ſi haberet vas debitũ receptioni talis materiȩ extra matrimoniũ,& tunc quidem mortale peccatum eſt,non tamẽ ipſa pollutio initiata in ſomno,& terminata in vigilia, qa ipſa iã ꝑceſſit, ſed propter nouũ deliberatũ conſenſum habitũ poſt pollutionem, ex Alex. S.Anton. Gregorio, Toleto, & alijs vbi ſupra. Addo tamẽ ex Soto in 4.diſt.12.q.1.ar.1.Ema. Sà in Aphoriſ.in verb.luxuria, & Lud. Lopez par.1.inſtruc.conſc.c.73.ad ſedendas conſciẽtias ſcrupuloſorũ, quod ſi abſq; complacentia illius,poſtquã e lumbis deciſa eſt, vbi actio libe ra finitur, ſinatur ſuū curſum naturalē peragere; namq; expergefactus plene eā retinere non pōt, aut non curat cā alleuiandi naturæ, aut vitādi morbi, non cenſebitur peccaſſe tanquā in vigilia pollutus; Quāuis argumentum ſit valde timoratæ, & bonæ cōſcientiæ tūc repēte curſui obſtare, dummodo commode fieri poſſit, qa in repētinis cognoſcit habitus tā bonus, q̃ malus.

12 *Sin autem* cōſideretur pollutio nocturna *ex cā ſua*, tunc quidem vt pręfati authores oēs tradūt, poteſt ibi peccatum eſſe, & non peccatum, nō *in ſe*, ſed *in cauſa ſua*, & hoc pluribus modis, prout plures cauſæ in ſōno illā inducere poſſunt. Solent aūt tres cāæ pollutionis nocturnæ aſſignari, vna eſt *corporalis*, ſ. ſuperabundantia humoris ſeminalis in corpore, cauſata ex nimia corporis calefactione, aut ex alia quacunq; cōmotione, dū ſomniat dormiens ea, q̃ pertinent ad expulſionē humoris, ſuperabundantis vel reſoluti, ſicut accidere ſolet, qn̄ natura grauatur ex aliqua alia ſuperfluitate, ita vt qn̄que formātur in imagine phantaſmata ꝑtinentia ad talis ſuꝑfluitatis emiſſionē. Si igitur ſuperabundātia humoris ſit ex cā culpabili, puta ex ſuperfluitate cibi, & potus antea ſūpti, tunc nocturna pollutio pctm̄ erit mortale, aut veniale, non in ſe, ſed pro ratione culpæ mortalis, aut venialis præcedentis. Sin vero procederet ex ſumptione cibi calidi, incitantis ad libidinem ex propoſito facta, tunc erit culpa mortalis, quia ſic eſt elicita.

Dixi, *ex ſumptione cibi calidi ex propoſito facta*, qa ſi qs comedit nimis, aut nimis calida, ex quo dubitat ſibi exinde pollutionē in ſōnis, qa alias expertus eſt hmōi, non tn̄ habet moralem certitudinem, nec propter hoc illa ſumit, ſed vt ſatisfaciat gulæ, non propterea peccatū mortale erit, ſed veniale ſolum, ſi culpa præcedens ſolū venialis fuerit, ex S. Anton. par. 2. tit. 6. c. 5. Ang. verb. pollutio n. 2. Syl. verb. eo. Toleto in Summa, lib. 5. c. 13. & alijs, poſt Alex. de Ales in Sūma. part. 2. q. 105. memb. 10. §. 3.

Sin aūt reſolutio, & abundantia ſeminis nō ſit ex cā culpabili, nec intenta, nullū oīno peccatum erit, etiā in cauſa ſua. Vnde recte notat Toletus vbi ſupra, quod qui non habet cibos, quib. veſcatur, niſi eos vnde ſperat pollutionē, nō tenetur abſtinere, ſi abſtinentia talis ei nocet. Non. n. ſatis eſt aduertere talis cibi eſū inducturū pollutionē, ſed opus eſt, vt poſſit, & teneatur talē cām remouere, ad hoc vt pollutio ſequēs culpabilis iudicetur. Qn̄ enim cauſa nō eſt mala, & ex eius oblatione ſequitur nocumētum, quamuis cognoſcit pollutionem euenturam, non ob id tenetur auferre, nec peccat nō auferendo, vt in exemplo allato manifeſtū eſt; Sic curſor, q equitando non pōt aliter pollutionem impedire, q̃ deſcendendo ab equo, & pedibus incedendo, nō tenetur deſcendere, ex Nanar. & Lopez vbi ſup. Ideq; de eo dicendū eſt, qui ex eo quod accūbit tali ſitu in lecto, aduertit incurrere pollutionē, ſi abſq; intētione procurandi pollutionē ſic accūbit, non potens aliter cōmode dormire, non tenetur aliter accumbere; Sicut nec ex eo quod iuſtā refectionē ſumit, videt ſibi pollutionis periculū imminere, tenetur propterea a cęna abſtinere, vt Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. art. 7. ver. Ex his aūt colligito. Bar. Medina. 1. 2. q. 74. ar. 5. & 6. & Toletus in Summa lib. 5. c. 13. expreſſe teſtantur.

13 *Altera* cauſa eſt *animalis interior*, ſ. cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem dormiētem pollui. Cogitatio autem quæ in vigilia pręceſſit, qn̄que eſt pure ſpeculatiua, puta cū aliquis cauſa diſputationis, lectionis, aut conſiliādi legit tractatus de adulterio, aut de peccatis carnalib. & tūc pollutio inde ſequens, dummodo non adſit cōplacentia nullā oīno culpa etiā venialis habet, nec in ſe, nec in cauſa ſua. Quandoq; vero eſt cū aliqua affectione cōcupiſcentiæ, & ſic pollutio in ſōno contingens culpę rationē habet ex parte cauſę ſuæ, quia ſcilicet, cogitatio p̄cedens fuit cū delectatione ſenſuali, quo caſu mortalis, aut venialis culpa erit, pro ratione delectationis moroſę, aut imꝑfectę præcedentis, ex illa namq; cogitatione in vigilia facta, remanet quoddā veſtigium, & inclinatio in anima, qua dormiens facilius inducitur ad aſſentiēdum actibus ſuæ imaginationis, ex quibus ſequitur pollutio, adeo vt ſicut ſe habuit voluntas in vigilia circa cogitationes venereas, ita ſ. in ſomno habere videtur.

Tertio cauſa eſt *Spiritualis*, *& extrinſeca*, cum ſ. ex operatione dęmonis commouentur phantaſmata dormientis ad talē actum prouocātia, Poteſt. n. dæmon mouere phantaſmata ex ſenſibus apprehēſa, & in phantaſia reſeruata, & illa componere, puta, memini me vidiſſe aurum, & montē ſeparatim, imaginabor montē aureū, & ſic de alijs; vnde qn̄que in ſomno imaginantur homines ſe rē agere cum tali, aut tali, in quam nunquā affectū habuerunt in vigilia, nec deſiderarunt. Pōt aūt ex hoc capite nonnunq̃ contingere pollutio abſq; peccato, ex ſola dęmonis nequitia, & malitia; ſicut in Collationib. Patrū legitur de quodā, qui ſemper in diebus feſtiuis pollutionem nocturnā patiebatur, hoc diabolo procurāte, vt impediretur a ſacra cōmunione, Aliquando aūt eſt cum peccato p̄cedenti, ſ. negligētia p̄parandi ſe cōtra dęmonis illuſiones, vnde eccleſia in Hymno ad completoriū recitari ſolito canit, *Procul recedant ſomnia, Et Noctium phantaſmata, Hoſtemq; noſtrum comprime, ne polluantur corpora.* Quæ negligētia vt plurimū venialis eſt, & iō pollutio inde conſequēs ſolum culpa venialis erit: Aliqn̄ tamen poteſt eſſe mortalis, nimirū; dum meminerit de ſomno præterito, & complacentiam hēt de eo, adeo vt vellet fuiſſe in vigilia quod ſomniauit. Et q̄ hactenus dicta ſunt, certa ſunt, & in confeſſo apud omnes.

14 Dubium vero eſt, an liceat cōplacere de pollutione contingenti in ſomno, non propter ſe, ſed ob vitationē morbi, vel exonerationē naturæ inde ſubſequutā, vel an liceat alicui cupere, vt ſibi dormiēti, quo leuet natura, cōtingat pollutio, per ſolam viā naturalem, nullā ad id cauſam præbendo? Duæ ſunt de hac re ſententiæ.

Prima eſt aſſerentiū non licere cōplacere de tali naturali pollutione in ſōnis, neq; eam hoc fine deſiderare vt vel leuetur natura, vel ob ſanitatē, vel ad leuādas carnis tētationes, quib. in terdiu affligitur, etiamſi nulla rõne illam excitet, aut procuret, ſed ſolũ a natura expectet. ſic Palud. in 4. diſt. 9. q. 3. ar. 1. concl. 1. Adr. in 4. in materia de Euchariſtia. q. 4. §. *His præmiſſis*. Sotus in 4. diſt. 12. q. 1. art. 7. Barth. Med. 1. 2. q. 74. art. 5. & 6. Corduba lib. 2. quæſtionarij. q. 30. vt refert Lopez loco inferius citando. & Grego. de Valẽ. tom. 3. diſp. 9. q. 3. punct. 3. Rõ horum eſt, quia ex illa cõi regula Doctorum, quãdo actio ob ignorantiam, vel ob aliam quamuis cãm excuſatur a culpa, conſenſus in illã actionem non eſt licitus, niſi ſimul cũ conſenſu eadem cã excuſans concurrat præſentialiter, & actu, vt v. g. ſicut furioſus occidendo hoĩem non peccat, ſic nec conſentiendo in mortẽ prçteritã; vel futurã peccat, quia defectus iudicij rõnis, qui excuſabat actũ, concurrit ad conſenſum, vnde pariter excuſat. Si autem in lucido interuallo cõſentiat deliberate occidere hominẽ in furia ſequente, vel cõplaceat ſibi in homicidio p̃terito, peccat mortaliter, quia tunc non adeſt defectus rõnis, qui excuſabat a pctõ. Sic Paludanus; dat Sotus aliud exemplum. Iacob. n. licite conſentire potuit in delectationẽ & opus, quamdiu per ignorantiã putabat Liam eſſe ſuã; ſublata vero ignorantia, conſenſus non excuſaretur, quia liber iã & ex propoſito ferretur in rẽ genere ſuo illicitam, quare ignorantia, quç excuſabat actũ, iam non excuſat conſenſum. Cum ergo qñ ille complacet de pollutione naturali in ſomno, tũc cũ non concurrat præſentialiter ſomnus qui eſt cã excuſans, conſequenter talis cõplacẽtia non excuſatur a culpa q̃uis concurrat bonus finis. Sequeretur ẽt licitũ eſſe complacere de fornicatione naturaliter contingenti in ſomno, aut etiã de trucidatione, qua taurus puerum trucidauit, quia iſta non ſunt pctã tunc in ſe, ſi complacere liceret de pollutione in ſomno, quia non eſt peccatũ in ſe, vt Corduba vbi ſup. ratiocinatur.

Secunda eſt, affirmantiũ licitum eſſe ita cupere, & complacere, ſic Alex. de Ales p. 2. q. 105. memb. 10. §. 4. de delectatione præteritæ pollutionis, & tam de præteritæ complacentiæ, q̃ futuræ pollutionis ſimplici deſiderio. S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 5. Ang. verb. pollutio n. 2. Sylu. eo. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 5. Nau. in Man. c. 16. nu. 7. Sum. Cor. p. 1. c. 1. nu. 64. Coſm. Philiarch. de offi. Sacer. p. 2. lib. 4. c. 18. in fine. Lud. Lopez p. 1. inſtr. conſc. c. 74. Toletus in Sum. li. 5. c. 13. Io. Benedictus in ſum. lib. 2. c. 8. n. 51. Emanuel Sà. in Aphoriſm. verb. luxuria. Gabriel ẽt Vaſquez in 1. 2. to. 1. diſp. 115. c. 3. Qui omnes docent licitum eſſe deſiderare ſimplici affectu pollutionẽ pp corporis vtilitatem, vel ad tentationes vitãdas, & de illa hoc ẽt modo delectari, nõ tñ vllo mõ efficaciter velle eam, aut procurare, neq. illam deſiderare ex complacentia libidinis. Scđa pars manifeſta eſt, quia conſentire voluntate efficaci. i. procurare in vigilia actum, qui de ſe eſt peccatũ, vt fiat in furia, vel in ſomnis, eſt pctm̃ mortale ſcđm omnes. Vnde pctm̃ eſt morale apponere media in Vigilia, vel in mente ſana vt in ſõnis ſequatur homicidium aut pollutio. Quamuis. n. pollutio, vel homicidium pp ſomnũ, aut furiam non ſit actu peccatũ, vt diximus in materia de actus omiſſione ſecuta in ſomnis, applicare tñ, aut velle efficaciter applicare media, vt iſta ſequantur in ſomnis, pctm̃ mortale eſt ſecũdum omnes. Pars vero prima, quæ verior vr̃, ꝓbari põt, quia tale deſiderium, aut complacentia, vt ſupponimus, & de quib. loquimur, nullo modo eſt cã talis pollutionis, neque pollutio in ſomno ſequens procedit ex aliquo motiuo illicito libidinis, ſed ex deſiderio & ſimplici delectatione & cõplacẽtia vtilitatis corporeæ, ac tẽtationis vitandæ: Cum igitur pollutio illa nullo mõ mala aut illicita ſit, neq. ſimplex deſideriũ, aut cõplacentia eius ob bonũ finem pctm̃ erit. Nec valet rõ in contrarium, quia fornicatio, & homicidiũ, ẽtſi ſint, ꝑ ignorantiã, vel per ſõniũ excuſata, qa tñ ſunt ex ſe actus illiciti, & difformes recte rõni, non poſſunt in vigilia deſiderari, neq. de ijs quiſquã licite delectari poteſt, id quod maxime verũ eſſe cõſtat de fornicatione. De homicidio aũt res non ita manifeſta eſt, ſiquidẽ homicidiũ nõ eſt ita malũ, quia ex honeſta cã & bono ſine deſiderari põt. Etenim homicidiũ iniuſtũ malũ eſt, & ita de eo delectari, aut illud deſiderare illicitũ eſt, at vero homicidiũ iuſtũ non eſt prohibitũ, vñ illud deſiderare, aut de eo delectari non erit malũ pp bonũ finẽ, & ex motiuo iuſto. Vt v. g. deſiderare mortẽ tyranni, aut malefactoris per iuſtam iudicis ſnĩam inferendã, pp bonũ cõe, non eſt pctm̃, dummodo nõ procedat ex odio proximi. Et quia cum taurus occidit puerum, licet occiſio illa nõ ſit peccatũ, ex eo quod efficiens illud homicidiũ, non eſt capax peccati, vtpote animal irrationale, qa tñ ex altera parte non occurrit aliqua rõ motiua boni, cur quiſpiã de illo actu occiſionis pueri, cũ ſit innocens, delectari, aut eam deſiderare poſſit, non erit licitũ de trucidatione illa cõplacere: idẽ de pollutione inculpabili dicendũ eſt, quamuis. n. pollutio nocturna ex motiuo libidinoſo procedens in ſe mala ſit, & proinde nullo modo licitũ erit de ea ſub hac rõne delectari, aut eam expetere, quia tñ pollutio nocturna naturaliter eueniens mala non eſt, atq. adeo non tollit virginitatem, vt Medina ex cõi conſenſu Doctorũ vbi ſupra concedit, delectari de ea pp finem bonum, non erit pctm̃. Vnde quod Lud. Lopez vbi ſup. ideo pollutionẽ nocturnã a peccato excuſat, quia naturaliter euenit, & qa non eſt actus human⁹ ex ſe, non ſatis difficultatẽ ſoluere, aut rẽ ipſam explicare vr̃, cũ ſola rõ ſit, qa pollutio illa nullã cãm malã, aut illicitum motiuũ hẽat. Si. n. pollutio ſit ex motiuo libidinis, ẽtſi poſtea ſequatur naturaliter in ſomno, aut in vigilia pctm̃ erit, & de ea cõplacere ſub hoc motiuo pctm̃ erit, ſin aũt cãm malã non hẽat, ſi ex motiuo libidinoſo non procedat, ſed ob ſanitatẽ corporis, & vitandę tẽtationis deſideretur, de ea hac rõne delectari pctm̃ non erit, ſiue ea poſtea in ſomnis, ſiue in vigilia cõtingat. Vt igitur diſcerni poſſit pollutio, pctm̃ nec ne ſit, īſpiciendũ diligenter eſt, ex qua cã, bona, an mala, ex quo motiuo bono, an malo ꝓceſſerit, nõ aũt an naturaliter euenerit, in ſomno, an in vigilia. Quæ. n. in ſõno teſte Med. 1. 2. q. 74. artic. 5. & 6. pctm̃ nõ eſt, nec aufert virginitatẽ, ẽtſi accidat ĩ vigilia, pctm̃ non erit, neque virginitatem auferet. Vnde ſicut pollutio ſequuta ĩ ſomnis ex audientia confeſſionis, aut ex diſputatione de re venerea peccatũ non eſt, nec aufert virginitatẽ, ita neq; ſi in vigilia ꝑꝑ eaſdẽ cauſas ſequatur, vlla ratione pctm̃ eſt, aut virginitatem aufert.

Illud tñ verum eſt, quod docet Sotus vbi ſup. periculoſius eſſe deſiderium præcedens pollutionẽ, quã ſubſequens complacentia & delectatio de pollutione tranſcurſa, quia præcedens põt eſſe cã operis, non tñ ſubſequens. Deinde ẽt tutius & ſecurius eſt gaudere potius de effectu ſalutari q̃ de ipſa pollutione ob eum ẽt finem & effectũ, ita vt deſiderium non tam feratur in ipſam pollutionẽ, quam in ſanitatem corporis inde ſubſecutam: non eſt tñ negandum quin licet ẽt pollutionem futurã ſimplici affectu deſiderare, & de præterita cõplacere ob cauſas dictas. Et de mollitie, & pollutione hæc ſint ſatis.

16 *Quoad* Sodomiam aũt, quæ eſt concubitus ad ſexũ non debitum, vt maſculi cum maſculo, vel feminæ cum femina, conſtat nõ ſolum eſſe peccatũ mortale, ſed eſſe valde abominabile, & iræ diuinæ prouocatiuũ. Vnde Methodius martyr inter alias cataclyſmi & diluuij cãs ponit peccatũ hoc cõtra naturam, ex S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 4. §. 1. & Io. Benedicto in Sum. lib. 2. c. 8. §. 1. nu 6. vnde Gen. 6. dr̃, *omnis caro corruperat uiam ſuam, etc. & pluit ſuper Sodomam, ignem de cælo.* Gen. 19. Hinc Imperator in Auth. Vt non luxurientur contra naturã. Collat. 6. ait, ꝑꝑ hoc vitium Deũ immittere bella, famẽ, peſtes, terræmotus & ſimilia. & C. de adul. l. cum vir. Huius ẽt peccati grauitas ex eo patet, quod Gen. 13. dr̃ *Homines aũt Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Deo nimis.* clamat ẽt ad Deum pro vindicta, vnde Gen. 18. ait Deus. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Immo vero tantæ turpitudinis eſt hoc vitiũ, vt quaſi admirationẽ ipſi Deo faciat, vnde ſubdẽs ait, *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, ut ſciam.* quaſi dicat, vix poſsũ credere tm̃ ſcelus reperiri in hoĩe, deſcẽdã ergo vt videã hoc malum, & illud puniã. Magiſter ẽt Hiſtoriarum eccleſiaſticarum ait, in nocte Natiuitatis Chriſti omnes Sodomitas mortuos eſſe, quod idẽ teſtatur D. Hiero. in id Eſa. 9. *Habitantib. in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.* His verbis, *lux illa uitio iſto laborantes extinxit ne natura quam ſumpſerat, tanta immunditia fœdaretur,* Sed & dæmones ipſi poſtq̃ homines ad hoc vitiũ induxerint, fugiunt abhorrentes ex nobilitate ſuæ naturæ tm̃ ſcelus, vt referunt S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 5. §. 4. & Io. Benedictus li. 2. ſum. c. 8. §. 2. nu. 4. Deniq. pœnæ contra hoc peccatũ impoſitæ grauitatem eius manifeſte oñdunt, tales nãque in lege veteri morte puniebantur, vt Leu. 18. & 20. conſtat, *Qui dormierit cum maſculo coitu femineo, uterq. operatus eſt nephas, morte moriatur.* Et ſecundũ legẽ Imperialẽ decapitari debet C. de extraord. crimin. l. Qui puero. Et legib. municipalib. comburi ſolent. Sunt ẽt ſecundum leges infames ipſo iure. l. cum vir. C. de adul. Vnde conuicti de hoc crimine, aduocare, & procurare non poſſunt. ff. de poſtul. l. 1. §. infames. neq. teſtamentũ condere, cũ infamis ipſo iure teſtari prohibetur. l. is ciuis. §. vltimo. ff. de teſt. clericus aũt conuictus de hoc vitio, iure veteri depoſitus in monaſteriũ detrudebatur. c. clerici. de exceſſ. *prælat.* Iure aũt nouo, per conſtitutionem Pij V. quæ incipit. *Horrendũ illud ſcelus.* Anno 1568. omni priuilegio clericali officio, beneficio, & dignitate priuat⁹ degradatur, & brachio ſeculari traditur. Et ſi notorius ſodomita ſit, irregularis efficitur, ſicut oẽs illi, qui enormi, & depoſitione digno crimine publice notati sũt: ſecus aũt ſi occultus ſodomita ſit. vt latius to. 1. lib. 7. theſauri ſuum conſc. c. 12. n. 22. expoſuimus. Intelligẽ aũt hoc de ſodomitica copula, non autẽ de actu ſodomitico, vt recte Nau. in Man. c. 17. nu. 29. verſ. 5. & Io. Benedictus lib. 2. Sum. de peccat. c. 8. §. 1. num. 4. annotarunt, hæc. n. duo inter ſe differunt, copula nãq. ſodomitica fit maſculino coitu eiaculando ſemẽ intra pudenda poſteriora; Actus vero ſodomiticus ẽt fit polluendo ſe ſum cum ſecunda perſona, quæ non ſolum inter viros ſed etiam inter feminas eſſe põt. Multa de hoc vitio tradit Ignatius Lopez ĩ prac. crim. canonica c. 86. quæ apud eum legi poſſunt.

17 *Quoad* alteram vero ſpeciem, ſ. *Innaturalem* ſeu *inordinatum concubitum,* quo non ſeruatur modus naturalis concũbendi, quia ſ. aut vir cognoſcit feminam in loco aut vaſe non naturali, & ſic eſt peccatũ mortale, quia non põt exinde ſequi ꝓles, vnde totaliter fruſtratur intentio naturæ; aut q̃a ſeruatur locus Matrimonialis, non tñ ſeruatur modus naturalis concũbendi, quia aut vir ponit ſe loco feminæ, aut femina deſuper loco viri, tũc quidem aliqñ pctm̃ erit, aliqñ vero non item; erit. n. peccatum qñ fit ſine iuſta cã, & cã maioris libidinis; Sin autem adſit cã rõnabilis, puta quia mulier eſſet ita pinguis, vt nõ poſſit aliter iniri, aut ꝓpter ægritudinis, aut ꝓpter periculũ ſuffocãdi fœtũ in vtero, aut ꝓpter corporis aliquã indiſpoſitionẽ, aut deniq; propter aliã cauſam irrationabilem, nõ erit peccatum, dũmodo vir eiaculetur ſemẽ ĩ vas naturale & hoc ſiue cognoſcatur vxor lateraliter, ſiue ſedendo, ſiue ſtãdo, ſiue vxore ſupergrediente, ex Alberto in 4. diſtinct. 31. S. Th. ibidem, in expoſitione literæ Sylu. verb. debitum. quæſ. 4. nume. 7. verſ. Tertium. Angel. eod. nu. 25. Tabien. verbo. Matrimonium. 3. verſ. decimo. Toleto in Summa. lib. 5. c. 13. in fine. Ioanne Benedicto in Summa de vitijs. lib. 2. c. 9 nu. 60. Emanuel Sà. in Aphoriſmis. verbo debitũ. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 11. dub. 5. & 6. & Palud. in 4. d. 31. q. 3. ar. 2. caſu 5. quicquid pro contraria ſentẽtia ab Angelo, & Sylue. falſo citetur. Nullus enim coitus Matrimonialis cũ vxore ſeruato vaſe debito, ex quo ſequi poteſt gñatio, & in quo ſeruatur finis Sacramenti huius, ita. ſ. vt intendatur aut proles aut remedium incontinentiæ, de ſe mortalis eſt, quamuis poſſit eſſe ſignum mortalis concupiſcentiæ, cum nõ ſubeſt cauſa rationabilis, exiſtente autem cauſa rationabili, nulla omnino, aut ad ſummum venialis culpa erit, vt præfati authores fatentur.

18 *Quoad* vltimam vero ſpeciem, quæ eſt *Beſtialitas,* quando ſcilicet quis beſtiæ cõmiſcetur, du-

bium eſſe nō poteſt quin ſit peccatū mortale, & grauiſſimū omnium eorū quę contra naturam fiūt, nec ſolum prohibitū fuit lege veteri, vt patet *Leuit. 18. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt,* ſed ēt pœna mortis puniebatur, vt habetur Leu. 20. his verbis, *Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo, ſanguis eorum ſit ſuper eos*, vt tñ notat Io. Chapeauillus, de caſib. reſeruatis caſu 15. q. 1. non eſt neceſſe in cōfeſſione dicere cū qua beſtia qs peccauit, quia hæc eſt ſpecies ſpecialiſſima, & vnū eſt ſpecie motiuū in oīb. nimirū venerea delectatio cū re diuerſę ſpeciei

19 *Ad* hanc ēt ſpeciem pertinet concubitus cū dęmone, qñ in aſſumpto corpore is ſit incub. vel ſuccubus, ſiue aſſumat corpus beſtiæ, ſiue viri, ſiue mulieris, ſiue alterius rei. Quia quantū eſt ex parte concubitus, ſp eſt eadē rō formalis, ſiue idem motiuum, ſ. delectatio venerea cū re, quæ in rei veritate eſt diuerſę ſpeciei ab homine, Quamuis alio reſpectu cōcubitus cū dęmone differat à beſtialitate ſpeciei. ſ. rōne ſuperſtitionis illius, ad quam ſpectat ſocietas cū dæmone. Eſt.n. in tali concubitu directa ſocietas cū dęmone, vt expreſſe docēt Caie. 2.2. q. 154. ar. 11. du. 3. & Io. Chapeauil. vbi ſup.

20 *Dubium* autem eſſe poteſt, an hæc peccata contra naturā concurrere poſſint cū peccatis luxuriæ naturalis, in eadē ſpecie, ita vt vnum & idē pctm̄ ſit ſub vitio cōtra naturā, & ſub vitio nāli, v.g. An ſit adulter vel ſacrilegus, q cognoſcit cōiugatā, vel ſāctimonialē cōtra naturā?

Reſpondetur aūt breuiter cum Caiet. 2.2. q. 154. art. 12. dub. 1. & Io. Chapeauillo. de caſib. reſeruatis. c. 15. q. 1. Quod licet concurrere nequeant in eodē actu & cōcubitu ſiquidē cōcubitus naturalis, & cōtra naturā ſint oppoſiti inter ſe, ſi tñ conſideretur deformitas ex parte iniuriæ, vel irreuerētię q̄ determinat ſpecies luxuriæ naturalis, ſic nihil obſtat quo minus cōcurrere poſſint. Etenim grauius ſacrilegiū eſt abuti ſanctimoniali cōtra naturā, q̄ naturaliter, q̄uis vtrobiq; agitur contra caſtitatē, quæ perſonæ Deo conſecratæ debetur. Sic ēt adulter eſt qui abutitur coniugata contra naturā, & qui naturaliter, qa vtrobiq; ſit iniuria Matrimonio, dū perſona quæ eſt alterius quoad concubitū polluitur; licet ſit maior iniuria qñ coniugata naturaliter cognoſcitur, tunc.n. non ſolū polluitur perſona vxoris, q̄ eſt mariti, ſed etiā vas, quod eſt mariti, polluitur. Eodem modo dicendū eſt de inceſtu, & ſtupro; Quia vtrobique ſit iniuria, vel naturali reuerentię, puta ſi qs cognoſcat cōtra naturā propriā matrē, vel paternæ cuſtodiæ, cui nō ſolū virginale ſignaculū, ſed ēt ipſum filiæ corpus commendatum naturaliter eſt, iuxta illud, *Filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus earum.* quamuis ſit maior iniuria qñ naturaliter cognoſcitur virgo, quam qñ contra naturam, eo quod qñ naturaliter cognoſcitur virgo, non ſolum polluitur perſona, ſed etiam ſignaculū virginale aufertur, quod cuſtodiendū peculiariter fuit. Idemq; de Raptu dicendū eſt qa qui rapit mulierē vt illa abutatur cōtra naturā, non minus peccat, quā qui hoc facit, vt ea naturaliter abutatur. Illud tñ verum eſt, quod concubitus contra naturā cum coniugata non ſit proprie adulteriū, & cum cōſanguinea non ſit proprie inceſtus, & cū virgine nō ſit proprie ſtuprum, ſed reductiue tm̄. Quorum ratio eſt, quia oēs ſpecies luxuriæ naturalis ſignificant deformitatē in cōcubitu naturali, ſicut ſimum curuitatem in naſo, & propterea ex hmōdi circunſtantijs in crimine contra naturam nō cōtrahitur affinitas, nec incurruntur pœnæ adulterorū, & inceſtuoſorū. Proprie tñ videtur eſſe ſacrilegium, & raptus, eo qđ hæc duo peccata non ſignificāt deformitatē in certa, & determinata materia. ſ. in cōcubitu naturali, ſed abſolutè in quacunq; materia cōtra rē Deo dicatā agatur, ſiue fiat cū perſona conſecrata naturaliter, ſiue contra naturā, & raptor dicitur, qui rapit aliquā vt ea quocunq; modo abutatur.

Obſeruandum deniq; eſt ex Sum. Cor. p. 1. c. 2. de circunſtantijs. n. 16. quod qñ in caſib. reſeruatis ab Epō inuenitur reſeruatus actus ſodomiticus, intelligitur ſolum de ſodomia, vt dictū eſt ſupra, qñ aūt inuenitur reſeruatū vitiū contra naturā, intelligitur de omnib. prædictis ſpeciebus, quando agitur cū ſecunda perſona.

21 *Præter* has aūt ſex enumeratas luxurię ſpecies de quib. mentio 36. q. 1. can. lex illa. habetur, & quæ ſcđm S. Th. 2.2. q. 154. art. 10. ad ſecūdum, ſpecies luxuriæ ſunt ſcđm ſeipſa; (hoc eſt, vt ibi notat Caiet. in proprio ſignificatu cuiuſcunq; illarū, denotat actus venereus explicite, vel ex apparitione & accōmodatione viſus, vt contingit in raptu, vel ex proprietate hominis ſignificantis, vt patet de ſtupro, adulterio, fornicatione, & reliquis ac proinde merito ſecūdū actus earū explicite ſignificatos, ſcđm ſub luxuria continētur) alia luxuriæ ſpecies, ſ. *Sacrilegium* ponitur, quod licet abſolute, & ſecundum ſuum ſignificatum propriū ſub irreligioſitate ſit, ex relatione tñ ad finem. ſ. actum luxuriæ non ſignificatum ſpecies quædā luxurię conſtituitur. Id quod optima ratione docet S. Th. vbi ſup. qa actus vnius virtutis, aut vitij ordinatus ad finē alterius, aſſumit ſpeciē illius, ſicut furtū, quod propter adulterium committitur, trāſit in ſpeciem adulterij; cū igitur obſeruatio caſtitatis ſcđm quod ordinatur ad cultū Dei actus ſit religionis, vt patet in illis, qui vouent, & ſeruāt virginitatem, ex Aug. lib. de virgin. c. 8. manifeſtū eſt luxuriā quatenus violat aliquid ad diuinū cultū pertinens, ad ſpeciem luxuriæ pertinere, atq; adeo ſacrilegiū ſpecies luxuriæ conſtitui poteſt. Vnde quantū ad præſens inſtitutum attinet, ſacrilegiū dicitur vitiū luxuriæ, quo vel perſona voto caſtitatis Deo dedicata, vel ēt locus cōſecratus violatur. Hinc eſt, quotieſcūq; laicus copulā habet cū moniali, ſeu virgine Deo dicata; aut ſacerdos, aut religioſus, aut ſacris initiatus cū aliqua cōmiſcet ſacrilegiū cōmittit, & adulteriū quoddā ſpirituale perpetrat, grauiſſimāq; Deo & Chriſtoi cui talis pſona cōſecrata eſt, iniuriā infert. Notat tñ Lopez loco inferius citando ex alijs, ꝙ

quando Epiſcopus Synodo, aut aliàs peccatũ ſacrilegij ſibi reſeruat, non intelligitur per hoc ſibi ſeruare coitum cum ſanctimoniali, aut religioſo, aut ſacris initiato, niſi expreſſerit.

Item ſi quis in loco ſacro copulã habet, quãuis cõiuges ſint, ſacrilegium committit, lociq; ſanctitatẽ violat. Dixi, *Quamuis coniuges ſint*, quia non omnis coitus viri cũ coniuge in eccleſia ſacrilegium eſt, aut eccleſiã polluit, ſi enim maritus, & vxor in aliquo loco ſacro tenentur incluſi, vt inde exire non poſſent, ibique copulam haberent non ex loci contẽptu, aut publice, nec pp delectationem, aut filiorũ procreationem, ſed ſecreto, & ad vitandã carnis incõtinentiã qua vexatur cõiux, nõ cõmitterẽt ſacrilegium, nec eccleſiam polluerent, vt expreſſe docẽt Richar. in 4. diſp. 32. art. 3. q. 1. Sylu. verb. cõſecratio, 2. q. 5. §. Tertius, & verb. debitũ. §. 6. Alphonſus à Caſtro li. 2. de poteſtate leg. pęna. c. 7. Hẽriquez, li. 9. c. 27. §. 5. Toletus, in fi. & alij quos to. 1. li. 5. c. 16. nu. 19. citauimus. quib. conſentit Lud. Lopez p. 1. Inſtr. conſc. c. 73. q poſt Nau. Man. c. 16. n. 3. notat, monaſteriũ, vel dormitoriũ religioſorũ non eſſe loca ita ſacra, vt in eis commiſſum peccatũ carnis ſit ſacrilegiũ. Sicut nec violatur eccleſia per ſeminationẽ ſupra tectum, aut in loco ſubterraneo eccleſiæ.

Quia vero ſanctitas loci ad hominis ſanctitatẽ ordinatur, & non ecõtra, iuxta illud. Mac. 5. *Non propter locum gentem, ſed pp gentẽ Dñs locũ elegit* grauius peccatũ eſt ſacrilegiũ, quo contra perſonã ſacrã, quã quo cõtra locũ ſacrũ peccatur.

De qua re legẽdi ſunt S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 10. Caie. ibid. Alex. de Ales p. 2. q. 143. mẽb. 9. Aſtẽſis. li. 2. tit. 46. ar. 3. & ar. 6. Perald. p. 2. ti. de luxuria. c. 8. & ſeq. S. Ant. p. 2. ti. 5. c. 8. Ang. ver. ſacrilegium. n. 1. & 2. Syl. verb. luxuria. q. 8. & verb. ſacril. Tabie. ibid. Nau. in Man. c. 16. n. 3. Greg. de Val. to. 3. diſp. 6. q. 15. pũct. 1. & diſput. 9. q. 3. pũct. 4. in fi. Sebaſ. Medices in ſum. de pecca. capit. p. 2. tit. 8. q. 55. Lud. Lopez p. 1. inſtr. cõſc. c. 73. Tolet. in ſum. li. 5. c. 12. Io. Benedict. in ſum. li. 2. c. 7. §. 3. Io. Ped. in explicatione ſexti pręcepti. §. 4. Andr. Crocquetius. catecheſi. 82. Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. luxuria. & alij.

22 *Illud* vero in hac re obſeruãdũ reſtat, ſacrilegiũ non ſolum ſpeciem eſſe luxuriæ, ſed etiam cũ diuerſis luxuriæ ſpecieb. concurrere poſſe, vt notat S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 10. ad 2. Caie. ibi. & S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 8. Si. n. aliquis abutatur perſona coniuncta ſibi ſecundũ ſpiritualẽ cognationem, committit ſacrilegiũ ad modũ inceſtus, vt inter compatrẽ, & commatrẽ, hoc eſt, vt ait Caietanus, quãuis talis cõiũctio venerea ſit ſacrilegium vere, habet tamẽ modũ inceſtus, eo quod aſſimilatur violationi conſanguinitatis. Sin aũt abutatur virgine Deo ſacrata, ꝗa virgo illa eſt ſpõſa Chriſti, etſi vere ſacrilegiũ cõmittat, eſt tñ per modum adulterij, inquantũ vero virgo illa eſt ſub cura patris ſpiritualis, p̄lati ſcilicet eccleſiaſtici, ꝗ loco patris carnalis ſuccedit, eſt quoddã ſtuprũ ſpirituale ratione violationis ſignaculi virginalis, tanto grauius ſtupro carnali, quãto cura ſpiritualis cui fit iniuria maiori veneratione digna eſt, q̃ cura & cuſtodia pure carnalis. Quod ſi violẽtia eidẽ inferatur, erit ꝓprie raptus ſpiritualis, ex hoc ipſo grauior, quod à patre ẽt ſpirituali rapitur, atq; adeo ẽt ſcđm leges ciuiles grauius punitur, quã alius Raptus, vt patet ex Iuſtiniano Imperatore in l. vnic. §. 1. C. de raptu virginum, *Raptores*, inquit, *uirginum, uel uiduarum capitis ſupplicio plectendos decernimus, maxime ſi Deo fuerint uirgines uel uiduæ dedicatæ, quod non ſolum ad iniuriam hominũ ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerẽtiam committitur.* Et can. *ſi quis de pæn. diſt.* 1. *Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantũmodo matrimonij coniungendi cã ſacratiſſimas uirgines auſus fuerit capitali feriatur pęna.* Sacrilegium autẽ cõmittit, qui vt diximus rẽ habet cum perſona Deo conſecrata, ſiue naturaliter, ſiue contra naturam. Sicut ẽtiam dicitur raptor, qui rapit aliquam vt ea quocunq; modo abutatur, quia vtrobique agitur contra caſtitatem, & reuerentiam, quę debetur perſonę Deo conſecratę, & vtrobiq; violentia adhibetur ſiue naturaliter, ſiue cõtra naturã abutatur poſt raptũ. ex Caie. 2. 2. q. 154. ar. 12. dub. 1. & Io. Chapeauilo, de caſib. reſeruatis. c. 15. q. 1. in fin.

23 *Inter* has aũt luxurię ſpecies, peccata illa, quę fiunt cõtra naturã, grauiora ſunt peccatis illis quæ fiunt ſecũdum naturam, quandoquidẽ in vitijs & peccatis, quę ſunt contra naturã tranſgreditur homo id quod eſt ſcđm naturam determinatũ circa vſum venereũ; per alias vero luxuriæ ſpecies præteritur ſolũ id qđ eſt ſcđm rationem rectã determinatam, ex præſuppoſitione tñ naturalium principiorũ. In ijs etiã quę ſunt contta naturam, primũ & grauiſſimũ eſt beſtialitas, eo qđ non ſeruatur debita ſpecies. Poſt hoc aũt eſt vitiũ ſodomiticũ, cũ ibi nõ ſeruetur debitus ſexus; Deinde innaturalis, & indebitus modus cõcũbendi, maxime ſi nõ ſeruetur vas debitũ, hoc. n. peccatũ grauius illo eſt in quo non ſeruatur modus cõcũbẽdi ad generationẽ idoneus. Vltimũ aũt locum inter vitia cõtra naturã tenet mollitiei peccatũ, qđ in ſola omiſſione concubitus ad alterũ conſiſtit. In ijs vero q̃ fiunt naturaliter, primũ locũ tenet inceſtus cũ ſit contra naturalẽ reuerentiã, quã perſonis coniunctis debemus; ſcđm vero locũ obtinet adulterium, quo quis abutitur muliere alterius poteſtati ſubiecta ad vſũ generationis. Tertiũ deinde locũ hẽt ſtuprũ, quo qs abutit virgine, q̃ ſub alterius cuſtodia tm̃ eſt, quorum poſtea vtrũq; hoc eſt, tã ſtuprũ, q̃ adulteriũ aggrauat̃ ꝑ violẽtiã, & fit raptus, vñ raptus virginis pc̃tm̃ grauius eſt ſtupro, ſicut raptus vxoris maius pc̃tm̃ eſt q̃ adulterium. Et inſuꝑ hæc oĩa aggrauãtur ſcđm rõnẽ ſacrilegij; infimũ aũt locũ inter ſpecies luxuriæ, hoc eſt, inter illas, q̃ ꝑ ſe conſtituunt ſpeciẽ, eſt fornicatio ſimplex, q̃ ſine alterius perſonæ iniuria cõmittitur; q̃uis enim minus pc̃tm̃ ſit rẽ habere cũ vxore libidinis cauſa tantũ, hoc tñ ſpeciem luxuriæ diſtinctam non conſtituit, ſed ad adulterium quodãmodo reducitur, vt ſupra dictũ eſt, & latius demonſtrant S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 12. Sebaſtianus Medices de peccatis cap. p. 2. tit. 8. q. 34. Io. Chapeauillus de caſib. reſeruatis. c. 15. in q. 1. & Emanuel Sà in Aphoriſmis. verb. luxuria.

De

De Oſculis, Tactibus impudicis, & alijs vitijs, quæ in Sexto, ac Nono Decalogi præceptis prohibentur.

Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Oſcula tactus & amplexus communiter habent idem motiuum et obiectū moraliter quod actus quē circunſtāt.*

Oſcula & amplexus ſecundum ſe & abſolute nihil habent inordinatum. ibid.

Quomodo non ſine peccato etiam inter ſponſum, & ſponſam ante matrimonium, & quomodo ſine ueniali etiā cum delectatione, ibid.

2 *Qui opere aliquo externo utitur ad rem uenercam excitandam, ut libros amatorios legere, peccat.*

3 *Aſpicere mulierem ad concupiſcendum eam adeo mortale eſt perinde ac fornicatio.*

Femina quæ ſe ponit in feneſtra animo ut uideatur a quo ſcit ſe carnaliter adamandam, peccat mortaliter, quoties id faciat, licet non conſentiat in opus peccati.

4 *Affectus deliberatus & efficax rei uenereæ expreſſe prohibetur, atque peccatum illius ſpeciei qualis peccatum quod committi deſideratur.*

6 *Delectatio moroſa de actu malo peccatum eſt, & in quo conſiſtit ut dicatur moroſa.*

Motus primo primi, & ſecundo primi qui dicuntur ſecundum ueriorem opinionem. ibid.

7 *An omnes motus primo primi ſint ſaltem uenialia.*

Opinio uerior omni culpa carere aſſirmat. Quare?

Motus iſtos aliquando relinquere non tenemur, ſed & optime facit & meretur qui in his perſiſtit. ibid.

8 *De quib. motib. doctrina ſuperius tradita intelligenda ſit.*

Motus tam in ſenſualitate quam uoluntate ut plurimum non ſunt ſine peccato ueniali. quare.

9 *Libertatem aliquam ſufficientem ad peccatum ueniale independenter à uoluntate eſſe in ſenſitiuo appetitu (ut Caiet. uoluit) error grauiſſimus.*

10 *Motus ſecundo primi quando uenialia quando mortalia eſſe poſſunt, & quænā aduertentia ſufficit ad ueniale?*

1 PRæter vitia & luxuriç ſpecies enumeratas. quibus præcepta diuina violantur, alia etiam peccata ſunt, quç partim contra ſextum, partim contra nonum Decalogi præceptum committi ſolent, quæ in hoc capite declaranda & explicanda ſunt.

Primo igitur priuſquā ad actus illos luxuriæ inhoneſte perpetrādos accedatur, ꝑmitti ſolēt oſcula, tactus, & amplexus, tanquā prçambula quædam, & circunſtantiæ ad concubitū, vnde *communiter* idem motiuū, & obiectum moraliter habent, quod habet actus quem circunſtant.

Dixi *communiter*, quia licet ſecundū ſe, & abſolute, oſcula, tactus, & amplexus nihil inordinatum habent in ſe, nec pctm̄ nominant: vt recte notant S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 4. Caiet. ibid. Syl ueſt. verb. delectatio. q. 4. S. Anto. p. 2. tit. 5. c. 1. §. 6. gradus. Na. in Man. c. 16. n. 10. & in c. ſi cui. n. 7. & ſeq. dub. 3. de pçn. diſt. 1. Lud. Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 75. Sum. Cor. par. 1. c. 1. nu. 65. Sebaſt. Medices. in ſum. de peccat. capital. p. 2. tit. 8. q. 28. & alij, ac proinde abſq; omni culpa fieri poſſunt, in ſignum pacis, vel beneuolētiæ, ſcd'm loci & patriæ conſuetudinem, vt accidit mulierib. aut hominib. ſe obuiantib. & amicis ſibi occurrentib. conſanguineis, vel dum hæc fiunt pueris, aut puellis. prout tamen ſunt delectabilia quædā ſcd'm tactum, vel in ſeipſis peccata ſunt, vt ſunt actus pudendorū, oſcula furtiua, & amplexus quidā inhoneſti & illiciti ex gñe ſuo, quos nullo modo quiſpiā in publico, uel ſecreto ſuſtinere debet, aut pōt ſine peccato, niſi medicinæ applicandæ cā fiant, vel ex intentione operantis, & dirigentis illos ad concubitū peccata ſunt, inter non coniuges, & ad vnam, & eandem delectationis ſpēm ſpectant, ad quam ſpectat delectatio conſequens coitū, quem circunſtarent, ſi adeſſent. Vnde fit, quod oſcula hmōi & tactus cum vxore ad concubitum matrimonialem non ſunt peccata mortalia, cū alijs vero pctā mortalia ſunt, eiuſdē ſpēi cum coitu, ad quem ordinantur ex intentione operantis, v.g. cum ſoluta ad fornicationis delectationē, & cū conſanguinea ad inceſtus delectationē ſpectant, & ſic de alijs; quod tñ intelligendū eſt quātum ad rationem peccati inter nō coniuges, niſi eſſent tactus exigui, ſeu quaſi momentanei, & non plene deliberati, tunc. n. mortale non erūt. Dixi, *inter non coniuges* pp oſcula coniugatorum, quæ ſecundū naturā ad concubitū, ſeu illius delectationē licitā ordinata, nullam omnino rōnem peccati habent, ſicut nec concubitus licitus delectabilis eorundem pctm̄ aliqd' eſt. Quinimmo cōtra Pedrazzā in ſumma ſua, in explicatione ſexti prçcepti. §. 5. addo cū Caie. 2. 2. q. 154. ar. 4. Nau. in Man. c. 16. n. 12. Lud. Lopez p. 1. inſtruc. conſc. c. 75. Greg. de Val. to. 3. diſp. 9. q. 3. punct. 3. in fi. Tho. Sanchez de Matr. li. 5. diſp. 5. q. 7. n. 38. & Eman. Sa. in Aphor. verb. luxuria, quod hmōi oſcula, amplexus, & tactus inter ſponſum, & ſponſam ēt ante matrimoniū, non ſolum ſi beneuolentiæ, & familiaritatis cauſa fiant, ſed ēt ſi pp delectationē fiant pctā mortalia nō erunt: ſed aut nullum oīno peccatum, aut ſolū veniale erunt (dū modo non ſe tangant in partib. impudicis, nec adſit voluntas vlterius progrediendi ad concubitū ante matrimonium, & benedictionē ſacerdotalem) cum. n. iam in via ſint per ſpōſalia ad ſtatum & voluptatē matrimonialē, licite vtuntur abſq; peccato mortali delectatione orta ex illis oſculis & tactib. ſine voluntate tñ amplio ri; ſi tñ fiat ſine periculo pollutionis, aut cōſentiendi in eam, aut in copulā; quia vero contingit raro hçc fieri ſine periculo, communiter eſt talib. ab huiuſmodi oſculis, & tactib. etiam in ſecreto abſtinendum. Tactus aūt verendorum inter ſpōſos de futuro, nullo modo permittendi ſunt, cum ſine peccato fieri non poſſunt.

Quç oīa loculētiſſimo illo S. Cypriani teſtimonio li. 1 epiſt. 11. alias epiſt. 62. ad Pomponiū confirmātur, vbi non ſolū ſtupra, et fornicationes, ſed ēt eiuſmodi tactus, oſcula, & amplexus tanquā incitamenta volūtaria internç delectationis volūtariç de cogitato vel ſimul exercito venereo aliquo actu, vel motu imꝑfecto, ordinato ad actū perfectū ex ſua natura, *crimen*, hoc eſt peccatum mortale eſſe affirmat. Si incorrupta, inquit, inuent fuerit virgo ea parte ſui, qua mulier pōt eſſe, potuerit tñ ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrumpi pōt., & tñ inſpici non pōt. Certe ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & coniacentiū duorum turpis & fęda dormitio quantum dedecoris & criminis confitetur? Ceterum vt recte notat Caiet. 2 2. q. 154. art. 4. dub. 1. in fi. tactus illi qui in choreis fiunt leuitatis cauſa, vt cum iuuenis digitos mulieris non ſuæ intorquet, cū non delectationis illius q̄ ex tactu eſt, & q̄ ex libidine appetuntur, cauſa fiūt, peccata mortalia nō ſunt; Immo vero q̄uis mulier ſciret ſic tangētem, aut oſculantē iuxta morē patrię, id facere ex libidine, non tenetur tñ ſic tāgētē, vel oſculantē repellere corā alijs ab oſculo licito, nec conſentiendo tali oſculo, & libidini alterius, q ex mala intentione id facit, ſe ſociat, ſed cōſentit ſolū exteriori operi, & conſuetudini, q̄ libidinoſus ille ex mala intentione, ad malū ordinat, vñ mulieri illi ad culpā imputari nō pōt.

2 *Secundo* ēt peccat, qui opere aliquo externo ordinato ad rē veneream excitandā vtitur, vt v. g. ſi quis aut libros amatorios legeret, aut literas amatorias ſcriberet, verbis laſciuis, obſcænis, & inhoneſtis vtatur, loca inhoneſta viſitet, aut alia ſimilia faceret, ea intentione vt luxuriā prouocet, ſiquidē verborū obſcænitate, quaſi face quadā ſubiecta, adoleſcentū animi incenduntur, vt.n. teſtatur Apoſt. 1. *Cor.* 15. *corrumpunt bonos mores colloquia praua*, Atq; adeo cum hoc ipſum maxime efficiant ſaltationes, & delicatiores, & molliores cantus, ab ijs diligenter cauendū eſt, vt recte S. Anto. p. 2. tit. 5. c. 1. §. Quintus grad. Nau. in Manu. c. 16. nu. 14. verſ. 13. Barth. Medina lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 18. Toletus in ſum. lib. 5. c. 14. & catechiſ. Romanus. in Sexto Decalogi præcepto nu. 11. animaduertunt.

3 *Tertio* peccat qui deſiderat, aut aſpicit mulierem *ad concupiſcendum eam*, atq; adeo peccatum erit mortale perinde ac fornicatio, iuxta illud Matt. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eā, iā męchatus eſt eam in corde ſuo.* ex S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 4. Sebaſt. Medice p. 2. peccat. capit. q. 28. ti. 8. Toleto ubi ſup. & aliis cōmuniter. Dixi, *ad concupiſcendum eam*, quia ſi nō cōcupiſceret eā ad copulā, nec ad delectationē carnalē, quę ex uiſione inſurgit, ſed ad qnandā aliam vanā animi delectationē, & recreationem erit peccatū veniale tm̄, q̄nquidem delectatio ſola viſus ſcd̄m ſe ad actum venereū ordinata non eſt, vt docent Caiet. tom. 1. opuſc. trac. 14. dub. 3. Nau. in c. ſi cuj. n. 11. dub. 3. de pœn. diſt. 1. & Toletus in ſum. li. 5. c. 14. poſt S. Ant. p. 2. ti. 5. c. 1. §. De 4. gradu.

4 *Quarto* peccat femina illa, quæ ſe ponit in feneſtra aīo, vt videatur a quo ſcit ſe carnaliter adamandam eſſe, peccatq; mortaliter quoties id facit, licet non cōſentiat in opus peccati. Sic S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. §. de 4. gradu. Nau. in Man. c. 16. nu. 13. verſ. 11. Ludo. Lopez p. 1. inſtr. conſcien. c 75. in fi. & Ioan. Benedictus in ſum. lib. 2. c. 9. §. 1. nu. 79. Quia eſt occaſio efficax ruinæ aliorū: qui vero occaſionem damni dat, damnū quoq; dediſſe videtur, c. *Si culpa de iniur. & damno dato.* Idemq; dicendum uidetur de femina ornante ſe vt mortaliter ametur; elegantior.n. ornatus, quo oculorū ſenſus valde excitatur, occaſionem libidini non paruā ſæpe præbet, ideoq; Eccleſiaſticus ca. 9. monet, *Auerte faciem tuam à muliere compta*, & Prouerb. ſeptimo dicitur, *Ecce, mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad decipiendum animas.* Intelligendum aūt eſt hoc de illa muliere, quæ virum non habet, nec habere vult, & eſt in ſtatu nō habendi, talis nāq; abſq; peccato appetere non poteſt placere aſpectib. virorū ad concupiſcendū, quia hoc eſt dare eis incētiuū peccandi. Vnde ſi ornet hac intentione vt alios peruocet ad cōcupiſcentiā, mortaliter peccat. Si.n. ex leuitate quadam, vel etiam ex vanitate quadam propter iactantiā quādam id faceret, non ſemper peccabit mortaliter, ſed q̄nque venialiter, & eadem ratio quantum ad hoc eſt de viris. Dixi, *quæ virum non habet nec vult habere*, quia ſi mulier coniugata ad hoc ſe ornet, vt placeat viro ſuo, ne per eius contemptum adulteretur, non peccat, vnde dr̄ 1. Corinth. 7. *Quod mulier, quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quō placeat viro.* Neq; peccat mulier quę nōdum nupta eſt, intendit tñ habere virum, ſi ſic ornet ſe, vt placeat honeſte alicui vt eā ducat vxorem. Eſt tamen peccatum omnib. velle placere turpiter, & laſciue, aut velle placere ei, quē credit, aut dubitat laſciue moueri, & toties quoties ſe offert eius aſpectib. Hinc S. Chryſoſt. ait, *Mulier ſi ſe ornauerit, vt ad ſe oculos hominū prouocet, & ſi plagam nullam intulerit, vindictam tamen dabit extremā, uenenum.n. obtulit, etſi nullus inuentus eſt qui biberit.* Vt latius docent S. Th. 2. 2. quæſtione 169. artic. 2. Caiet. ibid. & in ſumma. verb. ornatus. Sylu. eodem quæſtione 4. Nauar in Manuali. c. 16. nu. 14. verſ. 12. Ludou. Lopez parte 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 75. in fine. Toletus in ſumma. lib. 5. c. 14. §. Quarto. Ioannes Benedictus in ſumma. lib. 2. c. 9. §. 1. num. 79. Ioannes Fledraz. in Sexto Decalogi pręcepto. §. 6. Catechiſ. Romanus ibi. nu. 11. & alij.

Quinto etiam peccati poteſt, & ſolet, deſiderio & affectu deliberato, & efficaci rei venereę. Id.n expreſſe prohibitum eſt nono illo Decalogi præcepto, *Non concupiſces*, vnde Chriſtus Matth. 5. ait, *Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Quo ſane in loco *uiſus* pro omni motu accipitur, qui eſt ad delectationem luxuriæ, atq; adeo non ſolū corporalis, ſed etiam interior affectus, quo quis alterius vxorem illicite concupiſcit, prohibitus cenſetur. Eſt autem concupiſcentia hæc nō ſolum peccatum ſed etiā illius ſpeciei, qualis eſt peccatum ipſum, quod committi deſideratur. Intentio.n. nomen operi imponit. Qui ergo cōmittere deſiderat peccatum Sodomiticum, Sodomiam mentalem iam commiſit & qui cū coniugata coire deſiderat, adulterium perpetrat idemq; de ſingulis luxuriæ ſpecieb. dicendū eſt, Hinc eſt, quod non ſolū cōfiteri tenetur ſe deſideraſſe peccatū luxurię committere, ſed ēt ſpeciem explicare oportet cū alijs debitis circūſtātiis; immo et numerū ipſū confiteri dēt. ſ. quidē toties peccauit mortaliter, quoties talia concōcupiuit factis aliquib. interuallis, ſi vero verſetur continue in tali deſiderio per ſpaciū tpis, ſolum erit peccatum vnum mortale, tanto tamen grauius, quāto diutius in eo perſeuerauit. Quod ſi deſideriū mutauit de vna perſona ad aliā, vel de vna ſpecie ad aliam ſpeciē, ſemper de nouo peccat mortaliter. Vnde ſi cētū mulieres videret vnā poſt aliā, & ſingulatim eas deliberate cōcupiſceret cēties mortaliter peccaret; ſin aūt vna cogitatione, & dēſiderio oēs ad peccandū cōcupiſceret, eſſet quidem vnū tantum peccatum mortale, tot tñ peccatorum deformitatē in ſe haberet, quot mulieres inordinate cōcupiuit. Quę oīa clariora, & certiora ſunt quam vt longiori probatione indigeant.

Sexto inſuper delectatio moroſa, hoc eſt volūtaria delectatio de actu malo peccatū eſt, cōſiſtit aūt peccatum moroſæ delectationis, non in mora tpis, & durationis, ſed in mora volūtatis, ex eo quod ratio deliberans circa eā immoratur, nec eā repellit, prout debet, & tenetur, ex S. Tho. 1.2.q.54.ar.6. ad 3. Vnde delectatio moroſa idem eſt, qđ delectatio deliberata, ac proinde ſicut deliberatio rōnis eodem tpis momēto fieri, & eſſe pōt, ita delectatio moroſa, tota in puncto tpis conſiſtere poteſt. Res.n. volūtati obiecta vno temporis puncto nobis placere, & nos ſua iucūditate perſundere poteſt. Ceterum vt quę in ſequentibus de moroſa delectatione dicturi ſumus, melius intelligantur;

Sciēdum eſt, res primo in corporis ſenſus incurrere, quæ res ſenſib. perceptæ ipſum appetitū animalē excitant ſui deſiderio; Vnde Muſſeus: Oculus vero via eſt, ex oculi ictib. vulnus delabitur in viri præcordia, poſtea vero e ſenſibus ad imaginādi, & cogitādi facultatē trāſuolāt, atq; exinde rerū memoria, imaginatione, & cogitatione aliquid cōcupiſcimus, aut in aliquo delectamur, & tandē in mentem res veniunt, ſicq; eius intelligentia, & cognitione cōceptæ in appetitu ſuperiori, hoc eſt, in voluntate ſui deſideriū excitant, vel ſua iucunditate delectāt. Deſideriū aūt nihil aliud eſt, quam volūtas aliquid faciēdi ex deliberatione rationis, v.g. deſideriū furādi eſt actus volūtatis, quo deſiderat cōplere furtū, delectatio vero eſt cogitatio iucunda, & cōplacētia, quæ vel ex re cogitata, vel ex ipſius rei cogitatione capitur. Delectamur aūt nō ſolū rerū aſpectu, auditione, narratione, ſermone, guſtatu, odoratu, tactu rerū, ſed ēt imaginatione rerū, & deniq; ipſa ēt rationis, & mētis cogitatione. Ex quibus conſtat deſideriū in eo differre a delectatione, qđ deſideriū eſt voluntas cōplendi opus externū, puta furtū, homicidium, adulteriū, delectatio vero, & poteſt referri ad opus, quia ſcilicet deſiderio aliquid faciendi delectamur, & etia haberi ſine ordine ad opus, qa.ſ. cogitatione rei delectamur abſque vlla prorſus voluntate opus illud exterius faciēdi, vt ſi qs in cogitatione rei venereę delectetur, abſq; volūtate illud exterius ꝑpetrādi.

Præterea ſcire oportet ex cōmuni Theologorum conſenſu, quoſdā motus dici *primo primos*, quoſdam vero *ſecundo primos*, & licet nō inter ſe conueniant authores quinā dicendi ſint primo primi, & qui ſecundo primi, eorum tñ mihi verior videtur eſſe opinio, qui docēt *primo primos*, eſſe, & dici motus illos, qui oēm rationis vſum & aduertentiā præueniūt, ſiue ex ſola imaginatione, ſiue ex corporali alteratione, & ſenſib. conſequantur: Motus vero *ſecundo primi*, ſunt, & dñr illi, qui plenam voluntatis deliberationem pręueniunt, ſunt tñ huiuſmodi motus in poteſtate voluntatis aliquo modo, eo qđ potuit eos aliquo modo præuenire, & reprimere. An vero motus omnes *primo primi* peccata ſint ſaltem venialia necne, non conſentiunt autores.

Quidam.n. dicunt omnes motus ſenſualitatis primo primos, & inordinatos eſſe peccata ſaltē venialia. Sic Altiſiod. lib.2. tract.28. c. 1.& 2. Alex. de Ales p.2. ſummæ.q.108. memb.2.& ſeq. Alber.2.diſt.24.ar.9. Bonauen. ibid. p.2.diſt.ar.3.q.2.& diſt.41.ar.2.q.1.& Caiet. 1. 2.q.74.ar.3.& 4. alia tñ, & alia ratione moti, Caie.n. ideo putat eſſe veniale, quia putat in appetitu ſenſitiuo ſcđm ſe eſſe aliquam libertatem ſufficientem ad ueniale. Alii vero volunt eſſe venialia, non pp liberalitatē ſenſualitatis, ſed pp voluntatis negligētiam, inquantū illa hos motus prę uenire potuit, & non præuenit, Qui omnes excepto Caie. hoc docēt in uniuerſum de omnib. motibus *primo primis*, tā ijs, qui inſurgunt ex ſola imaginatione, q̃ qui ex corporali alteratione.

Alij uero inter hos *primo primos* motus diſtinguunt; quidam.n. ex ſola imaginatione inſurgunt qua res abſentes concipimus, & iſtos uenialia eſſe concedūt, quia motus iſti qui ſic ex imaginatione conſurgunt, & ſequuntur, q̃uis rationis vſum præueniant, poterant tñ a ratione impediri, poteſt namque ratio, ſi diligenter, prout debet, inuigilet, imaginationē ita in officio cōtinere, ut nihil turpe abſens fingat, & cogitet, unde ſi id non præſtet, cauſam dat motuū qui imaginationem conſequuntur, ac proinde motus illiciti ſic inſurgentes rationi, & uolūtati imputantur, ſunt.n. quamuis nō per ſe, & directo, at ſaltem indirecte, & in cauſa ſua antecedenti uoluntarij, quatenus.ſ. uoluntas eos reprimere potuiſſet. Alij uero motus ſunt, qui ex aliqua alteratione corporali conſequuntur, ex qua excitatur ēt imaginatio, et ſenſualitas, puta, cum ex rei præſentis ſenſib. externis obiectæ notitia, & cogitatione motus ſubitaneus inſurgit, & hmōdi motus ſubiti, & repentini nullo modo peccata ſunt, quia uoluntas, & ratio talē alterationem corporalē præuenire non potuit, cum.n. res ita obiectæ ſunt, ita ſenſus efficiunt, vt homo motus illos inſurgentes non niſi paulatim repellere, & reprimere queat, qñquidem in hominis ptāte non eſt, quin reb. uiſis, aut auditis moueatur. Sic S. Th. 1.2.q.17.ar.7.& q.74. ar.3.ad 2.& q.7. de Malo ar.6.ad 8.& 2.d.21.q. 1.ar.2. in corp.& ad 5.& diſt.24.q.ult.ar.2.& p. 3.q.41.ar.1.ad 3. Dur.2.diſt.21.q.1. Gerſon 2.p. tract. de peccato ueniali, & primis motibus, & Alphabeto.29. litera R. S. Ant. p.2.tit.5.c.1.§.4. & Conradus 1.2.q.74.ar.3. Petrus a Soto li. de inſt. ſacerd. tract. de diſcrimine peccatorū. lect. 8. Petrus Berg. in concord. locorum dub.375.

Alii uero docent oēs motus *primo primos*, qui præueniunt rationẽ,& aduertentiã,ſiue ex ſenſu,& corporali alteratione , ſiue ex ſola imaginatione rerũ pręſentiũ,vel abſentiũ proueniãt omni culpa ẽt veniali carere, quia rationis vſũ omnino præueniunt. Ita Richar. 2.diſt.21.ar.2. q.3 .& diſt.24.art... q...Scot.2.diſt.42.ad quæſt. 3.in ſolutione primi. Iacobus Almain. tract. 3. Moral.c.24 Hiero.ab Angeſte.c. 6. Moral.p.5. text. Gabr.lect.78.ſup Can.Miſſæ iittera M. Nicholaus Lyra.in Matt.5. Nider in Nono pręcepto Decalogi.c.4.litera C. Anto. de Corduba, lib.2.quæſtion.q.23. dub. 9.Gabr. Vaſquez.in diſput.106.c.3.Greg.de Val.to.2.diſp.6.q. 4.pũcto.4.Io. Azor.p.1.inſt. Moral.lib 4.c.5.& alij . Quorũ opinio ſine dubio verior eſt, qa peccatum eſſe nõ põt, vbi nulla eſt ratio voluntarij , ſed motus iſti primo primi,cum ſint ante oẽm rationis vſum,nullo modo ſunt voluntarij,i.in poteſtate volũtatis, eo quod voluntariũ neceſſario eſt cũ cognitione rei. Ergo non erũt peccata ẽt venialia. Deinde nimis durũ eſt , vt honeſtas virtutis,& lex operãdi ita obliget hominem vt pręuenire debeat ne inſurgat mala cogitatio , quantũcunq; .n. bonis cogitationibus pręueniatur;vt patet experientia ẽt in viris bonis,non poterit volũtas , & rõ impedire malas aliquas cogitationes,non tm̃ vage, & in cõi,vt vult S.Tho.ſed aliquando nec aliquas in particulari impedire põt:vnde in eis nulla rõ voluntarij inerit,cũ nec in ſe, nec in cauſa ſua impediri poterant diligentia humana . Et q̃uis ratio ſæpe imaginationem præuenire , & corrigere queat, non tñ ſemper põt , multæ enim imaginationes præteruolant, nec rõ ſemper ita peruigil ac prudẽs eſſe põt,vt oẽs aduertere,& pręcauere queat, præſertim,cũ ea quæ ſubito ſenſibus obijciuntur , ſtatim ẽt in imaginationẽ irrepant , ita vt citius in eam illabantur , q̃ ratio aduertere poſſit. Quæ oĩa cõfirmari poſſunt ex S.Aug.lib.3.de lib.arbit.c.25. dicente . *Non eſſe in poteſtate noſtra quibus uiſis tangamur* . ſed ſolũ in poteſtate noſtra eſſe,quodlibet viſum ſumere , vel reſpuere. Si igitur in noſtra poteſtate nõ ſit, quid primo ſe nobis cogitandũ offerat (hoc .n. appellat *uiſum*) ergo nec illi motus ſenſualitatis qui ex tali cogitatione,& imaginatione ſtatim cõſequũtur,in noſtra poteſtate erũt . Sępe ẽt dæmon nobis illudit inuitis , vt ait S. Thom. 1.2.q 80.ar.2.& patet experientia in viris ſanctiſſimis,vt teſtantur S.Hieron. in epiſt. ad Euſtochiũ, de ſeipſo , & de S. Hilarione in vita eius,& S.Athan.& S. Anton.in vita ipſius . Neque eo in loco loquitur S.Aug. de viſu exteriori in p̃ſentia obiecti,vt Cõradus cẽſuit, ſiquidẽ expreſſe ait, *ex ſuperioribus , & inferioribus uiſis animum tangi,* per *ſuperiora uiſa* intelligens ſpiritualia ſcd̃m rõnem,per *inferiora* vero ecõtra intelligit corporalia,deniq; ẽt ait ibi S.Aug.voluntatẽ non allici niſi ab *aliquo viſo* , falſum aũt eſt allici ſemper ab ipſo corporali in p̃ſentia obiecti , loquitur ergo de cogitatione , & imaginatione interiori,& rẽ cogitatã vocat *viſam* , ſicut Ariſt.in lib.de memoria,& reminiſc. & de Sõ. & Vig.phãtaſma vocat latine viſũ,eo qđ in cogitatione interiori appareat. Deniq; fieri aliqñ põt,vt huius motus cauſa ſit aliqua cogitatio, q̃ nõ tenetur is,qui hẽt,relinquere,immo optime facit,& meretur in ea perſiſtendo, ut patet in Theologis diſputantib.& legentib. de materia venerea:Idemq.de confeſſarijs dicendũ eſt, qui huiuſmodi motus ſentiunt ex confeſſionis auditione, qui tñ excuſantur ab omni peccato ẽt veniali,dummodo nullum illis aſſenſu præbeant. Et idem de Medicis cenſendum eſt.

8 *Quæ* doctrina non ſolum intelligenda eſt à motib. *primo primis*, tam ſenſualitatis, q̃ voluntatis,& rationis circa obiecta corporalia , quam etiam circa ſpiritualia, vt ſunt motus infidelitatis,blaſphemiæ, inuidiæ, ſuperbiæ,&c. Fieri ẽ poteſt,vt aliquæ dubitationes de reb.fidei inſurgant ſubito, quæ naturaliter in mentem obrepant, ſicut etiam accidere poteſt,vt quis ſniam fidei contrariam tanq̃ veram ſubito credat, anteq̃ cum eccleſiæ,vel fidei catholicę ſenſu eam diſſidere,& pugnare cognoſcat , aut aduertat, quib. tñ in caſib. nemo illum peccati alicuius cõdemnaret,ſecus aũt ſi adeſſet aliqua cognitio,& deliberatio animi imperfecta,tũc.n.peccaret uenialiter, eſſentque motus *ſcd̃o primi*, vt autem ſic poſt plenam mentis notitiam,& deliberõnem crederet, aut dubitaret, iam peccaret mortaliter. Idemq. dicendũ eſt de motibus irę,ſuperbiæ,inuidiæ,odij,ambitionis, cõtemptus,inanis gloriæ,blaſphemiæ,& alijs ſimilib. Id quod rõne patet , quia id quod dicit S.Aug. vbi ſup.non eſſe.ſ.in poteſtate noſtra quib.viſis tangamur,patet experientia verum eſſe quoad cognitionem intellectiuã , ſiquidem ex ſubita imaginatione fieri poteſt,ut intellectus apprehendat ſtatim illud obiectum ſcd̃m boni, uel mali rõnem,ita tñ vt non poſſit deliberare, vel conferre inter ſe has rõnes. Ergo neceſſario ſequetur aliquis motus in uoluntate in illud, ut bonum eſt tm̃,uel ut malum tm̃. Et certe ſi poteſt ex imperfectione deliberationis id quod alioquin eſſet pctm̃ mortale,fieri ueniale, quare ẽt non poteſt ita tolli omnis deliberatio, ut nullũ oĩno peccatũ cenſeatur , vt expreſſe docent Vaſquez, Azor. vbi ſup. & alij recẽtiores.

Addo tñ tam motus in ſenſualitate, quam in voluntate, vt plurimũ præſertim in non ſanctiſſimis,& pijs viris, nõ eſſe ſine peccato veniali, eo quod ad huiuſmodi peccatũ ſufficit q̃libet negligentia volũtatis,& quia ſufficit poſſe aliquo modo ſingulos præuenire, licet non oẽs ſimul, vbi aũt nulla talis adeſt negligẽtia, nec p̃ueniri poterit talis motus, aut cogitatio, nullũ oĩno peccatum erit, vbi.n. deeſt ratio voluntarij, peccatum eſſe nõ põt. Vnde conſequẽs eſt, grauiter erraſſe Caiet. 1.2.q.74.art.4. dicentẽ in appetitu ſenſitiuo per ſe , ẽt indepẽdenter a volũtate, eſſe libertatẽ aliquã imperfectã, quæ ſufficiat quidẽ ad peccatum veniale, licet non ad mortale, cum peccatum veniale, non niſi ex rõnis cõſenſu imperfecto cõmitti nequeat. Nec recte id Caiet. ex S. Tho. verbis eo in loco id colligit. Qđ.n. S.Th.ibi ĩ corp.& ad primũ, dicat peccatũ mortale , *eſſe in rõne* ,& ad tertiũ, ait peccatũ veniale, *in ſenſualitate eſſe*, ab eo recte dictũ eſt, a Caie. vero nõ ita bñ ĩtellectũ. Quãuis enim certū ſit hos motus non eſſe peccata venialia niſi in ordine ad volūtatem, i. quatenus ſunt aliquo modo in voluntatis poteſtate, dñr tñ quadam particulari ratione eſſe *in ſenſualitate*, mortalia vero eſſe *in ratione*, qa cū ſenſualitas, & ſit rationi ſubiecta, & tñ poſſit eidē reſiſtere atq; a ſeipſa moueri, qñ mouetur a rōne, tunc peccatum dr̃ eſſe *in ratione*, ſeu in voluntate rationali, qa attribui debet peccatum primo, & principali mouenti, atq; adeo nunq̃ admitti pōt pc̄tm̄ mortale in ſenſualitate abſque notabili rationis defectu; qñ autē ſenſualitas a ſeipſa mouetur, & præuenit rationē perfectā, tunc ipſa ſenſualitas eſt primū, & principale mouēs, & iō ipſi attribuitur hoc peccatū, ētſi nō habeat rationem peccati, niſi prout accedit ſaltē imperfectus, neq; ſatis deliberatus rationis cōſenſus. Quare falſum eſt, & oĩno alienū a mente S. Thomæ, ponere libertatē aliquā in appetitu ſenſitiuo abſq; ordine ad voluntatē, & rōnem mouentem ipſum, vt cōſtat.

10 *Certum* igitur ſit motus *primo primos*, qui omnē rōnis vſum præueniunt, ſiue ſenſum corporis, ſiue imaginationē ſubito conſequantur, peccata non eſſe, cum ſint oĩno inuoluntarij; Motus verò *ſecundo primi*, quia aliquo modo voluntarij ſunt & voluntatis, & rōnis vſum aliquantulū conſequūtur, ita vt pręcaueri, & repelli queāt, venialia iudicantur. Qñ autem adeſt plena deliberatio, & aduertentia peccatū mortale erit huiuſmodi motus illicitos nō repellere; illa autē cenſetur imꝑfecta aduertētia, & deliberatio ſufficiens ad veniale, qñ homo ita aduertit malitiā, vt perfecte de ea non deliberet, ſicut contingit ijs, q non plene excitantur à ſomno, nec plene aduertūt malitiā pollutionis quam patiuntur: ſic.n. non eſt ſufficiens aduertentia ad peccatū mortale. Qua ratione Nauar. in Manuali prælud. 9. n. 11. verſ. Dixi *ſubreptio*, & c.]11. n. 4. poſt Io. Maiorem in 3. diſt. 37. q. 14. docet & ſemidormiētibus, & ſemiebrijs nō eſſe ſufficientem aduertentiam, & iudicium ad mortale, quod intelligitur ētſi aduertant aliquo mō illud eſſe malum. Immo vero in vigilia perfecta pōt eſſe ita tenuis aduertentia ad malum, ex eo qđ cogitatio, & attentio aliò trahitur, vt non ſufficiat ad mortale, qđ contingit in viris timoratæ conſcientiæ, qui poſt paruam aliquā moram facile intelligunt ſe alias non conſenſuros ſi eodē modo aduertiſſent, & tunc ſtatim cogitationem excutiunt, quod vnuſquiſq; facile in ſeipſo videre pōt. Sic ēt imperfecta poteſt eſſe aduertentia, ex eo quod ratio paſſione aliqua vehementi ita abſorbetur, vt ſit tenuæ rōnis lumen ad perfecte iudicandū, & aduertendū malitiam, ex Nauarro vbi ſup. Quod vero aduertentia ſemiplena non ſufficiat ad mortale, ſed tm̄ ad veniale, ex eo conſtat, quia cū peccatū mortale talis naturæ ſit, vt gratia Dei priuet, & hominē æterna pęna dignum conſtituat, non eſt credibile cōmitti peccatū mortale propter quamcunq; tenuē aduertentiam, ſic.n. ardua, & difficilis admodum eſſet via ſalutis. Vnde communiter tradūt authores ad peccatū mortale requiri actualē, plenā, & expreſſam aduertētiam circa malitiam. ſic Alex. de Ales in ſumma, p. 2. q. 108. mēb. 7. S. Th. 1. 2. q. 88. ar. 6. & de veritate. q. 15. ar. 4. Iacobus Almain. trac. 3. Moral. c. 24. Ioan. Nider in expoſitione Noni præcepti litera M. S. Anton. p. 2. tit. 5. c. 1. §. 4. & §. 5. Angel. verb. cogitatio. nu. 1. Sylueſt. verb. delectatio. q. 1. verſ. 4. Caiet. in ſumma, verb. delectatio. Petr. a Soto. libr. de inſt. ſacerd. tract de diſcrimine peccatorum. lect. 9. Hieron. ab angeſto. c. 6. Moral. par. 5. textus. Anto. de Corduba lib. 1. quęſtionarij. q. 13. dub. 10. Nauar. in Manuali. c. 11. nu. 4. Gregorius de Valen. tom. 2. diſput. 6. q. 4. puncto 3. Barthol. Medi. 1. 2. q. 74. ar. 6. Documēto 4. & 5. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. p. 2. lib. 4. c. 18. Gabr. Vaſquez 1. 2. diſp. 107. c. 3. & alij.

De delectatione moroſa, an, & quando peccatum ſit; & de voluntatis conſenſu ad eam neceſſario. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Delectatio poteſt eſſe vel ex parte rei vel de cogitatione ipſa rei illicite.*
Conſenſus duplex implicitus ſeu interpretatiuus, & expreſſus ſeu explicitus.
2 *Quiſnam conſenſus neceſſarius eſt, & ſufficit ad peccatum mortale.*
3 *Opinio uera ſufficere conſenſum uirtualem ſeu interpretatiuum.*
4 *Quam cauſam moroſæ delectationis vnuſquiſque repellere, & remouere tenetur.*
Variæ cauſæ ob quas inſurgere ſolent hmōi delectationes.
5 *Quam reſiſtentiam vnuſquiſque facere tenetur huiuſmodi delectationibus.*
6 *Qualis inaduertentia iudicanda ſit plene uoluntaria, & deliberata.*
Regula in dubijs diſcernendis quando peccatum ſit mortale, quando non? ibid.
7 *An delectatio moroſa ſine conſenſu exequendi opus ſit peccatum.*
Inter uoluntatem efficacem, & ſimplicis complacentia differentia.
8 *Quando voluntas excuſatur a malitia operis exterioris.*
9 *Solutio quæſtionis propoſitæ nu. 7. eiuſque declaratio.*
10 *Quodnam debet eſſe obiectum ut delectatio moroſa ſit peccatum.*
11 *Delectatio moroſa de ipſa cogitatione aliquando bona aliquando mala.*
12 *Ratio peccati mortalis non poteſt ex eo deſumi, quod delectatio ſit de re iure naturali prohibita, & non lege poſitiua.*
13 *Voluntas efficax ex obiecto ſuo malitiam deſumit, ſimplex complacentia non item.*
14 *Regula traditur quæ delectatio, aut diſplicentia peccatum ſit, quæ non.*
Simplex affectus ſuperbiæ poteſt eſſe mortalis, ibid.
Delectatio moroſa, & complacentia in quocunq. peccato quatenus contra Deum, mort.
Complacentiam de peccato quatenus contra legem pōteſt eſſe mort.
15 *Delectatio de morte proximi ut malum ipſius eſt, pecc. mortale.*

16 *Solutio obiectionis ex S. Aug. & quod delectatio de aſpectu duelli non ſit mortalis.*
17 Delectatio *interna de fornicatione quando aut quomodo mortalis.*
Quid dicendum de peccato ſimplicis affectus diſplicentiæ, ibidem.
18 *Peccatum ſimplicis complacentiæ unde colligitur.*
19 *An omnis delectatio moroſa in re uenerea eiuſdem ſpeciei ſit cum opere exteriori.*
20 *Quænam luxuriæ ſpecies vni tantum uirtuti opponuntur, quæ diuerſis.*
21 *An peccatum mort. ſit in coniugatis extra actum ipſum matrimonij delectari de actu coniugij cogitato, maxime in abſentia alterius.*
22 *Quando poteſt eſſe mortalis non ſolum in abſentia, ſed etiam in præſentia.*
23 *An ſit mortale delectari de actu matrimoniali præterito, uel futuro.*
24 *Quæ ſententia authori probabilior, & ſubtilior uidetur:*
25 *Status quæſtionis duobus punctis abſoluitur num. ſeq.*
26 *An ſit peccatum mort. delectari de opere mortali, ſub ea tamen conditione, ſi eſſet licitum, aut niſi eſſet prohibitum.*
27 *Tertia ſententia Vaſquez ueritati conformis.*
28 *Refelluntur duæ aliæ opiniones, & notatur contradictio Ioan. Azorij.*
29 *An delectatio moroſa de pulchra muliere uiſa ſit peccatum mortale.*
30 C*um nulla ſenſatio naturalis ex ſe peccatum ſit ac proinde nec uiſus unde delectationem inde conſurgētem peccatum eſſe aut non eſſe iudicandum.*
31 *De delectatione moroſa ex lectionibus impudicis quid dicendum;*
32 *Tactus de ſe non impudicus mortalis quando? ibid.*
33 *Delectatio ex tactibus, amplexibus, & oſculis ex quo motiuo non eſt peccatum.*

QVæcunque ad actum peccati in cogitatione, & delectatione moroſa tractanda ſunt, ad duo capita, vt recte docet Caietanus in ſumma, verb. Delectatio, reduci, & reuocari poſſunt, ſcilicet ad *actum,* ſeu *rem ipſam,* de qua eſt delectatio, quæ eſt delectationis obiectum, & ad conſenſum ex parte actus: antequam vero dubia proponamus, nonnulla breuiter prænotanda ſunt.

1 *Primo* aūt ſciendum eſt Delectationem *ex parte rei,* poſſe eſſe, vel de re ipſa, illicita cogitata, hoc eſt, de ipſo ope illicito, puta de homicidio, furto, adulterio, vel de cogitatione ipſa, ſeu de modis, quibus cōmitti poſſunt ipſa peccata, vt v.g. de ſubtili mō furandi, cōſequēdi vxorē alienā, de ſtratagemate belli, vel de ordine exercitus, & dexteritate militū, aut pugnātis ī duello

Secundo aduertendū eſt, conſenſum poſſe eſſe duplicē (loquendo de cōſenſu perfecto, & deliberato) vnum implicitum, tacitū ſeu interpretatiuum; alterum expreſſum, & explicitū. Expreſſus eſt qñ voluntas aduertens aliquā delectationē illicitā irrepſiſſe in mentē, & cogitationē illā vult, & approbat expreſſe. Implicitus ſeu interpretatiuus eſt, cū qs aliqđ facit, vel nō facit libere, vñ cōſequitur aliqua delectatio illicita, ita tñ vt non ſolū poſſit, vel nō poſſit illā velle repellere, vel non repellere, ſed etiā vt teneatur illā repellere, vel nō repellere. Qui rurſus poteſt eſſe triplex. Primus eſt, qñ aliquis licet explicite nō velit ipſā delectationē, libere tñ facit aliquid, quod eſt cauſa huius delectationis; aduertēs inde cōſequi hāc delectationē illicitā. Secundus eſt, qñ non opponit libere huiuſmodi cauſam, aduertens tamen in talis inde cauſatam delectationē illicitā, & non [illegible] illi, vel diſplicet illi talis delectatio. Tertius qñ eſt cauſata delectatio illicita, vndecūq; cauſata ſit, q̃ ille non conſiderat eſſe delectationē malam, pōt tamē, & deberet aduertere. Primo agetur de cōſēſu, deinde de cogitatione dicemus.

2 PRIMVM DVBIVM eſt, q̄ſnā cōſenſus neceſſarius eſt, & ſufficit ad peccatū mortale. Intelligitur aūt quæſtio de conſenſu perfecto, ſi .n. nullus ſit cōſenſus, hoc eſt, ſi delectationes illę ſint oīno inuoluntariæ, nullū erit peccatū: ſi vero cōſenſus ſit imperfectus, & deliberatio imperfecte, hoc eſt, cū quis ita animaduertit talē motum illicitū, aut ſaltem pōt ex aliqua præſenti cogitatione animaduertere, vt illū repellere poſſit, non tñ ita facile, ex eo qđ nō plene eius malitiam aduertit, erit tm̄ veniale, etiamſi pro obiecto haberet rē illicitā mortaliter. Sin aūt ſit plene deliberatus, ita vt homo cōſideratis rei circunſtantijs, moueri poſſit ad illū excutiendum, an requiratur ad mortale peccatū vt ſit expreſſus volūtatis cōſenſus, an vero ſufficiat interpretatiuus? In qua re duę ſunt opiniones.

Prima eſt dicentiū, qđ ſiquis aduertat plene delectationem illicitā verſari in mēte ſua, tunc aut conſentit illi, & ſic eſt peccatum mortale, quotieſcūq; delectatio eſt de re mortaliter mala, & hoc eſt certū, ētſi diſſentiat in opus externū, aut nō expreſſe cōſentit, et tūc aut rō aduertit inſtare periculū conſenſus expreſſi in eā, & tunc niſi uoluntas illam repellat, & reprimat, ſed patitur ſe in hmōi cogitationib. occupari, peccat mortaliter, & hoc etiam certū eſt apud oēs, aut ratio aduertit ſe in tali cogitatione occupari, non tñ aduertit imminere periculum conſenſus, quia reuera abeſt oē periculum, tūc voluntas eā non repellens, cū poſſet, non peccat mortaliter ſed ad ſummū venialiter, ſic abſolute docēt Ang. verb. cogitatio. n. 2. Syluest. verb. Delectatio. q. 1. verſ. Quartū in fi. Tabiena, verb. cogitatio. q. 6. in fi. Armilla eod. nu. 3. Adr. in 4. q. de euchar. §. Per hæc dico, *in Reſp.* ad 4. ſignificantes requiri expreſſū voluntatis conſenſum ad peccatū mortale. Caie. *in Sum.* verb. delectatio. ver. *Magna tñ.* vbi diuerſis verbis docet, qđ ſiquis non ex complacentia talis delectationis, ſed quia ſcit voluntatē ſuā eſſe conſtantem, & confidens ſe in eā non conſenſurū, perſiſtat in ea, non peccat mortaliter, ſed tñ venialiter, quia non exequitur illud præceptum quantum in ſe eſt, *Perſequar inimicos meos, & comprehendā illos, & non conuertar donec deficiant,* Pſ. 17. quia .n. par eſt, vt quis oīno perſequatur huiuſmodi motus, donec prorſus eos ex aīo excutiat, quantū in ſe eſt, peccat venialiter. Id qđ ſignificat Caietanus facile accidere poſſe hominib. cōſcientię timoratę, q cū lōge abſint a periculo cōſentiēdi nō repellēdo tales delectationes, cū poſſint, peccāt ſolū venialiter. Na. ī Manuali.

uali.c.11.n,12.verſ.Quartũ & in c. Cogitationis, de pęnit.diſt.1.nu.12.Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.p.2.lib.4.c.18.Barth.Medina, 1.2.q.74.art.6.vbi expreſſe docet hãc Caietani doctrinã eſſe verã. Rõ eorum eſt, quia nulla lege cõpellitur voluntas eam repellere, licet poſſit qñ non eſt periculum conſenſus expreſſi in delectationẽ, vel in opus externum, tunc enim delectatio illa, cũ nec voluntaria ſit directe, vt ſupponimus, nec indirecte ex eo quod in ſe peccatũ eſt, nec in illo affert periculũ peccãdi, non eſt peccatũ, ac proinde nõ tenetur quis illam, quãuis poſſit repellere, ſed poteſt illam pati tãquam quiddam naturale, in eaq; perſeuerare.

Secunda tñ, & verior opinio docet ſufficere ad mortale peccatũ conſtituendũ, conſenſum virtualẽ ſeu interpretatiuum, qñ adeſt expreſſa aduertẽtia. Sic Alex.de Ales.p.2.q.118.mẽb.11.S.Tho.1.2.q.74.ar.8.Bon.2.diſt.24.p.2.diſ.ar.2.q.2.n.75. qui licet opinionẽ primã probabilẽ eſſe putat, hanc tamen ſecundam tutiorẽ, & ſecuriorẽ eſſe dicit. Rich.2.diſt.24.ar.4.q.4. Greg.de Val.to.2.diſp.6.q.4.pũct.3.Petr.Sotus tract.de diſcrimine peccatorũ.lect.9.Gab.Vaſquez in 1.2.to.1.diſp.108.c.2.Io.Azorius p.1.inſtit.Moral.li.4.c.6.dub.5.& alij cõiter. Rõ eſt, qa poſita plena aduertẽtia oĩs actus humanus plene voluntarius circa rẽ illicitã mortaliter, eſt pctm̃ mortale, vt cõſtat. At vero in caſu propoſito de moroſa delectatione mortaliter illicita, remota illa rõne periculi adeſt voluntatis conſenſus ſufficiens. Ergo erit pctm̃ mortale talẽ delectationẽ nõ repellere. Maior eſt euidẽs; Minor patet, qa poſita expreſſa aduertẽtia talis delectationis illicitæ mortaliter, tã voluntariũ vr̃, & liberum non reprimere illos motus, quos rõ aduertit, atq; expreſſe conſentire, eo quod in moralib. idẽ eſt, vel facere, quod homo facere non dẽt, vel nõ facere quod facere debet. Ergo idẽ eſt expreſſe conſentire his motibus, cũ deberet hõ non conſentire, atq; non reprimere hos motus cũ reprimere deberet. Ideo enim eſt volũtarium indirecte, quia põt repellere, & dẽt, & non repellit, voluntarium aũt hoc ſufficiens eſt ad pctm̃ mortale, vt cõſtat. Quod aũt motus illos repellere debeat, patet, qa ſunt de obiecto mortaliter malo; Non igitur eos repellẽdo tacite eis conſenſum præbere cẽſetur. Vñ ſcriptura paſſim hortatur nos ad vigilẽ noſtri cuſtodiã, & ad non dormitandũ, nec oſcitandũ inter inſultus inimicorũ, & tẽtationes. Prouer.4. *omni cuſtodia ſerua cor tuum*. Et Sap.1. *Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo*. Hierem.4. *vſque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Et Chriſtus in Euãgelio ait, Luc.21. *Cauete, ne grauentur corda veſtra, & iterũ, vigilate omni tempore orantes*. Atq; hac de cã obliuio cuſtodiæ cordis reprehenditur Oſeę 7. *Factus Ephraim quaſi colũba ſeducta, non habens cor.* Quę oĩa manifeſte ſignificant teneri homines hmõi delectationes illicitas repellere. Qđ vero Caietanus, & alij putent voluntatem aliqñ omnino negatiue ſe habere circa delectationẽ ſenſus, merito ab alijs negatur, qa vt ait S. Tho. talis eſt cõnexio volũtatis cũ appetitu ſenſitiuo, vt naturaliter in ipſa ſequatur delectatio, & inclinatio ex delectatione appetitus circa eandẽ, niſi repugnet, & obſiſtat. Si ergo delectatio hęc q̃ naturaliter inſurgit in volũtate, maneat in ipſa poſtquã iã adeſt aduertẽtia plena malitiæ, & voluntas eã non cohibet, & repellit, eo ipſo voluntas cum appetitu ſenſitiuo actu poſitiuo, & libere conſentit, & delectatur, ac proinde eam non repellendo peccat mortaliter.

Et certè ex cõtraria, & prima opinione magnus patet aditus libidini, daturq; occaſio etiã pijs hoĩbus ruinæ, qui cũ poſſint ſibi vtcumque fidere, & fouere delectationẽ de re mortaliter mala, ſæpe laberentur in hmõi conſenſũ. Quę oĩa manifeſta erunt ex ijs, quæ in ſequentib. de ipſa delectatione moroſa dicemus, dub.5. Nũc ſatis eſt oſtendiſſe, ſufficere virtualẽ cõſenſum voluntatis ad conſtituendũ peccatũ mortale, nec requiri expreſſum, vt nõnulli exiſtimarũt, teneriq; hominẽ aduertẽtẽ delectationis mortalis malitiã ſub pctõ mortali repellere, & excutere, niſi aliqua cã rationabilis ſit, quominus in aliquo caſu particulari illã repellere non teneat̃, vt ex dubio ſequẽti manifeſtius apparebit

4 SECVNDVM DVBIVM eſt, quãnam cauſam moroſæ delectationis vnuſquiſq; repellere, & remouere tenetur?

Pro huius difficultatis ſolutione ſciẽdum eſt, varias cauſas aſſignari poſſe ob quas inſurgere ſolent huiuſmodi delectationes.

Quædam.n.in ſeipſis habent magnã honeſtatẽ, vtilitatem, & neceſſitatem, puta cũ delectatio exoritur vel ex cogitatione, vel lectione rerũ turpium, & carnaliũ, diſputandi, legẽdi aut docẽdi grã, ſuſcepta, vel ex eo quod quis audit cõfeſſiones de reb. turpib. & impudicis, quas cauſas non tenetur hõ non apponere, aut nõ remouere, neq; eas apponẽdo, aut nõ remouẽdo peccat vllo modo ẽt venialiter, neque vllo modo delectationes inde conſequentes velle cẽſetur, quia delectationes iſtæ non ſunt per ſe effectus hmõi cauſæ, neq; ille apponere cenſetur hanc cãm, vt inde ſequatur delectatio, neq; tenetur deſiſtere ab opere cuius occaſione inſurgũt. Rõ eſt, qa licet in iſtis delectationib. reperiatur aliqua rõ voluntarij, ſ. in cã, quia tamen ſecundũ ſe ſunt motus quidam naturales, rectaque inſuper rõ dictat non eſſe ceſſandum ab honeſta occupatione pp̃ illos, ideo non imputantur ad culpam, nec contra rationẽ ſunt, alias vt recte docet Caie.to.1.opuſcu.tract.22.oporteret aut Angelos, aut viros valde priuilegiatos tm̃ eſſe, qui de huiuſmodi diſputarent, docerent, diſcerent, & audirent, cuius oppoſitum eccleſiaſtica habet conſuetudo & recta ratio tradit.

Quędam ſecundo ſunt cauſæ ẽt per accidens hmõi effectuũ, quæ tamen vel omnino indifferentes ſunt, vel parũ vtiles, & quæ non nunquã ſine magno incõmodo tolli poſſunt, quales ſunt quædam politicę cõuerſationes, & cõmunes, ex quibus interdũ conſequuntur hmõi motus; Item eſus aliquorum ciborum, vnde qs ſentit in ſeipſo excitari huiuſmodi motus: Item lectio aliquorum librorum, qui de rebus alioquin vtilibus, vel iucundis, non tamen ex profeſſo de turpib. tractant, & quãuis maior ſit de iſtis difficultas, & maius ēt aliquando periculum, exiſtimo tñ non teneri homines ſub peccato mortali hmōi cauſas remouere, atque adeo ꝗ̃uis ex cauſa venialiter illicita, v.g. ex curioſo aſpectu colloq̄o, & conuerſatione ciuili, vel lectione inſurgerēt tales motus, non ꝓpterea ſtatim dānandi ſunt peccati mortalis, dūmodo tñ non dedit occaſionē illis operib. ea intentione, vt in delectationib. inde prouenientibus delectaretur. Si igitur ob ſolam curioſitatē diſtrahatur, ētſi ipſo viſu delectetur in ſola venuſtate rei viſæ, quatenus illa ſcđm ſe ipſi viſui grata, & iucunda eſt, motus inde turpes proueniētes tm̄ imputantur ad peccatum veniale, mō in illis homo nō delectetur, & detineatur ex plena aduertētia. Ratio eſt, tum quia cum hmōi cauſæ plurimæ, & frequētes in cōi vita hominum contingant, nimis arcta, & difficilis eſſet via ſalutis, ſi quoties eas non remoueret, mortaliter peccaret, maxime aūt in aſpectu. Quāuis.n. motus iſti voluntarij ſint indirecte.ſ. in cā, illud tñ voluntarium non eſt ita perfectū, vt ſufficiat ad mortale pctm̄ conſtituendum, etiamſi ſufficiat ad veniale, ſicut ēt voluntarium ex ſemiplena aduertētia. Immo vero vt recte notat Vaſquez loco inferius citando circa aſpectum, ne quis in cōi, & honeſta cōerſatione appareat nimius in euitandis aſpectibus, propter hmōi motus inde inſurgentes, pōt ſine culpa veniali ēt aſpicere, ne inurbanitatis notetur, vñ aſpectus ille nō erit curioſus, neq; cā peccati venialis. Tum ꝗa in alijs multis actionib. non tenetur homo impedire ēt id quod eſt peccatum, per remotionē cuiuſcunq; cauſæ, v.g. Non tenetur mulier nō exire domo, vel ſe non ornare, etſi aduertat alium inde ſumere occaſionē peccati, ex Caiet. 2.2.q.154.ar.3.in fi.& q.169.ar.2.dub.1. Ergo neq; tenebitur quocunq. modo impedire hūc propriū actū appetitus ſenſitiui, qui licet ex genere ſuo illicitus ſit, non erit tñ peccatum mortale, abſq, conſenſu ex aduertētia plena. Tum quia oportet impedimenta, & cauſas hmōi intelligere in reb. humanis mō humano, & morali, Ex cōi autem modo concipiendi non intelligitur ille, qui huiuſmodi cauſam nō aufert, vel le vllo modo delectationē illam, vnde nec peccati mortalis reus erit. Illud ſolū annotandum eſt, qđ ſi adſit periculū cōſenſus in delectationē, vel in actum, tenetur homo ſub peccato remouere has cauſas etiam primi generis, multo tñ grauius periculum reꝗritur ad hoc vt teneatur remouere cās primi gñis, ꝗ̃ ſcđi. In qua re valde conſideranda eſt qualitas, & grauitas delectationis conſequentis; Siquidē tāta, & talis eſſe pōt, vt omnino teneatur remouere cauſas ſecundi generis, & interdum ēt primi, v.g. ſi eſſet maxima cā delectationis cum pollutione, & certum quaſi periculum conſenſus, quia *qui amat periculum, peribit in illo.* Eccleſ.3. vt latius ca. 19. de pollutione agentes expoſuimus.

Immo vero ſi qs pęnitentiū confeſſiones excipiēs, poſſet facili negotio tales delectationes repellere abſq; eo qđ ab audienda confeſſione ceſſet, tenetur eas repellere, dictat .n. recta ratio, vt cā tam iuſta nec obſtante, nec ꝑtermiſſa delectationes hōmi remoueantur, quoties id minimo ac nullo fere labore p̄ſtare poterit, vt recte Io. Azorius p.1.inſtit. Moral. lib. 4. c.6. q.5. in fin. annotauit.

Quædam deniq; cauſæ ſunt, quæ ex ſua natura tendunt in hmōi delectationes, & non habent aliquā vtilitatem, vel honeſtatem aliūde annexam, vt ſunt colloquia de rebus turpib. & inhoneſtis, lectiones librorū turpiū, aliqui ēt laſciui aſpectus, & conuerſationes malæ, & hmōi, quas cauſas ſine dubio quam primum quis aduertit eſſe cās delectationū illicitarū, ſub peccato mortali remouere, & nō apponere tenetur. Quę oīa colliguntur expreſſe ex Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 22. Nau. in Man. c.11. n.12. & in ca. cogitationis, n.12. in fi. de pęn. diſt. 1. Ludo. Lopez p.1. inſtru. c. conſc. c.73. in fi. Bartho. Med. 1. 2. q 74. ar. 6. Gab. Vaſquez in 1.2. to. 1. diſp. 108. c.3. & Io. Azor. p.1. inſti. Mor. lib. 4. c.6. q.5.

5 TERTIVM DVBIVM eſt, ꝗ̃ reſiſtētiā vnuſquiſque facere teneatur hmōi delectationib.

Reſpondeo, quāuis certa regula in hac re aſſignari non poſſit, id tñ quod probabile, & veriſſimum eſt, his duobus dictis explicabo.

Primum eſt, Non tenetur hō ſub peccato mortali ad ſummam reſiſtentiam, ꝗ̃ ſimpliciter adhibere pōt, immo vero neque ſp̄ erit veniale ſi non cōpeſcamus illicitos motus inculpabiliter inſurgentes, quos cū magna difficultate remouere poſſumus, vt notat Bartho. Med. 1.2. q.74. ar.6. Sicut nec ad maiora mandata ſeruanda tenemur cum tam magna difficultate. Vt v.g. Teneor audire Miſsā, diſtat eccleſia multū, ſi currerem velociſſime, certe audirē, non teneor tamen cum tanta difficultate. Rurſus diſtat confeſſarius per quatuor leucas, teneor confiteri, certe non teneor adire cum tanto labore.

Item inſurgit in hoīe motus illicitus, quē poterat repellere ſi verberibus ſe affligeret, nō tñ ad id obligatur. Deinde non tenetur homo facere tantā diligentiā quāta legitur de S. Benedicto, & de B. Franciſco, qui cū a libidine tentarētur, cōijciebant ſe in ſpinas, & nudi in niuē. Et demum ſi intelligat aliquis quod qñ cęnat, inſurgit in lecto motus libidinis, non ꝓpea à cęna abſtinere tenetur. Intelligēda vero ſūt iſta, quando iſti motus non trahunt ad conſenſum voluntatis, tunc enim potius eſſet moriendum.

Secundum eſt, Tenetur homo cū aduertit has delectationes illicitas, ad aliquā reſiſtentiā, & diſplicentiam, cum.n. ex ſuo genere malæ ſint, & aliquo modo actus proprij, tenetur eas aliquo modo quātum poteſt impedire. Si quis autem vir probus, & timens Deum fatigetur, & laboret in ea cogitatione repellenda, & tamen eam adhuc permanere videat, non peccat, illā amplius reprimendam non curans, ſatis enim eſt ſi in eam expreſſe non conſentiat.

Immo vero ſi adſit iuſta cā non reſiſtēdi, nō ſolum abſq; peccato mortali, ſed etiā abſq; veniali pati poteſt eā delectationem inuitus, eiq; non reſiſtere, v.g. ſi quis ſæpius expertus ſit, qđ ex repugnātia, & pugna vehemētius inſurgūt hmōi delectationes, ſi vero negligantur, ſtatim ceſſant, poteſt non reſiſtere, non enim tenetur

cum

di tanto periculo in illis cogitationib. expellendis laborare, p̃ſertim ſi ſit alioqui timoratę conſcientiæ, & non timeat conſenſū in delectationem, vel in actū prauum cogitatum. Et hoc maxima in tẽtationib. carnis, quę quidē fugiendo potius, q̄ reſiſtendo ſuperantur ex S.Th. 2.2.q. 35.art.1.ad 4. Io.Gerſone, tract. de pollutione. Not.7.Nau.in Man.c.11.nu.12.verſ.Quartum, & in c.Cogitationis.nu.12.verſ.Quarto.de pęn. d.1.Grego.de Val.to.2.diſp.6.q.4.punct.3.in fi. Io.Azorio p.1.inſt.Moral.lib.4.c.6.dub.5.& alijs. Quantū vero teneatur quis reſiſtere, non põt ita in vniuerſum explicari, ſed ex particularib. circunſtãtijs eſt iudicandū. Vtilis aũt mod⁹ in vniuersū reſiſtendi his motib. appetitus, ne imputentur ad pctm̄, eſt ſi voluntas conet̄ auertere cogitationē ad aliud obiectū, vt ita paulatī motus delectationis ceſſet, qa appetitus impio volũtatis ad nutū nõ paret, vt recte Gabr. Vaſq. in 1.2.t.1.diſp.108.c.2.annotauit, & quotidiana experientia in viris timoratę conſcīæ cõfirmat.

QVARTVM DVBIVM eſt, qualis inaduertentia iudicanda ſit plene volũtaria, & deliberata? In hac re duo certa ſunt,

Vnum eſt, ſæpe talē inaduertentiā eſſe inuolūtariā & indeliberatam, & conſequenter tunc non eſſe mortale, ẽtſi adſit aliqua negligentia. Fieri.n.põt, vt vel ex impetu paſſionis, vel ex cā naturali diuertatur ratio, ne cogitet delectationem eſſe malam, & contra legem Dei: cum nõ ſit in ptãte noſtra ſp recordari eorum quæ oportet. Quinimmo ſi qs cogitando de aliquo actu q̄tumcunq; malo, delectetur, non aduertendo ad id de quo delectatur, adeo vt ſi aduerteret, non approbaret, ẽtſi per diem integrū ſic inaduertenter cogitaret, & delectaretur, & licet facile reprimere & repellere poſſet cogitationē ſi aduerteret, non eſt ibi pctm̄. ex Caie.in Sum. verb.delectatio.in princ. Nau.in Man.c.11.nu. 12.verſ.Scd̄m.& in c.Cogitationis. n.12. verſi. Tertio.de pęn.diſt.1.Barth.Med.in 1.2.q.74.ar. 6.documẽto.3.Coſmo Philiar.de offi.ſacer.p.2. li.4.c.18.& alijs. Quia actus ſine aduertentia, nõ eſt actus humanus. Ergo non poteſt eſſe pctm̄.

Deinde etiā ſi aduerteret homo ſe delectari, ſed præualente impetu paſſionis non plene aduerteret, ad ſummū erit veniale pp imperfectionē deliberationis, vt tradunt Sylu.verb.delectatio.q.1.Caiet.eod.Barth.Med.vbi ſup. Adr.in 4. q.de Euchariſtia.q.4.Coſmus Philiar.de off.ſacerd.p.2.lib.4.c.18 & Io.Nider in opuſculo, de decem præceptis, in illud, *Non concupiſces*, quia ad pctm̄ mortale requiritur, vt diximus, plena aduertentia, vbi igitur adeſt ſola deliberatio & aduertentia imperfecta, erit peccatum veniale tm̄, quæ ſola cauſa eſt, cur excuſentur homines ſurgentes e ſomnis a delectatione pollutionis, ſi quid mali eis complacuit; antequam perfecte conſentiant, ex Caie.& Med. vbi ſup. Quod n. illi patiuntur propter ſomnum, iſti patiuntur propter paſſionem inuoluntariam.

Alterum eſt, Hanc inaduertentiam poſſe eſſe ita deliberatam, vt ſufficiat ad mortale, vt cum quis ex magna inclinatione voluntatis ad hanc delectationē non cogitet de lege Dei; Cum.n.& hæc inaduertẽtia ex magna malitia voluntatis procedat, non ſolū non diminuit voluntariū, et pctm̄, ſed illud potius auget, & aggrauat; vnde S.Th.1.2.q.15.ar.4.ad 3.& q.74. ar.7.ad ſcd̄m, docet rõnē ſuperiorē conſentire in actum ẽtſi actu non cogitet de lege Dei ęterna, qa tenetur cogitare, & actū impedire. Et quidē interdum facile eſt iudicare, vtrū hæc inaduertentia oriatur ex hac mala affectione volũtatis, an ex alia cā, interdū vero eſt difficile, & dubium, vt ppea forte S.Greg.lib.9.Moral.c.11.dixerit, *repentina cogitatione mentem ita percuti vt ſemetipſam diſcernere nequeat.* Ideoq; tutiſſimū eſt in his maximā diligentiā adhibere, & ſępe de his dubijs dolere, cõteri, & confiteri. Ceterū ad conſcientiæ trãquillitatē, hæc regula bona eſt ad diſcernendū qñ eſt dubiū, vt ille qui cõtraxit habitum in hmõi peccatis, & ẽt cum aduertit, facile ijs conſentit, & ſi ẽt põt ad ipſum opus progreditur, neq. ſolet reſiſtere, vel curare de peccato, in his dubiis potius exiſtimatur peccaſſe mortaliter, & fuiſſe illā inaduertẽtiā ex mala voluntatis inclinatione, Econtra vero qui habent bonā voluntatem erga Deū, & cum aduertunt, ſolẽt reſiſtere, pugnare, & abſtinere ab opere & conſenſu, in iſtis dubijs, putandi ſunt nõ peccaſſe mortaliter, nec habuiſſe inaduertentiā deliberatam, ẽtſi aliqua fuerat negligentia. vbi aũt quis dedita opera nõ aduerteret, ſine dubio peccaret, & libido inde ſubſequuta ei ad peccatū imputaretur, vt recte Med.1.2.q.74.ar.6.documento.3. annotauit, & clarius ar.8.in fine, vbi docet, qd̄ ſi ſit vir pbus, qui non cognoſcit ſe affectum ad res turpes, nõ eſt piculum qñ dubitat an conſenſerit, qd̄ inclinet in meliorē partē, & credat ſe nõ cõſenſiſſe, ſi vero ſit vir deſidioſus, & confligat quotidie cū ſuis paſſionib. & ſæpe cadit, declinandum eſt in deteriorē partē; & exiſtimãdū qd̄ conſenſerit. Ex quib.omnib.facile colligi põt qñ pctm̄ nec ne ſit, ex parte conſenſus, quod primū eorū eſt, quæ in hoc capite explicanda ſuſcepimus.

7 QVINTVM DVBIVM eſt, An delectatio moroſa ſine conſenſu exequẽdi opus ſit pctm̄.

Hoc eſt, an ſicut voluntas efficax ex rei illicitæ, & mortalis ſp ſit mortalis, ita etiā voluntas ſimplicis complacentiæ, aut delectationis ſine animo exequendi opus, ſit ẽt peccatū mortale? Antequam ſnĩam, & opinionem certam de hac rẽ ſtatuere poſſimus, pro meliori facilioriq. tū huius dubij, tū ẽt ſequentiū intelligentia, vnū, aut alterum pręmittendum erit circa voluntatē efficacē & volontatem ſimplicis intelligentiæ, Primo igitur hæc duo inter ſe differunt, quod voluntas efficax ſp accipit malitiam ex opere, quod hẽt pro obiecto, ſimplex vero complacentia nõn itē, malitia vero quæ ex obiecto & circunſtantijs deſumitur, primario reperitur in actione exteriori, & exinde ſcd̄m analogiam in actum interiorē volũtatis deriuatur, hoc eſt, in actum tantummodo voluntatis efficacē. Quia cū hic actus ex ſe cauſa ſit operis exterioris, ẽtſi aliquando tẽpore præcedat, & ex ipſo non ſequatur opus, dicitur tamen & merito, malus ſi operatio ſit mala, ſicut medicina dr̄ ſana, quia ex ſe eſt cā ſanitatis, non aũt deriuatur illa malitia in actũ ſimplicis cõplacentię, & delectationis, quia delectatio non eſt cã ex ſe talis operationis, ſed interius conſummatur; non.n. procedit ex conſultatione procedendi ad opus. Vnde fieri poteſt, vt aliqua operatio exterior ſit omnino ſine culpa, cũ tamen ſimplex delectatio ſit pctm̃, & ita interior delectatio ſuam malitiam operi exteriori non cõicat. Vt v. g. ſi quis violaretur vi, et nullo modo hr̃et voluntatẽ efficacẽ, delectaretur tñ aduertenter, in hoc caſu operatio exterior ex ſe mala non eſſet, ſed neq; malitiam ab interiori delectatione acciperet, quia ab ea nullam rõnem volũtarij vt ſupponimus, hr̃et, vnde nulla rõne pctm̃ eſſet illi operatio exterior, cũ tñ delectando ſe aduertẽter peccaret.

Sic ẽt ſi iudex iuſte ſecundum leges aliquem punit, opus illud externum bonum eſt, & tamẽ delectatio de pęna vt malum illius ex diſplicentia perſonæ, peccatum eſt, quam tamen malitiã ex actu exteriori non accipit.

8 *Secũdo* voluntas efficax ad hunc effectũ, vt accipiat totam malitiam ex opere, non ſolum eſt illa, quę ita verſatur circa opus, vt tendat ad cõſecutionẽ illius facta conſultationis aut iudicij, vel cuinſcunque propoſitionis reſolutione ex parte intellectus, ẽtſi aliquis ab ipſo opere timore interiori alicuius periculi retrahatur; quod ſi non eſſet, opere exequeretur quod cogitauit, vt ſi quis pecuniæ cupidus ita ſe gerat affectu qđ illam plane furaretur, non tñ furatur pp timorẽ iudicis, aut aliquod aliud periculum. Talis.n. volũtas efficax eſt, & qa eſt principiũ ex ſe opis exterioris, omnẽ malitiã ab ipſo opere accipit.

Simplex aũt complacentia, ſeu delectatio, & quæ ex opere ipſo omnem malitiã non accipit, eſt illa, quæ verſatur circa obiectum tm̃ ſecundum ſe propoſitum, & non prout eſt exequẽdũ; vt cum quis delectatur de opere alieno, aut de proprio opere pręterito, vel deniq; ſi delectetur de proprio opere abſolute, non tamen delectatur de illo in ordine ad executionem.

Ceterum ſi quis decernẽs facere aliquod opus, haberetq. affectum efficacem illud exequẽdi, retrahitur tñ ab executione non ob aliam incõuenientiam, ſed quia videt eſſe pctm̃, tunc excuſatur volũtas illa a malitia operis exterioris. Quia talis affectus vere excludit propoſitũ peccandi motus ab honeſtate oppoſita; Immo vero ſi quis retrahitur ab opere timore pœnæ, ſed nõ placet opus exequi ex alia parte, neq. aliunde de executione cogitat, ſed ſimpliciter deſiſtit ab opere rõne talis pęnæ inferni, talis timor pęnę inferni bonus eſt, et dr̃ timor ſeruilis, ſed ſine ſeruilitate; Vbi aũt non dubitaret exequi opus quamuis cognoſcat eſſe peccatũ, placetq. opus exequi, ſed detinetur ſolũ timore pœnæ, peccat mortaliter, ſi opus ſit mortale, quia ex parte ſua propoſitum habet peccandi mortaliter, taliſq. timor malus eſt, diciturq. timor ſeruilis cum ſeruilitate. His ita prænotatis, quamuis S. Th. 1. 2. q. 74. art. 8. referat opinionem dicentium delectationem moroſam de re illicita non eſſe peccatum mort. niſi ſola periculi, aut conſenſus in opus, aut pollutionis in materia venerea, & niſi ſit cum propoſito, & voluntate perpetrandi, opus, quia tamen opinio hæc falſa eſt, & ab omnibus reiecta, ideo difficultati propoſitæ breuiter ſatisfaciens.

9 Reſpondeo, Delectationem moroſam, ſeu complacentiam de peccato mortali, ſaltem in materia venerea, eſſe mortalem.

Dixi, *ſaltem in materia venerea*, quia de hac materia pręcipue agendum modo eſt, & de ea Patres, & Doctores ſcholaſtici loquuntur. an vero eadẽ rõ ſit de delectatione moroſa ĩ alijs materijs, quæ eſt ĩ materia moroſa venerea, inferius dicemus, vbi ſimul rationem a priori aſſignabimus, quare omnis delectatio moroſa de re venerea ſp ſit mala. Interim hanc veritatem inter Patres docent Chryſoſt. Hom. 17. in Matt. in illud Matt. 5. *Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Non mœchaberis. &c.* vbi ait, qui ſtudet elegantes facies inſpicere, ipſe præcipue *ſibi fornacẽ iſtius paſſionis accendit, & captiuã faciens animam, ad opus quoque celeriter adducit, ppea non dixit, qui concupiuit ad adulterãdum, ſed qui viderit ad concupiſcendum, &c.* Quib. verbis non ſolũ diſtinguit inter concupiſcere ad adulterandũ, & videre ad concupiſcendum, priorib. illis verbis intelligens voluntatẽ efficacẽ, poſteriorib. vero delectationem tm̃, ſed ẽt vtrumque peccatũ eſſe oſtendit. Hilarius etiam in Matt. 5. canon. 5. ait, *In Euangelio, adulterio motus tantum oculi incidentis æquatur, & cum fornicationis opere, punitur illecebroſa tranſcurrentis viſus affectio.* Sed delectatio moroſa eſt affectio illecebroſa. Ergo æquatur operi. Id quod colligit ex illo Iob. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut non cogitarem* ſ. conſenſu delectationis, ex gloſſa ibid. *quidem de Virgine.* Hoc eſſe mortale ſignificat verbis ſubſequentib. *Quam a partem haberet in me Deus deſuper.* Sanctus Auguſt. 12. Trinit. c. 12. quem refert S. Th. 1. 2. q. 74. art. 8. vbi ait, *Cum ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenens tamen & voluens libenter*, ſignificando his verbis ſimplicem voluntatis affectum abſq. intentione committendi opus, *quæ ſtatim ut attigerunt animum reſpui debuerunt*, his verbis oſtendens id quod ante diximus, delectationes moroſas ſtatim repellendas eſſe, *negandum non eſt, eſſe peccatum, ſed longe minus quam ſi opere ſtatuatur implendum*. Vnde in eodem loco ſubdit, *De talibus cogitationibus venia petenda eſt pectuſque percutiendum, atque dicendum, Dimitte nobis debita noſtra.* Ob quæ verba, licet Corduba lib. 1. quæſtionarij. q. 23. dub. 11. putet S. Auguſtinum loqui de peccatis venialib. hoc eſt, putet eſſe ſolum venialia pctã tales cogitationes, certum tamẽ eſt, S. Auguſtinum ſenſiſſe eſſe poſſe peccata mortalia, ex eo quod ſubdit, pp eas *totũ hominem damnari, niſi per Mediatoris gratiam redimantur*, damnatur autem homo propter peccata mortalia ſolum vt conſtat. Quod.n. Corduba rñdet, S. Auguſtinum dicere totum hominem damnari pro peccatis venialib. hoc ſenſu, quia ad tp̃s detinebitur in purgatorio, priuatus beatitudine, falſum plane & fictitium eſt tum; quia abſolute homo non dr̃ damnari pp pęnam purgatorij, tũ qa totus homo in purgatorio non dãnatur, tũ quia purgatorij pęna manere ſolet ẽt dimiſſa culpa p gratiã Mediatoris, fruſtra igitur diceret. S. Auguſtinus *niſi remittantur per gratiam*

Mediatoris. ſi de culpis venialib. loqueretur. Rectius ergo S.Th. 1.2. quæſt. 74 art 8.ad 6.docet S.Auguſtinum loqui de peccatis mortalib.cum oratio Dominica non ſolum contra peccata venialia,ſed etiam contra mortalia dicēda ſit, pectuſq. multo magis pro mortalib quam pro venialib.percutiendum ſit. S. etiam Gregor.libr. 21.Moral.c.2.exponens illud Matth. 5.*Scriptum eſt,non adulterabis,ego autem,&c.*ait,*Per Moyſen luxuria perpetrata, per authorem vero munditiæ luxuria cogitata damnatur.* Et paulo infra explicans illa verba Gen.3.ſerpenti a Domino dicta,*Pectore,& uētre repes.*ait *ſerpens pectore repit,quando eos quos in opere luxuriæ non ualet,polluit in cogitatione. Qui uero luxuriam actione perpetrat,huic ſerpens repit ex uentre.* Et c.3.ait,*Plerumque enim cogitatione praua pulſatur ſed renititur:plerumque autem cum peruerſum quid cōcipit, hoc intra ſemetipſum etiam per deſiderium uoluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulſa,ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiungit.* Iſidorus etiam vt refertur 32 q.7.can. Non ſolum.ex lib.2.de ſummo bono.c.39.ait,*Non ſolum de commiſſa fornicatione peccatum regnat in homine,ſed ſi adhuc delectetur,atque animum teneat proculdubio regnat.* At vero de fornicatione præterita non poteſt eſſe niſi ſimplex complacentia,quę tamen eſt peccatum mortale,vt notat gloſſa ibidem.in verb.*Teneat.* Id quod euidens eſt ex ſacris literis, ſiquidem Sap.1.dicitur,*Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo & Hierem.4.quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Idem docent Doctores Scholaſtici,Alex.de Ales p.2.q.109.membr. 11. S.Th.1.2.q.74.art.8.Caiet.ibi, & in Summa verb.delectatio.Altiſiod.lib.2.tract.28.c.4.q.2.S.Bonau.2.diſtin.24.p.2.diſt.art.2.quæſt.2.Richard.in 2.diſtin.24.art.4 q.4.in corpore,& ad 1.Scotus 2.diſtin.42.q.1.§.*Sequitur ſecundum.* Duran.2.d.24.q.6.Gabr.in 4.d.15.q.13.art.3.dub.3.Carthuſ.2.d.24.q.6.ver.Inſuper.Gerſon Alph.38.litera.D.Io.Maior.2.d.42.q.18.S.Anton.p.2.tit.3.c.1.verſic.De ſecundo.Ang.verb.cogitatio.num.2.Sylu.verbo.delectatio.q.1.Tab.verb.cogitatio.verſic.Secundo.& verſic.Quinto.Caiet.to.1.opuſc.tract.14.q.1.Petr.Sot.in lib.de inſt.Sacer.in tract.de diſcrimine peccat. lect.9.Io.Med.de Reſtit.q.21.§.*Demus iam.*Naua.in Man.c.16 nu.9.Ant.de Cordub.lib.1.qq.q.23.dub.11.Barth.Med.1.2.q.74.art 6.Greg.de Val.to.2.diſp.6.q.4.punct.3.Coſm. Philiarc.de offic. Sacerd.p.2.lib.4.c.18.Ludo.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.74.& c.75.Sebaſt.Med.in Summa de pctīs capita.tit.8.q.21.Io.Benedictus in Sum.lib.2.c.9.§.1.n.85.Gab.Vaſq in 1.2.to.1.diſp.109.c.3.Io.Azorius p.1.inſtit.Moral.lib.4.c.6.dub.1. Tol.in Sum.li.5.c.14.in fi.Ema.Sa.in Apho.in verb luxuria.

Deniq. hoc ipſum patet ratione,quia res mala, repugnat recte rationi, & conſequenter diſplicere debet recte voluntati: At vero dum voluntas in ea delectatur,eam approbat, & gratā & acceptam ſibi habet,& proinde peccat,vt ex ſequentibus clarius apparebit.

10 SEXTVM DVBIVM eſt, quodnam debet eſſe obiectum, vt moroſa delectatio ſit mortalis.Variæ ſunt de hac re Doctorum ſententiæ.

Prima eſt, eorū,qui diſtinguentes inter res per ſe malas,& res,quę ſolū malę ſunt, qa lege poſitiua prohibitæ, affirmant omnem delectationē de re, ſeu obiecto iure naturali dānato, eſſe mortalē,ſi obiectū ſit mortale, vt delectatio de furto,homicidio,adulterio &c.delectationē vero de obiecto mortali ſola lege poſitiua prohibito,non eſſe mortalē,dūmodo non delectetur in re illa,quatenus lege prohibita eſt. Vt v.g ſi Pet.delectetur de ludo prohibito,aut de eſu carniū in die veneris,abſolute & ꝑ ſe, nō tn̄ vt lege prohibitus eſt ludus,aut eſus carniū eo die,non peccat. Sic Baptiſta in Sum. in verb.ludus.§.2. quē refert,& ſequitur Gab.in 4.diſtin. 15.q.13. ar.3.dub.3.& fauēt huic ſnīæ Mar. Ledeſmius. 1.p.4.q.21.art.7.& Ant.de Corduba li.2.qq.q. 30.dub 1.Rō pro priori parte eſt, quia quæ per ſe mala ſunt, & iure naturali prohibita, recte rōni repugnant, ac proinde non pōt quis velle ea non eſſe prohibita, & de eis delectari, quicquid.n.delectat, hoc ipſo gratum & acceptum hr̄,pctm̄ aūt eſt approbare, & complacere ſibi in re mala.Pars vero ſcđa probatur, quia quæ iure tm̄ humano prohibita ſunt,poſſunt nō eſſe prohibita,& ita pōt quis deſiderare ea non eſſe prohibita,& conſequenter pōt quis de eis delectari,apprehendendo ea non quatenus prohibita ſunt,ſed ſub alio reſpectu,ſeu ſcđm ſe abſolute,vt v.g.pōt quis delectari de eſu carnis abſolute, ſeu quatenus carniū eſus ſimpliciter iucundus,& vtilis cogitatur,& non quatenus eſt legē interdictus.Et confirmatur.Quia nullus legiſlator ēt eccleſiaſticus intentionē hēt obligādi ſubditos ſua lege, vt non delectentur de oppoſito, ſed ſolū vt legē ſuo tpe,& exteriori opere obſeruent.Ex qua doctrina vnū recte inferunt Ledeſmius,& Corduba,ſ.non eſſe pctm̄ mortale delectari de ope facto ex ignorantia inuincibili,vt in ſomnijs,quod alias ſcienter eſſet mortale; in materia tn̄ ſolū iure poſitiuo prohibita; vt ſi qs comediſſet carnes die veneris ex ignorantia inuincibili, & poſtea facti recordatus, delectaretur,non peccaret mortaliter; ſecus autem ſi res iure naturali prohibita fuiſſet; Quia alias ſequeretur Iacob delectari potuiſſe de cōcubitu cum Lia,quod tamen eſt falſum.

Secunda eſt aſſerentium oēm delectationē de re prohibita ſub pctō mortali,eſſe pctm̄ mortale,delectationē vero de re ſub pctō veniali prohibita,eſſe venialē.fauet S.Tho.1.2.q.74.art.8. in corpore,& ad ſcđm, Duran.2.diſtin. 24. q.6. ad ſcđm.Richar.ibid. art.4. q.4.& 5.Ang.verb. cogitatio.n.2.S.Ant.p.2.tit.5.c.1.§. De 2. Sylu. verb.delectatio. q.1.verſic. Tertium. & verſic. Quartū. Nau.in Man.c.11.nu.11.Caiet.in Sum. ver.delectatio moroſa.ver.Rurſus ex parte rei. Coſ.Phil.de off.ſacer.p.2.li.4 c.18.Lud.Lopez p.1.inſtr.cōſc.c.74.in fi.Io Azor.p.1. inſt. Moral.li.4.c.6.q.2.& alij.Rō eſt,qa vt docet S.Th. 1.2.q.18.actus moralis ſpecificat̄ ex obiecto.Ergo ꝑ rōne obiecti mortaliter aut venialiter mali,delectatio mortalis,vel venialis culpa erit.

In hac re, quę non ſolū in ſeipſa difficilis eſt, ſed ēt ob varietatem authorum dubia,& obſcura vr̄, quid mihi probabilius apparet, ſequentibus propoſitionibus exponā,prǽſuppoſita diſtinctione illa, quā ſnperius fecimus de delectatione vel de rę mal a cogitata, vel de ipſa cogitatione, qua rem malam cogitamus q̃uis de hoc ſecundo non ſit vlla controuerſia inter authores, cum in eo conueniant omnes, vt autem res tota clarior, & manifeſtior appareat, ſit

11 Prima propoſitio. Delectatio moroſa de ipſa cogitatione, aliqñ bona eſt, aliqñ mala, aliquādo vana & inutilis. Sic Caiet. Coſm. Phil. Azor. vbi ſup. Delectatio tunc bona eſt, qñ quis lęcturus, aut concionaturus delectatur de argumentis, & rationib. ſubtiliter excogitatis contra res turpes, & inhonęſtas. Mala vero eſt, & mortalis, quando quis ita verſatur in iſtis cogitationibus, vt incurrat exinde in ꝓbabile periculū peccati, & conſenſus in opus, alias non. Vana & inutilis eſt delęctatio, ſi inutiliter quis & ſine cā ta les delectationes in aīo, & mente ſua reuoluat. An vero pctm̄ ſit, necne, delectari de modo aliquo artificioſo pctī, puta dę ſubtili modo furandi, aut conſequendi vxorē alienam, vel de ſtratagęmate belli, vel de ordine pugnandi, ex his q̃ inferius dicemus, manifeſtum ęrit. Quoad delectationem vero de re mala cogitata ſit

12 Secunda propoſitio: Rō peccati mortalis deſumi non pōt ex eo quod delectatio ſit de re iure naturali prohibita; non aūt de re lege poſitiua interdicta, vt voluit prima opinio. Sic Gabr. Vaſq. in 1.2. tom. 1. diſput. 110. & Ioann. Azor. p. 1. inſtit. Moral. lib. 4. ca. 6. dub. 1. Io. Med. Cod. de reſtitu. q. 21. §. *Demus. iam verſic. Mihi tamen.* & alij. Ratio eſt, quia ſi ea ratione delęctatio de opere mortali prohibito iure naturali, ſit mortalis, quia eſt de obiecto malo mortalitęr, pari ratione erit peccatum mortale delectari de obiecto ſola lege poſitiua prohibito, ſiquidē hoc obiectum eſt ēt malū mortale. Nec valet ratio in contrarinm ex intentione legiſlatoris deſumpta; Quamuis. n. poteſtas eius non ſe extendat ad prohibitionem delectationis actus contrarij qui præcipitur, ſi tamen malitia omnis talis delectationis naſceretur ex obiecto malo prohibito, vt ſupponunt authores primæ opinionis, fieri non poſſit; quin poſita ſemel prohibitione alicuius operis ſub mortali pctō, delectatio illa non ſit mortalis; poſita namq. prohibitione operis ſub mortali, efficax voluntas & complacētia illius ſꝑ pro tꝑe prohibitionis ęrit mortalis, & illa eadē lege prohibita, qua opus ipſum externū prohibetur, eo quod, vt diximus, malitia illius efficacis voluntatis ex ipſo opere externo prohibito deriuatur; ac proinde ſi opus externū mortale ſit, velit, nolit legiſlator, delectatio & voluntas efficax in opus ſic prohibitū ęrit mortalis, cum non ſit in ptāte legiſlatoris prohibere opus, & non includere delectationē moroſam quæ neceſſario conſequitur ex talis operis prohibitione. Vnde recte infert Io. Med. vbi ſupra, quod qui dęlectatur ſe non eſſe confeſſum, aut non cōicaſſe ſemel in anno, peccat mortaliter; Itē qui cum ſanus & robuſtus fuerit, delectatur ſe comediſſe carnes in Quadrageſima ſcięnter; Itē ſi quis ſacerdos, aut religioſus delectaretur ſe ſine cauſa omiſiſſe officium, et tñ conſtat hęc omnia ſolo iure poſitiuo eſſē prohibita. Eſt ergo aliqua ſaltem delectatio mortalis de re prohibita ſolo iure poſitiuo. Sic ēt ſi quis Carthuſianus de eſu carniū pro eo tꝑe, quo iam profeſſus eſt, & quo tenetur ſeruare regulā, delectaretur, peccaret mortaliter; Quāuis n. non eſſet mortale delectari de eſu carniū quas in ſeculo meminit comediſſe, quia tunc illarū eſus nō fuit ei illicitus delectari tñ de illarum eſu tꝑe quo contra regulam eas comedit, pctm̄ eſt, quamuis delectatio non ſit de his reus quatenus lege poſitiua prohibita ſunt (nam ſub ea formali ratione delectari pctm̄ mortale erit ēt in opinione eorum, qui primam ſnīam tenent) ſatis igitur erit de eis delectari, quæ pro tꝑe aliquo illicita, & prohibita iure poſitiuo fuerunt, et de eis pro illo tēpore delectari, eo modo quo expoſuimus.

13 Tertia propoſitio; Quamuis omnis voluntas efficax de opere et obiecto malo mortaliter, aut venialiter, pctm̄ mortale, aut veniale ſit, pro ratione obiecti, vt docet ſecunda opinio, ſimplex tñ delectatio, aut diſplicentia non tam ex obiecto, quā ex oppoſitione ad rectam rationem & virtutem, peccatum mortale, aut veniale erit.

Prima pars patet, quia talis voluntas efficax cū ſpēm & malitiam ſuā totā ab opere externo habeat, conſequenter mortalis, aut venialis culpa erit pro rōne obiecti; & in hoc verum docuit ſecunda opinio. Vnde quicquid illicitū eſt opere externo perficere, illicitum erit ēt voluntate efficaci in illud conſentire. Quo circa Adrian. 4. quæſt. 4. de Euchariſtia, §. His præmiſſis, rectè docet non eſſe licitum conſentire efficaci volūtate in aliquod opus, quod de ſe eſſet mortale ſi fieret in vigilia, & cū aduertentia, vt fiat aut contingat in ſomnis, aut ī ebrietate, vt verbi gratia non licet efficaciter velle & intendere vt ſequatur pollutio in ſōnis, aut vt fiat homicidiū in ebrietate ꝑꝑ quemcumq. finem; addit tñ licere conſentire conſenſu ſimplicis complacētiæ ꝑꝑ aliquem bonum finem, vt in pollutione ꝑꝑ tentationem vitandā in vigilia; in homicidiū ne ille homo ſit amplius in periculo peccandi; in furtū ſub ea intentione vt ille a quo ablata fuit pecunia, non ſit tā auarus, & ſine miſericordia erga pauperes, & tñ ob eoſdem fines non licebit prędicta efficaciter velle. Vnde cū aliquid licitum ſit ſimplici delectatione & complacētia, quod tamen eſſet pctm̄ mortale voluntate efficaci velle, nō ſꝑ ex obiecto deſumēda eſt malitia tota, & ſpecificatio delectationis moroſæ & ſimplicis cōplacentiæ, vel diſplicentiæ, vt conſtat.

Pars ſecunda probari pōt, tum ex dictis, tum quia cū malitia operis non ita deriuatur in actū interiorē delectationis. & ſimplicis complacentiæ, ex eo quod delectatio hæc nō eſt cā ex ſe talis operationis, malitiā ſuam totam ex obiecto habere non pōt, vnde fieri poteſt vt quis, verbi gratia, religioſus delectari poſſit in multis ſine peccato mortali, quæ tamē ſi vellęt, efficaciter eſſet mortale, vt ſi cogitet ſe diuitem eſſe, & magnos ſumptus facere, hęc. n. efficaciter velle, repugnant voto paupertatis, non autem ſimpliciter iſta cogitare, & in eis delęctari.

Deinde ſicut virtus moralis eſt illa quæ conformis eſt rectæ rōni, ita vitium eſt rectæ rōni diſſonū & repugnans, vnde cum delectatio ſimplicis complacentię totā ſuam malitiā ex opere exteriori ſumere non poſſit, conſequens eſt hr̄e illam ex deformitate, vel oppoſitione ad rectam rationem, vnde Gabriel Vaſquez in 1.2.tom.1. diſp.111.c.4. hanc regulam tradit, *Quod omnis delectatio, aut diſplicentia, quæ ex ſe notabilem hēt oppoſitionem cum virtute, peccatum mortale eſt, quæ vero nullam continet oppoſitionem, aut non notabilem, aut peccatū non eſt, aut ad ſummum ueniale;* q̄ regulam poſtea varijs exemplis illuſtrat tam quoad complacentiam, quam etiam quoad diſplicentiam. Hinc enim

Primo infertur, delectationem ſuperbiæ qua quis delectatur in conſideratione propriæ excellentiæ, poſſe eſſe mortalem, ſicut ſuperbia ipſa mortalis eſſe poſſit.

Ideo aūt ſimplex affectus ſuperbiæ poteſt eſſe mortalis, quia ex ſe opponitur virtuti humilitatis, q̄ paſſiones animi internas moderatur. Cum igitur immoderata hæc paſſio & affectus propriæ excellentiæ ex ſe huic virtuti opponatur, ſi ſit notabilis, erit peccatum mortale, vt patet in peccatis Angelorum, qui ex ſimplici complacentia propriæ excellentiæ peccauerunt, vt latius tradit S. Th. 1.p.q.63.art.3.

Secundo infertur, delectationem moroſam, & complacentiam in quocumque pctō, quatenus eſt contra Deum, ſp eſſe pctm̄ mortale, & hoc modo odiū Dei eſt contra virtutē charitatis. Sicut.n. ad virtutem charitatis pertinet delectari de bono virtutis, vt bonum eſt Dei, et ita dirigere affectum interiorem erga Deum; ita etiam econtra ad vitium oppoſitum pertinet complacentia de peccato quatenus eſt contra Deum.

Tertio infertur, delectationē & complacentiā de pctō quatenus eſt contra legem, & mandatum ſuperioris, poſſe eſſe mortalem, qn̄ fuerit notabilis complacentia, & hoc genus pctī directe opponitur virtuti obedientiæ, quę primario verſatur in affectu interiori erga legem, & ſuperiorem. Et tam in hoc caſu, q̄ in præcedenti ſpēs pctī non deſumitur ex materiali obiecto, circa quod verſatur delectatio, qn̄quidem ab illo non deriuatur malitia in affectum ſimplicis complacentię, ſed tota malitia ſumitur ex ordine contra Deum, & ſuperiorem.

Vn̄ cū quis delectatur de fornicatione, quatenus eſt contra Deum, & inde nullā hēt delectationem venereā adhuc cogitatione, peccat ſolum pctō odij cōtra Deum, non aūt luxurię; ſecus aūt ſi voluntate efficaci fornicari vellet, ēt ſi non moueretur delectatione venerea, ſed ſolo odio contra Deum, & idem de eo, qui contra pręceptum ſuperioris aliquid facit, cum voluntate efficaci peccatum aliquod perpetrandi.

15 *Quarto* infertur, cōplacentiam & delectationē de homicidio & morte proximi vt malum illius eſt, ex diſplicentia perſonæ pctm̄ mortale eſſe; hæc.n. delectatio directe & ex ſe opponitur, & non rōne obiecti circa quod verſatur, beneficentiæ, vel miſericordiæ erga proximū, aut ſcd̄m alios charitati erga ipſum. Huc ēt refertur affectus ſæuitiæ, & crudelitatis ēt in ſimplici cōplacentia, de quibus agit S. Tho. 2.2. q.159. differt autem ſæuitia a crudelitate, quod crudelitas excedit modum in puniendis delictis, ſęuitia vero excedit modum in vulneribus, & in eis nimiū delectatur, quæ vtraq. opponuntur virtuti clementiæ, quæ ſub tēperatia ponitur, & moderatur affectus interiores, ſicut ipſa tempantia, & ideo tales delectationes contra hanc virtutē ſunt. Si qs vero delectaretur de homicidio, non ea rōne, qua malum proximi eſt, neq. ex diſplicentia perſonę, ſed rōne alicuius cōmodi, quod non eſt mortale, non erit pctm̄ mortale, ſic etiā ſi quis ex equo decidat, & alter ridet, ſi tn̄ non delectetur de malo, aut vulnere ſecuto, ſed de mō ridiculo, quo decidit, nō peccat. Pari modo delectari de bello iniuſto, aut duello, aut narrare homicidia, vel legere, aut in tragedia audire, & de eis delectari ex nouitate rei, non aūt ex diſplicentia pſonæ, non erit pctm̄ mortale. Quia delectatio de his reb. rōne nouitatis, nulli virtuti opponitur; delectari vero de eodē homicidio ex diſplicentia pſonę, pctm̄ mortale eſt; alis nāque delectatio opponit̄ vel charitati erga pximū, vel ſcd̄m alios bn̄ficientiæ, & miſericordię.

Itē delectari de ludo prohibito non eſt peccatum mortale, ētſi ludus ipſe ſit mortalis, dum modo aliquis ſua præſentia non præbeat occaſionē ludendi ob rationem dictam, vt recte Io. Med. vbi ſup & Gabr. Vaſq. eum ſecutus annotarunt, quia hæc nulli virtuti in particulari opponitur; ſi n. alicui virtuti opponatur, maxime virtuti eutrapeliæ, & tn̄ eodem modo videtur eſſe peccatum contra hanc virtutem ſiue ludus ſit prohibitus lege, ſiue nō; At vero ſi non eſſet lege prohibitus, non eſſet mortale; Ergo neque mortalis erit, quando eſt prohibitus.

Nec obſtat, quod ait S. Aug. in Pſal.147. in pręfatione, vt refertur in capitulo. *vident* diſt. 86. his verbis, *uident homines uenatores, & delectantur; uæ miſeris, ſi ſe non correxerint, qui. n. uenatorem uident, & delectantur, uidebunt Saluatorem, et triſtabuntur.* Quo loquendi modo ſignificat eſſe mortale in hm̄ōdi delectari, quia in die iudicij contriſtabuntur ſolum qui ſunt in peccato mortali, vnde ſubdit. *Quid illis miſerius, quib. Saluator ſaluti non erit. Nec ſine mirum, quia illis quibus uoluptati eſt homo pugnans, non erit ſaluti Deus liberans.*

16 Rn̄deo. n. Sanctum Auguſtinum eo loci loqui tm̄ de venatione periculoſa vbi venatorū vitæ periclitatur; Non aūt loquitur de delectatione ſimplici, quam aliquis in ſolo aſpectu huius venationis hr̄et; Hæc. n. mortalis non erit, ſicut neq. delectatio de aſpectu duelli; ſi quis. n. aſpiciendo duellum & pugnam delectatur ſolū de victoria vnius vt bonum illius eſt, & conſequenter quod alius uictus fuerit, non peccat mortaliter. Solum igitur Auguſtinus ibi loquitur de delectatione ob q̄ quis uenatores habet, eoſq. exponit periculo uitæ, ut ipſe exinde delectationem accipiat; hæc. n. mortalis eſt, quia eſt uolūtas efficax, & malitiā ab ipſo opere accipit; idemq. de duelli delectatione dicendum eſt, qn̄ quis delectatur de victoria vnius ex diſplicētia uicti, tūc. n. mortale erit, alias videre duella, aut alia ſpectacula ubi ſæua, & crudelia repræſentātur non eſt pctm̄, neq. de eis delectari ex ſola cōplacentia uictoris, ſecus autem ſi quis delectaretur

retur de malo victi,vt malũ eius eſt,& ex diſplicentia perſonæ,iuxta ea quæ docent S.Ant.p.2. tit.3.c.7.§.de ſpectaculis. Sylu. verb.curioſitas. q.3.verſ.tertio.& in verb.ludus.q.8. Gab.Vaſq. in 1.2.to.1.diſp.111.c.4.& alij.

Sic etiam delectari de furto a ſe; vel ab alio facto vel narrando illud,pōt eſſe peccatum mortale,& poteſt etiam non eſſe mortale, Erit autē mortale ſi quis delectetur de furto ꝑꝑ damnũ proximi,vt damnum illius eſt,ſic.n. eſt peccatũ odij;& mortale, ſi damnum ſit notabile. At vero mortale non erit delectari de eo propter bonum ſecutum ipſi,a quo ablata eſt pecunia, vel etiam ob vtilitatem ſecutam ipſi furi, vel propter ſubtilem modum furandi,cum vt diximus, malitia in ipſam delectationem ex opere exteriori non deriuetur.

17 *Quinto* infertur, delectationem venereā interiorē de fornicatione,oſculis, & tactibus impudicis apprehenſis ſub ea rōne qua tactui afferũt delectationē ex pleno conſenſu & aduertentia, eſſe mortalē, eo qđ opponitur virtuti caſtitatis q̃ non ſolũ moderatur nimias delectationes exteriores tactus,ſed ēt potiori rōne interiores delectationes appetitus,aut voluntatis;Atq. adeo delectatio immoderata de obiectio venereo erit ſecũdũ ſe mala, & ſi ſit notabilis,erit mortalis, qualis eſt delectatio de fornicatione, & tactib. impudicis ſcđm ſe conſideratis,vt diximus. Ex quib.conſtat qđ dicēdũ ſit de ſingulis fere generib.delectationis & ſimplicis complacentiæ.

Sexto infertur,quid dicendum ſit de pctō ſimplicis affectus diſplicentiæ,in qua tñ re, non ſolum conſiderare oportet affectum diſplicentiæ de actu virtutis,quæ eſt in pręcepto ſub mortali pctō,ſed ēt attendere oportet ex quo motiuo illa diſplicentia procedat. Si quis.n.triſtatur de eleemoſyna q̃ ſub pctō mortali facere tenetur, et facit,ex eo quod cupiebat pecunia illa emere rem aliquam vtilem, non erit pctm̃ mortale; immo excuſari poteſt ēt a veniali, quando alias emere rem illam non erat veniale. Similiter nō eſt mortale triſtari de ieiunio propter famem, & moleſtiam, vel de audienda Miſſa ꝑꝑ aliquā moleſtiam corporalē,ſecus autem ſi contingat diſplicentia ex contemptu legis, aut religionis, eſſe tamen peccatum mortale ex eodem prorſus motiuo famis, & moleſtiæ corporalis velle efficaciter non ieiunare,et non audire Miſſam. Et hac de cauſa non erat peccatum in Chriſto triſtari de morte,quam ſub præcepto ſubire tenebatur, quia ſub ea ſolum ratione triſtabatur de ea,qua ratione contraria erat naturæ.

Item fieri poteſt vt triſtitia de proprio peccato ſit mortalis, puta ſi quis triſtatur de eo, qa videt ex ſuo peccato emolumentum maximum inimico ſuo prouenire, vnde nolle hac ratione ſolum peccaſſe eſt peccatum mortale.

18 *Denique* ſicut in pctō complacentiæ diximus illud colligi qñ ſit mortale,aut non;ex eo quod alicui virtuti notabiliter,aut non ita notabiliter opponeretur ita ēt in affectu ſimplicis diſplicētiæ dicendum erit eſſe pctm̃ mortale,quando.ſ. opponitur alicui virtuti notabiliter quæ moderatur affectum triſtitiæ, & diſplicentiæ. Sic.n. triſtitia de bono proximi & perſonę diſplicētia, pctm̃ eſt odij, quia directe opponitur charitati proximi;ſic pctm̃ inuidiæ eſt, cum diſplicet excellentia alterius quatenus propriam diminuit. Sic ēt peccatum mortale eſſe poteſt diſplicentia obediendi ſuperiorem, virtus.n.oppoſita obedientiæ poſtulat affectum internum erga ſuperiorem,vt ſuperior eſt. Sic ēt eſt peccatum accidiæ cum quis triſtatur de virtutis bono, vt bonũ Dei eſt,ex S.Th.2.2. q.35. art.2.Hæ namq. omnes diſplicentiæ opponuntur virtutib.quæ moderantur affectũ interiorem diſplicentię, videlicet charitati,humilitati,obediētiæ,&c.Ex quib. omnib.conſtat quęnam delectatio moroſa peccatum ſit,& vnde habet,quod mortalis,aut venialis cenſenda ſit,id quod in hoc dubio præcipue examinandum propoſuimus.

19 SEPTIMVM DVBIVM eſt,an omnis delectatio moroſa in materia venerea eiuſdem ſpeciei ſit cũ opere exteriori, vt v.g.ſub luxuria cōtinētur fornicatio,adulterium,inceſtus,ſtuprũ raptus,& vitium contra naturam, quæ omnes ſpecies ſunt inter ſe diuerſæ, vnde dubium eſt, an delectatio moroſa harũ ſpecierum ſunt eiuſdem ſpecici, cum opere exteriori luxuriæ.

Duæ ſunt de hac re opiniones; *Prima* eſt eorũ qui abſq. diſtinctione docēt delectationes moroſas harũ ſpērum,eiuſdem eſſe ſpeciei cum opere exteriori.Sic Ant.p.2.tit. 5. c.1.§.*De tertio gradu.* Sylu.verb.delectatio.in princ. Tab.ver. luxurioſus.§.octauo.Caiet.2.2.q.154.ar.4.dub. 2.ad 2.Nau.in Man.c.6.nu.8.& c.16.nu.9.& Eman.Sa in Aphoriſmis.verb.luxuria. Ratio eſt, quia delectatio ſuam malitiam accipit ab opere exteriori.Ergo etiam eandem malitiæ ſpeciē cum opere exteriori habebit.

Secunda eſt dicenitum delectationes moroſas efficacis voluntatis eiuſdem eſſe ſpeciei cũ opere exteriori, non vero delectationes ſimplicis complacentiæ.Sic Gabr.Vaſq.in 1.2.to.1.diſp. 112.c.2.cui fauet Io.Azorius to.1.inſtit. Moral li.4.c.6.dub.3.qui tñ addit hanc ſcđam opinionē verbis potius q̃ reipſa a prima differre. Etq. dem primæ ſnīæ authores loquuntur ſolum de eo qui habet voluntatē efficacē,vt patet ex verbis eorũ,vnde quoad primam partē conueniũt. Rō eſt, quia voluntas effieax accipit totam ſuā malitiam ab opere externo, ita vt per analogiā ab ope in ipſam voluntatē deriuet,& cōſequēter delectatio voluntatis efficacis eiuſdē ſpeciei erit cũ opere exteriori, adeo vt ſi in opere exteriori ſit malitia duplicis ſpeciei, ēt in voluntate efficaci duplex malitia inerit. Quia vero ſimplex affectus delectationis malitiā ſaltem totā ex opere exteriori nō deſumit,neq. ab eo in affectũ deriuat,ſed ex ſe regulari debet,vtrum ſit contra hanc,vel illam virtutē,non conſequitur ſi opus externũ ſit in duplici ſpecie,quod delectatio in duplici ēt ſpecie conſtituatur,quandoquidem contingere poteſt vt opus externũ duplici virtuti opponatur, & tñ delectatio vni ſolum virtuti oppoſita ſit, & conſequenter delectationes ſimplicis complacentiæ non ſemper eiuſdem ſpeciei ſunt cum ipſo opere exteriori. Pro cuius intelligentia.

No-

20 *Notandum eſt*, aliquas luxuriæ ſpecies vni tm̃ virtuti opponi, ſ.caſtitati, vt fornicatio ſimplex, peccatum contra naturam, & ſecundum multos violatio virginis, qñ fit ſine iniuria, & violẽtia, quæ tres ſpecies differunt ex diuerſo modo oppoſitionis ad virtutem caſtitatem, ſicut ẽt ſecundũ multos peccata luxuriæ contra naturã ſpecie differunt ex diuerſo mõ oppoſitionis ad caſtitatẽ; Alię vero ſpecies luxurię ſunt, q̄ nõ ſolum opponuntur caſtitati, ſed ẽt alteri virtuti, vt v.g. adulteriũ opponitur caſtitati, & iuſtitiæ, & fidei mr̃imonij, inceſtus opponit̃ caſtitati, & pietati ſeu reuerẽtię debitę parẽtib. & sãguinẽ, & affinitate cõiunctis; Raptus opponit̃ caſtitati, & iuſtitiæ patrię poteſtatis, ſacrilegiũ opponitur caſtitati, & religioni, q̃uis igitur voluntas efficax tã in ſpeciebus luxuriæ primi, q̃ ſecundi generis ſemper ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ opere exteriori luxuriæ, atq; adeo in ſpeciebus ſecundi generis duplicem malitiam hẽt, ſicut opus ipſum externũ, vt v.g. qui efficaciter vult alterius vxorẽ, peccaret cõtra caſtitatẽ, & contra fidem, & iuſtitiã matrimonij, quib. opponitur adulteriũ, & qui efficaciter vult rẽ habere cũ femina ſibi ſanguine, vel affinitate cõiuncta, peccat nõ ſolũ contra caſtitatẽ, ſed ẽt contra pietatẽ, & qui efficaciter, vult rẽ habere cum puella virgine Deo dedicata, cõtra caſtitatẽ, & religionẽ peccat, ad q̄ oĩa ſatis eſt qđ norit vxorẽ eſſe alienã, propinquã, aut ſacram, ẽtſi nollet eſſe alienã propinquam, vel ſacram eo, quod circumſtantiæ ipſę a re ipſa ſeparari nõ poſſunt, atq. adeo qui vult, & appetit opus, vult ẽt eiuſmodi circũſtantias: Nihilominus tñ delectationes ſimplicis cõplacentiæ in his operibus, & ſpeciebus ſecundi generis non ſemper habent aliam malitiam cõtra aliam virtutẽ, ſicut hẽt ipſum opus, ſed illã ſolã luxuriæ in qua verſatur. Qui.n. ſimplici tm̃ complacentia delectatur in materia venerea de raptu quatenus eſt contra caſtitatẽ, q̃uis, eandẽ hẽt malitiam q̃ hẽt actus fornicationis, non hẽt tñ malitiã contra iuſtitiam patriæ poteſtatis, peccat.n. contra caſtitatem cogitando rem turpem, contra iuſtitiam autem patriæ poteſtatis non peccat, ſicut qui ſine aĩo efficaci furãdi delectat̃ de furto, cogitatione tm̃ peccat contra furtũ, nõ contra iuſtitiã. Et delectari de aliena vxore, peccat cõtra caſtitatẽ, ſicut adulterium, non tñ contra fidẽ, & iuſtitiã matrimonij. Et qui delectatur de re venerea cũ conſanguinea, etſi malitiã habeat fornicationis cõtra caſtitatẽ, pecnliarẽ tñ malitiam non hẽt cõtra pietatẽ, ſicut hẽt inceſtus. Et deniq; qui ſimpliciter delectatur de fornicatione cogitata cũ habente votũ caſtitatis, cõtra caſtitatẽ peccat, nõ tñ contra religionem, quæ oĩa ſatis oſtendunt ſolam delectationem interiorem, nõ deſumere totã malitiam ab opere exteriori, neq; opus externũ totã ſuam malitiam in affectũ ſimplicis complacẽtiæ tranſmittere, ſed ſolũ in voluntatẽ efficacem opis, vt diximus, q̄ cauſa, & ratio eſt, cur voluntas efficax libidinis eiuſdẽ ſꝑ ſit ſpeciei, eandemq; malitiam habeat cum opere, & libidine exteriori, ad q̃ voluntas illa veluti motus quidam, & progreſſus eſt, cum tamẽ ſimplex cõplacentia, & delectatio nõ totã malitiã operis habeat, ſed eam tm̃, quam habet prout vni alicui virtuti opponitur, vt qui delectatur de homicidio clerici, delectatio hæc nõ erit in ſpecie ſacrilegij, ſed odij tm̃, niſi eſſet ex contẽptu contra ſtatum clericalẽ, aliter.n. delectatio illa nõ opponitur virtuti religionis. Et qui delectat̃ de re venerea cũ habente votum caſtitatis, ſolum peccat contra caſtitatẽ, non autem contra religionem niſi qñ quis delectaretur de ea in contẽptu cultus, & religionis Deo debitæ. Addit tñ vnum Gabriel Vaſquez vbi ſupra, & recte, qđ ſi quis votum caſtitatis abſolutũ emiſerit, & poſtea delectaretur de re venerea cogitata cum quacunq; muliere, tunc non ſolũ eſſet in ſpecie fornicationis, ſed etiã ſacrilegij, eo qđ votũ caſtitatis abſolute emiſſum non ſolũ comprehendit opus exterius, ſed ẽt delectationem interiorẽ quæ eſt contra caſtitatẽ, quia vouit oẽm caſtitatem, vnde delectatio, quæ alias eſſet contra ſolã caſtitatem, poſt votum eſt etiã contra religionẽ, ac proinde in vouẽte vtriuſq; malitiã hẽt quamuis ſi quis votum fecerit ſeruare caſtitatẽ ſolo actu exteriori, & delectaret̃ de opere fornicationis cogitato, non tñ peccaret peccato ſacrilegij cõtra votũ, tũ quia ipſe in hoc caſu voto ſuo ſe tm̃ obligauit ad actũ exteriorẽ, tum quia ex actu exteriori contra votum non deriuatur malitia in actũ interiorẽ ſimplicis delectationis, ſed tm̃ in delectationem voluntatis efficacis, vt diximus; ſecus aũt vbi quis fecerit votũ caſtitatis abſolutum, & de re venerea cum aliqua delectetur, ob rõnem dictam. Illud tandem addendũ eſſe cenſeo cũ S.Ant. Tabiena, & Nauarro, qđ ſicut non ſolũ confiteri oportet opus externũ in genere, ſed ẽt in vltima ſpecie, ita vt nõ ſolũ cõfiteri oportet ſe perpetraſſe luxuriã ſed addere ẽt oportet ſpeciẽ, puta ſimplicis fornicationis, aut adulterij, & huiuſmodi, ita ẽt in cogitationib. & delectationibus moroſis tã voluntatis efficacis, q̃ ſimplicis affectus, & cõplacentię confiteri oportet materiã ipſarũ, & qualitatẽ perſonarum circa quas aĩus, & delectatio verſatur, vt ſic notitia perfecta peccati, & ſtatus pęnitentis haberi poſſit.

21 OCTAVVM DVBIVM eſt, an pctm̃ mortale ſit coniugatis extra ipsũ actũ mr̃imonij delectari de actu cõiugij cogitato, maxime vero ĩ abſẽtia alteriꝰ cõiugis? In hac re duę sũt opiniones

Prima eſt Nauar. in Man. c. 16 n. 10. & Io. Azorij to. 1. inſtit. Moral. lib. 4. c. 6. dub. 8. & Ludou. Lopez par. 1. inſtruc. conſc. c. 75. ſi attẽte legatur. Io. Bened. in Sum. de peccatis, lib. 2. c. 9. §. 1. n. 86. Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. luxurioſus dicentiũ eſſe pctm̃ mortale, & idẽ ſentiunt Sylueſt. in verb. delectatio. q. 2. & Anto. de Cord. lib. 1. q. 23. dub. 12. cũ hac limitatione, ſ. qñ non adeſt locus, tempus, aut voluntas conſumandi, & delectatio hæc ſit in motu venereo, ſeu appetitu ſenſitiuo. Ratio eſt, quia non eſt de maritali congreſſu, q̨ re ſubſiſtit, ſed qui tm̃ animo cogitatur, & fingitur; Intelligitur autem hoc, etiamſi abſit omne periculum alicuius alterius peccati, verbi gratia pollutionis.

Secunda eſt eorũ qui docent delectationẽ ẽt ſenſualē de actu coniugij cū propria vxore; vel marito ēt apprehenſo ſub rōne delectabilis venerei, ſiue in p̄ſentia, ſiue in abſentia coniugis non eſſe mortale, ēt ſine intentione conſumandi copulā; Intelligitur aūt de ijs, qui actu perſeuerant in mr̄imonio. Sic Palud. in 4. diſt. 9. q. 3. cōcl. 1. Gerſon Alphab. 38. litera D. S. Ant. p. 2. ti. 5. c. §. De 3. gradu in fi. Tabiena. verb. luxurioſus. n. 9. verſ. 8. Caie. 1. 2. q. 74. ar. 8. in Reſpōſ. ad Quartū, & in Sum. verb. delectatio. verſ. Scd̄m Armilla. eod. nu. 4. Barth. Medin, 1. 2. q. 74. ar. 8. dub. 1. Coſmus Philiarch. de officio ſacerd. p. 2. li. 4. c. 18. Pet. Sotus lec. 9. de diſcrimine peccatorū circa finē, & Gabriel Vaſquez. in 1. 2. diſput. 113. c. 2. Rō eſt, quia cū actus ipſe coniugalis, ſeu opus inter coniuges non ſit pctm̄ mortale nec conſenſus in delectationē mortalis erit, excuſatur. n. a mortali propter bonum coniugij. Hanc aſſignāt Palud. Ant. Caie. & Medina, q̄ in eorum opinione tenentium delectationē oēm ſpeciē malitiam, vel bonitatē accipere ab actu exteriori, ſatis bona eſt, & etiā in opinione nr̄a quoad actū efficaciæ volūtatis, at vero quoad actū delectationis ſimplicis nō multum valet. Melior igitur, & cōior ratio eſſe, pōt quia ſi delectatio hæc ex cogitatione propriæ vxoris in abſentia eſſet mortalis. iō eſſet, qa tunc delectatio q̄ conceſſa eſt pp generationem fine ſuo fruſtraretur, nec pp illū aſſumeretur. Hoc aūt non ſufficit ad mortale conſtituēdum, quia alias ſequeretur ſimilē delectactionē factā in præſentia, item tactus, & oſcula quib. cōiuges delectātur ſine aīo conſumandi copulam, eſſe peccatū mortale, qa oēs iſtæ delectationes fruſtrātur fine ſuo, quod tn̄ falſum eſt in iſtis, ſcd̄m omnes; Ergo ēt in illis. vnde ſicut licitū eſt coniugibus vti tactib. & oſculis, & illis delectari abſq. fine matrimonij, aut ad vitādam fornicationē, & excuſantur a mortali pp bonū matrimonii, ita ēt excuſantur a mortali propter bonū matrimonij ſi de actu coniugali delectentur, etiā abſq; fine matrimonij, cum. n. in matrimonio cōcedatur facultas corporū, conceditur etiā vt mutuo coniuges delectentur ob finem mr̄imonii, aut ad vitādā tentationem, adeo vt delectatio ſine hoc fine nō ſit mortalis, ſed ſolū venialis, vt recte Palud. Caiet. Med. & Vaſquez locis p̄xime citatis annotarūt, qa nec neceſſitas, nec pietas ſuadet ſibi talē mentis occupationē, cui etiam ſnīæ fauet D. Chryſ. Homil. 17. in Matth. in illa verba. Qui viderit mulierem, &c. vbi ait, Sicut eſt temere iraſci, ſic ēt temere videre, ſi id ad libidinē facias. Si. n. vis videre, & ex viſu capere voluptatem, aſpice propriā coniugem, & illius vſq; amore fruere, hoc. n. nulla lex prohibet: ſi vero alterius venuſtatē penitus intuebere, & illā injuria afficis, & iſtā etiā q̄ intueris nepharie illam tangens. vbi S. Chryſ. concedit licitū eſſe aſpicere coniugē, & voluptatem inde accipere, & intelligit de venerea, & extra copulā quod tn̄ illicitum eſſe docet reſpectu mulieris alienæ; Eadem aūt eſt rō delectari in abſentia, vel præſentia coniugis perſeuerante matrimonio, vt dixim⁹. Si ergo id licitū eſt abſq; mortali in cōiugis p̄ſentia ſine ordine, & intentione perueniendi ad actum coniugalem, ēt abſq; mortali licitū erit in abſentia, & q̄uis congreſſus ille non ſubſiſtat, quia tn̄ perſeuerat matrimoniū, excuſatur delectatio illa a mortali, ſiue p̄ueniat ex bonitate delectabilis, ſiue cōmodi, ſiue honeſti, q̄ in actu cōiugii reperitur, ſicut & delectatio q̄ ex tactibus, oſculis, & amplexibus excuſatur inter eos propter bonū ipſius matrimonii, alias dicendū eſſet cōiuges raro immunes a pctō mortali fore, cum ſæpe ſæpius delectentur hoc modo tam abſentes, quā præſentes ſine aīo conſumandi copulā, quos tn̄ nimis durum eſſet damnare peccati mortalis p̄pter delectationes huiuſmodi ſiue ſint in volūtate tn̄, in quo caſu Syluester peccatum eſſe negat, ſiue in appetitu ſenſitiuo, cū de eodem obiecto ſint, adeo vt rectius dicendum eſt, vtramq; delectationem tam appetitus ſenſitiui, quam voluntatis excuſari a mortali, propter bonum matrimonii, quod inter eos perſeuerat.

22 Intelligendum aūt eſt hoc, quod diximus, dū mō ex tali delectatione extra actum mr̄imonii nō ſequatur alteratio libidinoſa in pudēdis partibus, ſi. n. ſequatur pollutio, & hō aduertit periculū, peccat mortaliter nō ſolum delectādo in abſentia, ſed ēt in præſentia, aut tangendo, aut oſculando vxorē, eo qđ extraordinaria pollutio eſt notabiliter contra finem matrimonii, cū oīno impediat gn̄ationem; ſi tn̄ ſequatur ſola alteratio ex cogitatione ſine periculo pollutionis, non erit mortale, ſicut nec peccāt mortaliter coniuges in preſentia mutuo ſe tactib. etiā impudicis, & extra copulā, & ſine ordine ad illā delectātes, niſi eſſet periculū pollutionis extraordinariæ, eo qđ actus iſte eſt coniugalis, & mutuus inter cōiuges, vtpote quib. cōceſſa eſt mutua corporis facultas, adeo vt q̄uis tactus illi ſint inordinati, quia carent fine matrimonii, quia tn̄ non exinde exoritur notabilis malitia, & oppoſitio contra virtutem, non erunt pluſq̄ peccata venialia, ſecluſo periculo exttaordinariæ pollutionis. Ceterū vt notat Gab. Vaſquez vbi ſup. ſi qs non ſolū cogitatione delectaretur, ſed ēt tactib. impudicis naturam irritaret in abſentia coniugis, mortaliter peccaret, etiā ſine periculo pollutionis, & ēt ſi faceret ex memoria cōiugis, quia ſic irritare naturam tactibus neque eſt actus coniugalis, cū non fiat cum coniuge, neq; ortum hēt ex cogitatione coniugalis actus, neq; ad finē matrimonii ordinatur, & proinde nullo modo excuſari pōt a mortali propter bonū cōiugii, ſicut excuſatur alteratio libidinoſa, quę ſequitur naturaliter ex cogitatione, & delectatione interiori appetitus de actu coniugali cū vxore propria viuente, & abſente.

23 NONVM DVBIVM eſt, an pctm̄ mortale ſit delectari de actu mr̄imoniali p̄terito, vel futuro? v. g. an peccet vidua delectando de actu cōiugali p̄terito cū viro ſuo: Et an peccet ſpōſus delectando de futuro actu coniugali? Intelligitur aūt hęc quæſtio, ſecluſo omni periculo pollutionis, & immunditiæ, aut conſēſus in carnalē copulā, ſi. n. ex tali cogitatione, & delectatione incurrat hm̄ōi periculum, peccat mortaliter, ſi non repellat, ſcd̄m omnes, nec de hac re vlla

poteſt eſſe difficultas, *qui enim amat periculum, perit in illo.* Eccl. 3. Et qa ex tali cogitatione, & delectatione exponit ſe periculo habendi pollutionem præſentē, & cōſenſum, & deſideriū copulæ carnalis prȩſentis, (facile nāq. excitatur motus cōcupiſcentiȩ ex tali delectatione in aīo hȩrēte) frequenter, & vt plurimū, tam in vidua de actu coniugali præterito, q̃ in ſpōſo de futuro actu coniugali, delectatio hæc pctm̄ mortale erit, rōne talis periculi. Si.n. grauis mulier ſit, & pia nō admittet, aut certe nō fouebit eiuſmodi delectationē in aīo, ſin aūt leuis eſt, magno periculo ſe exponit, ob rōnem dictam, ac proinde peccat mortaliter. Vtramq; aūt difficultatē ſimul explicabimus, cū eadē ſit vtriuſq; rō, vt conſtat, q̃uis authores infra citandi vt plurimū mentionē faciant viduæ tm̄ vt Angel. Roſella, Caiet. Tabiena. Syl. aliqui ſponſȩ tm̄, vt Palud. alij vero vtriuſque, vt reliqui quos referemus.

Prima opinio eſt dicentium non eſſe peccatū mortale delectari cogitādo de tali copula licita habita cū marito ſuo dum viueret, aut qñ coniuncta illi erit in matrimonio. Sic Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 14. dub. 2. & in Sum. verb. delectatio. Palud. in 4. diſt. 9. q. 3. ꝓpoſitione. 1. Bar. Medina. 1. 2. q. 74. art. 8. dub. 2. & 3. vbi ait. Fuiſſe opinionē Magiſtri Victoriæ. Armilla. verb. delectatio. n. 3. Coſmus Philiarc. de off. Sacerd. p. 2. lib. 4. ca. 18. & Greg. de Valent. to. 2. diſp. 6. q. 4. punct. 4. Rō eorum eſt quia eodem mō iudicādum eſt de delectatione, ac de actu coniugali, ex quo delectatio ſumitur, talis namq; eſt delectatio, puta bona, vel mala, qualis eſt opatio ex qua delectatio cōſequitur, ſed actus ille prȩteritus, loquendo de vidua, erat licitus, & loquēdo de ſponſo, actus futurus erit licitus: ergo de illo delectari licitū erit. Immo vero plꝰ eſt explicite, & diſtincte approbare, q̃ delectari; ſed vidua licite approbare pōt tales actus p̄teritos: Ergo, & de ijs delectari. Nihilq. impedit quod actus prȩteritus, aut futurus ſit, de quo capitur delectatio, quia hmōi differentiæ præteriti prȩſentis, aut futuri non variant rōnem moralem actus, quoad malitiā, aut bonitatē. Affert Caietanus exēplum iudicis, qui poſt q̃ functus eſt officio ſuo, volūtarie delectari pōt de actu iuſtitiȩ vindicatiuæ, q̃ exercuit occidendo perturbatores Reipublicæ, nec ſolū intus poteſt delectabiliter memorari, verū ēt pōt hæc delectabiliter alijs enarrare. Addūt tñ tales peccare venialiter, qa caret neceſſitate, & pietate talis delectatio.

Secunda ſententia eſt corū, qui diſtinguunt de tali cogitatione, & delectatione, pōt namque vidua (& idem de ſponſa rōne actus cōiugalis futuri dicendum eſt) duplicē cogitationem, & delectationē ſibi in mente formare, vnam quidē, qua gaudet, & delectatur ſe fuiſſe vxorē talis viri, & ſe habuiſſe copulā cū illo, & ſe delectatā fuiſſe illo actu, ſine tñ p̄ſenti delectatione venerea, ex tali cogitatione inſurgente, ita vt tota delectatio ſit in viduis de actu prȩterito, vt reuera præteritus fuit, & in ſpōſis de futuro, vt futurus eſt, & ſic delectatio quæcunq; etiā venerea licita eſt, nec vllo iure ꝓhibita; *Alteram* vero cogitatam prȩdicta delectatione venerea, qua in prȩſenti delectatur, cogitādo de illa copula carnali p̄terita, aut futura, ita vt actus ille apprehēdatur, ac ſi eſſet p̄ſens, & ſic peccat mortaliter, & hoc ſecluſo oī alio periculo pollutionis, aut conſenſus in actū venereū. Sic Ang. verb. cogit. n. 2. Syl. verb. delectatio. q 4. Tab. verb. cogitatio moroſa. n. 8. verſ. 7. Nau. in Man. c. 16. n. 10. verſ. 7. & in c. ſi cui. n. 2. & 3. de pȩn. diſ. 1. vbi ait opinionē primā eſſe periculoſam. Ludo. Lopez p. 1. inſtruc. conſc. c. 75. Io. Bened. lib. 2. de pecc. c. 9. §. 1. n. 86 Emanuel Sa in Aphor. verb. luxuria. Io. Azor. to. 1. inſt. Mor. li. 4. c. 6. dub. 6. & 7. Ant. de Corduba lib. 1. qq. q. 23. dub. 12. & 13. Rō eorū eſt, quia malitia deriuatur in delectionē ex ipſo opere. Ergo ſicut actus p̄teritus, vel futurus, fuit, aut erit bonus; & licitus, ita ēt, & delectatio quæcūq. venerea de actu matrimonij p̄teriti, vel futuri licita apprehēſo pro eo tēpore, erit bona. Secus aūt, ſi quis cogitaret vxorē vt præſentem, quæ aut mortua eſt, aut futura vxor, & apprehenderet actū coniugalem cum ea, tunc.n. delectatio erit mortalis, quia apprehenditur pro eo tempore quo nondum contractū eſt matrimonium, aut iam præteritum eſt.

24 *Tertia ſententia eſt*, dicentium oēm delectationem venereā de actu cū vxore propria mortua vel futura, ēt ſi apprehendatur vt propria cum omnibus circunſtantiis futuri, vel præteriti matrimonij in loco, & tempore debito eſſe mortalem. Sic Petra Soto in tract. de diſcrimine peccat. lect. 9. in fi. & Gabr. Vaſquez in 1. 2. tom. 1. diſp. 114. c. 2. Quȩ ſententia mihi etiam probabilior, & ſubtilior videtur, ſi loquamur de venerea delectatione. Pro cuius explicatione.

Notandum eſt. In hoc actu coniugij de quo eſt hȩc delectatio, ſicut in quocūq. obiecto duo cōſiderari poſſūt. *Primum eſt*, ipſa ſubſtātia actus, & de hoc primo non eſt aliqua q̄ſtio in præſentiarū. *Secundum eſt*, bonitas aliqua, q̄ in tali actu apprehenditur, & rō eſt delectationis, & appetitus; Hȩc autem bonitas, de qua eſt difficultas, duob. modis pōt apprehendi, primo, quatenus actus cōiugii apprehenditur vt conueniens tactui, & dicitur bonitas delectabilis tactui, ſeu libidinoſa, & venerea. Secundo apprehendi pōt in ipſo actu, bonitas honeſti, vel alterius cōmodi coniuncta actui, vel inde ſecuta, v.g. quatenus actus ille apprehēditur tanquam aptus ad generandā prolem, vel ad vitandam fornicationem, aut cauſans ſanitatem corporalē. Hac igitur diſtinctione præſuppoſita, duo docet hæc opinio quæ mihi videntur vera.

25 *Primum eſt*, ſi actus præteriti, vel futuri matrimonij apprehendatur ſub rōne bonitatis delectabilis tactui, & ex ea qs delectatur ſiue appetitu ſolū (ſi fieri poſſit) ſiue ēt voluntate quæ cum appetitu condelectatur, erit pctm̄ mortale, ēt ſi apprehendatur cum circumſtantiis matrimonii, eodē modo, ac ſi quis cogitaret cum muliere non propria. Rō eſt, quia delectatio ſimplex non accipit malitiam ex opere externo, ſed ex ſe regulari debet, an ſit contra virtutem, ſed venerea delectatio eſt notabilis exceſſus luxuriæ cōtra caſtitatē extra ſtatū mr̄monii, atq. adeo talis delectatio, & cōſenſus in eam, prohibetur

per ſextum Decalogi mandatũ, *De non męcãdo,* & nonũ in eo cõtentũ; *De non deſiderando uxorem proximi*. Ergo talis delectatio venerea de actu coniugij pręteriti, vel futuri, percepta a nõ cõiugato, quia non hẽt bonum matrimonij, quo ex parte ſubiecti, i. habẽtis illũ delectationis actũ excuſari poſſit a peccato, erit peccatũ mortale. Quia vt ẽt Nauar. in d.c. *ſi tui.* nu.4. & Azorius dub.6. vbi ſupra fatentur, oĩs delectatio venerea extra legitimũ matrimoniũ percepta mala eſt, & illo Sexto p̃cepto, vel Nono in eo cõprehenſo prohibita, & notabiliter caſtitati opponitur ſicut ſi eſſet actus fornicationis, eãq; ſolummodo excuſat ſtatus præſens mr̃imonij, q in caſu noſtro non reperitur. Secus autem dicendũ eſt de coniugatis actu, qñ delectantur de actu ptæterito, vel futuro præſentis, & perſeuerãtis matrimonij, talis enim actus excuſatur a mortali ex ipſo bono matrimonij præſentis.

26 *Secundum eſt*, qui delectatur de actu cõiugij p̃teriti, vel futuri, ſub alia rõne bonitatis, quã delectationis venereæ. ſ. ſub rõne honeſti, vel commodi tp̄alis quod fuit, aut erit in illo, hoc eſt, quatenus ordinatur ad prolis gñationem, fornicationis vitationẽ, aut ſanitatis acq̄ſitionẽ, non peccat mortaliter; Et hoc ſenſu tm̃ valet Caietani ratio vbi ſupra. Rõ eſt, q̄a talis delectatio neq; ex ipſo opere, neq; ex ſe malitiam aliquã hẽt contra aliquam virtutem, vt conſtat. Non ex op̄e, quia licitum eſt rõne matrimonii futuri, vel p̃teriti: Non ex ſe, q̄a nõ opponitur alicui virtuti, vt patet. Ergo hac rõne delectatio illa peccatũ mortale non erit. Ex quibus conſtat, q̄d probẽt argumẽta pro vtraq; opinione allata. Quãuis. n. licitũ eſt delectari de actu coniugali ſub motiuo bonitatis honeſti, aut cõmodi tp̄alis, non tñ ſub ratione bonitatis delectabilis, & venereæ, qui actus licet ſtante mr̃imonio licitus fuerit, atq; adeo delectatio exinde concepta, bona, & licita fuerit, eo quod excuſabat̃ a peccato mortali p̄p bonũ mr̃imonij, extra ſtatũ tñ matrimonij ſub illo motiuo delectationis venereæ licitus nõ erit, vt Diximus. Quod vero affertur de iudice, nihil contra noſtram ſnĩam probat, quia ſiue iudex cogitet, ſe iuſte pęnas malefactorib. intuliſſe, ſiue malefactores illos iuſtitia exigẽte merito illas pati, & exinde delectat̃, ſp̄ delectatio illa ſumit̃ ex bono obiecto, & conſequẽter hmõi delectatio eſt de re bona, de op̄e iuſto, & de actu licito, nec vlla lege prohibita eſt talis delectatio, cum tñ delectatio de actu venereo extra ſtatum matrimonij lege diuina prohibita ſit, & cõſequẽter de obiecto malo p̄cepta, non põt ſub tali motiuo delectationis libidinoſæ, & venereæ bene fieri. Eodem modo ſolui poteſt ratio pro ſecunda opinione allata, falſum namq; eſt malitiam ab opere ipſo in delectationem deriuari, vt diximus, ſed ea aliunde deſumitur, vt ex dictis conſtat.

27 DECIMVM DVBIVM eſt, An pctm̃ mortale ſit delectari de aliquo op̄e mortali, ſub ea tñ cõditione, ſi eſſet licitũ, aut niſi eſſet prohibitũ? vt. v.g. ſi q̄s delectaret̃ furto, vel homicidio, dicendo, niſi eſſet pctm̃, & prohibitum, ego furaret, ego occiderẽ inimicũ, ſi contraxiſſem matrimonium cum Berta, accederem ad eam?

Prima ſententia eſt Adriani in Quodlib. 10. ar. 2. lit. K. & lit. P. & lit. R. quem ſequitur Io. Azorius p.1. inſtit. Moral. li.4. c.6. dub.10. aſſerentis eſſe pctm̃ mortale, qñ quis delectatur de re, q̄ optat non eſſe malũ, & ſub cõditione ſi nõ eſſet mala, ſi res illa ſit per ſe, & iure naturali mala, ſecus aũt ſi eſſet mala ſolum, quia lege poſitiua p̄hibita. Quia cupere ne res mala ſit, q̄ iure naturali, & immutabiliter mala eſt, nõ eſt aliud q̄ optare vt perperã, & turpiter agere ſit agere recte, & in effectu vt ipſa actionis turpitudo ſit rectitudo, vt iniq̄tas ſit ęquitas, & ordinis peruerſio honeſtas, optare igitur, q̄d iuſtũ ſit, q̄d naturali iure iniuſtũ eſt, vt v.g. licite poſſe hominem priuata auctoritate occidere, poſſe mẽtiri, poſſe innocentẽ opprimere, poſſe iacturã alteri ſine ſufficienti cã inferre, poſſe fidem, & pacta non ſeruare, poſſe peierare, poſſe furari, & cõſequẽter velle aliq̄ delectationem capere de iſtis, ſub cõditione, niſi mala eſſent, aut ſi licita eſsẽt, eſt oĩno contra rectã rationem, cum recta ratio vetet, id optare, vt quod per ſe malũ eſt ſit licitũ, & bonũ, ſicut. n. implicat iniuſtum eſſe iuſtum, ita optare, vt liceat, ſi enim licet, iã iuſtũ eſt, eo ipſo igitur, q̄d vellet aliquid per ſe malũ ſi eſſet licitum, eſt optare contra debitum rõnis ordinẽ, & conſequenter pctm̃ erit de tali actu cogitato delectari. Quia vero quę ſolo iure poſitiuo mala, & prohibita ſunt, non ſunt per ſe mala, optare q̄s põt ne mala ſint; nõ. n. hoc eſt aliud q̄ optare ne lege vetentur, ac proinde nõ peccat, ſi his reb. delectetur, dũmodo delectatio nõ ſit de ijs reb. quatenus lege prohibentur, quia tũc delectatio capitur ex ijs reb. vt ſunt abſolute, & ſimpliciter res bonæ, quamuis per accidens cõtingat, quod lege aliqua ſint prohibita.

Secunda opinio eſt Cai. to.1. opuſ. trac.14. dub.1. & in Sum. verb. delectatio. Nau. in Man. c.16. n.9. verſ. Quinto, & in c. ſi cui, n.1. de pęnit. d.1. Armillę. verb. delectatio. n.4 Bart. Med. 1.2. q.74. ar.8. dub.4. Lud. Lopez p.1. inſtr. confeſ. c.75. in prin. Coſmi Philiar. de off. ſacerd. p.2. li.4. c.18. Greg. de Val. to.2. diſp.6. q.4. pun.4. dicentium eſſe mortale. Rõ eorũ eſt, quia licet hęc uolũtas mala non ſit, ſ. vellẽ habere rẽ cum femina illa, ſi eſset vxor mea, ex eo ꝙ deſideriũ tale habet obiectum rationi conſentaneum, rõne conditionis appoſitæ, i. ſi eſſet ſua, quia tñ delectatio de hmõi actu cogitato non ſpectat ad obiectũ deſideratum, hoc eſt, non fertur in rem ea conditione affectam (qñquidem conditio illa nihil ponit in re, ſed vere res illa conditione illa deſtituta eſt, & proinde illicita) conſequenter delectatio illa talis eſt, qualis eſt res illa in ſe ſine cõditione; Ergo cũ res illa in ſe mala, & illicita ſit, delectatio ẽt de re illa mala erit. Cum. n. conditio illa nihil ponat in re, delectatio illa redit ad naturam ſui generis, ita. ſ. vt talis ſit delectatio, qualis eſt res illa ſine conditione appoſita.

28 *Tertia ſententia* eſt Gabr. Vaſquez in 1.2. diſpu. 116. ca.2. to.1. qui conformiter ad ea, quæ prius de moroſa delectatione docuit, duo in hac re tradit, vnum eſt de complacentia ſimplici, alterum de efficaci deſiderio voluntatis.

Primo igitur, ſi cõplacẽtia ſit de actu cõiugij apprehẽſi ſub cõditione ex motiuo libidinoſo, erit pctm̃ mortale, quia talis cõplacentia ſub illo motiuo extra ſtatũ matrimonij notabilẽ oppoſitionẽ ex ſe hẽt ad caſtitatẽ, & ſimiliter delectari de homicidio, aut illud deſiderare ex diſplicentia perſonæ, quatenus eſt malũ illi notabiliter opponitur charitati proximo debitæ, & conſequenter peccatum mortale erit.

Secundo, ſi deſideriũ ſit efficax, & tẽdat, ad executionem operis, non tñ ex motiuo libidinoſo, in caſu de cõiugio, ſed ex alia bonitate, vel vtilitate q̃ non ſit ex ſe mortalis, non erit pctm̃ mortale, vt ſi quis deſideret opus matrimonij ſub ea conditione, ſi fiat matrimonium, vel etiã ſub ea conditione, ſi licitũ eſſet extra matrimoniũ. Ratio eſt, qͣ voluntas efficax accipit malitiã ex opere exteriori quod hẽt pro obiecto, vnde cũ proponitur ſub cõditione honeſta, nõ erit peccatũ mortale. Eodẽ mõ de homicidio, & furto dicendũ eſt, ſi proponãtur ſub cõditione honeſta, puta, quatenus inimicus, & perturbator eſſet reipublicæ, aut vt exinde efficiat̃ ille a quo pecunia accipienda erit, liberalior in poſterum erga pauperes. Sin aũt quis ita affectus eſſet erga homicidium, & occiſionem inimici, vt habeat voluntatẽ efficacem ipſum occidendi, ſi licitum eſſet, & ſimul delectaretur de ipſo homicidio ex perſonæ diſplicentia, & vt malum eius eſt, atq; adeo in ſua cogitatione, & delectatione ſumit vindictam de inimico, ſine dubio peccaret mortaliter, non erit tamen peccatũ hoc peccatum homicidij, ſed tantum odij.

Quia ſicut cõditio hæc appoſita, ſi licitũ eſſet, excuſat ipſum opus, ita etiã excuſabit delectationẽ, ex eo quod malitia homicidij quę deriuari dẽt ab opere cogitato in delectationem, excuſatur per conditionẽ appoſitam; Nullo tñ modo excuſat malitiam odij, quia hęc non accipitur ab ope externo, ſed conſumatur in ipſa complacentia interna per ordinẽ ad motiuũ, in tali aũt affectu, & complacentia de occiſione, & vindicta inimici, vere adeſt motiuũ odij: Idemq. pari rõne, & proportione dicendũ eſt de deſiderio, & cõplacentia actus matrimonij. Quę doctrina vtpote cõformis illis omnib. quę ſupra expoſita ſunt, a nobis comprobatur.

29 *Ex* quibus ẽt conſtat quid de alijs ſnĩjs dicendum ſit, prima nãq; refellitur ex his, quæ dub. 6. propoſitione 2. ſupra docuimus, neque.n. vt ibi diximus, deſumẽda eſt rõ peccati in delectatione, ex eo qđ ſit de obiecto iure naturali, aut lege poſitiua prohibito; q̃ ẽt doctrinã cum Io. Azor. to. 1. inſtit. Moral. lib. 4. c. 6. q. 1. cõfutauit, ſibi ipſi contrarius vr̃ in dub. 10. eiuſdẽ capitis, dum ſnĩam Adriani amplexus ſit. Sicut. n. delectatio de re iure naturali ꝓhibita abſolute mala eſt, ſub conditione aũt, ſi licita eſſet, non eſt mala, ita ẽt, & de re iure poſitiuo interdicta abſolute, & pro eo tpe quo interdicta eſt, mala eſt; ſub cõditione vero, ſi nõ eſſet prohibita, mala non eſt, cũ opus externum in vtroq; caſu per conditionem appoſitam excuſetur a peccato.

Eodem modo refellitur opinio ſecunda, qͣ falſo nititur fundamento, ſ. malitiam operis in cõplacentiã, & affectũ ſimplicem deriuari q̃nimmo ſnĩa in duobus errat. Primo in eo, quod hãc rõnem aſſignet, quare delectatio ſit mala, & opus ſub cõditione ſit bonũ, quia delectatio eſt abſoluta, opus aũt ex cõditione appoſita ſit licitũ: Hæc.n. rõ non valet, tum quia ſi conditio appoſita nihil ponit in re ipſa, nõ explicat, q̃uo faciat vt obiectum ſit bonũ, quod alias erat illicitũ: tum quia non explicat, q̃uo delectatio illa ſit mala. Secundo, quia non ſibi ſatis cõſtant authores eius, ſi.n. vt ipſi docent, malitia complacentiæ deriuetur ex ope externo, conſequenter dicere debent, qđ ſicut ex conditione illa appoſita, excuſatur a pctõ illud opus, ita ẽt, & complacentia ipſa excuſari debet, quamuis ſit abſoluta, qͣ ſicut ex eorum opinione cõplacentia accipit malitiam ex opere cogitato, ſic etiam ex conditione appoſita excuſante opus, excuſari deberet ipſa complacentia.

Vnde verior eſt tertia opinio, quę ideo docet delectationẽ eſſe malam, quia cõplacentia hęc & affectus ſimplex non accipit malitiã ex ope ſed ex ſe hẽt oppoſitionẽ ad virtutem, adeo vt ſi quis opus excuſetur ex conditione appoſita, nõ tamen excuſatur complacentia ipſa, hæc.n. ex eodẽ motiuo eſt, ac ſi conditio non apponeretur. Ergo eodem modo eſt contra virtutem caſtitatis, & charitatis in caſibus propoſitis adulterij, & homicidij, vt conſtat ex dictis.

30 VNDECIMVM DVBIVM eſt, an delectatio moroſa de pulchra muliere viſa, aut de viro ſit peccatum mortale? Et idem dubiũ eſt de cogitatione, & delectatione q̃ inſurgit ex tactib. oſculis, & amplexibus tam feminæ, quam viri.

De hac re agunt S. Ant. p. 2. Sũ. tit. 5. c. 1. §. 6. grad. Syl. verb. Delect. q. 4. Tab. verb. cogitatio. §. 8. Caiet. in 1. 2. q. 154 art. 4. & to. 1. opuſc. tractat. 14. q. 3. in Sum. verb. delectat. verſ. quartũ. Nau. in Man. c. 16. n. 10. & 11. & in c. ſi cui. n. 7. & 12. du. 3. & 4. Coſm. Philiar. de off. ſacer. p. 2. lib. 4. c. 18. Lud. Lopez. p. 1. inſtr. conſc. c. 75. Io. Bened. in lib. 2. Sum. de pecca. c. 9. §. 1. Io. Azor. p. 1. inſti. Mora. li. 4. c. 6. dub. 11. & 12. Barthol. Med. in 1. 2. q. 74. ar. 8. dub. 5. Ema. Sa in Aphoriſ. ver. luxurioſus, poſt S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 4. In qua re, quia nulla eſt inter authores difficultas, quid ſentiendum ſit iuxta doctrinam a nobis ſuperius traditam, breuiter exponam.

Primo igitur certum eſt, nullam ſenſationẽ naturalem eſſe ſcđm ſe peccatum, quoniã ſunt ab ipſa natura, & ideo neque viſus, neq. tactus de ſe peccata ſunt, ẽtſi delectatio aliqua exinde conſurgat. Dixi, *Secundum ſe*, quia aliunde peccata eſſe poſſunt, vt infra dicemus.

31 *Secundo*, quãuis viſus mulieris pulchræ, ſecundũ ſe malus non ſit, neq. delectatio exinde conſurgens, nihilominus tamen bene & male fieri põt, vnde ad cognoſcendum q̃n peccatum ſit, necne, & q̃n mortale, aut veniale, aut nullum omnino, ex motiuo videntis iudicandũ erit, & oppoſitione ad virtutem, vt dictũ eſt ſupra. Si.n. quiſpiam mulierẽ aſpiceret, & exinde delectet̃ ad laudandũ Deum in operibus ſuis, & ex pulchritudine corporis eleuetur ad pulchritudinẽ aĩæ, iuxta illud Pſalm. 92. *Delectaſti me Domine in*

factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Sine dubio non peccat, ſed potius meretur, Sin aũt illã cauſa vanitatis, leuitatis, & curioſitatis intueretur, non dirigẽdo aſpectum ad carnalẽ copulã, nec ad delectationem carnalẽ, & veneream, ſed motus tm̃ ex quadam vanitate, & curioſitate, ẽtſi exinde exurgat delectatio, & motus turpis ex ſola venuſtate, & pulchritudine rei viſæ, quatenus grata eſt viſui, ſolum veniale pc̃tm̃ erit delectatio illa, dũmodo qs in illa ex plena aduertẽtia non detineatur, ſed eã repellere conatur: vbi vero ex motiuo libidinis illã aſpiceret, & exinde cõſurgat delectatio venerea, ꝓculdubio delectatio illa ex oppoſitione, q̃ habet ad virtutẽ caſtitatis, mortalis eſt, non ſolũ qñ adeſt efficax voluntas accedendi ad eam (loquendo de illis qui matrimonio ad inuicẽ non ſunt coniuncti) ſed ẽtſi ſit ſolum complacẽtia ſimplex, & delectatio venerea, ſine relatione ad copulam. Etſi. n. tactum magis q̃ viſum delectatio venerea conſequi ſolet, vt experiẽtia teſtatur, frequenter tñ ẽt viſum ipſum conſequitur, vt patet ex Matth. 5. *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo*, Id quod luculenter docet S. Aug. qui refertur in c. *Nec ſolo.* 32. q. 5. vbi ait, *Nec ſolo affectu* & tactu, ſed aſpectu quoq; appetitur, & appetit concupiſcẽtia feminarũ. Nec dicatis vos aĩos habere pudicos ſi habeatis oculos impudicos q̃a impudicus oculus impudici cordis eſt nũcius, & cum ſe ſibi inuicẽ ẽt tacente lingua conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiã carnis, alterutro delectantur ardore, ẽt intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Quo ſane in loco, nõ ſolũ de voluntate efficaci perueniẽdi ad actũ ſed ẽt de ſimplici delectatione venerea, & libidinoſa ex aſpectu mulieris ꝑcepta, loquitur, cuius rei plura teſtimonia ex Patrib. deſumpta, dub. 5. attulimus, quæ hanc veritatem manifeſtant.

32 *Tertio*; Delectatio moroſa ex tactibus oſculis, amplexibus habita, eodẽ modo pc̃tã ſunt pro ratione motiui, & intentionis, ex qua conſequitur, ſicut de uiſu dictum eſt; ſi enim quis ex motiuo libidinis tãgeret, aut oſcularetur mulierẽ, aut virum, delectatio conſequens peccatũ mortale erit, etiamſi tactus ille de ſe impudicus nõ ſit, & etiamſi tangeret perſonam; quam deſiderat, & ſperat in coniugẽ accipere, ſed nondum accepit, neq. ſponſalia contraxerat cum illa ꝑſona, quia cum delectatio hæc ſub tali motiuo libidinoſo oppoſitionem cum virtute caſtitatis hẽt, & plerumq. notabilem, inter non coniug tos, & eos qui ſponſalia nondũ contraxerant, conſequẽter peccatum mortale conſtituet, ſi exinde nullum aliud pollutionis, aut conſe ſus in copulam, periculum immineat. Dixi, neq. *ſponſalia contraxerant*, quia cum inter ſponſos, vt ſuperiori capite expoſuimus, liciti ſint tactus, & oſcula, ſi aliqua exinde delectatio e abſq. animo perueniendi ad actum, aut ſe luendi periculo, cum. n. ſint in via ad matri nium, excuſari cenſentur eodẽ fere modo, q iam coniugati, propter bonum matrimonij inchoati. Intelligẽdum aũt eſt hoc quoad tac in partibus honeſtis, & pudicis, neque. n. lic eſt nondum coniunctis matrimonio, & parti pudẽdis, & libidinoſis ſe tangere, atq; adeo m talis erit delectatio quæ conſequitur ex hui partium contactu. Cum enim partes iſtæ a natura ad copulam, & congreſſum maritalem, & prolis procreationem inſtitutæ ſint, contra rationẽ rectam ſunt amplexus, & tactus in hiſce corporis membris;, ẽt ad ſolum delectationem ſenſus capiendam, etiamſi nullum aliud periculum pollutionis, & immunditiæ adeſſet.

33 *Quarto*, Delectatio conſurgens ex tactib. amplexibus, & oſculis, quæ non ex motiuo venereo,, & libidinoſo, in partibus honeſtis, ſed ex cauſa honeſta fiunt, peccatum non eſt, vt v.g. ſi fiat ad augendam amicitiam, beneuolentiam, & amorem honeſtum, vt cum affines, cõciues, & conterranei extra patriam amore patrio ſe oſculãtur, abſq. delectatione venerea, & inhoneſta, tunc enim licet ſenſualitate, ac fomite peccati originalis, vel etiam ſuggerente diabolo inſurgeret delectatio venerea, non erit peccatũ mortale, imò nec veniale, ſi voluntas expreſſe, vel tacite non conſentiat, præſertim, ſi cõtriſtetur de huiuſmodi motibus, & illis repugnet quãuis eos non repellat, aut omnino eos repellere nequeat. Idẽq. dicendum eſt de illis, qui vel quę viſitantes eccleſias, & multitudine oppreſſi, volẽtes nolẽtes ſe ſe tangunt, & ex illo tactu delectatio venerea in ſẽſualitate inſurgit nullum. n. exinde peccatum contrahunt, dummõ conſenſum non præbeant, vt recte annotauit Nauar. in c. Si cui. n. 16. dub. 4. de pœn. diſt. 1. id quod latius capite ſuperiori explicauimus. Ex quibus omnib. manifeſtum eſſe poterit quęnã delectatio moroſa peccatum ſit, ſimulq; præcepti ſexti, ac noni ſenſus, & intelligẽtia, & quib. modis contra hæc duo decalogi mandata communiter peccari ſolet, abunde ſatis expo

Finis Libri Octaui, & Primæ Partis.

CLAVIS REGIA
SACERDOTVM
CASVVM CONSCIENTIÆ,
SIVE
HEOLOGIAE MORALIS
THESAVRI LOCOS OMNES APERIENS,

Quæ hac Secunda Parte Quatuor Libros continet,

quibus Tractatur de Dominio, Poſſeſſione, Furto, Rapina, Reſtitutione in genere, & in particulari, de Iudicibus, Aduocatis, & Notarijs.

VTHORE R. P. D. GREGORIO SAYRO ANGLO
Ordinis D. Benedicti Congregationis Caſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua
Monacho, & Sacri Monaſterij Caſinenſis profeſſo.

In hac Quarta, & poſtrema Editione acceſſerunt

VTILIA ADDITAMENTA, NEC NON CATENVLA AVREA
DE COMPARATIONE PECCATORVM
R. P. F. PAVLINI BERTI Lucenſis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſt.
Congregationis Lombardiæ.

INSVPER SVMMA SACRAMENTI POENITENTIAE EIVSDEM SAYRI:
QVINTVPLICI fideliſſimo Indice Capitum, Authorum, Locorum Concilij Trident. Sacræ Scripturæ, & Rerum notatu digniſſimarum.

DE LICENTIA SVPERIORVM, ET CVM PRIVILEGIIS.

QVIS CONTRA NOS
SI DEVS PRO NOBIS

VENETIIS, MDCXV.

APVD BARETIVM BARETIVM.

AD STVDIOSVM LECTOREM.

BARETIVS BARETIVS S.

QVOD promiſimus, in lucem iam demum emiſimus (Philopone, & Philophile) opus inſigni eruditione refertum, & ordine ſingulari, tum labore felici concinnatum. Sed quam tibi vtile, quam tempori neceſſarium, quam lectione, & dilectione tua dignum, tuū eſt excutere, excudere quidē meum eſt. Ego certe in commendatione multus eſſem, ſed vt veſtrum dixiſſe legi Manilium,

Ornari res ipſa vetat, contenta doceri.

Hoc vnum ſanè non leuiter dolendum eſt, ipſum operi vitam dediſſe, opus ipſi mortem attuliſſe. Quæ niſi medio iam ætatis curſu alacriter, & animosè currentem intercepiſſet, cum magno literarum incremento, & Reipub. Chriſtianæ emolumento vberrimum feracis ingenij fructum, & ampliſſimum doctrinæ Eccleſiaſticæ Theſaurum reliquiſſet. Sed ea vniuerſi lex conſtituta eſt, vt matura non moritura ſint, & modo paritura modo peritura.

Vixit non quantum potuit, ſed quantum debuit, & ad eas oras tranſmigrauit, vnde cœlitus delapſam fuiſſe credimus animulam ſanctam, & innocentem, & quò nos pertingere gementes, & flentes ſuſpiramus. Ita nimirum in hoc pulcherrimo Dei templo diſponimur, & ordinamur, vt cum totum hoc quod intuemur vniuerſum, quaſi Pſalterium Prophetæ decachordum diuinas laudes perſonet, & tacita quadam exprimat eloquentia: nos decimæ chordæ, ſedem inter angelicum concentum obtinentes, elongamur, extendimur, frangimur. Quemadmodum verò chorda cum frangitur, diſſilire ſolet, & protinus ad caput ſuum recurrere; haud ſecus tenuiſſimum hoc corporis humani filum, dum ſæpè tentando, & attrectando dirumpitur, pars illa noſtri ſuperior ad caput ſuum recurrit, ac properat, caput autem noſtrum Chriſtus eſt.

Interim nos fructiferæ oliuæ ſucco gaudemus, cuius folium non defluet, nec

fama

ſama vnquam excidet. Ille in vnum quidem Tomum congeſſerat, ſed dum vrceum formare vellem, amphoram finxit manus, ideoque cum præter æſtimatam metam excreuiſſet, in duos Tomos quaſi in duas legum Tabulas diſtribuimus; In primo enim quæ directè ad Deum ordinantur; In ſecundo quæ ad proximum proxime, & immediatè referuntur, diligenter, & exquiſitè tractantur. Si per riam errata interciderint, ingnoſce, & agnoſce te etiam in humanis nobiſcum

Tu igitur æqui, bonique conſule. Vale.

CASVVM
CONSCIENTIAE,
Siuè
THEOLOGIAE MORALIS
THESAVRI, CLAVIS REGIA SACERDOTVM.
TOMI SECVNDI
PARS ALTERA.

Authore R. P. D. *GREGORIO SAYRO Anglo Ordinis S. Benedicti Congreg. Caſinenſis Monacho.*

DE SEPTIMO ET DECIMO Decalogi Præcepto.

Liber Nonus.

Authores qui in hoc Libro Nono citantur de Septimo, & Decimo Decalogi Præceptis tractantes.

EX *Sanctis Patribus*. S. Aug.lib.83.qq.q.30.S.Hieronym.in epi.ad Ruſtic.Monach. S.Chryſoſtomus homil.2. ad pop. Antiochen S. Ambr. ſerm.de ieiunio.Clemens. PP.Primus epiſt.4. Clemens Alex.lib.3. Stromatum. Iſidor.lib.1.etymol.S.Bern. ſuper cantica. *Ex Scolaſticis*. Magiſt.in 4.diſt.15. Bonau.Richard.Scotus Gabriel, Paludanus. Maior, Durand. ibid.S.Tho.2.2.q.66.& par.1.q.69.Alex.Alenſis p.1. Sum.q.27.Sotus lib.4. de Iuſt.q.1. Ioan.Gerſon tract.de poteſt.Eccleſi.conſiderat. 13.& tract. de vit. Spirit.lect.3. Melchior Canus relect. de Penit.Ioan.Med.Cod. de rebus reſtituend. Conrad.lib. de contract. q.1. Mart. Ledeſin. 2.4.q.18.Petr.de Arragon. 2.2.q.62. Michael Salon ibid. Franciſ. a Victoria relect. de Indis.Armachan.lib.10.quæſt.Armen.Ioſeph Angles in florib.ſent.4.de reſt.Alphonſ. a Caſtro contra hæred. ver.poteſtas.Tho.Vvaldenſis lib.2.doctrinal.fidei.Ioan.Driedo de libert.Chriſtiana. Cardinalis. Bellarm.to.2.controuerſ.lib.3.Ludo.Molina de Iure & Iuſtit.to.1. tract.2. Greg. de Val.to.3.diſpu.5.Ludou. Carbo de reſtit. *Canoniſtæ & Iuriſtæ*. Innocent.Panormitan.Nicol 3.in cap.Exiit Ioan.22. in extrauag. Ad Conditorem. & extrauag. Cum inter nonnullos. Turrecremata lib 2. de Eccleſia c.112.Hoſtienſis in c. ſuper his.Felynus.Albericus. Bart. Gomeſius ad legem 48.& lib.3.ff. varijs in locis. Gratianus.12.q.1.& 2.Ioan. Teutonicus in gloſ.Arius Pinel.tit.9.Couarruuias in reg.pecc. & lib. Variar. Reſolution.lib.3.tom.2.*Summiſtæ*.in ver. Dominium Poſſeſ.Angel.Sylu.Tab.Armilla.Caiet.S.Ant.par.3.tit.3. & 4.tit.12.Mart.Nau.in Man.c. 18.Barthol.Med.lib.1.inſtr.Confeſſ.Petr.Nau.de reſtit.c.1. Emanuel Sà in Aphoriſmis. ver.ſeruus.Lud. Lopez par.2.inſtr.conſc.Ioan. Azorius par.1.moral.inſtit.lib.12. Sebaſtian.Medices in ſum. virtutum. Prateolus in catalogo hæreticorum, & alij quamplurimi.

emandatorum iſtorum, Septimi, ſcilicet, & Decimi, cum præcedentibus duob. connexione, & eorum ſubiecta ſententia. Cap I.

SVMMARIVM.

Ordo mandatorum *Dei in prohibendis malis uel in perſonam propriam, vt coniunctam, uel in bona externa ſingularem bonitatem oſtendendo.*

2 *Quam ſancta & immaculata ſit lex diuina, unde conſtet, & quid iter diuinas & humanas leges interſit.*

3 *Circa peccatum homicidij & falſi teſtimonij non prohibetur peccatum cordis ſed ſolum opus externum quare.*

4 *Furti nomine non ſolum iniuſta rei alienæ acceptio ſed etiam iniuſta detentio intelligitur.*

S.Tho.primum quam de furto tractaret cur alios præmiſerit articulos 5. an poſſeſſio rerum temporalium ſit mala.

5 *De Dominio Authores qui tractant.*

CVm in ſuperioribus de conſeruatione bonorum corporis, cum proprij, tum alieni dictum ſit, ſequitur, vt in hoc loco de bonis externis diſſeramus, prout rectus ordo rerum, & apta & accommodata Diuinorum mandatorum diſpoſitio requirit. In cuius rei explicatione illud ante omnia conſiderandum eſt, quod
1 cum Dñs iniuriam omnem cõtra proximũ in decalogo prohibuerit, eam in primis vetuit, quæ in propriã vel alterius vitam redundat, dicendo, *Non Occides*, Deinde vero eã, quæ in perſonã coniunctã, cum ait, *Non Mechaberis*, Et demũ illam, quæ in rebus & bonis exterius cõſiſtit, dicens, *Non Furtum, facies*. Quæ ſane res immẽſum Dei amorẽ erga genus humanũ declarat, qui nõ modo illis duob. interdictis, *Non Occides*, & *Non Mechaberis*, quaſi p̃ſidijs, & vitã, corpuſq; noſtrũ & famã, exiſtimationemq; noſtram tueatur, ſed ẽt hoc alio præcepto, *Non furtum facies*, tãquam cuſtodia externa res, ac facultates muniat, ac defendat. Quia uero facile in externũ opus prorũpitur, niſi ẽt interna cogitatio, & cõcupiſcentia reguletur, ideo cum hoc ſeptimo Decalogi mandato nos quaſi præſidijs munijſſet, ne quis nos ipſos aut noſtra uiolaret, adiuncto illo decimo præcepto, illud maxime prouidere voluit, ne cõcupiſcentijs noſtris nos ipſi læderemus. Hinc enim conſtat q̃ ſancta, & immaculata ſit lex diuina, quæ non ſolum externis munerũ functionibus
2 ſed interno ẽt animi ſenſu & deſiderio cuſtodienda eſt. Hoc nãq; inter diuinas, & humanas leges intereſt, quod hæc reb. tãtum externis cõtentæ ſunt, illæ vero qm̃ animum Deus intuetur, ipſius animi puritatẽ, atq; integritatem requirunt. Vnde ſicut ſexto p̃cepto prohibetur actus exterior mæchiæ, Nono autem actus interior concupiſcentiæ, prout ſaltẽ eſt in conſenſu rationis ſita ſeptimo præcepto actus exterior furandi, decimo aũt oĩs cõcupiſcentia inordinata rei alienæ. ex cuius adeptione proximo damnum importari poſſit, prohibetur. In ſeptimo expreſſe vetatur, ne quis bona noſtra auferre, & violare audeat, in decimo autem, ne quis iniuſte concupiſcat aliena, & deſideret. Merito autem hoc ita in his præceptis obſeruatũ eſt, vt quamuis in quolibet genere peccati v.g. Homicidio, & Mẽdacio non ſolũ opere, ſed corde etiam peccare cõtingat, ſeorſum tamen in illis præcepta diſtincta cordis, & operis non ponantur, ſicut in peccatis furti, & adulterij, in quibus ſeorſum prohibetur peccatum operis cum dicitur, *Non Mechaberis*, & *Non furtum facies*, & ſeorſum peccatum cordis, cũ dicitur, *Non concupiſces vxorem proximi tui*, & *Non concupiſces rem proximi tui*, eo quod ut recte docet S.Thom. 2.2. quæſt. 100. artic. 5. ad 5. & 2.2. q. 122. art. 6. ad 4. illud ſolum concupiſcibile eſt, quod de ſe rationem boni habet, vnde cum delectatio adulterij rationem boni delectabilis, & vtilitas diuitiarum, boni vtilis rationem habeant, conſequenter diſtinctis præceptis prohiberi debuerunt, ita
3 vt in vno opus ipſum, in altero concupiſcentia inordinata interdiceretur, Quia uero homicidiũ, & falſitas ſecundũ ſeipſa prohibita ſunt, immo vero homicidium de ſe potius horribile, quàm concupiſcibile eſt, veritas autem & uita naturaliter amantur; nec deſiderãtur vnquã falſitas, & occiſio niſi propter aliud, hoc eſt, propter alias paſſiones, puta propter vindictã, vel auaritiã; ideo nõ oportuit circa peccatum homicidij, & falſi teſtimonij prohibere peccatũ cordis, ſed ſolũ operis, vt eleganter S.Tho. vbi ſupra, & Dominicus Sotus, li.2. de iuſtitia & iu. q.3. art.5. ad 3. & q.4. ar.6. in fine, demonſtrant. Quãuis igitur quolibet p̃cepto vna & res, & eius affectus prohibeatur, expoſcebat tñ ſingularis neceſſitas, vt nõ ſolũ adulterij & furti opus externum, ſed ẽt alienæ vxoris, atque alienarũ rerũ cõcupiſcentia ſpeciatim & expreſſe prohiberetur, quandoquidem in his, quæ ſunt ſenſui læta & iucunda, qualia ſunt venerea, & rerum affluentia, quæ per ſe animum pelliciunt, & delectant, non ſolum in abſtinendo ab opere, ſed etiam in refrænanda concupiſcentia noua & peculiaris eſt difficultas, ob idque alia prohibitione opus, alia verò inordinatus affectus interdici debuit; ſecus autem in peccatis illis, quæ natura ipſa exhorreſcit, vt homicidiũ, & falſitas, quorum obiecta non per ſe ad concupiſcentiam allectant, ſed ob alias affectiones, puta ob vindictam, iram, & auaritiam cupiuntur, vt propterea in illis ſatis fuerit opus ipſum prohiberi.

4 Quia vero huius præcepti vis latiſſime patet, furti namque nomine, non ſolum iniuſta rei alterius acceptio, ſed iniuſta etiam detentio intelligitur, vt S.Tho. 2.2. q. 69. artic. 3. ad 2. & alij omnes tradiderunt, ideo etiam de reſtitutione neceſſario agendum erit.

Rurſus vero, quia ex vna parte ſecundum ius naturæ, cuius Decalogi mandata quaſi concluſiones ſunt, omnia ſunt communia, ex altera vero parte furtum rerum poſſeſſionem præſupponit, ideo nãque furtũ eſt, quia rebus ſuis Dominus inuitus ſpoliatur; ideo ad clariorem vtriuſque, hoc eſt, tam furti, quam reſtitutionis explicationem, de dominio, & iuſta rerum temporalium poſſeſſione, appropriatione, & diuiſione nonnulla breuiter præmittere oportet. Vnde Sanctus Thomas de furto vbi ſupra diſputans, in duob. primis eiuſdem quæſtionis articulis merito inquirit. An poſſeſſio rerũ temporalium ſit homini naturalis? Et, An liceat hominibus poſſidere rem aliquam, vt propriam.

Etenim intelligi nõ poteſt, qua ratione furtum peccatum ſit, niſi prius certo ſtatuatur, qualiter rerum dominium, & proprietas homini conueniat. Cum igitur furtum, & reſtitutio omnis ex violato dominio naſcantur, adeo vt dominium baſis, & fundamentum ſit, non ſolum quare furtum peccatum ſit, ſed etiam quare neceſſaria ſit reſtitutio, tractatum hunc de dominio, tanquam maxime neceſſarium, & a quo illorum intelligentia dependet, præmittemus.

5 Agunt de Dominio S.Thomas, non ex profeſſo, ſed incidenter, vt diximus, 2.2. q. 66. artic. 1. & 2. agens de furto, & rapina. Et par. 1. quæſtio. 96. vbi agit de dominio primi hominis. Alexand. de Ales par. 1. Summæ. quæſt. 27. memb. 4. art. 3. §. 4. in fine. Doctores Scholaſtici in 4. diſtin. 15. agentes de ſatisfactione, ad quam pertinet reſtitutio. vbi Scotus. q. 2. Gabriel. quæſtione 2. art. 1. & alij. Iuriſperiti Inſtitut. de Rerum diuiſione. & ff. de acquirendo rerũ dominio. De acquirẽda poſſeſſione. De vſu, & vſufructu, & ſimilib. titulis. Summiſtæ in verb. Dominiũ. & in verb. poſſeſſio. vbi Ang. Syl. Tabiena, Armilla, Caietanus, & alij. Ioannes Ger-

ſon in tractatu de poteſtate Eccleſiæ. cōſideratione.13. & de vita ſpirituali. lect. 3. Conradus in lib. de contractib. tract. 1. Sot. lib. 4. de iuſt. per totum. Io. Med. C. de reb. reſtituendis. q. 1. Martin. Ledeſ. 2.4. q. 18. art. 1. Ioſeph. Angl. in florib. 4. ſent. tract. de reſtit. q. 1. de Dominio. Petr. Nau. lib. 3. de reſti. 61. S. Anton. par. 3. tit. 3. c. 2. Petr. de Arrag. 2.2. q. 62. Michael Salon. ibidem tractatu de dominio. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 10. Lud. Molina de iuſtit. to. 1. tracta. 2. diſp. 3. & ſeqq. Dominic. Bannes in 2.2. ante quæſtionem 62. & alij.

De nomine, natura, & diuiſione Dominij.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vox Dominij licet apud Ciceronem non inueniatur, apud graues tamē authores latinos peritiſſimos uſurpatur.*

Propria eius uocis ſignificatio quæ. ibid.

2 *Dominatus & Dominatio apud Cicer. uoces huic ſimiles, in quibus tamen differunt.*

3 *De dominio aliter Iuriſconſulti, aliter Theologi ſi non re ipſa uerbis ſaltem ſentire uidentur.*

Ius ſuperiorum in inferiores v. g. Regis in ſubditos, Prælati in gregem ſibi commiſſum, &c. non eſt dominium proprie dictum quare.

4 *Definitio ſeu deſcriptio dominij ſecundum S. Thomam eiuſque conuenientia cum definitione ſuperius explicata. num. 3.*

Dominium quotuplex ſecundum Gerſon. Conradum, & alios.

6 *Dominij diuiſio ſecundū cauſas extrinſecas quotuplex.*

7 *Dominij diuiſio in Altū, & Baſſum, & quomodo uſurpentur, licet apud Iuriſconſultos aliter accipiantur.*

8 *Dominium Iuriſdictionis quid, & quotuplex.*

9 *Dominium Communitatis, & Dominium particulare quid.*

10 *Dominium proprietatis plenum & non plenum. Et quid ſint.*

11 *Dominium non plenum a Iuriſperitis diuiditur in Directum, & utile.*

12 *Directum eſt ſuo modo dominium ſimpliciter, utile ſecundum quid.*

INter alia, quæ de dominio diſputari a Doctorib. ſolent, quædam ad eius naturam, & eſſentiam ſpectant; Quædā ad illius ſubiectum, quædam etiam ad obiectum eius pertinent, quædā verò dominiorum, & rerum diuiſionem, quædam denique dominiorum acquiſitionem, & translationem concernunt. De quibus omnibus quamuis Doctores latiſſime diſſerunt, nos tamen, qui non tam rerum ſpeculationes, quàm ea, quæ ad bonam in rebus, quæ poſſidentur, conſcientiam comparandam & conſeruandam neceſſaria eſſe putabimus, emolimur, de ijs ſolum agemus, quæ tum ad huius octaui præcepti, hoc eſt, furti, explicationem, tum ad alteram illam de rerum familiarium reſtitutione diſputationem, neceſſaria videntur.

1 Primo igitur a nomine ipſo exordium ſumentes, aduertendum eſt, quod licet vox Dominij apud Cicer. non inuenitur, ea tamen graues authores, & latini ſermonis peritiſſimi paſſim vtuntur. Propria vero vocis huius ſignificatio, quantū ad præſens inſtitutum noſtrum pertinet, eadem eſt, ac rerum *proprietas*, quatenus dominium, ſeu proprietas diſtingui ſolet a *poſſeſſione nuda rei*, & ab *vſu*, & *vſufructu* eius. Qua ſignificatione reperitur in ſacris literis, vt Tob. 8. vbi de Raguel legitur, quod *fecit ſcripturam, ut pars dimidia, quæ ſupererat poſt obitum Tobiæ* Dominio *deueniret*. Et 1. Machab. 11: dicitur, quod *Rex Ptolomæus obtinuit* Dominium *ciuitatum vſque Seleuciam maritimam*. In iure etiam ciuili frequens eſt huius nominis vſurpatio in hoc ſenſu, vt in lib. 3. ff. extant diuerſi tituli, de acquirendo rerum *Dominio*, & de acquirenda vel amittenda rerum *poſſeſſione*. Quam etiam vocem receperunt Theologi, qua etiam vſus olim eſt Varro lib. 2. de re ruſtica, vbi ſic ait, *In mercando, & in emptionibus, & traditionibus dominium mutat.*

Huic autem voci ſimiles ſunt duæ aliæ, ſ. *dominatus*, & *dominatio*, quæ paſſim apud Cice. reperiūtur, vt lib. 5. Tuſc. qq. de Dionyſ. vbi ait, *Duo & uiginti natus annos dominatum occupauit*. Et lib. 2. de oratore, *Brutus*, inquit, *populum Romanum Dominatu regio liberauit*. Quæ voces non diſtinguuntur a Dominio, quod hæ duæ in malā partem accipiantur, dominium autem in bonam, quandoquidem dominium etiam in bonam, & malam partē accipitur, vt Tob. 8. in bonam, & 1. Machab. 11. in malam, ſed quia hæ duæ, ſ. *dominatus*, & *dominatio*, ferè ſemper ſignificant imperium quoddam in ſubditos, ſiue illud legitimum ſit, ſiue ſecus, dominium verò etiamſi aliquando ſumatur pro tali imperio, vt plurimum & cōiter tamē pro proprietate, quā quis etiam in reb. ſenſu, & ratione carētib. habet, v.g. in domo, fundo, equo & ſimilibus, deſumitur; Dicitur .n. quis dominiū fundi, & domus habere, dominationē autē & dominatum habere illorum, non recte dicetur. His ita de noīe ipſo prænotatis,

3 Secūdo de re ipſa dicendū eſt, in qua re aliter Iuriſconſ. aliter verò Theologi, ſi nō re ipſa, at verbis ſaltē ſentire vñr. Iuriſcōſ. n. cōiter ex Bart. in l. ſi qs vi. §. differentia. ff. de acquirēda, vel amittēda poſſeſſione, quos ſequuntur Io. Gerſ. in tract. de poteſtate eccleſiæ conſideratione. 13. & tractat. de vita ſpirituali. lect. 3. & Cōrad. tractat. de contract. q. 1. & Iacob. Almain, dñt, dominiū eſſe poteſtatē, ſeu facultatē propinquā aſſumendi res aliquas in ſuam facultatē, vel vſum licitū ſecundū iura rōnabiliter inſtituta. vbi noīe rerū intelligūt ēt ꝑſonas. Theologi verò, vt Sot. lib. 4. de iuſt. q. 1. art. 1. Pet. de Arrag. 2.2. tract. de dominio. Dominic. Bānes, & Michael Salon. ibid. & Greg. de Val. tom. 3. d. 5. q. 10. pun. 1. ita definiūt, dominiū eſt ius ſeu facultas propria cuiuſq; in rē, q̃ in ſuū commodū vſurpare poteſt, quocunq; vſu lege permiſſo. Quæ duæ definitiones, quicquid nōnulli laborioſe magis, q̃ vtiliter diſputātes, affirmant, verbis potius q̃ re ipſa differunt, vt recte Greg. de Val. vbi ſup. annotauit, dicitur, *Ius*, ſeu facultas, hoc eſt poteſtas legitima, & iuridica, qua quis fungitur in rē, vel perſonā; & hoc idē ſignificatur illis verbis Iuriſcōſ. *Poteſtas, ſeu facultas propinqua*. i. poteſtas licite reb. vtendi. Additur deinde, *propria*, ad diſtinctionem poſſeſſionis, & vſusfructus, quia poteſt quis habere poſſeſ-

ſionem rei,& vſumfructum rei, non tñ propria facultate,i. *independenter* ab alterius volũtate,ſed depẽdenter a volũtate eius,qui habet verũ & directũ dominium, vel ẽt a voluntate iudicis id permittentis,lite pẽdente. Vnde ius *vſuarij*,ſiue *vſufructuarij*, nõ eſt proprie & ſimpliciter dominiũ, ſed improprie,hoc eſt,dominiũ vtile; nõ.n.põt rem illã alienare ſecundũ ſubſtantiam, nec donare,nec vẽdere, ſicut poteſt verus rei dñs, ſed ſolum ſalua rei ſubſtantia,fructibus eius vti, & frui poteſt. Qui autem rei dominium habet, quatenus vere Dñs eſt rei, v.g.domus, non ſolum eam locare, ſed ẽt vendere,& diluere poteſt,ſi voluerit. Sed etiã ſeruus ita eſt ſub dominio & poteſtate Domini ſui, vt totus ſit Dñi ſui,adeo vt quicquid lucri prouenire poteſt ex ſeruo,dicitur eſſe in poſſeſſione & in bonis Domini, poſſitque dominus de eo libere diſponere præter quam de vita,cuius Deus eſt Dominus.

Ponitur etiam, *Quam in ſuum commodum uſurpare poteſt*,quę particula ponitur ad differentiam iuris ſuperiorum in inferiores, quæ idcirco non ſunt dominia proprie dicta, eo quod non tam vtilitatẽ propriam, quàm ipſorum inferiorum reſpiciunt. Quamuis enim Rex in ſubditos ius habet, Prælatus etiam in populum ſibi commiſſum, & Pater in filios, nemo tñ iſtorum recte dicitur illorum Dñs, quia tale ius non ad commodum Regis,aut Prælati,aut Patris,ſed ad ſubditorum, & filiorum vtilitatem ordinari debet. Vnde de Prælatis ait Chriſtus Luc.22. *Principes Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic.* & 1.Petr.5. *Non dominantes in clero.* Et de Gubernatoribus, qui gubernari volũt,& dominari conqueritur Deus Ezech.34. *Quod cum imperio gubernent.* Et Iud.8. Cum dixiſſet populus Gedeoni, *Dominare noſtri Abſit*, inquit, *vt ego,& domus patris mei dominetur vobis, ſed dominetur vobis Deus.* Vnde Ariſtoteles.lib.1.Polit.c.3.duplex imperium conſtituit aliud Principis in ciues,& aliud Domini in ſeruos; illud ciuile, ſeu Regium appellat hoc Deſpoticum, id eſt, Dominantium; atque adeo ex Ariſt. ius Principis in ſubditos nõ eſt dominium. Horum.n.omniũ.i.Principũ,Prælatorũ, & Parentum officium, ad inferiorũ vtilitatẽ ordinatur. Reges.n.inſtituti ſunt ad vtilitatẽ Reip. & Prælati eccleſiaſtici in vtilitatem ouium, parentes denique theſaurizare tenentur filijs, & quæ illis vtilia ſunt prouidere, Additur demum, *Quocunque vſu lege permiſſo*, Quia cũ dominio ſit ius & facultas iure gentium introducta, & legum iuſtarũ obſeruatio commertijs, & contractib. ab omnibus gentib. recepta ſit, maxime conuenit dominio, vt ſit ius in omnes vſus lege permiſſos. Habet namq; primogenitus vere dominiũ primogenituræ ſuæ, & tamen illam vẽdere,alienare,aut diſtrahere non poteſt, quia id lege ciuili & iuſta illi prohibitũ eſt ad conſeruationẽ Reip. in ſplendore, & potentia. Pupillus ẽt ante legitimam ætatem vere rerũ ſuarum dñs eſt, & tamen eas vendere,aut donare non poteſt, immo omnes contractus eius, quamdiu pupillus eſt,lege humana reſcinduntur. Vxor etiam vere domina eſt ſuæ dotis,& tamen ſine viri ſui licentia quamdiu cum illo manet, aut non exigit apud iudicem dotis ſuæ recuperationem non poteſt ordinarie ex bonis dotis aliquid diſponere.

Item debitor relinquens pignus apud creditorem, vere dñs eſt pignoris, de eo tñ diſponere non poteſt, quãdiu apud creditorem manet, quia lege prohibetur,ne alioquin fraus, & dolus cõmittetur in præiudicium tertij. Item ſi quis ex teſtamẽto habeat bona ſub conditione,vt non alienet ea, vere dominus eſt eorum, non poteſt tamen alienare ea ex conuentione facta. Quapropter recte addita eſt hæc particula, ad comprehendenda huiuſmodi dominia, per quæ, licet vere dominia ſint, non poteſt tamen dominus iure id prohibente, res alienare. Quam etiam particulam,ſicut & præcedentem, habet Iuriſconſultorum definitio aſſignata, vt conſtat,atque adeo verbis potius,quàm ſenſu,& re ipſa differunt a Theologis.

4 *Eadem* plane eſt definitio,ſeu deſcriptio Dominij, quam aſſignat S. Tho.2.2.q.66. art.1. in corp. dicens, *Dominium rerum conſiſtere in poteſtate vtendi rebus exterioribus,ad ſuam utilitatem,quaſi propter ſe factis.* Vbi nomine *poteſtatis*,intelligit licitam poteſtatem,& uſum iure permiſſum. Quia vſus, qui non eſt lege permiſſus, non eſt reuera vſus, ſed abuſus; ſed neque poteſtas ad talem vſum vere eſt *poteſtas*, id eſt, legitima,& iuridica poteſtas, id quod nomen *poteſtatis*, ſeu *facultatis* ſignificat, immo nec moraliter loquendo eſt dicenda *poteſtas*, cum id ſolum vere poſſumus,quod iure poſſumus. Quod vero ait, *Ad ſuam utilitatem*, idem prorſus ſignificat, qđ nos in explicatione definitionis annotauimus. Et quod dicit, *Quaſi propter ſe factis*, declaratio eſt præcedentis particulæ, ideo enim recte homo his rebus ad ſuam vtilitatem ordinat, tum quia imperfectiora ſunt propter perfectiora; tum quia a Deo vel immediate facta ſunt propter hominem, vel ſaltem Deo conſentiente & approbante, voluntate humana iuris gentium vel ciuili. Id quod dico propter ſeruos, qui etſi natura ſua non ſint propter alios homines facti; voluntate tamen propria, vel aliorum, iure gentium, vel ciuili, in alios homines, & in eorum commodum ordinantur.

Ex quibus omnibus manifeſtũ eſt, quid dominium ſit, & quid formaliter dicat, neque enim eſt ipſe poſſidens rem, neque res poſſeſſa, ſed habitudo inter poſſeſſorem, & rem poſſeſſam, quæ habitudo recte vocatur facultas poſſidentis in rẽ poſſeſſam, atque adeo dominium reſpicit rem, ſeu perſonam tanquam poſſeſſionem ſuam. Vnde quamuis habitudo hæc non ſit entitas diſtincta a poſſidente, vel re poſſeſſa, eſt tamen relatio, quæ vt cõmuniter tradunt philoſophi, neque de fundamẽto, neque de termino prædicatur.

5 Tertio, Cum ex dictis conſtet dominium tam late patere, ac facultas vtẽdi reb. iure aliquo ad cõmodũ proprium, adeo vt quid analogum ſit, quod nec recte definiri, nec intelligi perfecte põt, niſi diuidatur, breuiter dicemus, quotuplex dominiũ ſit. Et quidẽ omiſſis illis diuiſionib. Io.Gerſonis tract. de poteſtate eccleſię cõſideratione.13. & Conradi tract.de cõtract.q.2.& Maioris in 4.d.15.q.10.& aliorũ, qui diuidunt ius & dominiũ in *Beatificum*, ſic dictum, quia eſt conueniens Beato ſecundum legem gloriæ, in ſuis nimirũ operationibus, & *Originale*, quod ſcilicet homini conueniſſe ſecundum legẽ originalis iuſtitiæ, & *Gratificum* quod eſt conueniens homini ſecundum legem gratiæ, & *Euangelicum*, quod conueniens eſt ei ſecundum leges

proprias Euangelij, & *Canonicum*, conueniens homini ſecundum leges Canonicas, & *Ciuile*, quod ei conuenit ſecundũ leges ciuiles, & in alia nonnulla mẽbra, quæ cũ ſine arte multiplicãt, ea minime referre neceſſe eſt, & cõiter ab omnibus recentioribus reijciuntur. Alij alio modo illud diuidunt.

6 *Primo* enim Sotus lib.4. de iuſtitia.q.2.art.1.cõcl.1. Quadruplex dominium cõſtituit, ſ. *Naturale*, quod pertinet ad naturæ ordinem, ſeu quod habetur erga res naturales per inclinationem naturæ, quale eſt dominiũ erga elementa, terrã, fruges &c. *Diuinum* poſitiuũ, hoc eſt, quod non conuenit homini ex debito naturæ, ſed eſt ei diuinitus ad naturam ſuperadditum. Hoc.n.dicitur diuinum poſitiuum, contra naturale diſtinctum, cuius ẽt author eſt Deus. Dominium autem hoc, quod habetur ex placito diuino ſuperaddito naturæ, eſt illud, quod licet ſit erga res naturales, non tñ eſt ex inclinatione naturæ, vt patet in dominio, quod habuit Saul & Dauid in regno Iſraelitico. *Humanũ Gentium*, i. omnium nationum voluntate cõſtitutũ, vt eſt v.g. dominium, quod habet homo erga ſeruũ bello captum, & *Humanum ciuile*, i. ortum ex iure ciuili, vt patet in dominio, quod habet ciuis ſubſtantiæ ſuæ reſpectu legum, & iuxta leges ciuitatis, & regni. Quam diuiſionem licet Dominicus Bãnes in pambulo qõnis 62.q.2. reprehendere videtur, tamẽ aliæ ab eo poſitæ parum, aut nihil ab illa Soti diuiſione differunt; Eandem ponit etiam Gregorius de Valentia to.3.diſp.5.q.10. puncto.1. qui aliud mẽbrũ addit, ſcilicet, *Humanum Eccleſiaſticum*, vt eſt dominium, quod prælati habent in rebus iure canonico & eccleſiæ conceſſione. Ceterum hæc diuiſio dominij, ſicut & alia ſimilis data de iure, eſt ſolùm per cauſas extrinſecas, & origines, vnde rationem iuſtitiæ variare non videtur.

7 *Secundo*, Diuiditur Dominium in *Altum*, & *Baſſum*. Altum vocant remotum ſeu generale, Baſſum verò proprium, ſeu immediatum. *Altum* eſt illud, quod habet Princeps, vel Reſpublica circa bona, quæ ſunt propria ciuium; Non enim habet proximum dominium, & quaſi proprietatẽ illorũ bonorum, habet tamen quoddam ius altioris ordinis, ratione cuius vti poteſt bonis ciuium propter bonum commune, etiam exinde ſecundario conſulendo propriæ vtilitati. *Baſſum* eſt, quod vnuſquiſque priuatus dominus habet in rem ſuam, et de hoc agitur in præſentiarum, quamuis Iuriſconſulti aliter hæc nomina vſurpant.

8 *Tertio*, Diuiditur Dominiũ in Dominium *Iuriſdictionis*, dominium locorum, ſeu rerum pertinẽtium ad vniuerſitatem, iure *communitatis*, & in dominium *particulare*, quod vnuſquiſque ſuper res ſuas habet, aut quod vniuerſitas ſeu communitas aliqua non ſecus habet, ac ſi eſſet perſona particularis. Quæ diuiſio licet materialis ſit potius quã formalis, notanda tamen eſt pro materia de reſtitutione. Hanc ponunt Bart.l.1.§.per hanc.ff.de rei vendic. Couar. in relect. Regulæ. pecc.par.2.§.9.nu.8.de reg.iur.in 6.& Ludouicus Molina. de iuſt. to.1.tractat.2.diſp.3.

Dominium *Iuriſdictionis*, aliud eſt *temporale & ſeculare*, aliud *Spirituale*. *Seculare* ad eos ſolùm ſpectat, quibus iuriſdictio in ſubditos, eorumque protectio ita incumbit, vt ſubditi vaſalli eorum dicantur, non autem ad illos, qui eorum nomine iuriſdictionem & protectionem exercent. Horum vero dominium in eo poſitum eſt, quod illos gubernẽt. iudicent, protegant, defendant, & propterea emolumenta ab eis accipiunt. Quod etiam dominium ordine quodam pertinere poteſt ad duos, vel plures, comparatione tamen alterius, nempe immediate ad vnum, & ad alium, aut alios mediate. Vt dominium alicuius oppidi, prouinciæ, aut ciuitatis, pertinere poteſt ad Ducem, Comitem, aut Marchionem aliquem, mediatè vero ad Regem, ſeu Imperatorem. Quo ſenſu Iuriſperiti dominium hoc iuriſdictionis, quod ſpectat ad multos, diuidunt in altum ſeu ſuperius, & mediatum, & in Baſſum, ſeu immediatum, ſeu immediatius comparatione alterius ſuperioris. Spiritualis iuriſdictio, quæ diuiſa eſt a dominio temporali, eſt Iuriſdictio Sũmi Pontificis in totam Eccleſiam, & Epiſcoporum, ordine quodam in varias Eccleſiæ partes, quæ licet dominij nomine non ſoleat appellari, ſuo tamen modo rationem dominij Iuriſdictionis habet a Chriſto Eccleſiæ miniſtris collati.

9 *Dominium* Communitatis, ſeu rerum pertinentiũ ad cõmunitatem, dicitur illud, quod eſt apud totam ſimul Rempub vel ciuitatem, quod poteſt cõtingere abſque iuriſdictione. Res aũt, quæ ſub hoc dominio cadunt, comparari poſſunt & ad totam communitatem, & ad ſingulas perſonas, ita enim ſunt vniuerſitatis propriæ, vt tamen ad ſingularũ vſum ſint deputatæ, vt ſunt v.g. prata communia, & montes, & ſyluæ oppidi, aut ciuitatis, quæ ad paſtum pecorum, aut ad ſcindenda ligna deputantur pro eis, qui ibi degunt. Item aliquando eiuſmodi res, & loca non ſolùm ſunt ipſius oppidi, aut ciuitatis, ſed etiam domini, qui vrbi, aut oppido iure dominatur, idque in ſuo ordine, & gradu, adeo vt poſſit pro ratione ſui gradus in populo, aut ciuitate, eis vti ſine aliorum præiudicio, plura pecora quam alij, ſi ea habeat, ibi paſcendo, & plura ligna ſi eis indigeat, ſcindendo, idque non ſolùm ſi immediatum dominium iuriſdictionis in eo oppido, & ciuitate habeat, ſed etiam ſi habeat mediatũ duntaxat. Ideo autem diximus communitatem aliquam poſſe habere dominium in rem, ita vt *vſus ſingulis deputetur*, (quo caſu ſingulæ perſonæ vſuariæ tantum ſunt illius rei, nõ domini, cum non poſſint rem illam alienare, & interdum ad tempus prohiberi poſſunt vſu illius, immo etiam & perpetuo, ſi oppidum rebus illis ad alios fines indigeret, quod ſignum eſt dominium illius rei penes cõmunitatẽ, non penes ſingulares perſonas manere) quia aliqñ cõmunitas ita habet rei dominium, vt vſus rei non pateat omnibus, ſed communitas ipſa fructus percipit ad communes expenſas, vt verbi gratia, ad ſoluenda ſtipendia &c. Quo caſu communitas illa ita eſt rei illius, verbi gratia, vineæ aut domus, aut ſyluæ dominus, ſicut quilibet alius de populo, dominus eſt rerum ſuarum priuatarum.

Dominium particulare, quod vnuſquiſque in res habet, eſt etiam dominium, non iuriſdictionis nec communitatis, ſed proprietatis, vt conſtat.

10 *Quarto* diuiditur Dominiũ præſertim proprietatis, in *Plenum, & non plenum*, l.ſi ita ſtipulatus.§. Titius, ff.de verb.oblig.& l.Generaliter.ff.qui & a quibus. *Plenum* eſt illud, quod, quando quis hã-

bet proprietatem rei ſimul cum vſu, vſufructu, & poſſeſſione illius, & ſolus habet, ita vt non ſit alius conſors, & ita vt in omnem vſum rem illam vſurpare poſſit, per ſe loquendo, de quo videtur procedere definitio Dominii ſuperius tradita, illud enim abſolute & ſimpliciter eſt tale, alia verò per maiorem vel minorem participationem huius explicāda ſunt. *Non plenum* duobus modis accidere poteſt, *uno*, quando plures ſunt Domini rei diuiſæ, v. g. hæreditatis indiuiſæ adhuc, tunc enim vnuſquiſque habet dominium, ſed non plenum, quia habet in illo dominio conſortem, ſine quo interim dum res, ſeu hæreditas illa eſt indiuiſa, non poteſt de illa libere diſponere, quia res eſt pluribus communis, atque adeo dominium non eſt plenum ſimpliciter niſi apud omnes ſimul, vnde priuſquam res diuiſa eſt in partes, dominium apud ſingulos eſt imperfectum, & non plenum, non tam ex parte obiecti, quam ex parte ſubiecti. Alio modo, quando vnus habet dominium proprietatis rei, alius vero habet vſum, vel vſumfructum, vel poſſeſſionē illius, tunc enim is, qui habet proprietatem rei, nō habet plenum dominium, quia licet vere ſit dominus rei, non poteſt tamen plene diſponere de re, & dicitur non plenum ex parte obiecti, vt ex dictis conſtat.

11 *Quinto*, Dominium nō plenum hoc ſecūdo modo diuiditur a iuriſperitis, in *directum*, & *utile*. Sic Bar. in l. ſi quis vi. §. differētia. nu. 25. ff. de acq. poſſ. Id quod diuerſis exemplis oſtendi poteſt, qui enim dat rem ſuam alteri, vel ad tempus, vel perpetuo, ſub certa penſione, vt ea vtatur, & fruatur; & illā commodiorem reddat, proprietate rei ſibi reſeruata, vt contingit in contractibus Emphyteuſis, retinet dominium directum rei ſuæ, vnde & in iure vocatur Proprietarius, ſeu Dominus, l. ſi ita ſtipulatus. §. Titius. ff. de verb. oblig. & Inſt. de vſufructu §. vſufructus. Emphyteuta etiam eiuſdem agri emphyteutici vocatur dominus illius agri. l. poſſeſſores. C. de fundis patrimonialib. cum tñ certū ſit non eſſe dn̄m proprietatis, ſed ſolū vſusfructus, vnde ſolū habet dominium vtile. Similiter in feudo, feudatarius ſeu baſſarius, qui ciuitatē, aut caſtrū in feudum ſuſcipit, dicitur habere dominiū vtile, patronus autem directum. Idē de eo dicendum eſt, qui in iure dicitur ſuperficiarius, & eſt ille, qui in alieno ſolo ad tēpus conducto, vel ad cenſum ſumpto, ædificat domū, vel plantat vineam, &c. habet dominium vtile domus, ſoli autem dn̄s conſequenter habet dominium directum rei affixæ ſolo. l. 2. ff. de ſuperficieb. Bar. l. 1. §. pen. eo. tit. & Sylu. verb. Emphyt. nu. 2. verſ. *De natura autem*. Lud. Molina. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 3. Denique vſufructuarius generaliter dicitur habere dominiū vtile, proprietarius verò directum. l. 4. ff. de vſufruc. Eſt ergo Dominium *utile*, ius vtendi, & fruendi aliqua re, ſalua illius ſubſtantia, vt habetur inſtit. de vſufr. in prin. vnde licet transferre poſſit illud, non tamen abſq; licentia illius, qui habet dominium directum. *Directum* verò dominium dicitur, quando vtilitas rei eſt penes vnum, proprietas verò & ſubſtantia rei eſt penes alium, & conſiſtere videtur per ſe primo in iure ſeu habitudine, quod aliquis habet circa ipſam rei ſubſtantiam, vt. ſ. ſibi integre conſeruetur, & in certis caſib. ad ſe redeat, nec poſſit alienari, aut ſubſtantialiter transmutari niſi ex ſuo cōſenſu.

12 *Notandum* autem eſt, ſi hæc duo dominia inter ſe comparentur, vtile eſſe dominium ſolum ſecundum quid; Nam vſufructuarius v.g. non habet rem, qua fruitur quaſi propriam ſimpliciter, vnde multi negant, id eſſe dominium; Dominium autem directum abſolute facit rem propriam, & ideo eſt ſuo modo quaſi dominium ſimpliciter, illique accommodari poteſt definitio dominij pradicta ſuo tamen modo, quia ſcilicet ex hoc iure, quod quis habet in rei ſubſtantiam, oritur per ſe facultas ad omnem vſum niſi impediatur, & ita ſe habet in hoc dominio directo, eſt enim impeditus vſus in illo per aliquam locationem, vel alienationem, vel quid ſimile, ſemper tamen ad dominium directum videtur neceſſarium vt maneat aliqua via, aut modus, quo in aliquo caſu, vel euentu poſſit res illa peruenire ad eum, qui habet directum rei dominium, vt ſimul apud ipſum ſit ius illa vtendi, etiam in emphyteuta, feudatario, ac ſuperficiario perpetuo, alias vix intelligi poteſt, quomodo perſeueret dominium directum, vt conſtat. Hæc igitur de nomine, natura, & diuiſione Dominii dicta ſint.

De nominibus, Iuris, vſusfructus, & Poſſeſſionis, quid ſignificent, & ſint, & qualiter inter ſe differant. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ius in definitione Dominij quomodo accipiendū, eiuſq; definitio prout dominium reſpicit aſſignatur.*

2 *Ius duplex in re & ad rem. Et quid ſit vtrunque oſtenditur.*

Dominium non ſolùm eſt ius ad rem, ſed etiam in re. ibidem.

3 *Quid nomine tituli, iuris, dominij, uſus, & uſusfructus intelligatur.*

Titulus eſt cauſa, & fundamentum iuris in re, eiuſque radix & origo unde dominium emanat. ibid.

4 *Titulus duplex, verus & legitimus aut præſumptus probabiliter aut iuſte.*

5 *Vti & frui aliter a iuriſperitis, aliter a Theologis accipiuntur.*

6 *Vſus, & uſusfructus dupliciter accipi poſſunt.*

Vſuarius & uſufructuarius qui dicatur. ibid.

Vſusfructus & vſus eſt cauſalis & formalis ſecundum iuriſperitos & quibus hæ uoces conueniunt. ibid.

7 *In ſolo & nudo uſu rei parum iuris eſſe oſtenditur.*

8 *Inter uſumfructuarium proprie & improprie quæ differentia.*

9 *De refectione, adminiſtratione et expenſis faciendis ab uſufructuario de rebus, quę uſu non conſumuntur, quid dicendum.*

10 *Vſufructuarius abſque licentia proprietarij vſumfructum in alium transferre nequit titulo donationis, venditionis, aut alio modo.*

11 *Vſufructuarius efficitur Dominus fructuum rei, qui habet uſumfructum duntaxat, quando recipit vel percipit illos.*

12 *Poſſeſſio quid et quotuplex.*

13 *Bona quæ poſſidentur ad tria capita reuocari poſſunt.*

Bona fortunę triplicia ſunt, fama, et honor, res corporales

rales exteriores & quædam bona quaſi media, quæ incorporalia a Iuriſtis appellantur. ibid.

4 *Quænam dicuntur res corporales, quæ incorporales.*

5 *Definitio poſſeſſionis in communi explicatur.*

6 *Definitio poſſeſſionis ſecundum Theologos recentiores.*

7 *Poſſeſſio varijs modis diuiditur & quid ſit poſſeſſio naturalis, quid ciuilis, quid vtraque ſimul & nu. ſeqq.*

8 *Altera diuiſio ſeu potius poſſeſſionis naturalis ſubdiuiſio.*

Poſſeſſio poteſt aliquando eſſe iuſta in re & materialiter, ex conſcientia tamen erronea iniuſta, aliquando iniuſta in re ſed iuſta ex bona fide, a qua denominatur communiter bonæ fidei poſſeſſio.

Præcipui effectus ſeu fructus poſſeſſionis duo, & quinā ſint illi.

QVoniam vero in explicanda definitione & natura dominij, mentio facta eſt *iuris, vſus, uſusfructus, poſſeſſionis*, & aliarum vocum, vt quæ in pręcedentibus dicta ſunt, & quæ in materia de queſtōne præſupponenda erunt, melius, & perfectius intelligantur; breuiter in hoc capite, quid vnaquęque earum importat, declarabimus.

Primo autem quantum ad nomen Iuris, ex eo quod diximus, Dominium eſſe Ius, illud explicandum reſtat, non accipi Ius eo in loco, quatenus eſt obiectum iuſtitiæ, hoc eſt, prout dicit æquum, ſeu iuſſum, & præſcriptum ordinationis rectę, iniquo, quod inuoluit iniuriam, oppoſitum, ſed pro poteſtate, & facultate aſſumēdi aliquid in vſum noſtrū, ex aliqua tamen ordinatione iuris concedentis, iubentis, vel permittentis. Atque adeo ius non incōmode definiri poteſt, *facultas aliquid faciendi, ſiue obtinendi, aut in eo inſtituendi, uel aliquo alio modo ſe habendi, cui ſine cauſa iuſta abſque iniuria contraueniri nequit*. Id quod facile exemplis illuſtrari, & cōprobari pōt. Nā facultas, quam vnuſquiſq; habet ad vtēdum rebus ſuis, v. g. ad comedēdum cibum propriū, ad veſtem propriam induendam, ad colligenda poma ex arboribus ſuis, ad ambulandum in domo ſua, aut in via publica, eſt ius, de quo in definitione Dominij dictum eſt, quia iniuria illi fit, ſi prohibētur iſta illi abſque cauſa. Item facultas alicuius obtinendi, quod ſibi debetur, aut quia ſuum eſt, vt ſi illud commodauit, vel aliquis furto ab ipſo arripuit, aut eſto non ſit ſuum, ei tamen titulo emptionis, aut mutui, aut alio modo debetur; eſt ius, quia fit ei iniuria, ſi hæc ei non reddantur ſine legitima cauſa. Eodem modo iniuria fit ei, qui ſine cauſa expellitur a iure inſiſtendi, & perſiſtendi in poſſeſſione rerum ſuarum. Et denique facultas, quam vnuſquiſque habet ad rem ſuam, eſt ius, cui non poteſt ſine iniuria contraueniri, ſi enim Petrus Ioanni rem dare vellet, & Andreas mendacijs, vi fraude, aut alio modo teſtatorem, aut donatorem impedit, ne rem illam donet illi, aut in teſtamento relinquat, iniurius illi eſt, & damnum ei reſtituere tenetur. Si tamen adeſſet cauſa iuſta contraueniendi facultati, quam quis ad aliquid prędictorum habet, non fit iniuria eam habenti, vt v. g. non fit iniuria, ſi depoſitarius gladium non reſtituat deponenti, ſi ſuperueniat furia, aut periculum occiſionis ſuiipſius aut alterius, eo quod legitima de cauſa facultati illi contraueniatur. Et ſi Reſpublica ob bonum commune prohibeat, ne quis tali genere veſtiū vtatur, aut ciborū, non fit ciuibus iniuria, eo quod Reſpub. ex iuſta cauſa, puta, ne ſumptus immoderati fiant, ac vitia creſcant, homineſque præ delitijs molleſcāt, ciuibus ſuis iſta prohibere poteſt ob bonum cōe.

2 Ius autem hoc modo explicatum, duplex eſſe poteſt, ſ. Ius in re, & ius ad rem. Ius in re, dr̄, quod habetur de re, quæ eſt noſtra, & exiſtens, vnde ad comparandum dominium, atque adeo ius in re, non ſatis eſt rem, cuius dominium ſumus comparaturi, exiſtere, ſed vlterius requiritur eandem rem eſſe noſtram, i. nobis traditam, vt v. g. ſi quis rem emit, nōdum tamen rem illam a venditore recępit, ſolum comparat ius ad rem illam, eſto pretium ſoluerit, ius autem in re ad dominium non habet, quia hæc regulariter ſaltem ante rei traditionem non comparantur. Item qui deiectus eſt a poſſeſſione rei ſuę, eamque amiſit, licet ius habet, vt res illi reſtituatur, non tamen habet ius in re, i. nō poſſidet rem illam, ſed ſolum habet ius ad rem, ſ. poſſidendam. Sic etiā ius, quod quis habet ad fruendum re ſua, i. ad percipiendum ex ea fructus, etiamſi ius habet in re, cuius fructus percipere debet, etiam in fructibus exiſtentibus, reſpectu tamen fructuū, qui nondum exiſtūt, ſolum habet ius ad rem, hoc eſt, ad illos percipiendos, quando extiterint. Ius ad rem, dicitur illud, quod habetur ex aliquo vinculo obligationis circa rem nobis debitam, nondum tamen factam noſtrā, vt verbi gratia. Eſt aliquis hæres inſtitutus, antequam adeat hæreditatem, id eſt, illam acceptet, profiteaturue velle ſe eſſe hæredem, habet ius ad hæreditatem, non tamen habet dominium, ideſt ius in hæreditate, quia nondum eſt ſua, quouſque eam acceptet. Item debet quis mihi cētum aureos, habeo ius ad illos, ita vt poſſim illud ius alteri concedere, vel remittere, non tamen habeo ius in illis. Dominium ergo eſt ius non ſolum ad rem, ſed etiā in re.

3 *Secundo*, quia Ioannes Gerſon, & alij Doctores Pariſienſes, vt docet Conradus tracta. 1. de contractibus. q. 1. concluſ. 4. ius, & facultatem, quam dominium eſſe diximus, cum *titulo* dominij confundebant, aſſerentes idem omnino eſſe Dominium, & titulum dominij, hac ratione perſuaſi, quia titulus dominij, v. g. in domum, eſt ius quod hēt dominus in illam, id quod aliud non eſt quàm dominium, idemque de vſu, & titulo vſus, & de vſufructu, & titulo vſusfructus affirmabant, vt opinionis huius falſitas, & veritas, & verborum proprietas explicetur, breuiter dicendum erit etiam, quid nomine tituli iuris, dominij, vſus, & vſusfructus intelligatur. De qua re legi poſſunt Sotus lib. 4. de iuſtit. q. 1. art. 1. circa medium. Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. fol. 219. Michael Salon tract. de iuſtitia, & dominio rerum. q. 1. art. 1. in fi. Pet. de Arrag. & Dominicus Bannes 2. 2. in tracta. de dominio, paulo poſt initium, & Lud. Molina tract. de iuſtit. to. 1. tract. 2. diſpu. 4. & alij, qui omnes docent, titulum dominij ab ipſo dominio diſtingui. Et recte quidem, Titulus. n. dominij dicitur illud, quod eſt origo, radix, cauſa & fundamentum dominij; dominium verò eſt illud ius ortum ex illa cauſa & titulo; vnde dicenti alicui ſe eſſe dominum alicuius rei, dicere ſolemus, oſtende titulum, id eſt fundamen-

damentũ, vt verbi gratia, vnus habet dominiũ acquiſitũ per emptionem, alius ex teſtamento, alius ex donatione, alius per præſcriptionem, &c. emptio, teſtamentum, donatio, præſcriptio ſunt tituli horum dominiorum, quia ſunt cauſæ, quibus iſta dominia rei habentur. Item titulus poſſeſſionis, & dominij naturalis, quod habet homo in plantas, aues, piſces, & alia neceſſaria ad cibum, & potum, eſt vita naturalis, quæ ſine his conſeruari non poteſt, vnde in extrema neceſſitate licitum eſt accipere rem alterius ad vitæ conſeruationem, in eo enim caſu vnuſquiſque iure naturali eſt eorum dominus, & fiunt omnia communia, vt vitæ neceſſaria. Sic titulus filij in patrem, & patris in filium, eſt generatio, qui enim dat eſſe, dare debet & conſeruare, & qui ab alio generatur, debet eum etiam in caſu neceſſitatis adiuuare. Item titulus poſſidendi bona, eſt ius gentium, & diuiſio bonorum facta iure gentium. Titulus item dominij, & iuris in aliquod Regnum, eſt legitime electum eſſe in Regem, aut carnali propagatione tanquam primogenitum originem trahere a legitimo Rege, aut iure belli Regnũ occupaſſe, aut aliud ſimile, quod ſit ſufficiens ratio fundandi ius Regni. Item legitima electio alicuius in cathedram, Epiſcopatum, aut beneficium, aut quippiam horum alicui legitime collatum eſſe titulus eſt dominij aut iuris cathedræ, epiſcopatus, aut alterius beneficij. Titulus igitur eſt cauſa & fundamentum huius iuris in re, & quamuis præter titulũ regulariter neceſſaria eſt etiam tanquam ratio fundandi, condõ ſine qua non, traditio, & apprehenſio rei, illa tamen non eſt radix, & origo dominij, aut iuris in re, ſed ſolum eſt condõ ſine qua non regulariter a radice & origine, nec dominiũ, nec ius in re emanat.

4 Poteſt autem hic titulus eſſe duplex, ſ. verus & legitimus, aut *præſumptus* probabiliter, & iuſtè. Verus eſt vera radix & origo dominij, vt v.g. emit qs rem a vero domino, habet verum titulum, quia fuit venditio vera; Alius verò emit rem ab aliquo, aut illam dono accepit ab eo, quẽ bona fide credidit fuiſſe verum dominum illius rei, aut procuratorem domini illius rei, habet titulũ, ſed præſumptũ, quia licet talis emptio, aut donatio non ſit ſufficiens cã ad transferendũ dominiũ rei, eſto traditio accedat, talis tñ p̃ſumit interim dũ bona fides adeſt, adeo vt dr̃ rẽ illam bona fide poſſidere, & cum titulo, non quidem vero, ſed præſumpto probabiliter, & iuſte, ita vt retinendo & poſſidendo non peccet. Qui verò rem aliquam ſine tali titulo vero, aut præſũpto, dr̃ ſine titulo poſſidere. Vnde *præſumptus* definiri poteſt, quando præſumitur vera radix dominij, & tamen in ipſa non eſt. Quæ omnia deſeruiunt plurimum ad ea, quæ inferius de præſcriptione, & reſtitutione dicemus.

5 Tertio Quoad vſum, & vſumfructũ illud in primis annotandum eſt, has voces vti, & frui, aliter ſumi in hac materia, quàm ſumuntur a Theologis in 1. diſt. 1. cum dicant iuxta S. Aug. lib. 10. Trinit. ca. 10. & lib. 83. qq. q. 30. & lib. 1. de Doctr. Chriſt. ca. 33. *creaturis fruendum non eſſe tanquam vltimo fine, ſed ſolo Deo*, vt qui ad aliud referri non debet; *creaturis autem eſſe vtendum*, tanquam medijs, quæ nos ducãt ad Deum, atque adeo in primo ſent. loco citato, & a S. Thom. 1.2. q. 16. ſumuntur *vti, & frui* pro actu elicito voluntatis, quo voluntas amando adhæret alicui rei; ita vt Vſus ſit, quando voluntas ſic amando adhæret rei non propter ſe, ſed propter alterum, Fruitio autem quando rei adhæret propter ſe; Hoc autem in loco, & apud iuriſperitos, vti eſt ex re aliena tibi permiſſa, te ſolum fructum capere, frui verò eſt, ex re aliena tibi p̃miſſa fructus tuos, vel aliorum, ſi tibi libuerit, vſum poſſe conuertere.

6 *Rurſus* obſeruandum eſt has voces *vſus, & vſusfructus*, vt recte notant Conradus tracta. 1. de contrac. q. 12. Petrus de Arragon 2.2. ſuper quæſtio. 62. tracta. de dominio. non longe a principio. Michael Salon ibidem. q. 1. artic. 1. & Ludouic. Molina tract. de iuſtit. tom. 1. tractat. 2. diſput. 5. dupliciter accipi poſſe; Primo pro ipſo actu vtendi & fruendi, v.g. equitatio eſt vſus actualis equi, & habitatio actualis vſus eſt domus, id quod alio nomine a iuriſperitis dicitur, vſus facti, ideſt vſus, qui eſt factum, & in hac priore acceptione non ſumitur in præſentiarum.

Secundo, pro iure & facultate exercendi eum actum in re, quod ius reuera diſtinctum eſt ab illo actuali vſu, poteſtque vnum ſine alio reperiri, quo modo accipitur in hoc loco, & definitur vſus, ius vtendi alienis rebus tantum, ſalua earum ſubſtantia, & is, cui talis vſus conceſſus eſt, appellatur *vſuarius. De uſufructu* autem dicitur, quod ſit ius vtẽdi & fruendi alienis rebus, ſalua illarum ſubſtantia. l. 1. ff. de vſufructu. & Inſtit. eod. tit. in princ. Sylue. verb. dominium. q. 2. & verb. vſus. in prin. Sot. li. 4. de iuſti. q. 1. ar. 1. Martin. Ledeſm. 2.4. q. 18. arti. 1. Domin. Bannes in præambulo ad q. 62. paulo poſt princ. Salon, Arragon & Molina locis proxime citatis. Is verò, qui eiuſmodi ius habet, appellatur, tũ vſufructuarius, tum etiam fructuarius. Recte autem ponitur Ius, loco generis, quia id, ſecundo modo acceptum, hoc eſt, pro facultate vtendi re, in ſuo ambitu continet vſum, & vſumfructum, & cetera iura. Per alteram verò particulam vtendi, reijciuntur iura, quæ non ſunt ad vtendum, vt ius depoſitarij reſpectu depoſiti, & ius creditoris, reſpectu pignoris, non enim poſſunt depoſitarius, aut creditor, inuito & inſcio domino, vti depoſito, aut pignore abſque peccato, quinimo etiam reſtituere tenentur valorem vſus. Additur particula illa, Tantum, quia in vſufructu, conceditur facultas tum vtendi, tum fruendi, Additur autem in definitione vſusfructus particula tum vtendi, tum fruendi, ad differentiam nudi & ſolius vſus, qui enim habet ſolum aut nudum vſum, poteſt quidem ipſe fructum percipere, ſed alteri concedere non poteſt, vt qui habet ſolum vſum domus, poteſt in ea habitare, non tamen poteſt eam locare, qui verò habet vſumfructum, vtrumque poteſt, verbi gratia, vſufructuarius domus in ea manere, vel eam locare poteſt, & vſufructuarius vineæ, non ſolùm vuas comedere, ſed eas etiam alijs vendere poteſt. Additur in vtriuſque definitione, *rebus alicuius*, ad differentiam dominij; dominus enim rei vtitur illa tanquam ſua, & propria in omnes vſus, reſpicitque dominium, tam rei fructus, quam ſubſtantiam, poteſt enim dominus locare, vendere, donare, effundere, deſtruere, &cet. Ex quibus conſtat, quod proprie loquendo apud Iuriſconſultos, iuxta poſitas definitiones, qui habet dominium alicuius rei, nulla ratione dici poteſt habere illius vsũ, aut vſumfructũ, quia hæc tantũ verſantur circa res alienas, & non circa proprias. Ceterum Iuris periti vt diſtinguant vſum, quem habet dominus in re ſua, ab vſu rei, quem habent vſuarius, & vſufructuarius (non enim negari poteſt dominũ vti poſſe re ſua) duplicem vſum, & vſufructũ eſſe dicũt, *Vnus* eſt vſus, aut vſusfructus cauſalis, ſic dictus, quia cauſatur a dominio rei, cuius eſt vſus, & vſusfructus, & talis eſt vſus, & vſufructus, quem dominus habet in re ſua. Alter eſt vſus, aut vſufructus formalis, qui ſubiecto eſt ſeparatus a dominio rei, & talis eſt vſus, & vſusfructus quem definiuimus, vt latius tradit Accurſ. in l. 1. ff. de vſufructu.

Denique additur illa particula, *ſalua illarum ſubſtantia*, in definitione vſus, & vſusfructus, quia vſus & vſusfructus ſupra definiti, proprie loquendo, ſunt tantùm circa res, quæ vſu non conſumuntur, vt ſunt ager, domus, pecora & cet. quia ius circa rerum vſum, & vſumfructum, quæ vſu conſumũtur, pereunt, & alienãtur, vt ſunt vinum, oleum, panis, triticũ, pecunia, aliaque id genus, nec dicitur proprie, nec eſt vſus, aut vſusfructus, hic definitus, vt colligitur ex Inſt. de vſusfructu. §. conſtituitur, & ff. de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, per totum.

7 Hinc colligitur primo parum iuris eſſe in vſũ; qui namque habet ius vtendi fundo alieno; ſolùm habet ius ſumendi poma, oleum, flores, vuas, & fœnum, & ligna ad vſum quotidianum ſuum, & pecorum, ac iumentorum, ſuorum, poterit etiam in eo ambulare, & commorari, ita tamen, vt domino fundi non ſit moleſtus, nec eos impediat, per quos opera ruſtica exercentur, ius tamen ad hæc emolumenta percipienda alijs donare, vendere, locare, & concedere non poteſt. Item qui habet vſum domus, poteſt ipſe ſolus in ea cum vxore, & liberis, & famulis habitare; poteſt etiam hoſpites recipere, & idem dicendum eſt, ſi vſus domus pertineat, ad mulierem, hoc tamen ius in alium transferre non poteſt, tribuendo ei facultatem, vt in ea habitet. Et qui vſum habet ſerui, aut iumenti, poteſt ipſe ſolus eorum opera vti, non tamen id ius alteri concedere. Qui autem vſus pecorum habet vti nequit lacte, lana, aut fœtibus eorum, niſi forte modico lacte, leg. plenum. ff. de habitatione, eo quod hæc ad fructus animalium pertinent, qui in vſu pecoris non computantur. Poterit tamen vti pecoribus ad agros ſuos ſtercorandum, non alienos. Inſt. & ff. de vſu & habitatione. Sin autem alicui concedatur teſtamento, vel alia ratione habitatio domus, tunc is, cui habitatio domus conceſſa eſt, poteſt eam locare, & acquirere ſibi pretium locationis, ſecus autem ſi, vt diximus, conceſſus ſit ei ſolus vſus domus, & habetur l. 1. ff. de vſu & habitatione, & §. ſi cui. Inſtit. titulo eodem, & habitatio hęc ſolùm finitur morte eius, cui conceſſa eſt, vt habetur l. habitatio. & leg. cum antiquitas. C. de vſufructu & habitatione, l. ſi habitatio. ff. de vſu & habitatione, & l. legatũ. ff. de capitis diminutione, & tradit Syluest. verb. vſus in princ. & Molina. vbi ſupra tract. 1. diſp. 5. in fi.

Secũdo colligitur quænam ſit differentia inter vſũfructuariũ proprie, (qualis eſt ille, qui vsũ fructũ rerũ vſu non cõsũptibiliũ habet) & vſumfructuarium improprie, (qualis eſt vſumfructum ſolũ rerum vſu conſumptibilium habens) quod vſufructuarius proprie dominium non habet rerum, quarum eſt vſusfructus, ſed earũ rerum dominiũ manet apud proprietarium, vſufructuarius, verò tantũ hẽt ius vtendi, ac fruendi illis, vnde fit, vt ſi abſque culpa vſufructuarij pereant, non ipſi, ſed proprietario pereant. Atque ita cui conceſſus eſt vſusfructus pecorum, & armentorum aliquorũ in particulari, loco demortuorum nullũ ſubſtituere tenetur, dummodo ſine culpa ſua pereant; At verò vſufructuarius improprie rerũ ſibi traditarũ dominiũ acquirit, ita vt finito tempore vſusfructus reddat non illas, ſed illarũ æſtimationem, quare ſi tempore vſusfructus pereant, vſufructuario pereunt, vnde in earum rerũ conceſſione, quæ vſu non conſumuntur cautionẽ reddere ſolet & tenetur vſufructuarius, quod vtetur illis boni viri arbitrio, hoc eſt, vt vir bonus re propria vteretur, & frueretur. Quod ſi vtendi, & fruendi modum excedat, & res, quib. fruitur, pereant, aut deteriores fiant, tã in foro interiori, quam exteriori damnum reſtituere tenetur. Dr̃ autem modum excedere, qui rem, qua vtitur, ad vſus indignos transfert, v. g. qui domum habitationis vertit in ſtabulum iumentorum, aut in ſtabulo inſtituit piſtrinum, aut ſeruum honeſtæ condõnis deiicit ad vilia miniſteria, aut cibum, aut veſtitum pro dignitate illi denegat. l. æquiſſimam, & l. ſed etſi. ff. de vſufructu. Item cautionem reddere tenetur, quod tranſacto tempore vſusfructus, reſtitueret eiuſmodi res, quales tunc ſuperfuerint. Sic expreſſe in l. ſi cuius. & l. ſeq. ff. de vſufructu. & l. 1. & ſeqq. ff. Quemadmodum vſufructuarius caueat, & l. 2. & ſeq. ff. de vſufructu rerum, quę vſu conſumuntur. c. fi. de pignorib. & l. 1. & 4. C. de vſufructu. & l. pen. C. vt in poſſ. l. Eodem modo, cui conceſſus eſt vſusfructus rerum vſu conſumptibilium, quarumque dominium in eum tranſit, tenetur reddere cautionem, quod tranſacto tempore vſusfructus ſibi conceſſi, illarum rerum æſtimationẽ reddet, vt ibidem habetur. Vbi autem fructuarius talem cautionem ſatiſdare non poteſt, quia v. g. eſt pauper, eaq; de cauſa fideiuſſorem non inueniat, ſi non ſit perſona ſuſpecta, ſatis erit cautio iuratoria, ſin verò fuerit perſona ſuſpecta, ſequeſtrabuntur bona, quæ nõ ſunt vſu conſumptibilia apud aliquem, de cuius manu vſumfructum ſumat, ex Bartol. in l. vſusfructus. C. de vſufructu. & Panorm. in cap. vlt. de pignorib. num. 6. vſumfructum autem rerum vſu conſumptibilium perſonæ pauperi, & ſuſpectæ, nemo prudens concedere ſolet.

9 Tertio colligitur, quid dicendum ſit de refectione, adminiſtratione, & expenſis faciendis ab vſufructuario de rebus, quæ non conſumuntur vſu, verbi gratia, conceduntur alicui pecora, aut alia animalia gregatim, tenetur fructuarius conſeruare, & reſtituere integrum numerum ſibi traditum, tot reſtituendo, quot accepit, ita vt ſi aliqua pereant, totidẽ capita ex fœtibus loco demortuorum ſubſtituat. Dixi, quando ſunt ei gregatim conceſſa, quia ſi conceſſus ei fuerit vſusfructus ſingulorum in particulari, nullum alium demortuorum loco ſubſtituere tenetur, dummodo perierint ſine culpa ſua l. vetus. & duabus ſeqq. ff. de vſufructu. & §. in pecudum. cum ſeqq. inſtit. de rerum diuiſione. Item conceditur

ditur alicui vinea,loco vitium, & arborum demortuarum tenetur fructuarius alias plantare,niſi tempeſtate, aut alio infortunio, abſque ſua culpa deiectæ,aut deſtructæ ſint,leg. arbores, ff. de vſufructu. Cum enim ipſimet vſufructuario commiſſa ſit bonorum illorum adminiſtratio, & poſſeſſio,atque adeo tanquam procurator proprietarij habendus ſit,ad illum pertinet curare vtilitatem, & conſeruationem rerum illarum,alioquin tanquam negligens damnum ſuperueniens reſtituere tenebitur.l. 1.ad fi.& l.2.ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. Vnde proprietarii nomine agere poteſt in iudicio, quicquid ad rei vtilitatem, & conſeruationem pertinet. Item cum vſufructuarius vtilitatem rei conceſſæ percipit,tenetur ad expenſas, & ſumptus modicos pertinentes ad refectionem rei,qua fruitur. Dixi,Modicos,quia ad ſumptus magnos, aut ad eos,qui ad perpetuam rei vtilitatem ſpectāt, non tenetur. Vnde ſi maiores ſumptus expendat ad refectionem illius rationabiliter, & vtiliter,aut aliquid impendat in lite ad rem,qua vtitur,vindicandam a poſſeſſore illius iniquo,vel ad illam defendēdam, datur ei actio repetendi iſta a proprietario.l. vſufructu legato.& l. Hactenus, ff.de vſufructu,& l.eum ad quem,Cod.eod.tit. Tenetur tamen vſufructuarius ad ſoluendum tributum pro re illa, qua fruitur,ſi quod ſoluendum erit,vt habetur in l.vſufructu relicto,ff. de vſufructu.

10 Quarto colligitur,quod licet proprietarius abſque vſufructuarii conſenſu rei dominium, & proprietatem vendere poſſit, vt conſtat ex l. locum.ff. de vſufructu.& ex l.verb.Cod.tit.eod. vſufructuarius tamen abſq; licentia proprietarii vſumfructū in alium transferre nequit, titulo donationis,venditionis,aut alio modo, ita vt alter maneat vſufructuarius rei cum eo iure,quod habet, immo attentando hoc facere,ſtatim amittit vſumfructum,& acquiritur proprietario, vt habetur in l.ſi vſuſfructus.ff.de iure dot. Ratio eſt,quia de ratione vſuſfructus eſt,quod ſit ius vtendi,& fruendi nomine proprio, quo modo intelligenda eſt definitio vſufructus aſſignata. Quia verò ius ad vſum,vtilitatem,& fructus rei percipiendos non eſt vſuſfructus, ſed ius quoddam ab vſufructu diſtinctum, ideo hoc ius locatione,venditione, aut alio quouis titulo concedere poteſt alteri abſq. facultate,& conſenſu proprietarij,vel ad tēpus,vel ad perpetuum eo modo, quo ipſe ius habet ad vtilitatem. In quo tamen caſu manet vſuſfructus in eo, in quo antea fuit,impeditus tamen,quoad actum vtendi, & fruendi, propter translationem iuris ad vtilitatem in alium. Exempli gratia, Beneficiarius qui ius habet ad decimas percipiendas nomine proprio,illud in laicum trāſferre nequit,vt conſtat ex cap.quamuis. & c.prohibemus,de decimis.& tamen decimas laico vendere,aut donare,aut locare poteſt,conferendo illi ius recipiendo eas ſibi,non nomine proprio,ſed nomine ipſius beneficiarij,vt colligitur ex cap.veſtra.de locato. Hoc autem ius,quod conductor aut emptor decimarum beneficij habet, alterius rationis eſt à iure ipſius beneficiarii. Vnde quando vſufructuarius vendit rem illam alicui tertio, cuius proprietas ad alium ſpectat,non cenſetur vendere rem,aut vſumfructū, niſi aliunde contrariū aperte conſtet, ſed ius ad vtilitatem, quam in ea re habet,vt late & docte tradit Couar.lib.1.variar.reſolut.c.8.nume.7.poſt alios multos,quos refert. Et de hoc iure ad vtilitatem ſolùm percipiendam,quod ab vſufructu eſt diſtinctum,intelligi debent l. arboribus,& l.vſuſfructus.ff.de vſufruct.& Inſtit.de vſu & habitatione.in princ.verſic.vltimo.quatenus affirmant, vſufructuarium locare,vendere,ac donare poſſe, ad quod habet ius, quod vſuario nudo denegatum eſt. Ex quibus etiam conſequitur,quod cum vſufructuarius concedendo alteri tale ius non trāſferat in illum vſumfructum, inde eſt quod vſuſfructus non morte illius,in quem ius illud ad vtilitatem rei trāſfert, ſed morte ſola ipſiuſmet vſufructuarii ceſſat. Vnde ſolus vſuſfructuarius tenetur proprietario rei prædictas cautiones facere, ſoluſque ipſe agere poteſt in iudicio,quæ ad rei vtilitatem,& conſeruationem proprietatis ſpectant,non verò is, in quem ius ad vtilitatem tranſtulit.

11 Quinto colligitur,vſumfructuarium effici dominum fructuum rei,cuius habet vſumfructum,duntaxat,quando illos percepit, cum enim ſint vnum cire,cuius habet vſumfructum, antequam illos percipit,v.g.poma colligit,aut vuas, &c.dominium eorum pertinet ad dominum & proprietarium rei,ſ. vineæ,& arboris,quæ fructus illos in ſe habet. Quare ſi vſufructuarius moriatur,pertinent ad proprietarium,& non ad heredes vſufructuarii,vt habetur Inſtit.de rerum diuiſione.§.is vero; Habet tamen vſufructuarius interim, dū perſeuerat tempus vſuſfructus,ius ad fructus illos percipiendos,& faciendos ſuos,quando percipiet,adeo vt ſi interim furto tollantur, poterit vſufructuarius agere contra furem, eo quod ius ad fructus ſuo tempore percipiendos habet,vt habetur in l.ſi fur.ff.de vſufructu. Non tamē habet vere dominium fructuum ſic ablatorum, quouſque illi reddantur,aut alius eos ipſius nomine colligat,& decerpat,vt in d.l.ſi fur. habetur. Fructuū autem nomine in hac materia intelliguntur tria, primo,quicquid vtile prouenit ex re. Secundo,quicquid prouenit ex re ad voluptatem pertinens,& ita concedi poteſt vſuſfructus in rebus ſolùm deſeruientibus ad voluptatem honeſtam,& ciuilem. Tertio, quicquid prouenit ex re ad ornamentum & oſtentationem pertinens. Habuit autem vſuſfructus ortum ex hoc (vt id breuiter explicemus) quod aliqui certis quibuſdam perſonis relinquere voluerunt aliqua ad victum,& cultum neceſſaria,& ita ex teſtamento legabant vni vſumfructum rei, alteri verò proprietatem rei, vt ille, cui legabatur vſuſfructus rei, haberet, quod ſibi ad cultum, & victum ſufficeret.

12 *Vltimo* explicanda eſt *poſſeſſio*, quidnam,& quotuplex ſit, cum hæc ad perfectionem & cōplementum dominij ſpectet. Accipitur autē poſſeſſio duobus modis, vno modo materialiter, hoc eſt, pro obiecto,ſeu re ipſa,quæ poſſidetur, præſertim ſi ſit immobilis, vt domus, ager, vt conſtat in l.interdum.ff.de verb.ſign.quæ acceptio nihil ſpectat ad præſens noſtrum inſtitutum. Alio modo formaliter,ſcilicet pro forma,ſeu re,a qua homo denominatur poſſeſſor, & res aliqua poſſeſſa dicitur, quo ſenſu agendum eſt de poſſeſſione in ſequentib. De vocis huius etymologia varie loquuntur Doctores, vt videre eſt apud Couar.in rub.de teſtamentis. p.1.nu.2.& in reg.poſſeſ.in prin.p.2. de re.iu.in 6.

Conradum de contractib.q.4.concl. 3. Lud. Molinam de iuſtit.tract.2.diſp.12. & alios, in l.autē prima, in prin.ff.de acq.poſ. Paulus Iuriſconſul.ex Labione deducit, a pedum poſitione, eo quod illo actu maxime acquiri ſolet rerum immobilium, quæ præcipuæ ſunt, poſseſsio, vt colligitur ex l.3.in prin.ff.tit.eod. Alciatus autem non a pedibus, ſed a ſedium poſitione deduci poſseſsionem exiſtimat, libro 1. diſpunct.c.1.

Ceterum vt res hæc melius explicetur, aduertendum eſt, hoc nomen, poſſidere, latisſime patere, dicimus enim poſsidere vitam, ſcientiam, &c. in quibus neque eadem videtur ratio poſsidendi, neque via & modus obtinendi poſseſsionem. Vnde Iuriſtæ ſolum de poſſeſſione rerum immobiliũ diſputant, in eiuſque definitione ponunt, quod ſit rei corporalis detentio, & apprehenſio, a Theologis tamen latiori ſignificatione accipitur, prout latius ſine dubio ſumenda eſt, vt totam iuſtitiæ latitudinem explicemus. Rurſus cum poſſeſsio ſignificare poſſit, vel ipſam acquiſitionem poſſeſſionis, per quam.ſ. fit poſſeſſor, qui ante non erat, vel id quod ceſſante illa actione quaſi permanenter durat, & denominat poſſidentem, Iuriſtæ fere tantùm explicant illud primum; Theologi verò magis in hoc ſecundo explicando laborant.

13 Atque vt hæc, quæ noſtro inſtituto conducunt, exactius declarentur & poſſeſſionis natura manifeſtari poſſit, breuiter diſcurrere oportet per res ſingulas, quæ in poſſeſſionem veniunt. Poſſunt autem bona, quæ poſſidentur, ad tria capita reuocari, quædam enim ſunt bona corporis, vt vita, ſalus, membra; quædã ſunt bona animæ, ſeu ſpiritualia, vt virtutes, ſcientiæ, gratia, &c. quædam bona fortunæ, quæ etiã adhuc ſunt triplicia, ſ. fama & honor; Res corporales exteriores, & quædam bona quaſi media, vt ſunt iura quædam, quæ a Iuriſtis incorporalia vocantur. In bonis igitur corporis, nihil aliud videtur eſſe eorum poſſeſſio, quam ipſa realis inhærẽtia, ſeu coniunctio cum ipſo poſsidente, poſsideo.n. vitam, quia mihi ineſt. Et idem fere eſt de bonis ſpiritualibus & animæ, is enim gratiam poſsidet, aut ſcientiam, illam habet inhærentem, vnde communiter his rebus eſſe videtur, vt hoc ipſo poſsideantur, quod ſint, omnis enim poſseſsio ſupponit rei poſſeſſæ exiſtentiam, vt per ſe manifeſtum eſt; Et quia res iſtæ, eo ipſo quod ſint, in nobis inſunt, ideo per ſuammet exiſtentiam poſsidentur. De fama verò ex communi modo concipiendi conſtat, tunc poſsideri, quando reipſa homo in tali exiſtimatione habetur ab aliis. Vnaquæque enim res ita poſsidetur, ſicut haberi poteſt, famam autem non ita habere poſſumus, vt nobis inhæreat, quia ex natura ſua eſt bonum extrinſecum, & proinde ſolum in aliorũ mentibus eam habere poſſumus. In qua tamen re diſtinguenda eſt bona fama a carentia infamiæ, illa.n. ponit bonam exiſtimationem, hæc autem tantum priuat mala opinione, quamuis quia qui malus non cognoſcitur, bonus præſumi debet, moraliter carentia infamiæ bonam famam adiunctam habet, & vtraque bonum temporale eſt, & poſsidetur eo modo, quo eſt, vel non eſt, & vtraque ex effectib. intelligitur. Interdum enim qui talem famam poſsidet, v.g. nobilitatis, fruitur tali priuilegio in Republica. Qui ergo eſt in conſuetudine vtendi tali priuilegio, dicitur poſsidere nobilitatem, quia communiter in ea exiſtimatione habetur. Et idem eſt de carentia infamiæ, nam ſi tali infamiæ adiuncta ſit talis v.g. inhabilitas in Republica, qui non iudicatur ita inhabilis, ſuam famam poſſidere dr. Vnde fit vt ipſa etiam famæ poſſeſſio ſit exiſtentia bonæ opinionis, & vnuſquiſque ius habet eam conſeruandi, & tuendi.

14 In alijs verò bonis fortunæ diſtinguunt Iuriſtæ duo genera rerum, quædam enim ſunt corporales, quædam verò incorporales, Inſtit.de rebus corporal.& incorporal. §. vnico. Corporales dicũtur, quæ ſua natura vel tangi poſſunt, vel ſenſu demonſtrari, vt v.g. veſtis, domus, aurum, argentum, & ceteræ res ſimiles, quæ tangi pñt, cæli verò tangi nõ pñt, at ſenſu demonſtrari poſſunt. Incorporales dicũtur non ſpũales, ſed quæ ſola animi apprehenſione cõprehendi poſſunt, qualia ſunt iura quædam ad res corporales. Quamuis enim ius ſæpe numero ſit ad ad aliquid corporale, ipſum tamen ius in ſe, quia tangi nequit, ſed intellectu percipitur, res incorporalis dr, vt hæreditas, vſusfructus, ſeruitutes prædiorum, &c. Antequam enim hæres hereditatē adeat, hoc eſt, illam acceptet, aut exprimit ſe velle eſſe hæredem, habet ius ad bona defunctorum; eo vero ipſo, quod illam adit, comparat eorũ dominium. Ius ergo illud, quod ad bona defuncti habet, & a quo hæres denominatur, dicitur, & denominatur hæreditas, quæque inter res incorporales cõputatur. Item vſusfructus id eſt, ius vtendi & fruendi re alterius, & vſus, id eſt ius vtendi tantum re alterius, inter res incorporales connumerantur. Item iura in prædia tam vrbana, quam ruſtica, horũ, quibus reſpondent ſeruitutes ex parte eorundem prædiorum, inter res incorporales computãtur, vt v.g. ius viæ per agrum alienum, ius mittendi ſtillicidium vel cuius domus ſuper alienam domum, aut aream, & alia ſimilia. Item beneficium eccleſiaſticum, id eſt, ius ad percipiendum decimas, ac reditus, ratione officij, ac muneris eccleſiaſtici. Commenda etiam, id eſt, ius ad recipiendos eos reditus eccleſiaſticos, qui commendis deputantur; Cathedra, id eſt, ius ad docendum, recipiendumque ſtipendium ei muneri præſcriptum; Ius patronatus, id eſt, ius ad eligendum, & præſentandũ ad beneficium eccleſiaſticum, & alia ſimilia iura, res incorporales dicuntur. Dicunt igitur res corporales abſolutè poſſideri, incorporales verò non poſſideri, ſed quaſi poſſideri, in l. ſeruus, ff. de acquirendo rerum dominio. & capi.cum eccleſia Sutrina. & ibi gloſſa in verb.quaſi poſſeſſionem. De cauſa poſſesſionis & proprietatis, nos tamen latius nomine poſſesſionis vtimur, & ita ſe habet communis modus loquẽdi, vt omnia iſta dicantur poſsideri; & quoad forum internum, & debitum iuſtitiæ ſpectat; eadem eſt in omnibus ratio. In his igitur omnibus rebus, nihil aliud eſt illas poſsidere, quam ita illas apud ſe habere, vel ius in ipſis, vt abſque impedimento exercere valeat, & ſoleat actiones, ad quas referuntur, & ordinantur, vt v.g. dr poſsidere quis ius eligendi, quia habet conſuetudinem id faciendi ſine obſtaculo; & idem de ſimilibus. In rebus verò corporalibus ille propriè poſsidere dicitur, qui ita habet apud ſe rem, vt nomine ſuo illam teneat, & ad illam pertineat adminiſtratio, gubernatio, & cuſtodia,

ſtodia, ut colligitur ex l.3.§.2.ff. de acq.poſſeſ. unde ad hanc poſſeſſionem retinendam non eſt neceſſe, vt ſemper actu intercedat aliqua actio corporalis, qua res ipſa teneatur, licet fortaſſis initio anteceſſerit, ſed ſufficit moraliter habere apud ſe, quod magis pendet ex communi exiſtimatione, quam ex aliqua re phyſica, & bene explicari poteſt per illã habitudinem ad rei adminiſtrationem. Dixi autem *nomine ſuo proprio*, ſi quis enim nomine alterius rẽ teneat accommodatam, v.g. vt locatam, non dicitur poſſidere, ſed alius per ipſum.

15 Ex quibus omnibus colligi poteſt hæc ratio, ſeu definitio poſſeſſionis in communi, *Quod ſit habitudo quædam ſeu facultas moralis, aut phyſica, per quam cenſetur quis ita rem apud ſe tenere, ut ratione eius ad eum pertineat uſus, uel adminiſtratio rei*. Quæ definitio ſatis patet ex dictis, ad quam etiam accommodari poteſt illa, quam tradit Barth. l.1. in prin. ff. de acq.poſſeſ. in hunc modum, *Eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri*. Quam definitionem Iuriſtæ communiter ſequuntur. Per illam vero particulam, *Inſiſtendi*, intelligere videntur vt debeant eam habitudinem in ordine ad rei adminiſtrationem, vt diximus. Quod verò dicatur, Ius, quibuſdam nõ placet, vt Lud. Molinæ de iuſt. tom.1. tracta.2. diſp.17. in fi. eo quod datur etiã poſſeſſio iniuſta, qui enim iniuſte poſſidet, vere poſſidet, & tamen non hẽt ius ad inſiſtendum rei, quam poſſidet, ſed is, qui a poſſeſſione deiectus eſt iniuſte, & qui reuera non poſſidet. Vnde dicunt poſſeſſionem non eſſe ius inſiſtendi, ſed inſiſtentiam ipſam, quæ tamen vix explicari poteſt niſi per habitudinem aliquam ſeu, facultatem moralem, quæ proinde habebit rationem iuris. Vnde vt hoc conueniat poſſeſſioni iniuſtæ, exponi poteſt de iure vero, aut putatiuo; & certe poſſidet, licet iniuſte, etiamſi non habeat ius reſpectu illius, cui fit iniuria, habet tamen reſpectu aliorum, a quibus non poteſt ab eo res illa auferri, immo etiã & quodammodo reſpectu veri domini, a quo non poteſt ſaltem per vim a poſſeſſione rei deijci, ſed ꝑ viam iuſtam, & ideo habet ius, vt poſſit, ac etiam vt debeat rem illam, quamdiu apud ſe habet, debite adminiſtrare & cuſtodire. Additur, *Non prohibita poſſideri* aliquãdo enim acquireret aliquis per actionem aliquam ſufficienter poſſeſſionem rei, niſi ius refragaretur, & diſpoſitione aliqua impediret, ne per talem actionem poſſeſſionem acquireret, vt v.g. laicus iure poſitiuo incapax factus eſt poſſeſſionis loci ſacri, l. qui vniuerſas, §.1.ff. de acq.poſſ. quare eo ipſo, quod locus, quem laicus poſſidebat, ſacer eſt effectus, amittit laicus poſſeſſionem illius, adeo vt etiamſi locum illum ſacrum corpore & animo habendi illum, vt ſuum, de nouo occuparet, non cõparat poſſeſſionem illius.

Alias definitiones ponunt Hoſtienſis in ſumma, & Azo. C. de acq.poſſ. & Sylu. in verb. dominium, q.2.nu.3. & verb. poſſeſſio. Conradus de contractibus. q.4. concl.3. ſ. Poſſeſſio eſt rei corporalis detentio, corporis, & animi, iuriſq; adminiculo. vbi nomine detentionis, intelligitur omnis apprehenſio, quæ ex iuris diſpoſitione ſufficiens eſt ad poſſeſſionem comparandam. Dicitur, rei corporalis, quia rerum incorporalium, vt iurium, & ſeruitutum, non eſt proprie poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio, vt ſupra dictum eſt, eo quod nõ per ſe, ſed per aliquid reale, & corporeum apprehendantur. Vnde Couarruuias hanc particulam a definitione poſſeſſionis excluſit in reg. Poſſeſſor. par.2. in initio. num.1. & illã Bartholi ſolùm admittit ibid. num.2. Tunc autem apprehenditur *Res corporalis*, quando accipitur manibus, ſi ſit res corporea mobilis; aut pedibus inceditur, ſi ſit immobilis, hi namque ſunt naturales, præcipuique actus, quibus poſſeſſio comparatur. De qua re plura dicemus infra, cum de acquiſitione dominij agemus, vbi etiam reliquas particulas explicabimus.

16 Aliam definitionem ponunt Theologi recentiores, ſcilicet, *Poſſeſſio eſt ius ortum ex uoluntaria, & iuſta rei detentione per actum externum firmatum, interueniente iuris adminiculo*. Sic Michael Salon ante q.62. in q.1. art.1. tract. de dominio. & Dominicus Bannes in præambulo de dominio. q.1. Dicitur, voluntaria, quia per liberum arbitrium hõ poſſidet. Sed quia voluntas niſi manifeſtetur externe non ſufficit ad poſſeſſionem, additur, actus externus, voluntatis explicatiuus. Sicut in poſſeſſione domus acquirendi ſolent homines claudere, & recludere fores. Huiuſmodi autem actus ſolent iuris adminiculo & diſpoſitione confirmari. De qua re alibi latius agemus.

17 Poteſt autem poſſeſſio variis modis diuidi; Et quidem diuidi poteſt primo, in *ciuilem tantum*, vel in *naturalem tantum*, vel in *ciuilem, & naturalem ſimul*. Dr autem quis *naturaliter tantùm* poſſidere, qui rem ab altero ciuiliter poſſeſſam, animo ſibi retinendi actu corporeo occupat: nam quamdiu per ius ciuile alter a ciuili poſſeſſione non cenſetur cadere, hic intruſus non cenſetur ſimpliciter poſſidere, ſed cum addito, ſeu ſecundum quid, id eſt, naturaliter tantum. Vt enim habetur in lege poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq.poſſ. Si quis rem aliquam immobilem poſſidebat, ab ea diſcedat, vt v.g. quia ad nundinas proficiſcebatur, interimque alius animo poſſidendi eam occupet, ſane is, qui ita diſceſſit, amiſit diſceſſu ſuo poſſeſſionem naturalẽ, quam alius per ingreſſum in eam vacuam animo illam poſſidendi comparauit, poſſeſſio tamen ciuilis remanet apud eum qui diſceſſit, quouſque reuertens in poſſeſſionem naturalem, non admittatur, vel ſuſpicans, ſe non admittendum, nec præualiturum aduerſus eũ, qui naturaliter eam poſſidet, ab illa aggredienda, & occupanda deſiſtit, eo enim ipſo, quod vel aggrediens poſſeſſionem naturalem, in eam non admittatur, vel ab ea aggredienda, putans ſe nec admittendum, nec præualiturum deſiſtat, cenſetur deiectus a poſſeſſione ciuili, iſque, qui antea ſolũ poſſidebat naturaliter, incipit etiam poſſidere ciuiliter, tametſi iniuſte, & vi. Ex quo exemplo patet, quid poſſidere ciuiliter tantum. Is enim dicitur poſſidere ciuiliter tãtum, qui poſtquam illam naturaliter, ſeu iure apprehendit, ab ea diſcedit nullam actionem naturalem exercens circa illam. Vt quando quis diſcedens corpore a re, quam poſſidet, animo actuali, aut quaſi habituali, etiam dormiens, & nihil de poſſeſſione cogitans, inſiſtit in poſſeſſione rei. Quamdiu enim vel voluntate propria a poſſeſſione deſiſtat, nolens amplius rem poſſidere, vel iuxta diſpoſitionem iuris, deiectus ſit a poſſeſſione, etiamſi dormiat, abſens ſit, & nihil de re cogitet, in poſſeſſione ciuili tantum perſeuerare dicitur

tur, vt patet in exemplo allato. Is verò *naturaliter, & ciuiliter ſimul* poſſidere dicitur, qui & actu apprehendit, & contrectat rem, & ſecundum ius ſufficiēter illam retinet.

Et ex his tribus modis poſſidendi, *naturalis, & ciuilis ſimul*, eſt perfectiſſimus, vt patet, & qui maxime ſufficit ad effectus poſſeſſionis iuſtę, paulo poſt explicandos. Ceterum an ſint vna tantū poſſeſſio, qualitate tantū differens, vt putat Couar. in Regu. poſſeſſor. par. 2. in principio. nu. 4. 5. vel duæ ſubiecto abinuicē ſeparabiles, vt ex proxime dictis eſt manifeſtum, prout docent cōiter iuriſtæ, ſeu potius dici poſſit vna, & duplex, diſtincta ratione, diuerſoque reſpectu, ita ſcilicet, vt ſint duæ, quando ſunt in diuerſis numero ſubiectis, vt in exemplo allato videre eſt, vna vero totalis ex vtraque conflata, quando in vno ſubiecto coniunguntur, vt cenſuit Molina vbi ſupra tract. 2. diſp. 12. (tunc. n. quamuis dupliciter rem illā poſſidet, hoc eſt, ciuiliter, & naturaliter, non tamen dici ſolet habere duas poſſeſſiones, ſed vnam totā, ac perfectam) parum huic noſtro inſtituto conducit.

Ciuilis etiam poſſeſſio ſimpliciter perfecta eſt, & de qua potiſſimū ratio habetur in iure, & quæ præſcriptionē inducit, & a qua dicitur quis ſimpliciter poſſidere, quamuis a naturali ſolū ſeparetur, tū quia eſt iuridica, & moraliter manet eadē, tum quia impoſſibile fere eſt ſemper rē naturaliter poſſidere, quia eo ipſo quod quis dormit, aut abſens eſt a re aut de re non cogitat, non poſſidet hoc modo phyſico. Vnde in exemplo ſuperius allato in medio illo tempore, quo vnus ſolū poſſidebat naturaliter, & alius ſolū ciuiliter, is ſimpliciter cenſendus erat poſſidere, qui ciuiliter tantū poſſidebat, non autē qui naturaliter tantū poſſidebat, vt diximus.

At vero *Naturalis* poſſeſſio tantū eſt omnium imperfectiſſima, niſi aliquo ciuili iure adiuuetur, quia alias eſt iniuſta, & non confert ius ſimpliciter, nec eſt ſufficiens ad præſcribendū verum rei dominiū, etiamſi ea veri dominii animo capiatur, etenim cōtingere non pōt vſucapio interim, dū abſens habet ciuilem. Præſcriptio enim incipit ab eo die, quo abſens ciuilē amiſit, quemadmodū glo. & omnes in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſ. glo. ſingul. in l. 1. verſic. præſcriptionē. Cod. de ſeru. fugit. vbi Iaſon. & DD. Panor. & Felin. nu. 6. & 7. in cap. vigilanti. de præſcript. idē Abbas conſil. 62. lib. 2. Dynus optime in reg. ſine poſſeſſione. col. vlt. adnotarunt. Cū tamen ciuilis poſſeſſio ſola ad veri dominii præſcriptionē ſufficiat, vt not. in l. 1. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. Serui. §. vlt. ff. de furtis. & in l. in acceſſionibus. ff. de diuerſ. præſcript. Dynus in d. reg. ſine poſſeſſione. nu. 29. Barth. in l. 1. nu. 8. ff. de acquir. poſſeſ. & Bald. in vl. par. 3. partis princ. Couar. in reg. poſſeſſor. par. 3. initio. nu. 7. de reg. iur. in 6. Lud. Molina to. 1. de iuſtitia. tract. 2. diſp. 12. quorum opinio cōmunis eſt in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda poſſeſſione.

Altera poſſeſſionis diuiſio eſt, quod poſſidet aliquid *per ſe ipſum*, vel *per alium*, qui ipſius nomine poſſidet, ſiue is ſit procurator, ſiue ſeruus, ſiue filius, aut quicūq. alius. Quæ videtur eſſe ſubdiuiſio poſſeſſionis naturalis, nam ciuiliter vnuſquiſque per ſe ipſum poſſidet, nā ad eum transfertur ius poſſidēdi, & facultas circa rē poſſeſſam, naturaliter verò interdū poſſidet quis per ſeipſum, vt patet, interdū verò per aliū, vt locator, per ſeipſum poſſidet ciuiliter, & per colonū, aut inquilinum, naturaliter, vt habetur l. 2. §. quod ſi ſeruus. & §. ſaltus. ff. de acquir. poſſeſ. Item per depoſitariū, commodatariū, & vniuerſin per eū omnem, qui rem tenet, & non poſsidet, dicitur quis naturaliter poſsidere; vt habetur Inſtit. de interdictis. §. poſsidere. Ratio eſt, quia illa actio poſſeſsiua poteſt per aliū etiam exerceri. Ex quo obiter materia de præſcriptione intelligitur, an vſufructuarius, emphyteuta, feudatarius, & alii ſimiles dicendi ſint poſsidere rem, cuius habent vſumfructum, dominiūve vtile, an verò ſolus proprietarius, & qui habet dominium directū, ſit, qui per eos poſsidere dicatur. Dicēdum eſt enim proprietarium ſolum poſſidere ciuiliter, quia apud illum manet poſſeſſio ciuilis, vnde nec fructuarius, nec emphyteuta, nec feudatarius præſcribere poteſt proprietatem, eo quod ſine ciuili poſſeſſione eius rei, ſiue corporalis, ſiue incorporalis, quæ præſcribenda eſt, nulla ratione præſcribi poſſit; alias verò id eſt fructuariū, emphyteutam, & feudatariū poſsidere naturaliter nomine proprio rem emphyteuticam, eo quod illius habeant dominiū vtile, quod ſatis eſt ad poſſeſsionem naturalem rei, habēt iſti ius vtendi, & fruendi illa re, illiſque conceduntur remedia poſſeſſoria, vt colligitur ex l. vltima, ff. vti poſſid. & etiā præſcribere poſſunt dominiū vtile & ius vtendi rebus, quarū ſunt vſufructuarii, ſecus autem quoad præſcriptionem dominii, directi, vt diximus.

20 *Rurſus* diuiditur poſſeſſio in *iuſtam* & *iniuſtam*, iuſta requirit iuſtum titulū, iniuſta vero caret illo. Vbi aduertendum eſt, aliquando poſſeſſionem eſſe iuſtam reipſa, & etiam in conſcientia, ſeu bona fide, & hæc eſt omniū perfectiſſima; aliquando autem poteſt eſſe iniuſta ex defectu vtriuſque: aliquādo vero poteſt eſſe iniuſta in re, ſed iuſta ex bona fide, a qua denominatur cōmuniter bonę fidei poſſeſſio: aliquando autem poteſt in re, ſeu materialiter eſſe iuſta, & tamen ex conſcientia erronea iniuſta, quando ergo iura, vel leges loquuntur de iniuſtis poſſeſſionibus, intelliguntur præcipue de iis. quæ ſunt omni modo iniuſtæ, quāuis etiam interdum ſe extendant ad iniuſtas poſſeſſiones ex mala fide, vel ex malo modo, vt in cap. *Eum qui. de præbend. in 6.* vbi iniuſte ſe intromittens in beneficium curatū, aut vi tentās illud poſſidere, etiamſi aliàs exiſtimaretur habere titulū, ipſo iure priuatur beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat, de qua re legendus eſt Couar. libro tertio variar. reſolutio. capitulo decimoſexto, numero ſeptimo & octauo. Aliæ diuiſiones Iuriſtarum, quibus diuidunt poſſeſſionem iniuctam in eam, quæ fit vi, aut clam, vel per preces, & ſimiles, nihil ad noſtrum præſens inſtitutum ſpectant, quia hi modi iuris rationem non variant, quod ad conſcientiam attinet.

Ex hactenus autem dictis intelligitur, quinam ſint effectus & fructus poſſeſſionis, duo enim ſunt præcipui; Primus eſt, poſſe præſcribere rem poſſeſſam: Secundus eſt, quod in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. In foro autem exteriori habet aliū ſcilicet, quia poſſeſſor habet vicem Rei, non Actoris, tis, non cogitur ad probandam rem eſſe ſuam, & hic tertius nihil inſtituto noſtro conducit. duo verò priores, qui ad nos ſpectant, proprij ſunt poſſeſſionis iuſtæ, de qua præcipue agitur.

De ſubiecto Dominij, ſeu quænam res dominij capaces ſunt. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Dominandi poteſtas generali quadam ratione etiam brutis conuenit.*

2 *Dominium proprie ſecundum veram Theologorum ſententiam in rebus tantum ratione, & libero arbitrio utentibus reperitur.*

3 *Dominium aſtris, & brutis attributum metaphoricum.*

4 *Dominus verus rerum omnium eſt Deus titulo creationis & gubernationis.*

5 *De Angelorum Dominio incertum eſt, ſolum eos habere actionum ſuarum dominium & eorum bonorum quæ ſunt intrinſeca, certum eſt.*

6 *Genus humanum iure naturali Dominus eſt rerum corporalium ſublunarium.*

7 *Si ſolum ius naturale primamque rerum conſtitutionẽ ſpectemus, non ſolum cõmunitas hominum, ſed quilibet priuatus eſt dominus rerum ſublunarium.*

8 *An quemlibet hominem priuatum, capacem eſſe dominij verum ſit, in quacunque ætate, & ſtatu, & conditione.*

9 *Amentes veri Domini ſuorum bonorum ſunt, ſed non ſemper habent dominium gubernatiuum & adminiſtrationem eorundem.*

Amentia ſuperueniens iuri in re & dominio acquiſito non priuat ipſo facto tali dominio amentem.

Nullus Religioſus in particulari alicuius rei dominiũ proprium habere poteſt ibid.

10 *An ſolus Intellectus, voluntas & liberum arbitrium ſit dominij fundamentum ita, vt non requiratur fides, aut charitas.*

Opiniones aliorum proponuntur, & rationes afferuntur.

11 *Opinio vera, & de fide tenenda quæ.*

Dominium per peccatum mortale non amitti probatur ex ſacris ſcripturis contra Thomam Vualdenſem, & alios.

12 *Fundamentum Dominij eſſe facultatẽ lib. arbitrij, quæ tam in malis quam bonis, paganis & infidelibus, quã Chriſtianis rõne demonſtratur contra Hoſtienſem.*

13 *De Dominio gratifico quod tradunt Ioannes Gerſon, & Conradus periculoſum eſt & temerarium.*

Soluitur argumentum primum ſupra nu. 10. & oſtenditur Deum regna & officia tribuere peccatoribus. ibidem.

14 *Soluitur argumentum Armachani, eiuſque Cõfirmatio diluitur, ſicut etiam opinio Gerſonis & Hoſtienſis.*

1 DOminandi poteſtas generali quadam ratione omnibus agentibus ſuperioribus tribui ſolet, quo modo cœli, & aſtra dominari dicuntur his inferioribus, & ſublunaribus, ex Ariſtot. libro primo Meteor. aſſerente, neceſſe eſſe mundum hunc inferiorem ſubiectũ eſſe lationibus ſuperioribus, vt eius inde virtus gubernetur, communiſque eſt inter philoſophos opinio, cœlos, & aſtra huic mundi dominari, vtpote cui calorem, & virtutem influit, quibus foueatur, ac vegetetur. Vnde nonnulli vt Ioannes Maior in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 2. Conradus in tract. 1. de contract. quæſtio. 3. & aliqui alij ſequuti Gerſonem libro, de poteſtate eccleſiaſtica conſid. 13. voluerunt bruta, & alias res inſenſibiles aliquarum rerum dominia habere. Et quidem bruta habere dominium in pabula, & herbas quibus aluntur, ex eo probant, quod Geneſ. primo, dicitur, *Ecce dedi vobis omnem herbam, vt ſit vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ.* vbi eodem modo traduntur herbæ hominibus, & brutis. Neque ſolum herbis, ſed alijs etiam brutis dominantur; Nam inter apes, eſt vnus princeps, & inter grues vnus dux, quem ceteræ ſequuntur, vt author eſt San. Hieron. epiſto. ad Ruſticum Monachum. 7. quæſtio. 1. cap. in apibus, & pſal. 103. dicitur, *Herodij domus dux eſt eorum*, vbi gloſſa ait, Herodius princeps eſt inter aues rapaces. Inter terreſtria etiam Leo dominari dicitur. Quod autem aliæ res inſenſibiles aliquod etiam dominiu habeant, ex Ariſtotele loco citato probant, & de Sole, & Luna, quod pręſint, id eſt, dominentur dici, ac nocti, colligunt ex illo Geneſ. 1. *Creauit duo luminaria magna, vnum, vt præeſſet diei, alterum, vt præeſſet nocti.*

2 *Communis* tamen & vera Theologorũ ſententia eſt, Dominiũ proprie in rebus tantum ratione, & libero arbitrio vtentibus, reperiri. Sic S. Tho. 2.2. quæſt. 64. artic. 1. & quæſt. 66. artic. 1. Sotus lib. 4. de iuſtitia, quæſt. 1. artic. 2. Franciſcus Victoria in relect. de Indis. lectione. 1. num. 20. Michael Salon. ante quæſt. 62. tractat. de dominio quęſt. 3. artic. 1. Petrus de Arragon. ibidem. Martinus Ledeſm. 2.4. quæſtio. 18. arti. 1. dub. 3. Dominic. Bannes in pręamb. de Dominio quæſt. 1. Gregor. de Valen. to. 3. diſp. 5. quæſt. 10. puncto 1. Ioſephus Angles in floribus 4. ſentent. quæſt. de dominio. artic. primo. difficult. 3. Ludouicus Molina, de iuſtitia. to. primo, tract. 2. diſpu. 1. & diſpu. 18. & alii cõiter. Ratio eſt, quia liberum arbitriũ fundamentũ eſt propriè dominii vt colligunt Doctores ex illo Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrã, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs terræ, & cet.* Quaſi diceret, faciamus hominẽ intellectus & voluntatis capacẽ, & participem, & libero arbitrio præditum, id enim ſignificat ibi nomen *imaginis*, Differt nãque *veſtigium*, vt docent Sancti Patres, maxime Sanctus Auguſtinus. & Baſil. ab *imagine*, quia veſtigium indicat tantum perſonam in cõi, vt cum video veſtigium hominis in puluere, cognoſco hominem illac pertranſiſſe, ſed quis tranſierit, ignoro; At vero imago refert rem in particulari & diſtincte. Vnde quamuis in aliis creaturis ſit veſtigium Dei, quia ex eis deprehenditur eſſe aliqua prima cauſa & ſuprema, qualis autem illa ſit non ita manifeſte indicant, ſicut homo habens Dei imaginẽ, quia indicat, qualis ſit ſua cauſa, nempe quod ſit intellectualis, & liber. *Faciamus ergo*, inquit Deus, *hominem ad imaginem noſtram*, id eſt, intellectualem & liberi arbitrii, vt hic reliquis rebus, quæ noſtra carent imagine, præſit, & dominetur, vnde ſubditur, *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Dixitque Deus; Ecce dedi vobis.*

bis omnem herbam, etc. Et Pſal. 8. *omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, etc.*

Rurſus ſola rationalia ſunt capacia iniuriæ, Ergo & iuris & dominij. Vnde qui beſtias alicuius nõ olum oblectationis gratia, vt in venatione, ſed ẽt abſque vllo emolumento interficiat, nullam illis niuriam irrogat magis, quàm ſi virgultũ de quercu abſque vlla cauſa præcidat, ſed iniuriam ſolum domino animalis, aut plantæ infert. ex S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 1. ad 3. & aliis.

Item dominiũ proprie, vt diximus, eſt ius vtendi libere re ſua; ſed creaturæ irrationales nulla re vti poſſunt libere, vti enim eſt rem aliquam vſurpare referendo illam ad finem aliquem ex cognitione, & electione, vt tradit S. Thomas 1. 2. quæſt. 6. art. 2. ex S. Auguſt. lib. 83. qq. q. 30. In brutis autem non eſt huiuſmodi ordinatio, cũ neque finem cognoſcant, neque ex electione agant, ſed ex mero inſtinctu naturæ. Ergo in illis vere & proprie non eſt dominiũ. Neque huius rei petenda eſt ratio a priori, agimus enim de prima ratione ipſius dominij, quã diximus eſſe ius & facultatem libere rebus vtendi.

Et denique qui ſuarum actionũ dominus non eſt, multo minus aliarũ rerum dominiũ habere poteſt, cum conſtet eũ, qui alteri præeſt, per proprias actiones præeſſe, & dominari, vt patet, præcipiendo, & prohibendo, conferendo, &c. Bruta verò cũ intellectu, & ratione careant, ſuarũ actionum dominium non habent, ſed impulſu, & inſtinctu quodã naturæ mouentur, vt videre eſt apud S. Thomã prima parte, quæſt. 82. artic. 1. & prima ſecundæ, quæſt. 16. art. 2. & quæſt. 17. Ergo nec aliarũ rerum dominium habere proprie poſſunt.

Ex quibus facilis eſt reſponſio ad ea, quæ in contrariũ allata ſunt, Reſpondetur enim huiuſmodi dominiũ brutis, & aſtris attributum improprium, & metaphoricũ dici, vt conſtat: Ideo enim dicitur ſol præeſſe diei, quia ſua præſentia & aſſiſtentia dies conſtituitur, & quod cœlũ, & aſtra agant in inferiora iſta & ſublunaria, non ex aliquo illorum dominio ſuper iſtis prouenit, ſed ex neceſſitate & inſtinctu naturæ, puta, quia eorum influxu inferiora hæc coaleſcunt, fouentur, alterantur, & mutãtur. Dominiũ autem herbarum, cuius ibi mentio fit, non pecoribus, ſed ſolis hominibus conceſſum eſt, dicitur enim, *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram &c* ac ſi diceret, Ecce do vobis herbas ad paſcendũ armenta, pecudes veſtras, ac ſic vobis ſint in eſcã, & vobis ſeruiant. Sic etiam quod de apibus dicitur, ſcilicet, quod habeant regem, & Herodiũ auibus, leonem beſtijs dominari, metaphorice debet intelligi, ratione alicuius naturalis excellentiæ, quæ ita huiuſmodi animalibus conuenit, vt in aliis non reperiatur. Non enim ex aliquo dominio, ſed ex quodã inſtinctu naturæ apis vna præit, reliquuſque exercitus ſequitur, vt conſtat. Sic enim in iſtis vna dominari dicitur per ſimilitudinẽ, ſicut in aliis rebus vna, quæ in aliqua virtute excellit, dicitur alteri dominari, qua ratione vna qualitas dicitur alteri dominari, & elementis vna qualitas prædominari dicitur, quæ omnia non proprie, ſed metaporice dominari cenſentur.

His igitur omiſſis, veritatem hanc aliquibus propoſitionibus explicabimus, quarum

4 *Prima eſt*, Deus rerum omnium creatarum verus Dominus eſt, & altius & eccellentius multo quàm omnis creatura, a quo omne creaturarum dominiũ pendet, tanquam eius participatio. Nam ſicut non poteſt Deus non eſſe creator, & gubernator omniũ, ſi res illæ eſſe debent; ita non poteſt nõ eſſe Dominus omnium rerũ, quæ ſub alicuius alterius dominio cadunt, neque poteſt a ſe tale dominium abdicare.

Accedit præterea quod eius dominiũ ſe extendit ad omnẽ vſum poſſibilem, & ad res omnes etiã vitam tum hominum, tum Angelorum, quã proinde pro arbitratu ſuo poteſt ab eis auferre, abſque cuiuſque iniuria. quod tamen neque creaturis ipſis, quarum eſt vita, conuenit; Dominium autẽ creaturarum certis terminis comprehenditur, nec ad omnes vſus ſe extendit, vt ex iis, quæ inferius dicemus, erit manifeſtum: Deum verò creationis & gubernationis titulo omniũ dominum eſſe, ſcripturæ paſſim demonſtrant, & de fide certum eſſe debet. Hinc pſal. 23. dicitur, *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo*. Et Iudic. 9. dicitur, *Deus celorum, creator aquarũ, & dominus totius creaturæ*. Et Sap. 6. dicitur, *omnium dominator*. Heſter 13. *Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita*. Et ſubdit rationem, *Tu enim feciſti cœlum & terram*. Et Eſa. 44. *Ego Dominus faciens omnia*.

Et quidẽ cum dominium conueniat Deo, quia omnia condidit, omnibus dedit eſſe & conſeruari, & hoc ratione ſuæ naturæ & eſſentia, quæ vna, eademque eſt in omnibus tribus perſonis, conſequenter dominiũ hoc cõe erit illis tribus ex æquo, cum opera trinitatis ad extra omnibus æque cõpetant. Quia vero dominiũ hoc creatoris relationem dicit ad creaturã, inde eſt, quod licet ab æterno omnium rerũ poteſtate Dominus ſit, actu tamen ab initio ſolum creationis rerum Dominus eſt.

Ex eo autem excellentius eſſe dominium Dei conuincitur, quam creaturarũ, tum quia omne dominium earum eſt a Deo iuxta illud Sapien. decimo, *Per me reges regnant, &c.* Sicut enim fons eſt omnis eſſe, ita etiam omnis perfectionis, quæ in creaturis reperitur. Tum quia Angelus non dominatur cordibus hominum, nec homo dominatur elementis, Deus autem omnibus dominatur. Tum quia Angeli, & homines rerum naturas mutare, aut ſola voluntate deſtruere non poſſunt, niſi applicando actiua paſſiuis, Deus autem pro libito rebus omnibus vti, naturas mutare, alterare, immo etiam annihilare poteſt, vnde Sapien. duodecimo, dicitur, *Quis imputabit tibi, ſi perierint omnes nationes, quas tu feciſti?* Vnde Deus figulo, creatura luto in Scripturis comparatur, Eſa. 45 & Roma. 9. poteſt enim figulus ex luto facere, quicquid illi placuerit. Quæ omnia ex ſe manifeſta ſunt, & tradunt authores communiter poſt Sanct. Thomam, 2. 2. quæſtione 66. arti. primo: Nec de hac re vlla poteſt eſſe difficultas. Vnde conſtituunt Doctores hoc diſcrimen inter Dominium Dei, & hominum, quod homo non eſt Dominus Naturæ rerum, ſed vſus tantùm; Deus autem & naturæ, & vſus. Qua de cauſa dicitur ſolus Dominus, non tantùm quia Antonomaſtice Dominus eſt, ſed quia ſolus ipſe Dominus eſt naturæ rerum, atque Dominator.

5 Secunda propoſitio: Quoad Angelos, nihil fere nobis conſtat de illorū dominio, ſolum eſt certum habere eos dominiū ſuarum actionū, & eorum bonorum, quæ in ſe habent intrinſeca; Eorum namque facultas, & vſus in eorum eſt poteſtate, ſunt enim creaturæ intellectuales, & liberæ, per intellectum, & voluntatē operantur. An verò dominiū habeant rerum externarū, ſeu corporalium, non ita conueniunt Doctores, nā Michael Salon in 2.2. tract. de dominio. quæſt. 2. artic. 1. concluſ. tertia, & Petrus de Arragon, eodem tractat. affirmant, Angelos habere dominiū aliquo modo ſupra hæc inferiora, & non tantū ſupra res inanimatas, ſed etiā ſupra homines, tū ſingulos, tum etiā ſupra prouincias integras, & regna. Alij verò vt Sotus lib. 4. de iuſtit. quæſt. 2. artic. 1. Dominicus Bannes in tractat. de dominio. quæſt. 1. Martinus Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. artic. 1. dub. 3. Ioſephus Angles in florib. 4. ſentent. in tract. de dominio. art. 1. difficul. 3. concluſ. vltima. Ludouicus Molina to. 1. de iuſtitia. tractat. 2. diſp. 18. & alij rectius docent proprie non eſſe dominos iſtarū rerū inferiorum; Nunquā enim legitur, dominiū iſtud Angelis eſſe traditū. Ratio etiam eſſe poteſt. Tum quia non indigent his rebus corporalibus ad ſuū vſum; Tum quia per ſe nō habent ordinem ad illa; Tū quia non ſunt principia & cauſæ iſtarū rerum, quare neque natura ſua, neque ex Dei conceſſione videntur habere huiuſmodi dominiū. Quod ſi aliquando legimus in ſcripturis traditam fuiſſe Angelis poteſtatē vtendi rebus corporeis, vt Apocap. 7. vbi de illis dicitur, *Quibus datum eſt nocere terræ, et mari*, vtique intelligendū eſt hoc de vſu miniſteriali, & tanquam exequentes mandatū domini, quod innuitur ibi, *Nolite nocere terræ et mari, etc.* Sic ēt mouent cæleſtia corpora; Et Heb. 2. dicuntur *ſpiritus adminiſtratorij, in miniſterium hominum miſſi, &c.* Et denique quicquid ſit hoc eorū dominium, ſi quod ſit, non pertinet ad obiectum humanæ iuſtitiæ, quo titulo præſertim agimus nunc de dominio, vnde nihil in hoc loco de dominio Chriſti dicendum eſt.

6 Tertia propoſitio: Homo, id eſt, genus humanū iure naturali dominus eſt rerū corporalium ſublunariū. Sic S. Thom. ſecunda ſecundæ q. 66. arti. 1. Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 2. art. 1. Petrus de Arrago. 2. 2. ante quæſtionem 62. tractat. de dominio. Michael Salon ibidem. q. 2. artic. 1. concluſ. 4. Martinus Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. articulo 1. dub. 3. & 4. Ioſephus Angles in floribus 4. ſentent. quæſt. de dominio. artic. primo, difficult. 3. concluſ. 3. Dominicus Bannes in quæſt. 1. de dominio. dub. ſecundo, concluſ. 3. Ludouicus Molina to. 1. de iuſtitia. tracta. 2. de diſpu. 18. & alij. Et colligitur euidenter ex ſcripturis. pſal. 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.* & pſal. 113. *Terram autem dedit filijs hominum, &c.* Gen. 1. *Dominamini piſcibus maris, &c.* & ibidem, *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, &c. & præſit*, ideſt dominetur. & Gen. 8. *Ecce dedi vobis omnia animantia terræ, omnes piſces maris manui noſtræ traditi ſunt, &c.* Ratio eſt, quia cū homo ſit finis omnis creaturæ corporeæ, & ſublunaris, hoc eſt, omnia hæc inferiora a Deo creata ſint propter hominem, vt ei in alimentū, alioſque vſus neceſſarios eſſent, eo ipſo dominū ipſum rerū omnium conſtituit, vt natura ipſa, rerūque ordo & lumen naturale intellectus teſtantur, hoc enim eſt iure naturali hominē conſtitui rerū ſublunarium Dominū, quod etiam dominium naturale ex rerū natura agnoſcit Ariſto. lib. 1. Politi. cap. 5. & cum eo S. Tho. 2. 2. quæſt. 66. artic. 1. Quibus in locis Ariſtoteles docet poſſeſſionem rerū omnium ſublunariū eſſe naturalem, quia omnia facta ſunt propter hominē. Et S. Tho. ideo probat, tum quia homo factus ad ſimilitudinem Dei, cū intellectu & libero arbitrio; Tum quia imperfecta omnia ſunt propter perfecta; Homines autem perfectiores ſunt cunctis rebus corporeis & ſublunaribus. Ergo ſuper illa dominium naturaliter habent.

7 Quarta propoſitio: Si ſolum ius naturale, primāque rerum conſtitutionem ſpectemus, non ſolùm cōmunitas hominum, ſed quilibet homo priuatus, dominus eſt harum rerum ſublunariū. S Martinus Ledeſm. & Molina vbi ſupra. Et Rō euidens, quia rerū diuiſio, & appropriatio, vt infra dicemus, non eſt de iure naturali. Ergo ſtando in tali iure, quilibet homo poterat aliis omnibus rebus ſe vti. Hinc eſt illud cōmune dictū, iure naturæ omnia ſunt cōia, hoc eſt, de iure naturæ non ſunt applicata alicui, ſed quilibet vti poterat qualibet alia re creata ad vſus rationabiles. Illud tamen verum eſt, quod licet ſtatus innocentiæ permanſiſſet, itaque oēs corporeæ hominib. fuiſſent cōes, nullaque rerum dominia inter homines eſſent diuiſa, dona tamen, ſiue corporea, ſiue incorporea ſiue indita a natura, ſiue propria induſtria comparata, quæcunque homini ineſſent, illius eſſent propria quoad dominium vt pulchritudo, artes, ſcientiæ, & id genus alia, immo & honor, & fama proprijs meritis cōparata, quamuis ab alienis ſuppoſiti, quoad opinionem, vel honorem externum penderent, vt rectius Molina diſp. 18. in fine annotauit.

8 Dubium autem eſſe poteſt ex eo, quod diximus quemlibet hominē priuatum capacē eſſe dominii, an id vniuerſaliter verum ſit, in quacunque ætate, ſtatu, & conditione? Eſt autē præcipue difficultas de pueris ante vſum rationis, & de amentibus, nec non de religioſis. Non enim defuerunt, qui negarunt hoc de duobus primis, quia dominiū, vt diximus, intellectum & liberū arbitriū velut fundamentum habet, pueri verò vſu rationis carent, ſicut amētes. Quoad religioſos verò, cū habent vſum rationis, videntur eſſe dominii capaces. His tamen non obſtantibus tria dicenda ſunt.

Primum eſt, Pueri ante vſum rationis Domini ſunt earū rerum, quæ ad ipſos ſpectant. Hoc euidēter probatur ex illo ad Gal. 4. vbi dicitur, *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit DOMINVS omnium.* Item hæres eſt, qui ſuccedit in ius defuncti, & qui eſt dominus hæreditatis l. cū hæres. ff. de diuer. & temp. Item quia bona illa aliquem dominū certū habere debent; Etenim tutores illorum bonorum domini non ſunt, Ergo ipſi infantes. Rurſus ſi quis bona eorum auferret, faceret illis iniuriam, & furtum committeret. Ergo dominium habent illarum rerum. Denique rationales ſunt, & liberum habent arbitrium, quod eſt fundamentum dominij.

9 *Secundum eſt*, Amentes etiam veri domini ſunt

ſuorum bonorum. Hoc eodem modo probatur, quo probatum eſt, pueros vere dominos eſſe. Sic Franciſcus à Victoria in relect. de Indis. ſect. 1. nu. 21. & 22. Michael Salon 2. 2. q. de Dominio. q. 2. art. 1. concluſ. 1. & 2. Dominicus Bannes in prȩambulo de dominio. dub. 2. concluſ. 4. & Lud. Molina de iuſt. tract. 2. diſp. 18. Nec obſtat ratio in contrarium. Quãuis enim non vtantur intellectu, & libero arbitrio, ſatis tamen eſt illos habere has potentias: dominium namque in potentiis fundatur hoc eſt, in eo quod ſecundũ ſe, & ſuam naturam natus quis ſit vti rebus per intellectum & liberum arbitrium, quãuis illud quoad vſum impeditũ ſit. Non enim ad dominium requiritur actualis vſus harum potentiarum, alioquin eo ipſo, quod quis dormiret, rerum ſuarum dominium amitteret, quod eſt abſurdum.

Illud tamen verum eſt, paruulos, & amẽtes perpetuo non habere dominium gubernatiuũ & adminiſtrationẽ ſuorum bonorum, ſed iuſte priuantur tali adminiſtratione, & dantur illis a Republica tutores, qui adminiſtratores ſunt, non domini talium bonorum: cum enim id maxime ſpectat ad bonum cõe Reipublicæ, rectè Reſpublica leges iuſtas tulit, quæ priuẽt illos eorum adminiſtratione & gubernatione; retinent tamen penes ſe dominiũ herile & ciuile ſuorum bonorum.

Hinc fit, quod amentia ſuperueniens iuri in re, & dominio acquiſito, non priuat ipſo facto tali dominio amentẽ, etiamſi amentia fuerit perpetua. Vt verbi gratia, ſi quis electus Rex, aut inſtitutus Epiſcopus poſtmodũ incidat in amentiã, Rex, & Epiſcopus manet. Ceterum amentia illa ſufficiens eſt ratio, vt deponatur amens. Quare Caietanus to. primo opuſcul. tract. de poteſtate Papæ. capit. vlt. Dominicus Bannes, & Michael Salon locis proximè citatis docent, quod ſi Papa incideret in amentiam perpetuam, deponendus eſſet, cum mortuus eſſet vita rationali, ita vt Eccleſiam Dei bene adminiſtrare non poſſet, nec aliquid conſtituere valide, vt conſtat.

Tertium eſt, Nullus Religioſus in particulari alicuius rei dominium proprium habere poteſt, vt habetur in cap. cum ad Monaſterium. de ſtatu regular. vbi ſummus Pontifex ait, quod *Abdicatio proprietatis ſic eſt annexa ſtatui Regularium, vt in ea Papa diſpenſare non poſſit*. Vnde quãuis facere poſſit de monacho non monachum, efficere tamen non poteſt, vt manente monachatu, proprium in particulari habeat. Hoc tamen non eſt, quia carent natura rationali, quæ eſt fundamentum dominij, ſed quia ſponte abdicauerunt voluntariè poteſtatẽ, & ius dominij, vt rectè Dominicus Bannes, & Ioſephus Angles vbi ſupra annotarunt.

10 Dubium aliud eſt, An ſolus intellectus, voluntas & liberum arbitrium, ita ſint dominij fundamentum, vt præter hæc nihil aliud requiratur, an verò neceſſaria ſit etiã fides, aut charitas? De hac re variæ fuerunt ſententiæ.

Prima eſt, aſſerentium gratiã & charitatem fundamentum eſſe dominii, iuriſdictionis, & poteſtatis tum eccleſiaſticæ, tum ciuilis, ita vt ſoli iuſti, & exiſtentes in gratia ſint domini ſuorum bonorum amiſſa verò gratia per mortale peccatum continuo amitti omne dominium, & poteſtatem ciuilem, & eccleſiaſticam.

Sic olim quidã hȩretici tempore S. Bernardi dicti Apoſtolici, eo quod dictitarent ſe imitatores fuiſſe Apoſtolorũ ex S. Bernard. Sermo. 66. in Cantica. Et poſtea Vvaldenſes, qui alio nomine vocabantur pauperes de Lugduno, à Vvaldone quodã ciue Lugdunenſi, tẽpore Alexandri Papæ III. de quibus legendus eſt Aeneas Syluius lib. de origine Bohemorũ. cap. 33. & 35. Hos poſtea ſecuti ſunt Ioannes Vvicclef, & Ioannes Hus, qui dãnati ſunt in Concilio Conſtantienſi. Seſſ. 8. & Seſſ. 15. Quẽ etiam errorẽ ſecutus eſt Armachanus vir alioquin Catholicus lib. 10. q. Armen. c. 2. & 4. & in Dialogo inſcripto *Defenſorium pacis*. Vbi affirmauit fundamentũ dominij, & poteſtatis ciuilis, qualis eſt in Regibus, eſſe charitatem.

Probat Armachanus primo, quia *omnis poteſtas* & dominiũ *eſt a Deo*, Rom. 13. & Sap. 10. *Per me reges regnant &c.* Sed non eſt conſentaneũ rationi, vt hæc beneficia conferat inimicis ſuis, & inobedientibus, & tranſgreſſoribus legũ ſuarum, ſicut nec Principes humani dant ſua bona, vt caſtra, & villas rebellibus, & ſi dederint, auferunt. Per humana autẽ de Diuinis iudicare debemus. Quæ ratio etiam confirmari poteſt, eo quod Deus non videtur agnoſcere aliquod dominiũ in peccatoribus, ſiquidem Oſe. 8. ait, *Ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui* Et ſubiungitur cauſa, *Argentum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirẽt* Et Eccleſ. 10. *Regnum a gente in gentem transfertur. propter iniuſtitiam*. Ergo per peccatum amittitur poteſtas & dominium. Vnde Deus aliquando tales proijcit a principatu, vt Saulem 1. Reg. 15. & 16. Nabuchodonor & Balthaſar, Daniel. 4. & 5.

Secundo, quia vt diximus, fundamentũ dominij eſt, quod homo ſit conditus ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei, iuxta illud Gen. 1. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit, &c.* Sed per peccatũ mortale tollitur Dei imago. Et confirmat hoc Armacha. Quia quãdo Deus conceſſit homini dominiũ omniũ rerũ, Gen. 1. antea benedictionem illi contulit, quæ ſignificabat aliquid ſuperadditum, pertinens ad ordinem gratiæ, Ergo iſte erit titulus dominij, quod ſtatim illi contulit.

Tertio, ob crimen læſæ Maieſtatis humanæ, amittitur dominiũ. Ergo multo magis ob peccatũ mortale contra Diuinã Maieſtatẽ. In cuius rei ſignũ, quamuis Deus homini paradiſi dominiũ conceſſerat, ratione tamen peccati excluſit illum.

Secunda opinio partim conuenit cum ſuperiori, & partim ab ea differt: Dũ enim Ioannes Gerſonus de poteſtate eccleſia. conſil. 13. Conradus. tractat. 1. de contract. q. 2. & alij quidã Pariſienſes dominiũ quoddam Gratificum conſtituant, vt diximus, docent iuſtos & exiſtentes in gratia eo ipſo acquirere dominium & ius nouum in res omnes alterius, adeo vt iure & titulo charitatis vti poſſint rebus aliorũ, ita vt per peccatum mortale amittat ſtatim illud Dominium. At vero non obſtante tali peccato retinet dominium rerum ſuarum, quas antea in proprio & in particulari poſſidebant. Vnde quamuis in eo cũ aliis conueniant, quod ponunt charitatem & gratiam eſſe fundamentum, quo poſſunt iuſti vti rebus aliorũ, differunt tamen ab illis in hoc, quod docent dominiũ particulare per peccatum mortale non amitti. Ratio eorum eſt, quia amicis Dei omnia debent eſſe communia.

Secunda eſt Hoſtienſis in cap. ſuper his. de voto & voti redempt. aſſerentis titulũ dominij eſſe fidẽ ſupernaturalem, exiſtimat enim hic author omne ius dominij tranſlatum eſſe ad eccleſiam, iuxta illud, Eſa. 60. dictũ Chriſto, *Gens, & regnum, quod nõ ſeruierit tibi peribit*. Et inde concludens infideles cum extra eccleſiam ſint, non habere aliquod dominium.

11 Contraria tamen & vera ſententia de fide tenenda eſt, charitatem, & fidem non eſſe fundamentũ dominii, & poteſtatis ſeu iuriſdictionis, neque dominiũ per peccatum mortale amitti. Sic S. Bernad. ſerm. 66. in Cantica. Victoria in relect. de Indis. lectio. 1. nu. 5. Sotus lib. 4. de iuſtitia. quæſt. 2. artic. 1. Alphonſus de Caſtro contra hæreſes. in verb. poteſtas. Martinus Ledeſ. 2. 4. quæſt. 18. artic. 1. dub. 9. fol. 224. Michael Salon tract. de dominio, quæſt. 2. artic. 2. Dominicus Bannes in præambulo de dominio. quæſt. 1. in fine. Petrus Nauar. li. 3. de reſtitut. ca. 1. in principio. Ludouicus Molina. de iuſti. to. 1. tract. 2. diſp. 19. Thomas Vvaldenſis lib. 2. Doctrinalis fidei cap. 81. & duobus ſeqq. & definitur expreſſe in Concilio Conſtantienſi ſeſſio. 8. vbi dãnatur inter alios errores hic decimus quintus, qui fuit, *Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt Prælatus. nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.* Cui ſimilis eſt omnino error 30. Ioannis Hus, qui dãnatur in ſeſſ. 15. eiuſdẽ Concilij. Poteſt autem hęc veritas catholica facile probari.

Primo ex ſacris literis, nam Hierem. 27. Nabuchodonoſor rex erat non ſolũ malus & in peccato mortali, ſed etiam idololatra & infidelis, & tamen teſte Deo ipſo dominiũ habuit ſuper gentes & regna; Immo expreſſe habetur Deum præfeciſſe illum, & filiũ, & nepotem eius ſuper regna, & ſubieciſſe ipſi Reges, & terras, vt legenti locum illũ maniſeſtiſſimum eſſe poteſt. Et ne quis dicat, Deum hoc permiſſiue feciſſe, maniſeſte dicitur, *Ego,* inquit Dominus, *dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, ſerui mei. Inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi, & ſeruient ei omnes gentes, &c.* Et Ezech. 29. ait de eodem, *Dedi ei terrã Aegypti, pro eo qđ laborauit mihi, ait Dominus Deus.* Sed vberiore iure nullus poteſt aliquid poſſidere quàm ex dato Dei. Ergo iuſtiſſimè regnabat iſte idololatra ſuper terram. Vnde Dan. 2. dixit ei Daniel, *Tu es Rex Regum, & Deus cæli dedit regnũ tibi.* Item Cyro infideli, & peccatori dedit Deus regna terræ, dicẽs, Eſa. 45. *Hæc dicit Dominus* Chriſto meo *Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciẽ eius gentes, & dorſa Regum uertam,* Et ſequitur. *Et dabo tibi theſauros abſcõditos, & arcana ſecretorũ.* Et ne quis diceret Deum prædixiſſe ſolũ vſurpationem tyrannicam iſtorũ Regum, ex permiſſione ſua, addit Dominus Deus, *Dabo tibi, Dedi eis,* in ſignũ iuſtitiæ regni ſui, Item Iob. 34. dicitur, *Qui regnare facit Hypocritam* id eſt peccatorẽ, & iniquum, *propter peccata populi.* Et Sap. 6. A *Domino data eſt poteſtas nobis, &c. & cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis*. Sic etiam Cæſar Tiberius iniuſtus, & infidelis fuit, & tamen vſum poteſtatis eius confirmauit Chriſtus, hortans etiam homines *vt redderent Cæſari, quæ Cæſaris erant*, Pilatus item impius & infidelis erat, rectũque iudicium in fauorem Iudæorum contra Chriſtũ ſubuertebat, & tamen Chriſtus non eo ipſo ſpoliauit eum poteſtate iudicis, ſed declarauit poteſtatẽ ipſi à Deo conceſſam, dicens, Ioan. 18. *Non haberes poteſtatem in me vllam, niſi tibi datũ eſſet deſuper.* Sic ẽt Matth. 23. ait Chriſtus, *ſuper cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint nobis ſeruate & facite, ſecundum opera vero eorum nolite facere.* Et prima Petr. ſecundo, clare dictũ eſt, *ſerui ſubditi eſtote dominis veſtris, non tantum bonis et modeſtis, ſed etiam diſcolis*. Ex quibus omnibus maniſeſtũ eſt poteſtatem, atque adeo dominium per peccatũ mortale, aut per infidelitatem non amitti.

12 *Ratione* item euidenter idipſum demonſtrari poteſt, quia fundamentũ dominij eſt facultas liberi arbitrij, quæ non minus reperitur in malis, quam in bonis, non minus in paganis & infidelibus, qui nunquam fidẽ receperunt (de his enim agimus in hoc loco contra Hoſtienſem, nam de hæreticis, & paganis alibi agendũ eſt) quam in Chriſtianis, & fidelibus. Ergo non minus illi, quàm iſti verum dominiũ habent. Rurſus ſi gratia, & charitas eſſent fundamenta dominij, ſic mali nunquam eſſent rerũ domini, quod eſt abſurdũ, & ſemper dubii eſſent homines, an eſſent rerum ſuarũ domini, cum dubii ſint omnes & incerti, an ſint in gratia & charitate, quare præter alia incommoda neſcirent, an res ſuas recte poſſiderent, an vendere poſſent, aut denique cui reſtituerent, ſicque Deus non bene prouidiſſet Reipubl. humanæ, relinquendo omnia in incerto.

Item incertum eſſet, cui parendũ eſſet, an leges ab aliquo latæ validæ eſſent, & periret regimen & adminiſtratio Rerumpub. & Regnorũ; Item tolleretur pax: & tranquillitas hominũ, cum ſubditi Regibus & Principibus ſuis obedientiam negarent, aſſerendo illos in peccato eſſe: Rex vnus alterius regnũ inuaderet, dicens ſe eſſe in gratia, & alterum in peccato; daretur etiã occaſio deprædationibus, cum vnuſquiſque obtendere poſſet ſe abſtuliſſe res aliorum, quod in peccatum mortale incidiſſent, dominiumque rerum ſuarum amiſiſſent. Impium autẽ eſt exiſtimare, Deum ſapiẽtiſſimum ſic res diſpoſuiſſe. Rurſus cum homo non minus dignus ſit vita, & iure, quod circa propriã ſuam perſonam habet, quam ſit indignus rebus exterioribus, ſicut per peccatum mortale non amittit vitam, libertatem, & alia huiuſmodi; ita neque rerum exteriorum dominium amittit.

Denique contra primã opinionem faciunt varia ſcripturarum exempla, nam Saul quamuis peccator grauiſſimus erat, Rex tamen vere fuit, adeo vt Dauid Dominum ſuum, & vnctum domini appellabat, neq; auſus eſt extendere manũ ſuã in eum, eo quod eſſet vnctus Domini primo Regum 24. Neque enim ita fuit deiectus Saul a Regno, quaſi aliquo tẽpore poſt peccatum inobedientiæ non eſſet Rex Iſrael primo Regum. 15. ſed vt in pœnam peccati, non ſuccederent illi poſteri ſui in regno, ſed in eo finiretur. Quo fit, vt Dauid vnctus fuerit in regem, non vt ſtatim eſſet Rex, ſed vt Sauli in regno ſuccederet. Idem de Salomone, ne, Dauide, & alijs multis impijs regibus tã Iudę quam Iſrael dicendum eſt, nemo enim prudens diceret Salomonem aut Dauidem per peccatum rerum dominium ſtatim amiſiſſe, cum dictum prius fuerat, Gen. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.*

Illa etiam Hoſtienſis opinio tollit omne verum dominium, & poteſtatem ab infidelibus, & paganis, qui nunquam fidem receperunt, cum tamen ex dictis conſtet Pharaonem regem Ægyptiorum, Nabuchodonoſorem, Cyrum, Pilatum, Cæſarem, & alios reges vere dominium obtinuiſſe, vt eleganter tradit S. Aug. lib. 5. de ciuitate Dei. c. 1.

3 *Quod* verò tradunt Gerſon, Conradus, & alij de dominio Gratifico, periculoſum eſt, & temerariũ, exinde enim ſequerentur maxima ſcandala, lites, & contentiones, cum vnuſquiſq; ſtatim diceret, ſe habere gratiam, & charitatem, & proinde ius ad aliorum bona, alios vero gratia carere, ac propterea merito bonis ſuis priuandos. Abſit autem, vt gratia tantorum malorum cauſa ſit. Immo vero Chriſtus in lege gratiæ potius hortatur homines ad contemptum diuitiarum, vnde iuſti potius rerum abdicationem quam poſſeſſionem exemplo, & doctrina Chriſti, & Apoſtolorum ſibi vendicarent; Quocirca in primitiua eccleſia poſſeſſiones ſuas vendebãt, earumque pretium ad pedes Apoſtolorum deferebant, vt Act. ſecundo, habetur. Hinc facile ſoluuntur argumenta in contrarium.

Ad primum enim reſpondetur, falſum eſſe Deũ non tribuere bona, regna & officia peccatoribus: vt patet exemplis allatis, ſicut etiam pluit, & ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Matt. 5. Id quod olim hos errores omnes præcauens egregie demonſtrauit S. Aug. lib. 5. ciuit. Dei. ca. 21. his verbis; Non tribuamus dandi regni vel imperij poteſtatem, niſi vero Deo, qui dat felicitatem regni cælorum ſolis pijs, regnum vero terrenum, & pijs, & impijs, ſicut ei placet, cui nihil iniuſte placet. Et infra: ille vere vnus Deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deſerit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Aſſyrijs, vel etiam Perſis, &c. Et Paulo poſt, qui imperium dedit Mario, ipſe etiam dedit Caio Cæſari; qui Auguſto, ipſe & Neroni; qui Veſpaſianis, vel patri, vel filio ſuauiſſimis Imperatoribus, ipſe etiã Domitiano crudeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe apoſtatę Iuliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi ſacrilega, & deteſtando curioſitas. Cur autem bona hæc temporalia permixtim, & indifferenter tam malis, quam bonis tribuat Deus, optime tradit idem S. Auguſt. in pſalm. 67. dicens: Non enim ſoli boni plenas habent domos rebus neceſſarijs, aut ſoli boni ſalui ſunt, vel ab ægritudine conualeſcunt, aut ſoli boni filios habent, ſoli boni pecuniam, ſoli boni cetera bona apta huic vitę temporali, aut tranſeunti; habent hæc & mali, & aliquando deſunt bonis, ſed deſunt, & malis, & plerumque illis magis quam iſtis, aliquando illis potius quam iſtis abundant. Permixta temporalia eſſe voluit Deus, quia ſi ſolis bonis ea daret, putarent & mali propter hęc colendum Deum. Rurſus ſi ea ſolis malis daret, timerent boni infirmi conuerti, ne iſta illis deeſſent.

Ad illud vero Oſe. 8. Reſpondetur, Deum eo in loco ſolum conqueri de Iudæis, quod decem tribus elegerint ſibi in regem Roboam, & ſucceſſores eius domino in conſulto, & quod poſt regem ita electum, confecerint ſibi vitulos aureos, & argenteos, & in pœnam horum delictorum minatur illis captiuitatem, & alia mala, non autem affirmat, reges illos ſtatim ius regni amiſiſſe poſt admiſſum peccatum. De qua re legendi ſunt Hieron. ibi, & Io. Driedo lib. 3. de libert. chriſtiana. p. 2. c. 4. ad 12. in fi. Alter vero locus ex Eccleſ. 10. ſolum iudicat propter iniuſtitias, & Principum tyrannidem transferri aliquando regna de gente in gentem, quia ſæpe Deus propter peccata eorum hoſtibus victoriam confert, nonnunquam etiam vt ſeueritatem aliquã ſuæ iuſtitiæ in hac vita experiantur, eos in temporalibus punit, ſterilitate, morbis, priuatione etiam regnorum, & vitæ, non tamen propterea eo ipſo quo peccant, ius regni amittunt.

14 *Ad ſecundum* reſpondetur, Ideo hominem creatũ eſſe ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, quia per intellectum, & voluntatem libero arbitrio eſt præditus; vnde potius econtrario infertur, quod ſicut liberũ arbitrium non amittitur per peccatũ mortale, ita neq; dominium prius acquiſitum, & obtentũ. Ad confirmationem Armachani reſpondeo, benedictionem illam non ſignificaſſe gratiæ, & doni alicuius ſupernaturalis collationem, quia reliqua etiam animantia a Deo benedicta ſunt. Illis ergo verbis non fuit primis parentib. gratia collata, aut donum aliquod ſupernaturale, ſed naturale tantum dominiũ vtendi rebus alijs ad vſum & vtilitatem ſuam.

Ad tertium reſpondeo, Ideo homines ob crimen læſæ maieſtatis amittere dominium, quia hæc lex poſita eſt in huiuſmodi delinquentes, accedente ſententia, nullibi autem extat talis lex diuina aut humana de amiſſione dominij ob pctm̃ mortale.

Ad argumentum Gerſonis, & aliorum, reſpondetur: inde ſolum probari, quod amicis Dei communia ſunt bona ſpiritualia gratiæ, & gloriæ, immo etiam, & temporalia eis abunde ſatis conferre ſolet Deus, quatenus vitam hanc tranſigere poſſint, vnde pſ. 36. dicit Propheta: *Nunquam vidi iuſtum derelictum, &c.* Non tamen inde ſequitur, iuſtos quamprimum gratiam habent, conſtitutos eſſe dominos bonorum alterius.

Ad rationem Hoſtienſis reſpondeo, Ius omne in ſpiritualibus translatum eſſe in eccleſiã Catholicã, ita vt extra illã non ſit ſalus, vt habetur in c. Firmiter. de ſum. Trini. & fide Catholica. Quo ſenſu recte prædixit Eſaias, & Gentẽ, & regnũ, quod non ſeruiet Chriſto, & eccleſiæ, ſpiritualiter periturum in æternũ, non tñ ex eo quod infideles ſunt, dominio priuantur, vt ex his, q̃ diximus, manifeſtum eſſe poterit. Et de ſubiecto dominij hactenus dictum ſit.

De Dominij obiecto, id eſt, quarum rerum Homo ſit Dominus.

Cap. V.

SVMMARIV

1 *An Homo habeat dominium Cæli, aſtrorum, & elementorum, & quomodo.*

2 *An vita hominis & corporis integritas materia ſit humani dominij.*

3 *Opinio Martini Ledeſm. affirmatiua, eiuſque confirmatio.*

4 *Opinio verior & communior negatiua, eiuſque explicatio.*

5 *Nec ius Diuinum nec naturale nec humanum concedit homini dominium vitæ.*

6 *Deus vitæ humanæ verus ac proprius Dominus, homo autem rectius cuſtos adminiſtrator, vſuarius, fructuarius, ſeu poſſeſſor dicitur.*

7 *Reſpondetur ad argumenta ſuperius allata numero tertio.*

8 *An Reſpu. habeat dominium vitæ ac membrorum ſubditorum ac Ciuium.*

9 *An homo famæ ſuæ, & honoris dominium habeat, & inter famam, & honorem differentia oſtenditur.*

10 *Opinio Caieta. & aliorum negatiua eiuſque fundamentum.*

11 *Opinio ſecunda, & communior & verior aliorum abſolute, & ſimpliciter loquendo habere dominium ſuæ famæ & honoris ſicut aliorum temporalium.*

12 *Quatuor rationibus probatur veritas huius propoſitionis.*

13 *Homo quamuis ſimpliciter, & abſolute famæ ſuæ Dominus ſit, hoc tamẽ Dominium aliquando poteſt eſſe ita ligatum, & impeditum, vt in omnem vſum eadẽ vti non liceat.*

14 *Non obſtante dominio proprio Reſpub. habet dominiũ altum in ſuos Ciues.*

15 *Soluuntur argumenta in contrarium allata ex ſcripturis.*

16 *Cum fama non poſſideatur ab homine ſed ſit in mentib. aliorum, qua ratione fit, vt homo ſit famæ ſuæ Dominus.*

17 *An res vere ſpirituales ſint materia dominij humani.*

1 *Actuum noſtrorum interiorum, & ſpiritualium vere Domini ſumus, ubi ſoluuntur duæ obiectiones, quę in contrarium urgere poſſunt, et nu. ſeq.*

19 *Ad uerum dominium non eſt neceſſarium, ut dominus transferat in alium.*

20 *Bona ſpiritualia quæ per hos actus neceſſario in animis noſtris relinquuntur, uere & proprie dici poſſunt cadere in dominium humanum.*

21 *In gratiam, charitatem &c. non habemus dominium ita uerum, & abſolutum, ſed uerius dicimur uſufructuarij quam Domini.*

22 *Bona gratiæ gratis datæ non cadunt in dominium noſtrum quare.*

Ratio dominij non ex rei dignitate, & præſtantia ſed ex poteſtate, quam quis habet ſuper eandem, deſumenda eſt, unde ſoluitur obiectio nu. 17.

23 *De alijs bonis ſpiritualibus quaſi medijs ut ſunt poteſtas ordinis, iuriſdictionis, ad abſoluendum a peccatis &c. breuis ſolutio.*

CVm ex his, quæ in præcedenti capite acta ſunt, manifeſtum ſit, eorum omnium, q̃ in hoc mundo ſublunari continentur, vt auium, piſcium, animantiũ, herbarũ, fructuũ, & ceterorũ, quibus homo vti põt, & indiget ad victum, & veſtitũ, propriæque vitæ conſeruationem, humanũ genus tam iure naturali, quã diuino dñm conſtitutũ eſſe, in cuius dominij ſignum omnibus impoſuiſſe nomina dicitur; Nunc de ijs in particulari agendum eſt, in quibus dominium habere poſſit. Quam ſane materiam propoſitis quibuſdã dubijs, pro ratione, & natura ipſarum rerum explicabimus. Vnde

1 PRIMVM DVBIVM eſt, an homo dominium habeat cœli, aſtrorum, & elementorũ? Dominicus Sotus lib. 4. de iuſt. q. 2. arti. 1. concl. 2. affirmat hominem quodam pacto habere in iſta dominium, ſunt. n. cœli, & elementa tanquam tecta noſtrarum ædium, calor ẽt, & lux ſolis, & aliæ influentiæ hominum vſui inſeruiunt. Alij vero vt Michael Salon in 2. 2. q. 62. tracta. de dominio. q. 2. art. 1. concl. 1. Pet. de Arrag. ibid. rectius id negat. Ratio eſt, quia pſ. 113. dicitur, *cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum*. Si aũt communicatũ homini fuiſſet dominium rerum ſuperiorũ, ſicut dixit propheta, *Terram autem dedit filijs hominum*, ita etiam dixiſſet, cœlum dedit filijs hominum; vnde tam Gen. 1. quam pſal. 8. vbi numerantur omnia, quæ dominio hominis ſubiacent, & tamen ſolum mentio fit corruptibilium, & ſublunarium. Deinde quia homo non habet ius in cœlum ipſum, eiuſque ſubſtantiã, nec poteſt illo vti in omnem vſum, nec ſtatim illud inhabitare, ſi velit, vnde ad ſummũ dici tantũ poteſt aliquo modo vſuarius, vel vſufructuarius cęli, eo quod habet ius quoddam ad illius illuminationem, & influentias, cuius iuris dominus eſt, ita vt non poſſit illo priuari, vel ab illo impediri ſine iniuria.

Quod ſi quis contra obijciat, exinde ſequi eadẽ ratione, neque eſſe dominum terræ, aut aliorũ elementorum, ſed vſufructuarium tantũ, aut aliquid ſimile, quia non poteſt deſtruere, vel illis in omnẽ vſum vti, prout velit; Cui etiam fauere videtur modus loquendi San. Chryſoſto. Ho. 2. ad populũ Antioche. vbi ait, *ſæpe niſi teſtamenta legens ſic habentia, ille accipiet agri dominium, ille domus, alius vero vſum, omnes enim vſum habemus, dominium autem nemo.*

Reſpondeo, diſparem eſſe rationem de reb. iſtis, quamuis de igne exiſtente in ſua ſphæra, & de ſuprema regione aeris eodẽ modo loqui poſſumus, ſicut de cęlis; ſecus aũt de ceteris elementis, aqua, terra, & aliquo aere, habet. n. per ſe loquẽdo homo ius circa earũ ſubſtantiã, illiſque vti poteſt in omnem eorum vſum accommodatum naturis eorum, & ordini vniuerſi. Quod vero in aliquibus partibus harũ rerũ non habeat hoc dominiũ, eſt per accidens. Dictũ vero S. Chryſoſt. eſt metaphorice accipiendũ, non proprie, loquitur. n. ad populũ pro concione, & illarũ rerum dicit nos habere vſum, quæ tm̃ pro vitæ huius tẽpore inſeruiunt, illarum vero dominium, quæ nobiſcum manent. Addit ẽt illum habere rerum temporalium dominium, qui ſcit illas cõtẽnere, vel liberaliter donare, quæ locutiones metaphoricæ, & concionatoriæ ſunt, vt conſtat.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, an vita hominis et corporis integritas materia ſit humani dominij? Antequã ſententias authorũ referamus, obſeruandum eſt, bona corporalia hominis in duplici eſſe differentia; quædam enim ſunt, quæ per ſe, & ſimpliciter pertinent ad hominis conſtitutionem, & conſiſtentiam vt vita, ſalus, membra; quædã vero quæ tantum per accidens, & ad ornamentũ, vt agilitas, pulchritudo, robur, & cet. His ita ſuppoſitis

vnam

vnum tanquam certum, & de fide tenendum eſt. ſ. Deum optimum Maximum verum dominum eſſe vitæ, & mortis. Hanc veritatem probant cõmuniter authores ex illis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs. Deut. 32. *Ego occidã, et ego uiuere faciam*, & 1. Reg. 2. *Dominus uiuificat, et mortificat, deducit ad inferos, et reducit.* & Sap. 16. *Tu es domine, qui uitæ, et mortis habes poteſtatem, et deducis ad portas mortis, et reducis.* Nec opus erat, quod Greg. de Val. to. 3. diſpu. 5. q. 10. puncto 1. dub. 3. contra hanc probationem obmurmuraret, quaſi hinc non ſatis probetur, Deũ eſſe vitæ, & mortis dominium, & non hominem, cum eodem modo probaretur, hominem non eſſe dominum rerum externarum, ex eo quod etiã pſal. 23. dicitur. *Domini eſt terra, et plenitudo eius*, &c. Quia aliunde ſatis conſtat hominem rerum ſublunarium dominum conſtitutum eſſe, nullibi autem legitur hominem vitæ, & mortis dominum eſſe. Deinde non loquitur in prædictis locis de poteſtate, & dominio vniuerſali, quod Deus habet in omnia, ſic enim tantum eſſet dicere, quod Deus habet poteſtatem vitæ, & mortis, ac dicere, quod habet poteſtatem piſcium maris, & volatilium cæli, &c. q̃d non eſt dicendum. Loquitur ergo de peculiari quadã poteſtate, quam ſibi Deus ſupra vitã humanam reſeruauit. Ratione autem probatur, quia fundamentum, & origo dominij eſt vita hominis directa per liberum arbitrium. At vero vita noſtra regitur per liberum Dei arbitrium ſolum antecedens ipſam vitam. Solus igitur Deus vitæ noſtræ dominus eſt. Vnde ſicut ingreſſus in hanc vitam, ita etiã & tranſitus ex ea in aliam, ex ſola Dei voluntate dependet. Quocirca citra vllius iniuriam præcipere potuit Abrahæ, vt filium ſuum occideret, & Sauli vt occideret omnes Amalechitas non ſolum nocentes, ſed etiam pueros innocentes, ſicut etiam Sodomis omnes innocentes paruulos occidit. Et quando Exo. 33. præcepit, vt vnuſquiſque occideret fratrem ſuum, non ſolum id fecit tanquam vindex cõflati vituli, ſed etiam tanquam vitæ ac mortis dominus. Ad homines igitur deuenientes, duæ ſunt Doctorum de hac re ſententiæ.

3 Prima eſt dicentium hominem eſſe dominum vitæ, & membrorum. Sic Martinus Ledeſ. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 5. conclu. 1. & fertur etiam Victoriam aliquando idem ſenſiſſe, propter illud Eccl. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem, et reliquit illum in manu conſilij ſui.* Deinde quia ratio dominij in eo conſiſtit, vt quis vti poſſit re pro ſua voluntate; At vero multis modis poteſt homo vita ſua, & membris licite vti, vt v. g. poteſt homo vendere, vel donare ius vtendi ſuo corpore, vel membris quoad has, vel illas actiones. Deinde qui mutilat, vel occidit alterum, aut impedit, ne exerceat actiones ſuas, facit illi iniuriam contra iuſtitiam commutatiuam. Ergo priuat illum perfecto, & rigoroſo iure, quod ſi alius libere conſentiret, ceſſaret iniuria. Ergo ſignum eſt, illum habere ius in vitam propriam, & illud poſitum eſſe in eius voluntate, & poteſtate; Denique poteſt homo vitam ſuam exponere pro amico, & etiam periculo euidenti pro patria, & pro defenſione rerum ſuarum contra furem; & ſi neceſſitas vitæ, aut ſalutis id poſtulet, poteſt membrum abſcindere, vt in morſu viperæ, & alijs euentibus. Quæ tamen omnia facere non poſſet niſi eſſet vitæ, & membrorũ dominus, alioquin enim faceret vero domino iniuriam, ſicut exponens bona alterius in ſuam vtilitatem, domino, cuius bona ſunt, iniuriam facit. At vero homo hæc faciendo, nulli eſt iniurius. Ergo eſt vitæ dominus. Confirmatur hæc ratio, quia occidens alium eſt iniuſtus. Ideo autem eſt iniuſtus, quia priuat illum vita, cuius eſt dominus; alias enim ſi dominus non eſſet vitæ, homicida iniuſtus non eſſet. His igitur præcipue argumentis pars affirmatiua probari videtur.

4 Secunda eſt negantium hominem eſſe vitæ, & membrorum dominum, quæ ſententia proculdubio verior, & communior eſt, eamque tenent Sanctus Tho. 2. 2. quæſt. 59. art. 3. ad 2. & quæſt. 64. art. 5. in corpore, & ad 3. & clarius 1. 2. q. 73. ar. 9. ad 2. Caiet. 2. 2. q. 150. artic. 2. dub. vlt. vbi ait; hominem non eſſe dominũ ſuorũ naturalium, & q. 144. art. 6. in reſponſ. ad dub. 1. vbi eadem habet verba. Adri. in 4. de reſtitutione. q. vlt. in fi. in reſponſ. ad 2. Frãciſcus a Victoria in relect. de homicid. n. 23. expreſſe Sotus lib. 4. de iuſtit. quæſt. 2. artic. 3. concl. 1. Michael Salon in 2. 2. quæſt. 62. quæſt. 3. artic. 2. conc. 1. Petrus de Arragon. ibid. Dominicus Bannes in præamb. de dominio. quæſt. 2. dub. 2. Didacus Couarruuias. lib. 1. Variar. reſolu. cap. 2. nu. 8. Ioſephus Angles in floribus 4. ſenten. q. de dominio. artic. 2. concluſ. 1. Grego. de Valentia. to. 3. diſput. 5. quæſt. 10. puncto 1. dub. 3. & alij cõmuniter, & facit l. liber homo. ff. ad leg. Aqui. Ratio eſt, quia dominiũ vitæ propriè ſignificat directum ius in ſubſtantiã rei, atque adeo in rei conſumptionẽ citra vllam iniuriã alicuius. Sed homo non habet hoc ius, & poteſtatem directam in vitam ſuam, cuius ſignum eſt, quia nunquam ſe occidere poteſt, non quidem per accidens, & quaſi extrinſeca prohibitione, ſicut accidit in alijs rebus, ſed per ſe, & ex rei natura, ex defectu iuris, & poteſtatis; Cuius rei ſignum eſt, quia in alijs rebus, quarum homo eſt ſimpliciter dominus, poteſt eis vti vſque ad conſumptionem, & diſpendium earum citra vllius iniuriã, vt patet in diuitijs, quas pro libito profundere poterit citra alicuius iniuriam; etſi enim profundendo eas, ſine cauſa peccet contra charitatem ſibi debitam, non tamen contra iuſtitiã, immo aliquando occurrere poteſt caſus, in quo nullum erit peccatum omnes facultates ſuas deſtruere propter maius bonum commune. In nullo autẽ euentu poteſt homo vti vita ſua pro libito, & ſeipſum occidere, etiamſi vita eius nulli neceſſaria ſit, quin grauem iniuriam Deo, & Reipub. inferat, Deo quidem, quia vt ait Cice. in ſomno Scipionis, *Deus illam legem conſtituit ſempiternam, ut nemo eius iniuſſu ab hac uita migret.* Et Poeta ait. *Nemini iniuſſu regis ab hac uita exeundum eſt.* Reipublicæ etiam, quia cum quilibet homo ſit pars cõmunitatis, eo ipſo iniuriã cõmunitati facit vt ex Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 11. probat S. Th. 2. 2. q. 64. art. 5. & q. 59. arti. 3. ad 2. Confirmatur hæc ratio, quia ſi homo habet tale dominium, eſt ex dono Dei; At verò conueniens non fuit, nec naturæ conſentanea talis donatio; Tum quia ſuperfluum eſſet dominium cuius vſus nunqam futurus eſſet licitus. Tum quia dominium ſupponit eſſe eum, qui debet eſſe dominus, vnde oportet, vt ſit in ordine ad aliquem vſum, qui poſſit habere locũ ma-

nente domino: vita autem non ſupponit hominē, qui futurus eſt dominus, ſed conſtituit ipſum, & ſupponitur rationi, & libertati, per quam homo eſt capax dominij; Tum quia per vſum talis poteſtatis in vitam deſtruitur dominus. Quæ omnia euidenter conuincunt hominem vitæ ſuæ dominum non eſſe, cum nec eius introitus ad vitam, nec exitus in eius poteſtate ſit, nec eius vſus aliquando licitus eſſe poteſt, quinimo vſus potius hominem ipſum tollit, & deſtruit.

5 Rurſus omne dominium innititur vel iuri diuino, vel naturali, vel humano, vt conſtat, ſed neque ius diuinum, nec naturale, nec humanum concedit homini dominium vitæ ſuæ. Ergo nullo modo vitæ ſuæ dominus dicendus eſt. De iure naturali patet, quia vnaquæque res ſua natura propenſa eſt ad ſe tuendum, & conſeruandum, cuius rei ſignum eſt quia natura nulli rei tribuerit qualitates, ſeu inſtrumenta, quibus ſuam corruptionem intendat, ſed illa, quibus conſeruatur, vt igni calorem, aquæ frigiditatem &c. & in animantibus, primus omnium appetituum natutalium eſt ille, quo vnaquæq; res appetit, ſe in ſuo eſſe conſeruare; Id quod multo magis in homine elucet, qui vt ſe conſeruet, omnia expendit, & conſumit, vt videmus in his, quibus ad victum, & veſtitum indiget, idemque de alijs dicēdū eſt, iuxta Iob. 2. Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet dabit homo pro anima ſua. Vnde contra naturalem hominis inclinationem eſt ſeipſum interficere, vt recte S. Tho. 2.2.q.64.art.5. annotauit. De iure etiam diuino res manifeſta eſt, tum quia nullibi hoc reperitur homini conceſſum; Immo Gen. 1. & 9. vbi homini omnia ſubiecit, quæ ad vitæ conſeruationem ſunt neceſſaria, vitæ tamen ſuæ dominū non conſtituiſſe legitur, ſed potius illo præcepto, *Non occides*, tam propriam, quam proximi mortē, & occiſionem prohibuit. Tum quia ius diuinū nunquam aliquid concedit, quod iuri naturali repugnat. De iure humano etiam conſtat; non ſolum.n. recta ratio, ſed etiam ius Gentilium tradit, & permittit, vt omnes homines ſe tueantur, & vim vi repellant, adeo vt ad ſui defenſionem, & vitæ conſeruationem licitum ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ iure Gentium, & naturæ inuaſorem ſuum interimere. Sed & ius ciuile, & canonicum ſui ipſius homicidas grauiſſime caſtigare ſolent, vel defuncta eorum corpora priuando, vel eorum bona confiſcando, id quod etiam Ariſt. lib. 5. Ethic. c. vltimo teſtatur.

6 *Eſt igitur*, vt quæſtionem iſtam concludamus, Deus vitæ humanæ verus, ac proprius dominus, abſolute; homo autem liber quamuis aliquo modo dominus ſit ſuiipſius, rectius tamen vitæ ſuæ cuſtos, adminiſtrator, vſuarius, fructuarius, ſeu poſſeſſor dicitur. Habet enim ius conſtituendi ſe, & adminiſtrandi vitam ſuam; habet vſum, & fructum actionum vitæ ſuæ; habet item ius poſſidendi vitam ſuam. Vel vt alij, nec male loquentes tradunt, dici poteſt dominus ſuiipſius, vel ratione dominij vtilis, vel quia eſt dominus ſuæ libertatis, & actionum ſuarum moralium, quæ in hac libertate fundari poſſunt, vel denique quia dominus eſt tam vſus ſuorum membrorum, & potentiarum, quam eorum bonorum, quæ in corporis ſui ornamentum pertinent, quibus pro libito vti poteſt, & quibus ſine iniuria priuari nequit.

7 Ad argumenta in contrarium Reſpondetur in vniuerſum, probare ſolum hominem eſſe perpetuum poſſeſſorem, & vſufructuarium vitæ ſuæ, & membrorum, & ad hæc habere ius perfectæ iuſtitiæ; Et hoc modo poteſt vnus homo cadere in dominium alterius, vt infra dicemus. Non tamen probant eſſe dominum vitæ ſuæ. In particulari vero Reſpondetur ad locum illum Eccleſiaſtici. 15. ſolum inde probari hominem eſſe dominum ſui liberi arbitrij, & ſuarum actionum, quas in ſuum commodum ſpirituale, vel corporale libero ſuo arbitrio exercere poteſt, adeo vt poſſit quæcunque voluerit bona, vel mala exercere, hoc enim ſignificant verba illa. *Reliquit hominem in manu conſilij ſui.* Ex quibus tamen nō infertur habere dominium vitæ ſuæ. Et eodem modo Reſpondetur ad primum, in quo dicitur, licitum eſſe vti vita, & actionibus ſuis varijs modis. Nō enim dubium eſt, quin homo habeat dn̄ium corporis ſui quoad vſus aliquos ipſius. Cum enim Apoſtolus 1. Cor. 7. dicat, mulierem non habere poteſtatem corporis ſui, ſed virum, manifeſte ſequitur, quod prius mulier habebat poteſtatem ſui corporis quantum ad actum matrimonialem, alioquin non potuiſſet illam transferre in virum. Idemq; de alijs actibus corporalib. dicendum eſt; ſi quis n. impediret hominem ab ambulando vel operando, ligando pedes aut manus eius, faceret ei iniuriam, eo quod auferret ab eo liberum vſum membrorū, quorum dominus eſt.

Ad vltimum Reſpondetur, conceſſo antecedente, ſcilicet, poſſe hominem vitam, aut membra exponere pro amico, negatur conſequentia, ſcilicet eſſe dominum vitæ ſuæ. Et ratio eſt, Quia mortem pro amico appetere, non eſt ſeipſum occidere, aut vita ſua pro libito vti, ac ſi eſſet dominus illius, ſed eſt anteponere opus virtutis, ſcilicet, fortitudinis charitatis, fidelitatis, & amicitiæ, vitæ corporali, quod licitum, & honeſtum eſt, ſicut etiam quando exponit membrū pro ſalute totiūs corporis tuenda, licite id fit, vt conſtat. Ad confirmationē Reſpōdetur; Non ideo iniuſtitiam committere occidendo alterū, quia alter eſt dominus vitæ ſuæ, ſed quia aufert ab eo vſum vitæ, & membrorum. Iniuſtitia enim non ſolum in eo conſiſtit, quod auferatur ab alio dominium, ſed etiam ſi auferatur ab eo vſus vſusfructus, adminiſtratio, & poſſeſſio. Quamuis igitur homo dominiū vitæ, & membrorū ſuorum non habeat, quia tamen habet dominiū vſus & actionum vitæ, conſequenter homicida vitæ vſum tollens, aut amputans alteri membrū graue damnū illi infert in rebus, quarum habet vſum & poſſeſſionem, & proinde ad illorū damna reficienda obligatur.

TERTIVM DVBIVM eſt, an Reſpublica habeat dominiū vitæ, & mēbrorū ſubditorum, & ciuiū ſuorum. Patrem affirmatiuam tenet Martinus Ledeſm. 2.4. queſt. 18. art. 1. dub. 5. concluſ. 2. Ratio eſt, quia occidit malefactores; Item in bello exponit manifeſto periculo mortis vitam ſuorū. Et denique Ariſt. 5. Ethic. c. 5. & S. Tho. 2.2. queſt. 64. artic. 5. docent eum, qui ſeipſum, vel alterū occidit, iniuriam Reipublicę facere, cuius homo pars & membrum eſt.

Pars tamen negatiua & vera eſt Soti in lib. 4. de iuſtitia.

uſt.q.2.arti.3.concluſ.2.Petri.de Arragon.2.2.q. 2.tract.de dominio.Mich.Salonis ibidem.q.3.ar. concluſ.3. Dominici Bannes in præamb. de dominio.q.2.& aliorum dicentium, Rempublicam ut Principem non habere dominium vitæ,& mẽbrorum ſuorum ſubditorum. Ratio eſt,quia non poſſunt pro illorum arbitrio de vita ſuorum diſponere, neque vlla ex cauſa innocentes occidere aut mutilare;cum tamen de ratione dominij eſt, poſſe libere de re ſua diſponere. Quod verò nocentes,& malefactores occidere,aut mutilare poſſint, non id faciunt titulo dominij in vitam ſubditorũ,ſed tanquam miniſtri,& inſtrumenta Dei, cuius vice gladium portant,& ad bonum commune pacis, & cuſtodiam iuſtitiæ. Deinde priuatus homo maius,& immediatius ius habet in vitam,& membra ſua, q̃ Reſpu. vnde cum quis occiditur, maior iniuria fit occiſo,quam Reipub. ſi ergo homo vitæ ſuæ dominium non habet,nec Reſpublica habebit; verũ eſt aliquando ius Reipublicæ, quatenus ſcilicet reſpicit commune bonum,maius eſſe,& præferendum, quia tamen generalius,& remotius eſt, magis deficit a propria ratione dominij, vt conſtat.

Ex eo autem quod ciues ſuos exponere poteſt periculo euidenti mortis, non infertur habere dominium vitæ eorum,ſed ſolum eſſe cuſtodẽ vitæ ſubditorum. Quia.n.commiſſa eſt Reipub.cura, & cuſtodia vitæ hominum,ideo ius habet vtendi actionibus,& corporibus eorum pro boni cõis defenſione,& conſeruatione. Quocirca recte dixit Ariſtoteles iniuriam fieri Reipub.quando ciuis occiditur iniuſte, non quidem quia ſit domina vitæ illius,ſed quia ipſi cuſtodia vitæ ciuium commiſſa eſt. Quemadmodum qui occidit pupillum,aut violat virginẽ commiſſam tutori, infert iniuriam non ſolum pupillo,& puellæ,verum etiam tutori,non quia tutor ſit illorum dominus, ſed quia ſub illius cura, & cuſtodia ſunt,quæ ex his ſequitur. Ex quibus recte inferunt Sotus,& Petr.de Arrag.vbi ſupra contra naturalem rationem eſſe, ciues & ſubditos abſq; vlla culpa,& cauſa,tanquam pecora,pro libito trucidare,prout Turca, & alij quidam Barbari Principes facere conſueuerunt.

QVARTVM DVBIVM eſt, an homo famæ ſuæ,& honoris dominium habeat; vbi ante omnia pro meliori quæſtionis intelligentia ſciendum eſt, inter famam, & honorem hoc eſſe diſcriminis, qđ fama ſit bona æſtimatio, quæ de aliquo habetur in vita,& moribus apud multos bonos, & prudentes viros; Honor verò eſt extrena quædam reuerentiæ exhibitio in ſignum alicuius excellentię,nimirum, vel ob virtutem, vel ob ſcientiam, vel ob dignitatem,ex quo fit,velut parens honoris. Quod ſi quis obijciat,nos aliquando honorare eos,de quibus habemus ſiniſtram opinionem; Reſpondeo,illum nõ eſſe verum honorem,eſt.n. honor præmium virtutis,vt paſſim docet Philoſophus. His ita de nominum intelligentia prænotatis,duæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima ſententia eſt dicentium, hominem non eſſe famæ ſuæ dominum,ſed dominium famæ eſſe penes Rempublicam, hominem autem famæ ſuę vſum tantum habere. Sic Io.Maior in 4.diſt.15.qu. 16.Caiet.in ſum.verb.detractio.& 2.2.q.73.art.2. & Armilla in verb.detractio,nu.4.vnde inferunt, quod ſicut homo non poteſt ſeipſum occidere, eo quod per hoc noceret cõmunitati, cuius eſt pars, eadem ratione nec ſeipſum diffamare poteſt. Huius ſententiæ fundamentum eſt,quia Eccleſiaſt.41.dicitur, *curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quam multi theſauri precioſi.* Quo in loco cuſtodes videntur homines conſtitui propriæ famæ,& non domini. Et Prouerb.22. *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ.* Confirmatur ex S. Auguſtino, qui multis in locis idem affirmat,vt lib. de bono viduitatis.c.20.& habetur in ca. *Non ſunt audiendi.* 11.q.3.vbi grauiter reprehendit negligentes famam propriam,& addit rationem. *Quia nobis* inquit *neceſſaria eſt vita noſtra,alijs vero fama noſtra.* Quibus verbis ſignificare videtur,dominium famę noſtræ non eſſe penes nos,ſed penes Rempub. cuius vnuſque pars eſt,ita vt fama, vel infamia ciuis in decus,& honorem,aut in dedecus,& infamiam Reipub.redundet ibidem, vt refert in can.Nolo. 12.q.1.crudeles eos vocat, qui *fidentes conſcientiæ ſuæ*, famam negligunt. Et denique idem S.Aug.lib. 1.ciuit.Dei.cap.17.& 20.dicit, quod ſicut illo præcepto, *Non occides*, prohibetur tam ſui,quam alterius occiſio, ita illo, *Non falſum teſtimonium dices*, prohibetur quis tam ſeipſum, quam alios infamare. Ergo ſicut eſt contra iuſtitiam infamare alium, q̃a non eſt famæ alterius,ita etiam,& infamare ſeipſũ, cum non ſit famæ propriæ dominus. Et ſicut infertur hominem non eſſe dominũ vitæ ſuæ,quia non poteſt ſe occidere,ita etiam dici, debet non eſſe famæ ſuæ dominum,quia non poteſt ſe infamare.

Poſtremo,quia apud multos viros bonos, & prudentes fama æquatur vitæ,& membris,immo in aliquo caſu præfertur,vt patet 1.Macha.7.vbi Iudas Machabæus prætulit illam vitæ,dicens, *ſi venit tempus noſtrum moriamur, nec imponamus crimen gloriæ noſtræ,&c.* Ergo ſicut quis dominus non eſt vitæ ſuę ita neque famæ.

11 Secunda ſententia eſt dicentium hominem abſolute,& ſimpliciter loquendo habere dominium ſuæ famæ,& honoris; ſicut habet dominium aliorũ bonorum ſuorum temporalium. Sic Adria.in 4.in materia de reſtitutione famæ.q.vl.& Quodlib.11. in reg.ad difficultatem tertiam.litera M.Sot.lib.4. de iuſt.q.2.art.3.concluſ.4.& in relect. de tegendo ſecreto.memb.1.q.3.Mar.Ledeſ.2.4.quæſt.18.art. 2.dub.5.pag.246.& 247.Mart.Naua.in Man. cap. 18.nu.27.& 28.Couar.lib.1.variar.reſol.cap.2.nu. 8.Pet.Naua.lib.2.de reſt.cap.4.par.2.dub.1.nume. 113.& ſeq.& par.3.dub.1.nu.366.Ioſeph Angl. in 4.q.de dominio.art.2.concluſ.2.& in q.de reſti.famę.dub.2.diffic.2.Michael Salon 2.2.q.3.de dominio.art.3.& in q.62.artic.2.controuerſ.23.Petr.de Arrag.2.2.in tract.de dominio. Dominic. Bannes in præambulo de dominio.q.2.dub.2.Gregorio de Val.to.3.diſpu.5.q.6.puncto 5.& q.10. puncto 10. puncto 1.dub.4.& q.17.puncto 2.Bartho.Medina. lib.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.36.fauet etiam S. Th. 2.2.q.73.art.4.ad 1.vbi ait,in libero arbitrio hominis conſtitutum eſſe pati detrimentum in propria fama, niſi hoc vergat in periculum aliorum, & q.129.artic.1.inter alias res humano vſui ſubiectas maximam ait eſſe honorem. Antequam ſententiã noſtram proferamus, ſcire oportet diſtingui inter ſe has duas quæſtiones,quarum vna eſt, quodnam

ius habet homo in famam ſuam; Altera eſt, quomodo peccet quis ſe infamando, ſeu quomodo obligetur ad tuendam famam ſuam, quamuis hæc poſterior magna ex parte pendeat ex priori, non tamen omnino, ſed ſuam propriam tractationem requirit. De hac poſteriori dicemus infra in materia de reſtitutione famæ, hic ſolum agemus de priori: in qua re

12 Prima propoſitio eſt. Homo ſimpliciter dominꝰ eſt famæ ſuæ: probari ſolet, & poteſt hæc veritas.

Primo, quia fama & honor computantur ſimpliciter inter bona externa fortunæ, vt patet ex S.Th. 2.2.q.129.art.1.vbi ſupra. Horum dominus eſt homo, licet bonum maius, & intrinſecum magis, & propterea maiori cura cuſtodienda eſt fama, quam diuitię, quod ſolum ſignificant ſcripturæ ſupra citatæ pro parte negatiua.

Secundo, quia homo ſuis proprijs operibus acquirit ſibi famam, ſicut diuitias. Ergo ſicut dominus eſt illarum eo ipſo, quod eas propria induſtria cōparauit, ita etiam famæ & honoris ſui dominus erit. Confirmatur hęc ratio, quia vt docet Ariſt.1.Eth. Honor præmium eſt virtutis. Ergo ſicut Dominus eſt operum, quibus famā, & honorem mæretur, ita ēt præmij, & mercedis eorundem dominus erit.

Tertio; quia homo tale ius habet in famam ſuam vt non poſſit inuitus rationabiliter, & ſine cauſa priuari illa ſine iniuria; Econtra vero poteſt etiam illa vti ad omnem vſum etiam abijciendo illam, & cooperando, ſi neceſſarium ſit ad proprium, vel cōmune bonum, ad propriam infamiam, vt v.g. qui cognoſceret famam, & honorem eſſe ſibi impedimentum ad virtutem, vel ad ſalutem animæ, poteſt illam perdere; immo ſcriptura conſulit viris ſanctis contemptum honoris, & opinionis, ſicut & diuitiarum, ſancti etiam viri famam neglexerunt, vt de S.Ambroſio legitur, qui feminas in ſuum cubiculum introduxit, vt ea ratione ab Epiſcopatus conſecutione impediretur, & S.Augu. in libris confeſſionum ſua peccata manifeſtauit, & S.Anſelmus ſuam virginitatem amiſſam ſæpe ſæpius deplorat, quod non potuiſſent facere abſque culpa, niſi eſſent propriæ famæ domini. Hac enim de cauſa ſupra dictum eſt, vitæ dominos non eſſe homines, quia in nullo caſu, nec ob vllum finem, puta nec pro vitanda culpa, nec pro vitanda miſeria, immo nec pro acquirenda ſalute æterna, ſeipſos illa priuare poſſint, vt expreſſe S.Aug.lib.1.de ciuitate Dei. c.2.relatus in c.*ſi non licet*.23.q.5.S.Tho.2.2.q.64. art.5.ad 3.docuerunt.

Quarto, poteſt homo iniuſte infamatus parcere infamanti, vt docet S.Th.2.2.q.73.ar.3.ad 1. quod tamen facere non poſſet, niſi eſſet famæ ſuæ dominus, vt conſtat. Quia non poteſt quis remittere reſtitutionem rei, niſi ex conſenſu veri domini. Si ergo homo non eſſet ſuæ famę dominus, ſed alter, non poſſet ſine illius conſenſu eius reſtitutionem remittere. Quod verò Adrianus hoc argumentum impugnat, quia poteſt quis remittere abſciſſionem membri, & tamen non eſt dominus membrorum; Reſpondeo, diſparem eſſe rationem in hoc, & illo caſu; ſi enim brachium aut membrum abſciſſum reſtitui idem numero, vel ſpecie potuiſſet, non liceret mihi reſtitutionem illius remittere; quia ergo membrum illud iterum recuperari non poteſt, poſtulat iuſtitia, vt alijs ſaltem bonis, v.g. pecunijs domino illud reſtituatur, quarum pecuniarum cuius ſum dominus, conſequenter poſſum damnum in membri abſciſſione mihi illatum, & per pecuniam, cuius ſum dominus, reſarciendum, remittere. Vnde cum fama reſtitui poſſit eadem vel numero vel ſaltem ſpecie, faciendo ſcilicet, vt qui antea male audiebat, bene audiat, conſequenter ſi poſſim reſtitutionem famæ illi, qui me iniuſte infamauit, remittere (vt ſuo loco ex communi Doctorum conſenſu comprobabimus) vere famæ, & honoris mei dominus ero, ſicuti pecuniarum, quarum dominus ſum, reſtitutionem remittere poſſum.

13 Secunda Propoſitio: Quamuis ſimpliciter, & abſolute homo famæ ſuæ & honoris dominus ſit, vt diximus, hoc tamen dominium aliquando poteſt ita eſſe ligatum, vel impeditum, ſeu alijs obligatum, vt non liceat vti fama in omnem vſum, ne exinde mihi, aut alijs nocumentum pariatur. Ratio eſt, quia contingere interdum poteſt, ſi quis ſibi falſum crimen imponat, eum incurrere periculum mortis, eo quod vel alius eum occidet, vel quia illi crimini impoſita eſt pœna mortis, & ita quatenus infamia mea inducit probabilę periculum mortis, non ſubeſt tunc liberæ poteſtati meę infamare meipſum; hoc tamen non eſt, quia non ſum dominus famæ meæ ſimpliciter, ſed quia non habeo dominium vitæ, in cuius detrimentum cedit infamia mea. Ruſus aliquando contingit, vt fama noſtra cedat in bonum aliorum, & infamia in aliorum damnum, & detrimentum, ex eo quod fama, vel infamia noſtra redundat in alios, vt v.g. fama patris quaſi natura ſua obligata eſt filijs, & fama vnius hominis ſæpè coniuncta eſt cum fama conſanguineorum, & fama perſonæ publicæ coniuncta eſt cum fama Reipub. fama prælati eſt quaſi ex iuſtitia obligata ſubditis, & ſic de alijs, vnde in his caſibus non poteſt ita diſponere de ſua fama, ac ſi omnino libera eſſet, quia tenetur conſulere famæ aliorum, cui libere omnino cedere nequit. Non eſt hoc tamen contra rationem dominij, nā ēt in alijs bonis exterioribus pater, quamuis dominus ſit bonorū ſuorū, tenetur tamen non diſſipare illa cū dāno filiorum, & familiæ; ſimiliter Princeps non poteſt bona ſua cū Reipub. damno diſſipare, & ſic de alijs. Quorū omnium ratio eſt, quia fieri poteſt vt quis vnius rei dominus ſit, & nihilominus tamen obligatus ſit ad cōſeruādam illam alteri; vt v.g. Primogenitus dominus eſt primogenituræ, tenetur tamen eam alteri conſeruare. Item poteſt quis habere rem ſuā verbi gratia domum ita coniunctam cum re alterius, vt non poſſit rem ſuam deſtruere, quin res alterius deſtruatur; quo ſane in caſu impeditus erit ſaltē ex charitate ad talem vſum rei ſuæ, non per ſe, quaſi non ſit rei ſuæ dominus, ſed per accidens, ratione damni alterius. Ita ergo dicendum eſt in propoſito de fama noſtra.

14 Tertia Propoſitio; Non obſtante dominio proprio quod ſinguli ciues habent ſuæ famæ, habet etiam Reſpublica dominium altum ſeu generale eiuſdem famæ. Et ſi hoc ſolum voluiſſet Caietanus, nō eſſet reprehendendus. Ratio huius eſt, tum quia ſicut Reſpub. non dicitur ſimpliciter, & abſolute dominium habere omnium bonorum ſubditorum ſuorum, ſed ſolum pro neceſſitate, & vtilitate

tate boni cõis; ita neq; ſimpliciter domina eſt famæ ſuorũ ſubditorũ, ſed tunc ſolum, qñ ipſa indigebit fama ciuiũ ſuorũ, quia tunc bonũ vel malum partis redundat in totũ. Tum quia ciuis ſe infamãdo facit aliqualẽ iniuriã Reipub. ſaltem cõtra iuſtitiam legalẽ, & talis põt eſſe infamia, vt cõmittetur peccatũ mortale, vt ſuo loco dicemus. Ad hoc aũt ut ſciatur, qñ Reſpublica indiget fama ſubditorũ ſuorũ, aut eorum infamia in damnum & iniuriam Reipub. redũdat, ẽt certa regula aſſignari nõ poſſit, ex duobus tñ præcipue dictis colligi poteſt.

Primo ex vinculo vnitatis, quæ eſt inter ciues; habet.n. vna communitas arctius vinculum quam alia, & vbi arctius vinculum eſt, ibi fama uel infamia partis magis redundat in bonum, vel damnũ communitatis vt v.g. maius vinculum eſt inter ciues eiuſdem loci, quàm eiuſdem prouinciæ, maius etiam inter fratres eiuſdem conuentus, quàm inter vicinos unius ciuitatis, & ita infamia vnius monachi magis redundat in infamiam aliorum eiuſdem conuentus vel religionis, quàm infamia unius ciuis in alios. Hinc S. Auguſt. epiſt. 137. c. 2. quem ẽt ad hunc finem refert S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ait, Cum de aliquibus, qui ſanctum nomen profitẽtur, aliquid criminis, vel falſi ſonnuerit vel ueri patuerit inſtãt, ſatagũt, ambiũt, ut de oĩb. hoc credatur.

Secundo ex fine cuius gratia ſocietates hominum inſtitutæ ſunt, ex ratione enim illius finis poteſt vnius fama, vel infamia magis, vel minus in alios redundare, vt v.g. conſtituuntur milites in aliqua arte cauſa præſidij, ſi vnus illorum infametur de proditore, magis læduntur ceteri de tali infamia, quam ſi infametur de ludo, vel adulterio, quia hæc crimina non ita repugnant fini illius ſocietatis, nec ita ſunt grauia in illo ſtatu militum ſicut proditio. Et idem in ſimilibus iudicandum eſt.

15 *Ad ea*, quæ in contrarium afferuntur ex ſcripturis, Reſpondeo, illis in locis ſolum cõmendari cuſtodiam honoris, & famæ ex præcepto charitatis, quo tenetur vnuſquiſque ſe, & ſua diligere, & non prodigere, ſine cauſa, & hoc multo magis procedit in cuſtodia famæ quàm diuitiarum; non tamen inde inferre licet, hominem non eſſe famæ ſuę dominum. Deinde commendatur illis locis exercitium virtutis, cum enim, vt diximus, honor præmiũ ſit virtutis, in ea ſe exercere medium optimum eſt ad bonum nomen acquirendum.

Quod verò docet S. Auguſtinus, intelligitur de quibuſdam feminis, quæ cum ſanctæ a populis haberentur, conabantur humilitatis prętextu ſiniſtrã de ſe ſuſpicionem generare, virtutem eſſe credentes vilipendi, quæ res cum ſcãdalum apud alios generare potuiſſet, & maxime in eccleſia primitiua, quando infamia & vilipendium vnius Chriſtiani in totius Chriſtianitatis ignominiam, & dedecus cedebat, merito eas reprehendit, quod famam ſuam neglexerant, confidentes conſcientiæ ſuæ. Quamuis enim domini ſint homines famę ſuæ, nõ tamen licitum eſt eam negligere, maxime quando vel illa poſſumus Reipublicæ, & alijs prodeſſe, vel ſine aliorum ſcandalo eam prodigere nõ valemus. Quæ omnia multo magis locum habent in perſonis publicis, quàm priuatis, vt ratio ipſa docet.

Ad illud autem ex eodem S. Auguſtino lib. 1. ciuit. Dei. c. 17. & 20. allatum, vbi affirmat, peccare tam eum, qui contra ſe, quam qui contra alium teſtimonium falſum dicit, ſicut & qui ſeipſam, & qui alium occidit, verum eſt, quando ſine cauſa id faceret, Non tamen eodem genere peccati delinquit, ſiquidem occidens ſe peccat & cõtra charitatem, qua tenetur ſe, & vitam ſuam diligere, & curare; & contra iuſtitiam, quia cum non ſit dominus vitę ſuæ, iniuriam facit Deo, & Reipub. Infamans aũt ſe communiter tantum contra charitatem peccat, qua tenetur famam & honorem ſuum tueri & diligere, & non eſſe ſcandalo alijs, non tamen contra iuſtitiam peccat, quando eius fama non eſt ratione perſonæ & officij, ſibi, aut alijs neceſſaria, quia tunc dominus eſt famæ, licet ſine cauſa eam prodigendo peccet, vt inferius ſuo loco dicemus.

Ad vltimũ Reſpõdetur, quod licet uita ſimpliciter præſtet famæ, ex aliqua tñ circũſtantia fieri poteſt, vt fama vitæ præſtet, vt v.g. ſi quis ſit perſona nobilis & publica, cuius fama neceſſaria admodũ eſt Reipub. tunc.n. exponere poteſt uitam pro fama, nõ vt fama, ſed vt pro bono cõmuniori reipub. neceſſario, quo modo expoſuit uitã pro honore Iudas Machabæus, cuius honor tunc temporis populo Iudaico fuit omnino neceſſarius, vt ex pręcedẽtibus, & ſubſequentibus verbis manifeſtum eſt.

16 QVINTVM DVBIVM eſt, cũ fama ab homine non poſſideatur, ſed ſit tanquam in depoſito in mentibus aliorũ, qua rõne fieri poteſt, vt homo ſit famæ ſuæ dñs? Ratio difficultatis eſt, quia vel eſt dominus præciſe illius famæ, quæ debetur ſuis meritis, & operib. & hoc dici non poteſt, quia tunc ſequeretur, quod ſi aliquis haberet maiorem æſtimationem de aliquo, quam eius meritis debetur, inferendo ab eo partem illam famæ, quam vltra merita ei conceſſit, non teneretur ad reſtitutionem, quod videtur falſum, vel eſt dominus famæ illius, quæ vltra merita illi tribuitur, & hoc non, quia ſicut hæc illi nõ debetur, ita ſi quis eam quæ illi nõ debetur, non concedat, nullam ei facit iniuriam. Ergo non apparet qualiter quis famæ ſuæ dominus ſit.

Reſpondeo, cum fama & honor alio modo poſſideri non poſſit, quam in mente, & ore aliorum, qui bene de homine opinãtur, & loquuntur, nõ eodem modo de famæ, & pecuniarum poſſeſſione, loquendum eſt, vt diximus capitulo tertio. Vnde vt argumentum ſoluamus, & quæſtionem ſimul explicemus, tria mihi dicenda videntur; quorum

Primũ eſt, vnuſquiſque dominus eſt famæ illius, quæ vitæ & meritis ſuis debetur. Ratio eſt, quia cum fama hæc propria induſtria comparata ſit, æque dominus eſt illius, ac pecuniarum, artium, & ſcientiarum, quas proprio ſtudio acquiſiuit.

Secundum eſt, quando quis habet eam famam, quæ vitæ & meritis eius non debetur, vt v.g. eſt occulte iniquus, ſed exterius probus, & religioſus habetur, vere dominus eſt eius famæ, & qui eum illa priuaret, ad reſtitutionem eius obligatur. Ratio eſt, quia licet ille famam illam vere non mereatur, quia tamen alii bonam de eo exiſtimationem habere debent, ex eo quod iudicare debent ſecũdum ea ſolum, quæ exterius apparent, conſequenter qui contra faciunt, maximam ei irrogant iniuriam, & ad reſtitutionem tenentur.

Tertium eſt, quando fama non debetur meritis, nec alii bonam de eo exiſtimationẽ habere tenentur, etiamſi bene apud alios propterea audiat, non eſt dñs talis famæ. Sic Petrus de Arragon 2.2. q.62. quæſt. de dominii obiecto, vt v.g. eſt aliquis concionator, qui apud plebem imperitam, reputatur doctus, non eſt talis famæ dñs, nec qui eum illa priuat, facit illi iniuriam, aut iniuſtitiam, vnde ad nullam tenetur reſtitutionē. Ratio huius eſt, quia tunc hic famam ſuam habet ob actum publicū, quę illi vere non debetur, neque propter talem actum publicum tenetur quis ei talem famam tribuere, conſequenter qui illum ea priuat ob bonum finē, nullam ei facit iniuriam. Et quamuis peccet, ſi id ex inuidia faciat, non tamen tenetur ad reſtitutionē, cum non peccet contra iuſtitiam.

17 SEXTVM DVBIVM eſt, an res vere ſpirituales ſint materia dominij humani, ita vt homo dicendus ſit bonorum ſuorum ſpiritualium dñs? Pro cuius intelligentia obſeruandū eſt bona ſpiritualia in duplici eſſe differentia; *Quædam* n. ſunt externa, quæ non faciunt habentē formaliter, & intrinſece bonū, vt ſūt iuriſdictio eccleſiaſtica, & poteſtas ad terminandas lites ſpirituales, ius, & titulus ad beneficia eccleſiaſtica, i. ius ad percipiendas decimas ꝓ officijs & beneficijs eccleſiaſticis, &c. Et de iſtis non agimus in præſentiarum, cum apud oēs certū ſit, habentem iſta vere eſſe dominum illorū; poteſt enim epiſcopus, aut parochus v.g. tradere cui voluerit ſuam iuriſdictionem eccleſiaſticam, quā habet, & iura ad percipiendas decimas ſibi debitas, licet non vendendo (quia hoc eſt iure prohibitum) reſignando tñ in fauorem alicuius, & libere donādo, obſeruatis Summorum Pontificum, & Canonum decretis. Et conſequenter vere dñs illorū eſt, cum ad dominium ſatis ſit, vt poſſit quis libere rē, cuius eſt dominus, dare cui voluerit citra iniuriā alterius. *Quædam* verò ſunt interna, & in ſe & proprie ſpiritualia, quæ formaliter & intrinſece habentem perficiunt; quæ rurſus ſunt duplicia; quædā enim ſunt naturalia, vt ſcientia, quædam ſupernaturalia, vt gratia, & virtutes infuſæ, & de his bonis eſt præſens difficultas. Subſtantiarum autē ſpiritualium mentionem non facimus, quia per ſe cōſtat, eas non cadere in dominium humanum, nec creaturis ſubijci, ſi vt debemus, proprie loquamur. De bonis igitur prædictis, duæ ſunt opiniones.

Prima ſententia eſt negantium hominem iſtorum bonorum eſſe dominum. Sic Dominicus Sotus quamuis obiter, in lib.4. de iuſtit. q.2. ar.1. verſ. *Multo autem debiliori occaſione.* & art.3. ad ſecundū. vbi id expreſſe affirmat. & fauet S. Tho. 1.2. q.73. art.9. ad ſecundum. Ratio eſt, quia perfectior eſt vita ſpiritualis quàm corporalis, vt conſtat. Ergo ſicut Deus dominium iſtius ſibi reſeruauit, ita etiā & illius: & cōfirmatur, quia hac de cauſa pſal.23. vocatur *Dominus uirtutum.* & pſal.83. dicitur, *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, vnde res iſtæ ſuperioris ordinis ſunt, nec eas poſſumus per ſe, & proprie loquendo perficere, vel deſtituere.

Secunda ſentētia eſt Melchioris Cani in relect. de pœnitentia. par.4. in reſponſ. ad ſecundum. Bartholomæi Medinę in 1.2. quæſtione.73. artic.9. in fine. Martini Ledeſm. 2.4. quæſtione 3. art.2. dub.3. fol.19. Dominici Bannes in præamb. de dominio quæſtione ſecunda. ante finē. Petri de Arragon ante quęſtionem 62. tract. de obiecto dominij, Michaelis Salonis ibid. q.3. art.4. & Gregorij de Valentia. tomo 3. diſput.5. q.10. puncto 1. in fine dicentium, homines vere & proprie dominos eſſe horum ſpiritualium bonorum; ſed quia meo iudicio diſſenſio hæc potius eſt de nomine, quā de re, ideo rē totam ſequentibus propoſitionib. explicā.

18 Prima Propoſitio. Actuum noſtrorum internorum, & ſpiritualium, & aliorum, qui illis ſubduntur, vere domini ſumus. Hæc concluſio in re certa eſt, & in modo loquendi debet eſſe omnium. Ratio eſt, quia idem cenſetur eſſe nos dominos illorum, & actus noſtros liberos eſſe, eo quod materia huiuſmodi dominij eſt illa, cuius vſus eſt in noſtra libera poteſtate, id quod maxime cōuenit iſtis actionibus noſtris. Confirmatur, quia res alię cadunt in dominium noſtrum medijs his actibus noſtris, per quos illis poſſumus vti, prout volumus. Huc etiam accedit illud Eccleſiaſtici 15. *Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum in manu conſilij ſui; Ante hominem uita, & mors, bonum & malum &c.* Ex quo loco colligunt communiter Doctores hominem eſſe dominum ſui liberi arbitrii, ad operandum bona, vel mala, & per conſequens dominus eſt bonorum ſpiritualium, ad quæ per propria ſua opera ſe diſponit, & quæ per huiuſmodi operationes habentur.

Quod ſi qs obiiciat, quod actus iſti, priuſquā ſint, non ſunt materia dominii, quia eſſe ſub dominio alicuius ſupponit eſſe vt ſupra diximus: poſtquam verò facti ſunt, non poſſumus illis vti, vt volumus, eo quod iam non ſunt liberi, ſed neceſſarii, & proinde nullo modo ſunt materia dominii.

Reſpondeo, ante actum elicitum, & ad vſum ipſius actus hēt hō ius quoddam, cuius eſt dominus, & moraliter fere æquiualet dominio actus, vnde iniuſtitia illi fit, ſi indebite impediatur, ne libere actus ſuos eliciat, vel operetur; actus item iam elicitus vere eſt ſub hominis dominio, quia vere eſt ſimpliciter liber, et poteſt homo illo vti prout voluerit, iuxta materiæ capacitatem.

19 *Sin autem* dicas, homo non poteſt dominiū horum actuum transferre in alium, quod eſt maximū dominij indicium. Ergo neque ipſemet eorum dominium habet. Reſpōdeo negando conſequentiā, id enim ad dominium verum non eſt neceſſariū, ut infra dicemus, mazime ſi id eueniat ex ſuperioris prohibitione, vel ex natura rei, quæ talis eſt, vt non poſſit ab uno ſubiecto in aliud trāsferri. Deinde quamuis dominium quaſi phyſicum, quod in facultate intrinſeca libere agendi cōſiſtit, in alium transferri non poſſit: nihilominus tamen dominiū quaſi morale, ſeu ius in actionem liberam bene in alterum transferri poteſt, vt patet in ſeruo, qui ex iuſtitia tenetur actus ſuos ad domini arbitrium facere: habet enim dominus ius ad illos actus antequam fiant, et in illis poſtquam ſunt, ut durent, vel vt ex eis fructus capiatur.

20 Secunda propoſitio; Illa bona ſpiritualia, quæ per hos actus quaſi neceſſario, et naturali conſecutione in animis noſtris relinquuntur, vere et proprie dici poſsunt cadere in dominium humanum; Huiuſmodi ſunt ſcientiæ, et virtutes acquiſitæ, artes, et ſimilia. Ratio eſt, quia hic nihil deeſſe uidetur ad perfectam rationē dominii, quia illa nobis comparamus noſtra induſtria, et propria ac libera fa-

ra facultate & induſtria. Nec refert, quod interueniat neceſſarius Dei cõcurſus; Hoc.n.eſt cõis & neceſſarius omnib. bonis, & actib. humanis & creatis. Deinde poſſumus vti his reb. in oẽm vſum, ad quẽ ipſæ ſecundũ ſuam naturam & conditionẽ accommodari poſſunt, quod ſatis eſt ad dominium, nõ.n. vt res ſit humani dominii materia, oportet vt quaſi manib. contrectari poſſit, & alteri tradi, vt per ſe conſtat. Ad hæc transferre poſſumus in aliũ ius ad hæc bona mea, ſ. in meam artem, vel ſcientiam, qua perinde teneor vti in alterius commodum, & illam ei conſeruare, vel etiam acquirere. Et deniq; per ſe loquendo poſſum hæc bona deſtruere ſine alterius iniuria; quamuis.n.non poſſim illa diſpendere ſinè peccato, ſic tamen deſtruendo, nulli facio iniuriam; quæ omnia ſunt ſigna & argumenta dominii: quando enim alicui alteri fit iniuria, ille cui fit, eſt dominus, ſi verò nulli fit iniuria, nullus alius a meipſo erit actuum illorum dominus.

21 Tertia propoſitio; Quamuis in gratiam, charitatem, & alias virtutes, vel dona infuſa ſimile dominium habemus, non tamen ita proprium, verum et abſolutum, vnde verius dicemur talium rerũ vſufructuarij, quàm dñi. Huius propoſitionis. Prima pars patet applicando fere ſigna & argumẽta prędicta. Secunda pars patet aſſignando aliquas differentias, ſiquidem actus noſtri, & tota noſtra facultas operandi intrinſeca non ſufficit ad hæc bona in nobis efficienda, ſed Deus ex lege, vel miſericordia ſua ea operatur in nobis ita diſpoſitis per hos actus, quo ſenſu Eſaiæ 26. dicuntur merita eſſe opera noſtra, & opera etiam Dei, *Omnia enim opera noſtra operatus es nobis Domine.* Vnde ſingulari mõ pendent a Deo magis quàm cetera bona, & ideo quodam modo ęquiparantur cum vita & membris corporis, id quod etiam confirmant rationes pro prima ſententia allatæ. Et ita etiam patet tertia propoſitionis pars: Quamuis reuera ſiue dicamur domini horum bonorum, ſiue non, ſed vſufructuarij parum interſit, quia vix eſt differentia niſi de modo loquendi, res.n. fere eadem eſſe videtur. Cõſtat.n. pendere hæc bona ex arbitrio noſtro, & actibus eius cũ Dei gratia. Conſtat ẽt has virtutes non efficienter, ſed diſpoſitiue aut meritorie cõparari, vel augeri per actus noſtros. Item qui peccat, non propter gratię corruptionem, ſpecialem malitiam contrahit contra iuſtitiã, quia phyſicę potius Deus eſt, qui in pęnã delicti gratia ſua hominẽ priuat, ſicut ſi Deus eum, qui peccat, in nihilum redigeret, non propterea peccator eſſet iniuſtus, quia eſt cauſa ſuæ annihilationis; Et idem eſt, ſi is qui furatur, occiditur a Republica, nõ cenſetur ipſe iniurius in Rempublicam, quia fuit cauſa ſuæ mortis.

Hinc inferunt Doctores, Hominem, qui peccauit, non teneri ſtatim reſurgere, pæniteri, & gratiã ſibi reſtituere, quia proprie loquendo hoc aliquãdo eſſet ei valde difficile, & quia non pertinet ad vtilitatem eius, qui erat dominus prioris gratię, ſcilicet Dei, ſed potius ad commodum ipſius recipiẽtis, cui poteſt ipſe cedere ſine alterius iniuſtitia: tenetur tamen Deo pro illata ſibi iniuria ſatisfacere conuenienti tempore, vt Deus miſericordia ſua in gratiam ſuam illum recipiat.

22 Quarta propoſitio: Bona illa gratiæ, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, vt gratiæ gratis datę, ſcilicet donum prophetiæ, linguarum, miraculorum, & ſimiles, minus cadunt in dominium noſtrũ. Ratio eſt, quia non ſunt in noſtra libertate, ſed in illis ſe habet homo mere paſſiue, & ſolum Deus utitur nobis ad eos effectus perficiendos prout vult, vnde habent iſta bona aliquando peccatores, in actu peccati exiſtentes, vt conſtat in Caypha & alijs.

Ex dictis facile conſtat, quid reſpondendum ſit ad prioris ſententiæ argumenta; Etenim conceſſo antecedenti, negatur conſequentia. Non enim ex rei dignitate, & præſtãtia, ſed ex poteſtate, quam quis habet ſuper illam, ratio dominij deſumenda eſt; Certum autem eſt, quod maiorem poteſtatem habet homo ſupra vitam ſpiritualem ſuam, quàm ſupra vitam corporalem. Adeo vt volenti ſe occidere corporaliter quiſque priuatus vim poſſit inferre, cogereque vel inuitum (immo tenetur, dummodo ſine iactura ſua id valeat efficere) ne ſe occidat: Quam tamen vim volenti ſe ſpiritualiter interficere, non licet inferre, niſi is, qui infert, ſuperior authoritate, & poteſtate ſit, ut omnes Theologi, & in ſpeciali, Cano, Ledeſmius, & Petrus de Arragon locis proxime citatis, fatentur.

Illa verò ſacræ ſcripturæ teſtimonia, ſolũ probant nos habere gratiam, & uirtutes ex dono Dei, quod nemo negat, vnde licet Deus ſit prima & efficiens cauſa gratiæ noſtræ, & virtutum, ita tamen illa a Deo nobis conferuntur, vt nos quoque per bonum vſum liberi arbitrii diuino auxilio adiuti ad illa nos diſponimus. Quod vero altioris ordinis ſint, & ſupernaturalia alia bona, non tollit quin ſub dominio humano cadere poſſint, iuxta ea quæ diximus; Etſi enim actus iſti ſupernaturales ſint & ordinis ſuperioris, ſi ad ſolam naturam comparentur; ſi tamen comparẽtur cum natura per gratiam eleuata, non ita excedunt, quin vere illorũ domini ſimus; quandoquidem in noſtro ſunt arbitrio, & a nobis pendent actus etiam a gratia cum libero arbitrio eliciti, & nobis fructus afferunt, & ius habemus, vel ad illos, vel in illis, vnde & per eos ex iuſtitia meremur, vt in materia de iuſtificatione, & merito Theologi tradunt.

23 *Difficultas* aliqua poteſt eſſe de aliis quibuſdam bonis ſpiritualibus, quaſi mediis, vt ſunt poteſtas ordinis, iuriſdictionis ſpiritualis ad abſoluendum a peccatis, etc. Sed quia huius rei explicatio alterius loci eſt, breuitatis cauſa a nobis prætermittitur: Et ſolum in præſenti negatur eſſe materiã humani dominii, ſi ſimpliciter et abſolute conſideretur; Ratio eſt, quia ſimpliciter tota hæc res eſt ſupernaturalis ex Dei arbitrio pendens; Et quamuis ex lege Dei iam certa uia, et modo hæc dona conferantur hominibus: ſemper tamen Deus eſt, qui nobis, vt inſtrumentis utitur; Sicut etiam econtrario fideles habent ius vtendi ſacramentis, et licet per ea gratiam infallibiliter accipiant, ſi velint, hoc eſt, ea digne recipiant, non tñ ſunt domini ſacramentorum. Poſſunt tñ dici aliquo modo domini illius iuſtitiæ ad vſũ ſacramẽtorũ, adeo vt ſi indebite impediãtur, fit illis iniuſtitia. Quomodo ẽt Sacerdos habet dominiũ in ius illud, quod habet ad conferenda ſacramẽta iuxta Chriſti Domini inſtitutionẽ, et ſeruatis Summorũ Põtificum, et Cõciliorum decretis: Et Epiſcopi et Curati ſunt etã domini illius iuris, quod habent ad regendas oues

ſuas, & miniſtrandi ſacramenta, propter quod nō ſine iniuſtitia eo iure priuari, aut indebite ab illius vſu impediri poſſint, etiamſi in omnem vſum iure illo vti non poſſint, ſed iuxta illius naturam, & leges a ſuis ſuperioribus præſcriptas, vnde ius illud vendere non poſſunt. Sed de hac re alio in loco latius agendum erit.

De dominio proprietatis vnius hominis in alium, ideſt, an vnus homo in dominium alterius cadere poſſit. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Dominium proprietatis quodnam ſoleat appellari, errorque Anabaptiſtarum & Trinitariorū, qui omne dominium inter Chriſtianos tollendum eſſe docent.*
2 *Seruitus naturalis & legalis quæ ſecundum Ariſtotelem, & Platonem.*
3 *Inter homines quoad ſeruitutem naturalē gradus quidam numerantur.*
4 *Ad actualem ſubiectionem ex natura rei nullus cogi poteſt, niſi aliqua iuſta cauſa vel aliquis humanus contractus aut voluntatis conſenſus intercedat.*
5 *Quid ſeruitus legalis, ſeu ciuilis, & vnde dicātur ſerui?*
6 *Iure gentium iuſte introductum eſt, vt unus homo ſit uere Dominus, & alter ſeruus.*
7 *Seruitutem iure diuino introductam fuiſſe in pœnam peccati opinio nonnullorum, & reſponſio ad eorum auctoritatem adductam.*
8 *Soluitur locus ex S. Ambroſio deductus; qui eorum opinioni fauere videbatur.*
9 *Qua ratione dicitur ſeruitutem inductam fuiſſe contra naturam?*
10 *Vt Dominiū vnius hominis iuſtum ſit, requiritur titulus iuſtus, tituli aūt varij aſſignātur uſque ad nu. 26.*
Titulus primus eſt iure belli, quo captus ſeruus ſit iure gentium. ibid.
11 *An Chriſtiani capti in bello iuſto ab infidelibus fiant ſerui infidelium.*
12 *An ſic capti, non tamen coacti ad peccandum, maneāt eorum ſerui.*
13 *Secundus Titulus ob graue aliquod delictum quod ſeruitute puniri poſſit, ab habente poteſtatem.*
14 *Iure Canonico ob quædam delicta ſeruus efficitur.*
15 *Titulus tertius, donatio, emptio, venditio: de donatione uero, cum de illa non extet lex, quid dicendum.*
16 *Ius Ciuile determinare & præſcribere poteſt conditiones cum quibus fieri debet acquiſitio Dominij & per uenditionem & emptionem libertatis, & quænā illæ ſunt?*
17 *Quæ conditiones ſolum obligare potuerunt Rom. Imperium, ubi autem illæ leges receptæ non ſunt, iuri naturali, & poſitiuo cuiuſque regni ſtandum.*
18 *An homo uendere poſſit ſuam libertatem pro ſoluendo debito pecuniario?*
19 *Vt Pater uendat filium, oportet quaſdā conditiones a iure ciuili p̄ſcriptas obſeruare, et q̄nā illæ ſint? et ſe.*
20 *Venditio filij non debet eſſe abſoluta, ſed quaſi ſub pacto de retrouendendo.*
21 *Pater filium ſacris initiatum vendere non poteſt.*
22 *An poteſtas uendendi filios utrique parenti concedatur in egeſtate?*
23 *Conditiones prædictæ ubi tantum uim habent, & quæ non ſunt ſimpliciter neceſſariæ, licet naturali rationi conformes.*
24 *Quid de Indis & Aethiopibus emendis, & vendendis iudicandum.*
25 *An qui apud Barbaros a ſuis interficiendi & comedendi pretio aliquo dato liberantur, poſſint redemptori ſeruituti ſubijci.*
26 *Qui naſcuntur ex matre ſerua, ſiue pater liber ſit, ſiue non, ſerui ſunt & dicuntur uernaculi, & filij etiam eorum ſerui ſunt.*
27 *Si mater ſit libera tempore conceptionis uel partus uel tempore intermedio, etiamſi antea uel poſtea fuerit ſerua, proles erit libera.*
28 *An huiuſmodi ſerui a Dominis licite fugere poſſint.*
29 *An extra caſus quoſdā nu. p̄ced. allegatos licitū ſit fugere? fuſe examinatur: opinioni negatiuæ rōnes q̄q;*
30 *Secunda ſententia quæ aſſirmat, de qua Couarruuias ſolus diſtinguit, alij uero abſolute illud aſſerunt.*
31 *Authoris opinio magis ad ſecundam inclinat.*
32 *Soluuntur argumenta in contrarium allata.*
33 *An Chriſtiano capto in bello a Turcis liceat fugere & ab eis auferre quicquid poteſt.*
34 *Si quis iure belli iuſti captus, et deinde a capiēte ſit vēditus alteri, an ſemper habeat ius redeundi ad ſuos?*
35 *An ſi ſeruus bello captus filium genuit, filius ille genitus a ſeruo aut ancilla ipſa natiuitate ita factus ſit ſeruus, ut fugere non liceat?*
36 *Quouſque hoc ius Dominorum ſe in ſeruos extendat?*
37 *An ſeruita ſint Dominorum ſuorum, ut quicquid lucrentur, Dominis ſuis acquirant?*
38 *Quoad ius ciuile cōmune nulla in hoc inter ſeruos bello captos & prælio emptos differentia ponitur.*
39 *Quoad ſeruos in bello captos lex ciuilis contraria conſuetudine abrogatur, & in quinque caſibus, poſſunt ſibi ipſis peculium uerumque dominium acquirere.*
40 *Quoad ſeruos Emptitios, quicquid donatur eis, aut quicquid lucrantur, dominorum eſt, ſi ſe ſuaque iura vendiderunt.*

INter alias res, de quib. dubitatio eſſe poſſit, an materia dominij nec ne ſint, vna eſt ipſemet homo, q cū rōne, & libero arbitrio vigeat, vt propterea merito a Deo ut ceteris animātib. pręſit, cōſtitutus ſit, non vr̄ qua rōne fieri poſſit, vt iuſte in alterius dominiū cadat. Ceterum cum cōtraria opinio cōis & certa ſit; ut paulo poſt oſtēdemus, explicandū breuiter eſt, quo iure vnus hō in aliū dominiū proprietatis cōparare poſſit, et quouſq; poteſtas hęc ſe extēdat. Dixi, *Dominiū proprietatis*, q̄a licet Anabaptiſtę, & Trinitarij huius tēporis pernicioſe docēt, nō debere eſſe inter chriſtianos, qui aliis dominentur, nec dominio gubernatiuo, & politico, ſeu iuriſdictionis, quo ſuperiores dominātur inferiorib. nec legali, & ciuili, quo aliqui aliis dominātur vt ſuis ſeruis, & mancipijs, q̄ dominium proprietatis appellari ſolet; nos hoc loco ſolū de hoc ſecundo gñe dominij dicemus, cū primū illū ad præſens noſtrū inſtitutū minime ſpectet. Contra prædictos autem hæreticos late & docte diſputat Robertus Bellarminus tomo 2. controuerſiarum. lib. 3. capit. 2. & deinceps. Non eſt autem præſens quæſtio de dominio vitæ, et membrorum, ut partim ex his, quæ diximus, partim etiam ex his, quæ inferius afferemus, manifeſtum erit; ſolum igitur controuerſia eſt de libertate, et alijs, quæ in hominis dominium cadunt, ex eo, qđ homo iure naturali liber ſit, vnde Eccleſiaſtici 15. dicitur, *Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilij ſui.* et in can. *Cum redemptor.* 12.q.2.ex S.Gregorio habetur, *Quod homines, quos ab initio natura liberos protulit, ius gentium iugo ſubſtituit ſeruitutis.* et in l.libertas, ff. de ſtatu hominum. et Inſtitut. de iure perſonarum, §. ſeruitus, dicitur, ſeruitutem eſſe de iure gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. Et quibus colligi videtur, ſeruitutem illicitam eſſe, vtpote contra ius naturæ, et conſequenter dominium, quod tali ſeruituti reſpondet. Pro quæſtionis igitur intelligentia, et explicatione

Notandum eſt ex Ariſt. lib. 1. Polit. cap. 3. et 4. et lib. 7. cap. 14. duplicem eſſe ſeruitutem, alterã quidem *Naturalem*, alteram verò *legalem*. *Naturalis*, eſt, qua hebetiores et rudiores, corporeque robuſtiores ſuapte natura aptiores ſunt ad parendũ ſapientiorib. et induſtrioribus. Deus.n.ſic condidit humanum genus, vt eſſent alij in ſcientijs, et virtutibus ſuperiores alijs. Hominis igitur natura eſt, vt viuat ſecundũ rationem, et quod eidem obtemperet, vnde ſicut perfectio appetitus ſenſitiui eſt parere rationi; ita inter homines perfectio agreſtium hominum, ſcientiarumque inhabilium eſt ſapientum gubernationi ſubijci. Et ſicut in eodem homine anima naturaliter dominatur corpori, ita vt qui plus vigent animæ bonis, plus habẽt quo dominari alijs poſſunt, ſuntque ad regendũ aptiores. Sic econtra rudiores, vt qui plus valent corpore, plus quoque virium habent, aptioreſque ſunt ſua natura ad parendum, & ſeruiendum alijs. Quapropter Plato in Dialogo 3. de legib. cuius & Ioan. Stobæus ſermone 42. mentionem fecit, ſcribit, primam dignitatis rectam rationẽ eſſe, vt genitores vbique natis imperent; Secundam, vt ignobilibus generoſi; Tertiã, vt iuniorib. ſeniores; Quartam, vt dñi ſeruis; Quintam, vt potentiorib. imbecilliores ſeruiant; Sextã quidem & omnium maximam eſſe, quam ſecundũ naturam ignorantes ſequi iubẽtur, prudẽtes aũt ducere, ac dominari. Hæc Plato. Et Ariſt. lib. 7. Polit. c. 14. ait, *Eſſe natura ipſa ſeruitutẽ iuuenis ad ſenẽ*. Et S. Aug. ſuper Geneſim, *eſt*, inquit, *ordo naturalis in hominibus, ut ſeruiant feminæ uiris, & filij parentibus, quia et illic hæc iuſtitia eſt, ut qui excellant dominatione*, & Cicero Paradoxo 5. proponit, prudentes eſſe liberos, ſtultos autem & inſipientes ſeruos eſſe, cui fauet illud Prouerb. 1. *Intelligens gubernacula poſſidebit*. Quapropter Plato Reſpublicas illas beatas eſſe putauit, in quib. aut philoſophi, & ſapientes gubernarẽt, aut gubernatores philoſopharentur. Ceterũ hæc ſeruitus, ſi quæ eſt a natura, ſolum eſt ſecundum quandã aptitudinem, vel congruentiã, actu verò non; Nã ex rei natura exceptis filijs in parentes, nullus homo eſt alteri ſubiectus, nõ ſolum ſeruitute propria, ſed neque ẽt ſubiectione iuriſdictionis. Ex eo igitur quod natura ſagax, & prouida, quoſdam homines ingenio & prudẽtia dotauit, alios verò neruis, & membris roborauit, & rudiores produxit, dr̃ conceſſiſſe quibuſdam aptitudinẽ ad dominandum, alijs verò ad ſeruiendũ, quæ dominatio, & ſeruitus dñr hac de cauſa naturales, nõ quidem quaſi eſſent a natura, natura enim oẽs pares, & liberos fecit: ſed quia cum regere, & gubernare ſit actus intellectus, & rõnis, ipſa natura producens alios præſtantiori ingenio, alios verò rudiori, exigit, vt ſapientiores rudiorib. præſint, non tanquam mancipijs, ſed vt hominib. liberis, tum ad bonum vniuerſi, tum etiam ad bonum ipſorum qui prudentioribus ſubſunt, quorum plurimum intereſt, vt a ſapientib. gubernentur. Quæ ẽt ſeruitus, & dominatio in ſtatu innocentiæ fuiſſet, ſi homo in eo ſtatu perſeueraſſet. Quamuis.n.in eo ſtatu nulla fuiſſet miſeria, nullaque ignorantia, non tñ fuiſſent omnes æquales in ſapientia & virtute, & in alijs animæ dotibus tam naturalib. quã ſupernaturalibus, ſed & viris vxores, & parentib. filii, & ſapientibus rudiores obedire debuiſſent, abſque aliqua tamen moleſtia, vt docent S. Th. 1. par. q. 96. artic. 4. Ioan. Driedo lib. 1. de libertate chriſt. c. 2. pag. 8. Couar. in reg. peccatum. part. 2. §. 11. nu. 5. de reg. iur. in 6. Michael Salon. tom. 1. in 2. 2. tract. de dominio q. 3. ar. 1. Pet. de Arragon 2. 2. ante q. 62. in tract. de dominio. & Ludouicus Molina. tract. de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 32.

Circa hanc tamen ſeruitutem naturalẽ duo animaduertenda ſunt. *Primum eſt*, quod inter huiuſmodi homines, qui ſic apti dicuntur ad ſeruiẽdum a natura, gradus aliqui ſunt. Alii ſiquidem ſunt omnino amentes, & rõnis expertes, quales in tota aliqua natione, vel Republica reperiri nõ eſt credibile, vnde a nonnullis falſo exiſtimatum eſt, Indorũ nationes eſſe eiuſmodi. Qua.n.ratione ſic amentes matrimonia inire, filios educare, aut ſuam Rẽpub. & regnum per aliquod tẽpus potuiſſent ſuſtinere? Alij verò ita rationis inopes ſunt, vt quamuis non ſint oĩno amentes, ferinis tamen moribus imbuti ſunt, vt qui carnibus veſcuntur humanis, & innocentes impune interficiũt, quales ferũtur eſſe apud Indos quidam, qui vocãtur Canibales, & Canides. Alii verò ſunt, qui non habẽt eas prudentiæ partes, vt ſe ipſos gubernare valeant, apti tamen ſunt, vt ab aliis regãtur, & gubernẽtur. iſti igitur omnes ex natura rei dicuntur quaſi apti nati ad parendũ aliis; adeo vt bonus ordo, gubernatio vniuerſi, & Reipub. poſtulat. vt hi obediant, & alii gubernent in bonum ipſorum, verum eſt tamen, quod hæc ſeruitus naturalis in vigore, & proprietate non eſt ſeruitus appellanda. Tũ quia ſeruitus proprie ſignificat carentiam libertatis, qui aũt ſeruiũt iſta ſeruitute naturali, non ſunt mancipia, ſed homines liberi et domini ſuarum actionum, et rerum. Tum quia ſeruitus proprie ſignificat malum et incommodum eius, qui ſeruit et bonum, et incommodum eius, qui dominatur, cũ ſeruus quicquid eſt, domini ſit. Qui autem hac ſeruitute naturali ſeruiunt, propter ſuũ commodum proprium, et non propter dominorũ gubernantium vtilitatem inſeruiũt, cum ipſis maxime expediat gubernari a ſapientibus. Et conſequenter dominiũ naturale, quod huic ſeruituti reſpondet, non eſt proprie dominium dicendum, ſed ſolũ generali, et ampla quadam acceptione. Sicut quamuis natura præfecit parentem filio, maritum vxori, quia debent iſti ab illis regi, non tamen propterea dicendus eſt alius ſeruus aut mancipium patris, aut vxor viri, ita licet natura prætulerit ſapiẽtes rudibus, vt hi ab illis gubernentur, non tamen ſunt rudiores mancipia eorum, vt conſtat.

4 *Secundū eſt*, ad hanc actualē ſubiectionem ex natura rei nullus homo cogi pōt, niſi vel aliqua iuſta cauſa, vel aliquis humanus cōtractus, aut volūtatis cōſenſus intercedat, quo modo vxor ſubijcitur viro, populus regi &c. Quo fit vt ſi Reſpub eligat minus ſapientem, non propterea poterit magis ſapiēs gubernationē ſibi vſurpare. Vnde non licet principib. chriſtianis barbaras nationes hoc prętextu debellare, vt meliorib. legibus, & a ſapientiorib. gubernentur; vt recte docent Franciſc. a Victo. in relect. de Indis. Sect. 1. nu. 23. Michael Salon, & Pet. de Arrag. locis proxime allatis, quicquid Geneſ. Sepulueda in ſuo Quodlib. Quo iure Hiſpani dominentur Indis, affirmet, potuiſſe Hiſpanos hac rōne Indos debellare, quod barbari eſſent, & nullis legibus, aut religione vterentur. Quod ſi oēs homines alicuius nationis eſſent amentes, vel haberent mores adeo ferinos, vt innocentes impune occiderēt, & carnib. humanis publice veſcerentur, vendētes illas in macello, vt de aliquibus fertur: tunc Victoria in dicta relect. ſect. 3. in fi. & alij ſupra citati docent, licitum eſſe illos debellare, & in dominiū & regimen ſapientum redigere, cum hoc eſſet actus charitatis. Non tamen propterea ſic ſubiugati fierent illorum mancipia, quia non exigit charitas, vt ex alienis miſerijs lucra noſtra quæramus, ſed potius vt eorum ſaluti conſulamus. Vnde nec poſsēt illis graues labores iniungere, ſed conuenientes eorum ſaluti, vt exerceantur. Ad hoc genus ſeruitutis naturalis reuocari poteſt ſeruitus famulorū, qui mercede conducuntur ad aliquas operas; etiā vult Ariſt. vbi ſupra a natura inchoari, quia robuſtiores, inquit, & agreſtiores homines regulariter quaſi ad ſeruiendum naſcantur. Actu tamen hęc ſubiectio perficitur humana voluntate, in qua nō acquiritur, vt diximus, proprie dominium vnius hominis in alium, ſed quoddā ius, & quaſi vſus quidam, quare iuſtitia in hoc, ſicut in alijs humanis cōtractibus locum habet. Quamuis aliqui hanc ſeruitutē famulorum, nec male, medium quoddam ſeruitutis genus appellant, inter ſeruitutem naturalem, de qua dictum eſt hactenus, & inter ſeruitutem legalem, de qua in ſequentibus agemus, quorum nō cōparatur dominium proprietatis, ſed ſolum ius ad operas, & famulatum præſtandum.

5 *Altera* ſeruitus eſt, quam Ariſt. lib. 1. polit. c. 3. & 4. *ciuilem* & *legalem* vocat, qua vnus homo (quāuis a natura liber conditus ſit) ita dicitur effici ſeruus alterius, vt vere ſit quaſi poſſeſſio alterius, & ſub eius dominio cōſtitutus, quæ ſeruitus per legē poſitiuam introducta eſt. Huiuſmodi autem homines, vt habetur Inſtit. de iure perſonarum. §. ſerui. & apud Io. Dried. lib. 1. de liber. Chriſt. c. 2. ſerui dicti ſunt a ſeruando, quod hi, qui iure belli poſsēt occidi, a victoribus cum ſeruabantur, fiebantq́ ſerui, commutata eorum morte in perpetuam ſeruitutem. Quæ lex ſeruitutis iuſte conſtituta eſt, nō tam in fauorem dominorum, quàm in vtilitatem ſeruorum, quibus vtile magis eſt ſeruitutibus dominorum ſubijci, quàm occidi. Dicti etiam ſunt mācipia, quaſi ab hoſtib. manu capta, vt in d. §. ſerui. habetur. De hac ergo ſeruitute legali quantum ad præſens noſtrum inſtitutum attinet, quid dicendū ſit, ſequentibus propoſitionibus exponam.

6 Prima propoſitio: Iure gentium iuſte introductum eſt, vt vnus homo vere ſit dominus, & alius ſeruus. Sic omnes, quos ſupra citauimus, & probari facile poteſt, quoad primam partem, ſ. iure gētium introductam eſſe, patet ex cap. ius gentium. diſt. 1. ff. de ſtatu hominum. ff. de iuſt. & iu. ff. & Inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili. Idem docent Sot. lib. 4. de iuſtit. q. 2. art. 2. Nauar. in cap. ita quorundam. in gl. pen. Couar. in reg. peccatū. par. 2. §. 11. nu. 1. & 2. Ioan. Driedo lib. 1. de libert. chriſtia. non longe ab initio. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 11. fol. 225. Petr. de Arrag. in 2. 2. tract. de dominio. Dominic. Bannes ibi. q. 2. & Michael Salon. q. 3. art. 1. Lud. Molina. tract. 2. diſput. 32. Gabr. 4. d. 15. q. 5. art. 1. Notab. 3. & alij. Secunda pars euidens eſt, ſiquidem ſcriptura approbat has ſeruitutes. Nam Leuit. 25. quamuis Iſraelitæ prohibebantur habere ſeruos perpetuos ex contribulibus ſuis, de alienigenis tamen ſubditur, *ſeruus & ancillæ ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt, et de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum*, & idem latius habetur Exo. 21. et 1. ad Timoth. 6. dicitur, *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus, ſuperbus eſt, nihil ſciens*, & 1. ad Corinth. 7. habetur, *vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat; ſeruus vocatus es? non ſit tibi cura, ſed & ſi potes fieri liber, magis alere.* Idē patet ad Epheſ. 6. ad Coloſ. 3. & 4. ad Tit. 3. ad Philemonem, vbi eum obſecrat, vt benigne ſuſcipiat ſeruum ſuum Oneſimum, & 1. Petri. 2. Quibus in locis vt conſtat præcipitur ſeruis, vt obediant dominis, & obſeruent iura ſeruitutis, vnde ſupponit ſcriptura hanc ſeruitutem eſſe iuſtam; loquuntur autem ſcripturæ de ſeruis proprie dictis, vt patet Exod. 21. & Leuit. 25. & clarum eſt Apoſtolos de ea ſeruitute loqui, quæ tunc temporis erat in vſu apud Romanos, quæ erat ſeruitus legalis, de qua nunc agimus. & de hac re extant etiam variæ Pontificum, & conciliorum definitiones 12. q. 2. & in Concilio Gangrenſi, vt habetur in capit. *ſi quis ſeruum* in his verbis, *ſi quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere, non potius docuerit eum ſuo domino bona fide, ac cum omni honorificentia deſeruire anathema ſit.* & idem habetur in cap. ſequenti. Ratio concluſionis eſt, quia homo eſt aliquo modo dominus ſuæ libertatis, & actionum, & membrorum, atque adeo ſuiipſius aliquo modo: quod autem eſt ſub dominio vnius hominis, poteſt ad alium transferri, ſi iuſta cauſa, & poteſtas interueniat. Dixi, *ſi iuſta cauſa, vel poteſtas intercedat*, quia differt homo ab alijs rebus, quæ ratione carent, quantum ad pręſens inſtitutum, quod aliæ res ex natura rei, vel ſunt communes, vel nullius, vnde fit, quod cum nec iniuriæ, nec dominij capaces ſint, poſſunt fieri ex rei natura alterius, ſcilicet, primi occupantis; homo autem cum ſui ipſius dominium habeat ex rei natura, conſequenter priuari non pōt ab alio irrationabiliter, et ſine legitima cauſa, et poteſtate, tali libertate, et do-

minio ſuijpſius: vnde ad acquirendum in homine intercedere debet legitima cauſa, titulus, & poteſtas, vt infra dicemus.

Hinc infertur, primo quid dicendum ſit ad opinionem Gloſſæ cuiuſdam in c. 9. Gene. inſinuantis, ſeruitutem eſſe iure diuino introductam, in pęnam peccati, non autem iure Gentium. Quia Noe Gen. 9. poſt ebrietatem maledicens Cham filium ſuum eo quod nuditatem patris irriſit, inter alia dixit, *Maledictus puer Chanaam ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*, &c. quibus verbis Chanaam filius Cham propter parentis peccatum ſeruus efficitur: vnde dicunt Hebræi, Ægyptios, Æthiopes, & alias nationes homines natos ad ſeruiendum, originem ducere ex Chanaam. Quæ maledictio fiebat nutu diuino, antequam introductum eſſet ius Gentium. Ergo dicendum potius eſt ſeruitutem iure diuino, quã iure gentium introductam fuiſſe. Fauet Gloſſæ dictum illud S. Ambr. in ſermo. de ieiunio. & refertur 35. diſt. can. ſexto die. vbi ait, *Non eſſet hodie ſeruitus, niſi ebrietas præceſſiſſet.*

7 Reſpondeo enim primo, nullum extare præceptũ in verbis illis Noe, ſed cum iratus erat Noe in filiũ, ex inſpiratione diuina, prophetauit futuras pœnas, quas filij Cham paſſuri erant ob peccatum parẽtis, ſ. quod poſteritas eius magna ex parte eſſet ſeruitura, vnde his verbis prophetia, non præceptum continetur. Secundo dici poteſt, ſeruitutem in illo loco nõ accipi pro vera ſeruitute, ſed pro eo, quod eſt, eſſe inferiorem. Quo modo verba illa de Iacob & Eſau Geneſ. vigeſimoſeptimo, vbi Iſaac dixit, *Dominum tuum illum conſtitui, &c.* explicat Apoſtolus ad Rom. 10. *Quia maior ſeruit minori*, hoc eſt, erit illo inferior. conſtat enim Eſau nunquam ſeruiſſe Iacob, vt ſeruiunt mancipia, ſed dictum id fuit, quia poſteritas Iacob in omni re primas partes & ſuperiores obtinere debuit.

8 *Ad* locum verò illum ex S. Ambroſio deſumptũ, etſi Sotus lib. quarto, de iuſt. q. 2. art. 2. in fine, dicat, ſe non intelligere, niſi ebrium appellet ſeruum, qui rationis vſu orbatus, fit tanquam iumentum, verus tamen ſenſus eſt, quod ex ebrietate Noe Cham ſumpſit occaſionem peccandi, & irridendi patrẽ, in cuius peccati pœnam ſubſecuta fuit ſeruitus poſteritatis ſuæ. Et ita a primo ad vlt. ebrietas fuit occaſio illius ſeruitutis, quam Noè prædixit poſteris Cham. Commendat enim ibi S. Ambro. abſtinentiam, & ieiunium, & deteſtans ebrietatem, more oratorio enumerat inter alia mala hanc pœnã ſeruitutis. Hic igitur verus eſt illorum verborum ſenſus, quem facile Sotus intelligere potuiſſet, ſi locum illum conſuluiſſet: certum igitur ſit, ſeruitutẽ hãc iure gentium introductam eſſe. Quia verò ius gentium, & ius ciuile, & leges Imperatoriæ amplectuntur & ſeruant, dicitur ſeruitus eſſe a iure ciuili, & a iure Imperatorio, quamuis primo, & ſimpliciter a iure gentium ſit, vt recte Sotus vbi ſupra. artic. 2. in fine annotauit.

9 Infertur ſecũdo, qua ratione in l. libertas, ff. de ſtatu hominum, & §. ſeruitus. Inſtitutio. de iure perſonarum. dicitur, ſeruitutem inductam fuiſſe contra naturam, vnde colligi videtur, ſeruitutem illicitam eſſe, vtpote contra ius naturæ, immo verò ſi contra naturam ſit, & ius naturæ immutabile ſit, iure gentium tolli non poteſt, §. ſed non poteſt. §. ſed naturalia quidem. Inſti. de iure nat. gent. & ciuili. in princ. Et quidem omiſſa reſponſione Accurſij in l. Manumiſſionis. ff. de iuſt. & iure, reſpondentis ius naturale tolli non poſſe in totum iure gentium, & humano, ſed in parte, omiſſa item ſolutione Bartholi ibidem, & in l. ex hoc iure. ff. eod. tit. & Angeli, & Pauli. in l. ſi id quod ff. de condictione indebiti, dicentium, duplex eſſe ius naturale, primæuum, & ſecundæuum, & primum tolli poſſe per ſecundum, quod ius gentium appellatur.

Reſpondeo cum S. Tho. 1. 2. q. 94. art. 5. ad 3. Pręposit. in c. ius gentium, diſt. 1. nu. 9. Nauar. in ca. ita quorundam, de Iudæis. gl. pen. Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 11. nu. 3. de reg. iur. in 6. & Pet. de Arragon. trac. de dominio. Aliquid dupliciter dici poſſe eſſe de iure naturæ, vno modo, quia ad hoc natura inclinat, ſicut non eſſe iniuriam alteri faciendã. Alio modo, quia natura non inducit contrariũ, qua ratione dicere poſſumus eſſe de iure naturæ, quod homo ſit nudus, quia natura non dedit ei veſtitum, ſed ars adinuenit. Quod ergo eſt contra naturã primo modo, ſeu vt alij loquuntur, de iure naturali poſitiuo, quod aliquid poſitiue præcipit, vel prohibet, omnino illicitum eſt, cum ius iſtud immutabile ſit: quod verò eſt contra ius naturæ ſecundo modo, & vt alij dicunt, contra ius naturale negatiuum, puta quod nihil de re aliqua ſtatuit, aut prohibet, ſed id potius omiſſit legis humanæ diſpoſitioni, id certe licitum eſſe poteſt, & mutabile: & hoc modo communis omnium poſſeſſio, & libertas dr̃ eſſe de iure naturæ, quia. ſ. ius naturale negatiuum ſeruitutem non induxit, ſed neque libertatem prohibuit; immò liberos omnes homines creauit, vnde iure negatiuo, & humano diſtinctio poſſeſſionum, & ſeruitus ad humanæ vitæ vtilitatem iuſte & licite induci potuerunt, quo ſolùm modo rerum proprietas, & ſeruitus dicuntur eſſe contra naturam.

Alia etiam adhiberi poteſt reſponſio, ſcilicet, ſeruitutem eſſe contra naturam, ſi primam naturæ intentionem, ſeu primam rerum conſtitutionem ſolũ conſideremus, eo quod ſtando in ſola prima rerum conſtitõne, primamque naturę intentionem ſpectando, omnes a natura ipſa liberi naſcebantur, & omnia erant communia; Sin autem ſecundam naturæ intentionem cogitemus, & hominum malitiam, quæ poſtea ſuperuenit, licite, & iuſte rerum diſtinctio, & ſeruitutes iure gentium introductæ ſunt; immo id Rei publ. & generi humano valde expediens fuit. Vnde quo iure ex conſenſu humani generis bella introducta fuere, eodem & captiuitates, ac ſeruitutes conſtitutæ ſunt, vt docent S. Auguſt. lib. 29. de ciuitate Dei. capitu. 15. Conradus tracta. de contract. q. 10. Fortun. in d. l. Manumiſſiones. Io. Driedo. libro 1. de libert. Chriſt. cap. 2. Couarr. vbi ſupra. Michael Salon in ſecunda ſecundæ, tract. de dominio. q. 3. art. 1. concluſ. 2. & Ludou. Molina. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 32. in fi. Id quod exemplo naturali oſtenditur. Siquidem a natura duob. modis aliquid intendi poteſt, vno modo per ſe, & primario, vt vitæ generatio, hoc modo intenditur a natura; Alio modo propter aliud, & ſecundario, quo modo corruptio embrionis in vtero matris dicitur naturalis, quia intenditur a natura non propter ſe, ſed propter generationem viuentis, ita ſeruitus legalis, quamuis non ſit a natura primario, quia natura nullum produxit ſeruum, eſt tamen naturalis ſecundario, quia ad tuendam vitam recta ratio naturalis docet expedire aliquando huiuſmodi ſeruitutem, vt diximus.

10 Secũda propoſitio: Ad hoc vt dominium vnius hominis verum & iuſtum ſit, & conſequenter vt alter ſit eius ſeruus, requiritur iuſtus titulus, cũ hoc vt conſtat, commune ſit omni vero & iuſto dominio. Et ſermo eſt, non de eo, qui iam eſt ſeruus, ſed de titulis, quibus prima acquiſitio dominij vnius hominis in alium iuſte, & legitime comparatur, ſolent autem varij tituli aſſignari, vt videre eſt apud S.Anto.par.3.tit.3.c.6.§.3. Ange.verb.ſeruitus.nu.1.Sylueſt.eo.q.3. Sot.lib.4.de iuſt.qu.2.art.2.Mart. Ledeſm.2.4.q.18.art.1.dub.11.fol.225.Mich.Salõ 2.2.tom.1.tract.de dominio.q.3.art.1.concl.4.Petrum de Arrag.ibid.Ludo. Molinam. de iuſt.par.1. tract.2.diſpu.33.& Ioſeph. Angles in florib.4.ſent. q.de domin.art.2.concluſ.3.& alios: quorum

Primus eſt, iure belli, quando.ſ.quis in bello iuſto capitur, fit iure gentium ſeruus capientis. Sicut enim ea quæ in bello iuſto capiuntur, iure gentium ſunt capientium, l.ſi captiuus.§.1.ff.de capt. Bart.in l.ſi quid in bello.ff.de capt. ita etiam & homines in bello iuſto capti eodem iure fiunt ſerui capientium. Inſt.de rerum diuiſione.§. Item ea, quæ ab hoſtibus capiuntur, & l.libertas, ff. de ſtatu hominum. Gloſſ. in c.ius gentium.in verb.ſeruitutes. diſtinct.1.fauet ca.dicat.23.quæſt.5. quæ ſeruitus licita eſt, & iuſta, immo, & opus miſericordiæ, vnde 1.Pet.2.dicitur, a quo quis ſuperatur, eius ſeruus eſt. Eſt enim opus miſericordiæ, eum quem iuſte occidere poſſes, ſeruare illæſum, & in ſeruitutem perpetuam redigere. Cum ergo licitum ſit ſuperatos in bello iuſto occidere, vitam in perpetuam ſeruitutem commutare, opus eſt miſericordiæ. Nec de hac re vlla eſt apud Doct. dubitatio: Excipitur autem quando Chriſtiani a Chriſtianis bello iuſto capiuntur, conſuetudo enim præſcripta, atq. adeo ius eſt inter Chriſtianos, vt ſeruituti non ſubijciantur, vt tradunt communiter Theologi in materia de bello, ſed ablatis equis, & armis dimittuntur cũ certa conuentione, vel ſi ſint Barones, & nobiles præſtita pecunia in redemptionis præmium, quam Græci λυτρον appellant, veniam recedendi facillime impetrant, ex Victoria in relect.de iure belli.nu.42. & alijs ſupra citatis. Ceterum vt notant Dominicus Bannes, & Salon vbi ſupra, hoc beneficio non gaudent Apoſtatę deſertores totius Chriſtianæ religionis, ſeu fidem abnegantes, tales enim quamuis euangelium, & baptiſmum ſuſceperint, cum tamen religionem Chriſtianam omnino deſeruerint, ex communi Doctorum conſenſu ſunt ſerui capiẽtium, ſic Dominicus Bannes in 2.2.tom.1.in q.40.ar.1.dub.12. & tom. 2.tract.de dominio.q.2.Mich.Salon.tract.de dominio.q.3.art.1.poſt concl.4 & Grego.de Val.tom.3. diſp.3.qu.16. punct.3. quod enim in fauorem fidei conſtitutum eſt, ſuffragari non debet ijs, qui fidem Chriſtianam eiurarunt.

11 Difficultas autem eſt de Chriſtianis captis ab infidelibus in bello iuſto ex parte infidelium, an fiant ſerui infidelium capientium? In hac re quædã certa ſunt, vnum verum controuerſum.

Primo enim certum eſt, quod ſi infideles, qui habẽt ſeruos Chriſtianos, eos compellunt vel ad infidelitatem, vel ad deſerendos bonos mores, tale Chriſtiani manent liberi, & licite aufugere poſſit.

Secundo certum eſt, quòd ſi bellum ſit iniuſtum ex parte infidelium, prout communiter eſſe ſolet, cum conſtet eos tyrannice bona & prouincias Chriſtianorum occupare, Chriſtiani in illo capti ſecundum rei veritatem non ſunt ſerui.

Tertio certum eſt, poſſe aliquando contingere, quod bellum aliquod ſit iuſtum ex parte infidelium, nam ſi tempore induciarum, vel pace cõſtituta inter vtroſque, Chriſtiani illos aggrederẽtur, procul dubio infideles haberent bellum iuſtum pro ſe, fides enim hoſtibus ſeruanda eſt.

12 Dubium ſolum eſt de illis Chriſtianis, qui in tali iuſto bello capiuntur, tamen coguntur ab infidelib. ad peccandũ, vtrũ maneant illorũ ſerui. Partẽ affirmatiuã tenent Barto. in l. hoſtes, ff.de capt. Sylueſt. verb. furtũ.q.6.Sotus lib.4.de iuſtit.q.2.art.2.poſt concluſ.3.Lud.Molina de iuſt.to.1.tract.2.diſput. 33.qui duo vltimi id aſſerunt, eo quod ius gentiũ omnibus eſt cõe, ac propterea cũ tales iuſte occidi poſſint, poteſt mors in perpetuã ſeruitutẽ cõmutari. Alij tamen & meo iudicio probabilius tradunt, quod Chriſtiani quantũcunque capiantur in bello iuſto a Turcis, aut ab alijs infidelibus, non efficiuntur illorũ ſerui. Sic Couar. in reg.peccatũ.part.2.§. 11.nu.5.de reg.iur.in 6.Mich. Salon tracta.de domin.quæſt.3.art.1.poſt concluſ.4. Petrus de Arragon.ibid.& fauet Nauarr.in Manual.capitu.17.nu. 103.verſicul. Decimo. dicens non eſſe reſtituendã perſonã ſic ablatã ab infidelibus, ſed æſtimationẽ, & probatur ex l.hoſtes.ff.de captiuis. vbi prohibetur, ne quis hæreticus, vel Iudæus, vel Paganus, Chriſtianũ aliquẽ habeat mancipiũ, vel poſſideat. Idẽ habetur l.2.titul. eod. & in cap. Mancipia.diſt. 54.in cap.multorũ.de Iudæis. dr, *Nulli Iudæo liceat Chriſtianum mancipium in ſuo dominio retinere, ſed ſi qui apud eos inueniuntur, libertas eis ſeruetur.* Et quiuis ius gentiũ æquale ſit Chriſtianis, & infidelibus, vt dicit Sotus, merito tamen illud in fauorẽ fideliũ eſt ab Imperatoribus Chriſtianis, & ſummis Pontificibus reuocatũ. Hæc igitur opinio, vtpote quæ magis fauet Chriſtianis, mihi videtur probabilior, quiuis negare non poſſum, nec volo, quin prima etiam valde probabilis ſit, vnde nonnulli Doctores, nec improbabiliter tradunt, huiuſmodi legẽ ab Imperatoribus, & ſummo Pontifice factam, intelligi ſolùm de infidelibus, qui Imperio Romano, & eccleſiæ ſubduntur, huiuſmodi ſcilicet, infideles, ſcilicet Iudæos, & alios, ſi qui ſint, prohiberi, ne Chriſtianos poſſint habere in ſeruos; vnde Michael Salon tandem inclinat in partem affirmatiuam. Nã quod alias licitum ſit Chriſtianis ſeruire infidelibus, atque adeo poſſe infideles habere in ſeruos fideles, quos in bello iuſto acceperint, conſtat ex 1. Petr.2.vbi præcipit, vt ſerui ſubditi ſint dominis ſuis, non ſolùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Ratio eſſe poteſt, quia cum tales iuſte occidi potuiſſent, vtique iuſte in ſeruitutem perpetuam adiudicari poſſunt. Vnde vtramque opinionem probabilem iudico. Illud tamen addo, quod etiam ſi non eſſet ius gentium in hac parte reuocatum, adhuc tamen, quia Turcæ & Sarraceni innumeros Chriſtianos captiuos iniuſte detinent, & graue & grande ſit animæ periculum poteſt eccleſia

ſtatuere,

tatuere, vt Chriſtiani ab illis in bello iuſto capti, on ſint ita eorum ſerui, quin tuta conſcientia ab eis fugere poſſint.

Secundus titulus poteſt eſſe ob aliquod graue delictum, quod arbitrio boni viri ab habente poteſtatem ſeruitute puniri queat. Intelligendum autē eſt hoc poſt latam ſententiam. Sic iure ciuili libertus, id eſt, ille, qui erat liberatus a ſeruitute, efficitur ſeruus, propter ingratitudinem erga patronum ſuum, qui eum libertate donauit, quando.ſ. manus in patronum iniecit, vel iniuriam atrocem, aut graue damnum, aut vitæ periculū ei inferre præſumpſit. Poteſt enim tunc patronus eum reuocare in ſeruitutem, eo tamen ipſo nō efficitur ſeruus, vt colligitur ex l. ſi manumiſſus. C. de liber. & eor. lib. S. Ant. pa. 3. tit. 3. c. 6. §. 3. in fi. & Sylueſt. in verb. ſeruitus. q. 3. Lud. Molina. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. & Inſtit. de capitis diminutio. §. maxima.

4 Iure etiam canonico efficitur quis ſeruus ob quędam delicta, primo ob raptum mulieris, vt habetur in c. de raptoribus. 36. q. 1. vbi raptor qui violētiam adhibuit, efficitur ſeruus raptæ, aut ſe redimere debet. Quod ſi puella raptori conſenſerit, illaq; patrem habeat, raptor patri ſimili ſatisfactione ad boni viri arbitrium tenetur. Quæ pœna vt notat S. Ant. vbi ſupra, imponenda videtur in foro iudiciali, quando.ſ. res ad iudicium deferretur, non autem ſeruanda in foro pœnitentiali.

Item Vrbanus Papa II concedit principibus ſecularibus facultatem, vt ſeruituti ſubijciant feminas, quæ ſcienter cum initiatis ordinibus ſacris cōtraxerunt, ſi admonitæ a ſuis prælatis non deſtiterint. capit. eos qui. diſtinct. 32. Et filij exinde nati, non ſolum excluduntur omnino ab hæreditate parentum, ſed etiam fiunt ſerui in perpetuum eius eccleſiæ, ad quam initiatus ille pertinuit. c. cum multæ. 15. qu. 8.

Sic etiam eodem iure canonico ſtatutum eſt ab Alexan. III. in Concil. Lateranenſi, & refertur in c. Ita quorundam, de Iudæis; vt Chriſtiani deferentes arma, ferrum, lignamina galearum ad Sarracenos, aut in galleis, & piraticis Sarracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exercentes, præter alias pœnas, ſerui fiant capientium, etiam Chriſtianorum, ex S. Antonino loco proxime allato, & hoc quamuis ſic facientes non deſerant fidē, vt notat Mich. Salon tracta. de domin. q. 3. art. 1. poſt concluſ. 4.

15 Tertius titulus eſt donatio, ſeu emptio, & venditio: Et quamuis de donatione, non extet aliqua lex: ſi tamen ſolam rationem naturalem reſpiciamus, non videtur impoſſibilis: Tum quia ex natura rei, quicquid homo poteſt licite vendere, poteſt donare, per ſe loquendo. Tum quia poteſt homo ſeipſum vendere, vt paulo poſt dicam, & poſtea ſecundo contractu poteſt donare pretium emptori. Ergo a principio id vnico contractu facere potuit.

De emptione, & venditione, ſeu alio oneroſo contractu ei æquiualente, patet exemplo B. Paulini epiſcopi, qui eximia in Deum, & proximum charitate ſe vltro in commutationem pro libertate filij cuiuſdam viduæ in ſeruitutem dedit. Et colligitur euidenter ex capit. 21. Exod. & Leu. 25. & Deutero. 15. & conſtat etiam ex l. 1. & 4. ff. quib. ad libertatem proclamare non liceat. l. libertis, ff. de liber. cauſ. l. non ideo. l. ſi miniſterium. C. eodem tit. l. & ſeruorum. & l. Homo liber. ff. de ſtatu hominum, & ex § pen. Inſtit. de iu. perſona. Ang. verbo. ſeruitus. num. 1. & S. Ant. p. 3. tit. 3. cap. 6. §. 5. Syluest. verb. ſeruitus. q. 3. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 2. articu. 2. Martino Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 11. concluſ. 5. Michael Salon. tract. de dominio. q. 3. art. 1. poſt concl. 4. Petro de Arrag. ibidem. Ioſepho Angles in floribus 4. ſent. q. de domin. art. 2. concluſ. 3. Ludo. Molina. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. & alijs. Ratio eſt, quia ratio naturalis dictat, vt minora bona pro maiorib. tuendis exponamus. Sed vita eſt maximum bonum inter temporalia, cui nec libertas, nec vllum aliud temporale æquiparatur. Ergo eadem ratione naturali dictante, quando opus fuerit ad vitam tuendam libertatem propriam exponere, vendendo ſe alteri, id omnino licebit.

Nec obſtat commune illud dictum, *Nō bene pro toto libertas venditur auro.* Quia licet libertas ſit precioſior omni auro, vita tamen precioſior eſt quam libertas. Vt enim dr̃ Iob: *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua.* Deinde licet non poſſit æſtimari auro, ſemper tamen eſt libertas ex numero eorum bonorum, quorum homo dominiū habet, vnde poteſt egeſtate preſſus, aut alia iuſta ex cauſa, ſtando in ſolo iure naturali eam alienare, ſeque in ſeruum vendere.

16 *Aduertendum* autem eſt, quod ſicut ius ciuile, vel poſitiuum in alijs humanis contractibus determinare, & præſcribere pōt modū, ſine quo nec teneāt, nec habeant vim transferendi dominia, ita in hac translatione dominij propriæ libertatis & facere potuit, & fecit. Adhibuit enim certas conditiones, cum quibus fieri debet hæc acquiſitio dominij per venditionem, & emptionem libertatis (excepta tamen ea venditione, qua parentes filios ſuos vendāt, de qua ſtatim erit ſermo) circa alios autem has conditiones ſtatuit.

Prima eſt, vt is, qui ſe vendit, vel permittit ſe ab alio vendi, ſit maior viginti annis. C. de libert. l. ſi miniſterium.

Secunda eſt, vt qui ſe vendat, aut ab alijs ſe vendi permittat, ſit particeps precij. C. eo. l. non ideo, & per hanc conditionem impeditus videtur iure ciuili modus ille efficiendi ſe ſeruum per liberam donationem: volunt enim leges expreſſe, vt ſit per cōtractum oneroſum, & ideo requirunt, vt qui venditur, de precio participet.

Tertia eſt, vt emptor ignoret eum, qui venditur, eſſe liberum, ſed putet eſſe ſeruum, ff. de liber. cauſa. l. liberis, §. ſi quis ſciens. Nam ſi cognoſcens hominem eſſe liberum, emat illum, volunt iura non acquirere dominium, quaſi velit punire, vel impedire actum, qui videtur eſſe contra debitam humanitatem.

Quarta eſt, vt is, qui venditur, ſciat, ſe eo tempore, quo venditur, eſſe liberum, quæ conditio licet non ſit in iure expreſſa, ex illo tamen colligi poteſt, & ex ratione naturali, quia alias non eſſet voluntaria venditio, id quod maxime in hoc contractu requiritur, & ideo iura requirunt ætatem viginti annorum, & vt poſſit reclamare, ſi iniuſte vendatur. l. 4. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.

Quinta additur a Syluestro, Angelo, S. Antonino, no & Molina vbi ſupra, vt ſi quis permittat, ſe ab alio vendi, ille per quē venditio fit, ſciat eum hominem eſſe liberum, & citant d.l.4. Sed vere ibi nihil tale habetur, neque ex illa, aut alijs legibus citatis ſatis colligi poteſt, vnde in hoc ſtandum erit rationi naturali. Concurrentibus ergo his omnibus cōdōnibus ſimul, vſque adeo valida eſt vendō, vt ſeruus illi ementis efficiatur, & eſto ei poſtea precium iuſtum pro illo offeratur, non teneatur eum manumittere. Quod ſi quacunque de cauſa illum manumittat, manet ille, non ingenuus, vt antea fuit, ſed libertinus. Quacumque autem illarum deficiente, venditio eſt nulla, conceditur que vendito proclamatio ad libertatem.

17 Illud demum ſciendum eſt, has leges, præcipue quoad tres priores conditiones eſſe mere humanas, & poſitiuas, & ideo ſolum obligare potuerunt Romanum imperium, & nunc ſolum obligant, vbi receptæ ſunt, vbi vero non ſunt receptæ, ſtandum eſt iuri naturali, & poſitiuo cuiuſque regni, vel Prouinciæ; vnde fit, vt ſi quis in locis, vbi receptæ ſunt, ſe vendat, ſine illis condōnibus in loco vbi leges illæ non vigent, vendō eſt valida, eo quod iure naturali diſponere poſſit de ſua libertate, & quia volenti, & conſentienti non fit iniuria. Efficitur deinde, vt ſi aliquis ſubiectus illis legibus, ſiue illis condōnibus emat aliquem in ſeruum, in loco tamen vbi leges illæ non vigent, vt Æthiopem in Æthiopia, validus eſt contractus, & qui ſic emitur, vere fit ſeruus. Demum hinc fit, vt ſi quis illis legibus ſubiectus non ſit, ſeipſum tamen ſine illis condōnib. vendat in loco, vbi leges illæ valent, & non vigent, emptio eſt valida, eo quod leges illæ ſolū latæ fuerint in fauorem eorum, qui illis ſubijciuntur.

18 Dubium autem eſt, an homo vendere poſſit ſuā libertatem, pro ſoluendo debito pecuniario? quamuis nullum legerim, qui hāc difficultatem tractet, Mihi tamen dicendum videtur, quod quantum eſt ex parte iuris ciuilis communis, id nec conceſſum eſt, nec prohibitum, quantum vero eſt ex parte iuris naturalis, quod in præſcripto cuiuſcunque virtutis fundatur, id non videtur eſſe licitum. Ratio eſt, quia libertas precioſior eſt omni auro, vnde qui venderet eam pro ſoluendo debito pecuniario, prodigus eſſet ſuæ libertatis, prodigalitas autem vitiū eſt. Hinc conſtat, quid dicendum ſit de ijs, qui ſeipſos vendunt in perpetuum, vel ad tempus ad remigandum in triremibus, & qui ſuam libertatem exponunt ludo ſolum ſpe lucri pecuniarij. Quamuis enim in iure communi ciuili nulla ſit conceſſio, aut prohibitio, tales tamen prodige vendentes ſuam libertatem, contra ius naturæ faciunt, & multo magis peccant, quam ſi, non ſolum pecuniarum, ſed ēt honoris, & famæ, ſine aliorum etiam ſcādalo, prodigi eſſent. Et quia ſe ſubdunt periculo multorū malorum, quæ in triremibus conſtituti, pati ſolent, vt conſtat experientia.

19 Inter alios item modos, quo aliquis vendi poteſt ab alio, qui habet poteſtatem vendendi illum etiam non expectato eius conſenſu, vnus eſt, quo iure naturæ conceditur patri vendere filium, id quod etiam iure ciuili permittitur, oportet tamen conditiones quaſdam a iure ciuili præſcriptas obſeruare; Quarum

Prima & præcipua eſt, vt fiat ex magna & vrgenti neceſſitate patris, propter quam ſubleuandam filium interdum vendere poteſt. Hoc autem licitum eſſe colligitur ex cap. 21. Exod. vbi dicitur, *Si quis vendiderit, filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt*, & 2. Eſd. 5. populus fame oppreſſus edixit, *Filij noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum & comedamus, & viuamus*, & l. 1. & 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. Sed & olim etiam lege Romuli, iure patriæ poteſtatis poterat pater etiam nulla inopia coactus filium ter vendere, ſi forte primo, & ſecundo tempore fuiſſet manumiſſus, vt refert Couar. lib. 3. variar. reſol. ca. 14. nu. 4. ex Dion. Halicarnas. poſtea tamen in d.l. 2. iure Cæſareo ſtatutum fuit, vt non niſi ex magna neceſſitate pater id poſſet facere, alioquin alienatio, & venditio nulla eſſet. Quę lex requirere videtur extremam patris neceſſitatem, id quod videtur valde conſentaneum in ratione naturali. Quia pro ſola graui neceſſitate non videtur patri concedenda tanta poteſtas, tamque oneroſa filio: nam ipſe filius non tenetur ſubuenire patri in ſola graui neceſſitate exiſtenti cum tanto grauamine & diſpendio ſuo. Ergo neque ad id inuite compelli poteſt. Vnde valde probabile mihi videtur, non poſſę patrem pro ſua libertate ſola recuperanda filium vendere, aut cogere eum, vt efficiatur ſeruus, vt colligi poteſt ex d.l. & gl. ibid. Accur. in d.l. 2. & Alciat. quos refert, & ſequitur Couar. ſupra. Ratio eſſe poteſt, quia nulla iuſta cauſa apparet concedendi patri tale ius. Item quia filius non tenetur ſponte ſua id facere. Dubitant tamen aliqui, an pro vitanda mutilatione vnius membri principalis pater hoc facere poſſit; Et non videtur improbabile poſſe, Quia illa mutilatio æquiparatur morti: ſed forte contrarium eſt probabilius, quia illa non eſt neceſſitas extrema, & ex rationibus patet.

20 Secunda eſt, vt conditio non ſit abſoluta, ſed quaſi ſub pacto de retrouendendo, ita vt quotieſcunque emptori iuſtum pretium offeratur pro filio, aut filia, ita venditis, aut æquale aliud mancipium, teneatur emptor illum reſtituere; vult enim æquitas iuris, vt ita reſtituatur filius, & colligitur ex d.l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax. quæ etiam ſtatuit, vt talis filius poſtea non ſolùm maneat liber, ſed etiā ſit ingenuus, ac ſi nunquam in ſeruitutem incidiſſet. Quæ omnia valde accommodata ſunt rationi naturali. Et quod de venditione dicitur, intelligendum eſt etiam de permutatione, in pignoris datione, aut alio quocunque contractu, quo filius alienaretur, vt tali patris neceſſitati ſubueniret, ex Bald. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. Couarruuias vbi ſupra, & Ludo. Molina. de iuſtit. tom. 1. tracta. 2. diſput. 33. Ceterum talis filius a patre venditus cogere poteſt ipſum patrem, vt eum redimat, & liberet, ſi pater poſtea ad feliciorem fortunam peruenerit, vt ex d.l. 2. deducitur, & expreſſe Bald. in capit. ex reſcripto. de iureiur. Fely. in capitu. cum dilecta. de reſcript. verſic. 8. fallit, & Hippolit. in l. vnica. C. de raptu virg. num. 33. Dec. in reg. Quæ propter, de reg. iur. Couar. lib. 3. variar. reſolut. capit. 14. nu. 4. verſicu. quinto. Ludou. Molina de iuſt. tom. 1. tracta. 2. diſp. 33. annotarunt, & facit ca. Quod pro neceſſitate. 1. q. 1.

21 Hæc autem, quæ diximus de poteſtate patris circa

filiorum venditionem, non procedunt in filio lerico ſacris initiato, quem pater vendere non po eſt,ex Hoſt. Io. Andrea,& communi in cap. Inde- orum.de ætat.& qualit. Hyppolit. ſing. 101. Co ar. & Molina locis proxime allatis. Neque etiam n filio coniugato, quia id cederet in detrimẽtum xoris. Sic Coua. & Molina vbi ſupra, quam legem Numa Pompilius teſte Plutarcho quoad filiũ con- ugatum tuliſſe dicitur. Denique non procedunt de illis filijs, qui non ſunt ſub patria poteſtate, vt no tat Glo. l. 2. C. de patrib. qui filios diſtr. & conſonat rationi naturali.

Dubium verò eſſe poteſt, an hoc ius concedatur vtrique parenti, atque adeo an mater idem ius habeat egeſtate preſſa?

Reſpondeo, ſi ius naturæ, aut rationem natura- lem conſideremus, idem ius habet mater, quia tam verum principiũ filij eſt mater, ſicut pater, & quodammodo maior eſt obligatio ad matrem, & ita vbicunque modo apud Gentiles eſſet talis lex, vel viſus, nihil habet abſurdi. At verò lege ciuili com- muni non habet mater idem ius, quod pater, quia in iure ciuili communi filius familias dicitur eſſe ſub patria poteſtate, nõ eſt tamen ſub poteſtate ma tris. Pater igitur ſolum filium vendere poteſt, non mater. Vt notat Glo. in d. l. 2. & expreſſe tradit Mo lina vbi ſupra, citans etiam pro hoc Arium Pinellum, ad rub. C. de bon. mater. par. 2. num. 23.

Illud demum circa hanc venditionem annotandum reſtat, quod licet conditiones prædictæ valde conformes ſint naturali rationi, nõ ſunt tamẽ ſimpliciter neceſſariæ, ſed tantùm vim habent in locis, in quibus ius Cæſareum viget; vnde in alijs locis, v. g. in Aethiopia, & alijs ſimilibus, ſtandum eſt iuri naturali, niſi forte eo in loco, ius aliquod particulare ſit in ea re. Vnde mater in loco, vbi ius Cæſareum non viget vendere poteſt filium egeſtate extrema vrgente, ſicut pater, & venditio erit valida, vendituſque manet vere ſeruus. Hinc etiam ſequitur, quod in locis, vbi ius ciuile non viget, non poteſt filius cogere parentes, vt poſtea eum redimãt, reddendo pretium competens, aut aliud æquale mancipium pro illo, quia lex illa, qua hoc ſtatuitur, ſolum valet in locis, in quibus illa viget, quæ lata fuit in fauorem libertatis eorum, qui legi illi ſubiecti ſunt. Idemque dicendum eſt, ſi quis in eo loco vendatur, qui extra illum locum ſubiectus eſt iuri Cæſareo, vt ſi aliquis noſtrum apud Aethiopes neceſſitate compulſus filium ſuum illis vendat, non poteſt ſic venditus cogere patrem, vt eum redimat.

4 Ex dictis conſtat, quid dicendum ſit de Indis, & Aethiopibus, quamuis enim inter Chriſtianos iam huiuſmodi leges non ſint in vſu, neque ſolet quis vendi in ſeruum, dicunt tamen apud Indos, & Aetiopes adhuc vigere hanc conſuetudinem, vt conſtat ex ijs, qui a Luſitanis, & Hiſpanis illuc nauigãtibus capiuntur, & emuntur. Si enim vel ipſi exiſtentes maiores viginti annis, ſeipſos ſua ſponte vendant, vel patres egeſtate oppreſſi filios ſuos vẽdant, licite poſſunt ſerui illi poſſideri, alijſque vendi. Quod ſi fraude, uel dolo (ut fertur) homines illos nigros capiant, aut ui abducant: aut allectos, & ſeductos quibuſdam iocalibus, & munuſculis uerſus portum pelliciant, & ad naues ducant, & ita neſcientes quid de illis fiat, ad nos tranſmittant, & vendant, tunc nec illi, qui capiunt, nec illi, qui ab eis illos emunt, nec etiam illi, qui modo eos poſſident, tuti ſunt in conſcientia, niſi ignorantia inuincibili, quæ in his rariſſime cõtingit, excuſantur, ſed ſunt in damnabili ſtatu, tenenturque eos manumittere, & ſuæ libertati reſtituere, etiamſi non poſſint pretium recuperare, & etiamſi bona fide tales emerint. Vt expreſſe tradunt Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 11. concluſio. 2. Sotus lib. 4. de iuſtit. q. 2. art. 2. concluſ. 2. Petr. de Arragon tract. de dominio. Michael Salon tract. eo. q. 3. ar. 1. poſt cõcluſ. 4. & Lud. Molina. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſpu. 35. concl. 4. & diſp. 36. Ratio eſt, quia qui rem alienã bona fide, & iuſto titulo, vt emptione, poſſidet, quamprimum intelligit ſe alienum, vel furto raptum poſſidere, tenetur rem illam vero domino reſtituere, etiam cum diſpendio precij, quod pro re illa dedit, vt Doctores communiter tradunt. Ergo a fortiori qui liberum hominem natum per iniuriam manu captum poſſidet, illum ſuæ libertati reſtituere tenetur, etiam cum iactura pecuniæ, quam pro illo dedit, ſi illam alias recuperare non poſſit.

Nec valet ſi dicas, licitum eſſe Aethiopes capere, & in ſeruitutem redigere, vt ſic conuertantur ad fidem, quo bono ipſis adeo vtili carerent, niſi ſic capti fuiſſent. Quia fides ſumma libertate eſt docẽda, ac perſuadenda, iſti autem ſic capti, communiter eam libere non recipiunt, vnde ſi poſſunt fugere, fidem deſerunt, quod eſt maximum malum; & proinde Deus talem modum tradendi fidem non acceptat.

Deinde quamuis libere poſtea fidem aliqui recipiant, in eaque perſeuerant, hoc tamen non eſt aptum & licitum medium, nec ſunt facienda mala, vt veniant bona; Nec deſunt alia remedia propoſita a Chriſto ad conuerſionem infidelium, de horũ autem reſtitutione, & quid in hac re faciendum ſit, ſuo loco dicemus.

25 Dubium autem eſt, an qui apud Aethiopes, aut Indos, aut Braſilienſes ſunt interficiendi a ſuis, & forte comedendi, ſi tamen quis merces, aut pretium aliquod pro illis offeratur, a morte liberantur, poterit quis illos dato precio ſeruituti ſubijcere?

Ratio difficultatis eſt, quia tunc vnuſquiſque exiſtenti in tali neceſſitate ſuccurrere tenetur per eleemoſinam ex præcepto charitatis, atque illum in ſeruum emere non poteſt.

In hac re hæc mihi breuiter dici poſſe videntur.

Primum eſt, qui ſic iuſte a ſuis occidendus eſſet, puta quia captus eſſet in bello iuſto, aut ob delictũ ea pœna dignum, tametſi inique eſſet comedendus, licite in ſeruum emi, & poſſideri poteſt.

Ratio eſt, quia neque lege iuſtitiæ, neque charitatis tenetur quiſquam eum a morte liberare; & ex alia parte opus miſericordiæ eſt ſic occidendũ, ſoluto pretio redimere, & in ſeruitutem perpetuã redigere.

Secundum eſt, ſi iniuſte occidendus eſt, tunc ſi Chriſtianus eſſet, gratis omnino pretium exhibendum eſſet, vel commodatum, ſi ille ſimpliciter nõ eſſet pauper, prout Chriſtiana charitas poſtulat. Nõ enim ſolent Chriſtiani filios ſuos in ſeruos vẽdere, aut alios Chriſtianos tanquam ſeruos emere.

Tertium eſt, ſi infidelis ſit occidēdus iniuſte (de iſtis enim agitur) tunc ſi is, qui pretiū offert, vi, aut alia ratione gratis ſine ſuo detrimēto illum a morte eruere poſſet, tenetur lege charitatis ſub peccato mortali, vitamq. vna cum libertate incolumem illi ſeruare. Sic Ludo. Molina. de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 33. Si verò ſic liberatus habet, vnde pretiū reſtituat, mutuo eſſet ei exhibendum. Si autem non haberet, tunc aut pretium datum æquiualet perpetuæ ſeruituti, & ſic emere poteſt eum in ſeruū perpetuum, ex Nauar. in Manua. c. 23. nu. 95. & 96. & Molina vbi ſup. Quia non cēſetur ſimpliciter pauper, qui viros habet ad laborandum, & aptus eſt ad ſeruiendum, vnde nec tenemur illi gratis ſubuenire. Et quia ſi fas ſit emere filios a parentibus, in grauiſſima & extrema neceſſitate, ipſiſque parentibus fas eſt eos vēdere, vt ab ea eruatur, idque nō ſolum quando filij, & parentes ſunt, ſed etiam quando tā illi, quam ementes iuri Cæſareo ſubſint, vt conſtat ex l. 2. C. de patribus. qui fil. diſtrax. a fortiori ſtando in iure naturæ licitum erit iuſto pretio condēnatum ad mortem emere, & paciſci vt perpetuo ſeruiat, ſi pretium perpetuæ ſeruituti ſit æquale. Aut pretium datum non æquiualet perpetuæ ſeruituti, tunc eruendus eſt a morte, & ſeruus ad tēpus conſtituendus erit, quouſque pretium compenſaret, & lucrum ceſſans, ſi quod forte ei, qui tale pretium exhiberet, tunc ceſſaret, vel vt conſtitutus in ſua libertate operaretur, illudque perſolueret.

An verò in caſu, quo pretiū ꝑpetuæ ſeruituti æquiualet, talis ſeruus gaudere poterit priuilegio legis ſecundæ. C. de patribus qui filios diſtraxerunt, ita ſcilicet, vt quoties ſeruus ille, vel alius iuſtum pretium, aut aliud æquale mancipium offerret emptori, teneatur emptor illum liberare, fiatque liber, & ingenuus, vt antea fuit? controuertitur inter Doctores, in qua re Nauarr. vbi ſupra partem affirmatiuam tenet, ducto argumento a paritate rationis inter iſtum, & filium a patre venditum, Molina tamen loco citato hoc ſolùm admittit, quādo tam emens, quam vendens, iuri Cæſareo eſſet ſubiectus: ſecus autem quando huic iuri ſubiectus non eſſet, eo quod lex illa in fauorem ſolùm libertatis ſubditorum illi iuri fuit condita, ac proinde vim habere poteſt ſolùm in illis, qui iure Cæſareo reguntur. Alia nonnulla de ſeruis legi poſſunt apud Glo. diſtinct. 54. in cap. Generalis. in fi. & S. Anto. part. 3. tit. 3. c. 6. §. 5.

26 Quartus titulus eſt Natiuitatis conditio. Qui. n. naſcuntur ex matre ſerua, ſiue pater ſit liber, ſiue non, ſiue naſcantur ex matrimonio legitimo, ſiue ex copula fornicaria, ſunt ſerui, & dicuntur vernaculi, & filij etiam eorum ſunt ſerui.

Ratio eſt, quia partus ſequitur ventrem. l. partū. C. de rei vendic. §. pen. Inſtit. de iure perſonarum, §. ſed & ſi quis. Inſtit. de ingenuis. cap. vnico. de natis ex libero ventre. S. Anto. 3. par. tit. 3. c. 6. §. 6. Angel. in verb. filius. §. 19. & in verb. ſeruitus, vbi ait hoc modo non eſſe in vſu, ſi pater ſit liber Sylueſt. in verb. ſeruitus. q. 3. verſic. Primo & q. 4. qui idem docet, quod Angelus, cum hac limitatione, dummodo nati ſunt ex matrimonio, vt ſi dominus cōtrahat cum ancilla ſua, vel domina cū ſeruo, quod iure diuino non prohibetur, etſi ciuili, quia tunc ancilla illa, vel ſeruus in libertatem eripitur, cum nec ancilla, nec ſeruus ſit ſocius, vt eſt coniux, immo addit Sylueſter, quod nati ex illicita copula, quãuis ſint ignobiles, non tamen ſunt ſerui eorū, qui ſunt domini ſeruorum vel ancillarum, ex quibus nati ſunt, vt oſtendit vſus cōmunis, & concordat S. Anto. vbi ſupra citans Paludanum, in 4. diſt. 36. q. 2. art. c. 2. vbi multa de hac ſeruitute tradit. Idem de hac ſeruitute ex natiuitate tradunt. Mich. Salon. 2. 2. tract. de dominio. q. 3. art. 1. poſt concluſ. 4. & Ludou. Molina de iuſti. to. 1. tracta. 2. diſp. 33. in fine, vbi ait hãc ſeruitutem eſſe communi vſu in Hiſpanis comprobatam. Huius autem rei hãc rationem aſſignat S. Tho. in 4. diſt. 36. quęſt. 5. Quia ſeruitus eſt conditio quædam conueniens homini magis ratione corporis, quam animę; filij autem quamuis quodammodo magis habeant animam ſeu potius complementum & diſpoſitiones ad eam a patre, quam a matre, corpus tamen & materiam, quibus ratio ſeruitutis conſiſtit, (eſt enim ſeruitu conditio corporalis, eſtque ſeruus inſtrumentu domini in operando) magis habet a matre.

Alia ratio eſt, quia mater certius cognoſcitur quam pater, & quicquid ſit de efficientia phyſica, modo tamen humano magis concurrit ad nutritionem, & educationem filiorum, & magis impeditur a ſeruitio debito domino ſuo, tam dum grauida eſt, quàm dum proles educatur, quam pater; Et conſtituitur in quodam vitæ periculo tempore partus, non ſine aliquo nocumento domini, propter quas rationes in l. lex naturæ. ff. de ſtatu hominum, dicitur, hoc eſſe de lege naturæ. Quod intelligerem eſſe conſentaneum lege naturali, nō quod ius naturæ hoc præcipiat ſimpliciter, eſt enim ius humanum, & ideo mutari poſſet. Quocirca S. Tho. vbi ſupra ait, extra imperium Romanum aliam vigere conſuetudinem, ſcilicet, vt filius ſit ſeruus, ſi pater ſit ſeruus, & mater libera, quia partus ſequitur deteriorem conditionem parentis, quod etiam docet Iſidorus lib. 2. Etymolog. ca. 4. & refertur. 32. q. 4. ca. liberi, qui loquitur ſecundum leges & conſuetudines Longobardorum, & Teutonicorum, vt notat ibi gl. in verb. *Deteriorem*, quæ tamē gloſſa poſtea addit per *deteriorem*, intelligi debiliorem & fragiliorem, i. matrem. Similiter etiam introduci potuit conſuetudine, immo in aliquibus locis, vt ex S. Anton. Ang. & Syllueſt. annotauimus, introductum eſt, vt natus ex ancilla, ſi pater ſit liber & dominus ancillæ, ſit liber. Vbi autem aliud particulare ius, aut conſuetudo eſſet, nempe vt proles ſequeretur patrem, vel vt ad illius ſeruitutem neceſſarium eſſet vtrumque parentum eſſe ſeruum, vel aliud ſimile, ſtandum eſſet illi iuri, aut conſuetudini, vt colligitur ex c. licet, & Panorm. ibi. de coniugio ſeruorum, atque ita tota hæc res pendet ex iure humano, quod tamen intelligendū eſt, quando errorem non continet cōtra rationem naturalem.

27 *Circa* hunc autem titulum, illud demum obſeruandum eſt iuxta ius commune oportere matrem eſſe ſeruam toto tempore a conceptione vſque ad natiuitatem filij. Si enim vel vno inſtanti illius temporis, puta, vel quando concepit, vel tempore partus, vel intermedio tempore, mater libera ſit, quāuis antea, vel poſtea ſit ſerua, proles erit libera. Quia in fauorem libertatis partus ſequitur ventrem

trem

rem pro quocunq; tempore liber fuerit, dum fæ- us intra illum contineatur, atque adeo pro eo inſtanti partus fit liber,nec poſtea redigitur ad ſerui utem; vt habetur in §.ſed ſi quis.Inſti.de ingenuis, & l.etſi ſeruorum.ff.de ſtatu hominum, & tradūt ommuniter Doctores,vt S.Ant.par.3.ti.3. cap.6. .6.Ang.in verb.ſeruitus,§.1.citans Ber.Innoc. & Hoſt.in cap.fi.de ſeruis non ordin.Lud.Molina. de iuſt.to.1.tract.2.diſp.33.& alij,vbi autem id in fauorem libertatis conſtitutum non eſſet,natura rei potius poſtulat,vt ſolum tempus partus ſpectetur, vnde iuri,aut conſuetudini loci illius in hac re ſtandum eſſet.

Dubium autem eſt circa iſtos ſeruos,de quibus diximus, an huiuſmodi ſerui a Dominis ſuis licite fugere poſſint.Intelligitur autem quæſtio de ijs, q iuſto,& legitimo titulo in ſeruitutem redacti ſunt, qui enim ſine titulo captiui detinentur,ad ſuos libere fugere poſſunt.In qua re quædam certa ſunt,quędam vero controuerſa.

Primo enim ſecundum omnes certum eſt, ſi loquamur de ſeruo,qui vel ſeipſum vendidit,vel a parentibus legitime venditus eſt,vel ex matre,aliquo horum duorum titulorum in ſeruitutem redacta naſcitur,non poteſt licite fugere: Ratio eſt,quia talis venditio eſt contractus quidam legitimus.Ergo qui ſe vendidit,aut ab alio venditur,fugiendo facit contra contractum.Vnde tenetur ſeipſum reſtituere,& damna Domino illata.

Secundo etiam certum eſt, quod ſeruus, qui ob delictum in ſeruitutem redigitur perpetuam,puta, ſi quis damnatus eſſet ad metalla, vt olim , ſiue ad triremes,iuſte fugere nequit . Ratio eſt,quia pœna ſeruitutis eſt pœna iuſte inflicta per iudicem. Ergo ſeruus fugiendo faceret contra ſententiam iuſte latam a iudice,& proinde ad reſtitutionem tenetur. Sicut iuſte damnatus exilio,inde fugere non poteſt ſed tenetur pœnam inflictam per ſeipſum exequi. Eſt enim par vtrobique ratio.

Tertio certum eſt,ſi loquamur de ſeruo iure belli capto,qui tamen fidem ſuam domino dedit, vel iuramento promiſit,ſe non fugiturum,non licet illi fugere.Tum quia iure naturali , quod nullo alio iure tollitur,ſeruanda eſt fides, promiſſio, & iuramentum;Qui autem ſic fugeret,contra fidem datā, vel contra iuramentum in re licita emiſſum faceret.Vnde titulo fidelitatis manere tenetur .

Tum quia dominus fidens illi promiſſioni non adhibet illam cuſtodiam,quam adhibuiſſet.Sic igitur contra fidem datam fugiendo,dominum ſuum decipit,fugitq; per fraudem & dolum, quod illicitum,& peccatum eſt,& ad reſtitutionem tenetur. Ideo D.Aug.lib.1.de ciui.Dei.c.15.Marcum Attilium Regulum plurimum laudat,qui cū captiuus, & ſeruus eſſet apud Carthaginenſes,conceſſumque ei eſſet ire Romam,modo daret fidem,ſe eo reuerſurum,iuit,& cum certiſſimo vitæ ſuæ diſcrimine reuerſus eſt,ne fidem datam frangeret. Omni nāq; iure fides in promiſſis licitis ſeruanda eſt.

Quarto certum eſt , licitum eſſe ſeruo iure belli capto fugere , ſi a domino inducatur ad aliqđ peccatum mortale, aut eſt probabile periculum ſeductionis,aut ſi dominus vellet eum occidere, aut cibos neceſſarios illi negare , & aliter ſeipſum tueri non poſſit niſi fugiendo. Quia tunc vtitur iure ſuo, & iure naturali conſeruat vitam ſuam, vel corporalem,vel ſpiritualem animæ. Vnde ſi fidelis aliquis iuſte eſſet captiuus apud infideles,puta,quia iuſte fuiſſet captus a Turcis tempore induciarū, ſi inter eos abſq; periculo ſalutis ſpiritualis commorari non poſſet,(prout communiter contingere ſolet)fugere poteſt,ſatiſq.erit in hoc caſu(ad ſummū) compenſationem debitam in pecunia,aut alia rōne exhibere,neq; cum tanto ſuo periculo ſpirituali tenetur redire. Dixi,ad ſummum teneri ad recompēſationem,quia Coua.& alij vt infra dicemus,volūt nec teneri,eum ad talem recompenſationem, id q probabile eſt. Illud autem certum eſt,quod ſi ab infidelibus cogeretur ad peccatum,aut alia ei fieret iniuria,vt ſi a Iudæis, vel Sarracenis circuncideretur,non ſolùm licite fugere poteſt,ſed etiam ad nullam recompenſationem faciendam tenetur,ſi iniuria tanta pœna eſſet digna.Solùm igitur controuerſia eſt inter Doctores, an extra hos caſus licitū ſit ſeruo iuſto bello capto fugere .

29 Prima ſententia docet, non eſſe licitum fugere , ſic Glo.in c.ius gentium.in verb.ſeruitutes , diſt.1. S.Anto.p.3.ti.3.c.6.§ 4.Syl.in verb.furtum.q.6.& verb.ſeruitus.q.3.verſi.ſecundo,vbi ait,peccare ſic fugiendo dominos ſuos.Turrecrem.in cap.ius gentium.diſt.1.ar.4.ad 5.Fortunius.in l.Manumiſſiones.ff.de iuſ.& iu.Na.in Man.c.17.nu.103.& 104. vbi cenſet Chriſtianum in bello iuſto captum ab infidelibus,& fugientem ab eo,teneri ad reſtituendum ei honeſtum pretium, quamuis non teneatur redire in propria perſona ꝓpter fidei periculum, ne forte peruertatur.Pet.de Arrag.2.2.tracta.2.de dominio.q.de obiecto dominij,& Lud. Molina de iuſti.tract.2.diſp.37.vbi docet captum in bello iuſto adeo,vt conſtet de iuſtitia capientium, & iuſtitia aduerſariorū,peccare mortaliter , ſi fugiat dominum ſuum , & teneri ſeipſum reſtituere, etiamſi ad ſuos perueniat.Quando autem bellum non eſſet ita perſpicue iuſtum,quin pars altera,ſaltem formaliter, iuſte pugnaret, præſertim ſubditi illius, qui in dubio regi ſuo parere tenentur,tunc captus bello ita iuſto,quamuis iuſte retineri poſſit,& coerceri ne fugiat, licite tamen fugere poteſt ad ſuos,aut quocunq; velit,neq; tenetur ſe reſtituere . Probari poteſt hæc ſententia.

Primo,quia ſeruus ille vere eſt poſſeſſio domini ſui.Ergo ſicut qui rem aliam,aut bona temporalia a vero domino aufert,furtum committit , & ad reſtitutionem tenetur;ita etiam ſeruus fugiendo, & ſubtrahendo ſe a poſſeſſione dñi ſui,peccat mortaliter,& ſeipſum reſtituere tenetur, tam ratione rei acceptæ,quam ex parte iniuſtæ acceptionis,

Secundo , iure belli inducta eſt ſeruitus tanquam pœna propter delictum;ſed ſi aliquis damnatus eſſet in ſeruitutem ob pœnam ſui delicti , non liceret illi fugere ; Alioquin enim damnato ad metalla,vel ad exilium, vel ad carcerem perpetuum licitum eſſet fugere,quod ab omnibus negatur . Ergo nec huic ſeruo fugere licet,par enim vtrobique eſt ratio.

Tertio,non videtur eſſe maior ratio iſtius ſerui, quam alterius,qui ſe in ſeruum vendidit alteri licite. Siquidem non minus fit tranſlatio dominij iure gentium,quam propria voluntate. At qui propria voluntate ſeipſum vendit,ita transfert dominium ſui ipſius in eum, qui emit, ut nullo modo liceat ei ab illo fugere. Ergo pari ratione qui captus eſt in bello iuſto, ita iure gentium transfertur in dominium capientis, vt nullo modo licitum ei ſit ab illo fugere.

Quarto, quia licitum eſt domino ſeruum fugientem capere, & punire, in vincula conijcere, verberare, immo etiam, & pedem alterum amputare, ne fugiat, l. 2, & 3. C. de ſeruis fugitiuis. Et bellum nõ poteſt eſſe licitum ex vtraque parte, nec licitum eſſe videtur tam grauem pœnam inferre, niſi pro culpa mortali. Si ergo domino iſta licent, non erit licitum ſeruo fugere.

Quinto, ſi liceret eis fugere, conſequenter liceret eis talem fugam conſulere; quod enim facere licet ſine peccato, etiam conſulere licet, Sed non licet conſulere, vt ſerui fugiant a dominis ſuis, a quibus iuſto titulo poſſidentur, prætextu etiam religionis, vt habetur in capit. ſi quis ſeruum alienum, 1. & 2. 17. quæſt. 4. & C. de ſeruis fugitiuis, grauis pœna tam fugientibus ſeruis, quàm illos recipientibus imponitur.

30 Secunda ſententia docet, licitum eſſe huic ſeruo fugere. Et ſermo eſt tam de ſeruis chriſtianis captis ab infidelibus in bello iuſto, quam de omnib. alijs ſeruis in bello iuſto captis. Sic Sotus li. 4. de iuſtitia quæſtio. 2. artic. 2. poſt concluſ. 3. vbi ait, ſe non audere ſeruos ſic captos bello iuſto in tales anguſtias redigere, vt non liceat illis fugere. Coua. in reg peccatum. par. 2. §. 11. num. 5. & lib. 1. variar. reſol. cap. 2. num. 10. Dominicus Bannes in 2. 2. q. 40. artic. 1. dub. penul. Michael Salon. 2. 2. tract. de dominio q. 3. artic. 1. Ioſephus Angles in floribus 4. ſentent. q. de dominio. articu. 2. concluſ. penult. Gregorius de Valentia, tomo. 3. diſpu. 3. quæſtio. 16. puncto. 3. Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitut. cap. 1. par. 3. dub. 4. numero 200. Ludouicus Lopez par. 2. inſtructio. conſcient. cap. 2. & Emanuel Sa in Aphoriſmis. in verb. ſeruus.

Circa Authores autem huius ſententiæ, obſeruandum eſt, Couarruuiam in hac re diſtinguere, ait enim licitum eſſe fugere, vt redeat ad ſuos, ſi tamen non fugit, vt redeat ad ſuos, ſed vt vagetur ad libitum etiam intra fines prouinciæ vel regni ſui domini, tunc ait non eſſe ſic licitum fugere, ac proinde cum non conſequantur libertatem, interim dum eos fines non egrediantur, peccant fugiendo, vt intra eos diuagentur, eo quod iniuriam faciunt dominis ſuis priuando eos ſeruitio ipſis debito, cũ nondum dominium eorum amiſerint. Sotus vero & alij abſolute docent, licitum eſſe huiuſmodi ſeruis fugere. In hac igitur controuerſia Doctorum, omiſſis alijs,

31 Dicendum mihi videtur, Quod licet opinio prima valde probabilis ſit, tum propter authorum numerum, qui eam ſequuntur, tum propter argumenta in principio allata, quæ probabilẽ valde faciunt hanc ſententiam, Nihilominus tamen æque probabilem iudico ſententiam ſecundam, ita ſcilicet, vt licitum ſit tali ſeruo fugere dominum ſuum, nec fugiendo peccat, aut tenetur illi aliquid reſtituere, dummodo ſaltẽ fugiat animo redeundi ad ſuos. Per ſuos autem intelligo, quotquot ſunt, & viuunt ſub alio rege, Prouincia, ſecta, lege, vel religione, v.g. ſi Turca ſeruus fugiat non ſolùm vt in patriam redeat, ſed etiam vt redeat ad prouincias Turc ſubiectas; Et ſimiliter ſeruo chriſtiano fugere licet, non ſolùm vt ad patriam ſuam redeat, ſed etiam, vt redeat ad prouinciam aliquam chriſtianorum, ſi ſeruus erat infidelium. Probatur hæc opinio ex l. intereſt, ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. & l. item ea, quæ ab hoſtibus. Inſti. de rerum diuiſione, vbi dicitur iure belli fieri hoſtes captiuos, & poſtli tur, *Quod ſi noſtram poteſtatem euadant, & ad ſuos deant, priſtinum ſtatum percipiunt.*

Deinde, ſeruitus hæc introducta eſt iure genti. Ergo quoad fieri poteſt ius iſtud mitius interpretandum eſt; ſed nihil dici videtur contra iuſtitiam, ſi ſic interpretemur, vt licitum ſit ſeruo fugere redeundo ad ſuos pro tanto bono conſeruando, quale eſt libertas. Atque adeo eodem iure approbatum eſt, quod illi qui fugerint dominos ſuos, cenſeantur liberi, etiamſi nullum pretium reſtituant, vnde nemo vnquam huiuſmodi pretium a ſeruis fugitiuis poſtulat, nec illi vnquam miſerunt dominis pretium.

Hinc facile ſolui poſſunt argumenta in contrarium allata.

32 *Ad primum* Reſpondetur, quamuis non liceat ſeruo fugere vi, dolo, & reſiſtentia aliqua domino illata, hoc enim eſſet iniuſtum, ſi tamen fugiat ſine vlla vi, & reſiſtentia, nõ expoliat verum dominum poſſeſſione ſua, atque adeo neque furtum committit. Quia eodem iure gentium, & conſenſu omnium nationum, quo introducta eſt iſta ſeruitus iure belli, intelligitur introducta in hoc ſenſu, vt talis non perſeueret, nec ſit poſſeſſio vel pecunia domini, niſi quamdiu ſit ſub cuſtodia domini, vt in d. §. item ea. habetur. Poſtquam enim ſic euaſerit, æqua eſt conditio captiui, ac domini ſui, nec minus ad eum pertinet dominium ſui, & poſſeſſio ſuæ libertatis, quam ad dominum ſuum. Et conſequenter poterit pro iure ſuo ſubtrahere ſe a ſeruitute; Maxime cum conditio taliũ ſeruorum miſera, & odioſa, & violenta ſit; Ex regula autem iuris, odia. de regu. iuris, in 6. *odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari*. Et *in pœnis benignior eſt interpretatio facienda*. Reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. Non ſunt ergo ita reſtringendi, & in tales anguſtias ſerui iſti redigendi, quin quoties ſine vi, & dolo ac reſiſtentia domino illata fugere poſſint, licite valeant.

Dixi, *ſine dolo, ui, & reſiſtentia domino illata*, quia vis, fraus; aut dolus nemini patrocinari debent, vnde nec ſeruo vt fugiat licitum eſt domino reſiſtere.

33 *Ad ſecundum* Reſpondetur, Conceſſo antecedenti, negatur conſequentia, ſiquidem hoc ſeruitutis genus, quod fit iure belli, quadam ratione honeſtum, & ingenuum eſt, ſic etiam captus vi redactus eſt in ſeruitutem, ac proinde maxime a ſeruitute, quæ per venditionem ſponte incurritur, vnde eodem iure gentium, quo introducta eſt talis ſeruitus, & captiuitas ex bello, eodem iure gentium permiſſum eſt tali captiuo fugere. Vnde communiter tradunt authores, minoris valoris eſſe ſeruum bello iuſto captum, quam ſint ſerui iuſtis alijs titulis in ſeruitutem redacti, eo quod facilius multo illius, quã aliorum, abſque vlla culpa, & contra domini voluntatem, dominium amitti poſſit.

Ad tertium Reſpondetur, diſparem eſſe illius, a huius ſeruitutis rationem: ille enim quia ſponte, voluntarie ſe vendidit, non poteſt fugere: iſte autē cum vi, & contra voluntatem ſuam in ſeruitutem redactus fuerit, vique cæperit eſſe poſſeſſio domini ſui, poterit conſequenter pro iure ſuo fugere, quotieſcunque commode id facere poſſit.

Ad quartum Reſpondetur, ſicut licitum eſt ſeruo fugere, ita licitum eſt domino fugientem capere, detinere, & fugientem punire. Quamuis enim ſeruus fugiendo non peccet, intelligitur tñ hoc ius ſibi conceſſum eſſe, hac conditione, & lege, vt ſubeat pœnam, ſi capiatur. Pœna enim aliquando eſt ſine culpa, non tamen ſine cauſa, quod eſt dicere, licitum ſeruo fugere, cum damno, & periculo ſuo. Sicut v.g. detentus in carcere tuta conſcientia fugere poteſt, & tamen captus punitur per leges, quia expedit bono communi ſic fugientes punire, ita ēt ſeruus bello iuſto captus fugere poteſt, iuſte tamen ſic fugientem coercere poteſt dominus ſi eum capiat, vt ſic ſibi de damno proprio caueat, & ita caſtiget illum ſine culpa, non tamen ſine cauſa arg. reg. 23. ſine culpa. de reg. iur. in 6.

Ad quintum Reſpondetur, primo, canones illos intelligi poſſe de ſeruis emptis ab infidelibus, & nō de captis in bello iuſto. Sic enim empti tuta conſcientia, vt diximus, fugere non poſſunt, quia tenentur de iuſtitia ſeruare conuentionem voluntarie ab initio factam.

Secundo, ibi nō prohibetur ſeruis, ne fugere poſſint, ſed alijs ſolùm præcipitur, ne quis ſeruum alienum conſulat eiuſmodi fugam, aut illi auxiliũ præſtet, & hoc maxime in ordine ad dominos infideles daretur enim illis occaſio blaſphemandi Chriſtianam religionem, ſi hoc titulo aliquis fugam ſeruo perſuaderet. Eſt enim in hac re diſpar longe ratio. Seruus enim ipſe iure belli factus, ius habet vt præferat ius ſuæ libertatis, alterius, id eſt, domini ſui commodo; Hoc tamen ius non habet tertius aliquis, vt id conſulendo, negligat ius domini, cũ non agat ipſe de commodo proprio, nec poterit alioqui vnius bonum procurare cum damno alterius, atque adeo, & conſulens, aut adiuuans ad fugam tenebitur ad reſtitutionem damni ex fuga ſecuti. Et hac de cauſa, vt infra dicemus, quamuis reus licite ex carcere fugere poſſit, alius tamen illi talem fugam conſulere non poteſt. ex Caiet. ſecunda ſecundæ, q.69. art.4. ad dub. 5.

Dubium autem eſt, an Chriſtiano capto in bello a Turcis liceat fugere, & ab eis auferre quicquid poteſt? De hac re infra agemus cum de furto, interim quia Turcæ, & Mauri bellum aduerſus Chriſtianos iniuſtiſſimum gerunt, dicendum eſt, quod ad præſens attinet, quod excepto caſu vel captionis tempore induciarum, vel datæ fidei de non fugiendo (quæ etiam hoſtibus de iure naturali ſeruanda eſt) regulariter Chriſtiani captiui licite fugere poſſunt, vel occulte, aut palam, ac vi etiã adhibita, poſſuntq; alios licite ad fugam capiendam adiuuare. Econtra vero quia Turcæ, & Mahometani, qui aduerſum nos iniuſtiſſimum bellũ habent, arbitrãtur bellũ ex parte ſua eſſe iuſtũ, inde eſt, quod quicunq. captiui regulariter arbitrentur ſe poſſe fugere, & tam ipſi, quam ſui exiſtiment illos conſequi libertatem, ſtatim ac fines noſtros egrediuntur, præſertim ad ipſos, vel ad eorum amicos deueniant, vt docet Molina de iuſti. to. 1. tract. 2. diſp. 37.

34 Dubium etiam eſt, quid dicendum ſit, ſi quis iure belli iuſti ſit captus, & deinde a capiente ſit venditus alteri, an ſemper habeat ius fugiendi, vt redeat ad ſuos?

Reſpondeo cum Ioſepho Angles in floribus. 4. ſentent. quæſtio. de dominio. articulo ſecundo concluſ. penult. Emanuele Sa in Aphoriſmis verb. ſeruitus, & alijs, ſemper habere ius fugiendi, nec ad reſtitutionem aliquam tenetur. Quia eodem titulo ſeruire tenetur emptori, quo capienti tenebatur. Vnde ſicut a capiente, ita ab emptore licebit illi fugere, niſi fidem dederit de non fugiendo, tũc enim fugere non poteſt. Quod ſi dicas, inferre iniuriam, & damnum emptori fugiendo, eo quod defraudat illum pretio, quod pro illo ſoluit. Reſpōdetur, Emptorem imputare debere ſibi hoc damnum, quia rē defectuoſam emit, id eſt, ſeruum habentem ius fugiendi, & emptio, & venditio, ſub hac conditione tacite facta intelligitur.

35 Dubium ſolùm eſt, An ſi ſeruus bello captus aliquem filium genuit, filius ille genitus à ſeruo, vel ab ancilla, ipſa natiuitate ita ſit factus poſſeſſio domini, vt ei fugere non liceat?

Reſpondeo, Quamuis nati ex parentibus legitime venditi ſunt, vel ex matre tantùm aliquo horum duorum titulorum in ſeruitutem redacta, licite fugere non poſſint, ſecus tamen dicendum eſt de natis ex parentibus, vel matre ſerua facta iure belli; tunc enim idem ius eſt filio quod matri. Quia licet filius factus ſit ſeruus Natiuitate, quia tamen Natiuitas illa ortum habuit ex bello, intelligitur tacite habere illam conditionem; quam habet ſeruitus ex bello inducta. Vnde fugere poterit filius, ſicut & mater in bello capta, & ſerua facta, fugere valet.

Dubium aliud eſt, quouſq. hoc ius Dominorum in ſeruos ſe extendat? In hac re omiſſis illis, quæ ad operas ſeruorum ſpectant, de qua re inferius dicemus, tria ſolùm quantum ad præſentem difficultatem attinet, dicenda videntur.

Primum eſt, Quod licet multa illis præcipere, aut prohibere poſſit dominus, vſum tamen matrimonij iam contracti, aut matrimonij poſtea contrahendi facultatem, tum ad naturam propagandam, tum etiam in ſubſidium ſalutis eorum ſpiritualis, & remedium contra concupiſcentiam prohibere non poſſit. Ratio eſt, quia quod cuique iure naturali licet, iure gentium, quo ſeruitus introducta fuit, tolli aut impediri non poteſt. Sicut enim ſeruus non ſubditur domino, quin poſſit libere comedere, & dormire, & alia huiuſmodi facere, quæ ad neceſſitatem corporis ſecundum naturam neceſſaria ſunt, ita etiam non ſubditur ei, quin poſſit contrahere matrimonium eo neſciente, vel etiam contradicente, vt colligitur ex capitulo primo, de coniug. ſeruorum, & Sanctus Thom. quarto, diſtinctio. 36. S. Anton. parte tertia, capitulo ſexto, §. ſeptimo, & alijs communiter. Non debet tamen propter hoc ſeruitia debita ſubtrahere.

Secundum eſt, Nihil iuris in eo habet quoad interiorem hominem, niſi exhortando; vnde ad fidem, ſi infidelis ſit, hortari poteſt, cogere autem non debet, vt Sanctus Antoninus, vbi ſupra. Hinc Seneca ait, *Errat qui exiſtimat ſeruitutē in totum hominem deſcendere, pars melior excepta* *eſt, Corpora dominis obnoxia ſunt, mens ſui iuris eſt.*

Tertium eſt, Quoad vitam, & mēbra; ſicut enim quamuis homo dominium habeat ſuæ libertatis & actionum ſuarum, & ad ea omnia, quæ ad ſe poſsūt pertinere, vitæ tamen ſuæ, ac membrorum ſuorum dominium non habet. Quapropter quod dicitur, leg. quod dominus, ff. de ſtatu libe. & l. prima ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris, & Inſtitution. tit. eodem, §. in poteſtate. Dominum ſine cauſa ſeruum ſuum occidere non poſſe, ſignificans a contrario ſenſu, poſſe illum cum iuſta cauſa impune occidere, non eſt ita intelligendum, quaſi ius illud gentium eſſet iuſtum, ſed forte quia apud Barbaras gentes ita erat introductum. Quocirca non ſolum innocentem ſeruum non poteſt dominus interficere, ſed neque etiam nocentem, & dignum tali pœna, ſed debet illum tradere iudici, vt de cauſa illa cognoſcat.

Tum quia eſt contra ius naturæ, vt quiſpiam ſit ſimul actor, & iudex; vel quod ſit iudex in cauſa propria, quod accideret, ſi licitum eſſet domino ſeruum ſuum priuata ſua authoritate occidere. Tum quia præceptum illud *Non occides*, generaliter vetat, ne aliquis ſua priuata, & propria authoritate occidat, ſed ſolus iudex, cui id ex officio incumbit. Vnde ſi dominus aut vitam, aut membrum a ſeruo eripiat, vel immoderatis laboribus, inedia, nuditate, vel iniuſto ſupplicio, aut aliqua alia ratione indebita, & quæ vim coerciuam domini in ſeruum excedat, valetudini, aut corpori eius noceat, vel aliquid contra ſalutem ſpiritualem eius præcipiat, aut alia iniuria indebite eum afficiat, peccat mortaliter, & pro ratione damni, & iniuriæ cogi poteſt, & debet a iudice ad reſtitutionem damni, ipſi ſeruo, aut eius hæredibus faciendam, iuxta notata in l. vix. iuncta glo. ibi. ff. de iudicijs. & l. 1. ff. de offi. præfecti vrbis, §. Quod autem. & Inſtitu. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, §. vl. notatque Panorm. in cap. Nouit. num. 48. de iudicijs. S. Anton. part. 3. ti. 3. ca. 6. §. 7. Ludouicus Molina. de iuſtitia. tom. 2. tract. 2. diſp. 38. Michael Salon 2. 2. tract. de dominio. quæſt. 3. artic. 1. dub. 2, & alij,

36 Quæ omnia confirmari poſſunt ex cap. 21. Exo. vbi dicitur, *Qui percuſſerit ſeruum, aut ancillam uirga, & mortui fuerint in manibus eius criminis*, id eſt, homicidij, *Reus erit*. Et infra. *Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittit eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo aut ancillæ, ſimiliter dimittet eos liberos.* Et quamuis hæ leges, quia iudiciales erant, ceſſauerint, æquitate tamen nittebantur; vnde tenetur homo etiam hodie iure naturæ, qui ſimilia crimina, & iniurias in ſeruum ſuum commiſerit, competentem ſatisfactionem ſeruo ſuo facere, quatenus poteſtatem ſibi in ſeruum conceſſam exceſſerit. Et quidem tantum poteſt eſſe damnum, tum corporale, tum ſpirituale, vt non minus, quam libertate compenſetur: vt de damno corporali conſtat Exo. 21. & in dicta l. 1. §. quod autem, ff. de offic. præfecti vrbis, & d. §. vlt. Inſti. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Et de ſpirituali damno tradunt S. Ant. Molina & alij & colligitur ex l. ſi lenones. C. de Epiſcopis. vbi ſtatuitur, quod ſi domini ancillis neceſſitatem peccandi impoſuerint, liceat Epiſcopis eas ſeruitute liberare, libertate in pœnam delicti dominorum eas donando. Immo ſi dominus ille admonitus nolit deſiſtere, licite poteſt ſeruus fugere.

37 Dubium maius, & difficilius eſt, An ſerui ita ſint dominorum ſuorum, vt quicquid lucrentur, dominis ſuis acquirant?

Ratio difficultatis eſt, quia leges ciuiles Romanæ communes generaliter dicunt, ſeruos acquirere Dominis ſuis, quicquid acquirunt, vt ex §. primo inſtitu. de ijs, qui ſunt ſui vel alieni iuris, & ex pleriſque alijs iuribus conſtat; & Inſtitu. per quas perſonas cuique acquiritur dom. §. Item vobis, dicitur. *Item vobis acquiruntur, quæ ſerui veſtri ex traditione nanciſcuntur; ſiue ex donatione, ſiue ex legato, ſiue ex quauis alia cauſa acquirat, hoc erit vobis ignorantibus obueniens; ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alicuius eſt, nihil ſuum habere poteſt*, &c. & ſimilia habentur, ff. de acquiren. rerum domin. leg. etiam inuitis.

In hac re Sotus lib. 4 de iuſti. q. 2. ar. 2. poſt concluſ. 3. docet, ſeruos, qui ſe vendiderunt, nihil poſſe ſibi acquirere, ſed quicquid acquirunt, quocunque titulo acquiſierint, eſſe dominorum ſuorum: captos verò in bello non eſſe dominos eorum, quæ quotidiano labore lucrantur, ſed ſolùm eorum, quæ vel dono ſuſceperint, vel hæreditario iure, vel ludo licito lucrati fuerint. Quia cum non ſua ſponte in illam conditionem inciderint, non eſt eorum miſeria tanta afflictione coercenda: quandoquidē, vt eſt in Regula iuris, reg. odia. de regu. iu. in ſexto, fauores ampliandi ſunt, pœnæ vero reſtringendæ.

At verò Petrus de Arragon. ſecundo tracta. de dominij obiecto, vult eandem, & illorum, & iſtorum conditionem, adeo vt quicquid vterque acquirat, non ſibi, ſed domino ſuo acquirat. Quia cum in dicto §. *Item vobis*. nulla facta ſit diſtinctio inter ſeruum captum in bello, & emptum pretio, vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. In hac re tria mihi dicenda videntur, ex quibus, & authores inter ſe conciliari poterunt, & rei veritas explicari, iuxta ea quæ tradunt Michael Salon 2. 2. tracta. de dominio, quæſtione tertia, articul. primo, dubio ſecundo, Petrus Nauar. libro tertio, de reſtit. cap. parte 3. dub. quinto, numero 216. Ludouicus Lopez part. ſecunda, inſtruct. conſcient. capit. ſecundo, Ludouicus Molina. de iuſtitia to. 1. tract. 2. diſp. 38. & Emanuel Sa. in Aphoriſmis in verb. ſeruitus,

Primum eſt, ſi loquamur de iure ciuili communi, nulla in hoc inter ſeruos bello captos, & pretio emptos, videtur eſſe differentia, cum, vt recte notat Petrus de Arragon, leges ciuiles generaliter, & indiſtincte de ſeruis loqui videantur.

Tribuit namque dominis ius ad omnes ſeruorum ſuorum operas, quas recta ratio poſtulat, vt pro eorum conditione, ac viribus præſtent, ad omnes eorum fructus, vt ad partus ancillarum, & ad reliqua emolumenta, quæ ex eis commode percipi potuerint, adeo vt quicquid vel donatione, vel teſtamento, aut ab inteſtato, vel quacunque alia ratione acquirant, non ſibi, ſed dominis acquirant.

Immo verò cum iuſto bello capti, ex miſericordia temporalem mortem in perpetuam commutauerint, multo magis alia omnia commoda, & iura in dominorum vtilitatem tranſtuliſſe cenſentur.

9 *Secundum eſt*,quantum ad ſeruos in bello captos opinio Soti verior,& communior eſſe videtur,adeo vt putem leges ciuiles in hoc contraria conſuetudine,& vſu eſſe abrogatas,vnde in multis caſibus ſerui huiuſmodi ſibiipſis precium acquirere,verũq. dominium comparare poſſunt.

Primo quidem ſi cum eo paciſcatur dominus, vt quotidie, aut ſingulis hebdomadibus, menſibus, aut annis tantum pecuniæ ad ſe alendum habeat, & reliquum quod lucratus fuerit, ſibi acquirat: Tunc enim ſi ex pecunia ſibi data ad alimenta aliquid ſibi ſubtrahit, illud non domino, ſed ipſi lucratur; Qua ratione in Luſitania multi ſerui propria pecunia ſeipſos redimere dicuntur, intercedente tali pacto inter ipſos, & dominos eorum.

Quamuis enim inter dominum, & ſeruum,ea ratione,qua ſeruus eſt, neque amicitia, neque iuſtitia ſit,ea tamen ratione, qua homo eſt, vtrumque eſſe poteſt,vt Ariſto.lib.8. Ethico.cap.11.docet,& tenetur in hoc caſu dominus promiſſum, & pactum obſeruare.

Secundo lucratur ſibi ſeruus quicquid dominus tacite, vel expreſſe liberaliter ſibi donet,aut velit eum tanquam ſuum habere, vel ex alterius donatione vel ex ludo,aut alia quacunque ratione. Donatio enim libere per dominum facta, abſque cauſa rauocari non poteſt.

Tertio etiam lucratur ſibi ſeruus, ſi aliquis tertius donet,aut relinquat aliquid illi, ea tacita, vel expreſſa conditione,vt ſit ſerui,& non domini. Vt ſi v.g.diceretur,dono,aut relinquo ſeruo Petri tantum,vt ſe redimat.

Poteſt enim unuſquiſque de bonis ſuis diſponere,ut uoluerit, & conditionem aliquam eis imponere,ita ut ſeruo,& non domino acquiratur eorum dominium.

Quarto lucratur ſibi ſeruus, quicquid eſt ipſi datum ob iniuriam,uel damnum ipſi illatum. Aliquando enim dominus damnum infert ſeruo, amputando ſibi membrum, & punitur a Republ. uel Principe, ut ſeruo ſuo tot aureos ſoluat, tunc ſeruus ille pecuniam datam ſibi non domino, acquirit.

Idemque dicendum eſt,ſi ab aliquo alio reſtituatur aliquid pro damno,uel iniuria ſibi illata. Quia enim reſtituuntur pro damno,& iniuria ſibij pſi facta,qua homo eſt,& quoad ea, quæ domino non ſubiacent,uere illorum dominium ſibi, & non domino acquirit.

Quinto,ſi aliquid lucratur ludo,aut alia negociatione,bonis illis,quorum eſt dominus,ſine vllo præiudicio domini, id totum ſib ipſi, non domino acquirere cenſetur. Atque adeo his omnib.modis peculium ſibi acquirit, quo poſſit ſeipſum poſtea redimere,vt colligi poteſt ex lege prima, §.ſeruos.ff. de officio præfecti vrbis, & leg.vix,ff. de iudicijs, quibus in locis habetur, poſſe ſeruos ſe redimere. Ergo eorum dominiũ ſibi acquirere poſſunt, alioquin enim non poſſent ſeipſos redimere.

Tertium eſt,Quoad ſeruos emptitios,qui ſi quando ſe vendiderunt, & ſe, & ſua iura omnia vendiderunt,& quicquid in poſterum habere poterant, tunc quicquid lucrantur, aut quotidiano labore, aut ludo,aut ipſis donatione, aut iure hæreditario euenit,eſt dominorum, vt conſtat ex ipſa venditione eorum.

Sin autem ſe tantum, & ſuas operas,non autem omnia iura ſua,vendiderunt,tunc quicquid labore quotidiano,aut ludo diebus, quibus laborandum eſt,acquirunt,domini eſt;cetera verò, quæ eis eueniunt,ipſorum ſunt. Vnde ipſorũ eſt,quod vel diebus feſtis,aut alijs diebus expleta opera,ad quam die illa tenebantur,acquirunt;itemque ea, quæ eis dono,aut hæreditate eueniunt. Ratio eſt manifeſta, Quia dominus non habet maius ius in ſeruos iſtos, quam quod per emptionem in ipſos acquiſiuit;maxime cum ſeruitus odioſa ſit, & non extendenda niſi ad ea, quæ in contractu emptionis, & venditionis expreſſa ſunt. Et de ſeruis, eorumque ſtatu hactenus dictum ſit.

De vſu, & vſufructu quarum rerum ſint & quomodo a Dominio, & inter ſe diſtinguantur.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *An iu rebus vſu conſumptibilibus poſſit eſſe vſus, aut vſusfructus.*

2 *Quas obligationes habeat fructuarius.*

3 *An cautio ſit de ſubſtantia contractus adeo, vt niſi detur huiuſmodi cautio,contractus ſit inualidus.*

4 *An fructuarius ſoluere teneatur debita a proprietario contracta.*

5 *Quot,& quibus modis finitur, & amittatur vſusfructus.*

7 *An ſi confiſcantur alicuius bona,finiatur alicuius vſusfructus,quem habet in illis bonis,ita vt ad proprietarium redeat,an tranſeat vſusfructus ad fiſcum.*

8 *An per ingreſſum vſufructuarij in religionem, & profeſſionis emiſſionem finiatur vſusfructus,redeatq.ad proprietarium,an vero tranſeat ad Religionem.*

9 *An ſi pater habens vſumfructum in bonis aduentitijs filij,profiteatur religionem,finiatur vſusfructus ita, vt redeat ad proprietarium ideſt,filium,an vero trãſeat ad monaſterium.*

10 An *fructuarius poſſit libere per aliquem contractum transferre vſumfructum in alium.*

11 *An in rebus vſu conſumptibilibus diſtinguatur vſus a Dominio,ita vt uſus poſſit eſſe apud vnum, & dominium,apud alterum.*

Vſus facti,& vſus Iuris quid ſint.

12 P*rima opinio affirmantium in uſu conſumptibilibus uſum non diſtingui, quæ probatur authoritate, & ratione.*

13 *Opinio aliorum aſſerentium in rebus unico actu conſumptibilibus uſum diſtingui, quæ opinio Author uidetur probabilior, eamque amplectuntur omnes Minores,quorum gratia præcipue hæc quæſtio mouetur.*

14 *Soluuntur argumenta in contrarium ſuperius allata.*

15 *An de facto ſeparetur uſus a Dominio in rebus uſu conſumptibilibus, maxime autem controuertitur de minoribus propter decreta Summorum Pontificum.*

16 *Nicolaum 3. & Ioan. 22. vere non diſſentire demonſtratur.*

17 *Chriſtum & Apoſtolos nihil proprium habuiſſe in cõmuni vel particulari ſecundum Nicolaum Pa. 3. & idem hæreticum eſſe ſecundum Ioan. 22. facile reconciliatur.*

18 *Nec diſſentiunt inter ſe, licet vnus uideatur aſſerere vſum diſtingui a Dominio in conſumptibilibus, alter non diſtingui.*

19 *Quomodo Minoritæ ſeu Franciſcani non habeant dominium, & proprietatem rerum in communi vel in particulari, & nu. ſeq.*

20 *Ante actualem uſum, & conſumptionem rerum uere illos dominium non habere ſicut docuit Nicolaus 3. oſtendit, & quare.*

21 *Ius quod habent Minores, partim excedit ius, quod habet uſuarius, uel uſufructuarius in rebus ad uſum ideſt uſumfructum conceſſis, partim minus.*

22 *Quomodo uſus, & uſufructus in rebus immobilibus inter ſe deſtinguantur.*

23 *Vſuarius non poteſt ius ſuum ad alium transferre, vſufructuarius poteſt.*

24 *Vſuarius nihil tenetur expendere in adminiſtratione, & conſeruatione rei, qua utitur, uſufructuarius tenetur.*

CAm in ſuperioribus quid vſus, & vſusfructus ſit, explicatum ſit, reſtat, vt in hoc capite exponamus, quarum rerum poſſit eſſe vſus, vel vſusfructus, vt ſic melius naturam dominij intelligamus. Quę omnia propoſitis quibuſdam dubijs abſoluemus.

1 PRIMVM DVBIVM eſt, an in rebus vſu conſumptibilibus poſſit eſſe vſus, aut vſusfructus? Pro cuius explicatione ſciendũ eſt, Res illas dici vſu cõſumptibiles, quarum vſus non eſt niſi rei diſtractio, & conſũptio, vt eſt v.g. pecunia, cuius vſus eſt illã in alterius dominium transferre, & panis, cuius vſus eſt ipſum comedere. Res aũt illæ, quæ conſumũtur vſu, conſiſtunt in pondere, numero, & menſura; in numero, qualis eſt, pecunia; in pondere verò, & menſura conſiſtere dicuntur res liquidæ, & aridæ, quæ res in iure functionem habere dicuntur. Dicitur aũt res aliqua habere functionem, quando vna res fungi põt vice alterius ſine vllo creditoris detrimento, vt ſi mutuat mihi frumentum, & ego rurſus ei reddo aliud frumentum numero, & ſic de ceteris. Res verò illę dicuntur non conſumptibiles vſu, quarum vſus non eſt conſumptio, vt agri, domus, & huiuſmodi. His ita prænotatis tria mihi dicenda videntur.

Primum eſt, vſum, vel vſumfructum proprie nõ eſſe in rebus vſu conſumptibilibus. Ratio eſt manifeſta, quia vt diximus ſupra, vſus, vel vſusfructus eſt ius vtendi, vel fruendi rebus alienis, ſalua illarũ ſubſtantia. Si igitur res aliqua vſu conſumatur, non habet vſum, vel vſumfructum, vt colligitur euidenter ex §. conſtituitur. Inſt. de vſufructu.

Vnde cum ius ciuile ſtatuit, poſſe quem ex teſtamento legare vſum, vel vſumfructum rei vſu conſumptibilis, vt patet ex toto fere titul. ff. de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur: vere talis vſus, vel uſusfructus nõ eſt aliud quam mutuum; quia uere transfertur dominium rerum in legatarium cum obligatione non reſtituendi eandem rem ſpecie, ſed aliam numero; quod vere eſt mutuum.

Et per ſimilitudinem quandam mutuum iſtud in iure dicitur vſusfruct. quia, ſicut diximus ſupra, legari ſolet ex teſtamento vſusfructus rei, vt fructuarius habeat, vnde viuat poſt mortem teſtatoris; ita etiam mutuum iſtud legari ſolet ex teſtamento, vt legatarius poſt mortem teſtatoris pecuniam, vel aliam rem vſu conſumptibilem ſibi legatam habeat tanquam propriam, cum obligatione tamen reddendi tantam aliam pecuniam, quantam accepit, aut tantam pecuniam, quanti ſunt æſtimatæ, ita vt legatarius teneatur cautionem præſtare iuxta ea, quæ inferius dicemus.

Secundum eſt, vſus, & vſusfructus conſiſtunt præcipue in rebus immobilibus, quales ſunt agri, & domus, & alia, quæ non conſumuntur vſu, vt conſtat.

Tertium eſt, In rebus mobilibus, quæ non conſumuntur vſu, quamuis aliquo modo minuantur, vt ſunt veſtes, libri, vaſa & huiuſmodi, conſiſtit etiam vſus, vel vſusfructus; & etiam in rebus ſe mouentibus, id eſt, animalibus, ſiue ſint bruta, ſiue homines, vt ſunt ſerui, & ancillæ, & etiam homines liberi, qui operas ſuas alicui vel ad tempus vel in perpetuum locauerunt, quæ omnia colliguntur ex c. cum conſtet, & gloſſa ibid. de pignoribus, vbi multa de vſu, & vſufructu traduntur.

Quia in re hoc vnum adnotandum eſt, quod partum ancillæ, quod licet quantum eſt ex parte iuris naturalis, vel gentium nihil ſtatutum ſit, ad quem pertineat; quantum tamen eſt ex parte iuris ciuilis cõmunis certum eſt, quod quando vſusfructus ancillæ alicui conceditur, partus illius ad dominum ſeu proprietarium pertinet, non autem ad fructuarium, vt habetur in l. vetus, ff. de vſufructu.

Ratio eſt, quia homo ex ſua conditione eſt liber: & conſequenter fructus hominis ex conditione ſua liber eſt. Vnde ſi iure gentium quiſpiam effectus ſit ſeruus alterius, fructus illius pertinet etiã ad dominum, idemque tradit Ludouicus Molina de iuſtitia. tomo primo, tracta. ſecundo, diſp. 7. fructus verò animalium, & arborum regulariter ad fructuarium pertinet. §. in pecudum. Inſti. de rerum diuiſione.

2 SECVNDVM DVBIVM eſt, quas obligationes habeat fructuarius?

Reſpondeo cum gloſſa, & Panormita. in capitulo cum conſtet. de pignoribus, Syluеſ. in verb. vſus quæſtio. quarta, quinta, & ſexta, Molina de iuſtitia. tracta. ſecundo, diſputa. ſeptima. Tres potiſſimas habere.

Prima eſt, quod tenetur ad expenſas neceſſarias ad rei conſeruationem l. vſufructu legato & l. hactenus. ff. de vſufruc. & leg. cum ad quem. Cod. ti. eodẽ.

Ratio eſt, quia vſusfructus eſt ius vtendi re aliena, ſalua eius ſubſtantia. Intelligitur tamen, vt diximus cap. 3. dummodo expenſæ ſint paruæ, ſi enim ſint magnæ, pertinent ad proprietarium. Quæ autem expenſæ dicantur paruæ, & magnę, iudicis prudentis arbitrio relinquitur.

Secunda eſt, quod tenetur ad ſoluenda tributa & collectas, & omnia onera, quæ præſtantur ratione rei fructuaria, vel occaſione illius, vel quæ rei fructuariæ imponuntur. l. vſufructu relicto. ff. de vſufructu & l. hactenus. ibid.

Ratio eſt,quia qui ſentit commodũ, ſentire debet & onus. Vnde,ſi res fructuaria obligatur ſoluere aliquid vel propter aquæ ductum, vel propter cloacas, vel propter tranſitum exercitus, vel propter aduentũ Regis,vel propter refectionem pontis,aut viæ cõmunis, fructuarius illud ſoluere tenetur,& idem dicendũ eſt de ſolo vſuario, verbi gratia,ſi concedatur alicui domus,tenetur ad expẽſas, l.ſi domus.ff.de vſu & habit.Syluest. verbo.vſus.q. 9.verſ.Tertiam.

Tertia eſt, quod tenetur ad cautionem idoneam dandam proprietario, cap.cũ conſtet. & glo.ibi de pignoribus. Solet autẽ dare cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam ob maiorem ſecuritatẽ:pignoratitia dicitur illa,quãdo datur pignus; fideiuſſoria dicitur illa, quando dantur fideiuſſores; aliquando autem datur tantum iuramentũ,quę dicitur cautio iuratoria.

Vnde quando in iure dicitur, quod danda ſit cautio idonea,& ſufficiens, intelligitur de cautione pignoratitia,vel fideiuſſoria,quando tamen talis cautio commode dari non poteſt,ſatis eſt,quod detur cautio iuratoria,vel promiſſoria. Danda verò eſt cautio idonea de duobus; primo quidem, quod vtetur,vel fructur re aliena arbitrio boni viri,hoc eſt,quod vtetur re illa,quemadmdum vir bonus re ſua propria vti ſolet.

Secundo, Quod finito tempore reſtituet rem integram,hoc eſt, ſi ſit res,quæ non conſumitur nec minuitur vſu,reſtituet integram rei ſubſtantiam: ſin autem ſit res, quæ vel conſumitur omnino, vel minuitur vſu, reſtituet id ,quod ſupereſt de illa re, reiſconſumptæ æſtimationem, cap. vlt.de pignoribus,& glo.& Panorm.ibidem.Syluest.verb.vſus. q.4.& Ludouicus Molina de iuſtitia.tom. 1.tracta. 2.diſp.7.

Controuerſia tamen eſt inter Doctores, an cautio ſit de ſubſtantia huius contractus, adeo vt inualidus ſit contractus, niſi detur huiuſmodi cautio. Quidam apud Syluest.in verb.vſus. quæſt.5.dicũt inualidum eſſe contractum reſpectu rerum, quæ vſu conſumũtur omnino, vt pecunia, panis &c.vel vſu minuuntur, vt ſunt ueſtes, libri &c. Secus autem in rebus, quæ non pereunt vſu, vt eſt domus, ager,&c. Sed omiſſis his RESPONDEO.Cautio aliqua, loquendo ſimpliciter & abſolute, non eſt de ſubſtantia huius contractus, cum vt not.in leg. 1.Cod.de vſufructu.multi caſus ſint,in quibus non requiritur cautio, vt validus ſit vſufructus,puta, quando fiſcus conſtituitur fructuarius rei. Item in bonis aduentitijs filii,in quibus quamuis pater habet vſumfructum, non requiritur tamen vt pater det cautionem. Item non requiritur cautio,quando certum eſt proprietatem re ad fructuarium peruenturam; In alijs vero caſibus requiritur neceſſario ſecũdum leges ciuiles,vt detur cautio, vt colligitur ex leg. ſi cuius.& leg.ſequenti, ff.de vſufructu.& leg.1.& ſeq.ff.Quemadmodũ vſufructuarius caueat,& l.ſecũda,& ſeqq.ff.de vſufructu earum rerum,quæ vſu conſumũtur & l.1.& 4.Cod.de vſufructu.& leg.penultima. C.vt in poſſe,leg & capit. vlt.de pignorib. & gloſ. & Panor. ibid.& Syluest. verb.vſus.quæſt.5.& 6.& aliis.

Immo vero in caſibus, quibus ſecũdum leges requiritur cautio,ſi fructuarius non præſtet cautionem,ſi petatur a proprietario,aut doloſe,vel malitioſe dare cautionem protrahit,non facit fructus ſuos. Quia ſecundũ leges,vt validus ſit vſusfructus, requiritur cautio idonea. Ergo ſi illa non detur, poſtquam eam proprietarius petiit, non erit validus contractus,& proinde tanquam malę fidei poſſeſſor,fructus ſic perceptos reſtituere tenetur.

Si tamen non fuit petita cautio à proprietario, cum poſſet eam petere, nec eſt dilata cautio doloſe, vel malitioſe, tũc fructuarius facit fructus ſuos. Ratio eſt, quia in hoc caſu eſt bonæ fidei poſſeſſor,eo quod tacite conſentit proprietarius, aut ſaltem fructuarius eam cõmode præſtare nõ potuit, iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. in l.ſi cuius.ff.de vſufructu. Panorm.in d.ca. vlt.de pignorib. & Syluest. verb.vſus.q.6.

4 *Pari* ratione difficultas eſſe poteſt, An fructuarius ſoluere teneatur debita a proprietario contracta,verbi gratia. Reliquit Petrus Paulo vſumfructum ſuorum bonorum, an teneatur Paulus ſoluere debita contracta a Petro? Quicquid in hac re diſputant Doctores in leg. fina. ff. de vſufructu legat. communis opinio eſt, quam docent Bartho. ibi, & Syluest. verbo. vſus.quæſt.9. verſic. Quartum.

Quod quotieſcunque aliquis relictus eſt vſufructuarius omnium bonorum alterius, tenetur ſoluere debita eius. Ratio eſſe poteſt, quia bona alicuius non putantur eſſe niſi prius deductis debitis. Si quis igitur relictus ſit vſufructuarius omniũ bonorum alterius,intelligitur deducto omni ęre alieno. Vbi autem relictus eſſet fructuarius tantum tertiæ,quartæ, vel quintæ partis &cet. bonorum alterius, ſolum tenetur ſoluere debita alterius pro parte; Ratio eſt,quia qui ſentit lucrum, ſuſtinere debet etiam & onus. Quando autem relinqueretur fructuarius in bonis certis alterius,puta,in vinea, vel domo certa, in tali caſu non tenebitur alterius debita ſoluere,vt ex d.l.fina. & DD.citatis colligi poteſt.

5 TERTIVM DVBIVM eſt, Quot, & quibus modis conſtituatur vſusfructus?

Reſpondeo in vniuerſum duobus modis conſtituitur; Primo lege, & talis dicitur vſusfructus legalis,quia.ſ.lege eſt conſtitutus;& ſic pater ex iure ciuili communi habet regulariter vſumfructũ in omnibus bonis aduentitijs filij ſub patria poteſtate conſtituti, non autem in bonis eius caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, vt colligitur ex leg. Quæcunque,& leg.cum oportet.C.de bonis,quæ liberis. Dixi, *Regulariter*, quia ſunt aliqui caſus,in quib. pater non habet vſumfructum in bonis aduentijs filij familias.

Primus eſt,quãdo aliquis donat, aut relinquit aliquid filio nolente & recuſante patre, vt filius acceptet, tunc enim ſi non obſtante patris voluntate id obtineat, vſusfructus illius rei non pertinebit ad patrem. leg.fin.§.Sin vero pater.Cod.de bonis,quæ liberis.Gloſ.in authentica. Idem eſt.Cod. tit.eodem.

Secundus eſt, Quando aliquid a Rege, Regina, vel Principe donatum ſit filio, aut filiæ familias; tunc enim quia reputatur id tanquam caſtrenſe, ſiue id mobile, ſiue immobile ſit, p̃tinet ad filiũ,& non ad patrẽ.leg.cũ multa.C.de bonis,quæ liberis.

Tertius eſt, Quando aliquid ex dono, aut teſtamento relinquitur filio ſub ea cõditione, vt filius, & non pater habeat vſumfructũ. Poteſt enim quis diſponere de re ſua prout voluerit. In authentica. Excipitur. C. de bonis, quæ liberis. & facit etiam leg. ſi forte, ff. de caſtrenſ. pecul.

Quartus eſt, Quando pater relinquit filio vſumfructũ bonorum aduentitiorum. l. cum oportet. §. non autem. verſ. Sin autem. C. de bonis quæ liberis. Poteſt enim pater libere condonare filio eiuſmodi vſumfructum, immo quoties ſciens & prudens permittit filium accipere vſumfructũ, ſuorum bonorum, ſuaq. bona aduentitia, cenſetur tacite illum ei condonare.

Quia tamen per eiuimodi ſcientiam, & patientiam non cenſetur pater plus eiuſmodi vſusfructus donare, quàm id, quod patitur filiũ accipere, inde eſt, quod poterit poſt tempus vſurpare denuo ſibi vſumfructum eorum bonorum filij.

Secundo, conſtituitur vſusfructus ex priuata & libera hominis diſpoſitione, & talis vſusfructus ad differentiam legalis, dicitur conuentionalis, & talis aliquando conſtituitur per vltimam teſtatoris voluntatem; aliquando per donationem inter viuos; aliquando per venditionem; aliquando per cõmutationem; aliquando per alios contractus, vt colligitur ex l. omniũ, & l. vſufr. plurib. ff. de vſufruct. & Inſtit. de vſufructu. §. vſufructus. Syluest. verbo. vſus. q. 2. Lud. Molina. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 8. & alijs communiter.

6 QVARTVM DVBIVM eſt, quot, & quibus modis finitur & amittitur vſusfructus?

Reſpondeo, amitti poſſe quinque modis, vt colligitur ex §. finitur. Inſtit. de vſufructu. & ex ff. tit. quib. modis. vſusfructus. amittatur. Syluest. verbo. vſus. q. 11. Molina vbi ſupra. diſp. 9. & aliis.

Primo morte naturali ipſius fructuarii, gloſ. pen. in cap. fina. de pignorib. Inſtit. §. citato. & l. corruptionem. Cod. de vſufructu quod ſi plures ſint vſufructuarii, & moriatur vnus, non reuertitur ad proprietarium vſufructus, ſed tranſit ad alterum vſufructuarium. ff. de vſufruct. per totum. & ff. quibus modis vſusfructus amittit. l. excepta, & ſolum, reddit ad proprietarium, ſi omnes moriantur. Inſtit. eod. §. 1. Et ſi relinquatur alicui, donec filius pupillus ad pubertatem venerit, & ille ante pubertatem moriatur, durabit vſusfructus ad ætatem completam.

Sin autem conſtituatur, vt ad hæredes fructuarii tranſeat, intelligitur de hæredib. proximis, & nõ de remotis. l. antiquitas. C. de vſufructu. Quod ſi relinquatur alicui ſub certo tempore, puta dum furioſus reſipuerit, & antequam reſipiſcat moriatur, durabit toto vitæ tempore vſufructuarii, quia potuit tota vita ſua in furia perſeuerare. l. ambiguitatem. C. eod. & Syluest. loco citato. At ſi vſusfructus ciuitati, communitati, eccleſiæ, uel loco pio ſine temporis præfinitione relinquatur, durabit per ſpatiũ centum annorũ, vt habetur in l. an vſusfructus. ff. de vſufructu. Hoc enim cenſetur tempus vitæ longæui hominis.

Secundo, finitur vſusfructus morte ciuili ipſius fructuarii; quia vſusfructus eſt ius perſonale, vnde finitur finiente perſona, cui competit. Quæ ratio in morte ciuili, & naturali æque procedit. Quia verò mors ciuilis in iure dicitur capitis diminutio, quæ eſt triplex, Maxima, Media, & Minima.

Maxima eſt, quando quis amittit ciuitatem & libertatem; puta, quia ob delictum damnatur ad metalla in perpetuum, cui pœnæ nunc correspondet damnatio ad triremes, & talis efficitur, & dicitur ſeruus pœnæ. Item ſi beſtiis ſubiicitur, vt habetur Inſti. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. §. pœnæ ſeruus. Item qui pœna mortis damnatur, talis enim libertatem, & ciuitatem amittit, & pœnæ ſeruus dicitur. l. qui vltimo ſupplicio, ff. de pœnis. Maxima item capitis diminutio eſt, quando quis maior 25. annis patitur ſe vendi, vt potiatur pretio. Inſt. de capitis diminutione. §. maxima. Item quando libertus ob ingratitudinem in patronum commiſſam redigitur in ſeruitutem.

Media eſt, quando quis amittit ciuitatem, non autem libertatem, vt cum alicui aqua & igni est interdictum, quando propter delictum deportabatur in inſulam relegatus. Inſtit. de capitis diminutione. §. minor. cui nunc reſpondet exilium perpetuum.

Minima eſt, quando quis nec ciuitatem amittit, nec libertatem, ſed ſolum mutat ſtatũ, quod accidit his, qui ſui iuris erant, & facti ſunt iuris alieni. Ideo cũ dicitur vſumfructũ amitti capitis diminutione vſufructuarii, intelligitur de *Maxima, & media*, non autem de *minima*, vt colligitur ex l. ſi ſocietatem, ff. pro ſocio. & Inſti. de vſufructu. §. finitur. & l. corruptionem, C. titulo eod. Syluest. in verbo. vſus. q. 11. verſ. Secundo. & Lud. Molina de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 9. & aliis communiter.

Tertio finitur vſusfructus interitu rei fructuarię, vt v. g. ſi ędes incendio conſumantur, aut corruant, tunc enim ita finitur vſufructus ut neque areæ vſusfructus maneat, vt habetur Inſtit. de vſufructu. §. finitur, verſ. eo amplius. Syluest. verſ. vſus. q. 11. verſic. Tertio. Ludo. Molin. vbi ſupra. Ratio eſt quia vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, qua res illa ſeruit alicui. Ergo pereunte re, in qua habetur vſusfructus, perit & ſeruitus.

Quarto, finitur vſusfructus ex hoc, quod fructuarius cedit vſumfructũ proprietario, hoc eſt, libere remittit proprietario vſumfructũ. §. finitur. Inſt. de vſufructu. verſ. item finitur.

Quinto finitur vſusfructus ex eo quod proprietatem acquirit fructuarius, id eſt, habuit quis prius vſumfructum; & poſtea acquirit proprietatem. §. finitur. Inſtit. de vſufructu, & ſic dicitur in iure, vſumfructum conſolidari. Sicut in eccleſiaſticis idem dicitur de penſione, quando penſionarius incipit eſſe beneficiarius. Hæc igitur omnia ci certa ſint apud omnes, in quibuſdam tamen caſibus res dubia eſt, quando finiatur vſusfructus. Vnde ſit in ordine.

7 QVINTVM DVBIVM, an ſi confiſcantur alicuius bona, finiatur vſusfructus, quem habet in illis bonis, ita vt redeat ad proprietariũ, an verò tranſeat vſusfructus ad fiſcum.

Reſpondeo cũ Anto. Gomeſio. tom. 2. Variarum reſol. c. 15. n. 16. & Ludo. Molina de iuſt. tom. 1. diſp. 9. tract. 2. ſi fructuarius propter delictum damnetur, ita vt confiſcata ſint eius bona, conſequenter vſusfructus, quem habet, tranſit ad fiſcum, quia per confiſcationem omnia bona applicantur fiſco vſusfructus autē computatur inter bona ſua, mortuo aũt delinquente, cuius bona confiſcata ſunt, vſusfructus regreditur ad proprietariũ, interim verò dũ delinquens viuit, tota commoditas vſusfructus pertinet ad fiſcũ. Excipitur autem crimen hæreſis, eo namque per patrem commiſſo, vſusfructus, quem habuit pater in bonis aduentitiis filii, ſtatim redit ad filiũ, & non ad fiſcum, ex Iacobo Simancha. de cathol. inſti. tit. 9. num. 81. & Molina loco proxime citato. Ratio eſt, quia iuris diſpoſitione ob huius delicti atrocitatem, a puncto commiſſi criminis ita egreſſus eſt filius patriam poteſtatem, vt quantumuis crimen ignoretur, nullum amplius vſumfructum retinebat pater in bonis aduentitiis filii. Atque ita ante ſententiam condemnatoriam vſusfructus pertinebat ad filiũ, vnde poſt ſententiam non eſt priuandus filius bonis ſuis, quæ antea pertinebant ad illum.

Econtra vero ſi bona filii familias, ob crimē hæreſeos, quod commiſit ipſe filius, confiſcentur etiã ſi Simanchas vbi ſupra tit. 9. nu. 18. velit confiſcari etiam vſumfructũ, quem pater catholicus in bonis aduentitiis talis filii habebat, eſto filius reconcilietur: Molina tamen vbi ſupra rectius docet id ſolum verum eſſe, quoad vſumfructum bonorum, quæ filius poſt crimen commiſſum acquiſiuit, eo quod talia bona iam non ad patrem (cuius iam poteſtatem per crimen hæreſis egreſſus eſt) ſed ad fiſcum pertinent: at verò quoad vſumfructũ bonorũ, quæ antea acquiſierat, & quæ iam erant patris, cenſendum erit vſumfructum eorũ pertinere ad patrem, & non ad fiſcum, vſque ad mortem naturalem patris, eſto filius relaxetur brachio ſeculari, aut alia ratione ante patrem è vita diſcedat. Quia factum vituperabile filii quoad bona antea acquiſita, præiudicare non poteſt iuri patris iam antea acquiſito. Addunt tandem Simanchas nu. 19. & Molina vbi ſupra, quod ſi bona alicuius confiſcantur, quorum dominiũ per mortem illius aut ſub aliqua alia conditione pendente in futurũ, deuenire debebat ad aliũ, interim dũ ita condemnatus viuit, aut conditio illa non impletur, commoditas vſusfructus eorum bonorũ pertinet ad fiſcũ, non vero ad eum ad quem dominiũ eorum bonorũ debetur, vt colligitur expreſſe ex l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. vnde ſi ei, qui Maioratũ, aut alia bona vinculata poſſidet, bona ob delictum confiſcentur, commoditas bonorum ita vinculatorum pertinet ad fiſcum, interim dum ille viuit, vt præfati authores tradunt.

SEXTVM DVBIVM eſt, an per ingreſſum vſufructuarii in religionem, & profeſſionis emiſſionem, finiatur vſusfructus, redeatq. ad proprietariũ, an verò tranſeat ad religionē? Intelligitur aũt hæc difficultas de aliis vſufructuariis a patre in bonis aduentitiis filii, de hac. n. re agemus dubio ſequenti, vt v. g. ſi filius, aut aliquis alius habeat vſumfructũ, & religionem profiteatur, an vſusfructus iſte per ingreſſum, & profeſſionē extinctus ſit ita vt reuertatur ad proprietariũ, an verò tranſeat ad monaſterium? In hac re communis opinio eſt, nõ finiri vſumfructũ, ſed reſidere in monacho, ita vt tota commoditas pertineat ad monaſteriũ, interim dum talis monachus viuit; mortuo autem illo, reuertitur ad proprietarium, ſic glo. in authent. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & facit cap. ſi qua mulier, & ibi gloſ. quæſt. vlt. quam refert & ſequitur Panor. in cap. fin. nu. 2. de pignorib. Cyn. nu. 12. Albe. nu. 22. Bar. nu. 42. & alii in d. authent. ingreſſi. Innocen. in cap. in præſentia. nu. 5. & DD. de probat. Sylueſt. verb. vſus. q. 9. verſ. ſextũ. Couar. de teſtam. cap. 2. nu. 8. & alii, quos citat. & Ludouic. Molina. de inſti. to. 1. tract. 2. diſp. 9. in fine. Ratio eſt, quia in iure ciuili nulla eſt lex, qua ſtatuitur vſumfructũ finiri per religionem. Cum ergo ex eodem iure ciuili cõmuni omnia bona profitentis religionem tranſeant in religionem, ſi ſit capax, conſequenter tranſit vſusfructus, quia vſusfructus habetur inter bona. Dixi, *ſi ſit capax*, quia nec ſocietas Ieſu, nec religio S. Franciſci Capucinorũ, & eorum, qui Minorũ de obſeruantia vocantur, vt de iſtis vltimis conſtat ex Concil. Trident. ſeſſio. 25. de regular. cap. 3. & de illis extat conſtitutio, Gregorii decimi tertii, quæ incipit. *Aſcendente Domino*, anno 1584. poſt plenam incorporationem in corpore religionis, capaces ſunt huiuſmodi bonorũ, ſed vſusfructus emiſſa tali profeſſione inter illos extinguitur, redditque ad proprietarium.

9 SEPTIMVM DVBIVM, an ſi pater habens vſumfructũ in bonis aduentitiis filii, profiteatur religionem finiatur vſusfructus, ita vt redeat ad proprietarium, id eſt, filium, an vero tranſeat ad monaſterium? Intelligitur autem quæſtio de ſolis illis bonis aduentitiis, quæ filius ante profeſſionem patris acquiſiuit: Nam certum eſt, patrem non habere vſumfructum eorum bonorum, quæ acquiſiuit filius, poſtquam ipſe profeſſus ſit, cum per talem profeſſionem patris filius ſit extra patriam poteſtatem, vnde fructus eorum ad filium, & non ad patrem, aut monaſterium pertinebit. Sicut etiam ſi filius matrimonium ineat, eo ipſo egreditur patriam poteſtatem, totuſque vſusfructus ad filium, aut filiam pertinet, & non ad patrem, neque ad monaſterium loco patris. In hac ergo re tres ſunt ſententiæ.

Prima docet finiri vſumfructum in toto, ita vt patre emittente profeſſionem, vſusfructus totus redeat ad filium. Sic Couar. de teſt. c. 2. nu. 8. quamuis dubius ſit de hac re.

Secunda docet finiri ex parte, ita vt dimidium vſusfructus eorum bonorum pertineat ad filium, & dimidium ad patrem, ſeu monaſterium, quamdiu viuit pater. Sicut quando filius emancipatur a patre, quaſi in remuneratione beneficii accepti, pater dimidium habet vſusfructus in bonis aduentitiis filii. Sic Bart. in Authent. idem eſt. C. de bonis quæ liberis. Panor. in cap. in præſentia. num. 57. de probatio. & Sylueſt. verb. Religio. 6. quæſt. 1. verſ. primum.

Tertia verò docet non finiri ex aliqua parte, ſed totum vſumfructum eorum bonorum, interim dũ pater viuit, tranſire ad religionem, ſi ſit capax, & hæc videtur verior, quam tenent Nauar. de Regu. in ca. Non dicatis. n. 55. Ant. Gomeſ. ad legem 48. Tauri. nu. 8. & Arius Pinellus ad legem primam. C. de bonis mater. pa. 1. nu. 47. & Ludo. Molina. de iuſtitia. to. 1. tracta. 2. disput. 9. & gloſſ. in Authentica. Ingreſſi. C de ſacroſanctis eccleſiis, & in Authentic. Idem eſt. Cod. de bonis quæ liberis. Quia bona profitentis religionem tranſeunt in religioligionem. Econtra vero vſusfructus, quem habet pater in bonis filii aduentitiis, perſeuerat cum patre laico vſq. ad mortē ipſius naturalem, nec pertinet ad monaſterium, eſto quod filius religionē profiteatur, per eamq. profeſſionem poteſtatem patriā egrediatur. Factum.n. filii laudabile præiudicare non poteſt iuri patris iam antea acquiſito; ſecus autem quoad vſumfructum bonorū, quæ poſtea filius acquirit, talium enim bonorū vſumfructum pater amittit, vt conſtat.

10 OCTAVVM DVBIVM eſt, an fructuarius poſſit libere per aliquem contractum transferre vſumfructum in alium? Ratio difficultatis eſt, quia poteſt locare, donare, & vendere fructus, vt diximus, c.3. ergo videtur alienare poſſe vſumfructum.

Reſpondeo, ex l. ſi vſusfructus, ff. de iure dotiū. & l. locum. ff. de vſufructu. & l. ex l. verbis. Cod. eo. tit. & Inſtitut. de vſu & habitatione. §. 1. quod cum duo in vſufructu ſint, ſcilicet, fructus ipſi corporales, & ius percipiendi illos; ſi de primo loquamur, illi quidem vendi poſſunt, & locari, aut donari abſque facultate & conſenſu proprietarii; At uerò ſi loquamur de ſecundo, non poteſt illud transferre in alterum ſine conſenſu proprietarii; quin potius ſi id attentet, continuo amittit vſumfructum, & redit ad proprietarium. Sicut a ſimili in eccleſiaſticis penſionarius non poteſt transferre penſionem in alium ſine facultate Papæ, fructus autem, quos percipit iure penſionis, dare, aut vendere poteſt. Item beneficiarius fructus, quos percipit ex decimis, locare, donare, aut vendere poteſt, cui vult, ius autem exigendi decimas, quod eſt beneficiarius eſſe, non poteſt in alterum transferre, ita vt alterius ſimiliter habeat ad percipiendas decimas nomine proprio ſine ſummi Pontificis authoritate. Vnde ius, quod eiuſmodi conductor decimarum beneficii habet, alterius rationis eſt a iure ipſius beneficiati, vt conſtat.

11 NONVM DVBIVM eſt ſolemne non ſolum inter Doctores Scolaſticos, ſed etiam inter Sūmos Pontifices, an nimirū in rebus vſu conſumptibilibus diſtinguatur vſus a dominio, ita ſcilicet, vt vſus poſſit eſſe apud vnū, & dominium apud alterum.

Ad cuius quæſtionis intelligentiam quædam prænotanda ſunt.

P*rimo* namque ſciendū eſt, rerum triplex genus eſſe, quarum haberi poteſt dominiū. Quædam enim ſunt, quæ non conſumuntur vſu, ſed rebus illis vtimur, ipſis adhuc rebus permanentibus, vt ſunt domus, vinea prædium, &c. Quædam vero in alio extremo poſitæ ſunt, quæ ſcilicet & vnico & primo vſu earū conſumuntur, vt pecunia, cuius proprius vſus eſt, illam in alienū transferre dominiū, panis, item & vinum, &c. Quædam verò quaſi medię ſunt inter iſtas, quæ licet vſu paulatim conſumantur, non tamen primo, aut vnico actu & vſu earū, vt veſtis, liber, vaſa &c. Hic ſolum quæſtio eſt de illis ſecundis, quæ primo earū vſu conſumuntur, & quarū vſus eſt earū conſumptio, nam in reliquis rebus tam primi, quā tertii generis, certum eſt ſeparari poſſe vſum a dominio.

Secundo, aduertendum eſt, In rebus illis, quæ primo vſu conſumuntur, reperiri poteſt duplex vſus *proprius* ſcilicet, & *extraneus*. Vt v.g. proprius pecuniæ vſus eſt, vt ſit pretium rerū: extraneus verò poteſt eſſe oſtentatio, & ornatus. Item proprius vini vſus eſt illud bibere: extraneus vero poteſt eſſe illud odorare, cum non ad odorandum, ſed ab bibendum inſtitutum ſit. Eſt autem hic quæſtio de vſu proprio, non extraneo, cum certum ſit extraneum vſum harum rerum ſeparari poſſe a dominio.

Tertio, Notandū eſt, vſum adhuc duplicem eſſe, quidam enim dicitur *uſus facti*, ſeu vſus in actu, qui eſt ipſa actualis rei conſumptio, & vſus cū dependentia ab alio, & hoc modo facilis eſt diſtinguere vſum rei a rei dominio, nā dominiū eſt quaſi in habitu, vel actu primo, hic vero vſus facti, eſt ipſa actualis actio & vſus, qui vſus ſi iuſtus ſit, procedit vel a dominio, vel a conceſſione facta a vero domino. Alter dicitur vſus *iuris*, qui eſt vſus in habitu, ſeu ius vtendi re. Poſſunt autē duo modi diſtingui circa hoc ius vtēdi re aliqua conſumptibili, ita vt illa vtatur etiam illā conſumendo, *uno* modo ita vt illud ius ſit abſolutū, id eſt, indepēdens ab alio proprio domino, & de ſe ad omnē vſum tali rei ſe extendēs, & qui habet talē rei vſum, habet reuera rei dominiū, nec diſtinguitur, nec diſtingui poteſt tale ius a dominio: A*lio* modo poteſt hoc ius eſſe limitatum, & dependens in alio, & ſic hoc ius nō eſt tā proprie ius, quā facultas, aut conceſſio veniæ vtēdi his rebus tali modo. Et de hoc ſecundo modo eſt præſens quæſtio, quæ eſſe poteſt vel de *poſſibili*, hoc eſt, an tale ius ſeparari poſſit a dominio, *vel de facto*, hoc eſt, an reuera ſeparetur in religioſis, & præcipue Minoribus.

Quarto, Adnotandum eſt quæſtionē hic motā eſſe propter ordinem Franciſcanū; cum enim ſanctiſſima illa fratrū Minorum familia initio fere conſtitutionis eiuſdem ordinis adeo perfectā paupertatem vouere ſe dixit, vt neque in cōi, neque in particulari rei alicuius dominium, & proprietatē habere ſe dicat, etiamſi de numero illarum rerum ſit, quæ vnico actu conſumuntur, affirmauit ſe habere ſolummodo earū rerum vſum, quæ ipſis in eleemoſinam traduntur. Quę res difficilior poſtea facta eſt, & magis controuerſa propter diuerſas authorum, & Sūmorum Pontificum de hac re ſententias.

12 *Prima eſt*, dicentiū in rebus vſu conſumptibilibus non diſtingui vſum a dominio. Sic S. Anton. par. 4. tit. 21. cap. 4. §. 10. Turrecre. lib. 2. ſummæ de eccleſ. cap. 112. in fine. Sylueſt. verb. dominiū. q. 2. Petrus de Arragon. 2. 2. tract. de dominio. S. Tho. et in 2. 2. q. 78. art. 1. in corpore. & ibi Caie. in principio. vbi S. Tho. ait, *Quædam res ſunt, quarum vſus eſt ipſarum conſumptio, ſicut vinum conſumimus, eo utendo ad potum, & triticum conſumimus, eo vtendo ad cibum. Vnde in talibus non debet ſeorſum computari vſus rei a re ipſa, ſed cuicunque conceditur uſus, ex hoc ipſo conceditur res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo ſeorſum uellet vendere uinum & ſeorſum uſum uini, uenderet eandem rem bis, vel uenderet id, quod non eſt.* Hæc San. Tho. Videtur etiam eſſe ſententia Ioannis 22. Extrauag. Ad conditorem, de verbor. ſignificat. §. Quod autem, vbi ait expreſſe in rebus vſu conſumptibilibus vſum diſtingui non poſſe a dominio, & fauent huic ſententiæ iura ciuilia, vt patet ex §. inſtitu. Inſtit. de vſufructu &

& ff.de vſufructu earum rerũ, quæ vſu conſumuntur.l.omnes.§. ſtatuimus. habetur, ne legetur alicui vſus perpetuus rerum vſu conſumptibilium ſine dominio. Subdit lex cauſam, quia relicto alicui vſu perpetuo rerũ relinquere alteri dominium, dominium illud inutile eſt, & ridiculum, & vere nullũ. & l.2.tit.eod.dicitur, ſi alicui in teſtamento vel legato relinquatur vſusfructus pecuniæ, vel alterius rei vſu conſumptibilis, cenſetur legari, & relinqui illi ſimul ipſa pecunia, & dominium pecuniæ, & rei vſu conſumptibilis. Et addit rationem, quia nemo vti poteſt his rebus, niſi illas conſumendo. Ex quibus habetur legalẽ vſum in his rebus non diſtingui à legali dominio, quamuis non ſit dominiũ abſolutum, ſed cum obligatione reſtituendi, vt fit in mutuo. Vnde dicitur in d.l.2.cautionem dandam eſſe de re illa ſuo tempore reſtituenda hæredi. Idẽ ſuadetur ratione.

Primo, Quia vſus, qui diſtinguitur a dominio, eſt ius vtendi re aliena, ſalua rei ſubſtantia, ſeu actualis vſus rei, ſalua rei ſubſtantia. Sed rebus vſu conſumptibilibus nõ poteſt quis vti aut aliquã inde vtilitatem capere ex eis, ſalua illarũ rerum ſubſtantia. Ergo non poteſt in illis haberi ius vtendi ſine dominio. Confirmatur hęc ratio, quia dominiũ eſt ius vtẽdi re in omnem vtilitatẽ, etiam re conſumpta, poſſe.n.rem conſumere magis arguit dominiũ, & ſuperioritatem, quam poſſe illã vendere, donare, aut diſtrahere, vt conſtat. Qui.n.poteſtatem haberet non ſolum vendendi rem, ſed etiam eã conſumendi, perfectum cenſetur rei dominium habere. Cum igitur qui rem vſu conſumptibilem non ſolum re illa vtitur, ſed eam etiã conſumit, non ſolũ rei vſum, ſed etiam perfectum dominium rei habere cenſetur.

Secunda, quando in rebus diſtinguitur vſus a dominio, poteſt vendi vſus, retento dominio, aut econtrario, vt v.g. quia in equo, vel domo diſtinguitur vſus a dominio, poteſt quis retinere ſibi dominiũ, & vẽdere alteri vſum, hoc eſt accipere aliquid pro vſu rei, vt conducendo, vel locando equum, aut domũ, retento dominio equi, aut domus, aliquid recipio pro vſu equi, aut domus. Sed in his rebus, quæ conſumuntur vſu, vt in pecunia, frumẽto pane, vino, & ſimilibus hoc fieri non poteſt, abſq; manifeſta vſura, vt docet S.Tho.2.2.q.78.art.1. Ergo in iſtis non diſtinguitur vſus a dominio. Hæc ea ſunt, quæ in hac re faciunt difficultatem.

13 Secunda opinio eſt aſſerentium, in rebus vnico actu conſumptibilibus diſtingui vſum a dominio. Sic Sot.lib.4. de iuſt.q.1.ar.1. Michael Salon, trac. de dominio. q.1.arti.1. Dominic. Bannes ibid, q.1, Gregor.de Val.to.3.diſp.5.q.10, puncto 1. Ioſeph, Angl.in florib.4.ſent.q.de dominio.art.1.diffic.2, Lud.Molina de iuſt. to.1.tract.2.diſp.6. Rubertus Bellarminus to.1.controuerſiarũ.li.4.de Sum.Pontifice.cap.14. Io. Azor.par.1.inſtit.Moral.lib.2.ca.vlt.dub.vlt.& Nicolaus Papa tertius, expreſſe in c. Exijt.§.nec his obuiare dignoſcitur. de verb.ſigni. in 6.& Clemen Papa V.in clemen.Exiui de paradiſo.tit.eod. Quam etiam ſententiã amplectuntur omnes Minores, & Martin. Ledeſm. 2.4.q.18.art.1.dub.2.fol.219.& Nauar. in c. Non dicatis.nu.3. 12.q.1. Quæ ſententia mihi probabilior videtur, & probari poteſt.

Primo exemplis; nam ſi Petrus v.g. inuitat Paulum ad cœnã, concedit Paulo vſum ciborum, ita ſcilicet vt cibo & potu vtatur, dominiũ tamen illorum manet penes inuitantem: cuius ſignũ eſt, quia ſine voluntate inuitantis, qui ſemper eſt verus dominus talium rerũ, quæ conſumuntur, non poteſt Paulus inuitatus res illas vendere, aut donare, aut in domum propriã importare, ſicut alter poteſt, & facultatẽ etiam conceſſam reuocare, ſic etiam ſi Petrus concedat Paulo, vt veſci poſſit fructibus vineę ſuæ cũ voluerit, certe dominiũ fructuum vineæ apud Petrum manet, ius autem vtendi illis manet apud Paulum. Sic Deut.23.data eſt facultas, vt faciens iter ingredi poſſet vineam, & vuas illius comedere, foras autem contrahere non poſſet, vnde concedebatur illi tantum vſus, dominium autem vuarum manebat apud dominũ vineæ. Similiter fideles, vt habetur Act.4. initio naſcentis Eccleſiæ habebant omnia in cõmuni, dicitur enim ibi. *Nec quiſquam dicebat aliquid ſuum*, id eſt, ſibi proprium, & diſtribuebatur vnicuique, prout cuique opus erat, & tamen dominium illarum rerũ non erat penes ſingulos fideles, ſed vſus tantum, ſicut modo etiam (fatentibus primæ ſententiæ Authoribus) ſingulæ perſonæ religioſæ habent hanc facultatẽ vtendi his rebus conſumptibilibus, & tamen ſunt incapaces dominii perſonalis.cap.cum ad Monaſterium.de ſtatu Monachorũ. Dominium autem eſt penes totam communitatẽ. Item ſeruus habet vſũ veſtium, & ciborum, quos dat ſibi dominus, & tamen dominium eorum eſt penes dominũ. Huic etiam ſententiæ fauet.§. Minus. Inſtitu.de vſu & habitatione, vbi dicitur, poſſe aliquem habere vſum olerum horti, & pomorum, non tamen dominium, ita vt poſſit ea vendere, aut alienare.

Secundo probatur ratione; quia dominiũ eſt ius abſolute vtendi re ad omnẽ vſum. Sed qui habet hanc facultatẽ vel vſum, non habet tale ius, quia licet poſſit v.g. comedere, non tamen poteſt vendere, aut donare, & quãuis poſſet donare, non tamen vt dominus, ſed tanquã inſtrumentũ domini ex eius voluntate, vt ſi dominus mihi concederet facultatẽ conſumendi, &c. quandiu ipſe non prohiberet, non ideo me faceret dominũ, ſed vſuarium, proprietate ſibi retenta, ratione cuius poſſet facultatem reuocare; Immo ſi pro ſolo ſuo arbitrio, & voluntate reuocaret facultatẽ mihi conceſſam, nullã mihi faceret iniuriã. Ergo ego non habui ius iuſtitiæ circa rem illã, & conſequenter neque habui proprie dominiũ illius rei. Quæ ſane rationes mihi videntur cęteris efficaciores. Ad argumenta in contrarium facilis eſt ſolutio.

14 Ad authoritatẽ S.Thomæ. Reſpondeo, ſolum velle in rebus vſu conſumptibilibus valorẽ rei, non eſſe aliũ, quam ſit vtilitas ad eum vſum, quo conſumitur, ac proinde non licet accipere vnum pretium ad æqualitatem pro re, v.g. centum aureos pro totidem, qui mutuo dantur, & aliud pretium pro vſu eorum ad mercaturam, quo conſumuntur; vnde infert vſuram ex eiuſmodi mutuo eſſe illicitam & iniuſtam, vt in ſolutione ſecundæ rationis dicemus. Quid autem vere ſenſit Ioannes XIII. inferius dicemus.

Quoad leges vero ciuiles; Reſpondeo, loqui non de vſu,ſed de uſufructu,qui,ut diximus,non habet locum in rebus uſu conſumptibilibus. Item aliquę leges loquentes de uſu procedunt de iure utendi abſoluto, quamuis ſit cum obligatione reſtituendi, ut fit in mutuo.

A*d primam* Rationē Reſpondeo, uſum ut a dominio diſtinguitur, debere eſſe ſalua rei ſubſtantia, intelligendum eſſe, *primo*, de uſu iuris, non de uſu facti: hoc autem ius utendi, quod non eſt dominiū, non eſt ius directe in ſubſtantiam rei, ſed ſolum in uſum: Quod autem in ipſo uſu facti, ſubſtantia rei interdum pereat, eſt quaſi per accidens, oritur enim ex natura ipſius rei, & non ex ui ipſius iuris in illa re.

Secundo illa definitio intelligitur de illo iure, quod quis habet ad utendū re propria authoritate ſine ulla dependētia ab alio, qui eſt uerus dominus: At uero hæc facultas utendi his rebus, etſi ſe extendat ad conſumptionē earum, tota tamen eſt dependens ab authoritate, & conceſſione alterius, & ideo non eſt proprie dominium dicendum.

A*d ſecundam* Reſpondeo, argumentū procedere de iure utendi his rebus abſolute, ſimpliciter & independenter, & tale ius non diſtinguitur a dominio, atque ideo non poteſt uſus alio pretio æſtimari a re ipſa, & ſic accidit in uſura & mutuo, per mutuū enim conceditur tale ius mutuatario, & transfertur dominiū pecuniæ in eum, & hoc docere uoluit S.Tho. illis uerbis, *cuicunque conceditur uſus, conceditur ex hoc ipſo res.* Quia ſcilicet per mutuū taliū rerum uſu conſumptibilium trāsfertur earum dominium, unde ſi poſtea res pereat, mutuatario perit. Non tamen negare uoluit ibi S.Tho. quin poſſit aliquando concedi res uſu conſumptibilis ad uſum, quo conſumitur, præſertim cū dependenter a libera reuocatione, abſque eo quod transferatur rei illius dominium.

Dices, Dominium, quod moraliter prorſus inutile eſt domino, non eſt dominium, quia nullius eſt ualoris, ſicut nec utilitatis, propter quod iure ciuili cauetur, ne uſusfructus ſit perpetuus, etiam in rebus immobilibus, ne dominia ſint inutilia, l.omnium, §.conſtituitur.ff.de uſufructu.& §.1. inſtitu.tit.eo. Sed ſi quis habeat dominiū harum rerū, iure vtendi exiſtente apud alium, tale dominium eſſet prorſus inutile, nam ille vſus æquiualet vſufructui perpetuo, qualis eſſe poteſt in his rebus. Ergo vere dominiū in his rebus vſu conſumptibilibus non diſtinguitur ab ipſo vſu.

Reſpondeo ex Nicolao Papa III. vbi ſupra, illud eſſe præſcriptū iuris ciuilis, quia in iure ciuili conſiderantur dominia rerum in ordine ad vſus humanos tantum, vnde exinde etiam colligi poteſt in illis rebus diſtingui dominiū vere ab vſufructu de ſe perpetuo. Dicitur autem inutile tale dominium, vel quia eſt ſermo de illo vſu, vel vſufructu perpetuo, qui non pendet ab alio domino, ſed per ſe eſt abſolutus, huiuſmodi enim moraliter non ſeparatur a dominio; Nos autem loquimur de vſu, qui pendet ab alio: vel dicitur inutile, quia ius ciuile loquitur in ordine ad commodū temporale, & actiones humanas, nam in ordine ad hæc ſeparare dominium ab vſu perpetuo nullius videtur eſſe momenti: in ordine tamen ad commoda ſpiritualia, quamuis reipſa talis vſus futurus ſit perpetuus, & nunquam a domino reuocādus, nihilominus tamen ex parte vtentis habere poteſt commodū ſpirituale, quia ſemper vtitur re illa, tanquam aliena, & quaſi mutuata tantum; Item etiam ex parte concedentis, quia cum ſemper res illa ſua maneat, continuo etiam vti poteſt liberalitate in concedendo, hęc enim cum in affectu interiori conſiſtant, facile ſeparari poſſunt. Et hæc de pręſenti quæſtione q ad ſenſum eius primum.

15 Quod ſecundum partem, An ſcilicet, de facto ſeparetur vſus a dominio in rebus vſu conſumptibilibus, maxime autē controuerſia eſt de Minorib propter decreta Summorum Pontificum.

Primo enim Nicolaus Papa III. in cap.Exij qui ſeminat, de verb.ſignif.in 6.docuit, paupertatem per quam nihil in particulari, vel in cōi habetur, eſſe ſanctam & meritoriam. At vero Ioannes Papa XXII. In iuribus Extrauag.nempe, *Ad conditorem.& Cum inter nonnullos.* & *Quia quorundam. de uerbor.ſignific.* docet paupertatem hanc, quam fratres Minores profitentur, dicentes ſe nihil in cōi, vel in particulari habere, nihil illis profuiſſe. Antequam reſpondeam huic difficultati, ſciendum eſt, familiā San.Franciſci multas moleſtias pertuliſſe tēpore Ioannis 22. propter quæſtiones quaſdam, quæ tunc temporis agitari cæperant circa paupertatem, quam Franciſcani profiteri ſe paſſim profitebantur, ſcilicet, quia dixerunt ſe nihil in communi, vel in particulari habere, quam etiam paupertatem Chriſtum, & Apoſtolos verbo, & exemplo docuiſſe teſtantur. Idemque circa Chriſtum & Apoſtolos, docuit tunc temporis Marſilius Patauinus, ſcilicet, Chriſtum, & Apoſtolos ſolum vſum rerum habuiſſe, nunquam vero dominium, vel in cōmuni, vel in particulari. Quia vero Ioannes 22. cui infenſiſſimi ex Franciſcanis erant Michael de Ceſenna Miniſter Generalis, & Guglielmus Ocham, multa mala exinde quotidie emergere animaduertit, edidit conſtitutiones quaſdam, in quibus contraria dicere videtur Nicolao Tertio. Inter quæ, ſunt ea, quæ diximus, & quæ inferius dicemus. His igitur de origine difficultatis prænotatis;

Reſpondeo. Quamuis aliqui ſenſerint Ioannē, & Nicolaum in hoc dicto primo diſſentire, verius tamen docent alii non differre, ſolum enim docuit Nicolaus talem paupertatem, qua nihil in cōmuni, vel in particulari habetur, eſſe Sanctam & meritoriā, quod verum eſt; nec vnquam hoc negauit Ioannes 22. vt falſo putat Bellarminus tom.1. controuerſia.lib.4.de Sūmo Pontifice. cap.14. Sed ſolū ait, illam paupertatem, quam Franciſcani prædicabant paſſim ſe profiteri, nihil illis profuiſſe. Quia paupertas iſta inſtituta fuit ad remouendos fratres a cura, & ſolicitudine rerum temporalium, cum tamen Ioannes Papa dicat, ſe expertū fuiſſe, fratres ipſos ſolicite curaſſe temporalia, cum in iudicio, & extra, illud litigarent, tanquam domini eſſent rerum ſuarū. Solum ergo dixit, fuiſſe abuſum quendam aliquorum fratrum, non tamen ait fuiſſe abuſum totius ordinis. Atque ita recte dixit, talē paupertatem, qua profeſſi erant ſe nihil in cōi, vel in particulari habere, nihil illis fratribus profuiſſe, qui ita ſoliciti erant in rebus temporalibus procurando, & litigando.

His

6 *His* addo, Nicolaum etiam docuiſſe, prędictam paupertatem eſſe etiam magis meritoriam, quam ſit paupertas, qua aliquid proprium habetur in cõmuni, & nihil in particulari: cui nõ cõtrarium eſt, quod Ioan. 22. & S. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 7. in corpore, & ad primum dicunt, paupertatem, qua nihil proprium in particulari habetur, quãuis habeatur aliquid in cõi, nihil omnino minuere perfectionẽ religionis. Etenim ut recte docet S. Tho. paupertas, qua nihil in communi habetur, maior eſt paupertas, atq; adeo ſi fiat ex charitate, erit magis meritoria, ex eo quod opus melius ex obiecto ſi fiat ex charitate æquali, eſt magis meritorium. Ceterum hoc non obſtante recte docent Ioan. 22. et S. Tho. paupertatem, qua aliquid proprium in communi habetur, non minuere perfectionem religionis; quia perfectio uitæ Chriſtianæ ſubſtantialiter cõſiſtit in actu charitatis, cum perfectio et complementum Chriſtiani ſit charitas, alia uero omnia ſunt inſtrumenta acquirendi perfectionem; unde quamuis paupertas maior maius ſit inſtrumetum acquirendi perfectionem, non tamẽ inde ſequitur, quod maior paupertas maiorem tribuat perfectionem, quia quod paupertati minori deeſt ex una parte, ex aliis bonis & maioribus religionis compenſari poteſt. In hoc igitur primo dicto, non ſunt hi duo Summi Pontifices inter ſe contrarii.

17 Secundo docet Nicolaus Papa Chriſtum, et Apoſtolos nihil habuiſſe proprium in cõi, uel in particulari: At uero Ioan. 22. definit eſſe hæreticum dicere, nihil habuiſse proprium in communi, uel in particulari. In qua re licet uideantur inter ſe differre, uere tamen non diſſentiunt; utrumque .n. eſt uerum, et utrumque eſt particulare. Nam Nicolaus non definit Chriſtum, et Apoſtolos ſemper caruiſse proprio in cõi, et in particulari, ſed aliquando caruiſse, ac proinde uerbo, et exemplo utrũque paupertatem docuiſse. Econtra uero Ioan. 22. non ait eſse hæreticum dicere, Chriſtum et Apoſtolos aliquando caruiſse proprio in communi, et in particulari, ſed ſemper caruiſse proprio tam in communi, quàm in particulari: Hæc autem duo non pugnant inter ſe: Chriſtus, et Apoſtoli aliquando carebant omni proprio in cõi, et in particulari, id qđ docuit Nicolaus; et aliquãdo habebant proprium in communi, vt docet Ioan. 22. Vtrumque autem facile probari poteſt. Quod enim aliquando carebant omni proprio tam in communi, quam in particulari, colligitur ex Matth. 8. vbi ait, *Vulpes foueas habent: Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet*. Exemplo igitur hanc ſtrictiſſimam paupertatem docuit: verbo etiam eandem docuit, Matth. 10. mittens enim Apoſtolos ad prædicandum, dixit: *Nolite poſſidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram, non duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, &c. Dignus eſt enim operarius mercede ſua*. Quaſi diceret, viuite ex eleemoſinis, ſiquidem ſpiritualia ſeminatis. Qđ ſi dicas, operarium acquirere dominium mercedis ſibi debitæ ex ſuo labore; Ergo ex his Chriſti verbis colligitur Apoſtolos ad prædicandum miſſos, acquiſiſſe dominium mercedis ſibi debitę. Reſpõdetur enim, quod licet Chriſtus illis verbis, *Dignus eſt operarins mercede ſua*, obligauit populos ad Prædicatores ſuſtentandos, atque adeo operarius acquirit dominium mercedis ſibi debitæ, non tamẽ obligauit Chriſtus Prædicatores. vt teneantur debitum ſemper exigere, ſed poſſunt illud libere remittere, ſi volunt. Apoſtoli igitur quamuis eo ipſo, quod operarij erant, ius habebant exigendi mercedem, Chriſti tamẽ monitu eam libere remittebãt. Et ita Eccleſia ius habet exigendi decimas, aliqñ tamen illa remittit exemplo S. Pauli manu ſua ſe ſuſtentantis. 1. Corin. 9. Sequitur ergo verum eſſe, quod docuit Nicolaus Papa, Chriſtum vtrũque viuendi modum uerbo, & exemplo docuiſſe, & approbaſſe, ſ. nihil proprium in cõi, aut in particulari Chriſtum, & Apoſtolos habuiſſe: aliquando autẽ habuiſſe in cõi, & non in particulari, vt Ioan. 22. definiuit. Quod autem Chriſtus & Apoſtoli aliqñ proprium in cõi habuerint, vt docuit Ioan. 22. colligitur ex eo, quod Ioan. 13. dicitur, Chriſtum habuiſſe loculos, & ſic poſſediſſe aliquando aliquid in communi, & ſic viuebat in communi ex eleemoſinis ſibi datis, cum diſcipulis ſuis; quarum rerum certum eſt Chriſtum habuiſſe dominium ſaltem in communi, cum ex eis eleemoſinas etiam facere conſueuerat. Quam etiam formam viuendi imitati ſunt Chriſti fideles initio naſcentis eccleſiæ, vt ex Act. 4. colligitur, & nunc omnes religioſi, exceptis Minoribus, omnes enim ordines alij habẽt ſaltem dominium in cõi rerum mobilium. De Minorib. vero paulo poſt dicemus. Certum igitur ſit hos duos Pontifices inter ſe in hoc dicto ſecũdo nõ diſsẽtire.

18 Tertio docuit Nicolaus Papa in re vſu conſumptibili diſtingui vſum a dominio; At uero Ioannes 22. multis argumentis probat in his rebus vſum a dominio non diſtingui.

Sed neque in hoc diſsentiunt pręfati Pontifices, quia Nicolaus Papa ſolum docet vſum facti, & et uſum iuris cum dependentia ab alterius voluntate, qualẽ vſum habere ſolent homines, qui precario rem alienam habent (vtuntur enim illa re licite & iuſte, ſed tamdiu quamdiu vult dominus) diſtingui a dominio; At uero Ioannes 22. recte probat vſum iuris perfectum & abſolutum cum independentia ab alio, quem vſum ius ciuile vſumfructum, vel vſum, id eſt, ius utendi, vel fruendi re independenter ab alio, non diſtingui a dominio. Qñ autem idem Papa Ioann. 22. ait in re vſu conſumptibili eo ipſo, quod habetur vſus facti licitus & iuſtus (ad differentiam ſcilicet vſus facti illiciti, quem habent fures in re furto ſublata) habetur vſus iuris; Reſpondetur, id verum eſse, ſi vſus facti ſit irreuocabilis, & independens a voluntate alterius; ſi tamen quamdiu durat, dependens ſit a voluntate domini, talis vſus facti licitus, & iuſtus eſt, non tamen dicitur vſus iuris perfectus, ſed imperfectus, atque adeo quamuis vſus iuris perfectus & impudens non diſtinguatur a dominio, vt recte ait Ioannes 22. vſus tamen imperfectus, & qui dependens ab alterius voluntate uere a dominio diſtinguitur, vt cẽſuit Nicolaus Papa. Atque ita in reipſa hi duo Pontifices in hoc tertio dicto non ſunt inter ſe contrarij.

19 Quarto Nicolaus Papa docuit Minoritas, ſeu Franciſcanos nihil habere proprium in particulari, vel in communi, ſed dominium, & proprietatẽ domorum, officinarum, templorum, oratoriorum, librorum, & ſuppelectilium, quibus vtebantur ad

victum, veſtitum, ſtudium, & cultum diuinum eſſe penes Romanam eccleſiam, cuius nomine Procuratores ab ipſis Franciſcanis conſtituti, in iudicio & extra illud de his rebus agebant, dominiũ vero pecuniarum, aliarumque rerum ſimilium eis donatarum, ad eos, qui donauerant, pertinere, ipſos vero Franciſcanos ſolum habere vſum, cum depẽdentia a voluntate Summi Pontificis, vel dantis, apud quos proinde intelligatur manere dominiũ verũ, & facultas vtendi prædictis reb. ante earum conſumptionem: At vero Ioannes 22. definiuit dominium iſtarum rerum eſſe penes ipſos fratres in communi, quia omni modo, & in omnem vſum bona illa diſtrahunt, conſumant, vendunt, donant independenter ab alterius voluntate: Vnde tanq̃ domini vti poſſunt rebus vſu conſumptibilib. quia Papa abdicat a ſe dominium iſtarum rerum, & quia ij, qui dant eleemoſinas, vere ipſis eas res largiuntur, & transferunt a ſe dominium earum.

Huic difficultati varie reſpõdent authores, Quidam enim dicunt vtramque ſententiam ſuo tẽpore fuiſſe veram, quia, inquiunt, vtraque ſententia non eſt tantum opinatiua, ſed etiam conſtitutiua iuris authoritate Summi Põtificis. Approbatio.n. religionis, & paupertatis eius, ex voluntate Summi Pontificis dependet. Priores ergo Pontifices, ſ. Greg. Nonus, Innocentius Quartus, Alex. Quartus, Nicolaus Tertius, qui diuerſis conſtitutionib. regulam S. Franciſci confirmauerunt, & approbauerunt necnon Clemens V. voluerunt, vt fratres S. Franciſci talem paupertatis modum obſeruarẽt, vt nihil in particulari, vel in communi proprium poſſiderent, id quod ſtatuerunt, quia fieri potuit. At vero Ioan. 22. vel declarauit, vel reuocauit, & ſtatuit, vt illud non haberet locum niſi in reb. immobilib. reſeruando ſibi & Romanæ Eccleſię dominium Eccleſiarum, domorum, librorum, & aliorum ſuperlectilium, quæ Franciſcani habebant, vel in futurũ habituri erant: aliarũ vero rerũ, quæ vſu conſumuntur, dominium a ſe abdicauit, & reuocat ſuorũ anteceſſorum priuilegia, quib. tale dominium Eccleſiæ Romanæ reſeruauerant, & iuxta hanc ſententiã, quia hoc ius fuit vltimũ, & nunquã a ſuis ſucceſſorib. reuocatum, dicunt de facto harũ rerum dominium eſſe penes fratres in communi. Quæ ſententia eſt ſatis probabilis. Ceterum ſi ſimpliciter loquamur, verior videtur aliorũ opinio, q̃ aſſerunt vſum harũ rerũ eſſe tantũ penes fratres, dominium vero penes dantes, aut Summum Pontificem. Quia in illa Extrauagãti Ioannis 22. nullum eſt verbum conſtitutiuum noui iuris, ſed declarat ſolum ſe abrenunciare dominium illarum rerum, quæ renunciatio ſuum non habuit effectum, quia fundata eſt in falſa præſumptione, neque vnquam a ſucceſſoribus ſuis approbata fuit. In hac autem controuerſia ad meliorem totius rei intelligentiã, & explicationem, hæc mihi dicenda videntur.

20 *Primum eſt*, quod ſi recipiamus voluntatem dãtis res illas Minoritis, non eſt dubium, quin intentio eorum, qui dant res illas Franciſcanis, eſt abdicare a ſe dominium illarum rerum, ita ut nullam ſibiipſis reſeruent poteſtatem vtendi reb. illis, atque adeo, quantum in eis eſt, concedunt liberã facultatem Minoritis vtendi rebus illis independenter, poſtea ab eorum voluntate, etiam conſumẽdo res ipſas, aut alio modo prout eis placuerit.

Secundum eſt, ſi recipiamus, etiam ad voluntatẽ & intentionem Ioannis 22. certũ etiam eſt voluiſſe eum, vt Minoritæ talem rerum vſum, atq; adeo dominium haberent; vnde dominium rerum illarum a ſe abdicauit, liberamque facultatẽ illis conceſſit vtendi rebus illis pro beneplacito eorum.

Tertium eſt, quamuis habita ratione ad voluntatem dãtis, Minoritæ quantũ eſt ex parte dantium, dominium harum rerũ habere videantur, ſi tñ reſpiciamus ad intẽtionẽ vt voluntatẽ ipſorũ Franciſcanorũ acceptãtium res illas, vere nõ habent earũ rerum dominium in particulari, vel in cõi, quia nolunt acceptare res illas ea intentione, vt acquirant ſibiipſis earum dominium, hoc eſt, ita vt libere & independenter poſſint vti reb. illis, ante actualem earum rerum vſum & conſumptionẽ, ſed ſolũ res illas hac intentione & voluntate acceptare volũt, vt vti poſſint reb. illis, dũmodo poteſtas hęc vtendi reb. nõ reuocetur ab alio, nimirũ a Papa, priuſquam actu res illas conſumant. Quia igitur dominium rei conſiſtit in poteſtate vtendi re illa independenter ab alio, & Minoritæ nolunt res illas acceptare cũ dependentia a voluntate alterius, ſaltẽ Summi Põtificis, quandiu ſaluæ ſuperſunt res illę, conſequenter recte docuit Nicolaus Papa Minoritas nõ habere rerum iſtarum dominiũ in particulari vel in cõi. Quia ad acquirẽdum dominium rei, quæ alicui datur, nõ ſolum requiritur voluntas dãtis, ſed maxime ẽt voluntas acceptãtis. Vnde quãtumuis dãtes eleemoſinas velint, quãtũ in ipſis eſt, trãsferre dominium in fratres, non poſſunt tñ, ex eo, quod fratres illi incapaces ſunt dominii. Vnde ſi donantes eleemoſinas, eas poſtea ab illis auferrent, aut ẽt Summus Pontifex, non facerẽt illis iniuſtitiam, quia fratres illi non habent facultatẽ vtendi rebus illis, niſi ex dependentia, & licentia eorũ ac proinde libere poſſunt reuocare facultatem illis conceſſam, antequam vſu res illas conſumpſerint; Si tamen alius a Summo Pontifice, aut donatores res illas a fratribus auferret, vere iniuſtus eſſet, quia faceret contra voluntatem domini, ſcilicet, vel donatoris, cuius voluntas eſt, ut fratres habeãt res illas ad eorum uſum, uel Summi Pontificis, qui cenſetur concedere illis res ſic donatas, ut eas expẽdere poſſint, uel ad proprios, & neceſſarios uſus, uel ad alios uſus pios, & religioſos, niſi ipſe aliter ſtatuat. Quamuis igitur Ioannes 22. laceſſitus ab Ochamo, & alijs eiuſdem ordinis, qui illi fuerunt infeſtiſſimi, aliiſque occaſionibus permotus, a ſe, & a Sede Apoſtolica abdicauerit harum rerũ uſu conſumptibilium dominium; alij tamen Pontifices ante eum, ut Greg. IX. Nicolaus III. & Clemens V. earum rerum dominium ſibi reſeruarunt, & poſt ipſum Ioannem 22. Alex. VI. & alii multi Pontifices idem retinuerunt, ſequentes in hoc Nicolaum, & non Ioannem, ut habetur in priuilegijs fratrum Minorum, uerb. Paupertas.

21 *Quartum eſt*, Ex dictis conſtat, ius, quod habent fratres Minores, partim excedere ius, quod habent uſuarius, uel uſufructuarius in rebus ſibi ad uſum, uel uſumfructum conceſſis, partim uero minus eſſe quam ſit ius iſtorum. Habet namque fratres Minores maius ius, quatenus percipere poſſunt omnes earum rerum fructus, eaſque, & earum fru-

ctus conſumere, & alienare, vendere, aut donare, de facultate Summi Pontificis, vel dominorum, qui eis res illas conceſſerunt, ad quæ omnia non ſe extẽdit ius vſuarij, nec etiam vſufructuarij, cum ſemper vti, aut frui rebus debent ſalua earum ſubſtantia. Econtra vero habent ius minus, quia habent illud ius dependenter ſemper a voluntate dominorum earundem rerum, eo modo quo procurator, aut amicus, cui quis concederet vſum, & conſumptionem quarundam rerum ſuarũ, interim cũ ipſe non vellet id reuocare, & eo modo, quo conuiua, ſine vllo dominio in rebus, quæ ſibi apponũtur, interim dum ea eſt voluntas illius, qui eum ad conuiuium inuitauit, quo ſenſu Minoritæ dici ſolent conuiuę Summi Pontificis, vñ vt diximus, nullam eis faceret iniuriam, ſi ab eis earũ rerum vſum auferret, cum tamen vſuario, & vſufructuario, de quibus iura ciuilia loquuntur, iniuria fieret, ſi dñs rerum, quarum ſunt vſuarij, aut fructuarij, eos ab earum vſu, aut fruitione prohiberet. Quia igitur ius, quod Minores habent ad vſum, & conſumptionem rerum illarum propter talem dependentiam ex aliorum voluntate, longe minus eſt, quam ſit ius, quod habet vſuarius, aut fructuarius, de quibus iura loquuntur, ad illius differentiam dicitur a Nicolao III. & ab alijs vſus facti, non quod ſit nudũ factum ſine iure ad illud, ſed quod ſit ius tenue ad factum, dependens ſemper ab aliorum voluntate. Vnde Prælati religionis S. Franciſci, & tota communitas cenſentur mere diſpenſatores de voluntate Summi Pontificis, & donantis; Quia vero facultas expendendi illa bona non eſt propria ipſius religionis, ideo non cenſetur eſſe ibi dominium, magis quam in famulo diſpenſatore alicuius domini, qui liberam habet expendendi facultatem interim dum dominus eam non reuocet. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, vſum harum rerũ vſu conſumptibilium a dominio diſtingui.

21 DECIMVM DVBIVM eſt, Quomodo vſus, & vſufructus in rebus immobilibus, inter ſe diſtinguantur? Intelligitur autem quæſtio de vſufructu, non vt ad factum ſpectat, ſed de iure vtendi, vel fruẽdi re aliqua abſolute & ſimpliciter, etiam alio nolente.

Reſpondeo certum eſt vſum, & vſumfructum in his rebus aliquo modo inter ſe differre, id quod communiter tradunt Doctores, & facile probari poteſt aſſignando in vniuerſum tres differentias.

22 *Prima eſt*, Quod vſuarius parum ius habet, vſufructuarius vero multum. Qui enim conſtituitur vſuarius tantum vineę, non poteſt ſuo arbitrio, vel fructus accipere, vel re illa vti, ſed ſolum poteſt ad ſuum perſonale commodum re illa vti, ad deambulandum, ad comedendum &c. & idem dicendum eſt de ſimilibus, vt patet Inſtit. tit. de vſu & habitatione. Poteſt autem hic vſus eſſe maior, vel minor, quod colligendum eſt tum ex verbis, quibus conceditur, tum ex lege ciuili, tum etiam ex conſuetudine iuxta prudentis iudicium, & æſtimationem. Vſufructuarius autem habet plenum vſum illius rei, in quam habet tale ius. Vnde ad illum pertinet eius poſſeſſio & adminiſtratio, & ideo dicitur habere dominium vtile illius, vnde ad eum etiam pertinent omnes fructus, quorum plenum dominiũ tũc acquirit, cum illos percipit, & poſſidere incipit; vt ſi ſit vſufructuarius arboris, aut vineæ, tunc fit dominus fructus, quando capit illos, atque adeo quãdiu ſunt in arbore, non ſunt illius, & ideo ſi moriatur, antequam poſſideat, non pertinent ad hæredes eius, ſed reuertuntur ad proprietarium, vt habetur in §. is vero. inſtit. de rerum diuiſione. Vbi annotandum eſt, quod cum vſufructuarius non habeat rei dominium, & proprietatem, tenetur in conſcientia ad conſeruandam integram rei ſubſtantiam, & ſic re illa vti, frui, ſicut dominus vteretur. Vnde non poteſt cum damno ſubſtantiæ rei extraordinariam adhibere diligentiam, vt copioſiorem ex ea fructum percipiat, eo quod id in iniuriam tertij cedit. Quæ omnia & in naturali ratione perſpicua ſunt, & colliguntur ex iure ciuili. ff. de vſufructu. & c. vlt. de pignorib. Quid autem nomine fructus in vnaquaque re intelligatur, declaratur fuſe in §. in pecudum. Inſtitut. de rerum diuiſione.

23 *Secunda eſt*, quia vſuarius non poteſt ius ſuum ad alium transferre, ſed eſt veluti ius mere perſonale; vt ſi alicui legatus ſit vſus domus, poterit ipſe cum ſua familia ibi habitare, non tamen locare illam poteſt, vt habetur Inſtit. de vſu & habitatione. At vero vſufructuarius poteſt ius ſuum in alterum transferre; Hoc autem duobus modis accidere poteſt, primo, committendo alteri adminiſtrationem tantum, vel facultatem vtendi illo fructu nomine ſuo, & hoc eſt ita liberum, vt fieri poſſit ſine facultate proprietarij. §. 1. Inſt. de vſu & habit. & l. arboribus. & l. cui vſusfructus. ff. de vſufructu.

Secundo, ita vt ius ſuum omnino transferat in alium vendendo, aut donando, & hoc fieri non poteſt ſine facultate, & conſenſu proprietarii. §. finitur. Inſtit. de vſufructu. & l. ſi vſusfructus. ff. de iure dotium. In quo multum differt fructuarius a proprietario; Hic enim transferre poteſt ius ſuum ſine alterius conſenſu. ff. de vſufructu. l. locum. & l. verbis. Cod. tit. eod. Ratio eſſe poteſt, quia dominium directum eſt de ſe perpetuum, vſusfructus vero de ſe, & per ſe loquendo eſt temporalis. Item proprietarius habet ius circa vſumfructuariũ, debet enim conſeruare illi res integras, & ideo non poteſt hanc obligationem transferre in alterum, ſine conſenſu domini; Econtra vero fructuarius in proprietarium nullum ius habet. Simile exemplum eſt in beneficiato, hic enim quãuis transferre poteſt in alium ius percipiẽdi fructus beneficii nomine ſuo. non poteſt tamen ſimpliciter ius beneficii in aliũ transferre propria ſua authoritate, c. quamuis. & cap. prohibemus. de decimis. & c. veſtra. de locato. Tota autem hæc differentia inter vſum, & vſumfructum pendet ex vſu, & iure ciuili, quod ita interpretatur hæc iura.

24 *Tertia eſt*, quia vſuarius nihil tenetur expendere in adminiſtratione, & cõfirmatione rei, qua vtitur, quia neque illã poſſidet, nec vllo modo eſt dominus; Vſufructuarius autem tenetur ad ea, quę neceſſaria ſunt ad percipiendos fructus ex illa re, licet non teneatur directe ad tuendam proprietatẽ, vt colligitur ex l. hactenus. ff. de vſufructu. & ex l. cum ad quem. C. eod. tit. Ex quibus omnibus colligitur duo iſta, ſcilicet, vſum, & vſumfructum quaſi eiuſdem rationis eſſentialis eſſe, & ſolum differre in maiori, et minori excluſione ad plures, vel pauciores actus, vel vtilitates, vt ex dictis conſtat.

De Rerum diuiſione, an licite, & quo iure facta ſit rerum diuiſio, & appropriatio. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *An iuſta & licita ſit rerum diuiſio & appropriatio.*
2 *Cur olim Philoſophi naturales in ea fuerint ſententia, vt vtiliſſimum eſſet Reipub. omnia habere communia, etiam uxores.*
3 *Inter Chriſtianos, qui Hæretici voluerint omnia bona eſſe communia, immo Nicolaitæ, & alij, uxores etiã communes eſſe docuerunt.*
4 *Contraria ſententia communis & certa de fide.*
5 *In ſtatu Innocentiæ decens & conueniens erat rerum externarum poſſeſſio in communi.*
6 *Vxorum communitas in eo ſtatu utpote noxia, non fuiſſet.*
7 *Poſt peccatum licitã eſſe rerum diuiſionem probatur.*
8 *Quod expediens ualde & coueniens fuit rerum, dominorumque diuiſio poſt peccatum, probatur.*
9 *Poſt naturam lapſam alicui hominum communitati expedientior eſt rerum poſſeſſio in communi quàm diuiſio earum & appropriatio in particulari.*
10 *Soluuntur argumenta eorum, qui dicunt diuiſionem rerum eſſe illicitam, eo quod ſit contra inſtitutionem naturæ.*
Solutio Scoti, & aliorum non probatur. ibid.
Communitatem rerum eſſe de iure naturali non poſitiuè ſed negatiuè, vera ſolutio.
11 *Dominium alicuius rei eſſe nullis commune, tribus modis intelligi poteſt.*
12 *Quo ſenſu res ex lege naturæ adhuc communes eſſe dicuntur.*
13 *Diuiſionem factam fuiſſe per iniquitatem, id eſt per iniquam iuris gentium conſuetudinem, & naturali legi contrariam falſa & abſurda Ioan. Teutonici expoſitio.*
14 *Soluuntur argumenta Platonicorum, & hæreticorum.*
15 *Quonam iure facta ſit hæc rerum diuiſio poſt peccatũ.*
16 Appropriationes *particulares partim iure gentium, partim iure ciuili factæ ſunt.*
17 *Soluitur argumentum, quo probatur rerum diuiſionem poſt peccatum eſſe de iure naturali.*
18 *Quo modo & ordine, ſeu per quos introducta ſit hæc diuiſio, & an neceſſarius fuerit hominum conſenſus.*
Incepiſſe hanc diuiſionem a filijs Adæ probabile eſt, ſed non certum, quare.
19 *Ante diluuium diuiſionem factam ex communi conſenſu hominum, quomodo dici poſſit, etiam quomodo poſtea facta ſit, opinio probabilis.*
20 *Populus etiam potuit hanc diuiſionem facere, antequã ſupra ſe Præfectum, aut Rectorem haberet.*

EXplicatum hactenus cum ſit, quid dominium ſit, & quis dominium habeat, quid item eius obiectum ſit, nunc de dominii diſtinctione agendum eſt, ſimulque oſtendendum, an licite, & quo iure hæc rerum dominia fuerint diuiſa. Habuit namque genus humanum, vt diximus, quaſi naturali iure rerum iſtarum inferiorum dominium, quæ ad vitam hanc tranſigendam neceſſaria ſunt, vt oſtendit S.Tho. 2.2. quæſt.66.art.1. ex Damaſceno lib.2.de fide Orthod.c.30. Vnde ad imaginẽ Dei factus eſt homo, & naturæ intellectualis, & liberæ poteſtatis, & tamen dominium ex natura rei non ſolum apud aliquem hominem priuatum fuit, ſed etiam in toto genere humano, & non tam actu, quam aptitudine, quo ſenſu res iſtæ dicuntur iure naturali communes. c. ius naturale. diſt.1. Cuius ratio eſt, quia author naturæ, vt ex harum rerum conſtitutione, & ordine colligi poteſt, illas omnes fecit propter vſum, & commodum omnium hominum, non huius, vel illius, atque adeo tam ex natura hominis, quam ex iſtarum rerum conſtitutione veluti naturaliter conſequutum eſt, vt homo illarum dominium haberet, quod explicatum eſt verbis illis Gen.1. *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & uniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Hæc cum ita ſint,

1 Dubium primum eſt, An iuſta, & licita ſit rerum iſtarum diuiſio, & appropriatio: Ratio difficultatis eſt, quia ſi genus humanum in communi habeat rerum iſtarum dominium a natura: illud autem quod a natura eſt, indiſpenſabile & immutabile eſt, conſequenter dominia hæc priuata, & rerum diuiſiones, vtpote iuri naturali contrariæ, & repugnantes, iniuſtæ & illicitæ ſunt. Confirmatur hæc ratio, quia SS.Patres hãc rerum diuiſionẽ peccato & iniquitati hominum aſcribunt. Nam Clemens Papa 1. epiſt.4. & habetur 12. quæſt.1. cap. dilectiſſimis, ait. Cõis *uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatem alius dixit, hoc eſſe ſuum, alius iſtud, atq; ita inter mortales facta eſt diuiſio.* & S.Chriſoſt. in c.6. Lucæ ait: *A Deo percepimus omnia, quod autem dicimus meum, & tuum, mendacij ſunt verba.* & in oratione de S.Philogonio, agens de uita beata, ait: *Auferentur ibi aduerſa ualetudo, morbi, peccandi materia, ubi non eſt meum, ac tuum frigidum illud uerbũ, & quicquid eſt malorum in uitam noſtram inuehens, innumeraque gignens bella.*

2 *Propter* hæc, & alia his ſimilia argumẽta, quidam olim Philoſophi naturales, vt Socrates, & Plato, teſte Ariſtotele lib.2. Polit.c.1.2.3. & 4. in ea fuerunt ſententia, vt dicerent, expediens magis, & vtile fore Reipublicæ, ſi inter ciues omnia eſſent communia, non ſolum poſſeſſiones, ſed etiã vxores. Hanc enim Reipub. formam inducit Socrates apud Platonem in Tymæo, & copioſius dialogo 5. de Republica. Horum autem fundamentum fuit, quia finis Reipublicæ eſt pax, & concordia ciuium, ſicut enim pace conſeruatur, ita diſcordia diſſipatur. Sed ſi omnia eſſent communia ac etiã vxores, Reſpublica magis concors, & pacifica eſſet, quia non aliunde modo lites & bella exoriri ſolent, quam quod vnuſquiſque propter proprios filios, vxores, & res proprias tuendas diſcordias, et lites excitat, quæ ceſſarent, ſi tam res, quam vxores eſſent communes.

3 *Præter* Philoſophos autem fuerunt etiam hæretici Nicolaitæ, qui vxores communes eſſe voluerunt, vt teſtãtur D. Chryſoſt. Homil.4. in Mat. & Alphonſus a Caſtro cõtra hæreſes. verb. coitus. & Sebaſtianus Medices in Catalogo hæreticorum verb. Nicolaitæ. Eũdem etiam errorem ſecuti ſunt

alij

Rerum Diuisione

alij quidã hæretici, dicti Apoſtolici, quorũ meminit S. Aug. in lib. de hæreſib. ad Quod vult Deũ. capite 40. & lib. 2. de gratia Chriſti c. 11. & epiſt. 106. eundem errorem tribuit ẽt quibuſdam Pelagianis. & Carpocrates etiam eiuſdem erroris fuit, vt docent Clemens Alex. lib. 3. Stromatũ, et Epiphan. hæreſ. 32. quos etiam ſecuti ſunt alij, qui dicebantur Pſeudoapoſtoli, vt refert Caſtro in verb. Apoſtolus. hæreſ. 2. qui omnes docuerunt propriũ harum rerum dominium eſse vel ex natura rei, vel certe lege Euangelica prohibitum. Alij recẽtiores hæretici extiterunt, qui inter Chriſtianos, aut ſaltem inter Clericos omnia bona communia eſse debere docuerunt, vt Vvaldenſes, et eorum duces, vt Ioan. Hus, et Ioan. Vvicclefus, vt habetur in Cõcilio Coſtantienſi, Seſs. 8. et referũt Tho. Vvaldẽſ. to. 1. lib. 4. doctrinalis fidei, art. 3. c. 42. Caſtro contra hæreſes. verb. paupertas. hæreſ. 2. et alij, quos infra referemus. Quia Luc. 14. dicit Chriſtus, *Niſi quis renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Sed idem eſt eſse Chriſti diſcipulum, et Chriſtianum. et Matth. 19. iuueni perfectionem quærenti dixit Chriſtus, *Si uis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes,* etc. id eſt, abdica a te omnẽ proprietatem; et ſupra oſtendimus hanc rerũ abdicationem verbo, et exemplo docuiſse; et Act. 4. fideles initio naſcentis Eccleſiæ, *Omnia habebant communia, & nemo dicebat ſibi aliquid proprium eſſe.* Ergo inferunt nec Chriſtianis, maxime clericis licitum eſſe quidquam proprium poſſidere.

4 *Contraria* vero ſententia cõis certa eſt de fide, quod licet in ſtatu innocentiæ expediens, & conueniens erat communis rerum poſſeſſio, vxorũ tamẽ communitas in illo ſtatu fuit omnino incõueniẽs, & mala, poſt peccatum vero rerum etiam externarum diuiſio non ſolum licita & honeſta eſt, ſed etiã maxime conueniens, & neceſſaria. Sic S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 2. Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 3. art. 1. Ioan. Medina. Cod. de reſtit. q. 1. Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 18. artic. 1. dub. 5. Michael Salon. 2. 2. tractat. de dominio. q. 4. art. 1. Petrus de Arragon. ibi. Dominicus Bannes. q. 3. Greg. de Val. tom. 3. diſput. 5. q. 10. punct. 2. Ludouicus Molina. de inſtitut. tom. 1. tract. 2. diſputat. 20. Ioſeph Angles in Floribus 4. ſen. q. de dominio. art. 1. Pet. Nau. lib. 3. de reſt. c. 1. nu. 6. Gabriel 4. diſtin. 15. q. 2. art. 1. Scotus eadem diſtin. q. 2. & Scholaſtici Doctores in 4. diſtin. 15. Qui omnes contra Socratem, & Platonem hanc veritatem docuerunt cum Ariſtotele lib. 2. Polit. c. 1. 2. 3. & 4. & probatur diſcurrendo per ſingulas eius partes, quæ ſunt quatuor.

5 *Prima* igitur pars, ſ. quod in ſtatu innocentię decens, & conueniens erat rerum externarum poſſeſſio in communi, probatur ex ipſa creatione, & inſtitutione rerum, tunc enim per donum iuſtitiæ originalis, appetitus ratione ſubiectus fuit, & ratio Deo, & homines ſola ratione, & lege diuina ducebantur, vnde nullus ſeipſum inordinato amore diligebat, ſed omnes mutuo amore, & charitate ſeinuicem complectebantur, & cõmunia propriis bonis præponebant, prout recta ratio, & lex diuina requirunt. Vnde merito in eo ſtatu communis rerum externarum poſſeſſio conueniens fuit. Rurſus in illo ſtatu non indigebant homines veſtibus, iuſtitia originalis omnium oculus pudore, & honeſtate replẽte, Neque domibus, aut ædificijs opus habebant, quippe quod nulla tunc fuiſſet in Paradiſo aeris intẽperies, vel cęli iniuria; Inſuper in eo ſtatu abſque nullo labore, aut minimo ſaltem terra affatim ſuppeditaret hominibus neceſſaria; Et ſi qua etiam cultura eſſet opus, & illa exigua fuiſset, & abſque labore quaſi animi gratia abſque vlla renitentia, aut auerſione extitiſset, ſicut modo nobiles, qui in nemoribus, & hortulis ſuis curandis, animi refocillandi gratia ſe exercẽt, quo ſenſu Gen. 2. dictum eſt, quod *Collocauit Deus hominem in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.*

Id quod olfeciſse videtur Poeta Ethnicus, dum dixit.

Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec ullis
Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus:
Contentique cibis, nullo cogente, creatis.

Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quã decẽs, ac expediens tunc fuerit communis rerum poſseſſio, qualis a Deo, in ipſa rerum inſtitutione, fuerat hominibus collata. Qui ſtatus innocentiæ ſi ſemper perſeueraſset, ipſa etiam communis rerum poſſeſſio permanſiſset, cum nullum eſset periculum, ne fructus deficerent, terra, & arboribus ſine vllo fere labore illos ſponte ferentibus, nec vllum periculum eſset alicuius inter homines diſcordiæ, cum in ipſis nullus inordinatus appetitus, nulla inuidia, aut diſcordia fuiſset.

6 *Secunda* pars, nimirum, quod vxorum communitas, vtpote mala, & noxia, in eo ſtatu non fuiſset, optime probatur a philoſopho lib. ſecundo, Polit. cap. primo, & ſeq. ex variis incommodis, quæ ex tali communione, & promiſcua virorum, & mulierum commixtione neceſsario ſequerentur; Illa n. communio maxime obſtaret generationi filiorũ, vt conſtat experientia in meretricib. quæ cum pluribus congrediuntur, tales enim raro concipere ſolent; Noceret etiam plurimum filiorum educationi, cum enim nemo certo ſciret, quiſnam eius filius eſset, nihil curarent homines de educatione eorũ, quos dubitarent an ſui, vel alterius filii eſset, vt experientia teſtatur, Tolleretur etiam mutuus amor parentum, & filiorum, & reuerentia, quæ inter eos eſse deberet, dum ignorarent, quis eorum parens, aut filius ſit; Sæpe etiam contingerent rixæ, & diſcordiæ inter parentes, & filios, inter viros, & mulieres, filii etiam aliquando cum matribus, filiæ etiam cum patribus, & fratres cum ſororibus coniungerentur, quæ omnia maxime naturæ, & rectæ rationi repugnant.

Deinde etiam hac ratione non eſsẽt neceſsaria matrimonia in tali Republica, ſed omnes eſsent ſoluti, & ſolutæ, omneſque concubitus eſsent ſimplices fornicationes, fornicatio autem ſimplex peccatum mortale eſt, & naturæ rectæ repugnãs, ut definitum eſt Act. 15. Atque adeo factum illud Nicolaitarum grauiter reprehenditur Apoc. 2. Eundẽq; errorem eccleſia Catholica ſemper tanquam peſtẽ deteſtata eſt, vt docet S. Augu. locis citatis. Immo vero Deus ipſe ius naturæ inſtituens, hanc promiſcuam miſtionem tanquam naturæ repugnantem damnauit, dicens, Erunt duo in carne vna. Gen. 2. Quæ ſane veritas latius alibi confirmanda eſt.

7 *Tertia* vero pars, uidelicet, q̃d diuiſio rerũ poſt peccatum licita ſit, probatur, uariis exemplis San-

ctorum tam veteris,quam noui teſtamenti,qui referuntur habuiſſe huiuſmodi diuitias,et dominiū, ex Abrahaam, Iſaac, Dauid,etc. Immo etiā ſtatim ab initio mundi Adam bona,et poſſeſſiones,agros, greges,et diuitias inter filios ſuos,vt patet ex ſacrificijs eorū,quorū vnus,ſ.Abel paſtor ouiū obtulit Deo ſacrificiū de optimis primogenitis gregis ſui; Alter vero.i.Cain ex fructib. terræ. Vnde conſtat habuiſſe iam tunc eos, res iſtas inter ſe diuiſas, earumq; propria dominia. Idem certo,ſcimus de aliis in nouo teſtamento, Martha.n.diues erat, & rerum ſuarum domina. Luc.11.et Zachæus.Luc.20. Immo de Chriſto,et Apoſtolis conſtat,quod aliqñ habuerint rerū proprietatem, vt definit Ioan.22. in Extrauag. *Ad conditorem.* et Extrauag. *Cum inter.* et Extrauag. *Quia quorundam. de verb.ſig.*

Rurſus idem cōuincitur ex illis ſcripturæ locis in quib. præcipitur dare eleemoſinas, donare, mutuare, ſoluere debita, aut prohibetur res aliorū capere,et furari, quæ omnia, vt conſtat, rerū diuiſionem,et iuſta dominia ſupponunt. Quæ omnia non ſolum in Ethnicis,ſed etiam in Chriſtianis,et non ſolum in laicis, ſed etiam in eccleſiaſticis perſonis locū habent. Nam et Sacerdotes veteris legis habuerunt poſſeſſiones,et agros,vt conſtat Leuit.25. et vlt. Ioſue.21. Hieremias etiam ſacerdos erat,et tamen ipſemet c.32. ſcribit ſe emiſſe, ac poſſediſſe agrum,qui fuit patruelis ſui. Barnabas etiam Leuita fuit, et tamen dicitur vendidiſſe agrum, quem habebat. Act.4. Ergo licitum modo erit viris eccleſiaſticis. Hinc Apoſtolus 1.Timoth.3. iubet Epiſcopum eſſe *hoſpitalē*,hoſpitalis autem eſſe nequit, ſi nihil habeat. Neque Centurio, aut alii ad fidem conuerſi iuſſi erant ab Apoſtolis ſuis poſſeſſionib. renunciare: Quinimo S.Pet.Act.5. aperte docet licitā eſſe rerū proprietatē ei, qui illis voto,aut alia promiſſione non renunciauit, dicens ad Ananiā, *Nonne manens tibi manebat, & uenundatum erat in tua poteſtate?* Vnde merito S.Aug.de hæreſ.c.40. hæreſim Apoſtolicorum commemorat, et dānat, qui vſum vxorum, et poſſeſſionem rerum in particulari damnabant. Damnati etiam ſunt in Concilio Palæſtino,cui interfuit idē S.Aug. quidam Pelagiani dicentes diuitib. baptizatis nihil conferre poſſe ad ſalutem conſequēdam, niſi omnia a ſe abdicarent. Quem etiam errorem refert lib.2.de gratia Chriſti, ſiue de peccato originali. c.16.et epiſt. 160. Et in Concilio. Conſtantienſi ſeſſ.8.dānatus eſt Vviclefus, præſertim art.1.36.39.et 44.quod aſſeruerit illicitum eſſe eccleſiaſticis viris habere poſſeſſiones,et aliquid proprii. Quem etiam errorem antea habuerunt quidam hæretici, dicti Vadiani,et Antropomorphitæ,vt refert S.Aug.lib.de hæreſib.hæreſ.50.Et Concil.Trident. ſeſſ.25.c.3. de Regul.concedit omnibus Religionib.tam mulierum, quam virorum, vt bona immobilia in cōi poſſidere poſſint, exceptis Capucinis,et fratribus de obſeruantia S. Franciſci. Gratiannus denique 12.quæſt.1.2.et 3.in vnum colligit varia Summorum Pontificum,Conciliorum,et Patrum teſtimonia, quibus probat licitum eſſe eccleſiaſticis proprium poſſidere.

De qua legi poſſunt S.Tho. et alii authores ſupra citati. Confirmantur hæc omnia ex eo, quod Euangeliū nūquam præcipit abnegationē omniū rerum, ſed ſolum cōſulit tanquam aliquid ad perfectionem ſpectans, vt late docet S.Aug.lib.2.de conſenſu Euangeliſt.c.30. Vnde etiam non dānat diuites, niſi quatenus ex diuitijs occaſionē peccadi ſumunt. Quocirca ſecundo Corinth.dicitur, ut *qui poſſideant; ſint tanquam non poſſidentes.* 1.Timothe.6.dicitur, *diuitib. huius ſeculi præcipe non altum ſapere.* & pſal.61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* & alibi paſſim ſimilia loca reperiuntur.

8 *Quarta* pars, quod.ſ.conueniens, & expediens valde fuit rerum,& dominiorum diuiſio poſt peccatū,probatur hæc pars tum ab Ariſtotele lib.2.polit.c.3.tū a S.Tho.2.2.q.66.ar.2.variis argumētis.

Primo quidem, quia cum poſt peccatum amiſſo dono iuſtitiæ originalis,non ſolum appetitus ſenſu ducitur,& ratio voluntati, & legi Dei ſæpiſſime repugnat, hominesq; inordinate ſeipſos amāt, propria cōmoda plus iuſto diligant, aliena negligant,ſed etiam terra ipſa, vt hominibus neceſſaria ſuppeditaret; nimio eorum labore,& ſudore indigeat, vt experientia teſtatur,ſpinaſque,& tribulos, etiam culta germinet,vt Gen.3.habetur, & ex alia etiam parte homines poſt peccatum ſegnes,& deſides ſint ad laborandum, ſane ſi toti communitati hominum omnia eſſent communia, nemo rerū temporalium adminiſtrationem, & agrorum culturam curaret,cum tamen ſinguli optimis quibuſque rebus potiri vellent; Sicque non ſolum maxima rerum omnium penuria eſſet, ſed etiam plurimæ rixæ, & contentiones orirentur.

Secundo,quia præſuppoſita hac humanæ naturæ poſt peccatum multiplici miſeria, & infirmitate, multa commoda ex diuiſione rerum ſequūtur,quæ non haberentur,ſi omnia eſſent cōmunia. Etenim in primis res melius procurātur, & conſeruantur, qñquidē vnuſquiſq; naturaliter magis ſolicitus eſt ad procurandū aliquid, quod ſibi ſoli conuenit, q̄ id, quod eſt cōe omnium, vel multorū, quia vnuſquiſq; laborē fugiens, relinquit alteri id, quod ad cōe pertinet,videmus enim, vt ait Ariſt.multitudinem ſeruorum in priuata domo idē munus obeuntiū ſibi inuicē obſtare. Vnde quod commune eſt, nullius eſſe reputatur, ac proinde negligentius curatur. Rurſus res ordinatius tractantur,ſi ſingulis incumbat cura propria alicuius rei procurandæ, ac econtra confuſio maxima eſſe ſolet, vbi quilibet indiſtincte aliquid procuret,aut adminiſtret.

Item ex hac rerum diuiſione magis conſeruatur pax, & concordia inter ciues,dum vnuſquiſque re ſua contentus ſit. Vnde frequenter rixæ & iurgia inter eos oriuntur, qui ex indiuiſo aliquid poſſident.

Hinc orta eſt contentio inter paſtores Loth, & Abraham Gen.13.quia in cōi habebant greges,et poſſeſſiones,quapropter dixit Abraham ad Loth, *Ne quæſo ſit iurgium inter te, & me, inter paſtores tuos,& meos,fratres enim ſummus. Ecce uniuerſa terra corā te eſt,&c.* Quo ſane teſtimonio a parte conſtat ad pacē, & trāquillitatē Reipub.maxime expedire dominia,& poſſeſſiones adinuicem eſſe diſtinctas. Illud autē ex Soto, & alijs obſeruandum eſt, quod licet rerū diuiſio nō tollat omnino oīa mala, & incommoda, quæ ſequerētur, ſi omnia eſſent cōmunia, vt tamen expediens, & neceſſariū omnino fit ea diuidi, ſatis eſſe ſi magna ex parte tollantur.

In ijs namque,quæ ad finem ordinantur, ſatis eſt ſi medium aliquod expedientius,& accommodatius ad finem iudicetur,etiamſi non plene & perfe- tius ad finem attingat, ſed magna ex parte finem attingat, vt ample- te, quando non datur aliud, quod illum tendum ſit, quando non datur aliud, quod illum perfectius attingat.

Quæ autem dicta ſunt, procedunt de toto genere humano in communi, quia etiam poſt peccatum & naturam lapſam expedientior eſt alicui hominum communitati poſſeſſio rerum in cōmuni,quā earum diuiſio & appropriatio ſingulis in particulari,vt conſtat in ordinib. religioſorum, vbi homines ſub obedientia viuunt,caſtitatem obſeruant,& paupertatem vouent, quibus cum nihil proprium in particulari poſſidere liceat, ſingulis tamen quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt, diſpenſantur. Id quod maxime ſpectat ad Chriſtianam perfectionem,vt Luc.14. conſtat, vbi Chriſtus iuueni quærenti quid facto opus eſſet ad vitam æternam, reſpondit, *ſerua mandata*, ad ſalutem namque ſufficit obſeruatio mandatorum, nec alicui præcipitur bonorum abdicatio. Deinde verò explicans quid ad perfectionem exigitur, ſubdit. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ueni, & ſequere me.* Immo etiā expediens valde eſſe poteſt communitati alicui coniugatorum res in communi habere, dummodo inſigni ſanctitate polleant, vt erant fideles Hieroſolymitani in principio naſcentis Eccleſiæ propter Spiritus ſancti dona, quæ eo tempore maxime abundabant. Quibus tunc plurimum expediebat ſic in communi viuere in augmētum ſanctitatis eorum,& in doctrinæ Euangelicæ confirmationem. Quia tamen iam multorum refriguit charitas,& ſatis diuulgatum eſt in pluribus locis Chriſti Euāgelium, nec in coniugatis, vt plurimum tam abundanter ineſſe ſolent dona Spiritus ſancti,non ita forſaſſis modo expedit,vt coniugati ita in communi viuant, nihilque in particulari poſſideant, vt experientia conſtat. Ex hactenus igitur dictis facilis eſt eorum ſolutio,quę contra hanc rerum,& dominiorum diuiſionem,&appropriationem initio allata fuerunt.

10 *Ad primum*, in quo dicitur diuiſionem rerum illicitam, eo quod ſit cōtra inſtitutionem naturæ, quę voluit omnia eſſe communia, varij variè reſpōdent. Scot.enim in 4.diſt.15.q.2.& cum eo Gabr. ead.diſtin.q.2.art.1.poſt Alex.de Ales par. 3. Sum. q.27.memb.4.art.1.§.1.dicunt præceptum naturę de poſſidendis rebus in communi fuiſse quidē ante peccatum in ſtatu innocentiæ, reuocatum tamen fuiſse poſtea poſt peccatum, & naturam lapſam. Hæc tamen ſolutio aperte falſa eſt, tum quia ius na rale eſt indiſpenſabile, & immutabile, vt habetur, Can.Non eſt peccatum,diſt.6.Ergo ſi hæc rerum communitas in præcepto & iuris naturalis fuit in ſtatu innocentię, etiam in ſtatu naturæ lapſæ eſset, quod tamen Scotus negat. Tum quia aut præceptum illud iuris naturalis reuocatum fuit authoritate Diuina,vel humana: Non diuina, quia vt ait S.Aug.tract.6.in Ioannem, & habetur in capi.quo iure,diſ.8.ius diuinum in Scripturis, aut reuelatione aliqua habetur iuris naturalis & præcepti illius reuocatio. Nec etiam humana,quia, quod Superioris authoritate ſancitum,& inſtitutum eſt, per inferiorem reuocari, aut retractari non poteſt. Tum quia in ſtatu naturæ integræ, quamuis vtile eſſet hominibus,res in communi poſſidere,nullum tamen in eo ſtatu extitit præceptum obligās eos,vnde potuiſſent homines ſi voluiſſent etiam res diuidere & poſſidere proprium, abſq; eo quod facerēt contra ius naturæ. Hac igitur,& alijs reſponſionib. & ſolutionibus omiſſis,vera ſolutio eſt,rerum cōitatem eſſe de iure naturali, non poſitiue,ſed negatiue. Vt enim docet S.Tho.2.2.q.66.art.2.ad 1.aliquid duobus modis de iure naturæ eſſe poteſt, vel poſitiue, quia ſcilicet, ius naturæ diſtinctè præcipit,aut prohibet aliquid faciendū, aut non faciendū,vt verbi gratia, præcipit parentes honorandos eſſe,prohibet furtū,&cet.& hoc modo cōmunio rerū non eſt de iure naturæ, quia ius naturæ non præcipit,vt res in cōi poſſideantur;vel negatiue, ſeu permiſſiue, quia nimirū ius naturæ nihil circa illud præcipit,aut prohibet, ſed relinquit illud hominū prudentiæ,permittens illis, vt faciant circa illud,quod pro loco & tēpore magis conuenire viderint,quomodo matrimoniū, vt notant Doctores,eſt de iure naturæ, quia non præcipit, aut prohibet diſtincte illud, ſed indifferenter relinquit,vt faciant homines,quod ſibi magis expedire intelligant, & hoc modo cōitas rerū dicitur eſſe de iure naturæ,quia ſcilicet,natura nec præcipit, nec prohibet,vt cōes ſint,ſed relinquit hominibus liberū, vt eas in cōi, vel in particulari poſſideant, prout eis magis expedire viderint. Qua ratione conſtat rerū proprietatē non eſſe contra ius naturæ, ſed magis ipſi iuri naturali ſuperadditur per adinuentionē rationis humanæ. Sicut igitur ante factā rerū diuiſionem,contra ius naturale foret prohibere aliquē ab vſu rerū omnibus cōium,(ſicut modo contra ius naturale eſſet prohibere alicui tranſitū per viā publicā, aut ſumere de fonte omnibus cōi aquam) ita facta rerum diuiſione (quia deſinit eſſe cōe,quod antea cōe fuit) deſinit quoque eſſe contra ius naturale prohibitio vſus rei alicuius. Quæ prohibitio deſinit eſſe contra ius naturale, non per mutationē aliquā ipſius iuris naturalis,(quod in ſe immutabile eſt) ſed per mutationē obiecti. Quāuis enim ius humanū tollere, aut mutare nequeat ius naturæ, apponere tamen poteſt circumſtantiā ex parte obiecti, ſuperadditione cuius, deſinit id eſſe de iure naturali,quod ſecluſa ea circunſtantia, de iure naturali erat, adueniente igitur hac circūſtantia ex parte obiecti appropriationis,& diuiſionis rerum, iuri naturæ non repugnat alicui vſum rerum prohibere.

11 Atqui vt melius intelligatur,qua ratione ante rerum diuiſionem omnia eſſent cōia,ſicque clarius ſoluatur argumentum,ſciendum eſt tribus modis intelligi poſſe dominium alicuius rei eſſe commune multis. Primo,ita vt tota communitas ſola ſit vere domina rei, vt de ea poſſit diſponere, ſingulæ autem perſonæ non poſſint, niſi ex conceſſione cōmunitatis,vel eius,qui eam regit. Qui modus communis ſeruatur hodie in Religionibus, & forte in aliquib. Reb.pub.quoad aliqua bona communia eius. Hic tamen modus non ſumitur ex inſtitutione rei,ſed ex voluntate hominis, eo quod naturalis ratio per ſe ſumpta non dictat hæc bona ita eſſe communia toti generi humano, vt nullus poſſit rem aliquam ſibi vſurpare priuata authoritate,

tate, cũ nulla ſint principia legis naturalis, ex quibus id colligitur, ſed contrarium eſt in vſu omnium nationum. Et denique hic modus dominij licet ſit communis, rerum tamen diuiſionem præſupponit, vt conſtat. Secundo, Bona aliqua poſſunt eſſe multis cõmunia, ita tamen, vt ſinguli ſint domini nõ totales, ſed quaſi partiales, ſeruando inter ſe certam proportionem, quo modo multi vocati ad vnam hæreditatem, ante diuiſionẽ omnes ſunt domini illius, & ſinguli; Quia vnuſquiſque habet dominium, & non vnius partis, quia cum non ſit res diuiſa, nulla poteſt aſſignari pars, quæ ſit huius, potius quam illius; Ergo totius particulariter tamen; Quia non habet abſolutum vſum, & dominium, ſed ſimul etiam, modus iſte ſupponit rerum diuiſionem, nulla etiam ſunt naturalia principia, ex quibus hec communitas neceſſario colligitur. Et denique ſtando in ſolo iure naturæ, poteſt quis totam aliquam rem ab aliquo non occupatam ſibi vſurpare, & omnem vſum eius vendicare.

Tertio, Bona aliqua cõmunitatis eſſe poſſunt, ita vt comparata ad communitatem, & ſingulas perſonas poſitiue nullius ſint, & conſequenter non cadunt poſitiue in humanum dominium, ſingulæ tamen perſonæ habent ius ad bona illa occupanda, & acquirendum dominium per anticipatam occupationem, & hoc modo bona erant communia iure naturæ, & ius illud reſidebat in ſingulis, & omnibus hominibus, ita tamen, vt poſtquam ab aliquo res occupata ſit, alij non habeant ius ad illam vſurpandam. Ac proinde ante occupationem, vel exercitium huius iuris fieret homini iniuria, ſi impediretur irrationabiliter ab occupatione rei, quæ adhuc eſt communis, ſi tamen res iam ab vno poſseſsa ſit, iure impedire poteſt alium, ne ſe intromittat, quandoquidem alius iniuriam potius faceret ſe intromittendo, eo quod iam res illa non erat communis ſed propria. Ex quibus conſtat nullam factam eſse alicui iniuriam per hanc rerum diuiſionem, quia eadem naturalis ratio, quæ dictat hæc bona de ſe indifferenter concedi, dat ius ea ſibi appropriandi, & vetat illi accipere, vel rapere, poſtquam iam alicui ſunt appropriata.

Colligitur etiam dominium illud commune, quod genus humanum quaſi iure naturali habuit rerum omnium inferiorum, prout eſt a ſola natura, non tam fuiſſe dominium actu, quàm potentia, nec tam ius in re, quam ad rem fuiſſe, Etenim dominium actuale non conuenit homini in communi, ſed indiuiduis, Immo vero ſi legem naturalem præciſe conſideremus, neque vnus particularis homo, nec tota ſimul hominum communitas habet actu tale dominium.

Quæ omnia confirmantur, quia nunc de facto feræ, aut piſces qui nullius ſunt, antequam capiuntur, ad neminem pertinent, tanquam ad verũ dominum, ita autem ſe habebant res omnes ante diuiſionem earum. Dicitur ergo dominium illud cõmune naturale quaſi aptitudine, quia ſcilicet naturale eſt homini ius ad vſurpandũ tale dominiũ in re ab alio non occupata, quo ſenſu locutus eſt Ariſ. lib. 2. polit. c. 5.

12 *Addendum* his omnibus eſt ex Scot. lib. 4. de iuſtitia. q. 3. art. 1. ad 1. & Mich. Salono tract. de dominio. q. 4. art. 1. & aliis, ius vtendi his rebus, ita eſſe datum omnibus hominibus, vt nõ poſſint modo ab illis auferri per rerum diuiſionem, ſeu proprietatem, ſemper enim manet ius vtendi illis tempore neceſſitatis extremæ. Quia ſicut iure & præcepto naturaliter tenetur vnuſquiſque fratri extreme indigenti ſuccurrere, & qui extreme indiget iure naturæ poteſt vitam ſuam tueri, ita eodem iure naturæ licitum eſt vnicuique in extrema neceſſitate his rebus vti, quo etiam ſenſu res ex lege naturæ adhuc communes eſſe dicuntur. Quo ſenſu S. Aug. tract. 6. in Ioannem, & habetur Can. Quo iure. diſt. 8. & Amb. vt habetur in Can. Sicut hi. diſt. 47. alijq; Patres exponendi ſunt, quando per exaggerationem dicere videntur, homines non eſſe dominos harum rerum, ſed diſpenſatores, & quod omnia ſint communia, tenentur enim diuites bona ſua in extrema neceſſitate communia facere, iuxta illud. 1. ad Timoth. vlt. *Diuitibus ſeculi præcipue, facile tribuere, communicare, &c.*

13 *Ad confirmationem* verò huius argumenti principalis, in qua dicitur, hanc diuiſionem rerum per *iniquitatem* eſſe introductam, omiſſa Gloſſæ Ioannis Theutonici reſponſione, vbi verbum illud D. Clementis, *per iniquitatem*, interpretatur, per iniquam conſuetudinem iuris gentium, & naturali legi & æquitati contrariam, introductam eſſe rerum diuiſionem, quæ gloſſa falſa, & abſurda eſt, falſa quidem, quia nec ius gentium, nec lex appellari poſſet iſta diuiſio, cum æquitati naturali repugnaret: abſurda verò, quia hac ratione non eſſent homines in conſcientia tuti, ſi diuiſio hæc iniqua eſſet; Communis & vera aliorum omnium reſponſio eſt, S. Clementem eo loci hortari fideles Hieroſolimitanos ad poſſeſſionẽ rerum in communi quoad vſum, qualis erat tempore Apoſtolorum. *Vnã* verò è rationibus, quibus eis conabatur perſuadere, eſſe, quia creatione, & prima rerum inſtitutione omnia debebant eſſe communia, & talia etiam remanſiſſent, ſi ſtatus naturæ integer permanſiſſet, ſed per *iniquitatem*, id eſt, occaſione ſumpta ex iniquitate peccati originalis introducta fuit rerum diuiſio.

Ad loca S. Chryſoſtomi reſpondeo: In primo loco ſolum docere, diuites abundantiam rerum, quas poſſident, non ſibi, aut ſuis induſtrijs, ſed diuinæ bonitati adſcribere debere, exemplo Iob dicentis: *Dominus dedit, &c.* In vltimo autem loco ſolum oſtendere conatur verba illa, *Meum, & Tuum*, multa mala, & lites inducere, non tamen inde ſequitur, rerum diuiſionem malam eſſe, quia maiora, & plura incommoda ſequerentur, ſi poſt peccatum res indiuiſe, & in communi permanſiſſent, vt ſupra expoſuimus.

14 Ad argumentum Platonicorum reſpõdeo, Dubium non eſſe quod per rerum diuiſionem nõ euitantur omnia incommoda, certum tamen eſt, eſſe minora in hoc modo regiminis, ſuppoſito peccato, & hoc ſufficit, vt licita dicatur diuiſio, & appropriatio rerum. Nam hæc eſt naturæ lapſæ cõditio, vt vix poſſit vllo medio, aut lege Reſpublica gubernari, ex qua homines ſæpe peccandi occaſionẽ non ſumant, & ideo id magis eligendum eſt, quod minora, & pauciora incommoda habet.

Ad rationem hæreticorum, ex qua probare conanantur Chriſtianis ſaltem præceptum eſſe, vt rerū proprietatem a ſe abdicent, Reſpondeo, primo intelligi poſſe ea verba Chriſti de renunciatione rerum, quoad affectum prauum, non quoad effectū, hoc eſt, non quod actu rebus ſuis abrenunciare teneantur, ſed quod relinquant affectum eorum pr um, quo ſolent homines interdum ita eſſe diſpoſiti, vt Deum potius offendere velint, quam ab inordinato earūm amore, & conſeruatione ceſſare. Vult ergo, vt vnuſquiſque paratus ſit ea potius relinquere, quam Deum mortaliter offendere, alioquin non erunt veri Chriſti diſcipuli. Secundo intelligi poſſunt verba illa de eis, qui Euangelicam perfectionem profitentur, vt olim Apoſtoli, & nūc Religioſi, tales.n.ex præcepto reb. omnibus renunciare tenentur; Conſuluit igitur Chriſtus, & verbo, & exemplo ſuo rerum abdicationem, tanquam rem ſecundum ſe meliorem, & perfectiorem his, qui volunt perfectionem aggredi, non tamen id aliquibus præcipit, quamuis vbi ex voto ſe ſemel ad hanc rerum abdicationem obligauerint, ad eam obſeruandam ex præcepto, ſeu vi voti tenentur.

Ex hactenus igitur dictis manifeſtum eſt, quod licet abſolute, & ſimpliciter loquendo, melius eſſet res in communi poſſidere potius quam in particulari, vnde in ſtatu innocētiæ, & in collegio Chriſti res in communi poſſidebantur, immo vero paucis hominibus, & religioſis, & his, qui volunt Deo vacare, melius eſt in communi viuere, vniuerſo tamen generi humano, & toti hominum multitudini, natura adeo corrupta, non expedit res in communi habere, ſed multo melius omnia in pace conſeruantur, & plurima incommoda vitantur, eo ipſo quod diuiſa ſint rerum dominia, & proprietates, vt ex dictis conſtat.

15 Dubium Secundum eſt, quonam iure facta ſit rerum diuiſio poſt peccatū? Ratio difficultatis eſt, quia ex vna parte videtur factam fuiſſe iure naturali, eo quod lumen naturale intellectus dictat neceſſariā omnino eſſe poſt peccatū, rerū diuiſionem ad pacificū hominū ſtatū, & ad tranquillitatē Reipub. ſeruandā, vt ex dictis conſtat. Illud autē eſt de iure naturali, quod ratio, & lumen naturale intellectus dictat. Ergo de iure naturali eſt rerum diuiſio. Et confirmatur, quia de iure naturæ eſt, quod ea, q̄ nullius ſunt, ſint primo occupantis, vt dicitur inſt. de rer. diuiſione, §. feræ. Sed prima rerū diuiſio facta fuit per occupationē. Ergo rerū diuiſio facta eſt iure naturali. Ex alia parte facta videtur iure diuino, quia terra promiſſionis ablata fuit a Chananęis, & tradita filijs Iſrael a Deo, & Sauli, & Dauidi tradidit Deus Regnum Iſrael.

Communis tamen & vera ſententia eſt, rerū externarū diuiſionē, nec iure naturali, nec diuino, ſed humano, ſeu iure Gentiū factā fuiſſe. Sic Caietan. 2.2. quæſt. *66*. artic. 2. Sot. libro 4. de iuſtit. quæſt. *3*. art. 1. concluſ. *3*. Io. Medina. C. de reb. reſtituendis. q. 1. dub. 2. Martin. Ledeſ. 2.4. q. 18. art. 1. dub. 5. concluſ. 6. Mich. Salon. 2.2. tract. de dominio. q. 4. art. 2. Pet. de Arrag. ibid. Dominicus Bannes in pręambulo de domin. q. *3*. Ioſeph. Angles in floribus 4. ſentent. quæſt. de domin. art. 1. Petr. Nauar. lib. *3*. de reſtit. cap. 2. nu. 10. Greg. de Valen. to. *3*. diſp. 5. q. 10. puncto 2. Lud. Molina. de iuſt. part. 1. tracta. 2. diſp. 20. concluſ. 2. poſt Sco. in 4. diſtin. 15. q. 2. & Gabr. ibid. q. 2. art. 1. notab. 1. & alios Scholaſtico Doctores in 4. diſt. 15. Quod enim facta non ſit iure naturali, conſtat, quia ſtando in iure naturali, & conſtitutione rerum, omnia ſunt communia, vt dictum eſt. Deinde ſic ſequeretur contra naturam eſſe cōmunionē rerū, quod falſum eſſe conſtat ex praxi primitiuæ Eccleſiæ, & vſu Religionū. Sed neq; facta eſt diuiſio hæc iure Diuino, quia non extat tale ius in Scripturis, neque ex illis colligi poteſt locus aliquis, in quo præcepiat Deus hominibus, vt res inter ſe diuiderēt. Quinimmo Scriptura potius refert omnia in communi, & indifferenter conceſſa eſſe hominibus a Deo, vt conſtat ex illo Geneſ. 1. *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus, &c.* Et, *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c.* Et ſimiliter poſt diluuium, Geneſ. *9. omnia Deus in communi tradidit Noe, & filijs eius,* vnde & Pſal. 8. dicitur, *omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c.* Sed neque iure ciuili facta eſt prima rerū diuiſio, quia ante omne ius ſcriptum facta eſt rerū diuiſio; Habuerunt nāque Cain, & Abel bona diuiſa, filij etiā Noe Geneſ. 11. Prouincias inter ſe diuiſas habuerunt. Itē Abrahā, & Loth ad pacem inter eos conſeruandā ſine vlla lege ciuili ſolo ductu rectæ rationis iudicarunt ſimiliter oportere terras, & greges, & poſſeſſiones inter ipſos diuidi. Reſtat igitur, vt diuiſio hæc facta ſit iure gentiū, & cōmuni conſenſu populorū, conſequenter tamen ex lumine & inſtinctu rectæ rationis præſuppoſito peccato. Cū enim natura hominis poſt peccatū corrupta ſit, & inclinata magis ad bonū propriū, quā ad cōmune, & inſuper agri colendi ſint, & alenda pecora, vt ſic hominibus neceſſaria ad victū, & veſtitū ſuppeditari poſſint, cōmodius autē fiunt iſta, ſi poſſeſſiones & agri diuidantur, & approprientur, quam ſi maneant in communi, cōmuni iure & conſenſu gentium, & populorum concluſum fuit, vt agri, poſſeſſiones, & dominia diuiderētur. Id quod S. Aug. late oſtendit tract. *6*. in Io. & refertur in can. quo iure. diſ. *8*.

16 Hæc autem, quæ diximus, procedunt primo de rerū diuiſione in communi; Etenim diuiſio rerū in particulari, & earum particulares appropriationes, ſcilicet quod hoc regnum ſit huius gentis, hic ager illius hominis, &c. factum eſt partim iure gentium, & partim iure ciuili. Siquidem poſt peccatum, vt diximus, ante omne ius ciuile ſcriptū, homines ductu rectæ rationis quædam inter ſe diuiſerunt, quibus poſtea plures earundem rerum diuiſiones acceſſerunt, quæ ciuili iure, & Principum, & Imperatorum conſtitutionibus factę ſunt, ſicut nunc etiam omnis rerum, aut iuriſdictionum diuiſio, quæ de nouo fit, iure ciuili, ſeu poſitiuo fit. Certum namque eſt, quod temporum lapſu Reſp. in pub. conuentibus Principem ſibi conſtituerunt, & illi totius Prouinciæ dominium tradiderunt, vt habetur in l. quod Principi placuit. ff. de conſtitut. Principum. Deinde etiam per legem Agrariā cōmunes agri diuiſi fuerunt, & nunc etiam Principum, & Regnorū legibus multa poſſident. Vnde recte S. Aug. vbi ſupra ait: Quo iure defendis villas Eccleſiæ? Diuino, aut humano? Diuinum ius in Diuinis Scripturis habemus, humanum in legib. Regum. Vnde quiſque poſſidet, quod poſſidet? Nonne iure humano? nam iure Diuino, Domini

eſt terra,& plenitudo eius. Pauperes,& diuites vna terra ſupportat. Dominus de vno limo fecit & pauperes,& diuites. Iure ergo humano dicitur,hęc villa eſt mea,hic ſeruus eſt meus, hæc domus mea eſt. Iura autem humana, iura Imperatorum ſunt. Quare? Quia ipſa iura humana per Imperatores & Rectores ſeculi Deus diſtribuit humano generi, Et infra. Tolle iura Imperatorum,& quis audet dicere,hæc villa eſt mea,meus eſt iſte ſeruus,mea eſt hęc domus?

Secundo procedunt iſta de reb.externis,ſiquidē dominium, quod vnuſquiſque habet in ſuas proprias actiones liberas, in famam & honorem,dominium etiam paternū, quod habent parentes in filios,& vir in vxorem, & familiam, hæc inquam omnia iure naturali diuiſa ſunt, vt conſtat,atque adeo naturæ humanæ conſentanea,vt fuiſſent etiā, quamuis non fuiſſet peccatū, vnde in ſtatu innocētiæ erant, in quo ius naturæ tantùm cum lege Dei vigeret,vt docent S.Tho.1.p.q.96.art.4.Sotus,Salon,Greg.de Val.& Pet.Naua. vbi ſupra.

17 Ad primum reſpondeo: Id ſolum proprie eſſe de iure naturæ,quod ratio naturalis abſolute indicat tanquam medium moraliter neceſſariū ad finem conſequendum; modo autem rerum diuiſio non eſt ſimpliciter neceſſaria,ſed facta ſuppoſitione corruptionis humanę poſt peccatum. Quia igitur ex recta ratione intellectus colligit expediens eſſe,vt res diuidantur,improprie dicitur eſſe de iure naturali, proprie autem de iure gentium eſt talis diuiſio. Seu vt alij,vt Conradus tracta.1.de contract.q.9.Medina,& Salon reſpondent, Directiue ſeu indicatiue diuiſio hæc dici poteſt eſſe de iure naturali,quia ſcilicet ratio naturalis indicat, illam eſſe conuenientem,& conſentaneam humanæ naturæ infirmitati; Executiue autem ſeu completiue eſt a iure gentium,& humano, quia conſenſu & approbatione communi omnium gentium,& populorum facta eſt.

Ad confirmationem autem reſpondetur: Res, quæ nullius ſunt,dicuntur eſſe primo occupātis iure naturæ, quoad vſum, non autem quoad dominium earum, ſic enim ſunt primo occupantis ex iure,& conſtitutione gentium; vocat autem ibi textus,naturalem rationem,ius gentium, quia illud ꝑ dictamen rectæ rationis, & ex principijs naturalibus maxime congruere colligitur,vt res, quæ ſub nullius antea dominio fuerat, primo occupanti concederetur.

Ad ſecundum Reſpondeo, cum dicimus rerum diuiſionem eſſe factam iure gentium,& non Diuino,loquimur ſolum de diuiſione rerum in vniuerſum; hinc eſt,mundus vniuerſus, & bona eius non ſunt iure diuiſa diuino,ſed iure gentium, cum quo ſtare poteſt, quod nihilominus Deus ſua authoritate dominia quædam particularia, & proprietates aliquibus conceſſerit. Qua ratione terram promiſſionis filijs Iſrael, & decimam partem fructuum Leuitis,& Regnum Iſraelis Dauidi, & alijs conceſſit ex peculiari priuilegio.

18 DVBIVM TERTIVM eſt,quo modo,& ordine, ſeu per quos introducta ſit hæc rerū diuiſio, & conſequenter an neceſſarius fuerit omniū hominū conſenſus,vt talis diuiſio fieret? In hac re, in qua nihil certū ſtatui poteſt, tria mihi probabiliter dici,& colligi poſſe videntur ex ijs, quæ tradit Sot. lib.4.de iuſtit.q.3.art.1.concluſ.3. Martinus Ledeſm.2.4.q.18.art.1.dub.5.concluſ.8. Io. Medina C.de reſtit.q.1.dub.2.circa medium. Petr.de Aragon 2.2.tract.de dominio. Ioſephus Angles in florib.4.ſent.q.de dom.art.1. Petr.Nauar.lib.3.de reſtit.c.1.n.13. Greg.de Val.to.3.d.ſp.5.q.10.punct.2.ante fi. Scot.in 4.di.15.q.2.§.Hinc ſunt quatuor ver.ſexta concluſ. Gab.ibid.q.2.art.1. Noch.& alijs in 4.diſt.15.

Primum eſt, quod cum Deus omnia creauerit, in prima rerum creatione, condito & creato homine ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, probabile eſt Adæ primo parēti Deū dediſſe poſitiuū & actuale dominium totius orbis, & conſequenter ad eū ptinuiſſe authoritate ſua paterna res omnes inter filios ſuos diuidere, nec ipſos ſine voluntate parentis potuiſſe aliquid vſurpare, atque ita fuiſſe per continuatam ſucceſſionem filiorū, & parentū,continuatam etiam rerū diuiſionem. Quia hic modus naturæ conſentaneus fuit; Siquidem Adam caput fuit totius generis humani. Vnde etiam conueniens erat, vt dominus etiam eſſet rerū omniū. Illi enim ſpecialiter dicta ſunt illa verba, Ecce *dedi vobis omnia.* Gen.1. Deinde etiam hoc expediebat ad vitandas diſſenſiones inter filios Adæ. Vnde Patres dicunt Deum totū genus humanū produxiſſe ex vno homine ad vnitatē, & charitatē commendandā. Ergo ſimile cenſendū eſt de dominio rerū. Id quod cōfirmari poteſt ex eo,quod Epiph. hær.66.S.Aug.ſer.113.de tempore, & Io. Caſſianus collat.5.c.24.referunt, Noe poſt diluuium diſtribuiſſe mundū in tres partes; inter tres filios & iureiurando illos obligaſſe, vt nullus eorum partes alterius inuaderet. Quod ideo feciſſe videtur, quia per diluuiū rerum dominium reuocatum,& reductū fuit ad Noe, vnde ad ipſum pertinebat diuiſio. Idemque a fortiori credendum eſt de Adamo primo parente totius generis humani. Ratio horum omnium eſſe poteſt, quia cum tam Adamus, quàm Noe, parentes eſſent omnium, qui in terra tunc morabantur, nec ſupra ſe quemquam ſuperiorem haberent, ad eos tanquam parentes pertinere videbatur regimen generis humani; eiſque tanquam parentibus,filij iure naturali,& diuino obtemperare tenebantur. Quocirca probabile valde eſt in principio generis humani cæpiſſe hanc diuiſionem rerum in filijs Adæ. Nam Gen.4.dicitur, Abel obtuliſſe Deo meliora ex grege ſuo, & Cain ædificaſſe ciuitatem, & eam tamquam propriam vocaſſe ex nomine filij ſui Henoch; Vnde a fortiori id verum erit de ipſo Adamo. Ceterum hoc totum,quod diximus, etſi probabile ſit,nō eſt tamen certum,quia non eſt certum, quod vere, & proprie fuerit dominus totius orbis, ita vt nullus ſine eius voluntate aliquid occupare potuerit, neque vllum fundamentum habetur in ſcriptura, nec ratio aliqua vrgens ad id aſſerendum inducit, quin potius experientia contrarium indicat; Siquidem viuente Adamo homines ſuo arbitratu in varias mundi partes diſcedebant, & occupabant terram prout volebant, & poterant. Illud verò quod de Noe affertur, deſumptum eſt ex quadam Hebræorum traditione,quæ neſcitur, quantæ authoritatis ſit. Vtcumq; illa diuiſio facta ſit, non videtur facta ſine conſenſu filiorum, & ideo adhibuerunt iuramentum, vt magis firma eſſet diuiſio.

Secundum eſt, cum ex communi hominum conſenſu rerum diuiſio fieri poſſit, vt experientia conſtat, dici etiam poteſt hanc diuiſionem ante diluuium factam fuiſſe ex communi hominum conſenſu, non quod fuerit neceſſaria poſitiua conuentio, aut conſenſus, quaſi in actu ſignato, vt loquuntur philoſophi, ſed potius quædam non repugnantia, & tacitus conſenſus, quandoquidem in actu ipſo exercito homines diuidebant, & occupabant res, alijs non repugnantibus, immo in id conſentientibus, ita vt poſtea nullus poſſet ſine iniuria talibus rebus priuari; Quod in rebus mobilibus facilius fit, & ideo de his magis legimus in Geneſi, quamuis etiam in rebus immobilibus ſuo modo locum habeat.

Poſt diluuium vero probabile eſt diuiſionem factam fuiſſe conuentione poſitiua inter filios Noe; Nam Geneſ. 10. hoc ſatis manifeſte inſinuari videtur, vbi narrantur diuiſiones gentium, & populorum quæ a filijs Noe factę ſunt, ibique dicitur primum filium Heber *Vocatum eſſe Phaleg, eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra.* Et infra dicitur, *Hæ familiæ filiorum Noe, iuxta populos, & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.* Et hoc modo poſtea a patribus ad filios diuiſio hęc permanauit. Sic etiam Geneſ. 13. orto iurgio inter paſtores Abraham, & Loth, Abraham optionem dedit Loth, vt dexteram, vel ſiniſtram ſibi eligeret.

Tertium eſt, potuit etiam populus rerum diuiſionem facere, antequam ſupra ſe præfectum, aut Rectorem haberet. Cum enim ſuperiorem nō habeat, niſi ſe alicui ſubijcere velit, potuit dominia, & poſſeſſiones diſtinguere, & particulares obedire, ac legibus eiuſdem ſubijci tenebantur, cum iuſtum, & a natura inſtitutum ſit, vt membra corpori non rebellent, ſed illi ſeruiant, & obſequantur. Vnde c. 1. d. 2. dr̃, *Lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.* Deinde verò, cum eo ipſo quod homines ad vnam Rempubl. ſeu congregationem conſtituendam adunantur, eandem, quam ipſi poteſtatem habent, in vnū quendam, aut plures, qui eos negant, trāsferre poſſint, conſequenter Reges ſic a populis electi, ſicut leges dare, ita & bona temporalia inter eos diuidere potuerunt. Hinc Reges a populis electi, conſenſum, & authoritatem, quam populus a natura habebat, accepiſſe videntur, vt habetur *Inſt. de iure nat. §. ſed quod principi,* etiam habuerunt ortum legitimæ aliæ poteſtates aliorum Rectorum earum Rerumpublicarum, quæ non per Reges, ſed per ſenatores, aut aliquo alio modo, iuxta cuiuſque inſtitutionem, gubernantur. Et de rerum diuiſione hactenus dictum ſit.

De varijs modis acquirendi dominium earum rerum, quæ antea nullius fuerunt. Cap. IX.

SVMMARIVM.

In acquiſitione Dominij rerum temporalium maxima differentia.

Res, quarum dominium acquiritur, cum antea nullius erat, ſunt in triplici differentia.

3 *Ad illarum dominium obtinendum duo requiruntur.*

Omnes tituli ſub generali nomine iuſtæ inuentionis continentur.

4 *Res illæ, quæ antea nullius erant, nec vnquam fuerunt, non ſolum iure gentium ſed etiam ciuili, ſunt primo occupantis, dummodo non intercedat iniuria.*

5 *An in venatione fera cenſenda ſit capta & iam ſub dominio venatoris, cum vulneratur, an ſolum cum per manus venatoris comprehenditur.*

6 *An ſi quis ad feram capiendam laqueum tetendit & fera capta ſit, quā alius capit, priuſquam dominus venit, ſitne illius, qui illud inſtrumentum expoſuit, an illius, qui eam ibi reperit, indeque eam extraxit?*

7 *Cum dicitur res, quæ ſub nullius dominio erant, fieri primo occupantis ſimpliciter verum eſt.*

8 *Theſaurus ſi ius naturale ſolum attendatur quocunque in loco ſit, capientis efficitur, ſin verò ius Ciuile & poſitiuum attendamus, quid ſtatuendum, declaratur.*

9 *Qui in loco alieno theſaurum inueniunt ex induſtria tenentur reſtituere totum Domino eiuſdem loci, vtcūque alij medietatem retinere ſibi poſſe affirment.*

10 *Theſaurus ab authoribus duplex eſſe dicitur, & de quo prædicta intelligantur?*

11 *Mos gentium in ſepulchris cum mortuis diuitias multas recondere, idemque in ſepulchro Dauid feciſſe Salomonem teſtatur Ioſephus.*

12 *An Hiſpani, qui apud Indos occidentales extraherent theſauros de ſepulchris, teneantur ad reſtitutionem?*

13 *An qui ex voluntate Domini theſaurum inuenit in agro alieno, illum ſibi aut Domino acquirat?*

14 *An qui theſaurum inuenit in loco ſacro aut in Eccleſia, illum ſibi acquirat?*

15 *Quid dicendum ſit, quando is, qui inuenit theſaurū, acceperit agrum aut domum in pignus, aut maritus in dotem.*

16 *Quid faciendum ſit, quando dominium loci in quo inuētus eſt theſaurus, ſit inter plures diuiſum.*

17 *Cui applicandum ſit dominium theſauri inuenti arte magica aut alijs diuinationibus & modis illicitis.*

18 *An Princeps contra ius ciuile in caſu prædicto ſtatuere poſſit.*

Soluitur argumentum, quo affirmatur, theſaurum vbicunque inuentum eſſe inuentoris.

19 *An qui emit agrum, in quo eſt theſaurus, acquirat ſibi theſauri dominium.*

20 *Quæ res proximo tempore ſub alterius dominio fuerint, ſi tamen vere iam nullius ſint, etiam fiunt primo occupantis.*

EXplicata præcedentibus diuiſione rerū & bonorum in communi, proximum eſt, vt quibus vijs & modis rerum dominia acquiri, reſque tuta conſcientia poſſideri poſſint, explicemus. Quæ ſane materia moralis maxime neceſſaria, & ſcitu digniſſima eſt, nō modo ad cognitionem reſtõnis, verum etiam ad omnem iuſtitiam commutatiuam, cum omnis iniuſtitia, & debitum reſtituendi, ex eo oriatur, quod aliena bona iniquis, & illicitis modis ac vitijs acquirātur, & poſſideantur. Pro cuius intelligentia

1 Aduertendum eſt, Harum rerum temporalium quaſdam eſſe, quæ eo tempore, quo dominium earum acquiritur, nullius erant, in quibus proprie locum habet acquiſitio dominij; Quædam verò ſunt

ſunt, quæ immediate a dominio vnius ad dominiũ alterius transferuntur; Idemque proportionaliter dicendum eſt in amiſſione dominij.

Inter quos modos acquiſitionis dominij, maxima eſt differentia. In rebus enim, quæ antea nullius erant, qui primo eas occupat, earum dominiũ acquirit iure gentium, ſine vlla mutatione alicuius dominij. In rebus autem, quę alterius antea fuerũt, & nunc alterius fiunt, requiritur mutatio dominij. Quo fit, vt niſi hæc mutatio & translatio fiat debita via, inferatur iniuria vero Domino & cõſequenter maneat vinculum reſtitutionis. In hoc igitur capite de prioribus rebus, atq. adeo de inquiſitione dominij, in ſequentibus autem de translatione dominij agemus.

2 *Notandum* inſuper eſt, Res prioris ordinis in triplici eſſe differentia; Quædam enim ſunt, quæ nũquam antea venerunt in dominium alicuius hominis, vt mineralia, piſces, feræ, aues, & forte aliquæ inſulæ, vel regiones & terræ. Aliæ verò ſunt quæ olim fuerũt ſub alicuius dominio: ſed iam propter temporis diuturnitatem, & mortem prioris domini, carent domino. Cuiuſmodi cenſentur theſauri, ex lege vnica Cod. de theſauris. & l. falſus. ff. de furtis. & §. Theſaur. Inſtit. de rerum diuiſione. & l. nunquam. ff. de acq. rerum dominio.

Quædam denique ſunt, quę licet aliquando forte habuerint dominum, temporis tamen decurſu nullius iam ſunt ſed derelicta ſunt, vel ex voluntate domini, vel alio modo; vt quæ a tempore longinquo naufragijs in fundo maris continentur, & caſu aliquo vel extrahuntur, vel in litore inueniuntur.

3 *Obſeruandum* demum eſt in his omnibus, duo requiri ad obtinendum harum rerum dominium, ſ. iuſtum titulum, & occupationem, ſeu poſſeſſionẽ, vel traditionem. Et quamuis in his rebus de quib. nunc agimus, ſint varij tituli, omnes tamẽ ſub hoc generali nomine, *iuſte inuentionis* continentur.

Occupatio verò, quæ hic requiritur, eſt poſſeſſio ſufficiens ipſius rei, quæ quo modo acquiratur, dictum eſt ſupra. Et hinc circa res illas manauit regula generalis Iuriſtarum, has res fieri primo occupantis. §. feræ, & §. item lapilli. Inſt. de rerum diuiſione, & l. 1. ff. de acq. rerum domin. & leg. 1. ff. de de acq. poſſeſſ. & c. ius naturale, & cap. ius gentium diſt. 1. Quam regulam aliqui volunt eſſe de iure naturali, quia ante omne ius humanum eſſe potuit aliquis modus acquirendi dominium, hoc enim quaſi neceſſarium erat hominibus: Nullus autem modus videtur magis naturalis, quam per occupationem rei, quæ nullius erat: hoc enim ipſo habet ius in illam independens ab omni alio, quod videtur eſſe dominium. Et confirmatur primo, quia non alia ratione fama, & libertas iure naturæ ſunt propriæ, niſi quia natura ſua ſunt nobis ita coniuncta, vt habeamus ius & poteſtatem circa illa. Sed hoc idem eſt circa alias res poſt occupationem earum. Confirmatur item ſecundo, quia furtum natura ſua ante omne ius humanum eſt malum. At ſi quis acciperet ab alio ea, quæ ſibi parauerat, aut occupauerat ad veſtitum, vel cibos, &c. furtũ committeret, Ergo ſignum eſt illud eſſe ſufficiens ad rei dominium acquirendum.

Ceterum iura citata melius dicunt hoc eſſe introductum iure gentium: quamuis enim ius naturale non plus requirat ad dominium acquirẽdum quam occupationem rei inuentæ, non tamen præcipit, vt id ſufficiẽs ſit, neque prohibet, quin homines poſſint vel aliud ſtatuere, vel alium modum introducere, vnde iure etiam gentium, quædam res ita ſunt communes, vt a nemine poſſint occupari, nec fieri propriæ illis: In alijs etiam adhibitus eſt modus per circunſtantias, vel conditiones iure humano, vel ciuili neceſſarias. Quocirca in hoc attendẽda ſunt iura ciuilia, vel humana cuiuſque regionis, nam ſi iuſta ſint, habent vim, & obligant etiam in conſcientia. His ita prænotatis, quid de ſingulis dicendum ſit, ſequentibus propoſitionibus breuiter exponemus.

4 Prima propoſitio: Res illæ, quæ antea nullius erant, neque vnquam fuerunt, non ſolum iure gentium, ſed etiam ciuili, ſunt primo occupantis, dummodo nulla iniuria intercedat. Hæc propoſitio locum habet in venationibus, piſcationibus inuentione metallorum, & gemmarum, vt patet ex l. 3. ff. de acq. rer. domin. & §. feræ. Inſti. de rerum diuiſio. & eſt communis ſententia, vide Syluest. verb. inuentum. q. 1. verſ. tertium. & Summiſtas verbo eo. lo. Medinam. C. de rebus reſtituendis. q. 12. dub. 2. & alios, quos infra in materia de reſtitutione referemus. Circa quam propoſitionem obſeruãdum eſt, non ſolum habere locum in mobilibus, ſed etiã in rebus immobilibus, vt ſi inueniatur inſula, quæ a nullo antea fuerat occupata. Idem fit iure ciuili, ſi fluuius continue fluens per aliquod prædium inſẽſibiliter illi addat aliquid, illud n. fit domini illius fundi. l. adeo. §. 2. de acq. rer. dominio. & §. quod p̃terea. Inſtit. de rerum diuiſione, ſub quibus titulis habentur multæ ſimiles diſpoſitiones.

Excipitur tamen ab hac regula, & propoſitione, niſi de aliquibus in particulari aliud aut iure regni alicuius, aut iuri ciuile conſtitutum ſit: Nam de aliquibus rebus, vt de metallis, & mineralibus, in aliquibus regnis ſtatutum eſt, vt vel omnino, vel ex parte applicentur Principibus, quæ leges impediunt acquiſitionem dominij, & ideo ſeruandæ ſunt, niſi manifeſtam contineant iniuſtitiam. Sic etiam ſtatuuntur quædam circa piſcationes, & venationes. Et iure ciuili quædam ſtatuta ſunt circa theſauri inuentionem, vt infra dicemus. Circa hunc autem modum acquirendi dominium in animalibus duo breuiter dubia ſoluenda ſunt.

5 Primum dubium eſt, an in venatione v.g. fera cenſenda ſit capta, & iam ſub dominio venatoris cum vulneratur, an ſolùm cum per manus venatoris comprehenditur? Ratio difficultatis eſt, quia in §. item quæſitum eſt. Inſtit. de rerum diuiſione, & l. naturalem. §. quæſitum eſt, ff. de acquiren. rerum dominio. definitur, dominium talis feræ eſſe capientis, non autem vulnerantis, & ſubditur ratio, quia etiam poſt receptum vulnus, multa accidere poſſunt, quibus impediri poſſit apprehenſio. Econtra verò ſequi videtur hac ratione, quod ſi quis venando feram percuteret, & illa fugeret in terras alterius, & veniat dominus terræ & eam cõprehendat, capientem fore dominum, non autem percuſſorem labore ſuo acquiſiuiſſe ius, & maxime ſi perſequatur feram: Immo ſequitur, quod licet venator occiderit feram, ſi alter præuenerit, &

accipiat,

ccipiat,fieri dominum,quod videtur abſurdum. Reſpondeo iuxta doctrinam Angeli in verb.in enta.& Sylueſt.eo.q.2.verſ.Secundum.& Ludou. olinæ.de iuſt.to.1.tract.2.diſpu.42. quod ſi vul us erat mortale, & ſufficiens, vt caperetur fera,& ercutiens eam inſequebatur,vere acquiſiuit domi ium,aut ſaltem tale ius in illa fera, vt æquiualeat ominio,& alius non poteſt ſine iniuſtitia ſe intro ittere,vnde tota vulneranti debetur in hoc caſu. atis.n.eſt ad dominiũ illius acquirendum, dediſſe auſam ſufficientem,ſine qua tunc non caperetur, uo fit vt illi ſoli debeatur,& ita ſemper habuit cõ uetudo.

Cum enim moraliter certum ſit a percutiente pſo fuiſſe capiendã, ad ipſum pertinere cenſetur. in autẽ vulnus inſufficiens erat, vt caperetur, vel ui vulnerauit ferã non perſequatur, tunc capien is erit:quia tunc cenſetur deſiſtere, & relinquere em.Quamuis ſi non derelinquat, ratio & æquitas poſtulat, vt ſemper illi tanquam concauſæ aliquid letur,etiamſi vulnus non eſſet ſufficiens ad captu am,quia vere fuit cauſa,vt ab alio poſſet occupari: & proinde diuidenda erit pro quantitate cauſæ, uam percuſſor dedit, vt caperetur. In hoc tamen aſu poſſeſſio & dominiũ eſt penes capientem tan um,& percutiens ſolus ius habet,tanquam concau a,vt ſibi aliquid ex ea concedatur. Eodem modo ſi uis leporem canibus ſuis excitaret,aut cuniculum, & dum canes feram inſequuntur,alius caſu eum capit,aut interficit,ſi certum fuit a canibus excitantis leporem capiendũ fore, tota debetur venatori,cuius ſunt canes;ſi vero certum non erat fuiſſe ab illo capiendã,tunc ſi ſolum fuit occaſio, vt alius eam caperẽt,tota erit capientis; ſin vero cauſa fuit,vt lepus teneretur, inter vtroſq. præda diuidenda erit, ſeruata proportionalitate cauſæ,& concurſus ad capturam feræ,prout ratio naturalis dictare videtur.

SEPTIMVM DVBIVM eſt, an ſi quis ad ferã capiendam laqueum tetendit, & fera capta ſit,quã lius capit, antequam dominos venit, ſitne illius qui venatorium inſtrumentum ita expoſuit,an vero illius,qui eam ibi reperit,indeque eam extraxit? Ratio difficultatis eſt,quia l.in laqueũ,ff.de acquir. erum dominio.ſignificare videtur, eſſe extrahen is illam de laqueo. Eandem ſententiam ſequuntur o.Maior.in 4.diſt.15.q.10.dub.penul.& Naua.in Man.c.17.nu.176.niſi conſuetudo,inquit,contrarium obſeruet. Couar.in reg.peccatũ p.2.§.8.n.13. Sylueſt.etiam verb.inuentum.q.2. verſic.ſecundũ, & Ang.eo.Anto.de Corduba in ſum.q.129.punct. 6.in fin.Emanuel Rodriquez p.1. ſum.concluſ.7. Lud.Lopez par.1.iuſtruct.conſcien.c.146.& pa.2. cap.2.addunt ſaltem de rigore iuris eſſe capientis, & extrahentis eam de laqueo alieno.

Contraria tamen & verior ſententia eſt,quam ſequitur Ludo.Molina de iuſt.to.1.tract.2.diſpu.42. mmo & conformior rationi naturali,quam ſic explico facta diſtinctione. Vel enim dominus laquei præſens eſt,& videt feram detentam,quam facile capere poteſt, & ſic ſine dubio non poteſt ab alio mpediri,vel præueniri,cum iam moraliter domi us,& poſſeſſor ſit. Quamuis enim actu eam ma ibus nõ apprehenderit,eo tamen ipſo,quod præ ens eſt,& induſtria ſua,& iure ſuo vtens eam ita aqueo irretiuit, aut alio inſtrumento eam ita concluſit, vt moraliter certum ſit eam peruenturam ad manus eius, ante naturalem apprehenſionem manibus factam,acquiſiuit ſaltem ius ad rem. Si vero dominus ſit,abſens,tunc etiam ſi fera irretita ſit, adeo vt non ſit periculum euadendi,dominus erit, qui laqueum, aut inſtrumentum iuridice expoſuit, & ita habere videtur conſuetudo.immo etiam hoc neceſſarium videtur eſſe ad pacem, & fidelitatem inter homines conſeruandam. Si vero dominus ſit abſens,& fera ita eſſet illaqueata,vt euadere probabiliter poſſet,dominus erit extrahens eã de lequeo; Quia alter vere non ſatis occupauit rem, vnde neque erat dominus; Spectata tamen rei natura,videtur aliquid deberi tendenti laqueum ratione induſtriæ, habita ratione induſtriæ, & probabilitatis, quæ erat illam eſſe in poteſtatem tẽdentis laqueos deuenturam. Confirmantur hæc omnia,quia ſi quis in loco,vel proprio,vel communi,& non prohibito laqueum ad venandum tetẽdit, vt fieri ſolet,qui eo abſente laqueum tollit,& lucrum impedit, iniuriam illi facit,non ſecus ac ſi per vim, vel metum prohiberet illum,vel impediret,ne venaretur. Vnde teneretur ad reſtitutionem damni ſubſecuti pro ratione exiſtimationis ad boni viri arbitrium. Ergo multo magis facit illi iniuriam,ſi poſtquam fera in laqueum incidit,illam diſſoluit,aut liberat;ſiue illam ſibi vſurpet,ſiue liberam dimittat.Hæc.n. maior eſt iniuria quam illa, quanto maius ius eſt in feram iam captam, quam in capiendam. Ergo ſignum eſt illum iam acquiſiuiſſe ius in illam ferã. Confirmari poteſt ſecundo: Nam ſi vnus venetur in fundo alterius, facit illi iniuriam, & tenetur ad damna,quæ inde ſequuntur.

Ergo multo magis ſi venetur in laqueo alterius. Vnde quod Angelus & Syluester dicunt de rigore iuris contrarium fieri poſſe,non video, quo nitatur fundamento: Nam in illa l. in laqueum.ff.de acqu. rer.dominio.ſolum habetur, tunc fieri rem meam, quando in meam venit poteſtatem: quando autem cenſenda ſit venire in poteſtatem alicuius, non explicat.

Quibus addo, quicquid ſit de nomine dominij, dubitari non poteſt, quin fiat iniuria extrahendo a laqueo alieno rem, quæ fugere non poterat, quæ iniuria reſarcienda eſt, Neq. ius ciuile tollere poteſt hoc ius,quod naturale eſſe videtur. Quamuis enim mutare poſſit iura,& dominia rerum,non tamen id poteſt ſine cauſa,quæ nulla eſſe videtur in caſu noſtro. Vnde dicta l.in laqueum,non ſtatuit nouum ius;ſed ſolũ explicat,quid rei natura,ſuppoſito iure gentium, habeat, eſt enim l.in laqueum, non aliud quam relatio ſententiæ Proculi ea de re. Sola autem rei natura ſpectata, ſine dubio vera eſt noſtra ſententia eo modo,quo eam explicauimus. Et iuxta hæc decidenda ſunt ſimilia dubia,quę pro caſuum varietate in infinitum multiplicari poſsũt. De qua re plura dicemus in materia de reſtitutione in particulari.

7 Ex his omnibus intelligitur, cũ dicitur res quæ ſub nullius dominio erat, fieri primo occupantis, ſimpliciter verum eſſe;Quia tamen accidere poteſt vt ante dominium proprium acquirat quis ſpeciale aliquod ius ad rem, ita vt alius non poſſit iuſte præuenire,& præoccupare, vt ex prædictis, & aliis ſimilibus caſibus conſtat ideo,principium illud in-

telligendum eſt, quando neque dominium, neque ſpeciale ius ad dominium, & occupationem rei antecedit.

Quapropter ſi quis primo occupat huiuſmodi rem, ad quam occupandam alius habebat antea ius, ille, qui præoccupauit, vel non fit dominus rei ceptæ, quia non videtur habere iuſtum titulum, cum ſit iniuſta acceptio, aut venatio; vel certe, ſi dicatur acquirere dominium, tenetur tamen alteri iniuriam factam reſarcire pro ratione exiſtimationis. Quæ regula diligenter aduertenda eſt. Et de rebus prioris ordinis hæc breuiter dixiſſe ſufficiat; plura enim inferius ſuo loco dicemus, vbi obligationem reſtitutionis harum rerum explicabimus.

8 Secunda propoſitio: Quoad res, quæ olim ſub alicuius dominio erant, & modo non ſunt, vt eſt theſaurus, ſupponendum eſt, ea ſolum habere rationem theſauri, quæ alicubi repoſita, poſt lungū tempus reperiuntur, ſiue ſint pecuniæ, ſiue quæcunque alia mobilia, ex l. vnica. Cod. de theſauris. li. 10. Vnde in l. Nunquam. ff. de acquir. rerum dominio. §. Theſaurus. definitur a Paulo Iuriſconſulto in hunc modum, Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat

Ex qua definitione colligitur ad rationem theſauri duo eſſe neceſſaria; vnum, vt fuerit quondam repoſitus. Alterum vero, vt tantum interceſſerit tēpus, quod domino iam careat. Vt enim in d. l. Nunquam. habetur, ſi quis aliquid, vel lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus.

Ideo autem dicitur, theſaurus, quaſi repoſita ſit in futurum, ſicuti deducit Alciatus. libro quarto. de verbo. ſignificat. & lib. 7. pereg. cap. 1. His igitur de nomine prænotatis, ſit propoſitio Secunda. Theſaurus, ſi ius *naturale* ſolum attendamus, quocunque in loco ſit, cum nullius in bonis ſit, ideo capiētis, & inuenientis efficitur, naturali quadam ratione, qua ea, quæ in nullius bonis ſunt, vt aues, & feræ, capientis fiunt. §. feræ. Inſtitut. de rerum diuiſione. & §. Theſauros. ibid. & l. falſus. ff. de furtis. S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 5. ad 2. Sin vero ius *ciuile & poſitiuum* attendamus, tunc ſi abſque arte prohibita inueniatur in proprio fundo, totus eſt inuentoris: ſi vero in agro alieno, tunc ſi caſu aliud intendendo fuit inuentus, dimidium pertinet ad inuentorem. & aliud dimidium ad dominum loci, ſiue dominus loci ſit perſona priuata, ſiue ſit ager ciuitatis, oppidi, Reipublicæ, aut regis, medietas enim ad oppidum, ciuitatem, aut Rempub. vel regē pertinet: Si vero quis data opera theſaurum in alieno agro, inconſulto domino agri repererit, tunc theſaurus totus, deductis expenſis domino loci reſtituendus erit. Sic l. vnica. Cod. de theſauris lib. 10. & l. falſus. ff. de furtis. & l. ſi is qui. ff. de acquir. rer. domin. & l. 3. §. in locis. ff. de iure fiſci. & §. Theſauros. Inſtit. de rer. diuiſion. Gloſ. Faber. Ang. & Doctores in dict. §. Theſauros. S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. ad ſecundū. Caie. ibi. Palud. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 2. concluſ. 5. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 15. §. De inuētis. Ang. verbo. inuenta. §. 1. Sylu. eo. q. 3, verſ. Secundū. & verſ. Tertium. Tabiena. verb. reſtit, §. 26. Sotus lib. 5. de iuſti. q. 3. art. 3, ad ſecundū. Nau. in Manu. c. 17. nu. 172. verſ. Sexageſimoquarto. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 3. art. 3. dub. 7. concluſ. 2. Couar. in reg. pec. p. 3. §. 2. nu. 2, Petr. de Arragon. 2. 2. q. 66. ar. 5. & Micu. Salon ibi, & Dominicus Bannes ibid. Greg. de Valen. to. 3, diſp. 5. q. 10. punct. 3. & Ludou. Molina de iuſt. pa. 1. tract. 21. diſp. 53. & diſp. 56. & alii. Vide Caiet. & Nau. cit. nu. 175. verſ. Sequitur ſecundo Petr. de Arragona & Molina recte obſeruant, quod cum leges iſtæ ciuiles nō ſint pœnales, ſed ſtatuant quid ſecundum æquitatem faciendum ſit in comparando dominio theſaurorum inuētorum, obligant in foro conſcientiæ ante latam ſententiam; & ideo vbi leges iſtæ imperiales robur habent, inueniens caſu theſaurum in loco alieno, tenetur dimidium dare domino loci, nulla expectata ſententia; 9 inueniens vero illum de induſtria, totum tenetur domino loci, in quo inuentus eſt theſaurus, deductis expēſis, reſtituere. Habet enim talis etiā in hoc vltimo caſu ius ad mercedem iuſtam, & expenſas ſecundū oēs, quia operæ illæ ſunt dignæ pretio, & cedunt in domini vtilitatem. Scio quidē nōnullos eſſe, qui volūt inuenientē theſaurū in loco alieno de induſtria non teneri reſtituere totum theſaurum domino agri, ſed poſſe ſibi retinere medietatem, ſicut diximus de inueniente caſu, quorum ratio eſt, quia leges prædictæ ciuiles decernentes vt talis inuentor totum reſtituat domino agri, videntur pœnales, & punire audaciam, & temeritatem eius, qui ſine licentia domini voluit laborare, & exercere ſuam induſtriam in agro alieno, & ita non obligare ante iudicis ſnīam. Quam ſnīam probabilem putant, in eamq. inclinant Micha. Salon, vbi ſup. Mercatus lib. de contract. c. 15. quem citat, & ſequitur Ludou. Lopez in inſtru. conſ. par. 2. c. 2. & Domin. Bannes 2. 2. q. 66. art. 5. ſed verior eſt Caietani & aliorum ſnīa, totum eſſe dñi loci iuxta præſcriptum iuris ciuilis, quia hic perinde ſe habet, ac qui ſeminat in agro alieno, certum eſt aūt ſi Petrus ſeminet in agro Pauli ſine eius licentia, omnes fructus deductis laborib. & expenſis eſſe Pauli. Vnde ante iudicis ſententiā tam in inuentore ex induſtria, quam caſu obſeruandę ſunt, & reſtituendus theſaurus eo modo, quo dictum eſt. Ideo autem ſtatuit lex, vt caſu inuentus eſt theſaurus in loco alieno, media ſit inuētoris, & altera medietas domini loci, vt hac ratione quies, pax, & tranquillitas inter vtroſque obſeruaretur. Poterat namq. inter eos oriri diſcordia; inuentore allegante pro ſe felicem ſucceſſum & ius inuentionis, cui ius naturæ, & gentiū maxime fauere videtur: Econtra vero dominus agri pro ſe allegare potuit dominiū agri & ius ciuile, quod omnia, quę in fundo ſunt, tribuit domino ipſius. Ad has igitur lites, & controuerſias tollendas, ſtatuit lex, & optime, vt theſaurus ille æqualiter inter ipſos diuideretur, ac proinde ad reſtitutionem dimidii tenetur ante omnem iudicis ſententiam.

10 *Obſeruandum* autem eſt, quę in hac propoſitione hactenus dicta ſunt, intelligi ſolū de theſauro proprie dicto. Duplex enim ab authoribus theſaurus eſſe dicitur, quidam proprie dicitur theſaurus, qui eſt vetus depoſitio pecunię, cuius non extat memoria, ita vt iam dominū non habeat, vt ſupra dictum eſt, vbi nomine pecuniæ veniūt etiam ea quæ pecunia æſtimantur. Alius vero eſt improprie dictus theſaurus, vt ex dictis legibus colligitur, & eſt depoſitio pecuniæ, vel diuitiarū in aliquo certo loco

vel

el lucri faciendi gratia, vel metus, vel honoris, vel
lia de cauſa. Quæ depoſitio ex circunſtantijs, vel
liqua alia probabili ratione appareat, a quo facta
t; Et qui huiuſmodi theſaurum inuenit, non ac-
uirit ſibi illius dominium, ſed reſtituere tenetur
ptum aut domino, qui illum ibi depoſuit, aut hæ-
edibus, & ſucceſſorib. illius. Ratio eſt manifeſta,
uia vere theſaurus iſte nõ habetur pro derelicto,
ed habet verum dominum, ſcilicet, aut dominum,
ui illum eo in loco ex cauſa depoſuit, aut hæredes,
x ſucceſſores eius; trãſijt enim cum iure hæredi-
atis ad hæredes ſuos. Vnde lex ciuilis, vt habetur
n d.l. Nunquam. ait. *Si quis pecuniam ſuam, uel bona*
eponat lucri cauſa, metus, uel cuſtodiæ, non eſt theſau-
us eius, qui inuenit, ſed eius qui depoſuit, ita ut ſi acci-
iatur, furtum fiat. Pro cuius intelligentia

Notandum eſt, moris fuiſſe olim apud gentes nõ
olum Barbaras, ſed etiam alias, vt in ſepulchris ſi-
nul cum cadaueribus mortuorum multas pretio-
as diuitias conderent, vel ad oſtentationem, & ho-
orem ſuorum, vel tanquam in loco tutiori, quan-
oquidem locus ſepulturæ ſemper fuit apud om-
es gentes intactus, & inuiolatus ratione religio-
is, vel deniq; ad Reipublicæ defenſionem, vt ſi
uãdo Reſpublica theſauris illis indigeret, poſſet
llis vti. Cuius etiam conſuetudinis mentio eſſe vi-
etur in ſacris literis, Iob 3. vbi dicitur, *Quaſi effo-*
dientes theſaurum, delectanturque uehementer, cum in-
uenerint ſepulchrum. Huius exẽplum etiã eſt apud
Ioſephum lib. 7. Antiq. cap. vlt. vbi refert Salomo-
nẽ edificaſſe patri Dauid magnificum ſepulchrum,
ibique plurimas diuitias recondidiſſe, quibus po-
ſtea Iudæi oppreſſi ab Antiocho vſi ſunt, atq; fuiſ-
ſe ibi tantã copiam, vt Hircanus ſummus ſacerdos
poſt mille & trecentos annos volens euadere obſi-
dionem, nec habens aliunde pecuniã aperto & re-
ſerrato ſepulchro Dauidis, extraxit inde trecenta
talenta auri, quorum vna parte data Antiocho, ceſ-
ſauit obſidio, alia vero ſubuenit populo. Additque
Ioſephus poſt multum tẽpus Herodẽ aperuiſſe a-
lium locum eiuſdẽ ſepulchri Dauidis, magnãque
inde copiã pecuniæ quoq; extraxiſſe. Sic etiam In-
di vt ferunt, habent ſepulchra ſuorum plena auro,
emmis, & diuitijs.

Hinc inferũt aliqui, quod Hiſpani, qui apud In-
dos occidentales extraxerunt theſauros de ſepul-
chris, tenenẽt ad raſtitutionẽ eorum. Quia ſcilicet,
erant aut filiorum, aut Reipub. ſicut ſi quis iã vio-
laret ſepulchrum apud nos, in quo ſepeliũtur Re-
ges, Pontifices, aut ſacerdotes cum veſtib. aut va-
ſis aureis, non ſolum peccaret mortaliter, ſed etiã
ad reſtitutionẽ eorum tenetur, aut ſucceſſorib. aut
eccleſiæ. Sic expreſſe putat Mich. Salon 2.2. quæſt.
66. art. 5. Rectius tamen & moderatius docet Do-
minicus Bannes ibidẽ, hoc non eſſe vniuerſaliter
verum, ſcilicet, quando conſtaret diuitias illas cau
a ſuperſtitionis ibi fuiſſe depoſitas, tunc enim non
tenetur, qui illas inuenerunt, illas reſtituere. Ra-
io eſt, quia tunc ob nullam veram cauſam, aut iu-
um vſum ibi repoſitæ cenſentur, nulluſq; tunc
ſus Reipub. aut hæredib. eorum redundare debet,
nde haberi debẽt pro derelictis. & tales fuiſſe the-
uros apud Indos in ſepulchris depoſitos credibile
ſt, aut enim ſacrificabãtur Idolis, & falſæ religio-
i, aut putabant illa bona ſecum deferre mortuos in ſuos vſus, vt referunt, qui inde aduenerunt, ſecus autẽ de rebus in ſepulchris chriſtianorum reconditis, & repertis, vt conſtat. His ita in vniuerſum expoſitis, dubia quædam ſoluenda ſunt.

13 PRIMVM DVBIVM eſt, An qui ex voluntate dñi theſaurũ inuenit in agro alterius, illum ſibi, aut domino acquirat? Nauar. in Man. c. 17. nu. 172. verſ. Sexageſimoquarto. abſolute docet, theſaurum ex induſtria quæſitũ in agro alieno, ex facultate domini agri, eſſe totũ inuentoris; & citat pro ſe Syluestrum in Roſa auream in cõmuni Virginũ Euãgelio 1. caſu 39. qui tamen non ita abſolute loquitur, ſed eo modo, quo infra dicam.

Reſpondeo igitur, quod ſi dominus faciat quærenti facultatẽ, ignorans ibi eſſe theſaurũ, qui tamẽ licentiam petit, ſcit ibi latere theſarum, in hoc caſu inuentus theſaurus totus erit dñi agri. Ratio eſt, quia facultas illa non fuit ſufficienter voluntaria ex parte concedentis propter ignorantiã illius exiſtente illa ſcientia ex parte quærentis, & petentis licentiã. Vñ non fuit ſufficiens ad tranferendũ dñiũ.

Sin autem ſciens ibi eſſe theſaurũ, facultatem faciat quærendi illum, ita vt ſit inuentoris, ſine dubio ſit inuentoris, quia libere cedit ſuũ ius. Itẽ ſi ſine vlla ſcientia, quod theſaurus ibi lateret, peteret veniam a dño agri, & obtineat facultatẽ totus efficitur inuentoris. Item ſi credens, aut ẽt compertum habens theſaurũ immemorialem latitare in fundo alicuius, & hoc poſſeſſionis domino expoſitis coniecturis renuntiat, dominuſq; id quaſi delirium reputans, nihil curet, ſed facultatem ei quærendi concedat, totus efficitur inuentoris, quia tunc inuẽtor, neq; vt fur, neque vt inuaſor alieni per leges reputatur. Sic Sylueſter vbi ſupra, & in verb. inuentum. q. 3. verſ. Tertiũ. Petrus de Arragon. 2.2. q. 66. art. 5. Barthol. Medin. lib. 1. inſtruct. conſc. c. 14. §. 33. verſic. Quartum caput. in regula quinta. Ludo. Lopez par. 2. inſtruct. conſcie. c. 2. Ludouicus Molina de iuſtitia, p. 1. tract. 2. diſp. 56. citatque etiam Anton. Gomez. ad legem 45. Tauri. nu. 51. & Emanuel Sa. in Aphoriſm. in verb. Theſaurus. Quod vero Bartol. in l. ſi is. ff. de acquiren rerum dominio. dicat in agro alieno non poſſe inquiri theſaurum ẽt domino vnlente, abſq. omni probabilitate & fundamento aſſeritur, niſi forte intelligere, hoc velit, quando voluntas illa procedit ex ignorantia theſauri ibi latentis, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra.

14 SECVNDVM Dubium eſt, An qui inuenit theſaurum in loco ſacro, aut in eccleſia, illum ſibi acquirat? Rõ difficultatis eſt, quia in l. 3. §. ſi in locis, ff. de iure fiſci. Caliſtratus expreſſe docet, theſaurũ inuentum in loco religioſo pro parte dimidia cedere fiſco. Ecõtra vero Iuſtinianus. §. Theſauros. Inſtitu. de rerum diuiſione. ait theſaurum fortuito inuentum in loco religioſo totum inuentoris eſſe. Et hanc ſententiam Iuſtiniani ſequitur Gloſſa in ca. Si quid inueniſti. 14. q. 5. atque adeo ius iſtud ſecundum tanquam recentius correxit primũ illud, quod antiquius erat. fundamentum eſſe dr, quia ſecundũ iura ciuilia, loca ſacra nullius eſſe cenſentur, ſed tanquam publica habenda, ex Angelo Aretin. in d. §. theſauros. Cyno, & Baldo in l. item lapilli. ff. de rer. diuiſione. Ergo ſicut theſaurus inuentus in loco publico, qui nullius eſt, totus efficitur inuentoris, nec pars aliqua eius cedit fiſco; ca

de in ratione inuentus in loco ſacro, vel religioſo, quæ quidem loca publica ſunt, nulliuſque in bonis eſſe cenſentur, totus fiet inuenientis.

Communis tamen & verior ſententia eſt, quod ſi data opera ſine voluntate, aut cum voluntate domini ignorantis inueniat, totus efficitur eccleſiæ, ſeu prælati illius loci, tanquã dñi, ſeu diſpenſatoris loci; Sin autem caſu inuentus fuerit, medietas erit inuentoris, & altera eccleſiæ, ſeu prælati loci. Sũt enim hodie eccleſiæ, aut loca ſacra prælatorum: Vnde idem ius ſeruandũ eſt quoad res inuentas in locis ſacris, quod ſeruandũ eſſe diximus de inuentis in locis non religioſis dominorũ priuatorum, & laicorum. Sic Angel. verb. inuentũ. §. 1. Syluest. eodē. quæſt. 3. verſ. Quartum. Tabiena verb. reſtitutio. verſi. 27. Angel. Aretin. in d. §. theſauros. quem refert, & ſequitur Couar. in reg. pecca. par. 3. nu. 1. de reg. iur. in 6. Nau. in Man. cap. 17. nu. 175. verſi. Sequitur ſecundo. Mich. Salon 2. 2. q. 66. art. 5. & Ludou. Molina. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 56. citans ad hoc Ant. Gomez ad l. 45. Tauri. num. 52. Vnde quod Nauar. vbi ſupra ſub diſiunctione dicit, diuidendũ eſſe cum fiſco, aut ciuitate, aut prælato, accõmodate intelligendum eſt, ſi eccleſia talis eſſet ſub dominio fiſci, vel ciuitatis, vel prælati titulo peculiari, alias ſeruandum eſt, quod diximus.

15 TERTIVM DVBIVM eſt, Quid dicendũ ſit, quando is, qui inuenit theſaurum, acceperit agrũ, aut domum in pignus, aut maritus in dotem?

Reſpondeo, Quotieſcunque is, qui inuenit theſaurum, neque vtile, neque directũ dominium in loco illo habet, tunc mediũ erit inuentoris, & altera medietas domini loci. Vnde creditor in agro vel domo loco pignoris accepta theſaurum inueniens, ſeruare debet domino agri, aut domus ſuum ius ſicut dictum eſt de eo, qui inuenit theſaurũ in agro alieno, vt verbi gratia, ſi caſu illũ reperiat, dimidiũ erit inuentoris, & dimidium dari debet domino agri, aut domus; quod ſi de induſtria illũ quærat, & inueniat, totus debetur domino agri, ſic habetur in l. ſi is qui, ff. de acquiren. rer. dominio. Et idem dicendum eſt de locatore agri, aut domus ad modicũ tempus, immo & ad longũ tempus, nempe ad vitam, vel ad vitas, vel ad decem annos, quæ omnia longi tēporis ſpatium conſtituũt. Nullus enim horũ eſt dominus, vt dicitur in l. 2. ff. ſi ag. vect. vel emphyt. pet. & ſic dimidiũ, aut totum dare tenetur domino loci, eo modo quo dictũ eſt. Sic etiam ſi maritus, qui in terra dotali vxoris theſaurum inuenit, diuidere eum debet cũ vxore. Atque adeo qui inuenit theſaurũ in fundo dotali, quoad portionē illam, quæ domino fundi debetur, quamuis conſtãte matrimonio pertineat ad maritum, quoad vſum, diſſoluto tamen matrimonio, aut facto diuortio pertinet integre ad vxorē vt habetur expreſſe l. diuortio, § ſi fundum, ff. ſoluto matri. Ratio ibi redditur, quia theſaurus non computatur inter fructus agri. Et licet fundus dotalis cõſtante matrimonio ſit viri quoad vſumfructum, ſimpliciter tamen etiã conſtante matrimonio eſt vxoris. Vnde ſi maritus ipſe theſaurum inueniat, medium dabit vxori, & alteram medietatē ſibi reſeruabit; ſin vero alter inueniat, dimidiũ erit inuentoris, prout dictum eſt ſupra, ſi caſu inuenerit, altera verò medietas danda erit marito, qui eam tenebit in vita vxoris, ſed ſoluto matrimonio reſtituere tenetur. Sic omnes communiter, quos infra referemus dubio ſequenti.

16 QVARTVM DVBIVM eſt quid faciendum ſit, quando dominiũ loci, in quo inuentus eſt theſaurus, ſit diuiſum, vt quando vnus tenet dominium vtile, alter vero dominiũ directum. v.g. quando theſaurus inuenitur in prædio feudali, aut emphyteutico, an portio illa, quæ debetur domino fundi, vt diximus, pertineat ad proprietariũ, & habentē dominium directũ, an vero ad habētem dominium vtile, id eſt, ad feudatariũ, aut emphyteutam? Quã quæſtionem licet imperfecte tractant Angel. Aret. in §. theſauros. Inſtit. de rerum diuiſione. Angel. ſum. verb. inuenta. §. 1. Syluest. eod. quæſt. 3. verſ. Quintum. Petr. de Arragon. 2. 2. quæſt. 66. art. 5. & Michael Salon ibid. Nauar. in Man. ca. 17. nu. 17 Ludou. Lopez par. 2. inſtruc. conſc. cap. 2. Emanuel Sa. in Aphoriſmis. verb. theſaurus. & Ludou. Molina. de iuſtitia. to. 1. tract. 2. diſp. 56. citans Aluarum Valaſcum. de iure emphyt. par. 1. quæſt. 15. nu. 1 & Molinã de primog. lib. 1. cap. 23. ego tamen vt ſingulos caſus diſtincte explicem in hac re op. [illegible] diſtinctione cenſeo. Vel enim primo inuentor theſauri in tali loco eſt extraneus, & tunc prout dictum eſt ſupra, inuentor caſu illũ inueniens, iure inuentionis dimidiũ ſibi acquirit, reliquum vero diuidendum erit inter proprietariũ, & feudatarium ſeu inter proprietarium, & emphyteutã, ſicut etiam inter eos diuiſum eſt dominiũ prædij. Si vero ex induſtria & debita opera inuenit, totũ diuidendum erit inter vtrumque, hoc eſt, inter habentē dominium vtile, & dominium directũ, eo modo quo diximus. At verò ſi vnus in cõmuni agro cũ altero, vt emphyteuta in communi agro ſibi cum proprietario, aut econtra, proprietarius in cõi agro cum emphyteuta, theſaurum inuenit, tunc quicquid Angel. Sylueſt. Arragon. & Valaſcus velint, æqualiter inter vtrumque dominum diuidendũ eſſe, Verius tamen eſt, quod docet Ludo. Molina, ſemper medietatem theſauri inuenti pertinere ad inuentorē, iure inuentionis, perinde ac ſi extraneus aliquis eundem theſaurum in eodem agro inueniſſet: Eſt tamen differentia inter inuentorē extraneũ, & inter proprietarium vel emphyteutam, aut feudatariũ inuentorē, quod hi de induſtria quærere poſſunt theſaurũ in ſuo agro, & ex illo ita inuento vſurpare ſibi dimidium, extraneus vero non item. Altera vero medietas, quæ iuxta iuris diſpoſitionem domino agri debetur diuidenda erit inter vtrumque ſcilicet, inter emphyteutam & proprietariũ, ſeu proprietarium, & feudatarium, ſicut dominium inter vtrumque diuiſum eſt. Hoc enim æquitati naturali magis conſonum eſſe videtur.

Et certe quamuis nullum ſit ius, vnde hoc certo ſtatuendum ſit, colligitur tamen a ſimili, ex l. ſi is qui, ff. de acquiren. rer. dominio. vbi ſemper diuidendum eſſe traditur, quod ex theſauro inuentori cedit, ab eo quod cedit domino agri. Eaq; ratione ibi definitur, ſi quod ſeruus, qui a tribus, aut quatuor poſſidet, caſu theſaurũ inueniat in fundo alieno, dimidiũ illius ſit domini fundi, & alterum dimidium inter dominos ſerui diuidatur, in ea proportione, in qua vnuſquiſque dominium illius habuerit. Ergo a ſimili dicendum erit in caſu propoſito

7 QVINTVM DVBIVM eſt, cui applicandum ſit dominium theſauri inuenti arte magica,aut aliis diuinationibus,& modis illicitis?

Reſpondent cōmuniter authores, quod theſaurus ſic inuentus pertinet ad fiſcum,vel Regem,ſiue in proprio,ſiue in alieno agro reperiatur. Sic Nau. in Man.c.17.nu.175.verſ. Sexageſimoquarto. Couar.in reg.peccatum.par.3.§.2.nu.2. de reg.iur.in 6.Michael Salon 2.2.q.66.art.5. Pet.de Arragon. ibid.Ludo. Lopez par.2.inſtruct. conſcient. c.2.& Ludo.Molina.de iuſt.to.1. tract.2.diſp.56.& citat l.vnicam.C.de theſaur.lib.10.& l.nemo.C.de Maleſ.& Mathem. At certe in l.nemo;nihil de hac re habetur.& in l.vnica.Imperator ſolum dicit,ſe dare facultatem vnicuique in proprio agro quærendi theſaurum,ſed non malis,inquit,& puniendis actibus: non tamen addit, ſi talibus quæratur, non acquiſiturum dominium: vnde videtur, non obſtante lege iſta,dominium acquirere:quia nullum inuenio ius poſitiuū, quod talem impediat acquiſitionem,quāuis prohibeat illum modū quærendi, quia illicitum,non tamen vt iniuſtum; vnde in pœnam merito poterit illo priuari, donec tamen condemnetur,non tenetur reddere,vt Nauarrus vbi ſupra, cum alijs docet, eo quod lex pœnalis non obliget niſi adueniente iudicis condemnatione.

18 SEXTVM DVBIVM eſt, an Princeps contra hoc ius ciuile,de quo in concluſione diximus, ſtatuere poſſit,vt vbicunq. inueniatur theſaurus, etiā in proprio agro, aut totus, aut certa pars eius ſibi reddatur? Palud.in 4.diſt.15.q.2.art.2.concl.5.& Clarius q.3.art.1.concl.1. eumq. ſecutus S. Anton. par.2.tit.1.c.15.§.2.affirmant, theſaurum de conſuetudine,vbicunq. reperiatur eſſe Principis. Hāc tamen conſuetudinem Sylueſter in verb.inuentū. q.3.verſ.Sextum.condemnat,dicitq; eſſe contra æquitatem naturalem, ſecundum quam, ea, quæ in nullius bonis ſunt, primo occupanti conceduntur. Idem docent Sot.lib.5.de iuſt.q.3. art.3.ad ſecundum,& Ludo.Lopez par.2.inſtr. conſcien.c.2. & Coſmus Philiar.de off.ſacerd.par.2.lib.6.ca.27. in fi.adduntq. talem conſuetudinem in republica bene inſtituta non eſſe introductam,vnde nec in conſcientia obligare dicunt, etiamſi alicubi per violentiam introducta eſſet; Atque adeo non poteſt princeps iuſto titulo, aut totum theſaurum ſic inuentum,aut quartam,aut quintam partem ab inuentore exigere. Ratio eorum eſt, quia theſaurus talis in nullius eſt bonis. Sed quæ in nullius ſunt bonis,tum iure naturæ,tū iure ciuili ſunt inuētoris,ſi inueniatur in proprio fundo, & ſolum medietas eſt Regis, quando inuenitur in loco Regis, aut fiſci,vt habetur in §.theſauros. Inſtit. de rer.diuiſione.lex autem ſeu conſuetudo, quæ repugnat tum iuri ciuili, tum maxime naturali iuri, non eſt lex,aut conſuetudo dicenda, ſed corruptela. Quare nec lex, nec conſuetudo in contrarium introduci iuſte poteſt. Vnde addunt in Hiſpania non eſſe talem legem,ſed ſeruari ibi ius commune ciuile, vt dictum eſt. Et ſi quis obiiciat l. regiam 7.tit.12. lib.6.ordinamentorum regalium, dicentem, quod theſauri,quocunque in loco inuenti fuerint, regi acquirantur, data quinta eorum parte ipſi inuentori, Reſpondent,loqui ſolum de theſauris peculiari iure ad Principem pertinentibus, quales ſunt illi, qui in fundo Principis inueniuntur.

Communis tamen & vera ſententia eſt poſſe Regem legem iuſtam conſtituere,qua ſtatuatur,vt theſaurus ēt in proprio loco inuentus ſit totus regis, aut data tm̄ aliqua parte inuentori. ſic Palud & S. Ant.vbi ſup.Coua:in reg. peccatum. p.3.§.2.nu.4. de reg.iu.in 6.Mich.Salon 2.2.q.66.art.5.concl.6. Dominicus Bannes, & Petrus de Arragon. ibi.fauent; etiam Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.10.punct.3. Barth.Medina.lib.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.33.verſic.caput quartum.in regu.5.in fin.& Emanuel Sa. in Aphoriſmis.verb.theſaurus, & Conrad.tract.de de contract.p.1.q.8.9.& 10. Et videtur eſſe vſus apud omnes fere nationes, theſauros in proprijs agris,aut domibus inuentos applicari regi, data inuentori aliqua parte. Qui ſane communis vſus non eſt damnandus, ſed potius vim legis habere videtur,& contraria opinio eſt improbabilis. Ratio eſſe poteſt,quia licet iure gentiū ea,quę nullius ſunt, primo occupantiū, poteſt tamen Reſpublica talia bona ſibi applicare, poſt quorum applicationem iam non erunt communia. Et eadem ratio eſt de principe,qui pro bono communi Reipublicæ theſauros communes ſibi applicare poteſt. Confirmatur hæc ratio,quia ſi ratio Sylueſtri, & Soti valeret,ſequeretur legem illam, quæ ſtatuit theſaurū caſu inuentum in agro alieno pro medietate cedere domino agri, & pro medietate inuentori, eſſe iniuſtam; ſiquidem eſt contra æquitatem naturalem,qua hęc bona primo occupanti conceduntur. Si igitur non obſtante iure naturali,& iure gentiū, quo bona,quæ nullius ſunt,fiunt occupantis primo, potuit ius ciuile iuſte ſtatuere, vt qui caſu theſaurum in agro alieno inueniret, in foro tam exteriori,quam interiori,teneretur dare medietatem domino agri; qui verò illum de induſtria non obtēta domini agri licentia inueniret,teneretur eidem totum dare,vt Sylueſter, & Sotus admittūt; Quare etiam non poterit Princeps ſtatuere, & applicare theſaurum,qui antea nullius erat,ſibi,vel fiſco, ad vtilitatem Reipublicæ,& onera eius ſuſtentanda,aut etiam prohibere inquiſitionem eius,niſi ſub tali onere, vt totus Reipub.applicetur, aut ſolum certa aliqua pars inuentori tribuatur.

Si quis pro Sylueſtro, & Soto Reſpondeat id factum fuiſſe propter pacem ciuium; Pari ratione Reſponderem ego, propter bonum publicū poſſe Regem ſibi theſauros vbicunq; repertos applicare.Confirmantur hæc omnia. Quia ſi rex iuſte legem condere poſſit, vt vnuſquiſque etiam ex proprio labore,& ſudore rebus partis, puta de tritico, ſoluat aliquod tributum in ſubſidium Reipub.Ergo a fortiori ſtatuere poteſt, vt ex inuentis ſoluat hoc tributum, in vſus & vtilitatem boni communis. Quocirca commune illud ius explicatum in concluſione ſeruandum eſt,niſi iuſta & certa conſuetudine, vel propria alicuius regni lege fuerit derogatum;etenim iura,& conſuetudines Regnorum,& prouinciarum ſeruari debent, nec facile, aut ſine fundamento improbandæ ſunt.

Ad Rationem Soti Reſpondetur, Cum dicitur iure naturæ theſaurum inuentum eſſe inuentoris, non intelligitur hoc poſitiue, quaſi ius naturæ id præcipiat,nam ius naturę fecit omnia cōia,ſed intelligi debet negatiue, hoc eſt, non fecit alterius ab inuentore. Deinde quamuis iuræ naturæ eſſet inuentoris, hoc tamen ius particulare inuentoris impedire poteſt ab alio iure naturali vniuerſaliori, ſ. quod bonum commune Reipub. præferendum eſt bono particulari inuentoris; Vnde lex ſtatui poteſt, vt theſaurus inuentus, ob bonum cōmune, ſit Regis. Tunc. n. lex poſitiua, quæ hoc determinat, funditur in iure naturali vniuerſaliori. Dari ſolet exemplũ in naturalib. Aqua enim habet naturalem inclinationem ſpecificã ad motum deorſum, & tamen ob bonũ vniuerſi aſcendit ſurſum. Neq. in iſto motu ſurſum fit aliqua violentia aquæ, quia etiam habet quodãmodo naturalem inclinationem ad illum motum, inquantũ eſt pars vniuerſi. Sic etiã homo habet naturalem inclinationem & ius naturæ ad conſeruationem, & defenſionem vitæ propriæ, & tñ iure naturali obligatur pati mortem propter bonũ cõmune, quatenus eſt pars, & membrũ Reipub. Poteſt igitur ius ciuile per priuatas Regnorũ leges iuxta bonum ipſorum variari, maxime in Regnis, quæ non ſubijciuntur ditioni Romanæ, & legibus Imperatorum, vt quotidie fieri videmus.

19 SEPTIMVM Dubium eſt, An qui emit agrum, in quo eſt theſaurus, acquirat ſibi theſauri dñium? Et vt caſus ſit euidentior, ponatur caſus in quo aliquis ſuffodiens in terra alterius reperit ibi theſaurum immemorialem, an poſſit illum rurſus cooperire, & adire dñum fundi, & cum eo euentus ignaro, nihil ei reuelando, de pretio tñ fundi conuenire ac fundum ſibi comparare, ita vt totius theſauri emptor dñs fiat. In hac re certũ *eſt Primo*, Si quis bona fide emiſſet agrum nihil ſciens de theſauro, & poſtea inueniret illum, nihil teneret dari priori dño, & colligitur ex l. a tutore, iuncta gloſſa. ff. de rei vendicat. vbi habetur, qđ pecunia inuenta per modum theſauri, cedit emptori. Rõ eſt, quia iã locus iſte eſt emptoris, & ante venditionem dñs loci nullum habuit ius circa illum theſaurum. Nõ eſt n. dñs agri, dominus theſauri, qui in eo latet, qñ quidem neq; eſt pars agri, neque fructus illius, cum vt diximus, theſaurus antequã inuenitur, careat domino, ac proinde ſtando in ſolo naturali ac gentiũ iure, eſt primo occupantis. Solum igitur ante venditionem habuit ius, vt non poſſit inquiri theſaurus in eo loco ſine ipſius voluntate, quod ius tranſtulit vendendo agrũ. Idemq. ius eſt de eo, qui in ędibus, quas emit, vetuſtũ, & longi ac immemorialis tẽporis theſaurum repererit. Certũ eſt *Secundo*, quod ſi in muro, vel pariete domus, aut fundi quis inueniat theſaurũ depoſitum a priori dño, aut alio antiquiori, cuius prior dominus ſit ſucceſſor, vel talis probabiliter credatur, quẽ ibi per obliuionẽ reliquit, tenetur reſtituere illi, aut ſuis hæredib. Ratio eſt quia talis pecunia, aut res, nõ eſt proprie theſaurus, ſed improprie, vt diximus ſupra, & ĩ bonis alterius.

Tertio in caſu propoſito, quidã affirmant ementem agrum, aut domum, in qua ſcit latere theſaurum, totũ ſibi acquirere, nec teneri aliquid venditori reſtituere, Sic S. Tho. 2. 2. q. 76, art. 5. ad ſecundũ. Sylueſt, verb. inuentum, q. 4. Nau, in Man. c. 17. nu. 175. verſ. ſequitur tertio. Dominicus Bannes 2, 2. q. 66. art, 5. Pet, de Arragon. & Michael Salon ibid, concl, 5. Barth. Medi. lib. 1. inſtruct. confeſ. ca. 14. §. 33. verſ, caput quartũ. in regula quinta Ludo. Lopez par, 2, inſtruc, conſc. ca. 2. Ludou. Molin. de iuſtit, to, 1. tract. 2. diſpu. 56. & Emanuel Sa. in Aphoriſmis verb. theſaurus.

Alij vero docent teneri reddere medietatẽ dño priori agri. Sic Ludo. de Rom. conſuluit, & ait prȩualuiſſe ſuum conſiliũ in Curia. Angel. verb. emptio. nu. 24. Tabiena. verb. reſtitut. verſ. 27. in fi. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 3. ar. 3. & alij quidam recentiores. Ego priorem opinionẽ veram eſſe puto, quando emens agrum ſciebat ibi latere theſaurũ, non tamen illum adhuc quæſiuit, etiamſi emerit eo fine quia ſciebat ibi latere theſaurum. Ratio eſt, quia cũ emat agrum iuſto pretio, nullã facit venditori iniuriam, emptor. n. non tenetur reuelare venditori, quod ibi latet theſaurus, poteſt. n. vnuſquiſque vti ſua ſcientia ad acquirendã, ſibi rem, quæ ad alterum nullo modo pertinet: Quod vero theſaurus ibi latens non pertineat ad venditorem, qui ignorat ibi latere, conſtat eo q theſaurus, anteq̃ inueniatur careat domino, & fit iure naturali, & gentium primo occupantis. Neq. aliquã iniuriã patitur venditor, aut inuoluntariũ, quia libere vendit agrum, & iuſto pretio, quia non pertinet ad ſubſtantiã rei venditæ theſaurus abſconditus, neq. venditur ager ſm ea, quæ accidẽtaliter ibi abſcõdita ſunt, ſed tñ ſm ſuperficiẽ eã partem terræ, quæ valet ad ferendos fructus; Vnde cũ emerit agrum iuſto pretio, & abſq. vlla iniuria venditoris, reperiens theſaurum, quẽ antea ibi latere cognouit, ſicut dominus eſt ĩ agri empti, ita ẽt & totius theſauri ibi reperti: ſicut ſi bona fide emiſſet agrũ ignorans theſaurũ ibi latẽtem, & illũ poſtea inueniens, ſm oẽs nihil tenetur reſtituere venditori. Ergo neq. ſciens ibi latere theſaurũ, & eo fine emens aliquid reſtituere venditori tenebitur. Cũ ſcientia ſibi præiudicare non debeat. Econtra vero ſecundã opinionem verã eſſe puto, ſi ante emptionem inquiſiuiſſet, & inueniſſet, & occultaſſet theſaurũ, vt poſſet emere agrũ, & theſaurũ: tũc. n. q̃uis id fortaſſis facere poſſet iure gentiũ, quo mõ procedit parabola Saluatoris Matth. 13. de emente agrum, in quo erat theſaurus abſconditus, iuxta tñ iura ciuilia vr̃ iniuſtum, quia iam vere theſaurus eſt inquiſitus, & inuentus tempore, quo dominiũ agri erat alterius, vnde ſm ius ciuile hoc ipſo acquiſitum erat ius aliquod domino agri, & proinde medietatem illi tribuere tenebitur iuxta ea, quę dicta ſunt ſupra; Quo modo authorum opiniones non incommode inter ſe conciliari poſſe, cenſeo. Et de huiuſmodi theſaurorum inuentione & dominio illorum hactenus dictum ſit.

20 Tertia propoſitio. Quæ res proximo tempore ſub alterius dominio fuerunt, ſi tamen vere nullius ſint, etiam fiunt primo occupantis, niſi iure priuato alicuius regni aliud ſtatutum ſit.

Ratio eſt, quia iure gentium eadem eſt ratio de his bonis, ac de aliis ſupra tractatis. Si enim iam res iſtæ vere nullius ſint, parum refert, quod paulo antea alicuius fuerunt. Ius etiam commune nihil in hoc ſpeciale cõſtituit, vt patet ex §. Hoc amplius Inſti. de rerum diuiſione. vltima vero pars propoſitionis patet ex dictis, nam in his etiam, ſicut in aliis iuſtæ leges, & conſuetudines obligant.

Illud ſolum in hac concluſione explicandum reſtat, quando res, quæ antea alicuius erant, cenſeantur ab alio prorſus derelicta, & loquendo de inanimatis in hoc loco, (nã de animatis cõmodior agendi di locus erit in materia de reſtitutione in particulari) cum inanimatæ res non poſſint per ſe fugere, ideo in eis hæc regula aſſignari poteſt, quod tūc ſcilicet, cenſeatur quis abdicare dominium earum, quando eo animo a domino proijciuntur, vel dimittuntur, vt patet ex dicto §. amplius. Inſti. de rerum diuiſione, & l. qua ratione. §. item ſi quis. ff. de acq. rerum dominio. & ff. pro derelict. per totum. Ille autem dominus cenſendus eſt rem dimittere, qui id verbis, actu aliquo, aut modo, & conſuetudine oſtendit, vt quando in ſolemnitate aliqua proijciuntur; quando autem certo non conſtat, rem aliquam eſſe ab eo derelictam, eſſe tunc illius, cuius antea fuit, coniecturis vtendum eſt; ſi namque facile poteſt eam recuperare, & tacet, ac negligit, veriſimile eſt eam dereliquiſſe, & contemnere. Quando vero res eſt dubia, ſemper in fauorem prioris domini eſt declinandum. Regulariter autem, quæ vi tempeſtatis iactantur, aut ex naufragio accipiuntur non ſunt habenda pro derelictis, vt conſtat ex §. vl. Inſtitu. de rerum diuiſione. l. falſus. §. ſi iactam, ff. de furtis. l. 2. §. vlt. & l. qui leuandæ, ff. ad legem Rhodiam. l. interdum. §. primo. ff. de acqui. poſſ. l. qua ratione. §. vl. ff. de acq. rer. dom. & l. Nauigia, ff. de furtis, vnde Gab. in quarto diſt. 15. q. 3. ar. 3. dub. 6. & 7. & Caieta. verb. excommunicatio. c. 23. num. 60. Nau. in Man. c. 27. Couar. in reg. peccatum p. 3. §. 1. num. 5. de reg. iu. in 6. Rebuff. in procœmio. ad leges Regias Glo. 5. nu. 74. Michael Salon 2. 2. q. 66. art. 5. controuerſ. 1. in fi. Lud. Moli. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 55. & alij inferunt bona proiecta, uel amiſſa in mari tempore naufragij non eſſe derelicta, ſed ſub dñio priorum dñorum manere, & ideo leges, quæ has res cum ad litus applicuerint, alijs quā priorib. dominis tribuunt, iniuſtas eſſe dicunt, cum addant afflictionem afflicto: niſi quando poſt ſufficientem diligentiam priores domini inueniri non poſſunt; & contra eos, qui hæc bona non reſtituunt, fertur excommunicatio ex decreto Concilij Lateranēſis, vt habetur in cap. excommunicationi. de raptoribus, & iam eſt in Bulla Cœnæ Domini. de qua late to. 1. Theſ. lib. 3. c. 8. diximus.

Et quę dicta ſunt de bonis naufragantium, quod non ſint habenda pro derelictis, ſed proprijs dominis reſtituenda, ſeruanda etiam ſunt in bonis, quæ proijciuntur, & accipiuntur, quando accidit aliquod incendium. Sic etiam de lignis, & alijs ſimilibus rebus, quæ per flumina huc, & illuc in inūdationibus proijciuntur, & inueniuntur in littoribus eiuſdem fluminis, vel maris, dicendum eſt, pro lignorum, vel trabium qualitate. In quibus omnibus requiritur prudentia ut ſciatur, quandonam pro derelictis habenda ſint, nec ne, habita ratione qualitatis, & quantitatis rei, an ſcilicet ſint res parui pretij, uel magni, habita etiam conſideratione diſtantiæ dominorum, an ſcilicet, dominus inde multum diſtet, & proinde an cenſendus ſit ea pro derelictis habuiſſe. Si enim talia ſint, vt iudicandum ſit eſſe domini uoluntatem, ut ſibi reſeruentur, reſtitui debent, tenetur tamen dominus ſoluere laborem, & induſtriam in illis conſeruandis adhibitam.

Poterit autem qui ea in ſuo prædio inuenerit, iudicio agere, & petere, ut lignorum domino tempus conſtituatur, in quo uel ea inde auferat, uel habeat pro derelictis, quo tranſacto tempore, ſi domino loci adiudicentur, tuta conſcientia eorum dominium acquirit, ex Gab. in 4. diſt. 15. q. 3. arti. 3. dub. 6. & 7. Nau. in Man. c. 17. nu. 176. ver. 65. Lud. Lopez p. 2. inſtruct. conſcien. c. 2. Micha. Salono 2. 2. q. 66. ar. 5. controuerſ. 1. in fi. Lud. Mol. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 55. & alijs.

De Translatione Dominiorum ab vno ad alium ex propria poſſidentis voluntate, & quomodo fieri id poſſit. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Translatio Dominij ex communi Doctorum conſenſu quomodo deſinatur.*

2 *An poſſit vnuſquiſq; iure naturali rei ſuæ dominiū propria voluntate in alium transferre.*

3 *In extrema neceſſitate accipiens alienum fit Dominus etiam Domino nolente, & quando occulte ſurripere liceat, ita vt transferatur dominium.*

4 *An ſola voluntas interior donandi, qua quis apud ſe certo ſtatuit aliquid dare, ſatis ſit ad transferendū dominium.*

5 *Sententia negatiua verior, & communior contra Ledeſm. & alios.*

6 *Si Deus voluntatem, qua vult efficaciter donare, alteri oſtenderet, an tranſeat eius dominium, & alter fiat eiuſdem dominus.*

7 *Soluuntur argumenta ſententiæ affirmatiuæ, ſup. nu. 4.*

8 *An præter conſenſum voluntatis exterius ſignis aut verbis expreſſum neceſſaria ſit traditio ad transferendum aut ad acquirendum rei dominium.*

9 *Quatuor caſus enumerantur, in quibus transfertur dominium ſine traditione, qui caſus in iure excipiuntur.*

10 *An voluntas, & traditio ſufficiat ad translationem dominij.*

11 *An lex poſſit voluntatem Domini cohibere, ne in alium transferat dominium, & impediat, ne alius acceptās acquirat dominium rei.*

12 *Donatio pupillorum nulla, & irrita ante certum tempus, quo iudicio valeat, aliaque neceſſaria iuſte lege cauentur.*

Qui iudici confert aliquid, vt iniuſte ſententiam ferat, aut aſſaſſino vt hominem occidat, dominium rei non transfert. ibid.

13 *Leges prædictæ iuri, & æquitati naturali maxime conformes.*

14 *An ex ſolo iure naturæ impediatur alicuius rei proprie trāslatio dominij ita, vt vēdere, aut donare nō poſſit.*

CVm de acquiſitione dominij rerum, quæ nullius antea fuerunt, dictum hactenus ſit, explicandū reſtat aliud membrum, ſ. acquiſitio dominij per translationem legitimam dominij ex vno in alium; vt. n. diximus, translatio hæc ſupponit rem antea fuiſſe, & modo etiam eſſe ſub alterius dominio. Definitur autem ex communi conſenſu Doctorum, in hunc modū. *Translatio dominij eſt tranſmiſſio ſeu tranſmutatio rei ab eo, qui prius eam legitime poſſidebat, in alterum, qui*

illius

1 *illius incipit eſſe dominus legitimus.* Sic Sotus li.4.de iuſt.q.5.ar.1. Dominicus Bannes in præambulo, de dominio, q.5. Mich. Salon in eodem tracta. q.5. & Greg. de Valen. tom.3. diſp.5. q.10. punct.3. & alij. Quo fit, vt niſi hæc translatio modo debito, & legitime fiat, fit iniuria vero domino rei, & remanet vinculum reſtitutionis.

Cum autem bona omnia tribus ſubijciantur, Deo ſcilicet, tanquam ſupremo omnium domino; Secundo priuatis dominis, & poſſeſſoribus legitimis; Tertio denique Reipublicæ, quatenus exigit bonum publicum; ideo tribus modis fieri poteſt translatio dominiorum; Primo Diuina voluntate, quæ explicatur nobis, aut iure diuino naturali per dictamen rectæ rationis naturalis (reuelat namque nobis Deus quædam, vt author eſt naturæ) aut iure diuino poſitiuo, & reuelatione, in qua exprimit nobis manifeſte ſuam voluntatem. Et de hoc modo non poteſt eſſe dubium: Cum enim ſit dominus omnium, poteſt pro ſuo beneplacito dominia transferre, & ita tranſtulit Deus regnum a Chananæis, & illud filijs Iſrael tradidit, & etiam regnum Iſrael tranſtulit a Saule in Dauidem.

Solum annotandum eſt, quoad hunc modum, quod ſi non conſtet talis expreſſa Dei reuelatio, nunquam cenſendum eſt dominium, ab vno in alium hoc modo transferri, vt recte Dominicus Bannes vbi ſupra annotauit. *Secundo,* libera voluntate transferentis legitime. *Tertio,* per legem a Republica conſtitutam, vel per ſententiam iudicis, inuitis etiam, & repugnantibus proprijs dominis bono publico ita exigente. Omiſſo igitur priori modo, de quo non poteſt eſſe difficultas, dicemus ſolũ de duobus poſterioribus, & quidem in hoc capite de ſecundo modo, in ſequenti autem de tertio agemus. Eſt igitur

2 PRIMVM DVBIVM, An poſſit vnuſquiſque iure naturali rei ſuæ dominium propria voluntate in alium transferre?

Reſpondeo. Suppoſita rerum diuiſione, poteſt vnuſquiſque non legitime impeditus, rei ſuæ dominium pro arbitratu ſuo in alium transferre. Sic Sotus lib.4.de iuſt.q.5.ar.1.concl.1. Syluest. verb. dominium.q.3. Martin. Ledeſ.2.4.q.18.art.1.dub.5.concluſ.9. Ioſeph Angles in florib.4.ſenten.q.de dominio.arti.3.concluſ.1. Ioan. Medina. C.de reb. reſtituend.q.1.dub.3. Petr. Naua. lib.3.de reſti. cap.1.nu.18. Dominicus Bannes in præambulo de dominio.q.5. Michael Salon. tracta. de dominio. q.5. artic.1.concluſ.1. Pet. de Arragon. eod. tracta. Gregor. de Valentia. tom.3.diſp.5.q.10.punct.3. & alij communiter.

Et colligitur euidenter ex Inſtit. de rerum diuiſione. §. per traditionem. & ff. de acquir. rerum domin. l. Qua ratione. §. literæ. vbi dicitur, Nihil æquitati naturali eſſe magis conueniens, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alterum transferre, ratam haberi. Ratio eſt manifeſta, quia de ratione dominij eſt, poſſe vti re ſua pro libito in quemcunque vſum lege non prohibitum. Ergo etiam transferre poteſt dominium in alium aut donatione, aut venditione, aut alio contractu pro libito ſuo, niſi aliunde impeditus ſit, vel per legem, aut alio modo licito.

Confirmatur hoc, quia fundamentum dominij eſt liberum arbitrium, & intellectus; vt enim diximus, eo ipſo quod quis per liberum arbitrium, & rationem factus ſit ad imaginem Dei, dominiumq; accepit aliarum rerum, conſequenter naturali rationi conſentaneum eſt, vt libere poſſit dominium rerum ſuarum in alterum transferre. Vnde idem videtur eſſe, poſſe libere de rebus ſuis diſponere, & eſſe dominum. Hinc 1. Reg. 3. dicitur, *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat,* & Matth. 20. ait Dominus procuratori vineæ ſuæ, *An non licet mihi, quod volo facere?* Immo vero hoc adeo certum eſt vt ſecluſa ſuperioris auctoritate res ſub alicuius dominio exiſtens nõ transfertur in alterius dominium niſi ex prioris domini voluntate tacita, vel expreſſa. Quia nullus re ſua, & iure ſuo, eiuſque legitimo vſu priuari poteſt ſine ſua voluntate, niſi a ſuperiori, & publica poteſtate, vt patet, cum hæc ſit ratio tota iniuſtitiæ, agere contra ius alterius ipſo non ſolùm repugnante, ſed etiam non conſentiente.

3 Quod ſi quis contra obijciat, quia in extrema neceſſitate accipiens alienum fit dominus etiam domino nolente?

Reſpondeo, In tali caſu intercedit voluntas domini proprij, ſi non quæ eſt, ſaltem quæ eſſe deberet, vel ex legali iuſtitia, vt vult Caie. 2.2.q.118.ar.3. vel etiam ex commutatiua iuſtitia, vt putat Sarmentus de redditibus p. 3. ca. 4. Sed quia credo intercedere ibi ſolùm obligationem charitatis, facilius reſponderem, negando ibi transferri dominiũ, ſed vſum tantum, Si tamen res in vſu conſumitur, quia iuſte conſumitur, perit priori domino. Quod ſi extaret res poſt tranſactum neceſſitatis actum, priori domino eſſet reddenda, vt in materia de charitate explicari ſolet.

Dicet adhuc aliquis, quando non poſſum a Petro centum repetere, quæ mihi debet, poſſum occulte illa ſurripere ab illo: Sed tunc transfertur dominium ſine prioris domini voluntate. Ergo inuito domino etiam ſine ſuperioris authoritate transferri poteſt dominium? Reſpondeo hic bene procedere reſponſionem illam Caietani, ſufficere ſimilem voluntatem, quæ ex iuſtitia eſſe deberet in domino, & vìm atque efficaciam eius ſupplere legem naturæ, quę præcipit vnicuique reddi quod ſuum eſt. Addi etiam poteſt, eum qui rem illam accipit, iam fuiſſe antea quodammodo dominũ, quia habebat antea ius ad rem illam quod moraliter æquiualet dominio.

His omnibus addo neceſſarium eſſe hanc voluntatem eſſe perfecte liberam, neq; per vim, aut fraudem, neque per aliam iniuriam ab eo, cui dominium conceditur extortum, tunc enim non cenſetur voluntas vere donandi, ſed exterius tantum tradendi rem. Et quamuis concederetur intercedere talem voluntatem, non eſt tamen perfecte voluntaria, ſed inuoluntaria mixta in iniuſtitia fundata, quod reddit voluntatem inefficacem, & eum qui iniuſtitiam intulit, reddit quaſi incapacem illius effectus.

4 SECVNDVM DVBIVM eſt, An ſola voluntas interior donandi, qua quis apud ſe certo ſtatuit aliquid dare, ſatis ſit ad transferendum rei dominium, vt v.g. debet mihi pauper centum aureos, dico apud me interius, bonum eſt remittere debitum,

Illi pauperi,& ex nunc remitto. Similiter video virginem pauperem, dico apud me, bonum eſſet illi exhibere centum in dotem, & ex nunc do illi centum, vt nubat; An tenear adimplere promiſſum, & translatum ſit eo ipſo dominium, ita vt in conſciētia tenear ab illo debitore nihil accipere, & illi puellæ illa centum dare, an vero vltra requiratur actꝰ exterior? Antequam explicemus difficultatem, ſciēdum eſt duplicem eſſe poſſe promiſſionem ſeu cōtractum, vnum *mutuum*, & reciprocū, in quo vltro citroque naſcitur obligatio, & explicari ſolet, per hæc verba, do vt des, facio, vt facias, vt habetur in l. Labeo. 2. ff. de verb. ſignific. vt verbi gratia, in venditione, do hanc rem, vt mihi des tantum pretij, in locatione, do tibi vſum huius domus, vt des mihi tantum pretij: in matrimonio do tibi corpus meū, vt tu des tuum mihi, & in huiuſmodi contractibus mutuis, certum eſt non transferri dominium per ſolum actum interiorem voluntatis, ſed vltra illum requiruntur verba, aut ſigna exteriora, quibus contrahentes certi fiant de mutuo conſenſu voluntatis nec de iſtis eſt præſens difficultas. De quo tamen ſolo locuti ſunt Tho. de Argentina in materia de matrimonio. q. 1. & Iacobus Almain. in quarto diſ. 15. q. 2. quando dixerunt ſolo actu interiori non transferri dominium. Alius vero eſt contractus *nō mutuus, & ſimplex*, in quo non do, vt des, ſed ſimpliciter ſtatuo aliquid conferre, vt in donatione, & de hoc eſt dubium, An ſolus actus interior voluntatis, quo dico intra me, do Petro hoc, ſufficiens ſit ad transferendum a me dominium rei in alterum, ita vt in conſcientia tenear dare rem illam, an vero poſſim reuocare hunc actum interiorem donādi rem, quotieſcunque mihi placuerit, antequam fiat acceptatio. Et ſermo ſolùm eſt in conſcientia, vt dixi, quia certum eſt, non poſſe aliquem cogi a iudice in foro exteriori ad talis actus interioris adimpletionem, quoad vſque fuerit exterius verbis, aut ſignis explicatus.

Ratio eſt manifeſta, quia nec eccleſia, nec lex ciuilis iudicare poteſt de actibus pure internis, vt communi conſenſu tradunt Doctores: loquendo igitur de actu interno voluntatis, quo quis ſimpliciter dicit ſe dare Petro centum, Martin. Ledeſm. 2.4.q.18.ar.1.dub.13.fol.229. quamuis partem negatiuam putet eſſe probabilem: partem tamen affirmatiuam probabiliorem, & ſecuriorem eſſe docet, ſcilicet, quod donatio facta ſolo actu interiori, obligat dantem, & promittentem in conſcientia, vt ſatisfaciat; quod ſi quis illi obijciat, dicatque donationem pendere ex alterius acceptatione, ac proinde, antequam ipſe nouerit, non tenet talis donatio? Reſpondet; quod licet donatio ex alterius acceptatione dependeat, quia tamen iſte qui alteri ſola mente aliquid donat, tenetur in conſcientia id ei ſignificare, & ſi voluerit acceptare, tenebitur ei dare, ideo talis donatio interior iure naturæ obligare dicitur in conſcientia. Idem fere docet Sotus lib. 4. de iuſt. q. 5. art. 1. poſt concl. 2. vbi ait obligari iure naturæ, & in conſcientia manifeſtare alteri donationem illam.

Probat id Sotus, quia promiſſio interior facta Deo obligat in conſcientia, vt patet in voto. Ergo etiam ſolo actu interiori transferri poteſt dominium, Ledeſma autem probat, Primo quia ſicut vnuſquiſque ſua voluntate eſt dominus rei; ita etiam & ſola volūtate dominium rei a ſe abdicare poteſt. Secundo, quia obligatur quis eo ipſo quod voluntatem ſuam verbis exterius exprimat, verba autem ſigna ſunt interni conceptus, & exinde vim ſuam habent. Ergo a fortiori interna voluntas obligabit, iuxta illud, Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Tertio, quia promiſſio, & deliberatio interna firmata iuramento ſecundum omnes obligat. Ergo illa ſola erit obligatoria, quandoquidem iuramentum additum non obligat niſi virtute prioris donationis, & promiſſionis, cuius ſignum eſt, quia ſi promiſſio illa ex aliqua cauſa eſſet nulla, nec iuramentum validum erit, iuramentum enim non inducit nouam obligationem, ſed priorem confirmat.

5 Contraria, tamen verior & cōmunior opinio eſt, ſolam voluntatem internam, & promiſſionem verbis aut ſignis non manifeſtatam, non obligare in conſcientia, nec rei dominium transferre. Sic S. Th. 2.2. quæſt. 88. ar. 1. vbi hoc diſcrimen aſſignat inter promiſſionem Deo, & homini factam, quod illa, quæ fit Deo, qui intuetur cor, obliget, cum eam cōſequenter acceptare poſſit, illa vero quæ fit homini, non item, quippe qui tantum videt ea, quæ foris apparent, vnde etiam conſequenter fit, vt promiſſio, quæ obligatoria ſit, exterius alteri manifeſtetur, vt eam acceptare poſſit. Sic etiam Sot. vbi ſup. & lib. 3. q. 5. artic. 3. & lib. 7. q. 2. ar. 1. ad 1. quāuis primam putat probabilem, hanc tamen probabiliorem eſſe docet. Eamquem expreſſe docent Micha. Salon. 2.2. q. 5. de domin. art. 2. dubio 1. Petr. de Arragon, & Dominicus Bānes ibidem. q. 5. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſen. in quæſt. de voto. ar. 2. diſ. 4. Greg. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 3. Lud. Lopez p. 2. inſtruct. conſcien. c. 27. & 30. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. cap. 27. concl. 4. & alij, quos in materia de voto. lib. 1. ca. 15. dub. vlt. citauimus. Ratio deſumitur ex ipſa natura hominis; cum enim homo ex anima, & corpore conſtet, non ordinantur homines ad inuicem niſi per ſigna externa, quibus internus animorum conceptus adinuicem communicatur; vnde cum in trāslatione dominij, & contractibus humanis ordinētur homines ad inuicem, ad hoc vt contractus huiuſmodi validi ſint, neceſſum eſt, vt voluntas, & intentio ſignis, aut verbis explicetur; alioqui niſi alter exterius intelligēs alterius voluntatem, & promiſſionem acceptet, ꝗ promittitur, vel donatur, non erit modus promittendi, aut donandi, humanæ naturæ conſentaneus, neque ad dominium transferendum ſufficiens; vnde vt recte docet Salon vbi ſupra, ſi aliquis prælatus mente ſua dicat: Ex nunc concedo Petro facultatem abſoluendi, aut, Ego reuoco a Paulo facultatem abſoluendi, ſecundum omnes, per talem actum internum neque Petrus conſtituitur confeſſarius, neque Paulus amittit facultatem audiendi confeſſiones. Confirmatur hæc ratio, quia ſicut nemo ſecluſa ſuperioris authoritate priuatur dominio rei ſuæ, ita nemo niſi volens, & conſentiens fit dominus rei; ad hoc autem vt alter acceptet, & conſentiat, neceſſaria eſt actio exterior, qua alter voluntatem ſuam manifeſtet, cum dare, & accipere ſint relatiua adinuicem, vt conſtat: vnde licet quis in teſtamento inſtitutus ſit hæres, non tamen fit

dominus rei, quouſque rem legatam in teſtamento acceptet.

6 Dicit aliquis, quid ſi Deus voluntatem meam alteri oſtenderet, quia volo efficaciter, vt hæc res mea in eius tranſeat dominium, nunquid non fit rei illius dominus?

Reſpondeo, ſi ponamus voluntatem dantis non verſari circa futurum, ſed de præſenti velle efficaciter in me transferre dominium: Item me conſentire viſa per reuelationem voluntate alterius: Item nullam eſſe legem ciuilem, quæ illam voluntatem reddat inefficacem, in tali caſu non video, cur illa non ſufficeret, cum tota efficacia ſit a voluntate, & omnia externa ſint tantum neceſſaria vt ſigna, quæ ſi aliunde ſupplentur, per accidens eſſe videtur. Et quicquid ſit de huiuſmodi caſib. metaphyſicis, moraliter tamen certum eſt, neminem velle ſe priuare, dominio rei, ſola interna voluntate, & quamuis id poſſet, & vellet, hoc tamen moraliter loquendo nihil eſſet, quia cum res maneat nullius ſub dominio, poterit illam occupare cum voluerit, & illa vti, ſicut antea, cum enim voluntas illa ſit interior, alter voluntatis illius neſcius, iuſte illam occupare non poteſt. Sed neque tenetur alter voluntatem ſuam alteri manifeſtare, quia cum per talem voluntatem non transferatur rei dominium, nulla apparet ratio, quæ illum obligat ad manifeſtandum alteri ſuam intentionem, & voluntatem, ſed eam mutare, ac reuocare pro libito poteſt

7 *Nec* valent argumenta in contrarium.

Ad primum enim Reſpondetur, ideo valere promiſſionem factam Deo per ſolum actum interiorem voluntatis, quia Deus inſpector eſt cordis, vnde ad ipſum præcipue ordinamur per internam voluntatem, & actus interiores; Homo autem ſicut non videt internam voluntatem, ita neque per eam aſtringimur, vt ex debito iuſtitiæ, aut aliunde teneamur transferre in illum rei noſtræ dominium, aut ſeruare promiſſum. Quapropter dici ſolet, *verba ligant homines*, & Prouer. 6. *Illaqueatus es* (inquit ſapiens) *verbis oris tuis, & captus proprijs ſermonibus* aperte ſignificans promiſſionis vinculum, & obligationem vocibus tribui.

Ad Secundum autem Reſpondeo: Quod ſicut voces ſunt per ſe ſigna conceptuum, ita etiam ſunt ſigna inſtrumentaria, ſine quibus vnus non obligatur alteri.

Ad Tertium Reſpōdetur: Talem promiſſionem iuratam non habere vim obligandi ex vi promiſſionis, ſed ex vi iuramenti, ob reuerentiam diuini nominis. Cum enim poſſit rem iuratam adimplere, eo ipſo quod Deum in teſtem illius promiſſionis adduxerit, tenetur ex reuerentia, & religione Deo debita iuramentum in re licita obſeruare. De qua re legenda ſunt ea, quæ in materia de voto latius expoſuimus, vbi ſupra.

8 TERTIVM DVBIVM eſt, An præter conſenſum voluntatis exterius ſignis, aut verbis expreſſū neceſſaria ſit traditio ad transferendum, aut acquirendum rei dominium.

Reſpondeo, Ad dominij tranſlationem neceſſaria eſt regulariter etiam traditio, vel quaſi traditio, ſeu apprehenſio. Eſt communis Doctorum ſententia, & nititur iure poſitiuo, vt colligitur ex leg. traditionibus, C. de pactis. l. Nunquam. ff. de acquiren. rerum dominio. §. per traditionem. Inſti. de rerum diuiſione, & leg. pen. C. de rei vend. & leg. Alienatum. ff. de verb. ſig. Anto. Gomez tom. 2. variar. reſol. cap. 12. nu. 20. & 21. Coua. lib. 2. varia. reſolu. c. 19. num. 1. qui alios citant. & Lud. Molina de iuſti. p. 1. tract. 2. diſp. 2. & 3. Tunc autem videntur hæc iura intelligere rem ſufficienter traditam, quando is, qui habet titulum dominij in poſſeſſionem immittitur, ſiue res illa ſit corporalis, ſiue ex his, quæ a iuriſtis dicuntur incorporales, vt patet ex leg. 3. ff. de vſufructu. leg. pen. ff. de ſer. ruſti. l. ſi ad te. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

Intelligendum eſt autem ſufficere, vel vt res ipſa tradatur, ita vt cum effectu in poſſeſſionem noui domini veniat, vel certe, vt fiat actio de ſe ſufficiens ad poſſeſſionem, quantum eſt ex parte dantis, licet fortaſſis aliqua ratione impediatur, vt ex dictis legibus conſtat.

9 Dixi, requiri regulariter traditionem, quia in aliquibus caſibus transfertur dominium ſine traditione, aut quaſi traditione, ex eo, quod hi caſus in iure excipiantur.

Primus eſt, In cauſis pijs, quando ſcilicet eccleſijs, Monaſterijs Hoſpitalibus, & alijs locis pijs, aut ciuitatibus, vel in redemptionem captiuorum, hæreditas aliqua, legatum, aut fidei commiſſum eſt relictum, vel donationis titulo aliquid eis datum, aut etiam venditum. Tunc enim ſtatim ſine traditione tranſit in eos dominium ex l. vt inter diuinum C. de ſacroſ. eccleſ. adeo vt ſi res illa vendatur, aut donatur ſecundo emptori, inualida, & nulla eſt talis venditio, & donatio.

Secundus eſt, In hærede, ſiue is ex teſtamento, ſiue ex inteſtato ſuccedat in bonis defuncti; ſtatim .n. ac inſtitutus eſt hæres, hæreditatem adit, & comparat dominium, per acceptationem abſque vlla bonorum talium traditione, & apprehenſione, vt patet ex l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ. vbi expreſſe habetur, ius in re, & dominium bonorum hæreditatis comparari ſtatim adita hæreditate, quamuis ad poſſeſſionem hæreditatis, acquirendam, neceſſaria ſit traditio, ſeu apprehenſio, & idem habetur ff. de acq. hær. per totum, & late tradunt Anto. Gomez 1. tom. variarum reſol. c. 2. & Cou. de teſtam. c. Rayn. §. 10. num. 6. Molina, & alij vbi ſupra. Tunc autem dicitur hæreditas adiri, cum hæres eam acceptat, & profitetur, ſe velle eſſe hæredem, vt habetur Inſti. de hæred. qualita. §. vlt. Medio autem tempore, a morte videlicet eius, in cuius bonis ſuccedere debet, vſque ad hæreditatis aditionem, hæreditas iacere dicitur, eo quod bona illa careant domino, quippe cum prior dominus mortuus ſit, is vero, qui ſuccedere debet in eorum dominium, vſque ad hæreditatis aditionem habeat ſolùm ius ad rem. Ratio autem cur ante aditionem, id eſt, acceptionē hæreditatis, hæres bonorum non ſit dominus, eſt, quia cum eo ipſo, quod ſit heres, teneatur ad omnia debita defuncti, rationi admodum conſentaneum fuit, vt dominium hæreditatis prius non haberet, quam ſua libera voluntate, profitendo ſe velle eſſe hæredem, tantum onus ſubiret.

Tertius eſt, In legatis, Quando ſ. aliquid certum, & determinatum alicui legatur, v.g. talis fundus, talis ſeruus, aut alia res certa, & determinata in ſingulari: ſtatim enim legatarius fit dominus rei abſque traditione, eo ipſo, quod hæres adit hæreditatem, eſto legatarius ignoret, & hæreditatem eſſe aditam, & ſibi eſſe relictum legatum, atque ita conſenſum legatarij in hoc caſu ſupplet poteſtas publica, ne res vacet, aut careat Domino, aut tranſeat in dominium hæredis abſque dominij titulo, vt colligitur ex l. a Titio. ff. de furtis. ex l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. Ant. Gomez to. 1. variarum reſol. c. 19. num. 7. Couar. de teſtam. cap. Raynald. §. 1. nu. 1. Molina de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 3. Oportet autem rem legatam eſſe certam, vt dixi, quia ſi ſit incerta in indiuiduo, etiamſi quantitas eſſet determinata, & certa, v. g. ſi dentur alicui toti menſuræ vini, aut olei, aut tritici, aut certa pecuniæ ſumma, vel aliud ſimile incertum in ſingulari, tunc hæres acquirit totum hæreditatis dominium cũ onere ſoluendi legatario, cui conceditur actio hypothecaria, vt habetur l. 1. C. communia. de legat. Concedi vero actionem hypothecariam eſt, bona defuncti, ad quemcunque perueniant, manere obligata ad ſolutionem talis legati, ita vt detur actio perſonalis legatario non ſolum aduerſus perſonam hæredis, ſed etiam in defectum hæredis, detur illi realis actio aduerſus bona, quę fuerunt defuncti, vt qui illa poſſident, vel legatum ſoluant, vel ea tradant, vt ex eis ſoluatur legatum.

Quartus eſt, In beneficio eccleſiaſtico, cuius dominium acquiritur ſtatim per collationem legitimam, ſubſecuta acceptatione, ſeu rata habita collatione, abſque aliqua traditione, ſeu apprehenſione vera, vel licita. Eo enim ipſo, quod acceptatur, rata ve habeatur collatio, efficitur acceptantis, comparatque proinde ius in re, cum tamen ante acceptationem, ſolum haberet ius ad rem, ita habetur in c. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6.

Ad poſſeſſionem tamen beneficij, neceſſaria eſt traditio, & quaſi apprehenſio illius, interuentu alicuius actus; vt per ſeſſionem in cathedra Epiſcopali, aut in ſede Canonicali, & per alios actus cõſuetos accipitur poſſeſſio Epiſcopatus, Canonicatus, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, vt latius Deo dante in materia de beneficijs dicemus. Poſſunt fortaſſis alij caſus numerari, in quib. transferri poteſt ſine traditione, aut quaſi traditione, hi tamen, quos recenſuimus, frequentiores, & principaliores ſunt, & qui ex communi Doctorum conſenſu approbantur.

10 QVARTVM DVBIVM eſt, an voluntas, & traditio ſufficiat ad translationem dominij?

Reſpondeo. Hæc duo ſufficere, niſi iure aliquo poſitiuo impediatur. Sic Sotus lib. 4. de iuſti. quæſ. artic. 1. concl. 2. Io. Med. C. de reb. reſtituendis. q. dub. vlt. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 18. arti. 1. dub. 12. fol. 226. & dub. 16. fol. 233. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſent. q. de dominio. ar. 3. concluſ. 1. Mich. Salon. tract. de dominio. q. 5. ar. 1. concluſ. 2. Dominicus Bannes. ibidem. q. 5. Petr. de Arragon. in eodem tractatu. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. quæſt. puncto in fi. & alij communiter. Pars prima manifeſta eſt ex dictis: Et quia cum homo ſit liber, poteſt ſuo arbitratu diſpenſare res ſuas; hoc enim ſpectat ad perfectum earum dominium; ſiquidem, vt ſæpe dictum eſt, fundamentum naturale dominij rerum eſt humana ratio, & libertatem habet dominium ſuarum operationum, vnde conſequenter per eandem poterit libere dominium rerum a ſe abdicare. Illud ſolùm quoad hanc partem annotandum eſt, quod quando dicimus ſufficere voluntatem & traditionem ad transferendum dominium rei ad alium, intelligitur dummodo illa voluntas prioris Domini ſit iuſta, id eſt quod non ſi coacta, ignoranter, aut cum fraude, dolo, aut iniuria extorta ſit. Vnde ex defectu voluntatis, neque puer, neque mente captus rei ſuæ dominium in alium transferre poteſt, iſti enim non dicuntur habere propriam voluntatem, nec libero vti arbitrio, cum quid agant, ignorent. Item qui iuramento promiſit aliquid latroni, vt mortẽ euadat, tenetur quidem ratione iuramenti promiſſam pecuniam illi dare, latro tamen eius non acquirit dominium, ſed ad ſic acceptam reſtituendam obligatur, vt colligitur ex cap. Ad audientiam. De his, quæ vi met. cauſa fiunt; quia coacte pecuniam iſtam promiſiſſe cenſetur. Sic etiam mutuatarius, qui iurauit ſoluere vſuras, & tempore adueniente, vſuram, prout iurauit, ſoluit, talis conſentit actu debito in dationem illius vſuræ, ex quo debet eam ob iuſiurandum ſoluere, iuxta cap. Debitores. de iureiur. Mutuator tamen eius dominium nõ acquirit, non ſolùm lege prohibente, ſed etiam quia non libere mutuatarius eam dediſſe cenſetur, quæ cauſa fuit, cur acceptans ad rei acceptæ reſtitutionem teneatur.

11 Pars autem ſecunda, quamuis vera, & certa ſit, aliquam tamen in ſe difficultatem continet, quia cũ in inſtit. de rerum diuiſione. §. per traditionem. ff. de acq. rerum dominio l. qua ratione. §. liberæ. habeatur, nihil eſſe tam conueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi; vix apparet, quomodo lex humana tollere poſſit ius naturale, quod vnuſquiſque habet ad diſponendum de rebus ſuis pro ſuo arbitratu.

Ceterum his non obſtantibus, pro certo dicendum eſt, poſſe legem voluntatem domini cohibere, ne rei ſuæ dñium in alium transferre poſſit, & etiam impedire, ne acceptans rei dominium acquirat, fundamentum eſt, quia ſicut ab initio poteſtas, & authoritas publica vim habuit, res temporales ſingulis appropriandi: ita etiam nunc eadem poteſtas publica, ad quam ſpectat gubernare Rempub. & obuiare fraudibus, & dolis, ponere poteſt modũ in contractib. & conditiones præſcribere, cum quibus validi, & ſine quibus inualidi cenſeri debeant: quandoquidem ſæpe ſępius maximè expedit bono communi ipſius Reipublicæ, & vtilitati etiam priuatorum hominum, ne vnuſquiſq; pro libito ſuo de rebus ſuis diſponere poſſit.

Confirmatur hæc ratio, quia Reſpublica habet ſupremum quoddam dominium bonorum omnium ciuitatis, in ordine ad commune bonum, atque adeo inferiores omnes bonum commune ſuis priuatis commodis præferre, & voluntates ſuas ſuperiorum ſuorum diſpoſitionibus ſubmittere debent, & tenentur etiam in conſcientia, iuxta illud, Rom. 13. *Qui ſuperioris ordinationi reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Quocirca ne domini imprudenter, & in damnum ſuum proprium, & Reipub. incommodum, bonorum ſuorum translationes aliquando facerent, iuſtiſſimis legibus cautum eſt, vt quibuſdam in caſibus aliqui ſuorum bonorum

12 dominium in alios transferre non poſſunt.

Hac enim de cauſa iuſte ſtatutum eſt, ne pupillus ante certum tempus, quo iudicio valeat, aliquid donare, aut bona ſua alienare valide poſſit. Vnde ff. de minoribus, l. 1. dicitur, *Prætor naturalem æquitatẽ ſecutus, cauit, ne pueri, quorum conſilium infirmũ eſt, & multorum inſidijs expoſitum, ſuam diſpenſarent ſubſtantiam.* adeo vt ſi aliquid antea donarẽt, donatio nulla, & irrita eſſet. Et Vlpianus l. 1. de pactis. ait, æquitati naturali conſonum eſſe, quod qui in tenera ætate de rebus ſuis paciſcuntur, fidei ſuæ ſtare non obligentur.

Pari ratione iuſte legibus cautum eſt, ne primo genitus ſuam primogenituram ſine principis authoritate alienare, aut transferre valeat. Sunt enim primogenituræ in magnum firmamentum, & emolumentum Reipublicæ: Neque enim inſtituti ſunt Maioratus ſolùm in cauſam, & vtilitatem ipſorum, nempe vt eorum proſapies perpetuo duraret, ſed etiam in bonum Reipub. Expedit namque Reipublicæ vt multi ſint in ea viri nobiles, & ditiſſimi, ob idque merito a Principibus inſtitutum eſt, vt aliquæ ſint illuſtres domus, tanquam Reipublicæ robora, tum vt a conſilijs ſint Principum, tum etiam vt tempore belli, & quoties externi Rempublicam perturbant, eius ſint ſuſtentacula, ob quas etiam rationes viſum eſt Regibus, vt horum Maioratuum domus in primogenitum deſcenderet, reliqua verò proles ſuis eſſet contenta alimentis; Et hoc ipſum videtur natura agricolas docuiſſe, ꝗ arbori, & viti, minores, & infirmiores ramuſculos circumquaque amputant, vt præcipuum germen in truncum excreſcat.

Eodem modo res Eccleſiæ alienari nequeunt a Prælatis, aut a capitulis, niſi certis de cauſis. Cuius rei non deſunt iuſtę rationes: cum enim miniſterium eccleſiaſticum non minus ſit neceſſarium quã religioſum, ſine bonis temporalibus, quæ hominũ pietas huic muneri mancipauit, perdurare non poteſt: Et communiter ſic vſu venire ſolet, quod ex vna parte capitulum, & Prælatus non tantam illarum curam gerant, quã ſi eſſent propria: Et ex altera ſecularium cupiditas, qui omnia ſibi acquirere vellent, conſultiſſimum fuit, arctiſſime cauere, ne eiuſmodi facultates Eccleſiaſticæ niſi iuſtiſſimis cauſis, conſultiſſimiſq. modis alienarentur.

Sic etiam qui iudici, vt iniuſtam ferat ſententiam, aut aſſaſſino, vt hominem occidat, aut vſurario, aut ſimoniaco aliquid confert, non transfert a ſe rei dominium, etiamſi vſurarum ſolutio ſpontanea fuerit, atque adeo ſic accepta reſtituenda ſunt vt videre eſt arg. cap. exigit. & glo. fin. ibid. de cenſibus in 6.

13 Ex quibus omnibus colligi poteſt, huiuſmodi leges maxime conformes eſſe iuri, ac æquitati naturali. Sicut enim recta ratio naturalis dictat, vt vnuſquiſque eo ipſo, quo dominus eſt, libere de reb. ſuis diſponere poſſit, ita etiam eadem recta ratio dictat, vt quatenus eſt ciuis, & membrum Reipub. non vtatur bonis ſuis, & illo dominio, niſi ſecundum leges, & regulas ſibi a Republica præſcriptas, & quatenus bono communi expedire videbitur. Vnde facile ſoluitur argumentum in contrarium. Reſpondetur enim primo non minus naturale eſſe homini dirigi a iuſta voluntate, & diſpoſitione ſuorũ ſubditorum, quàm a propria voluntate: immo verò illud primum magis naturale eſt, cum natura recta magis inclinet in commune bonum, quam in bonum proprium, & particulare, ad quod bonum commune curandum, & tuendum, vnuſquiſque refertur, & ordinatur non tam per voluntatem propriam, quam per publicam Principis, cui ex officio boni communis cura incumbit. Secundo reſpondetur, qđ ius illud naturale, non eſt ita naturale, quia ipſũ natura poſitiue præcipiat, ita vt maneat omnino liberum, ſed negat, vt ſe habeat ius naturæ in propoſito, & quod hoc, quamuis natura dat ius poſitiue ad vſum rerum ſuarum, & non ponit has, aut illas conditiones: non tamen prohibet, quin lex poſitiua illas ponere poſſit, immo id concedit cũ quadam ſubordinatione priuati iuris ad publicam poteſtatem.

14 An verò interdum ex ſolo iure naturæ impedita ſit alicuius rei propriæ translatio dominij, ita vt eam vendere, aut donare non poſſit, non conſentiunt Authores. Quidam enim affirmant de illo iure, quod quis habet de vſu rerum, quæ ad vitam ſunt neceſſariæ, docentes non poſſe illud a ſe abdicare etiamſi maxime velit; ſic expreſſe Iacobus Almain. in 4. diſt. 15. quæſt. 1. & Alphonſus a Caſtro lib. 2. de lege pœnali. cap. 3. corol. 3. quia cum illud ius manat ex ſolis principijs naturæ, non poteſt ab illo ſeparari. Verum regula iſta non eſt ita certa, & firma; eſt enim homo natura ſua liber, & dominus ſuæ libertatis, & tamen priuare ſe poteſt illo dominio; ſic etiam qui eſt in extrema neceſſitate poteſt res ſibi neceſſarias alteri donare, ita vt dominium transferat, quicquid ſit de peccato, & qui accepit, non peccat contra iuſtitiam retinendo, & diſtrahendo; ius vero illud, quod homines ex natura ſua habent ad rerum neceſſarium vſum, non eſt dominium talium rerum, ſed ius quoddam ad tales res. Si vero Metaphyſice conſideremus dominium in tale ius, ſeu ius ipſum, certe illo ſe priuare non poteſt, quia eſt poſitiuum præceptum diuiniſſimum, & naturale, vt illud habeat. Nam conſeruatio vitæ per ſe eſt in præcepto; vnde ius ad medium neceſſarium habet, quin potius tale ius quodammodo ad Deum pertinet, qui eſt dominus vitæ, & illud dedit homini, vt cuſtodi vitæ. Quare licet interdum poſſit homo non vti tali iure propter cauſas rationabiles, ipſum tamen ius ſemper durat. Et hæc de translatione dominij ex conſenſu propriæ voluntatis dicta ſufficiant, ne ſub hoc titulo intempeſtiue digrediamur ad quæſtiones, quæ non huc proprie, ſed ad alias materias pertinent. Explicare enim in particulari, quę leges impedirent dominij translationem, & an contractus lege humana prohibitus ſit inualidus in foro conſcientiæ, aliaq. his ſimilia ad varias materias particulares ſpectat; Nunc vero ſolum in communi de dominio diſputamus, & ita etiam ſolum in cõmuni dicere poſſumus ponderanda eſſe verba legis, intentionem Legiſlatoris, vſum, & interpretationem ſapientum. In particulari vero agemus de iſtis in materia de contractibus, interim de hac re legi poſſint Michael Salon tracta. de dominio q. 5. art. 4. Dominicus Bannes ibid. q. 5. Petr. de Aragon. ibid. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 12. fol. 226. & dub. 15. fol. 223. & ſeqq.

An

An, & quomodo Dominium vnius contra prioris Domini voluntatem, vel ſine illa in alium transferri poſſit. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Princeps & poteſtas publica aliquem etiam inuitum bonorum ſuorum dominio priuare, & in alium transferre ex cauſa iuſta poteſt.*

2 *Non ſolum per leges publicas, & communes, ſed per priuatam Iudicis ſententiam, vel Principis imperium transferri poteſt dominium ab uno in alium inuito priori poſſeſſore.*

3 *Poteſt Reſpubl. in pęnam delicti ciuem ſuis bonis ipſo inuito priuare, & in alium, uel ipſam Rempubl. transferre.*

4 *Secluſa ratione pęnæ, non poteſt Reſpub. ſuo ſolo arbitratu priuare ſubditos ſuos bonis, aut transferre dominia, ſed ſolum ob bonum commune, & urgentem neceſſitatem.*

5 *De lege aut ſententia Iudicis transferente dominium rei ab uno in alium Regula aſſignatur.*

RES hæc ſi in ſpecie tractanda eſſet, & definienda deſcendendo ad ſingulos modos, quibus contra prioris domini voluntatem, vel ſine illa poteſt res in alterius dominium venire, longiſſimum tractatum requireret; Sed quia hoc & prolixitatem nimiam, & obſcuritatem ſimul afferret, hic ſolum in generem hanc breuiſſimè expediemus, & ſolum particulares modos, aut titulos attingemus, reliqua vero in propria loca remittemus. Et quidem ex his, quæ in præcedenti capite dicta ſunt, colligere poſſumus, præter ſuperioris, id eſt, Regis, Principis, aut Reipublicæ poteſtatem fieri non poſſe, vt inuito, vel etiam non contentiente domino tacite vel expeſſe rei dominium ab vno in alium traducatur, hoc enim & probatum, & explicatum iam eſt, Reliquum ergo eſt ſolum, vt videamus, an ipſa publica poteſtas hoc valeat efficere, vel per legem publice latam, vel aliquo ſingulari mandato, & præcepto. Quam rem totam ſequentibus propoſitionibus exponam.

1 Prima propoſitio: Princeps, & poteſtas publica aliquem etiam inuitum bonorum ſuorum dominio priuare, & illud in alterum transferre ex cauſa iuſta poteſt. Eſt communis ſentētia Doctorum, quam expreſſe docent Sotus libr. 4. de iuſt. q. 5. art. 1. conclu. 2. Ioannes Med. Cod. de reb. reſtituendis. q. 1. dub. 3. Mart. Ledeſm. 2. 4. qu. 18. art. 1. dub. 17. concl. 2. fol. 233. Michael Salon tracta. de dom. q. 5. art. 1. concluſ. 2. Dominic. Bannes ibid. q. 5. Pet. de Arragon. ibidem. Ioſeph Angles in florib. 4. ſenten. tract. de reſtōne. in q. de dominio. art. 3. concl. 2. Greg. de Val. tom. 3. diſpu. 5. q. 19. punct. 3. in fine. Petr. Nauar. de reſti. lib. 3. cap. 2. num. 15. & alij communiter. Et conſtat ſatis ex vſu ciuitatum, & legum ciuilium, quas omnes ſapienter, & recte factas eſſe docent, & talis eſt lex præſcriptionis, quæ transfert dominium rei in eum, qui tanto tempore bona fide poſſidet, etiamſi prior dominus nunquam conſentiat, ſed potius repugnet. Sic etiam lex de teſtamentis tali modo inſtituendis, quæ dominium, & dominij titulum confert illi, quem teſtator non inſtituit, & ſic de aliis. Ratio huius eſt, quia poteſtas ad bonum Reipublicæ regimen eſt illi admodum neceſſaria, ne aut rerum dominia vacent, vel ſint incerta, aut fraudibus aperiatur via in teſtamentis condendis aut lites ſint inter ciues, & etiã vt crimina iuſte puniantur, aut alijs ſimilibus de cauſis. At verò niſi Reſpublicæ hanc poteſtatem haberent, hæc, & alia multa his ſimilia ſequerentur, atque adeo non ſatis bene communitati, & paci & quieti ciuium eſſet conſultum.

Confirmatur primo, quia hac ratione ſupra oſtēdimus, poſſe Rempublicam impedire, ne rem ſuam dominus in alium, prout voluerit, transferre poſſit: Ergo etiam, & illum rei ſuæ dominio inuitus priuare poteſt.

Confirmatur ſecundo, quia Reſpublica habet altum dominium in bona ſuorum ciuium, vt ea ordinare poſſit ad bonum publicum. Quando igitur ad bonum publicum oportebit aliquam rem ab vno in alterum trãsferri, poterit id lex, vel Princeps facere.

Confirmatur tertio, quia ſicut lex iuſta ab initio rerum dominia diuidere, & ea certis hominib. appropriare potuit, pari ratione etiam poſt factam rerum diuiſionem iuſta ſubſiſtente cauſa, poterit nunc Princeps, aut lex rem vnius, contra eius volũtatem, in alterum transferre, cum non minor ſit authoritas Principis, ſeu legis, poſt rerum diuiſionē, quam antea fuerat.

Quod ſi dicas, contra naturæ legem eſſe, vt poſt factam rerum diuiſionem aliquis rebus ſuis priuetur contra voluntatem ſuam; Reſpondetur id verum eſſe, reſpectu eorum, qui priuatam habent authoritatem, nec vllum ius ad res illas, vel in illis rebus habent, ſecus verò reſpectu Reipublicæ, quę in res ſubditorum magnum ius habet in ordine ad bonum publicũ, quod bono particulari eſt præferendum; Vnde ex condõne cenſetur initio facta rerũ diuiſio, vt tamen priuata dominia communi bono Reipublicæ ſubordinata ſemper ſint.

Hinc vt diximus, ex iuris præſcriptione, & diſpoſitione res vnius ab alio per tempus a lege definitum, cum bona fide poſſeſſa, efficitur poſſidētis. Item iure Gentium, res in bello captæ efficiuntur capientium, dummodo bellum ſit ex parte capientium iuſtum. Et idem in alijs ſimilibus caſibus dicendum eſt.

2 Secunda propoſitio: Non ſolum per leges publicas, & communes, vt dictum eſt, ſed etiam per priuatam iudicis ſententiam, vel Principis Imperium, transferri poteſt dominium rei ab vno in alterum, inuito priori poſſeſſore. Eſt communis hæc cōcluſio, eamq; expreſſe tenent Doctores locis proxime citatis allati. Ratio eſt, quia hoc etiam modo eadē poteſtas publica operatur, & per accidens eſt, quod hoc, vel illo modo ſuam applicet poteſtatem, quod nihil variat efficacitatē eius. Illuſtrari poteſt res exemplo, ſi quis enim furtum, aut aliud delictum perpetrauit, ob quod incidit in pœnam dupli, aut quadrupli, aut aliam alterius quantitatis, & probato crimine, iudex illum ad pœnæ ſolutionem condemnat, & alteri iuxta legis diſpoſitionem, eam applicat, tunc res illa, ad quam ſoluendam

dam condemnatur, ſua eſſe deſinit, & alterius efficitur, etiamſi ante ſententiam non eſſet in conſciẽtia, ad pœnæ illius ſolutionem obligatus, vt communiter tradunt Doctores cum glo. in c. Fraternitatis. 12. q. 2. Quod procedit, vt notat Io. Medina, quando iudex non ex præſumptione, ſed ex veritate ſufficienter per probationem, aut partis confeſſionem cognita, ſentẽtiam tulit; alioquin nec reus tenebitur pœnam illam, ad quam cõdemnatus eſt, ſoluere, nec ſolutam poterit actor tute in conſcientia retinere, eſto in foro iudiciali ſit tutus. Vnde aduertendum eſt aliud eſſe de iudice ferente ius. aliud de Principe per ſe, vel etiam per iudices, & gubernatores, imperante id, quod ad bonum Reipub. ſpectat. Iudex enim, cum ius dicit, tenetur legib. parere, nec poteſt dominia transferre, aut mutare niſi iuxta legum diſpoſitionẽ, quæ a Principe, vel Republica latæ, ſtabilitæq; ſunt; At verò quando aliquid a Principe imperatur, ad bonum Reipublicę, non ſemper opus eſt procedere iuxta leges alias p̃ſcriptas, ſed procedere poteſt ſicut hic, & nunc Reipublicæ conuenit, & eodem modo habet poteſtatẽ dominia iuſte transferendi ab vno in alterum.

3 Tertia propoſitio: Poteſt Reſpublica in pœnam delicti ciuem ſuis bonis ipſo inuito priuare, & in alium, vel ipſam Rempublicam transferre. Quę concluſio certa eſt, & in confeſſo apud omnes. Nam vt conſtat, in pœnam poteſt etiam priuare vita. Ergo multo magis priuare poteſt dominio bonorum. Item priuare poteſt fama. Item poteſt in pœnam patris, reddere filium inhabilem ad bona paterna per donationem, aut teſtamentum accipienda, ita vt illorum non ſit dominus, & multi id putant de filijs ſpurijs, ac ſacrilegis. De qua re Sotus & alij ſupradicti legendi ſunt, & conſulendæ leges Regnorum in particulari. Poteſt autem poteſtas publica duobus modis id efficere, vnus modus eſt, per ſententiam iudicis iuſtitię, & legib. cõſentaneam, & hic modus eſt, vt ſi Rex, vel Reſpublica per ſolã legem priuaret hominem dominio bonorum ſuorum, hoc autem apparet, quando lex hominem ob culpam ſuam rebus ſuis ipſo facto priuat, ut ſi incidat quis in hæreſim, aut committat crimen læſæ Maieſtatis, ob hanc enim cauſam, rerum ſuarũ dominium ex legum voluntate perdit, & fiſco applicatur, vt habetur in c. cum ſecundum leges. de hæreticis. in 6. & latius tradunt Ioa. Medina Cod. de rebus reſtituend. q. 1. dub. 3. Mart. Ledeſm. 2. 4. qu. 18. art. 1. dub. 10. concl. 2. Conrad. de contract. trac. 1. q. 7. concl. 2. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. in fi. Alphon. a Caſtr. lib. 2. de poteſtate legis penalis. c. 10. & 11. Io. And. Domin. Petr. Anchar. Filippus Franch. & alij in d. c. cum ſecundum leges. Io. Azo. tom. 1. Moral. inſtit. lib. 5. c. 7. q. 2. & lib. 8. c. 12. & alij, & colligi etiam videtur ex l. 4. Cod. de hæret. vbi interdicitur hæreticis venditio, & donatio, & omnis contractus bonorum ſuorum. Quicquid Franc. a Victoria. in relect. de Indis. par. 1. nu. 14. propoſitione 5. Sotus l. 1. de iuſt. q. 6. art. 6. Simanchas de catho. inſtit. tit. 9. num. 228. Arch. in d. c. cum ſecundum leges, & aliqui alij velint non priuari eos bonorum ſuorum dominio ante ſententiam, ſequitur Directorium Inquiſit. p. 3. q. 109. & comm. 158. de qua re alibi agendum eſt latius.

4 Quarta propoſitio: Secluſa ratione pœnæ, non poteſt Reſpublica ſuo ſolo arbitratu priuare ſubditos bonis ſuis, aut dominia tranferre, ſed ſolum ob commune bonum, & vrgẽtem Reipublicæ neceſſitatem.

Ratio eſt, quia homo poſt ſufficientem rerum diuiſionem iure gentium factam, verus eſt dominus harum rerum, quibus non poteſt inuitus ſine cauſa priuari.

Deinde quia alias perturbaretur Reſpublica, & facillime daretur locus tyrannidi. Et denique quia Reſpubl. aut Princeps non eſt Dominus proprius omnium bonorum ciuium ſingulorum, ſed ſolum dicitur habere quoddam dominium altum, quod ad bonum commune ordinatur, & quod ſolum dat ius vtendi talibus bonis in ordine ad talẽ finem vt ex his, quæ diximus, manifeſtum eſt.

5 Circa hæc autem, quæ diximus de lege, aut ſnĩa Iudicis transferente dominium rei ab vno in aliũ Io. Med. Cod. de reb. reſtituendis. q. 1. dub. 4. Dom. Bannes in præamb. de dom. q. 5. & Michael Salon tract. de dominio. quæſtio. 5. art. 1. conclu. 2. in fi. hanc regulam aſſignant. Quod quotieſcunq; alicui ſecundum legem Pontificiam, vel ciuilem iuris communis, aut iuris peculiaris alicuius Prouinciæ, & Regni, aut per iuſtam Iudicis ſnĩam, tribuitur alicuius rei dominium in foro exteriori, eidem & tribuitur eiuſdem rei dominium in foro exteriori, niſi ſit ſnĩa Iudicis pœnalis, aut in falſa fundata præſumptione. Dixi, Niſi ſit ſnĩa pęnalis, quia imo tenetur ſubire pœnam ante Iudicis condemnationem. Snĩa verò quæ pœnalis non eſt, dummodo ſit iuſta in foro exteriori, nõ ſolum obligat poſt condemnationem Iudicis, ſed etiam antea obligabat in conſcientia. Dixi etiam, *Niſi fundata ſit in falſa præſumptione*, quia licet iudex iuxta probata iudicans, recte iudicet, ſententia tamen ipſius, ſi falſis nitatur probationibus, nec ante, nec poſt illã pronunciationem vere obligat in foro animæ. Dicitur autem niſi falſa præſumptione, quando pronunciatur iuxta teſtimonia teſtium falſo teſtificantium, tunc enim quamuis ſic condemnatus obligatur in foro exteriori pęnam ſoluere, non tamen in foro interiori, atque ita quamuis in foro iudiciali pœnam ſolutam tuto poſſidet, non ſic tamen tutus eſt in conſcientia. Intelligitur autem hæc regula ſolum de legibus præceptiuis, non autem de permiſſiuis tantum. Sunt enim leges de his rebus diſponentes in duplici differentia, quædam enim ſunt, quæ concedunt, aut negant actionem, aut repetitionem tantum, & ſic poſſidens, rem quamuis tutus ſit quoad forum contentioſum, non tamẽ quoad forum conſcientiæ, atque adeo nec per talem legem, nec per ſententiam latam ſecundum illam legem confertur domininm rei in foro conſcientiæ, eſto tutus ſit in foro exteriori, vnde S. Auguſt. in epiſt. 54. ad Macedonium, ait: Inter hæc tolleratur iniquitas male habentium, & quædam inter eos iura conſtituuntur, q̃ appellantur ciuilia, nõ quod hinc fiat, vt bene vtentes ſint, ſed vt male vtentes, minus moleſti ſint, &c. Exemplũ, ſit in lege de venditione, negat hæc lex venditori decepto vltra medietatem iuſti pretij actionem in iudicio. Hæc lex non præcipit rem illam emptoris eſſe, nec liberat emptorẽ a debito reſtituendi id, quod defraudauit, etiamſi permittat venditionem illam exte-

rius tanquam validam haberi, & iudex pronũciat ſententiam pro illo, & hoc factum ſolum eſt ad tollendas lites. Quædam verò ſunt leges præceptiuæ, aut conceſſiuæ, quæ.ſ. concedunt, aut negant ipſarum rerum dominium, & leges iſtæ, & ſententiæ ſecundum eas latæ, vere dominium ab vno negãt, & transferunt illud in alterum, adeo vt is, cui per talem legum, aut iudicis iuſtam ſententiam rei dominium obtinet, vere, & tuta conſcientia illã poſſidet, nec ad reſtõnem eius tenetur, quarum legum ſuperius exempla dedimus, de translatione dominii rerum ob crimen hæreſis aut læſæ Maieſtatis.

Sequebatur vt leges, ſi quæ ſint de hoc in Republ. late examinaremus, quia tamen hic de dominio in vniuerſum, eiuſque titulis circa res temporales ſolum explicare propoſuimus, non videtur expedire ad ſingulos, aut leges particulares deſcendere, ſed eas potius pro rerum varietate, in materiis particularibus, Deo dante exponemus. Quia verò lex vna eſt, ſ. præſcriptionis, ſeu vſucapionis quæ plurimum inſeruit intelligentiæ earum rerum, quæ tum in materia de furto, tum etiam in materia de reſtitutione exponenda ſunt, ideo reliquis omiſſis, de ea ſolum in ſequentibus agemus.

De Præſcriptione, & conditionibus ad eam neceſſarijs ad hoc, vt virtute illius dominium rei ab vno in alium iuſtè transferri poſſit. *Cap. XII.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio in hoc loco quid ſignificet, & quid exceptio.*

2 *Quænam conditiones neceſſariæ ſint ad aliquid legitime præſcribendum, & quot ſint.*

3 *Quænam res iure præſcribi prohibentur.*

Eccleſia, loca religioſa, ius decimarum, primitiarum, oblationum, & alia iura ſpiritualia a laicis præſcribi non poſſunt.

4 *Res publicæ ad vſum ciuitatis inſtitutæ, vt viæ, & plateę, &c. præſcribi non poſſunt, & quare.*

5 *Res vitioſa per furtum, aut per vim acquiſita præſcribi non poteſt.*

6 *Quando leges dicunt rem furtiuam eſſe imperſcriptibilem, de qua præſcriptione intelligendum. ibid. & nu. ſeq.*

7 *Res ſacræ præſcribi non poſſunt, & iure prohibitæ ne alienentur.*

8 *Quæ perſonę præſcribere non poßunt.*

9 *Contra quos non ualeat præſcriptio. ibid.*

10 *Quænam & qualis poſſeſſio neceſſaria ſit ad præſcribẽdum.*

11 *Quis titulus ſit neceſſarius ad præſcribendum.*

12 *Quid ſit Bona fides, & an ſit omnino neceſſaria ad aliquid præſcribendum.*

Leges admittentes præſcriptionem cum mala fide in actionibus perſonalibus abrogantur, contra Hoſtienſ. & alios ibid.

An non ſolum mala fides ſuperueniens, quod res ſit aliena, ſed etiam dubitatio num aliena ſit, bonam fidẽ impediat, & inualidam reddat.

4 *Sententia eorum, qui docent non tolli, probatur, & confirmatur.*

15 *Requiritur & ſufficit fides moralis, & certitudo, quod res ſit ſua.*

16 *Qui bona fide rem poſſidere ac præſcribere incepit, & in progreſſu temporis probabiliter dubitat, quid eum agere oporteat.*

17 *Qui poſt adhibitam diligentiam adhuc dubius eſt, ſi dubium ſit æquale pro utraque parte, tuta conſciẽtia eam rem poſſidere & præſcribere poteſt.*

18 *Qui probabiliter dubitat & ſtatim adhibet diligentiã, manente æquali dubio non interrumpitur per talem dubitationem tempus præſcriptionis.*

19 *Soluuntur argumenta opinionis primæ ſuperius inductæ nu. 13.*

20 *An qui bona fide præſcriptionem incepit, ſi poſtea ex inſcitia, aut conſcientia erronea dubitet, exiſtente tali dubio poſſidere poſſit & præſcribere.*

21 *An ignorantia aliquem malæ fidei poſſeßorem efficiat, & præſcriptionem tollat, & etiam impediat.*

22 *Poßeſſio ex iuris ignorantia uincibili ſiue inuincibili ad præſcriptionem non ſufficit.*

23 *Ignorantia iuris maximè dubij & ratione probabilis non impedit.*

24 *De quinta conditione, quæ eſt tempus a lege præſcriptũ quid dicendum.*

25 *Ad præſcriptionem rerum mobilium quantum tempus exigatur.*

26 *Ad immobilium uero præſcriptionem communis Doctorum opinio quæ.*

27 *Ad præſcribendam rem immobilem Eccleſiæ alterius, ab Eccleſia Romana cum bona fide requiritur tẽpus 40. annorum.*

2 *Contra Eccleſiam Romanam neceſſaria eſt præſcriptio centum annorum.*

29 *Quoad Iura & ſeruitutes, quæ inter immobilia computantur, regula communis aſſignatur, quæ declaratur. nu. 30. et 31.*

32 *Quod ſupradicta intelligenda ſint modo adſit bona fides contra Couarruuiam, quem refellit. author.*

33 *An qui rem bona fide poſſedit toto tempore ad vſucapiendum, vel præſcribendum ex lege aſſignato, & poſtea inſtruatur, & credat rem eſſe alienam, tuta conſcientia poſſit retinere, an priori Domino reſtituere teneatur.*

34 *Opinio quarta completo tempore præſcriptionis lege ſtatuto &c. non teneri in foro conſcientiæ ad reſtitutionem, communis & uera.*

35 *Ratio huius communis ſententiæ unde colligitur.*

36 *Procedunt omnia ſiue Dominus fuerit negligens in inquirenda re ſua, ſiue non, propter bonum commune.*

37 *Soluitur argumentum contrarium eiusque confirmatio diluitur.*

Qui rem furtiuam emerit bona fide, ſi per 30. annos illã poſſideat, quamuis poſtea ſciat fuiſſe alterius, non tenetur ad reſtitutionem.

INter alias leges, quæ dominium ab vno in aliũ transferunt etiam inuitis dominis, vna eſt de præſcriptione, & vſucapione, de qua materia extant tituli in vtroq. iure, tam ciuili quã Põtificio, & in l. poſſeſ. de reg. iur. in 6. vbi de ea agitur a Iuriſtis. & in Decreto. 16. q. 3. Et a Scholaſticis in 4. d. 15. & a Canoniſtis in locis Decreti, & Decretalis citatis, & a S. Th. in Quodlib. 12. art. 24. & 25. Adr. Papa VI. in materia de reſt. q. de præſcr.

Agunt ēt de eo S.Ant.par.2.tit.1.c.11.§.7.Sot.lib.4.de iuſt.q.5.art.4.Io.Med.Cod. de reb. reſtituendis.q.16.& q.17.& Alph.a Caſtro. lib. 2.de poteſtate legis pœn.c.5. Summiſtæ in verb. præſcr.& verb. vſucapio.Martin.Ledeſ.2.4.q.18. art.1.dub.14.fol.229.Gabr.in 4.diſti.15.q.14. Couar.in reg. poſſeſ.de reg. iur. in 6. Michael Salon in tracta.de dominio.q.5.ar.7.Dom.Bannes ibid. q.4.dub. vlt. Pet.de Arrag.ibid.dub.fin.Ludo.Lopez par. 1.inſtru.conſc.c.133. & ſeqq. Ioſeph Angles in florib. 4.ſent.par.2.in q.propria de præſcriptionib.Greg. de Valen.to.3.diſp.5.q.6.punct.5.dub.3.Ludo.Molina de iuſt.to.1.tractat.2.diſp.69. & ſeqq. Bartol. Med.lib.1.inſtru.confeſſ.c.14.§ 30.in fine.Tole.in inſtruct.Sacerd.lib.5.c.26. & alij.

Atque, vt a nomine ipſo exordiamur, Præſcriptio nihil aliud hoc in loco videtur ſignificare, quā exceptio, adeo vt præſcribere idem ſit, quod excipere; Exceptio autem proprie loquēdo, eſt oppoſitio, quæ actionem, ſeu litem aliquam intentāti opponitur, ſiue lis, & actio ea omnino impediatur, & ceſſet, ſiue non ceſſet, ſed retardetur ſolum, dūmodo fundamentum, in quo actio, & lis fundatur, non negetur, tunc.n.non dr̃ exceptio, ſed defenſio. Vt v.g. Si Petrus actionem, ſeu litem aduerſus Paulū intentet, vt ſibi ſoluat centum aureos pro equo, quem illi vendidit, fundamentum huius actionis eſt venditio equi. Si ergo Paulus reus Petro actori opponat, ſe non emiſſe ab eo equum, dr̃ ſe defendere, nō autem excipere, & probatio eius, quod opponit, & negat, ad actorem pertinebit; Sin autē opponat, ſe iam ſoluiſſe illi pretium, dr̃ proprie excipere, & probatio exceptionis oppoſitæ ad rem pertinebit.

Quia verò probatio hæc, ſi probetur, omnino impedit, & extinguit actionem, appellatur exceptio peremptoria, ſi verò opponeret, eum, ad cuius tribunal vocatur, non eſſe ſolum iudicem, tunc quia eſto ita probaret, integra maneret actio corā legitimo iudice intentanda, dicetur exceptio dilatoria. Quia igitur præſcribere idem eſt, quod legem ac formam ſtatuere, & quia quōdam, ſicut actionibus, ſic etiam exceptionibus præſcripta erat quædam forma, excipere dictum eſt præſcribere iure Cæſareo, & exceptio dicta eſt præſcriptio.

Deinde verò vt præfati authores tradunt, idem eſt præſcriptio, & vſucapio, & ſolum inter ſe differunt, quod vſucapio proprie ſit rerum mobilium, præſcriptio vero immobilium, & quia breuiori tēpore res vſucapitur, quam præſcribitur, vt infra dicemus, & communi vſu tum iuris canonici, tū eius interpretum, vſurpatiſſimum eſt pręſcriptionis vocabulum pro acquiſitione dominij ex poſſeſſione, tempore, & cum conditionib. ad id requiſitis, qua etiam ſignificatione nos illo deicneps vtemur. Et omiſſis alijs multis definitionib. eius, ea mihi videtur eſſe optima, quę a Scholaſticis in hunc modum traditur, *Præſcriptio eſt acquiſitio dominij, & iuris per poſſeſſionem legitimo tempore ex legis pręſcripto cōtinuatam* Quæ definitio manifeſta erit ex his, quæ in ſequentib. dicemus. Vt autem ea omnia, quæ de ea tradūtur, clarius, & manifeſtius explicari, & intelligi poſſint, dubia quædam proponimus, quæ etiam omni, qua fieri poteſt breuitate, abſoluimus.

2 PRIMVM DVBIVM eſt, Quęnā cōdōnes neceſſariæ ſint ad aliquid legitime præſcribendum?

Reſpondeo, varias eſſe conditiones.

Prima eſt, vt res, quæ præſcribenda eſt, ſit talis naturæ, quæ a iure præſcribi non prohibetur.

Secunda eſt, vt res, quæ pręſcribi poteſt, ſēper poſſideatur ab eo, qui eam præſcripturus eſt. Nā ſine poſſeſſione non præſcribitur. ex reg. ſine poſſeſſione. de reg.iur.in 6. neque vſucapitur. l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap.

Tertia eſt, Titulus legitimus, Non enim ſatis eſt rem poſſidere, niſi aliquo titulo vero ſcilicet, aut probabiliter preſumpto poſſideatur.

Quarta eſt, Bona fides, hoc eſt, vt toto tempore præſcriptionis non ſit rei alienæ conſcius, ſumitur enim hic fides pro conſcientia, iuxta illud, Ro.14. Omne, quod nō eſt ex fide, peccatum eſt, & colligitur ex reg. Poſſeſſor. de reg.iur.in 6.& ex c.vigilanti.& c.ſi diligenti. de præſcr. poſſeſſor enim malæ fidei nunquam præſcribit.

Quinta eſt, Tempus a lege præſcriptum ad præſcribendū. Quæ omnes conditiones, ſi adſint, adeo legitima, & valida eſt præſcriptio, vt vere exinde rei dominium ab vno in alium transferatur, neque res per eam acquiſita erit vnquam reſtituenda, vt aſſerit communis ſentētia Doctorum ac nominatim S.Th.Quodl.12.art.25.Scot.in 4.diſt.15.q.3. Palud.ead.diſt.15.q.3.Gabr.ibid.q.14. Durand.in 4.d.41.q.4.art.2.ad 1.Io.Med.Sotus, Caſtro.Coua. & alij citati cōiter, & patet ex c. Nos Sanctorū.& c.Quoniam omne.de præſcr.& 16.q.3. per multa capita. Iō autē pręſentib. his omnib. conditionibus lege cautum eſt validam eſſe præſcriptionem, & transferri rei dominiū, ne alioquin nimis diu dominia manerēt incerta, & vt poſſit eſſe licitū finis, & firmior pax in Republica; Econtra verò ſi vna aliqua ex iſtis in præſcriptione defuerit, inualida eſt præſcriptio, ac proinde reſtituēdū eſt, qđ per eam acquiſitū fuerit. Id qđ ex ſequentib. fiet manifeſtū.

3 SECVNDVM DVBIVM eſt, Circa primā cōdōnem, quænam res iure præſcribi prohibentur.

Reſpondeo, Multas res eſſe, quæ præſcribi non poſſunt, vt in particulari docent S. Ant.par.2.titu.1.c.15.§.7. Angel.verb.præſcr.§.12. Syluest.verb. præſcr.2.per totum. Tabiena.eo. verſ.Primo.Ioan.Med.Cod.de rebus reſtit.q.16.Caſtro lib.2.de poteſta.leg.pęnal.c.5.Coua.in relect. in reg.poſſeſſor. par.2.Greg.de Val.tom.3.diſp.5.q.6.punct.5.dub.3.Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. part.2.vbi ſupra Lud.Lopez par.2.inſtru.conſcient.c.36.& Ludou. Molina de iuſtit.par.1.tract. 2. diſput.79.

Primo enim homo liber præſcribi non poteſt vllo tēpore, vt fiat ſeruus. l.vlt.Cod.de long.tempor. præſcr.quæ pro libertate, l.vſucapionē.ff.de vſuca.§.ſed aliquando.Inſti.eo.tit.& facit c.placuit.§.poteſt, in fi.16.q.3.Ratio eſt, quia cum ſeruitus homini tam grauis & oneroſa ſit, vt nemo ſit, qui libertatem non optet, de nemine præſumitur, niſi voluntatem ſuam exprimat, quod velit tam miſerabilem condōnem ſubire, ſed ſua libertate, ſi poſſit, vti. Ac proinde impotentia illius impedit præſcriptionē.

Secundo; Præſcribi non poteſt exemptio a ſubdito contra Prælati obedientiam, cui illam debet. c.cum non licet.de præſcriptio. Ratio eſt, quia iure naturæ, & diuino tenetur ſubditus ſuo Prælato obedire. Neque item poſſunt ſubditi præſcribere aduerſus Prȩlatum, aut Epiſcopum vt non viſitẽtur; Neque item, vt Epiſcopo non ſoluant procurationem illi debitam, dum ab ipſo viſitantur, Vt cõſtat ex c. cum ex officij. de præſcrip. & c. cum inſtãtia, de cenſibus, & intelligitur de ſubdito, qui alia debet Prælato. Alij tamen præſcribere poſſunt aduerſus Prælatum, vt ad ipſum ſubditi talis Prælati pertineant, & vt ab ipſo vitentur, & vt ipſi procuratio, & non antiquo Prælato debeatur, vt in d. ca. cum ex officij, habetur, vt v.g. Abbas, vel alius Prælatus præſcribere poteſt contra Epiſcopum circa ſubditos eius. Ratio autem quare contra procurationem ratione viſitationis debitam præſcribi non poteſt, eſt, quia viſitantibus, & Eccleſiæ miniſtrantibus, naturali, & diuino iure temporalia ad eorum ſuſtentationem debentur; Nemo enim, vt ait Apoſtolus, ſuis ſtipendijs militat. Intelligendum autem eſt hoc de procuratione debita ratione viſitationis, nam alia ſeruitia, quæ ratione conſuetudinis, aut ob aliam cauſam Prælatis traduntur, præſcribi poſſunt, vt notat Medina, vbi ſupra.

Tertio, Non valet præſcriptio contra neruũ Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt quod quis celebrare poſſit in Eccleſia aliqua tempore interdicti pulſatis campanis, & alta voce, cap. cum inter. iuncta gloſſa ibi. in verb. conſuetudine. de conſuetu. & fauet c. Alma mater. de ſent. excommun. in 6. Hunc etiam caſum ponunt Syluest. Tabiena, Ioſeph Angles Lopez & Gloſſa in d. c. cum inter. de conſuetu. & in d. ca. cũ non liceat. At certe, vt recte notat Molina vbi ſupra, non ſufficienter colligitur ex d. c. cum inter. de conſuetud. non valere præſcriptionem, aut cõſuetudinem in eo caſu, quia in d. ca. Alma mater nihil de hac re habetur, & in d. c. inter. Innocentius Papa III. ſolum reuocandam docet talem cõſuetudinẽ; Quod ſi conſuetudo, & per cõſequens præſcriptio, eſſet ipſo iure nulla, ſane Summus Pontifex nõ diceret ſe eam reuocare, ſed eam nullam eſſe pronunciaret.

4 *Quarto*, Eccleſia, loca religioſa, ius decimarum, primitiarum, oblationum, & alia iura ſpũalia a laicis præſcribi non poſſunt, vt expreſſe de Decimis definit Alex. Papa III. in c. cauſam quæ. de præſcr. Ratio ibi redditur, quia iura illa poſſidere non poſſunt, de ratione autem præſcriptionis eſt, rei præſcriptæ poſſeſſio, oportet enim præſcribentem rei prȩſcriptæ capacem eſſe: ſecus autem ab aliis perſonis Eccleſiaſticis, quæ iura ſpiritualia poſſidere poſſunt. Aliam huius rei cauſam aſſignat Couar. libro 1. variar. reſolut. c. 17. num. 5. Etenim ius iſtud percipiendi decimas conſequitur Sacerdos ex miniſterio Altaris; & ſpũalium, ſeminantibus. n. ſpũalia debentur temporalia, quorum exhibitio ordinatur propter miniſterium ſpũalium, quæ ab aliis quam Clericis miniſtrari nequeũt, vnde cum hoc ius percipiendi decimas ſpũale ſit, a laicis præſcribi non poteſt, vt notant Doctores communiter in d. c. cauſam quæ, de præſcript. & in c. quamuis de decimis. Addit tamen poſſe Epiſcopum alicui laico ex iuſta cauſa, eo nempe quod Eccleſiam, eiuſve patrimonium a Tyranni oppreſſione exemerit, concedere ad vitam, aliudvȩ tempus decimarum fructus, non quidem ius ipſum percipiendi decimas, ſed vt eas nomine, & titulo Eccleſiæ conſequatur, idemq; docent Glo. in d. c. quamuis, in verb. conceſſerit. Cardin. in c. cum Apoſtolica, col. 4. de his quæ fiunt a Prælat. & Panorm. in c. ad hæc. num. 4. de Decim.

5 *Quinto*, Reſpublicæ, quæ ad publicum vſum ciuitatis ſunt inſtitutæ, vt viæ, plateæ, & poteſtates, &c. præſcribi non poſſunt, neque in totum, neq. in partem. l. vſucapionem. ff. de vſucap. l. præſcriptæ. Cod. de operib. publicis. habetque id verum, etiãſi populus eis vti deſinat ex cauſa. l. viam. ff. de via publica. Ratio huius eſt, quia cum præſcriptio ſit in odium negligentium inſtituta, & in præſenti caſu negligentia locum non habeat, cum ſit liberum homini platea, aut ponte vti, ſi velit, ideo nec præſcriptio locum habet. Quam rationẽ aſſignat Medina q. 16. vbi ſupra.

Sexto, Tributa, ſeu functiones publicæ, & cenſus & huiuſmodi, quæ ſoluuntur Principi in recognitionem ſupremæ poteſtatis, & ſubiectionis, nullo tempore præſcribi poſſunt, nec vlla prȩſcriptione ab eorum ſolutione quis excuſari poterit. l. competit. Cod. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum. Bar. in l. in omnib. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. Panorm. in c. cum nobis. & in c. Ad audiẽtiam. de præſcrip. Couar. in reg. poſſeſſor. p. 2. n. 8. Molina de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 74. Syluest. Tabiena, Medina, & alij citati. Qua etiam de cã a nullo ſubditorum aduerſus Principem præſcribi põt ſumma illa & ſuprema iuriſdictio, quæ in eo conſiſtit, quod ab omnibus inferiorib. iudicib. ad Principem appelletur; Hæc. n. Principi competit in ſignũ ſupremæ iuriſdõnis, poteſtatis, & ſubiectionis recognitionem, ſecundum Bal. in Authẽ. quas actiones. Cod. de ſacroſ. Eccl. nu. 14. Rõ huius rei eſt, quia iuri naturæ, & diuino ſubditi tenentur non ſolum verb. ſed opere ẽt Principem ſuũ recognoſcere, iuxta dictum Chriſti, qđ eſt Cæſaris, date Cæſari. Deinde cũ præſcriptio neq; de iure naturali ſit, neque Diuino, neq; de iure Gentium, ſed tantum de iure ciuili, & canonico, non plus ſe extẽdit, quam vnuſquiſq; ſupremus Princeps in ſuo Regno eam ſuis legib. extenſam eſſe velit; Sed non eſt de mente Principis alicuius, vt quiſpiã ſubditorũ poſſit prȩſcribere, qđ ad Principẽ ab eo non appelletur, aut quod coercere eum non poſſit, quando ratio, & iuſtitia poſtulat, aut quod ei denegentur neceſſaria ad Regni gubernationẽ, contrarium. n. in detrimentum, & perniciem Reipublicæ eſſet. Non ergo conuenit, vt quæ in bonum publicum ſunt Principi debita, per tempus aliquod illi denegentur. Res tamen aliæ, quȩ reſeruantur Principi non in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſed ſolum in ſignum ſpecialis dignitatis, ac priuilegij, per inferiorem a Principe præſcriptione tãti temporis, cuius initium memoriam hominũ excedit, acquiri poſſunt; Vnde & domini inferiores, & ciuitates præſcribere poſſunt poteſtatem legitimandi, reſtituendæ famæ, & creandi tabelliones, quæ Principi reſeruata ſunt, ſi ſubeſt tãtum tempus, de quo in c. Super quibuſdam. §. prȩterea. de verb. ſign. Panorm. ibi & in c. cum nobis. de præſcr. Couar. & Medina vbi ſupra.

6 *Septimo*, Res vitioſa, quæ per furtũ, aut vim eſt acquiſita, præſcribi non poteſt, non ſolum a fure, & ab eo, qui per vim poſſeſſionem occupauerit, ſed etiam a quibuſcunq; alijs, qui bona fide ab eis eam emerit, aut quocunque alio iuſto titulo bona fide eam poſſiderit. Vt habetur Inſtitutio. de vſucap. §.

quod autem, & §. furtiuæ, id quod inſtitutũ eſt in odium furti. Intelligẽdum autem eſt hoc, vt notãt gloſſa ibidem, Medina, Molina diſp. 79. Salon, Bannes tractat. de dominio vbi ſupra. quæſt. 5. Sylueſt. verb. præſcriptio. 2, q. 12. Ludou. Lopez par. 1. inſtruct conſc. cap. 136. de præſcriptione longi temporis, triennij decennij, aut viginti annorum, de qua ſola ibi fit ſermo: Secus autem de præſcriptione longiſſimi temporis triginta, vel plurium annorum, iuxta l. omnes, & l. ſicut in rem. Cod. de præſcript. triginta annorum. Vnde falſa eſt ſententia Soti dicentis lib. 4. de iuſt. q. 5. art. 5. circa medium, hæredem latronis, & eum, qui tales res a latrone emit, ſi bona fide eas poſſederit, poſſe illas præſcribere tempore ordinario, id quod expreſſe eſt cõtra iura, & communem Doctorum ſententiã. Contra iura quidem, Nam in l. cum hæres. ff. de diuerſis tẽpor. præſcrip. & l. ſi mala fide. Cod. communia de vſucap. & l. vſucapio. Cod. de vſucapione pro hærede. & Inſtit. de vſucap. §. furtiuæ & §. Quod autem, quæ leges expreſſe dicunt, res furtiuas, & vi poſſeſſas non poſſe vſucapi, nec a latrone ipſo, nec ab hærede latronis nec ab emente rem furtiuam a latrone cum bona fide, intelligendo. ſ. de præſcriptione longi, & vſitati temporis tantum, nempe, 10. aut 20. annorum. Vnde Sylueſter, & Lopez vbi ſupra inferunt, quod emens a fure breuiarium, & poſſeſſum viginti nouem annis, tenetur emptor reſtituere, ſi ſuperueniat mala fides, quia res furtiua nõ niſi triginta annis præſcribi poteſt. Quod verò hæres latronis præſcribat, ſi duret in eo bona fides per triginta, aut quadraginta annos, eſt receptum apud Iuriſperitos, & habetur in l. omnes, & l. ſicut in rem. Cod, de præſcrip. 30. aut 40. annorum. Vbi ſtatuitur, vt poſt 30. aut 40. annos omnis actio extinguatur, & in l. ſi aliena. ff. de vſuca. & colligi poteſt ex Can. Placuit. 16. q. 3. §. poſt. Sylueſt. Medina Bannes Mich. Salon. Lopez, Molina vbi ſupra, & Couar. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 9. nu. 4. & citat gloſſam in reg. cum quis, de reg. iur. in 6. quam etiam ſequuntur Bal. in l. Nihil, Cod. de vſucap. Pau. Caſt. in l. 2. C. de fructibus, & liti. expenſ. & idem Pau. in conſi. 81. num. 12. & conſi. 258. lib. 2. Qui omnes hac ratione id probant, eo quod hæc præſcriptio 30. annorum titulum non requirat, ſed tantum bonam fidem, quæ ſi adſit hæredi latronis, aut ementi a latrone ſpacio 30. annorum, facit, vt res illa pręſcribi poſſit, titulus autem hæredis, qui vitium habet ratione malæ fidei defuncti, minime nocet, cũ ſine titulo præſcriptio procedat. Vnde quando leges dicunt, rẽ furtiuã eſſe impræſcriptibilẽ, loquuntur de præſcriptione vſitati, vel longi tẽporis; Secus aũt ſi præſcriptio per 30. vel 40. annos durauerit bona fide, tunc. n. rem facit ſuam, quandoquidẽ, vt in d. l. omnes. hr̃, omnis actio 30. vel 40. annorũ præſcriptione extinguitur. Quæ lex ſine dubio iuſta eſt, non pœnalis, nec innixa falſæ præſumptioni, ſed tribuens ius in conſcientia, ne rerum dominia perpetuo maneant incerta, tollanturque lites, & contentiones, Quæ cauſæ legis in quocunque poſſeſſore bonæ fidei locum habent, vt conſtat.

7 His omnibus addo, quod tam hæres latronis, quã qui a latrone rem emit, ſi rem poſſideant bona fide ſolo tempore longo, & vſitato, puta per decem, aut viginti annos tantum, quamuis rem illam non præſcribant, & vſucapiãt, fructus tamen rei poſſeſſæ faciunt ſuos. Hoc habetur in l. bonæ fidei emptor. ff. de acq. rer. dominio. vbi dicitur. *Qui non poteſt vſucapere, propter rei vitium, fructus tamen ſuos facit.*

Hoc eſt, qui non poteſt vſucapere tempore ſtatuto rem vitioſam, id eſt, furtiuam, fructus tamen illius facere ſuos tẽporis vſitati præſcriptione. Item habetur in l. ſi aliena. §. Sceuola. ff. de vſucap. & in l. Qui ſcit. §. Bonæ fidei. ff. de vſuris. Vnde ſi pater furatus eſt bouem, filius hæres illius non poteſt ſibi præſcribere bouem illum, quem bona fide recepit tanquam rem vere patris ſui, niſi ſpatio 30. vel 40. annorum, durante eadem bona fide illũ poſſideat, fructus verò, & partus illius faciet ſuos, poſtquam poſſederit ſpatio vſitati, & longi temporis, ſecus ſi tempore conceptionis, ſeu fructus dati ceſſauit in tali poſſeſſore bona fides, vt Ioannes Medina, Salõ, & Bannes locis proxime citatis annotarunt.

Octauo Limites, ſeu fines parochiarum, ſeu Prouinciarum, & Epiſcopatuum, & quæ huiuſmodi finibus cohærent, vt ſi eccleſia aliqua in confinio alicuius Epiſcopatus ſita ſit, præſcribi non poſſunt. c. ſuper eo. de parochiis, & c. quicunque, iuncta gloſſa. in verb. prouinciam, & c. licet in regulis. & cap. inter memoratos. 16. q. 3. Id quod verum eſt, & intelligendum de finibus, de quibus iam certo cõſtat eſſe præfixos, & conſtitutos, tunc enim præſcribi non poſſunt etiam quacunque præſcriptione etiã cum titulo. Vbi tamen de finibus legitime non cõſtat. valet præſcriptio.

Ratio eſt, ne termini prouinciarum confundantur. Qua etiam de cauſa Hoſtienſis ait, præſcribi non poſſe limites Ducatuum, aut comitatuum, aut hmõi. Limites tamen agrorum ſeu prædiorum & terminorum, qui ad priuatas perſonas attinent, præſcribi poſſunt. c. volumus, 16. q. 4. & c. quia iudicante. de pręſcr. Sic Ang. verb. præſcriptio. nu. 16. Sylueſt. eo. q. 6. & 7. Io. Medina. Cod. de reb. reſtituendis. q. 16. Ioſeph Angles in florib, 4. ſent. par. 2. q. de præſcr. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. cap. 136. & Ludouicus Molina de iuſti. par. prima tract. ſecundo. diſput. 79. & Gregorius de Valentia tomo tertio, diſp. quinta, quæſt. ſexta, puncto quarto, dub. tertio, & alij communiter. Vbi notandum eſt ex Panormitan. in capi. ſuper eo. de paroch. & Svlueſtro vbi ſupra, quod licet ea, quæ ſunt continua limitibus præſcribi nequeant, quæ tamen ſunt infra limites non cohærentia limitibus, præſcribi poſſunt; Vnde vnus epiſcopus præſcribere poteſt epiſcopalia, vel parochialia iura in eccleſijs dioceſis alterius cum titulo, vel per tantum tempus, de cuius initio non eſt memoria, de qua legendi ſunt Panorm. & Sylueſt. vbi ſupra.

8 Nono, Præſcribi non poſſunt res illæ, quæ iure ſtatutæ ſunt, ne præſcribantur, aut alienentur, vt res ſacræ præſcribi non poſſunt. Si enim quę Principi debentur, vt tributa, & res fiſci, præſcribi non pñt, a fortiori quæ Dei ſunt, & Deo ſunt conſecratę, non poſſunt pręſcribi. Inſtit. de rerum diuiſione. §. ſacrę. Quam rem optime declarant Panorm. in cap. Cum non liceat num. 7. de pręſcript. Angel. verb. pręſcriptio. 21. & deinceps, & Sylueſt. eod. ſecunda, quęſt. 13. Lopez, & Molina vbi ſupra. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, legem aliquando

prohibere alienationem rei, quia eius rei non poteſt haberi poſſeſſio, vt v. g. in rebus ſacris, & ſpiritualibus, & religioſis reſpectu laicorum, & ſic nõ valet præſcriptio, eo quod ſine poſſeſſione nõ detur præſcriptio. Aliquando autem prohibet alienationem reſpectu rei ſimpliciter, vt fundus dotalis, res vinculo primogenituræ alligatæ, res ſub fideicommiſſo relictæ, vt bona aliqua alicui relicta ita vt poſt mortem ipſius tranſeant omnia ad alterũ, id, quod in iure fideicommiſſaria ſubſtitutio appellatur. Item res in vltima voluntate ex cauſa rationabili prohibita ſimpliciter alienari; vt de fundo dotali habetur expreſſe in l. ſi fundũ. ff. de fundo dotali. & de his præſcriptio inchoari non poteſt; Sed ſi erat inchoata antequam erat fundus dotalis, tunc non impeditur vſucapio, & præſcriptio, vt colligitur ex d. l. Si fundũ. & ita de ceteris, de qua re legẽdi ſunt authores citati. Eodem modo dicẽdum eſt de re alienari prohibita per pactum, puta cum res obligatur, & obligans appoſuit pactum, ut illa res interim non alienetur, & ſic impeditur dominij trãslatio, vt in l. ſi creditor. §. vlt. ff. de diſtra. pign. vt tamen notant Panorm. in d. c. cum non liceat. Ang. verb. præſcr. §. 24. Syl. verb. eodẽ. 2. quæſtio. 15. & Lopez vbi ſupra, alius a prædictis paciſcentibus, bene poteſt eam præſcribere.

9 *Decimo*, Non præſcribit, qui rem proprio nomine non poſſidet, ſeu poſſidere non poteſt. cap. ſi diligenti. de præſcr. Vnde nec ſeruus, nec mente captus, nec poſſidens precario, nec colonus, nec vſufructuarius, nec creditor, cui pignus aliquod commiſſum eſt, præſcribere poſſunt: Nec hi, qui capaces non ſunt rerum, ſeu iurium, quæ tenent. Quorum omnium vna ratio eſt, quia de ratione præſcriptionis eſt poſſeſſio, hi autem prænominati, aut poſſidere non poſſunt, aut non poſſident nomine ſuo. Poteſt tamen ſeruus præſcribere domino ſuo, tutor, ſiue curator pupillo ſuo; mente captus præſcribere poteſt, dummodo initio, quo rem alienam bona fide poſſidere cępit, vſum rationis habuerit, ſimul & in fine; eſto quod medio tempore in dementiam inciderit. Secus ſi in initio, vel in fine fuerit mente captus.

Vndecimo, præſcriptio non valet cõtra eum, qui adeo impotens eſt, aut impeditus, vt rem ſuam in iudicio petere non poſſit, eo quod in illo non reperitur cauſa præſcribendi contra illum. Inde eſt, qđ contra mente captum, contra Minorem, ante ſcilicet 25. annum, contra filium ſub poteſtate patris exiſtentem, contra vxorem, cuius vir non eſt adminiſtratione priuatus, & denique contra omnẽ, qui iuſtam, & legitimam habet cauſam, ſeu impedimentum, ne contra poſſeſſorem agat; de quib. omnibus legendi ſunt authores prædicti, qui latius iſta tractant.

10 TERTIVM DVBIVM eſt circa ſecundã cõditionẽ, quæ eſt *Poſſeſſio*, vt. n. habetur in Reg. Sine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. ſine poſſeſſione rei præſcribendæ, non datur præſcriptio. Quænã, & qualis poſſeſſio neceſſaria eſt ad præſcribendum?

Reſpondeo, Cum ex dictis in c. *3*. de poſſeſſione explicatum ſit, poſſeſſionem eſſe vel Naturalem ſolum, vel ciuilem ſolum, vel ciuilem, et naturalem ſimul, quæ ibi dicta ſunt, huc etiam accommodari poſſunt; ſolum annotandum eſt in hoc loco poſſeſſionem naturalem ſolum non ſufficere ad præſcribendum, ciuilis autem ſola, ſiue vera apprehenſione, ſiue ficta comparata ſit, & a fortiori ciuilis, & naturalis poſſeſſio ſimul ſufficit ad præſcribendum. Vt late probant Couar. in reg. poſſeſſor, par. 2. in principio. nu. 7. de reg. iur. in *6*. & Doctores, quos refert. Ex quo capite ſequitur, vt ſupra dictũ eſt, §. Decimo, præſcribere non poſſe eum res, quas poſsidere non poteſt ſuo nomine, cum præſcriptio nihil aliud ſit, quam acquiſitio dominii ex poſſeſſione bona fide ad præſcriptionem tempore requiſito. Quocirca cum laici, ex iuris humani diſpoſitione capaces non ſint rerum ſacrarum, neque etiã iuris decimas nomine proprio exigendi, eo modo quoad Eccleſiaſticos ſpectat eas exigere, vt ex cap. cauſam. de præſcript. manifeſtum eſt, hinc eſt, quod res iſtas præſcribere non poſsint. Ita Syluest. verb. præſcriptio. 2. q. 4. Ioan. Medina, C. de rebus reſtituendis. q. 1*6*. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 17. nu. *6*. Alphonſus a Caſtro. lib. 2. de poteſtate leg. pœnal. c. 5. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. p. 2. q. de præſcript. art. 1. concluſ. 4 Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. c. 133. Lud. Molina de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 62. Michael Salon tract. de dominio. q. 5. ar. 7. Bannes ibidem. Toletus lib. 5. ſummæ. cap. 2*6*. Qua etiam de cauſa Religioſus profeſſus, cum ob votũ paupertatis incapax ſit dominii, nihilque poſsidere poſsit nomine proprio, præſcribere poteſt; Idẽ de coadiutoribus notat Molina in profeſsis Societatis Ieſu; Intelligẽdum autem eſt hoc de religioſis in ſingulari, nam Monaſteria, & conuentus in communi poſsidere poſſunt, & præſcribere.

Sic etiam tutor, curator, procurator, qui loco alterius, & alieno nomine poſsident, non ſibi, ſed ijs, qui per eos poſsident, acquirunt, & præſcribũt; Idem de ſeruis, & filiis familias dicendum eſt.

Debet autem poſſeſsio ad præſcribendum requiſita eſſe continuata per totum tempus legis. Vnde ſi quis re, quam poſsidebant, iuſte priuetur, quando illam iterum in ſuam recipiat, incipit de nouo tempus præſcriptionis. Debet namque tempus poſſeſſionis ita eſſe continuum, ut nec per horam interrumpatur. Vt v. g. ſi lex decennium ſtatuat, illam cõtinuis decem annis poſsidere debet. Vnde qui finito quinquennio, rem alienaret, & poſtea per aliud quinquennium poſsideret, non præſcriberet. Dixi, *iuſte*, nam ſi iniuſte ſpoliaretur illa re, non deſinit illam re uera poſsidere, cum ſemper ſit verus dominus rei illius.

11 QVARTVM DVBIVM eſt, Circa tertiam conditionem, ſcilicet, *Titulum*. Quis nam titulus neceſſarius ſit ad præſcribendum?

Reſpondeo, ſuppoſito quod Titulus nihil aliud ſit, quam radix, & origo, vnde rei dominium, & ius oritur; Sciendum eſt, Titulum eſſe duplicem; verum, ſcilicet, & præſumptum. Titulus verus eſt vera radix dominii, aut iuris; Præſumptus eſt, quãdo preſumitur vera radix, & tamen reipſa non eſt. Vt v. g. qui bona fide rem emit, aut illam dono accepit ab eo, cuius illa non eſt, credens tamen illum eſſe legitimum dominum rei illius, aut procuratorem illius, talis emptio, aut donatio, quamuis non ſit ſufficiens cauſa & radix ad transferendum dominium, eſto accedat traditio, præſumitur tamen talis, interim dum bona fides adeſt, & poſsidere cenſetur titulo non vero,ſed præſumpto. Ad præſcribendum igitur nō eſt neceſſarius verus titulus, cum is,qui ſic rem poſſidet,vere dominiū,aut quaſi dominiū,vel ius in re habet,ac proinde non indiget præſcriptione ad rei dominium acquirendum; ſed ſatis eſt titulus,qui licet non ſit verus: probabiliter tamen talis præſumitur, vt v.g. tituli ſunt,emptio,permutatio,donatio,&c.ſi tamen is,qui vendit,permutat,aut donat rem,non erat uerus rei dominus, hoc ipſo in tali caſu deſinunt eſſe vere tituli,& transferre non poſſunt dominium. Sin vero is,qui rem aliquo horum titulorum poſſidet, probabiliter credat, rem ſuiſſe eius, qui illam vendidit,aut donauit, erit præſumptus titulus, qui licet ex ſe inſufficiens ſit ad transferendum dominium, ſufficiens tñ eſt ad certo quodam tempore præſcribendum rem,quæ ita poſſidetur,eaque de cauſa dr̃ transferre poſſe rei dominium,ut colligitur ex c.ſi diligenti. de præſcript. Vt autem notant communiter Doct.Couar.in reg.poſſeſſor. par.2.§.5.Dominicus Bannes in præambulo de dominio. q.5. dub.pen. Mich.Salon tract.de dominio.q.5.art.7. multo magis neceſſaria eſt bona fides ad præſcribendum,quam titulus, vſque adeo ut ſæpius detur præſcriptio ſine titulo, nunquam tamen ſine bona fide. Quamuis enim in præſcriptione decem, aut viginti annorum, quæ ordinaria eſt, tituli allegatio, & probatio neceſſaria ſit, in præſcriptione tñ 30.vel 40.annorum,nec iure Pontificio, nec Cæſareo titulus requiritur, ſed ſufficit bona fides.l.oēs. C.de præſcr.30.vel 40.annorum.c.placuit,§.poſt. 16 q.3. & eſt communis opinio Doctorum in d.c. ſi diligenti. de præſcr. vnde ſi priuatus præſcribat contra Eccleſiam aliquam rem,etiamſi requiratur tempus 40.annorum,titulus tamen non eſt neceſſarius, nec fuit vnquam iure veteri,ſecundum Panorm.in c.de quarta.nu.14.de præſcrip. & Couar. in d.§.5.nu.2.verſ.Secunda concl.& alios,quos refert.Item in præſcriptione immemoriali,& in præſcriptione centenaria contra Eccleſiam Romanā, nō eſt neceſſarius uerus titulus, nec eius allegatio, aut probatio exigitur, vt colligitur ex c.1.de præſcri.in 6.Couar. Bannes, & alijs. Id quod limitandū eſt, dūmodo non ſit præſumptio iuris cōis aduerſus præſcribentē: quia tunc licet non requiratur probatio tituli, in præſcriptione immemoriali,in præſcriptione tñ contra Eccleſiam Romanā quæ centenaria eſt tituli allegatio, & probatio,vel temporis immemorialis oſtenſio, vt ex d.c.1.de præſc. in 6.Dyno in reg.poſſeſ.nu.7. de reg.iur.in 6.& Couar.ib d.§.5.nu.2.verſ. Quinta conclu.& lib.1. variarum reſol.c.17.nu.8.& aliis colligitur.

12 QVINTVM DVBIVM eſt, circa quartā conditionē,quæ eſt Bona fides; Quidnam illa ſit, & an neceſſaria omnino ſit ad aliquid præſcribendū. Reſpondeo, Adeo neceſſariam eſſe bonam fidem ad præſcribendum, ut malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribere poſſit, ſic expreſſe in reg.poſſeſſor.de reg.iur.in 6. & Inno.Papa III. in Concil. Lateran. & refertur in c.fi. de præſcri.vbi dicitur, *quoniam omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, Synodali iudicio definimus ut nulla ualeat abſque bona fide præſcriptio,tam canonica,quàm ciuilis: Et,ſubdens rationem, ait, cum generaliter ſit omni conſtitutioni, atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato, non poteſt obſeruari; vnde oportet,vt qui præſcribit in nulla temporis parte, rei habeat conſcientiam alienæ.* Idem etiam definiuit Alex. Papa III.vt habetur in c.vigilanti. de præſcriptionib. Eſt autem bona fides,tranquilla conſcienta,quæ toto tēpore continuatur per leges ad præſcribendum conſtituto,exiſtimās ſe eſſe verum dominum, vnde is,qui toto tempore ita rem poſſidet,dicitur rem bona fide poſſidere; Quando vero animus,id eſt,voluntas habet rem, vt ſuam,& conſcientia, ſeu mentis exiſtimatio credit eſſe alienam, dicitur eſſe mala fides, iſque, qui eo modo poſſidet, dicitur mala fide poſſidere, vt colligitur ex cap. ſi virgo.34.q.2. Atque ita fur, vſurarius, & quicunque malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribere poteſt. Hinc ſequitur, leges admittentes præſcriptionem cum mala fide abrogatas eſſe per ius Canonicum, quia nutriebant peccatum, dum permittebant rem alienam mala fide poſſideri,& præſcribi: Neque ſeruandæ ſunt in foro ſeculari,etiamſi Glo.2.in c.fin. de præſcri. quam ſequuntur Adr.in 4.ſentētiarum in materia de reſtit. q. de præſcriptione, velit ſeruandas eſſe in foro ſeculari. Fallitur enim, quia potuit Papa ex vi poteſtatis ſpiritualis abrogare leges ciuiles, quatenus continent periculum animarum, cum ſecundum hanc rationem fideles omnes ſubiiciantur Papæ;cum igitur Papæ incumbat proſpicere ſaluti animarum ſibi commiſſarū,conſequenter ſi leges aliquæ ciuiles ſint, quæ cedunt in periculum, aut perniciem animarum, quales ſunt, quæ peccata fouent, poterit Papa non ſolum eas limitare, ſed penitus abrogare, & annullare,vt expreſſe docent Sot.lib.4. de iuſtit. q.5.artic.4.Io. Medina C. de rebus reſtituendis. quæſt.17.Couar. in reg.poſſeſſor. par.2.§.11.nu.4.de reg.iur.in 6. Michael Salon.de dominio.q.5.ar.7.Bannes ibid. Greg.de Valen.to.3.diſput.5.q.6.puncto 5.& alij communiter.

Hinc etiam ſequitur, abrogatas eſſe leges admittentes præſcriptionem cum mala fide in actionibus perſonalibus, vtpote quando quis eſt debitor pecuniæ,& aliarum rerum, quæ vſu conſumuntur, ut recte docet Couar.vbi ſupra, num.3.etiamſi Hoſtienſis in Summa de præſcript. rerum immob.§. quæ res verſ. actiones perſonales.& Barth.in l.ſequitur,§.ſi uiam.ff.de vſucapion.& alii contradicant. Etenim,vt ex d.c.fin. de præſcrip.colligitur, damnantur præſcriptiones, quæ cum peccato,& mala fide propter peccatum inducuntur; At uero qui ſcit, ſe debitorem eſſe, ſemper habet conſcientiam læſam, quod ea quantitas pecuniæ debita ſit alteri, Ergo quamuis non teneatur ſub peccato ſoluere, nec offerre ſtatim pecuniam debitam alteri, non tamen præſcribere poterit libertatem,aut immunitatem a ſolutione eius, ſed eam petenti dare tenetur. Sic etiam docent Pan.& Doct. in cap.de præſcript. Anchar.& Fran.in d.reg.poſſeſſor Imola,& Felin.in d.c.fin.de præſcript. & alii, quos idē Couar.refert.

Quando autem dicitur, quod bona fides ſit neceſſaria ad præſcribendum, ita intelligendum eſt, ut non ſolum bonam fidem habuit, quando rem initio acquiſiuit, ſed etiam vt ſit continua, & non interrupta per totum tempus a lege ad præſcribendum,conſtitutum, ut patet ex c.Illud autem.& c. fin.de fi.de præſc. quia cũ bona fides debeat eſſe cum poſſeſſione, ſicut poſſeſſio non eſt interrumpẽda toto tẽpore legis, ita neq; bona fides, quę illã comitatur. Vnde non ſatis erit præſcriptionem bona fide cœpiſſe, ſed eam continuari oportet vſque quo tẽpus requiſitum compleatur. Vbi tamen in medio tempore adueniret mala fides, ſi poſtea ceſſet, eo quod appareat fuiſſe errorẽ, & nõ mala fidẽ, continuabitur præſcriptio, & nõ interrumpetur. ex gl. vlt. & Inno. & Fel. in d c. fi. de pręſcr pt. & Couar. in reg. poſſeſ. par. 2. §. 12. nu. 2. de reg. iur. in 6. Si autẽ vere interceſſerit mala fides, ita interrũpitur pręſcriptio pręcedens & extinguitur, vt etiam accedente poſtea bona fide nõ poſſit prior præſcriptio continuari, ſed opus erit nouam, & integrã præſcriptionẽ ab initio inchoari, nec erit locus acceſſioni prioris temporis, cum id mala fide accedente omnino extinctum ſit, vt communiter aſſerunt Hoſt. Ioan. Andr. & Panor. in d. c. fi. de præſcr. Sylu. verb. præſcr. 1. q. 3. verſ. quintum. Couar. vbi ſup. & alii.

13 SEXTVM DVBIVM eſt, an non ſolum mala fides ſuperueniens, quod ſit aliena, ſed etiam dubitatio num aliena ſit, impediat hanc bonam fidẽ, atque adeo inualidam reddat pręſcriptionem? De qua re duæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt dicentium, quod tempus, quo quis, nõ tenui ſcrupulo, ſed probabili coniectura dubitat rẽ eſſe ſuam, non annumeratur præſcriptioni, ſed bonam fidem, atque adeo præſcriptionem interrumpit, ac proinde ſic dubitans, nec rem illam præſcribere, nec ſine peccato rem poſſidere poteſt. Sic Anton. de Butr. in c. fi. de præſcr. Ioannes Maior in 4. diſt. 15. q. 11. Sot. in lib. 4. de iuſt. q. 5. art. 4. ante fi. Adr. in 4. in materia de reſtit. in q. de præſcr. Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 14. fol. 231. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. c. 135. & Pet. de Arrag. 2. 2. q. de dom. in fi. quæ opinio probatur.

Primo, quia qui agit contra conſcientiam dubiam, peccat, exponit enim ſe periculo peccandi, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. *Qui amat periculum peribit in illo.* Sed qui rem poſſidet, de qua dubitat, an ſit ſua, vel aliena, facit opus, de quo dubitat, an ſit peccatũ mortale, talis enim dubitat, an detineat alienum necne, cum tamen detentio rei alienæ prohibita ſit ſeptimo Decalogi mandato. Ergo mala fide detinet, & poſſidet. Ergo præſcribere non poteſt rem cum tali dubio.

Secundo, Bona fides eſt illa, qua quis exiſtimat rem eſſe ſuam. Sed eo ipſo quod quis dubitat, an res ſit ſua, deſinit exiſtimare rem eſſe ſuam, (dubitans enim neutri patri aſſentitur.) Ergo per dubitationem interrumpitur bona fides ad pręſcriptionem neceſſaria.

Cõfirmatur, quia per talẽ dubietatẽ læditur, & vulneratur cõſciẽtia, ut cõſtat, cum tñ bona fides idẽ ſit q̃ bona conſcientia. Intelligendũ autẽ eſt hoc de dubio probabili, nam *leuis ſcrupulus*, ideſt trepidatio ſine argumentis probabilibus, nõ lędit, aut impedit bonam fidem, & præſcriptionem, ſecundum omnes; Sicut nec hæreticus cenſendus eſt, qui leuiter dubitat in rebus fidei, vt conſtat ex cap. 1. de hæret.

14 Secunda ſententia eſt eorum, qui docent, non tolli bonam fidem per eiuſmodi dubitationem ſuperuenientem. Quamuis enim qui dubitat, nõ poteſt bona fide incipere rem poſſidere, & præſcribere, ſi tamen a principio incipit poſſidere bona fide, & ſine vlla dubitatione, quamuis ſuperueniat dubitatio, qua quis hæſitat, an res, quam poſſidet, ſua ſit, nec ne, non tollitur bona fides, nec impeditur præſcriptio. Sic Pan. & Fel. cum glo. in cap. fi. de præſcr. Barth. in l. naturaliter. ff. de vſucap. Syluest. verb. præſcript. 1. q. 3. verſic. tertium. Roſella verb. reſtit. 7 §. 19. Tabiena. verb. præſcript. verſic. nono. Ioã. Med. C. de rebus reſtituendis. q. 17. dub. 1. Couar. in reg. poſſe. par. 2. §. 7. nu. 3. et 4. Michael Salon 2. 2. tract. de domin. q. 5. art. 7. Domin. Bannes ibid. q. 5. dub. vlt. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. pun. 5. dub. 3. Ioſeph Angles in florib. 4. ſenten. par. 2. q. de præſcript. ar. 2. diffic. 2. Lud. Molina de iuſtitia. to. 1. tract. 2. diſp. 63. & Eman. Sa. in Aphoriſ. verb. præſcript.

Prima pars patet, quia bona fides neceſſaria eſt, ad præſcribendum tanquam fundamentum iuſtæ poſſeſſionis, & præſcriptionis. Ergo ſi hæc ſtatim ab initio deficit, ſicut deficiente fundamento nihil poteſt ſuperædificari, ita deficiente bona fide nihil põt præſcribi. Cõfirmatur, q̃a ſic incipiẽs rẽ poſſidere cum dubio, eo quod cum immediatè antea bona fide eam non poſſederit, non eſt melior conditio ipſius poſſidentis, vnde cum præſcriptio, & exiſtimatio illa, quæ non poteſt eſſe ſine peccato, prohibita ſit in d. c. fi. de præſcript. & alibi, conſequenter incipiens rem poſſidere cum dubio an ſua ſit, nec ne, præſcribere non poteſt. Atque in hac re conſentiunt omnes, & colligitur aperte ex l. Bonæ fidei. (quæ eſt 48.) ff. de acq. rerum domin.

Secunda pars patet, quia cum dubium duplex eſſe poſſit, ſpeculatiuum ſcilicet quod contingit, quoties quis mente, & animo dubitat de re aliqua, quoad eius qualitatem, & conditionem; & practicum, quod eſt, cum quis non ſolum in genere, & conditione rei dubitat, ſed etiam an liceat ei agere actum illum, quamuis ille dubius ſit de rei conditione, & qualitate, nimirum ſitne ſua, vel alterius, non debet tamen practice de actu ſuo poſſidendi dubitare, ſed poteſt ſibi perſuadere, ſe licite rem poſſidere, etiam durante illo dubio ſpeculatiuo: nam in dubiis melior eſt conditio poſſidentis. Etenim qui vſque ad tempus hodiernum bona fide poſſedit, & iam dubitare incipit, an ea res ſua ſit, nec ne, abſque dubio dictante conſcientia, & ratione licite continuare poteſt poſſeſſionem, eo quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ac proinde in tali caſu bona fide poſſidet. Cum ergo bona fide ſufficiens ſit ad præſcribendum, conſequenter dubium ſuperueniens non impedit, quo minus præſcriptio legitime inchoata continuari, & perfici poſſit. Poteſt etiam aliis exemplis confirmari, nam miles dubitans, an bellum ſit licitum, quod eſt dubium ſpeculatiuum, etiam manente tali dubio, ſimul eo habere poteſt, & habet hoc iudicium practicum: & certum, principe iubente bellandum mihi eſt, alias enim deſtrueretur Reſpublica. Sic etiam quamuis mulier dubitans, an vir ſuus mortuus ſit, manente tali dubio peccat nubendo, ſi tamen bona fide nupſit, & poſtea dubitare incipiat, an prior maritus mortuus ſit, poterit nihilominus, immo tenetur reddere debitũ viro petẽti; Quia vna cũ illo dubio ſpeculatiuo, uo, debet habere hoc indicium practicum verum, & certum, reddere teneor debitum viro petenti, vt habetur in c. Dominus. de ſecundis nuptijs, vt concedit Sotus lib.4.de iuſtit.q.5.ar.4 in fi. Immo vero Sotus loco citato fatetur eum, qui dubitat, an res, quam poſſidet, ſit ſua, poſse eam retinere, nec durante tali dubio teneri ad reſtitutionem rei, quam tamen ſub eodem dubio ab alio ſuſcipere nõ poſſet. Atque adeo, vt recte annotauit Greg. de Valent. vbi ſupra, non ſatis cohærenter locutus eſt Sotus, dum id concedat de redditione debiti, & de obligatione ad non reſtituendum id, quod in dubio poſſidet, & tamen in caſu noſtro velit, dubitationem, an res ſit eius, qui illam poſſidet, tollere bonam fidem, atque adeo impedire præſcriptionem, quæ doctrina non uideo qua ratione cohærere poſſit. Hæc ea ſunt, quæ ab authoribus in vtrãque partem diſputãtur, ex quibus apparet ſatis difficilem eſse materiam illam, quæ tamẽ vt clarior, & manifeſtior reddatur, & quid probabilius in hac re mihi uidetur, oſtendam, ſequentes propoſitiones adiungam.

15 Prima propoſitio: Ad præſcribendum requiritur, & ſufficit fides, & moralis certitudo, quod res ſit ſua. Hæc concluſio euidens eſt, quia in rebus humanis ſatis eſt certitudo illa, quam rei natura patitur. Ergo ſicut in alijs contractibus, & actionibus humanis ſufficit, & requiritur certitudo moralis iuxta rei, & actionis naturam & qualitatem, ita etiam in præſcriptione certitudo iſta ſufficiet, tum ad eam inchoandam, tum etiam ad eam continuãdam. Vnde nec neceſſaria eſt omnimoda & Metaphyſica certitudo ad eam continuandam, nec quicunque ſcrupulus, & opinio, aut formido ad eam tollendam, aut impediendam ſufficit.

16 Secunda propoſitio: Qui bona fide rem poſſidere, ac præſcribere incepit (id quod neceſſarium eſt ad poſſeſſionem, & præſcriptionem rei inchoandam, vt ſupra dictum eſt) & poſtea temporis progreſſu dubitat probabiliter & rationabiliter, an res illa ſit ſua, nec ne, ad inquirendũ diligẽter obligatur, an res iſla ſua ſit, vel alteriꝰ, alias poſſidẽdo, & retinendo peccat, nec cum tali dubio præſcribere cẽſetur. Prima pars patet, quia eo ipſo quod probabiliter de re aliqua dubius ſit, tenetur diligentiã debitam adhibere, vt rei veritatem inquirat, & vt deprehendat quiſnam verus ſit rei dominus, de qua dubitat; ſicut qui actum aliquem agit, aut contractum, vel conuentionem facit, de qua dubius eſt, an liceat, nec ne; vel tenetur omnino ab eo actu abſtinere, vel diligenter ſe ipſum, alioſve peritos cõſulere quid leges ad iuſtitiam illius actus requirant, alioqui temere actum ageret, & peccaret, dũ exponeret ſe periculo agendi illud, de quo dubius eſt, an peccatum ſit, nec ne. Secunda pars conſtat, quia dubitans probabiliter de re, an ſua ſit, nec ne, & non inquirens diligenter, cuius illa ſit, non habet conſcientiam ſanam, ſed læſam, vt conſtat; Ergo peccat, & non præſcribit.

17 Tertia Propoſitio: Qui poſt debitam diligentiã adhibitam adhuc dubius eſt, an res, quam poſſidet ſua ſit, vel alterius, ſi dubium ſit æquale pro vtraque parte, tuta conſcientia eam poſſidere, & præſcribere poteſt. Ratio eſt, quia vt conſtat, in pari cauſa, & æquali dubio melior eſt conditio poſſidentis. Et cum iura partium ſunt obſcura, reo fauẽdum eſt potius quam actori. Reg. cũ ſunt. Reg. 11. de reg. iur. in 6. In hoc autem caſu, qui dubitat de re ſua, eſt velut reus. Deinde ſi in foro exteriori dicenda eſſet ſententia, ſine dubio Iudex ſententiã ferre pro poſſeſſore; ſententia autem Iudicis, quæ nõ nititur præſumptioni falſæ, confert ius in conſcientia. Ergo præſcribere poteſt. Dixi, *ſi dubiũ ſit æquale in utraque parte* (& a fortiori idem dicendũ eſt ſi deprehenderit ſe habere maius, vel potius ius quã alter) quia ſi poſt factam debitam diligentiam ſit dubium æquale, ſed deprehenderit alterum habere maius ius, quam ipſe habeat, tunc quidem non p̃ſcribit; quinimmo tenetur pro qualitate dubij rẽ poſſeſſam alteri reſtituere; quia tũc melior eſt cõditio alterius non poſſidentis, atque adeo in tali caſu Iudex ſententiam pro altero ferret. Quod ſi dubium illud ita attenuaretur pro parte illius, qui poſſidet, & appareret fere nullum, totumque ius competeret alteri, qui non poſſidet, tenebitur rem totam illi reſtituere.

18 Quarta Propoſitio: Qui bona fide rem poſſedit, & poſtea probabiliter dubitat, & ſtatim debitam diligentiam adhibet, manente æquali dubio, vere rem poſſidere poteſt, nec per talem dubitationem interrumpitur tempus præſcriptionis. Quæ propoſitio ſatis efficaciter probari videtur argumẽtis pro ſecunda opinione collatis. Et confirmari poteſt; quia ſi res in iudicium adduceretur, non eſt dubium, quin Iudex ſentẽtiam ferret pro poſſeſſore in hoc caſu. Sententia autem Iudicis, quæ non nititur falſa præſumptione, cõfert ius, decernitque idipſum, quod in conſcientia faciendum eſt, de qua re plura legi poſſunt lib. 1. c....

Solum cõtra hanc propoſitionem obijci poteſt, quod per litis conteſtationem in foro exteriori interrumpitur præſcriptio, etiãſi bona fide inchoata ſit: Et tamen litis conteſtatio ſolùm facit conſcientiam dubiam. Ergo ſolum dubium ſufficit ad præſcriptionem interrumpendam.

Reſpondeo, Ideo ex litis conteſtatione interrumpitur præſcriptio, quia ex petitione veri dominij ſic conteſtatus non amplius habet pacificam rei poſſeſſionem: iura autem fauere ſolent poſſeſſori pacifico quo ad tempus præſcriptionis; ceterum quando dubium aliunde oritur animo poſſeſſoris, tale dubium non efficit, quin poſſeſſor ille dicatur eſſe in pacifica poſſeſſione, dummodo rem bona fide antea poſſedit, & exorto dubio diligentiam debitam adhibuit circa inquiſitionem ueri domini, unde nec dubium illud tempus præſcriptionis impedire aut tollere cenſetur. Hinc ſolui poſſunt argumenta primæ ſententiæ.

19 *Ad primum* reſpondeo, quod qui dubius eſt de re aliqua quam detinet, an ſua ſit, & non adhibet diligentiam debitam, peccat, eo quod committit ſe periculo detinendi rem alienam; qui vero poſt exortum dubium diligentiam ſufficientem adhibet, eaque adhibita inuenit ſe habere æquale, aut potius ius, quam alter, non facit aliquod opus, de quo dubitare debeat, an ſit peccatum, quinimmo manente tali dubio ſpeculatiuo, poteſt formare hoc iudicium practicum; poſſum hanc rem licite detinere, ac poſſidere, quia non habeo minus ius in illam, quam alter, & præterea rem poſſideo, in

dubijs autem melior eſt conditio poſsidentis. Vnde nec in tali caſu poſset Iudex in conſcientia adiudicare aliquam partem rei, de qua dubitatur non poſsidenti, neque obligare poſsidentem ad aliquid alteri reſtituendum, cum præter ius æquale habeat etiam rei ipſius poſseſſionem, ratione cuius habet maius, ius quàm alter.

Ad ſecundum reſpondeo, quia exorto ſemel dubio ſtatim inquiſiuit diligenter de uero domino rei, & animaduertit ſe non habere minus ius, quã alter, nec conſcientiam læſam habet, nec peccat rẽ detinendo, vt conſtat ex dictis; ſolum ergo procedit ratio de eo, qui poſtquam dubitare cœperit, an res ſua ſit, nec ne, non adhibet diligẽtiam debitam de inueniendo vero domino rei; talis enim, ut diximus, conſcientiam læſam habet, & detinẽdo peccat, nec cum tali dubio præſcribere poteſt. Facta autem debita diligentia recte, & tuta conſcientia iudicare poteſt rem eſse ſuam, non obſtante dubio aliquo ſpeculatiuo. Neque peccat, qui facit contra conſcientiam dubiam ſpeculatiue tantum, cũ circa conditionem ipſius rei non ſit propria, vel aliena, ſed qui facit conſcientiam dubiam practice circa proprium poſsidendi actum, ſitne is licitus, nec ne, id quod non accidit in propoſito, vt ſupra explicatum eſt. Atque ita reſponſum etiam eſt ad confirmationem eiuſdem.

20 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An qui bona fide præſcriptionem incepit, ſi poſtea ex iuſtitia, & conſcientia erronea dubitet, exiſtente tali dubio rem illam poſsidere, & præſcribere poſſit?

In hac re certũ eſt, quod durante tali conſcientia erronea peccat rem illam detinendo, & malam fidem habet; eo quod cõſcientia dictat, rem illam non eſse ſuam; depoſita tamen cõſcientia erronea, ſtando in ſolo iure naturali non videtur interrũpi præſcriptio, cum durum ſit affirmare conſcientiam erroneam tollere ius, quod quis, ea ſecluſa, vere & reipſa habebat, vt expreſse docet Ludouicus Molina de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 63. Vnde quamuis durante conſcientia poſſidendo peccat, ea tamen depoſita, præſcriptionem continuare poteſt.

21 OCTAVVM DVBIVM eſt, an ignorantia aliquem malæ fidei poſſeſſorem faciat, & pręſcriptionem tollat, & impediat? Antequam difficultati reſpondeam, vnum ſupponendum eſt tanquam certum ex cõi conſenſu Doctorum, ut docent Io. Medina. C. de rebus reſtituendis. q. 17. in fi. coroll. 4. & Ludo. Molina loco citato. tract. 2. diſput. 64. Ad bonam fidẽ non ſufficere, vt quis credat ſuum eſſe, qđ poſſidet, niſi ſit credulitas probabilis, ſeu inuincibilis, ſi. n. craſſa ſit, aut affectata credulitas, non excuſatur a peccato in poſſidendo, & detinẽdo rem alterius, & cõſequenter rem cum tali credulitate, & ignorantia craſſa pręſcribere nequit, quãuis practice putet, rem illam non eſſe alterius, nec alteri reddendam. Ratio eſt, quia omnis p̃ſcriptio iure canonico reprobata eſt, cuius poſſeſſio abſque culpa mortali cum tali fide peragi non poteſt, talis namque credulitas æquiualet ſcientiæ rei alienæ, vnde ſicut hæc in c. fi. de præſcr. reprobata eſt, ita etiam & illa damnata cenſetur. Hoc ſuppoſito Io. Med. vbi ſup. corolla. 3. exiſtimat, qđ licet error iuris in foro exteriori ſufficit ad rẽ poſſeſſam præſcribendam, eo quod in eo foro præſumitur mala fides, in foro tamen conſcientiæ, ſi ſit error, vel facti, vel iuris clari, aut obſcuri, bonam fidem producit, quæ ſufficit ad præſcriptionem, ſi error ſit inuincibilis, cum in hoc foro de veritate, & nõ de præſumptione agendũ ſit. Quia tñ hanc Medinæ ſententiam falſam eſſe puto, eamq; fuſius refellũt Couar. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 7. a nu. 7. de reg. iur. in 6. & Molina vbi ſup. diſp. 64. breuiter ſequentibus propoſitionibus ſententiã meã, & rei veritatem exponam, longior enim huius rei diſputatio apud prædictos authores legi poteſt.

22 Prima Propoſitio: Poſſeſſio ex iuris ignorantia ſiue ea vincibilis ſit, & cum peccato, ſiue inuincibilis, & abſque peccato, ad præſcriptionem non ſufficit. Ratio eſt, quia præſcriptio iure ciuili introducta eſt, ergo vbi non obſtat ratio peccati, & derogatio iuris canonici, ſtandum eſt conditionibus a iure ciuili præſcriptis tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori. Sed iure ciuili ſtatutũ eſt, vt iuris ignorantia ad præſcriptionem non ſufficiat, ſed ſolum facti, dummodo ſit inuincibilis. Ergo vere poſſeſſio ex iuris ignorantia vincibili, aut inuincibili ad præſcriptionem non ſufficit. Minor patet, ex l. ita iuris. ff. de iur. & facti ignorant. vbi dicitur, *Iuris ignorantia in vſucapione negatur prodeſſe, facti vero ignorantiam prodeſſe conſtat.* Et in l. Nunquam. ff. de vſucap. dicitur. *Nunquam in vſucapionibus iuris error poſſeſſoribus prodeſt.* vbi etiam ſubditur, ementem aliquid a pupillo abſque tutoris authoritate ex iuris ignorantia, quod ignoraret ad talis emptionis ualiditatem id eſſe neceſſarium, vſucapere id non poſſe. Quod intelligendum eſt, ſi ſciret fuiſſe pupillum ignorauit tamen neceſſariam eſſe tutoris licentiam, talis enim iuris ignorantia, vſucapionem impedit; Secus tamen ſi ignorauit fuiſſe pupillum, a quo rem emit, talis enim vſucapere poteſt, quia fuit ignorantia facti, vt colligitur ex l. 2. §. ſi a pupillo. ff. pro empto. facit ad hoc reg. Qui contra iur. de reg. iur. in 6. & c. 2. §. contractus. de reb. eccleſ. non alien. in 6.

23 Secunda Propoſitio: Error, ſeu ignorantia iuris maxime dubij, & ratione probabilis, præſcriptionem non impedit. Sic Panor. in cap. de quarta. num. 12. & Fel. ibid. de præſcr. & facit c. cũ dilect. de conſuet. vt præfati notant. Couar. in reg. poſſeſſor. nu. 9. de reg. iur. in 6. Lud. Mol. de iuſt. to. 1. tract. 2. diſp. 64. Ratio eſt, quia cum iuris deciſiones nonnunquam obſcuræ ſint, ſi quis adhibuit diligentiam in re dubia, & viros iuris peritos conſuluit, eorũque conſilium ſecutus ſit, ſi erret, inuincibilem cenſetur habere ignorantiam, cum fecerit, quod agere tenetur ad eum errorẽ effugiendum; Ergo nimis durum, & quaſi intolerabile eſſet affirmare huiuſmodi ignorantiam inuincibilem impedire præſcriptionem prius bona fide inchoatã, atque adeo, vt recte notat Molina, excepta cenſetur per epicheiam talis igorantia inuincibilis, ne præſcriptionem bona fide inceptam impedire poſſit. Secus autem dicendum eſt de errore iuris clari, & manifeſti, talis enim præſcriptionem impedit, ſiue in minore, ſiue in ruſtico, ſiue in muliere, milite, aut in alijs reperiatur. Sicut ſi mulier, minor, vel quicunq; alius ex contractu aperte vſurario, vel aliter iniuſto, aliquid iuris errore lucraretur, quãuis error ille eſſet in eo inuincibilis, & abſ

que

quę vlla culpa, non tamen quod ita iniuſte acquireret, vllo tempore præſcriberet.

14 NONVM DVBIVM eſt, circa quintam conditionem, quæ eſt *Tempus* a lege præſcriptum. In qua re communis omnium ſententia eſt, prçter bonam fidem requiri, vt poſſideatur tanto tempore continuo, quantum ex legum præſcripto pro rerũ varietate neceſſe eſt. Si enim interrupta fuerit pręſcriptio, uel quia dominus petit, uel alio modo, tũc tempora illa interrupta unum tempus legitimum præſcriptionis non conſtituunt.

Dixi, pro R*erum varietate*, quia pro rerum ac perſonarum varietate, varia temporis ratio ad pręſcriptiouem ſequitur. Vt enim communiter notãt Doctores, rerum quædam ſunt mobiles; quædam vero immobiles. Nomine autem rerum mobilium & immobilium illis oppoſitarum, intelliguntur proprie res corporales. Quæ ſi loco moueri poſſint, ut animalia, veſtes, naues &c. dicuntur res mobiles, ſin autem moueri nõ poſſint, ut domus, prædia &c. dicuntur immobiles.

Inter res mobiles etiam computantur debita rerum mobilium, & actiones ad illa obtinenda.

Inter res immobiles etiam ex communi Doctorum conſenſu computari ſolent res incorporeæ, vt iura, ſeruitutes, debita, & actiones ad res immobiles, aut ad ea, quę cum rebus immobilibus computantur. Vnde iura, & ſeruitutes non ad aliquid ſemel, ſed iteratis vicibus faciendum, recipiẽdum, aut exequendum cum rebus immobilibus computantur, ut beneficium eccleſiaſticum, cathedra, commenda, ius patronatus, vſusfructus, cẽſus, munus tabellionis, &c. ex gloſ. in c. 2. in verb. *iura*. de reb. eccleſ. non alien. in 6. & clem. Exiui. §. *Cunque animi reditus*. de verb. ſignifi. Molina vbi ſup. tract. 2. diſp. 68. His ita ſuppoſitis,

25 *Dicendum eſt*, Ad præſcriptionem rerum *mobilium* (quarum potius dici ſolet vſucapio quam pręſcriptio, etſi hæc vocabula indifferenter pro eodẽ ſumantur) inter præſentes ſequitur poſſeſſio triennalis cum titulo inter priuatos, & quadriennales inter abſentes. Inſtit. de vſucap. in princ. & l. quas actiones. C. de vſuca. transform. Quod vero neceſſarius ſit titulus, colligitur euidenter ex l. Celſus. ff. de vſuca. & ex l. nullo. C. de rei vend. Bart. & Doct. ibi. Couar. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 5. nu. 2. verſ. Prima concluſ. de regu. iur. in 6. Lud. Molina. tract. 2. diſp. 68. & alijs. Quo etiam tempore præſcribũtur cum titulo res mobiles Eccleſiæ, etiamſi ea Romana ſit, ex Couar. vbi ſupra. par. 2. §. 2. nu. 5. Specul. in tit. de reſtit. in integrum. §. 2. verſ. vt autẽ. Card. in clem. 1. notab. 8. de ſequeſtr. poſſeſ. Glo. in c. de reditibus. 12. q. 2. Panor. in c. cum cauſam. nu. 10. de emptione & venditio. & colligitur aperte ex Authent. Quas actiones. & Gl. ibi. in uerb. durãtibus. C. de ſacroſanct. Eccl. & Molina loco proxime citato. Dixi, *res mobiles cum titulo*, quia res immobiles ſine titulo, ſpatio triginta annorum præſcribũtur, tum aduerſus priuatos, tũ aduerſus Eccleſias, etiam Romanam; facit ad hoc. l. ſicut in rem. & l. ſi quis emptio. C. de præſcr. triginta annorũ. cum. n. res immobiles ſine titulo præſcribũtur hoc ſpatio, vt infra dicemus, multo magis res mobiles eodem tempore præſcribentur. Non autem habet Eccleſia priuilegiũ vltra priuatos, circa res mobiles, ac proinde res mobiles ſine titulo contra Eccleſiam triginta annorum ſpatio præſcribi poſſunt. Itẽ actiones ciuiles regulariter circa res mobiles præſcribuntur ſpatio 30. annorum, & pari ratione debita, quæ illis exigi poterant, modo adſit bona fides ad huiuſmodi debita pręſcribenda, vt colligitur ex l. ſicut in rem. in principio. C. de præſcript. triginta annorum. Ceterũ aduerſus Eccleſias, & alia pia loca, omnis actio, quæ decennio, aut lõgiori aliquo tempore alioquin durat non niſi quadraginta annorum ſpatio pręſcribitur. Quod ſi Eccleſia Romana ſit, durat ſpatio centum annorum. Actiones vero, quæ breuiori tempore, quam decennio, pręſcribuntur, eodem modo pręſcribũtur aduerſus Eccleſias, & aduerſus priuatos, ut fuſius docẽt Couar. vbi ſupra par. 2. §. 2. num. 5. & 6. & alii Doctores, quos refert, & Molina tract. 2. diſp. 71. & colligitur ex authent. Quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſijs.

26 *Quoad* præſcriptionem vero rerum *immobilium*, communis Doctorum opinio eſt, quod ſi quis bona fide cum titulo poſſideat, contra priuatos præſcribit per decem annos inter præſentes, & per viginti inter abſentes, vt habetur expreſſe in Inſtit. de vſucap. Couar. in reg. poſſ. par. 2. §. 2. nu. 1. de regul. iur. in 6. Mol. tract. 2. diſput. 69. Quod ſi quis poſſideat bona fide, ſed ſine aliquo titulo, vtpote ſine contractu ſaltem apparenti, inter præſentes requiritur poſſeſſio triginta annorum, inter abſentes 40. l. vlt. C. de præſcr. 30. vel 40. annorum. Hanc autem præſcriptionem decem, aut viginti annorum appellant iura præſcriptionem longi temporis, illam uero triginta annorum inter præſentes, & 40. annorum inter abſentes, vocant pręſcriptionem longiſſimi temporis, vt patet ex l. quas actiones. C. de vſuc. & 16. q. 3. per multa capita, ut autẽ conſtat ex l. ultima, C. de præſcr. longi temporis, illi cenſentur præſentes, qui in eadem Prouincia Regni commorantur, ſiue res præſcribenda in eadem Prouincia ſit, ſiue non; illi uero, qui in diuerſis Regni Prouincijs commorantur, cenſentur eſſe abſentes. Illud vero obſeruandum eſt, quod ſi abſentia non ſit per integrum decennium, ſed ſolum per quandam eius partem, illa pars ſola temporis duplicanda eſt ad præſcriptionem complẽdam, vt v.g. ſi duo, quorum vnus aduerſus alterum præſcribere debet, ſolum per quinquennium abſentes ſint; præſcriptio quindecim annorum ſpatio complebitur; ſi vero abſentes ſint per triennium tantum, complebitur ſpatio tredecim annorum, & ſit de quacunque alia abſentię parte maiori, vel minori, vt Molina vbi ſup. notat, & colligitur ex Auth. quod ſi quis. C. de præſcr. longi temporis

27 *Ceterum* ad præſcribendam rem immobilem Eccleſiæ alterius ab Eccleſia Romana cum bona fide requiritur tempus 40. annorum, ſiue cum titulo, ſiue abſque titulo, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes, & ſiue priuatus ſit, ſiue alia Eccleſia. Sic expreſſe c. illud. c. quarta. cap. ad aures. de præſcript. & c. 2. eod. tit. in 6. & 16. quæſt. 3. per multa capita. & Authen. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. Pan. in c. cum nobis. nu. 12. de præſcrip. vbi docet, quod id procedit etiam in Sum. Pontifice. ſi enim Eccleſia Romana, vel Summ. Pontifex ſit; qui aduerſus aliam Eccleſiam præſcribit, ut cõtingere poteſt, quando non vtitur plenitudine ſuę poteſta.

eſtatis, accipit aliquid ab Eccleſia inferiori, credēs d ſe, aut ad Romanā Eccleſiam pertinere, eodem empore preſcribit, quo alius priuatus, aut alia Ecleſia aduerſus alium priuatum, aut aliam Eccleſiā. Quando enim aliquid acciperet de plenitudine ſuæ poteſtatis, non eſſet neceſſaria præſcriptio. Idem docet Molina tract. 2. diſp. 72. Idem etiam dicendū eſt de Monaſterijs de iure communi, & locis pijs, & Hoſpitalibus, & etiam de legatis, & donationib. ad cauſas pias, contra quæ non valet preſcriptio minori tempore quam 40. annorum, vt conſtat ex Authent. Quas actiones, iuncta l. vltima. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Panorm. in c. De quarta. num. 7. de præſcrip. Felin. ibid. Couar. in reg. poſſeſor. p. 2. §. .nu. 3. de reg. iu. in 6. Molina vbi ſupra. & facit ca. .16. q. 3. hæc enim gaudent priuilegio Eccleſiarū, vt eſt tex. ſingul. in l. omnia priuilegia Cod. de Epiſcop. & cleric. & Bartol. ibi. & Ioan. Andr. in c. 2. de in integrum reſtitu. in 6. Et quia priuilegium, hoc conceſſum eſt ſolum Eccleſijs, & locis pijs, ideo Clerici, & bona eorum non gaudēt hoc priuilegio, ſed inter perſonas priuatas in hac parte annumerātur, vt notant Pan. in c. Sanctorum nu. 6. & in c. ſi diligenti. nu. 36. & 37. de præſcr. citans Gloſſam in c. poſſeſſiones. 16. q. 4. & in c. quam quam. de cenſib. in 6. & late Coua. li. 1. varia. reſol. c. 4. num. 3. & 4. & Molina tract. 2. diſp. 72. Neq. extenditur hoc priuilegium Eccleſiarum ad habentem dñium vtile rei, cuius proprietas ad Eccleſiam pertinet, vt ad Emphyteutam, aut feudatarium Eccleſiæ. Dixi, non præſcribi contra Monaſteria minori tempore quā quadraginta annorum, de iure communi, quia aduerſus Monaſteria, & loca Congregationis Caſſinēſis Ordinis S. Bene. non currit preſcriptio niſi poſt ſexaginta annos, vt habetur in Priuilegio quodam Eugenij IIII. incip. *Etſi ex debito.* ſub anno Domini 1434. 7. Kal. Martij.

28 Aduerſus autem Eccleſiam Romanam neceſſaria eſt præſcriptio centum annorū, vt colligitur ex c. Ad audientiā. c. cum nobis. & c. ſi diligenti. de p̃ſcript. & c. 2. eod. ti. in 6. & c. Nemo. 16. q. 3. & Authent. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. Id quod intelligendum eſt de bonis, quæ ſunt propria Romanæ Eccleſiæ, non aūt de bonis inferiorum Eccleſiarum: ſi enim principale damnum inferiori Eccleſię fiat, licet quodammodo exinde præiudicetur Romanæ Eccleſiæ, ſufficiet ordinaria præſcriptio 40. annorum ex Glo. in c. ad audientiam. in verb. principaliter. Hoſtienſ. & Pan. ibi. nu. 12. de præſcript. Coua. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. nu. 6. de reg. iur. in 6. Molina tract. 2. diſ. 72.

Illud ſolum annotandum reſtat circa præſcriptionē harū immobiliū rerū contra Eccleſiā, quod ſi quis p̃ſcribere incipiat ꝑ quinquennium, v. g. cū titulo inter præſentes, & poſtea res illa ad eccleſiā inferiorē a Romana deueniat, tūc quia ſolū deerat dimidiū temporis ad præſcribendū contra priuatū ſatis erit in hoc euētu poſſidere deinceps per 10. annos cū bona fide, vt illā aduersꝰ eccleſiam p̃ſcribat. Quod ſi pertinere inciperet ad eccleſiā Roman. ſatis erit vt illā aduerſus eccleſiā Rom. præſcribat ꝑ quinquaginta annos poſſidere: Et idem dicendum, qñ viginti annis poſſediſſet illā, dū ꝑtinebat ad eccleſiam inferiorem a Romana, ſi poſtea ad Romanam eccleſiam pertinere inciperet, ex Syl. verbo. p̃ſcriptio. prima, q. 17. ver. Sextum, & Molina tract. 2. diſp. 72. ante finem.

29 Quoad iura vero, & ſeruitutes, quas cum reb. immobilibus computandas eſſe diximus, regula hæc aſſignari ſolet, quod eodem tempore cum titulo, & inter abſentes, vel præſentes præſcribuntur, quo res ipſæ immobiles, quando aliquid aliud in iure non eſt peculiariter ſancitum.

Primo igitur quāuis ad ſacerdotia, & eccleſiaſtica titulus præſcriptione non poſſit acquiri, nihilominus tamen legitima p̃ſcriptio ipſum poſſidentē beneficium, non quidem aduerſus aliquā eccleſiam, ſed aduerſus priuatum, qui ēt legitimo titulo beneficium petierit, iure defendit. Prima pars patet, quia beneficium eccleſiaſticum non niſi canonica inſtitutione licite obtineri pōt, vt colligitur ex cap. Ex frequentib. de inſti. & ex reg. 1. de reg. iur. in 6. Secūda pars, probatur ex gl. in c. contingit. gl. vl. de dolo & contuma. Panor. in c. cura. de iure patron. & in c. capitulum. col. vlt. de reſcrip. Coua. in reg. poſſeſſor p. 2. §. 10. nu. 9. de reg. iur. in 6. Felin. in ca. ſicut. nu. 30. de re iudic. Ioan. Selua tract. de beneficio. 3. p. q. 6. ad finem Molin. tract. 2. diſp. 70. qui oēs docent, quod poſſeſſor beneficij eccleſiaſtici bonam fidem, & titulum, vt aiunt, coloratum habens ſpatio decē annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes ſeipſum defendere poteſt contra alium, qui ad idē beneficium, & ſacerdotium in iudicio agere iure canonici tituli velit. Sine vllo autem titulo non præſumitur poſſeſſio beneficij bona fide ex gl. cit. Vnde poterit Epiſcopus, vel iudex ordinarius inquirere, & exigere a poſſeſſoribus titulos, quos ad obtinēda beneficia habuerint, c. graue. de prębend. & c. 1. vt eccleſ. benef. c. ordinarij. de offic. ordin. in 6. & Doctores in c. contingit. de dolo & contuma. & in reg. 1. de re. iur. in 6. Cou. vbi ſupra, qui legendus eſt de hac re, cum alijs, quos citat.

Secūdo, In eccleſia, quæ libera non eſt, nec olim fuerit, ſed a prima inſtitutione ſua patronū habuit, ius patronatus ēt a laicis præſcriptione acquiri poteſt aduerſus patronum alium priuatum ex cōmuni Doctorum conſenſu arg. cap. cura. de iure patron. & latius tradunt Cæſar Lambertin. de iure patron. p. 2. li. 1. q. 11. ar. 1. Coua. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 10. n. 8. de reg. iur. in 6. De tēpore aūt ad talem præſcriptionē neceſſario variant Doctores, quidam. n. etiā contra priuatum ſufficere putant ſpacium ordinarium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes cum titulo, & triginta ſine titulo, q̃ ſententiam ſequitur Molina trac. 2. diſ. 70. Couar. autem vbi ſupra cum alijs, quos refert, tāquam magis tutum neceſſarium putat ſemper eſſe tēpus quadraginta annorum cū titulo, vel tempus immemoriale ſine titulo, de qua re ſuo loco agemus, interim in hac re obſeruādū eſt decretū Concilij Trid. Seſſ. 25. de reform. ca. 9. vbi multa de hac re ſtatuuntur.

30 *Tertio* Emphyteuſis eccleſiaſtica, aut feudū Eccleſiaſticum, hoc eſt, rei, cuius directum dominium ad eccleſiam pertinet, præſcribitur aduerſus priuatum emphyteutam, aut feudatarium ſpatio ordinario triginta annorum ſine titulo, aut decem, vel viginti cum titulo, ex gloſ. & Panor. in cap. ad audientiam. de præſcript. Couar. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 2. nu. 6. de reg. iur. in 6. Molina. tracta. 2. diſput. 70. Ratio eſt, quia quod preſcribitur, eſt dominium

vtile,quod iam non eſt eccleſiæ,ſed priuari. Quia verò intereſt eccleſiæ vnum potius,quam alterum vaſſallum,aut emphyteutam habere, ideo docent authores,non poſſe emphyteutam nouum præſcribere contra eccleſiam,ſi ignoret eccleſia illum poſſidere,atque adeo pręſcribentem dominio vtili priuare, cum non cogatur dominus directus nouum feudatarium inuitus admittere; ſin vero cōſcia erat eccleſia,conſentiunt Doctores,præſcribi intra tempus ordinarium.

Quarto,pręſcriptio ſeruitutum perſonalium qualis eſt vſusfructus,præſcribitur cum bona fide,tituloque conceſſo ab eo,qui illum concedere non poterat,inter pręſentes quidem decem annis & viginti inter abſentes, ſine titulo autem triginta annis, vt colligitur ex l.vlt.Cod.de longi temp. præſcrip. Couar.lib.1.variar.reſol.c.17. nu.11.Ant.Gomez. 2.10.variar.reſol.c.15.num.25.Molina.de iuſtitia. to.1.tract.2.diſp.70.Idemq.dicendum eſt de ſeruitute reali,quæcunque illa ſit,ſi titulus adſit,vt ex d. l.vltima,& Doctoribus citatis conſtat.

31 *Quinto* quoad res fiſco applicandas,ſciendum eſt quædam bona ſunt iam fiſco acquiſita,quædam vero ſunt,quæ nondum incorporata,& adiuncta ſunt fiſco, quamuis ex iure debita illi ſint, eo ipſo quod iure incurritur illa pœna ob crimen commiſſum. Bona igitur ſecularia fiſco acquiſita,& incorporata tempore ſolum quadraginta annorum cum bona fide præſcribi poſſunt l.omnes & l.competit.C. de præſcript.triginta annorum, & quando dicitur Inſtit.de vſucap.§.res fiſci. *Res fiſci noſtri vſucapi non poteſt*,quod intelligitur de rebus fiſci iam incorporatis,exponi debet ex glo.ibi;& Pan.c.vlt.nu.15.& Molina tracta.2.diſp.73.& alijs,non poſſe vſucapi ſpacio temporis,quo res priuatorum præſcribūtur, ſ.ſpatio decem aut viginti,aut triginta annorū;Secus aūt de ſpatio quadraginta annorū vt alia iura ſtatuunt.Bona autem ſeculari fiſco nondum incorporata,debita tamen ei ex morte hæredis legitime vacantis,ſi horum bonorum facta fuit fiſco denunciatio,neq; tamen occupauit, præſcribuntur quadriennio,ſiue adſit titulus, ſiue non vt conſtat ex l. 1.Cod.de quadrien. præſcrip. neceſſaria eſt tamen bona fides.Sin aūt facta non fuerit fiſco denunciatio illorum bonorum, & cum titulo, & bona fide poſſideātur,v.g.ſi quis ea emit,ſi mobilia ſunt, per triennium,ſi immobilia,per decennium inter præſentes,perinde ac bona priuatorum,præſcribuntur l.quamuis,ff.de vſucap.ſi vero bona fides adſit,& deſit titulus,præſcribuntur ſpatio triginta annorū. Id quod intelligendum eſt,de quibuſcunq.alijs bonis.& quacunque alia de cauſa fiſco debitis,nōdum tamen illi incorporatis,vt colligitur ex l.in omnib. ff.de diuerſ.& tem.præſcrip.& ff.de req.reis.l.1.2. 3.& 4.& C.ad l.Corn.de falſis.l.quære. dummodo aliud tempus breuius in lege præſcriptum non ſit, vt habetur l.tertia,de requir.reis. vnde bona debita fiſco ob vectigal non ſolutum, hoc eſt, res amiſſa fiſco,qua tributum ſoluere debebat,præſcribuntur aduerſus fiſcum quinquennio,ex l.ſecunda,Codice de vectigalibus,& commiſſis,De præſcriptione autem bonorum ob crimen hæreſis,& apoſtaſiæ alibi agemus,interim legi poſſunt Couar.reg. poſſeſſor. p.2.§.ſecundo.n.7.de reg.iur.in 6.& in epitome ad quartum Decre.p.2.c.6.§.8.num.16. Ant. Gomez to.3.variar.reſol.c.1.nu.81.Molina vbi ſupra trac. 2.diſp.66.& 73.qui communiter docent huiuſmodi bona debita fiſco regio, aut fiſco eccleſiæ nullo tempore præſcribi,neq; ab hæreticis,neq; a ſucceſſoribus quibuſcunq.in illis, niſi ſucceſſores ignorauerint,quod fuerint bona hæreticorum,illaq; bona fide ſpatio 40.annorum poſſederint tunc enim illa præſcribunt,vt colligitur ex c.2.de hære.in 6.

Quibus omnibus addo,quod bona debita eccleſiæ inferioris a Romana,ſiue bona illa incorporata ſint fiſco illius eccleſiæ, ſiue, non,præſcribuntur aduerſus fiſcum illius eccleſiæ ſpatio 40.annorum aduerſus autem fiſcum eccleſiæ Romanæ ſpatio centum annorum,loquendo de alijs bonis,quam de bonis hæreticorum, quæ vt diximus, nunquam præſcribūtur,aut ſolū a ſucceſſoribus in illis ex ignorantia ſpatio 40.annorum a puncto mortis hęretici cū ignorantia,quod ea fuerint hominis hæretici.

32 Hæc autem intelligenda ſunt, dummodo adſit bona fides; vnde neſcio,qua ratione Couar.in locis citatis dicat præſcribi poſſe pœnam etiam cum mala fide in ijs caſibus,in quibus iure ciuili datur præſcriptio etiam cum mala fide. Exinde colligens iure ciuili contra fiſcum ſecularem bona ob non ſolutum vectigal eo ipſo poſſe iure vſucapi,& præſcribi quinquennio etiam cum mala fide, citans l.2.C.de vectigal.& commiſſis,quod eſt falſum;ſicut etiam falſum eſt illud, quod infert hæredes hæretici poſſe præſcribere contra fiſcum bona,quæ ob crimen commiſſum ipſo iure illi deferuntur,ita vt hæredes hæretici, ſi poſt quinquennium ab obitu hæretici bona mobilia poſſideant,etiam ſcientes fuiſſe hæreticum,in cōſcientia retinere poſſint eadem bona titulo præſcriptionis, quod ſine dubio etiam ſi forte verum eſſe poſſit in præſcriptionibus contra fiſcū ſecularem, non tamen contra fiſcum eccleſiaſticū vlla ratione valet iſta præſcriptio ab hæredib.mala fide,vt colligitur ex cap.2.de pręceptio.in 6.vbi requiritur præſcriptio 40.annorum cum bonę fidei poſſeſſione.

Quo etiam in loco notat Gloſſa in verb.In hoc caſu,ſpecialem caſum, in quo quadragenaria præſcriptio currit contra eccleſiam Romanam, puta quod filij hæreticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam,& alias eccleſias præſcribunt ſpatio 40.annorum bona fide poſſeſſa,prout Bonifacius Papa VIII.in d.ca.2. definiuit. Plura de hoc tempore neceſſario ad pręſcribendum,& de tēpore immemoriali, & centenaria præſcriptione legi poſſunt apud Coua.in reg.poſſeſ.p. 2.§.3.& Molinam tract.2.diſp.76.

33 DECIMVM DVBIVM eſt, An qui rem bona fide poſſedit toto tempore ad vſucapiendū, vel præſcribendum ex lege aſſignato,& poſtea inſtruatur; & credat rem illam alienam fuiſſe,quam ſuam eſſe putauerat,tuta conſcientia illam retinere poſſit,an vero teneatur eam prori domino reſtituere? Eſt autē præſens difficultas de præſcriptione,quæ fuit bona fide durante tēpore præſcriptionis;quicquid enim gloſſa in ca. fin.in verb.Tam canonica. de præſcrip.dicat,cum nonnullis Iuriſtis,poſſidentem aliquid tēpore a lege præſcripto, etiam ſi mala fide poſſedit, in vtroque foro acquirere illius rei dominium,eo quod id decretum eſt per leges ciuiles,vt patet ex l.cum notiſſimi.§.1.& l.ſi quis. Cod

de

epræſcrip.30.vel 40.annorum, quia tamen hæc pinio ſatis refutatur ex dictis, conſtatq; iam leges las iure Canonico abrogatas eſſe, ideo loquendo lum de bona fide ſunt in hoc dubio Doctorum ntentiæ diuerſæ.

Prima eſt aſſerentium,quod licet,quis bona fide ſſideat toto tempore legis,quotieſcunq; tamen iuerit,eam eſſe alienam, etiamſi tempus legis ſit apſum,teneri ad reſtitutionem rei,etiamſi in foro xteriori ſibi fuerit adiudicata,cum leges ille pote atem non habeant transferendi rei alienæ domi- ium.Sic ſum. Roſella verb. præſcriptio. Rayn.vt efert Syl.verb.eod.q.13.& Hugo,vt refert Panor. c.vigilanti.nu.6.de præſcrip. Ratio eſt,Quia fun amentum præſcriptionis eſt bona fides. Ergo ceſ- nte bona fide,corruit præſcriptio; ceſſat autem, uando cognoſcitur fuiſſe alterius. Ergo tunc reſti uere tenetur. Confirmatur hæc ratio, Quia non ebet quis locupletari cũ damno alterius. Reg.lo- upletari.de reg.iur.in 6.Sed in caſu præſenti poſſi ens alienum locupletior fieret cum alterius dam- o,ſi cognoſcens fuiſſe alienam, non reſtitueret. Ergo tenetur in foro conſcientiæ rem illam reſti- uere.

Secunda eſt dicentium,Non teneri ad reſtitutionem rei,ſi rem legitime præſcriptam titulo oneroſo acquiſiuit,puta emptione;aut permutatione &c. Quia in hoc caſu ille, qui præſcripſit iuris authoritate circa præſcriptionem adiutus potius indemnitati propriæ, quam alterius conſulere poteſt:Si verò titulo gratioſo eam acquiſiuit,vt per viam donationis,legati,aut ſucceſſionis ex teſtamento, vel ab inteſtato,aut per intentionem rei,tenetur,qui rem præſcripſit,reſtituere, quia non debet cum alterius iactura locupletari.

Tertia eſt Adriani in 4.in materia de reſtitutione.q.de præſcriptione. Ioan.Medinæ. Cod.de reſtituendis.q.18.& Ioſephi Angles in floribus 4. ſent. tract.de præſcrip.ar.2.concl.2.dicentium,eum,qui poſſidet alienum bona fide,ſi dominus negligentia mortali vſus ſit in re ſua inquirenda,vere pręſcribere,& tuta cõſcientia rem illam retinere poſſe.Quia lex iuſte ob negligentiam priuare potuit priorē dominum re ſua,illiuſq; dominium transferre in alte um,prout conſtituiſſe videtur Epheſinus legiſlator,vt colligitur ex c.vigilanti. de præſcrip.

Sin autem prior dominus non fuerit negligens mortaliter in re ſua inquirenda,tunc quidem licet in foro exteriori præſcribit,eo quod denegatur in iudicio actio priori domino ad repetendam rē ſuā lapſo tempore a legę ad præſcribendum conſtitu o,in foro tamen conſcientiæ tenetur ad illam re ituēdam,quia ſi prior dominus ignorabat inuin biliter,rē illam fuiſſe ſuam;aut alia de cauſa,quæ on erat negligentia mortalis,ſed venialis tantum on eſt putandũ voluiſſe leges priuare verum dominum re ſua, cum nimis rigidum, & iniquam eſ et pro nulla culpa, aut pro veniali ſolum expolia e aliquem re ſua,atque adeo qui præſcripſit, non cquiſiuit eius rei dominium. Vnde ſi poſt tempus ræſcriptionis ſciat fuiſſe alienam, tenetur ad reſti tionem eius, dummodo tamen res conſumpta on ſit,quocumque titulo oneroſo, vel gratioſo rē cquiſiuerit,ſi vero res conſumpta ſit,tunc quidem um obligatio reſtituendi non conſurgat ex parte iniuſtę acceptionis,quippe cum bona fide eſſet conſumpta, ſed ſolum ex parte rei acceptæ, tenebitur ſolum reſtituere, quantum ex illa factus eſſet locupletior.Huius etiam opinionis videntur eſſe Ant.de Butrio.in d.c.vigilanti.& Gabriel in quarta diſt.15.q.14.art.3.&alij nonnulli.

34 Quarta eſt dicentium poſſeſſorē bonæ fidei, ſiue dominus rei fuerit,ſiue non, completo tempore p̄ſcriptionis a lege ſtatuto,& ſeruatis alijs conditionib.ad legitimam pręſcriptionem a iure ſtatutis,in vtroq; foro præſcribere, & dominium rei acquirere,nec teneri in foro conſcientiæ ad rei reſtitutionem,etiamſi poſtea ſciat rem fuiſſe alterius. Sic S. Th.Quodlib.12.q.16.ar.24.Scotus in 4.d. 15.q.2. §.De ſecundo art.Th.de Argentina.ibid.art.4.q.7. Glo.in c.fi.in verb.*Nulla temporis*.de præſcript.Panor.in c.vigilanti.nu.6.de præſcrip.citans alios,& & præcipue Ioan.And.in reg.poſſeſſor.de reg. iur. in 6.in Mercurial.Felin.in Rubrica. de præſcript. Sylu.verb.præſcrip.1.q.13.Tabiena eod.Sotus lib. 4.de iuſti.q.5.art.4.Couar.in reg.poſſeſſor.p.3.§.2. nu.1.& 2.de reg.iur.in 6.Mart.Ledeſm.2.4.qu.18. ar.1.dub.14.fol.230.Michael Salon.2.2.tracta. de dominio.q.5.ar.7.dub.1.concl.2.Domin. Bannes in Præambulo de dominio.q.5.dub.antepenul. Pe. de Arragon tract.de dominio.in fi. Grego. de Val. to.3.diſp.5.q.6.punct.5.dub.3.Franciſ.dę Victoria in publica lectione habita 1535.vt refert,eumq.ſequitur Ludou.Lopez p.1.inſtru.conſc.134. Ludo. Molina.de iuſt.to.1.tract.2.diſp.61.citans etiam Paulum Caſtrenſem conſil.293.

35 *Ratio* autem pro hac cõi ſententia colligitur ex poteſtate,q̃ habet Princeps in ſubditos, & eorũ bona,in ordine ad bonum cõmune. Cum.n.Princeps non ſolum impedire poſſit translationem dominij in alios inuitis proprijs dominis,quando id expedit ad bonum commune, ſed etiam priuare poterit dominio rerum ſuarum ipſis inuitis,ob Reipub.vtilitatem,quare etiam leges iuſtas ſtatuere non poterit,quibus ſtatuat res tanto tempore bona fide poſſeſſas præſcribi,& transferri in alterius dominium, inuito priori domino, quando expedierit ad bonũ communę;atque adeo quod leges illæ vim habeãt transferendi dominium in foro conſcientiæ. At vero maxime expedit ad bonum commune vt vſucapio,ſeu præſcriptio perfecta iuxta leges tam ciuiles, quam canonicas conferant verum ius non ſolũ in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, eſto nulla interueniat illius culpa, aut negligentia, aduerſus quem pręſcribitur.

Quod vero hoc maxime expediens ſit ad bonum cõe,euidenter colligitur ex harum legũ finib.quorũ vnus præcipuus eſt,ne dñia rerum tanto tēpore maneant incerta;cum.n.homines negligentes ſint in reb.alienis curã diligentes aũt in proprijs curandis,qui res multo tempore poſſident bona fide,niſi pręſcriptionis lege intelligerent ſe verũ rei dñium acquirere,illas plane negligerent, & non curarent timentes ne poſt longum tempus aliquis eas tanquam ſuas repeteret, maxime autem expedit bono communi,vt res bene cuſtodiantur, & conſeruentur.Deinde orirentur continuo litęs in Republica,ſi tutum eſſet poſt tam longa tempora res repetere tanquam ſuas:exponerentur conſcientię hominum infinitis laqueis,& ſcrupulis:Eueniret etiã ſæpe vt quod quis in dotem cum vxore accepit ad onera matrimonij ſuſtinenda, lite extrahæretur, aut certe in dote defendenda plus neceſſe eſſet inſumere,quam eſſet dotis emolumentum: Expediens ergo valde fuit præſcriptionis lex communi bono, cum hac ratione certa ſint rerum dominia,& tranquilla rerum poſſeſſio,& pax inter ciues conſeruetur. De quo fine proximo,& potiſſimo agitur in l. 1.ff.de vſucap.vbi dicitur,*Bono publico introducta eſt vſucapio,ne diu,& fere ſemper incerta eſſent dominia rerum ; cum ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium.* Idemque habetur l.4.ff. de vſucap. Et l.vlt.ff.pro ſuo.ait Neratius,*Hac præſcriptionis lege finem litibus poſitum eſſe.* Et Cicero in orat.pro Aulo Cecinna,*vſucapio*,inquit,*finis eſt ſolicitudinis,ac periculi litium.* Quod vero leges præſcriptionis in vtroque foro dominium transferant,manifeſtum eſt,eo quod leges Pontificiæ approbantes leges præſcriptionis bona fide transferentes dominium,abſolute loquantur,ac proinde in vtroque foro procedunt,vt colligitur ex c.vigilanti. & cap.fi. de præſcriptio.quo in loco dum ſummus Pontifex præſcriptionem malæ fidei ſolum irritet,a contrario ſenſu illam approbat, & confirmat,quæ bona fide fulcitur, maxime dum dedita opera de hac re conſultus reſpondeat.

36 Quæ omnia æque procedunt,ſiue dominus negligens in re ſua inquirenda,ſiue non;ſemper enim expedit bono cōmuni,ne rerum dominia maneant longo tempore incerta,ne lites,contentiones,& odia inter ciues oriantur ; quocirca neque ſummi Pontifices de hac rę conſulti,vnquam meminerunt negligentiæ domini in rebus ſuis inquirendis, quã tamen conditionem non prætermiſiſſent, ſi neceſſariam eſſe dixiſſent,dixiſſentque validam eſſe pręſcriptionem bona fide tranſactam validam eſſe in conſcientia,niſi quando dominus non fuiſset negligens,cum tamen conſtet eos præſcriptionem ſolũ mala fide factam damnaſse,a contrario ſenſu aliam omnem approbantes,etiam vbi nulla interuenerit negligentia eius,aduerſus quem præſcribitur.

Immo etiã leges ciuiles ſolùm pro cauſa reddũt legis iuſtæ præſcriptionis, ne dominia maneãt incerta,& vt via litibus præcludatur, nihil verò de punienda negligentia prioris domini addunt. Et licet aliquando negligentiam reprehendant, ea tamen tanquam cauſa acceſsoria, & vt finis legis minus præcipuus affertur,quo ſecluſo,& ceſsante,lex præſcriptionis adhuc ſuam integram vim,ac robur obtinebit.

Quinimmo vt Felynus vbi ſupra notat,ſi quãdo de negligentia mentio aliqua in iure fiat, non ibi ſumitur pro culpa proprie,ſed pro nuda,& ſimplici negatione inquiſitionis rei ſuæ, ſiue culpam habeat coniunctam, ſiue non.

Quibus omnib.addo, quod ſi ratio negligentiæ in præſcriptione habenda eſset,vt Adrianus,& Medina putãt,lex iſta præſcriptionis,quæ ad lites tollendas;& pacandas cōſciẽtias inſtituta eſt,occaſionem potius litium præberet,cũ difficulter admodũ conſtare poſset,qñ eſset negligentia mortalis, aut venialis,& conſequenter qñ præſcriptionem tolleret,aut admitteret,quę omnia in maximũ Reipub. damnum,& incommodum redundarent,vt cōſtat.

37 Ad argumentum in contrarium *Reſpondeo* fundamentum præſcriptionis eſſe bonam fidem,quæ habetur durante toto tempore præſcriptionis,ante quam dominium acquiritur;notitia vero quod res alterius erat,ſuperueniens poſt completam præſcriptionem,& dominiũ acquiſitum vigore,& virtute iuſtæ legis præſcriptionis,non tollit priorem bonã fidẽ,nec dominiũ rei iã comparatum, neq; illud aut dominiũ reuocat,aut annullat. Quinimmo licet ſciat rem fuiſſe alterius,pōt tamen & debet, facto iam tempore ad præſcribendum ſtatuto,ſer illam tanquam ſuam, iuſta lege ita ſtatuente,reputare. Quod ſi quis poſt completum præſcriptionis tempus,cognoſcens rem antea fuiſſe alterius,ex conſcientia erronea crederet, ſe teneri eam reſtituere, conſcientiam illam erroneam deponere debet,& habere bonã fidem, quod res poſt legitimam præſcriptionem non eſt aliena,licet ante præſcriptionem completã fuerat aliena, quia per præſcriptionem facta eſt ſua,& per conſequens non aliena.

Si tamen erroneam conſcientiam nō vellet,nec poſſet deponere,tenetur rem illam reſtituere alteri,non quidem tanquam illi ex iuſtitia debitã, ſed quia tenetur non agere contra conſcientiam, cum vt ad Rom.14.habetur, *Quod non eſt ex fide,id eſt,* quod conſc.& credulitati aduerſatur, qua quis credit ſe ad aliquid in conſcientia teneri,*peccatum ſit*, vt recte Gab.in 4.d.15.q.14.ar.3.dub.1.ad primũ & Molina tract.2.diſp.61.& alij annotarunt.

Ad cōfirmationem ex regula iuris deſumptam, Reſpondeo,Regulam illam intelligendam eſſe de eo,qui locupletari velit cum damno alterius ex priuata ſolum authoritate:Secus aũt ex iuſta cauſa,& authoritate publica legis , quæ id iuſte ſtatuit propter bonum commune,vt diximus.Id quod procedit,ſiue dominus fuerit negligens in re ſua inquirẽda,ſiue nō. Neq;.n.lex iſta p̄ſcriptionis pœnalis eſt, quæ negligentem punit ſolũ priuatione rei ſuæ,vt Adrianus,& Medina,eoſq; in hac re ſecutus Caſtro li.2.de poteſtate legis pænal.c.5.exiſtimant,ſed lex vere conceſſiua eſt; quę ob bonũ cōmune,tribuit dominiũ rei,qui eam legitime præſcripſit,ẽtſi nulla prioris domini culpa,& negligẽtia interuenerit.

38 Hinc infertur ementem rem furtiuam bona fide,ſi per 30.annos illam poſſideat, quamuis poſtea ſciat fuiſſe alterius,non tenetur ad reſtitutionem, ſi aliena.ff.de vſucap.

Item qui emit a minori,quem maiorem eſſe arbitrabatur,eamq; rem tempore ad præſcribendum ſtatuto bona fide poſſedit,ad reſtituendã illam non tenetur.l.2.§.ſi a pupillo.ff.pro empt. Idem dicendũ eſt de illo,cui eſt res furtiua legata,ſi per 30.annos bona fide illam poſſideat.§.furtiuæ.Inſt.de vſucap.Idem quoq; iudicandum eſt de hærede ſingulari in rebus furtiuis defuncto ſuccedente. Et qui per tempus immemoriale decimas bona fide non ſoluit,non tenetur ad reſti.vt notat Ioſeph Angles in florib.4.ſent.p.2.q.de pręſcrip.art.2.diſp.1.

Quamuis enim iure Canonico ſtricte ſit omnibus præceptũ,vt decimas ſoluant,ſpatio tamen 40. annorum cum titulo,vel ſine titulo tempore,de cuius initio non ſit memoria,non ſolum clericus,ſed etiam laicus,exemptionem a decimis præſcribere poteſt,vt Molina de iuſtitia.tom.1.trac.2.diſp.75. Couar.lib.1.variar.reſol.cap.17.num.10.& alij annotarunt. Et de materia hoc,dominij,quatenus eſt cognitio ad materiam furti,& reſtitutionis neceſſaria eſſe poteſt,hæc dixiſſe ſufficiat; nunc ipſam furti explicationem aggrediamur.

De furto, quid ſit, & quomodo a Rapina differat. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

Vnde dicatur furtum ſecundum nominis etymologiam.
Definitio furti ſecundum Iuriſconſultos, & canoniſtas.
Reprehēditur hæc definitio, vt falſa, & ſuperuacanea.
Vera definitio adducitur ex S.Th.quam Theologi communiter admittunt.
Quod omnis detentio iniuſta rei alienæ furtum ſit, vnde colligitur.
6 *Furis,furtique diuiſiones explicantur, et num.7.*
8 *Ex varietate obiectorum variæ ſpecies conſtituuntur. vt furtum,peculatus, Plagium, Abigeatus.*
9 *Sub nomine furti hoc ſeptimo decalogi præcepto prohibito,ſubintelligitur Rapina, & quid ſit.*
Furti, & Rapinæ ſpecifica differentia unde deſumenda,ubi aliorum error oſtenditur.

CVm hactenus de dominio abunde ſatis dictum ſit,reliquum eſt,vt ſeptimum Decalogi mandatum, in quo de furto agitur, dictinctius & exactius exponamus; De qua materia agunt Doctores ſcholaſtici partim in 3.diſt.37.partim in 4.diſt.15.Canoniſtæ in Decretis titulo,de furto.Legiſtæ.C.& ff.de furtis.Summiſtæ in verb.furtum,& verb.Rapina.in pariculari verò Alex.de Ales p.3.ſummæ.q.36.S.Tho.2.2.q.66.& ibi Caie.Dominicus Bannes Michael Salon, & Pet.de Arragon.Bon.in 2.diſt.40. dub.2.& lib.3.diſt.37.dub.7.& diſt.39.art.1.q.2.ad argum. Richard.in 3.diſt.37.arti.3.q.4.Scotus.4.diſt.15.q.2. Gabriel ibidem.q.3.S.Ant.p.2.tit.1.c.15. Sotus li.5.de iuſt.q.3.Mart.Na.in Man.ca.17.in principio. Ioan.Medina C.de rebus reſtituendis.q.4.& ſeqq. Coua.in reg.peccatum.p.2.§.1.Pet.Nau.de reſtitutione.lib 3.cap.1.nu.20.& deinceps Sebaſt. Medices in Summa de peccatis.ti.9.q.123.& ſeqq. Grego.de Valentia.to.3.diſp.5.q.10.punc.4.& 5.Lud. Lopez p.1.inſtruct.conſcien.cap.92.& ſeq. Barth. Medina li.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.19. Toletus in ſumma.li.5.c.15.Ioan.Bened.li.2.de peccatis, cap.10.Ioan Pedrazza in 7. Decalogi mandatum.Catechiſmus Romanus ibidem.Andr. Crocquetius.Catecheſi.83.& alij paſſim.

Vt autem a nomine exordiamur, aduertendum eſt,varie loqui Doctores de nominis huius etymologia,ſiquidem Iſidorus lib.10.Etymolog. furtum dici putat a furuo,hoc eſt fuſco, & nigro, eo quod nocturno tempore committi ſoleat. Alij vero vt Iuriſconſultus.l.1.ff.de furtis.furtum deduci volunt a ferendo,ſeu ab auferendo.

Quæ ſane interpretatio longe probabilior videtur, quamuis & prima ſuam habeat probabilitatem.

Hanc ſecundam ſequi videntur Græci, qui fures dicunt à verbo fero,ſeu aufero.Ceterum omiſſa nominis deriuatione, nonnihil etiam inter ſe differunt authores de furti definitione.

2 Quidam enim vt Paulus iuriſconſultus l.1.ff. de furtis,& Canoniſtæ,illud definiunt hoc modo:*Furtum eſt contrectatio rei alienæ, mobilis, & corporalis, fraudulenta,inuito domino,gratia lucrandi, vel rem ipſam vel uſum eius,uel poſſeſſionem.* Quam etiam definitionem ſequuntur Gab.Nau.Syl. Quæ ſic explicatur; Dicitur enim *contrectatio*, ad denotandum, quod ſine illa,quoad homines furtum eſſe non poſſit,etiamſi ſit voluntas contrectandi, vt dicitur in dicta l.1.§.1.quamuis quoad Deum ſufficit voluntas contrectandi ad rationem furti,arg.cap. vulgaris,de pœni.diſt.1.Dicitur,*rei alienæ*,quia in re propria non eſt proprie furtum,quod intelligitur niſi alius habeat in re illa aliquod ius,puta quia eſt ei pignorata,vel commodata,& fecit in ea vtiles expenſas,.ff.de furtis,leg.ſi res.§.1.& l.ſi is, qui rem, in fine.& l.inter omnes.§.recte,quia tunc illam contrectans,etiamſi eſſet verus dominus, diceretur furtū committere,quia eſt ſibi aliena quantum ad vſum, inquantum alteri impignorata eſt,aut commodata atque ita hoc caſu dicitur fieri poſſe furtum in re propria.

Dicitur,*Mobilis*,quia in immobilib.puta in agro fundo,aut domo,non committitur furtum, ſed bene ſpolium,vel rapina.

Dicitur,*Corporalis*,quia in rebus incorporalibus vt ſunt actiones,& ſeruitutes,non committitur furtum,quia talia contrectari non poſſunt,l.verum,1. ff.de furtis.

Dicitur,*Fraudulenta;* quia iocoſa, & officioſa, quæ facta fuit ad reddēdum dominum cautiorem, & ſimiliter illa,quæ ſine animo furandi fit,vt ſi q̃s ideo accepit,quia putabat rē ſuā eſſe q̃ nō erat,uel ē ſi erat ſua,& alius habebat aliquid iuris in ea, ſed putabat poſſe accipere,non cōmittit furtū,quia furtū non eſt ſine fraude, ſed tamen aliter punitur ſic accipiens,ſcilicet, quia perdit ius quod habet in re, & ſi non habebat ius aliquod condemnabitur ad reſtitutionē rei, & inſuper ad rei illius æſtimationē, quia voluit ſibi ius facere. Inſt.de vi.bon.rap.§.quia tamen.& §.ſequen.& hoc de iure fori, non de iure poli,& ita ad reſtitutionem non tenebitur.

Dicitur,*inuito Domino*,quia ſi contrectat rem alienam, eo quod putabat dominum permiſſurum, eſtque iuſta cauſa credendi,non erit furtum,l.ſi is q̃ rem.ff.de furtis.alias non excuſatur,& in dubio præſumitur dominus inuitus.l. qui vas.§. vetare. ff. de furtis, vbi dicitur,*uetare Dominum dicimus, qui non conſentit.*& ideo etiamſi dominus videat rem auferri,dicitur inuitus, quamuis non cōtradicat propter timorem,vel verecundiam,alias non contradicendo,cum potuerit ſine incommodo,conſentire videtur argum.c.error.& c.conſentire.diſt.83.ſin autē quis putaret ſe facere inuito domino,& tamen dominus eſt contentus,furtum quidem facit quoad forum internum,ſed non tenetur ad reſtitutionē,nec dominus petere poteſt,obſtante ſibi ſua voluntate. ff.de furtis,l.inter omnes.§.penult.

Dicitur,*gratia lucrandi*, quia ſi quis ſecrete auferret gladium furioſo, vel volēti cum eo aliquem occidere, non eſſet peccatum, dummodo haberet animum reſtituendi, quando alter ſedatus fuerit,vel aliter ſatisfaciendi,ſi non ſedatur.Item, ſi quis alienam ancillam tolleret,non gratia lucri, ſed libidinis, non eſſet furtum. leg.verum.2.ff.

de furtis.licet aliter peccet,& forte non minus.

Dicitur,*Rem ipſam vel vſum, vel poſſeſſionem*,quia non ſolum committit furtum, qui vult lucrari dominium rei,ſed etiam qui vult lucrari ſolum vſum vel Poſſeſſionem.c.qui ſacrum.diſt.50. & in §. itaque.& §.placuit.Inſti.de oblig.quæ ex delict.naſcũtur.Vnde ſi quis rebus ſibi commodatis,vel pignoratis vtitur contra voluntatem domini, v.g.veſte pignorata.&c.cum ducendo alibi quam voluit dominus commodans, & ſimiliter in rebus depoſitis, ſiue vtatur per ſe,ſiue per alium,committere dicitur furtum,ff de furtis,l.qui inuenta.& l.qui re.& ff.de condi.furtiua,l.qui furtum,& ff.de furtis.l.pignore.Item ſi quis accipiat aliquid accommodatũ ab vxore alicuius,vel a ſeruo,aut ancilla, aut ſimili perſona,ſi putauit maritum, vel dominum,cuius eſt res,non permiſſurum,committit furtum.ff.commod.l.ſeruus.

3 Ceterum hæc Iuriſconſultorum, & Canoniſtarũ definitio præterquam quod prolixa nimis eſt, non nulla etiam in ſe falſa continet.

Primo enim,contrectatio,non ita bene loco generis ponitur,tum quia contrectatio proprie eſt actus,quo rem aliquam attingimus, furtum vero cũ ſit vitium,habet ſe per modũ habitus: tum quia ſola contrectatio non eſt furtum. Quæ enim iniuria Petro fit, eo quod quis pallium eius contrectet, ſi non accipiat.vel aliud damnum inferat.

Secundo,non recte additur particula, Mobilis, poteſt enim quis furari domum,occulte eã ingrediẽdo,& retinendo.Quod enim Gabriel ait,hoc non eſſe furtum,ſed ſpolium, refelli põt,quia ſpoliũ proprie loquendo non eſt vitium,aut peccatum; Res enim bello iuſto captę ſpolia dicuntur,& etiam res mobiles in bello acquiſitæ dicuntur ſpolia;Non ergo ſpolium eſt iniuſta acceptio rei immobilis: vnde Sap.10.dicitur,*Iuſti tulerunt ſpolia impiorum*.

Tertio,ſuperuacanea, & falſa eſt illa particula, *Gratia lucrandi*,Tum quia natura furti non eſt ſumẽda ex fine, ſed ex propria ratione furti, quæ conſiſtit in iniqua acceptione rei alienæ, quocunq; fine fiat. Tum quia accipiens occulte rem alienam,vt deſtruat,vel comburat, non accipit animo lucrandi,& tamen furtum committit.

Quarto,falſo additur, quod ſit *rei corporalis*, Nã qui ſeruitutem aufert a domino iniuſte,& qui cenſum,vel iura accipit,furtum committit, & tamen non ſunt corporalia,quamuis ex corporalibus pendeant,neque recte docet Gabriel horum ablationẽ non eſſe furtum. Et quinto, redundat vox illa, *vſus,aut poſſeſſionis*,quia nomine rei alienæ,res omnes temporales,& earum vſus, & poſſeſſiones intelliguntur.

4 Definitio igitur illa,quæ traditur a S.Tho.2.2.q.66.ar.in hunc modum,*Furtum eſt occulta ſeu doloſa uſurpatio uel acceptio rei alienæ inuito domino*,& breuior,& verior eſt,quam Theologi ſupradicti, & alij communiter admittunt.

Dicitur,*uſurpatio,ſeu acceptio,* loco generis, quæ latius patet quam furtum, vt conſtat, vnde qui aliquid accipit ab alio per rapinam, vere vſurpat,& accipit,& tamen proprie non dicitur fur, ſed raptor.differunt autem inter ſe furtum,& rapina, vt infra dicemus.Item rectius dicitur vſurpatio,quam contrectatio, nam contrectatio potius tactum ſignificare videtur, quam vſurpationem,

Dicitur,*occulta,ſeu doloſa*, ad differentiam rapinæ:& etiam quia illa,quæ eſt iocoſa,vel officioſa ad reddendum dominum cautiorem,non eſt furti. Qua etiam particula ſufficienter declaratur fraus, quæ in furto inuenitur.

Dicitur,R*ei alienæ*,tũ quia vel propriæ,vel eius, quæ putatur propria,vel iure debebat eſſe propria, furtum non eſt.Tum quia nomine R*ei alienæ* intelligitur quæuis res exterior, quocunq; titulo pertinens ad alterũ,ſiue veri dominij,ſiue vſus,&c.Quæcunq. enim talium rerum ablatio per ſe loquendo inducit inæqualitatem rerum,contra iuſtitiam cõmutatiuam,vt patet.Nomine autem *Rei alienæ*, vt notat S.Th.2.2.q.66.ar.3.intelligi debet res ab altero poſſeſſa.Qui enim accipit id,quod eſt alterius, non quaſi poſſeſſio,ſed quaſi pars, ſicut ſi amputet membrum;vel quaſi perſona coniuncta,vt ſi auferat filiam,vel vxorem, non dicitur proprie fur,vt patet,quia ſi accipiat ipſis conſentientibus,ad libidinem,eſt luxuria;ſi ipſis reclamãtibus, vel ſumitur ad eas vendendas,aut tradendas alicui,& eſt captiuitas,vel ad libidinem, & eſt priuata quædam ſpecies luxuriæ, quæ dicitur raptus.

Dicitur,*inuito Domino*,quamuis enim Sotus, Couar. Salon, & Arragon vbi ſupra particulam hanc ſuperfluam eſſe putent,quia eo ipſo, quod eſt aliena,præſumitur Dominus inuitus, quandoquidem ignorantia cauſat inuoluntarium ex S. Tho.1.2.q.6.arti.8.rectius tamen ab alijs additur,vt notat Petrus Nau.ſæpe vel conſanguinei,vel amici rem ſub ratihabitione accipimus, quam tamen conſtat eſſe alienam; Item qui vt eam ab hoſte ſeruent, vtiliter gerendo rem proximi,rem alienam accipiunt,& tamen furtum non eſt. Recte ergo definitur, *furtum eſt uſurpatio doloſa rei alienæ inuito domino*.

5 Porro ex hac definitione furti colligitur,omnem *detentionem iniuſtam* etiam rei alienæ contra voluntatem ſcientis domini,furtũ eſſe, ut optime S.Tho. 2.2.q.66.ar.3.ad ſcd̄m annotauit. Nam æq; fur eſt, qui ad ſe rem furto delatam ſeruat,ac retinet,quam qui aſportauit; eademq; iniuria fit domino ſiue res illo inuito accipiatur, ſiue eo ſciente contra voluntatem detineatur;atq. adeo ad eius reſtitutionem tenetur, nõ ſecus ac ſi domino ignorante accepiſſet.

6 His ita de furti definitione p̃miſſis, furti diuiſiones, & ſpecies explicandæ ſunt. Eſt aũt fur omnis diurnus,aut nocturnus,quæ diſtinctio ad hoc deſeruit,quod licet ex ſola hominis p̄ſũptione,aut priuata authoritate, quis occidi nõ poſſit,ex iuris tñ præſumptione in quibuſdã caſib. licitum eſſe videtur.

Hinc in lege Moſaica,vt hẽtur Exod.22.& idẽ in cap.ſi perſodiens.de homicid.permittitur furem nocturnũ impune a quocunq; priuato occidi poſſe non ob aliam cauſam,quam quod præſumitur inuaſor,& paratus ad occidendum eum,qui res ſuas defendere vellet,ne agnoſcatur,aut in furto depræhẽdatur: ac proinde iure conceditur facultas illum impune occidendi; maxime ſi dominus rei ad ſuarum rerum defenſionem,alio remedio vti non poſſet. Quæ præſumptio,quia non iuſte habetur contra furem diurnum, non ita iure perſonæ priuatæ illum occidere permittitur; quia alia habet remedia is,cui bona ſurripiũtur: poteſt enim furẽ cognoſcere,& ita contra eum agere in iudicio, poteſt eti regulariter clamare,& vicinorum conuocatione furtum impedire; quæ media non ita ſolent nocte occurrere. Vt optime Io.Med.C.de rebus reſtituendis q.4.& Alphonſ.a Caſt.lib.1.de poteſta.leg.pęn. 6.tradunt.

Rurſus Furtum, aliud manifeſtum eſt, aliud occultum: Manifeſtum eſt id, cum quo fur ipſe deprehenditur, antequam rem furtiuam in domum deportet,

Occultum verò eſt, cum quo fur non ita deprehenditur; Solent autem variæ pœnæ contra furem manifeſtum,& occultum in iure inſtitui, & quidē criminaliter agendo, qui manifeſto furatus eſt, ſuſpendebatur,l.capital. ff.de pœnis, non ita qui occulte furatus eſſec, quamuis modo neceſſitas pacis cōis,& frequens hominum malitia, huiuſmodi rationabilem facit conſuetudinem, qua etiam latrones occulti ſuſpēdatur. Si vero agatur ciuiliter,tūc quidem ſi furtum ſit manifeſtum; pęna quadrupli: Sin autem occultum eſt,pœna dupli punitur,Inſti. de obl.quæ ex delicto naſcuntur.§.pœna. & §.fina. Et quamuis fur omnis teneatur ad reſtitutionem, ad pœnæ tamen ſolutionem non tenetur, antequā per iudicem condemnetur,vt tradunt Doct.cum glo.in cap.fraternitas. 12.q.2. Io.Med. vbi ſup.& Sylueſt.verb.furtum.q.3.verſ.quartum,& alii communiter.

8 Porro ex varietate obiectorum materialium, quæ& inuitis& inſciis dominis auferunt, variæ ſpecies conſtituuntur: Si enim priuatum quid priuato adimitur,dicitur *furtum*: ſin autem quis bonū Reipublicæ furatur,dicitur *Peculatus*; de quo vide ca.Quid ergo.23.q.4. Si vero,quis ex grege diſperſo furatur ouē,aut pecus,dicitur *Abigeatus*. Quod ſi quis hominem liberum, aut ſeruum alienū in ſeruitutē abducat,dicitur *Plagiū*,ſeu *Plagiator*, de quo extat titulus ad leg. Flauiā. de Plagia. Si vero quis furatur rem ſacram de loco ſacro: aut rem ſacram, de non ſacro; aut rē non ſacram de ſacro, dicitur *ſacrilegium*. ex Alexan. de Ales p.3.q.36. memb.1. Io.Med.C.de reb.reſtituend.q.4.Soto lib.5.de iuſt. q.3.ar.1.Greg.de Valen.to.3.diſp.5.q.10.punct.4. Catechiſmo Rom.& aliis.

9 *Quamuis* autem in hoc ſeptimo Decalogi mandato ſolius *furti* mentio facta ſit,ſub hoc tamen nomine, *Rapina* etiam ſubintelligitur, late nimirum accepto furti vocabulo, prout complectitur quācunque acceptionem iniquam rei alienæ, ſiue per vim apertam,ſiue per occultum dolum: vnde ſanctus Aug. q.71. in Exodum,ait, *Furti nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ,non enim rapinam permiſit,qui furtum prohibuit,ſed vtique a parte totum intelligi voluit, quicquid illicite rerum proximi aufertur.*& refertur.14.q.5.can.pœnale. Atq. adeo Rapina definitur eſſe *acceptio rei alienæ manifeſta, & violenta*. Ex qua definitione manifeſtum eſt,quod S.Tho.2.2.q.66.art.4.& alii communiter tradunt,*furtum, & rapinam*, vitia,ſpecie diſtincta eſſe, ſub iniqua acceptione alieni,tanquā ſub ſuo genere contenta, ita vt furtum,ſit acceptio occulta, id eſt, abſque domini conſenſu, nulla tamen adhibita violentia, Rapina vero non ſolum ſine conſenſu domini, verum etiam adhibita violentia. Quæ duæ rationes iniuſtæ acceptionis,ſpecie adinuicem diſtinctę ſunt, vt colligitur ex Ariſt. Ethic.lib.5.c.9.vbi namque diuerſa eſt ratio ſpecifica *inuoluntarij* ex parte eius, cui aliquid aufertur, ibi conſequenter diuerſa eſt *iniuſti* ratio ſpecifica, *iniuſtum* namque in eo conſiſtit, quod aliquid alteri inuoluntarie ſubtrahitur: vt enim docet philoſophus 5.Ethic.c.2.*Nemo patitur iniuſtum uolens*. in furto autem & rapina, duplex inuoluntarium eſſe conſtat,aliud.ſ.per *ignorantiam*,vt in *furto*,quia occulte & inſcio domino aliquid tollitur, aliud vero per *uim & uiolentiam*, vt in *Rapina*, quia manifeſte vidente,vel ſciente domino, ſed reclamante tollitur, furtum igitur & rapina ſpecifice,& formaliter inter ſe diſtinguuntur. Quā ſane differentiā non ſolum Theologi, & Philoſophi morales, verū etiā peritiſſimi Iuriſperiti conſtituunt, vt videre eſt in leg.Sed nouo iure. C.de ſeruis fugitiuis, & Vlpianus.in leg.fur,ff.de furtis.

10 *Ex* qua doctrina errare conſtat eos,qui furtum a rapina in eo diſtinguunt quod furtum occulte, id eſt,ī tenebris,& nocte fiat,aut abſente domino: Rapina vero aperte,id eſt,ſub luce diei,& domino ſciente,vel vidente,quaſi fur nocturnus ſit proprie fur,diurnus vero raptor,& latro; Et enim contingere poteſt, vt furtum in die, & in domini præſentia fiat,rapina vero in nocte,& domino abſente. Si quis enim vi noctu domū aggrediatur,paratus dominū alligare, eumque in loco recludat, ne furta videat, vel clamet, aut illum armis, vel metu abire cōpellat,vel tacere,aut eo abſente per vim domū irrumpat,quocunque modo his vim inferat,rapinā exercet,etiamſi domino abſente aliquid accipiat; Sin autem in die,domino præſente, non tamen conſentiente,ſed præ modeſtia, aut alia de cauſa tacente, quis bona eius ſurripiat,nulla vi illata, nec paratus inferre,vere & proprie furtum cōmittit. Propria ergo & ſpecifica differentia inter furtum, & rapinam ex eo ſolum deſumenda eſt,quod furtum latēter,& abſque vlla violentia inuito domino fit,rapina vero ſeu latrocinium violēter. Vnde rapiēs non ſatisfacit confitendo ſolum ſe furatum eſſe rē proximi,vel iniuſte occupaſſe, ſed explicare debet circunſtantiam mutantem ſpeciem,nempe per vim ſuſtuliſſe.

Furtum, & Rapina, an ſemper peccata ſint. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Furtum,ut ſic, ſemper eſt peccatum.*

Cur tamen filij Iſrael Aegyptios ſpoliantes, non peccarent.

2 *An poßit* Prioceps *ſeu Iudex in hoc Deum imitari. ſ.ut poſſit priuatim alicui præcipere,aut concedere,ut bona alterius ſecreto accipiat aut retineat.*

3 *An ſine peccato furti poſſit quis rem propriā iuſte detentā a depoſitario,uel iniuſte a fure,clam auferre.*

4 *Ex natura rei, & regulariter eſſe peccatum docet oēs.*

5 Poteſt *creditor loco debiti tantundem in ualore de bonis debitoris clam abſque peccato, & ſine debito reſtituendi accipere,ſi adſint conditiones requiſitæ.*

6 Conditiones *requiſitæ quænam ſint, & quot,& numero 7.*

8 *Quare prædictis conditionibus concurrentibus licitum ſit cuique rem ſuam occulte accipere.*

Seruatis conditionibus poteſt quis non ſolum rem eandem occulte accipere, ſed ſi non manet eadem, æquiualentem.

9 *An quæ de furto dicta ſunt, procedant etiam de rapina, veritas declaratur. nu. 10. & 11.*

12 *An excommunicatio generalis Epiſcopi lata cõtra eos qui furtum commiſerunt, comprehendat etiam eos, qui ita occulte ſurripuerunt gratia recompẽſationis.*

13 *Quæ certa, quæ incerta ſtatuenda ſunt.*

14 *In omnibus caſibus fur iniuſte, aut illicite recompenſãs non tenetur reſtituere, vt recte Corduba.*

Sciens antequam denunciet in iis caſibus, in quibus denunciare tenetur, prius detentorem admonere debet. ibidem.

15 *Si fuit iniuſta acceptio alicuius tertii, erit iniuſta detentio, ac proinde excommunicatio lata eum comprehendit, niſi ſine mora reſtituat.*

16 *An qui rem uidente, & non contradicente Domino aufert, furtum committat, & reſtituere teneatur.*

17 *An licet abſque peccato furti alienum auferre ad occurrendum propriæ, & præſenti neceſſitati.*

18 *Neceſſitas triplex, quid autem neceſſitas extrema.*

19 *Quod in iure ciuili dicitur, extreme indigentem, alienũ accipere non debere, quomodo intelligendum.*

20 *An extreme indigens poſſit iuri ſuo renunciare, & potius mortem pati, quam aliena accipere.*

21 *Cur liceat in extrema neceſſitate furari, cum non liceat propter vllã neceſſitatem fornicari multiplex reſponſio, ſed ſingulæ improbantur.*

22 *Vera, & ſolida reſponſio cur fornicatio nullo caſu licita ſit, ſecus uero furtum. Medinæ, Syluestri, & aliorũ.*

Accipere res temporales urgente neceſſitate furtũ non eſt, nec naturali, nec diuina lege prohibitum. ibidem.

23 *An neceſſitatem extremam pati cenſendi ſunt illi, qui quamuis hoc loco, & tempore neceſſaria non habeãt, alio tamen in loco, aut tempore habituri ſunt aut etiã ſi, qui in periculo ſunt amittendi famam, & honorem.*

24 *An cum pauper in extrema neceſſitate conſtitutus ſit, cui multi ſubuenire poſſunt, licitum ſit alicui eorum accipere a ſingulis ſuas partes, ut ſic indigenti ſubueniat.*

25 *An licet rapina proprie dicta ſit peccatum, aliquo tamẽ caſu excuſari poſſit a peccato.*

26 *An liceat chriſtianis bona Infidelium ſine peccato per uim auferre.*

27 *Quoſnam infideles poteſt Princeps non ſolum bonis, ſed uita priuare.*

28 *Quoſnam infideles, nec perſona priuata, nec poteſtas publica captiuare, aut bonis priuare poteſt.*

29 *An liceat chriſtianis fideles captiuos & bona quæ iniuſte detinent per uim auferre?*

30 *Si infidelis res ablatas fidelium publice uendiderit, poterit fidelis eaſdem emere, tenenturque domini priores, vel pretium datum ſoluere, uel qui pretio redemit, ius & dominum ſuum cedere, quam pro libito uendere, aut donare, aut retinere poſſit.*

1 VNum in hac re tam certum, & manifeſtum eſt, vt de eo nulla ſit inter authores controuerſia: Nimirum, Furtum, vt ſic, ſemper eſſe peccatum. Sic S.Tho. 2.2.q.66.art.5.Caie.Salon, Bannes.& Petr.de Aragon.ibid. Gabriel 4.diſt.15.q.3.art.1.Notab. Sotus lib.5.de iuſt.q.3.art.3.Sebaſt.Medices in Suma de peccatis, tit 6. q.125. Grego.de Valentia, to.3.diſpu.5.q.10.punct.5.& alij. Ratio eſt, quia prohibitum eſt præcepto illo Diuino, & naturali Decalogi, Exod. 20. *Non furtum facies.* Et quia in eo duæ rationes peccati inueniuntur: Primo quidem propter contrarietatẽ ad iuſtitiam, quæ dit vnicuique quod ſuum eſt, atque adeo cũ fur proprie dictum ſit contra iuſtitiam, quia aufert alienũ, & dominus rei, priuatur re ſua ſine causa iuſta, vtique peccatum erit.

Secundo, Quia omnis dolus, ſeu fraus, & iniuria in proximũ, peccatum eſt; In furto autem præterquam, quod accipitur alienum, cõmittitur etiam fraus, cum occulte, & per inſidias rem alienam accipiat. Ergo ſemper furtum, vt ſic, peccatum eſt.

Neque huic obſtat, quod filii Iſrael Aegyptios ſpoliantes, furtum cõmiſerint, & tamen non peccauerunt, cum id præcipiente Deo fecerint, Exod. 12. Deus autem nemini mandat impie agere, Eccleſiaſti. 15. Ac proinde furtũ non ſemper peccatum eſt.

Reſpondeo, Namque filios Iſrael in hac re peccatum furti non commiſiſſe, tum quia id fecerant ex facultate Dei, qui eſt abſolutus dominus rerum omnium, atque adeo melius, & perfectius dominium habet ſuper res omnes, quam quilibet homo particularis ſuper rem ſuam, quam poſſidet. Vnde filii Iſrael vaſa aurea, & argentea Aegyptiorum ex Dei voluntate, & mandato tanquam veri domini illorum bonorum accipientes, furtum non commiſerunt, quandoquidem, vt diximus, furtum eſt acceptio rei alienæ inuito domino. ex S.Tho.1.2.q.94. art.5.ad 2.& q.100. artic.8.ad 3. & 2.2.quæſt.66. art.5.ad 1.

Secundo etiam reſpondeo: Ex alia cauſa excuſari Iſraelitas a peccato furti, quia legitima ſententia, & authoritate Dei, tanquam iudicis ea acceperunt, debita namque eis hæc erant pro laboribus quos Aegyptiis in luto, & latere impenderunt, quibus cum nondũ mercedẽ acceperant, iuſta Dei ſententia, bonis ſuis Aegyptios ſpoliauerunt. Vt docent Clemens Alexan. lib. 1. ſtrom. Epiph. in Ancoratu. S.Tho.2. 2.q.66.art.5. ad 1.Salon, Petr.de Arrago.& Grego.de Val. vbi ſup. Gabr.4.diſt.15. q.3.artic.1.Notab.1.Sot.lib.2.de iuſt.quæſt.3.art. 8.& lib.5.q.3.art.3.ad 1. Melchior Canus lib.2.de locis Theolog.c.4.

2 PRIMVM DVBIVM eſſe põt an poſſit Princeps, ſeu Iudex Deum in hac re imitari, ita vt poſſit alicui priuatim præcipere, aut concedere, puta fiſco, aut creditori, vt bona alterius ſecreto accipiat & retineat?

Reſpondeo cum Soto lib.5.de iuſt. q.3.art.3.ad 1.Michael Salon 2.2.q.66.art.5. & Petro de Aragon ibidem.

Primo, quando poteſt Princeps, aut iudex publice per ſuam ſententiã compellere debitorẽ ad reddendum bona ſua fiſco, vel creditori debita, nõ poteſt præcipere, aut concedere, vt ſecreto fiat. Tenetur enim Principes, & iudices ſemper ordine iudiciario procedere, quoties id commode fieri poſſit, cum non ſint ſicut Deus, qui errare non poteſt.

Secundo, ſi conſtaret certo Principi, aut iudici de culpa, vel debito creditoris, non tamen compellere poſſet illum ad ſoluendũ citra ſcandalum, & damnum publicũ, ſimulque intelligat fiſcum, & creditorẽ facultatem illam fideliter executuros, ita vt nil vltra iuſtũ debitum ſint accepturi, tunc quidẽ ſeruatis his conditionibus concedere poteſt, vt ſecreto bona illius a fiſco, vel creditore accipiantur. Idemque dicendum eſt in aliquo caſu particulari, qui patentiſſimam haberet iuſtitiam, nec punitio moras, aut ſtrepitum publicum, ſine magno Reipublicæ detrimento, pateretur, tunc enim non ſolum præcipere poteſt bona alicuius ſecreto auferri, ſed etiam hominem occidi, & ſtrangulari, vt experientia prudentiſſimorum Principum, & iudicum confirmat.

SECVNDVM DVBIVM eſt, an ſine peccato furti poſſit quis rem propriam detentam iuſte a depoſitario, vel iniuſte a fure clam & ſecreto auferre? Ratio difficultatis ex vna parte eſt, quia in l. ſi res. & l. ſi is qui rem. ff. de furtis. habetur, in re propria accipienda non committi peccatũ, aut furtũ. Ex alia vero parte S. Tho. 2.2. q. 66. art. 5. ad 3. docet, accipientem furtim rem apud alium depoſitã, grauare depoſitarium, & peccare, tenerique ad releuandum grauamen depoſitarii, Accipiẽtẽ autem rem ſuam furtim apud alium iniuſte detentam, puta apud furem, peccare contra iuſtitiã communẽ, dum vſurpat ſibi rei ſuæ iudicium, iuris ordine prætermiſſo, tenerique ſatisfacere Deo, & dare operã, vt ſcandalum proximorum, ſi exinde exortum fuerit, ſedetur. Ac proinde mortaliter peccare cenſetur.

Quam quæſtionem tractant Altiſiod. in Sum. tract. de reſti. q. 6. Alex. de Ales par. 4. q. 24. memb. 5. art. 3. Gl. in c. ius gentium. in verb. Sedium. diſ. 1. Richard. in 4. diſtin. 15. q. 7. art. 1. ad 2. Palud. in 4. diſt. 14. q. 2. art. 2. concluſ. 5. & diſt. 35. q. 1. artic. 4. concluſ. 3. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 3. dub. 3. art. 3. & q. 4. art. 2. concluſ. 2. S. Ant. par. 2. tit. 1. c. 15. §. 1. Ang. verb. verbum. §. 6. Sylueſt. verb. bellũ. 1. quæſt. 9. & verb. bellũ. 2. q. 8. & verb. furtũ. q. 12. & 13. Adria. Quodlib. 6. artic. 1. litera I, verſ. quarto infero. Alphonſ. a Caſt. lib. 2. de poteſtate legis pœn. ca. 10. in argum. 4. Caiet. 2.2. q. 66. art. 3. & 5. & in verb. furtum. verſ. tertiũ. Sotus lib. 5. de iuſt quæſt. 3. ar. 1. in fin. & ar. 3. ad 1. Io. Med. C. de reb. reſtituendis, q. 3. cauſa. 12. q. 11. Nauar. in Man. c. 17. nu. 112. verſic. vigeſimoſecundo, & in c. inter verba. 11. q. 3. concluſ. 6. Corol. 66. nu. 792. verſ. tertio. Couar. lib. 1. Variar. reſol. capit. nu. 14. & 15. Sebaſt. Medices in ſum. tit. 6. q. 129. Michael Salon. 2.2. q. 66. artic. 5. controuer. 2. Pet. de Arrag. & Dominic. ibid. art. 5. in fi. Petr. Nau. lib. 3. de reſt. cap. 1. par. 4. dub. 8. nu. 384. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 5. Ludo. Lopez par. 2. inſtruct. conſcien. c. 8. Ioſeph Angles q. quid ſit libera reſtit. ar. 2. diffic. 37. dub. 12. Tolet. lib. 5. ſum. c. 15. Ludo. Carbo. tracta. de reſtitu. q. 85. dub. 2. & Anto. de Corduba in ſum. q. 111. ante fin. & lib. 1. quæſtionum. q. 35. & alii. Ex quibus quid in hac re, & alijs etiam in caſibus, iudicandum ſit, breuiter exponam.

Primo igitur omnes communiter docent ex rei natura, & regulariter eſſe peccatũ, occulte & doloſe rem ſuam propriã recuperare, & auferre ab alio, quando alia honeſtiori via res haberi poterat. Ratio eſt, quia licet non faciat iniuſtitiam ex parte *rei acceptæ*, ſemper tamen quantum eſt ex rei natura eſt illicitum ex parte *modi*, hoc eſt, ratione *modi* accipiendi; quia. ſ. facit iniuriam miniſtris iuſtitiæ vſurpando eorum officium, cũ certum ſit, neminem poſſe regulariter ſine peccato, authoritate priuata ſibi ipſi ius dicere, & rem ſuam recuperare.

Deinde, quia certum eſt iuſtum poſſeſſorẽ rei, v.g. depoſitariũ, rationabiliter læſum, & inuitũ eſſe, cũ eo non præmonito res auferatur: quandoquidẽ vt ait S. Tho. 2.2. q. 66. art. 5. ad 3. grauat depoſitarium, eo quod exponitur periculo bis eam ſoluẽdi, atque adeo quãuis ſic accipiens rẽ ſuam non teneatur aliquid reſtituere depoſitario, ſed ſatis eſſe, ſi ſignificet illi ſe rem ſuam accepiſſe, ita vt alter, id eſt, depoſitarius liber ſit a vinculo reſtitutionis; peccat tamen propter modũ accipiendi rẽ ſuam, quia vt plurimum datur occaſio depoſitario multa falſa, & temeraria iudicia admittendi, & ſuſpicandi de ijs, qui non acceperunt, & plerunque domeſticis inde ſcandalũ naſcitur, vt conſtat: Id quod non ſolum procedit de depoſitario, qui rẽ tantum detinet ex ſola voluntate domini ob vtilitatem eiuſdem domini, ſed etiam a fortiori de eo, cui *aliquid commode* ex tali depoſitione contingit: immo in hoc caſu fit ei alia quædam patticularis iniuria, & non ſolum ratione vinculi reſtituendi, vt rectè Grego. de Valen. annotauit. Vbi autem rem ſuam ſiue a depoſitario, ſiue etiam a fure occulte acciperet, cum animo *tacendi*, & non *manifeſtandi* poſtea illis, vere furtum committeret: quia vt S. Tho. 2.2. q. 66. art. 3. ad 3. res illa depoſita quamuis ſit ſimpliciter deponentis, eſt tamen eius apud quem deponitur, quantũ ad cuſtodiam, & quod a fure ſublatũ eſt, quamuis non ſit furis ſimpliciter, eſt tamẽ eius quantum ad detentionem, & obligationẽ reſtitutionis, atque adeo verus rei dominus accipiendo rẽ ſuam cum intentione tacendi, non accipit rem propriam, vt propriam, ſed abſolute, & cum intentione damnificandi alterum & ita eſt furtum. In neutro tamen caſu, hoc eſt, ſiue acciperet occulte rem propriam apud alium exiſtentem, ſiue intentione damnificandi proximum, aut cum intẽtione tacendi & damnificandi proximũ, non tenebitur ad reſtitutionem, ſed ſolum ad inſinuandum ei, apud quem exiſtebat, quod liber ſit a vinculo reſtitutionis illius rei. Quod autem ad reſtitutionem non teneatur, conſtat, quia res illa, quam aufert, vere erat ſibi debita, nemo autem reſtituere tenetur, quod alias ſibi reſtitui debet, & colligitur ex S. Th. 2.2. q. 66. artic. 5. ad 3. Alexan. de Ales vbi ſup. & Gabriele in dicta quæſtione tertia, dubio 3. & alijs ſupra citatis.

Denique eſſe peccatum ſic occulte rem ſuam recuperare, præterquam conſtat ex dictis, ex eo patet, quia ſimpliciter loquendo repugnat rectæ rationi. Dixi, *regulariter*, quia concurrentibus quibuſdam conditionibus nullum omnino peccatum erit rem propriam ab alio auferre, vt ex his, quæ ſubiungemus, manifeſtum erit.

5 Secundo, Quotieſcunque adſunt conditiones requiſitæ, poteſt quis verbi gratia creditor loco debiti tantundem in valore de bonis debitoris clam abſque peccato, & abſque debito reſtituendi,

di, ſiue id quod capit ſit res vſu conſumptibilis, ſiue non accipere.

Dixi *ſiue res ſit vſu conſumptibilis, ſiue non*, Quia licet Pan. in cap. Bona fides. de depoſito, id verum eſſe dicat ſolum in rebus vſu conſumptibilibus, quales ſunt illæ, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, & admittunt functionem, vt pecunia, vinum, oleum &c. Vt verbi gratia ſi per vnam viam tu debes mihi centum aureos, ego etiam aliunde tibi totidem debeo, licite poſſum, quod debeo, loco alterius debiti retinere, aut ſi tu furatus es a me centum aureos, poſſum ſeruatis conditionibus ſtatim dicendis, tantum vini, aut olei clam auferre; Secus autem ſi ſint res diuerſæ rationis, aut non conſumptibiles vſu, vt verbi gratia, quia ego tibi equum debeo, tu vero mihi pecuniam, aut quia tu mihi equum furatus es, non liceat mihi pecuniam, aut oleum auferre, quia (inquit) forte alterius intereſt equum habere potius, quam pecuniã, aut oleum &c.

Alij tamen omnes id abſolute tam de rebus vſu conſumptibilibus, quam de non conſumptibilib. vſu, licitum eſſe docent, ſeruatis quibuſdam conditionibus, vt in materia de reſtitutione dicemus: nunc ſolum ſuppoſita rei veritate ex cõi Doctorũ conſenſu, explicabimus quænam illæ conditiones ſint, quibus abſque peccato licitum ſit rem propriã occulte, & clam accipere.

6 *Prima eſt*, quam ponit Corduba in ſumma. quæſ. 3. poſt Mart. Nauar. in Manuali, cap. 17. num. 113. vt debitum ſit ex iuſtitia, & non ex ſola charitate, aut gratitudine; Si enim eſt debitum tantum morale, antidorale, ſeu gratitudinis, non licebit occulte accipere.

Et quamuis Petr. Nauar. vbi ſupra, nu. 393. aliquantulum obmurmurat contra hanc conditionẽ, exiſtimans licitum eſſe accipere, ſiue debitũ ſit ex lege & præcepto iuſtitiæ; ſiue *charitatis*, puta, ſi quis grauem pateretur neceſſitatem ab eo, qui nollet dare eleemoſinam, etiamſi ex charitate tantũmodo teneatur, poteſt occulte accipere, ſiue *religionis*, puta, ſi vouit aliquid dare, & non vult dare occulte etiam accipere poſſe putat; verior tamen eſt Cordubæ opinio, non licere occulte accipere, niſi quando debitum eſt ex iuſtitia. Ratio eſt, quia ſola lex iuſtitiæ ad reſtitutionem obligat.

Si igitur alter ex charitate, vel religione tantum tenetur, cum reſtituere non teneatur, non poteſt ab eo occulte accipere, & ſi accipiat ex tali tantum debito, tenebitur ad rei acceptæ reſtitutionem, peccatque tam ex modo acceptionis, quam ratione rei acceptæ. Hinc infertur.

Primo, Quod ſi mutuũ alicui ſemel, aut ſæpius dediſti, non tamen licitum mihi erit ab eo occulte mutuo pecuniam accipere, Quamuis enim ille ex honeſtate, & ex debito charitatis teneatur mihi mutuo dare, quia tamen non ad id aliqua lege iuſtitiæ tenetur, non licebit tantundem ab eo occulte accipere, & mutuare.

Secundo, Qui beneficium, aut præbendam in alterum renunciauit, ſpe adductus, quod ille referet gratiam (idemque dicendum eſt de eo qui hæreditatem relinquit ſub ea ſpe, vt filio ſuo illegitimo ſubueniet &c.) non poteſt ipſe, aut filius a donatario, legatario, hærede, vel beneficiario quicquam accipere, etiamſi ingratus ſit, cum ad id iudex iuſtitia, & in conſcientia non teneatur.

Tertio, qui amico, vel conſanguineo pauperi alimenta dedit, aut alia ob amicitiam, cognationem, aut paupertatem, non poteſt ab illo ſi ad pinguiorem fortunam venerit aliquid occulte in compenſationem accipere, etiamſi gratiam rependere nolit. Ex quo enim gratis dedit, nullo intercedente pacto, aut obligatione ex parte accipientis beneficium, ſolum tenetur ex honeſtate, non ex conſcientia, ſeu iuſtitia, ac proinde non licebit aliquid occulte in recompenſam accipere.

Quarto; famuli, & ſeruitores, qui ſponte dominis inſeruiunt, cum ſpe acquirendi mercedem, aut beneficium, ſine vllo tamen pacto, aut intentione obligandi dominos, quamuis nihil accipiant, loco tamen mercedis aliquid a dominis clam ſurripere non poſſunt, vt Alex. de Ales p. 4. q. 24. mẽb. 5. ar. 3. Dominicus Sotus li. 5. de iuſt. q. 3. ar. 3. ad 1. Mar. Nauar. in Summa cap. 17. nu. 113. Io. Medina C. de rebus reſtituendis. quæſt. 11. & Corduba in Summa quæſt. 111. tradunt; Vnde noſtro iudicio falluntur multi vſurpantes ex bonis ſuorum dominorum pro obſequiorum ſuorum ſatisfactione, quibus licet aliqua compenſatio remuneratorie debeatur ex debito gratitudinis, quia tamen ex iuſtitia legali nihil eis eſt debitum, non licebit aliquid occulte accipere.

Dixi, *Si ſponte dominis inſeruiunt*, Si enim ſalarium aliquod illis debitum eſſet ob pactum expreſſum, aut tacitum, vel conſuetudinẽ patriæ, aut talis generis ſeruitiorum, &c. Illudque licitum ſit, & reliquæ conditiones neceſſariæ adſint, ſine dubio poſſunt ſe recompẽſare; Cum hi peioris conditionis eſſe non debeant, quam cæteri creditores; immo tantum illis magis licitũ eſſe debebit, quãto magis ſine ſcandalo ſe cõpenſare poſſunt, cũ bona dominorum ſæpe tractẽt. Et quidem ſi iuſtum ſalarium, & pretium ſeruitii eorum taxatũ ſit, puta ex eo, quod expreſſe, vel tacite, vel ex conſuetudine iam eſt pretium currens, vel conuẽtum, tunc certum eſt, quantum accipere poſſint in iuſtam, & æqualem compenſationem. Quamuis ſicut in aliis mercibus ex eo quod ſit magna copia, vel rogans quis vẽdens pretium vileſcit, iuſteq. efficitur minus; ita cum quis non indigens aliquo famulo ad illius inſtantiam, & preces recipit, minus eſſe debet, quod illi debetur, & ita concutio iuſte minoris fieri poteſt, quam ſit ſalarium aliorum conſeruorum, qui iam præexiſtebant in domo neceſſarii.

Si vero ſalarium nec expreſſa conuentione, nec ex conſuetudine eſt aſſignatum, prudentis arbitrio relinquitur, quodnam ſit ſalarium iuſtum, inſpecto genere ſeruitii, vel totius anni, vel certorum dierum, vel in rebus leuibus, aut contra grauibus & onerosis, inſpecta etiam qualitate perſonæ ſeruientis, & aliis huiuſmodi circunſtantiis, vt proinde iuſta compenſatio ſecundum iſtas circunſtantias [illegible] lum facienda erit.

Sunt enim quidam, qui ex more non alio ſalario recepto, quam bonæ educationis, & honeſti victus ſeruire ſolent.

Alii vero ita ſeruiunt, vt tñ eis dominus certas horas diei ad ſtudium concedat, & his minus debetur, immo iſtis ſolus victus dari ſolet, non veſtitus,

nec

ec ſalarium, niſi fortaſſe pro calceis, & huiuſmo- .Alii ſunt, qui vel ad ſcribendum, vel quid ſimile ræſtandum conducuntur, quibus omnibus inſpe- is, relinquitur arbitrio boni viri, quid illis debea- r, & conſequenter an, & quando iuſte aliquid a ominis ſuis in recompenſationē accipere poſſint. De qua re legendi ſunt Martinus Nauar. in Manua .c.17.nu.108.& nu.109. Ant. de Corduba in ſum- a.q.211. in princ. Sotus lib.5. de iuſt.q.3.art.3.ad .Pet. Nauar. lib.3. de reſt. c.1. p.4. dub.8. nu.409. & ſeq. Dixi. &c.

Quinto infert Corduba, quem etiam ſequitur Pe- rus Naua. vbi ſup. nu.396. peccare eos, immo ad ſtitutionem teneri, qui aliquid accipiunt occulte tione pœnæ, quia pœna non eſt debita ante con- emnationem, atq. adeo ante ſententiam condem- atoriam aliquid accipiens peccat, & ad reſtitutio- em tenetur, idemque docent Nauar. in Manuali, ap.17.nu.114.

Secunda conditio eſt, vt hoc debitum ſit liquidum, certum: ſi enim res ſit dubia & ambigua, non li- bit aliquid occulte accipere, cum in dubijs me- or ſit conditio poſſidentis. Vnde dici ſolet, quod quidi ad non liquidum non eſt compenſatio.

Vnde quod ait Gabr. in quarto diſt.15. q.4.ar.2. onclus.2. quod liquidi ad non liquidum locum abet compenſatio in foro pœnitentiæ, ſane intel- gendum eſt, vt verum ſit: Eſt enim verum quoad eſtitutionem, ſi poſt ablationem ceſſat dubiū; vt v.g. Dubius eſt Petrus, an illi Ioannes decē debeat, & manēte hoc dubio, aufert occulte decem Ioan- ni, peccat quidem auferendo, ſi tamen poſtea ceſſat dubium, certoq; intelligat decem illi debita fuiſſe, non tenetur in foro conſcientiæ illa reſtituere: Di- xi, *in foro conſcientiæ*, quia in foro exteriori coge- tur reſtituere, ſi liquida non fuit compēſatio, ſi pro- pria authoritate decepit, & hoc in pœnam peccati, atq; adeo lata ſentētia tenebitur reſtituere, quam- uis certo ſciat illa decem ſibi debita fuiſſe, nam per dit illa per modum pœnæ, quæ tunc ſolenda eſt, cum condemnatur; ſibique imputet, quod ad ſolu- tionem condemnatur, cum rem ſua propria autho- itate auferre voluerit.

Id quod procedit etiamſi ceſſet dubium, certo- que intelligat ſibi debita fuiſſe: nam ſi non ſolum ubius erat quando & accepit, ſed etiam dubius a- huc maneat, vltra peccatum in ablatione cōmiſ- ſum, tenetur etiam in foro conſcientiæ ea Ioanni eſtituere, quia in dubio non erat illi licitum Ioan em certa poſſeſſione rei ſuæ priuare.

Tertia conditio eſt, vt non plus accipiat, quam ſi- i debetur ex iuſtitia: nam furtum eſſet reſpectu xceſſus, cum obligatione reſtituendi, eo quod ſpectu exceſſus, rem alienam inuito Domino v- rpat.

Quarta conditio eſt, quod non poſſit iuris debitū llud recuperare, aut etiam extra iudiciū ſine no- bili iactura ſua, puta, quia ille nō vult ſoluere ra- one potentiæ: aut iudex non vult eum cogere x iniquitate ad ſoluendum debitum, aut quia iu- e timet rem ſuam petere in iudicio, propter ſcan- alum, damnum, aut inimicitias, aut propter tan- as expenſas, quas faceret in re ſua recuperanda: ut propter defectum teſtium, & probationum, & uiuſmodi, quæ conditio quarta potiſſima eſt inter alias, ob quas licitum eſt occulte rem ſuam auferre.

Quinta conditio eſt, quod ſit illi veriſimile, quod ad debitum recuperādum nihil ſibi proderit id petere a debitore. Quam conditionem ponunt Ioan. Med. vbi ſup. q.11. Ioſeph Angl. in florib.4. ſentē. p.2.q. quis a reſtitutione ſit liber. art.2. difficu.17. dub.13. & Lud. Lopez p.2. inſtruct. conſci. c.8. quicquid Eman. Sa in Aphor. ſuis, in verb. furtum, falſo putet non eſſe mortale clam ab eo accipere, qui daret, ſi peteretur.

Sexta conditio eſt, vt caueat ſic ſibi recōpenſans, ne inde aliquid ſcandali, aut damni alteri, quod debeat ſaltem ex charitate euitari, ſequatur: & a fortiori cauere debet, ne intercedat periculū mortis corporalis, vel alterius læſionis magnæ: cum iudices talia ſimilitudinaria furta, ſi probentur, punire ſoleant.

Septima conditio eſt, vt admoneat debitorem, vel eius hæredes, iam debitum eſſe ſolutum, ne debitū iterum ſibi, aut ſuis hæredibus ſoluant, vel aliud damnum incurrant.

8 *His* igitur conditionibus concurrentib. licitum eſt cuique rem ſuam occulte accipere. Et ratio eſt manifeſta, quia in tali caſu nulli irrogat iniuriam, immo rem ad æqualitatem deducit, cū alia via cōmode non poſſit, nec ſperat ad æqualitatem venire. Debitor.n. non facit iniuriam, cum ab eo ſolū recipiat rem ſuam; & quam illi ex iuſtitia reddere debet, vnde cū alter vtatur ſolum iure ſuo, non poteſt poſſeſſor, ſeu debitor eſſe rationabiliter læſus, aut inuitus, quod minus creditor rem ſuam recuperet. Sed neque iuſtitiæ publicæ iniuriam facit, quia cum non teneatur rem ſuam amittere, nec eam poſſit commode per iudicē, & viam iuſtitiæ publicæ recuperare, licite in defectum iuſtitiæ poterit ſibi ipſi creditor ius dicere, & ſatisfacere. Si tamen hæc omnia non concurrant, peccabit quidem creditor in hoc caſu, ſibi in cauſa propria ius faciens: ſi tamen certum erat ſibi tantundem deberi, ad reſtitutionem accepti non tenebitur; ſemel namq. peccato in accipiendo admiſſo, cum ſuum iam habeat, & iniuſtitiam nullam committat retinendo, ſequitur nihil eſſe reſtituendum. Quamuis.n. illicita fuerit ſubtractio ex defectu alicuius conditionis, iniuſta tamen non eſt: & ita accipiendus eſt S. Tho. 2.2.q.66.art.5.ad 3. vniuerſaliter docens accipientem rem ſuam in compenſationem non teneri ad reſtitutionem. Eodemque modo quamuis ex modo accipiendi ſequeretur ſcandalum ſui, aut alterius, cui res forte erat commendata, niſi tamen aliunde damnum aliquod temporale cuſtodi immineat, ex ſolo ſcandalo ſibi, vel alteri dato, ad reſtitutionem aliquam non tenebitur. Scandali enim peccatum eſt directe contra charitatem, reſtitutio autem ex ſola læſione iuſtitiæ conſurgit.

Ex quibus omnibus ſequitur, quod ſi adſint conditiones prædictæ, quando res mea eſt apud alium, poſſum illam eandem occulte accipere, qnando vero non manet illa eadem, poſſum æquiualētem accipere, nec per hanc licentiam ſequitur aliquod incommodum, aut perturbatio Reipublicæ, ſeruatis namque illis conditionibus, omnib. incōmodis occurritur.

Hinc etiam infert Petrus Naua. vbi ſup. nu.401.

idem dicendum eſſe, ſi contractu emptionis, & venditionis ſe recompenſet pluris vendendo, & huiuſmodi.

Id quod confirmat authoritate Alex. Papæ Tertii, in c. 1. de vſur. vbi poſtquam grauiter cōdemnauit clericū qui deteſtandis vſurarum lucris inſiſtit, ſubdit, *Niſi forte eccleſiæ beneficium fuerit, quod redimendum hoc modo de manu laici uideatur.* Aperte oſtendens ſic ſe occulte compēſantem, vexationem ſuā debitumque ſuum redimere. Sicut igitur, vim vi repellere licet, ita certe dolum, & occultam vim dolo excludere (qui vere non eſt dolus, ſed cautum, prudenſque factū) licebit. Et ita conſtat, quā recte his ſeruatis conditionibus dictum ſit in l. ſi res, & in l. ſi is, qui rem. ff. de furtis. non cōmitti furtum accipiendo rem propriam occulte.

Simulque explicata manet mens S. Tho. 2. 2. q. *66.* ar. 5. ad 3. Qui enim ſeruatis conditionibus prædictis rē ſuam aufert, non vſurpat ſibi iudiciū, nec Rempub. aut iuris ordinem perturbat, nec alicui alteri iniuriam facit, vt conſtat.

9 TERTIVM Dubium eſt, An quæ de furto dicta ſint, procedant etiā de Rapina? Non eſt autē ſermo, an rapina peccatum ſit, cū certum ſit rapinam ex genere ſuo peccatū eſſe cum non ſolū iniuſtitiā dicat, ſed etiam violētiam importet, ſed ſolum inquiritur, An liceat rē propriam auferre ab eo, qui eam retinet, etiam per vim, & violentiam, in caſibus, quibus licet occulte auferre? Hoc eſt, quando non reſtat alia via illam recipiendi, ſiue priuatim petendo, ſiue via iuridica exigendo, ſiue occulte ſe compenſando?

In hac re Sot. lib. 5. de iuſt. q. 3. ar. 3. ad 1. expreſſe docet, non licere per violentiam rem propriam recuperare, quin potius ſi ſecreto eripere nequeat vel adire debet ſuperiorem, aut ſi nullum aliud remedium ſuperſit, iacturam rei ſuæ ferre debet, & non perturbare Rempub.

Addit tamen idem author, quod ſi Reſpublica eſſet tam barbara, aut tanta tyrannide oppreſſa, vt nemo poſſet ius ſuum obtinere, poſſet tunc quis citra armorū ſumptionē etiam cum violentia aliqua in ſuum ſe ius reſtituere, & in hanc Soti ſniam inclinant Pet. de Arragon. 2. 2. q. *66.* ar. 5. in fin. Dominicus Bannes, & Michel Salon ibidem controuerſ. 2. Ceterum omiſſis iſtorum ſententijs, hæc mihi probabiliter in hac re dicenda videntur.

10 *Primum eſt;* Quotieſcunque quis rem ſuam recuperando per violentiam Rempub. perturbaret, puta, quia latro, aut detentor eſt vir potens &c. in tali caſu, nec licebit vim inferre, cum res primo ſurripiuntur, nec poſtea quando ablatæ detinentur iniuſte. Ratio eſt, quia præferenda eſt pax, & tranquillitas Reipub. bono cuiuſcunque priuatæ perſonæ, atque adeo in hoc caſu Dominus rei non habet ius, vt res ſuas amet cum tam magno incōmodo boni communis, vt recte Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 5. annotauit.

Secundum eſt, Qui per apertam vim, & iniuriam rem meam inuadit, eamque auferre conatur, poſſum ego incontinenter rem meam, aut æquipollentem rei, etiam per vim, & violentiam illi auferre abſque peccato, aut vinculo reſtitutionis, vt verbi gratia.

Aufert aliquis equum Titio, poteſt Titius ſi aliter equum ſuum recuperare non poſſit, alteri vim inferre, equumq. ſuum recuperare, aut rē æquiualentem equi illius ab inuaſore ſine peccato, aut vinculo reſtitutionis, auferre: Sic Alex. de Ales p. 4. ſummæ. q. 24. memb. 5. ar. 4. §. 1. Pet. Nauar. lib. 3. de reſtit. cap. 1. p. 4. dub. vlt. nu. 413. & Grego. de Valen. vbi ſupra. Ratio eſt, quia in hoc caſu ſpoliator rē meam auferendo aggreſſor fuit, & contrario ter ex mea parte defenſio ſolum eſt, atque adeo ſi aliter rē meam recuperare nequeam, poſſum impreſſionem in eum facere vſque ad necem, non modo antequam auferat, ſed etiam poſt incontinenter, ſi nolit relinquere fugientemq. tranſigere, ſi res ablata alicuius momenti fuerit.

11 *Tertium eſt*, Qui per violentiam, aut per occultam iniuriam, & iniquitatem occupauit rē meam, vt ſi furto, aut rapina rem meam occupauit, aut depoſitum, aut commodatum negat, tunc Alexan. ait, licitum eſſe etiam tempore interpolato auferre rem ſuam ſine obligatione reſtitutionis ſiue furtim, ſiue violentia recuperet; peccaret tamen ſiue furto, ſiue rapina rē ſuam recuperet; Sin vero furto, aut rapina recuperet non rem ſuam, ſed rei æquiualentiam, non ſolum peccat, ſed etiam ad reſtitutionem tenetur, quia inquit hæc res nunquam fuit ſua: Greg. autem de Valentia exiſtimat licitū eſſe res ſuas recuperare adhibita tali vi, quæ ſolum furem perturbaret citra mortem, vel vulnerationem, quandocunque poſtea latro vult illam iniuſte detinere.

Mihi tamen verior videtur opinio Petri Nauarri, Non licere in quouis Reipublicæ ſtatu illam res ablatas recuperare velle, quia id eſſet bellum vindicatiuum inferre, aut proximū pro iniuria punire, quod priuato ciui nullo iure licitum eſt, Nemini. n. licet ſibi ius armata manu dicere, vt colligitur ſatiſque colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. *66.* ar. 8.

Cum enim inuaſor ſeu raptor bonorum meorum iam mihi vim non inferat, & quodammodo iniqua occupatio in rem iudicatam tranſierit, velle per vim & violentiam bona mihi ablata recuperare vindicta ac punitio cenſenda potius eſt, quam defenſio, iniuriæque propulſatio: id quod aperte ſenſit Caie. 2. 2. q. *66.* ar. i. 8. ad finem; putans etiam ab infideli res iniuſte poſſeſſas auferri non poſſe per vim priuata authoritate, cum iniqua rei occupatio in rem iudicatam tranſierit; & malefactores punire, & bella vindicatiua iniuriarum receptarū exercere non ad priuatas perſonas, ſed ad poteſtatē publicam ſpectat.

12 QVARTVM DVBIVM eſt, An excōicatio generalis Epiſcopi lata contra eos, qui furtum commiſerunt, comprehendat eos, qui ita occulte ſurripuerunt gratia recompenſationis? Item an ſi quis obtineat excōicationem contra omnes, qui aliquid ex domo eius acceperunt, incurrat eam, qui modo prædicto rē occulte abſtulit? Item ſi Epiſcopus excōicationem ferat contra ſcientes, & non reuelantes res ſubtractas, an eam incurrant ſcientes, & non reuelantes, ex eo, quod ſciant ablatas fuiſſe gratia recompenſationis?

De hac re legendi ſunt Gabriel in 4. diſt. 15. q. 3. arti. 3. dub. 3. in fine. Ang. verb. furtum. q. 41. Syl. ueſt. verb. eod. nu. 19. q. 15. & verb. excommunicatio. 2. §. 4. dub. 8. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17.

7.nu.114.& in cap. inter verba.11.q.3.concl.6.
orollario.66.nume.792. Sotus lib.5.de iuſtitia.q.
art.3.ad primum. Ioann.Medina. C.de rebus re-
ituendis.quæſt.11.dub.2.Petrus Nauar.lib.2. de
ſtitutione.cap.4.par.2.dub.9.caſu 4.& lib.3.c.1.
ar.4.dub.8.nu.402 Petrus de Arragon 2.2.q.62.
rt.2.in reſponſione ad ſecundum dubio 9.in fi.&
uæſt.66.artic.5.dub.vlt.ante finem.Michael Sa-
onibid.quæſt.66.art.5. controuerſia.2. concluſ.
.Corduba in Summa quæſtio.3.& lib.1. quæſtio-
arij.quæſt.43.dub.2.& quęſtio.64.caſu.4.Ioſeph
ngles in florib.3.ſentent.par.2.tracta. de reſtitu
ione.Queſt.Quis ſit liber a reſtitutione.ar.1.dub.
ltim.Tolet.lib.5.Summæ.cap.27.Ludouicus Lo
ez par.2.inſtruct.conſciẽtiæ.cap.2.& alij. In qua
e quædam videntur eſſe certa, quædam vero con-
rouerſa.

Primo certum eſt, ſi cenſura feratur contra eos,
ui aliquid furati ſunt, obligat cenſura huiuſmodi
uferẽtes vt ablata reddant, & ſcientes vt rem de-
uncient, quando vere furtim aliquid indebitum
blatum eſt, maxime ſi humano in iudicio probari
oſſit.vt notant Medina, & alij vt ſupra.

Secundo certum eſt, quotieſcunque prædictæ om
es conditiones ad licitam recompenſam adſunt,
unc tam ſubtractor earum rerum, quam etiam ta-
is ablationis ſeu recompenſationis conſcij non re-
elantes, & immunes ſunt a tali ſententia excom-
unicationis, & a reſtitutione, vt omnes vnani-
iter fatentur.

Ratio eſt, quia excommunicatio maior non in-
urritur, niſi ob peccatum mortale, in caſu autem
ullum committitur peccatum, vt ex dictis cõſtat.
d quod verum eſſe docent, etiamſi præfata ſenten
ia expreſſe diceret, non obſtante, quod in recom-
enſam aliena acciperet, aut ſic accepta fuiſſe quiſ-
piam ſciret. Non enim hac ſententia ligantur acci
piens, aut talis recompenſationis conſcij non reue
lantes ob rationem dictam, immo ſententia illa in-
olerabilem in ſe contineret errorem, ac proinde
eruanda non eſſet, aut timenda.arg.c.1.de ſenten.
& re iudicata.

Tum quia ex quo licite ſibi ſatisfecit iam non eſt
lienum, ſed ſuum, quod retinet.

Tum quia nemo ſe neque alium innocentem,
ualis eſt iſte ſibi iuſte recompenſas, tenetur pro-
dere præſertim ad damnum, & præiudicium.

Tum quia præfata ſententia vel iubet rem abla-
tam denunciari, ad hoc vt reſtituatur priori poſ-
ſeſſori, aut hæredibus eius: & hac ratione non obli
gat quia cum res ad æqualitatem reducta ſit, reſti-
tutio locum non habet, etiamſi in huiuſmodi redu
ctione aliqua fortaſſis culpa interuenerit, vel de-
nunciari & reuelari iubet rem, ad hoc vt puniatur,
qui propria authoritate rem ſurripuit: & neque
ac ratione valida erit ſententia, quia in caſu cul-
pa non interuenerit, & conſequenter non iuſte
infligenda eſt pęna innocenti.

Addunt autem Medina & Lopez vbi ſupra &
recte, quod ſi iudex ſub cenſura præciperet, vt qui
per viam recompenſæ aliquid alienum accepit, il-
lud reddat, hac intentione, vt priore poſſeſſore in
ſua poſſeſſione reſtituto, creditor audiatur, & ei-
dem iuſtitia fiat tunc ſi probabiliter ſperat ſe iuſti
tiam aſſecuturum, ad rei ablatæ reſtitutionem te-

nebitur, ſecus aũt ſi re reſtituta nõ ſperet ſe debitũ recuperaturũ. Ceterum quando intentio hæc non exprimitur in ſententia, non tenetur ſententię obedire.

Tertio, qñ conſcij ablationis rerum dubitant de iuſta recõpenſatione, epiſcopo ſuper eo excõmunicante, dũ talis qui tulit rẽ, admonitus nõ reſtituat, denũciare tenentur, etiãſi recõpẽſans eis dicat, qđ ad ſuũ recuperandum, tantum, quod erat iuſtũ accepit, niſi tanta ſublator rei illius fide ac exiſtimatione apud ſcientes polleret, vt merito ob eius dictum, omnem dubietatem ab animis ſuis depellere deberent vt Mart.Nau.in Man.c.17.nu.114.in fi.Pet. Nau.lib.2.de reſtit.c.4.p.2. dub.9.nu.227. & Lopez par.2.inſtruct.conſc.c.9.annotarunt.

Quarto, quando iudex vel abſolute profert ſententiam, nihil dicens de recompenſatione: vel etiã in ſuis literis excõicationis exprimeret illicitã recompenſam, tunc licet Sylueſt.q.15. Io.Medina. q.11.dub.2.Corduba in Sum.q.111.& Ioſeph Angles vbi ſup.art.2. dub.vlt.velint tam auferentem, quam ſcientes eam incurrere, niſi reſtituat ablatũ, & denuncient ſic auferentẽ: rectius tñ Mart.Nau. c.17.nu.115.Petr.Nau.lib.3.de reſtitut. c.1.par.4. dub.8.nu.404.& Lopez vbi ſupra docent, quod ſi acceptio, ſeu recõpenſatio fuit illicita ſolum, puta, quia contra iuris ordinem abſtulit rem ſuam, cum abſque incõmodo notabili per viam iudiciariã debitũ ſuum recuperare poterat, ſi tñ non fuit iniuſta, puta, quia debitum erat certum et liquidum, et non plus accepit, quam ſibi debetur, etſi auferẽdo illicite peccauit, quia tamen non fuit iniuſta, & conſequenter neque reſtitutioni obnoxia, neque ſublator non reſtituendo, neque ſcientes non manifeſtando, tali excommunicatione implicantur.

Ratio eſt, quia excommunicatio requirit contumaciam & inobedientiam, atque adeo non fertur ob peccatum præteritum proprie, ſed ob futurum, vel ob præteritum pendens in futurum, vt late to. 1.Theſaur.lib.1.c.9. nu.25.& ſeqq. demonſtrauimus, ſed ſi illicite tantum accepit id quod ſibi debebatur, vtputa quia alia via honeſta habere poterat, & tñ voluit propria authoritate occulte accipere, neque retinendo, neque non reſtituendo peccat, quamuis accipiendo peccauerit, quandoquidẽ in hoc caſu retentio, ſeu non reſtitutio (quę ſola eſt ſententiæ excommunicationis ratio) illicita non eſt, aut culpabilis.

Ergo cum nullum peccatum præſens inobedientiæ, & contumaciæ ſit ob illicitam acceptionem tantum, non reſtituendo non peccat, & conſequenter excommunicatione lata contra recompenſantes non ligabitur.

Immo vero Petrus Nau.vbi ſupra ex eodem fundamento affirmat, quod licet acceptio fuerit iniuſta, puta quia plus accepit, quam ſibi deberetur, aut quia debitum non erat certum, ſi tamen poſtea aut pœnituit, & paratus ſit reſtituere quod ſuperflue abſtulit, aut certior factus ſit de iure & dominio rei ablatæ, non ligatur excõmunicationis ſententia contra iniuſte recompenſantes lata, quia excõmunicatio nõ pro iniuſta acceptione, & peccato præterito fertur, ſed pro contumaciæ, & inobediẽtiæ peccato futuro in nõ reſtituẽdo, aut in retinẽdo quod iniuſte poſſidet. dũ igitur certior factus

KKK ſit

ſit poſtea ſe abſtuliſſe tantum, quod ſibi debitum erat, aut ſi plus accepit, quam ſibi debebatur, nunc tñ paratus eſt reſtituere illud, quod vltra ſibi debitum accepit, nullo modo inobediens, aut cõtumax eſt in non reſtituendo, aut retinendo quod iniuſte poſſidet. Ergo non erit excõmunicatus. Et confirmatur, quia ſi quis furtum commiſerit, & excõmunicatur pro furto præterito, ſi tamen tempore literarum pęniteat, & paratus ſit reſtituere ſine mora, nullo modo ea ſententia comprehẽdetur: cum vt diximus, excommunicatio nõ ob peccatũ furti, & iniuſtitiæ præteritum feratur, niſi rõne inobediẽtiæ, & contumaciæ, quæ ex futuro pendet: Ergo multo minus in caſu noſtro ſic iniuſte recompenſans, & paratus reſtituere, quod vltra ſibi debitum accepit, excommunicatus erit; cum excommunicationis ratio non ſit, quia quis furatus eſt, vel iniuſte ſe compenſauit, ſed quia non fit reſtitutio debita, aut quia retinetur aliquid contra conſciẽtiam, quæ ambæ rationes in caſibus prædictis ceſſant.

14 *Hinc* recte inferunt Corduba in Summa.q.64. & quęſt.111.& Petrus Nauarra, lib.3.de reſtit.c.1. parte 4.dub.9. nu.407. Quod in omnibus caſibus, in quibus aut fur, aut illicite, aut iniuſte recompenſans, non tenetur reſtituere aut ſe reuelare, & conſequenter nec excommunicatione lata ligatur, nihilominus tenetur quicunque alius in ijſdem caſibus denunciare, etiamſi ſpecialiter excommunicatio feratur contra ſcientes, & non denunciantes, tum ob rationes dictas; tum etiam cum excommunicatio in illis caſibus principalem non comprehendat, multo minus non denunciantem qui minus principalis eſt, ligare cenſetur. Quibus addit Petrus Nauarrus, & recte, quod ſciens, antequam denunciet in illis caſibus, in quibus denunciare tenetur, ſecreto prius detentorem admonere debet, vt ſi poterit fieri, & vitetur damnum alterius cũ bonæ famæ proximi conſeruatione, & pęnæ debitæ immunis fiat. Immo vero ſi probare non poteſt furtum, puta, quia ipſe ſolus nouit, non debet reuelare, nec ſic non denunciantem excommunicatio ligabit, cum fruſtra futura ſit talis reuelatio, & damnum potius quam commodum allatura ſit, vt communiter authores tradunt. Quinimmo in omnibus caſibus, in quibus denunciare non tenetur, etiamſi offeratur illi iuramentum, iurare poteſt ſe nihil ſcire, ſubintelligendo intra ſe, ad hoc, vt illi reuelare teneatur, ex Ioanne Medina C.de rebus reſtituendis. quæſtio.3. cauſa 1. ad finem. Martin.Nauar.in Manuali. cap.12. num.8. & cap. 17. nu.116. & in cap. Humanæ aures. 22. quæſt. 5. in quæſtio.2. nu.12. Couar. in cap. quamuis pactum. par.1 §.4. num.9. Corduba in Summa, q.65. & q.111. in fine. Petro Nauarro vbi ſupra, num. 409. & alijs.

15 *Illud* demum addendum eſt in hac quæſtione, quod ſi acceptio iniuſta fuit, ex eo quod in recompenſam debiti ſui accepit rem, quæ non erat ipſius debitoris, ſed alicuius alterius tertii, in hoc caſu, ſicut fuit iniuſta acceptio, ita ſemper erit iniuſta retentio, ac proinde excommunicatio lata iniuſtum acceptorem comprehendet, niſi ablatum ſine mora reſtituat, cum non habeat ius accipiendi a debitore rem alterius ad iniuſtam ſui recompenſationem, vt recte & ſubtiliter Petrus Nauar. lib.3. de reſtitutione cap 1. parte 4. dub. 8. nu. 406. annotauit.

16 QVINTVM DVBIVM eſt, An qui rem vidente, & non contradicente dño aufert, furtũ cõmittat & reſtituere teneatur? Ratio dubij eſt, quia de ratione furti eſt, vt ſit occulta vſurpatio rei alienæ inuito domino. In hoc autem caſu fraus nulla committitur; ſed neque dominus inuitus cenſetur, cum videat, & taceat; Qui autem tacet, conſentire videtur, *arg. reg. qui tacet. de reg. iur. in 6.*

Reſpondeo ſi dominus vidit, & tacuit ex timore, & verecundia, aut alia iuſta de cauſa, ex eo ſcilicet quod commode impedire non potuit, vel ſi audebat, tunc ſi timor, & verecundia, aut impotentia, cauſa principalis tacendi fuerat, non cenſetur ſponte conſentire, ac proinde neque rei ſuæ dominium a ſe tranſtuliſſe cenſetur, vnde auferendo vere furtum commiſiſſe cenſendus eſt, & ad rei ablatæ reſtitutionem obligatur. Idemque dicendum eſt, ſi dubitaret an dominus æquo animo paſſurus eſſet rei ſuæ ablationem, exponit enim ſe periculo iniuſtæ ablationis; Quod ſi ex metu, aut verecundia non tacuit, tunc non erit furtum, cum libere conſenſiſſe iudicandus ſit, argum. capit. Error. diſtinctio. 83. vbi dicitur, Quod *error, cui non reſiſtitur, approbatur*. Idemque dicendum eſt quoties probabilis eſſet præſumptio, quod dominus non eſſet male locuturus: tunc enim dici non poteſt tolli inuito domino, iuxta ea quæ dicta ſunt in explicatione definitionis furti. Vt colligitur ex Panormit. in capit. ſi quis. de furtis Angel. verbo, furtum, §. octauo. Sylueſt. verbo, eodem, quæſtio. 1. nume. 2. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. nume. 5. verſic. Quarto. Adriano in 4. de reſtitut. quæſtio. 2. verſic. *Ex quibus.* Petro Nauar. lib. 3. de reſtitut. cap. 1. par. 4. dub. 6. num. 378. Ludouic. Lopez parte prima, inſtructio. conſcien. cap. 9. in fi. & alijs.

17 SEXTVM DVBIVM eſt, An liceat abſque peccato furti, alienum auferre ad occurrendum propriæ & præſenti neceſſitati? Pro difficultatis huius intelligentia ſciendum eſt, triplicem conſtitui ſolere neceſſitatem, communem, grauem, & extremam. *Communis* eſt illa, quam patiuntur pauperes oſtiatim mendicantes; *Grauis* eſt illa, quam patiuntur illi, qui non habent neceſſaria ſuo ſtatui, etſi non premantur fame, vt qui non habent vnde debita ſoluant, aut dotem filiæ conſtituant, & de his duabus neceſſitatibus non eſt præſens quæſtio, cum certum ſit apud omnes, has neceſſitates non reddere res communes, aut alicui ius tribuere in bona aliena; vnde ſi quis his ſolum neceſſitatibus oppreſſus aliena raperet, & inuaderet, furtum, & rapinam committeret. Quocirca falſa eſt opinio Petri Nauarri libro tertio, de reſtitut. cap. 1. par. 4. dubio 5. nume. 367. aſſerentis in magna neceſſitate licitum eſſe aliena tollere, quia putat non ſolum ex charitate, ſed etiam ex iuſtitia teneri diuites ſubuenire tam grauiter indigentibus quam indigentibus extreme, poſſeque tales cogi a Iudice ad ſubueniendum vtriſque, & ad implendum præceptum eleemoſynæ, vel ad pœnas dandas, ſi non impleat; Atque adeo ſi in tali caſu dare nollent, vel Iudex, vel ipſe egens, ipſis etiam nolẽtibus accipere poſſunt. Si enim iſti dare tenẽtur,

tur, iam actu debito conſentiunt diuites, & nō ſunt rationabiliter læſi. Ergo nec in graui neceſſitate auferentes peccatū furti cōmittunt. fauent huic ēt ſententiæ Angel. verb. furtum. §.37. qui tamen §.36. id illicitū eſſe docuit extra neceſſitatē extremam. & Sylu. verb. furtum. q.5. verſ. Secundum. & verſ. Tertium in fine. Ceterum alii omnes, quos infra referemus melius docent, qđ licet diuites ſubuenire tenentur patientibus grauem neceſſitatem, non poſſunt tñ in graui neceſſitate clam aut aperte res alterius ſurripere; Quia cū multi ſint eiuſmodi neceſſitatibus oppreſſi, & vnus non poſſit ijſdē rebus omnibus ſubuenire, prouidentiæ poſſidentis committi debet, ut uideat cui, & qñ debeat de ſuo res neceſſarias prouidere: vnde cum nullus pauper in particulari habeat ius ad illa bona, non pōt ſibi res alterius ſumere. Sicut etiam falſum eſt fundamentum eius, quo docet teneri diuites ex *iuſtitia commutatiua*, & non ſolum ex *charitate & miſericordia* res neceſſarias indigentibus ſuppeditare. Quāuis.n. ex eo ſolum quod habent ſuperflua tenentur ea erogare ēt cōmunibus pauperibus in graui neceſſitate conſtitutis, quia tñ hoc eſt pro ſua ſolum voluntate, conſequenter rationabiliter læſus eſſet diues ille, ſi ab hoc, vel illo paupere in particulari rebus ſuis priuaretur, vt latius docent Sotus lib.5. de iuſt. q.3. art.4. Caiet. 2.2. q.66. art.7. Dominicus Bannes ibidem. & q.32. artic.6. & Gregorius de Valentia to.3. diſp.5. q.10. punct.5. dub.1. in fi.

18 *Extrema* neceſſitas eſt illa, quam patiuntur illi, qui non habent ea, quæ ſuæ ſuſtentationi & victui ſunt omnino & ſimpliciter neceſſaria, vt quando homo conſtituitur in periculo vitæ ex defectu cibi, aut potus, aut veſtitus, aut alterius rei. Item illa, quando appropinquat miſeria, aut infirmitas incurabilis, quæ ſolet homines inficere, & quam quis incurreret, niſi præcaueat, & prouideat ſibi de neceſſarijs, ex Soto lib.5. de iuſt. q.3. art.4. & Summa Corona. par.2. c.6. nu.21. Et de hac ſolum eſt difficultas, an in tali neceſſitate poſitus, nec aliter valens ſibi ſuccurrere, rem alienam ſine peccato ſibi neceſſariam auferre poſſit? Ratio difficultatis eſt, quia ſicut fornicatio proxibetur ſexto Decalogi præcepto; ita ſeptimo prohibetur furtum. Sed non licet pro extrema neceſſitate ſalutis corporalis fornicari. Ergo neque furari licebit. Ceterum his non obſtantibus,

Communis Doctorum opinio eſt, Quod cū quis in extrema neceſſitate conſtitutus eſt, (hoc eſt, qñ aut imminet alicui ſtatim mors, niſi ei ſuccurratur, aut imminet periculū alicuius grauiſſimæ infirmitatis, & miſeriæ, quæ moraliter loquendo homines conficere ſoleat) licite poteſt neceſſaria ſibi accipere ex reb. alicuius abſque peccato furti, aut rapinę, non ſolum occulte, & clam, ſed etiam publice, & per vim, quādo aliter ſuæ neceſſitati prouidere nequeat. Sic S. Thom. 2.2. q.66. art.7. Caiet. Bannes. Michael Salon, & Petrus de Arragon ibidem. Gloſſa. in c. quoniam. diſtin.48. Alexander de Ales in Summa. par.3. q.36. memb.3. caſu.1. Richard.3. diſt.37. art.3. quæſt.5. Angel. verb. furtū. §.36. Sylueſt. eod. q.5. verſ. Primum. Tabiena eod. verſ. Sexto. Panorm. in cap. quoniam. de Simonia. Sotus lib.5. de iuſtitia. quæſt.3. ar.4. Ioan. Medina. C. de eleemoſina. quæſt.6. & 7. Nauar. in Manuali. c.17. nu.5. verſi. Quarto. & nu.118. verſic.25. Couar. in reg. peccatum. par.2. §.1. nu.3. de reg. iur. in 6. Sebaſtian. Medices in Summa de peccatis. tit.6. quæſt.128. Ludouicus Lopez par.1. inſtruct. conſcient. c.93. in fine. Petrus Nauar. lib.3. de reſt. p.4. dub.5. nu.371. & dub. vlt. nu.415. Ioannes Benedictus in Summa de peccatis. lib.2. cap.10. num.12. Toletus in Summa. lib.5. c.15. Emanuel Sa in Aphoriſmis. verb. furtum. & alij communiter. Quod intelligendum eſt, dummodo rei ablatæ dominus non ſit in pari neceſſitate conſtitutus, tunc enim non licet eum re ſua priuare, cum in pari periculo, & neceſſitate melior ſit conditio poſſeſſoris.

Ratio eſt, quia extrema neceſſitas reddit res cōmunes, atque adeo dominus rei non poteſt in tali caſu rationabiliter ægre ferre, quod indigens rem ſuam accipiat, cum in eo caſu in deliberationē ancipitem cadere nequeat, ſuccurrendumne ſit huic, nec ne, quæ in caſu ſolum grauis neceſſitatis relinquebatur, vt diximus. Etenim cum iure naturæ ex Dei prouidētia inſtitutum ſit, vt res inferiores ad hominum neceſſitatem ſubleuandam ordinatę, & diſtinctæ ſint, reſque omnes ante earum diuiſionē communes erant, conſequenter rerum diuiſio, & appropriatio, quæ iure gentium, aut ciuili introducta fuit, huic iuri naturali, & diuino, quod dictat ex huiuſmodi rebus temporalibus ſubueniendum eſſe hominum neceſſitati extremæ, derogare non poteſt. Accedente igitur neceſſitate extrema, res omnes efficiuntur communes, ſicut in illo primæuo naturæ ſtatu, ante omnem rerum diuiſionem, & appropriationem erant. Sicut igitur unuſquiſque tunc temporis ius habuit accipiendi, quod ſibi neceſſarium ad uitam ſuam ſuſtentandam fuit; ita etiam in extrema neceſſitate ius habet ea capere, quibus vitam ſuam tueri poſſit; Maxime cum ius, quod vnuſquiſque habet ad vitam propriam tuendam, adeo ſtrictum, & efficax ſit, vt in eo ceſſent iura gentium, quibus facta eſt rerum diuiſio. Vnde ſi quis prohiberet extreme indigenti accipere ſibi neceſſaria, nec alia via habere poſſet, perinde ſe haberet, ac ſi illum per vim prohiberet, ne iure ſuo vti poſſet, immo vero, ac ſi mortem illi inferret, iuxta illud, *Si non pauiſti, occidiſti*, & conſequenter poterit ſic indigens ius ſuum per vim contra reſiſtentē tueri, & ſibi ad vitam neceſſaria iure ſuo per vim quoque, ſi aliter ea habere nequeat, accipere.

19 Quod vero in iure ciuili nonnunquam dici ſoleat, extreme indigentem neceſſaria ſibi accipere nō debere, quin prius publicū magiſtratum adeat: intelligendum eſt qñ id commode fieri poſſit, nec eſt periculū in mora, quia poteſt, & debet authoritate publica diuites tunc compellere, quod ſi periculum ſit in mora, tunc licet publice, & per vim accipere. Sicut ſi inferentem mihi uim poſſim cōmode per iudicem repellere, iudicem adire debeo, ſin minus manu propria vim vi repellere licet.

20 Quod ſi quæras. An ſic extreme indigēs huic iuri ſuo renunciare poſſit, & mortem pati potius quam aliena accipere?

Reſpondeo Cum Michaele Salon. vbi ſupra, neminem renunciare poſſe iuri ſuo de vita tuenda, niſi ex cauſa iuſta, & ad virtutem aliquam exercendam, ſicut diximus licitum eſſe vitam pro amico exponere, quia tunc exercet actum fortitudinis,

& amicitiæ,quæ eſt virtus quædam moralis. Quādo igitur extreme indigens accipere poteſt neceſſaria ſibi occulte, ſine vlla vi,aut perturbatione, iuri vitæ propriæ tuendæ renunciare non poteſt; quia nullius virtutis cauſa tenetur illam exponere: At vero qui accipere nō poſſet niſi publice, & ꝑ vim, iuri ſuo tūc renunciare poterit,& mortē potius pati,quam uim inferre;quandoquidem tunc actū excellentiſſimæ uirtutis,ſcilicet, pacis exercebit.

21 Hinc ſolui poteſt argumentū in contrarium,cui reſpondent authores, vt videre eſt apud Gloſſam in c.ſi quis,de furtis.Panorm.ibi. & in ca. Quoniā, nu.5,de ſimonia.Richard.in 3.diſt.37, ar.3. quæſt. 2.ad tertium, Ioan.And.in d.c.ſi quis Angel.verb. furtum.§.36.Sylueſt.eo. quæſt.5.verſic. Quartum. Tabien.eod.verſi, Sexto,Sotum.lib.5.de iuſtitia & iure quæſt.5.ar.4.ad ſecundum, Ioan.Medinam.C. de reſtitutione.q.19.in fine.Couar.in reg.peccatū. par.2. §.1, nu.5. de reg.iur.in 6. Michaelem Salonem 2.2.q.66.ar.7.& alios.

Primo enim Gloſſa cit.hanc rationem aſſignat, quia extrema neceſſitas facit rem alienam eſſe cōmunem, ideoque tunc licet eam accipere; extrema vero neceſſitas non facit mulieres communes, ac proinde non licet fornicari. Sed hæc Reſponſio non ſatisfacit difficultati, quia neque explicat cur non liceat ad vitam ſaluandam fornicari, neque rationem reddit,cur fornicationis malitia non eſſet ex circumſtantia neceſſitatis extremę ad vitæ periculum effugiendum.

Secundo Panorm. & Ioan. Andreas Reſpondēt, axioma illud, *Omnia ſunt communia in extrema neceſſitate* intelligendum eſſe de rebus,quæ ſunt fructus,& bona temporalia: at vero creatura humana, vt mulier, non eſt fructus, nec fructus nomine cenſetur.l.in pecudum.ff.de vſur.§.in pecudum. Inſtit.de rerum diuiſione.

Sed neque valet iſta Reſponſio; Quamuis enim partus ancillarum non veniat nomine fructus, ac proinde ad proprietarium,& non ad vſufructuarium pertinet, vt in locis citatis, & in l.vetus, & duabus ſequentibus.ff.de vſufructu,habetur.Cuius Ratio a iure redditur, quia cum homo ad imaginem Dei creatus ſit, & vt ei mundus, & animalia cuncta ſeruiret, atque adeo fructus omnes gratia hominis conditi, & creati ſint, ne partus humani brutis animalibus pares, & æquales eſſent, ſtatutū eſt partus ancillarum, ſeu homines inter fructus non computandos eſſe. Sed neque ſufficiens eſt hæc ratio, quia vſus, & vſusfructus cōſtitui ſaltem poteſt in ancillis. Item poteſt pater in extrema neceſſitate famis filium vendere,vt habetur in l.2.C. de patrib.qui filios diſtr. Immo,vt ait Couarruuias vbi ſupra, ſicut poteſt exiſtens in extrema neceſſitate accipere pecunias ad eam ſubleuandam; ita & ſeruum alienum, vt eum vendat, & ex pretio uictum quærat.

Tertio reſpondit Decius in l. quæ propter.ff.de reg.iur.Richar.ubi ſupra,& alii,quia fornicari nō eſt medium per ſe ordinatum ab uitam conſeruandam, accipere vero res alienas in tali caſu eſt medium per ſe ſufficiens, & ordinatum ad leuandam hanc neceſſitatem,& ad uitam ſeruandam, ideoq; licebit iſtas tunc accipere, cū cuique liceat vti medio per ſe, & iure naturæ ordinato ad aliquē finē, ſecus aūt de fornicatione dicendum eſt,quæ nō eſt tale medium, & huic ſolutioni fauēt verba S.Thomæ 2.2.q.64.art.7.ad quartū,vbi ait. *Actus fornicationis,vel adulterij non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ ex neceſſitate, ſicut actus,ex quo aliquando ſequitur homicidium*. Sed neque omnino ſoluit difficultatem, quia licet immediate non poſſit ſubueniri neceſſitati famis, & vitæ periculo per actum fornicarium, mediate tamen poteſt ex pretio fornicationis,quod ſufficere videtur,ut neceſſitas excuſet: ſicut excuſatur,qui patiens neceſſitatē extremam, acciperet vas aliquod argēteum, & id venderet ad emendum ex pretio cibos ſibi neceſſarios, quamuis argentū directe,& immediate famē non tollat.

Quarto hanc rationem aſſignant Card. Alexan. in c.Quoniam.diſt.48. Iacobus Almain.in Moral. q.de metu,propoſit,3.& alii,quod ad violāda Dei præcepta opus eſt diſpenſatione diuina,Deus autem nunquā legitur diſpenſaſſe in præcepto fornicationis,in præcepto autem furandi legitur diſpenſaſſe, vt in furto Iſraelitarum ab Aegyptijs, licebit igitur in extrema neceſſitate res alienas accipere,quaſi tunc eſt diſpenſatio quædam iuris naturæ, qua tenentur uitam tueri, non autē in fornicatione ſic diſpenſatum eſt, At certe neque hæc reſponſio ſufficit,quia non explicat cauſam & rationem,quare non ſit qn̄que diſpenſatum ex neceſſitate ſaltē extrema in illo præcepto, *Non mœchaberis*, ſicut in iſto, *Non furtum facies*. Deinde coitus cū femina,quæ non eſt vxor, ſi ex Dei reuelatione, & mādato fiat, vere eſt matrimonialis,& nō fornicarius, cū Deus author ſit inſtitutionis matrimonij; Et quādo filij Iſrael præcepto Dei tulerūt Aegyptiorum ſpolia, non fuit furtum (vt præfati Authores falſo ſupponere videntur) quia abſtulerunt quod eis debebatur ex ſententia Dei, ſecundum ea, quæ late tradit S.Tho.1.2,q.100.art.8.ad tertium.

22 *Quinto* rn̄detur cum Ioāne Medina, Sylueſtro, Couarruuia,& Mich.Salono,& alijs: Ideo nūquā licitum eſſe fornicari, quia fornicari adeo malum eſt intrinſece,vt malitia eius nō tollatur ex circumſtantia neceſſitatis extremæ, imminenti fame,vel mortis periculo,a quo niſi quis fornicetur, euadere nequit; cum enim propter hanc circumſtantiam non efficiatur uxor ea, quæ non eſt,conſequenter coitus ille non efficitur coniugalis; ac proinde minime licitus erit ob quamcunque neceſſitatem. Quamuis,n.poterit Deus peculiari ratione feminam aliquam viro in coniugium tradere,quæ alioquin uxor non fuit,diſpenſare tn̄ nequit,vt quis ſeclusa ratione coniugii,& abſque uxoria lege fornicetur, aut licite ad feminā nō ſuā accedere queat; manente.n.malitia actus, non pōt actus ille licite fieri: At vero quāuis furtū ex ſe malū ſit, atq; adeo ſi furtū ſit, malū erit,nihilominus tamen accipere res tēporales ſibi neceſſarias in extrema neceſſitate; furtū nō eſt, nec lege naturali aut diuina prohibitū. Quia intātū malū & peccatū eſt furtū, inquātum eſt ablatio iniuſta rei alienæ, & iniuria proximo infertur: hæc autem malitia ceſſat,cum quis rē accipit ex cōſenſu domini expreſſo, vel tacito, dato quidem vel debito, qualis contingit tempore extremę neceſſitatis, quo tenētur rerū domini cōſentire,vt quis ſibi neceſſaria ad vitæ ſuſtentationē accipiat. Non igitur hoc ſeptimo Decalogi præcepto

pro prohibent ablatio rei in extrema neceſſitate ſicut neq; prohibetur eodē præcepto accipere gladium a furioſo, ne ſeipſum, aut alterum occidere: quia eo ſolum prohibetur acceptio rei alienæ iniuſte, & contra dictamen rectæ rōnis, & quæ fit dño rōnabiliter inuito. Qui aūt in extrema neceſſitate accepit ſibi neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, non accipit alienum, ſed quod ſuum eſt, & per talē neceſſitatem effectum cōe, & quod dictat recta ratio tunc accipi poſſe ad vitam tuēdā, ita ut alter, ſ. qui erat dñs rei, ſi tunc diſſentiret, eſſet irrationabiliter inuitus. Sic etiam præcepto illo, *Non occides*, non prohibetur quæcunque occiſio, ſed illa ſolū, qua quis priuata, aut publica authoritate iniuſte, et innocenter occiditur; vnde qui hominē aggreſſorem occideret, aliter mortem euadere nō valens, minime peccabit contra præceptū naturale, & diuinum, cum ob extremā hanc defenſionis propriæ neceſſitatem ceſſet malitia actus homicidij, ex quo nulla fit iniuria proximo, qui nocentiſſimus propter aggreſſionem occiditur ab eo, qui iure defenſionis potuit eum occidere, aliter propriam mortem, & iniuriam non euaſurus. Non tñ erit idē, ſi quis innocentē occiderit, cum non poſſet alioqui mortem effugere, ſ. ad veſcendum corpus innocētis, ne occiſor fame periret. Siquidem in hoc caſu extrema occiſoris neceſſitas malitiam actus homicidij non tollit: quia quantumcunque vrgeat fames, innocens tñ eſt alter, qui occiditur, vnde nullum ius habet ad eum occidendum. Eodem modo fornicatio lege naturali, & diuina prohibita eam malitiam habet, quod ex appetitu, ac ſenſualitate contra rationem quis carnale commercium cum ea femina habeat, quæ ſua uxor non eſt ſolusque coitus coniugalis lege naturali licitus eſt vnde nec ob ullam neceſſitatem cum femina non ſua coire licebit, Ex quibus abunde ſatis ſolutum manet argumentum, ac vera ſimul differentia inter hęc tria præcepta, *Non occides*, *Non mœchaberis*, *Non furtū facies*, explicatur: Et denique intelligitur quā abuſiua ſit illa locutio, qua dici ſolet, *licitum eſſe furari in extrema neceſſitate*; cum.n.per talem neceſſitatem efficitur ſuū id, quod aliquis accipit ad vitam propriā ſuſtentandā, & irrationabiliter inuitus eſſet ille, cui tūc res eripitur, nec in tali actu ulla inſit iniuſtitia, aut furti definitio actui illo cōpetat, proprie loquēdo furtū nō eſt, vt recte S.Th.2.2.q.66.ar.7.ad ſecūdū. Caic.ibid.& Greg. de Valentia to.3.diſp.5.q.10.punct.5.& alij annotarunt.

23 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An neceſſitatē extremā pati cenſendi ſunt illi, qui quãuis hoc in loco, & tempore nō habeant neceſſaria, alio tamē in loco, aut tempore habituri ſunt; aut etiam qui in periculo ſunt amittendi famam, & honorem?

Reſpondeo primo, extremam neceſſitatem pati eos, qui nec mendicare ualent, nec uictum ſuo labore quærere poſſunt, nec habent alibi, nec certo ſe habituros ſperant, egentque omnino ad victum, aut ueſtitum neceſſariis. Vt colligitur ex S.Thoma.2.2.quæſtio.66.artic.7.& Quolib.5.quæſtio.9.artic.17.ad primum. Sylueſt. verb. reſtitutio.5.q.2.Soto lib.4.de iuſtit.quæſt.7.art.1.ad primum Martino Ledeſmio 2.4.q.18.art.c.5.fol.267.col.3 Ludouico Lopez par.1. Summæ.c.115.Ludou. Carbone tract.de reſtitut.q.81. Petro Nauar.lib.3. de reſtitut.c.1.par.4.dub.5.nu.365.& Mich. Salono 2.2.q.66.art.7.in princ. Dixi, *qui mendicare non ualet*, qui enim mendicare valent, & ſolent, nō cenſentur eſſe in tali neceſſitate, ſi uitam mendicando ſuſtentare poſſint; uiri autem nobiles, & honorati, quibus id non licet, quando deeſt ipſis neceſſaria ſuſtentatio, illam pati cenſentur.

Dixi, *nec alibi habent &c.* quia qui in hoc loco, vel tempore non habent, alibi tamen habent, vel certo ſperant ſe habituros in alio tempore, quamuis hic, & nunc indigeant, ſimpliciter tamen, & abſoluere non indigent extreme, cum non ſint pauperes ſimpliciter, ſed poteſt eis per accommodatū ſubueniri, tenebunturque cum ad pinguiorem fortunam venerint, vt multi nec omnino improbabiliter dicunt, reſtituere.

Secundo, periculum famæ, vel honoris nō eſt ſufficiens neceſſitas, vt aliquis iuſte aliena ſibi accipere poſſit, vt recte docent Sotus lib.5.de iuſt.quæſt.3.art.4. Dominicus Bannes 2.2.q.62.ar.6.dub.vltimo.ad vltimum.& art.8.dub.2.ad primum.& 2.2.q.66.ar.7.& Michael Salon ibidē.in prin. Ratio eſt, quia hæc bona temporalia ſunt media neceſſaria ad vitam conſeruandam, & non ad honorem hominis per ſe ordinata. Honor enim præmiū eſt virtutis; Et quia alioquin quilibet uir honoratus aliena occulte rapere poſſet, ne honorem ſuum amitteret, multaque exinde mala, & incommoda ſæpe naſcerentur. Addit tamen Bannes in dicta q.66.art.7. Quod in tali caſu licitum erit homini, cui eſt valde inhoneſtum mendicare, occulte accipere alienum, cum animo reſtituendi, cum ad pinguiorē fortunam venerit, ſi tamē aliter nō poteſt ſibi ſuccurrere; qui tamen caſus rariſſimus eſt, quia huiuſmodi homines poſſunt Principib. deſeruire, aut in militiam proficiſci, aut alia honeſta via vitā agere.

Ratio alia huius dicti reddi non poteſt, niſi quia recta ratio, & communis pietas hominum erga huiuſmodi egentes id ſuadere uidetur. Non tamen concedere audet illis rerum dominium, quia res temporales ad honorem non ordinantur. Multoque minus cenſeri debet extrema neceſſitas, periculum pudicitiæ, quandoquidem ad pudicitiā tuendam medium ordinatum nō eſt aliena rapere: quin potius in tali periculo conſtituta femina Deo ſe commendare, & occaſiones mali uitare, & quoduis potius damnum temporale pati; quam illam violare, & amittere debet, ex Soto & aliis vbi ſup. & Summa Corona.par.2.c.5.nu.21.

24 OCTAVVM DVBIVM eſt, An cum pauper in extrema neceſſitate cōſtitutus ſit cui multi ſubuenire poſſunt, licitum ſit alicui eorum accipere a ſingulis ſuas partes, vt ſic vna cum parte ſua, ſic indigenti, ſubueniat? Ratio difficultatis eſt, quia hic aliud non facit, quam quod ſinguli facere tenebātur, & in quod alij conſentire debebant.

Reſpondeo Primo, qundo aliquis non habet, vnde ſufficienter prouidere poſſit extremæ neceſſitati indigentis, poterit tunc occulte rem alienā accipere, vt proximo ſic indigenti ſubueniat. Sic S. Th.2.2.q.66.ar.7.ad 3. Sebaſtianus Medices in Sūma de peccatis. tit.6.q.128. Mich. Salon in dicto ar.7. Quocirca quod S. Auguſtinus lib. cōntra mendacium.cap.7.ait, *Non licitum eſſe accipere rem alienam, ut per eleemoſinā proximo ſubueniat* intelligen dum eſt, qñ ipſe vel ſufficiēter pōt ex ſuis illi ſubuenire; vel quãdo proximus non extreme indiget.

Secundo, qui habet de ſuo, vnde proximi neceſſitati ſubuenire poſſit, ab aliis accipere non poteſt. Ratio eſt, quia licet illi etiam tenentur in tali cauſa & caſu proximo ſubuenire, quia tamen hic nō eſt iudex, nō poteſt ipſe executioni mandare, quod illi facere tenentur, ius enim illud accipiendi ſibi neceſſaria ſolum habet pauper ipſe extremè indigens, aut alius non habens de ſuo vnde neceſſitati alterius ſufficienter prouidere poſſit. Quod ſi ille habeat de ſuis, alii rationabiliter eſſent inuiti, vt de bonis eorum acciperent; Atque ita ſoluitur ratio in contrarium.

25 NONVM DVBIVM eſt, an licet rapina propriè dicta, (quæ ſcilicet eſt *Violenta rei alienæ ablatio contra ordinem iuſtitiæ*) ſit peccatum, aliquo tamen in caſu excuſari poſſit a peccato?

Reſpondeo, *Primo*, ſicut furtum, vt ſic, hoc eſt, quatenus eſt iniqua ablatio rei alienæ, ſemper eſt peccatum aliquando tamen licite accipitur, quod erat alterius, abſque peccato furti, ita etiam rapina, vt ſic, hoc eſt, prout eſt violenta acceptio contra iuſtitiam, ſiue fiat a perſona priuata, ſiue publica authoritate, ſemper eſt peccatum: Ceterum aliquando contingere poteſt, ut quis ab altero res ſuas per violentiam abſque peccato accipiat, quibus in caſibus ablatio illa quamuis uiolenta, nomen, & rationem rapinæ non habebit. Quando autem huiuſmodi violenta acceptio rationem rapinæ habeat, & quando non, latę, & doctè tradit S.Tho. 2.2.q.66.art.8.

Secundo, quicunque priuatus rem ſuam per uim, & coactionem auferens, quia aliter, id eſt, iuridice eam recuperare non poterat, a peccato rapinæ excuſatur. Cuius ea eſt ratio, quia in tali caſu, non inique ſuum accipit, cum alia uia habere non poſſet; rapina uero iniquam acceptionem importat.

Tertio, qui alia uia, id eſt iuridice, citra vim res ſuas accipere potuit, per vim tamen eam recuperat, peccat quidem grauiter peccato vſurpati iudicij, quandoquidē inique iudicis officiū vſurpat, peccatum tñ rapinæ non committit, nec ablatū reſtituere tenetur, cum rapina, & reſtitutio circa alienum verſentur, hic vero ſuum accipit, vt conſtat.

Quarto, Princeps, aut poteſtas publica accipiens alienam rem, aut ciuium ſuorum, aut exterorum iuxta leges iuſtitiæ, etiamſi per uim accipiat, nec coactio, aut uis iniqua eſt, cum ab habente authoritatem inferatur. Vnde ſiue in bello iuſto contra hoſtes pugnando, ſiue confiſcatione puniendo malefactores, aut etiam iuſta vectigalium impoſitione bona aliorum accipiat per uiolētiam, rapinam tamen non committit, cum non ſit contra iuſtitiam; Sin vero contra iuſtitiam aliquod horū fiat, non ſolum rapina erit, ſed etiam ablatum reſtitutioni obnoxium efficitur. Vt docent S.Tho.2.2.q.66.art.8. Mich.Salon. & Pet.de Arrag.ibid. Sotus lib.5. de iuſt.q.3.art.5. Grego.de Val.to.3.diſp.5.q.10.puncto 6. Sebaſt. Medices in Sum. de peccatis.tit.6.q.42. & alij communiter, nec in rebus vlla eſt controuerſia.

26 DECIMVM DVBIVM eſt, an liceat Chriſtianis bona infidelium ſine peccato per uim auferre? Et ſermo eſt ſolum de bonis temporalibus, nam de perſonis agemus in dubio ſequenti. Pro cuius intelligentia notandum eſt ex Caiet.2.2.q.66.art.8. Petro de Arragon. & Mich.Salon.ibi. & Soto lib.5. de iuſt.q.3.artic.3.ad 2. Infideles eſſe in triplici differentia; *Quidam* enim ſunt ſubditi Chriſtianis Principibus de facto, & de iure, vt Iudæi in Italia, & in Germania, Hæretici, vel Mauri, qui in terris Chriſtianorum degunt.

Alij ſunt qui de iure ſubduntur chriſtianis Principibus, ſed non de facto, quales ſunt illi, qui occupant terras, quæ aliquando fuerunt chriſtianorum, vt Afri, Saracæni, & Turcæ totam Græciam & alias terras, & Prouincias inique, & tyrannice occupantes; in quas Principes chriſtiani habent ius, licet de facto ab infidelibus poſſideantur.

Alij tertio ſunt, qui neque de iure, neque de facto ſubſunt ſecundum iuriſdictionem temporalem Principibus chriſtianis, quales ſunt Pagani, qui nunquam ſubditi erant Imperio Romano, nec terras chriſtianorum inhabitant. His ita ſuppoſitis ita mihi dicenda videntur.

27 *Primum eſt*, poteſt Princeps infideles primi generis, bonis eorum, immo etiam & vita priuare, vel propter delicta eorum, vel ob bonum commune, ſicut & alios quoſcunque ſibi ſubditos. Ratio eſt, quia non minus ſubiecti ſunt, quam alij ciues, nec propter infidelitatem melioris conditionis eſſe debent. Et de Iudæis, & Saracænis id conſtat in Decretalibus, tit.eod. & ex Decretis diſt.54. Et de hæreticis, conſtat eos iure canonico, & ciuili bonis ſuis propter infidelitatem mulctari, ut patet c. vergentis. de hæret. & cap.cum tu.de vſuris in 6. de quib. S.Aug.epiſt 48. contra Donatiſtas agens ait: *Res falſo appellatis veſtras, quas nec iuſte poſſidetis, Et ſecundum leges terrenorum Regum amittere iuſſi eſtis*; & ideo ab eis per violentiam authoritate publica tolli poſſunt.

Secundum eſt, Infideles ſecundi generis bonis ſuis Principes priuare poſſunt, terraſque quas occupant per uim auferre poſſunt. Ratio eſt, quia cum bona, & terras inique, & contra ius detineant, authoritate publica per vim, & bellum eas vindicare, & repetere poſſunt Principes, quorum terræ illæ ſunt, vel eorum legitimi ſucceſſores, ſi ſint ſuperſtites, aut etiam quilibet Princeps Chriſtianus ex tacito cōſenſu Sedis Apoſtolicæ, & totius chriſtianiſmi. Quem conſenſum, ut rectè notant Caiet. 2.2.q.66.art.8. & Greg.de Val.to.3.d.ſpu.5.q.10. puncto 6. declarat ſolennitas, qua in Romana Eccleſia ſolitæ ſunt celebrari uictoriæ cōtra eiuſmodi infideles partæ a quibuſcunque Chriſtianis. Intelligendum autem eſt hoc de poteſtate publica, quia nemo priuata authoritate, ſine conceſſione, & licentia Principis illis moleſtus eſſe poteſt, & ſi faceret, proculdubio contra iuſtitiam peccaret, vt Sot.lib.5. de iuſt.q.3.art.5. ad 2. & Petr.de Arrag.2.2.q.66.artic.8.tradunt. Dixi, *ſine licentia Principis*, quia Princeps facultatem concedere poteſt etiam priuatis, ut eorum bona diripiant; vnde Chriſtiani nauigantes & bona eorum capientes, iuſte ea capiunt, nec ad reſtitutionem tenentur, cum habeant ad id plenam à Principibus Chriſtianis facultatē. Ceterū euntes ad terras, & littora infideliū ad eos captiuandos, vel deprædandos ſine facultate Principis, iniuſte agunt, & ad reſtitutionē tenentur,

nentur, eo quod iuſtum titulum ad hæc facienda non habeant niſi per iuſtum bellum, quod ſine publica authoritate eſſe non poteſt. Ceterum ſi quis eos pyratas caperet, qui ad loca Chriſtianorum deprædandi cauſa accedunt, iuſte id faceret, cum ſint vere aggreſſores, contra quos iuſtum defenſiuum bellum iuræ naturæ habent, atque adeo eos titulo belli iuſti occidere, capere, aut deprædari poſſunt.

Tertium eſt, Infideles tertij generis, id eſt, eos qui nec de iure, nec de facto Chriſtianis ſubiecti ſunt, neque priuata perſona, neque poteſtas publica captiuare, aut eorum bona tollere poteſt, niſi vel impedirent Euangelij prędicationem, aut aliorum conuerſionem, aut conuerſos fideles moleſtarent, & fideles eo pacifice euntes non admitterent, aut admiſſos iniurijs laceſſerent, vel comederent innocentes, & imbecilliores, aut eos ſine cauſa occiderunt. Sic Caie. 2.2.q.66.art.8. Petr. de Arrag. & Mich. Salo. ibid. Sot. lib. 5. de iuſt. & iure. q.3. art.5. in fine, & late, & docte Franc. a Victoria in relect. de Indis, & relect. de iure belli. Ratio eſt, quia extra hos caſus Principes Chriſtiani nullum habent ius, aut dominium ſuper eos, vnde dicuntur neque de iure, neque de facto ſubiecti nobis; Neque iuſtum bellũ offenſiuum habent contra inique occupantes bona noſtra, neque defenſiuum contra inſequentes, & inuadentes bona noſtra, aut nos, vt ſupponitur, ſola autem infidelitas non eſt ſufficiens cauſa amittẽdi dominium bonorum ſuorum; Et quamuis priuari poſſint ob peccata, maxime contra naturam cõmiſſa, Chriſtiani tamen extra caſus præfatos nõ habent anthoritatem & ius puniẽdi eos, cum nõ ſint Iudices eorum; In caſib. autem prædictis iuſte bello expugnari poſſunt, vt neruoſe probat Franc. Victoria vbi ſupra. Quoad Euangelij prædicationem vide Victoriam locis citatis, Caiet. 2.2. q.66.art.8. Pet. de Arrag. ibidem.

29 VNDECIMVM DVBIVM eſt, An licitũ ſit Chriſtianis fideles captiuos, & bona quæ iniuſte detinent, occulte aut per vim auferre?

Reſpondeo. Vnum certum eſt, alterum vero cõtrouerſum; certum eſt, licitum eſſe cuique priuatæ perſonæ Chriſtianum ſeruum, in captiuitate detentum a Domino infideli furari, aut per vim rapere. Sic Caiet. 2.2.q.66.art.8. Salon, & Arragon ibid. & Greg. de Val. tom.3. diſpu. 5.q.10. puncto 6 Ratio eſt, quia tales cum ſint iniuſte oppreſſi & in captiuitate detenti, ſemper habent bellum iuſtum defenſiuum contra dominos infideles, & conſequenter poteſt vnuſquiſque eos iuuare, & vim inferre, nam cum ſeruis illis ſemper inferatur iniuria perſonalis, licitum eſt cum inculpata tutela vim vi repellere, non ſolum quando vis mihi infertur, ſed etiam quando infertur proximo vt in noſtro caſu accidit ſufficiens enim ratio eſt, quod iniuſte ſemper vim patitur, & libertate ſua priuatur, vnde quicunque eum iuuare poteſt, & vim vi repellere, & hoc ſiue tempore belli, ſiue tempore pacis. Quoad bona vero quæ a fidelibus per infideles in bello iniuſto, aut deprædando auferuntur, non ita cõueniunt Doctores, ſiquidem Caiet. 2.2.q.66.art.8. in fi. & Petr. de Arrag. ibidem, negant licitum eſſe priuata authoritate furari, aut rapere ab iſtis infidelibus res, quas iniuſte detinent, quia res iam detẽta tranſit in rem iudicatam, eo ipſo quod ſit occupata. Ceterum rectius docent Mich. Salon. 2.2.q.66.artic.8. controuerſ. 1. concluſ. 1. & Gregor. de Val. tom.3. diſp.5. q.10. puncto 6. licitum eſſe huiuſmodi res iniuſte detentas, clam, aut per vim auferre.

Quia ſicut licitum eſſe diximus, auferre rẽ meã ab alio Chriſtiano, etiam per vim, quando alia via non ſuppetit, & quando id ſine ſcandalo fieri poſſit multo magis id licebit auferre ab infideli, quem non poſſum coram Iudice legitimo cõuenire. Nec valet ratio in contrarium: Quamuis enim neq; continue, neq; omnino vnquam inferatur iniuria rei ipſi ablatæ, ſi ſit inanimata, ſicut fit ſeruo, cõtinue tñ infertur iniuria ei, cui res eſt ablata, qui ẽt eſt quid viuum rõnale. Sicut igitur ſeruũ captiuũ citra ſcandalũ ab infideli ꝑ vim auferre quilibet priuatus p̃t, ita ẽt res iniuſte detẽtas per vim, citra mortem, & vulnerationem ſaltem licite auferre poterit.

Quam ſane licentiam Principes Chriſtiani conceſſiſſe cenſentur tacite ſaltem ſuis ſubditis, vt patet experiẽtia, maxime cum hoc valde vtile ſit bono communi, & rectæ rationi conſonum; Eſt enim iuuare patientem iniuriam contra inferentem, vt ex dictis conſtat.

30 His addo ex Salono vbi ſupra, quod ſi infidelis res illas a fidelibus ablatas, & in terras infidelium delatas publicè venderet, poterit fidelis eas emere, vt facta diligẽtia reſtituat eas priorib. dominis, tenẽturq; domini ſi res ſuas recuperare voluerint pretium datum reddere, cum alter vtiliter rẽ domini geſſerit, & iuſtum titulum redimẽdi habuit; Id qđ procedit, inuẽto vero rei redẽptæ domino, ſi.n. facta diligẽti inquiſitione non appareat dominus, rẽ illam tanquam ſuam retinere, aut alteri vẽdere p̃t. Quod ſi appareat dominus, nolit tamẽ redẽptionis pretium reddere, cogi poteſt a iudice aut accipere, & pretium & expenſas in re adducenda, & conſeruanda reddere, aut iuri, & dominio ſuo cedere, ſicque res ad eum pertinebit, qui eam pretio redemit, atq; adeo tuta conſciẽtia rem illam vendere, donare, aut retinere pro libito poterit.

De Furti, & rapinæ grauitate, eorumque pœnis. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Furtum & a fortiori rapina peccatũ mortale eſt ex genere ſuo, & quare.*

2 *Ex imperfectione actus, aut defectu deliberationis, aut paruitate materiæ poteſt eſſe veniale.*

3 *An quæcunque acceptio rei modicæ ſit veniale tantum peccatum?*

4 *Gabrielis opinio falſa, cui nec ratio, nec iura ſuffragantur.*

In omni materia præceptorum iuſtitiæ (in alijs enim nõ vniuerſaliter verum eſt) paruitas rei excuſat a mortale. ibid.

5 *Ratio ex S. Tho. deducta pro parte negatiua ſoluitur.*

6 *Rationi ex iure deſumptæ duplici modo reſpondetur.*

7 *Omne furtum licet Decalogo ſit prohibitum, non eſt tamen mort. niſi notabile furtum, paruum & magnum differre ſpecie falſo docuit Nauarr. ibid.*

8 *An ſufficiat ad peccatum mortale animus furandi, nihil*

nihil de notabili aut parua quantitate cogitans.

9 *Quænam materiæ quantitas iudicanda eſt ſufficiens ad mort. aut veniale in particulari aut indiuiduo conſtituendum.*

10 *Duorum argenteorum, immo vnius, immo dimidij argentei quantitatem ex natura rei quantitatem eſſe ſufficientem ad mortale docet Nauarr. ſed male. nume. 13.*

11 *Quænam grauis quantitas ſimpliciter ſecundum Salon; vbi refellitur opinio, quam ſecutus eſt Dominicus Bannes.*

12 *Regula certa de grauitate aut leuitate ſtatui non poteſt, ſed arbitrio viri boni committendum habita ratione circumſtantiarum, loci perſonarum, damni.*

13 *Opinio Nauarri nimis dura cenſetur, & Salonis ratio non probatur.*

14 *Quamuis nulla certa regula dari poteſt de quantitate neceſſaria ad mort. poteſt tamen dari aliqua pecuniæ quantitas quæ abſque ullo reſpectu perſonæ erit cauſa in furto peccati mort.*

15 *Poteſt rationabiliter aſſignari tam parua materia, quæ ex ſeipſa non niſi ueniale conſtituere poteſt.*

16 *Grauitas materiæ non æqualiter ſumenda eſt in omnibus rebus.*

17 *An peccent pueri aulici, qui Dominis inſeruientes de menſa tollunt quæ deuorent.*

18 *Quid dicendum de excommunicationibus, quæ feruntur aliquando ob furta, an ſcilicet materia ſufficiens ad mort. ſufficit ut Iudex Eccleſiaſticus ferre poſſit ſententiam excommunicationis, & nu. 19.*

20 *An qui repetitis uicibus ab eodem accipit 2. aut 3. Iulios ſine intentione amplius furandi, poſtea accipit 3. aut 4. qui omnes ſimul ſufficiunt ad mort. peccet mortaliter in illa acceptione.*

Quoad reſtitutionem ſub mortali obligari cenſet Naua. ibidem.

21 *Contraria & communis opinio ſi furetur multa parua ſine animo inferendi damnum notabile, non teneri ſub mort.*

23 *Si furtum maneat intra limites peccati uenialis, ſub ueniali tenetur, ſi ad mortale pertingat, ſub mortali tenetur reſtituere.*

24 *An præſuppoſito quod qui furatur multas minimas quantitates ita ut quam primum peruenerit ad quantitatem notabilem peccauerit mor. tenetur ſub mortali totam ſummam reſtituere.*

25 *Excuſari a mortali ſenſit Petr. Naua. quæ opinio authori uti uerior placet, contra Med. & Cordubam.*

26 *Soluuntur argumenta tria pro confirmatione opinionis contrariæ.*

27 *An qui modicum a pluribus furatur quam primũ perueniat ad magnam quantitatem, furtum mortale committat.*

28 *Sola quantitas rei furto acceptæ ſine ordine ad nocumentum ſufficiens eſt mortale conſtituere, unde ſoluitur ratio Angeli.*

29 *An furtum ſit minimum omniũ peccatorum quæ fiunt contra præcepta decalogi.*

30 *Fornicatio ex genere ſuo grauius peccatum quam furtum.*

31 *Soluitur ratio in contrarium adducta, fornicationem nõ eſſe intrinſece malam, quod affirmare eſt error hæreſi proximus.*

32 *An licitum ſit occidere fures maxime diurnos, de quibus præſumitur quod ſolum furari uelint.*

33 *Communis et uſu recepta opinio contra Scotum, licitum occidere fures pro furto inſigni uel pluribus repetitis.*

34 *Ratio totalis quare liceat fures punire, & etiam ſuſpendere.*

35 *Quæ a Scoto in contrarium afferuntur, facile diluuntur.*

36 *Pro uarietate temporum, & locorum uariæ leges diuerſis locis, & prouincijs contra fures latæ ſunt.*

37 *An fures ad Eccleſias confugientes earundem immunitatibus gaudeant de bulla Pij V. & Greg. XIII.*

1 QVoniam abunde ſatis oſtenſum eſt furtum, & rapinam peccata eſſe, inquirendum nunc eſt qualia, & quam grauia ſint; In qua re communis Doctorum ſnĩa eſt furtum, & a fortiori, rapinam, ex ſuo genere peccata mortalia eſſe. Sic S. Tho. 2.2. q. 66. art 6. Dominic. Bannes, Pet. de Arrag. & Michael Salon ibid. Ang. verb. furtũ. §. 34. Syluest. eo. q. 2. Tab. eod. ver. quartodecimo. Io. Med. C. de rebus reſtituend. q. 4. dub. 2. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 3. art. 3. Mart. Nauar. in Manua. c. 17. nu 2. verſic. Tertio. Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 10. puncto 5. Caiet. in Sum. verb. furtum. Pet. Nauar. lib. 3. de reſti. c. 3. nu. 23. & alij omnes. Et colligitur euidenter ex ſacris literis; Siquidem Zach. quinto, dr, Quod omnis fur iudicabitur, i. condemnabitur. Et 1. Cor. 6. Neq; fures regnum Dei poſſidebunt. Ratione ẽt conſtat, quia quod ex genere ſuo tollit charitatem, & amicitiam Dei, & proximi peccatum mortale eſt; Charitas enim vita ſpũalis eſt animæ, atque adeo quod eam tollit, mortem animæ affert. Furtum autẽ ex genere ſuo dilectionem Dei, & proximi tollit, per furtum enim incurrit proximus damnum in rebus ſuis, læditur etiam iuſtitia, & æqualitas, ita vt ſi paſſim homines ſibi inuicem furarentur, periret humana ſocietas; Iniuſtitia autem per quam nocumentum infertur proximo, mutuaque ſocietas hominũ læditur ex ſuo genere peccatum mortale eſt. Et denique eſt contra ſeptimum Decalogi præceptum, *Non furtum facies*, quod ex genere ſuo obligat ad mortale.

2 *Dixi* eſſe peccatum mortale *ex genere ſuo*, quia vel ex *imperfectione actus*, vel ex *defectu deliberationis*, aut etiam ex *paruitate materiæ*, poteſt tantummodo eſſe *ueniale*, vt expreſſe docent S. Tho. 2.2. q. 59. art. 4. ad ſecundum, & q. 66. art. 6. ad 3. & Caietan. ibi, & in Sum. verb. furtum. in princ. Ang. verb. furtum. §. 34. Syluest. eod. q. 2. Io. Med. Cod. de reſtitu. q. 4. dub. 3. Sot. lib. 5. de iuſti. q. 3. art. 3. Ad. Quodlib. 11. art. 1. litera LL. ad quartum. Gabr. 4. diſt. 15. q. 3. art. 1. Notab. 5. Mart Nauar. in Manu. cap. 17. num. 2. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 3. num. 12. Petr. Nauar. lib. 3. de reſt. c. 1. num. 26. Mich. Salon. Pet. de Arragon, & Dominic Bannes 2.2. q. 66. artic. 6. Sebaſt. Medices in Sum. de peccat. tit. 6. q. 126. Gregor. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 10. puncto 5. Ludo. Lopez par. 1. inſtruct. conſc. c 92. Tol. in Sum. lib. 5. c. 16. & alij, & hoc certum eſt.

3 *Difficultas* prima tamen eſt, an quæcunque acceptio rei modicæ ſit veniale? Gabriel loco proxime allato docet, acceptionem rei quantumcunq; modicæ eſſe peccatum mortale, niſi ex ſurreptione fiat. Si enim fiat ex malitia, & ex affectu nocendi proximo, aut ex cupiditate poſſidendi rem alie-

nam, non excuſatur a mortali, cum etiam ſola voluntas, & concupiſcentia rei proximi ſit mortale, & contra decimum pręceptum, Non concupiſces. vnde affirmare videtur nullum furtum ex ſola materiæ leuitate, ſed ſolum ex ſurreptione fieri poſſe veniale. Immo addit hanc eſſe ſnĩam S. Thomæ. Et certe aliquam huius dicti occaſionem præbuiſſe videtur, dum 2.2.q.66.ar.6 ad 3. dicat, quod furtum rei minimæ excuſari poteſt a peccato mortali: Si tamen habet animum furandi, & inferēdi nocumentum proximo, etiam in talibus minimis poteſt eſſe peccatum mortale, ſicut & in ſolo cogitatu per conſenſum. Eandem ſnĩam docere videntur Theophilus in §. Gallinarum. Inſti. de rerum diuiſ. Henric. in c. Etſi quæſtiones. de ſimonia, Corſet. in tract. de excellentia regis. q. 4. Hippol. in l. furem. nu. 8. de S car. quos citat Couar. vbi ſupra, dum affirment adiri poſſe prætorem, darique actionē furti debere pro re minima, & facit c. vulgaris. de pœnit. diſt. 1. non enim res, ſed affectus furantis eſt cōſiderandus, & c. fi. 14. q. 6. dr̃, *Fur etiam in minimis iudicatur, non enim, quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur*. Qui locus deſumptus eſt ex S. Hieronv. in c. 2. epiſt. ad Titum.

Ratio etiam pro hac ſententia adduci poteſt, quia quod prohibetur in Decalogo, eſt impeditiuū vitæ æternæ, iuxta illud Chriſti, *Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata*. In Decalogo autem prohibetur omne furtum, etiam rei minimæ. Ergo eſt impeditiuum vitæ æternę, & conſequenter peccatum mortale.

Confirmatur. Quia furtum rei paruæ, & magnæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Ergo ſi furtum rei magnæ ſit peccatum mortale, furtum etiam rei paruæ mortale erit; alias non eſſent eiuſdem ſpeciei, cū peccatum mortale, & veniale differant ſpecie.

Ceterum hæc Gabrielis opinio falſa eſt, nec ei ratio, aut iura, nec S. Thomas ſuffragantur, atque adeo communis eſt Doctorum ſnĩa, furtum rei paruæ etiamſi ex malitia, & animo nocendi, aut rei alienæ cupiditate id fiat (dummodo ea cupiditas, animuſque nocendi ad notabilem quantitatē non ſe extendat) non eſſe peccatum mortale, neq; iudicē iuſte punire poſſe, vt Pet. Nauar. vbi ſup. nu. 27. cum alijs teſtatur. Durum namq. & iniquum eſſet pro quadrante, aut obolo aliquem publice punire, furtique actionē contra eum concedere, atq. adeo locum haberet illa veterrima & veriſſima sētētia, *ſummum ius, ſumma iniuria.*

Ratio eſt euidens, quia in omni materia præceptorum iuſtitiæ, paruitas rei excuſat a mortali, etiã in ipſa corporis, & famæ læſione ex Adriano vbi ſupra; quæ maior eſt, quam pecuniæ, vt omnes Doctores concedunt: Alias mendacium iocoſum ex deliberatione dictum, eſſet peccatū mortale, quod eſt abſurdum Ergo & in furto ſola paruitas materiæ ſufficiens eſt ad reddendum peccatum veniale, vt expreſſe docet S. Thom. locis proxime citatis, par enim vtrobique eſt ratio. Vnde a ſapientibus parum pro nihilo computatur. Dixi in materia præceptorum iuſtitiæ, nam in alijs non eſt hoc ita vniuerſaliter verum, leue enim videtur, quod Tobias canem habuerit, ſed non leue eſt Deum id affirmare, vt credatur. Quare in infidelitate, odio Dei, & peccato contemptus, nunquam excuſat modicitas materiæ, bene tamen ſurreptio, aut defectus deliberationis. Quæ autem in contrarium afferuntur, facile ſoluuntur.

5 Ad locum. n. S. Tho. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 3. art. 3. in reſp. ad 3. exiſtimat, accipientem minima, ſine animo accipiendi maiora, peccare mortaliter, quãdo dominius illius rei minimæ ita ſit ad eam affectus, vel ſit animo ita miſero, & perturbato, vt perinde affligatur, perturbetur, & offendatur per illius acceptionem, ſicut vir prudens affligeretur furto rei grauis, intelligatque fur dominum illius rei minimæ, ſic eſſe affligendum. Verum hæc expoſitio nō videtur eſſe ad mentem S. Thomæ, quamuis enim accipere rem minimam animo afficiēdi moleſtia proximum, ſit peccatum mortale, ſicut qui faceret nutum, vel geſtum, quo ſciret proximum afficiendum moleſtia, hoc tamen non eſſet peccatum mortale furti, de quo agitur, ſed odij, inuidiæ, iniuriæ, aut alterius generis. Quare rectius Caiet. 2.2.q.66. ar.6. Mich. Salon, & Pet. Arrag. ibi. Nauar. in Manua. c. 17. num. 2. ver. 5. Pet. Nauar. lib. 3. de reſti. c. 1. nu. 28. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 3. num. 12. Sylueſt. verb. furtum. q. 2. & Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 5. interpretantur mentē S. Thomæ, aſſerentes S. Thomam loqui de peccato furti, prout vere loquitur in illo articulo, vereq; affirmare, quod licet furtum rei paruæ, vt plurimum peccatū ſit veniale, quando id fit ſine animo, & intentione furandi rē maiorē, aut inferendi maius nocumentum, ſi tamen qui furatur rem minimam, animū, & intentionē hẽt furandi rē maiorē, & inferendi notabile nocumētum proximo ſi potuiſſet, aut qñ poterit, ſine dubio tunc peccat mortaliter, quia res illa ratione iſtius animi & intentionis, non eſt leuis, ſed grauis. Hunc autem eſſe ſenſum S. Thomæ colligitur euidenter ex verbis ſuis, quia addit hoc eſſe peccatum mortale, ſicut poteſt eſſe mortale in ſolo cogitatu per conſenſum, quaſi diceret, ſicut nihil accipiens actu poteſt tamen peccare mortaliter peccato furti ſolo conſenſu, & appetitu interno accipiendi, ita etiam minima accipiēs peccare poteſt mortaliter peccato furti, per intentionem, & animum accipiendi magna, & nocendi in magnis ſi potuiſſet. Quo etiam ſenſu intelligendus eſt D. Hieron. in c. 2. ad Titum, relatus in c. fi. 14. q. 6. vt conſtat ex illis verbis, in furto nō quid ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur, vnde addit: Quomodo in fornicatione, non idcirco diuerſa fit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, paupercula, aut opulenta, ſed qualiſcunque illa fuerit, vna eſt fornicatio: ita in furto quantumcunque quis abſtulerit, furti crimen incurrit. Hactenus D. Hieronymus. Sic etiam intelligenda eſt Offilij, & Trebatij ſententia relata in d. capit. vulgaris. Quod ipſius Trebatij ratio declarat, dum ait: *Nam qui aurem alicuius tetigit, totum eum tetigiſſe videtur. Proinde & qui a ceruo frumenti modicum abſtulit, & qui dolium aperuit, & exinde parum vini abſtulit, non tantum eius quod abſtulit, ſed totius furtum videtur feciſſe, quamuis actione furti in tantum tenetur, quantum abſtulit.* Hoc loquendi modo ſignificans animum furantis reſpiciendum eſſe.

6 *Quoad* illud vero quod adducitur ex §. Gallinarum. Inſtitut. de rerum diuiſione. Suppoſito dari non poſſe furti actionem pro re minima, vt optime

tradit Couar.lib. 1. variarum reſolu.capit. 3.nu.12. tum quia ius eſt ars æqui & boni, vt dicitur in l.1. ff.de iuſt.& iure. nulla autem ratio aut æquitas dictat actionem hanc, quæ infamiam irrogat, dari pro vno quadrante, aut æreo nummo, aut pro vno ouo aut alia re minima. Tum quia ablatio rei minimæ, attento paruo nocumento, ſolum veniale eſt, non mortale. Et cõtra rectam rationem eſt, vt pro peccato veniali quis reddatur infamis; atque adeo non præſumitur rem paruam auferri contra rationabilem domini voluntatem, ita vt ſit pluſquam veniale: Hoc igitur ſuppoſito, Reſpondetur cum Coua. vnam gallinam forte non eſſe rem minimã, nec leue damnum ex eius furto inferri, quod tamẽ vir bonus, & diſcretus, ex propoſitis in ſpecie contingenti qualitatibus arbitrabitur. Reſponderi ſecũdo poteſt & melius, ibi ſolum haberi, quod ſi gallinæ, & anſeres turbati euolauerint; & alius animo lucrandi eas retinet, furtum committit, quod eſt veriſſimum.

Itaque non dr̃ ibi, quod puniatur, vel detur actio furti contra eum, qui vnam gallinam ſurripuerit, ſed ſolum declaratur natura furti, quæ conſiſtit in detinendo alienum animo lucrandi, hoc eſt, animo ſibi retinendi. Quod eſt intelligendum, ſeruata ratione debitæ quantitatis. Vnde crudele, & iniquũ valde eſſet, aliquem flagellare, aut punire publice ob quatuor argenteos, vel ob gallinam tantum, vt ipſamet recta ratio docet.

7 Ad rationem reſpondetur, quod licet omne furtum in Decalogo prohibeatur, non tamen omne illud eſt mortale, nec impeditiuum vitæ æternæ, niſi quod eſt notabile. Sicut etiã in Decalogo prohibetur omnis iniuria proximi, & tamen non omnis talis peccatum mortale eſt, vt ſi quis dicat fratri Racha, aut fatue. Nec omnis irreuerentia filij contra patrem mortalis eſt, ſicut nec omnis inobedientia contra Prælatum.

Ad confirmationem reſpondetur, quamuis Nauar. in Manual.c.17.nu.2. verſi.Tertio. dicat, furtũ paruum, & magnum differre ſpecie, id tamen eſt falſum, vt bene, & neruoſe probant Greg.de Val. to.2.diſp.2.q.13.punct.4.& to.3.diſp.5.q.10.pun. 5.Pet.de Arrag.2.2.q.68.art.6. Non.n.circunſtantia omnis, quæ auget bonitatem, vel malitiã actus eiuſmodi eſt, vt ab illa ſumat actus bonitatem, vel malitiam ſpecificam, ſed illa ſolum, quæ habet per ſe ſpecialem ordinem ad rationem, ita vt peculiariter conueniat, vel repugnet rationi rectæ, vt colligitur ex doctrina Sancti Thomæ, 1.2.q.18.ar.11. Quocirca magnum, & paruum non conſtituunt ſpeciem furti, ſed ſolum augent bonitatem, vel malitiam actus intra eandem ſpeciem, atque adeo furtum rei paruæ, & rei magnæ eſt eiuſdem ſpeciei in genere mali moralis, quia vtrumque dicit ordinem eiuſdem rationis ad obiectum difforme rationi, puta, quod accipitur res aliena inuito Domino, & quamuis maior, vel minor rei ſurreptæ quãtitas potens ſit augere culpam, non eſt potens tamen mutare ſpeciẽ moralẽ, vt colligitur euidẽter ex S.Tho.1.2.q.18.art.11. Caiet. ibi. Syluest.verb. circunſtantia.2.Pet.de Arrag.& Grego. vbi ſupra, & aliis. Certum igitur ſit furtũ rei minimæ quomodocunque fiat, cum tamen animus ad magnam, & notabilem quantitatẽ non ſe extendat, nec peccatum mortale eſſe, neque furti actione contra talem agi poſſe.

8 *Difficultas* Secunda eſt, Cum conſtet furtũ excuſari a mortali, non ſolum ex imperfectione voluntatis (quia non eſt omnino deliberata) ſed etiã ex imperfectione obiecti, quando deeſt animus furandi rem notabilem: ſi enim adeſſet voluntas accipiendi rem notabilem, etiamſi mod. cum quis accipere, eſſet peccatum mortale, ex eo quod tunc contingeret furtum eſſe paruum ex neceſſitate, & defectu occaſionis, An ſatis ſit ad peccatum mortale, quod aliquis habeat animum furandi, nihil de notabili quantitate, aut parua cogitans? Caieta.2.2.q. 66.art.6.ad 3.& Couar.lib.1.variar. reſol.c.3.nu. 12.& Pet.de Arrag.2.2.q.66.ar.6.dub.2.ad 1.docent voluntatem furandi limitatam ad rem minimam, non eſſe peccatum mortale, ſi tamen furandi voluntas nullam limitationem habeat, aut etiã ad notabile nocumentum progrediatur, erit peccatum mortale. Vnde ſignificant voluntatem furandi abſolute eſſe peccatum mortale.

Mihi tamen contraria ſententia verior videtur, quam ſequitur Pet.Nauar.lib.3. de reſti.c.1.dub.3. num.40. nunquam. ſ. in particulari dari furtum aliquod in quo quis non habeat ſaltem implicite animum accipiendi paruum, vel magnum, atq; adeo impoſſibilis eſt caſus Couarruuiæ, dari animum furandi abſolute. Ratio, quæ me mouet, eſt, quia quotieſcunque quis intendit furari, aut ita ſe applicat ad furandum, quod non niſi rem minimam acciperet, & tunc ſolum erit veniale, aut eo animo pergit ad furandum, quod ſi inueniret poſſet rem notabilem, acciperet, & ſic erit mortale, nec aliud docet Caiet. ſi attente legatur. Et certe cum non poterit actus in particulari exerceri, niſi aliquo iſtorum modorum, conſequenter in praxi non poteſt voluntas aliter ſe ad operandum applicare.

9 *Difficultas* Tertia eſt, Quænam materiæ quantitas iudicanda eſt ſufficiens ad furtum mortale, aut veniale in particulari, & indiuiduo conſtituendum. Quæſtio hæc & ex ſe, & propter Authorum varietatem difficilis, & obſcura eſt. In qua re antiquiores Theologi & Summiſtæ nihil certum ſtatuerũt, ſed omnia prudentiæ confeſſoris, & conſcientiæ cuiuſque reliquerunt, vt ex circunſtantiis loci, perſonæ, temporis, & damni illati iudicetur, ſit ne ex furto ablata materia grauis, aut leuis. Poteſt autem res iſta conſiderari vel abſolute conſiderando res ablatas, ſine reſpectu aliquo ad perſonas, a quibus res aufertur, vel habita ratione perſonarum, & paupertatis, aut abundantię eius, a quo quis furatur. Et quidem ſi loquamur de quantitate rei ablatæ abſolute, abſtrahendo a perſonis;

Nonnulli docent duos aut tres aureos, ex rei natura, quantitatem ſufficientem eſſe ad conſtituendum peccatum mortale, a quocunque auferantur etiam a Rege, etiamſi aliud damnum inde non reſultat: quantitatem vero duorum Iuliorum non eſſe, niſi a paupere ſurripiatur. Sic Sotus lib.5.de iuſti. quæſt.3.art.3.ad 3.Anton. de Corduba in ſumma. quæſt.70.punct.2.verſ. Et ratio eſt. Ioan.Maior.in 4.diſt.15.quæſt.25.Pet.Nauar.in libro 3. de reſtit. cap.1.num.35.& Petrus de Arragon. 2.2.q.66.ar. 6.dub.3.

10 Alii ſecundo ſcrupuloſius agentes, docent duo-

rum argenteorum, immo, & vnius, & forte etiam dimidij argentei quantitatem ex natura rei quantitatem ſufficientem eſſe ad furtum mortale. Sic Naua. in cap. ſi. 14. q. 6. nu. 12. & in Manuali. ca. 7. nu. 4. verſic. Quinto, & Corduba in ſumma. q. 109. vbi expreſſe ait furtum vnius regalis argentei eſſe materiam grauem, & peccatum mortale: inferentes ex hoc furantem hædum, gallinam, aut aliquid aliud quod pertingit ad valorem vnius Iulij, eſſe peccatum mortale; furantem autem aliquam quantitatem inferiorem ſolum peccare venialiter. Eiuſdem ét ſententiæ videtur eſſe Michael 2.2. q. 66. art. 6. controuerſ. 1. in fi. in vlt. ſnia, vbi ait abſolute, & ſimpliciter vnum argenteum, aut æquiualẽs eſſe quantitatem ſatis grauem, & ſufficientem ad mortale in his partibus Europæ, quamuis apud Indos, vbi res magis abũdant, duos aut tres argenteos quantitatẽ grauem eſſe cenſeat. Probatur hoc, quia in quibuſdam Epiſcopatibus habetur in conſtõnibus, ne pro quantitate minori duorum argenteorum, vel centum diſpondiorum detur excommunicatio. Ergo ſentire videntur talem quantitatem eſſe grauem, & ſufficientem ad conſtituendũ peccatum mortale, cum excommunicatio non niſi ob peccatum mortale feratur. Probat autem eam Michael Salon, quia omnes homines ſiue diuites, ſiue pauperes, liberales, ſiue auari iudicant vnum argenteum ægre ſibi auferri, & quiuis parens filium ſuum, vel dominus famulum pro tali furto verberibus domeſticis vapulabit. Ergo iudicant talẽ quantitatẽ grauẽ, & notabilẽ eſſe. Affert etiam Pet. Nauar. vbi ſup. num. 32. Conar. pro hac ſnia lib. 1. variar. reſol. c. 3. nu. 12. vbi tamen nihil tale affirmat, vt legenti manifeſtum eſſe poſſit, ſed hoc totum arbitrio boni viri relinquit, cum Syluest. in verb. furtum. q. 2, & Io. Med. C. de reſtit. q. 10. ad finem, in reſponſ. ad ſecundum.

11 Alij vero, vt refert idem Salon, dicunt grauem quantitatem ſimpliciter eſſe medium aureum, infra vero eſſe paruam, quia communiter omnes homines ſiue diuites ſint, ſiue pauperes, hanc iudicant notabilem, & grauem, non autem inferiores.

Omitto ſentẽtiam illam, cuius meminerunt Petrus de Arragon. & Petrus Nauar. num. 3. vbi ſupra, quæ docet, nec centum argenteorum nummorum, nec etiam centum aureorum quantitatem eſſe abſolute dicendum materiam peccati mortalis, ex natura rei, & ex obiecto, niſi quando ex tali furto quis graue aliud damnum pateretur. Quæ ſententia procul dubio falſa eſt, viamque aperit infinitis furtis & malis. Quam ſententiam ſecutus eſt Dominic. Bannes 2.2. quęſt. 66. ar. 6. vbi ait, filium furantem a patre prædiuite quinquaginta aureos, non peccare mortaliter, & tamen ſi ſeruus ab eodem vnum ducatũ auferat, peccat mortaliter. Quia reſpectu filij non eſt valde rationabiliter inuitus pater, bene tamen reſpectu famuli. Et ſimiliter, ſi aliquis priuatus Regis, cui committitur diſpenſatio multorum milliarium aureorum, accipiat ſibi centum, aut ducentos, non eſt, inquit, peccatũ mortale; Quia Rex ipſe non eſt rationabiliter inuitus in ordine ad talem miniſtrum. Quæ ſane opinio nimis ampla, & laxa eſt, nec vllo modo in praxi ſequenda, vt vnuſquiſque timoratæ conſcientiæ, & æquus rerum æſtimator facile diiudicabit: præterquam quod communi Thologorum, & Summiſtarum ſententiæ, immo etiam, & rectæ rationi repugnat, quandoquidem nullius eſt, ſiue Princeps, ſiue alius quantumlibet diues, qui talem quantitatẽ contemnat, cum multa bona notabiliter vtilia tali quantitate pecuniæ comparari poſſint, atque adeo ſicut per talem quantitatem notabiliter iuuaretur, ſic etiam per eius ablationem notabiliter læditur.

12 In hac igitur Doctorum controuerſia, quoniam nulla certa regula ſtatui poteſt, ad infallibiliter iudicandum quænam quantitas leuis, aut grauis ſit, vt ex eius ablatione furtum veniale, aut mortale committatur, id arbitrio boni, & prudentis viri committendum, & relinquendum eſt, habita ratione circunſtantiarum loci, an ſcilicet regio illa copia auri, vel argenti abundet, perſonarum, an diues, vel pauper ſit, & damni, quod conſequi ſolet ex furto rei ablatæ, ſiquidem intelligi non poteſt, quin omne damnum in particulari, alicui perſonę, puta Principibus, diuitibus, communibus perſonis, vel pauperibus inferatur, atque adeo quod eſt vni magnum damnum, alteri paruum erit, quia tamen aſſertiones, & ſermones vniuerſales non ita proſunt, quid in hoc mihi probabilius ſecundum rectam rationem videtur, ſequentibus breuiter exponam.

13 Primo igitur dura nimis mihi videtur Nauarri, & aliorum opinio, qui affirmant duorum argenteorum quantitatem ex natura rei, & obiecto eſſe in furto materiam ſufficientem peccati mortalis.

Quia ſecundum arbitrium boni viri ea ſumma non eſt tanta, vt ipſa ex ſe, ſecluſo omni alio damno ſubſecuto (quomodo in præſenti loquitur) materiam grauem furti conſtituat. Nemo enim peccati mortalis damnaret eum, qui rem non excedentem valorem Iulij vnius furatus eſſet, puta gallinam mediocrem in loco, vbi dimidio regalis, aut Iulio valeret.

Nec credendum eſt Deum velle hominem æterna pœna pro re tam parui momenti damnare, niſi aliæ maioris nocumenti circunſtantiæ interueniant.

Nec valet, quod in quibuſdam conſtitutionibus ſtatutum ſit, excommunicationem pro tali quantitate ferendam eſſe, quia non dicitur in illis, quod pro furto duorum, vel trium Regalium aut Iuliorum detur excommunicatio, ſed quod pro minori non detur. Ex quo non infertur, pro illa dari poſſe. Solum enim voluerunt epiſcopi abuſum tollere ne pro tam vili quantitate, qualis eſt, quæ duorum, vel trium Iuliorum non excedit, tam grandis cenſura imponeretur: vnde tali conſtitutione, nõ quid faciendum, ſed potius quid non ſit faciendum, oſtendunt. Quomodo egregie quibuſdam hæreticis, qui Mariam poſt Chriſti Natiuitatem cognitam fuiſſe a Ioſeph, ex illo Euangelij: Et nõ cognouit eam, donec peperit Filium ſuum primogenitum colligebant, D. Hieronym. reſpondet, dicens, quod Scriptura eo in loco non quid ſit factum, ſed quid non ſit factum, oſtendit. Vnde argumentum ab authoritate negatiue infirmum eſt. Immo vero vt fatetur ibi Nauar. num. 3. verſicul. tertium, licet excommunicatio non feratur, niſi pro mortali, nõ tamen fertur pro omni mortali, vt conſtat, & ita non bene ſequitur, Non fertur excõmunicatio pro quantitate minori duobus argenteis. Ergo quantitas illa ſufficiens eſt ad conſtituendum peccatum mortale. Altera vero ratio Salonis non probat eius intentum, ſiquidem viri prudentes non tã ægre ferunt iacturam vnius argentei, quod ſi parentes filios, & domini ſeruos vapulent ob furtum vnius argenti, non tam id faciunt quia iudicant eam materiam eſſe mortalis peccati, cum ad vnumquemque non ſpectet de hac re iudicare, & quãdoque etiam caſtigant eos ob rem minoris momenti, ſed id potius faciunt, vt hac leui caſtigatione ob res minimas, retrahant eos a furto rei maioris momenti, facile enim ex rei paruæ furto, ad maiora & grauiora delicta committenda proceditur, vt conſtat. Nã vere Eccleſiaſt. 19. Qui ſpernit modica, paulatim decidet.

14 *Secundo*, Quamuis nulla certa regula dari poteſt de quantitate neceſſaria ad peccatum mortale, nihilominus tamen dari poteſt aliqua pecuniæ quantitas tanta, quæ per ſe abſque vllo perſonæ reſpectu cauſa eſt in furto peccati mortalis, vt recte Sot. & alij ſupra allati tradunt, quos ſequitur Ludou. Lopez par. 1. Inſtruct. conſc. cap. 92. v. v.g. duo, vel tres aurei. Quare etiamſi a Rege ſurripiantur, & licet eos videatur parui facere, erit tamen mortale, quia Rex, etſi prædiues ſit, indiget tamen pluribus ad comparanda neceſſaria ad vſus Regios, & ad ſoluendam mercedem ſeruis, ad ſubueniendum neceſſitatibus communibus, atque adeo ſi eis priuatur, & illi, & eius rei familiari fit notabilis læſio. In cõmunibus autem perſonis quatuor, aut quinque Iulij; in pauperibus autem vnum aut duo Regalia, ſeu Iulij ſufficiens erit quantitas pro peccato mortali, & hoc excluſis alijs omnib. extrinſecis damnis & nocumẽtis. Cuius rei non poteſt commodior ratio aſſignari quam quod recta ratio, & arbitrium boni & prudentis viri ita iudicare ſolet.

15 *Tertio*, Sicut rationabiliter aſſignari poteſt certa aliqua materia, quæ ſufficit pro furto mortali, ita etiam tam parua eſſe poteſt materia, quæ ex ſe ipſa, ſecluſo alio damno, non niſi peccatum veniale conſtituere cenſetur, vt vnus agenteus. Dixi ſecluſo alio damno, quia ratione vtilitatis, quam ex re ablata reportare ſolet dominus, ex damno quod exinde recipit, poteſt eſſe peccatum mortale, vt verbi gratia, ſi quis furetur acum a Sartore, aut ſubulam a Sutore, &c. propter quæ operas diurnas perdit, & lucro conſueto caret, quando non habet alia huiuſmodi inſtrumenta, quibus victum comparet. Etſi enim talis res, ſeu inſtrumentum, natura ſua res parua ſit, ratione tamen damni, & incommodi ſecuti grauis materia eſt. Sic etiam ſi furetur rem paruã, quam tamen dominus multum æſtimat ob iuſtam aliquam cauſam, vt ſi famulus auferret ex horto domini ſui malum cydonium, quod multum æſtimat dominus, vel quia eſt primus fructus arboris quam manibus ſuis plantauit, vel quia fructus ille rarus eſt in illis locis, vel quia in eo multum delectabatur, ſolebatque illud amicis oſtendere, iuxta ea, quæ tradunt Sotus libr. 5. de iuſt. quæſt. 3. art. 3. ad 3. Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 2. verſic. 2. & in 14. quæſt. 6. cap. fi. nu. 12. Pet. Nauar. lib. 3. de reſtit. c. 1. dub. 4. nu. 46. Michael Salo. 2.2. q. 66. art. 6. Petr. de Arragon. ibi. Gregor. de Valentia, tomo. 3. diſp. 5. q. 10. pun. 5. Lud. Lopez par. 1. Inſtruct. conſcientiæ. c. 92. Ceterum, vt præfati authores notãt, quamuis furtum huiuſmodi rei exiguæ ſit peccatũ mortale ratione damni ſecuti, & iuſtę moleſtiæ & iniuriæ domino rei illatæ, violatque charitatem, & pacem: formaliter tamen non eſt peccatũ mortale furti, ſed reductiue tantum: quia grauitas & ratio formalis furti non ſumitur ex damno, quod per accidens ſubſequitur, aut ex moleſtia domini, ſed ex grauitate rei alienæ acceptæ ſecundum ſe, & ita vbi res, & ſecundũ ſe, & in ordine etiã ad dominum eſt exigua, & leuis, non dicitur peccatum mortale furti formaliter, ſed reductiue, formaliter enim erit peccatum mortale pertinens tantum ad peccatum, ſeu genus iniuſtitiæ, quam vocamus dãnum datum, quæ non habet ſpeciale nomen, ſed retinet nomen generis, ideſt iniuſtitiæ, vel iniuriæ, quia præter malitiam generalem, quam habet, quę eſt nocere proximo, non eſt ibi alia malitia formalis, vel materialis alterius alicuius priuatæ ſpeciei iniuſtitiæ. Vnde non eſt formaliter furtum, cũ hoc conſiſtat in actuali acceptione rei alienæ, dicitur tamen reductiue furtum, quia materialiter ſumptũ damnum iſtud infertur mediante illo furto. Quocirca in iure alij ſunt tituli de furtis, & alij de iniurijs, & damno dato, quod argumentum efficax eſt iſta differre, & aliud eſſe peccatum furti, aliud vero inferre damnum accipiendo rem, quæ ex ſe ad peccatum mortale non ſufficeret. Vnde impediens bonum alterius, peccat peccato iniuſtitiæ, & ſurripiens alterius inſtrumentum, quod eſt vtile domino, impediens conſuetum lucrum, iniuſtitiam cõmittit non furtum, & conculcans ſegetes, peccat mortaliter propter damnũ datum contra iuſtitiã, tenentur præfati omnes ad damni dati reſtitutionem, non tamen dicitur talis conculcator cõmiſſe furtum. Et quia certa regula in hac materia aſſignari vix poteſt, iudicio prudentum res tota relinquenda eſt, communiter autem ſuadenda eſt reſtitutio etiam in paruis, niſi res eſſet tam parua, vt clariſſimum ſit, non fuiſſe mortale.

16 *Quarto*, Grauitas materiæ furti non eſt æqualiter ſumenda in omnibus rebus; ſunt enim res aliquæ, quæ a dominis earum pluris æſtimari ſolent, quam ex rei natura valent, aut ex vſu, aut permiſſione dominorum, atque adeo non ita facilè condemnandus erit peccati mortalis, aut furti mortalis, qui eas auferret, quales ſunt res illæ, quæ magno periculo expoſitæ ſunt, aut quæ paruo labore & induſtria naſcuntur, in quarum oblatione, non erit peccatum mortale, ſi auferantur in tanta quantitate, quanta ſufficiens eſſet conſtituere peccatum mortale in alia materia, vel in rebus, quę non eſſent tanto periculo expoſitæ, vt Dominicus Bannes 2.2. quæſt. 66. art. 6. Mich. Salon ibid. annotarunt, vt verbi gratia, non erit peccatum mortale accipere caſtaneas, & nuces Sylueſtres, glandes, pinus, & huiuſmodi in tanta quantitate, q̃ æſtimaretur vno ducato in foro, cum huiuſmodi arbores, & fructus ſint quaſi in locis publicis, & omnib. expoſitæ ſint, nec aliquid eis præſtat ars, aut induſtria humana, & difficulter, aut ne vix quidem cuſtodiri poſſunt, immo vix ab aliquo vno certo poſſidentur; At vero etiamſi res ſit expoſita periculo, ſi tamen magno labore & induſtria naſcitur, vt ſũt vuæ, & fruges, non erit abſque peccato mortali eas in tanta,

quantitate accipere; Non tamen erit mortale acc- pere in maiori quantitate dum ſunt in campo, quã i res illæ iam eſſent domi collocatæ.

Hinc infertur ex Dominico Bannes, & Salono bi ſupra, Martino Nauar. in Manuali. cap. 17. nu. 138. verſ. Quadrageſimoquarto, & Petro Nauar. lib. 3. de reſtitu. cap. 1. par. 5. dub. 6. nu. 203. pueros ulicos, qui deſeruiunt menſis dominorum, non peccare mortaliter, ſi deuorent, quæ de menſa tollunt, at forte non peccant niſi peccato gulæ: Ratio eſt, tum quia aut domini non ſunt valde inuoluntarii per ignorantiam, ſciunt enim huiuſmodi res non ſumi ad vendendum, ſed potius ad comedendum: tum quia tales res expoſitæ ſunt tali periculo, tum quia domini iſtorũ nullum fere damnum ex eo, quod accipiantur, recipiunt, tanto enim minus hora poſtea conſueta comedunt, quanto plus occulte ad comedendũ accipiunt. Quod tamen intelligendũ eſt, niſi forte cibi integri, qui de menſa tolluntur, ſint deſtinati pro ſtipendio Architriclini, aut alterius officialis, tunc enim acceptio huiuſmodi eſſet furtum, quia fit inuito officiali, illiq; exinde notabilis aliquando iniuria, & damnũ infertur. Qui prudentior eſt, in his, & aliis caſibus aptiorem ſibi regulam præſcribere poterit, quam ſequatur.

18 *Difficultas quarta eſt*, Quid dicendũ ſit de excommunicationibus, quæ feruntur aliquando ob furta; An materia furti, quæ ſufficit ad peccatũ mortale, ſufficiat, vt iudex eccleſiaſticus ferre poſſit ſententiam excõicationis, vt ablatum reſtituatur: Et an excõmunicationes latæ ob res parui momenti, quãdo exinde graue damnũ ſequitur, puta ex ſurreptione acus ſartoris, vt diximus, cõprehendant eos, qui res illas paruas furati ſunt, donec totum damnum reſtituant.

Ratio eſt, quia excõmunicatio ferri poteſt pro peccato mortali. Sed ablatio illa acus v.g. eſt peccatum mortale. Ergo excõmunicatio pro tali ablatione ferri poteſt, & lata ſic furantem comprehendit. *De hac re legi poſſunt* Sotus in 4. diſtinctio. 22. quæſt. 1. art. 2. in caſu tertio. Martinus Nauar. in ca. nal. 14. quæſtio. 6. nu. 12. & in Manuali. cap. 17. nu. 4. verſic. Tertio. & verſic. Quarto. Dominicus Bannes 2. 2. quæſt. 66. ar. 9. Salon, & Petrus de Aragon. ibidem. Petrus Nauar. libro 3. de reſtit. cap. primo. dub. 4. nu. 43. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. cap. 93. & alii. Mihi hæc dicenda videntur.

Primum eſt, Quando fertur excõmunicatio contra eos, qui furtum cõmiſerunt, qui furatus eſt aliquid in quantitate ita magna, quæ ex ſe ſufficit ad peccatũ mortale ex ſua natura, & obiecto tenetur vel ad illud ſtatim reſtituendũ ſi poſſit, vel manifeſtandum, niſi ſit res occulta omnino, aut cum periculo infamiæ, alioquin excõicationem incurrit, de qua re plura legi poſſunt to. 1. theſauri. lib. 1. cap. 9. nu. 33. & nu. 34.

Dixi, *ex ſua natura, & obiecto*, quia ſi excõicatio datur ob furtum, talis ſurreptor acus, aut alterius i paruæ, ex cuius defectu graue dãnum eſt ſubſecutum, in caſu quo locuti ſumus ſupra, quamuis peccet mortaliter, non tamen incurret excõicationem, etiamſi damnum non reſtituat.

Ratio eſt, quia excõmunicatio in eo caſu ſolum fertur pro furto: at vero non quodcunque damnũ illatum habet rationem furti, ſed illud tantum, quod inuoluit occultam acceptionem rei alienæ domino inuito, quod non reperitur in caſu præſenti reſpectu damni ſubſecuti. Ergo non incurritur excõmunicatio, nec talis damnificans dicitur fur proprie. Exemplũ aliud in huius rei confirmationem adduci poteſt, & ſolet; Qui enim acciperet a Notario calamum impedientem ipſum à lucro, verbi gratia, 10. aut 100. aureorum, non ſuſpenderetur iuſte ob tale crimen, nec haberetur infamis, nec daretur actio furti contra eum, quæ omnia ſecus eſſent, ſi talis illatio damni haberet proprie rationem furti: vnde nec excõmunicatio contra fures impoſita illum comprehenderet. Quãuis igitur iniuſtitia omnis appellari poteſt quodãmodo furtum, & in illo præcepto, *non furtum facies*, prohibita ſit, non tamen omnis habet proprie rationẽ furti, quomodo nos agimus nunc de furto, ſed illa tantũ, quæ res auſert a domino poſſidente. Hæc enim ſola eſt, quã infamia, & aliæ pœnæ iuris conſequuntur. Quare niſi excõicatio generaliter feratur pro iniuſte retentis, vel dãnis factis, non niſi ablatores comprehendit.

20 *Secundum eſt*, De hac re extat modo determinatio Concilii Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. vbi ſtatuitur, *Vt pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus excommunicatio a nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo, decernatur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopũ examinata, quæ eius animum moueat*. Vbi vox illa, *Res non vulgaris*, expreſſe ſignificat, excõicationes pro rebus minimis non eſſe ferendas, quinimmo, vt notat Michael Salon ſecunda ſecundæ, quæſtio. 66. ar. ſexto, vox illa, non tam intelligenda eſt in ordine ad furtum, quam in ordine ad excõicationẽ. Vnde apud prudentes viros non fertur excõicatio pro vſi an furtis ad minus pertingat ad quinquaginta Iulios. Quãuis. n. viginti, aut triginta ſint materia grauis in ordine ad furtum, non ſunt tamen materia grauis in ordine ad excõicationẽ. Quocirca Epiſcopus excõicationẽ ferẽs pro rebus minimis vix excuſari poteſt a peccato mortali, vt docẽt Dominicus Bannes, & Michael Salon vbi ſupra, quia cum iudex ſecularis non puniret tale furtum pœna flagellorum, multo minus eccleſiaſticus iudex illud excõmunicatione, quæ animã occidit, & quæ ad rebelles præcipue in re grauiſſima puniendum inſtituta eſt, coercere debet; Vnde contra grauiſſimum Concilii Tridentini præceptum peccat, vt conſtat.

Si quis tamen Epiſcopus excommunicationem in tali caſu ferret, valida eſſet, & timenda, tum quia Concilium hoc negotium, & examinationem cauſæ pro loco, & tempore, & perſonis committit arbitrio Epiſcopi, & conſcientiæ eius relinquit: Tum quia licet Epiſcopus examinare debeat, & iudicare cauſam grauiſſimam, vt non de facili laqueum animabus iniiciat; poſtquam tamen iam iudicauit, efficitur grauiſſima cauſa, atque adeo tali ſententiæ non parens grauiter ratione inobedientiæ, & rebellionis delinquit.

21 Quibus addo, quod licet Concilium, vbi ſupra, dicat ſententiam hanc a nemine niſi ab Epi-

ſcopo ferri debere, ſi tamē ex epiſcopi commiſſione daretur talis excōicatio a ſuo Vicario pro rebus non magni momenti, valida eſſet cenſura, quia Concilium non dixit, quod ſi ſecus factum fuerit; totum ſit irritum & inane; peccabit tamen Epiſcopus contra mandatum Concilii ſi ſine cauſa vrgenti huiuſmodi excommunicationes Vicario ſuo cōmittat.

Quinta difficultas eſt, An qui paulatim repetitis vicibus accipit ab eodem duos, aut tres Iulios, ſine intentione furandi amplius, poſtea vero concupiſcē- tia ductus, accipit tres aut quatuor alios, qui omnes ſimul materiam ſufficiētem ad peccatum mortale furti conſtituunt, mortaliter peccet in illa acceptione. Mar. Nauar. in Man. c. 17. n. 139. verſic. *Dixi quibus ueſcantur*. expreſſe docet, eum qui minutatim vno die quid modicum, puta quadrantē, ſeu quatrinum, & aliis multis diebus ſucceſſiue tātundem accipit, peccare ſolum venialiter, etiamſi totaliter accepta ad notabilem quantitatem creuerint, dummodo iam inde a principio, aut poſtea nō habuerit animum furandi notabilem quantitatem per illa parua furta. Quoad reſtitutionem vero addit, quod ſiue cum hoc animo ſiue abſque illo perueniatur ad notabilem quantitatem, quæ tota ſimul ablata efficeret furtum mortale, ad reſtitutionem ſub mortali obligatur. Vnde infert, inueniri poſſe furta ſolum venialia, quæ obligent ad reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis. Quam ſuam opinionem licet ipſe non probet, hac ratione confirmare poſſumus, quia furtum paruum non eſt mortale: Ergo licet ſæpius iteretur ad rationem culpæ mortalis non perueniet, quandoquidē, vt cōiter tradunt Theologi, peccata venialia quamuis multiplicentur, non faciunt vnquam mortale. Confirmatur hæc ratio, quia obiectum huius acceptionis non eſt tota ſumma, quæ requiritur ad mortale; quod inde colligitur, quia actio ſeu acceptio hæc iniuſta modo exiſtit. Ergo eius terminus, tempus, & obiectū, a quo indiuiduatur. Sed tota ſumma non eſt hodie; tota igitur ſumma q̄ ſufficit ad mortale nō eſt obiectum huius actionis, ſed tātum illa leuis. Ergo actio & acceptio illa ſolum eſt venialiter mala. Sit exemplum, Petrus de vinea proximi vna die ſingulis horis racemum vnum colligit, alia die tantundem, & ita de aliis, idque ceteris paribus ex parte voluntatis, quæ eſt non lædere notabiliter, ſed quia defeſſus eſt, naturam fouere, ſeu guſtui complacere intē- dit: Hi omnes actus videntur ſimiles, & æquales, ſed primus non fuit peccatum mortale, nec ſecundus, nec tertius. Ergo nec vltimus, cum non ſit maior ratio huius, quam præcedentium. Ergo furando omnes vineæ fructus non peccauit mortaliter, nec tenebitur Domino ſub pœna peccati mortalis quicquam reſtituere.

22 *Contraria* tamen & communis opinio eſt, furantem parua ſine animo inferendi notabile dānum in omnibus illis furtis, in quibus non attingit magnam quantitatem, ſolum peccare venialiter, nec teneri illa ſub mortali reſtituere: quamprimum autem notabilem quātitatem attingit, quæ ſit magna in ſeipſa, aut in damno alteri illato, aut in bono ſibi acquiſito, etiamſi per parua furta id faciat, peccare mortaliter, & ad reſtitutionem ſub peccato mortali obligari. Sic Ioan. Maior. 4. diſtinctione quinta decima, q. 25. & 26. Ioa. Medina. Cod. de reſtitu. q. 10. §. occurrit. ad ſecundum caſum. Soto in libro quinto, de iuſtitia. quæſtione, 3. artic. 3. ad tertium. 4. diſtinct. 22. quæſtione prima, art. 3. ad tertio. Michael Salon 2. 2. q. 66. arti. 6. controuerſia 3. Petr. de Arragon. ibid. dub. 3. Petr. Nauar. lib. 3. de reſtitu. cap. 1. dub. 6. nu. 51. Grego. de Valentia 3. diſp. 5. q. 10. punct. 5. in fin. Antonius de Cordu- ba in Summa, caſu 70. Gabriel Vaſquez in 1. 2. [illegible] 1. diſpu. 146. c. 2. & alii. Prima pars patet, quia omnia illa venialia nunquam perueniunt ad materiam grauem, aut nocumentum graue proximo inferunt, vnde non conſtituunt peccatum mortale. Cum, vt ſupponimus, non habeat intentionem inferendi notabile damnum, & alioquin furtum mortale non ſit, niſi aut ratione damni, aut grauitatis materiæ in ſeipſa, Secunda pars probatur, quia licet peccata venialia non efficiant mortale in illis rebus, & materiis, quæ prætereunt, & ad inuicem continuari non poſſunt, vt in mēdacio leui, aut conuitio leui, aut verbo otioſo, quæ ſemel prolata præterierunt, nec manent cum præcedentibus, atque adeo malitia poſterioris non fit grauis ratione præcedentium: quando tamen venialia eius generis ſunt, vt priora cum ſequentibus continuari queant, tunc veniale re vltimo & cum præcedentibus cōtinuato, fit notabilis quædam materia, vt contingit in furto, & aliis, quæ damnum inferunt, tunc enim licet vltimum furtum, aut damnum ſecundum ſe, & ſolum ſumptum non ſit, niſi veniale, cum præcedentibus tamen continuatum grauem materiam, & peccatum mortale efficit: ſiquidem poſito illo vltimo furto, aut damno ponitur notabile damnum, & eo ablato, aufertur; ſicut in numeris vltima vnitas virtute præcedentium dat ſpeciem numero. Quicunque igitur ſcienter, & aduertenter ex actu ſuo etiam leui, damnum notabile infert, vere eſt cauſa talis damni, & peccat mortaliter. Dixi, ſcienter, & aduertenter, qui enim furatur per minima, multaque parua furta commiſiſſet, quorum eſſet inuincibiliter oblitus, atque ita non aduerteret ad furta præterita, quæ commiſit, etſi poſtea actu aliud furtum paruum committat, non imputabitur ei hoc ad peccatum mortale, quia non continuantur mertaliter, & moraliter ex defectu cognitionis, & aduertētiæ [illegible] autem ſi aduertit ſe per vltimam actionem [illegible] etiam Iulii peruenire ad quantitatem notabilem, [illegible] talis enim aduertit ſe inferre notabile damnum virtute præcedentium acceptionum minimarum; damnum autem notabile alicui ſcienter, & aduertenter inferre peccatum mortale erit. Vnde famulus, qui accipit a domino ſuo quotidie vnum, vel alterum nummum, ſi in iſtis furtis perſeuerat, quantumuis exiguis, quamprimum peruenit ad quantitatem, quæ in ordine ad ſuum dominum cenſenda eſt magna, mortaliter peccat, & ſub mortali reſtituere tenetur, quamuis a principio animum in tanta quantitate accipere non habuerit.

23 *Hinc* ſequitur quod ſi furtum manet intra limites peccati venialis, ſub veniali tantum reſtituere tenetur: ſin autem pertingat ad mortale, tenetur ad reſtituendum ſub mortali, quia acceptio, & detentio alicui ſunt eiuſdem ordinis, & rationis, vnde ſicut quod venialiter accipitur venialiter detinetur, ita ſub veniali tantum eſt reſtituendum,

quod vero mortaliter recipitur, mortaliter detinetur, & conſequenter ſub mortali reſtituendum eſt. Vnde falſa eſt doctrina Martini Nauarri, aſſerentis furta parua eſſe venialia, & tamen teneri ad reſtitutionem ſub mortali quam primū pertingit ad quantitatem, quæ tota ſimul ablata efficeret ſimul mortale.

Falſum namque eſt ex peccato veniali oriri poſſe obligationem reſtituendi ſub mortali, vnde aut illud vltimū erit peccatū mortale,(vt vere eſt)aut ſi veniale tantum eſſet, non poterit exinde oriri obligatio reſtituendi ſub mortale, quandoquidem vt cōiter tradunt authores,,& optime explicat Petrus Nauarrus vbi ſupra, numero 52.& latius lib.2. de reſtitutione.cap.1.dub.5.nume.42.& ſeq.& Petrus de Arragon.2. 2. quæſt.66. art.6. dub.penult. obligatio reſtituendi ex delicto,& iniuſta acceptione incurri non poteſt ſub peccato mortali, niſi ex peccato mortali. Nec Nauar. aut quiſquam alius aſſignare poteſt exemplum, quo ſub mortali teneatur, quis reddere, id quod ex mero delicto, ſeu acceptione iniuſta dēt, ſiue eo, quod mortaliter peccauerit, vel ſurripiendo, vel damnum dando. Exempla vero, quæ adduci ſolent in contrariū, ſcilicet, in cōmodato,& in credito, non ſunt ad rē quia cōmodatum, & pecuniam creditam non proprie reſtituere, ſed ſoluere, dicimur, neque hæc ex delicto, ſed ex contractu debentur, vt conſtat:

Ad argumentum in contrarium patet ſolutio ex dictis. Ad confirmationem Reſpondetur, Quod licet obiectum vltimæ illius acceptionis non ſit tota ſumma, quæ requiritur ad peccatum mortale, adhuc tamen acceptio illa peccatum mortale ratione continuationis illius partis cum furtis præcedentibus, & damni notabilis proximo illati, vt dictum eſt ſupra.

24 Sexta difficultas eſt, An præſuppoſito, quod qui furatus ſit multas minimas quantitates, ita vt quā primum peruenerit ad notabilem quantitatem, peccaueri mortaliter, teneatur ſub mortali totā ſummā reſtituere? vt v.g. ſi peccatum mortale ſit accipere quatuor, aut quinque Iulios a perſonis medii & cōis ſtatus, ſi quis accepit paulatim vſq; ad tres, ſi accipiat quartum, aut quintū, teneatur ſub mortali omnes quatuor, aut omnes quinque reſtituere, an vero ſatisfaciet ſoluendo quartū, aut quintum, ita vt excuſetur a mortali, etiā ſi reliquos tres antea paulatim acceptos non reſtituat? Quæſtio hæc quamuis in materia de reſtitutione tractari poſſet, tantam tamen habet cū ſuperiori difficultate connexionem, vt nulla ratione videtur ab ea ſeparanda, quinimmo ex illius intelligentia, poſterior hæc facilius explicabitur.

In hac igitur re Ioannes Medina Cod.de reſtitutione.q.10.in fi.verſ.Sed pone.& Anton.de Corduba in ſum.q.70.punct.2.verſ.dixerunt.docent teneri ſub mortali ad totius ſummæ reſtitutionē. Ratio eſt, tū quia perinde eſt, ac ſi ſimul omnes quatuor, aut quinque accepiſſet, quod eſt mortale peccatū, vt ſupponitur. Sed ſi tota ſumma ſimul acciperetur, totam ſummam reſtituere tenetur.

Ergo in noſtro caſu; *Nihil enim refert*, vt aït D. Hieronymus, *paulatim, uel ſimul quenquam interimas, aut ſpolias.* Tum quia cū reſtitutio in æqualitate cōſiſtat, tm̄ reſtituēdū erit, quantum fuit ablatū.

Sed vltima pars, ſeu Iulius quartus, aut quintus non ſolum auferebatur, ſed ēt reliqui tres, atque adeo omnes ſimul continuari dānum notabile conſtituunt. Ergo omnes reſtitui debent ſub mortali. Tum ꝗa alias ſequeretur, ꝙ teneretur quis ſub mortali leuem quantitatem reſtituere: Cum enim ex omniū ſententia, quos dubio præcedenti pro ſecūda, & cōi opinione retulimus, reſtituere teneatur ſub mortali, ſi ſatisfaceret reddendo quartum, aut quintum Iuliū, qui notabilē quantitatem conſtituit, teneretur ſub mortali leuem quantitatem reſtituere, quod falſum eſſe conſtat.

25 *Altera* ſententia eſt eorū, qui dicunt excuſari a mortali ſi vnum tantum Iuliū reſtituat. Sic Petrus Nauar.lib.*3*.de reſtit.c.1.dub.*9*.nu.*60*. Alios.n.nō vidi, qui hanc difficultatem tractant. Quamuis.n. Corduba vbi ſupra pro ſua opinione in hoc caſu citat Angeſtū in Moral.c.*9*.Sotum lib.5.de iuſt.q.*3*. art.*3*.ad tertium.& in 4.diſt.22.q.1.art.2.longe tamen diuerſus eſt caſus noſter ab illo, quem iſti authores explicant. Quæ Petri Nauarri opinio mihi verior, & firmiori ratione probari poſſe videtur.

Quia non tenetur quis ſub peccato mortali niſi auferre damnum notabile datum proximo: ſed ſoluto vno Iulio remouetur damnum notabile, reliqui enim tres, vt ſupponimus, non faciunt iniuriam notabilem. Non ergo ad plus tenetur ſub peccato mortali. Deinde quia accipiendo illum quartum, aut quintum Iuliū peccauit ſolum mortaliter, quia ille cum aliis conſtituebat quantitatem notabilē; ergo reddendo illum liberatur a peccato mortali iniuſtæ acceptionis, & retentionis rei alienæ notabilis. Et certe ſi non accepiſſet hunc quartum Iulium non damnificaſſet proximum notabiliter, vt omnes concedunt. Sed ſoluto hoc quarto damnū non manet notabile, ſicut ante eius acceptionem notabile non fuit. Ergo neque nunc ſoluto illo tenebitur ſub mortali reliquum ſoluere, cum iam proximus non maneat notabiliter læſus. Argumenta vero contraria facile ſoluuntur.

26 *Ad* primum enim Reſpondetur, idem iudicium de eo faciendum eſſe, qui omnes quatuor, aut quinque ſimul acciperet; peccaret quidem mortaliter, ſi tamen vnū aut duos reſtitueret, cum reliqui non conſtituant materiā notabilem, vt ſupponitur, nō tenetur ſub mortali ad eorū reſtitutionē, cum non ſit obligatio reſtitutionis ex delicto ſub mortali, niſi vbi dānum notabile infertur. Quamuis.n. iuſtitia poſtulat totam ſummam ablatam reddi, non tamē ſub mortali, quando damnum non eſt notabile.

Ad Secundum Reſpondeo, Quod tota ſumma dānificat notabiliter copulatim ſumpta, nō tn̄ inde ſequit̄ totā copulatim reſtituendā eſſe ſub mortali. Vnde ſi quouis mō efficiatur, quod dānum non ſit notabile, prout fit ex reſtitutione vnius argenti, ſeu Iulii, vt ſupponimus, conſequenter non obligabitur ad reſtitutionem reliqui ſub mortali, cum iā non amplius reſtat damnum notabile reſtituendū.

Ad Tertium Reſpondetur, Teneri ſub mortali reſtituere vnum, non rōne vnius, ſed ratione dāni notabilis, cuius erat cauſa illa vltima acceptio cum aliis continuata, & coniuncta; Quamuis enim illa pars ſecundum ſe ſumpta non cōſtituat quātitatem notabilem, cum præcedentibus tn̄ coniuncta, quātitatē notabilem cōplet, vnde ſicut per illū actum vltimum conſtituitur damnũ notabile, & peccatũ mortale, etſi actus ille ſolũ, niſi reliqui præceſſiſſent peccatum mortale non fuiſſet, ſed tantũ veniale; ita ex reſtitutione ſola eius, quod actu illo ablatum fuit, vitatur damnũ notabile, ac proinde ratione illius tenetur leue illud ſoluere ſub mortali, quo reſtituto, non amplius remanet damnũ notabile, & conſequenter ad reliqui ſolutionem ſub mortali non tenetur.

27 Septima difficultas eſt, An qui aliquid modicũ a pluribus furatur, quamprimũ perueniat ad magnam quantitatem, furtum mortale committat? vt v.g. ſi a Petro vnum Iulium accipiat, a Ioanne alium, ac a Paulo alterum, an accipiendo alium a Iacobo, eo ipſo peccet mortaliter peccato furti, ſuppoſito acceptionem quatuor Iuliorũ eſſe notabilẽ quantitatem. In hoc dubio diuerſæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt Hieronymi Angeli in ſuis Mor. c. 9. dicentis, nec peccare mortaliter accipiendo, nec retinendo, nec obligari ad reſtitutionem ſub mortali. Ratio eſt, quia licet iſte, ſic furando modica a diuerſis magnam ſibi quantitatẽ acquirit, nulli tamẽ infert damnũ notabile: furtum autẽ non eſt æſtimandum ex accedente furi lucro, ſed ex damno dato.

Secunda eſt Ioannis Medinæ C. de reſtitu. q. 10. in fin. ad 3. caſum, diſtinguentis, ait. n. quod ſi accipiens ſit pauper, nec aliunde habet vnde ſe, & familiam ſuam ſuſtentet, nec in fraudẽ legis de non furãdo faciat, ſed vt cõiter fieri ſolet tempore meſſis, aut vindemiæ, quo pauperes de agro in agrum, de area in aream, aut de vinea in vineã diſcurrere ſolent, colligentes de quolibet agro ſeu congerie tritici vnã ſpicã, aut vnũ racemũ de ſingulis vineis ad diuerſos dominos pertinentibus, ita vt notabilem quantitatẽ congregent, non peccat mortaliter, nec ad reſtitutionẽ tenetur ſub mortali. Ratio eſt, quia nemini damnũ notabile infert. Sin autem diues ſit, qui hæc facit, aut aliunde habet vnde cõpetenter viuat, peccat mortaliter, ſi ea intẽtione parua illa furta cõmittat, vt notabilẽ quantitatem acquirat: vnde omnia ablata ipſis ſpoliatis reſtituere tenetur, niſi vnuſquiſque ob rei paruitate debitum condonet; quamdiu vero non cõſtat de hac voluntate condonandi, cenſentur rationabiliter inuiti, ac proinde ablata reſtituere tenetur.

Tertia eſt Martini Nauarri in Manuali c. 17. nu. 139. qui conformiter ad ſuam priorẽ ſententiam diceret, quod nunquam peccauit mortaliter ſic accipiens, bene tamen tenetur reſtituere aut dominis, aut ex eorum defectu, pauperibus, quando ad notabilem quantitatẽ peruenerit, quam ſententiam ſupra examinauimus.

Quarta eſt aſſerentium furantem minima a plurib. cum intẽtione coaceruandi notabilẽ quantitatem peccare mortaliter, & ſub peccato mortali teneri ad reſtitutionẽ, ſiue ſit pauper, ſiue diues, modo inuitis dominis (quod ſupponitur niſi aliunde conſtet de voluntate eorum) id faciat. Sic Sotus lib. 5. de iuſt. q. 3. ar. 3. ad 3. Anto de Corduba. in ſumma. q. 70. in opinione 4. Michael Salon 2. 2. q. 66. ar. 6. controuerſia. 3. Petr. de Arragon. ibid. dubio vlt. Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitu. dubio 7. nu. 56 Gregor. de Valent. to. 3. diſputa. 5. quæſt. 10. puncto 5. in fin. & Ludou. Lopez. par. 1. inſtruct. conſcient. cap. 93. Ratio eſt, quia ablatio rei notabilis eſt peccatũ mortale, & ſub mortali reſtituendũ ei, a quo eſt ablatũ, etiamſi non damnificet multum eum, a quo ablatum eſt: Ex eo quod ſeptimum hoc Decalogi præceptum, *de non furando*, non ſolum prohibet damnum proximi, ſed etiã ne quis accipiat alienum, quod de iure non ſit ſuum. Idem enim eſt, *non furtum facies*, ac, non accipies bonũ alienũ proximi. Vnde decimo præcepto, quod eſt idem cum ſeptimo (niſi quod loquatur de actu interno) ita habetur, *non concupiſces rem proximi tui*. Qui ergo alienum in notabili quantitate accipit, peccat mortaliter.

Confirmatur hæc ratio, quia ſi omnes alicuius cõitatis triticum ſuum in vno loco cõi deponerent, ita vt vnum aceruum efficerent, proculdubio peccaret mortaliter, qui notabilem quantitatẽ ſurriperet, nõ obſtante, quod facta partitione eius quod furatus fuit, nulli in particulari damnũ notabile inferret. Ergo etiamſi a ſingulis cumulis ſeorſim aliquid modicum auferat, etiamſi nulli in particulari damnum notabile inferat, accipiendo notabilem quantitatem peccabit mortaliter. Satis enim eſt quod inæqualiter ſe habeat ad communitatem eſt, ad omnes ſimul in notabili quantitate, licet in ordine ad ſingulos. Et certe ex contraria opinione ſequeretur, poſſe aliquem ditari abſque vlla induſtria honeſta, & ſine peccato mortali, putà ſi ſingulis ſingula minima accipiat, quemadmodum iniqui mercatores facere conſueuerunt, dum ſingulos emptores in modico menſuras diminuendo, & totam ciuitatem depilando, defraudant, quod ſ contra rationem, & errorem manifeſtum in ſe inuoluere videtur.

28 *Hinc* ſoluitur ratio pro prima ſnĩa, vt enim ex dictis conſtat, ſola quantitas rei furatæ ſine ordine ad nocumentũ, ſufficiens eſt mortale peccatum conſtituere. Quamuis enim in caſu de quo loquimur, nulli in particulari fiat iniuria notabilis, toti tamen cõitati hac ratione irrogatur grauiſſimum damnum, & dum liceat hoc modo ſine labore & induſtria ex furto viuere, abſque peccato mortali, & obligatione reſtitutionis. Siquidem ſi id licitum eſſet, nullus omnino artes, & exercitia honeſta quæreret, & addiſceret, ſed omnes furtis & rapinis ſcerẽt, ex quo graue damnũ, & pernicies Reip. generi humano ſequeretur, quare ipſum ius naturale, rectaq; ratio dictat, id nulla ratione licitum eſſe, aut faciendum.

Nec valet diſtinctio Medinæ, Eſſe enim pauperẽ, ſecluſa extrema, aut graui ſaltem neceſſitate non iuſtificat furtum, quod in diuite eſſet mortale, cũ extra hos caſus, nemo ius habeat accipiendi alienum. Quod ſi quis quærat, quomodo facienda reſtitutio in caſu propoſito? Rerpondetur, quod ſi domini ſint certi, vnicuiq; reſtitui debet pars ſua minima, quoad vſque quantitas, quæ apud ipſum manet, non ſit magna: ſin autem domini ſint incerti pauperibus facienda erit reſtitutio, iuxta ea, quæ in materia reſtitutionis dicemus.

29 Octaua difficultas eſt, An furtum ſit minimum omnium peccatorũ, quæ contra Decalogi præcepta fiunt? poſtquam enim oſtenſum eſt furtum in multis caſibus peccatũ mortale eſſe, inquirendum

eſtat,an grauius, aut leuius peccatum ſit reliquis
uæ in Decalogo prohibentur?
In hac re Martinus de Magiſtris in Opuſculo
uo de temperantia.q.2.docet,fornicationem eſſe
leuius peccatum furto. Ratio eius eſt,quia furtum
ſt per ſe, & intrinſece malum, vnde nulla vnquã
atio fuit,quamuis barbara,quæ ignorauerit furtũ
eſſe malum & illicitum:fornicatio autem ſimplex
non eſt de ſe mala,& peccatum mortale,ſed ſolum
ſt mala, quia prohibita eſt lege poſitiua diuina,&
humana,vt docet Durandus in 4.diſt.33.q.2.n.10,
rohibetur enim in lege veteri Deute.23. vbi dici-
tur,*Nõ erit meretrix ex filiabus Iſrael.* Et in l.noua,
pheſ.5.quando dicitur, *oĩs fornicator, aut auarus,*
ut immundus non habebit hæreditatẽ in regno Chri-
ſti,& Dei. Vñ multæ nationes in lege naturæ igno
auerunt fornicationem eſſe peccatum. Immo vſq.
dhuc poſſunt fortaſſis eſſe aliquæ adeo agreſtes,vt
utent non eſſe ſecundum ſe, & ſua natura pecca-
um. Ergo furtum grauius peccatũ eſt ex genere
uo,quam fornicatio,cuius rei ſignum eſt,quia ma
ri infamia notatur furtum,quam fornicatio.
Confirmatur hæc Ratio,quia illud eſt peius,cu-
s oppoſitum eſt melius. Sed furtum opponitur
ſtitiæ fornicatio autem temperantiæ. Iuſtitia au-
m præſtantior eſt virtus,quam temperantia. Et
uia furtum expreſſe prohibetur in Decalogo,for-
icatio autem non expreſſe, ſed ſub nomine mæ-
chiæ, quæ propriè ſignificat adulterium.
29 Contraria tamen opinio eſt vera, fornicationẽ
non ſolum ſecundum ſe, & intrinſece eſſe peccatũ,
& contra ius naturæ, vt docet S.Thom.2.2. quæſt.
154 artic.2.in corpore. & ad ſecundum, ſed etiam
grauius eſſe furto ex genere ſuo. Sic S.Tho. 2.2.q.
66.art.6.ad primum,& q.154.art.3.Caie.ibi.Sco-
us 4.diſt.15.q.3.*De ſecundo*.in fi.Sotus lib.5.de iu
ſtitia.q.3.ar.3. Michael Salon 2.2.q.66.arti.6.dub.
ltimo,& Petrus de Arragon, ibi.dub.1. Ratio eſt,
uia grauitas peccatorum ſimpliciter deſumi de-
et ex obiecto, & bono, cui peccatum opponitur,
t rectè ſanctus Thomas annotauit: qua ratione
ocent communiter Doctores, homicidium gra-
us peccatum eſſe contumelia, quia homicidium
t contra vitam hominis iam nati:contumelia ve-
contra honorem,vita autem præſtat honori; ſed
rnicatio eſt contra maius bonum ex genere ſuo,
uam furtum:eſt enim fornicatio contra bonum
ominis naſcituri,quandoquidem proles ex forni-
rio concubitu nata, ſi ad rei naturam ſpectes, nec
cte educari, nec commode ali poteſt; furtum au-
m ſolum nocet in bonis externis temporalibus,
ibus multo præſtant vita, & bona educatio,at-
eadeo multo maiora incõmoda ex fornicatio-
,quam ex furto ſequi ſolent, vt experientia con-
at.Eſt igitur fornicatio grauius peccatum ex ge-
ere ſuo,quam ſit furtum.
Dixi, *Ex genere ſuo*,quia interdum in particula-
& in indiuiduo dari poteſt aliquod furtũ grauius
rnicatione,ratione quantitatis furti,aut alicuius
terius circunſtantiæ, vt v.g.furari mille aureos
auius peccatum eſſe poteſt, & eſt communiter,
am accedere ad ſolutam,aut ad aliquam coniuga
m; & furari rem ſacram grauius eſſe poteſt, quã
nplex aliqua fornicatio.
Hinc inferunt prædicti authores, furtum ex genere ſuo eſſe minimũ peccatum eorum, quæ contra præcepta Decalogi fiunt,cum bona, quæ læduntur per furtum,ſint minima bona eorum,quæ prohibemur lædere aliis præceptis, & quia leuius eſt fornicatione ſimplici, quæ ex genere ſuo leuior eſt omnibus aliis.

31 *Ad* Rationem in contrariũ,Reſpondetur, eſſe errorem hæreſi proximum affirmare,fornicationẽ non eſſe intrinſece malã,& contra ius naturæ:quia ex eo ſequitur gentibus ante legem ſcriptã nõ fuiſſe peccatum,nec poſt legẽ paganis,quibus non fuit data lex ſcripta:præterquam, quod vt ſuo loco diximus,omnia præcepta Decalogi ſunt de iure naturę, quorum vnũ eſt,*Non eſſe fornicandum*, & quia fornicatio ex ſe eſt in detrimentum futuræ prolis,& ideo intrinſece mala. Quod vero additur, multos ignoraſſe fornicationẽ eſſe peccatum, qui tamen agnouerunt furtum graue crimen eſſe,ſolũ arguit furti nequitiã manifeſtiorẽ eſſe, non tñ inde ſequitur eſſe maiorẽ fornicatione, malitia enim, quæ in fornicatione latet,maior eſt, vtpote quæ opponitur maiori bono. Neque verũ eſt furtũ maioris eſſe infamiæ, quam fornicatio ſit, abſolute loquendo, cum vt recte docet Sotus vbi ſupra, mulieri honeſtæ prudentius eſt fornicari,quã furari,etiamſi vir propter ſuam corruptam conſuetudinem minoris infamiæ eſſe putet fornicari,quam furari.

Ad confirmationem Reſpondeo primo,quamuis fornicatio proprie & præcipue ſit contra tẽperantiam,eſt tamen etiam aliquo modo contra iuſtitiam,quia nocet proli naſcituræ, cui debetur bona & cõmoda educatio. Secundo, Non eſt neceſſarium, quodcunque opus intemperantiæ,ſed ſatis eſt,vitiũ fornicationis ex genere ſuo grauius eſſe,quam furtum,cum ſit contra maius bonum, puta, contra vitam hominis. Nam iuſtitia eſt præſtantior virtus, quam temperantia, & tamen dari poteſt aliquis actus temperantiæ in particulari, qui ſit præſtantior actu aliquo particulari iuſtitiæ, vt v.g. præſtantior actus eſt obſeruatio caſtitatis, quam vendere rem iuſto pretio: vnde in comparandis virtutibus, aut vitiis inter ſe,ſolum reſpicere oportet virtutes,aut vitia adinuicem abſolute, & actus præſtãtiſſimos,aut peſſimos, vnius, & alterius in genere ſuo,vt videamus,quænam virtus alia præſtantior ſit, aut quod peccatum ex genere ſuo grauius ſit.

Neque ſumenda eſt grauitas,peccati ex maiori vel minori declaratione & expreſſione eius in Decalogo, etenim vitium nefandum leuius eſſet furto, quod non eſt dicendum, cum illud genus peccati non expreſſe prohibitum ſit in Decalogo, vt conſtat.

32 Nona difficultas eſt,An licitum ſit occidere fures,maxime diurnos, de quibus præſumitur, quod ſolum furari velint? Scotus in 4.diſt.15.q.3.§. De ſecundo.docet, huiuſmodi fures non debere ſuſpendi,immo nec id licere iudicibus,nec habere Rẽpublicam talẽ poteſtatem: Ratio eius eſt, quia Deus prohibuit omnem cędem,*Non occides*. Ergo nulla lex humana cõſtituens hominem pro ſimplici furto occidendum iuſta eſt, cũ non liceat inferiori in lege ſuperioris diſpenſare: Deus autem nuſquam in ſacris literis fures diurnos occidi pręcepit,ſed ſolum nocturnum occidi permiſit,vt habetur Exod. 22.poteſt quidem lex humana aliis pęnis eos puni-

re occidere autẽ non põt, niſi in illis caſibus quos excepit Deus, excepit aut multos, ſcilicet, blaſphemum, adulterum, homicidam, & nonnullos alios. Cum igitur fures non ſint excepti ab ea lege niſi ſint nocturni, non erit iuſta lex humana diſponẽs, quod nudus fur, qui non eſt inuaſor, occidatur, *confirmatur* hoc ex S. Aug. lib. 1. ciuit. Dei. cap. 21. aſſerẽte Deum feciſſe quaſdam exceptiones, quibus liceat hominem occidere, ſignificans aliam omnem cædem illicitam eſſe, quæ in lege a Deo excepta nõ eſt. Vnde infert Scotus, quod conſuetudo patriæ, ſecundum quam fures ſuſpenduntur pro ſimplici furto, eſſet tanquam iniqua, & contra ius diuinum abolenda, maxime in l. euangelica, quæ eſt lex mãſuetudinis, & miſericordiæ.

Vnde ex eadem ratione infert non licere modo in nouo teſtamento occidere adulterum, quamuis licuerit in lege veteri, quia, inquit, lex illa reuocata eſt a Chriſto Ioan. 8. iuxta illud Saluatoris ad mulierem in adulterio deprehenſam, *Nemo te condemnauit mulier, neque ego te condemnabo.* & confirmatur. quia peccatum furti multo minus eſt, quam adulterium, vt diximus, vnde Prouerb. 6. dicitur, *Non eſt grandis culpa*], [*quod quis furatus fuerit, furatus enim vt eſurientem impleat animam, deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum. Qui autem adulter eſt propter inopiam cordis perdet animam ſuam*. Si ergo rigor mortis ob adulterium reuocatus ſit multo minus furem ſimplicem occidere licebit.

Secundo probari poteſt hæc ſententia ex l. ſed nouo iure. Cod. de ſeruis fugitiuis. & Auth. vt nulli iudicum. §. pro furto autem. collatione 9. & in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. decernitur fures nõ eſſe pro furtis ſuſpendendos, niſi fuerint famoſi latrones; tales enim ſuſpendi furca iubentur. Dicitur autem latro famoſus is, qui graſſatoris crimen exercet, vt inibi expreſſum eſt. Item & ille, qui furari cõſueuerit, Confirmari poteſt, quia pęna debet proportionari culpæ, ſed vita hominis multo pretioſior eſt rebus exterius. Ergo iniuſtum eſt hominem pro rebus temporalibus occidere.

Alexander de Ales par. 3. Summæ. q. 47. memb. 4. art. 3. Non negat eſſe in Republica occidendos fures, docet tamen regulariter fures ſuſpendendos non eſſe, ob rationem inæqualitatis damni, quod eſt inter ablationem rerum tẽporalium, & amiſſionem vitæ, vnde addit ſuſpendi poſſe, & debere ſolum fures nocturnos, quippe quia de eis præſumitur quod veniunt ad occidendum, & fures diurnos, qui armati procedunt, & occidere parati ſunt, ne cõprehendantur, & fures a iudice ſignatos, & cauteriatos, & ſemel, vel ſecundo, & tertio deprehenſos in furto: & latrones ſeu viarum aggreſſores; alios autẽ fures occidere non licet. Sotus etiam in lib. 5. de iuſtiti. q. 3. ar. 3. ad tertium ſatis ęgre fert, quod fures ſimplices ſuſpendantur; Vnde inuehitur in Baldum. in d. l. Sed nouo iure. qui voluit fures ſuſpendi debere pro ſimplici furto ter repetito aut pro vno ingenti, quod tribus æquipollet, affirmãs Baldi ſniã, in cauſa fuiſſe huius ſupplicii. Vnde ſolus vult pro ſimplici aut geminato furto, ſi non ſit, magnum, fures ſolum flagellis cædi, aut aures perforari, aut ferro inuſtos relegari, pro trino vero, aut pro vno enormi ſuſpendi poſſe.

Communis tamen & vſu recepta opinio eſt licitum eſſe occidere fures pro vno inſigni furto, vel pluribus repetitis. Quam ſniam tenent iuriſper. i in d. l. Sed nouo iure. vbi Baldus, & Paulus de Caſtro, & alii, quos refert Couar. Inter Theologos autem eam tenent Ioan. Maior. in 4. diſtin. 15. q. 27. art. 4. Gabriel. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 15. ar. 3. dub. 1. Ioan. Medina. C. de reſtitut. quæſt. 4. Ioan. Driedo. lib. 1. de libert. eccleſ. cap. 10. folio mihi 11. Alphonſus a Caſtro. lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 6. Franciſcus a Victoria. relect. de Homicidio nu. 11. Didacus Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 9. num. 7. Mich. Salon 2. 2. q. 66. art. 6. Controuerſia 4. Petrus de Aragon. ibid. in fin. & Dominicus Banes. d. lib. 1. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. dub. 1. nu. 7. & Grego. de Valent. to. 3. diſput. 5. q. 8. punct. 1. Ratio eſt, quia lex aliqua iuſte ſtatui poteſt, vt interficiantur perturbatores Reipublicę, & pacis inter ſubditos, vt conſtat, Sicut in corpore humano abſcinditur pars inſanabilis, & nocens aliis, ſed multiplicantes furta, aut cõmittentes furtum inſigne, Rempublicam perturbant, & bono cõi admodum pernitioſi ſunt. Ergo iuſte pro conſeruatione boni cõmunis feruntur leges, quibus fures ſuſpendũtur.

Et certe cum iam plurimum creuerit hominum malitia, nec ita multum curant homines alias pœnas, immo vix quidẽ timore mortis retrahuntur fures ab hoc crimine, merito pœna mortis pro furtis imponenda venit, vt hac ſaltem ratione, quantum fieri poteſt, bono communi conſulatur, & ditiſſimorum comprimatur audacia.

Confirmatur hæc ratio, quia vt docet S. Thom. 2. 2. q. 66. ar. 6. ad ſecundum ex S. Auguſt. tracta. 50. in Ioannem, & Exod. 21. iuſte occiduntur, qui furantur ex eccleſia, vel ex publico ærario, propter malitiam, & grauitatem talis delicti. Sed interdum furta ex priuatis domibus, quæ non habent illas circunſtantias loci ſacri, vel publici grauiora ſunt, maiuſque damnum communitati inferunt. Ergo pro illis iuſte occiduntur.

34 *Illud* vero obſeruandum eſt, quod cum tota ratio, quare fures punire, & etiam ſuſpendere liceat, ſit bonum commune, & damnum proximo illatum, conſequenter non niſi cum magna prudentia, & maturitate in hac re procedendum erit. Neq; enim qui egeſtate oppreſſus, & non ex malitia furatur, aut qui modicum quid auferret, ſtatim morte plectendus erit: Vnde oportet iudices moderate procedere, legumque rigorem pro delicti, & perſonæ qualitate nonnunquam tẽperare, Quæ ratio fuit & eſt, quod in aliquibus locis furta mediocria prima vice verberibus, ſecunda vero, aurium perforatione, aut manuum, aut frõtis aduſtione, tertia autem, vel ſi ſit inſigne furtum, triremium indefeſſo labore, aut morte ipſa, puniãtur. In qua re nihil certi ſtatui poteſt, ſed leges, & conſuetudines loci, & prouinciæ ſeruandæ ſunt, & cum prudentia, & maturitate executioni mandandæ.

35 *Quæ* vero a Scoto in contrarium afferuntur, facile dilui poſſunt, falſum namque eſt, omnem cædem in illo Decalogi præcepto, *Non occides*, prohiberi, vt latius ſuo in loco expoſuimus. Solum namque prohibetur occiſio illa, quæ & contra rationem, & contra iuſtitiam committitur.

Non eſt autem contra iuſtitiã, immo iuri diuino & rectæ rationi conſentaneum eſt, vt aliquando fures occidantur. Etenim ſicut dicitur, *non occides*, hoc eſt, innocentem, & iuſtum, ita etiam dicitur, *Maleficos autem non patieris uiuere.* Exod. 22. Recta etiam ratio, & iuſtitia non ſolum legalis ſed etiam particularis dictat, vt ita tales puniantur, vt ſic Reſpublica, & ciues ſeruentur indemnes, id quod publica poteſtas maxime ſpectare debet, iuxta illud pſalm. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem omnes operantes iniquitatem.* Vnde etiam intelligi debet S. Augu. eo modo videlicet, illicitam eſſe omnem cædem, excepta illa, quam Deus, & recta ratio docet, & declarat faciendam eſſe; docet autem recta ratio, vt malefici occidantur ad conſeruationem pacis, & communis boni Reipublicæ, vt expreſſe teſtatur ibidem San. Aug. li. 1. ciui. c. 21. cum dicat: *non contra præceptum illud, non occides, eſſe iuſta bella, aut leges, quę ſecundũ RATIONIS imperium ſceleratos morte puniunt.*

26 *Ad ſecundum* Reſpondeo, quod pro varietate temporum, & locorum, variæ leges in diuerſis locis, & prouincijs contra fures latæ ſunt, variaq. ſupplicia excogitata, & ſtatuta, creſcente nimirum hominum malitia.

Sic enim apud Gẽtiles in quibuſdam prouincijs pro notabili furto, aut multis repetitis ſuſpendebãtur, in alijs fur manebat ſeruus domini rei acceptæ, vt refert Aullus Gellius lib. 11. Noctium Atticarũ. c. vlt. de Romanis: Immo & apud Ægyptios fur efficiebatur ſeruus, vt colligunt nonnulli ex illo Gene. 44. vbi cum diſpenſator domus Ioſeph, argueret fratres ipſius de furto ſcyphi aurei, dixerunt illi fratres Ioſeph, Apud quemcunque fuerit inuentum, quod quæritis, moriatur.

Ille autem morem, & conſuetudinem Ægyptiorum ſecutus, non admiſit tale ſupplicium, *ſed apud quemcũque*, inquit, *inuentum fuerit, erit ſeruus meus.* In Lombardicis autem conſtitutionibus per Imperatorem approbatis, ſtatutum eſt, furem pro primo ſimplici furto, fuſtibus puniri pro ſecundo mutilari, pro tertio vero ſuſpendi. Quod etiam in alijs quibuſdam locis obſeruatur. Recte aũt id ſtatutum eſt; Siquidem creſcente contumacia, creſcere etiam debet pœna. Vbi autem primum furtum eſſet inſigne pro eo ſuſpendebatur.

Ad confirmationem reſpondetur, ſupplicium, & pœnam non ſolum dicere ordinem ad culpam delinquentis, verum etiam ad incutiendum timorẽ tam ipſi delinquenti, quam alijs, ne ſimile audeant perpetrari. Qñ igitur fures non retrahuntur a furto per alias pœnas, iuſte ſtatui poteſt ad bonum cõmune, & pacem, & quietem Reipublicæ, nec nõ ad terrorem aliorum, vt qui furtum inſigne cõmittit, vel multa repetit, occidatur. In quo caſu non præferuntur bona temporalia vitæ furis, ſed bonũ, & pax Reipublicæ, & ſalus, tranquillitas, & quies ciuium, ꝗ vitæ hoĩs malefactoris merito p̃ſtat, & pręfertur.

Ex quibus conſtat, quid ad ea, quæ ab Alexãdro Alenſi, & alijs afferuntur, reſpondendum ſit. Illud vero addendum eſt ex Dominico Bãnes, & Mich. Salono vbi ſupra, quod licet expreſſum iure nõ ſit, furem confugientem ad eccleſiam, immunitate eiꝰ non gaudere, vſu tamen communi ſeculari, & eccleſiaſtico receptum eſt, (& merito) quod furibus non valet ad eccleſiam confugere.

Circa hanc autem immunitatem ſciendum eſt, quod licet olim Pius V. in Bulla 2. quæ incipit, *Romanus Pontifex.* anno 1566. & Sixtus V. in alia Bulla, quæ incipit, *Alias Felicis* & eſt 7. eiuſdem in ordine, anno 1585. ſancto zelo ducti, diuerſas facultates, & indulta extrahendi, etiam in caſibus quibuſdam a iure non permiſſis ab Eccleſijs, Monaſterijs Cellis, domibus regularibus, lociſq; ſacris, & Religioſis criminoſos delinquentes compluribus ſecularibus Principibus, eorumq; Curijs, & Magiſtratibus, ſub varijs modis, & formis conceſſerint, prout in illis plenius continetur; Poſtea tamen Gregorius XIIII. in alia conſtitutione, quæ incipit, *Cum alias nonnulli* anno 1591. has omnes ad hanc formam reduxit, vt ſcilicet, *laicis ad eccleſias, locaque ſacra, & religioſa confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumq. graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis eccleſiis, earumue Cemiterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſini, vel hereſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet* Principis *rei immunitas eccleſiaſtica non ſuffragetur: ſed vniuerſis et ſingulis Patriarchis,* Primatibus, *Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum, & Monaſteriorum prælatis, tam ſecularibus, quam cuiuſuis ordinis* Regularibus *diſtricte præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquẽtes ad eorum eccleſias, Monaſteria, domus, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpectiue confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod, iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando a Curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris, & officialibus Curiæ ſecularis abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curent, & faciant, et quilibet eorum curet, & faciat. Ne aũt Curia ſecularis prædicta Miniſtri facultate illos per ſe, & propria authoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur, attributa, & per præſentes reuocata, abutantur, volumus, dictaque authoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſecularis, eiuſque Iudices, & officiales, ab Eccleſiis, Monaſterijs, lociſque ſacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ ab eo authoritatẽ habentis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alias ordinarij ſint, aut nullius diœceſis, aut* Conſeruatores *ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat, Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe epiſcopus, & dictæ perſonæ eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ, & incarcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint, tuncque reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam, ut præfertur, ab eccleſiis, lociſue ſacris, extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit, per* Curiã *ſecularẽ, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque*

riæque ſeculari prædictæ conſignari nec tradi poſſunt, niſi cognito prius per Epiſcopum aut ab eo deputatum, an ipſi uere crimina ſuperius expreſſa commiſerint, tuncq; demum, de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari, quacunque appellatione poſtpoſita conſignentur.

De crimine uero hæreſis cognitio ad forum eccleſiaſticũ tota pertineat, neq. in ea Curia ſecularis ſe quoquo modo intromittat. Sicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſeculares, aut cuiuſuis ordinis uel militiæ etiam ſancti Ioannis Hieroſolymitani regulares, quoquomodo etiam uigore prædictorum priuilegiorũ, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos iuris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant illaſue ab eccleſiis, Monaſterijs domibus, lociſq. ſacris, aut religioſis, etiam in caſib. in hac conſtitutione expreſſis extrahere, abducere capere, carcerare, aut cognoſcere de criminib. ad forũ eccleſiaſticũ pertinentib. alias, quã de iure, & per priuilegia eiſdẽ ordinib. aut militijs conceſſa permittitur, quomodolibet præſumãt. Quod ſi quacunq. dignitate, & authoritate præditus, præmiſſorum aut alio quouis pretextu, quicquam preter, aut contra huius conſtitutionis tenorem attentare preſumpſerit, declaramus eũ ipſo facto, cẽſuras, & pœnas eaſdẽ incurrere, que cõtra libertatis iuris, et immunitatis eccleſiaſtice uiolatores per ſacros Canones, & Conciliorũ generaliũ, noſtrorũq. prædeceſſorũ cõſtitutiones ſunt promulgatæ. Et reuocat alias omnes tã Pij Quinti, & Sixti Quinti, quam quorumcunque aliorum prædeceſſorum ſuorum conſtitutiones quibuſcunq; conceſſas, quatenus huic conſtitutioni in prædictis quouis modo aduerſantur.

Quam conſtitutionem hoc in loco inſerendam cenſuimus, tum quia inſeruit intelligentiæ eorum, quæ de immunitate eccleſiaſtica paulo ante dicta ſunt, tum quia nonnullos ex ignorantia prædictæ conſtitutionis erraſſe cognouimus. Hæc igitur de furis, furtique pœnis dicta ſufficiant.

De Furtis quibuſdam, quæ a particularibus perſonis committi ſolent.

Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *An ſi vxor aliquid occulte a marito accipiat, furti peccatum committat?*

2 *Uxor habens uirum prodigum poteſt ſine peccato contra eius uoluntatem celare aliquid de bonis illis, vt prouideat ſibi ſuiſque de neceſſarijs nec tenetur uiro præcipienti, ut ſibi omnia tradat, obedire.*

3 *An ſi eo ignorante alia bona diſtribuat aut ſurripiat, peccati furtum incurrat, & reſtituere teneatur?*

4 *Quamuis bona ſuper lucrata conſtante matrimonio ſecũdum pleroſque ſint bona utriſque communia, non poteſt tamen uxor notabilem quantitatem occulte accipere ad donandum uel erogandum ſine expreſſa aut præſumpta uiri licentia.*

5 *Cur uxor ad reſtitutionem teneatur, cum pupillus de clam acceptis a tutore non teneatur.*

Quare libera diſpenſatio bonorum communium ad uirũ pertineat, ibid.

6 *Quibus in caſibus procedunt predicta de reſtitutione, & quænam licẽtia cẽſeatur eſſe preſumpta. et n. 7. 8*

9 *An obligatio ſubueniendi pauperi fratri, ſit implenda ſecundum ſtatus decentiam, an tantum ſecundum naturalem neceſſitatem.*

10 *Sicut nec vxor, ita nec maritus poteſt diſtrahere dotem mulieris, aut donationem propter nuptias, & diſtrahens tenetur reſtituere*

Ad ſpecialem ſuſtentationem decentiæ ſtatus ſi fueret, non peccaret, ſi tamen habeat aliunde [illegible] dotem, & donationes ſaluas relinquere tenetur.

11 *De reſtitutione dotis ſiue ſit profectitia ſiue aduentitia quid dicendum.*

12 *Maritus cum ſit adminiſtrator bonorum communium durante matrimonio poteſt ſine vxoris licentia, immo ipſa renitente paulatim inſumere, aut pluries donare pro cultu Dei animæque ſalute eleemoſynas faciendo, &c.*

Bona luxurioſe diſſipata cum mulieribus, ludis, &c. a marito vxori reſtituenda verius docetur contra Martinum Nauar. ibid.

13 *An filius familias aliquid clam ſurripiens de bonis parentum furtum committat, contra expreſſam aut præſumptam voluntatem patris.*

14 *An ſi filius haberet peculium, accipere poſſet [illegible] inuito patre abſque peccato furti.*

15 *Quid ſit peculium, & quotuplex. ibid.*

Peculium Caſtrenſe quid? et quid de illo ſtatuendum?

16 *Quænam bona dicantur peculium quaſi Caſtrenſe.*

17 *Peculium aduentitium quid? de iure communi filius familias acquirit dominium ſeu proprietatem, adminiſtratio autem, & vſusfructus eius pertinet ad patrem niſi remiſerit.*

18 *Peculium profectitium quid? Huiuſmodi bona tam quoad dominium, quã quoad vſumfructum regulariter ſunt patris, ita ut filius inde accipiẽs furtũ committat.*

Quodnam ius habet filius in iſta bona ultra ius in bona patrimonialia.

19 *An ſi filij, & vxores præter caſus licitos aliquid a parentibus, uel curis accipiant cum re uera ſit furtum, ſi pater uel maritus obtineat a ſuperiori edictum quo ſub pœna excõ. percipiatur, ut qui furta cõmiſerint teneantur illa manifeſtare, comprehendantur filij, & uxores.*

20 *An ſi Religioſus aliquid accipiat ex bonis Monaſterij, peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.*

21 *Qui res in magna quantitate accipit ſiue ſit uſu conſumptibilis ſiue non & dederit alicui extra monaſterium, peccat mortaliter, et ad reſtitutionem tenetur tam ipſe quam recipiens.*

22 *Si Religioſus rem alienauerit aut ipſemet ſine licentia aut neceſſitate ulla conſumpſit, non tenetur proprie reſtituere, ut notat Nau. ſed duo in hoc caſu ſunt tenetur.*

Conſtitutio Clementis Pap. Octaui ne quis Religioſus aliquid dare poſſit ex redditib. aut quouis modo ad ipſos uel ad monaſteria pertinentibus cuicunque alteri, etiam ſimplici, & particulari religioſo ibid.

23 *An famuli aut famulæ auferentes de rebus Dominorum aut Dominarum contra eorum expreſſam uel tacitam uoluntatem, furtum committant.*

24 *Quid Chriſtianus ab infideli captus agere poteſt, & tenetur.*

25 *Limitatio Petri Nau. de fuga ſeruitutis cauſa uitandæ ab Authore improbatur.*

26 *De alijs famulis an peccent auferendo aliquid a Dominis ſuis.*

27 *An qui certo ſtipendio promiſit ſeruire uel cauſa diſce*

di officium ſeu artem aliquam ad certum numerum annorum, mort. peccet.
In duobus caſibus putat Author illum peccare, ſi vel ex violatione obligationis ſequatur damnum notabile, vel fugiat abſq. cauſa rationabili etiamſi dominus non inde damnificetur notabiliter.
An ſubditi ſeu vaſalli peccent mortaliter defraudando gabellas, & vectigalia regia.
Communis, & uerior opinio gabellas iuſtas eſſe ſoluendas in foro conſcientiæ etiamſi non exigantur, & teneri ad reſtitutionem qui defraudauerit, contra Nau. & alios.
Probatur ex ſcriptoribus, & rationibus confirmatur ſupradicta opinio.
Soluuntur rationes in contrarium adductæ, & fundamentum Nauarri ſaltem oſtenditur.

QVia hactenus de furto in communi dictũ eſt, vt doctrina hæc clarior, & copioſior reddatur, nonnulla in particulari de quibuſdam furtorum generibus explicanda ſunt. In qua re pro diuerſitate perſonarum, & rerum

PRIMVM DVBIVM eſt, An ſi vxor aliquid occulte a marito accipiat, furti peccatum committat?

Reſpondeo cum Soto li.5.de iuſtitia.q.3.arti. 1. Mar.Na.in Manuali.c.17.num..153.Mich. Salon. 2.2.q.6. arti.3.Petro de Arragona ibidem.Pet.Na. lib.3.de reſt.c.1.p.2.dub.1.nu.66 Coſmo Phil arc. de off.ſacer.p.2.lib.4.ca.19.Lud.Lopez p.2. inſtru. conſcien.c.24.

Quod quotieſcunq; vxor accipit ſibi, aut alteri, ex bonis mariti notabilem quantitatem cõtra eius voluntatem, peccet mortaliter, atq.adeo ſiue ea det cognatis, aut alijs, aut ẽt ea accipiat pro pigmentis, aut ludis aut alia de cauſa, peccat, & ea reſtituere tenetur; Quandoquidem ex bonis proprijs mariti, eo inuito nihil accipere poſſit etiam ad faciendam eleemoſynam regulariter loquendo. Ratio eſt, qa in his bonis rationabiliter, & notabiliter inuitus, & lęſus eſt maritus; & quia vxor in bonis mariti nullam habet diſpenſationis facultatem. Non tamen explicant præfati authores, quomodo attendi debeat hæc materię quantitas, vt conſtituat peccatũ mortale; nec forte commode certa aliqua regula aſſignari poteſt in hac re, qua ſtatuatur, quænam ſit notabilis quantitas, & quæ materiæ paruitas a peccato mortali excuſans.

Illud tamen ex communi conſenſu omniũ annotandum eſt, non eodem modo conſiderari debere materiæ quantitatem ex natura rei, ſicut in extraneo furante, ſed ſecundum qualitatem perſonarũ, ſtatus, diuitiarum, & amoris mariti, & vxoris, & aliarum circunſtantiarum. Siquidem non eſt rationabile, vt maritus velit vxorem ita ſtricte viuere, vt non quandoq.gaudeat cum amicis, conſanguineis, & vtatur ludis honeſtis, & pigmentis, &c.& conſequenter vt poſſit aliqua honeſte, & moderate expẽdere, quę conſideratis omnibus circunſtantijs, non magna videantur. Vbi autem attentis omnibus circunſtantijs iudicatur magna quanitas, peccat mortaliter, nec excuſabit bona intẽtio vxoris, etiamſi ea acciperęt ad eleemoſynam faciendã, cum exinde maritus rationabiliter læſus putetur.

2 Addo tamen cum Angelo in verb.furtum.§.35. Mich.Salon.Petr.de Arrag.Petr.Nau.dub.6.n.86. vbi ſupra, quod ſi vxor habens virum prodigum celauerit de bonis illius contra eius voluntatem, & prohibitionem, vt ſibi, & viro, & filijs prouideat neceſſaria, nullum omnino peccatum committit, nec tenetur viro præcipienti, vt ſibi omnia tradat obedire; tum quia id eſſet dare gladium furioſo; tũ qa vtiliter gerit rem domus ſuæ, & familiæ neceſſitatibus prudenter prouidet, ad quod tenebatur maritus, vnde irrationabiliter inuitus in hoc caſu cenſetur, nec vllomodo læſus eſt, ſed potius commodum inde reportat; atq; adeo in eo caſu perinde ſe habet vxor, ac ſi virum non haberet.

3 Præterquam quod ſi multum creuerit viri prodigalitas, poterit vxor bona ſua, ac dotem retinere, vt ſeruet ſe indemnem, vt communiter tradunt Doctores: poteſt etiam ſi vir, vel filij in peccato exiſtant; aut in periculo aliquo corporali ſint conſtituti, moderate aliquid accipere ad faciendas eleemoſynas, & offerendum pro illis ſacrificium, vt vitent illud damnum temporale, aut vt Deus eos illuminet, & conuertat; ſicut commendatur Abigail 1.Reg. 25. quæ ignorante viro ſuo Nabal multis muneribus placauit Dauidem, vt virũ ſuum ab imminenti interitu liberaret, ex Sylueſt. verbo. eleemoſyna.q.5.verſic.quintum.Ange. eod.§.7.Gabr. in 4.diſt.15.q.3.art.3.dub.2.propoſit.3.Pet. Naua. lib.3.de reſt.cap.1.par.2.dub.6.num.83.Mart.Na. in Man.cap.17.num.153.verſi.quinquageſimoprimo.Mich.Salono.2.2.q.66.ar.3.ad 2.Coſmo Phil. de off.ſacerd.par.2.lib.4.cap.19.Ludo. Lopez par. par.2.inſtruct.conſcien.c. 24.& alijs.

4 SECVNDVM DVBIVM eſt, an ſicut dictum eſt vxor accipiens notabilem quantitatem ex bonis mariti, peccatum furti committit, ita etiam ſi eo ignorante alia bona diſtribuat, aut ſurripiat, peccatum furti incurrat.

Propoſita eſt autem hæc quæſtio tum ad meliorem intelligentiam præcedentis dubij, tum etiam vt hac ratione explicemus, quandonam maritus, aut vxor aliquid accipiendo, aut donando, inſcio, aut inuito altero coniuge peccet, & ad reſtitutionẽ teneatur. Pro præſentis igitur quęſtionis, & ſequentium intelligentia

Notandum eſt, ex communi Doctorum ſententia, quod exiſtentium in coniugio, bona ſunt in triplici differentia; *Quædam*.n.ſunt propria viri, vt ſunt ea, quæ a patre, aut alio ex hæreditate accepit, præter dotem, & donationem propter nuptias; Item ea, quæ propria induſtria, ac labore, vel alias (non concurrerent vxore) collaborando habet, & acquirit.

Quædam ſunt propria vxoris, vt ſunt bona paraphernalia, ideſt quæcunque habet mulier præter dotem, vt ſucceſſiones hæreditariæ, & legata ei, vel donata. *Quædam* verò ſunt communia vtriſque Quia vero non ita conueniunt authores, quænam ſint hæc bona, quæ vtriſque ſunt communia, conſequenter præſuppoſito, quod peccat, vt dictum eſt, auferendo, & donando ea, quæ ſunt bona mariti propria, cum in his rebus vxor nullam hẽat diſpenſandi facultatem; ſicut etiam peccabit maritus ſi inſcia, & inuita vxore auferret, & diſtraheret bona na propria vxoris; preſuppoſito etiam quod vxor inuito, & ignorante marito bona ſua paraphernalia auferens,& diſponens, furtum non committat, nec ad reſtitutionem teneatur, (niſi quando cetera viri bona ad prolem,& coniugem alendam non ſufficerent, tunc enim peccaret diſtrahendo) quia quātum ad hæc bona ſua propria vxor non ſubeſt dominio viri, atque adeo quantum ad illa eſt ſui iuris in diſpenſando, ſola difficultas eſt, quid dicendum ſit de bonis tertij generis, hoc eſt, quænam bona ſint vtriſque communia, & quid in his bonis vxor, aut maritus facere poſſit, hæc enim explicanda neceſſario ſunt, vt ſciamus, quando aliquis coniugum in bonorum iſtorum diſtractione,& ablatione peccet,& qualiter reſtitutio in illis facienda ſit.

5 *Primo* igitur, quamuis in confeſſo ſit apud pleroſque authores *bona ſuperlucrata* conſtante matrimonio eſſe communia ad vtroſque, ſiue a viro, ſiue ab vxore acquiſita ſint, vt notant Gabriel in 4.diſt. 15.quæſt.3.art.3.dub.2.in principio. Sotus li.4. de iuſt.q.7.ar.1.ad 2.verſic. *vtrum autem marito.* Mart. Nauar.in Manuali.c.17.nu.155.verſi. Ad alia quatuor. Couar.lib.3.variar.reſolut.c.19.nu.2. Pet. Nauar.lib.3.de reſti.ca.1.dub.7.nu.93. Ant.de Corduba in ſumma q.125.d.5.& d.6.& q.129.& Lud. Lopez par.2.inſtruct.conſcientiæ.cap.24. & alij Legiſtæ, quos citat Coua. non poteſt tamen vxor ex huiuſmodi bonis communibus aliquam notabilē quātitatem occulte accipere ad donandum, vel ad erogandum in alios vſus ſine expreſſa aut præſumpta ſaltem viri licentia. Sic Gabriel vbi ſupra.dub.2.ꝓpoſi.3. Corduba in ſumma.q.125.d.6. Mart.Naua. & Pet.Naua. vbi ſupra.nume.89.& Lud. Lopez vbi ſupra. Quicquid Palud.in 4.diſt.15.q.3.ar.6.concl. 2.caſu.7.putet licite accipere poſſe tantum, quantū redire debet ad eam, vel ad liberos ſoluto matrimonio? Ratio pro noſtra opinione eſt, quia licet talium bonorum mulier ipſo iure proprietatem habeat, adminiſtrationem tamen ipſa, & vſumfructum eorum viuente marito non habet, ſed maritus, ac proinde aliquid ex illis ſine licentia viri accipere nequit. Deinde quia ante ſolutum matrimonium non poteſt certo ſciri, quantum ad eam pertineat. Non ergo poteſt, vt putat Palud. tantum ſumere, quantum ad eam redire debet ſoluto matrimonio. Cum igitur fructus dotis, ac donationis ꝓpter nuptias ſint communes vtriſque ſi aliquid de facto vxor, vel de prædictis lucris communibus, vel etiam de ipſa dote ſine expreſſa, vel præſumpta viri licentia accipiat, & alicui fortaſſe filio naturali, vel alteri donat præter furti peccatum, quod committit, ad reſtitutionem tenetur tam ipſa, quam qui ſcienter, & cognita veritate donum accepit, Quia vere accepit alienum; Etenim nomine rei alienæ, non ſolum res ipſa, ſed etiam vſusfructus, vel vſus ſolus intelligitur. Vnde licet vxor in hoc caſu rem ſuam, quoad proprietatem accipiat, quia tamen vſus, ſeu vſusfructus tam dotis, quàm bonorum ſuperlucratorum ad maritum tanquam ad caput, & principalem domus gubernatorem pertinet, aliquid ex eis ſine viri licentia ſaltem præſumpta accipiens vere furtum committit,& per conſequens ad reſtitutionem ablati tenetur,

Nec valet, quod obijciunt nonnulli, non teneri ad reſtitutionem, quia non accipit alienum, ſed proprium, ſicut nec pupillus tenetur de clam acceptis a tutore, nec deponens pecuniam, ſi eam occulte acceperit, quia ſuum aufert non alienum. Reſpondetur, enim quod licet accipiat rem ſuam quoad proprietatem, non tamen quoad vſum, aut vſumfructum. Nec ſimilis eſt ratio vxoris, ac pupilli, & depoſitarij, quia licet depoſitarius, & tutor habeat licite vſumfructum, non tamen in vtilitatem ſuam, ſed in vtilitatem pupilli,& deponentis, & inde ex rei ablatione non fit iniuria; At vero vt diximus marito debetur vſusfructus dotis,& lucrorum, in eius gratiam, vt ex illis onera matrimonij ſuſtentet, ac proinde ex ablatione fit ei iniuria, vt conſtat.

Vnde vterque Naua. vbi ſupra,& Ant. Corduba q.125.d.6.in fi.& Lud. Lopez loco proxime citato docent, quod licet vxor magnam dotem viro attulerit, puta, ſummam duodecim mille aureorū, non tamen aut minutatim, aut ſimul, quadraginta aureos ex ſua dote, nutrici, quæ eam lactauit, abſque viri licentia dare poterit, etiamſi ab initio matrimonij 40. dare conſtituit,& dando peccat, & reſtituere tenetur.

Cuius alia ratio reddi non poteſt, niſi quia ad virum tanquam ad caput,& principalem domus gubernatorem pertinet libera diſpenſatio bonorum communium,& dotis, vnde & periculum dotis, & onus ſuſtinendi vxorem ad maritum ſpectat.

6 Intelligendum eſt hoc dictum, Primo procedit quando vxor id facit ſine *expreſſa, vel præſumpta viri licentia*, tunc autem vt notant Gabr.in 4.diſt.15. q.3.art.3.dub.2.prępoſitione.3. Anto.de Corduba in ſumma.q.125.d.6.& Lu. Lopez p.2.inſtru.conſcien.ca.24. iſta licentia cenſetur eſſe præſumpta, quando vxor tantum aſſueta eſt largiri ea quæ iuxta conſuetudinem loci, mulieres coniugatæ reliquę communiter ſolitæ ſunt, vel via eleemoſinæ, vel gratitudinis, ex rebus domeſticis erogare; cuiuſmodi ſunt veſtes iam deſtructæ, atque comeſtibilia iuxta qualitatem, & ſtatum perſonarum, receptumque loci vſum, videntibus id viris, & non contradicentibus.

Quod ſi vxor præter dotem,& arrhas, alia particularia bona attulit, aut ei poſt matrimonium collata ſint pro libito eius diſtrahenda,& diſpenſanda in vſus alios, prout ei libuerit, ſicut pleræque magnatum vxores ſolitę ſunt hæc deſtinata ad ſuos vſus bona habere, tunc talia bona expendere, & alijs largiri licite poterit, dummodo ea non diſſipauerit, vel ad malos vſus conuerterit, nec vllo opus eſt in his mariti licentia, vt præfati Doctores teſtantur.

Secundo procedit, *Niſi ea accipiat, & expendat in vtilitatem uiri*; Nam vxor habens virum prodigum, ac inutilem, ſua male, vel turpiter diſpenſantem, ac ſibi,& liberis non ſatis (vt poteſt,& tenetur) prouidentem ſi aliqua celat de bonis communibus, vt ſibi, & filijs, ac viro prouideat tempore neceſſitatis nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, nec viro prohibenti obedire debet. Sic etiam ſi videt virum crudelem, ac peruerſum, ac ſceleratum, ſi aliqua occulte auferat, vt eleemoſinas faciat, vt Deus illum illuminet,& conuertat, ab omni culpa excuſatur. Sic Gab.4.diſt.15.q.3.artic.3.d.2.propoſitione.3. Ang.verb.eleemoſina.§.7.Palud.5.diſt.15.q.3.art. 6.conclu.2.Pet.Naua.lib.3.de reſti.c.1.p.3.dub.6 num.

nu.85. Lud. Lopez p.2. inſtr. conſcien. ca.24. & alij citati dub.1. Si.n. in hoc caſu accipere poſſit in bonis illis, quæ vtriſque communia ſunt.

Tertio ex An. de Cord. in ſum. q.125. dic.6. Rodrico Suarez in l. quoniam. C. de inofficioſo teſtam. Greg. Lopez in l.8. glo. pen. titul.4. p.5. Soc. conſil. 93. vol.1. quos citat Corduba. & Lud. Lopez par.2. inſtr. conſcien. c.24. in fi. Si vxor non ſola ſuſpicione ducta, ſed euidenter perſpectum habet maritum ſuum in fraudem ipſius vxoris, ſuorumque filiorũ, ſuis parentibus, alijſq; perſonis, ſemel, vel ſæpe in notabili quantitate largitum eſſe, ipſa quoq; citra dubium ſecreto tantundem licite parentibus ſuis, vel filijs ſuis ex alio marito ſuſceptis, via recompenſationis elargiri poteſt, ne filij ex alio marito iſto ſuo iure defraudentur.

Quod intelligendum eſt, quando per recurſum ad inuicem, iurgia; ac notabilia inconuenientia ſecutura timerentur, neque aliter iuſtitiam filiorum tutari poſſet.

Nam deficiente iudice, vel quando per iudiciũ non poteſt quis rem aut ius ſuum habere, ſibijpſi ius dicere poteſt. ex gl. in c. ius gentium. in verb. Sedium, d.1. & facit c. olim. de reſti. ſpolia.

Quarto procedit extra *caſum neceſſitatis*, quod quoties dicitur, intelligendum non tantum de neceſſitate mulieris, ſed etiam viri, liberorum, familiæ, immo extraneorum; quoniam in eorum extrema neceſſitate poſſet, & deberet accipere non ſolũ res mariti, ſed etiam alterius proximi, vt neceſſitati alterius ſubueniat, quando non habet de ſuo ex Gabr. 4. diſt.15. quæſt.3. art.3. dub.2. propoſi.3. Vnde Anto. de Corduba. in ſum. quæſt.125. dicto 9. & Pet. Nau. lib.3. de reſt. c.1. p.2. dub. vlt. nu.160. docent, quod ſi pater, aut mater vxoris egeat, etiamſi non extreme, atque idem de filijs eius alterius matrimonij, teneri vxorem petere licentiam a marito vt illis ſubuenire poſſit, quod ſi eam dare noluerit, nec via iuridica maritus ſine ſcãdalo, rixis aut alijs inconuenientib. adduci poſſit, occulte illos ſuſtentare ex ſuis bonis, vel dotalibus, vel lucris.

Ratio eſt euidens quia parentes & filij ius habẽt petendi alimenta a filia, & matre: Ergo maritus eorum bonorum adminiſtrationem habens, neceſſaria illis exhibere tenetur, computando tamen vxori ex bonis ſuis.

Dum igitur id præſtare non vult, gerit ſua ex parte bellum iniuſtum; Ac proinde non eſt rationabiliter læſus, ſi ab eo occulte auferatur, dum iuridiceſiue incontinenti adduci non poteſt.

Quinimmo quamuis ex iure naturali ſolũ parentes, & filios alere tenemur, non autem fratres, ſi tamen fratres pauperes mulier haberet, & licentiam a viro peteret vt fratribus ſuis ſubuenire poſſet, illeque dare nolit, nec via iuſtitiæ id conſequi poſſet, non videtur a ratione alienum, cum iam maritus iniuſte neget, & irrationabiliter, vxorem occulte miniſtrare poſſe fratribus grauiter indigentib. aut ſecundum rationem ſui ſtatus miſere agentib. qui vel laborare non poſſunt, aut non decet, aliqua ad viuendum neceſſaria; ſaltem id certum eſt, nec eam in hoc caſu, nec accipientes ad reſtitutionem teneri, vt præfati Corduba, & Pet. Naua. locis proxime allatis affirmant.

Non enim credendum eſt leges negare vſum rerum ſuarum vxori in his caſibus, immo nec adminiſtrationem: quin potius concedere videntur, vt indigentibus fratribus ſubueniat, id quod maxime conducit ab bonum commune Reipub. ad bonam gubernationem, & charitatem ſeruandam, & denique ad generis conſeruationem, vt conſtat. Quibus non obſcure conſonat l. Mutus. ff. de iure dotium, vbi dicitur, *Manente matrimonio non perditura vxori ob has cauſas dos reddi poteſt, ut ſe, ſuoſque alat, ut fundum emat idoneum, ut in exilium relegato parenti præſtet alimenta, aut egenum uirum, fratrem, ſororemue ſuſtineat.*

An vero huiuſmodi obligatio ſubueniendi fratri pauperi ſit implenda ſecundum ſtatus decentiam, an tantum ſecundum naturalem neceſſitatem, non ita inter ſe conueniunt authores: quidam enim dicunt faciendam ſolum eſſe ſecundum neceſſitatem naturalem vitæ conſideratis, & facultatib. debentis alimenta, ſic Iacobus de Aretio, & Baldus & alij in l. ſi maritus, ſecunda, ff. ſol. ma. quos refert & ſequitur Palatius Rubeus, & facit quod tradũt Doctorer in c. cum haberet. De eo qui dux. in Mat. quam poll. per adult.

9 Communior tamen & verior opinio eſt faciendam eſſe ſecundum perſonæ qualitatem, & bonorum facultatem. Sic Io. de Imo. in d. l. ſi maritus, & Raphael, & Alex. de Imo. ibidem. & Iaſon in l. quidam cum filium. nu.33. ff. de verbo. obl. & in l. cum hi. §. qui tranſigit, ff. de tranſaction. quos refert, & ſequitur Anto. de Corduba in ſum. q.125. d. vlt. & Pet. Nau. lib.3. de reſt. c.1. p.2. dub. vlt. nu.164. Ratio eſt, quia tenemur alere extraneos, ſecundum naturalem neceſſitatem de ſuperfluis, non ſolum ſtatus, ſed etiam naturæ; cũ ergo peculiaris, & arctior ſit obligatio ad fratrem, conſequens eſt debere eſſe, ſecundum decentiam ſui ſtatus, alioquin nullum eſſet legis beneficium iubentis alere fratrem pauperem. Vnde ſi vxor habet ſufficientes facultates, fratri pauperi iuxta qualitatem, & ſtatum eius, ex huiuſmodi bonis ſubuenire poteſt, & debet.

Quinto addit Gab. in 4. d.15. q.3. ar.3. dub.2. propoſ.3. in alium caſum, in quo vxor de bonis communibus occulte accipere poteſt abſque eo, qđ furtum committat ſ. ſi maritus ad reſtitutionem male ablatorum teneretur, nec induci poſſet ad reſtituendum, aut compelli. Tunc enim, inquit, poterit vxor de bonis viri reſtituere caute tamen, & prudenter quia in hoc vtiliter ageret negotium viri, prouidẽdo animæ ſuæ, ſicut prouidere poſſet corpori eius in infirmitate corporali, ope & auxilio medicorũ, ipſo etiam nolente.

10 Secundo principaliter dicendum eſt, quod ſicut vxor huiuſmodi bona communia ſuperlucrata, hoc eſt, fructus dotis, & donationum propter nuptias (de quibus in primo dicto egimus) ſine viri licentia regulariter diſtrahere, aut auferre nequeat; ita econtra maritus diſtrahens dotem mulieris, aut donatum propter nuptias, tenetur reſtituere, quicquid diſtractum eſt. Sic Gabr. in 4. diſt. 15. q.3. ar.3. dub.2. propoſ.4. & Pet. Naua. lib.3. de reſt. cap.1. par.2. dub.7. nu.92. Quod tamen procedere intelligerem, ſi in expenſis extraordinarijs conſumeret, vel in fraudem illius alienauit. Si enim ad ſpecialem ſuſtentationem decentiæ ſtatus faceret, non peccaret diſtrahendo, cum ſit

omnium adminiſtrator, tenetur tamen ſi habet aliunde, integram dotem, & donationes propter nuptias ſaluas relinquere; Quia cum dos ſit proprium patrimonium mulieris, de qua tenetur vir mulierem, & onera matrimonij ſuſtentare, conſequenter ſoluto matrimonio tenetur maritus, aut hæredes dotem reſtituere; lucratur tamen vir fructus rerum dotalium propter onera matrimonij, q̃ intelligendum eſt, ſi ſuſtinet onera matrimonij; aliàs non, ſed vxori reſtitui debent. Vnde fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinet, dummodo onera matrimonij ſuſtineat, ſic tamen, vt inde ſuppleat mortua capita ex iam natis fœtibus.

11 Quoad reſtitutionem autem huiuſmodi dotis, ſciendum eſt breuiter, quod ſi dos fuerit profectitia, hoc eſt, quę a patre, vel auo, aut eorum nomine, ac eorum bonis datur, ſi mulier præmoriatur, redditur patri, ſi non reliquerit filios, alias de conſuetudine remanet penes liberos. Si vero premoriatur maritus, reddi debet patri, & filiæ, non tamen petere eam poteſt pater, niſi accedente filiæ voluntate. Sin autem dos fuerit aduentitia, hoc eſt, data ab ipſa muliere, vel quocunq; alio a patre, & auo, ſi præmoritur mulier, ad eius hæredem pertinet dos, ſi præmoritur vir, ad vxorem redibit. Et ſi dos in reb. immobilibus conſiſtit, reſtitui debet ſtatim ſoluto matrimonio; Sin in rebus mobilibus, reſtitui debet infra annum a marito, & hoc inquantum facere poteſt, habita ratione, ne egeat. Ponet tamen cautionem, quod ſi ad meliorem fortunam peruenerit, ſoluet reſiduum; & hoc priuilegium trãſit ad filios eiuſdem matrimonij, & non ad heredes extraneos. Poteſt tamen, vt diximus, vir detrahere expenſas neceſſarias, non tamen voluntarias, & voluptuoſas. Et inſuper ſunt obligata mulieri omnia bona viri: nec ea perdit ob delictum viri, ſed propter adulterium perdit eam, & vir eam lucratur. c. plerumq. de dona inter virum, & vxorem. l. conſenſu. C. de repu. & late probat Cou. in epit. p. 2. c. 7. §. 6. Prædicta autẽ de reſtitutione dotis vera ſunt, niſi interueniat pactũ, aut alia ſit loci conſuetudo, aut ſtatutum municipale aliter diſponens: in hoc enim magis ſtatur legi municipali, quam iuri communi.

12 Tertio principaliter dicendum eſt cum Ant. de Corduba in ſumma. qu. 125. puncto. 2. & punct. 5. & Lud. Lopez p. 2. inſtru. conſcien. Quod cum maritus ſit adminiſtrator bonorum communium durante matrimonio, poterit ipſe ſine vxoris licentia, etiam ipſa renitente, via contractus oneroſi ſcilicet emptionis, & venditionis inſumere paulatim aut donare pluries, aut etiam pro cultu Dei, animæq; ſalute, & peccatorum ſuorum remiſſione, eleemoſinas facere, abſque vlla obligatione reſtitutionis, hoc eſt, abſque eo, quod ſic donata, aut inſumpta computentur in medietate ſibi obuentura inde, aut in alijs ſibi debitis bonis; Quia ſic paulatim donando, neque perſentitur iactura notabilis bonorum, neque fit iniuria vxori, vt ſic donatum in ſua parte teneatur vir forte computare. Sin autem plures donationes, licet modicas facere contenderet in vxoris, filiorum, hæredumque eius fraudem, tenetur hunc exceſſum notabilem recompenſando, in ſua parte computare, læſiſque iacturam reſarcire, perinde ac ſi ſemel, ac ſimul totam illam notabilẽ quãtitatem alijs in præiudicium vxoris contuliſſet. Similiter ſi ſupellectilem aliquam in dotẽ allatã, vel aliter vxoris donaſſet, poſt mariti obitum ipſa repetere poteſt in iudicio, & ab eo recupare, cui vir eam vendidit, vel donauit.

Addit autem Mart. Nauar. in Manuali. c. 17. nu. 155. quod ſi maritus bona cõmunia dilapidet, aut etiam acquiſita ex eis conſumat luxu, ſcortationib. aut ludis in notabili quantitate paulatim ſine fraude, non tenetur maritus, aut hæredes eius ad reſtitutionem eorum faciendam, quia maritus eorum adminiſtrator eſt, eaque ſola, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta, cenſentur lucra. Ceterum licet pro dimidio quærantur vxori reuocabilia tamen, ita vt maritus, ad quem ſpectat libera adminiſtratio eorum, poteſt bene vel male illa ſibi, & vxori reuocare, citatque Io. Lup. in Rub. de donat. inter virum & vxor.

Ceterum Petr. Naua. lib. 3. de reſti. c. 1. p. 2. dub. 9. nu. 115. & Lud. Lopez p. 2. inſtru. conſcien. c. 24. q. 7. verius docent ſic luxurioſe diſſipata in notabili quantitate cum mulieribus reſtituenda eſſe vxori a marito, vel hæredibus eius, atque adeo poſſe vxorem ſeruatis conditionibus iuſtæ compenſationis, quas ſupra expoſuimus, tantumdem de bonis mariti defuncti occulte accipere, quantum læſa, & damnificata eſt. Ratio eſt, quia vxor habet dominium & proprietatem ſeu poſſeſſionem talium lucrorum vir autem ſolum habet adminiſtrationem. Ergo ſolum licet ei alienare ex cauſa rationabili, & in quantitate, quæ non præſumatur in fraudem vxoris, oppoſitum enim non adminiſtratio, ſed diſſipatio dicenda. Nam donationes & alia, quę in magna quantitate vir fecit ex communibus bonis, computantur in corpore bonorum, & illius hæredib. detrahuntur. Vnde ſolum donationes illæ notabiles, quæ ex cauſa matrimonij vt ad dotandam filiam, & huiuſmodi fiant, ſunt communicandæ. Vt enim lucra, ita donationes intuitu matrimonij, aliiſq; ſumptus communicari debent, vt Couar. li. 3. variar. reſol. c. 19. nu. 3. & Pet. Nau. vbi ſupra. nu. 116. oſtendunt. De ludo tamen perditis vxori compenſationem dictam facere non licet; Quamuis enim illicitus ille ſit, eſt tamen cõtractus fortunæ, & induſtriæ quo vt perdere, ita lucrari poterat. Vnde ſicut amiſſa, vel lucrifacta in alio contractu oneroſo communia eſſe debent, ita etiam in iſto, vt Ant. de Corduba in ſum. q. 125. punct. 5. Petr. Nau. li. 3. de reſtit. p. 2. dub. 9. nu. 117. & Lud. Lopez p. 2. inſtruc. conſcien. c. 24. dub. 7. & alij docent.

Plura de huiuſmodi bonis communibus traduntur a Summiſtis in verb. Dos. verb. donatio. verbo. eleemoſina. Coua. lib. 3. var. reſol. c. 19. Ant. de Corduba in ſumma. q. 125. & Pet. Naua. & Lud. Lopez vbi ſupra, Hæc autem, quantum ad præſens inſtitutum attinet, dicta ſufficiant.

TERTIVM DVBIVM eſt, An filius familias aliquid clam ſurripiens de bonis parentum furtum committat?

13 Reſpondeo, Filius auferens aliquid notabile a patre contra expreſſam, vel preſumptam eius voluntatem peccat mortaliter, & ad rei acceptæ reſtitutionem obligatur. Sic Gab. in 4. diſt. 15. q. 3. artic. 3. dub. 2. propoſitione 5. Sylueſt. verb. furtum. qu. 11. Sot. li. 5. de iuſt. q. 3. ar. 1. Mich. Salon 2. 2. q. 66. art. 5. & Pet. Arragon ibid. ad 2. S. Ant. p. 2. tit. 1. ca. 15 §. 1.

.1.Mart.Nauar.in Manual.cap.17.num.156.Pet. Naua.lib.3.de reſtit.cap.1.part.2.dub.2.nume.67. Coſm.Philiar.de offic.ſacerd.par.2.lib.4.ca.20.& Ludo.Lopez par.2.inſtruct.conſc.ca.23. Ratio eſt, uia aufert alienũ inuito domino. Res enim parẽ- um alienæ ſunt a filijs quantum ad dominium,& dminiſtrationem,nec in eis aliquod ius competit lijs,quamuis futuram hæreditatem expectent.

Dixi, *ſi aliquid notabile auferat,* Si enim aliquid paruũ acciperet ignorante patre,non erit mortale, uamuis vt dub.1.diximus, modica quantitas non t cenſenda ea, quæ parua diceretur, ſi extraneus cciperet, ſed maior eſſe poteſt iuxta boni viri arbi rium attenta qualitate perſonæ,diuitijs, amore pa entis erga filios,& alijs circunſtantijs. Non enim ſt rationabile, vt pater velit filiũ ita parce & ſtri- te viuere,vt non quandoque gaudeat cum amicis, ognatis ſuis, & aliquid paruum in ludis expendat.

Dixi, *a patre*, quia non ſufficit voluntas matris, um ipſa non habeat adminiſtrationem & diſpen- ationem rerum mariti,neque communium.

Dixi *contra expreſſam aut præſumptam patris uo- ntatem,* Quia ẽtſi eſſet notabilis quantitas,ſi tamẽ ſſet præſumptus conſenſus patris, non peccaret ortaliter: vt v.g. quia ſcit,& tacet,aut ſimilia illi are ſolet,id quod ex conſuetudine vel loci,vel do mus paternæ,vel ex amore alijſque ſignis iudican- dum eſt. Quibus adde ex Mich. Salono vbi ſupra, quod ſi filius haberet patrem crudelem & auſterũ, qui cum commode poſſet, deficeret tamen in hone ſtis & neceſſarijs, poterit tunc filius tentatis urius facilioribus vijs,occulte accipere ſibi neceſſaria ab- que furto. In qua tamen re, ne tanquam in cauſa propria inique iudicet,conſilio prudentis confeſſa- rij vti debet. Quæ omnia maxime procedunt,quan do filius eſt abſens in ſtudijs,& ad honeſta opera ea diſpenſaret,puta eleemoſinam, ludos honeſtos, ad- dit etiam Lopez ſi mulieribus elargiretur; quia ve riſimile eſt,quod licet pater in peccatum filij con- ſentire nolit, non tamen præſumi debet tam auſte- rus,aut rigidus, vt modicum quid nolit eſſe ſic do- natum a filio,quia bene nolunt patres filios ſuos ab ſentes in ſtudijs (& a fortiori peregrinantes) iſta modica ſolitos eſſe donare, aut luſibus inſumere, ut mulierculis elargiri. Immo vero vt ait Petrus Nauar.num.68. ſi filius acciperet de bonis patris t eleemoſinam daret extreme, vel grauiter indi- genti,non peccaret, cum credi probabiliter poſſet patrem ratum habiturum. Si igitur filius familias extra caſus prædictos accipiens aliquid a patre pec- cat,multo magis filius emancipatus,vt præfati au- thores tradunt.

QVARTVM DVBIVM eſt, An ſi filius habe- t peculium, accipere poſſet de illo inuito patre bſq.peccato furti? Pro cuius ſolutione Notandũ t,quod peculium dr̃ quaſi puſilla pecunia,ſeu pa- rimonium puſillum,ff.de pecul.l.depoſiti: Et ad ropoſitum dr̃ id, quod filius familias acquirit vi- ente patre ſub eius poteſtate exiſtens, ſiue illud ac uirat a patre,ſiue aliunde. Et eſt quadruplex,ſcili- et, *profectitium, aduentitium, Caſtrenſe; & quaſi Ca- renſe.* de qua re tractant Summiſtæ in verb. pecu- um.vbi Ang.Sylueſt.Tabiena.S.Anton.par.2.tit. .cap.15.§.1.Mart.Nau.in Man.ca.17.nu.141.& eq.Gab.in 4.diſt.15.qu.3.art.3.dub.2.propoſit.5. Pet.Nau.lib.3.de reſt.c.1.p.2.dub.2.& ſeq.Lud.Lopez.p.2.inſtruct.conſc.c.21.Coſm.Philiarc.de offic.ſacerd.p.2.lib.4.c.20.& Lud.Mol. de iuſt.tom. 1.tract.2.diſp.230.& ſeqq.

15 *Peculium Caſtrenſe eſt,* quod filiusfamilias acquirit in bello aut ratione militiæ, vel quod a patre, aut a matre, vel a quocunque alio donatur eunti ad bellum vel ad militiam ipſam vt ſunt arma,equi,& alia eiuſmodi,vel ad paranda neceſſaria,vel ad ſumptus in militia faciendos,l.Mulier, l.miles & l.caſtrenſe,ff.de caſtrenſi pecul. ſecus autem ſi bonum immobile donetur a parente filio eunti in bellum, hoc enim ad peculium caſtrenſe nõ pertinet,vt habetur l.1.Cod. de caſtrenſi pecul. Secus ẽt ſi quid pater,aut mater donet filio poſtquam e bello reuerſus eſt,nam neque hoc pertinet ad peculium caſtrẽſe.l pater militi,ff.de caſtrenſi pecul.

Item peculium caſtrenſe eſt,quod occaſione militiæ quis acquirit,ſiue hereditas id ſit,ſiue legatũ, aut res donata,bonaque immobilia contineat, vt ſi quis ratione communicationis, quam cum aliquo habuit in bello,aut notitiæ, quã de illo habuit,aut factis ibi ab eo geſtis, aliquid illi relinquat, aut donet,bonum caſtrenſe eſt,l.ſi forte.& l.caſtrenſe.& l.Diuus Adrianus,ff.de caſtrenſi pecul. Et denique quicquid acquirit in militia,aut donatur occaſione militiæ,quod niſi militaret, non acquiſiuiſſet,nec ei donatum fuiſſet,peculium caſtrenſe eſt: ſin verò aliquid militi relinquatur,aut donetur,non intuitu militiæ,quia ſimiliter ei donaret, aut relinqueretur,eſto miles non fuiſſet ad peculium caſtrenſe nõ pertinet,l.ſi militi,l.ſi forte.& l.caſtrenſe. ff.de caſtrenſi pecul. Quod ſi dubium ſit,an aliquid donatum,aut relictum ſit ratione militiæ, tunc ſecundũ Bart.in tract.duobus fratribus, ſi quod donatũ eſt, militiæ,inſeruit tanquam inſtrumentum ad eam aptum,vt ſunt equus,arma offenſiua,aut defenſiua, tunc cenſetur intuitu, ac ratione militiæ donatum fuiſſe,& ad peculium caſtrenſe pertinet, ſi verò ad id non ita inſeruit,vt ſunt pecuniæ, & alia huiuſmodi, præſumendum eſt non fuiſſe donatum intuitu militiæ, atque adeo ad peculium caſtrenſe non ſpectabit. Et quoad hoc peculij genus,in quæſtione præſenti, Dicendum eſt,quod licet filiusfamilias ex eo quod miles ſit,patriam non egrediatur poteſtatẽ,vt habetur,§.filius familias.Inſti. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur,& l. 2.& 3. C.de Caſtrenſi pecul. hoc tamen peculium caſtrenſe ita ad filium pertinet,quoad proprietatẽ, & vſumfructum,& pleniſſimam adminiſtrationem,ad liberam diſpoſitionem,tam ex teſtamento,quam quouis alio mõ,ac ſi paterfamilias eſſet,habeat, nihilq; proinde in eo dependet a patre, ſed teſtari poteſt, & dare eleemoſinam,& ad vota diſponere, vt Doctores communiter docent,& habetur in l.miles præcipua.§.actionem.ff.de caſtrenſi pecul.

Quod tamen intelligendum eſt, dummodo filius familias ſit pubes; alioquin de hoc peculio caſtrenſi teſtari non poteſt,l.vlt.Cod.de teſtam.militis.neque donare aut alio modo alienare etiam de conſenſu patris,vt habetur in §.pupillus.Inſtitu.de inutil.ſtipul.

Quibus addo,quod ſi filius de bonis caſtrenſibus aliquid emat,aut ludendo,vel negociando aliquid acquirat, & lucretur, caſtrenſe peculium efficitur.

l.1.C.de pecul.caſtrenſi.Hoc namque includit libera de illo adminiſtratio, & ſicut damnum peculio cederet,ita & commodum cedere ei debet,& facit ad hoc pater militi.§.ſi ſeruus.ff. de caſtrenſi peculio. Ex quibus ſequitur,quod ſi pater accipiat ſibi, vel alteri aliquid notabile ex his bonis caſtrenſib. aut eorum fructibus, inuito filio, furtum committit & reſtituere tenetur, cum quod alterius ſit,tam quoad proprietatem, & dominium, quam quoad vſufructum accepiſſe conſtet.

16 Peculium quaſi caſtrenſe eſt, quod cum caſtrenſe non ſit, priuilegium tamen caſtrenſis eatenus ſaltem habet,quod iure pleno, etiam quoad vſumfructum, & adminiſtrationem ad filium familias ſpectat.l.cum oportet.in prin.C.de bonis, quæ lib.Auth.presbyteros.1.C.de epiſc.& cle.& l.vlt.C.de inoff.teſt.Intellige,modo ſit pubes,vt ſup.

Talia bona ſunt ea, quæ acquiruntur ex officio publico,vt aduocati.l.aduocatus.C. de aduo.diuer. Medici,Tabellionis,Iudicis, aut profeſſoris alicuius ex ſeptem artibus liberalibus, & longe maiori cum ratione ſcientiæ alicuius ſuperioris, vt Theologiæ Iuris Pontificij,Cæſarei,aut Medicinæ.Et licet Gab.in 4.diſt.15.q.3.arti.3.dub.2.propoſit.5. & Sylu.verb.pecul.1.q.10.in fi. dicant eſſe neceſſarium publicum ſalarium,vnde inferunt, acquiſita a Notarijs communibus,& Medicis, qui non habent ſalaria,& ſtipendia publica, non eſſe quaſi caſtrenſia,verius tamen eſt,quod docent Pet. Nauar. lib.3.de reſt.c.1.par.2.dub.2.nu.68.& Ludo.Mol. vbi ſup.diſpu.231.ſatis eſſe, quod publica cauſa ſit, vt ars,vel ſcientia, vnde licet prædicti non habeāt ſalarium publicum,quod tamen a priuatis pro executione ſuorum munerum accipiunt,ſpectat ad peculium quaſi caſtrenſe,& idem docet Bart. in tracta.de duobus fratribus.nume.9.

Similiter,quæ prędictis hominibus donātur intuitu munerum, quæ exercent,ſpectant etiam ad peculium,quaſi caſtrenſe. Eiuſmodi ſunt libri,qui aduocato,concionatori, aut Medico,a parentibus aut a quouis alio donantur, & equus, qui ad viſendos infirmos medico donatur. Idemque dicendum eſt ſi pecunia ad hæc comparanda donetur, eaque ex tali pecunia comparentur. Item ex Ludo.Mol. vbi ſupra, ſi ad vtilitatem publicam ſtatutum eſſet ſtipendium ei,qui equitare, aut arma exercere doceret iuuentutem, aut alicui alteri ſimili muneri, & facit l.vlt.C.de inoff.teſt.Item ad peculium quaſi caſtrenſe pertinet, quod a Rege, vel a Regina donatur.l.cum multa.C.de bonis, quæ lib.Et quod in palatio,& ſeruitio Regis acquiritur,vt patet ex l.vnica.C.de caſtrenſi. pecul. Item quaſi caſtrenſia bona ſunt,quæ filiusfamilias ex clericali officio acquirit,quod præſtantius eſt, & in maiorem vtilitatem publicam cedit, quam officia aliorū prædictorum, aut quæ ex beneficio eccleſiaſtico ſimplici, aut curato acquirit ex Mart. Naua.in Man.c.17.n.142.ver.tertium.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.21. Pet.Nau.lib.3.de reſt.c.1.p.2.dub.2.nu.68.& dub.3.nu.72.Coſm.Philiar.de off.ſacerd.p.2.lib.4.cap.20.Ludou.Mol.de iuſt.tom.1.tract.2.diſp.138.& diſp.231.quamuis Sylueſter verb.peculium.q.2.cōtrarium ſenſit, dicens id verum ſolum eſſe de beneficijs non curatis, quia acquiſita ex beneficio curato,immo ex ſimplici habente adminiſtrationē putat non eſſe quaſi caſtrenſia citans pro ſe gloſſ.in verb.reſeruari.de off. ord.in 6. de qua re alias agendum erit.E de his etiam bonis poteſt accipere inuito patre: Immo pater, ſi filius ea poſſidet, peccaret mortaliter ab eo accipiendo:ſunt enim illa bona filij, tam quoad dominium quā quoad vſumfructum,vt ex legibus,& Doct.conſtat.

17 *Peculium aduentitium* eſt, Quod neque ex bello, vel officio publico,nec a patre, vel eius cā hēt, ſed aliunde. Quo fit, vt quæcunq; bona filius ſua induſtria,labore,aut fortuna acquirit,aut aliunde,quam a patre,aut intuitu patris ei conferuntur, dūmodo non ſint caſtrenſia,aut quaſi caſtrēſia, ſed vel hæreditario iure a matre,aut auis maternis, vel cōſanguineis,aut amicis,aut quibuſcunq; alijs,aduētitia bona dñr. Idemq; dicendū eſt de bonis quibuſcunque ei obuenientib.intuitu matris, dūmodo caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia non ſint, vt colligitur aperte ex l.cū oportet.& l.quæcunq. C.de bonis,quæ lib.& ex §.igitur.verſi.Qđ aūt, Inſt.per quas perſonas nob.acq.Doctorib.vbi ſupr.Mol. diſp.232.In hoc autem peculio aduentitio de iure cōi filius familias acquirit dominium, ſeu proprietatem,adminiſtratio autem, & vſusfructus eius pertinet ad patrem, quandiu vixerit niſi remiſerit, atque adeo filiusfamilias de his bonis non poteſt quidquam accipere, niſi furando,inuito & ignoto patre.

Sic Doctores initio citati,& patet ex l.cum oportet.& Auth.in ea inſertis.ex l.cum non ſolum.C.de bonis,quæ lib.& ex §.igitur.ver.quid aūt. Inſti.per quas perſo.nob.acqu. Excipitur tñ vnus caſus.ſ.cū is,qui reliquit, & res donauit, cā condōnem appoſuit,ne patri quæreretur vſusfructus:tunc.n.cū illorum bonorum vſusfructus non ad patrē,*ſed ad filium* ipſum pertineat, non peccat filius ea accipiēdo,nec quicq̄ reſtituere tenetur.l.vlt.§.Sin vero patet,C.de bonis,quæ lib.Gl.in Authē.idē eſt.tit.eo. Gab.4.di.15.q.3.ar.3.dub.2.propoſ.5 Mart.Nau. in Man.c.17.n.143.Pet.Nau.lib.3. de reſt.c.1.p.2. dub.3.nu.70.Lud.Mol.de iuſt.to.1.tract.2.diſp.8. & diſp.232.& Coſm.Philiar.de off.Sacerd.pa.2. lib.4.c.20. Item niſi ſuccedat filius vna cum patre in hæreditate fratris, vel ſororis tunc enim vſusfructus partis ſuæ ad filium ſuum ſimiliter pertinebit, ex Mart.Naua.& Gab.locis proxime citatis.Moriente autem patre,etiamſi mater ſuperſtes ſit, aut alij aſcendentes, vſusfructus horum bonorum pertinet ad filium tantum,nec peculium iſtud aduentitium cum alijs fratribus communicare tenetur,vt Doctores communiter tradunt.

18 *Peculium profectitium eſt*, quod ex rebus patris, vel earum occaſione prouenit,hoc eſt,omne quod occaſione patris,vt cauſæ proximæ, vel immediate prouenit vt eſt pecunia, vel res aliqua patris filiofamilias a patre conceſſa,& fructus vel lucrum inde proueniens ſiue acquiſitum,vt v.g. ſi poſſeſſionem a patre datam alteri locat pro certa parte crementi,aut pecunia mercatoris,de qua habet lucrum,quæ ſic proueniunt, erunt profectitia mere, dummodo ſine labore, & induſtria filij accedunt: Nam ſi aliquid acquirat filius ex prædictis bonis labore ſuo, & induſtria, puta perſonaliter colendo agrum, vel negociando cū pecunijs prædictis, lucrum pro parte illa, quæ debetur poſſeſſioni ſine labore,& induſtria aliqua filij,eſt profectitium;

pro parte autem,quæ debetur operationi, & induſtriæ perſonæ,ſeu filij lucrantis,erit potius dicendum peculium aduentitium.

Colliguntur hæc ex Doctoribus ſupra allatis, & §.igitur.verſi.Sancitum eſt.Inſtit.per quas perſon. nob.acq.& l.cum oportet.in princ.iunct.gl.ibi in verb.ex illius ſubſtantia.Cod.de bonis quæ lib.

Et huiuſmodi bona profectitia tam quoad dominium, quam quoad vſumfructũ regulariter ſunt patris,a quo ſunt profecta,ita, vt filius ex illis aliquid accipiens,& retinens,furtũ committit,& ad reſtõnem tenetur,vnde hoc ſolum ius habet filius in iſta bona,vltra ius in bona patrimonialia patris, quòd ſi reliqua bona patris publicentur, iſta tamen non poſſunt,vt patet ex l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff. de dam.infect.Gab.4.diſt.15.q.3.art.3.dub.2.propoſi.5.Sylu.verb.peculium.q. .& Pet.Naua.lib.3. de reſt.c.1.par.2.dub.4.num.74.

Dixi,regulariter,quia quod datur filio a patre in patrimoniũ, vt ſacros ordines ſuſcipiat, & quod datur filio ad nuptias, aut filiæ in dotem, quamuis a patre proficiſcatur,& eatenus cum bonis profectitijs connumerandum ſit,dominium tamen pertinet ad filium,aut filiam,fructuſque inde percepti vſque ad mortem patris,qui ea dona dedit, ad filiũ aut filiam ſpectant,neque ad participationem ſunt adducend .Quæ autem dicta ſunt de peculio profectitio,& aduentitio intelligenda, & limitanda ſunt iuxta ea, quæ dubio præcedẽti de vxore dicta ſunt reſpectu rerum communium, vt recte Gabriel vbi ſupra annotauit.

19 QVINTVM DVBIVM eſt, An ſi filij,vel vxores præter caſus licitos aliquid a parentibus,vel viris accipiunt,cum tunc reuera ſit furtum, ſi pater, vel maritus obtineat a ſuperiori edictum, quo ſub pœna excommunicationis præcipiatur,vt qui furta commiſerint, teneantur illa manifeſtare,cõprehendantur filij,& vxores furantes?

Reſpondeo,ſi in edicto habeatur expreſſe,vt teneantur omnes manifeſtare quantumuis cõiuncti, cõprehenduntur etiam & iſti,quia huiuſmodi ſermone indicatur,eſſe animum & eius, qui inſtat,& ſuperioris illius,domeſticos ẽt obligare: Quod ſi tantum proponantur furantes in genere,nec exprimatur iſta clauſula,non tenentur: Tum quia odia ſunt reſtringenda; Tum quia quando ſolum vtuntur illa clauſula generali,nec adhibetur alia, exprimens coniunctos,quæ potuit,& ſolet aliquando adhiberi,non eſt credendum voluiſſe patrem,aut ſuperiorem eos tam grauiter,& acriter propter hmõi furta excommunicationis cenſura ferire, quamuis in dubio ſecurius & ſalubrius erit abſolutionem petere.Sic Sotus lib.5.de iuſtit.q.3.art.1. Michael Salon 2.2.q.66.art.4.Pet.de Arrag.ibid.Pet. Nauar. lib.3.de reſti.c.1.par.2. dub.5.num. 81. & Ludou. Lopez par.2.inſtruct.conſcien.c.23.in fin.& Emanuel Sa. in Aphoriſmis. verb.excommunicatio.in prin.Tenebitur tamen filius,ſi habeat bona caſtrẽſia,vel alia libera,reſtituere patri non minus quam extraneo;vel aliqua via obtinere remiſſionem a patre,vel ſi nihil horum præſtitit, moriente patre ex parte ſuæ hæreditatis, alijs fratribus accepta compenſare.Similiter vxor,ſi habet bona paraphernalia,vel libera,reſtituere debet viro,ſin minus qñ locus fuerit de ſua do.e,vt Salon vbi ſup.annotauit.

20 SEXTVM DVBIVM eſt, An ſi Religioſus aliquid accipit ex bonis Monaſterij, peccet mortaliter,& ad reſtõnem teneatur? Et quæſtio ſolum eſt de rebus mobilibus; nam de immobilib. res eſt manifeſta, nec ita paſſim occurrere ſolet . De qua re breuiter hæc mihi dicenda videntur.

Primum eſt,Quod ſi res ablatæ non eſſent neceſſariæ,aut ſi eſſent,ſuperior tamen concederet, ſi peteret,peccat mortaliter vſurpando.

Ratio eſt, quia facit contra votum paupertatis exercens actum dominij.Si enim eam accipit,vt ſibi debitam, quaſi ius habeat ad bona communia monaſterij,exercet actum dominij,vt conſtat,cum nulla petita licentia,vt ſuam, vel ſibi debitam rem vſurpat:ſin autem rem illam non vt ſuam, vel ſibi debitam apprehendit:ergo furtum committit, & peccat mortaliter,ſi res notabilis ſit,cum alienum, ſibique non debitum vſurpat, vtroque ergo modo peccat,& reſtituere tenetur,ſaltem ſi res extet. Sic Anto. de Corduba in ſumma.q.109.& Pet.Naua. lib.3.de reſtit.c.1.p.3.dub.3.nu.195. & Io.Azor. lib.12.Inſtit.Moral.p.1.c.11.dub.6.

Secundum eſt,ſi res oblata talis eſſet, quæ neceſſaria cenſetur ad vſum religioſorum priuatorum,vt ſunt cibaria,veſtes,medicinæ,& huiuſmodi, & ſua neceſſitate propoſita, adhuc ſuperior concedere nollet,accipiendo non peccaret, nec ad reſtõnem tenetur.Sic Pet.Naua.vbi ſup.nu.196.

Ratio eſt,q.a ſuperior dare debebat; Cum enim bona illa ſint communia,& pro fratrum neceſſitatibus donata, ſuperior eorum non eſt dominus,ſed ſolum diſpenſator; ac proinde bellum ex parte ſua gerit iniuſtum, vnde poteſt religioſus ea pro neceſſarijs ſuis vſibus accipere abſq. violatione voti paupertatis: Hoc.n.non eſt exercere actũ dominij, aut proprietatis,cum non ex iuſtitia, ſed ex charitate, & religionis inſtituto res debita ſit, ſed vſum rerũ neceſſarium ad victum,& veſtitum habere, qđ voto non repugnat.Sicut enim religioſus inſeruire tenetur Monaſterio,ita etiam Religio & ei de neceſſariis ad vitam ſubminiſtrare tenetur.

21 *Tertium eſt*, Qui res in aliqua magna quantitate accipit,ſiue ſit vſu conſumptibilis, ſiue non cõſumptibilis, & dederit eam alicui extra monaſterium,peccat mortaliter, & ad reſtõnem tenetur tã ipſe,quam recipiens.Sic Anto.de Corduba in Summa quæſtio.109.Pet.Nauar.libr.3.de reſti.capit.1. par.3.dub.3.num.197.& num.198. & Ioan. Azor. tomo.1.Inſtitut.Moral.lib. 12.capi.11.dub.7.Ratio eſt, quia ſic accipiendo & donando ſine licentia ſuperioris furtum committit, & actum dominij exercet, quorum vtrumque illi prohibitum eſt, vt conſtat.

Vnde ſi res extat,tenetur tam ipſe, quam accipiens eam monaſterio reſtituere, cum vterque iniuſte acceperit,& retineat: Si tamen is,qui accepit, bona fide rem illam accepit,putans quod alter dare poterat rem illam,non peccauit accipiendo,ob bonam fidem,ſi tamen res extet, tenetur eam Monaſterio reſtituere,ſin vero res conſumpta ſit,tenetur reſtituere, quantum ex re illa ditior factus ſit, ſeu quantum alias expendiſſet, ſi rem illam non cõſumpſit,vt vterque,hoc eſt,tam Corduba,quam Nauar.vbi ſupra affirmant.

Quoad Religioſum vero notat Nauarrus,quod ſi rem alienauit, aut ipſemet ſine licentia, aut neceſſitate vlla conſumpſit, non tenetur proprie reſtituere; quia reſtitutio fit ex proprijs, non ex alienis. Regularis autem nihil habet proprium, vnde tanquam impotens liber eſt a reſtitutione. Duo tamen in hoc caſu facere tenetur; vnum eſt inducere eum, cui rem donauit, vt reſtituat: Alterum eſt, quod ſi habeat aliquos redditus ex debita licentia, ex ijs reſtituere debet. Quamuis enim horum proprietatem non habeat, vſum tamen a ſe abdicare poteſt, & debet, vt aliquo modo ſatisfaciat. Quib. addo, quod neque de proprijs huiuſmodi reditib. niſi in pios vſus & de Superioris licentia alicui extra Monaſterium dare poteſt, & ſi dederit, recipiēs ad reſtitutionem obligatus erit. Quæ omnia tā de donante, quā de recipiente multo magis vera ſunt poſt conſtitutionem Clementis Papæ VIII. editā anno ſalutis humanæ 1594. 13. Kalend. Iulij, quæ incipit, Religioſæ Cōgregationes. cum titulo. De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta. In qua prohibet, ne quiſquam Religioſus aliquid dare poſſit ex bonis redditibus, aut quouis modo pertinentib. ad ipſos, vel ad Monaſteria, aut perſonis laicis, vel eccleſiaſticis cuiuſcunque ſtatus, & dignitatis, aut cuicunque alteri etiam ſimplici, & particulari Religioſo, vel Superiori, vel Officiali, atque adeo quod laicus, vel clericus ſecularis, aut regularis quicunque rē donatā a quacunq; perſona Regulari vtriuslibet ſexus accipiens, ipſo facto abſque alia ſententia, aut declaratione ad illius reſtitutionē omnibus in vtroque foro teneatur, ita vt reſtitutione ipſa non facta realiter, nec in foro conſcientiæ abſolui poſſit. Quæ reſtitutio facienda eſt non priuatim ei Religioſo, qui donauit, ſed Monaſterio, aut domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta eſt largitio, vel ſi non de eius bonis donatum eſt, Monaſterio, in quo idē Religioſus donans profeſſionem emiſit, nec a quoquam reſtitutionis huius obligatio remitti queat. Religioſi verò, ſeu Regulares vtriuſque ſexus, cuiuſcunque gradus, Ordinis, dignitatis, Congregationis, Societatis, & inſtituti (non tamen Militiæ) fuerit, contrafacientes, omnibus, & ſingulis gradibus, dignitatibus, & officijs obtentis, eo ipſo priuantur, & ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda inhabiles perpetuo, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notati exiſtunt; Et preterea priuationē, vocis actiuæ, & paſſiuę, abſque vllo Superioris decreto, aut miniſterio ipſo facto incurrunt, nec non vltra hmōi pęnas, ēt tanquā Furti, & Simoniæ criminum rei puniendi ſunt; Non obſtantibus quibuſcunque in contrariū. Quæ conſtitutio in libris ſtatutorum Monaſteriorum, Domorum, Ordinum, & Congregationū inſeri debet, & ſaltem quotannis in Capitulis, ſiue Congregationibus cuiuſque earū alta, & intelligibili voce legenda eſt. (Quoad Moniales verò idē ēt ſeruandū eſt, præterquā quod in vernaculū, & vulgarē cuiuſq; Religionis ſermonē conſtitutio hæc vertenda ſit.) Quam conſtōnē poſt ſexaginta dies a die publicationis in Romana Curia factę, vnumquemque citra montes, vltra Mōtes verò poſt quatuor menſes, perinde arctare, & afficere vult, ac ſi cuique perſonaliter intimata fuiſſet. Hactenus Pontificia conſtitutio, quam explicat Fr. Hieronymus a Sorbo Capucinus in Compēdio Priuileg. in verb. Donare.

23 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An famuli, & famulæ auferētes aliqua de rebus dn̄rum, aut dominarū ſuarū, contra eorū expreſſam, vel tacitā voluntatē furtū non committant, & ad reſtōnē teneantur. Poteſt autem difficultas hæc intelligi tū de perſonis ipſis, tum ēt de rebus. Etenim, vt ſupra dictū eſt, homo ipſe ſub alterius dn̄io ita cōſtitui pōt, vt vere ſit poſſeſſio domini, atque adeo qui furaretur ſeipſum, hoc eſt, ſubtraheret ſe a ſeruitio dn̄i, furtū committere videtur, eoque grauius peccare cenſetur, quo rebus temporalibus præſtat. Et quidem licet inter fideles raro admodum ſolet quis in ſeruū vendi, quia tamen ex iuſta cauſa fieri id poteſt, vt conſtat ex iure communi l. 2. ff. de ijs, qui proprios fil. ideo ſi quis Chriſtianus a patre ſuo ad extremā neceſſitatem venditus eſſet, ēt alteri Chriſtiano, licite fugere non poteſt, Ex quo enim iure venditus, factusq; ſit ſeruus alterius, furtū, & iniuriā emptori faceret fugiendo, vt conſtat. Quoad ſeruos autē captos in bello ēt iuſto ex parte capientis (nā ſi bellum ſit iniuſtum, ſecūdum oēs licitum erit fugere) diſtinguendum eſt: vel enim captus eſt ab alio Chriſtiano, & tunc quamuis de iure iuſtam incurrat ſeruitutem, ſi enim durante conflictu occidi poſſet, multo magis in ſeruitutem redigi poterit, cū præclare cum eo agatur mortem pro ſeruitute commutando, vnde eſt illud S. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei c. 15. dicentis, *origo vocabuli ſeruorum inde creditur ducta, quod ij, qui iure belli poſſent occidi a victoribus, conſeruabantur, & ſerui fiebant, a ſeruando appellati.* de conſuetudine tn̄ oppoſitū ſeruatur inter Chriſtianos, atque adeo licite fugere poteſt, etiam ad manēdum in eodem regno, vt latius ſupra expoſuimus, & expreſſe docent Couar. in reg. pecc. par. 2. §. 11. num. 5. de reg. iur. in 6. S. Ant. in Sum. Defecerunt. tract. de reſt. c. 3. Caiet. in Sum. verb. bellum. verſic. Fac ergo. Ioſeph Angles in Florib. 4. ſententiarum. in q. de dominio. art. 2. concl. 2. Pet. Naua. lib. 3. de reſti. c. 2. par. 3. dub. 4. num. 212. Sin autem infidelis ſit victor, ab eoque Chriſtianus captus ſit, tunc quidem ſi periclitetur de fide; (vt communiter contingere ſolet) non ſolum poteſt, ſed etiam periculum illud fugere tenetur. Quo ſane in caſu dominus rationabiliter læſus, & inuitus eſſe non pōt, quādoquidem vnuſquiſque magis æternæ ſaluti animæ ſuæ, quam domini tēporali vtilitati conſulere tenetur. Præterquam quod ex alia cauſa licite fugere pōt; Cum enim Turcæ, & Saraceni ſemper cōtra Chriſtianos bellum gerant iniuſtum, Prouinciaſq; Chriſtianorum tyrannice occupent, conſequenter Chriſtiani ab eis iniuſte ſemper detinentur captiui, ac proinde ſecluſo etiam fidei periculo fugere poſſunt. Huc accedit alia Ratio, quæ mihi efficaciſſima videtur, quia ſcilicet, non minus pretioſa eſt libertas, quam vita naturalis: per ſeruitutem enim inducitur mors ciuilis, & ex conſequenti pretioſior, quam truncatio, aut alia ſimilis pœna corporalis; ſed poteſt quis a carcere fugere, in quo iuſte detinetur ob vitandam mortem, mutilationem, & ſimilia ex Ludou. Lopez par. 2. Inſtruct. conſc. cap. poſt Sanctum Thomam. 2. 2. quæſt. 69. art. 4. ad 2. & alios. Ergo multo magis poterit ad vitandam ſeruitutem, & mortem ciuilem. Siquidē natura ipſa in hoc caſu vnicuique pleniſſimam facultatē li

bertatis conſequendæ conceſſiſſe videtur. Cuius etiam ſnĩæ ſunt Sotus lib.4. de iuſtit.q. 2.art.2.poſt concluſ.3.Couar.lib.1. Variarum reſolutionum.c. 2.num.10. & in reg.pecc.par.2.§.11.nu. 5. de reg. iur.in 6.Dominic.Bannes,2.2.q.40. art.1. dub.penult.Mich.Salon.2.2. tract.de dominio. q.3.art.1. Ioſeph Angles in Florib.4.Sent.q.de dominio.art. 2.concl.pen.Greg.de Val.tom.3. diſp.4.q.16.pun. 3.Lud.Lopez par.2.inſtr.conſc.c. 2. & Pet.Nauar. lib.3.de reſtit.c.1.pa.3.dub.4.nu.200.& ſeq. quicquid Mart.Nau.in Manu.c.17.nu.103. Sylu.verb. furtum.q.6.& verb.ſeruitus.q.3.dicto.2.& alij putent ſic fugiẽtes peccare,& teneri ad reſtõnẽ, quorum opinionem ſupra c.6.refutauimus. In hanc ẽt ſnĩam noſtrã adduci poteſt illud Deut.23. *Non tradas ſeruum Domino ſuo, qui ad te cõfugerit, ſed habitabit in una vrbium tuarũ, ne contriſtes eũ.* Quod vero Petrus Nau.vbi ſupra,nu.201.& 202 hanc noſtrã, & communem ſententiam ita limitet,vt ſolum veram eam eſſe credat,qñ ille,qui fugeret, nõ haberet pecuniam,quia ſe redimeret atque adeo ſi haberet, tenetur vel ſe redimere,vel manere, ea perſuaſus ratione,quia tunc defraudare dominum ſuo debito ſine neceſſitate; Tunc enim non gaudet priuilegio naturæ,quæ ſolum in neceſſitate talem fugiendi facultatem dare videtur, vnde ſicut non licet alienũ accipere niſi in graui,vel extrema neceſſitate, quia ſcilicet aliter neceſſitati ſuæ occurrere poteſt, ita ſi captiuitatem ſuam aliter redimere poteſt, non
25 licebit ei fugere: Hæc inquam limitatio mihi non placet,quia vt capitu.6.latius expoſuimus, ſeruitus hæc,quæ iure gentium introducta eſt, eouſque durare cenſetur, quouſque in domini poteſtate manet,adeo liber cenſetur, ſi commode fugere poterit,abſq. eo,quod ſe redimat,aut pretium aliquod reſtituat. Vnde quamuis in bello iuſto captus ſit, niſi ſuam impignorauerit fidem non fugiendi,licite fugere poteſt, neque ſeipſum,aut aliquod pretiũ domino reſtituere, aut remittere tenetur, quia hoc eſt quaſi priuilegium ſeruorum captorum in bello. Sin autem pactum fecit non fugiendi, aut libere renunciaſſet priuilegio naturali libertatis, puta,quia ſe vendidit in ſeruum, tunc licite fugere nequit,& ſi fugiat,pretium iuſtum domino reſtituere tenetur. Atque ita ſoluitur ratio in contrarium. Eodem modo ſi ſic captus in bello a Turcis alteri venderetur,ab emptore fugere poterit,non enim capiens maius dominium,& ius emptori conferre potuit,quam ipſe habebat, vt recte Ioſeph Angles,& Petr.Nauar.num.209.& alii ſupra annotarunt. Quibus omnibus addo,quod ſi fidelis aliquis captus fuit in bello iuſto ex parte infidelium,quale eſſet ſecundum Nauarrum in Manuali.cap.17.numero 10.verſic.Decimoquinto,& Ludouicum Lopez par.2.inſtruct.conſcien.ca.2. ſi Chriſtiani tempore induciarum,aut pace cum illis conſtituta, infideles adorirentur,& captiui detinerentur,tunc q̃dem fugere poſſunt, ſatis tamen erit reſtituere honeſtam redemptionis mercedem,non perſonã,propter animæ periculum.argument.capitul. Noli. 23.qu.1. Quod ſi aliquis fidelis ſic captiuus ad circumciſionem, vel idololatriam compelleretur, ẽt quocunque iure detentus eſſet, ipſo facto liberatur etiam a reſtitutione.c.Nulla officia.diſti.54.Sylueſt.verb.furtum.q.6. & Lud. Lopez part.2.inſtru. conſc.c.2. Et quæ diximus de perſonis intelligenda ſunt,quæ in ſeruitutem aut bello, vel alio mõdo redactæ ſunt. Sit igitur

26 SEPTIMVM DVBIVM de aliis famulis,An peccent auferendo aliquid a dominis ſuis?

Reſpondeo cũ Gabr. in 4.diſt.15.q.3.art.3.dub. 2.propoſ.6.Martino Nauar.in Manual.c.17.num. 138.Pet Nauar.lib.3.de reſtit.c.1.par.3.dub.6.nu. 220. Peccare mortaliter auferendo aliquid de bonis dominorum ſuorum in notabili quantitate abſque expreſſa,vel tacita eorum licentia, ſiue in victualibus,ſiue in alijs rebus extra caſum extreme, vel grauis neceſſitatis, furtumque committunt,& ad reſtõnem tenentur. Intelligendum autem eſt hoc,quod de victualibus diximus,quando ea auferrent ad vendendum alijs, ſi enim vel pecunias,vel cibaria auferant, quæ non ſunt illis ad victum neceſſaria,eaque venderẽt aliis, procul dnbio furtum committerent. Vnde recte monet Nauarrus vbi ſupra,monendos eſſe famulos a confeſſarijs, vt fideliter res dominorum ſuorum conſeruent, nec eas inutiliter,aut ſuperflue conſummant. Cum enim non proprio labore eas acquiſierint, non poſſunt eas pro libito donare,aut conſumere. Si igitur ſic admoniti ſaltem non ſe emendent, neque a peccato furti, neque a reſtõne immunes erunt. Excipit autem Gabiel vbi ſupra vnum caſum, ſ.ſi reciperẽt aliquid alias ſibi debitum; de quo caſu quid cenſendum ſit c.14.latius expoſuimus.

27 OCTAVVM DVBIVM eſt,An qui certo ſtipẽdio promiſit ſeruire,vel cã diſcendi officium, ſeu artem aliquam ad certum numerũ annorũ,fugiendo a dño ſuo mortaliter peccet? Ratio difficultatis eſt,quia cũ ſe domino iam obligauerit, tenetur ſub mortali ſtare ꝓmiſſis,& cũ fugiẽdo dãnũ notabile dño ſuo inferat, a peccato vix excuſari poterit.

Reſpondeo,cum Pet.Nauar.lib.3.de reſt.cap.1. part.3.dub.7.nu.225.& aliis, quod ſi ex aliqua iuſta,& rationabili cauſa diſcederet,puta, quia dominus nimis auſterus eſt,eumque male tractet, aut nimis parce cibaria præbeat, ita vt vix ſufficiant ad honeſtam ſui ſuſtentationẽ, aut nõ ita bene eũ inſtruat,& artem doceat, aut denique melior atque vtilior longe viuendi occaſio ſeſe offerat, non ſeruiendo,non peccat mortaliter dominum deſerẽdo,neque redire nolenti neganda erit abſolutio.

Ratio eſt, quia non tenetur cum tam notabili ſuo de nouo emergente damno ſtare cõtractui, maxime cum dominus verbis, & promiſſis ſuis non ſteterit. Neq; in his caſibus videtur dominus aut rationabiliter læſus,aut inuitus,ſed ſibijpſi imputet,quod ſeruo neceſſaria non ſuppeditet, aut officium non bene,vt tenetur,doceat. Et a fortiori licitum erit ſeruo fugere, ſi ad malum ſollicitaretur, vt contingere ſolet, quando ſeruus aliquis catholicus domino hæreſi infecto inſeruiret,cui ſeipſum obligauit. Nec de hac re vlla poteſt eſſe difficultas. In duobus vero caſibus putarem peccare:

28 *Primus eſt*,ſi ex fractione obligationis ſequatur notabile damnum domino ſuo, vel quia non inuenit alium,vel in tali occaſione receſſit,quæ ipſum notabiliter dãnificaret, tunc enim mortaliter peccaret,& ſeipſum domino reſtituere teneretur,ſaltẽ in hoc vltimo caſu recitato. Non enim,vt ipſe lucretur, dominũ ſuũ, aut filium tertium damni-

ſicare debet; maxime cum dominus ius habeat ad opera ſua ex vi contractus initi inter ipſos, vt docet Mart.Naua.tom.1.conſ.tit. De ſeruis non ordinandis.in antiq.alias conſ.2.de reſtit.ſpoliatorum.in nou.

Secunda eſt, ſi abſque cauſa rationabili fugiat, ẽt ſi dominus non damnificetur notabiliter. An vero in hoc caſu peccet mortaliter, non ita certum eſt; Quidam enim putant eſſe mortale, quia frangit fidelitatem, & iuſtitiã, quod eſt ex genere ſuo mortale. Ceterum Pet. Naua.vbi ſup.num.226.putat eſſe ſolum veniale, graue tamen; Quia cum dominus non incurrat notabile damnum, vt ſupponimus, nõ tenetur lege iuſtitiæ ſub mortali. Fidelitatem aũt, quæ frangitur ſecluſa materia iuſtitiæ, omnes fatẽtur ad veniale tantum obligare. Quæ ſñia ſatis probabilis eſt, quamuis in hac re confeſſarius magnam adhibere debet diligentiam, vt exquirat cauſas fugæ, & diſceſſus, nec facile in fauorem ſeruorum, qui multoties leuitate ducti dominos ſuos deſerũt, inclinent, eiſque quantum poteſt, reditum ſuadeat. Et cum tria genera ſint ſubditorum, actumque ſatis ſit de ſeruis, qui captiui detinentur contra eorũ voluntatem, & de famulis, qui ſponte ſtipendio ſeruiunt: ſit

29 NONVM DVBIVM de ſubditis, ſeu vaſſallis; ſcilicet, an peccent mortaliter defraudãdo gabellas & vectigalia regia? Et ſermo eſt de gabellis iuſtis: nam de iniuſtis aperte non eſt cõtrouerſia. Angelus in verbo, pedagium.§.6.expreſſe docet, quod licet ſint iuſtæ, hoc eſt, impoſitæ ab habente authoritatem, & iuſta de cauſa & imponentes eas omnia faciant, propter quæ gabellæ impoſitæ ſunt, non tamen tenentur ſubditi in conſcientia illas ſoluere, nec peccant eas defraudando, ſine mendacio tamen & periurio, nec eas reſtituere tenentur, peccant enim propter mendacium, & periurium, non tamen defraudando gabellas. Ratio eius eſt, quia licet quando ponerentur vectigalia per legem præceptiuam, peccaret defraudator: communiter tamen ponuntur per hoc verbum, ſtatuimus, quod quilibet ſoluat, ſub pœna cadendi in commiſſum, ſi aliter inuentus fuerit. Atque ita per hanc clauſulam non adeſt præceptum, quod obligat ad mortale, ſed ſolum, vt eligat ſubditus vnum è duobus, ſ. vel ſoluere gabellas, vel ſubire pœnam illam, ſi deprehenſus fuerit, & id poſt ſñiam. Mar.Nauarr.in Manu.cap.17.nume.201.verſic. Octuageſimoprimo.& num.203.verſic. Octuageſimoquarto.& ca.23.num.54.verſicul. Quinto.huius etiam eſt ſñiæ, vbi docet leges Ciuiles, etiamſi verbo præceptiuo ferantur, non obligare de facto ad culpam mortalem, ſi habeant adiunctam pœnam aliquam temporalem. Ex quo ſequitur, quod cum leges gabellarum, & vectigalium habeant adiunctam pœnam temporalem, & aliàs ſint ciuilis poteſtatis, non obligant in foro conſcientiæ ad peccatum mortale, ſed ad ſolam pœnam illam, vbi acceſſerit Iudicis condemnatio. Ioſeph. Angles in flor.lib.4.ſent.quæſtio.de reſt.vectig.diſſic.4. hanc ſñiam ex parte defendere videtur, citatque Angelum vbi ſupra, & Emanuel Sa, verb.gabella, qui nimis libere de hac re loqui videtur.

30 *Communis* tamen & verior opinio eſt aſſerentiũ gabellas iuſtas ſoluendas eſſe in foro conſcientiæ, & ex natura rei, etiamſi non exigantur, niſi forte eas imponens aperte explicaret, aliquando ſe non velle ita obligare, committereque peccatum furti defraudantes illas, & teneri ad reſtõnem. Sic S.Th. in opuſc.21.in epiſt.ad Duciſſam Brabantiæ, & in c.13.epiſt.ad Rom.lect.1.Gab.in 4.diſt.15.q.5.ar.1.notab.2.& ar.2.concluſ.7 & Pan.& alij communiter in c.Innouamus.de cenſibus. Arch.24.quæſt.3.in c.ſi quis Romipetas.Syluest.verb. Gabella.3.q.5.num.17.circa medium.verſic.Vnde huiuſmodi.& q.8.Tab.verb.pedagium.verſic.Octauo.circa medium.Caiet.verb.vectigal.iniqua.§.1.circa medium.verſic.Iuſtorum autem.Io.Med.C.de reſtit.q.13.Armilla.verb.gabella.n.7.14.& 15.& verb.pedagium.§.vnico. Alphonſ.a Caſt.lib.1.de poteſtate legis pœnalis.c. 10.& lib.2.c.2.coroll.4.ad fi.concl.1.Io.Driedo.lib.1.de libertate Chriſtiana.c.15.Sot.lib.3.de iuſt.q.6.art.7.ad fi.& lib.4.q.6.art.4.Coua.in reg.peccatum.part.2.§.5.num.5.citans ad hoc Bertachinum.in tracta.de Gabellis.Ant.de Corduba in Summa.q.95.Greg.de Val.to.3.diſpu.5.q.6.puncto.5.Pet.Naua.lib.3.de reſti.cap.1.p.3.dub.8.num.229. Petr. de Arragon.2.2.quæſt.62.art.3.Dominicus Bannes ibidem. Michael Salon.de iuſt.tom.2.q.de tributis,ar.2.Lud.Lopez par.2.Inſtruct.conſcient.c.36.& alij, eſtque communis opinio Theologorum, Iuriſtarum, & Summiſtarũ. Quia vero ſententia hæc dura nonnullis videtur, hic eam breuiter probabimus: nam in proprio tractatu latius alibi agemus de hac materia. Probari vero poteſt ex illo Matth.22. R*eddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*. Ex quo loco Diuus Hieronymus, Theophilactus, Euthimius, ex exemplo Chriſti Matth.17.colligunt tributa deberi Principibus & D. Ambr.in ca.5.Lucæ, & habetur 11.q.1.can.Magnum.idem docet.verba D.Hieronymi ſunt Matt.17.Quod ait, Reddite quæ ſũt Cæſaris, Cæſari, i.minimum, tributum, & pecuniã: & quæ ſunt Dei, Deo, Decimas, primitias, & oblationes, ac victimas ſentiamus. Ex cuius teſtimonio habetur vectigalia iure naturali deberi Regibus, & Principibus, ſicut Decimæ in communi debentur miniſtris Eccleſiaſticis.

31 *Ratione* autem idipſum demonſtrari poteſt, quia ius naturæ poſtulat, vt Regibus ſtipendium aliquod pro ſuis laboribus reddatur: nam, vt Saluator noſter, ait, Luc.10. Dignus eſt operarius mercede ſua. Sed Principes miniſtri Dei ſunt, ad Dei honorem, & populi vtilitatem ſeruientes, & pro illo laborantes, quique Rempublicam, & ciues in pace, ac bello conſeruant, & defendunt; atque adeo ſunt veluti Reipublicæ ſerui, & cuſtodes: in pace quidem pro eis laborant in executione iuſtitiæ, vt ſua cuique reddantur, vt nemo alterum lædat, aut alteri iniuriam inferat, ſed omnes tuti ſint, & ſecuri, & vitam quietam & pacificam agant, facile enim potentes opprimerent debiles, & diuites, pauperes deuorarent, niſi Principum cura, & induſtria in pace, & officio continerentur, vt conſtat. Quem Principum laborem tanti fecit Apoſtolus, & tam magnum cenſuit eſſe beneficium, vt propterea pro illis, hoc eſt, *pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt obſecrationes fieri voluit, ut quietam, & tranquillam*, inquit, *uitam agamus*, 1.*Timoth*.2. Ergo pro tã vtili, ac neceſſario Principum labore aliquod eis

tam iure naturali, quam diuino ſtipendium a populo debitum eſſe conſtat. Sunt enim Principes omnes, quamuis ſeculares, paſtores & paſtoris nomine a Deo per Prophetam Ezech. 34. appellatur, paſcunt enim & ipſi gregem, hoc eſt, populum ſibi commiſſum iuſtitia & pace: Iuſtum igitur eſt, vt illi a grege lac, hoc eſt, tributum aliquod ſumant, quo ſe, & illos, per quos iuſtitiam populo miniſtrant, alere poſſint. *Quis enim*, vt ait Apoſtolus, 1. Cor. 9. *paſcit gregem, & de fructu eius non comedit?* In bello etiam laborant defendendo Rempu. ab iniquis inuaſoribus, & uindicando iniurias Reipub. factas ad quæ neceſſarię ſunt opes, & diuitię, vt conſtat. Iuſtum igitur eſt etiam, vt propter hūc tam grauem, & neceſſarium laborem aliquod tributum Principi reddatur. *Nemo enim*, vt ait idem Apoſt. 1. Cor. 9. *Suis ſtipendijs unquam militauit.* Hos omnes, & ſimiles labores alios cōſiderans Apoſt. Rom. 13. ait, *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal.* Quod præceptū ex eo colligit, & infert, quia ſubditi tenentur *obedire Principibus ſuis non ſolum*, inquit, *propter iram* id eſt pęnam, *ſed etiam propter conſcientiam*. Vnde ſubdit, *Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo*, inquit, *omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.* Ex quibus omnibus manifeſtum eſt gabellas, & tributa iuſta iure naturali, & diuino, ipſis Regibus, & Principibus *in communi* debita eſſe, & non ſolum ex legis ciuilis obligatione, vel ordinatione.

Dixi, *in communi*, quia quoad quotam, non eſt iuris naturalis, ſed poſitiui, ſicut in Decimis eccleſiaſticis contingit. Quando igitur quotæ taxatio iuſta eſt, manifeſtum eſt, debitum eſſe ex iuſtitia, non minus, quam quod ex aliquo contractu, & ſeruitute, & labore alicui ex iuſtitia debitum eſſe conſtat.

32 *Hinc* ſoluuntur rationes in contrarium: Ad rationem enim Angeli ex dictis conſtat, tributa, & vectigalia iuſta non deberi ex ſola virtute legis humanæ, aut impoſitione pęnæ, ſed etiam ex iure naturali, & diuino, quo tenentur ciues communes Reipublicæ neceſſitates ex bonis ſuis leuare, lex autem humana ſolum aſſignat quantitatem gabellæ, & modum ſoluendi illam, ſicut ad decimas ſoluendas tenentur fideles iure naturali, & diuino ad clericos ſuſtentandos; lexque humana ſolum quantitatem ſoluendam aſſignat. Atque adeo defraudans gabellas peccatum furti mortalis ex ſuo genere committit, expoliando Principem, aut Rempublicam rebus, in quas ius habet, & conſequenter ad reſtitutionem obligatur, ſicut in alijs furtis: nec poterit, qui illa defraudauit, niſi illa reſtituerit, abſolui, cum non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Vnde falſum eſt leges illas pure pęnales eſſe, & in libera cuiuſque optione relinqui, tributum ſoluere, vel exponere ſeipſum pęnæ ſoluendæ; Sed ſunt leges vere præceptiuæ, quibus præcipitur ſolui tributum; additurque pęna, vt homines, qui vt plurimum formidine magis pęnæ, quam virtutis amore ducuntur, cautiores reddantur, & in illis ſoluendis diligentiores efficiantur.

Eodem modo falſum eſt Nauarri fundamētum, leges. ſ. obligantes ad pęnam eo ipſo non obligare ad culpam, cum lex humana, vel pęna in ea contenta non tollat uinculum, & obligationem iuris naturalis, & diuini ad culpam, vt latius contra Nauar. in materia de legibus expoſuimus. Soluenda autem ſunt vectigalia, vel gabellæ iuxta patriæ, & loci conſuetudinem, aut quando petuntur, aut deferendo merces ſuas ad loca publica conſtituta, in quibus gabellæ manifeſtari, & perſolui exactoribus ſolent. De qua re plura ſuo loco dicemus; Hæc interim de hoc genere furti, & de hoc Decalogi mandato dicta ſufficiant: reliqua vero in materia de reſtitutione explicabimus.

Finis Libri Noni.

DE RESTITVTIONE IN COMMVNI,

Liber Decimus.

Authores qui in hoc Decimo Libro de Reſtitutione tractantes allegantur.

EX *Sanctis Patribus* S. Aug.lib.22.contra Fauſtum Manichæum. c.27. & epiſt.54. ad Macedonium, & in Enchirid.c.73.S.Chryſ.hom. de diuite Epulone. Tertull. lib.de Pęnit.Baſyl.interrogat.271.S.Amb.ad Virginem lapſam.c.8.S.Hieron.in Eſa.3.& epiſt.8.ad Demetriadem,& epiſt.65.ad Pammachium & Oceanum. *Ex Scholaſticis Scriptoribus*. Magiſt.in 4.diſt.15. vbi S.Tho.& in 2.2.q.62.& 3.par.q.85.& 1.2.q.71.Alex. Alenſ.4.par.q.24. Palud.Bonau.in 4.diſt.15.Scot.Richar. Gabr.ibid.Adrian.quodlib.11.diffic.6.Sot.lib.4.de iuſtit.q.6.& 7.Michael Salõ. in 2.2.q.5.& 62. Ioſeph Angles in florib. Guido Carmelita. de errorib.Græcor. Alphonſus a Caſt.lib.18.de hæreſ.verſ.reſt.Mart.Ledeſm.2.4.q.18. Io.Med.C.de reb.reſtitut.Melchior Canus releſt.de pęn.par.4.Pet.de Arrag.2.2.q.62.Dominic.Bannes 2.2.q.69.Greg.de Val.2.2. diſput.5. Caie.in 2.2.q.62.Maior in 4.diſt.15.Pal.4.diſt.15.Argen.ibid.Corduba lib.1.qq. Bachonius 4.diſt.23.q.1.Molina diſp.35.& 36.Vaſquez 1.2.diſp.146.*Canoniſtæ*.in c.ſi res aliena.14.q.6.& in Reg.peccatum,de reg.iur.lib.6.*& Iuriſtæ*.in l.reſtituere.ff.de verb.ſign.& in l.quod ſi minor.§.reſtit.ff.de minorib.Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib.6. & par.2.§.7.& lib.1. Variarum reſol. & Panorm.in c.grauis.de reſt. ſpol.Anch.in reg.peccatum,citans ad hoc Cępolam cautela 10.& Io.Lupus in rubr.de donationib.§.65. & alij.*Summiſtæ*.Sylu,verſ.reſtit.Ang. verſ.reſtit.& verſ.emens.Tab.verſ.eod. Martin.Nau.in Man.c.17.Pet.Nau.lib.de reſtit.Henriquez de pęnit.lib.1.c.6. Lud.Lopez lib.1. Inſtructor. Confeſſorum.Altiſiodorenſ.lib.4.ſuæ Sum.c.de reſtit.Hoſt.in Sum.lib.5.Sum. Aſtenſ.par.1.lib.1.tit.33.S.Anton.p.2.tit.1. Caiet.in Sum.verſ.reſtit.Coſm.Philiarch.to.2.de off.ſacerd lib.6.ſum. Piſanella verſ.reſtit.Eman.Rodriquez par.2.Sum.c.47.Lud.Carbo tract.de reſtit.q.28.Barth. Medina.lib.1.Inſtruct.conſcient.c.14.§.31. Concil. Trid.Seſſ.6.c.14. & Seſſ.14.c.1. Catechiſ.Rom.de Pęnit.Franciſcus a Victor. in releſt. de iure belli,num.51.Franciſc.de Platea.Henriquez lib.13.c.17.Corduba in Sum.q.66.& 131.& alij antiqui & recentiores plurimi.

DE RESTITVTIONE PROOEMIVM.

REſtitutionis materia, cũ ampla ſit, & magnam partem eorũ, quæ in Theologia morali continentur, in ſe cõplectatur, multaſq; difficiles materias, & q̃ões comprehẽdat, ita vt vix aliquo certo ordine, aut breuiter explicari poterit, maiorem diligentiam requirit, & ſtudium, quã vires, ingenijque noſtri imbecillitas patiuntur. Quia tamẽ eius notitia perquã neceſſaria eſt omnib. maxime confeſſarijs vt ſciant, quos ad beneficiũ abſolutionis admittere, quoſque ab eodem repellere debeãt cum iuxta D. Auguſtini ſententiã epiſt.54.ad Macedonium, *Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum*, omnem operam, et induſtriam adhibebimus, vt quæ ab alijs ſparſim, et minus ordinate traduntur, ad certum ordinem, et ad capita quædam principalia reducantur, ex quibus facile vnuſquiſque, qui hæc legerit et intellexerit dubijs, ac difficultatibus omnibus, quæ in hac materia ſuboriri ſolent ſatisfacere poſſit. Hanc materiam tractant DD. Scholaſtici cõ'ter in 4. diſt.15. vbi S.Tho.et 2.2.q.62. et Canoniſtæ in c. ſi res alien. 14. q.6.et in Regul.Peccatum.de reg.iu.lib.6.et Couar.ibid. Sotus.lib.4.de iuſt.q.q.6.et 7.per totum.Summiſtæ in verb.reſtitutio. Adrian. in 4.tract.'de reſtit.Medina tomo 2.C.de reſtit.Martin.Ledeſm.2.4.quæſtio.18.Nau.in Man.c.17.Pet.Nauar.in lib.de reſtit.et alij authores ſparſim.

Diuiditur autem materia hæc in duas partes, *Prima* eſt de ea in communi; *Secunda* eſt de eadem in particulari.

Prima pars iterum in decem tractatus ſubdiuidi poteſt.

Primus erit de natura reſtitutionis, ſeu quid reſtitutio ſit.

Secundus eſt de perſona reſtituente, ſeu quis reſtituere teneatur.

Tertius eſt, de re reſtituẽda, ſed q̄d reſtituẽdũ ſit.

Quartus eſt, quantum reſtituendum ſit.

Quintus eſt, quando fieri debet.

Sextus eſt, vbi reſtitutio facienda ſit.

Septimus eſt, quando fieri debet reſtitutio.

Octauus eſt de modo, quo reſtituendum ſit.

Nonus eſt de ordine in reſtitutione obſeruãdo.

Decimus eſt, de cauſis, quæ tollunt, vel differunt obligationem reſtituendi. De quibus omnibus ſuo ordine diſſerendum erit, vt his abſolutis ad ſecundam partem poſtea deſcendamus.

TRACTATVS PRIMVS DE NATVRA RESTITVTIONIS.

Quid ſit Reſtitutio. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis vox latina apud quos, & quid ſignificet.*
2 *Dominium quid ſit, eiuſque definitionis explicatio.*
3 *Poſſeſſio quid ſit, & quomodo differat a Dominio.*
Definitio reſtitutionis ſecundum quid nominis ſuperius tradita a S.Tho. ſolùm locum videtur habere in reſtitutione rerum externarum, ibid.
4 *Definitio ſecundum quid rei traditur, & explicatur.*
Iuſtitia diſtributiua & commutatiua quem ordinem habent, & cuiusnam actus iuſtitiæ ſit reſtitutio.

1 Reſtitutionis vocē latinā eſſe ſcriptores omnes teſtantur nihilque aliud, ſi vocabuli etymologiā ſpectemus, denotat, q̃ iterata quædam ſtatuitio ſeu poſitio, hoc eſt, iterū rem, vel perſonā in ſuo priſtino ſtatu conſtituere. Sic ſane Cicero, Roma eiectus, ſe reipublicæ reſtitutū dicebat. Vn̄ in l. Reſtituere. ff. de verb. ſign. Reſtitutio, dicitur, in priſtinū ſtatum repoſitio. Quæ nominis definitio, ēt in l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de Minorib. habetur. Quo ēt modo S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 1. reſtitutionem per quid nominis, & cōi quadam ratione, definit, dicens, Reſtituere eſſe iterato aliquē in poſſeſſionem, vel dominium ſuæ rei ſtatuere. Vt enim ex cōi Theologorum, & Iuriſconſultorum ſententia, & conſenſu ſupponimus, licite, & iuſte facta fuit iure gentiū & etiam iure ciuili rerū diuiſio, ita vt nō omnia in cōi poſſideantur, ſed certis hominibus certa rerum dominia competant.

2 Pro faciliori vero definitionis huius intelligētia, explicare oportet, quid dominiū ſit, quid item poſſeſſio, vt ſic apertius demonſtremus qn̄ quis iterato in dominium, vel poſſeſſionem rei ſuæ reſtituitur. Eſt aūt dominiū ius, ſeu facultas propria, libera, & voluntaria vtendi reb. ſibi ſubiectis ad propriam vtilitatē in omnes vſus iure ſibi permiſſos ex Soto l. 5. de iuſt. q. 1. art. 1. In qua definitione, ius ſeu facultas eſt, velut genus, reliquæ differentiæ locum habent. Additur aūt vox illa, (Propria) vt diſtinguatur dominiū a poſſeſſione, ſæpe. n. contingit, vt quis alicuius rei poſſeſſionē habeat, cuius tn̄ dominiū non habet, eo quod nondū habeat rei illius proprietatē: ſed illa adhuc ſit ſub lite. Dicitur (rebus illi ſubiectis) ad differentiam iuris, quod habet vxor in virū, filius in patrē, ſubditus in prælatum, quod nō eſt dominiū, cū non ſit in ſibi ſubiectis. Additur (ad propriā vtilitatē) ad differentiam iuris, quod habent Rex in ciues, Epiſcopus, & prælatus in ſuos ſubditos; quod ius nō eſt proprie dominiū, cū eis ad ſua vtilitatē, & cōmodū propriū vti nō poſſint. Cum. n. in inſtit. de iure perſonarū, homines in liberos, & ſeruos diſtinguantur, ius in liberos non dicitur proprie dominiū: ſed in ſeruos. Princeps. n. quāuis Dn̄s ſit vrbium ac poſſeſſionū, ciuium tn̄ non eſt dicendus proprie Dn̄s, ſed Rex, aut Dux, aut princeps. Immo vero cum dominatu agit in ſubditos, vtendo ſcilicet illis ad ſuam propriam vtilitatem, tyrannus eſt. Quāuis igitur Rex, aut Prælatus ius habeat in ſuos ſubditos, non eſt tamen proprie eorum dominus; id quod Chriſtus illis verbis notauit Matth. 20. Principes gentium dominantur eorū, &c. nō ita inter vos, & Apoſtolus Petrus 1. Petr. 5. hortatur presbyteros & Prælatos, vt non ſint dominantes in cleris: ſed vt forma gregis fiant. Ideo autem ſuperior ius habere dr̄ in ſubditos, quia eis vti poteſt in rem & bonū ipſorum ſubditorum, eoſque gubernat non in bonum ſuum, ſed in bonum ſubditorum. Additur (in omnes vſus) ad differentiam iuris, quod habent vſuarius, & vſufructuarius, qui habent quidem ius in fructus, non tamen habent dominium in rem, quia non poſſunt ea vti ad omnes vſus, vt v.g. qui habet dominium rei, tam fructus, quam ſubſtantiam rei poſſidet, vt Dominus rei ſubſtantiam vel conſumere poteſt, ſi ſit res vſu conſumptibilis, veluti cibus, aut veſtitus, aut rem donare, vendere, locare poteſt, ſi non ſit vſu conſumptibilis, vt domus; vſus autem, & vſusfructus non attingunt ſubſtantiam rei, ſed ſolum fructus, et accidentia rei, vt vſuarius, poteſt quidem fructum tantum ipſemet percipere: ſed alteri non poteſt concedere, vt qui habet ſolū vſum domus poteſt in ea habitare, non tamen pōt eam alteri locare, & qui vſum horti habet, poteſt illud intrare, & comedere fructus, vendere tamē fructus, aut locare hortum nō poteſt, Qui uero habet vſumfructum, poteſt non ſolum fructus comedere, verum etiam, & vendere aliis.

Additur vltimo (iure ſibi permiſſos,) quia pupillus ante ætatem legitimam, etſi rerū dominus, non tamen libere poteſt de re ſua diſponere, non enim donare valet, aut vendere, lege id prohibente ob bonum ipſius pupilli, vnde Gal. 4. dicitur, Quādiu hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo; nō quidem quoad dominium; ſed quantum ad vſum, & ideo ſub tutoribus eſt. Sic cuius bona vinculo primogenituræ obligata ſunt, etſi dominium eorum habeat, non tamen ea poteſt alienare, eo quod lege ciuili prohibitus ſit.

3 Poſſeſſio autem definitur eſſe, ius ortum ex voluntaria, & iuſta detentione rei, per aliquē actum externum iuſta lege firmatum.

Dicitur voluntaria, quia deficiente voluntatis conſenſu, non eſt poſſeſſio, cum homo per voluntatem & liberum arbitrium res poſſideat. Quia vero voluntas hæc aliquo actu externo manifeſtari debet, additur per actum externum, vnde videmus in acceptione poſſeſſionis rei, v.g. domus, aut ciuitatis, tradi claues, aperiri, & claudi ianuas, quo peracto, acquiritur poſſeſſio rei, & ius detinendi rem ſub ſuo dominio, & talis actus iure introductus eſt, vt acquiratur poſſeſſio rei, ex qua poſſeſſione, ſequitur tanquam effectus iuſta illius rei detentio.

Ex quibus conſtat, quā recte definita ſit reſtitutio a S. Thom. vbi ſupra, iterato aliquem in poſſeſſionem, vel dominium rei ſuæ ſtatuere. In poſſeſſionem, ait, vel dominium, quia aliquando reſtitutio fit in ſolam poſſeſſionem, aliqñ vero ita fit in vtrumque, vt ſi fieret in ſolam poſſeſſionẽ, nõ eſſet reſtitutio. Vt v.g. furatur Petrus equum a Ioanne, qui equum illum conduxerat, tenetur Petrus equũ illum Ioanni reſtituere, & tunc ſolum reſtituit illum in poſſeſſionem, & vſum, quem habebat, non in dominium, cum Ioannes non fuerit dominus. Si vero quis reſtituat rem, quam domino furatus eſt, & ignorante domino rem illam ſuam eſſe, latro diceret, accipe rem hanc, & illa vtere, ſed illam non vendas, aut diſtrahas, hoc caſu latro cõſtitueret illum in poſſeſſione, nõ in dominio, cum dominium ſit ad oẽm vſum, & ideo nõ bene reſtitueret hoc modo, cũ debeat verus Dñs, & poſſeſſionem, & dominium rei ſuæ recipere. Et quamuis in hoc caſu Dominus ille nunquam rei illius dominium amiſerit, & conſequenter hoc modo ſufficienter in dominium, & poſſeſſionem rei ſuæ poſitus ſit, vere tamen hoc modo reſtituendo non habet dominium actuale ſuæ rei, ſed illud impeditũ habet, cum ignoret rem illam ſuam eſſe, & reſtituens liberum vſum eius rei hoc modo prohibeat.

Quis ergo ſenſus ſit definitionis ipſius reſtitutionis, per quid nominis explicatæ, manifeſtũ eſt; Quæ definitio ſolum locum habere videtur in reſtitutione rerum externarum; cum tamen certum ſit reſtitutionem faciendam eſſe non ſolum rerum externarum, ſed etiam internarum, vt animæ, vitæ, famæ & huiuſmodi; ideoque definitio altera, quæ, quid rei ſit, explicet, ex eodem S. Tho. 2.2.q. 62.ar.1. & alijs tradi ſolet in hunc modum.

4 Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quo damnum proximo datum reficitur, ſeu quo quis in locum, vel ius rei ſibi debitæ reſtituitur. Sic S. Tho. vbi ſupra. Sotus 4. de iuſt. q. 6. art. 1. Nau. c. 17. num. 6. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 15. pag. 231. col. 4. Medina. C. de reſtit. in prin. Gab. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 1. Not. 3. Petr. Nauar. lib. 1. de reſtit. c. 2. nu. 1. Quæ ſane definitio melior, & eſſentialis eſt, & ita explicari poteſt.

Dicitur (actus iuſtitiæ) Quia cum iuſtitia ſit virtus vnicuique tribuens, quod ſuum eſt, ex Iſid. lib. 2. c. 9. etymolog. reſtitutio huius virtutis actus eſt, vt conſtat.

Dicitur (commutatiuæ,) vt enim Theologi cõmuniter tradunt, iuſtitia æqualitatem rei ad rem conſtituit, adeo vt iuſtitia omnis neceſſario dicit ordinem, & reſpectum ad alterum, nihil enim eſt ſibi ipſi æquale, ſed alteri, quod eſt dicere, iuſtitia ordinat hominem in comparatione ad alium. Triplex autem reperitur ordo, ſcilicet partium inter ſe, totius ad partes, & partium ad totum, & ſic triplex eſt iuſtitia, legalis, diſtributiua, & commutatiua. legalis ordinat partes ad totum, diſtributiua ordinat totum ad partes, commutatiua verò partes inter ſe ad æqualitatem reducit. Legalis dicitur virtus generalis, & ab Ariſt. 5. Ethic. 1. dicitur tota virtus, quo ſenſu dici ſolet, iuſtitia in ſeſe, virtutes continet omnes; commutatiua vero, & diſtributiua dicũtur iuſtitiæ particulares. Cum enim reſpublica omnis ſit corpus quoddam ciuile & myſticũ, ſicut in corpore naturali, quælibet eius pars duas habet habitudines, vnam ad aliam partem, aliam vero ad totum corpus, ad quod omnes partes ordinantur, ita in republica, vnuſquiſque ciuis duas habet habitudines, & reſpectus, vnam ad alios ciues particulares, ſeu conciues, alteram ad totã Rẽp. & communitatem. Vnde habet duplex debitũ, ex quo duplex orta eſt iuſtitia, vna communis, & generalis, quæ omnes ciues ordinat in bonum commune; Altera particularis, quæ vnum ciuem ad alium ordinat. Illa dicitur communis ſeu generalis tum ex parte obiecti, quia ſcilicet habet pro obiecto bonum commune; tum ab effectu, quia munus eius eſt dirigere omnes virtutes, & actus earum in bonum commune; vt verbi gratia, fortiter agatur in bello propter bonum commune patriæ, vt abſtineatur a toto alieno propter bonum, & pacẽ Reipub. Sicut charitas dicitur virtus generalis, & communis, quia dirigit omnes virtutes in bonum Diuinum, quod eſt proprium ipſius obiectum, & quia idem finis eſt, & obiectum huius virtutis communis, & omnium legum, ſcilicet ciues dirigere in bonum commune & præſcribere omnia in hunc finem, merito iuſtitia legalis appellatur.

Diſtributiua vero, & commutatiua iuſtitia, quę ſunt iuſtitiæ, & virtutes particulares, inter ſe differunt, quia illa diſtribuit, & ordinat totũ ad ſuas partes, vt contingit in diſtributione, quam facit Rex, aut Reſpublica in ciues particulares, ſecundũ merita eorum; Commutatiua vero ordinat homines inter ſe, ſecundum quod conſtituit ęqualitatẽ inter perſonas priuatas; Vnde cum reſtitutio adhoc, vt legitima ſit, fieri debeat ſecundum æqualitatem rei ad rem, ſiue res ſublata ſit per iniuriam inuito domino, vt in furto, & rapina, ſiue illo volente accepta, vt in mutuo, depoſito, venditione, aut alio contractu legitimo, vt verbi gratia qui furatus eſt decem, reſtituere debet decem: & qui accepit mutuo 30. reſtituere debet 30. recte definitur reſtitutio actus iuſtitiæ commutatiuæ.

Additur (quo damnum proximo illatum reficitur) ſiquidem ſicut quis poteſt multipliciter damnificari, ſecundum quod multiplicia bona iniuſtè ei poſſunt adferri, ita multiplex eſt reſtitutio. Denique additur (vt ius rei debitæ reſtituatur) quia propriè non eſt reſtitutio, niſi vbi eſt debiti ratio. Reſtitutio enim non eſt ſimplex donatio, nec ea, quæ fit ex gratitudine animi pro beneficio accepto, cum iſta fiant gratis, & non ex debito.

Vnde in l. plus eſt. de verb. & rerum ſign. dicitur; (Plus eſt, quod habetur in reſtitutione, quam in exhibitione) Quia reſtituitur debitum, exhibetur autem, & quod non debetur; & quod exhibetur poteſt accipi ſine dominio, aut libera facultate ad omnẽ vſum: quod vero reſtituitur, recipitur cum plena facultate, & dominio, quæ particula notanda eſt propter eos, qui donationibus gratuitis putant ſe ſatisfacere debitis, & laboribus ſuorum, & de reſtitutionis definitione hactenus.

Qualiter differant ſatisfactio, & reſtitutio. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, & ſatisfactio pro eodem promiſcue vſurpantur, & in iure canonico idem ſignificare videntur.*

2 Qua-

Quænam ſit inter hæc differentia ſecundum Scotum.
Tam ſatisfactionem, quam reſtitutionem ad commutatiuam iuſtitiam pertinere docent S. Tho. & alij ibi.
3 *Reſtitutio proprie ſumpta a ſatisfactione, quæ eſt pars tertia pænitentiæ, diſtinguitur.*
Licet aliquando concurrant, poteſt vna ſine altera reperiri.
4 *Satisfactio fit homini, & Deo, reſtitutio non item.*
5 *Per reſtitutionem non remittitur peccatum, ſed ſolũ a peccato ceſſatur, per ſatisfactionem pęna remittitur.*
6 *Reſtitutio non eſt pars pęnitentiæ, ſed præambulum, ſatisfactio autem confeſſionem ſequitur.*
Satisfactio fit in Purgatorio, reſtitutio non item.

Ratio difficultatis eſt, quia promiſcue pro eodem ſumi ſolent ſatisfactio, & reſtitutio, immo etiam & in iure canonico idẽ ſignificare videntur hæc duo; ſiquidem Greg. IX. in c. ſi culpa de iniu. & dam. dato. iubet tam pro dãno dato, quam pro iniuria, ſatisfactionem fieri, ſignificans hoc ſatisfactionis nomen non ſolum comprehendere ſatisfactionem pro iniuria, ſed etiam damni illati reſtitutionem. Conſtat autem ſatisfactionem eſſe pænitentiæ partem, qua ſatisfacimus Deo pro offenſa in eum commiſſa, inter Deum vero & nos iuſtitia commutatiua non reperitur, cum nihil æquale reddere poſſimus Deo, vnde Ariſt. 8. Eth. c. vlt. ait Dijs, & parentibus æquale reddi non poſſe, ſuperius autem oſtenſum eſt reſtitutionẽ actum eſſe iuſtitiæ commutatiuæ, quæ conſtituit æqualitatem ſecundum rem cum altero.

In hac re Scotus 4. diſt. 14. q. 2. in hoc differre docet reſtitutionem a ſatisfactione, quod reſtitutio ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ, ſatisfactio vero actus iuſtitiæ punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, conſtituit enim Scotus pænitentem ſolum vt reum, ſed etiã, vt iuſtitiæ Dei miniſtrum, vindictã de ſeipſo propter commiſſum peccatum ſumentem, & carnem vigilijs, ieiunijs, & alijs huiuſmodi operibus puniens ei iuxta illud D. Aug. lib. de vera, & falſa pęnit. c. 8. & refertur de pęnit. diſt. 3. c. pęnit. 2. Pęnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe.

Nihilominus tñ S. Th. 3. p. q. 85. art. 3. quem ſequuntur Sot. lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 1. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 1. dub. 15. concl. 4. Nau. in Man. c. 17. nu. 6. Petr. Nau. lib. 1. de reſtit. c. 2. nu. 22. & alij recentiores docent vtramque, i. tam reſtitutionem, quam ſatisfactionem ad iuſtitiam commutatiuam pertinere: de reſtitutione res clara, & certa eſt ex dictis; de ſatisfactione probari poteſt, quia afficere aliquem iniuria idem eſt, ac illi rem auferre. vnde ſatisfacere ei pro iniuria illata, eſt actus iuſtitiæ, ſicut rem ablatam illi reſtituere eſt actus iuſtitię cõmutatiuæ, ita ẽt Deo pro peccatis & offenſis ſatiſfacere, ſeu Deũ pro illata iniuria placare, quod eſt ſatisfactio, quæ eſt pars pęnitentiæ, ad iuſtitiã commutatiuam pertinebit. Quia vero poſt cor pęnitẽs, & contritum, nihil corporeum Deo gratius reddere poſſumus, quã corporis caſtigationẽ, inde cõſequi ſolet in vero pęnitente punitio corporis, ut ſic Deo pro offenſa meliori, quo poſſumus modo, ſatisfaciamus, prout S. Aug. vbi ſupra docet, ſatiſfactio igitur per ſe primo dicit æqualitatẽ iniurię, ideſt, recompẽſationem pro iniuria facta Deo, vel proximo, ſecũdario punitionẽ ſui ipſius denotat.

Solum igitur conueniunt ſatisfactio, & reſtitutio in genere, quia utraque ad iuſtitiam commutatiuam ſpectat.

Immo reſtitutio aliquo modo poteſt eſſe pars ſatisfactionis, quatenus ſatisfactio fit pro iniuria illata Deo: Quia ſicut is, qui furando abſtulit rem proximi, irrogat iniuriam Deo, faciendo contra præceptum eius, ita reſtituẽdo ablatum proximo Deum honorat, & iniuriam recompenſat, vnde late ſumpto reſtitutionis, & ſatisfactionis vocabulo pro eodem ſumi poſſunt.

3 Reſtitutio autem proprie ſumpta, pro redditione bonorum, ſiue numero, ſiue ſpecie, ſiue in æquiualenti diſtinguitur a ſatisfactione ſumpta pro tertia parte pęnitentiæ; *Primo*, ex S. Tho. 4. diſt. 15. q. 1. ar. 5. Quia cũ inæqualitas dupliciter contingere poſſit, vno modo in rebus, & bonis externis, vt dum quis rem alienam occupat; *Alio modo*, in actionibus, & paſſionibus, (voco autem paſſiones, & actiones, iniurias, & damna quæ ſaluti, vel honori aduerſantur) vt cum quis alium per violentiã verberat, aut conuitijs aſpergit, prior modus reſtitutionem exigit, qua in rebus ablatis ęqualitas cõſtituitur, poſterior vero modus ſatisfactionem requirit, vt ſcilicet fiat compẽſatio offenſo, de offenſa commiſſa.

Vnde ſatisfactio proprie non eſt, niſi vbi crimẽ iniurioſum fuit commiſſum: reſtitutio uero etiam eſt, vbi nulla aliquando interueniat ablationis culpa, vt in redditione mutui, uel depoſiti.

Ex qua differentia ſequitur, quod licet aliquando ſatisfactio, & reſtitutio concurrant, poteſt tamen nonnunquam vna ſine altera reperiri. Exempli gratia, latro, qui domum alienam vi, aut furto compilauit, tenetur primo ad reſtitutionem rerũ, quas abſtulit, tunc etiam ad ſatisfaciendum ei pro iniuria illi illata, nimirum petendo veniam aut alia via, in quo caſu utrumque concurrit. Si uero quis nihil auferat, aut rem ita paruam, quæ ex tenuitate, & paruitate materiæ vix furti nomen mereatur, cum tamen cõuitio, aut manuum iniectione iniuria affecit, quamuis nihil reſtituere teneatur, ſatisfacere tamen debet petendo veniam, aut per alia grata, & accepta officia. Qui vero pecuniã creditori debet, quam ab illo mutuatus eſt, reſtituere quidem tenetur, non tamen ſatisfacere, eo quia crimen nullum admiſit, niſi forte poſtea ſit in mora ſoluendi, & hæc differentia præcipua eſt inter reſtitutionem, & ſatisfactionem, ex rebus deſumpta.

4 *Secunda* deſumitur ex perſonis, cui facienda eſt reſtitutio, vel ſatisfactio, nam ſatisfactio fit tum homini, tum etiam Deo, immo maxime fit Deo, reſtitutio autem non poteſt fieri Deo, ſed ſoli homini.

Prima pars probatur, quia licet peccemus in proximum, quem æque ac noſmetipſos diligere tenemur, & proinde aliquo modo ei ſatisfacere tenemur; proprie tamen, & principaliter in ſolum Deum peccatur, vt enim docet S. Aug. lib. 22. contra Fauſtũ Manich. cap. 17. peccatũ definitur eſſe dictum, vel factum, vel concupitum contra legem

Dei, vt latius docet S.Tho. prima ſecundæ, quæſt. 71.artic.6. id quod etiam docet propheta Pſal.50. dicens, Tibi ſoli peccaui,&c.

Nec proximorum offenſæ ſcelera eſſent, niſi Dei auctoritate prohibitæ fuiſſent: Etſi enim lex naturæ obliget, hæc tamen obligatio a Deo eius conditore emanat, ſicut etiam lex humana, ſiquidē Prouerb.8. dicitur; per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Vnde Leu.6.cautum erat, vt qui aliquid vi proximo abſtuliſſet, aut calumniam feciſſet, aut aliquid ſimile commiſiſſet, omnia integra prius reſtitueret, & mox pro peccato Deo arietem immaculatum offerret. Vnde ſatisfactio proprie loquendo fit Deo. Reſtitutio autem ſolum fit hominibus Deo enim nihil in rebus auferre poſſumus, quæ quantūcunque a nobis accipiantur, ſemper in eius poteſtate, & domino manent; Nec ei aliquid reſtituere poſſumus, cum omnia ipſius ſint, nec ei redendo aliquid accreſcit, quia bonorum noſtrorum non indiget. Pſal.15.

5 *Tertia* deſumitur ab effectuum diuerſitate, quia per reſtitutionem non remittitur peccatum, ſed ſolum a peccato ceſſatur, in non detinendo amplius rem alienam inuito domino, per ſatisfactionem autem remittitur peccati pęna, paſſione Chriſti vim noſtris operibus ad ſatisfaciendum exhibente, remiſſa prius culpa per contritionem, & pęnitentiam.

Quarta ſatisfactio eſt opus amici, debet enim fieri ad reparandam amicitiam, quantum eſt ex parte ſatisfacientis, vnde vt docet D.Bonau.4.diſt.15.q.4.art.2.& DD.ibi, ſatisfactio exigit, vt fiat ab homine exiſtente in gratia, & amicitia Dei; quia meritum, & virtus paſſionis Chriſti eſt fundamentū ſatisfactionis noſtræ; opus autem extra gratiam factum, nec meritorium eſt, nec illi accommodatur virtus paſſionis Chriſti, immo etiam quando ſatisfactio fit homini pro iniuria illata, ſatisfaciēs, quantum in ſe eſt, facit, vt in eius gratiam, & amicitiam redeat.

Reſtitutio autem non intendit amicitiam, ſed ſolum æqualitatem, vnde nec requiritur, vt reſtituens ſit in gratia, aut redeat in gratiam eius, cui facit reſtitutionem, ſatis enim ei eſt, quod rem ablatam reſtituat.

6 *Quinta*, Reſtitutio non eſt pars pœnitentiæ, ſed præambulum neceſſarium, vt quis a peccato deſiſtat, non enim digne ad confeſſionem acceditur, neque eſt contritus, qui cum habeat vnde reſtituat, differt illud in aliud tempus, vnde reſtitutio contritionem (quæ ad minus natura eſt prior pœnitentiæ pars) antecedit; Satisfactio autem, quæ fit Deo, eſt veræ pœnitentiæ pars, & actus, vt in Conc.Florent.ſub Eugenio IV. definitum eſt, & confeſſionem ſequitur.

Sexta, ſatisfactio fit arbitrio ſacerdotum, virtute clauium reſtitutionem vero vnuſquiſque ad æqualitatem facere tenetur.

Septima eſt, Reſtitutio non fit in purgatorio, ſed ſolum in hac vita, vel ab ipſomet debitore viuente, vel ab hæredibus eius, ex ipſius mandato, at vero ſatisfactio fit in purgatorio. Vnde fabuloſum eſt, quod dicitur, reſtitutionem quæ fit ab hæredibus, ſimpliciter liberare animam a purgatorio; ſicut etiam falſum eſt animas detineri in purgatorio, quouſque reſtitutiones, quas ſuis hæredibus commendarunt, aut debita, quæ debebant, executioni mandentur. Qui enim è viuis diſcedens ſufficienter prouidit reſtitutionem, præcipiendo hæredibus vt ea reſtituant, & ſoluant, etiamſi hæredes omittant, aut negligant reſtituere, liberabitur è purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, qui exigunt pęnæ debitæ pro aliis culpis, & negligentia ſua in non reſtituendo; Econtra vero ſi culpabiliter omiſit reſtituere, hoc eſt, non prouidit, vt hæredes reſtituerent, cum haberet vnde ſolueret, etiamſi hæredes reſtituant, pro illo peccato, & omiſſione reſtitutionis faciendæ, a pęnis inferni non liberabitur. Sic Adrian.Quod.11.diffic.6.litera V.Sylu.verb. Teſtamentum.2.q.9.Sotus.lib.4.de iuſt.q.6.artic.1.ad 1.in fi. Mart. Ledeſm.2.4.q.18.artic.1.dub.15.concluſ.4.pag.232.col.2.&3. Nau.in Man.cap.17.nu.68. Pet.Nau.lib.1.de reſt.c.2.num.23.& lib.4.c.4.dub.12.nu.75.Henriquez lib.1.de pœn.cap.6.§.1. in annot litera A. & Frat. Mich.Salon in 2.2.q.5.de Dominio.art.5.in prin. & in quæſtione 62. artic.1. in fine, & Gregor.de Valentia in ſecunda ſecundæ, diſputat.5.quæſtio.6.puncto ſecundo; Ludouicus Lopez lib.1.inſtru.confeſ.cap.121.

Ratio eſt, quia contra rectam rationem eſſet, quod quis pro ea culpa patiatur; quæ iam nullo modo eſt in ſua libertate, & poteſtate, & quia hac ratione ſi hæredes nunquam reſtituerent, ſequeretur defunctum nunquam a pęnis purgatorij liberari, quod eſt abſurdum.

Et hoc tanquam certum tenendum eſt, quicquid Angelus in verb.exequutor. nu.23.in fi.docet, animam non intrare cęlum niſi facta reſtitutione, motus ad hoc, ob cap. in literis, de raptorib. Vbi dicitur: *Hæredes moneas, & compellas, vt quibus defunctus per incendium, vel alio modo damna contra iuſtitiam irrogauerat, iuxta facultates ſuas condignè ſatisfaciant, vt ſic a peccato valeat liberari.* Sed Reſpondetur ex Adriano, & Nauarro, vbi ſupra, locum illum eſſe mendoſum, & loco illius ubi dicitur, *ualeat*, quod refertur ad defunctum, legi debet, *valeant*, vt ſic verba illa referantur ad hæredes, vnde in Gregoriana editione, ex Ioann. Andrea poſt Vincent.in margine, legitur *valeant*, vt ſcilicet hæredes eius, qui illi ſuccedunt in hæreditate, reſtituendo damna a defuncto illata, a peccato negligentiæ liberentur. Quod ſi legatur in ſingulari, & referatur ad defunctum, intelligi debet ſolum de auxilio, & ſuffragio tribuendo ipſi defuncto accidentaliter per preces creditorum, quibus bona ſua reſtituuntur. Nec obſtat quod a nonnullis obijci ſolet ex ſancto Auguſtino vbi ſupra, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; quia id intelligi debet, niſi reipſa, aut ſaltem affectu reſtituat, ſi aliter non poſſit, ſi enim cum poſſit non reſtituat, aut ſi non poſſit reſtituere in re, animo ſaltem non reſtituat, in culpa eſt.

Quod reſtitutio ſit ad ſalutem neceſſaria. Cap. III.

SVMMARIVM.

Qui reſtitutionem ad ſalutem non eſſe neceſſariam opinati ſunt, quem locum ſcripturæ allegare ſoleant.

Eraſmus leuis, & inconſtans in materia Reſtitntionis parum Catholicus in hoc errore fuiße videtur.

Argumenta Græcorum dicentium Reſtitutionem non eſſe neceſsariam, quæ tria ſunt præcipue.

Communis Catholica ſententia eſt, Ablatorum reſtitutionem ita eſse ad ſalutem neceſsariam, vt abſque ea nec ſalutem, nec gratiam Dei quis conſequi poſſit.

Reſtitutio non ſolum de iure diuino, ſed etiam de iure naturali.

Reſtitutionem neceſsariam eſse ad ſalutem, probatur ex Patribus, & ratione conuincitur.

Locus vnde erroris anſam arripuerunt nonnulli, duab. expoſitionibus explicatur, quorum ſecunda communior, & textui conformior.

Soluuntur argumenta Græcorum ſuperius adducta, n. 2

Hominem teneri res ſuas exponere, aut donare ad uitandum peccatum proximi, uniuerſaliter uerum nō eſt. ibidem.

QVamuis res hæc apud omnes recte ſentientes certiſſima ſit, quia tamen nōnulli fuerūt, & multi hodie inueniuntur, qui contrarium, ſi non verbis, factis ſaltem affirmant, paucis veritas explicanda eſt, & argumenta in aduerſum allata refellenda. Et quidē reſtitutionem neceſſariam ad ſalutem non eſſe multi olim docuerunt, teſte S. Aug. in Enchir. c. 75. vbi ſcribit, multos fuiſſe ſuo tempore, qui nec pœnitentiam, nec reſtitutionem ſibi neceſſariam fuiſſe exiſtimarunt, etiamſi male, & iniuſte egerunt, dummodo eleemoſinas aliquas largirētur. Qui in ſui erroris defenſionem, ſicut moris eſt hæreticorum Scripturas, & præcipue dictum illud Chriſti Luc. 11. afferebant, dicentis, *Date eleemoſinam, & omnia munda ſunt uobis.* Quo in loco, quāuis Chriſtus Phariſæos rapina plenos eſſe dixerit, nullam tamen in remedium, aut remiſſionem peccati reſtitutionem præcipit, ſed ſolam eleemoſinam, dicendo, *verum tamen quod ſupereſt, date eleemoſinā, & omnia munda erunt uobis.* In quo errore Eraſmus aliquando fuiſſe videtur: Hic enim, vt in omnibus verſipellis fuit, ita etiam in hac re ſatis lubricus, & inconſtans, & parum catholicus erat. Siquidem, vt eco ſcribit Sotus libro quarto de iuſt. quæſtione exta, articulo ſecundo, in annotationibus illius loi, Lucæ 11. hęc habet; Illud annotandum, cū prius eationem rapinæ fecerit, in remedium reſtitutionis mentionem non feciſſe, Tantum pollicetur, elemoſina data omnia fore munda. Et quāuis ſæpius alijs ſententiam mutauerit & varias editiones ferit, vſque ad quartam tamen ſuorum Commen- iorum editionem, nullam huius loci correctio- m adhibuerit; poſtea tamen videns ſe his ver- s ſuſpicionem non paruam erroris Lectoribus is præbuiſſe, in mentem meliorem, & ſaniorem utatus, in quinta editione, hæc verba adiecit: *ed qui iubetur dare in ijs, quibus nihil debet, multo magis iubetur reddere, ſi quid cui debet,* Fuit etiam hic error Græcorum dicentium non eſſe neceſſariam reſtitutionem, (vt referunt Guido Carmelita, de erroribus Græcorum, & Alphonſus a Caſtro li. 18. de hæreſ. in verb. Reſtitutio. & Sot. lib. 4. de iuſti. q. 6. ar. 2.) Qui ēt Authores referunt Sacerdotes Græcos pro furto, rapina, & vſura non iniungere reſtitutionem, ſed ſolum raptorem, & furē oleo ſimplici vngebant, ea tantum pęnitentia impoſita, vt partem eorum, quæ iniuſte acceperunt, ipſimet Sacerdoti, & Eccleſiæ in eleemoſinam darent. Quia vero in ſui erroris confirmationē nōnulla afferunt argumēta, ante oīa quantū valeant, examinandū eſt.

2 *Primum eſt*, quia ad ſalutem ſufficit ſeruare mandata; iuxta dictum Chriſti Matth. 19. *Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata*, enumerando Decalogi præcepta; At nullo Decalogi pręcepto iubemur aliena reſtituere, vt conſtat; ergo neque neceſſaria eſt reſtitutio ad ſalutem.

Secundum eſt, quia nullus peccat rem alienā detinendo, quoties Dominus rei conſentit, aut conſētire debet, prout tradit Scot. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 4. ver. illi autem caſus. Sed ſi quis rem alienam accepit, tenetur Dominus rei conſentire, vt detentor rem illā poſſideat, & teneat, ergo alter reſtituere non tenet Maior patet, quia vt bene deducit Scotus vbi ſupra, illa eſt ratio, quare non tenemur gladium depoſitū reddere ei, qui ſe, vel alium iniuſte interimeret, aut armis reſtitutis Reipub. damnum inferret, quamuis actu elicito Dominus ſit inuitus, & omnino nolens rem ſuā detineri. Minor patet. Quia ex ordine charitatis, plus tenetur homo velle ſalutem, & bonum ſpirituale proximi, quam temporale ſuum propriū. Ergo ſi debitor non vult reſtituere, ne peccet, & amittat bonum animæ, tenetur Dominus conſentire, vt alter rem ſuam retineat.

Tertium eſt, quia ſæpe accidit, vt reſtitutio ſine notabili detrimento famæ, aut corporis, aut familiæ, fieri non poſſit, vt ſi ex reſtitutione rei quis maneat infamatus; aut ſi inde timeatur probabiliter mortem alicui euētură; aut dedecus familiæ. In his & ſimilibus caſibus non eſt neceſſaria reſtitutio; eſſet tamen, ſi reſtitutio eſſet de neceſſitate ſalutis.

3 His tamen non obſtantibus communis, & catholica ſentētia eſt, Ablatorum reſtitutionem ita eſſe ad ſalutem neceſſariam, vt abſque ea nec ſalutem, nec gratiam Dei quis conſequi poſſit. Sic S. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 2. & 4. diſt. 15. q. 2. Palud. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 2. Gabr. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 2. conclu. 1. Sotus 4. de iuſtit. q. 6. ar. 2. Martinus Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 2. in princip. Adrian. in 4. in materia reſtitutionis, in principio. Io. Medina, C. de rebus reſtituen. quæſ. 2. Nauar. in Man. cap. 17. num. 11. Petrus Nauar. lib. primo, cap. primo, & Frat. Michael Salon in 2. 2. q. 62. artic. ſecundo, controuerſia prima. Probatur autem hæc veritas

Primo ex ſacris literis, (vt Roman. 8. *Reddite omnibus debitum, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem honorem nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.*) Vbi omne debitum reddendum eſſe docet, & hoc de neceſſitate, prout vox ipſa, debitum, importat. At vero qui alienum retinet, debitor eſt, ergo reſtituere ſeu reddere tenetur, Tobia. 2. dicitur, *quod cum Tobias magna* [illegible]

Anna vxor eius attulit hædum, vt comederent; Cum vero Tobias vocem balantis hædi audiſſet, dixit: (*uidete, ne forte furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.* Et Ezec. 33. Deus nemini penitentiam ſeu peccati veniam pollicetur, niſi prius pignus, rapinamque reddiderit; Sic enim ait Deus per prophetam. *Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, feceritque iudicium, & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, & in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur.* Ex quo loco ſatis manifeſte colligitur, quam ſit neceſſaria reſtitutio ad ſalutem. Et in ca. 6. Leui. dicitur, *Qui negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniã fecerit, aut quippiam ſimile commiſerit, reddat prius omnia integra, & mox pro peccato arietem immaculatum Deo offerat.* Et latius Exod. 22. neceſſitas hæc reſtitutionis exprimitur, vbi inter alia multa dicitur, *Si læſerit quiſpiam agrum, uel uineam, &c. pro damni æſtimatione reſtituet*, & Zachæus Luc. 19. hãc reſtitutionis neceſſitatem expreſſiſſe videtur, dicens, *Si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.*

4 *Secundo*. Reſtitutio non ſolum de iure diuino, ſed etiam de iure naturali eſt, ſiquidem principium hoc de iure naturæ eſt, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, & *Quod tibi uis fieri, & tu idem alteri facito*, Quod principium lumine naturæ notum, Chriſtus Matth. ſeptimo, confirmauit, & expreſſit, dicẽs *Quodcunque uultis, ut faciant uobis homines, & hoc facite illis.*

Quod etiam præceptum habetur Tobiæ, quarto. Sed nullus eſt, qui bonis ſuis ſpoliari velit, nullus eſt, qui non velit bona iniuſtè ablata ſibi reſtitui. Ergo, qui ea iniuſtè abſtulit, reſtituere tenetur.

Et Cicero libro 1. de Nat. Deor. ait, *Ablata iuſtitia, excellentiſſima uirtute; ſumma ſequatur neceſſe eſt perturbatio, atque confuſio*, & idem author clarius libro tertio, de officijs, ait, *Illud natura non patitur, ut aliorum ſpolijs noſtras facultates, copias, opes augeamus*, & paulo poſt, *Efficit ipſa naturæ ratio, quę eſt lex diuina, & humana, cui parere qui uelit (Omnes autem parebunt, qui ſecundum naturam uiuere uolunt) nunquam committet, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit ſibi aſſumat*, Hæc Cicero. Quibus accedit pulchra Iuriſcõſulti ſententia in l. Nam in hoc natura. ff. de cond. indeb. *Nam hoc*, inquit, *natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento locupletiorem fieri.*

5 *Tertia*, Idipſum docent SS. Patres, vt Sanctus Auguſtinus epiſ. 54. ad Macedon. Vbi ait, *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poteſt, & non redditur, pœnitentia, non agitur: ſed ſimulatur; quod ſi uere agitur, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.*

Quæ authoritas refertur in cap. Si res. 14. q. 6. & idem habetur in Reg. Peccatum. de reg. iur. lib. 6. & etiam hanc eandem S. Auguſt. ſententiam adducit Alex. III. in c. cum tu. de vſur.

Quarto, Ratione hoc etiam conuincitur, Quia ſeruare iuſtitiam eſt de neceſſitate ſalutis; At verò reſtitutio actus eſt iuſtitiæ commutatiue. ergo & rẽ ablatam reſtituere de neceſſitate ſalutis eſt.

Qui enim rem proximi, inuito Domino vel rapit, vel detinet, proximo damnum infert, & contra iuſtitiam facit, & ideo ne in peccato maneat, reſtituere tenetur. Ex his facile ſoluuntur rationes allatæ.

6 Ante omnia verò explicandus eſt locus ille Luc. 11. ex quo nonnulli errandi cauſam acceperũt. Duę vero afferuntur loci huius expoſitiones; Primæ, dicentium vocem illam *Date eleemoſinam, &c.* non affirmatiue, ſed ironice accipi, date eleemoſinam, & omnia munda erunt vobis, vt exiſtimatis: vt ſenſus ſit, Date eleemoſinam, & agite, quæ ſoletis veſtro errore decepti, ſentietis aliquando, quam iniquum id ſit.

Ad cuius rei confirmationem alia loca afferunt, vt Eccleſiaſtes 11. vbi Salomon iuueni opibus, & ætate laſciuo, ait irronice, *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum*, vbi certum eſt non præcipere iuuenibus, vt in voluptatibus, & delitijs ſe exerceant, ſed ironice iuuenes ab iſtis dehortatur; Quaſi dicat, Putas, quia iuuenis es, tibi lætandum, & carni indulgendum, bene quidem lætare, age quod vis, experieris tandem, quantum decipiaris; Vnde ſubiungit, *& ſcito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium*, ſic etiã Chriſtus Iudæ dixit, *Quod facis, fac citius*, quaſi dicat, feci quantum potui, vt te a tanto malo reuocarem, ſed non vis; Quod ergo facere inſtituis, fac citius; Hoc eſt, fac quod facere vis, experieris eo facto, quæ, & quanta damna, & mala tibi ipſi pares.

Hæc quidem expoſitio bona eſt; *Secunda* tamen, quæ communior, & textui conformior eſt, verba illa intelligi affirmatiue, & ſenſum illorum verborum eſſe, Non lotionibus illis externis, in quibus Phariſæi ſe exercebant, purgari animas eorum a rapinis, & malis commiſſis, ſed per opera pietatis, & miſericordiæ, vnde ait. *Date eleemoſinam, & omnia munda erunt uobis.* Quaſi dicat, operibus miſericordiæ, & non lotionibus manuum, mundanda eſt conſcientia.

Sic locum illum exponunt Baſi. interrogation. 271. S. Aug. in Enchir. ca. 73. Chryſ. hom. de diuite epulone.

Ideo autem omiſit, quæ ad reſtitutionem rapinarum pertinebant, tum quia id non ita ad eius inſtitutum ſpectabat, voluit enim perſuadere Phariſæis munditiam animæ ex operibus miſericordiæ, non ex lotionibus manuum, quibus illi nimium confidebant, haberi: tum quia certum erat ex lege neceſſariam eſſe reſtitutionem rerum male ablatarum, vt Exod. 22. habetur, & proinde illam tanquã certiſſimam apud ipſoſmet Phariſæos omiſit. His ita expoſitis, ad argumentorum ſolutionem accedendum eſt.

7 Ad *primum* igitur, in quo aſſeritur nullo præcepto haberi reſtitutionem eſſe neceſſariam, ſatis conſtat contrarium ex his, quæ ſuperius ex varijs locis ſcripturarum adducta ſunt; Ad quod autem Decalogi præceptum reducatur in ſequentibus explicabimus.

Ad *ſecundum* verò dicimus argumentum in multis peccare; *Primo* enim peccat in eo, quod ſupponit Dominum rei conſentire debere, vt alter rem ablatam retineat, ne alioquin fur maneat in p cato, quod falſum eſt: Nam per hoc non vitaretur peccatum furis, qui nihil de conſenſu Domini cogitans, aut curans, parati animi eſt rem furtiuam retinere, ſiue dominus rei conſentiat, ſiue non.

Secundo, quia nō eſt vniuerſaliter verum, quod teneatur homo res ſuas exponere, aut donare, ad vitandum peccatum proximi: tunc enim ſolum tenetur quis res ſuas in ſpirituale proximi ſalutē exponere, quando res illæ eſſent ſimpliciter alteri neceſſariæ ad peccatum proximi vitandum, quod rariſſime euenire poteſt, puta quando quis diues eſſet, & alter egeſtate oppreſſus, paratus eſſet ex infirmitate, & fragilitate potius, quam ex malitia, in peccata incidere: tunc enim, vt docent Adrianus 4. de reſtitutione, quæſtione prima, §. Difficultas, & Medina Cod. de rebus reſtituen. quæſtione ſecunda ad ſecundam. ver. Secundo. ſi diues ille certus eſſet, quod pauper ille per aliquam donationem, & relaxationem præſeruaretur a peccato, teneretur in eo caſu donationem talem facere; quæ opinio ſatis pia, & probabilis eſt. Nam in tali caſu iuſte poteſt pauper ille ſibi timere, quod ſubtractis ſuis facultatibus per reſtitutionem, compelletur egeſtate ad furandum, iuxta illud Salomonis, Duo rogaui, &c. Ne egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Quæ deprecatio ſtulta fuiſſet, ſi non iuſte ſibi timuiſſet: ſecus autem quando proximus ex malitia peccat, vt in eo contingit, qui poſſet reſtituere, & non vult; tunc enim non ſunt relaxanda bona, ne alter peccatum deuitet, cum, vt diximus, nec hoc modo peccatum euitatur, vnde non tenetur res noſtras temporales dare ad præſeruandum proximum a peccato quod alias ex malitia committet, iuxta verbum Saluatoris, Matth. 15. Sinite eos, quia cæci ſunt, & duces cæcorum. Nulli enim debet malitia ſua ſuffragari. Vnde ſi quis diceret, ſuſpendam me, niſi mihi dederis centum, non teneor dare, cum libere poſſit ab illo malo ſe eximere; & quia hac ratione facile quis labores manuales fugeret, & ex alieno potius quam ex proprio labore victum quæreret, & cauſa multorum malorum præberetur, vt conſtat.

Tertio, quia etiamſi Dominus conſentire deberet, non tamen ex eo ſequitur, detentorem, aut furem rem illam retinere poſſe, quia non ſemper æq; efficax eſt voluntas debita, ſicut voluntas elicita, & expreſſa; Diues enim habens ſuperflua ſtatui, debet velle dare grauiter indigenti, non tamen poteſt grauiter indigens a tali diuite accipere, aut retinere aliquid eo inuito; ita quamuis concedamus Dominum rei velle debere, vt alter rem eius retineat, non poteſt tamen fur ille ſua auctoritate, Domino inuito rem illam ſibi retinere, vt pluribus tradit Medina, vbi ſupra, quæſtione 2. poſt Adrianum in 4. q. 1.

Ad tertium, in quo aſſeritur, reſtitutionem ſæpè fieri non poſſe ſine graui detrimento famę, aut corporis; Reſpondetur, argumentum hoc ſolutionem multorum dubiorum petere, quæ magis in particulari proprijs in locis à nobis explicanda erunt; Interim ad ſolutionem argumenti ſatis eſt dicere, tūc reſtitutionem eſſe neceſſariam, quando is, cui faciēda eſt reſtitutio, eſt rationabiliter inuitus, ſi ſibi nō reſtituatur; ſecus autem quando alter irrationabiliter rei ſuæ reſtitutionem peteret, aut vellet, quod eſſet, quoties rem ſuam cum tanto damno, & periculo reſtituentis, aut alterius repeteret; vnde ſtante tali damno, & periculo, ceſſat reſtituendi obligatio, quæ tamen ceſſante damno, & periculo tali, reuiuiſcit.

Dubiorum quorundam ſolutiones. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *An reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutem, vt medium ſimpliciter neceſſarium.*

Vnde colligi poſſit ex Scripturis eſſe neceſſariam neceſſitate medij.

2 *Sententia communis eſt ſolum eſſe neceſſariam neceſſitate præcepti.*

3 *Quid de reſtitutione ſenſerit S. Auguſtinus.*

4 *Soluuntur quę ſunt in contrarium allata, & ex Ezechiel 33. & Lucæ 13.*

5 *In materia* Reſtitutionis *ſingularis doctrina à* Confeſſarijs *diligenter annotanda, aliter eſſe agendum cum pęnitentibus reſtitutionem impoſitam omittentibus quam cum alia præcepta omittentibus.*

6 *Vbinam traditur hoc reſtitutionis præceptū, & ſub quo Decalogi præcepto collocetur, etiam an ſit negatiuū, vel affirmatiuum inter Doctores controuertitur.*

7 *Certum eſt aliquod eſſe ſpeciale præceptum reſtitutionis, & idem aliquo modo eſſe affirmatiuum patet.*

8 *Aliquo etiam modo negatiuum eſſe conſtat, & ex hac parte obligat pro ſemper vt bona aliena nō detineat, non autem ſic obligat, vt eſt affirmatiuum, ſed pro toto illo tempore, quo opportune reddi poſſit.*

9 *Præceptum reſtitutionis licet aliquo modo diſtinctum ſit a furto, reducitur tamen ad idem decalogi præceptum, ad quod pertinet talis negatio retinendi rem alienam.*

10 *Non reſtituere rem alterius iniuſte detentam quādo commode reſtituere poſſit, & debet, peccatum ſolū unum eſt, non duplex.*

D*Vbium primum eſt*; An reſtitutio neceſſaria ſit ad ſalutem, vt medium ſimpliciter neceſſarium? Pro cuius dubij intelligentia, Notandum eſt, quod duplex eſt neceſſitas, vna eſt neceſſitas medij; altera eſt neceſſitas p̄cepti, Neceſſitas medij eſt illa, quæ ita eſt neceſſaria, vel ex ſua natura, vel ex Dei inſtitutione, vt ſine eo finis haberi non poſſit. Neceſſitas p̄cepti eſt illa, quæ ſolum ex impoſitione præcepti neceſſitatem ſecum connexam habet, qualis eſt neceſſitas obediendi mandatis, & præceptis Dei. Et quāuis hæ duæ neceſſitates aliquando coincidant, vt in actibus pœnitentiæ poſt peccatum, in actib. charitatis, in actu fidei ſupernaturalis, in baptiſmo; eſt tamen inter has duas neceſſitates maximum diſcrimen: quia ſine eo quod eſt neceſſarium ad ſalutem, vt medium, homo non poteſt conſequi finem, & ſalutem ſine eo medio, & hoc ſiue quis ignoret illud, ſiue non ignoret, ſiue illud aſſequi poſſit, ſiue non poſſit illud aſſequi, ita etiam inculpabiliter; Quo modo baptiſmus eſt neceſſarius, ſeu medium neceſſarium in re, vel ſaltem in voto; in voto ſaltem in adultis, quando baptiſmum actu habere nequeunt; reipſa verò in paruulis, non quidem quia peccent paruuli ex eo quod non ſuſcipiunt baptiſmum, iſti ſiquidem cum non ſint rationis, aut præcepti capaces,non peccant non ſuſcipiendo baptiſmum,ſalutem tamen non conſequentur, quia carent medio ſibi ab ſalutem ex Diuina inſtitutione neceſſario: At vero ſine eo quod eſt tantum neceſſarium neceſſitate præcepti, homo ſaluari poteſt, ſi illud aliqua ex cauſa legitima,& inculpabiliter omittat; tūc.n. ratio præcepti ceſſat, & conſequenter ratio neceſſitatis adimplendi præceptum, & ita licet ſit præceptum v. g. ſuſcipiendi ſacramentum confirmationis,aut extremæ vnctionis,qui tamē hoc præceptū non adimpleret,hoc eſt,non ſuſciperet hæc ſacramenta,ex ignorantia inuincibili, aut ex alio defectu inculpabili,quia ſcilicet deeſt facultas,talis nihilominus ſine his ſacramentis ſaluari poteſt. His ita prænotatis difficultas præſens eſt, quanam neceſſitate dicatur reſtitutio ad ſalutem neceſſaria,medijne,an vero præcepti.

Et quidem quod neceſſaria ſit neceſſiate medij, colligi videtur ex eo quod Ezec.33.eiſdem prorſus verbis reſtitutionis,& pœnitentiæ neceſſitas explicata ſit,vbi dicitur,*ſi impius egerit pœnitentiam, feceritque iuſtitiam,pignus reſtituerit,rapinam reddiderit*,&c. At vero pœnitentia medium eſt ad ſalutē neceſſarium lapſis poſt baptiſmum,eſt enim ſecunda poſt naufragium tabula, vt patres docent, Tertul.lib.de pœnitentia.Pacianus epiſt.1.ad Sympronianum.Nouatianum,& S.Ambro.ad virginem lapſam.c.8.S.Hieronymus in Eſai.3.& epi. 8.ad Demetriadem,& Epiſ.65.ad Pammachium, & Oceanum.Conc.Trid.ſeſ.6.c.14.& ſeſ.14.c.1.& c.ſecunda.de pœn.diſt.1.& Catechiſ. Roman.in materia de pœnitentia.Ergo etiam & reſtitutio lapſis,contra iuſtitiam,id eſt,ijs,qui contra iuſtitiam peccauerunt,erit ſimpliciter neceſſaria.

Deinde ſicut ex illo Io.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu ſancto non poterit introire in regnum Dei,colligitur neceſſitas baptiſmi; & ex illo Luc.13.*Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis*,colligitur neceſſitas pœnitentiæ,tanquam media ad ſalutem neceſſaria;ita ēt & reſtitutio eodem modo neceſſaria erit, cum de ea dicatur peccatum non remittitur niſi reſtituatur ablatum, ex Aug.epiſ.54.ad Maced. & refertur can. 1. 14.q.6.& cap.cum tu.de vſur.& in reg.peccatum,de regul.iur.lib.6.cui etiam opinioni fauere videtur S. Tho.dum in 2.2.q.62.ar.2.dicat, reſtitutionem eſſe de neceſſitate ſalutis,quod tamē de nullius alterius virtutis actu docuerit,ſignificans aliam eſſe neceſſitatem de reſtitutione,quam præcepti, erit igitur neceſſitas medij.

2 Communis tamen ſententia eſt eſſe neceſſariam ſolum neceſſitate præcepti,quando.ſ.fieri pōt,& is a quo res accepta eſt rationabiliter inuitus ea caret.Sic Petrus Nau.lib.1.de reſt.c.1.Greg.de Valētia in 2.2.ſancti Thom.diſpu.5.puncto 2.Petrus de Arragon.in 2.2.q.62.ar.2.& alij & colligitur ex S. Aug.epiſ.54.vbi cum Macedonius epiſ.53.quæ eſt ad eundem Auguſtinum ſcripſiſſet,quoſdam,& ſceleris pœnam cupere ſibi relaxari, & id propter qđ ſcelus admiſſum eſt,poſſidere.

3 Ad hæc reſpondens Auguſtinus epi.54.Peſſimū, inquit,hominum genus commemoras, cui pœnitendi medicina omnino non prodeſt. Si enim res aliena propter quam peccatum eſt, cum reddi pōt, non redditur,non agitur pœnitentia, ſed fingitur: ſi autem veraciter agitur,non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum;ſed,vt dixi,cum reſtitui poteſt. Plerunq.enim qui aufert,amittit ſiue alios patiendo malos,ſiue ipſe male viuendo, neque aliud habet vnde reſtituat. Huic certe non poſſumus dicere,redde quod abſtuliſti,niſi cum habere credimus, & negare. Hactenus S.Auguſtinus. vbi ſolam neceſſitatem præcepti agnoſcit, quod videlicet obligat, cum impleri poteſt,non autem Medij neceſſitatem ſine quo ſalus obtineri nequit; fatetur enim poſſe quem peccati remiſſionem conſequi ſine reſtitutione,quando ſcilicet non habet,vnde reſtituat,cum tamen ſine medio ſimpliciter ad ſalutem neceſſario ſaluari nemo poterit, etiāſi inuincibiliter ignoret,& inculpabiliter illud omittat.

Neque his obſtāt,quæ in contrariū allata ſunt: Quod.n. Ezech.33.coniungantur ſimul pœnitentia,& reſtitutio,non æqualem vtriuſque neceſſitatem arguit,ſed ſolum inde oſtenditur, veram pœnitentiam, & contritionem, quæ eſt, & fuit omni tempore medium ad ſalutem conſequendam neceſſarium,eſſe non poſſe,niſi quis animū habeat adimplendi præcepta Diuina, inter quæ eſt etiam, & hoc reſtitutionis præceptum,vt propterea vere pœnitens, etiam reſtitutionem faciat,neceſſe eſt,niſi aliqua iuſta ex cauſa a reſtitutione reali excuſetur, in quo tamen caſu animum ſaltem reſtituendi cum poſſit,habere debet,alioquin veram pœnitentiam agere non diceretur,ſed ſimulare, vt ex S.Aug. epiſ. 54.oſtenſum eſt.

Ad illud verò,quod affertur ſecundo loco ex Io. 3.& Luc.13. Reſpondeo particulam illam (Niſi) non arguere Medij neceſſitatem, ita vt bbicunque illa apponitur,ſtatim dicendum ſit ibi eſſe neceſſitatem Medij.Nam & de Euchariſtia dicitur, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in uobis.* Ioan.6.cum tamen illud non de neceſſitate Medij,ſed præcepti obligantis adultos pro loco,& tempore communiter Theologi Scholaſtici exponant. Vnde ſicut de quouis præcepto verè dicitur, niſi obſeruetur, hominem fore damnādum,cum tamen non ſingulorum præceptorum obſeruatio ſit neceſſaria neceſſitate finis,ita etiam,& de hoc reſtitutionis præcepto dicendum eſt.

Neque contrarium ſentit S.Thomas in eo,quod peculiariter quærit de reſtitutione, an ſit ad ſalutem neceſſaria, non autem de aliarum virtutum actibus: Quia vt ſubiliter notat Arragon. vbi ſupra, quamuis reſtitutionis præceptum hoc habeat cōmune cum alijs affirmatiuis,quod exigat determinatum tempus ad ſui obligationem: in hoc tamen ab illis differt, quod ſit prohibitio quædam ſtatus peccati mortalis: vnde cum iniuſta detentio peccatum ſit, eouſque eurans, quouſque reſtituatur ablatum; merito S. Thomas de ſola reſtitutione quærit, an ſit ad ſaltem neceſſaria; ſiquidem ad ſalutem neceſſariū eſt, vt quis ſine peccato mortali exiſtat.

Hinc infertur doctrina ſingularis in materia reſtitutionis diligenter admodum a confeſſarijs annotanda: ſcilicet aliter agendum eſſe cum pœnitentibus reſtitutionem impoſitam omittentibus, quam cum illis, quia alia præcepta omiſerunt.

Siquidem alia præcepta ſi omittantur culpabiliter, ſola pœnitentia deleri poſſunt, quia tranſiuit obligatio; qui enim in die ieiunij ex præcepto ieiunare omiſerit, aut horas omiſerit, non tenetur vi illius præcepti alio die ieiunare, aut illius diei horas altero die recitare; qui verò reſtituere omiſit, ſemper ad eandem reſtitutionem faciendam obligatur, quouſq; reſtitutionem fecerit. Et ideo ante abſolutionem regulariter facienda eſt reſtitutio, ſi facultas adſit, & opportunitas; Dixi, regulariter, quia nonnunqam pro perſonarum qualitate, & temporis opportunitate, ante reſtitutionem factam abſolui poterit, prout in materia de pœnitentia tradi ſolet, in qua re confeſſarius prudēter ſe gerere debet. Et quæ dicta ſunt, intelligi debent non ſolum de reſtitutione rei iniuſte ablatæ, ſed etiam de reſtitutione rei, quæ iniuſtè detinetur.

Siquidem ad ſalutem non ſolum neceſſarium eſt reſtituere ablatum, ſed etiam quocunque alio titulo acquiſitum, ſi res manet alterius, & non ſit acquirentis. Quamuis enim non teneatur, quis ad reſtitutionem rei illius, quod iuſto titulo acquiſiuit durante tempore, pro quo a Domino res illi conceſſa ſit, nempe durante tempore mutui, depoſiti, vel emptionis ad tempus, &c. expleto tamen eo tempore, incipit ad reſtitutionem obligari, quandoquidem ā inuito Domino rationabiliter, rem ſuam detinet, & conſequenter iniuſta eſt detentio illa, & ad reſtitutionem obligatur.

6 DVBIVM SECVNDVM eſt, vbi nam traditū ſit hoc reſtitutionis præceptum, & ſub quo Decalogi præcepto collocetur.

Res hæc plus difficultatis habet ob varias Doctorum opiniones, quam vtilitatis; Aliqui enim exiſtimant eſſe principaliter affirmatiuum, & ſecundario includere negationē, ita vt primario reſtitutio ſit redditio rei alterius, & ſecundario dicat, non retinere alienum. Sic Caie. verb. reſtitutio. cap. 6. Sotus lib. 4. de iuſtitia, & iure. q. 6. art. 2. in fine. & q. 7. ar. 4. in princ. Silueſ. verb. reſtitutio. 5. in principio. Mar. Ledeſm. 2. 4. q. 18. ar. 2. pag. 238. col. 3. Mart. Nauar. in Manuali. c. 17. n. 54. Michael Salon in 2. 2. q. 62. ar. 2. controuerſia 1. in fine. & Greg. de Val. in 2. 2. diſp. 5. q. 6. puncto 2.

Alij vt Richar. 4. d. 15. ar. 5. q. 4. Palu. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 6. concluſ. 1. Scot. 4. diſtin. 15. q. 2. §. De quarto. Adrian. in 4. ſenten. in materia de reſti. in principio. Gabr. 4. diſt. 15. quæſt. 2. ar. 2. concluſ. 2. Ioan. Medina. Cod. de reſtitutione. q. 2. in Reſponſione ad primum. Angelica verb. reſtitutio. 3. in princip. Tabiena verb. reſtitutio. nu. 3. §. ſecundo. Melchior Canus in relect. de pœni. p. 4. in Reſponſ. ad primū & Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 1. in prin. Petrus Naua. lib. 1. de reſtitu. c. 1. num. 17. docent præceptum hoc reſtituendi eſſe principaliter negatiuum, & ſecundario affirmatiuum, & huic fauere videtur S. Thom. 2. 2. q. 62. arti. 8. ad primum, vbi ait, Quod licet præceptum reſtitutionis ſecundum formam (hoc eſt, ſecundum formam vocis, qua traditur) ſit affirmatiuum, tamen includit negationem, & ita ad ſtatim obligat, ſicut omnia negatiua præcepta.

In hac controuerſia, & diſſentione DD. quæ meo iudicio potius eſt de nomine, quam de re, hæc mihi dicenda videntur.

Primo, Certum eſt, aliquod eſſe præceptum ſpeciale de reſtitutione: Hoc ex eo patet, Quia actus ſpecialis virtutis neceſſariæ ad ſalutem ſub aliquo ſpeciali præcepto cadit: At verò reſtitutio, & actus virtutis ſpecialis eſt, ſ. iuſtitiæ commutatiuæ, & eſt ad ſalutem neceſſarius, vt ex dictis manifeſtum eſt, & ideo ſub aliquo præcepto ſpeciali cadit. Antecedens colligitur, tum ex communi Theologorum ſententia, qui docent præcepta ſpecialia dari de actibus virtutum: tum ex doctrina S. Tho. in 2. 2. q. 2. ar. 5. vbi hac ratione probat eſſe ſpeciale præceptū de fide, quia credere eſt actus ſpecialis virtutis neceſſarius ad ſalutem.

Secundo, Præceptum reſtitutionis aliquo modo affirmatiuum eſt: Hoc patet, Quia præceptis affirmatiuis præcipiuntur actiones bonæ; At vero reſtitutionis actus eſt bonus, ſ. reddere Domino rem iniuſte acceptam, vel iniuſte detentam; quæ redditio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ. Item id cōſtat ex ipſo nomine reſtitutionis, verbum enim *Reſtituere* affirmatiuum eſt, eſt enim traditio rei in poſſeſſionem veri Domini, ſeu ſolutio damni illati. Præterea ex illis verbis Chriſti Matt. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo;* & ex illis Apoſtoli ad Ro. 13. R*eddite omnibus debitum,* & ex illis Tobiæ 2. R*eddite eum* (ſcilicet hædum) *Dominis ſuis,* & alijs ſimilibus, colligitur præceptū reſtitutionis. Quæ verba affirmationem continent. Denique violatur hoc reſtitutionis præceptum per omiſſionem, quod eſt proprium præcepti affirmatiui.

8 Tertio, Præceptum Reſtitutionis aliquo etiam modo negatiuum eſt; Hoc patet, quia ſicut præcipimur rem alienam vero Domino reſtituere, ita etiam, & prohibemur rem alienam retinere. Vnde Leuiti. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane.* Hinc fit, vt quibuſcunq; in locis reſtitutionis præceptum habeatur, vtrinſq. hoc eſt, tā præcepti negatiui, quam affirmatiui mentio expreſſa reperitur. Vnde Ezech. 33. dicitur *ſi pignus reſtituerit, rapinamque reddiderit, nec fecerit quicquam iniuſtum,* & ad Rom. 13. vtriuſque meminit Apoſtolus Affirmatiui, cum dicat, *Reddite omnibus debitum;* Negatiui, cum ait, *Nemini quicquam debeatis.*

Quarto, Præceptum reſtitutionis, qua ex parte affirmatiuum eſt, non obligat pro omni tempore, quo res aliena retinetur, aut reddita eſt, ſed pro toto illo tempore, quo opportunè reddi poteſt, & debet: Qua verò ex parte negatiuum eſt, obligat pro ſemper, i. vt bona aliena non detineat, adeo vt quicunque ſcit, ſe habere rem alienam Domino rationabiliter inuito, tenetur aut actu, & realiter reddere, aut ſaltem in animi præparatione, hoc eſt, proponere ſe redditurum eam, quā primum nactus fuerit moralem opportunitatem; Dixi *opportunitatem moralem,* quia non tenetur ſtatim ſurgere e lecto, vel a menſa, aut ſi eſt in ſacro illud relinquere, & ire ad reſtituendum, ſed expectare poterit moralem commoditatem, qua data, reſtitutionem ſub mortali peccato facere tenetur.

9 Quinto, Quamuis prēceptum reſtitutionis aliquo modo diſtinctum ſit a præcepto furti, quia tamen implicat in ſe negationem quo prohibemur rem alterius inuito Domino retinere, reducitur ad illud

Decalogi præceptum ad quod pertinet talis negatio. ſ. ad illud præceptum negatiuum Decalogi, *Nõ furaberis*, vt DD. præſati tradunt.

Prima pars patet, Quia præceptis negatiuis prohibetur malum, affirmatiuis autem præcipitur bonum; At verò furari malum eſt, reſtituere vero bonum eſt, obiectum reſtitutionis poſitiuum quid eſt formaliter; furti verò obiectum, quid negatiuum, & proinde aliquo modo ſunt diſtincta.

Secunda pars patet, Quod vt rectè docet S. Tho. 2.2.q.62.ar.8. ſicut accipere rem alienam eſt furtũ, ita etiam rem alienam detinere inuito Domino, quia per hoc, quod aliquis detinet rem alienam inuito Domino, impedit eum ab vſu rei ſuæ, non minus, ac qui rem illam furatus eſt.

Hinc Innocentius Papa III. in c. ſæpe. de reſtitu. ſpol. ait. *Non multum intereſt quoad periculum animæ, iniuſte detinere, ac inuadere alienum*. Vbi gloſſa, in verbo iniuſte detinere ait, *Pro eodem reputant iura auferre, & detinere iniuſte, vt habetur in dict. cap. Sæpe; & 16.q.1.cap. Decimæ. vbi qui Decimas dare negligunt, res alienas inuadere dicuntur, & in c. ſicut. diſtinct.47.*

Immo in iure non ſolum dicitur furtum rei alienæ acceptio inuito Domino, ſed etiam quæcunque rei contrectatio inuito Domino, vnde qui vtitur pignore, aut re mutuata in aliquem vſum contra Domini voluntatem, dicitur furtum committere, vt habetur expreſſe Inſtitu. de obligationibus, quæ naſcuntur ex delicto, §. furtum. Et in l. qui iumenta ff. de furtis, dicitur, quod qui iumenta ſibi commodata longius duxerit, aut re aliena inuito domino vſus fuerit, furtum facit, & conſequenter non reſtituens rem iniuſte detentam, contra ſeptimum Decalogi præceptum peccare cenſetur.

Sexto, quod peccatum in reſtituendo rem alterius iniuſtè detentam, quando reſtituere commodè poſſit, & debet, vnum ſolum eſt, non duplex; quia peccata ~~propriè diſtinguuntur pro~~ diuerſitate virtutum, quibus opponuntur, aut pro diuerſitate modi valde diuerſi, quo repugnant eidem virtuti, non autem pro diuerſitate præcepti affirmatiui, aut negatiui cui aduerſantur. Vnde cum omiſſio reſtitutionis rei alienæ, qua peccatur contra præceptum affirmatiuum de reſtituendo, & retentio eiuſdem, qua peccatur contra negatiuum præceptum de nõ retinenda rei aliena, vni & eidem virtuti iuſtitiæ commutatiuæ, & eodem modo aduerſantur, non duo, ſed vnum ſolùm in non reſtituendo peccatum committitur, quod peccatum tamdiu continuatũ eſt, quandiu durat opportunitas reſtituendi, vt rectè Adrianus vbi ſupra §. ad oppoſitum. in fine annotauit. Quoties autem occurrit noua, & peculiaris occaſio reſtituendi, & negligitur; nouum, & diſtinctum admittitur peccatum: vt v. g. quãdo creditor denuo exigit, vel noua difficultate premitur; Sicut etiam nouũ, & diſtinctum peccatum eſt denuo velle non reſtituere, aut denuo rem alienam vſurpare cum eius detrimento, aut damno nouo Domini; vt verbi gratia, vtendo equo alieno cum damno, & detrimẽto ipſius, conſtat enim per hæc denuo violari iuſtitiã, vnde ẽt conſequens eſt, vt hæc duo, & diſtincta peccata in confeſſione explicari debeant.

Ex hactenus igitur dictis manifeſtum eſt, quid reſtitutio ſit, & cuius virtutis actus ſit, & qua ratione cum ſatisfactione conueniat, & ab ea diſtinguitur; ſicut etiam ſatis declaratum eſt, quam ſit reſtitutio ad ſalutem conſequendam neceſſaria, cum non ſolum iure naturali, ſed etiam diuino præcepta ſit; eiuſq; præceptum, ad illud Decalogi præceptum, Non furaberis, reduci, ac proinde relinquitur, non reſtituere, ex genere ſuo peccatum eſſe mortale, Et de primo capite hæc ſint ſatis.

TRACTATVS SECVNDVS de Perſona Reſtituente.

Præmittuntur quædam Regulæ ad cognitionem reſtitutionis neceſſariæ.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſola tranſgreſſione iuſtitiæ, & non aliarum virtutum incurritur obligatio reſtituendi contra Caietanum.*

2 *Cur ex ſola violatione iuſtitiæ oriatur obligatio reſtitutionis diſſentiunt authores. Quid Martinus Nau. & Gregorius de Val.*

3 R*ationem Martini Nauarri refellit Petrus Naua. ſed immerito.*

4 *Ad ſubſtantiam Reſtitutionis parum refert, an damni illatio ſit ex culpa ſeu malitia, ſecus tamen quoad modum reſtituendi.*

5 *Ad diſcernendam reſtitutionis obligationem quid videndum ſit?*

R*eſtitutionis obligatio in vniuerſum naſcitur ex damno alteri illato.*

6 *Ex duplici capite, titulo, ſeu radice naſcitur obligatio reſtituendi, quibus etiam addi poteſt & tertium.*

7 *Inter has duas radices differentia ab antiquis & recentioribus aſſignatur.*

Depoſitarius rei alienæ ſi res illa perierit ſine notabili culpa ſua non tenetur ad reſtitutionem, & quare ibid.

8 *In materia reſtitutionis debemus in ijs acquieſcere, quæ morali certitudine ſciri aut tradi ſolent, quæ iuxta communem Theologorum ſententiam probabiliora videntur.*

In hac materia morali ignorantia inuincibilis hominem in conſcientia tutum reddit.

9 *Quatuor caſus enumerantur, in quibus transfertur dominium ſine traditione, qui caſus in iure excipiuntur.*

10 *An voluntas, & traditio ſufficiat ad translationem dominij.*

11 *An lex poſſit voluntatem Domini cohibere, ne in alium transferat damnum, & impediat, ne alius acceptans acquirat damnum rei?*

12 *Donatio pupillorum nulla, & irrita ante certum tempus indicio valeat, aliaque neceſſaria iuſte lege cauentur.*

Qui iudici confert aliquid, vt iniuſte ſententiam ferat, aut aſſaſſino vt hominem occidat, dominium rei non transfert. ibid.

13 *Leges prædictæ iuri, & æquitati naturali maxime conformes.*

14 *An ex ſolo iure naturæ impediatur alicuius rei propriæ translatio dominij, ita vt vendere non poſſit.*

Ante

ANtequam in particulari perſonas, quæ ad reſtitutionem faciendam obligātur, declaremus, neceſſarium prius erit quandā regulas vniuerſales afferre, quæ obligationem reſtituendi in cōmuni explicant, & ad totā hanc materiam de reſtitutione, eiuſq. clariorē notitiam, & intelligentiam plurimū faciunt. Quarum

1 Prima eſt, Ex ſola tranſgreſſione iuſtitiæ, & non aliarum virtutum incurritur obligatio reſtituēdi: vnde vt diſcerni poſſit obligatio reſtitutionis, videndum in primis eſt, an peccatum ſit contra iuſtitiam, an vero contra aliam virtutē, puta contra charitatem: ſi enim contra ſolam charitatem eſt, nulla eſt reſtituendi obligatio, ſi vero contra iuſtitiam eſt, reddit hominē reſtitutioni obnoxium, vt verbi gratia, Occidat Petrus hominē lege id prohibente: & occidat idem Petrus hominem ex mandato Principis, ſeu Iudicis ex odio tamen: vtraque occiſio peccatum eſt: hæc quia ex odio: illa vero quia contra legem prohibentem: Ex illo homicidio oritur obligatio reſtitutionis: Non autem ex illo: *Ratio eſt*, quia cum reſtitutio ſit actus iuſtitiæ ponens æqualitatē, præſupponit neceſſario actum iniuſtitiæ, & inæqualitatem, quæ quidē in priori homicidio reperitur, non autem in poſteriori, vt conſtat. Hæc regula eſt contra Caie. in ſumma in verb. reſtitutio. cap. 1. §. Non manifeſtans, verſic. Aduerte quod in his. vbi ait, teneri etiam eos ad reſtitutionē, qui poſſent dānum, vel furtum proximi impedire ſine proprio damno, & periculo, & non impediunt. Et Ciarius Rich. 4. diſt. 15. ar. 5. q. 4. & Angel. in verb. furtum. nu. 26. §. nono. & Tabiena verb. reſtitutio. nu. 24. §. vigeſimo tertio. poſt medium. qui tres poſteriores id affirmant, quādo quis doloſe, & ex maleuolentia omittit impedire damnum proximi, cum ſine periculo non poſſet, & ex charitate teneretur.

Hanc autem regulam noſtram, ſcilicet, ſolā violationem iuſtitiæ, non autē violationem charitatis, aut miſericordiæ, obligationem reſtituendi inducere, alii omnes tum antiqui, tum recentiores authores docent, ſic Altiſſiodorenſis lib. 4 ſuę ſummæ in tractatu de pœnitentia, cap. de reſtitutione. q. 3. & Alexander de Ales 4. par. ſuę ſummæ. q. 24. mēb. 5. artic. 3. §. 4. in fin. Sylueſt. verb. reſtitutio. 3. q. 6. §. Tertium. Adrianus in 4. ſent. in quæſt. de reſtitutione. §. de currentib. cum fure, & duobus. §. ſequentibus, vbi ait hanc eſſe communem opinionē Doctorum. Sotus lib. 4. de iuſtitia, & iure. quæſt. 7. artic. 3. Ioan. Medina, C. de rebus reſtituendis. quęſtio. 9. vbi citat etiam Præpoſitum, & alios, Couar. in regula peccatum. par. ſecunda, §. 3. nu. 5. Martinus Nauar. in Manua. cap. 17. nu. 11. & cap. 24. nu. 7. & in repet. cap. Inter verba. 11. q. 3. concluſio. 6. & in Apologia de redditibus Eccleſ. quæſt. 2. Monit. 2. & 7. Petrus Nauar. de reſtitu. lib. 2. cap. 1. nu. 12. & Gregorius de Valentia in 2. 2. diſput. 5. quæſt. 6. puncto 3. Petr. Arragon. in 2. 2. q. 62. arti. 7. in fine, & alij recentiores. Vnde ſequitur, vt notant Medina, & Nauar. vbi ſupra, cap. 24. n. 7. quod ſi diues videns pauperem extrema neceſſitate laborantem, cui ex lege charitatis, per panis, aut vini, veſtituſve largitionem ſubuenire tenetur, & non ſubuenit, peccat quidem mortaliter, ex eo tamen quod eleemoſinam elargiri poſſit, nihil eidem pauperi, aut alij reſtituere tenetur; multoque minus tenetur illi ſatisfacere, ſi forte pauper ex negatione eleemoſinæ debitæ ex charitate, & miſericordia, membrū aliquod corporis amiſit, aut in notabilem morbū incidit. Erat enim hæc obligatio ex lege charitatis proueniens, omnibus indiſtincte conueniens, & cōmunis, non autem ſpecialis, aut perſonalis.

In rationē vero reddenda, cur ſcilicet ex ſola violatione iuſtitiæ oriatur obligatio reſtitutionis, & non ex trangreſſione aliarum virtutum; non ita inter ſe conſentiunt Authores. Gregorius de Valentia, vbi ſupra eam eſſe rationem putat: quia qui ſolum ex charitate omittit impedire damnū proximi, nec peccat contra præceptū affirmatiuum iuſtitiæ, per omiſſionē, nec contra præceptum negatiuum iuſtitiæ agit per cōmiſſionis peccatū, & ideo non tenetur ad reſtitutionē. At certe hoc non eſt aſſignare cauſam, & originē obligationis reſtituendi, vt conſtat, ſed ſolum non peccare contra iuſtitiam.

Martinus Nauar. vbi ſupra in Manu. cap. 17. ait alios Doctores non reddidiſſe rationē huius rei, ſe autem nouam reddere; quia ceteræ virtutes a iuſtitia non verſantur directe, & principaliter circa actus exteriores, ſed circa interiores: Iuſtitia vero virtus ſpecialis directe reſpicit actus externos. Et ideo ille ſolus, qui iniuſte dānum infert proximo, reſtituere tenetur.

Quam Nauarri rationē ita refert, vt diximus, & refellit Petrus Nauarrus, vbi ſupra, quia aliæ virtutes verſantur circa actus externos, vt Religio verſatur circa actum, & cultū externum, & hoc directe, & per ſe primo; Item temperantia circa actus externos verſatur, vt ieiunium, & cet. ex quarum tamen virtutum tranſgreſſione non incurritur reſtituendi obligatio. Ceterum Petrus Nauarrus non fideliter retulit rationem Martini Nauarri, ſiquidem hic author ideo docet obligationem reſtitutionis oriri ex traſgreſſione iuſtitiæ, non autem ex traſgreſſione charitatis, miſericordiæ, aut aliarū virtutum, quia tranſgreſſiones aliarum virtutū a ſpeciali iuſtitia non verſantur per ſe, & directe circa ablationes alicuius rei exterioris alicuius: trangreſſio autem iuſtitiæ ſpecialis per ſe, & directe ordinatur ad auferendū aliquid de alio, quod cauſat reſtituendi obligationem. Quæ ſane ratio ſic expoſita non differt ab illa, quam ibidem tradit Petrus Naua. nu. 15. Ideo enim, inquit *ille*, obligatio reſtitutionis oritur ex violatione iuſtitiæ, quia hęc per ſe, & directe verſatur circa bona vtilia, & ſunt cōmutationes rerū tēporaliū pretio æſtimabilium, & conſequenter qui hanc legē tranſgreditur, vltra pœnitentiam pro peccato cōmiſſo, in damnificando proximum, tenetur ad reparationem rei vtilis, cum tamen ceteræ virtutes non directe in æqualitate bonorum temporalium, & vtilium ſeruanda verſentur, ſed vel in colendo Deo, vt Religio, vel Diligendo, vt charitas. Cui etiam conformis eſt ratio, quā reddit Sylueſt. verb. reſtitutio. 3. quæſt.. 6. §. *Tertium*. Quia ſcilicet, ad reſtitutionem nullus tenetur, niſi qui cauſa eſt inæqualitatis rerum, iuſtitiæ vero ſolius eſt, æqualitatem excuſare. Quæ ſane ratio mihi placet deducta namque eſt ex natura ipſius reſtitutionis, vnde dici ſolet indici ſolet iuſtitiam verſari inter

ter datum, & acceptum, in quæ inclinat per ſe, & directe ad ſeruandam æqualitatem, quæ in alijs uirtutibus non reperitur.

Secunda eſt. Ad ſubſtantiam Reſtitutionis parũ refert, an damni illatio ſit ex culpa, ſeu malitia, ſecus tamen eſt quoad modum reſtituendi. Ratio eſt quia cum reſtitutio ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ, ex ſua natura tantum intendit æqualitatem, vt diximus, in rebus ipſis: hæc enim eſt ſubſtantia reſtitutionis. Hinc fit, vt qui bona fide equum emeret a fure, ſi viuente equo ſciat eum eſſe furtiuum, tenetur reſtituere: Quoad modum vero reſtituendi multum refert bona, vel mala fide, culpa, vel non culpa. Qui enim bona fide equum furtiuum emit, ſi durante bona fide perit equus, vel alienatus ſit, & poſtea is, qui habuerat, reſciuit fuiſſe furtiuum, ad nihil tenetur, niſi ad id, in quo factus erat ditior, vt inferius dicetur.

Tertia eſt. Ad diſcernendam reſtitutionis obligationem, videndum eſt, an inæqualitas, & iniuſtitia in eo reperiatur, cui facienda eſt reſtitutio; vnde fiet, vt etiam cognoſcatur, quanta ſit inæqualitas, & iniuſtitia, ita vt tantundem reſtituatur. Cũ enim reſtitutio actus ſit iuſtitiæ, ſeu vt nomen ipſum importat, iterato aliquem in poſſeſſionem, vel dominium rei ſuæ ſtatuere, conſtitui debet æqualitas in rebus in ordine ad perſonas particulares, & ideo in reſtitutione videndum eſt, quæ, & qualis, & quanta ſit inæqualitas iniuſtitiæ, & tantundem reſtitui debet.

Quarta eſt. Reſtitutionis obligatio in vniuerſum naſcitur ex damno alteri illato; Damnum vero infertur proximo, vel bonum eius auferendo; vel illud non reſtituendo, vel malum illi inferendo: Aut quemadmodum reducitur tertius modus, quo ſolemus proximos damnificare, eos ab aſſecutione alicuius boni impediendo, quæ omnes iniuſtitiæ per reſtitutionem ſunt reparandæ, & emẽdandæ.

Quinta eſt. Cum reſtitutio ſit actus iuſtitiæ cõmutatiuæ conſtituens æqualitatem inter illum, qui damnũ recepit, & eum, qui intulit, ſicut duobus modis pati quis poteſt damnũ in rebus ſuis, vel quia iniuſte ab eo auferuntur, vel quia eo inuito retinentur: ita quoque ex duplici capite, titulo, & radice naſcitur obligatio reſtituendi. Primum caput eſt *acceptio rei;* Secundum caput eſt *res accepta;* Quibus addi poteſt & caput tertium ſcilicet, & *acceptio rei, & res accepta* ſimul. Rurſus *acceptio rei*, alia eſt *iuſta*, vt in mutuo, depoſito, accommodato, quæ vel eſt in vtilitatem accipientis, vt in mutuo, vel in vtilitatem rei ipſius, & dantis, vt in depoſito: Alia vero eſt *iniuſta*, vt in furto, rapina, vſura, &c. Exemplum ſolius acceptionis rei iniuſte, poteſt eſſe, quando quis rem alterius furto accepit, & eam amplius apud ſe non habet: Exemplum ſolius rei acceptæ eſt, quando quis apud ſe rem alterius habet, quam tamen a vero Domino non accepit, vt qui equum a latrone emptum habet, quem tamen furatum eſſe ignorat. Exemplũ vtriuſque, hoc eſt, tam ratione acceptionis rei, quam ratione rei acceptæ eſt, quando quis equum furatus eſt, & eum apud ſe retinet.

Circa quam regulã notandum eſt, Nomine *Rei alienæ acceptæ* intelligi non ſolum rẽ ipſam, prout ipſa in ſe, & in ſua ſubſtantia eſt, ſed etiã in fructibus ſuis, quos res illa ſuapte natura ſolita eſt parere. *Dixi, fructus, quos ſuapte natura parit*, ſiquidem fructus rei, qui producuntur induſtria accipientis, ſicut non computantur in re, ita nec obnoxii ſunt reſtitutioni. Nomine vero *Acceptionis* intelligitur quæcunque acceptio non gratuita, ſiue ea ſit iuſta, ſcilicet ex voluntate Domini rẽ dantis non gratuito, ſed pro compenſatione ſuo tempore facienda ex pacto; ſiue ſit iniuſta, vt cum Domino inuito accipitur, vt per furtum, aut rapinam: Intelligitur etiam omnis actio iniurioſa, per quam infertur dãnum proximo, & per quã alter minus habet, quam debet habere, ſiue res maneat apud accipientem, vt in furto, vel rapina, ſiue non maneat, nec in ipſum tranſeat, vt cum quis cõburat alterius domũ vel ſegetem, vel proximum lædat in bonis animæ, corporis, famæ, &c. vnde in hac materia abſciſſio brachii, combuſtio domus, læſio in fama, & ſimilia damna proximo illata nomine acceptionis intelliguntur, quia per tales actus habet proximus minus quam debet habere, etiamſi is, qui alterum læſit in fama, vel alteri brachium abſcidit, vel domum, aut ſegetes eius combuſſit, non habeat propterea in bonis ſuis pluſquam habere debet.

7 Inter has duas radices ſcilicet, *acceptionem, & rẽ acceptam* Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. Petrus de Arragona ibidem. Sotus 4. lib. de iuſti. & iure q. 7. art. 2. Couar. in regu. peccatum. p. 2. de reg. iur. lib. 6. in princip. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitu. cap. 2. nu. 42. & alii recentiores hanc differentiam aſſignant, quod qui tenetur ratione acceptionis, ſemper reſtitutioni manet obnoxius, etiamſi res accepta penes accipientem non ſit: quæ regula vera eſt primo in acceptione iniuſta, vt in furto, & rapina: *Ratio eſt*, quia quicunque alteri iniuriam intulit, tenetur eã reſarcire, etiamſi nihil inde lucri habuerit, aut rem illam non habeat, cum in re illa damnum dederit: vnde qui rem alterius furatus ſit, & eam amiſerit, aut alienauerit, aut domum alterius combuſſerit, aut famam, aut honorem alteri abſtulit, tenetur ad reſtitutionem.

Secundo vera eſt etiam in acceptione iuſta, puta in mutuo, quæ volente domino accepta eſt, in vtilitatem accipientis, ſiquidem illud accipiens reſtituere tenetur, non ſolum ſi rem apud ſe habeat, ſed etiam ſi rem illam aliquo modo amiſerit, vnde quantumcumque ſine culpa ſua res illa pereat, tenetur ad eius reſtitutionem, aut pretium illius. *Ratio eſt*, quia qui rem alienam iuſte in ſuam vtilitatem accepit, non ſolum propter beneficium acceptum, & ratione rei acceptæ, ſi forte apud eum maneat, reſtituere tenetur, ſed etiam ratione acceptionis, quia licet res illa apud eum non ſit, quia tamen alterum dantem de iuſtitia obligatur indemnem ſeruare, tenetur ad eius rei reſtitutionem.

Qui vero tenetur ſolum ratione rei acceptæ, reſtituere tenetur, ſi rem illam habet, quod ſi rem illam non habet, non tenetur, niſi culpa ſua rem illam amiſerit, aut antequam res periret, vel illam alienauerit, vel conſumpſerit ſciens rem eſſe alienam. *Prior pars patet*, quia qui habet id, quod eſt alterius, habet plus quam ſuum eſt, damnificatus autem habet tantundem minus in ſuo; cum ig iuſtitiæ commutatiuæ munus ſit cõſtituere æqualitatem inter eũ, qui minus habet, quam debet habere, & eum, qui plus habet, quam deberet, qui rem alterius habet, eam alteri reſtituere debet.

Secunda pars patet, quia cum teneatur ſolũ ratione rei acceptæ, fit, vt ceſſante cauſa obligationis, ceſſet ipſa obligatio. Vnde qui eſt depoſitarius rei alienæ, quia tenetur ſolum ratione rei acceptæ, & non ratione acceptionis, ſi res illa pereat ſine notabili culpa ſua non tenetur ad reſtitutionem, R*atio* eſt, quia qui accipit rem illo modo, cum non accipit illam in vtilitatem ſuam, ſed propter vtilitatem ipſius dantis, ſi pretium cuſtodiæ accipiat, vel aliter ſe ſeruare conſtrinxerit, non fit eiuſdem rei cuſtos ex iuſtitia, ſed ex gratia; & beneuolẽtia, & ideo ſi abſque ſua culpa res perdatur, non ipſi, ſed Domino perit. Secus autem dicendum eſt, ſi ſua notabili culpa rem illam amiſerit, quia ex iure naturali, qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, ideoque ſi culpa ſua res periit, damnum reſarcire tenetur. Quæ omnia colliguntur ex doctrina S. Thom. 2.2.q.62.ar.6. & Caiet. ibidem, Arragon, & Micha. Salon in eum locum, & Martin. Ledeſm. 2.4.q.18. art.6. & aliis. Quæ omnia ſatis eſt hic vniuerſaliter, & in communi explicaſſe, nã, & iſta, & alia plurima in particulari ſuis locis exactius tradituri ſumus.

Sexta eſt. Cum in hac reſtitutionis materia difficile admodum ſit quid certum ſit ſemper affirmare, ideo nobis ſatis erit ea ſcire, & tradere, quæ morali certitudine ſciri, ac tradi ſolent, ſiquidem in his acquieſcere debemus, quæ iuxta dicta ſapientũ, & communem Theologorum ſententiam probabilia iudicantur. Vnde in hac materia morali ignorantia inuincibilis hominem in conſcientia tutum reddit, quo fit: vt etiamſi opinio aliqua falſa fortaſſis ſit, ſi tamen probabilis ſit, & eam ſequuntur Doctores propter rationes probabiles, poteſt vnuſquiſque ſententiam illam tuta conſcientia in praxi ſequi. Econtra vero, ſi ſit opinio aliqua, quæ a parte rei vera eſt, & tamen Doctores communiter ob rationes probabiles oppoſitum ſentiant, tuta conſciẽtia quis in praxi illam ſequi poterit: Ratio eſt, quia in rebus moralibus ſequi debemus rationes probabiles, & Doctorum opiniones, cum vt Philoſophus in Topicis dicit, *Quædam falſa ſunt, quæ tamen ueris probabiliora uidetur.*

De bonæ fidei poſſeſſore rei alterius, & obligatione reſtituendi. Cap. II.

SVMMARIVM.

In re reſtituenda tria præcipue ſunt conſideranda.

Habens rem alienam bona fide neſciens, nec credens eã male acquiſitam, quocunque modo habuerit durante bona fide, nec rem nec fructus inde perceptos reſtituere tenetur. ibid.

Qui bona fide rem habuit, quam primum ſciuerit rem eſſe alienam, tenetur rem illam reſtituere, ſi extat, & fructus rei extantes.

Ignorantia craſſa iuris aut facti non excuſat a reſtitutione, talis autem ignorantia ſeu negligentia æquiparantur dolo. ibid.

Poſſeſſor bonæ fidei licite in conſcientia detrahere poteſt omnes expenſas, quas fecit in re ipſa durante bona fide, ſi ſine rei detrimento detrahi poſſint, ſin minus, quid agendum.

4 *Qui rem alienam accepit a fure quocunque titulo, quam tamen probabiliter credidit non eſſe furtiuam, durãte tali fide nihil reſtituere tenetur, ſi rem illam uendat perdat, aut conſumat.*

Immo ſi inutiliter conſumpſit aut ludo perdidit, non tenetur reſtituere, ibid.

5 *Qui res alienas depredatus eſt in bello iniuſto quod credidit iuſtum, cum veritatem agnouerit, tenetur reſtituere, quicquid prædæ apud ipſum manet, & id, in quo per talem prædam factus eſt ditior.*

6 *Qui bona fide a latrone emit vineam aut boues, ſi poſtea deprehendat eſſe furtiua, tenetur cum vinea, & reſtituere fructus, quos habet, & quos in alijs vſibus inſumpſit.*

7 *Negotiator, qui per uſuram acquiſiuit mille, credens bona fide cõtractum, quo utebatur non eſſe uſurarium, & cum illis mille lucrẽtur centum, quam primum nouerit contractum fuiſſe vſur. tenetur mille reſtituere, & non centum, quæ exinde lucratus eſt.*

8 *Qui rem bona fide a latrone accepit, & deinde rem illã vendidit quã primum rem illam nouit eſſe furtiuam, tenetur illud pretium domino reddere, ſin autem rẽ illam alteri donauerit, ad nihil tenetur, & Quare?*

9 *Qui equum, veſtem, aut huiuſmodi a latrone acceperit quibus uſus eſt ad ſuam utilitatem, quid aut quantum teneatur reſtituere?*

10 *Inuitatus ad cœnam a latrone factam ibique bona fide cibos ſumat, poſtea intelligens illos eſſe furtiuos, quid reſtituere teneatur.*

11 *An qui bona fide rem emerit a latrone, quam poſtea uendidit eadem fide durante, & deinde cognoſcit rẽ illam eſſe furtiuam, teneatur reſcindere cõtractum, & rem Domino reddere, pretium uero emptori.*

12 *Sententia dicentium talem contractum non eſſe reſcindendum, ſed licite poſſe ſibi pretium retinere, eorumque rationes.*

13 *Opinio ſecunda mitior, & communior, & proinde tuta cõſcientia quis eã ſequi poſſit, cum ſit admodum probabilis, ſed rationes primæ efficaciores ab authore cenſentur, ſicut opinio ſecurior.*

14 *Soluuntur rationes ſecundę ſententiæ.*

15 *An qui rem bona fide a latrone emerit poſſit tuta conſcientia contractum illum reſcindere, & latroni rem illam reddere, ut pretium recuperet, an uero teneatur rem Domino reſtituere, etiamſi pretium latroni datum, ſit amiſſurus.*

16 *Secunda Opinio, quæ docet, poſſe illum talem reſcindere contractum, ut pretium a latrone recuperet, ſex rationibus probatur.*

17 *In hac re dubia, & ualde difficili, quid ſenſerit author cum utraque opinio graues habeat authores, breuiter explicatur.*

18 *Opinio ſecunda uerior, & æquior, & Soluuntur argumenta contraria.*

Reddere rem latroni, a quo accepit, eſt mediũ ordinatũ ad ſeruandum emptorem indemnem, & ad reſtitutionem Domino faciendam. ibid.

19 *Rem alienam furi tradens, ut pretium recuperet, potius quam Domino reſtituens vnde pretium amitteret, non cooperatur furi.*

Cur tamen in foro exteriori iudex coget emptorem ad reſtitutionem.

20 *Quid agere debet emens rem bona fide a fure, & poſtea ſciens rem eſſe alienam, ſed eius inuenit Dominum.*

21 *An qui emit rem ſciens eſſe alienam animo reddendi eam uere Domino, pretium datum latroni repetere poßit a vero Domino, aliter non illam daturus?*

Iudex certior factus debet pro emente iudicare, ibid.

22 *An fructus rei alienæ etiam bona fide poſſeßæ reſtituēdi ſint cum re ipſa cognita ueritate quod res fuerit furtiua?*

CVm res aliena reſtitutioni obnoxia duobus modis ab aliquo haberi, & poſſideri queat, nimirum, aut bona fide, vt qui ſana mente, bonoque animo rē alienam poſſidet, credens ſuā; aut mala fide, qui nouit ſe alienū habere, vel per iniquam acceptionem, vt fur, vel quia accepit ab eo, qui non poterat transferre dominium, vt qui emit a fure. arg. l. Bonæ fidei. ff. de verb. ſignific. Doctores in cap. vlt. de præſcript. & in Regula, Poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. vbi Couar. pa. 2. §. 7. nu. 1. Gabr. 4. diſt. 15. quæſt. 3. ar. 3. dub. 5. propoſit. 2. Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitutione. cap. 4. par. 3. nu. 181. Michael Salon in 2. 2. q. 62. art. 6. De vtriuſque reſtitutione breuiter dicendum eſt, præſuppoſito tamen quod in re reſtituēda hæc tria præcipue cōſideranda ſint; primū eſt ipſa rei ſubſtantia, ſecundum eſt, fructus rei, tertium eſt, expenſæ factæ circa rē illā. Exempli cauſa, ſcripſit quis in alieno, depinxit, ædificauit in ſolo, vel domo aliena: pauit animalia aliena, educauit agnum alienum.

1 Quoad bonæ fidei poſſeſſorem hæc mihi dicenda videntur ex communi DD. ſententia.

Primum eſt, Habens rē alienā bona fide neſciens, nec credens eam male acquiſitam, quocunque modo eam habuit, ſiue per donationē liberam, ſiue per contractū cōmutationis, vel emptionis, durante bona fide, nec rē illam, nec fructus inde perceptos, & conſumptos reſtituere tenetur. Ratio eſt, quia bona fides excuſat eum in conſcientia. Vnde ſi durāte bona fide rem vendidit, vel cōmutauit, aut conſumpſit, aut perdidit, aut res illa periit, ad reſtitutionē non tenetur, & ita docet Gab. 4. diſt. 15. q. 3. arti. 3. dub. 5. propoſitione 2. Angelica verb. reſtitutio. 1. nu. 4. Syulueſt. verb. reſtitutio. 3. q. 7. §. Tertium. Tabiena verb. reſtitutio. nume. 25. §. vigeſimoquarto. Sotus lib. 4. de iuſt. & iure, q. 7. ar. 2. Io. Medi. lib. de reſtit. q. 10. concl. 2. Mich. Salon. q. 62. art. 6.

Secundum eſt, qui bona fide rem habuit, quamprimum ſciuerit rem eſſe alienam, tenetur rem illam reſtituere, ſi extat, & fructus rei extantes, ſeu id, in quo factus eſt ditior. Sic Alexā. de Ales. par. 4. quæſt. 24. memb. 5. art. 3 §. 5. Palud. 4. diſt. 15. q. 2. artic. 5. Gab. 4. diſt. 15. q. 3. ar. 3. dub. 5. propoſitione 2. Hoſt. in ſumma lib. 4. tit. de pœnit. & remiſſ. nu. 61. §. Quibus, & qualiter. verſic. Quid de prædam ementibus, & Summa Aſtenſis par. 1. lib. 1. titu. 33. articu. 5. quæſtiuncula. 6. Syulueſt. in verb. fructus. quæſtione prima, & in verb. reſtitutio. 3. quæſt. 7. §. Tertium. Angel. verb. reſtitutio 1. numer. 4. Tabiena verb. reſtitutio. numer. 25. §. vigeſimoquarto. Sotus libro 4. de iuſtitia, & iure. quæſt. 7. artic. 2. S. Anton. par. 2. tit. 1. capitu. 12. §. 16. & 17. Ioannes Medina libro de reſtitut. quæſt. 10. concluſ. 2. Martinus Nauar. in Man. cap. 17. nu. 8. Caiet. in 2. 2. q. 62. art. 6. in principio. & in Sum. verb. reſtitutio ca. 1. §. Aduerte. Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. li. 6. in par. 2. §. 12. nu. 2. concluſ. 2. & citat Panor. in cap. grauis. de reſtitu. ſpoliat. & Ioan. Maiorem in 4. diſtinct. 15. quæſt. 26. ad finem, & idem Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 3. nu. 6. cum ſequentib. Cordub. lib. 1. qq q. 39 Bartho. Medina lib. inſtruc. cap. 14. §. 31. Petrus Nauar. in lib. 3. de reſtit. cap. 4. par. 3. num. 182. & ſequentibus. Michael Salon. in 2. 2. q. 62. art. 6.

2 Ratio eſt, quia cum nouerit, rem eſſe alterius, ſeu male præceptam fuiſſe, incipit eſſe malæ fidei poſſeſſor, & iniuſte detinet rem alienam; iniuſta autem detentio tantundem eſt quoad mores attinet, ac iniuſta acceptio, & ideo rem illā reſtituere tenetur, non ſolū ratione rei, ſed etiā ratione iniuſtæ acceptionis. Confirmari poteſt hæc ratio, quia dominium rei nunquam eſt a vero domino deperditum, & proinde res illi reddenda eſt. Nec excuſatur ex eo forte, quod rem illā in loco publico emerit, aut ex eo quod ſtatutum aliquod ſit decernens oppoſitum, ſcilicet, quod quicunque in tali foro publico rem aliquam emeret, non teneretur ad rei reſtitutionem, quia vt notat Petr. Nauar. vbi ſupra poſt Gabr. 4. diſt. 15. q. 3. art. 3. dub. 5. propoſitione prima, tale ſtatutum omnino iniquum eſſet, quia contra ius naturale, ac diuinum eſt, cognito domino eius, rem detinere, vnde ſic tenens peccat mortaliter, ideoque nihil valet tale ſtatutum.

Neque etiam excuſatur ex ignorantia craſſa iuris, puta quando ſcit probabiliter, rem eſſe alienā, ſed tamen putat non eſſe reſtituendam. Ignorantia .n. quæ a iure originem ducit, non excuſat: Si vero ignorantia ſit facti, quamuis inuincibilis, & probabilis ignorantia excuſat, (hoc enim caſu eſt bonæ fidei poſſeſſor) craſſa tamen, ſicut nec a culpa, ita nec a reſtitutione excuſat, cum iam ſit malæ fidei poſſeſſor, vt Gabr. vbi ſupra, propoſitione ſecunda, & Petrus Nauar. loco citato annotarunt.

Dicitur vero ignorantia eſſe craſſa, quando cogitare debebat rem eſſe alienam, vt puta, quia communiter ab omnibus, vel ab aliquibus dicebatur rē illam eſſe furtiuam, vel bellum fuiſſe iniuſtum, vel quia Epiſcopus tales, a quibus recepit, excommunicauit tanquam raptores, vel quia emit a ſtipendiario calicem, vel Miſſale, aut ſimilia, talis enim ignorantia ſeu negligentia lata æquiparatur dolo, vnde ad reſtitutionem obligatur.

3 *Tertium eſt*, Poſſeſſor bonæ fidei licite in conſcientia detrahere poteſt omnes expenſas, quas fecit in re ipſa, eam conſeruando, vel meliorando, durante bona fide, ſi detrahi poſſint abſque detrimento rei. Sin autem ſeparari nequeunt a re tenetur Dominus rei in conſcientia, vel ſoluere ei quicquid expenderet, vel rem illi iuſto pretio vendere, expenſas autem quas fecit ceſſante bona fide, repetere non poteſt.

Sic Summa Aſtenſis par. 1. lib. 1. tit. 33. artic. 5 quæſtiuncula. 2. Gabr. 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. artic. 3. dub. 5. propoſitione 2. Angel. verbo. reſtitutio. 1. verb. Emens. nume. 4. Syulueſt. verbo. reſtitutio. 3. quæſt. 7. §. Tertium. Tabiena verbo. reſtitutio. nu. 25. §. vigeſimoquarto. & Summiſtæ communiter in verb. expenſæ.

Ex hac communi Doctorum omnium doctrina colliguntur, & ſoluuntur multi caſus, & difficultates, quæ circa ea, quæ bona fide conſumuntur, vel a latronibus accipiuntur, accidere ſolent.

Primo enim, Qui accepit rem alienam a fure, aut titulo donationis, aut emptionis, quam tamen probabiliter credidit, non fuiſſe furtiuam, ſi durante bona fide, rem illam vendat, perdat, aut conſumat, ſi nihilo factus ſit ditior, (ſic enim intelligitur primum noſtrum dictum) nihil reſtituere tenetur, vnde qui equum a fure accepit dono, ſi equus durante bona fide moriatur, aut alteri donet, nihil reſtituere tenetur, etiamſi poſtea equum illum furtiuum eſſe ſciat. Quia ex illa re nihilo ditior factus eſt; & quia res ita conſumpta, & perdita, perinde ſe habet, ac ſi apud verum Dominum periiſſet, aut conſumpta fuiſſet.

Immo etiamſi apud ipſum res pereat ex culpa ſua, aut eam inutiliter conſumpſit, aut ludo perdidit, aut in eleemoſinam dedit, reſtituere non tenetur, ex quo locupletior non ſit effectus; Id quod præter citatos in dicto primo docent Martinus Ledeſm. 2.4. quæſtio. 18. ar. 6. Petrus de Arragon. in 2.2. quæſt. 62. ar. 6. Grego. de Valentia in 2.2. diſp. 5. quæſtio. 6. puncto 3. verſiculo Quinto. & facit regula iuris, ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. præterhæc. in qua regula ait Gloſſa ibi nullam eſſe veriorem, & patet ex dictis.

Secundo, Qui res alienas deprædatus eſt in bello iniuſto, quod credebat iuſtum, quam primum veritatem nouit, tenetur reſtituere, quicquid prædæ apud ipſum manet, & id in quo per illam prædā factus eſt ditior: At vero domos, quas euertit, ſegetes, quas combuſſit, animalia, quæ occidit, non tenetur reſtituere, cum iſta bona fide conſumpſerit, nec in eis factus ſit ditior.

6 Tertio, Qui bona fide a latrone emit vineam, aut boues; ſi poſtea deprehendat iſta eſſe furtiua, tenetur vnà cum vinea reſtituere non ſolum fructus, quos habet, ſed etiam illos, quos illis vſibus inſumpſit, in quibus, niſi illos haberet fructus, alia bona ſua conſumpſiſſet, deductis tamen expenſis, & laboribus.

Si tamen illos ideo conſumpſit, quod amplus fundus, exempli gratia, illi donatus ſit, cuius donatione ductus, ſtatum mutauit, & ſplendidius vixit, tunc non tenetur niſi in eo, quod alias conſumpturus erat, ſi donatio illa facta ſibi non fuiſſet, non autem ad totum, quod in ſuperiori ſtatu conſumpſit Et ſimiliter vna cū bouibus, vitulos, lac & caſeos quos ex illis percepit, reſtituere tenetur.

Quarto, Negotiator, qui per vſuram acquiſiuit mille credens bona fide contractum, quo vtebatur, non eſſe vſurarium, ſi cum illis mille lucretur deinde ſua induſtria 100. quam primum nouit contractum, quo acquiſiuit illa mille, eſſe vſurarium, tenetur reſtituere illa mille, illa vero centum, quæ cum prædictis mille, deinde bene lucratus eſt, reſtituere non tenetur; Quia cum dicitur rem cum fructibus ſuis reſtituendam eſſe, intelligi debet de fructibus illis, quos res ipſa nata eſt producere, tales enim fructus ſicut computantur in ipſa re, ita ēt cum re ipſa reſtituendi ſunt, vt reſtitutio in integrum fiat.

Quia vero pecunia res fructifera ex ſe non eſt, ſed ſterilis, inde conſequens eſt, vt centum illa ex pecunia lucrata, non pecuniæ illi, ſed arti, & induſtriæ pecunia vtentis attribuenda ſint, & proinde reſtitutioni non ſunt obnoxia niſi illa mille, quæ ſunt capitale.

8 Quinto, Qui rem bona fide a latrone dono accepit, & deinde rem illam vendidit, quampimum nouit, rem illam eſſe furtiuam, tenetur totum pretium illud Domino reddere, quia in toto illo factus eſt ex re aliena ditior, & pretium, & lucrum rei rem alienam repræſentat; Sin autem rem illam alteri donauerit, ad nihil tenetur, dummodo rem illam durante bona fide donauerit, quia in hoc caſu locupletior effectus non ſit.

Vnde qui pallium alienum ſibi emptione acquiſitum, eodē pretio alteri vendat, aut donat, ad nihil prorſus tenetur, ſecus ſi pretio maiori vendat, tunc enim, quod ſupereſt, reſtituere tenetur.

9 Sexto: Qui bona fide veſtem, equum, aut aliquid aliud ſimile a latrone accepit, quibus vſus eſt, ad aliquā ſuam vtilitatem, tenetur reſtituere vero Domino, non quantum veſtis illa, vel equus valet, ſed quantū in re ſimili ſibi neceſſaria expendiſſet, quia in eo factus eſt ditior. Exempli gratia, accepit quis a latrone veſtem ſericam, cum tamen alias lanea vtebatur, occaſione tamē talis doni, aut emptionis veſtis ſericæ, conſumpſit veſtem ſericam, non tenetur reſtituere valorem veſtis ſericæ, ſed valorem laneæ, qua alias vſus fuiſſet, quia in eo factus eſt ditior. Sic etiam ſi donato ſibi equo a latrone, vſus ſit non in neceſſariis caſibus, ad quos equum, vel emiſſet, vel conduxiſſet, nihil pro vſu reſtituere tenetur, eo quod ditior factus non ſit, ſecus autem ſi in caſibus neceſſariis illo vſus ſit, aut eius operas locauit, quibus factus eſt ditior, tunc enim deductis ſumptibus in reliquum tenetur.

10 Septimo, ſi quis ſit a latrone inuitatus ad cœnā, ibique bona fide cibos ſumat, poſtea intelligens, illos eſſe furtiuos, nō tenetur reſtituere integrum cibi valorem, ſed quantum ipſe domi ſuæ in ſua cœna expendiſſet, quia in eo factus eſt ditior, adeo vt ſi quando fuit inuitatus, iam habebat cœnam paratam, & factas expēſas, non teneatur reſtituere, quia tunc in nullo ratione cœnæ, ad quam eſt inuitatus, factus eſt ditior. Quæ omnia ex DD. citatis colligūtur; quorum omnium Ratio eſt, quia reſtitutio integra eſſe debet, & ad æqualitatem inter eos, quorum vnus habet minus, quam debet habere, alter vero plus, quam deberet, vnde cū fructus, & vtilitas rei, quam res ex ſe, & natura ſua fert, pro eodem computentur cum ipſamet re, conſequens eſt, vt res cum ſuis fructibus vero Domino ſit reſtituenda, vt æqualitas inter eos conſtituatur, & reſtitutio in integrū fiat. Et quæ hactenus dicta ſunt, ab omnibus conceduntur, ex quibus exemptis, quid in aliis dicendum ſit, vnicuique manifeſtū eſſe poterit. Nūc alia, quæ dubia, nec ita certa, aut ab omnibus conceſſa ſunt, declaranda veniamus.

11 Dubium Primum eſt, an qui bona fide rē emit a latrone, quam etiam poſtea durante bona fide vendit alteri, & deinde cognoſcit rem illam eſſe alienam, teneatur reſcindere contractum, & reddere rem vero domino: pretium vero emptori? In hoc dubio duæ ſunt DD. ſententiæ.

Prima eſt dicentium, pretium eſſe reſtituendum emptori in caſu, quo emptor ſciat, aut cogniturus ſit rem eſſe furtiuam, vel quod res illa a ſecundo emptore petetur, comparente vero Domino, & rē ſuam poſtulante: ſin autē ſecundus emptor non ſit id ſciturus, nec comparet verus Dominus rē ſuam aliquando a ſecundo emptore periturus, tunc non tenetur reſcindere hunc ſecundum cōtractum, nec reſtituere illi pretium, cum nullum ei alioqui dānum immineat.

Ratio primi dicti eſt, quia iure naturæ tenetur vēditor emptorem ſeruare indemnē. Tum, quia non potuit venditor trāsferre in emptorem rei dominium, & conſequenter, neque emptor tranſtulit in venditorem dominium pretii, cum contractus ille venditionis, & emptionis fuerit nullus; Tum, quia venditor pretium rei accepit pro re, quæ non eſt ſua. Ergo nec pretium rei erit ſuum. Tum, quia ſi apud talē venditorē remaneret res ipſa, aut fructus eius, teneretur ad reſtitutionem, ergo & pretium acceptum reſtituere debet, cum pretium ſuccedat loco rei, ff. de petit. hæred. l. & rei, Tum, quia qui pecuniam, adulterinam ab alio bona fide acceptam tertio dedit, poſtquam id ſciuerit, debet ei pecuniā legitimam reddere, vel reſcindere contractum. Tum, quia ſi Petrus emiſſet à Ioanne Vitrum pro gemma, poſteaquam cognoſceret eſſe vitrum, teneretnr id explicare Andreæ, & contractū cum eo factum reſcindere, vt omnes DD. tradūt, ex eo quod venditor tenetur ſeruare emptorem indemnē, reddereque illi venditionem certam, atque ſecuram. Ergo idem eſt in caſu noſtro. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia, & iure. quæſt. 7. ar. 2. Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitu. cap. 4. pa. 3. dub. 5. nu. 206. & Martinus Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. ar. 6. pag. 269. col. 4. & Grego. de Valentia in 1. 2. diſp. 5. quæſt. 6. puncto 3. in fin. Vbi dr̃ hanc Soti opinionē in rigore veriorē eſſe, qui authores loquuntur ſolum, quando imminet periculum ſecundo emptori amittendi rem ſuam, & pretium ſimul ipſius, apparente Domino vero, & rem ſuam poſtulante.

Alii vero, vt Petrus de Arragon. in 2. 2. quæſtio. 62. articu. 6. & Michael Salon ibidem. controuerſia ſecunda, citans etiam pro hac re Ioan. à Penna, qui abſolute docent emptorem bonæ fidei, ſi rem furtiuam bona fide alienat, quam primum ſciat rē fuiſſe furtiuam, teneri reſcindere pactum ſeu contractum: vt rem illam Domino reſtituat, aut prætium rei, & hoc ſiue maneat ſecundo emptori periculum rei illius perditæ, & pretii ſimul cum illa, ſiue nullum periculum ei immineat. Qui omnes authores id procedere volunt, etiamſi talis venditor non poſſit poſtea pretium, quod dedit latroni pro re illa bona fide empta recuperare. Immo idem docet Michael Salon de hoc ſecundo emptore, quod tenetur rem emptam vero Domino reddere, etiamſi ipſe poſtea pretium datum, nec a latrone, nec a primo emptore, ſeu venditore recuperare poſſit, tenetur enim iſte ad reſtitutionē ratione rei, quam habet, quæ cum ſit alterius, ei, cuius eſt, reſtitui debet.

12 Secunda ſententia eſt, dicentium talem venditorem non teneri ad contractum reſcindendum, ſed licitè poſſe ſibi pretium retinere, dummodo rē alteri vendat eodē pretio, vel minori, quā emerat. ſic Angel. verb. reſtitutio. prima in verbo. Emens. numero quarto. Syluest. verbo. reſtitutio, tertio. quæſtione ſeptima. §. vigeſimoquarto. Nauarrus in Manuali. capitu. decimoſeptimo. numero octauo, & nono, & Caietanus ſecunda ſecundæ quæſtione 72. articulo ſecundo, & in ſumma verb. reſtitutio, cap. primo. §. ſecūda verò radix. ſatis fauet huic opinioni, & eum ſequutus Couarruuias in reg. peccatum de reg. iur. libro ſexto. part. ſecunda. §. decimoſecundo, concluſ. ſecunda. numero tertio. vel. quarto. qui etiam pro hac opinione refert Ioannē Maior. quarto. diſtinctione 15. quæſtione vigeſima ſexta. ad finem, & Ioannem Medinam libro de reſtitutio. quæſtione decima. conclus. ſecunda. §. ſi autem. Coſmus Philiarchus. de officio Sacerdotis. lib. 6. cap. decimonono. dub. ſecundo. & idem docere videtur Bartholomæus Medina in lib. 1. inſtruct. cap. decimoquarto. §. trigeſimoprimo. Probari poteſt hæc opinio.

Primo, quia emens rem a latrone bona fide, ſi res illi ablata ſit, aut conſumpta durante bona fide, nō tenetur ad reſtitutionē eius, quamuis poſtea ſciat, rem illam fuiſſe furtiuam, ergo nec quando vendidit bona fide, tenebitur reſcindere contractum, nec pretium acceptum vero Domino reſtituere, ſed poterit illud ſibi reſtituere.

Secundo, quia venditor ille non tenetur reſtituere ratione acceptionis iniquæ, quia bona fide emit a latrone, nec ratione rei acceptæ, quia iam non habet illam apud ſe, nec in ea factus eſt ditior vt ſupponimus.

Secus autem ſi maiori pretio rem venderet, tūc enim exceſſum reſtituere tenebitur Domino rei, ſicut etiam ſi non emptionis titulo, ſed donationis rē furtiuam quis a fure habuerit, eamq. vendiderit, pretium acceptū tenebitur Domino reddere, *l. ſi* rem. ff. de petit. hæred.

13 In hac re, quæ dubia plane eſt, dicendum arbitror, quod licet ſecunda opinio probabilis admodū ſit, mitior, & communior, & proinde tuta conſciētia quis eam ſequi poſſit; prioris tamen ſententiæ rationes efficaciores ſunt, ſicut etiam opinio illa ſecurior eſt.

Et quidem primo, ſecundum omnes, tam primæ, quam ſecundæ ſnīæ Doctores, ſi emptor primus, id eſt, venditor bona fide ex emptione, donatione, & vēditione factus ſit locupletior; tenetur exceſſum ſoli vero Domino rei reſtituere.

Secundo venditor ſemper tenetur emptorē reddere indemnē, & proinde tenetur pactum reſcindere, & pretium emptori, & rē Domino, vel rei pretiū ei reſtituere. vt colligitur ex toto titulo, ff. de euiction.

Quod enim ait Martin. Nauarrus, ſatis eſſe, ſi vēditor cedat actionem in emptotem, quam habet; contra latronem primum venditorem, vt hac ratione tam in foro conſcientiæ, quam contentioſo liberetur, falſum eſt, & cōtra communem praxim, ſiquidem venditor emptorem reddere tenetur indemnem, & cogitur etiam aut rei pretium emptori reddere, aut litem pro emptore agere, & poſtea, vel rem euictam reddere, vel eius pretium, prout in tribunalibus obſeruari paſſim ſolet, & faciunt, quæ tradit Syluest. in verbo. Emptio. numero 26. quæſtio. 25. vbi aliquot caſus enumerat, in quibus venditor non tenetur de euictione, ne emptorem conſeruare indemnem, inter quos non eſt caſus præſens.

4 Ad Rationes autem ſecundæ ſententiæ. Reſponderi poteſt. Ad Primam quidem conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequencia: vt enim recte docent Petrus de Arragon, & Michael Salon vbi ſupra, Quando res conſumpta eſt, vel data, vel ablata ſine eius culpa, nihil illius rei manet apud primum emptorem, & ideo nihil reſtituere tenetur, At uero in caſu noſtro, quando illam vendidit, manet apud ipſum illius rei pretium, quod eſt idem cum ipſa re; Vnde tenetur reſcindere illam venditionem ſecundam; vt rem domino, vel pretium rei reſtituat, & emptorem reddat indemnem.

Secunda etiam ratio ſoluitur, dicendo teneri ad reſtitutionem ratione rei alienæ, ſcilicet ratione pretij, quod apud eum eſt, vt ex dictis conſtat; quāuis vt ait Arragon vbi ſupra, ſi bona fide illud conſumpſiſſet, nec ex tali conſumptione fuiſſet factus ditior, nihil tenetur reſtituere Domino; Quia vero tenetur emptorem ſeruare indemnem, pretium rei reſtituere cogitur emptori, præſertim cum cōtractus ille nullus ſit, nec dominium pretij in venditore trāslatum ſit, ſed ipſius emptoris ſit, & ideo ſuum ipſi reſtituendum erit.

5 Dubium Secundum eſt, An qui bona fide emit rem a latrone, poſtquam ſciat rem eſſe furtiuam, poſſit tuta conſcientia reſcindere contractum illū venditionis, & emptionis, & latroni rem illā reddere, vt recuperet pretium pro illo datum, an vero teneatur reſtituere rem Domino, etiamſi pretiū latroni datum ſit amiſſurus?

Prima opinio eſt aſſerentium teneri ad reſtituendam rem vero Domino ēt cum iactura pretii. Sic Ioan. Medina. C. de rebus reſtituēdis. quæſt. 10. concluſio. ſecunda, §. verum aūt. Sotus lib. 4. de iuſtitia, & iure. quæſtio. 7. artic. 2. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſtio. 18. artic. 6. pag. 269. col. 3. & Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par 2. §. 12. concluſio. ſecunda, §. Tertio. num. 3. Barthol. Medina libro primo, inſtruct. cap. 14. num. 31. Ioſeph. Angl. in floribus in quæſt. cui reſtitutio facienda. dub. 3. concluſio. 3. & fauet Caiet. in 2. 2. quæſt. 62. ar. 6. & in Summa verb. reſtitutio. cap. 1. Ratione probatur hæc ſententia.

Primo, quia ex ſancto Thoma in ſecunda ſecundæ q. 62. ar. 6. in Corp. ar. Res aliena quomodocunque ad manus noſtras venit, habēs eam, tenetur illā Domino rei reſtituere; cum ergo emptor habeat rē alienam, tenetur eam vero Domino reddere, cū dominium rei non ſit a Domino translatum.

Secundo, quia ſi latro diſparuiſſet, aut mortuus eſſet omnium conſenſu tenetur poſſeſſor rei illam Domino reſtituere, etiamſi nullo modo pretium recuperare poſſet; quod vero latro compareat, vel mortuus ſit, eſt per accidens, vinculum autem reſtitutionis per ſe deſumitur ex dominio rei, quod penes dominum manet, nec amittitur ex eo, quod latro præſens ſit: Ergo ei facienda eſt reſtitutio.

Tertio, quia emptor, cognita ſemel rei veritate, non poteſt rem vendere aut alienare, vt pretium recuperet; cum nemo iuſte alienat rem, quam ſcit eſſe alterius. Ergo nec eam latroni reddere poteſt, vt recuperet pretium ab eo.

Conſequentia patet, quia Dominus rei idem damnum patitur, ſiue res reddatur latroni, ſiue vendatur alteri; neque latro maius ius habet in rē illam, quam quiuis alius, cui vendatur.

Quarto, quia reddens rem alienam latroni, videtur cooperari cum latrone ad iniuſtam rei alienæ detentionem, & proinde tanquam particeps in crimine tenebitur ad reſtitutionem.

Quinto, quia ſi Dominus conueniat emptorem coram iudice, explicata rei veritate, compelletur a iudice eam Domino reddere etiam non repetito pretio. At forum exterius, quando non fundatur in falſa præſumptione, ſemper eſt iuſtū, & conſonum foro interiori, & obligans ad id, quod homo in conſcientia facere tenetur.

16 Secunda opinio docet, poſſe emptorem tuta conſcientia reſcindere contractum cum latrone, & rem illi reddere, vt pretium ab eo recuperet, nec tenetur eam vero Domino reſtituere. Sic Alexander Alenſis quarta par. quæſtio. 24. memb. 5. artic. 3. §. quinto, in fine. Gabr. quarto diſtin. 15. q. 3. art. 3. dubio quinto, propoſitione prima. Angel. verb. reſtitutio. 1. verb. Emens. numero primo, verſic. Tertio. Sylueſt. in verb. reſtitutio. 3. quæſtio. 7. §. Primum. verſic. Quarto. qui tres citant Alenſem, & tenent hanc ſecundam opinionem etiam in illo, qui ſcienter, & mala fide rem emit a latrone, in quo caſu hi omnes loquuntur, multo magis id dicturi de eo, qui bona fide emeret a latrone. Et præter iſtos de emente bona fide id docent Nauar. in Man. c. 17. nu. 9. Petrus de Arragon in 2. 2. q. 62. art. 6. & Michael Salon ibi. artic. 6. controuerſia prima, vbi etiam teſtatur Franciſcum Victoriā, & multos doctiſſimos uiros ex recentioribus Salmanticenſibus hanc opinionem tenere, & Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitutione. cap. quarto. par. 3. dub. 4. num. 195. & ſequentibus, & Gregorius a Valētia in 2. 2. diſput. 5. quæſtio. 6. puncto 4. Coſmus Philiarchus tom. 2. de officio ſacerdotis lib. 6. cap. 19. Ludouic. Lopez. par. 1. inſtruct. conſcien. c. 95. quæ opinio his argumentis probari poteſt.

Primo, quia cum hic emptor bona fide rē emit, non eſt dignus, qui pretium a ſe datū amittat, quod tamen amitteret, ſi rem Domino, & non latroni reſtitueret.

Secundo. Quia vnuſquiſque ius habet, vt ſibi potius quā alteri conſulat, non conſuleret autē, ſi rem Dño reſtitueret, & nō furi, cum a Domino nō poſſet repetere pretiū, quemadmodum a fure poterit.

Tertio, quia nemo tenetur pati tantum detrimētum ſine ſua culpa, quantum pateretur ille, cui res ablata eſt: At uero ſi emptor teneretur rem Domino reſtituere, æquale damnum patietur ſine culpa ſua, ac pateretur Dominus, ſi res ſua illi non reſtitueretur: in pari autem caſu innocentiæ vnuſquiſque tenetur ſibi potius quā alteri cōſulere, nec tenetur quis pretii iacturam admittere, vt Dominū ſeruet indemnem, maxime quando habet alienam rem ſine ſua culpa, vt in caſu noſtro contingit.

Quarto, quia contractus iſte cum latrone factus, ipſo iure fuit nullus, eo quod latro dominium rei in emptorem transferre non potuit. Ergo nec emptor pretium datum tranſtulit in latronem. Ergo poterit iuſte pretium datum repetere, quandoquidem illius pretii dominium a ſe non abdicauit.

Quinto, Reſtitutio in eo conſiſtit, ut res in ſtatu priſtino conſtituatur. Ergo ſatis erit, ſi emptor reddat rem latroni, a quo illam accepit.

Sexto, latro habet ius, vt rem furtiuam reſtituat Domino; At vero nullũ ius haberet, niſi contractus ille reſcindi poſſet, vt res Dño reſtitui poſſit. Cum igitur emptor nõ minor ius habeat reſcindendi contractum, quàm fur, dicendum erit, poſſe emptorem reddere rem latroni, vt pretium datum recuperet.

Septimo, Bona fides non patitur, vt idem bis reſtituatur, qualiter in caſu propoſito reſtitueretur, ſi res Domino, & non furi eſſet reddenda.

Nam ſemel fuit reſtituta ſaltem in valore, quãdo ipſius rei pretiũ, furi, a quo res empta eſt, traditũ, ac ſolutũ fuit: & iterũ quando res Domino reſtituenda eſſet, non repetito pretio a latrone.

Res hæc, vt ex argumentis pro vtraque parte allatis conſtat, difficilis, & dubia eſt, & vtraque opinio ſatis probabilis eſt, & multos pro ſe, & graues hẽt authores, vñ ut recte notauit Michael Sal. vbi ſupra, concluſio. tertia poteſt fidelis, quam voluerit, tuta conſcientia amplecti, nec poteſt confeſſarius primam tenens opinionem, negare abſolutionem pœnitenti, qui ſecundam ſequitur ſentẽtiam, vel e conuerſo.

Vt autem certa ab incertis ſeparemus, hæc mihi dicenda videntur.

Primo, certum eſt ſecundum omnes, Emptorẽ bonæ fidei non poſſe a Domino rei pretium datum exigere.

Secundo, Emptor bonæ fidei, ſi fur non comparet, aut is, a quo accepit, ſi res apud emptorem manet, tenetur eam Domino reddere, etiam ſine recuperatione pretij: vnde recte admonet Caiet. 2.2.q. 62.art.6. ementem rem furtiuam, etiamſi bona fide illam emat, eſſe in periculo amittendi rem, & pretium eius.

Nec obſtat, quod exinde patitur damnum ſine culpa ſua: quia ſicut uerus Dominus patietur damnum ſine culpa ſua, uitio latronis, ſi res illa nunq̃ deprehenderetur eſſe furtiua; ita etiam hic emptor, ſi res ſciatur eſſe furtiua, patietur damnũ ſine culpa ſua vitio latronis, ſibique emptor imputare debet, quod rẽ alienã furtiuã emerit, ſiue negligẽs fuerit ſuæ culpæ, ſiue inculpatus fuerit fortunæ ſuæ, vt loquitur Petrus Nau. vbi ſup. nu. 193. Quocirca vnuſquiſque ſibi cauere debet, & diligenter curare, ne quid furtiuum emat, ne ſe huic periculo exponat, C. de furtis. leg. 2. Hoſtien. in Sũma lib. 5. tit. de pœnit. & remiſſ. nu. 61. §. quibus, & qualiter. verſi. Quid de prædam ementibus. Aſtenſis in Summa par. 1. lib. 1. tit. 33. art. 5. quæſtiuncula. 6. Petrus Nau. Petr. de Arragon, & Michael Salon vbi ſup.

Tertio, Bonæ fidei emptor, ſi poteſt latronem conuenire apud iudicem, aut alio modo accommodato pretium datum a fure recuperare, quam rem ei reddendo, iuxta omnium ſententiam tenebitur rem Domino reſtituere, & ſeipſum indẽnem ſeruando iuſtitiam cum vtroque: cũ Domino, rem ei reddendo ſuam; cum fure, ſe recõpenſando de dãno, quod eſt ab eo paſſus, cum in hoc caſu nulla ſit iuſta excuſatio, quo minus rem Domino reddat.

Quarto, emptor bonæ fidei, etiam furi rem poteſt reddere, cum veriſimilis ſit coniectura, quod furtum Domino reſtituet, vel emptor eum ad id agendum induxerit, aut tandem modum adhibeat, quo tute res vero Domino reddatur, vt Petrus Nauar. vbi ſup. nu. 194. & Cou. loco citato, & alii communiter tradunt.

Quinto, habens rem alienam, quam dono accepit, vel alio noĩe, ac titulo gratioſo poſſedit, ad illã domino vero reſtituẽdam obligatur. Et in iſtis omnib. vtriuſque ſentẽtiæ authores conſentiunt.

Sexto, ſi res aliena, bona fide acquiſita ſit contractu lucroſo, puta venditione, locatione, &c. nec pretium datum recuperare poteſt, niſi rem illam latroni reſtituat, non tenetur poſſeſſor, ſi pretium recuperare poteſt a latrone, tradendo illi rem emptam, illam Domino reſtituere. Quia in pari caſu innocentiæ, vnuſquiſque magis ſibi, quam alteri conſulere poteſt. Vnde ſecundam hanc ſententiam, & veriorem, & æquiorem eſſe cenſeo. Et ex dictis facile eſt argumentis in contrarium allatis reſpondere.

18 Ad Primum reſpondetur, rem alienam non eſſe reſtitutioni obnoxiam ex vllo præcepto cum æquali damno proprio, vt in caſu noſtro contingeret, & S. Thom. intelligendus eſt, quando reſtitui poteſt ſine damno proprio poſſidentis bona fide. Et ſatis eſt, quod reſtituat vero Domino mediate, reſtituendo illam furi, admonendo illum, vt reſtituat eam Domino.

Ad Secundum reſpondetur, conceſſo antecedente, negatur conſequentia, quia in caſu, quo latro abſens ſit, aut mortuus, nullus eſt relictus reſtituendi modus alius, quam reſtituendi rem vero Domino, nec emptor ſpem habere poteſt pretium datum recuperandi, vnde nulla extat excuſatio non reddendi rem Domino: At vero quãdo latro præſens eſt, & ſpes eſt recuperandi pretium datũ, & reſcindendi contractum, & res vero Domino a latrone ipſo reſtitui poteſt.

Ad Tertium reſpondetur, longe diuerſam eſſe rationem in caſu antecedentis, & conſequentis, quia reddere rem latroni, a quo illam accepit, eſt medium ordinatum, tum ad ſeruandum emptorem indemnem, tum ad reſtitutionem rei vero Domino faciendam, cum ipſemet latro, qui principaliter obligatus eſt ad reſtitutionem, poſſit poſtea, & tenetur rem domino reſtituere; Immo latro habet ius ad reſcindendum contractum, vt hac ratione Domino rem ſuam poſſit reſtituere. At vero alteri vendere, non eſt medium per ſe ordinatum ad reſtituendam rem proprio, ſed potius ad detentionem rei contra veri Domini voluntatem, neque ex tali venditione ſecunda ſeruatur primus emptor indemnis, vt conſtat, cum ſecundus emptor pretium illi datum poſſit repetere.

19 Ad Quartũ reſpondetur, quod tunc cooperetur furi, quando rẽ illi redderet eo conſilio, vt eam ille vſurparet, & retineret, aut eũ aliquo iuuaret conſilio, opera vel alio modo, ne rẽ furto reſtituat, tunc enim cooperator eſſet furi contra iuſtitiam, ſecus autem quando eam illi tradit, vt pretium datum recuperet, non ſecus, ac qui ad redimendam vexationem dat pecuniam inuadenti latroni, & multo magis in noſtro caſu, ut liberet ſe a tanto, & tã magno damno. Nec valet, quod dici ſolet in eo falſé cooperari latroni ad peccatum in retinẽda re aliena,

na, ſiquidē probabiliter credere pōt latronem nūquā redditurum eſſe rem dño, quia vt ait Nau. vbi ſupra, reddendo rem latroni, potius cooperari videtur illi ad reſtitutionē, & vt a peccato exeat, q̄d ſi poſtea latro rē non reſtituat, id malitiæ latronis imputandum eſt, nō autem emptori, qui vtitur iure ſuo, & reponit rem in eo ſtatu, in quo ante erat, ſcilicet in manu latronis ne pretiū illi datū amittat. Nec Dominus rationabiliter inuitus eſſe pōt, cum emptor nihil contra eum peccauerit, accipiēdo, & reſtituendo ſuæ propriæ conſuluit vtilitati.

Ad quintū rn̄detur. ideo coget eū ad reſtitutionem, quia in foro exteriori præſumitur malitioſe reddidiſſe rē latroni, & velle ocultare latronem, et ideo in pœnā cogetur pretiū ſoluere, cum tamē in foro cōſcientiæ, in quo pœna hæc ante iudicis cōdemnationem, non debetur, aliter ſit dicendum.

Præterquam quod alia eſt Ratio ſententię iudicis, alia vero emptoris bonæ fidei. Iudex.n.ideo recte iudicat, quia ſolum ad eum pertinet iudicare ſecundum exteriora, nec tenetur vitare dāna emptoris, ſed curare, vt ſuum cuiq; reddatur, emptori vero licet potius damnū ſuum propriū vitare, quā alterius utilitati conſulere. Atque hac ratione difficultatem iſtam determinandam eſſe putarem.

0 Dubium Tertium eſt, quid agere debet emens rem bona fide a fure, & poſtea ſciens rem eſſe alienam, non inuenit dominum? Quidam in hoc caſu Reſpondent, facta diligentia, & non comparente Domino, rem eſſe expendendam in vſus pauperū, nec licite reddi poſſe furi ad recuperādum pretiū. Nihilominus tamē dicendum eſt, iuxta ea, quę diximus in præcedenti dubio, ſatis eſſe reſtituere furi ad pretium ſuum recuperandum. Quod ſi latro etiam non compareat, vel non poteſt ab eo pretiū recuperare, tunc quidem expendi debet res in vſus pauperum, & etiam fructus rei extantes, & quicquid valet vltra id, quod ipſe dedit, & id publice fieri debet vt authores cōſulunt, ut vitetur omnis ſuſpicio, & liberatus erit, nam hoc modo ēt vtiliter gerit rem dn̄i; Et ſi facta donatione pauperib. appareat Dominus, liber erit, cū adhibita diligentia, & alijs circūſtātijs rem illam bona fide in Dn̄i utilitatem expenderit, erogando eam in pauperibus. ex Gabr.4.diſt.15.quæſt.3.art.3.dub.5.propoſitione prima, Hoſtien.in Summa lib.5.tit. de pœnitentijs, & remiſſ.nu.61.§.quibus, & qualiter.verſic.quid de prædam ementib.in fi. Aſtenſ.in Summa.lib.1.parte prima, tit.32.ar.9.quæſt.2.Ang. in verb.reſtitutio.1.verb. emens, nu.6.Syluеſt.verb. reſtitutio.3.quæſt.7.§. Quintum. Tabiena verb. reſtitutio.num.25.§.vigeſimoquarto.

1 Dubium Quartum eſt, An qui emit rem ſciens eſſe alienam, animo reddendi eam vero Domino, pretium datum latroni repetere poſſit a vero domino, aliter ei non daturus rem illam? Reſpondetur ex communi DD. ſententia, quoties dominus probabiliter non ſit alio modo rem ſuam recuperaturus, aut non pro tam paruo pretio, toties pretium petere poteſt a vero domino rei, & dominus tenetur in conſcientia reddere ei pretium datum. Ratio eſt, quia utiliter geſſit negotium illius. Sic Hoſtienſis in Summa lib.5.tit de pœnit.& remiſſ. §.Quibus, & qualiter.num.61.verſi.Quid de prædam ementibus. Ang. verb.reſtitutio.1.verb.emēs nu.5.Gabriel 4.diſt.15.quæſt.3.art.3.dub.5.propo.prima Io.Maior.4.diſt.15.q.26.ad fin.Syluеſt. verb.reſtitutio.3.quæſt.7.§. Quartum.Anchar.in reg.peccatū.col.13.de reg.iur.lib.6. & ibi Couar. in par.2.§.13.nu.5.§.Ceterum citans ad hoc Cępolam.cautela.10. & Ioan.Lup. in rub. de donation. §.95.num.57. & cap. rapinam.14.quæſt 5.vbi dicitur. *Rapinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reſtituatur*, & eandem ſententiam tenent Tabiena in verb.reſtitutio.nu.25.§.vigeſimo quarto, & Bartholomæus Medina lib.1. inſtruct. cap.14.§.31.& Petrus Nauar.lib.3.de reſtit.cap.4. par.3.num.202. Qui omnes authores etiam docēt talem dominum teneri ſoluere expēſas, etiamſi res perierit, & ad eum non peruenerit, cum alter negotium eius geſſerit vtiliter, & non debet ſuo labore defraudari. Qui etiam addunt, quod in foro contentioſo non creditur tali emptori, niſi fuiſſet publice proteſtatus, quod ea intentione emebat. arg. l. Neſennius ff.de nego.geſt. & leg.2.C.de furtis, & cap. vnico. Vt eccleſ.beneficia. Licet aliter eſſet in conſcientia, immo etiam quando iudex certior factus eſſet eo animo emiſſe, deberet pro emente iudicare. Quæ omnia uera ſunt tam in foro conſcientiæ quam in foro cōtentioſo, quando de hoc animo conſtaret, & emptio cederet in vtilitatem Domini, ex eo, quod pretio modo rem emeret, eſſetque probabilis coniectura, quod Dominus rem ſuam aliter non poſſet habere, puta, quia fortaſſis fur cum re longe fugeret, his enim conſideratis iudex etiam in foro exteriori Dominum ad pretium ſoluendum condemnabit, ſiquidem negari nō poſſit, emptionem iſtam in eius utilitatem factā fuiſſe, & ideo negocium re ipſa ad illum pertinet, ſecus autem dicendum eſſet, quando aliter dominus rem ſuam eſſet recuperaturus, & eodem pretio, tunc enim nihil vtilitatis contuliſſe domino cenſebitur, & ideo, neque dominus rei ad aliquid ei ſoluendum tenetur.

22 Dubium Quintum eſt, an fructus rei alienæ etiā bona fide poſſeſſæ reſtituendi ſint cum reipſa, cognita ſemel rei veritate, quod res furtiua fuiſſet.

Cui difficultati reſpondent communiter authores, fructus durante bona fide conſumptos reſtituēdos non eſſe, extantes uero poſt habitam notitiam de rei veritate, & quibus emptor ditior factus eſt reſtitui debent. Ratio primæ partis eſt, quia emptor nec tenetur ratione rei acceptæ, cum res non extēt, vt ſupponitur, nec ratione iniquæ acceptionis, quia ſupponimus bona fide rem emiſſe, & rem bona fide durante conſumpſiſſe. & ideo nullo modo ad reſtitutionem faciendam tenetur.

Ratio pro ſecunda parte eſt, quia tenetur ratione rei acceptæ, lucrum.n.ſeu fructus rei, pro eodem cum reipſa computatur. Quia tn̄ doctrina hæc difficultatem patitur, ideo melius, & clarius hac diſtinctione facta reſpondeo; ſi.n ſermo ſit de fructibus naturalibus rei, quales ſunt, qui ex re naſcuntur; ſine vllo labore, induſtria, uel expenſis, vt eſt herba nemorum, prati, glandes, caſtaneæ mōtium, qui nō coluntur, redditus annui cenſuum, iurium, & huiuſmodi, domorum locatio, hos quidem omnes reſtituere tenetur, ſi extant; ſi uero cōſumpſit, ſolum reſtituet in quibus ditior eſt effectus.

S. uero ſint miſti, id eſt, qui naturaliter quidem naſcuntur, ſed adiuncta hominum induſtria, vt ſegetes, fruges, & idem eſt de domorum redditibus, quæ reparatione indigent, hos, inquam, reſtituere tenetur, deductis tamen laboribus, & expenſis. Et Ratio manifeſta eſt, quia res Domino fructificat, & ita eius ſunt, cuius res eſt.

Si uero ſunt omnino induſtriales, ut lucrum ex pecunia aliena; (pecuniæ.n.ex ſe, & aliæ res vſu conſumptibiles, vt panis, vinum, non pariunt, niſi ratione induſtriæ) iſtos non tenetur reſtituere, vt ex dictis manifeſtum eſt, de qua re uide Couar.in reg.peccatum. de reg. iur.lib.6.qui citat Caiet.2.2. q.26.art.6. & Syluest. verb. reſtitutio. 3.q.7.Ioan. Medin.C.de reſtit.nu. 10.& Ioã.Maior.4. diſt. 15. q.26. ad finem. & latius de hac re agunt Couar.in lib.1.Var.Reſolut.cap.3.num.6. & Petr. Naua.in lib.3.de reſtitut.cap.4.par.3.nu.190.

De Emptore, vel Poſſeſſore malæ, vel dubiæ fidei, & reſtitutione vtriuſque.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Habens rem iniuſte acquiſitam ſiue ſcienter, ſiue per donationem ſiue per contractum non obſtante quocunque ſtatuto humano ad oppoſitum edito, tenetur reſtituere, aut rem ſi extet, aut valorem rei.*

2 *Omnes etiam fructus rei fructiferæ, quos Dominus percepiſſet nec non lucrum ceſſans, aut damnum emergens, quæ Dominus paſſus eſt.*

3 *Emptor, ſeu poſſeſſor malæ fidei non poteſt licite detrahere expenſas niſi neceſſarias, quas facit in fructibus acquirendis, &c.*

4 *Aliter quoad forum conſcientiæ, aliter quoad forum exterius agitur in deducendis laboribus, & expenſis meliorantis.*

5 *An ſcienter emens rẽ furtiuã reſcindere poteſt cõtractum cũ latrone factum, & rem furi tradere, vt pretium recuperet, an verò teneatur Domino reddere?*

6 *Si malæ fidei poſſeſſor pretium rehabere uoluerit, id curare debet ſine veri Domini præiudicio, vel furẽ conueniendo, vel alios.*

7 *Quomodo ualor rei mala fide poſſeſſus reſtitui debet, an ſecundũ ſtatum, in quo res erat accepta, an aliàs?*

6 *Communior opinio etiamſi in rigore iuris defendi poſſit, ſi tamen iuxta naturalem æquitatem põderetur, grauiſſimis authoribus non vera videtur, qui difficultati ſatisfaciat hac diſtinctione.*

9 *Si res extat in ſpecie, ſiue uſu conſumptibilis, & functionem admittens, ſiue non, tenetur eam rem in ſpecie, vel numero reſtituere.*

10 *Si res eadem extat in bonitate, & valore immutata, eandem reddendo ſatisfacit fur aut detentor.*

11 *Si fur aut malæ fidei poſſeſſor non eandem voluerit, ſed aliam eiuſdem prorſus bonitatis, & quantitatis ſatisfacit præcepto reſtitutionis.*

12 *Si res ablata ſit vſu conſumptibilis, & miſta ſit cnm alijs rebus, vel a fure, vel a malæ fidei detentore, non tenebitur, eandem rem numero reſtituere Domino, ſed æquiualentem.*

13 *Si rem alienam acciperet a fure miſtam cum rebus proprijs, etiam ſcienter per contractum alias licitũ, non tenetur reſtituere*

14 *Si res male accepta aut detenta pereat, tenetur ad reſtitutionem valoris rei, ſiue culpa ſua pereat, ſiue caſu fortuito.*

15 *Si pereat res aliena alias apud Dominũ peritura, quãdo detentor malæ fidei non obligabitur ad reſtitutionem contra Paludanum, qui hoc abſolute docet.*

16 *Quando ſatisfacit fur rem deterioratam reddendo?*

17 *Quando electio erit penes dominum aut accipere rem extantem, aut valorem, & rei æſtimationẽ, & quãdo tenetur defectum rei deterioratæ ſupplere?*

18 *Latro tenetur, vel rem cum ſupplemento defectus reddere, & ſoluere lucrum ceſſans, aut damnum emergens, vel ſoluere æſtimationem rei, cuius electio penes Dominum maneat, quando?*

19 *Si res furtiua non ſit vſu conſumptibilis, & in manu furis ſit meliorata, res extans reddenda eſt etiam cum melioramento deductis laboribus, & expenſis.*

20 *Si vſu conſumptibilis ſit, quid conſiderandum eſt ad hoc, ut latro reſtituere iudicetur.*

21 *Fructus rei alienæ propria induſtria acquiſitos non tenetur reſtituere malæ fidei poſſeſſor.*

22 *Detinens iniuſte rem alienam fructiferam, omnes fructus naturales, & partim naturales partim induſtriales tenetur reſtituere deductis expenſis, & laboribus, &c.*

23 *Si Dominus ex re ſua nullos fructus alias eſſet percepturus, non tenetur malæ fidei detentor in conſcientia aliquos reſtituere.*

Damnum, quod patitur Dominus ex carentia rei, tenetur fur aut detentor reſtituere. ibid.

24 *Fructus, quos dominus probabiliter percepturus eſſet ex locatione domus aut equi, tenetur in cõſciẽtia reſtituere nõ ſolũ ſi extãt, ſed etiam ſi conſumpti ſint.*

25 *An emptor ſeu poſſeſſor dubiæ fidei, uel ex dubio tempore contractus, vel ex dubio ſuperueniente teneatur reſtituere?*

Emptor diligenter inquirere tenetur verum Dominum, quo inuento reſtituere tenetur accepto pretio quod dedit.

26 *Qui rem furtiuam emit, ut ſuo Domino ſeruet, illo poſt debitam diligentiam non comparente, pretium pro re datum ſibi retinere poteſt.*

Emens in probabili dubio nõ præmittens debitã diligentiã, dummodo in ſuum proprium cõmodũ emat, peccat mortaliter, & ad reſtitutionẽ obligatur. ibid.

27 *Emens rem alienam in propriam utilitatem, quã probabiliter dubitabat eſſe furtiuam, non poteſt alteri vendere aut reſcindere contractum cum latrone, ſed tenetur vero domino reſtituere.*

28 *Qui bona fide rem accepit ſed poſtea incipit dubitare an ſit furtiua, ſi per viã donationis eã recepit, & durante tali dubio poſtea vendidit, tenetur pretiũ acceptũ Domino reddere, cum conſtiterit rẽ eſſe alienã.*

29 *Qui per viam emptionis aut permutationis etiam bona fide de manu latronis rẽ accipit, deinde uero incipit dubitare, ſi facta diligentia ex æquo dubius ſit, poteſt illam tuta conſcientia retinere, aut uendere ſine peccato ſub conditione?*

30 *Qui facta diligentia dubius eſt, & magis inclinat furtiuam eſſe quam ſuam, inquirere tenetur verum Dominum: ſi incertum inuenerit quid agendum?*

31 *An teneantur Chriſtiani, qui emunt ſpolia Chriſtianorum capta a Turcis aut Sarracenis indicto publice bello, uel recuperantes ea ui, aut arte reſtituere ea Dominis, a quibus erant erepta?*

32 *An qui in conflictu recuperauit a Turcis rẽ aliquem*

quam veriſimile eſt Turcas ipſos a Chriſtianis ſurripuiſſe eam, reſtituere teneatur?

3 *An qui rē a Turcis captā emit, quā Chriſtiani tēpore naufragij in mare proiecerunt, vt naufragium euaderent, eam poſtea Chriſtianis reſtituere teneatur.*

HActenus expoſitū eſt qualiter a poſſeſſore bonę fidei, rōne rei acceptæ, reſtitutio faciēda ſit; nūc pari modo, quid malæ, aut dubiæ fidei poſſeſſor, non tam rei acceptæ, quam iniquæ acceptionis ratione, facere tenetur, explicandum eſt.

Primo igitur, Habens rem iniuſte acquiſitā ſciēter, ſiue per donationem, ſiue per contractum, tenetur rem illā reſtituere, ſi extet, vero Dño regulariter; ſi autē eam non habet, aut cōſumpta ſit, valorē ei reſtituere tenetur, nō obſtante quocūq; ſtatuto humano ad oppoſitū edito. Sic Alex. de Ales p. 4.q.24.memb.5.art.3.§.5.Gabr.4.diſt.15.q.3.art. 3.dub.5.propoſitione prima. Hoſtiēſis in Summa lib.5.tit. de pęnit. & remiſs. nu.61.§.Quib. qualiter.verſic.Quid de prædam ementibus. & Summa Aſtenſis par.1.lib.1. tit.32.art.9. in princ. Summa Piſanella verb. reſtitutio.4.in princ. Ang. verb.reſtitutio.1.verb. Emens nu.1.Sylueſt. verb.reſtitutio.3.q.7.§.primum. Tabiena verb. reſtitutio. nu. 25.§.vigeſimoquarto. Ioan. Medina.C.de reſtitut. q.10.concluſ.1.Nau.in Man.cap.17. nu.10 verſic. Qui autem, Couar.in reg.peccatum.de reg.iur.lib. 6.par.2.§.12.nu.2.qui id probat ex l.Eos.C.de furtis.& l.ſeruus.ff.de condict.indeb. & c. qui cū fure.de furtis.Petrus etiam Naua.lib.3.de reſtit. c.4. par.3.num.200. Sotus lib.4.de iuſtitia, & iure q.7. art.2.Petrus de Arragon in 2.2.q.62.ar.6.& ibidē Michael Salon controuerſia.3. & Mart. Ledeſm. 2.4.q.18.art.6.pag.369.col.3.

Ratio eſt, quia cum talis detētor ſciuerit, illam rem eſſe alienam, eam ſibiipſi accipiēdo, furti particeps eſt, & iniquæ acceptionis, & iniuſtę detētionis, nec minus damnificat Dominum, rem eius accipiendo, & apud ſe retinēdo, quā prior latro primo ſurripiendo: Nec minus eſt in mora non reddendo eam, quam prior fur fuerit, quando eam detinebat, Ac proinde, vt iniuſtitia illa ad ęqualitatē reducatur, necęſſe eſt, hunc ſecundum detētorem rem illam tam ratione rei acceptæ, quam ratione iniquæ detentionis, & acceptionis uero Domino reddere, ac ſi per ſeipſum eam primitus fur abſtuliſset. Quod procedit ſiue recipiēs, aut emens ſcienter a fure ſit ſecūdus emptor, ſeu detentor, ſiue tertius, quartus, quintus, vel quocunque modo peruenit ad eū res aliena iniuſte acquiſita, & maxime ſcienter, ſemper eſt in mala fide, in fraude, & mora, & tenet alienū, & ideo tenetur ad reſtitutionē.

Dixi, *Non obſtante quocunque ſtatuto humano*, Siquidem ſi ſtatutum eſſet, quod quicūque emit rem in foro publico, non teneretur ad reſtitutionē rei, tale ſtatutum iniquum eſſet, & contra bonos mores; quia reſtitutio rei alienæ ſcitæ eſt de iure naturali, & diuino, ideoque ſtatutum humanum in oppoſitum eſſet iniquum.

Secundo, Emptor vel poſſeſſor malæ fidei, non ſolum reſtituere tenetur rem ipſam, ſi eam habet, aut pretium eius, ſi illam non habet, puta quia vendidit, aut quocunque modo eam alienauit, aut eam amiſit, ſed ēt oēs fructus rei fructiferæ, quos ex illa percepit, & quos diligens Dñs ex illa percepiſſet tempore intermedio, nec nō lucrum ceſſans, & dānum emergens, quæ Dñs rei toto hoc tempore paſſus eſt. Sic Doctores ſupra citati. Rō eſt, quia fur ipſe ad hæc omnia obligatur, ex communi omniū DD. ſententia; Ergo etiā malæ fidei poſſeſſor, vel emptor; cū hic velut fur inique rem illam accipit, & detinet inuito Dño, & cauſa eſt talis dāni emergentis, & lucri ceſſantis, vt cōſtat, ex c.fin.de iniur. & c.Grauis. & Pan. & DD. ibi de reſtit.ſpoliat.& Io. Med.C.de rebus reſtituendis. q.6.& Couar.in reg.peccatum par.2.§.6.nu.4. de reg.iu.lib.6.

Hoc aūt intelligendū eſt de reb. ex ſe fructiferis, qa ſi fructiferæ ſolū eſſent ex labore, & induſtria habentis illas, tūc nō teneretur ad lucrum ceſſans: Vnde qui accepit pecunias ab eo qui non erat negotiaturus, ſufficit illi nudas pecunias reſtituere, Quia cū pecunia ex ſe res fructifera nō ſit, lucrū exinde accreſcens induſtriæ illius attribuendū eſt, nō pecuniæ. Eodemque modo, ſi res fructifera ſit, tantū, vt decē cōiter, latronis vero, vel emētis illā a latrone induſtria effecta ſit fructifera, vt uiginti, reſtituenda erit res illa, cum fructib. eius, vt decem, quæ ex ſe tuliſſet, non autem cum fructibus, vt viginti, qui ex induſtria ementis proueniunt.

Tertio, Emptor, aut poſſeſſor malæ fidei nō pōt licite detrahere expenſas niſi neceſſarias, quas facit in fructibus acquirendis, congregandis, & conſeruandis, & quas Dominus neceſſario facturus fuiſſet. Angel. in verb.expenſæ.nu.3.& in verb.reſtitutio.1.verb.Emens.num.1.verſ.Quarto. Hoſtienſis, & Aſtenſis vbi ſupra.Syluest.verb.reſtitutio.3. q.7.§.Primum.verſic.Secundo.Ioan. Medina C.de rebus reſtituendis.quæſt.6.cōcluſ.1.Couar.in reg. peccatum. de reg.iur. lib.6.par.2.§.6.nu.3. verſic. Tertio infertur. Expenſas vero vtiles, ac voluntarias deducere non poteſt, ſed neque quas putauit neceſſarias, ſi vere neceſſariæ non erant, quo mō intelligendi ſunt Doctores, qui dicunt expēſas nō poſſe deduci. Expenſæ autem neceſſariæ in hac materia dicuntur illæ, quæ ſi factæ non fuiſſent, perijſſet res, aut facta fuiſſet deterior: vtiles ſunt, quæ rem tantum ornant, ſed fructum non augent. l.impenſas.ff.de verb.ſign. Angel. verb. expenſæ nu.5. Hoc autem, quod dictum eſt de expenſis vtilibus, & voluntarijs, intelligitur (vt Medina, & Couar. vbi ſupra notant) in foro exteriori, in quo non conceditur actio poſſeſſori malæ fidei ad vllas expenſas exigendas; Nam in foro conſcientiæ obligatur Dominus ſoluere expenſas vtiles, & voluntarias. Ratio eſt, quia nemo debet locupletari cum iactura alterius, qualiter locupletaretur Dominus rei, ſi deberet eidem res meliorata reſtitui, non deductis laboribus, & expenſis meliorantis: quamquam in foro exteriori non debet deduci.

Eſt enim differentia inter forum conſcientię, & forum exterius: Quia forum conſcientiæ reſpicit æqualitatem, adeo vt vnuſquiſque, quod ſuum eſt, aut ſibi debitum, habeat, & ideo ſicut iuſtum eſt, & æquum, vt Dominus rem ſuam habeat, ita ſimiliter æquum eſt, vt ſpoliator ſeu detentor laborem ſuum, & expenſas ſuas habeat. Forum autem exterius nō ſolum præfatam æqualitatem reſpicit, ſed ſæpe culpam delinquentis punit, qualis eſt fur, aut moroſus debitor, & malæ fidei emptor, & poſſeſſor, & ideo in hoc etiam ſuam æqualitatẽ attẽdi, puta inter culpam, & pęnam, de qua forũ conſcientiæ non ſe intromittit. Hinc ẽt præfati authores deducunt poſſeſſorẽ malæ fidei licite in cõſciẽtia detrahere poſſe expẽſas, quas fecit in re aliena, ornatus, vel vtilitatis gratia, qñ ſine vllo detrimẽto prioris cõditionis rei ſeparari poſſunt; ſi vero ſeparari nequeant a re, Dñs eas ſoluere debet in cõſciẽtia. Quamobrẽ in iudicio interiori, qui alienũ ſeruum ſurripuerit, in eumq; aliquid impẽderit, poterit eas impẽſas retinere, cũ de ſeruo reſtituẽdo tractauerit; Has etenim Dñs facturus eſſet omnino, & ideo æquiſſime a malæ fidei poſſeſſore retinentur, qui tñ, & fructus reſtituere debet, ſi quos ab eo percepit, aut percipere potuiſſet; Sed tamẽ etiam ſi nullos fructus perceperit a ſeruo, poterit nihilominus retinere alimenta, quæ ſeruo præſtitit.

Similiter malæ fidei poſſeſſor in eodẽ foro interiori deducere põt, per ſubtractionẽ materiæ ab ędificio abſq; læſione ipſius rei, & eius priſtini ſtatus expẽſas, quas in re ornatus, & voluptatis cauſa fecerit, cum in hoc dñm rei minime lædat, nec ei dãnũ inferat, vt latius vbi ſupra Couar. tradit. Hæc cum apud oẽs DD. certa ſint, examinãda ſunt nõnulla, quæ non ita ab omnibus conceduntur.

5 Dubium Primum, An ſcienter emens rem furtiuam, reſcindere poteſt contractum cum latrone factum, & rẽ furi tradere, vt pretium datum recuperet, an vero tenetur Domino reddere? In hac re tria certa ſunt, vnum vero controuerſum.

Primo certum eſt, Quod ſi res fuerit ſibi gratis a latrone donata, tunc non ſatisfacit reſtituẽdo latroni, qui donauit, cum res non fuerit donantis.

Secundo certum eſt, Non poſſe recipere a Dño pretium furi datũ, neque in foro conſcientiæ, ſicque in foro exteriori, quantumcunque in publico emit animo ſibi ſeruandi, ſed diſcat cautius mercari, nõ obſtante contraria cõſuetudine, vel ſtatuto.

Tertio certum eſt, Non poſſe rem furi tradere, quoties probabiliter ſcit, furem non eſſe traditurũ illam vero Domino.

Cõtrouerſum igitur eſt, An caſu, quo probabiliter timet, aut dubitat, (ſicut cõiter eſt timendũ, et dubitandũ) illũ non reſtituturũ uero Domino, poſſit rem furi tradere, vt pretium ab eo recuperet.

In quo caſu Alexander Alenſis 4. par. quæſt. 24. memb. 5. ar. 3. §. 5. in fin. & Gabr. 4. diſt. 15. q. 3. art. 3. dub. 5. propoſitione, prima. Angel. verb. reſtitutio. 1. verb. emens nu. 1. & Syluest. verb. reſtitutio. 3. q. 7. §. Primum. dicunt, poſſe reddere rem latroni, vt pretium datum recuperet, cum ſibi potius, quam alteri conſulere teneatur.

Alij tamen, vt Ioan. Medina. C. de reb. reſtituendis. quęſt. 2. dub. 2. & q. 20. concluſ. 1. Petrus Nau. lib. 3. de reſtitut. cap. 4. par. 3. num. 200. & Michael Salon in 2. 2. q. 62. art. 6. controuerſia 3. concluſ. 2. rectius docent, ementẽ rem alienã ſciẽter, vel quã probabiliter præſumebat eſſe alienam, non poſſe furi reddere, vt accipiat pretium, niſi certo intelligeret eſſe illi reddendam. Quia hic ſecundus detẽtor, & malæ fidei emptor, per rei detentionem non furem, ſed verum dñm damnificat, rem ipſius iniuſte detinendo, & dominum, ne re ſua utatur, impediendo. Adeo ut non ſolum peccauit emẽdo, & ratione huius acceptionis inique tenetur in ſolidum Dño reſtitutionem facere, ſed etiam multo magis iniuſte detinendo, & rẽ alienam inuito domino contrectando; & ita ſibi imputari debet, ſi quod damnum patitur ex ſolutione pretij. Eſt ac ſi ipſe primus ſurripuiſſet a Domino; & conſequenter ſicut, fur non poteſt ſeipſum ſeruare indemnem, ſed proprijs expenſis tenetur reſtituere vero Domino, ita nec talis malæ fidei emptor, & detentor ſeruare ſe poteſt indemnem, rem alienam contrectando inuito domino, aut eam diſtrahendo; ſicut in caſu fieret, rem illam furi reddendo.

Quibus addo lõge rõnabilius, & iuſtius eſſe; vt qui re ſua iniuſte ſpoliatus fuit, rem ſuã rehabeat, quam quod ſecundus hic detentor pretium, quod inique, & ſciẽter pro re furtiua dederat, recupera

6 Nono recte monet Medina loco proxime allegato, quod ſi malæ fidei poſſeſſor, pretium, quod furi dederat, rehabere voluerit, id curare debet ſine veri domini præiudicio; nimirum uel conueniendo furem coram iudice; vel faciendo, vt Dominus rei ipſum malæ fidei poſſeſſorem coram iudice conueniat, vt rem ſuam per iudicis ſententiam recuperet, ut ſic poſtea contra furem agere poſſit. Quod ſi legum remedia locum non habeant, quia forte rem ad iudicium deducendo fur alioqui occultus infamabitur, aut alia damna, ſeu ſcandala ſubſecutura timeantur, aut etiam fur non compareat, rem alienam domino reddat, & ipſe pretiũ, prout melius poterit, a latrone recuperet, alioqui imputet ſibi pretij dati iacturam.

7 Dubium Secundũ, Quomodo valor rei a malę fidei poſſeſſore reſtitui debet: An ſecundũ ſtatum, in quo erat res, quando accepta eſt, An ſecundum ſtatum, quem nunc habet res, quando reſtituitur; An vero ſecundum optimum ſtatum, in quo fuit aliquando res interim dum retenta eſt?

Huic difficultati cõiter reſpõdet DD. quod teneatur reſtituere ſecundum optimum ſtatum, ſeu maiorem valorem, quem habuit intermedio tempore, quo res detenta, & poſſeſſa eſt, excepto niſi moram purgauerit, hoc eſt, niſi rem furtiuam, aut alioqui debitã, ſuo domino prius obtulerit, penes quem ſtetit, & nõ per furem, quo minus rem ſuam habeat, adeo ut ex tunc nõ manebit obligatus fur, aut malæ fidei poſſeſſor, niſi talem reddere rem, qualem habuerit, etiamſi poſtmodũ deterioretur.

Sic Hoſtienſis in Summa lib. 5. tit. de pęnit. & remiſs. nu. 61. §. Quibus, & qualiter. verſi. Quid de prædam ementibus, & Summa Aſtenſis par. 1. lib. 1. tit. 32. art. 9. Summa Piſanella verb. reſtitutio. 4. in princ. Angel. verb. reſtitutio. 1. verb. emens. nu. 1. verſi. Secundo. & Syluest. verb. furtum. num. 20. quæſt. 16. & verb. reſtitutio. 3. quæſt. 7. verſ. Primum. Tabiena verb. reſtitutio. nu. 25. §. vigeſimo quarto, & Gabr. 4. diſtin. 15. quæſt. 2. art. 3. dub. 1. concluſ. 2. Martinus Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 10. & nu. 26. Ludouicus Lopez par. 1. inſtructio. conſcient. cap. 95. & dat Syluest. in d. quęſtio. 16. exempla, puta ſi ſeruus ſubtractus creuit, vel ſi ex argento furtiuo factum ſit poculum, vt habetur in l. ex argento, ff. de cond. furt. & ex leg. in re furtiua. §. ſi ex cauſa. ff. de furt. & ex l. ſi Nauis, §. ſi generaliter, ff. de rei vend. & citant ad hoc cap. Grauis. de reſtit. ſpoliat.

Ratio pro hac cõmuni DD. ſententia eſt, Quia quicquid res incrementum accepit, domini eſt, & cum fur ſemper ſit in mora l. ſi pro fure. ff. de cond. fur. manifeſtum eſt, quod tunc tenebatur Domino reddere rem ſuam, quando melior facta fuit.

Ergo quantum imminuta eſt, tenetur fur reddere, cum iniuſte Dominum incremento priuauerit.

Quæ communis opinio quamuis fortaſſis in rigore iuris defendi poſſit, ſi tamen res hæc iuxta naturalem æquitatem ponderetur, non ita vera multis grauiſſimis viris videtur; Siquidẽ reſtõ in conſcientia fieri debet ſecundum iuſtitiam commutatiuam, quæ æqualitatem requirit, quæ æqualitas in eo poſita eſt, vt tantum reſtituatur domino, quantum habiturus fuiſſet, ſi res illi furto ſublata non fuiſſet; Cum igitur contingere nonnunquam poſſit, vt res ad tantum valorem in manu Domini non perueniſſet, ad quantum in manu furis, aut iniuſti detentoris peruenit, aut etiam res illa forte perijſſet in manu Domini, quæ tamen non perijt in manu latronis, falſum eſt abſolute affirmare, reſtitui debere ſecundum optimum ſtatum illum, quem habuit interim, dum retenta eſt.

Ob quod ſane argumentum exiſtimo non poſſe vnica reſponſione prædictæ difficultati ſatisfieri, ſed opus eſſe diſtinctione, prout Io. Medin. C. de reb. reſtituend. q. 6. & q. 10. Couar. in reg. peccatũ. de reg. iur. lib. 6. p. 2. §. 6. nu. 1. 2. & 3. & §. 12. nu. 2. & Pet. Naua. lib. 3. de reb. reſt. c. 4. p. 3. dub. 6. & lib. 4. c. 1. & alij doctè, ſubtiliterque tradunt; Siquidẽ, vel reſtituenda eſt res, quæ functionem admittit, ſeu (vt alij loquuntur) vſu conſumptibilis ſit, hoc eſt, cuius vſus, ſeu functio, eſt eius conſumptio; vel non eſt res functionem admittens, ſeu res, quę non conſumitur vſu, hoc eſt, res, cuius vſum manente re ſalua hẽre poſſumus. Vt v.g. domus, equus, pallium, & huiuſmodi, dicuntur res functionem nõ admittentes, ſeu res, quæ non conſumuntur vſu; Quamuis enim domus, equus, ſeu pallium, vſu quodammodo conſumuntur, & inueteraſcunt, quia tamẽ vſus harum rerum non eſt totaliter, & propriè diſſipatio, & conſumptio, nec earum finis eſt cõſumi, ideo dicuntur vſu non conſumptibiles; Econtra verò oleum, triticum, vinum, pecunia, quibus vti nõ poſſumus (vſu, inquam, quem ſua natura poſtulant) ſine earum conſumptione, dicuntur functionem recipere, & a Theologis per Antonomaſiam dicuntur res vſu conſumptibiles, quia. ſ. non habent aliũ vſum, finem, aut inſtitutionem, quam vſu diſtrahi omnino, ac ſubſtantialiter conſumi.

Item, vel res vſu conſumptibiles, & functionem recipientes, ſunt miſtæ cum aliis rebus ipſius furis, vel certe cum rebus ipſius detentoris, ſeu poſſeſſoris malæ fidei, ita vt diſcerni nequeant ab aliis reb. vel ſunt immiſtæ omnino.

Item, vel Dominus rei rem illam ſtatim venditurus, conſumpturus, aut alienaturus erat, vel erat in poſterũ, vt carius eam venderet, ſeruaturus. Itẽ, vel res illa meliorata, vel deteriorata eſt, aut perijt omnino in manu furis, qualiter etiam in poteſtate Domini melioranda, deterioranda, aut omnino peritura erat, vel non. Ex quibus diuerſis rerum circũſtantijs, cum res ipſa mutata ſit, vt conſtat, neceſſe eſt, vt varijs modis reſtitutio facienda ſit, & proinde vario modo dubitationi propoſitæ reſponderi oportet.

9 Primo igitur, ſi res extat in ſpecie, ſiue ſit vſu conſumptibilis, ſiue non, ſiue meliorata, ſiue deteriorata, ſi ſit immixta, tenetur eã in ſpecie, vel vt loquuntur philoſophi, in numero eandem reſtituere domino.

Ratio eſt, quia talium rerum vſu conſumptibilium, ſiue non conſumptibiliũ, per furtum non acquiritur dominium fur, neque ipſe transferre poteſt dominium in accipientem, cum ſit alienũ, & ita cum dominium penes verum dominum ſit, põt Dominus rem ſuam extantem, & immiſtam exigere ab habente eam, & habẽs rem reſtituere tenetur tum ratione rei acceptæ, tum ratione iniquæ acceptionis, & ita habens dolium vini, aut olei furto ſublatum, dummodo cum alijs huiuſmodi mixtum non ſit, illud reſtituere tenetur; Vnde comedens, ſeu aliter participans rebus mala fide tenetur in conſcientia ad reſtõnem illius partis, etiamſi nõ ſit factus locupletior. Sic Ioan. Medina. Cod. de rebus reſtituend. quæſtio. 6. propoſi. 1. & q. 10. conclu. 4. §. Corollariè. Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. libr. 6. par. 2. §. 12. num. 2. & Mart. Nauarr. cap. 17. nu. 24. & nu. 25. & Petrus Nauar. lib. 3. de reſti. c. 4. par. 3. dub. 6. num. 214. & lib. 4. c. 1. nu. 4. & colligunt ex l. cum a quo. & l. Manifeſtum de ſolu. & l. Eos. C. de furtis. & l. Nam etſi. ff. ſi cer. pe. Quod ſi rem eandem reddere nequeat, vel ratione infamationis, vel alia ex cauſa, æſtimationem rei reddere tenetur, vt vterque Nauarr. vbi ſup. teſtatur, & habetur in Auth. Hac niſi. ff. de ſolu.

10 Secundo, ſi res eadem extat in bonitate, & valore immutata, eandem reddendo, ſatisfacit fur, aut detentor, & Dominus hac tali ſatisfactione debet eſſe contentus. *Ratio eſt*, quia iniuſtitia furti, aut detentionis iniquæ ſufficienter ad æqualitatẽ hoc modo reduci videtur, ex quo tantum redditur Domino lęſo, quantum ei ablatum fuit. Io. Med. in d. q. 6. propoſ. 2. & Ratio eſt manifeſta.

11 Tertio, ſi fur, aut alius malæ fidei emptor, & poſſeſſor, nolit illam pecuniam, vel rem, ſed aliam eiuſdem prorſus bonitatis reddere, ſatisfacit pręcepto reſtõnis, cum reparauerit damnum ſecundum æqualitatem. Immo etiamſi Dominus perſiſtat, ac proteruè rem ſuam eandem numero expoſtulet, ſi tamen rem aliam æque bonam Domino reſtituat, ſatisfacit quoad iuſtitiam, vt patet; peccaret tamen contra charitatem, dando occaſionem proximo contriſtationis, & irę, nolendo reſtituere rem eandem numero, quam ſcit Dominum, licet proteruè, expoſtulare, ex Petro Naua. vbi ſupra lib. 4. de reſt. c. 1. dubitatione 3. nu. 5.

12 Quarto, ſi res ablata a fure, vel a malæ fidei detentore vſu conſumptibilis ſit, puta triticum, vinũ, oleum, pecunia, & cet. & iminiſta iam ſit cum aliis ſuis pecunijs, tritico, &c. ita vt ab illis diſcerni nequeat, ſiue fur ipſe miſcuerit, ſiue alius detentor, nõ tenebitur fur, aut alter detentor eandem rem numero Domino reſtituere, ſed ſatis erit æquiualentem reddere primo domino, ſic Sylueſt. verb. reſtitutio. 3. quæſt. 6. §. Secundum. verſi. Et ſexto. Ioan. Medina. C. de rebus reſtituend. qu. 10. concluſ. 5. §. Notanter. & Petrus Nauar. libro 3. de reſti. cap. 4. par. 3. dub. 6. nu. 216. & lib. 4. c. 1. dub. 3. nu. 6. Ra-

Ratio eſt, quia per huiuſmodi mixtionem deperditum eſt dominium, quod dominus in illa re habuit, & ita perinde eſt, ac ſi res omnes illę factæ ſint de dominio furis, aut detentoris eas poſſidentis, cum ex tali miſtione facta, nō ſit maior ratio vnius, quā alterius, vt illius eſſe iudicetur.

13 Dixi, *ita vt ab illis diſcerni nequeat*, Quia non ſolum iure poſitiuo, ſed etiam naturali, ſi diſcerni poſſet vnum ab altero etiam facta miſtione, non eſt amiſſum dominium, & ita tenetur in ſpecie ſoluere; Nec ſatis eſt, miſceri cum rebus alienis, vt acquirat dominium, niſi miſceantur cum rebus ſuis proprijs, aut alienis iuſtè poſſeſſis, & acquiſitis, vnde ſi fur nō haberet pecunias, niſi furto ſublatas, & vſurarius non haberet pecuniam, niſi vſurariam, etiā ſi cum illis miſceat alias pecunias nouiter male acceptas, non acquiret fur, aut vſurarius dominium illius pecuniæ; Quod ſi diſcerni non poſſet, quæ huius, & quæ illius eſſet, tunc iure naturali nullus haberet dominium alicuius in particulari, ſed omnes illi haberent dominiū in omnes pecunias, pro quātitate tamen ſui debiti; Sin autem talis fur, aut vſurarius aliquas haberet pecunias ſuas iuſtè poſſeſſas, & alias malè poſſeſſas, & acquiſitas cum illis miſceat, nec abinuicem diſcerni poſſent, tunc quidē, vt dictum eſt, earum dominium acquireret, ob rationem allatam. Ex qua doctrina ſequitur, quod ſi quis accipit rem vſu conſumptibilem alienam de manu furis etiam ſcienter per contractum alias licitum, vt per emptionem, donationem, non tenetur eam reſtituere fur, aut alius poſſeſſor, ſi res miſta eſt cum alijs eiuſdem poſſeſſoris. Si enim miſta eſt, iam ius ad eam in ſingulari nō habet ſpoliatus, ſed ad ſimilem in genere, vnde ſequitur, quod ſi fur prius rem ablatam, cum aliis ſuis rebus ſimilib. miſcuerit, ita vt diſcerni non poſſet res ablata a reb. ſuis proprijs, qui poſt talem miſtionem, de manu furis huiuſmodi res dono, vel venditione acciperet, non tenebitur ad eam primo domino reſtituendam.

Ratio eſt, quia cum per illam miſtionem res facta fuerit furis donantis, ſeu vendentis, illa donatio, ſeu venditio valida fuit, & cum donatarius, ſeu emptor alias non ſit incapax recipiendi, conſequenter vere dominium acquiritur accipienti, & ideo reſtituere eam primo domino, cum res verè ſua ſit, non tenebitur. Quæ ratio confirmari poteſt. Quia talis emptor, aut tenebitur ad reſtituendam rem emptam ratione rei acceptæ, & hoc non, quia ex communi DD. ſententia quam ſequuntur Angel. verb. vſura. 2. num. 18. Syllueſt. verb. vſura. 6. q. 1. & verb. reſtitutio. 3. q. 6. §. Secundum. verſic. Et ſexto. Ioan. Medina. vbi ſupra, Cod. de rebus reſtituendis. q. 10. conclu. 5. §. Notanter, & C. de rebus per vſuram acquiſitis. q. 4. §. In tertio argumento principali, & Petrus Naua. vbi ſupra, ex miſtione dominiū amittitur, ſi diſcerni non poſſit, ergo per miſtionē cum aliis ſuis rebus ſimilibus, facta res eſt furis, in eiuſque dominio exiſtens: aut ratione immiſtæ acceptionis, & hoc non, quia Dominus illius rei nō inuitus, ſed ſponte, & voluntarie alienauit rem illam, donando, aut vendendo rem alteri, & ideo emptor iſte nulla ratione ad eam primo Domino reſtituendam obligabitur, vnde primus Dominus in hoc caſu tantum habet actionem perſonalem contra furem, qui alreri rem illam vendidit, aut donauit: Secus autem dicendum eſſet, ſi res illa immiſta fuiſſet, tunc enim quādiu immiſta manet, vbique veri Domini eſt, eique realiter obligata.

14 Quinto, ſi res male accepta, aut detenta pereat, tenetur ad reſtōnem valoris rei, & hoc etiamſi ſine culpa ſua pereat, nempe caſu fortuito. Sic DD. cōmuniter, quos ſequitur Pet. Nau. lib. 4. de reſtit. ca. 1. dub. 3. num. 11.

R*atio eſt*, quia poſſeſſor malæ fidei ſemper eſt in mora a tempore malę acceptionis, vel iniuſtæ acceptionis, vndę omnis caſus ei imputandus eſt; & mora ſeu culpa trahit ad ſe periculum, vnde ſi in manu eius pereat, tenetur ad valorem rei reſtituendum, quamuis nullum detentor lucrum perceperit, & colligitur ex S. Tho. in 2. 2. q. 62. art. 6. Palud. 4. diſt. 15. q. 2. art. 1. conclu. 3. & art. 2. concl. 5. & art. 5. Hoſt. in ſumma lib. 5. tit. de pœn. & remiſ. nume. 61. §. Quibus & qualiter. verſic. Quid de prædamentibus. Summa Aſtenſi par. 1. lib. 1. tit. 33. artic. 5. quæſtiuncula. 1. Summa Piſanella verb. reſtitut. 4. in principio. Angel. reſtitutio. 1. verb. emens. nu. 1. verſ. Secundo. Sylueſtr. verb. furtum. numero 20. q. 16. & verb. reſtitutio. 7. quæſt. 5. §. Tertium. Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 2. §. 6. numer. 1. Nauar. in Manu. capitu. 17. nu. 26. & Petrus Nauar. vbi ſupra. num. 12. Quod dictum procedit, quando moram non purgauerit, offerendo rem domino, antequam res illa perierat; fortaſſis enim non ita penes dominum perijſſet, cum eam ante interitum alienare potuiſſet, vel alijs remedijs ab interitu liberare; Et intelligitur ſiue res vſu conſumptibilis fuerit, ſiue non conſumatur vſu. *Sin verò* ante rei interitum rem vero Domino *obtulit, ob* quod purgauerat morā, ab eo die, ſi res illa pereat, ad nihil tenetur, dummodo ipſe poſtea non fuerit in culpa interitus rei, tunc enim ad reſtitutionem valoris rei obligatur.

15 *Sexto*, ſi res aliena pereat apud poſſeſſorem malæ fidei, quæ alioquin etiam peritura erat apud Dominum rei, tunc quidem licet Palud. vbi ſupra cōcluſ. 3. abſolute dicat, eſſe faciendam reſtōnem iuxta rei valorem: Alij tamen vt Sylueſt. verb. reſtitutio. 7. q. 5. §. Tertium. Ioann. Medina. C. de rebus reſtituendis. q. 3. cauſa. 6. & qu. 6. concluſ. 6. Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 2. §. 6. nu. 1. & 2. Barth. Medina lib. 1. inſtruct. conf. capitu. 14. §. 30. Martinus Naua. in Manuali, capit. 17. nu. 80. verſi. octauo infertur. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſent. q. 3. art. 2. de reſti. dub. 4. Ludouicus Lopez part. 1. inſtruct. conſc. cap. 129. circa medium. Greg. de Valent. to. 2. diſp. 5. q. 6. punct. 7. ante finem. Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 47. concl. 12. Ludo. Carbo. tract. de reſtit. qu. 28. & Pet. Naua. lib. 4. de reſtit. cap. 1. dub. 3. nu. 17. diſtinguendo rectius reſpondet.

Primo, quod ſi nihil rei extat, & totum eſſet alias periturum apud Dominum, ſicut apud furem, aut iniuſtum detentorem, nec ante tempus illud interitus rei Dominus rem illam vendidiſſet, aut aliquā vtilitatem ex illa accepturus eſſet, ad nihil reſtituēdum Domino fur, aut detentor obligabitur.

Ratio eſt, quia fur ille, nihil damni intulit Domino, quod ille alias paſſurus non fuiſſet.

Secundo, ſi poſt tps, quo res erat peritura apud dominum,apud furem pereat etiam caſu fortuito, tenebitur fur ad reſtituēdum rei valorem; Vt v.g. Pallium Petri cras erat incendio domus ſuæ comburendum,quod tamen Ioannes hodie furatus ſit, ita vt Ioannes cauſa fuerit,quod pallium non ſit cōbuſtum,ſi hodie,aut ante tempus,quo cras comburendum erat, Ioannes pallium illud deſtruat, aut amittat ſine culpa ſua,ad nihil reſtituendum tenetur; Quia cum ante tempus,quo interiturum erat, Ioannes illud deſtruxit, nec ante illud tempus dominus illud alienaturus, aut exinde vtilitatem aliquam accepturus erat, nihil dāni fecit Petro,quod alias paſſurus non eſſet,nec aliquid minus habet dominus,quam alioqui habiturus fuiſſet; Sin autem facto incendio Ioannes pallium apud ſe retineat,ſi poſtea diſſipet,aut perdat, ad reſtōnem tenetur: *Ratio eſt*,quia cum res vbicunque ſalua conſiſtat,domini ſit,& ei reddenda, poſtquam liberata ſit ab illo periculo,ei debetur,cuius antea fuit, vnde elapſo tēpore illo,cum non eſſet peritura apud propriū dominum,ſi poſtea apud furem pereat etiam caſu fortuito,ad eius reſtitutionem tenebitur.

Tertio,ſi ante interitum rei dominus rem illam venditurus fuiſſet,donaturus, aut conſumpturus, aut aliquam ex ea vtilitatem accepturus, ſi res poſtea in manu furis, aut iniuſti detentoris pereat,ſiue ex culpa,ſiue abſque culpa illius,in eo caſu, tenetur reſtituere valorem,quem dominus ex illa re accepiſſet, tempore quo rem illam eſſet alienaturus; *Ratio eſt*,quia in hoc caſu vere infert domino damnum,vnde vt fiat ęqualitas,reſtitui debet valor rei. Hinc fit,quod qui furatur equum Titij morbo incurabili laborantem, qui in domo furis perijt,qui alias periturus eſſet etiam in domo Titij,nec Titius equum ante illud tempus venditurus, aut locaturus,fur nihil reſtituere tenetur : Si autem antea locaturus,aut venditurus fuiſſet,lucrum ceſſans,& intereſſe,qđ paſſus eſt,dn̄s reſtituere tenetur. Eodē modo qui furatus eſt dolium vini , quod in manu furis mutatum eſt in acetum,quod etiam mutaretur in domo domini,nec erat dominus vinum illud antea venditurus, talis fur ſolum reſtituere tenetur dolium aceti,nec defectum vini deteriorati ſupplere tenetur, ex quo vinum non minus fuiſſet in poteſtate domini deterioratum.

6 Septimo, quando res extat , & deterior facta eſt,aut in pretio diminuta, cuius deteriorationis , aut diminutionis fur cauſa non fuerit,& dominus læſus erat rem illam vſque tunc ſeruaturus, ſatisfacit fur rem illam deterioratam reddendo . *Ratio eſt*,quia tunc iniuſtitia ex furto orta, ad æqualitatem reducitur, nec aliquod damnum paſſus eſt dominus; ſi enim tempore intermedio dominus aliquod damnum paſſus ſit, tunc quidem habita ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, quod paſſus eſt dominus ex carentia rei ſuæ reſtituere tenetur. Sic Io.Medina Cod.de reb.reſtituendis.q.6. concl. 3.

7 Octauo,quando res extat,& deterior facta eſt, aut in pretio diminuta ex culpa ipſius furis, qualiter in poteſtate domini diminuta non fuiſſet , & dominus rem illam vſque tunc ſeruaturus erat: tenetur fur rem illam reddere,& defectum valoris ſupplere,aut æſtimationem rei ſoluere , ſecundum valorem,quem tunc res in poteſtate domini habitura fuiſſet,& electio erit penes dominum , vt vel accipiat rei æſtimationem, aut rem extantem cum ſupplemento defectus. *Ratio eſt*, quia quouis modo reducitur res ad ęqualitatem,vt docet Io. Medin. vbi ſupra q. 6. concl.4.

18 Nono,ſi res extat, & in valore diminuta ſit, ſiue ex culpa furis,ſiue abſque culpa illius, & dominus rem eſſet venditurus,tenebitur latro , vel reddere rem cum ſupplemento defectus, & ſoluere lucrum ceſſans,aut damnum emergens: vel ſoluere æſtimationem rei, ſecundum maiorem valorem,quem res haberet, quando a ſuo domino vendita fuiſſet, & electio penes dominum manet, ſic Med.loco citato concl. 5.Ratio eſt,quia ſic inæqualitas iterum ad æqualitatem reducitur.

19 Decimo,ſi res furtiua non ſit vſu conſumptibilis,& in manu furis meliorata eſt , reddenda eſt res extans cum extante etiam melioramento,deductis laboribus,& expenſis,ſi quas fecit in ipſius rei melioratione. Et quamuis in foro contentioſo,ſolum deducantur expenſæ neceſſariæ,non autem vtiles, ſi mala fide poſſidebat, vt docet Sylueſter in verb. expenſæ.quæſtio.4. & probatur in leg.ſi a patre. §.fructus.ff.de petit.hæred.& l.ex argento, ff.de cond.fur.In foro tamen conſcientię non ſolum expenſas neceſſarias,ſed etiam vtiles, & quæ rem auxerunt,deducere poteſt, vt docuit Sylueſt. vbi ſup. & in verb.furtum.quæſt.16.& idem docent Gab. 4.diſt.15.q.2.art.3. concluſ.2.Ioan. Medina. C.de rebus reſtituend.quæſt.6.Couar.in reg. peccatum. de reg.iur.lib.6.par.2.§.6.num.3.& Petrus Nauar. lib.4.de reſt.c.1.dub.4.num.31.Non enim iuſtum eſt,vt alius locupleretur cū damno alterius. Quod procedit,ſiue dominus rem illam ſic melioraturus eſſet,ſiue non, ſemper enim debetur ratione rei acceptæ.

20 Vndecimo,ſi res furtiua vſu conſumptibilis ſit, tunc ſicut in deterioratione rei, ita etiam in melioratione conſiderandum eſt, an dominus læſus erat rem illam ſtatim venditurus, conſumpturus, aut diſtracturus, aut vero erat in poſterum ſeruaturus,quando res illa viliori, aut maiori pretio vendebatur, ad hoc vt ſtatuatur quid latro reſtituere debeat,vt verbi gratia, ſi quis furatus ſit modium tritici,aut pondus olei, cum valeret 10. tempore autem,quo fur vendidit,ob ſuperuenientem abundantiam,valuit tantum 8.tunc quidem ſi dominus triticum illud, aut oleum eſſet ſtatim venditurus, non ſufficit,quod fur reſtituat illi 8.aut ſimilē menſuram tritici,aut pondus olei, ſed reſtituere debet 10.quia in decem nocuit domino, quandoquidem dominus tunc vendere voluit, quando valuit decem,& ita in decem damnificatus eſt:Si vero Dominus ſeruaturus erat ad illud tempus, quo latro vendidit,tunc latro ſolum tenetur reſtituere 8. cū in hoc caſu non damnificauit dominum niſi in 8. Quod ſi dominus ſtatuerat vendere , & ſeruare in aliud tempus, in quo valuit 20. puta ob ſuperuenientem rerum caritatem, (& idem dicendum de equo, qui eo tempore plus valet , ob bellum repente exortum) & latro ante illud tempus vendidit, in quo ſolum valuit 15. tenebitur latro ad reſtituendum ei 20.quia in viginti damnificatus eſt dominus.

Sin autem dominus ſtatuerat vendere,& ſeruare in aliud tempus,puta in annum ſequentem, & latro non ſtatim vendidit, ſed ſeruauit etiam in annum ſequentem,in quo vilius venditur,quam vendebatur tempore furti,tunc ſufficit , vt vel reſtituat illi eandem menſuram tritici, aut idem pondus olei,vel pretium tempore,quo venditur, quia ſic in nullo damnificatur dominus,ex quo habet , quod habiturus erat tempore, quo ſtatuerat illud vendere.

At verò ſi dominus erat ſeruaturus illud in aliud tempus,in quo propter abundantiam ſuperuenientem non valuit,niſi 20. latro autem non expectato eo tempore vendidit ſtatim, accepitq; 30. nullo in re melioramento facto intrinſece,ſed ſolũ extrinſeca hominũ æſtimatione, tunc quidem eſt difficultas,ſufficiatne reſtituere vero Domino 20. an verò reſtituere teneatur illa 30. quæ accepit ex pretio tritici,aut olei furtiui:In qua re Michael Salon in 2.2.q.62.art.6.controuerſia 4. docet ex communi Theologorum ſententia, teneri in hoc caſu furem ad reſtituendum illa 30. Ratio eſt, quia pretiũ rei, & res ipſa in contractibus humanis pro eodẽ computantur,ſicut etiam & vtilitas rei ſecundũ ſe, aut ex occaſione temporis tribuenda eſt rei. Ergo ſicut res ipſa reſtitui debet Domino, ita etiam & vtilitas rei eidem reſtituenda erit.

Quæ ſnĩa vt vera ſit, intelligi debet, dummodo vtilitas illa ex re percepta extet,aut exinde latro ditior effectus ſit, cum hac ratione teneatur ratione rei,ſecus autem ſi vtilitas, & melioramẽtum non extet,nec exinde latro ditior factus fuerit,cum in hoc caſu,non teneatur ratione rei,ſed neque ratione damni illati, cum Dominus non ſit damnificatus niſi in 20.vt ſupponitur, & hanc ſnĩam ſequi videtur Pet.Nauar.lib.4.de reſti. c.1.dub.5.num.44. & ſeqq.

21 Duodecimo,quoad fructus,& intereſſe rei mala fide poſſeſſæ,communis ſentẽtia Doctorum eſt.

Primo non teneri reſtituere fructus rei alienæ propria induſtria acquiſitos:vt verbi gratia,fur ludendo,ſi lucratur aliquid ex pecunia furtiua, lucrũ partum reſtituere non tenetur, ſicut nec lucrum ex illa pecunia furtiua in negotiatione acquiſitum ; cum hoc lucrum induſtriæ ſit & laboris,nõ rei alienæ, quæ ex ſe fructifera non eſt , ſic ſi quis inſtrumenta aliena furatus ſit, & operando aliquid lucratur,lucrum illud,cum laboris ſit,& non rei,reſtituendum non erit.

Et qui ex pecunia aliena vineam emit, aut frumentum,quod deinde ſeminatum, & excultũ multos fructus producit, non tenetur ad huiuſmodi fructuum reſtitutionem.

22 Secundo,Detinens iniuſte rem alienam fructiferam,omnes fructus naturales, & etiam partim naturales,& partim induſtriales, quos conſequitur ex re ipſa,vel conſequi potuiſſet, ſi diligenter coluiſſet,eo modo quo Dominus rei colere ſolebat,tenetur reſtituere,deductis tamen laboribus, & expenſis in rei conſeruatione,cultura, & fructuum collectione,vt tradunt authores infra citandi,& colligitur ex c.Grauis.de reſti.ſpol.& ca.ſi culpa.de iniur. & damno dato.

Ratio eſt, quia hæc omnia computantur in ratione damni, & idem cum re ipſa cenſentur . Vt v.g.ſi quis ex vſurpato agro,vel vinea, viginti modios tritici,aut decem dolia vini accepit, hæc omnia reſtituere tenetur; Quod ſi viginti ſolum tritici modios, aut decem vini dolia tantum accepit, quia agrum,aut vineam negligenter coluit, dominus autem agri,aut vineæ,qui diligenter colere ſolebat, recepiſſet quadraginta modios tritici,aut viginti dolia vini,vſurpator reſtituere tenebitur quadraginta tritici modios,& viginti dolia vini. Similiter ſi quis equum alterius furatus ſit , de quo dominus eius lucrari ſolitus eſt per menſem duos aureos, tenetur pro ſingulis menſibus detẽtionis equi reſtituere duos aureos , licet ipſe lucratus fortaſſis fuiſſet vnum aureũ , aut nihil;ad hoc enim tenetur ratione intereſſe lucri ceſſantis.

23 Tertio,ſi Dominus ex re ſua nullos eſſet fructus alias percepturus, v.g.quia non eſſet equum, aut domum locaturus,non tenetur in conſcientia malæfide detentor aliquos reſtituere,ſi ipſe nullos percepit; Quia ſolum in conſcientia condemnari debet, vt ſoluat fructus,quos Dominus perciperet, ſi rem ſuam poſſideret.

Quarto,damnum,& intereſſe, quod patitur dominus ex carentia rei ſuæ,tenetur fur,vel alius iniuſtus detentor compenſare. Siquidem & hi fructus rei ſunt,quos percepiſſet dominus,niſi ab eo res ablata fuiſſet: Vnde ſi habebat pecuniam,negotiationi expoſitam, tenetur fur ad illud intereſſe veriſimile, quod probabiliter iudicari poterat dominũ eſſe præcepturum. Item ſi coactus ſit ſub vſuris pecuniam accipere, vt ſuo ſolueret creditori ob furtum, tenetur fur eas reſtituere , vel ſi coactus ſit rẽ ſuam vendere minori pretio,vt ſoluat. Itẽ qui mulam,vel equum furatus eſt , ſolitum locari a domino,non ſolum equũ, aut mulam , ſed etiam tale intereſſe reſtituere tenetur, cum ſit veluti fructus rei ſuæ,deductis expenſis,vt diximus.

24 Quinto, fructus,quos ex locatione domus, vel equi furtiui percepit, debet in conſcientia reſtituere,non ſolum ſi extant, ſed etiam ſi conſumpti ſint, dummodo eos probabiliter dominus percepturus fuiſset; Sin autem dominus huiuſmodi fructus ex re ſua percepturus non eſset, tunc quidem fructus ex re aliena perceptos, dummodo ſint fructus ex rei natura prouenientes, & non ex ſola nominis induſtria, tenetur fur, aut alius iniuſtus detentor reſtituere,ſi extant,vel ex eis ditior factus ſit, puta,quia aliis rebus propriis pepercit, quia tenetur ratione rei acceptæ; Si verò non extant, nec ex eis ditior factus eſt,nec dominus percepiſset, non tenetur reſtituere.

R*atio eſt* manifeſta, quia, cum dominus non ſit huiuſmodi melioramentum,aut fructus percepturus, conſequẽter nullum in his damnum paſſus eſt dominus,& alia ex parte,res non extat,& ita cum nec ratione rei, nec ratione iniuſtæ damnificationis aliquid domino reparare obligatur, euidẽs eſt, vt nullo modo fructus, ſed rem ſolam ablatam reſtituere teneatur.

Sexto, non tenetur in conſciẽtia ſoluere fructus, niſi eos,quos licitè, & honeſtè, dñs ex vſu rei ſuæ licito,& honeſto percepturus fuiſset. Quæ omnia colliguntur ex cap Grauis.de reſtitut.ſpoli. & cap. ſi culpa.de iniur.& damno dato. Palud. 4. diſtinct. 15.quæſtio.ſecunda,art quinto, Scotus 4.diſtinct. 15.quæſtio.ſecunda,art.4.verſi. De tertio. Gabr. 4.

diſtinct.15.q.2.artic.3.dub.1.concluſ.2.& 3.Ioan. Maio.4.diſt.15.q.27.& 28. Hoſt.in Summa lib.5. tit.de pœn.& remiſſ.num.61.§. Quibus, & qualiter.verſic.Quid de prædam ementibus. Summa Aſtenſi par.1.lib.1.tit.32.art.9. & tit.33.artic.quinto, Summa Piſanella.verb. reſtitut.4. Angelica. verb.reſtitutio.prima, verb.Poſſeſſor.Sylueſt.verb. furtum.quæſtio.16.& verb.reſtitutio.3.quæſtio.ſeptima,§.Primum.verſicu.ſecundo,& quæſtion.9. Caietan.verb.reſtitutio.cap.primo,& ſecundo, & cap.tertio.Nauarrus in Manual.cap. decimoſeptimo,numero 25.& 26.Couar. in regu.peccatum.de regu.iur.libro ſexto,part.ſecunda,§.ſexto,nume.4. Ioannes Medina. Cod. de rebus reſtituendis.quæſtio.6.verſicul.Ad propoſitam quæſtionem,& Petro Nauar.libro 4.de reſtitut.capitu.primo,dub.5. & aliis.

5 DVBIVM TERTIVM eſt, De emptore, ſeu poſſeſſore dubiæ fidei, an peccet emendo, & an reſtituere teneatur, & dubium eſt tam de dubio, quod quis habet tempore contractus, quam de dubio ſuperueniente. In qua re hæc mihi dicenda videntur.

Primo, qui emit rem, de qua eſt dubius tempore emptionis, an furtiua ſit, nec ne, emit verò illam cōſulens vtilitati veri domini, & cum animo ſeruandi, & reſtituendi illam vero domino, quam niſi ipſe emeret, forſan verus dominus nunquam recuperaret, non peccat; tenetur tamen quærere diligēter pro rei, ac dubij qualitate verum illius dominū, interim verò dum conſtat, quis ſit verus dominus, retinere poterit; inuento autem vero domino, rem illam ipſi reſtituere debet, accepto pretio, quod pro illa dedit. Nec contra taliter, ac tali animo rem furtiuam ementem, aut retinentem, poterit dominus rationabiliter eſſe inuitus, cum in hoc caſu videtur rem domini vtiliter agere, cuius res fortè alioqui ad manus eius nunquam perueniſſet. Et quod tali animo emens, aut retinens, non peccat, manifeſtum eſt, ex capi. Rapinam. 14.quæſt.5. vbi dicitur, *Rapinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reddatur.*

Ratio eſſe poteſt, quia talis emptio eſt actus charitatis, cum per eam emptor optimo modo conſuluit vtilitati veri Domini. Quod verò emptor hic inquirere teneatur diligenter, quis ſit verus Dominus, ex eo conſtat, quia alias accipiendo, & retinendo alienum, furtum committit.

Et denique cum in huiuſmodi emptione cōſultum ſit vtilitati domini, nec tenetur quiſpiam alterius commodum curare, aut damnum vitare cum proprio detrimento, poteſt emptor pretium datū a domino repetere, & dominus in conſcientia tenetur pretium datum reſtituere, cum rem eius vtiliter geſserit. Sic Io.Med.Cod.de reb.reſtituend.qu.10.concluſ.3.Couar.in regu.peccatum.de reg.iur. lib.6.par.3.in princ.nu.4.& Michael Salon. in 2.2. q.62.art.6. controuerſ.4.

Secundo, Qui emit rem furtiuā, vt ſuo domino illam ſeruet, illo poſt debitam diligentiam non cōparente, pretium pro re datum ſibi retinere poteſt, ſicut illud a vero domino accipere potuiſset, & reliquum, quod ſupereſt, in pios vſus conuertere debet. Sic Mich.Salon vbi ſup.

Tertio, Emens, ſeu recipiens rem aliquā in probabili dubio, non præmittens debitam diligentiā de veritate inquirenda, dūmodo eam emat in ſuū proprium commodum, peccat mortaliter, & ad eius reſtutionē obligatur. Sic Hoſt.in Sūma libro 5.tit. de pœn. & remiſ.nu.61.§.Quibus & qualiter. verſi.Quid de prædam ementibus. Alex.de Ales 4. p.q.24.memb.5.art.3.§.4.verſic. Quæritur conſequenter de ſexto.Gab.4.diſt.15.q.3.artic. 3.dub.5. conclu. .Angelica verb.reſtitut.1.in verb.emens. nu.3.& Salon.vbi ſupra. concl. 3.

Ratio eſt, quia cōmittit ſe probabili periculo peccati mortalis, i. contrectationis rei alienæ, & conſequenter peccat mortaliter, iuxta illud Eccl.3. Qui amat periculum, peribit in illo. Sicut ergo non excuſatur a peccato mortali, in eo quod nō præmittendo debitam diligentiam circa inquiſitionē rei tali periculo ſe cōmittat; ita nec a reſtitutione excuſatur, quia ſic dubitans malæ fidei poſſeſſor eſt, & proinde non minus ac malæ fidei poſſeſſor ad reſtitutionem obligatur.

Dicitur autem probabile dubium, quando habet rationem dubitandi ex probabilibus ſignis generantibus probabilem ſiue apparentem ſuſpicionē, ſeu præſumptionem, ex quibus communiter a ſapientibus iudicatur res eſſe aliena. In tali enim dubio propinquior eſt ſcienti, quam neſcienti; Secus verò ſi fuerit dubium ex conſcientia ſcrupuloſa ortum, aut ex ſignis leuibus, & incertis, aut indifferentibus, vt ex communi DD. Doctrina de conſciētia dubia colligitur.

27 *Quarto* Emens rem alienam in propriam ſuam vtilitatem, quam tempore emptionis probabiliter dubitabat eſſe furtiuam, non poteſt illam alteri vēdere, aut reſcindere contractum cum latrone, ſed tenetur illam vero domino reſtituere, perinde ac ſi mala fide emiſſet. Sic Michael Salon loco proximè allato, quod dictum annotādum eſſe dicit propter emptores veſtium, & aurifices, & huiuſmodi, qui facile poſſunt agnoſcere, rem eſſe furtiuam, vel ſaltem probabiliter, & rationabiliter dubitare, & tamen paruitate pretij, & ſpe lucri ducti res furtiuas emunt.

Ratio huius dicti eſt, quia in moralibus contractibus pro eodem reputantur dubia fides, & mala fides. Sed qui emit mala fide non ſolùm peccat, ſed ēt reſtituere tenetur fructus, & rem ipſam domino. Ergo, & qui dubia fide emit. Nec valet, quod dici ſolet, In dubijs meliorem eſſe condōnem poſſidētis. Ergo qui emit dubia fide, ſaltem domino non comparente, rem emptam ſibi retinere poteſt. Reſpondetur enim regulam illam intelligendam eſse de eo emptore, & poſſeſsore, qui initio bonæ fidei emptor, & poſseſsor fuit, cui poſtea ſuperuenit dubium, tunc enim melior eſt conditio poſſidentis.

28 *Quinto*, qui rem alienā bona fide accepit a latrone, ſed deinde incipit dubitare, an ſit furtiua, ſi rem illam per viā donationis accepit, & poſtea durante tali dubio rem vendit, tenetur pretium acceptum Domino reddere, quando conſtiterit verè rem illa alienam fuiſse. Quod patet, quia ad hoc idem teneretur, ēt ſi rem bona fide poſitiua, qua credebat rē non eſse furtiuam, vendidiſset, ex quo accepto pretio factus ſit locupletior. Igitur a fortiori, ſi ſtante dubio præfato rem illam vendat, tenebitur cognita veritate rem, preciumve rei domino reſtituere.

29 *Sexto*, qui rem aliquam per viam emptionis, ſeu permutationis, etiam bona fide, de manu latronis accepit, ſed deinde incipit dubitare probabiliter, qđ ſit furtiua, ſi facta diligentia debita ſit ex æquo dubius, vel magis declinet in ſuam partem, quã in oppoſitam, poteſt illam tuta conſcientia retinere, aut vendere ſine peccato, dũmodo emptori rei conditionem exponat, dicens ſe eſſe dubiũ, an furtiua ſit. *Ratio eſt*, quia in tali dubio potior eſt condõ poſſidentis, & proinde poteſt ſine peccato ſibi rem illã retinere. Quod verò rem illam vendere volens emptori cõditionem rei exponere debet, exinde probatur, quia cum defectus rei ad indemnitatem emptionis ſpectet, tenetur venditor explicare iure naturæ defectum rei, & illum indemnẽ ſeruare, alioquin enim emptorem defraudaret, qui vel rem illam, cognito eius defectu ſeu vitio, nullatenus emeret, aut pretium longe minus pro ea daret. Qua lege ſeruata, poterit emptori, quem repererit vendere; paratus tamen pretium vero domino reddere, ſi cõſtiterit rem eſſe furtiuam. Cuius Ratio clara eſt, Nam ſi rem illam haberet, & apud ſe ſeruare vellet, eius animi eſſe oporteret, vt rem domino vero reſtitueret, ſi conſtiterit, cuius ſit: Ergo etiam eam vendendo, & pretium pro ea recipiendo, parati animi eſſe debet, vt cognito vero domino, pretium rei venditæ domino reſtituat, cum pretium loco rei ſuccedat. Sic Io. Med. C. de reb. reſtituend. q. 10. cõcluſ. 3. §. Dico ſecundo. Couar. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 2. §. 12. num. 4. & Michael Salon vbi ſupra concl. 4.

30 *Septimo*, qui emit rem bona fide, & poſtea facta diligentia dubius ſit, & magis inclinat furtiuam eſſe, quam ſuam, inquirere tenetur verum dominũ, quem ſi certo inuenerit, rem integram reſtituere tenetur, Sin autem inuenerit dominum, non tamen ita certum, ſed de quo adhuc eſt aliquod dubiũ, partem aliquam ei reſtituat, vel cum eo conuenire tenetur, ex Mich. Salon vbi ſup.

Octauo, quamuis qui dubitat, rem eſſe furtiuam, poterit eam emere, eo modo quo dictum eſt, ſi tamen dubius ſit, an eam licite poſſit emere, manente tali dubio eam emendo peccaret, Quia ſic cõtra dubium practicum ageret, & conſequenter contra conſcientiam, atq; ideo peccati culpam dubio procul contrahetet, ex Io. Medi. & Couar. cit. & res eſt manifeſta, quia qđ non eſt ex fide, i. conſcientia, peccatum eſt. Rom. 14. quo ſenſu Hoſt. in Summa lib. 5. tit. de pœn. & remiſſ. num. 61. §. Quibus & qualiter. verſi. quid de prædam ementibus, & poſt eum alij multi docuerunt in huiuſmodi caſu peccare, q̄ rem cum tali dubio ſiue per viam donationis, ſiue emptionis, alteriuſve contractus acciperet, & teneri eam domino reſtituere, id quod etiam docuit Alexander de Ales 4 p. ſummæ. q. 24. memb. 5. art. 3. §. 4. verſic. conſequenter quæritur de ſexto. & eum ſecutus eſt Gab in 4. diſti. 15. q. 3. art. 3. dub. 5. poſt concluſ. 3.

31 DVBIVM QVARTVM eſt, An teneantur Chriſtiani, qui emunt ſpolia Chriſtianorum capta a Turcis, aut Sarracenis indicto publice bello, vel recuperantes illa vi, aut arte, reſtituere ea Dominis ſuis, a quibus erepta erant?

Prima opinio docet reſtituenda eſſe veris Dominis, quia cum ex parte Turcarum, & Sarracenorum bella contra Chriſtianos geſta ſint iniuſta, bona hæc facta non ſunt bona capientium. Deinde ſicut Chriſtiani a Turcis, vel Sarracenis in bello capti, non fiunt legitimi ſerui Turcarum, aut Sarracenorum, vt late probat Couar. in reg. peccatum. p. 2. §. 11. de reg. iur. lib. 6. Sic nec bona Chriſtianorum a Turcis, vel Sarracenis in bello capta, in dominium Turcarum cedũt; Nõ enim maior eſt ratio in vno, quam in alio.

Secunda opinio eſt, non obligari ad reſtitutionẽ.

Primo quidem, quia vſu, & more receptum eſt, vt capta bona mobilia in hmõi bello fiant capientiũ, vt cõiter omnes tradunt, ac nominatim D. Th. lib. 3. de regimine principum, c. 11. & Adr. in 4. ſent. in materia de reſti. §. Aggredior caſus ſpeciales. Ioan. Maior. 4. diſt. 15. q. 20. Alphon. a Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 14. Franc. a Victoria in relect. de iure belli, n. 51. Coua. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. par. 2. §. 11. nume. 1. Sylueſt. verb. bellum. q. 1. Gregor. a Valentia in 2. 2. diſput. 3. q. 16. puncto 3. propoſit. 3. & colligunt ex cap. ius gentium. diſtinct. 1. & l. Hoſtes. & l. ſi quid in bello ff. de captiuis. & ibi Bart. & in inſtitut. de rerum diuiſione. §. Item ea, quæ ab hoſtibus. & Ariſto. lib. 1. polit. cap. 4. & 5. vbi ait Bellicam artem ſecundum naturam eſſe acquiſitiuam. Et hoc ſiue bellum ſit iniuſtum, ſiue iuſtum, ſatis enim eſt, vt ſit auctoritate publica indictum.

Secundo, quia vſu etiam receptum eſt, vt capta a Mauris finitimis Hiſpaniæ, ſi diebus tribus continuis ea poſſideantur, non redeunt ad priſtinos Dominos, etiamſi ea, vel redempta, vel vi, aut armis, vel alia arte recuperata in Hiſpania reportentur.

Tertio, quia videtur tacitus eſſe Principum conſenſus, vt ſpolia ſic in bello capta fiant capiẽtium, vt hac ratione militum, & Chriſtianorum animi magis contra Turcas accendantur, & vt audaciores fiant ad pugnam, & certamen ineundum.

Quarto, quia amiſſa in bello huiuſmodi videntur haberi pro bonis derelictis, ſiquidem euntes ad huiuſmodi bellum, eo animo bona hæc mobilia portant, vt fiant capientium, & proinde fiunt propria Turcarum, ſi ab ipſis capiantur, ob quas rationes ſecunda hæc opinio mihi videtur probabilior, & verior, quamuis hanc difficultatem ſcriptores non tractauerint.

32 DVBIVM QVARTVM eſt, an, qui in conflictu recuperauit ex Turcis rem aliquam, quam veriſimile eſt Turcas ipſos a Chriſtianis ſurripuiſſe, eam reſtituere teneatur? In hac re hæc mihi videntur probabiliter dici poſſe.

Primo, ſi pauper ſit, tunc ex conſilio confeſſarij prudentis rem illam, habita ratione circunſtantiarum, retinere poteſt.

Secundo, ſi non ſit pauper, tunc aliqui volunt reſtituendam eſſe pauperibus, hoc eſt, expendendam in pios vſus, in bonum Domini, cuius res illa eſt, qa ex parte Turcarum bellum eſt iniuſtum. Alij tamẽ & probabilius dicunt, rem illam fieri recuperãtis, ſi a Turcis poſſeſſa fuerit duob. vel trib. diebus continuis, ob rationib. in ſecunda opinione dubij præcedentis allatis.

33 DVBIVM SEXTVM eſt, an, qui rẽ a Turcis captam emit, quam Chriſtiani tp̃e naufragij in mare proiecerunt, vt naufragium euaderent, & fuga ſeſe

a Turà Turcis incolumes tuerentur, eã poſtea Chriſtianis reſtituere teneatur? *Reſpondeo primo*, ſi res illa ſolum amiſſa fuit ob naufragium, & inuenta a Turcis, qui poſtea eam emerunt, Domino reſtituere tenentur. *Secundo*, ſi capta res illa fuit a Turcis bellantib. in mari contra Chriſtianos, tunc reſtituēda, vel retinenda erit iuxta ea, quæ in dubiis præcedentibus dicta ſunt. Quia vero plura de hac re dicemus, cum de reſtitutione rerum inuentarum agemus, hęc de bonæ, vel malæ, & dubiæ, fidei poſſeſſore in vniuerſum dicta ſufficiant. De reſtitut. ſeruorum, vide Molinam. diſp. 35. in fine. & diſpu. 36. Naua. c. 23. num. 96.

De Perſonis, quæ ad reſtitutionem obligantur. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

Non ſolum, quæ cauſæ principales ſunt damni, ſed qui illis cooperantur, auxilium aut conſilium præbendo, ad reſtitutionem obligantur.

Nouem genera perſonarum ſicut ſunt cauſæ iuſtæ acceptionis, ita ad reſtitutionem faciendam obligantur, & ſufficientia huius diuiſionis oſtenditur.

Quinque ex nouem prædictis ex genere ſuo, & communiter ad reſtituendum obligantur ex alijs quatuor nõ ſemper reſtitutionis obligatio naſcitur.

Præter has nouem perſonas obligatur etiam qui opus iniuſtum in proximum exequitur.

CVm ex ſuperioribus manifeſtum ſit reſtitutionis obligationem ex duplici capite, & radice contrahi poſſe, vel ratione rei alienæ iniuſte acceptæ, & detentæ, vel ratione acceptionis, aut detentionis iniquæ, certũque ſit, & in confeſſo apud omnes, alienum quocũque modo apud aliquem exiſtat, & ad eum peruenerit reſtituēdum eſſe, etiamſi in delicto furti, aut iniquæ acceptionis non communicauerit, de illis ſolum, qui ad reſtitutionē ratione iniquæ acceptionis obligantur, etiam ſi nihil rei acceptæ apud ſe habeant, aut retineant, in ſequentibus agendum eſt.

Quoniam vero non ij ſolum, qui proximum lædunt, & cauſæ principales damni ſunt, vt fures, & homicidæ, ſed hi etiam, qui lædentibus cooperantur, eis auxilium, conſilium, vel fauorem præbendo, dicunturque complices, ſocii, participantes, cauſæ minus præcipuæ, vel concauſæ damni illati, non minus reſtitutionis vinculo ligari iudicantur, iuxta illud. *Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas*. Pſal. 4. & ad Roman. 1. *Digni ſunt morte, non ſolum, qui faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus*. vnde eſt illud, *Facientem, & conſentientem par pena conſtringit*. 2. q. 1. c. Notum ſit. Quibus ſimile eſt illud; *Dans occaſionem damni, damnum dediſſe videtur*, cap. ſi culpa. §. ſane. de iniur. & damno dato, de his omnibus, qui ratione iniquæ acceptionis, quouis modo reſtituere teneantur agendum eſt. Ponuntur autem communiter a DD. Nouem perſonarum genera, quæ ſicut cauſa iniquæ acceptionis ſunt, ita etiam ad reſtitutionem faciendã obligantur, quæ his verſibus explicantur.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans:

Quorum nouem modorum numerum S. Thom. 2 2. q. 62. arti. 7. & poſt eum alii, quos infra referemus ſufficientiamque hac diſtinctione colligit. Dupliciter enim poteſt, quis eſſe cauſſa, vt alter, quid agat, vel accipiat, directe, ſcilicet, & indirecte. Directe quidem inducendo, ſeu iuuando alium ad accipiendum. Et hoc quidem tripliciter, nimirũ aut ex parte acceptionis, mouendo ad ipſum vno quatuor modorum, nempe pręcipiendo, conſulendo, conſentiendo, & factum laudando; Aut ex parte accipientis, nempe quia ipſum quis ad ſe recurrentem receptat, vel alio modo protegit, aut fouet, quod *Recurſus* nomine ſignificatur: aut tertio ex parte rei acceptæ, nempe dum eiuſdem furti, vel rapinæ particeps ſit aut maleficii ſocius, & hoc ſignificatur hac voce, *Participans*. Indirecte verò poterit quis eſſe cauſa, ſi eum quem impedire poteſt, ac debet, nõ impedit, quod vno e tribus modis contingit, *Primo*, ſi taceat, quando debet præcipere, vel conſulere, ne fiat illud. *Secundo*, ſi cũ poſſit, & debeat obſtare, non obſtat. *Tertio*, ſi cum poſſit, & debeat manifeſtare, non manifeſtat.

Ex his autem nouem modis, quinque ex genere ſuo, & cõmuniter ad reſtitutionem obligant, quos his vocibus exprimimus, *Iuſſio, cõſenſus, recurſus, participans*, & *non obſtans*, cum ſcilicet ex officio obſtare tenetur, & poteſt, quia iſti omnes ſunt cauſæ iniuſtæ acceptionis; Ex aliis vero quatuor modis non ſemper ſunt iniuſtæ acceptionis cauſa: quia qui præſtat *conſilium*, non ſemper eſt cauſa actionis, ſicut nec ille, qui adulatur, ideo quando non ſunt vere cauſa, non ſunt reſtitutioni obnoxij.

Idem eſt iudicium de muto, qui dum res fit, non clamat, & de non *manifeſtante* poſtquam factum eſt, quia non ſemper manifeſtare tenetur. Si quando autem contigerit, eos veram eſſe iniuſtæ acceptionis cauſam, tunc reſtituere tenentur, vt S. Tho. vbi ſupra tradit.

4 Præter has autem perſonas certum etiam eſt obligari ad reſtitutionem eum, qui damnum facit, ſeu qui opus iniuſtum in proximum exequitur: Vnde computato executore decem ſunt perſonarum genera, quæ ex vna actione iniuſtæ acceptionis ad reſtitutionem faciendam obligari poſſunt, quæ omnes memoriæ cauſa his verſibus, comprehendi ſolent.

Quilibet in ſolidum reddat, prius iniuriator,
Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans
Currere cum fure faciunt furtique reatum.

Agunt de his Doctores paſſim, Alex. de Ales. 4. par. Sum. q. 24. memb. 5. ar. 3. §. 4. S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. Richard. 4. diſt. 15. ar. 5. q. 4. Palud. 4. diſt. 15. q. 2. art. 3. Tho. de Argentina ead. diſt. q. 1. art. 1. q. 1. Io. Bachon. 4. diſt. 23. q. 1. ar. 3. Gabr. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 3. dub. 2. Sum. Aſtenſis p. 1. lib. 1. tit. 33. arti. 5. Ang. verb. reſt. 1. & verb. furtum. nu. 13. ſum. Piſan. verb. reſt. 3. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 12. §. 11. & ſeq. Sylu. verb. reſt. 3. nu. 6. q. 6. Tabien. verb. reſt. nu. 24. §. vigeſimotertio Io. Maior. 4. diſtinct. 15. quæſt. 26. Adria. in 4. ſenten. agens de reſtitutio. in princip. §.

Circa prædicta. Caie. in 2. 2. q.62. ar.7. & in Sũma verb. reſtitutio. c.1. Ioan. Medina. C. de reb. reſtituẽdis, q.2. in fin. & q.7. & 8. & q.9. Sotus lib.4. de iuſt. & iure. q.7. art.3. Nauar. in Man. c.17. nu.17. & ſequentib. Couar. in reg. Peccatum. de reg. iur. lib.6. p.2. §.12. qui plurimos vtriuſque iuris Doctores, & textus refert. Petr. Nau. lib.3. de reſtit. c.4. p.1. Micha. Salon in 2.2. q.62. art.7. & Pet. de Arrag. ibid. Mart. Ledeſm. 2. 4. q.18. ar.7. & Greg. de Valen. in 2.2. diſp.5. q.6. punct.3. De quibus omnib. nos ſuo ordine dicemus in ſequentibus.

De Exequente, ſeu Efficiente. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *An ad hoc vt obligetur ad reſtitutionem, ſatis ſit, ut ſit cauſa, qua poſita ſequatur effectus, an vero etiam requiratur vt ſit cauſa, ſine qua non ſequitur effectus.*

2 *Non ſunt diuerſæ Doctorum opiniones de hac re (ut nõnulli exiſtimant) ſed ſolum de Iubente conſulente, & alijs cooperatoribus.*

1 CVm certum ſit Executorem ad reſtitu-
tionẽ teneri, ipſe enim vera, propria,
& proxima, efficaxq; cauſa damni eſt,
non eſt, quod de eo pluribus diſſera-
mus Solum difficultas eſſe poteſt. An
ad hoc vt obligetur ad reſtitutionem ſatis ſit, vt ſit
cauſa qua poſita ponatur effectus; An vero requi-
ritur, vt cauſa ſine qua non ſequitur effectus. In qua
re, quicquid nonnulli dicant, requiri hoc ſm, Re-
ctius tamen alii docẽt, ſatis eſſe, vt ſit cauſa, qua po
ſita ponitur effectus, alioquin.n. fur liber eſſet a re-
ſtitutione, eo quod alius fortaſſis idem furtũ com-
miſiſſet. Vnde non excuſatur de homicidio, eo qđ
alius occidiſſet, ſi ipſe non interficeret. Sicut etiam
ſi duo domũ comburant, vel furtum, aut homici-
dium committant, reſtituere tenentur, licet vnus
2 feciſſet, ſi alius ſocius non feciſſet. Dico igitur hãc
eſſe cõmunẽ DD. opinionẽ, nec eſſe diuerſas opi-
niones in hoc, vt nonnulli exiſtimant ſed diuerſi-
tatem opinionũ DD. ſolum eſſe de Iubente, Conſu
lente, Conſentiente, & aliis cooperatoribus, & con-
cauſis, de quibus infra, non autem de Executore, ſi-
ue ex mandato, aut conſilio alterius, tanquam mi-
niſter eius damnum alteri inferat, vera cauſa eſt ma
li, & proinde ad reſtitutionem tenetur, etiamſi a-
lius fortaſſis idem furtum, aut homicidium perpe-
traturus fuiſſet, ſi ipſe illud non commiſiſſet.

De alijs nouem Cooperatoribus in vniuerſum. Cnp. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quinam dicantur concurrere poſitiue, qui negatiue.*

2 *Ad hoc, vt aliquis ex his nouem modis obligetur, quid requiratur.*

3 *Qui cauſam efficacem damni dederint, ex omnium conſenſu ad reſtitutionem tenentur, quiſnam vera cauſa efficax directa, vel indirecta cenſendus oſtenditur.*

4 *Qualem ſocium, & complicem eſſe vere cauſam damni verior affirmet Opinio.*

5 *Ad cognoſcendam cauſam alicuius effectus, tã in moralibus quam naturalibus, Regula communis, & vera.*

6 *Conſulens aliquem, ut furetur, qui ſine tali conſilio hoc commiſiſſet, & eodem modo, taliter ſuperueniens nõ eſt cauſa dicenda.*

7 *Qui ex aſſenſu ſuo, vel conſulendo, vel exhortando, &c. mouet animum, ut amplius firmetur in propoſito, tenetur ad reſtitutionem, & qui dubium, vel nondum paratum conſulit, vt exequatur, uel qui manum admouet, vt furetur. & nu.8.*

9 *Famulus vſurarii, qui non exercet miniſterium aliquod circa contractum vſurarium, ſed tantum ſeruat, vel numerat pecuniam, non tenetur.*

QVoad hos nouem modos concurrendi ad damnum proximi, antequã eos in particulari exponamus, quædam in vniuerſum explicanda ſunt.

1 *Primo* namque ſciendum eſt, Aliquos concurrere poſitiue, verbo ſcilicet aut opere furi cooperantes, quales ſunt, qui in ſex primis dictionibus continentur: Alii vero concurrunt negatiue, quales ſunt, in trib. vltimis dictionib. ſignificãtur, ſcilicet, Mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Secundo, Ex his, qui poſitiue concurrunt, quidam ſunt, qui participant in actu damnificandi, ſeu furandi: quidam, qui in re furtiua, quidam vero, qui in actu ſimul & in re participant.

2 *Tertio*, Ad hoc vt aliquis ex iſtis nouẽ modis ratione iniuſtæ acceptionis ad reſtitutionem obligetur, requiritur omnino, vt res aliena ſit ablata, quotieſcunque enim factum non ſequitur, quamuis ſocii, & iuuantes ex ſola nocendi voluntate mortaliter peccauerint, ad reſtitutionem tñ non tenentur, cum damnum actu, & reuera illatum non ſit.

3 *Quarto*, certum eſt ex cõi omnium conſenſu teneri ad reſtitutionem omnes illos, qui cauſam damni efficacem dederint. Ceterum quiſnam vera cauſa efficax directa, vel indirecta iniuſtę acceptionis cenſendus ſit, non ita inter ſe conueniunt Doctores; Vnde in hac re duæ ſunt authorum ſententiæ.

Prima eſt Inno. in c. ſicut dignum. de Hom. & Hoſtienſis ibid. Altiſiodorenſis lib.4. ſum. in tract. de ſacramen. pœnit. c. de Reſtit. q.3. Rich. 4. diſt. 15. art.5. q.4. Scot 4. diſt. 15. q.2. art.4 §. De 2. Gabr. 4. diſt. 15. q.2. art.3. dub.2. Sylueſt. verb. reſtitutio. 3. q.6. §. Tertium. Adria. in 4. in materia de reſtitutione, in princ. §. Iam dicam. & fauet Palud. 4. diſt. 15. q.2. ar.3. Nau. in Man. c.17. nu.20. & Petr. de Aragon. in 2. 2. q.62. ar.7. in princ. qui oẽs exiſtimant, eum omnem, & ſolum eſſe cauſam efficacem iniuſtæ acceptionis, & teneri ad reſtitutionẽ, ſine quo iniuſta illa acceptio, & damnum non fieret, quod genus cauſæ a Philoſophis dicitur, cauſa ſine qua non. Vnde Sylu. vbi ſupra ex Arch. tria docet.

Primum eſt, quando damnum illatum eſt ab aliquo, quod tamẽ ſine illo adiutore, & ſocio factum non fuiſſet, tunc vterque ad reſtitutionem totius damni obligatur, & hoc etiamſi ſocius, & adiutor nihil de re illa accepiſſet. Ratio eſt, quia vterque vere totum illud damnum intulit, vnus quidem tanquam cauſa præcipua, alter vero tanquam cauſa, ſine qua totum illud damnum non fuiſſet illatum.

Secundum eſt, Quando damnum illatum fuiſſet

a cauſ

auſa præcipua etiam ſine illo ſocio, non tamen tum tenetur ſocius ad reſtitutionem illius ex- ſſus, & damni, quod ſine illo illatum non fuiſſet.

Tertium eſt, quando totum damnum illatũ fuiſ- a cauſa principali, etiamſi ſocius ille non adiu- ſſet, in nullo tenetur ſocius, niſi ad eum aliquid furto peruenerit.

Ratio eſt, Quia ſocius ille non eſt cauſa damni, um ſine eo cauſa principalis damnum illud com- iſiſſet. Hanc autem ſententiam probant

Primo, ex l. vulgaris. ff. de furtis. vbi dicitur, ſi o, aut plures deferant lignum, quod vnus ferre on poſſet, omnes ad reſtitutionem tenentur. Ex uo ſequitur a contrario ſenſu, quando vnus ſine is id poſſet, alii non tenentur; ideo autẽ in priori ſu tenentur, quia alius non poteſt ſine ipſis, ſunt e illi velut cauſa ſine qua non.

Secundo, quia S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 7. explicans, qñ onſentiens teneatur ad reſtitutionem, dicit, tunc neri, quando ſine ipſo rapina non fieret.

Secunda & verior opinio eſt dicentium illum ium & complicem eſſe vere cauſam damni, ſeu ceptionis iniuſtæ, qui aliquo influxu, & concur- ſuo moraliter concurrit, & confert ad eum effe- m, quo proximo nocetur, ſiue damnũ illud fuiſ- alias ſine illo ſocio illatũ, ſiue non. Sic Caiet. in 2. q. 62. ar. 7. Io. Medi. C. de reb. reſtituendis. q. 7. t. lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 3. Mart. Ledeſ. 2. 4. q. 17. ar. Couar. in reg. peccatũ. de reg. iu. lib. 6. p. 2. §. 12. n. Petr. Nauar. lib. 3. de reſti. c. 4. p. 1. n. 1. 10. Mich. lon in 2. 2. q. 67. ar. 7. controuer. 1. Greg. de Val. 2. 2. diſp. 5. q. 6 punc. 3. Quæ ſñia probari poteſt.

Primo, quia ſecundum philoſophos, & Theolo- os, cauſa ſine qua non, non eſt vere, & proprie ali- ius actionis, & effectus cauſa, maxime in mora- bus, ſed ea quæ concurrit, & aliquid efficit, & in uit in effectum, vt v. g. approximatio ignis nõ eſt oprie cauſa combuſtionis domus, quamuis ſine a domus non eſſet combuſta.

Secundo, ſi duo ignes comburant lignum, etiam alter eorum ſolus, & ſine altero illud combuſiſ- t, quia tamen vterque lignum illud comburit, re vterque ignis cauſa eſt illius combuſtionis. em ſi Petrus aliquẽ occidat, aut aliquid furatur, uem Ioannes alioquin occiſurus eſſet, aut rem il- m furto ablaturus fuiſſet, non propterea excuſa- r Petrus a furto, aut homicidio. Sic etiam vt ha- etur Matth. 18. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, eruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum enit. Hoc eſt, quamuis ſuppoſita hominum mali- a ſcandala futura ſint, ſi tamen Petrus aliquem andalizet, vere peccat, & cauſa eſt ſcandali, etiã ipſo non faciente ſcandalum, per alium ſcandala ent ventura. Et quamuis Petrus non eſſet he- ticus, neque eccleſiam oppugnaret, alius certe ſſet, qui id facinus committeret; ſcriptum eſt e- im, oportet hæreſes eſſe: Non tamen ptopterea etrus a culpa excuſatur. Item ſi Petrus comburat getes, quas alius ſtatim combureret, non propte- a negari poteſt, quin Petrus vere cauſa combu- ionis fuerit. Nec vnus vſurarius a culpa excuſa- r, aut a reſtitutione releuatur, per hoc, quod eo nõ utuante ad vſuram, eadem vſura per alium mer- atorem fuiſſet commiſſa. Cum igitur duo hic re- eriantur, alterum, quod habet ſe vt affirmatio, ſcilicet vere concurrere, & efficere, alterum, quod habet ſe vt negatio, nempe ſine ipſo non ſequi effectum, ratio cauſæ non eſt deſumenda ab hac negatione, vt vult prima opinio, ſed ab illa affirmatione, quæ eſt concurrere. Non enim ſequitur, hic effectus procedere potuit ab alia cauſa ſine hac: ergo hæc, a qua procedit, non eſt vera, & efficax cauſa, Ad cognoſcẽdam igitur cauſam alicuius effectus, tam in Naturalibus, quam in Moralibus ſit hæc Regula: Quotieſcũque aliquo poſito, quod influit in effectum, ſequitur talis effectus, & eo ablato, vel non ſequitur, vel ſi ſequitur, alio modo ſequitur, ſine dubio cauſa erat illius effectus. Quia ex quo deficit ille ſolitus modus, ex defectu illius ſignum eſt habuiſſe influxum in ea re: & non ſolum eſſe conditionem, ſine qua non.

Hinc infertur primo, quod licet alius occideret,
vel furaretur, ſed non eo modo, aut tempore, quo
ego occidi, vel furatus ſum, quod ſum vera cauſa
damni: concurro enim ad illum actum, quia licet
ego non occideram, ſed alius occidit, quia tamen
alter ille non ita cito, aut non ita acriter occideret,
ego vere cauſa ſum illius occiſionis. Exemplum
6 manifeſtum eſt in eo, qui morbo læthali laborat,
quo certum eſt eſſe moriturum, ſi aliquis accedit,
& vulnus infert de ſe læthale, certe irregularis eſt
& homicida: Quia licet ea cauſa ſublata eſſet alter
moriturus, non tamen ita cito, vel eo prorſus mo-
do, Si vero ſequitur effectus eodem prorſus modo,
ſuperueniens non eſt cauſa dicenda: Quia ſine
illa, & fieret, & eodem modo fieret: vt v. g. dat ali-
quis conſilium, vt fiat furtum, vel rapina, ſi conſiliũ
non prouenit, vt eſſet cauſa rapinæ, ſed eodem mo
do furtum commiſiſſet ſine illo conſilio, non cen-
ſetur cauſa furti. Atque idem videtur, ſi conſilium
dedit ei, qui paratiſſimus erat occidere, ex quo con-
ſilio occiſor, nec ad occidendum motus eſt, nec ad
citius vel acrius id faciendum, nec denique vllo mo
do variat actum. Tunc enim conſulens ille non eſt
conſulendus cum cauſa, nec ad reſtitutione vllam
faciendam tenetur.

7 *Secundo infertur*, Quod ſi Petrus erat determinatus aliquid rapere, etiamſi meus aſſenſus non accederet, & tamen ego illi aſſenſum præbeo, ſeu conſulo, exhortor, aut iubeo, vt ita faciat, vnde ille animum ſuum amplius firmat, & ob meum conſilium, quod propoſuerat, exequitur: Iam ego teneor reſtituere, ex quo fur ille ex meo aſſenſu ſeu conſilio motus fuit ad furtum committendum, quia licet ille alioquin furtum commiſſurus fuiſſet, magis tñ ex meo aſſenſu motus fuit, vnde ad illud cõcurro tanquã cã illius, & cã motiua ſum illius rapinæ.

Tertio infertur, Conſultorem, qui ſuo conſilio effecit, vt Ioãnes damnum inferret, quod non decreuerat inferre, aut erat dubius, aut non ita paratus, teneri tanquam cauſam cooperantem ad reſtituendum, etiamſi non defuiſſent alii, qui idem ei conſuluiſſent, quia talis conſultor influit, & moraliter concurrit ſuo conſilio ad illud damnum.

8 *Quarto infertur*, Quod ſi tibi ambulanti in nocte occurrant latrones, quibus ſcalam feneſtræ ad furtum admouentibus, tu ſcalam teneres, vt illi ſecurius aſcenderent, tu illius furti vere complex & ſocius es, quia ſic ſcalam tenere, cooperatio eſt ad illud furtum: ſecus autem ſi non teneres ſcalam, vt il-

li melius aſcenderent, ſed illã caſu,vel nihil de furto cogitans tenuiſti, nihilque cooperatus ſis ad illud furtum, aut nihil ad furtum faciebat, quod ſcalam illam tenueris,nec ne.

9 *Quinto infertur*,famulum vſurarii,qui tantũ ſeruat,vel numerat pecuniam,non autem exercet miniſterium aliquod circa contractum vſurarium nõ teneri ad aliquid reſtituendum: quia ſeruare pecuniam, aut numerare poſt conſummatum iam contractum vſurarium, non eſt mortaliter aliquid pertinens aut conferens ad vſuram: ſecus autem dicendum eſt, ſi famulus ille ſit agens Domini vſurarii, hoc eſt,vel conſilium det de ineundo contractu vſurario, aut celebret contractum vſurarium nomine ipſius, chirographa, & literas de tali contractu ad eum firmandum conſcribat,aut fieri, & conſcribi curet,tanquam vſurarii procurator,ſeu agens: Quia huiuſmodi famulus vere & moraliter influit in illum contractum vſurarium, & aliquid per ſe ad illud pertinens efficit,vt docent,Sot.lib.4.de iuſtit.q.7.art.3.Petr.de Arragon.in 2.2.q 62.ar.7.& Mich.Salon & alii ibidem tradunt. Et ex his quæ diximus,facile colligitur,quid in aliis ſimilibus caſibus dicendum ſit.

Ad rationes pro contraria ſententia allatas *Reſpondetur*,ad l.vulgares,ff.de furtis. Dicendum eſt, ſingulos illos teneri ad reſtitutionem illius ligni, quia ſinguli vere & effectiue ad illius furtum concurrebant, & propterea omnes ad illius reſtitutionem integrum tenentur. Ad Tho. *Reſpondetur*,Cõſentientem teneri ad reſtitutionem, quando talis conſenſus eſt vere cauſa moraliter influens in effectum; Econtra vero non teneri, quando talis conſenſus in illum effectum non influit.

De iubente,ſeu Mandante. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quando iuſſio eſt cauſa efficax iniuſtæ acceptionis, vel probabiliter creditur efficax,iubentem ad reſtitutionem teneri certum eſt.*

2 *Iubentem de furto,aut rapina nihil poſſidere nõ obſtat.*

3 *In iuſſione an is,cui præcipitur ſit ſubditus præcipiẽtis necne obſeruandum,& ſi ſubditus non ſit, non tenetur ad reſtitutionem.*

4 *Quomodo ſcietur quando exequens facit damnum iuſſu alterius motus,alioquin non facturus ſi iuberetur.*

5 *Quando quis occidi iuſſit Paulum, & minis, & errore deceptus occidit Ioan.exiſtimans Ioãnem fuiſſe Paulum,Mandans an hoc caſu tẽeatur ad damnum illatum Ioanni.*

6 *An miniſter iuſſus occidere Petrum, quia aliter eum occidere non potuit, cõburendo domum Pauli,in qua erat Petrus,ſimul etiam Paulum occidit,teneatur iubens ad hæc damna.*

7 *An quando iuſſit uulnerari Petrum, miniſter vulnerãdo modum excedens, forſan occidit, teneatur iubens ad damnum ſequens.*

8 *An priuſquam qui iuſſus eſt,opus exequatur,iubens reuocet mandatum,ſi ſequatur damnum, teneatur imperans reſtituere.*

9 *An ſi iuſſor poſt actionem iniuſtam mandet reſtituere, illo non reſtituente,liber ſit iubens a reſtitutione.*

INter perſonas,quæ communiter & e genere ſuo ex concurſu,& cooperatione ad furtũ,reſtituere tenetur,prima eſt,*Iubens*,ſeu *Mandans*,quẽ certum eſt teneri ad reſtitutionem inſolidum,etiamſi nihil inde receperit,quod intelligitur damno ſubſecuto,& quando iuſſio eſt cauſa efficax iniuſtæ acceptionis, vel probabiliter creditur efficax,ex Sylu.verb.reſtit.3.q.6.§.2. Ang.verb.ſur. nu.17.& Alex.de Ales.par.4.q.24.memb.5.ar.3 S citaque;& Gabr.4.diſt.15.q.2.art.3.dub.2.Tab. verb.reſtit.nu.24.§. vigeſimotertio. Adr.4.ſent. materia de reſtitutione, in prin.§. Iam dicam.Barthol.Med.lib.1.inſtru.c.14.§.30. Io.Med.C.de reſtit.q.7.& 8.Pet.de Arrag.in 2.2.q.62.ar.7.Mich. Salon ibid.Pet.Nau. lib.3. de reſtitu. cap.4. in p nu.26.Ratio eſt,quia Iubens ex genere ſuo cauſa e præcipua,& efficax illius damni. Exemplum e quando Dominus ſeruo præcipit,aut princeps ſubdito imperat,vt aliquid furetur,vel aliquem occidat;Item ſi magiſter diſcipulo,quem tenet ſub v ga præcipiat,vt rapiat,vel furetur,aut ſi pater præcipiat filio familias;In his enim caſibus,ſubſecuto effectu, iubens, quia cauſa eſt efficax damni,præſtans auctoritatem tenetur ad reſtitutionem, ni ille, qui rapuerit,reſtituat, quia ille facit,cuius imperio,& auctoritate fit.

2 Nec obſtat,quod nihil poſſideat de furto,vel rapina,vt ex hoc capite excuſetur a reſtitutione,quia licet nihil poſſideat de furto,quia tamen cauſa eſt furti,& damnificationis proximi,tenetur reſtituere,& reddere illum indemnẽ. Dans enim cauſam damni,damnum feciſſe cenſetur.Secus autem dicẽdum erit,quando aut is,cui præcipitur,furtum,aut homicidium non commiſit, aut alias paratiſſimus erat ad furtum, vel homicidiũ illud committendũ ita vt imperium alterius, neque alium moueri, nec alterum in ſuo iniquo propoſito perſiſtentem, ad illud citius,aut vehementius perpetrandũ induxerit.Ratio eſt,quia in hoc caſu iubens non eſt cauſa aliquo modo illius damni, nec ad illud concurrit,ſed vt ait Michael Salon vbi ſupra,iuſſio illa potius permiſſio quædam eſt, fac quod vis, ſicut dixit Chriſtus Iudæ,quẽ paratiſſimum,& firmiſſimum in ſuo iniquo propoſito videbat,quod facis,fac citius.

3 Hinc idem author obſeruandum eſſe docet in iuſſione, an is, cui præcipitur, ſit ſubditus præcipientis, nec ne; ſi enim non ſit ſubditus,& alter alias æque paratus erat ad nocendum, non videtur cauſa damni, & conſequenter, nec ad reſtitutionẽ tenetur. Vnde Alexander de Ales vbi ſupra notat,quod ſi amicus præcipiat amico pauperi, vt rapiat,vel furetur vbicunque poſſit,& diues fiat, amicus ille præcipiens non tenetur ad reſtitutionem, ea ratione,qua præcipit,quia non habet auctoritatem præcipiendi, vnde nec præceptum ſuum habet vim præcepti, quamuis ex alio capite.ſ. ex ratione mali conſilii ad reſtitutionem obligari poſſerit,prout cauſa eſſe poterit, quod alter ad furandũ ex eius conſilio moueatur: iuxta ea,quæ infra dicemus. Et quæ hactenus in hoc §.dicta ſunt,in confeſſo ſunt, & certa apud omnes, alia vero ſunt dubia & controuerſia.

4 DVBIVM Primũ eſt, quomodo ſcietur, quãdo exequẽs facit damnum iuſſu alterius motus alioquin

quin non facturus ſi iuberetur.

Reſpondeo, id cognoſci poſſe ex imperio expreſſo, vel tacito, ſcilicet, ſignis, nutib. verbis, aut minis ſignificato, habita ratione perſonarum, nimirũ iubentis, & eius, cui præcipitur, vt dictum eſt ſuperius.

Quod ſi iubens hac de re dubius ſit, an exequens iuſſu ſuo motus ſit, vel non; In hoc caſu inquirere debet diligenter, an ex ſuo p̄cepto motus ſit, nec ne.

Si vero facta diligenti inquiſitione adhuc dubitet: Tunc mihi placet, quod Sylueſter verb. reſti. 3.q.6.§.2.& Pet.de Arag.in 2.2.q.62.ar.7. docẽt, vbi eſt tale dubium probabile, nihil reſtituere teneatur, quia in dubijs, ceteris paribus, melior eſt conditio poſſidentis. l.ſi ob turpem. ff. de condict. ob turpem cauſam.

DVBIVM Secundum eſt, quando quis iuſſus ſit occidi Paulum, & famulus vel miniſter iubentis errore deceptus, occidit Ioannem, exiſtimãs eſſe Paulum, an mandans in hoc teneatur ad damnum illatum Ioanni?

Reſpondeo, teneri, quia ſatis eſt, quod ſecuta ſit mors Ioannis immediate ex eius imperio, conſtat etiam mandantem cauſam eſſe mortis Ioannis, & per accidens eſt, quod Io. loco Pauli occiderit.

DVBIVM Tertium eſt, An ſi quis iuſſit occidi Petrum, & miniſter, quia aliter non potuit eũ occidere, occidit comburendo domũ Pauli, in qua erat Petrus, & ſimul etiam Paulum occidit, teneatur iubens in hoc caſu ad hæc dãna? Rõ difficultatis eſt, quia non videntur dãna hæc ex eius imperio ſecuta, aut ſi ſecuta ſint, id omnino fuit per accidens.

Reſpondeo, teneri ad reſtitutionem totius damni, quia totum damnum vere ex eius imperio ſecutum eſt, ſatis enim eſt, quod imperium eius fuerit periculoſum, & quod probabiliter producere, & inferre potuerit huiuſmodi damna.

DVBIVM Quartum eſt, an, qñ iuſſit ſolum vulnerari Petrum, & non occidi, ſi miniſter vulnerando excellerit modũ occidendo, teneatur iubens ad reſtitutionem damni ſecuti, & ad homicidium?

Reſpondeo teneri, quia ſecuta eſt mors ex eius imperio periculoſo, & ſæpe ſolent famuli ira. vindictæq. deſiderio incẽſi, modũ in ꝑcutiẽdo excedere.

DVBIVM Quintum eſt, an, priuſquã, qui iuſſus eſt, opus exequatur, iubens reuocet mãdatum, ſi ſequatur damnum, teneatur imperans reſtituere.

Reſpondeo, non teneri, ſi reuocauit verbis, vel literis, vel nuncio ſignificando ſuam voluntarem contrariam. Itẽ non tenetur, ſi rediit in amicitiam cũ inimico, vel aduerſario, cuius necem imperauit. Item ſi contraxit affinitatem cum eo. Vt colligitur ex doctrina Angeli in verb. mandatum. n. 1. & Syluest. verbo Mandatum. q.4. & Petr. Nau. lib. 3. de reſt. c.4.p.1.num.27. Ratio eſt clara, quia tunc actio iniuſta non procedit ex eius imperio, ſed alterius malitiæ imputatur, ſicut cauſæ totali, vnde immunis eſt ab irregularitate, aut ab excommunicatione, qui cum mandaſſet clericum occidi, ante factum, imperium, & mandatum ſuum reuocauit, dũmodo reuocationem hanc notam fecerit illi, cui hoc antea mandauit.

DVBIVM Sextum eſt, an ſi iuſſor, poſt peractã actionem iniuſtam mandet reſtituere illo non reſtituẽte, liber ſit iubens a reſtitutione?

Reſpondeo ex Alex. de Ales 4. par. q.25. memb. 5. art.3.§.4.& Gabr.4.diſt.15.q.2.arti.3.dub.2.ſub litera.P.& Io.Medina.C.de rebus reſtituendis.q.8. Corolla.& Petr.Nauar.lib.3.de reſtitu.c.4.p.1.nu.27.& 28. Quod ſi ex eius mandato ſecutum ſit furtum, vel homicidium, non liberatur a reſtitutione niſi in effectu alter reſtituat, & obediat præcepto reſtitutionis, ſicut obediuit præcepto iniuſtæ actionis. Ratio eſt, quia ſicut non incurrit obligationem reſtitutionis ex præcepto, ſi alter non obediat ei rem auferendo, licet mortaliter peccet, ita econtra non liberatur ab obligatione reſtitutionis iam incurſa, ſi alter non obediat reſtituendo, par enim eſt vtriuſque ratio.

De Conſulente. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Conſulentis quiſnam intelligitur tenetur ad reſtituendum inſolidum totum damnum ex conſilio ſuo ſecutum. Quare.*

Si alter paratus erat facere, & fecit non ex conſilio conſulentis, ſecus dicendum erit cum conſilium non fuerit cauſa delicti, ibid.

2 *Qui fraudulenter, & doloſe conſulit fieri aliquod peccatum, obligatur ad reſtitutionem non cui dedit, ſed cõtra quem dedit conſilium.*

Quod dicitur de conſilio furti aut homicidij locum etiã habet in conſilio de collectis imponendis clericis ſine licentia Papæ, & in conſilio vſurarum, & condendi iniqua ſtatuta &c. ibid.

3 *An qui minus malum conſulit ad damnum maius euitandum teneatur ad reſtitutionem, damno minori ſecuto.*

4 *An ut uitet dãnum Petri furi volenti furari pecuniæ ſummam magnam Petri, conſulat quis, vt contentus ſit minori ſumma, & illa ſit Pauli teneatur reſtituere pecuniam furto ſublatam Paulo?*

5 *An quando fur dubius eſt an centum, ſit furaturus a petro vel ducenta, item an potius ab hoc, vel ab illo qui conſulit, vt potius ab hoc quam ab illo, & centũ potius ab hoc quam ducenta ab illo, ſecuto furto teneatur reſtituere?*

6 *An ſi quis paratus fuerat furari centum, & alter cõſula, vt furetur ducenta teneatur ratione conſilij dati reſtituere tantum centum, vel ducenta.*

7 *An qui conſilio ſuo furem induxit ad furandum, reſtituere teneatur, ſi perpetrato furto illi conſilium oppoſitum dederit, vt ablatum reſtituat.*

8 *An ſi poſtquam conſuluit, vt furaretur, rationibus diſſuaſit furtum, antequam illud admiſit, teneatur ad reſtitutionem ſi quid ille poſtea furetur?*

9 *De conſilijs circa contractus vel quaſi contractus, ut de reuocanda ſeu vendenda &c. & de conſilio dato ab Aduocatis, Theologis Medicis a Confeſſoribus. Quid dicendum.*

10 *Si conſilium præbeant idiotæ aut mulieres inexpertæ ingerentes ſe ad conſulendum, tenentur ad reſtitutionem damni ſecuti ſecundum alios ſed excuſat Petrus Nauarrus.*

11 *De Aduocatis, Medicis, Cõfeſſoribus quãdo obligãtur.*

12 *Reſtitutionis obligatio nec naſcitur ex ſolo animo malo & doloſo nec ex ſolo damno dato, vnde ſoluitur dubium.*

NOmine conſulentis hoc in loco intelligitur hortans, dirigens, inſtruens, vt ſi quis ſuo conſilio, aut exhortatione incitat aliquem vt furtum, homicidium, ſimoniam, vſuram, aliudve huiuſmodi committat, aut hæc licita eſſe aliquando conſulit, vnde alter ex ſuo cōſilio mouetur ad id faciendū, alioquin non facturus, aut exinde augetur eius voluntas, vt certius, aut velocius id faciat, tunc eo non reſtituente, qui fecit, conſulens tenetur ad reſtituendum in ſolidum totum damnum inde ſecutō. Rō eſt, Quia tale conſilium verè eſt cauſa efficax damni illati, vnde Phyſic. 2. cap. 3. Ariſtot. conſiliarium cauſam efficientem vocat: Et in iure conſiliarius, & conſentiens, eodem modo puniuntur, ac ipſe delinquens, vt colligitur ex cap. Notum ſit. 2. quæſt. 1. & ex cap. ſicut dignum. de homicid. & ex ca. Nuper. de ſenten. Excom. & ex leg. Qui ſeruo. ff. de furtis. & ex leg. prima. ff. de ſeruo corrupto. Hoſtienſ. & Panorm. in d. cap. ſicut dignum, & in d. cap. Nuper. Angel. in verbo. conſ. nu. 1. Sylueſt. verb. reſtitu. 3. quæſt. 6. §. 2. Tabiena. verbo. reſtitu. num. 24. §. vigeſimotercio. Alexan. de Ales 4. par. quæſt. 24. memb. 4. art. 3. §. 4. Gab. 4. diſtinct. 15. q. 2. art. 3. dub. 2. ſub litera P. Sā. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 7. & ibi DD. Caie. Petrus de Arragon. Michael. Salon ibi controuerſia. 6. & alii, Ioan. Medina. Cod. de rebus reſtituen. quæſt. 8. Bart. Medina lib. 1. inſtruct. cap. 14. §. 30. regula 5. & Petrus Nauar. lib. 3. de reſtitut. cap. 4. par. 1. num. 20. & ſequentibus. Adrian. in 4. ſenten. in materia de reſtitu. in principio. §. Iam dicam. & alii omnes, Secus autem dicendum erit, quando alter iam paratus erat hoc facere, & fecit, nō motus ex cōſilio dicentis, Fac hoc, aut illud. Et quæ dicta ſunt procedunt ſecundum omnes, quando conſilium datum eſt in delicto perpetrando: tunc enim ſi conſilium ſit cauſa delicti, tenetur conſulens, ſicut, & agens, ſecus alias, quando alter delictum erat commiſſurus ſine tali conſilio? Quæ omnia procedunt in foro conſcientiæ, vt notant Ioan. Medina Cod. de rebus reſtituendis, quæſt. 7. ad ſecundum. & Mich.
1 Salon 2. 2. quæſt. 62. artic 7. controuerſia. 6. ad primum poſt Angelum vbi ſupra; Nam in foro iudiciali ex ſolo conſilio ſine ope non tenetur, ſaltem ſecundum leges, vt aperte habetur Inſtitu. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur. §. certe, qui nullam opem. Quia vero nō ita bene, ac certo ſciri poteſt, an alter ex ſuo conſilio motus ſit ad furandum, vel damnum aliud inferendum, niſi cognito animo ipſius agentis, ideo Medina putat, interim dum animus agentis ignoratur, non obligari conſulentem ad reſtituendum, ſub pœna peccati mortalis, modo paratus ſit reſtituere, quando ſciuerit, ſe cauſam furto dediſſe. Poſtquam igitur quis probabiliter ſciat alterum commiſiſſe delictum ex ſuo malo conſilio proculdubio conſulens totum damnum inde ſubſequutum reſtituere tenetur, vt diximus.

2 Hinc conſtat, obligari ad reſtitutionem eum, qui fraudulenter, & doloſe conſulit fieri aliquod peccatum, non tamen tenetur reſtituere ei, cui dedit conſilium, ſed ei contra quem dedit. Siquidem committens delictum voluntate peccat, & ſic ei iniuria fieri non poteſt, vnde ſibi imputari debet: ſcire namque debebat ſibi non expedire: Non. n. ex improbitate ſua quiſpiam commodum reportare debet, vt habetur in l. ita fullo. ff. de furtis. Nec excuſari poteſt conſulens delictum, quia vix aliquando poteſt eſſe ignorantia probabilis in criminibus, maxime cum ſcienter & ſponte conſulat, tunc enim ſemper præſumitur dolus, & ſi dolus abſit, tamen culpa lata ad minus intercedit, quæ maxime in maleficio æquiparatur dolo, & ideo culpabile ſemper eſt tale conſilium, & conſulens ad reſtitutionem damni obligatur, vt latius docent, glo. in cap. Nullus, de regulis iuris, libro 6. Franciſcus de Platea, quem refert, ac ſequitur Gabr. 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 3. dub. 2. in litera P. & Petrus Nauar. libro 3. de reſtitut. cap. 4. par. prima. num. 21. & 22. Et quod dicitur de conſilio furti, aut homicidii locum etiam habet in conſilio de collectis imponendis clericis, ſine licentia Papæ: & in conſilio vſurarum; & in conſilio non reſtituendi aliena; & in conſilio condendi iniqua ſtatuta: & in eo, qui fraudulenter, & doloſe, & lucri gratia conſulit alicui mutuare debitori non idoneo: & in eo, qui fraudulenter conſuluit, teneri ad reſtitutionem eum qui reuera non tenetur, vel non teneri eum, qui tenetur: & deinde in quocunque alio conſilio damnificandi proximum ſcienter, vel ex ignorantia craſſa; quamuis enim alter ex conſilio non obligatur, ſed liberum eſt ſequi conſilium alterius, vel non: quoties tamen agens ob alterius conſilium ad agendum mouetur, conſulens ex tali conſilio malo doloſo, & fraudulenter dato ad totius damni reſtitutionem obligatur. ex Paludan. 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. arti. 3. Gabr. Medina & Petro Nauar. locis allatis, & Martino Nauarro in Manua. cap. 17. num. 132. & Petro de Arragon. in 2. 2. quæſt. 62. art. 7. Mich. Salon. ibidē. controuerſia 6. & communi Doctorum conſenſu, quia cauſa eſt damni proximo illati, dans autem occaſionem damni, damnum dediſſe cenſetur, cap. Si culpa tua. de iniuriis, & damno dato. Quid autem dicendum ſit de conſilio reſpectu contractus, vel quaſi contractus, ex his quæ inferius dicemus, manifeſtum erit.

3 DVBIVM PRIMVM eſt, An qui minus malum conſuluit ad damnum maius euitandum, ad reſtitutionem aliquam teneatur, ſecuto illo damno minori: & intelligitur quæſtio, quando is, cui conſulitur, omnino paratus erat maius illud damnum committere, vt verbi gratia, ſi quis furi volenti centum aureos furari Petro, aut equum pretioſum, quem nullo alio modo auertere poſſum ab hoc magno furto, conſulendo ei, vt non tantum damnum inferat Petro, ſed contentus ſit furari quinquaginta aureos, aut equum ſtrigoſum, & non ita bonum. Item ſi quis omnino decreuerat occidere Petrum, an conſulendo, vt non occidat, ſed vel percutiat, vel vulneret, vel aliquod aliud minus malum ei inferat, teneatur cōſulens ad minoris dāni reſtitutionem.

Ratio difficultatis eſt. quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, Roman. 3. Ergo multo minus erunt facienda, vel conſulenda mala minora ad alia maiora vitanda. Hinc Gabr. 4. diſtinct. 15. q. vndecima. artic. 3. dub. 14. Sylueſt. verbo. Matrimonium. 7. q. 5. §. Nonum. & Caiet. in 2. 2. quæſt. 78. artic. 4. & olim Sotus in capit. 3. ad Romanos. do-

cuerunt

eueniat, non eſſe licitum conſulere minus malū, ad maius malum vitandum.

Communior tamen Doctorum ſententia eſt, id licitum eſſe, ſic Ioannes Driedo lib. 3. de libertate Chriſtiana. in fine. Adria. Quodlib. 1. ar. 3. in reſpōſione ad octauum, & quodlib. 9. art. 3. ad ſecundum principale, in fi. ſub litera EE. & in 4. ſent. in materia de reſtitutione in principio, §. ſecundo dubitatur & ipſemet Caie. in ſuo Opuſculo 17. Reſponſionum, Reſponſione 13. dub. 3. & in ſumma verb. Tyrannus, & Sotus libro 4. de iure & iuſtitia, q. 7. art. 3. & lib. 6. q. 1. ar. 5. Nau. in Manuali. c. 14. nu. 40. Bar. Medina in 1. 2. q. 15. ar. 1. Petrus Nau. lib. 3. de reſtitu. cap. 4. p. 1. num. 29. Petrus de Arragon. in 2. 2. q. 62. artic. 7. & in q. 78. ar. 4. & Mich. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 7. controuerſia. 7. & Grego. de Val. to. 3. diſ. 1. q. 10. puncto 7. & diſp. 5. q. 21. puncto 4. & alij, & nos late expoſuimus lib. 2. de Sacramentis in communi c. 8. ar. 4.

Ratio eſt, quia ſic conſulens nec peccat in animam agentis ob ſcandalum ſeu cooperationem ad eius peccatum, quia cum alter paratus ſit maius malum committere, conſulendo minus malum, non tam eſt conſulere malum, quam auocare illum a malo maiori, ne illud committat, ſed potius, vt expleat libdinē minus illud malum committendo: Vnde tantum abeſt, vt ſic conſulendo peccet, vt potius cooperator ſit, ne alter peccet ita grauiter: Nec peccat in proximum, quia conſulendo minus damnum, vtiliter gerit rem proximi, nec rationabiliter poteſt eſſe inuitus, quin potius beneficij loco habere debet, quod cauſa fuerat, quo minus tam graue damnum pateretur, & ideo ad reſtitutionem aliquam Petro faciendam non tenetur.

Quod intelligendum eſt, quando ſic conſulens nihil ex furto alterius accepit, tunc enim ratione rei acceptæ tenebitur ad reſtitutionem.

DVBIVM SECVNDVM eſt, An, vt vitet damnum Petri, furi volenti furari pecuniæ ſummā magnam Petri conſulat quis, vt contentus ſit minori ſumma, & illa ſit Pauli, teneatur reſtituere pecuniā furto ſublatam Paulo?

Reſpondeo cum Soto libro. 4. de iure, & iuſtitia, quæſt. 7. artic. 3. Petro Naua. lib. 3. de reſtitutione, cap. 4. par. prima, numero 29. & Petro de Arragon in 2. 2. quæſt. 62. artic. 7. ad ſecundum, & Mich. Salon. ibidem controuerſia 7. eum in hoc caſu ad reſtitutionem teneri, & peccare, quia vt liberet Petrū a damno, non habet ius lædendi Paulum, vnde cū cauſa ſit damni Paulo illati, ad reſtitutionem ei faciendam obligatur; Immo Paulus habet ius, ne quis conſulat damnum ipſius, ad vitandum damnum alterius.

DVBIVM TERTIVM eſt, An, quando fur dubius adhuc eſt, centum ſit furaturus a Petro, vel ducenta; Item an centum ſit furaturus a Petro, vel a Paulo conſulens ei, vt potius furetur centum a Petro, quam ducenta; Item vt centum potius furetur a Petro diuite, quam a Paulo paupere, ſecuto furto teneatur reſtituere?

Reſpondeo, Teneri ad reſtituendum ei, cui damnum illatum eſt, quia iniuſtitiam facit ei, cui damnum factum eſt in vtroque caſu, cum alterius voluntatem dubiam determinet ad damnum minus eidem, vel alteri inferendum. Si enim ego non conſulerem, fortaſſe nec minus damnum inferret, & ſi intuliſſet, non Paulo, ſet Petro fortaſſis damnum illud inferret. Vnde cum ex meo conſilio in hanc partem efficaciter inclinatur, ego ſum cauſa efficax damni illati, & offenſus rationabiliter conqueri poteſt de huiuſmodi conſilio, cum eius damnum ſub dubio, quod euadere poſſet, per me certum reddatur. Cum enim ille adhuc ſit dubius, a quo furabitur, ſi per me eius voluntas determinatur ad vnum, ego plane ſum cauſa efficax executionis iniquæ, quæ alias forte non fieret. Vnde falſum eſt, quod docent Petrus Nauar. libro 3. de reſtitutio. cap. 4. parte. 1. numero 32. & Micha. Salon 2. 2. quæſt. 62. artic. 7. controuerſia. 7. licitum eſſe inducere, vt furetur paruum a diuite, potius quam magnum a paupere, quando alter eſt adhuc dubius a quonam iſtorum furaturus ſit, quia, inquit, in hoc caſu diues non eſt rationabiliter inuitus, aut læſus, cum lege charitatis teneatur leuem iacturam propriam magno damno proximi poſtponere; Quod ſane falſum eſt, maxime in caſu propoſito, vbi fur dubius eſt, cuinam illorū damnum inferat; Et ex altera parte licitum non ſit alicui nocere vni, ad tollendum alterius nocumentum, aut cauſam præbere, vt voluntas dubia ad illum damnificandum determinetur; ſic enim cauſa eſt, cur hic in particulari damnum patitur, & conſequenter ad reſtitutionem tenetur, vt ex dictis manifeſtum eſt.

6 DVBIVM QVARTVM eſt, an ſi quis paratus omnino erat furari, verbi gratia centum, & alter conſulit, inducit, vel præcipit, vt furetur ducenta, vel vt rapiat alia centum, teneatur ratione conſilij dati reſtituere tantum centum, vel ducenta.

Ratio difficultatis eſt, quia conſilium hoc ferri videtur in totum damnum, ſcilicet in ducenta; Et deinde conſulens ſuo conſilio mutauit priorem voluntatem furis, & nouam furandi ducenta cauſauit, vnde cum conſilium eius vagetur ſupra totum furtum videtur ad totius furti reſtitutionem obligari. Et pro hac ſententia citatur Adria. in 4. ſenten. in materia de reſtitutio. in princip. §. Iam dicam. Alij vero, vt Ioan. Med. C. de rebus reſtituendis, quæſt. 8. corollario 3 §. Reſpondetur, & Cou. in reg. peccatum de reg. iur. lib. 6. §. 12. num. 4. verſ. Quarto principaliter, & Pet. Na. li. 3. de reſtitutione. cap. 4. par. 1. num. 60. Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 7. controuerſ. 6.

Ad tertium rectius diſtinguendo reſpondent, quod ſi fur ita determinatus erat ad furandum priora centum, quod ad illa nullo modo motus fuerat ob conſilium, nec in hoc voluntas eius firmior, aut maior ex conſilio facta ſit, non obſtante nouitate actus vnici ſuperuenientis ob cōſilium datum; non tenetur conſulens niſi ad centum, quibus ipſe cauſam dedit: Quia alias fur paratus omnino erat, vt ſupponitur, furari priora centum, ergo conſilio de furando ducenta animus furis firmior, aut maior factus fuerat reſpectu illorum centum, quæ prius furari decreuerat, & vltra ſe ad alia centum furandum determinat, tenebitur conſulens nō ſolùm ad noua centum, ſed etiam ad alia priora cētum, quæ ante furari decreuerat, quia eſt cauſa efficax totius damni, vt conſtat. Vnde non eſt attendendum ad numerum actuum voluntatis, quibus fur aliena ſurripit, ſed ad illationem damni, & quantitatem furti, cuius conſulens cauſa fuit: nec contrarium docuit Adria. vbi ſupra, ſi attente legatur, hæc enim verba eius ſunt. Qui præcepit, aut ſuaſit aliàs facturo, ſed non tantum accepturus erat niſi præceptum interueniſſet aut conſilium, tunc tenetur reſtituere quanto plus conſilio, vel præcepto ſuo ablatum eſt, quia obligatio reſtituendi in hoc caſu commenſuratur cauſali ablationi, vel detentioni alieni. Quod limito, dum ſolùm inducit ad auferendum rem aliquam, quam aliàs non ablaturus iam auferret. Si vero induxerit præcepto conſilio vel adulatione ad omnes res auferendas, quarum aliquam non erat ablaturus, tenetur in ſolidum, quoniam inducit ad mutationem voluntatis, & fit directè cauſa vnicæ volitionis, qua totum aufertur licet partialis, & ſic eius cauſalitas vagatur circa totum. Hæc Adrianus. Ex quibus verbis conſtat Adrian. non id docuiſſe, quod Med. & alij proxime allati exiſtimant, & idem docet Sylue. verb. reſt. 3. q. 6. §. tertium.

7 DVBIVM QVINTVM eſt, An qui ſuo conſilio furem induxit ad furandum, reſtituere teneatur, ſi perpetrato furto, illi conſilium oppoſitum dederit, vt ablatum reſtituat & non reſtituit.

Pro parte negatiua eſt, quia omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, vigeſimaſeptima quæſtione 2. capitulo omnis res.

Cum igitur obligatio reſtituendi ex conſilio in caſu dicto ſit orta, conſequens eſt, vt per oppoſitum conſilium, & reddendo volentem reſtituere ex nolente ſufficienter diſſoluatur, vt proinde ad aliquam reſtitutionem poſtea faciendam non obligetur.

Reſpondeo tamen teneri ad reſtitutionem damni illati, ſi alter vere, & realiter non reſtituat, & hoc ſiue conſuluit, & perſuaſerit, vt reſtitueret, & alter decreuerit reſtituere, poſtea tamen non reſtituit, ſiue alter non decreuerit reſtituere, ſi enim alter non reſtituit conſulens ſemper reſtituere tenetur.

R*atio eſt*, quia ſicut conſilium datum cauſa eſt damni reipſa illati, ita quouſque fiat reipſa reſtitutio, ſemper obligatus manet ad reſtitutionem faciẽdam ei, cui res ex eius conſilio ablata fuit. Sic Alexan. de Ales 4. par. ſuæ ſummæ. quæſt. 24. memb. 5. artic. 3. §. 4. verſi. conſequenter, quæritur ſi ille, qui currit cum fure ſecundo modo Gabr. 4. diſtin. 19. quæſt. 2. articul. 3. dub. 2. ſub litera P. Adrian. in 4. ſententiarum in materia de reſtitutione in principio. §. ſed quid ſi primo Ioan. Medina Codice de rebus reſtituendis. quæſt. 8. corollario. 4. & Petrus de Nauar. libro 3. de reſtitutione. cap. 4. par. 1. numero 27. & Petrus de Arragon. in 2. 2. quæſtio. 62. artic. 7. ad quartum, & Michael Salon ibidem controuerſia 6 ante ſolutionem argumentorum. Nec obſtat argumentum in contrarium allatum, immo magis hanc partem confirmat, quia ſicut non obligatur conſulens, aut præcipiens furtum ex ſolo conſilio, vel præcepto, niſi quando alter ex eius imperio, vel conſilio vere, & realiter rem auferat, & furetur, ita etiam nec deobligatur a reſtitutio ex ſolo conſilio de reſtitutione facienda, niſi alter eius conſilium ſecutus, vere & realiter rem abla reſtituat, quo non reſtituente ipſemet conſulens a reſtituendum manet obligatus. Et hoc modo ratio eſt quantum ad obligationem conſulentis & deobligationem eiuſdem.

8 DVBIVM SEXTVM eſt, an, ſi poſtqua ſului, vt quis furaretur, rationibus diſſuaſi fu antequam furtum illud admiſit, teneor ad tutionem, ſi quid ille poſtea furetur? Ra parte negatiua eſt, quia imperans furtum, ſi datum reuocat antequam, qui iuſſus eſt, opus quatur, ſi ſequatur damnum, non tenetur im rans reſtituere, vt ſupra docuimus. Ergo, nec co ſulens, ſi ante furtum commiſſum conſilium ſu reuocet.

Reſpondeo, ſi diſſuaſi ita, vt mutauerim v luntatem eius, & poſtea aliunde motus furetur, teneor, quia non ſum cauſa illius furti, vt conſta ſin autem furtum committat motus meo conſi priori, quantumuis, poſtea contrarium conſulue rim, ſemper teneor ad reſtitutionem, quia ve fui cauſa illius furti, & damni; vnde quouſque reipſa furtum impedit, tenetur conſulens ad reſti tutionem.

R*atio autem diuerſitatis* inter mandantem, & conſulentem furtum, eſt, quia mandans in mandando vim quandam, & obligationem imponere videtur mandatario, adeo vt quicquid agit mandatarius in gratiam ipſius mandantis agere videtur; vnde ad hanc obligationem tollendam ſatis eſt, quod prius ſuum mandatum reuocet, illudq́ mandatario manifeſtet, poſt quam reuocationem, ſi mandatarius poſtea furetur, aut occidat, non cenſetur actio illa iniuſta ex eo imperio procedens cum in gratiam eius, non ſtat, ſed alterius malitiæ imputatur, tanquam cauſæ totali. At vero conſilium eſt in fauorem eius cui datur, vnde conſulens quaſi veneno voluntatem eius inficit, & ideo non ſatis eſt reuocare conſilium, niſi omnino alter a furto committendo abſtineat, & ideo ſecuto furto ad reſtitutionem obligatur ex priori conſilio malo. Et hactenus dictis conſtat, quid dicendum ſit, quando conſilium datum eſt reſpectu delicti, cuius conſultor cauſa fuit: & quis ratione talis conſilij reſtituere tenetur.

9 DVBIVM SEPTIMVM eſt, circa conſilium, quod datur reſpectu contractus, vel quaſi contractus, quale eſt illud, quod datur de re aliqua locanda, vendenda, &c. Et dubium eſſe poteſt, tum de conſilijs datis ab homine idiota, & ſimplici; tum de conſilijs datis ab Aduocatis, Theologis, Confeſſoribus, Medicis, & huiuſmodi, quibus ſolet, aut debet fides adhiberi, & intelligitur dubium de vtriſque, quando dant conſilium bona, aut mala fide.

Reſpondeo primo, Idiotæ, ſimplices, mulieres inexpertæ, ruſtici, & ſimiles ſi conſilium præbeant rogati ab alijs, & non ſe ingerentes, & conſilium, vt ſupponimus, ſit ad ineundum contractum, non tenetur ad damnum contractu ſecutum, dummodo bona fide conſilium dederint; Tales enim ob bonam fidem huiuſmodi perſonæ excuſantur, & damnum totum imputari debet eis, qui ab illis conſilium petũt, qui cũ haberent viros expertos aut doctos, a quibus de veritate, quam quærunt, poſſint edoceri, imperitorum quærunt conſilium, & facit ad hoc c. nullus. de reg. iur. li. 6. reg. 62. vbi dicitur, nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur, & gl. ibi. Gab. 4. d. 15. q. 2. ar. 3. dub. 2. ſub litera P. citans ad hoc Franciſcum de Platea, & q. 17. ar. 3. dub. 2. Io. Medina C. de reb. reſtituendis. q. 7. ad 2. Pet Naua. lib. 3. de reſt. c. 4. p. 1. nu. 24. Pet. de Arrag. in 2. 2. q. 62. art. 7. ad tertium, & fauet Mart. Nau. in Man. cap. 17. nu. 132. Secus autem docent, ſi fraudulenter, & cũ dolo, & malitia conſilium rogati darent.

Sin verò prædicti conſilium præbeant ſe ingerentes ad conſulendum, tunc Medina, Arragon, & aliqui alij dicunt teneri ad reſtitutionem dãni ſecuti, quia ſibi imputare debent, eo quod cum rudes, & imperiti erant, ſe ingeſſerint, & conſilium nociuum præbuerint, & alienum officium vſurpauerint. Nec in tali caſu excuſantur per bonam fidem, quæ vbi culpa, vel imperitia, vel negligẽtia culpabilis adeſt, damnificantem non excuſat, iuxta c. ſi culpa tua. de iniurijs, & dãno dato. Pet. Na. aũt vbi ſupra nu. 25. etiam eos excuſat in hoc caſu, ſi bona fide conſulent, quod optimum ſibi videtur. Cum n. iſti ſcire non debebant, dici non poſſunt cã efficax damni. Et petens aut ſequens eorũ conſilium ſibi imputet qui cum expertos, doctoſq. viros audire poſſet & de veritate erudiri, cõſilio imperitorum acquieſcere voluit, in quo facto, virtualiter errare voluiſſe videtur, & ideo ſibi damnum ſequutum imputet. Quæ ſane Nauarri ſententia ſatis probabilis eſt, aliorum tamen opinio videtur ſecurior, non. n. imperiti, & rudes in huiuſmodi rebus ſe ingerere debent, & ingerendo ſe peccant.

Reſpondeo ſecũdo, Aduocati, Medici, Theologi, Confeſſores, & ceteri huiuſmodi, quibus ex officio, ſeu ratione ſuæ eminentię, vel experientiæ, vt ſenes, & alij, qui in ea re, vel negotio periti habentur, & nominantur, & quibus fides adhiberi debet, & ſolet; vel denique, qui ratione ſtipendij conſilium dare tenentur, hi, inquam, ſiue ſe ingerant, ſiue rogati conſultant, tenentur prius dare operã, quatenus recte, & ſalubriter conſulant: alioquin ad reſtitutionem damni inde ſequuti obligãtur; Tales namque non ſolùm ex dolo, & lata culpa tenentur, ſi eorum negligentia res malę ſuccedat. arg. c. ſi culpa tua. de iniurijs, & damño dato: ſed etiam ſi ſtipendium acceperint ob conſilium, aut medicinam, vt communiter fit, tenentur de culpa leui, ex negligentia, aut ignorantia ſcilicet, viri diligentioris, & peritioris in illa arte; Cum. n. non adhibent eam diligẽtiam in conſulendo, quã homines diligentes, & periti artis, & profeſſionis illius adhibere ſolent, merito imputatur eis ſecutum damnum; ſiquidem illius ſunt cauſę efficaces, vt Doctores citati tradunt; Non tamen tenentur ad damnum ſecutum ex culpa leuiſſima, hoc eſt, ẽt ſi non adhibent eam diligentiam, quam homines prudentiſſimi, diligentiſſimi, & peritiſſimi artis, & profeſſionis illius adhibere ſolent; ſatis enim eſt, quod diligentiam debitam adhibuerint, qualẽ adhibere ſolent homines illius artis, & profeſſionis, vt DD. communiter tradunt, & ipſa ratio naturalis ſuadet.

12 Quod ſi contra hæc obijcias, nihil referre ad reſtitutionis obligationem, quod animus bonus, aut malus fuerit, doloſus, vel nõ doloſus, aut quod quis ſe ad conſilium ingerat, aut non ingerat, ſi re uera damnum ſit ſecutum, cum huiuſmodi obligatio non ex dolo, ſed ex cauſali, ſeu reali damnificatione oriatur, & non minus damnificat, qui ſine dolo conſulit, quam qui cum dolo?

Reſpondetur, quamuis ratio hæc cõuincit, quoad eos, qui ex officio, aut ratione ſtipendij conſilium præbent; Quoad ruſticos tamen, & idiotas, de quib. in primo dicto egimus, multum hoc intereſt; Siquidem reſtitutionis obligatio nec naſcitur ex ſolo animo malo, & doloſo ſine damno ꝓximi ſecuto, nec ex ſolo damno dato, ſed ex damno iniuſte, & culpabiliter dato, quale eſt illud, quod per conſilium doloſum euenit, tunc enim læſus rationabiliter eſt contra conſulentem inuitus; Secus autem quando bona fide quis conſilium dedit, maxime ſi prius fuerit poſtulatum eius conſiliũ. Quid autem dicendum ſit de dantib. conſilium vna cum alijs in Capitulo, vel Republica, ex his quæ in ſequenti c. dicemus, manifeſtum erit.

De Conſentiente. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Nomine conſentientis, quis intelligatur? conſenſus q̃d adhiberi poſſit dupliciter, ex Caietano.*

2 *An ſi quis nihil iubens aut conſulens, aut conſentiens, ſuo tamen nomine factum delictum, poſtquam ſciuit ratum habeat, teneatur ad reſtitutionem.*

3 *Quid de his, qui in Capitulis vel collegijs ſuffragantur an ſuffragijs iam latis conſentientes ceteri ad reſtitutionem teneantur.*

4 *Suffragia aut publice aut ſecreto ſumi, & quid de vtriſque iudicãdũ trib. concluſionib. declaratur n. 5. 6. 7.*

8 *Caſus quidam excipiuntur, in quibus uota poſteriorũ concurrere cenſentur ad damnum ſecutum, etiam ſi ſine ſuffragijs eorum numerus priorum ſuffragatorum ad litem dirimendam ſufficiunt.*

9 *Quid dicendum ſit in electionibus beneficiorum dignitatum, &c. ibid.*

1 NOmine *Conſentientis* intelligitur adiuuans, fauens, approbans, auxilians, ſuffragium ferens.

Vt autem quæ de hac re dicẽda ſũt, clariora reddantur, aduertendum eſt ex Caietano in Summa verb. reſtitutio.

Conſenſũ bifariam ſe habere poſſe; Nã aut eſt tm̃ conſenſus, & complacentia quędã uoluntatis: Aut eſt ſimul conſenſus, & cã effectus: Vt v.g. Agitur de bello inferendo iniuſte, vocat Rex Magnates, & Principes Regni nõ vt cõſulat; an expediat bellũ illud inferre, q̃a firmiter decreuit iam apud ſe illud inferre, ſed vt illum comitentur, & iuuent, conſentiunt omnes in illud, hic conſenſus non eſt cauſa, ſed tantùm conſenſus, & complacentia.

Sin autem fingamus Regem nondum decreuiſſe bellum illud inferre, vel ita decreuiſſe, vt tamen paratus ſit eorum audire conſilia, & vota, & cum illis plenius deliberare, tunc conſenſus eorum q ad talem conſultationem vocantur, eſt ſimul conſenſus, & cauſa, cum voluntas Regis non ſit plene deliberata, ſed eorum conſenſu, & ſuffragijs ſit confirmanda, & inflammanda.

Regula igitur eſt in hac materia, quando conſenſus eſt tantùm conſenſus, & complacentia, non autem cauſa, non obligat ad reſtituendum, quia nō influit tunc in effectum, nec aliquid efficit per ſe pertinens ad actionem nociuam: Quando autē eſt cauſa ſimul, & conſenſus, reſtitutionis obligationem inducit, eo quod vere tunc influit in effectum, & ad damnum inferendum concurrit.

2 DVBIVM PRIMVM, eſt an ſi q̃s nihil iubens, vel conſulens, aut conſentiens, ſuo tamen nomine factum delictum poſtquam ſciuit, ratum habeat, teneatur ad reſtitutionem.

Prima opinio affirmat teneri ad reſtitutionem. Sic Ang. in verb. furtum. §. 20. S. Ant. p. 2. ti. 1. ca. 12. §. 12. referens Paludanum in hanc ſententiam Sylueſt. verb. reſti. 3. q. 6. verſi. ſecundum. Tabiena verb. furtum. num. 16. ver. decimoſeptimo, & late Mar. Na. in Man. c. 17. n. 133. Qui id probat ex Regula Ratihabitionem, de reg. iur. li. 6. vbi dicitur: *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari*, & ex cap. cum quis, de ſent. excomm. lib. 6. vbi habetur, incidere in excommunicationem ipſo iure eum, qui percuſſionem clerici ſuo nomine factam, ratam habet.

Secunda opinio, & verior negat teneri in conſciētia ad reſtitutionem, niſi cauſatiua aliquo modo illius delicti, etiam ſi eius nomine delictū ſit perpetratum.

Sic Ioannes Medina C. de reb. reſtituendis. q. 7. ad 4. & Per. Nau. lib. 3. de reſt. capitu. 4. par. 1. dub. 6. num. 69. Quamuis enim non ſit liber a peccato propter complacentiam in delicto commiſſo, non tamen tenetur ad reſtitutionem, quia per talem ratihabitionem nec realiter, nec cauſaliter dānificatur proximus, ſiquidem tēpore huius ratihabitionis iniuſta actio perpetrata iam fuit. Nec valent, q̃ afferuntur in contrarium: Siquidem regula illa, ratihabitionem mandato cōparari, non loquitur de reſtitutione facienda ob iniuſtam acceptionē. Et deinde regula illa multas patitur exceptiones, nō .n. incurrit irregularitatem, qui ratum habet homicidium factum ſuo nomine, etiamſi iubens homicidiū reddatur irregularis, ſi opere cōpleatur.

Et cap. cum quis, ſolùm probat merito puniri ab eccleſia, ratum habentem delictum percuſſionis clerici ſuo nomine factum, non tamen probat, teneri ad reſtitutionem damni. Et quamuis propter ratihabitionem pęna poſitiuæ legis retrotrahatur, non tamē cauſatio, & obligatio reſtitutionis retrotrahitur, cum hæc nulla ratione cauſa delicti fuit. Ratihabitio igitur dicitur æquipollere mandato, quoad ſpeciem peccati tantum, non autem quoad reſtitutionem.

3 DVBIVM SECVNDVM quid dicendum de his, qui in capitulis, vel collegijs ſuffragium habētes, cum vltimi ſuffragium ferunt, & videant rem determinari debere ex ſuffragijs iam latis præcedentium ſuffragatorum, conſentiunt illis, an ad reſtitutionem teneantur.

In hac re variæ ſunt Doctorum opiniones, Io. Med. C. de reb. reſtituendis. q. 7. ad quintum, quē ſecutus eſt Ant. Corduba in ſum. q. 191. exiſtimāt teneri ad reſtitutionem. Ratio eſt quia iſti non minus ac reliqui, cauſa ſunt executionis iniuſtæ, ex quo ipſi ſuis votis, & ſuffragijs facultatē, & authoritatem dant executioni iniuſtæ, eorumq; nomine id, q̃d decretum eſt, executioni mandatur.

Alij verò vt Caietanus in ſumma verb. reſtitut. c. 1. par. 5. & Mar. Nau. in Man. c. 17. nu. 34. Greg. de Val. to. 3. diſ. 5. q. 6. puncto 3. & Michael Salo. 2. 2. q. 62. ar. 7. controuerſ. 1. §. de conſentiente docent, etſi conſenſus, vel ſuffragium huiuſmodi latum ſit, poſtquam res per vota priora iam determinata ſit, & finita, nec vllo modo pendet a ſuffragijs poſteriorum, non teneatur reſtituere, qui ſuffragium tulit, quamuis peccauerit mortaliter ob timorem, vtilitatem, vel alium humanum reſpectum conſentiens iniquitati. Ceterum, vt hæc Doctorum contrarietas ad concordiam reuocetur, & eorum mens, & intentio melius declaretur, & rei veritas clarius explicetur,

4 Annotandum eſt, Suffragia hæc aut publice, aut ſecreto proferri. Rurſum ſi ſecreto proferātur, aut qui vltimo ferunt ſuffragia ſciunt plures præcedētium ita determinatos ad iniuſte ſuffragādum, vt ſuo ſuffragio nihil effecturi ſint, nec precib. ſuaſionibus, aut authoritate illos a ſua ſententia auerſuri, aut probabiliter dubitant, aut ignorant.

Similiter ſi publice ferantur, qui vltimo ſuffragantur, aut vident priorum vota determinata, & fixa ad iniquam electionem, & ſententiam, vt nulla ratione, ſuaſione, vel auctoritate poſſint eos a ſua ſententia amouere; aut habent ſpem aliquam illis ſuadendi, vt faciant, quod iuſtum, & æquum eſt, his enim omnibus modis ſuffragia ferri poſſunt, & ſolent.

5 Prima Concluſio: Si neceſſarius ſit numerus omnium ſuffragatorum, vt res executioni demandetur, tunc ſiue publice, ſiue priuatim, & ſecreto ſuffragantur, tam primi, quam vltimi ſuffragium ad iniquam electionem, aut cauſæ determinationem iniuſtam præbentes, peccāt mortaliter contra charitatem, & contra iuſtitiam, & proinde ad reſtitutionem tenentur, & hoc certum eſt apud omnes authores. Quia omnes, cauſa ſufficiens, & efficax ſunt damni ſecuti.

6 Secunda concluſio: ſi ſuffragia ſecreto ferantur, ſiue ſciat, ſiue ignoret, quid alij priores fecerint, aut facturi ſint, & ſuffragetur contra æquitatem, & contra charitatem, & cōtra iuſtitiam peccat, & tenetur quilibet ad reſtituendum in integrū. Ratio eſt, quia non eſt maior ratio antecedentium, quam ſequentium, & in effectu, licet quoad ſonū verborum, aut proferendi ſuffragium, vnus prior, & alter poſterior ſit, omnes tamen reipſa æquales ſunt cauſæ delicti, & damni ſecuti in ſuffragando, & conſentiendo iniuſtæ electioni.

Nec in hac re pōt eſſe difficultas, quicquid Salon contradicat vbi ſupra, quādo certo ſciebat poſterior maiorem partem in deterius determinatā, cuius opinio falſa eſt, vt patet ex dictis, & rariſſime occurrere poteſt, vt in ſecreto ſuffragandi modo, quis certus omnino ſit, quid alij fecerint; multoties .n. contrarium eius faciunt, q̃d exteriori facie oſ̄dunt, vt patet experientia, & ſecreto ſuffragia ferūtur, vt alter eius votum quale ſit, ignoret.

Nec alij authores de hac re loquuntur ſed ſolùm publicis ſuffragijs,vt legēti manifeſtū eſſe pōt.

Tertia concluſio:quando ſuffragia publice ferun r,& maior numerus ſuffragatorum ſufficit ad li- m dirimendam , aut ad electionem faciendam, ſic vltimi videntes numerum iam expletum, vo que priorum viciſſe,atque ita ſuffragia ſua nihil od:ſſe,tunc licet peccent contra charitatem pre ando conſenſum ea ſola ratione,& intentione, q̄ ſſentiendo nihil efficient,cum veritas, & iuſtitia ullo modo in re graui deſerenda ſit,ad reſtitutio- em tamen non tenentur, quia in tali caſu vota po eriorum non inferunt damnum,nec ad illud cō- urrunt,cum ferantur iā tanquam inutilia,nullius- ue momenti,in quamcunq.partem inclinent. Ex- pio tamen hos caſus.

Primo, quando vltima vota etſi non cauſa fue- nt executionis rei quoad ſubſtantiam,cauſa tamē rant,vt citius vel acrius executio iniuſta effectum uum ſortita ſit ; variant enim tunc poſteriorum o a modum actionis,& conſequenter concurrere enſentur ad damnum ſecutum. Id quod commu- iter contingere ſolet, vt propterea conſultius fa- erent vota ſua in aliam partem præbentes,quam- s videant ea plane fore inutilia.

Secundo,quando etiam videant vota priorum vi ſſe,ipſi tamen in eandem partem inclinant, quia mpliciter illud eis arridet, & eſt idem eorum ani us,tunc.n.omnes ſunt pariter conſentientes, & t vna cauſa ad illud damnum concurrunt,& ideo enentur ad reſtitutionem: ſicut alij.

Tertio, quando poſteriores ſuffragantes tantæ nt auctoritatis,vt probabile ſit poſſe eos præce- dentium ſuffragia mutare,tunc enim tenentur iux a æquitatem ſuffragari,& contradicere,& priori- us,quod rectum eſt,ſuadere ; ſin minus, tenentur d reſtitutionem . Quoties enim quis commode ueri poteſt æquitatem,& reſiſtere iniquitati,cuiuſque votum vtile eſſe poteſt iuxta æquitatem, toties votum in contrarium præſtans , nec cum tenetur iniquitati obſiſtens,peccat contra iuſtitiam , & ad reſtitutionem damni ſecuti tenetur.

Quarto,quando poſteriores eorumq; vota ius ha ent confirmari vota præcedentium,& electionē; Nam hoc ius eſt diſtinctum a iure ſuffragādi alio- um vim,& proinde in hoc caſu eorum vota,maxi nam cauſam præſtant damni ſecuti,vnde ad reſtitutionem,ſicut alij teneantur.

His autem caſibus exceptis, vera eſt hæc tertia propoſitio,& hoc modo authores inter ſe concilia i poſſe puto.

Et ex his colligitur,quid dicēdum ſit in electio- bus beneficiorum,officiorum,dignitatum, quan oñū multorum ſuffragijs , & eligitur indignus. Eadem de eo,qui iniuſtę liti ſubſcribit,aut in bel um iniuſtum conſentit,qui caſus ſatis frequens eſt nter iudices,& Regis Conſiliarios,in quibus quid ntiendum ſit,conſtat ex dictis.

De Adulante. Cap. X.

SVMMARIVM.

alpo,aut adulator quis? Adulatio lætificatiua nō obligat,cauſatiua aūt iniuſtitię obligat ad reſtitutionē.

PAlpo,ſeu Adulator intelligitur ille,q̄ laude ſua, & applauſu incitat, procurat, vel prouocat ad damnum proximi. Quamuis enim laudatio alicuius in genere,ſeu adulatio furis , aut raptoris, ſi ſit tantùm lætificatiua non obligat ad reſtitutionem;ſi tamen ſit cauſatiua iniuſtitiæ, quia ſcilicet probabiliter credit, ex ſua adulatione alium eſſe motum ad lædendum proximum,obligat ad reſtitutionem. Vt ſi quis laudat furtum,aut rapinam, & ſic inducitur fur ad furandum,tenetur ad reſtitutionem inſolidum, fure nō reſtituente . Ad hoc genus reducitur,qui deridet, aut vituperat eum,qui non furatur,non vlciſcitur, aut non lædit proximum ; vt ſi dicat amico, indignus es,q̄ tali iniuria afficiaris; Ignauus es ſi patiaris te ita tractari,ſi enim exinde alter pudore affectus occidit,aut percutit,aut aliud damnum proximo infert,tenetur iſte ad reſtitutionem.

Sic etiam ſi quis exprobaret marito adulterium vxoris,quo irritatus maritus occidit adulterum, tenetur iſte ad reſtitutionem,cum ſit cauſa huius dāni.Sic Alex.de Ales 4.p.ſummæ.q.24.memb. 5.§. 4.Palud.4.diſt.15.q.2.ar.3.Mar.Nau.in Manuali. c.17.nu.132.verſ.Trigeſimo octauo.Petrus Nau. lib.3.de reſti.c.4.p.1.dub.7.& alij.

De Receptante. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Receptans,qui nomine Recurſus ſignificatur, qui dicatur.*

2 *Quando ſecuritas promiſſa non eſt cauſa delicti,excuſenturne recipientes ab hoc onere reſtitutionis, & num. 3.*

4 *An ſcienter recipiens furem, aut malefactorem poſt commiſſum peccatum,nihil participando de præda, teneatur ad reſtitutionem.*

5 *Recipere malefactorem materialiter, aut formaliter, qui dicantur.*

6 *Quo ſenſu intelligendę ſint cenſuræ, quæ in Bulla Cœnæ Domini contra receptores hæreticorum,& bannitorum feruntur.*

1 INter alias perſonas,quæ ad reſtitutionem obligantur,eſt R*eceptatus*, quæ nomine R*ecurſus* ſignificatur. Et eſt ille,qui vel nutrit,vel conſeruat malefactorem,aut audaciam delinquenti pręſtat,vt qui furem,ſiue ante delictum,ſiue poſt recipiendo,vel pollicendo verbis, ſignis, aut nutibus ſecuritatem præſtat, recipiendo eum in domū ſuam aut facit,vt non capiatur.

Eſt enim huiuſmodi receptatio cauſa damni illati,& patrocinium quoddam iniquitatis . Vnde recte Alexander de Ales 4.p.ſummæ.q.24.memb. 5.§.4.Gab.4.diſt.15.q.2.ar.3.dub.2.in fine.& Petrus Naua.lib.3.de reſti.c.4.p.1.dub.10.num.119. qui citat Medin.li.1.c.14.§.30.de inſtruct.confeſ. docent,quod ille,apud quem latet latro cum ſpolijs,dummodo habeat ſpolia in poteſtate ſua tenetur illa reſtituere vero domino, & hoc etiāſi latro timore mortis ad domum illius cōfugerit, vt mortem euaderet,& ſpolia illa bonæ fidei ipſius commiſiſſet, ſiquidem in illicito voto reſcindi debet fides, & proinde ſpolia illa vero domino tacita perſona furis, reſtituere debet; vbi aũt immineret ſibi periculum aliquod, ſcilicet, ſi timeret ex reſtitutione, quod furtum ſibi imponeretur, illa perſonæ eccleſiaſticæ nimirum ſacerdoti ſub ſigillo confeſſionis ad reſtituendum tradere poteſt, ex Alexandro vbi ſupra, ſibi ipſi enim ea reſeruare non poteſt.

2 Ceterum excuſantur ab hoc onere reſtitutionis recipientes, qñ ſecuritas promiſſa non eſt cauſa delicti; ſic excuſantur, qui recipiunt domi ſuę filios familias vel ſeruos, vt cibo vino, & ventri indulgeãt, epulentur, & ludant, etiamſi conſtet ſumptus illos, quos faciunt, fieri ex furto, ſi probabile ſit eoſdem ſumptus facturos, ẽtſi non recipiantur ab eis domi ſuæ. Non tñ excuſantur cauponarij, & alij recipiẽtes pecuniam furto ſublatam filiorum familias, vel ſeruorum. In qua tñ re conſiderare oportet an pater, vel dominus ſit inuitus circa ſubſtantiam rei, an verò ſolum inuitus ſit circa modum rei, vel an res ipſis inſcijs occulte ſublata fuerit, nec ne, quod totũ iudicio, & prudẽtiæ confeſſarij relinquẽdũ ẽ.

3 Ad hoc etiam caput reuocãtur tum hi, apud quos fures, & raptores latitant cum ſpolijs, tum ẽt hi, qui pro homine apud Principem, vel Iudicem interueniunt, ne male ablata, vt docent Medina C. de rebus reſtituendis. q. 2. dub. 6. in fine, & Pet. Na. lib. 3. de reſti. c. 4. p. 1. dub. 3. nu. 38. reſtituere cogãtur; aut aliàs fauorem impendunt, quo minus poſſint aliena recuperari, factum excuſando, & hominem defendendo, vt aduocati paſſim facere ſolẽt. Vnde Vrbanus Papa, cap. Qui aliorum. 24. q. 3. ait, *Qui aliorum defendit errorem, multo amplior damnabilior eſt illis, qui errant; quia non ſolum ille errat, ſed etiam alijs offendicula erroris præparat, & confirmat.* Et S. Aug. epi. 54. ad Macedonium, & refertur in c. ſi res aliena. 14. q. 6. ait, *Illud fidentiſſime dixerim, cũ qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quantum honeſte põt) ad reddendum non compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis.* Hactenus S. Auguſtinus.

4 DVBIVM ſolum eſſe poteſt in hac materia, an ſcienter recipiens furem, aut malefactorem poſt cõmiſſum peccatum, nihil participando de præda, teneatur ad reſtitutionẽ. Ratio difficulatis eſt, qa non eſt cauſa damni talis receptans, cũ damnum, iã præceſſit, & quia ſæpe opus eſt charitatis, vt qñ latro fugit iudicem, aut dominum rei, a quib. niſi eſſet, qui receptaret, occideretur ex opere autem charitatis non conſequitur vinculum reſtitutionis.

Ex altera vero parte communis Doctorum cõſenſus eſt poſt S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 7. receptorem ad reſtitutionem teneri.

Reſpondeo cum Petro de Arragon 2. 2. q. 62. ar. 7. & Michaele Salon ibidem, duobus modis poſſe quem apud ſe malefactorem recipere, vno modo materialiter, alio modo formaliter. Is malefactorem materialiter ſolùm recipere dicetur, qui licet vere illum recipit, qui malefactor eſt, tamen, aut ignorat vere talẽ eſſe, ſiue dubitat, aut licet certo ſciat talem eſſe, non tñ eo intuitu recipit, quatenus malefactor eſt, ſed ratione amicitiæ, conſanguinitatis, aut etiã cã cõmunis humanitatis, aut hoſpitij, prout domi ſuæ ſolet hoſpitio ecipere quoſcũque aduenientes, vt ſtabularius, & talis receptor nõ tenetur ad reſtitutionem, cum non concurrat ad furtum, nec aliquid præſtat per ſe pertinens ad iniquam actionem, ſed potius opus pietatis, & amicitiæ exercet. Vnde l. 2. ff. de receptoribus, dicit, q consanguinei latronum illos recipientes, non debent ita ſeuere puniri, ſicut alij.

5 Ille autẽ malefactorem formaliter recipere dici tur, qui talem recipit, vt ſecurus male agat, & in ſuis delictis permaneat, aut ad malefaciendum e inde moueatur, & talis, ſiue ante peccatum cõ ſum offerat ſe paratũ ad illũ receptãdũ aut ẽt p cõmiſſũ delictũ ſcienter recipit, ad totius dãni re ſtitutionem tenetur, quãuis nihil de furto recipiat. Quia talis vere cauſa eſt iniuſtæ acceptionis, v detentionis, & ſuo auxilio, & ſecuritate directe a mum malefactori præbet ad malefaciendum, q ſenſu S. Th. & alij Doctores locuti ſunt

6 Hinc colligitur, quo ſenſu intelligendæ ſunt ce ſuræ, quæ in Bullis Cœnę Domini contra recep res hæreticorum, & quæ in alijs Bullis Pontifici contra receptores malefactorum, & bannitorũ fe runtur; intelligendæ namque ſunt de recipientib formaliter, & materialiter, non aũt materialiter ſo lùm. Siquidem cenſuræ iſtæ feruntur contra receptatores, qui ſunt coadiutores, & fautores, & recipiendo illos mortaliter peccant, quales ſolũ ſunt, q hæreticos, aut alios malefactores recipiunt, quà ratione hæretici ſunt, vt. ſ. in hæreſi maneãt, & foue tur, in furtis, & malefactis ſuis pmaneant, ſecus aũ ſi quis eos ſolùm ratione cõmunis pietatis, neceſſitatis aut hoſpitij, vel cõsãguinitatis reciperet, vt recte Nau. Man. c. 27. n. 26. & 55. Caie. in ſũma verb. excõmunicatio. c. 1. Arrag. & Salon vbi ſupra, & facit id, qđ tradit Gab. 4. d. 15. q. 2. ar. 3. dub. 2. i fine.

Ratio eſt, quia iſti nec peccant mortaliter, nec ſunt coadiutores ſua materiali receptione ſolã; Id quod Salõ bene animaduertit verum eſſe communiter, ſi enim Bulla exprimeret nec iſto modo velle eos recipi, ſtandum erit verbis ipſius Bullæ.

De Participante. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Participantis vel ſocium criminis, vel medi torem, vel exploratorem comprehendit, aut quem que in exequendo iuuat.*

2 *An quando plures concurrunt in damno faciendo, ſin guli eorum teneantur inſolidum reſtituere?*

3 *Vt cognoſcatur, quando quis eſt cauſa totius damni, & quando non, & proinde quando teneatur ad reſtitu tionem totius, vel non, quid attendendum?*

4 *Regulam quam tradunt Gab. Sylueſ. & Nau. falſa eſſe oſtenditur, de cauſa acceptionis.*

5 *Diſcrimen quod nonnulli Iuriſtæ ponunt, inter conſulentem damnum, & auxiliantem alteri in damno falſum eſt.*

6 *An quando quis dubius eſt, vtrum poſitiue cõcurrerit, & efficaciter ad damnum nec ne, teneatur ad reſti tionem.*

7 *An milites, qui concurrunt ſimul ad diripiendam do mum vel vrbem, vel caſtellum in bello iniuſto, ſing li teneantur inſolidum ad reſtitutionem.*

8 *Si plures in vineam alterius ingreſſi, omnes fructus eius furantur, ita, vt vnuſquiſq. non niſi unum aut alterum racemum accipiat, an teneantur ſub mortali inſolidum reſtituere.*

9 Si qui

Si quilibet furando uidebat alios multos ſingulas vnſis accipere, & ſic magnum ſecuturum damnum peccat mortale contra Sotum & Nauar.

Quid in alijs ſimilibus caſibus dicendum ſit.

Quanam ex cauſis prædictis eſt principalis dicenda.

Si damnificatio ſit lucroſa, i. aliquid poſitiue ablatum, quis in reſtitutione ſit principalis.

Si non ſit lucroſa primo tenetur iubens, deinde exequēs.

In ceteris cauſis quis ordo obſeruandus ſit ſecundum S. Thom.

An quando plures ad idem damnum concurrant, & unus eorum in integrum reſtituit, ceteri qui inſolidū tenebantur, liberi ſint a reſtitutione.

An ceteri pro rata reſtituere teneantur ei, qui primus totum damnum domino reſtituit.

Opinio Negans, Angeli in foro exteriori uera, in foro conſcientiæ falſa & communiter reiecta.

Si is, qui totum extet domino reſtituit, non accepit totā predam, tenentur ceteri pro rata reſtituere ſiue res damnum ſiue non.

Si res accepta apud vnum ſolum extet aut in ſuum uſū conſumpta fuerit, ſi cum ipſe teneatur, reſtituere nolit, aut non poſſit quis poſt ipſum ſecundo, & tertio loco teneatur.

Quando plures æqualiter ex conſenſu mutuo concurrunt & vnus furtum in integrum reſtituat uero Domino, tunc ceteri omnes tenentur illi uni reſtituenti pro rata ſua reſtituere.

Si tres furentur tercentos aureos & unus totum ſoluit, & ex alijs duobus unus vult ſoluere, alius autem minime, an qui vult ſoluere, teneatur ſolum, quos acceperit uel ducentos perſoluere?

An quando plures tenentur inſolidum reſtituere, poſſit dominus rei uni partem ſuam remittere, & totū debitum ab alijs exigere? 23. 24. & 25.

Quid dicendum in caſu, quo inuitantur ſocij, & amici a Petro, uolēte occidere aduerſarium, inter quos unus percuſſus occidit aduerſarium Petri, unde omnes ad multas pœnas condemnantur, an Petrus omnes pœnas illis amicis reſtituere teneatur.

An quando plures comitantur aliquem non animo ad iuuandi, ſed impediendi damnum, & alter uidēs plures in comitatu, & timens mortem aufugit ueſte relicta, quam fur accepit, teneanturne iſti ad reſtitutionem ueſtis fure non reſtituente.

An ſi duo uel tres diſtrictis gladijs aggrediantur aliquem animo iocoſo gratia terrendi, & ridendi, & exinde damnum ſecutum ſit, ad reſtitutionem teneantur?

NOmine participātis intelligitur omnis, q eſt ſocius criminis, vel mediator, vel explorator, aut quoquomodo exequendo iuuauit ad actionem iniuſtam committendam. Item omnis, qui inſtrumenta, quib. dānum poximo infertur, ſubminiſtrat, vel donando, vel conficiendo, vel vendendo & qui ſcitur, vel probabilior creditur eis vſurus in damnum proximi. Dixi, qui eſt ſocius, ſeu particeps criminis, quia cū quis particeps eſſe poſſit in re aliena iniuſte accepta, abſque eo quod participet in crimine, i. in acceptione iniuſta, vt qui accipit, vel emit aliquid a latrone bona, vel mala fide; aut ēt fide dubia, de hmōi participatione ratione rei acceptę, ſuperius abunde ſatis diſſeruimus, nunc ſolum de participatione in crimine, ſeu participatione iniuſtę acceptionis agēdum eſt: In qua re communis Doctorum ſnīa eſt, quod qui particeps eſt acceptionis iniuſtæ, ſeu criminis, tenetur ad reſtituendum in integrum, cum ſit cauſa efficax totius damni: Et cum damnum in tali caſu ab omnibus effectum ſit, nec maior ratio vnius ſit, quam alterius, omnes ad reſtitutionem damni inſolidum obligantur.

2 DVBIVM PRIMVM: An qn̄ plures concurrūt in damno, faciendo, ſinguli eorum teneantur inſolidum reſtituere? vt v.g. quando plures ex æquo cōcurrunt ad domum incendēdam, vel ad ciuitatem in bello iniuſto occupandā, vel ad aliquid furādū.

In hac re cōis DD. opinio eſt, quam docēt, ac defendunt Rich. 4. d. 15. ar. 5. q. 4. Gab. ead. diſt. 13. q. 2. art. 3. dub. 2. S. Ant. 2. p. ſuæ ſum. tit. 1. c. 12. §. 12. & tit. 2. c. 2. §. 4. Sylueſ. verb. reſt. 3. q. 6. §. Tertium Io. Med. C. de reb. reſtituend. q. 7. & q. 8. dub. 1. Adr. in 4. de reſti. q. 1. §. Secundo dubitat. Mar. Naua. in Man. cap. 17. num. 20. verſic. Secundo infertur. Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 12. numer. 2. & 4. Petr. Nauar. lib. 3. de reſti. c. 1. dub. 5. nume. 47. & lib. 3. c. 4. dub. 4. nu. 42. Mich. Sal. 2. 2. q. 62. ar. 7. cōtro. 8. & Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 3. *Primo*, quando quilibet eſt cauſa totius damni, quilibet tenetur inſolidum ad totius damni compenſationē, ſeu ablati boni reſtōnē. Rō eſt, quia quilibet tunc cā eſt totius damni, & cum non ſit potior rō vnius, q̄ alterius, oēs ad rei reſtōnem in integrū obligantur. Et quia qui vna cum alio effectum aliquem facit, vere ipſum facit. Vnde in l. ita vulneratus §. fi. ff. ad leg. Aquiliam, habetur, quod ſi plures eandē trabē, aut quamuis aliā rem pōderoſam furto aſportant, quā quilibet ſolus ferre non poſſet, vnuſquiſque illorum tenetur inſolidum actione furti, & in l. vulgaris. §. ſi duo. ff. de furtis, dicitur, etſi ſinguli tignū tollere non potuerint, quia pro parte ſingulos furtum feciſſe dici non pōt, ſed totius rei vniuerſos, ſic fiat ſingulos furti inſolidū teneri.

Secundo, qn̄ plures ita inferunt aliquod damnū, vt non quilibet ſit cā totius damni, ſed tantum partis, quiſque tenebitur ſolum pro ſua parte ad reſarciendum damnum, quod intulit. Vt quādo plures ciuitatem ita diripiunt, vt vnus vnam domū, alius
3 aliam expilet. Ad hoc igitur vt cognoſcatur, quando quilibet eſt cauſa totius dāni, & qn̄ non, vt proinde ſciatur, quando teneatur ad reſtōnem totius, vel partis tantum, attendendum & conſiderandū eſt, an eius actio, conſilium, vel auxilium cā fuerit poſitiue concurrens ad totum illud damnum, vel ad partem tantum, ſi enim cōſilio, auxilio, & cetera concurram ad damnum ab omnibus illatum, tunc ad reſtitutionem totius damni inſolidum teneor, ſin vero ſolum cōcurram ad partē damni, ētſi cum aliis pergā, non teneor niſi ad partis illius reſtitutionem, cuius oblationis cauſa fui. Vt v.g. Dux reſpectu totius damni exercitus, & tribunus reſpectu damni illati a ſuis ſubiectis, cauſa eſt vera damni totius, atque ita inſolidum tenentur de ſubditorum præda, & illi etiam, quibus cum res communicāt, eſt qui conſilium cauſatiuum vel auxilium ad totū damnum dederunt. At verò priuatus miles efficax, cauſa non eſt, damni ab alijs illati, & proinde ad illius tantum partis reſtitutionem obligatur, cuius ipſe cauſa fuit, vt latius infra dicemus.

Hinc ſequitur primo, falſum eſſe regulam illam, quam Gabr. Sylueſt. & Nauar. vbi ſupra tradere videntur, quod tunc ſolum aliquis ſit cauſa acceptionis, quando ſine eo res non fieret, & quod tunc nõ ſit cauſa, quando per aliũ omnino fieret, ſi ipſe non faceret. Vnde inferunt, quod ſi Petrus facturus erat furtum ſine Paulo, ſi tamen adiunxit Paulum, non tenebitur Paulus inſolidum, ſed pro parte, quæ ſibi obuenit, quia furtum faciendum erat ſine Paulo. Petrus autem tenebitur inſolidũ, quia furaturus erat ſine Paulo. Quæ doctrina a Caiet. in 2.2.q.62.ar.7. Mart. Ledeſm. 2.4.q.18.art.7. & a Soto lib.4. de iuſti.q.7.art.3. poſt concl.4. & a Pet. Nauar. libr.3. de reſtit. cap.4. par.1. dub.4. num.47. & ſeq. & a Ioan. Med. vbi ſupra, qu.8. bene refellitur, quia aliud eſt, eſſe cauſam, per quam fit effectus, quam eſſe cauſã, ſine qua non fit effectus, quia hæc non computatur inter cauſas a Philoſopho 2. phyſi. ca.3. illa verò eſt cauſa, & quia magis intrinſeca eſt rebus aſſirmatio, quam negatio. Deinde nemo excuſaret famulũ vſuras exercentem, vel occidentem, quia ſi ipſe non faceret, alius omnino id efficeret, veriſſima eſt enim Euangelica ſnĩa Matth. 17. *Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, veruntamen væ homini illi, per quẽ ſcandalum uenit*. Siue igitur alter, cum quo Petrus cõcurrit facturus fuiſſet, ſiue ille cum alio, qui ſine comite non feciſſet, ſiue omnino abſque vllo ſocio facturus, nihilominus ſi Petrus concurrit, tenetur inſolidum ad reſtõnem, quia reuera in quæ actionis atque totius damni cauſa, ſeu concauſa fuit. Quare, vt præfati authores Caiet. & Sotus recte docent, in huiuſmodi moralibus euentib. non requiritur illum, qui ad reſtitutionem tenetur, fuiſſe cauſam, ſine qua res non fieret dicere enim, quod quia ab alio furtum, aut homicidium illud committendũ erat, ego qui furti adiutor, & conſiliator ſum, a reſtitutione ſin immunis, omnes rationis limites egreditur. Quocirca nulla regula ab huiuſmodi negationibus ſumenda eſt, quod ſine ſocio feciſſet, ſed ad affirmationem, & ad cauſam, per quam fit, attendere oportet, nempe vt quicunque tanquam cauſa efficax cum altero concurrit, ad totum damnum, vel ad partem dãni cenſeatur cauſa, vt teneatur ad totius damni, vel partis tantum reſtitutionem. Id quod exemplo naturali Sotus recte probat; Dum enim duo ignes eidem admouetur paſſo, licet vterque per ſe illud exureret, tamẽ dum ſimul coeunt, vterque eſt cauſa. Et ſicut in foro iudiciali nuſquã huiuſmodi eſt admiſſa exceptio in criminibus, qđ niſi ego occiderem, aut furatus eſſem, alius occidiſſet, vel furatus eſſet, ſed qui occidit, aut furtum cõmiſit, tanquam veri criminis author punitur, ita a reſtitutione non excuſatur, ex eo quod alius furtum illud, aut homicidium commiſiſſet, ſatis enim eſt ad reſtitutionem, quod efficaciter concurrerat ad iniuſtam læſionem, etiam ſi alias abſque eo iniuſta illa actio conſequeretur, vt docte Caietan. Sotus, Couarr. Ioan. Med. & Petr. Nauarr. locis citatis tradiderunt.

5 *Sequitur ſecundo*, falſum eſſe diſcrimen, quod nonnulli Iuriſtæ, vt Innocent. & Panorm. in c. ſicut dignum. num.15. de homic. & eos ſecutus Ange. in verb. furtum. nume.16. ponunt inter conſulentem damnum, & auxiliantem alteri in damno faciendo, quod conſulẽs teneatur ad reſtitutionem totius damni, auxilians vero ſolum ad partem dãni; quorum ea ratio eſt, quia conſilium vagatur in totum damnum, & ita qui conſulit, videtur eſſe cauſa totius damni, qui verò auxilium præſtat, non ita ad totum damnum concurrit, ſed ad partem, cui ipſe manum apponit, & ita non tenetur inſolidum. Cuius ẽt ſnĩæ videtur Sylueſt. in verb. reſtitut. 4. 6. ver. Quartum fuiſſe, eam enim refert, & probat. Sed vt recte notant Io. Med. in q. illa 8. Coroll. 1. & Couar. in reg. peccatum. p.2. §.12. & Pet. Nauar. lib.3. c.4. par.1. dub.4. nume.45. & alij, hoc diſcrimen falſum eſt, quia tam conſulens poteſt eſſe cauſa ſolius partis damni, quam auxilians, & tam auxilians poteſt eſſe cauſa totius damni, quam conſulens maxime, quãdo ſine eius adiutorio nec pars, nec res tota furto auferretur. Vnde ſolum videndum eſt, an conſilium ſit cauſa totius dãni, vel partis; Item an auxilians ſit cauſa totius damni, vel partis. Immo plane cõfitetur Innoc. adiuuantem, tunc teneri inſolidum, quando eſt in culpa reſpectu totius damni etiam eius, quod alius fecit.

6 DVBIVM SECVNDVM, an quando quis dubius eſt, vtrum poſitiue concurrerit, & efficaciter ad damnum, nec ne, teneatur ad reſtitutionem?

Reſpondeo cum Pet. Nauar. lib.3. de reſtit. ca.4. par.1. dub.4. num.58. & Mich. Salon in 2.2.q.62. ar.7. controu.6. Non teneri, quia in dubijs, maxime in materia iuſtitiæ melior eſt conditio poſſidẽtis. l. ſi ob turpe. ff. de condit. ob turpem cauſam. Et quia obligatio ad reſtitutionem eſt odioſa, odioſa autem reſtringenda ſunt. c. odia. de reg. iur. in 6. Vnde ſolum tenetur, quando certus eſſet ſaltem moraliter, quod ab eo actio illa iniuſta efficaciter proceſſerit. Id quod non obſcure docuiſſe videtur S. Th. 2.2.q.62.ar.7. dum dicit, *Tunc ſolum tenetur, cũ probabiliter æſtimari poteſt, quod ab eo actio iniuſta proceſſerit*. Addit autem Salon, quod ſi cõſiliator eſſet diues, & is, cui damnum illatum eſt, pauper, debet confeſſarius eum obligare ad aliquam reſtitutionem, quia tunc dubitationi coniungitur neceſſitas alterius. Id quod verum eſt ex quadam congruentia & æquitate, non autem ex iuſtitia tenetur, ſic enim ſiue diues ſit, ſiue non, qui conſulit, ad reſtitutionem aliquam teneretur, quod tamen ipſemet concedere nolit.

7 DVBIVM TERTIVM eſt de militibus, qui concurrunt ſimul ad diripiendam domum, vel vrbem, vel caſtellum in bello iniuſto, an ſinguli teneantur inſolidum ad reſtitutionem? Caiet. 2.2.q.62.ar.7. Couar. in reg. peccatum. p.2. §.12. nu.2. & *Ioſeph* Angles in floribus. 4. ſententiarum. q. de reſtitu. ex bello. difficult. 10. abſolute docent, omnes milites teneri inſolidum ad reſtitutionem totius prædæ, & non tantum ad id, quod vnuſquiſque abſtulit. Ratio eſt, quia vnuſquiſque cauſa eſt totius damni, omnes enim ſe mutuo iuuabant, & vnus totam ſpoliare non poterat, nec Dux ſine militibus nec vnus miles ſine alio diripuiſſet; vnde cum quilibet cauſa ſit damni facti per alium quemlibet, ſinguli inſolidum reſtituere tenentur.

Alij vero, vt Gabr. 4. diſtin.15. q.4. art.3. dub.6. Palud. eadem diſt. q.2. art.5. Ang. verb. bellum nu.10. Mart. Nauar. in Manuali. cap.18. nume.20. & nume.130. Petrus Nauarrus libro 2. de reſtitutio. cap.4. par.1. dub.4. num.54. & ſequentibus. docent quod licet eo ipſo, quod ad bellum iniuſtũ nomina dederunt, & aſſiſtunt direptioni, peccent mortaliter, ſolus tamen dux reſpectu damni totius exercitus, & tribunus reſpectu damni illati a ſuis ſubditis, & Rex reſpectu totius exercitus, quorum conſilio, imperio & occaſione totum illud damnum infertur, tenentur inſolidum, ceteri vero milites tantum de his, quæ ad ipſos peruenerunt, & quorũ ipſi ſuis conſilijs, & auxilijs tantum cauſa efficax fuerunt, id quod etiam expreſſe Dominicus Bannes 2.2.q.40.art.1.dub.7.conclu.1.docuit. Neque enim priuatus miles efficax cauſa eſt damni ab alijs commilitonibus illati. Qui enim in alia domo capit, nõ mouetur per eum, qui alibi furatur, immo fortaſſe neque eum nouit, aut nunquam vidit in exercitu, immo etiam ipſe nollet, vt alter eriperet, quo ipſe abundantius ſpoliet. Huius etiam ſnĩæ ſunt Sot. lib.4.de iuſti.q.7.art.3.& Sylueſt.verb.reſtit.3.q.6.verſic.Quartum. cum dicant tunc tm̃ teneri milites inſolidum, quãdo plures, ceu vna manus, domũ aliquam ſpoliant, hoc eſt, quando omnes vno conſilio, vel alio genere cooperandi ſe excitantes concurrunt. At certe de damno, quod miles a me remotiſſimus & omnino incognitus intulit, ego teneri non poſſum: Alioqui, ſi ille depredaſſet, incenderet, virginibus, & Monialibus abuteretur me neſciente, & forſan ſi ſcirem impediente, & deteſtante, ego illa damna in integrum reſtituere tenerer, quod eſt abſurdum. Igitur ſolus tenetur Rex, Dux vel miles de damnis a ſe datis, vel rebus a ſe captis, & de ijs, quæ alius eius conſilio, imperio, aut auxilio fecit: ſi enim probabiliter credit, quod ſine conſilio, fauore, vel auxilio ſuo idem feciſſet, nec plus propter ſuum conſilium, non tenebitur niſi de his, quæ ipſe habuit, vel ipſe cauſa damni fuit.

DVBIVM QVARTVM, ꝗd dicendũ in caſu ordinario, ſi plures in vineã alterius ingreſſi oẽs fructus eius furantur, ita vt vnuſquiſque non niſi vnũ aut alterum racemum accipiat, an teneatur ſub pœna peccati mortalis reſtituere inſolidum?

Ratio difficultatis eſt, quia nullus peccat mortaliter ratione paruitatis furti, & per conſequens non erit mortale non reſtituere, quandoquidem nõ maius peccatum eſt, rem ablatam detinere, aut conſumere, quam rem ipſam inuito domino auferre. Ex altera parte, quia dominus vineæ manet notabiliter læſus, iuſtum eſt, vt ei ſatisfiat. De hac re legendi ſunt Med.C.de rebus reſtituendis.q.10.in fine, Sotus lib.4.de iuſt.q.7.art.3.& 4.diſtin.22.q.1.art.2.§.arguitur. Couar.lib.1.var.reſol.c.3.nu.12. Cordub.tract.de caſibus conſc.q.70. Mar.Naua.in Manual.c.17.nu.130. Petrus Nauar.lib.3.de reſtit.c.1.dub.5.num.46.& dub.8.nu.61. Ioſeph. Angles in florib.Theo.p.2.de reſti.difficul.7. Ludo. Lopez 1.par.inſtru.conſc.cap.93. Mich. Salon 2.2.q.62.art.7.controuer.1.§.de participante. & Henriqu.libro 13.de excom.c.17.§.4. Qui hæc tradunt.

Primo, ſi omnes ita conueniunt vt alter ſit alteri cauſa damnum illud inferendi, ita. ſ. quod altero non eunte, nec alter iret, tunc vnuſquiſque peccat mortaliter, & inſolidum reſtituere tenetur. Ratio eſt, quia vnuſquiſque cauſa eſt totius damni.

Secundo, ſi quilibet furando videbat alios multos ſingulas vuas accipere, & ſic magnum damnũ ſecuturum, etiamſi non cooperatus ſit acceptioni alterius, tunc licet aliqui velint, non eſſe peccatum mortale, vt Sot.lib.4.de iuſti.& Mart.Nauar.num.139. vbi ſupra, quia vnus non eſt cauſa furti alterius, ſed tantum ſui, quod ſolum veniale peccatum eſt, ſcientia enim (dicunt iſti) nihil facit, cum ſemper ſit verum, quod ſolũ eſt cauſa leuis damni; Alij tamen rectius docent eſſe mortale, vt Medina Corduba, & Pet.Nauar.vbi ſupra, immo ipſemet Sotus ſibi contrarius lib.5.de iuſti.q.3.art.3.& Gab. Vaſquez in 1.2.diſp.146.ca.2. Quia ſuppoſita ſcientia aliorum furtorum, ego plane cõſentio actu meo in damnum notabilem, vt conſtat; Immo efficio damnum notabile, cum ſuppoſita illa ſcientia, ſi ego nõ furor illud paucum, proximus damnum illud notabile non ſentiret, ſi autem furor illud, ſentiet damnum notabile. Ideoque ex actu meo ſcienter infero damnum notabile, & citra illum non inferretur. Vnde conſequens eſt, quod vnuſquiſq; tenetur partem ſuam, aut æquiualens ſub pœna peccati mortalis reſtituere. Quia dum illi ſciant ab alijs, alias partes furto eſſe ablatas, ſicut vnuſquiſq; ſua acceptione cã fuit notabilis damni, ita retinendo ſuam, facit damnum notabile, quod vitaret vnuſquiſque ſoluendo ſuam. Nec ratio in contrarium valet, quãuis enim ego non ſim cauſa furti aliorum, & exiguitas furti reddere videtur ipſum veniale, hoc tamen eſt, quando ex meo actu, hic & nũc, ſuppoſitis. ſ. his circunſtantijs temporis, loci, & perſonarum nõ ſequeretur damnum notabile proximi, quod tamen in caſu propoſito contingit, vt conſtat. Sin autem vnus ſemel ſuam portionem ſoluit, non tenetur alij ſub mortali, quia iam retinẽdo nulli faciunt iniuriam notabilem, vt ſupponimus.

9 *Tertio*, ſi omnes ita concurrunt, nullus tamen aliũ induxit, iuuit, aut nouit alios furari, nullus mortaliter peccauit, ſed tantum venialiter, & ſuam partem reſtituere tenetur, quia eius partis leuis cauſa fuit: q̃diu aũt durat talis ignorantia, ſi inuincibilis ſit, excuſatur a mortali, vt diximus, tam accipiendo quam retinendo: ſi tamen poſtea notitia veritatis acceſſerit, id eſt, damni notabilis dati cognitio, tenebitur vnuſquiſque quantum accepit, in ſe, vel in æquiualenti reſtituere, & non reſtituendo peccat mortaliter in ipſa ſolum retentione, nõ autem in ipſa vſurpatione.

10. *Ratio differentiæ eſt*, quia qñ conſcius nõ fuit, nõ potuit libere & mortaliter cõtinuari damnum, qđ ipſe inferebat, cum præcedente, poſtea verò quando conſcius eſt, continuatur, vt ſubtiliter Vaſquez vbi ſupra, Corollario 1.annotauit. Quando autem incurrant excommunicationem, ſi hæc contra eos feratur, & non reſtituant, diximus lib.1.de excom.c.9.illatione quinta.

Hinc colligitur, quid dicendum ſit in alijs ſimilibus caſibus, vt v.g. ſi Petrus de Vinea proximi paulatim omnes racemos tranſeundo colligat ſingulis horis, aut diebus vnum aut alterum racemum colligendo, ſine voluntate lædendi notabiliter; quamuis enim in primo, ſecundo, tertio, aut quarto actu non peccat niſi venialiter; quando tamen primo peruenit ad damnum notabile, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere totum damnum ſub pœna peccati mortalis, vt ſi quis acciperet viginti racemos, non ſit notabile damnum, ſi acciperet autem viginti vnum, ſit damnum notabile, tunc tenebitur reſtituere totum dãnũ, quia perinde eſt, ac ſi ſimul 21. acciperet, quod eſt notabile damnum, vt ſupponitur. Nihil enim refert, paulatim, vel ſimul quemquam interimas, vel ſpolies. Cum enim reſtõ conſiſtat in æqualitate, tãtum reſtitui debet, quantum fuit damnum notabile illatum. Hoc autem non erat vltimi racemi acceptio, ſed vltimi cum alijs omnibus præcedentibus, & ita hic vltimus cum omnibus præcedentibus in ſe, vel in æquiualenti, reſtitui debet.

11 DVBIVM QVINTVM, Quænam ex cauſis p̃dictis principalis eſt? Ideo enim mouetur hoc dubium, vt ſciatur quænam illarum teneatur primo ad reſtõnem, ſiquidem ſecundus lædens, aut tertius non tenetur reſtituere inſolidum, niſi deficiẽte primo, vel non potente, aut nolente reſtituere, & ita per ordinem, adeo vt nõ ſe teneretur præparare ad reſtituendum, priuſquam id intelligat; Alij vero in pari gradu tenentur inſolidũ, vel pro rata reſtituere, altero non expectato, vnde plurimum refért hãc difficultatem examinare. In hac re S. Th. 2.2.q.62. art.7. ad ſecundum ait, principalem eſſe præcipientem, ſecundo exequentem; alias vero cauſas non refert, ſed ſolum addit, & conſequenter alij per ordinem, ſignificans tertio in loco eſſe dans conſilium, qnarto conſentiens, &c. Medina Cod. de reb. reſtituend. q.8. dub.2. ver. Mihi tamen. Corduba tracta. de caſib. conſc. q.70. & Bartho. Med. lib.1. inſtructi confeſſ. c.14. §.30. §. Decima eſt, volunt inductorẽ eſſe cauſam principalem, tenerique primo loco ad reſtõnem. Alij aliter ordinem hunc aſſignant, Nos quid probabilius ſit, paucis exponemus.

12 Primo igitur ſi damnificatio fuit lucroſa, i. aliquid poſitiue ablatum, vt pecunia, veſtis, &c. tunc principalis in reſtõne eſt ille, qui illicite habet rẽ illam apud ſe, ſiue habeat ex illicita acceptione; ſiue alio quocumque illicito cõtractu, vel actione, mala fide, hic enim, vt conſtat, tenetur tam ratione rei acceptæ (quæ ſemper clamat) ſuam iniurię illatæ, & iniuſtæ acceptionis. Et idem dicendum eſt, ſi eam non habeat, ſed eam conſumpſit vel alienauit, quia cum ex ea lucrum deportauerit mala fide, idem eſt, ac ſi eam iam haberet, vnde tenetur perſonaliter ad reſtõnem, & hoc certum eſt apud omnes, & expreſſe docent Pet. Nauar. lib.3. de reſtit. c.4. par.1. dub.7. num.73. Couar. in reg. peccatum. p.2. §.12. nu.3. de reg. iur. in 6. & colligitur ex S. Th. 2.2.q.62. ar.7. ad ſecundum. vbi ait, *Illi, qui ſunt principales in facto, & ad quos res peruenit, tenentur alijs reſtituere, qui reſtituerunt.*

13 Secundo, ſi damnificatio non ſit lucroſa, puta, incẽdium, domus, ſegetum, occiſio, vulneratio, detractio, tunc primo tenetur Iubens, ſecundo exequens. Ratio eſt, quia maior malitia, & damnificatio reſidere videtur penes iubentem, quam penes exequentem, magis enim quis conqueri ſolet de iudice inique necem mandante, quam de carnifice exequente, quaſi ille maius damnum, & iniuriam fecerit. Et quia exequenr reſpectu præcipientis nõ tam cauſa eſt, quam inſtrumentum licet liberum; nunquam enim executor faceret, niſi impulſus, & quaſi coactus a iubente. Vnde commune eſt Philoſophorum axioma, quod inſtrumentum operatur inquantum motum ab agente principali. actio igitur principaliter procedere cenſetur ab imperante, & proinde is primo locó tenetur reſpectu executoris. Vnde carnifex, & alij miniſtri iuſtitiæ, & alij, qui miniſtri ſunt aliorum dominorum, qui vere domini ſunt, & poteſtatem habent coactiuam non tenentur primo loco reſtituere, ſed cum domini ratione imperij: Et deinde executor iniuſtus, ſicut cauſa inſtrumentalis, & inſeruiens iubenti, & omnes alij, qui ex parte inſtrumenti ſe habent, arma præbens, vel inſtrumenta miniſtrans ad maleficium. Hoc tamen intelligendum eſt, quando imperans habet vim coactiuam reſpectu exequentis, vt ſunt Iudices habentes iuriſdõnem, & Dominus reſpectu famulorum, pater reſpectu filiorum, & maritus reſpectu vxoris, aut alius quiſque qui minis, aut metu alteri præcipit, ſi enim imperans talem vim coactiuam non habeat, tunc quidem, vt recte & ſubtiliter Petrus Nauar. vbi ſupra animaduertit num.78. imperium non eſt cauſa principalis reſpectu exequentis, ſed contra exequens tenetur primo loco, quia tunc tale præceptum non habet vim præcepti, ſed conſilij, cum nullo modo cogat exequentem timore ſaltem aliquo rationabili ad ita iniuſte operandum.

14 Tertio, In certis cauſis ordo earum obſeruandus eſt S. Thom. vbi ſupra ad ſecundum docuit, vt tertio loco ſit conſulens, quarto, conſentiens: quinto, receptans: ſexto, non impediens, cum ex officio tenetur, & cetera. Vbi autem cauſæ plures ſunt in eadem ſpecie & gradu, tenentur reſtituere vno altero non expectato, verbi gratia, duo conſiliantes, duo executores, &c. etiamſi non ſimul tempore fuerant in delicto, ſed vnus alteri acceſſit, & idem eſt de conſentientibus, licet ſucceſſiue ſuffragia tulerint.

15 DVBIVM SEXTVM; An quando plures ad idẽ damnum concurrunt, & vnus eorum in integrũ reſtituitur, ceteri, qui inſolidum tenebantur, liberi ſint a reſtõne, ita vt nihil vel damnificato, vel reſtituenti reſarcire teneantur?

In hac re duo ſunt certa, vnum eſt, quod ſi is q; reſtituit rem ablatam, totam prædam accepit, ſiue fuerit principalis, ſiue inductus ab alijs, tunc ceteri neque domino vero, neque ipſi, aliquid reficere tenentur. Sic expreſſe Couar. in reg. peccatum par.2. §.12. num.4. de reg. iur. in 6. Petrus Nauar. lib.3. de reſtõ. cap.4. part.1. dub.8. nu.85. & Michael Salon 2.2. quæſt.62. art.7. controuerſ.8. concluſ.1. Ratio eſt clara, quia iam Domino ſatisfactũ eſt ad æqualitatem, & qui rem accepit, vel tenet, eſt principalis & ex reſtõne facta nihil habet minus in bonis ſuis, cum totum, quod reſtituit, eſſe alterius, & alij vt ſupponitur, nihil de re illa acceperint: vnde non apparet, qua ratione ad reſtitutionem aliquam vero domino, aut ipſi reſtituenti faciendam obligari poſſint.

Alterum eſt, Quãdo plures tenentur inſolidum vno illorum reſtituente vero domino, ceteri nihil reſtituere tenentur. Sic S. Thom. 2.2. quæſt.62. artic.7. ad ſecundum, & in 4. diſtinct. 15. q.1. art. vlt. quæſtiuncula tertia, Rich. 4. diſtinct. 15. ar.5. q.4. Gabr. eadem diſtinct. 15. art.3. dub.2. Scot. 4. diſtinct. 15. q.2. §. de 4. verſi. de Secundo. in fine. Ang. verb. furtum. q.16. S. Ant. par.2. tit.1. ca.12. §. 14. Sylu. verb. reſti.3. q.6. uerſ. Quintum. Caiet. 2.2. q.62. art. 6. in reſponſione ad dubium ſecundum, Sot. lib.4.

de iuſti.q.7.art.3.ad ſecundum. Io. Medina Cod.de rebus reſtituend.q.8.dub.2. Couar.in reg.peccatū. p.2.§.12.nu.3.de reg.iur.in 6. Pet. Nauar.lib.3.de reſtit.c.4.par.1.dub.8.nu.84. Petrus de Arrag.2.2.q.62.art.7.prope finem.& ibi Michael Salon.cōtrouerſ.8.concl.1.& Greg.de Valent.tomo.3.diſp.5.q.6.puncto.3. Ratio eſt manifeſta quia iam dominus habet totum, quod debet habere: Reſtitutio autem ad nihil aliud ordinatur, niſi vt vnuſquiſq; habeat, quod habere debet. Ratio enim, ac bona fides non permittit, vt idem bis exigatur, vt dicitur in l.Bona fides.ff.de reg.iur.

Sola difficultas eſt, An ceteri pro rata reſtituere teneantur ei, qui primus totum damnum domino reſtituit? Angelus vbi ſupra negat, eo quod (inquit) turpitudo ſua obſtat. Vbi enim eſt par cauſa turpitudinis, non reſultat actio vnius contra alterum, vt habetur expreſſe in l.2.& 3.ff.de condi. ob turpem cauſam.

Cum igitur iſti turpiter egerunt furando, vnus non tenetur alteri, Limitat tamen Angelus hanc ſuam opinionem, niſi ipſe fuiſſet cauſa, ſine qua nō inducendi eum, qui ſoluit, tunc enim, qui fuit cauſa inducēs ad furtum, tenetur inducto reſtituere, alij verò non item. Ratio etiam pro hac ſententia eſſe poteſt, quia alij nihil acceperunt ab eo, qui integre reſtituit. Ergo nullo reſtōnis iure ei obligantur. Cōſequētia patet. Nam reſtō ſemper præſupponit iniuſtam acceptionem, vel rem acceptam, quarū neutra contingit in propoſito, vt ſupponitur. Plures alij Doctores huius etiam ſunt ſententiæ, vt ait Medina vbi ſupra, ego tamen ſolum Angelum huius ſententiæ fuiſſe opinor, nec enim Medina aliquem nominat.

Quæ ſententia etſi vera ſit, vt ait Petr. Naua. vbi ſupra, num.86. in foro exteriori, eo quod in foro cōtentioſo non datur actio cuicunque ex participib. etiamſi ſoluerit contra alios, quia vt habetur in l.ſi plures.2.ff.de adminiſt.tut.& in l.1. de tutelis, & rationibus diſtrahendis.§. Nunc tractemus. Qua fronte petere poteſt ceſſionem actionis is, qui ex culpa ſua damnatur. In foro tn̄ conſciētiæ (in quo expreſſe loquitur Angelus) falſa eſt, & ab omnibus communiter reiecta, ſiquidem communis DD. opinio eſt, ceteros in conſcientia teneri primo ſatisfacienti; Tum quia vtiliter geſſit eorum negotium, & ita ipſi tenentur habere ratum, & ſatisfacere. Tum quia pœnitens nō debet eſſe peioris condtōnis, quā non pęnitens. Tum quia primo ſoluens ſuccedit in loco domini damnum paſſi, eiuſque perſonam repræſentat, vnde omnia illius iura ſunt primo reſtituentis. Vnde patet, quid dicendum ſit ad rationes in contrarium, ſuæ namque leges procedunt in foro exteriori, in quo, vt diximus, vni furi non datur actio contra ſocium. Ratio autem ex turpitudine actionis deſumpta, non valet, ſiquidem obligatio reſtōnis faciendæ a ſocijs primo reſtituenti nō oritur ex turpitudine furti præteriti, ſed ex actione, quam vnus pro ſe, & ſocijs fecit, quæ honeſtiſſima, & iuſtiſſima eſt. Deinde quando dr̄, reſtō facienda non eſt ei, qui fuit in turpitudine, intelligi debet de illis, qui ob turpem cauſam aliquid dant, vt v.g. ſi quis dat munus iudici, aut aduocato animo illum corrumpendi: cum hi non poſſint retinere, quod accipiunt ob turpem cauſam, ſed debent reſtituere, non debent illud reſtituere danti, ſed vel eccleſiæ vel pauperibus vt docent Michael Salon vbi ſupra controuerſia.8.in fine, & Ioannes Medina ſupr. in fine illius dubij, vbi optime docet, tale munus datum non eſſe reſtituendum danti, poſtquam iudex ſnīam dedit, aut aduocatus male patrocinatus ſit, ſecus autem ſi nec ille ſnīam dedit, nec iſte patrocinatus inique fuerit, id quod colligit ex S. Aug. epiſt. 54.ad Macedonium dicente, *Aduocatum ſi non rectiſſime pęnitet, præmium debere clientulo reſtituere, quod, ut male patrocinaretur, accepit, ne iniquitatis habeat mercedem.*

Diſcrimen clarum eſt, quia cum pecunia illa nō ſit data niſi ad effectum iniquum, illo non ſecuto, reddenda eſt danti, quia nōn intendit eam dare, niſi ob illam cauſam; Sin autem cauſa, ob quam data eſt, ſubſequatur, cum eam recipiens retinere non poſſit, danti reddere non debet, quia eam iam a ſe abdicauit, nec ad eam ſibi ius reſeruauit: Secus autem ſi cauſa, ob quam eam dedit, non ſubſequatur.

Ad alteram vero rationem iam reſponſum eſt, .ſ. non teneri ſocios criminis reſtituere primo reſtituenti, etiam quando nihil receperint, ratione iniuſtæ acceptionis ipſi reſtituenti immediate factæ, ſed factæ vero domino, cuius vicem reſtituens iam gerit. Hac igitur reiecta ſententia, quid dicendum ſit, in ſequentibus propoſitionibus exponam.

18 Prima propoſitio: Si is, qui domino totum damnum reſtituit non accepit totam prędam, ſed res accepta inter omnes æqualiter diuiſa ſit, ſiue res illa modo apud eos extet, ſiue conſumpta ſit, tunc uno reſtituente in totum, ceteri tenentur ei pro rata reſtituere, vt v.g. ſi ſint quatuor fures, & vnus totum reſtituit, reliqui tres alias tres partes ei reſtituere tenentur. Quod procedit, ſiue is, qui reſtituit ſit præcipuus, ſiue non. Ratio eſt, tum quia vt diximus, vnuſquiſque ratione rei acceptæ eſt principalis; tum quia ille, qui integrum perſoluit, ſuccedit in locum domini earum, efficiturque ſicut ille, dominus rerū ablatarum, ſiue res illę extent, ſiue ſint conſumptę, quamuis enim conſumptæ ſint, quia tamen vtiles fuerunt ijs, qui conſumpſerunt, tenentur primo reſtituenti pro rata reſtituere. Et in hac propoſitione omnes Doctores conſentiunt:

19 Secunda propoſitio; Si res accepta apud vnum ſolum extet, aut in ſuum vſum conſumpta ſit, tunc quidem, quamuis ipſe totum reſtituere teneatur, ſi tamen ipſe reſtituere nolit, aut non poſſit tunc ſecundo loco tenetur poſt ipſum, qui præcipuus fuit in illo crimine, quod ſi neque is reſtituat, tenebitur vltimo loco, quiuis illorum, qui in illud damnum concurrunt.

Prima pars patet, quia qui prædā totam accepit, tenetur, & ratione rei acceptæ, & ratione iniuſtæ acceptionis, alij verò ſolum ratione iniquæ acceptionis, vnde is primo reſtituere tenetur.

Secunda pars conſtat, quia poſt eum, qui rem totā accepit, eſt principalis in crimine, & cōſequēter tenetur prius, & potius, quam ceteri ad reſtitutionem, etiam ſi nihil de præda accepit, ſicut nec reliqui acceperunt, vt ſupponit. In quo caſu ſi ipſe reſtituat vero domino, qui illam rem accepit, tenetur ei integrum reſtituere, cū iſte reſtituendo ſuccedat in locum veri domini, vnde qui prædam accepit, tenetur ei ſicut vero domino reſtituere. Ceteri huic principali reſtituenti, nihil reſtituere tenentur, non ſolum, quia nihil ab eo acceperunt, nec facti ſunt in aliquo ditiores, vt ſupponitur, ſed ēt qa is, qui principalis eſt, tenetur in conſciētia reliquos indemnes reddere, non obſtante illorum turpitudine, cum hic cā fuerit efficax damni reſpectu ceterorum. Sic Caie. Med. in d.q.8. Corduba in Summa caſuum conſcientiæ, q.131. S. Ant. Med. Salon, Arrag. Greg. de Valen. vbi ſup. & Mart. Ledeſm. 2.4. q.18. art.7. in fi. pag. 272. col.1. & Pet. Nau. loco citato, num. 97. & ſeq. Et hinc ſequitur, quod ſi famulus ex præcepto heri aliquem occidat, conculcat ſegetes, domum comburat, aut rem alterius in flumē demergat, in quibus caſibus nihil lucri accedit alicui ex damno dato, hero reſtituente, famulus liber eſt a reſtitutione, & idem in ſimilibus caſibus cenſendum eſt.

Tertia pars clara eſt, quia cum omnes ad damnū concurrerint, quiuis eorum reſtituere tenetur inſolidum, quando alij priores in obligatione non reſtituerint. In quo caſu, tali reſtituenti, in primis reſtituere tenetur in integrum, qui rem illā accepit, eo deficiente ſecundo loco, qui principalis fuit in eo delicto, etiā in integrum reſtituere tenetur, vt eū ſeruet indemnem, iſto autem principali non reſtituente, aut quia non vult, aut quia non poteſt, reliqui ei, qui totum reſtituit, nō quidem in integrum, ſed ſinguli ſuam partem reſtituere tenentur. Ratio eſt, quia licet iſte nihil receperit, ſicut, nec ceteri, vt ſupponitur, ſi eo ipſo tamen, quod totum vero domino reſtituerit, ſucceſſit præter partem ſuā in locum veri domini, cui reſtituit, vnde ſicut iſti tenebantur vero domino reſtituere, illis prioribus non reſtituentibus, ita huic, qui reſtituit, ſinguli ſuam partem reſtituere tenentur. Quas tamen partes ſingulas tenetur poſtea reſtituere, primo ille, qui rem totam accepit, quia ſinguli iſti in ea parte, quam perſoluunt, in locum veri domini ſuccedunt, & ideo illis ſuas partes, ſicut vero domino totum perſoluere tenetur, alias qui accepit, commodum ex ſua iniquitate reportaret, quod non licet; Eo verò non reſtituēte illas, dēt illas reficere, qui principalis fuit, quia iſtos indemnes reddere tenetur.

20 Tertia propoſitio: Quando plures æqualiter concurrunt ex mutuo conſenſu ad furtum, ſi vnus in integrum, reſtituat vero Domino, tenentur illi pro rata reſtituere, quantum ex præda perceperūt. Ratio eſt, quia hic in locum domini ſucceſſit, vnde cum rem acceptam retinere non poſſint, nec domino reſtituenda ſit, cum is, quod ſuum erat, accepit, primo reſtituenti ſatisfacere debent. Et idem dicēdum eſt, etiamſi ex damno illato nihil commodi alicui acceſſerit, vt ſi quatuor, v.g. æque principaliter ſuccenderūt domum, aut agrum vicini, & vnus totum damnum reſtituit, alij pro rata eidem reſtituere tenentur, non ſolum ex æquitate & honeſtate, vt putat Caie. ſed etiam ex iuſtitia, vt docent Couar. in reg. peccatum. par.2.§.12.n.4. de reg. iur. in 6. & Pet. Nauar. vbi ſup. nume. 91. 96. & 104. Pet. de Arrag. concl.2. in fi. art.7. & Mich. Salo. ibidem concl. vlt. quia omnes communi conſenſu, cauſæ æquales ſunt damni.

21 Dices, quid ſi tres furati ſint tercentos aureos & vnus ſoluit totum, & poſtea ex illis duobus remanentibus, vnus vult ſoluere, non alius, an ille, qui vult ſoluere teneatur ad ſoluendum ducentos aureos, vel ſolum centum, quos accepit. Huic difficultati reſpondet Mart. Ledeſm. 2.4.q.8. ar.7. in fi. quod ille ex duobus, qui vult ſoluere reſtitutionē in ſolidum tenetur in prædicto euentu ſoluere reſtituenti totum, centum & quinquaginta aureos ſeu medietatē totius furti. Quia ſi alius tertius fuiſſet mortuus antequam fieret reſtitutio, teneretur ille ſecundus reddere medietatem furti. Ergo cum idem ſit eſſe mortuum, & nolle reſtituere, tenentur alij duo de toto damno; ideoque poſtquam vnus ſoluit totum, tenetur alius ad medietatem.

22 DVBIVM SEPTIMVM, an quando plures tenētur inſolidum reſtituere, poſſit dominus rei vni partem ſuam remittere, & totum debitum ab alijs exigere? Et intelligitur dubium, tum de actione, læſus ille habere poteſt contra omnes illos damnificatores in iudicio, tum de remiſſione ipſius debiti, vnde breuiter de vtriſque dicemus cum Angel. verb. furtum. q.16. S. Anton. par.2. tit.1. c.12. §.15. Sylu. verb. reſt.3. q.6. ver. ſextum. Caie. 2.2. q.62. art.6. dub. vlt. Soto lib.4. de iuſti. q.7. art.3. ad 2. in fi. Io. Med. C. de reb. reſtituend. q.8. dub. vlt. Pet. Nauar. lib.3. de reſtit. c.4. par.1. dub.9. & Mich. Salon 2.2. q.62. ar.7. controu.9.

23 Prima propoſitio: Læſus, cui facienda eſt reſtitutio, poteſt cuicūque illorum remittere actionem, quam habet contra illum in iudicio, alijs manentibus ſine gratia, ſicut etiam poteſt in iudicio vnum ex illis, quem voluerit, conuenire, & totum ab eo exigere. Ratio eſt, quia, quando ſunt plures debitores, qui tenentur inſolidum, libera electio penes creditorem eſt, vt exigat, a quo voluerit debitum, alijs dimiſſis, quoad hoc vt eis reſpondeant in iudicio, vnde ſi vni remittat hanc actionem iudicialem, alij tamen conueniri poſſunt.

24 Secunda propoſitio: quoad debitum ipſum, ſi læſus remittat debitum principali, tunc ceteri ſunt etiam in conſcientia liberi ab omni reſtitutione. Ratio eſt, quia cum ille principalis ſit primo & per ſe ad reſtitutionem obligatus, ita vt eo reſtituente reliqui ſint liberi, idem eſt remittere illi, ac remittere omnibus, ſublato enim principali, iure naturali tollitur acceſſorium, ſiquidem alij minus principales ſolum tenentur in defectum ipſius principalis, & ratione obligationis in eo exiſtentis, qua expirante per condonationem a læſo factam, ceſſat omnis obligatio, non ſolum reſpectu læſi, cui iam ſatisfactum eſt per talem condonationem, ſed etiam reſpectu ipſius principalis; ſi enim principali formaliter ſoluente, ceteri ſint a reſtitutione liberi, ita etiam ſi principali remiſſum ſit, ceteri debitores acceſſorij immunes ſunt. Id quod conſtat a ſimili in debitis, quæ ex contractu contingunt, vbi principali ſoluente, vel illo a debito libero per remiſſionem creditoris ei factam, vel ob aliam cauſam, fideiuſſor omnino liber eſt, tam a creditore quam a principali debito, ita plane in propoſito caſu contingit.

25 Tertia propoſitio: quoad idem debitum, ſi læſus remittat debitum alicui ex minus principalibus, aut ſi omnes æque ſunt principales, aut æque minus principales, ſi vni remittat, neque in primo

caſu liberantur principalis a reſtitutione facienda ipſi læſo, eo quod ablato acceſſorio, non ſtatim aufertur principale, neque in ſecundo caſu liberãtur alij a reſtitutione faciẽda ipſi lęſo, non tamẽ tenẽtur alii minus principales, in primo caſu totũ debitũ læſo reſtituere, neque alij in ſecũdo caſu totũ debitũ lęſo reſtituere. Ratio eſt, quia non põt lęſus, aut creditor remittere alicui debitori cũ præiudicio aliorum, præiudicaret autem ſi alij tenerentur illi læſo inſolidum ſatisfacere. Vnde in tali caſu ille quidem, cui facta eſt remiſſio, manet liber a rata, quæ ad illum ſpectabat, alii vero ſolũ peccatis ſuis tenentur, adeo vt non poſſit totũ exigere ab aliis, ſed reliquum debitum, detracta illa parte, quam alteri condonauit, vt v.g. ſi ſint tres, qui occiderunt aliquem, vel aliud damnum fecerunt valens ſex, damnũ paſſus vni remittat, non põt ab alijs totum debitum exigere, ſed ſolum quatuor dimiſſis duabus partibus reſpondentibus ei, cui remiſit, vt hac ratione, ſi vnuſquiſque ex duobus debitorib. ſoluat non in integrum, ſed quatuor partes ſoluat duas pro ſe, & duas pro ſocio, vt ex dictis conſtat.

DVBIVM OCTAVVM, quid dicendũ ſit in caſu, quo Petrus volens occidere inimicum ſuum, induxit ſocios, aut amicos ſuos, vt ipſum comitarẽtur, & obuio eis facto aduerſario, quidam ex amicis inuitatis percuſſus eſt ab aduerſario cum ipſum aggrederetur, & ſic percuſſus occidit aduerſarium, vnde poſteam amici a Petro inuitati, ad multas pęnas condemnantur: An Petrus omnes illas pœnas reſtituere teneatur, & alia damna, quæ patiuntur amici? Ratio difficultatis eſt, quia videtur fuiſſe cauſa eo ipſo, quod eos inuitauerit.

Reſpondeo non obligari, ſibi enim imputare debent inuitati, eo quod iniuſte voluerunt eſſe ſocij, & adiutores, & facit, quod in ſimili tradit Ang. verb. Bellum. nu. 8. Sic ſimiliter Rex, Princeps, aut Dux belli non tenetur reſtituere damna, quæ paſſi ſunt milites in bello iniuſto, niſi quando eos Rex, ceu Princeps aut vi coegerit ad bellum, aut dolo, aut mendacio perſuaſerit eis bellum eſſe iuſtum. vt expreſſe docent Gabr. in 4. diſt. 15. q. 4. ar. 2. concluſ. 6. Sylueſt. verb. Bellum. q. 10. verſ. Prima. & Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 3 p. 2. dub. 12. nu. 278. Ratio eſt, quia ipſi voluntarie ſe exponunt huiuſmodi damnis. Scienti. n. & volenti non fit iniuria.

DVBIVM NONVM, An quando plures comitantur aliquem, non quidem animo eum adiuuandi, ſed impediendi damnum, & alter videns plures in comitatu, & timens mortem, aufugit, veſte aut alia re relicta, quam fur accepit, teneantur iſti ad reſtitutionem fure non reſtituente.

Reſpondeo cum Angelo verb. furtum. q. 15. Syl ueſt. verb. reſtitutio. 3. q. 6. verſ. 2. qui etiam citant ad hoc Inno. & Hoſtienſ. in c. ſicut dignum. de homicid. Adr. in 4. ſent. q. 1. de reſtitutione. verſ. Secundo dubitatur. & Ioan. Med. C. de reb. reſtituen. q. 7. ad 3. eos teneri ad reſtituendum, niſi aduerſario prius intimauerint ſe comitari eum tantum, vt impediant damnum, aut ut pacem inter eos concilięt; Ratio eſt, quia ſunt cauſa damni, dum ſuo comitatu aduerſario timorem incutiant, quo non audet res ſuas defendere. Sic etiam qui conſilium dat alteri verbis æquiuocis, vel damnat, aut fert ſentẽtiam æquiuocam in iudicio, & non ſignificat, quo ſenſu loquatur, & ſequitur damnum in alio, ex eo quod cõſilium eius, aut damnatio, aut ſententia in oppoſitum accipitur, tenetur ad reſtitutionem dãni ſecuti, & Medina vbi ſupra.

28 DVBIVM DECIMVM, An ſi duo, vel tres diſtrictis gladijs aggrediantur aliquem animo iocoſo, & ſolum gratia terrendi illum, & ridendi, & exinde ſecutum ſit damnum, ad damni reſtitutionem teneatur?

Reſpõdeo, teneri ad illius damni reſtitutionem niſi debitam diligentiam prius adhibeant, ne damnum illud ſequeretur, arg. c. presbyterum, & c. lator. & cap. continebatur. de homicid. ex Nauar. in Manuali. c. 18. nu. 140.

De Muto. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Muti quis intelligatur ſecundum Palud. ſed rectius ſecundum alios.*

2 *An is, qui ſola lege charitatis tenetur impedire loquendo prohibendo damnum proximi & tacet, reſtituere teneatur.*

3 *Qui tacet pretio aut mercede data a latronibus, an teneatur ad reſtitutionem.*

4 *An qui clamare volentem contra fures, vt impediat damnum proximi, inducit ad tacendum, teneatur ad reſtitutionem.*

HActenus de ijs cauſis egimus, quæ poſitiue concurrunt ad damnum, nunc de aliis tribus, ſcilicet, de Muto, non obſtante, & non manifeſtante, qui negatiue concurrere dicuntur ad damnũ, breuiter agendum eſt.

1 Nomine autem MVTI, vt Pal. in 4. diſt. 15. q. 2. ar. 3. & Adr. in 4. ſent. q. 1. de reſtitutio. §. de currẽtibus. intelligitur ille, qui ſcit, vbi res eſt abſcondita, & nõ reuelat; vel vt rectius alij omnes, vt Alex. p. 4. Summæ. q. 24. memb. 5. ar. 3. §. 4. in fi. Rich. in 4. diſt. 15. art. 5. q. 4. Th. de Argentina ead. diſt. 15. ar. 4. q. 1. Io. Bach. 4. diſt. 23. q. 1. ar. 3. Sylu. verb. reſtit. 3. q. 6. verſ. Secundum. Io. Med. C. de reb. reſtituendis. q. 2. in fi. Barth. Med. lib. 1. inſtr. confeſ. c. 14. §. 30. verſ. Reg. 5. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 7. & Mich. Salon ibi. controuerſia. 2. Greg. de Valẽ. to. 3. diſp. 5. q. 6. punc. 3. Pet. Nau. lib. 3. de reſt. c. 4. p. 1. dub. 10. qui tenetur loqui præcipiendo, vel repręhendendo, vel diſſuadendo, aut conſulendo, & tacet. Circa quem hæc dubia ſunt.

2 Primum, An is, qui ſola lege charitatis tenetur impedire loquendo, vel prohibendo damnũ proximi, & tacet, reſtituere tenetur? vt verbi gratia videt quis vicini domũ diripi à furibus, & poteſt ſine magno ſuo incommodo, aut periculo impedire damnum, ſi clamet, & non clamat, an teneatur reſtituere damnum proximo?

Prima opinio eſt Ric. vbi ſupra, & Caie. in Sum. verb. reſti. in illa par. *Non manifeſtãs.* Ang. in verb. furtũ. q. 26. dicentiũ teneri ad reſtitutionẽ, qñ ex dolo, odio, aut malitia tacet. Ratio eſt, quia talis omiſſio eſt cauſa iniuſtæ actionis, licet indirecte.

Secunda & verior opinio eſt Alexand. de Ales, vbi ſupra Soti lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 3. Adriani in 4. ſent. q. 1. de reſtit. §. De currentibus. Ioannis. Medinæ,

dinæ. C. de rebus reſtituendis. q. 9. verſi. *Primus modus*. Martin. Nau. in Man. c. 17. nu. 16. & nu. 136. & aliorum omnium, quos ſupra retulimus, dicentium, quod licet peccat contra charitatem proximo debitam, non tamen tenetur ad reſtitutionem, quia non peccat contra iuſtitiam. Quod vero animo maleuolo, aut doloſo taceat, quamuis refert ad augendum peccatum, non tamen ad reſtitutionē, cum efficaciter non noceat, ſed ſolum in mente tale deſiderium maneat. Neque enim odium repugnat iuſtitiæ, ſed charitati tantum. Vnde ſolum is, qui tacet, cum tamen ex officio ſuo, loquendo impedire debeat damnum, ad damni ſecuti reſtitutionem tenetur.

Illud tamen confitendum eſt, vt ſubtiliter Pet. Nau. vbi ſupra, nu. 142. animaduertit, quod ſi aliqua ratione poſitiue ſe haberet ſignificans ſiue verbis, ſiue ſignis ſe taciturum, quo animus furantis dubitans, aut timens firmatur, ac determinatur, qui alioquin timore, ne ſuo clamore manifeſtaretur, non auſus eſſet damnum dare, non eſſet a reſtitutione excuſandus. Ratio eſt, quia tunc eſſet cauſa poſitiua damni illati, habens rationem conſulentis, aut adiuuantis, id quod diligenter obſeruandū eſt, cum ſit quotidianum.

3 Secundum, An tenetur ad reſtitutionem, qui tacet mercede, & pretio dato a latrone ex proprijs pecunijs ipſius latronis?

Reſpondeo cum Soto lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 3. & Pet. Nau. lib. 3. de reſt. c. 4. par. 1. dub. 10. num. 138. Barth. Med. lib. 1. de inſtruct. cōfeſ. c. 14. §. 10. reg. 5. §. nona eſt, & Mart. Nau. in Man. c. 17. num. 21. verſ. Quarto infertur, non teneri ad reſtitutionem damni ſecuti, quia non obligatur loqui ex officio.

Immo etiamſi interrogatus eſſet poſtea priuatim a uicino, cui res ablata fuit, num latrones vidiſſet, aut audiſſet, & reſpondet, ſe non vidiſſe, nō tenetur ad reſtitutionē; Secus autem ſi interrogatur a iudice in iudicio, tūc enim ſi negat, ad reſtitutionem tenetur.

Tertium, An qui clamare volentem contra fures, vt impediat damnum proximi, inducit ad tacendum, teneatur ad reſtitutionem? verbi gratia Ioannes videt damnum inferri proximo, & paratus eſt illud impedire, cum poſſit; Petrus autem ſuadet eidem, vt taceat, & damnum illud non impediat, & ita Ioannes tacet, an Petrus in hoc caſu teneatur ad reſtitutionem damni? Ratio difficultatis pro parte negatiua eſt, quia Ioannes eſt cauſa propinquior damni, quam Petrus. Ergo ſi Ioānes, ex omnium ſententia non tenetur ad reſtitutionē, nec Petrus, qui eſt cauſa remotior tenebitur. Ex altera parte, cum Petrus videatur cauſa poſitiua dāni illati, ſuo conſilio, & diſſuaſione, tenebitur ad reſtitutionem.

In hac re Martinus Nau. in Manuali. c. 17. nu. 140. verſ. quadrageſimoquinto. & fauet Io. Med. C. de rebus reſtituendis. quæſt. 9. in fi. vult Petrū teneri ad reſtitutionem, non autem Ioannem.

At vero Petrus Nauar. lib. 3. de reſtit. c. 4. par. 1. dub. 10. nu. 136. & ſeq. vult neque Ioannem, neque Petrum teneri ad reſtitutionem, ob rationem allatam. Quod enim Ioannes, quamuis peccet contra charitatem, non tenetur ad reſtitutionem, patet, quia non tenetur ex officio ad impediēdum damnum proximi. Quod autem nec Petrus teneatur, probari poteſt, quia cum Ioannes non teneatur ex iuſtitia clamare, nec Petrus ſuadendo ne clamet, contra iuſtitiam peccat, nec enim is, qui paſſus eſt damnum aliquod, ius habet, quo minus Petrus alteri auxilium diſſuadeat; nec Ioannes diſſuaſus nullam vim patitur, ſcienti enim, & volenti non fit iniuria. vera ergo communiter eſt Petri Nauarri opinio; Econtra vero ſententia Martini Nauarri tenenda erit, quando is, qui diſſuaſit, aut is, qui diſſuaſus eſt, tenebatur ex iuſtitia, & ex officio damnum proximi impedire; Et etiam quando is, qui diſſuaſit mendacibus verbis, & fraude fecit Ioannem tacere.

Tunc enim is, qui damnum paſſus eſt, patitur inuoluntarium, & iniuſtum, & etiam qui impeditus eſt, ne clamaret, ac proinde eſt reſtitutionis obligatus. In quo ſenſu locutus eſt Medina, vt patebit legenti, ait enim tunc teneri Petrum ad reſtitutionem, non autem Ioannem in caſu propoſito, quando Petrus fraudulenter id fecit, Ioannes autem bona fide. Sicut etiam in ſimili, qui conſuluit alicui, ne daret elemoſinam grauiter indigenti, ſi fraude, & mendacio eius animum auerteret, licet mortaliter peccauerit contra charitatem, non tamen tenetur ad reſtitutionem, vt Doctores cōmuniter tradunt.

De non obſtante. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Non obſtans in duplici poteſt eſſe differentia.*

2 *An qui obſtare tenentur ex charitate, teneantur ad reſtitutionem, ſi non obſtent, quando id poſſunt ſine damno ſuo.*

3 *Rationibus eorum, qui contra iuſtitiam, & non ſolum contra charitatem peccare opinantur, reſpondetur.*

4 *An qui ex officio tenentur obſtare, damnum deinde ſecutum reſtituere debent.*

5 *Ex qua culpa tenentur, qui ex officio impedire tenentur damna proximi.*

6 *Ex culpa graui ſeu lata damnum reſarcire tenentur.*

7 *Opinione Adriani ſicut etiam Innocentij de culpa leui falſam eſſe probatur, & media quadam ſententia ut verior, & communior aſtruitur. & nu. 8.*

9 *Ad reſtitutionem obligantur famuli, ſi quid damni eorum Domini patiuntur ob culpam latam, aut leui illorum.*

10 *An qui vel non recte iudicando, uel non manifeſtando reum ſicut debet, effecit ut reus ille iuſte condemnaretur, teneatur non ſolum reſtituere damnū, quod reus intulit, ſed etiam ſubire pœnam reo debitam, ſi alter reum manifeſtaſſet, aut Iudex iuſtam tuliſſet ſententiam.*

11 *Quæſtio eſt de pœna pecuniaria non corporali, de qua declaratio ſequitur. 12. 13. 14.*

15 *Iudex in rebus parui momenti diſſimulans non tenetur ad reſtitutionem.*

16 *An Confeſſarius, qui non iniunxit reſtitutionem faciendam reſtituere tenetur damna tertiæ perſonæ, cui debetur reſtitutio.*

17 *Opinio affirmans communior, & uerior forte uidetur quare, cum ſolutione partis negatiuæ.*

NOn obſtans in duplici differentia eſſe poteſt; Nam aut eſt perſona priuata, cui ex nullo munere, aut officio competit obſtare damnis, quæ proximo videt inferri. Aut eſt perſona publica, cui conuenit ratione alicuius officij, vel mercedis, huiuſmodi damnis obuiare; Primi generis ſunt omnes cuiuſcunque conditionis ſunt: Secundi generis ſunt Reges, Imperatores, Principes, Reipu. Gubernatores, Duces belli, Conſiliarij Regum, & Principum, Aduocati, Procuratores, Miniſtri iuſtitiæ, Cuſtodes itinerum, viarum, montium, vel nemorum, vicarum, alijque publici officiales, atque medici, cæterique mercede ac ſtipendio conducti, aut ſpeciali obligatione ligati, ut aliorum ſaluti, & damnorum vitationi proſpiciant.

Item Patres non impedientes filios, ne lædant: Tutores reſpectu pupillorum ſuorum.

Item dñi non impedientes ſeruos, famulos & animalia, ne aliis damna inferant. Cõtingit.n.per Ceruos, cuniculos, columbas vicinorum ſata lædi.

Item famuli, quibus eſt commiſſa cuſtodia domus, vel rerũ ipſius domus, vt ianitores, cuſtodes veſtium, vaſorum, &c.

DVBIVM PRIMVM, An qui obſtare tenentur ex charitate, teneantur ad reſtitutionem, ſi non obſtent quando id poſſunt ſine damno ſuo?

Aliqui vt Rich. in 4.diſt.16. art.6.q.4. Ang. in verb. furtum.q.26.& Caie. in Sum. verb. reſtit. docent teneri ſaltem, quando quis doloſe, & ex odio omittit impedire damnum proximi, cum ſine periculo poſſet, & ex charitate teneretur.

Ratio eſt, quia videtur cauſa damni proximo illati. Et facit c. Sicut dignũ §. illi etiam. de homic. vbi Alex. Papa III. ait. *Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, eum occidit.* & infra, *Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Et Innocentius Papa III. in c. Quantæ. de ſent. excom. docet excom. eſſe doloſe permittentes clericum percuti, ex quo prohibere poterant, & non prohibuerunt, ait enim, *Eos delinquentibus fauere interpretamur, qui, cum poſſint, manifeſto facinori deſinunt obuiare.* Vbi, vt conſtat, vterque Pontifex, illum, qui poteſt obſtare, & non obſtat, vocat fautorem, & ſocium criminis, & proinde excommunicatum eſſe.

Et c. Paſce. diſt.86. dicitur, *Paſce fame morientẽ, ſi non pauiſti, occidiſti.* Vbi æquiparat S. Ambr. eos, quorum alter occidit, & alter occidi permittit. Et Exod. 21. habens ciſternã, & eam non cooperiens, & habens bouẽ cornupetam, & eum nõ ligans, ceu includens, tenetur de damno ſua negligentia dato.

Communis autem aliorum omnium opinio eſt, non teneri ad reſtitutionem, ſed ſolum peccare contra charitatem. Sic Alex. de Ales. p.4. Sum. q.24. mẽb. 5. ar.3. §.4. in fi. S. Th. 2.2. q.62. art.7. Scot. 4.d.15. q.2. §. de 4. verſ. de 2. Th. de Argent. 4.d.15. q.1. ar.4. q.1. in fi. Io. Bach. 4. diſt. 23. q.1. ar.3. Gab. 4. diſt. 15. q.2. ar.3. du.2. Sylu. verb. reſti.3. q.6. verſ.3. Sot. li.4. de iuſt. q.7. ar.3. Altiſiod. li.4. ſuæ Sum. in trac. de pœn. c. de reſtit. q.3. Adr. 4. ſent. q.1. de reſt. §. De concurrentibus cum fure, & duob. §. ſeq. Io. Med. C. de reb. reſti. q.9. Mart. Nau. in Man. c.17. nu.18. & nu.136. Pet. Nau. li.3. de reſti. c.4. p.1. q. vlt. nu. 131. Barth. Med. li.1. inſtr. cõfeſ. c.14. §.30. Pet. de Arrag. in 2.2. q.62. ar.7. & Mich. Salon ibi. cõtrouerſia 1. & 2. Greg. de Valen. tom.3. diſp.5. & q.6. punct.3. Ratio eſt, quia obligatio reſtit. ex ſola violatione iuſtitiæ oritur. Qui authores explicãt textus citatos de culpa & peccato, non autem de reſtitutione, ſiquidem niſi non obſtant, cum ſine periculo non ſint, peccant contra charitatem proximo debitam. Vnde vniuerſaliter docent Mutum, non Obſtantem; & non Manifeſtantem ſolum teneri ad reſtitutionem, quando ex ſpeciali officio, & mercede damna aliorum impedire tenentur.

3 *Ad textus autẽ in particulari reſpondetur, ad c. Sicut dignũ.* Dicimus ibi nõ fuiſſe purã dãni permiſſionem, ſeu negatiuã cauſalitatẽ, ſed poſitiuam ſiquidẽ comitati ſunt occidentem, & auctoritatẽ & animum ipſi homicidæ contulerunt, ad homicidiũ perpetrandum, vt recte Medina animaduertit.

Illud vero c. Quantæ. ex gloſſa & Medina, procedit de illis, qui ex officio & auctoritate publica impedire, vel ſi de priuatis perſonis intelligatur, vt alij volunt, tunc Michael Salon reſpondet non impedientes, cum commode impedire poſſent, excommunicari, eo quod excommunicatio non ſolũ fertur pro peccatis contra iuſtitiam, verum etiam pro peccato mortali contra charitatem, quando tamen doloſe obuiare deſinunt, ut in tractatu de excommunicatione latius expoſuimus.

Illud verò c. Paſce. diſt.86. ſolum probat peccare mortaliter contra charitatem, non tamen inde ſequitur teneri ad reſtitutionem; Alioqui, is, qui eſt cauſa indirecta damni proximi, non dando ei eleemoſinam, ſicut ex charitate debet, tenebitur poſtea ad reſtitutionem, quod omnino eſt abſurdum, cum ex omnium conſenſu extrema, vel maxima neceſſitas proximi non inducit debitum ex iuſtitia, ſed ſolum ex charitate, & miſericordia.

Ad illud c. Exod.21. Reſpondetur, ideo illos de damno teneri, quia ſpeciali obligatione tenebantur ſuper ſuas res inuigilare, ne alij inde damnum patiantur; etſi non ratione officij, attamen ratione rei poſſeſſæ. Siquidem non ſolum oritur obligatio reſtitutionis ex officio, ſed etiam ex re poſſeſſa, quandoquidem vnuſquiſque rem ſuã, quã poſſidet, ita poſſidere debet, vt eam ſine aliorum præiudicio poſſideat. Nam eo ipſo, quod quis nutrit animalia, v.g. ceruos, cuniculos, columbas, & alia huiuſmodi animalia, cauere debet, ne ſatis aliorum noceant, ſicut etiam, qui puteum aperit, vel ciſternam cauere debet, ne quis in eam ex ſua culpa incidat, & qui equum, aut mulam locat, cauere debet, ne conductori, aut alteri noceat. Et ſimiliter qui feras, aut beſtias nutrit, cauere debet, ne ex ſua culpa alijs nocere poſſint, alioquin ad damnum reſarciendum obligatur.

4 DVBIVM SECVNDVM eſt, An, qui ex officio tenentur obſtare, damnum exinde ſecutum reſtituere debent?

Reſpondent Doctores citati in dubio præcedenti teneri ad reſtituendum in integrum, quicquid ex eorum culpa & negligentia damni infertur. Et intelligunt, tum de *Muto*, tum de *Non obſtante*, tum etiam de *Non manifeſtante*, vbi ex officio, & mercede damnum impedire tenentur. Ratio eſt, quia tales perſonæ tenentur ſpeciali obligatione iuſtitiæ operam apponere in aliorum vtilitatem. Ergo ſi eam non apponant, proinde eſt, ac ſi rem debitā, idque cum eorum, quibus debita eſt, iactura retineant. Ergo ſicut debitor tenetur reſtituere intereſſe, quod creditor patitur ex non ſibi ſoluendo, ita etiam qui ex officio impedire tenetur, & non impedit, non ſolum reſtituere tenetur damnum ſecutum, ſed etiam omne aliud intereſſe fructus eiuſdem rei, quem dominus alioqui percepiſſet ex re illa. Etenim opera huiuſmodi officialium, & ſtipēdiatorum debita eſt his, quorum curam gerunt, & eorum indemnitas, veluti fructus, ex opera illis debita proueniens, vnde ad omne intereſſe talis indemnitatis tenentur.

At verò vt hi teneantur ad reſtitutionē, nō ſolum requiritur, vt impedire debeant, ſed etiam, vt commode poſſint, ſine graui dāno eorū, ſ. honoris, aut uitæ, aut rei familiaris eorū, alias.n. nō tenebūtur lege iuſtitiæ cum tanto diſpendio, vt expreſſe docent Scot. in 4. diſt. 15. q. 2. §. de quarto. verſ. de ſecundo. Gabr. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 3. dub. 2. Ant. par. 2. tit. 1. c. 12. §. 7. Sylu. verb. reſt. 3. q. 6. §. ſecundum. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 3. in fin. Mar. Nau. in Man. c. 17. nu. 134. verſ. quadrageſimo. Ang. verb. furtū. q. 26. Corduba in Summa. q. 66. §. 2. Pet. Nau. li. 3. de reſt. c. 4. par. 1. dub. vlt. nu. 123. & Michael Salō 2. 2. q. 62. art. 7. controuerſ. 3. vnde ſi iudex, aut p̄tor occurrat latroni inuadenti domum, aut alicui volenti alium occidere, nec illos prohibere poſſit, vel impedire, niſi cum diſcrimine uitæ, non tenetur cum tanto ſuo periculo damnum illud prohibere. Ratio eſt, quia non tenetur quis vitā propriā exponere, niſi pro bono communi Reipub. aut vita ſpirituali alterius, a qua aliter liberari non pōt: At verò furta, aut homicidia huius, aut illius talia non ſunt, & proinde vitam ſuam pro illis exponere non tenetur. In obuiando autem aliorum dānis cum periculo temporali ipſius iudicis, certa regula preſcribi non poteſt, ſed penſanda ſunt diligenter damna vtriuſque partis, & quæ magis præponderant, huius.n. potior ratio habenda erit, vt v.g. ſi periculum ſit maius, quàm ſtipēdium, aut dānum, quod cum tali periculo debet prohibere, non tenetur tale periculum ſubire, ſi verò maius ſit ſtipendium, vel damnum alterius, quam periculum, cui ſe exponet, tunc cum illo obſtare debet, vt notat Salon vbi ſupra, & fauet Sotus loco allato in fine articuli 3. Vnde tutores pro pupillis, aut æconomi, & famuli pro rebus ſibi commiſſis, non tenentur pati damnum temporale, ſed iuxta leges prudentiæ poſſunt expenſas, quas faciunt pro bonis aliorum curandis, præter ſua ſtipendia repetere, ſi expenſæ ſtipendia excedant.

5 DVBIVM TERTIVM, ex qua culpa tenentur, qui ex officio impedire tenentur damna proximi. Vt hæc res explicetur, aduertendum eſt, quod culpa eſt triplex, quantum ad præſens inſtitutum ſpectat lata, leuis, & leuiſſima.

Lata eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam communiter abhibent homines eiuſdē profeſſionis in tali re, etiam qui parum circumſpecti ſunt. Qualis eſt eius, qui extra domum in ſedili lapideo plateæ, aut in ſcamno librum ſibi commodatum reliquit, vnde ſtatim a tranſeuntibus ſublatus eſt. Leuis verò eſt illa deuiatio incircumſpecta a diligentia, quam communiter adhibent homines diligentes, & circumſpecti in ſimilibus rebus; Qualis eſt eius, qui librum aliquem commodatum intra cellam, oſtio tamen aperto reliquit.

Leuiſſima eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam homines plurimū diligentes, & maxime circūſpecti in ea re adhibere ſolent; Qualis eſt eius, qui librum commodatum intra cameram reliquit, quam claue obſerauit, non tamen tentauit manu, an bene eſſet obſerata, ex Adria. in 4. ſent. ſpeciali quæſtione: An in foro animæ reſtituere teneatur, quantum dāni ſua culpa leuiſſima, vel leui dederit. Sylu. verb. culpa. q. 1. & Ang. verb. cul. in princ. Gabr. 4. diſt. 15. q. 10. artic. 3. dub. 9. in fi. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. artic. 6. in fi. Mart. Nau. in Man. c. 17. nu. 177. Pet. Nau. lib. 2. de reſt. c. 1. dub. 6. nu. 52. & li. 2. c. 3. dub. 1. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 2. in fi. & Mich. Salō. 2. 2. q. 62. ar. 6. cōtrouer. 5.

6 *His ita* ſuppoſitis, certum eſt, quod ſi ex omiſſione, & culpa graui ſeu lata damnum ſcienter ſit cōſecutum, tenentur reſarcire damnum. His.n. imputatur euentus ille ex eorum culpa proueniens, ſicut cauſæ efficaci illius damni. Sicut nauis ſubuerſio, ex negligentia lata nautæ proueniens illi imputatur. Si enim damnum in delicto, & contractu proueniens ob culpam latam damnabile eſt, & reſtitutioni obnoxium, multo magis ſi ex culpa ſequitur eius, qui ex officio tenetur. Lata enim culpa dolo æquiparatur.

De leui, & leuiſſima diſſenſio eſt inter Doctores. Aliqui enim, vt Innoc. in cap. Sicut dignum de homicid. vult in foro quidem exteriori teneri ex culpa leuiſſima, in foro autem interiori non teneri ex leui, aut leuiſſima, & Ioan. Anan. & Panor. in d. cap. ſicut dignum. & Ang. in verbo. culpa in fi. & Sylu. verb. culpa. q. 4. qui alios refert, & verb. reſtit. 2. §. duodecimo, & §. decimoſeptimo. & fauet Pet. Nau. vbi ſup. lib. 2. de reſt. c. 2. Alij, ut idem Panor. in c. fi. & ibi gl. de iniurijs, & damno dato. & Adr. vbi ſup. & aliqui alij docent teneri ex culpa leuiſſima.

7 At verò media ſententia verior eſt, quā expreſſe tenent Pet. de Arrag. & Michael Salon vbi ſup. & etiam Pet. Nau. ubi ſup. lib. 3. c. 3. dub. 1. nu. 5. & 6. de qua re latius, & exactius alibi agetur. Nunc ſatis ſit oſtendere opinionem Adriani eſſe falſam ſicut etiam falſa eſt illa Innocentij, & ſolum teneri iſtos ex culpa leui, & ſic probari poteſt contra Adrianum & alios.

Primo, quia nec Reſpublica intendit obligare Principes, & Gubernatores, nec Dominus œconomum ſuum, nec Teſtator tutorem filiorum ſuorū, vt omnimodam diligentiam poſſibilem adhibeat, ſed eam ſolum, quæ a viris bonis communiter adhiberi ſolet; Nec vllus Princeps, aut œconomus ad tantam diligentiam, & ſolicitudinem adhibendam ſe obligare intendit, vt etiam a leuiſſima negligentia cauere teneatur, nunquam enim munus commiſſum cum tāto onere, & uinculo ſuſciperet.

Secundo, ſi Princeps, Iudices & officiales etiam ex leuiſſima culpa tenerentur, omnia ſua bona & patrimonia in reſtitutionibus conſumerent, cum nullus ſit, qui in tales negligentias non incidat, id quod maxime verum eſſet in regibus, qui diuerſis regnis & Prouincijs etiam diſtantibus præſunt.

Tertio, Quia cura, & cuſtodia, ad quam iſti tenētur; ſimilis eſt cuſtodiæ locantis: Sicut enim locatio

tio eſt in vtilitatem vtriuſque partis; ita etiam, & iſta officia in vtilitatem Reipub. & ciuium, & etiã in vtilitatem habentis ea ſunt. At verò ratione locationis, non tenetur locator niſi de culpa lata, & leui. Ergo nec iſti, quibus ex officio incumbit obſtare damnis aliorum.

Vnde etiam refellitur opinio Innocentij, cum enim locator, & conductor teneantur ad reſtituendum ex culpa leui; Ergo & iſti, cum receptio huiuſmodi officiorum, & munerũ ſit quædam locatio ſui, qua pro munere, vel mercede illius officij ſe offerrunt ad diligenter cuſtodienda ea, quæ ratione talis officij ſibi commiſſa ſunt.

Ratio eſt, quia maior debet eſſe circumſpectio, maiorque diligentia adhibenda eſt in operibus ad quæ quis ex officio tenetur, quàm in alijs operationibus communis vitæ. At verò vnuſquiſq; etiã, qui non tenetur ex officio, tenetur de damno ex ſua lata culpa proximo ſecuto. Ergo is, qui ex officio, & ſpeciali obligatione, & mercede damna aliorum vitare tenetur, ad maiorem diligentiam teneri debet, & ita de leui.

Hinc cõis opinio Doctorũ, quos legere potui, docet in contractib. qui ſunt in vtilitatẽ vtriuſque, ſ. dantis, & accipientis, vt in cõducto, & locato, (& qualis eſt ẽt hic, de quo agimus) teneri quẽ de leui culpa: Id quod habetur in c. Bona fides. de depoſit. & in c. vnico. de commodato, vbi Greg. IX. id plane tradit. Ex quibus ẽt probatur hæc noſtra ſñia, quæ media eſt inter illas duas Innoc. & Adria. extremas ſententias. Et hanc ſane ſententiam ſatis expreſſe meo iudicio Ang. in verb. culpa. q. 5. & clarius Sylu. verb. eod. q. 4. diſt. facta inter eum, qui officium accepit ſine mercede, & non in ſuam, ſed in aliorum tantum vtilitatem, & eũ, qui ex mercede, & in vtriuſque vtilitatem officium accepit, tradiderunt. Siquidem docent Iudicem, & alios officiales, qui nec ſeipſos locauerunt, aut officium aſſumpſerunt, aut quæſierunt, nec operam ſuam ſub aliqua mercede promiſerunt, ſed alijs eos eligunt, eiſque hoc officium imponunt, (vt multoties ſuperiores ſuis ſubditis officium, & onus cõfeſſarij imponunt) aut etiam ipſi aſſumunt ex ſua mera liberalitate, & pietate, dicentes ſe facturos, quod poterunt, nõ teneri niſi ex dolo, ſeu culpa lata, & graui: Econtra verò Reges, Principes, Iudices, Epiſcopi, Curati, Lectores, Medici, Aduocati, Procuratores, Tabelliones, Scribę, Nautę, Architecti, & ſimiles, qui ſtipendiũ accipiunt, & ſeipſos locant ad hmõi officia exercẽda, ad reſtõnẽ ex culpa leui obligantur. Ex quib. cõſtat, quãdo ex negligẽtia, nõ obſtãs ex officio, ad reſtitutionem damni ſecuti teneatur.

Hinc infertur etiam, quod famuli, quib. ex ſpeciali officio, & mercede incumbit res domeſticas cuſtodire, ad reſtituendum obligati ſunt, ſi quid damni, eorum domini patiãtur ob culpam latam, aut leuẽ illorum, cum talis contractus ſit in vtriuſque vtilitatem; Secus autem de alijs famulis, quib. ex ſpeciali officio iſtarum rerum cuſtodia non eſt commiſſa, tales. n. licet peccent contra fidelitatem non impediendo damna dominorum, non tamen tenentur ad reſtitutionem, quia non peccant contra iuſt. Sic Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 7. corrol. 3. dub. antep. & Michael Sal. ibid. controuerſ. 2. §. De ijs, qui tenentur ex officio obſtare ante 1. conclu.

Ceterum dubium eſſe poteſt de famulo deputato ad cuſtodiendam domum, ne quis exeat, aut intret noctu, an ſi aliquis ex domeſticis exeat ad furandũ alibi, teneatur talis cuſtos ad reſti. Sot. n. lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 3. poſt medium, non id ſimpliciter affirmare videtur, ſed addit, *ſi conſentiat*, Pet. de Arrag. vbi ſup. abſolute negat, quia illud officiũ non obligat eũ ex iuſtitia in ordine ad extraneos, ſed tantũ in ordine ad dominum ſuum, & domeſticos illius, & ſic totum reſtituere tenebitur damnũ rerũ domeſticarum. In ordine autem ad vicinos non erit magis obligandus, quam ſi officium illud non haberet. Quæ ſententia vera eſt, ſi loquantur ſimpliciter ratione officij illius, in quo ſenſu eam intellexit Pet. de Arrag. At verò neque Sot. id negauit in eo ſenſu, ſi attente legatur, quicquid ei contrarium Arrag. impoſuit, ſed ſolum, ſi conſentiat, vt vel quis exeat, vel intret ad furandum, tunc enim ratione talis conſenſus tenebitur ad reſtitutionẽ, vt conſtat, non tamen ratione ſui officij, quomodo conciliari poſſunt hi duo authores.

10 DVBIVM QVARTVM, an qui vel nõ recte iudicãdo, vel nõ manifeſtãdo reũ ſicut debebat, effecit, ne reus ille iuſte condemnaretur, teneatur non ſolum reſtituere damnum illud quod reus intulit, verum etiam pœnam, quam ſubire debuit, ſi iudex iuſtam ſententiam tuliſſe, aut alter reũ manifeſtaſſet. Vt v. g. ſcindens ligna in loco prohibito, tenetur nõ ſolum damnum reſtituere, ſi graue, ſed ẽt aliquam pati pęnam. Item qui nõ ſoluit vectigalia. Item qui crimen læſæ maieſtatis cõmittit, tenetur ad confiſcationem bonorum. Item qui vaſa aurea furatur, nõ ſolum illa reſtituere tenetur, ſed ẽt aliquando ad aliquid vltra perſoluendum ratione iniuriæ loco ſacro illatæ. Quia verò euenire poteſt, aut vitio eius, qui manifeſtare debet, aut culpa teſtium, aut iudicis, vt iſti non condemnentur ad pęnam, quam iuſte debent, quæſtio eſt, an hi quorum culpa rei non ſoluunt pęnas iuſte debitas, ad eas perſoluendas teneãtur. Nam de damno dato iam conſtat ex dictis teneri, quando is, qui intulit, non reſtituit. Agemus autem hic de iudice; nam de alijs ſuo loco exactius agetur.

Ratio difficultatis eſt, *Primo* quia, vt patet cõſuetudine, quæ multũ valet in reb. moralibus, Iudices multi etiam timoratæ conſcientiæ non exigunt iſtas pęnas, item diſſimulãt has executiones pęnales, quas tamen non ſtatim reſtituere obligamur. Et eodem modo multi cuſtodes vectigalium cum viatoribus illorum exactionem diſſimulant, nec tamen propterea putant ſe reſtitutioni obnoxios aut obligantur confeſſarijs ad reſtitutionem.

Secundo, quia pęna impoſita pro ſcelere a iure, aliquãdo eſt corporalis, vt capitis, carceris, vel exilii, ſed ex omniũ conſenſu, non tenetur iudex, aut alius miniſter ſubire pęnam corporalẽ, a qua iniuſte liberauit reum, niſi condemnatus a ſuperiore, quia non debet eſſe iudex, & actor in ſeipſum. Ergo nec pænam pecuniariam, a qua reum iniuſte liberauit, cum æqua uideatur eſſe vtriuſque ratio.

Tertio, quia Reus non tenetur ſoluere pænam, negando veritatem, quam ſoluiſſet, ſi eam confeſſus fuiſſet, & iuſte condemnatus fuiſſet. Ergo nec Iudex, aut alius miniſter iuſtitiæ tenebitur ſoluere pænam rei, niſi poſtquam ab alio ſuperiori condemnetur, cum eadem ſit vtrobique ratio; nã ſicut reus tenetur in iudicio fateri veritatem, alias obſtat iuſtitiæ; ita iudex tenetur ex iuſtitia ad exequendam pænam impoſitam reo a lege.

Ob quæ argumenta nonnulli putant iudicem, & alios miniſtros iuſtitiæ, & alios ex officio ad impedienda proximi damna obligatos, non teneri ad tales pænas reſtituendas.

11 *Alij* verò docẽt teneri ad pęnam, ſic Ang. verb. pæna. q. 18. & citat Hoſt. in c. in archiepiſcopatu. de raptor. & S. Th. 2. 2. q. 67. ar. 4. ad 3. vbi id aperte ſatis dicere videtur. Sylu. verb. Iudex. 1. q. 11. §. quintũ. & verb. pæna. q. 28. & Armilla ver. Iudex. §. 34. & Sot. li. 5. de iuſt. q. 4. ar. 4. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 7. dub. pen. Mich. Sal. ibi. controuer. 5. & Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 11. punct. 4. qui omnes loquũtur de iudice. Pro cuius explicatione ſupponẽdũ eſt, qõnem eſſe ſolũ de pæna pecuniaria non aũt de corporali, ĩter quas pænas hæ differẽtiæ sũt.

Prima eſt, quod corporalis vere, & proprie eſt pœna, quocunque modo quis illam patiatur; pecuniaria verò licet Reo pœna ſit, illi tamen, qui impediuit, ne reus eam ſoluat, non eſt proprie pœna, ſed ſolutio, & reſtitutio debiti, quod contraxit.

Secunda eſt, quod ex pœna corporali non ſoluta, nullum damnum aduenit fiſco, aut parti, vel bonum, eo quod ſoluatur, immo ex eo quod latro nõ occidatur, aut alia pœna plectatur, quãuis fiat iniuria Reipu. & legib. id præcipientibus, nullum tamen damnum temporale inde reſultat: At verò ex pœna pecuniaria multa vtilitas prouenit fiſco, aut parti, ſi ſoluatur, & damnum niſi ſoluatur: Vnde impedire illam nocet fiſco, & parti, & ſoluere illã eſſet pœna reo, impedienti vero illam inique, non eſt niſi ſoluere debitum, quod ex ſua iniquitate cõtraxit. Hoc ſuppoſito, quid mihi probabilius in hac re ſit, ſequentibus propoſitionibus exponam.

12 Prima propoſitio: Iudex per iniquitatem non ferens ſententiam, nec condemnans reum ad ſoluendas pœnas in lege impoſitas, & quas ſoluere debet, ad illarum reſtitutionem tenetur.

Ratio eſt, quia cũ cuſtos ſit iuſtitiæ, reddere debet vnicuiq; ius ſuũ. Ergo omittẽs ferre ſentẽtiam, ex qua pœnæ illæ applicandæ eſſent fiſco, vel accuſatori, vel parti læſæ, agit contra iuſtitiam commutatiuam, & conſequenter pœnam illam, ſeu potius damnũ pecuniarium, fiſco, aut accuſatori, aut parti læſæ reſtituere tenetur, hoc eſt totum illud, quod reus in conſcientia ſoluere eiſdem tenebatur. ſ. dãnum, impenſas & alia damna, quæ paſſus eſt alter.

13 Secunda propoſitio: quando iuſta ſententia iam pronunciata eſt contra reum, & iudex non applicat fiſco, vel accuſatori, vel parti læſæ pœnam pecuniariã iam debitam a reo, ſed illam remittat, tenetur in conſcientia ad illius reſtitutionem, eamq; reſtituere debet illis, quibus erat applicanda, vt v. g. Profert iudex iuſtam ſententiam contra hæreticum, cuius bona ſecundum legem debent applicari fiſco, & ipſe iudex illa applicat alteri, tenetur in conſcientia talia bona fiſco applicare.

Ratio eſt, quia fiſcus, vel pars læſa, cui pœna illa iuxta legem, & iuſtam ſententiam applicatur, poſt latam ſententiam habet ius acquiſitum ad illas pœnas, & eſt verus dominus illarum. Ergo iudex priuans illos iure ſuo tenetur ad reſtitutionem eiſdẽ faciendam, poteſtque, & debet fiſcalis petere tales pœnas, & accuſare iudices, idemque poteſt pars læſa, fiſcales quidem, quia difendere tenetur bonum Reipub. & bonum commune, pars autem læſa re damnum ſibi illatum recuperet, & bonum ſi debitum.

14 Tertia propoſitio; quando iudex tenetur ad re ſtituendam pœnam, quam reis dimittit, ſiue ea pœ na iniuſte remittatur ante, vel præ latam ſententiã, tenetur illam ipſo facto ſine alia iudicis conde natione reſtituere, ſic Mich. Sal. vbi ſup. contro

Ratio eſt, quia ut diximus, iudex ad id tene non quaſi ſoluens pœnam, ſed vt ſoluens debi quod contraxit ſua iniquitate. Vnde ſicut quili alius impediens, ne fiſcus, aut pars læſa pœnas il recuperet, tenetur ad ſolutionem earum ante iudicis ſententiam, ita etiã & iudex. Et ſicut quod libet debitum cõtractũ, vel per negotium, vel quouis modo ſoluendum eſt in conſcientia ipſo fa cto, non expectata iudicis ſententia & condemna tione, ita etiam debitum hoc a iudice ex ſua iniq tate contractum. Addit autem Sal. vbi ſup. q quia fiſcus, aut pars læſa nondum actu pecuniam lam acceperunt, ſed ſolũ in potentia etiam prox ma erant ad eam, ſaltem poſt latam ſententiã, m tiſque aliis modis fortaſſis pęnarũ illarũ reſtitu impediri poterat, in arbitrio prudentis erit habi ratione circũſtantiarũ, an iudex, aut quilibet ali miniſter iuſtitiæ teneatur ſemper ad reſtituendu in integrum, an verò aliquando ſatis erit parte aliquam reſtituere. Siue autem totum, ſiue pars reſtitui debeat, ſemper illi reſtituendũ eſt, cui iuxta leges, ac conſuetudines erat reſtitutio facienda, ſ. ſi fiſco, fiſco, ſi accuſatori, illi, ſi parti læſæ, huic, et non pauperibus reſtituendum eſt, quia iſti vt diximus, habent ius in illas pœnas, & ſunt certi domini illarum, pauperibus autem ſolum facienda e reſtitutio, quando nullus certus dominus appare Vnde falluntur, qui ideo volunt iudicem, (& ide de alijs, qui ex officio tenentur) non teneri has p nas ſoluere, antequam per aliam ſententiã cond nentur, ex eo quod pœna non debetur niſi poſt ſe tentiã criminis, ſiquidẽ reſtitutio hæc, q̃ iudex cere tenetur, nõ eſt pœna reſpectu illius, ſed debi ex dãno dato, & bono impedito fiſco, vel accuſato ri, vel parti læſæ, & ita tenetur illam ſoluere et n condemnatus, quia ad debita contracta ſoluen nec neceſſaria eſt, nec expectanda iudicis ſententia.

15 Quarta propoſitio: Iudex aut alius in rebus le bus, & parui momenti pœnas diſſimulãs, nõ tene tur ad illarũ reſtõnẽ, ſic Arrag. & Sal. locis allatis.

Ratio eſt, quia leges, & ſupremi iudices non ita ſoliciti ſunt in reb. paruis; Et proinde prudenter, & cum epicheia intelligendæ ſunt leges iuxta rectam rationem; Vnde cum ſæpe bono communi expediat, ut leuia delicta nonnunquam impunita relinquantur, non erunt iudices tam ſtricte ad hæc leuia punienda obligandi. Vnde videmus uiros g ues, & prudentes, & prælatos uitia leuia nonnu quam diſſimulare, eſſet enim ſummum ius, & ſu ma iniuſtitia velle leuia omnia punire. Vnde q in ſuperiorib. propoſitionib. dicta ſunt, de rebus damnis, vel pœnis grauibus intelligenda ſunt.

Ex dictis facile ſolui poſſunt argumenta, quæ i contrarium allata ſunt.

Ad primum enim reſpondetur, Iudices, & alios iuſtitiæ miniſtros excuſari, vel quia id faciũt in re & pœnis leuibus, vel quia laborant ignorantia inuincibili huius debiti, & obligationis reſtituend

pœnam

pœnã, quam nonnunquam ex iuſta cauſa diſſimulant. Vnde Michael Salon docet huiuſmodi accedentes ad confeſſionem cum ignorantia hac inuincibili abſolui debere, nec debere confeſſarios obligare illos ad reſtitutionem, quia nec tenentur ratione iniuſtæ acceptionis, cum laborauerint ignorantiā inculpabili, nec ratione rei acceptæ, quia illæ pœnæ apud alios manent. Addit tamen debere confeſſarium inquirere, an bona fide, & cum ignorantia inculpabili alicui pœnam remiſerint, & tũc non debet eos obligare ob talem bonam fidem, & ignorantiam, monere tamen eos debet, ne in poſterum id faciant, cũ id ſit in præiudicium tertij, nempe fiſci accuſatoris, aut partis læſæ.

Ad ſecundum reſpondetur ex dictis, nos loqui ſolùm de pœna pecuniaria, nõ de corporali, inter quas maxima eſt differentia, vt diximus, quamuis propriè illa, vt diximus, non ſit pœna ratione iudicis, ſed potius debitum ex ſua iniquitate contractũ Ideo aũt nemo tenetur ſoluere pœnam ante iudicis ſententiam, quia nemo tenetur ſibi ipſi pęnam inferre, aut pati. Et ita ſoluitur tertium argumentum de quo dicemus in §. ſequen.

Quæ autem de iudice diximus, pari modo intelligenda ſunt de cuſtodibus, & alijs, qui ea officio, & ratione ſtipendij, aliorum damna impedire tenentur, de quibus alibi dicendum eſt, hæc interim de iudice dixiſſe ſufficiant.

6 DVBIVM QVINTVM, An Confeſſarius q. non iniunxit reſtitutionem faciendam reſtituere teneatur damna tertiæ perſonæ, cui debetur reſtitutio? Ratio dubij eſt, quia confeſſarius tenetur ex officio prohibere damnum proximi mouendo pęnitentem, vt ei reſtituat, quod debet.

Prima opinio eſt dicentium, quod ſi ex lata culpa confeſſarij pęnitus reſtitutionem omiſit, quam ſi ei negata eſſet abſolutio vel certè pręcepta reſtitutio non omiſiſſet, confeſſarium in hoc caſu teneri ad reſtitutionem, ſic ſumma Roſella in verb. reſtitut. 2. §. 5. Ang. in verbo reſtitutio vl. q. 5. Mart. Nau in Man. c. 17. nu. 22. ver. Decimo infertur, & Pet. Na. li. 3. de reſt. c. 4 p. 1. dub. vlt nu. 124.

Ratio eſt, quia cum ex officio teneatur conſulere ſaluti pœnitentis, & doctrinam tradere pœnitenti neceſſariam, conſequens eſt, vt omnia damna ex tali culpabili omiſſione ſecuta ei imputentur, ſicut veræ, & efficaci cauſæ damni ſecuti, & huic opinioni fauent Syluester in verb. culpa q. 4. & Pe. de Arragon 2. 2. q 62. ar. 7. & Michael Salon ibidem controuerſia. 2. cum dicunt obligatos ex officio teneri ad damnum ex eorum negligentia in non obſtãdo commiſſum, & exemplificant de Curatis, & confeſſoribus.

Secunda eſt, dicentium non teneri ad reſtitutionem dãnificato, ētſi eius malitia, vel certe lata culpa, ſeu craſſa ignorantia reſtitutio non ſit facta. Sic multi in ſuis ſcriptis, & Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 3 controuerſia 3. Ratio horum eſt, quia confeſſarius non tenetur ex officio procurare bonum creditoris aut damnificati in temporalibus, nec ab ęis mercedem accepit, nec eorum gratia officium habet, ſed ſolum, aut principaliter ad ſalutem animæ pœnitentis.

7 *In hac re* prima opinio videtur communior, & fortaſſis verior, ob illius rationem, & conformior eſt communi doctrinæ de reſtitutione facienda ab eo, cuius culpa damnum incurritur, quod ipſe ex officio euitare tenetur. Siquidem, vt rectę animaduertit Petrus Naua. & intentio fidelium decimas Miniſtris aſſignantium, & ēt eccleſiæ cõferētis officium huiuſmodi, ea eſt, vt non ſolùm ſaluti pœnitentis, ſed ēt bono cõi conſulant, diligenter curando, ne reſpublica, aut alij fideles, quantum in illis eſt, damnum aliquod, aut iniuriam patiantur. Cui ſane officio minime ſatisfaciunt, dum ex eorũ negligentia non admoneatur pænitens de re ſibi ad ſalutem neceſſaria, & alij exinde damnum patiuntur, vt conſtat. Et Reſponderi poteſt ad rationem in contrarium, quod licet non habeant hoc officium principaliter, & immediate in gratiã creditorum, nec ab eis mercedem immediate ad hoc accipiunt, quia tñ conſequenter, & ratione officij curare tenentur, ne reſpublica aut membra eius, quorum ſtipendijs aluntur, damnum patiantur, ipſi negligentia ſua in cauſa ſunt talis damni ſecuti, & proinde aut curare tenentur, vt vel ipſimet pœnitentes reſtituant, vel ſi ipſi in cauſa ſint, quo minus reſtitutio fiat, ipſi reſtituere tenentur.

Hinc eſt, quod cõfeſſor Epiſcopus, vel curatus tenebitur de leui culpa, ſiquidem habet officium in gratiam, atq; vtilitatem ſuam, & reipubl. cũ ob id ei decimæ, ſtipendiaq; aſſignentur; Ceteri vero Confeſſarij ſolum de lata culpa tenentur, iuxta ea, quæ ſuperius expoſuimus: Illud deniq; in omnium opinione certum eſt, quod ſi confeſſarius tacite, vel expreſſe per commiſſionem cã ſit, ne creditori fieret reſtitutio, dicendo, ſ. nullam eſſe reſtitutionis obligationem, aut ſi quod vni reſtituendũ erat ex malitia, vel ignorantia craſſa alteri reſtitui iubeat, tunc ea damna reſarcire tenebitur, cum in hoc caſu ſit cauſa proxima damni ſubſecuti.

De non Manifeſtante. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Non Manifeſtantis nomine quis intelligendus.*
2 *An Teſtis a Iudice legitime rogatus in iudicio, & non manifeſtans reſtituere teneatur pęnam, ad quam cõdemnaretur reus, ſi ipſe veritatem dixiſſet.*
3 *De pœna, ad quam reus condemnaretur quid rectius dicendum, cum Nau. contra Sotum, & alios.*
4 *An reus legitime rogatus a iudice v. g. hæreticus negat delictum, & propterea non condemnatur ad pęnam pecuniariam, ob quam condemnaretur, ſi crimen cõfeſſus eſſet, pęnam illam ſoluere teneatur.*
5 *An reus, qui negans veritatem in iudicio a pœna abſoluitur, illam in conſcientia ſoluere teneatur, ac ſi eſſet condemnatus.*
6 R*eus iniuſte ĩ iudicio veritatẽ negãs multis ẽ iniurius*
7 *Peccans contra iuſtitiam particularem tenetur ſimpliciter reſtituere, peccans contra legalem nõ tenetur.*
8 *An Cuſtos vinearum, paſcuorũ, vrbium, & aliarũ rerum, & locorum communium non accuſando, aut nõ denunciando delinquentes, teneantur ſoluere pęnas pecuniarias fiſco, vel collectori, vel emptori, &c.*
9 *Difficultas ab authore paucis propoſitionib. explicatur.*
10 *Cuſtos, vel alius, qui iurauit manifeſtare delinquentes ſi non faciat, etiamſi Iudex vel* R*ector ciuitatis inhæret, ne eos ſcriberet ad pœnam, peccat mort.*

11 *Quando Iuridice poteſt probare, tenetur ad pęnam, ad quam reus, & ipſo facto ſine alia iudicis condemnatione, ſi ex officio tenetur, & nu. 12.*

13 *Cuſtos, qui aliquod munus accipit, vt non accuſet, aut denunciet, tenetur munus acceptum reſtituere.*

14 *Cuſtodes, qui oſtenſo chirographo vectigalis ſoluti aliquid a viatorib. importunis precibus, aut minis ſcrutandi merces extorquent, tenentur ad reſtitutionem*

15 *An tam iudex non obſtans, aut non manifeſtans, aut tacens, & alij prędicti, quando tenentur ex officio impedire teneantur inſolidum.*

16 *Notabilis cuiuſdam dubij ſolutio, qui ponitur ſuperius ad nu. 15.*

17 *An ſi Petrus emit veſtem bona fide a latrone, & retinet eandem bonam fidem, & Ioan. ſciat eſſe veſtem Pauli furto ſublatam, poſſit, aut teneatur Paulo veritatem manifeſtare.*

18 *An famulus videns alterũ conſeruum aliqua furari, teneatur ad reſtitutionem, ſi non Domino manifeſtet.*

1 NOn manifeſtans intelligitur omnis, qui ratione officij, vel ſtipendij poſſet dãnum impedire admonendo eum, qui paſſurus eſt damnum de inuaſore vel poſtquam damnum datum eſt, vt recuperaretur, & præcipue ſi ſit cuſtos illius rei, vt cuſtodes ciuitatum, montium, Syluarum, vinearum, &c. Item teſtes vocati in iudicium, &c. Dixi, *omnis, qui ratione officij, vel ſtipendij damnum illud impedire poſſet*; quia ſi quis alius videat furem diripientem domũ proximi, & ſine magno ſuo detrimento poſſet illũ manifeſtare, ſi rogetur priuatim a proximo, cui res illa ablata fuit, an aliquem vidiſſet, & non manifeſtat, etiamſi id ex odio, & malitia faciat, peccat quidem contra charitatem proximo debitam, non tamen tenetur ad reſtitutionem. Sic expreſſe Sotus li. 4. de iuſti. q. 7. ar. 3. & Mart. Nau. in Manuali. ca. 17. nu. 18. 21, & 136. Io Medina C. de reſt. q. 9. ver. Primus modus. Petrus Nau. lib. 3. de reſt. c. 4. dub. vlt. nu. 130, & communis opinio Doctorum, quicquid Rich. 4. d. 15. ar. 5. q. 4. & Cai. in ſum. verb. reſtitu. particula, *Non manifeſtans*. contradicant. *Ratio eſt*, quia reſtitutionis obligatio, ex ſola violatione iuſtitiæ, non autem charitatis oritur. Circa hęc autem, quæ in hoc cap. continentur, quædam dubia ſunt, breuiter ſoluenda.

2 PRIMVM DVBIVM, An teſtis a iudice legitime rogatus in iudicio, & non manifeſtans, reſtituere teneatur pœnam, ad quam condemnaretur reus, ſi ipſe veritatem dixiſſet? *Certum eſt* ſecundũ oẽs eum teneri ad reſtitutionem damni, quod patitur pars læſa; vt v. g. Petrus debet Ioanni centũ aureos, & poſtea eos repetit in iudicio, Petrus autem negat ſe illi debere; Andreas qui eſt conſcius huius debiti, vocatur in iudicium, ſi neget ſe aliquid ſcire, tenebitur ad reſtitutionem illorum centum aureorum, ex eo quod Ioannes in iudicio condemnatur, ob defectum teſtimonij Andreæ, vnde cum Andreas ſit cauſa huius damni, tenetur ad eorum reſtitutionem Ioanni faciendam.

Sic Ioan. Medina. C. de rebus reſtituendis. quęſ. 9. ad quartum. Adrian. in 4. quæſt. 1. de reſti. §. De currentibus. in fine Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 7. arti. 1. & in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 7. cõcluſ. 3. dub. 4. Mart. Nau. in Manuali. cap. 25. num. 40. & 44. & nu. 45. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 70. ar. 1. & ibi Salon. ar. 1. conc. 5. & 7. controuerſia 3. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 14. puncto 1. concluſ. 3. & alij. Tota igitur difficultas eſt de pœna, ad quã reus condemnaretur. Quidam affirmant, quando eſt pœna pecuniaria, & applicanda fiſco, vel accuſatori, vel emptori harum pœnarum, ad quã ſolent delinquentes condemnari.

Sic omnes, qui exiſtimant cum Soto lib. 1. de iuſtitia. q. 6. art. 6. concl. 4. in fi. Reum inique negantem veritatem, teneri ad ſoluendam pęnam pecuniariam, ad quam iuxta leges fuiſſet damnatus, ſi veritatem explicaſſet, idipſum docẽt a fortiori de teſte, quia Reus cũ agat in ꝓpria cã minorẽ inferat iniuriã negando veritatẽ, q̃ ipſi noceret, q̃ teſtis, q̃ mentitur, vel agit iniquè in cã aliena. *Probatur* ꝓ hæc ſententia, *Primo*, Quia ſi illa pecunia eſſet debita alteri, & culpa teſtis nõ redderetur ſuo domino teneretur teſtis ille ad illã vero dño reſtituẽdã. Sed pęna applicanda fiſco, vel actori iuxta leges eſt illis debita ex iuſtitia. Ergo teſtis, cuius culpa non reddit illam Reus, tenetur illam reſtituere, cum in hoc caſu ex ſua culpa fiſcus illam non recipiat.

Secundo, quia iudex, & alij miniſtri iuſtitiæ tenentur ad reſtituendam pęnam, quam Reus eorũ culpa non reſtituit, veluti ſi iudex non ferat ſniam, vt ſupra diximus, aut fiſcus non accuſet. Ergo, & teſtis, qui iuridicè interrogatus veritatem negat, par enim videtur iſtorum omnium ratio.

3 Alij vero vt Martin. Nau. in Manuali. ca. 25. nu. 51. & Michael Salon. 2. 2. q. 62. ar. 7. controuerſia 5. ad tertium, & q. 70. arti. 1. contro. 3. in fi. rectius negant eum obligari.

Ratio eſt, quia teſtis non eſt miniſter iuſtitiæ, & ita licet ſit periurus negando veritatem, ad reſtituendum tamen non tenetur, quia neque tenet ex officio, nec recipit ſtipendium, vt teſtificetur veritatẽ, nec concurrit, vt miniſter iuſtitiæ, ſicut iudex & alij miniſtri iuſtitiæ, & ſtipendio conducti, & ita non tenetur ad pœnam reſtituendam ſicut illi.

Deinde Reus vt infra dicemus, non tenetur ad pœnam legis, niſi actu condemnetur, etiamſi iniq; & per mendacium ab illa ſe eximat. Ergo neq; teſtis: conſequentia patet, quia teſtis non tenetur niſi ad eam pœnam, ad quam teneretur reus. Hinc ſoluuntur rationes in contrarium.

Ad primam reſpondeo, Ideo in caſu tenetur teſtis pecuniam illam reddere, quia pecunia illa per ſe, ſimpliciter, & ex natura rei debita eſt domino, & ſi nulla accedat iudicis condemnatio, vnde cum in huiuſmodi ciuilibus teſtis nocuit actori in rebus ſimpliciter debita, nihil mirum ſi Reo ex eius culpa non ſoluente, teſtis ipſe ſoluere illam teneatur.

At vero in caſu noſtro, & in criminalibus, pœna illa non eſt debita fiſco, vel actori ex natura rei, & ſimpliciter niſi poſt condemnationem iudicis, vnde nec Reus, nec teſtis eam ſoluere tenetur ante condemnationem.

Ad ſecundum reſpondeo, ex dictis, Iudices ideo pœnam illam ſoluere tenentur, quia ſunt miniſtri iuſtitiæ, & ex officio tenẽtur ſnĩas iuſtas ferre, & exequi, vnde eas non ferendo contra iuſtitiam commutatiuam peccant, & pęnam illam pecuniariam non tanquam pœnam proprie loquendo, ſed tanquam debitum ex damno illato fiſco, aut alteri contractum, non expectata iudicis condemnatione, ſoluere tenentur: Teſtis autem neq; ex officio, neq; ex iuſtitia, aut accepto ſtipendio tenetur veritatem manifeſtare; vnde ſufficit propter ius, quod habet pars illa in teſtimonium illius, vt reſtituantur illi damna, quæ accepit in expēſis, & debitis; Ad pœnam autem quam Reus ſoluere debuit, (cum illa nullius adhuc actu ſit) non tenetur, ſicut nec ipſemet Reus, niſi poſtquam iudicis ſententia condemnatoria acceſſerit.

SECVNDVM DVBIVM, An reus legitimè rogatus a iudice, v.g. hæreticus, negat delictum, & propterea non condemnatur ad pœnam pecuniariam, ad quam condemnaretur, ſi crimen confeſſus eſſet, pœnam illam ſoluere teneatur?

Quæſtio hæc ab altera dependet, An.ſ. teneatur q̃s pœnam a lege impoſitam ob tranſgreſſionem legis, ante iudicis ſententiam ſoluere. In qua re celebris eſt opinio Alphonſi a Caſtro libro ſecundo de iuſta hære. punitione c. 6. & lib. 2. de lege pęnali, c. 8. & 9. qui vniuerſaliter dicit de omnibus legibus pœnalibus pęnam ipſo iure inferētibus, quod obligant tranſgreſſores in conſcientia ad ſoluendam pœnam nulla iudicis ſententia expectata. Ex quo infert, quod hæreticus exterior ſtatim ac incidit in crimen hęreſis, tenetur in conſcientia tradere fiſco bona ſua, quorum dominio ipſo iure priuatur, per cap. *Cum ſecundum leges. de hære. lib. 6.*

In qua re ſecutus eſt Panormitanum. in capitu. Canonum. numero 11. de conſtitutionibus, vbi ponit hanc regulam, quando lex imponit pœnam ipſo facto, vt quia ipſo facto publicat bona alicuius, tunc ille non poteſt retinere bona publicata cum bona conſcientia, quia ius eſt ſtatim fiſco acquiſitum, & citat l. commiſſa. ff. de publicis iudicijs. & capitulo ſecundo, de præſcrip. libro ſexto, & idem Panormita. in capit. Dilecti filij. numero 12. de arbitris, quorum ſententiam late refellit Sotus libro primo, de iuſtitia. quæſtio. ſexta, & certe communis Doctorum opinio eſt in contrarium, ſic enim tradunt ſanctus Thom. ſecunda ſecundę quæſt. 62. articu. 3. vbi expreſſe ait, neminem ante condemnationem per iudicem ad pœnam teneri. Caietan. ibidem, & in ſumma. verbo. pœna, Conradus tract. de contract. quæſtio. ſeptima, Adrian. Quodlib. 6. articulo 1. concluſio. 2. Corollario. 3. ſub litera I. Sylueſter verb. hæreſis. 1. quæſt. 8 & in verb. Aſſaſſinus. in fine, vbi ait, ſententiam Panormitani ab omnibus reprobari, & reprehendi. Sotus vbi ſupra Petrus de Arragon 2.2. quæſt. 62. artic. 3. circa medium, & Michael Salon ibidem controuerſia. 1. Martin. Ledeſm. 2.4. quæſtio. 18. artic. tertio, pag. 257. columna tertia, Bartholomus Medina 1.2. quæſtio. 95. articu. quarto, Gregorius de Valentia tomo 2. diſputatio. 7. quæſtio. quinta, puncto ſexto, quæſt. ſecunda, Martin. Na. in Manuali cap. 23. nume. 66 & alij plurimi Canoniſtæ, & iuriſperiti, quos Sotus vbi ſupra refert. Quorum ratio, & fundamentum eſt, quia pœnam ſoluere, eſt pati ſuplicium a lege taxatum, nemo autem tenetur ante iudicis ſententiam in ſeipſum agere. de qua re latius diſputari ſolet, tum in 1.2. quæſt. 96. articul. 4. tum in 2.2. quæſt. 62. artic. 3. Hac ergo generali quæſtione omiſſa.

Difficultas eſt, An reus, qui negat veritatem in iudicio, quam fateri tenebatur, propter quod abſolutus eſt a pœna, teneatur in conſcientia illam ſoluere, ac ſi de ea condemnatus eſſet? Nam ſi eam fateri non tenebatur, eo quod non ſit iuridicè rogatus, certum eſt ad nullam reſtitutionem obligari.

Prima opinio eſt Soti libro 1. de iuſtitia. q. 6. arti. 6. conclu. 4. in fine, dicentis, reum in hoc caſu teneri ad pœnam in conſcientia ante omnem iudicis condemnationem. Quam opinionem probat Sotus, quia contra iuſtitiam negauit veritatem. Ergo contra iuſtitiam impediuit iuſtum lucrum alteriꝰ. Siquidem fiſcus habebat ius in pœnam a reo ſoluendam virtute legis, vnde cum reus negando veritatem, quam fateri tenebatur, impediat iuſtum iudicium, & iuſtam condemnationem ad pœnam, ad quam fiſcus habuit ius, manifeſtum eſt teneri ad reſtitutionem.

Secunda, & verior opinio eſt Martini Nauarri in Manuali. cap. 18. num. 49. Petri de Arragon in 2.2. quæſt. 62. artic. 3. Michaelis Salon ibidem. controuerſia. 2. Dominici Bannes. 2.2. q. 69. ar. 2. p. 2. dub. 2. & aliorum dicentium non obligari ante cōdemnationem.

R*atio eſt*, quia eſt pœna, nemo autem obligatur ad ſoluendam pœnam ante iudicis condemnationem, vt docet S. Th. 2.2. q. 62. ar. 3. quia aduerſatur iuri naturali, quod idem homo ſit agens & accuſator, & proditor ſui ipſius. Quæ ratio non minus habet locum in eo, qui iniuſte negat veritatem in iudicio, ſi compellitur ad ſoluendas pęnas ante condemnationem, quam in alijs; ſiquidem futurus erit accuſator, & proditor ſui ipſius, quod eſt abſurdū. Non igitur tenebitur Reus eam ſoluere ante iudicis condemnationem. Vnde miror Sotum, cum communem opinionem teneat, eam tamen in huiuſmodi Reo falſam eſſe putare, cum vt diximus, eadem ſit in Reo, ac in alijs ratio.

Sicut igitur non tenetur ſubire alias pœnas vel exilij, aut carceris ante iudicis ſententiam, ita nec pœnam pecuniariam. Et certè vt rectè docet Salō, conſuetudo omnium fidelium eſt contra Sotum, nullus.n. vnquam Theologorum aut veterum (nā nullus ex antiquis huius quæſtionis meminit) aut recentiorum obligauit Reum ſic negantem veritatem in iudicio, vt reſtitueret pœnam, ad quam ea cognita condemnandus eſſet, ſed tantùm, vt pœniteret de mendacio in iudicio prolato, aut de periurio, ſi ſub iuramento interrogatus eſſet. Hinc ſequitur multo minus teneri Reum, vt ſoluat pœnam, quando non condemnatur ad eam, vel ex iudicis iniquitate, aut ex culpa teſtium, aut ex aliqua alia cauſa; Si enim non tenetur ante condemnationem quando culpa ipſius non peruenitur ad ſentētiam, multo minus quando ſiue culpa propria ad eā non condemnatus ſit.

6 *Illud etiam aduertendum eſt*, quod Reus iniuſte in iudicio veritatem negans multis eſt iniurius; Nam iudici iniurius eſt, dum ei obedientiam debitam negat, accuſato, quem infamat, ſocijs criminis, qui maiorem fortè coguntur ſubire pęnā, quam ſi dixiſſet veritatem; & tandem eſt iniurius fiſco, cui pœna eſt applicanda, pro quibus omnibus iniurijs peccat mortaliter, & penitere tenetur, non tamen ſoluere pœnam legis niſi poſt condemnationem. Sin vero aliqua infamia, aut dāno illos affecerit, puta

ſi iudex exinde perdidit bonum nomen,aut officio priuatus fuit,aut aliquod aliud incommodum ſubijt,aut accuſator aliquas fecit expenſas, & ſic de alijs,ad huiuſmodi damna reſarcienda, quorum ipſe cauſa fuit,ſtatim obligatur ex natura rei, quia hoc non eſt pœna legis,ſed obligatio nata ex damno iniquo illato.

7 *Ad argumentum* Soti facilis eſt ex dictis reſponſio. Eſt enim hæc differentia inter iuſtitiam publicam ſiue legalem,& particularem, quod peccans contra iuſtitiam particularem,tenetur ſimpliciter reſtituere,peccans aũt contra legalem nõ tenetur, niſi qñ eam cuſtodire tenetur ex officio,vt v.g.qui furatur,peccat cõtra iuſtitiam particularẽ, & ideo ſimpliciter reſtituere tenetur, qui vero non impedit latronem furãtem cum poſſit,ſi perſona ſit priuata,peccat quidem contra iuſtitiam publicam, ſicut ẽt,& perſona publica,& tamen perſona publica non impediens, v.g. iudex, tenetur ſoluere dãna illata,quæ prohibere poterat,quia tenebatur ex officio,perſona vero priuata non tenetur,quia ex ſola charitate impedire tenebatur.Hoc ſuppoſito,ad argumentum reſpondeo, impedientem bonum alteri debitum actu teneri ad reſtitutionem,quia violat iuſtitiam particularem; At vero qui negat veritatem,non impedit iuſtitiam particularem,ſed cõmunem,ad cuius cuſtodiam cum non teneatur ex officio,non tenetur ad reſtitutionem, maxime cũ fiſcus non habeat ius actu ad pœnam ante condemnationem,tunc enim ſi reus abſconderet bona, ne ſolueret pœnam,aut partem pœnæ,teneretur reſtituere,quia tunc impediret fiſcum a bono,ad quod eſt in potentia proxima,& quaſi actu.

8 TERTIVM DVBIVM, eſt An cuſtos vinearũ, paſcuorum,mõtiũ,vrbiũ,& aliarum rerũ, & locorum communium,non accuſando,aut non denunciando delinquentes,teneantur ſoluere pœnas pecuniarias fiſco,vel collectori,vel emptori illarũ pęnarum,ad quas condemnarentur delinquentes, ſi ipſi eos accuſaſſent? Et intelligitur quæſtio,quando quis conſtituitur cuſtos ex officio: ſunt.n.cuſtodes in duplici differentia,quidam enim ſunt cuſtodes ex officio,q̃ a ſuſcepta mercede,& pretio a Republica curam,& cuſtodiam, ſuſcipiunt huiuſmodi rerũ: Alij verò ſunt cuſtodes nullo accepto pretio,ſed ex conſuetudine patriæ,aut loci,loca q̃dam per vices ſuas,& *Turnum*,vt aiunt,cuſtodiunt,quibus tamen in præmiũ conceditur, vt pœnã illam accipiant,quę forte illis continget ratione eorum, quos indicabunt,vel accuſabunt,quomodo conſtituuntur pleriq. cuſtodes viarum, & vectigalium. Cuſtodes primi generis,communiter præſtare ſolent iuramẽtũ,ſe fideliter munus ſuũ executuros.

Prima opinio eſt Sylueſtri.verb. reſtitutio. tertia q.5.verſicu.Septimum,qui citans S. Bernardinum quendam Canoniſtam, quatuor in hac re docet.

Primo,cuſtodes,& vigiles ciuitatum, non accuſantes,quos reperiũt poſt ſonitum campanę,peccare mortaliter, ſi iurauerint eos manifeſtare, & non manifeſtant.

Secundo,Non teneri ad ſoluendam pœnam,quã ſoluerent illi rei,ſi accuſarentur, ratio eſt,quia nõ fuerunt adhuc accuſati.

Tertio,ſi cuſtos aliquod munus accipiat, teneri illud pauperibus erogare, quia cuſtos cum acceperit contra fidelitatem ſui officij, nec accipere potuit,nec retinere,qui vero dedit,in pœnam iniquę donationis,amiſit illud,& a ſe abdicauit,& ita nõ poteſt illud recuperare,& conſequenter eſt pauperibus donandum.

Quarto,Si vidiſſent tales alicui damnum inferre,& non reuelaſſent, tenentur reſarcire damnificatis ideo enim ſunt ſalariati a communitate,ſicut & cuſtodes viarum,& poſſeſſionum. Eadem quæ Sylueſter habet etiam Mar.Nau.in Manual.c.25. nu.34.& Corduba in ſumma q.66.§.2.

Secunda opinio eſt dicentium obligari ad pœnam ſoluendam.Sic Ang.verb.pęna.q.26. Roſella.verb.reſtitutio.4.§.3.& Sylueſ.verb.pęna.q.28. Ioan.Medina.Cod.de reb.reſtituendis.q.12.in fi. & q.15.in fine.Barth.Medina li.1.inſtruc.confeſ. c.14.§.30.Regula.5.ver.Nona.Pet.Naua.lib.3.de reſti.c.4.p.1.dub.vlt.nu.142.Petrus de Arrag.2.2. q.62.arti.7.& Mich.Salon ibid.controuerſia.4.& 5.vt autem certius conſtet,quid in hac re dicendũ ſit,ſequentes propoſitiones apponam.

9 Prima propoſitio : Cuſtodes agrorum, vinearum,&c. non manifeſtantes damnum, quod non eſt pœna,vt v.g.ex rebus,quæ venduntur, vel in vno loco ad alium aſportantur,debetur certum vectigalis genus lege impoſitum, ex eo vero quod cuſtodes non denunciant,nõ ſoluitur, damnum illud ſoluere tenentur,ſi delinquentes non ſoluant. Et hoc eſt certum apud omnes tum primę,tum ſecundæ opinionis authores.

Ratio eſt,quia ex officio tenentur cauere,& declarare nocumentum,& conſequenter tenẽtur reſtituere damna inde ſubſecuta,ſiue illa damna ſint lucra ceſſantia,ſiue damna emergentia, vt v.g.ſi ex negligentia cuſtodis ſunt pauci cuniculi in nemore, vel pauca ligna in Sylua, vel paucæ vuæ in vinea, adeo vt propterea loca illa vilius venduntur, vel locantur quod non accidiſſet,ſi cuſtos debitam diligentiam adhibuiſſet,tenetur cuſtos illa damna reſtituere. Idemque dicendum eſt de locis communibus deputatis ad lucra ciuitatis.

Quia cum eo fine accipiant ſtipendia, vt ea cuſtodiant,quæ ipſis committuntur,agunt contra iuſtitiam commutatiuam ea nõ cuſtodiendo,& ideo de damno ſubſecuto tenentur,& vectigalia,& alia damna ſoluere obligantur.

10 Secunda propoſitio: Cuſtos, vel alius, qui iurauit manifeſtare delinquentes,ſi non faciat, etiam ſi iudex, vel rector ciuitatis iuberet ne eos ſcriberet ad penam,peccat mortaliter. *Solus enim* Princeps,aut maiores ciuitatis, poſſunt id præcipere, & iuramentũ relaxare; non gubernator,aut iudex. Sic Io.Medina.cit.quæſt.12. ante fin. Sylueſt.ver. pœna.quæſt. 28. Mar.Nau.in Manuali.cap.25.nu. 34.& Petrus Nauar. vbi ſup. nu.123. Corduba cit. quæſt.66.§.2.Arragon,& Salon vbi ſupra. Ratio *eſt*,quia violant iuramentum præſtitum, ad quod tenentur in licitis,& honeſtis. Et quia infideliter ſe gerunt in re graui, quam ex iuſtitia ſeruare tenentur,nullaque exiſtit cauſa, ob quam aliter agere debeant.

11 Tertia propoſitio: Cuſtos non accuſans, nec manifeſtans illum, qui ratione ſui delicti iuſtè condemnaretur ad pœnam, quando illo certo conſtat

ſtat delicto,& iuridice pōt illud probare,ad pœnā reſtituendam tenetur, ad quam reus ille condemnaretur. Sic authores omues ſecundæ ſententiæ.

Ratio eſt,quia licet tranſportantes merces prohibitas,(& idem de alijs delinquentibus dicendū eſt)non teneantur ad pœnam,niſi poſt iudicis ſententiam,cuſtodes tamen, qui ex officio, & ratione ſtipendij damna illa impedire tenentur,ex ſua negligentia leui non impedientes,& damnum illud reſtituere tenentur,vt diximus, & etiam pœnam, quæ fiſco regio,aut alijs applicanda erat. Siquidem fiſcus habet a iure quaſi ius acquiſitum, & eſt in proxima potētia ad illam pœnam,& ex altera parte cuſtos tenetur ex officio impedire huiuſmodi dāna. Ergo cum non accuſando,vel non manifeſtando delinquentem,impediat fiſcum contra iuſtitiā commutatiuam ab illa pœna,ſeu bono, ad qđ erat in proxima potentia, tenetur ad eius reſtitutionē. Tenetur enim vnuſquiſq. reſtituere damnum, qđ culpa ſua alicui obuenit,maxime cum ex officio illud damnum impedire teneatur.

Dixi,quando certo conſtat de delicto,vt cū cuſtos iam de facto delinquentem apprehenderit,(talis.n.apprehenſio æquiualet condemnationi, aut proceſſui,in quo ſufficiēter probatum eſt delictū) ſiquidem cuſtos,qui re exiſtente dubia,quaſi declinās in meliorem partem dimitti it,vt cuſtos vineæ, cuſtos vectigalium,non tenebitur ad reſtituendū, niſi eſſet rumor,vel fama in vineis,& in vectigalibus,& ſimilibus grauia damna inferri, tunc enim ad boni viri arbitrium,damna ex eorum negligentia exorta,reſtituere tenetur.

12 Quarta propoſitio: Cuſtos,q ex officio tenetur ad pœnā reſtituendam, eo mō quo diximus,tenetur illam ipſo facto ſine alia iudicis condēnatione reſtituere,ſic Salon vbi ſupra,controuer. 5. concl. 7. *Ratio eſt*,quia non tenetur ad eam, quaſi ſoluēs pœnam,ſed vt ſoluens debitum,quod ſua iniquitate contraxit,vt diximus ſupra §. præcedenti de Iudice,debitum autem contractum ſiue per negociū, ſiue per iniquitatem,in conſcientia ſoluendum eſt non expectata iudicis ſententia. Nec valet ſi dicas, Principalis non tenetur ad pœnam ante iudicis condemnationem;ergo nec cuſtos: Reſpōdetur.n. in principali verè eſſe pœnam,pœna autem non debetur ante iudicis ſententiam;in cuſtodibus aūt qui tenentur ex officio,non eſt proprie pœna, ſed debitum,& iniquitate contractum,quod ante omnem ſententiam eſt ſoluendum.

Addo tamen poſſe huiuſmodi cuſtodes remittere illi delinquenti partem pœnæ,quæ a iure,vel ex conſuetudine ipſis exhiberi ſolent, quia tunc quantum ad eam partem, remittunt quod ad eos pertinent. Et quæ hactenus dicta ſunt, intelligēda ſunt in rebus,& damnis,vel pœnis grauibus;Nam ſi res ſit parui momenti, & cuſtodes ſemel aut bis tacent,non ſunt obligandi ad reſtitutionē, vt Petrus de Arragon,& Salon vbi ſupra teſtantur,& conſtat ex illis, quæ de iudice dicta ſunt.

13 Quinta propoſitio: Cuſtos, qui aliquod munus accipit,vt non accuſet,aut denunciet, tenetur munus acceptum reſtituere. Sic Sylueſter verbo reſtitutio. 3. quæſtione quinta,verſicu. Septimum. Sotus libro quarto,de iuſtitia. quæſtio. ſeptima, articu. tertio. Corduba. in ſumma quæſtio. 66. Barthol. Medina. libro primo inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 30. Regula. quinta,verſi. Nona eſt,& Petrus Na. libro tertio,de reſtitu. ca. quarto,p. 1. dubio vlt. n. 143. & ſequentibus,& Michael Salon 2. 2. q. 62. arti. ſeptimo,controuerſia quinta,concluſio. 3. & 4. Et *Ratio eſt* clara,quia ex officio denunciare tenetur, vnde contra iuſtitiam peccat accipiendo aliquid, ne denunciet,vnde præter pœnam, quam ſoluere tenetur, etiam munus acceptū reſtituere tenetur: Id quod certum eſt in cuſtodibus,quib. nulla pars pœnæ adiudicatur, non.n.retinere poſſunt tales cuſtodes acceptum fauore alicuius legis, quia nulla eſt,quæ id illis concedit; Nec titulo liberæ donationis, qñ quidem ſic capti timore carceris, vel pœnæ grauioris pretiū illud cuſtodibus concedūt.

An vero teneatur cuſtos reſtituere, quando ipſe non petijt pecuniam aut munus vt taceret, (in quo caſu iam locuti ſum⁹,& diximus ad reſtitutionem teneri)ſed ēt qñ ipſe,qui merces tranſportauit,cuſtodem induxit vt taceret, & pecuniā ob id obtulit? *Reſpondeo* tam cuſtodem, quam offerentē ad reſtitutionem teneri,& quidem offerens in hoc caſu tenetur ad pœnam fiſco debitam,cuſtos vero non ſolum pœnam eodem modo debitam fiſco reſtituere tenetur,ſed etiam munus ea de cauſa acceptum vt taceret, tenetur reſtituere, vt expreſſe Pet. Na.& Barth. Medina vbi ſupra tradunt. De cuſtode res certa eſt ex dictis,de offerēte ēt probatur, quia ipſe conſuluit illam operationem iniquā, & iniuſtam. Sed primo loco tenebitur cuſtos ipſe,qui eſt executor,& pro conſequens principalis. Immo vero etiamſi cuſtos petat pecuniam promittens ſe taciturum, quamuis Bar. Medina in hoc caſu dicat cuſtodem ſolum teneri ad pœnam fiſco reſtituendam,non autem offerentem, rectius tamen Petrus Nau. docet,offerentem etiam a cuſtode rogatū, & dantem pecuniam in eum finem, vt taceat, teneri ad pœnam reſtituendam. *Ratio eſt*,quia verè offerens eſt cauſa cooperans damni illati a cuſtode, ſi .n. ille pecuniā non dediſſet,cuſtos nō dānificaſſet contra iuſtitiam tacendo: cū igitur motus ex oblatione illa pecuniæ taceat, offerens verè cā efficax eſt illius damni. Alias non teneretur reſtituere, q ſic rogaretur ab aliquo. Da mihi pecuniam, & occidam Petrum:cum tamen certum ſit dantem in eo caſu cooperari iniuſtæ occiſioni, & teneri ad reſtitutionem inſolidum ſimul cum occiſore. Nec excuſatur offerēs,quod rogatus dat,quia talis oblatio pecuniæ plus mouet animum alterius, quam vel preces,vel conſilium, vt conſtat,ſi igitur inducendo cuſtodem,vt taceret,obligaretur, vt Medina fatetur,a fortiori dando pecuniam obligabitur quāto illa datio eſt efficacior,& potētior inductio.

14 Ex hac doctrina inferī cū Mich. Salō vbi ſupra cōtrouerſia 5. conc. 4. in fine, cuſtodes itinerū &c. quando oſtenſo chirographo vectigalis ſoluti aliquid a viatoribus gratis accipiunt,ita vt conſtet,q vere gratis illis detur,bene accipere; Sin vero ſuis importunis precibus, vel minis ſcrutandi merces extorqueant, teneri ad reſtituendum,& multo magis ſi accipiant pecuniam,quando res eſt dubia,ne ſcrutentur ſupelectilem viatorum.

Demum aduertendum eſt, ea q in hoc dubio hactenus dicta ſunt,intelligenda tantum eſſe de cuſtodibus,qui ex officio, & mercede accepta ſuſcipiunt cuſtodiam huiuſmodi rerum,non de ijs, qui per vices ſuas,& *Turnum*, vt aiunt in quibuſdam locis nullo pretio accepto,ſed ex loci conſuetudine efficiuntur cuſtodes,quia iſti non obligantur cuſtodire,niſi ſicut ipſa communitas cuſtodiret tales ſyluas,montes loca &c. Vnde quando præcipuus acceptor,cæſor lignorum,aut venator tenebitur reficere damnum, tenebitur talis cuſtos, quando verò ille nō tenebitur,nec talis cuſtos obligatus erit, vt v.g. Eſt in vſu quibuſdam ꝓuincijs, vt qui ligna cædunt montium,vel piſcantur,vel venantur quibuſdam temporibus damnum ſoluant, quod fecerunt,ſi deprehendantur,& denuncientur, & non aliter,tunc quidem licet cuſtodes ex officio obligati,non denunciando,damnum reſtituere teneãtur, non tamen illi cuſtodes , qui mercede ſtipendiati non ſunt,ſicut nec ipſi accipientes,quando deprehenſi in delicto non fuerint,damnum illud, aut pęnam reſarcire tenentur.

15 QVARTVM DVBIVM, An tam iudex non obſtans,aut non manifeſtans aut tacens,& alij prędicti,quando tenentur ex officio impedire damnū, teneantur inſolidum?

Reſpōdeo cum S. Antonino p.2.ti.1.c.12.§.13. quem refert,ac ſequitur Petrus Nauarrus lib.3.de reſti.c.4.p.1.dub.vlt.nu. 147.teneri omnes inſolidum,quando ex officio obuiare tenebãtur,& commodè impedire poterant.

Primo tamen omnium *Non obſtans*, vt Princeps Prælatus,& alij miniſtri iuſtitiæ,qui ex iuſtitia dãna ciuium,& iniurias propulſare tenentur.

Secundo, *Non manifeſtans*.

Tertio Tacens,ceu non reprehendens. Vnde concionatores,& confeſſores ad monendum cauti, & diligentes eſſe debent,& alij Prælati, ne ex eorum culpa damna contingant,alias ad reſtitutionem tenentur. Sin verò plures negatiue concurrant, quilibet inſolidum tenebitur,altero deficiente , aliàs vel omnes ſimul contribuendo pro rata,& æqua portione,ſi ſint pares in cauſando, vel ei,qui primo ſoluit. Vnde ſequitur,quod ſi commiſſum ſit furtum in vinea Petri, vidente miniſtro iuſtitię,& non obuiante,& ſimiliter vidente cuſtode, & non manifeſtante,miniſtro iuſtitiæ ſoluente totum, liber eſt cuſtos,nec tenetur ſoluenti ſuam ratam ſoluere , cum ſit minus principalis reſpectu illius, vt conſtat ex his,quæ ſuperius in §. De participante, latius expoſuimus.

16 Hinc ſoluitur dubium quoddam,quod in facto non ita pridem contigiſſe nouimus;Quidam enim fures nocte domum intrantes mercatoris , multa bona illius abſtulerunt,& dum ingrediebãtur corruperunt cuſtodes pecunia;vicinus autem quidam hæc vidit,qui etiam pecuniam accepit, ne clamaret,& poſt p̄dã inuenti ſunt fures a Pręfecto ſeu Capitaneo,ex cuiꝰ manib.data pecunia ſe redimerūt. Præterea fugientes inuenerūt quoſdã hoīes priuatos, quib.partem prædæ dederunt.Quæritur autē, quis iſtorū ad reſtitutionē in integrum teneatur?

Reſpondetur,Sine dubio cuſtodes domus, & Præfectus ad totius damni illati reſtitutionem tenentur,ſiquidem ex officio tenebantur,atque adeo inſolidum ad rei ablatæ reſtitutionem obligantur. Alij vero qui partem prędæ acceperunt,ad ſolam partis acceptæ reſtitutionem tenentur, cum hi ad damnum impediendum ex iuſtitia minimè tenerentur,ac proinde id ſolùm reſtituere tenentur, q̄ acceperunt,neq; .n.aut damnum impedire,aut cõmiſſi ſceleris authores reuelare ex officio tenebãtur. *Maior autem difficultas eſt* , de vicino illo,qui clamando furtum impedire poterat,an is ſaltem inſolidum teneatur?Cui tamen Reſpondetur,non teneri,quia non incumbebat ei ex officio accuſare. Pro qua re faciunt,quæ tradit Naua.cap.17.Man. nu.21.verſic.Quarto.quicquid Caietanus in Sum. verb.reſtitutio.ver. Non manifeſtans. eum in hoc caſu ad reſtitutionem inſolidum obligatum eſſe velit,cuius opinio,quamuis in foro exteriori,& ciuili vera eſſe poſſit,in foro tamen interiori, & cõſcientiæ falſa eſt,vt diximus.

17 QVINTVM DVBIVM, An ſi Petrus emit veſtem bona fide a latrone,& retinet bona fide, & Ioannes ſciat eſſe veſtem Pauli furto ſublatam,poſſit,aut teneatur Paulo manifeſtare?

Ratio difficultatis eſt,quia ſi Ioannes reuelat veritatem, Petrus incurrit iacturam pretij , ſin autem non manifeſtat,Paulus carebit veſte ſua.

Reſpondeo, Quamuis ſimpliciter, & ex natura rei tutius ſit reuelare,vt Paulus veſtem ſuam recuperet,ſi tamen tacet,ad reſtitutionem aliquã non tenetur , quia non obligatur ex officio manifeſtare. Quod ſi excommunicatio feratur, vt qui nouerit,quis veſtem illam habebat,reuelet, tunc quidē Ioannes ex officio reuelare tenetur,niſi ob maiora damna vitanda excuſetur . Immo vero ſi Ioannes ipſe veſtem illam Pauli haberet,quam bona fide a latrone emit,lata excommunicatione illam manifeſtare tenetur reddendo illam Paulo.

18 SEXTVM DVBIVM eſt An famulus videns alterum cōſeruum aliqua furari,teneatur ad reſtitutionem,ſi nō manifeſtet domino? Quidam affirmant teneri ad reſtitutionem, quibus fauet Syluester verb.reſtitutio.7.q.5.verſ Secundum.

Ratio pro hac ſententia eſſe pōt, quia famulus, vel ancilla eſt cuſtos rerū domini, & ita ex officio tenetur domino manifeſtare, non minus quam cuſtos vinearum,& p̄dictorum. Facit ca. Qui cū fure de furtis,vbi ſimpliciter ſcientem rē proximi furto abſtrahi,& non indicãtē teneri dicitur,&c. Hęc tñ ſententia non placet Petro Nau.l.3.de reſti.ca. 1.p.3.dub.7.nu.212.& meritò;Quamuis.n.aliquo ſenſu vera eſſe poſſit, tamen abſolutè, & indiſtinctè prolata falſa eſt. Vnde omiſſis alijs hæc mihi videntur probabiliter dici poſſe.

Primo enim,ſi ſpes eſſet emendationis,non licebit ſtatim denunciare domino , ſed illum ſecreto prius admonere tenetur , alias peccaret contra charitatem ex dimiſſione fraternæ correctionis, & proximum iniuſtè infamare , illumque multis alijs commodis priuaret,& ſcandala & rixas in domo excitaret.

Secundo,ſi non eſſet ſpes emēdationis,tenebitur ſub mortali peccato illius detegere ei,qui ꝓdeſſe poſſit,vel tandē dño pandere,cum lege charitatis teneatur potius damnum tertij innocentis,præſertim domini ſui vitare,quam damnū alterius nocētis. An verò ex officio, & lege iuſtitiæ teneatur, non eſt ita certū . Vnde tunc opus eſt diſtinctione Nam ſi fur ſit extraneus,id eſt,non domeſticus,ſed qui aliunde venit,tunc vnuſquiſq; famulus ex officio

cio famulatus cuſtos eſſe debet domus, ne extranei illam aggrediantur. Sicut etiā perſonæ cuſtos ſt, & tam perſonæ, quam rerū vtilitati ex officio onſulere tenetur. Si vero fur ſit de domo ipſa, tunc non tenetur ex iuſtitiæ lege, niſi famulus, aut ancil talis ſit, v.g. œconomus, aut alius, cui cura domus, & claues cōmiſſæ ſint; talis namque tū ex fidelita- e, tū ex iuſtitia bona domini tam ab internis, quā ab externis illæſa cuſtodire, & conſeruare.

Atque adeo damna omnia ex negligentia, vel ta citurnitate eius domino illata, reſtituere tenetur, dummodo negligentia lata ſit, nec ſufficientē adhibuit diligentiā circa rerum cuſtodiam. Ceteri vero famuli, qui curā domus aut rerum in particulari nō habent, etiamſi contra charitatem faciant, non tamen contra iuſtitiam tacendo peccant, dummodo aliter non cooperentur, aut eorū taciturnitas occaſionem alteri furandi non præbeat; vt tamen omne peccatum vitent, etiam mortale, manifeſtare tenentur, vt dictum eſt ſupra.

Et hæc ſatis ſint de perſona, quæ ad reſtitutionem obligatur.

TRACTATVS TERTIVS.

De re reſtituenda, ſeu quid reſtituendum ſit. Cap. I.

SVMMARIVM.

Quid in vniuerſum reſtituendum eſt, exponitur.
An fur teneatur reſtituere impenſas, quas fecit Dominus rei in re furata exquirenda.
An lucrum acquiſitum ex re aliena, arte, negotiatione, ludo, aut induſtria propria reſtituendum ſit.
Affirmatiuæ opinionis argumenta ſoluuntur.
Intereſſe, quod patitur creditor, ſeu is, a quo pecunia furto ſublata eſt tenetur debitor, ſeu fur, ſeu detentor reſtituere.
Quos fructus, & intereſſe tenetur reſtituere.
An qui emptum a fure torquem aureū ſæpius locauit, reſtituere teneatur non ſolum torquem ſed locationis etiam pretium, poſtquam intellexerit torquem eſſe furtiuum.
Qui rem alienam retinuit, aut rapuit, perijtque res illa in furis poteſtate, tenetur reſtituere illius æſtimationem ſecundum meliorem ſtatum, ſeu valorem, quem habuit a tempore furti perpetrati.
An redditus ex locatione domus ſint Domino reſtituendi?
Quid reſtituere tenetur, qui rem commodatam accepit, & illa apud ipſum perijt. Culpa Theologice ſumpta & Iuridice quomodo differant. ibid.
Non idem eſt culpa grauis apud Iuriſtas, quod mort. apud Theologos, nec leuis apud illos, quod apud iſtos venialis.
Diuerſæ opiniones de quæſtione propoſita.
Contractus ſunt in duplici differentia.
Quādo res commodata caſu perit, & animo furtuito regulariter non tenetur.
Commodatarius in tribus caſibus tenetur, etiamſi caſu apud ipſum pereat.
15 *Si etiam culpa leuiſſima commodatarij pereat etiamſi non perueniat ad culpā mortalem tenetur reſtituere.*
16 *Commodatarius quotieſcunque tenetur, tenetur in totum, & integrum reſtituere.*
17 *Qui accipit commodatum ad ornatum tantum ſuum, & utilitatem accommodantis, tenetur ſolum de dolo ſeu culpa graui, ſin vtriuſque gratia, ex leui etiam, ſed non leuiſſima.*
18 *Quid, & quando teneatur depoſitarius reſtituere, quādo depoſitum apud ipſum perijt.*
19 *Depoſitarius regulariter non tenetur niſi ex dolo, & culpa lata.*
Depoſitum tribus modis accipi poteſt cuſtodiendū. ibid.
20 *Quid, & quando reſtituere tenetur ex locato, & conducto?*
21 *Contractus locationis medius inter depoſitum, & commodatum.*
22 *Quoties dubium eſt de culpa graui, leui, & leuiſſima, ex qua oritur obligatio reſtitutionis, confeſſor, Iudex, & pœnitens quomodo ſe gerere debeant.*

MVlta ac fere infinita ſunt, quæ ad hoc reſtitutionis caput reuocari poſſunt, quæ partim a nobis antea, partim in parte ſecunda, vbi de reſtitutione in particulari agetur, melius exponētur. Siquidem ſi rerū naturas ſpectemus, bona, quæ reſtitutioni obnoxia ſunt, aut ſunt *Bona animæ*, aut *Bona corporis*, aut *Bona famæ, & honoris*, aut *Bona fortunæ*, de quibus omnib. ibi latius diſputabitur. Hic igitur ea ſolum explicanda ſunt, quæ ad circunſtātiam, quæ Quid dicitur, in cōi pertinent. Vbi inprimis explicandū eſt, an res aliena bona fide accepta, ſi eadē bona fide ſit conſumpta, reſtituenda ſit: Itē an res mala fide accepta, retenta, aut cōſumpta reſtitutioni obnoxia ſit; Et ēt an res, quę nec bona, nec mala fide poſſidetur, ſed dubia quædā conſciētia retinetur, ad reſtitutionē obliget, ſed de his omnib. adunde ſatis in ſuperiouib. diſputatū eſt. In hac igitur re in vniuerſum, & in cōi explicanda, ſit

Primum Dubium, quid in vniuerſum reſtituendum eſt. Huic difficultati Reſpondetur ex communi Doctorum conſenſu.

Primo, Reſtituendum eſt omne alienum iniuſte acceptum, vel retentum, vel omne alienum iuſte debitum.

Secundo, Omnis res aliena reſtituenda eſt ipſa in ſpecie, ſi extat, niſi creditor ſit alia re contentus, arg. l. cum a quo. & l. Manifeſti. Cod. de ſolut. San. Anton. par. 2. titu. 1. cap. 12. §. 17. Sylueſt. verbo. reſtitutio. 7. quæſt. 5. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. nu. 24. Petrus Nauar. lib. 4 de reſtitut. ca. 1. dub. 3. nu. 4. Ratio eſt, quia illius rei dominium non eſt a domino translatum: vel niſi quando per reſtitutionem eiuſdem rei peccator occultus manifeſtaretur, aut aliud incommodum magnum ſequeretur, tunc enim ſatis erit pretium rei reſtituere. Quod ſi res non extat, tunc pretium, & valorem reſtituere oportet, vt habetur in Auth. Hoc niſi. de ſolut. & expreſſe tradunt authores allati.

Tertio, Quando res aliena retenta inique eſt fructifera, tunc reſtituenda eſt vna cum fructibus eius extantibus, aut ſi non extat res, pretium eius vna cum fructibus, ſeu vna cum eo, quo quis ditior effectus eſt, reſtitui debet, habita rōne bonæ, aut malę, ſeu dubiæ fidei, iuxta ea, quæ ſupra expoſuimus.

1 Quarto, Damna etiam omnia reſtituenda ſunt, quæ paſſus eſt Dominus rei ob rem ſuam acceptā. vel retentam iniuſte, ſcilicet, lucrum ceſſans, & dānum emergens. vt v. g. furatus es pecuniam paratam ad reficiendam domum minantem ruinam, & ob id, vel corruit domus, vel compulſus eſt Dominus pecuniam accipere ad vſuras, hæc dāna omnia reſarcire teneris. Quæ omnia latius vbi ſupra comprobauimus.

2 Secundum Dubium, An fur teneatur reſtituere impenſas, quas fecit Dominus rei in quærenda re furata?

Reſpondeo, Ad id obligari, dummodo ſint tantæ quantitatis, & tales, quales vir bonus, & prudēs in ſimili negotio facere debuiſſe, & niſi probabiliter credatur, Dominum rei contentum futurū reſtituto ſibi principali. Sic Nauar. in Manuali. cap. 17. nu. 140. Quod autem confeſſarii iſtos ad earum reſtitutionem nō obligent, cā dat Nauarrus rationem, quia vel probabiliter credunt, dominum contentum fore reſtitutione principali, vel quia non confitentur ei damnum ſubſecutum.

3 Tertium Dubium, an lucrum acquiſitum ex re aliena, arte, negotiatione, ludo, aut induſtria propria reſtituendum ſit? Quidam ſunt, qui docuerūt, illud eſſe reſtituendum, ſic Baldus, & Decius, immo etiam Altiſiod. lib. 3. tract. 21. q. de reſtitutione vſurarii. verſic. *ad primum caſum.* ita exiſtimauit, dū lucrata per pecunias furtiuas, vel vſuras acceptas, de neceſſitate ei reſtituenda eſſe docuerat. Hoc probat Altiſiod. *Primo* quia ſi radix mortifera eſt, ergo & arbor, & rami. Rom. 11. Cum ergo prima pecunia fœnebris fuerit, totum, quod ex ea acquiſitum eſt, fœnebre erit. *Secundo*, quia ſicut dolus, ita iniuria nulli debet patrocinari. Ergo emolumentum ex iniuſta detentione reſtituendū erit. Cōmunis tamen opinio Theologorum eſt, non eſſe reſtituendum. Sic Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. ar. 4. verſ. De Tertio. Richa. 4. diſt. 15. art. 5. q. 5. ad primum. Gabr. 4. diſt. 15. q. 2. art. 3. dub. 1. concl. 2. Ioā. Maior. 4. diſt. 15. quæſt. 27. & 28. Caie. in Summa verb. reſtitutio. cap. 2. & 3. Ioan. Medina Cod. de vſur. q. §. in 4. argumento. Mart. Nau. in Man. cap. 17. nu. 25. & Petrus Nauar. lib. 4. de reſtit. c. 1. dub. 5. & 9. Vt v. g. lucratus eſt quis pecunia furto ablata per ludū, aut negotiationem aliam pecuniā, ſatis eſt reſtituere eam, quam furto ſubripuit. Ratio eſt, quia tale lucrum ex ſola ſua induſtria malæ fidei poſſeſſor reſtituere non tenetur. Vnde vſurarius, qui lucratus eſt pecunia vſuraria licita negotiatione, reſtituere non tenetur. Si enim vſui pecuniæ aliquid reſponderet fructus, certe vſurarius iuſte veniret excuſandus, quærens ex mutuo emolumentum, vt Scotus, & Gabr. optime argumentantur. Si igitur iniuſtū eſt, ex mutuo lucrum quærere, quia pecuniæ vſus vendibilis non eſt, nec vllo modo de ſe fructuoſus, ſed ſolum ratione induſtriæ, conſequenter fur, aut vſurarius ex vſu pecuniæ nihil debet. Ex induſtria autem ſua, vel labore multo minus cum ſua ſit non alterius. Ergo ex pecunia furtiua, vel vſuraria partum totaliter eſt ipſius furis.

4 Quare *facilis eſt*, ſolutio argumentorum in contrarium.

Ad primum enim reſpondetur, quod pecunia fœnebris non ſe habet ad ſecundū lucrum, tanquam radix ad ramos, potius enim radix eſt induſtria, ſed eſt velut materia & inſtrumentum, rami enim ex radice ſuum eſſe ſortiuntur, lucrum autē ſecundū non ex pecunia, ſed ex induſtria, & arte negotiantis procedit; ideoque tale lucrum, ipſius negotiantis efficitur. Sicut ſi quis alienum inſtrumentum furatus ſit, & eius miniſterio, & opera rē artificioſe ſculpat, vnde magnum lucrū acquirit, non tenetur lucrum illud domino inſtrumenti reddere, ſed ſatisfacit, ſi inſtrumentum reddat. Eſt tamen hæc differentia, quod ille talis vltra inſtrumentū teneretur pro vſu eius aliquid reddere, eo quod eſt res locabilis, ſecus autem in pecunia dicendum eſt, cum pecunia non ſit res locabilis, ex quo eius vſus eſt cōſumptio illius, vt omnes fatentur.

Et per hæc patet ad ſecundū: *Reſpondetur enim*, quod dolus, & iniuria nemini patrocinantur, quod autem lucrum ipſi vſurario ſuffragatur, eſt ſua induſtria, & ars negotiandi, ideoque lucrum illud licite ſibi retinere poteſt, vt ex dictis conſtat.

Illud tamen ex communi Doctorum conſenſu fatendū eſt, quod intereſſe, quod patitur creditor, ſeu is, a quo pecunia furto ablata eſt, tenetur debitor, ſeu fur, aut quicunque alius iniuſtus detentor reſtituere. Hi enim fructus rei ſunt, quos ille percepiſſet, niſi ab eo res ablata fuiſſet, vnde ſi habebat pecuniam negotiationi iuſtæ expoſitam, tenetur fur ad illud intereſſe veriſimile, quod poterat iudicari illum percepturum eſſe. Item ſi coactus eſt ſub vſuris pecuniam accipere, vt ſuo ſolueret creditori, vel ſi coactus eſt rem vendere minoris, vt ſoluat, tenetur fur eas reſtituere.

5 Quartum Dubium, Quos fructus, & *intereſſe* tenetur quis reſtituere?

Reſpondeo, cum fructus rei ſint triplices. Alii enim dicuntur Naturales; Alii Induſtriales tātum; Alii vero partim induſtriales, & partim Naturales, non eodem modo de his omnibus dicendum eſt. Naturales dicuntur illi, quos rei natura producit, & quibus vtimur ſic vt natura producit, vt ſunt arborum poma, pratorum herbæ, &cet. Induſtriales ſunt quos propria hominis induſtria parit, vt lucrum ex pecunia acquiſitum. Fructus autem partim naturales, & partim induſtriales ii ſunt, quibus in alienam ſpeciem mutatis, induſtria hominum vtimur, vt vinum, oleum, lana, caſeus, ſegetes, &c. His ſuppoſitis,

Dico Primo, Fructus Naturales ſimpliciter reſtitui debent, qui vero ex parte naturales ſunt, & ex parte induſtriales, reſtitui debent, deductis tamen laboribus, & expenſis neceſſariis factis in eis acquirendis, colligendis, & conſeruandis, ſi extent, ſi vero non extent, tenetur de illis inquantum ditior factus eſt. Ratio eſt, quia ſicut melioramenta, ita & fructus domini ſunt.

Dico Secundo, Fructus, mere induſtriales reſtituendi non ſunt. Ratio eſt, quia fructus iſti non ſunt rei, ſed induſtriæ, & laboris, & ideo eius ſunt, qui eos ſua induſtria acquirit. Sic Scot. 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 4. Palud. ibid. q. 2. art. 5. Gabr. 4. diſtinct. 15. q. 2. art. 3. dub. 1. conclu. 2. Maior. 4. diſt. 25. q. 27. & 28. Anton. par. 2. tit. 2 cap. 22. §. 16. Ioā. Medina Cod. de rebus reſtituendis quæſt. 6. verſi. Ad propoſitam quæſtionem. Sylueſt. verb. furtum. q. 16. & verbo fructus.nu.1.& 2.& verb.reſtitutio.3.quæſt.7.& 9. Couar.in reg.peccatum.pa.2.§.6. de reg.iur. lib.6. Martin.Nauar.in Manuali.cap.17.num.25.& Petrus Nauar.lib.4.de reſti.cap.4.dub.5.n.39.& 40. & alii omnes.

QVINTVM Dubium, An qui emptum a fure torquẽ aureũ ſæpius locauit, reſtituere teneatur nõ ſolum torquem, ſed locationis etiã pretium, poſtquam intellexerit torquem eſſe furtiuum? Et eadẽ quæſtio eſſe poteſt de eo, qui furatus eſt equum, aut Mulam, & animalia iſta ſic furtiua locauerit.

In hac re Martinus Nauarrus in Manuali, cap. 17.num.25.ait, non teneri ad reſtitutionem pretii locationis eum, qui torquem alienum ſæpius locauit, quia nec vſurarius, nec latro tenentur reſtituere, quod lucrati ſunt pecunia aliena ex negotiatione. Ratio eius eſſe videtur, quia pretium locationis induſtriæ aſcribendum eſt, non autem rei alienæ. Eandem ſententiam tenet Syluester verb. reſtitutio.3.q.9.verſicul. Et tertio quoad conſcientiam. in caſu, quo verus dominus torquem non erat ſimiliter locaturus. At vero Petrus Nauarrus lib.4.de reſtitut. cap.1.dub.6. num.48. & alii probabilius docent in hoc caſu nõ ſolum torquem aureum reſtituendum eſſe, ſed etiam pretium locationis ipſius, ſiue locatio facta fuerit bona fide, ſiue mala: ita tamen quod cum interceſſit bona fides, reſtitutio fiat ſolummodo illius pretii locationis, ratione cuius ditior factus fuerit.

Ratio eſt, quia ad illum pertinet fructus rei, ad quem res ipſa pertinet, ſed vſus torquis eſt ſuo modo fructus illius. Ergo ad eum pertinet, ad quem & torquis ipſe Maior vera eſt intellecta de his rebus, quarum quis dominium habet non ſolum directum, ſed etiam vtile. Minor probatur, quia pecunia recepta pro locatione torquis eſt legitimum pretium vſus illius. Ergo reſtitui debet vero domino ipſius. Nec dici poteſt, vt dicere videtur Martinus Nauarrus, quod ſit pretium induſtriæ tantum; quia non recipitur niſi pro vſu rei, qui eſt æſtimabilis pretio, ſicut vſus equi.

His conſonat Caietanus 2.2.quæſt.66 art.3.circa reſponſionem ad tertium vbi ait, peccare de ſe mortaliter, qui vtitur re aliena eo vſu, qui conſueuit pretio æſtimari. Et ita intelligit definitionem furti, quam tradunt Iuriſtæ, quod *ſit contrectatio non ſolum rei alienæ, ſed etiam vſus illius*. Illud vero, quod de vſurario, & de latrone refert, qui non tenentur reſtituere lucrum, quod pecunia aliena acquiſiuerunt, non facit ad rem, quia, vt ex dictis cõſtat, vſus pecuniæ, quatenus pecunia eſt, nõ plus valet, q̃ ipſamet pecunia, q̃ eſt vſu cõſumptibilis.

Ad alterum vero exemplum de mula, & equo, dicendum eſt ex communi omnium ſententia, qui mulam, vel equum alienum accepit, aut detinet iniuſte, a domino locari ſolitum, reſtituere tenetur non ſolum mulam, vel equum, ſed etiam pretium locationis, quo a Domino locari eſt ſolitus. Vnde ſi in cauſa ſit, ne dominus in anno aureos cẽtum lucraretur, non ſatisfacit reddendo mulam, aut equum, ſed tenetur etiam tale intereſſe reſtituere, quod eſt veluti fructus equi, deductis expenſis neceſſariis. Sic Maior.4.diſtinct.15.quæſt.27.& 28.Palud.4.diſtinct.15. quæſt.2. artic.5.Martin. Nauar.in Manuali.cap.17.num.26.Petrus Nauar. lib.quarto.de reſtitut.cap.1 dub.5. num.41. & alii omnes.

Addit autem Martin. Nauar. quod ſi is, qui rem alienam, puta equum, retinuit, aut rapuit, periitque res illa in furis poteſtate, tenetur reſtituere illius æſtimationem ſecundum meliorem ſtatum, ſeu maiorem valorem, quem habuit a tempore furti perpetrati. Quia in re recte ſentit maxime ſi non erat eodem modo in manu domini periturus. Quod vero addit, ſatisfacere latronem reſtituendo tantum, quanti æſtimabatur tempore, quo fuit ſublatus, ſi pereat, poſtquam loco, & tempore id recipere noluit, falſum eſt; Siquidem ſi poſt legitimã ablationem domino factam, & non receptam, pereat equus ſine vlla latronis culpa, quãuis pari modo non eſſet in manu Domini periturus, ad vllam reſtitutionem non obligatur, *Ratio eſt*, quia per oblationem legitimam ipſius rei factam domino, latro moram purgauit, vt conſtat ex leg. in re furtiua, ff.de furtis. Ergo ſi poſtea pereat ſine culpa latronis, Domino peribit, & conſequenter latro a reſtitutione rei manebit immunis.

Dixi, *a reſtitutione rei*, quia ſi pro tempore, quo iniuſte rem alienam retinuit, verus Dominus a lucro ceſſauit, vel damnũ ſubiit, illud reſtituendũ erit, ſicut etiam & lucrum, quod forte obtinuit ex locatione ipſius rei. Angel. verb.reſtitutio.1.verb. emens, num.1.verſicul. Secundo. Syluest.in verbo. reſtitutio.3.quæſtio.7.§. Primum. Petrus Nauarrus lib.4.de reſtitut.cap.1.dub.3.nu.12. & alii, & nos latius diximus ſupra tract.2.cap.3.dub.2.corollario 5.in fine.

8 Sextum Dubium, An redditus ex locatione domus ſint domino reſtituendi? In hac re Syluester verb. fructus. in prin.partem negatiuã tenet, dum dicat fructus induſtriales ſolum eſſe eos, qui ex negotiatione, vel artificio, non ex re proueniunt, ſed ex hominis induſtria, & prouiſione præter rem, & dat exemplum, vt eſt penſio domus, & huiuſmodi.

Hæc ille probat ex l.ſi naues. ff.de rei vẽd.& leg. Domum.Cod.eod.& huic ſententiæ fauet Martin. Naua.in Manuali.cap.17.num.25.cum doceat locãtem torquẽ alienum non teneri reſtituere pretium locationis. Vnde putant hi authores fructus ex locatione eſſe mere induſtriales.

Contraria tamen, & verior ſententia eſt Palud.4. diſt.15.q.2.ar.5.quem refert, ac ſequitur Petrus Nauar.lib.4. de reſtitu.c.1.dub.6.nu.50. & 51. dicentium retinentem mala fide domum alienam, teneri pretium locationis reſtituere.

Ratio eſt, quia fructus ex locatione domus percepti non ſunt mere induſtriales. Quamuis enim pattim induſtriales ſint ob labores, & expenſas, & induſtriam in domo conſeruanda, & reparanda, ſunt tamen partim etiam naturales, cum conſtet multo plus reſpondere in fructibus, quam ſic valor talium laborum. Alioquin liceret mutuare cum pacto, vt ex domo data in pignus, mutuans redditus percipiat non computando in ſortem, quod eſt abſurdum.

Conſequentia patet, quia ſi locatio ſit fructus mere induſtrialis omnes ſunt debiti mutuanti, & nihil mutuario, & ita nihil accipit vltra ſortem, quod ſit alienum, ſed ſuum, ſicut habens pecuniam alienam, & ex ea lucrum reportans, non tenetur aliquid de lucro domino reddere, quia omne lucrum eſt tantum induſtriæ ſuæ. Deinde nullus cordatus concederet retinentem iniuſte ac mala fide domum alienã, quæ annuatim valet mille aureos, non teneri ad reſtitutionem fructuum decem aut plurium annorũ vltra domus reſtitutionem, cum reuera illi ſint partim naturales, vt diximus.

9 Septimum Dubium, quid reſtituere tenetur qui rem commodatam, v.g. veſtem, aut equum, aut aliud ſimile accepit, quando res illa apud ipſum periit? Antequam dubium ſoluamus quædam ſupponenda ſunt.

Primum eſt, rem accommodatam, (& idem de re locata, & conducta dicendum eſt) tripliciter perire poſſe.

Primo, caſu fortuito omnino, abſque vlla culpa eius, vt igne, vel ruina domus.

Secundo, fraude, & malitia commodatarii ſcilicet, quia ipſe, cui res commodata eſt, illam diſtrahit, aut qui videns rem illam perire, non impedit, cum poſſit.

Tertio, ex culpa, & negligentia illius. Culpa autem, ſeu negligentia, vel *Theologicè* ſumi poteſt, nimirum, pro deuiatione a legẽ æterna, quæ ſi grauis ſit, dicitur mortalis, ſi leuis venialis, vel *Iuridice*, ſcilicet, pro declinatione ab æquo, & bono, & ab eo quod homines communiter ſolent facere in tali cauſa, & negotio.

Quæ culpa, vt ab eiſdem Doctoribus iuris declaratur, eſt triplex, lata, leuis, & leuiſſima. *Lata eſt*, qua quis ab ea diligentia deuiat, quam communiter homines eiuſdẽm profeſſionis in tali re adhibere ſolent, etiam qui parum circumſpecti ſunt. Qualis eſt eius, qui extra domum, vel in limine domus librum ſibi commodatum relinquit, vbi ſtatim a tranſeuntibus fuit furto ablatus.

Leuis verò eſt, qua quis ab ea diligentia deuiat, quam homines diligentes, & circumſpecti in ſimilibus rebus adhibent. Qualis eſt eius, qui librum commodatum intra domum, ſeu cameram, oſtio tamen aperto reliquit.

Leuiſſima eſt, qua quis deuiat ab ea diligentia, quã homines diligentiſſimi adhibent. Qualis eſt eius, qui librum cõmmodatũ intra camerã reliquit, & oſtium clauſit, non tamen incluſit in arca obſignata claui, nec manu tentauit, an bene obſerata eſſet.

10 *Secundum eſt*, non idem eſſe culpam grauem apud iuriſtas, quod eſt culpa mortalis apud Theologos, nec idem leuem apud illos, quod venialis apud nos, contingere enim poteſt, vt iuridice ſit culpa grauis, & lata, quæ tamen non ſit culpa apud Deum, vt v. g. qui ad ſe tuendum ab aggreſſione, aut aliud damnum vitandum, traderet obliuioni, vel relinqueret in platea vas argenteum ſibi accõmodatum, nec venialiter peccaret, & tamen iuridice eſſet culpa grauis. Et econtra poteſt eſſe peccatũ mortale Theologice, quod tamen iuridice non ſit niſi leuis, aut leuiſſima, vt qui librũ hæretici ex facultate inquiſitorum haberet accõmodatum, & nõ includeret in arca ſciens domi ſuæ exiſtere aliquẽ nimis curioſum, qui poterit illo lecto contaminari, & in hæreſim prolabi, eſt hæc negligentia in foro animæ mortalis, in foro tamen ciuili, & iuridice, vel eſt ſolum leuis, vel leuiſſima. His ita ſuppoſitis, ſunt variæ in hoc caſu Doctorum ſententiæ.

11 Prima eſt Adriani in 4. in materia de reſtitutione, in ſpeciali quæſtione, qui generaliter, tam in accommodato, quam locato, quam depoſito, duo dicit, vnum eſt, ſi damnum ſubſecutum ſit abſque vlla culpa ſua, tam Theologice, quã iuridice, hoc eſt, abſque vllo peccato ſuo mortali, aut veniali, & abſque negligentia ſua graui, leui, aut leuiſſima, ad nullam reſtitutionem in conſcientia teneri, vt probat ex cap. fin. de iniuriis, & damno dato, & hoc certum eſt. Secundum eſt, ſi aliqua culpa, vel Theologice, etiam venialis, aut Iuridice, etiam leuis, aut leuiſſima interceſſit in cõmodatario, aut in eo, cui res locata, aut in depoſitum data eſt, tunc tenetur ad reſtitutionem totius damni. Id quod probat ex dicto cap. fin. de iniuriis, & damno dato. Vbi dicit Gregorius Papa IX. *Si culpa tua damnum datũ eſt, iure ſuper his ſatisfacere te oportet*, & ſubdit, *Nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam.* Vbi nulla omnino fit diſtinctio de culpa: ergo de omni culpa etiam veniali, & leuiſſima intelligi debet, cũ indefinita æquipolleãt vniuerſali. Vt notatur in c. vt circa. de elect. in 6. & eiuſdem ſententiæ eſt Panor. in dicto cap. fi. nu. 2.

Secunda eſt, Innocen. in cap. ſicut dignum de homic. d. dicentis in foro exteriori teneri ex culpa leuiſſima, in interiori verò nõ niſi, de lata, & Ang. in verb. culpa. in fine. Syluest. verb. eod. quæſt. 4. qui alios refert.

Tertia eſt Soti, qui in lib. 4. de iuſtitia, & iure, q. 7. arti. 2 ante ſolutionem argumentorũ, ait commodatariũ teneri de culpa leui, depoſitariũ vero meritò non niſi de culpa magna, & lata: culpã autem leuẽ interpretatur eſſe illã, quæ eſt mortalis apud Deũ, cũ enim a venialibus vix poteſt homo ſe tueri, nimis rigidum eſſet obligare ad reſtitutionem totius damni ob culpam venialem.

Quarta eſt aſſerentium in cõtractibus, qui fiunt ſolum in vtilitatẽ dantis, recipientem teneri ex culpa leuiſſima, qui vero fiunt in vtriuſque vtilitatẽ, ſcilicet, tam dantis, quam accipientis, teneri accipientem de culpa lata, & leui, non autem de leuiſſima. Quæ opinio cõmunis eſt Theologorum Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 6. Martini Nauar. in Manuali, ca. 17. nu. 179. Petri Nauarri lib. 3. de reſtitut. cap. 3. dub. 1. nu. 6. Barthol. Medinæ. lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 30. verſic. quarta regula. Petri de Arrag. in 2. 2. q. 62. ar. 2. dub. vltim. Michaelis Salon 2. 2. quæſt. 62. artic. 6. controuc. 5. 6. & 7. Ludouici de Beia Palæſtreli in ſuis reſponſionibus caſuum conſcien. p. 2. reſponſione ad caſum 19. Quorum ſententia vt intelligatur

12 Notandum eſt, contractus in duplici eſſe differentia, quidam enim ſunt, per quos non traſfertur dominium rei ab vno in alium, vt depoſitũ, locatum, conductum, commodatũ, &c. Et ex his quidam fiunt in ſolam vtilitatem dantis, vt in depoſito, quod cedit ſemper in vtilitatem deponẽtis, & non depoſitarij; Alii econtra in ſolam vtilitatẽ accipientis, vt in cõmodato, ſi quis enim mihi gratis rẽ cõmodat, illud ſolũ cedit in meam vtilitatẽ. Alij vero cedunt in vtriuſque vtilitatẽ, vt in locato, & conducto, quia enim locatũ, vel conductũ non gratis cõceditur, ſed pretio, idcirco locatio & conductio in vtriuſque cõmodũ cedere dicuntur

Alij autem contractus ſunt, in quibus trāsfertur dominium rei ab vno in alterum, vt ſunt emptio, venditio, permutatio, donatio, mutuum conſiſtit proprie in rebus, quæ vſu conſumuntur, & quæ in numero, pondere, & menſura conſiſtunt, vt ſunt pecunia, vinum, triticum; commodatū vero in rebus, quæ non conſumuntur vſu, vt equus, veſtis, vaſa aurea, &c. ſed quod per mutuum transfertur dominium rei mutuatæ, vt ſi quis dat alteri mutuo decē aureos, aut decem modios tritici, ille, cui mutuantur, efficitur illorum dominus, at vero in commodato non transfertur rei dominiū. Similiter ēt depoſitarius non acquirit regulariter dominiū rei depoſitæ, ſi tamen res depoſitæ fuerint vſu conſumptibiles, vt pecunia, triticum, & ex facultate deponentis depoſitarius vtitur illis, tunc depoſitum trāſit in mutuum, & qui prius erat depoſitarius, efficitur mutuatarius, & acquirit illarū rerum dominiū. His ita expoſitis, in hoc dubio dicemus de commodato, in ſequentibus de locato, & depoſito.

3 *Prima* Propoſitio: Quando res commodata perit caſu omnino fortuito, commodatarius regulariter ad nullā reſtitutionem tenetur. vt v. g. ſi quis mihi librum accommodat, aut equum, & liber, aut equus abſque culpa mea perditur, puta, quia latrones ſubito in via publica egreſſi, librum, aut equum a me per violentiam auferunt, ad reſtitutionem non teneor. Sic etiam ſi ignem appoſui comburendis ſtipulis agri mei in die quieto, & placido, & ſubito exortus ventus magnus ignem in meſſes vicini coniecit, quem ego impedire non potui, non teneor ad vllam reſtitutionē, & idem dicendum in quocunque alio caſu fortuito, vt ſi bello inopinato, terræ motu, fulmine, grandine, furto, &c. res pereat. Et hoc colligitur euidenter ex cap. vnico. de commodato. vbi dicitur, *Ei, qui commodatum aliquod accepit, caſus fortuitus imputari non debet*. & ex l. ſi ex plagis. §. fin. ff. ad legem Aquiliam. & l. occidit. §. in hac quoque actione. titu. eo. & l. quæ fortuitis. Cod. de pignoratitia actione. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 178. Petrus de Arragon. & Michael. Salon vbi ſupra. controuerſia. 5. concl. Ratio eſt manifeſta, quia commodatarius non tenetur ad reſtitutionem, niſi quando res perit culpa ſua, quando autem perit caſu fortuito, nulla interuenit culpa ipſius, eo quod nec malum illud intendit, nec malum illud impedire debuerit, aut potuerit, fortuitum enim qui præuidéri non poteſt, nec impediri poteſt, vnde cum rei dominiū ſit commodantis, illi res perit, & non commodatario.

Dixi *commodatarium regulariter non teneri de caſu fortuito*, nam in tribus caſibus tenetur.

Primus eſt, quando culpa præcedit commodatarii, vt v. g. ſi quis equum ſibi commodauit Viterbū vſque, & ille duxit vſque Peruſium, ſi in itinere poſt Viterbum caſu fortuito pereat equus, aut incidat in latrones, qui eum auferunt, cum præceſſerit culpa illius, tenebitur ad reſtitutionem equi, aut valoris. Item ſi non circumſpecte extinguit lucernam, aut accendit ignem, propter quod res combuſta eſt.

Secundus eſt, quando commodatarius fuit in mora reddendū rem commodatā tempore debito, & poſtea res perit aliter, quam periiſſet apud commodantem. vt v. g. cōmodauit quis alteri equū ad certum diem, quā ipſe vltra retinuit, ſi poſtea equus pereat, tenetur cōmodatarius ad reſtitutionē, quod intelligitur ex Angelo, & Syluestro locis citandis in foro exteriori, nam in conſcientia ſi eodem modo res apud dominum peritura erat, non tenetur niſi ad intereſſe, ſi quod paſſus eſt dominus propter moram.

Tertius eſt, quando ex pacto conueniunt partes, vt teneatur etiam cōmodatarius de caſu fortuito. Qui tres caſus habentur in cap. vnico, de cōmodato. ex decreto Gregorii Papæ IX. & facit cap. Bona fides. de depoſito. & hos etiam ponunt Martin. Nauar. in Manu. cap. 17. nu. 179. Petrus Arragon. & Salon vbi ſupra, & Syluest. verb. cōmodatum. q. 9. & Angel. eod. q. 14.

Illud autem diligenter aduertendum eſt, hæc, quæ dicta ſunt de caſu fortuito, intelligi debere, quando certum eſt rem caſu fortuito periiſſe, ſi enim dubium ſit, an caſu fortuito, vel culpa aliqua cōmodatarii res perierit, tenetur cōmodatarius ad rei reſtitutionem. Ratio eſt, quia cum in cōmodato rei dominium non transferatur, dominus rei eſt is, qui cōmodat, in dubiis autem melior eſt conditio domini ſeu poſſidentis; Deinde cum Dominus rei dederit rem in ſolam vtilitatē alterius, in dubiis potius damnū pati debet, qui beneficium accepit, quam qui dedit.

15 Secunda Propoſitio: Si res cōmodata etiam culpa leuiſſima commodatarii pereat, etiamſi non perueniat ad culpam mortalem, tenetur cōmodatarius illam reſtituere. *Hæc propoſitio* eſt cummunis Theologorū cōtra Sotum, & colligitur ex cap. vnico. de commodato. & ex l. in rebus, & l. ſi vt certo. §. accōmodatum. ff. de commodato. Arragona, & Salon vbi ſupra.

Ratio eſt, quia cum cōmodatarius rem accipiat, in ſuam vtilitatē tantū, iure naturæ tenetur rem illam ea ſolicitudine, & cura cuſtodire, qua quiſque diligentiſſimus illam ſeruaret; Ergo ſi ex negligentia illius etiam leuiſſima, & veniali pereat, iure naturæ illam reſtituere tenetur. Id quod expreſſe habetur in l. in rebus. cit. vbi dicitur, *In rebus commēdatis talis diligentia præſtanda eſt, qualem quiſque diligentiſsimus pater familias ſuis rebus adhibet*. Quod ius non tam pœnale eſt, quaſi puniens negligentiā cōmodatarii, quam explicans, & decernens, quid ius naturæ requirit.

Neque enim tenetur cōmodatarius reſtituere ratione peccati, vt putat Sotus, ſed ratione, & ex natura contractus, vt recte docet Salon vbi ſupra poſt Nauarrū in Manuali. cap. 17. nu. 184. verſ. Septuageſimo ſecundo. Siquidē ex natura huius contractus tenetur commodatarius omnē diligentiam adhibere, (cū in vtilitatē ſuam rē accipiat) ne aliqua vel leuiſſima ſua negligentia res pereat, etiāſi negligētia illa mortalis non ſit; immo ſi requireretur, vt eſſet mortalis, fere nunquam tenetur quis ad rē ſibi accōmodatā reſtituendū, cum raro res pereat, ex malitia, & data opera ipſius cōmodatarii, ſed ſolū, aut ſaltem vt plurimū ex negligentia veniali.

16 Tertia Propoſitio: Quotieſcunque commodatarius reſtituere tenetur, tenetur in totum, & in integrum.

Sic expreſſe Arragon, & Salon vbi ſupra contra

Sotum, qui vult commodatariũ, & conductorem teneri ad reſtitutionem non in totũ, ſed pro ratione culpæ, ita ſcilicet, quod ſi culpa, ob quam res periit, fuit grauis, tenentur reſtituere in totũ, ſin autẽ fuit leuis, ſolum in parte pro ratione culpæ. Quæ opinio falſa eſt, tũ quia iura allata abſolute, & ſimpliciter pręcipiunt reſtitutionem, nulla facta diſtinctione totius, aut partis, tum quia obligatio reſtituendi commodatum non oritur, vt diximus, ex qualitate culpæ, quod ſit mortalis, aut venialis ſed ex negligentia iuridice ſumpta, & ex natura contractus huius, cũ ergo culpa, ſi qua ſit in cõmodatario, verſetur circa totã rem accõmodatam, natura huius contractus requirit, vt cũ reſtitutio facienda ſit ratione culpæ, totũ, & non pars tantũ reſtituatur. Et maxime cum difficile ſit diſcernere, quando culpa eſt mortalis, aut venialis, aut q̃ grauis ſit culpa, vnde videmus ſemper iudices condẽnare cõmodatarios ad reſtitutionẽ in totũ, & non pro parte, eſt.n. contra rationem, vt accõmodans vllum damnũ patiatur ex beneficio, quod præſtitit cõmodatario aut in toto, aut in parte. Ergo ſemper facienda erit reſtitutio in totum. Et quæ hactenus dicta ſunt, intelligi debent, quando cõmodatarius rem commodatam in ſuam tantũ vtilitatem accepit.

17 Quarta Propoſitio, qui accipit commodatum ad ornatum ſuum tantũ, vtilitatem vero accommodantis, (vt ſi quis accipit veſtes, iocalia, aut ornamenta, vt ornatior ad accõmodatior accedat) tenetur ſolũ de dolo, ſeu culpa graui, non autẽ ex leui, aut leuiſſima; ſin autẽ vtriuſque gratia commodatur, (vt cum quis cõmodat alteri vaſa, & ſimilia ad ſplendide domũ ornandã, vt ſic aliquis cõis dominus, aut amicus recipiatur) tunc recipiens tenetur ex culpa graui, & leui, non autem ex leuiſſima. Sic Angelus in verb commodatũ. q. 11. Sylueſt. verbo eod. q. 18. Martin. Nau. in Manu. c. 17. nu. 184. & Mich. Salon 2.2. q. 62. art. 6. contro. 7. conclu. 2. & conſtat ex l. in rebus. & l. ſi vt certo. ff. de cõmodato, & l. contractus. de reg. iur.

Prima pars patet, quia licet in vtilitatem alterius, hoc eſt, ipſius accommodantis rem accepit, ſi tamen res pereat ex malitia, ſciens, & volens intulit damnum cum iniuria, ideoque tenebitur ad eius reſtitutionem.

Secunda pars probatur, quia ideo cõmodatarius, vt diximus, reſtituere tenetur ex culpa leui, & leuiſſima, quia accepit in ſuam vtilitatem, & qui ſentit commodũ, ſentire debet, & dãnum, iuxta reg. Qui ſentit. de reg. iur. in 6. Ergo vbi rẽ accipit non tam in ſuam, quam in vtilitatem alterius, ſeu in vtilitatem cõem vtriuſque, ſolum tenebitur ex culpa graui, & leui, non autem ex leuiſſima.

19 Octauum Dubium, quid, & quando teneatur depoſitarius reſtituere, quando depoſitum apud ipſum perit?

Ratio dubij eſt, quia S. Thomas 2.2. q. 62. artic. 6. in corpore. docet depoſitarium, eo quod accipiat depoſitũ in vtilitatem dantis, teneri ſolũ ad reſtitutionem, quando res illa ex magna ipſius culpa perit, & idem docet Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 7. ar. 2. ante ſolutionem argumentorum, vbi ait, depoſitarium mere, id eſt, depoſitarium, qui non obligauit ſe pretio ad rei cuſtodiam, ſolum teneri ad reſtitutionem, quando culpa eius eſt mortalis, & grauior, quã ſit illa commodatarii, quia cum depoſitarius non recipiat rẽ in ſuã, ſed in dantis vtilitatem, cõmodatarius vero in ſuam, minor culpa ſufficit in commodatario, quam in depoſitario, vt exinde teneatur ad reſtitutionem.

E contra uero Adrianus in 4. in materia de reſtitutione, in quæſtione ſpeciali, vult teneri ex culpa leuiſſima, & idem docet Panor. in cap. fin. de iniuriis, & damno dato.

Ratio poteſt eſſe, quia in iure habetur, depoſitarium teneri ad reſtitutionẽ in caſu omnino fortuito. Sic enim dicitur in c. 2. de depoſito. vbi Gregorius Papa IX. ait, *Si pactum, vel culpa, vel mora præceſſit, caſus etiam fortuitus imputatur*. vbi omnis culpa includitur, nec diſtinguit textus inter hanc, aut illam; Ergo ſi teneatur ex caſu fortuito, a fortiori tenebitur ex culpa leuiſſima.

19 *Alij* tamen omnes, vt Angel verb. depoſitum. nu. 3. Sylueſt. eod. quæſt. 1. Piſanella. verb. eod. §. 4. Tabiena eod. num. 2. verſicu. Primo. Martin. Nau. in Manuali. cap. 4. nu. 10. & cap. 17. num. 181. verſic. Sexageſimo octauo. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 30. verſicu. Quarta regula. Mich. Salon 2.2. quæſt. 62. artic. 6. controuerſia 6. & Petrus de Arrag. 2.2. quæſt. 62. artic. 2. dub. vlt. docent, depoſitarium regulariter non teneri niſi ex dolo, & culpa lata, non autem ex leui, aut leuiſſima, & colligitur ex l. 1. ff. de depoſito, & c. 2. de depoſito.

Ratio eſt, quia regulariter hic contractus fit ſolũ in vtilitatem deponentis.

Ergo recta ratio requirit, vt depoſitarius non teneatur ad illud reſtituendum, niſi ex culpa graui, & hanc vocauit S. Thomas vbi ſupra, culpam magnam. Si enim depoſitarius aliter quam ex culpa lata teneretur, nullus profecto inueniret, qui vellet depoſitum gratis cuſtodire, vnde periret contractus iſte adeo Reip. neceſſarius.

Dixi *regulariter*, quia cum depoſitum tribus modis accipi poſſit cuſtodiendum, vel ſimpliciter, & gratis, vt regulariter fit, aut accepto aliquo ſtipendio, aut cum pacto ſeruandi illud indemne, quacu que ratione pereat; regulariter quando non inte uenit tale pactum, aut non recipit mercedem pro cuſtodia, tantum tenetur de dolo, & lata culpa, vt diximus. Si vero recepit pretium ſeu mercedem pro cuſtodia, tunc tenetur ſolum ex lata culpa, & leui, non autem ex leuiſſima.

Ratio eſt, quia cum accipiat mercedẽ pro cuſtodia depoſiti, obligauit ſe ad rem cuſtodiendam ea diligentia, quã prouidi, & ſoliciti homines adhibere ſolent, ſcilicet, vt caueret a negligentia graui, & leui, non autem a leuiſſima. Immo licet Sotu vbi ſupra velit depoſitariũ, qui aliquid accipit pro cuſtodia, teneri ad reſtitutionẽ, etiamſi res depoſita pereat caſu fortuito, ſine vlla culpa depoſitari eo quod depoſitũ ita ſuſceptum induit ratione & naturam contractus aſſecurationis, ille autẽ, pecuniam accipit pro rei aſſecuratione, tenetu lam ſoluere, etiamſi pereat caſu fortuito, & ſine v la culpa illius: alii tamen, vt Nauar. vbi ſupra c. 17. num. 181. Arragon, & Salon vbi ſupra, conclu rectius docent, non teneri, ſi res pereat ex culpa le uiſſima, aut caſu fortuito. Ratio eſt, quia in depoſ to, quod accipitur pro pretio, pretium illud accip

tur

pro cura,& diligentia adhibenda in rei conſer tione,vnde licet teneatur ex negligentia leui,nō men ex leuiſſima , & multo minus obligauit ſe caſus fortuitos,ſed ſolum ad diligentiam illam, um homines prouidi communiter adhibere ſo- at; At vero in contractu aſſecurationis non acci- tur pretium pro cuſtodia mercium , nec pro dili- ntia adhibenda in illis conſeruandis,ſed pro pe- culo,cui ſe exponit , ne merces illæ aliquo modo ereant, cū tñ cuſtodia maneat apud dominū ipſa- um,& ita ſi pereant,etiamſi caſu omnino fortuito, enetur aſſecurator valorem illarum reddere.

Quando autem depoſitarius ex pacto obligaret etiam ad caſus fortuitos, tunc ratione talis pacti, conuentionis, ſi res illa caſu omnino fortuito, ſine culpa ipſius pereat,tenetur ad reſtitutione, præfati authores tradunt,& res certa eſt,ex.c.2. depoſito.

NONVM Dubium , Quid, & quando tenetur uis ad reſtitutionem ex locato,& conducto?

In hac re,omiſſa Soti opinione dicētis teneri ſo- um ad reſtitutionem,qn intercedit culpa, quæ co- m Deo eſt peccatū mortale. Dicendum eſt in lo- to teneri ſolum ad reſtitutionem ex culpa graui, leui,non autem ex leuiſſima. Sic Caie. 2.2.q.62. 6.Nauar.in Manuali c.17. nu.19. verſ.Quarto etrus de Arragon. 2.2.q.62.ar.2. dub.vlt.concl.1. Mich. Salon 2.2.q.62.art.6.controuerſ.7. concl. Barth.Medina lib. 1.inſtru.confeſ.c.14.§.30.ver- Quarta regula. Ludouicus de Beia in ſuis reſpō- nibus caſuum conſcientiæ. p.2. in reſponſ.ad ca- um 19.Panor.in c.vnic.de cōmodato. & in ca.Bo- a fides. de depoſito . & Doctores in l. contractus. de regul.iuris.& l.ſi quis domum.§ Celſus,& l.ſi erces,§.qui columnam.ff.locat.

Ratio eſt, quia cū locatio,& conductio in vtriuſ ue,id eſt,tam dantis , quam accipiētis vtilitatē re- undat,qui alienum locat ea lege,& cōditione,lo- at ex cōi hominū vſu, vt rem locatam ea ſolum di- gentia cuſtodiat,qua ab homine prouido,& ſuffi- ienter circumſpecto cuſtodiri ſolent , non autem uantum ab homine diligentiſſimo , & maxi ne circumſpecto cuſtodiretur. Vnde ſi quis locauit teri equum,aut domū,& pereat equus,aut domus b culpam leuiſſimā conductoris, aut caſu fortuito , on tenetur ad reſtitutionē; ſin autem pereat ex cul a lata,aut leui, tenetur ad reſtitutionē in integrū. t v.g. ſi equus conductus periit , vel quia maiori nere oppreſſus fuit,vel plus itineris,quam debuit, onfecit,vel pauciora,quā oportebat,accepit alimē a,& in nullo horū peccauit, aut alias in culpa non it lata,aut leui,ſi pereat, non tenetur reſtituere; iquidem contractus locationis nō obligat niſi ad ommunem diligentiam in re locata collocādam.

Etenim hic contractus locationis medius inter ommodatū,& depoſitum;ex eo enim,quod depo- tum ſit communiter in ſolum vtilitatem dantis, enetur depoſitarius ſolum ad culpam latam , & ontra,cum in commodato res commodata ſit in lam vtilitatem accipientis , tenetur accipiens de ulpa leuiſſima . Ergo cum hic locationis, condu- ioniſque contractus in vtriuſque vtilitatem ſit, vnus enim accipit rem ſeu vſum rei,ſ.equi,locans ero recipit ſtipendium,& pecuniam)tenebitur de ulpa leui,& maiori, qualis enim eſt proportio inter contractus , talis debet etiam eſſe inter culpas, ex quibus oritur obligatio reſtitutionis. Quæ omnia procedunt,quando ipſe locator,vel conductor non accipit pretium, vel conſtituit pactum cū Domino rei locatæ,de omnimoda, [illegible] diligentiſſima rei locatæ cuſtodia ; tunc enim tenebitur illius pacti ratione,etiam de culpa leuiſſima , vt colligitur ex l.Qui mercedem.& l.Dominus.ff.depoſit.& ca. Bona fides. de depoſito. non autem de caſu fortuito , niſi quando talis culpa aliquo modo directa ſit ad talem caſum fortuitū , id quod raro aut nunquā accidere poteſt ex culpa leuiſſima,ſed ſolum ex leui, & ideo ad caſum fortuitum ex ſolo pacto & cōuentione locator teneri poteſt.

Quoties autem in locato,commodato,aut depoſito quis tenetur reſtituere,quia culpa illa cadit in totum,reſtitutio in integrum faciēda erit , vt recte Salon controuerſia 5.concluſ.3.& controuerſia.6. concluſ.3.docet.

22 *Obſeruandum denique eſt*,quoties dubiū ſit de culpa graui,lata,leui,aut leuiſſima, ex qua oritur reſtitutionis obligatio,confeſſor,iudex,& ipſemet pœnitens ita ſe gerere debent,vt ſi ſit dubium in depoſitis,an culpam grauem, nec ne commiſerit , declinandū erit in fauorē depoſitarii , quod rē illam accepit,non in ſuam, ſed in deponentis vtilitatē; ſin vero dubium ſit de commodato,ſeu culpa commodatarii , declinandum eſt in fauorem domini , quia cōmodatarius accepit rē in ſuam vtilitatem,exigit autem recta rō , vt qui ſentit commodum , ſentiat damnū,& onus.arg.reg.qui ſentit.de reg.iur.in 6. ſic Salon vbi ſupra concl. 3.controuerſ.6. In locato autem,& conducto , quoties dubium eſt,an res perierit caſu omnino fortuito , vel negligentia leui, declinandum erit in fauorem locantis, ita vt teneatur pęnitens ad reſtitutionem; Tum quia cū locans equum,locauerit ipſum in vſum ſolum,& vtilitatē ipſius locantis,ratio poſtulat,vt in dubiis potius ſit liber a damno locans,quā is, cui locatur. Tum quia in dubiis potior eſt conditio poſſidentis , & quia per locationem ſeu conductionem , non transfertur rei dominium,ideo dicitur adhuc,quod dominus poſſidet illam , ideoque in dubio illi res ſua ſemper reſtituenda eſt.

Tum quia licet quoad pœnam in dubiis pars benignior accipienda ſit,quoad culpam tamen tutior & rigoroſior amplectēda eſt.c.iuuenis. de ſponſal. & c.ad audientiam,& c.ſignificaſti.2. & ca.petitio tua.de homicidio.& c.penul.de clerico excom.miniſtr.& c.2.de reg.iur.& c.ſi quis autem. de pœni. diſtinct.7.& Nauar.in Man.cap.27.nu.284.Ludo. de Beia vbi ſupra. Et de hoc tractatu hæc ſint ſatis; cetera enim ſuis in locis exponemus.

TRACTATVS QVARTVS.

Quantum reſtituandum ſit. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Regula Generalis quantum reſtitui debet,cum diſtinctione.*

2 *Satisfacit Iuſtitiæ cõmutatiuæ ſi tantũdem ſimpliciter reſtituat, quantum ablatum eſt non plus aut minus.*

3 *Quando res ablata extat eadem numero, tunc res illa Domino redde[illegible]a eſt niſi alia Dominus uelit eſſe cõtentus.*

4 *Ad quam reſtitutionem teneatur, qui nocet alteri in re, ad quam tantum erat in potentia, ut qui conculcat ſegetes priuſquam ad meſſem perueniant? nu. 5. & 6.*

7 *An quando res fructifera iniuſte detenta, aut ablata ſit, reſtituendi ſint omnes fructus, quos Dominus ex illa re percepiſſet?*

8 *An iniuſtus rei alienæ detentor aut occupator reſtituere teneatur fructus perceptos, ſi Dominus multos ex ea re fructus percepturus eſſet?*

9 *Quid dicendum ſit de expenſis, & meliorrationibus factis in re aliena apud iniuſtum eius poſſeſſorem.*

10 *Quantum reſtituere tenetur, qui alterius pecuniam ſibi mutuatam ultra tempus pręfixum inuito Domino retinet?*

11 *An ſi Petrus mutuauit Ioanni mille aureos, ut infra annũ reddere, Petrus interim magnũ paſſus eſt detrimentũ ob hoc ſolũ, quod non habuit pecuniam, teneatur Ioannes mutuatarius hoc damnũ reſarcire?*

12 *An qui infra tempus præfinitum non ſoluit, quia non potuit, reſtituere teneatur, quod alter incurrit ex delatione ſolutionis.*

13 *Quantum ad reſtitutionem faciendam ratione iuſtitiæ vindicatiuæ quid dicendum.*

1 REgula *Generalis* in hac materia eſt, tãtum reſtitui debet, quantum ſatis eſt ad æqualitatem, vel debiti, vel damni illati, cum hac tamen diſtinctione, ſi enim quantitas damni, vel debiti certa ſit, tantumdem reſtitui debet, ſin vero incerta ſit, reſtitui debet centum, quantum iudicabitur arbitrio boni viri, conſideratis omnibus circunſtantiis rei, loci, tẽporis, perſonæ, vt fieri debet in reſtitutione famæ, honoris, homicidii, vulneris, fructuum, ſegetũ, lucri ceſſantis, damni emergentis. Quæ regula colligitur ex doctrina S.Tho.2.2.q.62.ar.3.& 4.Mart. Ledeſm.2.4.q.18.ar.3 & 4.Soto lib.4.de iuſtitia. q.6.ar.4.& 5.Barth.Medina lib.1. inſtr. confeſ.ca. 14.§. 33. Petro de Arragon.2.2.q.62.artic.3.& 4. & Mich. Salon ibidem. Gregor.de Valen.to.3.diſput.5.q.6.puncto.6.& Martino Nauarro in Manual.c.17.nu.27.& aliis omnibus. Quia vero de his omnibus in ſecunda parte huius tractatus de reſtitutione copioſius agendum erit, hoc loco ſolum quædam communia annotabimus.

In vniuerſum igitur ratione violationis iuſtitiæ commutatiuæ, reſtitutio facienda erit iuxta regulam datam; *Ratione* autem iuſtitiæ vindicatiuæ, aliquid amplius nonnunquam reſtituendum erit. Vt enim recte docent authores præfati, cũ ex iniuſta acceptione rei non ſolum læditur proximus, ſed ẽt reſpublica, cuius pars eſt proximus, huiuſmodi iniqua acceptio pœna aliqua pecuniaria, aut temporali a lege punitur. Vt cum præcipit lex cædentẽ ligna ex nemore prohibito, non ſoluentem vectigalia præter valorem, reliquam abſtulit, teneri ad ſoluẽdum hanc, vel illã pœnam. Ex eo.n.quod quis iniuſte rem alienã accipit, iuſte pœna aliqua puniri poſſit. Vt autẽ omnia in materia manifeſta reddantũr, quid in reſtitutione ratione violationis iuſtitiæ commutatiuæ, ac etiam iuſtitiæ vindicatiuæ dic dum ſit, in ſequentibus breuiter exponam.

2 Primo, quantum ad naturam rei ſpectat, ſatiſ iuſtitiæ commutatiuæ, ſi tantundem ſimplici reſtituatur, quantum ablatum eſt, non plus, minus.

Ratio eſt, quia cum reſtitutio ſit actus iuſtitiæ co mutatiuæ, cuius eſt æqualitatẽ conſtituere inte & rem, nulla habita cõſideratione, an illa inæ litas iuſte fuerit facta, vt in mutuo, depoſito, &c. iniuſte, vt in furto, rapina, vſura, &c. vt reſtitu ni debitæ ſatisfactum ſit ſatis erit tantum redde quantum fuit ablatum, nulla condemnatione iu cis expectata, & hoc ex ipſa rei natura.

3 Secundo, quando res ablata extat eadem nu ro, tunc res illa domino reddenda eſt, niſi ali minus velit eſſe contentus, vt colligitur ex l. E a quo, & manifeſti. Cod. de ſolution. Nauarrus Manuali. capitu. 17. num. decimoquarto. Sin res non extat, & tamen certi, & noti valoris ſi ta per legem, aut per communem æſtimation ita determinati, tunc ſufficit valorem rei reſti re. Quod ſi eius, naturæ res ſit, vt valor eius, ne per communem æſtimationem, neque per lege aliquam determinatus ſit, vt vita, ſanitas, honor ma, &cet. aut de rei quantitate, qualitate, num aut natura, non ſatis conſtat, vt ſi quis combu domum variis rebus refertam, tunc ad arbitrium viri prudentis reſtitutio facienda erit, conſiderat omnibus circunſtantiis, arbitrando quantum r quiritur ad æqualitatem rei, ſi poterit aut ſaltem quam proxime fieri poſſit, vt recte Caietan. in ſum ma. verbo. reſtitutio. cap. 3. Nauar. in Manuali. ca 17. nu. 27. & Gregorius de Valentia vbi ſupra an notarunt. & hæc duo dicta noſtra intelligẽda ſun quando non ſolum quis abſtulit alteri rem, quam actu habebat, ſed etiam quam habebat in potenti cum hac tamen differentia, qui abſtulit rem q alter actu poſſidebat, tenetur illum integrum, & æqualitatem ſimpliciter reſtituere: qui vero ab lit rem, quæ non actu, ſed ſolum in potentia po debatur, reſtitutio facienda erit arbitrio boni v deductis expenſis, quas, vt res actu etiam habe tur, facere oportebat, & deducto etiam tanto, q to conſideratis omnibus circunſtantiis arbi prudentis minus valet res in potentia, quam actu, ſi non plane certo res ſperatur, & poterat quo modo impediri iuxta doctrinam Sanct. Th mæ 2.2. quęſt. 62. art. 4. ab omnibus receptã. Im non ſolum res, ſed etiam fructus rei reſtitui debe deductis expenſis, ſi res erat fructifera, & damnu emergens, vel lucrum ceſſans, hæc enim omnia nomine Rei ablatæ ſignificantur, vt autem ha omnia clariora fiant, ſoluenda ſunt aliqua dubi in particulari. Quorum

4 PRIMVM DVBIVM eſt, Ad quã reſtitutio teneatur, qui nocet alteri in re, ad quam tan erat in potentia? vt v.g. qui conculcat ſegetes, neaturne ad reſtituendum valorem illarum, ſi perueniſſent ad meſſem, vel ſufficiat reſtitue quod valent tempore, quo conculcantur. R *difficultatis* eſt, quia cum pretium rei ſit illud, q res æſtimatur in præſenti, reſtituere valorem rei præſentis, ſatis erit, vt reddatur æquiuale rei ablatæ.

Econtra vero agricolæ recta ratione diſtãte hoc obſeruant; vt qui ſegetes alterius conculcauit, reddat valorem ſegetum, quem tempore meſſis habebunt deductis expenſis, quæ faciendæ erant.

Huic difficultati reſpondent Sotus lib.4.de iuſtit. q.6.art.5.Martin.Ledeſm.2.4.q.18.art.4. Arrago. 2.2.quæſt.62.ar.4. quod ſi damnum dedit caſu, & non ex intentione, ſatisfactio facienda eſt non in integrum, ſed ad boni viri arbitrium: ſin autem ex intentione, & conſulto damnum dedit, tunc in integrum reſtituendum erit.

Hæc tamen reſponſio, vt patet, difficultatem propoſitam non explicat aut ſoluit.

Vnde rem aliter explicandam eſſe cenſeo, ita vt non ſolum habeatur ratio intentionis, & voluntatis eius, qui damnum intulit: ſed etiam rei, in qua damnum infertur, nec non propinquitatis, ad perfectionem, quam res habitura fuiſſet, niſi aliunde impediretur.

Primo igitur, Qui omnino inuoluntarie, & ſine vlla culpa ſua nocet alteri in rebus ſuis, quæcunque res illæ ſint, nihil reſtituere tenetur.

Ratio eſt, quia debitum reſtituendi, vel naſcitur ex iniqua acceptione rei alterius, vel ex re accepta: Qui autem ſegetes alterius combuſſit, aut equum ſeu pullum occidit, ſine culpa ſua, ex nullo iſtorum ad reſtitutionem obligatur: neque enim rem alterius retinet, neque inique nocuit, cum ſupponamus ſine aliqua ſua culpa hoc damnũ alteri intuliſſe; vbi autem nulla eſt culpa in nocendo, nulla eſt reſtitutionis obligatio, vt colligitur ex cap.ſi tua culpa.de iniuriis, & damno dato. vbi Summus Pontifex culpam aliquam exigit in eo, qni tenetur ad damnum illatum reſtituendum.

Secundo, Qui damnum alteri intulit in rebus cũ aliqua culpa ſua, ſiue intendebat omnino damnum illud inferre, ſiue non, ſed ſolũ indirecte, puta, non adhibuit diligentiam debitã ad vitandũ illud damnum, tunc diſtinguendũ eſt; ſi enim damnum datũ eſt in plantis, & ſeminibus terræ mandatis, tunc æſtimanda ſunt ſemina, quando ſunt in proxima, & probabili potentia ex fructu, & valore, quẽ habitura erant, ſi perueniſſent ad maturitatem, & perfectionem, deductis expenſis faciendis in illis, quouſque ad talem perfectionẽ perueniſſent. Quem vſum obſeruare ſolent agricolæ, vt proximus, valor autẽ fieri debet ad boni viri arbitriũ iuxta pretiũ, quod valent ſegetes tẽpore meſſis, qñ iam erant in proxima quaſi potentia ad meſſem: ſecus aũt ſi longe diſtabat meſſis, tunc.n.minus valent, cum id quod nondũ actu eſt, ſed in via, & potentia, ſ.remota, non valet, ac ſi eſſet actu, vt docet S.Tho.2.2. q.62. art.4. vel ergo hoc modo facienda erit ſegetum, & ſimilium reſtitutio, vel partes inter ſe conueniant de pretio damni ad arbitrium boni, & prudentis viri. Sin vero damnum datum ſit in animalibus viuentibus, tunc res æſtimari non ſolet niſi iuxta tempus præſens, vt conſtat ex communi omnium gentium conſuetudine, & iure, vt tradit Micha. Salon 2.2.q.62. art.4. concluſ.3. Vnde qui occidit ſeruũ alterius paruulum ſiue intendens eum occidere, ſiue non, dans tamen operam rei illicitæ, & nõ adhibens diligentiam debitam, non tenetur ad reſtituẽdum valorẽ illius ſerui, quantum valuiſſet effectus vir, ſed quantum valuiſſe iudicabitur in ea ætate, in qua occiſus eſt. Sic ẽt qui pullũ alterius valentẽ decem aureos occidit, non tenetur ſoluere valorem eius iuxta ætatẽ perfectam, ad quam perueniſſet viuens, ſed ſatisfacit ſoluens, quod in ætate valet, in qua occiſus eſt. *Ratio vtriuſque eſt*, quia valor rerum ex cõi hominum æſtimatione, & conſuetudine, magis quã ex rebus ipſis ſumitur: hæc autem cõis conſuetudo eſt, vt animalia viuentia æſtimentur iuxta ſtatum præſentem, ſegetes autem iuxta valorẽ, quo æſtimantur in potẽtia proxima ad ſuam perfectionem, & maturitatem, deductis expenſis faciendis in illis, quouſq. ad talem perfectionẽ perueniſſent; Non male tñ docent præfati Doctores, Sotus, Ledeſma, & alii, exactiorem reſtitutionem requiri ab eo, qui directe formaliter, & ex propoſito alteri dãnum intulit, quam ab eo, qui indirecte, & negligentia idem damnum inferret: cum huic damnum ſit aliquo modo inuoluntarium, alteri vero plane voluntarium, vt propterea ex æquitate quadã maior reſtitutio ab illo, quam ab iſto ad boni, & prudentis viri arbitrium exigatur.

7 SECVNDVM Dubium eſt, An qñ res fructifera iniuſte retenta, aut ablata ſit, reſtituendi ſint oẽs fructus, quos dominus ex illa re percepiſſet.

Reſpondeo *primo*, Reſtitui debent omnes fructus, quos dominus rei ſolitus eſt recipere: vt v.g. vſurpaſti vineã, vel agrum, quẽ dñs diligenter colere ſolebat, & ita percipiebat ex eo quadraginta aureos annuatim, quadraginta aureos pro ſingulis annis reſtituere teneris; furatus es equum, quem dominus locare ſolitus per menſem ex locatione percipiebat quatuor aureos, teneris reſtituere quatuor aureos ſi per menſem re inuiſti, licet tu nihil ex equi locatione perciperes. *Secundo*, Reſtitui debent oẽs illi fructus, quos dñs rei probabiliter, & honeſte percepiſſet. Illi vero fructus dicuntur probabiliter recipiendi a domino rei quos attenta cõi, & ordinaria ſimiliũ hominũ cura, & diligentia dominus rei percepiſſet. Sic cõiter Doctores, quos citauimus tract..2.c.3.dub.2.de qua re plura eo in loco legi poſſunt, hic ſatis ſit hæc breuiter attigiſſe.

8 TERTIVM Dubium eſt, An iniuſtus rei alienę detentor, aut occupator reſtituere debet fructus perceptos, ſi dominus rei nullos erat ex ea re fructus percepturus?

Reſpondeo, *Primo*, ſi fructus extant, eos reſtituere tenetur.

Secundo, ſi conſumpſit, reſtituere eos debet, quib. ditior effectus ſit.

Tertio, ſi conſumpſit, & non eſt factus ditior, nõ tenetur reſtituere in foro interiori, quandoquidem nec pertinent ad damnum, nec ad lucrum ceſſans, cum dominus nullos erat fructus percepturus, ex Couar.in reg.peccatum. p.2.§.6.nu.3. ad finem, & nos vbi ſupra latius explicauimus.

9 QVARTVM Dubium eſt, quid dicendum ſit de expenſis, & meliorationib. factis in re aliena apud iniuſtum eius poſſeſſorem?

Reſpondeo *Primo*, quod expenſas neceſſarias poteſt iniuſtus rei alienæ occupator in foro interiori retinere.

Secundo, quoad voluntarias, & vtiles expenſas, ſi a re ſeparari non poſſint, ſine illius detrimento, tunc eas licite retinere non poteſt; Sin autem ſeparari poſſint a re ipſa, eas licite retinere poteſt.

Tertio,in foro exteriori non datur ius repetendi vllas expenſas vtiles,vel voluntarias,immo condẽnatur ad eas amittendũ, ſiue a re ſeparari poſſint, ſiue non poſſint. Sic communis Doctorum opinio, & Glo.in l.in fundo, ff.de rei vend.per textum.ibi. & in l.domum.C.de rei vendic.Ioan.Medina.C.de reſtit.q.6.p.2.Couar.in reg.peccatum. p.2.§.9.nu. 3.de reg.iur.in 6.& alii.vbi obſeruandum eſt,expẽſas eſſe triplices, quædam ſunt *Neceſſariæ*, quales ſunt illæ,ſine quib.res vel ex toto, vel ex parte periiſſet,vel in deterius abiiſſet; Aliæ ſunt vtiles,quæ rei fructum augent, vel rem meliorem efficiunt, vel impediunt,ne res deterior fiat. Aliæ deniq.dicũtur voluntariæ, quæ ornatus, vel voluptatis gratia fiunt,& fructum rei non augent.l.Impenſas.de verbor.ſignifi.& l.ex argento. ff.de cond.furti.Vnde ſi quis equum ſurripuit,retinere poteſt, quod expẽdit in alimentis eius neceſſariis. Sicut etiam ſi quis ſeruum rapuit, expenſas neceſſarias in alimentis ſeruo ſurrepto præſtitas retinere poteſt. arg.l.1.C. de infant.expoſit. Couar. vbi ſupra,& patet ex dictis tract.ſecundo,c.3.dub.2.§.10.

10 QVINTVM Dubium,Cum non ſolum fructus rei,ſed etiam lucrum ceſſans,& damnum emergẽs reſtitui debet, difficultas eſt, quantum reſtituere tenetur, qui alterius pecuniam ſibi mutuatã vltra tẽpus præfixum inuito dño retinet; Vt v.g.Petrus mutuauit Ioanni mille aureos hac lege,vt illos ſolueret infra annum, quos tñ Ioannes non reddit infra annum, vnde fit, vt Petrus non lucretur centũ aureos, quos lucratus fuiſſet intermedio tẽpore a termino anni præfixi vſque ad tempus ſolutionis, an teneatur in hoc caſu Ioannes ſoluere mille aureos mutuatos, & alios centũ aureos, quos Petrus lucratus fuiſſet, ſi Ioannes rempore præſcripto illos mille aureos reſtitueret.

Reſpondeo cum S.Thoma 2.2.q.62.ar.4. ad ſecuadum.Thoma de Argentina.4.diſt.15.ar.4.q.4. Soto lib.4.de iuſt. q.6.ar.5. ad ſecundum.Martino Ledeſm.2.4.quæſt.18.ar.5. poſt cõcl.tertiam.pag. 260.colum.2.& Petro de Arragona 2.2.q.62. arti. 4.In hoc caſu teneri Ioannem ſoluere,& mille aureos ſibi mutuatos, & dãnum centũ aureorũ,quod Petro accreuit, eo quod non ſoluit ei pecuniã mutuatã tempore a Petro præſcripto: Non quidem in integrum, quia lucrum illud centũ aureorum non erat certum, ſed ad viri prudentis arbitriũ, penſatis prius & quantitate pecuniæ.& perſonarum,& negotiorum conditionibus ac circunſtantiis.

Ratio aũt cur Petrus poſt tempus ad reddendũ præſcriptũ,a Ioanne, qui in mora ſoluendi fuit lucrum illud exigere iuſte põt, illudque Ioannes in hoc caſu reſtituere tenetur,non eſt ea pręciſe,quod pecunia illa Petri negotiatoris in virtute plus valet, quã ſi non eſſet negotiationi expoſita, ſed hæc iũcta cũ alia cauſa, quod ſcilicet, poſt tempus illud ad ſoluendũ præfixũ, Ioannes eſt in mora culpabili,& pecuniã ſuam inuito Petro retinet: Quamuis igitur Petrus non põt iuſte lucrum pro pecunia ſua mutuata intra annũ præfixũ a Ioanne exigere, ex eo qđ toto tempore anni Ioannes pecuniã Petri ex conſenſu eiuſdem retinet, quia tamen poſt illud tempus pecuniã illam inuito Petro retinet,lucrum ceſſans a tempore moræ reſtituere tenetur.

Hinc ſequitur male facere Nobiles, & Magnates, qui multis annis detinent pecuniam mercatorum ipſis inuitis,quia lucrarentur multa alia bona; vltra hoc enim quod peccant, tenentur ad reſtitutionem lucri ceſſantis ad arbitrium boni viri, tantanquam illi, qui huius damni cauſa iniuſte extiterunt, quam niſi faciant, non ſunt a cõfeſſoribus abſoluendi, vt Ledeſmius, & Arragon locis citatis annotarunt.

11 SEXTVM Dubium eſt, An ſi Petrus mutuauit Ioanni mille aureos, hac conditione, vt Ioannes illos redderet infra annum, quos deinde Ioannes infra annum reddidit, & tamen Petrus nondum elapſo hoc tẽpore incidit in notabile detrimentũ, ob id ſolum quod non habuit ſuam pecuniam, an Ioannes mutuatarius teneatur hoc damnũ reſarcire? Ratio difficultatis eſt, quia fuit cauſa, cur Petrus amiſit illud bonum, damnũque illud incurrit.

Reſpondeo cum Martino Ledeſm. & Arragono vbi ſupra,non teneri Ioannem ex iuſtitia ad aliquam reſtitutionem. *Ratio eſt*,*Primo*,quia nullam iniuriam intulit Petro,cum ipſe volens gratis mutuauerit pro toto anno.

Secundo, quia Ioannes non accepit prædictum mutuum cum illo onere.

12 SEPTIMVM Dubium eſt, An ſi Petrus mutuauerit Ioanni mille aureos ſoluendos intra annum, quos tamen ex iuſta cauſa Ioannes non ſoluit nempe quia non potuit, teneatur reſtituere damnum, quod Petrus incurrit ex dilatione ſolutionis? *Ratio dubij eſt*, quia retinuit alterius pecuniam inuito domino.

Reſpondeo, vel non ſoluit pecuniam mutuatã tempore præfixo,quia ſimpliciter non eſt ſoluẽdo, hoc eſt,nec hẽt,nec habere põt, vnde ſoluat,& tunc non tenetur ad reſtitutionem damni ſubſecuti.

Ratio eſt, quia nemo tenetur ad reſtitutionẽ, niſi ex culpa,cõtra rationem nãque eſt, vt qui facit totũ,quod poteſt,vt ſeruet ea,ad quæ tenetur,ad aliud obligetur,cũ non ſit in culpa: vel non ſoluit tẽpore debito, non quia non põt, ſed quia non poteſt ſine magno ſuo damno,& detrimento, vt ſi nõ poſſet illam reddere,niſi vendat domũ, aut alia bona, quæ habet,& tñ poſt tempus præfixum ſoluere poterit totum,quod debet, ſine illo damno,& tunc certum eſt, teneri de damno, quod ſequitur Petro ex dilatione ſolutionis, vt tradunt Ledeſm. & Aragon.vbi ſupra. Ratio eſt, quia nemo põt ſe ſeruare indemnẽ cum damno alterius: Vnde ſi vult retinere domum,& alia ſua bona, ſoluere tenetur damnum quod propter hoc Petro intulit. Et hactenus de reſtitutione facienda rõne iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſpectata ſolum rerũ natura,ex quibus non erit difficile alios omnes caſus concurrentes, conſideratis circunſtantiis rei,loci,temporis,perſonarum,& damni emergentis,vel lucri ceſſantis definire.

13 Tertio principaliter,quantum ad reſtitutionem faciendam ratione iuſtitiæ iudicatiuæ, aliquando reſtitui debet plus quam eſt acceptũ, & ablatum, tunc ſcilicet,quando per legẽ id in pœnam iniuriæ alteri illatæ ſtatutum eſſet, vt recte docent S.Tho. 2.2.q.62.art.3.& interpretes ibi, & Sotus lib.4.de iuſtitia.q.6.ar.4.Martin.Ledeſm.2.4.q.18.artic.5. pag.257.col.1. Gregorius de Valentia tom.3.diſp. 5.q.6.puncto 6. & alii omnes. Id quod olim etiam in lege veteri ſtatutum fuit, vt habetur Exod.22.

vbi, ſi quis furatus eſset bouem, aut ouem, & occideret, aut venderet, quinque boues pro uno boue reſtituere tenebatur, & quatuor oues pro vna oue. Vnde idem nūc lege humana in pœnā delicti ſtatui pōt; quæ lex cū iuſta ſit, & bonum cōe reſpiciat, obligat in conſciētia ad illius ſolutionem; vt ſi notant præfati Doctores poſt S. Thomam, non tenetur quis huiuſmodi pœnam ſoluere quouſq. iudicis ſnīa cōdemnatoria acceſſerit, quandoquidem ſoluere pœnam ſit legem executioni mandare, & ſupplicium culpę ſtatum inſligere quæ ad iudicem, & non ad Reum, pertinent. Id q· latius tradi ſolet in materia de legibus, poſt S. Thomam 1.2.q.96 art.4. quam rem tractant Sotus lib.2. de iuſtit. q.6. art.6. & Couar. in regu. peccatum. p.2. §.4 nu.8. de reg. iur. in 6. Martin. Ledeſm. 2.4. q.18. ar.3. pag.257. Arragon. & Salon in 2.2. q.62. art.3. & alii. Quia vero hæc omnia eo in loco expreſſius examinanda ſunt, hic breuitatis cauſa ne idem ſæpius repetatur, omittimus.

TRACTATVS QVINTVS.

Cui facienda ſit reſtitutio.

De reſtitutione facienda, quando dominus rei notus eſt. Cap. I.

SVMMARIVM.

Quinam Authores de præſenti materia tractent.

Omnes hanc generalem Regulam tradunt, reſtitutionē eſſe faciendam vero Domino rei.

Qui ſurripiunt rem a latrone, non illi, ſed domino, cui latro ſurripuit, reddenda eſt.

Qui aufert Sartori, aut fulloni aliquid, eidem, & nō Domino reddere tenetur in conſcientia. quare.

Qui rem aufert a depoſitario, & illam Domino reddit peccat contra charitatem & iuſtitiam.

Auferens rem a tutore, procuratore, diſpenſatore, theſaurario &c. illi, & non Domino reſtituere tenetur.

Quandocunque res ablata non redditur ei, a quo ablata eſt, ſed vero Domino, admonendus eſt ille, a quo res ablata fuit.

Ab hac communi Regula quidam caſus excipiuntur.

Lucrum a pupillo Monacho &c. Patri, & Abbati reſtituendum eſſe intelligi debet quibus limitationibus.

Secundus caſus, in quo ei, a quo ablata fuit res, non eſt reſtituenda.

Vnde multa inferri poſſint.

An Domino petente rem ſuam depoſitam in damnum temporale, vel corporale ſuum, aut alterius deneganda ſeu differenda ſit.

Communis, & vera Opinio contra Caietanum explicatur.

Poſſe rem alienam depoſitam detineri, quibus limitationibus verum eſſe intelligatur.

Qui reddit Domino rem ſuam ad abuſum citra alterius iniuriam tenetur ex charitate impedire, reddendo tamen contra iuſtitiam non peccat.

Mutuans pecuniam etiam qua ſcit velle abuti, licet forte peccet, non tamen erit contra iuſtitiam, vt falſo Caietan.

16 *Locus Eccleſiaſt. 17. Vnicuique mādauit Deus de proximo ſuo, quomodo intelligendus, vnde ſoluitur argumentum.*

17 *Tertius caſus. Quando Dominus rei eſt in loco diſtanti, & quid in tali caſu facere teneatur, & quando hi tres caſus intelligendi ſunt, vt excuſent.*

18 *An qui hæredibus inueſtigatis nulloque inuento, pecuniam in defuncti ſuffragia, vel pauperes, & alios pios vſus conuertat, poſtea inuento hæredi debeatur reſtitutio.*

19 *An qui accepit rem de manu eius, qui non eſt verus Dominus illius, ſed bona fide poſſidet, liceat vero Domino eam reſtituere.*

20 *Quando quis a fure bona fide accepit rem alienam pretio emptam, cui debeat eam reſtituere cum nouerit eſſe alienam.*

21 *An quando quis furi rem ſurripuit furto ſublatam, ab ipſo, teneatur in conſcientia eam vero Domino reſtituere.*

22 *An qui mandatum habet a fure, vt Petro det rem furatam, cum tamen illa ſit Ioannis, dare debeat vero Domino, an vero ſatis ſit ei tradere, cui fur mandauit.*

23 *De bonis ablatis a Perſonis Eccleſiaſticis an eis, vel pauperibus reſtitui debeant.*

24 *Quando, & iuxta quam opinionem non Prælato, ſed Eccleſiæ reſtituenda ſint, & quomodo etiam poterit illi reſtituere, ſi alias ſcandalum oriatur.*

Quoad bona immobilia, quid certiſſimum ſenſerit Author ibid.

1 ANtequam dubia proponamus, nō abs re erit breuiter authores referre, qui de hac re ſcribunt, ex quibus ea deinceps colligā, quæ huic noſtro inſtituto ſunt magis accōmodata. Tractant igitur de hac re S. Thomas 2.2. q.62. ar.5. & in 4. diſtin. 15. q.1. art.1. quæſtiuncula. 4. Ioannes Scotus 4. diſt. 15. q.2. art.4. verſi. De Quarto. Thomas de Argentina eadem diſt. artic.4. q.2. Palud. 4. diſt. 15. q.2. art.4. Gabr. eadem diſtinct. quæſt.2. artic.3. dub.3. Martin. Ledeſm. 2.4. quæſt.18. artic.5. pag.261. & ſequent. Caietan. in 2.2. quæſt.62. artic.5. & Arrago. & Salon ibidem, & idem Caietanus in Summa verbo. reſtitutio. cap.4. Sotus lib.4. de iuſtitia. quæſt.7. art.1. Ioannes Medina Cod. de reſtitutio. quæſt.2. dub.2. Sūma Piſanella verb. reſtitutio. 1. §.2. Angel. verbo. reſtitutio. 2. S. Antonin par.2. tit.2. ca.1. §.4. Tabiena verbo reſtitutio nu.14. §. Decimotertio. Syluest. verb. reſtitutio. 4. Marti. Nauar. in Manuali. cap 17. num.18. & ſeqq. Couar. in reg. peccatum. par.2. §.2. de reg. iur. lib.6. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſententiarum. par.2. in quæſtione cui facienda eſt reſtitutio. Barthol. Medina lib.1. inſtru. confeſſ. cap.14. §.33. verſic. Quartum caput. Petrus Nauar. lib.4. de reſtitu. c.3. Grego. de Valent. to.3. diſp.5. q.6. puncto 4. & alii paſſim.

2 *Hi omnes* hanc generalem regulā tradunt, Reſtitutio communiter faciēda eſt vero domino rei. *Ratio eſt*, quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, per quam æqualitas cōſtituitur inter perſonas, quæ inæqualia habent: At vero hæc adæquatio rerum conſtitui non poteſt legitime, niſi fiat recompenſatio damni illati ei, cui damnū illatum eſt il-

le enim eſt,qui minus habet ob iniuſtam ablationẽ aut detentionem, quam habere debet: Illi ergo cõmuniter fieri debet reſtitutio. Id ipſum docet Apoſtolus Ro.13. dicens, *Reddite omnibus debita,cui tributum,tributum,cui Vectigal,Vectigal*,& latius idem traditur in toto titulo,de reſtitut.ſpoliat.& in cap. Reintegranda.3.q.1.Illud autem annotandum eſt, nomine *Veri Domini*,intelligi omnem iuſtum poſſeſſorem illius rei, etiamſi rerum dominium illius rei non habeat, ſiue ſit adminiſtrator, procurator, diſpenſator,aut cuſtos rei, vt habens pignus ſibi datum in aſſecurationem, vel depoſitarius pecuniæ, aut alterius rei ſibi in cuſtodiam datæ, & commodatarius rei commodatę, conductor rei, locator, curator, tutor, & denique omnis, qui iuſto titulo rei illius poſſeſſor eſt,aut ius habet ad rẽ,vel poſſeſſionem illius, qualis eſt veſtis conſarciendæ ſartor, veſtis lauãdæ lotor,&c.hi enim omnes,& ſi nõ ſint domini rei, habent tamen ius ad rem retinendam, & cuſtodiendam,vt conſtat.

3 Ex hac communi regula, & doctrina inferunt Doctores.

Primo, quod ſi quis ſurripuit rem a latrone,quicquid Martinus Nauar.in Man.cap.17.nu.29.verſ. Quinto,contradicat,non illi, ſed domino cui latro ſurripuerit,reddenda eſt,ex Syluestro verb.reſtitutio.4.q.3.Ioanne Medina, Soto,Ledeſm.Arraggono. Gregorio de Valẽtia, & Petro Nauarro vbi ſupra.c.2.dub.3.num.17.

Ratio eſt,quia illi facienda eſt reſtitutio,cui damnum illatũ eſt. At damnum illatũ eſt vero domino, Ergo illi,& non latroni res reſtituenda erit,cũ hac ratione vtriuſque,id eſt, Domini & latronis res vtiliter geratur. Quod tñ intelligendum eſt, qñ quis bona fide,& ſine contractu oneroſo rem illã a fure accepit:ſi.n.rem illã bona fide accepit per emptionem,aut alium contractum oneroſum, tunc non tenetur rem vero dño reddere,ſed eã furi reddere poteſt,vt pretium illi datum recipiat, poteſt enim ſe ſeruare indemnem,maxime, cum ipſe ſit innocens, vt latius expoſuimus ſupra tracta.2.cap.2.dub.2. Quando autem quis mala fide emit a fure,tunc non poteſt furi reddere, vt accipiat pretium,ſi probabiliter dubitet, furem non eſſe rem illam vero domino reſtituturum,ſed eã domino reddere tenetur,vt diximus tract.2.cap.3.dub.1. vnde reddendo rem furi,peccat, & reſtituere tenetur inſolidũ vero domino,ſicut damni concauſa, & conſequenter multo minus licebit dare ei cui fur mandauit.

Dixi,*ſi probabiliter dubitet,&c*.Quia ſi veriſimiliter crederet, furem velle rem illã domino reddere, tunc ſi rem illã furi redderet,vt pretium datũ reciperet,nõ peccaret, nec ad reſtitutionem teneretur, quia tunc ſi fur poſtea reddat, hic qui rem latroni reddit,non facit iniuriam, nec vllum damnum infert vero Domino,ſed potius iuuat reſtitutionem rei;& ſibi,& conſcientiæ furis ſimul conſulit: Qđ idem dicendum eſt, ſi daret alicui, cui fur mandaret,ſi probabiliter crederet,quod is cui, res dari fur mandauit, illam domino reſtituere vellet, in quo ſolo ſenſu vera eſſe poteſt ſententia Martini Nauarri vbi ſupra,tũ in eo qui dat furi,aut ei,cui fur mãdauerit. Extra quem caſum,non furi, ſed domino vero,vt diximus,res reddenda eſt. Iura autem,quæ docent prædoni, ſeu furi rem ablatam reſtituendã eſſe,vt c.ex literis.de reſtitu.ſpoliat.& l.1.§.prædo. ff.depoſiti. intelligenda ſunt, quando non conſtat nec facile conſtare põt de vero domino,atque adeo in caſu, quo dubitatur, an fur iuſte poſſideat, necne, tunc enim illimet, a quo res ablata eſt, reſtitui debet,cum in dubiis potior ſit ratio poſſidentis;ſecus autem ſi conſtaret certo de domino rei,tunc ei,& non furi reſtituenda erit, q̃ intelligi debet Caiet.2.2.q.62.art.5.Martino Ledeſm. Arragono, Salone,Petro Nauarro locis citatis,in conſcientia, & foro interiori, in foro enim exteriori nõ niſi publica auctoritate prædo re ſua ſpoliari debet.

4 *Secundo* infertur,quod qui aliud aufert a ſartore, aut a fullone ſeu lotore, eidem, & non domino in conſcientia reddere tenetur.

Ratio eſt, quia hic cenſetur dominus rei,cũ illi cuſtodia rei cõmiſſa ſit,vnde qui rẽ vero domino, & non illi reſtitueret,non ſolum peccaret contra charitatem,ſed ẽt contra iuſtitiam,priuando illum iuſta poſſeſſione rei, & auferendo ei laborem ſuũ in illa re impenſum,& dũ exinde ſartori moleſtia accedat,aut difficultates in labore ſuo recuperãdo, & de negligentia in ſeruando accuſetur,cõtra charitatẽ faceret, qui rẽ illi auferret, & vero domino reſtitueret. Idem dicendũ de eo,qui pignus accepit a pignoratario, & reddit domino;aperte enim infert ei iniuriam, dum hac ratione creditori ſeu pignoratario auferat debitum aſſecurationis.

5 *Tertio* infertur, quod qui rem aufert a depoſitario,& illam domino reddit,peccat contra charitatem,& iuſtitiam.

Ratio eſt, quia cũ ille depoſitarius licitè rem illã poſſideat,& ea vtatur,iniuriã ei facit,qui rẽ illam ei aufert,dũ iniuſte eũ poſſeſſione,& vſu rei priuet, ſiquidem vſus rei vtilis fuit,vnde rationabiliter inuitus eſt,eo ipſo quod alter rem illi abſtulit,& domino reddidit, vnde vt notant Medina vbi ſupra q.1.dub.2.conclu.2.& Petrus Nauar.cit.dub.1.nu. 5.in iudicio depoſitarius rem illam ab eo repetere poteſt,& ei reſtitui iubebitur. Vnde illi,nõ vero domino,eſt reſtituenda. Qui ambo recte addũt,quod qui rem abſtulit illi,& vero dño reddidit,ſi aliquod dãnum paſſus ſit depoſitarius, tenebitur auferens de damno. Vt v.g.ſi quis erat depoſitarius mille aureorum per annum, & cũ eis negotiaturus erat, & centum probabiliter lucraturus, tenebitur fur depoſitario,& mille aureos,& intereſſe reddere,& non damnum. *Ratio eſt*, quia pecunia illa data erat ei in depoſito per annum, vnde liberum erat depoſitario,(dummodo non defuiſſet domino petenti depoſitum) cum ea negotiari,& lucrum reportare, & proinde illi tale veriſimile intereſſe, & pecuniã reſtituere tenetur, quod tamen intereſſe domino non debetur, cum dominus cum ea negotiaturus non erat, quãdoquidem eam depoſitam habuerat. Et quod de depoſitario diximus, pari modo de cõmodatario dicendum eſt;vnde qui auferret illi rem cõmodatam, tenetur commodatario ad reſtitutionem rei,& non commodanti; immo etiam,& expenſas ſoluere tenetur, quas commodatarius in re ſua inueſtiganda expendit, vt expreſſe tradunt Ioſephus Angles in 4. Florum Theolog.p.2.quæſtione, cui facienda eſt reſtitutio. & Petrus Nauarrus vbi ſupra,dub.1.nu.6.ſicut etiam eas,quas fecit ſpoliatus,tenetur fur reſtituere.

Quarto infertur,quod auferens rem a tutore,curatore,diſpenſatore,procuratore,theſaurario,&c. quamuis rei ablatæ dominus non ſit, illi tamen non domino rem illam reſtituere tenetur. Ex quo enim rei illius iuſtam adminiſtrationem habeat,ratione officij ei incumbit rationem reddere,ideoque illi de damno ſecuto tenetur, niſi per bonam fidem excuſetur.

Illud vero annotandum eſt ex Caietano, Martino Ledeſma,& Soto locis citatis,& Petro Nauarro vbi ſupra dub.3.nu.19.& Mich.Salone loco citato,ante primam controuerſiam, quandocunque res ablata non redditur ei,a quo ablata eſt,ſed vero domino:admonendus eſt ille, a quo ablata fuerat, iam eſſe reſtitutam vero domino,ne eidem bis reſtitutio fiat.v.g.ſi quis rem ablatam a latrone,vero domino reſtituerat,tenetur eum,& latronem etiam admonere,ne forte latro pœnitentia ductus rurſum reſtituat,& ne dominus alia via a latrone rurſum exigat, quod ſemel reſtitutum eſt,in quo caſu cauendum eſt,vt qui rem a latrone ablatam vero domino reſtituit,quantum fieri poteſt, furis perſonam non prodat.

Ab hac autem communi regula,excipiuntur quidam caſus,in quibus res ablata ei, a quo ablata eſt, reſtituenda non ſit.

Primus eſt,quando ille,a quo ablata res eſt,non eſt capax dominij,vel adminiſtrationis,vt ſi quid ab vxore,quod erat ſub dominio viri,ablatum ſit, non ipſi,ſed viro reſtitui debet: Sic etiam ſi quid a monacho, aut religioſo ablatum ſit, non ipſi,ſed prælato ſui conuentus reſtituendum erit; Item ſi quid a ſeruo,famulo,vel filio familias, aut habente tutorem,aut curatorem fuerit ablatum, non illis,ſed patri, Domino,aut curatori,ſeu tutori debet reſtitui.

Sic etiam ſi quid a clerico ablatũ ſit,quod erat eccleſiæ,non illi,ſed prælato illius eccleſiæ reſtituendum eſt. Ratio eſt,quia non ſunt veri domini, vnde veris dominis,aut vicem dominorum gerentibus,& rerũ illarum adminiſtrationem habentibus reſtitutio faciẽda eſt. Sic Medina in dicto dub.2. Pet.Nau.vbi ſup.dub.1.nu.9. & Salon in 2.2.q.62.ar.5.in principio. Sotus li.4.de iuſti.q.7.arti.2.in princip. Salon in dicta q.62.ar.5. & alij communiter. Ex qua doctrina infert Mar.Ledeſ.2.4.q.18.ar.5.pag.262. (quod ante eum docuit Alphonſus à Caſtro lib.2.de poteſtate legis pænal.c.2.concl.1.corollario.3.)quod ſi quis lucratur pecuniam ludo a pupillo,qui non poteſt alienare, vel a Monacho,vel ab vxore,tenetur totum,quod ſic lucratur vero domino reſtituere, nempe patri,marito, vel Abbati,aut Monaſterio. Quæ tamen Caſtri, & Ledeſmij doctrina,ſicut & illa ex communi prędictorum Doctorum conſenſu, in hoc caſu allata intelligi debet cum his limitationibus.

Prima eſt,quando pupillus,vel religioſus, aut vxor,quæ dedit,aut luſit pecuniam,non habuerit illius rei adminiſtrationem; Secus autem ſi illius rei lucratæ,aut oblatæ adminiſtrationem habeant,nẽpe ſi Religioſus ſit Procurator Monaſterij, & idẽ de alijs,tunc enim eis fieri poteſt reſtitutio. Ratio eſt,quia licet illius rei dominium non habeãt,nec rem illam donare,aut alienare poſſunt, habent tamen adminiſtrationem, & diſpenſationem illius; Quod intellige,ſi ſit probabilitas quod fideles ſint adminiſtratores,& diſpenſatores ſecundum dominorum voluntatem,aliter non licebit illis, ſed veris dominis reſtituere,vt dictum eſt.

Secunda eſt,Quando non creditur probabiliter, quod is a quo res ablata eſt, reſtituet eam vero domino:ſi enim ſperatur probabiliter latronem filiũ ſeruum,vxorem,aut religioſum, quàm primum rẽ ab eis ablatam receperint,non dilaturos illam veris dominis reſtituere,tũc licet, immo eſt optimũ eidem,a quo res ablata eſt,illam reſtituere,ex Petro Nauarro vbi ſupra dub.3.nu.18. & Salone loco citato,quia ſic nec infertur damnum vero domino,& honori,& conſcientiæ ipſorum conſulitur, & reſtituitur vero domino per ipſos, quaſi per interpoſitam perſonam,quod eius eſt.

Tertia limitatio eſt, quando reſtituens id poſſit facere ſine ſuo magno incommodo; Nam ſi latronem,aut filium familias timeat,a quibus credit, ꝙ niſi eis reddat,vapulabit,aut aliud vitæ,famæ, aut bonorum periculum, & damnum incurrat,non tenetur vero domino reddere,ſed ſatis erit reſtituere ei,a quo accepit.

10 *Secundus caſus eſt*, quãdo ex reſtitutione grauiꝰ damnum domino petenti,vel alteri ſequitur,tunc enim res illa reſtituenda non eſt, ſed fideliter ſeruanda in aliud tempus,quando ex reſtitutione nullum incommodum,ſed potius commodum Domini rei ſequetur.

Sic S. Th.2.2.q.62.arti.5.ad 1.Caie.ibid. Mart. Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.pagin.262.col.2.Sotus lib.4.de iuſtitia.q.7.art.1.Martin.Nau.in Manuali.c.17.num.29.Barthol. Medina li.1.inſtruct. confeſ. cap.14.§.33.verſicu. Quartum caput.in regula 1. Michael Salon 2.2.q.62.ar.4.controuerſia 1.& 2. Petrus de Arragon ibidem.Pet.Nau.lib.4.de reſt. cap.2.dub.1.nu.10.Greg.de Valentia to.3.diſp.5. q.6.punc.4.& alij.Ratio eſt, quia reſtitutio fit in vtilitatem domini rei ablatæ,vel detentæ, & non in eiuſdem perniciem.

Hinc Caietanus vbi ſupra,*infert Primo*,quod tẽpore iniuſti belli non ſunt reſtituenda magna debita iniuſto principi,quibus ad fouendum exercitum eget,ſed conſeruanda, vt congruo tempore ſine alterius iniuria reddantur.

Infert ſecundo,Quod clerico, aut Cardinali volẽti per ſimoniam comparare ſibi beneficia eccleſiaſtica,pecuniæ debitæ non ſunt reſtituendæ.

Infert tertio, peccare mortaliter nummularios, qui hominibus iſtis beneficia, aut eccleſiaſticas dignitates pecunijs comparare volentibus, eas mutuo dant;Non enim cum voluntarię ſint huiuſmodi mutuationes,abſque peccato fiunt,quando conſtat,quod ad hoc petuntur.

Quæ tertia illatio de mutuatione pecunię in talem finem,ẽt a Petro de Arragon conceditur, eo ꝙ ibi maior ratio culpæ ineſſe videtur quandoquidem cum minus obligetur mutuans, magis videtur eſſe cauſa peccati,quod exinde conſequitur.

Quarto infertur, Non eſſe reddendum gladium depoſitum dño in furia petenti, ad inferendum ſibi,vel alteri detrimentum in naturalibus: puta ſi petat gladium ad amputandum ſibi,vel alteri manum,aut petat ad nocendum notabiliter alijs in bonis ẽt fortunæ.*Ratio eſt*,quia quilibet potens liberare proximum a tam graui damno, a quo ipſemet, cum ſit in tam vehementi paſſione, non niſi cũ maxima difficultate liberare ſe põt, ad id obligari videtur. Vnde cum in huiuſmodi caſu, qui habet rem petentis, non alio modo probabiliter damnũ illud impedire valeat, quam non reſtituẽdo ſibi rem ſuam, vtiq; ad illius retentionem obligari cẽſetur. Cui conforme eſt quod Eccleſia. 17. habetur, *vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo*. Et illud Prouerb. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*. Quæ ratio exinde confirmatur, Quia ſi furioſus iã gladium ſuum in manu propria haberet, quo ſeipſum vel alios occiſurus eſſet, teneretur alius, qui ſine ꝓprio notabili damno id poſſet, gladium illũ a manu illius arripere. Ergo a fortiori tenebitur nõ dare, quando illum in ſua poteſtate haberet. Nec obſtat, quod dominus ſit inuitus, eo quod ſuum detineas gladium, quia eſt irrationabiliter inuitus. Nam ſicut ipſe non eſt dñs vitæ ſuæ, aut membrorum, & multo minus vitæ, aut mẽbrorum alterius; ita neq; in hoc euentu ius habet ad petendum gladium, quo ſibi, vel alteri damnum in vita, aut membris inferat, vt ex dictis manifeſtum eſt.

11 DVBIVM aũt eſt apud authores, an dño petẽte rem ſuam depoſitam in damnum tpale, vel corporale ſuum, aut alterius, deneganda, aut differenda ſit reſtõ rei depoſitæ ex charitate, vel ex iuſtitia. Multum n. n. intereſt hoc ſcire; Siquidem ſi ex ſola charitate differre, aut denegare reſtitutionem rei tenetur, tunc quamuis contra charitatẽ peccat reddendo rem domino petente rem ſuam ad ſibi, vel alijs nocendum, non tamen tenebitur ad damnum, quod exinde ſequetur; Sin vero ex iuſtitia, tunc ſi reſtituat, non ſolum peccabit, ſed ẽt tenebitur ad reſtitutionem damnorum, quæ ipſe intulerit. Caie. 2. 2. q. 62. ar. 5. ſolùm docet, non eſſe reſtituendum depoſitum, an verò tale peccatum cõtra iuſtitiam ſit, nec ne, & an reddens teneatur ad reſtitutionem damni ſubſecuti, non explicat. Quia vero in ſumma verb. reſtitutio. ca. 1. §. Non Manifeſtans, dicit, non defendentem proximum a morte, vel rapina, cum commodè poſſit, peccare cõtra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem colligunt Salõ, Arragon, Petrus Nauarrus, & alij locis infra citandis, multo magis peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem, quando quis gladium furioſo occidere volenti reddit, eo quod magis concurrit poſitiue reddendo gladium, quam qui negatiue tãtum non defendendo proximũ, quæ illatio etiãſi vera ſit, id tamen, quod hi authores illi tribuunt, Caietanus expreſſe non aſſerit.

Ceterum quicquid ſit de hac mente, & opinione Caietani, communis, & vera omnium aliorum opinio, his duobus dictis recte meo iudicio cõprehendi, & explicari poteſt: Quorum

12 Primum eſt, quando dominus rei a depoſitario rem ſuam petit, vt ſibi, vel alteri dãnũ ſeu iniuriã inferat, puta vt ſe, vel aliũ occidat, ꝑcutiat, mutilet, aut ẽt alijs in bonis fortunæ noceat, tenetur depoſitarius vtraq; lege, charitatis, ſ. atq; iuſtitiæ illã non reddere, quod ſi reddat, ad damni ſubſecuti reſtitutionem tenetur. Sic Sotus li. 4. de iuſtitia. q. 7. artic. 1. ad primum Mar. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 5. pag. 262. colum. 3. Petrus Nau. lib. 4. de reſti. c. 2. dub 6. Mihael Salon. 2. 2. q. 62 ar. 5 controuerſia 1. & 2. Petrus de Arragon ibidem in reſponſ. ad argumentum primum S. Thomæ, eiuſq; explicatione dub. 2. Gregius de Val. tom. 3. diſput. 5. q. 6. punct. 4. Et quidem quod lege charitatis teneatur, res eſt certiſſima, eo quod vnuſquiſq; proximum, ſicut ſeipſum, diligere teneatur. Eſſe vero cõtra iuſtitiã inde conſtat, quia reddendo cã eſt damni, ſi non præcipua, at ſaltem ſecundaria, & cooperans dãno fratris, qui aũt ita conſentit, & cõcurrit, peccat cõtra iuſtitiam, & ad reſtituendum tenetur, iuxta regulã illam communem, quæ in c. fi. de iniurijs, & damno dato, habetur, vbi dicitur, *Si culpa tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, ſeu alijs irrogantibus, opem forte tuliſti, &c. iure ſuper his ſatisfacere te oportet*. Hæc Gregorius Papa IX. Immo vero ſi probetur in foro exteriori Petrum v. g. qui ſine damno ſuo poterat retinere gladium, non retinuiſſe, ſed dediſſe Ioanni, quem probabiliter nouerat eo abuſurũ, condemnabitur Petrus in foro exteriori a iudice per iuſtam ſententiam, explicata rei veritate, vt conſentiens, & complex homicidij ſubſecuti, vt experiẽtia cõſtat: Signũ ergo eſt violaſſe iuſtitiã.

Hoc ipſum alijs exemplis facile oſtendi poteſt: Qui enim exhibet alteri inſtrumenta, quibus nocebit, peccat contra iuſtitiam: & condemnatur de dãno ſubſecuto, vt cum quis commodat, aut vendit alicui gladiũ, malleum, vel ſcalã, quib. ſcit illũ abuſurum ad damnum alterius, vt cõſtat ex l. ſi pignore. §. ſi ferramenta. ff. de furtis. Aut ſi pharmacopola, aut pigmentarius vendat venenũ ei, quo ſcit aliũ occidendũ: Et qui vendit alteri arma ad iniuſtũ bellũ, tenetur ad reſtitutionem dãni ſubſecuti, vt tradunt Arrag. & Salõ vbi ſupra poſt Caie. 2. 2. q. 10. artic. 4 in fi. & q. 160. ar. 2. in reſpõſione ad quartum, dub. 2.

Et qui dat aut commodat alteri clauem adulterinam, qua ſcit alterum vti velle ad furandum, & contra iuſtitiam peccat, & ad damni ſubſecuti reſtitutionem tenetur. Et qui tyranno magnam pecuniæ debitæ ſummam redderet, quem ſcit ea perſoluta, iniuſtum bellum gerere velle, vt poſt Caietanum Sotus, & Petrus Nauarrus vbi ſupra cum alijs concedunt, eo quod reſtitutio in hoc caſu fieret cũ iniuria tertij.

Hoc autem primum eorum dictum, vt verum ſit, cum his limitationibus intelligi debet.

13 Prima eſt, quando ſine graui damno meo detinere poſſum rem depoſitam, & non retineo, ſed do; Siquidem quodcunq; damnũ alteri immineat ex reſtitutione rei, ſi me illam non reſtituente ſimile, vel grauius mihi etiam immineat, nõ teneor alterius damnum, cum tanto damno meo vitare, in pari. n. caſu tenetur quis ſibi potius q̃ alteri cõſulere. Sicut nec tenetur, quis ad ſubueniendum alteri extreme indigenti, ſi prudenter timeat ex alterius ſalute mortem ſibi imminere. Nec tenetur quis rem a latrone acceptam vero Domino reſtituere, ſi ex tali reſtitutione graue damnum reſtituenti immineat. Cuius limitationis hæc ratio eſt, quia in tali caſu damnum quod ſequitur ex reſtitutione rei debitæ, ſeu depoſitæ, nullo modo eſt voluntariũ huic, qui depoſitum illud reddit, nec vllo mõ conſentire cenſetur homicidio, q̃ exinde cõſequitur, aut illi cooperari, ſed tãtũ cooſulere ꝓprio bono. Et ſecus eſt de perſona priuata, quia ſi ma

lum,quod imminet re illa non reſtituta, ſit totius Reipu. tunc enim quouis damno, & periculo meo reſtitui debet, cum bonum commune cuique priuato præferendum ſit.

Secunda eſt,quando ex præcepto iudicis reddere gladium,aut rem depoſitam conſtringitur, tũc .n.quamuis certior fieri debet iudex, quo fine gladium ſuum repetat, vt ſic aut damnum impediat, aut præceptum ſuum reuocet, ſi tamen præcipiat depoſitum reddere,illi parendum erit,& damnum inde ſubſecutum iudici,non reddenti imputandũ erit,cum in hoc euentu damnum, quod ſequitur, nullo modo voluntarium illi ſit.

4 Secundum eſt,quando dominus rei petit rem ſuam in aliquem alium abuſum citra alterius iniuriam,puta ad ſcortãdũ,ludendum, aut alio modo malo expendendum: tunc quamuis ex charitate tenetur impedire peccatum illius & rem depoſitam non reddere, ſed in aliud commodum tempus reſtitutionem differre: Si tamen reddat, non peccat contra iuſtitiam: ſicut nec dominus ipſe rem ſuam in huiuſmodi malos vſus cõuertens, citra alterius iniuriam,contra iuſtitiam peccat.

Ratio eſt,quia dominus petendo rem ſuam in hoc caſu, vtitur iure ſuo, vtenti autem iure ſuo res ſua reſtituenda erit. Et ſicut non licet alicui detinere alium vi,ne intret ad ſcortum,ita nec licet vi pecuniam reſtituere,quam ſcio daturum ſcorto. Et quamuis nemo ius habet ad peccandum,& proinde nec ius habere videtur ad petendum rem ſuam in malum finem,quia tamen ius habet in rem ſuã, quo iure non expoliatur ex malo fine, & malitia, quam animo concepit,ideo petenti iuridicè, vel quaſi iuridicè rem ſuam in damnum ſuum ſpirituale per peccatum, aut temporale, prodigendo ſua,nõ licet rem illam domino inuito detinere. Id quod a ſimili confirmari põt; Nam ſi occultus peccator a proprio parocho euchariſtiam petat, etſi non habeat ius ad peccandum, quia tamen habet ius ad illam petendã,quo iure ipſum ſine ſcandalo priuare non poteſt, tenetur parochus illam ei dare,quamuis petens grauiſſime peccet. Et ſicut maritus,qui votum caſtitatis emiſit, petendo ab vxore debitum peccat, quia tamen petendo vtitur iure tenetur vxor illud reddere;ita pari ratione,quamuis dominus petat rem ſuam ad expendendum cũ ſcortis,& viris ſceleratis, tenetur depoſitarius illã reddere,quia petens vtitur iure ſuo. Vnde qui ſolueret debitum empturo Cardinalatum vel aliam rem ſpiritualẽ,etſi tenetur ex charitate non reddere,ſi tamen ſoluat,quicquid Caie. 2.2.q.62.arti. 5. iniuſtũ id eſſe velit,rectius tamen Sotus,& Petrus Nau. vbi ſupra dub.6.nu.36.cum alijs docent,nulli fieri iniuriam,ex eo quod debitum illi ſoluatur: ſicut nec contra iuſtitiam faceret,qui vero Domino pecunias debitas redderet,quas certò ſciret dandas ab ipſo ad vſuram,ſiquidem dare pecunias volenti fœnerari,cauſa eſt multum remota ad acquirendas vſuras,cum vltra redditionem neceſſaria ſit voluntas ipſius mercatoris,atq; etiam voluntas illius,qui vſuras perſoluere debet.

Eodemque modo, quamuis fortaſſis peccaret, qui mutuaret pecunias volenti comparare beneficia,aut eccleſiaſticas dignitates, eo quod ſic mutuans, vt diximus,minus compellitur ſic mutuare,& proinde magis peccare cenſetur, non tamen id erit contra iuſtitiam vt falſo putauit Caietanus, quia nulli in hoc caſu infertur iniuria;& multo minus contra iuſtitiam erit reddere debitum ei, quẽ ſcio male vſurum re ſua,citra tamen iniuriam alterius,immo in hoc caſu non licet illud detinere,exigentiq; denegare,(et ſecluſo ſcandalo) & præter rationem allatam hæc addi poteſt, quia cum ille meæ curæ ſpecialiter non ſit commiſſus,non intereſt mea,an ille ad pios,vel neceſſarios vſus petat, an ad abutendum, & prodigendum,ſed mea intereſt reſtituere, & ſoluere, quod debeo ſine alicuius iniuria;cum enim tertius non damnificetur,ſed ipſe,qui ſuo iure renunciare poteſt,nulli fit ex mea reſtitutione iniuria,ideoque rem depoſitam reſtituere teneor,ſibiq; imputet,qđ re ſua in finem malũ abuſus ſit,ſcienti.n. & volenti non fit iniuria.

16 Neque huic obſtat,quod Eccleſiaſtici 17. dictũ ſit,*vnicuiq; mandauit Deus de proximo ſuo*,& proinde tenetur depoſitarius in hoc euentu detinere rẽ proximi,ne ſi eam reddat,proximus exinde peccet. R*eſpondetur* enim, illud intelligendum eſſe,quãdo in fine maiori damno proximi fieri poſſit: at verò ſi depoſitarius non reddat domino petenti rẽ ſuã ad prodigendum,grauius damnum illi infert,priuando illum ſua libertate: vnde cũ principiũ morale ſit,vt quotieſcunq; occurrunt duo mala, adeo vt vnum illorũ fieri debeat,minus eligendũ ſit, minuſq; malum ſit,quod ille prodigat pecuniam aut rem ſuam,quam vt alter priuet illum ſua libertate. Detinendo rem ſuam, reddendo non peccat;ſecus autem quãdo dominus depoſiti illud petit ad inferendum ſibi ipſi nocumentum in corporalib. vt diximus, quia nocumentum corporale longe maius malum eſt,quam quod priuetur ad tempus vel ſemper ſua libertate,vel quãdo alijs nocere vult, quos depoſitarius ſine ſuo,aut inuaſoris notabili detrimento,ſi poteſt,defendere tenetur.

17 *Tertius caſus eſt*,quando dominus in loco admodum diſtanti eſt,vt commodè ad eũ res reſtituenda,aut omnino non,aut non ſine magnis ſumptib. vel certe maioribus,quam res valeat,periculo,aut ſcandalo mitti,& deferri poſſit,tunc .n. licet debitor a reſtitutione non excuſetur, neq; rem illã pauperibus erogare poterit, non tamen tenetur eam vero domino reſtituere, vt authores cõiter tradũt quid autem in hoc caſu facere debet, latius infra ſuo loco dicemus. Qui tres caſus intelligendi ſunt, quando dominus viuit,& cognitus ſit; ſi enim Dominus mortuus ſit,non ob id debitor a reſtitutione liberatur,ſed hæredibus reſtitutio facienda eſt, qui eius perſonam repræſentant, vt docent S. Th. 2.2.q.9 .ar.5.ad tertium.Caie ibidem. Sot.lib.4. de iuſtitia.quæſt.7.artic.1.ver.ſolutio tertij argumenti.Mart.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.pag.265.col. 1.Petrus Nau.li.4.de reſtit. cap.2.dub.7.num.38. Mich.Salon.2.2.q.62.ar.5.controuerſia.4.& Pet. de Arragon ibidem.Quod procedit,ſiue hæredes ſint neceſſarij,quales ſunt illi,quos teſtator,niſi legitima rariſſimaq; de cauſa exhæredare non poteſt,vt filij reſpectu parentum,& parẽtes reſpectu filiorũ;ſiue ſuccedentes ab inteſtato,vt fratres,& cõſanguinei,ſiue ex teſtamento,vt alieni;ſiue quocunq; modo quis ſit alterius hæres,puta p legem, aut per ſententiam,vt fiſc⁹,ſemper enim hæredibus

bus facienda eſt reſtitutio, vnde ſi bona hæretici adiudicantur fiſco a iudice, quicunque hæretico illi aliquid debeat, tenetur reſtituere fiſco.

18 DVBIVM ſolum eſt, qui hæredibus inueſtigatis, nulloq; inuento, pecuniam, quam debebat defuncto in ſuffragia ipſius, vel pauperes, aut alios vſus pios cōuertat, poſtea reperto hærede, qui antea inuentus non fuerat, ei rurſus debeatur reſtitutio? Ratio difficultatis eſt, quia nullus inſcius, & inuitus iure ſuo priuari debet.

Reſpondeo cum Soto. Ledeſm. Salo. & Arragono vbi ſupra, quod ſi res, quæ reſtituenda eſt, alicuius ponderis, & momenti ſit, & hæres non inuenitur, tunc corã iudice eccleſiaſtico, vel ciuili iuxta mores, & conſuetudinem prouinciæ facienda eſt debita diligentia ad inquirendos hæredes, quibus non apparentib. ex eiuſdem iudicis decreto in opera pia pro anima defuncti, puta in pauperes, aut alios vſus conuerti debet, quo facto in vtroq; foro tutus manet, nec tenebitur aliquid reſtituere, ēt ſi deinde hæredes appareant; ſecus aūt ſi id ſua priuata auctoritate faceret, eo quod ipſe ſua auctoritate nullo tempore bonis ſuis aliquem expoliare valet. Iudex autem publica auctoritate pōt, cum ſic expediat bono communi, ne ob hæredum ignorantiam bona defuncti perpetuo otioſa, & inutilia maneāt, prout multoties euenire poſſet. Sin vero res reſtituenda parui momenti ſit, nec hæredes appareant, pōt qui illam habet, ſua priuata auctoritate rem illam in opera pia conuertere, quid aūt faciendū ſit, quādo dominus ignotus eſt, inferius explicabitur.

19 DVBIVM eſt, qui accepit rem de manu eius, q̄ nō eſt verus dominus illius, ſed bona fide poſſidet, liceat vero domino eam reſtituere.

In hac quæſtione, quā pauci attigerūt, Gabriel in 4.d.15.q.2.ar.3 dub.3. exiſtimat non eſſe faciēdam reſtitutionem vero domino, ſed ei, qui bona fide poſſedit, vel domino de eius conſenſu.

Ratio eſt, quia ille iuſto titulo poſſedit, ergo non poteſt re illa inſcius, & inuitus priuari. Et quidem vnum certum eſt, quod qui rem illam redderet tali bonæ fidei poſſeſſori, ſatisfaceret; An vero teneatur ei reſtituere, ita vt vero domino reddendo, peccet id ſatis difficile, & controuerſum eſt; In quo caſu hæc mihi dicenda videntur.

Primo quidē, ſi dubium ſit an res ſit aliena, tunc neceſſario dicto poſſeſſori reſtituenda eſt; in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis, ac ſi proinde illi iniuria fieret, ſi ei non redderetur, etiamſi dubium eſſet, an fur eſſet is, a quo res illa accepta ſit. Vt rectè poſt Sotum lib.4. de iuſtitia. q.7. artic.1. §. Quæſtio huius articuli. Pet. Nau. lib.4. de reſt. c.2. dub.4. nu.22. & Pet. de Arragon in 2.2. q.92. ar.5. in prin. annotarunt.

Secundo, ſi certus ſit verus dominus, tūc quando probari non poteſt, rem eſſe alienam, etſi ego certo ſciam alienam eſſe, tali bonæ fidei poſſeſſori reſtituenda eſt, quia cum ille iuſto titulo rem illam poſſidet, nullo iure ab eo auferri poteſt, neq; ipſemet poſſeſſor durante bona fide illam in conſcientia reſtituere tenetur, quā Pet. Nau. Gab. ſententiā veram eſſe putat.

Tertio, ſi probari poſſit rē eſſe alienam, tunc valde probabilem Petri Nauarri ſnīam eſſe puto, vt primo admoneat dictum poſſeſſorem, rem alienā eſſe, qua admonitione facta, rem illam vero domino reſtituere pōt, cum iam poſſeſſor incipiat eſſe malæ fidei, & in mora, ſi rem accipiat ſine animo reddendi eam vero domino. Additq; Nauarrus vbi ſupra, quod ſicut dominus ipſe, ſi rem inueniſſet, quam certo ſcit eſſe ſuam, a quocunq; tuta conſcientia accipere poſſit, ita etiam quilibet eum iuuare in eo actu, & cooperari poterit, vt proinde vero domino rem illam reddendo non peccet.

20 DVBIVM aliud eſt, quando quis a fure bona fide accepit rem alienam pretio emptam, cui debet reſtituere, cum nouit eſſe alienam, furine, an vero Domino?

Reſpondeo de hac re latius diſputatum eſt ſupra, cum ageretur de poſſeſſore bonæ fidei, dub.2. quibus hæc addi poſſunt.

Primo enim, ſi fur non comparet, quia eſt mortuus, vel quia abijt in longinquum; vel non vult reddere pretium, tenetur qui emit reddere Domino, vt communiter Doctores affirmant.

Secundo, ſi Dominus rei non comparet, poteſt rem furi reddere, vt pretium ab eo recuperet; eſt enim probabilis opinio, quæ dicit licitè reddi poſſe rem, ne pretium amittatur.

Tertio, Etiam comparente Domino, probabile valdè eſt poſſe furi rem reſtituere, ſi ab eo pretium recuperaturus ſit, quia quiſq. tenetur ſibi potius ꝓuidere, quam domino rei: At vero reddendo rē furi, vt recuperet pretium, ſibi prouidet, faciendo actum iuſtum: ſiquidem dat rem rei, a quo bona fide accepit, quod de ſe non eſt malum, nec ex parte recipientis, nec ex parte dantis: Nō ex parte recipientis, quia licet non ſit illius dñs, cum tñ ipſe principaliter teneatur illam reſtituere, poteſt benè, & ſanctè recipere animo reſtituendi eam Domino: Non ēt ex parte dantis, quia cum ille, cui dat, principaliter teneatur eam domino reſtituere, illam ei reddēs, iuuat eum, vt reſtituere poſſit, & ita actu ex ſe licito ſibi conſulit: Quod autem fur poſtea nō reſtituat, eſt per accidens, & quod per accidens eſt, non eſt ita attendendum, & conſequenter ille proprie non cooperatur peccato illius.

Quarto, Domino non comparente, nec fure, a quo pretium ſuum repetat, rem pauperibus eo modo, quo inferius dicemus, in bonum domini reſtituere debet.

21 DVBIVM ēt eſt, An qñ quis furi rem ſurripuit, furto ſublatā ab ipſo, teneatur in conſcientia eam vero Domino reſtituere, an vero ſatis eſt furi reſtituere, vt rē in ſtatū priſtinum reponat? Mar. Nau. in Ma. c.17. n.29. ver. quinto. eius eſſe videtur opinionis, vt poſſit & debeat rē furi reſtituere, q̄ opinionem expreſſe tenet Pano. in c. in literis. n.9. de reſt. ſpolia. citans pro ea Io. And. Panor. Abbatem Paulum Eleaz. & Hoſt. & etiam leges quaſdā ciuiles, quæ dicunt p̄donem eſſe reſtituendum, vt l. cū fundum, & l.1. §. qui a me. & l. colonus. ff. de vi, & vi ar. & l. bona fides. & l.1. §. ſi prædo. ff. depoſi. Nauar. etiā citat S. Anto. & Syl. At certe S. Anto. p.2. tit.2. c.1. & Syl. verb. reſtitutio. 4. q.3. contrarium dicunt, ſ. reſtitutionem vero domino, & non latronis faciendā eſſe, & eſt cōmunior & verior opinio, quam teſte Panormitano vbi ſupra, tenent Innoc. & Dom. Ant. & inter recentiores eam defendunt Ioannes Medina Cod. de reſtitu. q.1. dub.2. Sotus lib.4.

lib.4.de iuſtitia.q.7.ar.1.verſi.quæſtio huius articuli.& ar.2.Caie.2.2.q.62.ar.5.in prin.Ioſeph Angles in florib. quarti ſen.q.cui facienda eſt reſtitutio.diffic.3.dub.1.Petrus Naua.in lib.3.de reſtitu.cap.2.dub.3.num.19.Petrus de Arragon in 2.2.q.62.art.5.in prin.& Michael Salon ibidem in prin. Et quamuis Armilla verb.reſtitutio.§.17.ſequatur ſententiam Nauarri,& Caieta.in ſumma verb.reſtitutio.c.Cui ſit faciēda reſtitutio,fauere videtur, vera tamen eſt contraria,& communis opinio,vt diximus,& vere Caietanus Nauarro non fauet,q̄a ſolum dicit iura humana, & ciuilia conſtituere ēt furem in poſſeſſionem eſſe reſtituendum:id quod verum eſt,nam id ſtatuunt l.bona fides.ff.depoſit.& Alexander III.in capit.in literis,de reſt.ſpo.vbi ait, *Prædo etiam ſecundum iuris rigorem reſtituēdus eſt*. Sed hæc iura,vt conſtat legenti,loquuntur in caſu,quando de domino non conſtat,nec ſtatim probari poteſt, vt recte Sylueſter vbi ſupra annotauit,quo etiam modo intelligi debent iuris Doctores, inter quos magna eſt controuerſia in hac re,vt vera ſit eorum ſententia. Quando autem probabiliter creditur,latronem reſtituere velle rem illam domino,ſi ei tradatur, poterit quidem reſtitui latroni,quia tamen vt plurimum periculoſum,& dubium eſt,& fruſtra fit per plures, quod fieri poteſt per pauciores.melius,& ſecurius eſt ſemper rem Domino reſtituere.

Quando aũt Dominus rei non conſtat, tunc licet Sylueſter vbi ſupra inſinuet neceſſarium eſſe reſtituere rem furi, vt rem in ſtatu priſtino reponat,melius tamen videtur in conſcientia, vt reſtituat pauperib. in bonum domini, quamuis in hoc caſu forum exterius iubebit rem reſtitui furi.

22 DVBIVM item eſt, An Mulio, vel alius, qui accepit rem a fure,& nouit tunc,vel poſtea in via rem eſſe furatam,& mandatum quoq.habet a fure, vt Petro rem illam det,cum tamen ſit Ioannis, rē illam dare debet vero domino,an vero ſatis eſt dare ei,cui fur mandauit? Mar.Nau.c.17.nu.29. *Reſpondet* poſſe,& debere reddi ei,cui fur mandauit, paria enim ſunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri.arg.l.1.& l.inter cauſas.ff. mandat.

Ceterum contrarium opinionem tenet Pet. Nauar. li.4.de reſti.c.2.dub.3.nu.19.In hac ergo re dicendum exiſtimo,quod ſi Mulio, vel alius rem mala fide accepit,i.ſciens rem eſſe furatam,& dominum illius eſſe Ioannem,reddere debet Ioanni, quamuis fur mandauit,vt daret Petro, & quamuis mercedem tranſportationis ſit amiſſurus,& ſibi imputet,quod rem furto ablatam mala fide tranſportādam acceperit: Sin vero bona fide tranſportādam accepit,i.ignorans rem eſſe alienam,& furto ſublatam,tunc ſi abſq; detrimento ſui ſtipendij poterit cōmode reſtituere domino,& ſine aliquo ſuo incōmodo,lege charitatis domino vero reſtituere tenetur fure admonito, ſi tamen ſine ſuo detrimento, vel ſuæ mercedis amiſſione rem domino vero reſtituere nequat,tunc ſufficit reddere Petro,cui fur mandauit,non enim tenetur ſubuenire domino cū tanto ſuo detrimento,ſiquidem bona fide accepit rem alienam de loco in locum transferendam & ſine culpa ſua tantum damnum pati non tenetur.

3 DVBIVM maius eſt,de bonis ablatis a perſonis eccleſiaſticis.an eis,vel pauperibus reſtitui debeant? In qua diffiultate, vt certa ab incertis ſeparemus,

Primo certum eſt in omnium opinione,quod ſi res ablatæ ſint patrimoniales, vel quaſi patrimoniales, vt ſunt ea,quæ ipſi ex redditibus eccleſiaſticis ſua induſtria,& diligentia,aut parcius viuendo acquiſierunt,quàm eorum decens ſuſtentatio, & honeſta viuēdi ratio,& pōpa permittebat,eis reſtitui debent,cū harum omnium veri domini ſint.

Secundo,ſi bona ablata ſint eccleſiaſtica,& immobilia,aut etiam mobilia in ſpecie extantia,tunc ēt eiſdem reſtituenda ſunt, quia licet domini non ſint,habent tamen iuſtam adminiſtrationem ſibi commiſſam, & vicem domini gerunt, ideoq; illis debent reſtitui,ex S.Thoma 4.d.15.q.1.ar.1.quæſtiuncula vl.ad vltimum,Ioſepho Angles in florib. 4.ſent.p.2.q.cui facienda eſt reſtitutio. difficul.3. Pet.Nau.li.4.de reſti.c.2.dub.2.nu.12.

24 *De bonis* vero mobilibus, & redditib.eccleſiaſticis res paulo difficilior eſt, nam licet oēs eius opinionis ſint,vt fateantur eiſdem reſtitutionē faciēdam eſſe,qñ boni, & fideles diſpenſatores ſunt, ſi tamen ſuperior,ſeu prælatus ille prodigus, & diſſipator bonorum eccleſiæ ſit,tunc Marti. Nauar. in Manu.c.17.nu.29.verſic.Secundo, & Philiarchus de offi.Sacerd.p.2.lib.6.c.27.dicunt ei reſtitutionem faciendam eſſe, dummodo prælatus non ſit ſuſpenſus ab adminiſtratione, neque ei coadiutor datus id quod Nauarrus defendit, ſiue res reſtituēda ſit ſiue fructus,& prouētus, ſiue bona immobilia ipſius eccleſiæ,quia horum omnium eſt ſaltem diſpenſator legitimus,arg.c.venerabili. de offi.deleg.& c.fi.de accuſ.& c.Peruenit. de fideiuſſor. & maximè cum nullibi in iure canonico contrarium ſtatutum ſit. Et cum Martino Nauarro conſentit Petrus Nauarrus vbi ſupra,nu.14.quando reſtituēda ſunt bona mobilia eccleſię ex redditib.illius,cū nemo re ſua ob prodigalitatem, vel aliam malam adminiſtrationem priuata auctoritate priuandus ſit,quam opinionem, quoad hæc bona mobilia ex redditibus,& prouentibus eccleſiaſticis prouenientia amplexus eſt Petrus Nauarrus, eo quod exiſtimat prælatos horum bonorum non ſolum diſpenſatores,ſed etiam dominos eſſe,de qua re magna ē inter Doctores diſceptatio, & Martinus Nau.ſolos diſpenſatores eſſe docet, Petrus autem Nauarrus: vt diximus,dominos eſſe putat,quę difficultas nobis latius alibi diſcutietur.

Alij vero (ſiue res reſtituendæ ſint fructus, ſiue bona eccleſiæ immobilia,quæ prelatus nec poteſt, nec debet alienare ſine cauſa,& licentia) vt Caiet. in ſum.in verb.reſtitutio.cap.4.& in 2.2.q.62.art.5.in reſponſione ad 5.Bartho.Medina li.1.inſtru.confeſſ.c.14.§.33.verſi. Quartum caput.in regula 1.Michael Salon 2.2.q.62.arti.5. notab.4. Ioſeph Angles in floribus.4.ſent.p.2.q.2. de reſtitutione. arti.1.difficul.3.docent optimum eſſe,immo teneri non reſtituere illi,ſed eccleſiæ,collegio,conuentui,ſeu capitulo,cum eccleſia horum bonorum ſit domina,aut certe ex bonis reſtituendis aliquid ꝑmanens efficere debet,quod non ita facile prodigi poſſit,vt calicem,aut aliquid aliud ſimile,& eccleſiæ illud offerre,vt Salon,& Ioſephus ſuadent; Et quoad bona immobilia Martinus Nauarrus tandem fatetur,id eſſe melius,adhibita tamē cautela, ne alia inconuenientia ſequantur, quem etiam ſequuntur Pet. Nau. & Philiarchus vbi ſupra.

In hac igitur re, ſi vera ſit opinio, quæ affirmat, prælatos ſolùm eſſe diſpenſatores prouentuum, & redditūum eccleſiæ, non autem dominos, tunc ſi probabiliter creditur, prælatum eſſe diſſipatorem non illi, ſed eccleſiæ reſtitutio facienda erit, cū ipſe non dominus ſit, ſed eccleſia ex multorum DD. ſententia; id quod intelligi debet, quando id fieri pōt ſine ſcandalo; ſi.n. quia ipſi non reſtitueretur, moueret lites contra reſtituentem, aut alio modo in præiudicium reſtituentis vergeret, poterit illi reſtituere: ſin verò prælati talium bonorum domini ſint, tunc eis reſtitutio fieri debet, quia licet peccent extra pios vſus ea erogando, non tamen ob prodigalitatem quiſpiam priuata auctoritate priuari poteſt; aliàs liceret a quocunq; priuata auctoritate res auferre male expendente, vel non reſtiſtituere, quod debetur, quod eſt abſurdum.

Quoad bona vero immobilia, exiſtimo certiſſimum, quod ſi probabilitor creditur, quod ea dilapidauit, non ei, ſed eccleſiæ, quæ talium bonorum domina eſt, reſtitutionem faciendam eſſe, cum & ipſa ratio naturalis, & iuſtitia prohibet illi alienū dare, vt dilapidet, & verus dominus illis iniuſte defraudetur. Sicut.n. non licet dare furi alienum, qn̄ probabiliter credit furem non reſtituturū illud vero domino, vt diximus: ita pari ratione, cum eccleſia huiuſmodi bonorum domina ſit, non prælati, quoties quis probabiliter credit prælatum eſſe dilapidaturum ea, non pōt ei ſine peccato illa reſtituere: (hoc.n. eſt dare gladium furioſo, & bona alterius dare furi) ſed reſtituere ea debet eccleſiæ, in eiuſq; vtilitatem ea conuertere tenetur, cuius bona ſunt, qua ratione, & modo, hanc Doctorum varietatem limitandam eſſe cenſerem.

De Reſtitutione facienda, quando Dominus rei ignorantia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Quando Dominus ignoratur, ante omnia debitam diligentiam adhibere tenetur, qua facta, ſi non compareat, res pauperibus reſtitui debet in bonū Domini.*

2 *Nomine Pauperum qui ſolum intelligendi?*

3 *Diligens, & debita inquiſitio neceſſario adhibenda quæ dicitur?*

3 *Sic facta inquiſitione eam non tenetur reſtituere, ſi Dominus poſtea compareat, nec pauper cui tribuitur.*

4 *Quando Dominus eſt incertus, cui facienda reſtitutio?*

5 *Poſt talem Inquiſitionem factam, Dominum ignotum & incertum eſſe varijs modis dici poſſe.*

6 *Quando Dominus incertus, & ignotus eſt in particulari, & in communi quid agendum.*

7 *Quando in particulari incertus non tamen in communi quomodo reſtituendum.*

8 *Soluuntur multi caſus qui in hac materia euenire ſolēt. Cui reſtituenda ſint bona peregrini morientis ab inteſtato? ibid.*

9 *Cuius expenſis facienda eſt hæc diligens inquiſitio, vt Dominus cognoſcatur.*

10 *Quo iure huiuſmodi bona incerta, & iniuſte retenta pauperibus eroganda?*

11 *Ex ſola diſpoſitione iuris poſitiui* Canonici pauperibus *applicanda verior ſententia quam defendit* author.

12 *Iure naturali erogari non poſſunt quare.*
Pontifex, & caput Eccleſiæ poteſt vel pauperibus erogare, *vel in alios pios vſus conuertere.*

13 *Vbi in iure Canonico de huiuſmodi* bonis erogandis ſit *tutum ſit?*

14 *Argumenta S. Tho. & aliorum* non probant bona pauperibus iure *naturæ deberi.*

15 *Quanam authoritate reſtituenda* ſint bona prædicta *pauperibus?*

16 *Non eſſe ordinarie neceſſariam* authoritatem Epiſcopi *verior ſententia.*

17 *In quatuor caſibus Epiſcopus poteſt* ſe intromittere *circa bonorum incertorum reſtitutionem.*

18 *Soluūtur argumenta contraria opinionis* primæ.n.15.

19 *De conſuetudine Epiſcoporum, qui in* conſtitutionibus *Synodalibus reſeruant ſibi ipſis* reſtitutionem horum *bonorum, quid dicendum?*

20 *An ſi quis huiuſmodi bona incerta* pauperibus diſtribuit, *teneatur iterum vero Domino* comparēte eidē *reſtituere?*

21 *An qui iſta bona pauperibus* reſtituere debet, ſibi ipſi, *vt pauperi retinere poſſit? vel* ſuis conſanguineis, & *familiaribus tanquam pauperibus* elargiri.

22 *An talis bonorum diſtributor ſiuè Eps ſiuè* Parochus *aut ipſe ſua priuata authoritate diſtribuat,* teneatur *illa magis indigentibus & melioribus* erogare?

23 *An hæc bona incerta poſt diligentem* inquiſitionem, *&c. authoritate ſummi Pontificis* applicari poſſint *tuta conſcientia ipſis debitorib. per* Bullam, quam *vocant compoſitionis?*

24 *An quando Dominus eſt abſens nec poteſt* ei commode *fieri reſtitutio, poſſit res reſtitui* pauperibus.

25 *An quæ de iniuſtè acquiſitis, & retentis* dicta ſunt, *intelligenda etiam ſint de rebus perditis, &* inuentis, Res *inuentæ ſunt in triplici diffentia.* ibid.

26 *Inuentor omni adhibita diligentia* Dominum inquirere *tenetur.*

27 *Reſtituendam eſſe Principi aut curam* gerenti ciuitatis, *qui opinantur.*

28 *Non inuento Domino poſſe ab inuentore* retineri, non *ſolum quando pauper, ſed etiam ſi* diues fuerit.

29 *Nec ius naturæ, nec ius Ciuile, aut ius* Canonicum præcipiunt, *huiuſmodi bona inuenta eſſe* pauperibus erogandæ.

30 *Nullam emanaſſe Bullam Compoſitionis,* quod talia *inuenta pauperibus donari debeant,* argumentum *eſt non leue, poſſe inuentorem* bona fide retinere, & *prò derelictis habere.*

31 *De bonis Eccleſiæ inuentis non intelligenda* ſunt prædicta *ſed tradenda ſunt Prælato, vel in* alios vſus Eccleſiæ *conuertenda.*

32 *Inuenta licet ſint Inuentoris tanquam* bona poſſidentis, *aliquando tamen comparēte* Domino tenetur reſtituere, *aliquando non?*

HActenus de reſtitutione, q̄ dn̄o rei cognito faciēda eſt, diximus, in ſequentib. videndum eſt, cui fieri debet reſtitutio, quando dominus eſt ignotus omnino, aut incertus. Cum.n. res illa nō ſit eius, q cā tenet, nec ex altera parte apparet dn̄s rei, merito dubitatur an ille rē illam tuta cōſcientia ſibi retinere poſſit, & ſi nō poſſit, nec cognoſcitur dominus, cui facienda erit reſtitutio, vt ſic vnus ſecurus ſit in conſcientia, & alter, id eſt, dominus, aliquam exinde vtilitatem ex re ſua capiat. Et ſermo eſt de reſtitutione, quæ per iniquitatem ablatæ ſunt.

In qua re cõis eſt omniũ Doctorũ ſentẽtia, quod quando dominus rei omnino ignoratur, tũc ante omnia debitam diligentiam adhibere tenetur, vt verus rei dominus inueniatur, qua facta, ſi non cõpareat dominus, reſtitui debet pauperib. in bonum domini. Sic S.Th.2.2.q.62.ar.5.ad 3.vbi ait, *Quod ſi ille, cui fieri debet reſtitutio, ſit omnino ignotus, debet homo reſtituere ſecundum quod poteſt, ſcilicet, dando eleemoſinas pro ſalute ipſius, ſiue ſit mortuus, ſiue ſit viuus, præmiſſa tamen diligenti inquiſitione de perſona eius, cui eſt reſtitutio faciẽda.* Et Rich.4.diſt.15.ar.5.q.7.Scot.4.diſt.15.q.2.art.4.verſ.De quarto. Palud.diſt.ead.q.2.art.4.Thom. de Argent.4.diſt.15.q.vnica.ar.4.q.2. Gabr.4.diſt.15.q.3.ar.3.dub.5.propoſitio.1. Dionyſ. Carthuſ.4.diſtin.15.q.3. Mart.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.pag.265.col.2.Sotus lib.4.de iuſt.q.7.art.1.in reſponſione ad 3.argum. Michael Sal.2.2.q.62.art.5.controuerſia.5. Petr. de Arrag.ibid. in reſponſ. ad 3.Greg. de Val.to.3.diſp.5.q.6.puncto.4.& Caie.in locum S. Tho.allatum. Ioſeph Angles in florib.4. ſent.par.2.q.2.de reſtitutio.art.1.diffic.4.& inter Canoniſtas & Sũmiſtas Gl. in c.cum tu, in verb. non ſuperſtitib. de vſur.Sum.Piſanella.verb.reſtitu.7. Angelica.verb. reſt.2.nu.11.Sylu.verb.reſtit.4.q.4.& reſtit.8.q.2. Tab.in verb. reſt.nu.19.§ Decimooctauo ante fi. Mart.Nau.in Man.c.17.nu.92.Io.Med.C.de reſt. q.3.cauſa 10.Cou.in relect.regulæ. Peccatum.p.3.§.1.nu.2.de reg.iur.lib.6.Barth.Med.lib.1.inſtru. confeſ.c.14.§.33.vel.1.quartum caput.in reg.4.Pet. Nau.lib.4.de reſt.c.2.dub.7.nu.39.& alii cõiter, qui id colligunt ex c.cum tu.de vſur.vbi Alex. III. præcipit *reſtituere vſuras his, a quibus ſunt extortæ, vel eorum hęredibus, vel his non ſuperſtitibus pauperibus erogare.* Vbi illud obiter annotandum eſt, noĩe pauperum non ſolum intelligi ipſos pauperes, ſed etiam quodlibet opus pium ita, vt ſatis ſit, vel pauperibus, vel locis piis illud reſtituere.

Id quod ratio naturalis ipſa (vt multi exiſtimãt, quorum ſententiam iuſtam exiſtimabimus) dictare videtur; ſiquidem cum certum ſit, rẽ illam nõ eſſe poſſidentis, & præterea certum ſit eam rẽ dominũ, quamuis ignotum habere, facienda eſt diligens inquiſitio ad ſciendum, quis ſit eiũs dñs, cui ſit facienda reſtitutio, quod ſi ea præmiſſa is non appareat, tunc iuris naturalis ratio (vt nonnulli volunt) dictat, rem illam non ad puri poſſidentis, ſed potius in bonum & utilitatem domini expendendam eſſe, cuius ea præſumitur mens, vt ſi ei nõ poſſit propria res reſtitui, expendatur quidem in eius utilitatem; cedit autem in bonum, ſi in uſus pauperum, uel in alia opera pia expendatur; ſic n.datur quodammodo ipſi, dum in bonum eius ſpirituale cedet, quod non poteſt ei reddi, ut ſit utile corporaliter, ut recte Caiet.ubi ſup.annotauit.

Dixi autem, præmittendam eſſe debitam & diligentem inquiſitionem, eſt autem diligens inquiſitio, quam diligens homo accurate inueſtigãdo, ubi, quãdo, per quos, a quib. &c. faceret, ex Caie. ubi ſup. Et cum ad terminum, i. ad dominum ignotum, non perueniatur niſi pertranſita via, non debet rei dominus pro omnino ignoto haberi, niſi poſtquam diligens inquiſitio præceſſerit.

Facta igitur hac diligentia in inquirendo domino, & non apparente, ſi reſtituerit rem pauperibus aut in alios pios vſus erogauerit, etiamſi dominus poſtea compareat, non tenetur ad aliam reſtitutionem, cum iam ſemel ac licite reſtituerit rem male poſſeſſam & retentam: ſed neque pauper ipſe, cui res tributa eſt, tenetur quicquam reſtituere, etiamſi ad pinguiorem fortunam venerit, vt Ledeſm. & Pet. Nau. vbi ſup.dub.7.num.56.tradunt. Non.n. eis mutuo data ſunt illa bona, ſed in eleemoſinã, veràq; donationẽ. Sin verò quis abſq; debita inquiſitione rẽ alterius pauperi dediſſet, non ſatisfeciſſet, ſed teneretur, poſtea inuento dño eidem reſtituere, & ſibi ipſi imputet, quod imprudenter rem alienauerit, vt expreſſe Caiet. & Pet. Nau.num.36. animaduertunt. Et quæ dicta ſunt, intelliguntur, vt ex his, quæ infra dicemus, manifeſtius apparebit.

4 DVBIVM ergo PRIMVM ſit, cui facienda ſit reſtitutio, quando dominus eſt incertus? Pro cuius intelligentia ſciendum eſt. Primo, verum dominum non dici ignotum, aut incertum, niſi poſtquam quis debitam inquiſitionem fecerit pro rei qualitate ad eum cognoſcendum, & tamen nec ipſe, nec hæres aliquis illius inuenitur.

Dixi, *pro qualitate rei*, quia ſi quis mille aureos incerti domini haberet, non ſufficit illum in loco, vbi inuenti ſunt, ſemel, vel bis voce præconis inquirere, ſed id ipſum in aliis etiã locis, ciuitatibus, & pagis vicinis, & remotis, in quibus prudenter ſuſpicari poteſt forſan dominum, aut hæredem reperiri poſſe, facere tenetur, immo etiam, & per annũ, aut longius tempus ad prudentis viri arbitrium expectare debet, vt dominus non reperiri dicatur. Id quod locum habet in re magni momenti, & æſtimationis, ſi enim res parui pretij ſit, v.g. pallium, gladius, decem aurei, aut quid ſimile, ſat is eſt in loco, vel eccleſijs, vbi reperta res eſt, inquiſitionem facere, qua diligentia facta, & non comparente domino, conuertenda erit in bonum dñi, aliter nõ licet conuertere in opera pia, aut bullam, quam vocant compoſitionis, accipere, ſed comparente poſtea domino, illi reſtituere tenebitur in vtroq; foro, quia culpa ſua verum dominum ignorauit, nec dñs ob alterius culpã re ſua priuari debet id, quod colligitur euidenter ex c. ſicut dignum.§. eos inſuper.de homic.vbi Papa Alex.III.docet, *occupantem bona alterius a reſtitutione non liberari, quod fateatur ſe aliena bona pauperibus erogaſſe, cum ipſa ei bona reſtituere potuiſſet*, puta ſi diligentiam debitam ad inueniendum dominum adhibuiſſet, & gl.ibid.in verb. *Non tamen aliena*.ex Sot.lib.4.de iuſt.q.7.art.1.ad 3.Pet.Naua.lib.4.de reſt.c.2.dub.7.num.39. Michaele Sal.2.2.q.62.ar.5.controu.5.& alij.

5 *Secundo* aduertendum eſt, poſt talem inquiſitionem factam dominum adhuc ignotum, & incertũ varijs modis dici poſſe, *vno modo* in particulari, & non in vniuerſali, ſeu communi, vt cõtingit quãdo in bello iniuſto duces, & milites inuadunt ciuitatem, & eam deprædantur, tunc enim in particulari ignorãt, quid vnuſquiſq; a ſingulis acceperit, & quæ res huius vel illius ſit, in communi tamẽ et in vniuerſali ſciunt dominum illorum bonorum, nempe ciues illius ciuitatis. Sic etiam qui minuta-

tim vendunt carnes, & vinū & ſimilia, quādo pauci, & certi ipſis emunt, neſciūt in particulari, a quo rapuerunt, ſciunt tamē in cōi ab his tribus, vel quatuor ſe rapuiſſe? Et idem de exercente vſuras.

Alio modo quando ignoratur dominus tam in vniuerſali, quàm in particulari, vt qui innumeris, & incertis promiſcue vendunt, aut rei dominum nec in particulari, nec in vniuerſali cognoſcunt. His annotatis.

6 Dicendum *Primo*, Quando dominus in particulari & in vniuerſali eſt incertus, & ignotus, tunc vt in præcedētibus dictum eſt, res illa in pia opera expendenda eſt in bonum & vtilitatem veri dñi.

Dixi, *in particulari, & in uniuerſali*, quia ſi aliquā habeat notitiam generalem, non excuſatur, niſi procedat vlterius ad particularia; ſi enim ſcit vnū de tali loco illius rei dominum, tenetur vlterius inquirere, vt licite poſſit rem illam pauperibus erogare.

7 Dicendum *Secundo*, quando dominus in particulari eſt incertus, certus tamen in communi, v.g. incertum eſt, an res ſit Petri, vel Io. vel Andr. & c. certum tamen eſt, eſſe vnius eorum, tunc diuidenda res eſt inter ipſos, de quibus dubitatur, magis vel minus pro ratione dubij, nec ſufficit conſenſus vnius eorum vt pauperibus erogetur; ſicut neque ſufficit remiſſio vnius ipſorum, vt ab obligatione reſtitutionis excuſetur. Hinc ſoluuntur quidam caſus, qui in hac materia nonnunquam euenire poſſunt, & ſolent.

8 Primo namque, quæ in præda ciuitatis per iniuſtum bellum auferuntur, reſtituenda ſunt Magiſtratibus, vt ſic melius ab illis pro ſua conſcientia, vel inter eos, qui iudicabuntur plus paſſi, vel inter omnes diſtribuuntur. Sic Salon poſt Sotum, & Ioſeph. Angles vbi ſup. ar. 1. dub. 4. vbi ſupra.

Secundo, Comes, vel Dux, qui inuenit aliquam prædeceſſorem ſuum iniuſte aliqua a ſuis ſubditis accepiſſe, tenetur populo cōmuniter diſtribuere, niſi tota Reſpublica illi dimittat, aut iam ſuo prædeceſſori dimiſerit, & idem author affirmat.

Tertio, ſi ciuitas triticum depoſitum haberet, in vſum, & vtilitatem ciuium, vt plerunque cōtingit, & curam illius gerens illud vendat, vnde ciues carius panem emunt, tenetur venditor exceſſum ſolitum pretij panis reſtituere, puta panem pretio ſolito vendere. Cum enim extant etiam damnum paſſi, & aliquo modo cogniti, ijs, quantum fieri poteſt, reſtitutio facienda eſt; melior autem reſtituēdi modus vix excogitari poteſt, quàm procurando, vt in diſtributione per ciuitatē facienda panis pretium minuatur. Cum enim ferè iidem ſint, qui tūc veniebāt ad emendū; & qui modo veniunt, aut omnes, aut certe plures ex illis, qui damnum paſſi ſunt carius emendo, vilius emendo recompenſabuntur, ex Pet. Naua. vbi ſupra lib. 4. de reſtitut. c. 2. dub. 8. nu. 67. & nu. 71. Non enim iuſtum eſt, vt pauperibus tribuat, aut ſe componat, ſi aliquo pacto veriſimiliter excogitari poſſit damnum paſſis aliquid, vel maiorem partem eſſe reſtituendam. Neque.n. poſſunt talia incerta bona pauperib. diſtribui, abſque obligatione iterum ea reſtituendi, niſi poſt factam diligentiam de inquirendo domino, aut dānum paſſo, quo aliquo modo cognito, ei non pauperibus reſtitutio facienda eſt. Quo ſenſu docet Caie. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad 3. & eū eſt ſecutus Ioſephus Angles in florib. 4. ſent. p. 2. q. 2. ar. 1. difficul. 4. acceptum in bello iniuſto, nec dandum eſſe pauperibus, nec ædificanda monaſteria, aut hoſpitalia abſentibus, & aliquo modo cognitis damnum paſſis.

Quarto, idem dicendum eſt de eo, qui vſuras exercuit, aut vinum, carnes, aut ſimilia ciuibus ad ſuam tabernam venire ſolitis, vendendo defraudauit, tenetur enim vſuras illis reſtituere, quibus eas accepit, ſi probabiliter ſciat, a quibus eas habuerit, & eiſdem ad ſuam tabernam venientibus minori pretio res vendere, vt ſic damnū paſſis, quantum fieri poteſt, ſatisfaciat.

Quinto, idem dicendum eſt de ceteris bonis incertis, puta, quando, aut dominus eorum poſt diligentem inquiſitionem eſt incertus, aut eorum ſumma & quantitas incerta eſt, vt v.g. opifices, milites, vſurarij tabernarij, & alij, qui damnum intulerunt multis, ſed tamen neſciunt quibus, aut quantum nocuerunt, tenentur enim damnum paſſis, quantum fieri poteſt, reſtituere, qui ſi ignoti omnino ſunt, in vſus pios ad domini vtilitatem erogare huiuſmodi accepta debent.

Sexto, patet ſolutio cuiuſdam caſus, quem ponunt Couar. in reg. Peccatum. p. 3. §. 1. num. 3. & 4. de reg. iur. in 6. & Petr. Nauar. lib. 4. de reſti. c. 2. dub. 7. num. 61. Scilicet, cui reſtituenda ſunt bona peregrini morientis ab inteſtato; vt enim experientia conſtat, peregrini aliquando moriuntur in hoſpitali ſine teſtamento, & bona habent, & tamen legitimus eorum hæres non apparet. Niſi enim aliqua lex ſpecialis ſit loci, vbi moriuntur in contrarium, iure ciuili ſtatutum eſt, talia bona eſſe pauperibus, vel pijs vſibus eroganda, vt habetur in authentica, *Omnes peregrini*. C. de ſucceſſio. Et quidem vt plurimum Hoſpitalia priuilegia habent, vt omnibus ibi morientib. ab inteſtato ſuccedant, tanquam legitimi heredes. Id quod ſancte, & iuſte fit, cum in fauorem morientis ab inteſtato, & animæ illius; tum etiam in fauorem piæ cauſæ & hoſpitalium, in quibus peregrini recipiuntur.

Dixi, *Niſi ſpecialis aliqua conſtitutio loci aliud diſponat*, quia Pet. Nau. vbi ſup. teſtatur, in Hiſpania regem morienti ab inteſtato ſine hæredibus, vſque ad decimum gradum ſuccedere, vt patet ex l. Regia tit. 1. partita 6. Et apud Gallos ſtatutum eſt, vt peregrini bona in ea prouincia acquiſita, regi deferantur. vt Coua. vbi ſup. ſcribit, referens pro hac re Guliel. Bened. in c. Rayn. verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. nu. 1042. de teſta. Boerium in conſuet. Bituricenſi rubr. de teſtam. §. vult. & Rebuffum in procœmio ad l. regias gl. 5. nu. 82.

9 DVBIVM SECVNDVM eſt, cuius expenſis facienda eſt hæc diligens inquiſitio, vt dominus cognoſcatur?

Reſpondeo cum Michaele Sal. 2. 2. q. 62. art. 5. in controu. diſtinguendo, ſi.n. res reſtituenda bona fide acquiſita ſit, facienda eſt expenſis ipſius rei reſtituendæ; ſin autem habetur per iniquam acceptionem, facere eam debet proprijs ſuis expenſis, iuxta ea quæ inferius dicemus, vbi agemus cuius expenſis res mittenda ſit vero domino.

10 DVBIVM TERTIVM eſt, quo iure huiuſmodi bona incerta, & iniuſte retenta quando verus illorum dominus, tam in particulari, quā in vniuer-

ſali

ſiti ignoratur pauperibus eroganda ſint, iure ne naturali, diuino, aut humano? Vbi nomine pauperũ non ſolum intelliguntur perſonæ pauperes, ſed et eccleſiæ, Xenodochia, monaſteria, & alia, ornamentis, ædificijs, luminaribus, & huiuſmodi indigentia. Item non ſolum intelliguntur perſonę pauperes mendicantes, ſed etiam alij indigentes, quæ ſunt eis ad decentiam neceſſaria. Et denique nomine pauperum intelliguntur quæcunque alia opera pia, vt Mart. Nauar. in Man. c. 17. nu. 93. & Petrus Nau. lib. 4. de reſtit. c. 2. dub. 7. nu. 40. & num. 50. & alij communiter tradunt, & ſolum dubium eſt, quo iure huiuſmodi bona incerta, quorum dominus diligenter quęſitus non apparet, ſunt pauperũ. In qua re duæ ſunt authorum ſententiæ.

Prima eſt dicentium, debita incerta non ſolum iure humano, ſed etiam naturali reſtituenda eſſe pauperibus, vel in alios pios vſus conuertenda. Sic S. Tho. 4. diſt. 15. q. 1. dicens, *quando incertus eſt dominus rerum ablatarum, pauperes hæredes ſunt, ideo non deobligatur a reſtitutione, niſi det pauperibus pro anima eius, cui reſtitutio debetur adhibita tamen prius diligentia debita pro illo cognoſcendo, aut reperiendo,* & ſimilia habet 2. 2. q. 62. ar. 5. ad tertium. vbi ait, *quod ſi ille, cui debet fieri reſtitutio, ſit omnino ignotus, debet homo reſtituere, ſecundum quod poteſt, ſcilicet, dando eleemoſinas pro ſalute ipſius, ſiue ſit mortuus, ſiue ſit viuus.* Quibus verbis docet hominem illũ ignotum non amiſiſſe dominium illorum bonorum, ſiquidem expẽdenda eſſe dicit in eo, quod ei magis vtile fuerit. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Caiet. ibidem, & clarius in ſumma verb. reſtitutio c. 4. dicens, quia dñs eſt omnino ignotus, reſtitui debet Chriſto, qui *eſt hæres vniuerſorum.* Heb. 1. Sylueſter etiam in verb. reſtit. 8. q. 2. ait, neceſſario danda eſſe pauperibus, & hunc eſſe ſenſum S. Tho. 2. 2. vbi ſupra Io. Med. C. de reſtitut. q. 3. cauſa 10. opinione 3. dicens, bona incerta eſſe pauperibus de neceſſitate eroganda, vel in alias pias cauſas expendenda. Couar. etiam in regula peccatum. p. 3. nu. 5. de reg. iur. in 6. expreſse ait eſſe iuris naturalis. & Ioſephus Angles in florib. 4. ſenten. p. 2. q. 2. art. 1. difficul. 4. dum eam reddit rationem ex iure naturali ductam, quia inquit, cum facta diligentia dominus particularis non comparet, vniuerſali domino nempe Chriſto eſt facienda reſtitutio, & fit pauperibus res illas erogando, dicit enim Chriſtus Matth. 24. *Quamdiu uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* & Petrus de Arragon ex profeſſo hanc ſententiam defendit 2. 2. q. 62. art. 5. in reſponſione ad tertium docens dominium, talium rerum remanere penes verum dominũ, & Emanuel Rodriquez in Summa. p. 2. c. 41. concl. 8.

Ratio illorum eſt, quia nemo re ſua inuitus priuãdus eſt, ex eo aũt quod dñs ignotus eſt, nõ cenſetur, ſe rerũ ſuarum dominio priuaſſe; vnde ſemper manet dominus, q̃uis ſit ignotus, abſurdum. n. eſt quempiã dominio rerũ ſuarũ priuari ex ſola iniquitate alterius eam iniuſte accipientis, & retinentis.

Secunda ſententia eſt dicentium, huiuſmodi bona non iure naturæ, aut iuſtitiæ, ſed ex ſola diſpoſitione iuris poſitiui canonici, vel ſpeciali Principum ſtatuto pauperibus applicanda eſſe. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia q. 7. art. 1. ad tertiũ, qui docet eiuſmodi bona incerta inſpecto ſolo iure naturali, & iure gentium deuolui ad communitatem Reipub. Nam cum res vniuerſæ in cõi ſint traditæ humano dominio, quarum diuiſio iure gẽtium facta eſt, fit, vt dum expectatus legitimo tempore dominus non comparet, iterato in vſum publicum veniant. Sicut videmus, quod quotieſcunque agri, hæreditates, & alia bona ciuium peſte, bello, vel alio infortunio manent omnino deſerta, redeunt ad cõmunitatem Reip. poſſuntq; magiſtratus bona illa, quib. voluerint elargiri. vnde cum bona incerta, quorũ dominus facta diligẽti inquiſitione, omnino ignoratur, ſint velut deſerta, in vſus cões, ſi ius tantum naturale conſideramus, cedunt. Deinde cum Sũmus Pontifex Chriſti in terris vicarius ſit, ad quem pertinet temporalia ad ſpiritualia dirigere, optimo conſ. ſtatutum eſt iure canonico, vt huiuſmodi bona in pios vſus, & pauperum neceſſitates, ad ſalutem ſpiritualem veri domini erogẽtur, maxime cum hæc bona ſint velut ſuperflua, & vacantia, & ita ad pauperes quodammodo pertinent, iuxta illud Chriſti. Luc. 11. *Quod ſupereſt, date elemoſinam.* Idem etiam ſatis clare docent Io. Med. C. de reſtitut. q. 3. cauſa 11. verſ. *Verum ſi.* quicquid contrarium inſinuat in loco ſuperius pro prima opinione relato. Coua. in reg. peccatum par. 3. §. 1. nu. 3. & Petrus Naua. lib. 4. de reſtit. c. 2. dub. 7. nu. 44. & Michael Salon 2. 2. q. 62. ar. 5. controu. 6.

12 In hac igitur DD. varietate, dicendum mihi videtur, huiuſmodi bona incerta non omnino debita eſſe pauperibus, iure naturali, tunc enim in alios vſus irrogari non poſſent, cum ius poſitiuum non poſſit naturali derogare. Quia verò ratio ſuadet, vt talia bona in veri domini vtilitatem aliquo modo cederent, Summus Pontifex caput eccleſiæ, & iure naturali, & diuino edoctus, ſtatuit, vt talia bona, vel pauperibus darentur, vel in alios pios vſus, in bonum, & vtilitatem ſpiritualem veri domini conuerterentur: Et ita ſeruatum in eccleſia hunc morem videmus, vt pauperibus erogentur, vel componantur tales debitores certa elemoſina tributa ad pios vſus, & cauſas: Poteruntq; hęc bona, quotieſcunque Papa, & Princeps uoluerint, nõ tribui pauperibus, ſed in alium vſum conuerti, vt quotidiana experientia docet. Id quod etiam menti ipſius veri domini maxime conforme eſt. ſicut. n. nõ raro conſentiunt ciues, vt rex eorum bona, quæ iã actu poſſident, & quorum fructum percipiunt, in vſus Reipub. & eccleſiæ neceſſitates conuertat, ita multo magis pręſumitur, quod domini ignoti conſentient, vt talia bona a Principe, vel Summo Pontifice in pios vſus, & animarum ſuarum vtilitatẽ conuertantur. Nõ igitur iure naturæ pauperes talium bonorum dominium acquirunt, ac ſi creditorum eſſent hæredes, ſed dum ipſis datur, quaſi creditoribus ſoluitur. Et tunc per dationem ipſam verũ dominium acquirunt, quaſi Papa tunc dominium illius nomine veri domini tribuat. Quibus cõſequẽs eſt, quod dum Papa in alios pios vſus ea conuertat, ceſſat tunc ius erogandi ea pauperibus, cum tamen certum ſit ius poſitiuum iuri naturali derogare non poſſe. Huius etiam opinionis eſt Couar. in reg. Peccatum p. 2. in princ. nu. 6. vbi diſertis verbis affirmat eſſe de iure poſitiuo, non autem naturali, vt talia pauperibus diſtribuantur.

13 Quod ſi quis petat, vbi in iure canonico hoc ſtatutũ ſit. Reſpõdeo cum Soto, Michaele Salono, & alijs vbi ſupra, id de debitis ex maleficio cõtractis,

ſtatuit in c. cũ tu, de vſuris, vbi Alex. Papa III. præcipit, ut acquiſita per vſuram, quorũ dñs oĩno ignoratur, pauperib. cõferantur. & de extortis prætextu officij id ſtatuit Innoc. Papa III. in c. Cũ ſit nimis, de Iudæis. Non tñ fuerunt iſti primi huius rei authores, ſed exẽplo antiquorũ ad Iuſti, & euãgelij ſuaſione edocti. Nam hic mos ẽt tẽpore S. Aug. obſeruatus fuit, vt colligitur ex ſer. 35. de verb. s. dñi, & infertur in can. Qui habetis, 14. q. 5. & can. Nõ ſane, eadem cauſa, & q. initium que habuit ex illo verbo Sal. Luc. 11. *Quod ſupereſt, date eleemoſinam.*

14 *Quæ* verò a S. Th. & alijs vbi ſupra dñr, nõ probant hæc pauperib. ex iure naturæ deberi; ſic. n. qñ eis dãtur, non fieret eis elemoſina, nec opus pium eſſet, ſed debitum illis ex iuſtitia, ſi dominium horum bonorum penes pauperes eſſet. vnde ſolũ ſuppoſita eccleſiæ conſuetudine docuit S. Tho. talia pauperib. eroganda eſſe, vt ſic verus dominus ſaltem commodum ſpirituale inde reportet. Quoad Couar. & Med. iam diximus potius ſecundam, quã primam ſententiam ſecutos fuiſſe, immo hãc ſecũdã, reiecta prima, expreſſe locis allatis defendunt.

Neque valet ratio in contrarium adducta; ſiquidem nõ priuatur dominus re ſua inuitus, cum eius mens ſit, vt talia bona in bonum, & vtilitatem ſuã ſpiritualem ab habente ad hoc poteſtatem diſtribuant. Vnde cum Princeps caput populi ſit, & Papa caput eccleſiæ, ad eos pertinet huiuſmodi bona incerta meliori modo, quo fieri poſſit, diſtribuere, qui bonorum domini ignoti maxime procurant, dum ea pauperibus eroganda decernant.

15 DVBIVM QVARTVM eſt, quanã authoritate reſtituẽda ſunt pauperib. bona prædicta, hoc eſt, An quando Dominus rei voluerit reſtituere, an verò fieri debeat reſtitutio authoritate Epiſcopi, aut confeſſarij. Duæ ſunt in hac re ſententiæ.

Prima eſt dicentiũ neceſſariam eſſe ad hoc epiſcopi, aut parochi, vel confeſſarij authoritatẽ. Sic olim S. Th. 4. diſt. 15. q. 1. ar. 5. quæſtiuncula 4. ad 3. vbi agens de eo, qui de prædando ciuitatẽ aliquid iniuſte accipit, ait faciendam eſſe reſtitutionẽ conſilio epĩ, aut Dñi ciuitatis. Et in Opuſculo 21. ad Duciſſam Brabãtiæ, agẽs de reſtõne eorũ, quæ Iudæi per vſuras extorſerũt, docet, qđ ſi inueniũtur certæ perſonæ a quib. vſurã extorſerũt, dẽt eis reſtitui, alioquin, inqt, dẽt in pios vſus ſecũdũ cõſiliũ Diœceſani epiſcopi, & aliorũ proborũ erogari. Inter Canoniſtas id expreſſe docet Palud. 4. diſt. 15. q. 2. art. 4. verſ. Tertio. & Hoſt. in c. cũ tu. de vſur. & in c. *cum ſit. de Iudæis.* vbi dr, *officiali hm̃oi, tamdiu Chriſtianorũ cõio in commercijs, & alijs denegetur, donec in uſus pauperũ, ſecundũ prouidentiã diœceſani Epi conuertatur, quicquid fuerit a chriſtianis adeptus occaſione officij ſic ſuſcepti, & in c. quãquã. de uſu. in 6. hr̃, reſtituendas eſſe uſuras aut illis, quibus faciendæ ſunt, ſi preſtò ſint ipſi, aut alijs, qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentib. loci ordinario, aut eius uices gerẽti, ſiue rectori parochiæ, &c.* Vt illis quib. debetur poſtea reſtituãtur. Rõ pro hac ſnĩa eſſe põt, quia cũ hæc bona reſtituẽda ſint in bonũ, & vtilitatẽ dñorum, qui ignoti ſunt, induunt rõnẽ bonorũ ſpiritualiũ; eps aũt diſtributor eſt bonorũ ſpiritualiũ, id quod maxime in hoc caſu pcedere vr, qñquidẽ eps curam pauperũ, pupillorũ, & viduarũ gerere dẽt c. *licet*, c. *defenſionis* & c. *diuinæ diſt.* 87. & c. *Eps.* 4. *diſt.* 88 quibus hæc bona diſtribuẽda ſunt, vt propterea in horum reſtitutione opus ſit eius conſilio & authoritate.

16 *Secunda eſt* aſſerentiũ nõ eſſe ordinarie neceſſariã authoritatẽ epi, aut cõfeſſarij; ſed poſſe vnumquẽq; debitorẽ authoritate propria, & p ſe ignoti dñi pauperib. reſtituere. Sic Scot. in 4. d. 15. q. 2. ar. 4. verſ. De quarto. lit. DD. Rich. ead. diſt. q. 4. ad 2. dicẽs, quod licet erogari dẽt pauperib. authoritate ordinarij, qui eſt pauperũ pr̃, vbi eſt ſtatutũ p ordinariũ talia fieri, addit tñ, quod per ſcriptũ nõ interdr. Ille, qui reſtituere tenẽtur, erogare pauperib. p ſe ipſum põt ſi hoc faciat fideliter, & de conſilio bonorũ. Gabr. 4. d. 15. q. 2. ar. 3. dub. 4. Ang. verb. reſtõ. 2. §. 14. Syluest. verb. reſtõ. 3. q. 5. vbi multos pro hac ſnĩa refert. Tabiena verb. reſtõ. nu. 19. verſ. Decimo octauo. Archi. in c. 2. de teſtamentis. in 6. Sot. li. 4. de iuſt. q. 7. ar. 1. in ſolutione tertij argumenti principalis. verſi. *Quod ſi ſciſcitaris*, vbi ait, quod licet in reb. magni pretij conſulendus eſſet eps, aut cõfeſſarius, id tamẽ non eſſe de neceſſitate ſalutis, affirmat Mart. Ledeſ. in 2. 4. q. 18. art. 5. fol. 265. Io. Med. C. de reſtõne, q. 3. cauſa 10. verſ. Ego igitur. Mart. Naua. in Man. c. 17. nu. 92. qui ait, regulariter epm alicui prohibere non poſſe, ne per ſeipſum ſine ſuo cõſilio, aut ſine conſilio ſui cõfeſſarij reſtituat. Pet. de Arra. 2. 2. q. 62. ar. 5. in reſpõſ. ad 3. principale. Dñic. ibid. dub. 7. concl. 3. Mich. Salõ ibid. cõtrou. 7. Pet. Nau. li. 4. de reſtit. c. 2. poſt dub. 7. nu. 52. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. nu. 9. Emanuel Rodriquez in Sum. par. 2. c. 41. conclu. 9. & Tolet. lib. 5. inſtruct. ſacer. c. 23. & Lud. Lopez p. 1. inſt. cõſcien. c. 104. Et quãuis Medina, & Arragõ, & Mich. Sal. hãc ſnĩam eo fundent, quia in c. Sicut dignũ. §. Eos inſuper. & c. Cũ tu. de vſur. & c. Religioſus. de teſtam. in 6. fit mẽtio diſtribuendorũ bonorũ debitorũ in pauperes, & tamẽ nulla in his locis fit mẽtio Epiſcopi, aut alterius exinde colligẽtes nõ eſſe neceſſariã authoritatẽ epiſcopi, ad iſtorũ reſtõnem; Rõ tamẽ melior eſt, quia, cũ vt dictũ eſt, bona iſta ex iure potius humano naturali reſtituenda ſunt pauperib. nullo iure aut lege humana ſtatutum eſt, vt requiratur authoritas epiſcopi in iſtis reſtituendis. Vbi autem nulla eſt lex diuina, vel eccleſiaſtica, ſequenda eſt ratio naturalis. At verò ratio naturalis potius ſuaderet, vt perſona per ſeipſam reſtituat, quam per alium; cum enim ipſe ſit debitor, conuenit, vt per ſeipſum reſtituat, quandoquidem hac ratione melius conſcientiam ſuam exonerare, & obligationi ſuæ ſatisfacere poſſit. Poteſt tamen & expedit aliquando alicuius boni, & prudentis viri, & maxime confeſſarij ſui conſilium in hac re ſequi; id tamen non eſt neceſſarium; ſi enim poſt debitam ſuam inquiſitionem non inueniatur dominus, dummodo ea in pauperes, aut opera pia reſtituat, ad nihil amplius faciendum obligatur.

17 Dixi *ordinarie* non requiri authoritatem epiſcopi, quia licet regulariter epiſcopus contrarium præcipere nequeat, vt tamen Ang. Syluest. Archid. Gabriel. Martin. Nauar. Petrus de Arrag. Gregor. de Valentia, & Rodriquez locis proxime allatis notant, in quatuor tamen caſibus poteſt epiſcopus ſe intromittere circa bonorum incertorum reſtitutionem.

Primus eſt, quando mortuo illo, qui reſtituere debebat, nullus eſt relictus hæres, vel executor ad reſtituendum, vel ſi is, qui relictus eſt, non

et, quod debet, quamuis vt ait Sylueſter ſi eſſet
lictus, requireretur authoritas epiſcopi ſolum de
onſilio.

Secundus eſt, qñ is, qui debet reſtituere, nō vult,
unc.n. poteſt in iudicio contra illum procedi, atq;
leo tunc Epiſcopus ſe intromittere poteſt.

Tertius eſt, qñ reſtituens male diſtribueret puta
micis, qui non indigēt, & huiuſmodi, tunc.n. pōt
piſcopus tanquam pauperum pater ſe intromit-
ere, & curare, vt iterum diſpenſaret; quia *non dici-*
rfactum, quod aliter factum eſt, quam debuit. arg.
g. Qui ex timore. de reg. iur. quod intelligendū eſt
x Sylueſtro, ſi male diſpenſet dolo, vel lata culpa,
uia alia culpa ex Innoc. in c. ſicut dignum, de ho-
nic. in foro pœnit. non arctat ad reſtitutionem.
mmo addit Gabriel, quod ſi interueniente etiam
piſcopi authoritate male diſpenſaret, vterq; pec-
aret, nec excuſaretur a reſtitutione, quia nec epi-
copus ſe habet intromittere, niſi quatenus bñ fiat.
Exiſtimare tñ excuſari debitorem, ſi conſiliū epi-
copi ſequatur, dummodo dolus & fraus in diſpen
ando non adeſſet; ſatis enim erit, quod conſilium
ii paſtoris abſque dolo, & bona fide ſequatur.

Quartus eſt, quando talia incerta fuerunt vſura-
iorum manifeſtorū, qui teſtamentū cōdiderunt,
tiā mortui ſunt, quia tunc ex diſpoſitione iuris
iſpēſatio fieri debet per epiſcopū, vel eius autho-
itate, vt habetur in c. *Quāquam. de vſur. in 6.* & hic
aſus quartus eſt certus; reliqui.n. in iure nō expri-
nuntur, & ſola Doctorum authoritate recēſentur.

Ad argumenta in contrarium allata Reſponde
tur; Et quidem c. *Cum ſit. de Iudeis.* caſum particu-
larē continet, ex quo non licet regulam generalē
olligere. Agit enim eo in loco de Iudęo, qui offi-
ium publicum inter Chriſtianos exercens, multa
b eis inique extorſit, de cuius fidelitate in reſti-
uendo cum merito dubitari potuiſſet, tum ob aua
ritiā ſuam, tum ob odium contra Chriſtianos, quos
expoliauerat, prudenter ordinatum fuit, ut reſtitu-
tionem illam ſecundum epiſcopi prouidentiam
faceret. Quando enim probabiliter dubitaretur de
fidelitate eius, qui reſtituere debet, tunc epiſcopus
illum compellere poſſet, vt eius interuentu reſtitue
ret, aut ſaltem cum conſilio parochi, vel confeſſa-
rij, quinimmo ut notat Mich. Salon confeſſarius
talem abſoluere non debet, niſi ipſo interueniente,
aut certam cautionem habente.

Ad aliud ex c. *Cum tu, de vſuris.* Reſpondetur po
tius eſſe pro nobis, cum ibi ſolum dicatur vſura-
rios cogendos eſſe reſtituere iis, a quibus eas acce-
perunt, vel hæredibus ſuis, aut eis deficientibus,
pauperibus erogare. Quibus verbis ſignificatur
potius non competere epiſcopis ius erogandi bo-
na incerta pauperibus, licet eis competat ius com
pellendi vſurarios, vt vſuras incertas pauperibus
diſtribuant, vnde ſolum procurare debent, vt di-
ſtribuantur, non tamen requiritur eorum authori
tas in diſtribuendo. Et ad cap. *Quanquam. de vſur. in*
6. eodem modo reſpondetur ſicut ad c. cum ſit. Sci-
licet, vſurarium illum, de quo ibi agitur, tantam
oſtendiſſe cupiditatem, & auaritiam, vt prudenter
timeretur, ipſum non eſſe fideliter reſtituturum, vt
propterea res ſit epiſcopo, aut parocho reddenda,
qui poſtea reſtitutionem fieri procurarent. *Ad ra-*
tionē reſpondetur, Ad epiſcopum pertinere tāquam
patrem pauperum, vt diſpenſet bona ſui patrimonii, & eccleſię ſuæ, & Iudæorum & vſurariorum publicorum, & quando nullus eſt a teſtatore deputatus executor teſtamenti, non tamen exinde colligere licet, quod habeat ius ad eas eleemoſinas diſtribuendas, quas alii vel ſponte ſua, vel ex debito fideliter facere propoſuerunt.

19 *Hinc* infertur quid dicendum ſit de illa conſuetudine epiſcoporum, qui in conſtitutionibus Synodalibus reſeruant ſibijpſis reſtitutionem horum bonorum, immo aliquando ſacerdotes diſpenſantes talia excommunicant. De qua re agunt glo. in cap. 2. in verb. reſeruantur. de pœn. & remiſ. in 6. Ang. in verb. reſtitut. 2. §. 14. Sylu. verb. reſtitut. 8. quæſt. 6. Gabr. 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 3. dub. 4. lit. S Mich. Salon. 2. 2. quæſt. 62. art. 5. controu. 7. in fi. Domin. Ban. ibi. dub. 7. conclu. 3. Mart. Naua. in Man. c. 17. num. 92. Ludo. Lopez par. 2. inſtr. conſcien. c. 137. & Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 9. quamuis.n. Io. de Lign. in c. cum ſit. de Iudeis. & Io. Cald. Hugo, Clarus, Gabr. Ang. & aliqui alij negant epiſcopis hanc facultatem, & Sylueſt. dubius eſt in hac re, immo Domin. Ban. etiam dubitat, an leges, & conſtitutiones illæ iuſtæ ſint; Nihilominus tamen verior mihi videtur contraria opinio, poſſe ſcilicet epiſcopum prohibere confeſſarium, ne abſque conſilio ſuo abſoluat eum, qui eiuſmodi bona nondum reſtituit, atque eorum abſolutionē ſibi reſeruare, vt Nau. Salon, & Grego. de Val. teſtantur. Siquidem id pertinere videtur ad quoddā regimen ſpirituale animarum, quod epiſcopo conuenit. facta autem talis caſus reſeruatione, intelligi debet, vt reſeruetur abſolutio a peccato, quod commiſerunt nō reddentes pauperibus debita incerta, vt præfati teſtantur; addunt autem Naua. & Lopez prohibere non poſſe parti, vt ſi per ſe velit, nō reſtituat, nec conſcientiam ſuam, prout debet, exoneret, vt ex dictis conſtat.

20 DVBIVM QVINTVM eſt, An ſi quis bona iſta incerta, quorum dominus inueniri nō poterat, pauperibus diſtribuit, teneatur poſtea vero domino comparente, eadem ſibi iterum reſtituere?

Reſpondeo cum Ang. verb. reſtit. 2. §. 12. Sylu. verb. reſti. 8. q. 4. Gabr. in 4. d. 15. q. 2. art. 3. dub. 4. in fi. lit. S. Mar. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 5. fol. 265. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 5. ante fi. Pet. Nau. lib. 3. de reſt. c. 2. poſt dub. 7. nu. 56. verſ. Quinto. Lud. Lop. par. 1. inſtr. cōſc. c. 103. in fi. Dominico Ban. 2. 2. q. 62. ar. 5. dub. 8. & concl. 5. & Eman. Rodriquez in Sum. par. 2. c. 41. concl. 12. quib. conſentit Sot. li. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. verſic. Solutio tertij argumenti. Quod ſi non præceſſerit ſufficiens dñi inquiſitio, in tali caſu tenetur debitor iterum bona reſtituere. Ratio eſt, quia cum vſque ad talem inquiſitionem non debeat dominus iudicari ignotus, fit, vt iniuſte fuerit ſpoliatus. Deinde ſi res ſit alicuius ponderis, & momenti, tunc facta diligentia, & nō cōparēte domino, aut nō inuento, optimum conſiliū eſt, rem illam apud ſuperiorem deponere aut iuxta conſilium eius in pauperes, vel in pios vſus diſtribuere, qua reſtitutione facta tutus manet in cōſcientia, & etiā in foro iudiciali reſtitutor; quāuis ſi res fuerit leuioris momēti, nō eſt tam anxia indagatio neceſſaria. Et denique facta diſtributione bona fide poſt factā inquiſitionē, non tenetur ad amplus, etiamſi verus dominus compareat. *Bona enim fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur, arg. reg. 83. reg. Bona fides. de reg. iu. in 6.* Semel. n. iã ſuæ obligationi ſatisfecit. Intelligitur autem hoc, *primo*, ſi omnia, quæ debeat, diſtribuit; ſi. n. partem ſolum diſtribuiſſet, teneretur reſiduum vero domino reſtituere, etiamſi per Bullam compoſitionis Papæ, vel eius commiſſario ſatisfeciſſet, non. n. vt notant Dominicus Bannes, & Arragon vbi ſupra, præſumitur, Papam voluiſſe compoſitionem facere niſi in caſu, quo verus dominus non amplius compareret. *Secundo*, dummodo res non extet in ſpecie, ſi. n. debitam feciſſet diligentiam, & res apud ipſum extaret, non dum facta diſtributione in pauperes, certum eſt teneri ad reſtituendam eam domino, ſi poſtea compareat, vt Petrus Naua. loco proxime citato nu. 57. annotauit.

21 DVBIVM SEXTVM eſt, An qui bona iſta incerta pauperib. reſtituere debet, poſſit ſibi vt pauperi retinere, vel ſuis cõſanguineis, & familiarib. tanquam pauperib. ea elargiri? vt v.g. ſi Petrus habeat centum aureos ignoti domini, & ſit pauper, an poſſit ſibi retinere? Et an poſſit, id facere proprio conſilio non conſulendo confeſſariũ. Caiet. 2.2.q.62.ar.5.ad 3. abſolute docet, id eſſe licitũ, quia cum ipſe non debeat eſſe deterioris conditionis, q̃ alij, poteſt ſibijpſi ſi pauper eſt, non minus, quã alteri applicare eleemoſinã: ſicut is, cui commiſſa eſt diſtributio aliquarũ eleemoſinarũ põt ſeipſum cõputare in numero pauperũ, ſi pauper eſt, & diſtribuere proportionaliter ſibi, ſicut alteri. Quod etiã docet S. Th. 2.2.q.32.ar.9.ad 3. & idem Caiet. ibi. Alij vt Sot. lib. 4. de iuſt. q.7.art.1. in ſolut. 3. arg. Martin. Ledeſm. 2.4.q.18. artic.5. fol.265. col.3. Mart. Naua. in Man. c.17. nu.93. Pet. Nau. lib.4. de reſt. c.2. poſt dub.7. nu.53. Pet. de Arrag. 2.2.q.62. ar.5. ad 3. Mich. Sal. ibid. contr. in fi. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q.2. diffic.6. Ludo. Lopez p.1. inſtr. conſcien. c.104. & Eman. Rodriq. in Summ. p.2. c.41. concl.11. rectius, & diſtinctius docent, q; ſi neceſſitas, & inopia ſua ſit certa, põt ſibi aut cognatis tãquam vere pauperib. illa elargiri, dũmodo id faciat ſine fraude, & dolo. Quia cũ iure expreſſum ſit dari debere pauperib. non aũt his, vel *illis*, cõſequẽter põt ſine conſilio alicuius ea ſibiq;, vt pauperi reſtituere. Et cõfirmatur. Quia ſi aliquis alius deberet reſtituere, eſſet pium dare huic, qui nunc retinet. Ergo ipſe poterit ſibi retinere. Quando autẽ neceſſitas non eſt ita certa, ne quis ſinat ſe proprio affectu, & iudicio in cauſa propria decipi, monẽt præfati authores, quod nõ retineat ea ſibi, aut ea ſuis amicis, & parẽtibus diſtribuat ſine authoritate parochiani, aut prudentis confeſſarij, maxime ſi quãtitas ſit magna. Vbi aũt ſemel ſibi, aut ſuis cõſanguineis prædicta authoritate, & conſilio diſtribuerit, nõ tenetur amplius ad reſtitutionem, etiãſi poſtea ad pinguiorem fortunam venerit. Vnde Nauar. in Man. c.25. nu.123. & de oratione c.7. num.34. docet, Scholaſticos pauperes, qui amiſerunt fructum beneficiorum propter aliquam omiſſionẽ officij, ſatisfacere, ſi ſibijpſis, tanquam pauperib. eã diſtribuant in eleemoſinam, dummodo vere pauperes ſint, ſaltẽ ex conſilio confeſſarij, & quoad forũ cõſciẽtiæ tutos eſſe. & refert pro ſe Bald. in l. Id quod pauperib. q.22. C. de Epiſc. & cler. Calder. cõſi. 39.
de teſt. Anch. in cõſ. 84. incip. Domina Apollo
Deinde vt recte Mich. Sal. Petr. de Arrag. &
Naua. animaduertunt, qui bona hęc ſibi retine
omnia ſibi ſumere ordinaria debet, ſed ea tam
quæ neceſſaria ſibi prudens vir arbitrabitur, &
reliquis pauperib. diſtribuat. Quinimmo ſi
eſſet ad tẽpus, non poterit ſibi retinere, & a
tione liberari. Quãuis vt differre poſſet reſti
nem, vt pro inſtanti neceſſitate remediũ ſib
iere, quia tamen nõ neceſſitas, aut paupertas
pliciter, nõ poſſet in eo caſu, ſibi vt pauperi al
retinere. Spes. n. habẽdi in proximo facit illũ d
tem ſimpliciter, licet pro t͞pe indigeat. Vnde
uis pro eo t͞pe retinere poſſit, ſimpliciter tamẽ
poteſt. Ad hoc autem, vt habens ignoti domi
na, ea ſibi vt pauperi retineat, non aliud onus
di, aut alia pia opera faciendi pro animab. co
quib. reſtitutio debebatur, iniungi debet illi, q
quod alijs pauperibus imponendum eſſet, vt
docet Nau. nu. 93. vbi ſup. cum non ſit textus,
rõ, quæ id probet, ſed ſatis eſt, q; intendat ea ſib
pauperi retinere, & pro illis, prout alij paup
tenerentur orare. Admonent autem Mart. Le
& Mich. Sal. 2.2.q.62.ar.5. contro.7. in fi. male
cere confeſſarios, qui imponunt pœnitentib.
conuertant in celebrationem Miſſarum pro a
mabus corũ, quas confeſſarij dicunt, accepta pec
nia a pœnitentibus, quia hoc eſt ſcandaloſum, cu
oſtendant magnã cupiditatẽ, & auaritiam; immo
vt ait Salon, cum Papa tanquam pater pauperũ, &
qui curã habet ſpiritualem eorũ applicauerit hæ
bona incerta pauperib. non poſſunt confeſſarij au
thoritate ſua priuata, conuertere illa in alios vſus
cauendum namque eſt, ne hac occaſione ſcãdalu
oriatur, & pia mens, & intentio ſummorũ Põtifi
in horũ diſtributione male, & inique exponatu

22 DVBIVM SEPTIMVM eſt, An talis bon
rum diſtributor, ſiue Epiſcopus, ſiue Parochus, ſi
confeſſarius ſit, aut ipſe ſua priuata authoritat
diſtribuat, teneatur bona illa magis indigentib
meliorib. erogare, an verò ſatis ſit dare indige
bus? Rõ difficultatis eſt, quia ſi ratio diſtributio
ſit paupertas, conſequenter vbi erit maior paup
tas, facienda erit reſtitutio pauperiori, tanqu
hac materia digniori, prout fit in diſtributione be
neficiorum parochialium. Huius ſententię vide
eſſe Mart. Ledeſ. 2.4.q.18.art.5.fol.265.col.3.
ait, quod ſi non ſit certum, debitorẽ habere maio
neceſſitatem, quàm alij, nõ poteſt authoritate pro
pria ſibi retinere, vel ſuis conſanguineis, ſed auth
ritate Epiſcopi, vel Parochi, aut prudentis confeſ
ſarij, & faciũt ad hoc c. *Non ſatis, & c. Eſt proband*
d.85. vbi dicitur in cap. *Non ſatis, Etſi omnibus d*
betur miſericordia, tamen iuſto amplius. Reſpond
quamuis optimum conſilium ſit eligere pauper
res, & meliores, vt in d.c. non ſatis, habetur, id
men non eſt neceſſarium, ſiue ad vitandum pec
tum, ſiue ad reſtitutionis obligationem non inc
rendam. Sic Gabr. in 4.d.15.q.2.art.3. poſt dub
4. litera S. Sylu. verb. reſt. 8.q.3. Petr. de Arrag. 2
.q.62.ar.5.ad 2. Mart. Nau. in Manua. c.17. nu.9
Pet. Nau. lib.4. de reſt. c.2. poſt dub.7. nu.59. L
Lopez par.1. inſtruct. cõſcient. c.104. & c.137.
ton. de Corduba de caſibus conſcient. q.72. in fi
Eman. Rodriq. in Summ. par.2. cap.41. conclu.

Ratio

atio eſt, quia cum ex iure naturæ bona iſta non bentur pauperibus, ſed ſolum ex diſpoſitione iu- poſitiui, nec in iure decernitur pauperioribus & ſtioribus conferenda eſſe, ſed pauperibus ſatisfit isdiſpoſitioni, ſi vere pauperibus diſtribuantur; ut ſatis eſt ad peccatum vitãdum, quòd beneficia plicia dignis conferantur. Illud quidem verum notat Pet. Nauar. vbi ſup. quod ſi ex vna parſet cõiter indigens, ex alia grauiter indigens, alia extreme indigens, teneretur dare extre- indigenti, prætermiſſis duobus primis, & graui rè indigenti, prætermiſſo primo. Et quamuis peribus eiuſdem ciuitatis, & loci reſtitutio fa- enda eſt, qñ probabiliter creditur eos damnũ paſ ſeſſe, vt qñ per iniuriam ciuitati factam, puta per ædam iniuſtam, aliquid acquiſitum ſit; quia in tã rerum multitudine, & quantitate veriſimile eſt, ultos, & fortaſſe maiorem partem damnificãdo- um recompenſandam eſſe; ſi tamen diſcerni non ōc, quibus facienda eſt reſtitutio, non eſt neceſſum lius loci pauperibus reſtituere, ſed ſufficit quibuſ nque pauperib. diſtribuere. Iura.n. non decernũt, l pauperiorib. vel eiuſdem loci pauperib. eſſe re- uendum, ſed tñ vt pauperibus reſtitutio fiat, vt e Sot.lib.4.de iuſt.q.7.ar.1.ad tertium. Pet. Na r.lib.4.de reſtit.c.2.poſt dub.7. num. 68.& Lud. opez par.1.inſtruct.conſc.c. 137.& alij animad- unt.

DVBIVM OCTAVVM eſt, An hæc bona in- rta, quorum dominus omnino poſt diligentẽ in- uiſitionem factam ignoratur, authoritate ſummi ontificis, applicari poſſint tuta conſcientia ipſiſ- is debitoribus, per Bullam quam vocant compo- tonis. Solent.n. qui bona incerta habent Bullam ompoſitionis a Sede, aut Camera Apoſtolica pro- urare, ſoluendo certam portionem, vt ſic liberen- ura reliqua parte debiti. Quæſtio igitur eſt, an fa ta tali compoſitione poſt diligẽtem inquiſitionẽ eri domini, & non inuenti, tuta conſcientia bo- na illa poſtea retineat. Legendi ſunt de hac re S. An o.par.2.tit.2.c.6.in fi. Sylu.verb.reſt.8.q.8 Sot.li. deiuſt.q.7.ar.1.in ſolut.arg.tertij.& in 4.diſ.21. 2.ar.4. Mart. Ledeſm.2.4.q.18.ar.5. fol.265.col. Mart. Nau.in Man.c.17.nu.93. Io. Med. C.de re- it.q.3.cauſa.11. Cou.in reg. peccat. par.2.§.1.n.3. n fi.de reg.iur.in 6. Ioſeph Angles in florib.4.ſen. q. Quis ſit liber a reſtit.art.2.difficul. 19. Dominc. Bannes 2.2.q.62.art.5.dub.8. Pet. Nau.lib.4.de re- ſtit.c.2.dub.9.nu.79. Greg. de Val.tom.3.diſp.5.q. pun.7.& Lud. Lop.par.1.inſtru.conſc. 138.c.& 139. Quioẽs docent, poſſe ſummum Pontificẽ ex oſta, & rationabili cauſa compoſitionem bonorũ ncertorum facere, ita vt facta tali cõpoſitione tu- s ſit debitor in conſcientia ab obligatione reſti- uendi reſiduum ſibi remiſſum. Ratio eſt euidens, ia cum hæc bona incerta ex ſolo iure humano, & iſpoſitione ſummi Pontificis debita ſint pauperi- s, vt ſupra latius comprobatum eſt, cõſequenter eo põt ſummus Pontifex diſpenſare. Vnde ſicut ipſe tanquam pater pauperum, & bonorum incer- orum diſpenſator generalis, bona omnia incerta iniuſte poſſeſſa pauperibus applicata eſſe voluit, ita iam poteſt iuſta de cã in alios vſus pios, & eccle- æ conuenientes conuertere, & condonare aliqua uſta de cã, puta, vt reliqua citius, facilius, & cõmodius reſtituantur. Tantum.n.abeſt, vt compoſitio hæc reſtitutionem impediat, (vt falſo nonnulli arbitrantur) vt potius plurimũ eã iuuet, cũ multi in propoſito non reſtituendi manerent, niſi eo remedio adhibito ad reſtõnẽ excitarentur. Et cum ſummus Pontifex hmõi compoſitiones non temere, ſed maturo cũ conſilio facere ſolet, conſequenter qui eas compoſitiones fecerit, & taxationes pro incertis ſoluerit, pro reſiduo manet tutus in conſcientia, ne ad aliud reſtituendum teneatur. Si.n. opinio grauiũ virorũ aliquẽ ſecurũ facit in conſcientiã in re alias dubia, quanto magis authoritas ſummi Pontificis Chriſti vicẽ in terra gerẽtis talẽ debitorẽ incertorũ ſecurũ, & liberũ a reſtõne facere debet. Addit aũt Mart. Nau. vbi ſup. poſt Sotum procurãtes illas compoſitiones eſſe in peccato, donec eas adipiſcantur, ſi cum poſſent, ea pauperibus non diſtribuant: immo & poſt compoſitionẽ ſi eis eſſet animus non reſtituẽdi ſibi condonata, ẽt ſi condonata non fuiſſent. Sicut fur, cui eſt remiſſum furtum, peccaret, ſi haberet animum non reſtituendi illud, ẽtſi non eſſet remiſſum. Et quamuis huius ſui dicti Nauar. rationem non reddat, hæc tamen eſſe poteſt, non qa non reſtituit, iam.n. poſt condonationem non ſunt debita, ſed quia talis animus non reſtituendi, etiãſi non eſſet remiſſum, eſt peccatum, vt conſtat.

24 DVBIVM NONVM eſt, An qñ dominus eſt abſens, ita vt ei commode reſtitutio fieri non poſſit, nec tp̃s opportunum expectetur, reſtitui res poſſit pauperibus. Reſpondeo poſſe, quia tũc perinde eſt, ac ſi dominus rei eſſet incertus. Sic Nau. in Mã. c.17.nu.29.ver.quarto. Couar.in reg.peccat.p.2.§.1.num.3. Salon 2.2.q.62.art.5.controueſ.4. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.3.de reſt.art.2.diffic.16. concluſ.2. cum bona creditoris longiſſime abſentis, æquiualeant incertis, eo quod ratione diſtantię ea recipere non poſſit. Sic ẽt ſi res modica ſit & dñs diſtat, reſtitui p̃t pauperibus, immo aliqñ id melius eſt, cum in bonũ ſp̃uale domini redundat, ex Ang. verb.reſt.2.§.7. Similiter quãdo dominus incertus eſt, & neſcitur vbi habitat, non tenetur quis euagari, vt eũ quærat, ſed danda res eſt pauperib. quando veriſimile eſt, dominum non compariturũ, ex Angel.verb.reſt.2.§.8.& Sylueſt.verb.reſtitut.4.q.4.

25 DVBIVM DECIMVM eſt, An quę de iniuſte acquiſitis, & retentis hactenus dicta ſunt, intelligẽda ſimiliter ſint de reb. perditis, & inuentis, ita, ſ. vt hæc ẽt pauperib. reſtituenda, & diſtribuenda ſint, non inuẽto vero domino. Anteq̃ verò ſñias authorũ referamus, ſupponendũ eſt ex S. Tho. 2.2.q.66. ar.5.ad 2. Res inuentas in triplici eſſe dr̃ia. Quædã.n. ſunt, q̃ nunq̃ habuerunt dominum vt lapilli, & gemmæ precioſæ, quę inueniri ſolent in littore maris, & a natura producuntur, & de iſtis cõis eſt opi. Theologor. & Iuriſta. ſtando in iure naturę, & iure communi, eſſe primo occupantis & inuenientis, vt colligitur ex inſti. de rerum diuiſio. §. feræ & ff. tit. eo. S. Th. & Caie. vbi ſup. S. Ant.p.2. tit.1.c. 15.§.2. Sot.li.5.de iuſt.q.3.ar.3.ad 2. Nau. in Man.c.17.n. 170. Cou.in reg.peccat.p.3.§.1. nu.1. de reg.iur.in 6.& alijs. Quædam verò ſunt, q̃ aliquãdo dominũ habuerunt, quando tamen inueniuntur, probabiliter iudicantur nullum habere dominum, cuiuſmodi ſunt theſauri abſconditi in viſcerib. terræ, de quibus ſupra dictum eſt. Quædam deniq. ſunt, quæ

in propinquo dominũ habuerunt, quales ſunt res,
quæ in vijs, vel alijs locis inueniuntur perditæ a ve-
ris dominis, & ratione loci, temporis, & aliarum
circunſtantiarum, quando inueniuntur, iudicātur
26 veros habere dominos. Et de iſtis eſt præſens quę-
ſtio intelligenda, in qua vnum certum eſt, teneri, ſ.
inuentorem ad inquirendum illorum dominum
omni adhibita diligentia, vt ſi res alicuius momen-
ti ſit, voce præconum, & alijs modis pro rei quan-
titate, & valore, & ſi inueniatur, rem inuentam
domino reſtituere, deductis expenſis, quas in illa
inquiſitione fecit, alias peccat, & furtum commit-
tit, vt S. Thom. & alij docent. *Difficultas autem eſt,*
An ſi facta debita inquiſitione dominus non com-
pareat, poſſit inuentor rem inuentam ſibi tuta con-
ſcientia retinere, an verò eam pauperibus elargiri
teneatur?

27 Prima ſententia eſt dicentium, reſtituendum eſ-
ſe Principi, ſeu curam gerenti ciuitatis, ſeu loci, vt
ab eo res in pios vſus, vel eiuſdem Reipub. aut alte-
rius loci diſtribuatur, adeo vt inuentor eam ſibi ap-
plicare non poſſit. Cum enim dominũ non habeāt
certum, & notum, a rectore ciuitatis, in vſus pios
& communes Reipubl. diſtribui debet. Sic Rich.
4. diſt. 15. art. 5. q. 7. Palud. eadem diſt. 15. q. 2. ar. 2.
concl. 5. ait, inuentorem non poſſe ſibi retinere, &
ar. 4. §. Tertio, ait, qđ inuentũ reddi debet iuſtitiæ
Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. §. ad argumenta in reſponſ.
ad ſecundum etiam docet rem inuentam dari debe-
re alicui perſonæ ad eam cuſtodiendam, & in locis
publicis proclamari, vt ſic dominus, qui eam ami-
ſit, ad eam pertingere poſſit; quod ſi poſt talem pro-
clamationem nullus apparet dominus, diuidenda
eſt pauperibus. Idem omnino docet Gabr. 4. diſtin.
15. q. 3. art. 2. dub. 7. lit. S. niſi quod addat hoc dictũ
Scoti, de tradenda re perſonæ publicæ cuſtodiendę
ante proclamationem, eſſe conſilij tantum, & ſecu-
rum, non autem præcepti, ſic enim liberatur, ſi res
poſtea per incuriam perderet. Sic etiam S. Anto. p.
2. tit. 1. c. 15. §. 2. Ang. verb. Inuentũ. q. vlt. & verb.
furtum. §. 30. Sylueſt. uerb. inuentum. q. 2. uer. Pri-
mum. & verſi. ſecundum. Caiet. verb. furtum. in fi.
Couar. in reg. peccatum. p. 3. §. 1. nu. 2. Mart. Naua.
in Manuali. cap. 17. nume. 170. & num. 171. Gre-
gor. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 10. punct. 3. Qui omnes
Summiſtæ ẽt cũ Theologis Scholaſticis citatis do-
cent, non poſſe inuentorem ſibi retinere, ſed reddē-
dam eſſe rem inuentam pauperibus, quamuis ſi in-
uentor etiam pauper eſſet, poſſet ſibi totã, aut par-
tem illius cum conſilio confeſſarij retinere, vt de
iniuſte acquiſitis dictum eſt. Horum ratio eſt, quia
cum bona iſta alicuius eſſe ſciantur, quamuis non
appareat, cuius ſint, dictat tamen recta ratio, vt ex-
pendantur ſecundum voluntatem rationabilem &
interpretatiuam veri domini, quæ ea eſſe cenſe-
tur, ut in pios vſus, & pauperum neceſſitates, ad ſpi-
ritualem animæ ſuæ vtilitatem diſtribuantur, &
pro ſe citant can. Si quid. 14. q. 5. vbi dicitur, Si quid
inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti, & cap. cum tu.
de vſuris. vbi pecunia vſuraria pauperibus adiudi-
catur.

28 Secunda ſnĩa eſt dicentium, res inuentas poſt di-
ligentem inquiſitionem factam, & nõ inuento do-
mino, poſſe ab inuentore tuta conſcientia retineri,
non ſolum quando inuentor eſt pauper, ſed etiam
ſi diues eſſet. Quamuis enim in hoc caſu opin conſilium eſſet, ea in pauperes, aut in publicos v erogare, id tamen in præcepto non eſt, nec nece rium, ita Sotus li. 5. de iuſt. q. 3. ad ſecundum. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 5. fol. 266. col. 1. Barth. Me din. lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 33. verſi. Q caput. §. Quinta regula. vbi ait hanc opini ſe probabilem. Mich. Sal. 2. 2. q. 66. ar. 5. con 1. Pet. de Arragon. 2. 2. q. 62. art. 5. & q. 66. tans etiã pro hac opinione Sarmiento. li. 6. c. 10. Dominic. Ban. 2. 2. q. 66. ar. 5. Pet. Naua. de reſtit. ca. 2. dub. 9. num. 75. Lud. Lopez. par. ſtru. conſc. c. 2. Emanuel Rodriquez in ſum. c. 41. concl. 3. & Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. ſaurus. Ratio præcipua eſt, quia ut diximus, incerta non ex iure naturæ debentur Reipub vel pauperib. vel animæ cuius ſunt, etiamſi debita ex delicto, ſed tantum ex diſpoſitione poſitiui humani poſt factam ſufficientem inq tionem, poſſunt aut pauperibus aut alijs pijs applicari. Sed nulla lex huiuſmodi inuenta ap cat pauperibus, vt conſtat. Ergo ſunt ipſius in toris. Minor propoſitio patet, Nam in prim ſtat nullam eſſe legem diuinam, quæ præcipia ſic inuenta diſtribuantur pauperibus. Neque eſt aliqua ciuilis, quæ hoc iubet. Nam lex illa, quæ h betur in Auth. Omnes peregrini, C. Communia d ſucceſſ. & lex regia ei conſimilis in Hiſpania ut par. 6. vt refert Couar. in reg. peccatum p. 3. §. 1. nu. 2. quib. ſtatutum eſt, quod bona peregrini morientis abſque teſtamento per Epm in pias cãs diſtribuantur, ſi legitimus hęres non appareat, de qua re diximus ſup. rub. 1. in uer. Sexto, non probat idem faciendum eſſe in noſtro caſu, quia cum hæc ſucceſſio inteſtatorum, libero arbitrio iuris ciuilis relicta ſit, iuſte poteſt lex mentem morientis exponere, & bona eius quibuſcunque pijs vſibus applicare, prout fecit, nihil autem tale decreuit de rebus in uentis. Deinde mors defuncti, & defectus hæredis non ſunt iuſti tituli ad bona morentium vſurpanda, in his verò inuentis, nulla lex eſt particula circa ea, aut quæ negat ea inuentori, & econtra in uentor poſt debitam inquiſitionem, domino non comparente, iuſtum titulum habet ad ea ſibi re nenda, nempe inuentionem. Neque tertio lex ratio naturalis id præcipit, Nam ſi aliqua eſſe maxime, quia ut authores primæ opinionis doc runt, ratio naturalis dictat bona aliena expendenda eſſe in vtilitatem ſpiritualem prioris domini, & conſequenter ſecundum voluntatem interpretatiuam eius, vt diſtribuant in pauperes. Sed hæc ratio non conuincit, tum quia id tantum procedit de rebus iniuſte acquiſitis, quarum dominium non poteſt in poſſeſſorem iniuſtum tranſire, vt communiter tradunt Doctor. tum quia monen do apud inuentorem facilius rem illam recu rare poterit, quam in pauperes, aut alios pios v diſtribuere, tum quia non eſt neceſſium, vt ve rem inuentam conuerti in ſuam ſpiritualem v litatem, nam ſi Turca, & paganus ſit, nihil tale cogitat. Tum quia ratio naturalis potius dictat vt poſt factam diligentem inquiſitionem, res pro derelicta habeatur, & conſequenter ſit primi oc cupantis, ſicut de theſauro tradunt Docto. Quod enim res ab antiquo fuerit, vel de recenti in al

cuius poteſtate, nihil ad rem facit, quandoquidem nec in iſtis, nec in illis reperiri poteſt dominus, ac proinde iure naturali, & iure gentium commune eſſe debet, & fortunati inuentoris. Neque Quarto ius Canonicum præcipit tradi pauperibus. Nam c. Illud. Si quid inueniſti. 14. q. 5. ſolum loquitur de illis qui vel debitam diligentiam non faciunt ad verum dominum inueniendum, tales enim vt fures iudicandi ſunt; vel qui inuenta eo animo retinent, vt etiamſi dominus appareret, non reſtituerent, qui etiam fures ſunt, vt conſtat ex l. falſus. ff. de furtis. Et cap. cum tu. de vſur. & ſimilia, quæ adduci ſolent, loquuntur ſolum de debitis iniuſte, & ex delicto contractis, puta per vſuram, ſimoniam & cet. quæ merito a domino retineri non poſſunt, ſed pauperibus eroganda ſunt. Id quod iuri naturali valde conſonum, & conforme eſt, cum recta ratio dictet, vt res, quas per iniquitatem certos dominos nõ habent, non maneant apud habẽtes illas, cum iniquitas nulli ſuffragari debeat, nec iuſtum titulum dominij præbere queat, cum tamen inuenta iuſto titulo inuentionis habeantur. Nullo igitur iure, aut firma ratione probari poteſt inuenta eſſe vel Regis, vel pauperibus iure naturali, vel poſitiuo communi eroganda. Confirmantur hæc omnia, tum quia, vt ait Pet. Nau. nunquam emanauit aliqua Bulla compoſitionis, quod talia bona erogari deberent pauperibus, aut quod quis bullam compoſitionis pro inuentis procurauerit, quod non leue argumentum eſt, obligationem aliquam non eſſe reſtituendi inuenta, ſicut eſt de debitis iniuſte acquiſitis. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2. agens de huiuſmodi inuentis, non meminit reſtitutionis faciendæ de illis, ſed quod inuentor bona fide illa pro derelictis habere poſſit poſt diligentẽ inquiſitionem factã de vero domino inueniendo. Tũ quia ius canonicum de aliis annis quid agendum ſit, ſtatuit, non apparente certo domino eorum poſt debitam inquiſitionem, ſiue iniuſte, ſiue iuſte habeantur: nam de iniuſte acquiſitis ſtatuit, vt diſtribuerentur in pios vſus pauperum, & de bonis iuſte acquiſitis, vt mutuo, vel depoſito, quorum nec cum diligenti inquiſitione apparet dominus, ſtatutum eſt, ea reſtituenda eſſe, eum mutuum, & depoſitũ non ſint iuſti tituli aliquo iure ad illa retinendum, vel præſcribendum, cum ad præſcribendum neceſſaria ſit bona fides cum iuſto titulo: vnde cum quis illa retinere nequeat, conſequenter tenetur ea reſtituere tanquam ſibi ſuperflua: vocatur. n. quodcunque ſuperfluum, quod inter bona ſua retinere non poteſt, ſuperflua autem quaſi iure naturæ pauperũ ſunt, vel communitatis. De inuentis autem nihil ſtatutum eſt, ac proinde relinquitur iuri naturæ, & gentium, iuxta quę iura ſunt inuentoris, vt ex dictis conſtat.

Intelligẽda verò ſunt hæc omnia, dummodo inuenta non ſint bona eccleſiæ, etiamſi non appareat cuius eccleſiæ ſunt, vt recte Salon animaduertit, talia. n. non ſunt inuentoris, ſed tradenda ſunt Prælato, vel in alios vſus eccleſiæ conuertenda: Quæ ſemel eccleſiæ fuerunt, non ſunt in alios vſus profanos conuertenda. ar. Reg. 51. in Reg. Semel. de reg. iur. in 6. Et ſimiliter Religioſi non poſſunt ſibi retinere inuenta, quia abdicantes a ſe per votum paupertatis quodcunq; dominium, abdicarunt ẽt & titulos dominij, quorum vnum eſt ius inuentionis: & ita nec aliquo titulo pñt aliquid poſſidere, aut p̄ſcribere; Poterit tñ in hoc caſu conuentus, vel cõitas inuenta retinere, in his religionibus, quæ aliquid in communi poſſidere poſſunt.

32 Illud denique addendum eſt ex Mich. Sal. Dom. Ban. & Pet. Nau. vbi ſupra, nu. 78. quod licet ſic inuenta poſt factam diligentem inquiſitionem ſint inuentoris, tanquam bona poſſidentis, ſi tamen poſtea dominus appareat, intra tempus ad præſcribẽdum, vel vſucapiendum neceſſarium, debeat illi reſtituere, ſi vero poſt tempus deſignatum ad præſcribendum, non tenetur. Ratio eſt, quia vſque ad tps præſcriptionis, dominium rei manet penes verum dominum, adeo, vt inuentor id ſolum habet toto hoc tempore, vt bona fide poſſideat ex ignorantia veri domini, qui ſi intra tempus præſcriptionis apparet, rem ſuam recuperabit, ſin autem expleto tpe præſcriptionis appareat non erit eius, ſed inuentoris, titulo, & iure legitimæ præſcriptionis, iuxta ea, quæ in materia de præſcriptione diſſeruimus.

De reſtitutione ob actum debitum, aut alias malum, & illicitum.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *An rei perditæ inuentor licitè a vero Domino pro illius inuentione præmium aliquod petere aut accipere poſſit.*

2 *Veritas quæſtionis paucis propoſitionibus explicatur.*

3 *An ſi quis accipiat pretium vt faciat, quod ex officio ſuo, & ex iuſtitia facere debeat, peccat & reſtituere teneatur & Cui.*

Res aliqua contra legem diuinam aut humanam præcipue duobus modis accipi poteſt. ibid.

4 *Acceptio illicita ſeu turpis trib. modis contingere põt.*

5 *Iudices Tabelliones, & alij iuſtitiæ miniſtri poſſunt habere ſtipendium iuſtum a lege taxatum, illudque accipiunt ſine peccato aut obligatione, ſi tamen vltra taxationem aut debitum ſtipendium, peccant contra iuſtitiam.*

6 *Accipientes aliquod ad quod tenentur facere aut omittere ex iuſtitia non ſolum peccant, ſed etiam ad reſtitutionem obligantur.*

7 *In officio iudicis aut alterius miniſtri publici duo conſideranda.*

8 *An quod datur ad faciendum ſeu omittendum, quod facere, vel omittere ex iuſtitia tenemur, reſtituendum ſit nulla expectata ſententia Iudicis aut repetitione dantis.*

Opinio affirmatiua verior contra Sotum & Nauarr. & ratio in contrarium adducta diluitur. ibid.

9 *Taliter accipiens fiſcone, an pauperibus, an illi qui dedit, reſtituere teneatur.*

10 *An peccet, qui ita dat, maxime qui dat iudici, vt iuſte iudicet, vel teſti, vt verum dicat.*

11 *An qui aliquid accipit, & dat pro opere malo iniurioſo ſeu cõtra iuſtitiam ſic accepta reſtituere teneatur.*

12 *Secunda & communis opinio dicentium eſſe reſtituendum contra Nau. Tol. & Pet. Nau. & alios, qui male citant S. Ant.*

13 *Contractus iniurioſus non ſolum lege ciuili, ſed naturali annullatur.*

Soluitur Ratio vtriuſque Nauarri.

14 *Titulo donationis liberæ, & non mercedis accipi poteſt quodcunque ſponte datur ob qualemcunque turpem actionem.*

15 *An non ſolum lege humana ſed etiam lege naturæ irrita ſit donatio ex titulo mercedis.*

16 *Quamuis opinio Authoris communior, & probabilior, qui tamen ſequi velit opinionem Nauarri, non eſt ei neganda abſolutio.*

17 *Cui reſtituendum eſt, quod datur pro actione committenda contra iuſtitiam.*

18 *Quid in Doctorum varietate dicendum author ſentiat numeris ſequentibus explicatur.* 19. 20.

21 *An reſtituendum ſit, quod accipitur pro opere, quod quis facere, vel omittere tenetur ex præcepto legali cuiuſcunque legis non pertinentis ad iuſtitiam ſed ad alias virtutes.*

22 *Non poſſe aliquid accipi in pretium pro re, ad quam tenemur ex charitate, vel alia virtute præter iuſtitiã verior opinio.*

23 *Hæc ſententia Authori ſemper viſa probabilior quare?*

24 *Pretium per viam cauſæ finalis principalis offerri non poteſt, per modum verò inuitantis, allicientis, aut diſponentis licite poteſt.*

25 *Ad danti in pretium operis aliàs debiti reſtituendum ſit ante Iudicis ſententiam, & condemnationem, & an detur offerenti repetitio.*

26 *An publicæ meretrices pro actu meretricio aliquid tanquam actus illius turpis mercedem accipere, & retinere poſſint.*

27 *Sententia Io. Med. eiuſque confirmatio.*

28 *Communis, & uera opinio cum Iuriſtarum, tum Theologorum contraria.*

29 *Quando accipiens pro tali opere licite poſſit retinere.*

30 *An cui iurauit pretium non accipere pro labore aut ſeruitio accepto poſtea pretio reſtituere teneatur.*

31 *Mulier publica ſeu meretrix pro actu meretricij pretiũ accipere poteſt.*

32 *Tribus rationibus comprobatur eſſe licitum.*

33 *Publica meretrix non ſolum licite retinet, quod ob vſũ ſui corporis gratuita donatione accepit aut pretium iuſtum, ſed etiam poſt peractam fornicationem conceditur ei actio in foro exteriori ad petendũ pretium ante promiſſum.*

34 *Non ſolum poſt perpetratum facinus ipſa promiſſum pretium accipere poteſt, ſed & ipſe fornicarius mercedem promiſſam in foro conſcientiæ ſoluere tenetur.*

Non licitum eſſe pretium petere poſt fornicationem, ſed peccare mortaliter opinio Nauarri reijcienda. ibid.

35 *Accipere & retinere pretium pro ſui corporis locatione, nec ad reſtitutionem obligari, quatenus intelligendum, num. 36.*

37 *Acceptum a militibus ante ſententiam non eſt illis reſtituendum, licet ius illis conceſſum ſit repetendi cõtra Io. Med.*

38 *Fornicarius exceſſiuam quantitatem promittens, quæ uere eſſet prodigalitas, non tenetur poſtea promiſſum adimplere.*

39 *Non ſolum feminæ, ſed etiam uiri pretium moderatum accipere poſſunt, immò multo æquius uiri, & quare.*

40 *Soluuntur argumenta pro contraria ſententia ſuperius allata. num. 27.*

41 *An aliæ mulieres, & occultæ fornicariæ, quæ non ſunt publicæ expoſitæ; poſſunt pretium ſui corporis debiti accipere.*

42 *Communis ſententia affirmat omnes in foro conſ pretium recipere poſſe. & quæ ſola differenti ter meretrices, & alias mulieres.*

43 *Soluuntur rationes contrariæ partis ſuperius*

44 *Cuinam filia coniugata, aut Monialis pretium reſtituere debeat, an ſcilicet Patri, marito, ſterio.*

45 *An ſi meretrix aut alia femina blãditijs tium extorqueat ob actum turpem, teneatur reſtituere.*

46 *An quod promittitur ſcurris, Mimis, Paraſitis, nibus, ioculatoribus, in conſcientia ſoluendum*

INter reliquas materias hæc ſicut difficilior, merito a pleriſq; iudicatur vtilior ſcitu; namque hodie excreuit hominum malitia, paucos reperias, quos turpis quæſtus labes infecerit, atque imbuerit. Quocirca pernec erit explicare non modo, quãdo in hoc genere peccatum committitur, cuius penitentia ſalutaris neceſſaria, verum etiam quando obligationem reſtituendi incurrant. Quia vero paulo ante de re inuentis diſputauimus, ad meliorem eorum, quæ dicta ſunt, intelligentiam, addendum cenſui quæſtionem alteram, quæ cum præcedentibus & ſequentibus talem connexionem habet, vt nullo alio commodiori loco examinari poſſet. Erit igitur in hac materia propoſita

1 PRIMVM DVBIVM, An rei alienæ perditæ inuentor, licite a uero domino pro illius inuentione præmium aliquod petere, & accipere poſſit.

Ratio difficultatis eſt, quia cum ex lege iuſtitiæ teneatur verum dominum inquirere, vt ei rem ſuam reſtituat, non poteſt aliquid ab eo petere, vnde in l. falſus. §. Qui alienum. ff. de furtis, dicit iuriſconſultus, Eũ, qui alienam rẽ inuenerit, non probe petere inuentionis præmia. *Duæ ſunt in hac re Doctorum ſententiæ.*

Prima eſt dicentium licite peti, & retineri poſſe aliquid loco præmij. Sic Hoſt. in c. Dudum. 2. de elect. & Couar. in reg. peccatum. part. 2. §. 3. nu. reg. iur. in 6. quia hac ratione inducuntur potius homines ad rem manifeſtandam, quam celandam, arg. l. 4. in fi. ff. de cond. ob turp. cauſ.

Secunda econtrario affirmat, nihil loco præmij peti aut accipi poſſe. Sic Bar. in d. §. qui alienum. Alber. & Iaſ. quos refert Cou. in l. 4. §. ſi tibi indicium dedero. ff. de cond. ob turp. cauſ. Panorm. in ca. Dudum 2. num. 18. de elect. Fely. in c. cum dilectus. nu. 7. de accuſ. Sarmiento. 6. Select. cap. 10. Pet. de Aragon 2. 2. q. 62. art. 5. in reſponſ. ad 3. argu. S. Th. & Eman. Rodriquez in ſumma par. 2. c. 41. concluſ. 4. qui omnes id probant argumento facto in princ. dubij. Quorũ opiniones, vt explicemus, & quid in ſe veritatis habeat, declaremus, ſequentes propoſitiones adiungam.

2 Prima propoſitio: Quando præcedit pactum ſiue promiſſio de dando aliquo premio inuentori, tunc non ſolum eſt licitum accipere, ſed etiam exigere. Et in hac omnes conueniunt.

Ratio eſt, quia promiſſio ſeruanda eſt, pactiſque honeſtis ſtare oportet. Si ergo dominus premium promiſit, ſtare debet promiſſis, & ipſo non obſer-

uante

ant promiſſum, poterit inuentor aliquid ſibi re-
nere, ſi alias iuridice illud obtinere nequeat.
Secunda propoſitio: Vbicunque eſt conſuetudo
ndi aliquid inuẽtori loco premij, licitum etiam
inuentori aliquid accipere, & exigere. Id quod
nes concedunt.
Ratio eſt, quia conſuetudo iſta laudabilis eſt, &
o vim pacti, vel legis habet. Tota ergo difficul-
ſeſt, An liceat aliquid accipere, vel exigere, vbi
ceſt pactum, nec conſuetudo aliquid dandi. Vn-
e ſit
Tertia propoſitio: Licitum eſt inuentori aliquid
o premij petere, quotieſcunque petit non vi, aut
inis, ſed precibus.
Ratio eſt, quia preces nec voluntarium cogunt,
c tollunt. Si ergo dominus precibus rogatus ali-
id det, abſque dubio donatio illa voluntaria eſt,
acceptio, & retentio licita & honeſta.
Quarta propoſitio: Secluſis his caſibus vera eſt
ecunda opinio, non licere inuentori aliquid acci-
ere, aut petere. Quia cum ex iuſtitia alienum red-
re teneatur, gratis id facere debet. Vnde in caſib.
rimæ, ſecundæ, & tertiæ concluſionis, non acci-
tur premium pro re aliena, ſed accipitur tãquam
emium ob bonum nuncium. Solent enim homi
s aliquid ſic dare, maxime cum lætum ſit nun-
um, vt conſtat.
Quod ſi quæras, An quando dominus aliquid
t inuentori ad redimendam ſuam vexationem,
ui aliter rem ſuam recuperare non poteſt?
Reſpondeo in hoc caſu, dominum rei licite de-
iſſe, inuentorem autem illicite, & contra iuſtitiã
ccepiſſe; Quia inuentor ex iuſtitia ab iniqua, & in-
uſta vexatione deſiſtere tenetur, & conſequenter
netur id gratis facere.
Quinta propoſitio; quando inuentor in re inue-
ienda aut laborem inſumpſit, aut fecit expenſas,
o labore, & expenſis non ſolum recipere, ſed ẽt
igere aliquid poteſt. Hinc eſt, quod aliquibus in
ocis conſtitutiones ſint, vt pro ſeruis fugitiuis ali-
uid detur illis, qui illos inueniunt, capiunt, & deti
ent; Quia communiter in eis labor inſumi, & ex-
enſæ fieri ſolent. Quo ſenſu interpretanda eſt l. 4.
uam citat Hoſt. Vt enim recte notat Panorm. vbi
pra, ſermo ibi eſt, quando a principio quis con-
enit cum domino, vt iuxta loci conſuetudinem
liquid pro iudicãdo ſeruum fugitiuum acciperet,
naxime quando ſeruus fugitiuus non eſt apud iu-
icatorem, aut ſi apud eum ſit, expenſas tamen in
o *inquirendo*, & cuſtodiendo fecit.
SECVNDVM DVBIVM eſt, an ſi quis accipiat
retium, vt faciat, quod ex officio ſuo, & ex iuſtitia
cere debet peccat, & reſtituere teneatur, & cui?
ro faciliori intelligentia eorum, quæ in ſequenti-
us dicemns, quædam ex communi omnium ſen-
ntia breuiter præmittenda ſunt.
Primum eſt, quod res aliqua duob. præcipue mo-
is accipi poteſt contra legem aliquam diuinã aut
umanam: vno modo ob cauſam, & rem alias in ſe
citam, qualis eſt ferre ſnĩam iuſtã, audire Miſſam
n diebus feſtiuis, ieiunare in quadrageſima, & ſi-
ilia. Ad quæ facienda teneri quis poteſt, vel ex iu
itia, quomodo tenetur iudex reddere vnicuiq. ius
um, teſtis vocatus in iudicium dicere verum, &
uiuis abſtinere a furto, homicidio, &c. Vel ex ſo-

la charitate, & præcepto aliquo diuino, aut humano ad id faciendum teneri poteſt, & non ex iuſtitia, vt tenetur diues ſuccurrere indigenti, teſtis non vocatus in iudicium aliquando vltro ſe offerre tenetur ex charitate ad teſtificandum; Quilibet rationis particeps audire Miſſam in diebus ſacris, dũmodo aliàs legitime impeditus non ſit, & quiuis homo non fornicari, non iurare, Deũ amare, &c.

Alio modo propter cauſam turpem, & in ſe illicitam, vt ob ferendam iniquam ſententiam, ob homicidium, aut adulterium perpetrandum, vel ob quoduis aliud, quod iuri diuino, aut humano aduerſetur.

4 *Secundum eſt*, Acceptio illicita ſeu turpis trib. modis contingere poteſt, ex S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. ad ſecundum, & eiuſdem expoſitoribus, Sotus libro 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 2. & alijs, & habetur in l. 1 ff. de condict. ob turpem cauſ.

Primo ex parte dantis tantum, vt ſi quis det aliquid in pretiũ beneficij eccleſiaſtici, quod alius accipit credens gratis, & liberaliter ſibi dari.

Secundo, ex parte accipientis tantum, vt quando quis, vt ſuæ neceſſitati conſulat, ſoluit vſuras, turpitudo namque tunc eſt ex parte recipientis tantum, & non ex parte dantis. Item quando datur alicui pecunia, vt exerceat id, ad quod tenetur, vt ſi idem iudici, vt ſeruet mihi iuſtitiam; teſti, vt verũ dicat; Item quando datur aliquid, vt abſtineat a malo, a quo abſtinere tenetur, vt ſi dem aliquid Petro, ne homicidium, vel ſacrilegium committat, ne omittat Miſſam in die feſto. In his. n. caſibus donatio eſt licita ex parte dantis, illicita vero ex parte accipiẽtis, dans enim bono fine illa dat, & bonum intendit: qui verò accipit, illicite accipit, cum aliàs, & ſine vlla pecunia ad ea facienda, vel omittenda teneatur.

Tertio, ex parte vtriuſque. ſ. tam dantis, quam accipientis, vt cum tam dans, quàm recipiens malum finem intendunt, ſiue ſit in iniuriam, & damnum proximi, vt cum dantur iudici, vel teſti munera, vt corrumpantur, vel aſſaſſino, vt occidat aliquem; Siue ita, vt res, pro qua fit donatio, non ſit in alicuius iniuriam, aut damnum, ſit tamẽ res nullo pretio æſtimabilis, vt in ſimonia contingit, adeo vt quamuis Petrus dignus ſit beneficio, ſi tamen det epiſcopo pecuniam, datio illa non eſt alicui nociua, aut contra iuſtitiam, & tamen iniqua, & iure humano, & diuino prohibita, quia datur pro re, quæ nullo pretio æſtimabilis eſt, ſed gratis conferenda.

Tertium eſt, In ſeruandis præceptis, ad q̃ ex iuſtitia, uel charitate tenemur, aliquando parum, aut nihil eſt operæ, & laboris impendendum in illis faciendis, aut omittendis, vt in Negatiuis, non occides, non furaberis, in affirmatiuis, Miſſam audire, eiunare, &c. aliquando verò labor, ſtudium, & induſtria & expenſæ etiam faciendæ ſunt, vt ſeruẽtur, vt cum iudex multum laborare debet, & conſulere libros, vt recte ius dicat in cauſa propoſita, aut cum teſtis e loco diſtanti cum labore, & expenſis accedere cogitur, aut cum ſacerdos cum labore, & expẽſis ducitur ad prædicandum, ad confeſſiones audiẽdas, vel miniſtranda alienis ouibus Sacramenta. His ita prænotatis,

5 Primo certum eſt, Poſſe iudicem, tabellionem, &

alios iuſtitiæ miniſtros habere ſtipendium iuſtum a lege taxatum, illudque accipere ſine peccato, aut obligatione reſtõnis, ſi tamen aliquid vltra taxationem, & ſtipẽdium debitum ratione muneris illius exercendi in pretium accipiant, non ſolum contra iuſtitiam peccant, ſed etiam ad reſtituendum illud obligantur, iuxta ea, quæ tradunt S. Tho. 2.2. q. 31. art. 7. & quæſt. 62. art. 5. ad 2. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. concluſ. 4. Sylueſt. verb. reſt. 2. §. 1. & reſt. 4. §. 1. Sotus in libr. 4. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. ad 2. Adr. Quodlib. 10. art. 1. in lit. G. & in 4. de reſt. q. 19. quæ incipit. Reſtat inquirere. Ioan. Med. C. de reſt. quæſt. 2. dub. 2. concluſ. 3. & quæſt. 25. Ang. verb. reſtit. 1. verb. Turpe lucrum. Mart. Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 33. Petr. Nauar. lib. 2. de reſt. c. 3. nu. 12. & ſeq. & lib. 4. ca. 2. dub. 12. Mich. Salon 2.2. q. 62. art. 5. controuerſ. 3. Dominic. Ban. ibid. dub. 4. Pet. de Arrag. ibi. Lud. Molina. tom. 1. de iuſt. trac. 2. diſp. 33. Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5. §. Quid ſit reſtituendum. dub. 4. Ioſeph Angles. 2. par. florib. Theolog. qu. cui facienda ſit reſti. diffic. 12. concluſ. 3. Emanuel Rodriquez in ſumma. par. 2. c. 40. concluſ. 6. Lud. Lopez pa. 1. c. 106. poſt medium. ver. At de his. & par. 2. inſtruct. conſc. c. 29. & alij communiter.

Ratio eſt, quia ex tacita vel expreſſa conuentione cum Republica tenentur ex iuſtitia munus illud exercere pro illo ſtipendio ſibi aſſignato, quod ex vtriuſque partis conſenſu cenſetur pretium iuſtũ. Ergo vltra illud accipientes, transgrediuntur pretium iuſtum, & conſequenter ad reſtõnem illius obligantur, ſicut quiuis alius mercator vendens vltra pretium iuſtum a Republica taxatum. Confirmatur hæc ratio, quia quod hoc modo vltra ſtipendiũ debitum datur, non cenſetur dari voluntarie, vnde ſic accepta dicuntur a Doctoribus extorta per concuſſionem, vtentes verbo Ioannis Baptiſtæ, qui cõſulens militibus, vt ſuis ſtipendijs cõtenti ſint, ait, Neminem concutiatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Vnde reſtituenda ſunt.

6 Secundo certum eſt, Accipientes aliquid, ad qđ tenentur facere, aut omittere ex iuſtitia, nõ ſolum peccant, ſed etiam ad reſtõnem obligantur. Sic omnes pro primo dicto allati.

Ratio eſt, quia cum illud facere, aut omittere ex iuſtitia teneatur, dans dare non debuit, immo nec dare voluit, ſi alter facere voluiſſet, quod facere debebat. Vnde coacte dat, & rationabiliter inuitus, cum aliter vexationem ſuam iniuſtam redimere non poſſet, & conſequenter non transfertur dominium rei datæ, atque adeo accipiens illud reſtituere tenetur. Confirmatur. Quia ſi mutuator, qui non tenetur mutuare, nihil pro mutuo accipere poſſit, ſicque acceptum a mutuatario reſtituere debet, eo quod inuitus illud dat, cum habere nequeat mutuum ſine vſura; Quanto magis peccant, & reſtituere tenentur ij, qui aliquid accipiunt, vt faciãt bonum, aut omittant malum, quod ex officio, & iuſtitia facere, & omittere tenentur. Quocirca iudex aliquid accipiens, vt iuſte iudicet, peccat, & illud reſtituere tenetur: Et ſimiliter teſtis aliquid accipiens pro dicenda veritate ex S. Auguſt. epiſt. 54. ad Macedonium, & habetur in cap. Non ſane. 14. quæſt. 4. Et qui ſufficientia habent ſtipendia ſuorum munerum, ſi vt illa exequantur, aliquid aliud accipiant, tenentur illud reſtituere. Quia ſic pretium duplicatum pro re aliqua accipiunt, vnde exceſſum illum reſtituere tenentur. Similiter ſi habens mutuum, vel depoſitum Petri aliquid accipit, vt illud reddat domino ſuo, tenetur acceptum reſtituere. Et eodem modo vxor, quę nollet uiro ſuo debitum reddere niſi aliquid ab eo acciperet, aut ſubditus, qui nollet obedientiam debitam ſuperiori ſuo ſeruare, niſi aliquo pretio accepto. Quorum omnium non alia redditur ratio, niſi quia acceperunt pro re, ad quam præſtandam tenebantur gratis, & ex debito iuſtitiæ, & quia dans non niſi inuoluntarie donaſſe cenſetur. Idem dicendum eſt, ſi quis aliquid accipit, ne furetur ab alio, aut ne alium occidat. Cum enim vnuſquiſque hæc gratis, & ex iuſtitia omittere tenetur, accipiendo aliquid, vt ea omittat iniuſtitiam committit, & acceptum reſtituere tenetur, cum ſic datum inuoluntarie donatum ſit, atque adeo non transtulit a ſe rei datæ dominium. Quicquid igitur iudex vltra aſſignatum ſtipendium accipit, vt iuſte iudicet, ſeu vt non proferat ſententiam iniuſtam, ſeu vt non retardet litigantes, & ſi quid aliud eſt neceſſarium, ne iniuſte munus ſuum exequatur, aut teſtis pro veritate dicenda accipit, aut tabellio, vt fideliter ſcribat, ſeu vt non ſcribat falſum in præiudicium proximi, vt ſecretum ſeruet in ijs, ad quæ tenetur, aut vt non retardet partes plus iuſto, & denique quicquid ab alio accipitur pro non furando, & non occidendo, id totum a recipiente iniuſte accipitur, & reſtituendum eſt.

7 Tertio certum eſt, quod cum in officio, & munere iudicis, & tabellionis, aut cuiuſuis alterius publici miniſtri duo ſint, ſ. *muneris exercitium*, nempe iudicem litigantes audire, merita cauſarum expendere, libros euoluere, ſententiam proferre, & cetera. Tabellionem vera ſcribere, iudicem adire, mandata illius exequi, & cetera, & in his labor, & opera neceſſario impenditur, pro his recte aliquid accipi poteſt, loco ſtipendij vel a Republica, vel a partib. prout lege taxatum, & præſcriptum eſt; Alterum eſt, *iuſte hæc officia præſtare*, hoc eſt iudicem iuſte iudicare, litigantes non retardare, & cetera; Tabellionem ſimiliter ſcribere fideliter, ſecretum ſeruare in ijs, ad quæ tenetur, partes non retardare, &c. pro his nihil accipi poteſt, cum enim munus accipiant, ad iſta tenentur ex iuſtitia. Sicut etiam teſtis pro labore, & expenſis in itinere aliquid accipere, & exigere poteſt, nihil tamen pro veritate in iudicio dicenda accipere ualet, & ſi quid accipiunt iſti pro eo, ad quod tenentur ex iuſtitia, peccant, & ad reſtituendum illud acceptum obligantur. Hæc tria cum certa ſint, & in confeſſo apud omnes, nõnulla tamen dubia, & controuerſa ſunt: Quorum

8 *Primum eſt*, An quod datur ad faciendum, aut omittendum aliquid, quod omittere, aut facere ex iuſt. tenemur, reſtituendum ſit, nulla expectata ſententia iudicis, aut repetitione dantis? Sot. libr. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 2. *verſ. Primus modus dationis illicitæ.* Mart. Ledeſm. 2. 4. qu. 18. art. 5. in reſponſ. ad 2. fol. 264. col. 1. *verſic. Eſt vlterius notandum.* docent, ſic accipientem quamuis peccet mortaliter (quod certum eſt) non tamen teneri ad reſtituendum illud, quouſque repetatur a dante, & condemnetur a iudice. Vnde ſi alter non repetat, non tenetur in

conſcientia illud accipiens ad eius reſtitutionem. Quia licet ille gratis facere tenetur,quia tamen non tenetur abſtinere ab illo furto,aut homicidio, aut iuſtam ferre ſententiam in gratiam, & obſequium dantis,& hæc gratia,& obſequium eſt prætio æſtimabile,cum ſit actio grata, & vtilis danti, conſequenter poteſt iure naturæ pro tali gratia pretium accipere,& retinere,donec dans illud repetat,& iudex reſtituere præcipiat. Confirmatur hæc ratio,quia donans libere donare cenſetur,quouſque repetat,nec lex vlla eſt,quæ translationem dominij prohibet.Nam lex,Vt puta.ff.de condic. ob turpem cauſ. non prohibet translationem dominij rei datæ, ſed ſolum concedit repetitionem rei datæ in iudicio,ne hac via homines pretio venderent iniuſtitias,quas in alios meditantur. Eſt ergo eius,qui illud accepit,donec alter repetat,& iudex reſtitui præcipiat. Eandem ſententiam tandẽ ſequitur Mar.Nau.in Man.ca.17.nu.33.& nu.34. tandem.n.fatetur cum eodem Soto, quod non tenetur reſtituere,niſi petatur a dante. Quamdiu.n. non petit,videtur libere donare voluiſſe. Eiuſdem etiam ſententiæ ſunt Lud.Lopez p.1.ca.106.q.1. & p.2.ſummæ c.29.& Eman.Rodriquez p.2.ca. 40.conc.8.Lu. de Beia p.1.Reſponſ.caſu 1.& 31.

Alij vero vt Adria.q.16.de reſtit. quæ incipit, *Reſtat inquirere*.Io.Med.C.de reſtit.q.25. Micha. Sal.2.2.q.62.ar.5.controu.3.concl.3.Dominicus Bannes ibid.4.concluſ.2.vbi ait eſſe omnium fere doctorum,Pet.Nau.lib.4.de reſt.c.2.dub.12.num. 98.Greg.de Val.to.3.diſpu.5.quæ.6. punct.5.§. *Quidnam ſit reſtituendum*. dub.4.Ioſeph Angles in florib.4.ſen.p.2.q.cui facienda ſit reſt.diffic. 12.& Ludo.Molina to.1.de iuſt.tract.2.diſpu.88.rectius docent,ſtatim & ex natura rei, & ex ratione iniquæ acceptionis ante omnem repetitionem ſic accipientem reſtituere debere. Ratio eſt,quia ſic acceptum vere contra iuſtitiam accipitur, & conſequenter ſic recipiens ſimpliciter,& ex natura rei illud reſtituere tenetur,& confirmatur,quia ſic accepta inuoluntarie dãtur,& cum quadam coactione,& veluti ad redimendam ſuã vexationem,non .n.darentur,ſi alter, vt deberet, gratis illa facere, aut omittere voluiſſet. Et ita cũ dans habetius,vel ſine pecunia talis actus ei p̃ſtetur,aut omittatur,dãnificat in eo iure: Vnde non ſolũ repeti põt, ſed tẽ extra repetitionẽ iudicialẽ reſtitui debet. Et colligũt ex l.3.6.& 7.C.de cond.ob turp.cauſ.& l.4.ff. e.& l.iuris gentiũ.§.ſi ob maleficiũ.ff.de pact.id ꝙ *nõ ſolũ verũ* eſſe puto in miniſtris iuſtitiæ,quib. tueri iuſtitiam,& eius eſſe executores incumbit, ꝗ ſic acceptum in conſcientia ante repetitionem reſtituere tenentur, in quo caſu tandem Lopez p.1.c. 106.poſt medium hanc ſecundam ſententiam amplexus eſt, ſed etiam quando perſona priuata, cui non incumbit ex officio tueri iuſtitiam,talis enim ſi quid accipit pro non committendo furto v.g. aut homicidio,tenetur etiam id ſtatim ante repetitionem reſtituere,quamuis maior ſit ratio in illis, quam in iſtis, vt conſtat.

Nec valet ratio in contrarium,quamuis.n.actiones illæ in genere,& eſſe naturæ, ſint pretio æſtimabiles,& vtiles,quia tamen debentur ex iuſtitia, in genere moris, & quoad contractus humanos nullum pretium habere poſſunt, Ad confirmationem patet,non libere ſed inuoluntarie donata eſſe. Quod vero in d.l.vt puta.ff. de condict.ob turp.cauſ. ſola fit mentio repetitionis,nec prohibere translationem dominij; Reſpõdetur primo non eſſe mirum,ſi lex ciuilis,quæ tantum conſiderat actus externos,& forum iudiciale, in quo facienda eſt repetitio, illius tantum repetitionis meminit, omiſſa reſtitutionis obligatione, quæ ad forum interius ſpectat,quæ ratio non adeo exacte,& expreſſe a lege ciuili conſiderari ſolet.

Secundo,non probamus noſtram opinionem ex vi legum ciuilium, ſed ex natura rei, & ſtando in iure naturali,quo iure certum eſt, ſic acceptum pro re ex iuſtitia gratis facienda,inæqualitatem in ſe continere,vnde conſequenter iure naturæ reſtitutioni obnoxium eſt.

9 *Secundum eſt*,cum certum ſit,ſic acceptum reſtitutioni obnoxium eſſe,cuinam facienda erit reſtitutio,fiſcone,an pauperibus,an illi,qui dedit.

Communis omnium in hac re ſententia eſt, quam ſequuntur S.Anto.par.2.ti.2.c.5.§.1.Alex.de Ales p.3.q.40.memb.6.ar.3.§.2.in fi.Gab.in 4.d.15.q. 5.ar.3.dub.1.Mar.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.fol.263. colu.1.& Adria.in 4.de reſt.q.19.vbi ſupra §.vlt. citans Paludanum in 4.d.5.q.3.art.5.in fin.Mart. Nau.in Manu.c.17.nu.33.ver.Tertio Pet.Na.lib. 4.de iuſtitia.c.2.dub.12.nu.106.Ioſeph Angles in florib.4.ſen.p.2.q.cui facienda eſt reſtitutio.diffic. 12.concluſ.3.Mich.Salon 2.2.q.62.art.5.controu. 3.concl.3.poſt medium.Ludo.Molina vbi ſup.to. 1.tract.2.diſp.89.& alij,quando nulla culpa interuenit ex parte dantis,ſed ſolum ex parte recipientis,(quo ſenſu hactenus diſputatum eſt) danti fieri debet reſtitutio. Quia cum ille,qui accepit,illud retinere non poſſit & ex altera parte dans omnino inuoluntarie dedit,nec a ſe dominium tranſtulit,eius rei dominium penes dantem manet,atque adeo illi reſtitutio facienda erit ante omnem iudicis ſententiam,cum nulla lex ſit, quæ dantem rei ſuæ dominio expoliauerit.

10 *Tertium eſt*, An peccet, qui ita dat,maxime qui dat iudici,vt iuſte iudicet,vel teſti,vt verũ dicat? Sot.in lib.4.de iuſt.q.7.ar.1.in reſponſ.ad ſecundũ ver.*Sed nunquid licebit*,& Mart.Ledeſm. 2.4.q.18. ar.5.col.2.pag.264.expreſſe docent,non eſſe licitum aliquid iſtis dare pro vexatione mea redimenda,quia lex huiuſmodi largitiones vetat, cum hac occaſione vnuſquiſq; facile iudices corrumperet, dicendo ſe dare titulo redimendæ propriæ vexationis. Et cum quiſq; in propria ſua cauſa putat ſe habere ius,vtraq; pars daret aliquid iudici ſub prætextu redimendæ vexationis.

Reſpondeo primo,certum eſſe,quod quando ſẽtentia fertur a iudice pro accepto pretio, ſententiam eſſe nullam ipſo iure, vt conſtat ex l.venales. C.quando prouocare nõ eſt neceſſe.c. cum ab omni.de vita & honeſt.cler.& ibi glo.vlt.& Pan.nu. 7 Bar.l.1.C.de pœna iudicis,& DD.ibi.& ſatis eſt ſi præceſſerit promiſſio per iudicem accepta,vt ſẽtentia ſubſecuta ſit ipſo iure nulla,iuxta ea,quę tradunt Bar.ad finem legis vlt.C.de pœna iudicis,& Molina vbi ſup.diſp.89.

Secundo,quãuis lex in foro exteriori, vt plurimum præſumat dantem aliquid iudici pro iuſtitia ex parte ſua ferenda, velle iudicem corrumpere,vt habetur l.2.ff.de condict.ob turp.cauſam. Si tamē certo alicui conſtet ſe habere ius, & prudenter timet iudicis iniquitatem, niſi munus offerat, in eo ſane caſu nō peccat, quinimmo datur ei repetitio. Sic Alex.de Ales p.3.q.40.memb.6.art.3.§.2.in fine.Gab.in 4.diſ.15.q.6.ar.3.dub.1.Emanuel Rodriquez p.2.c.40.conclu.7.Coua.in re.peccatum.p.2.§.3.nu.1.de reg.iur.in 6.citans alios in hanc ſententiam.Mich.Salon.2.2.q.62.ar.5.controuerſia.3.concl.3.in fine.Petrus Nau.li.4.de reſti.c.2.dub.12.nu.140.Ludouicus Molina loco proxime citato.tra.2.diſ.88.in principio.& Ioſeph Angles vbi ſupra.difficul.12.concluſ.3.

Ratio eſt, quia licitum eſt vnicuiq; vti alterius malitia in bonum finem; in hoc enim caſu non datur illi pretium, vt in fauorem dantis iudicet, ſed vt iniuſte nō agat, quem timeo alias expoliaturum me iure meo, & inique iudicaturum. Et deniq. cum ius naturale ſit, propriam vexationem redimere, & naturalis defenſio omnibus eſt conceſſa, lex humana non intendit nec poteſt ius illud tollere. Qñ autem dubius quis eſſe, an illi iniuſtitia fieret, non liceret munus illi offerre, id quod fortaſſis Sotus tantum voluit. Vnde confeſſarij non ita faciles eſſe debent, vt ex quacunque iniuſtæ vexationis apparentia, munera offerri permittant, vt recte Molina annotauit.

11 TERTIVM DVBIVM eſt, An qui aliquid accipit, & dat pro opere malo iniurioſo ſeu contra iuſtitiam, ſic acceptum reſtituere teneatur? Vt v.g. cum datur iudici pretium pro iniqua ſententia, aut teſti pro falſo teſtimonio, aut ſi quid detur alicui, vt alterum occidat. In qua re non eſt quæſtio de reſtitutione dāni dati alteri parti ob iniuſtitiā commiſſam, cum certum ſit illud reſtituendum eſſe tam ab executore homicidij, aut iniuſtæ ſententiæ, aut falſi teſtimonij, q̃ ab eo, qui conſuluit vel pretiū dedit, vt fieret. Sed dubitatio ſolū eſt, an recipiens ad reſtitutionem pretij recepti teneatur.

Prima ſententia eſt Martini Nauar. in Manuali. c.17.nu.30.verſic.Secundo dico, dicentis ſe olim in editione vulgari tenuiſſe reſtituendum eſſe: at vero nunc, inquit, cenſeo non eſſe reſtituendum vlli ex præcepto, & idem docet de teſte in Manuali.c.25.num.45.verſi.Sexto, ſcilicet non teneri teſtem reſtituere acceptum pro falſo ſuo teſtimonio ex neceſſitate, ſed tantum ex conſilio. Idem docēt Toletus in lib.5.inſtruct.ſacerd.cap.21.in fi. & ca.59.vbi in hoc loco agit de teſte. & Petrus Nauar. lib.4.de reſti.c.2.poſt dub.12.n.132.& Emanuel. Rodriquez in ſumma.par.2.c.40.concl.2.& vterque Nauar & Toletus citant pro ſe S.Anton.p.2.tit.2.c.5.§.1.& Sylueſt.verb.reſtitutio.3.§.1.& reſtitut.4.q.1.& verb.eleemoſina.q.4.ver.Tertium, qui tamen authores expreſſe contrarium docēt, vt patet legenti loca citata; ambo enim dicunt, nec retineri poſſe a recipiente, nec dari debere danti, ſed reſtituendum eſſe pauperibus, verba namque S.Antonini ſunt iſta, *Si pecunia data ſit iudici ad eū corrumpendum, vel teſti, ad falſum teſtimonium dicendum, vel alicui ad falſo accuſandum, vel aduocato ad iniuſte aduocandum, illi datori reddi non debet, nec ſibi retinere poteſt, ſed pauperibus elargiri, vel illi, in cuius damnum, ſiue iniuriam data eſt, & præcipuè ſi amiſiſſet ex hoc iuſtam cauſam.* Hactenus S.Anto. ex quibus conſtat longe aliam eſſe huius authoris mentem, quam præfati opinantur. Neq; Sylueſter locis citatis docet datum contra iuſtitiam non eſſe reſtituendum ſimpliciter, quinimmo id aperte docet, ſed non eſſe reſtituendum danti, quia in pari caſu turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis, l. ſi ob turpem cauſam. §. porro. ff. de cond. ob turpem cauſam. Id tamen expreſſe docet Ang. verb. confeſſio.§.2.& verb.reſtitu.1.verb.turpe lucrum.

12 *Secunda*, & cōis eſt dicentium ſic acceptum a iudice, aut teſte, pro ſententia iniuſta, & teſtimonio falſo, aut ab alio quocunq; pro committendo peccatum contra iuſtitiam, nempe pro alterius iniquo occidendo, pro comburendo domum alterius, pro incutiendo alteri alapam, & pro ſimilibus iniurioſis damnis perficiendis, ſtatim, & in conſcientia reſtituendum eſſe ante omnem repetitionem, & condemnationem in iudicio latam. Sic Alex.de Ales p.3.Summæ.q.40.memb.6.artic.3.§.2.in fi. Gab.in 4.d.15.q.6.art.3.dub.1.Palud.in 4.d.15.q.3.ar.5.in fi. Adri.in 4.q.19.de reſt.quæ incipit *Reſtat inquirere*.ver.*Hoc ſuppoſito*.vbi Ang.refert & refellit, & ver.*Sed uidendum*.Sotus li.4.de iuſt.q.7.ar.1.in reſponſ.ad 2.verſi.*Secundus ergo modus*. Io. Med.C.de reſti.q.2.dub.2.concl.4.& q.20.ver.Et itaque.Mar.Lede.2.4.q.18.arti.5.f.263.col.1.& 2.clarius f.264.col.2.Mich.Salon 2.2.q.62.art.5.contro.3.conclu.6.Dominicus Bannes ibi dub.3.Pet.de Arra.ibidem conc.6.Coua.in re.pec.p.2.§.2.nu.7.de re.iur.in 6.Bar.Med.lib.1.inſtru.confeſ.c.16.§.3.in fi.Ioſep.Angles ī florib.4.ſen.p.2.q.cui facienda eſt reſt.diffi.12.concl 4.Cai.verb.reſt.ca.4.Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6.pun.5.§.Quid ā reſtituendum ſit.dub.5.Lu.Lopez p.1.inſtru.conſci.c.106.q.2.Ant.de Cord.in ſuo quæſ.q.32.in 4 propoſitione.dub.1.& 4.& alij. Qui oēs in hoc conueniūt teneri recipientem reſtituere ante omnem repetitionē, & condemnationem iudicis. Ratio ē, quia ad eandem virtutem iuſtitiæ pertinet, præcipere opera iuſtitiæ, & prohibere opera iniuſtitiæ. Nā ſicut ad iuſtitiā pertinet ius ſuū vnicuiq; reddere; ita ad eā p̄tinet, ne inferatur dānū, vel iniuſtitiā prohibere. Sicut igitur iudex tenetur gratis facere iuſtitiam; ita quoq; vitare iniuſtitiam gratis. Sicut qui debitor eſt mille aureorum tenetur ex iuſtitia illa reſtituere gratis, nihil accipiendo a domino pro reſtitutione illi debita, ita tenetur gratis abſtinere ab iniuſtitia ea retinendo.

13 Neque ſolum idcirco ſtatim ſic acceptum reſtituendum eſſe puto, quod iure humano, & ciuili reddatur inhabilis accipiens, vt retineat, & donans, vt rei datæ a ſe dominium transferat in accipientem titulo mercedis, vt patet ex l. Multa C. de modo mulctandi. vbi ſic acquiſita adiudicantur fiſco; ſed etiam ipſo iure naturali malefica huiuſmodi contra iuſtitiam vænalia non ſunt, nec mercedem merentur. Nam ſiue conſiderentur actiones iſtæ, quatenus fiunt contra iuſtitiā, quatenus malæ ſunt, & offenſa Dei, & deuiationes a lege æterna ſic conſideratæ nullius valoris ſunt, (vt oēs concedunt) atque adeo iniuſte acceptum ſub hac ratione omnino reſtituēdū eſt; ſiue cōſiderentur actiones illæ quatenus ſatisfit cupiditati, & iræ alterius, alicuius p̄tij & valoris non ſunt (vt multi putant) quia licet ex vna parte ſatisfiat voluntati alterius, actioq; ipſa labo-

rem,& periculum ſecum connexum habet, quia tamen eo ipſo,quod alteri ſic ſatisfactum ſit,eſt iniuria tertij,non recte poteſt, aut debet a quoquam compenſari, aut aliquid pro illa accipi, aut dari. Multoq; minus compenſatio iuſte percipi poteſt propter delectationem,quam capit is,cui per iniuriam alterius ſatisfactum eſt,quia ſicut actio iniurioſa,per quam alterius voluntati ſatisfit,atq. adeo approbatio,& volitio talis actionis non eſt ex iuſtitia compenſabilis, ita neque delectatio illa, quæ ex tali volitione, & actione conſequitur, ex iuſtitia compenſabilis, & meritum mercedis eſſe põt. Quocirca non ſolum iure ciuili,(vt patet ex l.2.& 3.ff.de condict.ob turpem cauſam,& l.Iuris gentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pactis & l.Generaliter.ff.de verb.obligationib.) irritatur talis cõtractus,nulluſque cenſetur,quo promittitur,aut accipitur aliquid pro actione iniurioſa,& contra iuſtitiam tertij,ſed etiam ipſo iure naturali annullatur & ſolum per leges humanas explicatur vis illius in hoc genere maleficiorum contra naturam. Id quod ſatis clare S. Aug. epiſt.54. ad Macedonium his verbis expreſſit, *Cum iudicia, & teſtimonia, quæ nec iuſta,nec vera vendenda ſunt,iniqua,& falſa venduntur,multo ſceleratius vtique pecunia ſumitur,quia ſcelerate etiam,quamuis a volentib. datur.* Et ibidem, *Iuſtius*(inquit)*dicitur aduocato,redde,quod accepiſti, quando contra veritatem extitiſti, iniquitati affuiſti, iudicem fefelliſti; de falſitate viciſti:niſi forte* (quæ verba intelligenda annotanda ſunt) *reſtituendum eſt alienum,quod per furtum clanculum auffertur, & non eſt reſtituendum alienum,quod in ipſo foro,vbi peccata puniuntur,legibus circumuentis obtinetur.* Quibus verbis aperte indicat S. Aug. contineri in eiuſmodi acceptione deformitatem non ſolum contra præſcriptum legum humanarum, ſed ẽt cõtra ius naturæ,ſicut in ipſo furto;atque adeo ſicut iure naturæ reſtituendum eſt,quod eſt furto ablatum, ita ẽt q̃ loco mercedis ꝓ actione iniurioſa accipitur.

Eſt enim contra ius naturæ,vt inde,hoc eſt, ex eadem actione,quis accipiat mercedem,vnde oritur obligatio reſtituendi damnum alteri illatum. Sicut igitur abſurdum eſt,vt ex eodem fõte ſimul,& ſemel emanent dulce,& amarum: ita etiam abſurdum videtur,vt ex eadem actione, qua tenetur quis de damno vni,reportet mercedem ab alio. Et quia ſicut alienum, quod debetur alteri, non eſt vẽdibile;ita neq; percuſſio iniurioſa illata alteri vendibilis,ac pretio æſtimabilis eſſe videtur.

Ex quibus omnibus manifeſtum eſt,non ſolum iure humano denegari actionem, & repetionem eius,quod datum eſt,ſed etiam explicari vim iuris naturalis,annullari ſcilicet iure naturæ dationem, & acceptionem eius,quod pro actione iniurioſa, puta,pro occidendo homine, pro ferenda ſententia iniuſta,pro dicendo falſo teſtimonio,pro furãdo,& alijs contra iuſtitiam commiſſis datum,& acceptum eſt,vt recte Greg. de Val. & Lopez vbi ſupra tradiderunt.

4 Nec obſtat,quod Mar.Nau.in Manu.c. 17. nu. 32.& Pet.Nau.lib.4.de reſt.c.3.poſt dub.12.num. 142.dicunt,quod licet conuentio,& pactum ob maleficium non tenet ſub illa forma, quia partes prætendunt,valet tamen vt donatio quædam virtualis,vel vt quidam actus habendi pro derelicto, vel donato,ad hoc vt neceſſario reſtituendum nõ ſit.Quia vt Corduba,& Lopez locis allatis docẽt, quando lex irritat, vel annullat aliquem contractum,vel pactum ratione talis contractus, vel pacti obtentum,retineri non poteſt, ſed reſtituendũ eſt,vt conſtat, quia tunc deeſt iuſtus titulus, quo retineri poſſit. Nec ſatis eſt ad conſcientiæ tranquillitatem recurrere ad præſumptam donãtis voluntatem, qui præſumitur gratis donaſſe, aut habuiſſe pro derelicto: Quia licet titulo donationis liberæ,& non titulo mercedis accipi poſſit iure naturæ,quicquid ſponte datur ob qualemcunq; turpem actionem,non tanquam ob cauſam principalem,ſed ob quoddam motiuum ſeu conditionem, ſine qua non daretur,vt exprimit idem Naua. in Man.c.17.nu.41.ver.Sexto. Non tñ ita certũ eſt, ita datum pro iniuſtitia cõmittenda gratis donatũ fuiſſe,aut pro derelicto haberi, vnde Lopez in d. c.106.ait,non cenſendum eſſe gratis donari,& fauent verba S.Aug.in epiſt.54.ad Macedoniũ,quæ referuntur in cap.Non ſane.14. q.5.dicitur.n.ibi, *Qui pro iniquo iudicio dedit, valet quidem repetere,niſi timeret,vel puderet emiſſe.* quibus verbis ſignificat, eum, qui dedit aliquid pro iniuſtitia ab altero committendi, aliquo modo inuitus illud dediſſe Deinde quamuis ſpontanee,gratiſq; illud dedit,ſi. tamen donatio illa ſub titulo mercedis lege aliqua ſit prohibita, conſequenter accipiẽs inhabilis redditur ad illud acceptum retinendum iuxta ea quæ tradit S.Th.2.2.q.62.ar.5 ad 2. Qua ratione donatio,quæ fit meretrici a milite,vel a Minore ipſo iure inualida eſt, vt habetur in l.Affectionis.ff.de do. & l.miles ita.§.miles.ff.de teſta.milit. Cou.in reg. peccat.p.2.§.2.nu.2.de reg.iur.in 6.& eodem modo,vt notant Sot.li.4.de iuſt.q.7.ar.1.ad 2.Mich. Sal.2.2.q.62.ar.5.contro.3.conc.6.Pet.de Arrag. ibid.concl.6.& alij,lex ſic recipientes ob actũ malum contra iuſtitiam inhabiles reddit, & hoc in odium delicti,quod eſt contra iuſtitiam, vnde ſic acceptum ante oẽm iudicis ſententiam ſtatim reſtituendũ eſt,vt præfati authores cum Mar.Ledeſ. 2.4.q.18.ar.5.fol.264.col.2. Corduba,Lopez & alijs tradiderunt.Cuius rõ eſt,quia cũ lex illũ inhabilem reddat ad recipiendũ,in odiũ delicti, qđ eſt contra iuſtitiam,conſequenter nullum ei dominiũ acquiſiuit,atq; adeo cum res non ſit facta ſua,tenetur illam tanquam alienam ſtatim reſtituere.

15 Quod ſi obijcias, talem non teneri iure naturæ ſic acceptum reſtituere,ſed ſolum lege humana, quæ cum pœnalis ſit,non obligat niſi poſt iudicis condemnationem.

Reſpondeo namque primo falſum eſſe fortaſſis teneri ſolum lege humana ſic acceptum reſtituere,quamuis enim aliqui affirment,alij tamen id negant, docentes etiam de iure naturæ irritam eſſe donationem ob actionem turpem contra iuſtitiam ex titulo mercedis. Secundo,quamuis ſola lege humana inhabilis reddatur accipiens, & lex illa pœnalis ſit,non eſt tamen pœnalis reſpectu accipientis,ſed reſpectu dantis. Siquidem vt recte docent Sot.li.4.de iuſt.q.7.ar.1.ad 2.ver. *Interrogans autẽ.* Mich.Sal.2.2.q.62.ar.5.contro.3.concl.6.Pet. de Arrag.ibid.conclu.6.Ant.de Corduba in q.32. citata.Barth Med.lib.1.inſtru.confeſ.c.16.§.3.in fi. Ludo.Lopez par.2.inſtru.conſc.c.107.circa med.

& Emanuel Rodriquez in ſumma.p.2. c.40. concluſ.2, lex iſta reſpectu accipientis non tam pœnalis eſt, quam reddens illum inhabilem ad aliquid pro iuſtitia accipiendum,& quamuis pœnalis eſſet, cum tamen in priuatione conſiſtat, ſtatim ipſo facto,& ante condemnationem iudicis obligare poteſt, vt patet in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis,& priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ, vt latius in materia de legibus expoſuimus. Quo fit, vt nec recipere poteſt, nec retinere, ſed ſtatim reſtituere illud debet; At vero reſpectu dantis, pœnalis eſt vt paulo poſt dicemus.

16 Illud demum annotandum eſt, cum Lu. Lopez p.1.inſtr.conſ.c.106.& Tolet.lib.5.inſtr.ſacer.ca.21.in fi.& Emanuel Rodriquez p.2.ſum.cap. 40. concl.2.Quod licet hæc noſtra opinio cõmunior,& probabilior ſit, ac proinde iuxta eam conſulendũ ſit, ſi tamen aliquis pęnitens ſequi velit opinionem Nauarri,& aliorum,& ea ſe tueri, non eſt neganda ei abſolutio præſertim ſi adeo indigens ſit, vt non ſit ei tã facile reſtituere, vel qñ qui pro committẽda iniuſtitia ei dedit,& iã iniuſtitia commiſſa eſt, nec illud extra iudiciũ, vel in iudicio repetit.

Ratio eſt, quia tunc in non petendo videtur gratis,& libere donaſſe, atq. adeo ratione illius liberę donationis retinet; Et quia illa Nauarri opinio nõ caret ſua probabilitate,& graues, docti,& timoratæ conſcientiæ viri illam tenent.

17 QVARTVM DVBIVM eſt, Cuinam reſtituendũ eſt quod datur pro actione committenda cõtra iuſtitiã, & de qua ſuperiori dubio dictũ eſt? In hoc dubio adeo diſcordes ſunt ĩter ſe Doctores, vt nihil fere certi, ac ſolidi ex illis colligi poteſt.

Quidam enim abſolute docent, quod ſi ſubſecutum ſit delictum, pro quo datum eſt pretium, nulla facienda eſt reſtitutio. Sic Angel.verb.concluſ. §.2 & verb.reſt.1.verb.turpe lucrum.Syl.verb.eleemoſina.q.4.Mar.Nau.in Man.ca.17. nu.30. Pet. Nau.lib.4.de reſti.cui facienda eſt reſti. diffic.12. concl.1.& 2.& diffi,13.Emanuel Rodriquez p.2. c.40.concl.2,Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6. punct. 4.Tolet.lib.5.inſtruct.ſacerd.c.21.in fine.Qui omnes docent ante ſententiam iudicis, aut ſaltem cõfeſſarij nulli in hoc caſu faciendam eſſe reſtitutionem ex præcepto, ſed ſolum ex conſilio. Quia dãs gratis,& ſponte donaſſe cenſetur.

Alij vt Alex.de Ales par.3 q.40.memb.6.ar.3. §.2.in fine.Gabr.in 4.diſt.15.q.2.art.3.dub.3. & Caie.in ſumma.verb.reſtitutio.c 4.docet dandum eſſe damnificato, hoc eſt ei, in cuius iniuriam aliquid datum eſt, puta ei, in cuius iniuriã corruptus eſt iudex, aut teſtis, &c.aut ſaltem dari debet pauperibus.

Alij vero docent perpetrato delicto reſtituendum eſſe pauperibus. Sic S.Ant.p.2.ti.2. cap.5.§. 2.Sylu.verb.reſti.2.§.1.& verb.reſti.4.§.1. Petrus de Arrag 2.2.q.62.ar,5.in reſponſ.ad 2.conclu. 7, Ioan.Med.q.2.de reſti.dub.2.conclu.4.qui omnes docent ante omnem iudicis condemnationem dandam eſſe pauperibus. In hac igitur Doctorum varietate hæc mihi dicenda videntur.

18 *Primum eſt*, quando eſt aliquid datum ob turpem cauſam,& contra iuſtitiam, ſi cauſa turpis nõ eſt ſubſecuta, tunc ipſi danti lucrum illud reſtituendum eſt ante omnem iudicis ſententiam, & condemnationem. Vt v.g. ſi datum eſt iudici aliquid vt iniuſte iudicaret, aut teſti, vt falſo teſtificetur,& iudex iuſte iudicauit, teſtiſq; verum teſtimonium tulit (& idem dicendum eſt, ſi quis epiſcopo aliquid daret, vt ordines, aut beneficium conferret, ipſe tamen neutrum præſtitit) tunc danti reſtit. facienda eſt. Sic Io.Med.C.de reſti.q.2.dub.2.concl.4.& Nau.in Man.c.17.nu.30.ver.Quarto.Cord.li.q. 32.Petr.Nau.lib.4.de reſti.c.2.dub.12, num.14. Pet.de Arrag.2.2.q.62.ar.5.in reſponſ.ad 2.conc. 7.Lud.Lopez p.1.inſtruct. conſcien.c.107.

Ratio eſt euidens, quia nemo expoliandus eſt re ſua niſi per iudicis ſententiam. Quamuis ergo huic negetur actio,& repetitio, quia turpiter dedit, poteſt tamen in conſcientia eam rehabere, & recipere,& confirmatur. Quia non donauit niſi ob cauſam illam principaliter. Ergo cauſa illa non ſubſiſtente non abdicauit a ſe rei illius dominium. Vnde illi in conſcientia res illa reddẽda eſt. Quod dictum non ſolum procedit, quando aliquid datur pro opere aliquo contra iuſtitiam committendo, ſed etiam pro alio quocunq; opere malo. v.g. ſi daretur aliquid meretrici pro opere luxurioſo committendo, eo enim non ſubſecuto reſtituendum eſt donanti.

19 *Secundum eſt*, Promiſſio, ſtipulatio, & pactioq;cunque de re turpi ſiue ſit contra iuſtitiam, ſiue contra aliam quamcunque virtutem, ante rem cõpletam, inualida,& nulla eſt, immo peccatum eſt & reſcindenda. Vnde qui pecuniam pro ſententia iniuſta, aut pro adulterio committendo promiſit, non tenetur promiſſionem illam ſeruare, ſed illam reſcindere. Sic omnes,& expreſſe Caieta.2.2.q.32. art.7.ad 2.Coauar.in reg.peccatum.par.2.§.2.nu. 1.de reg.iur.in 6.Michael Salon 2.2.q.62.ar.5.controuerſia.3.concluſ.2.& Ludouicus Molina de iuſtitia.p.1.tract.2.diſp.94.concluſ.2.Quandoquidẽ neque qui rem turpem promiſit pro pretio, illam implere debet, neque qui pretium pro ea promiſit, ſtare tenetur.

Ratio eſt, quia talis promiſſio,& pactio eſt de opere malo,& peccato patrando. In malis autem promiſſis fides reſcindenda eſt. c. In malis, 22.q.4. eſt autem in hoc caſu, vt recte notat Molina vbi ſupra, peccatũ, quod cernitur in promiſſione, & pactione pro perpetrãdo delicto eiuſdem ſpeciei, cuius eſt peccatum rei turpis, ad quam ordinatur v.g. promiſſio,& pactio pro adulterio, adulterij rationem, pactio pro occidẽdo homine, homicidij ſpeciem,& rationem ſortitur. Immo eſt vnum numero peccatum, cum peccato exteriori committẽdo, ad quod ordinatur,& pars integralis illius, niſi detur tanta interpollatio, & moralis diſcontinuatio, quæ ſufficiat ad illa efficienda diuerſa numero peccata: Non ſecus ac pallium accipere, accingere gladium pergere ad occidendum hominem ſunt vnũ numero peccatum homicidij, niſi detur talis diſcontinuatio moralis, quæ ad multiplicanda diuerſa peccata illius ſpeciei ſufficiat.

20 *Tertium eſt*, Acceptum pro opere cõtra iuſtitiã commiſſo, vt pro corruptione iuſtitiæ, pro damno inferendo, pro occidendo homine, impleto iã opere, neq; damnificato, neque pauperibus, ſed danti ante omnem iudicis ſententiam reſtituendum eſt, poſt ſentẽtiã vero ei, cui a iudice fuerit applicatum

Sic Adrian.in 4.in q.de reſtitu. q.19. quæ incipit, *Reſtat inquirere.* §.fi.Sotus lib.4.de iuſtitia.q. 7.ar.1.ad 2.verſic.*Interrogas autem.*Mart.Ledeſm. 2.4.q.18.ar.3.fol.264.col.2.Mich.Salon.2.2.q.92.ar.5.controuerſia.3.conclu.6.Dominic.Bannes ibid. dub.3.conclu.3.& Lopez par.1.inſtruct.conſcien.107.*Non damnificato*;quia licet ille ius habeat naturale,vt ſibi compenſetur damnum, & iniuriam, quam per eam turpem actionem accipit; nõ tamen habet ius, vt ſibi detur illud, quod pro illo opere malo datum,& acceptum ſit, ſed ſatis eſt,quod illi reſtituatur damnum, quod ex illo opere paſsus ſit. *Non pauperibus*,quia pauperes, eo ipſo quod pauperes ſunt,nullum ius acquirunt ad rem illam iure naturali,aut humano ante condemnationem,ſiquidem tunc ſolum iure naturæ illis dati debet,qñ debeatur alicui certæ perſonæ,cui dari non poteſt ſecundum corpus,eo quod ignota, vel abſens admodum ſit, & ideo reddi debet illi eo modo, quo poteſt,nimirum ſecundum animam,atq. adeo per eleemoſinas pauperum, immo vt ſupra diximus, nec iure naturali res incertæ debẽtur pauperibus, ſed iure tantum humano; At vero in caſu noſtro dominus rei non eſt incertus;Nec lex aliqua humana eſt,quæ præcipit rem contra iuſtitiam acceptã, reſtituendam eſſe pauperibus ante iudicis condemnationem. Cum igitur ſic acceptnm reſtitutioni obnoxium ſit, vt ante condemnationem reſtituatur donanti iure naturæ. Ratio eſt,quia cum res illa,aliquem dominum habere debeat, cum dominia rerum manere non debeant incerta,& dans nõ abdicat a ſe dominium,niſi ut habeat ille, cui dat; conſequenter eo ipſo,quod recipiens in odium delicti,factus ſit inhabilis,non cenſetur voluntas donantis alia eſſe, quam vt ſibi tanquam vero domimino reſtituatur,qui non abſolute a ſe dominium abdicauit,ſed ad ſummum virtuali illa cõditione, ſi alter eã retinere poſſet. Cum igitur ille ex lege ſaltem humana reddatur inhabilis ad eam retinendam,&donans non põt ante iudicis ſententiã re ſua expoliari,cum reſpectu donantis lex illa, quæ repetitionem prohibet,ſit pœnalis,quæ ante iudicis ſententiam non obligat, conſequenter manet dominus rei illius ſicut antea vſq.ad iudicis condẽnationem;reſtitutio aũt faciẽda eſt vero domino. Quam etiam ſententiam docuit aperte ſatis epiſt. 54.ad Macedonium, vt refertur in c.Non ſane,14. q.5.vbi expreſſe ait,quod aduocatus reddere debet clientulo ſuo, quod illi dedit pro iniuſto patrocinio.Conſtat aũt loqui D. Aug.de cauſa iam ſubſecuta ait enim; *Quando iniquitati affuiſti, iudicem fefelliſti,contra ueritatem ſtetiſti,redde quod accepiſti.*

Nec refert,quod ſcienter det,ſemper.n.ſiue licite,ſiue illicite det,non intendit rei dominium a ſe abdicare,niſi in alium transferendo,quod cum in caſu noſtro non fecit,immo nec potuit,dãdo illud tanquam mercedem operis praui,vt diximus, (q̃uis ratione liberæ donationis id potuit) ante iudicij ſententiam datum ipſi reſtituendum erit. Poſt ſententiam vero reſtituendum erit his, quibus per ſententiam applicatum fuerit a iudice,ſiue is fiſco, ſiue pauperibus,ſiue cauſis pijs, ſiue perſonæ iniuriam paſſæ applicuerit, vt expreſſe Lopez, &alij locis proxime citatis tradiderunt.

Ex quibus omnibus conſtat, quid in hac materia de reſtõne ob datum, & acceptum ob turpem cauſam contra iuſtitiam commiſſam dicendum ſit & cui in hoc genere reſtõ facienda ſit. Quæ ſane res quamuis in ſe ſatis difficilis,& obſcura ſit ex his tamen,quæ diximus,facilis, & manifeſta eſt.

21 QVINTVM DVBIVM eſt,An reſtituendum ſit,quod accipitur pro opere,quod quis facere, vel omittere tenetur ex præcepto legali, hoc eſt,ex p̃cepto cuiuſcunque legis,non pertinentis ad iuſtitiã,ſed ad alias virtutes,puta ad charitatem,& religionem. Vt v.g.quod quis accepit,vt ſacrum die feſto audiat,vt ieiunet in die præcepti,vt non fornicetur,vt non blaſphemet,vt non deſpiciat,nec cõtemnat parentes,vt non mentiatur, vt obediat ſuperioribus,&c. In qua re

Prima ſententia eſt dicentium, quod ſi iſta facimus ſolum, quia præcepto obligamur ea facere, vel omittere,non eſt licitum aliquid ſumere, aut retinere;Sinautem illud quod omittere,aut facere tenemur ex præcepto,omittimus,aut facimus in gratiam alterius,tunc licitum erit aliquid ſumere, & retinere.

Sic Sotus li.4 de iuſt.q.7.ar.1.ad 2.Mar. Ledeſ. 2.4 q.18.ar.5.fol.264.col.1.& 2.Lud. Lopez p.1. inſtruc.conſcien.c.106.q.1.concl.2.in fi. & Greg. de Val.to.3.diſp.5.q.6.puncto 5.dub.4.Ludo. Carbo tract.de reſt.q.50.concl. 10.

Qui omnes expreſſe docẽt, accipi poſſe aliquid pro huiuſmodi operibus faciendis,vel omittendis loco mercedis,(nam ſi gratis donatum quid fuerit, dubium non eſt, quin accipi,& retineri poſſit ſecũdum omnes) Ratio iſtorum eſt, quia licet ego tenear ea facere, vel omittere lege charitatis,aut religionis, aut alterius virtutis,quæ non ſit iuſtitia, atque adeo quantum eſt ex lege illa tenear gratis facere, non tamen teneor ea facere in gratiam Petri. Vnde ſi id præſtem in gratiam,& obſequium Petri,aliquid ab eo loco mercedis,& ex iuſtitia accipere poſſum.

22 *Secunda opinio* eſt aſſerentium,Nõ poſſe aliquid licite accipi in pretium pro re, quam tenemur ex charitate,vel alia virtute,præter iuſtitiam facere. aut omittere.

Dixi,in pretium,quia vt dixi dono gratuito,& liberali poteſt quis ex beneuolentia, & animo grato dare alicui pro re aliqua,etiamſi ex charitate teneretur niſi in his,quibus lex,vel princeps,neque via gratuita donationis vult aliqua conferri,vt iudicibus,teſtibus,& ſimilibus.

Sic Ioan.Med.C.de reſt.q.25.conclu.2.Martin. Nau.in Man.c.17.num.34.ver.Secundo infertur. vbi ait,valere regulariter hanc conſequẽtiam; iſte tenetur gratis facere.

Ergo turpiter accipit aliquid,quo faciat illud. Item valet,inquit,hæc conſequentia, poteſt accipere pecuniam, quo hoc agat in mercedem illius actionis.

Ergo non tenetur id gratis facere. Quam etiam conſequẽtiam,& axioma certiſſimum in hac materia eſſe docet Michael Sal.2.2.q.62.ar.5.controuerſ.3.concluſ.4.

Vnde concludit, quod quæ aliquo iure gratis præſtare tenemur,non poſſumus vendere,nec pro eis pecuniam accipere, quia eſſet aperta contradictio. Et quamuis Coua.in reg.peccat.par.2.§.3.

nu.6.ver.Hinc profecto.de reg.iur.in 6. & Petrus Nau.lib.4.de reſti.c.2.dub.12.nu. 101. hanc conſequentiam non ita firmam eſſe putant, eo quod ſaltem ratione laboris,& induſtriæ coniũctæ,pecuniam accipi poſſe credant,in hoc tñ caſu noſtro Nau.ſententiam potius amplexandam eſſe docẽt.

Eam etiam defendunt Pet. de Arragon 2.2.qu. 62.ar.5.in reſponſ.ad ſecundum concluſio.1. Lud. Molina tom.1.de iuſti.tract.2.diſpu.113.Quæ ſententia mihi etiam ſemper viſa eſt probabilior. Ratio eſt,quia licet maior obligatio conſurgat ex debito iuſtitiæ,quam ex debito charitatis,nihilominus tamen,quæ ex præcepto charitatis debemus, gratis facere tenemur. Quæ autem gratis fieri dẽnt pro pecunia vendi non poſſunt, nec pro eis faciendis,aut omittendis pretiũ aliquod dari poteſt. Quocirca cũ quilibet Chriſtianus vi præcepti eccleſiæ, ſacrum diebus feſtis audire teneatur nullo poſtulato pretio,& abſtinere a carnibus diebus ieiunij, & ieiunare,ſi ad legitimam ætatem peruenerit, nullum poteſt recipere pretium, vt hæc omnia præſtet,teneturq; id reſtituere,ſi recipiat. Nec ſufficit, ſi dicat, ſe id recipere pro moleſtia, & labore,quẽ ſubit,(vt falſo putant Coua.& Pet.Nau.vbi ſupra) quia eam tenetur ſubire ex præcepto,tanquam aliquid annexum,ac coniunctum cum opere,ad quod ex præcepto tenetur. Eodem modo Ethnicus accipere non poteſt pretium; vt baptiſmum ſuſcipiat, quem iure diuino poſitiuo ſuſcipere tenetur,abſq; vllo pretij emolumento, vt expreſſe tradũt Adr. quodli.10.ar.1.lit.O.Io.Med.C.de reſti.q.26.in 4. arg.concl.2.& Mol.vbi ſup.Sic etiam vir, aut mulier accipere non poſſunt pretium,vt a fornicatione deſinant,quia ad id iure naturali tenentur abſq. vllo pretio. Multoque minus pretium exigere poteſt,ne ſacrilegium faciat,ne nomen Dei periuret, ne Deum blaſphemet,vt recte Io.Med.C. de reſti. q.25.conclu.2.docet,qui etiam ibid.in Reſponſione ad 4.docet, non licere accipere pro operatione virtutũ,ad quas quis quaſi ex iuſtitia tenetur, puta pro adimplendo voto, pro obedientia exhibenda ſuperiori,& ſimilibus cum hęc ex iuſtitia quaſi debita ſint,& gratis adimplenda,adeo vt ſi quis pro iſtis adimplendis,& faciendis pretium acciperet, ad accepti reſtitutionem tenetur. Id quod etiam Mich.Salon 2.2.q.62.ar.5.controu.3.conclu.3.& Lud.Mol.vbi ſup.diſ.93.latius ꝓbãt, & cõfirmãt.

24 Notãdum tamen eſt ex Adr.quodli.10.ar.1.lit. K.& ſeq.Io.Med.C.de reſt.q.26.§.In 4.arg.& Lu. Mol.to.1.de iuſ.tract.2.diſp.93.Quod licet non poſſit alicui offerri pretium per viam cauſæ finalis,& principalis,ita,ſ.vt quis pro illo munere, & pretio, tanquam pro cauſa finali ſeu prinipali,ad opus neceſſarium ad ſalutem, aut aliud inducatur, ad quod faciendum,vel omittendum tenetur: munera tamen ad ea opera præſtanda, aut mala vitanda,per modum inuitantis,allicientis,& diſponentis,ex rei natura,offerre licet, nec nõ ſub conditione,ſi ille opera illa bona,ad quæ inuitatur, efficiat aut a malo deſiſtat, v.g. Dono, aut donabo hoc,ſi hoc feceris,ſi ab hoc malo deſtiteris. Et fas etiam eſt ex rei natura, munera eo modo oblata recipere,modo tamen de animo donandi abſolute, aut ſub illa conditione conſtet. Ratio eſt, quia vnuſquiſque poteſt,quod ſuum eſt ſub conditione,quæ malum non ſunt. Non eſt autem malum,quod aliter tale bonum faciat,aut a tali malo deſiſtat, eſto teneatur gratis,& illud efficere,& ab iſto deſiſtere. Ergo licitum erit ſub tali conditione illud offerre, & accipere, dummodo non detur, aut recipiatur in pretium. Confirmatur hæc ratio, quia ſicut fas eſt precibus aut minis allicere, aut cogere aliquẽ ad id,quod tenetur facere gratis aut vitare vt v. fas eſt patri minis,& verberibus, aut precibus filium cogere,aut allicere,vt ſacrum in die Dominica audiat,aut a fornicatione deſiſtat, ita ẽt licitum erit ei dono,aut promiſſionibus ad idem illum allicere. Sic homines metu, & minis compelluntur ſoluere debita,ſeruare iuramenta,ſatisfacere de iniurijs,vel damnis illatis. Sic eccleſia ſub pœnis multa mala probet, vt quos Dei timor a malo non reuocat,temporalis ſaltẽ pœna cohibeat a peccato arg. c.vt clericorum mores.de vita & hon.cleric. Sic parentes licite donis,& promiſſis munerib. filios inducunt, & alliciunt,vt religionem ingrediantur, vt frequentẽt ſacramenta. Item licite fiunt legata, aut relinquunt ẽt hæreditates ſub conditione, ne hæres,aut legatarius fornicetur, aut ſub conditione,vt vitam cælibem ducat. Item ſancte,& pie induci poſſunt infideles donis,& promiſſionib. vt baptiſmum,fidemq; Chriſtianam ſuſcipiant,eaq; illis promittere,& dare ſub conditione ſi Chriſtiani fiant,& non aliter; modo animus ſit ea donãdi ſub illa conditione,non vero ea illis in pretium conferendi, vt baptiſmũ ſuſcipiant. Sic ẽt damnatis ad mortẽ licet vitam donare, ſi velint ſacrum baptiſma ſuſcipere,& venire ad fidem, vt offerri ſolet Iudæis ad mortem dãnatis. Item põt quis licite aliquẽ infidelem in vxorem ſub cõditione ſumere,ſi Chriſtiana fiat; ſimiliq; mõ põt mulier fidelis infidelẽ aliquem in ſuum virum ſub conditione ſumere, ſi ille Chriſtianus eſſe velit. Quæ oĩa exempla prædicti authores vbi ſupra ad hoc idem probandum afferunt. Immo etiam ſolet Deus per promiſſiones nõ ſolùm rerum æternarum, ſed ẽt temporalium homines allicere,& inuitare, vt ea, quæ debet agant, & operentur,quod genus alliciendi maxime valet, vt homines ad bonum excitentur, prout experientia docet. Et deniq. id ipſum docet S. Aug. epiſ. 5. ad Maced.& habetur 23.q.4.ca.pen. vbi ait, *Debet homo diligere proximũ ſuum, ſicut ſeipſum, vt quem potuerit hominem beneficentia, conſolatione, vel informatione doctrinæ, vel diſciplinæ coerctione adducat ad colendum Deum.* Donatio autem, quæ fit animo alliciendi eum ad faciendũ id, quod gratis facere tenetur, valida eſt:& ſic accipiens datum licite accipit, nec acceptum reſtituere tenetur, ſi ſibi perſuadeat eũ,qui dat,animum donandi habere, quamuis ſciat illum non fuiſſe donaturum, niſi ſperaret perducere illum ad faciendum bonum, quod optat.

25 Quando igitur accipitur aliquid pro faciendo, aut omittendo id quod quis facere, aut omittere ex charitate tenetur, reſtituendum eſt ei, qui dedit illud in pretiũ illius operis, cũ nõ volũtarie a ſe rei illius dominiũ trãſtuliſſe cenſeatur, alterq; male pecuniã in pretium,& mercedem operis accepit, qđ gratis facere aut omittere tenetur. Solũ cõtrouerſum eſſe videtur inter authores, an reſtituere illud teneatur ante iudicis ſententiã, & cõdemnationẽ, & an detur offerenti reſti. In qua re So.li.4.de iuſ.

q.7.

7.ar.1.ad 2.Mart.Ledeſ.2.4.q.18.art.5.fol.264. olum.1.negant dari repetitionẽ, diſtingunt enim nter acceptum ad faciendum, aut vitandum pecca um contra iuſtitiam, & cõtra alias virtutes, quod detur ob vitandum peccatum contra iuſtitiam, atur repetitio, vt habetur in l.vt puta. ff.de conict.ob turpem cauſam; Sin autem detur ad euiandum peccatum contra aliam virtutem, vt ſi aliuis quippiam amico daret, ne ſcortaretur, non atur repetitio dãti, quia, inquit Sotus, lex pœnalis eſtringenda eſt ad ſui ipſius exemplum, quod nõ rofert, niſi in vitiis habentibus annexam iniuriã. nter authores etiam ſecundæ ſententiæ Salon 2.2. uæſt.62.ar.5. controuerſ.3.concl.4. & Petr.de Aragon. concedunt etiam non concedi repetitionẽ anti, quia id non inuenitur cautum in aliqua lege, prout habetur in d.lege. de accepto, & dato ad viandum aut faciendum, quod ex iuſtitia vitare, aut facere tenetur. Alii vero tam primæ, quam ſecundæ opinionis Doctores concedunt, teneri accipiẽtem ſic oblatum reſtituere poſt iudicis ſententiam, atque adeo concedi repetitionem danti. Sic glo.in .4. ff.de condict. ob turpem cauſam. Martin. Nauar.in Manuali. cap.17. num.33. & nume.34. vbi multas leges congerit, quibus probat contra Sotum dari repetitionem, tam ob data ob alias virtutes, quam ob data ad vitandum peccatum contra iuſtitiam. vt patet ex l.2. ff.de condic.ob turpem cauſam, vbi fit poteſtas repetẽdi, quod datur alicui, ne committat ſacrilegium, ad quod vitandum tenetur, nõ ex obligatione iuſtitiæ, ſed virtutis religionis, vt docet S.Thom.2.2. quæſt.99.ar.2. Religionem autem virtutem eſſe diſtinctam a iuſtitia, idẽ S.Th.2.2.q.81.arti.4. oſtendit. Idem etiam docent Ludoui.Lopez.p.1.inſtru.conſc.c.109. Ant.de Corduba lib.1.quæſtionarii.in q.32. dicto 2. quem refert, & ſequitur Emanuel Rodriquez.p.2.ſummæ, c.40.concluſ.8. & Gregorius de Valentia quamuis primam ſententiam defendat, concedit tamen dari repetitionem, vt patet to.3.diſp.5.q.6.puncto.4. dub.4. *Ratio eſt*, quia eadem ratio turpitudinis militare videtur in eo, qui accipit aliquid ob id, quod facere tenetur legibus aliarum virtutum, quæ militat in eo, qui aliquid accipit, quod ex lege iuſtitiæ facere tenetur. Turpitudo enim in eo cõſiſtit, quod pretium, & mercedem accipit pro eo, quod ſine mercede gratis facere tenetur. Quæ ratio peræquè militat in omnibus, qui debito tenentur.

26 SEXTVM Dubium eſt, an publicæ meretrices pro actu meretricio, aliquid tanquam actus illius turpis mercedẽ accipere, & retinere poſſint, an vero ſic datum reſtituere teneantur. In hac re Io.Medina. C.de reſtit. q.20. vt hanc quæſtionem explicet, & ſoluat, duobus modis ſtatuit actum malum, & turpem eſſe poſſe. *vno modo* ſolum ab extrinſeca aliqua circunſtantia loci temporis, aut perſonæ, vt emere, aut vẽdere in die feſto, vel loco ſacro, aut inter clericos, inquit emptio, & venditio rei, quæ ſecundũ ſe mala & prohibita non eſt. Et hoc modo licitum eſt accipere pretium ob turpem cauſam, quando res alioquin pretio æſtimabilis eſt, nec ſic accepta reſtituenda ſunt.

7 *Alio modo*, quia res ex ſe, & intrinſeca ſua ratione eſt mala, vt fornicatio, furtum, blaſphemia, homicidium, & ſimilia, & cum talis actus intrinſece malus ſit, nulliuſque pretij, ſed tanquam quid malum, & turpe fugiendum ſit, nihil pro eo, tanquam pretium accipi poteſt, ſed acceptum reſtitui debet. Vnde infert meretricem non poſſe datum, tanquã pretium accipere, aut retinere, ſed ſolum, vt gratis datum. Quia vero inquit, veriſimile eſt accidentes ad meretrices volũtarie, & libere illis donare ideo, vt plurimum non tenentur ad reſtitutionem, ſi tũ dent illis per viam pretii, & non libere, quia forte putant ea debita eſſe meretricibus ob opus ipſum turpe & hoc meretricibus conſtet, non poſſunt illa recipere, aut retinere, cum deſit donatio, aut alius titulus honeſtus illa retinendi. Breuiter ergo ſentit meretricem non poſſe aliquid accipere, vt pretium fornicationis, ſed vt gratis ſibi datum. Eiuſdẽ ſententiæ ſunt etiam nonnulli Iuriſtæ, vt Angel. Bald. & Iaſon in l.4.§. Sed & quid meretrici. ff.de cond. ob turpem cauſam, quos refert Couar.in reg.peccatum.p.2.§.2.nu.1. Mar.ẽt Nauar.in Manual.ca.17. nu.34. verſ.Quarto. quamuis doceat acceptũ a meretrice non eſſe reſtituendum, eo quod retineri poſſe putat titulo donationis, & quia putat turpiter datum, & acceptum in vniuerſum non eſſe reſtituendum neceſſario ex præcepto, ſed tantum ex conſilio, vt docet ibidem nu.30.verſ. *Secundo dico* & nu.36.verſ. *Secundum*, expreſſe tamen ſentit cum Med. non poſſe accipi, & retineri aliquid tanquam pretium, & mercedem actus meretricis, vt pluribus oſtendere conatur. nu.34.& nu.35. Poteſt autem ſententia hæc variis rationibus confirmari.

28 *Primo* quidem, Quia leges generaliter affirmãt, non valere pactum, & promiſſionem ob cauſam turpem, vt patet ex l.generaliter. & leg. ſi flagitii, ff.de verb. oblig. vbi dicitur, Generaliter nouimus ſtipulationes turpes nullius eſſe momenti. & in l. Mercalem. C.de cond.ob turp.cauſ.& in l.iuris gentium. §. ſi ob maleficium. ff.de pactis. habetur, nihil accipi poſſe pro maleficio.

Secundo, Quia ideo, vt ſupra dictum eſt, non eſt licitum iudici, aut teſti aliquid accipere tanquam pretium, quia actus mali ſunt intrinſece; Et idẽ de dato ob homicidiũ, furtum, rapinam &c. Ergo neque pro actu fornicationis, cum vtrobique eadem ſit deformitas, & intrinſeca malitia actus.

Tertio, Quia ſpiritualia vendi non poſſunt ob ſuam præſtantiam. Ergo nec actus meretricius ob ſuam vtilitatem. Quam rationem Ioannes Med. firmiſſimam eſſe cenſet.

Quarto, Quia eadem eſt ratio actus meretricii, ac aliorum actuum illicitorum, qui lege prohibentur, vt verbi gratia prohibitum eſt Iudæis retinere id, quod ratione officii inter Chriſtianos acquiſierunt vt patet ex c.cum ſit. *de Iudæis.* vbi præcipiuntur ſic acquiſita dare in eleemoſinam. & in c. *Ad liberandum*. eod.tit. vendentes arma illicite Sarracenis excommunicantur, & inde acquiſitum in ſubſidiũ terræ ſanctæ reſtituere tenentur. Sicut ergo acquiſita per hos actus illicitos reſtituenda ſunt; ita etiã quod tanquam merces pro actu meretricio acquiritur.

Quinto, Nemo accipere poteſt pecuniam pro re, cuius non eſt dominus. Sed meretrix dominium ſui corporis non habet. l.liber homo. ff. ad leg. Aquil. Ergo nihil pro illius vſu recipere, aut retinere iuſte poteſt.

Sexto, Quia eleemoſina de omni iuſta acquiſitione fieri poteſt. Sed lege veteri prohibitum fuit, vt oblatio fieret de acquiſitis ob meretricium, vt habetur, Deut. 23. *Non offeres mercedem poſtribuli in domo Domini*. & Ecceleſ. 24. dicitur, *oblatio ex iniquo oblatio eſt maculata, & dona iniquorum non probat altiſſimus*. Quibus argumentis opinio hæc ſi non certa, at tamen probabilis valde reddi videtur.

28 *Communis* tamen, & vera opinio eſt aliorum tũ Iuriſtarum, quos refert Coua. loco inferius citãdo, tum ẽt Theologorum, & Summiſtarũ, aſſerentium dari poſſe, & accipi aliquid tanquã pretiũ & mercedem actus fornicationis, neque id reſtitui debere in foro conſcientiæ, atque adeo in foro exteriori non iniuſte meretrici adiudicari. Vt autem quæ in hac materia tradi ſolent melius, & clarius intelligantur, ſequentes propoſitiones apponam.

29 Prima Propoſitio; quando opus, pro quo datur pretium, non eſt per ſe peccatum, nec datio ex obiecto eſt mala, ſed tantum ex circunſtantia loci, temporis, perſonæ, ſcandali, voti, iuramenti &c. licite accipiens retinet pretium, quod ſit pro tali opere accepit. vt v.g. ſi quis in loco ſacro, aut in die feſto mercatur, aut vendit rem alioqui pretio comparabilem, non tenetur ad reſtitutionem. Sic Io. Medin. C. de reſtitu. q. 20. Mart. Ledeſm. 2.4. q. 18. ar. 5. fol. 264. col. 1. Petrus de Arragon. 2.2. q. 62. art. 5. in reſponſ. ad ſecundum paulo poſt principium. Mich. Salon ibid. controuerſi. 4. & Petrus Nauar. lib. 4. de reſtit. ca. 2. poſt dub. 12. num. 125. Emanuel Rodriquez in ſumma. pa. 2. c. 40. conclu. 11. Ludouicus Molina. tom. 1. de iuſtitia. tracta. 2. diſp. 94. & Gregorius de Valentia tom. 3. diſpu. 5. q. 6. puncto. 5. poſt dub. 5. in argumento. 3. & alii. Vnde ſi quis in die feſto, vel loco ſacro negotia alioqui licita exerceat, non tenetur ad reſtitutionem, quia emptio illa rei alioqui pretio æſtimabilis, de ſe non eſt illicita, neq. prohibita, ſed ſolum ratione circunſtantiæ. Quamuis enim peccatum fiat in eo, qupd violatur dies feſtus, aut prophanatur locus ſacer, atque adeo pro violatione illa temporis, aut loci ſacri pretium accipi nequeat; ſecus tamen eſt de re, quæ venditur, quæ valorem ſuum amittit ex eo, quod in loco, vel tempore ſacro venditur. Vnde licite accipi, & retineri poteſt lucrum & pretium rei venditæ, cum pretium illud ex re ipſa, quæ venditur, & ex voluntate contrahentium naſcitur, & non ex loci, aut temporis ſacri prophanatione. Atque adeo licite retinetur pretium laboris, & operis ſeruilis, quod texendo, vel ſartiendo acquiritur in die feſto, quamuis ſic laborando peccatur, vt conſtat ex dictis. Sic etiam ſi quis negotiatur cum excommunicato extra neceſſitatẽ peccat, pretium tamen pro re, vel obſequio, quod illi impenſum eſt, licite retinetur. Item ſi quis iurauit ſe rem ſuam non venditurum, & poſtea illam vendat, peccat quidem vendendo, quia iuramentum violat, & periurus eſt, venditio tamen tenet, & iuſtum pretium acceptum licite retinere poteſt. Similiter, ſi quis iurauit, ſe non ſeruiturum Petro, & poſtea eidem ſeruiat, quamuis peccat contra iuramentum, poteſt tamen ſine violatione iuramenti recipere mercedem ſeruitii, & retinere.

30 Dubium ſolum eſt in hac re, an qui iurauit pretium non accepturum pro labore & ſeruitio, aut re illa, accepto poſtea pretio reſtituere illud teneatur. Ioan. Med. Cod de reſtitu. quæſt. 20. ante reſolutionem quæſtionis, in quarto arg. verſ. Diui tâter docet, ratione iuramẽti, teneri pretium ac ptum reſtituere, ſicut qui iurauit ſe vſuram ſolu rum, tenetur eam ſoluere. Vt habetur in cap. De tores. de iureiur. Ceterum rectius Petr. Naua de reſti. cap. 2. poſt dub. 12. nu. 126. & nu. 127. Emanuel Rodriquez in ſum. pa. 2. cap. 40. conclu. 11. docet, quod licet peccauerit mortaliter recipiendo, & periurus ſit, retinendo tamen & accipiendo non peccat contra iuſtitiam, cum alter voluntarie dederit, vnde ei non facit iniuriam, ſed ſoli Deo iniuria fit, ſicut alijs peccatis mortalibus, & conſequenter ſic acceptum non eſt vlli neceſſario reſtituẽdum. Tum quia non iurauit reſtituere, vel non retinere, vnde cum iam ſemel peccauerit accipiendo, & alias non ſit incapax muneris, & mercedis vel ex lege, vel ex iuramento, retentionem prohibentibus, non facit contra iuramentum retinendo, & proinde rem acceptam a ſe abdicare non tenetur. Tum quia etiamſi faceret contra iuramentum retinendo, cum tamen a volente, & valente data eſt, nulli facit iniuriam retinendo, & non reſtituendo. Nec valet ratio Medinæ, quia ideo tenetur ille ſoluere vſuram, quia ſoluere promiſit, & iuramentum ſeruandum eſt, in noſtro autem caſu non iurauit reſtituere, ſed tantum non recipere, quæ duo longe inter ſe differunt, vt conſtat; Immo cum Medin. paulo ante conceſſerat non oriri obligationem reſtitutionis ex ſola circunſtantia iuramenti violati, ſi res alias licita ſit, non ſatis conſequenter locutus eſt, dum in caſu propoſito aſſerat, ſic iurantem non recipere receptum contra iuramentum reſtituere debere.

31 Secunda Propoſitio; meretrix, ſeu publica mulier pro actu meretricii, aliquid tanquam pretium actus recipere, & retinere põt. Sic S. Thom. 2.2.q. 32. ar. 7. in corpore. & ad ſecundum. Caietan. & ibi, & idem S. Tho. 2.2.q. 62. ar. 5. ad ſecundum. Caiet. ibi. Alex. de Ales in Summa p. 4. q. 24. memb. 5. art. 3. §. 6. & q 33. memb. 2. art. 3. Richard. in 4. diſtinc. 15. artic. 5. q. 8. ad primum. Adrianus in 4. de reſtitutione. quæſt. 21. Sotus lib. de iuſtitia. q. 7. artic. 1. ad ſecundum. Martin. Ledeſ. 2.4. q. 18. artic. 5. fol. 264. colum. 3. & 4. Michael Salon 2.2. q. 62. art. 5. controuerſia. 4. conclu. 1. Pterus de Arragona ibidem. concl. 8. Dominicus Bannes 2.2. quæſ. 32. art. 7. dub. 2. & q. 62. art. 5. dub. 5. Gregorius de Valen. tom. 3. diſpu. 5. q. 6. puncto 5. poſt dubium quintum. Ludouic. Molina. tom. 1. de iuſtitia. tractat. 2. diſp. 94. Palud. 4. diſt. 15. q. 3. ar. 5. concl. 4. Iuriſconſulti etiam vt Dynus & Salycet. in l. 2. C. de condict. ob turpem cauſam. Panorm. in c. quia plerique num. 141. de immunit. eccleſ. & alii multi, quos refert, & ſequitur Coua. in regu. peccatum. pa. 2. §. 2. num. 1. de regu. iur. in 6. S. Anto. pa. 2. titu. 2. cap. 5. §. 2. Sylueſt. verb. reſtitutio. 2. q. 1. Petrus Nau. lib. 4. de reſtitution. cap. 2. poſt dub. 12. num 117. Ludouicus Lopez. pa. 1. inſtructio. conſcien. cap. 105. Corduba in ſuo quæſt. q. 32. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. c. 40. conclu. 3. Ioſeph. Angles in floribus 4. ſent. p. 2. in quæſt. cui facienda ſit reſtitutio. difficu. 11. dub. 7. Ludouicus Carbo. tract. de reſtit. quæſt. 48. concluſ. 14. & 15. & alii cõmuniter. Quæ

proropoſitio firmiſſimis rationibus probari poteſt, ſolet.

Primo ex illo teſtimonio, quo vtuntur commuter authores, Gen.38. vbi Iudas fecit pactum m Thamar, quam exiſtimabat meretricem, & oſtea miſit ad eam hædum tanquam pretiũ actus ius, prout antea promiſerat. Et quamuis Thamar ccauit, & ipſe etiam Iudas, non tamen ibi a ſcriura, vel alias ab vllo ſanctorum Patrum repreenditur, quod pactũ obſeruauerat. Immo ipſe Iuas ibi iudicat, ſe male facturum eſſe, niſi hædum iſiſſet, quem in turpis illius concubitus mercedẽ romiſit, ait enim, *Certe mendacij nos arguere non oteſt, ego miſi hædum, quem promiſeram*. Quem udas ideo miſit, quia firmiter credebat, obligatum fuiſſe ad ſeruandum promiſſum. Et Prouerb. 6. oquens de meretrice, ait, *pretium ſcorti vix vnius anis*. Vbi vocat pretium, quod datur ſcorto pro actu turpi.

Secundo, idem colligitur ex l.4.§. *Sed, & quod meetrici*. ff. de condict. ob turp. cauſ. Vbi ſic ait Vlpiaus, *Sed & quod meretrici datur, repeti non poteſt, vt Labeo, & Marcellus ſcribunt, &c. illam enim turpiter facere, quod ſit meretrix, ſed non turpiter accipere, cum ſit meretrix*. Quo in loco, vt recte Gregorius de Valentia, & Ludouicus Molin. in concluſione tertia, notant, Vlpianus eodem modo negat turpe eſſe accipi mercedem a meretrice, quo affirmat turpe eſſe meretricem eſſe. Cum ergo iure naturæ turpe ſit meretricem eſſe, eodem iuræ naturæ non erit turpe, ſed licitum meretrici accipere mercedem. Quocirca male Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 36. verſ. *Tertium*. interpretatus eſt Iuriconſultum in dicto §. *Sed, & quod meretrici*. Vti æquiuocatione, dicendo, turpe eſſe iure naturali meretricem eſſe, non autem turpe eſſe iure humano mercedem accipere pro actu meretricio, cum id per leges humanas permittatur, conſtat enim vtrobique iuriſconſultum locutum eſſe de iure naturæ, vnde ipſemet Naua. ibidem num. trigeſimoquarto. verſ. *Dico quarto*. in fine, docuit illum locutum eſſe de iure naturæ. Id quod confirmari poteſt ex l. affectionis. ff. de donat. vbi meretrix ſecundum aliquos dicitur a merendo, quia ſcilicet meretur mercedem ſui corporis.

Tertio, omnis conuentio, & promiſſio, quæ iure naturæ valida eſt, nec vlla lege humana prohibentur, efficax eſt, & transfert dominiũ, & confert ius in conſcientia, etiamſi ab extrinſeco illicita ſit. Sed *promiſſio*, ſeu ratio, quæ fit feminæ impudicę pro actu *illo* turpi, quamuis ab extrinſeco vitietur nempe a cauſa, ob quam fit, iure tamen naturæ valida eſt, cũ fiat pro re, quæ pretio æſtimabilis eſt, nec aliqua lege humana annullatur. Ergo vere transfert dominium, & dat ius in conſcientia ad illud licite accipiendum, & retinendũ. Satis.n. eſt, vt vſus corporis, quem alteri concedit, ſit vere pretio æſtimabilis, quamuis aliunde vſus ille ſit illicitus contra virtutem temperantiæ, eo quod exercetur cũ non ſuo, & conſequenter cum pro actu, qui ita ſit pretio æſtimabilis, iuſte merces accipi poſſit, meretrix quamuis exercendo actũ turpem peccet, & contra legem Dei agit, in eo tñ, quod accipit, nec iniuſte agit, nec contra legẽ Dei, vt recte S. Thom. & alii tradiderunt. Certum igitur ſit publicas meretrices pretium iuſtum accipere poſſe pro vſu ac locatione corporis ſui facta, nec in eo iniuriam aut iuſtitiam alicui facere, nec ad reſtitutionem teneri.

33 Tertia Propoſitio: Publica meretrix non ſolum licite retinet, quod ob vſum corporis ſui gratuita donatione, aut in pretium iuſtum accepit, ſed etiã poſt peractam fornicationem conceditur ei actio in foro exteriori ad petendum pretium moderatũ ipſi ante fornicationem promiſſum. Immo ſi nullo conſtituto pretio copiam ſui corporis fecit, cogetur fornicarius ſoluere pretium cõſuetum, eo quod illa non gratis, ſed pro conſueto pretio copiam ſui corporis feciſſe cenſenda eſt, idque attendere debebat fornicarius.

Hæc propoſitio eorum omnium eſt, quos pro ſecunda paulo ante attulimus, & hanc vltimã partem expreſſe tradunt Cou. in reg. peccatum. p. 2. §. 2. num. 4. in fine. & Molina vbi ſupra. concl. 3. Dari autem repetitionem in foro exteriori colligitur euidenter ex l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff. de cõdi. ob turpem cauſam, nec ab aliquo negatur.

34 Quarta Propoſitio. Quamuis pactum, & promiſſio ante facinus cõmiſſum nulla ſit, nec in conſcientia obliget, poſt perpetratum tamen facinus meretrix non ſolũ petere, & accipere poteſt pretiũ ante promiſſum, ſed etiam alter pretium, & mercedem promiſſam in foro conſcientiæ ſoluere tenetur.

Pars prima ex ſe eſt manifeſta, quia antequã res turpis fiat, ſeu antequã mulier copiam ſui corporis facit, & pactio & promiſſio, datio & acceptio pretii ordinatur ad peccatum patrandũ, nemo autem obligari poteſt, aut debet ad peccatum cõmittendum, quin potius pactum illud reſcindere tenetur.

Pars ſecunda patet, quia poſtquã peccatum commiſſum eſt, exigens pretiũ promiſſum, exigit actũ iuſtitiæ, accipitque, quod ſibi debitum eſt ex iuſtitia pro vſu, & locatione ſui corporis, atque adeo is, qui illud reddit, exequitur actum iuſtitiæ, & nõ reddendo actum iniuſtitiæ committeret. Vnde quamuis in foro exteriori ante actum commiſſum cogi nequeat ſtare promiſſis, & actum perficere, quia ſic cogeretur peccare, quod nullum ius, nullaq. æquitas patitur, immo ſi ante actũ cõmiſſum meretrix acceperat pretium, cogetur in foro exteriori illud ei reddere, qui, vt poteſt, & debet, a contractu vult deſiſtere; ita poſt actum cõmiſſum, & meretrici conceditur in foro exteriori actio ad pretiũ recuperandum, & alter in foro interiori illud ſoluere tenetur. teneri autem in hoc caſu fornicarium pro turpitudine commiſſa promiſſum pretium ſoluere, expreſſe docent Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. artic. 2. Caiet. 2. 2. quæſ. 32. artic. 7. in reſponſ. ad primum. *verſi. Aliter ergo dicitur*. in fi. Coua. in reg. peccatũ. pa. 2. §. 2. nu. 1. ante finem. Dominicus Bannes ſecunda ſecundæ. q. 62. art. 5. dub. 5. conclu. 3. Grego. de Valentia. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. puncto. 5. poſt dub. 5. in ſolutione arg. 1. & Ludou. Molina tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 94. concluſ. 2, Ludo. Lopez pa. 1. inſtru. conſcien. cap. 105, ante fin. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. pa. 2. quæſt. cui facienda ſit reſtitu. dub. 8. concluſ. 2. in fi. Eman. Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 40. concluſ. 4. Ludou. Carbo. tract. de reſtitu. q. 48. concluſ. 6. coroll. 1. Quocirca reiicienda eſt, opinio Naua. in Manua. c. 17. nu. 40. verſ. quinto. & num. 41. verſ. ſexto, aſſerentis peccare eos mortaliter,

ter, qui poſt fornicationem commiſſam pretium petunt tanquam ſibi debitum, eo quod, inquit, non eſt illius debitum ratione operis patrati, nec obligari promittentem in foro conſcientiæ pretium ſoluere. Cuius contrarium conſtat ex dictis; Tum quia teſte Nauarro ibidem, in foro iudiciali poteſt petere pretium ſui corporis, & alter cogetur ſoluere; Quod niſi ex iuſtitia exigeret, fieri non poſſet. Si enim tantum titulo donationis id exigere poſſet, profecto in foro exteriori ad ſoluendũ cogi non poſſet. Tum quia ſi eis non eſſet debitum, tanquam pretium, ſane tenerẽtur id reſtituere, ſi ipſis datum eſſet, vt debitum, atque in pretium, & nõ ex ſola liberalitate, quod tamen Naua. negat, dum de pretio, quod meretrices recipiunt, agit, reiicitque contrariam opinionem Medinæ. non enim negauit Medina recipere, & retinere poſſe ex titulo donationis, ſed ſolum ex titulo mercedis. Vnde Nauar. ſibiipſi contrarius in hac re eſt, vt conſtat. Neque petendo pretium propter opus turpe patratũ, complacent ſibi in opere præterito, & peccant, vt putat Nauarrus, quia dolere poteſt de peccato præterito, ac etiam firmiter ſtatuere, nihil tale in poſterũ facere & cohibere complacentiam omnem circa actum turpem præteritum, & tamen exigere, & accipere pretium, quod propter actum commeruit, ſibique debitũ eſt. Quæ autem hactenus diximus, licitum ſcilicet eſſe meretrici accipere, & retinere pretium pro vſu ac locatione ſui corporis, nec ad reſtitutionẽ eius obligari, intelligenda ſunt.

35 *Primo*, Dummodo non ſit aliquis exceſſus in eo, quod accipit. Sæpius enim exceſſiua quantitas dari ſolet, quæ, niſi donatio interueniret, vix ex rigore iuſtitiæ iuſtificari poſſet. Et quidem ſi pretium alicubi taxatum ſit, illud iuſte exigi poteſt; vbi etiam pactum legitimum fuit, illud ſeruandũ erit: quod ſi nullum præceſſit pactum, arbitrio boni viri debitum iuſtitiæ taxandum erit. Et ita expreſſe docent Sotus lib.4.de iuſt.q.7.artic.1.ad 2.Coua.in reg.peccatum.p.2.§.2.nu.4.in fine.Mich.Sal.2.2. quæſt.62.art 5.controu.4.conclu.1. Ludo. Lopez p.1.inſtruct.conſcient.cap.105. Pet. Naua.lib.4.de reſtit.cap.2.poſt dub.12.nu.118.& ſeq.Lud Moli. to.1.de iuſt.tract.2.diſpu.9. concluſ.1. Dominicus Bannes 2.2.q.62.ar.5.dub.5.concluſ.2.& 3.Ludo. Carbo.tract. de reſt. quæſt.48. concluſ.6.coroll.1. Ioſeph Angles in floribus 4.ſent.p.2. quæſt.cui facienda ſit reſti.quæſt.8.conclu.3. & Emanuel Rodriquez p.ſecunda, ſum.cap.40.concluſ.3. Verum quidem eſt, quod dum eſt celebris quædam femina, aut non expoſita in eo miſerrimo officio, non poteſt ita facile taxari iuſtum pretium, cum tantũ valeat, quantum ipſe, vel ipſa æſtimare velit.

In mercibus enim, quæ non ſunt neceſſariæ ad vitam, (vt ſunt panis, vinum, caro, &c.) & quas homo non cogitur ad emendum, ſecluſa fraude illud eſt iuſtum pretium, in quo ex partium conuentione haberi poſſunt.

Vnde Gemma, & ſimilia tantum valent, quantum venditor æſtimat, & vendere poteſt ſecluſa fraude, & rei neceſſitate. Si enim nulla neceſſitate premitur ad emendum, & ſcit, & vult omni vi, & fraude ſecluſa, conueniuntque partes, illud eſt iuſtum pretium. Eodem modo cum nullus cogi poſſit ad fornicandum, non eſt coactus, atque adeo ſi illa multum petat, & ille conſentit, illud iuſtu pretium erit.

36 *Secundo*, quando id quod datum, & acceptum eſt a meretrice; ab eo detur, qui dare potuit enim ſic acceptum, dũmodo vt diximus modera ſit, non eſt reſtituendum.

Ratio eſt, quia ſi retineri non poterit, qu to alioquin contractu a tali perſona donare lente daretur; multo minus, quod pro turpi ab eadem perſona recipitur. Vnde acceptum a M nacho propter actũ meretricium reſtituendum cum ille non habeat vllius rei dominiũ, nec aliq in eleemoſinã ſine ſuperioris licentia dare poſ multoque minus pro actu turpi, nec prælatus t licentiam concedere cenſetur. Sic Palud. in 4. 15.q.3.art.5.conclu.4.Pet. Naua. lib.4.de reſti cap.2.poſt dub.12.nu.122. citans ad hoc Ioan. L pum.in rub.de Donat.inter virum, & vxorem §. Ludouicus Molina to.1.de iuſtit.tract.2.diſpu poſt mediũ. Quicquid Dominicus Bannes.2.2. 62.art.5 dub.5.concluſ.3.contradicat. Immo ve quamuis religioſus facultatem haberet a ſuperio alienandi aliqua, quia tamen facultas illa non int ligitur ad eum finem, eo quod eſſet iniqua: nec in generali comprehenditur conceſſione, cum nec in particulari conceſſa fuiſſet, ſi in particulari propoſita fuiſſet, arg.reg.in *Generali*, de regu.in 6. Sext. neq; ipſemet ſuperior ſi aliqua ob eũ finem, & cauſam daret, valide dare poſſet cũ non habeat authoritatẽ conferendi bona Monaſterii niſi in bonum finẽ, & vſus pios. Vnde ſic ab eis recepta reſtituenda ſunt ipſi Monaſterio, niſi Monaſterium ipſum id ex cauſa rationabili condonet, videlicet, vt conſulat famæ religioſi, aut propter paupertatem eius, quæ id accepit, & conſumpſit, quemadmodũ Molina loco proxime allato annotauit.

37 *Eodem* modo Ioannes Medina Cod.de reſtitu.q. 20.in reſponſ.ad 6.docet acceptũ a militibus reſtituendum eſſe, eo quod nec ratione inquit, pretii, nec ratione donationis valet alienatio a minore, & milite facta. Vt habetur in l.affectionis.ff.de donat.& l.2.Cod.de donat.inter vir.& vxor. & l.Miles ita §.1.ff.de teſtam.milit. verum rectius Adria. in 4.quæſt.21.de reſti.in fi.Sot. lib.4. de iuſtitia q. 7.art.1.ad ſecundũ.& Pet.Naua.lib.4.de reſti.cap. 2.dub.12.nu.123. poſt Paludan.in 4. diſtinct.15. quæſt.3.artic.5.concluſ.5.docent, quod licet conceſſum ſit militibus ius repetendi, tamen ante ſententiã acceptum ab illis non eſt reſtituendum. Quia in leg.cit.non ſimpliciter prohibitum eſt eis dare pretium turpitudinis, ſed tantum largas donationes, idque in fauorẽ militum armatæ militiæ, qui pro Republica pugnant, quibus ſi large cõcubinis, & meretricibus donare permiſſum eſſet, facile accideret eos non habere, quæ illis ad pugnandum ſunt neceſſaria, quod in notabilẽ Reipub. perniciẽ cederet. Vnde ſi quid ab illis acceptum ſit tãquam pretium, aut ex donatione iuxta metas iuris naturæ, licite retinetur quoaduſque per iudicẽ ad reſtituendum cogatur. Immo cõiter excuſantur mulieres accipientes aliquid ab iſtis ob iuris ciuilis ignorantiam, ex Adria. vbi ſupra arg.c. *Turbatur naucula Petri §. notandum*, 1.quæſt.4.& gloſ.ibid. id quod etiam Medina inſinuat vbi ſupra. Et ſecundum prædicta colligitur, quid dicendum ſit de acceptis a

filio familias, a ſeruo, & vxore, & aliis, reſtituenda enim ſunt in caſu, quo ipſi alienare non poſſunt. Vnde recte monet Pet. Naua. huiuſmodi meretrices conſulere ſibi debere, quæ magnam quantitatē non potentibus dare accipiūt; De qua re examinandæ ſunt fornicariæ, etiamſi meretrices ſint, vt Lud.Mol. vbi ſupra monet.

Tertio, ſicut pretium exceſſiuum a meretrice acceptum, habita ratione facultatis, & conditionis tum perſoluentis, tum recipientis ad arbitrium prudentis confeſſarii reſtituendum eſt; ita fornicarius, qui meretrici exceſſiuam quantitatem in pretium pro vſu ſui corporis promiſit, & quæ vere eſſet prodigalitas, non tenetur poſtea promiſſum adimplere etiamſi iurauerit. Ita omnes, quos pro primo dicto attulimus, & expreſſe Couar. in reg.peccatum.p.2.§.2.nu.2.in fin.Sot.lib.4. de iuſt.quæſt.7.art.1.ad 2.qui duo expreſſe docent promiſſum obſeruandum eſſe, niſi exceſſus iuſtæ æſtimationis pro ratione perſonarum immodicus eſſet. Et idem docent Lud.Lopez p.1.inſtruct. conſcient.ca.105.& c 107.quæſt.3. & Dominic. Bannes.2.2. quæſt.62.art.5.dub.5. concluſ.3. Emanuel Rodriquez p.1.ſummæ.cap.40.conclu.4.& Micha.Salon 2.2.q.62.art.5.controuerſ.4.conclu.3.in fin. Et licet hic vltimus author putet ſi appoſitū ſit iuramentum teneri adimplere promiſſum ratione iuramenti, etiam quando prodigalitas eſſet mortalis, Bannes tamen & Rodriquez in hoc caſu verius tradunt non eſſe ſeruandum; Quia iuramentum promiſſorium de re illicita mortaliter, aut venialiter non obligat, vt lib.cap.7. diximus, immo eſt peccatū illud facere, & adimplere. Quinimmo dū fatetur Salō eſſe peccatū mortale talē promiſſionē prodigā facere, implicat teneri ad eius obſeruantiam, cum iuramentum ad peccatum comittendum non obliget. Quæ autem ſit prodigalitas mortalis, aut venialis in huiuſmodi caſu iudicio prudentis confeſſarii conſiderata perſonarum qualitate arbitrandū erit. Addo tamen quod ſicut non totum pretium exceſſiuum a meretrice acceptum in pretium locationis, & vſus ſui corporis reſtituendū eſt, ſed ſolū exceſſus iuſti pretii, (prout in omni alia emptione, & venditione contingit) ita qui mercedē exceſſiuam promiſit, & peccatum iam cōmiſſum eſt, quamuis non totam mercedem, conuenientem tamen ad arbitrium prudentis confeſſarii ſoluere tenetur, conſideratis, vt diximus, meretricis qualitate, & facultatibus, & familia fornicarii.

39 *Quarto*, Non ſolum feminæ, ſed etiam viri pretium moderatū accipere, & retinere poſſunt pro vſu & locatione corporum. Ita Sot.lib.4. de iuſtit. quæſt.7.art.1, ad 2. Mart.Ledeſ.2.4.q.18.art.5.fol.264.col.4.Pet.de Arrag.2.2.q.63.art.5.in reſpōſ. ad 2.conclu.8.Domin.Ban.ibid.dub.5.concluſ.1. in fin.Pet.Nau.lib.4. de reſtit.c.2.dub.12.nu.120. & Lud.Carbo.tract.de reſtit.q.48.concl.10. Ratio enim eſt de viris, quæ de mulieribus, cum concubitus ille pretio æſtimabilis ſit, immo æquius recipit homo, quam femina, quia plus præbet. Vnde dicitur Amazones prece, & pretio quæſiuiſſe viros, qui ad illas accederēt gratia prolis ſuſcipiendæ, adeo vt Alex. iure naturæ a D. ce illa Amazone, quæ illum gratia prolis immiſit, pretium recipere potuit. Quamuis quia feminis maior ineſt pudor, & infamia, ideo rariores ſunt, quæ illi turpitudini vacent quam viri, ac proinde iuſtiore quadā ratione pretium ipſæ recipiunt. Hinc facile ſolui poſſunt argumenta initio allata in contrarium.

40 *Ad Primum* Reſpondetur, leges illas intelligi præcipue de maleficiis contra iuſtitiam, pro illis enim vt ſunt contra iuſtitiam, neq. condici, neque merces vlla iuſte accipi pō, vt ſupra expoſuimus; Cum in huiuſmodi maleficiis ipſa datio, & acceptio, vt ſic illicita ſit, & contra iuſtitiam; atque adeo promiſſio etiam re ſubſecuta, ob quam ſit facta impleri non debet.

Illa vero l. Mercalem. C.de condict. ob turpem cauſam, in particulari ſtatuit, negandam eſſe actionem ex ſtipulatione factam ob lenocinium propriæ vxoris, & aliis huiuſmodi, ex Coua.in l.peccatum. pa.2.§.2.nu.2.& Grego.de Valen. vbi ſupra ad primum.

Ad Secundum Reſpondeo, Ideo non licere pro illis actibus accipere mercedem, tum quia lege prohibitum eſt; tū quia ſunt contra iuſtitiam, ſecus aūt de actibus fornicariis. Illi.n. cum ſint peccata contra iuſtitiam publicam, merito prohibentur, immo ſic accipientes non ſolum veniunt rei acceptæ amiſſione puniendi, ſed acrius caſtigari debent. Secus vt dictum eſt in lucro meretricio, quod ſecundum iura permittitur.

Ad Tertium Reſpondeo, Non ſolum prohiberi ſpiritualia vendi propter ipſorum præſtantiā, ſed etiā quia vendi non debent, ſed gratis dari, iuxta illud *gratis accepiſtis, gratis date;* quæ ratio in locatione, & vſu corporis non valet.

Ad quartum Reſpondeo, leges illas eſſe ſpeciales in pœnā actionum illarū turpium erga Iudæos, & Saracænos in illis caſibus particularibus, & iuridice obſeruandas, factoq. proceſſu, quæ idcirco minime ad caſum noſtrū extendendæ ſunt, cum actus meretricius in foro exteriori minime puniatur.

Præterquam ideo illi reſtituere ſic acquiſita tenentur, quia Iudæi, & Saracæni inhabiles ſunt ad exercenda officia intēr fideles, vnde nihil eo nomine acquirere poſſunt. Et ſimiliter prohibitum eſt Chriſtianis vendere arma Saracænis, atque adeo in pœnam delicti ſtatutū eſt, vt non abſoluantur a cenſura, niſi quæ ſic acquiſierunt, in ſubſidiū terræ ſanctæ expenderint, vnde ſic acquiſita in conſcientia ita expēdere obligantur, vt Io.Medina.C.de reſtit. q.20.ad 2.& Martin.Ledeſ.2.4.quæſ.18.art.5. fol. 264.col.1.annotarunt.

Ad Quintum Reſpondeo, Quod licet homo, aut femina non ſit domina ſui corporis ſecundum ſe, neque eſt domina vitæ, eſt tamen domina vſus ſui corporis. Vnde ſicut poteſt aliquis locare operas ſuas, aut vendere, v.g. iter facere, aut laborare; ita etiam femina vſum ſui corporis vendere, & locare poteſt.

Ad Sextum Reſpondeo, Non propterea prohibitam oblationē ex mercede poſtribuli, quia ſit de alieno, ſed quia indecens, & indecorum videtur lucrum adeo turpe in rem adeo ſacram, quale eſt ſacrificium conuertere. Sed neque vt recte Alenſis vbi ſupra docet, quæcunque oblatio acquiſita per meretricium eſt abominabilis Domino, ſed ſolum oblatio publica, quæ fit cum ſcandalo, ſicut inquit, ſi meretrices darent pannum ſericum, vel feneſtram

ſtram vitream in eccleſia, non debet eccleſia talem eleemoſinã ab illis recipere, ne videatur opus meretricium approbare: priuatas aũt eleemoſinas dare pauperibus de pecunia ſic acquiſita licitum eſt eis, & offerre candelas, & huiuſmodi, in quib. non eſt ſcandalum. Et quæ hactenus dicta ſunt, de meretribus publicis intelliguntur.

41 SEPTIMVM Dubium eſt, An aliæ mulieres, & occultæ fornicariæ, quæ non ſunt publicitus expoſitæ, ſed occulte, & priuatis in domibus fornicantur, poſſint pretiũ ſui corporis ex vi debiti accipere. Item an virgines, quæ ſunt ſub cura parentum, nec non coniugatæ, an ſimiliter pretium ſibi datum ob actum turpem accipere, & retinere poſſint? Item an Monialis, aut religioſus idem poſſint? Idemque dicendum eſt, an ſi quis promiſit eis aliquid dare, teneatur ſeruare promiſſum. In qua re duæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt dicentium, quod licet publicæ mulieres & meretrices pretium accipere, & retinere poſſint, aliæ tamen, de quibus agitur in hac difficultate, neque accipere, neque retinere poſſunt, ſed accepta reſtituere debent, & fiſcus illa bona occupare poteſt per l. inuitus. ff. de iure fiſci. Sic Cynus in l. 2. & ibi Angel. C. de condict. ob turp. cauſ. Panor. in c. Quia pleriq. nu. 14. de immunit. eccle. & Ioan. Lup. in Rubr. de donatio. inter virum, & vxorem. quos refert Coua. loco inferius citando, & loquuntur tam de foro interiori, quam exteriori; immo eã Adrian. loco citando dicit eſſe cõem. Probant autẽ ex l. Lucius Titius. ff. de iure fiſci, vbi ſtatuitur fiſco competere, *quicquid mortua rea ſcelere acquiſiuiſſe probari poterit.*

Eſt autẽ ibi ſermo de Mæuia vxore Lucij Titij, quã ſoror huius Lucij accuſauerat veneficij in virum, qui eam moriens inſtituit hæredem cum ſocero, & in l. ſincera. C. de donat. inter virum, & vxorem, prohibetur miles donare meretrici.

42 *Secunda* & cõis aliorum ſententia eſt, has omnes mulieres in foro conſcientiæ recipere poſſe in pretium, & locationem corporum ſuorum, ſicut aliæ poſſunt neque ſic acceptum reſtituere tenentur, neque tales peccare petendo pretium, & fornicarios poſt peccatum cõmiſſum debitum pretiũ promiſſum eis ſoluere debere. Et ſola inter has, & alias mulieres differentia eſt, quod publicis meretricibus datur actio in foro exteriori ad petendum pretium promiſſum, eis autem, quæ non ſunt publicitus expoſitæ, denegatur actio, immo etiam ſi delictum eorum cognitum ſit, poſt ſententiam priuabuntur pretio recepto: ante iudicis tamen condemnationem iure naturæ alijs pretium iuſtum & moderatum debetur. Sic Monald. in ſummæ. tit. de reſtitutione male acquiſitorum. Henric. in cap. peruenit. de adult. S. Anton. p. 2. tit. 2. cap. 5. §. 2. in fin. Adri. in 4. in materia de reſtit. q. 21. q̃ incipit, *oritur alia quæſtio.* Sotus lib. 4. de iuſtitia. quæſt. 7. art. 1. ad ſecundum, Ioan. Medina. C. de reſtitutione. quæſt. 20. in reſponſ. ad quintum, vbi fatetur iſtas habere dominium rei acceptæ ante iudicis condẽnationem. Mart. Nauar. in Manual. cap. 17. nume. 40. verſicu. Quarto infertur. vbi ait eandem eſſe rationem iſtarum, ac aliarum feminarum. Couarruuias in reg. peccatum. par. 2. §. 2. num. 3. de regul. iur. in 6. Caietan. 2. 2. quæſt. 62. art. 5. in reſponſione ad ſecundum Michael Salon. ibidem contro
ſia 4. concluſ. 2. & 3. Petrus de Arragon. ibi conclu
8. Dominicus Bannes ibi dub. 5. Petrus Nau
4. de reſtitu. cap. 2. poſt dubium. 12. nu. 121. Ma
Ledeſ. 2. 4. quæſt. 18. artic. 6. fol. 264. & fol. 26
Gregor. de Valentia to. 3. diſput. 5. quæſt. 6. p
5. §. Quidnam ſit reſtituendum. dub. 5. in fi
ſeph. Angles in floribus 4. ſentent. par. 2. q
Cui facienda ſit reſtitut. artic. 2. dub. 8. Lud
Molina to. 1. de iuſtitia. tracta. 2. diſpu. 94. La
cus Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. cap. 10
Emanuel Rodriquez par 2. ſummæ. cap. 40. con
cluſ. 5 Carbo. tract. de reſtit. quæſt. 48. concl. 7. &
8. & alij. Ratio eſt, quia copia, quam iſtæ mulie
faciunt aliis corporum ſuorũ, multo maioris va
ris eſt, propter maiorem earũ honeſtatẽ, quam e
quam faciunt publicæ meretrices, nec vlla eſt l
poſitiua, quæ reddat eas incapaces illius pretii,
ea de cauſa accipiunt, ac proinde pretium mode
tũ accipere, & retinere poſſunt. Vnde quamuis ne
gatur eis actio petendi debitũ in iudicio, & puni
tur ob huiuſmodi delicta, nulla tamen lex eas in
biles reddit ad pretium illud accipiendũ, ideoque
vſque ad condemnationem, & priuationẽ accept
retinere poſſunt. Et quamuis parentes ſint cuſto
des corporũ ſuarum filiarum, ipſæ tamen dominæ ſunt illorũ, vnde vſum rei cuius ſunt dominæ, vendere & locare poſſunt. Et ſimiliter quamuis vir habeat poteſtatem in corpus vxoris, vt ab illa debitum exigat, quoties voluerit; quia tamen ipſa domina eſt vſus ſui corporis, poteſt ab adultero pretiũ pro illius vſu accipere. Et quamuis concedatur a fiſco circa turpiter accepta, quando accepta ſunt pro crimine, quod a Republica puniri conſueuit; fornicariis tamen occultis, etiã ſi promiſſum ſit aliquid pro fornicatione, & fornicatio ſubſecuta ſit, non conceditur actio petendi, ſicut nec fornicariis, ſi pretiũ perſoluerint, dabitur actio repetendi pretium perſolutũ, eo quod iuſte de manu illorũ id acceperint, nec minor turpitudo fuerit dantium, quam accipientium.

Ratio autem cur publicis meretricibus detur actio in iudicio petendi pretium, & non occultis eſt, quia ſi occultæ permittantur, multa incommoda in Repub. oriri poſſent, rixæ, ſcilicet, & contentiones, & homicidia, vt experientia conſtat. Similiter occultæ ſub habitu honeſtatis magis alliciunt homines ad ſui amorem: vnde apud eas longe ſunt liberaliores, & plus quam conuenit, illis largiuntur, & inde plerunque eos turpiter in paupertatem incidere accidit: quæ inconuenientia non ita ex publicis ſequi ſolent, vt patet, quemadmodum Io. Medin. annotauit.

43 *Ad* illã vero l. Lucius Titius, ff. de iure fiſci. Reſpondetur, caſum illum peculiarem eſſe, cũ enim adultera illa acceperat pecuniã a ſuo amaſio, non ſolum, vt fornicaretur, ſed etiam vt viro ſuo venenum propinaret, & ſic ad hæreditatẽ perueniret, merito mulier illa in pœnam tanti ſceleris morti adiudicata fuit, ſtatutumque fuit, vt in pœnam homicidij pecunia accepta fiſco reſtitueretur. Quæ lex nihil ad occultas alias meretrices, & adulteras pertinet. Illa vero lege, Sincera, nõ p̄cipitur ſimpliciter militi, ne det, ſed ne det cum exceſſu. Solent enim huiuſmodi homines omnia in meretrices, &

Ludos

udo; prodigere,& poſtea in paupertatem redacti
ultæ mala perpetrare , vt habeant vnde viuere
ſſint.

DVBIVM ſolum eſſe poteſt , cuinam cõiugata,
t filia,aut monialis pretium acceptum reſtituere
beat, An.ſ.cõiugata marito, filia familias patri,
Monialis Monaſterio pretium illud reddere te-
atur? Communis ſnĩa eſt , nõ teneri has mulieres
acceptum reſtituere pauperib. aut danti, dũmo-
non acceperint ab eis,qui non ſunt ſui iuris, q̃n
mo nec maritis,parentibus,aut Monaſteriis,niſi
plam ſuppellectilem hac via acquiſiuiſſent ; vbi
tem modicum quid lucratum fuerint,ſibi ipſis il
d retinere poſſunt. Quãdo autem acceptum eſſet
id notabile,ita,vt pro ratione rei,& conſuetudi-
Regni, & Prouinciæ tenerentur illud maritis
ddere,ſicut alia,quæ labore manuum ſuarum acq̃
nt,cauere in primis debent, vt reddant eis occul-
,ita vt conſulant propriæ famæ,& alia mala vi-
ntur. Quod ſi aliquid illis promiſſum fuerit ac
bitum ob fornicationem , nec dum illis ſolutum
,reſtõ,quę in notabili quantitate facienda eſt,nõ
m fęminis,quàm maritis,parentibus,& Monaſte
js fieri debet,quando periculum eſſet eas non eſſe
is pretium traditura, ita tamen caute ne delicta
rum manifeſtentur,quamuis ſi alias ipſis feminis
ret reſtõ,ad nihil amplius fornicarij tenebuntur,
mo vt plurimum conſultius iudicant authores
ipſis feminis reſtituatur,& ipſę poſtea reſtituãt
aritis,parentibus,& Monaſterijs, cum hac rõne
elius famæ,& honori illarum conſultum eſſe poſ
t,& ſoleat,Vt tradunt Sotus libr. 4.de iuſt.quæſt.
art. 1.ad ſecundum.Mart.Ledeſm.2.4.q. 18.art.
.fol.265.col.1.S.A[illegible].p.2.tit.2.c.5.§.2.in fine.Syl
ſt.in verb.reſt.2. quæſt.2.§. ſed quod dictum eſt.
Couar.in reg. peccatum.pa.2.§. 2.nu.3.de reg. iur.
6.Michael Sal.2 2.q.62.art.5 controu 4.in fine.
Dominic.Bannes ibid.dub.5.conclu.1. Pet.Naua.
b.3.de reſti.c.1.p.21.dub.15.nu.136.& ſeqq.Lu-
ouic.Molina tom.1.de iuſt.tract.2.diſpu.94.poſt
edium,& Lud. Carbo tract.de reſt.q.48.concl.
.& Emanuel Rodriquez in ſumma. par.2.ca.40.
oncl.5. & alij.

OCTAVVM DVBIVM eſt, An ſi meretrix,aut
lia femina blãditijs amatoris pretium extorqueat
b actũ turpem,teneatur reſtituere danti? In hac re
uo mihi dicenda videntur.

Primum eſt,ſi fornicaria quæcũq; vi,metu,frau
de aut dolo aliquid ſuperfluum extorqueat ab eo,q̃
poteſtatem habet alienandi,dicendo v.g.ſe eſſe vir
ginem,cum non ſit, aut dicendo ſe non eſſe cogni-
tam ab vllo,niſi ſemel, aut non niſi a tali illuſtri vi
ro,vel aliud ſimile, & neutrum illorum verũ eſt,
propter quod maius pretium accepit , quam ex na-
ra rei ſit dignum,& quam accepiſſet,ſi fraus illa
on interueniret, reſtituere tenetur in his caſibus,
on totum pretium,quod acceptum eſt,ſed ſolum
gumentum iuſti pretij, quod ſolutum eſt illi,eo
uod mentita eſt,ſe talem eſſe. Ratio eſt,quia talis
ceptio,& ſolutio in eo ſuperfluo iniuſta eſt,& fur
um: ſiquidem inuitus ſoluiſſe cenſetur amaſius:&
aus,& dolus nulli patrocinari debet. Sic etiam
femina petat ab amatore ſuo aliquid pretioſum
oram aliis perſonis, coram quibus cogitur conce-
re,aliàs amittet honorem ſuum,non poteſt illud
recipere,ſed reſtituere tenetur, quia inuoluntarie mixtè datum eſt, ex Dominico Bannes loco inferius citando.

Secundum eſt,ſecuta fraude,& dolo, ſi quid blanditiis,& verbis amoroſis ſolum extorqueat,dicendo v.g.ſe valde ipſum amare, aut ſolum in gratiam illius ſe velle id facere,cum tamen id falſum ſit,in his caſibus ad reſtõnem non tenetur. Ratio eſt quia huiuſmodi mendacia, & illecebræ ſunt vſitatiſſimæ inter amatores, & notiſſimæ, & ſibi imputet fornicarius,qui ſe his ſolitis mẽdacijs, & blanditijs decipi permittit,atque adeo quicquid confert,ſponte,& voluntarie contuliſſe iudicatur. Quamuis.n. amor,& blanditiæ minuant rationem, & uoluntatem,appetitum tamen, & volũtatem ſimpliciter ita augent, vt nulla fiat iniuria danti ex tali amore,precib.adulationib.& blanditijs, iuxta ea q̃ tradũt S.Th.2.2.q.62.ar.5.ad ſecundum.in fine. Cai. 2.2.q.32.ar.7.dub.vlt. Io.Medina.Cod.de reſtitu. q.20.Corollario.3.verſ.Sequitur amplius. Sotus li. 4.de iuſt.q.7.ar.1.ad ſecundum.Mart.Nau.in Man. c.17.nu.41.verſ.Septimo infertur. Mich.Sal.2.2. q.62.ar.5.controu.4.conclu.3.ante ſolutionem argumentorum.Dominic.Bannes ibid. dub.5.concl. 2.Pet.Naua.lib.4.de reſti.cap. 2.poſt dub.12.num. 124.& ſeq.Ioſeph Angl. in florib.4.ſent.p.2.q.Cui facienda eſt reſtit.ar.2.dub.10. Mart. Ledeſm.2.4. q.18.ar.5.fol.265.col.1.Lud. Molina to.1.de iuſti. tract.2.diſp.94.ante finem.Ludou Lopez pa.1.inſtruct.conſc.c.107.q.1.& Eman Rodriquez pa.2. ſummæ.c.40.concl.3.& alij.

46 Denique quod dictum eſt de meretricib. locum ẽt habet de eo,quod promittitur ſcurris,Mimis,paraſitis,hiſtrionibus,& ioculatoribus, vt ſinant ſe vel alapis,vel verberib.cædi: Quod.n.illis promiſſum eſt,in conſcientia ſoluendum eſt ſecuta condõne mala,& illicita;ſunt. n.hmõi actus quamuis turpes,pecunia tamen æſtimabiles, non minus quàm vſus corporis meretricis, atq; adeo non peccant in petendo promiſſum ſibi,& qui promittunt,ſecuta actione ſoluere tenentur,quicquid iuſte promiſerunt,ex Alex.de Ales p.4.q.24.memb.5.ar.3.§.6.in fine.& q.33.memb.2.ar.4.Cou.in reg.peccatum.p. 2.§.2.nu.5.de reg.iur.in 6. Greg.de Val.to.3.diſp. 5.q.5.§.Quidnam reſtituendum ſit, ante concluſionem 6.in argum.1.& Ludou.Carbo.tract.de reſti. q.48.concl.11.

De loco,vbi reſtitutio facienda eſt.
Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter reſtitutionem faciendam eſſe in loco,ubi res accepta fuit,apud omnes certum eſt.*

2 *An teneatur iniuſtus poſſeſſor,& accipere rem oblatam proprijs expenſis mittere, an proprijs expenſis Domini,& creditoris?*

3 *Duo pro certo ſtatuuntur quoad determinatam huius rei ueritatem.*

4 *Quando reſtõ ex contractu uel quaſi contractu debita eſt,ubi fieri debeat ſiue locus expreſſus ſit,ſiue non?*

5 *Quid in mutatione loci ante ſolutionem faciendũ ibidem manẽte creditore, uel creditore mutante domiciliũ.*

9 *An in caſu prædicto poſſeſſionis bonæ fidei, quo creditor ante tempus ſolutionis præſcriptum recedat a loco deſtinato, teneatur debitor mittere expenſis proprijs nec Creditoris?*

7 *An quæ de mutuo, & commodato & emptione dicta ſunt, locum habeant etiam in depoſito?*

8 *Si de tempore nihil conuentum ſit, licitè poteſt rem illã retinere donec petatur, nec tenetur ad creditorem deferre etiam in eadem ciuitate, quando?*

9 *Quando res bona fide poſſeſſa eſt, poſtea verò intelligit eſſe alienam, quomodo ſatisfaciat, & quo in loco?*

10 *An poſtquam debitor in hoc caſu ſignificauerit Domino, & poſtea rem ſecum detulit in aliũ locum, teneatur expenſis proprijs illam Domino mittere.*

11 *Qui debitum ex mutuo contraxit, & poſtea ad alium locum ſe conferat, non rediturus, in quo loco mutuũ ſoluere debeat?*

12 *Debitor in eadem Ciuitate manens non tenetur domum creditoris rem deferre, quando debitum non eſt ex cõtractu, vel furto &c.*

16 *Malæ fidei poſſeſſor an in loco ubi manet creditor, cuius expenſis illud iniuſto titulo retentum mittere teneatur.*

14 *Quando debitor nõ tenebitur rem Domino mittere, ſed ſatis erit eandem in loco, vbi iniuſtè accepit, reſtituere creditore de hoc certiore facto.*

15 *An quando res mitti nequeat ad dominum ſine maioribus expenſis quam res ipſa valeat, teneatur debitor huiuſmodi exceſſiuas expenſas facere?*

16 *Vbi res mittenda erit expenſis debitoris, & expenſæ vel maiores, vel æquales aut paulo minores futuræ quàm res ipſa principalis ualet, non teneri exiſtimat author, cui rigida nimis videtur aliorum ſententia.*

17 *Quãdo aliquod debitum eſt, ex delicto, puta ratione furti, aut rapinæ, vel ex licito contractu depoſiti, mutui, locationis, &c. elapſo termino iuſtæ poſſeſſionis ſtatim debitor tenetur ad creditorem deferre, etiamſi a creditore non admoneatur.*

18 Debitor *moroſus æquiparatur iniuſto poſſeſſori.*

CVm hactenus de perſona diſputatũ ſit, cui facienda eſt reſtõ, proximum eſt breuiter in ſequentibus loci circumſtantiam explicare. Cum enim ſæpe contingere poſſit, vt dominus, cui reſtituenda res ſit, lõgiſſime diſtet, & conſequenter non ſine maximo incommodo, & expenſis fieri poſſit, merito inquirendũ eſt, quid in tali caſu faciendum ſit, vt res ad æqualitatem deducatur, ita. ſ. vt vnus totum ſuum debitum recuperet, alter verò ne plus quam accepit, reſtituere teneatur.

1 Et quidem unum certũ eſt apud omnes, *Regulariter* faciendam eſſe reſtõnem in loco, vbi res accepta fuit, iuxta ea, quæ in c. *Epiſcopi, & c. Reintegranda.* 3. q. 1, habentur, & expreſſe tradunt Io. Medin. C. de reſti. q. 2. dub. 3, Mart. Ledeſm. 2.4. q. 18. ar. 5. fol. 266, col. 2. Lud. Carbo in tract. de reſti. quæſtio. 78. dicto 1.

Dixi Regulariter quia aliquando aliter ſentiendum erit iuxta ea, quæ inferius dicemus. Tunc igitur ſolum res eo in loco reſtitui debet, in quo accepta fuit, quando iuſte accepta fuit, aut ſi iniuſte accepta fuit dominus rem illam non eſſet alio portaturus, vt præfati authores cum Pet. Naua. lib. 4. de reſti. cap. 3. dub. 1. in fine, num. 8. & Ioſepho Angles in floribus 4. ſent. par. 2. q. cui facienda ſit ar. 1. diffic. 9. dub. 6. tradiderunt, vt v. g. ſi quis rem, qui Venetiis Romam proficiſceretur in te, aut alio loco rebus ſuis, puta tritico, oleo, l is ſpoliaret, procul dubio non ſatisfaceret, ſi illam ablatam in loco quo accepit, reponeret illam Romam mittere tenetur.

2 DVBIVM ſolum eſſe poteſt, An teneatur ſtus poſſeſſor, & acceptor in hoc caſu rem ab propriis expenſis mittere, an verò expenſis mini, & creditoris? Cui breuiter Reſpondeo, teneri propriis expenſis rem illam Romam re, ſed deducendas eſſe illas, quas dominus fa eſſet, ſi quidem dominus Romam vſque rem portaturus erat, nec ſine ſumptibus illam tra turus erat. Quocirca ſi latro rem ablatam illuc portatam, & conſtitutam reddat, quo ille erat taturus, computari debent tales expenſæ. Sic preſſe Ioan. Med. Cod. de reſt. quæſt. 2. dub. 3. *Corrollariè ſequitur*. Pet. Nau. li. 4. de reſt. ca. 3. 1, nu, 6. Ioſeph Angles vbi ſupra, & alii. Ratio ius eſt, quia licet creditor ſeruari debeat indem lucrari tamen non debet ex furto rei ſuæ, lucra tur autem, ſi latro rem ſuis propriis expenſis mam mitteret, nõ deductis illis, quas dominus quin facturus erat.

3 Illud in hoc caſu verum eſt, quod ſi Dominus las, vel paucas expenſas facturus erat caſu, vel induſtria, vel amicitia alterius, nihil tunc latro deducere põt, ſed rem illam ſuis propriis expenſis Romã mittere debet, iuxta doctrinam Caie. 2.2. q. 62. art. 5. Ioſeph Angles, & Pet. Naua. vbi ſupra. Ratio eſt, quia dominus ſeruari debet indemnis. Sicut debitor lucrum ceſſans reſtituere tenetur, quod ex non ſolutione culpabili creditor incurrit, ita etiam hoc, quod eſſet lucraturus, ſi ei gratis, aut modico pretio tranſlatio offerretur, ſuum eſt, ac proinde nihil poteſt debitor de aſportatione detrahere. Cum enim latro in hoc caſu, cauſa ſit iniuſta earum expenſarum, tenetur ipſe ſuis expenſis rem illam domino mittere, eo quod perfecta reſtõnis executio in hoc tendit, vt creditori nullum damnum ſequatur ex iniqua occupatione alterius, hoc enim eſt reſtituere, vt recte Couar. in reg. peccatum, nu. 7. annotauit.

Alterum tanquam certum in hac materia ponitur a Ioanne Medin. Cod. de reſtitu. q. 2. dub. 3. in principio. & a Mart. Ledeſm. 2.4. quæſt. 18. ar. fol. 266. col. 2. concluſ. 2. videlicet, ſi debitor, & creditor ſint in eodem loco, vbi res fuit capta, ibi eſſe reſtituendum. Id quod manifeſtius eſt, quam quod probatione indigeat. Quia vero alia multa in hac materia, ſatis dubia, & controuerſa ſunt, nec antiquiores Theologi hanc rem ita clare expoſuerunt. Nam S. Tho. 2.2. q. 62. ar. 5. ad tertium. Solum dicet, quod ſi dominus multum diſtet, debet ſibi tranſmitti, quod debetur, præcipue ſi ſit res magni valoris, & poſſit commode tranſmitti: Alioqui debet loco tuto deponi, vt pro eo conſeruetur, & domino ſignificari. Scotus autem in 4. diſt. 15. q. 2. verſ. Ad argumenta. in princ. docet, quod dominus ſi in remoto, ita vt non ſine magnis expenſis res ad eum mitti poſſit, tradenda eſt parentibus, qui ſi non ad ſint, tradenda eſt pauperibus pro anima illius, quæ per omnia, & ad verbum ſequitur Gabr. in qua
di

iſtinct.15.q.2.ar.2.concl.2.litera.H.*verſic.ad ter- ium caſum*. Quorum omnium Rō eſt, quia ille tan- um accipit rem. Ergo ſolum tenetur ad reſtōnem ei, aut valoris eius, alias teneretur plus reſtituere, uam accepit, quod iuſtitia non poſtulat. Ideo vt ateria hæc clarior, & facilior reddatur, quibuſ- um propoſitionibus rem totam declarabimus.

Prima propoſitio: Quando reſtō ex cōtractu, vel uaſi contractu debita eſt, ſi in eo locus ſolutioni eſtinatus ſit, ibi fieri debet, ſi verò locus ad ſoluen um expreſſus non ſit, reſtō ibi facienda erit, vbi oram iudice competenti petetur, ita Nauar. in Manu.c.17.nu.42.Lud.Lopez par. 1.inſtruct.con- ien.c.108.& Lud.Carbo.tracta. de reſti.q.78.in icto 3.arg.c.fi.de foro compe.& l.1.ff. de eo quod erto loco pet.

Secunda Propoſitio: Quando id, quod reſtituendū eſt, per contractum licitum in ius debitoris venit, ita vt res ſolum debita ſit, quia aliena eſt, & poſſeſ ſor ſit bonæ fidei, vt qui ratione mutui, aut commo dati, aut emptionis aliquid debet, nec debitor in mora ſoluendi fuit, quia nondum aduenit tempus ſolutionis, tunc ſi debitor iſte recedat a loco, vbi a creditore pecuniam accepit, ibidem manente cre- ditore, tenetur adueniēte tempore ſolutionis, ſum- ptibus ſuis reſtōnem debiti ad locum ſolutionis, ſeu creditoris mittere, quia qui ante ſolutionem lo- cum mutat, quantum ad hoc ex eo tempore in ma- la fide eſſe incipit, & ex alia parte creditorem ſuum indemnem ſeruare tenetur, nec abſque culpa ſua damnum in expenſis ſentire debet. Eſt enim regu- la iudicialis, vt quicunque aliquid ex contractu de- bet in certo loco, in eodem loco ſoluere tenetur, ni ſi alius locus ſolutioni deſignatus ſit. Econtra uero ſi caſu prædicto acceptionis bonæ fidei creditor domicilium mutauit, ſiue iuſta, ſiue iniuſta de cauſa receſſerit, manente debitore in eodem loco, expen ſis creditoris reſtō facienda eſt. Sic Sotus lib. 4.de iuſt.quæſt.7.art.1.ad 1.Couar. in reg. peccatum.p. 2.nume.7.de reg. iur. in 6.Ludou.Lopez par.1.in- ſtruct.conſc.cap. 108. Emanuel Rodriquez par.2. ſummæ.cap.43.conclu.1.Ioſeph Angl.in florib.4. ſent.par.2. q.cui facienda eſt reſti.difficul. 9. concl. 1.& 2. Pet. Naua. lib.4. de reſti.c.3. dub.1.nu.3.& 4.Ludouic.Carbo tract.de reſt.q.78.dicto.4.& 7. Summa Corona tract.de reſt.in particulari, nu.25.

Quando autem vterque locum, & domicilium mu taret, ante tempus ſolutioni præſcriptum, tunc v- triuſque expenſis reſtō facienda erit, habita ratio- ne diſtantiæ vtriuſque loco ſolutionis deſignato, ita ſcilicet, vt debitor expenſas faciat pro ratio- ne diſtantiæ ſuæ, a loco, vbi facienda erat reſtitu- tio, creditor verò expenſas reliquas ſoluat, cum hac ratione, nec creditori, & debitori damnum in- feratur.

DVBIVM ſolum eſt, An in caſu prædicto poſſeſ- ſionis bonæ fidei, quo creditor a loco ſolutionis de- ſtinato ante tempus præſcriptum recedat, teneatur debitor mittere debitum creditori expenſis debito ris, an verò ſufficit paratum ſe oſtendere, quando debitum ab eo petit?

Reſpondeo, quando ſolus creditor domicilium mutat ante tempus ſolutionis, ſi non mittat nun- cium in tempore præfixo ſolutioni, debitor nec ſo- lutionem mittere, nec damnum ex non ſolutione ſecutum, reſtituere tenebitur, ex Ludouico Lopez vbi ſupra.q.2.verſic.ſi vero. Vbi cum Sylueſtro in verbo Mora.q.1.in fine docet, quod quotieſcunq; creditor ſciens, & potens poſt moram, debitum nō repetit, (qualis eſt in hoc caſu creditor) recedendo ante tempus ſolutionis, non tenetur debitor mitte- re rem, nec cenſetur eſſe in mora, quia creditor ſciens, & volens, & potens repetere, non repeten- do, dilationi conſentire videtur. Quamuis igitur in hoc caſu debitor ex charitate ad mittendum illud teneatur, dummodo credat probabiliter creditorē tales expenſas ſoluturum, aut ſi mittendo debitum minores expenſæ fierent, quam ſi creditor nunciū pro eo mitteret: Si tamen crederet probabiliter il- lum expenſas miſſionis non perſolutum, neque ex iuſtitia, neque ex charitate ad debitum illud credi- tori mittendum obligabitur, cum debitor nullo modo expenſas illas ſoluere teneatur, vt Ioſephus Angl. in florib.4.ſent.p.2.q.Cui facienda eſt reſtit. art.1. difficul.9.concl.3.Pet.Naua.lib.4.de reſtitu. ca.3.dub.1.num.8.Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſc. cap.108.q.2.in fi.annotarunt.

7 Quæres autem, An quæ dicta ſunt de mutuo, cō- modato, & emptione, locum etiam habeant in de- poſito? Io.Medina. Cod.de reſtitu.q.2.dub.2.verſi. *Itaque in huiuſmodi*. Ioſeph Angles loco proxime citato.diffic.9.concluſ.prima, & Ludou Carbo in tracta.de reſtitu.quæſt.78. in dicto. 7. expreſſe do- cent, depoſitarium nunquam teneri depoſitū pro- prijs expenſis ad dominum mittere, ſed ſatis eſſe, quod ſit paratus reddere illud domino petenti, etiā in caſu, quo depoſitarius domicilium transferret. Ratio eorum eſt, quia alias depoſitarius damnum pateretur pro opere iuſto, qui tamen mercede po- tius, quam grauamine dignus eſt. Quorum opinio vera eſt, ſi a loco depoſiti receſſit dominus, tunc e- nim non tenetur depoſitarius mittere, vt recte pro- bat ratio allata, quæ etiam procedit, etiamſi ob de- poſitum ſtipēdium acceperit, cum depoſitum ſem per fiat principaliter in gratiam ipſius deponentis, ſicut è contra mutuum ſit in gratiā mutuatarij. Sin autem depoſitarius loco abſceſſit, manente Domi- no in eodem loco, tunc veriorem cenſeo Petri Na- uarri ſniam, qui lib.4.de reſtit.c. 3. dub.3.num.18. in hoc caſu docet, depoſitarium ſuis expenſis rē ad locum depoſiti mittere, ubi eſt Dominus, cum ex- penſarum illarum cauſa ſit ipſe depoſitarius, unde ipſi, & non Domino expenſæ imputari debent, nec id negaturos prefatos authores puto, cum Ioannes Medina, quem alii duo ſecuti ſunt, non in illo, ſed in priori tantum locutus ſit.

8 Tertia propoſitio: Qui certo nouit rem eſſe alie- nam, eamq. iuſto titulo poſſidere, ut depoſito, mu- tuo, venditione, aut commodato, & c. ſi de tpe ni- hil conuentum ſit, licite pōt rē illā retinere, donec petatur, nec tenetur etiamſi longo tempore apud ſe habeat, ad domū creditoris deferre, eſto in eadē ciui tate maneat, qua creditor. Sic Petrus Nauarrus lib. 4.de reſtitu.capi.3.dub.2.num.11.& Emanuel Ro driquez par.2.ſummæ.ca.43. concluſ. 4.poſt Ioan- nem Medinam. C. de reſti.q.2.dub.4.in fine. Ratio eſt, qa ex quo terminus non eſt appoſitus, nec locus depoſito, aut accōmodato & c.nō pōt dici in mora, ſed præſumi pōt velle dominiū, vt adhuc retineat. Et hoc maxime qū depoſitū habet authoritate pu-

blica, nec debet ipſe dominum quærere, aut rem ad eum mittere, ſed ſatis eſt paratum eſſe reſtituere, cum petetur. Intelligenda verò eſt hæc propoſitio, quando dominus etiam ſcit rem ſibi deberi, & tamen ſciens ac prudens rem ſuam nõ petit. Si enim debitor probabiliter intelligeret, dominum nõ conſentire retẽtioni rei ſuæ, vel ex obliuione quadam, aut ignorantia, vel timore, aut alia impotentia non petere eam, tenebitur debitor ei rem offerre, aut ſaltem ei ſignificare, vt ſic cognita volũtate domini, quid ille ſtatuerit, efficiat. Alioquin rem contra domini voluntatem retinere iudicabitur.

9 Quarta propoſitio: Quando res bona fide poſſeſſa eſt eo, quod exiſtimabat rem ſuam eſſe, & eam nemini debere, poſtea tamen intelligat, rem eſſe alterius, tunc ſatisfacit, ſi rem illic ſoluat, ſeu reſtituat, aut reſtituendam deponat in loco, vbi res eſt: Nec tenetur rem ad creditorem ſuis expenſis mittere: ſed ſi creditor longe diſtet, ſatis erit ei ſignificare, ſe debitorem eſſe, vt veniat ad eam recipiendam: aut ſignificet, cui dãda ſit, aut quid de ea faciendũ: aut eam in loco tuto deponat, donec veniat, aut ſaltem mittatur expenſis creditoris: tenetur enim creditor ſumptus facere, cuius negotium geritur. Sic Ioan. Med. Cod. de reſt. quæſt. 2. dub. 3. in princip. Mart. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. art. 5. fol. 266. 2. concluſ. 3. Pet. de Arrag. 2. 2. qu. 62. art. 5. in reſponſ. ad tertium. Couar. in regu. peccatum. par. 1. num. 7. de reg. iur. in 6. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 8. & alij communiter. Ratio eſt, quia cum iſte ſolum teneatur ad reſtõnem ratione rei alienæ, & non ratione iniuſtæ acceptionis, antequam nouit rem illam fuiſſe alienam, nullam culpam commiſit. Ergo quando ſcit rem eſſe alienam, vtiliter ſatis rem domini gerit, ſi rem ei ſuis expenſis mittat, aut ei ſignificet, quid de ea re fieri velit, aut in loco tuto deponat, iuxta ea, quæ tradit S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad tertium. Quod ſi ſumptus faciendi plures eſſent quam res valeret, nec ſpes vlla eſſet, ꝙ res ſeruata ſine ſumptibus in loco, in quo eſt, ad manus domini deueniret, aut danda erit pauperibus, vel in vſus pios expendenda, niſi aliter dominus ſignificet, quid de re illa fieri velit. Sin autem ſpes eſſet, ſed modica, quod dominus ad locum illum rediret, vel ſignificaret, quid de ea re fieri vellet, & talis eſſet perſona, de qua probabiliter creditur, quod non eſſet contentus, vt daretur pauperibus, tradenda res erit alicui hoſpitali, aut loco pio cum onere reſtituendi, ſi vel ille veniret, aut ſignificaret alteri reſtituendum, ex Syueſt. verb. reſti. 4. q. 4. Mart. Naua. in Manua. c. 17. nu. 29. verſ. Quarto.

10 DVBIVM autem eſſe poteſt, An poſtquam debitor in hoc caſu ſignificauerit domino de re, & poſtea rem ſecum in alium locum detulit, teneatur rẽ illam expenſis proprijs domino mittere.

Reſpondeo, ſi rem in alium locum detulit, & aduertit, aut aduerte debuit, quod inde veniret, uel delatio, vel damnum domino, tunc de ſumptibus tantum præciſe reddere debet, quantum cauſauit damnum ea dilatione. Iam enim incepit eſſe in culpa, & mora, & dominus rei damnum ex alterius culpa ſentire non debet: Sin autem vel ignorantia inuincibili, uel bona fide, vel quia tutum non erat rem illam in priori loco relinquere, ſed propter bonum domini ueri ſecum rem detulit, & detentor rei neceſſe habuit alio commigrare, tunc ſumptibu reſtitui debet, cui res debetur. Cum enim de inculpabilis in hoc caſu ſit, ſine culpa damnu tire non debet.

11 Quinta propoſitio: Qui debitum ex mutuo traxit, puta ſi quis mutuo ſimpliciter dedit Ro mille aureos, & poſtea Venetias ſe conferat mu tor, poſtea non rediturus Romam, nec aliqui loco, in quo mutuum ſoluendum eſt, ſtatuat tenetur mutuatarius proprijs expenſis mutua mino mittere, ſi rem illam mutuator ſecum a taturus non erat, nec creditor ſine vſura ad id mutuatarium obligare poteſt, ſed ſatisfacit ſi Ro vbi mutuum accepit, vel reddat, vel depo ſignificet abſenti, vt ſibi conſulat.

Dixi, *ſi rem illam non eſſet ſecum portaturus*, q ſi mutuator rẽ illam Venetias ſecum eſſet porta rus, niſi ad alterius inſtantiam mutuaſſet, tene debitor rem mittere Venetias expenſis credito ſi quas dominus in deportando erat facturus. S mutuator nullis expenſis rem illam ſecum ded ſet, expenſis mutuatarij mittenda res erit, ali tuato grauamen ex mutuatione ſentiret, ſi Ve tiis Romam aliquem mittere oporteret, qui mu tũ recuperet, & ad ipſum deferat, a quo graua ne mutuatarius eũ exonerare tenetur. Quod ſi mutuator rem ſecum deportando expẽſas aliquas magnas, aut paruas faceret, eas ſolum a mutuante recu perabit, vel eas a mutuato defalcare poterit, & rem mittere Venetias debet. Sic Io. Med. C. de reſti. q. 2. dub. 3. verſ. Similis dubitatio. Mart. Ledeſ. 2. 4. q. 18. art. 5. fol. 266. col. 3. Pet. Naua. lib. 4. de reſti. c. 3. dub. 2. nu. 17. & Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 43. concl. 2.

12 Sexta propoſitio: Debitor in eadẽ Ciuitate manens, qua creditor, non tenetur ad domũ creditoris rem deferre, quando debitum non eſt ex contractu, vel furto, ſed ex delicto per modum pœnæ, ſic Pet. Nau. li. 4. de reſt. c. 3. dub. 2. nu. 9. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 43. concl. 3. Id quod non ſolum procedit, ſi pœna ſit ferẽda, cum ante ſñiam neque fiſcus, neq; alius quiſpiã ius hẽt ad rẽ, vel in ea, ac proinde debitum dici non põt, ſed etiam ſi ſña lata ſit, cum nemo executor eſſe teneatur contra ſe ipſum. Vnde neque tenetur ſe ſpoliare, nec ſponte ad fiſci, vel alterius, ad quem pertinet, domum venire ad ſoluendum. Sed ſatis erit pati, & humiliter ſuſtinere actionem, & cum petatur ſoluere. Atque hactenus de eo, qui iuſto titulo rẽ alterius accepit, nunc de eo, qui iniuſto titulo rẽm habet, & reſtituere dẽt, agendum eſt in ſequẽtibus propoſitionibus. Sit igitur in ordine.

13 Septima propoſitio; Malę fidei poſſeſſor, puta q furto, aut alio iniuſto titulo rẽ alienam detinet, nec eſt in loco, in quo manet creditor, ſi ipſe a loco recedat, vbi res fuit ablata, & non creditor, ſuis expenſis, & non creditoris eam creditori mittere tenetur. Si tamen creditor ab eo loco diſcedat, tenetur debitor reſtituere in loco, vbi creditor fuerit, ita tamẽ vt ſi creditor aliquid erat inſumpturus in re, transferendo in alium locum, expenſas detrahat, quas dominus in aſportatione facturus erat, ſi uero dominus rem illam ſine expẽſis, caſu aliquo ad alium locum erat portaturus, tunc ſuis proprijs expenſis, & non creditoris, rem mittere tenetur. Sic Panorm.

n.in c.cum tu.nu.9.de vſur.Ioan.Med,C.de re. eſt.2.dub.3.Sotus lib.4.de iuſt.quæſt.7.art.1.ad tium.Syulueſt.verbo reſtitutio.quæſt.4.S,Anto. 2.tit.2.cap,3.Mart.Ledeſm.2.4.quæſt.18.art. ol.266.concluſ.6.& ſeq.Mart.Nauar.in Manu. 7.num.43.Pet.Nauar.lib.4.de reſt,cap.3.dub.1. 3.& 4.Ang.verb.reſt.2.§.9.Couar.in reg.pec- um.par.1.num.7.de reg.iur.in 6.Ludou.Lopez .1.inſtruct.conſc.cap.108.quæſt.1.Pet,de Arra n 2.2.q.62.art,5. Dominicus Bannes ibid.dub. concluſ.1.Ioſeph Angles in floribus.4.ſent.q.6. eg.de Valen.tom.3.diſp.5.q.6.puncto 8.Summ. rona tract.de reſt.in particulari,§.vlt. Emanuel odriquez p.2.ſummæ.cap,43.concluſ.6. Ludou. arbo tract,de reſt.q.78.in d.8.& 9.& alij.Ratio o prima parte concluſionis eſt, quia in caſu,quo ebitor locum mutat, cum non ſolum in culpa ſit ferendo,& detinendo rem, ſed ẽt ſe longius abntando,ſibi imputet, quod expenſas in re mitten a facere teneatur. Dominus.n.innocẽs ſeruari de- et indẽnis ab omni iniuria in reſtõne ſuæ rei. Ne- ue hoc eſt debitorem ad plus quam ad reſtõnẽ rei eneri. Nam damnũ expenſarum non eſt reſtõ for- aliter,ſed medium ad reſtõnem,ad quod per acci ens tenetur,quia dominus abeſt, & ipſe a loco illo eceſſit.Sibique imputet,quod damnum ex re mit- enda patiatur, cum ipſemet ſe culpa ſua in eo ſta- u repoſuerit.Idem dicendum eſt,ſi creditor receſ- ſit,& rem ſuam ſine expenſis erat aſportaturus: qa non debet creditor culpa debitoris grauari, quod fieret,niſi ſeruetur,quod dictum eſt; quia cogeret creditor alias expenſas facere, quas facturus non erat,ſi apud ſe rem ſuam retineret.

Pars ſecunda patet, quia licet fur teneatur ſeruare creditorem indemnẽ ita vt illi, nec lucrũ ceſſet, nec damnum emergat,ex ipſius delicto,nullum tñ aliud damnũ pati tenetur, nec creditori lucrum ſuperadijcere. Eſſet aũt, & nouũ damnum debitoris, & lucrum nouum creditoris,ſi recedente creditore & rem ſecum cũ expenſis portaturo, teneretur debitor proprijs ſuis expenſis rem creditori tranſmittere,ſic enim creditor ex reſtitutione lucrũ,& debitor damnum haberet,quod eſt iniuſtum.

Illud aũt notandum eſt ex Ioanne Medina Cod. de reſtitu.q.2.dub.3.§.ſi autem rem. Ioſeph Angl. in florib.4.ſent.qu. cui facienda eſt reſtitutio.art.1. difficul.9.concluſ.4. Pet. Naua. lib.4. de reſtitut.c. 3.dub.1.num.8.& fauet Lopez par.1.inſtruct.conſc.ca.108.q.2.in fine. Quod quando debitor,qui rẽ creditori, non ſuis proprijs expenſis ſed expenſis creditoris mittere debet,ſperat ſe expenſas,quas facturus eſt,a creditore recuperaturum rem illã mittere tenetur; ſin autem nõ ſperaret probabiliter ſe huiuſmodi expenſas a creditore recuperaturũ,non tenebitur rem mittere, ſed ſatis erit,ſi in loco, vbi rem iniuſte accepit,eandem reſtituat, creditore de hoc certiore facto. Vnde in hoc caſu abſolui debet a confeſſore,etiamſi remittere recuſet,cum ad hoc non teneatur,ſatis enim diſpoſitus eſt ad abſolutionis beneficium recipiendũ,quod rem alienam paratus ſit reſtituere. Secus aũt ſi mittere nollet in caſu,quo rem ſuis proprijs expenſis debitor creditori tranſmittere teneretur,tunc enim indignus eſt abſolutione, cum non ſatis ſit velle rem ipſam ablatã reſtituere, ſed vltra ſuis expenſis rem tranſmittere teneatur,vt expreſſe docent Io. Med. vbi ſup.verſi. *Corrollarie ſequitur*, & Lud, Carbo tract.de reſtit.q. 78.d o.11,in fine,

15 DVBIVM ſolũ eſt,an quando res mitti nequeat ad dominum ſine magnis expenſis, & fortaſſe maioribus,quam res valeat, teneatur debitor huiuſmodi expenſas exceſſiuas facere? Vnum certum eſt, quod in reſtitutionibus, quæ ex voluntarijs,ſeu ex non iniuſtis acceptionibus proueniunt, vt in mutuo,pignore,commodato,venditione, non eſt reſtituenda res maioribus expenſis, quam res valet,ſed obſeruandum eſt,quod ſupra dictum eſt.In reſtõne aũt ex acceptione iniuſta,vt in furto, rapina,vſura, & huiuſmodi. Caie.2.2.q.62.art.5.in reſponſ.ad tertium,expreſſe docet teneri ad expenſas etiam in quadruplum,ſi aliter facere nequit,quod res reddatur domino,cum teneatur ad iterato ſtatuendum dominum rei in poſſeſſione.Lopez part.1.inſtruct. conſc.cap.108.q.5.Grego.de Valent.tom.3.diſpu. 5.q.6.punct.8.volunt reſtituendum eſſe, etiamſi in vectura oporteat eum expendere plus,quam res valeat.Immo Pet.Naua.lib.4.de reſtitu.cap.3.dub.5. & 6.& Ioſeph Angles in florib.4.ſenten.p.2.q.cui facienda eſt reſtitutio. art.1. difficul.12.concluſ.2. idem cum Caietano in hac re ſentire videntur.Mihi certe ſententia hæc ſemper rigida viſa eſt, & licet ſatis patet eius ſolutio ex his,quæ in hac propoſitione dicta ſunt,ſi tamen quid addi poſſit,exiſtimarem, quod ſi res reſtituenda modica eſſet reſpectu eius,cui debetur,aut in ordine ad expenſas,quæ in eius miſſione inſumere oporteret,& dominus lõge abſens ſit,ſatis erit rem illam pauperibus in vtilitatem domini largiri.Quod ſi res magni momenti ſit, & reſtitutio expenſis creditoris abſentis & diſcedentis a loco, vbi res accepta fuit, fieri debet,omitti profecto poterit, aut ſuſpendi, ac differri,ſi plus,vel tantundem expendẽdum ſit in reſtõne ipſa facienda, quantum res ipſa principalis valet,& æſtimari poteſt, aut certe expectanda occaſio erit, qua commodius mitti poſſit,aut petenda eſt volũtas domini,quid de re illa fieri velit. Hoc enim modo ſatis bene,& fideliter negotiũ domini geritur, parumque ei proderit rem ſuam cum tantis expenſis recuperare. Vbi autem mittenda res erit expẽſis debitoris,& expenſæ,vel maiores,vel æquiualẽtes, aut paulo minores futuræ ſint,quam res ipſa principalis valet, equidem in hoc caſu debitorem cum tãto ſuo damno ad reſtitutionem rei exiſtimarem.

16 Quia licet iſte debeat cum ſuo damno alteri reſtituere,non tamen cum tanta inæqualitate,maxime cum in reſtõne attendenda ſit æqualitas; eſſet autem inæqualitas magna, ſi ad reſtituendum centum,teneretur quis centum,aut nonaginta expendere,& multo magis,ſi ad reſtõnem centum, expẽdere oporteret 200.aut 400.cum hac ratione facile quiſpiam ex reſtõne in paupertatem magnam deuenire poſſet, & a ſtatu ſuo cadere, quod nullus cordatus Theologus affirmaret.

Quocirca hæc opinio,vt eſt mitior,ita etiam mihi videtur probabilior:Tum quia magis conſona eſt rationi,& æquitati. Tum quia lex Dei,& lex naturalis ſunt conſeruandæ modo ſuaui,& tolerabili,expendere autem in quadruplum, aut duplum ad reſtituendum ſimplum, nimis rigidum, ac fere intolerabile videtur.

Tum quia irrationabiliter inuitus erit dominus, ſi rei ſuæ iacturam cum tam graui damno, & diſpẽdio debitoris pati recuſaret. Quam ſane ſententiã amplexantur nobiles, ac graues Theologi, vt Scot. in 4. diſt. 15. q. 2. Ad argumenta. Gab. ibidem. quęſ. 2. art. 2. concluſ. 2. in lit. H. Angel. verb. reſtit. 2. §. 9. Sylueſt. verb. reſtit. 4. quæſt. 4. Gloſſa in capi. cum tu. verb. *Non ſuperſtitibus*. de vſuris. Sotus lib. 4. de iuſti. quæſtio. 7. articul. 1. ad tertium. Pet. de Arragon 2. 2. q. 62. ar. 2. in reſponſ. ad tertium. Michael Sal. ibid. controu. 5. in prin. & Lud. Carbo in tract. de reſti. q. 78. in dicto 5.

7 Octaua propoſitio: Quando aliquid debitum eſt ex delicto, puta ratione furti, aut rapinæ ſtatim, q. ſ. acquiſitum eſt contra iuſtitiam, vel ex licito contractu depoſiti, mutui, locationis, emptionis, & cet. elapſo termino iuſtæ poſſeſſionis, aut crediti, tenetur debitor ad creditorem ſuis expenſis deferre. Æquiparatur enim moroſus debitor quodammodo iniuſto poſſeſſori, & occupatori. Sic Syluetter. verb. Mora. q. 1. & 4. & verb. obligatio. quæſt. 9. & verb. ſolutio. q. 5. ver. Quartum. Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad tertium. Ioſeph Angles. in florib. 4. ſent. q. cui facienda eſt reſtit. art. 1. diffic. 10. Ludo. Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 108. q. 3. Pet. Naua. lib. 4. de reſtit. ca. 3. dub. 2. num. 12. & Emanuel Rodriquez pa. 2. ſummæ. c. 43. concluſ. 5. Id quod procedit etiamſi nõ admoneatur a creditore, ſemper enim eſt in mora, eo ipſo quod ſtatuto tempore non ſoluerit, etiãſi non admoneatur a creditore, vt declarat Grego. Papa Nonus, capitu. vlt. de locato, & conducto. *Non obſtante*, inquit, *quod ei, vt ſolueret, non fuit nunciatum, cum dies ſtatuta pro domino interpellet*, & gl. vlt. ibid. & l. Magnam. Cod. de contrah. ſtipulatione, & l. ſecunda, C. de iure emphyte. Quod tamen limitandum eſt in foro animæ, niſi iuſta cauſa excuſet, tunc enim non peccat, nec eſt in mora. Dixi, debitorem moroſum ęquiparari quodammodo iniuſto occupatori, quia vterque iniuſte rem alienam retinet, cum mora pariat delictum: Differunt tamẽ in hoc, quod ſatis ſit moroſo debitori, indicare creditori, vt mittat ad recuperandum debitum ſuum, & purgare moram negligentiæ ſuæ in ſoluendo, & procurare, vt dominus non magis expendat pro recuperando debito, quam ſi tempore conſtituto ſolutionis expendiſſet, ſin autem dominus aliquid pro tranſportatione rei expendiſſet, id quidem debitor in ſortem computare poteſt, & ex debito defalcare: Iniuſto autem occupatori non ſatis eſt domino ſignificare, ſe rem illius habere, ſed rem ſuis expenſis ad dominum mittere tenetur, ſi a loco iniuſtæ acceptionis diſceſſerit, eo modo quo ſupra expoſuimus.

Tractari poſſet hoc loco quæſtio illa ſatis dubia, & celebris, quid. ſ. agendum ſit, quando debitor ad locum creditoris rem debitam miſit, & tamen in via res perijt, aut alio caſu contingat, vt res miſſa non reſtituatur domino, an hoc caſu liberetur debitor a reſtõne, de qua difficultate paulo poſt agemus, cum de modo reſtõnis faciendæ diſputabimus, vnde illuc lectorem pro huius dubij reſolutione conſulto remittimus.

De Tempore, quando facienda eſt reſti-tutio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *An cum præceptum reſtitutionis ſit affirmatiuum, &*
proinde nõ obligãs ad sẽper, ſtatim reſtituẽdum
2 *Statim reſtituendum eſſe, aliter de actu mentis interno*
intelligitur, aliter de actu exteriori, in hoc ſ. morali-
ter, in alio Mathematice.
3 *Circunſtantiam temporis aliter ſe habere in actu reſti-*
tutionis, quam in actibus aliarum virtutum re
cent Caiet. & alij.
4 *Præceptum reſtitutionis licet affirmatiuum ſit, conn*
tamen habet negationem ſicut alia affirmatiua, mo-
do tamen ab alijs longe diuerſo.
Soluitur ratio ſuperior eiuſque confirmatio diluitur
præceptum reſtõnis obligat ſtatim, & pro ſemper,
& non præceptum pęnitentiæ, & contritionis ibid.
5 *Præceptum reſtitutionis, & præceptum pęnitentiæ*
quibus conueniunt, & in quibus differunt.
6 *An qui longo tempore iniuſte detinet rem alienam vn*
vel plura peccata committat.
7 *Vnum efficere peccatum ſimpliciter actionem internã*
& externam rectius docent authores contra Scot.
& Occham quare.
8 *Quando eſt unum genere moris continuatum, & tanq̃*
ſolum confitendum ſecundum Melchior. Canum, et
quomodo propoſitum interrumpi poteſt dupliciter.
9 *Quando cenſetur vnum nnmero peccatum ſecundum*
Caiet. Vaſquez, & alios.
10 *Modi, quibus interrumpi poteſt hæc moralis continua-*
tio ponuntur quatuor ſecundum Vaſq.
11 *Quid de hac re ſenſerit Caiet. Non reſtitnere non eſſe a-*
ctionem. male docuit ſecundum authorem, Quare?
12 *De multiplicatione peccati variæ doctorum ſententiæ*
proponuntur.
13 *Quid pro ueriori parte ſtatuendum ſit, paucis propoſi-*
tionibus explicatur, nu. 14. 15. 16.
17 *Quando committitur nouus conſenſus, & commiſſio, un*
de dignoſcatur numerus peccatorum, quæ fiunt in nõ
reſtituendo, duo caſus afferuntur, & nu. 18.
19 *De alijs caſibus a Nauarro, Salono, & Bannes allatis,*
quid ſentiat author.
20 *An grauius peccet, qui per vnum annũ detinet centũ*
inique, an qui illo anno varijs vicibus furatur centũ?
21 *Quomodo ſe Confeſſarius gerere debeat cum eo, qui ma-*
gnam pecuniæ ſummam debet, & cum commode po-
teſt totum ſoluere, nolit tamen niſi per partes.
22 *An ſi Dominus rei parum detrimenti patiatur, & de-*
bitor nunquam aliter reſtituat niſi per partes, an cõ-
feſſarius concedere poſſit dilationem, & abſoluere?
23 *Non eſſe abſoluendum nec poſſe confeſſarium concede-*
re dilationem contra Nau. & alios uerior ſententia.
In contrarium allata non obſtant. 24.
25 *An ſemper teneatur pęnitens in hac materia obedire?*
26 *An qui ſemel tantum confeſſus eſt, et abſolutus cum*
propoſito reſtituendi, et tamen non reſtituit, ſi iterũ
confiteri velit, debeat abſolui non præmiſſa actuali re-
ſtitutione.
27 *An qui ſæpius eidem confeſſario, uel alijs reſtituere*
promiſit, et non reſtituit, abſoluendus ſit prius quam
realiter, et cum effectu reſtituat?
28 *Regulariter abſoluendus non eſt, quare.*

Abſolui poßunt aliquando non ſoluentes decimas aut impedientes, vt non ſoluantur non plena reſtitutione ſecuta, licet aliter ſtatuat Conc. Trident.

An ſciens ſe obnoxium reſtitutioni, & commode ſoluere poteſt, non vult tamen tempore uitæ ſed ſolũ in articulo mortis reſtituere, poſſit abſolui?

An qui eſt in articulo, ſeu periculo mortis, habeatque vnde reſtituat, non vult tamen ſtatim reſtituere ſed relinquit ĩ teſtamẽto, ut heres reſtituat abſolui poſſit.

Duplex quorundam limitatio. ibid.

Nter alias circunſtantias ad reſtitutionem neceſſarias, vna eſt de tempore, quo reſtitutio facienda eſt, quæ a nobis explicanda eſt. De qua re agunt S.Th.2.2.q.62.ar.8.Caiet.Petrus de ragon, Michael Salon, Dominicus Bannes ibid. cotus in 4.diſt.15.q.2.art.4.verſi. De quinto.Pad.ibid.q.2.ar.6.concluſ.1. Gabriel ibi.q.2.art.2.onclus.2.S.Ant.par.2.tit.2.c.8.Ang.verb.reſtitutio.3.Sylueſt.verb.reſtitutio.5. Tabiena verb.reſtitutio.verſi.ſecundo.Caie.verb. reſtitutio.c.6.Ioan. Medina. C. de reſtitutione quæſt.2. dub.4. Sotus b.4.de iuſtitia.quæſt.7.ar.4.Adrian.in 4.tract. de eſtitut.quæſt.2.dub.7.Martin. Ledeſm.2.4.q.18. r.8.fol.272.Mart.Nauar. in Manuali. cap.17.nu.4.& ſeqq. Couar.in reg.peccatum. par.1.num.1. Petrus Nauar.lib.4. de reſtitut.c.4. Ioſeph Angles in florib.4.ſent. par.2.quæſtione de reſtitutione. ar.2.Gregorius de Valentia.tom.3.diſp.4.quæſt.6.pũcto 7. Sebaſtianus Med.in Sum. de pec.par.5. tit.6.q.128.Barthol.Medina lib.1.inſtruct.confeſſariorum.c.14.§.33.verſic. Sextum caput, Coſmus Philiarchus tom.2. de officio Sacer. lib.6. cap.28. Summa Corona tract.de reſtitutione in particulari.nu.20.Emanuel Rodriquez par.2.Summæ.cap.44.Ludouicus Lopez.par.1. inſtr.conſcien.c.113. Toletus lib.5.inſtruct. Sacer.c.24. Ludouicus Carbo tract.de reſtit.q.79.& alii paſſim. Atque vt ſingula clarius explicentur, totam hanc materiã propoſitis quibuſdam dubijs abſoluam. Eſt autem

1 *PRIMVM* DVBIVM, an ſtatim reſtituendũ ſit? Ratio difficultatis præcipua eſt, Quia reſtitutionis præceptum, vt cõiter tradunt authores, affirmatiuum eſt; præcepta verò affirmatiua nõ ſemꝑ aut ad ſtatim obligant. Confirmatur hæc ratio, quia S.Th.2.2.q.62.art.8.in corpore.cõparat præceptũ reſtitutionis cũ præcepto pœnitentiæ, & cõtritionis, adæquat.n.hæc duo, detinere alienũ, & manere in peccato exinde inferens, ſtatim eſſe reſtituẽdum, quia non eſt licitum, nec per breue tẽpus manere in peccato. Sed nemo tenetur ſtatim conteri de peccato. Ergo nec ſtatim reſtituere. *Cõis* tamen opinio & vera omniũ, quos paulo ante citauimus, eſt, teneri vnumquemque ſtatim reſtituere, quamprimum cõmode poteſt, aut dilationem ab eo petere, cui reſtitutio facienda eſt. Ratio eſt, quia licet reſtitutionis præceptum affirmatiuũ ſit, vt ex forma, & modo conſtat, quo datur; proponitur.n.his vocibus, *redde; reſtitue*; *ſolue*, quæ ſunt affirmationes, *reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, &c.* Matth.22. & Rom.13. *Reddite omnibus debita, &c.* id quod ẽt ex obiecto eius colligi poteſt, præcipit namq; reddere alienum domino ſuo, quod eſt actus virtutis; habet tamen aliud negatiuum ſibi annexũ, ſcilicet nõ retinendi alienum, ratione cuius reducitur ad illud Decalogi præceptum, *Non furaberis*; præcepta verò negatiua. ſemper, & ad ſemper obligant. Ergo nec momento tẽporis rem alienã inuito dño detinere licebit. Sicut.n.aliquid inuito dño accipere peccatum eſt contra iuſtitiam, ita etiam aliquid inuito dño retinere. Non minus.n.re ſua, vſuque eius iniqua detentione, quam acceptione iniqua priuatur. Cum igitur in peccato manere nõ liceat, nec per tempus breuiſſimum: ita nec momento tẽporis rem alienã inuito dño detinere licet, ſed ſtatim ac commode põt, reſtituenda erit. Quod præceptum negatiuũ aperte ſatis vbi ſupra oſtenditur. Cum.n. Apoſtolus Rom.13.dixerat, *Reddite omnibus debita*, ſtatim hanc negationem ſubiũgit, *Et nemini quicquã debeatis*. Quocirca Leuit.16.per negationẽ præcipitur ſolutio mercedis debitæ ſeruo, cum dr̃, *non morabitur apud te opus mercenarij vſque mane*. Quaſi diceret, mercedem debitam ſeruo ſtatim reddes, & ſi quid alienũ retines, ſtatim dño reſtitues. Vnde dici ſolet ꝙ debetur ſine termini præfixione, ad ſtatim debetur.ff. de re iudic.& in leg. eũ qui.§.Quoties. de verb.oblig. & ita in praxi forenſi cogitur debitor ſine ſtatuta die, ſtatim perſoluere, & in iuramentis, promiſſionibuſque Deo factis, ita docent authores eſſe ſtatim (cũ primum ſit commoditas) adimplendas; vnde Deuter.23.dr̃, *Quum uotum uoueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.*

2 *Quod* verò dicitur *ſtatim* reſtituendũ eſſe, vt Caiet.2.2.q.62.ar.8. & in Summa verb. reſtitutio.c.6.Sotus lib.4.de iuſt.q.7.art.4.Martin. Ledeſm.2.4.q.18.ar.8.fol.272. col.4.Martin.Nauar.in Manuali c.17.nu.55. verſ. ſecundo infertur. Barthol. Medina lib.1. inſtru. Sacer.c.14 §.33.verſ.Sextum caput.Gregorius de Valentia tom.3. diſput.5.q.6. puncto.7.§.ſexta cauſa, & Petrus Nauar. li.4.de reſtitut.c.4.nu.2.recte notant, aliter de actu mẽtis interno, aliter vero de exteriori actu intelligẽdũ eſt. Quantum.n.ad actum internum, ſeu præparationẽ animi, & voluntatem reſtituendi intelligitur *Mathematice*. Quamprimum.n.in mente cuique venerit in debito eſſe rei alienę, tenetur *ſtatim* animum reſtituendi habere data opportunitate, ad hoc vt exeat.arg.reg.*Peccatum*.reg.4.de reg.iur.in 6.Cum ſine tali animo pœnitentia eſſe nequeat, immo etiã id ipſum neceſſarium eſt ad ceſſandum a peccato. Quoad actum verò exteriorẽ, & executionẽ reſtitutionis, illud *ſtatim*, non *Mathematice*, quaſi in inſtanti, ſed *Moraliter* intelligendũ eſt; poteſt nãque expectare opportunitatẽ reſtituendi abſque dolo, & fraude. Non.n.tenetur quis ſurgere media nocte, vt reſtituat debitũ, ꝗ tunc recolit, vel diſcedere a cœna, aut inter Miſſarum ſolemnia exire, ſed ſatis eſt tꝑe opportuno reſtituere. Nã ſicut requiritur cõmoditas ex parte facultatis, ita etiã ex parte tẽporis, & loci, & perſonæ, vt rationabile ſit obſequium noſtrum. Qui autem ſtatim reſtituere poſſunt data opportunitate, & nõ reſtituunt, incipiũt eſſe in mora, ac ſubinde in culpa. Quia.n.redditio exterior eſt quidam actus poſitiuus egens mora tẽporis ad ſui executionem, ideo eſt neceſſariũ, quod præceptum reſtituendi, quantum ad hoc, non obliget pro tempore indiuiſibili, ſed pro illo, quod moraliter ſufficit ad reddendum alienum.

Quocirca vniuerſalis regula eſt. Ad hoc vt debitor reſtitutioni a peccato, quod commiſit, alienū iniuſte occupando, liberetur opus eſt, vt peccati admiſſi dolorem habeat & ſtatuat ſe non amplius peccaturum ob amorem Dei; at verò, vt nouum peccatum nunc cum recordatur, euitet, ſatis eſt ſi non habeat animum & voluntatis affectum retinendi, vel non reſtituendi alienum. Sicut vt nouū peccatum furandi, vel occidendi euitet, non exigitur, vt affectum habeat non furandi, vel non occidendi, ſed ſatis eſt, vt voluntatem furandi, vel occidendi proximum non habeat.

3 *Hinc* cōſtat recte docuiſſe Caiet. 2.2.q.62. art.8. Mich. Salonū ibid. Sotū lib.4. de iuſtit. q.7. art.4. & Ludouicum Carbonem tract. de reſti. q.79. circumſtantiam temporis aliter ſe habere in actu reſtitutionis, quā in actib. aliarum virtutum. In actibus .n. aliarum virtutum tempus nō eſt certū, nec omne, ſed quod prudentia, rectaque ratio aſſignat. Quamuis .n. fiſcus ex officio accuſare tenetur malefactores, & iudex accuſare, & condēnare, ac ferre ſnīam non tenentur tñ iſta ſtatim præſtare; ſic ēt in actib. temperantiæ, & fortitudinis dicendū eſt, non .n. quouis tēpore bellandū, & ieiunandū eſt: In reſtitutione vero nō aſſignandum eſt tēpus a prudētia, & recta ratione, ſed a natura rei iam aſſignatū eſt: cū .n. nullo tempore fratri iniuriam inferre liceat, & detinendo rem illius ipſo inuito, fit illi iniuria, nullo tempore eam retinere licet, & conſequenter ex natura rei quā primum commode poteſt illi reſtitui debet. Quo etiam fit, vt omiſſio actuū aliarum virtutum non repugnet virtuti quouis tēpore: non .n. contra iuſtitiā eſt, ſi non ſtatim accuſo, ſi nō ſtatim iudico, ſi non ſtatim expono me mortis periculo, ſi non ſtatim ieiuno, ſed in eo ſolū, in quo prudētia, & recta ratio dictat hos actus exercēdos eſſe; omiſſio autē reſtitutionis quouis tempore iuſtitiæ repugnat, cum tādiu iniuria dño inferatur, q̃diu res ipſius eo rōnabiliter inuito detinetur. Dixi, *rōnabiliter inuito*, quia ſicut nō quæuis acceptio rei alienæ eſt furtū, vt cū pauper extreme indigēs, aliquid accipit, ſed qñ fit dño rationabiliter inuito: ita neque quæcunque rei alienæ detentio peccatū eſt, ſed quæ fit dño illius rōnabiliter inuito. Quia igitur cum non adeſt opportunitas loci, & tp̄is ad reſtituēdū, dñs nō eſt rōnabiliter inuitus, iō nō exiſtēte opportunitate, præceptū reſtōnis nō obligat: qñ aūt adeſt, ſtatim obligat, vt ſupra expoſuimus.

4 *Ad argumentū* in principio allatū. Rñdeo, quāuis præceptum hoc reſtōnis affirmatiuū ſit, & annexam ēt habeat ſecū negationem, ſicut alia præcepta affirmatiua, modo tamen ab aliis longe diuerſo. Reliqua .n. affirmatiua ſunt pure affirmatiua, & ſolū includunt negationē conſequēter, vt rē ſibi cōtrariā. Vt qui p̄cepit dilectionē Dei, & proximi, cōſequenter prohibet odiū Dei, & proximi; & qui præcepit cultū veri Dei, prohibet cultū Idolorum, & qui præcipit fidē, cōſequenter prohibet infidelitatem; & qui præcipit ſanctificationē ſabbathi, prohibet conſequenter fieri opera ſeruilia, & qui præcipit reconciliari Deo per cōtritionē, & penitentiā, prohibet conſequenter Deo eſſe inimicū. Vnde cū hæc ſit generalis quædā, & extrinſeca rō continendi negationem, per ſolā, ſ. conſequentiā, ideo præcepta hæc cū pure affirmatiua ſint, nō obligāt ſtatim, ſed pro tēpore debito. At verò præceptū hoc reſtitutionis quamuis formaliter affirmatiuum ſit, ac præcipiat actū virtutis iuſtitiæ, iuxta ea, quæ notat S. Tho. 2.2.q.33.art.2. in Corp. ſpeciali tamen modo, & intrinſece, & fundamentaliter negationem continet, propter quod ſe habet, obligat ad modum negatiui ſtatim, & ad ſemper, habita quantitate, cum pro ſemper, & ſtatim teneamur damnum, & iniuriam proximo non inferre.

Ad confirmationem Reſpondeo, præceptum pœni-
tentiæ, & cōtritionis cū ſit affirmatiuū pure, ſicut
alia, non obligat ſtatim, ſed tēpore neceſſitatis, &
ſtatuto ab eccleſia; præceptum verò reſtōnis cum
intrinſece includat negationem, obligat vt nega-
tiuum, ſtatim, & pro ſemper. Neque S. Th. comparat
pœnitentiam, & reſtitutionem quoad obligatio-
nem præcepti, vt ſimiliter obligent, & ſimili tem-
pore, ſed ſolum quoad exitum a peccato, Sicut
nō eſt licitum, vel per modicum tempus manere
in peccato, ſed ſtatim a peccato ceſſandum eſt, iux-
ta illud, Eccl. 21. *quaſi a facie colubri fuge peccata*:
ita nec per minimum temporis ſpacium eſt deti-
nendū alienum, cum cōmode reſtituere poſſit, ma-
neat in peccato, vt autē ſenſum S. Thomæ, & veri-
5 tatē rei intelligamus. *Sciendum eſt*. Præcepta reſti-
tutionis & pœnitentiæ in aliquib. cōuenire, in aliis
vero differre. Cōueniūt primo, quia ſicut nō dimit-
titur peccatū ſine reſtitutione, ita neq; ſine pœnitē-
tia, & cōtritione. Secūdo, quia ſicut qui ēi poteſt,
& non reſtituit, eſt in ſtatu peccati mortalis, ita qui
non pœnitet. *Tertio*, quia ſicut qui habet iſtum
actum, Nolo pænitere, peccat de nouo; ita qui ha-
bet iſtum actum, Nolo reſtituere. *Quarto*, ſicut per
dilationem reſtitutionis, data reſtituendi oppor-
tunitate, augetur culpa; ita per dilationem pœni-
tentiæ. Differunt autem, Primo, quia præceptum
pœnitentiæ nō obligat ſtatim; reſtitutionis autem
præceptum ſtatim obligat. Secundo, qui differt re-
ſtitutionem, cum commode reſtituere poſſit, agit
contra præceptum reſtitutionis, & violat iuſtitiā;
qui autem non pœnitet, cum poſſit, nō peccat cō-
tra præceptum pœnitentiæ, niſi in caſibus, in qui-
bus pœnitere oportet. *Tertio*, præceptum cōtritio-
nis non includit formaliter, & intrinſece ceſſatio-
nem ab actu peccati, ſed ſolum actum quendā ſpe-
cialem, & poſitiuum doloris de peccatis prætentis
propter Deum ſumme dilectum; præceptum autē
reſtitutionis formaliter, & intrinſece ceſſationem
ab actu malo, qui eſt detentio rei alienæ.

Quarto, quia præceptum contritionis eiuſque obligatio ordinatur ad bonum ſolum pœnitentis, & peccatoris, vnde tūc obligat, quando fuerit neceſſitas peccatoris, atque adeo differendo ſuū proprium bonum, nulli eſt iniurius; præceptum autē reſtitutionis ordinatur ad bonum, & reſtituentis, & præcipue creditoris, cui fit reſtitutio, vnde obligat ſtatim habita reſtituendi opportunitate, ne alioquin illi ſit iniurius, detinendo rem eius illo inuito. Conſtat igitur quando reſtitutio facienda eſt, id quod initio explicandum propoſuimus.

6 SECVNDVM DVBIVM eſt, an qui lōgo tp̄e iniuſte detinet rē alienā, vnū tantū, vel plura peccata comittat; Ratio difficultatis eſt, quia cum præceptū hoc ad ſtatim reſtituendum obligat data opportunitate, eo ipſo quod nō reſtituit ſtatim,

tranſgreditur hoc præceptum, quatenus continet negationem, ſcilicet de non retinenda re aliena inuito domino. Cum igitur ſingulis momentis obligatur homo reſtituere, non reſtituendo, noua peccata per ſingulas temporis morulas committere videtur. Non enim maior eſt ratio vnius morulæ, quam alterius. Dicendum igitur eſt, aut nunquam peccare niſi vnum peccatum, adeo vt dicatur vnũ numero peccatum continuatum, aut ſingulis momentis peccare de nouo. Quorum primum falſum videtur; ſecundum autem præterquam quod falſum, & abſurdum eſt, nimis rigidum etiam, & intollerabile iudicatur.

Antequam ponamus ſententias authorũ in hac re, ſciendum eſt Scotum Quodlib. 18. art. 3. Ochamum Quodli. 1. q. 20. & Gabrielem in 2. diſt. 42. q. 1. in fi. docere tam externam, quam internam actionem intrinſece malam eſſe, & formaliter, atq; adeo ex vtraque non vnum conflari peccatum, ſed eſſe duo peccata, & duplicem deformitatem; idẽque docet Greg. 2. diſt. 42. q. 1. concluſ. 2. 5. & 6.

Alij tamen vt Magiſter in 2. diſt. 42. c. 1. S. Th. ibidem q. 1. ar. 1. Capreol. q. 1. ar. 1. conclu. 1. Rich. ar. 1. q. 1. in corp. & ad 3. Durand. q. 1. nu. 6. Cõrad. in 1. 2. q. 20. artic. 3. & alij Thomiſtæ ibi. & Gabr. Vaſquez. in to. 1. diſp. 74. c. 2. rectius docent, actionem interiorem, & exteriorem vnum efficere peccatũ ſimpliciter, & non plura, eo quod ſubiectum huius denominationis, quod vocatur peccatum, in genere moris reputatur vnũ conſtitutũ ex utraq; actione, quamuis in gñe naturæ ſint duo. Quemadmodũ in genere artis plures res reputãtur vt vna, vt ligna, lapides, &c. cenſentur vna domus. Rõ vero cur actio, interior, & exterior, quæ eſt obiectum interioris cenſeantur vna actio in gñe moris, ea eſt, quia ad hoc vt actio exterior ad genus moris pertineat, ab interiori pendere, & cũ ea connecti debet, vt ab ea libertatem, quę eſt fundamentũ totius generis moris, accipiat. Et ẽt quia actio interior voluntatis, quæ pro obiecto exteriorem habet, ita ad exteriorem tendit, vt in ea dicatur conſummari. Hoc tanquam pro difficultatis propoſitæ fundamento præſuppoſito, variæ ſunt Doctorum ſentẽtiæ, quandonam vnum, an plura ſint peccata.

8 *Melchior* Canus in relect. de ſacramento pœnitẽtiæ, par. 5. agens de confeſſione circunſtantiarum peccati. §. Et per hoc ad primũ argumentũ, docet tunc eſſe vnum peccatum in genere moris continuatum, & tanquam vnum ſolum confitendum, quoties homo in eodem affectu voluntatis, virtute perſeuerare dicitur. Tunc autem virtute in aliqua voluntate perſeuerat, quãdo ſemel apud ſe ſtatuit aliquem occidere, aut aliquid furari, & nunquam id expreſſe retractauit. Vnde quamuis ſæpius repetat idem propoſitum, non debet iudicari nouum peccatum, aut tanquam diuerſum in confeſſione explicandum. Vnde addit Canus dupliciter interrumpi poſſe aliquod propoſitum.

Primo, contraria voluntate, & tunc ſi iterũ propoſitum retractatum renouetur, erit nouum peccatum, & vt nouum in confeſſione explicandum.

Secundo, interrumpi poteſt propoſitum naturali obliuione aut diſtractione duntaxat, & tunc non opus eſt, inquit, exprimere numerum affectuum & voluntatum repetitarum, intelligit autem, etiam ſi optime exprimi poſſent, ſed ſatis tunc erit explicare durationem, quæ in eius opinione ideo explicanda eſt, quia eſt circũſtantia aggrauans, dicendo v. g. tota die amaui Mariam, &c. per hoc. n. ſatis intelligit cõfeſſarius ſtatũ peccatoris. Hanc ſententiã refellit Gabriel Vaſquez vbi ſupra, diſp. 75. cap. 1. quia diuerſæ actiones humanæ nullo mõ cõtinuatæ, non poſſunt aliqua rõne in vnũ coaleſcere, vt actio odii fraterni hac hora, & actio odii eiuſdem hora ſequenti, nihil. n. apparet, quo continuari dicantur hæ duæ actiones. Non. n. continuantur hæ duæ voluntates phyſice vt conſtat, cum ſint omnino diuerſæ. Neque moraliter in vno tertio vniri conſtat, cum non maneat aliquis communis effectus. cum igitur neque actus prior phyſice maneat, neque moraliter, hoc eſt, nec aliquis effectus ipſius, conſequenter plures voluntates huiuſmodi repetitæ, non vnum, ſed plura debent cenſeri peccata.

9 *Alij* vt Caiet. tom. 1. Opuſc. tract. 31. qui eſt 17. reſponſ. 15. q. 2. & in 2. 2. q. 66. ar. 3. ad 2. Nauar. in Manuali. c. 6. num. 16. & in c. conſideret. de pœnit. diſt. 5. nu. 48. & Gabriel Vaſquez vbi ſup. diſputat. 75. c. 2. docent affectum voluntatis interruptum, & ſæpius repetitum cenſeri vnum numero peccatum, quoties non conſummatur interius, ſed exterius, & in aliquo opere ab ipſo producto manere dr. vt v. g. cũ quis intẽtione occidendi hominẽ ſtatuit ire Romã, & deinde ex hoc affectu multa preparat, quæ ad iter ſunt neceſſaria, & deinde iter facit, quoties in aliquo ex his operibus ex tali affectu procedẽte perſeuerat, dicitur actu peccare eodem numero peccato (etiãſi priorẽ volũtatẽ expreſſam occidendi nõ habeat) ac ſi in ea volũtate actu perſeueraret. Ratio eſt, quia hæ omnes actiones a priori illa voluntate procedunt, & ordinantur tãquam vtiles ad illum finem. ſ. ad homicidium, atq; adeo prior illa voluntas manet in opere exteriori, quod ex tali voluntate aſſumptum eſt, et quamdiu homo in opere illo perſeuerat, dicitur peccare illo peccato, quo peccaret, ſi adeſſet expreſſa voluntas finis, & oĩa illa media adhibita ad hunc finẽ homicidij, eandem malitiam finis habent, & unum ſolũ peccatum conſtituunt cum voluntate ipſa finis. Quia igitur in operibus, quæ conſummantur exterius, continuari poteſt prior voluntas ratione operis, & mediorum, quæ ad eundem finẽ ordinantur, quãdiu manet idem opus profectum ex volũtate, etiãſi reuertatur uoluntas, vnum tantum numero peccatum conſtituet: quia vero continuatio talis rõne effectus, qui manet, reperiri nequit in peccatis, quæ interius conſumantur, ideo iſta nõ vnum, ſed tot peccata ſunt, quot ſunt affectus uoluntatis diuerſi phyſice ſecundum ſubſtantiam, quia nihil manet commune, in quo dicantur moraliter continuari, vt patet exemplo prædicto de diuerſis actionib. odij hac & ſequenti hora.

10 *Quoad* modos autem, quibus interrumpi poteſt hæc moralis continuatio, vt non cenſeatur vnum numero peccatum, ſed multiplex, quoties volũtas renouatur, idẽ Vaſquez vbi ſupra, diſpu. 75. c. 3. ponit quatuor. Quorum *Primus eſt*, quoties voluntas alia contraria expreſſa voluntate reuocatur, & de hoc nemo dubitat. *Secundus eſt*, per ſomnum, Quia cum id, quod fit in ſomnis, aut omittitur, nõ poſſit eſſe peccatum actionis, ſed tantum effectus pecca-

ti, conſequenter in ſomnis nõ manet actio peccati, in qua prior volũtas cenſeatur actu manere, & iterum repetita poſt ſomnum cũ præcedente moraliter continuari. Cum ſola rõ, ob quã voluntates iſtæ cõtinuari poſſint, obſit, quia perſeuerat actio quædam cõis, quæ eſt peccatum, & adueniens denuo voluntas nõ facit nouum peccatũ cum illa. cũ ergo in ſomnis non maneat actio, quæ ſit peccatũ, nihil manebit, in quo voluntates illæ reuerſæ cõtinuari poſſint. *Tertius eſt*, Per inconſiderantiam naturalẽ, cum. ſ. homo finẽ, ad quẽ tendit, nec expreſſe conſiderat, nec confuſe in ipſo opere, quod facit; vt cum quis iter facit, vt occidat inimicum, & interim animus ita diſtrahitur, vt nec recordetur homicidij, nec loci, quo tendit, nec ipſius itineris. Rõ eſt, quia prior illa voluntas finis manere ſolũ poteſt, & continuari, cũ poſteriori in opere humano, & mortali, quod eandẽ continens malitiam cũ ipſa perſeuerat; cum autem homo naturaliter diſtrahitur, & cũ hac inconſiderantia perſeuerat in opere, actio illa non eſt moralis capax bonitatis, ſeu malitiæ. Ergo nec in ea prior illa voluntas manere, & continuari cum poſteriori voluntate dicetur. Nec ſatis eſt, ſi dicatur cum inconſiderantia perſeuerare opus, qđ ex libera voluntate incepit, quia ad opus morale non ſatis eſt, quod inceperit ex libera voluntate, & deliberatione, ſed requiritur etiam ex eadem continuari, & perſeuerare. Deinde non ſolum interrumpitur peccatum per inconſiderãtiam ipſius operis, aut finis, ſed etiam per inconſiderantiã malitiæ, quando talis eſt, vt licet homo aduertat ſe ire v.g. Romam, quo initio ſe cõferre decreuit animo occidendi inimicũ, ſed in ipſo itinere prorſus obliuiſcitur malitiæ finis, non ſolum ſpeciatim, ſed etiam confuſe, tunc enim non dicitur continuari peccatum, ſicut ad hoc vt peccatum aliquod non imputetur, ſatis eſt non aduertere ad malitiam ipſius vllo modo, etiam confuſe.

Quartus eſt, quando operi incepto & conducenti ad finem peccati intenti, miſcentur alia opera ex alio fine, quæ nullo modo ex fine priore dependent. Sicut ſi quis ſe confert Venetias, vt occidat inimicum ſuum, & in medio itinere motus alio fine, nempe alterius negotij gratia alio diuertit; tũc enim quamdiu alio diuertit, non poteſt dici continuare peccatum prioris finis, nempe occidendi inimicum, eo quod actio illa, quæ iam fit alterius negotij gratia, non deriuatur ex priori illo fine, nec retinet malitiam illius, ac proinde non eſt communis actio, in qua continuari poſſint uoluntates repetitæ. His ita poſitis, docet peccatum non reſtituendi, interrumpi trib. primis modis. Quartus. n. modus, inquit, locum in hoc peccato habere non videtur: additque alio peculiari modo interrumpi hoc peccatum non reſtituendi, nempe ex impotẽtia reſtituendi, quia ſic detentio rei alienæ deſinit eſſe voluntaria, vnde nec peccatum eſſe poteſt; quare ſi quis repetat uoluntatem non reſtituendi permanente eadem detentione, nec interrupta aliquo ex prædictis modis ſemper cenſetur vnum numero peccatum. Hæc ea ſunt, quæ hic author, tum in genere tum in particulari de continuatione, & interruptione peccati in non reſtituendo tradit. In qua doctrina, quamuis multa erudite explicantur, ſi tamen omnia ad præſentem materiam ita ſubtiliter applicarentur, rigide ſatis maxime in te rali, & tam communi, qualis eſt hæc de reſtitutione, cum pœnitentibus ageretur.

11 *Alij* autem longe aliter in hac re ſenſiſſe & e dem Caie. tract. 17. de contritione, tom. 1. §. *Pro ius clariori notitia*. & 2.2.q.69. artic. 3. in reſponſ tertiũ, duo docẽt, primum eſt, talem toto hoc, quod omittit reſtitutionẽ, non peccare nunc, ſed ſolum eſſe in ſtatu peccati præteriti iniuſte accepit alienũ. Quod intelligit, etiãſi non ſtituat cũ poſſit, ſolum. n. inquit, non reſtituens manet in peccato per modum habitus, ſicut peccauit quocunque genere peccatorũ, propter peccato manere dicitur in peccato per modũ tus in ſtatu peccati. Id quod ẽt Mart. Ledeſ. 2.4. 18. artic. 8. in princ. §. Tertio. fol. 272. col. 2. probabile. Ratio Caietani eſt, quia ſi cõtinuaretur ctus, maxime in actu exteriori, in quo continue tinet; At cũ detinere alienũ non ſit actio, ſed nis effectus, ab actione nõ dependens, niſi in principio, quia detinens aurum, vel argentum, quod cipit, nihil operatur in detinendo. Quod vero tentio illa nõ ſit actio, probat; quia ex quo rem tiuam *repoſuit* in loco tuto, cõſequenter detinens non exercet actũ aliquẽ voluntarium, vnde nõ peccat continue, quamuis continue ſit in ſtatu peccati, ſicut qui vult occidere hominem, & propoſitum non mutauit, ſed ſic manſit. Ceterum quamuis non reſtituere non ſit actio noua, eſt tamen peccatum actuale nõ tantum omiſſionis, ſed etiam commiſſionis; eſt. n. vt diximus huic præcepto affirmatiuo reſtitutionis intrinſece cõiuncta negatio, adeo vt non ſolum in hoc peccato ſit omiſſio, ſed etiam commiſſio; ſiquidem non ſolum obligamur ex iuſtitia ad actum poſitiuum virtutis ex poſitiuo præcepto reſtituendi alienum, ſed etiam vt non retineamus, ex præcepto negatiuo. Vnde peccamus actu commiſſionis poſitiue retinendo, ſicut etiam accipiendo. & perinde eſt detinere rem alienam, & vſurpare illam, cum detentio nihil aliud ſit, quã vſurpatio quædam continuata, immo vſurpatio mala eſt, & peccatum propter retentionem, nã vſurpare tantum, niſi ſequeretur retentio aliqua inuito domino, vt ſiquis ſtatim redderet, quod accepit, nõ eſſet peccatũ, eo dũtaxat animo. Id quod verum eſt non ſolum in retentione rei alienæ, quæ initio cõtra iuſtitiam vſurpata eſt, ſed etiam in retentione debiti ex licito contractu a tempore, quo quis in mora conſtituitur contra voluntatem creditoris. Præterea ad peccatum actuale non requiritur, vt ſit actio quædam phyſica, ſed ſatis eſt aliquid per modum actionis ſignificatum. Nam eſſe armatum, aut veſtitum contra legem peccatum actuale eſt, & tamen non eſt phyſica actio, & huiuſmodi eſt ſtatus detentionis. Sic igitur via detentio continuata cenſetur vnum numero peccatum, niſi quando interrumpitur, vt ſtatim dicemus.

12 *Quoad multiplicationẽ* vero peccati, idẽ Caie. 2.2. vbi ſupra poſt longã ſatis, & dubiam diſputationẽ, tandem docet; toties peccare de nouo mortaliter, quoties de nouo elicit actum vel *internum* nõ reſtituendi, vel vtendi re illa in præiudicium domini, ſeu alienandi illam, & conſumẽdi, vel certe *externum*, quia ſcilicet vtitur re aliena in ſuã propriã vtilitatem, aut illam alienat, & conſumit. Qua vero

ro vnicum peccatum eſt actus interior, & exterior, ſi durante actu externo, v.g. qui bibit in vaſe furtiuo cogitâs eſſe alienũ, aut aliter re illa vtitur, habet plures volitiones retinendi, nõ eſſent plura peccata, & ecõtra ſi durante vna volitione pluries re illa exterius vteretur, nõ eſſent plura peccata. Quoties igitur vtitur re aliena cogitâs eſſe alienam ob propriam vtilitatem, & proprium intereſſe diuerſis vicibus, toties nouo peccato mortali peccat.

Sotus in lib. 4. de iuſtitia, & Ant. de Corduba in Summa. q. 68. puncto 1. addunt alios caſus. 1. quando proponit non reſtituere. Item quando creditor ab eo exigit debitum, & non reddit. Tertio, quando videt creditorem egere, & non ſoluit, in his autem tribus caſibus ait Sotus ubi ſupra lib. 4. q. 7. art. 4. nouum peccatum eſſe non reſtituere. Martin. Nauarrus in Manuali c. 17. nu. 54. ſimilia fere habet; ait enim peccare de nouo, primo, quoties proponit non reſtituere. Secundo, quoties vtitur re aliena, quam reſtituere tenetur, quamuis de reſtitutione non cogitaret. Tertio, quando commode reſtituere poteſt, & aduertens non reſtituit, etiamſi non ſtatuat illud non reſtituere.

Melchior Canus, in relect. de ſacramento pęnitentiæ. p. 4. §. *Rurſus etiam*, ait toties peccare, quoties eſt commoditas reſtituendi, & non reſtituit, et ſi nullum actum poſitiuum habeat, quo rem alienam iniuſte velit apud ſe tenere. Quia ſatis eſt, inquit, ad peccatum nouũ vſurpatio ipſa libera exterior rei alienæ, eo tempore quo oportebat eã domino reddere. Petrus. de Arragon 2. 2. q. 62. ar. 8. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. 2. de reſtitutione. art. 2. difficul. 3. dub. 1. & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ. cap. 44. concluſ. 1. in duobus tantum caſibus nouum committere peccatum dicunt, ſcilicet, vel directe renouando propoſitum retinendi, & non reſtituendi alienum, & quando habet opportunitatem reſtituendi, & non reſtituit.

Petrus autem Nauarrus l. b. 4. de reſtitut. cap. 4. nu. 14. in vno ſolo peccare dicit de nouo, quando nimirum ſemel pœnituit retinere, & propoſuit ſoluere, & poſtea bonum illud propoſitum abiecit, & ſoluere negligit. Hæc ea ſunt, quæ authores de hac re tradunt. Vt autem res clarior, & manifeſtior fiat, quid ego probabilius in hac re ſentiam, ſequentibus propoſitionibus breuiter exponam.

13 Prima Propoſitio: Quandiu quis voluntarie, & opere rem alienam retinet, non ſolum habitualiter peccator eſt ratione malitiæ, quæ ex iniuſta acceptione relinquitur. (cum hoc commune ſit *omni peccato*) ſed etiam eſt in ſtatu actualis iniquitatis, quam continuat toto tempore, quo non reddit alienum, ſicut & ille, qui per multum tempus perſeuerat in actuali propoſito peccãdi. Hæc propoſitio eſt contra Caietanum in 2. 2. quæſtione 66. articulo tertio, ad tertium; eam tamen expreſſe docent Petrus Nau. lib. 4. de reſtit. cap. 4. dub. 2. numero 5. & 11. Petrus de Arragon 2. 2. quæſt. 62. ar. 8. Gabr. Vaſquez vbi ſupra diſpu. quæſt. 75. c. 3. & Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 44. concluſ. 1. & patet ex iis, quæ paulo ante contra Caietanum annotauimus.

14 Secunda Propoſitio; Qui rem alienam iniuſte detinet a primo inſtanti, in quo fuit occupatio vel detentio iniuſta, vno tantum, & eodem peccato continuato peccat, quoad vſque per ſpecialem actum renouetur. Sic omnes, quos paulo ante citauimus, nec poteſt vlla eſſe in hac re dubitatio. Ratio eſt, quia, & ipſa omiſſio voluntaria, & omnes alij actus ſequentes eiuſdem ſunt ſpeciei in genere moris tam inter ſe, quam cum prima iniuſta acceptione, ratione vnius voluntarij propoſiti non reſtituendi expreſſi, vel ſaltem interpretati, & conſequenter quandiu continuatur peccatum per volũtariam omiſſionem reſtitutionis, eſto multiplicentur actus interni, vel externi, non ſunt plura peccata, ſed vnum numero, donec aliqua ratione diſcontinuetur peccatum. Cum enim eadem maneat, & voluntaria omiſſio reſtitutionis nondum interrupta, & eadem duret exterior retentio & damnificatio, vnum conſequenter erit continue peccatum manens in voluntaria omiſſione interna, & retentione, & læſione externa.

15 Tertia Propoſitio: Qui differt reſtitutionem, cum commode reſtituere poſſit, ad minus auget, & aggrauat peccatum. Sic Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 4. Petrus de Arragon 2. 2. q. 62. ar. 7. Mich. Sal. ibi. controuerſia. 1. concluſ. 1. Dominicus Bannes ibi, dub. 1. ad 3. Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd. c. 24. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. par. 2. q. 2. de reſtit art. 2. difficul. 3. Petrus Nauarrus lib. 4. de reſtitut. c. 4. dub. 1. nu. 11. Lud. Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. c. 113. q. 2. & Emanuel Rodriquez p. 2. Summæ c. 44. concluſ. 1. Ratio eſt, quia ex huiuſmodi dilatione reſtitutionis creſcit damnum, & iniuria proximi. Immo vt præfati authores recte tradunt, tanta poteſt eſſe mora in reſtituendo, quod ſit de neceſſitate confeſſionis. Quamuis enim minima retentionis continuatio, puta per vnum diem, aut tres tantum, ceſſante graui neceſſitate Domini, cuius bene conſcius eſt detentor, non ſit mora, quæ reddat peccatum grauius, aut circumſtantia neceſſario confitenda, ſecus tamen ſi continuatio maior ſit, & dilatio culpabilis. Eſt n. regula Theologorũ, peccatum continuatũ, licet vnũ ſit in genere naturæ, nec differat a ſeipſo ſpecie, niſi noua ſe offerat circa illud malitia, differt tñ in gñe moris, quantũ ad grauitatem, circumſtantia autem, quæ notabiliter aggrauat, neceſſario confitenda eſt. Vnde ſicut in peccato furti non ſufficit confiteri furtum, ſed explicanda etiam eſt quantitas furti. Ratio eſt, quia cum confeſſarius iudex, & medicus ſit, licet furti quantitas nõ mutet ſpecie, reddit tñ delictu grauius, debetque confeſſarius iuxta grauitatem illius, qua medicus eſt, & iudex, iudicare de ſtatu confitentis, & peccati qualitate, & grauitate, applicare pęnitentiam, dare conſilium, & medicinã ſpiritualẽ adhibere; ita quoque qui reſtitutionem diu diſtulit, non ſatis facit muneri ac debito ſuo, ſi ſolum dicat ſe habuiſſe alienum, ſed explicare etiã debet cum potuerit reſtituere, quanto tempore illud diſtulerit, vel habuerit animum non reſtituendi, cum dilatio hæc peccatum grauius reddat.

16 Quarta Propoſitio: Tempore, quo differtur reſtitutio, toties peccatur de nouo contra præceptum reſtituendi, quoties fit nouus conſenſus, & noua commiſſio contra illud negatiuum, Non detinendi alienum inuito domino. Hæc concluſio etiam communis eſt, nec rationabiliter negatur a Petro Nauarro vbi ſupra libro 4. de reſtitut. c. 4.

dub.1.nu.11. contra omnes alios. Ratio eſt, quia cum præceptum reſtitutionis obliget ſtatim, & ad ſemper, hoc eſt, ſtatim ac ſcit ſe habere alienum, tenetur firmiter proponere ſe reſtituturum data opportunitate, conſequenter quoties facit nouum actum conſenſus, & commiſſionis de non reſtituēdo, nouum peccatum contra negationem in hoc præcepto reſtitutionis intrinſece contentam peccat. Solum difficultas eſt inter authores, quandonā committitur hic nouus conſenſus, & commiſſio, vt ſciamus numerum etiam peccatorum, quæ fiūt in non reſtituendo. Multi vt ſupra vidimus, multos caſus ponunt, quos breuiter referre, & examinare oportet, vt veritatem rei explicemus.

17 *Primus eſt*, Quādo habēs alienū ſemel pœnituit, & ſoluere propoſuit, ſi poſtea bonū illud propoſitū abijciat, & proponat retinere, ſeu nō reſtituere, quoties hūc actū repetit, & nouat, toties nouū peccatum diſtinctū a priori committit. Sic Sotus, Salon, Bannes, & Petrus de Arragon, Martinus Nau. & alij vbi ſupra. Ratio eſt, quia cum prima retinēdi voluntas fuerit interciſa, conſequenter non obſtante eadē retentione exteriori, reſciſſum fuit peccatū, & multo modo cōtinuatū, & proinde poſtea proponens non reſtituere, de nouo peccat: cū hoc propoſitum ſecundum diſtinctum ſit peccatum a priori, & nouus conſenſus retinendi alienum inuito domino, & noua commiſſio contra præceptum negatiuum non detinēdi alienum. Vt autem recte notant Petrus de Arragō, & Rodriquez vbi ſupra, non ſufficit qualecunque propoſitum renouatum, ſed requiritur, quod ita proponat quis rem alienā detinere, vt etiāſi nunquam id decreuiſſet, modo decerneret. Si. n. propoſitum ſit ſimplex, potius dr̃ continuatio prioris propoſiti, quam actus nouus. Non tamen neceſſarium eſt, vt falſo docent prædicti duo authores, vt fiat iſta reflexio, volo, & propono detinere, ſeu non reſtituere, ac ſi nunquam id ſtatuiſſem, quia ſatis eſt tale propoſitū actuale, vel virtuale nō reſtituendi, etiāſi non fiat illa reflexio. Conſtat. n. raro admodum, & quaſi nunquam fieri talem reflexionem a viris doctis, & multo minus a viris rudib. & imperitis, qui tamen multoties peccant de nouo ex renouatione propoſiti in detinēdo, ſeu non reſtituendo alienum. Quo fit, eos, qui tale propoſitum habent, teneri ad explicandū numerum, & vices, quibus ita propoſuerunt, cū ſint noua, & diſtincta peccata: & ad confeſſionis integritatem neceſſariū ſit numerum peccatorū poſt debitam adhibitam diligentiam explicare. confirmantur hæc omnia, quia tale propoſitum opponitur directe præcepto reſtitutionis, quo tenemur habere firmum, & determinatum animum reſtituēdi alienum, quamprimum commode fieri poterit.

18 *Secundus eſt*, Aduertens, aut debens aduertere, ſe habere alienum, & non proponens firmiter reſtituere data opportunitate; aut data tali opportunitate, & aduertens, ſed non reſtituens actu, de nouo peccat, quāuis nō proponat illud nō reſtituere. Sic Petrus de Arragon 2.2.q.62.art.8. Mich. Salō. ibidem. controuerſia. 1. concluſ. 3. & 4. Melchior Canus in relect. de pœnitentia. par. 4. verſi. *Rurſus*. Ioſeph Angles quæſtio. 2. de reſtitutione. artic. 2. difficul. 3. Antonius de Corduba in Summa. quæſtio. 68. puncto 1. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. cap. 113. quæſtio. 3. verſi. *Item quinto*. Toletus lib. 5. inſtruct. Sacerd. cap. 24. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. nu. 54. verſi. Ex quo infertur primo. Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. cap. conclusio. prima, Ludouicus Carbo. tract. de quæſt. 79. concluſ. 3. verſic. *Quartus*. Prima pars patet, quia vt diximus, tunc obligat præceptum reſtitutionis, quoad actum internum, & propoſitum reſtituendi; Ergo non proponendo reſtituere, ipſo peccat contra præceptum reſtitutionis, & nouum peccatum committit. Intelligitur autem hoc, ſi modo antea interruptum fuerit peccatum, & propoſitum non reſtituendi, & poſtea aduertens ſe habere alienum, & debens proponere reſtitutionem facere, & non proponit. Si enim ſtatim ac rem alienam ſurripuit, & aduertit, & non propoſuit reſtituere, erit potius vnum peccatum cum priori illa acceptione, & detentione cōtinuatum, vt conſtat.

Dixi, *quando aduertit, aut aduertere debet*, quia non quolibet momento tenetur cogitare de hac re, ſed quando animaduertit ſe habere alienū, vel animaduertere tenetur; Vt v.g. quando vult cōfiteri, quando vult condere teſtamentum, aut aliquas magnas expenſas facere, quibus bona ſua ita conſumuntur, vt non habiturus ſit, vnde reſtituat; aut quando bona ſua inter filios diuideret, vēderet, aut donaret, & poſtea nō ſuperſunt quibus reſtitutionem faciat. In his enim & ſimilibus caſibus tenetur aduertere, & proponere, quod reſtituet data opportunitate, alias de nouo peccat, adeo vt in his caſibus, vt recte docet Salon, non ſufficit ſuſpendere actum mentis, & negatiue, ſeu indifferenter habere, hoc eſt, nec habere propoſitum reſtituendi, nec non reſtituendi, ſed tenetur firmiter proponere, quod reſtituet data opportunitate, alias de nouo peccat contra præceptum reſtituendi.

Secunda pars patet, quia ſi data opportunitate reſtituendi, & aduertens ſe debere reſtituere alienum, non actu reſtituat, indirecte ſaltem de nouo conſentit iniquæ detentioni alieni, & conſequenter de nouo peccat. Tunc enim obligat, vt diximus, hoc præceptum reſtituendi, quando eſt opportunitas. Sed omiſſio præcepti pro tempore, quo obligat, eſt nouum peccatum. Ergo tunc non reſtituere eſt nouum peccatum. Si enim habita opportunitate liceret differre hoc tempore. Ergo etiam & alio, & alio tempore, & ita in reliquis opportunitatibus, quod eſt abſurdum. Confirmatur. Quia in Moralibus iſta eſt neceſſaria illatio; potuit, & non voluit reſtituere cum teneretur. Ergo peccauit non reſtituendo.

19 *Quoad* alios caſus a Soto, Nauarro, Salone, Bannes, & alijs allatos, ſ. quando creditor petit legitimè, & quando, etiamſi non petat, grauem neceſſitatem patitur, & quando quis implicat ſe negotijs, quibus veriſimiliter redditur impotens ad reſtituendum, & tandem quando vtitur de nouo re aliena ad vſum aliquem extraordinarium, & pretio æſtimabilem, exiſtimo cum Petro de Arragona, & Emanuele Rodriquez vbi ſupra dicendas potius eſſe circumſtantias nouas aggrauantes prius peccatum, quam noua peccata, quia ſi non aduertat detētor, aut ſi aduertat, caret tamen opportunitate reſtituendi, non peccat de nouo, ſatiſque erit quod reſtituat rem alterius cum damno emergēte, & lu-

o ceſſante, & temporis diuturnitatem cõfiteatur oad iſtos caſus; ſic enim facile intelliget confeſ- rius pœnitentis ſtatum, & peccáti grauitatẽ, & ſo m in caſibus duobus ſupradictis ad numerũ pec- torum explicandum tenebitur; multoque minus rum eſſe cenſeo, quod Vaſquez vbi ſupra docet terrumpi ſomno, & inaduertentia peccatum nõ ſtituendi: id enim durum nimis eſſet, affirmare ties de nouo peccare, quoties poſt iniquam pri- ã acceptionem, dormitioni, ſe traderet, aut illius liuiſcatur, cũ multoties id die contingeret hoc odo peccare de nouo, omniaq; ſcrupulis plena ſent. Solũ igitur duobus modis prædictis pecca- m erit de nouo non reſtituere, cum his tñ modis æceptũ tã affirmatiuũ, quã negatiuũ reſtitutio- is violari contingat, vt ex dictis manifeſtũ eſt, ex uibus etiã patet ſolutio difficultatis in principio dductæ; diximus enim aliquando eſſe vnum tan- um numero peccatũ continuatũ, quandoq; vero lura eſſe peccata numero diſtincta, vt conſtat.

TERTIVM Dubium eſt, An grauius peccet, qui er vnum annum v.g. detinet centum inique, an ui illo anno variis vicibus furatur centum? Pa- d.in 4.diſt.15.q.2.ar.6.concluſ.1.docet, priorem lũ grauius peccare, quia continue detinendo plus npedit dominum in vſu rei ſuæ, quam ſi frequen- er eam ſubtraheret. Petrus Nauar.lib.4.de reſtitu. ap.4.dub.2.num.18.docet hunc continue detinẽ- em magis, id eſt, intenſius peccare, quia inquit, eo- dem ſemper numero peccato delinquit, eique ma- or pęna debetur; at vero extenſiue plus peccat, qui æpius furatur, quia plura peccata cõmittit. Alii ve ovt Sotus lib.4.de iuſtitia.q.7.ar.4. Micha.Salon 2.2.q.62.ar.8.controuerſia.1.concluſ.2.in fin. Ludouicus Lopez pa.1.inſtruct. conſcient. ca.113.q. 3.& Ludouicus Carbo. tract. de reſtitu. quæſt.79. concl.4.docent grauius peccare eum, qui pluribus vicibus furtum mortale committit, & in toto anno centum aureos furatur, quam qui centum per totum annum detinet. Quia volitiones illæ, & repetitæ actiones furtorum mortalium maiorem prę ſe ferunt malitiam. Qui enim detinet, quamuis longius detineat, id tamen non tam ex certa malitia, quam ex deſidia, & negligentia eſſe videtur; Et quia ſecundum ſe magis aggrauant actus poſitiui, quàm negatiua permanſio in peccato.

21 QVARTVM Dubium eſt, quomodo ſe gerere debet confeſſarius cũ eo, qui magnã pecuniæ ſummã debet, & cum cõmode poſſit debitũ ſoluere, nolit tñ totum ſoluere, ſed per partes, vnã ſcilicet partẽ hoc menſe, aliam alio, an in hoc caſu abſoluere eum poſſit? Non eſt quæſtio, qñ non poteſt totum reſtituere ob cauſam rõnabilem: tunc.n.licite põt abſolui reſtituendo paulatim: Solum igitur difficultas eſt, qñ poteſt commode totam ſimul reſtituere, ſed non vult niſi per partes, an talis abſolui poſſit?

Reſpondeo abſolute loquendo in hoc caſu non poteſt abſolui, dũmodo vt ſupponitur, poſſit ſine ſuo incommodo totum reſtituere. Sic expreſſe Ioã. Medina.C.de reſtitu.q.5.dub.3.Adrian.in quæſt.2. de reſtitutione. dub.7. Sotus lib.4. de iuſtitia.q.7. art.4.Martin.Nauar.in Manuali.ca.17.nu.66.verſic.*Infertur decimo*.citans Io.Maiorem in 4.diſt.15. quęſ.28.Petrus Nauarrus lib.quarto, de reſtitutio. cap.quarto, dub.11.num.67. Martinus Ledeſm. 2.4.quęſ.18.ar.8.fol.272.colum.4.&fol.27.col.1 Anton.de Corduba in ſumma.q.68. puncto.2.Petrus de Arragon.2.2.q.62.ar.8. Mich Salon ibidẽ. cõtrouerſia 1.poſt concluſionem.4.Ioſeph.Angles in florib.4.ſenten.q.2.de reſtitutione. ar.2.difficul. ſexta. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. tomo 2.lib.6.cap.28.Summa Corona. pa.2.cap.5. nume. 22.Toletus lib.5.inſtruct. ſacerd.cap.24. Emanuel Rodriquez in ſumma.pa.ſecunda. cap.44.concluſ. 3.& Ludouicus Carbo.tract.de reſtitutio.quæſ.90. dub.quarto.

Ratio eſt, Quia qui ſine magno ſuo incommodo reſtituere põt ſimul omnia, & non vult, peccat mortaliter, paulatim reſtituẽdo ſine creditoris: licẽtia, & ita indignus eſt, vt ſacramentaliter abſoluatur, propter obicem malæ voluntatis, quem ponit, vnde abſoluẽdus non eſt: Nec excuſatur cõfeſſarius ob bonum, quod ex tali reſtitutione ſubſequitur, quia *non ſunt facienda mala, vt ueniant bona*. Rom.3. Non enim concedere põt confeſſarius licentiam paulatim reſtituẽdi ſine creditoris licentia, quando debitor integrũ ſtatim reſtituere noluerit cũ cõmode poſſit, atque adeo vt recte Medina, & Corduba docent, abſolutio ſic impenſa nulla eſt, grauiterq. peccat confeſſarius abſoluendo. Addunt tñ, quod ſi cõfeſſarius præfatã dilationem cõcedat, & debitor paulatim ſoluat, non tenetur confeſſarius in aliquo creditori, eo quod ex data huiuſmodi dilatione, nullũ ſequitur creditori damnũ, ſed potius bonũ, ex quo res ſuas recuperabit, quas alioqui, vel nõ omnino, vel non ita cito recuperaſſet. Quæ doctrina procedit in omni debito, ſiue ſit ex delicto, vt furto: ſiue ex iuſto contractu, vt in mutuo.

22 QVINTVM Dubium eſt, An dominus rei parũ detrimenti patietur, & debitor nunquam aliter reſtituet niſi per partes, an confeſſarius concedere ei poſſit dilationem, & eum abſoluere? Prima ſententia eſt dicentium abſolui poſſe, & per conſequẽs non peccare confeſſarium abſoluendo exiſtentib. quibuſdam conditionibus: Prima eſt, quãdo creditor non incurret dãnum notabile, etiamſi rogatus concedere noluerit dilationem. Secunda, quando debitor nollet totũ ſtatim reſtituere ob aliquod emolumentum inde ſibi proueniens. Tertia ſi confeſſor probabiliter credat, quod negata dilatione nunquam, vel non ita vtiliter reſtituenda res eſſet. Sic Directorium.tit.de reſtitutio. & Hoſt. quos citant, & ſequuntur Angel.verb.reſtitutio.vltimo.§.5.Gabriel in 4.diſt.15.ar.3.dub.5.Martin. Nauar. in ſumma.cap.17.num.65.verſic.*Infertur nono*.Petrus Nauar.lib.4.de reſtitu.cap.4.dub.11.num.68. Sylueſter etiam verb. reſtitut.5.q.5. concordat cũ prædictis in duobus caſibus: Primus eſt, quando in foro exteriori ita eſt cõdemnatus, reus, tunc enim ſi poſt litem non condemnetur ad ſoluendũ in integrum, ſed per partes, ſatisfacit in re, quæ fuit dubia, & ſub lite, ſatisfaciendo iuxta ſententiam iudicis. Sed de hoc caſu non eſt difficultas. Secũdus eſt, quando pœnitens tali voluntate, & conſcientia diſpoſitus accedit, quod non habeat animũ perſeuerandi in peccato mortali, ſed faciẽdi quod tenetur, exiſtimat tamen ſe non poſſe, cũ poſſit, aut ſe non teneri ad ſtatim reſtituendũ totum ſimul, ſed ſufficere, quod ſatisfaciat per partes, in his duobus caſibus ait, abſolui poſſe, alias non eſt abſoluendus,

nec capax abſolutionis. Ratio horum authorum eſt, Tum quia confeſſor in hoc caſu non abſoluendo, nocet vtrique, quia ſi non abſoluat, debitor recedet deſperatus, & facile ſtatuet, nec per partes reſtituere, Vnde creditor damnum patietur; ſi verò abſoluat, agit vtiliter partes vtriuſque. Sic enim debitor paulatim per ſuas partes reſtituet, & creditor paulatim recuperabit rem ſuam. Ergo bene facit abſoluendo. Tum quia licitum eſt conſulere minus malum ad vitandum maius, minus autem malum eſt per partes reſtituere, quam nihil omnino, & nunquam reſtituere. Tum quia in hoc videtur eſſe implicitus domini conſenſus; Si enim ſciret intime conſcientiam pœnitentis, ſicut confeſſarius cognoſcit, plane conſentiret. Ergo abſoluere eum poteſt, cum vtiliter vtriuſque negotium gerat.

Addunt autem præfati authores, non eſſe accipiendum iuramentum in hoc caſu a pœnitente, ſed abſolui poſſe, data ſolum promiſſione, vel cautione, vt ſatisfaciat intra certum tempus.

23 *Secunda ſententia* eſt dicentium non eſſe abſoluendum, nec poſſe confeſſarium concedere talem dilationem ei, qui reſtituere commode aut ſine magno ſuo incommodo poteſt, inuito creditore. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 7. ar. 4. Ioan. Medina. C. de reſtitu. quæſt. 5. dub 3. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 8. fol. 272. col. 4. & fol. 273. col. 1. Adrian. in 4. de reſtitutione. q. 2. dub. 7. Anton. de Corduba. in ſumma. quæſt. 68. puncto 2. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 62. ar. 8. & Mich. Salon ibid. poſt concluſ. 4. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſent. q. 2. de reſtitut. ar. 2. diffic. 7. Summa Corona. par. 2. cap. 5. num. 22. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. cap. 44. concluſ. 4. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. tom. 2. lib. 6. ca. 28. Ludouicus Carbo. tract. de reſti. q. 90. dub. 4. Et quamuis opinio prima benignior ſit: hæc tamen ſecunda abſque dubio verior eſt, in quam etiam tandem Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcientiæ. cap. 120. in fine, deſcendit; immo huius etiã ſententiæ eſt Sylueſter, quicquid Sotus, & aliqui alii pro contraria illum citent; nam extra illos duos caſus, expreſſe docet, non eſſe abſoluendum. Ratio pro hac opinione eſt, Quia cum teneatur pœnitens in hoc caſu ſtatim totũ reſtituere, eo ipſo, quod reſtituere nolit, niſi per partes, vere conſentit in detentionem iniquam illius reſidui, ratione cuius non ſolum manet in peccato, verum etiã peccat de nouo. Ergo incapax eſt abſolutionis. Neque talis dilatio per confeſſorem data, liberare poteſt debitorem a reſtitutione totius ſtatim facienda, cum poſſit eo quod confeſſarius talem authoritatem non habet vel a Deo, vel a creditore. Quod ſi liceret debitori differre reſtitutionem totius ob aliquod ſuum emolumentum, nunquam fere reſtitueret, vnuſquiſque enim hac ratione ſe facile excuſaret, vnde irrationabiliter omnino loquitur Nauarrus in hoc caſu. Quia non eſt licitum ob proprium commodum damnum proximo inferre, quod euidenter fit dum non reſtituat totum cum poſſit, inuito creditore. Nec præſumi poteſt talem eſſe mentem creditoris in hoc caſu, quia inuitus omnino priuatur re ſua, & inuoluntarie patitur talem dilatione ob vitandum maius damnum.

24 *Nec* obſtant allata in contrarium, Quia quod hac ratione vtiliter gerat negotium creditoris, etſi in foro exteriori iuret, in conſcientia tamen nihil eſt; Cum confeſſarius non ſit arbiter iudex inter creditorem, & debitorem, nec procurator creditoris, ſed iudex ſpiritualis, & Vicarius Dei conſtitutus ad conſcientias pœnitentium expurgandas a peccatis, & ad abſoluendum eos, qui depoſiti ſunt, & econtra ad reiiciendum ab abſolutione indiſpoſitos, quales ſunt debitores, qui poſſunt ſtatim integre reſtituere, & nolint; Cum enim ſint in peccato, non ſunt capaces abſolutionis.

Et quamuis conſulendum ſit minus malum, non tamen licitũ eſt confeſſori in hoc caſu abſoluere, qui eſt medicus animæ, & conſulere tenetur remotionem omnis mali, nec aliter abſoluere. Quod vero pœnitens exinde diſcedat diſperatus, id non culpæ confeſſoris, ſed malitiæ pœnitentis adſcribendum eſt. Non enim licitum eſt confeſſario peccando alterius commodo conſulere, peccaret autem ſi indiſpoſitũ abſolueret. In caſu autem ſecundo, quem ponit Sylueſter, ſi confeſſarius aperte videt pœnitentem falſum, & apparentem neceſſitatem, & impotentiam ſibiipſi fingere, aut damnum, nullo modo eum abſoluere debet, prout tandem fatetur Nauarrus vbi ſupra, num. 70. Hoc enim frequenter ſolet inter debitores, qui putant ſe ſoluere non poſſe ſine cauſa, vel ſuorum incommoditate, & eo prætextu ſolutionem, & reſtitutionẽ differunt, in quare grauiter, & periculoſe errant. Quod ſi videat pœnitentem in eo errore eſſe, vt credat ſe non teneri ſtatim reſtituere, illum inſtruere debet, & admonere, Et quæ etiam in hoc dubio dicta ſunt, procedũt, ſiue debitum ex licito contractu, ſiue ex delicto fuerit. Intelligendum autem eſt dubium, quando debitum eſt liquidum, & manifeſtum, nam vt Sotus notat in caſibus implicatis, & iure dubiis non eſt neceſſe, vt ſemper pœnitens auſcultet confeſſario. Intelligendum etiam eſt, quando creditor concedere nolit dilationem, ſi enim ipſe concedat tacite vel expreſſe, vt per partes ſoluat, in tali caſu non opus eſt licentia confeſſoris, quia tunc debitor facit tuta conſcientia, & abſolui debet.

25 SEXTVM Dubium eſt, An ſemper teneatur pœnitens in hac materia obedire?

Reſpondeo cum Syluestro. verb. reſtitutio. q. 6. & Ioſepho Angles in florib. 4. ſent. q. 2. de reſtitu. ar. 2. dub. 3. Quod cõmuniter tenetur obedire, etiamſi confeſſor non ſit vir doctus, propter reuerentiam confeſsori debitam. Quod ſi pœnitens ſciret vere, aut probabiliter ſe non teneri, puta quia eſt doctior ſuo confeſsario, vel quia doctiorem conſuluerit, tunc licet confeſsarius iubeat illi, vt reſtituat, non tenetur ei pœnitens obedire, ſed reſpõdere poteſt, citra mendaciũ tamen, confeſsori, vt ab illo abſolutionem obtineat, dicens, Pater mi ſcio diligenter omnia, quæ facere teneor, & libentiſſime faciam: Hoc enim in tali caſu ſufficit confeſsario dicere, & ſtatuere, vt abſoluatur a confeſsario.

26 SEPTIMVM Dubium eſt, An qui ſemel tantum confeſsus eſt, & abſolutus cum propoſito reſtituendi, & tamen non reſtituit, ſi iterum confiteri vult, debeat abſolui non præmiſsa actuali reſtitutione? Caietan. in ſumma. verb. reſtitutio. cap. 6. & Mercadus capitu. 16. quem refert Petrus Nauarrus loco inferius citando. & Coſmus Philiarchus tom. 2. lib. 6. cap. 29. docent non eſſe abſoluendũ niſi præmiſſa

miſſa reſtitutione reali, ſi commode poſſit. Ratio eſt, quia licet confeſſarius credere debeat pœniten- i pro ſe, & contra ſe, cauere tamen debet periculũ peccati in pœnitente, ne ſcilicet mora pariat deli- tum, ſicut alias peperit. Refertur etiam S. Antoni- us pro hac opinione, qui tamen non loquitur in caſu huius dubii, ſed in caſu difficultatis ſequentis. Alii vero vt Martin. Ledeſ. 2.4.q.18.ar.8.fol.273. Martin. Nauar. in Manuali.cap.17.num.59.verſic. *Quarto infertur*. Bartho. Medina.lib.2 inſtruct.con- feſſ.cap.11.regula.1. Micha. Salon 2.2.q.62.ar.8. controuerſia.1.in fine. Petrus Naua.lib.4.de reſtit. cap.4.dub.13.num.77. rectius docent, eum, qui primo, vel ſecundo ad confeſſionem accedit cum debito reſtituendi abſolui poſſe, dũmodo confeſſarius animaduertat illũ vere dolere de peccatis ſuis, & firmiter proponere ſtatim reſtituere. Non enim ob vnam, aut alteram negligentiã, quam facile incurrere ſolent homines, negãda erit abſolutio, ſed credendũ erit ei ſicut cõtra ſe, ita & pro ſe. Vnde ſicut credendum eſt ei proponenti non amplius peccaturum, ita etiam promittenti reſtitutionem. Idemque de aliis occaſionibus peccãdi pro ratione perſonæ, & occaſionis dicẽdum eſt. Non.n. quia quis ſemel eſt iuſſus, vt occaſionẽ fugeret, aut cõcubinam dimitteret, ſtatim eſt beneficio abſolutionis priuãdus, ſed patienter expectare oportet ſemel, aut iterũ, & deinde iudicandũ de propoſiti veritate. Notat tamen Petrus Nauarrus vbi ſupra.nu.78. Caietani opinionem verã eſſe, qñ quis in articulo mortis exiſtens, & potens reſtituere non facit. Quia in eo articulo potens reſtituere, aut aliam peccandi occaſionem vitare non facit, iure præſumitur non habere verum propoſitum faciendi.

Item vera eſt Caietani opinio ex eodem Petro Nauar.num.82.poſt Paludanum in 4.diſt.14.q.2. ar.6.concluſ.2.in manifeſtis vſurarijs, arg.ca. *Quia in omnibus.de vſuris*. Debent enim tales reſtituere, vel idoneam cautionem reddere de reſtituẽdo ante confeſſionem & euchariſtiam, & oblationem ad altare. Et idem dicendum eſt de raptoribus eccleſiarum, ex Palud.in 4.vbi ſupra cõcl.4.& Petro Nauar.nu.82.& colligitur ex cap.1.*de Raptoribus*. Vbi etiam idem Nauarrus poſt Mercad. docet idem dicendũ eſſe de alio quocunque publico peccatore, qui ære alieno tenetur; talis enim abſoluendus nõ eſt, niſi vel reſtituat, vel ſe componat cum creditore, alioquin graue eſſet ſcandalum, ſi talis ad ſacramenta accedere videretur.

27 OCTAVVM Dubium eſt, An qui ſæpius, puta, ter, aut quater, eidem confeſſario, vel aliis reſtitue- e promiſit, & non reſtituit, abſoluendus ſit priuſquam realiter, & cum effectu reſtituat? Reſpondeo ordinarie, & regulariter abſoluendus non eſt, niſi prius reſtituat, ſi commode poſſit. Sic Caietan. in ſumma.verbo.reſtitutio.cap.6. S. Antonin. pa.2.tit.2.c.8. poſt mediũ. Tabiena.in verb. reſtitutio.verſi.Secundo.in fine.& verſ. Quarto.in fin. Martin. Ledeſm.2.4.quæſt.18.art.8.fol.273.colũna 1. Martin.Nauar.in Manuali.cap.17.nume.59. verſic.*Quarto infertur*. Barthol. Medina lib.1.inſtr. confeſſ.ca.14.§.33.verſic.*Sextum caput*. & libro 2. cap.11.Regula.1. Michael Salon 2.2.q.62.artic.8. controuerſia.1. in fine. Petrus de Arragon.ibid. & Dominicus Bannes ibid.dub.1.in fine. Petrus Nauar.lib.4.de reſtitut.cap.4. dub.13. nu.79. Summa Corona.pa.2.c.5.num.23. Gregorius de Valentia. tom.3.diſput.5.q.6.puncto 7.in fine. Ioſephus Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtitutione.ar.2. difficul.8. Coſmus Philiarcus de officio ſacerd. tom.2. lib.6.cap.28.& Ludouicus Carbo.tracta.de reſtitutione.q.90.dub.1. Ratio eſt, quia qui ſic promiſit multoties in aliis confeſſionibus, nec tamen reſtituit, prudenter credi poteſt & iudicari, nec modo reſtituturum, ſed ad priorem culpam redditurum: Illum autẽ, qui prudenter timetur in culpam priſtinam reuerſurus, non licet abſoluere, ſicut manẽs in periculo concubinatus, & ſæpius admonitus nõ ſe emendans abſoluendus non eſt, quantumuis promittat ſe ſtatim illam reiecturum, niſi vere iam reiiciat. Ergo pari ratione abſolui non debet, qui promiſit toties reſtituere, & non præſtitit, niſi prius reſtituat. Cum non minor ſit pecuniarum, quam mulierum cupiditas.

Quocirca Caietanus pœnitẽti dicenti ſibi, quod ſine dubio hac vice reſtituet, reſpõdere debet, credo tibi, & propterea modo cum illa bona diſpoſitione vade ad reſtituendum, & poſtea abſolueris. Quamuis enim credere debet pœnitenti pro ſe, & contra ſe, cum hoc tamen cauere debet, ne mora temporis delictum pariat, ſicut alias peperit. Additque Medina in d.§.33. quod niſi cõfeſſarius ita ſe gerat, tenebitur ipſe ad reſtituendum id, quod pœnitẽs reſtituere tenetur, cum moraliter cauſa ſit, cur pœnitens non reſtituat, prout tenetur, eo quod ipſe negligenter munus ſuum exercuerit.

28 *Dixi*, non eſſe talẽ abſoluendũ *regulariter*, quia vt Martinus Ledeſmius, vterque Naua. Grego. de Valent.& Micha. Salon recte obſeruant, accidere poteſt, illum, qui alias promiſit, & non adimpleuit cũ talibus circunſtantiis loci tẽporis, & perſonæ abſolui poſſe, & prudenter iudicari, quod poſtea ſtatim reſtitueret. Vnde ſi de illo hæc moralis certitudo reſtituendi habeatur, nec creditori ex tã parua mora damnũ aliquod ſequeretur, abſolui poſſet. Maxime cũ in rigore ad abſoluendum ſolũ neceſſariũ ſit, quod pænitens contritus ſit, & proponat cauere in futurũ, & facere quæ tenetur, quæ omnia cum adſint in hoc caſu, abſolui poteſt, id quod prudentiæ confeſſoris relinquendũ eſt pro ratione loci, temporis, perſonæ, & commoditatis reſtituentis

29 Hinc Martinus Nauarrus in Manuali, capi.17. num.59. infert, quod licet Concilium Trid. Seſſione 25.de reform. ca.12. ſtatuat, quod non ſoluẽtes decimas, aut impedientes, vt non ſoluantur, aliter abſolui nequeant, quam plena reſtitutione ſecuta, aliquando tamen ea non ſecuta abſolui poſſe, puta, quando ſic accedentes ad confeſſionem ſint impotentes ad reſtitutionem, tũc enim abſolui poſſunt, & aliter non poſſunt, vt Petrus Nauarrus vbi ſup. num.79. animaduertit. Recte autem id ſtatuit Concilium Tridentinum, quia cum ſic admonitus bis, aut ter, eas ſoluere noluit, aut earum ſolutionem impediuit, merito excommunicandus eſt, atque adeo ſic excommunicatus a tali crimine, & cenſura abſolui non debet, niſi facta reſtitutione, cum prudenter credi, & præſumi poſſit, talem non vere proponere, ſed ficte, & ob id merito tali negandam eſſe abſolutionem, niſi prius reſtitutione facta, Patres decreuerunt.

Quibus addo, quod vbi excõmunicatio ob damnum tertii lata eſt abſolui non debet, niſi parte ſatisfacta, vt omnes docent, & ratio, & iuſtitia poſtulat, & requirit.

30 NONVM Dubium eſt, An abſolui poteſt, qui ſciens ſe obnoxium reſtitutioni, & commode reſtituere poteſt, non vult tamen tempore vitæ, ſed ſolum in articulo mortis reſtituere?

Reſpondeo abſolui non poſſe. Sic S. Anton. par. 2. tit. 2. cap. 1. §. final. Sotus lib. 4. de iuſtitia, quæſt. 7. ar. 4 Micha. Salon 2. 2. q. 62. ar. 8. controuerſia. 1. ante finem. Anton. de Corduba in ſum. q. 68. pũcto. 1. in fine. Ioſeph. Angles in floribus 4. ſent. qõ. 2. de reſtitu. ar. difficul. 4. Petrus Nauar. lib. 4. de reſtitutione. c. 4. dub. 12. nu. 72. Toletus lib. 5. inſtruction. ſacerd. c. 24. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ c. 44. concluſ. & Ludouicus Carbo. tract. de reſtitu. quæſt. 90. dub. 2. dicto. 5. Ratio eſt, quia cum vnuſquiſque ſtatim reſtituere tenetur data opportunitate, qui in vita non reſtituit, cum poſſit, etiãſi habeat efficax propoſitum reſtituendi in morte, eſt in peccato mortali, immo multoties peccat, vnde cũ tali propoſito abſolui non põt. Vnde ſi ſubita morte correptus, qualis vt plurimũ huiuſmodi hominibus accidere ſolet, in ſtatu dãnationis diſcedit. Idemque dicendum eſt de eis, qui bona habent dubia, & de quibus non ſunt certi, an propria ſunt, & differunt vſq. ad mortẽ decernere, exiſtimantes ſatis eſſe, ſi proponant in teſtamento ea ſuis hæredibus demandare, cũ teneantur ſtatim cum cõmode poſſint, id declarare, & ſi forte aliena ſũt reſtituere.

31 DECIMVM Dubium eſt, An qui eſt in articulo, aut periculo mortis, habeatq. vnde reſtituat, nõ vult tamen ipſe reſtituere ſtatim, ſed relinquit in teſtamento, vt hæres reſtituat, abſolui poſſit?

Reſpondeo, ſi commode reſtitui poteſt alienum non ſufficit. Vt reſtituat in teſtamento. Ita S. Anto. ſecunda par. titulo ſecundo, capi. primo, §. vltimo, vbi multa exempla contra tales affert. Angel. verbo. reſtitutio. 3. §. 2. Sylueſt. verb. reſtitutio. 5. queſ. 7. Tabiena. verb. eod. quæſt. 2. Sotus lib 4. de iuſti. quæſt. 7. ar. 4. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 67. verſic. Infertur duodecimo. Martinus Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. ar. 8. fol. 262. col. 3. ſumma Corona par. 2. c. 5. num. 23. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. quæſt. 2. de reſtitutione. ar. 2. difficul. 4. Anto. de Corduba in ſumma quæſt. 68. puncto. 1. in fine. Petrus Nauar. lib. 4. de reſtit. cap. 4. dub. 12. nu. 72. Michael Sal. 2. 2. quæſt. 62. ar. 8. controu. 1. paulo ante finem. Petrus de Arragona ibidem, & Dominicus Bannes dub. 2. in fine. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. cap. 113. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ, cap. 44. concluſ. 7. & Ludouic. Carbo. tract. de reſtitutione quæſt. 90. dub. 2. Ratio eſt. Quia ſi viuus, & ſanus, ac potens reſtituere non eſt abſoluendus, eo quod habens opportunitatem reſtituendi, & non reſtituturus manet in peccato, multo minus qui vicinus eſt morti, & commode potens reſtituere, & non reſtituit, debet abſolui, cum in tali ſtatu poſitus diligentius debet ſaluti animæ ſuæ conſulere. Et quia de tali iuſte præſumi poteſt non habere firmum propoſitum reſtituendi, ſi ſuperuixerit.

Addunt tamen præfati authores duplicem limitationem, vna eſt, quod abſolui poteſt relinquẽdo in teſtamento, quando manifeſtaretur aliquod peccatum ſuum, aut aliquod ſequeretur ſcan ſi ipſe viuus reſtitueret, ex Naua. vbi ſupra. Idque verum eſt.

Altera eſt ex Angelo Corduba, Lopez, & B Nauarro, quando id faceret, quia putat hæredem teſtamentariũ melius eſſe facturũ, quod ni diſſet, ipſe per ſe reſtitueret. Quæ limitatio quã vera ſit, raro tamen, vt præfati authores teſtan locũ habet, cum hæredes, vt plurimũ ſolent eſſe negligentes. Si. n. ipſe cuius potiſſimũ intereſt, non conſuluit animæ ſuæ, dũ viueret, multo minus id curabunt alii poſt mortẽ ſuam. Itẽ contingere ſolet, vt teſtamentũ, vel non appareat, aut ex induſtria abſcondatur. Lites itẽ aliquãdo a creditorib. hæredibus, vel econtra ab hæredibus creditoribus excitari ſolent, vnde non melius, ſed multo peius reſtituent hæredes.

Quocirca recte ſtatuit Gregorius Papa X. in c. Quamquam de vſuris. in 6. vſurarium manifeſtũ etiamſi in teſtamento mandet reſtitutionem cer vel incertæ quantitatis, non eſſe in loco ſacro ſepeliendũ, quouſque fiat reſtitutio ipſis damnificatis vel eorũ hæredibus, aut loci ordinario, aut cau idonea recipiatur, vt ſic tandem defraudatis actio acquiratur. Cuius conſtitutionis ea eſt Ratio, quia ſæpius, vt diximus, illa non implentur, cuius rei va ria, & tremenda exempla refert S. Antoninus vbi ſupra. Tertiam addit Martin. Ledeſm. Quando nõ eſt ibi creditor, tunc enim abſque vitio relinquit debitum in teſtamento, vt hæres ſatisfaciat.

De cauſis, quæ excuſant, ne ſtatim reſtitutio fiat. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prima cauſa excuſans eſt* ignorantia probabilis, ſeu *inuincibilis, facti, aut* Iuris, *quod res ſit aliena.* Secus *de ignorantia craſſa.*

2 P*er vnum teſtem omni exceptione maiorem non tenetur hæres, legatario legatum reſtituere, nec tenetur fidem adhibere.*

3 Dubium æquale *pro parte æquali ſufficiens cauſa est reſtituendi.*

4 *Cauſa ſecunda excuſans eſt* Impotentia.

6 *An ſi creditor, & debitor ſint ſimul in extrema neceſſitate, teneatur debitor creditori ſtatim cum ſuo periculo rem reſtituere.*

5 *In extrema neceſſitate ceſſat ius gentium, nec tenetur quis reſtituere.*

6 *Quod res aliena ſit, & iniuſte poſſeſſa non obſtat accedente extrema neceſsitate debitoris melior conditio primi occupantis.*

Rem aliquam, quæ ſit in extrema neceſsitate communis poſſidentis, rapere non ſolum furtum ſed homicidium eſt, & tenetur ad reſtituendum rapiens.

7 *Vnus caſus, in quo tenetur debitor ad reſtituendum ex Caiet. & an ex pietate, & charitate, an ex iuſtitia teneatur.*

8 *An ſi quis iuraſſet, ſe reſtituturũ tali die Creditori, & eodem die fortaſsis reperiretur in extrema neceſsitate, teneretur ex ratione iuramenti tali die reſtituere.*

9 *An Patre, & creditore ĩ extrema neceſsitate exiſtentibus,*

bus, teneatur debitor parenti potius, quam creditori ſubuenire.

An frater vel amicus debitoris creditori præferendus in extrema neceſſitate ſit.

Non ſolum poſſe nos ſed teneri potius patri quam creditori ſubuenire docet Salon, cum tamen nõ tenemur nobis potius quam creditori.

An qui neceſſitatem extremam paſſus eſt, ſi ad pinguiorem poſtea fortunam venerit, teneatur rem alterius, vel valorem reſtituere.

Quid in hac re probabilius dicendum ſentiat author, nu me. ſeq. declarat. 13. 14. 15.

Tertia cauſa excuſans, vel ad tempus, vel perpetuo, quoad durationem talis cauſæ, eſt Graue damnum *debitoris.*

An teneatur quis cum detrimento ſui ſtatus, & bonorum reſtituere?

Maior quaſtionis explicatio. Aliud cadere a ſtatu *ſuo, aliud vero* minuere ſtatum. *Status aliud iuſtè, alius iniuſtè acquiſitus.*

Redditur etiam in ſtatu aliquo conſtitutus impotens ad reſtituendum caſu, & infortunijs, abſque ſua culpa, vel cum culpa ſua.

Bona iniuſtè acquiſita ſtatim reſtituẽda, qui ſenſerint, etiam ſi debitor de ſtatu ſuo cadere debeat?

Opinio Nauarri & aliorum non teneri, vel cum notabili ſuo damno.

Tertia ſñia, qui iuſtè ſtatum ſuum acquiſiuit, & citra ſuam culpam factus eſt impotens ſine ſtatus ſui iactura non teneri ſtatim, ſed paulatim. Secus vero qui ſua culpa, ſiue iuſtè ſiuè iniuſtè acquiſiuit.

22 *Non teneri debitorem ad reſtituendum cum magno ſuo damno tribus modis intelligi poteſt.*

23 *Si debitor graue damnum ex eo ſolum patitur, quod ſubſtantia reſtituenda eſt magna, non poteſt prorogare in toto vel in parte.*

24 *Si ex eo ſolum proueniret, quod ex reſtitutione ſtatim facienda non lucraretur ex alieno, non excuſatur a reſtituendo ſtatim.*

25 *Soluitur quoddam dubium de mutuatario, qui pecuniã mutuatam expoſuit, immo, & alius caſus, quem proponit Corduba & Medina.* 26.

27 *Quando iuſte ſtatum acquirunt nec ſine notabili iactura reſtituere poteſt, aut ſtatus ſui aut rerum ſuarũ, non tenetur ſtatim reſtituere, ſed poteſt differre, tenetur tamen minuere ſtatũ citra notã paupertatis.*

28 *Quare ad ſic faciendum teneatur.*

29 *Non tenetur Comes ad vendendum Comitatum, aut nobilis, vt ſeruiat.*

Nec artifex tenetur vendere artis ſua inſtrumenta neceſſaria, 30. *nec filius adulteræ bona fide conſtitutus in ſtatu nobili ad reſtituenda bona legitimo.* 31. *ſed ad minuendum ſtatum. ibid.*

32 *Non tenetur, quis reſtituere quotieſcunque cogeretur vẽdere domũ, aut poſſeſſiones notabiliter minus iuſto.*

33 *Quando debitor bonæ fidei patitur ex reſtitutione ſtatim facienda iacturam totalem ſui ſtatus, non tenetur ſtatim reſtituere, etiamſi creditor alias ex dilatione notab. damnum paſſurus ſit.*

34 *Rectius autem docent alij teneri debitorem etiam cum iactura ſui ſtatus, ſi damnum graue creditoris ſit præſentaneum.*

35 *Debitor bonæ fidei, etiam cuius omnia bona ſunt reſtitutioni obnoxia, ſi creditor non ſit in eadem neceſſitate, non tenetur ad ſtatim cum notab. iactura bonorũ ſuorum, ſi tempore conuenienti ſine tali incommodo poſſit.*

36 *Qui ſtatum iniuſte acquiſiuit, tenetur ſtatim reſtituere etiam cum iactura talis ſtatus, quamuis creditor talem neceſſitatem non patiatur.*

37 *Si teneri etiam quando dilatio rei debitæ parum noceret creditori (vt volunt Corduba, & Sotus) non tam verum iudicat author.*

38 *Seruare tamen poteſt ſibi ſuiſque quæ ſimpliciter videt neceſſaria.*

39 *Cum res obnoxia reſtitutioni ſit ex iniuſta acquiſitione: & debitor extrema neceſſitate non laboret, ſtatim reſtituere tenetur, etiamſi ſtatum mutare cogatur.*

40 *Si res acquiſita parua ſit, & creditor parum exinde detrimentum patitur ex dilatione, non tenetur ſtatim debitor cum iactura, vel totius, vel medietatis ſtatus reſtituere.*

41 *Soluuntur argumenta diuerſorum authorum eorumque conciliatio.*

42 *Quando non poteſt omnibus creditoribus ſatisfacere ſtatim reſtituendo, ſpes tamen eſt probabilis poſt breue tempus poſſe integre reſtituere, licitum erit in hoc caſu differre.*

43 *An teneatur quis reſtituere aliquando bona cum detrimento propriæ famæ?*

44 *Fama maius bonum quam vllum bonum externum ex natura ſua poteſt tamen aliquod bonum externum præponderare alicui bono famæ.*

45 *An teneatur quis ſe vendere, vt reſtituat?*

47 *Qui alterum damnificauit in ſua libertate iniuſte, tenetur ſe ſeruũ facere pro eo, ſi aliter reſtituere nõ poſſit.*

QVamuis regulariter reſtitutio ſtatim facienda eſt, vt ex dictis conſtat, ſicut ſtatim ab actu cuiuſcunq. peccati mortalis ceſſandum eſt, non tantum exteriori, ſed interiori, quia tamen reſtitutionis præceptum, ſiue quatenus *Affirmatiuum* eſt, vt. ſ. reſpicit actum ipſum reſtitutionis, ſiue quatenus *negatiuum* eſt, vt. ſ. non retineatur alienum inuito rationabiliter domino, non ita obligat, quin certæ circunſtantiæ requirantur, quæ per incidentes cauſas mutari poſſunt, ideo (poſita tamen ſemper interiori voluntate reſtituendi) fieri quandoq. poteſt, vt aliquib. de cauſis vel omnino, vel ad tempus actus reſtitutionis non ſit ex præcepto neceſſarius prout cauſæ ipſæ vel ad tempus, vel perpetuo durauerint, vt recte Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. art. 4. §. *ſed in caſibus.* & Gabriel ibid. q. 2. ar. 2. concl. 2. & alij cõiter notant. Quæ cauſæ a nobis in ſequentib. ex frequentiori, & probabiliori authorum doctrina breuiter, quantũ rei dignitas, & neceſſitas patitur, explicandæ ſunt.

1 Prima cauſa excuſans eſt *ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis* (vt Theologi loquũtur) facti, aut iuris, quod res ſit aliena. Sic Adria. in 4. q. 28. & 29. Caiet. in ſum. verb. reſtitutio. c. 6. Mart. Nauarr. in Manu. c. 17. nu. 55. verſ. *Tertio infertur.* & nu. 82. Toletus lib. 5. c. 20. in fin. Ludo. Lopez. par. 1. inſtruct. cõſc c. 131. Greg. de Valen. tom. 3. diſpu. 5. q. 6. punct. 7. Emanuel Rodriquez. par. 2. ſummæ. c. 47. concluſ. 7. 8. & 9. & Ludouicus Carbo. tracta. de reſtitut. q. 85. dub. 5. Eſſet autem ignorantia probabilis facti, ſi quis rem alienam bona fide acquiſiuiſſet hæreditate. Sicut etiam eſſet ignorantia probabilis iuris, quando ius eſſet obſcurum, & controuerſum

circa aliquem contractum, aut quando viri ſcientia,& conſcientia præditi conſulunt ei, quod ad reſtituendum non tenetur. Secus autem de conſulente eos, quos credit ſibi placita reſpõſuros,& niſi hoc crederet, eos non conſuleret, talis enim non excuſatur a peccato. Ignorantia igitur inuincibilis ſeu probabilis tam iuris, ſcilicet obſcuri, quam facti, quamdiu manet,& a reſtituendo, & a tempore reſtituendi excuſat. Secus autem quando eſſet ignorantia *craſſa* vel *facti*, qualis eſſet illa, qua quis emeret a milite Miſſale, aut calicem, aut a vili famulo, & ruſtico vas argenteum, aut ab aliquo iuuene pannoſo ſericum, aut alterius generis pannũ, quæ crederet, aut credere debuit, aut dubitare per furtum, & rapinam ab his vendentibus fuiſſe: vel ignorantia *iuris* clari, qualis eſt illa, qua quis ignorat rem furto ablatam non iuſtum eſſe emere, vt quis ſibi eam retineat.

2 *Hinc* Ludouicus Lopez par.1.inſtruct.conſcien. cap.132. & Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ. cap.47.conclu.9. inferunt, quod licet hæredi conſtet per vnum teſtem omni exceptione maiorem, teſtatorem alicui certæ perſonæ legatum reliquiſſe, non tamen propterea tenebitur hæres ille in conſcientia legatum illud legatario illi reſtituere. Quamuis enim ſi res legata parui eſſet momenti,& legatarius adduceret in teſtem voluntatis teſtatoris teſtem adeo fide dignum, quod pro valore tam modici legati, nec ipſe, nec legatarius petens cenſeretur ſe velle deierando mentiri, teneretur in hoc caſu legatum tam modicum ſoluere; Et licet deponere quis poſſit ſcrupulum conſcientiæ ad dictum vnius teſtis fide digni, vt poteſt mulier ſecundo nubere ad certum teſtimonium vnius teſtis aſſerẽtis, & teſtificantis morti ſui mariti ſe præſentem exhibuiſſe, non tamen tenetur, nec neceſſitatur ad vni duntaxat fidem præſtandam teſti, quando inde ſequitur detrimentum notabile ſuum, aut tertii. Vnde quando legatum eſt magni momenti, dum aliter non ſibi certo conſtet, legatario petenti ſibi debitum eſſe propter teſtimonium vnius teſtis etiam omni exceptione maioris, dicentis, & teſtificantis de voluntate teſtatoris, non tenetur hæres tale legatum ſibi adimere, illique reddere: adeo verum eſt quod dicitur; Vnus vir nullus vir.

3 *Eadem* ratione cauſa ſufficiens non reſtituendi eſt *Dubium* æquale pro parte æquali, quod poſſidens habet, an res ſit ſua, vel alterius poſt adhibitam debitam diligentiam ad id indagandum; *In dubio enim melior eſt conditio poſſidẽtis.* arg. Reg.65. Reg. *In pari*. de reg.iur.in 6. Vnde licite poteſt quis rem retinere, quamdiu dubitat ſolum ſpeculatiuè de re ipſa, quam poſſidet, ſitne propria, vel aliena, vt conſtat ex his, quæ diximus ſupra in materia de præſcriptione lib.9.c.12.dub.6.& ita expreſſe docent Ludouicus Lopez vbi ſupra c.132. conclu.2. Gregorius de Valentia to.3.diſpu.5.q.6.punct.7. & Ludouicus Carbo.tract.de reſtit.q.85.dub.5.& alij quos in dicto cap.12. dub.6. pro ſecunda opinione retulimus.

4 Secunda cauſa eſt *Impotentia*, quando.ſ. debitor non habet, quod reſtituat, nec aliunde probabiliter, & cõmode acquirere poteſt. Sicut enim ignorantia probabilis iuris, aut facti quamdiu durat, a reſtitutione excuſat; ita etiam impotentia reſtituendi excuſabit, quamdiu durat. Sic S.Thom q.62.ar.8.ad ſecundum. Caiet. ibi. & in ſum reſtitutio.cap.6. Palud.in 4.diſt.15.q.2.ar.1.con 1.Ioan.Medina. C.de reſtitutione.q.3. in prin Sotus lib.4.de iuſtitia.q.7.articu.4.ad ſecund Martin.Nauar.in Manuali.cap.17.nu.56.C in reg.peccatum.par.1.num.2.de reg.iur.in douicus Lopez par.1.inſtruct.conſcien.c.11 gorius de Valentia.to.3.diſp.5.q.6.punct.7.& communiter. Idemq. dicendum eſt de eo.qui d extrema neceſſitate, nec de hac re vlla eſt inter thores dubitatio. Ratio eſt, quia tunc talis rete eſt omnino inuoluntaria ex impotentia. Vnde luntas parata ad reſtitutionem ſufficit coram D & hominibus. Et quia nemo ad impoſſibile te tur, & ideo in tali caſu dominus irrationabil eſſet inuitus, ſi vellet reſtitutionem ab eo fieri. Q autem S. Thom. vbi ſupra dicat debitorem in caſu petere debere a creditore aut dilationem, a omnino remiſſionem, intelligi debet, quando im potentia non eſt certa,& manifeſta, vt notant So tus vbi ſupra,& Mich.Salon.2.2.q.62.artic.8 co trouerſia 3.in fin. Si enim manifeſta, & certa, non eſt id neceſſarium, nam impoſſibilitas eum conſcientia excuſat, immo quamuis creditor remi tere abnuat, ad id non tenebitur.

Ceterum cum in hac re multa dubia, & controuerſa inter authores ſint, quædam pro faciliori,& meliori huius materiæ intelligentia,& explicatione ſoluenda ſunt.

5 PRIMVM Dubium eſt, An ſi creditor,& debitor ſint ſimul in extrema neceſſitate, teneatur debitor creditori ſtatim cũ ſuo periculo reſtituere. Senſus quæſtionis eſt; An ſi creditor deueniat in extremã neceſſitatem, niſi ei ſtatim fiat reſtitutio,& contra debitor extremã patiet̃ neceſſitatẽ ſi reſtituat, teneatur in hoc caſu debitor ad reſtitutionem.

Prima ſententia eſt Scoti.in 4.diſt.15.q.2.§.Ad *argumenta*.verſ.Ad aliud autem de inens. litera. Richar.in 4.d.15.art.5.q.4.ad quintum. Gabriel ibidem.q.2.ar.2.poſt cõcl.ſecundam.§.*Ad tertium* litera.H. Ang.verb.reſtitutio.3.§.3. Sylu.verbo reſtitutio.5.q.2. Io.Medina. C.de reſtitu.q.3.in cauſa 4.in reſpon.ad quartum. dicentium, quod ſi debitor ſit in extrema neceſſitate,& non creditor, tunc non tenetur reſtituere, cum res ſit debitoris eo iure, quo omnia ſunt communia in extrema neceſſitate,& hoc certum eſt. Si aũt ambo ſunt in extrema neceſſitate, tunc aut dominus rei prius venit ad eam neceſſitatem, quam detentor,& tunc reddi debet domino duplici iure, tum quia prius erat ſuum; tum quia iam ex iſta neceſſitate factum eſt ſuum. Aut ſecundo detentor venit prius ad iſtã neceſſitatẽ, & ſic domino venienti ad iſtam neceſſitatem poſtea non tenetur reddere, quia ceſſauit dominium eius in re iſta, & facta eſt detentoris. Aut tertio ambo ſimul deuenerunt ad iſtam neceſſitatem,& tunc reddi debet domino, quia ille nunquam cecidit a dominio, nec poteſt fieri alterius in tali ſtatu domino inuito. Qđ ſi Scoto obijciatur in hoc caſu teneri quemlibet potius vitam ſuam, quã vitã proximi diligere, & conſequenter potius ſibi rem illam conſeruare poteſt, quam dare proximo. Reſpondent, in hoc caſu dilectionẽ vitæ detinentis eſſe iniuſtam, quia ſic diligens ſe eſt homicida, ſe

quod

od iniuſte occidit alium, quia ſub trahit ſibi ne- ſſarium, quod illi debetur.

Secunda opinio eſt dicentium, non obligari ad id, licite tunc ſibi retinere poſſe. Sic Tabiena. ver. reſtitutio. q. 4. Caiet. 2.2. q. 62. arti. 5. ad quartũ. tus lib. 5. de iuſtitia. q. 7. artic. 1. ad quartũ, & ar. ante finem. Martin. Ledeſ. 2.4. q. 18. artic. 5. fol. 66. col. 4. concl. 2. Mich. Salon 2.2. q. 62. artic. 5. ontrouerſia. 8. Dominicus Bannes 2.2. q. 31. ar. 3. q. 62. ar. 5. dub. vltimo. Gregorius de Valentia. m. 3. diſp. 5. q. 6. puncto. 7. cauſa 4 Petrus de Ar- gon 2.2. q. 62. ar. 8. Petrus Nauarrus lib. 4. de re- itut. cap. 4. dub. 5. nu. 28. Martin. Nauarrus in Ma uali. cap. 17. nu. 60. ver. *Quinto infertur*, etſi hic au hor non ita clare locutus eſt. Ludouicus Lopez p. . inſtruct. conſcien. c. 110. Toletus lib. 5. inſtruct. acerd. cap. 24. & Ludouicus Carbo tract. de reſtit. quæſt. 80. quæ ſententia videtur verior, & colligi- ur ex S. Thoma. 2.2. q. 62. artic. 5. ad quartum, vbi abſque vlla exceptione ait, quod in caſu extremæ neceſſitatis potius deberet ſubuenire patri extre- ne indigenti, quam creditori. Ergo a fortiori ſibi, ũ nulli ſit aliquis propinquior, quam ſibiipſi. Ra- io eſt, quia in extrema neceſſitate ceſſat ius gen- ũ, quod diuiſit dominia, & ſumus in iure naturali uo omnia ſunt cõmunia, & idcirco creditor, qui lius erat eius dominus, non poteſt tunc rationabi- iter inuitus ea tanquam propria carere, quia cum ebitor tunc ſit in poſſeſſione rei, in pari neceſſita e melior eſt conditio debitoris poſſidentis, ac proinde poteſt abſque vlla iniuſtitia ſibi potius quam reditori ſubuenire. Id quod procedit vndecunque nte illum articulum neceſſitatis peruenerit debi- or ad illius rei poſſeſſionem; ſiue enim iuſte per urtum occupauit, poteſt tunc potius ſibi, quã cre- ditori ſubuenire; Et ſiue creditor prius in extremã neceſſitatem inciderit, ſiue non. Peccauit quidem in hoc caſu non reſtituendo, quando poterat, creditor prius indigebat; ſi tamen deinde debitor, antequam reddat, incidat ipſe in extremam neceſſitatem, non tenetur reſtituere, ſed ſibi potius ſubuenire poteſt, quam alteri.

Nec obſtat, quod res illa ſit aliena, & quod ante am neceſſitatem iniuſte rem illam poſſideat, quia licet hoc verum ſit accedente tamen poſtea extre ma debitoris neceſſitate iuſte illam rem tanquam communem poſſidet, & retinet, quam primo oc- cupauit, cum in neceſſitate illa omnia fiant com- *munia*, & primi poſſidentis, cui iuri naturali ius *gentium*, quo res ſunt diuiſæ, & appropriatæ, dero gare non poteſt.

Illud quidem verum eſt quod ſi Petrus ſit in ex- trema neceſſitate, & habet vnũ panem, & Ioannes ſit in extrema neceſſitate, non erit licitum Ioanni panem illum e manibus ſuis rapere, quia cum pa- nis ille tunc ſit communis, melior eſt conditio Pe tri primo occupantis, ſeu poſſidentis, atque adeo panem illum rapere eſſet non ſolum furtum, ſed etiam homicidium, & teneretur etiam cum iactu ra periculoque vitæ ſuæ Petro illum reddere, vt pręfati omnes authores docent contra Tabienam fal ſo aſſerentem non teneri illi reddere in hoc caſu. Si tamen Ioannes primo panem illum habuiſſet, non teneretur Petro illum reddere, quia potior tunc eſſet ratio Ioannis poſſidentis. Idemq; in caſu noſtro dicendum eſt. Quocirca falſum eſt, quod ait Scotus, dominum rei nunquam cecidiſſe a dominio; quia vt ait Caie. extrema debitoris neceſſitas, cum poſſeſſione illius rei, abſtulit huic ius poſitiuum, ius gentium, & ius naturæ. Vnde falſum ẽt eſt, quod detentor iſte occidat dominum, aut iniuſte conſeruet vitam ſuam, quia ceſſauit dominium alterius, & iſte vſum ex hoc, quod poſſidere inuenitur, ex iure naturæ habet.

7 Vnus caſus eſt, in quo tenetur debitor ad reſtituẽdum. ex Caie. 2.2. q. 31. ar. 3. & Dominico Bannes ibi, & Mich. Salono 2.2. q. 62. ar. 5. controuer. 8. & Dominico Bannes ibid. in fi. Toleto li. 5. inſtruct. Sacerd. cap. 24. Scilicet, ſi creditor eſſet perſona publica, & valde vtilis, & neceſſaria Reipublicæ. Ad id tamen non tenetur ex debito reſtituẽdi, ſed ratione boni communis, quod cum omni damno proprio omni iuri priuato præferendum eſt: quia tamen ex ſola charitate, & pietate ad id tenetur, & non ex iuſtitia, non poteſt ad id compelli. Verum eſt quidem, quod ſi Rex, vel Reſpublica præciperet, vt in tali caſu perſona illa priuata ſuccurreret perſonæ publicæ, & ille non obediret, poſſet tunc Reſpublica punire inobedientem, & illi panem auferre, vel tradere hoſtibus Ceterum non liceret homini illi priuato ad ſubueniendum iſti homini publico, & neceſſario rapere panem ab alio inferiore exiſtenti in tali neceſſitate extrema, quia licet teneatur ex ordine charitatis ex re ſibi neceſſaria ſubuenire potius homini publico, quam ſibiipſi, non eſt tamen iudex, aut publicus miniſter, quo executionem illius pro libito ſuo in alium facere poſſit, vnde peccaret authoritatem illam vſurpando, vt Caie. Salon, & Bannes annotarunt.

8 SECVNDVM DVBIVM eſt, An ſi quis iuraſſet, ſe reſtiturum tali die creditori, & eodem die fortaſſis reperiretur in extrema neceſſitate, teneretur ne ratione iuramenti tali die reſtituere?

Reſpondeo cum Soto li. 4. de iuſti. q. 7. art. 1. ad quartum. Martino Ledeſm. 2.4. q. 18. ar. 5. fol. 267. col. 1. & Ludo. Carbone tract. de reſt. p. 80. in fine. dub. vlt. non teneri, quia iure naturali exceptio facta intelligitur extremæ neceſsitatis; ſi tamẽ iuraret, ſe etiam in extrema neceſſitate reſtiturum, tunc iuramentum ſeruandum erit.

9 TERTIVM DVBIVM eſt, an patre exiſtẽte in extrema neceſsitate, & creditore in eadem exiſtente, teneatur debitor parenti potius, quam creditori ſubuenire, quando vtriſq; ſubuenire nõ poſsit? Martin. Ledeſm. 2.4. q. 18. ar. 5. fol. 267. col. 2. & Ludouicus Carbo tracta. de reſtitut. quæſt. 80. dub. 2. & Tabiena verb. reſtitutio. q. 4. Toleto lib. 5. inſtruct. Sacerd. cap. 24. dicunt præferendum eſſe creditorem: quia habet maius ius ad rem ſuam, quam habet pater, qui nõ poſsidet rem alienam. E quia tenemur ſubuenire parentibus ſolum ex noſtris, non ex alienis, ſolumque conceditur iure naturæ vſus rei alienæ ad vitam propriam conſeruandam non alterius.

Alij vt Sotus lib. 4. de iuſtitia. quæſt. 7. arti. 1. ad quartum. Michael Salon 2.2. q. 62. ar. 5. controuerſia. 9. Dominicus Bannes ibidem dub. 10. concluſ. 2. & 2.2. q. 31. ar. 1. Gregorius de Valen. tom. 3. diſput. 3. q. 8. puncto vnico. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. c. 114. & Petrus de Soto Maior quem citat, docent, potius ſubueniendum eſſe patri, & colligunt ex S.Thom.2.2.q.31.ar.3.ad tertium. vbi ait, Quod exigentibus in extrema neceſſitate creditore, & conſanguineis debitoris dari non poteſt, vnde vniuerſalis regula, cui potius ſubueniendum ſit, ſed prudentis iudicio relinquitur, vt conſideratis conditionibus iudicet, cui potius ſubueniendum ſit. Ex quo S.Thomæ teſtimonio, tale fieri poteſt argumentum. Si quando conſideratis conditionib. licitum eſt conſanguineos præferre in extrema neceſſitate, maxime quando coniuncti ſunt in tali propinquo gradu, qualis eſt pater reſpectu filij, & idem clarius docere videtur ſāctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio.62. arti.5. ad quartum, vbi ait, *quod debet vni, non debet alteri reſtituere, niſi forte in caſu extremæ neceſſitatis, in quo poſset, & deberet alicui etiā auferre aliena, vt patri ſubueniret.* Verum in hoc vltimo loco non agit de extrema neceſſitate creditoris, ſicut nec docet licitum eſſe auferre ab alio exiſtente in neceſſitate extrema, vt patri ſubueniat, ſed tantum quando alter, a quo res aufertur, non eſt in neceſſitate pater tamen extremam pateretur neceſſitatem.

Ratio ergo vrgentior eſſe poteſt, quia in neceſſitate extrema ceſſat omne ius gentium, & dominium, manetq; ſolum ius naturale; ex altera vero parte debitum erga parentes eſt debitum virtutis pietatis, quod & iuri naturali coniunctius, & debitum maius eſt, & antiquius, quam illud quod ex particulari iuſtitia debetur, vt colligitur ex San. Thoma ſecunda ſecundæ quæſt.101.art.3.& in 3. diſtinct.34.quæſt.prima, ar.ſecundo, ad octauum. Nec valet ratio in contrarium, quia tunc neceſſitas extrema creditori non eſt neceſſitas exercendi præceptum de reſtitutione, eo quod ſimul concurrit alia vrgentior cauſa adimplendi præceptū pietatis, ſicut in dubio primo diximus, concurrere ius conſeruandi vitam propriam, cum perinde fere ſit patris vitam, ac propriam conſeruare. Id quod non ſolum procedit, quando debitor iniuſte rem illam acquiſiuit. Immo præfati omnes authores vltimo allati, non ſolum id verum eſſe dicunt, quando creditor, & pater eſſent in extrema neceſſitate, ſed ēt quando creditor, & vxor, aut filius debitoris eſſēt in eadem extrema neceſſitate ſimul, Quia hi etiā ſunt, quaſi alter ego, & vna quaſi caro, & quod poſſum mihi præſtare, poſſum & illis; ita vt etiamſi ego non perirem fame, ſi tamen iſti adeo mihi cōiuncti illa perirent, poſſem rapere e domo diuitis neceſſaria ipſis, ſicut poſſem, & mihi. Quia, & iure naturali, & iure pietatis teneor ad illos, quos tamē non teneor creditori.

10 An vero ſi debitoris frater, aut alius amicus eius, qui eius vitam conſeruauit & creditor eſſent ſimul in neceſſitate extrema, præferendus eſſet frater, amicus aut creditor, maior difficultas eſt, Sotus, & Lopez & Petrus Sotus dicunt preferendum eſſe creditorem, eique potius quam fratri, aut amico ſubueniendum, quia ius naturale, & pietatis non ita nos obligat erga iſtos, ſicut erga parentes, & filios. At vero Mich. Salon, & Dominicus Bannes locis citatis dicunt, præferendum eſſe fratrē aut amicū tam inſignē, & teſtantur Franciſcū de Victoria eiuſdem fuiſſe ſententiæ. Ratio eſt, quia frater eſt mihi coniunctus in primo conſanguinitatis gradu. Ergo ex debito pietatis in extrema neceſſitate licitum erit præferre fratrem creditori. De amico autem, qui vitam meam ſeruauit, vitamque ſuam pro meo periculo objecit, probatur, Quia talis merito apud viros prudentes pluris æſtimandus eſt quam frater iuxta illud Prouerb. 27. Melior eſt vicinus iuxta, quam frater procul. Talis igitur amicus inſignis, cuius ope viuimus, creditori præferri poteſt. Immo Michael Salon vbi ſupra docet, non ſolum poſſe me patri potius quam creditori ſubuenire, ſed etiam teneri, cum tamen nō tenear mihi potius quam creditori; Quia cedere poſſum iuri meo, non autem iuri patris aut matris.

11 QVARTVM DVBIVM eſt, An qui neceſſitatem extremam paſſus eſt, ſi ad pinguiorem poſtea fortunam venerit, teneatur rem alterius, vel æquiualens & valorem reſtituere?

In hac re tam varie loquuntur Doctores, vt nihil ſolidum ac firmum ſtatuiſſe videantur. Nā Scotus in 4.d.15.q.2.§. Ad argumēta. in reſpon. ad tertium in litera KK & Richar.4 d.ead.art.5.q.4.ad quintum. Gabriel in 4.d.15.q.2.ar.2.concl.4.litera H. dicunt, quod ſi res illa fuerit ſimpliciter neceſſaria, vel erat vſu conſumpta, vel non: Rurſus ſiue vſu fuit cōſumptibilis, ſiue non, aut rem illam occupauit ante extremam neceſſitatē, & tunc ceſſante tali neceſſitate, ad pinguiorem fortunam veniens, reddere tenetur rem detentam ſi extat, aut æquiualens, ſi fuerit conſumpta. Quia obligatio illa ad reddendum orta eſt ex praua occupatione rei alienæ, quæ cum fuit iniuſta ante neceſſitatem extremam, per illam non eſt extincta, ſed ſuſpenſa. At ſi rem ſolum adueniente neceſſitate occupauit, tunc cum iuſta ſit acceptio, ſi ſit conſumpta, non tenetur ad aliquam reſtitutionem, ſecus ſi non ſit conſumpta. Eadem docent Angel. verb. reſtit.§.3. Sylueſt. verb. reſti.5.q.2. Tabiena verb. reſtit. & Greg. de Val. to.3. diſp.3.q.9.puncto.4.& in 5.q.6.puncto.7. Mich. Salon 2.2.q.62.art.5.con.10. Martin. Ledeſ.2.4.q.18.art.5.fol.267.col.2.& 3. Summa Corona.p.2.c.5.nu.21.

Alij vt Adrian. in 4. de reſtitut.q.22. quæ incipit, quia dictum eſt. Ioan. Medina. C. de reſtitu.q.3. in principio.& Martin. Naua. in Manuali cap.17. num.61.& num.62. Toletus lib.5. inſtruct. Sacer. cap.24 in fine. docent abſolute, quod ſiue ante neceſſitatem extremam, ſiue in ipſa neceſſitate rem alienam occupaſſet, ſi poſtea ad pinguem fortunam venerit, tenebitur rem etiam conſumptam in æquiualenti reſtituere. Quam etiam ſententiam Ludouic. Carbo in tract. de reſtitu.q.81. concl. vltima probabiliorem putat.

Horum fundamentum eſt, quia ſic accipiens in extrema neceſſitate non accipit maius ius & dominium rei acceptæ, quam dominus ipſius in ipſum transferre tenetur. Sed dominus in illo caſu non tenetur rei dominium tranferre in accipientem, ſed ſatis eſt, quod ſubueniat eius neceſſitati per mutuum, mutuando ei ea, quibus indiget. Quod autem dici ſolet in extrema neceſſitate omnia eſſe communia, non intelligitur quantum ad dominium rei, ſed quantum ad vſum, vnde tranſacto vſu, tenetur ad reſtitutionem rei. Atque adeo, putant præceptum eleemoſinæ non

obligebligare ad gratis donandum, ſed tantum ad ſub- uandam præſentem alterius neceſſitatem, quod ocando, vendendo, aut mutuando fieri poteſt.

Alij alia circa hanc difficultatem tradunt; Nos uid in hac re probabilius dicendum ſit, breuiter ſtendemus, omiſſis ſuperfluis, quæ ad præſens in- ſtitutum non pertinent.

Primo igitur certũ eſt, Quod exiſtens in extre na neceſſitate, ſi accipiat ſolum id, quod neceſſa- umeſt ad vitæ conſeruationem, reſque accepta ſu cõſũptibilis ſit, & parui momenti, etiamſi po- ea ad pinguiorem fortunam venerit, ad nullam ſtitutionem tenetur. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia. 7. ar. 1. ad quartum Mart. Ledeſm. 2 4. q. 18. arti. fol. 267. colum. 3. Adrian. in d. q 12. §. Hic eſt ta- men aduertendum. Io. Medina vbi ſupra. §. Quic- uid igitur ſit. Martin. Nau. cit. nu. 62. verſic. Dixi gilanter, & nu. 218. verſi. vigeſimo quinto. Do- minicus Bannes 2. 2. q. 32. arti. 6. dub. 3. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſcient. c. 115. & Ludouicus Carb. tract. de reſt. q. 81. conclu. 7. vt ſi ſit cibus, aut pecunia modica; præſumitur enim non ſolum, qđ dominus iſta dare vellet, ſed etiam quod vere ſit do minus iſtarum rerum, quæ neceſſariæ ſunt illi in tali conſtituto neceſſitate.

Siquidem omnia eſſe communia, quoad vſum eſt, quod tunc poſſit indigens res alienas conſume- re, ac ſi eſſent propria, & non tenetur creditori re- pere, ſed alter potius tenetur gratis donare: Imo ſi res, quibus indigebat ſolas conſumpſit, & in rebus vſu conſumptibilibus vſus non diſtinguitur dominio, vere dominium illarum habuit, vnde non tenetur ad reſtitutionem.

Secundo, Quando res, qua ille extreme indiget, ſit magnæ æſtimationis, & valoris & ille conſtitu tus in extrema neceſſitate ſimpliciter eſt indigẽs, puta quia neque hic habet, vnde neceſſitati ſuæ ſubueniat, neque alibi habet, vnde ſoluere poſsit, tunc citra controuerſiam nulli manet obnoxius re ſtitutioni, ſi rem, qua indigebat, inſumpſit Sic So- tus Mart. Ledeſ. Lopez, & alij. Ratio eſt, quia vſus illius rei conſumptibilis connexum habet ſecum i dominium, vt conſtat.

Tertio, ſi ille talis non eſt ſimpliciter indigens, ia ſcilicet, quamuis non habet hic, & nunc, ali- bi tamen habet bona, vel proxime ſperat probabi liter habere, aut per amicum ſe iuuare poteſt mu- tuo petendo, tunc ſopita tantum, & non extincta cenſetur obligatio, & obnoxius manet ad reſti- tuendum, quod inſumpſit pro ſua extrema neceſ- ſitate, quia ſat eſt huic mutuum accepiſſe. Sola. n. abſoluta neceſſitas ius in tali caſu accipiendi alie- num facit, vt verbi gratia eſt miles ſtipendiatus, q et modo extreme egeat, poſt menſem tamen, el annum recuperabit vnde compos ſit ad ſoluen m; aut artifex mechanicus eſt, qui ſperat poſtea crum, & in potentia propinqua ſuæ artis id lucri bet, non poſſunt iſti dici, quod neceſſitatem ex- tremam ſimpliciter patiantur. Quocirca ſoluitur gumentum Nauarri vbi ſupra num. 62. in fin. de ercitu militum, qui neceſſitate extrema coactus aſtauit hortum, aut vineam: Ex dictis. n. reſpon tur teneri exercitum poſtea reſtituere: quia facul tem reſtituendi in potentia propinqua habebat, mpe ex ſtipendijs recuperandis ex arte ſua militari, vel aliter. Sic etiam ſi latrones viatori comminentur certiſſimam mortem, niſi centum, aut plures ducatos offerat, & ſciat viator certo in loco proximo certam auri maſſam depoſuiſſe vt mortem fugiat, illam ſumere, & latronibus dare poterit: nec accipiendo peccabit: verum neceſſitate, & periculo recedente ad reſtitutionem tenetur, quia non plus ius acquirit, quam dominus rei transferre tenebatur, & dominus tunc non donare, ſed mutuare tantum tenebatur, cum mors per ſolam pecuniæ accommodationem vitari poterat, & iſte quãuis penes ſe non habebat illos aureos, alibi tamen habuit, aut ab amicis, & conſanguineis mutuo petere, & accipere poterit: vnde in hoc caſu alter nõ tenebatur illos ſibi donare, vt recte S. Tho. Quodlib 5. q. 9. ar. 17. Sylu. verb. reſtitutio. 5. q. 2. Ioſeph Angles in floribus 4. ſen. q. quis a reſtitutione ſit liber. ar. 2. difficul. 1. & Lud. Carb. trac. de reſt. q. 83. concl. 6. annotarunt.

14 *Quarto*, quando res, quæ in extrema neceſſitate capitur, non eſt vſu conſumptibilis, tunc ceſſante neceſſitate reſtituenda erit, cum in eo caſu ſatis ſit concedere alteri vſum rei, quatenus eo indigebit ad ſubueniendum præſenti neceſſitati: Neq; acquirit alter dominium rei talis, vnde poſtea tenebitur rem illam reſtituere, vt v. g. ſi quis inimicum ſuum fugiens, vt mortẽ euadat, nec aliter ſaluti ſuæ conſulere valens niſi obuium equũ conſcendat, vbi periculum euaſit, equum ſuo domino reſtituere tenetur. Aut ſi quis indigeat veſte ſuperflua ſocij in maximo frigore aut lecto tempore infirmitatis, tranſacta neceſſitate veſtem, & lectum ſuis dominis reddere tenetur, cum non aliam eleemoſinam in hoc caſu Dominus facere teneretur, quandoquidẽ hac ratione ſatis bene præſenti eius neceſſitati ſuccurrit mutuando. Sic omnes pro prima ſententia allati, & expreſſe Marti. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 5. fol. 267. col. 3. Sotus li. 4. de iuſt. q. 7. arti. 1. ad quartum. Dominicus Ban. 2. 2. q. 32. arti. 6. Ioſeph. Angles loco proxime citato. ar. 2. diffic. 1. concl. 2. Lud. Lopez p. 1. inſtruc. conſc. c. 115. Greg. de Val. to. 3. diſp. 3. q. 9. puncto. 4. Lud. Carbo tract. de reſti. q. 81. conc. 4. & a fortiori id ipſum docent Adrian. Ioan. Medina, & Nauarrus, quos ſupra retulimus.

15 *Quinto*, qui debitum ante contraxit, & poſtea in neceſſitatem extremam inciderit, tranſacta illa neceſſitate, & veniens ad pinguiorem fortunam, ad reſtitutionem tenetur. Sic Scotus, Gabriel, Sotũs, Salon, & Ludouicus Carbo, vbi ſupra concluſio. 5. & Gregorius de Valentia tomo 3. diſp 5. q. 6. puncto. 7. & Petrus Naua. lib. 4. de reſtitutione. cap. 4. dub. 4. nu. 24. Ratio eſt, quia extrema neceſſitas tantum conceſſit ei, vt rebus illis vteretur, quamdiu indiguit, non tamen liberauit eũ, quin quando poterit, ſoluat debitum, quod ante contraxit, & quidem loquẽdo de debito contracto iuſte, puta ex mutuo, emptione, ſine alio actu, & contractu licito, in quo debitor acquiſiuit dominium rei, antequam in neceſſitatem extremam veniret, res videtur certa, reddendam eſſe rem, vel æquiualens cum ad fortunam pinguiorem venerit, etiam ſi rem illam in extrema neceſſitate conſumpſit, tũ ex vi præcedentis contractus: tum quia cum illius rei habuerit antea dominium, conſequenter ſi illud in illa neceſſitate conſumpſit, id, quod ſuum

erat, conſumpſit, vnde nec a reſtitutione liberatur ſi poſtea ad pinguiorem fortunam veniat, cum reuera ex re proximi nunquam ſci[illegible]i potuerit, cum ipſe in hoc caſu, vt ſupponitur, rem propriam habeat, licet debitam, quam conſumere eum oportebat, ſibiq. cuius erat, & non alteri, cui debebat, conſumi, aut perire deberet. Et colligi poteſt ex cap. *Odoardus. de ſolutio.* vbi Gregorius Papa Nonus docet, clericum illum, qui non habuit vnde ſolueret, non debuiſſe excommunicari, aut moleſtari, ſed ſolum præſtare debuiſſe cautionem ſaltem iuratoriã de ſoluendo, cum ad pinguiorem venerit fortunã. Si quis verò inique ante extremam neceſſitatem rem alienam acceperit, & furatus fuerit, tunc Petrus Nau. vbi ſupra nu. 25. & nu. 26. docet, ſic conſumptum in extrema neceſſitate, immo etiam ſi ex depoſito habuit, & illud conſumpſit, non eſſe poſtea reſtituendum, quia cum res illa, qua vtitur in neceſſitate extrema, alterius ſit, & non ſua, vt pote quia eius antea non habuerit dominium, & in extrema neceſſitate alter ei rem illam donare tenebatur, quamuis antea peccauit inique rem illã vſurpando, poſtea tamen eam conſumendo in illa neceſſitate, alteri perit, & conſumitur iuſte, & licite, ac proinde cum meliorem fortunam nactus fuerit ad nihil tenebitur. Cæterum Grego. de Valen. poſt Scotum, Gabrielem, & alios rectius meo iudicio docet, etiam in hoc caſu reſtituendam eſſe. Debet enim compenſari iniuria Domino rei facta per iniquam rei acceptionem, & retentionem, & multo magis ſi res illa ſibi in depoſitum tradita fuiſſe; extrema enim neceſſitas ſuperueniẽs, vinculum prioris debiti non tollit magis in hoc caſu, quam in præcedenti ſed ſolum facit, vt rem illam licite cõſumere poſſit ad ſubleuandum ſuæ neceſſitati ſicut in illa neceſſitate licite auferre rẽ illam potuiſſet. Et certe ſicut Pet. Nau. in priori debito iuſto antea contracto per ſuperuenientem neceſsitatem non tolli præcedentem obligationem reſtituendi conceſsit, ita ẽt quæ inique antea obligatio contracta fuit, ex ſuccedente neceſsitate non tollitur, cũ hac ratione iniquitas illi, quoad hoc prodeſſet, quod ſic conſumptum poſtea ad meliorem fortunã veniẽs, reſtituere non teneretur, quod non videtur dicendum. Hoc igitur modo difficultatem hãc ſolui, & authores inter ſe diſſentientes conciliari non inepte poſſe arbitror.

16 Tertia cauſa, quæ communiter dicitur excuſare debitorem a reſtitutione vel ad tẽpus, vel perpetuo, prout ceſſat, aut durat talis cauſa, eſt graue damnum debitoris. Quia vero non omnium vna eſt in hac re opinio, & materia hæc ſatis frequens in praxi eſſe ſolet, paulo altius, & exactius a nobis tractanda eſt, quam more ſolito propoſitis quibuſdam dubijs abſoluam.

17 PRIMVM DVBIVM eſt, an teneatur quis cum detrimento, & iactura ſui ſtatus, & bonorum reſtituere? Antequam vero ſententias authorũ referamus præſupponenda ſunt quædam tanquã certa, quæ ab omnibus conceduntur.

Primum eſt, Debitore & creditore ſimul in extrema neceſſitate exiſtẽtibus, non tenetur debitor ad reſtituendum. Ratio patet ex dictis, quia durãte illa neceſſitate omnia ſunt communia ſaltem ad vſum ſecundum omnes; vnde cum ex vna parte æqualis ſint iuris creditor, & debitor; ex alia p te melior, & potior eſt conditio poſſidentis, vt rectè in hoc caſu Micha. Salon 2. 2. quæſ. 62. artic. controuerſia. 3. ante concluſionem primam. Pe de Arragon. ibi. dicto. 2. Petrus Naua. lib. 4. de tutione. cap. 4. dub. 9. num. 53. Greg. de Val 3. diſp. 5. q. 9. puncto. 7. cauſa. 4. poſt Mart. Na Manuali. c. 17. nu. 60. ver. Quinto infertur, & lib. 4. de reſtitu. q. 7. art. 1. ad quartum, & art. 4. finem.

Secundum eſt, ſi tam creditor, quã debitor in g ui ſint neceſsitate, ita vt æqualis, aut quaſi æqualis vtriuſq; neceſsitas ſit, ita vt vnus eorum cadere debeat a decentia ſtatus, tunc ex communi omnium ſententia dicendum eſt, quod ẽtſi debita ſint iuſte contracta (eo modo quo infra dicemus) tenetur debitor cum ſui ſtatus iactura, ac veniendo in gra neceſſitatem reſtituere. Sic Gabriel in 4. d. 15. art. 2. concl. 2. litera I. Sotus li. 4. de iuſtitia. q. 7. 4. Sylu. verb. reſtitutio. 5. q. 7. Martin. Ledeſm. 2. q. 18. ar. 5. fol. 266. col. 4. concl. 1. Ang. in verb. reſtitutio. 3. §. 4. in fine. Mar. Nau. in Manuali. 17. num. 59. Mich. Salon 2. 2. q. 62. ar. 8. controuerſia. 3. ante 3. concluſ. Petrus Naua. lib. 4. de reſtitu. 4. dub. 9. nu. 54. Gregorius de Valentia. to. 3. 5. q. 6. punct. 7. cauſa 4. Summa Corona. par. 1. ca. 5. num. 22. verſicu. Quinto. Coſmus Philiarcus. 2. de offic. Sacerd. lib. 6. cap. 28. conclu. 3. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 62. artic. 8. concl. 3. & Dominicus Bannes ibid. dub. 2. concluſ. 1. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 118. poſt conclu. 3. Tolet. 5. inſtruct. ſacerd. cap. 24. dicto 3. circa medi. Ludouicus Carbo. tract. de reſtitu. quæſt. 87. concl. 8. & alij. Ratio eſt, quia in hoc caſu creditor dominium retinet, & ius in re ſua, debitor autem tantũ habet (ſi quod habet) ius neceſſitatis, creditor autem, & ius dominij, & ius æqualis vel ferre æqualis neceſſitatis, atque adeo melior eſt conditio creditoris: debet ergo illi reſtituere. Poſtulat enim æquitas, & recta ratio, vt exiſtente æquali neceſſitate vtriuſque, (citra extremam) præferatur creditor. Atque adeo creditor in eo caſu rationabiliter inuitus eſſe poteſt, quod debitor ei non reſtituat, Cum ex ordine charitatis poſſit ſibi potius, quam debitori velle conſulere. Immo rectę rationi repugnat, vt exiſtente æquali detrimento vtriuſq; debitor conſeruet ſtatum ſuum alienis bonis, is vero, qui verus eſt dominus, & cui vere debetur, cadat a ſtatu ſuo. Cum hac ratione creditor duplex detrimentum incurreret; priuaretur enim re ſua, & præterea nouum damnum incurreret non minus quam ipſe debitor. Quocirca iniuſte debitor tunc rem detineret, nec poterit per huiuſmodi iniuſtitiam recte ſibi potius, quam creditori prouidere. Vnde vt ait Lopez, & bene, ſi creditor ſit mẽdicaturus, quia quod ſibi debetur, non ſoluitur, tenetur potius debitor etiam inculpabilis alias, & bonæ fidei illam indigentiam pati, & reſtituere, etiamſi alias mẽdicaturus ſit. Quia ſi quis pati debet, potius debitor etiam inculpabilis, quam creditor debet.

18 Quæſtio igitur eſt, An quando debitor incidet in grauem neceſſitatem, cadetque a ſtatu ſuo reſtituendo, creditor vero non patitur ſimilem neceſsitatem, ſed ſi quam patitur ex prorogatione ſolutio,

onis,erit leuis ,teneatur debitor cum tali detri-
éto reſtituere. Dixi,quod *cadere debet a ſtatu ſuo:*
ſt enim ſciēdum aliud eſſe *cadere a ſtatu ſuo;*aliud
ro *minuere ſtatum*.Is dicitur cadere a ſtatu ſuo,
i omnino mutat ſtatum ſuum, vt ſi comes reli-
o comitatu ſeruiret alicui Duci, vt ſeruiunt alij
biles inferioris ordinis . Item cadere dicitur a
atuo ſuo,qui cum antea non laborabat manibus
is, poſtea cogitur ita laborare, aut mendicare,
t vitam ſuam,& familiam ſuſtentet. Item ſi arti-
ex,qui antea laborabat,cogeretur vendere inſtru
enta artis,adeo vt poſtea,vel ſeruire alteri, vel
endicare oporteat. Ille autem dicitur *ſtatum mi*
uere,qui citra notam paupertatis manet in prio-
i ſuo ſtatu,parcius tamen viuit, ſumendo ſibi, ac
is ſolum neceſſaria ad victum,& veſtitum,vt ſi
omes, aut vir nobilis retineret ſolum familiam,
& ſupellectilem omnino neceſſariam, & faciendo
umptus parcos,quantum ſtatus eius patitur in vi-
tu,& veſtitu,& collocādis filijs. Sic etiam artifex
inuit ſtatum comedendo parcius, & vtendo ve-
itu viliori,& diuidendo omnia præter inſtrumē
a artis,& ſupellectilem neceſſariam.

Rurſus ſtatus iſte,in quo quis eſt, duplex eſſe po
ſt,vnus eſt iuſte acquiſitus,& retentus, Iuſte au-
em acquiri poteſt,vel proprio labore,& induſtria
ut ex hæreditate ſibi relicta. Acquiſitus autem iu-
e conſeruari poteſt, & iuſte,& iniuſte. Iuſte licito
abore,& negotijs licitis; iniuſte autem modis illi
itis,& iniquis. Alius vero eſt iniuſte acquiſitus,vt
ui per furtum,aut contractus illicitos illum ſibi
omparauit.

Item qui in ſtatu aliquo eſt conſtitutus, reddi-
ur impotēs ad reſtituendum,caſu, & infortunijs,
t ſæpe contingit,abſq; vlla ſua culpa;vel ex pro-
ria culpa,puta ex ludo,prodigalitate, & ſimilib.
Et deniq; debita reſtituenda,vel ex cauſa iuſta fue
unt contracta,vt ex mutuo,vel ex venditione cre
dita pecunia facta;aut ex cauſa iniuſta, vt ex furto,
rapina,vſuris &c. His præſuppoſitis

20 *Prima ſententia* eſt dicentium,bona iniuſte ac-
quiſita reſtituenda eſſe ſtatim, etiamſi debitor ca-
dere debeat a ſtatu ſuo, immo etiamſi mendicare
debet,reſeruatis ſibi, & familiæ ſolum neceſſarijs
ad vitæ ſuſtentationē extremam,ſeu illis,quæ cre-
ditor in eo ſtatu tenetur debitori nomine eleemo-
ſinæ elargiri. Sic Adrian.in 4.q.2.de reſtitu.dub.6.
Ioan.Medina.C.de reſti.q.6.dub.1.& 2.Vnde do-
cet Medina nobilem quēdam,qui ſe, & ſuam fami
liam ex iniuſte acquiſitis ſuſtentabat,omnia reſti-
tuere debere,etiam ſi poſtea proprio labore victū
quærere,immo etiamſi mendicare deberet. Qui-
nimmo tam Adrianus,quā Medina docent, quod
lex illa de ceſſione bonorum.ſcilicet,l.In condem
natione.ff.de reg.iur.& habetur in Inſti.de actioni
bus.§.vltimo.& l.Qui bonis.ff.de ceſſion.bonorū.
vbi diſponitur,vt cedens bonis poſſit ſibi retinere,
ne egeat. Valet ſolum in foro exteriori:in foro au-
tem interiori,ſeu conſcientiæ non eſſe licitum id
retinere,ſed tenetur inſolidum reſtituere. Quia
lex humana neminem in conſcientia excuſare po-
teſt contra legem diuinam,& naturalem, quarum
vtraq; præcipit,vt reſtituatur,quod eſt alteri debi
tum,prohibetq; furtum, in quo non minus prohi-
betur rei alienæ detentio,quam acceptio.

Cum ergo pro ſuſtentanda natura, aut ſtatu,nō liceat aliena (citra neceſſitatem extremam) inuito Domino auferre,ita nec aliena retinere. Et quamuis aliqui abſolute,& indiſtincte referūt hos duos authores pro hac opinione ſiue iniuſte, ſiue iuſte debitum contractum ſit,vere tamen loquuntur ſolum de iniuſte acquiſitis,& retentis,vt patet legēti verba corū. Nam Adrianus expreſſe agit de obligatione ex rapina,& vſuris; Medina vero de quodam Nobili,qui de iniuſte acquiſitis familiam ſuſtentabat.

Pro eadem ſententia referuntur Rayn.& Hoſtienſ.in ſumma titu.de vſur.ab Adriano vbi ſupra & a Sylueſtro verb.reſt.5.q.3. Alij authores nō ita loquuntur. Nam Sco.in 4.d.15.q.2. Ad argumenta.ver.Ad illud ſi perſona, Solum ait perſonam ēt Reip.vtilem non poſſe ſtatum ſuum ſolemnem ex iniuſte acquiſitis conſeruare,& Rich.in 4.d.15.ar.5.q.4.ad 5. tantum ait, non eſſe licitum de alieno viuere cum ſeculari honore. Nihil aūt dicunt,an teneatur mēdicare,vt integre reſtituat. Vnde male referri ſolent hi authores pro hac ſententia ſicut etiam male citatur Inn.in c.cum tu.de vſu.cum eo in loco nihil tale dicat. Adducunt autem pro ſua ſententia cap.*Si quis de furtis*, vbi dicitur, *Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria,ueſtē,aut pecus,pœniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit,non cogatur ieiunare.* Si igitur qui ſic ob neceſſitatem furatur,debet pœnitere:ergo non licet retinere. Et c.cum tu.de vſuris, vbi acquiſita per vſuras præcipiuntur vendi, & reſtitui, non obſtante inopia,& c.Exijt.de verb.ſignifi.in 6.habetur, Nemini licitum eſſe de alienis viuere,nec in extrema neceſſitate, ſi liberali oblatione,humili mendicatione,vel manuum labore,vitæ neceſſaria acquirere poſſit. Excipit autem Adrianus duos caſus ab hac ſua regula, quos infra examinabimus.

21 *Secunda opinio* priori oppoſita eſt,non teneri debitorem,vel cum notabili ſuo damno,vel cedendo a decentia ſui ſtatus reſtitutionem facere,quacumque ratione ſtatum ſuum acquiſiuerit,& bona,ſiue iuſte,ſiue iniuſte. Sic Mar.Nau.in Manuali.ca.17.nu.56.57.& 58.Gabriel.in 4.d.15.q.2.ar.2.conc.2.lit.l. Qui duo authores expreſſe loquuntur de iniuſte acquiſitis,& retentis. Et Nauarrum ſequūtur Toletus li.5.ſummæ c.24.& Coſmus Philiarchus to.2.de officio Sacerd.li.6.c.28.concluſ.3. Referūtur etiam a nonnullis pro hac ſentētia S. Ant.2.p.ti.2.c.9.circa medium,& Syl.verb. reſtitutio. 5.q.3 qui tamen non ita clare id dicunt,ſed ſolū docēt nō teneri debitorem cū iactura ſui ſtatus, & inopia familiæ reſtituere,non aūt explicant, an id velint ſiue iuſte,ſiue iniuſte bona illa acquiſierint,& retineant,vt vult Nauarrus. Si tñ conijcere liceat de mente eorum exiſtimo ſolum intelligēdos eſſe nō ita teneri,quando iuſte acquiſitus, & conſeruatus eſt ſtatus. Cum enim præfati duo authores doceāt nemini licitum eſſe acquirere ſtatum cum damno, & iniuria alterius, conſequenter dicere tenentur, neq; licitum eſſe conſeruare illum cum iniuria alterius,atq; adeo tenebitur iniuſte acquirens ad reſtitutionem,non autem ſi iuſte acquiſiuit.

Probari poteſt hæc ſententia,quia in d.l.in cōdemnatione.ff.de reg.iur.& Inſtitu.de actionib.§.

vlti.& l.4. & 6.ff. de ceſſione bonorum. habetur, Non eſſe æquum,vt quis expolietur omnibus ſuis bonis,vt reſtituat debita, & in l. Miles,ff.de re iudic.habetur,milites non teneri reſtituere in integrum ſed paulatim,ne exinde cogantur egere,& mendicare.Sic etiam ſolent Reges concedere nobilibus,quorum bona omnia obnoxia ſunt reſtitutioni,facultatem,vt ſeruatis ſibi neceſſarijs paulatim ſuis creditoribus ſatisfaciant,ne alioquin totū ſtatim reſtituendo ſeruire,& mendicare, & a ſtatu priore cadere cogerentur. Et denique quia licet iniuſte,& iuſte acquiſita differant plurimum in modo habendi, & vinculo reſtitutionis, quia illa ratione iniuſtæ acceptionis,hæc vero ſolū ratione rei acceptæ reſtituenda ſunt,quoad effectū tamen reſtitutionis eadem eſt ratio. Sicut igitur iuſte acquiſita reſtituenda non ſunt cum iactura ſtatus, ita neque acquiſita iniuſte,vt Nau.in nu.58. argumentatur.

22 *Tertia ſententia*, quæ inter duas priores media eſt,docet,detentorem,qui iuſte acquiſiuit ſtatum, in quo eſt,& citra culpam ſuam factus eſt impotēs ad reſtituendum ſine ſtatus ſui iactura, non teneri ad reſtituendum ſtatim,ſed paulatim, ac vt commodius poterit; illum vero,qui ſtatum illum,vel inique acquiſiuit,vel iuſte ſtatum acquiſitum poſtea ſua culpa perdit,vitijſque ſuis,luſibus,ſcilicet luxurijs, & contractibus illicitis, & prodigalitate impotētem ſe reddidit ad reſtituēdum,teneri cum iactura ſui ſtatus, & cum maximo ſuo incommodo,citra mendicitatem tamen,reſtituere.Sic Caie. in ſumma.verb.reſtitutio.c.6. Sotus lib.4.de iuſti. q.7.ar.4.Michael Salon 2.2.q.62.ar.8.controu.3. Dominicus Ban.ibid.dub.2.& Pet.de Arrag.ibid. Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6.punct.7.cauſa 4.in fi. Mart.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.fol.267.col.2. Anto. de Corduba.in ſumma.q.68.punc.3. Ludo. Lopez p.1.inſtruct.conſcient.c.117.& c.118. Petr. Nau. lib.4.de reſtitut.c.4.dub.7.num.41.& ſeq. Ioſeph. Angles in florib.4.ſen.q.2.2.ar.2.difficul.9. Summa Corona p.2.c.5.nu.22.§.Quarto.Bartho.Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.cap.14.§.33.verſ.Sextum caput.§.Tertia.Toletus li.5.ſummæ.c.27.& Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ.c.45. Quia vero hi authores in his,quæ diximus,conueniunt,in alijs autem diſſentiunt,& multa ſunt in hac difficultate,quæ diſtinctam magis explicationem requirūt, vt rem totam clarius exponam, ſequentes propoſitiones ſubiungam, præſuppoſito hoc vno, quod ab omnibus conceditur,nimirum,quod hoc,quod dicitur,non teneri debitorem ad reſtituendum cū magno ſuo damno, tribus modis intelligi poſſit, Primo,vt non teneatur,quia debitum eſt magnū: Secundo, quia reſtituendo illud ceſſat illi magnū lucrum;Tertio,quia reſtituendo magnum detrimentum in bonis proprijs patietur.

23 Prima Propoſitio.Si debitor graue damnum ex eo ſolum patitur, quod ſubſtantia reſtituenda eſt magna,non ideo reſtitutionem prorogare poteſt in toto,vel in parte.Sic Caie.2.2.q.62.art. 8.& in ſumma verb.reſtitutio.cap.6.Sotus lib.4.de iuſtit. q.7.art.4. Martin.Naua.in Man.cap.17. num.56. Mich.Salon 2.2.q.62.ar.8.controuerſia.3.ante ſolutionem argumētorum.Petrus de Arragon.ibid. conc.1.Ludouicus Lopez p.1.ſummæ,c.117.concluſ.1.Gregorius de Valen.to.3.diſp.6.pun.7.cauſa 5.Coſmus Philiarcus,de officio Sacerd.tomo 2. lib.6.c.28.concl.3.Ant. de Corduba.in ſumma 68.puncto 1.Toletus li.5.ſummæ.ca.24.& Lud Carbo.tract.de reſti.q.87.concl.1. Ratio eſt, q hoc nō eſt pati damnum in bonis proprijs, ſed cedere alienū vero domino; reſtituit enim id,quod non eſt ſuum,ſed alienum, atq; adeo quantitas ingens non eſt ſufficiens cauſa ad tollendam,vel differendam reſtitutionem. Confirmatur,quia alias melior eſſet cōditio eorum, qui debita magna per iniuriam contraxerunt,quam qui minora debent, quod eſt abſurdum. Et quia oppoſitum eſſet fauere furibus,qui quo maius furtum committunt, eo magis a reſtituendo excuſarentur.

24 Secunda Propoſitio:Quando debitori proueniret dānum graue ex eo ſolum, quod ex reſtitutione ſtatim facienda non lucraretur ex alieno,non excuſatur a reſtituendo ſtatim.Hęc propoſitio doctorum omnium eſt,quos pro priori concluſione attulimus.Ratio eſt manifeſta,quia nemo habet ius lucrandi pecunia aliena inuito domino,& quia hoc non eſt perdere proprium,ſed non vti alieno. Quae concluſio patet in eo,qui iniuſte vſurpauit aliena, ex quibus vult negociando parare ſibi lucrum. Sicut enim retinere non poterat bona illa,priuſquam ea negociationi exponeret,& lucro, ita neq; vt ea lucro poſtea exponat.

25 DVBIVM autem eſſe poteſt,An ſi eſſet poſſeſſor antea bonæ fidei, & pecuniam ſibi mutuatam negociationi expoſuit, quæ ſoluēda erat tali termino,vnde emit iam merces, quæ ſi ſtatim vendantur non ſolum ceſſat ei lucrum,quod exinde ſperabat, ſed etiam patietur grauem iacturam.

Huic difficultati Reſpondeo cum Ludouico Lopez par.1.inſtruct.conſcient.c.117.concl.4.Quod quando poſſeſſor bonæ fidei ex iuſta acceptione, puta mutuatarius bona fide pecuniam ſibi mutuatam expoſuit negociationi,putans ante aduentum ſolutionis inde aut aliunde habiturum lucrum,vnde de conſtituto tempore ſolueret,non tenetur cedere a lucro,quando alias res emptas viliſſime venderet. Ratio eſſe poteſt in hoc caſu regula illa Scoti in 4.d.15.q.2.ar.4.quæ talis eſt,& communiter approbata ab omnibus in hac materia,*Quandocunque dominus rei rationabiliter velle debet reſtitutionē differri,poteſt illo inuito ſolutio illa differri,* uel omitti, licet ipſe quadam cupiditate,vel paſſione, nolit conſentire.In hoc autem euentu rationabiliter contētus eſſe debet dominus,quod bona fide negotiatus debitor tam grauem non patiatur iacturam lucri ceſſantis,poſtquam creditori aliunde non indigēti reſarcitur damnum,aut lucrum ceſſans,ſi aliquā iacturam circa hæc ex dilatione paſſus ſit.

26 Adduntetiam Ioan.Medina Cod.de reſtitut.q.5.dub.2.verſi.Dixi notanter.Anto.de Corduba in ſumma.q.68.puncto.2.& Petrus Naua.li.4.de reſtitu.cap.4.dub.8.num. 52.alium caſum,quando ſcilicet hoc fine,& neceſſitate negotiatur,vt paulatim ex lucro illo multis creditoribus ſolueret, quib.nequit ſimul ſoluere, ſperatque ſe paulatim omnibus ſatisfacturum ex tali lucro,ſi tempus ei ad ſoluendum cōcedatur. Ratio eſt,quia in hoc caſu vtiliter agit negotium creditorum ſuorum,& fauet Adrianus.q.2.de reſt.dub.6.§.in oppoſitum,

n fin. eſt enim hic caſus valde ſimilis, & in eadem um caſu ſecundo ab eo ibi poſito, in quo cōcedit citum eſſe differre ſolutionem debiti, vt cōſtat.

Tertia Propoſitio; Quando debitor iuſte ſtatū cquiſiuit, nec reſtituere pōt ſine graui, & nota- ili iactura ſui ſtatus, aut rerū ſuarū, non tenetur atim reſtituere, ſed pōt reſtitutionē differre, & xpectare commoditatem meliorem reſtituēdi, dūmodo creditor ſimilē iacturam ſtatus ex dila- ione non patiatur, ſecundū ea, quæ in dicto 2. an- notata ſunt) idque ſiue ſtatū iuſte conſeruet ex bo- nis proprijs, ſiue iniuſte ex bonis alienis; & ſiue cōtraxit debitū inculpabiliter per infortunia ſi- ue culpabiliter ſua prodigalitate, tenetur tñ citra notā paupertatis ſtatū minuere, & retinere neceſſaria, ita ſane, vt reſtituere paulatim poſſit. Sic Sco- tus, Gabriel in 4. d. 15. vbi ſup. Sylueſt. verb. reſtitutio. 5. q. 3. Angel. verb. reſtitut. 3. §. 4. S. Anton. par. 2. tit. 2, c. 8. circa medium. Mart. Naua. & alij citati pro ſecunda opinione. Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. ar. 4. Caiet. 2. 2, q. 62, ar. 6. & in Summa. verbo, reſtitutio. c. 6. Mich. Salon 2. 2. q. 62, ar. 8. controuerſia. 3. concluſ. prima. Petrus de Arragona ibidem. concluſ. 3. Dominicus Bannes ibid. dub. 2, concluſ. 4, & 5. Mart. Ledeſm. 2 4. quæſt. 18, ar. 5. fol. 268. col. 2. conclu. 2. Antonius de Corduba in Summa. q. 68. puncto. 3. Petrus Nauar. lib. 4. de reſtit. cap. 4. dub. 7. nu. 42. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. puncto. 7. cauſa. 4. & 5. Ludouicus Lopez par. prima. inſtruct. conſc. c. 118. concluſ. 2. Summa Corona par. ſecunda. c. 5. n. 22. §. Tertio. & §. Quarto. Ioſeph Angles in flor. lib. 4. ſent. q. 2. art. ſecundo, difficult. 9. concluſ. 4. Coſmus Philiarcus de officio ſacerd. to. 2. lib. 6, c. 28, concluſ. 4. Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. capit. 45. concluſ. 4. & Ludouicus Carbo tract. de reſtit. q. 87. concluſ. 11. Prior pars patet, quia cum talē ſtatum antea iuſte acquiſiuit, ſiue ex hæreditate, ſiue ex licito contractu, & poſtea ex culpa, aut ſine culpa ſua factus ſit impotēs ad reſtituendū, excuſatur a reſtitutione ſtatim facienda propter impotentiā, iuxta ea quæ tradit S. Tho. 2. 2, quæſt. 62. ar. 8. ad ſecundum. Quemadmodum. n. impotentia ſimpliciter excuſat a reſtitutione faciēda ſimpliciter, ita impotentia pro tali tēpore excuſat ab obligatione reſtituēdi pro tali tēpore, & ſtatim. Qui. n. reſtituere nequit ſtatim ſine iactura ſui ſtatus, & maximo bonorū ſuorū dāno, in caſu quod dilatio per aliquod tempus parum noceret creditori, & prodeſſet debitori, cenſetur moraliter loquendo impotens pro tali tempore, ac proinde tūc excuſatur a reſtitutione ſtatim faciēda. Et certe eſſet dominus irrationabiliter inuitus, ſi vellet debitorem cum tanto ſuo incōmodo ſtatim reſtituere, cum maius ferè damnum alicui accidere non poſſit, quam ſtatum ſuum mutare. Vnde durus nimis, et iniquus eſſet creditor, qui cum non egeat niſi leuiter, vellet tamen ſua ſibi cum tanto debitoris detrimento reſtitui. Id quod procedit, vt diximus, ſiue inculpabiliter incidit in illam impotentiam reſtituendi, ſiue culpabiliter, ſatis namque eſt, quod ſtatum illum iuſte acquiſiuerit, ne poſtea illū cum tanto ſuo dāno relinquere teneatur. Cōfirmatur hæc rō, quia vt plurimū, & moraliter loquendo talis mutatio ſtatus caderet in ſummā infamiā, & iacturā familiæ, & filiorum; at verò, vt infra dicemus nō tenetur regulariter quis cum famæ ſuæ iactura reſtituere. Satis igitur erit in tali euentu habere animū reſtituendi quam primum commode poterit.

28 Pars ſecunda patet, teneri ſcilicet ſtatū minuere, vt reſtituat. Quia facere tenetur ea, per quæ commode reſtituere poſſit; Sed minuendo ſtatū, & reiectis ſuperfluis, & quæ ſunt ad ſolam pompam, & abundantiam, & retinendo ſibi neceſſaria ad ſtatus ſui decentiam, commode poteſt poſtea reſtituere, cum ad hæc facienda non ſit impotens; immo id ipſum faceret, ſi nullius eſſet debitor, & ſua prodigalitate, aut infortunio ad id compelleretur. Ergo multo magis id facere tenetur, vt aliena reſtituat, & conſcientiæ ſuæ conſulat.

29 Hinc ſequitur non teneri comitem ad vendēdum comitatum, vt reſtituat, nec Nobilem, vt ſeruiat, aut manibus laboret, nec artificē ad vendendum ſupellectilē neceſſariam, ſed tantum ad parcius viuendum, & ad ſumendum ſolū neceſſaria ſibi, & paulatim, vt ſic commode ſuo tempore reſtituere poſſit ex Soto lib. 1. de iuſtitia. q. 7. art. 4. Anton. de Corduba in Summa. quæſt. 68. pūcto. 3. Emanuel Rodriquez par. 2. cap. 45. concl. 5. Ludouico Lopez par. 1. capit. 118. ante finem. Neq; debet familiam ita numeroſam alere, ſed ſi prius habebat verbi gratia quatuor famulos, ſatis erit poſtea duos retinere; Neque debet ita laute viuere, pompoſe veſtiri, & filias magnis dotibus nuptui tradere, ſicut ſi non eſſet obligatus ad reſtitutionem, ſed vt dictum eſt, parce viuere debet & paruas dotes tradere, & ſi non poſſit filias nubere nobili, tradat vel mercatori, aut ſaltem minus Nobili, & alia ſuperflua reſecare tenetur, vt poſtea commode reſtituat, prout notant Sylueſt. verb. reſtitutio. 5. q. 4.

30 Pari ratione, non tenetur quis, vt reſtituat, inſtrumenta artis vendere, quib. ſibi, & familiæ ſuæ ſecundū decentiam ſui ſtatus neceſſaria cōparat, & poſtea mendicatim viuere, vt v.g. non tenetur Doctor, aut iuriſperitus libros vēdere, nec artifex artis ſuæ inſtrumenta vendere, ex S. Anto. par. 2. tit. ſecundo, c. 8. circa medium. Martino Nauarro in Manuali. cap. 17. num. 59. & nume. 63. Ioanne Medina. C. de reſtitut. quæſtio. 5. dub. primo, ad tertium in fine. Antonio de Corduba in Summa, quæſtio. 68. puncto 3. Petro Nauar. lib. 4. de reſtitut. cap. dub. 7. num. 45. Gregorio de Valentia. tomo. 3. diſput. quinta, quæſt. 6. puncto. 7. cauſa. 4. Michaele Salono ſecunda ſecundæ, quæſt. 92. art, 8. controuerſia. 3. concluſ. 1. Bannes ibid. dub. 3, concl. 4. id quod procedit, quando inſtrumenta, quæ habet artifex, ſunt ipſius debitoris ab ipſo propria pecunia, vel induſtria comparata, & neceſſaria illi ad tranſigendam vitam, quia non valet alia commodiori via ſibi victum quærere, tūc enim non tenetur vendere illa, ſed illis uti poteſt, & laborare, ac paulatim colligere, vnde reſtituat, & oppoſitum eſſet inhumanum, & rectæ rationi repugnans vt conſtat.

31 Eodem modo filius adulteræ, qui bona fide, & ſine culpa ſua conſtitutus eſt in ſtatu nobili, & honorifico, quāuis deinde ita certo illi conſtaret ſe eſſe ſpuriū, & teneretur credere, nihilominus ta-

men non tenebitur ad reſtituenda bona legitimo cum iactura ſui ſtatus, cū iuſte, & bona fide illum acquiſierit, ſed tenetur ſolū ad minuendū ſtatum citra notā paupertatis. Immo ſi quæ recto prudēter, & moraliter iudicanda eſt impoſſibilis, certe hæc eſt, vt nobilis bona fide cōſtitutus in ſtatu honorifico, tāquā vere legitimus, deinde vt ſpurius ab illo cadat. Abſurdum.n.eſſet talem cogere ad exercendā artē vilem, & mechanicā, qua reſtitueret. Si.n.artifex non tenetur vendere inſtrumēta artis, vt reſtituat, aut vt vēdicet, multo minus cogendus eſt nobilis fieri artifex, vt reſtituat, cū nō minus deſcenderet nobilis exercendo artē mœchanicam, quàm artifex mendicando, vt recte Michael Salon, & Dominicus Bannes annotarunt.

Similiter, qui bona fide comparauit multam pecuniam ad aliquem ſtatum, ob quam fidem bonā illum iuſte acquiſiuit, ſi deinde intelligat, pecuniam illam eſſe alienam, vel oriatur aliquod graue debitum annexum illi ſtatui, quod non poteſt ſoluere, niſi cadendo ab illo, non tenetur cum tali iactura reſtituere, ſed ſolum ſtatum minuere, eo modo, quo diximus.

32 *Sed* neque tenetur reſtituere, quotieſcunq; cogeretur vēdere domū, aut poſſeſſiones, aut aliquid aliud notabiliter minus iuſto pretio, vt v.g. ſi debet centū aureos, & vt reſtituat, debet rē valentē 200. pro centū vendere. Non.n.rōnabiliter velle debet dn̄s propter paruum ſuum commodum ita grauit debitorem incōmodare in rebus licite poſſeſſis ex Ioanne Medina.C.de reſtitut.q.6.dub.4. Bartho.Medina lib.1.inſtruct. confeſſ.c.14.§.33. verſi. ſextum caput.§. Quarta eſt. Petro Nauarro lib.4.c.4. dub.7. nu.41. & Gregorio de Valentia tom.3.diſp.5.q.6.pūcto 7. cauſa quinta. Antonio de Corduba in Sūma.q.68.puncto.7.Sūma Corona.par.2.c.5.nu.22.§.quinto Coſmo Philiarcho de officio Sacerd.]to.2.lib.6.c.28.concl.3.& Martino Nauar.in Manuali.cap.17.nu.57.& aliis.

33 Tertia Propoſitio; quando debitor bonę fidei, & inculpabilis patitur ex reſtitutione ſtatim facienda iacturam totalem ſtatus, non tenetur ſtatim reſtituere, etiamſi creditor alias ex dilatione notabile damnum paſſurus ſit, *dummodo illud non eſt paßurus de præſenti*, ſed ſatis eſt, ſi debitor paratus ſit reſarcire illud damnū pēdens in futurū, dū venerit. Vt v.g. ſi creditor modo habeat, vnde ſuo ſtatui, domui, & familiæ ſubueniat, ſi tn̄ pecuniā ſibi debitam illo termino ſolueret debitor, eam in mercib.emendis nunc expenderet, ex quibus ſperat poſt annum, aut circiter ſe lucrum exinde recepturum, ſatis eſt, ſi debitor paratus ſit pro illo tempore recuperādi lucri ſoluere creditori lucrū deductis deducendis ad boni viri arbitrium. Similiter ſi hinc ad annum creditor indiget pecunia nunc ſibi debita, ad ſoluēda chirographa, & quia nō eſt ſuo tempore ſoluta pecunia, accepit ad vſuram, vt chirographa ſoluat, ſufficit debitorē paratum eſſe huiuſmodi vſuras ſoluere, poſtquam ſolutionis earū cauſa fuit. Sic Ludouicus Lopez p.1. inſtruct. conſcientiæ. c.118.concl.4.& Emanuel Rodriquez par.2.Summæ.c.45.concl.5.

Dixi, *ſi damnū non ſit de præſenti*, quia ſi creditor citra iacturam ſtatus damnum notabile patiatur de præſenti ex dilatione debiti, puta quia patitur notabilem indigentiam in familia ſuſtinend patitur graues moleſtias a ſuis creditoribus, ipſe quoq; eſt debitor, ſi damnum huius tiæ æquiualens, aut fere æquiualens ſit ei damno amiſſionis ſtatus debitoris, quāui caſu Ioſeph Angles in florib. 4.ſent.q.2. ar.2.difficul.9. concluſ.9. & concluſ.6. torem bonę fidei, & ex iuſta acceptione iactura ſui ſtatus ſtatim reſtituere, eſto cre dilatione ſolutionis ſtatum quoque mutan pellatur, ea ductus ratione, quia ſicut in pa ſa turpitudinis melior eſt conditio poſſiden in pari caſu neceſſitatis, melior eſt conditio toris poſſidentis, vnde ſatis erit in hoc caſu dum eius ſententiam, quod debitor ſoluat cr tori damnum, quod ex dilatione patitur.

34 Rectius tamen Lopez vbi ſupra concl.6. Lu uicus Carbo tract. de reſt.q.87.concl.11. poſt M tinum Ledeſm.2.4.q.16.ar.5.fol.268. concl. Rodriquez docent poſt Franciſcū Victoriā, te ri debitorē cū iactura etiam ſui ſtatus, ſi aliter queat hoc damnum graue, & præſentaneū creditore tollere, reſtitutionē facere, maxime tali dilatione creditor ſtatum ſuū perderet. Q citra extremam neceſſitatem, in qua omnia co municanda veniunt, melior eſt conditio credito ris, quā debitoris, ex Soto lib.4.de iuſt.q.7.ar.4. per conſequens non ſatis erit eo in caſu, quo creditor ex dilatione a ſuo ſtatu lapſurus eſt, poſtea ei damnum reſarcire, & patet ex communi conſenſu Doctorū iuxta ea, q̄ in dicto 2. annotauimus. Si quis.n.eo in caſu pati debet, potius debitor quā creditor debet; Et quia non licet cū alterius dāno æquali, cum commoditate, & copia viuere. Vnde vera ſolum erit Ioſephi opinio, qn̄ debitor bonæ fidei, & inculpabilis reſtituendo ſtatum mutare cum maiori diſpendio quam creditor, ſcilicet damnum iacturæ ſtatus debitoris in duplo p ponderat debito reſtituendo, aut damno, quod de præſenti creditor ſuus patitur, tunc enim non te nebitur cum iactura ſui ſtatus reſtituere. Martin. Ledeſm. & Lopez vbi ſupra.cōcl.8. Quia debitor bonæ fidei non tenetur reſtituere cum maiori de trimento, quam ſit rei reſtituendę pretium, atque adeo ſatis erit in tali caſu ſi debitor reſarciat damnū, quod creditori ex dilatione accedit. Maxime cum teneatur debitor damnum emergens, & lucrum ceſſans creditori reſtituere, quod paſſus eſt ex dilatione reſtitutionis, quia non poteſt debitor ſibi conſulere per dilationem reſtitutionis cum alterius detrimento, niſi quando dilatio cum creditoris cōſenſu facta fuiſſet, vt recte Ludouicus Carbo, vbi ſupra q.87.concl.12.annotarunt.

35 Quarta Propoſitio. Debitor bonæ fidei etiam cuius omnia bona ſunt reſtitutioni obnoxia, (vt cōtingere pōt in filio vſurarij, qui bona fide hæreditatem a patre accepit,) ſi creditor nō ſit in eadē neceſſitate, reſtituere ſtatim nō tenetur cū iactura ſui ſtatus, aut notabili iactura ſuorū bonorū, ſi ſit ſpes moralis, quod in tempore conuenienti reſtituere poterit ſine illo incōmodo. Id quod probatur ex illo Matt. 18. *patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*; & reprehēditur conſeruus, qui noluit dare locum ad tempus, vt debitor ſatisfacere poſſet. Sic Mart. Ledeſm. 2.4.q.108.ar.5.fol.267.

col.

4. & fol.268.col.2. & Ludouicus Carbo tract. reſti.q.87. concl.9.& q.88.concl.2.Rō eſt,quia in hoc caſu irrationabiliter eſſet inuitus.Si venon eſſet ſpes moralis quod ad moderatū tems poterit reſtituere ſine illo detrimēto, vel credi r eſſet in ſimili neceſſitate, ſtatim facienda erit ſtitutio,retinēdo ſibi tantū ea, quæ eſſent neceſria ad eam vitæ rationem cōſeruandam, quam æ cōditionis homines ſeruāt. Quod aūt reſtituelenatur, patet, quia nemo debet cū alterius demento ſtatum ſuum ſeruare. Et quia leges Cæſa quæ vt ait Ledeſm.in foro cōſciētiæ obligāt, oc præcipiūt, immo ſi creditor in iudicio petejudex debitorē illorū cōpelleret, vt ſoluat,quās ſtatū ſuū perderet. Poſſe aūt in eo caſu retinere bi neceſſaria, probatur ex l.Miles. ff.de iudic. & l.ff.de his qui cedūt bonis,& inſti.de actio.§.fin. d quod etiam recta ratio, & æquitas poſtulat.

Quinta Propoſitio: Qui ſtatum iniuſte acquiſiuit, puta, cum nihil antea habuit, per fraudem,& iniuſtitiam, vt per vſuras, iniuſtas extorſiones,& actiones rei alienæ ſtatum illum acquiſiuit, tene r ſtatim reſtituere etiam cum iactura talis ſtatus ndis creditor ſimilem neceſſitatē non patiatur; on tenetur tamen venire in extremā, ſed ſeruae ſibi poteſt,& ſuis,quæ ſimpliciter,& omnino vi ct neceſſaria, vt parce viuat, ſecūdū illum ſtatum riſtinum,quem antea habuit, ita Caie.in Summa. verb.reſtitutio,c.6.Sotus lib.4. de iuſt.q.7.artic.4. artin.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.fol.268. colum.2. ropoſitione.1.Michael Salon 2.2.q.62.ar.8.con trouerſia 3.concluſ.2.Dominicus Bannes ibi dub. .concluſ.2.& 3.Petrus de Arragon ibid. concluſ. .Anton. de Corduba in Summa.q.68. puncto.3. Barthol. Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.c.14.§.33. verſi.ſextum caput.§.Tertia ſententia. Ludouicus Lopez par.2.inſtru.conſcien.c.118.conclu.1.& 3. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtitutione. ar.2.difficul.9.concl.3. Petrus Nau.lib.4. de reſtit. c.4.dub.7.nu.43. Summa Corona par.2.ca.5. nu. 22.verſi.quarto.Eman. Rodriq.par.2.Sūmę.c.45. concl.6.& 7.Ludouicus Carbo tract.de reſtitut.q. 87.conclu.6.& q.88.concluſ.3. Intelligēda eſt aūt hæc propoſitio de illis, qui iniuſte debita cōtraxerūt,nihilque habēt, quod non ſit iniuſte acquiſitū. Ratio eſt, quia non eſt minor iniquitas ſtatū tueri ex male acquiſitis,quam illum comparare auferēdo res alienas. Cum ergo ſit contra iuſtitiam auferre res alienas, ita etiam aſcendere ad ſtatū altiorē, aut conſeruare nouum ex ſolis rebus alienis,& iniuſte acquiſitis. Tum, quia vere ille nō habet ius,nec vllum titulum ad illum ſtatum, immo ſtatus ille vt pote ex iniuſtitia acquiſitus, vere eſt alienus, & non ſuus. Vnde reſtituendo nullum damnum patitur, cū ipſe de ſuo nihil amittat. Quocirca, qui ex furto,aut vſuris palliatis, aut exceſſiuis lucris iniuſtis diuites repente prodeunt, aut qui in officio ſcribæ,aut in adminiſtratione officij per iniuſtitiā bona cumulant, & proinde magnum ſtatum acquirūt,& ſuſtentant,tenentur ſtatum imminuere,cum hoc nō ſit cadere a ſtatu, quippe qui vere nō eſt ſtatus eorum, quin potius, dū in eo eſſe velint, in ſuo eſſe noluit. Vnde Ioſeph Angles, & Lopez vbi ſupra nullum aliud huiuſmodi vſurarijs,& iniquis mercatoribus remediū ſupereſſe dicunt, niſi a creditorib. petere ſpontaneā dilationem, ſi certi ſint, vel ſi facta diligēti indagatione incerti ſint creditores,quib. ea debēt, cū ſede Apoſtolica compoſitionē facere. Quæ omnia intelligenda ſunt, vt diximus,de illis ſolū, qui iniuſte talem ſtatū acquiſiuerunt, ſecus aūt eſt de illis, qui cū multa bona propria habeant,multa etiam debita iuſte,aut culpabiliter ludis,& prodigalitate, alijſq; vijs illicitis contraxerunt, ad quorum ſolutionem non ita rigide cum iactura omnium bonorum obligandi ſunt.

37 *Et* quamuis Sotus, & Corduba vbi ſupra velint talem debitorem reſtituere debeat ſtatim, ēt vendendo res ſuas viliori pretio,non ſolum quādo creditor ex dilatione rei iniuſte a ſe acceptæ graue de præſenti patitur damnum, aut fere æque graue,ſicut paſſurus eſt debitor, ſi ſtatim reſtituat (in quo caſu verum dicunt) ſed etiam quando dilatio rei debitæ parum creditori noceret, in hoc tamē caſu verior mihi uidetur Nauarri, & Ludouici Lopez c.117.in fine,& aliorum opinio,non redigendum eſſe debitorem ad has anguſtias, quia æquitas naturalis dictat, vt etiam iniuſti vſurpatoris graui iacturæ compatiatur creditor, quando id ſine graui ſuo incommodo facere poteſt, ne vindictam ſumere, & afflictionem afflicto addere videatur.

38 *Quod* vero in caſu propoſitionis allatæ retinere ſibi poſſit neceſſaria, ex eo patet, tum quia reſtitutio nunquam obligat deuenire in extremā neceſſitatem,& paupertatem; tum quia ſicut nemo tenetur cadere a ſtatu iuſte acquiſito, vt reſtituat, ita neque tenetur, qui iniuſte aliquē acquiſiuit cadere a priſtino, & præcedenti ſtatu, quem iuſte obtinebat,& in quo non extremæ indigebat. Vnde reſeruare ſibi pōt neceſſaria, & hoc multū pręciſe ſecūdum conditionem ſui ſtatus priſtini, antequam ex illo ad meliorem aſcendere. Id quod confirmatur ex c.*Cum tu.de uſuris*.Vbi Alexander Papa III. pręcipit vſurarios etiam ſub pœna excommunicationis compellendos eſſe ad reſtitutionem faciēdam eorum,quæ per vſuras acquiſierunt, dummodo in facultatibus habeant,vnde viuere poſſint. Qui vero non habent nulla pœna mulctari debent, cum *eos nota paupertatis euidenter excuſet*. Quo in loco Pontifex, non ait extrema neceſſitas,ſed nota paupertatis eos a reſtitutione excuſat,ita vt non ſint redigendi ad inopiam extremam,ſed habeant vnde viuant; Domus autem, & poſſeſſiones ex vſuris acquiſitæ, vendi iubentur, vt ſic reſtitutio fiat his, a quibus vſuras extorſerunt,& ipſi a peccato liberari poſſint. Ex quo ſane teſtimonio ſatis euidenter probatur vtraque pars propoſitionis,vt conſtat.

39 Sexta Propoſitio. Quando res obnoxia reſtitutioni ex iniuſta acquiſitione extat,& debitor extrema neceſſitate non laborat, illam ſtatim reſtituere tenetur,etiamſi ſtatum amittere cogatur. Sic Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſt.art.2.difficul.9.concl.1. Summa Corona par.2.c.5. nu.22. verſ.Quarto,& Ludouicus Carbo tract.de reſtitut. q.87.concl.3.& q.88.cōcl.4.vt ſi quis reditus alienos apud ſe haberet.Ratio eſt,quia tunc differri poteſt reſtitutio, quando debitor patitur damnum in re propria. At vero cū res aliena extat,ſi illam reſtituat, nullū in re propria patitur detrimentum. nec quiſpiam ex alterius bono, & cum aliena iactura locupletādus eſt. Hinc nobiles, qui iniuſte alte-

rius villas, aut agros retinent, eas reſtituere tenentur non obſtante, quod ab eorum ſtatu caderent. Et vſurarij, ſi pecunias non reſtituant, etiamſi non poſſint amplius negociari, abſolui nõ debent, cum in ſtatu ſint damnationis; quia nemo debet cum aliena iactura locupletari. Quando verò res non extaret, tunc faciendum eſt, vt in ſuperiori propoſitione annotauimus.

40 Septima Propoſitio: Quãdo res reſtitutioni obnoxia ex iniuſta acceptione parua eſt, & creditor paruũ detrimentũ patitur ex dilatione, nõ tenetur debitor cũ iactura, vel totius ſtatus, vel medietatis ſtatus illam paruam quantitatem, reſtituere. Sic Franciſcus Victoria, quem referunt Ludouicus Lopez par. 5. inſtruct. cõſc. cap. 118. in fi. & Emanuel Rodriquez par. 2. Summæ. cap. 45. conclu. 8. id qđ rationi, & æquitati naturali conſonat.

41 *Ex* hactenus dictis infertur, poſſe authores inter ſe conciliari, quãdoquidem qui primam ſententiã tuentur, de illis ſolum debitoribus loquuntur, qui inique per rapinam, & furtum, vel vſurã mala fide debita contraxerunt; Qui verò ſecundam opinionem ſequuntur, de ijs ſolum debitoribus exponi poſſunt, qui per licitas negociationes aduerſa fortuna redacti ad eas anguſtias, & ſtatum illum iuſte acquiſiti, reſtituere nequeunt ſine mutatione ſtatus, qui nõ ſunt compellendi cum tanto rigore, vt ſoluendo ſtatum amittant. In particulari vero,

Ad argumenta Adriani, & Medinæ Reſpondetur, omnia illa capita loqui de eo, qui iniuſte ſtatũ acquiſiuit, vt de eo, qui furto, aut vſura bona acquiſiuit. In cap. autem *Si quis. de furtis*, nihil habetur de reſtitutione, quando debitor graue damnum pateretur, ſed ſolum dicitur, eum, qui ob famem furatus eſt, pœnitere debere per tres hebdomadas, niſi reſtituerit. Deinde vt explicant glo. ib. & S. Thom. 2.2. q. 66. ar. 7. ad primum. Martin. Ledeſ. 2.4. q. 18. artic. 5. fol. 267. col. 3. & Petrus Nauar. lib. 3. de reſtit. cap. 1. par. 4. dub. 6. num. 367. ſermo ibi eſt de eo, qui furatus eſt, quando non erat vrgens neceſſitas, ſi enim magna fuiſſet, non imponeretur pœnitentia. Et c. *Cum tu. de vſuris.* potius contra illos eſt, cum expreſſe ibi dicat Papa, vſurarium non teneri ad reſtituendum cum nota paupertatis, quæ nota incurritur etiam per grauem neceſſitatem. Et in c. *Exijt. de uerb. ſign. in 6.* ſolum habetur, non peccare eum, qui ad leuandam extremam neceſſitatem acciperet aliena, non autem ibi dicitur, nullam neceſſitatem liberare a debito reſtituendi præter extremam. Quod vero dicunt leges ciuiles non obligare in foro conſcientiæ, ſed tantum eſſe permiſſiuas, falſum eſt, & oppoſitum ex illis deducitur, cũ dicant inhumanum eſſe, vt aliquis inſolidum damnetur, aut quod fraudetur alimentis quotidianis. Non ſolum igitur permiſſio legis, ſed etiam approbatio facti, explicans quid ſecundum rectam rationem faciendum ſit. Neque aliquid præcipiunt, aut permittunt contra legem diuinam; ſicut. n. ipſi excipiunt aliquos caſus, in quibus non eſt neceſſum, vt reſtitutio ſtatim fiat non obſtante, quod præceptum de non retinendo ſit negatiuum, idemque ſit rapere aliena, & non reſtituere, ita nos pari, & meliori ratione dicimus, in quibuſdam alijs caſib. non peccare contra legem diuinam, ſi non ſtatim reſtituat, Etſi enim præceptum non retinendi ſit negatiuum obligans omni tempore, & loco, habet tamen aliquid affirmatiuum, immo formaliter affirmatiuum eſt præcipiens actum virtutis, quem præcipit cum debitis circumſtantijs. Vnde quamuis nullo tempore liceat furari, ex iuſta tamen cauſa licitum eſt reſtitutionem differre, quando ſcilicet, non poteſt ſine iactura ſui ſtatus, aut citra mendicitatem, quo caſu non retinet alienum domino rationabiliter inuito, vt diximus.

Ad rõnes Nauarri Reſpõdetur leges illas non probare tertiam propoſitionẽ a nobis adductam, loquuntur. n. de ſtatibus, & bonis iuſte acquiſitis, quib. merito volunt neminẽ priuari neceſſarijs ſtatui. In quo ſenſu conceduntur facultates a Principibus quibuſdam Nobilibus, qui habent bona iuſte acquiſita. Quæ leges, & facultates decernunt, concedunt id, quod æquum, & iuſtum eſt in vtroque foro: Et lex illa, Miles, agit ſolum de militibus, qui ſuo labore, & induſtria militiam exercent, & bona ſibi acquiſiuerunt. Quamuis autem debet eſſe ratio in reſtituendo; Siquidem iniuſte acquiſita, citius quam fuerunt habentis illa, conſequenter omnino, & ſimpliciter reſtitui debent; acquiſita vero iuſte, quia ſunt habentis illa, reſtitui ſolum debent data opportunitate, quando ſcilicet, non exinde imminet iactura ſtatus ipſius debitoris.

42 Octaua Propoſitio. Quando debitor non poteſt omnibus creditoribus ſatisfacere rem reſtituendo, adeſt tamen probabilis ſpes, quod poſt breue tempus poterit integre omnibus ſatisfacere, licitum erit in hoc caſu differre reſtitutionem. Sic Adria. in 4. quæſt. ſecunda, de reſtitut. dub. 6. vbi ponit duos caſus, in quibus non tenetur debitor ſtatim reſtituere.

Vnus eſt, quandó artifex, qui pluribus debet, ſimul tum vni, videt ſe non poſſe illis reſtituere, ſi vendat artis ſuæ inſtrumenta, & paulatim poſſit laborando cum illis: tunc inquit, ſtatim reſtituere non tenetur.

Secundus eſt, quando debitor ſi omnia bona ſua tradat, non valet omnibus creditoribus ſatisfacere, reſeruando autem aliqua, ne mẽdicet, ne in infimo ſtatu permaneat, ita a ſuis conſanguineis, vel amicis iuuabitur, vt poſſit omnia reſtituere, non tenetur ſtatim reſtituere. Ratio huius propoſitionis, quam etiam ponunt Petrus de Arragon 2.2. q. 62. artic. 8. concluſ. 5. Ioan. Medina. C. de reſtitut. q. 5. dub. 2. §. Dixi notanter. Anto. de Corduba in Summa. q. 68. puncto. 3. & Petrus Nauar. lib. 4. de reſtitut. cap. 4. dub. 8. num. 52. eſt, quia ſecundum iura coguntur creditores expectare ſolutionem, ſi maior illorum pars velit, etiamſi alij renuant, vt patet ex l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt. Ergo naturalis æquitas poſtulat, quod non teneatur reſtituere vni, quando inde debitor impotens redderetur ad reſtituendum omnibus creditoribus, & ſit ſpes probabilis, quod ex dilatione poſtea ſingulis ſatiſfacere poſſit.

43 SECVNDVM DVBIVM eſt, An teneatur quis reſtituere aliquando bona cum detrimento propriæ famæ?

Reſpondeo Communis opinio eſt, non eſſe reſtitutionem faciendam ſtatim cum propriæ famæ detrimento, ſed expectandum eſt tempus, quando tale detrimentum non timeatur. Sic Sco. 4. diſt. 15. quæſt.

2.§.Ad argumenta, ante finem.Gabriel ibidem.
2.ar.2,concl,2.verb.*Secundus caſus*.Sylueſt.verb,
ſtitutio.5.q.3.verſi.*Tertio*.Caie.2.2.q.62,ar.2.&
&in Summa.verb.reſtitutio.cap,6.Mart. Naua,
Manuali. cap.17.num.89. Petrus de Arragona
2.q.62,art,8.Petrus Nauar.lib.2.de reſtit.cap.4.
ar.3.dub.9.num.400.& ſeq,et lib.4.cap.4.dub.7.
um.46. Couar.in reg.peccatum.par.1.num.6.de
eg.iur.in 6.Ioſeph Angles in floribus.4.ſent.q.2.
e reſtit.ar.2.difficul.9.concl.7. Gregorius de Va-
entia tom.3.diſpu.5.q.6.puncto.7. cauſa.5.Tole-
us lib.5.Summę.cap.27.Ludouicus Lopez par.1.
nſtruct. conſcien.c.116. Ratio eſt,quia irrationa-
iliter inuitus eſſet dominus, ſi magis vellet proxi
um infamari,quam pati incommodum modicũ
n rebus ſuis, ex dilatione reſtitutionis faciendæ,
um fama ex genere ſuo bonũ ſit altioris ordinis,
uam ſint bona externa. Vnde communiter docēt
uthores eum,qui furatus eſt rem alterius, poſſe re
ſtitutionem differre, ſi timeat ſtatim reſtituendo
atrocinij notam contrahere.

Intelligendum autem eſt hoc *regulariter loquen-*
o,nam infamia non obſtante, accidere aliquando
oteſt caſus, vbi cum detrimento famæ teneatur
liquis reſtituere, vt quando res reſtituenda eſt ma
na,& infamia mediocris,vel minima. Quãuis.n.
ama ex genere ſuo bonum ſit ordinis ſuperioris,
quàm ſint bona externa, eſt bonum temporale æ-
ſtimabile pecunia, & tanta poteſt eſſe res reſtituē-
da,vt famam debitoris longe ſuperet, quod eſt in-
telligendum,quando non expectatur commodius
tempus, in quo ſine periculo famæ reſtitutio fieri
poſſit.

Exemplum dari ſolet in muliere, quæ partum alienum ſibi ſuppoſuit, aut ex adulterio ſpuriũ genuerit. Quamuis enim dubium apud Doctores ſit, in huiuſmodi caſu, an quando attentis circunſtantiis infamia mulieris non eſſet ualde magna (quia ſcilicet,eſſet alioqui forte ſuſpecta,nec valde honorata) damnum autem filiorum legitimorum magnum (propter magnam hæreditatem, puta ſi eſſet Regnum,aut Marchionatus) teneretur mulier non obſtante periculo talis infamiæ reuelare proprium crimē, vt filios legitimos ſeruet indemnes? In qua re Caiet.2.2.q.62.ar.6.in reſp.ad ſecundũ, &artic.8.& in Summa.verb.reſtitutio.cap.6.& Mart.Nau.in Manuali.c.17.nu.89.& Petrus Nau. lib.2.de reſtitut.c 4.par.2.dub.9.omnino volunt, non teneri talem mulierem magnum etiam damnum reſarcire filijs, vel impediri,cum iactura propriæ famæ, quantumuis paruæ, ex eo, quod bonũ famæ, quantumuis paruæ dici ſolet inæſtimabile comparatum cum bonis etiam magnis fortunæ, vt patet Eccleſiaſt.41. *Curam habe, &c.* Prouerb. 22. *Melius eſt bonum nomen,quam diuitiæ multæ.*

Alij verò, & meo iudicio probabilius ſentiunt, quod quando non poteſt damna aliter reſarcire ꝑ alia bona,quæ habet,aut procurãdo, quod talis ſpurius ingrediatur religionē hæreditatis incapacē, & ſperat probabiliter ex reuelatione ſecuturã vtilitatem, puta quia ſpurius ei fidem adhibebit, & relinquet hæreditatem, tenebitur cum iactura ſuæ famæ crimē prodere,& reſtitutionem procurare. Sic Sotus lib.4.de iuſtit.q 6.ar.3.poſt mediũ.in reſponſione ad argumentũ quartũ.§.*Grauius autē dubium eſt*,& q.7.ar.2,ad ſecundum.Cou.in reg.peccatum,par.1.nu.6.§.*ſed, & ſecundo loco*, de reg.iur. in 6,Maior in 4.diſt,15.q.27.Martin.Ledeſ.2.4.q,18.ar.2,dub.4.concl.4,fol.244.col.1.& q,18.ar,5,fol.268,col,2. Greg. de Valen, to.3. diſput,5.q.6, puncto 7.cauſa.5.& Ludou.Lopez par.1, inſtruct, conſc.c,116.ante finē. Toletus lib.5.Sũmę.c,27.& Emanuel Rodriquez par,2. Summæ. c,45,cõcl.2.

44 Quia licet ex natura ſua maius bonũ ſit fama q̃ bonum externũ, conſideratis tamē particularibus circũſtantijs præponderare poteſt,quoad humanã æſtimationē bonũ aliquod externũ alicui bono famæ, ſicut quamuis aurũ natura ſua pretioſius ſit argento, poteſt tamen argentum aliquod in magna quantitate pretioſius eſſe aliquo exiguo auro.

Nec quiſpiam eſt prudens, qui nõ iudicaret,pluris faciendam eſſe ſummam centum millium aureorum, quam aliquam famam hominis alicuius obſcuri. Vnde tenetur mulier etiam cum detrimēto ſuæ famæ, ſi ea ſit exigua,ſeruare indēnes filios legitimos in hæreditate, ſi ea ſit maxima. Quod vero ſcriptura dicat famam comparatam cum bonis externis eſſe inæſtimabilem, non ita intelligi debet, quaſi nulla bona externa poſſint vnquã tanti, aut pluris æſtimari,quam aliqua fama,ſed quia fama tum ex ſua natura, tum etiam in caſibus particularibus ſeruata pari propoſitione in hoc vtroque ordine bonorum multo maius bonũ eſt;hoc eſt, ſi non exigua fama cum bonis maximis externis,ſed mediocris cum mediocribus, aut magna cum magnis,vel parua cum paruis cõparetur.

45 TERTIVM DVBIVM eſt,An teneatur,quis ſe vendere,vt reſtituat?

Reſpondeo Non teneri quempiam cũ iactura, & amiſſione ſuæ libertatis bona externa reſtituere.Sic Rich.in 4.diſt.15.ar.5.q.4.in fi. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q 2.de reſt.ar.2. diffic.10.Ludouicus Lopez par.1.inſtruct. conſc.c.116. concl. 4.Emanuel Rodriquez par.2.c,45.conclu.9. Gregorius de Valentia tom.3.diſput.5.q.6. puncto.7. cauſa.5.Toletus lib.5.Summæ.c.27.& Ludouicus Carbo.in tract.de reſt.q.85.dub.7.& q.87.ante fi.

Ratio eſt, quia ius ciuile, aut diuinũ quod ſuaue eſt, neminē ad hoc obligat, immo iura ciuilia vetant hominem liberum dari in pignus debiti. Et quamuis alij hãc rationem communiter aſſignēt, ex eo ſcilicet, quod libertas ſit maius bonum, quã res externæ; Mihi tamen magis placet illa,quam Lopez, & Rodriquez aſſerunt,quia ſicut ius cõſeruandi vitam, (eo quod talis, inclinatio inſita eſt a natura)obſtat quo minus putandum ſit hominem obligari ad reſtituenda bona externa regulariter, cum periculo,& iactura vitæ;ita quia appetitus libertatis a natura inſitus eſt, eam apud omnes vim habet, vt nullus in conſcientia cum illius iactura obligandus ſit,vt ſe vendat,& ſubeat perpetuam ſeruitutem, qua hæc debita inferiora recompēſet. Nec obſtat,quod Exod.22.ſtatutum ſit,vt qui furto ſublatum reddere non poſſet,venderetur; Quia licet lex illa Iudæos pro illo tempore obligaret, cũ propter conditiones illius populi data fuerit illis lex illa tanquam vtilis, vt notat Richardus vbi ſupra, nos tamen non obligat, cum lex moralis nõ fuerit. Durũ quippe eſſet, vt perſona nobilis,quæ nunquam ſeruiuit, ad ſeruitutē obligaretur,donec reſtitueret; quamuis ſecus dicēdum erit de eo, qui aliquando ſeruiuit. Sicut enim durum, & inhumanum eſſet, eũ, qui antea laborare ſolitus non eſſet; obligare ad laborandum manibus, vt reſtituat; Sin autem ſolitus erit laborare, tunc laborare quidem debet, & reſtituere, ſi quid ſupereſt. ex labore vltra victum congruum; ita ſi ſeruire prius ſolitus erat, ad tempus cogi poteſt ad ſeruiendum, non autem per totam vitam, vt ſic reſtituere poſſit, prout Ludouicus Lopez par. 1. Summæ.c.129. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtit. ar.2. difficul.13. & Ludouicus Carbo loco citato annotarunt.

46 Intelligendum eſt autem, quod diximus de reſtitutione ob bona externa, ut enim Rich. vbi ſupra tradit, qui alium iniuſte damnificauit in ſua libertate, hoc eſt iniuſte ipſum in ſeruitutē redigi procurauit, habita ratione perſonæ, tenetur ſe ſeruum pro eo facere, ſi illum aliter libertati reſtituere non poſſit.

De alijs quinque cauſis, quæ ex parte debitoris a reſtitutione facienda excuſant. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quarta cauſa excuſans a reſtitutione facienda eſt* Ceſſio bonorum, *& quid illa ſit.*

2 *Ceſſionem bonorum tanquam remedium, miſerabile tamen & flebile adinuenerunt leges humanæ.*

3 *An qui ſic bonis ceſſit, poterit tuta conſcientia retinere ſibi neceſſaria, & familiæ ſuæ.*

Neceſſaria poſtquam retinuerit, a Iudice petere alimenta non poteſt, ſin autem petierit, & obtinuerit, quid reſtituendum, & quid reſeruandum ſit.

Si bona fuerint iniuſte acquiſita, non poteſt retinere ſibi neceſſaria, nec valet Reſp. ſtatum decentem tali debitori aſſignare. ibid.

4 *Huiuſmodi debitores facta ceſſione bonorum non liberantur totaliter a debito; ſed manent cum debito reſtituendi ſingulis creditoribus in integrum, ſi eis pinguior fortuna contingat.*

5 *Cauſa quinta excuſans* Præſcriptio *rei legitima.*

Sexta eſt Solutio *ſeu* Compenſatio *a debitore facta non ipſi creditori ſed alicui creditori creditoris.*

6 *An ſoluendo id, quod alteri debetur, ſine conſenſu, ſecluſa fraude, &c. liberetur a culpa & reſtitutione, in foro conſcientiæ.*

7 *Siue cũ fraude fiat ſiue nõ, ſiue iuſte, ſiue iniuſte poſſidebat primus creditor, tota materia ampliatᷓ, et n.8.*

9 *Recompenſatio facta per commodum æquiualens excuſat quæ pro cauſa ſeptima numeratur.*

Recompenſatio dupliciter fieri poteſt. ibid.

9 *Per ſpirituale non poteſt ſolui temporale, vnde datio beneficij eccleſiaſtici non excuſat debitum.*

10 *Opinio Panormitani vera eſt in foro contentioſo, & in foro conſcientiæ.*

11 *An cum debita hinc inde diuerſimode ſint contracta locum excuſandi habeat compenſatio.*

12 *An recompenſari poſſint debita iuſtitiæ cum beneficijs gratuitis.*

13 *Octaua cauſa excuſans eſt* Religionis ingreſſus.

Durante impotentia ceſſat obligatio ibidem, & n.15.

14 *Etiam iuramento aſtrictus ad ſoluendum debitum ce- dendo bonis ſatisfacit, nec tenetur in ſeculo manere ad procurandum, vt ſoluat.*

15 *In religione non tenetur laborare manibus, vt ſatiſ- faciat creditoribus, ſiue Nobilis, ſiue ignobilis.*

16 *Quo ſolo caſu uera ſit ſententia Gerſon. & Medinæ de- bitorem teneri non intrare religionem.*

17 *Teneri monaſterium huiuſmodi debitorem ſtul- tu dimittere, ut foras lucretur, unde ſoluat, ſ- cuit Medina, eiuſque argumenti ſolutio.*

18 *De ſeruo religionem ingrediente inuito Domino, de uxore, quæ ſine conſenſu mariti ad religionem transfert, & de perſona debitoris inuito credito- ratio diſpar.*

19 *Talis pſona ſiue peccet, ſiue nõ ingrediēdo relig- profeſſio tamē ſic facta ualida eſt ſecundum ius a- quum, nunc uero non per conſtitutionem Sixti V. Quoad criminoſos, & illegitimos reſtricta, quoad æs alieno grauati non ſint.*

HActenus de tribus præcipuis cauſis, qui- bus impediri, aut differri poſſit reſtitu- tio ea, qua potuimus claritate, & breui- tate diſputauimus, nunc alias explica- aggrediemur. Et quia quæ hucuſque dicta ſun- ſum debitorem concernunt, prius reliquas cau- attingemus, quæ ex parte debitoris reſtitution- dilationem, aut obligationem omnimodam ce- ſare poſſunt, poſtea de illis, quæ ex parte credito- ris excuſare poſſunt agemus.

1 Quarta igitur cauſa, quæ a reſtitutione facien- da excuſat, eſt *Ceſsio bonorum*, quando ſcilicet debi- tor, quia non habet, vnde omnia debita ſoluat in integrum, bonis ſuis cedit. De qua re legendi ſunt Summiſtæ in verbo cedere bonis. Ange. ibi Syl. & Tabiena. & idem Sylueſt. verb. reſtitut. 6. q. 4. & verbo. reſtitutio. 7. quæſtio. 6. Tabiena verb. reſti- tutio. §. 4. circa medium. Sotus lib. 4. de iuſtitia quæſtio. ſeptima, artic. 4. in fine. Ioannes Medi- C. de reſtitutione. quæſtio. tertia. cauſa tertia, Mar- tinus Ledeſ. 2. 4. q. 18. art. 5. fol. 267. col. 4. & fol. 268. col. 1. Martin. Nauar. in Manuali. c. 17. nu. 84. Couar. lib. 2. variarum reſolut. c. 1. a nu. 6. Grego- rius de Valentia. to. 3. diſput. 5. q. 16. puncto. 7. poſt cauſam. 9. Toletus lib. 5. inſtru. Sacer. c. 26. Ludoui- cus Lopez par. 1. Summæ. c. 119. Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 8. controuerſia. 4. Petrus de Arragon ib. cauſa. 9. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. 2. de reſti- tut. ar. 2. difficul. 14. & q. quis reſtituere tenetur. ar. 2. difficul. Petrus Nau. lib. 4. de reſtit. c. 4. dub. 10. nu. 57. Anto. de Corduba in Sum. q. 68. puncto 3. in fine & Ludouicus Carbo tract. de reſtit. q. 83.

2 *Notandum* in primis eſt circa hanc ceſſionem bo- norum, quod humanæ leges ad varia incommoda remouēda, quibus homines ære alieno grauati af- fici ſolent, hanc ceſſionem bonorum tanquam re- medium, miſerabile tamē, & flebile, vt vocāt, adin- uenerunt, vnde ſtatuerũt, vt qui debitoribus ſatiſ- facere nõ poterant, bonis cedendo, non conijcerē- tur in carceres, vt habetur in l. 1. C. qui bonis c. d. poſſunt. neque ob non ſolutionem excommunica- rentur, cap. Odoardus. de ſolution. & demum ne in iudicio condemnarentur, niſi inquantum face- re poſſent. l. is l. qui bonis, & l. debitores. ff. qui bo- nis cedere poſsũt. Fieri autem debet hæc bonorum ceſſio, aut in manu creditoris, aut in defectũ eius in

manu,iudicis,& debito confeſſo,vt ex dictis legib. onſtat.Facta igitur hac ceſſione eo modo,quo di- tum eſt.

Dubium eſt,an quando quis bonis ceſſit, poterit ta conſcientia retinere ſibi neceſſaria,& familiæ æ,prout in dictis legibus habetur. Et ſermo eſt de ro interiori,nam in foro exteriori ſecundum om es excuſatur quo minus a ſuis debitoribus conueni poſſit,aut in carcerem conijci, aut excommuni- ari. De foro autem interiori controuertitur inter Doctores. In qua re.

Prima opinio eſt dicentium in foro conſcientiæ ihil ſibi retinere poſſe, ſed debent mendicando, el laborando victum ſibi,& ſuis quærere,legeſ- ue ciuiles concedentes, huiuſmodi bonorum ceſ- onem,liberare eos ſolum in foro exteriori a carce ,& aliis vexationibus. Sic Adr.in 4.qu.2.de reſti. ub.6.& Io.Med.Cod.de reſt.q.3.cauſa.3.q.5.dub. ,vbi duo docent maxime Io.Med. Vnum eſt,quod ue debita ſint ex contractu, ſiue ex maleficio reſti uenda ſunt,non obſtante,quod maneat inops,& geſtate preſſus. Secundum eſt,quod ſi bona, quæ abet debitor,ſint ipſius creditoris, omnia reſtituē a ſunt,deductis ſolum ijs,quæ creditor illi tanquã opi per viam eleemoſinæ dare tenetur, ſi verò nt bona ipſius debitoris,tunc ſi in illis ſint inſtru- enta ad vitam neceſſaria, illa ſolum illi relinquē- a ſunt, vt ſic dictum & veſtitum ſibi, & ſuis ac- uirat,cum nimis durum eſſet, eum inſtrumentis il s priuare.

Secunda eſt dicentium, quod ſi cedens bonis bo- a,quæ iam poſſidet,iniuſtè acquiſiuit, puta ex fur o,rapina,vſuris, aut alio illicito contractu, nihil mnino ſibi retinere poteſt, ſed illis omnino cede- e debet,& victum quærere laborando, ſi prius la- orare conſueuit,quia talia bona nunquam fuerũt us,prout ſupra de ſtatu iniuſte acquiſito diximus, i uero bona ſint iuſte acquiſita, & poſtea debita il a contraxit,ſine infortunio,& ſine culpa ſua, ſiue culpabiliter,& prodige viuendo(quicquid in hoc ecundo caſu id neget Pet.Nau. vbi ſupra)tutus eſt n conſcientia cedendo bonis juxta leges ciuiles; oteſtque tuta conſcientia retinere ſibi neceſſaria olum,minuendo ſtatum,ſicut ſupra diximus de ſta u iuſte acquiſito,non tamen poteſt poſtquam ſibi eceſſaria retinuerit,a iudice petere alimēta, quòd petijt,& obtinuit conuenienter, tunc quæ ipſe antea ſecreto retinuit,reſtituere tenetur creditoribus,reſeruatis illis ſolum, quę ſibi a iudice tanquam eceſſaria applicata fuerunt. Sic alij, quos ſupra ci- auimus. *Poteſt* igitur ex ſic iuſte acquiſitis retine e ſibi neceſſaria ad victum,& veſtitum, & de his ſo um loquuntur leges ciuiles, quæ cum ſint iuſtæ,& maxime expedientes bono communi, reddunt debitores tutos in conſcientia, tam ante, quam poſt iudicis ſñiam,atque adeo ſicut poſt, ita ante creditor non eſt rationabiliter inuitus, de retentione eorum,quæ neceſſaria ad victum & veſtitum ſibi, & familiæ ſuæ erunt. Habet enim Reſpublica poteſtatem ordinandi & diſponendi de bonis ſubditorum in hac parte,cum id bono communi expediat, vnde & creditores conſentire debent, cum hoc ordinetur ad bonum creditoris, quia & artifex inſtrumentis, & miles equo lucrari & acquirere poteſt, vnde debitum ſoluat,& conſequenter tuti erunt in conſcientia debitores,ſi retineant ſibi ſolum neceſſaria,ceſſante fraude,& dolo. Secus aũt dicendum eſt,ſi fuerint omnino iniuſte acquiſita, tunc.n.nec Reſpublica de illis debitori ſtatum & decentem ſuſtentationem aſſignare valet,vt ipſe ob talem ceſſionem bonorũ ſit liber in conſcientia a reſtõne eorum, quandoquidem magis videtur ad bonũ cõe pertinere, ne illis relinquatur decens ſuſtẽtatio,ne ſit occaſio abſcondendi bona & debita ẽt illicite cõtrahendi ſpe illa,vnde facta omni ceſſione non obſtante egeſtate contra iuſtitiã retinentur acquiſita; & ea reſtituere tenentur, & rationabiliter inuitus eſt creditor,vt talia retineantur. Tales namque pœna potius plectendi ſunt, quã eis beneficio legis conſulatur.

4 *Addendum* tamen eſt ex communi omniũ conſēſu, huiuſmodi debitores non liberari totaliter a debitore,ſed manere ſp cum debito reſtituendi in integrum ſingulis creditorib. ſi contingat eos poſtea ad pinguiorem venire fortunam; ad quam ẽt in foro exteriori compelluntur,cum ceſſio iſta conceditur illis ratione neceſſitatis,in quam venerunt, qua deficiente & ceſſante,ceſſat ẽt iſta legũ conceſſio, & in integrũ reſtituere tenentur,vt colligitur ex c. *Odoardus.de ſolution.*vbi ſtatuitur, vt huiuſmodi debitor cautionem det de ſoluendo,qñ ad pinguē fortunam venerit. Qui textus,etſi non aperte loquatur de eo,qui bonis ceſſerat, ſatis tñ id ibidē ſignificatur,& deducitur ex l.1.C. qui bonis cedere pñ,& l.ſunt qui.ff.de re iud. Et patet ex dictis ſupra capit. præcedenti in cauſa 2.dub.2.§.5. Vbi diximus,pauperem ad reſtituēdum teneri, ſi ad pinguem poſtea fortunam deueniat. Plura de hac re apud præfatos authores legi poſſunt.

5 *Quinta* cã a reſtõne excuſans eſt *Præſcriptio* rei legitima,hoc eſt,talis dēt eſſe ſcđm ſacros canones, iuxta ea,quę ſupra li.q.c.12.dub.10.de legitimo modo præſcribendi tradidimus. Hanc cauſam excuſandi a reſtõne præter authores ibi citatos, ponunt expreſſe Palud.4.diſ.15.q.2.art. .concluſ.4. Io.Med. de reſt.q.32.in argumento 3. Mart.Nau.in Man.c. 17.nu.85. Sylu.verb.reſti.7.q.7.Ang.verb.præſcriptio.nu.42.& verb.reſtit.vlt.§.9. Tabi. verb.reſtit. verſ.5.Pet.Nau.lib.4.de reſtit.c.4.dub.11.in fi.nu. 70 Greg.de Val.tom.3.diſpu.5.q.6,pun.7.cauſa.9. Lud.Lopez p.1.inſtr.conſc.c.133. Tolet.lib.5.inſtru.Sacer.c.26.Eman.Rodriquez par.2.ſum.c.47. concl.14.& Lud.Carb.tract.de reſti.q.84.concl.3. Ratio eſt,quia per legitimam & canonicã præſcriptionē res tranſit in dominium debitoris,vñ is,qui antea rei illius dominus erat, minime rationabiliter inuitus ea caret, cum ipſius dominus eſſe defierit. Dēt aũt iſta præſcriptio eſſe canonica,quia legalis præſcriptio,vt Nau.& Lopez notant,non excuſat. Vñ nulla præſcriptio,quæ mala fide inchoata fuit, & mala fide continuata, ſeu a ſciēte rē eſſe alienam excuſat,neq; ẽt,quæ cœpta eſt bona fide,ſi poſtea antequam tempus ad præſcribendum finiretur,mala ſucceſſit.c.vigilanti.& ca. fi.de præſcr.& Reg.2.Reg.poſſeſſor. de reg. iur.in 6.ſecus autē ſi peracta præſcriptione ſciat, rem fuiſſe alterius domini,tunc enim eam retinere poteſt.

6 Sexta cauſa a reſtitutione excuſans eſt ſolutio, ſeu compenſatio a debitore facta non ipſi creditori, ſed alicui creditori ipſius creditoris, ita vt ſoluen-

do tantum ipſi, primus creditor liber maneat ab obligatione reſtituendi ſuo creditori. Vt v.g. Ego debeo Ioanni centum, & ipſe Io. debet Paulo centũ, dubium eſt, an ego ſim liber a culpa, & reſtõnis obligatione, ſi quod Ioanni debebam, ſoluam Paulo, qui eſt ſecundus creditor, hoc eſt, creditor mei creditoris. Et quidem ſi id de conſenſu primi creditoris fiat, non eſt dubium, quin liberet a culpa, & reſtõne, ſolum igitur dubium eſt, an idem dicendum ſit, quando abſque mei creditoris conſenſu, aut eo inſcio, & inuito id fecerim. In quo caſu non loquimur in foro exteriori, nam in eo foro dubium non eſt, quin primus creditor cogere poteſt debitorem, vt ei, quod debet, iterum reſtituat. Eſt igitur difficultas ſolum in foro conſcientiæ, an ſoluendo vni, quod alteri debetur, ſine eius conſenſu, ſecluſa omni alia fraude, iniuſtitia, & ſcandalo, liberetur a culpa, & reſtitutione.

Hanc quæſtionem tractant Bar. in l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. actio. Ang. verb. ſolutio. §. 13. Sylu. verb. reſti. 7. q. 3. & verb. ſolutio. q. 4. verſicu. ſecundum. Io. Med. Cod. de reſt. q. 3. cauſa. 5. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. 3. quis reſtituere tenetur. art. 2. diffic. 6. Pet. Nau. lib. 4. de reſti. c. 2. dub. 5. nu. 23. & ſeq. Greg. de Val. tom. 3. diſpu. 5. q. 6. punc. 7. cauſa. 8. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 8. cauſa. 5. Emanuel Rodriquez par. 2. ſum. c. 47. concl. 3. & Ludo. Carb. tract. de reſti. q. 85. dub. 1. Vt autem recte intelligatur difficultas, ſit caſus, quem ponit Medina vbi ſupra; Ego debebam Petro decem, & totidem debebat Petrus Ioanni, ſed Ioannes ob defectum probationis non poterat iuridice, nec alia via ſua decem recuperare, defunctus eſt Petrus [cui ego decem debebam, & debitum meum occultum erat, quia clam illa decem a Petro abſtuleram] ſed ego ſciens, Petrum tantundem Ioanni debere, ſolui Ioanni decem, quæ Petro debebam; An id potuerim ſalua conſcientia facere, manens liber ab obligatione reſtitutionis?

Bar. vbi ſupra diſtinguendo, reſpondet, ſi ſecundus debitor ſit debitor ex eadem cauſa cum primo, hoc eſt, ſi ego conduxi domum a Petro, qui eam cõduxit a Ioanne, ſic licitum eſt, & liberor a reſtõne, ſi remoto creditori, hoc eſt, Ioanni perſoluã, proximo creditore, hoc eſt, Petro, cui ego debeo, neglecto, & inuito. l. vtrum præſente. ff. de conſtit. pecu. cum poſſem ab eo compelli. l. Nomen. C. quæ res pign. oblig. poſ. Et ſimiliter quando talis factus eſt creditor propter me, quia. ſ. creditor meus gerendo negotia mea, accepit cãbium, aut mutuum ab alio, tunc enim ſatisfaciam, ſi ei, cui meus creditor dẽt, perſoluam, oritur enim debitum ex eadem cauſa. l. ſi liber homo. ff. de neg. geſt. ſi verò cauſa ſit ſeparata a mea, non liberor a reſtõne abſque conſenſu primi mei creditoris. l. inuito. ff. de ſolu. & l. pen. & fi. de negot. geſt. Quæ opinio vera eſt ſine dubio in foro exteriori, & contentioſo, qui enim hoc modo ſolueret, cogi poſſet iterum ſoluere.

7 Alij verò oẽs duo docent, *Primum eſt*, qđ ſi fiat in fraudẽ primi creditoris & immediati, aut in eius dãnũ, tunc ita ſoluendo peccat, & tenetur de dãno, vt de ſe patet, quale eſſet, ſi iterũ ab eo exigeretur debitũ in iudicio. Deinde verò ẽtſi non fiat in fraudem & damnũ primi creditoris, ſi tamen res debita in ſpecie eſſet reddenda ita vt functionem non admittat, & primus creditor rẽ illã *iuſte poſſid*[eat], peccatum erit non reddere primo & immediato creditori, ſed ſecundo creditori, ſine conſenſu creditoris proximi. Vt v.g. ſi ille, a quo equum cõmodatũ accepi, aut depoſitum, aut domum locatã, illã iuſte poſſidebat, non eſt licitũ mihi abſque eius conſenſu rem illam ſecundo creditori ſoluere. Tũ quia hoc eſſet exercere officium iudicis, quod non licet perſonis priuatis, immo nec iudex dum iuſte retinet, rem illã remoto creditori adiudicare, alias daretur bellum ex vtraq; parte iuſtum. Tũ quia hac ratione aperiretur via ad multas lites facile. Tum quia non eſt licitum mihi iuſtum rei poſſeſſorem ſpoliare, vel ei non dare rem, vt dem vero domino, cum ille primus creditor vere ius ad rem illam a me recipiẽdam habeat, & rationabiliter mecum de illa iniuria expoſtulare poſſit. Sin verò meus creditor rem illam iniuſte retinet, & poſſidet, tunc reddendo rem illam ſecundo creditori, & vero domino inuito, aut inſcio primo, & immediato meo creditore, non pecco, cum ille fur ſit, & iniuſtus poſſeſſor, vnde non pecco tradẽdo rem vero domino. Quamuis. n. rem emptam a latrone bona fide, reddere poſſim rem illam, vt pretium datum recuperem, nõ tamen ad id teneor, Immo quando mea non intereſſet, hoc eſt, quando non deberem me indemnem ſeruare, non ſolum poſſum, ſed etiam teneor vero domino rem tradere.

8 *Secundum eſt*, quod ad reſtõnem attinet, ſi res debita functionem admittat, hoc eſt, qñ quod debetur non eſt idem numero reddendũ, ſed ſpecie & valore, tunc remota fraude, & præiudicio primi creditoris, ſiue primus creditor iuſte, ſiue iniuſte illã retinebat, ſi rẽ creditori mei creditoris reddam, immunis & liber ſum in conſcientia a reſtõne. Ratio, quia per iſtã ſolutionẽ nulla fit iniuſtitia primo creditori, cũ ipſe liberetur a debito, quo tenebatur primo creditori ſuo, ſumpta ſecuritate quod ſecundus creditor non aget contra eũ, vnde non erit quamuis hoc rõnabiliter inuitus, cũ negotiũ eius vtiliter geſtum ſit. Neque fit vlla iniuſtitia ſecundo creditori, qui hẽt iã, quod ſibi a priore creditore debebatur, & adeo vtiliter geſſit negotiũ ſecundi creditoris, & oĩa ad æqualitatẽ reducta ſunt. Cũ igitur nulla iniuſtitia fiat, conſequenter in conſcientia nulla eſt reſtõnis obligatio, ſiue ex eadem, ſiue ex diuerſa cauſa debitũ emanat. Vñ in caſu poſito ſoluendo Ioanni pro Petro defuncto nulli fit iniuria, non defuncto, vt conſtat, ex quo facit, quod ipſe, ſi viueret, facere debuiſſet; Nec hæredibus, qui ſicut ſuccedunt in bonis defuncti, ita etiam ſuccedunt in obligatione, qua defunctus tenebatur]: neque ſecundo creditori, cum eius negotiũ potius vtiliter geſſerit. Quæ omnia ex ſe manifeſta ſunt.

9 Septima cauſa a reſtõne excuſans eſt *recompenſatio* facta creditori per æquiualens aliquod cõmodi eidẽ ipſi creditori collatũ. Quæ recõpenſatio dupliciter fieri poteſt, vt notant Doctores, *Vno modo*, ſi debitor conferat creditori aliquod officiũ. *Secundo* modo, ſi debitor remittat creditori æquale debitũ, quo viciſſim creditor eſſet debitori obſtrictus, vt v.g. Ego debeo Petro ex vno contractu centũ, & ipſe ex alio debet mihi totidem.

Quoad primum modum certũ eſt contra aliquos iuris peritos, non excuſatur debitor a reſtitutione

ex

eo qđ dedit, aut procurauit alicui ſuo credito-
beneficium eccleſiaſticum in recompenſationem
biti. Ratio eſt, quia per ſpūale non poteſt ſolui tē
orale ſine ſimonia, arg.c.quam pio.1.q.2.& ca.cū
cundum.de præb. Vnde datio beneficij non excu
t epiſcopum a ſoluendo id, cuius debitor eſt pro-
er obſequia ſibi præſtita. Quamuis ſecus eſſet, ſi
i datum, vel procuratum tale beneficium gratis
debitore, creditor cā gratitudinis debitū condona
t, tunc.n.liber a reſtōne maneret. Nec pari ratio-
recompenſatio fieri poſſit dando, aut procuran-
officia, quæ ſine ſimonia, aut peccato emi, aut
ndi nō poſſunt. Ceterum ſi debitor creditori ſuo
ficium aliquod ſeculare dare, aut procuraret, qđ
ntundē, aut plus valeret, quā debitū, vt v.g. ſi cre-
tori ſuo caualleratum, vel notariatum, aut quid ſi
ile æquiualens debito procuret, aut donet, excuſa
r a reſtōne. Vt recte Nau.in Man.c.17.n.81. Pet.
Arrag.2.2.q.62.ar.8.cā 4.in fi. Eman. Rodriqu.
2.ſum.c.47.concl.2. Lud. Lopez p.1.in tr.con.c.
130.Tol.lib.5.inſtr.Sacer.c.26.& Ludou. Carbo
ct.de reſt.q.85.dub.6.& Greg.de Val. to.3.diſp.
q.6.punct.cauſa.7.& alij annotarunt. Hæc enim
m ſint pretio æſtimabilia, in recompenſationem
biti dari, aut vendi, & procurari poterant.

Quoad ſecundum modū eſt dubium inter autho
s, an per recompenſationē horū debitorū tollatur
ligatio reſtituendi. Et non eſt ſermo de compēſa
one, q fit ex conſenſu vtriuſq;, tunc.n.certum eſt
lide fieri poſſe, & exinde tolli obligationem re-
tuendi. Sin aūt id faciat debitor, inſcio, & inuito
editore, non ita certū eſt. Nam Pan.in c. bona fi-
s, de depoſito, ait, quod ſi res hinc inde debitæ,
nt ex illis, quæ conſiſtunt in numero, pondere &
enſura, functionēq; ædmittant adinuicē, vt vinū,
ticū, pecunia, &c. per compenſationem tollitur
ligatio reſtituendi, ſecus aūt erit, ſi res hinc inde
bitæ differant natura, & ratione. Nam ſi quis de-
eat mihi equū, & ego debeo ei cētum aureos, non
abet in his debitis locum compenſatio. Ratio eſt,
uia forte mea intereſt habere potius equum debi-
m, quam pecuniam, aut econtra mea intereſt, pe-
niam mihi debitam magis hr̄e, quam equū. Ve-
m quamuis hęc opinio Pan. in foro contentioſo,
mmo ēt in foro conſcientiæ, vera ſit, quando debi
or ita obtulit creditori aliam rem pro ea, quā cre-
itor rationabiliter exigebat, & debitor debitum
liud ſuum a creditore, ſine incommodo recupera
e poterat, ſic.n. peccat ita compenſando creditore
uito, & ignorante; quantum tamen ad reſtōnē
tinet, ſi creditor talem compēſationem acceptet,
dēs quod aliter recuperare ſuum non poteſt, aut
ia ratione inductus, manebit debitor ab obliga-
one reſtituendi liber, non ſolum quando res, quas
bitor, & creditor viciſſim ſibi debebat erant eiuſ
em naturæ (vt frumentum, & frumentū, pecunia,
pecunia, &c.) ſed etiam ſi res fuerint diuerſæ na-
ræ, dūmodo is, qui ita compenſat, ſatisfaciat ſuo
creditori, ſi aliquid inde damni patiatur, puta, quia
bitor forte eius debuiſſet creditori ſoluere, quā
reditor illi, & inde creditor damnum aliquod in-
rrat, tunc enim oportebit hoc damnum illi a de-
tore reſarciri. Sic Palu.in 4.diſt.15.q.2,ar.1.con-
3.Io.Medina.Cod.de reſtitu.qu.3.cauſa. 12. Pet.
Arrag.2.2.q.62.ar.8.cauſ.4.Grego.de Val.to.3.

diſp.5.q.6.puncto.7.cauſa 7. Ioſeph Angles in floribus.4.ſent.q.3.de reſtit.art.2.diffic. 17. Eman Rodriquez cap.47.concl.1.& Lud. Carbo tract.de reſti.q.85.dub.2.

Intelligendum autem eſt hoc, quod diximus, verum eſſe, quando adſunt omnes conditiones requiſitæ ad compenſationem, de quibus ſup. lib.ca.14. dub.2.diſſeruimus, & maxime dummodo debita ſint paria, ſi enim debitum vnius ſit certum, & debitum alterius dubium, non erit licitum vnius pro altero compenſationem facere. Nec ſimiliter ſi debitum vnius ſit pro tempore præſenti, & debitū alterius pro tempore futuro. Neq; fieri poteſt compenſatio hæc in depoſito; Non.n.poſſum, ſi tu debes mihi centū, & totidem apud me depoſuiſti hac via, quod mihi debes compenſare, vt definitur in c. Bona fides.de depoſito. Id quod accidit propter fidelitatem ſeruandam in contractu depoſiti, in quo res ſoli fide depoſitarij committitur. In ceteris autem contractibus bonæ fidei, fieri poteſt compenſatio ſeruatis conditionibus ad compenſationem requiſitis ut ibi latius expoſuimus.

11 DVBIVM autem eſt, an cum debita hinc inde ſint diuerſimode contracta, alterum ex mutuatione reali, vel alio contractu licito, alterum verò ex promiſſione iuramento firmata, locum habeat cōpenſatio: vt v.g. ſi Petrus accepit decem mutuo a Ioanne, & Ioannes promiſit ſe daturum, aut ſoluturum illi decem, addito iuramento, an poſſit Ioānes non obſtante iuramento ſuo de ſoluendo ei decem, compenſatione vti?

Reſpondeo cum Io.Med.C.de reſtitu.q.3 cauſa 12.poſt mediū. Ioſeph Angl.q.3.ar.3.diffic.17.& Ludou.Carb.tract.de reſti.q.85.dub 2. in fine. Qđ cum iuramentum licitum ſeruādum, & adimplendum ſit in foro conſcientiæ ſecundum intētionem iurantis, tunc ſi Ioannes valens compenſare debitū, iurauit abſolute, ſine vlla conditione, creditori ſuo debitum ſoluere, ſciens alterum ſibi tantundem debere, tunc ſolutionem rōne compenſationis differre non poterit, ſed iuramētum adimplere tenetur: iurando enim iuri, quod habebat ad compenſandū, ceſſiſſe videtur, arg.c.Ad noſtras, & c. *debitores, de iureiurando*. Ratio eſt, quia qui ſub iuramento aliqd promiſit, non ſolum homini, cui promiſſio facta eſt, verum etiam Deo, quem propoſuit ſui promiſſi fideiuſſorem, tenetur, quamuis creditor non lædatur, iuxta doctrinam Caiet.2.2.q.66.ar.7. circa reſponſionem ad argumentum tertium dub.2.verſi. *ad primam autem obiectionem*. Si autem iurando, & memor debiti, intendebat ſe obligare ad ſoluendū; vt tamen non intendat iuri compenſandi cedere, tunc interpretandum erit iuramentum, vt ſoluat, ſi alter itidem ſibi ſuum debitum ſoluat, alias vti velit compenſatione.

12 DVBIVM aliud eſt, An recompenſari poſſint debita iuſtitiæ cum beneficiis gratuitis.

Reſpondeo, cum Petro de Arragona 2.2.quæſtio.62.art.8.cauſa 4.ante finem, & Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ, cap.47.concluſ.2.non poſſe. Ratio eſt, quia qui gratis dat ſuo creditori aliquid, non intendens per illud ſoluere debitum, transfert rei dominium titulo donationis, vnde non manet liber hoc modo ab antiqua obligatione iuſtitiæ. Addūt tamen, quod ſi qñ dedit, oblitus erat debiti, ex voluntate interpretatiua iudicari poteſt, quod voluit reſtituere, atque adeo manebit liber, quandoquidem ſi memor fuiſſet debiti, non vſus eſſet tanta liberalitate, ſed in compenſatione debiti contuliſſet. Quæ limitatio non mihi admodum certa videtur, cum libera donatio ſemel facta ex obliuione debiti titulum donationis non amittat, vnde nec obligationem debiti ex iuſtitia tollere cenſetur. Ceterum illud verum eſt, quod Ant. de Corduba in ſumma. q. 99. Ludouicus Lopez p. 1. inſtr. conſc. c. 130. & Emanuel Rodriquez pa. 2. ſummę. c. 47. concl. 2. notant, quod ſi aliquis ſe nouit ſecretum debitorem alterius, & pactum inter eos intercedat, hoc eſt, ſi creditor cū illo pactum faciat, vt procuret pro ſe certam præbendam, aut priuilegium a Rege, dicens ſe ſoluturum illi, quod ſolitū eſt pro tali impetratione inſumi, ſi debitor poſtea gratis illud impetret poteſt recompenſam facere pro ſolutione ſui debiti, vt v.g. ſi Petrus ſecretus debitor Ioannis, pro Ioanne qui Petro impetraturo diſpenſationem a Papa, vel priuilegium a Rege ſoluere promiſit, quod pro impetratione ſolitū eſt inſumi, & tm̄ quantum huiuſmodi obtentio priuilegij conſtare ſolet, gratis illam diſpenſationem, aut priuilegium obtinet, (quia. ſ. amici Petri amicabiliter pro Petro, vt impetraret gratis a Papa, vel Rege egerunt quod alias ſine magnis expenſis non ſolet obtineri) poterit Petrus in recompenſationem debiti ſecreti, hanc ſibi impetrationem gratuito factam dare, aut ſibi ſecreto pro ea recompenſare. Ratio eſt, quia licet gratis obtinuerit ob interceſſionem amicorum, amicis tamen ſubeuntibus hāc curam, atque laborem ex gratitudine ſaltem deuinctus manet, vt ſimilem pro illis curam, & laborem gerat, cum ſe caſus obtulerit: quorum vtrumque pecunia æſtimabile eſt. Quod procedit, ſecundum eoſdem authores, niſi Ioannes, pro quo Petrus gratis ſic obtinuit priuilegium, in aliis æquiualentib. beneficiis, obſequiiſque vtilibus Petro, diſpenſationis, aut priuilegij negotium geſtum recompenſauit: in hoc enim caſu non poterit tali impetratione recompenſationem debiti prioris facere. Quæ limitatio, & reſtrictio valde dubia eſt, & meo iudicio falſa, quia cum creditor ille teneatur ex ui pacti, & promiſſionis ad ſoluendum tantum, quantum pro expenſis in obtinenda diſpenſatione inſumi ſolet, ſiue Ioannes poſtea gratis illam obtineat, ſiue non; & ſiue Petrus antea alia beneficia ei præſtitit, ſiue nō promiſſis ſtare tenetur: vnde conſequenter Ioannes debitor efficitur, & ita pro ea Petrus prius debitum recompenſare poteſt. Quod ſi nihil ſecreto Petrus debeat Ioanni, aut publice, poterit occulte pro hmōi negotiis geſtis ſibi recompenſare, quādo aliter ſine iactura amicitiæ, vel ſine aliis diſpendiis debitam ſuper hoc recompenſationem a Ioanne obtinere non poſſet, vt præfati authores tradunt.

13 Octaua cauſa, quæ ex parte debitoris videtur a reſtitutione excuſare, eſt Religionis ingreſſus. De qua re olim fuit grauis inter Doctores cōtrouerſia, quid licitum, aut illicitum eſſet. In qua re duæ fuerunt celebres opiniones.

Prima fuit Io. Gerſonis in Alphab. 39. quod incipit ſub lit. T. vſq; ad finem, & Io. Maioris in 4. diſti. 8. q. 17. Ioan. Medinæ C. de reſtit. quæſt. 3. Cauſa 8. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. 3. de reſtit. diffic. 9. Grego. de Val. tom. 3. diſpu. 5. q. 6. p poſt cauſam Nonam. & Ludouici Carb. tract. ſtit. q. 85. dub. 3. dicentium non excuſari a debiti per religionis ingreſſum, ſed peccare diendo, & ingreſſum, & profeſſum ſemp debitorem, & ad ſoluendum obligatū, tene tum in ſe eſt, vel remiſſionem a creditore re, vel quærere modum, quo illi ſatisfacere puta artem aliquam exercendo intra Monaſ vnde aliquid lucraretur, idque ex conſenſu lati, qui illi tenetur ad id licentiam conced pro eo debita eius creditoribus ſoluere. Quod tra Monaſterium quicquam lucrari non p quod poſſet extra, tenetur extra Monaſterium facere ex prælati licentia: Immo ſi Monaſt nolit, aut non poſſit pro eo ſatisfacere, nec ali paret remedium, quo creditoribus ſatisfacit, habitu dimiſſo in partes remotas ſecedere, vbi ſcandalo lucrari poſſit, vnde debita ſoluat, te que prælatus licentiam dare recedendi, & di di habitum, alias ſi eam abſque iuſta cauſa get, peccat, ſi tamen prælatus eam deneget, eri bitor impotens, & durante tali impotentia, obligatio, ex Medina vbi ſupra, quinimmo ſec Ioſephum Angles vbi ſupr. dubio 6. ſi neget p latus licentiam dimittendi habitum, poterit il inuito dimittere, quia non tenetur obedire præla to niſi in licitis, & honeſtis, prælatus autem tem illicitam facit impediendo medium ad reſtitutionem. Hæc ea ſunt, quæ in hac re tradunt præfati authores, & expreſſe hæc omnia docent Medina Ioſeph Angles, & Ludouicus Carbo locis proxime allatis.

Ratio iſtorum eſt, quia de iure naturæ debitum ſoluere, quod ius naturale votum religi tollere nequit, atque adeo non ſolum peccat ingrediendo, & ſimiliter illum recipientes, quia cooperantur peccato illius, ſed etiam ingreſſus, & profeſſus debitor manet ad ſoluendum quacunque ra facere poterit. Sicut enim non licet ſeruo in domino, nec vxori ſine cōſenſu mariti religio ingredi, immo ingredientes extrahuntur a monaſterio, argum. cap. nulli, & c. Abbati. diſti. 54 dicitur de ſeruis, & ca. quidam intrauit. de conuerſ. coniug. vbi id de coniugatis habetur, ita neque licitum eſt debitori ſine conſenſu creditoris religionem ingredi, aut ingrediendo ab obligatione ſoluendi debitum liberatur, cum obligatio poſterior priori præiudicare nequeat. arg. c. veniens & c. intellecto. de iureiur.

14 *Secunda* opinio eſt dicentium, quod ſiue quis ex delicto, puta ex furto, vel vſura, ſiue ex contractu licito, vt mutui, aut emptionis, ſiue promiſſione, aut iuramento obligatus ſit ad ſoluendum, nec habet vnde ſoluat, cedendo bonis, poteſt ſine peccato religionem ingredi, neque in hoc iniuriam creditori facit. Sic S. Thom. 2.2. quæſt. 189. articul. ad tertium, Palud. in 4. diſti. 38. quæſt. 3. art. 2. concluſ. 3 Sylu. verb. Religio. 2. quæſt. 4. Angel. verb. Religioſus. §. 6. 7. & 8. Ludouicus Lopez pa. 1. inſtruct. conſcient. cap. 129. Pet. de Arrag. 2.2. quæſt. 62. articul. 8. cauſa 8. & Petrus Nauar. libro 4. de reſtitut. cap. 4. dub. vltimo. num. 93. eamque tenuit olim Franciſcus de Victoria in lectura ſua

omini 1535. vt refert Lopez vbi ſupra. Qui au-
ores non ſolum docent talem profeſſionem eſſe
lidam, (in qua re etiam conueniunt authores pri
e ſententiæ) quia ad profeſſionem validam ſatis
, vt perſona ſit libera, & alioqui iure profiteri
n prohibita, ſed etiam non peccare ingredien-
ſed ſatis eſſe, quod ſi aliquid habet in ſpecie ex-
s, vt id reddat antequam religionem ingredia-
ſin verò non habet, vnde totum reſtituat, tene
ſolum facere, quod poteſt, ſ. vt cedat bonis ſuis
fauorem creditoris, nec tenetur ad procurandũ,
de ſoluat debitum manere in ſeculo, immo etiã
iuramento aſtrictus eſſet ad tale debitum, eden-
bonis ſatisfacit, quia perſona liberi hominis
opter pecuniam in pignus obligari nequit, pro-
ius ciuile ſtatuit, ſed ſolum res, vt habetur, ca. 2.
pigno. leg. ob æs alienum. C. de act. & oblig. &
. Quæ in pignus obligat. & l. 1. ff. de pigno. & ca.
de vſur. adiuncto ca. conſtitutus. de relig. domib.
lia etiam huius rei Ratio aſſignari poteſt ex Pa-
d. & alijs, quia maior eſt obligatio iuſtitiæ in
atrimonio, quàm in alio quouis contractu ciuili,
patet. Si ergo obligatio ad matrimonium, immo
poſt matrimonium contractum ratum, ſed non
nſummatum licet intrare religionem ſecundum
annem Medinam vbi ſupra ad tertium, & om-
s, & per talem ingreſſum, & profeſſionẽ a debi-
alterius coniugis liberatur, multo magis a debi-
pecuniario profeſſus liberabitur.

Addunt ſecundo, quod ſi ad ſoluendum, eſt illi
ceſſe laborare, ac arte, vel induſtria aliqua victũ
ærere, & reliquum ad ſoluendum ſeruare, immo
amſi promiſiſſet talis operari manibus, vt ſatiſ-
ceret, his non obſtantibus licite poteſt cedendo
nis omnibus religionem intrare, neque in hoc
iuriam facere creditoribus, nec in religione tene
ad laborandum manibus, vt creditoribus ſatisfa-
at. Quia ſiue nobilis ſit, qui ingreditur, quem ne-
o obligauerit ſeruire, famulum fieri, aut manibus
borare, (cum conſtet honorem, & libertatem al
oris eſſe, quam pecunia) ſiue ignobilis ſit, & cui
edecus non eſt ſeruire, vel artem aliquam exerce-
eo ipſo, quod actu bona non habet, nec de proxi-
o facile eſt habiturus, ſimpliciter impotens eſt ad
luendum, ac proinde a reſtõnis obligatione excu
tur. Nec cũ tanto detrimento libertatis, ac tanto
bore ad ſoluendum cogendus eſt, & irrationabi-
ter inuiti ſunt creditores, ſi cedendo bonis ſuis,
um ab ingreſſu religionis impedirent. Multoque
inus verum eſt, quod Medina docet, quod ſcili-
t, ſi monaſterium, vel non habet, vel non vult
o eo ſoluere, tenetur illum dimittere ſine habi-
, vt ſuccedens in partes remotas lucrari poſſit ad
luendum.

Demum ſubdunt, quod ſi talis debitor pecunia-
s, quamuis de præſenti non habeat vnde ſol-
t, ſi tamen breui tempore, & ſine magno labo-
acquirere poſſet, vnde debitoribus ſatisfaceret,
netur in eo caſu nõ intrare religionem, ſed ſata-
re illo breui tempore, puta vnius anni, aut circi-
r, vt ſibi ex ſuo labore, aut aliunde acquirat, vn-
ſoluat maxime ſi creditores indigentes, & ſta-
m non præmiſſa ſolutione ingrediendo apertam
iuriam creditoribus facerent, & rationabiliter
uiti eſſent, quia vere iſte ſimpliciter potens ad
ſoluendum cenſetur, qui tam breui tempore non ingrediendo religionem creditoribus ſuis ſatisfacere poſſet. Neque in hoc caſu ex legibus libertatẽ habebit, immo cogetur ſoluere, cum commode, & facile poſſit. Aliàs religio, & votum iuſtitiæ impedimentum, atque fraudis & iniquitatis vinculum exiſterẽt. Quo ſolo caſu Gerſonis, Medinæ, & aliorum ſnĩam veram eſſe putamus, idque ſolum rationes eorum probare videntur.

17 Ad rationem Medinæ facilis eſt reſponſio. Quãuis enim de iure naturæ ſit ſoluere debitum, quia tñ iure naturæ etiam ceſſat ea obligatio ratione impotentiæ, nihil obſtat, quin cedẽdo bonis, & ſoluendo, quæ poſſit, ingredi licite poſſit religionem. Deinde ſicut de iure naturali eſt ſatisfacere creditorib. ita ẽt de iure naturæ eſt libertas, quæ ſuperat oẽm pecuniæ æſtimationẽ. Vñ recte principes ſtatuere, ſeu potius declarare potuerunt ius naturale de ſoluendo debito ex impotentia nõ obligare, interpretantes, & moderantes ius illud naturale de ſuo vnicuique reddendo, per aliud ius naturale dictans, qđ nihil eſt naturalius, quã dominiũ rei ſuæ, ſeu perſonæ tanq̃ per arctius vinculum ceſſare, quotieſcunque quis impotens ad ſoluendum efficitur. Atq; adeo in debitis pecuniarijs perſona debitoris cedendo bonis, libera manet ad diſponẽdum de ſtatu ſuo, ſicut ẽt de iure naturali eſt perſoluere debita pecuniaria, & tamen ad id nõ obligatur debitor ſaltem regulariter cum iactura libertatis, perſonæ, famæ, & vitæ, vt ſupra expoſuimus, id quod etiam authores primæ ſententiæ fatentur.

18 Neque eadem eſt rõ de ſeruo, qui inuito domino ad religionem ſe transfert, aut de vxore ſine cõſenſu mariti profitente, quia ſeruus, & vxor non ſunt perſonæ liberæ, aut iuris ſui, ſed alterius: perſona autem debitoris libera eſt, & non debita creditori, vt conſtat, atque adeo cedendo bonis, & religionem intrando, non ſubtrahit alienum, cum neque ſecundum ius ciuile impignorari poſſit perſona libera pro debito pecuniario, aut ſic obligari, vt ad inſtituendum de ſuo ſtatu non maneat libera. Tunc autem dr̃ obligationem poſteriorem non præiudicare priori, quando in ſecunda obligatione obligatur perſona, quę ſub prima obligatione obligata, & impignorata non erat, ſicut in aſſumptione ſtatus religionis contingit, præiudicaret autem, ſi eadem vis obligationis, vtriuſque eſſet.

19 Et quidem quod docuit ſecunda ſnĩa, cum prima vera fuit ſecundum ius antiquum, ſiue enim ingrediendo religionem peccauerit, ſiue non, profeſſio tamen ſic facta valebat, eo enim ipſo, quod perſona libera fuit, etiamſi malefaceret ſe religioni donando, donatio illa tamen iure firma, & valida fuit. Sicut ſi eas facultates, quas habet ad ſoluendum creditoribus neceſſarias alteri donaret, male faceret, ſed donatio tenet, quia res huiuſmodi illius ſunt. Nunc verò per nouam conſtitutionem Sixti V. anno 1587. quæ incipit. *Cum de omnibus Eccleſiaſticis.* ſub datum ſexto Calendis Decemb. anno tertio ſui Pontificatus. inter alia pro forma nouitiorum recipiendorũ ſtatuit, *vt nullus ad religionem admittatur, neq; valide profiteri poſſit ingenti ære alieno ſupra vires facultatis ſuæ grauatus, niſi prius creditori ſatisfaciat; declarauit inſuper oẽs, & quoſcunque ita ære alieno grauatos ad religionem perpetuo inhabiles, & ſi quis*

contra hanc ſuam conſtitutionem temere admitteretur tam ſuſceptionem habitus, quam profeſſionem, & inde ſecuta, irritauit, & annullauit, iuſſitque eos qui ſic de facto accepti erāt, habitu ſpoliari, et a religione expelli. De qua re legendi ſunt F. Hieronymus a Sorbo in annotationibus ad compendium Priuilegiorū fratrum Minorum in verb. nouitius. & Emanuel Rodriquez in to. 2. q. Regul. q. 20. art. 21. Et quamuis hanc ſuam priorem cōſtitutionem idem Sixtus V. in alia quæ incipit, *ad Romanum ſpectat Pontificem.* Sub datum duodecimo Calendas Nouembris Anno 1588. anno quarto ſui Pontificatus, & Gregorius Papa XIIII. in alia ſua conſtitutione quæ incipit, *Circumſpecta Romani Pontificis prouidentia*. Sub datum Idus Martij. Anno Domini 1590. Pontificatus ſui Anno primo, quoad illegitimos, & criminoſos in multis reſtrinxerunt, & limitarunt, quoad ære tamen alieno grauatos, omnia in priori illa Sixti V. conſtitutione contenta, perpetua, firma, & valida, & in ſuo robore permanere, ac ab omnib. ad quos ſpectat, inuiolabiliter obſeruari præceperunt, vt ex dictis conſtitutionibus eorum ſummorum Pontificum manifeſtum eſt. Hæc de cauſis ex parte debitoris a reſtitutione excuſantibus dixiſſe ſufficiat.

De alijs cauſis, quæ, vel ex parte creditoris, vel ipſius rei interitu, vel ratione publicæ authoritatis a reſtitutione excuſare poſſunt. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ex parte Creditoris cauſa prima excuſans eſt libera, & ſpontanea creditoris remiſſio.*

2 *Ad hanc remiſſionem, ut efficax ſit, & valida, requirūtur neceſſario quædam.*

3 *Ut ſit libera, & ſpontanea abeſſe debent omnia, quæ tollunt uoluntarium, ut uis, Metus, Ignorantia*

6 *Remiſſio non ualet, ſi adſit fraus, & dolus.*

7 *Tres caſus, in quibus a iure prohibetur* Remiſſio.

8 *Vt remiſſio libera, et ualide facta dicatur, an oporteat petentem remiſſionem offerre pecuniam creditori, et animum habere ſoluendi paratum.*

9 *Rectius docetur pars negatiua, et contrariorum ſolutio.*

10 *Cauſa ſecunda excuſans ex parte creditoris damnū ſpirituale, aut corporale creditoris ſi tali tempore, aut loco fiat reſtitutio.*

11 *Cauſa tertia excommunicatio creditoris.*

12 *Quale ſit debitum, a cuius reſtitutione non excuſatur debitor propter excommunicationem.*

13 *Ex parte Rei, cauſa excuſans eſt Rei interitus.*

14 *Debitor in genere non liberatur peremptione ſpeciei*

15 *Excipitur tamen, niſi res ſit obſignata, et opportune oblata creditori.*

16 *Ex hoc principio dubium quoddam ſoluitur ab Ignat. Lopez.*

Qui ſenſus illius Regulæ *ſit, in qua dicitur, quod periculum ſtat apud uenditorem ratione incertitudinis rei venditæ. ibid.*

17 *Quādo debita re eadē ſpecie reſtituenda, excuſetur debitor ſpeciei perēptione, ſi abſit fraus, & culpa debitoris.*

18 *An ſi res eodem modo apud creditorem, ſeu Dominū peritura poſt moram ſicut perijt in manu debitoris, ſit reſtitutionis obligatio?*

Excuſat etiam a reſtitutione Publica poteſtas, quæ tribus modis contingere poteſt.

19 *De ſecuritate conſcientiæ ſecundum ſingulos modos, quid dicendum? & ſeq. 20. 21.*

22 *Concilium Generale, ciuitas, Rex, Pontif. remittere non poſſunt debitum contra voluntatem Domini, niſi adſit rationabilis cauſa, quando?*

23 *Compoſitione facta, quæ a ſolo Papa fieri poteſt, liber eſt debitor.*

Multo magis compoſitionem cum eccleſiaſticis ſtatuere poteſt.

PRæter cauſas hactenus explicatas, enumerari poſſunt aliæ, de quibus Doctores ſimiliter dubitare, & diſputare ſolent, an vel excuſent a debito reſtituendi ſimpliciter, vel ſaltem ab obligatione reſtituēdi ſtatim, inter quas illæ primo in loco explicandæ ſunt, quæ ex parte creditoris contingunt. Quarum

1 *Prima*, & ex omnium conſenſu certiſſima, & ſufficiens eſt, libera, & ſpōtanea *creditoris remiſſio.* Si. n. creditor libere remittat, non tenebitur debitor ad amplius. Cuius Ratio eſt, quia cum vnuſquiſq; ſuorum bonorum dominus ſit, per illam liberam remiſſionem transfert dominium debiti in debitorē, manetque debitor tutus in conſcientia, cum nihil iam inuito domino retineat. Hanc cauſam expreſſe aſſignant S. Th. 2. 2. q. 62. art. 6. ad tertium. Caie. ibi in reſponſione ad ſecundum, & in ſumma. verb. reſtit. c. 6. S. Ant. par. 2. tit. 2. c. 6. Palud. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 1. concl. 2. Ang. verb. reſti. vlt. §. 1. & Sylueſ. verb. reſtit. 7. q. 2. Tabi. verb. reſtit. nu. 4. verſic. Tertio. Sotus lib. 4. de reſtit. q. 7. art. 4. ad ſecundum. Io. Medi. C. de reſti. q. 3. cauſa 2. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 8. fol. 272. colum. 4. Michael Sal. 2. 2. q. 62. art. 8. controu. 2. Pet. de Arrago. ibid. cauſa. 1. Mart. Naua. in Manual. ca. 17. num. 75. Couar. in reg. peccatum. par. 2. initio. nu. 5. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. q. 3. de reſtit. art. 2. diffic. 2. Pet. Nauar. lib. 4. de reſtitu. cap. 4. poſt dubium. 11. nu. 70. & ca. 5. dub. 4. num. 24. Grego. de Valen. tom. 5. diſput. 5. quæſt. 6. puncto ſeptimo, Ludouicus Lopez part. 1. inſtruct. conſcien. cap. 129. circa medium. Coſmus Philiarch. tom. 2. de offic. Sacer. lib. 6. capi. 28. ante concluſionem primam. Tolet. in lib. 5. inſtruction. Sacer. cap. 26. Emanuel Rodriquez in ſecunda par. ſummæ. cap. 47. conclu. 13. Ludouicus Carbo. tracta. de reſtitut. quæſt. 82. & alij. Ratio ex dictis euidens eſt, quia ſicut per eius donationem transferri potuit rei dominium, ita per eiuſdem remiſſionē, quæ eſt quædam donatio, obligatio reſtitōnis tolli poteſt. Et quidem ſi remiſſio ſit temporalis, pro tēpore, quo perdurat, ſi verò ſit perpetua, perpetuo liberat a reſtitutione.

Ceterum ad hanc remiſſionem, vt efficax, & valida ſit, nonnulla neceſſario requiruntur, quorum

Primum eſt, vt perſona, quæ remittit debitū, facultatem habeat remittendi, & condemnandi, qua ſi careret, nulla eſſet remiſſio. Vnde ſi quis accipere ret quippiam a filiofamilias, ſeu pupillo, nō liberaretur a reſtitutione per remiſſionem ab illo factā, ſi non adeſſet conſenſus patris, aut tutoris, cum tales prohibiti ſint aliquos contractus validos facere. Eodem modo remiſſio ab inſano, & mente capto facta, non valeret. Item qui fraudauit gabellas, non liberatur per ſolam miniſtri condonationem, cum Miniſter donare non poſſit, quod Principis eſt. Neque valet remiſſio ab vxore, quæ ſub viri poteſtate exiſtit.

3 *Secundum eſt*, vt perſona, quæ remittit, ſit libera, alioquin debitor a reſtitutione non liberatur, cum fundamentum donationis ſit libertas, vt autē non ſit coacta, ſed libera, & ſpontanea, abeſſe debent ea omnia, quæ tollunt voluntarium, & cauſant inuolūtarium, quæ ſunt tria, ſcilicet vis, metus, & ignorantia. Si enim remiſſio ex vi, metu, aut ignorātia fiat, inuoluntaria erit, nec debitorem liberabit. Vnde quando vis adhibetur, vt ſi quis diceret, nolo tibi reſtituere centum, quæ debeo, niſi donaueris quinquaginta, remiſſio iſta non eſſet libera, ideo enim remittit, quia diffidentiam concipit recuperandi totum debitum ob minas debitoris: ſecus autem eſſet, quando diffidentia hæc recuperandi totum proueniret ex rationabili conſideratione ipſius creditoris ob aliam cauſam, puta ſi ex cauſa deſperet debitor, ſe non recuperaturum, quod debetur, ex Sylueſtro vbi ſupra, verbo. reſtitutio. 7. quæſtio. ſecunda. verſic. Tertium. in fine, & Ludouico Lopez p. prima inſtruct. conſcien. c. 129. quia hoc facit remiſſionem eſſe magis voluntariam, ac liberam, & magis miſericordem. Sic etiam ſi pro debitore intercedat tertia perſona apud creditorem, dicendo ei, Ego curabo, vt Petrus debitor tuus ſoluat tibi quinquaginta, ſi tu ſpontanea volūtate reliquum condonaueris, idq; faciat nulla vi iniecta, & debitor paratus ſit reſtituere, quod poteſt, ſi creditor ſpondeat, immunis eſt debitor a peccato, & reſtitutione ſoluendo quinquaginta: ſi autem debitor tali voluntate reſtituendi caruerit, quamuis in hoc caſu non caruerit peccato ex tali tamen remiſſione obtenta excuſatur a reſtitutione reſidui, cum voluntas creditoris in remittēdo, non animus debitoris in ſoluendo reſpici debeat, vt ſciatur an ſpōtanea, & voluntaria remiſſio nec ne fuerit, & vt obligatio reſtitutionis maneat, aut tollatur.

4 Sic etiam abeſſe debet Metus grauis, qui ſit cauſa principalis remiſſionis, & ad hunc finem adhibitus, vt remiſſio facta valeat: ſin autem metus nō eſſet talis, valeret remiſſio. Vnde ſi quis remitteret debitum ex metu contracto in tempeſtate, remiſſio eſſet firma, ſicut votum emiſſum eo in caſu valet ſecundum omnes.

Quinimo ſi metus iuſte incuſſus eſſet a perſona publica, ſeu Magiſtratu in eum finē, vt remiſſio fiat, valebit remiſſio, ſicut in eo caſu valeret promiſſio, aut donatio, ſi alioquin tenebatur homo remittere, donare, & promiſſum adimplere, talis enim metus ad id inducit, ad quod homo alioq; tenebatur. Sicut valet matrimonium contractum ex metu a magiſtratu, vel iudice iuſte incuſſo, vt ſi fidē dederat, ſi corruperat, & ita de alijs, vt Ioannes Medina Codice de reſtitut. quæſt. tertia, cauſa ſecunda, notat. Non excuſatur autem debitor a reſtitutione, eo quod creditor non exigat debitum ob timorem, reuerentialem, aut ob ignorantiam, cum in hoc caſu non interueniat ſcienter ſpontanea remiſſio, aut dilatio a creditore indulta, ſecus autem quando creditor ſcit ſibi deberi, & non petit ſiue aliquo metu, ſiue alio reſpectu, qui eum inuoluntarium faciat, quia tunc rationabiliter credere poteſt debitor, ſibi a tali creditore dilationem libere concedi, ex Naua. in Manua. c. decimoſeptimo, nu. 79. ver. Septimo. & Ludouico Lopez vbi ſupra & Petro Naua. lib. 4. de reſtitutio. capitu. 5. dub. 2. num. 22.

5 Eodem modo abeſſe debet ignorātia, quæ ſit cauſa principalis ipſius remiſſionis, ſiue ſit de debito, quod remittitur, ſiue de perſona, ſiue de qualitate eius, vt verbi gratia, ſi Petrus mihi debeat decem, & ad tantam inopiam deuenit, vt notabilem patiatur neceſſitatem, ſi illum compellem, vt mihi reſtituat, & remitto illi principaliter ob inopiam, quamquam minus principaliter, quia conſanguineū eum eſſe puto, cum non ſit, aut quia doctum illum eſſe puto, cum non ſit, etiamſi hæc ignorantia in me ſit inuincibilis, non vitiat remiſſionem, cū circa cauſam principalem non errem, ſecus autem ſi cauſa principalis remiſſionis fuiſſet, ex eo quod putaſſem fuiſſe conſanguineum, aut doctum, aut pauperem, cum reuera non eſſet.

6 Deinde abeſſe debet fraus, & dolus, quæ ſi adſit, & eam ob cauſam fiat remiſſio, non valet remiſſio. Exempli gratia ſi quis fraudulenter minueret debitum, ex qua diminutione creditor moueretur ad remiſſionem faciendam, alias ſi magnitudinem debiti ſciret, non remiſſurus; item ſi fingeret, ſe nō eſſe ſoluendo, cum vere poſſet ſoluere, & ea de cauſa remittat, nō excuſatur a reſtitutione, cum fraus, & dolus nemini patrocinari debeat.

Tertium eſt, vt non ſit iure prohibita talis remiſſio, tunc enim quamuis libere fiat, facta tamen nō valet. Sicut enim ius ob bonum commune dominia transferre poteſt: ita etiam illorum rerum dominia prohibere poteſt. Sunt autem tres caſus, in quibus a iure prohibetur remiſſio.

7 *Primus eſt*, in c. Statutum de reſcriptis in 6. vbi habetur, quod iudex eccleſiaſticus vel ſecularis, qui titulo exercendi rectam iuſtitiam munus aliquod recipit, præter eſculentum aut poculentum, quod paucis diebus conſumi poteſt, mera liberalitate donatum, tenetur illud reſtituere, nec ſpontanea partis remiſſio iudicem a reſtitutione excuſat.

Secundus eſt, in c. Exigit, & c. Fœlicis. de cenſib. in ſexto. Quo in loco prohibetur viſitatori recipere munera, qui non poteſt recipere niſi expenſas modicas tempore viſitationis, & in itinere; & ſi recipit, reſtituere tenetur, non obſtante quacunq; remiſſione.

Tertius eſt, in Clemen. Nolentes. de hære. vbi ꝓhibetur Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ne modis illicitis pecunias, aut munera extorqueant, & reſtituere accepta tenentur, non obſtante quacunque remiſſione. Horum trium caſuum mentio habetur expreſſa in locis citatis, in quibus omnib. iura reddunt eos inhabiles ad taliter recipiendum, ſicut & reddunt minores inhabiles ad donandum.

8 DVBIVM ſolum eſt, An oporteat petentem remiſſionem offerre pecuniam creditori, & animum

habere paratum ſoluendi, ad hoc vt remiſſio libera,& valide facta a creditore dicatur?

In hac re quidam Gerardus Senenſis docuit,nõ ſufficere creditoris remiſſionem,niſi actu reſtituerit ponendo rem in manu creditoris,ſiue intus animo paratus fuerat reſtituere,ſiue nõ. Ratio potiſſima fuit,quia vt habetur in reg.iuris. Res per quas cauſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur; Cum ergo obligatio reſtituẽdi ortum habuerit ex actuali rei alienæ acceptione,nec ſatis fuerit ad illam inducẽdam præparatus animus ad iniuſte accipiendum, obligatio reſtituendi,ſine actuali rei ablatæ reſtitione, auferri non poteſt.

Alij vt Dynus in reg.peccatum, ait,requiri,vt ſaltem pecunia ſit parata,& offeratur. Ioannes Andreas ibidem docet ſufficere remiſſionem creditoris,ſine actuali remiſſione,dummodo tamen paratus ſit debitor ſecũdum animi præparationem debitum ſoluere, in caſu, quo creditor remittere nolit,alias,inquit,non liberatur a reſtitutione, etiam facta illa remiſſione.

9 Ceterum alij omnes rectius docent,validam eſſe remiſſionem,modo creditor talis ſit, qui remittere,& donare poſſit,etiamſi debitor reipſa debitum non offerat,& actu reſtituat, & etiamſi interius non ſit paratus reddere; quamuis enim requiritur ad hoc, vt debitor exeat a peccato, quod abijciat animum non ſoluendi,& animum ſoluẽdi habeat, ſi creditor debitum nõ remittat, ſi tamen creditor vere remittat,etiamſi nec offerat,nec animum ſoluendi habeat,ab obligatione reſtituendi excuſatur Sic Gloſſa in reg.4.*reg.peccatũ.in verb. reſtituitur*, & ibi Petrus Ancharan.& Francus. *de reg.iuris. in* 6.Fredericus conſil.12.& 18.Calderin.conſi.1.de vſur.qui omnes docent liberam remiſſionem vſurarum iniq; extortarũ factam per debitorem creditori habenti animum non reſtituendi eas,ſed retinendi,abſoluere eum a reſtitutionis obligatione. Idem docent S.Anton.p.2.ti.2.c.6.Ang.verb.reſtitutio.vlt.§.1.Syl.verb.reſtitutio.7.q.2.verſic.Tertium. Tabiena.verb.reſtitutio.verſi.Tertio.Caiet. 2.2.q.62.arti.6.in reſponſ.ad ſecundum,& in ſumma.verb.reſtitutio.capitu.7.Ioan. a Medina. Cod. de reſtitutio.quæſt.3.cauſa.2. Sotus lib.4. de iuſtitia.quæſt.7.articu.4.ad ſceundum.Micha.Salon. 2.2.quæſt.62.articul.8.controuerſia.2. Petrus de Arragona ibid.cauſa.1.Martin.Ledeſm.2.4.quæſ. 18.articu.8.fol.272.colum.4.Martin.Nau.in Manuali.capitul.17.num.76.& ſeq. Ludouicus Lopez.par.1.inſtruct.conſcient.capitu.129.circa medium.Coua.in reg.peccatum.par. 2. in principio. num.5.Gregorius de Valentia tomo.3.diſpu.5.q. 6.puncto.7.Ioſeph Angles in floribus.4.ſen. quæſ. 2.de reſtitu.articu.2.dub.4.& quæſt.3.artic.2.difficul.2.concluſ.2.Petrus Naua.lib.4. de reſtitutio. capitu.5.dub.5.numero 27.Toletus lib.5.ſummæ. capit.26.& Ludouicus Carbo tract. de reſtitutione.quæſt. 82.

Ratio eſt,quia reſtitutionis obligatio ſicut non pendet ex animo accipientis,ita neque ex voluntate retinendi dependet,ſed ex eo ſolum,quod detinet,quod alterius eſt inuito domino; accedẽte igitur libera condonatione creditoris,valet remiſſio, eſto non offerat rem domino,Quinimo Caiet. Sotus.Naua.& alij monẽt,quod ſi creditor ſit diues, & debitor egenus, melius eſt prius impetrare per ſe,aut per alium remiſſionem a creditore, quam offerre ei pecuniam. Præſentia enim pecuniæ allicere ſolet oculos,& impedire fortaſſis poteſt animi liberalitatem, cum obiecta præſentia magis mouere ſoleant.

Quod vero ad rationem in contrarium allatam attinet, Reſpondetur,regulam illam nobis potius fauere.Sicut enim obligatio reſtituendi alienum non naſcitur niſi ex iniuſta rei alienæ detentione, quæ tunc exiſtit,quando contra domini voluntatẽ detinetur;ita etiam non ceſſat,niſi ceſſante iniuſta illa detentione, quæ tunc ceſſat, quando dominus conſentit,vt res detineatur; conſentit autem quotieſcunque libere remittit.

10 Secunda cauſa excuſans ex parte creditoris, eſt Damnum ſpirituale aut corporale ipſius creditoris,ſi tali tempore,aut loco reſtitutio fiat,iuxta ea quæ docent S.Thom.2.2.q.62.arti.5. ad primum. Caie.Salon.Bannes, & Petrus de Arragona ibidẽ. Scotus.in 4.diſt.15.q.1.art.4.ante finem. Richar. ibi.art.5.quæſt.4.ad tertium.Gabriel ibid. quæſt. 2.art.2.concluſ.2.litera.F.Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. tom.2.lib.6.c.28.conc.5.Summa Corona p.2.cap.5.num.22.§.Sexto, & §.Septimo. Sotus lib.4.de reſtitu.quæſt.7.arti.1. ad ſecundum Martin.Naua.in Manuali.cap.17.num.63.Ioann. Medina.Cod.de reſtitu.quæſ.3.cauſa.4.Petrus Nauar.lib.4.de reſtitu.cap.4.dub.7.nume.37.Gregorius de Valentia.tomo.3.diſpu.5.quæſt.6.puncto. 7.Ludouicus Lopez par.1.inſtruct.conſcient. cap. 117. & alij,qua de cauſa ſupra oſtendimus enſem depoſitum non eſſe reddendum domino furioſo. Item non eſt reſtituenda pecunia,quando ex reſtitutione crederetur, quod ſequerentur adulteria, ſcortationes &c. Multoque minus reſtitutio faciẽda erit,quando exinde ſequeretur damnum Reip. & boni communis? Vt ſi ex reſtitutione alicuius caſtelli,aut villæ bella excitarentur,aut ſi ex ſolutione debiti Regij iniuſtum bellum nutriretur. Quod ipſum luculenter oſtendit S.Ambroſius lib. 1.offic.capitu.vlt.dicens,Interdum non eſt officiũ reddere,quod acceperis, vt ſi quis contra patriam opem barbaris ferens,pecuniam apertus hoſtis repoſcat: Aut ſi furenti reſtituas, cum ſeruare non queas; Si inſanienti gladium depoſitum non neges quo ſe ille interimat; nonne ſoluiſſe contra officium eſt? Hinc non ſunt condemnandi Reges,aliique retinentes ſuo iudicio aliena, quando credunt probabiliter,quod ex eorũ reſtitutione regna ſua paſſura ſunt magna incommoda, & bella iniuſta. Ratio horum omnium eſt, quia vnuſquiſque lege charitatis tenetut impedire damna proximi,ſi poteſt,& multo magis damna Reip.

Ceterum vt recte notant præfati authores hæc cauſa tunc ſolum excuſare cenſetur a reſtitutione, quãdo ex alienæ rei retentione nõ maiora aut paria incommoda ſequerentur. De qua re cum latius in præcedentibus dictum ſit,hæc ſolum in præſentiarum annotaſſe ſufficiat.

11 Tertia cauſa, quæ dicitur excuſare a'reſtitutione eſt Excommunicatio creditoris. Intelligẽdũ autẽ eſt hoc de excommunicato Nominatim,ſi enim excommunicatus ſit tãtum generaliter,tunc certum eſt ſecundum omnes teneri debitores debita

reddere, cum poſſint cum eo non ſolum in actibus humanis, ſed etiam in diuinis licite communicare vt ex Extrauag. Martini V. quæ incipit, Ad euitan da ſcandala, conſtat, de qua re late in to. 1. Theſauri. lib. 2. c. 12. diſſeruimus. Sermo etiam non eſt de debitore excommunicato, talis enim nõ releuatur per excommunicationem a ſoluendo debito, cum hac ratione debitor ex tali cenſura cõmodum reportaret, quod non eſt dicendum, immo contrarium in p̄dicta Extrauaganti expreſſe habetur. Agendo igitur de creditore nominatim excõmunicato, non ita conſentiũt Doctores, An licite differri poſſit reſtitutio, quando creditor eſt *Nominatim excommunicatus*? In qua re duæ ſunt ſententiæ.

Prima eſt dicentium non obſtante tali excõmunicatione creditoris debitũ reſtituere tenetur. Sic Ioan. Maior. in 4. diſt. 18. q. 4. Sylueſt. verb. excommunicatio. 5. nu. 21. q. 12. Philip. Franc. in ca. 1. de excep. in 6. Gregorius de Valentia. to. 3. diſp. 5. q. 6. puncto. 7. Petrus Nau. lib. 4. de reſti c. 4. dub. 15. nu. 84. & ſeq. Petrus de Arragona 2. 2. q. 62. arti. 8. cauſa. 3. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. cap. 47. concl. 5. & Couar. in reg. peccatum. p. 1. num. 8. de reg. iur. in 6. Cum enim iſta communio ſit leuis, nõ cenſetur prohibita.

11 Secunda eſt dicentium excuſari debitorẽ in hoc caſu a reſtitutione ob excommunicationem creditoris. Sic Gloſſa. in cap. abſolutos in verb. pacto. de hæret. Panorm. in c. veritatis nu. 39. de dolo, & cõtumacia. Decius in c. intelleximus. de iudic js. Felin. in cap. inter alia. de ſent. excom. Ang. verb. excommunicatio. 8. num. 12. Barth. Hugol. Tabula. 2. c. 20. §. 2. num. 2. Adrianus in 4. quæſtio. 3. de clauibus. §. *Sexta acceptio*. ver. *Si pietas primo*, & nos to. 1. Theſauri. lib. 2. c. 9. nu. 21. hanc ſententiam veriorem eſſe diximus.

12 Tertia, quæ inter vtramq; media eſt, docet, q̃d ſi debitum, vnde oritur obligationis vinculum ad reſtituendum, non ſit contractum ex re, ſed ex verbis, puta ex ſtipulatione, promiſſione, aut iuramento, de dando aliquid alicui; tunc vera eſt ſecunda ſententia, & ſuſpẽditur tale debitum per excõmunicationem creditoris, cum verba ꝑmiſſoria, etiã iuramento firmata, iuris interpretationem admittant. Is enim, qui iurauit, vel talem non habuit intentionẽ, vel ſi habuit, incautum fuit iuramentum, & non obligatorium, iure humano talem communionem prohibente. In quo ſenſu authores ſecundæ ſententiæ, quos loco citato adduximus, & ſecuti ſumus, locutos eſſe conſtat.

Sin autem contractum ſit debitum non ex verbis, ſed ex re ipſa, & per viam reſtitutionis ſoluendum, vt ſi quis alienum furatus eſt, aut mutuũ, aut cõmodatum accepit, aut ex emptione debeat, tũc verum eſt, q̃ authores primæ ſententiæ docent. ſ. nõ excuſari debitorem a reſtitutione ꝓpter excommunicationem creditoris. Rõ eſt, quia ſolum iure humano vetatur cõmunicatio cum excõmunicato p̄ceptum aũt reſtituendi in hoc caſu non ex voluntate ipſius debitoris, ſed ex iure naturali, & diuino oritur; & cõſequenter ſoluendum eſt tale debitũ; q̄nquidem maius eſt præceptum reſtituendi, & ſoluendi debita, cum ſit naturale, & diuinum, q̃ p̄ceptum humanum de non cõmunicando cum excõmunicato. Sicut. n. præceptum de reddendo debito coniugali, a quo quis non excuſatur propter excommunicationem alterius coniugis, nec debitum filiale tollitur per excommunicationem patris: ita neq; per excommunicationem creditoris, debitum hoc naturale, & diuinum de reſtituendo debito prædicto tolli, & auferri cenſetur, vt docte, ſubtiliterq; Io. Medi. C. de reſtitutione. q. 3. cauſa. 9. Ioſeph. Angles in florib. 4. ſen. q. 3. ar. 2. difficul. 1o. & Ludouicus Carbo. trac. de reſtitutione. q. 85. dub. 4. annotarunt.

Qua diſtinctione facta facile authores inter ſe conciliari poſſe putamus, & difficultatem ipſam explicari. Hæc præcipuæ cauſæ ſunt ex parte creditoris, quę a reſtitutione ad tempus, vel perpetuo excuſant.

13 Alia enumerari ſolet cauſa excuſans a reſtitutione ex parte ipſius Rei, ſ. ipſius Rei interitus. Quam cauſam recenſent Palud. in 4. d. 15. q. 2. arti. 1. concluſ. 5. Io. Medina. C. de reſti. q. 3. cauſa Sylue. verb. reſtitutio. 7. q. 5. Mar. Nau. in Manuali. c. 17. num. 80. Petrus Nau. lib. 4. de reſtit. c. 1. dub. 3. num. 13. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. puncto. 7. Ludouicus Lopez. p. 1. inſtruct. conſc. c. 129. circa medium Ioſeph Angles in florib. 4. ſen. q. 3. artic. 2. difficul. 7. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 47. concl. 12. & Ludouicus Carbo. tract. de reſti. q. 85. dub. 8. De qua re, quia multa in præcedentib. dicta ſunt, hæc breuiter ex communi conſenſu Doctorum in præſentiarum dicenda reſtant.

14 *Primum eſt*, Quando res debita non eſt in ſpecie, ſed in genere, (vt loquuntur Iuriſtæ) quia debet certam quantitatem pecuniæ, aut tot medios frumenti, aut amphoras vini, &c. aut bouem, aut equum, vel aliud animal, non hoc, vel illud, tunc etiamſi ſpecies, quas ad ſoluendum deſtinatas habebat abſq; vlla culpa, aut mora debitoris incendio, aut quouis alio caſu fortuito perierit, immo etiam ſi omnia eius bona igne conſumerentur, nõ liberatur debitor a ſolutione, vel reſtitutione. Vnde iuriſperiti dicere ſolent, quod debitor in genere non liberatur ſpeciei peremptione, ar. l. incendium. C. ſi cert. pet. vbi incendium debitorem ab ęre alieno non liberat. Ratio eſt, quia cum obligatio debitoris nõ eſſet directe in re, ſed immediate in perſona debitoris, etſi in re mediate, & conſequenti, ideo re pereunte, manet adhuc obligatio perſonæ.

Vnde ſi tu mihi frumentum pro frumẽto accomodaueris, pereunte frumento in manu mea, teneor aliud frumentum, aut æquiualẽs ſoluere. Cũ enim per mutuum hoc, dominium rei mutuatæ penes mutuatarium ſit, illi conſequenter, & non mutuanti perit.

Excipiunt tamen Sylueſter verb. reſtit. 7. quæſt. 5. ver. primum. Ioan. Medina, & Petrus Nauarrus vbi ſupra, niſi res eſſet obſignata, & creditori opportune oblata, cogi termino adueniente, vel ſi ex delicto deberetur, ſtatim offerendo. Tunc enim ſi rem determinatã offerat, & certam, ſeu obſignatã, & creditor accipere nolit; ſi res illa deponatur apud fidelem cuſtodem, (& idem docet Petrus Nauar. vbi ſupra, num. 13. ſi ipſe debitor agens vicem depoſitarij fideliter reſeruet, & ſtipẽdium ob eam cuſtodiam nõ recipiat) & pereat, liberatur debitor a reſtitutione. Ratio eſt, tum quia purgauit omnẽ moram tempore opportuno eam offerendo: tum quia quo res obſignata eſt, & certa, & determinata, facta eſt tanquam res creditoris; obſignatio enim illa debite facta locum habet ſolutionis, atq; adeo apud alium depoſita manet ad periculum ſicut ad vtilitatẽ creditoris. Et ſi creditor ſic opportune oblatam noluit accipere, ſibi imputet, ſi poſtea pereat.

Secus autem eſſet, ſi vel in genere obtulit, vel nõ opportune. Dico in genere, quia ſi debitor obtulit, vel non ditior factus, & dicens illi, accipe debitum, vel veni, vt accipias debitũ, non liberatur debitor a reſtitutione, ſi res pereat. Quia licet creditor negligens fuerit, ex quo tamen res certa, & ſignata non eſt illi oblata, debitori peribit, ſi pereat.

Dico opportune, hoc eſt, adueniẽte termino pfixo ad ſoluendum. ſi enim ante terminum præfixum, vel in loco, aut alia circunſtantia minime cõuenienti ad accipiendum debitum offerat, tunc ſi terminus appoſitus fuerit in fauorem debitoris, vt in mutuo, commodato; &c. poteſt debitor anticipare terminũ ſi velit, & creditor rem oblatam acceptare tenetur, atq; ideo creditor accipere negligẽs ſibi caſum imputabit. Sin autem dies præfixus erat in fauorem creditoris, vt in locato, ſi debitor eam reciperet, & ita ſi res poſtea pereat, debitori perit, non creditori. Si autem nullus terminus præfixus ſit, quocunque tempore debitor rem offerat, ſi creditor acceptare nolit, & res pereat, creditori, non debitori perit. Sic Angel. verb. ſolutio. §. 25. Sylu. eod. q. 6. Ioan. Medina. C. de reſtitutione. q. 2. dub. 4. & q. 3. cauſa. 6. concluſ. §. 3. & Petrus Naua. lib. 4. de reſtitu. cap. 1. dub. 3. nu. 14. & lib. 4. ca. 4. dub. 14. num. 84.

An vero poſſit creditor repetere ante terminũ, dubitari poteſt: Et quidem Ang. Syl. & Petrus Nauar. in d. c. 4. dub. 14. negant poſſe ex cap. vnico. de plus peti. niſi in tribus caſibus.

Primus eſt, ſi creditor vergat in inopiam.

Secundus eſt, ſi debitor fugere velle credatur. ff. de his quæ fiunt in fraud. cred.

Tertius eſt, ſi debitor eſſet ſuſpectus, q cogi poſſet dare cautionem. l. ſi fideiuſſor. §. fina. ff. qui ſatiſd. cog. quod limitandum eſt, niſi tempore contractus fuiſſet ſuſpectus de fuga, quia tunc non cogeretur. Quæ in foro exteriori locum præcipue habere videntur.

16 Ex hoc principio, quod debitor. ſ. in genere, in interitu rerum nõ excuſetur a reſtitutione, Lud. Lopez vbi ſupra ſoluit dubium quoddam olim ſibi propoſitũ, An. ſ. qui vendit centum oues ex grege mille ouiũ, accepta ſtatim pecunia, & numerata (& idẽ ſi non accepta, ſed promiſſa pecunia certo tẽpore ſoluẽda eſſet, dicẽdũ eſt) quas illi remittit emptor cuſtodiendas vſq; ad certũ tempus, non tñ eas emit determinatas, ſed indeterminatas. ſ. centũ ex grege millium, aut earum poſſeſſionem accipit, ſi poſtea grex mille ouium totus pereat, pereant illæ cẽtum emptori, aut venditori? Reſpondet. n. quod illarum centum ouium emptarum in genere ex grege milliũ ſi abſolutè nulla adiecta conditione contractus fuit initus, pretiumq. fuit ſolutum, aut fides de illo data fuit, periculum apud emptorẽ manet ſicut & fructus earum ad emptorem pertinet. Idẽque docent Palud. 4. diſt. 15. quæſt. 2. articu. 1. concluſ. 5. Syluester verb. emptio. q. 2. & 3. & Petrus Naua. lib. 4. de reſti. cap. 1. dub. 3. num. 20.

Ratio eſt, quia per iſtam emptionem translatũ eſt dominiu centum ouium ex illo grege millium in emptorem, licet indeterminate, ſiue per inductum, res aute domino ſuo perit, nec pretium illud apud venditorem erat ſine cauſa, ſed cum cauſa ſcilicet, emptionis. Vnde nec licitum eſt emptori repetere pretium ſolutum, neq; excipere, vt non ſoluat niſi venditor fuiſſet in mora. Hinc intelligitur quis ſit ſenſus illius regulæ, in qua dicitur, quod periculum ſtat apud venditorem ratione incertitudinis rei venditæ; vera. n. eſt, quando genus non eſt determinatum, hoc eſt, quando vẽditur incertum de incertis, vt v. g. quando quis vendit equũ de iſto grege, vel illo, ex duplici grege, quẽ habet, tunc. n. periculum ratione incertitudinis, ante traditionẽ, ad venditorem ſpectat: Quando aũt venditur incertum de certo, vt quando venditor vendit incertum ex certo, vt cum ait, vendo tibi decẽ ſextaria ex dolio, aut vnum equũ ex his, quos poſſideo, aut vt in caſu propoſito, vendo tibi centũ oues ex hoc grege millium ouium, quẽ poſſideo, tunc niſi venditor ſit in mora, ad emptorẽ, & nõ ad ipsũ ſpectat periculũ, cũ ad emptorẽ tranſlatũ ſit dominium.

17 *Secundum eſt*, quãdo res debita eadem numero, ſeu vt loquuntur iuriſperiti, eadem in ſpecie reſtituenda eſt, vt in pignore, locato, commodato, depoſito, excuſatur debitor a reſtitutione rei, ſeu ſpeciei peremptione; ſi abſque dolo, fraude, & culpa debitoris pereat, dummodo non fuerit in mora. Sin autem fuerit debitor in culpa, & cauſa interitus rei, vel in mora (quia ſcilicet ex delicto rem acquiſiuit, & non ſtatim reſtituit, aut ſi ex licito cõtractu poſſedit, fuit in mora, quia ſcilicet præteriit tempus ſoluendi in contractu aſſignatum, aut ſi tempus non ſit aſſignatum, creditori rem petenti non ſoluit, ſuppoſito, quod ſit ſoluendo) debitori perit, & non creditori.

Ratio eſt, quia creditor habet immediate. Vnde pereunte re ſine culpa, aut mora creditoris, perit actio, quam creditor contra debitorem habet. Secus autem, vbi in culpa, aut mora fuit, vt dictum eſt, tunc enim debitori interitus rei imputatur, & ad rei æſtimationem ſoluendã tenetur. Intelligendum autem hoc eſt, niſi morã purgauerit ſi enim; eam purgauerit, quia ex tunc deſinit eſſe in mora, etiamſi poſtea res pereat, liber erit debitor, ac ſi nunquam in mora fuiſſet. Purgatur autem mora, ſi debitor offerat rem ſuo domino, volens eã, ſicuti debet, illi reddere, & creditor ſeu dominus eam recipere nolit. Excuſatur etiam a mora ex Nauarro, & Lopez vbi ſupra, ſi eam retineret ratione aliqua expenſarum, quas bona fide circa eam fecit: Immo etiam ſi eam detineret credendo iuſto errore eſſe rem ſuam.

18 DVBIVM vero eſſe poteſt, An ſi res erat etiam eodem modo apud creditorem, ſeu dominum peritura poſt moram, ſicut periit in manu debitoris, ſit aliqua reſtitutionis obligatio? In qua re, quãuis Palud. in 4. diſt. 25. q. 2. ar. 1. conclu. 5. putat adhuc debitorem ad reſtituendum obligari, ex eo, quod fuit in mora.

Alij tamen vt Syluest. verb. reſtitutio. 7. quæſt. 5. §. Tertium. Io. Medina. Cod. de reſtit. quæſt. 3. cauſa. 6. & q. 6. concluſ. 6. Martin. Nauar. in Manuali

cap.

c.17.nu.80.ver.octauo inſertur. Coua.in reg. peccatum.p.2.§.6.nu.1.& 2.Barth. Medina. lib.1.inſtruct.confeſſ.ca.14.§.30.Ioſeph Angles in florib. 4.ſen.q.3.de reſtitu.ar.2.dub.4. Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſcien.c.129.circa medium. Petrus Nau.lib.4.de reſtitu.c.1.dub.3.num.17.Gregorius de Valentia.tom.3.diſpu.5.q.6.punct.7.longe ante finem. Emanuel Rodriquez p.2.ſummæ.ca.47.concl.12.& Ludouicus Carbo tract.de reſtit.q.28.conclu.6.& 7.rectius docent, quod ſiue ex delicto, ſiue ex contractu debitum proceſſit, ſi tamen res eodem modo apud creditorem peritura erat, quo perijt apud debitorem, non tenebitur ad aliquid reſtituendum: Quia in hoc caſu nullum damnum intulit creditori, quod ille alias non fuiſſet paſſurus, nec minus in bonis habet creditor per non ſolutionem debitoris, quam alioqui eſſet habiturus, ſi res ante interitum reddita fuiſſet, vt ſupponitur, dempta vtilitate, ſi quam ex re illa percepiſſet ſi illi ante interitum reddita fuiſſet, nam ad hanc tenebitur moroſus debitor. Nec valet ratio Paludani de mora, quia licet eſſet in mora reddendi, dominus tamen damnificatus nõ eſt niſi ob priuationẽ dominij, & vſus rei, & fructuum, ſi qui erant tẽpore intermedio percipiendi, quo res peritura nõ erat. & ita illud ſolum reſtituere tenebitur, non rei valorem, cum in eo damnum paſſus non ſit.

Secus tamen eſt, ſi dominus rem illam ad illud vſq; tempus ſeruaturus non erat, ſed vel eam conſumpturus, vel donaturus vel venditurus, vel ex ea ſibi vſque ad eum terminum ſeruatam aliquam vtilitatem capturus, tunc enim vera eſt Paludani opinio, & reddere tenetur, quia in eo caſu moroſus debitor vere illi damnum intulit, vt conſtat.

19 Altera demum cauſa a reſtitutione excuſans eſt, publica poteſtas, quæ tribus modis contingere poteſt, vel lege aliqua; vel per iudicis ſententiam; aut ſummi Pontificis diſpẽſatione, ſeu (vt loquuntur) per Bullam compoſitionis. Et quidem quantum ad primum modum attinet. Non ſemper eſt tutus in conſcientia, qui aliquid iuxtà leges poſſidet, vt recte notan. Ioan. Medina. C. de reſtitutio. quæſt. 3.cauſa.7. Petrus de Aragon 2.2.quæſt.62.art.8. cauſa 7.Ioſeph Angles in florib.4.ſent.quæſt.3.artic.2.difficul.8.Gregorius de Valentia.to.3.diſpu.5.quæſt.6.puncto.7.ante finem, & Emanuel Rodriquez par.2 ſummæ.cap.47.concluſ.4.& Ludouicus Carbo. tracta.de reſtitu.quæſt.84. Qui enim rem ſuam vendendo, emptorem citra dimidium iuſti pretij defraudat, ſecundum ius, & in foro exteriori tute retinet exceſſum iuſti pretij. Vt patet l.Item ſi pretio.§.fi.ff.locat.& in l.in cauſæ.ff.de minoribus, & tamen in conſcientia talis venditor exceſſum iuſti pretij retinere non poteſt. Sic etiam ſecundum iura ciuilia, qui alienum per tempus lege definitum poſſidet, etiamſi cum mala fide poſſederit, illud retinere poteſt, cum tamen in conſcientia a reſtitutione non excuſetur, quia præſcriptio cum mala fide non currit.ca.fin.de præſcr. & Reg.1.Reg.poſſeſſor.de reg.iur.in 6. Ratio huius eſt, quia iura permittunt multas iniquitates & mala, vt vitentur maiora, & tamen eas committentes non ſunt immunes a peccato. Tũc ergo erit homo tutus, & a reſtitutione agenda liber authoritate legis, quãdo *lex* non *permiſſiua*, ſed *cõceſſiua* fuerit, ex intentione volens rem alicui in aliquo caſu, & cum certis conditionibus, (vt in præſcriptione verbi gratia, bonæ fidei) concedere, & applicare. Tũc enim res illa in dominium eius tranſit, cui iure applicatur. Secus autem ſi ius tantum erit permiſſiuũ aut ſi ſolum actionem concedat, aut repetitionem neget, talẽ enim debitorem ab obligatione reſtitutionis in conſcientia non releuat. Hinc leges illæ conceſſiuæ ſolum liberant in conſcientia, de quibus intelligitur illud S. Auguſtini. 23.q.4.cap. Qui peccat. Nemo peccat legis ſcilicet conceſſiuæ vtẽs authoritate, & vt alibi dicitur, Non naſcitur iniuriæ occaſio, vnde iura naſcuntur. C. vnde.vi l. Meminerint. Cui ſimile eſt illud quod habetur in cap. Quid dicam. 14.q.4. Quod iure vtique conceſſiuo fit, iuſte fit.

20 Quantum vero ſpectat ad authoritatem publicæ poteſtatis per iudicialem ſententiam, eodem modo certum eſt, non eſſe tutum ſemper eum in conſcientia, qui ſententia prolata in fauorem ſuum vtitur. Contingit enim aliquando iudicem ex errore, aut præſumptione iudicare, ex falſa teſtium depoſitione. Quo caſu ſi veritas in contrarium conſtet, non ſententiæ, ſed veritati ſtare oportet. Quotieſcunq; igitur ſententia eſt ſolum iuris declaratiua, etiamſi fiat ſecundum allegata, & probata, ſi tamen præſumptioni, aut falſæ probationi tantum innititur, & non veritati, cognita rei veritate, tutus in conſcientia non eſt, qui ea ſententia vtitur, ſed condemnato ſatisfacere conatur, etiamſi is appellationem, aut eius proſecutionem ob ignorantiam, negligentiam, timorem, aut paupertatem, aliamue ob cauſam eum excuſantem, omiſit. Per hanc enim negligentiam appellandi non amittit quis ius ad rem ſuam in foro conſcientiæ, ſed ſolum in foro externo, in quo ſcilicet non amplius audietur, ex Ioan. Medina. C. de reſtitu.q.3.cauſa.7.Soto lib.3.de iuſtitia.q.4.ar.5.Gregorio de Valentia.tom.3.diſp.5.q.4.puncto.2. Petro de Arragon in 2.2.q.62.ar.8.cauſa.7.Ioſepho Angles in florib.4.ſenten.q.3.de reſtitu.ar.2.difficulta.8. Emanuele Rodriquez par.2.ſummæ.c.47.concl.4.& Ludouico Carbone tracta.de reſtitutio.q.84. Solum igitur tutus eſt per ſententiam iudicialem iuſtam ſecũdum rei veritatem, puta quando iudex iuſte declarat rem eſſe Petri; quæ vero eſt illius, aut quando priuat aliquem re ſua iuſte ob delictũ, & eam alteri applicat; tunc enim damnatus iuſte priuatur re ſua, eiuſdemque dominio, & poſſeſſione, rem illam bona conſcientia non amplius poſſidet, ſed alter, cui per ſentẽtiam huiuſmodi applicata fuerit.

21 Quoad tertium modum, qui fieri ſolet per *Diſpenſationem*, ſeu *Compoſitionem*, multa tractari poſſunt, quæ legi poſſunt apud Syluest. verb. reſtit.8.quæſt.8.S.Anton.par.2.ti.2.cap.6.in fine. Sotum lib.4.de iuſtitia.q.7.arti.1.ad tertium.& in 4.diſt.21.q.2.artic.4.Martin.Ledeſm.2.4.q.18.ar.5.fol.265.colum.4.Martin.Nauarrum.in Manuale.cap.17.num.93.Coua.in reg.peccatum.par.3.§.1.nu.3.Ioann. Medinam.Cod.de reſtitut.q.3.cauſa.11.Dominicum Bannes 2.2.q.62.artic.5.dub.8.Ioſephum Angles in florib.4.ſen.q.3.de reſtitu.arti.2.difficul.16.& Gregorium de Valentia.tomo.3.diſpu.5.q.6.puncto.7.in fine. Petrum Nauarrum li.

4.de reſti.c.2.dub.9.num.79.& cap.5.dub.6.num.29.Ludouicum Lopez par.1.inſtruct.conſcien.ca.138.& cap.139.& Ludouicum Carbonem tracta. de reſtitu.quæſt.86.Ex quibus hæc breuiter colliguntur.

22 *Primum eſt.* Quãdo creditor eſt bene notus debitori, ſeu vt alij loquuntur, quando debita ſunt certa, ſi debita ſint iure naturali, vt ex mutuo, emptione, &c. non poteſt Concilium Generale, ciuitas, Rex, aut ſummus Pontifex contra domini voluntatem remittere, niſi adſit cauſa rationabilis; Qua exiſtente poſſet. Sic Sylueſ. verb. reſtitutio.7. q.2.verſi.Quintum.citans Innocen.in capit.Quæ in eccleſiarum.de conſtitution.& gloſſ. in l.final. C.ſi contra ius vel vtil.publ.Petrus Naua.vbi ſupra ca.5.dub.6.num.30.Ioan.Medina. Ioſeph Angles & alij.

Debet autem cauſa eſſe vrgens, vel cauſa publica, alioquin non eſt quis facile ſuo iure priuandus Eſſet enim intrinſece malum, & contra iuſtitiam, niſi ob bonum fieret, & niſi ob culpam taliter puniri mereatur. Quomodo ſolent aliqui ob hæreſim, apoſtaſiam, & ſimilia delicta ſuis etiam Regnis, & officijs priuari. Immo ẽt ſi debitum eſſet iure ciuili tantum, qualis eſt Falcidia in hæredibus, & reſtitutio in integrum, adeſſe debet cauſa neceſſaria, licet minus vrgens, quam in debito præcedenti, de iure naturali, cum cauſa rationabilis neceſſaria ſit ad diſpenſationem in lege, ne diſſipatio magis, quam diſpenſatio dicatur. Et demum cum reſtitutio alieni, quando dominus eſt certus, illis facienda eſt de iure naturali, & diuino, diſpenſare nequit ſummus Pontifex niſi iuſta, & legitima cauſa ſubſit.

23 *Secundum eſt,* Quando bona ſunt incerta, id eſt, incogniti creditores, ſiue ſint per contractum licitum, ſiue illicitum acquiſita, poteſt in illis fieri compoſitio.

Et quidem compſitio hæc a ſolo Papa fieri poteſt: Cum enim ad ſummum Pontificem competat diſpenſatio bonorum, quæ in pios vſus eccleſię, aut pauperũ eroganda ſunt, eo ipſo, quod incerta hæc bona iure ſolo canonico in tales vſus diſtribuenda ſunt, ſicut in hoc iure ſolus Papa diſpenſare poteſt: ita ille ſolus compoſitionem pro reſtitutione horum bonorum concedere poteſt, id quod facere ſolet per Ballam Compoſitionis, vt tradunt præfati authores, & latius ſupra de reſtitutione bonorum incertorum agentes, ex communi Doctorum conſenſu comprobauimus. Qua compoſitione facta liber eſt debitor ab alia reſtitutione. Conceditur autem hæc compoſitio a Summo Pontifice propter maiorem Reipub. vtilitatem, vt ad fidei defenſionem, vel baſilicam ædificandam, aut aliam piam cauſam, vt experientia conſtat.

Tertium eſt, Poteſt Summus Pontifex multo magis ſimilem compoſitionem ſtatuere cum eccleſiaſticis de fructibus beneficiorum male impenſis, aut male perceptis, ex eo ſcilicet, quia non reſederũt, aut officium diuinum non recitarunt, vt recte notant Dominus Bannes 2.2.q.62.arti.5.dub.8.in fi. & Gregorius de Valentia vbi ſupra, de qua re ſuo loco latius diſputabimus. Hæc interim de cauſis, q̃ excuſant a reſtitutione, vel ſtatim, vel omnino facienda, prout ipſæ cauſæ ad tempus, vel perpetuo durauerint, dicta ſint.

De Modo Reſtitutionis faciendæ.
Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio eo modo facienda, quem cauſa, cur debetur, poſtulat.*

Obligatio Reſtitutionis publice non oritur ex præcepto iuſtitiæ ſed charitatis. ibid.

Debita occulta occultè reſtituenda. ibid.

2 *Reſtitutio non neceſſario facienda per illum, qui damnum intulit.*

Si per tertiam perſonam fieri nequeat, poteſt ad tempus differri.

3 *An ſi res data ſit tertiæ perſonę reſtituenda per eum vero Domino, ſi res poſtea pereat, aut internuncius non reſtituat, teneatur debitor reſtituere.*

4 *Quando perſona miſſa, & electa a creditore quid dicendum.*

5 *Quando res reſtituenda mittitur per nuntium a debitore electum, quid ſtatuendum, ſiue res ſit eadem numero quæ reſtitui debet, ſiue æquiualẽs, & 6. & 7. ampliatur.*

8 *An ſi lata ſit excom. ob quædam furta, &c. Fur penitentia ductus abſolutionẽ petens, quæ niſi prius ablata reſtituat illa negaretur, & mox ipſe totam ſummã Confeſſori tradat, ut pro eo ſolueret, quam tamẽ Confeſſor nunquam reſtituit, excommun. incurrant.*

9 *Quid ſentiat author, tribus punctis declaratur.*

QVÆ ad modum reſtituendi pertinent breuiter hoc in loco abſoluẽda erunt omnia.n.quæ hic dicenda erant, ſupra ſunt a nobis explicata. De qua legendi ſunt Scotus in 4.d.15.q.2.ar.4. in fine. Gabriel ibid.q.2.ar.2.concl.2.litera F.& ar.3.dub.4.litera.R.S.Ant.p.2.ti.2.c.4.§.1. Caiet. in ſumma.verb.reſtitutio.c.7.Mar.Nau.in Manu. c.17.nu.54.Barth.Medina li.1.inſtruct.confeſs.c.14.& 3.ver.ſeptimum caput. Petrus Nau. lib.4.ca.5.Sylu.verb.reſtit.6.Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6. puncto.9. Sum. Cor.p.2.ca.5.nu.24.§. *Quantum ad quintum.* Coſmus Philiarc.to.2. de offi. ſacerd.li.6. c.28.in fine. Ludouicus Lopez p.1.inſtru. conſciẽ. c.109. Toletus li.5.inſtruc.ſacerd.c.24.& alij, qui omnes docent faciẽdam eſſe reſtitutionem eo modo, quem cauſa, cur debetur, poſtulat.

1 Et quidem ſi delictum, ob quod facienda eſt reſtitutio, ſit publicum, vt v.g. ſi ſit vſura publica, publice facienda eſt reſtitutio, vt aliorum tollatur offenſio. Si tñ de facto reſtitutio ſecreto facta eſt, nõ eſt neceſſarium iterum reſtituere publice ſed aliter occurrere ſcandalo, vt notat Petrus Naua. vbi ſupra. obligatio enim reſtitutionis publice non ex iuſtitiæ, ſed ex charitatis præcepto, ſcilicet, ædificationis oritur, quæ non obligat reſtituere, vt conſtat, ac per conſequens, neq; iterum reſtituere. Debita vero ſecreta, ſecreto, & occulte ſunt reſtituenda.

2 Non eſt tamen reſtitutio hæc neceſſario facienda per eundem, qui damnum intulit, vel rem abſtulit, ſed vel per ſeipſum; vel per tertiam perſonam, quia ibi tenet regula, qui per alium facit, perinde eſt, ac ſi per ſe facere videatur. Quinimmo ſi reſtitutio fieri nõ poteſt ſine damno famæ, puta ſi furtũ occultum nõ poteſt reſtitui per furem, qui prodat

ſeipſum, non debet per ſeipſum reſtituere, ſed per aliam perſonam ſecretam, & fidelem. Adduntque authores expedire fieri per confeſſorem, cui crimē detectum eſt in confeſſione, & de cuius fidelitate, quod reſtituat, fidei ſuæ commiſſum ſatis debet credi. Sin autem nec per tertiam perſonam fieri poſſit ſine detectione debitoris, differri poteſt ad tēpus, quo ceſſet dictum inconueniens, vt colligitur ex Reg.72.Reg.qui per alium.de reg.iur.in 6. & ca.ſi peccauerit.2.q.1.

Dubium ſolum eſt, in hac re, An ſi res data ſit tertiæ perſonæ reſtituenda per eum vero domino, ſi res pereat poſtea, aut internuncius non reſtituat, vel caſu, vel malitia, teneatur debitor reſtituere? Et quidem Scotus & Gabriel dicere vidētur, quod ſi fiat per confeſſarium, etiamſi ille defecerit, non tenebitur pœnitens reſtituere iterū; Quia ſatis credi debuit, quod per talem perſonam fideliter fiet. Monent autem Gabriel, & Nauar. in Manuali.cap.17.num.67. & Ludouicus Lopez. vbi ſupra.c.121. Coſmus Philiarchus vbi ſupra, quod ſiue ſit confeſſor, ſiue alia perſona quæ reſtituit, quod recipiat ſchedulam recognitionis ab eo, cui reſtituit, qua teſtetur ſe rem talem, aut talem ſummam recepiſſe, tacito tamen cautiſſime nomine eius, qui abſtulit, aut ſecreto detinuit, vt ſic reſtituens in ſiniſtrā opinionem non incidat.

Alij vt Mart.in.Nauar.vbi ſupra.num.67.Toletus lib.5.ſummæ.c.24. & Ludouicus Lopez c.108. q.4.& c.121.docent, quod licet confeſſarius habitus ſit fidelis, & ei res committatur reſtituenda, ſi in effectu non reſtituat ille, non excuſatur debitor a reſtitutione noua, ſi dominium rei, quæ reſtituitur, erat apud debitorem, vt in ſolutione pecuniæ mutuatæ, quia hic transfertur dominiū, vnde quomodocunque pereat ante traditionem creditori factam, mutuatario eam mittenti perit. Si vero dominium rei reſtituendæ penes creditorem erat, vt v.g.res locata, vel commodatus equus, aut res depoſita, tunc ſi internuncio fideli res tradita fuerit, ſi poſtea pereat, domino, & non mittenti perit, niſi mittens in culpa, aut mora fuit.

Alii abſolute docent, non liberari debitorem niſi internuncius realiter rem creditori reſtituat. Ceterum omiſſis aliorum opinionibus hæc mihi dicenda videntur.

Primum eſt, quando perſona, per quam fit reſtitutio, miſſa & electa eſt a creditore, tunc ſiue internūcius ille fidelis, ſiue infidelis fuerit, & ſiue res eadē numero reſtituenda ſit creditoris, ſiue debitoris, ſi ſemel tradita ſit internuncio, & poſtea pereat, vel caſu, vel ex culpa internuncii, ipſi creditori perit. Sic Ioann. Medina. C.de reſti.quæſt. ſecunda, dub. 3.§.*occurrit.* Micha.Salon.2.2.quæſtio.62.artic.5. controuerſia.5.quia, Dominicus Bannes ibidem dub.6.in fine.Ioſeph Angles in floribus.2.ſenten. par.ſecunda, quæſt.2.de reſtitutione.ar.1.difficul. 11.concluſ.4.Petrus Nauar.lib.4.de reſtitut.cap.5. dub.1.num.4.Ludouicus Lopez.pa.1.inſtruct.conſcient.ca.108.q.4 Ludouicus Carbo. tract.de reſtitutione.q.78. ante finem. poſt Panorm.in cap. ſignificante.de pignoribus. Ratio eſt, quia idem eſt tradere rem illam viro ab ipſo domino aſſignato, ac ipſimet domino tradere; Habet enim vim in his regula illa 72.iuris. *Qui per aliū facit, perinde eſt, ac ſi faciat per ſeipſum. Reg. Qui per alium de reg.iur.in 6.* Cum enim ipſe in cauſa fuerit, cum res illa, nuntio illi tradita ſit, ſibi imputari debet, ſi pereat.

Idemque dicendum eſt in eo caſu, quo Ioannes v.g. mihi equum commodauit, & ſeruum, & famulum. Si enim famulo illius equum dedi, etiamſi ille aufugiat, non teneor reſtituere. Si enim eius eſt famulus, vel ab eo miſſus, nulla eſt ex mea parte culpa, cum præſumere potius debeam fore fidelem, quam contra.

5 *Secundum eſt*, Quando res reſtituenda mittitur per nuncium ab ipſo debitore electum, tunc ſi creditor ſeu dominus commiſit debitori, vt ille internuncium, quem vellet, eligeret, ſi electo a debitore nuncio, qui cōiter habitus eſt fidelis, res reddatur, & pereat in via, creditori, ſeu domino perit, non ſolum in foro interiori, ſi iuridice probare poſſit debitor illud ſibi dominū commiſiſſe. Sic Michel Salon vbi ſupra, id quod procedit, ſiue res mittenda, eadem ſit numero, quæ debetur, ſiue non.

Tertium eſt, Quando debitor pro ſuo arbitratu, & ſua ſolum authoritate, ſeu voluntate, ſiue commiſſione domini internuncium eligit, tunc in foro exteriori, etiam fideli nuncio tradatur, & in via perit, debitori perit, quia in hoc foro, quādiu apud illum internunciū, ſeu delatorem a debitore electū manet, perinde eſt, ac ſi apud debitorem maneret; Talis namque internuncius, ſiue ſacerdos ſit, ſiue alius, perſonam debitoris gerit. Vnde ſicut ſi periret in manu debitoris, debitori perit, & non creditori; ita etiam ſi apud internuncium pereat, illi, cuius internūcius eſt, perit. Cuius rei ſignū eſt, quia quamdiu apud internunciū manet, poteſt debitor reuocare commiſſionē, & dicere ſe nolle reſtituere, aut quia reſtitutio iam facta eſt, aut alia de cauſa, teneturq; internuncius reddere debitori. Quæ omnia ſatis indicant rem illā nondum egreſſam eſſe debitoris poteſtatem: atque adeo ſemper ſub eius poteſtate, & periculo eſt, quouſque fiat reſtitutio.

6 *Quartum eſt*, Quando debitor ipſe pro ſuo arbitrio internuncium eligit abſque domini commiſſione, ſi res ſemel commiſſa internuncio fideli ſit eadem numero, quæ reſtitui debet, ita vt teneatur reſtituere ſolum ratione rei acceptæ, vt in re inuenta, commodata, depoſita, & conducta contingit, ſiue poſtea caſu fortuito, ſiue malitia internuncii pereat, liberatur debitor in foro conſcientiæ a reſtitutione. Sic Marti. Ledeſm. 2.4.q.18.ar.5.fol.266. colum.3.Ioan.Medina.Cod.de reſtit.q.2.dub.3.§.*occurrit.*Mich.Salon 2.2.q.62.art.5.controuerſia.5.Dominicus Bannes ibidem dub.9.in fine.Mart.Naua.in Manuali.c.17.nu.67.verſ.vndecimo.Petrus Nauar.lib.4.de reſtit.cap.5.dub.1.num.10 Ludouicus Lopez par.1.inſtruct.conſcient.cap.108.q.4.& cap.121.Ioſeph.Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtit.artic.1.difficul.11.concluſ.1. & Ludouicus Carbo, tract.de reſtit.q.78.ante finem. Ratio eſt, quia talis debitor rem illam habet non in ſuum proprium commodum, ſed in vtilitatem domini, reique dominium penes creditorem eſt, Ergo ſi pereat, creditori, ſeu domino rei perit, & non debitori. Debitor enim iā fecit, quod in ſe erat, non enim tenebatur per ſe ipſum, ſed ſatis illi erat, quod per internuncium fidelē ſatisfacere curauit, ſiue internūcius ille confeſſarius erat, ſiue alius vir cōmuni

hominum opinione habitus pro fideli. Dixi ſi reddatur *internuncio ſideli*, quia ſi commiſit infideli, vel dubio, tunc ſiue res erat debitoris, ſiue ipſius creditoris, ſi pereat, debitori, & non creditori perit, cum iam culpa ſua perire cenſeatur, vt omnes fatentur.

7 *Quintum eſt*, Quando res, quæ mittitur, non eſt eadem numero, ſed æquiualens, vt in pecunia mutua, vel re alia, quæ functionem admittit, tunc ſiue debita ſit rõne acceptionis iuſtæ, ſiue iniuſtæ, & committatur nuncio fideli, & pereat, debitori perit, & non creditori, atq; adeo in foro conſcientię adhuc ad eius reſtitutionem obligatur. Sic omnes paulo ante citati. Ratio eſt manifeſta, quia talis debitor ſiue accepit rem illã iniuſte, vt in furto, ſiue iuſte, vt per mutuum, aut emptionem in ſuam tantum vtilitatem illam accepit, eiuſque dominiũ penes ipſum manet. Ergo tenetur rẽ illam integram, & illæſam domino reſtituere, & conſequenter ipſi domino, ſeu debitori, cuius res eſt, perit, non creditori, atque adeo tenetur ad eius reſtitutionem vi illius principii, Qui ſentit commodum, ſentire debet & onus. Reg. 55. in Reg. Qui ſentit. de reg. iur. in 6. Confirmatur hæc ratio, Quia ſi talis debitor haberet rẽ illam paratam, vt reſtitueret vero domino, v. g. pecuniam numeratam in menſa ſua, & accederet fur, qui illam clanculum ſurriperet, proculdubio teneretur nihilominus ipſe debitor reſtituere, etiã ſi ſine vlla culpa, aut negligentia debitoris ſublata ſit. Ergo ſimiliter in hoc caſu ſi pereat in via. Ex quib. cõſtat, quid in caſu propoſito dicendũ ſit.

8 Dubium aliud eſt, An ſi lata ſit excommunicatio ob quædam furta, incurrat illam Petrus, qui pœnitentia ductus abſolutionem petijt, cui dum abſolutionis beneficium negaretur, niſi prius reſtitueret, vt famæ ſuæ conſuleret, totam reſtitutionis ſummã confeſſori tradit, vt pro eo ſolueret, confeſſor autẽ pecunia ſolutionis accepta, nunquam reſtituit. Ratio dubii eſt, quia ille vere abſolutus fuit ab excõicatione, & peccato, & ſatisfecit. Ergo nunc non manet excommunicatus, etiamſi confeſſarius non reſtituat. Sicut qui virtute Iubilæi abſoluitur intentione bona illud conſequendi, etiamſi poſtea illud non conſequitur, vel quia mẽtem mutauit, aut quia non impleuit conditiones, non reincidit.

Econtra vero quod excommunicatus ſit, ex eo colligi videtur, quia licet confeſſarius cum valide abſoluere potuit, illa tamen abſolutio ſemper intelligi debet ſub conditione implicita, quod parti ſatisfiat. Ergo ſi vere non ſatisfiat, manebit excommunicatus. In hac re tria mihi dicenda videntur.

9 *Primum eſt*, Talis pœnitẽs ab excommunicatione illa generaliter lata, vere abſolutus pro eo tempore fuit. Ratio eſt, tum quia pœnitens fecit quantum in ſe fuit, facienti autem, quod in ſe eſt, nõ eſt deneganda abſolutio. Tũ quia ſi pœnitens fuiſſet impotens ad ſoluendum, attamen data ſufficienti cautione pignoris, vel iuramenti, abſolui potuit, & debuit. Ergo a fortiori ſoluendo realiter eo modo, quo potuit, & debuit. Tum quia cum excõmunicatio generalis fuerit, etiamſi lata fuerit ab homine, quiuis tamen confeſſarius ab ordinario approbatus ab ea poteſt abſoluere, ſicut ab excommunicatione iuris non reſeruata.

Secundum eſt - ſi talis pœnitens poſtquam ſciuit reſtitutionem factam non fuiſſe, animo propoſiti ſoluere, quam primum poſſit, non eſt excõicatus.

Ratio eſt, quia antequam veritatem nouit, vere fuit abſolutus, vt diximus, & poſtea non peccauit. Ergo non eſt excommunicatus.

Tertium eſt, ſi in caſu, quo tenetur reſtituere (qui colligendus eſt ex dubio præcedenti) denuo ſit rebellis faciens propoſitũ non reſtituendi, tunc quauis Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 2. poſt 4. concl. caſu 2. ſentire videtur excõicatum eſſe; (Docet. n. quod ſi excõicatio non ligat Petrum, quia tunc erat impotens ad ſoluendum, quando lata fuit, ſi poſtea habeat, vnde ſoluat, tenetur ſub eiuſdem excõicationis ſententia reſtituere, quia, inquit, ſemper durat.) Petrus tamen Nauar. lib. 4. de reſtitu. cap. 5. dub. 1. n. 19. rectius docet nõ eſſe excõicatum, ſed peccare mortaliter, & excommunicari poſſe. Quia ſemel fuit vere, & legitime abſolutus, & abſolutio nõ fuit ad reincidentiam. Sicut enim excõicatio reſeruata in Iubilæo, quamuis expreſſe exigat certas cõditiones, ſemel tamen bona fide abſolutus, etſi poſtea nolit implere, liber eſt omnino: ita in caſu noſtro, maxime quia quodammodo ſatisfecit. Si enim ſatisfacere cenſetur is, qui cum ſoluere nequeat, dat pignus, aut iurat, aut aliam cautionem præſtat confeſſori, ratione cuius valide abſoluitur, quanto magis dici poteſt hunc parti quodammodo ſatisfeciſſe, qui debitum realiter fideli mediatori tradidit. Et quamuis abſolutio facta eſſet ab excommunicatione cum conditione & ad reincidentiam (quæ tamen fieri non ſolet) adhuc tamen extaret conditio, quia. ſ. ſatisfactum quodammodo eſt parti, vt iudex excommunicans requirit. Poteſt tamen iterum excommunicari, niſi iterum ſoluat.

Solent alia nonnulla circa modum reſtituẽdi tradi, nimirum, non eſſe reſtituenda bona ordinis ſuperioris cum detrimento rerum ordinis inferioris, v. g. bona externa cum iactura honoris, aut famæ, nec honor famæ, cum damno vitæ.

Item quod reſtitutio fieri poſſit non ſolum realiter ſoluendo, ſed etiam remiſſione impetrata, & conceſſa a creditore ſponte, non vi, non minis, non mendaciis, de quibus omnibus partim in ſuperioribus, partim in ſequentibus cum agemus de reſtitutione in particulari, latius differemus.

Quo Ordine reſtitutio facienda ſit.

Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Debita reſtitutioni obnoxia in multiplici differentia cõſideranda ſunt.*

2 *Tres Regulæ ad intelligendum ordinem reſtituendi preſcribuntur. & ſeq. 3. 4.*

5 *Qui procurant ſibi remiſſionem bonorum certorum per* Compoſitionem *cũ Sũmo Pontif. peccãt mortalit.*

5 *Tenentur certa ex incertis ſoluere, in quo tamen caſu excipiuntur.*

6 *An debita certæ perſonæ prius ſoluenda ſunt, quam legata etiam pie certæ perſonæ, vel Eccleſiæ.*

7 *Hic alia Regulæ deſcribuntur, quænam prius reſtituenda, aut quo iure, & nu. 8.*

Realia debita prius ſoluenda quam Perſonalia.

An res empta pretio non ſoluto, quandiu in ſua forma, & ſpecie extat apud emptorem, maneat reali obligatione deuincta emptori, ita vt primo ſoluendum ſit emptori pretium.

An ſi res vendita non maneat in ſpecie ſua, ſed res aliæ in eius loco ſubrogantur ex pretio illius, huiuſmodi res aliæ maneant realiter obligatæ primo venditori, ſeu creditori.

Quid dicendum ſit de re empta alterius pecunia, an ſcilicet, ſuccedat rei ſpecialiter obligatæ, nimirum pecuniæ.

Seruanda ſunt ſtatuta municipalia, & leges, quibus ordo ſatisfaciendi creditoribus determinatur.

Quando non ſunt talia ſtatuta, ſeruandum eſt ius commune.

14 *Quinam dicantur habere tacitam hypothecam, ratione cuius creditores iſti præponuntur alijs prætendentibus perſonalem obligationem tantum, non habentib. expreſſas hypothecas.*

15 *An ſi maritus debitorem ſe fecerat ob dotem per ſchedulam publicam, quæ tamen ſibi numerata nõ fuerit, talis dos in ſolutione eius præferenda ſit habentibus expreſſas hypothecas poſteriores.*

16 *An 4. bona paraphernalia tacite hypothecata ſint.*

17 *Bona illius, qui cum fiſco contraxit, ſecundum locũ habent tacitæ hypothecæ.*

18 *Præter hæc duo priuilegiata ſunt alia bona, quæ dicuntur tacite hypothecata. & quænam illa ſint.*

19 *Ex debitis perſonalibus* non priuilegiatis *primo ſoluenda ſunt tacite hypothecata.*

20 *Poſt creditores tacite hypothecam habentes ſuccedunt depoſitarij.*

21 *Poſt depoſitarios ſuccedunt habentes actiones perſonales.*

22 *Vltimum locum in reſtitutione qui tenent.*

23 *An cum debita totam hereditatem exhauriant, ſoluẽda ſint prius debita, quam expenſæ funerum.*

24 *Quo ordine teneatur hæres debita ſoluere.*

25 *An debita per ipſum hæredem contracta prius ſolui, quam legata per teſtatorem.*

26 *An quando plures ſunt creditores & hæreditas nõ ſufficit, licitum ſit vni etiam priori in tempore aut priuilegio totum ſoluere, an vero pro rata omnibus ſatisfieri debeat.*

27 *An quando omnes ſunt ex æquo perſonales actiones præferendus ſit antiquior, vt illi totum prius debitũ ſoluatur.*

28 *An debita certa realia, ſeu perſonalia, quæ contracta ſunt licito contractu, prius ſoluenda ſint, quam quæ ex contractu illicito.*

29 *Opinio prima Caiet. Nuar. & aliorum, eorumque fundamenta diuerſa.*

30 *Opinio Medinæ, & aliorum debita vſuraria prius ſoluenda.*

31 *Nullum ordinẽ ſeruandum eſſe, ſed pro rata omnib. reſtituendum uerior uidetur authoris ſnĩa, & quare.*

32 *Soluuntur argumenta Caiet. Nauarri, & Ioſeſephi Angles.*

33 *An debita ex delicto contracta pro rata, ſint omnibus reſtituenda.*

34 *An obligatio oneroſa obligationi liberali præferenda.*

35 *An debitor prædictum ordinem non ſeruans in reſtituendo mortaliter peccet, & damnum alijs creditoribus reſarcire teneatur.*

36 *Excipiuntur duo caſus, in quibus excuſatur debitor a mortali, ſoluẽdo vni ĩtegre debita, & alios fraudãdo.*

37 *An creditor, qui contra prædictum ordinem in iudicio, vel extra debitum petit, & ſatisfactionem integrã, vel partialem accipit, peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*

CVm omnia fere, quæ ad materiam reſtitutionis ſpectant, in præcedentibus expoſita ſint, ſolum pro complemento huius materiæ reſtitutionis in communi agendum reſtat de ordine, quo fieri debet reſtitutio, quãdo plures ſunt creditores. De qua re legi poſſunt Gabriel in 4. diſtinct. 15. q. 2. ar. 3. dub. 6. litera. V. S. Ant. p. 2. titu. 2. cap. 7. Angel. verb. reſtitutio. 2. §. 16. Sylueſt. verb. reſtitutio. 6. q. 5. Tabiena. eod. verſic. vigeſimoquinto. Caiet. in ſumma. verbo. reſtitutio. c. 8. Ioãnes Med. C. de reſti. q. 2. dub. 5. Mich. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 8. in fine, Dominicus Bannes ibid. dub. 3. & Petrus de Arragona ibid. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 17. num. 47. & ſeq. Petrus Nauar. lib. 4. de reſtitu. cap. 6. Barth. Medina lib. 1. inſtruc. confeſſ. cap. 14 §. 33. cap. 8. Ioſeph Angles in floribus. 4. ſent. p. 2. q. 2. de reſtitu. art. 8. Summa Corona p. 2. c. 5. nu. 24. Gregorius de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 6. puncto. 10. Coſmus Philiarchus de officio ſacerd. tom. 2. lib. 6. cap. 29. Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd. ca. 25. Emanuel Rodriquez pa. 2. ſummæ. cap. 46. Ludouicus Lopez pa 1. inſtruct. conſcien. cap. 110. & cap. 111. & Ludouicus Carbo. in tract. de reſtitutione. q. 92. & alii. Ex quorum mente ad explicationem huius materiæ,

1 Notandum eſt, quod debita reſtitutioni obnoxia, in multiplici ſunt differentia; Quædam enim ſunt certa, quorum creditores ſciuntur; Quædam incerta, quorum creditores, vel ignorantur, vel nõ comparent. Rurſus, quædam ſunt omnino aliena, qualia ſunt illa, quæ nunquam in dominium debitoris tranſierunt; Quædam vero licet appropriata ſunt ipſis rebus creditoris, manent tamen obnoxia, reſtitutioni. Item quædam ſunt bona fide, & licite contracta; Alia illicite, & per iniuſtitiam contracta.

Præterea creditorum poteſt eſſe differentia; Quidam enim ſunt, qui actionem realem habẽt in bona debitoris, quia ſcilicet, vel ſunt eis impignorata, vel hypothecata, aut in generali, aut in ſpeciali tacite, vel expreſſe. Alii vero ſunt non habentes actionem realem in bona debitoris, ſed in perſonã tantum, ſine aliqua impignoratione, aut hypotheca. His ita prænotatis, certas regulas apponam, quibus rem totam breuiter explicabo.

2 *Prima Regula*: Quando debitor habet bona, quibus poteſt commode omnibus creditoribus ſatisfacere, non eſt neceſſario ordo aliquis in reſtituendo obſeruandus, ſed arbitratu ſuo poterit, cui voluerit, prius ſoluere, ita omnes, quod intelligendum eſt dummodo ſeruet tempus cum illis cõſtitutum, & dummodo certus ſit, ſe habere, vnde omnibus ſatisfacere poſſit. Si enim dubiũ eſſet, an bona poſſent ſufficere, reſtituendum eſſet cum ordine, ne tandem is re ſua priuaretur, qui prius eam recipere debuit. Ratio eſt manifeſta, quia ex mutatione ordinis nullus defraudabitur iure ſuo, quod habet, nullique fieri iniuria.

3 *Secunda Regula*, ſi non habet bona quibus poteſt omnibus ſatisfacere, tunc ſeruandus eſt ordo legitimus in ſoluendo, aut nemini, quãtum fieri poteſt iniuria fiat, idque partim iure naturæ, partim iure Municipali (ſi quod alicubi certum ordinem in hac re ſtatuat iuri naturali non repugnante) partim iure ciuili communi, partim decreto iudicis conuenienter iuri & æquitati de hoc pronunciantis in caſu, qui non ſit in iure expreſſe determinatus, partim etiam iudicio prudentis viri, prout cauſa, & circunſtantiæ in caſu aliquo particulari ita requirere videantur.

4 *Tertia Regula*, Quando omnibus ſolui nõ poteſt, tunc iure naturæ debita certa, id eſt, quæ certis creditoribus debẽtur, ſolui prius debent quam incerta. Incerta autem hic dicuntur, quæ ſunt reſtituenda pauperibus, vel eccleſiæ, aut in alios pios vſus eroganda, ita omnes, quos paulo ante citauimus poſt Bald. in l. pro debito. C. de bon. auct. iud poſſid. Ratio eſt, quia cum debitum eſt certum, interuenit iuſtitia commutatiua, iuſque naturale ſtrictum, cum damnum incurrant perſonæ determinatæ; incerta autem, vt ſupra dictum eſt, non ex iure naturali, aut ex iuſtitia, ſed ſolum ex diſpoſitione iuris poſitiui debentur pauperibus, aut eccleſiæ, ita vt ſi pauperibus dentur, & non eccleſiæ, non fiat eccleſiæ præiudicium, idemque dicendum eſt, ſi his, & non illis pauperibus dentur. Cum igitur in concurrentia duorum præceptorum, ſtrictius ſeruandum ſit, conſequens eſt, præferendam eſſe obligationem iuſtitiæ, quæ in certis perſonis, reperitur, alteri obligationi ad pauperes, quæ naſcitur ex ſolo iure humano, & principis depoſitione. Id quod procedit, etiãſi ad certorum ſolutionem oporteat ex toto, vel ex parte inſumere ea, quæ incertis debitorib. debebãtur. Nam vere tunc debita incerta ſolutioni obnoxia ſunt, quæ certis debitoribus fieri debet, vt Grego. de Val. vbi ſupra tradit. Hoc tamen Gregorii dictum limitandum eſt, vt non procedat, quando debitum aliquod incertum continetur in aliqua re, quæ eadem numero reſtituenda eſt, vt inferius ſtatim dicemus, vt in calice conſecrato, capſula, &c. aut alia re ſimili. Quia cum talis res nunquam fuerit in dominio debitoris, non eſt obnoxia ſolutioni aliorum debitorum certorum, atque adeo poterit res illa prius conferri Chriſto, dando eam in pios vſus eccleſiæ, vel pauperum, etiamſi de reliquo non poſſit certis creditoribus integre ſatisfieri. Quia cũ certum ſit, rem illam eſſe eccleſiæ, & nullius ex creditoribus, non debet ex alienis ſatisfacere aliis certis creditoribus. Vt idem Grego. Paulo poſt, & Petrus Naua. locis citatis. num. 5. animaduertunt.

5 Ex hac regula, qua diximus certa debita præferenda eſſe incertis, Sylueſt. verb. reſti. 6. q. 5. Caieta. verb. reſti. cap. 8. Martinus. Naua. in Manu. cap. 17. num. 48. Petrus Naua. lib. 4. de reſti. cap. 6. num. 6. Angel. verb. reſtitutio. 2. §. 16. Petrus de Aragon. 2. 2. quæſt. 62. artic. 8. in fine. conclu. prima, Lopez pa. 1. inſtruct. cap. 110. Emanuel Rodriquez pa. ſecunda. ſummæ. cap. 46. concl. 2. Grego. de Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 10. §. primo & Ludo. Carbo tract. de reſt. quæſt. 92. concl. 3. inferunt, grauiter peccare eos, qui cum multa partim certis creditoribus, partim incertis debeant & omnibus ſatisfacere nequeant, procurant ſibi remiſſionẽ incertorum per compoſitionem cum ſummo Põtifice aut prælatis eccleſiæ, vt ea tanquam propria ſibi reſeruent, vt de reliquo tantummodo ſoluant certis debitoribus, quantum poſſunt, prẹterquam enim q̃d peccant mortaliter defraudando certos ſuos creditores, quibus etiam obnoxia ſunt debita incerta, quouſque certis ſatisfiat, tenentur etiam debita certa ex incertis illis ſoluere, ac ſi nullam talem feciſſent compoſitionem. Excipiunt tamen & merito Caiet. vterque Nauarrus Lopez, Gregorius & Carbo, ſi res incerta adhuc in ſua ſpecie permanet, tunc enim non eſt reſtitutio facienda ex re illa certorũ debitorum. Vt v. g. ſi in bonis alicuius repertus ſit calix conſecratus, aut furto ablatus, & adhuc integer manet & facta omni debita diligentia ignoretur adhuc cuius eccleſiæ, aut domini ſit, poteſt aut rem illam prius dare eccleſiæ, aut in pios vſus erogare, aut ſi res profana fuerit furto ablata, & ignoretur verus dominus poſt adhibitam diligentiam, & res extet in ſpecie, poterit prius pauperibus dare, aut ſibi ſi vere pauper eſt retinere, aut ſuper re illa compoſitionem facere. Siquidem, vt diximus, debitor non tenetur ex alieno creditoribus ſatisfacere, conſtat autem, quod talis calix nunquam eius fuit, ſed ſemper alienus, & idem de re furto ſublata, & extãte in ſpecie, cuius dominium nunquam in debitorem tranſiuit. Et quidem quantum ad talẽ calicem conſecratum, ſi ex circunſtantiis, & coniectis ferri poſſet, cuius eſſet eccleſiæ, illi reſtitui *debet; ſi* vero ignoretur, cuius ſit, monet Petrus Nau. vbi ſupra, reddendum eſſe epiſcopo loci, vt ille tanquam cõis bonorum incertorum eccleſiarum diæceſis diſpẽſator, applicet, prout magis expedire iudicabit.

6 Dubium autem circa hanc regulam eſſe poteſt, An debita certẹ perſonæ, prius ſoluenda ſint, quam legata etiam pia certẹ etiam perſonæ, vel eccleſiẹ? Inter authores citatos Petrus Nau. lib. 4. de reſtitu. cap. 6. num. 7. & quæſt. 10. num. 47. & Rodriquez concluſ. 9. poſt Sylueſtrum. verbo. hæreditas. 3. q. 9. & verb. reſti. 6. quæſt. 6. poſt S. Thomam opuſc. 73. de vſur. cap. 18. meo iudicio recte, & docte reſpondent, ſolui debere prius debita certæ perſonẹ. Quia non ſunt omittenda præcepta propter conſilia; ſed prædicta legata pia, vel non debentur, vel ſi debentur, non tamen ex iuſtitia, debita autem certæ perſonæ ex iuſtitia debentur. Ergo prius ſoluenda hæc erunt, & deinde ſi quæ ſuperſunt ſolui debent legata pia, cum eleemoſina, aut oblatio non ex alienis, ſed ex propriis ſit facienda.

7 *Quarta Regula*. Inter debita certa perſonæ, illa iure naturæ prius reſtituenda ſunt, quæ extant, & eadem numero reddenda ſunt, quorum dominiũ penes creditorem eſt, vt commodatum, depoſitum, pignoratum, furtũ, rapina, vel vſura ſublatũ, quod in ſua ſpecie adhuc extat. Sic Baldus communiter receptus in l. Pro debito. Co. de bonis iud. auct. poſſid. & alij omnes citati initio. Ratio eſt quia cum horum dominium penes creditorem ſemper permanſit, non numerantur bona illa inter bona debitoris, & ideo ante omnia alia illi reſtituenda ſunt, cum ex alienis bonis non ſit facienda reſtitutio aliis, quinimmo nec ipſi poſſent illa recipere, ſed vero domino ea reſtituere tenerentur.

8 *Quinta Regula*, Cum duo ſint debitorum genera, Quædam ſcilicet Realia, ad quæ res aliqua certa

obligata eſt, vt in cenſibus annuis, quibus obligatur aliqua hæreditas, vel domus: item pignora, quę traduntur in fideiuſſionem acceptæ pecuniæ: Quędam vero perſonalia, quæ ſcilicet, debet creditori nulla re peculiari obligata, ſed ipſo tantum debitore; certum eſt ex his debitis *Realia* prius ſoluenda eſſe, quam *perſonalia*. ita Ioann. Medina. Cod. de reſtit. quæſt. 2. dub. 5. verſic. Tertium. Michael Salon 2.2. quæſt. 62. arti. 8. in fine. Grego. de Valen. tom. 3. diſput. 5. quæſtio. 6. punct. 10. verſic. Tertio & Ludouicus Carbo. quæſt. 92. de reſti. concluſ. 4. Ratio eſt, quia debita Realia ſtrictius ſunt debita, quam ea, quæ ſunt *perſonalia* tantum. Nam creditores Realium habent ius, & actionem tum in debitorē ipſum, tum etiam in res illas, quæ pro debitis obligatæ ſunt: Creditores autem debitorum *perſonalium* tantum, habent ſolummodo ius directe, & actionem contra perſonam debitoris, & mediatè, & conſequenter, & indeterminatè in bona ipſius. Ob quam rationem Grego. de Valen. docet iure naturali ſoluēda prius debita Realia, quam perſonalia. Quod intelligendum eſt de bonis cuique debito deuinctis, vt ſi debitor non habeat niſi hanc vineā, ex qua ſua debita multis creditoribus perſoluat, illa prius ſoluenda ſunt, quibus vinea illa deuincta, & obligata eſt, quia hæc ſunt realia. Et idem dicendū eſt, quādo res aliqua obligata eſt ſolutioni alicuius rei ſpecialiter, ſiue vt pignus, ſiue per expreſſam hypothecam.

Poſtulat enim iuſtitia, vt ex tali re extante, & obligata per hypothecam ſpecialem, vel generalē, aut impignorationem prius creditori ſatisfiat, alias ei fieret iniuria, cum iure pignoris, hypothecæ, vel aſſecurationis priuaretur.

9 Dubium autem eſt, An res empta pretio non ſoluto, quandiu res empta in ſua forma, & ſpecie extat apud emptorem, maneat reali obligatione deuincta emptori, ita vt primo ſoluendum ſit emptori pretium? Barth. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 33. verſ. octauum caput. poſt Angelum verb. reſtitutio. 2. §. 16. ait, quod ſi res empta ſit numerata pecunia, ſed non ſoluit pretium, primum reſtituendum eſt venditori; Sin autem eſſet emptio credita pecunia aliter dicendum eſt. Petrus vero Nauar. lib. 4. de reſtitu. cap. 6. dub. 1. num. 9. abſolute docet, rem emptam, vel aliter poſſeſſam, dum pretium non ſoluitur facta iam reali traditione emptori, non manere obligatam reali obligatione emptori, ſed dominium translatum eſſe per traditionem emptori, ſicut ſi tunc ſolutio fieret, idque iure naturali, & per conſequens nulla eſt obligatio realis.

Alii vero omnes vt Sylueſt. verb. reſtitutio. 6. q. 5. verſ. *Igitur in rebus*. citans Archic. Ioan. Medinā Cod. de reſtitu. quæſt. 2. dub. 3. verſ. Tertium. Martin. Nau. in Manuali. c. 17. nu. 49. Mich. Salon. 2.2. q. 62. ar. 8. in fin. Dominicus Bannes ibid. documēto 3. & Petrus de Arragon. concluſ. 2. Caie. verb. reſtitu. c. 8. Ioſephus Angles in florib. 4. ſent. q. 2. de reſti. ar. 3. concl. 3. Ludo. Lopez p. 1. inſtruct. conſciē. c. 110. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 10. §. Tertio. Coſinus Philiarchus de officio Sacerd. to. 2. lib. 6. c. 29. Sūma Corona p. 2. c. 5. nu. 24. Emanuel Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 46. concl. 4. & Ludo. Carbo. tract. de reſt. q. 92. concl. 4.

Qui omnes docent, nulla facta diſtinctione inter rem venditam numerata pecunia, aut credita, quod ſi apud debitorem inueniatur aliqua res extans in ſua forma, & ſpecie, v.g. domus empta, aut vinea, aut equus, &c. & ſimilia, cuius rei pretium nō eſt ſolutum adhuc in totum, vel in partem, prius ſoluendum eſt pretium venditori illius rei; quod ſi res pluris valeret, quam empta fuit, vel eius pretium auctū eſſet, tunc vendi debet, & quod ſupereſt, aliis creditoribus reſtitui debet, & hoc etiamſi primi, & anteriores eſſent.

Ratio iſtorum eſt, quia licet dominium rei emptæ in emptorem translatum ſit l. traditionibus. C. de pactis. ſemper tamen ex iure ciuili manet obligata ſolutioni, quamdiu inueniatur apud emptorē in ſua forma, & ſpecie, id eſt, non alienata, aut conſumpta, vt docent præfati authores poſt Baldum in d. l. pro debito. & facit l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & ven. & l. 2. ff. Quibus cauſ. pign. vel hypothe. contrah. per arg. a maiori. atque adeo ſi poſt emptionem emptor non ſit potens ſoluere, quaſi reſcinditur contractus. Huius rei fundamentum eſt, quia in hoc caſu venditor duplex ius habet, ſcilicet, & ad rem ipſam, & ad perſonam, præterquā quod æquum & rationi conſentaneum eſt, vt venditor, quantum ad hunc effectum ceteris rationem illius præferatur, quando omnium ſolutioni debitoris bona non ſufficiunt. Idemque pari ratione dicendum videtur ſecūdum eoſdem authores, de omni illo, quod titulo oneroſo datum fuit.

10 Dubium aliud eſt, an ſi res vendita non maneat in ſpecie ſua, ſed res aliæ in eius loco ſubrogantur, ex pretio illius, huiuſmodi res aliæ maneāt realiter obligatæ primo venditori, ſeu creditori?

Reſpondeo Non manere obligatas. Sic Sylueſt. verb. reſtitutio. 6. q. 5. verſ. Igitur in rebus. Angel. verb. reſtit. 2. §. 16. Tabiena. verb. reſtitu. verſic. 25. Martin. Naua. in Manuali c. 17. nu. 50. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruc. cōſcien. c. 110. Petrus Naua. lib. 4. de reſt. c. 6. dub. 1. nu. 13. Coſinus Philiarchus de officio ſacerd. p. 2. lib. 6. c. 29. & Ludo. Carbo. q. 92. de reſtit. concl. 4. in fin. Qui omnes docent, venditorem illum non habere ius in pecunia habita ex re vendita neque in eo, quod pro permutatione illius habuit emptor. Quia neque pretium, neque habitum per permutationē in ſingularibus actionib. in eius locū ſuccedit, aut ſubrogatur, iuxta gl. Bartoli in l. Labeo. ff. de verb. ſignifica. vnde ſi debitor merces, quas emerat, iterum vēdidit, aut pro aliis rebus permutauit, res ex pretio illarum emptæ, aut pro illis commutatæ, non ſunt pro pretio venditori primo obligatæ. ff. de in rem verſo. l. Quidam.

11 *Hinc* conſtat, quid dicendum ſit de re empta alterius pecunia, an, ſcilicet, ſuccedat rei ſpecialiter obligatæ, nimirum pecuniæ.

Reſpondeo enim, quod ſi res empta ex alterius pecunia non ſit empta meo nomine, nihil iuris habeo in re illa, ex Sylueſt. verb. Emptio. q. 22. Petro Naua. lib. 4. de reſtitu. cap. 6. dub. 1. nu. 15. & Gloſſa in c. cum tu. verb. *vendi*. de vſuris, & colligitur ex l. ſi ex ea. Cod. de rei vendicatione. l. ad probationē. C. de probat. & ff. de furtis. l. Qui vas. in fin. Sed taliter emens ſi ſuo nomine emat, ſibi acquirit. Excipitur tamen emptio rei ex pecunia eccleſiæ, ſiue ſint reditus, ſiue oblationes, ſiue decimæ, ſiue alia vota fidelium, quia hæc ita ſunt eccleſiæ, vt emptū ex illa, vel ipſo facto tranſeat in dominium eccleſiæ, vt putat Sylester vbi ſupra, vel ſaltem poſt latam ſententiam, vt ſentit Petrus Naua.nu. 16.poſt gloſſam in capitu. Inquirendum.in verb. *comparauit.* de peculio cleric. & eccleſia poteſt ea, quæ ſic empta ſunt, vendicare, vt habetur in d.cap. Inquirendum. ſiue ſuo, ſiue alieno nomine, ex bonis eccleſiæ ea comparauit. Sin autẽ nomine ipſius, cuius eſt pecunia, res aliqua empta ſit, tunc non modo illi res illa obligata eſt realiter, ſed etiam eſt illius in ſpecie, a die emptionis, & eius periculo, & cõmodo ſtat, ac proinde ſicut alia res illius extans in ſpecie, eſt primum omnium illi reſtituenda ante omnẽ hypotecam realem.

Ratio eſt, quia in hoc caſu ille ſolũ exhibet nudum miniſterium ſicut famulus, qui ſuo præcepto rem emit. Addit tamen, & bene Petrus Naua.num. 18.quod ſi eius nomine, hoc eſt, in eius gratiam, ſua ſponte, ſine eius conſenſu rem illi emerit, nondum cenſetur illius, quouſque ille conſenſerit, interim vero iudicandum eſt, ac ſi non eſſet eius, quamuis ſibi emeret.

12 *Sexta Regula*, Poſt hæc, quæ dicta ſunt, ſeruanda ſunt ſtatuta municipalia, & leges, quibus ordo ſatisfaciendi creditorib. determinatur, qualia ſolent eſſe in multis locis & regionibus. Sic Caiet. verbo. reſtitutio.cap.8.Martin. Naua.in Manuali.cap.17. num.50.verſ.Tertio loco. Ioſeph Angles in floribus.4.ſenten.quæſt.ſecunda, de reſtitu.ar.3.conclu. 5.Ludouicus Lopez pa. prima, inſtruct. conſcient. cap.110.Mich. Salon 2.2.quæſt.62.artic.8.ante finem. Petrus de Arragona ibid. concluſ.vltim.& Dominicus Bannes ibid. Documento quinto. Grego.de Valen.tom 3.diſpu.5. quæſt.6.puncto decimo, in fin. Coſmus Philiarcus de officio ſacerdotis. pa.ſecunda, lib.6.cap.29. Summa Corona pa.ſecunda, cap quinto.num.24.Petrus Naua.lib.4.de reſtitu.cap.6.dub.primo, num.19. Toletus lib.quinto. ſummę.cap.25.§.Regula.4.Barthol.Medina lib.1. inſtruct.confeſſ cap.14.§.34.verſi.octauum caput. Emanuel Rodriquez pa.ſecunda.ſummæ. cap.46. in concluſ.12.& Ludouicus Carbo.quæſt.92.de reſtitu.concl.10.Hoc tamen Caiet. Petrus de Arragona, Petrus Naua. Gregorius de Valent. & Rodriquez merito docent verum eſſe, quãdo ſtatuta hęc non repugnant iuri naturæ. Quamuis enim leges humanæ ſtatuere poſſunt ordinem ſeruandum in ſoluendis debitis propter bonum commune, (maius enim eſt trãsferre dominium ab vno in alium, quam conſtituere ordinem in ſoluendis debitis, vnde cum poſſint leges humanæ prius illud ob bonũ, poterũt, & hoc poſterius, & ſeruandæ erunt in vtroque foro) nihil tamen contra ius naturæ ſtatuere queunt, atque adeo nihil ſtatuere poſſunt ſaltẽ contra ea, quæ in quatuor primis regulis dicta ſunt, immo etiam nec contra ea, quæ in quinta regula habentur, quoad primam eius partem. Nam quoad ea, quæ in dubiis illi annexis, puta de rebus emptis annotauimus, tam Caiet.& Grego.de Valentia, quam Petrus Nauar.exiſtimant, leges humanas poſſe aliter pro bono communi ſtatuere. Tolerabile enim eſt, ait Caiet. vt pro bono communi certorũ, quos oportebat aliquid perdere de ſuo, res emptæ extantes inter bona debitoris computentur, cum hoc non ſit ius naturæ, vt conſtat. Quocirca cautus in hac re confeſſor eſſe debet, & interrogare, quæ in huiuſmodi rebus leges extent, quas licet ipſe ſcire non tenetur, debet tamen Iuriſperitos conſulere, ſi negotium hoc poſtulauerit.

13 *Regula Septima*, quando non ſunt talia ſtatuta, ſeruandum eſt ius commune tam in his, quæ diximus quam in ſequentibus, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expreſſe obligata, aliis præferuntur, ſiue ratione impignorationis, ſiue hypothecæ generalis, ſiue ſpecialis. Vt habetur in l. Pro debito. C. de bonis iudicis auctoritate poſſeſſ.

Ratio eſt, quia cum iſti ſpeciale ius habeant ad illa bona, fit, vt reliquis aliis creditorib. ſint præferẽdi, cũ, vt diximus, realẽ actionẽ in bona illa habeãt.

Poſt hos veniunt, qui tacitam habent impignorationem, ſeu hypothecam. Sic Martin. Naua.in Manuali.c.17.num.50.verſ.Tertio loco. Petrus de Arragona 2.2.q.62.ar.octauo.in fin.concluſ.3.Dominicus Bannes ibi.concluſ.prima, poſt documentum quintum. Petrus. Naua.lib.4. de reſt.ca.6.dub. primo, nu.21.Lud.Lopez pa.prima, inſtruct.conſcien.cap.19.Coſmus Philiarchus pa.2.lib.6 c.29. Toletus lib.quinto. ſummæ.ca.24.Emanuel Rodriquez pa.ſecunda, cap.46. concluſ.5.& Ludouicus Carbo. quæſtio.92. de reſtitutio. concluſ.11.poſt Tabiena in verbo.reſtitutio.verſi. vigeſimoquinto. §.Tertio.Sylueſter.verbo.reſtitutio.6.quæſt.quinta, verſ.Secundo. Angelus. verbo.reſtitu.ſecundo, §.16.circa medium, & S. Anto.pa.ſecunda, ſummę, tit.ſecundo, cap.7.§.3.

14 *Quod* ſi quæras, quinã dicantur habere tacitam hypothecã, ratione cuius creditores iſti præponuntur aliis prætendentibus perſonalem obligationẽ tantum non habentibus expreſſas hypothecas?

Reſpondeo primus locus inter tacite hypothecã habentes eſt vxoris pro dote; bona nãq; viri tacite ſunt hypothecata pro dote vxoris ſibi tradita, vt patet ex l. Aſſiduis.C.qui potiores in pignore habentur, & c.Ex literis.de pignorib. vbi Innocẽtius III.ait, *Fauor multus mulierib. in recuperandis dotib. debetur, cum ẽt bona uiri tacite ſint pro dote mulieris obligata & cũ ſuo onere tranſeant ad poſſidentem, &c.* Sylueſt.vterque Naua.& alii omnes. Et quidem, quantũ ad dotem vxoris attinet, mulier præfertur non ſolũ habentibus actiones perſonales, ſed etiam habentibus tacitas hypothecas etiam anteriores, ex Sylueſt.verb.reſtitutio.6.quæſt.5.verſic.Secundo, Angelo, Tabiena cit. Coua.lib.1.varia.reſolut.cap. 7.num.1.concluſ.ſecunda.& Petro Naua.vbi ſupra num.21.& colligunt ex d.l. Aſſiduis, & l.vbi.Cod. de iure dot.& l.2.Cod.de ſer. pig.da. Excipiunt tamen vnum caſum, ſcilicet, in filiis prioris matrimonii; filii nãque prioris matrimonii agentes pro dote materna contra nouercam, præferuntur vxori præſenti ſeu nouercæ, etiam agenti pro dote, quia illi agunt de dote ſuæ matris anterioris, concurrentibus enim pluribus habentibus idem priuilegium, regulariter anteriori reſtitutio prius facienda eſt, iuxta reg.iuris.44.*Qui prior eſt tempore, potior eſt iure*.de reg.iur.in 6.Quinimmo aliquãdo mulier pręfertur habẽtibus expreſſas hypothecas, qñ ſcilicet, poſt dotis conſtitutionem, & collationem expreſſa hypotheca fuerit adhibita, vt notant Sylueſt.verb. Dos. quæſt.12. verſic. Tertium. Couar.vbi ſupra, concluſ.4.& Petrus Naua. vbi ſupra. nu.21.& 23.

Ratio

rio eſt, quia poſtquam dos eſt conſtituta, non po t in eius præiudicium expreſſa hypotheca aſſi ari, cum auferat ius vxoris, & priuilegium, ſecus tem, vt diximus, dicendum eſt, ſi ante dotis con tutionem approbata fuerat, tunc enim præferũ creditores habentes expreſſam hypothecam, Syluеſt. Couar. concluſ. 3. & concluſ. 5. & Naua. bi ſupra. Ratio eſt, quia ius commune non poteſt ncedere beneficium alteri contra ius naturale: contra ius naturale eſt, vt vni conferat benefi um cum diminutione, & ablatione iuris alterius, ale eſſet, ſi præferretur vxor habentibus expreſ s hypothecas anteriores, ſic enim creditores illi re ſpecialis, & expreſſæ hypothecæ, & realis a ionis priuarentur.

DVBIVM eſſe poteſt, An ſi maritus debitorẽ e fecerat ob dotem per ſchedulam publicam, cum ti dos ſibi numerata non fuerit, talis dos in ſolu tione eius præferenda ſit habentib. expreſſas hy pothecas poſteriores. Reſpondeo cum Hugone de Celſo in ſuo repertorio, quẽ refert, & ſequitur Lu douicus Lopez par. 1. inſtruct. conſc. ca. 110. Quod non obſtante hoc, ſi poſtea vir dotem recuperat, prius ſoluenda eſt, quam obligationes poſteriores, quas poſt iſtam dotis obligationem contraxit, qui bus ſua bona obnoxia fecit, antequam a ſua coniu gé ſolutionem talis dotis recepiſſet, & patet ex d. tis, ſatis enim ad hoc eſt, quod antea ſe debitorẽ dotis fecerat, & quod dos poſtea ſoluta ſit; ex eo. n. quod dilatio ſolutionis dotis ex ſuo conſenſu facta it, perinde eſt, ac ſi initio ſoluta fuiſſet.

DVBIVM item eſt, An bona paraphernalia taci te hypothecata ſint, Glo. in c. ex literis verbo. obli gatio. de pignorib. negat. Alij vt Pe. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 8. in fine. concl. 3. & Eman. Rodriquez p. 2. c. 46. concl. 5. affirmant. Ceterum Panor. in d. c. ex literis. num. 10. de pignorib. Syluеſt. in verbo. Dos. q. 12. verſicul. *Primum*, & Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 7. num. 1. conclu. 1. verius diſtinguendo re ſpondent, & vtramque opinionem conciliant hoc modo. Si enim maritus illorum bonorũ parapher nalium, hoc eſt, bonorum, quæ mulier præter dotẽ habet, adminiſtrationem habet, tunc bona mariti tacite pro eis obligata ſunt. C. de pact. conuent. ſu per dote. leg. vlt. & hoc ſolum docent Pet. de Arra gona, & Rodriquez; Sin autem vxor bona illa pe nes ſe retinet, tunc ceſſat obligatio.

Illud verò ſciendum eſt ex Pet. Naua. vbi ſupra, num. 23. & Couar. vbi ſupra, concluſ. 1. quod licet bona mariti tacite obligata ſint pro bonis iſtis pa raphernalib. eo modo quo dictum eſt, bona tamen hæc paraphernalia non habent hoc priuilegium prælationis, quod habet dos vxoris, quo ſenſu glo. vlt. in d. c. ex literis, negare ſolum videtur vxorem quantum ad parahernalia ius tacitæ hypothecæ, & pignoris habere, quæ communis opinio eſt, vt Couar. vbi ſupra multos citans affirmat.

7 Secundum locum tacitæ hypothecæ habẽt bona illius, qui cum fiſco contraxit, eo ipſo enim manẽt fiſco hypothecata, vt patet ex l. 2. C. In quib. cauſis pignus, vel hypotheca tacite cõtrahatur, & l. Quã uis de priuilegio fiſci, præfertur enim fiſcus alijs debitoribus etiam anterioribus, quibus nõ ſunt bo na expreſſe prius hypothecata. Sic gloſſa in d. c. ex literis. in verb. fauor. de pignoribus. S. Anto. par. 2. tit. 2, cap. 7. §. 3. Ang. verb. reſtit. §. 16. Syluеſt. verb. reſtit. 6 q. 5. verſic. *Secundo*. Tabiena. verb. reſtitu. q. 25. circa medium Mart. Naua. in Man. ca. 17. nu. 50. verſ. *Tertio loco*. et Naua. lib. 4. de reſti. cap. 6. dub. 1. nume. 21. Pet. de Arrago. 2. 2. q. 62. art. 8. in fine. concl. 3. Dominicus Bannes ibi. conclu. 1. poſt documentum quintum. Grego de Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 10. §. Quinto. Coſm. Philiarch. de offic. Sacer. par. 2. lib. 6. capit. 29. Ludouicus Lopez pa. 1. inſtru. conſc. cap. 110. Toletus lib. 5. ſummæ, cap. 25. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. c. 46. concl. 5. & Ludouicus Carbo q. 92. de reſtitut. concluſ. 1. vnde hæc duo debita, ſcilicet Dotis, & Fiſci, dicuntur in iure priuilegiata. vbi Arragon conclu. 4. Rodriquez, & Syluеſt. & Lopez notant poſt Hugonem de Celſo, quod in iſtis duabus obligationibus attendenda eſt prioritas, quænam illarũ ſit prior, ſi enim, inquit, contradixerit mulier expreſſe, vel non conſenſerit expreſſe, mariti bona nõ manebunt obligata Regi, quando fit collector, vel conductor tributorum, vel redituum Regis; Sin autem bona mariti prius erant hypothecata fiſco, quam vxori, præfertur fiſcus vxori, antiquior enim hypotheca in iſtis præfertur, vt præfati authores tradunt, & patet ex l. 2. Cod. de priuil. fiſci. Quod ſi dubium ſit, quænam fuerit prior, iudicandum erit in fauorem dotis, ex Petro de Arrag. vbi ſupra.

18 *Præter* hæc duo *priuilegiata* ſunt alia bona, quæ dicuntur tacite hypothecata; Nam bona prælati ſunt tacite hypothecata eccleſiæ pro mala adminiſtratione, & ſic poterit eccleſia agere contra tertium poſſeſſorem, ſicut agit mulier pro dote ex gl. in cap. ex literis. verb. obligata. de pignorib. Panor mit. ibi nume. 11. Syluеſt. verb. Dos. quæſt. 11. ver. *Primum*, & Pet. Naua. lib. 4. de reſtit. cap. 6. dub. 1. num. 25.

Item domus, vel nauis conſtructa, vel reparata, vel cuſtodita per pecuniam ad hoc mutuatam, eo ipſo manet pro tali pecunia hypothecata, vt patet ex l. 2. ff. qui potior. in pignore. & Auth. de collat. dotis §. *His conſequens* collat. 3. & Bart. in d. l. Aſſiduis. Angel. verb. reſtit. §. 16. circa medium. Sylue. verb. reſti. 6. q. 5. verſi. Secundo. Mart. Naua. c. 17. Man. nu. 52. verſ. *Aduertendum*. Pet. Naua. lib. 4. de reſtit. c. 6. dub. 2. nu. 26. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 8. in fine concl. 3. & Eman. Rodriq. pa. 2. Summæ. c. 46. concl. 5. Immo Syluеſt. Ang. Mart. Naua. & Lop. p. 1. inſtr. conſc. c. 111. docent, creditorem talis pecuniæ mutuatæ ita habere rem illam ex illa pecunia conſtructam, aut emptam, ſi extet, obligatam, vt præferatur in ea re mulieribus in dotibus earum. Dat Barto. rationem, quia lex tollere nõ poteſt, nec vult, quod per pactum creditores quærũt. Non enim tolli poteſt a lege, quod non priuilegia legis, ſed facto contrahentium conſtat.

Alij tamen vt Couar. lib. 1. Variar. reſol. c. 7. nu. 2. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. art. 8. concl. 4. Eman. Rodriqu. vbi ſup. & Pet. Naua. docent, quod ſi ante cõſtitutionem dotis mutuata fuit pecunia pro domus, aut nauis emptione, aut conſtructione, tunc præferendus eſt creditor, ſecus autem ſi poſt.

Ratio eſt, quia res illa non poteſt eſſe magis obligata creditori, quam ſi haberet hypothecam expreſſam; Sed ſi hyppothecam expreſſam haberet, niſi eſſet ante dotis conſtitutionem,non præferretur. Vnde nec in hoc caſu,niſi ante dotem conſtitutam nauis empta,aut domus renouata fuiſſet. Huc accedit, quod iure naturali emptũ ex pecunia aliena,vel ædificatum,aut extructum , niſi eius nomine fiat,non eſt eius, nec illi obligatur ante ſnĩam iudicis,quamuis ex officio iudicis res illa vendi poſſit,& debeat, & ſatisfieri creditoribus,vt in c. Cũ tu.de vſuris.habetur.

Dixi,*iure naturali* rem emptam non manere obligatam,quia iure ciuili videtur obligatum ſic emptum,quouſque ſolutum ſit pretium , vt authores communiter tradunt;quod licet verum ſit,non tamen præferri debet talis creditor in caſu propoſito,ſi poſt dotis cõſtitutionem,nauis , aut domus ex illa pecunia conſtructa,aut empta fuerit , cum eodem iure ciuili præfertur dos mulieris , vt colligitur ex Auth.de collat. dotis.§.*His conſequens eſt.* ex Nouella conſtitutione.97. vbi Iuſtinianus ait,*Quæſitum eſt,ſi mulier pratendens in vetere dote,et augmẽto priuilegium , quatenus tamen id priuilegium ſeruatur, prioribus præualere velit creditoribus , veniat autẽ,& alter creditor,qui licet poſterior ſit tẽpore, prætẽdat tamen ſuis pecunijs comparatam , quæſitamue , vel nauem,vel domum , uel agrum,& conuenire, vt in his rebus,quæ ſuis pecunijs comparatæ,quæſitæue ſunt,priuilegium habeat,utrum dotem oporteat etiam huiuſmodi præferri,an verò alijs quidem creditoribus,qui talia non prætendant,præualere debeant ; his autem cedere , quandoquidem per ipſorum ſubſtantiam ea res quæſita fuerit? Ac longa ſane deliberatione de his habita inuenire tamen non potuimus,iuſte mulierem tali alicui cedere priuilegio. Vnde ſecũdum hæc volumus ut quamuis alterius tandem pecunijs aliquis comparaſſe agrũ , aut refeciſſe domum,aut etiam prædiũ emiſſe videatur, nequeant tamen id genus priuilegia mulieribus opponi.*

Hactenus Iuſtinianus,in quibus ſatis habetur ſecundam hanc Petri de Arragona, & aliorum ſententiam iuri ciuili magis conſonam,& conformẽ eſſe, pro qua etiam multi authores referuntur a Couar. vbi ſupra,num. 1.

19 *Septima Regula,* Ex debitis perſonalibus *non priuilegiatis* , primo ſoluenda ſunt *tacite hypothecata*, qualia ſunt ea,quæ diximus,ſuo ordine , ita vt creditores, quibus res debitoris ſunt hypothecatæ,ceteris paribus,atque regulariter præferendi ſint antiquiores. Vt habetur in l.2.ff.qui potiores, &c.vbi dicitur,quod prior hypotheca etiam generalis prę ferenda eſt poſteriori, quãtumcumque ſpeciali. Ad quod etiam facit regula illa 44.*Qui prior eſt tempore,potior eſt iure.de reg.iur. in 6.* Quæ regula inter creditores habentes actionem realem in bona debitoris vniuerſaliter vera eſt, non ſolum in tacite,& expreſſe hypothecatis, ſed etiam in enumeratis in regulis præcedentibus. Inter debita enim realia,& perſonalia hypothecata,quæ inter ſe ſunt eiuſdem rationis,ea prius ſoluenda ſunt,quæ ſunt antiquiora . Eſt autem hæc prioritas temporis accipienda non ex tempore ſolutioni deſtinato, ſed ex tempore,quo contractus,vel hypotheca facta fuit. Sic S. Ant.p.2.tit.2.c.7.§.3. Ang.verb.reſtit.2.§.16.circa medium,Sylueſt.verb.reſtit.6.q.5.verſicul.Tertio. Io.Medina.C.de reſti.q.2.dub.5.concluſ.quinta , Mart.Naua.in Man.ca.17.nu.51.verſ.*Quarto loco,* Ludouicus Lopez par.prima,inſtru.conſc.ca. Mich.Salon 2.2.quæſt. 62. art.octauo.in fine. de Arrag.ibid.concl.4. Dominic.Bannes.ibid poſt Documentum quintum.concl. 1.Greg.de len.tomo 3.diſpu.5.q.6.punct. 10. & §.ſexto,& ſeptimo.Coſmus Philiarch.de offic.Sacerd.par. cunda lib.6.capitul. 29. Emanuel Rodriquez ſecunda ſummæ,capit.46.concluſ.5.Toletus li quinto,ſummæ.capitul.25. & Ludouicus Ca quæſtion.92.de reſtitutio.concluſ.11.Qui om docent poſt prædicta debita perſonalia priui giata,ſoluenda eſſe tacite hypothecata, ita vt po dotem , & fiſcum veniant creditores habentes ex preſſas hypothecas poſteriores , & deinde haben tes tacitas.

In iſtis autem habẽtibus expreſſas,qui prior tempore,potior eſt iure,& idem in tacitis. Rati eſt, quia quò diutius debitor caruit ſuo, eò id ſtrictius debetur, vnde debitum antiquius prius ſo uendum eſt.

20 *Octaua Regula,* Poſt creditores tacite hypothe habentes,eo modo quo iam dictum eſt,ſuccedun depoſitarij,hoc eſt,deponentes ,& commodante (quando res non extat,aut non eſt reddenda eadem numero,ſed ſpecie,vt pecunia depoſita &c.) Idemque dicendum eſt de habente pecuniam *in negotiatione*,quando illa iam non extat,aut mixta extaret. Sic S.Anton.Syluest.vbi ſupra.verſic.Tertio.Angel.verb.reſtitu.ſecunda.§.16.Mart.Nauar.numero 51.Petrus Nauar.lib.4.cap.6.dub.3.numer.29. Grego.de Valent.& Lopez vbi ſupra,& alij communiter.

Dixi,idem dicendum eſſe de pecunia *ad negotiationem* expoſita,quia licet Ioannes Andreas in cap. Quamquam.de vſuris.in 6.& Ioſeph Angles in floribus 4.ſentent. q. ſecunda, de reſtitut.artic.3.dub. primo concluſ.prima,velint creditores vſurarum vſuris non extantibus pręferendos eſſe alijs,qui priuilegiati non ſunt,ſed ſolum perſonalem actionem habent,ea ducti ratione, quia credunt tales creditores habere tacitam hypothecam in bonis vſurarij & quod vſurariorũ bona realiter obligata ſunt ſoluentibus vſuras.

Alij tamen vt Sylueſ. Angel. Marti. Naua.ubi ſupra.Pet.Naua.lib.4.de reſtitu.capitu.6.dub.ſeptimo,num.34.Gregorius de Valentia,& Lopez locis ante citatis negãt hoc priuilegio gaudere eos, qui ſub nomine depoſiti mutuant ad vſurã,vt colligitur ex leg.ſi hominem.ff.depoſit.§. final.negantes inſuper hypothecata manere bona vſurariorũ ſoluentibus vſuras , cum illud nec iure naturali,vt patet,nec poſitiuo probari poſſit,de qua re ſuo loco fuſius agemus.

21 *Nona Regula,* Poſt hos depoſitarios ſuccedunt habentes actiones perſonales,inter quos ſunt,qui habent priuilegium perſonale, quo præferuntur alijs oĩb.habentib.actiones perſonales, non reales. Cum enim priuilegium hypothecæ ſit ad rẽ, potior eſt perſonali.l.repertum.ff.de pactis. Sic S. Ant.Ang. vbi ſup.Tabi.Syluest.in d.qu.5.verſ.Quinto.Mart. Naua.num. 51.ver.Quinto loco. Lopez , Coſmus Philiarc.Tol.& Carbo vbi ſupra .

22 *Decima Regula,* Vltimum in reſtitutione locum tenent alij creditores , qui non habent hypothecam expreſſam,vel tacitam,vel pignus,aut priuilegium,

gium,ſed ſolam actionem perſonalem,qui appellãtur a Iuriſperitis, & Sũmiſtis creditores chirographarij.Sic omnes ante allati,S. Ant.Sylueſt.Tabiena,Angelus,vterque Naua.& reliqui.Hæc præcipue obſeruanda veniunt in ordine, quo facienda eſt reſtõ,quæ omnia clariora erunt,ſi nonnulla dubia diſſoluantur .

PRIMVM DVBIVM eſt,An cum debita totã hæreditatem exhauriant,ſoluenda ſint prius debita quam expenſæ funerum , vel adducendæ ſint prius expenſæ funerum?

Reſpõdeo,Primo,ſi omnia,quæ relicta ſunt,ſint aliena,& hæc in ſpecie extant ,detrahi nequeunt expenſæ funeris abſque creditorum licẽtia . Ratio eſt,quia nemo honorari debet ex alieno . Quod tñ intelligẽdum eſt,niſi eſſet ſimpliciter neceſſarium ad ſepeliendum defunctum,quia non eſſet aliud remedium,vt humaretur,& funus eſſet moderatum. Tunc.n.tanquam exiſtens in graui, vel extrema quaſi neceſſitate accipere poteſt neceſſaria ad funus,eoquod corpus humanum inſtrumentum fuit animæ rõnalis, & pars ſubſtantialis ipſius hoĩs.Secundo,Quamuis bona defuncti ſint tacite, aut etiã expreſſe hypothecata, ſoluendæ prius tñ ſunt moderatæ funeris expenſæ , quam ſatisfaciendum habentib. tales hypothecas in bonis defuncti.Sic Palud.4.diſt.15.q.2.ar.5.verſ.Heres autem.S.Ant.p.2.tit.2.c.7.§.3.ante finem.Ang.verb.reſtit.2.§.16.circa medium Sylueſt.verb.reſtitu.6.q.5.§. Tertio Mart.Naua.in Man.c.17.num 5 .verſ. Quinto loco.Ludouicus Lopez pa.1.inſtru.conſc.cap.110.in fine.Coſm.Philiarch.de offic.Sacer.par. 2.lib.6 ca.29.Bannes.2.2.q.62.art.8.concl. 4. in fine. Rodriquez pa.2.ſummæ.c.46.concl.8.& Pet.Naua.lib.4.de reſtitut.c.6.dub.2.num.27.& colligitur ex l.pe.ff.de relig. & ſumpt.fun.vbi aperte dr, impenſas funeris omne debitum præcedere . Et in l.At ſi qs.§.1.tit.eo.Ratio eſt,quia licet hæc bona obligata ſint creditorib.non ſunt tamen aliena,ſed bona ꝓpria defuncti, & ita non ſunt rationabiliter inuiti creditores,ſi accipiantur neceſſaria ad moderatum funus.Et idem dicendum eſt de omnibus alijs cauſa hæreditatis factis expenſis, vt in teſtamẽto,inuẽtario,& alijs ad hæreditatis aditionem neceſſarijs. Quia cum debita totam hæreditatem exhauriant, hæres ſicut a lucro eſt immunis,ita a grauamine eſſe debet,& habetur in l.Sancimus.C.de iure delib. Intelligenda ſunt iſta de funere moderato ad arbitrium boni viri iuxta ſtatum perſonarum:expenſas enim ſuperfluas ad honorem , & pompam mundanam de ſuis tantum , & non de creditorum bonis facere dẽt hæres , vt præfati authores annotarunt.

24 SECVNDVM DVBIVM eſt, Quo ordine teneatur hæres debita ſoluere ?

Reſpondeo , eo ordine perſoluere debet hæres, quo defunctus ſoluere debuit . Deinde, debita contracta per defunctum præponi debent legatis et ã pijs.Sic S.Tho.Opuſc.73.de vſuris.cap.18.Sylueſt.verb.Hæreditas.3.q.9.& verbo.reſti.6.q.6.Io.Medina.C.de reſti.q.2.dub.5.concl.4.Pet. Naua.lib.4.de reſti.ca.6.dub.1.nume.7.& dub. 10.nu.48.Angel.verb.reſtit.2.§.17.& Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ.c.46.concl.9. Cum illa ex iuſtitia debita ſint,non iſta,vt diximus ſupra Reg. 3.

5 TERTIVM DVBIVM eſt, An debita per ipſũ hæredem contracta,ſolui prius debent,quam legata per teſtatorem? Ang.verbo.reſtitutio.2.§.17.& Sylueſter verb.reſtitutio.6.q.6.docent ſolui debere prius legata . Ratio eorum eſt,quia bona defuncti ſunt tacitè hypothecata pro legatis,& fideicõmiſſis.l.1.C.commu.de legatis.Alij tamen vt Pet.Naua.lib.4.de reſtit.cap.6.dub.10.num.50. & Eman. Rodriquez par.2.ſummæ.cap. 46. concl.9.rectius tradunt, debita etiam ab hærede contracta intuitu ſaltem defuncti,vt ſunt impenſæ funeris, & impenſæ factæ ad vindicandas, vel conſeruandas res ad teſtamentum & inuentarium, & huiuſmodi , prius eſſe ſoluenda,quam legata ẽt pia, id quod certum eſſe debet ; Idemque dicendum eſt de alijs debitis ab hærede contractis.Ratio eſt,quia talia debita reſtitutioni obnoxia manent ex iuſtitia;hæc vero ſolum ex conſilio,præcepta autem non ſunt ob conſilia prætermittenda. Deinde ſi fundamentum Angeli,& Sylueſtri aliquid valet,probat etiam debita contracta a defuncto poſtponenda eſſe legatis. Si enim bona defuncti ſunt pro legatis hypothecata;Ergo ante omne debitum perſonale etiam antiquiſſimum eſſent ſoluẽda,quod neque ipſemet Angelus,& Sylueſter concedunt, nec vllus ſanæ mentis admittit.

Quinimmo ipſemet Sylueſter in verb. Hæreditas.3.q.9.contrarium docet,ibi.n.aperte ait, qđ ſi ſimul veniant creditores,& legatarijs peccaret hæres ſoluendo prius legatarijs,quàm creditorib.at ſi pro legatis bona eſſent hypothecata,nõ liceret primo creditoribus quam legatarijs ſatisfacere , vnde ſibi contrarius eſt Sylueſter in his locis,vt conſtat.

26 QARTIVVM DVBIVM eſt , An quando plures ſunt creditores,& hæreditas non ſufficit,licitũ ſit vni etiam priori in tempore,aut in priuilegio totum ſoluere, aut verò pro rata omnibus ſatisfieri debeat? Iñ hac re quædam certa ſunt,vnum uero controuerſum.

Primo enim certum eſt,Quod ſi creditor habet dominium in rem,iuxta dicta in 4.regula,illi prius ſatisfaciendum eſt ex integro; Ius.n.naturæ exigit, vt res extans proprio domino in integrum reſtituatur.Nec in hac re vlla poteſt eſſe difficultas .

Secundo certum eſt, Quando concurrunt creditores habentes hypothecam expreſſam, vel tacitã, vel aliquo modo actionem realem,vel ſaltem priuilegium perſonale, cum habentibus perſonales tantum actiones,vel chirographa , ſemper præferendi ſunt creditores hypothecarij,& ſoluẽdi ſunt in integrum,etiamſi poſteriores ſint tempore habentibus actiones tantum perſonales. Et quidem quando eſt realis hypotheca expreſſa aut etiam tacita , ius ipſum naturale exigere videtur, vt totaliter ex illa re, habenti hypothecam reſtituatur, cum data ſit in aſſecurationem,& ius ipſi creditori.Cum autem eſt priuilegium perſonale idem etiam iuris beneficio ob bonum commune factum eſſe videtur. Vnde regula iuris , Qui prior tempore, potior eſt iure,intelligenda eſt de debitis realibus, hoc eſt , de habentibus reales actiones , & ita priori hypothecæ reali expreſſæ, quàm poſteriori , & doti priori, quam poſteriori ſatisfaciendum eſt, ex Bald.in leg. pro debito.C.de bonis iudic.auct.poſſeſ. Sylueſtro verb.reſtitutio.6.quæſt.5.per totam . Petro Naua. lib.4.de reſtitu.capitu.6.dub.5.numero 3.Petro de

Arrag.2.2.q.62.art.8.in fine.concluſ.4. Dominico Bannes ibid. poſt documentum quintum. concl.3.& Rodriquez.pa.2. ſummæ. capi.46.concluſ. quarta.

27 *Controuerſum* autem eſt, An quando nullum eſt priuilegium aut ratione dominij, aut hypothecæ, aut perſonalis priuilegij, ſed omnes ſunt ex æquo perſonales actiones, an tunc præferendus ſit antiquior, ita vt illi totum prius debitū perſoluatur, Io.Medi.C.de reſti.q.2.dub.5.concluſ.5. Michael Salon 2.2.q.62.art.8.in fine conclu. & Grego.de Val.tom.3.diſp.5.q.6.puncto 10.verſi.Septimo, dicere videntur præferendum eſſe antiquiorem, & vt videtur inſolidum illi eſſe ſatisfaciendum. Alij vero, & uerius docent, quod ſi concurrant creditores nullam habentes actionem realem in bona debitoris ratione dominij, aut hypothecæ expreſſæ, vel tacitæ, vel priuilegij legalis, petentes reſtonē, non tenetur debitor inſolidum alicui creditori et antiquiori ſatisfacere, ſed ſimpliciter ſunt inter illos diuidendæ res pro rata ſecundum proportionē debitorum. Sic S.Ant.p.2.tit.2.c.7.§.3. Ang. verb. reſti.2.§.16.in fine. Sylueſ.verb.reſtit.6.q.5.verſ. Poſt hos autem ſexto. Tabi.verb.reſtit.q.25.§.Sexto. Pet.de Arrago.2.2.q.62.art.8.in fine.conclu.5. Dominic.Bannes ibi poſt Documentum quintum. concl.2.Mart.Naua.in Manual.ca.17.num. 51.verſic.Quinto loco. Pet.Naua.lib.4.de reſti.c.6.dub.5. num.31. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtit.art.3.conclu.vlt. Ludouicus Lopez part.1.inſtruct.conſcien.cap.110.in fine. Coſmus Philiarch. de offic.Sacer.p.2.lib.6.capi.29. Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ. cap.46.concluſ.6. & Ludou. Carbo.quæſt.92.de reſtit.concluſ.11.§.Sexto. Qui omnes docent, licitum eſſe debitori propter cumulum creditorum facere deteriorem cauſam creditorum, modo tamen dominium, vel hypothecā, vel priuilegium legale non habeant, immo addunt, nō poſſe debitorem integre vni ex creditoribus ſoluere, quando non habet, vnde ſoluat omnibus, cederet enim hoc in fraudem, & iniuriam aliorum. Si igitur concurrant plura debita perſonalia eiuſdem rationis, vel æqualitatis, & ſolo numero diuerſa, vt v.g. plura furta ſolo numero diuerſa plures vſuræ &c. non habenda eſt ratio prioris furti, aut prioris vſuræ, ſed omnibus pro rata ſoluendum eſt.

28 QVINTVM DVBIVM eſt, an debita certa nō realia, ſed perſonalia, quæ contracta ſunt ex licito contractu, prius ſoluenda ſint quam debita ex contractu illicito? vt v.g. An Petrus, qui habet debita honeſta ex emptione, mutuo honeſto, aut locatione, prius hæc debita ſoluere debet quam debita, quę contraxit contractu vſurario? Intelligitur autem quæſtio, quando res reſtituenda nō extat in ſpecie: ſi enim extaret, certum eſt illam prius debere vero domino reſtitui vt conſtat ex dictis.

Prima ſententia eſt Caiet.in ſumma verb. reſtitu. c.8.aſſerentis, quod ſi bona vſurarij non ſufficiunt ad ſatisfaciendum debitis licite contractis, (puta emptionis conductionis, mutui, honeſti, & ſimilium) & vſuris, prius ſatisfaciendum eſt integre debitis licite contractis, etiam poſt vſuras, etiam ſi deſit ad alia debita ex vſuris contracta, quod ſi ſuperſit ad ſoluenda licite contracta, tunc de reſiduo ſoluendæ ſunt vſuræ Mart. Nauar. etiam in Manual. cap.27.nume.52. Ludouicus Lopez par.1.inſtruct.conſc.c.111.q.1.Tabi.in verb.reſtitut.q.25.in fine. Barth.Med.lib.1.inſtruct.confeſſor.c.14.§.33.c.8. Gregorio de Valentia tom.3.diſp.5.q.6.pūcto 10. §.Quarto. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.2.de reſtitut.art.3.dub.1.concluſ.1. Emanuel Rodriquez par.2.ſummæ.c.49.concl.10. Coſmo Philiarch. de officio Sacerd. to.2.lib.6.ca.29. Sūma Corona.p.2. cap.5.num.24.& Ludouicus Carbo.q.92.de reſti. concluſ.9. cum Caietano conſentiunt: Hanc autem ſnīam Caietanus cum reliquis limitant duobus modis, Primo, dummodo res vſurariæ non extent in propria ſpecie, vt ſi extent pignora per vſuram acquiſita. Et hoc certum eſt, quia cum illæ res ſic in ſua extantes ſpecie, ſint alienæ, i. domini pignoris, debent hæ res prius reſtitui dominis reddentibus quod mutuo acceperant illis pignoribus, poſtea reſtitui debita licite contracta, vt enim regula 4.diximus, res alienæ extantes ante omnia dominis earum reſtitui debent, cum nemo ex alieno locupletari debeat.

Secundo, dummodo licitus ille contractus non ſit talis, vt ex eo factus ſit pauperior ad reddenda priora debita vſurarum, vt contingere poteſt in cōtractibus gratuitis, (quales ſunt donare, dotare, legare in teſtamento, & ſimilia) in tali enim caſu prius ſoluendæ erunt vſuræ: ſi autem per contractus licitos non ſit factus pauperior, vt contingit in contractibus oneroſis, (quales ſunt contractus venditionis, mutui &c.) tunc ſolui debent prius debita contracta licitis contractibus, quam vſuris, quamuis ſint ante factæ. Ratio huius limitationis eſt, quia quando titulo gratioſo debitum eſt contractum, ob talem contractum factus eſt debitor vel impotens, aut magis impotens ad vſuras priores reſtituendas, cum dari oporteat pro iſtis contractibus, quod dari debuit pro vſuris: contra ius autem eſt, vt tales contractus poſtea fiant in damnum creditorū prę-exiſtentium vſurarum; cum verò poſtea titulo oneroſo emptionis, &c. debitum contraxit, non fit magis impotens ad ſoluēdum vſuras; Nam ex mutuo tantum accreuit in bonis, quātum accepit mutuo; & ſi rem emit, res empta illi accreſcit, & apud eum manſit, atque adeo ex iſtis debitis non eſt pauperior, aut impotentior ad reſtituendum factus.

29 His igitur limitationibus factis, probat Caietanus regulariter prius reſtituenda eſſe debita ex licito contractu oneroſo, quàm vſuræ, quia ſi non redderentur debita ex licitis contractibus, eo ipſo inciperent detineri aliena inuito domino, quæ *vſq; in* illam horam accepta, & poſſeſſa erant volente, & expectante domino. Mart. Naua. alia ductus ratione Caietani ſententiam ſecutus eſt, quia inquit, nemo vnquam dubitat, quin ſoluendum, & reſtituendum ſit, quod per mutuum aut emptionem debetur: multi tamen dubitarunt, an vſuræ reſtituendæ eſſent, quamuis male, vt colligitur ex c. Quoniam, de vſur. & cle. 1. tit. eod.

Ioſeph Angles hanc rationem aſſignat, cur prius reſtitui debeant debita ex contractu licito, quam vſurę, quia mutuatarius ex mutuo ſibi dato ſub vſuris, conſecutus eſt aliquam vtilitatem, quam non ſunt conſecuti ceteri creditores, cum quib. vſurarius licite contraxit rē eorum emendo, aut mutuū ab illis accipiendo. Addit autē Caietanus, ita intelligendum eſſe hanc ſuam ſnĩam, non quod prius reſtitui debeant omnes vſuræ, quam debitum ex illicito contractu gratuito, ſed quod debitum ex contractu licito ſuperueniente debito vſurarũ pro tanto poſtponi debet priori debito vſurarum, pro quanto debitorem pauperiorem fecit ad reſtituendum vſuras, quanto autem non damnificauit, debito vſurarum proponi debet. Tribuitur etiam hæc ſnĩa S.Ant.p.2.ti.2.c.7.§.3.poſt medium, hic tamẽ author dubie, & obſcure loquitur, vnde eum cum alijs non citauimus.

Secunda ſententia eſt dicentium prius ſoluenda eſſe debita vſuraria, quàm licite contracta. Sic Ioan. Med.C.de reſt.q.3.dub.5.conclu.4. & Corrollario finali. Mich. Salo.2.2.q.62.art.8.in fine.concluſ.1. Dominic.Bannes ibid. Documento quarto. Quib. fauet Ang.verb.reſtit.2.§.18. Idem videtur docere S.Tho.Opuſc.72.de vſuris.cap.18.vbi ait, *Ablata prius reſtituenda ſunt, quam debita.* Quia in hoc tollitur iniuria facta Deo, & proximo, ſed in ſolutione debitorum nulla tollitur iniuria, ſed tm̃ impletur iuſtitia. Ratio huius opinionis eſt, quia per vſuram pecunia aliena magis iniuſte detinetur, quam per licitum contractũ, in quo dominus ſimpliciter ſciẽs, & volens, in rei ſuæ alienationem conſenſit. Ius autem naturale, & diuinum magis obligat iniuſte accepta, quam iuſte reſtituere.

31 *Tertia ſententia* eſt, dicentium nullum ordinem ſeruandum eſſe in reſtõne iſtorum, ſed reſtituenda erunt pro rata omnibus. Sic Pet. de Arrago.2.2.q.62.art.8.in fine.concl.6. Dominic.Bannes ibi. Documento quarto.& Pet.Naua.lib.4. de reſti. cap.6. dub.8.num.41.& Syluest.verb.reſtit.6.q.5.in fine. Ratio eſt, quia ſuppoſito, quòd res in ſpecie non extat, nec vlla eſt realis hypotheca, aut priuilegiũ perſonale, ſed tãtum perſonaliter obligata ſunt bona, nullo iure aut ratione firma probatur hos, vel illos præferendos eſſe, ſed omnibus pro rata ſatisfaciendum eſſe. De iure patet, nullum enim ius tale extat, quinimmo iura diſponentia inter debita perſonalia, potius ſtatuunt nullam habẽdam eſſe rationem temporis, ſed diuidenda eſſe bona debitoris pro rata inter creditores, nec diſtinguunt an licite, vel illicite debita contrahantur, vt fatẽtur omnes, quos in vltima regula citauimus, & nominatim Mart. Naua.in Man.c.17.num.51.ver.5.loco. Tab.verb. reſtit.q.25.ver.ſexto. Lopez pa.1.inſtru.conſc.cap. 110.in fine. Carbo q.92.de reſtit.conclu.11.verſic. ſexto. Ang.verb.reſti.2.§.16.in fine. Coſm.Philiarchus par.2.lib.6.c.29.& alij. Cum ergo iũra non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus. Deinde iura potius deteſtãtur vſuras, quam aliquęm ſimilem fauorem eis concedunt. Ratio autem nulla probat vnum iſtorum alteri præferendum eſſe, cum bona illa non ſint magis huius, quam illius, omnia enim ſunt bona ipſius debitoris, atque ita omnes habent ius ad illa, ſine præiudicio aliorum, & conſequẽter pro rata; Alias fieret ceteris iniuria, ſi vni integre ſolutio fieret alijs omiſſis. Deinde ideo verior mihi videtur hæc ſententia, quia in foro iudiciali nulla habetur ratio debiti ex delicto, vel licito contractu, quando eſt actio tantũ perſonalis, nullus.n.præfertur alteri. At ſi debita perſonalia licita iure naturæ prius ſoluenda eſſent totaliter, quam debita vſuraria, vt vult prima opinio, vel econtra debita vſuraria, vt vult ſecunda ſnĩa, proculdubio talia iudicia eſſent iniqua, & teneretur iudex ad reſtõnẽ ob transgreſſionem ordinis iure naturali neceſſarij, & ſeruandi, quod tamen nemo facile dicet, cum vt teſtatur Petrus, hæc ſit communis forenſis omnium tribunalium. Vnde ſine dubio magis conformiter loquuntur authores tertiæ ſnĩæ, ad ea, quę in regula decima ex communi omnium aliorum conſenſu annotauimus. Et ex dictis facilis eſt ſolutio argumentorum in contrarium.

32 Ad argumentum Caietani reſpondetur, cum Ioanne Medina, & alijs tam ſecundæ, quam tertiæ ſẽtentiæ, falſum eſſe fundamentum eius, ſ.bona illa eſſe aliena. Nam quę per licitos contractus accepta ſunt, v.g. pecunia mutuo accepta, vel pro mercib. non ſunt aliena, ſed bona propria ipſius debitoris, ac proinde expendenda erunt in ſatisfacienda obligatione perſonali, quam ipſe habet ſecundum proportionem ad ea debita, quibus obligatur.

Ad rationem Naua. reſpondeo, quamuis aliqui perperam dubitauerint, an vſurarius teneatur ad reſtõnem eorum, quæ per vſuras acquiſiuit, hæc tamen inepta dubitatio non impedit, quo minus iure naturæ teneatur talia debita reſtituere, ſicut & illa, de quibus nullus unquam hucuſque dubitauit. Ad rationem enim debiti, plane per accidens eſt, quod quis de illo dubium habuerit, vel non.

Ad argumentum Ioſephi Angles reſpondetur, omnino extrinſecum eſſe, & accidentarium, quoad obligationem aut ordinem reſtõnis, quod mutuatarius ex mutuo ſub vſuris dato cõmodum reportauerit, vel non; quinimmo non ſolum ſimile, ſed maius commodum accreſcere poteſt creditori ex licito contractu, quam ex contractu vſurario, vnde nõ obſtante tali commodo maiori, vel minori, tenebitur debitor ratione inæqualitatis inter vtroſque (quæ inæqualitas cauſat obligationem reſtõnis) pro rata omnibus ſatisfacere, vt diximus.

Nec obſtat Ratio pro ſecunda ſnĩa allata, quia reſtõ non tam attendit iniuriam in modo accipiendi, quam inæqualitatem in rebus acceptis.

SEXTVM DVBIVM eſt, an debita ex delicto contracta pari ratione, reſtituẽda ſint pro rata omnibus, an verò prius reſtituenda ſunt ea, quæ cum maiori iniuria contrahuntur. Duæ ſunt in hac re ſententiæ.

33 Prima docet inter huiuſmodi debita perſonalia prius reſtituenda eſſe illa, quæ cum maiori iniuria ſunt contracta, vt v.g. quia maior iniuria fit in rapina, quam in furto, & in rapina, & furto maior eſt iniuria, quàm in vſura, & maior denique iniuria eſt in vſura, quàm in alijs debitis licite contractis; ideo primo in loco dicunt reſtituenda eſſe, quę per rapinam, deinde ſecundo quæ per furtum, & tertio quæ per cauſas contracta ſunt. Sic Ioan. Medina C.de reſtit.dub.5.concluſ.4. Michael Sal.2.2. q.62.art.8.in fine.concl.1. Grego.de Val.tom.2.diſpu.5. q.6.punc.10.verſ.Octauo. Ludouicus Lopez par.1.inſtruct.conſcient.cap.11.q.vlt. Emanuel Rodriquez pa.2.ſummę.c.46.concl.11. Ludouic.Carbo q.92. de reſtitut. concl. 8.& fauet etiam Ioſeph Angles in florib.4.ſent. q. 2. de reſtit. art.3. dub. 1. concl.2. Vbi autem maior iniuria, & iniuſtitia, ibi potior obligatio reſtituendi eſt.

Secunda ſententia eſt aſſerentium, nullum ordinẽ neceſſario obſeruandum eſſe, ſed reſtituenda eſſe pro rata ſingulis. ita Syluester. verb. reſtitutio.6.q.5.in fine. Petrus de Arragona 2. 2. quæſtio.62.ar.8.in fine. Dominic. Bannes ibid. art. 8. in fine. documento quarto. & Pet. Nau. lib.4. de reſti.c.6.dub.8. num. 43. Quæ eodem modo probatur, quo ijdem authores ſuā tertiam dubij præcedentis confirmarunt. Nullum enim ius, nullaque ratio eſt, quæ doceat iure naturali præferendum eſſe debitū ablato, vel ablatum debito, nec inter debita perſonalem tantum actionem habentia vnum alteri, vel inter ablata hoc illi præponendum eſſe, ſeu vel omnibus pro rata, ſi ſimul accedant, vel primo venienti ſoluendum totum aliquando eſſe, iuxta ea, quæ inferius dicemus.

Hoc autem quod de rata diximus ex Syluestro, & alijs, non ſatis explicant, an ſit æquis portionib. vel proportionaliter, ita, vt arbitrio boni viri magis alteri reſtituatur, iuxta maiorem rationem, vel temporis, vel iniuriæ illatæ, ita vt creditori ex delicto plus reſtituatur quam debitori ex contractu, & inter eos, qui ſunt ex delicto plus ei, qui paſſus eſt rapinam, vel furtum, quam ei, qui ſoluit vſuras. Illud ego dicerem in his caſibus certam regulam aſſignari non poſſe, ſed rem totam arbitrio prudentū pro ratione circunſtantiarum perſonæ, temporis, & iniuriarum, aut contractuum determinandam eſſe. Neque valet ratio primæ ſententiæ, quia in reſtitutione non tam attenditur iniuria in modo accipiendi, quàm inæqualitas in rebus acceptis, vt dictum eſt ſupra.

34 SEPTIMVM DVBIVM eſt, an obligatio oneroſa liberali obligationi præferenda ſit? vt v.g. promiſit quis alteri aliquid, & poſtea debitum ex emptione, mutuo, permutatione contraxit, quænam iſtarum præferri dēat. Rō difficultatis eſt, quia in gratuitis hmōi, & liberalibus obligationibus, vltra obligationem ex promiſſione & quaſi ex iuſtitia, eſt etiam obligatio fidelitatis, cum fides ſit de ſolutione data, in alijs vero ſola obligatio iuſtitiæ.

Communis, & vera opinio eſt preferendam eſſe obligationem oneroſam, quamuis tempore ſit poſterior. Sic Caiet. in ſumma. verb. reſtitutio.c.8. Io. Medi. C. de reſt. q.2. dub.5. concl.4. Mart. Naua. in Man.c.17.n.50. Ioſeph Angles in floribus.4. ſent.p.2.q.2. de reſtit. art.3. diffic. 1. Pet. Nau. lib.4. de reſtit.c.6. dub.8. num.45. & dub.70. nu.50. Summa Corona par.2.c.5.nu.24. Ludou. Lopez pa.2. inſtr. conſc.c.110. & Lud. Carbo q.92. de reſti. concluſ. 5. vnde præferenda eſt obligatio ex mutuo, aut emptione obligationi ex legato, vel donatione, aut ſimplici promiſſioni. Ratio eſt manifeſta, quia quæ ex iuſtitia debentur, præferenda ſunt eis, quæ ex conſilio; Et quia maius damnum patitur creditor ex obligatione oneroſa, quam ex liberali, atque adeo creditori ex cōtractu oneroſo præiudicium fieri debet propter alia debita gratuita, & denique quia in debito gratuito, & liberali, ad id ſolum tenetur, quod poteſt, in iſto autem caſu nihil poteſt, obſtante debito ex contractu oneroſo. Nec obſtat argumentum in contrarium, quia maior ratio iuſtitiæ inuenitur in debito ex oneroſo, quam ex gratuito contractu; Et cum quilibet gradus ſeu augmentum iuſtitiæ, eiuſdem ſit rationis, conſequens eſt, quod illa maior ratio iuſtitiæ, maioris ſit obligationis, quam fidelitas alterius contractus; maxime cum debitor ex contractu oneroſo tenetur etiam ratione fidelitatis rem promiſſam ſoluere, & reſtituere.

35 OCTAVVM DVBIVM eſt, An debitor, qui prædictum ordinem in reſtituendo nō ſeruat, mortaliter peccet, & damnum alijs creditoribus reſarcire teneatur? intelligitur autem præſens quæſtio, quando debitor ſua ſponte, non coactus, neque requiſitus ſoluit poſteriori creditori, quando multi ſunt creditores æquales, quorum nullus eſt priuilegiatus. Communis opinio eſt peccare mortaliter, ſic S. Anton. part.2. titul.2. cap.7. §.3. non longe ab initio. Ang. verb. reſti.2. §.19. Syluest. verb. reſtitut. 6.q.7. citans Rod. Hoſtienſ. & alios. Mart. Nauar. in Manual. ca.17. num.52. Pet. de Arrag. 2.2. q.62. ar.8. concluſ.5. & vlt. Ioſeph Angles in floribus.4. ſent.p.2.q.2. de reſtit. art.3. concluſ. 2. Lud. Lopez par.2. inſtr. conſc.c.111. Greg. de Val. to.3. diſp.5. q.6. puncto.10. in fine. Coſmus Philiarc. de officio Sacer. par.2. lib.6. cap.29. Summa Corona par.2.c.5. num.24. Barthol. Med. libr.1. inſtruct. conſc. cap. 14. & 33. cap.8. Emanuel Rodriquez p.2. ſummæ. c.46. conclu.12. & Ludou. Carbo q.92. de reſtit. cōcluſ.13. & Petr. Nauar. lib.4. de reſtitu. cap.6. dub. vlt. num.91. Qui omnes talem debitorem regulariter peccare docent tranſgrediendo ordinem reſtituendi, & teneri reſarcire damna alijs creditorib. ſubſecuta. Et Ratio eſt, quia fraudat alios debitores partibus ſuis, & committit iniuſtitiam argum. cap. Et te. de iureiu. Id quod certum eſt ſi violat ordinem reſtituendi inter habentes debita realia, hypothecas, & priuilegia perſonalia. Idemque dicendum eſt, quando multos creditores perſonales habere, & vni ex creditoribus ſolueret integre, reliquis omiſſis. Quocirca Mart. Nauarr. vbi ſupra, nu. 53. verſicu. Tertium, docet, peccare debitorem, qui videns ſua bona diuidenda eſſe inter creditores per iudicem, ob ſuam mortem, fugam vel aliam abſentiam, & volens rem gratam facere alicui ex creditoribus, ſoluit illi integre debita ſua, hoc enim modo fraudantur reliqui debitores ea parte, quæ illis obueniret, ſi bona venderentur, & omnibus pro rata diſtribuerentur.

36 *Excipiunt* autem ab hac regula duos caſus.

Primus eſt, niſi talis debitor ignorantia facti, aut iuris excuſaretur. S. Ant. Syluest. vbi ſup. Mart. Nauar. cit. num.52. Pet. Naua. nu.51. Lopez. Rodriqu. Greg. de Val. vbi ſup. intelligendum autem hoc eſt de ignorantia probabili, quæ ſufficiens eſt excuſare a peccato.

Secundus caſus eſt, quando pietate motus gratificaret plurimum indigenti. Sic Syluest. verb. reſtit. 6. quæſt.8. in fine. Io. Medina. Cod. de reſtitut. qu.2. dub.5. concluſ.5. Grego. de Valen. tom.3. diſput.5. quæſt.6. puncto 10. verſicu. Octauo. Petrus de Arrag. 2.2. quæſt.62. art.8. in fine. concluſ.5. Ludouic. Lopez par.1. inſtruct. conſcient. cap.111. Emanuel Rodriquez par.2. ſuæ ſummæ. cap.46. conclu.6. & Ludouicus Carbo. tract. de reſtitut. quæſt.92. concl. 6. Quem tamen caſum Petrus Nauar. libro 4. de reſtitu. capitu.6. dub.9. num.47. admittere noluit, eo quod licet id magis pium ſit, non eſt tamen magis iuſtū, quia non patitur iuſtitia, vt quis iure ſuo priuetur, vt bene fiat alteri. Quę limitatio etſi vera ſit, quando eſſet debitum reale, ita vt res debita extaret, tunc enim non eſt priuandus diues re ſua, vt ſubueniatur alteri extra caſum extremæ neceſſitatis, cum res illa creditoris ſit, non debitoris; immo neque quando haberet tacitam aut expreſſam hypothecam, aut perſonale priuilegium, cum illi hac ratione fiat iniuria contra iuſtitiam commutatiuã, non perſonas, ſed æqualitatem rei ad rem attendentem; in debito tamen perſonali tantum, communẽ doctrinam admittendam eſſe puto, quia tũc nemo potiori iure fraudatur, vt dictum eſt: & ex altera parte adeſt illi neceſſitas, quæ ſuadet huic potius quam alteri ſubueniendum eſſe, tanquam imperante in tali caſu charitate iuſtitiæ, vt recte Greg. de Valen. annotauit.

7 NONVM DVBIVM eſt, an creditor econtrario, qui contra prædictum ordinem in iudicio, vel extra debitum petit, & ſatisfactionem integram, aut partialem accipit, peccet, & ad accepti reſtitutionem teneatur. Ratio dubij eſt, quia qui prior eſt *tempore*, potior eſt iure. Ergo non ſolum peccat *debitor* ita requiſitus illi ſoluendo, ſed etiam creditor ſic retinendo, & accipiendo, redundat etiam in aliorum creditorum iniuriam.

Reſpondeo cum Sylueſt. verb. reſtit. 6. q. 8. Martino Nau. in Man. c. 17. nu. 52. & num. 53. Ioſepho Angles in florib. 4. ſent. par. 2. q. 2. de reſt. ar. 3. conclu. 6. Petro de Arragona 2. 2. q. 62. ar. 8. concl. vlt. Dominico Bannes ibid. dub. vlt. Petro Naua. lib. 4. de reſti. c. 6. dub. 11. nu. 52. Ludouico Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. c. 111. Gregorio de Valen. to. 3. diſput. 5. q. 6. punct. 10. §. 8. Coſmo Philiarcho to. 1. lib. 6. c. 29. Sum. Coro. par. 2. c. 5. n. 24. Emanuel Rodriquez par. 2. Sum. c. 46. concl. 13. & Ludouico Carbone q. 92. de reſt. concl. 14.

Primo debitorem non peccare ſoluendo creditori petenti in iudicio, vel extra ante alios, immo tenetur primo petenti, & diligentiori prius ſoluere, quod intelligitur, quando ſunt omnes creditores perſonales tantum. Si enim ille ius habet (quãuis ſit tempore poſterior, quia tamen prior petit) accipiet ſecundum omnes prius debitum ſuum. Quod autem dictum eſt, ſupra licitum eſſe debitori propter cumulum creditorũ deteriorem facere partem creditorum etiam anteriorum, intelligendum eſt, vel quod omnibus ſimul petentibus pro rata ſoluendum eſt ſingulis, & non antiquioribus, vel quod non liceat debitori ſponte ſua, quãdo nullus petit vnum, alteri præferre, ſic enim fieret iniuria antiquioribus. Quando autem creditor poſterior prius petit, illi prius ſoluere poteſt, & debet, cum diligentia in petendo faciat eum iure potiorem. Illa enim regula iuris, qui prior eſt, &c. intelligitur, ceteris paribus: creditor autem diligentior in petendo debitum eſt potior.

Secundo creditor poſterior petendo prius nõ peccat, nec accipiendo totum debitum, etiam quando debitor non eſt ſoluendo omnibus, quibus debet tenetur ad reſtitutionem accepti. Ratio eſt, quia petendo vtitur iure ſuo, ergo non peccat; & quia accipit, quod ſuum eſt ſolum, non alienum, non tenetur ad reſtitutionem. Intelligendum autem eſt hoc, dũmodo creditor alius non ſit magis priuilegiatus, aut ius habeat ad rem illã ratione pignoris, aut hypothecæ, tunc. n. minus priuilegiato nõ licet prius petere, aut accipere, alijs manentibus inſolutis, ſic. n. violaret iuſtitiam, quæ præſcribit, vt illis prius quam ſibi ſatisfiat. Vnde inferunt, peccare generos & nurus accipientes & retinentes de bonis ſocerum ſcientes eorum bona alijs magis priuilegiatis deberi, & ad reſtitutionem acceptorũ, vel detentorum obligari. Et de ordine, ac materia reſtitutionis in communi hactenus dictum ſit, in ſequentibus de reſtitutione in particulari acturi.

Finis Decimi Libri.

DE RESTITVTIONE IN PARTICVLARI.

Liber Vndecimus.

Authores, qui in hoc Libro Vndecimo allegantur, de Reſtitutione in particulari tractantes.

EX *SS. Patribus & Scriptoribus Eccleſiaſticis.* S.Baſilius q.46. D.Chryſoſt.in Matth. 18.S.Hieronimus ibid.S.Ambroſius ſerm.8. in pſal.118. S.Auguſt.lib.1.de ciuitate Dei, & lib. contra Mendacium. S.Greg.lib.2.Regiſt. epiſt.52.Abulenſis in Matth.5.Ioan.Maior in 4.diſt.15.q.17.& Ioann. Gerſon ſerm.de pœnit.Franciſcus Toletus in Ioan.*Scholaſtici.*Magiſter in 4.diſt.15.& cũ eo Scholaſtici Theologi.S.Tho.1.2.q.73.2.2.q.13.Alex.Alenſis q.148.par.2. S.Bonauentura in 4.d. 15.Scotus,Richardus ibid.Paludanus q.2. Gabriel q.17.Adrianus Papa VI. in 4. de reſtit. & in quodlib.11. Ioan. Bachonus in 4.diſtin.23. Henricus de Gandauo quodlib.9. Durandus in 4.diſt.4.q.6.Alphonſus a vera cruce in Spec.coniug.par. 3.art.19. Martinus Ledeſmius 2.4.q.18.Michael Salon 2.2.q.62.Petr.de Arragon ibid.Sotus lib.4.de iuſtit.q.6.& in releꝗ.de ſigillo ſecret.& in 4.diſt.18.& 27. Melchior Canus de pœnit. Dominicus Bannes 2.2.q.62. Ioſeph Angles in florib.4.ſent.q.de reſtit.Ioannes Medina de reſtit.q.12.Ludo.Molina to.1. de iuſt.tract.2.diſpu. 50.51.53.Greg.de Valen.to.3.diſp.5.q.6.*Canoniſtæ, & Iuriſtæ.*in cap.Maiores,& in c.de Iudæis.diſt.45. & in c.Deteriores 6.q.1.de regulis.Iuris lib.6.Panormi.in c.1.& 2.de adult.& ſtupro. & in c.clerici.2.et in c.quia plerique n.35.q.11.& Canoniſtæ. ibid.Couarruuias in reg. peccatum.par.2.§.8.& lib.1.Variarum reſolutio.cap.2.& lib.2. c.10.Iuriſtæ.in l.Ex his. & l.ait prætor.§.præterea.ff.quæ in fraudem.l.& Diuus.ff.de ſeruit.ruſt.prædio.§.fere.& l.vſufructuarium.§.vſufr.& alibi Dynus,Feli.Barbatius,Imola. *Summiſtæ.*in verb.reſt.Syluester,Caieta.Tabiena, Piſanella, Summa Aſtenſis par.2.lib.5.tit.29.S.Antoninus par.2.tit.2 Pet.Nau.de reſtit.lib.2.& l.4.c.1.& l.3.par.3.Martin.Nauar.in Man.c.12 14.15.Bartholomæus Medina lib.1.inſtr.confeſſ.c.14.Ioan.Benedictus lib.2.ſuæ Summę c.7.Ludou.Lopez 1.par. inſtruct.conſc.c.76.Ludou.Carbo.de reſt.q.34.Alphonſus à Caſtro lib.2. de poteſt. legis pœnal.c.2.Ludou.de Beia par.1.caſuum conſc.caſ.61.Sum.Cor.par.2.c.4. Emanuel Rodriquez p.1.c.35.Toletus in Sum.lib.5.c.11.Antonius de Corduba tract.caſuũ conſc.q.172.& 119.& alij quam plurimi recentiores.

DE RESTITVTIONE IN PARTICVLARI.

PROOEMIVM.

CVm in ſuperioribus abunde ſatis de Reſtitutione in communi dictum ſit, nunc de ea in particulari agemus. vt verò ordinate procedamus, ante omnia aduertendum eſt ex Ariſt.lib.7. polit.c.c.1. quod bona hominis in triplici ſunt differentia: quædam enim ſunt ſpiritualia bona, quæ nimirum ad animam pertinent, eamque perficiunt: quædam ſunt corporalia, & proprie ad corpus ſpectant: quædam denique ſunt, & dicũtur bona externa, & fortunę. De quibus omnibus agendum eſt in particulari.

De Reſtitutione ratione damni in bonis ſpiritualibus. *Cap. I.*

SVMMARIVM.

1 *Bona ſpiritualia duplicia. Bona item quoad animæ ſalutem mediata duplicis generis, & de quo genere primo tractandum.*

2 *An grauius peccatum ſit nocere proximis in ſpiritualibus quàm in corporalibus.*

Quid Ledeſma, & Sotus de re propoſita reſpondeāt? ibidem.

3 *Eorum doctrina abſolutè tradita aliqua indiget correctione.*

Grauitas peccati unde, & quot modis oriri, & augeri poteſt. ibid.

4 *Secunda eorum reſponſio non eſt ſolida, ſed indiget limitatione.*

5 *An qui malo conſilio, uel exemplo inducit aliquem ad peccandum mortaliter, ita ut amittat gratiam & uirtutes ad aliquam reſtitutionem teneatur.*

6 *Reſtitutio in hoc caſu fieri debet ſecundum æqualitatē arithmeticā ſecundum Gabriel, & tenetur ex lege iuſtitiæ per ſe & per alios orare pro ſeducto.*

7 *Quid Berengarius moriens de corruptione aliorum?*

8 *Inducentē ad peccatū non teneri ex lege iuſtitiæ, ſed charitatis, unde obligatio eſt, in eadē ſpecie ac ſi nō indu-*

induxiſſet, ſed maior tamen, vt vult opinio ſecunda, & communior & verior.

Qui ſine vi dolo, & fraude aliquem modo conſilio ad peccandum induxit, & cauſa fuit, vt gratiam amitteret, mortaliter peccat, non tamen ex vi iuſtitiæ ad reſtitutionem obligatur.

Inducens alium ad peccandũ ſiue alter paratus eſſet ſiue non, ex charitate tenetur, non ſolùm impedire ne fiat ſed poſt factum ad pœnitentiam reducere.

Qui conſuluit peccatum, ſi poſtea reſipiſcentiam conſulat, & alius non vult reſipiſcere, ad nihil aliud ex lege charitatis tenetur.

Qui per vim, fraudem, dolum, metum aut minas aliquem ad peccandum induxit, tenetur ad reſtitutionem damni illati ex iuſtitia.

Ad quem timorem extendit hanc proportionem Sylueſter, ſcilicet reuerentialem, quem habemus de Principe, ſed refellitur.

14 *Soluuntur argumenta primæ opinionis ſupra num. 5. & ſequent.*

15 *Prælati inducentes ſubditos ad peccandum, & contra iuſtitiam, & contra charitatem peccant.*

16 *Quomodo in caſu propoſitionis ſupra nu. 12. allegatæ, reſtitutionem quis facere debeat, etiam quæ remedia adhibere?*

17 *Qui alterũ ad peccandũ induxit, regulariter nõ tenetur ad faciendã compenſationem in temporalibus, per accidens tamen in duobus caſibus requiritur præter prædicta remedia temporalis compenſatio.*

18 *An facienda ſit reſtitutio in bonis ſpiritualibus naturalibus, vel ſupernaturalibus, & quomodo fieri debet in iſtis reſtitutio.*

19 *Hæreſiarcha tenetur non ſolum errores, quos diſſeminauit, reuocare, ſed etiam ueritatem docere, ſit Lector, Doctor, Aduocatus.*

20 *Quid ſentiendum de bonis animæ naturalibus, ut memoria, &c.*

21 *An qui impedit, auocat, & abſtrahit uolentẽ ingredi Religionẽ, uel ingreſſum iam Nouitiũ, aut profeſſũ extrahit, peccet, & ad reſtitutionẽ teneatur?*

22 *Abuocari à religione poteſt quis duobus modis præcipue.*

In extractione a Religione duplex poteſt conſiderari iniuſtitia. ibid.

23 *Opinio prima Scoti, & aliorum in quibus conſiſtat, quatuor dictis explicatur uſque ad nu. 26.*

Sententia utriuſque Nauarri, & aliorum recentiorum, num. eod.

27 *Qui bono animo, & intentione uolentem ingredi Religionem, impedit & diſſuadet, nec peccat, nec religioni, nec diſſuaſo tenetur facere reſtitutionem.*

28 *Qui uidentem ingredi mala fide diſſuadet, & impedit, peccat, ſed nec diſſuaſo, nec religioni reſtitutionem facere tenetur.*

29 *Qui malo animo ſine fraude tamen, aut ui Nouitium retrahit a Religione, quamuis peccet contra charitatem ad reſtitutionem non tenetur.*

30 *Qui malo animo ſine ui tamẽ, & dolo, monacho profeſſo perſuaſerit exire, quamuis grauiter peccet, ad reſtitutionem aliquam tamen non tenetur.*

31 *Monachus omittens legere lectiones in Monaſterio, vnde prouẽtus Monaſterij minuerẽtur, ſiue ex propria uoluntate, ſiue ex aliorum perſuaſionibus hoc faceret, non teneretur lucrum ceſſans reſtituere.*

Serui ad Dominum, Religioſi ad Prælatũ ratio diuerſa, unde ſoluitur quædã obiectio, cur extrahens profeſſum ad reſtituendum non teneatur.

33 *Qui ui, fraude, aut minis remouet ingreſſurum religionem, peccat & tenetur reſtitutionem facere nõ religioni, ſed diſſuaſo. Quare?*

34 *Qui Nouitium, aut profeſſum extraxit per iniuriam, ex quo temporalis utilitas religioni proueniebat, tenetur ad damnum religioſo, & religioni illatum.*

Diſcrimen in reſtitutione facienda, ſi non erat profeſſus, nec ui aut fraude extractus. ibid. Lucrum in ſpe non in re ad arbitrium uiri prudentis reſtituẽdum.

35 *Qui profeſſum a religione extraxit ſiue perſuaſione, ſiue ui, & fraude non tenetur ipſe intrare religionẽ, nec alium ſubſtituere.*

36 *Ne quis ad profeſſionem emittẽdam compellatur ſub pœna excommunicationis expreſſe decernit Eccleſia. & num. ſeq. 37.*

38 *Magiſtri Raymundi exemplum, qui uenit ad religionem S. Dominici, eo quod Nouitio exire perſuaſerat.*

1 QVia vero inter hæc omnia bona; ea præcipua ſunt, & digniora, quæ ad animam ſpectant, de illis primo dicemus. Rurſus uero cum hæc bona ſpiritualia duplicia ſint, nã quædã ſunt quæ immediate ſpectant ad animam, nempe ad conſequendam felicitatem, & vitam æternã, vt gratia, & quibus ipſa acquiritur, nutritur, conſeruatur, & augetur; virtutes aliæ. Quædam vero bona ſunt ſpiritualia, quæ nõ ita immediate ordinantur ad ſalutem animæ ſpiritualem, quæ rurſus duplicia ſunt; Quædam. n. ſunt naturalia ipſius animæ, vt potentiæ interiores memoria, voluntas & intellectus. Quædam vero ſunt acquiſita, vt ſcientia, ars, & alia ſimilia, quæ ordinãtur ad perfectionẽ intellectus, & aliæ virtutes morales acquiſitæ, quæ voluntatẽ perficiunt: de priore genere bonorum ſpiritualiũ in primis tractandum eſt, cũ horũ poſteriorum eadem ſit ratio, vt authores communiter tradunt, quæ de bonis corporalibus eſt.

De bonis igitur ſpiritualibus prioris generis, hæc præcipue ſunt dubia.

2 PRIMVM DVBIVM: An grauius peccatũ ſit proximo nocere in ſpiritualibus, quam in corporalibus?

Reſpondent primo Ledeſma, & Sotus locis infra citandis, qui ex intentione nocet proximo in ſpiritualib. faciendo nimirum, ut proximus in ſpiritualib. peccatum aliquod committat, grauius et periculoſius peccat, quam ſi noceret in corpore.

Ratio huius eſt, primo, quia damnũ, quod proximus incurrit, hoc eſt, bonum, quod amittit, longe pręſtantius & excellentius eſt, quam bonum quodcunque corporis, aut fortunæ, vt conſtat, ſiquidem amittit gratiam & amicitiam Dei, & animam occidit, anima uerò dignior eſt corpore, & gratia Dei orbe vniuerſo.

Hinc Chriſtus Matth. 10. ait, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere. Significans plus timẽdam eſſe mortem animæ, quam corporis. Et clarius Marc. 8. & Luc. 9. Quid proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentum animæ ſuæ faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua? ratione ergo boni deperditi, & damni illati proximo, plus peccat, qui proximo in ſpiritualibrs nocet, quam qui in corporalibus.

Secundo, quia intendens nocere proximo in ſpiritualibus, intendit maius malū proximo inferre, quā ſi eum vellet in corporalibus offendere, & ita ratione, tū damni illati proximo, tum rōne paruę intentionis eius, qui nocet, longe grauius peccatū eſt nocere proximo in ſpiritualibus, quā in corporalibus. Id quod luculentiſſimo illo Anacleti Papæ epiſt. 3. teſtimonio, quod habetur in c. Deteriores 6. q. 1. confirmari pōt, vbi dicitur, Deteriores ſunt, qui Doctorū vitam, moreſque corrūpūt his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt.

Ipſi enim ea, quæ extra hos, licet noſtra ſint, auferunt, noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue, qui aduerſus nos armātur, proprie nos ipſos diripiunt, & ideo iuſte infames ſunt, & merito ab eccleſia extorres fiunt.

3 Rndet ſecūdo, qui nō ex intentione nocet proximo, ſed ex utilitate, vel libidine, nō grauius peccat. Rō eſt, quia qui mulierē liberā abſque vlla vi, aut fraude ſolicitat, & corrūpit, etiāſi, vel prece, vel pretio vrgeat, & ſolū libidinis ſuæ explendæ gratia, nō tantū peccat, ac ſi multa ipſius bona exteriora deprædaretur, vt docēt Martinus Ledeſmius. 2.4. q. 48. artic. 2. pag. 239. & Sotus lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 3, in principio. Qui etiam duo authores tradunt, non inde ſequi ſemper plus peccare eū, qui plus nocet, ex eo quod ſemper cetera non cenſentur paria. Rō eſt, quia qui aliena bona furatur, id facit inſcio, & inuito dn̄o, vnde iniuria, & culpa augetur: qui vero alium ad malum inducit, nullā ei vim, aut neceſſitatē infert, atque adeo nec iniuriā ei facit. iuxta regulam 27. de reg. iur. lib. 6. ſciēti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.

Hæc doctrina ſic abſolute tradita aliqua indiget moderatione, & correctione, vt recte annotauit Michael Salō in 2. 2. q. 62. art. 2. cōtrouerſia 2.

Nam peccati grauitas, tum ex obiecto, tum ex parte malitiæ peccātis, tū etiam ex damno, quod infertur, oriri poteſt, adeo vt quāuis obiectum aliquando ſit nobilius, fieri tamen poteſt, vt peccatū illud leuius ſit, aut ratione malitię ipſius peccātis, aut rōne minoris dāni, vnde fit vt habita ratione obiecti grauius peccatum ſit blaſphemia, quā homicidium, quia blaſphemia eſt directe peccatum in Deum; homicidium verò peccatū eſt cōtra proximū: Econtra vero ſi peccatum conſideretur ratione effectus, ſcilicet damni illati ei, contra quē peccatur, ſic homicidium grauius eſt peccatum, quam blaſphemia, plus. n. homicidiū nocet proximo, quam blaſphemia Deo. Quia vero in grauitate culpæ magis attenditur intentio volūtatis peruerſæ, quam effectus operis, vt patet; ideo cum blaſphemus intendat nocumētum inferre honori diuino, ſimpliciter loquēdo, grauius peccat quā homicida, & docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 73. art. 3. & 2. 2. q. 13. ar. 2. Et hac ratione verum eſt quod Sotus, & Ledeſm. in reſponſione prima docēt, quod qui ex intētione, hoc eſt, ex odio, & malitia ī Deū inducit alium ad peccandum, & offenſionē Dei, grauius peccat, quam qui proximum in bonis corporalibus offenderet, etiam eum occidēdo. Ratio eſt, quia talis inductio eſt actus elicitus procedens ab odio Dei; odium autem Dei grauius eſt homicidio proximi, ergo & talis inductio grauior erit homicidio, quandoquidem actus imitātur naturā & rationem formæ, & principij, a quo procedi

Dixi, ex odio & malitia in Deum, hoc eſt, v Deus offendatur, quia qui induceret ex odio, & malitia in proximū, intendēs ſolū proximi ruinā ſpiritualem, ſ. vt gratiam amittat, peccat minus, q qui committeret homicidium, primo quidē, quia occidens alterum eſt totalis & efficax cauſa mortis illius, inducens autem ad culpam non eſt totalis cauſa peccati, cum nemo niſi volens, & cōſentiens peccet. Secundo, quia hominem occidens, licet damnum inferat corporale, quia tū damnū hoc irreparabile eſt, grauius cenſetur, quam inducere ad peccandum, quod per pœnitentiam deleri poteſt, & ideo ex hac parte minus graue damnum cenſetur. Non igitur æſtimanda eſt grauitas peccati ex eo, quod vnus nocet in corpore, & alter in anima inducendo illum ad peccatū, quia ex hac ratione ſequeretur grauius peccatum eſſe inducere vnum hominem ad peccatum, quam cōmittere mille homicidia, cum dignior ſit anima vna, quam mille corpora, & pretioſior ſit vita ſpiritualis vnius animæ, quā mille vitæ naturalis.

4 Quoad ſecundam etiam reſponſionē, doctrina eorū non eſt ſatis ſolida, ſed indiget imitatione. Eſt. n. conſiderandum, an inducens aliū ad peccādum, induxerit aliquē, qui paratus erat, aut non; ſi. n. alter paratus erat, ſic leuius peccatū erit inducere ad peccatum, quam furari bona eius, vt verbi gratia, qui inducit ad peccandū meretricem, aut alium iam paratum, leuius peccat, quam qui rapit alienum; ſi quidem in hoc caſu talem inducēs, cum iam paratus eſſet, paruum, aut nullū fere dānum infert; rapiendo autem bona illius, damnum illi infert; Sicut leuius peccatū eſt accipere ab vſurario, qui paratam, & expoſitam habet pecuniam ad vſuram, quam inducere aliū, qui tale officium non exercet, vt det ſibi ad vſurā: cum in priori caſu aliquando nullum ſit peccatū, ſcilicet ſi petēs vſuram ſit coactus ex neceſſitate. Sin vero inducat mulierem honeſtam, & virginē, aut illum, qui nō paratus erat ad peccādum, immo ſtudebat virtuti, tunc rōne ſcandali grauius peccat, quā ſi bona eius furaretur; cum in hoc caſu ſcandalizet proximum, & cauſa efficax ſit illius peccati, & ruinæ.

Quamuis enim poſtquam perſuaſus eſt, libere peccauit, quia tamen antea nihil tale habebat in animo, iniuria illi fit, dum quaſi inuitus retrahitur a virtutis ſtudio, & inducitur ad peccandum, quod grauius peccatū, & damnū eſt, quā eius bona furari, quo ſenſu intelligi debet canō ille, *Deteriores*. ſexta quæſtione prima, vnde *Christus* de huiuſmodi, qui alios ſcandalizant, & ad peccandū inducunt, Matth. 18. ait, vę mūdo a ſcandalis, &c. & iterum, qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis, &c. & iterum, væ homini illi, per quē ſcandalum venit. &c. vbi vt obſeruat Diuus Chryſoſt. eodem modo locutus eſt Chriſtus de ſcandalizante, quo de Iuda proditore, Matth. 26. vę homini illi, per quem filius hominis tradetur, melius erat homini illi, ſi natus non fuiſſet. Ex quibus conſtat an, & quando grauius peccatum ſit proximo in ſpiritualibus nocere, quam in corporalibus.

5 SECVNDVM DVBIVM; An qui nocet in ſpiritualib. teneatur ad reſtōnem; verbi gratia, An qui malo cōſilio, vel exēplo inducit aliquē ad

peccandũ mortaliter, & conſequenter, vt amittat gratiã, & virtutes, ad aliquam reſtitutionẽ teneat.

In hac re, quę controuerſa eſt inter Doctores, duæ celebres ſunt opiniones.

Prima eſt aſſerentium in hoc caſu teneri ad reſtitutionem, non quidem eadem bona ſpiritualia conferendo, cum hoc ſit impoſſibile, ſed procurãdo ſalutẽ eius omni modo, & via qua fieri poteſt, ita vt conetur primo talem reducere ad bonũ ſtatum perſuaſionibus, monitis, & orationibus etiã ad Deum pro ipſo fuſis: quod ſi ipſe nihil hac ratione apud ipſum proficere poterit, tenetur ſecũdo vti perſuaſionibus, & monitis aliorũ, hoc eſt, curare debet, vt alij quoque pro ipſo orẽt, ipſumque corripiant. Sic Richardus quarta diſtinct. 15. art. 5. quæſt. 2. Scot. 4. diſt. 15. quæſt. 3. ar. 1. Palu. eadem. diſtin. 15. quæſt. 2. ar. 2. concl. 1. Gab. 4. diſtinct. 15. quæſt. 17. ar. 2. concluſ. 1. & 2. Adrianus in 4. in materia de reſtitutione, in propria qõne, quam mouet de hac re. Io. Maior. 4. diſt. 15. q. 17. dubio vlt. Angel. verb. reſtitutio. 1. in princ. Summa Piſanella verb. reſtitutio. 7. §. Prædicta. Anto. par. ſecunda, tit. 2. cap. 2.

Rõ pro hac ſnĩa præcipua eſt, quia bona animæ digniora ſunt bonis temporalibus, & maius nocumentũ infertur in ſpiritualib. quã in tẽporalibus. Ergo ſicut inferẽs damnũ in temporalibus, tenetur reſtituere, ita etiam a fortiori, qui in ſpiritualibus nocet. vnde in cap. Deteriores 6. q. 1. Deteriores dicuntur illi, qui in ſpiritualibus nocent, quam ij, qui ſubſtantiam, & facultates furantur.

6 Immo Gabr. vbi ſupra docet reſtitutionẽ hãc fieri debere ſecundum æqualitatem Arithmeticã; hoc eſt, æque efficacem inductionem ad pœnitẽtiam adhiberet debet, ac ad peccatum committendum adhibuit. Quod ſi talis inductio non ſuſſicit, quia vt ait Scotus, propter naturã noſtrã vulneratam ab adoleſcẽtia, & ad malum procliuem, facilius eſt peruertere, quam conuertere, tenetur, inquiunt hi Doctores maxime Gabriel, lege iuſtitiæ, & per ſe orando, & per orationes aliorum mendicatas, & procuratas impetrare conuerſionẽ huiuſmodi ſeducto, & per alios perſuaſores efficaces, dum tamen illis non prodat peccatum occultũ decepti; vnde ſubdit Scotus, hinc colligi, quantum periculum ſit, alium ſolicitare, & inducere ad peccatum, quia vix poteſt inducens digne reſtituere, cum voluntatem iam ad peccatum allectã, ad virtutem perſuaſionib. aut alijs quibuſuis vijs, & modis vix reducere poſſit.

Ad cuius rei confirmationem plurimũ faciunt
ea, quæ tradit Ioannes Gerſon in Sermone de pę-
nitentia, quem habuit, in Cęna Domini, vbi inter
quatuor ſordidas tranſgreſſiones, quæ vix ad fun-
dum extergi poſſunt, primã ponit, corruptionẽ
aliorum in moribus, ſuper qua inquit; Accipite,
quid Berengarius moriens, in die Epiphanię dixe-
7 rit: Hodie mihi apparebit Dominus meus Ieſus
Chriſtus, vel ad gloriam ſicut ſpero propter pœni-
tentiam meam, vel ad damnationem ſicut formi-
do propter aliorum corruptionem, quos ad viam
veritatis reducere non potui. Hęc Berẽgarius. Ad-
dit autem Gerſon, Horreant, & caueant, qui ad ſi-
militudinem dæmonum gaudent alios ſecum tra-
here ad interitum, præſertim iuuenes, & pueros,
tales neſcio ſi potuerint vnquã ſatis pœnitere,
ſufficere eis debuerat damnatio propria. Hæc &
alia ſimilia Gerſon vbi ſupra.

Secũdo hoc ipſum in particulari põt diu de Prędatis, qui aliorum curam gerũt, quia iſti ex officio & iuſtitia bonum ſpirituale ſubditorum ſuorum curare tenẽtur. Ergo hi ſaltem ſi ſuos ſubditos inducant ad peccandum, agunt contra iuſtitiam, & conſequenter tenebuntur nõ ſolum ex charitate, ſed etiam ex iuſtitia reficere dãnum illud, omnibus modis procurando eorum ſalutem, & conuerſionem. Vnde in c. Præcipue. 11. q. 3. Nicolaus Papa ex Beato Gregorio, ait, ſcire etenim Prælati debent, quia ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. vnde neceſſe eſt, vt tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant, quanto per praua, quę faciunt, non ſoli moriuntur.

8 Secunda opinio eſt dicentium non teneri ad vllam reſtitutionẽ ex vi iuſtitiæ, ſed ſolũ lęge charitatis, ob fraternam correctionem, ita vt obligatio nõ ſit ſpecie diſtincta ab ea, quam alius habet, vel ipſe haberet, ſi nõ induxiſſet, licet ſit maior in eadem ſpecie. Sic Syluelt. verb. reſtit. 3. q. 1. §. Primum. Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 2. §. Sed quid dicendum. pag. 240. col. 3. Sotus li. 4. de iuſt. quæſt. 6. art. 3. Corduba in Sum. q. 172. quẽ refert, ac ſequitur Pet. Nauarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 2. nu. 50. Martinus Nauarrus in Manuali. c. 14. nu. 45. Petrus de Arragon in 2. 2. q. 62. artic. 2. & ibi Michael Salon. controuerſia 2. & Gregorius de Valentia to. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 5.

Ratio pro hac opinione eſt, quia reſtitutionis obligatio, proprie loquendo, vt ex dictis eſt manifeſtum, oritur ex iniuria; At uero peccatum adeo voluntarium eſt, vt niſi ſit voluntariũ, nõ eſt peccatum, & præterea ſcienti & conſentienti non fit iniuria. Regul. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. Ergo qui alium inducit, vt ſe infamet, aut mutilet, aut vt aliquod peccatum committat, quamuis grauiter peccet, non tamen vllam ei iniuriam infert, cum alter ſciens & volens peccet, & conſequenter ad reſtitutionem aliquam non tenetur.

Deinde obligatio reſtitutionis, vt notat S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 6. & ſuperius expoſitum a nobis eſt, vel oritur ratione rei acceptæ vel ratione iniuſtæ acceptionis, vel ratione vtriuſque ſimul.

Exemplum primi eſt, Petrus, qui rem alterius furatus non fuit, eam tamen apud ſe habet, vel quia fur gratis ei rem illam donauit, vel quia eã a fure emit, tenetur rem illam reſtituere ratione rei acceptæ apud ſe detentæ.

Exemplum ſecundi, idem Petrus furatus eſt rẽ alterius, & poſtea perdidit illam, aut alius fur ab eo furatus eſt, tenetur nihilominus eam reſtituere, non ratione rei acceptæ, quia eam apud ſe non habet, ſed ratione iniuſtæ acceptionis.

At vero inducens aliũ ad peccatum nihil rei alterius apud ſe habet, aut aliquid ab eo accepit, ergo ad nullam reſtitutionem ex iuſtitia tenetur. Quia vero doctrina hæc licet uera ſit, non tamen ita clare difficultatem propoſitam ſoluit, aut explicat, ideo quid in hac materia ſentiendum ſit, in ſequentibus propoſitionibus exponam.

9 Prima ꝓpoſitio: Qui ſine vi, dolo, & fraude ali-

quem malo cōſilio, aut alio modo induxit ad peccatum, & conſequenter cauſa fuit, vt gratiam & virtutes amitteret, quamuis mortaliter peccauit, ad reſtitutionem tamen ex vi iuſtitiæ nō tenetur, dummodo peccatum illud contra iuſtitiam proximo debitam non fuit.

Ratio primę partis eſt, quia inducens alium ad peccatum, ſcandalizat proximum, & hoc ſiue alter paratus erat ad peccandum, ſiue non; At vero qui proximum ſcandalizat, mortaliter peccat, vt docet S.Tho.2.2.q.43.art. .

Secunda pars patet, quia obligatio reſtitutionis oritur proprie ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ; in hoc autē caſu nulla eſt iniuria, nec iniuſtitia, cum ſcienti, & volenti non fiat iniuria. Regula ſcienti. de reg.iur.lib.6.

Deinde is, qui peccauit, poteſt, ſi vult, redire ad ſtatum bonum, quod ſi nolit, ſibiipſi totum damnum imputet, ita vt alter nihil ei ex iuſtitia reſtituere teneatur.

Et demum nulla eſt reſtitutionis obligatio, vbi læſus remittit iniuriam; At vero qui ſponte perſeuerare vult in peccato, a quo pōt exirę, remittit omnem iniuriam in hoc irrogatam. Ergo nō tenetur, qui induxit, aliquid ei ex iuſtitia reſtituere. Quemadmodum ſi ego abſtuli pallium a Petro, qui ſola ſua voluntate poſſet recuperare, & non vult, non ergo amplius teneor, ſed ille videtur cōdonare iniuriam. Sic etiam ſi quis debet mille aureos Petro, & illos ei offert, rogans ut accipiat, & tūc nō vult, iam debitor manet deobligatus. Ergo a ſimili deobligatus eſt ille, qui nocuit alteri in ſpiritualib. poſtquam dicit alteri, vt relinquat ſtatum peccati, & ad Dei gratiam redeat, & ipſe nolit. Dixi ex vi iuſtitiæ, quia ſi aliunde reſtituere tenetur, id inferius oſtendetur. Dixi dummodo peccatum illud non fuerit contra iuſtitiam proximo debitam; quia ſi quis aliū inducat ad ſurtum, vel homicidium, aut aliquid ſimile, non minus tenetur ad reſtitutionē dāni illati, ac ille, qui damnum intulit, vt ex dictis in ſuperioribus manifeſtū eſt.

10 Secunda propoſitio: Inducens alium ad peccādum ſiue alter paratus erat peccare, ſiue non, tenetur ex præcepto charitatis, & fraternæ correptionis non ſolum impedire, ne peccatum, quod conſuluit, fiat, ſed etiam ſi perpetratum ſit, tenetur eum, quoad poſſit, ad pœnitentiam reducere.

Rō eſt manifeſta, quia hoc præceptum obligat oēs. Ergo multo magis eū obligat, qui cauſa fuit vt alter peccaret, vnde maiori vinculo charitatis tenetur eū reuocare a ſuo malo ſtatu, quā ſi eū nō induxiſſet, vnde non procurādo eius cōuerſionē, contra charitatem peccat, non contra iuſtitiam.

11 Tertia propoſitio; Qui conſuluit peccatum, ſi poſtea reſipiſcentiam conſulat, & alius non vult reſipiſcere, ad nihil aliud ex obligatione charitatis tenetur.

Ratio eſt, quia iam iſte vere non eſt amplius cauſa illius peccati, ſed alius iam ſua ſponte, & ex propria malitia peccat.

12 Quarta propoſitio: qui per vim, fraudem, dolum, metum, aut minas aliquem ad peccandum induxit, tenetur ad reſtitutionem damni illati ex iuſtitia, omni modo meliori, quo poteſt.

Rō eſt, quia fraus, & dolus, metus, & vis, ſecum annexam habent iniuriam, & iniuſtitiam, tunc.n. patitur læſus inuoluntariū, & tollitur quodāmodo libertas eius quod iniuſtitiæ, & iniuriæ genus quodā eſt, vt qui vi, aut metu cogit aliquē, ut ſecū peccet, ſemper.n.in huiuſmodi caſu fit iniuria, cū ratione metus, fraudis, & uiolentiæ extorqueatur conſenſus in peccatum, qui alias non fieret.

Neque obſtat, quod uoluntarie quis peccat, ad hoc, vt ille, qui per uim, aut fraudem damnum intulit in ſpiritualib. excuſetur a reſtitutione; Quia licet ex ea parte, qua fuit voluntariū, non ſit locus iniuriæ, ex ea tamen parte, qua permiſcetur inuoluntarium, committitur iniuſtitia: Exemplum ſit in venditione, in qua licet ſit voluntarium ſimpliciter, quantū ad ſubſtantiam contractus, quia tamen eſt admixtum inuoluntarium, quantum ad exceſſum iuſti pretij, manet locus reſtitutioni.

13 Quoad autem Syluester hanc propoſitionē extendit non ſolum ad timorem humanum, ſed etiā ad timorem reuerentialem, puta, cum quis ne gratiam Principis amittat ſolummodo, vt illi complaceat, perſeuerat in peccato, in quo caſu Principē facit cauſam iniuſtam illius damni, merito refellitur a Petro Nauarro lib.2.de reſtit.c.2. Quia licet metus ille reuerentialis intercedat, Princeps tamen non intendit conſenſum in peccatum inuoluntarie extorquere, ſed ſolum precibus, aut ſuaſione, nullo autem modo cogere intendit inuitum; ſi enim cogeret, tunc quidem vera eſſet Syluestri ſententia, & iniuſta cauſa illius damni eſſet, & in hoc ſenſu vera eſt opinio prima, in alio vero ſenſu iuxta propoſitionem primam, defendenda eſt ſententia ſecunda, quo modo conciliari poſſunt authores, qui inter ſe ſummopere diſſentire videntur. Ex quibus facile ſolui poſſunt argumenta in contrarium allata pro prima opinione.

14 Ad primum enim, in quo dicitur grauius damnum inferri ex damno ſpirituali, quo quis gratiā amittit, quam ex damno, quo amittuntur temporalia, ac proinde cum temporalia reſtitui debeāt, a fortiori ſpiritualia reſtitui debent.

Reſpōdetur conceſſo antecedente, negatur cōſequentia, quandoquidem obligatio reſtitutionis non ex magnitudine damni illati ſed ex iniuria et iniuſtitia, qua nocetur proximo, naſcitur, & ideo quāuis bona tēporalia auferens minus peccet, quā qui non paratum inducit ad peccandum, quia tamen peccatum furti eſt contra iuſtitiam, & cum iniuria proximi, eo quod bonis ſuis inuitus ſpoliatur; qui uero proximum ad peccatum inducit, ſolum contra charitatem peccat, ideo alter ad reſtitutionem ex iuſtitia faciendam, hic vero ex ſola charitate obligatur. Ex quibus conſtat, temporalia damna oppoſito modo ſe habere ad nocumēta ſpiritualia, quia damna ſpiritualia, quāuis ſint maiora, ſunt tamen ſoli charitati contraria, & minus contra voluntatem patientis, eo quod in illis ſemper adeſt ſimpliciter voluntariū; Econtra vero nocumenta temporalia, quamuis ex genere ſuo ſint minora, quia tamen regulariter ſunt magis contra voluntatem patientis, & contra iuſtitiam: reſtituendi uero obligatio ex uiolatione iuſtitiæ, non charitatis oritur, inde conſequenter fit, vt temporalia damna magis obnoxia ſint reſtitutioni, quam nocumenta ſpiritualia.

Ad Secundum de prælatis, reſpondeo Prælatos ponentes ſubditos ſuos ad peccatum, & contra cha tatem, & contra iuſtitiam peccare, & ideo non ſo m ex maiori vinculo, & obligatione charitatis, d etiam ex adiuncta obligatione iuſtitiæ, qua te entur ratione officij & ſtatus conſulere bono com uni, & bono priuato ſubditorum, emendam & cō ſionem eorum procurare modis omnibus tenen ur. Ideo enim obligatur prælatus ex iuſtitia cura- e ſalutem ſubditorum, quia eſt prælatus, & habet ctoritatem officij, ob quam etiam conditionem fficij, & ſtatus, abſtrahendo etiam ab illa obliga- one iuſtitiæ, tenetur ex charitate multo ſtrictius, quam alij ſaluti ſubditorum conſulere, iuxta ea quę radunt S. Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 33. articulo ſecundo, & tertio. & ibi Caietanus, & Bannes, & Sotus in relect. de ſigillo ſecreti. memb. ſecūdo, quęſt. 3. concl. 3. Michel Salon in ſecunda ſecundæ, quæſt. 62. art. ſecundo, controuerſia ſecunda. in fin. & Grego. de Valent. tomo 3. diſpu. 3. quæſt. 10. puncto 3.

Ratio huius eſt, quia prælati, paſtores, & vigiles animarum conſtituti ſunt, & ideo ex iuſtitia ratione ſui ſtatus, & officij ſalutem ſuorum ſubditorum procurare tenentur, ſcilicet, ne quantum in illis eſt, ſubditi peccent, aut alicui ſcandalo ſubiaceant, aut ſi quis illorum cadit, vt a peccato reſurgat. Vt enim inquit San. Gregorius lib. ſecundo. Regiſtri, epiſto. 52. ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinop. (Quæ poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit?) Vnde Sanctus Auguſtinus libro primo, de ciuitate Dei, cap. 9. De obligatione hac loquēs, ait; In hac re, non vtique parem, ſed longe grauiorem habent cauſam, quibus per prophetam dicitur (Eezch. 33.) Ille quidem in peccato ſuo morietur, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Ad hoc enim ſpeculatores, hoc eſt, populorum præpoſiti conſtituti ſunt in Eccleſijs, vt non parcant obiurgando peccata. Hæc Auguſtinus.

6 DVBIVM ſolum eſt, quo modo in caſu propoſitionis quartæ reſtitutionem facere debet?

Reſpondent Sotus, Nauarrus, Salon, Arragon, Gregorius de Valentia, & alij vbi ſupra, quod quiui, dolo, aut fraude aliquem induxit ad peccādum, tenetur reſtituere ei, remouendo vim, & liberū relinquendo, vt reſcipiſcere poſſit, ſi per vim adhuc detineat eum in occaſione peccati; quod ſi metu ſit oppreſſus, tenetur ſecurum facere: ſi decepit, tenetur docere veritatem, & admonere eum de doctrina mala, aut conſilio falsè a ſe dato, & denique adhortari tenetur eum pro viribus ſuis, vt per pœnitentiam gratiam Dei deperditam, & virtutis recuperet, & preces ad Deum fundere, ac meliori via, qua poterit, dare operam & diligentiam omnem, vt læſus reſipiſcat. Cum enim per vim, fraudem & dolum deceperit alterum, eo ipſo deceptus iniuſtè & inuitus patitur, conſequenter tenetur ad reſtitutionem omni meliori, & opportuniori modo, quo fieri poterit, qualis eſt, vt diximus, quod ſi per vim in occaſione peccandi detinet, vt liberum illum cōſtituat, ſi metu ac minis oppreſſus ſit, vt ſecurum reddat, aut ſi decipit, vt veritatem ei explicet, & hortetur ad conuerſionem.

Quia vero ſpiritualia, & temporalia ſub eodem genere bonorum non continentur, hinc regulariter fit, vt qui alterum ad peccandum induxit, non teneatur compenſationem facere in temporalibus, vt tamen, & bene notat Petrus de Arragon in 2.2. quæſt. 62. art. 2. per accidens in duobus caſibus requiritur etiam vltra prædicta remedia temporalis recompenſatio.

Primus eſt, quando ſpirituali damno annexum eſt damnum corporale, vt ſi vulnerauit eum, quem per violentiam induxit ad peccandum.

Secundus eſt, quando quis per vim aut fraudem in eum ſtatum peccati eſt inductus, a quo ſine temporali ſumptu eripi non poteſt, vt ſi femina per violentiam alterius adeo ſit libidini expoſita, vt reuocari non poſſit abſque eo, quod matrimonio copuletur, vel Religionem ingrediatur, tunc enim qui cauſam dedit tanto malo, teneretur illud temporale diſpendium ſubire.

18 TERTIVM Dubium: An facienda ſit reſtitutio in bonis ſpiritualibus Naturalibus, vel ſupernaturalibus pertinentibus ad perfectionem intellectus, quæ vocantur ſpiritualia naturalia, vt ſunt ſcientiæ, artes, memoria, fides, doctrina, & omnis alia bona cognitio, & inſtructio? & quomodo fieri debet reſtitutio in iſtis.

Reſpondeo cum Caietano in ſumma in verbo. Reſtitutio. cap. 7. in fine. Martino Ledeſmio 2.4. quæſt. 18. art. 2. pag. 241. colum. 1. Petro Nauarro. libro 2. de reſtit. cap. ſecundo, nume. 4. & Martin. Naua. in Manuali. cap. 14. num. 45. Petro de Arragon. in 2.2. quæſt. 62. art. ſecundo. & Michael Salon ibi controuerſia 2. concluſ. 3. & alijs communiter, idem dicendum de his, ac de nocentibus in corporalibus. vnde is, qui ex officio vel ſtipendio tenetur docere, etiam omnia damna inde ſequuta, reſtituere tenetur, quæ ob notabilem eius negligentiā proximus patitur. Et ita qui habens docendi officiū ſua negligentia ignorantem diſcipulum parit, ſiue ſit vera ſcientia, vt Theologia, Philoſophia, &c. ſiue ars, vt Grammatica, Rethorica, &cet. & qui accipiunt famulos, vt eos vel ſcribere, vel ſuam artem doceant texendi, pingendi, ſarciendi, &c. ſiue etiam ſit ſupernaturalis inſtructio, ut catechizare, prædicare, confeſſiones audire, & ſacramenta conferre, tenetur reſtituere damna ex eius notabili negligentia ſecuta in proximis.

19 Hinc infertur, quod Hæreſiarcha, & qui diſſeminauit errores aliquos, tenetur illos non ſolum reuocare, ſed etiam veritatem docere, & hoc ſiue ex officio, ſiue non haberet legendi munus, quando errores illos docuit, & ſiue ſciens, ſiue ſcire debens falſitatem docuit; Eſt tamen hæc differentia inter eum, qui ſciens, falſitatem docuit, & eum, qui putans dicere verum, falſitatem docuit, quod is, qui formaliter decepit, id eſt, ſciens, & prudens falſum docuit, non ſolum ex charitate, ſed etiam ex iuſtitia errorem ſuum reuocare tenetur, etiamſi ex officio non habeat: Qui vero materialiter ſolum decepit, hoc eſt, putans dicere verum, docuit falſum, ſi poſtea verum reſciuerit, reſpectu priſtini erroris, tenetur ſolum ex charitate ſuam ſententiam reuocare: at vero reſpectu futuri mali, tenetur etiam ex iuſtitia remedium adhibere, alioquin reus eſt damnorum, quæ inde fuerint ſubſequuta. Sic Lector, Doctor, Aduocatus, Confeſſor, Prædicator, cum hi

veritatem ex officio docere teneatur,ſi falſum doceant, tenentur ex iuſtitia veritatem, & docere,& errorem reuocare.Medicus etiam,qui aliquod medicamentum nociuum conſuluit malitioſe, ſtatim: ſi ignoranter,quam primum id intellexerit,oppoſitum ſuadere tenetur,& dare operam, ne ſumat in illud medicamētum:quod ſi hoc negligat, ne ignarus,& indoctus habeatur, & periclitetur eius fama & opinio,peccat mortaliter contra iuſtitiam,& dāna inde ſubſecuta reſarcire tenetur.

Addit autem Martinus Ledeſm. vbi ſupra,quod ſi non poteſt iam reuocare errorem ſuum, v.g.quia iam ſumptum eſt medicamentum, tenetur ſatisfacere pecunia vel alijs bonis,ſicut in nocumētis corporis, ad arbitrium boni viri ſecūdum qualitatem, & quantitatem nocumenti illati. Ratio eſt,quia in omnibus prædictis illata eſt iniuria,& iniuſtitia cōtra Domini voluntatem, & ideo ratione talis iniuriæ, & iniuſtitiæ tenetur ad ſatisfactionem ad arbitrium prudentis viri,vt dictum eſt.

20 Ex quibus conſtat,quid ſentiendum ſit de reſtitutione facienda in bonis animæ naturalibus, vt in memoria,& intellectu, & alijs potentijs quæ per accidens lædi poſſunt ex læſione ſenſus, & memoriæ, v. g. ſi quis potione dementet aliquem, vel ſit cauſa quod memoriam perdat: vt enim præfati authores communiter tradunt,reſtitutio facienda eſt in his,ſicut in damnis corporalibus.

21 QVARTVM Dubium. An qui impedit, auocat,& abſtrahit volentem ingredi religionem, & vel ingreſſum iā Nouitiū,aut profeſsū extrahit peccet,& ad reſtitutionem teneatur? Pro cuius dubij intelligentia,& ſolutione,tria ſunt annotāda priuſquam Doctorum de hac rē ſententias afferamus.

Primum eſt, ſtatum religionis, eſſe ſtatum perfectionis, in quo homines perpetua obligatione ſe coſtringūt ad ea, quæ ſunt perfectionis cū quadā ſolemnitate, rerum omnium temporaliū, etiā quibus licite vti poterant vſura, & dominiū a ſe abdicantes,vt liberius Deo vacent,in quo perfectio huius vitæ conſiſtit,vnde certū eſt,eū,qui in hac re dānū alicui infert,maxime ei nocere dū ab eo quaſi auferat mediū efficaciſſimū ad felicitatē cōſequendā.

Poteſt autem quis duobus præcipue modis a religione auocari,vno modo directe perſuadendo,vt exeat,vel vt non intret:Alio modo indirecte, perſuadendo exitum vnius religionis, vt tranſeat ad aliam. Et hoc vltra tripliciter contingere poteſt, primo ante ingreſſum,ſecundo poſt ingreſſum,ſed ante profeſſionem,tertio poſt profeſſionem.

22 Secundum eſt,retractio alicuius a propoſito religionis,tripliciter fieri pōt,vno modo,ita vt fiat bono aīo,& intētione recta; Alio mō, vi, ac aīo malo prauaq.ītētione; Tertio deniq.neq. vi neq.deceptione,ſed blāditijs, & medijs illicitis cōtra charitatē.

Tertium eſt,in huiuſmodi extractione a religione, duplex poteſt conſiderari iniuria, vna reſpectu ipſius extracti; Alia reſpectu ipſius religionis,vnde eſt extractus,& conſequenter duplex eſt conſiderāda reſtitutio.His poſitis

Prima opinio eſt Scoti quarto diſt.15.quæſt.3. ad ſecundum. Paludan.4.diſt.15.quæſt.2.art.2.concluſ.1.Richard.4.diſtinct.15.ar.5.quæſt.4.ad octauum.Ioannis Bachoni in 4. diſt.23. quæſt.1.art.4. ad quartum. Ioan. Maioris in 4.diſt.15. quæſt.17. dub.vlt.Gab.4.diſt.15.quæſt.17.ar,3. dub,1,Summæ Aſtenſis p,2.lib.5.tit.29.ar.2.quæſt.4.quæſtiuncula vltima,Piſanel.verb.reſtitutio.7.§.5.verſ.Pr dicta autem damnificatio.in fin. Angeli in verbo religio.§.63.S.Antonini p.3.tit.2.cap.2.Sylueſtr verb.reſtitu 3.q.1.§. ſecundum. & Tabienæ verbo reſtitutio.num.11.§. Decimo quęritur in fin.Adr. in 4.in materia de reſtitutione bonorū animę in reſpon.ad quintum, & fauet S. Thomas in 4.diſt.15. quæſt.3.art.1. & omnium Doctorum antiquorum, quæ in his dictis conſiſtit.

23 Primo,quicunque efficaciter ſuo conſilio,vel auxilio facit,vt quis religionem iā profeſſus,aut nouitius exeat a religione, tenetur pro poſſe, vt ſuadeat ei reditū in religionem, quod ſi perſuadere hoc nequeat, tunc tenetur vt alteri æquiualenti ingreſſu illius religionis perſuadeat, quod ſi neutrū horum poterit,tenetur ipſe religionem illā ingredi, ſi vtilis fuerit, aut eſſe poterit eidem religioni: Quod ſi nullum horum poterit, tenetur reſtituere alia bona pro illo dāno compenſata qualitate religionis læſæ,& quantitate damni,& poſſibilitate dānificatis ad arbitrium bonorū virorum, & hoc generaliter ſeruandū eſt,quandocunq. dānum in ſe reſtitui non pōt, quoniam ad impoſſibile nemo obligatur.

24 Secundo,qui reuocat aliquem volentem ingredi religionē, ſi id dolo,& mala mente, aut ex odio religionis faciat,tenetur reſtituere in bonis tēporalibus,aut alium quærere, qui ſit monachus in eadē religione,non tamen tenetur ipſe religionem intrare pro illo, quem ab ingreſſu religionis admit.

Probant hoc,quia qui diſſuadet diuiti eleemoſinam, quā volebat dare pauperi,aut teſtatori legatū quod volebat alicui firmo animo mandare,tenetur ex iuſtitia eleemoſinam illam reſtituere pauperi illi, & legatum, cui teſtator mandare volebat, etiamſi illa pendeant ex libera voluntate eorū;quia impediuit illum a bono,ad quod erat in proxima potentia;ſicut qui cōburit ſegetem in herba ante meſſem, tenetur reſtituere ad arbitrium boni viri, non ſolum herbæ illius valorem, ſed aliquid amplius, quia erat in proxima potentia ad meſſem. Sed quando quis animo firmo ſtatuit hanc religionem ingredi, religio erat in proxima potentia ad omnia lucra,& vtilitates, quas ex illo habere poterat,etiamſi id ſit in libero arbitrio volentis ingredi religionem aut profiteri. Ergo tenetur damna hæc religioni reſtituere,curando vt alius intret religionem,aut curare,vt ſic diſſuaſus redeat,aut alio modo reſtitutionem in temporalibus facere.

25 Tertio docent præfati Doctores, ſi quis reuocet aliquem a religione bona fide, & mente, nempe propter bonum illius, qui volebat ingredi religionem, quia cognoſcebat mores eius, qui non expediunt religioni,quia eſt mutabilis,leuis,aut iracundus,tunc nullam reſtitutionem facere tenetur. Ratio eſt,quia tunc nulli nocet,nec reuocato,nec religioni,immo vtiliter rem vtriuſque egit.

26 Quarto, ſi quis reuocat aliquem ab ingreſſu religionis propter ſuā propriam vtilitatem temporalem,nempe reuocantis, vel quacunq. alia de cauſa, hoc ſolum dempto ſi reuocaret eo quod cognoſcit quod mores ipſius reuocati nō expediunt religioni, non tenetur quidem aliquid reſtituere religioni,ex eo quod ille nō intendebat alicui nocere

ſed ſibi prodeſſe,in re ſibi licita; Tenetur tamen reſtituere illi reuocato bonum illud ſpirituale,qđ propter illud perdidit,ex eo quod non intrauit religionem. Ratio eſt, quia nocuit illi in illis bonis.

Secunda opinio eſt alteri oppoſita ſaltem in primo dicto,ita. ſ. vt nunquam auocans aliquem a religione,ſiue nouitium, ſiue iam profeſſum, teneatur ipſe ad religionis ingreſſum,eſt Soti lib.4.de iuſti.& iure.quæſt.6.ar.3.ad ſecundum.Mart.Ledeſ. 4.q.18.ar.2.dub.1.pag.239.col.4.Mart.Naua.in Manuali c.12.nu.45. Petri Naua.lib.2.de reſtit.ca. 2.nu.12.& ſeq.Petri de Arragon in 2.2.q.62.ar.2. & ibi Michaelis Salon controuerſia 3.& Gregorii de Valentia to.3.diſpu.5.q.6.punct.5.& aliorū recentiorum. Quia vero ēt hi authores in aliquib.cū Doctoribus primæ ſnīæ conueniunt, ideo quid in hac materia probabilius mihi videtur dicendum, ſequentibus propoſitionibus breuiter exponam.

7 Prima Propoſitio: qui bono animo & intentione volentem ingredi religionem impedit, & diſſuadet, neque peccat,neque ad reſtitutionem aliquam religioni,aut diſſuaſo faciendam obligatur. Sic Sotus, Martinus Ledeſmius, Petrus Nauarrus vbi ſupra,nu.13. Martin. Naua.vbi ſupra. Arragon, Salon, & Gregorius de Valent. locis proxime allatis, & ipſemet etiam Adrianus, vbi ſupra quando, inquit,id iuſta de cauſa facit,vt mox dicemus. Ratio pro priori parte eſt, quia fieri poteſt, vt potius quis mereatur diſſuadendo religionem,puta quando ob iuſtas cauſas id faceret: Iuſtæ autem cauſæ eſſe poſſunt,ſi parentes ingreſſuri eſſent in magna aliqua neceſſitate,& eius opera indigerent.Item ſi ingreſſurus eſſet debilis,& infirmus, ita vt labores,& onera religionis ſuſtinere non poſſet: Item ſi ob aliquod impedimētum eſſent inhabiles ad religionem, vt ſi eſſet coniugatus, & ſine conſenſu vxoris religionem ingredi vellet: Item ſi diſſuadens,vt ait Nauarrus, commodum ſpirituale haberet ex eius conuerſatione, quo priuaretur ex eius ingreſſu ad religionem, & hoc maxime quando alter ingredi vellet religionem, in qua non ita bene ſecundum diſciplinam regularem viuitur. In his enim, & alijs ſimilibus caſibus nullum eſt peccatum diſſuadere alicui religionem,neque incideret in Canonem Concilij Tridentini Seſſion. 25. de Regula. cap.18. vbi excommunicantur omnes, qui ſanctarum virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. Quamuis enim bonū religionis ex genere ſuo ſit opus ſupererogationis, & ideo licitum, nec aliquo conſilio indiget, nihilominus tamen quod huic in particulari,hic,& nūc conueniat,aut expediens ſit,cum his vel illis circūſtantijs poteſt in conſultationem cadere, vnde ſi quis bono animo diſſuadeat attentis omnibus circunſtantiis,non peccabit.

Ratio pro ſecunda parte eſt, quia vbi non eſt iniuria,aut iniuſtitia,ibi nulla eſt reſtitutionis obligatio ex iuſtitia. At vero in hoc caſu nulla infertur iniuria vel ipſi diſſuaſo,vel religioni,aut cōſtat: Nō ipſimet diſſuaſo,quia ſcienti,conſentienti,& volenti non fit iniuria. Regula,ſcienti,de reg.iuris.lib.6. Et ſemper ſi vult non obſtante meo conſilio, aut diſſuaſione,poteſt ingredi. Sed neq; aliqua religioni infertur iniuria, cum religio nondum ius aliqđ acquiſierat in eum, qui religionem ingredi voluit, ſicut neque ius aliquod acquiſiuit in nouitium, ita vt ex iuſtitia oriatur obligatio reſtitutionis, quando bono animo diſſuadet profeſſionem.

28 Secunda Propoſitio: Qui volentē religionem ingredi impedit,aut diſſuadet mala fide, peccat,ad reſtitutionem tñ aliquam diſſuaſo,aut religioni faciendam non tenetur. Sic Sotus,Ledeſmius, Petrus Naua. Martinus Naua. Arragon,Salon, & Grego. de Valentia locis in ſecunda opinione allatis

Quod peccet manifeſtum eſt, & excommunicatus eſt per Concilium Trid. vbi ſupra, ſi ſine cauſa id diſſuaſerit.

Quod vero ad reſtitutionem non teneatur, aut diſſuaſo aut religioni,manifeſtū eſt,primo,quia nō eſt facienda ipſi diſſuaſo,cum ſit ei voluntarium: Secundo,nec monaſterio,ſeu religioni,quia quod monaſterium in hoc caſu prætendere pōt, depēdet ſemper a volūtate illius volentis religionē ingredi, qui poterat a propoſito retrocedere. Ergo ſi ſua ſpōte mutet voluntatē,nulla reſtat obligatio reſtituēdi. Quæ ēt propoſitio confirmari pōt, quia qui ſine fraude, & dolo ſolis perſuaſionib. etiam malo animo ſuadet alteri, ne mandet aliquod legatum Petro,vel ne det eleemoſinam, quāuis peccet contra charitatē, non tamen contra iuſtitiam, nec ad aliquā reſtitutionem tenetur,eo quod Petrus, & pauper ille non habent adhuc ius acquiſitum, nec ſunt expoliati aliqua re ſua, animus vel voluntas, quæ mutari poteſt,non confert ius, nec ex altera parte malus animus, & intentio diſſuadentis religionem valet inducere obligationē reſtitutionis, quando non violatur iuſtitia, vt ex dictis conſtat.

29 Tertia Propoſitio; Qui malo aīo,ſine fraude tamen aut vi, Nouitium a religione retrahit,quamuis peccat contra charitatē, & proinde maiori vinculo charitatis tenetur ſuadere illi religionem,quā in caſu ſecundæ propoſitionis,ad reſtitutionem tamen aliquam non tenetur,aut ipſi diſſuaſo, aut religioni. Non diſſuaſo,quia vt dictu eſt,egreſſus illi eſt voluntarius. Et quia pernicioſius eſt hoīem in peccatum contra legem diuinā inducere,quā a conſilio religionis retrahere, qui vero adducit hoīem contra Dei præceptum in peccatum,ſine fraude, & iniuria, non tenetur ad vllam reſtitutionem illi faciendam,vt ſupra dictum eſt. Ergo nec tenetur ille,qui alium a religionis ingreſſu abduxit.

Nec religioni, quia religio adhuc nō habet ius in nouitium,quāuis ſit in proximo: Et patet a ſimili, ſi quis enim diſponentem intrare aliquam religionem in particulari,ad aliam ſaltem æquiualentem diuertat,non eſt debitor priori conuentui,aut religioni. Ergo neque in caſu propoſito religio habet aliquod ius, quod Petrum,v.g. obliget ad reſtitutionem,etiam ſi ſimpliciter a religione extraxiſſet. Ratio vr̄ eſſe manifeſta. Quia ante votorum emiſſionem, & acceptionem, religio non habet ius in Nouitium,aut promittit,ſicut in votis realibus, & in omni promiſſione contingit; Emiſſio autē & promiſſio ex parte Nouitij & acceptatio ex parte religiionis,ſeu Monaſterij fit per profeſſionem. Ergo ante profeſſionem nulla fit Religioni iniuria,ſicut in legatis contingit.

Qui enim ſine vi, & fraude aliquem etiā diſpoſitum,& paratum ad dandam eleemoſinam,a legato faciendo,ſeu eleemoſina danda etiam malo animo auertit,nullam legatario facit iniuriam,qui nō aliter ius habebat, quam media teſtatoris voluntate. Vnde qui ſine vi, & fraude illius voluntatem auertit,& mutat, nihil alteri ex iuſtitia reſtituere tenetur. Et hanc concluſionem defendunt Martinus Ledeſmius,Sotus,Petrus Nauarrus, Martinus Nauarrus, Petrus de Arragon, Michael Salon, & Gregorius de Valentia, locis ſupra commemoratis.

30 Quarta Propoſitio: Qui malo animo, ſine vi tamen, & dolo monacho profeſſo perſuaſerit exire a religione,ex hoc ſolum,ſi aliud non intulit nocumentum,quamuis grauiter peccet,vt conſtat,ad reſtitutionem tamen aliquam non tenetur,aut extracto,aut religioni. Quæ propoſitio expreſſe defenditur a Martino Ledeſmio in 2.4. quæſt. 18.arti.2. pag.240.col.1.Soto lib.4.de iuſtitia & iu.quæſt.6. art.3.in Reſponſ. ſecuudum argumentum conclu. 2.Petro Nauarro lib.2.de reſtit,cap.2. num.23.& Michael.Salon in 2.2 quæſt.62.arti.2. controuerſ. 3.concl.2.& eſt cōtra Paludanum, & Richardum, Antonium,Adrianum,& Gregorium de Valentia to.3.diſpu.5.q.6. puncto 5. qui volunt obligari ad reſtitutionem in hoc caſu religioni faciendā. Probatur tamen noſtra hæc propoſitio.

Primo non tenetur ad reſtitutionem Monacho faciendam,quia ipſe volens exiit, & ideo illi non fit iniuria.

Quod vero non teneatur ad reſtitutionē aliquā religioni,probatur,Quia ſi ipſe Monachus ſua ſponte exiret,non teneretur ad aliquam reſtitutionem religioni, quamuis redire tenetur ratione obedientiæ,& voti,quo erat obligatus. Ergo nec alius perſuadens tenebitur.

Deinde idem probari poteſt argumento fortiori. Quia vel tenetur reſtitutionem facere religioni ratione lucri,& vtilitatis ceſſantis,Monaſterio,aut religioni: vel ratione perſonæ extractæ: Non ratione lucri ceſſantis.Quia reſtitutio facienda eſt,quando quis priuatur re iam poſſeſſa, vel ſibi debita ex iuſtitia,vt conſtat; At vero lucra,& emolumenta Monachi iam acquiſita, & habita,ſunt tantum debita religioni ex iuſtitia,vnde qui illa Prælato non offert, eſt furti iudicio condemnandus, vt ait D. Auguſtinus; Quæ vero nō ſunt adhuc acquiſita ſed tamen acquiri poſſunt, non ſunt debita religioni ex iuſtitia,ſed ſolum ex obedientia,& ideo hæc obligationem reſtitutionis ex iuſtitia non inducunt. Minor facile oſtendi poteſt.Quia ſi Monachus apoſtataret,etſi tenetur ex obediētia redire ad religionem, a nullo tñ obligatur, vt quæ toto Apoſtaſiæ tempore acquirere poterat, reſtituat, etiam ſi haberet vnde poſſet.

Similiter ſi in Apoſtaſia permanſerit aliquot annis,& deinde per ſedem Apoſtolicam,cum ipſo diſpenſetur, vt habeat beneficiū, a nullo obligatur, vt ex redditibus ſui beneficii,aut aliunde reſtituat, quæ tempore ſuæ Apoſtaſiæ lucrari poterat ſuæ religioni. Ergo quæ nondum acquiſiuit actu, ſed poteſt lucrari,non ſunt debita religioni ex iuſtitia.

31 Deinde,ſi Monachus præfectus cathedræ,aut ex aliorum perſuaſionibus, aut ex propria,adhuc manens in religione, omitteret legere lectiones debitas,propter quod prouentus, qui proueniunt Monaſterio minuerentur,non teneretur conſulens,aut ipſemet Monachus illud lucrū ceſſans reſtituere, etiāſi haberet vnde poſſet: Ratio eſt,Quia Monaſterium non habet ius ad illos redditus,& prouentus niſi ſuppoſita illius voluntate legendi.Ergo lucra Monachi nondum acquiſita,non ſunt debita ex iuſtitia Monaſterio,aut Religioni.

32 Obiiciūt aūt contrariæ ſententię authores de. cap. Si ſeruus, diſt.54. vbi Epiſcopus ſcienter ordinans ſeruū alienum ſacris ordinibus,tenentur non ſolum æquiualens, ſed etiam duplum Domino reſtituere,& hoc,quia facit contra ius Domini.Ergo pari ratione extrahens profeſſum à Religione, tenetur reſtituere,cum faciat contra ius Prælati,& Religionis.

Reſpondeo tamen cum Soto, Martino Ledeſmio, Michael Salon, & Petro Nauarro locis ſuperius commemoratis, diuerſam eſſe rationem ſerui ad Dominum,& Religioſi ad Prælatum ſeu Religionem; Quamuis.n.Monachus addictus ſit religioni,non tamen,vt ſeruus,aut mancipium Domino, ſed vt filius Patri. Dominus.n.habet dominium in ſeruū ex iuſtitia tanquā in rem ſibi vtilem; Eſt.n. ſeruus aliquid Domini ſui,ſicut fundus, vel equus: Religio aūt ſeu prælatus non habet dominium in religioſum,ſed ſolū ius obedientiæ. Qui.n.ſeipſos diuino ſeruitio manciparunt, ſi obligati ſint religionis voto non tamen poſſidentur,vt ſerui ad prælatorum commodum temporale,ſed ob ſuam ipſorum ſpiritualem vtilitatem, vnde religioſus nō dr̃ aliquid religionis, neque in vtilitatem religionis, ſed potius religio eſt in vtilitatem religioſi. Adeo vt religionis ſeruitus libertate plena eſſe dr̃. Hinc D.Baſilius in ſua regula,de prælatis ait. Patres ſe agnoſcant,non Dominos.& D. Augu.in ſua ait,Ille aūt qui nobis præeſt,non ſe exiſtimet poteſtate dominante,ſed charitate ſeruiente felicem. Et paulo poſt;ſuperiori tanquam Patri obediatur. Et idem clare ſatis illis verbis ſignificauit Chriſtus,Luc.22. Principes Gentium dominantur eorum,vos autem non ſic.Quia igitur religioſus longe aliter ſe habet ac ſeruus, ẽt ſi exeundo e religione teneatur redire rōne voti,& promiſſionis,non tamen tenetur ex iuſtitia ad aliquid reſtituendum religioni pro tempore,quo extra religionem manſit: ita qui illum perſuaſionibus ſeduxit,& e religione exire fecit,ad nihil reſtituendum ex vi iuſtitiæ tenetur,ſed ſatis eſt, quod eum hortetur, vt ad religionem redeat.

33 Quinta Propoſitio: Qui vi,& fraude aut minis remouet ingreſſurū religionem,peccat,& tenetur reſtituere,non religioni,quæ nullum ius adhuc habet in illo,ſed nec vllū ius habuit,ſed diſſuaſo,& diſtracto reſtituere debet,ſ.eandem libertatē,quam abſtulit,vi dolo ac deceptione, remouendo vim,vt libere poſſit redire ſi velit, tenetur etiam aperire ei veritatem,& procurare,vt iterum animū religioſum concipiat,quod ſi nolit,nulla alia reſtitutionis obligatio manet,vt conſtat ex dictis:Ratio eſt,quia tunc in ſua libera eſt poteſtate, vt redeat,vel non redeat, & ideo ſi remota vi, & detecta fraude religionē ingredi noluerint,ſibi ipſi totum damnū imputet.Sic Ledeſmius, & alij ſupra Arrago. Salon.

34 Sexta Propoſitio: Qui Nouitium, aut profeſſum per iniuriam extraxit a religione, ex quibus

præſenæſentia vtilitas aliqua tēporalis proueniebat religioni,ſiue vtilitas illa prouenerit ex induſtria per ſonæ,ſiue ex paterna hærdeitate,tenetur ad reſtitutionem & damnum religioſo,& religioni illatum. Sic Sotus,Ledeſmius, Salō,Arragon, & alij vbi ſupra:Dicitur autem per iniuriam retrahere aliquem a religione, qui per vim,aut fraudem id facit.

Ratio eſt, quia nocens alteri cum iniuria tenetur reſarcire damnum illatum;qui vero fraude,aut vi extrahit nouitium,aut profeſſum, iniuriā infert tam extracto,quam religioni; Religioſo quidem, quia vbi fraus,ibi iniuria;Religioni autem, quia licet religio non habeat ius iuſtitiæ in Nouitium, aut profeſſum,habet tamen ius, ne quis per vim, aut fraudem diuertatur, & extrahatur, & ita arbitrio boni ac prudētis viri reſtituerūt damna illata. Si.n. qui eccleſiam per dolum, aut vim expoliaret, aut lucra illi obuentura impediret,tenetur ad arbitrium boni viri reſtituere damnum illatum eccleſiæ:Ergo etiam,& qui expoliat vi,aut dolo religionem ſuo profeſſo,damna illata reſtituere tenetur.

Eſt tamen diſcrimen in reſtitutione facienda; Si enim non profeſſus, & vi,aut fraude extraxit,ſolū facienda eſt ei reſtitutio libertatis demptæ, remouendo vim,& fraudem,& hortādo,vt redeat ad religionē;Si vero erat profeſſus, pręter reſtitutionē eodem modo prædicto faciendam,tenetur etiā religioni totum illud lucrum reſtituere,quod durante illa fraude,& vi religio ex illo homine erat conſecutura,quia ſcilicet erat Doctor,vel alio modo vtilis Religioni: Quæ vero lucra eſſent obuētura religioni poſt propalatam fraudē, vel ſublatam vim nō tenetur reſtituere.Quia etſi religio, vt diximus, non habuit ius, & iuſtitiam in religioſum, ſed ſolū ius Prælationis,& obedientiæ, ex illo tamen iure prælationis,& obedientiæ,poſſidet religioſum tāquam membrum quoddam ſui Monaſterij, & Religionis, vnde etiam patitur damnum, ex eo quod extrahitur religioſus,cuius non ſolum operarum, ſed etiām lucri religio erat in poſſeſſione; præſertim quia religioſus ob votū paupertatis, quicquid acquirit,religioni,ac Monaſterio ſuo acquirit adeo vt diſponere nequeat de his, quæ lucratur,ſed omnia cedunt religioni.

Illud autē obſeruandum eſt,quod cum huiuſmodi lucra ſint in ſpe, & non in re, reſtitutio facienda erit ad arbitrium viri prudentis, conſiderando hoc lucrum variis contingentiis ſubeſſe,vt pręfati authores communiter tradunt.

35 *Septima* Propoſitio: Qui profeſſum a religione extraxit,ſiue perſuaſione,ſiue vi,& fraude,nō tenetur ipſe intrare religionem,nec aliū loco illius ſubſtituere,& a fortiori ſi non erat profeſſus extractus. Sic Sotus lib.4.de iuſtitia.q.6.art.3. ad ſecundum, concl.4.Mart.Ledeſm.2.4.q.18.art.2. dub.1. concluſ.4.pag.240.col.1. Ioan Maior. in 4.diſt. 15.q. 17.Mart. Naua.in Manuali. cap.12. nu.45. Petrus Naua.de reſt.lib.2. cap.2.nu.22. Michael Salon in 2.2.q.62.art.2.controu.3.concl.3. & Petrus de Aragon.ibid.& alij recentiores communiter. Quæ propoſitio expreſſe oppoſita eſt primo dicto authorum primæ ſententiæ,vt conſtat.

Probatur autem hæc propoſitio, quia vota religionis ex iure Diuino, & ſua natura ſpontanea, & libera eſſe debent,& eatenus in conſilio ſunt, quatenus ſunt libera,vnde nulla vi,nullo metu,aut delicti commiſſione poteſt quis compelli, vt religionem ingrediatur, nulla enim culpa,aut peccatum mutare poteſt ius diuinum,aut naturam ſtatuū qui ſunt in eccleſia. Vnde Chriſtus volentibus tantum dixit,Matth. 19.ſi vis perfectus eſſe,vade,& vende omnia,quæ habes,& da pauperib.& veni,& ſequere me.Quamuis ergo grauiter peccat,qui religioſū exire facit, non tamen tenebitur ipſe religionem intrare. At vero ſi in caſu noſtro teneretur diſtrahens religioſum, ingredi religionē, huic votum eſſet in præcepto,contra naturam ipſius voti.

36 Deinde hoc ipſum patet ex vſu, & conſuetudine eccleſiæ vniuerſalis, quæ licet vel adulteros, vel hereſiarchas,vel alias delinquentes intra Monaſteria aut etiam intra cancellos arctiſſimos occludat, nullum tamen cogit religionem intrare:Immo vero expreſſe decernit eccleſia,nec quis aliqua de cauſa,aut titulo ad profeſſionem emittendam compellatur, & hoc ſub pœna excommunicationis, vt habetur in ſynodo Tridentina ſeſſ.25. de Regul.cap. 18.& cap.15.eiuſdem ſeſſionis,annum probationis vnicuique concedit,vt deliberare poſſit,an illam profiteri velit, adeo vt profeſſio aliter facta nulla, & irrita ſit.

37 Tertio, quia ſuſceptio fidei eſt magis neceſſaria quam ſuſceptio religionis, cū illa ſit ſimpliciter ad ſalutē neceſſaria,hæc non;ſed ad fidē ſuſcipiendam nullus cogi pōt, vt expreſſe docet S.Tho.2.2.q.10. ar.8.& alij poſt eū, Rich. in 4.d.6.ar.3.q.3. Palu.in 4.d.4.q.4.art.3.Durand.ead.d.q.6. Sotus in 4.d.5. q.vnica,art.10.& alij Theologi cōiter. Et colligitur ēt ex multis iuris canonici decretis, vt ex cap. Maiores.de Baptiſmo & eius effectu. & ex c.Sicut Iudæi.de Iudę.& c.de Iudęis.d.45.Ergo multo minus ad ſuſcipiendam religionem.

Quarto,quia ſi iſte intret, & voueat,& qui exierat, poſtea redeat, vt tenetur, ſic religio haberet duos pro vno,aut qui primo ingreſſus erat,non obſtāte voto exire etiam poterit, quod abſurdum eſt.

Quinto, quia contingere poteſt, vt extractus a religione ſit idiota, indoctus, & parum vtilis religioni;Econtra vero qui extraxit,doctiſſimus, vnde ſi hic intrare compelleretur, non fieret æqualitas reſtitutionis. Non ergo compelli poteſt quis,vt religionem intret,& profiteatur.

38 Et exemplum Magiſtri Raymūdi,qui venit ad religionem Sancti Dominici, vt referunt Paludanus, Syluеſter& alii, eo quod Nouitio exire perſuaſerat, quem poſtea ad religionem reducere non poterat, argumentum potius eſt Diuinæ vocationis,quam obligationis Diuinæ, vel humanæ. Vnde conſtat, quid de primo dicto ſententiæ primæ dicendum ſit.

Hinc conſtat, quid de exemplis allatis in dicto ſecundo reſpondendum ſit: Qui namque impedit pauperi eleemoſinam,vel alicui legatum ſine dolo, aut vi,ſolum peccat contra charitatem,non autem cōtra iuſtitiam,quia pauper iſte, vel legatarius non habebat adhuc ius acquiſitum in rem illam, ſeu legatum: Quia vero habet ius a natura, ne quis vi, aut dolo impediat voluntatem teſtatoris volentis aliquid ipſi mandare, hinc fit, quod impediens vi, aut dolo,tenetur reſtituere,quia vbi interuenit dolus,aut vis,eſt iniuria, & iniuſtitia; & idem dicendum eſt in caſu propoſito; Quamuis enim religio non habet ius acquiſitum in volentem intrare, ſed ſolum in ſpe, & in proximo, ſicut etiam in lucra profeſſi nondum acquiſita actu, ad hoc tamen ne quis vi, aut dolo impediat volentẽ intrare, aut profiteri, aut profeſſum vi extrahet, habet ius acquiſitum actu, eo ipſo, quod talis religio ab eccleſia approbata ſit. Et de hac quæſtione hæc ſint ſatis.

De reſtitutione damni in bonis corporis.
Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Per damnum in bonis corporis illatum intelligitur læſio vitæ corporalis, aut organorum, & membrorum, quæ duplex eſt.*

2 *An iniuſte occidens, & mutilans aliquid reſtituere teneatur.*

3 *In rebus, quorum reſtitutio fieri nequeat, vt occiſione quid reſtituere tenetur? Quatuor adſunt authores, & præcipue Scotus.*

4 *Scoti Doctrina uniuerſaliter uera eſſe non poteſt. Quare.*

5 *Tenetur homicida reſtituere omnia damna illata in temporalibus ex tali homicidio, ut medicinis, &c.*

6 *Immo compenſare debet damna, & lucra, quæ occiſus, aut vulneratus paſſurus eſt, aut lucraturus.*

Quæ circunſtantiæ tum in occidente, tum in occiſo conſiderandæ, qualis ſatisfactio requiratur.

7 *Expenſas funeris ſoluendas, ut primus omnium docuit Mart. Nauar. authori diſplicet, & refutatur.*

8 *De eo, qui cũ occiſus eſt, habuit aliquos redditus annuos, aut officium aliquod per tempus uitæ, qualis reſtitutio facienda.*

Vir bonus, & prudens in hac materia, ad cuius arbitriũ reſtitutio facienda, quis cenſetur, ibid.

9 *An qui nocuit ſolum in bonis corporis, unde nullum aliud damnum in temporalibus, aut detrimentum ſubſecutum fuerit, talis occidens, aut mutilans ad aliquam reſtitutionem teneatur. Quid ſenſerit Nauarrus, & Sotus.*

10 *Sententia communior, & uerior contra Nauar. in quibus fieri non poteſt reſtitutio, debet fieri recompenſatio, qualis poſſibilis eſt ad arbitrium prudentum.*

11 *Soluitur ratio Nauarri, & ad teſtimonia legum, quas pro ſe adducit, reſpendetur.*

12 *Quib. fieri debet compenſatio, quando ex damno corporali nullum ſequitur detrimentum in corporalibus.*

Conuenientior & utilior modus, quo occiſus adiuuari poſſit quis.

13 *Si læſus non conſentire uelit in rationabilem reſtitutionem, ſecurus erit lædens in conſcientia, ſi reſtituat ad arbitrium boni uiri.*

14 *Quibus facienda eſt hæc reſtitutio loco defuncti.*

15 *De tempore, quo occidens alere tenetur eos, quos occiſus ſuſtentabat, quid dicendum.*

16 *An huiuſmodi damnũ inferens alteri, ſi iubeat pœnã a lege, & iudice latã aliquid reſtituere teneatur proximo ſic vulnerato, aut occiſo pro damnis ſubſecutis.*

17 *An modus remittendi, quem facit occiſus, aut vulneratus ex charitate in uniuerſum remittat ſatisfactionẽ pecuniariam pro damnis illatis.*

19 *An reſtituendi obligatio tranſeat ad hæredes, ſi homicida uiuens non ſatisfecerit.*

20 *Quam reſtitutionem facere tenetur, qui nocet alteri i bonis corporis, unde aliud nocumentum ſequitur i bonis fortunæ.*

21 *Percuſſo, & uulnerato, qui omittit ex negotiando lucr acquirere, in quantum fieri debeat reſtitutio.*

22 *Quid reſtituendum, ſi ex uulnere non ſequitur aliud da num, quam ſignum in facie, uel alia deformitas.*

23 *Quid reſtituendum, ſi ex percuſſione non ſequitur da num in corpore, ſed ſolum in honore.*

24 *An occidens aut irremediabiliter uulnerans, aut mutilans ſoluere teneatur debita, quæ occiſus uiuens exſoluiſſet, aut ex labore, & induſtria creditoribus perſoluiſſet.*

25 *Ad quid teneatur, qui puellam uirginem defloraui, & an quãdo dãnum intulerit in ſpiritualibus, uel in temporalibus.*

26 *Qui uirginem uolentem, & conſentientem, aut ſeipſam inuitantem deflorat, ad nullam reſtitutionem, aut uirgini, aut parentibus regulariter faciendam tenetur.*

27 *Non obſtat, quod puella multa exinde damna patiutur, immo pater eiuſdem.*

28 *An aliquid reſtituendum, quando uirgo precib. & blanditijs fuit prouocata.*

29 *Qui per uim, fraudem, & dolum uirginem deflorat, tenetur reſtituere, & uirgini, & parentibus, etiamſi æquè bene nubat, ac ſi non fuiſſet uiolata. Et quid per uim intelligas.*

30 *Tenetur huiuſmodi perſona in foro exteriori, & interiori ſatisfacere.*

31 *Si Pater uirginis, & uirgo ipſa conſenſerint, an ſtuprator eam ducere teneatur.*

32 *Deflorans uirginem, ſi non promiſit matrimonium, tenetur ſolum reſtituere damna illata attenta qualitate perſonæ, quam uiolauit.*

33 *Si promiſit matrimonium uerè, & ex animo, tenetur eam ducere, nec aliter poteſt ſatisfacere, niſi ipſa contenta ſit alia compenſatione.*

34 *Si ficte ꝓmiſit puellę, quã uitiauit, tenetur eã ducere ſub natali, ſi ſit ei æqualis aut paulo inferior conditione.*

35 *Si ſit notabilter excedens in conditione diuitiarũ, & nobilitatis, & puella hoc ipſum aduertit, nec aduertere debuit illum habere animum deceptorium, licet deflorans mortaliter peccet, ad nihil tamen tenetur.*

36 *Qui mulieri corruptæ, quæ uulgo tamen uirgo habita eſt, ficte promiſit, etſi copula ſecuta ſit, cuiuſcũque ſit conditionis, non tenetur ſub peccato eam ducere, nec aliquid reſtituere, ſi occulte fiat.*

POſt explicationem eorum, quæ ad reſtitutionem bonorum animæ pertinent ordo poſtulat, vt de bonis corporis, ſeu de damnis, quæ in corpore inferuntur, pari modo, & breuitate dicamus. Antequam vero dubia in particulari proponamus, ſciendum eſt per damuum in bonis corporis illatũ intelligi læſionem corporalis vitæ aut organorum corporis, aut membrorum.

1 Quæ ſane læſio, vt recte notat Gab. in 4.d.q.15. artic.1. Notab.1. duplex eſt; Quædam enim infert damnum vltimum, ſcilicet mortem, vel mutilationem membrorum, aut vulnerationem talem, vnde redditur quis inutilis ad exercitium operationum naturalium ſibi debitarum; Quædam vero eſt læſio citra mortem, aut huiuſmodi mutilationem, aut vulnerationem extremam, qualis eſt vulneratio,

tio, aut debilitatio organi, vel membri curabilis, & nõ in toto tollens operationem naturalem, ſed aliquantulum eam impediens; In quo genere etiã reputantur verbera, iniqua detentio in carcere, in ſeuitute, aut aliquo ſimili loco, & modo. In quibus omnibus duplex damnum inferri poteſt proximo; vnum Naturale, ſcilicet priuatio boni naturalis, puta, vitæ, membrorum, libertatis, & huiuſmodi, alterum temporale in bonis externis, & hoc vel propter expenſas, quas cogitur facere ratione illiꝰ læſionis, vel quia ceſſat lucrari, quod fuiſſet lucratus, ſi ſic læſus non fuiſſet aut in carcere detentus, vt patet in artificibus, & alijs, qui ſuis operibus, & induſtria lucrari ſolent. De quibus omnibus agemus in ſequentibus. Quia vero vt dictum eſt ſæpius, obligatio reſtitutionis nulla eſt, niſi quando violatur iuſtitia, inde eſt, quod in hoc loco de eo ſolum agendum eſt, qui iniuſte alium occidit, aut mutilat; Qui enim iuſte occidit, licite legem iuſtitiæ non violat, aliquando tamen contra charitatem peccat, vt qui aggreſſorem etiam cũ moderamine inculpatæ tutelæ interficit, aut mutilat, ſi ex odio, & appetitu vindictæ faciat, & iudex, qui iuſtitia exigente hominem occidi facit ex odio, aut alia tamen paſſione inordinata annexa, ſed quia in his, & alijs ſimilibus caſibus ſolum charitatis, non autem iuſtitiæ leges violantur, nulla exinde reſtitutionis obligatio conſequitur. De eo igitur, qui iniuſte alium occidit aut mutilat,

PRIMVM DVBIVM eſt, An iniuſte occidẽs, aut mutilans aliquid reſtituere, & quam reſtitutionem facere teneatur?

In hac re, aliqua certa ſunt, aliqua vero incerta.

Primo certum eſt, Quod occidens hominem non poteſt reſtituere vitam homini mortuo, nec membrum, quod mutilauit, aut intantum debilitauit, quod inutile factum eſt ad naturales ſuas operationes, hæc enim ſolus Deus reſtituere poteſt.

Secundo certum eſt, quoties reſtitutio fieri non poteſt rei ablatæ, vt in prædictis caſibus contingit ſatis eſt reſtituere, quantum poſſibile eſt, æquiualẽs .n. vix videtur reſtitui poſſe. Sic S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad primum. Richard. 4. d. 15. ar. 5. q. 2. Gab. 4. d. 15. q. 15. ar. 1. Notab. 2. Syl. verb. reſtitu. 3. q. 2. §. primum. Mar. Ledeſ. 2. 4. q. 18. art. 2. in fine dubij primi pag. 241. col. 2. Sotus li. 4. de iuſtitia. q. 6. art. 3. in reſponſione ad tertium. Pet. de Arrag. in 2. 2. q. 62. ar. 2. & ibi Michael Salon controuerſia 4. ante concluſionem primam. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5.

3 Difficultas ſola eſt, quid reſtituere teneatur? In qua re Scotus in 4. d. 15. q. 3. §. De ſecundo. Summa Aſtenſis p. 2. lib. 5. ti. 29. ar. 2. Angelica verbo. reſtitutio. 1. in verb. homicida, & fauet Tabiena verb. reſti. num. 8. §. 7. Adrianus in 4. de reſti. q. vlt. & alij quatuor dicunt.

Primum eſt, quod vbi eſt lex talionis, vt occidẽs occidatur, tenetur patienter offerre ſe morti, & pati pœnam talionis, additque talem pęnam talionis tutam eſſe, vt ſcilicet homicida moriatur, quæ lex & legi, inquit, Moſaicæ, & rationi naturali conformis eſt, & in lege Euangelica a Chriſto confirmata, Matth. 26. omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit. Vbi autem talis lex ſtatuta non eſt, nullus debet eam ſibi inferre, quia nullus debet eſſe homicida ſui, ſine ſpeciali præcepto Dei.

Secundum eſt, Quod vbi lex talis nõ eſt, expedit vt exponat vitam ſuam pro bono communi, puta pro patria in bello iuſto, aut in bello contra inimicos eccleſiæ, offendit enim Rempublicam, cuius partem, ſcilicet hominem occiſum abſtulit.

Tertium eſt, Quod ſi neutrum horum præſtet, tenetur ex iuſtitia reſtitutionem ſpiritualem æquiualentem vitæ facere, quantum poſſibile eſt, vt ſcilicet pro anima occiſi faciat eleemoſinas, pro ea oret, Miſſas celebret, & alios procuret, qui pro ea etiam orent.

Quartum eſt, Tenetur homicida ad omnes expenſas, & damna, tam in vulnere, quam in medicinis, & alere filios, & alios, quos occiſus alere ſolebat.

4 Verum hæc doctrina Scoti non poteſt vniuerſaliter eſſe vera; Primum enim quod docet: ſi intelligatur ita, vt occidẽs teneatur ſeipſum offerre, eſt falſum, cum ſit contra ius naturæ ſeipſum offerre; & quia vt docent S. Th. in 2. 2. q. 69. ar. 4. ad ſecundum, & Caie. ibidem in art. 3. ad quæſtio. primam. Coua. lib. 1. variar. reſolu. cap. 2. nume. 10. & communis Doctorum conſenſus, damnatus ad mortẽ iuſte poteſt ſine peccato fugere ex carcere, ſi abſq; iniuria iudicis, & cuſtodis poſſit, ſatis enim eſt ei, q̃ patiatur mortem, ſi comprehendatur a iudice, in quo ſenſu verum eſt, hoc dictum Scoti, & in hoc ſenſu intellexit Scotus, vt Sotus vbi ſupra colligit ex verbis ſubſequentibus, ſubdit namque, quod vbi lex talionis non fuerit ſtatuta, reus non tenebitur ſibi eam inferre, quia nullus debet eſſe homicida ſui; vnde neq; vbi ſtatuta fuerit, tenetur reus ſe offerre iudici ad mortem, hoc enim idem fere eſſet, ac ſi mortem ſibi inferret.

Neq. ſecundum eius dictum eſt vſque adeo certũ vt non poſſit negari, tum quia poteſt eſſe talis, vt ſit ineptus ad bellum: tum quia licet homo ſit pars communitatis, obligatio tamen reſtituendi ſequitur dominium particulare, non commune; Vnde fieri debet reſtitutio hæredibus particularibus aut filijs, non autem communitati, tum quia exponendo vitam pro bono communi in bello, nulla exinde aduenit vtilitas occiſo, vel hæredibus.

Tertium autem dictum eſt ſaluberrimum cõſilium, vt ait Sotus, & vt in confeſſione Sacramẽtali iniungatur, addit tamen non teneri ad id, vel aliquam ſatisfactionem pro damno naturali ex iuſtitia, ſed ſatis eſſe vt pro damno naturali ſatisfaciat Deo ꝑ pœnitentiã, cum ſolus Deus vitæ dominus ſit. De quo dicto Soti ĩferiꝰ dicemus. In hac ergo re

Dicendum eſt, homicidam teneri reſtituere omnia damna ex tali homicidio data in temporalibus vt v. g. quæ inſumpta ſunt ante mortem eius cum Chirurgis, Medicis, & medicinis, & cibis carioribus, & denique quæcunque inſumpta ſunt in eius curatione, detrahendo tamen ea, quæ alias ipſemet occiſus in cibo, & potu inſumpturus erat. Hoc autem, quod diximus, intelligitur de cibis, & ſumptibus rationabiliter inſumptis, attenta perſonæ dignitate, qui occiſus, aut vulneratus eſt; Nam quoad ſuperfluos licet homicida occaſio fuit, non tamen cauſa, ita expreſſe Ioan. Maior. in 4. d. 15. q. 19. dub. vlt. Sotus lib. 4. de iuſtitia, & iure, q. 6. art. 3. ad tertium. Marti. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. 2. pag. 242.

col.1.Angel.verb.reſti.verb.homicida.Sylu.verb.reſtit. 3.q.2.§.primum.Nau.in Manuali.c.15.nu.26.Coua.lib.2.var.reſolu.c.10.nu.7.Pet. Arragon in 2.2.q.62.ar.2.& Michael Salon.ibid.controuerſia 4.& Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6.punct. 5.§.1. & Pet.Nau.lib.4.de reſt.c.4.dub.10.nu.64.& 65. Ratio eſt,quia iure naturali tenetur quiſq; ad reſtitutionem damnorum in temporalib. quæ iniuſte intulit,& colligitur euidenter ex c.ſi rixati, & c.ſi culpa tua,de iniur.& damno dato.

6 Addo etiam compenſare debere damna,& lucra, quæ occiſus,aut vulneratus paſſurus eſt, aut lucraturus,& hoc ad arbitrium boni viri, & prudentis, conſideratis omnibus circumſtantijs perſonæ,ætatis,valetudinis, &c.v.g.conſiderari debet perſona homicidæ, ſitne diues,nec ne;diuiti.n.maior ſatiſfactio eſt imponenda quam pauperi;Item conſiderari debet perſona occiſi,an diues erat,aut pauper; Item an occiſus vtilis erat ſuæ familiæ,honorem, & dignitatem illi afferens,dum viueret, quorũ nihil habebit poſt mortem,nam pro inutili minus ſatisfaciendum eſt: Item an iuuenis,ſenex, vegetus, infirmus,aut ſanus, doctus, & peritus in aliqua arte,an ignarus erat,pro iuuene enim, & ſano,& docto maior ſatisfactio facienda eſt: Item conſiderari debet modus occiſionis, ſ.an prouocatus occiderit,aut data opera,an per inſidias,& quas,an aperto marte,quia maior iniuria eſt,vbi data opera, aut per inſidias occidit, & proinde maior ſatisfactio debetur;Item an occiſio fuit ita iniurioſa,vt etiam hæredes iniuria ſint affecti, ſic enim probabile eſt teneri etiam compenſare iniuriam illatã; eſt enim honor res temporalis.Item conſiderari debent lucra ceſſantia,& damna emergentia; In qua tamen re,vt notat Sotus minor ſatisfactio facienda eſt ex eo,quod illud,quod eſt in ſpe, minus eſt, ac minus valet,quam quod eſt actu,& in ſe: vnde non ſunt ſoluendæ omnes operæ quotquot futuræ eſſe poſſent,ſed quæ moraliter futuræ eſſent,habita etiam ratione ætatis, & qualitatis perſonæ,& impedimẽtorum,quæ alias accidere poterant, poterat.n.occiſus mutare vitam,conijci in carcerem,ægrotare, aut aliàs mori,& ideo attento hoc,quod minus ſit habere quippiam in ſpe, quam in re,minor ſatisfactio requiritur ex hac parte: ſicut qui conculcat triticum incipiens oriri,quamuis ſit bona ſpes de illo, non tenetur tantum reſtituere,quantum ex illo colligeretur,quia occurrunt plerumq; multa pericula,quibus ſegetes defraudari poſſunt.

7 Quod vero Marti.Nau.in Manu.ca.15.nu.22.in fi.addit, expenſas etiam funeris honeſti ſoluendas eſſe,(computat.n.iſta Naua.inter damna ex occiſione ſecuta) id quod ante illum neminem dixiſſe teſtatur Pet.Naua.lib.4.de reſt.c.1.dub. 10.nu.72. diſplicet,& merito;Quia impenſæ funeris etiamſi ille naturaliter moreretur,eſſent ſoluendæ ab ipſo. Non igitur eſt in hoc damnificatus.Sicut enim qui rem abſtulit a proximo, quæ eodẽ modo erat apud dominũ peritura, quia & dominus erat ſeruaturus,v.g.furatus es equum, qui erat apud dominum eodem modo periturus,quem ille ſeruaturus erat,non teneris reſtituere, vt latius expoſuimus par.1.de reſt.tract.2.c.3.dub.2.§.ſexto. Quia in nulla re alter eſt damnum paſſus:ita etiam cum iſte eas expenſas eſſet facturus alias, etiamſi non eſſet occiſus,cum tandem eſſet moriturus, non poteſt dici in dictis expenſis damnificatus.

Quod verum eſt , niſi ex acceleratione mortis maiores expenſæ fierent,tunc enim teneretur occiſor reſtituere exceſſum, cum talis damni cauſa fuerit,totum autem nequaquam reſtituere tenetur vt diximus.

8 SECVNDVM DVBIVM eſt, de eo, qui cum occiſus eſt,habuit aliquos reditus annuos, aut officium aliquod tantum pro tempore vitę,qualis tunc reſtitutio facienda ſit.

Reſpondeo,Reſtitutionem fieri debere ad arbitrium viri boni, & prudentis, ita vt reſtituatur totum damnum emergens, & lucrum ceſſans quo ad hoc,conſideratis omnibus circunſtantijs,vt diximus,& maxime conſiderari debet ætas occiſi,& an robuſtus erat,aut debilis. Ille autem vir bonus, & prudens in hac materia eſſe cenſetur, qui abſq; paſſione, & affectione conſideratis circunſtantijs prædictis rationabiliter iudicat plus,vel minus eſſe reſtituendum pro corpore,vita,manu,aut membro alterius. Vnde vt rectè docet Martinus Ledeſ. vbi ſupra col.3.cum proprius dominus non poterit eſſe iudex in hac re,quando eſt occiſus,ita neq; quando eſt mutilatus,aut vulneratus,eo quod ſemper eſt magis inclinatus ad ſua bona propria, quã oporteret,& conſequenter plus æſtimaret manum ſuam,aut membrum,quam omnem pecuniam,aut bona temporalia mundi.

9 TERTIVM DVBIVM eſt,an hæc,quæ diximus de reſtitutione,ſ.quod qui nocuit in bonis corporis, teneatur reſtituere ad arbitrium boni viri, intelligantur non ſolum, quando ex nocumento corporali ſequitur aliud in bonis fortunæ, ſed etiã quando nullum aliud damnum in temporalib. ſed ſolum in bonis corporis cõſequitur: vt v.g.occidit quis hominem, aut amputauit eius brachium,ex quo damno corporali nullum detrimentum in bonis temporalibus eſt ſubſecutum, dubium inquam eſt,in hoc caſu, an occidens, aut mutilans ad aliquam reſtitutionem teneatur pro tali damno corporali;Sot.in lib.4.de iuſt.q.6.ar.3.ad tertium, vt ſuperius inſinuauimus,exiſtimat in hoc caſu homicidam ad reſtitutionem aliquam ex iuſtitia non teneri.Huius etiam ſententiæ eſt Nau. in Man.c. 15.n.22.vbi ait occidentem ſeruum, aut liberum, teneri quidẽ ſoluere expenſas medicationis,& ſtipendia,pro vita autem,quam abſtulit, nihil ſoluere tenetur.

Quam ſententiam probat ex l.qua actione.§.ſi quis,ff.ad legem Aquiliam.vbi dicitur, patrẽ cõſecuturum eſſe,quod minus ex operis ſui filij ꝓpter vitiatum oculum ſit habiturus, & impendia,q̃ in eius curatione fecerit,nulla aũt fit recõpẽſatio curationis faciendæ ꝓ læſione oculi. Et in l. Ex hac. ff.ſi quadrupes pauper ẽ feciſſe dicat̃,habetur,liberũ corpus æſtimationẽ nõ recipit; Et idẽ habetur in l.1.ff.de his qui deiecerunt,vel effuderũt.§.ſed cũ. dicitur.n.ibi;Qñ homo liber perit,damni æſtimatio non fit in duplũ,q̄a in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri põt.Et in leg.vlti.eo.dicitur cum liberi hominis corpus ex eo,quod deiectũ,vel effuſum q̄d erit,læſum fuerit,iudex cõputet mercedes medicis pręſtitas,&c.& paulo inferius;Cicatricũ aũt,aut deformitatis nulla fit æſtimatio,quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. Quibus addi poteſt c.primum de iniurijs,& damno dato.Vbi ſolum præcipitur fieri recompenſationem impenſarum in medicos,ſi percuſſus nō moriatur,& hoc c.colligitur ex c.21.Exodi.nulla ergo in his locis præcipitur reſtitutio pro corporis læſione.

Ratio horum omnium hæc eſſe videtur,quia dãnum illud naturale reſtitui non poteſt ab homine, ſed a ſolo Deo,& quia bona temporalia nunquam poſſunt cōdignam reſtitutionem facere pro dãno naturali,& in hanc ſnĩam inclinat Gloſſa in d.c.1. in verb.operas,& ſequitur Coua.lib.2. varia.reſol. c.10.nu.7.& expreſſe Petrus Nau.lib.4. de reſtit. c.1.dub.10.nu.81.

Contraria tamen ſnĩa,& communior,verior eſt, quam ſequuntur Scotus in 4 d.15.q.3.§. de ſecundo.Gabr.in 4.diſt.15.q.15.ar.2.Sylu.verb. reſtitutio.3.q.2.§.primum.Adrian.in 4.de reſtitu.q.vltima.Caie.verb.reſtitutio,c.2.Petrus de Arragon in 2.2.q.62.arti.2.& ibi Michael Salon controuerſia 4.conclu.3.Martin.Ledeſm.in 2.4.q.18.ar.2.dub. 2.pag.241.col.3.& pag.242.colū.1.& Rich.in 4. d.15.ar.5.q.2.& etiam S.Tho.in 2.2.q.62.art.2.ad primum,& Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6.puncto.5. §.1.Qui omnes docent,quod in quibus non poteſt reſtitutio fieri ſecundum ſpeciem,debet fieri recōpenſatio,qualis poſſibilis eſt,ad arbitrium prudentum;& dat S.Th.exemplum,in eo,qui abſtulit alicui membrum,additq; reſtitui debere æquiualens in pecunia,vel in honore.

Ratio horum omniũ eſt,Quia licet reddere non poteſt occiſo vitam, nec mutilato membrum abſciſſum,& bonum corporale præſtat quibuſcunq; temporalibus,cũ ſit ſuperioris ordinis, iam tamen bonum illud corporale,ſecundum humanam æſtimationem,factum eſt pretio æſtimabile, & ideo fieri pōt recompenſatio,ſi non ad æqualitatẽ ſimpliciter,ſaltem ad æqualitatem aliquo modo, & in alio genere rerum,puta,in pecunia, aut beneficijs ſpiritualibus.

Siquidem ad iuſtitiam commutatiuam pertinet non ſolum reddere iuſtum, quod cōſiſtit in indiuiſibili,i.æquiualens,verum etiam poſſibile, in eodẽ genere rerum,aut in alio,iuxta doctrinam S.Thomæ,& aliorum vbi ſupra,poſt Ariſtotelẽ 5. Ethi. c.5.Vnde & pecuniæ adinuentæ ſunt ad faciendas compenſationes,quæ in eodem genere boni compenſari non poſſunt. Vnde ſolutum manet argumẽtum contrariæ opinionis.

Nec valet ratio,quæ affertur,ſ.vitam nullo pretio ad æqualitatẽ compenſari poſſe; Ergo non debetur reſtitutio pro illa: Nam ſatis eſt,reddi æquiualens,quantum poſſibile eſt.Sic ẽt vt in communi ſermone habetur. Non bene pro toto libertas vẽditur auro,& tñ pōt homo liber ſeipſum vendere in aliquo caſu,& libertatem ſuam pretio æſtimare. Et qui debitor eſt mille aureorum, quãuis nō habeat niſi centum, tenetur tñ ad reſtitutionem, quãtum pōt.Et pōt hæc communis opinio confirmari ex c. 21.Exodi,vbi pecuniæ cōpenſationes taxatæ ſunt, pro damno corporali,qui.n.percutit oculum ſerui aut ancillæ,& luſcos eos fecerit,iubetur illum liberũ dimittere pro oculo,quem eruit; vbi,vt cōſtat, pro damno temporali recōpenſatio libertatis iniũgitur.Et certe ſi occidens bouem alterius,ex natura rei obligatur ad reſtitutionem,quanto magis,q̧ hominem occidit,aut membrum abſcidit. Vnde merito Scotus vbi ſupra confeſſarios reprehendit, qui tam facile abſoluunt homicidas,ſicut ſi homicidas abſoluerent. De iure ergo naturæ eſt, vt pro damno corporali vitæ,aut membrorum fiat cōpẽſatio ad arbitrium viri boni,ac prudentis.

11 Ad leges autem,quas Nauarrus pro ſe adducit, facile Reſponderi poteſt, illas ſolum determinare compenſationem fieri debere in expenſis factis in medicatione,& damnis,quę paſſus eſt læſus in opera,& alijs modis,nihil autem docent de reſtitutione facienda pro damno corporali, quia non poteſt condigna pro eo compenſatio fieri,nō tamen exinde colligitur non teneri ad reſtitutionem aliquã pro illo faciendã;Sicut nec ex eo,quod Deo æquiualens reddere non poſſumus,inferre licet,quod nihil ei reddere debemus. Et ſicut ſi quis totã quadrageſimam ieiunare non poſſet,non tamen liberatur quin teneatur ieiunare partẽ,quã poteſt,ſ.dimidiã, aut bis in hebdomada,&c. Solũ igitur docent illæ leges,non poſſe fieri condignã, & æquiualentem compẽſationem pro corpore hominis liberi,quod nos concedimus,non tamen affirmant,non teneri homicidam ad aliquam pro damno illo compenſationem,vt Nauarrus exiſtimaſſe videtur.

12 QVARTVM DVBIVM eſt,quibus fieri debet compenſatio in caſu prædicto,quando ex damno corporali nullum ſequitur detrimentum in bonis temporalibus? Ratio difficultatis eſt,quia tunc fieri non debet hæredibus,aut filijs,cum in hoc caſu,vt ſupponitur,nullum ipſi damnum in temporalibus paſſi ſint; Ipſi autem occiſo non videtur fieri poſſe aliqua compenſatio.

Reſpondeo in hoc euentu fieri debet recōpenſatio ipſi defuncto,non hæredibus,cum bonum vitæ ad hæredes non ſit tranſmiſſibile. Vnde confeſſarius perſuadere debet homicidæ,vt ſatisfaciat occiſo meliori mō,quo pōt:non eſt aũt melior, & cōueniẽtior modus, aut vtilior, quo occiſus adiuuari poſſit,ſi ſit fidelis q̃ p ſpiritualia bona,et ſuffragia. Cũ.n.iniuſte aliũ occidẽs,nō ſolũ iniuriam irrogat corpori,ſed ẽt animæ, immo animæ p̃cipue, p̃ter cōpenſationem debitã pro dãno corporali,nulla alia cōpẽſatio cōuenientior,aut vtilior animæ fieri poteſt,q̃ quæ per bona ſpiritualia, & ſuffragia fit.

Dixi ſi ſit fidelis,cũ enim bona ſpiritualia, atq; ſuffragia ſecundum fidem Pagano occiſo prodeſſe nequeã ,ceſſaret in caſu obligatio reſtitutionis ex hac parte;vt Ledeſma,& Arragon vbi ſupra docẽt & eos ſecutus Michael Salon citatus in controuerſia 4.in fine.

13 Et hæc omnia procedunt in occiſo;Quando autem quis intulit damnũ corporale, ex quo non eſt ſecutum aliud damnum in temporalibus, tenetur nihilominus ad ſatisfaciendum pro damno,& nocumẽto corporis; vt ſi quis amputaret manum alicui nobili,qui bene habebat aliàs,vnde viueret, & non erat laboraturus manu ſua,& propterea non incurrit aliud nocumentum tẽporale in bonis fortunæ,tenetur nocens ad reſtitutionem illius nocumenti corporalis: In quo caſu reſtitutio facienda erit ad arbitrium boni viri;ſed & tute & conuenienter fiet,ſi fiat de conſenſu partium: Quamuis ſi læſus non vult conſentire in rationabilem reſti-

tutionem,ſecurus erit lædens in conſcientia,ſi reſtituat ad arbitrium boni viri, vt dictum eſt.

14 QVINTVM DVBIVM; Cum certum ſit ex dictis,ſecuto damno temporali teneri occidẽtem, aut lædentẽ ad omnium eorum reſtitutionẽ,quib. facienda eſt reſtitutio hæc loco defuncti ?

In hac re variãt Doctores, Scotus enim in 4.diſtinct.15.q.3.§.de ſecundo,& Gab.in quarta, d.15. q.15.ar.ſecundo,concl.quarta, Adrianus in quarto,de reſtitutione.quæſt.vltima,& Summa Aſtenſis p.ſecunda,lib.quinto,titu.19.ar.ſecundo,& Angelica in verbo reſtitutio.prima.§.Homicida. docent,quod præter ſatisfactionem ſpiritualem faciendam æquipollentem vitæ,quam abſtulit,ſicut poteſt eſſe æquipollentia in talibus,tenetur etiam refundere damna cunctis per hanc occaſionem læſis:vnde ſi occiſus ſuſtẽtabat aliquos,puta patrem, matrẽ,liberos,vel aliquos,tenetur interfector omnibus illis ad tantam reſtitutionem, quantam eis abſtulit per illius perſonæ interfectionem , & vt Gab.& Angelus notant,æſtimandum eſt ſecundũ tempus,quo occiſus veriſimiliter fuiſſet victurus, & operaturus,aut tales ſuſtentaturus,argum.l.hæreditatum computationem.ff.ad l.falcid. & l.cum hi.§.modus quoq; ff.de tranſac.& idem docent Panor.in c.1.de iniu.& damno dato.nu.6.& Naua.in Man.c.15.nu.24.& Petrus Nau.lib.4.de reſti.cap. 1.dub.10.nu. 76.

Alij vero vt Sotus lib.4.de iuſtitia.quæſt.6.art. 3.ad tertium,& Martin.Ledeſ.2.4.q.18.arti.ſecundo,dub.ſecundo.pag.242.colu.ſecunda, & tertia. Petrus de Arragon in 2.2.queſt.62.art.ſecundo,& Grego.de Valentia tomo 3.diſp.5.quæſt.6.punct. 5.§.primo, rectius docent, teneri tantum ratione damni illati ſuſtentare,& alere omnes illos hæredes,quos occiſor ex iuſtitia,& neceſſitate alere tenebatur,illos.ſ.qui tale ius habent, vt nequeant in totum ab hęreditate excludi,vt ſunt vxor,maritus, filij,& parentes pauperes,hoc enim ſicut pater ſuſtentare tenetur,ſi egeant,ita etiam & occiſor, cũ hi hæredes ſuccedant in ius defuncti; Ratio eſt, quia homo eſt bonum vxoris,prolis,& parentum: Alios vero hæredes non neceſſarios,vt fratres,ſorores,& inferiores cognatos, quos occiſus ex ſola ſua liberalitate alere ſolebat,non tenetur homicida in conſcientia alere, aut eis aliquid reſtituere. Ratio eſt,quia licet occiſus ſua liberalitate eos alere ſolebat,obligatio tamen eos alendi ad homicidam non tranſit, alias enim teneretur alere etiam amicos,& infideles,quos defunctus ex eleemoſina, & liberalitate alebat, quod contra rationem iuſtitiæ commutatiuæ eſſet.

15 De tempore autem,pro quo occidens prędictos alere tenetur,quamuis aliqui id pro toto vitæ tempore faciendũ eſſe velint, cum damnum ſit illatũ pro toto tempore vitæ ipſius defuncti:Reſpõdetur tamen certum aliquid in hac re decerni non poſſe quandoquidem,quod habetur in ſpe non tantum valet,quantum id,quod eſt in re,maximè cum vita hominis incerta ſit,vnde prudentis erit iudicare, quid,& quantum reſtituẽdum ſit: Et cum difficile ſit ratione circumſtantiarum dare vnicuiq.ex damnificatis,quod ei debetur,optimum eſt vti compoſitione cũ ijs,quibus reſtitutio facienda eſt, in qua re proficua eſſe poteſt confeſſoris induſtria, de licentia ipſius homicidæ confitentis, aut conſilium poſtulantis.

16 SEXTVM DVBIVM eſt,An huiuſmodi dãnum inferens alteri,ſi ſubeat pœnam a lege,& iudice illatam,aliquid reſtituere teneatur proximo ſic vulnerato,aut occiſo pro damnis inde ſubſecutis? v.g.occidit quis opificem ſua induſtria alentem familiam,& poſtea homicida ille ſuſpenditur a iudice,an teneatur etiam vxori,& liberis aliquid reſtituere pro expenſis factis ante mortem occiſi,& pro alijs damnis temporalibus inde ſubſequutis?

Ratio eſt,quia tunc redit æquiualẽs, ſcilicet vitam pro vita,in eodem genere bonorum,ergo ad nullam aliam reſtitutionem obligatur, cum ꝓ eodem delicto duplicem pœnam pati non debeat,ſ. & in corpore,& in bonis temporalibus. Huic ſententiæ fauẽt Scotus,& Adrianus vbi ſupra, & eam expreſſe tenet Michael Salon in 2.2.q.62.artic.2. controuerſia.1.concl.1.

Alij vero,vt Gabr.in 4.diſt.15.q.15.arti.1. Notab.2.in fine,& Nau.in Man.c.15.nu.25. Coua.li. 2.var.reſolut.c.10.nu.7.Pet.Naua.lib.4. de reſtit. c.1.dub.10.num.91.& Petrus de Arragon in 2.2. q.62.articu.2.rectius docent vltra pœnam mortis, quam iuſte patitur,teneri compenſare damnum temporale,quod vxori,& alijs prædictis ex morte ſubſecutum ſit.

Ratio eſt,quia lex naturalis, & diuina obligat talem occiſorem ad reſtitutionem damni illati; At verò præter hoc,quod offendit Rempub.quam offenſionem, & ſatisfactionem ſolum reſpicit iudex imponendo pęnam,quam patiendo, ſatisfacit reipub.arg.leg.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam, offendit etiam partem læſam,& ideo ei etiam ſatisfacere oportet: Alias ex morte iniuſta nullum ſequeretur detrimentũ ĩ temporalib. quod eſt falsũ, Ergo vltra pœnam corporalem,quam patitur, tenetur in conſcientia reſtituęre damnum tempore illatum:Immo ẽt in foro exteriori datur actio hæredib.qua poſtulent compenſationem dãni in temporalibus,non obſtante, quod homicida morte puniatur ob iniuriam factã reipub.cui intereſt delicta punire,ne qui mali ſint,peiores efficiantur. Verum quidem eſt,quod huiuſmodi compenſatio pro dãno tam naturali,quam temporali per pecuniã arbitrio prudentis faciendã,haberet tm̃ locũ inter perſonas communes,ignobiles,& vulgares; Nobiles .n.& ingenui facile ſolent condonare huiuſmodi dãna:dedignantur.n.quicquam in compenſationẽ accipere, ſi quis illis aliquid reſtituere vellet pro parente occiſo . Quando ergo conſtaret nihil eos velle in talem cõpenſationem,ceſſaret obligatio.

17 Quod ſi res ſit dubia,vel fiat reſtitutio,vel obtineatur venia,& grata remiſſio,qua obtenta ab hæredibus,non tenetur homicida in conſcientia reſtituere;Ratio eſt,quia iſti habent ius ꝓſequendi accuſationem vſq; ad pœnam talionis in compenſationem mortis defuncti:vnde ſi illi remittãt,liber erit homicida a reſtitutione;Quod intelligitur,vbi occiſus fidelis fuerat,& ſufficienter animæ ſuæ cõſuluit de ſuffragijs, quia alias licet conueniat cum hæredibus pro ſatisfactione damni temporalis,tenebitur tamen pro damno corporali, ſuffragia aliqua,vt orationes,ſacrificia,& eleemoſinas pro defuncti anima facere . Sin autem occiſus infidelis

erat,& hæredes etiam infideles, & ignoti ſint, cũ nec pro anima defuncti, nec hæredum fieri poſſit compenſatio,dando in eleemoſinam, quod eſſet reſtituendum, aut alias, ceſſat omnino obligatio reſtituendi aliquid non ſolum pro vita, ſed etiam pro alijs damnis,niſi forte bonum ſit dare eleemoſinam, vt hæredes miſericordiam a Deo facilius obtineant.

Hæc autem quæ diximus de reſtitutione facienda,procedunt,niſi pars læſa velit,quod occiſor per mortem,& pœnam corporalem,nõ ſolum Reipublicæ,ſed etiam ſibi ſatisfaciat, tunc enim ad aliq̃ aliam reſtitutionem,& recompenſationem nõ tenebitur,vt docent Nanar.vbi ſupra,nu.25. & Pet. de Arragon.& alij,qui hoc colligunt ex l.1.ff.Qui ſatiſdare coguntur,& ex leg.ſi rem.§. omnis. ff.de pignoratitia actione.

Addit autem,& recte Michael Salon in 2.2.q. 62.ar.2.controuerſia nona,quod ad hoc,vt remiſſio,quam facit occiſus,aut vulneratus ſuo læſori,aliquã vim habeat,quoad damna temporalia,vel naturalia,quæ pecunia compenſanda ſunt,aperte,& explicite exprimi debet,ſi enim tantum diceret in vniuerſum ſe remittere illi,talis modus remittendi,ſicut fit a vulnerato ex charitate,& propter ſalutem animæ ſuæ,ita quoque tantum ſignificat illam remiſſionem,ad quã tenetur ex charitate,nempe ſe remittere illi iniuriam,& vindictam,quam apud iudicem exigere poterat,non aũt ſignificat remiſſionem ſatisfactionis pecuniariæ pro damnis illatis,cũ ad talem remiſſionem nõ teneatur ex charitate,immo ſæpe eſſet contra charitatem, nimirũ ſi filij indigeant,in quo tamen euentu, ſi pater remittat omnia damna temporalia expreſſe,& aperte homicidæ,aut mutilãti,valet remiſſio,ita vt homicida filijs occiſi,nihil reſtituẽre teneatur.

18 Et ad rationem pro parte aduerſa reſpondetur non bis puniri,ꝓ vno delicto,ſiquidem fuit in corpore ob iniuriam factam reipub. cui intereſt punire delicta:dãna vero illata reſtituere tenetur, propter detrimentum,& damnum alijs illatum.

Vnde ſicut ex hoc, quod quis debitor ſit duob. ob res diuerſas,non liberatur a debito alterius, dũ vni ſoluat, ſic homicida ſatisfaciendo reipu.ob iniuriam ſibi illatam,non proinde liberatur a debito dãni tẽporalis ꝙ alijs ex huiuſmodi occiſione ſubſequutũ eſt. Sicut ẽt ex cõi DD.ſententia,q̃uis latro ob furtũ ſuſpẽdatur, nõ liberatur a reſtitutione rei furto ſublatæ, ſi habeat,vnde reſtituere poſſit,vt Petrus de Arragon vbi ſupra tradit, ꝙ idem docet Salon vbi ſupra,ad ſecundum. Vnde non fit cõdigna ſatisfactio per mortem patienter toleratã,niſi ẽt reſtituat dãna tẽporalia heredib.illata,vt cõſtat.

19 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An reſtituendi obligatio tranſeat ad hæredes, ſi homicida viuens non ſatisfecerit? v.g. An ſi Petrus homicida non reſtituit,vt debuit,teneantur Petri hæredes,ad quos bona eius peruenerunt,occiſo, eiuſque hæredibus aliquid reſtituere.

Reſpondetur cum Nau.in Manua.c.15.nu.25. Petro de Arragon in 2.2.q.62.arti.2. & Michaele Salon ibidem,controuerſia,4. ad quintum.poſt Sotum in li.4.de iuſtit.& iure.quæſ.6.ar.3.ad tertiũ, in fi.& Martin.Ledeſm.2.4.quæſtio.18.art.ſecundo,dub.ſecundo,pagin.232.colum.3.teneri hæredes homicidæ ad reſtitutionem tam damni naturalis,quam temporalis,ſicut etiam tenentur ſoluere debita,quæ occiſor debuit ex iuſtitia, aut ex cõtractu: Immo addunt Nauar.& Arragon,quod fiſcus ad id tenetur,ſi bona fuerint cõfiſcata,vt colligitur ex leg.1.Cod.ex delict.defunct.& ex l.Non poſſunt,& ex l.in ſumma.ff. de iure fiſci.

Quæ omnia intelligi debent,quando homicida reliquit bona libera,in quib.hæredes ſucceſſerunt, alias non tenentur; Vnde qui ſolum iure ſucceſſionis primogenituram habet,ad id non obligatur. At verò iniuriam compenſare non tenentur, niſi homicida viuens condemnatus eſſet,& tranſiret in rem iudicatam vt pro iniuria tantum in alijs bonis fortunæ ſolueret, vt Ledeſ.Sotus, & Arragon vbi ſupra notarunt: Et quæ diximus,procedunt,ita vt hæredes ſub peccato hæc reſtituere,& compenſare teneantur

20 OCTAVVM DVBIVM eſt, Quando quis nocet alteri in bonis corporis,& ex illo nocumento ſequitur aliud in bonis temporalibus, quam reſtitutionem facere tenetur? vt v.g.ſi quis occidit aliquẽ, mutilauit,vulnerauit,aut amputauit manũ alicui artifici,qui cum ſua induſtria filios, & vxorẽ ſuſtentabat;aut lucrari poterat mille aureos,an ſufficiat in conſcientia reſtituere illi læſo illos mille aureos,vel an teneatur reſtituere vltra illos mille aureos aliquid aliud? Ioannes Maior in 4.d.15.q. 19.dubio vltimo,duo docet: Primũ eſt, Quod non tenetur lædens niſi ad illa damna, quæ incurrit læſus in bonis fortunæ,adeo,vt ſi læſus recuperet ſanitatem, tenetur lædens curare eum ſuis expenſis, & vltra tenetur reſtituere illud quod læſus illo tẽpore lucraretur,& non amplius. Secũdũ eſt: Quod ſi ſit læſus irremediabiliter, tenetur lædens illũ alere,& reſtituere alia damna,quæ læſus incurrit, deductis laboribus; vnde homicida tantum reddere tenetur hæredibus,quantum defunctus iudicio prudentum in tota vita fuiſſet lucraturus,deductis tamen laboribus,quia,inquit,non eſt æquum,vt tantum detur quieſcenti,quantum daretur laboranti. Alij tamen vt Sotus li.4.de iuſtitia q.6.ar.3.ad tertium.Mart.Ledeſm.2.4.q.18.ar.2.dub.2.pag.241. col.3.& 4.Nau.in Man.cap.15.num.26. Petrus de Arragon in 2.2.q.62.ar.2.Petrus Nau.lib.4. reſtit. c.1.dub.10.nu.67.& Greg.de Val.tomo 3.diſput. 5.q.6.puncto.5.§.1.docent non ſolum teneri ad reſtitutionem expenſarum,quæ rationabiliter factæ ſunt in curatione,ſed etiam operarum,quibus læſus priuatus eſt propter læſionem. Ratio eſt,quia eſt cauſa horum omnium damnorum,argu.ca. fin.de iniur.& damno dato.

Quod enim mortuus,aut mutilatus tunc non laboret,nõ eſt aliquod eius commodum, ſed potius id ei per iniuriam,& contra volũtatem accidit vnde quicquid mortuus,aut mutilatus, ſibi aut ſuis alioqui ꝓpria ĩduſtria, vel opere lucraturus erat, mutilato,vel mortui hæredibus reſtitui dẽt, nec aliquid debet de lucro futuro detrahi, propterea ꝙ mortuus,vel mutilatus non ſit laboraturus,quia læſus vellet laborare,& laboraret,niſi alius feciſſet vt non laboraret. Et certe ſi verum eſſe, quod ait Ioannes Maior deducendos eſſe labores,ſequeretur,aliquando nihil reſtituendum fore, quia contingere poteſt,quod nihil ſupereſſet reſtituendũ, ſi labores deducantur, vt videre eſt in eo, qui occidit, aut mutilauit hominem, qui ſolo ſuo labore lucrum, & victum quærebat, vineam, aut agrum colendo. Tunc enim, ſi labores deducantur, nihil reſtat, quod ſit ſibi recompenſandum. Præterea, ſi ꝗs detineret artificem inuitum, ne laboraret, qui lucraturus erat duos aut tres aureos tempore illo, quo violenter fuit detentus, tenetur ex communi DD. ſentētia illos duos, aut tres aureos reſtituere, quia nocuit in illis bonis. Vnde obſeruanda ſunt in hac re, quæ in dubio primo dicta ſunt conſideratis circunſtantijs ibi enumeratis.

21 Hinc fit, quod ſi quis percuſſus ſit, & vulneratus qui negotiando eſſet aliquid lucraturus, ſi manſit aptus ad negociandum, & omittit, ſua culpa erit, & tunc ſolum fiet ei reſtitutio, inquantum hæc percuſſio aut mutilatio erat ei aliquod impedimentum ad lucrum. Sic ꝗ impedit mercatorē, ne eat ad nūdinas, reſtituere tenetur quicquid ille mercator rationabiliter lucraturus erat. Quia vero negociatio fieri debet exponendo periculo bona, nō totum lucrum ꝙ negociatione acquiri poſſet, computari debet in compenſationem valoris, qui alias ei reſtituendus eſſet pro laborib. & induſtria, ſed pars quædam tribuenda eſt pecuniæ, aut alijs bonis, quibus negociatur tanq̃ inſtrumentis, quibus periculo expoſitis lucrum comparatur, & pars alia tribuenda eſt induſtriæ, & ex hac ſola cōpenſari debet, quantum reſtitui debet; ſed in his omnibus ſtandum eſt arbitrio prudentis. Sicut etiam an aliquid detrahendū ſit ratione ceſſationis a labore, & quantum vir bonus, & prudens diiudicare debet.

22 NONVM DVBIVM eſt, An, & quid reſtituēdum ſit, ſi ex vulnere non ſequitur aliud damnum, quam ſignum in facie, vel alia deformitas?

Reſpondeo, ſi ex ea naſcatur damnum in temporalibus, ſarciri debet hoc damnum, vt v.g. ſi quis iniuſte deformat aliquam feminam, ratione cuius deformitatis ipſa maiori dote indiget, vt æque bene nubat; talis deformans tenetur recompenſare, dando pecuniam, aut augendo dotem, qua damnū illatum reſarciatur, vt recte Coua. lib. 2. variar. reſol. cap. 10. num. 5. & Petrus Naua. lib. 4. de reſtitu. cap. 1. dub. 10. num. 90. docent. Immo puto etiam in omnibus hanc deformitatem eſſe compenſandā attenta tamen qualitate perſonæ, in qua deformitas illa ineſt. Siquidem pulchritudo, & decentia corporis eſt bonum quoddam corporale, & æſtimari poteſt, vt alia bona corporalia.

23 DECIMVM DVBIVM eſt, An, & quid reſtituendum ſit, ſi ex percuſſione non ſequitur damnū in corpore, ſed ſolum in honore, v.g. Cum alicui leuiter alapa incutitur, vel leuiter fuſte verberatur?

Reſpondetur in tali caſu teneri percuſſorem ereptum honorem omnino reſarcire, vt latius infra dicemus.

24 VNDECIMVM DVBIVM eſt, An occidēs, aut irremediabiliter vulnerans, aut mutilans, ſoluere teneatur debita, q̄ occiſus viuens exoluiſſet, aut nō ita mutilatus, aut vulneratus ex labore, & induſtria perſoluiſſet, illo aūt occiſo, aut vulnerato nō hn̄t creditores, vnde ſua debita recipiāt. Rō difficultatis eſt, Quia creditorib. infertur iniuria in hoc caſu, vnde in c. ſi tua culpa de iniurijs, & dāno dato, habetur (ſi tua culpa dānū datū eſt, vel iniuria irrogata, iure ſuper his ſatisfacere oportet,) cōſtat aūt in caſu propoſito, creditores dānum pati ex culpa homicidæ, ſeu mutilatoris. Rn̄detur tn̄ cum Mich. Salon in 2.2.q.62.ar.2.contro.8. Quod vbi mutilator, aut occiſor hic malitia, & intentione occiderit aut mutilauerit debitorem, ne creditor ſuum debitum recipiat, tūc ad reſtitutionem tenebitur. Quia ſicut ꝗ vi, aut fraude impedit eleemoſinā, reſtituere tenet, vt diximus, et ꝗ vi, aut dolo impedit creditorem, ne debitum recuperet ad reſtitutionem obligatur, eo ꝙ nocet illi cū iniuria, ita qui ea intentione, ac illo fine occidit debitorem, ne creditor debitum recipiat, non ſolum vtitur maxima vi, & dolo, ne creditor debitum recuperet, ſed ēt maximā illi iniuriam irrogat, vt proinde ad reſtōnem faciēdam teneatur. Sin aūt ex odio occiſi, aut mutilati, aut concepta ira occidat, aut mutilet, nihil cogitās de creditoribus, vt frequenter fit, non tenetur creditorib. aliquid perſoluere. Ratio eſt, quia tunc creditorib. indirecte ſolū, & ſine aliqua iniuria nocet, & ex altera parte, nec aliquo iure, aut iuſtitia nec alia ratione tenebatur occiſor debita aliorum curare. Vnde patet Reſponſio ad rationem in cōtrarium allatā. Ex ſola namq; damni illatione nō oritur vinculum reſtitutionis, niſi etiā iniuria, & iniuſtitia interueniat; homicida autem creditorib. quibus debebat occiſus, nullam infert iniuriam, aut iniuſtitiam, etſi per accidens noceat, & regula iuris allata, intelligenda eſt de damno illato cum iniuria, tunc. n. ad reſtitutionem faciendam obligatur.

25 DVODECIMVM DVBIVM eſt, Ad quid teneatur, qui puellam virginem deflorauit?

De hac re varie loquuntur Doctores, vt videre eſt apud Palud. 4. d. 15. q. 2. art. ſecundo, concluſ. 2. Sco. 4. d. 30. q. 1. & Panorm. in c. 1. & 2. de adult. & ſtupro. num. 1. Summam Aſtenſem par. prima, lib. ſecundo, tit. 46. arti. 3. Summam Angelicam verb. ſtuprum. Sylueſt. verb. luxuria. quæſt. 5. Gab. 4. diſ. 15. quæſt. 17. ar. 3. dub. 3. & 4. Marti. Ledeſ. in 2.4. quæſt. 18. ar. ſecundo, fol. 141. Sotum in lib. 4. de iuſti. quæſt. 7. ar. primo, ad ſecundum, Naua. in Man. cap. 16. num. 16. & tribus ſequentibus. S. Anton. p. ſecunda, tit. 5. cap. 6. §. 1. Alphonſum a veracruce in Specul. coniug. p. 3. art. 19. & Ioſephum Angles in floribus Theolog. quarto Sententiar. quæſt. de reſtitutio. bonorum corporis. dubio ſeptimo, Toletum libro quinto, Summæ capt. vndecimo, Ioan. Benedictum libro ſecundo, Summæ. cap. ſeptimo, Ludouicum Lopez par. 1. inſtruct. conſcien. ca. 76. Petrum Naua. de reſtitu. lib. ſecundo, cap. 3. parte 4. num. 435. & ſequentibus. Michaelem Salon. in 2.2. quæſt. 62. ar. ſecundo, controuerſia quinta. Barthol. Medin. li. primo, inſtruct. cap. 14. §. 81. Corduba. lib. 1. qq. quæſt. 13. Gregorium de Valentia to. 3. diſp. 5. quæſt. 3. puncto ſecundo, & latius diſp. 9. quæſt. 3. punct. 3. Alexand. de Ales p. 2. quæſt. 148. memb. 4. & S. Thom. in addit. 4. par. 3. quæſt. 46. artic. 2. ad 4. & in 2.2. q. 154. ar. 6. & ibi Caietan. & alios. Nos ex tanta varietate opinionum, & Doctorum, quid probabilius ſit, in ſequentibus dictis afferemus. Quorum

Primum eſt; Deflorans virginem, ſi reſtituere aliquid teneatur, non ideo eſt, quia intulit ei damnum in ſpiritualib. hoc eſt, in virtute virginitatis, ſed ſolum quia intulit damnum virgini in temporaliralibus; eo enim quod violata ſint clauſtra virginitatis, aut omnino non nubet alteri, aut non ita bene, & ideo ratione damni corporalis ad reſtitutionem faciendam obligabitur.

Secundum eſt; Qui virginem volentem, & cōſentientem, aut ſeipſam inuitantẽ deflorat, ad nullam reſtitutionem, aut virgini, aut parentibus regulariter faciendam tenetur. Hoc dictum eſt omniū DD. quos ſuperius attulimus, exceptis Pan. Caiet. & Barth. Medina. Siquidem Panorm. vult ſtupratorem etiam in hoc caſu teneri, vt eam ducat in vxorem, ſi pater conſenſerit, & fauent Caie. & Medina, eo quod, inquiunt, virgo illa non eſt domina integritatis, & virginitatis ſuæ, ſicut nec membrorum ſuorum: Vnde ſicut ſi quis tolleret, aut abſcinderet ei brachium, licet ipſa cōſentiret, talis tamen ad reſtitutionem tenetur, ita etiam in caſu propoſito fractionis clauſtri virginalis.

Ratio autem pro cōi opinione eſt, quia reſtitutionis obligatio nō oritur, niſi vbi eſt iniuria, puellæ autẽ ſcienti; & conſentienti nō fit iniuria, iuxta regulam iuris, *ſcienti. de reg. iur. in 6*. Falſum autẽ eſt, quod Caiet. & Medina docent, puellam nō eſſe dominam ſui corporis, cuius cōtrariū rectius tradunt Sotus in 4. diſt. 17. q. 2. art. 4. Petr. Nauar. Lopez & Mich. Salon vbi ſupra, vnde licet puella male agat tradendo ſe nuptui ſine conſenſu parentum, poteſt tamen ſeipſam tradere, cui voluerit, & validum erit Matrimonium etiam inuitis parentibus, adeo vt ſolum peccabit in eo caſu contra pietatem, & obedientiam debitam parētibus, non tamen contra iuſtitiam. Et quamuis demus virginem non eſſe dominam clauſtri virginei, & ideo fieri ei aliquam iniuriam, (quod tamen falſum eſt) non tamen exinde conſequēs eſt, ſtupratorem ex iuſtitia ad aliquam reſtitutionem ei faciendam obligari, Sicut ſi quis, aliquo conſentiēte, brachium eius abſcinderet, [illegible] illius dominus non ſit, ad nihil reſtituendum obligatur.

Etſi n. puella, & parentes non ſint domini illius boni naturalis, & integritatis corporis, ſunt tñ dñi illius pecuniæ, qua tale bonum æſtimari pōt, cuius reſtitutionem puella ſponte propria in ſtuprum conſentiens remittere cenſetur; Sicut a ſimili, licet quis brachii ſui dominus non ſit, quia tamen dñs eſt pecuniæ, qua damnum abſciſſionis brachij æſtimari poteſt, ſponte in abſciſſionem illius conſentiens, reſtitutionem pecuniæ, qua dãnum illud a prudentibus æſtimaretur, remittit.

Addo tamen teneri aliquando huiuſmodi ſtupratorem ex quadam benignitate, & æquitate aliquid illi elargiri, maxime ſi ex tali ſtupro reddita ſit minus idonea ad nubendum viro: Sin aũt ęque bene nubat, ac ſi violata non eſſet, tunc quidem nec ex hoc capite aliquid ei largiri tenetur, cum iam nullum ipſa damnum paſſa ſit, vt conſtat.

Altera etiam pars probatur, ſcilicet non teneri ad aliquam reſtitutionem parentibus faciendam, quia licet fiat aliqua iniuria parentibus, quando ipſa eſt ſub cura parentum, hæc tamen nō eſt ſpecialis iniuſtitia, cum ipſa ſit domina ſui corporis, & nuptiarum iacturam pati poteſt, ſi velit, vnde nulla exinde naſcitur reſtitutionis obligatio, ut Sotus li. 4. diſt. 18. & Speculum coniug. 3. p. ar. 19. ad finem. Petr. Nau. citat. nu. 438. & Salon vbi ſupra docent, quicquid Corduba & Medina. vbi ſupra contradicant, male adducentes S. Tho. in 2. 2. q. 154. art. 6. ad tertium, pro ſua ſententia, ſiquidem S. Thomas quamuis dixerat fieri aliqualem iniuriam patri in hoc caſu, ſub cuius cuſtodia eſt, nihil tamen de reſtitutione dixit; vnde ſi ex tali ſtupro fit iniuria patri, vt v. g. in honore, in fama, &c. Solum ei facienda eſt ſatisfactio aliqua in eodem genere, ſ. honorando illum, & procurãdo, vt fama illius non minuatur, nulla tamen reſtitutionis obligatio exoritur, vt erudite Petrus Naua. vbi ſupra annotauit. Et quidem cum ipſa virgo cauſa præcipua fuerit damni, & iniuriæ, quæ per ſtuprum ex eius conſenſu commiſſum, patri infertur, ad nihil tamen patri ſuo reſtituendum ratione illius ſtupri obligatur, multo minus ipſe ſtuprator, qui cauſa minus præcipua eſt, & concauſa, vt Michael Salon ſubtiliter argumētatur, aliquid ei reſtituere tenetur, quæ omnia hactenus dicta intelligenda ſunt in foro conſcientiæ, quia ſecundum leges punietur talis ſtuprator in foro iudiciali, vt Martinus Ledeſmius animaduertit.

27 Neque dictis obſtat, quod puella ex tali ſtupro patitur multa dãna, & incommoda, quia nō æque bene forſitan nubet, immo ẽt & pater puellæ damnum patitur, quia non collocabit eam æque bene poſtquam corrupta eſt, niſi dotem augeat, quorũ omnium damnorum cauſa eſt ipſemet ſtuprator, & ideo ad hæc damna reſarcienda tenetur.

Reſpondetur enim, quod licet ex æquo, & bono, vt diximus, aliquam reſtitutionem facere teneatur, ſecus tamen ex rigore iuſtitiæ, cũ illa ſciẽs, & conſentiens, & ſine iniuria hæc paſſa ſit, vnde ſibijpſi in pœnam ſuæ libidinis hæc omnia imputet, cum ſponte ſua indignam ſe reddiderit, quæ in Matrimonio ſibi æquali collocetur: Quod ſi pater velit illam pro dignitate collocare, illud ex ſuis bonis facere debet cum ſtuprator nulli iniuriam intulerit, vt dictum eſt.

Et quãuis parentes habeant ius in dotem filiæ, maius tñ ius habet ipſamet filia in illã, ac propterea eo ipſo, quod ipſa ſponte in ſtuprum cōſenſit, ceſſit iuri ſuo, & conſequenter ceſſat ius paternũ in dotem, quamuis, vt diximus, pro iniuria ipſi in honore illata, ſatisfactio aliqua facienda eſt.

28 DVBIVM autem eſt, an aliquid ei reſtituẽdum ſit; quando prouocata erat virgo precibus, & blanditijs?

Reſpondent Doctores, communiter cum Nauarro in Manuali cap. 16. num. 16. quod ſi preces erant leues, non eſt aliqua reſtitutionis obligatio; Sin autem erant importunæ, & ſuaſiones vehementes, puta, ſi ſtuprator moleſtus fuerat in ſollicitanda puella, & munera ei obtulerat, aut frequẽtes deambulationes circa domum eius, & maxime tempore nocturno fecerat, & his medijs ac modis tandem ea potiatur, tunc dubium eſt, an aliqua ei reſtitutio facienda ſit, & videtur communior ſententia obligari in hoc caſu ad reſtitutionẽ, quandoquidem tales importunæ preces, & ſuaſiones reſpectu leuium puellarum coactionis rationem habere vñr, & prudentum iudicio uim quandam feminis, & præſertim puellis virginibus, quæ ex propria infirmitate, & ſexus ſui conditione ad libidinem maxime propenſę ſunt, afferre cẽſentur.

Quam communem Doctorum opinionē, Pet. Nauar. vbi ſupra nu.445. ita limitat, ut ſolum veram eſſe velit, quando dictæ aſſiduæ preces eſſent hominis, a quo illa diſſentire ſine incōmodo non poſſet, vt ſi eſſet eius dominus, a quo beneficia ſperat, vel Princeps, a quo fauorē, & huiuſmodi. Is.n. metus quidam reuerentialis dicitur, cauſatque inuoluntarium, ob idque dici ſolet, Preces principū iuſſa ſunt, & vim inferūt. Illud autem certum eſt, in foro exteriori ſtupratorem condemnandū fore ad ſatisfactionem, iuxta c.1. de adulterijs, & ſtupro, quia talis reputatur ſeductor virginis, iuxta textum leg. vnic. C. de raptu virg. & fauet gloſ. in regul. ſcienti. de reg. iur. lib.6. In foro autē conſcientiæ exiſtimo non teneri ad reſtitutionē, quia virgo ad huc libera erat, vt conſentiret, vel non; Quod ſi virginis conſenſus non fuerit liber, puta, quia ſolum ex verecundia non auſa eſt negare, & deflorans id aduertit, aut aduertere debuit, vt in caſib. a Petro Naua. allatis contingere ſolet, ad ſatisfactionem tenebitur, quo ſenſu cōem hanc Doctorum ſententiam intelligendam eſſe cenſeo.

29 Tertium eſt, Qui per vim, dolum & fraudē virginem deflorat, etiamſi illa æque bene nubat, ac ſi violata non fuiſſet, tenetur ad reſtitutionē faciendam tam virgini, quā parentibus eius, ratione dāni in bonis temporalibus, & in honore; ſic Doctores omnes ſuperius allati: Ratio eſt, quia irrogatur iniuria virgini, illa non conſentiente, vbi.n. vis, aut dolus ibi eſt, iniuria. Ergo reſtituere tenetur totū damnū, quod intulit virgini, & parentibus eius, per accidēs.n. eſt, quod ita bene nupſerit, ac ſi virgo fuiſſet. Per vim autem ex cōi omnium ſententia intelligitur primo, quando vis corporalis ei fuit illata; ſecundo, quādo metu mortis, aut alio metu graui id fecit; Tertio, quando mēdacijs, & falſis promiſſionibus id fecit, tunc enim nō libere conſentire cenſetur, Et idem eſt, ſi vanis, & impoſſibilibus, quod intelligo, ſi illa crediderit; Si.n. ipſa ſciebat eſſe impoſſibilem, vel certe non condecentem, & iuſtam, non poteſt dici decepta.

30 In his igitur caſibus tenetur deflorans dupliciter virgini pro illata iniuria ſatisfacere: Primo q̄dē in foro interiori tenetur reſarcire damnum ſtupro illatum, per æquiualētē reſtitutionē arbitrio boni, & prudentis viri, quod damnum multiplex eſt, vt conſtat, Primo.n. orbatur integritate illa virginali corporis, quod eſt damnū magnū pretio æſtimabile: Secūdo, redditur minus habilis ad matrimoniū contrahendū, vel.n. ſic corrupta nō facile inueniet maritum, aut ſi inuenit, & matrimoniū cōtrahit, facile incurrit in mariti odiū & alienationē, eo ipſo nomine, quod ab alio corrupta fuit, vt latius Nau. in Man. c.16. nu.17. verſ. Tertio. & nu.19. verſ. ſexto. & Franciſcus Victoria ab eo relatus, nec non Gregorius a Valentia vbi ſupra in tomo 3. diſput.9. quæſt.3. puncto 3. tradunt.

Et quamuis Martinus Nauar. ubi ſupra hoc limitat, & ſolum locum habere velit, quando maritus huiuſmodi defectum deprehēdit, ſecus autem quando maritus talem defectum non deprehēderet, aut nō curaret, quia tūc nullū ex hac parte dānum paſſa eſt, ſi æque bene nupſerit; nihilominus tamen Medina in §. præallegato, & Gregorius de Valētia vbi ſupra, etiā in hoc caſu procedere volunt, quia ſemper eſt periculum, ne maritus intelligat, & ob id dure, & aſpere tractetur, cui incommodo ſemper expoſita eſt vxor, & ideo damnum hoc reſarciendū eſt; Quod vero aſſecuta ſit maritū, qui defectū illū ignorat, aut nō curat, plane p accidens eſt; ſicut etiam quod maritum æque bonum inuenerit, ac ſi corrupta non fuiſſet, id omnino per accidēs eſt, & induſtriæ, aut fortunæ puellæ tribuendum eſt, vt propterea nihil exinde ſtuprator lucrari debeat. Tertio, facit iacturam non leuem honoris. Quarto, ipſa etiam iniuria per ſtuprum virgini illata (quatenus ſcilicet contra ipſius voluntatem violatur) reſarciri debet: quia omnia, habita ratione circūſtantiarum, ad boni, & prudētis viri arbitrium compenſanda ſunt, etiam ante iudicis ſententiā, ita ſcilicet, vt augeatur dos eius, vt dote ſic aucta conſequi poſſit tam honeſtum matrimonium, quam potuiſſet alioqui minore dote, ſi non fuiſſet corrupta; aut ſi ipſa nubere nolit, tantum ei ſuppeditare tenetur, quātum ſatis erit, vt vel cōtinenter viuere valeat in ſeculo, aut Monaſterium ingredi, ſi ipſa voluerit. Immo in vno caſu tenebitur ſtuprator totam dotem ei dare, vt honeſtum matrimonium ineat, ſ. ſi circumſtantiæ tales ſint, vt iudicio prudentis non aliter poſſit iuſte, & æquiualenter corruptæ ſatisfieri.

Addunt tamen vterque Nauarrus, Salon, Corduba, Gregorius de Valentia, & alij communiter nō teneri ante iudicis ſententiā dotem integram illi perſoluere; Quia dare totam dotem tātum eſt pœna a lege impoſita, vt conſtat ex c.1. de adul. & ſtupro. fauet Concilium Tridentinum Seſſion.24. de reformatio. Matrimo. c.6. loquens de raptore, quia ſermo eo loco inſtitutus id tantum poſtulabat; pœnam autem legis non tenetur quis perſoluere ante cōdemnationem per ſententiā iudicis, vt cōiter tradunt Doctores in materia de legib.

Secundo ēt in foro exteriori tenetur luere pœnam legis, ſcilicet, aut eam in vxorem ducere, aut integram dotem poſt ſententiā perſoluere: Quod ſi eam in vxorē ducere noluerit, eā dotare tenetur & præterea corporali aliqua pena iudicis arbitrio caſtigari debet, & excōicari, & in Monaſteriū ad agendū pœnitentiā detrudi, vt colligitur ex cap. peruenit. de adult. & ſtupro. & in his tribus dictis conſentiunt fere omnes authores initio allati.

31 Dubium ſolum eſt, an ſi pater virginis, & ipſa virgo conſenſerint, teneatur ſtuprator eā in uxorem ducere, & intelligitur qn̄ per uim, dolum aut fraudem eam corruperit. Ratio pro parte affirmatiua eſſe videtur, quia id habetur in Exod. c.22. & c.1. de adult. & ſtupro, vbi dicitur. Si quis ſeduxerit virginem, nondum deſponſatam, dormieritque cū ea, dotabit eam, & habebit eam vxorē, Si uero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniā iuxta modū dotis. ſ. iuxta facultates illius, & dignitatē puellæ, & glo. in d. cap.1. in verb. iuxta modū. & ſimile habetur in c.2. de adul. & ſtupro. & in hanc ſententiam inclinant Panor. in d. cap. nu.1. de adult. & ſtupro. & Ang. in verb. ſtuprū. & Barth. Medina lib.1. inſtruct. confeſſ. c.14. §.18. & Gabr. in 4. diſt.15. quæſtio.17. art.3. dub.4.

Pro parte autem negatiua hæc Ratio eſt, quia Matrimonium ad ſui rationē requirit liberū conſenſum, cū ſit vinculum indiſſolubile, ſi ergo deflorans conſentire noluerit, non poteſt ab eccleſia compelli ad eam ducendam in vxorem.

Quia vero plures poſſunt eſſe de hac re dubitationes, ſiquidē dubium eſſe pōt, an eam ducere teneatur, qñ virgo cognita eſt, ſine promiſſione aliqua Matrimonij: Item quando acceſſit promiſſio, ſed tamen ficta, hoc eſt, quando quis ficte promiſit ſine intentione promittendi, ſed fallendi potius; Item quando promiſit Matrimonium cum vera intentione eam ducendi; Itē ſi eam promiſit ſe ducturum, quæ erat opinione virgo, & tamen reipſa non erat, vt res hæc clarius, dilucidiuſque explicetur, ſequentes concluſiones ſubiungam, quarũ

Prima eſt, ſi deflorans virginem, Matrimoniũ non promiſit, ſolum tenebitur reſtituere damna illata, attenta qualitate perſonæ ipſius feminæ, quam violauit: Sicut enim alia damna corporis compenſanda ſunt, ita & hoc damnum clauſtri, & integritatis virginalis, in qua læditur, cum ipſa hæc integritas corporis pecunia ęſtimabilis ſit, & hoc, etiamſi nullum aliud damnũ ſequeretur, puta, quia non innoteſcit alijs, aut quia æque bene nupta ſit, ac ſi uiolata nō eſſet, aut quia uir eius non ſuſpicatur ſtuprum aliquod præceſſiſſe, quæ concluſio patet ex his, quæ ſuperius in tertio dicto allata ſunt.

Secunda eſt, ſi deflorans promiſit virgini Matrimoniũ vere, & ex animo, tenetur eā ducere, nec pōt aliter ei ſatisfacere damnum illatum, vel pecunia, vel alia re, niſi ipſa ſit cōtenta alia cōpenſatione. Sic Nau. in Man. c. 16. nu. 18. verſ. 4. Mart. Led. 2. 4. q. 18. art. 2. fol. 241. col. 1. Mich. Salon, & Greg. de Valen. & alij DD. cōiter. Ratio eſt, quia virgo nō conſenſit in ſtuprũ pro pecunia, aut alia re, ſed ſolũ, quia ſtuprator promiſit ei Matrimonium. Hoc tñ prædicti Doctores limitant, vt nō procedat, qñ eſſet tanta diſparitas, vt non eſſet honeſtũ illam ducere, & magna incommoda ex tali Matrimonio ſequerentur, tunc. n. docent ſatis eſſe, immo teneri ad dotandum puellam uiolatam ſecundũ qualitatem virginis; ad arbitriũ prudentis viri. vt v. g. ſi ſtuprator eſſet diues, & potens, puela vero, quam violauit, eſſet pauperrima, & perſona, vilis, & ſi in hoc caſu non eſſet cōueniēs, vt illam duceret, tenebitur tamen illam dotare, iuxta gradum, & ſtatum ipſius puellæ. Quando aūt virgo aliquam dotem habuit, cum qua honeſte matrimonium inire poſſet, ſi non uitiata fuiſſet, puta, mille aureos, poſt huiuſmodi autem ſtuprum non inuenit virum ſibi æqualem niſi cũ dupla dote, tenebitur ſtuprator in hoc caſu illi dare mille aureos, vt ſic habeat cum ſuis duo millia, vt honeſte matrimonium contrahere poſſit.

Ratio eſt, quia in hoc caſu virgo, & pater ipſius per ſtuprum læduntur in ſumma mille aureorũ. Quæ Doctorum limitatio etſi conſideratis circũſtantiis in praxi obſeruanda ſit, in rigore tamen vera eſt ſimpliciter concluſio propoſita, locumq; habet, etiāſi deflorans ſit ſuperioris conditionis, & inæqualitatis. Quia ſponſalia ab inæqualib. celebrata ſunt valida: Ergo a fortiori, quādo in cōpenſationem ſtupri ſponſalia celebrantur. Cum enim femina ex parte ſua implet, quod exigitur, deflorans etiā promiſſis ſuis ſtare tenetur. Quod ſi ſtuprator de facto aliam ducat, non poteſt ei digne ſatisfacere; vnde tenebitur ei reſtituere, quantum feminæ ſtupratæ conuenit, habita ratione gradus ipſius puellæ.

Rō eſt, quia femina per promiſſionem ſibi factam acquiſiuit ius, vt ſibi impleretur promiſſio, & contractus, idque ſibi debitum erat ex iuſtitia.

Idem dicendum, ſi non promiſit eam ducere, ſed dotem integram, vel partem dotis illi perſoluere, & ipſa ſub illa promiſſione conſentit, tenebitur enim promiſſum ſeruare, vt conſtat.

Tertia eſt, qui ficte promiſit puellæ, quā vitiauit, ſi ſit ei æqualis, aut paulo inferior conditione tenetur ſub mortali eam ducere, & promiſſum ſeruare. Sic Nau. in Man. c. 16. nu. 18. Scot. 4. d. 27. q. 1. art. 3. dub. vlt. ante ſolutionem argumentorum, Speculum coniug. par. 3. art. 19. concluſ. 5. citans pro hac re Scotum 4. d. 30. q. 1. qui id docet, ſi attente legatur S. Ant. par. 2. tit. 5. c. 6. §. 1. Adr. in 4. tract. de Matrimonio. q. 2. verſ. Dico igitur ad quæſitum. Victoria & S. Th. in addit. par. 3. q. 46. art. 2. ad 4. Summa Piſanella idem etiam tenet in verb. Matrimonium. 4. §. Quid ſi illũ. Ang. verb. ſtuprum. Greg. de Valen. & Salon vbi ſup.

Ratio eſt, quia tunc celebratur contractus inter eos, vt pro eo, quod ei promittitur, copiam ſui faciat. Vnde puella complente cōtractum ex vna parte, conſurgit obligatio ex alia parte, & proinde femina renuente, non poteſt aliter ei damnũ reſarcire, quam eam ducendo, & peccat mortaliter non ducendo eam, quia ſemper eſt in tali obligatione; tenetur autem huiuſmodi ſtuprator habere nouum conſenſum in eam ex animo.

Neque hoc nouum videri debet, cum id in iure determinatum ſit, vt ex c. 1. & 2. de adult. & ſtupro, colligi poteſt. Sicut enim ſi quis ſeduxit aliquam, dicendo vxorem non habere, cum tamen habeat, poſt mortem veræ vxoris, femina ſeducta (ſi velit) poteſt eum ſumere in virum, & in pœnam fraudis, & doli compellitur ſeductor, vt conſentiat, vt tradit Scotus 4. diſt. 35. q. vnica. arg. c. vlt. de eo qui dux. in matrim. quam poll. & latius tradit ſpeculum coniug. vbi ſup. ita etiam a ſimili, qui aliam ſeduxit ficte couſentiendo, vt plene reſtituat, compellendus in conſcientia venit, vt eā, quam ſeduxit, ducat.

Si tamen etiam ducat, tenet matrimonium cũ ſecunda, qua mortua tenetur ſeductam ducere, ſi ipſa velit, & ducendo ſecundam peccauit mortaliter, vt expreſſe docent Adr. & Speculum coniug. vbi ſupra.

Sicut qui voto ſimplici Deo eſt obligatus, tenetur ſub mortali ſeipſum tradere Deo, ſi tñ ſe tradat cōiugi, valet traditio, nō obſtante illa priore obligatione, & tradendo ſe coniugi, peccauit mortaliter, quia ſe reddidit ineptum ad tradendum ſe Deo, durante Matrimonio.

Intelligitur autem concluſio, quando puellam cognouit; Nam ſi ſolum fuit promiſſio verbis, & non ſequuta eſt aliqua corruptio, quamuis peccet mortaliter non adimplendo promiſſum in re graui, ſi eam non ducat, dnmmodo puella promiſſum acceptauit; non tamen tenetur in hoc caſu eam ducere, quia reſtitutio non eſt neceſſaria, cũ iniuriam non ſit paſſa in corruptione, quandoquidē integra manet.

35 Quarta eſt, Qui animo deceptorio promiſit puellæ, quam vitiauit, ſi ſit notabiliter excedens in conditione diuitiarum, & nobilitatis, & puella hoc ipſum aduertit, aut aduertere debuerat illum habere animum deceptorium, licet deflorãs mortaliter peccauit, non tamen tenetur eam ducere, ſic Sotus in 4.diſt.27.q.1.art.3. ante ſolutionem argumentorum. Mart Ledeſm.2.4.q.18.artic.2. fol.241.col.1.Summa Piſanella verb. Matrimonium.4.verſi.Quid ſi illum.Sylueſt.verb.luxuria. q.5. in fine inclinat potius in hanc, quam in contrariam ſententiam. Mart. Naua.in cap.16.num. 18.verſic.Quarto.Speculum coniug. par.3.artic. 19.concluſ.3. Gregor.de Valentia, & Michael Salon locis ſupra citatis.

Ratio eſt, quia cum ſeducta hæc aduertere debuit, non tenebitur deflorans promiſſionẽ adimplere; Neque ex eo infidelis eſt iudicandus, diſparitas enim conditionis efficit hoc, vt omnino improbabile ſit, mulierem crediſſe deflorantẽ vere & ex animo promiſiſſe; Vnde in hoc caſu non præſumitur puella ſeducta, & decepta; Cum enim mulier eſſet paupercula, & vir nobilis, & diues, nimis erat credula, ſi exiſtimaret virum ex animo matrimonium promiſiſſe, & ideo conſentiendo in ſtuprum merito decipitur, & ſibi imputet, qđ tã leuiter conſenſerit: Quia deberet ſuſpicari talẽ ſeducere, & ficte verba proferre. In hoc tamẽ caſu tenebitur deflorans eam ſufficienter dotare, vt inueniat talem virũ, qualem inueniret, ſi corrupta non eſſet: Quia non putatur talem feminam omnino libere conſenſiſſe.

36 Quinta eſt, Qui mulieri corruptæ, quæ tamen in populo virgo habebatur, ficte promiſit matrimonium, etſi copula ſecuta ſit, & cuiuſcunque ſit conditionis, ſiue æqualis, ſiue inæqualis, non tenetur in foro conſcientiæ ſub peccato eam ducere, ſed neque aliquid ei reſtituere, ſi occulte id fecit; ſi vero fama eius læſa ſit, tenetur de damno ad boni, & prudentis viri arbitrium. Sic Ioan. Maior in 4.diſtin.37.q.33. Corduba lib.1. qq. quæſt.13.d. 5.& tract. de caſibus conſcientiæ caſu.48. & 49. Mart.Nau.in Man.cap.16.num.19.verſ.ſeptimo. Alphonſus de vera cruce in ſpeculo coniug.par.3. art.19. concluſ.6. & Petrus Nauar.lib.2.de reſtit. c.3.par.4.num.449. Dixi (ſi occultè id fecit) quia in hoc caſu non videtur corrupta damnũ aliquod pati. Secus autem eſſet, ſi culpa viri ipſa patitur infamiam, vt quia illa occulte, & in loco tuto conſenſit; alter vero ſe iactans, vel alia via rem manifeſtans, infamiæ cauſa eſſet, tunc enim quia damnum illi in fama intulit, ad reſtitutionẽ tenetur, & ei de dote prouidere, aut alia via ſatisfacere obligatur. Sin autem illa famam amiſit, vel ſua culpa, quia ſcilicet ipſa, vel dixit, vel occaſionem præbuit, vt diceretur, vel alia quauis via; aut ratione ſine culpa ſtupratoris, res venit in publicũ, non videtur in rigore ad aliquid reſtituendum obligari: Ratio eſt, quia nõ fecit ei iniuriam eam cognoſcendo, cum ipſa ſponte conſenſerit, nec infamando, vel occaſionem dando de infamia, & ita nec ad reſtitutionem aliquam faciendam obligatur, vt latius Petrus Nauar. vbi ſupra probat.

De Bonorum externorum Reſtitutione.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Fama, & Honor bonorum omnium externorum præſtantiſſima quare.*

2 *Fama unde dicatur ſecundum Etymologiam.*

Fama, & in bonam & in malam partem accipi poteſt ibidem.

3 *Fama à Canoniſtis & ſtSummiis aliter, aliter à Philoſophis, & Theologis definitur.*

4 *Communior, & uerior definitio famę eiuſq; explicatio.*

5 *Honor quid, & quid detractio, & infamia quæ famæ opponitur, & inhonoratio, quæ honori opponitur, & fama & honor in quo differunt.*

6 *Infamari quis poteſt uarijs modis.*

7 *An crimen falſum alteri imponens peccat mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.*

Detractio quàm odibilis ſit ex ſcripturis, & ratione oſtenditur. ibid.

8 *Imponere peccata uenialia falſa, aut defectus naturales, uel pęne falſos peccatum eſſe mortale, in quo ſenſu intelligendum ſecundum Nauar.*

9 *Grauius peccatum falſum crimen imponere, quam uerum crimen alicuius occultum detegere.*

10 *Vnus caſus, in quo, qui alterum infamat, de falſo crimine, excuſatur à pecc.mor.*

11 *Quoad reſtitutionem famę ablatæ tenetur ſub mortali, qui falſum imponendo infamauit. Infamia quodam modo peccatum publicum.*

12 *Ob infamiam alterius ſępe innocentes multa amittunt bona, præſertim inter Religiones.*

13 *Qui conatur alium infamare, non tamen id aſſequitur, quia non illi creditur, ſed certo iudicatur ab audientibus mendax, non tenetur ad reſtitutionem.*

14 *An quis falſo infamatus ab aliquo de rebus ſuis optime geſtis & innocentiæ ſuæ argumentis ab infamia ſe liberauit, teneatur infamator ad reſtitutionem.*

15 *Infamator cur in hoc caſu non teneatur retractare, cũ tamen ſi noceat in bonis, etiam ſi alter habeat aliunde, non tenetur reſtituere.*

16 *Damna tamen, quæ ſic infamatus incurrit antequam famam recuperaret, reſtituere tenetur.*

17 *An qui inique proximum infamauit, teneatur omnia damna temporalia ex tali infamatione ſubſecuta reſarcire.*

18 *Sententia Soti à Nauarro bene limitatur de reſtitutione quoad integrum in* quæſitis, *in* quærendis *non item.*

19 *Qui iniuſte reuelat crimen verum, ſed occultum, an teneatur ad integrum reſtituere.*

Ratio obligationis non oritur ex quantitate peccati quomodocunque ibid.

20 *Cur æque teneatur ad integrum, ac qui falſum dicendo infamauit, vbi ratio Soti in contrarium allata refellitur.*

21 *Quid de legatario propter crimẽ occultum reuelatum bonis adeptis priuato, aut per teſtatorẽ adipiſcedis.*

Siue malo animo quis infamet, ſiue ob proprium intereſſe, ſiue inconſiderate, ſiue bono animo & zelo faciat, reſtituere tenetur ibid.

22 *Quam reſtitutionem facere tenetur quantum ad reſtitutionem famæ, qui falſum crimen imponendo diffamauit aliquem.*

23 Simꝰ

Simpliciter bona propria alienis præferenda, quando autem non, & quod tenetur ſeipſum diffamare, vt alterius famam conſeruare poſſit.

Alienæ famæ conſulere cum periculo, vel damno propriæ teneri cum duplici limitatione intelligendum, & quænam ſit vnaquæque.

Epiſcopus Prælatus aut vir alius Illuſtris infamans plebeium, & ignobilem non tenetur dictum ſuum reuocare & quare.

Fama non ſemper in eodem genere reſtitui debet, ſed poteſt aliquando pecunijs, aut aliqua re æquiualenti compenſari contra Sylueſtrum.

An qui falſo alium infamauit ſiue in iudicio ſiue extra ſi intelligat ſua ſimplici retractatione non eſſe reſtitutum, cui nocuit nec ab auditoribus illi creditum, teneatur iurare ſe eſſe mentitum.

8 *An abſolui poſſit, qui ſic falſo fratrem infamauit, ſi iuxta prædicta reſtituere noluerit.*

9 *An infamans ſeipſum peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*

Opinio Caietani, quæ tria dicta continet, & num. 30.

1 *Opinio Soti, & aliorum plurimorum, qui negant fundamenta Caiet.*

2 *Infamare ſe ex cauſa bona, & honeſta non ſolum malum, & peccatum non eſt, ſed aliquando opus virtutis, & meritorium.*

3 *Qui infamat ſeipſum propalando crimen occultum ſine cauſa, peccat, non tamen erit ex genere ſuo mortale, ſed veniale.*

34 *Varij caſus enumerantur, in quibus poteſt eſſe mortale (licet non ſit ex genere ſuo) vſque ad nu. 39.*

40 *Infamare ſeipſum non eſt cõmuniter cõtra iuſtitiã.*

41 *Qui iniuſte regatur, & metu tormentorum propriũ crimen occultum propalat, peccat ad ſummum venialiter tantum.*

Etiam Crimen alienum poteſt prodere in hoc caſu, licet ſub ſigillo ſecreti acceperit, ſi non ſit ſacramentale. ibidem.

42 *Qui in tormentis poſitus, & iniuſte rogatus falſo ſibi crimen imponit, ſolum peccat venialiter.*

43 *An ſibi famam reſtituere teneatur caſu, quo ob confeſſionem criminis falſi incidit in uitæ periculum.*

44 *An teneatur reſtituere, dicendo ſe ob vim tormentorum ſibi falſum crimen impoſuiſſe, quamuis ex illa recantatione iterum torquendus ſit.*

45 *Soluuntur argumenta Caietani, tum ex ratione tum ex S. Aug. deſumpta.*

S. Ambroſium introduxiſſe mulieres meretrices in domum ſuam, ne in Epiſcopum eligeretur, certam fidem, & authoritatem non habet. ibid.

1 TRia ſunt bonorum genera, prout ab antiquis omnibus tum philoſophis, tum Theologis traditũ accepimus, & nos paulo antę latius expoſuimus. Primum genus eſt bonorũ animæ, vt ſcientiæ, virtutes, gratia, & huiuſmodi, de quibus ſupra egimus late c. 1. Alterum eſt bonorum corporis, vt ſunt uita, & membra corporea, eorumque ſanitas, de quibus in ſuperioribus etiã diſputatum eſt. Tertium genus eorum bonorum eſt, quæ communiter ab omnibus bona externa, ſeu bona fortunæ appellari ſolent. Quãuis ergo primum, & ſecundum bonorum genus nobilius ſit, & omnino bonorũ externorũ genere præſtãtius; q̃a tñ inter bona fortunæ, & externa, ex vna parte ſunt fama, & honor, ex alia vero parte ſunt res aliæ externę, diuitiæ, res familiares, & alię res vtiles, ac neceſſariæ, quib. uita humana vtcunquę conſeruatur, & ſuſtẽtatur, & omniũ in hoc tertio bonorũ gñe cõtentorũ maxima, & præſtãtiſſima ſunt fama, & honor; adeo vt nõnulli ob famã & honorẽ, vitã ipſam cõtempſerint, eligẽtes, vt melius, glorioſe, & fortiter occũbere, quã gloriæ, & famæ dedecus & ignominiã inferre; ideo prius de reſtõne famæ, & honoris agemus, poſtea de ceterorum bonorũ fortunæ reſtõne tractaturi. Res ſane meo iudicio, ſatis difficilis, non tñ minus utilis, quã neceſſaria, maxime cum vt quidam vir doctus verè affirmauerit, his temporibus pernicioſiſſimũ hoc detractionis, ac murmurationis uitiũ adeo percrebuerit, vt vix tãde ſanctiſſimus locus ſit, quem labes iſta nõ tetigerit, uix tam pius quis reperiri poteſt, quem peſtis hęc non infecerit.

Cum igitur hominis fama, tum ad Dei ipſius laudem, tum etiam nonnunquam ad conſcientiæ bonæ cõſeruationem tam vtilis, ac perneceſſaria ſit, omni, qua poſſumus, diligẽtia, de famæ honoriſque conſeruatione, ac reſtitutione in ſequentibus agemus, ſi tamen prius bonam famam, & honorem, bonorum omnium exteriorũ præſtantiſſimum eſſe breuiter oſtenderimus. Id quod ex ſacris literis, & authoribus tum domeſticis, tũ profanis, nec non ratione facile conuincitur. Hinc.n. Prouerb. 22. dicitur, *Melius eſt nomen bonum, quã diuitiæ multæ: ſuper argentum enim, & aurum gratia bona*. Et Eccleſiaſ. 7. *Melius eſt nomen bonum, quã unguenta pretioſa*. Quib. ſimile eſt illud. Eccleſiaſ. 41 *Curã habe de bono nomine: hoc.n. magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni. Bonæ uitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in euum*. Eadem eſt ſnĩa S. Tho. in 2. 2. q. 73. art. 3. & Gabr. in 4. diſtin. 15. q. 16. artic. 1. Notab. 2. Mart. Ledeſ. 2. 4. q. 18. art. 2. pag. 242. col 3. ante dubiũ tertium principale, & Petri Naua. lib. 2. de reſtit. c. 4. nu. 8. & aliorum omnium. Inter ethnicos idem docet Cicero in lib. de oratore perfecto, his verbis; *Rumoris publici authoritas inſtar oraculi eſt*, & publius Mimus, *Honeſtus rumor* (inquit) *alterum eſt patrimonium*. Quib. ſimile eſt illud Iſocratis, *Honeſtus theſaurus eſt gratia, quæ bono uiro debetur: ex publicis ergo adminiſtrationibus abeas nõ opibus cumulatior, ſed gloria onuſtior, multis enim opib. præſtantior eſt multitudinis laus*. & Plautus in Muſtellario, *Ego* (inquit) *ſi bonam famam mihi ſeruabo, ſat ero diues*. & denique Liuius Decad. 1. lib. 3. *famæ damna maiora ſunt* (inquit) *quam ut eſtimari poſſint*. Hoc ipſum ratione oſtendi poteſt.

Primo, quia bona ipſa ęxterna, vt potentatus, & diuitiæ propter honores, & famã, tanquã propter finem appetuntur, teſte Ariſt. 4. Ethic. c. 5. vnde merito ſapientes bonum nomen vtilitati prætulerunt. Vnde Ouid. lib. 3. de arte amandi, ait:

Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis,
Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet.

Secundo, quoniã honor, & fama virtutis præmium eſt, & eius Comes indiuiduus, iuxta ea quæ latius traduntur a S. Thom. in 2. 2. q. 103. art. 1. ad ſecundũ, & tertium, & ab Ariſt. 4. Ethic. cap. 5. & ſane experientia conſtat eos, qui virtutem colũt, ab omnibus tam ſapientibus, quam inſipientibus honorari,& perpetuis laudibus celebrari; Hinc illud Virgilij;

Sum pius Aeneas fama ſuper æthera notus,

& S. Gregorius lib. 22. Moral. c. 7. *Bonum opus fama laudabilis ſequitur,& ab eo uires accipit vti a Sole Luna ſplendorem.*

2 *Vt* autem,quæ de famæ, ac honoris reſtitutione dicenda ſunt, melius percipiantur, quid fama, quid honor ſit,explicandum eſt; Fama igitur,ut a nominis Etymologia exordiamur, a fando dr, vt linguæ periti tradunt, ex quo deducitur famã nõ eſſe, niſi vbi eſt locutio, licet ergo credulitas ſit, vel locutio interior de aliquo quouſque tamẽ hæc verbis non manifeſtetur fama dici non poteſt.

Quia vero de aliquo malum & bonũ homines loqui,& fari poſſunt, conſequens eſt famam ſe habere poſſe ad bonum & malum; quicquid enim de aliquo apud alios diuulgatur,fama eſt. Communius autem fama in bonã partem ſumitur, prout a nobis in præſentiarum accipitur, Quæ tamen aliter a Canoniſtis & Summiſtis, aliter a Philoſophis & Theologis definitur.

3 Canoniſtæ.n.poſt gloſſam in c. veſtra, in verb. notorium, de cohab. cler. & mulier. quã ẽt vt plurimum ſequuntur Summiſtæ in verbo fama. vbi Sylueſter nu. 3. & alij ſic definiunt. *Fama, eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus ff. de uar. & extraord. cogn l. cognitionum, §. exiſtimatio.* Hanc autem definitionem gloſſæ impugnat Corduba trac. de detrac. q. 1. in princ. quia, inquit, ſtat aliquẽ famã bonã habere, qui non eſt honeſtæ vitæ. Et ecōtra contingit eſſe infamatũ aliquem, qui vitæ integerrimæ ſit.

Affert ergo ipſe definitionem aliã ex Adriano Quodlib. 11. in primo ſuppoſito, litera C. *Fama eſt exiſtimatio integritatis, ſeu honeſtæ uitæ in toto, uel in parte.* Addunt autem hi authores, (*in toto, uel in parte,*) Quia ſunt nõnulli adulteri, aut ebrioſi bonæ famæ, quo ad integritatẽ iuſtitiæ, & fidei. At certe nec iſta definitio ſatis firma eſt, quia non minus cõtra hanc, quam contra gloſſæ definitionẽ ratio Cordubæ, & Adriani militat, vt patet. Siquidẽ fieri poteſt, vt quis habeat integritatẽ iuſtitiæ, & fidei, vt eorum vtar exemplo, & tamẽ laboret infamia iuris, adhuc in ea parte, vt ſi innocens ſit condemnatus; Et contra fieri poteſt, vt ſit iniuſtus & infidelis, & tamen famam fidei, & iuſtitiæ habeat. Accuratius ergo Pet. Naua. lib. 2. de reſtit. c. 4. nu. 5. illam Gloſſæ, & Canoniſtarũ definitionem refellit, eo quod fama, non eſt ſtatus ipſe bonus, ſed opinio atque æſtimatio, quæ de aliquo habetur. Fama namque nõ eſt in ipſo, de quo habetur, ſed in aliis, qui bene; aut male de eo exiſtimant vt etiam docet Mart. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 2. pag. 246. col. 4. Vnde honor, teſte Ariſtot. 1. ethi. 5. non eſt in honorato, ſed in honorante.

Illa etiam Cordubæ, & Adriani definitio imperfecta eſt, quamuis enim fama, exiſtimatio ſit, ſola tamen æxiſtimatio famam non facit.

4 Illa igitur Philoſophorum & Theologorum definitio ſicut communior, ita verior eſt,

Fama eſt communis & clara opinio & æſtimatio bonæ & inculpatæ vitæ, uoce manifeſtata, quã de aliquo habent homines. Sic Sotus li. 4. de iuſt. q. 6. ar. 3. ad 4. & lib. 5. de iuſt. & iu. q. 9. ar. 1. Michael Sal. in 2. 2. q. 62. art. 2. poſt controu. 12. Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. nu. 6. & Mart. Ledeſ. vbi ſup. a qua non differt illa Mart. Nau. in Man. c. 18. num. 19. fama eſt exiſtimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum vſum.

Dicitur autem *communis, ſeu clara opinio & æſtimatio*, quia dicta paucorum, nec bonam, nec malã famam faciunt, ſed opus eſt, ut a maiori parte, aut ſaltem a multis diuulgetur, vt notat Sylu. in ver. famã nu. 1. & 2. Vnde differt a rumore, rumor.n. eſt parua quædam fama, & eſt uelut genus, omnis enim fama eſt rumor, non contra. Cum enim minor pars ciuitatis, vel viciniæ, opinionem de aliquo habet, rumor dicitur, Cum vero maior pars ciuitatis, vel viciniæ, dicitur fama, & conſentiunt Angelica, & Tabiena in verb. fama.

Dicitur *uoce manifeſtata*, quia interior opinio, & notitia de aliquo, nõ eſt fama, vt diximus, vnde Sylueſter, Angelica, Tabiena & Petrus Nauarrus, & alii cõiter docent, ad famã neceſſario inter alia requiri, vt æſtimatio hæc verbis manifeſtetur.

Additur, *quam de aliquo habent homines*. Fama enim, vt diximus, non eſt in ipſo, de quo habetur, ſed in alijs, qui bene, aut male de eo cogitant.

5 *Honor* vero eſt cultus & reuerentia, quæ alicui perſonæ exterius exhibetur ratione virtutis, dignitatis vel alicuius excellentiæ. Sic Scotus, & Salõ vbi ſupra. Famæ autem opponitur infamia, & detractione læditur; Eſt autem detractio, vt docet S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 1. *ablatio, ſeu iniuſta denigratio famæ per uerba occulta cum intentione nocendi ſaltem in fama.* Recte autem dicitur, *ablatio ſeu denigratio iniuſta*, quia vere in detractione aliquid aufertur a perſona, ſcilicet, ipſa fama, non ſecus atque in furto auferuntur bona externa. Quæ ablatio ſeu denigratio famæ, vt reſtitutionis obligationẽ inducat, iniuſta eſſe debet, vt inferius dicemus.

Dicitur, *per uerba occulta*, vbi *uerborum* noie nõ ſolum intelliguntur ipſa verba, quæ ore proferũtur, ſed etiam ſigna & nutus, immo ſæpe ipſa taciturnitas, quæ locum verbi habet; vnde eſt illud commune dictum, qui tacet conſentire videtur.

Additur, *per uerba occulta*. Quia vt erudite ac ſubtiliter tradit S. Tho. in 2. 2. q. 73. art. 1. ſicut facto quis nocet alteri dupliciter in alijs rebus externis, ſcilicet, manifeſte, aut occulte, manifeſte quidem, ſicut in rapinam, vel quacunque violẽtia illata, occulte autem, ſicut in furto, ita etiam verbo aliquis dupliciter aliquem lædit; vno modo manifeſte, & hoc fit per contumeliam, quando quis in præſentia aliquem verbis lædit, qua rõne contumelia honori aduerſatur; alio modo occulte, & hoc fit per detractionem, qui cum verba cõtra aliquem profert in occulto famam eius apud alios lædit, & detractor appellatur, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil illo minus* habet, qui occulte detrahit.

Additur, *cum intentione nocendi ſaltem in fama*, ſiue habeat intentionem nocendi directe & expreſſe, ſiue indirecte & tacite, vt cum quis detrahit non bono fine, vel non dedita opera, ſed incaute, & ſine debitis circunſtantijs. Honori autẽ opponitur inhonoratio, ſeu cõtumelia, quæ eſt quædam ablatio illius debitæ reuerentiæ.

Differũt ergo fama, & honor; poteſt enim vnũ eſſe ſine altero:nam homini Principi,v.g.ob ſanguinis nobilitatem exhibendus erit honor,cuius tamen fama ob vitę,ac morum turpitudinem obſcura eſt; Econtra verò pauperculis, qui in angulis,& cauernis deliteſcunt,nullus honor exhibetur,quorum tamen fama ob vitæ,morumque ſanctitatem vbique fulget.

Demum obſeruandum eſt poſſe,quem varijs modis infamari, primo, quando falſo imponitur fratri crimen,quod non commiſit, & hoc dupliciter, aut priuatim & extra iudicium,aut in iudicio. Secundo,quando reuelatur,& detegitur verum crimen fratris, occultum tamen,& hoc etiam dupliciter,aut priuatim contra ordinem charitatis,& correctionis fraternæ,detegendo crimen alterius non admonendo illum prius inter ſe, & illum ſolum, aut publice in iudicio contra ordinem iuris,vt cum quis reuelat coram iudice occultum crimen, quod teſtibus probari non poteſt.

Tertio,quando quis ad tuendum ſe, & ſuum honorem infamatur,& hoc etiam duob.modis fieri poteſt,aut iure,aut contra ius:iure,vt cum occultus concubinarius,aut fur iuris ordine non ſeruato accuſaretur,vel denunciaretur,accuſatus verò dicit accuſatorem,vel denunciatorem in eo fuiſſe mentitum:ſic enim negans ſuum crimen,quod alter inique detegit, delatorem illum infamat de mendacio,ſed iure, cum delator ille iniuſtè reuelauerit. contra ius vero,quando delator iuſte, & iuridice detegit in iudicio, accuſatus tamen crimen obiectum negat-

Quarto,quādo quæ ab alijs audiuimus de proximis noſtris,alijs referimus, qui modus viſitatiſſimus eſt,& maxime noxius: De quibus omnibus in ſequentibus dicemus. De quib.legi poſſunt S.Tho. 2.2.q.62.art.2.ad 2.& q.73.art.1.ad 3.Ric.in 4.d. 15.art.5.q.3.Scotus ibid.q.4.Sot.lib.5. de iuſtit.q. 10.art.1.Adr.Quodlib.11.lit. D. Mich.Sal.in 2.2. q.62.ar.2.ante controuerſiam 13. Gab. in 4.diſtin. 15.q.16.art.1.Not.2.Ang.Sylueſt. Tab.& Summiſtæ in verb.Detractio.& Alex. de Ales in 2.par.q. 129.memb.1.Nau.in Man.c.18.nu.21.& alij,qui alios infamandi,ac detrahēdi modos ponunt,quos Horat.lib.1.ſerm.Satyra 4.iuxta modum, quo ordinarie fieri ſolet detractis,ſcilicet,clam.his verſibus deſcripſit.

Abſentem qui rodit amicum;
Qui non defendit alio culpante, ſolutos
Qui capiat riſus hominum,famamque dicacis;
Fingere qui non uiſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit;hic niger eſt,hunc tu Romane caueto.

His ita prænotatis ad dubiorum ſolutionem accedamus.

7 PRIMVM DVBIVM: An crimen falſum alteri imponens peccet mortaliter, & ad reſtõnem teneat? In hac re communis ſnīa Doctorum eſt Alex. de Ales 2.p.ſummæ,q.129.memb.3.S.Tho.2.2.q. 73.art.2.& Caiet.ibi.Sot.lib.5.de iuſti.q. 10.art.2. Angelicæ in verb.detractio,nu.2.& Sylu. eod.q.1. Tabi.eo.nu.2.ver.2.Barth.Med.lib.1. inſtru.c.14. §.35.Mart.Naua.in Manu.c.18.nu. 24. Pet.Naua. lib.2.de reſti.c.4.n.267.& Greg. de Val.to.3.diſp. 5.q.17.punc.2.& aliorum dicentium, eſſe peccatū mortale ex genere ſuo imponere alicui crimen falſum,ſiue in iudicio ſiue extra iudicium, cum hoc peſſimum ſit detractionis genus. Hoc patet ex illo Pſalmi 100.*Detrahentē ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar.*& Ro.1.*Detractores* dicuntur *Deo odibiles.* *& Iac.4.Nolite detrahere alterutrum fratres mei,qui detrahit fratri,detrahit legi*,i.vt exponit S.Tho.2.2. q.74.ar.2. ad 3. contemnit præceptum de dilectione proximi.Immo expreſſe peccat contra octauum Decalogi præceptum, *Non falſum teſtimonium dices.* Deinde etiam contra ius naturę facit, faciendo alteri,& imponendo ei crimen, quod ſibi fieri,aut imputari nollet.Ratione etiam probatur,quia graue damnum infert proximo in re magni momēti, cum damnum famæ grauius ſit,quam damnum rerum externarum, ſecundum illud Eccleſiaſtici 4. *Curam habe de bono nomine,hoc enim magis permanebit tibi,quam mille theſauri pretioſi, et magni*, ergo mortaliter ex genere ſuo peccat. Dixi, *eſſe peccatū mortale ex genere ſuo;*quia vt notat S.Th. in 2.2.qu. 73.ar.2.& Sotus,& alij vbi ſupra docent, quamuis detractio communiter ſit mortale peccatum, aut quia cum intentione lædendi famam proximi,aut quia ex facto reipſa lęditur fama,licet non intendatur explicite: nonnunquam tamen erit ſolum peccatum veniale,ſ.quando imponitur illi res leuis,& hoc maxime,quādo illam imponit ex leuitate quadam animi,& defectu plenę deliberationis,quam fere linguæ celeritas præcurrit: ſi enim materia ſit grauis,etiāſi ex leuitate procedat, erit mortale pec
8 catum.Immo Naua.in Manu.c. 18.nu.15.ait peccatum eſſe mortale imponere peccata venialia falſa, aut defectus naturales,vel pene falſos cum talibus circumſtantijs:Cuius opinio,vt vera ſit,intelligi debet, quoties exinde ſequitur damnum aliquod notabile in fama, aut ēt in conſecutione alicuius rei vtilis: prout contingere ſolet, quando quis ob huiuſmodi peccata,& defectus falſos impediretur ab adipiſcendo aliquo officio,& gradu,aut ab amicitia vtili,& honorabili repellere, vt ſi quis ob culpas veniales vanitatis, & iracundiæ impediretur ab aliquo officio conſequendo, id quod ſæpe locum habere poteſt inter religioſos, qui cum perfectionis ſtatum vel habere, vel ad eum tendere teneantur ex S.Thom.in 2.2.q.186.art.1. nonnunquam aliquid ſuæ famæ, & boni nominis ex venialium culparum falſarum impoſitione amittunt, vt docet Pet.Nau.li.2.de reſti.c.4.nu.320.& hoc maxime, cum grauius peccatum ſit falſum alicui imponere, quam verum alicuius crimen occultum detegere.

9 Quibus fauet illud quod docet S. Thom.in 2.2.q. 73.art. 2. in Corp. qui poſtquam docuit non eſſe peccatum mortale detrahere, quando *profertur verbum ex animi leuitate, vel ob cauſam non neceſſarium*, ſubdit, *Niſi forte uerbum, quod dicitur, ſit adeo graue, quod notabiliter famam alicuius lædat, et præcipue in his,quæ pertinent ad honeſtatem uitæ.* Id quod maxime verum eſſe conſtat, quando ſermo ſit de perſonis,quæ vitæ ſanctitatem colunt,aut voto profitētur,vt recte Gregorius de Valen. ubi ſupra animaduertit.

10 Vnus caſus eſt, in quo qui alterum de falſo crimine infamat, excuſatur à peccato mortali, ſcilicet,quando iudex,ante cuius tribunal quis legitime probatur nocens, & quem ipſe certo nouit eſſe innocentem,ipſum morti adiudicat,aut alia pęna puniendum condemnat: quo vtique caſu, quamuis

falſum illius crimen facto ipſo affirmat,quia tamē ſecundum allegata,& probata id facit,nec peccat, nec ad reſtitutionem aliquam obligatur, iuxta ea quæ, tradunt S.Tho.2.1.q.67.art.2. Alex.de Ales par.3. ſummæ, q.40. mēb.6.art.2. Rich.in 4.diſt. 18.art.3.q.2.ad primum,Sotus lib.5.de iuſtit.q.4. ar.2.Mich.Salon in 2.2.q.62.ar.2.ante cõtrouerſiã 13.& in q.67.art.2.& Greg.de Valen.to.3.diſpu. 5.q.11.puncto 2. de qua re alibi latius agendũ eſt.

11 *Quo ad* reſtitutionē conueniunt omnes Doctores,ſi falſum imponendo eum infamauit, tenetur ad reſtitutionem famę ablatæ, ſub peccato mortali.Id quod videtur de fide,tum propter conſenſum omnium Doctorum: tum quia ſequitur ex altera præmiſſa de fide,ſcilicet,bonum nomen, & famã præferri diuitijs; Prouerb.22. *Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Cũ igitur reſtitutio pecuniæ iniuſte ablatæ neceſſaria ſit ad ſalutem: quãto magis reſtitutio famæ,quæ præſtãtior eſt, & cuius ablatio maius damnum infert, quàm damnum diuitiarum. Etenim infamia quodammodo peccatũ publicum eſt,cum ſemper vltra infamatum,& infamantem concurrant aliæ perſonæ,in quibus mala opinio de proximo generatur. Siquidem audiẽtes verba detractoria,vel in eis delectantur,vel ipſi adiuuant murmurationem, vel in iudicia temeraria incidunt, vel in dictis ſcandalizantur. Deinde damnum famæ ſerpit vt cancer, iuxta illud.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,
Mobilitate uiget, uireſque acquirit eundo.

damnum namq; famæ non eſt ſicut damnum corporis, aut rei familiaris, cuius quantitas cognoſcitur a damnificatione, & non eſt maius, quam ille vult, non ſic de fama,cũ non ſit in poteſtate poſita infamantis apud quos poſtea ſolum remaneat mala illa opinio, aut quamdiu duratura ſit illa ſiniſtra opinio. Et denique ad bona temporalia multum conducit fama, vt optime notat, & probat S. Tho.2.1.q.33.ar.7.in corp.in quibus quantum ad multa homo patitur detrimentum amiſſa fama; Immo etiam & ad ſpiritualia conducit,qñquidem præ timore infamiæ multi a peccato retrahuntur. Vnde qñ ſe infamatos conſpiciunt, irrefrænate peccant. Hinc Diuus Hieronymus in Mat.18. ait, *Corripiendus eſt ſeorſum frater, ne ſi ſemel pudorem, vel verecundiam amiſerit,permaneat in peccato.*

12 Contingit etiam nonnunquam, vt alij innocentes ob alterius infamiam plura amittãt bona ſpiritualia, & tēporalia, quæ ob illius bonã exiſtimationē, & nomē conſequerẽtur,vt patet de Pręlatis,prędicatoribus,populi rectorib.& patribus familias,quorum bona fama multa cõmoda ſpiritualia & temporalia affert ſubditis, & familiæ, quos omnes lædit vnus detractor, Id quod maxime in religioſis verum eſſe docet S.Aug.in epiſt.137.c.2. ad plebē Hipponenſem,his verbis. *Cum de aliquibus qui ſanctũ nomen profitentur,aliquid criminis,vel falſi ſonuerit,vel veri patuerit,inſtant,ſatagunt,ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.* De quare poſtea latius ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ſic lædẽtem alterius famam, ſub mortali peccato ad reſtitutionem obligari, vt pluribus tradunt S.Thom.2.2.q.62.art.2. ad ſecundum. Alexander de Ales par.2.ſummæ,q. 129.memb.6. Rich.4.diſt.15.ar.5.q.3.Scot.ibid. q.4. Gabr.4.diſt.15.q.16.art.2. concl.1.S.Anton. par.2.tit.2.cap.2.Martinus.Ledeſm.2.4.q.18.art. 2.dub.3. pag.242. col.3. Sotus lib.4. de iuſtit.q.6. art.3.ad quartum & lib.5.q.10.art.2.Caiet.in Sũma verb.Detractio.& Summiſtæ verb.eod.Ange. nu.3.Syluest.q.4.Nau.in Man.c.18.nu.42. Petrus Nau.lib.2.de reſt. c.4.nu.364.Michael Salon in 2. 2.q.62.art.2.ante controuerſiam 13.

13 Dixi teneri ad reſtitutionem, ſi eũ infamauit; quia inter alias conditiones ad reſtitutionē famæ neceſſarias, hæc vna eſt,quod vere, & reipſa fama ablata ſit, & læſa, quãuis.n.quis conatus ſit alium infamare, ſi tamē id minime aſſequatur, puta quia ei non creditur,ſed certo iudicatur ab audientibus mendax, non tenetur ad reſtitutionem. Ratio eſt, quia in hoc caſu nullum ei intulit damnũ,aut inæqualitatē,& conſequenter nullũ exinde reſtitutionis vinculũ naſcitur. Vnde ſiue per inuidiã, odiũ, vindictã,quęſtũ,falſum ei impoſuit, ſi tñ alij malã de illo opinionē nõ conceperit, quãuis mortaliter peccauerit,ad reſtitutionem tñ non tenetur. Sicut in ſimili, fur,qui conatus eſt alienũ rapere,ſi fruſtratus ſuo conatu nil accepit, quãuis mortaliter deliquerit,nihil tñ reſtituere tenetur,quia nullum reipſa damnũ intulit, nec aliquã fecit inæqualitatē. Sic expreſſe Nauarrus in Manuali c.18.nu.44.& Petrus Nauarrus lib.2.de reſtit.c.4.num.365. Michael Salon in 2.2.q.62.ar.2.ante cõtrouerſiã 13, Gregorius de Valen.to.3.diſp.5.q.6.pũcto.5.poſt Sotum lib.4.de iuſtitia & iure,q.6.art.3.ad quartũ & fauet Adriã. Quodlib.11.in reſpõſio.ad difficultatē 5.lit.R.& expreſſe Mart.Ledeſ.vbi ſup.col.4.

14 SECVNDVM DVBIVM: An quis falſo infamatus ab aliquo, ſi ſuis optimis factis,& innocentiæ ſuæ argumentis a ſe datis, ab infamia ſe liberauit, teneatur infamator ad aliquam reſtitutionem. In hac re Adrian.in 4. de reſtitut. in q.de reſtitut.famæ.q.1.§. contra prædicta. in reſpon.ad ſecundum,& tertium,& Nauar.in repe.cap.Inter verba. num.863. docent teneri ad reſtitutionem. Ratio eſſe poteſt,quia vere iſte cauſam efficacē dãni dedit,ergo lege iuſtitiæ tenetur ſe retractare.

Contraria tamen,& verior opinio eſt Soti in 3.de iuſt.q.6.ar.3.ad 4.in principio. Martini Ledeſmi 2.4.q.18.ar.2.dub.3.concl.3.pag.242.col.4.& Nauar.in Man.c.18. num. 43. ſibi contrarij Petri Nauar.lib.2.de reſtit.c.4.par.3.dub.3.nu.372.Mich.Sal.in 2. 2. q.62.ar.2.ante controuerſ.13.Grego.de Val.tom.3.diſp.5.q.6. punct.4. dicentiũ nõ teneri infamantem in hoc caſu ad reſtitutionem aliquam,aut retractationem. Ratio eſt,quia poſtquam alter perfecte famam ſuam recuperauerit,nõ amplius patitur aliquod damnum, aut inæqualitatem,nec iuſte conqueri poteſt de altero,nec alius ei facit iniuriam non reſtituendo, Reſtitutio enim eſt ad damnum vitandum neceſſaria,in hoc autem caſu dãnum vitatum eſt,vt ſupponimus,ergo nulla reſtat obligatio ad reſtitutionem. Item retractatio ſolum requiritur,vt alij bonam de illo opinionem habeant ſicut prius; cum igitur id effectum ſit opera, & induſtria propria ipſius, qui infamatus fuit,ceſſat omnis reſtitutionis obligatio. Sicut a ſimili,ſi ego pallium,quod Petrus furatus ſit,mea diligentia recuperauerim, non tenebitur Petrus aliquid mihi reſtituere. Hinc ſequitur, quod ſi quis alterum de concubinatu infamauit,alter autem ita ſe purgat, vt non amplius adhibeatur infamatori fides, liberatur infamator a reſtitutione.

Sic etiam, ſi dixi de aliquo capto ab inquiſitoribus, illum fuiſſe hæreticum, aut de fide ſuſpectum, ſi poſtea conſtet illum perfecte eſſe purgatum, & fama publica, & ſnīa declaratum eſſe catholicum, & ab omni ſuſpicione liberum, non teneor illi famam reſtituere, quia iam ceſſat omne damnum a iure illatum.

Infamaſſet v.g. aliquis Suſannam, quando agebatur eius cauſa de adulterio, quando deinde tam certo, & euidenti miraculo ac teſtimonio conſtitit eius innocentia, & caſtitas, nō tenebatur ei infamās aliquid reſtituere, vt expreſſe Salon vbi ſupra teſtatur, qui hæc exempla refert.

5 Quod ſi obijcias, qui nocet in bonis, etiamſi alter habeat aliunde, tenetur illi nihilominus reſtituere; ergo, qui alterum infamauit, tenebitur ſeipſum retractare, etiamſi fama fratris alia via reparata ſit. *Reſpondetur*, diſparem eſſe rationem quia licet Petrus aliunde habeat, quia tamen manet re ſua ſpoliatus, & damnum illatum cum iniuria patitur, alter ei ablatum reſtituere tenetur: At verò ſi quis nocuit alteri in fama, poſtquam alter famam ablatam perfecte recuperauerit, nullū vlterius patitur damnum, vnde ceſſat reſtitutionis obligatio.

Sin rurſus inſtes, deflorātem virginem inuitam non liberari onere reſtitutionis, ex eo quod illa æque bene nupſit, ac ſi deflorata non eſſet, ergo nec qui alterum infamauit, etiamſi infamatus ſuis optimis factis, vel alia via, famam ſuam bonam ſit adeptus.

Reſpondetur, Quamuis Pet. Naua. lib. 2. de reſtitu. capitu. 3. nu. 452. & c. 4. nu. 372. eandem rationem eſſe putat in vtroque caſu, vnde ſic deflorantē a reſtōne liberum eſſe velit, Nos tamen, vt latius c. 1. dub. 12. §. Tertium. expoſuimus, diſparem in hoc caſu, & illo, rationem eſſe cenſemus, quia in caſu propoſito de fama recuperata, nullum omnino patitur damnum, qui ablatam famam perfecte recuperauerit, vt diximus: At verò quæ per vim deflorata fuit, quamuis æque bene nupſerit, ac ſi deflorata non eſſet, proinde deflorans a tam magna reſtōne liberatur, ad quam alias liber non fuiſſet, quia tamen nihilominus ipſa damnum integritatis virginalis paſſa eſt inuita, ad reſtōnem ei faciendam obligatur, vt fuſius ibi a nobis comprobatum eſt.

6 Addo tamen, quod ſi ſic infamatus, ob talem diffamationem damna aliqua incurriſſet, antequam famam recuperaret, ſiue illud ſit intereſſe damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis, tenebitur diffamator illa reſtituere, etiam poſt famam recuperatam, ſicut in re furtim ſublata, quæ poſtea reſtituitur, quod ſolum voluit Adrianus vbi ſupra, non ſatis (vt videtur) a Naua. in Manu. loco citato intellectus, quamuis id aliquo modo inſinuat. Vt autem hoc melius intelligatur, & explicetur, nota.

7 DVBIVM TERTIVM; An qui inique proximum infamauit, teneatur omnia damna temporalia ex tali infamia ſubſecuta; reſtituere & reſarcire? Quia vero difficultas hæc non ſolum eſſe poterit de eo, qui infamat alterum imponendo illi falſum crimen, ſed de eo etiam, qui infamat alium, reuelādo alterius crimen verum, ſed occultum, de vtroq; in hoc dubio agemus.

De priori. Gabr. in 4. d. 15. q. 16. art. 2. concl. 1. dicit teneri ad damnum reſtituendum, non tamen explicat, an teneatur in integrum nec ne. Sot. aūt lib. 4. de iuſtit. q. 6. art. 3. ad quartum. verſ. ſecundo modo, & Michael Salon in 2.2. q. 62. art. 2. controuerſia vigeſima expreſſe docent teneri reſtituere in integrum omnia damna ex ea infamia ſubſecuta, & loquuntur tam de damno dato, quàm de bono impedito. Vt v.g. Qui falſo aliquem infamauit dignum officio, epiſcopatu, beneficio, quod ꝑ diffamationem non conſequitur, tenetur ad totius damni reſtōnem. Sic qui virginem diffamat, ſi propterea neceſſe habeat, vt dos ei augeatur, vt æque bene nubat, ac ante diffamationem, tenetur dotem augere.

Item Scholaſtici infamantes aliquem dignum cathedra, propter quam priuatur illa, tenentur illi reſtituere.

18 Idem dicendum de religioſis, qui impediunt aliquem ab alicuius gradus conſecutione. Ratio eſt, quia qui ſic infamauit, cauſa eſt efficax & directe & per ſe omnium illorum damnorū. Qui vero cauſam damni dat, damnum dediſſe cenſetur. c. Si culpa tua: de iniuriis & damno dato.

At vero Mart. Naua. in Manu. c. 18. nu. 43. ver. Addo ſecundo, & Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 3. dub. 4. num. 373. & bene meo iudicio hoc limitant, quia vel damnum, quod ſequitur ex tali infamia eſt in bonis iam quæſitis, & ſic vera eſt Soti ſētentia, tunc enim tenetur reſtituere in integrum, quia illius damni cauſa iniuſta fuit. Sin autem ſermo ſit de bono quærendo, tunc reſtitutio nō in integrum, ſed arbitrio boni viri facienda eſt. Vnde qui alium impediuit a conſecutione beneficij, gradus, aut cathedræ propter eius diffamationem, tenetur ad reſtōnem ad boni viri arbitrium. Qui verò aliquem infamauit, ob quod officium aut aliud bonum, quod iam habebat, eſt ei ablatum, tenetur ad reſtitutionem damni in integrum, & idem eſt de omni lucro ceſſante.

Ratio diuerſitatis in vno, ac altero caſu eſt, quia vt diximus in ſimili. c. 1. dub. 1. in fine, minor ſatiſfactio facienda eſt, ex eo quod eſt in ſpe, minus eſt, ac minus valet, quam quod eſt actu, & in ſe, & quia occurrere poterant aliunde impedimenta, quibus impediri poterat a conſecutione talis boni, vt propterea requiri videatur iudicium prudentis & boni viri, quid in eo caſu reſtituendum ſit, non ſic autem in bono adepto, cum iam certe conſtet quid, & quantum bonum illud ſit, & conſequenter, quātum damnum ex eius amiſſione ob infamiam paſſus ſit, quæ doctrina colligitur ex S. Th. 2.2. q. 62. art. 4.

19 De poſteriori vero caſu, ſ. quando quis iniuſte reuelat crimen verum alterius, ſed occultum, maior eſt difficultas, ad quantā reſtōnē dānorū teneatur. (quod. n. teneatur ad reſtōnem, oēs concedūt) an verò in integ. teneatur reſtituere, vel ſolū ad partem pro rōne dāni illati, & malitię, ad arbitriū boni viri, non ita conueniunt Doct. Sot. enim li. 4. de iuſti. q. 6. ar. 3. ad 4. ver. Secundo modo, vult non teneri ad tantam reſtōnem, ad quantam tenetur qui falsò aliquem infamauit, ex eo, quod non tantum peccat iſte, ac ille, qui falſo infamauit: & ideo non tenebitur ad reſtitutionem in integrum, ſed ad

aliquam partem, ad boni, & prudentis viri arbitrium. Ratio eſſe poteſt, quia cauſa præcipua illorum damnorum non eſt reuelatio criminis illius, ſed crimen reuelatum, reuelatio autem eſt tantum cauſa, ſine qua non, & conſequenter reuelans, ſeu infamans non in integrum, ſed partem aliquã tantum reſtituere tenebitur, quia niſi ipſe reuelaſſet, non ſecuta fuiſſent illa damna. Hæc Soti opinio etſi probabilis ſit, & quam aliàs tenuit Mich. Salon vbi ſupra, poſtea tamen probabiliorem iudicauit ſnĩam Nau. in Man. c. 18. num. 45. verſic. Addo ſexto, quam etiam ſequitur Pet. Nau. lib. 2. de reſti. c. 4. p. 3. dub. 6. num. 384. vbi docent hunc infamatorem, (facta diſtinctione de damno in bonis iam quæſitis, aut acquirendis, vt ſupra) teneri ad reſtituendum in integrum, vel in partem ad boni viri arbitrium. Ratio eſt, quia obligatio reſtituendi nõ oritur ex quantitate peccati quomodocunque, ſed ex quantitate peccati contra iuſtitiam, hoc eſt, dãni contra iuſtitiam illati; vnde licet, qui falſo infamat; plus peccet ratione mendacij adiuncti, quia tamen æquè peccare poteſt contra iuſtitiam, qui verũ dicendo iufamat, tollendo bonam eius famam, immo plus, ſi plus nocumenti afferat, æque tenebitur vterque ad reſtitutionem in integrum, vel in partẽ ad boni viri arbitrium.

20 Nec valet ratio in contrarium allata, ſiquidem qui crimen fratris occultum reuelat, non ſolũ eſt cauſa ſine qua non, ſed etiam cauſa per ſe, & directe omnium damnorum, quæ ſequuntur, quia etiãſi alter crimen commiſit, quamdiu tamen ignoratur, non læditur eius fama, nec inde damnum patitur, ſed ſolum poſtquam crimen occultum reuelatur; Cum igitur damna hęc non ſequantur formaliter et directe ex crimine, ſed ex ſiniſtra opinione, quam de eo habent homines, cuius iniquus reuelator criminis cauſa directe fuit, non minus ac ille, qui falſum imponit, conſequenter vterque ad damna in integrum, vel in partẽ reſtituenda obligatur; vnde qui virginem diffamat, ſi ad eius diffamationem patitur damnum aliquod, tenebitur ad reſtitutionem, ſiue is, ſiue alius eam deflorauit.

21 Sic qui impedit teſtatorem, vel alium, ne legatum, vel aliquid alteri relinquat, reuelãdo aliquod crimen occultum legatarij, ob quod priuatur legatarius, cum iniuſtitiam ei intulerit, tenetur ei reſtituere, conſideratis circumſtantijs teſtatoris, & legatarij, & maxime conſiderari debet propoſitum teſtatoris relinquẽdi legatum, & idem ſi priuatur bono aliquo adepto ob crimen occultũ reuelatum iniuſte; tenetur. n. ad reſtituendum in integrum, iuxta ea quæ ſuperiori caſu expoſuimus. Et quę dicta ſunt, tum in priori caſu, tũ in hoc poſteriori procedũt, ſiue alterum infamet malo aĩo, ſiue ob proprium intereſſe; ſiue inconſiderate, ſed culpabiliter, ſciens, vel ſcire debens, alterum paſſurũ ex tali infamia, ſiue bono animo, & zelo id faciat, in his enim omnibus caſibus, tenetur reſtituere; eſt enim cauſa efficax damni contra iuſtitiam, nec bonus, aut malus animus ad rem facit, iuſtitia enim, cuius actus eſt reſtitutio, reſpicit iniuſtum, vt æqualitatem conſtituat, nec curat de bono, vel malo zelo, vt expreſſe teſtantur Petr. Naua. vbi ſupra dub. 4. num. 374. & Mercado, quem ipſe citat, & manifeſtum ſatis eſt ex his, quę iam dicta ſunt.

22 DVBIVM QVARTVM: Quam ſatisfactio nẽ, & reſtitutionẽ facere tenetur, qui falsò aliqu infamauit, imponẽdo ei falſum crimen, & quęſti eſt quantum ad reſtitutionem famæ, nam de reſti tutione damnorũ temporalium dictum eſt ſupra In hac re communis Doctorũ opinio eſt, quod infamans alterum, imponendo ei falſum crimen, tenetur ei famam reſtituere, dicendo ſe fuiſſe men tum, aut dixiſſe falſum, & intelligunt ſiue in iudi cio, ſiue extra iudicium alterũ falſe infamauit. Si expreſſe Sãctus Thomas in 2. 2. q. 62. ar. 2. ad ſecun dum. & ibi Caiet. Richar. 4. d. 15. art. 5. q. 3. & Scotus ibidem. q. 4. Gab. 4. diſt. 15. q. 16. art. 2. concluſ. 2. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 3. concl. 2. pag. 242. colum. 4. Sotus lib. 4. de iuſt. quæſt. 6. art. 3. ad quartũ. Michael Salon in 2. 2. q. 62. ar. 2. controuerſi. 13. concl. 1. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. puncto. 6. aſſertione prima, de famæ reſtitutione. Vbi Scotus & Gabr. addunt, quos ſequitur Adria. in 4. de reſtit. q. 1. §. An autem pecul. quod teneatur retractare id, quod falſo impoſuit, ita publice, & coram illis, ſicut & corã quibus diffamauit. Ex Summiſtis cum S. Thoma & alijs conſentiunt Angelica verb. detractio. nu. 3. ſumma Piſanella verb. eod. §. Sed qualiter. Sylu. verb. eod. q. 4. Martin. Nau. in Manua. cap. 18. num. 45. verſ. Addo quarto. Barthol. Medina lib. 1. inſtru. c. 14. §. 35. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. par. 3. dub. 5. nu. 375. Ludouicus Lopez par. 1. inſtr. conſcientię. c. 16. concl. 1. Emanuel Rodriquez par. 2. ſummæ. c. 45. concl. 1. & eſt commnis DD. ſnĩa, & intelligitur, etiamſi detractor remaneret infamis.

Ratio eſt, quia diffamans alterum, falſum imponendo tenetur reſtituere famam ſecundum æqualitatem iuſtitiæ, etiam in eodem genere, ſed in hoc caſu illam æquiualenter reddere non poteſt, niſi retractando falſe impoſitum, & hoc non palliate, ſed ita clarè, & publice, ſicut impoſuit, alioquin nõ ſeruaretur ęqualitas iuſtitiæ reddẽdo vnicuique quod ſuum eſt. Ergo ad retractandum ſe tenetur, etiam cum damno propriæ famæ.

23 Contra hoc tamen eſt, quia ordine charitatis tenetur quis ſeipſum potius diligere, & famam propriam conſeruare, quam famam alterius. Si ergo non poterit famam alterius reſtituere, niſi diffamando ſeipſum, dicendo ſe eſſe mentitum, ad hoc faciendum non erit obligatus.

Reſpondetur cum Rich. Scoto, & Gab. vbi ſup. ar. 3. dub. 1. & Adriano, Soto, & Michael Sal. & Pet. Nau. locis allatis, quod licet ſimpliciter bona propria præferẽda ſint bonis alienis eiuſdẽ generis, ſecus tamen quando bona illa iniuſtę, prout in caſu propoſito contingit; Ex eo enim quod quis mentiendo alterũ infamauit, amiſit ius famę ſuæ, & ita eam iniuſte poſſidet, iuſte autem debetur prius infamato, vnde cum nemo conſulere poſſit famæ ſuæ, cum damno famæ proximi cõſequẽter cum iactura famæ ſuæ, quã iuſte poſſidet, alterius famam, quæ iuſte illi debetur, reſtituere tenetur: cum omni iure potior ſit conditio innocentis, & patientis iniuriam, quam inferentis iniuſte. Sicut ĩ ſimili, ſi iniuſte accepi decẽ aureos Petri, teneor ex meis illos reſtituere, quia iuſtè Petro cõpetũt, mihi autem iniuſte, ut etiam Sotus lib. 4. de iuſtitia. quæſt. 6. ar. 3. ad quartum, poſt explicationem

quarti

arti modi infamandi iniuſte. dubio. 1. tradit.

Quæ autem diximus in hoc dubio intelligi de- nt cum dupl.ci limitatione, *Prima eſt*, quando iter nō poſſet ſatis proſpici famæ alterius, quam cendo ſe falſum dixiſse, aut fuiſse mentitum, ſi im ſatis eſſet dicere deceptus ſum, aut male feci eo aſſerendo, alterque illud dicendo, famam am recuperaret, non opus eſset plane confiteri mentitum fuiſſe, aut falſum dixiſse. Ratio eſt, hæc retractatio requiritur ſolùm, vt alter famam ablatam recuperet, vnde ſi ſic dicendo eam cuperet, ſine dubio id ſufficiet.

Secunda eſt, quando ſit ęqualitas inter infamantem & infamatum, ſi.n.tantæ eſset dignitatis infamator, vt inter eius famam, & famam alterius, eſſet maximus exceſsus, & inæqualitas, non tenebitur infamator in hoc caſu dicere, ſe mētitum fuiſſe, aut falſum dixiſse, ſed ſatis erit vel pecunia, vel alia compenſatione ad arbitrium boni, ac prudentis viri illi ſatisfacere. Vt v.g. ſi is, qui infamauit, eſſet Rex. Epiſcopus, Prælatus, aut vir illuſtris, & infamatus eſset vaſallus, ſubditus, aut vir plebeius. Non enim tenetur Rex, aut Prælatus reſtituere famam plebeio, aut ſubdito, dicendo ſe eſse mentitum, ſed ſatisfaciet ei via pecuniaria, aut alia ſimili ad boni viri arbitrium. Quod ſi alter noluerit hanc compenſationem acceptare, nō tenebitur infamator amplius facere; Sicut in reſtōne pecuniæ, quam alteri debeo, ſi non poſsum reſtituere decē aureos, quos rapui a Petro, niſi expendam centum, non teneor illos ſoluere, ſed poſsum aut illos decē dare pauperibus, aut ſolutionem differre, aut aliā viam indagare ſoluendi, ita expreſse Sot. libr. 4. de iuſti. q. 6. art. 3. ad 4. poſt explicationem quarti modi infamandi dub. 2. Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 3. dub. 9. num. 376. & dub. 14. num. 438. Couar. in reg. peccatum p. 1. nu. 6 ver. Tertio adultera. Cord. lib. 1. qq. q. 33. ar. 2. Lud. Lopez p. 1. ſummæ. c. 116. conclu. 1. Eman. Rodriquez p. 2. ſummæ. c. 45. concluſ. 2. & 3. Mich. Sal. in 2. 2. q. 62. art. 2. controu. 13. conclu. 1. & controu. 14. & Mart. Ledeſm. 2. 4. qu. 18. art. 2. dub. 4. princ. concl. 3. & 6. Ratio huius limitationis eſt, quia fama illuſtris ꝑſonæ plus valet, quā fama alterius inferioris claſſis, nullus autem tenetur reſtituere aliquid, cum notabili maiori iactura quàm intulit, vt in caſu propoſito contingeret. Vnde quando authores docent, (vt nos etiam ſupra diximus) quod cum æquali infamia tenetur quis reſtituere alterius famam, quam denigrauit, intelligendi ſunt penſatis conditionibus vtriuſque partis, & conſiderata quantitate nocumentorum, quæ inde ſequuntur.

Nam ſi infamans erat Epiſcopus, vel alius Prælatus, aut vir illuſtris, vir ignobilis & plebeius, nō tenetur infamans dictum ſuum reuocare, cum exinde, vt plurimum magna ſcandala, & incommoda ſequerentur, ſed ſatis erit, vt allatam alterius famam, pecunia, vel alia ratione compenſet. Vnde monent authores, quod quoties infamator ſit diues, & potens, infamatus verò ſit pauper, & ſubditus, aut plebeius, confeſſarius admonere debet talē infamatorem, & eniti, vt infamiam illam compenſet pecunia, vel aliquo alio beneficio, vel re ſimili. Quæ doctrina præterquam quod communis ſit, vt conſtat ex Doctoribus allatis, eamque præter citatos fere omnes tradunt Adr. in 4. in materia de reſtit. q. 1. §. His præmiſſis. Summa Angel. in ver. detractio. num. 3. verſi. ſecundus caſus. Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 5. propoſit. 1. de reſtit. famæ, colligitur ſatis manifeſte ex S. Th. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2. vbi ait, *quod ſi fama iuſta aliqua de cauſa non poſſit, aut non debeat reſtitui in eodem genere* (prout in caſu noſtro contingit, vt ſupponimus) *debet ei aliter recompenſare, prout in alijs dictum eſt.*

Hæc autem via eſt, quam dixerat in ſolutione ad primum, loquens de reſtōne vitæ, ſ. vel in pecunia, vel in honore aliquo, conſiderata condōne vtriuſque perſonæ ſecundum arbitrium boni viri. Et quidem ſi per ſn̄iam iudicis damnetur infamator ad conferendam aliquam pecuniam, vel aliquid aliud infamato, vtique illam pecuniā ex iuſtitia infamato dare tenetur, & ſatis erit, extra quem caſū, in talibus ſecurius erit, & ſufficiens, vel procurare remiſſionē ab infamato, vel ad boni viri arbitriū componere cum eo de aliqua pecunia, vel re alia cōferenda pro infamia. Sicut.n. quāuis vita, aut mēbrum corporis res pretioſior ſit quam pecunia, qn̄ tamen in eodem genere compenſari non pōt, refici dēt pecunijs ad boni viri arbitriū, vt ſuperius dictum eſt, ita ēt damnum in fama illatum, qn̄ in eodem genere famæ non poteſt, aut non debet reſtitui, in pecunijs, aut alia re æquiualenti, quantum poſſibile erit, ad boni & prudentis viri arbitrium recompenſari dēt, quicquid Sylueſt. verb. detract. q. 4. caſu 2. & Pet. Naua. lib. 2. de reſti. c. 4. p. 3. dub. 10. nu. 416. & ſequentib. velint non debere reſtitui in alio genere, quod in ſuo proprio non poteſt reſtitui. Vnde docent, nec pro vita fama reſtitui dēt, nec pro fama in pecunia reſtō facienda eſt, cum in ſuo genere fama reſtitui non poterit, eo quod fama ſicut & vita non eſt pretio æſtimabilis, cum igitur nulla ſit proportio, aut æqualitas inter vitam & famam, inter famam, & pecuniam, & iuſtitia æqualitatem petit, nulla recompenſatio in pecunia pro fama eſt facienda, nemo.n. tenetur ad impoſſibile. Solum igitur damna tꝑalia in hoc caſu lege iuſtitiæ compenſanda ſunt pecunia, & ſic Pet. Naua. exponit S. Th. vbi ſup. in ſolutione ad primum. Sed ſine dubio præterq̄ quod cōmunis opinio DD. ſit in contrarium, refellitur hæc eorum ſn̄ia ex ipſa ratione æqualitatis iuſtitiæ, quæ per reſtōnem ſtabilitur. Iuſtitiæ namq; æqualitas non conſiſtit proprie in ipſis naturis genericis, ſpecificis, aut indiuiduis rerum, ſed in rōnabili reſtōne ad vſum humanum relata. Quare ſi ob aliquas circunſtantias, res diuerſorum generum æqualiter merito æſtimentur (vt quia aliter compenſatio fieri nequeat, vt v.g. cum fama reſtitui non poteſt iuſta de cauſa, ſiue ob vitæ periculum, ſiue ob ſcandalum, vel quia eſt exceſſus notabilis inter infamātem & infamatum) poterit per rem diuerſi generis fieri æqualis compenſatio, & reſtō. Vt v.g. fama compenſari poteſt per pecuniam, immo etiam compenſatio pecuniæ per famam, & honorem fieri poteſt, ſi creditor ita vellet, quicquid Pet. Nauar. abſurdum hoc eſſe putet, ſed ſine ratione, aut auctoritate vlla. Quod verò Nau. S. Th. verba interpretetur de ſola compenſatione damnorum temporalium, plane contra omnes S. Tho. interpretes eſt, & verbis eiuſdem aperte repugnat, vt legenti textum manifeſtum eſt.

26 Quæ doctrina non ſolum vera eſt, quando imponitur falſum alicui, ſed etiam quando reuelatur crimen verum, ſed occultum, iuris ordine non ſeruato, aut cōtra ordinem charitatis, nunquam enim tenetur quis cum maiori ſuo detrimento in eodem vel diuerſo genere detrimentum proximi reſarcire velle, quod ſi infamatus hac compenſatione noluerit eſſe contentus, non tenetur infamator amplius facere.

27 DVBIVM QVINTVM: An qui falſo aliū infamauit, ſiue in iudicio, ſiue extra, ſi intelligit ſua ſimplici retractatione, & cui nocuit non eſſe plene reſtitutum, ſed illos qui audierunt non habere fidem ſimplici verbo eius, dicendo ſe mentitū eſſe (quod frequenter accidit, cum procliuiores ſint homines ad credenda mala, quam bona) teneatur iurare ſe eſſe mentitum? & intelligitur, quando infamatus & infamator ſint pares, aut quaſi pares, iuxta ſecūdam limitationem in præcedenti dubio allatam.

Cui reſpondetur cum Soto lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 3. ad quartum, paulo poſt principium, & Mich. Salon in 2.2. q. 62. art. 2. controuerſ. 13. conclu. 2. & Mart. Naua. in Man. c. 18. nu. 45. verſic. Addo quarto & Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 3. dub. 5. num. 378. & Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5. aſſertione 1. de reſtōne famæ, teneri, ſi opus ſit, iureiurando confirmare, ſe fuiſſe mentitum.

Ratio eſt, quia tenetur omni via poſſibili, facili ſaltem & licita, famam alterius reſtituere. Si ergo credere noluerint ſimplici eius retractationi, tenetur adhibere iuramentum, cum hæc via facilis, & licita ſit; In hoc enim caſu non aſſumitur nomen Dei in vanum, cum in veritate iuret, ſe eſſe mentitum, & in iuſtitia, quia exercet actum iuſtitiæ commutatiuæ, & cum neceſſitate ad bonum adeo neceſſarium fratri.

Immo Sotus & Salon vbi ſupra docent, teneri ēt adhibere teſtes, ſi opus ſit ad perſuadendum, ſe fuiſſe mentitum, adeo vt inquit Salon, ſi oportuerit facere expenſas in adhibendis illis teſtibus, & mittendis nuncijs, tenetur illas facere, niſi illæ expenſæ adeo excederent, vt iudicarentur a prudente maius bonum, quam fama alterius.

Ex eo enim quod proniores ſint homines ad credendum de proximo malum, quam bonum, tenebitur maiorem fidem facere de innocentia illius, quam fecerat de eius crimine.

Ceterum mea ſnīa rectius Greg. de Val. & vterque Naua. vbi ſupra docent, ſatis eſſe iuramento dictum reuocare, niſi forte ſuſpicio foret, diffamatorem ad palinodiam, & retractationem, non conſcientia, ſed precibus, aut pretio inductum fuiſſe.

Ratio eſt, quia iurando maiorem cauſam dat credendi virtutem, & innocentiam alterius, quam dederat verbo ſimplici credendi vitium, vnde ſi credere illi noluerint, imputatur malitiæ, & temerarijs iudicijs eorum, non infamatori, vnde ſatisfaciet ſolum iurando, ſe fuiſſe mentitum, nec opus erit afferre teſtes, cum tale genus reſtōnis nunquā in vſu fuerit.

28 DVBIVM SEXTVM: An abſolui poſſit, qui ſic falſo fratrem infamauit, ſi iuxta prædicta reſtituere noluerit? Reſpondeo cum Michael Salon vbi ſupra, concl. 3. Quod niſi maxima certitudine morali intelligat confeſſarius infamantem falſo, ſtatim ac commode poterit velle famam alterius reſtituere non debet eum prius abſoluere, quam id faciat. Probatur primo, quia, qui tenetur alteri reſtituere pecuniam male ablatam, ſi habeat, vnde commode ſtatim reſtituere poſſit, non eſt abſoluendus, quin prius reddat, niſi habeatur maxima certitudo moralis, quod inde recedens ſtatim reddet; ergo multo magis abſolui non debet infamans falſo fratrem niſi famam reſtituat prius, aut moraliter creditu ſtatim poſt id præſtiturus. Patet conſequentia, tū quia fama præfertur rebus alijs externis, tum quia difficilius inducuntur homines, vt dicant, aut iurent, ſe fuiſſe mentitos, quàm vt pecuniam alienā reſtituant.

Secundo, quia vt conſtat experientia facilius obediunt pœnitentes confeſſarijs, quādo differtur abſolutio, qua obtenta, aut obliuiſcuntur, aut differunt implere promiſſa. Cum igitur confeſſarius nō ſolum ſit iudex, ſed etiam medicus, iuxta ca. omnis vtriuſque ſexus. de pœn. & remiſ. differre debet abſolutionem, donec reſtituat, vt ſic pœnitens citius præſtet, quod tenetur, & melius conſulat ſaluti pœnitentis.

Tertio, id conforme eſt præcepto Chriſti, qui Matth. 5. de eo, qui alium iniuria affecit, non prius abſolui vult, quam damnum fratri illatum reficiat, ait enim: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum:* ſi ergo qui conuicijs laceſſiuit fratrem ſuum, non debet prius abſolui, quam fratrē placauit, nec qui alterius famam abſtulit, abſolui prius debet, quam eam reſtituerit, cum non minus hic, quàm ille ad reſtōnem obligatus ſit; & confirmatur ex illo Leu. 6. vbi habetur, *Qui vi aliquid extorſerit aut calumniā fecerit, aut rem perditam inuenerit, reddet omnia, quæ per fraudem uoluit obtinere integra, deinde peccato ſuo offerat Deo arietem immaculatum.* Prius ergo, quæ debemus fratri reſtituenda ſunt, quàm offeramus Deo aliquod obſequium: Et de primo infamandi modo, quo falſum alteri imponitur, eiuſque reſtōne hæc ſint ſatis, quæ enim ſuperſunt, ex his, quæ in aliis modis dicemus, manifeſta erunt.

29 DVBIVM SEPTIMVM: An infamans ſeipſū, peccet, & ad reſtōnem aliquam teneatur, vt v.g. ſi Ioannes de ſeipſo aliquod ſcelus coram alijs dixit extra iudicium: aut ſi in iudicio poſitus ad quæſtiones, & torturam a iudice, confitetur coram aſtātibus crimen, quod non fecit, an peccet, & ad reſtitutionem teneatur.

Quæ difficultas, quia connexionem aliquam cū hoc primo infamandi modo habet, & eius declaratio non parum vtilis eſt, ex eo quod hoc vſu nonnūquam euenit in tormentis, breuiter a nobis explicanda eſt.

In hac re duæ ſunt opiniones, *Prima eſt* Caie. in ſum. verb. detractio. & in 2.2. q. 73. art. 2. qui ex eo fundamento, quod neminem famæ dominum eſſe putet, ſicut nec vitæ, hæc in pſenti materia docet.

Primum eſt, eſſe peccatū mortale ex genere ſuo infamare ſeipſum, & grauius quā ſi aliū infamaret eo quod tenetur magis diligere famam ſuam pp Deum, & commune bonū, quam famam proximi.

Secundum, quod dicit Caiet. eſt, quod peccatum

Hoc non ſolum eſt contra charitatem, qua quiſque tenetur ſeipſum diligere,ſed etiam contra iuſtitiā, quia homo non ita eſt ſuus, quin etiam ſit pars alterius,ſcilicet,eccleſiæ,& reipublicæ,cuius membrum eſt,& proinde ita ſe diſponere tenetur,vt iniuriam non faciat alteri,id eſt,toti,cuius eſt pars. Sicut igitur occidens ſeipſum,non ſolum contra charitatem facit,ſed etiam contra iuſtitiam,offendit enim ciuitatem,cuius eſt pars, & ideo punitur ab eccleſia,eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatione: ita etiam ſeipſum infamans,& contra charitatem facit,qua quis ſeipſum diligere tenetur,& contra iuſtitiam peccat,nimirum contra eccleſiam,& Rempubl.cuius pars eſt,& cuius famæ eius eſt, ideoque ad famam ſibi reſtituendam tenetur.

Quod ſi illi obijcias, iuſtitiam non poſſe eſſe ad ſeipſum,& ideo infamando ſeipſum nulli iniuriā facit, & conſequenter ad reſtitutionem non tenetur; Reſpondet,teneri ad reſtitutionem non ratione ſui,ſed ratione Reipu.cuius eſt pars,infamando .n.ſeipſum,totum,i.Rempu.cuius eſt pars,infamię nota afficit. Et ideo ſicut infamando proximum iniuriam etiam facit reip.& peccat mortaliter,ita etiam infamando ſeipſum.

Quæ duo dicta probari poſſunt ex cap. Non ſunt audiendi.11.quæſtio.tertia,ex ſancto Auguſt. deſumptum,vbi habetur: Non ſunt audiendi,ſiue viri ſancti,ſiue feminæ,qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia,per quam fit,vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt,dicunt coram Deo ſufficere ſibi conſciētiā, eſtimationem hoīum non ſolum impudenter,verū etiam crudeliter contemnentes, cum occidant animas aliorum ſiue blaſphemantium viam Dei, quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem,quaſi turpis, quæ caſta eſt,diſplicet vita ſanctorum, vel etiam cum excuſatione inuitantium, non quod vident, ſed quod putant,vnde concludens ait,Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra,alijs fama noſtra. Et in c. Nolo.12.quæſtione prima, ex eodem ſancto Auguſtino habentur hæc verba: Propter nos conſciētia noſtra nobis neceſſaria eſt,propter vos fama noſtra non pollui,ſed pollere debet in vobis. Duæ res ſunt conſcientia,& fama: cōſcientia neceſſaria eſt tibi,fama proximo tuo. Qui confidens conſcientię negligit famam,crudelis eſt. Et libro primo, ciuit. c.17.& 20.ait, Non minus falſi teſtimonij reus eſt qui de ſeipſo falſum fatetur,quā ſi de proximo id faceret,& refertur in c. Si non licet 23.q.5. Et facit illud Eccl.41. Curam habe de bono nomine.

30 Tertium eius dictum eſt,qui in iudicio propter metum,& tormenta ſeipſum infamat,peccat mortaliter: Quia ſicut nullus metus mortis,aut tormentorum excuſat actum, qui ex genere ſuo eſt peccatum mortale,ab hoc, quod eſt, eſſe peccatum mortale, alioquin propter tormenta liceret fornicari, & alia huiuſmodi facere,neq; vllus metus,aut tormentum excuſat a vulneratione, aut occiſione ſui: ita nec ab infamatione ſui.

Quamuis enim poſſit quis pati detrimentum famæ ſuæ prppter tormentum, ſi in aliorum malũ non redundet,ſicut pati vulnera,& mortem,ſibi tamen infamiam inferre peccatum eſt, ſicut vulnerare, & occidere ſe; illud enim eſt malũ illatum ſolũmodo pati,hoc autē malũ facere. Vnde ait, quod ſi hoc fiat in iudicio propter tormenta, erit duplex iniquitas, quia additur mendacium perniciosum in iudicio. Hæc dicta,& fundamenta ſunt Caietani.

Cum Caietano conſentit Syluester in verbo detractio. quæſtione 3. quoad duo priora dicta, vbi expreſſe docet, quod ſi quis citra pericula mortis, & torturæ infamet ſeipſum,peccat mortaliter, & idem ſi alium infamaret,ſecus autem ſi in tormentis poſitus ſe diffamaret.

Et addit,quod ſi extra tormenta ratificaret aliqua,ob quæ ipſemet eſſet damnandus,aut alius dānificandus,tenetur retractare dicta de alio,dicta vero de ſe retractare non tenetur, ſi timet ſibi renouari tormenta,quibus mortem præelegit,id quod etiam docuit Ang.in verbo.detractio nu. 6. ſubdit tamen idem Syluester, quod tenetur ſaltem in extremo publice reuocare,quod tormentorum metu falſo confeſſus eſt,& Panorm.in c.1.nu. 3.de teſtibus cogendis,expreſſe ait, quod qui confitetur falſum contra ſeipſum metu tormentorum , peccat mortaliter,& citat cap.ſi non licet.23.quæſt.quinta,ex ſancto Auguſtino lib.primo,ciui.capit. 17.& idem Panor.in cap.ex parte.2.nu.2.de ſepu.ait,qđ qui timore tormentorum falſa confitentur crimina contra ſe,grauiter peccant, adeo vt ſi mortem patiantur propter illam confeſſionem, quam ſaltem in extremo non reuocant, decedunt in peccato mortali,& damnati ſunt,& probat ex d.capit.ſi non licet 23.q.5.eo quod ſicut peccat quis falſum teſtimonium ferendo contra proximum,ita & cōtra ſeipſum,& eadem habent Soc.in repet.cap. ad audientiam.de homic.& S. Ant.p.2.ti.2.cap.2.§.3. Vnde videntur omnes etiam Caietani tertium dictum approbare.

31 Secunda opinio eſt Soti lib.4.de iuſti.& iure q. 2.ar.3.concluſ.4.& quæſt.6.art.3.ad quartum. & lib.5.quæſtio.10.arti.2.& de tegendo ſecreto. mē. 1.quæſt.3.& Adriani in 4.in materia de reſtitutione famæ.quæſt.vl.& quodlib.11.in Reſpon.ad difficultatem tertiam.litera M.Martini Ledeſ.2.4.q. 18.artic.2.dub.5.pag.246.& 247.Martini Nauarri in Manuali.cap.18.numero 27.& 28.Coua. lib. 1.varia.reſolu.cap. 2.numero 8. Cordubæ memb. 4.de retract.quæſtio.3.concluſ.14. dub.1.& latius memb.1.illius tracta.quæſtio.3.concluſ. 3.Ioſeph Angles in 4.de reſtitu.famæ.dub.2.difficul.2. Petri Nauarri lib.2.de reſtitut.ca.4.par.2.dub. 1.nu. 113.& ſeq.& par.3.dub.1.nu.366. Michael Salon in 2.2.quæſtio.3.de dominio.articu.3.& in quæſt. 62.artic.2.controuerſia.23.& quæſt.73.articul.2. controuerſia 3 Gregorij de Valtentia to.3.diſpu. 5.q.6.puncto.5.& diſpu.5.quæſt.17.puncto.2.Bartholo.Medinæ lib.1.inſtruct.ca.14 §.36. Petri de Arragon 2.2.tracta.de dominio.Qui omnes docēt hominem eſſe dominum ſuæ famæ, vnde negant fundamenta Caietani, quod fundamentum latius probatum eſt in materia de dominio,vnde hic tanquam certum a nobis ſupponendum eſt.Quia vero res hæc vna concluſione declarari non poteſt, qđ in hac materia cenſendum ſit,ſequentibus propoſitionibus exponam.

32 Prima Propoſitio: Infamare ſe,hoc eſt,defectus ſuos proprios tam culpæ,quā naturæ ex cauſa bona,& honeſta propalare,non ſolum malum & pec

catum non eſt, ſed aliquando opus virtutis eſt, & meritorium. Vt v.g. qui aperit crimẽ ſuum confeſſori ſuo, etiam extra cõfeſſionem, ad capiendum conſilium, vel ad leuandam triſtitiam, item ſi ob eaſdem cauſas ſua peccata reuelet Theologo, vel aduocato, vel medico, vel cuicunq; amico. Ex Soto, Petro Nauarro, & alijs. Item ſi id faciat ad maiorem ſui humilitatem, & proximi ædificationem ne in tanto pretio habeatur, vt ſic ſecurius viuat, ſicut fecit D. Auguſtinus, qui ne tanti haberetur, & ad aliorum exemplum, ex humilitate ſcripſit, & propalauit in libris ſuarum confeſſionum multa peccata ſua. Et S. Anſelmus virginitatem amiſſam deplorat. Et de Diuo Petro martyre legitur, quod cum infamatus fuiſſet, quod haberet mulieres in cella, cum eſſet Monachus S. Dominici, ſiluit, & nunquam ſe defendit. Et de Sancta Marina legitur in vitis Patrũ quod cum diffamata fuiſſet, quod fęminam quandam oppreſſiſſe, tacuit, & nõ ſe defendit vſq; in diem mortis, quando inuenta fuit femina, quæ antea vir reputabatur.

Qui hoc exemplo Chriſti fecerunt, qui cum falſa teſtimonia audiret, nihil reſpondit, *& cum malediceretur, non maledicebat*, & vt Iſaias capit. 53. ait, *Tanquam ouis coram tondente ſe obmutuit.* Suos ergo defectus propalare, aut iniqua verba aliorum patienter ferre ex honeſta cauſa, non peccatum eſt, ſed opus virtutis, conſtantiæ, patiẽtiæ, & humilitatis. Vnde in religionib. quibuſdã ille mos ſeruatur, vt religioſi cum conſenſu tñ ſuperioris, defectus ſuos tam culpæ, quam naturæ, publice coram alijs, & voluntarie referant. Sic etiam qui alium falſo infamauit, non ſolum licite poteſt, ſed etiam tenet̃ ſe diffamare, dicendo ſe falſum dixiſſe, & quoties quis alteri famam reſtituere nõ poteſt, ſine aliquo detrimento propriæ, illud ſubire debet, penſatis, vt diximus, cõditionib. & qualitatibus perſonarum.

33 Secunda Propoſitio: Qui infamat ſeipſum propalando crimen occultum ſine cauſa, peccat, non tamen erit ex genere ſuo peccatum mortale, ſed veniale. Sic omnes contra Caietanũ, excepto Gregor. de Valen. qui in diſpu. 5. q. 17 pun. 2. in hoc cũ Caietano conſentit. Quod ſit peccatũ, patet, quia eſt contra naturã peccati, quod debet celari, & contra naturam famæ, quæ cum ſit bonum quoddã, debet conſeruari, & confirmatur ex illo Eccleſ. 41. *Curam habe de bono nomine*, & ideo cũ vnuſquiſque ſua bona diligere debet, & fama ſit bonum noſtrum, erit peccatum ſine cauſa ſe infamare. Quod vero non ſit ex genere ſuo mortale, vt putat Caietanus, Gregorius, & alij, patet, quia homo eſt Dominus ſuæ famæ, vnde S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 4. ad primum, ait, Sui arbitrij eſſe detrimentũ famæ ſuæ pati. Vnde prodigere illam ſine cauſa, & ſine graui dãno meo, & aliorũ, eſt velut prodigere bona, & diuitias citra alterius iniuriam, prodigalitas autẽ pecuniæ, & bonorum externorũ, ex ſuo genere nõ eſt peccatum mortale, quando fit citra iniuriam aliorum, vt colligi poteſt ex ijs, quæ tradit S. Th. 2. 2. quæſt. 119. ar. 1. 2. & 3. Quamuis ergo in genere peccati venialis grauius ſit prodigere famam, quã pecuniam, eo quod fama diuitijs præſtat, ſolum tamen veniale peccatum erit ex genere ſuo illã prodigere. Dixi, non eſſe peccatum mortale ex genere ſuo, ſe ipſum infamare propalãdo crimen occultũ, quia ex circunſtantia poterit eſſe mortale. Varij namq; caſus ab authoribus enumerantur, in quibus peccatum mortale eſſe poſſit.

34 Primus eſt, quando homo exponens, & referens ſua peccata mortalia, licet nõ grauia honori ſuo, in illis tamen referendis gloriatur, & ſibi complacet. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 2. ar. 3. ante fin. & Petrus Nauarrus lib. 2. de reſtitut. cap. 4. par. 2. dub. 1. nu. 121. & 122. Couaruuia. libro 1. varia. reſol. cap. 2. nu. 8. & Michael Salon. quæſt. 3. de dominio. ar. 3. poſt conclu. ſextam. & quæſt. 73. ar. 2. controuerſia 3. & conſtat ex Pſal. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate.* & Pſal. 93. *vſque quo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatẽ*, & Iſaiæ. 3. obiurgantur huiuſmodi, his verbis, *peccatum ſuum, quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt.* Talis enim ſine dubio peccat; hoc tamẽ peccatum non eſt peccatum infamiæ, ſed potius iactantiæ, complacentiæ in peccato, & etiam ſcandali, vt rectè Petrus Nauarrus annotauit; ſiquidem multipliciter peccat, tũ quia ſe infamat, quod eſt omnium minimum, tum quia gloriatur, & complacet ſibi de peccato commiſſo, tum quia ſcãdalizat audientes qui in eo affectu eũ perſiſtere intelligũt, tum quia complices produnt, maxime ſi feminę bonæ famæ ſint. Vnde iuuenes. & alij, qui talia ſecõmiſiſſe peccata narrant, grauiter a confeſſarijs obiurgandi ſunt.

35 Secundus eſt, quando infamat ſe de turpi, graui, & atroci crimine, & hoc ſiue vere, ſiue falſo, vt ſi ſe hæreticum, ſacrilegum, aut boni communis proditorem eſſe diceret, tunc enim licet Petrus Nauarrus, vbi ſupra velit non peccare mortaliter; Alij tamen vt Sotus libro quarto de iuſtitia, quæſt. 6. art. 3. ad quartum, dub. 3. concl. ſecunda. & lib. 5. q. 10. art. 2. ante finem, & Coua. lib. 1. reſol. c. 2. nu. 8. Petrus de Arragon in 2. 2. q. 62. trac. de dominij obiecto. Mich. Salon vbi ſupra, & Mar. Nau. in Manua. cap. 18. nu. 58. & rectius id affirmant, & hoc maxime ob ſcandalum & damnum, quod exinde ſequi poſſit. Quamuis enim quis dominus ſit famæ ſuæ, eam tamen prodigere cum tam graui ſcandalo aliorum, non poteſt eſſe non mortale propter inſignem turpitudinem peccati, etiamſi citra iuramẽtum id affirmaret.

36 Tertius eſt, quando eſt perſona publica, cuius fama neceſſaria eſt, & maxime vtilis tum ſaluti ſuæ ſpirituali, & corporali, tũ etiam ſaluti eorũ, quorũ cura ſibi incumbit, vt vxoris, filiorum, &c. tum ẽt Reipubl. & bono communi & muneris ſui exercitio, vt ſi Prælatus, aut alius peccata aliqua ſua detegeret, vnde occaſio eſſet, vt alij ſimilia committerent, aut Reſpu. damnum pateretur, aut etiam ineptum ſe redderet, vel ad obtinendum officium, vel ad retinendum, ob quod filij, & alij, quibus eius opera erat neceſſaria, damnificantur. In quo euentu non ſolum contra charitatem, vt putat Pet. Nau. libro 2. de reſtitut. cap. 4. par. 2. dub. 1. nu. 123. & ſeq. ſed etiam contra iuſtitiam peccaret mortaliter, vt docent Sot. lib. 4. de iuſti. q. 2. ar. 3. in fi. & lib. 5. q. 10. ar. 2. & Mar. Naua. in Man. cap. 18. nu. 20 & Mich. Salon. q. 3. de dominio. ar. 3. concl. 2. & 3. Pet. de Arragon. 2. 2. q. 62. trac. de dominio, & fauet S. Tho. 2. 2. quæſt. 73. articu. 4. ad primum vbi ait, *poſſe hominem pro libito detrimentũ famæ ſuæ pati*

ti *niſi vergat in periculum aliorum*, & idem habet Greg.de Val.to.3. diſp.5.q.17.punc.2.q.1.in fi. & fauet Mart.Ledeſ.2.4.q.18.ar.2. dub.5. pag.247. col.1.concl.3.Quod vero ſit contra iuſtitiam infamare ſe in hoc caſu,probari poteſt: quia quo iure teneor ad aliquam rem faciendam,vel conſeruandā,eodem teneor ad media, quæ illi ſunt maxime vtilia,vel neceſſaria. Sed vnuſquiſq; tenetur ex iuſtitia curare vitam ſuam ſpiritualem,& corporalē, & vitam ſuorum domeſticorum, nec nō bonum cõe.Ergo etiam ad tuendam famam ſuam, quādo ad officij ſui executionem,& aliorū ſalutem ea neceſſaria,vel vtilis admodū ſit. Vnde Prælatus,qui famā ſuam regendis ſuis ſubditis habet obſtrictā, contra iuſtitiam faceret ſeſe infamando: ſicuti qui familiam habens alendam,aut pauperes videt grauiter patientes,ſua bona in flumen proijceret.

7 Quartus eſt,quādo talis infamatio vergit in dānum propriæ vitæ,vt ſi detegat peccatū; ob quod ſua,vel aliorum damnatio ad mortem, aut membri mutilatio ſequatur.Sic Naua.in Man.c.18.nu. 28.& in c.Inter verba.concl.6.Corol.44. Cou.lib. 1.var.reſol.c.2.nu.8.Petrus de Arragon.2.2.q.62. in q.de dominij obiecto.Micha.Salon ibi.q.3.ar.3. poſt concl.6.Coua.lib.1.varia.reſolu.c.2.nu.8.Petrus Nau.li.1.de reſt.c.4 p.2.dub.1.num.126.quæ doctrina vera eſt,quando id faceret ſine cauſa rationabili,& extra tormenta,eſſet.n.prodigalitas vitæ quæ peccatum mortale eſt,vt ſi quis diceret ſe violaſſe virginem,cuius fratrem ſcit ei mortem illaturum,tunc.n.ſine dubio peccaret mortaliter crimen detegendo,tum ob iniuſtam ſui necem,cuius cauſa eſt,vt docent Coua.nu.10.& Petrus Nau.nu.127. vbi ſupra,tū ob peccatum alterius,quod iniuſte detegit,cuius famæ,aut vitæ ipſe renūciare non pōt.

38 Quintus eſt,quando quis ſe infamat, ex cuius infamia alij eiuſdem ſtatus in hominū opinione dānum ſui honoris patiantur:vt ſi clericus ſua crimina panderet laicis: Aut ſi Religioſus,vel Monialis crimen ſuum detegat,ex quo religioni,vel Monaſterio notabilis infamia ſequitur. Tunc enim non ſolum contra charitatem,ſed etiam contra iuſtitiā peccaret:cum fama ſua, non tam eſt ſua, quā religionis,cui cedere non poteſt, vt.n.experientia cōſtat,ſolent homines ex vnius vitio, alios diiudicare,& contemptui habere.Id quod teſtatur S.Auguſtinus epiſ.137.ca.2.ad plebem Hipponenſem, dicens,*Cum de aliquibus,qui ſanctum nomen profitentur aliquid criminis,vel falſi ſonuerit,uel veri patuerit;inſtant,ſatagunt,ambiunt, ut de omnib. credatur*.quem locum refert S.Th.ad hunc finem in ſecunda ſecūdæ q.33.artic.7.in corp. Et hi omnes caſus intelliguntur de eo, qui verum crimen ſuum,ſed occultum detegit.

9 Sextus eſt, quando crimen falſum de ſe profert, & hoc non ſolum qñ exinde ſequitur eius mors,& mutilatio, ſed etiam ſi hæc non ſequantur, dummodo id profert cum iuramento. Sic Sotus lib.5. de iuſti.q.10.ar.2.Naua.in Manu.cap.18.nu.28.in fi.Petrus Naua.lib.2.de reſt.ca.4.par.2.dub. 1.nu. 125 Mich.Salon q.3.de dominio.ar.3.concl.5.& q.73.ar.2.controuerſia vl. Ratio eſt, quia mendacium in re graui,vt in honore,& fama,quæ omnibus diuitijs præſtat,eſt peccatum mortale, contra octauum præceptum Decalogi, quo ſub mortali non minus prohibentur homines contra ſeipſos falſum teſtimonium dicere, quam contra alios,vt late docet S Augu.lib.1.ciuit.c.17.& 20.Id quod multo grauius eſt,quando acceſſerit iuramentum, cum omne iuramentum falſum etiam non pernicioſum peccatum mortale ſit.Extra hos caſus ſeipſum infamare peccatum veniale eſt, vt prodigalitas diuitiarum,qua nulli alteri nocetur.

40 Tertia propoſitio,infamare ſeipſum non eſt cōmuniter contra iuſtitiam. Ratio eſt,quia ad ſeipſum non eſt iuſtitia,vel iniuſtitia,& volenti nō fit iniuria,ergo reuelare proprium crimen non eſt cōtra iuſtitiam. Et quia homo eſt dominus famę ſuæ, ſicut pecuniæ,& aliarum rerum temporalium. Dixi,communiter non eſſe contra iuſtitiam, quia ex accidenti hoc peccatum eſſe poterit contra iuſtitiam, quando per hanc infamiam,quam quis infert,oriretur notabile detrimentum alicui tertio, vel in ſpiritualibus, vel in temporalibus, vt ex dictis in præcedenti propoſitione manifeſtum eſt,& præcipue in caſu tertio, & caſu quinto, vt latius ibi oſtendimus.

41 Quarta Propoſitio,qui iniuſte rogantur,& metu tormentorum,(vt patet de eis,qui in eculeo præter ius interrogantur)proprium crimen occultum propalant,& non peccant mortaliter,ſed ad ſummum venialiter. Dixi,ſi ſint iniuſte rogati,ſi enim legitime interrogarētur, ēt citra tormenta veritatem dicere tenentur. Hanc propoſitionem tenent Ang.in Summ.verb.detractio.nu.6.Sylu.eod.q.3. Sotus in relec.de tegendo ſecreto memb.3.q.4.cōclu.10.& li.5.de iuſti.q.10.art.2 Mar. Ledeſ.2.4.q. 10.ar.5.dub.6.conc.10.fol.87.col.4.& q.18.art.2. dub.5.fol.246.& 247.Mich.Salon 2.2.q.73.ar.2. controu.3.Nau.in Man.c.18.nu.29.Petrus Naua. lib.2.de reſti.c.4.p.2.dub.1.nu.133. Ratio eſt, qa homo eſt dominus ſuæ famæ ſicut bonorum externorum. Quamuis ergo peccatum mortale ſit prodigere famam ſine iuſta cauſa,ſicut etiam prodigere bona externa,ex iuſta tamen cauſa,& bona alia externa, & famam prodigere licet ēt ſine peccato, ſed vix dari pōt cauſa magis iuſta ad hoc faciēdum quam vt vitet tormenta,quæ æquiualent famæ,cū tantum,& etiā maius malum ſit perpeti huiuſmodi tormenta,quam ſit perdere famam.Immo etiāſi concederemus hominem eſſe tantum cuſtodē ſuæ famæ,non tenetur tamen cum tanta iactura famā ſuam cuſtodire.Deinde vt idē Sotus & Ledeſ. vbi ſupra docent,& Anton.Cordub.d.tracta.memb.4. q.3.concl.14.dub.2.puncto.1 quem refert,ac ſequitur Petrus Nau.vbi ſupra nu.130.ſi quis contra ius in eculeo exponeretur,vt alienum crimen reuelaret licite pōt illud prodere etiamſi ſub ſigillo ſecreti acceperit, dūmodo non ſit ſacramentale; Quia nō tenetur cum tāto diſpendio famā aut vitā eius ſeruare niſi reuelatio ſecreta eſſet cōtra Regē,vel Rempub.vel ſi eſſet priuati hominis, tamen eſſet per iniuriā extortum tale ſecretum alterius.Ratio eſt,quia ſolum ſeruare tenetur illud ex charitate,ſicut res alias proximi, quando id poſſit ſine graui damno ſuo.Quæ omnia maxime procedunt quando tormenta eſſent grauia, & diuturna;ſi.n.leuia, & breuia eſſent,tunc Ledeſ.eum peccare puta mortaliter, at certe non videtur in hoc caſu plus quam veniale,vt ex dictis conſtat.

42 Quinta Propoſitio: Qui in tormentis poſitus & iniuſte rogatus falſo ſibi crimen imponit, ſolū venialiter peccat, ſic Syluester verb. detractio. quæſt. 3. Angel. eodem. §. 6. Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 2. num. 8. Sotus in releƈt. de tegendo ſecreto mēb. 3. quæſt. 4. concl. 10. & lib. 5. de iuſti. q. 10. art. 2. & Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 5. pag. 246. & 247. concl. 2. & Nauarr. olim id tenuit in cap. inter verba. 11. q. 3. conclu. 6. Corol. 43. num. 159. quamuis nunc in Manuali cap. 18. nu. 29. putat eſſe mortale, ſi propter eius confeſſionem debet occidi, id quod etiam tenet ſibi contrarius. in d. capit. inter verba, 11. q. 3. cōcl. 6. coroll. 44. nu. 568. & idem in hoc caſu docuit Ledeſm. vbi ſupra, quia dat cauſam propriæ mortis. In quo tamen caſu Sotus vbi ſupra, & Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. par. 2. dub. 1. nu. 133. ſolùm docent eſſe peccatum veniale, & mendacium officioſum, & ita quamuis mors potius ſubeunda eſſet, quàm peccare venialiter, non erit tamen pluſquam veniale. Ratio eſt, quia nullus tenetur cum tanto cruciatu vitam ſeruare, ſed poteſt mitiorem & breuiorem permittere mortem, vt tam lōgam & acerbam euadat. Nec in hoc dat cauſam per ſe propriæ mortis, ſed per accidēs, & licite commutat longa tormenta, quæ cauſant mortem, immo ſunt prolixa mors, pro morte breuiori. Intelligitur autem hoc, quando id facit ſine iuramento, nam, vt recte ait Sotus, periurium omne crimen mortale eſt.

Et eodem modo crimē mortale eſſet, ſi propter huiuſmodi tormenta falsò alios infamaret, vt notat Petrus Nauarrus, vbi ſupra num. 130. Mendacium enim pernicioſum eſt, & damnificatio innocentis, quod ob meum cōmodum facere non licet.

43 An verò teneatur ſibi reſtituere famam, caſu quo ob confeſſionem criminis falſi incidit in vitæ periculum, quoniam morte condemnabitur, vel ijs, quibus neceſſaria erat fama, irrogauit iniuriam? Sotus vbi ſupra negat, & conſentit Petrus Nauarrus, quorum opinio vera eſt, quando perſona priuata ſit: ſecus autem ſi perſona publica fuerit, tum quia per mortem eius fit iniuria reipub. cuius ciuis e medio tollitur, tum quia ex confeſſione falſi criminis impoſiti iniuria irrogatur ijs, quibus neceſſaria erat fama ipſius.

44 *Quod* ſi quæras, an teneatur reſtituere ſibi famā, dicendo ſe ob vim tormentorum impoſuiſſe ſibi falſum crimen, quāuis ex illa recantatione iterum torquendus ſit, tūc Syluester in verb. detractio. q. 3. & Ang. verb. eod. §. 6. & Petrus Nauar. vbi ſupra nu. 134. & Ledeſ. concl. 3. recte docent, non teneri recantare, nec eo modo ſibi reſtituere famam. Ratio eſt, quia non tenetur id facere, vt ſaluet vitam, quę ex priori confeſſione erit auferenda ſibi, licet enim cuſtos ſit vitæ ſuæ, & non Dn̄s, eam tamen cum tantis tormentis, & iactura cuſtodire non tenetur. Immo ſi Dominus eſſet vitæ, mallet ſemel mori, & ſuſpendi, quàm ſępius mori per torturam. Neq; tenetur id facere, vt reſtituat famā familiæ ablatam, aut Reipub. Quia fama eſt principaliter ꝑꝑ ipſum, qui infamatur, & ſecundario propter alios, principalis autem libere vti poteſt iure ſuo, & cedere, nec tenetur cū tam graui ſuo dāno alijs conſulere, maxime ſi nihil ſe ex huiuſmodi retractatione profecturum putet. Volunt tamen aliqui vt ſupra diximus, nō omnino improbabiliter, quibus tandem conſentiunt Ang. & Syluester conſultius eſſe, vt huiuſmodi hoīes in vltimo vitæ, quando ſunt ſupplicio afficiendi, populo circunſtanti aperiant, ſe vi tormentorum admiſiſſe crimen falſo impoſitum, nec vnquam commiſſum. Quia tunc non adeſt amplius periculum patiendi noua alia tormenta. Quod ſi alijs crimē falſum ex vi tormentorum imponat reus, ob quod alius ſit damnificandus, abſq; dubio in patibulo poſitus dictum ſuum recantare, & veritatem fateri tenetur ex Ang. & Syl. vbi ſupra, & alijs.

Ex his conſtat, quid ad argumenta Caietani reſpondendum ſit. Cum enim aſſerit, vnumquemq; magis ſe diligere quam proximum, id quidem verum eſt, ſicut tamen in propoſitione quarta diximus, licite poteſt homo ad euitanda tormenta propria crimen occultum prodere, ita etiam & crimē occultum proximi.

Quod vero ait famam eſſe bonum commune, & ideo teneri ex iuſtitia ad eius reſtitutionem, id verum eſt, qn̄ eſt perſona publica, cuius fama eſt neceſſaria & plurimum vtilis alijs, tunc. n. vt diximꝰ, contra iuſtitiam faceret negligendo famā ſuam, ſecus; aūt quando eſſet perſona priuata, ex cuius infamia nulli alteri damnū ſequeretur. Ad loca ex San. Aug. allata, in Can. Non ſunt audiendi, loquitur S. Aug. & recte Sotus li. 4. de iuſᵗ. & iure. q. 2. art. 3. in fi. q. 6. ar. 3. ad quartum, ante fi. & Mich. Salon. q. 3. de dominio. ar. 3. ad ſecundum, animaduertunt de quibuſdā mulierib. quæ cū in opinione magnæ ſactitatis a populo habebantur, moliebantur prætextu humilitatis ſiniſtrā de ſe opinionē generare, admittentes ad ſe viros, cū ſcandalo aliorū, ꝗ non eſt licitū. Vnde quod dicitur de S. Amb. introduxiſſe mulieres meretrices in domū ſuā, ne in Epiſcopū eligeretur, non habet certā fidem, & auctoritatem ex Soto li. 4. de iuſt. q. 2. ar. 3. & Pet. Nau. li. 2. de reſti. c. 4. p. 2. dub. 1. num. 114. & Mich. Salon. q. 3. de dominio ar. 3. Cum id maximum ſcandalum populo fuiſſet. Idem ēt Aug. in Can. Nolo. loquitur in caſu, vel quo fama noſtra ē neceſſaria alijs, vt in perſonis publicis vel ſolum reprehendit eos, qui nimis negligentes ſunt in cuſtodia famæ, & liberius, licētiuſq; viuunt, quam decet, cum ſcādalo, & offenſione aliorū. Qn̄ autem lib. 1. ciu. c. 27. & 20. ait, peccare mortaliter, qui falſum teſtimonium contra ſe dicit, non minus quam qui contra proximum, id vt caſu ſexto expoſuimus, verum eſt, ſi cum iuramento in iudicio, vel extra cum iuramento id affirmet, ſecus autem ſi vt grauia tormenta deuitet, falſum ſibi imponeret, in nullo tamen caſu peccatum hoc contra iuſtitiam erit, ſed ſolum contra charitatem, niſi perſona publica fuerit, cuius fama Reipu. & alijs admodum vtilis, & neceſſaria ſit.

Ad illud Eccleſiaſtici 41. *Curam habe de bono nomine.* Reſpondetur, ſolum præceptum eſſe charitatis, non iuſtitiæ, de cuſtodia famæ, & honoris. Deinde præcipitur ſolum exercitium virtutū, cum enim honor virtutis præmium ſit, idem eſt præcipere curam boni nominis, ac virtutem inſequi, quandoquidem in ea ſe exercere eſt medium, ad bonum nomen, virtutem enim honor, & fama, tanquam vmbra Solem ſequitur. Sicut enim eum, qui recta pergit ad ſolem, vmbra ſequitur, ſic

eum,

cum, qui virtutes colit, fama, honor, & nomen bonum ſequitur. Deinde cura boni nominis habenda eſt, quia peccatū prodigalitatis eſt, nihil de fama curare, aut ſine cā ſeipſum infamare. Et deniq; qa in nonnullis caſib. vt diximus, mortale peccatū eſt ſeipſum infamare, ob id fatemur teneri hominē de bono nomine, & fama curare, eſt enim vita nobis neceſſaria, fama vero proximis. Sed de his ſatis.

De ſecundo infamandi modo, quo reuelatur verum crimen occultum alterius.

Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum occultum alterius celandum eſſe, ius naturale, diuinum, & humanum docet.*

2 *Correptionis fraternæ præceptum de iure Naturali, & diuino,*

3 *Ordo etiam fraternæ correptionis eſt de vtroque iure, & quinam ordo ille ſit ex S. Th. & alijs declaratur.*

4 *An ſit peccatum denunciare peccatū alicuius non præmiſſa huiuſmodi ſecreta monitione, & correptione?*

Peccatum occultum duplex quod vergit in damnum publicum, & quod in priuatum, unde ſolutio dubij manifeſtatur,

5 *Peccatum occultum vergens in damnum priuatum ēt duobus modis ſumitur, vel in præiudicium tertij, uel in damnum ſolum peccantis.*

6 *Quando correctio fraterna præcedere debeat teſtium inductionem aut denunciationem.*

7 *An quando crimen eſt ſolum in damnum peccantis, licitum ſit aliquando ſtatim denunciare ante correptionem fraternam, & eſt difficultas præcipue de Religioſo.*

8 *Superiori, ut iudici non ſine præuia admonitione ſecreta reuelanda eſſe.*

9 *Si ſecreta admonitione non ſperatur emenda, nec reuelatione aut correptione ſuperioris ſiue, ut iudicis ſiue ut Patris, non tamen eſt prodendus.*

Quid in hoc caſu ulterius agendum ſit tribus alijs Not. declaratur. ibid.

10 *An ſuperiori, ut Patri ſine præuia admonitione poſſim crimen reuelare, quod frequenter uſu uenit in Religionibus.*

11 *Sententia prima multorum affirmatiua. Durandi, Ric. Gab. & aliorum.*

12 *Rationes, quibus confirmare ſolent ſententiam propoſitam.*

13 *Opinio ſecunda dicentium eſſe mortale peccat. & contra Chriſti præceptum, tam prælati præcipientis, quā ſubditi obedientis.*

14 *Hanc ſecundam ſententiam manifeſte docuit S. Th. & quinam cum illo conſentiant, refellit Adrianus Richardum.*

15 *Quid S. Baſilius, & S. Auguſtin. de hoc ipſo ſentiant, præſertim, & expreſſe Religioſis. Umbertus S. Generalis Ordinis Prædicatorū falſo citat Auguſtini ſententiam.*

16 *Opinio hæc uerior, & iuri Naturali ac præcepto diuino conformior.*

17 *Soluuntur argumenta pro parte affirmatiua ſuperinducta. num. 11.*

18 *Grauior, & acerbior unicuique læſio ſuæ famæ apud ſuperiores etiam, ut apud Patrem, quam apud plures alios.*

19 *Præcepta viſitatorum non intelliguntur de peccatis ſecretis, Et quid de proclamationibus, quæ fiunt in capitulis Religioſorum?*

20 *Conſtitutiones quorundam Religioſorum a Sede Apoſtolica approbatæ, in quibus præcipitur, ut qui nouerit peccatum ſocij immediatè denunciet prælato, non ſolum utiles, ſed ex genere ſuo laudabiles.*

21 *Quam reſtitutionem facere teneatur, qui uerum crimē occultum iniuſte reuelauit ſiue in iudicio ſiue extra iudicium? Et an dicere poſſit, ſe eſſe mentitum, ut hoc modo reſtituat?*

22 *Modus reſtituendi ſecundum S. Th. & alios Nauarro non placet, & merito.*

23 *Quiniam reſtituendi modus optimus ſecundum Caiet. & alios.*

24 *Quiniam modus cōuenientiſſimus ſecundum Melchio. Canum, & Grego. de Valentia.*

25 *Quotieſcunque quis iure poteſt, aut debet occultare aliquā ueritatem, eodem iure uti poteſt uerbis æquiuocis, & ambiguis, quæ plures habent ſenſus ueros, nec ſenſum proprium tenetur aperire.*

26 *Sicuti uerum, ſic & falſum duplex, ſpeculatiuum, & practicum.*

27 *Qui reuelans crimen occultum Fratris ordine iuris nō ſeruato retractando dictum ſuum, affirmat, ſe falſum dixiſſe, & mentitum eſſe, non mentitur.*

28 *Ille modus reſtituendi ſecundum Theologos eſt utiliſſimus.*

29 *Non tenetur quis dicere ſe mentitam fuiſſe, ſi alio modo poſſit reſtituere.*

30 *Procedit prædicta ſiue crimen uerum occultum reuelatum extra iudicium ſiue non, immo multo magis in iudicio, cum probare non poſſit.*

INter alios infamandi modos hic vnus eſt, quando quis verum crimen alterius detegit, ſed occultum, ſiue extra iudiciū non præmiſſa correctione fraterna, ſiue in iudicio illum accuſando de crimine, quod probare non poteſt. Vt autem hunc modum clarius, diligentiuſq. explicemus, antequam difficultates afferamus, Duo in hac re ſupponenda ſunt tanquam certa, & in materia de correctione fraterna expoſita, quorum

1 *Primum eſt*, Peccatum ſecretum ſeu occultum alterius celandum eſſe, prout ius naturale, Diuinum & humanum docet. Quoad ius naturale patet, qa ſicut ius naturale dictat opera virtutum, eo quod mala sūt, manifeſtāda eſſe; ita ēt dictat natura ipſa, vt peccata, eo q̃ mala ſunt, celant̄, niſi ex neceſſitate correptionis aut punitionis detegere ea oporteat Virtutes. n. a naturali lumine ꝑcedūt, & iō natura ſua digne ſunt, vt palā fiāt, peccata vero ab ignorātia ꝑcedūt, vt. n. 3. Eth. 1. dicit̄ omnis prauus ignorat; & Prou. 14. *Errant operantur malum.* id eſt, ignorāt; immo peccata cōtra naturā sūt, vt docet S. Th. 1. 2. q. 71. ar. 2. & ideo peccata celari merētur. Quę Ratio ēt ſatis manifeſtè in primo homine ſignificata eſt, qui poſtq̃ peccauit, ſtatim ſe abſcōdit. Gę. 3. vnde in ſcripturis peccata tenebrę, virtutes vero lux appellātur, vt Io. 3. *Dilexerunt homines magis tenebras, quā lucem erant. n. eorum mala opera. Omnis. n. qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius, qui autē facit ueritatem, uenit ad*

nit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Vnde & Apoſtolus Roma. 13. ad fugam vitiorũ, & virtutum exercitium fideles exhortans, ait, *Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis*. Et Rurſus idem Apoſtolus ad Epheſ. 5. ait, *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate (fructus.n.lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo; & nolite communicare operib. infructuoſis tenebrarum, magis aũt redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.* eſt ergo iuxta ius naturale, vt peccata celentur. Id quod cõfirmari poteſt, lex.n.naturalis præcipit, vt quod nolumus nobis ab alijs fieri, nec nos alteri faciamus. Cum ergo vnuſquiſque nollet, vt peccatum ſuum occultum, quod in dedecus, & infamiam ſuam redundare poſſit, ab alijs reueletur, nec nos aliorum peccata occulta reuelare debemus.

Quoad ius Diuinum id colligunt Doctores ex illo dicto ſaluatoris Matt. 18. *ſi peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te, & ipſum ſolum.* de quo loco plura inferius dicemus.

Ius etiam humanum expreſſe ſtatuit, ne quis alterius crimen prodat niſi iuris ordine ſeruato, vt C. de famoſis libel. leg. vnic. vbi Valentinianus, & Valẽs Imperatores monent, ne quis alium niſi in iudicio diffamet, & facientibus libellos famoſos pęnam capitis decernunt, & refertur in ca. ſi quis famoſum libellum. 5. q. 1. & tales in Concilio Elibertino excommunicantur. c. ſi qui. 5. q. 1. & C. de proba. leg. fin. prohibetur, ne quis crimen in iudicium deferat, niſi teſtibus illud probare poſſit, id q̃ etiã in c. ſciant. 2. q. 8. habetur. Nam crimen, quod non probatur, pro falſo habetur in iure. de qua re plura legi poſſunt apud Sotum in relect. de ratione tegẽdi ſecretum memb. 1. q. 2. concl. 1. & 2. Ex quo fundamento ſequitur, peccatum eſſe mortale ex genere ſuo, peccatum verum alterius occultum ſine cã reuelare, quia exinde denigratur fama proximi.

2 *Secundum eſt.* Circa præceptum correptionis fraternæ, quod etiã de iure naturali, & diuino eſt; Et quidem cum homo animal ciuile, & ſociabile natura ſit, ipſa ratio naturalis dictat, vt vnus aliũ inſtruat quid vtile, & quid nociuũ ſit, & quid iuſtum, aut iniuſtum ſit, admoneat, & proinde iure naturæ vnus alium conſilio, & admonitione ſua, iuuare tenetur, ſi erret, ſicut vnum membrum corporis alterũ adiuuat; Quod ſane præceptum fortius ligat Chriſtianos, qui non ſolum naturali modo, ſed etiã vinculo Baptiſmi vnius corporis membra ſunt in Chriſto; *ſollicita autẽ ſunt membra vnius corporis pro inuicem, & ſi quid patitur vnum membrum, cõpatiuntur omnia membra, ſiue gloriatur unum membrũ, congaudent omnia membra.* 1. Cor. 12. Quod etiã præceptum diuinum eſſe patet ex illis verbis Chriſti, Matt. 17. *ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, &c.* Quib. verbis Saluator, & illud præceptum naturale, & modum in eo ſeruandum explicauit, & imperauit, quod præceptum bonum ſpirituale proximi reſpicit, ita. ſ. vt tum bono famæ, tum etiam bono conſcientiæ proximi conſulatur, ideoque ita conſulendum eſt cõſcientiæ proximi, vt non lædatur fama, quantum fieri poteſt, hoc eſt, adhibenda eſt correptio fraterna eo modo quo profutura ſit proximo ad ſalutem, & emendationem eius, & nullum alioqui detrimentum allatura in fama, aut fortunis, vel ce quam minimum fieri poſſit.

Sicut enim Medicus corporalis ſanitatem ægroto confert, ſi poteſt, ſine alicuius membri abſciſſione, ſi autem nõ poteſt, abſcindit membrum minus neceſſarium, vt vita totius conſeruetur: Ita etiam ille, qui ſtudet emendationi fratris, debet, ſi poteſt ſic emendare fratrem, quantum ad conſcientiam, vt fama eius conſeruetur, vt docet S. Th. 2. 2. q. 33. ar. 7. in corp. Vnde non ſolum ipſa correptio fraterna, ſed ipſe etiam ordo correptionis fraternæ in præcepto eſt tam naturali, quam diuino. 3 Ordo autem hic eſt, vt primo, frater ſecreto ſemel, vel etiã pluries, quamdiu ſpes probabiliter habetur de emẽdatione, admoneatur, ex S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. in corp. & ar. 8. ad 1. & hoc, ne apud illum frater diffametur, *& ſic verecundiam emittens permaneat potius in peccato*, vt ait Hiero. in Matth. 18. Secundo, ſi ſecreta monitio non proſit, procedendum vlterius ẽ, quantumcunq; peccatum ſit occultum ad teſtium inductionem, & hoc vt efficacior ſit, & quam minimum diffametur frater, & ob alias cauſas, quas recẽſet S. Tho. vbi ſupra art. 8. ad 3. Tertio, ſi correptio coram teſtib. non ſufficit eum emendare denunciandus eſt prælato ob eundem finem, nempe vt emendetur frater, ẽt cum qualicunq; iactura famæ; Quia enim vt notat S. Th. vbi ſupra ar. 7. in corp. conſciẽtia præferenda eſt famæ, voluit Deus vt ſaltem cũ diſpendio famæ, fratris conſcientia per publicam denunciationem a peccato liberetur.

Quem correptionis ordinem, ac modum præclare docet S. Ambroſius in ſerm. 8. in illud Pſal. 118. *Cogitaui vias meas*, &c. his verbis ſi agere, inquit, aliquid velim, ante cogitem, vtrum agendum ſit illud, quod deſidero, aut quo agendum modo. Similiter ſi alloquendum, vtrum alloqui debeam, deinde publice, an ſecreto loqui; præſentibus aliquibus, aut nullis Sicut illud eſt vt ſi velis fratrem corripere primo ſolus corripias, ſecundo præſentibus duobus, aut tribus teſtibus, tertio ſi non audierit, coram eccleſia. Atque ſi prætermiſſo ordine velis coram eccleſia fratrem increpare, quem ante monere debueras, erratum ipſe agnoſcis. Similia habet S. Auguſtinus ſermo. 16. de verbis Domini, de hoc modo corripiendi a Chriſto imperato, vbi ait, *Diſcernere debemus, aliquando illud eſſe faciendum, aliquando corripiendo fratrem inter te, & ipſum ſolum*, &c. His ita ſuppoſitis, quæ latius in materia de correptione explicantur, examinandæ ſunt aliquæ difficultates pro meliori huius materiæ intelligentia. Quarum

4 Prima eſt, An ſit peccatum denunciare peccatum alicuius nõ præmiſſa huiuſmodi ſecreta monitione, & correptione? & ſermo eſt de peccatis occultis, ſiquidem peccata publica licite coram omnibus caſtigari, & puniri poſſunt. Ideo enim ſecreta admonitio requiritur in detegendis criminibus ſuperiori, vt ſeruetur fama proximi; qui vero publice peccauit, iam famam perdidit. Vnde Apoſtolus 1. ad Timo. 5. ait, *peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant*, & Alex. Papa c. 1. de pœnit. & remiſ. ait, Manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione purganda, & eſt cõis opinio DD. poſt S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. De peccatis igitur occultis

Reſpondeo facta diſtinctione peccati occulti, (de quo ſolo agitur Matth. 18.) Quoddam enim eſt peccatum occultum, quod vergit in damnum publicum, vt proditio ciuitatis, hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis; Quia enim priuatus homo (niſi forte eſſet magnæ auctoritatis, & doctrinæ) rariſſimè ſufficienter poſſit huiuſmodi malis occurrere priuata ſua admonitione, & periculum ſolet eſſe in mora, ne alij inficiantur, obſeruandus non eſt ordo euangelicæ, & fraternæ correptionis, ſed ſtatim deferendi ſunt ad ſuperiorem, quia exinde nulla vt plurimum redundare ſolet vtilitas, & quia bonum commune præferendum eſt bono particulari, quale eſt fama delinquentis, vt S. Thom. 2.2. q.33. art.7. Richard. 4. diſt. 19. art. 3. q. 1. & 2. & ibi Durand. q.4. & Paludan. q.4. Sotus in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. quæſt 4. Adrianus in 4. de correct. fraterna. quæſt. penult. ad ſecundum. Maior. 4. diſt. 21. q. 2. quem referunt, ac ſequuntur Martin. Naua. in Manual. cap. 18. nu. 31. & Petrus Naua. lib. 2. de reſti. c.4. pa. 2. dub. 7. nu. 186. latius tradunt. & idem dicendum eſt de eo, qui in aliqua communitate ſatagit peruertere fratres. Et hoc certum eſt, & in confeſſo apud omnes, niſi denũciator firmiter crederet per ſuam ſecretam admonitionẽ emendatũ iri fratrem, & ſic damnum non ſecuturum fore, vt S. Thomas & alii vbi ſupra annotarunt, tunc enim iniuſtè infamaretur apud iudicem. Et Ratio eſt clara, quia quando cum communi bono proximi vita, ac fama conſeruari poteſt, maximè in occultis, lege charitatis, immo & iuſtitiæ, vt Petrus Naua. vbi ſupra, Michael Salon 2.2. q.68. ar. 1. contro. 2. concl. 2. & Petrus de Arragon. ibidem docent, tenemur eorum crimina non detegere. Sin autem nõ ſit certum, ſed dubium de emendatione fratris, tunc ſtatim denunciari debet, cum enim dubia ſit emendatio, & dubium damnum publicum, ceteris paribus præferendum eſt bonum publicum: immo cũ certo damno priuati, maximè noxii hominis, Reipub. periculum probabile eſt euitandum.

5 Quoddam vero eſt peccatum occultum, ſed ſolum vergit in damnum priuatum, & hoc duobus modis, vel enim eſt in præiudicium tertii, vt homicidium, furtum, adulterium, falſum teſtimonium, & tunc eodem prorſus modo denunciandum eſt, niſi ex correctione ſperatur firmiter emendatio, & hoc maxime penſatis omnibus circunſtantijs, ſi cedat in maius damnum alicuius, vel aliquorum, quã ſit iactura famæ delinquentis, vt in homicidio præſertim, vbi vita vnius præferenda eſt famæ alterius, vt recte notauit Paluda. vbi ſupra: Et quia melior eſt conditio innocentis, quam nocentis, & illius bono magis conſulendum eſt. Semper tamen in peccatis ſecretis cauendũ eſt, ne ſi fieri poſſit reuelentur perſonæ in particulari, vt ſic famæ conſulatur. Vnde quando ſufficit reuelare in generali, non debet reuelare in particulari, & quando ſatis eſt reuelare crimen non debet reuelare perſonam, & hoc ſub peccato mortali, vt ſic ſeruetur fama proximi. Et ſi damnum proximi non ſit magnum, non eſt prodenda perſona; vt ſi vir alioqui bonæ famæ aliquid paruum furaretur, non eſt crimẽ hoc denunciandum, præponderat enim fama illius paruum damnum alterius, ex Gab. in can. lect. 47. ſub litera S. & Petro Nauarro vbi ſupra, dub. 7. nu. 190. quando autem damnum magnum eſt, nec euitari poteſt, niſi reueletur perſona, reuelanda eſt, quæ omnia intelligenda ſunt, quando extra confeſſionem cognoſcuntur.

6 *Vel* delictum illud occultum eſt, ſolum in damnum ipſius peccantis, vt v.g. fornicatio, gula ſodomia, auaritia, &c. tunc cõis DD. ſententia, eſt, præcedere debere fraternam correctionem, ante teſtium inductionem, aut denunciationẽ, prout Chriſtus Matth. 18. præcepit, & contra faciens peccat iniuſtè famam lædendo proximi. Sicut enim medicus corporalis, quam minimo poteſt diſpendio ægroto mederi tenetur, adeo vt qui ſanare poſſit abſque abſciſſione membri, iniuriam faceret illud abſcindendo: ita ſanando fratrem ſpiritualiter, curare debet, vt ſaluet famam proximi, quantum poſſit, emendando & ſanando fratrem, non infamando. Hoc ipſum expreſſe docet S. Auguſt. ſermo. 16. de verbis Domini, & habetur in ca. ſi peccauerit. 2. q. 1. vbi ait, *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Quare? quia in te peccauit. Quid eſt in te *peccauit: Tu ſcis. quia peccauit.* Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cum corrigis, quod peccauit in te. Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram oĩb. arguere, non eris corrector erroris, ſed proditor.

Et paulo inferius, *Sic agamus, & ſic agendum eſt,* non ſolum quando in nos peccatur, ſed etiam quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto corrigere debemus. Nouit enim neſcio quem Epiſcopus homicidam (loquitur de ſe Auguſtinus) & nemo alius illũ nouit, ego nolo illũ publice corripere. Prorſus nec prodo, nec negligo, corripio in ſecreto, pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pœnitentiã, *hac charitate præditi eſſe debemus.* Immo vt recte Sotus vbi ſupra notauit, etiamſi peccatum hoc aliis notum ſit, & de illo ſit infamia, non tamen eſt ſtatim coram aliis arguendum, quamuis enim non læditur fama, læditur tamen pudor, & verecundia proximi, cum arguitur coram aliis, & ita experiri debet, an per ſecretam admonitionẽ corrigatur, & pudor conſeruetur. Vnde idem Auguſtinus vbi ſup. *Sed forte* (inquit) *quod ſcis, & ego ſcio, non tamen coram te corripio, quia curare volo, non accuſare.* & in eodem ſermone, ad hoc noſtrum propoſitum, ait. *Corripe eum inter te, & ipſum ſolum, intendens correctioni, parcens pudori. Forte enim præ uerecundia incipit defendere peccatum ſuum, & quem uis correctiorẽ, facis peiorem.* In ſecretis igitur peccatis, denunciationem ſub pœna peccati mortalis fraterna correctio præcedere debet.

7 Secunda eſt, An quando crimen eſt ſolum in dãnum ipſius peccantis, licitum aliquando ſit ſtatim denunciare ante correptionem fraternam, & difficultas præcipue eſt de religioſis: Ex vna enim parte eſt, quod ex præcepto Domino tenemur præmittere fraternam correptionem, vt diximus: Ex alia parte eſt, quia in quibuſdã religionibus ea conſtitutio habetur, vt vniuſcuiuſque defectus, & peccata poſſint ad ſuperiorem deferri, per quemcunque, qui extra confeſſionem agnouerit. Et etiam cõſuetum eſt in omnibus religionibus, quod in Capitulis aliqui proclamentur de culpis ſuis, nulla ſecreta admonitione præmiſſa.

Vt autem difficultas hæc clarius explicetur, quędam, tanquam certa, & ab omnibus conceſſa ſupponenda ſunt: quorum

8 Primum eſt, quod ſuperiori, vt iudici non eſt reuelandum ſine admonitione præuia ſecreta, vt expreſſe docent S.Thom. 2.2.quæſt.33.art.8.ad quartum. Sotus in relect.de tegendo ſecreto.memb. ſecundo, quæſt.4.concluſio.3.dub.3. Adrianus in 4. de correct. fraterna quæſt. penul. §. pro huius deciſione, poſt medium. Petrus Naua.lib.2.de reſtitu.c.4.p.2.dub.11.num.131. Bannes in 2.2.quæſt.33 art.8.dub.ſecundo, & Grego.de Valen.tom.3.diſp.3.quæſt.10.puncto.5.controu.1. & fauet Naua.in Man.c.24.nu.14.in fine.

Ratio eſt, quia cũ tale peccatum fratris ſit tantum in damnum peccantis, cuius ipſe vel pęnituit, vel eius pœnitentia ſperatur, contra charitatem, immo contra iuſtitiam eſſet, vt vult Petrus Naua. illũ apud ſuperiorem, & apud omnes (cum publicari debeat) infamare, & cum exinde frater puniendus foret, iniuria ei fieret.

9 Secundum eſt, quod ſi mea admonitione emenda non ſperatur, nec etiam reuelatione, & correptione ſuperioris, ſiue vt patris, ſiue vt iudicis, non eſt prodendus. Ratio eſt, quia tunc fruſtra infamaretur, & ſine fructu, immo cum deterioratione animæ ipſius, quando quidem vt recte notat S.Thom. 2.2.quæſt.33.art.7.in corp. ſicut multi præ timore infamiæ a peccato retrahuntur, ita etiam quando ſe infamatos conſpiciunt, irrefrenate peccant, vnde in tali caſu Deus exorandus eſt, & res patienter toleranda.

Tertium eſt quando per meã ſecretã monitionẽ non ſperatur correctio, adhibere teneor vnum, aut duos teſtes, quod ſi nec inde ſperatur emendatio, per ſuperiorem vero ſperatur, tũc reuelari ei debet primo vt patri, & ſi hoc non ſufficit, etiam vt iudici. Ratio eſt clara, quia pluris facienda eſt anima proximi, quã eius fama. Si ergo animæ illius profutura eſt correctio, & caſtigatio ſuperioris, & aliter ei ſubueniri non poteſt, licite poſthabetur fama ex S.Thom.2.2.q.33.art.7. in corpo. & Petro Naua. vbi ſupra, nu.232.

Quartum eſt, ſi denunciandus ſit ob hanc, vel illam cauſam, prius facienda eſt denunciatio fraterna ſuperiori, vt patri, & deinde, vt iudici. Omnia enim tentanda ſunt charitate præcipiente, vt ſine maiori detrimento ſubueniatur fratri. Sic Sotus in relect. de tegendo ſecreto.memb.2.q.4.concluſ.3.dub.3.Mart.Naua.in Manua.cap.24.num.14.verſic.Quinto dicendum. Petrus Naua. lib.2.de reſtit.cap.4.pa.2 dub.11.nume.232. Grego. de Valentia tomo.3. diſputa.3. quæſt.10. puncto. quinto. controuerſia.1.

Quintum eſt, ex conſenſu ipſius, qui deliquit, certum eſt poſſe alterum crimen delinquentis nõ pręmiſſa ſecreta monitione, ſtatim ſuperiori indicare, vt docet Grego. de Valentia vbi ſupra diſputa.3. quæſt.10.puncto.5.§. Quintus caſus, nec de hoc dubium eſſe poſſit, ſicut enim ipſe delinqnens poteſt vltro delictum ſuum prælato patefacere, vt ab eo tanquam a patre remedium quæratur, propter maiorem ſuũ profectu ſpiritualẽ, & ad maiorem ſubmiſſionẽ, & humilitatem propriam, ita etiam alter ex eiuſdem conſenſu, & voluntate, & ob eundem finem peccatum proximi ſtatim indicare poteſt.

10 *Eſt* igitur difficultas, An ſuperiori, vt patri, qui melius, vel ita bene ac ego, poterit remediũ adhibere, poſſim ſine præuia ſecreta monitione reuelare, id quod frequenter vſu venire ſolet in religionib. vt v.g. religioſus crimen aliquod commiſit, & eſt iã emendatus, aut ſcio ego, quod mea admonitione emendabitur, æque bene atque a prælato, ſi ei reuelaretur, aut pone, quod Prælatus melius ſua auctoritate, & prudẽtia proficiet, ſed tu proderis ſufficiẽter; aut ſi dubitẽ nũ prælatus, an ego melius ac vtilius occurrere poſſim dãno, a peccato, & peccatum ſecretũ eſt, an liceat ſine correptione fraterna illũ deferre ad ſuperiorẽ, ſiue vt patrẽ, ſiue vt iudicem.

In hac re, quæ non minus vtilis, quam difficilis eſt, duæ ſunt Doctorum contrariæ penitus, & diſſentientes inter ſe ſniæ, quarum Prima eſt dicentiũ, id licite fieri poſſe, & cõſequenter neceſſario ita faciendum eſſe, ſi ſpeciali, vel generali mandato id a ſuperiori fieri præcipiatur, Sic Richard. in 4.diſt. 19.art.3.q.1.ad ſecundum, vbi ait, quod circa regulares perſonas non eſt tanta neceſſitas hunc ordinẽ ſeruandi (ſcilicet ordinem fraternæ correctionis a Chriſto præceptum) *ſicut circa ſeculares, quia regulares, cum cauſa requirit, facilius, & liberius a ſuis poſſunt adminiſtrationibus admoneri*. Vnde docet religioſos teneri obedire prælato præcipienti ſibi dicere veritatem de delicto alicuius fratris, quem non monuerunt, & in eadem quæſt. in corp. ait, Qđ propter fratris correctionẽ factã per ſecretã monitionẽ non teneor deſiſtere a ſecreta denunciatione prælato fiẽda, quia valet ad præcauẽdũ fratri a recidiuo, nec eſt in famæ fratris præiudiciũ, ſi talis eſt prælatus, qualis eſſe debet. Si tñ per ſigna valde probabilia, & præſumptiones valde violẽtas credetur, q; ex illa denunciatione fratrẽ correctũ infamare vellet, tũc crimen occultũ iã veraciter correcti ſibi denũciari nõ deberet & q.2.ad ſecũdũ ait, *quod oſtẽdere delictũ fratris prælato, ſecundũ quod eſt quædã ſingularis perſona, quę põt, & debet uelle magis prodeſſe, quã alij, præcedere debet oſtenſionẽ illius delicti alijs teſtibus, ſed oſtẽdere prælato tãquã eccleſiæ, id eſt ſicut in loco iudicis reſidenti, ſequi debent inductionem.* Hęc Richard. & eadem plane verba habet S.Thom.2.2.q.33.artic.8.ad quartum, ex quo Richardus hæc deſumpſit, quæ in quæſt.2. ad ſecundum attulit. Eiuſdem etiam ſententiæ videtur eſſe Durandus in 4.diſt.19.q.4.nu.4.in fine, vbi ait, *ſi probabiliter credatur, quod prælatus, ut bonus uir, & non ut iudex, poſſet prodeſſe peccatori, & non obeſſe, uel per ſecretã admonitionem, uel præcludendo occaſionem peccandi ſine reuelatione peccatoris, poteſt ei in ſecreto dici peccatum fratris, ut adhibeat remediũ, quod poterit adhibere, & eodẽ modo poſſe dici alij non prælato ſi crederetur, quod uellet, & poſſit alteri prodeſſe.* & probat hoc ex S.Auguſt.q.1.ſuper cap.5. Leuitici, vbi diſputans an liceat indicare periurium proximi mihi ſoli notum, *uidetur*, inquit, mihi quod ſe homo ſoluat a peccati vinculo, ſi indicet ſacerdoti cuipiam, qui nõ ſolum perſequi non poteſt irrogando ſupplicium, ſed etiã orare pro illo, aut ſi indicet, talibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quam obeſſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue Deum pro eo placando.

Hanc eandem ſententiam expreſſe tenet Gabr. in can. Miſſæ lect.74. ſub litera T. & p̃cipue ſub li-

tera

a V.vbi refert, & approbat verba S.Thomæ in uodlib.11.q.10.artic.3 vbi quærens S.Thomas, a ſciens peccatum proximi, & illud referens pręo ſuo ſtatim ante factam admonitionem ſecrem,peccet mortaliter, eo quod contra ordinem a Chriſto de fraterna correctione datum agit; in hęc erba reſpondit; Quod in his diſtinguendum eſt econditionibus ſubditi,& prælati. Nã ſi ego ſcio, uod frater per me corrigeretur, tunc non debeo enunciare prælato. Si autẽ videtur; quod hoc meius fiat per Prælatum,& Prælatus nihilominus ſit ius,& diſcretus, & ſpiritualis non habens rancoem,ſeu odium aduerſus illum ſubditum, tunc licit poteſt denunciare ſibi, quia tunc non dicit eccleiæ, quia non dicit ei ſicut Prælato, ſed ſicut perſonæ proficienti ad correctionẽ proximi,& eius emẽdam. Sed quia propter conditiones diuerſas Prælatorum,& ſubditorum non poteſt in hoc dari generale iudicium, quia aliquando Prælatus, vel moueretur ad odium aduerſus ſubditum, vel ſubditus nõ bene ferret verba Prælati: ideo tenendum eſt hoc pro regula, quod in omnibus iſtis ſemper ſeruanda eſt charitas,& quod melius, & magis expedire videtur. Vnde ſi referat Prælato intendens, vel cautelam futurũ, vel aliquid huiuſmodi, quod ad emendam proximi videtur expedire, non peccat. Si autem hoc ſiue Prælato, ſiue alicui amico ſuo ex malitia referat, & vt proximus confundatur, vel deprimatur, mortaliter peccat. Quod ſi ex incautela hoc alicui dixerit, ita tamen, quod non proueniat inde aliud vel infamia, vel vituperium, proximo delinquenti, tunc non peccat mortaliter, licet incaute agat. Hactenus S.Thomas. Et Angelus in verb. Denunciatio.nu.10.expreſſe docet, quod ſiue ſecrete monuerim, ſiue nõ; ſiue ſecreto correxerit ſe ad meã monitionem, ſiue non, teneor ſecrete denunciare prælato p̄cipienti, quia valet ad præcauenda peccata recidiuit nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt prælatus, qualis eſſe debet. Ratio eſt, quia quilibet tenetur obedire ſuo prælato in his, quæ pertinent ad eorum officium.& non ſunt contra Deum, vel animam: Sed ſic obedire non eſt contra Deum, immo ſecundũ Deum,& intentionem Euãgelicam, in qua non ſolũ Dominus intendit peccatorem corrigere, ſed etiã correcto de recidiuo præcauere, quia nõ eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus: Matth.9.& ſic prælatos medicos eſſe voluit. Eſt etiam de his, quæ pertinent ad officium Prælatorum, vnde S.Berna.lib.de diſpenſa,& præcepto, cap.5.ait, Regularis profeſſio, qua ſe minor ſponte ſubdidit maiori, æque allegat, & cõis equidem pacti reor vtrumque neceſſitate teneri, vnum fidelis curæ, alterum fidelis obedientiæ. Cura autẽ non eſt tantum ad curandum, ſed etiam ad præſeruandum a peccato, quod fieri non poteſt, niſi peccator correctus, in quo eſt pronitas, derelictus cognoſcatur, nec põt cognoſci niſi per te, qui ſolus noſti. Ergo teneris dicere ad bonum fratris tui. Vnde videmus quod ſemel lapſus in peccatum carnis facilius relabitur, immo vix retinetur, & addit omnes Doctores ordinis Minorum hanc ſnīam communiter tenere. Volunt igitur hi Doctores, vt conſtat, maxime quãdo eſt periculum in recidiuo peccati, poſſe quem reuelare occultum peccatum fratris prælato præcipienti, immo etiam, & cuilibet amico delinquentis, qui illi profuturus eſt,& non obfuturus,& hoc etiamſi correctus ſit de peccato.

12 Rationibus etiam probari poteſt hæc ſententia.

Primo, quia vbi ex huiuſmodi reuelatione conſeruatur puritas, perfectio, & obſeruantia religionis,& ex eius incuria, & omiſſione deſtruitur integritas, id potius faciendũ eſt, quod ad religionis obſeruantiã pertinet: Sed ex hoc quod defectus occulti fratris detegantur pio, prudenti, ac diſcreto prælato, non nociturο, nec ad pœnam proceſſuro, conſeruatur ordinis regularis obſeruantia,& ex eius omiſſione facile corruet. ergo licitum erit maxime Prælatis ex tali denunciatione, quibus religio conſeruetur, puta illum ſic delinquentẽ vel officio priuando, vel eum ciuitate aut loco mittendo, vel conſilio.& metu terrendo, vt illum a futuro prę ſeruet, cautioremq; reddat. Quæ tamen nunquam ita bene fieri poſſunt a priuato fratre.

Secundo, quia talis infamatio,& notitia criminis apud pium,& diſcretum prælatum,& fidelem amicum, qui non eſt ei nociturus, ſed profuturus, nulla eſt, vel leuiſſima.

Tertio, quia mos eſt in eccleſia vſitatiſſimus, vt crimina occulta ſuperiori reuelentur: Nã epiſcopi, & eorũ viſitatores,& inquiſitores ſolẽt edicta proponere, quibus ſub excõicationis pœna præcipiut, vt qui crimen ſciuerint, ſtatim referant,& idem obſeruant Religionũ viſitatores,& Prouinciales. Et in aliquibus religionibus ſunt conſtitutiones a ſede Apoſtolica approbatæ, quib. præcipitur, vt quicunque errores, ac vitia eorum ſuperiorib. manifeſtẽtur per quemcunq;, qui extra confeſſionẽ cognouerit. Quæ tñ nec tot Sanctiſſimi ac Doctiſſimi viri facerẽt, nec Summi Pontifices vnquã permitterent, niſi licitũ eſſet, ordine fraternæ correctionis prætermiſſo, delictũ fratris ſtatim ſuperiori maniſtare. Hæc ea ſunt, quæ ab authoribus huius ſententiæ pro eorum opinione afferri poſſunt,& ſolent.

13 Secunda opinio eſt dicentium, eſſe peccatũ mortale,& contra Chriſti præceptum tam prælati præcipientis ſine ſecreta admonitione tale peccatum occultum prodere, quam ipſius, qui obedit. Sic expreſſe S.Thom. Quodlib.1.ar.16. in 2.2.quæſt.33. artic.7.ad quartum,& ad quintum, vbi reſpondens tertiæ rationi authorum primæ opinionis, ait Prelato non eſt obediendũ contra Domini præceptũ, ſm illud Act.5. obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et ideo quando Prælatus præcipit, vt ſibi dicatur, quod quis ſciuerit corrigendum, intelligendum eſt pręceptũ ſane, ſaluo ordine fraternæ correctionis, ſiue præceptum fiat communiter ad omnes, ſiue ad aliquẽ ſpecialiter. Sed ſi prelatus expreſſe præciperet contra hunc ordinem a Domino inſtitutũ,& ipſe peccaret præcipiẽs,& ei obediens, quaſi cõtra præceptũ Domini agens, vnde nõ eſſet ei obediendũ, quia Prælatus nõ eſt iudex iudiciorũ occultorũ, ſed ſolus Deus. Vnde non habet poteſtatem p̄cipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantũ per aliqua indicia manifeſtãt. puta per infamiã, vel per aliquas ſuſpiciones, in quib. caſibus põt prælatus præcipere eodem modo ſicut, & iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda. Hæc S.Thomas, & ſine dubio hæc expreſſa eſt D.Thomæ ſententia. Nec contrarium docuit in locis pro prima opinione citatis, ſiquidem

quidem in dicto quodlib. 11. q. 10. art. 13. aperte ait, *Quod denunciationem præcedere debet fraterna admonitio, quia finis huius eſt emendatio proximi, & ideo ſeruari debet ordo fraternæ correctionis*, & paulo poſt, ait, *Quod ſi ego ſcio, quod frater per me corrigetur, tũc non debeo hoc denunciare prælato*. Quibus verbis hãc ſecundam ſententiam manifeſte docuit.

14 Quod vero ſubdit, Si autem videtur, quod hoc melius fiat per prælatum, & prælatus nihilominus ſit pius, diſcretus, & ſpiritualis, non habens rancorem, ſeu odium aduerſus illum ſubditum, tunc licite pōt hoc denunciare ſibi, non ita accipiendũ eſt, vt ſi parum plus iuuaretur frater ex dicta denunciatione prælato facta, ſtatim denũciari debeat; ſed qñ ita melius fit, quod notabiliter iuuaretur, & vix tãdem per me fieret, aut notabiliter minus bene. Et hunc eſſe ſenſum illorum verborum. conſtat, tum ex loco citato in 2. 2. quæſt. 33. arti. 7. ad quintum. tum ex eodem loco, vbi paulo ante dixit, *Quod ſi per me frater corrigetur, non debet denunciare*. & quia paulo poſt ſubdit concludens. *Quod in omnibus his tenendum eſt pro regula, quod ſemper ſeruanda eſt charitas, & quod melius, & magis expedire uidetur*. Sin autem æque bene, vel parum melius per prælatum occurrendum eſt non ſeruaretur charitas, nec fiet, quod melius, & magis expedit; ex ſnĩa igitur San. Thomæ non eſt denunciandus frater prælato ante monitionem ſecretam. Cum S. Thoma conſentiũt expreſſe Sylueſter in verbo. correptio. quæſt. 7. vbi poſtquam attulerit verba S. Thomæ in prædicto quodlib. 11. quæſt. 10. articu. 13. affert verba eiuſdem ex 2. 2. quæſt. 23. art. 7. ad quintum, & ait peccare mortaliter, qui diceret Prælato, aut alteri etiamſi non malo fine, vel ſi incaute fiat, ſi exinde ſequatur notabile damnum honeſtati, & famę proximi, quia debuit, & potuit aduertere. Et Adrian. in 4. in tract. de fraterna correctione. q. penult. ante ſolutionem argumentorũ, vbi ex profeſſo refellit Richardum vbi ſupra, & rationes eius, vocans huiuſmodi denunciatorem peccati occulti fratris nō præmiſſa monitione ſecreta, *fraudolentum, & ſecreti proditorem*, additque, *non licere denunciare prælato, ob periculum recidiuij, quando frater eſt emendatus, quia exinde notabiliter læderetur fama fratris apud ſuperiorẽ ſuum*. Dominicus Sotus in relect. de tegẽdo ſecreto. memb. 2. q. 4. concl. 3. dub. 4. vbi refellit Richardum. Et Antonius Corduba in eum locũ Soti, vbi ait, hunc eſſe ſenſum S. Thomæ, & Martin. Naua. in Manu. cap. 24. num. 14. verſicu. quinto. dicendum, vbi ait, peccare, qui crimen occultum fratris reuelat ſuperiori non ſeruato ordine fraternæ correctionis, & etiam in fine, vt prouideat, ne illud iteret. & citat Sotum, & Adrianum, contra Richardum. & Petrus Naua. lib. 2. de reſtitutio. capi. 4. pa. 2. dub. 11. potius in hanc, quam in alteram ſententiam inclinat. Et Barth. Medina. lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 16. in fine, ait prius admonendũ eſſe fratrem ſecreto, quam Prælato denunciari debeat, & non poſſe denunciari amico delinquentis, antequam admoneatur. Et Dominicus Bannes in 2. 2. q. 33. art. 8. dub. 2. in reſponſ. ad 6. ait prius admonendum eſſe, quam Prælato etiam vt patri denunciari poſſit. Et Greg. de Valentia tom. 3. diſp. 3. quæſt. 10. puncto. 5. dub. 3. & citat Albertũ. in 4. diſtinct. 19. ar. 21. vbi primo ait, præceptum Domini de ordine correctionis *eſſe obſeruandũ, ut iacet*. & ſecunda in reſponſione ad 1. in quo quæſierat etiam, an poſt ſecretam admonitionem poſſet peccatum iudicari Prælato vt *cuidam ex eorũ numero, qui poſſint prodeſſe, & non obeſſe*, id eſt, tanquam Patri; Reſpondet, prius eſſe iudicandum alicui, vel aliquibus *ex numero ſociorum*.

15 *Præter* auctoritatem tot antiquorũ, & recentiorum ſcriptorũ oſtendi pōt veritas huius ſñiæ ex S. Baſilio in quæſtionibus, fuſe diſputatis q. 46. vbi loquens de ſuperiore, vt Patre, cui nimirum quiſque interdũ debeat proprium ſuũ peccatum indicare, pro accipienda inſtructione paterna, tunc demum affirmat, *peccatum referendũ eſſe ad prælatum* dixit, *qui ſunt conſcij, cũ ipſi* (vt inquit,) *non poſsint mederi, iuxta id, quod a Domino præceptum eſt*, Matth. 18.

Et S. Auguſt. in Regula 3. in fin. & in epiſt. 109. circa mediũ, vnde locus ille regulæ eſt deſumptus, loquens de Monialibus. ait. Si oculorũ petulantiam in aliqua aduerteritis, ſtatim admonete, ne cœpta progrediãtur, ſed ex proximo corrigãtur. Si autẽ, & poſt admonitionem iterũ, vel alio quocunq. die id ipſum facere videris, iã velut vulneratã ſanandã prodat (præfectæ ſcilicet) quæcunque hoc potuerit inuenire. Prius tñ, vel alteri, vel tertię demoſtratã.

Hanc eandem ſnĩam docuit Hugo de S. Victore grauiſſimus auctor (qui tanquam alter Auguſtinus celebris fuit ſuo tempore, vt teſtatur Tritemius in catalogo) in commentariis ſuis ad regulam S. Auguſtini, cap. 6. vbi hæc verba S. Auguſtini interpretatus, ait, Culpa cum occulte committitur, ab aliis fratribus, qui eius culpæ conſcii ſunt, hic qui deliquit frater, ſecrete debet corrigi, quos ſi neglexerit audire, Patri Monaſterii debet indicari, vt & ipſe fratrẽ ſecreto corrigat, quatenus culpa, quæ adhuc latens eſt, ſi forte ſecretius corrigi poterit, non omnibus innoteſcat. Et hi omnes auctores ex profeſſo de religioſis locuti ſunt, vnde falſum eſt, quod Vmbertus, Quintus Generalis Ordinis Prædicatorum, in Commentariis ſuis ad regulã S. Auguſtini, c. 97. dicit Auguſtinum eius ſnĩæ fuiſſe, vt religioſorum culpæ immediate poſſint Prælato dici, non præmiſſa prima, aut ſecunda correptione, quæ ex præcepto Domini deberet prius fieri coram vno, aut duobus: ea ratione ductus, quod religioſi non ſint ſui iuris.

Quæ ratio nullius plane momẽti eſt. Quãuis n. Religioſi non ſint ſui iuris, quoad ea, quæ vouent, ſunt tamen ſui iuris quoad conſeruationẽ propriæ famæ, & quoad ea proinde, quæ in famæ fauorem Dominus mandauit. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad quintum, docet inter Religioſos etiam ſeruandum eſſe illud Domini præceptum. Matth. 18.

16 Ratione item ſnĩa hæc confirmari poteſt, Quia vt ait S. Thom. in d. arti. 7. ad quintum. occultorum homo iudex non eſt, antequam appareant perindicia, vel præſumptiones. Et quia hoc conforme eſt Chriſti præcepto, quo prius præcipimur corripere *fratrem inter nos, & ipſum ſolum*. Id quod intelligitur non ſolum, quando eſt certa emendatio fratris, ſed etiam quando probabiliter, licet ſub dubio, aliquo modo ſperatur emẽdatio; Ideo enim dixit *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ*. Et denique ratio huius Diuini præcepti, & naturalis id oſtendit, Quia lex naturalis, & charitatis vinculum (quo religioſi

ligioſi, maxime inter ſe coniuncti eſſe debent, & ſe uicem diligere) dictat, vt quando ſine boni communis, aut tertii præiudicio occurri poteſt, & concientiæ, & famæ fratris ſimul, id fiat ſine alicuius artis famæ, ſcilicet, vel conſcientiæ læſione. Cum ergo (vt nunc ſupponimus) in hoc caſu, conſeruari poterint, & fama, & conſcientia proximi, vtrumque conſeruãdum eſt: ſicut non recte faceret medicus, qui potens medelam ſine inciſione adhibere, lacerando, & incidendo curare vellet, quæ ratio ex S. Thoma vbi ſupra, artic. 7. & aliis colligitur. Ob quæ omnia mihi verior, & iure Naturali, ac præcepto Diuino conformior videtur hæc S. Thomæ, & aliorum opinio, & in praxi ſequenda.

Ad Rationes pro contraria ſnia allatas, non eſt difficile reſpondere: Ad primam.n. in qua dicitur, ex huiuſmodi immediata denunciatione facta prælato religionẽ melius conſeruari, dum indigni aut priuatione officiorum, aut loci mutatione, aut alio modo impediantur a peccatis; Reſpondetur, Quãuis id verum nonnunquã ſit, vt plurimum tamen, maiora mala, & ſcandala inde ſequerentur, ſi licitũ eſſet defectus occultos fratris prælato, non pręmiſſa correptione fraterna, immediate denunciare.

Quia contingere nonnunquam poſſet, vt prælatus non eſſet vir tam pius, ac diſcretus, qualis eſſe deberet: fieri etiam poteſt, vt frater, qui denunciat, non eo animo denunciaret, quo fratris emendationem, ſed punitionem potius cuperet: fieri etiam poteſt, vt aliqua falſa cum veris miſceret, pręterquam quod frater ille, cuius occultum peccatum prelato detegitur, ſine cauſa damnum ſuæ opinionis, & famæ ſemper pateretur. Immo potius in religionibus, diſſenſiones, & diſcordiæ exinde naſcerẽtur, conſiderata fragilitate hominum, & multorum imperfectione. Vnde dum vnius bono fortaſſis conſuleretur, pax, & cõcordia religioſorum adinuicem diſſolueretur, cum tamen bonum commune religionis vnius priuati ſaluti præferendũ ſit. Præterquã quod dubium eſſe non poteſt, quin Chriſtus Dominus, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcẽtiæ Dei ſunt, modum optimum de fratris ſalute ſpirituali procuranda inſtituerit; Cum igitur Chriſtus Dominus hunc ordinem de fraterna correptione ante denunciationem ſuperiori faciendã nobis propoſuerit, modus iſte per ſe loquendo eſt optimus, & a cunctis ad finem correctionis fraternæ eligendus, & ſequendus, vt recte Dominicus Bannes in 2.2.q.33.art.8.dub.2.concluſ.2. annotauit, Dixi per ſe loquendo, hunc modum optimum eſſe, & ſequendũ, quia nonnunquam per accidens fieri poteſt, vt melius ſit alium ordinem obſeruare, maxime quando timetur peccandi periculum in futurum. Id quod idẽ Hugo. de S. Victore, referente Gabriele in Can. Miſſæ, lect. 74. ſub litera T. verſi. Sextus caſus, ex S. Auguſtino vbi ſupra, & hos ſecutus Petrus Nauar. vbi ſupra num. 248. hoc exemplo confirmant. Poſt quam enim docuerint, non denunciandum eſſe fratrem, qui poſtquam peccauerit ſanus factus eſt, aut proxime veriſimiliter ſanandus eſt, dummodo veriſimile ſit non rediturum ad vomitum, quia ſcilicet occaſiones ablatæ ſunt, eo quod nõ opus eſt medico valentibus, ſed male habentibus, Matth. 9. addunt ſi tamen relapſus iure timeatur, nec tua monitione ſatis bene impediri queat, tunc plane denunciari poteſt delictum prælato, caute tamen, & tacito nomine perſonæ, ſi ſatis ſit reuelare crimen; ſin aũt vitari cõmode non põt, niſi reueletur perſona, tunc ẽt perſonam reuelare poterit, nec diffamatio in eo caſu illicita erit, cũ conſulendum potius ſit conſcientiæ fratris, quã famæ, vt docet S. Thomas 2.2.q.33.ar.7. in corp. Hinc S. Auguſtinus. Nec vos (inquit) iudicetis eſſe maleuolos, quando hoc iudicatis: Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos iudicãdo corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod vult occultum, cum timet ſecari, nonne a te crudeliter ſileretur, & miſericorditer iudicaretur? Quanto ergo potius debet manifeſtare, ne deterius putreſcat in corde? Quo etiam ſenſu intelligendus eſt idẽ Sanctus in q. 1. in cap. 4. Leuit. quem pro ſe authores alterius ſniæ referunt, nec alio ſenſu exiſtimo authores illos hanc ſuã opinionẽ intelligere, ſi attente verba eorum ponderentur.

18 Ad ſecundam eorum rationem, in qua dicũt aut nullam, aut leuiſſimam eſſe infamationem detegere peccatum pio, & diſcreto prælato, aut fideli eius amico. Reſpondeo cum Adriano in 4. de correctione fraterna q. penult. §. pro huius deciſione, ante ſolutionem argumentorum, & Soto in relec. de ſecreto. memb. 2. q. 4. concl. 3. dub. 3. & Grego. de Valentia tom. 3. diſp. 3. q. 10. punct. 5. controuerſia. 3. §. Tertio probatur. Barth. Medi. lib. 1. inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 16. in fine. id falſum eſſe, vt patet ex communi hominum ſenſu: Neque enim dubium eſſe poteſt, quin multo grauior, & acerbior ſit vnicuique læſio ſuæ famæ apud ſuum ſuperiorem, etiã vt apud patrem, quam apud vnum, vel alterum ex aliis. Sicut enim (inquit Adrianus) deterius eſt apud virum honeſtum, & prudentem æſtimationem ſeu famam perdidiſſe, quam apud multos leues, ita adhuc grauior iactura eſt in famæ amiſſione apud prælatum. Vnde Sotus de ſe ait, optarem ego potius peccata mea nota eſſe tribus aut quatuor, quã vni mihi coniunctiſſimo viro, cuius bonam de me opinionem pluris facio, quam ſi quatuor alii bene de me opinentur. Vnde ſubiungit, fama ſubditi apud prælatum magni æſtimanda eſt, & ideo ſine extrema neceſſitate (id eſt, quando aliter vel religioni, vel tertio, vel ipſius peccatoris conſcientiæ ſubueniri non poteſt) *non eſt prodigenda*. Vnde peccare eos putat, qui amico delinquentis occulta eius peccata ante monitionem reuelãt. quicquid Gabr. lect. 74. in fine, & Petrus Nauar. vbi ſupra, & aliqui alii contradicant.

19 Ad Tertiã de epiſcopis, & inquiſitoribus, & viſitatoribus, qui pręcipiunt, vt ſciẽtes crimina ſtatim referãt: Reſpõdeo cũ S. Thoma 2.2.q.33.ar.7. ad 5. Gab. lect. 74. in Can. ſub litera R. Adria. in 4. de correct. fraterna q. penult. in reſponſ. ad tertium, Soto in relect. de ſecreto memb. 2. q. 4. concl. 3. dub. 3. Nauar. in Man. c. 18 n 40. & c. 25. nu. 46. & Dominico Bãnes in 2.2.q.33.ar.8. dub. 2. ad ſeptimũ, & aliis, intelligẽda ſunt huiuſmodi præcepta ſaluo ordine fraternæ correptionis, ſiue præceptũ fiat generaliter ad oẽs, ſiue ad aliquẽ ſpecialiter, alias non eſt ei obediendum, nec incurreretur excõicatio; Addit deinde Bãnes vbi ſupra, quod huiuſmodi præcepta viſitatorũ nõ intelliguntur de peccatis ſecretis, ſed potius de illis delictis, aut defectibus, quæ fiunt intus,

tus, vel extra Monaſteria, & quæ aliquo modo publica ſunt, & ſcandaloſa, aut certe in detrimentũ ipſius religionis, & obſeruantiæ regularis vergunt.

Quoad illas vero proclamationes, quæ fiunt in Capitulis Religioſorum, Reſpondent communiter Doctores poſt S. Thomã 2.2.q.33.ar.7.ad quartum, quod ſint de quibuſdam leuibus defectibus, ſeu peccatis venialibus, quæ famæ nõ derogãt ſupponitur enim omnes peccare venialiter, vnde non intelligitur præceptum Chriſti, quod ſeruandus ſit hic ordo in venialibus; & maxime quãdo ex rationabili cauſa, omiſſa ſecreta monitione, fiunt huiuſmodi denunciationes, ſeu commemorationes culparũ venialium publice in capitulis, id.n. maxime iuuat ad diſciplinæ regularis obſeruantiã, ad humilitatis conſeruationem, & patientię meritũ, & profectum in virtute. Addunt tamen omnes cũ S. Thoma, quod ſi ex manifeſtatione peccatorum venialium grauiter fama fratris læderetur, quia nimirũ ſunt talia peccata, quæ inter religioſos reputantur eſſe magni momenti, & habẽtur turpia apud alios, & is, de quo dicuntur, erat in opinione ſanctitatis, contra pręceptu Domini ageret, qui non pręmiſſa correctione frate a, huiuſmodi peccata fratris publicaret.

20 Quantum vero ad conſtitutiones illas quorundam religioſorũ a ſede Apoſtolica approbatas, in quibus præcipitur, vt qui nouerit peccatu ſocii immediate denunciet prælato, non p̃miſſa correctione fraterna; Reſpondeo eſſe non ſolum vtiles, ſed ẽt ex genere ſuo laudabiles, vt Dominicus Bannes in 2.2.q.33.ar.8.dub.2.ad 7.& Greg. de Val.to.3. diſp.3.q.10.punct.5.expreſſe tradiderunt. id quod rõne oſtendi poteſt, Si.n. aliquid obſtaret, vel id eſt, quia per hoc præiudicatur iuri naturali, vel quia eſt contra legem euangelicam, & præceptum Chriſti: Cum tamen neutrũ horum eſt: Et ex alia parte valde prodeſt bono cõi religionis, ;& bono particulari. Ergo, & vtiles, & laudabiles ſunt. Et quidem q̃ non ſint contra ius naturale, patet, quia eo ipſo, qđ ſit huiuſmodi lex in Congregatione, qui vult in eã admitti, libere iuri ſuo renunciat: vnde nulla fit ei iniuria, quia ſcienti, & volenti (nimirũ iuſte) nõ fit iniuria arg. regul. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. Nec peccat is renunciando ſuo iuri, quia eſt dominus famæ ſuæ: & maxime quando ex bona cauſa facit, & propter bonum cõe, & quia maxime confert ad bonũ conſcientiæ, quare in eo potius meretur, quam peccat, ſicut in renunciando filiis bonis externis, Quod vero non ſit contra Chriſti præceptum, patet, quia Chriſtus illum ordinem ſeruari voluit, prout etiam lex naturalis præſcribit, vt ſeruetur fama eius, ne ei fiat iniuria, cum igitur hic iuri ſuo renunciauerit, volendo intrare illam religionem, in qua obſeruantur huiuſmodi conſtitutiones, nihil fit contra Chriſti præceptum. Vt patet in ſimili, ſiquidẽ quod coniuges ſibi inuicem exigere, & reddere debitum poſſint, iuris naturalis, & præcepti Diuini eſt, & tamen ſi ex conſenſu voueant caſtitatem, non fit exigenti iniuria, ſi alter ei poſtea debitum non reddat. Nec debuit fieri vniuerſale præceptũ, vt omnes tenerentur renunciare iuri ſuo, quia hoc non conuenit omnibus, eſt tamen conueniens in particulari congregatione, & vtilis, tum ad maiorem profectum ſpirituale, tum ad maiorem humilitatem, & ſubmiſſionem, & ad maiorem ſecuritatem a recidiua, Chriſtus autem vniuerſale tantum dare voluit præceptum.

Dixi autem tales conſtitutiones eſſe ex genere ſuo laudabiles: quia fieri põt, vt in aliqua particulari congregatione, vel ex ratione inſtituti illius, vel ex qualitate ſubditorum, & præ atorum, nociuæ ſint tales leges, hoc tamen eſt per accidens, nam eo ipſo quod per ſedem Apoſtolicam approbentur tales conſtitutiones, cenſeri debent eſſe laudabiles, & vtiles tum bono communi, tum bono particulari, cum hac ratione multo melius ac facilius prælati conſulere poſſint bono communi, & priuato, ſi mores, & vitia ſuorum ſubditorum cognouerint, & ipſi ſubditi ſanctius & religioſius viuere propoſuerint. Sed de hac re hactenus dictum ſit.

21 Tertia eſt, quam reſtitutionẽ facere tenetur, qui verũ crimen occultum iniuſte reuelauit, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ? Res hæc ſatis difficilis eſt, in qua aliqua certa ſunt, alia vero controuerſa.

Primo enim certum eſt, teneri hunc ad reſtitutionem faciendam; quia iniuſte proximum diffamauit, non enim permittit ius, vt quis occultum crimen reuelet, aut in iudicium deducat, & proinde famam reſtituere tenetur.

Secundo autem eſt, non debere mentiri, vt alteri famã reſtituat, quia mentiri malum ẽ, & iuxta illud Rom. 3. *Non ſunt facienda mala, ut ueniant bona.*

Dubium autem eſt, an dicere poſſit ſe mentitum eſſe S. Thom. 2.2. quæſt. 62. artic. 2. ad ſecundum, Scotus 4. diſtin. 15. quæſt. 4. §. De ſecundo, Gabr. 4. diſt. 15. quæſt. 16. artic. 2. concl. 3. Martin. Ledeſm. 2.4.q.18. artic. 2. dub. 3. conclu. 3. Sotus lib. 4. de iuſtit. quæſt. 6. articu. 3. ad quartum verſicu. ſecundo modo. Angel. verb. detractio. num. 3. Syluest. verb. eod. quæſt. 4. Martin. Naua. in Manu. cap. 18. num. 45. verſicu. Addo quinto. Petrus de Arragon. in 2.2. quæſt. 62. art. 2. circa ſolutionem ſecundi argumenti, Notab. 4. Barth. Medin. lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 33. verſ. Septimũ caput eſt, docent non poſſe infamantem dicere ſe mentitũ eſſe, quia hoc eſſet dicere mendaciũ, quod intrinſece malum eſt. Vnde S. Thom. Scotus, Gabr. Angel. & Syluest. & alii antiqui docent, huiuſmodi infamatorem debere adire eos, apud quos delictum fratris occultum propalauit, & affirmare, ſe male, & perperam illud dixiſſe, & iniuſte de fratre locutum fuiſſe, & ſic dicendo, verum affirmare. Quia reuelando delictum occultum fratris, non ſeruato ordine iuris, aut charitatis, male dixit, & inique fecit.

Alii tamen, vt Caietano in 2.2.q.63. art. 2. circa ſolutionem ad ſecundum, in fine, & Soto lib. 4. de iuſtit. & Nauarro vbi ſupra, & Petro Nauarro lib. 2. de reſtit. cap. 4. par. 3. dub. 5. nu. 379. & Michael Salon in 2.2.q.62. ar. 2. controuerſ. 15. hic reſtituẽdi modus non placet, & merito, quia licet optimus 22 eſſet, (cum nullum mendacium cõtineat) ſi ſufficeret ad delendam aliorũ opinionem de fratre infamato conceptam, & vtilis ſit apud rudes, & ruſticos, qui hoc audito credent, fratrem illum nil tale cõmiſiſſe, apud doctos tamẽ, & ſapientes, potius eſt confirmatio præcedentis dicti, & commemoratio, iniuriæ illatæ, quam retractatio, ſeu reſtitutio. Ratio patet ex dictis, quia cum homines docti, vel mediocriter inſtituti ſciãt, eum, qui falſum crimen lteri impoſuit,teneri ad ſeipſum aperte retractan um,& affirmandum ſe eſſe mentitum,eo ipſo,qđ ident illum infamatorem nec ſeipſum aperte re- actare,nec affirmare ſe eſſe mentitum,ſed ſolum male,& iniuſte feciſſe,& inique dixiſſe, firmius edent,verum eſſe crimen illud,quod ante de fra- e illo retulerat:quare hic reſtituendi modus adeo robatus antiquis a recentioribus non probatur,cũ inde potius in priſtina opinione male concepta nfirmentur.

Alij igitur vt Cai.in 2.2.q.62. art.2. circa ſolu- onem ad ſecundum.in fine,& Sot.lib.4.de iuſtit. 6.art.3.ad quartum,verſic.Secundo modo. Petr. Arrag.vbi ſupra.& Mart.'Naua. in Manu.cap. 8.num.45.verſic.Addo quinto.docent , reſtitu- onem ſic faciendam eſſe,vt is,qui infamauit,non mplius de re illa apud eoſdem homines loquatur, ut apud alios,ſed pro occaſione,& opportunitate tiam quæſita bonam famam eius apud eoſdem,& lios quoad fieri poterit citra mendacium inducat, honorifice,& decenter de illo loquendo,& virtu- es eius referendo,& familiariter,& amice cum eo gendo.Quod ſi nec hac via,& diligentia famam lteri reſtituere poſſit, alio modo, puta pecunijs, el beneficijs ad boni, & prudentis viri arbitrium ompenſet. Et ſine dubio hic reſtituendi modus a- ud prudentes bonus eſt,cum hic nullum ſit mendacium,& infamator agit quantum poteſt, vt bonam de eo habeant opinionem, non tamen videtur ſufficiens apud doctos,& ſapientes, quia cum ſciant teneri infamatorem ad ſe retractandum,nũquam opinionem illam ſiniſtram de illo ob eius reuelationem conceptam deponent,quouſque ſe retractauerit,etiamſi fratrem illum laudet, & commendet,non enim tollitur opinio de vitio, & peccato diuulgato, ex eo quod alias ab eodem laudetur,vt conſtat.

4 Tertius demum reſtituendi modus eſt Melchioris Cani,& Magiſtri Manſij, quos refert, & ſequitur Mich.Sal.2.2.q.62.ar.2.controu.15.& Pet.Naua.lib.2.de reſtit.c.4.p.3.dub.5.nu. 380.Grego.de Val.to.3.diſput.5.q.6.punct.5.propo.2.de reſtõne famæ, qui docent huiuſmodi infamatorem poſſe, & debere his,quibus occultum fratris crimen inique reuelauit,affirmare, ſe falſum & mendacium dixiſſe,neque in hoc interuenit mendacium.

Quod autem infamator ita reſtituere debeat, probatur,quia ſicut infamatus habet ius ad petendum a ſuo infamatore,vt reſtituat ſibi famam commodiori via,qua poſſit, ita infamator tenetur omni modo licito famam illi reſtituere. Sed hic reſtituendi modus,dicendo.ſ.ſe protuliſſe falſum, & mendacium,& facilis,& licitus eſt,ergo poteſt, & debet hoc modo famam illi reſtituere.

Quod autem hic reſtituendi modus ſit omnium optimus,& conuenientiſſimus,patet,quia audiẽtes infamatorem talia dicentem, credent certiſſime illum eſſe mentitum, & fratrem innocentem eſſe,& quamuis audientes decipiantur, quia tamen infamator hoc ipſum optare debet, & curare,vt malã opinionem de fratre conceptam deponant, nec alio modo ita bene hoc fieri poteſt, hic reſtituendi modus optimus eſt. Quod verò ſic dicendo non mentiatur, & conſequenter quod modus iſte licitus ſit, facile oſtenditur his duobus præſuppoſitis;

25 Primum eſt, quotieſcunque quis iure poteſt,aut dẽt occultare aliq̃ veritatẽ, eodẽ iure vti p̃t verbis æquiuocis, & ambiguis,quæ plures hñt ſenſus, & oẽs veros. Quãuis.n.audientes in cõi ſenſu verba accipiant,proferẽs aũt in alio, quia tñ proferens illa verba non tenetur aperire veritatem audientib.excuſatur a mendacio,ſi in eo ſenſu vera ſunt,in quo ab ipſomet proferente intelliguntur. Hoc mõ teſtis contra ordinem iuris interrogatus, vt teſtimonium ferat in vero delicto fratris, vti poteſt ambiguis,quib.ab ipſo in vno ſenſu,ſed vero prolatis,decipiat iudicem in alio ſenſu illa accipientem. Sic ẽt Reus contra ordinem iuris interrogatus,vti poteſt verbis ambiguis,vt paſſim notant Doctores, vt Adr.in 4.in q.de ſigillo confeſſionis.§.ad argumenta principalia.verſic.Ad ſecundum principale. Vbi quamuis præcipue loquatur de confeſſario producto in teſtem,agit etiam de Reo, & ait Reum adiuratũ de crimine occulto, de quo iuridice interrogari non poteſt,reſpondere poſſe vrgenti iudici,Non feci crimen : intelligendo quod poſſis a me iuridice inquirere,& Caietanus tom.1. opuſc.ſeptemdecim Reſponſionum.Reſponſ.5.ait, licere interrogato inique,*vtrum habeat complices*, Reſpondere, *Non habeo complices*,etiamſi habeat, & dat rationem, quia reſponſionum verba intelligenda ſunt iuxta ſenſum interrogationũ, quæ fieri debent intra iuris limites.Et Nau.in Man.c.12.nu.8.ait,qđ ſi iudex iuramentum exigat contra iuris ordinem, iurare p̃ot alter id, quod ſecđm mentem ſuã eſt verũ,falſum aũt ſecđm mentẽ alterius,cui exhibet iuramentũ,& dat exẽplũ B. Franciſci, qui rogatus, quà perrexiſſet quidã homicida, qui iuxta eũ tranſierat,manus per manicas immittens reſpõdit,nõ tranſiſſe illac,intelligens non tranſiſſe per illas manicas,& nu.9.affirmat,interrogatum a iudice, iuris ordine non ſeruato non teneri, vt reſpondeat iudici ſecũdũ eius intentionẽ,rei veritatẽ manifeſtãdo;ſatis.n.eſt,eum,qui iurat, dicere veritatem,iuxta intentionem propriam. Vnde ibidem poſt Ioannem Maiorem in 4.d.15.q.18.ait mulierẽ, q̃ ſcit ſe hr̃e impedimentum cohabitandi viro, poſſe dicere,immo & iurare ſe cohabitaturam,habens in animo non id facere,& ſubintelligens conditionem, ſi id facere ei liceret,& idem tenet Greg.de Valen. to.3.diſp.3.q.13.puncto.2. vbi hanc doctrinam,& exemplum approbat, quam etiam doctrinam tradit idem Naua.in Man.c.18.nu.61.& citat Henricum de Gandauo quodlib.9. in prin.

Sic etiam confeſſarius ſi a tyranno cogeretur reuelare confeſſionem, aut clericus a iudice cogeretur teſtimonium ferre in cauſa ſanguinis,reſpondere poſſunt ſecundum mentem, & intentionem ꝓpriam,& non iuxta mentem iniquam eorum.Ratio in his omnibus eſt, Quia in huiuſmodi deceptionib.non committitur mendacium,cum verba ipſius in aliquo ſenſu ſunt vera,nec ipſe decipit audientem, cum non teneatur illi aperire veritatem, ſed potius occultare, ſed audiens ſeipſum decipit accipiens illa in alio ſenſu, cui non tenetur verba illa proferens ſe conformare. Et præter tot Doctorũ auctoritatẽ,qui docent licitũ eſſe vti verbis ambiguis citra mendacium, quando quis contra iuris ordinem interrogatur,aut veritatem alteri reuelare non teneatur,ſed eam potius occultare, id oſtendunt ſacræ literæ, in quibus huiuſmodi loquendi modus habetur, vt Marci 13. vbi dicitur, *De die autem illa nemo ſcit, neque Angeli in celo, neque filius, niſi pater.* Quod vere dixit Chriſtus, quia licet vere nouerat, vere tamen ſe ſcire negabat, quia veluti ſub ſecreto illud ſciebat, & non ad reuelandum alijs, quæ enim ſub ſecreto accipimus, neſcire dicimur. Sic etiam Ioan. 7. dixit Chriſtus, *vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum,* & tamen paulo poſt dicitur, *ut autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in occulto,* vbi vt conſtat, Chriſtus vero ſenſu affirmauit ſe ad feſtum illū diem non aſcenſurum, ſ. manifeſte, quamuis Apoſtoli alio modo verba eius intellexerant. Quem locum ad hoc propoſitum affert Adrianus vbi ſupra.

26 *Secundum eſt,* Quod ſicut eſt duplex verum, aliud ſpeculatiuum, & aliud practicum; Speculatiuum eſt, quod conſiſtit in adequatione rei ad intellectū; quando enim intellectus apprehendit, & concipit rem prout eſt, dicitur Verus; Vnde dici ſolet, Ab eo, quod res eſt, vel non eſt, conceptio intellectus noſtri, ſicut oratio, dicitur vera, vel falſa; practicū verò eſt, quod conſiſtit in conformitate iudicij, ſeu operis ad voluntatem recta ratione gubernatam, circa quod verum verſatur prudentia, vt docet Ariſt. 6. eth. c. 2. Ita quoque duplex eſt falſum, aliud ſpeculatiuum, quod conſiſtit in diſſonantia rei ad intellectum, vnde intellectus intelligens, aut iudicans aliter, quam res eſt, fallitur; Practicum verò eſt, quod conſiſtit in diſſonantia rei, ſeu actus ad voluntatem recta ratione gubernatam & conuenit cum appetitu prauo, in quod falſum inclinat imprudentia, vt Ariſtoteles vbi ſupra teſtatur. Vnde opus, vel dictum iniquum, & contra rectam voluntatem, rectamque rationem, dicitur, & vere falſum practicum.

Hanc doctrinam tradunt Pet. Nau. lib. 2. de reſti. c. 4. p. 3. dub. 5. num. 383. Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 2. controu. 15. Barthol. Medina lib. 2. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 33. verſic. Septimum caput eſt, in regula 4. & colligitur expreſſe ex S. Tho. 2. 2. q. 58. art. 4. ad primum, vbi voluntatem rectam dicit vocari veritatem practicam, quia voluntas recta eſt regula operis recti, quod eſt, & dici poteſt verum practicum, & clarius in part. 1. q. 17. art. 1. in corp. vbi ait in ſcriptura opera virtutum dici veritates; opera verò mala & peccata, dici falſitates, & mendacia, vt patet, *pſal.* 116. *Omnia mandata tua ueritas;* id eſt, iuſta & bona, *& Io. 3. Qui facit ueritatem faciētes,* id eſt, iuſte viuentes *creſcamus apud Deum. Et pſalm. 4. ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium,* id eſt, peccatum, & *pſalm.* 115. *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mandax,* id eſt peccator, *& Hier. 8. apprehenderunt mendacium,* id eſt, peccatum, *& noluerunt reuerti.* Et infra, *propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium,* id eſt, peccatum, & iniquitatem. In ſcripturis igitur veritas pro bono opere, & falſitas, & mendacium pro peccato ſumūtur. Hoc ipſum oſtendi poteſt ratione S. Thom. vbi ſupra art. 1. ab arte deſumpta, ſicut enim ſe habet regula artis ad opus artificis, ita voluntas bene ordinata a recta ratione ad opera humana, & moralia; Sed artifex opus falſum facere dicitur, quando deficit a forma, & regula artis, ergo etiam opus, dictum non conforme rectæ rationi, & volun bene ordinatæ, vere dicitur falſum practicum.

At vero omnis, qui peccat, errat a regula re rationis, & dictamen practicum falſum habe cundum illud *Prouerb.* 14. *errant, qui operan lum.*

27 His ita ſuppoſitis, & explicatis probatur ve tiri eum, qui reuelans crimen occultum fra ris ordine non ſeruato, retractando dictum fu affirmat ſe falſum dixiſſe, & mentitum eſſe. Q quando non teneor aperire, ſed potius occulta veritatem, poſſunt vti verbis ambiguis ad il occultandam accommodatis, modo ſenſus, in illa profero, ſit verus, vt patet ex primo ſuppo Sed cum tenear reſtituere famam proximo, q iniuſte infamaui, vti debeo verbis accommo ad eam occultandam habentibus verum ſenſu huiuſmodi autem ſunt reuocare verba, dixi fal protuli mendacium, ergo ſic dicendo, non men tur. Quod autem hæc verba talia ſint, probatur Quia verba ambigua ſunt, & verum habent ſen ſum, ſiquidem cum ille detraxit de proximo, dice verum crimen occultum, verbum illud fuit iniqu peccatum, & falſum practicum, habuit enim tu hoc dictamen: reuelandum eſt proximi crimen oc cultum, quod iudicium, vt conſtat, fuit peccatum & falſum practicum, ergo nunc dicendo ſe falſum dixiſſe, aut mentitum fuiſse, nullum omnino committit mendacium.

Cum igitur infamator teneatur omni via poſſibili, & licita reſtituere famam proximi, nec alio modo ita bene illam reſtituere poteſt, hac autem via optime eam reſtituit, ad hunc reſtituendi modum obligatur.

28 Quod verò alio modo eam reſtituere non poteſt, patet ex refutatione eorū; quod vero hoc modo optime reſtituere poſſit, probatur, quia rudes, & ignorantes, his auditis, facile credent, (quod infamator debet optare) ipſum eſse mentitum prius & fratrem nil tale commiſiſſe, apud Theologos ſe- tiam & doctos eſt vtiliſſimus, & optimus reſtituen di modus. Quia cum iſtis verbis vti poſſit etiam is, qui falſo infamauit, quam qui vere, tenebitur ſa Theologus in conſcientia ipſis auditis ſuſpendere actum, & iudicium, an infamatus commiſerit tale crimen, nec ne; quod ſi voluerit potius iudicare illud commiſiſse, & reſtituentem famam ita loqui, quia protulit falſum practicum, ſed verum ſpeculatiue, hoc malitiæ ipſius imputandum eſt, infamator enim iam fecit, quod in ipſo eſt.

Nec mirum eſse debet, quod ad eandem reſtōnē obligatus ſit, qui infamat reuelando crimen fratris occultum, & qui infamat fratrem imponendo illi crimen falſum, dicendo ſcilicet, *ſe mentitum fuiſſe, aut falſum dixiſſe*; Quia licet grauius peccatum ſit infamare fratrem imponendo ei crimen falſum, quam reuelare crimen verum occultum, quia ta men maior, vel minor obligatio ad reſtituendum non oritur ex maiori, vel minori peccato, quo fa ma læditur ex maiori, vel minori damno, quod infertur proximo contra iuſtitiam, cū vterq. æque noceat, & qui falſum imponit, & qui verum iniuſte reuelat, nihil mirū, ſi vterque eodē modo, & eiſdē verbis reſtituere debeat, quantum licebit ſine men dacio tio.ex Mich. Salon vbi ſup. & Pet. Naua.cit.6. m.384.

Quibus omnibus addo, quod ſicut quiſ falſo cri- n alteri impoſuit, non tenetur dicere ſe menti- n fuiſſe, ſi alio modo reſtituere poſſit famã pro- ni, ita neque qui verum crimen occultum reue- uit; ſatis enim eſt, quod quocunque modo famam erius reſtituat. Et ſicut qui falſo crimen impo- it, non tenetur alterius famam reſtituere cum ia ra famæ propriæ, quoties eſt notabilis exceſſus inæqualitas; ita neque qui verum crimen occul m reuelauit, ſed ſatis erit reſtituere famam in alio nere rei, puta in pecunia, aut honore, aut aliquo o beneficio, vt dictum eſt. Quod ſi in alio genere i reſtitui diffamatus non velit, excuſatus erit dif matora reſtituendo, vt Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. puncto. 5. aſſertione ſecunda, de reſtitutione fa æ annotauit ex S. Th. 2.2. q. 62. ar. 2. ad primum, ad ſecundum, & nos latius paulo ſuperius expo- imus.

Et quæ hactenus dicta ſunt, non ſolum proce- unt, quando quis verum crimen occultum propa- uit extra iudicium cõtra ordinem charitatis, ſed iam multo magis quando in iudicium accuſando tulit, quando tamẽ probare non poterat; peccat im non ſolum contra charitatem, ſed etiam con a iuſtitiam, & ad reſtitutionem prędictam facien am obligatur. Cum enim vnuſquiſque ius habeat, t bona opinio de ſe habeatur, tum extra iudicium, m multo magis in iudicio, non quamdiu ſt vere bonus, & innocens, ſed quamdiu ita viuit, t nullum crimen ipſius ſit notorium notorietate uris, hoc eſt, quamdiu idoneis teſtibus probari poſ it, deferens in iudicium crimen, quod probare te- ibus non poteſt, priuat eum fama, ad quam alter us habet, ideoq; peccat ſimul contra charitatem, & iuſtitiam, & ad reſtitutionem obligatur, dicen- do in iudicio, ſe in eo fuiſſe deceptum, & falſum di- xiſſe, cum hac via non mentiatur, ſed dixerit falsũ practice; Nec eſt alia melior, aut efficacior via ad eficiendum damnum, quod alteri intulit: & proin e ad huiuſmodi reſtitutionem faciendam obliga- ur, nec aliter a confeſſario abſoluendus erit, niſi ita eſtituerit, iuxta ea, quæ in primo infamandi mo- do ſuperius expoſuimus. Et de ſecundo infamandi modo, eiuſque obligatione ad reſtitutionem, & qua via reſtitutio hæc fieri poſſit, & debeat, hacte- nus dictum ſit.

Tertio infamandi modo, quando quis ne gat occultum ſuum crimen, quod alter iniuſte detegit, ſiue in iudicio, ſiue extra.

Cap. V.

SVMMARIVM.

Quotieſcunque Iudex legitime, & iuridice interrogat, tenetur reus reſpondere & veritatem dicere, quam ſi neget, peccat mort. & reſtituere tenetur.

ui de ſuo aut alieno vero crimine iniuſtè, & illegitimè interrogatur, aut accuſatur, non tenetur ueritatẽ dicere, ſed occultare, & reſpondendo æquiuocare poteſt.

n accuſatus, & denunciatus iuſte negans delictum obiectum in caſu, quo tenetur propalare, peccet, & ad reſtitutionem teneatur.

4 *An accuſatus aut denunciatus de crimine vero, ſed occulto ſine monitione præcedente denũciationem, ſed neget delictum obiectum, & cõſequenter, accuſans, quia non poteſt probare crimen diffamatum, teneatur ad reſtitutionem?*

4 *Caietani doctrina tria continet, & quid Sotus, & Syluester uel de peccato, uel de reſtitutione cenſuerint.*

5 *Mentiri nullo modo licet, ſiue quis iuridice, ſiue contra ordinem iuris de crimine accuſetur, aut denuncietur.*

6 *Reus contra iuris ordinem vero crimine occulto accuſatus, aut denunciatus reſpondendo ſimpliciter, ſe non obiectum crimen commiſiſſe non mentitur, nec peccat aut mortaliter, aut uenialiter, & quare?*

7 *Reus contra ordinem iuris denunciatus negando crimẽ occultum non tenetur ad reſtitutionem aliquam denunciatori faciendam, & quare?*

8 *An ſi accuſatus contra ordinem iuris non ſolum neget, ſed accuſatorem mendacem appellet aut calumniatorem, peccet, & ad reſtituendum teneatur.*

9 *Opinio Caietani ſupra citati in multis peccat.*

HActenus de duobus primis infamandi modis diximus, in quibus quis alterum directe infamat, vel imponendo crimen falsũ alteri; vel propalando alterius crimẽ verum occultum iniuſtè, non ſeruato iuris ordine: Nunc reſtat, vt de tertio infamandi modo, in quo quis alterum indirecte infamat, diſſeramus, nimirum, cum quis accuſatus de crimine, quod commiſit, non tamen iuris ordine ſeruato, crimen negat, & conſequenter accuſatorem tanquam calumniatorẽ infamat: vt autem res hæc manifeſtior reddatur, aliqua breuiter ſupponenda ſunt.

1 Primum eſt, quotieſcunque iudex legitime, & iuridice interrogat, tenetur reus reſpondere, & veritatem dicere, quam ſi neget, & peccat mortaliter, & reſtituere tenetur. Sic Doctores cõmuniter, S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1. & ibi Caiet. Sot. li. 5. de iuſt. q. 6. art. 1. & 2. concl. 5. & relect. de tegendo ſecreto memb. 2. q. 7. concl. 1. Pet. de Arrag. 2.2. q. 69. ar. 2. dub. 1. Nauar. in Man. c. 25. num. 36. Mich. Sal. in 2.2. q. 69. art. 1. concl. 1. Gregor. de Valentia to. 3. diſpu. 5. quæſtio. 13. puncto 1. & alij omnes.

Ratio eſt, quia obedientia eſt pars iuſtitiæ legalis: obedientia autem præcipit, vt quis ſuperiori iuſte, & iuridice præcipienti obediat. Ergo Iudice iuſte rogante, tenetur ſubditus obedire, & veritatem confiteri ſub reatu peccati mortalis, quamprimum conſtet ei, quod iuridice interrogatur alias contra iuſtitiam peccat, non ſeruando alteri ius ſuum, hoc eſt, non reſpondendo Iudici iuridice roganti. Id quod probat S. Thomas ex illo loco Ioſue 7. vbi Ioſue interrogauit Acham de crimine ſuo, dicens, *Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & cõfitere, atq; indica mihi, quid feceris, ne abſcondas*, & Eccleſiaſt. 4. dicitur, *Pro anima tua* (vt. ſ. vites peccatũ mortale) *ne confundaris dicere uerum. Eſt. n. confuſio adducens peccatũ, & eſt confuſio adducens gloriam, & gratiã*. Ex quib. locis manifeſtũ eſt, licitũ eſſe iudici de crimine interrogare, & delinquentẽ confiteri teneri, & vtrumq; in Dei gloriam cedere, ſicut alia opera ſtudioſa, & iuſta, & proinde mentiri ad excuſandum peccatum, eſſe peccatum mortale. Vnde eſt illud Pſal. 140. Ne declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Hinc S. Greg. lib. 22. Moral. ca. 13. exponens illud Iob 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, &c. ait, vſitatum humani generis vitium eſt, & la bendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare.

Ad hoc autem vt quis dicatur iuridicè interrogari, quantum ad præſens attinet, hæc requiruntur, primo, vt interrogans ſit legitimus ſuus iudex, & rogatus ſit ei ſubditus. Ad hoc. n. vt quis iuſte iudicet, habere debet iuriſdictionem ſuper alium. Secundo, vt adſint merita cauſæ. ſ. vel infamia, vel manifeſta indicia, vel ſemiplena probatio. Tertio, vt hæc manifeſtentur reo, vt reus poſſit cognoſcere ſe iuridice de aliquibus interrogari, & vt certo ſciat de quibus, quia de nullo alio reſpondere tenetur. Et huius ratio eſt, Quia ſicut nemo tenetur parere legi ante eius promulgationem; ita nemo tenetur Iudici, qui eſt lex viua, parere, niſi conſtet eũ iuridice interrogare; vt ergo ſubditus veritatem cõfiteri teneatur, oſtendi ei & debent merita cauſæ, & probationes, & proceſſus, varie tamen, pro varietate proceſſus, vt latius in materia de iudicijs explicatur.

2 Secundum eſt, Qui de ſuo, vel alieno crimine vero iniuſte, & illegitime interrogatur, aut accuſatur, non tenetur veritatem dicere, ſed illam occultare, aut in reſpondẽdo æquiuocare poteſt ſine peccato. Ratio eſt, quia tota ratio, cur tenetur quis veritatem confiteri, eſt, vt diximus, quia iuſte interrogatur, iuris ordine ſeruato. Ergo hoc ordine nõ ſeruato, quia. ſ. aut iudex non eſt competens, aut cã non eſt ſufficienter probata, non tenetur reus veritatem fateri, ſed eam tacendo, aut negando vtitur iure ſuo, & proinde non peccat, & hoc certum eſt, & ab omnibus cõceſſum. His ita ſuppoſitis, aliqua dubia ſoluenda ſunt.

3 Primum eſt, An accuſatus, & denunciatus iuſte negans delictum obiectum in caſu, quo tenetur veritatem propalare, vt ſi eſſent indicia, vel ſemiplena probatio, peccet, & ad reſtitutionem famæ teneatur? In hac re communis opinio eſt, peccare, qui negat crimen obiectum; Cum. n. iuridice interrogatus ſit, negando veritatem, agit cõtra iuſtitiam, & obedientiam iudici debitam, & proinde peccat. Quoad reſtõnem verò famæ, communiter tradunt authores, quod licet mortaliter peccet negando, ſi tamen plane conuictus ſit, nihil reſtituere tenetur. Ratio eſt, Quia non lædit famam, vel accuſatoris denunciantis, vel iudicis condemnantis. Ex quo enim eſt plane conuictus probatione, non adhibebitur illi fides neganti, vbi autem non ſequitur læſio famæ, non eſt neceſſaria reſtitutio. Sic Caiet. in 2.2. q. 62. art. 2. in ſolut. dub. 1. Mart. Ledeſm. 2.4. q. 18. art. 2. dub. 3. poſt concl. 3. pag. 243. col. 1. qui ait eſſe communem omnium nemine excepto & Mart. Nau. in Man. c. 18. nu. 49. & Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 14. n. 348. & p. 3. dub. 13. nume. 431. qui duo vltimi contra Caiet. docent nõ ſolum id verum eſſe, cum negat tale delictum, ſed ẽt cum dicit accuſatorem calumniatorem, ſi tñ ſibi non credatur, eo quod iudices credant accuſatorem veracem eſſe, & accuſatum mendacem.

Immo vero etiamſi non ſit, niſi ſemiplene conuictus, quãuis negando peccet, non tamen reſti re tenetur, dummodo in nullo læſa remaneat fa ma denunciantis, ex eo, quod iudices credant ac ſatorem, licet non probauerit intentum, conſc ſcientiam tamen non accuſaſſe, ſed potius er re, vel leuitate ad accuſandum veniſſe, dum, i neutro caſu accuſator famam in effectu perda cet accuſatus, aut denunciatus quantum in ſe e ficacem, & iniuſtam cauſam dederit infamatio accuſatoris, ad reſtõnem tamen famæ non obli tur, ſi enim non ſequitur effectus læſionis famæ non habet locum obligatio ad reſtituendum, vt dictis conſtat.

Quod ſi ex huiuſmodi negatione accuſator num famæ incurrat, tenebitur negans ad eius re nem, vt præfati authores tradunt. Ratio eſt, q cum confiteri crimen teneatur, conſequenter i ſte negat, & falſum accuſatorem affirmat, & ide ad reſtõnem damni ſecuti obligatur, quam reſtõ faciet confitendo crimen, ſi iterum rogetur, ſi ve non ſit paratus dicere verum, non eſt ſacramentaliter abſoluendus, quia perſeuerat in actu peccat mortalis, faciendo contra obedientiam, & iuſtitia debitam, nemo autem in tali ſtatu perſeuerans abſolui debet, aut poteſt, vt cõiter tradunt Doctores & expreſſe Sot. in relect. de tegendo ſecreto memb. 2. q. 7. & Mich. Sal. in 2.2. q. 69. ar. 2. controu. 10. concluſ. 3. & Nau. in Manu. c. 25. num. 36.

4 Secundum eſt: An accuſatus, aut denunciatus de crimine vero, ſed occulto, ſine monitione præcedẽte denunciationem, & neget delictum obiectum, & conſequenter accuſans, quia non poteſt probare crimen, diffamatur, quia reputatur falſarius, & mẽdax, teneatur ad reſtitutionem famæ.

Huic difficultati varie reſpondent Doctores. Richar. in 4. diſt. 15. art. 5. q. 3. ait peccare, non tamẽ teneri ad reſtõnem, recognoſcendo verum crimen impoſitum; Ideo autem peccare, ait, quia mẽtitur, & de mendacio pœnitere tenetur. Quod autem reſtituere non teneatur, probat, quia cum alius non ſeruauerit iuſtitiam in accuſando, vel denunciando, & propoſuit coram iudice, quod proponendũ non erat, & quod probare non poterat, ipſemet principalis cã eſt ſuæ infamationis. Scot. autem in 4. diſt. 15. q. 4. §. In 3. memb. & Gab. eadem diſt. 15. q. 16. art. 2. concl. 4. & ar. 3. dub. 3. affirmant accuſantem negantem occultum crimen peccare veni liter, quia mentitur, & teneri ad reſtõnem famæ aliquo modo meliori, quo poteſt, non quidem concedendo crimen, cum habeat facultatem, & ius celandi crimen occultum, ſed dicendo accuſatorem illum hæc dixiſſe bono fortaſſis animo, ac bona fide putando, ſe dicere verum, ſed decipi, & errare & quoad hunc modum reſtõnis ſequitur Scot. A gel. verb. Detract. n. 4. Inter recentiores Theolo Caiet. 2.2. q. 62. ar. 2. dub. 1. tria docet, vnum eſt, a cuſatorem hunc dupliciter conſiderari, primo vt cuſator eſt, ſeu denunciator, & ſic, inquit, non a citur iniuria, qñ reus, cuius crimen occultum eſt lum aſſerit mentiri, quia reus non tenetur conf ri crimẽ, & accuſator, ſeu denũciator meretur ta infamiam, eo ipſo, qđ accuſauit eum de crimi quod probare non potuit. Secundo, prout eſt b mo priuatus, & ſic infertur ei iniuria, ſi a reo a ratur mendax, reputatur autem mendax, eo i

Quod alter crimen obiectum negat, & accuſator illud probare nequeat.

Secundum eſt, vrrumque ad reſtõnem teneri, hoc eſt,tam accuſantem , quam accuſatũ teneri ad reſtituendam ſibi inuicem famam, accuſatorem quidem,quia iniuſte reuelauit crimen fratris,accuſatum verò, quia infamauit accuſatorem de mendacio,cum dixerit verum.

Tertium eſt,Non poſſe fieri remiſſionem iniuriarum ad inuicem, cum nemo ſit dominus ſuæ famæ, & proinde vterque ad reſtõnem famæ tenetur,diuerſimode tamen, accuſator quidem,dicendo ſe iniuſte feciſſe, accuſatus vero dicendo accuſatorem non eſſe mentitum,aut calumniatorem eſſe,ſed male,& inique locutum fuiſſe.

Sot.libr.4.de iuſt.& iure q.6.art.3.ad quartum, verſi.Tertius verò modus, & Nauar.in Man.c.18. nu.39.docent peccare venialiter negando crimen ſine iuramento , & mortaliter ſi cum iuramento negaret,ad reſtõnem tamen non tenetur, quia vtitur iure ſuo in defendendo ſeipſum.

Alij vt Sylueſt.verb.reſti.3.§.Tertio,quæritur, & Adr.in 4.in q.1.de reſtõne famæ. §. pro reſponſione,& §.deinde reſpondeo,in fine.ad argumentum quartum,& Maior in 4.diſt.15.q.16.nullam mentionem facientes , an mendacium ſit negare crimen,ſolum docent non teneri ad reſtõnem ; Alij aliter reſpondent, nos quid nobis in hac re probabilius videtur,ſequentibus propoſitionibus exponemus.

Prima propoſitio : Mentiri nullo modo licet, ſiue quis iuridice, ſiue contra ordinem iuris de crimine accuſetur,aut denuncietur.

Ratio eſt,quia mendacium adeo intrinſece malum eſt,vt nullo modo poſſit licite fieri, aut ex aliqua circumſtantia cohoneſtari.Sic S. Tho. 2. 2. q. 110.art.3.& latius S.Aug.in Pſal.5.& lib.de mendacio.c.14.& omnes Doctores.

6 Secunda propoſitio: Reus contra iuris ordinem de vero crimine occulto accuſatus , aut denunciatus, reſpondendo ſimpliciter ſe crimen obiectum non commiſiſſe non mentitur, nec peccat mortaliter,aut venialiter.Sic expreſſe Pet.Nau. lib.2.de reſtit.c.4.p.3.dub. 2.nu.136.& part.2.& part.3.dub. 15.num. 349.Mich.Sal. in 2.2.q.69. art.1.concl. 2.& art.2.cont.ou.1 .& controuerſ.13.conclu.2. Gregor.de Valentia tom.3. diſput. 5.quæſtio.13. puncto 2.

Ratio eſt , quia quando quis præter ius interrogatus eſt,iſta negatio , *Non feci*,aut , *Non commiſi crimen hoc* ,quamuis videtur in vniuerſum tantum negare, dicta tamẽ in tali loco coram tali perſona, & ad talem interrogationem facta , accipi poteſt reſtricte,& non in vniuerſum . Iudex.n.in iudicio, vt perſona publica reum interrogat, & quamuis in vniuerſum interrogat,interrogatio tamen eius reſtricte accipi debet ſecundum ordinem iuris , ſ. an fecit illud publice, hoc eſt,feciſti crimen,quod poteſt in iudicio probari ; vnde cũ interrogatio eius intelligi non debeat de peccato occulto , recte,& ſine mendacio reſpondet reus,*Non feci*, aut, *Non commiſi crimen*,ſ.probabile in iudicio , ſeu crimen, de quo tu me iuſte interrogare potes. Sicut.n.ideo iudici iuridice procedenti veritatem reſpondere teneor, quia iudex ſecundum iuris ordinem ius hẽt ad interrogandum,ita cum non habet ius ad interrogandum, non tenetur ſubditus ei veritatem reſpondere,ſed illam occultare poteſt. Nec ſic reſpõdendo,*Non feci*,aut,*Non commiſi crimen*, mẽtitur; Quia cum iniqua interrogatio neminem obliget, non mentitur vtendo huiuſmodi verbis, quæ verũ ſenſum habere poſſunt in mente proferentis; mendacium enim per ſe in hoc conſiſtit, vt quis verbis intendat negare eam veritatem,quam concipit,loquens cum altero. Id , quod non contingit in Propoſito, ipſe enim verum ſenſum mente ſua concipit,nimirum , Non feci, aut non commiſi crimen probabile in iudicio,aut de quo iuridice interrogari,aut denunciari poſſum,quod eſt verum. Ita igitur reſpondendo non mentitur , & conſequenter non peccat mortaliter , immo nec venialiter quidem,vt falſo Sotus & alij putant.Si enim ſemel dicamus id eſſe peccatum veniale , ſeu mendacium officioſum, tunc certe nullo modo licitum erit reſpondere,*Non feci*,aut, *Non commiſi crimen* . Quia nemo habet ius ad defendendum ſe cum peccato : ſi igitur peccatum eſſet veniale negare crimen occultum,nullo modo licitum eſset ſic reſpõdere.

Reus igitur iniuſte contra ordinem iuris interrogatus , aut denunciatus vere,ac tuta conſcientia, ac ſine vllo peccato aſerere poteſt ſe non feciſse crimen illud. Id, quod non ſolum verum eſt,quando interrogatur ſine iuramento, ſed etiam quando adhibuit iuramentum , vt expreſse docent Petrus Nauar.Mich.Salon,& Grego.de Val. vbi ſupra,& præterea Henricus de Gandauo quodlib. 1.qu.33. Angel.in verb.confeſſio delicti. in princ.Sylueſter verb.eo.q.1.Immo ipſemet Nauar. in Manu.c.12. nu.9.idipſum deſertis verbis affirmat, & habetur in c.qualiter,& quando.1.de accuſ. Non enim vt diximus,talis mentitur;Neque etiam vane nomen Dei vſurpat:Siquidem ad ſe,famamque ſuam tuendam id facit . Et probatur,quia licet mendacium quantumuis leue appoſito iuramento ſit mortale, ratione periurij,& irreuerentiæ,quæ in eo irrogatur Deo,adducendo Deum in teſtem mendacij,in caſu tamen noſtro nullum eſt mendacium , cũ nihil falſi dicat,ſecundum mentem ſuam, nec iuramẽtum adhibitum prohibet occultare veritatem, quam non manifeſtare tenemur,nec ad aliquid nos obligat in iudicio,ad quod ſimpliciter,& ex iuſtitia tenemur,ſed ſolum auget illud debitum.

7 Tertia Propoſitio: Reus contra ordinem iuris denunciatus,negando crimen occultum,non tenetur ad reſtitutionem aliquam denunciatori faciendã, ſic omnes authores fere citati præter Caietanum, vt Richardus,Adrianus,Sylueſter, Sotus , Maior, Martinus,Nauarrus.vbi ſupra,& Mart. Ledeſm.2. 2.q.18.art.2.dub.3.in fine,concl. 2. Pet.Naua.lib. 2.de reſtit.c.4.par.2.dub.14.nu.349.& par.3.dub. 13.nu.427.Dominic.Bannes 2.2.q.69.art.2.part. 3.dub.vlt.

Ratio eſt , quia quando delictũ eſt occultum,& ipſe non tenetur confiteri , ius habet ſe defendendi per media licita: Eſt autem licitũ,vt diximus,negare crimen occultum , vnde accuſans ſibi imputet,ſi aliqua ſibi ſequatur infamia, alter enim iure ſuo vtitur, innocentiam ſuam publice defendẽdo, (eſt enim publice innocens , & iniuſte accuſatus,)

& proinde ad nullam reſtitutionem faciendã obligari poteſt. Et hoc certum eſt, quando ſic accuſatus, ſimpliciter negat crimen occultum, an verò ſic accuſatus contra ordinem iuris, non ſolum ſimpliciter negat crimen, ſed etiam accuſatorem illum mendacem, aut calumniatorem appellet, peccet, et reſtituere teneatur: Reſpondeo illum quidem contra charitatem peccare, quia cum ſufficienter ſe teneri poſſit negando crimen, ſine vlla neceſſitate infamat accuſatorem de mendacio, & ideo peccat mortaliter. Sic Ledeſm. vbi ſupra concluſ. 1. & Mich. Sal. ar. 2. controu. 13. in fi.

Ratio eſt, quia debet defendere ſe cum minimo damno poſſibili alterius: ergo excedendo peccat. Sicut enim licitum eſt aggreſſo aggreſſorem occidere, quando aliter ſe tueri non poterit, ſi tamen modo poterit euadere, & occidit, peccat: eo quod non tam defenſio eſſet, quam aggreſſio: Ita a ſimili ſi accuſatus ſe tueri poterit ſolum negando crimẽ, peccat eum mendacem, & calumniatorem appellando, quia tamen peccatum hoc non eſt contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, ad nullam reſtitutionem obligatur, vt recte docet Pet. Nauarr. vbi ſup. dub. 13. nu. 428. & nu. 429.

Ex quibus conſtat, quid de aliorum ſententijs iudicandum ſit, & quid veritatis, & falſitatis in ſe contineant. In particulari autem illa Caietani opinio in multis peccat.

In primo enim dicto ſuo, quo ait iniquum accuſatorem ſumi poſſe, vt iniquum accuſatorem & ſic non fieri ei iniuriam, dum alter crimen negat, fieri tamen quatenus conſideratur, vt quidam homo priuatus, vt recte Sotus animaduertit, diſtinctionem Metaphyſicam, & nihil ad mores ſpectantem affert: Cum ipſiſſimus homo ſit, qui eſt accuſator, nullam ei irrogat iniuriam, qui ſe ſuo iure ab illo tuetur.

Sicut etiam in ſecundo dicto fallitur, dum aſſerit, non licere vtrique remittere ſibi viciſſim, & reciproce ſuas infamias, (etiamſi in opinione ſua, mutuo ſe infamarent.) Cum enim vnuſquiſque dominus ſit famæ ſuæ, poteſt illius reſtitutionem remittere. Et eodem modo falſum eſt accuſatum teneri ad reſtitutionem accuſatori, vt ex dictis conſtat, ſed ſi alteruter, potius accuſator reſtituere tenetur, qui priorẽ intulit iniuriã, accuſando de crimine, quod probare non potuit, adeo vt retractare ſe debet, dicendo ſe non ſolum male, & inique, ſed etiam falſo eſſe locutum.

De Quarto infamandi modo, qui committitur in referendis peccatis aliorum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *An peccatum ſit aliorum crimina, & defectus detegere.*

2 *Communiter peccatum veniale erit peccatum alterius veniale detegere, & referre, nonnunquam tamen erit mortale.*

Aliquem in abſentiam mendacem eſſe affirmare erit mortale ſecundum Medinam, quod tamen limitat Petrus Naua.

3 *An ſit peccatum mortale, peccatum mortale proximi referre.*

4 *An ſit peccatum, & famæ reſtitutionem inducens defectus alterius naturales alijs referre.*

5 *Ratione damni adiuncti poteſt eſſe mortale tales defectus reuelare, licet regulariter ſit tantùm veniale.*

Defectus alicui dicere in faciem per modum contumeliæ aut aliquo nomine nominare, quo frater notabiliter contriſtatur, & confunditur, mortale eſt, ibid.

6 *Pater filium aſinum, aut ſtultum, aut ſtornum appellans non peccat mort. etiamſi ex ira id faciat.*

7 *Ex leui ira huiuſmodi nomina dicere ſine intentione notabiliter iniuriandi, non eſſe mortale communiter iudicat author, ſed tamen attentis circumſtantijs relinqui arbitrio prudentis confeſſarij.*

Grauius autem peccatum eſt talia in abſentia dicere, quam perſona præſente ibid.

8 *Qui reuelaret defectus Natalium, graue peccatum mortale committeret.*

9 *An qui verba generalia turpia in aliquem profert, quæ ſonare poſſent peccatum mortale & veniale, peccet mortaliter.*

In duobus caſibus erit mortale huiuſmodi verba proferre, ibid.

10 *An peccet, qui iniuriam ſibi ab aliquo illatam alteri refert.*

11 *An reuelare crimen occultum alterius vni aut duob. viris bonis ac prudentibus, apud quos ita ſecreto manebit, ac ſi dictum non fuiſſet, ſit peccatum mortale detractionis.*

12 *Talem infamationem eſſe mortalem, etiamſi apud vnum ſolùm prodatur verior opinio, quando filij crimen patri detegitur, aliquando poteſt eſſe mort.*

13 *Soluuntur argumenta Caiet. pro parte contraria ſuperius allegata nu. 11.*

14 *An ſit peccatum mort. detractionis referre alijs crimen alterius, quod audiuit, non affirmando hoc vel illud, ſed nude referendo.*

15 *Animo infamandi, qui refert, peccat mort. contra charitatem, mortaliter, ſed ſi non animo infamandi refert, non peccat mort. Sed tantum veniali.*

16 *Crimen occultum leue, relatum ſine animo lædendi, eſt veniale, ſin graue, cuius, uel leuis ſuſpicio grauiter noceret, mortale.*

17 *Qui ſolùm aliorum dicta refert ſiue faciat malo animo ſiue ex leuitate, & loquacitate reuelans occultum crimen coram illis, apud quos certo ſcit, uel dubitat, illum, cuius crimen detegitur, infamiam ſubditurũ ſiue eueniat ex leuitate audientium ſiue alia quacunque cauſa peccat mort.*

18 *An ſit peccatum detractionis infamare hominem, qui falſis, & fictis uirtutibus ſeu per hypocriſim, & falſas impoſturas, famam uirtutum moralium, aut intellectualium in pop. aut Repub. conſecutus eſt.*

Si qui inique famam acquiſiuit, eſt noxius, & pernicioſus populo, detegendus eſt, immo charitas dat mihi ius talem infamandi, ſin verò nemini noceat, minime licebit talem infamare, ut Aſtrolog Med. & cetera, ibid.

19 *Hiſtorici qualia crimina publica memoriæ mandare poſſint ſine peccato.*

20 *An qui congregationem, aut aliquem ex Monaſterio, uel Religionem infamat, peccet & reſtitue, e teneatur.*

21 *Qui tacita perſona explicato tamen monaſterio, uel religione*

religione peccatum detegeret, peccaret mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

An infamatus publice in uno loco poſſit etiam in quocunque alio infamari, ita ut infamans in alio loco, nec peccaret mortaliter, nec reſtituere teneatur.

Colloqui de peccatis proximi notorijs cum ijs, quibus nota ſunt, non eſt peccatum, niſi id fiat ex malo, & ſiniſtra intentione.

Qui diffamatū in uno loco ex neceſſitate coactus in alio loco infamat, nec peccat, nec reſtituere tenetur.

Qui diffamatum in uno loco, diffamat, ubi diffamatus nullum habet commerciū, nec propter diſtantiā loci illuc probabiliter infamia delata non fuit, & contra charitatē, & contra iuſtitiam peccat diffamās.

Qui crimen publicum in uno loco commiſſum refert in alio, quo probabiliter, & moraliter cito infamia eſt peruentura, nec peccat mortaliter, nec reſtituere tenetur.

7 *An quando diffamatio eſt in eodem loco peccati notorij, ſed in diuerſo tempore, mortale ſit ueritatem ſic olim notoriam promulgare.*

8 *An peccatum ſit interrogare detentum in carcere, cur captus ſit?*

9 *An ſit mortale peccatum infamatum in uno genere uitij grauioris in alio minus graui diffamare, & an reſtitutionem inducat.*

Commiſtio, & connexio tanta eſt inter nonnulla crimina, ut reuelatio alterius criminis occulti non ſemper ſit mortale.

An uero peccata adeo ſint connexa, ut non ſit pecc. reuelare aliud occultum, prudentis iudicio ſtandum eſt. ibid.

Licere Iudici infamatum de uero crimine rogare, an commiſerit alia crimina etiam eiuſdem ſpeciei, falſo docuit Paludanus, nec ualet eius ratio.

QVamuis hic infamandi modus omnium vltimus ſit, tanto tamen vt recte Sotus lib. 4. de iuſt. q. 6. ar. 3. ad quartum verſi. Quartus modus, animaduertit, perniciosior eſt, quanto vſitatior, & minoris æſtimatus. Cum enim peccata ex ſua natura ſecreta eſſe debeant, ut ſuperius in ſecundo infamandi modo expoſuimus, peccare videtur, qui aliorū peccata, & defectus referre ſolet. vt autem res hæc clarior reddatur, variæ proponendæ, ac ſoluendæ ſunt difficultates. Quarum

Prima eſt, An peccatum ſit aliorum crimina, & defectus detegere, & aliis referre? Huic difficultati Reſpondeo cum diſtinctione, vel n. crimē, qđ detegitur, eſt peccatum veniale, aut mortale: ſi veniale ſit, tunc nonnulli indiſtincte docent non eſſe peccatum mortale detractionis, nec neceſſario annexam habere reſtitutionem. Ratio eſt, quia detectio peccati venialis proximi non lædit notabiliter famam eius, cum nihil ita notum ſit, ac hominem peccare ſolere, ſaltem venialiter. Sic S. Anton. par. 2. tit. 8. cap. 14. Angel. verb. detractio nu. 2. Sylueſter verb. eodem. q. 1. Quam etiam ſententiam ſequuntur Martinus Nauar. in Man. ca. 18. nu. 24. verſi. Decimotertio. & Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 2. dub. 5. nu. 312. ſi intelligantur ex natura rei, & de ſe; quia ſimpliciter ex vi criminis detecti non infamatur proximus. De ſolis igitur peccatis venialibus agentes in hac difficultate, *Reſpondemus*, quamuis cōiter peccatū veniale ſit, alterius peccatū veniale referre, nōnunquā tamen erit mortale: Primo quidē mortale erit, ſi quis alteri in faciē de mendacio improperaret ſerio, & ex ira. Rō eſt, quia in hoc caſu tale mendaciū reputatur grauis contumelia, & proximus notabiliter offenditur, & contriſtatur, vt patet experiētia.

Secundo mortale erit, aliquem in abſentia mēdacem eſſe affirmare, ſic Barthol. Medina li. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 35. Ratio eius eſt, quia licet mentiri non ſit niſi peccatum veniale, aliquem tñ mendacem eſſe affirmare, notabilis defectus eſt, & proinde notabiliter læditur fama proximi. Hinc tamen Medinæ ſententiam recte limitat Petrus Nauaruus vbi ſupra, vt ſcilicet uera ſit, quando non eſt notorium illum pro mendace haberi. Qui enim conſueuit frequenter mētiri, parui fit, non ſolum a viris grauibus, ſed etiam a communi populo, & ita notabiliter infamatur, & contemnitur, & proinde peccat mortaliter, qui dicit aliquem eſſe mendacem, quando non eſt notorium illum pro tali haberi: ſi enim notorium eſſet illū pro mendace haberi, dicendo aliquem etiam abſentem eſſe mendacem, non peccat mortaliter: ſicut etiam non peccat mortaliter, qui aliquem abſentem de vno, aut altero mendacio officioſo notaret, non enim ob id abſens notatus famam amittit, peccat tamen venialiter.

Tertio peccatum erit mortale referre non ſolum mendacia, ſed alia etiam peccata venialia ex conſuetudine facta ratione perſonæ, de qua dñr, vt v.g. de epiſcopo aut religioſo peccatum veniale proferre, quod habeat in conſuetudine, vt ſoleat nimium ridere ſemper, aut quod vanis, & ocioſis verbis, aut nugis delectari ſoleat; quod inanis gloriæ & ambitionis ſit cupidus, quod colloquijs, ac conuerſationibus feminarum delectetur, &c. Sic Petrus Naua. vbi ſupra. Ratio eſt, quia cū epiſcopi, ac viri religioſi aut perfecti ſint, aut ad perfectionem tendere debeant, ex S. Thoma 2. 2. q. 186. ar. 1. non parum læditur fama, & æſtimatio eorum ex huiuſmodi defectuum venialium reuelatione, cū exinde minoris æſtimari ſolēt, immo etiam & audientes exinde facile ſcandalizantur.

3 *Secunda eſt*, An ſit peccatum mortale, proximi peccatum mortale referre? Reſpōdeo primo qui peccatū alterius manifeſtat ordine iuris ſeruato, vel ad correptionem, vel accuſando, vt malum rei publi. aut tertii impediat, non peccat, ſed mereri poteſt, vt ſuperius expoſuimus.

Secundo etiamſi inordinatè detegat, ſi tamen peccatum, quod detegitur, non ſit læſiuum famę, nec ob id minoris æſtimatur is, cuius peccatū reuelatur, non eſt peccatum mortale. Sic Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. dub. 2. Sotus lib. 4. q. 6. artic. 3. ad quartum, in principio. & lib. 5. q. 10. artic. 2. concluſ. 4. Ioſephus Angles in floribus 4. ſententiarum, in q. de reſtitutione famæ. dub. 3. difficult. 2. concluſ. 4. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 18. nu. 33. Petrus de Arragon 2. 2. q. 73. ar. 2. dub. 5. M. Petrus Na. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 2. dub. 7. nu. 323. qui alios refert. & Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 2. ante cōtrouerſiam. 13. & q. 73. ar. 2 concluſ. 4. vt v.g. referre iuuenum amores, de quibus ipſi ſe iactant, dicere de iuuene, quod fornicatus ſit, quod aliū vulnerauerit, quod alium iniuria affecerit. Iſta enim nullo modo putant ſe lædi ex huiuſmodi reuelatione. Eodē modo non erit infamia dicere militem deſcendiſſe in duellum cū alio; aut ſi de aulico, vel iuuene laſciuo dicas ipſum ardēter amare aliquā puellam, ſi modo puellā nullatenus infames: hæc enim in iſtis non iudicantur cōiter turpia, nec ipſi putant talia ſibi eſſe infamiæ, ſed honori potius, & de illis ſe iactare ſolent; Immo vt Sotus, Petrus Nauarrus, Petrus de Arragon, & Michael Salon, vbi ſupra notant, quamuis falſo iſta dicātur, non tenetur reſtituere famam, etſi peccet. Ratio eſt, quia non læditur fama, vbi autem non ſequitur læſio famæ, reſtitutio locum non habet.

Tertio nō eſt peccatū mortale, nec ſequit̃ obligatio reſtitutionis, qñ nō aufertur fama, eo quod perſona erat infamis in illo genere vitij, vt ſi dicam, falſo de publica meretrice cōcubuiſſe cum ſuo lenone, ex Soto, & Mich. Salon vbi ſupra.

Quarto ſi genus peccati, quod detegitur, ſit dānificatiuū famę, malæq; opinionis generatiuū, vt ſunt v. g. ſtuprum in virgine, adulteriū in vxore, fornicatio in clerico, latrocinium, periurium, vſura, Sodomia, hæreſis, falſatio literarum, ſeu monetæ, blaſphemia, iudaiſmus, ebrietas, demonum inuocatio, & denique quæcunque animæ vilitatem, & contemptum inducunt, vt dixi, de conſuetudine mentiendi, tunc tale crimen detegere, aut falſo alicui imponere, peccatum mortale eſt, dummodo adſint duæ conditiones, ſcilicet, vel id faciat animo lædendi, etiamſi reipſa non lædat, non tamen in hoc caſu tenetur ad reſtitutionem; vel facto ipſo lædat, etiamſi intentionem lędendi non habeat, & tenetur ad reſtitutionem, vt præfati Pet. Nau. & Pet. Arragon teſtantur.

4 *Tertia eſt*, an ſit peccatū, & famæ reſtitutionē inducens, defectus alicuius naturales alijs referre? Ratio difficultatis eſt, quia detractio, & infamatio, quę obligationem reſtitutionis inducit, præcipue incurritur ob reuelationem turpitudinis in vita, ac bonis moribus, & ideo nullum videtur eſſe peccatum defectus naturales corporis, aut mentis reuelare, cum exinde quis bonam, aut malam famam moraliter acquirere non ſolet.

Reſpondeo cum Pet. Nauar. in lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 4. nu. 306. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 73. ar. 2. dub. 4. poſt mediū. Mich. Sal. ibid. art. 2. controuerſ. vlt. in fi. & Barth. Medina lib. 1. inſtru. cōfeſ. c. 14. §. 35. poſt Mart. Nau. in Man. cap. 18. nu. 24. verſic. decimotertio. & Adria. quodlib. 11. q. 1. ad quartū, in litera KK. regulariter non eſſe peccatū mortale huiuſmodi defectus corporis, aut mentis reuelare, v. g. dicere quod quis ſit cęcus, gibboſus, aut quod ſit ignarus, indiſcretus. Rō eſt, quia licet peccet venialiter contra charitatem huiuſmodi defectus reuelans ſine aliquo bono fine, aut ex irriſione, aut ex loquacitate, ex ſe tamen non auferunt bonam famam, ac nomen; Et maxime, quia hi defectus ſolent eſſe manifeſti, vt de ſe patet.

5 Dixi, regulariter, quia ratione damni adiuncti poteſt eſſe peccatum mortale illos defectus reuelare; Vt v. g. quando ob eorum manifeſtationē impediretur quis ab aliquo bono conſequendo, vel habitum perderet, quia tunc id contra charitatē proximo debitam eſſet, vt de ſe conſtat. Quod tamen intelligendum eſt, dummodo ad informationē interrogatus, & inquiſitus id nō faciat, enim etiam in malis culpæ, veritatem dicere tenetur, cum teneatur fidele dare conſilium, vt inferius dicemus. Sic etiam peccatum mortale eſt hos defectus naturæ alicui in faciem dicere per modum contumeliæ, aut nomine aliquo nominare, quo audito frater notabiliter contriſtatur, aut confunditur, etiamſi defectus naturalis ſit, & notorius, ut ſi quis eunuchum in faciem appellet eum, quem ſcit hoc moleſte ferre.

6 Quod tamen, vt pręfati authores ubi ſupra tradunt, ex circūſtantijs perſonæ dicentis, & eius, cui dicitur, & modi tolerandi perpendendum eſt. Si enim pater filiū ſtultū, aut toruum appellet, etiā ex ira, non eſt mortale. Qui vero hominem literatum, aut prudentem in faciem fatuum ex ira appellaret, quia notabilem cauſam contriſtationis præberet, peccaret mortaliter. Et ſimiliter, qui fœminam alias probam, & grauem, deformem, aut luſcam appellaret, etiamſi talis eſſet. Quæ omnia patent ex illis verbis Saluatoris Matth. 5. *Qui dixerit fratri ſuo, fatue, dignus eſt gehenna ignis.* Conſtat autem fatuitatem eſſe defectum naturalem.

7 Vt tamen communiter dicuntur iſta nomina ex leui quadā ira ſine intētione notabiliter iniuriandi, non puto eſſe peccatum mortale aliquem fatuum, imprudentem, claudū, gibboſum, aut magni naſi appellare; quod arbitrio prudentis confeſſarij relinquitur iudicandum attentis omnib. circumſtātijs; Addit autem Petrus Nauarrus vbi ſupra nu. 310. grauius peccatum eſſe, hæc de aliquo in abſentia dicere, eo quod fides adhiberi poteſt vera eſſe, quamuis falſa ſint, cum tamen non ita credantur in præſentia, cum notorium ſit ipſum mentiri, qui cæcum illum appellat, quem nō eſſe talē videmus. Immo ſolū putat eſſe peccatum mortale dicere hunc, vel illum morbo Gallico eſſe infeſtum, quia non ſemper procedit morb. iſte ex peccato, ſed aliquando ex alijs cauſis, vt ex loco frigido, aut alia cauſa, id quod verum eſſe poteſt habita ratione perſonarum, de quibus hoc dicitur, & maxime in iuuenibus, qui vt diximus, ob talia peccata non ſolent multum infamari.

8 At vero qui reuelaret defectus natalium alicuius, graue peccatum mortale committeret, vt Petrus Nauar. & Petr. Arragon vbi ſupra, poſt Bart. Medin. lib. 1. inſtruct. confeſ. cap. 14. §. 35. docēt, vt ſi quis de aliquo diceret, quod ex parentibus Iudæis, aut Mauris ortus ſit. Quod probant, quia ſi peccat mortaliter, qui aliquem concubinarium, aut furem diceret, & huiuſmodi eius peccata reuelat, multo magis qui manifeſtat aliquem eſſe Saracenum, vel nouum Chriſtianum, aut Iudæum, cū hoc notabiliter famam alterius denigret, & alter plurimum inde contriſtari, & confundi ſoleat. Id quod etiam verum eſſe puto, ſi quis alium ſpuriū, aut filium clerici appellet, ſi exinde alter damnū aliquod in fama pateretur, prout ſæpenumero cōtingit ex Adr. vbi ſupra, quicquid in hoc contrarium ſenſerit Petr. Nauar. vbi ſup. dub. 4. nu. 307. ſine ratione, cum vt conſtat ex huiuſmodi defectus reuelatione non parum infamari ſoleat, & talia vnuſquiſque ægre, ac grauiter ferat.

9 Quarta eſt, an qui verba generalia turpia in aliquem profert, quæ ſonare poſſunt peccatum mortale,

le, & venialia, peccet mortaliter? Vt ſi quis de liquo dicat, qđ ſit magnus, ſuperbus, auarus, iraidus, &c. Angelus in verb. detractio. nu. 2. & Sylſter eod. quæſt. 1. & S. Ant. par. 2. tit. 8. c. 4. Corduba in annot. ſuper Sotum de tegendo ſecreto. emb. 2. q. 2. concluſ. 7. abſolute docent, non eſſe eccatum mortale detractionis.

Ratio eſt, quia cũ hæc accipi poſſint vel pro inlinatione naturali, vel pro motu primo, vel ſecũ oprimo, quæ aut nullã culpã, aut tantũ venialẽ mportant, ex quib. fama proximi notabiliter nõ editur, vel pro culpa mortali, cum audientes hæc n meliorem partẽ interpretari teneantur, & non candalizari. arg. Reg. Eſtote. de Regulis iuris. ipis auditoribus, & nõ proferenti imputari debet, quod in malã partem ea accipiant. Melius tamen Martin. Nauar. in Man. c. 18. nu. 24. & Petrus Nauarrus lib. 2. de reſtitutione, cap. 4. par. 2. dub. 6. docent, quod licet communiter huiuſmodi verba exponantur de peccatis leuib. aut de inclinatione naturali, in duobus tamen caſibus erit peccatum mortale huiuſmodi verba de aliquo proferre.

Primo, quando cum notabili damno, aut periculo fit, & corã illis perſonis, de quib. credi poteſt, quod de peccatis mortalibus ea acciperint. Vnde ait Nauarrus, ſe noſſe quendam virum inſigniter eruditum ac probum ab adipiſcendo egregio quodam munere impeditum ob culpas veniales vanitatis, & iracundiæ, & alium ob defectum generis, viſus, & virium naturalium ab amicitia valde vtili & honorabili eſſe impulſum.

Secundo peccatum mortale eſſe poteſt ratione perſonæ, cui detrahitur. Nã dicere de Epiſcopo, aut viro religioſo, quod ſit auarus, vel iracundus, peccatum mortale eſt, cum exinde notabiliter lędatur fama eorum, etiam quando important culpam venialem. Ex quibus conſtat, quam periculoſum ſit defectus aliorum referre, cum raro ſine peccato id fieri ſoleat.

10 *Quinta eſt*, An peccet, qui iniuriam ſibi ab aliquo illatam alteri refert? Ratio difficultatis eſt, quia reuelat peccatum alterius, de quo forte alter iam pœnituit. Huic dubitationi reſpondeo cum Petro Nauar. lib. 2. de reſtitut. c. 4. par. 2. dub. 14. nu. 346. ſi id faciat intentione detrahendi ad propriam vindictã, peccat mortaliter; Sin autẽ quis eam referat, ſiue vt conſolationem capiat ab amico, ſiue vt conqueratur de illo, vt ita narrando cauſam dolor remittatur, non peccat, quia vtitur iure ſuo & per accidens eſt, quod detegitur alterius peccatum.

11 *Sexta eſt*, An reuelare crimẽ occultum alterius vni, aut duobus viris bonis, ac prudentibus, apud quos ita ſecreto manebit, ac ſi dictum non fuiſſet, peccatum ſit mortale detractionis? vt v.g. dicere patri crimen occultum filij, aut alteri amico fideli, qui creditur nullatenus nociturus, aut publicaturus. Idem contingit aliquando in confeſſionib. eorum, qui confitentes peccata propria ex imprudentia, dicunt etiam confeſſori, in quo confidũt; perſonam, cum qua peccauerunt.

In hac re, quidquid ſit de cõfeſſione complicis in confeſſionis ſacramento, quãdo aliter peccatũ ſuum confiteri non poteſt, aut quando aliquo alio fine, ſcilicet, ad remedium peccati ſui, vt conſiliũ, aut auxilium petat, id facit, de qua re alibi agendũ eſt: nunc ſolum diſputantes de eo, qui inordinate ex aliqua leuitate, vel loquacitate id facit: quidã exiſtimant non eſſe peccatum mortale, ſed ſolum veniale; ſic Gab. lect. 74. in can. Miſſæ. in fi. Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. dub. 1. & fauet Nauar. in cap. inter verba. conclu. 6. corol. 29. & corol. 46. & in Man. cap. 18. nu. 33. & Petrus Nau. lib. 2. de reſtitut. c. 4. par. 2. dub. 11. num. 244. & par. 2. de lædente famam. dub. 10. nu. 334. probat Caietanus, quia aut nullum damnum patitur alter ex tali reuelatione, aut valde parua eſt infamia; & quia vnius notitia infamiam non generat: neque propterea impeditur alter a bonis iuſte conſequendis; vnde docent, virum & vxorem loquentes de peccatis filiorum, aut famulorum, non peccare mortaliter; ſicut neque peccat mortaliter, qui petit conſilium a ſecreta perſona, circa ſecretum in fideicommiſſum, vt ſibi, vel alteri prouidere poſſit, ſiue contingat ex imprudentia, ſiue data opera, quod reuelet ſecretum alicuius, & ſimul perſonam.

Alij vero vt Adrianus in 4. ſententiarũ. in qõ. de correctione fraterna. q. penult. §. Pro huius deciſione, ante ſolutionem argumentorum. Sotus in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 4. conclu. 3. dub. 3. & lib. 5. de iuſtit. quæſt. 10. artic. 2. concl. 4. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 16. in fine. Petrus de Arragona in 2. 2. q. 73. art. 2. in princ. & Mich. Salon ibidem. controuerſia. 1. & Gregorius de Valentia tomo 3. diſput. 3. q. 10. puncto 5. cõtrouerſia. 5. §. Tertio probatur, expreſſe docent eſſe infamationẽ mortalem. Ratio eſt, 12 quia infamia non ſolum eſt, quando apud plures, ſed etiam quando apud vnum infamatur, quem quis pluris æſtimat, quam decem alios. Mallent enim multi vt peccatum eorum notum eſſe trib. aut pluribus aliis hominibus minimæ autoritatis quam vni viro graui, & prudenti, qui bonã de illis opinionẽ habet. Quamuis n. minus periculũ ſit euulgationis, tamen apud illum vnum perditur bona exiſtimatio, & nomen. Ideoque grauiter peccant, qui ſine vrgenti neceſſitate, puta ob euitandum damnum Reipub. vt in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, proditionis ciuitatis, aut cauſa correctionis fraternæ, vel vni viro prudẽti, & amico crimen alterius occultum refert; Etſi. n. iſte ſecretum teneat, alter tamen magnum detrimentũ famæ ſuæ apud eum patitur. Immo neque Martinus Nauarrus ab hac ſententia diſſentit, ſi attente legatur, Nam c. 18. num. 19. definiens famam, ait *famam non ſolum eſſe exiſtimationẽ bonorum, prout exiſtimatio ſolum comprehẽdit opinionem communẽ, ſed etiam particularem, & ſingularem vnius, vel alterius.* & num. 33. ait, quod licet non ſit infamatio mortalis, quando peccatum filii detegitur patri, id tamen aliquando mortalis eſſe poteſt, quando ſcilicet, *tale eſſet peccatum, & talis parens, vt detectio ei facta plus, uel æquè noceret filio, quã facta aliis.* Et hæc videtur eſſe aperta doctrina S. Thomæ in 2. 2. q. 73. ar. 1. ad ſecundum vbi ait, *Si uni ſoli, aliquis de abſente malum dicat, corrumpit famam eius non in toto, ſed in parte.*

Vnde conſtat quid ad argumenta ſeu exempla allata a Caietano dicendum ſit. Primo. n. falſum eſt, non notabiliter lædi famam eius apud vnũ virum

rum

fieri poteſt,& ſolet,vt delictum fratris,vel vni dictum noceat illi in bonis,& beneficijs,ac dignitatibus conſequendis: cum accidere poſſit,vt qui delictum fratris audiuit, ſi quandoque aliquorũ bonorũ diſtributor , recordatuſque illius delicti minime conferat,quæ alioquin contuliſſet . Tertio, quamuis vir , & vxor peccata filiorum ſibi inuicẽ cõiter reuelare poſſunt,quando id expediat ad illa euitanda,nec vnus poteſt ſine alio, vt ſi commiſit filia ſtuprum , quod nouit ſola mater, videatq; ſe ſolam non poſſe illi damno mederi,niſi reuelet viro,aut conſanguineo fideli , poteſt tunc reuelare, debetque illi, apud quem minus lædetur bona opinio filiæ, vnde aliquando expediet potius affini , vel extraneo indicare poteſt, cum apud vnũ grauiter lædi poſſit bona puellæ opinio. Vnde ſicut peccatum eſſet mortale accipere bona caſtrẽſia filiæ,ſi haberet, vt daret marito,ita etiam,& bonam eius opinionem apud virum denigrare.

Quarto,illud vltimum Caietani exemplum potius nobis fauet , ſiquidem in illo caſu , qui habet ſecretum ſibi cõmiſſum, reuelat illud cum neceſſitate , ad bonum reipub. ut accepto conſilio prudentis recte ſe gerat, quamuis ſatis ſit reuelare peccatũ , nullo modo perſonam reuelare , vt ſuperius a nobis in ſimili caſu dictum eſt.

14 *Septima eſt,* An peccatum mortale ſit detractionis referre alijs crimen alterius , quod audiuit, vt v.g. qui non affirmando,ſed ſolum referendo crimen alterius occultum, vt ab alio auditũ, an peccet mortaliter , & reſtituere teneatur ; In hac re Scotus in 4.diſt.15.q.4.ar.1.§. Et ſi quæratur. Gabr.eadem diſt.15.q.16.art.3.dub.2.duo dicunt.

Primũ eſt, quod dicens ſe tantũ audiſſe crimẽ , quod refert,non peccat mortaliter, nec ad reſtitutionẽ tenetur, quia in hoc caſu non aufert famam alteri , talis.n.relatio de peccato alterius ex ſolo auditu, non aufert famã alterius,ex natura actus, hoc eſt,ex natura & modo loquẽdi , tum quia ipſe nõ affirmat verũ eſſe crimẽ , quod ab aliis auditũ refert: tũ quia ſæpe talia ex loquacitate dñr, quib. ex natura rei fides non ſolet adhiberi , iuxta illud poetæ: *Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.* Vnde culpa eſt audiẽtium, qui leuiter credũt, *Qui enim cito credit, leuis eſt corde*. *Eccleſiaſtici.* 19. & ideo paulo poſt ſubditur , *Non omni uerbo credas.* & conſequenter ſic referẽs ad reſtitutionẽ nõ obligatur . Quod tñ dictum limitant,niſi ex mõ dicendi,vel alia circũſtantia,vtputa grauitate ſuę perſonæ, oſtẽdat aliquam maiorem certitudinem dicti ſui, quam habeat ex communi relatione, tũc enim peccaret mortaliter famam alterius lædendo, & teneretur cũ moderatione debita , & ſine mẽdacio famã reſtituere,dicẽdo hæc,vel ſimilia : Nõ habeo certitudinẽ huius rei , ſed tantũ audita refero,ſpero tamen,quod non ita ſe habeat factũ.

15 *Secundum eſt* , quia multi ſunt puſilli , & facile ſcãdalizari ſolẽt, periculoſum eſt corã aliis ſic audita referre,& ideo ſi ea animo infamãdi referat, peccat mortaliter cõtra charitatem; ſin autem coram illis ex ſola incõſideratione abſq; animo infamandi illum,de quo eſt ſermo,illa refert,ſolum peccatum veniale erit,quia lingua in lubrico poſita eſt, & qui non offendit in verbo,hic perfectus eſt vir, Iacobi 3. Eiuſdem ſententiæ eſt Caiet. 2.2. q.73.ar.2.dub.2.ob rationem Scoti allatam,ſol enim aſſertor proprie tollit famam , & ideo reli qui ad reſtitutionem non tenentur . & Sylu.verb detractio.q.1.& q.4.caſu quinto.& Angelus verb eodem num.2.qui addunt mortale eſſe,ſi adderet aliquid prouocans ad credendum, dummodo inde notabiliter lęderetur fama.& Adria. in 4.in q. 1.de reſtitut.famæ.ad octauum, & Quodlib.11.q. 1. Litera G,& Mart. Naua. in Man.c.18.nu.36. verſ.Decimo octauo.& num.50.& Petrus Nauar. lib.2. de reſtit.c.4.par.2. dub.9.nu.330.Hi igitur oẽs ſolum docent eſſe infamationem mortalẽ & obligare ad reſtitutionem, quãdo quis, aut primo aliter ea referat,quam audierat,aut ſecundo,ſi ex modo dicendi maiorem aliquam certitudinem oſtendat , quam res habeat ex cõmuni relatione; aut tertio,quando perſona eſt talis,cuius dictis ſolent homines communiter fidem adhibere; aut quarto, quando id faciat animo eum notabiliter infamandi, ſecus autem ſi tantum dicat, ſe audiſſe crimen alterius , ipſe tamen nihil certo affirmet. Alij vt Sotus lib.4. de iuſti. q.6.art.3.ad quartum, verſ.Quartus denique modus.& lib.5.q.10.art.2. conclu.4. S.Anton.p.2.tit.2.§.3.& 4.& Michael Salon.in 2.2.q.62.art.2. controuerſia.22.& in q. 73.art.2. controuerſia.1.& Petrus de Arragona in eandem quæſtio.62.ar.2.dub.6. & Gregorius de Valentia tomo 3.diſp.5. quæſt.6. pũcto 5.propoſitione 3.docent,talem referentem dicta aliorũ vere infamare, quia audientes cõiter non poſſunt non concipere ſiniſtram opinionem de proximo, hoc enim modo referendi, conſtat,quod fama acquirit uires eundo. Quam opinionem Sotus abſolute docet, alij vero cum diſtinctione tum criminis relati, tum auditorum,tum referentis.

16 *Primo* enim,ſi crimen occultum (de hoc.n.agimus in hoc dubio) ſit leue,& refertur alijs id neſcientib. ſine animo lædendi , ex qua manifeſtatione nihil infamiæ accreſcit illi, cuius crimẽ detegitur,peccat tantũ venialiter, quia aliquod ſaltem nocumentum eſt illius, non tamen reſtituere tenetur,quia reſtitutio non niſi ex fama ablata naſcitur, & hoc etiamſi animo lædendi faciat.

Sin aũt crimẽ ſit graue, cuius vel leuis ſuſpicio grauiter noceret in fama,vt hæreſis,crimẽ nefandũ,&c.etiãſi referat hæſitãdo, peccat mortaliter, quia nocet in re graui , & hoc etiamſi non habeat animũ nocẽdi, & ad famam reſtituendã tenetur.

Rõ eſt,quia vnuſquiſque ius habet, vt bonus & innocens habeatur,quamdiu crimina eius *ſunt* occulta; Qui ergo huiuſmodi occulta delicta, etiam vt audita,aliis neſcientibus refert, expoliat illũ iure ſuo, nocetq; illi cũ iniuria, & proinde reſtituere tenetur,dicẽdo ſe mentitum eſſe, ſicut diximus de illo,qui occulta inique reuelat,omnis.n.iniqua detractio,& detectio eſt falſum practicum. Et idẽ dicendum eſt , ſi crimen ſit ex communibus , & grauibus , id eſt , quæ communiter ab hominibus committuntur,vt homicidia,adulteria,quãdo hæſitando, aut dubitando referuntur de perſona magni nominis, & opinionis, vt ſi quis de Epiſcopo, viro religioſo , aut muliere honeſtiſſima,vel Doctore fornicationẽ , aut aliud ſimile peccatũ referat,cũ rõne perſonę, de qua dicuntur,maxima infamia & nocumentum conſequi ſoleat, quãuis ſe-

cus,

us, ſi de aliquo plebeio ex auditu, & hæſitando delictum aliquod ex communibus referat; ſolum enim veniale erit, ob leue nocumentum, quod inde conſequi ſolet.

Secundo, qui non affirmando, ſed aliorum dicta referens, ſiue id faciat malo animo, ſiue ex ſola leuitate, & loquacitate alterius crimẽ occultũ reuelat coram illis, apud quos dubitat, vel certò ſcit, illum, cuius crimen detegitur, aliquid infamiæ habiturum, ſiue id proueniat ex leuitate audientium, ſiue ex quauis alia cauſa, peccat mortaliter, cũ alterius fama lædatur, & tenetur ad reſtitutionem, ratione damni dati, argu. c. fi. de iniuriis, & damno dato, & patet ex dictis.

Tertio, qui alicuius delicta refert aliis, cum animo lædendi peccat mortaliter, quia actus exterior bonitatem, vel malitiam ſuam accipit ab interiori, vnde talis animus eſt contra charitatem, & conſequenter peccatum mortale, & ſi ſequatur infamia, ad reſtitutionem obligatur, ſecus autem ſi non ſequatur infamia, vt ex dictis manifeſtum eſt. qua ratione hanc doctrinam veram eſſe puto, & hoc modo Doctorum ſententias diuerſas conciliari poſſe exiſtimo.

8 Octaua eſt, an peccatum detractionis ſit infamare hominem, qui falſis, & fictis virtutibus, ſeu per hypocriſim, & falſas impoſturas, famam virtutum, aut moralium, aut intellectualium in populo, ſeu Republica adeptus eſt.

Ratio difficultatis eſt, quia cum illicite talis famam, & nomen doctrinæ, & pietatis acquiſierit, non videtur habere ius ad retinendum eiuſmodi famam, & proinde ſine iniuria poteſt ei adimi. In cõtrarium vero eſt, quia ſicut non licet cuiuis pecuniæ illicite acquiſitus alteri adimere, ita neque famam. In hac reg. Adria. quodlib. 11. q. 1. in reſpõſione ad quartũ, ſub litera MM. docet id licitũ eſſe, qñ fama certa eſt ex virtute intellectuali, vel alia naturali, vt ſi putetur doctus, diues, nobilis, quia, inquit, hãc famã tenetur vir probus abijcere, & repudiare, & falſam ęſtimationẽ corrigere, at vero falſam æſtimationẽ de bono virtutis, & honeſtatis vitæ abijcere non tenetur, ſed potius ſemetipſum, i. vitam commutare tacendo; quia igitur in primo caſu tenetur ipſemet abijcere talem famã, & conſentire in actum, quo auferatur non peccatur detegendo falſas ſuas virtutes naturales, ſeu intellectuales; quia vero tenetur abijcere famam ſecundo modo acquiſitam, nec conſentire in actum, quo ab altero aufertur, ſed ſolum emendare uitam, fieret ei iniuria, ſi quis famam hoc ſecundo modo acquiſitam ei adimere vellet.

Alii vero vt Sotus lib. 5. de iuſt. & iu. q. 10. art. 2. poſt concluſionem quartam, & Ant. Corduba de detract. q. 2. concluſ. 4. ad 2. quẽ refert, ac ſequitur Pet. Nauar. lib. 2. de reſt. c. 4. par. 2. dub. 12. nu. 341. & 342. & Michael Sal. 2. 2. q. 73. ar. 2. in fi. & Gregor. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 17. puncto 2. dub. 3. rectius diſtinguunt, quod aut is, qui inique famã acquiſiuit, eſt noxius, & pernicioſus populo, & Reipub. vt ſi ſe fingeret Medicum, aut Theologũ famoſum, quem tamẽ ſcio eſſe ignarum, aut falſum docere, & tunc non ſolum licet, ſed etiam teneor alijs illius ignorantiã hypocriſim, & falſam doctrinam aperire, tum quia teneor potius bono cõi, quam illius famæ conſulere, tum quia alter nõ habet ius ad talem famam, cum falſo, & ficte illã acquiſiuit; immo charitas, quæ dictat proximum ab iniuria vindicandũ eſſe, ſuppeditat ius talem infamandi, ne populo noceat, & ideo charitatis opus eſt tales impoſtores detegere, qua rõne excuſantur, qui occultas hæreticorum fraudes populo patefaciunt, ſicut etiam hac de cauſa Aſtrologi, ꝗ maleficijs, & mendacijs populũ decipiũt, & aliorum crimina ſolent oſtendere, & malis modis explorare non ſolum tanquam impoſtores, & publici infamatores detegendi ſunt, ſed etiam vltimis ſupplicijs afficiendi. Sin autem per talem famam inique acquiſitam nemini nocet, minime eũ infamare licebit, ut ſi mulier reuera pauper fingit ſe ſanctam, & eo noĩe ſibi eleemoſynas comparat, licet ſciam occulta peccata eius, non poſſum eã infamare ſicut nec alium occultum peccatorẽ infamare poſſum; & idẽ de omni alio, qui in Repub. bonũ nomen fraude eſt aſſecutus; nõ. n. detegere licet, qñ non nocet Reipu. aut tertio; eſſet. n. id nõ modo eum priuare fama, ad quam non habet ius, ſed etiam inferre illi malum infamiæ detegendo duo crimina ſimul, ſcilicet, & peccatum ipſum, quo eſt infectus, & hypocryſim, & ſimulationẽ, qua vſus eſt ad bonam famam acquirẽdam, quod eſſet contra charitatem, niſi quando, vt diximus, communis boni ratio aliud poſtularet.

Nec valet ratio in cõtrarium allata; ſiquidem pecunia illa aliquem alium verum dominum habet: non ſic fama huius inique acquiſita; quamuis etiam, & pecunia illa inique ab aliquo acquiſita, poterit a quocunque ei adimi (ſi id ſine ſcandalo fieri poſſet) quando per eam inferre iniuriam aliquam proximo, aut bono communi, licet poſtea deberet ei reſtitui, aut vero domino, vt Greg. vbi ſupra animaduertit.

19 Eodem modo hiſtorici, qui vitas hominũ deſcribere ſolent, quamuis publica crimina, v.g. homicidia, iniurias, & alia crimina, quæ viris illuſtribus non ſunt dedecori, memoriæ mãdare poſſint ſine peccato, dummodo bono zelo vtilitatis publicæ ad aliorum exemplum id faciant, & nõ ex eorum odio, inuidia, aut alio malo affectu, & ſtudio detrahendi ea narrent: ſi tamen ſint talia, quæ in eorũ ignominiam, & dedecus redundant, peccãt ea deſcribẽdo, & perpetuæ memoriæ mandãdo, cum ex illorum recitatione, & ipſimet, & eorum poſteri, & familiæ non parum lædi ſoleant, vt recte Sotus Salon, & Gregor. de Valentia in locis proxime allatis tradiderunt.

20 *Nona eſt*, An qui Congregationem, aut aliquẽ ex Monaſterio, vel Religione infamet peccat, & reſtituere teneatur. In hac re hęc mihi dicẽda ſũt.

Primo, Qui detrahit de ſtatu religionis in communi, non ſolum peccat mortaliter ſic detrahendo, ſed etiam qui religionem aliquam particularẽ a ſede Apoſtolica approbatam infamat, grauem hæreſis ſuſpicionem incurrit, quaſi male ſentiens, & loquens de ſtatu religionis.

Secundo, excommunicantur, qui libellos famoſos, aut cantilenas faciunt, detinent, aut publicãt in infamiam ordinum Prędicatorum, & Minorũ, vt conſtat ex Priuilegio quodam Alex. IIII. quod incipit, *Ex alto*, & ex alio, qđ incipit, Nõ ſine mul ta, & eius abſolutio Papæ reſeruata eſt, vt refert Sylueſt. verb. excommunicatio 7. & 48. nu. 84.

Tertio, peccat mortaliter qui totam aliquam religionem, Monaſterium, aut domum infamat, v. g. dicendo in tali Religione, vel Monaſterio non eſſe obſeruationem, vel quod male viuitur, vel ſimoniam exerceri, &c. niſi id aliàs eſſet notoriũ, vt recte Sot. lib. 4. de iuſt. & iu. q. 6. art. 3. ad quartum, in fi. & Pet. Nau. lib. 2. de reſtit. cap. 4. par. 2. dub. 16. nu. 355. animaduertunt, qui etiam docet, quod neque in hoc caſu ſufficit ſuperioris, vel Rectoris Collegij remiſſio, ſed facienda eſt reſtitutio toti communitati, & Monaſterio.

Quarto, qui peccatũ alicuius priuati de Collegio, vel Monaſterio ſeu religione detegit, ſi perſonã nominet, peccat mortaliter, cũ non ſolũ infamia hæc in ipſum delinquentẽ, ſed ẽt in totã Religionẽ, & Monaſterium redundare ſolet, ſicut & honor vnius, in totius ordinis, & Monaſterij decus, & honorẽ redundat; Adeo vt honor, & ignominia religionis in manu cuiuſque priuati conſiſtere videatur, & proinde maximopere curare debẽt religioſi, quo modo viuãt, cũ ſaltẽ ſplendorẽ & decorem religio tota, etiam vnius priuati culpa plerunque amittat, ſecundum illud S. Aug. in epiſt. 237. cap. 2. ad plebem Hipponẽſem dicẽtis, *Cum de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtãt, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.* quem locum refert S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. in corp.

21 Immo vt Petrus Nauarrus vbi ſupra docet, q tacita perſona, explicato tñ Monaſterio, vel religione peccatũ ſecretũ detegeret, peccaret mortaliter, vt v. g. religioſum deprehendiſti cum muliere, & poſtea dicas, monachum quendã talis Ordinis, vel Monaſterij hoc feciſſe, peccas mortaliter ob rationes allatas, & ad reſtitutionem ratione Religionis, & Monaſterij infamati tenetur. Secus tñ ſi de aliis communitatibus, aut collegijs id diceret, vbi non tantam perfectionem profitentur, ac religioſi, ut ſi dicas talis eccleſiæ etiam cathedralis canonicus, vel collega talis collegij ſimoniam, aut fornicationem commiſit. Ratio diſparitatis eſt, tum quia iſti non tantum perfectionem profitentur, ac religioſi; tum quia non ita nouum eſt in iſtis, ac in religioſis, qđ hęc vitia fiant, tũ quia audientes non ita ſcandalizantur, aut peccandi occaſionem ſumunt ex cognitione delictorũ, quæ a clericis ſecularib. fiunt, ac quæ à religioſis fiunt; quod. n. exemplo fit, & maxime religioſorum hominum, iure fieri putant ceteri. Quæ omnia intelliguntur, qñ peccatum detectum ſecretum eſt, & non facto, aut ſententia publicum, & notorium, de his enim agemus in ſequẽtibus.

22 *Decima eſt*, an infamatus publice in vno loco, poſſit etiam in quocunque alio infamari, ita vt infamans in alio loco nec mortaliter peccet, nec ad reſtitutionem teneatur? Ratio difficultatis eſt, quia in alio loco, in quo ignotus erat, habet famã illæſam, & nomen bonum, & ideo ſic reuelans crimen illud in alio loco, vbi erat ignotum, non minus infamat, ac qui verum crimen occultum reuelat. Et idem dicendum eſt, quando quis crimẽ notum multis in loco, alteri, qui neſcit factum illud, reuelat. Hæc opinio affirmatiua tribuitur Adriano in 4. in propria quæſt. de reſtit. famæ a Mar Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. 7. & eidem authori ca tribuunt Sot. lib. 5. de iuſti. q. 10. art. 2. poſt conc 4. & Mich. Salon in 2. 2. q. 62. ar. 2. controu. 1. & q. 73. art. 2. controu. 2. & Greg. de Valen. to. 3. diſput. 5. q. 17. punct. 2. dub. 2. qui tres citant Hen. Quodlib. 11. q. 1. cum tamen hic author neque in 4. ſent. neque in dicto quolib. id affirmet. eandem tribuit Pet. Nau. lib. 2. de reſt. c. 4. p. 2. dub. 2. num. 284. Syluec. in verb. detract. q. 1. vbi Sylu. expreſſe docet, eſſe peccatum mortale, niſi ſtatim ij, quibus id aliàs narratur, in eius notitiam venturi eſſent.

Alij vero vt Caie. in Opuſc. de decem, & [illegible] reſponſ. reſponſ. 6. in fi. Sot. vbi ſup. Ledeſ. Sanct. Greg. de Valen. locis allatis & Io. Maior in 4. dist. 21. q. 2. Cord. tract. de detract. q. 2. concluſ. 6. Petr. Nau. vbi ſup. & Bar. Med. li. 1. inſtruct. cõfeſ. c. 14. §. 35. Mart. Nau. in Man. c. 18. num. 6. & cõſil. 43. nu. 1. in Nouis. de tẽp. ord. & Petr. de Arrag. in 2. 2. q. 73. art. 2. dub. 2. cõtrariũ docẽt, ſ. nec eſſe peccatũ mortale, nec obligari ad reſtõnem; quamuis meo iudicio non diſſentiant hi authores inter ſe, ſi recte intelligantur, iuxta ea quæ paulo poſt dicemus; Vt aũt res hæc clarior reddatur, & intelligatur, Aduertẽdum eſt, quod talis vel infamans fuit a publica poteſtate per ſententiam, vel per notitiam, & rumorem priuatorum, & æqualium: Itẽ vel locus, in quo infamatus fuit, multum diſtat ab alio loco, vel non; Item, vel infamans in alio loco coactus id facit, ſ. coactus a iudice, vel non; Item, vel delictum, quod refertur, eſt atrox, & maxime nociuum bono communi, vel non. His ſuppoſitis,

23 Dico primo, Colloqui de peccatis proximi notorijs cum ijs, quibus nota ſunt, nõ eſt peccatum, niſi ex malo fine, & intẽtione mala id fiat, immo poteſt eſſe bonum, & honeſtum. Si. n. eo fine narrentur, vt alij ea deuitent, exemplo eorum, qui ceciderunt aut ſuorum criminum pœnas dederunt, ſic bonum, & laudabile eſt, quia cedit in Dei gloriam, & aliorum utilitatem, quomodo narrare licet peccata eorũ, qui ob hæreſim ſunt cõbuſti, &c. Sin autem narrentur mala intentione, puta vt mala opinio habeatur de proximo, ſic peccatũ mortale eſt, ob renouationem mali illius, & eſt detractio, non tamen peccat contra iuſtitiam, quia vere non tollit famam, & cõſequenter reſtituere nõ tenetur. Quod ſi ex ſola curioſitate, leuitate, aut otioſitate, vel alio fine inutili id fiat, vt plerunq; fit etiam a uiris bonis, ſolum veniale peccatũ erit, ob malitiam finis inutilis, vt expreſſe docẽt Corduba, Petrus Nauarrus, & Petrus de Arragon. vbi ſupra, & res certa eſt, nec negari poteſt.

24 Dico ſecundo, qui diſſamatum in vno loco ſiue per ſententiam iudicis, ſiue per priuatorum notitiam ex neceſſitate coactus, ſcilicet, vt teſtificetur, in alio loco infamat, nec peccat, nec tenetur reſtituere. Hoc patet, quia ſi iudex iuſte præcipit vt teſtificetur de illo, poteſt, & tenetur alter teſtificari. Et idem dicendum eſt, ſi alio bono fine id faceret, ut ſi interrogaretur ad informationem, vel officium, uel matrimonium. Non enim decipere debet innocentem interrogantem, vt nocenti ſubueniat; vnde qui, vt aliquem ad religionem, vel ad eccleſiam, aut collegium, vel ad ordines, vel ad matrimonium admittant, ſincere d;

de alicuius genealogia, vel alia infamia, aut no- publica inquirunt, vt caueant, quod cauendum ſt, nec ipſi peccant, nec qui veritatẽ eis ſub ſecre- reuelat, ſed officium debitæ fidelitatis, & cha- tatis implet, vt expreſſe Petr. Nauarrus, vbi ſupra nimaduertit.

Dico tertio, qui diffamatũ in vno loco ſiue per ntentiã iudicis, ſiue per priuatorũ notitiam aut ti notorietatẽ ſiue neceſſitate in alio loco remo- diffamat, vbi nullũ fere cõmercium habet, aut abere ſolet, qui diffamatus eſt, ita vt propter loci ſtantiã probabiliter infamia illa ad illum locum on ſit deferenda, non ſolũ contra charitatẽ peccat, quã mãdauit Deus vnicuique de proximo ſuo, in quo conueniunt omnes Doctores citati) quia contra rationẽ eſt, vt quis alterum, licet infamatũ denuo infamet, eiuſque vulnera innouet, & hoc maxime, quando intentione detrahendi fit, vel ex ali locutione notabile damnũ inferretur, ſiue in ipſa fama, quia notabiliter plus peccatũ publicare- ur, vel in aliis rebus, ſed etiã contra iuſtitiam peccat, vt expreſſe docet Gregorius de Valent. vbi ſupra, & recte meo iudicio, quicquid reliqui omnes uthores hoc negent; Ratio eſt, quia iniuſte priuatur bono ſuo nomine, & fama in locis illis remotis, & ideo ad reſtitutionem tenetur.

Quod ſi dicas cũ authoribus contrariæ opinionis, auferri ei ius famæ per ſententiã iudicis, ita vt conceſſa ſit facultas illã propalandi, quandoquidẽ iudicum, ac legũ talem pœnã imponentiũ intentio eſt, vt omnibus innoteſcat delictũ, vnde non in carcere, nec in nocte, ſed in die, & in medio populo, & in feriis celebrioribus iuſtitia fieri ſolet.

Reſpondeo id verũ eſſe ſolũ reſpectu locorum, ad quæ mortaliter, attentis omnibus circũſtantiis negocii, perſonarũ &c. rumor illius delicti, ex vi ſententiæ latæ perferri poteſt. In illis.n.locis tantũ intelligendum eſt, poteſtatẽ publicã velle Reũ fama ſua priuare, & non in aliis. Quia ſicut poteſtas iudicis non extenditur ad aliũ locum ſibi non ſubditũ, maxime quando locus eſt remotus, ita ex eo loco tã remoto ſibi non ſubiecto famã auferre non intendit. Cũ.n.fama ſit res, & æſtimatio, quæ per nos acquirĩt, & augetur, conſequenter habet ius ſuper famã in alio loco, vbi eã acquiſiuit, licet perdidit in alio. Immo qua ratione Sotus, & alii dicunt infamatũ in vno loco non per ſententiã publicã, ſed per notitiam priuatorũ & rumores ęqualiũ, in alio loco infamare peccare non ſolum contra charitatem, (eo quod fama eſt bonũ neceſſarium ad honeſte & ſtudioſe viuendum, quo ſine cauſa in alio loco honeſte viuens priuari non debet,) ſed etiam contra iuſtitiã, quia frater per illũ rumorem non amiſit ius in famã ſuam, ita etiam ob eandem rationem concedere debent, diffamatũ in vno loco per iudicis ſententiã, in alio loco remoto, vbi bene viuendo bonam acquiſiuit, infamare contra iuſtitiam eſſe, cum in eo loco ius ad famã ſuam habet, vt diximus; Neque eſt intentio iudicis debita, vt per illam publicam punitionem innoteſcat delictum fratris in aliis locis diſtantibus, ſi ipſe emendetur, ſed tantũ, vt vbi iuridice punitur, iuridica autẽ punitio ſit publice, quia iuridice delictũ probatũ, eſt velut publicum. Vnde publica ſententia, vel punitio ſolum efficit crimen illud publicum, & manifeſtũ in loco, in quo fertur, & exercetur, non autẽ in omnibus locis, & vniuerſo orbe, vt tandem Salon vbi ſupra 2,2.quęſt.62.art.2.controuerſia 18.concluſ.2.fatetur. Experientia namque teſte, quando Iudices, & Principes volunt delicta vbique eſſe publica, ipſi curant vbique publicari, vt quando quis ob hæreſim, aſſaſſinia, crimen læſæ Maieſtatis, proditionẽ ciuitatis, &c. condemnatur; tunc enim & charitas, & ratio boni communis ius ſuppeditat ad illum in locis remotis ſua fama priuandum. Alii namque populi audientes huiuſmodi atrociſſima crimina, & tales punitiones, ſibi ipſis proſpiciunt, & inquirunt, ne tales ibi habitent, & timore ſimilis pœnæ, ab huiuſmodi criminibus perpetrandis abſtinent.

26 *Dico quarto*, qui crimen publicum in vno loco refert in alio, in quo probabiliter, & moraliter citò, vel ob illorum duorũ locorum commerciũ, & propinquitatem, vel aliam ob cauſam, ad iudiciũ viri prudentis infamia ſit peruentura, nec peccat mortaliter, nec tenetur reſtituere. Sic authores ſupra citati, & S. Thomas in 4.diſtinct.19.q.2.art.3. ad primum, & ſecundum.

Ratio eſt, quia in moralibus quod parum diſtat, nihil diſtare iudicatur, & quod eſt in proxima potentia, iam fere iudicatur in actu; vnde peccatũ in vno loco publicum, quod prudenter, & probabiliter iudicatur breui diuulgandũ in alio, non eſt peccatum ibi referre; cum in hoc caſu videtur quaſi publicũ in alio, nec exinde infamato aliquod dãnum de nouo infertur. Vnde infertur diffamatũ Venetiis, diffamare Ferrariæ, aut Bononiæ, non eſſe peccatum mortale; cũ mortaliter loquendo, impoſſibile fere eſt, quin ibi ſtatim delictum innoteſcat. Et multo minus peccatum erit in eadem ciuitate, & loco, quod publicum eſt in vna vicinia, vel parte ciuitatis, in alia referre, alioquin nunquam liceret reuelare publica.

Pari ratione peccatum non eſt, infamatũ in curia Regis, aut in media parte vnius Regni, vel Prouinciæ, in alia parte regni infamare, quia moraliter loquendo, quæ in curia Regis diuulgantur, facile ad alia loca Regni deriuantur.

Hinc ſequitur, quando, & quale peccatum ſit, ex vno loco in alium ſcribere ea, ex quibus aliquis infamatur: Sicut ẽt conſtat, quod valde peccatum ſit, religioſum poſt lapſum emendatum & conuerſum infamare, & antiquos errores iniuſte in memoriã reuocare, vt melius ex ſequentibus conſtabit.

27 *Vndecima eſt*, an quando diffamatio eſt in eodẽ loco peccati notorii, ſed in diuerſo tempore, vt v.g. ſexaginta ſunt anni, quod quis ob hæreſim cõbuſtus fuit, aut deſcendit ex Iudæis, quod hoc tempore pauci, aut nulli ſciunt; Eſt autem ſenex, qui videns adoleſcentẽ ex ea familia ortum, per medium forum ambulantem, vel ex inuidia, vel loquacitate, vt ſæpe contingit; præſentibus dicit; Et ego vidi illius auum cõbuſtum, vel publice infamia notatum, an peccatũ mortale ſit, veritatem ſic olim notoriã modo diuulgare? Ratio difficultatis eſt, quia illi iure mulctati ſunt illa pœna, & ita nomina eorum publice ponuntur in eccleſia ad perpetuã memoriam, & conſequenter nulli facit iniuriam, qui illud reuelat. Et quia viri ſapientes, ac prudentes id ſine ſcrupulo facere ſolent.

In hac tamen difficultate hæc mihi dicenda videntur cum Barth. Medin. lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 35. Petro de Arrago. 2. 2. q. 73. art. 2. dub. 3. Petro Nauarro lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 3. nu. 298. & ſequentibus.

Primo, qui non ſunt per ſententiam notati, (eos ſcilicet, qui nũquam deliquerunt, ſed ex Iudaiſmo fuerunt conuerſi) dictis, aut factis de ſua origine longo iam tẽpore oblita, infamant, non ſolum contra charitatem, ſed ẽt contra iuſtitiam peccant, & ad reſtitutionem famæ tenentur. Ratio eſt, quia cũ tales nec in ſe, nec in parentibus peccauerint, iniuſte illis infamia inuritur. Quamuis enim parentes peccato infidelitatis peccauerint, non tamen ob id digni erant infamia, & opprobrio ſed potius ex eo quod conuerſi ſunt, laudari merentur.

Secundo, qui ex Chriſtianis deſcendentes in hæreſim, aut Iudaiſmum lapſis, ob idque publice infamia notatis, de praua ſua origine adhuc longo tempore oblita infamant, ſolum contra charitatem peccant mortaliter, non autem contra iuſtitiam.

Quod enim ſit contra charitatem, patet, tũ quia eſt opus ſua natura contriſtatiuum fratris, & eorum obiectum grauem contumeliam continet, tũ quia eſt boni nominis læſiuum apud alios: tũ quia ſi ſit contra charitatem infamatum in vno loco in alio infamare, multo magis infamatum iam olim, & nunc bene viuentem, crimen oblitum in memoriam reuocare.

Id quod procedit ſolum, quando ſine cauſa fit; ſi enim ob bonum finem faceret, vt cum inquiritur de hoc fine iuridicè ad informationem eccleſiæ, vel Collegii ingrediendi, ſiue priuatim ad matrimonium contrahendum, poteſt talis defectus ſine peccato reuelari iis, quibus proſit, & qui non obſint, rem publicando.

Quod vero non ſit contra iuſtitiam, patet, quia ex ſententia publica ius amiſerunt famæ in illo loco, non ſolum pro illo tempore quo puniti ſunt, ſed etiam in poſterum, vt poſt allatos authores tradit Salon, 2. 2. quæſt. 73. artic. 2. controuerſia 1. concluſ. 5. in reſponſione ad tertium. Et ſi quis obiiciat, quod ſucceſſores conſanguinei & affines nullum peccatum committunt, ob quod debeãt ea pœna puniri, aut infamia parentum notari, quando bene & honeſte viuunt.

Reſpondeo id verum eſſe, quod non peccat, atque adeo nullum eorum peccatum detegitur, aut punitur, per accidens tamen ſequitur eis ignominia ex criminibus parentum.

Eo vel maxime, quod non eſt contra rationem, vt filii propter crimina parentum notentur infamia, vt tradunt interpretes S. Thomæ in 2. 2. q. 11. art. 5. & alii paſſim, & hoc maxime in cauſa hæreſis ob criminis atrocitatem.

28 *An* vero peccatum ſit interrogare de detento in carcere, cur ſit captus.

Reſpondet Petrus de Arragon, & Petrus Nauarrus vbi ſupra, non eſſe peccatum, vel rogare cauſam, vel illam narrare, quia id publicum eſt. Sed rogare, & narrare particulariter de omnibus delicti partibus, illicitum eſt, vtpote quod alijs regulariter loquendo detractionis cauſam miniſtrat, id quod etiam docuit Martin. Naua. in Man cap. 18. nu. 41. verſic. vigeſimoquarto.

29 DVODECIMA eſt, an peccatũ mortale ſit, in matum in vero genere vitii grauioris in alio m nus graui, de quo bene audit, diffamare, & an a quam reſtitutionem inducat? Vt verbi gratia aliquis homo, qui publice habetur fur, atque ho cida aut periurus, & a me etiam cognoſcitur q ſit adulter, quod tamen alii ignorant. Quæſtio an poſſim ego crimen hoc occultum aliis reue abſque eo, quod peccem, aut quod aliqua inde c tur reſtitutionis obligatio?

In hac Paluda. in 4. diſtinct. 19. quæſt. 4. circa nem, docet licitum eſſe. Ratio eius eſt, quia iam ha bet famã læſam, & proinde non ſequitur infam ex reuelatione criminis occulti. Vnde infert, con uictum a iudice de furto teneri iudici interroga ti omnia alia ſua crimina ẽt occulta manifeſtare. Similiter ſi interrogetur de cõplicibus, teneri vu non ſolum crimen, in quo cũ illis cõicauit, ſed eti omnia alia illorum peccata etiã ſecreta, quæ nou rit, detegere. Sylueſter ẽt in verbo Detractio. quæ ſtion. 1. & quarta, in hac re partem affirmatiuã te net, & ait, non eſſe infamiam notorio homicidæ & furi, quod ſit fornicatus. Eandem amplexus e Antonius de Corduba in annot. ſuper Sotum 2. quæſt. 2. concluſ. 5. & quæſt. 4. concluſ. ſexta. Si quidem cum iam habeat famã in re grauiori læſa, nullam infamiam patitur, ex criminis minus graui reuelatione. Et quia ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus, non ſolum in eodem genere, ſed etiam in crimine minus graui.

Contraria tamen ſententia, & cõmunis, & vera eſt, quam ſequuntur Adrian. in quodlib. 11. quæſt. 1. difficulta. 1. ſub litera I. & Martin. Nauar. in Manuali, cap. 18. nu. 42. vbi refert etiam S. Thomam 2. 2. quæſt. 72. artic. 1. vt Caietan. ibi, qui tamen nihil dicunt de peccato, aut de reſtitutione in hoc caſu Petrus Nauarrus, libro ſecundo, de reſtitutione cap. quarto, par. ſecunda, dub. octauo, numero 231. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 62. articulo ſecundo, dub. tertio, & Michael Salon ibi controuerſia decimanona.

Qui omnes docent talem diffamatorẽ, & peccare mortaliter, & ad reſtitutionem teneri.

Ratio eſt, quia licet habeat famam læſam in vna ſpecie peccati, circa alia tamen infamatus non eſt, ſed bonum nomen habet, & proinde non minus peccat reuelando aliud peccatum eius occultum, quam ſi reuelaret peccatum occultum hominis cuiuſcunque, qui bonæ opinionis eſt, ergo ſicut peccat contra iuſtitiam, qui peccatum occultum alterius, qui bonæ famæ eſt, reuelat, ita etiam qui peccatum occultum iſtius reuelat; etſi enim laboret infamia furti, aut homicidii: habet tamen bonum nomen, & bonam famam circa delictum adulterii occultum, & conſequenter habet ius ad bonam famam circa adulterium. Vnde infamans eum de occulto adulterio, facit ei iniuriam auferendo ei bonum nomen quoad hoc, & proinde peccat contra iuſtitiam. Deinde ſicut peccata furti, & adulterii ſunt diſtincta; ita etiam, & famæ iſtæ ſunt diſtinctæ, vnde cũ detegatur aliud peccatum eius occultum, quod omnino ignorabatur, infamatur alia noua, & diſtincta infamia, & noua iniuria afficitur. Sicut patet a ſimili, qui enim culpa ſua amiſit partem ſuarum facultatum

non,

on ideo dicitur amiſiſſe ius ad reliquas portiones, uas poſſidet: Nec qui vnam corporis partem ami t, ideo ius amiſit ad reliquas partes corporis retiendas: eodem modo in propoſito, quamuis hic a- uiſit famam quoad vnam ſpeciem peccati, non ta- en quoad alia occulta peccata famam, aut ius ad am retinendam, amiſit.

Et hoc certum eſſe debet in criminib. quæ nul- m inter ſe connexionem habent: vt.n. præfati au- hores docent, ſunt quidam homines ita flagitioſi, eſt tanta coniunctio inter nonnulla crimina, t reuelatio alterius criminis occulti nō ſit ſemper eccatum mortale, nec inducat obligationem re- itutionis. vt v. g. conſtat publice Petrũ violaſſe uellam, non eſt peccatum mort. referre illũ per li- eras amatorias, dona, aut internuncios illam ſolici aſſe: Conſtat ēt Ioannē eſſe nimis addictum ludo, & illi vitio plurimum incumbere, non eſt peccatũ mort. dicere, quod crebro iurat, quod vxorem, & familiam non curat. Sicut nec peccatum mortal. eſt dicere de illo qui publice periurus eſt, quod in die Dominica non audiat Miſſam, etiamſi hæc occulta ſint. Ratio eſt, quia tales homines propter vitæ ſuæ infamiam parum aut nihil læduntur ex tali peccati occulti manifeſtatione: habent enim hæc peccata inter ſeſe adeo magnam connexionē, vt poſſit vnuſquiſque ea per ſe iudicare, aut ſuſpicari etiam nemine dicente. In his tamen ſtandum eſt iudicio prudentum ad intelligendum, an peccata hæc ita ſint affinia, & connexa, vt reuelatio occulti non augeat infamiam. Addit autem Petrus Nauar. vbi ſupra non eſſe peccatum mortale, ſi quis eſſet infamatus de multis eiuſdem ſpeciei criminibus, v.g. de centum furtis, vnum alterum eius furtum occultum reuelare; ēo quod non læditur notabiliter fama eius, quæ iam ſatis læſa eſt, quod verum eſt, dummodo reuelatio iſtius occulti furti nō augeat infamiam præcedentem, tunc enim ſine dubio mortale peccatum eſſet, tale occultum furtum eius manifeſtare.

31 *Hinc* patet falli Paludanum in eo, quod dicit, licere iudici infamatum de vno crimine rogare, an commiſerit alia crimina etiam eiuſdem ſpeciei, niſi ex circunſtantiis vnum eſſet indicium alterius, vt ſi ſit fur famoſus, poteſt de aliis furtis interrogari. Eſt enim tale hoc vitium, vt vix vno ſit contentus furto, qui illius labe eſt infectus. de aliis autem criminibus diuerſæ ſpeciei rogari non poteſt, cum iudex circa crimina alia occulta ius interrogandi non habeat, vt in materia de iudiciis latius oſtenditur.

Sed neque valet eius ratio, falſum enim eſt, vt diximus, infamatũ in vno vitii genere, famam amiſiſſe in vitiis occultis alterius rationis. Et quamuis in criminibus eiuſdem ſpeciei, propoſitio illa vera eſſe poſſit; *Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus*, de criminib. tamen diuerſæ ſpeciei diſtincta eſt longe ratio, & præſumptio: conſtat enim experientia multos eſſe, qui nullo modo attingent bona aliena, aut occident, qui tamen ex fragilitatē naturæ oblata occaſione adulteriũ, aut fornicationē cōmittent. Immo nec de criminib. eiuſdē ſpeciei rationabilis ſemper præſumptio eſt: Non.n. conſequēs eſt, vt qui vnum hominem occidit, alium atq. alium occidat: & licet eſſet aliqua ſuſpicio, & præſumptio, non tamen id ſatis eſt, vt crimen occultum, ſi reuera commiſit, detegatur, vt ex his quæ in ſuperioribus expoſita ſunt, manifeſtum eſſe poteſt.

Soluuntur quædam difficultates circa materiam reſtitutionis famæ.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *An tantæ ſit reſtitutionis obligatio, ut aliquando teneatur homo cum propriæ uitæ periculo famam alteri reſtituere.*

2 *Regulariter ſeu communiter loquendo, non tenetur quis cum uitæ propriæ periculo famam alteri reſtituere, & quare.*

3 *In caſu particulari contingere poteſt, ut teneatur quis alienam famam cum periculo uitæ reſtituere.*

4 *Delinquens non tenetur ſeipſum prodere, ſi uiderit innocentem falſo condemnatum propter crimen, quod ipſe commiſit.*

Caſus, in quo non tenetur, qui alterum falſo accuſauit, ob quod occidendus ſit infamatus, ſic falſo infamatũ cum periculo uitæ liberare. bid, nu. 4.

5 *Duo exempla proponuntur, quibus patet etiam cum periculo uitæ falſo accuſantem, teneri ſe prodere aut retractare mendacium.*

6 *An mulier ſupponens ſibi partum alienum crimen ſuũ reuelare teneatur?*

7 *An liceat unicuique remittere diffamatori reſtitutionem famæ?*

8 *Perſona infamata in duplici differentia eſſe poteſt.*

9 *Infamia publicæ perſonæ duplex, quæ afficit perſonam ipſam ſolum, uel quæ redundat etiam in ſubditos.*

10 *Duę Opiniones diuerſæ proponuntur, quarum prima Caieta. ex falſo fundamento procedit.*

11 *Poſſe remitti reſtitutionem famæ conueniunt authores duplex ſenten. ſed an facta remiſſione infamator tutus remaneat in conſcientia, inter ſe differunt.*

12 *In caſibus quibus eſt licitum amittere famam, licitum eſt reſtitutionem condonare ei, qui me infamauit.*

13 *Quando perſona priuata ex nulla cauſa remittit reſtitutionem ſibi debitam in alijs criminibus ab hæreſi, Sodomia, ſimonia, & ſimilibus remittendo peccat ſolum uenialiter, in his autem prædictis mortaliter contra charitatem ſibi debitam.*

14 *Quando fama perſonæ priuatę eſſet alijs neceſſaria, remittens reſtitutionem peccaret mortaliter.*

15 *Religioſus, uel Monialis remittens ruſtitutionem famæ ſuæ peccat mortaliter, nec liberatur infamator ex condonatione illius.*

16 *Perſona publica, cuius fama redundat in alios, peccat mortal. contra iuſtitiam remittendo reſtitutionem famæ ſuæ, nec ualet remiſſio.*

17 *Item, & Pater familias, cuius fama filijs, & familiæ neceſſaria eſt, peccat mortaliter remittendo reſtitutionem.*

18 *Remiſſio facta a Prælato non liberat infamatorem a reſtitutione famæ, etiamſi peccata non reddant inferiores infames, & ſoluuntur rationes Soti, & utriuſque Nauarri in contrarium:*

19 *An in reſtitutione famæ locum habeat Compenſatio.*

20 *Perſonæ priuatæ, quæ ſe mutuo infamāt, an poſſint ex*

mutuo vtriuſque conſenſu famæ reſtitutionem vtrinque condonare, ſin uero publicæ uel patresfamilias, non item.

20 *Non poteſt infamatus per modum uindictæ infamantẽ in fama lædere.*

21 *Infamatus falſo apud Iudicem aut contra iuris ordinem alterius crimen, quod probare poteſt, ad iuſtam ſui defenſionem reuelare poteſt.*

22 *Si duo ſe mutuo infamarunt æqualiter, & alter eorum non vult famam reſtituere, neque alter ad reſtituendum cogi poteſt.*

23 *Quod per mutuam, & reciprocam infamiam non tollatur damnum illatum, ac proinde non poſſit fieri reſtitutio, non valet ratio Petri Nauarri.*

24 *Si duo ſe mutuo diffamarũt, & alter eorum uelit alteri reſtituere, ut ſibi fiat etiam famæ deperditæ reſtitutio, compenſatio locum non habet.*

25 *Condonatio infamiæ facta petenti generaliter ueniam omnium detractionum de illo, a reſtitutione earum detractionum ſolum excuſat, ad quas intentio detracti extenditur.*

26 *An compenſatio famæ cum bonis fortunæ fieri poſſit?*

27 *Qui rem alienam accipit in compenſationem debiti, nõ incurrit excommunicationem, quæ prolata eſt contra eos, qui rem talem acceperunt.*

28 *An qui alterum infamauit, teneatur ad reſtitutionem, quando infamatio præcedens ſit tã antiquata, ut probabile ſit infamiam illi traditam eſſe obliuioni?*

29 *Contrarias authorũ ſñias ad cõcordiã reducit Author.*

30 *Modus reſtituendi ſecundum Mart. Nauarrum, authori non placet.*

31 *An detrahere mortuis ſit mortale, & reſtitutionẽ inducat? & fuſè explicatur uſque ad nu. 36.*

32 *An peccatum in confeſſione auditum poſt mortem reuelari poſſit.*

33 *Si fama defuncti coniuncta ſit cum fama uiuorum, infamans mortaliter peccat, & ad reſtitutionem obligatur. & in ſeq. 35. 36.*

37 *An audiens diffamationem, & detractionem peccet mortaliter.*

38 *Qui formaliter, & directe detrahentem audit, peccat morta. & tenetur ad reſtitutionem. Et qui delectatur audiendo propter odium eius, cui detrahitur. 39. Qui materialiter, & indirecte quando uenialiter quando mortaliter, quando non animo peccet. 40. & 41.*

42 *Eſt mortale in perſona priuata non reſiſtere detractori, cum poſſit in his caſibus, in nullo tamen eorum ad reſtitutionem tenebitur.*

43 *Perſona publica quando peccat mort. quando uenialiter non impediendo, uel prohibendo detractionem.*

44 *Tenetur ad impediendum cum aliquo ſuo incommodo, non tamen cum aliquo notabili detrimento.*

45 *Tenetur, ne quis ſibi ſubditi famam lædat alius curare, & econtra de fama ſubditi uerſus alium.*

46 *In reſiſtendo detractionib. quomodo redarguendus detractor? & pulchræ de hac re Sanctorum ſententiæ.*

EXplicauimus hactenus ea, quæ in particulari ad quatuor infamandi modos ſpectant, offerunt nunc ſeſe aliæ quædam communiores difficultates explicãdę, ſed ſcitu quoque dignæ, & vtiles, quarum

1 Prima eſt, an tanta ſit reſtitutionis obligatio, vt aliquando teneatur homo cum propriæ vitæ periculo famam alteri reſtituere? In hac re Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. & to. 1. opuſculorum, in opuſculo 17 ſtionum, q. 14. dub. 2. partem negatiuam tene ſtituit, n. hic author tres ordines rerum, in ſupre ordine conſtituit vitam, & bona alia corporalia ſecundo ponit famam, & honorem, in tertio bo pecuniæ, & rei familiaris; vnde infert hanc reg lam vniuerſalem pro omni reſtitutione facien nempe, res inferioris ordinis non eſt reſtituend cum iactura rei ſuperioris, vt pecunia non eſt re tuenda cum detrimento famæ, nec fama cum da no vitæ. Quibus conſequens eſt, nunquam reſti dam eſſe famã cum vitæ periculo, eandem ſnia ſequuntur Martin. Nauar. in Man. c. 16. nu. 44 17. nu. 89. & c. 18. nu. 47. Cordub. lib. 1. qq. q. 31 in ſumma. q. 102. Ioſeph. Angles in flor. lib. 4 q. de reſtitutione famæ concl. 1. & 2. quos refert ſequitur Petrus Nauar. lib. 2. de reſt. cap. 4. p. 2 dub 9. num. 403. & ſequentibus. Gregorius de Val to. 3. diſpu. 5. q. 6. puncto 7. cauſa. 5. §. Immo Sotus Quoniam omnium ratio eſt, quia res inferioris ordinis non eſt reſtituenda cum damno rei ſuperioris ordinis. Afferunt etiam pro ſe cap. officii de pœnit. & remiſſion. vbi cum Innocentio III. ſignificatum eſſet, quandam mulierem in pœnitentia fuiſſe confeſſam, quod timens, ne viri poſſeſſio deuolueretur ad alios, quarundam herbarum ſuccum potauit, & ſic venter eius intumuit, & inde grauidam ſe oſtendens, ſibi partum ſuppoſuit alienũ, timensque, maritum nolebat facinus ipſi detegere, qui prolem crederet ſine dubitatione eſſe ſuam, quæſitumque eſſet a Pontifice, An talis mulier eſſet abſoluenda, ſic reſpondet, *quod ſicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem ſuſcepit, quamuis uiro ſuo timeat confiteri, non eſt pœnitentia deneganda, ita nec mulieri, quæ ſibi partum alienum ſuppoſuit pœnitentia denegari debet, ſed competens ſatisfactio per diſcretũ ſacerdotem debet iniungi.* Si igitur mulier q vel alienum partum ſibi ſuppoſuit, aut ex adulterio filium ſuſcepit, ob quod verus hæres ampliſſimo patrimonio priuatur, non tenetur ſe prodere cum famę aut vitæ periculo, vera erit Caietani doctrina, quod res inferioris ordinis, cum diſpendio rerum altioris ordinis non ſunt reſtituenda.

Alii vt Adria. in 4. de reſti. qõ. 1. §. difficultas, in reſpon. ad quintum. & §. ſed reſtant. & quodlib. 1. art. 3. ad ſecundum. litera C. Ludo. Lopez pa. 1. ſummæ. c. 116. concl. 2. & 3. Marti. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. 4. concl. 4. pag. 244. col. 1. & Sotus lib. 4. de iuſti. q. 6. ar. 3. ad quartum, dub. 3. Ioan. Maior. in 4. diſt. 15. q. 17. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 62. ar. 2. du. 8. & Michael Salon ibidem controuerſia. 16. & qõ. 62. ar. 6. controuerſia. 8. docent licitum eſſe vitam pro reſtitutione famæ exponere, & aliquando etiã ad id teneri. Vt autem ea omnia, quæ authores iſti in hac re tradunt, manifeſta fiant, ſequentes propoſitiones apponam.

2 Prima propoſitio: Regulariter ſeu communiter loquendo, non tenetur quis cum vitæ propriæ periculo famam alteri reſtituere. Hanc propoſitionem probat Caietanus, quia eſt bonum altioris ordinis, quam ſit fama, nullus autem tenetur rem inferioris ordinis reſtituere cum iactura ſuperioris. Ceterum Sotus & alii rectè hanc rõnem Caietani refellunt, quia nonnunquã contingere poteſt, vt pecunia reſtituenda ſit cũ detrimento famæ, vt v. g.

furatus es pecuniā alicuius in magna quantitate, uam tamen ſecreto reſtituere non potes, teneris ma neglecta cā reſtituere. Ratio eſt, quia licet pe-unia res ſit inferioris ordinis, & ſecundū ſe minus ona ſit, quā res ſuperioris ordinis, ſ. quā ſit fama, oteſt tamen res illa inferior in illa quantitate ſu-ni, vt ęquet, immo ſuperet famā, puta, qn̄ pecunia ſſet in magna quātitate, & fama, cuius iactura re-itutio facienda eſt, non tanti eſſet, vt ſecundū prudentiam viri boni deberet cum illa cōparari. Et ſimiliter poteſt fama alterius tot circunſtantijs honeſtari, vt ſecundum rectam prudentiam pluris facienda ſit, quam vita hominis priuati, proinde reſtituenda erit fama cū vitæ alterius periculo, & detrimento. Exemplum eſſe poteſt, quia licet argentum ex ſua natura inferioris ordinis ſit, quam aurum, tanta tamen eſſe poteſt argenti quantitas, vt ęquet, immo excedat auri valorē, vnde ratio hæc Caietani plane ſufficiens eſt, & falſa, vnde Sotus regulam Caietani valde pernicioſam Reipub. eſſe dicit, quā idcirco abſit, vt vllus ſequatur, qui ſuæ ſtudet conſcientiæ conſulere. Ratio igitur, cur regulariter, & vt plurimum non ſit reſtituenda fama cum periculo vitæ, eſt, quia cōmuniter fama non eſt tantū bonū, quantum vita. Ergo ſicut non tenetur quis reſtituere decem cū iactura centū aureorum, ita etiam nec tenetur reſtituere famam cū iactura propria vitæ maxime cū inter famam, & vitā maior ſit diſtantia, ſi cetera ſint paria, quam inter decem, & cētum aureos.

3 Secunda Propoſitio: In caſu particulari contingere poteſt, vt teneatur quis alienam famam cum periculo vitæ reſtituere. Ratio eſt, quia contingere poteſt, vt fama alicuius aut ſimpliciter, aut ex circumſtantia maius bonum ſit, quam vita infamatoris; qui caſus cū contingat, exponenda erit vita, ut fama alteri reſtituatur. varia ſolent afferri exēpla, Primum ſit, ſi quis falsò accuſauit aliū alicuius criminis, ob quod occidetur a iudice, tenetur accuſans etiam cum vitæ ſuæ periculo dictum ſuum reuocare; ſecus autē ſi quis crimen commiſit, ob quod alius falſo condemnatur, tunc.n. ſi delinquens non impoſuit innocenti condemnato crimen, non tenetur ſeipſum prodere. Ex Soto, & Salono vbi ſupra, & Lopez vt v.g. ſi Petrus accuſauit Ioannem de homicidio, quod ipſemet Petrus, vel Andreas commiſit, & propterea Ioannes occidendus eſt, tenetur Petrus, qui accuſauit, famam Ioanni reſtituere cum propriæ vitæ periculo. Et idem dicendum eſt, ſi ob 4 falſum teſtimonium Petri Ioannes occidendus ſit: Ratio eſt, quia tenetur nocens ſubire tantum damnum, quantum intulit alteri, & a quo per ſimile, & æquale damnum poteſt alterum læſum liberare: Ne ergo ex cauſa ſua alter iniuſte occidatur, tenetur Petrus cū morte propria dictum teſtimonium ſuū falſum reuocare, cum iure naturæ potior ſit cōditio innocentis, & iniuriā patiētis, quā iniuſte inferentis. Vnde ipſemet Petrus Nauarrus, acerrimus alioquin Caietani defenſor, vbi ſupra num. 403. expreſſe fatetur, q̃ ſi mea cauſa alter ſit occidendus, & meæ vitæ detrimento poſſum eripere, teneor cū æquali meo dāno reparare. Sin vero accuſetur Andreas a Paulo de homicidio, quod cōmiſit Petrus, non tenebitur Petrus ſeipsū prodere, vt liberet Andreā falsò infamatū cum periculo ſuæ vitæ, quia Petrus non eſt cauſa illius infamiæ, & periculi in quo Andreas exiſtit, ſed ſolus Paulus, qui falsò illū infamauit. Datur tn̄ caſus, in quo nō tenebitur qui falsò alterū accuſauit, ob q̃ occidendus ſit infamatus, falſo ſic infamatum cu propriæ vitæ periculo liberare, vt ſi Petrus falſo infamauit Andreā, & nō obſtante q̃ petrus famā Andreæ reſtituat, per aliū proceſſum, vel per alios teſtes, aut media, Andreas nihilominus maneat in eodē periculo capitis, non tenebitur petrus cū periculo vitæ famam Andreæ reſtituere; quia ideo Petrus tenebatur ei famam reſtituere, vt illum a periculo vitæ liberaret, vnde ſi per reſtitutionem Petri non liberatur, ceſſante fine, ceſſabit etiā & obligatio medii tam ardui & periculoſi, vt recte Salon vbi ſupra annotauit.

5 Aliud exemplum eſſe poteſt in eo, qui illuſtrē familiā de hæreſi, aut de crimine læſæ Maieſtatis mētiendo diffamauit, ita vt niſi mendacium retractet, ille, & tota ſua proſapia, familia, & poſteritas manet infamata, & expoliata multis honoribus, officiis, & dignitatibus, & obnoxia multis dānis, tenetur ille ēt cum periculo vitæ ſuæ mendacium retractare, ſi adhibita oī diligentia non poterit ſine tali periculo famā illam reſtituere. Ratio eſt, quia fama, & dignitas illuſtris familiæ, & quæ non ſolum ad ipſum, ſed etiā ad poſteros pertinet, iudicio prudentum plus valet, quam vita hominis priuati, & humilis, & ideo qui falſo talem familiam infamauit, etiam cum vitæ ſuæ periculo famam illi reſtituere tenetur. Et hoc q̃ diximus, verum eſt, quando hæc infamatio non tranſiuit, ſed tranſit, & propagatur a maiorib. ad poſteros, quia ſi infamia illa & dānu ita tranſiuit, quod iam nec ēt ſi ille cū periculo vitæ reuocet ſuum mendacium, poterit recuperari, non tenetur ſe prodere, aut retractare, ſicut qui iā occidit hoīem, quem in lucem reſtituere nō poteſt, non tenetur ſe prodere, aut mortis periculo ſe exponere, ſic etiam ſi infamia patris iam tranſiuit, ita vt non propagetur in poſteros, non tenetur infamās cum diſcrimine vitæ propriæ reſtituere, vt ſi infamatus ſit mortuus infamia eius non tranſit in filios, non tenetur infamans cum tali periculo ſe retractare. Ratio eſt, quia talis infamia non eſt maius damnum, quam ſit mors alterius hominis, plus.n. valet vita huius, quam ſola fama alterius.

Alterū exemplum aſſignatur, quando quis ſuppoſuit filiu alienū Regi, ex qua falſa ſuppoſitione, verus princeps, & primogenitus regni, tanto bono iniuſte priuatur, tunc.n. tenetur, ſi aliter non poterit falſam illam ſuppoſitionē detegere, ēt cū vitę ſuæ periculo, vt hæreditas, & ſucceſſio regni vero Principi, & eius ſucceſſoribus reſtituatur. Ratio eſt, q̃a iudicio ſapientium maius bonū eſt iuſta, & legitima ſucceſſio regni, quam vita vnuis hominis priuati. Et hæc duo vltima exempla intelligenda ſunt, quando is, qui illam familiam infamauit, vel filiū alienum Regi ſuppoſuit probabiliter ſperat, detecta illa falſitate, & ſuppoſitione ſe profuturū, aliter n. non tenetur, nec debet tanto periculo ſe exponere, cum ceſſante fine, ceſſet obligatio mediorum.

6 Hinc conſtat, quid dicendum ſit ad exemplum de muliere ſupponente ſibi partum alienum, talis enim non tenetur reuelare crimen ſuum, non ob rationem Caietani, & aliorum, ſed quia communiter nō eſt ſpes, quod aliquid proficiet ex tali reuelatio-

ne eo quod non tenetur vir, & filius, quibus id aperiet, ei credere, ſuſpicari enim poſſunt ex odio aliquo, vel paſſione illud reuelare, & cum ſine tam dubio, non tenetur cum famæ, & vitæ periculo ſe exponere.

Et etiam, quia fortaſſis hæreditas non eſt tanta, vt iudicetur tantum bonum, quãtum eſt fama, aut vita matris. Quamuis ſi certo ſciret ſe profuturam, & hæreditas tanta eſſet, vt iudicio prudẽtum eſſet maius bonum, quam ſit fama matris, (quod raro accidit, cum fama Reginæ, & multo magis vita, maius bonũ ſit quam regnum temporale) crimen ſuũ reuelare deberet, & famam exponere, eo quod in hoc caſu finis ſupponitur vt certus, & bonum, quo filius verus iniuſte priuatur, maius cenſetur, quã ſit fama matris. Quæ conditiones oẽs quia rariſſime concurrunt, recte authores cõiter tradunt, non teneri alterum crimen ſuum detegere, non quidẽ ob regulam Caietani, ſed quia minus bonũ, cum iactura boni maioris, & excellentioris non eſt reſtituendum, vt diximus. Sed de hoc capite, & exẽplo hoc, alio in loco latius differendum eſt, hæc interim de hac difficultate, & exemplo allato ſufficiant.

Secunda eſt, an liceat vnicuique remittere diffamatori reſtitutionẽm famæ, quam alteri debet? vt ſi petrus a Paulo infamatus ſit, an poterit remittere, ita vt Paulus maneat tutus in conſcientia, & nõ teneatur ad aliquam aliam reſtitutionem? veluti ſi Paulus deberet pecuniam Petro, & Petrus non donaret Paulo, manſiſſet Paulus deobligatus a debito ſoluendi illam pecuniam; ita dubitatur, an ſimilis condonatio fieri poſſit in reſtitutione famæ. Pro clariori difficultatis huius intelligentia, notandũ eſt, duplicem eſſe poſſe huius quæſtionis ſenſum: Primus eſt, an infamatus licite poſſit ſuæ famæ reſtitutionẽ condonare. Secundus eſt, an ſi infamatus remittat reſtitutionem ſuæ famæ, ſiue licitè, ſiue illicitè, infamans maneat abſolutus a debito reſtituendi famam? Multa enim non bene fiunt, quæ tamen facta tenent; vt qui emiſit votum ſimplex caſtitatis, & ſine diſpẽſatione contrahit, peccat mortaliter, matrimonium tamen tenet, & qui prodigit pecuniam neceſſariam familiæ ſuę, peccat mortaliter, donatio tamen tenet. Et in vtroq. ſenſu erit a nobis præſens quæſtio explicanda.

8 Rurſus aduertendum eſt, famam duobus modis conſiderari poſſe, ſeu potius perſonã, quæ infamatur, in duplici differentia eſſe poſſe, vel enim perſona infamata eſt publica, cuius fama eſt ita aliis neceſſaria, vt non poſſit recte munus ſuũ exercere, ſi ſit infamis, vnde propriam famã habet ſuo officio mancipatã; ex quo fit, vt qua lege tenetur ſuũ officium adminiſtrare, eadem etiã ad famã ſuam obſeruãdam teneatur. Talis perſona eſt Rex, Epiſcopus, Prælatus in ſua religione, ſeu monaſterio, concionator, paterfamilias, & alii, quorum fama neceſſaria eſt aliis. Vel perſona infamata eſt priuata, cuius fama in ipſo ſita eſt, nec eſt aliis neceſſaria, aut vtilis, vt in hominibus priuatis accidit.

9 Præterea ſciendum eſt, infamiã perſonæ publicæ eſſe dubplicem, vnam, quæ tantũ afficit perſonã illam prælati, aut ſuperioris, nec vllo modo redundat in ſubditos, vt cum infamatur de ſuperbia, vel ira, aut fornicatione: Aliam vero, quæ redundat ẽt in ſubditos, ratione cuius ſubditi habentur ſuſpecti de ſimili vitio, vt cum infamatur Prælatus de ſ nia, alii clerici redduntur etiam ſuſpecti de ſ nia, eo quod communiter in hoc vitiũ non inc prælatus, quin etiam in illud ſubditi ſui incide cenſentur. Sicut etiã ſi prælatus, vel Doctores cuius Academiæ, vel Rex infamentur de hær redduntur ſubditi ſtatim ſuſpecti etiam de hær cum ſubditi cõiter amplectantur doctrinam, & nionem ſuorũ prælatorum, diſcipuli ſuorũ ma ſtrorũ, & populus ſui principis, iuxta illud, Re ad exemplum totus cõponitur orbis. & Prouer. *Regnantibus nuptiis ruina hominũ.* & c. 29. *Princ qui libenter uerba audit mendacij, omnes miniſtros ha bet impios.* Similiter infamia perſonæ priuatæ, aut ipſi tantũ nocet, & nulli alteri, aut nocet non ſolũ ipſi, ſed etiam filiis, & familiæ, vel aliis, quia illius mores mutabuntur.

Demum peccata, quibus aliquis etiam priuatus infamatur, aut ſunt cõia (& talia, quæ non grauiter infamant,) vt de viro plebeio dicere, quod fornicatus ſit, vel multum iurans, aut furatus ſit, & de mercatore dicere, eſſe auarum & parum ſolicitum eſſe ſuæ conſcientiæ in ſuis contractib. aut grauia ſunt & grauiſſimè infamant, aut rõne delicti, vt hęreſis, blaſphemia, vitiũ nefandũ, aut rõne perſonæ, vt qui mulierẽ honeſtiſſimã diceret fornicatã, aut virum nobilem, & bonum commiſiſſe periurium, his ita ſuppoſitis in hac difficultate variæ ſunt ſententiæ.

10 Prima eſt Ioannis Maioris in 4. diſtin. 15. quæſt. 16. & Caietani in Summa verb. detractio. & in 2. 2. q. 73. art. 2. qui ex eo fundamento, quo putant hominem non eſſe dominũ ſuæ famæ, conſequenter docent, nec infamatũ remittere poſſe reſtitutionẽ ſuæ famæ, ſiue perſona publica ſit, ſiue priuata, & ſi remittat, non liberari ex hoc infamatorem in conſcientia, ſed ſemper teneri ad reſtitutionem, ſicut qui accepit rem alienam ab eo, qui non eſt vere dominus.

Ceterum ſñia hæc ex falſo fundamento procedit, vt latius tradi ſolet in materia de dominio, vbi cõiter authores tradunt, hominẽ eſſe dominum famæ ſuæ, ſicut & aliorũ bonorum tẽporalium. Sicut. n. homo dominus eſt bonorum temporalium eo quod ab homine acquiruntur, ita ẽt, & famę, quę ab ipſo acquiritur, & augetur. Vnde ẽt conſequens eſt, quod ſicut lege charitatis, & non iuſtitiæ, tenetur homo bona temporalia conceſſa in vitæ cõmodum conſeruare, quæ ſi irrationabiliter, prodigeq; effundat, peccat nonnunquam ẽt mortaliter in charitatem, quã ſibiipſi debet. non autem in iuſtitiam, quæ eſt ad alterum, & non ad ſeipſum, ita ẽt poteſt quis negligendo propriam famã peccare mortaliter, eo modo quo prodigens bona temporalia peccat mortaliter, & forte magis, quia nobilior eſt fama diuitiis, & proinde maiori cura cuſtodienda.

11 Secunda eſt dicentium, poſſe remitti reſtitutionem famæ, ſic Anton. par. 2. tit. 2. ca. 1. §. 3. Adrian. in 4. de reſtitutione famæ, quæſt. vltima, & quodli. 11. articulo primo, difficult. 3. litera. M. Sotus lib. quarto, de iuſtitia. quæſt. 6. art. 3. ad quartum, & lib. d. quæſt. 10. art. 2. & relect. de tegendo ſecreto, memb. 1. quæſt. 3. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. ar. 3. poſt dubium quartum principale. pag. 245. & pag. 246. Martinus Nauarrus, in Manuali, cap. 18

nu.

.27.& clarius nu.46.Ioſeph Angles in Floribus ſent.in materia de reſti.famæ.dub.3.difficul .2. Dominicus Bannes 2.2.q.33.art.8.dub.2.ad ſeximum.Petrus de Aragon in 2.2.quæſt.62.ar.2. n reſponſione ad ſecundum.dub.5.& ibidem Michael Salon controuerſia 23.& Greg.de Valen.to. diſpu.5.quæſt.6 puncto 5.de reſtitutione famæ, ſſertione 4.qui omnes concedunt,diffamatum remittere poſſe famæ ſuæ reſtitutionem, & colligitur ſatis euidenter ex Sancto Thoma 2.2.quæſt. 4.art.5.ad tertium,vbi ait;quod homo conſtituitur ſuiipſius dominus per liberum arbitriũ,& ideo licite põt homo de ſeipſo diſponere quantum ad a,quæ pertinent ad hanc vitam,quæ hominis libero arbitrio regitur; ſed tranſitus de hac vita ad aliam feliciorem non ſubiacet libero arbitrio hominis,ſed poteſtati diuinæ. Vnde cum fama in numero eorum bonorum ſit, quæ ad hanc vitam pertinent,ſicut & bona fortunæ, de ea diſponere,eamque remittere poteſt,& clarius.2.2.q.93.art.4.ad primum ait;vergat in periculum aliorum.

Quod ſui arbitrij eſt,detrimētũ ſuæ famæ pati,niſi hoc.

Differunt tamen inter ſe;an facta remiſſione,tutus in conſcientia ſit infamator, & quidem Sotus, Ledeſm.& alij ferè omnes docent, quod ſi priuata perſona remittat,peccat immo aliquando laudabilis eſt talis remiſſio,& efficax ſemper,vt proinde tutus maneat infamator; ſin autem perſona ſit publica,tunc exiſtimant perſonam remittentem peccare,eo quod prælatus, & perſona publica tenetur ex ratione ſui officij,eam conſeruare,vt munus ſuum bene exequi poſſit,tenet tamē remiſſio,& infamator liber manet a debito reſtituendi,quia eſt dominus ſuæ famæ,& fama eſt proprium bonum prælati,& non ſubditorum; ſufficit autem ad hoc vt cōdonatio valeat,& condonatio fiat ab eo,ſ.a prælato,ad quem fama principaliter pertinet. Sicut ſi diues,cuius bona erant neceſſaria familiæ,aut pauperibus,remittat furi pecuniam raptam, peccat mortaliter,quia nocet pauperibus,& familiæ ſuæ, cui prouidere tenetur,fur tamen liber manet a reſtitutione, cum verus dominus debitum illi remiſerit ſimile exemplum fere afferunt vterque Nauarrus vbi ſupra,ſi enim caſus eēt, vt proximus fame periret,niſi ei cibum,& triticum darem, aut venderē; & tamen ego alteri non extreme indigenti darem vel combuſtorem tritici abſoluerem, tūc quamuis pecco mortaliter expendendo triticum illud inutiliter,vel condonando combuſtionem,quod proximo extreme indigenti tribuendum eſſet, quia tũ meũ eſt,valet,vel donatio,vel remiſſio facta illi,q cōbuſſit. Alij verò vt Petrus de Arragō, & Michael Salon,quibus ex parte fauent Petrus Nauar. vbi ſupra nu.392.& etiam Martin.Nau.ca.18.nu.28. docent,talē remiſſionē non eſſe efficacem,vt aũt res hæc clarior reddatur,& authores inter ſe cōcordari poſſint,ſequentes propoſitiones apponam.

12 Prima Propoſitio; In caſibus,in quibus eſt licitum amittere famam puta quando ex cauſa rationabili quis ſeipſum infamat, vt cum peccatum ſuũ confeſſori manifeſtat,aut ſi extra confeſſionē detegat Theologo,aduocato, Medico, aut amico, vt conſilium capiat,aut ſi ad maiorem ſui humilitatem,et proximorũ ædificationem faciat,vt S. Auguſtinus,qui in ſuis confeſſionib. peccata ſua ſcripta reliquit,et Anſelmus,qui amiſſam virginitatē deplorat licitum eſt,& laude dignum reſtitutionē condonare ei,qui me infamauit. Si enim mihi licitum eſt famā propriam,quam habeo iuſtis de cauſis velle perdere,aut negligere, multo magis licebit amiſſam, quam non habeo, & ſi mihi debitam nollē recuperare,vbi autem veniale eſt famā prodigere,etiam videtur veniale reſtitutionem cōdonare. Sicut enim veniale eſt bona fortunæ prodigere, non enim prodigalitas ſemper mortale peccatum eſt,ex S.Thoma 2.2.q.119.Nau.in Man.cap. 18.nu.28.)ita etiam & famam ſine cauſa prodigere,veniale peccatum erit,& aliquando mortale,& & hoc certum eſt.

13 Secunda Propoſitio; quando perſona priuata, cuius fama nulli neceſſaria eſt,ex nulla cauſa remittit reſtitutionem famæ ſibi debitam in alijs criminibus ab hæreſi,Sodomia, Simonia, & ſimilibus aut ſi ſit nobilis,in remiſſione periurij, remittendo peccet ſolum venialiter, remittendo autem in hæreſi, Sodomia, Simonia,aut periurio, peccat mortaliter contra charitatem ſibiipſi debitam; valet tamen remiſſio,& infamator liber manet, & tutus in conſcientia a debito reſtituendi. Ratio prioris partis eſt, quia prodigalitas ex ſuo genere non eſt peccatũ mortale,ſed veniale tātũ,ex S.Th. vbi ſupra,& redditur mortale, quando ex tali prodigalitate infert homo ſibi notabile damnũ. Ergo cum fama ſit bonum quoddam temporale, illā ꝓdigere ſine cauſa in criminibus,quæ non grauiter infamant,erit tantum veniale, & ſolũ mortale erit eā prodigere in peccatis,quæ grauiter infamāt, & conſequenter remittens reſtitutionē eius, venialiter,aut mortaliter peccat iuxta damnum exinde illatum. Secunda pars patet, qa cũ vnuſquiſq; dominus ſit famæ,non minus ac bonorũ aliorum tēporalium,ſicut remiſſio pecuniæ,liberum reddit debitorē a reſtitutione,ita etiam, & remiſſio infamiæ infamatorem liberum reddit. Quæ aũt ſit iuſta cā remittendi,ita vt nullum omnino peccatum ſit remittere,partim conſtat ex dictis,& partim relinqtur arbitrio prudentis,habita ratione temporis,loci,perſonarũ &c.vt v.g.iuſta cauſa eſt,ſi ex tali remiſſione ſequitur pax,& quies Reipub.vel loci,in quo degunt; Item ſi infamator offerat infamato habenti filiam nubilem ducere illam, aut dare ei dotem,qua honeſtè nubere poſſit. Item ſi infamato pauperi pecuniā offerat qua debita ſua ſoluere, aut vitam,& familiam ſuſtentare poſſit; Item ſi vir illuſtris talem remiſſionem poſtulet, cui placere infamato plurimum conferre poteſt.

14 Dixi etiam, quando fama perſonæ priuatæ nō ſit alteri neceſſaria; quia ſi fama eius eſſet alijs neceſſaria,vt ſi alij exemplo ſuo facile inciderent in peccatum,vt v.g.ſi vir grauis,& magnæ auctoritatis notaretur de adulterio,ex quo puſilli ac vicini inducentur ad peccandum, remittens reſtitutionē,peccaret mortaliter cōtra charitatem, ob ſcandalum actiuum proximis datũ,& infamator nihilominus teneretur ad reſtitutionē ſuæ famæ, q̃uis non ex iuſtitia,ex charitate tamen,eo quod non reſtituendo permanet ſcandalum,cuius ipſe etiā cauſa eſt,quod ſcandalũ peccatum mortale eſt,contra charitatem. In quo ſenſu S.Aug.ait,contemnentes famam ſuam eſſe crudeles,vt refertur in can. Non

ſunt audiendi. 11.q.3. vbi loquitur de quibuſdam mulieribus honeſtis, quæ famam propriam contẽnentes ex imprudenti humilitate, puellis vicinis cauſam prębebant non curandi ſuam honeſtatem, nec cuſtodiendi ſuam pudicitiam, eratq; talis contemptus ſcandalum puſillorũ. Et a fortiori peccat mortaliter cõtra charitatẽ remittendo reſtitutionẽ famæ ſuæ, quando fama ſua ſibi neceſſaria eſt, aut maxime vtilis, vt abſtineat a peccato, & qua amiſſa facile laberetur: quandoquidem nõ minus, immo multo magis tenetur curare ſuam propriã ſalutem quã proximorũ; in quo etiã caſu, non obſtante tali remiſſione, tenebitur infamator ex charitate ad illam reſtituendam, ſi hoc ita eſſe intelligat, vt.n. notat S. Th. in 2.2.q.33.ar.7. in corp. *multi p timore infamiæ a peccato retrahuntur, unde quando ſe* 15 *infamatos conſpiciunt, irrefrænate peccant*. Sic etiam Religioſus, vel Monialis remittens reſtitutionem famæ ſuæ peccat mortaliter ſaltem cõtra charitatem, cũ fama ſua bona non ſibi ſolũ, ſed etiã religioni, ac Monaſterio vtilis, & neceſſaria ſit, ſicut etiã infamia eius in aliorum damnum, & infamiã redũdat, nec liberatur infamator ex condonatione illius. Dixi ſaltem contra charitatem, quia cũ fama religioſi non ſolum ſua ſit, ſed etiã religionis, ita ẽt & infamia, exiſtimo contra iuſtitiã eſſe, aut ſe infamare, aut famæ ſuæ reſtitutionem condonare. Sicut.n. videmus honorem religioſo exhiberi nõ tã ratione perſonæ, quã habitus, & dignitatis; ita iniuria magis fit religioni, & habitui, quã ipſi, vt quædã perſona particularis eſt; vnde non putarem in hac ſpecie valere remiſſionem monachi infamati, ſed non obſtante remiſſione tenetur infamator ſe retractare lege iuſtitiæ. Cuius rei argumentum eſſe poteſt, quod etiamſi religioſus nollet remittere, ſolius Prælati vel Monaſterij remiſſio ſufficeret, cui conuenit actio, vt notat Petrus Nauarrus lib.2.d reſtitu.cap.4.parte 3.dub.7.nu.392 Et idẽ eſt, ſi quis infamaret aliquem de hæreſi, vel alio ſimili crimine, ex quo filij alioqui nobiles, habiles ad officia, & exempti a tributis, manerẽt infames, & omnino damnificati, tunc enim ſola partis remiſſio infamatum a reſtitutione non liberaret, vt idem Nauarrus vbi ſupra teſtatur, & fauet Ioſeph Angles in 4.ſen. in floribus in materia de reſtitutione famæ, dub.3. difficul.2.

16 Tertia Propoſitio, Perſona publica, cuius fama redundat in alios, & vtilis & neceſſaria eſt, vt officium ſuum exerceat, volens permanere in officio ſuo, peccat mortaliter contra iuſtitiam remittẽdo reſtitutionẽ famæ ſuæ, nec valet remiſſio, ſed manet ſemper infamator deuinctus ad illam reſtituendam, etiamſi peccata non reddant ſubditos, & inferiores ſuſpectos & infames, vt in hæreſi, & ſimonia, ſed ſolum ſuperiorem, vt ſi prælatus de ſuperbia, ira, fornicatione, & alijs huiuſmodi peccatis infametur, in quibus ſubditi non participant.

Quod autem peccat contra iuſtitiam ſic remittendo, concedunt omnes cum Soto in ſecunda ſententia citati, & patet, quia prælatus ex iuſtitia ſub pœna peccati mortalis ad ea omnia tenetur, quæ ad debitam officij ſui executionem, & gubernationem ſunt neceſſaria. At inter reliqua fama maxime neceſſaria eſt ſuperiori ad debitam gubernationem. Ergo eam remittens peccat contra iuſtitiã, dũmodo in officio ſuo permanere velit. Q aũt remiſſio facta a ſolo prælato non liberet inf matorem a reſtitutione famæ, etiamſi peccata reddant inferiores infames, ſed ſolum ſuperio probant Petrus Arragon, & Mich. Salon vbi contra Sotum, quia ſubdit, habent ius ad ſup rem, vt ab eo recte gubernentur, & vt recte m ſuum exerceat. Ergo etiam, & ad omnia, quæ ne ſaria ſunt ad debitã muneris ſui gubernatione Cum igitur fama maxime vtilis, & neceſſaria ſit Prælatus, & perſona publica bene munus ſuũ ex ceat, conſequenter ſubditi habent ius in fama il iuri autem ſubditorum ſuperior cedere non po & ſi cedat, nihil facit.

Quamuis igitur fama ſuperioris non ita ſemp pertinet ad ſubditos, vt eo infamato, & ipſi eti infamẽtur (in quo caſu Sotus etiam concedit no valere ſolius Prælati remiſſionem) quia tamen ſe per neceſſaria eſt ſubditis, vt ab eo bene guberne tur, ad quod prælatus ex iuſtitia obligatur, ideo ſola remiſſio Prælati non liberat infamatorem a re ſtitutione, ſed requiritur præterea, vt ſubditorum iuri ſatisfaciat. Immo vero cum Sotus concedat, q prælatus, quamdiu prælatus eſt, peccat contra iu ſtitiam negligendo famam ſuam quia habet illam officio mancipatam, & iuſtitia non ad ſeipſum ſit, ſed ad alterum, ergo concedere debet, quod famæ eius non eſt ipſius tantum, ſed ſubditorum quoque & eis mancipata; At vero quando aliquid eſt plurium, remiſſio facta ab vno ſolo, alijs non conſentientibus, inualida, & inefficax eſt. Et proinde ſola remiſſio prælati non liberat infamatorem a debito reſtituendi. Dixi ſi prælatus remanere velit in officio, quia ſi in officio ſuo remanere velit, iam eſt p ſona priuata, & vt talis iudicanda, & ideo famæ ſuæ reſtitutionem remittere poteſt.

17 Eodem modo paterfamilias, cuius fama filijs & familiæ neceſſaria eſt, peccat mortaliter contra iuſtitiam remittendo illius reſtitutionem, nec valet remiſſio, quia fama non eſt ſua tantum, ſed etiã filiorũ, & familiæ, & proinde licet cedere poſſit iuri ſuo, non tamen iuri filiorum, & familiæ, vt docet Michael Salon vbi ſupra concl. 5. controu. 20. Hoc tamen meo iudicio recte limitat Petrus Nau. li. 2. de reſt. c.4. p.3. dub.7. nu.393. quod ſolum verum ſit, quando fama remote, & mediate infamatis filijs, non prouenit ex immediate infamato remittẽte, ſcilicet, patre, ſed aliunde ex rebus a ſe geſtis, vel ſucceſſione maiorum ſuorum.

Si enim proueniret ab illo, id eſt, a patre, per quem ſolum filij bonam famam habent, & in opinione hominum ſunt, tunc patre remittẽte valida eſt remiſſio, & infamator reſtituere nõ tenetur, vt late docet, & probat Corduba memb.4. de ſigillo. q.3 concl.14. du.1 Ratio eſt, quia licet filij in hoc caſu infamentur, cum tamen fama, quã habent, vel habituri erant, a ſolo patre habebant, ſolus pater dominus eſt, & perfectam famæ ſuæ poſſeſſionem habet, ac proinde remiſſio a patre facta valet. Quando vero filij infamantur, perduntq; famam quam aliunde quam ex patre habebant, aut habituri erant, iam ipſi domini ſunt, iuſque perfectum habent, cui ſola patris ceſſio, & remiſſio derogare non poteſt.

18 Hinc patet ſolutio ad exempla Soti, & vtriuſq;

Nauarri, quatenus vltimam huius propoſitionis tertiæ partem infirmare videntur.

Reſpondetur enim maximam eſſe differentiã inter eorum exempla, & caſum noſtrum; Primo, quia diues non debet pecunias, aut ſegetes ſuas pauperibus ex iuſtitia, ſed ex charitate tantũ, & eleemoſina; at vero fama prælati debita eſt ſubditis ex iuſtitia ratione ſui officij.

Secunda, bona parentũ debita ſunt filijs ex pietate quidem naturali, non tamen ex iuſtitia, vnde pater eſt totalis dominus ſuorum bonorum, ita vt ſi filius ea patre inuito acciperet, extra caſum neceſſitatis extremæ furtũ cõmitteret, quo fit, vt licet pater peccaret ea prodigens, quod neceſſaria ſunt filijs, remiſſio tamen eſt efficax, & liberũ redderet accipientem a reſtitutione; fama vero prælati non eſt ſua tantũ, nec eius totalis eſt dominus, ſed partialis tantũ, ſubditis, & officio ſuo mancipata, vt bene eos gubernet, ideoque nec eius reſtitutionẽ valide remittere poteſt, ſed non obſtante remiſſione illius, infamator ad eius reſtitutionẽ manet ex iuſtitia obligatus, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Tertia eſt, An in reſtitutione famæ locum habeat compenſatio? vt v.g. ſi quis infamauit Petrum de furto, & Petrus diffamauit ſuum detractorẽ de adulterio, ita tamen quod infamiæ ſint æquales, an poſſit tunc vna infamia pro alia cõpenſari, ita vt ambo ſint in conſcientia deobligati, vel adhuc teneantur ad aliquam reſtitutionẽ? Duæ ſunt de hac re Doctorum ſententiæ.

Prima eſt negantium dari in hac re compenſationẽ, ſic Ioan. Maior. in 4. diſtin. 15. q. 16. Caie. in 2.2. q. 62. arti. 2. in fine ſolutionis dubij primi. Vbi dat hoc exemplum, ſi Petrus, inquit, accuſat Paulũ alicuius criminis, veri quidẽ, ſed occulti, quod nõ poteſt probare, & Paulus negat, dicens Petrum eſſe falſarium, vel aliquid huiuſmodi, propter quod ambo manent infamari, dicit Caietanus, quod hi ambo tenentur ſibi inuicẽ reſtituere famã, & eſto diffamationes ſint æquales, non poterunt tacere, ſed debent mutuo reſtituere. Sic ẽt Martin. Naua. in Manuali, c. 68. nu. 47. & Pet. Nau. lib. 2. de reſti. c. 4. p. 3. dub. 8. nu. 396. & ſequentibus, & Grego. de Valentia to. 3. diſpu. 5. quæſt. 6. puncto. 5. aſſertione quinta, & citant pro ſe Panormitanum in c. Bona fides, de Depoſitio, vbi tamen Panormitanus nihil dicit de compenſatione famæ.

Ratio eſt, quia per reciprocam infamiã non tollitur damnum illatum, ex eo enim quod vnus aliũ infamat de adulterio, & iſte illum de furto, nõ tribuitur aliquid alteri, aut reſtituitur fama alicuius eorum; Ergo tenebitur vnuſquiſque famam alteri reſtituere, vt ſit mutua iuſtitia, & æqualitas, maxime cũ vtriuſque infamatio fere ſemper ſit de alterius ſpeciei vitio.

Secunda eſt affirmantium in reſtitutione famæ cadere compenſationem. Sic Adrian. in 4. in quæſ. vl. de reſtitutione famæ. Sotus lib. 4. de iuſtit. quæſtio. 6. articul. 3. ad quartum, in fine. Martin. Ledeſ. 2.4. quæſtion. 18. articulo. 2. dub. 5. par. 244. col. 2. Anton. de Corduba in tract. de d. tract. q. 3. concl. 14. Ioſeph. Angles in 4. de reſtitu. famæ dub. 3. Petrus de Arragon. 2.2. q. 62. ar. in reſponſ. ad ſecundum, dub. 9. & Michael Salon 2.2. q. 62. art. 2. controuerſia. 23. in fine.

Ratio eſt, quia fama compenſari poteſt per pecuniam, & ita ſicut in nummis, ita etiam in fama locũ habet huiuſmodi cambium, ſeu compenſatio. Non enim eſt maior ratio, quare in omnibus alijs rebus admittatur cõpenſatio, quam in reſtitutione famæ. Vnde cum in damnis bonorum fortunæ detur iſta compenſatio deobligans a vinculo reſtitutionis, ſic etiam infamæ detractione, & eius reſtitutione. Vt autẽ veritas declaretur, & authores inter ſe conciliari poſſint, in præſenti quæſtione hęc mihi videntur probabiliter dicenda.

20 Primum eſt, ſi perſonæ priuatæ ſint, quæ ſe mutuo infamarunt, poſſunt ex mutuo vtriuſque conſenſu famæ reſtitutionẽ vtrinque condonare. Sic expreſſe Sotus, & Grego. de Valentia, vbi ſupra, & patet ex dictis, vnuſquiſque. n. dominus eſt famæ ſuæ, & ideo vnuſquiſque eorum cedere poteſt iuri ſuo, & res certa eſt.

Secundum eſt, ſi ſint perſonæ publicę, vel patres familias, quorum fama alijs neceſſaria, & mancipata eſt, non poſſunt ſibi inuicem famæ ſuæ reſtitutionem condonare: patet ex dictis, quia licet iſti cedere poſſint iuri ſuo, non tamen iuri aliorum, quorum eſt etiam fama ipſorum.

Tertium eſt, Non poteſt infamatus per modum vindictæ infamantem in fama lædere. Vt v.g. infamauit Petrus Paulum de adulterio, non licet Paulo occultum furtum Petri reuelare. Vnde crimen occultum infamantis me in iudicio, quod iuridice probari non poteſt, obijcere licite non poſſum accuſatori, aut teſti iniquo.

Ratio eſt, quia non licet malum pro malo reddere, nec vindictam pro vindicta, vel iniuriam pro iniuria. Et quia talis reuelatio criminis occulti eſt inutilis infamato, cũ illud probare nequeat, & ꝓpterea iniurioſa eſt infamanti, quandoquidem alter ius habeat ad famam ſuam, quamdiu occultum eſt crimen ſuum, quale eſt illud, quod in iudicio probari non poteſt.

21 Quartum eſt, Infamatus falſo apud iudicem, aut contra iuris ordinẽ alterius crimen, quod probare põt, ad iuſtã ſui defenſionem licite reuelare poteſt, vt v.g. Petrus accuſatur de homicidio, aut contra iuris ordinem a Paulo, ob quam accuſationẽ Petrꝰ in periculo vitæ conſtituitur, aut ſubiturus ſit aliquod aliud dãnũ & ſcit Paulũ, qui eũ accuſauit, aut Ioannẽ, qui teſtimoniũ contra ſe dixit; aliquod crimen cõmiſiſſe, ꝙ ipſemet Petrus probare põt, quo obiecto, & probato dictũ, aut teſtimoniũ eius nullam vim habebit, & ſi taceat Petrus incurrit periculũ vitæ aut aliud dãnũ; ſin aũt obijciat illi tale crimen liberabitur Petrus, in hoc caſu Petrus Paulũ licite infamare poteſt ad iuſtam, & neceſſariam ſui defenſionem. Sic Sotus, & Salon vbi ſupra.

Ratio eſt, quia ſicut ſe habet vita mea ad vitam proximi, ita, & fama mea ad famam illius. Ergo ſicut volentis me occidere poſſum ego vim vi repellere, & occidere illum cum moderamine inculpatæ tutelæ, ita etiam me infamantem in iudicio poſſum ego infamare in iudicio de crimine, quod de illo iuridice probare poſſum, & quo probato me tuebor, hoc. n. eſt, vim vi repellere, maxime cũ is, qui crimen commiſit, quod in iudicio probari poteſt, non habeat ius in ſuam famã in iudicio ex iuſtitia, & ex altera parte ego vti poſſum iure meo ad iuſtam mei defenſionem,intendens ſolum conſeruare,& defendere famam meam.

22 Quintum eſt,ſi duo ſe infamarunt mutuo æqualiter,& alter eorum non vult famam reſtituere,neque alter ad famam ſuam illi reſtituendã cogi poteſt.Ratio eſt,quia fama eſt bonum temporale,& iura iſtorum ſunt paria;In temporalib.autem vbi iura ſunt paria,ſi Petrus non vult ſeruare mihi ius meum,nec ego teneor ſeruare illi ius ſuum. Vnde quando duo ſe æqualiter diffamauerunt,etſi dare debent operam, vt reſtituant ſibi mutuo illas famas,quia hoc eſt melius; ſi tamen vnus eorum illã reſtituere nollet,alter non reſtituendo non peccat ratione iniuriæ, quia æqualiter ſunt ſibi inuicem debitores,& proinde abſoluendi ſunt,niſi ex charitate ad aliquid teneantur.

Dixi alterum in hoc caſu non teneri ad reſtituẽdam famam alteri de iuſtitia,ratione iniuriæ,eo q; tantum nocumentum intulit Petrus Paulo, quantum Paulus Petro,quia ratione charitatis tenebitur,quis ad reſtituendam alteri famam, nẽpe quando alter eſt in neceſſitate ſuæ famæ,vt v.g.ſi Petrus infamauit Paulum,& Paulus æqualiter infamauit Petrum, etiamſi Petrus nollet famam ſuam Paulo reſtituere, & conſequenter neq; Paulus ex iuſtitia Petro famam ſuam reſtituere tenetur:ſi tamen Petrus eſſet in neceſſitate,quia.ſ.manet infamatus,& non eſt, qui illum defendat ab illa infamia præter Paulum,qui facile eum defendere poterit ſine notabili ſuo detrimento, tenebitur in hoc euentu Paulus Petri famam defendere ex charitate;ſicut.n.q̃libet tenetur ex charitate ſuccurrere patienti neceſſitatẽ,ſi poteſt ſine ſuo notabili detrimento,ẽtſi illum non diffamaſſet:ita etiam a fortiori tenebitur ille,qui diffamauit ex eadem charitate famam alteri reſtituere. Et in hoc ſenſu vera eſt prima ſñia hoc tamen proprie non eſt reſtitutio,quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ,& hoc eſt actꝰ charitatis. Hinc ſequitur,quod ſi Petrus ſit infamatus ab aliquo de crimine falſo,vel occulto,& Paulus poſſet ſua aſſertione,vnico vel paucis verbis ſine ſuo damno famã Petri recuperare,tenebitur Paulꝰ ex p̃cepto charitatis,ſub pœna peccati mortalis illam recuperare: Ratio eſt,quia Petrus eſt in grandi neceſſitate. Si ergo ille,qui non diffamauit,tenetur ex charitate defendere famam Petri,& dare operam, vt Petrus famam ſuam recuperet,multo magis ex eodem pręcepto charitatis tenebitur Paulus Petro ſuccurrere in hac neceſſitate,vt conſtat.

23 Nec valet ratio Petri Nauarri contra hoc dictũ ſcilicet,quod per mutuam, & reciprocam infamiã non tollitur dãnum illatum,aut aliquid alteri redditur id, quod neceſſariũ videtur in reſtitutione. Reſpondetur enim non eſſe de ratione reſtitutionis,vt vel tollatur dãnum illatum,aut aliquid alteri reale reddatur,vt patet in re familiari, quando duo ſe mutuo damnificauerunt,vt quia vnus ſegetes alterius,& alter illius combuſſit, vbi ipſomet Nauarro concedẽte,locum habet compenſatio,& tamen vere non tollitur damnum illatum,per hoc quod alter alteriꝰ ſegetes cõbuſſit, nec aliquid reale,aut vtile apud alterum manſit. Vnde ſicut ibi locum habet compenſatio,eo quod vterq; æquale damnum alteri intulit, ita etiam in caſu noſtro, eo quod ſe mutuo æqualiter diffamauerunt, infamia vnius reputatur pro compenſatione faciend alteri in ęquali iniuria,& infamia,& reciproca in famia,virtualis quædam compenſatio,& reſtit tio eſt,prout in ſimili Innocentius Papa III.vt h betur in c.Tua fraternitas. de adulterij crimin tuit,dicens,*paria crimina,mutua compenſatione* *ri.* Hoc eſt,adulteria coniugũ, mutua cõpẽſati tollunt.Sicut ergo non põt maritus cõſortium cohabitationem vxoris declinare propter adul rium,ſi & ipſe fuit adulteratus; ita etiam nec q alterum diffamauit.famam ſibi reſtituere tenetu ſi alter famam ſuam reſtituere recuſat.

24 Sextum eſt,ſi duo ſe mutuo diffamauerunt,& alter eorum velit alteri famã reſtituere, vt ſibi fi etiam reſtitutio famæ deperditæ, compenſatio locum non habebit,ſed alter in conſcientia famam alteri reſtituere tenetur,vt v.g ſi qs falſo dixit mulierem aliquam honeſtam adulterium commiſiſſe, quæ affecta iniuria illa,de illo dixit eſſe latronem, vultq; mulier famam,quam abſtulit,reſtituere,dicendo ſe mendacium de illo dixiſſe:etiam ille,qui illam adulterium falsò commiſiſſe aſſeruit,famã, quam abſtulit, mulieri reſtituere tenetur,aſſerẽdo ſe falſo tantum ſcelus mulieri honeſtæ impoſuiſſe. Id quod patet a ſimili;Qui enim equum tulit alienum,quem adhuc reſtituere poteſt, non ſatisfacit dando pretium illius,ſi Dominus equum ſuum velit,& non pretium,pari igitur modo de recompenſatione famæ dicendum eſt.

Quod ſi in iſta mutua infamatione ſit inæqualitas,poteſt ex conſenſu partis primum fieri compẽſatio famæ,& deinde exceſſus ille in pecunia compenſari poteſt.

25 Septimum eſt,Condonatio infamię facta petenti generaliter veniam omnium detractionum de illo,a reſtitutione earum detractionum ſolum excuſat,ad quas veriſimilis intẽtio detracti extenditur, ex Nau.in Man.c.18.nu.47.& Pet. Naua.lib.2.de reſti.c.4.p.3.dubium 7.in fine.id quod arbitrio boni viri relinquendum eſt. Qui ambo recte docent, Martinus Nau.vbi ſupra,& Petrus in dubio.8.in fine,quod infamatus ab aliquo,quamuis familiariter cõuerſando cum infamatore, eo ipſo iniuriam remittere videatur,vere tamen non remittit reſtitutionẽ, ſicut nec alia debita creditor ob familiaritatem cum debitore ſuo remittere cenſetur. Et idem dicendum eſſe putarem de contumelia. Dehoneſtati verbis grauibus,& iniurioſis Petrũ,cras tecum loquitur,& conuerſatur,vel ſua virtute,vel quia te indiget,non es a reſtitutione honoris ablati excuſatus,ſed ad honoris reſtitutionem teneris,vel petendo veniam,vel exhibendo ei reuerentiam,vt latius infra dicemus,vt expreſſe Pet.Nau.loco proxime citato,& eodem ca.4.p.1.dub.6 nu.93.teſtatur. Et hactenus de compenſatione, & reſtitutione mutuo ſe infamantium.

26 Quarta eſt,An compenſatio famæ cum bonis fortunæ fieri poſſit?vt v.g.ſi Petrus debeat Paulo centum aureos,vel furatus eſt centũ aureos a Paulo,Paulus vero iniuſte famam Petri abſtulit,quam Petro reſtituere non vult,quæ fama arbitrio boni ac prudentis viri valet etiam centum aureos,an Petrus pecuniam illam in ſuæ famæ recompenſationem retinere poterit?

Reſpondeo cum Martino Ledeſm.2.4.qu.18.art.2.

rt.2.poſt dubium quartum.pag.245.col.1.& Pe-ro de Arragon 2.2.q.62.ar.2.in reſpon. ad ſecundum.dub.9. valde probabile eſſe, dari compenſationem in reſtitutione famæ cum bonis fortunæ, & in præſenti euentu Petrus retinere poteſt illã pecuniam quouſq; Paulus reſtituat famam, quod ſi Paulus famam reſtituere nolit,poterit Petrus ſecreto illos centum aureos in ſuæ famę recompenſationem accipere.

Quæ doctrina colligi poteſt ex S. Thoma in 2.2.q.62.ar.2.ad ſecundum, vbi ait, Quod qui famã iniuſte abſtulit,nõ põt famam reſtituere, ſed debet cialiter,id eſt,in alijs bonis,recompenſare. Ex quo loco argumentum hoc inſtituitur. Qui abſtulit alteri famam iniuſtè, tenetur ad recompenſationem eius,vel eam reſtituendo, vel aliud æquiualens reddẽdo. Ergo ſi infamator nolit illi reſtituere famã, poteſt diffamatus æquiualens retinere,vel ſecretò accipere. Conſequentia patet, Quia infamator,cu teneatur reddere illi famam,aut æquiualens, & nolit reddere irrationabiliter erit iniuſtus,ſi diffamatus accipiat,quod ſibi debetur, cum nullam ei in hoc iniuriam inferat, aut damnum; Et patet a ſimili,Quia ex communi omnium conſenſu, poteſt creditor a debitore cẽtum aureos debente, & ſoluere nolente,centum aureos,aut aliud æquiualens accipere,quando debitum eſt liquidum, & manifeſtũ, & alia via auctoritate publica illos recuperare nequeat,dummodo non ſit veriſimile ſequi ſcandalũ aut grauamen alijs, vt docent Altiſiodor.in ſumma trac.de reſt.q.6. Alex. de Ales in 4.p. ſummæ. q.24.memb.5.ar.3.Palud.4.d.35.q.1.ar.4. conclu. 3.S.Thomas 2.2.q.66.ar.5.ad tertium & Cai.ibidem,& Mich.Salon controuerſia.2.& Pet.de Arragon in 2.2.q.62.arti.2.in reſponſ.ad ſecundum. dub.9.& in q.66.ar.5.circa ſolutionem 3. Martin. Ledeſm.vbi ſupra Glo.in c.*Ius gentium*.d.1.in verbo,*Sedium*,Adrian.Quodlib.6.ar.1.litera I.in fine ver.Quarto infero. Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate legis pœnal.c.10.argu.4. Sotus lib.5.de iuſtit.q.3.ar.3.Coua.lib.1.varia.reſol.c.2.nu.14.Naua.in cap.inter verba.11.q.3.concl.6.corol.66.nu. 792.Ioann.Medina.C.de reſti.q.10.Greg.de Val. to.3.diſp.5.q.10.puncto 5.& Alphonſus Viualdus in expoſitione Bullæ cænæ,nu.93.Ergo cum reſtitutio famæ cum alijs bonis corporalibus,vt cũ mutilatione alicuius membri, nec non cum pecunia compenſari poteſt,vt diximus, ſi diffamator famã reſtituere noluerit,nec infamatus alias famam recuperare poteſt, centum illos aureos retinere, aut de nouo clam à diffamatore in famæ ſuæ compenſationem ſurripere poteſt.

Quibus addo, quod ſicut creditor licitè accipere poteſt a debitore quantitatem debito æqualem, adeo vt etiamſi ſententia excommunicationis ꝓferatur contra eos,qui talem pecuniam, aut rem acceperunt,creditor,qui illam accepit in recompenſationẽ debiti,nõ tenetur tali excommunicationi reſpondere,nec illam incurrit ipſe,aut illi,qui id ſcientes non denunciant,vt optime docent Gab. in 4.diſt.15.q.3 ar.3 dub.3. in fi. Ang.verb.furtum quæſtio.41.Sylueſter verb.eodem.nu.19.q.15.& verb.excommunicatio.2.§.4.dubio 8.Martin.Nauar.in Manuali.cap.17.nu. 114.Sotus lib.5.de iuſtitia & iure.q.3.arti.3.Corduba in ſumma. quæſt. 111.& in lib.1.qq.quæſt.43.dub.2.& quæſt.64.caſu.4.Ioan.Medina Cod.de reſtitu.q.11.dub.2. Pet. Naua.lib.2.de reſtit.c.4.p.2.dub.9.caſu.4.& lib.3. cap.1.par.4.dub.8.num.402.Petrus de Arragon.2. 2.q.62.art.2.in reſponſ.ad ſecundum,dub.9.in fine.& Michael Salon 2.2.q.66.arti.5.controuerſia. 2.concl.2.ita in caſu noſtro dicendum eſt,cum par vtrobique ratio ſit.

Siquidem excommunicatio non incurritur niſi eſt peccatum mortale. At vero in neutro caſu peccat mortaliter,qui rem alienam in recompenſationem debitam,aut famæ ſuæ accipit, cum non tam rem alienam,quam rem ſuam accipiat,& retineat, vt ex his,quæ diximus,manifeſtum eſt.

28 QVINTA eſt,An qui alterum infamauit, teneatur ad reſtitutionem,quando infamatio præcedens ſit tam antiquata, vt probabile ſit infamiam illam traditam eſſe obliuioni? vt v.g. Ioannes falſo ſe iactauit in adoleſcentia apud æquales ſuos ſe carnaliter puellã cognouiſſe,an poſt multos annos ſenex effectus,recordatus peccatorum adoleſcentiæ ſuæ,& pœnitentiam agens,famam illi reſtituere teneatur. In hac re Caie.2.2.q.62.art.2.ad dub.2.& Petrus de Arragon.ibi.ar.2.in reſponſ.ad 2. dub.1. & Martin.Naua.in Manuali.cap.18.num. 47.& Michael Salon.in 2.2.q.62.art.2.controuerſia 17. docent teneri ad reſtitutionẽ,ſiue falſum dixerit, ſiue verum crimen inique reuelauerit,dummodo alter famæ ſuæ detrimentum paſſus ſit. Et dant rationem; Quia non conſtat moraliter auditores eſſe oblitos;ſæpe enim multorum poſt longũ tẽpus recordamur,quorum ſtatim non meminimus. Et quia tanto firmius creditur crimen,quãto quis detractionem,quam fecit per tot annos, & tot cõfeſſiones non reuocauit.

Alij vt S. Anton.par.2.tit.2.cap.2.§.3.Sylueſter verb.detractio.q.3.caſu. 1.& Angel.verb.eod.nu. 3.caſu.1.Cordub.de detract.q.3.concluſ.9. Ioſeph Angles in florib.4.ſen.quæſt.de reſti.famæ.dub.2. concluſ.1.Petrus Naua.lib.2. de reſtitu.cap.4.par. 3.dub.11.num.423.& ſequentibus, & Gregorius de Valentia tomo.3.diſp.5.q.6.puncto.5.aſſertione 5.de reſtitutione famæ partem negatiuam defendunt.

Ratio eſt, quia ſi auditores obliti ſint , ceſſauit omne damnum,& infamia apud illos,ceſſante autem damno,& infamia, ceſſat conſequenter reſtitutionis obligatio. Et denique quia hoc in caſu ſeipſum retractare & reducere in memoriam crimẽ fratris oblitum , & conſequenter dum intenditur reſtitutio famæ,ſit potius renouatio infamiæ, & ideo nullo modo reſtitutio facienda, aut conſulenda eſt.

29 Quorum authorum ſententiæ contrariæ mihi videntur facile poſſe ad concordiam hoc modo reduci, ſi enim arbitrio boni ac prudentis viri ceſſat omnis infamia, & qui audierũt aut omnino obliti ſunt,aut probabiliter creditur oblitos eſſe,nec vnquam recordaturos,vera eſt S. Antonini, & aliorum ſententia ; Econtra vero Caietani opinio,& aliorum probabilior, & ſecurior eſt, quãdo probabiliter creditur,nõ ceſſaſſe omnino infamiam,nec oblitos eſſe auditores talis criminis, maxime ſi ꝑſona prius infamata adhuc in aliqua mala opinione maneat apud alios,tũc enim tenebitur infama-

tor ſe retractare coram ijs, apud quos perſeuerat infamia, nihil de crimine in particulari rememorando. In qua re caute, & prudenter agendum eſt, ne dum fortaſſis famam illi reſtituere velit, denuo infamet.

Quo admodum vero, quo reſtitutio faciẽda ſit, Martinus Nauar. & Mich. Salon vbi ſupra dicunt, quod rogare debet eum, vel eos, coram quibus detraxit, an meminerunt, ſe illis dixiſſe crimen de tali homine, q; ſi negatiue reſponderint, roget eos, ne eum peiorem exiſtiment, ob aliquod ſuum crimen, teſtans ſe falſum dixiſſe.

30 At certe hic ſatisfaciendi modus mihi non placet, & Petro Nauarro vehementer diſplicet, quia vt cõſtat, hæc omnia recordatiua ſunt potius eius, quod omnino fuit oblitum; vnde ſolum elaborare debet infamator, vt ſciat, an veriſimile ſit, auditores oblitos, vel non oblitos eſſe. Si enim non creduntur obliti, ſtatim facienda eſt reſtitutio, ſiue verum, ſiue falſum fuerit crimen. Sin autem prudenter creditur eſſe oblitos, tunc nihil omnino dicere debet de crimine præterito, vero vel falſo, ſed eum de virtute illi vitio contraria laudet. Vt ſi eũ dixit fornicatorem, eum de caſtitate cum prudentia laudet; quod ſi quæ indicia ſint de aliorum memoria, vel ex temporis paucitate, vel eorum verbis, tunc plane ſe retractet.

Ex quibus conſtat, male facere eos, qui de peccatis aliorum publicis, aut priuatis præteritis loquuntur non ſolum coram eis, qui ea neſciunt, ſed etiam coram eis, qui ſciebant habitualiter. Eſt enim refricatio quædam ac renouatio infamiæ per actualem memoriam, & cogitationem inde ſubortam.

Denique hoc certum eſt, in omnium opinione, quod damna a tempore illatę iniuriæ, vſque ad obliuionem ſunt reſtituenda, vt vterq; Nauarrus docet, ſiue laudando, ſiue beneficijs, ſiue etiam pecunia, ſi temporalis rei damnum fuit, vt ex ſupradictis conſtat.

31 Sexta eſt, An detrahere mortuis ſit peccatũ mortale, & reſtitutionem inducat? vt v.g. moritur clericus, vel femina nupta, & de his poſtea reuelas cõcubinatum, vel adulterium commiſiſſe, an hoc peccatum mortale ſit, & reſtitutionẽ inducat? Ratio difficultatis eſt, quia fama, & honor ſunt ex numero rerum, & bonorum temporalium; mortuis aũt nullum temporale bonum prodeſt, aut damnum temporale obeſt. Siquidem mortui illi, aut in cælo ſunt, aut in purgatorio, aut in inferno; At vero in nullo horum locorum nocumẽtum aliquod ratione infamiæ infertur. Et denique hiſtorici bona, & mala facta hominum defunctorum ſcribunt, nec tamen propterea reprehenduntur. Vnde mortuis detrahere non eſt peccatum.

In hac re hæc mihi dicenda videntur iuxta ea, quæ tradunt Ioan. Maior in 4 diſtin. 15. quæſt. 17. Adrian. Quodlib. 1. art. 1. ſub litera. T. Mar. Ledeſ. 2.4. q. 18. art. 2. dub. 7. in fine & Pet. Naua. lib. 2. de reſti. ca. 4. p. ſecunda, dub. 15. nu. 351. & ſequentib. & Ioſeph Angles in florib. 4 ſent. q. de reſtitu. honoris, & bonorum temporalium, & Mich. Salon 2.2. quæſt. 62. artic. ſecundo, controuerſia. 21. concluſ. tertia, qui omnes hanc quæſtionem aut tractant, aut inſinuant.

32 Primum eſt, ſi peccatum in cõfeſſione auditum reuelatur, ſine dubio peccatum mortale eſt, quandoquidem ſigillum confeſſionis etiam poſt mortem durat, vt docẽt Doctores in quarto diſtinctio. 21. & Martinus Naua. in Manuali. cap. octauo, numero ſeptimo, verſicu. Sexto infertur, & Petr. Nauar. vbi ſupra. Quia naſcitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad ſemper, & pro ſemper obligat, ex S. Thoma in ſecunda ſecundæ quæſt. 33. 2. in corp.

Id quod putandum eſt non ſolum ratione reuerentiæ debitæ Sacramento, ſed etiam ob bonum ipſius defuncti. Reuerentia enim ſacrõ debita de ratione pœnitentis, ne illi fiat iniuria. Si enim proximo ex reuelatione nulla fuerit iniuria, Sacramento nulla erit, vt conſtat de eo, qui licentiam præbet confeſſori, vt peccatum reuelet. Tunc enim Sacramento iniuria non fit, quia nec proximo, ſicut iuramentum proximo factum non ſeruare, peccatum non eſt, ſi ipſe proximus conſentiat, vt conſtat.

33 Secundum eſt, Si fama defuncti inuita ſit cum fama aliquorũ viuorũ, nempe quia infamando defunctum ſimul infamantur aliqui viui, puta filij, aut alij cognati, tunc etiam infamans defunctum mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Ratio eſt, quia detrahens defuncto infert ſimul notabile nocumentum viuis. Immo rariſſime contingit, vt viuis non exinde reſultet infamia, dũ parentes eorum infamentur, cum ipſi tãquam aliqd ſuorum parentum iudicentur.

Hinc Eccleſiaſtici 30. dicitur, *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo; in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec cõfuſus coram inimicis; reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.*

34 Tertium eſt, Quamuis infamia illa non redundet ad viuos, eſt tamen peccatum mortale diffamare mortuos. Ratio eſt, quia licet ille non viuat, viuit tamẽ in opinione hominũ. Bona autem opinio apud homines multum valere ſolet. Quo fit, vt homines ex naturali inclinatione appetant gloriam, & immortalem ſui nominis apud poſteros memoriam. Vnde quidam Romanorum Princeps, ſe fortunæ bonis a ſe obtẽtis, & honorib. delectari dixit, quorum priora, nemo, inquit, me eripiat viuo, altera ne mortuo quidem. Bona igitur opinio, quæ ex virtute eſt apud futuros, in quorũ memoria viuit, multũ valet, & proinde illi detrahere malũ, & peccatũ eſt, quãdoquidẽ ex tali detractione ſcandalũ generatur in audiẽtiũ animis, eiuſq; fama læditur.

Præterea ſic mortuis detrahẽs nocet defunctis, quia ſi defuncti ſint in gloria, eſt eis gloria accidẽtalis, quod in hac vita honorẽtur; & licet beati nõ triſtentur, tamen diffamans tollit eis gaudium illud accidentale, quod non poteſt licite fieri: Sin autem in inferno ſint, triſtantur cum illa infamia huius vitæ.

Nec valet, quod de hiſtoricis dictum fuit, ſiquidem illi non narrant niſi facta publica, quæ defuncti publice fecerunt, vnde licitum eſt, tum quia defuncti ipſimet ſe potius diffamauerunt, quam alij; tum quia id licet propter bonum publicum; vt alij eorum exemplo a peccatis abſtineant.

35 Quartum eſt, Si infamia defuncti aliquo mo-

do

o redundat in familiam viuentem,in filios,con-
nguineos, vel amicos , certum eſt infamatorem
d reſtitutionem obligari, & ad dictum ſuum re-
actandum; Sin vero ad viuos non tranſeat,tunc
iniuria perſonalis ad hæredes non tranſeat,non
illis reſtitutio facienda; An uero ipſi defuncto
neatur, id eſt , an teneatur ſe retractare,iudicio
ctoris remittimus.

Quintũ eſt,Si quis alterum diffamauit, ſi viuus
õ reſtituerit,quãuis hæredes eius famã reſtituere
on teneantur , eo quod obligatio hæc perſonalis
ſt,& debita perſonalia nõ tranſeant ad hæredes;
quæ damna tñ ex illa infamia paſſus ſit infama-
us,quæ infamator,dũ viueret,non reſtituit,tenẽ-
ur hæredes illius iuxta vires, & facultates hære-
ditatis illa reſtituere , uel ipſi infamato , ſi adhuc
iuat , vel hæredibus eius, ſi vita functus ſit,vt la-
ius tradunt Adrianus Quodlib. 11. ar. 1. ſub lite-
a. T. Martin. Nauar. in Manuali. c. 18. nu. 46. Mi-
h. Salon. vbi ſupra , concluſ. 1. & 2. & Cordub.
membr. 4. q. 3. concluſ. 3. & 13. poſt Palud. in 4. d.
5. q. 2. art. 5. quem refert ac ſequitur Petrus Na-
uar. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 3. dub. 12. nu. 426.

Quod autem hæres infamatoris defuncti teneatur ad dãna illa reſtituẽda, manifeſtũ eſt,quia hmõi reſtitutio eſt quoddam debitũ,& onus temporale,ac pecuniariũ, huiuſmodi autem onera, & debita tranſeunt cum hæreditate. argu. c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. & c. Ex literis. de pignorib. & colligitur ex c. fin. de ſepulturis,& gloſſa ibidẽ in verb. Hæredes,& ex c. In litteris de raptoribus, & ex c. A nobis. 2. & gloſſa ibidem in verb. Hæredes. de ſent. excom. Reſtõnem autẽ hanc faciendam eſſe hæredibus infamati, ſi ipſe defunctus ſit , probari poteſt,tum quia debita temporalia pars ſunt hæreditatis,& ius in illa tranſit cum hæreditate. Tum quia ſicut in læſione corporali, qñ damna eius cõpenſanda ſunt,& reſtituenda,talis reſtitutio ſi nõ ſit facta ipſi læſio , facienda eſt hæredibus ipſius, cum tamen læſio illa non tranſeat in corpora hæredum: ita ẽt damna ſequuta infamiam, ſi ipſi infamato nõ ſint ſatisfacta, hæredibus eius ſatisfieri debent,cum infamia parentum, non minus ac honor, in filios,& ſucceſſores redundare ſoleat.

7 Septima eſt, An audiens diffamationẽ, & detractionem peccet mortaliter? De hac re legẽdi ſunt S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 4. & Caiet. ibidem, & in Summa in verb. detractio. Adrian. Quodlib. 11. art. 2. Sylueſter verbo. detractio. q. 2. Alexander de Ales par. 2. Sũmæ. q. 129. memb. 5. Sotus lib. 5. de iuſt. & iure, q. 10. art. 4. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 18. nu. 37. verſic. Decimonono. Cordub. tract. de detract. q. 4. Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 35. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 4. p. 2. dub. 11. nu. 335. & ſequentibus. Petrus de Arragon in 2. 2. q. 62. ar. 2. ad ſecundum. dub. 7. & q. 73. ar. 4. Michael Salon. 2. 2. q. 73. art. 4. & Gregorius de Valentia tomo. 3. diſput. 5. quæſtio. 17. puncto. 4. & alij, ex quibus hæc colligi poſſunt.

8 Primum eſt , Qui directe, & formaliter detrahentem audit, hoc eſt,qui audit detrahentem, ita vt ſua audientia ſit concauſa detractionis , iuuando,monendo,inducendo,laudando, vel approbãdo,peccat mortaliter,ſicut ipſemet detractor, & aliquando plus, & tenetur ad reſtitutionem.

Ratio eſt,quia non ſolum peccãt, & digni ſunt morte,qui peccata committunt,id eſt,detrahunt, *ſed etiam,qui facientib.* id eſt, detrahentibus,cõſentiunt. Rom. 1. Quo ſenſu intelligitur illud D. Bernardi lib. 2. de conſideratione ad Eugenium circa finem; *Detrahere,aut detrahentem audire,quid horũ damnabilius ſit,non facile dixerim.*

Immo vt præfati authores notant, grauius hic peccat,quam ipſe qui detrahit,quia vltra pctm̃ detractionis,quod admittit cauſando detractionem, cooperatur etiam peccato ipſius detractoris, & ita peior eſt,quam homicida. arg. illius,quod ait S. Auguſtinus hom. de decollatione Ioãnis Baptiſtę, relatus in c. *Ille qui hominem prouocat.* 22. *q.* 5. vbi ait *Ille qui hominem prouocat ad iurationem,& ſcit eum falſum iuraturum eſſe,vincit homicidã; quia homicida corpus occiſurus eſt,ille animam, immo duas animas, & eius animam, quem iurare prouocauit,& ſuam.*

Quod idem dicẽdum eſt de inducente alium ad detrahendum,occidit.n. animam ſuam , & detrahentis. Et quia maior eſt malitia inducentis , quã ipſius detrahentis,& plus culpæ in motore,quam in moto. Et hoc intelligitur nõ ſolum de illo, qui audiendo inducit de nouo illum,qui non erat paratus ad detrahendũ, vt qui rogat Petrum,quid dr̃ de Ioanne? Sciens Petrum reuelaturum peccata Ioannis, verumetiam de eo, qui paratum ad detrahendum accendit,incitat,& inflammat,ſiue id faciat verbo,ſiue nutu,& geſtu,ſiue quocunque alio modo. Vnde,& contra charitatem,& contra iuſtitiam vterq. peccat,& ad reſtitutionem obligatur, vt optime Adrianus,& Salon inter ceteros tradiderunt , & conſtat ex dictis , qui.n. cauſam damni dat,damnum feciſſe cenſetur.

39 Secundum eſt,Qui delectatur audiendo detrahentem, ꝓp odium eius,cui detrahitur,ita tñ vt eius lætitia,& delectatio,nec inducat,nec inflãmet detractorem,quamuis peccat mortaliter,ſicut etiã ipſe,qui detrahit , & aliqñ grauius. ſ. ſi habeat maius odium,quam ipſe detractor,non tñ peccat contra iuſtitiam,nec tenetur ad reſtitutionẽ famæ. Poteſt hoc a ſimili declarari,& probari ſimul, ſint.n. v.g. duo,qui lætãtur de furto Petri,ita vt vnus ſua lætitia occaſionem dederit Petro,vt furaretur,alter vero lætatur, non tñ offert talem occaſionem ſua lætitia,ille prior,& contra charitatem,& contra iuſtitiã peccauit,vt concauſa,et complex furti, poſterior vero contra ſolã charitatem ; quia ſicut charitatis eſt gaudere de bono proximi,ita contra charitatẽ proximi eſt, gaudere de damno illius, non tamẽ contra iuſtitiam,niſi tenetur ex iuſtitia illud impedire; Idem plane dicendum eſt de eo, ꝗ de infamia proximi lætatur. Quia vero frequenter ex circumſtantijs facti dubium eſt,an audiẽdo gaudenter detractionem ſine vultu triſti ; detractioni cãm dederit,vel non,propter hoc dubium facti videtur S. Bernardus vbi ſup. dixiſſe , *Detrahere, vel detrahentem audire,quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim.* vt recte Adrianus loco citato , litera E. annotauit. In his ſuperiorib. autem,qui libenter tales audiunt, cenſeri ſolet talis lætitia,& complacentia cauſæ, iuxta illud *Prouerb.* 29. *Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes miniſtros habet impios.* vt inſinuat Adrianus vbi ſup. litera D.

40 Tertium eſt,qui materialiter, & indirecte audit

dit detrahentem, hoc eſt, nec inducit, vel delectatur in tali detractione, ſed tamen nõ reſiſtit cum commode poſſit, ſi fuit perſona priuata, aliquando non peccat omnino, aliquando autem peccat venialiter, aliquando autem mortaliter contra charitatem, ſed ad reſtitutionem famæ non tenetur. Non peccat, quoties non reſiſtit ob bonum finem, vt v.g. ſi ex tali reſiſtentia videat ſibi imminere aliquod damnum, vt ſi detractor ſit uir iracũdus, & immitis, probabileque ſit iniecturũ manus in ipſum, vel contumeliis affecturum; Item ſi ex rationabili verecundia non reſiſtat, vt ſi famulus vilis, aut ſubditus, v.g. ex verecundia Principē, aut ſuperiorem detrahentem non repellat, ex Soto, Mich. Salon, & Gregorio de Valentia vbi ſupra, quamuis, vt notat Salon, ſi audiens ſit alicuius auctoritatis, & illum ſuperior libenter audire ſolet in alijs rebus, debet illum humiliter, & reuerenter admonere, ne detrahat.

Item peccatum non erit audire, ſi videat, ſe nil profecturum ex reprehenſione, ſed alterum deteriorem potius futurum, ſiquidem non eſt adhibēda correctio, vbi non ſperatur fructus. In his caſibus, vt notant Doctores nullum erit peccatũ ſine malo, complacentia, vel aſſenſu audire, quamuis, ſi commode inde recedere poteſt, ad id tenetur, aut ſaltem vultum triſtem oſtendere, iuxta ea quę inferius dicemus.

Erit aũt peccatũ veniale ex negligentia nõ impedire, cũ cõmode poſſet, etiãſi prius ſit animus, nec cauſa ſit aliquo modo auditionis aliorum, vt colligitur ex S. Thoma, Soto, & alijs vbi ſup. Nã vbicunque detractio oboritur, & põt quis facile detrahenti occurrere, ſi id non facit, negligere vr̃ famam proximi, & ideo uenialiter peccat, ſi ſit detractio de re leui, uel de re adeo publica, vt parũ, vel nihil accreſcat infamiæ illi, cui detrahitur.

41 Mortaliter etiam peccare poteſt priuata perſona ſine cõplacentia detractionem audiens, & nõ renitens, cum poteſt commode; Nam conſentit detractioni, ſaltem indirecte, eo ipſo, quod non reſiſtat, cum poſſit ſine ſuo detrimento.

Ratio eſt, quia ut recte ſupponit S. Thomas, maxime in ſolutione primi, & notant Adrianus vbi ſupra, propoſitione ſecunda, ſub litera D. Sotus, Salon, Arragon, Gregorius de Valentia, tenetur quilibet detractioni reſiſtere, ſi poteſt, vt in propoſito: Cum .n. quilibet teneatur ſaltem ex charitate malum proximi impedire, cum ſine ſuo magno detrimento poſſit, et detractio malũ eſt, quod reipſa proximus patitur, peccat, qui detractionē talem non impedit, vbi id commode poſſet.

Quod vero tale ſit præceptum, patet primo in rebus fortunæ, quæ ſunt minoris põderis, quã ſit fama, vt Exod. 23. vbi dicitur, *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis cũ, ſed ſubleuabis cum eo.* Et idem dę qualibet re fratris præcipitur Deuteron. 22. vt citat S. Tho. ad hoc propoſitum in ſolutione primi. Sicut ergo qui poteſt ſine magno ſuo detrimento, vel extinguere ignē, quo flagrat domus ꝓximi, aut pecuniã proximi defendere, ne a furibus accipiatur, uel ſubleuare iumentum iacens ſub onere, & nõ facit, peccat mortaliter, ita etiam qui non defendit famam proximi, cum poſſit commode, quandoq maioris valoris eſt fama, quam bona fortunæ.

Neque ſolum extat tale præceptũ de cete nis fortunæ defendendis, ſed etiã de reſiſtē tractioni, vt *Prouerb. 5. Remoue a te os par detrahentia ſint procul a te.* Et Eccleſiaſtici 2 *aures tuas ſpinis, & linguã nequã noli audire,* *tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis.* Et Prouerb *Cum detractoribus non commiſcearis, quoniã rep conſurget perditio eorum, & ruinã vtriuſque quis nit?* Et Pſal. 14. Rogans propheta, *Domine quis bitabit in tabernaculo tuo?* Reſpõdens ait, *Qui nõ e dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.* tranſlatio Hieronymi ſecundũ veritatē Hebr cã habet. *Et opprobriũ aduerſus proximũ non ſ nuit.* Vnde concluditur in fine pſalmi, *Qui f hæc non cõmouebitur in æternũ.* Patet ergo eſſe pe catũ mortale aliquando detractorem audire, non niſi ob mortale quis regno cęli priuatus ſit.

42 Eſt autē mortale peccatum in perſona priua detractori non reſiſtere cum poſſit, in his caſibus. Primo, quando audiens aduertit graue damnũ ex illa detractione ſubſequi, vt v.g. graue damni infamiæ, aut rerum temporalium, aut vulnerationis, aut homicidij, aut diſcordiarũ, &c. tunc habita ratione circũſtantiarum, ſi ſit facultas reſiſtendi, & ſi ſpes ſit fructus alicuius, tenetur ſub mortali talem detractionem impedire, ſi poteſt.

Secundo, ſi ex timore humano omittit reſiſtere detrahenti, quod intelligendũ eſt ex Syluestro vbi ſupra, & Caietano in verbo detractio, & Petro de Arragona 2.2. quæſt. 73. art. 4. ante finem, & Petro Nauarro, quando timor humanus, ob quem dimittit, eſſet peccatum mortale: tunc aũt ex Soto lib. 5. de iuſtit. quæſt. 10. art. 4. concluſ. metus humanus erit peccatum mortale, qñ quis iacturam bonorum temporalium paruam, charitati fraternæ anteferret, vel, vt ait Michael Salõ, ſi omitteret, ne illius amicitiam, fauorem parum ſibi vtilem, aut alia commoda temporalia parui momenti amitteret: quamuis enim timeret ſibi damnum leue, ſi tamen alteri ex detractione proueniret damnum graue, tenebitur ſub peccato mortali impedire, quantum poteſt. Maxime autē locum habet hic caſus, quando non obſtante metu tenetur obuiare ex præcepto, vt ſi audiret aliquem detrahentem fidei, aut religioni, tunc enim non debet omittere ob metum.

Tertio, mortale erit ex Alexandro de Ales pa ſuæ Summæ, quæſtio. 1 9. memb. 4. quando ſubditus detraheret ſuperiori, & audiens non impediret, quando poſſet commode. Sicut .n. graue peccatum eſt, ſubditum detrahere ſuperiori, iuxta illud Exod. 22. *Dijs non detrahes, et principi populi n maledices.* Et Eccleſiaſtes 10. *In cognitione tua Reg ne detrahas, et in ſecreto cubiculi tui non male dixeri diuiti.* ita alterum ſuperiori detrahentem non impedire, cum poſſit commode, peccatum erit.

Nullus tamē horum ad reſtitutionem tenetur, quia licet dolo, quis cum poſſet, furtũ, vel rapi prohibere omittit, nõ tenetur propter hoc ad re furtiuæ reſtitutionē, ad quam ſolum tenetur, qui abſtulit, vel detinet, vel alterius illorum cauſa eſt vel fuit, quorũ nullum eſt in propoſito. Perſo

namamque priuata ſolo charitatis vinculo ad famā proximi defendendam tenetur, quod ad reſtitutionem non obligat.

Quartum eſt, Perſona publica, ſuperior, ſeu Pręlatus, paterfamilias, ſiue Dominus in ordine ad ſuos inferiores, & huiuſmodi, cui ex officio incumbit corrigere detractorē, vel detractioni obuiare, nō prohibēdo detractionem, quæ eſt *mortalis*, peccat mortaliter, nō impediendo autem detractionem, quæ eſt *uenialis*, peccat venialiter, & aliquādo etiam mortaliter, ſ. quando ſubditi eſſent minus frequentes in detrahendo, ſi ipſi eos reprehēderent, frequētando.n. detractionem peccāt mortaliter. Sic omnes authores initio allati. Quod procedit, ſiue detrahatur ſubdito ſuo ab alio ſuo ſubdito, ſiue ab extraneo, ſiue ſubditus ſuus detrahat alteri extraneo, & non ſibi ſubdito; In vtroque.n. caſu non impediendo detractionem peccat mortaliter, non ſolum contra charitatem, quia tenetur etiam ex charitate defendere honorē, & famam ſubditorum ſuorum, ſed etiam contra iuſtitiam, quia tenetur ex officio, omni pudore, & metu abiecto, curare, ne ſubditi peccent detrahēdo, aut ne temporalia perdant neceſſaria ad virtutem conſequendam, quorum vnum eſt fama, cum ea amiſſa, facile, & libere homines in vitia prorūpant, & conſequenter ex eodem officio tenetur impedire, ne quis ſubditus ſuus, aut extraneus famam ſui ſubditi denigret, aut obſcuret.

4 Tenetur autem ad hanc detractionē impediendam cum aliquo ſuo incommodo, & cum maiori incōmodo, quam tenentur alii, qui non ſunt ſuperiores, non tñ ad hoc tenetur cum aliquo ſuo notabili detrimento. Patet hoc a ſimili, ſicut.n. non obſtans damno proximi, ad quod tenetur ex officio, vt Prætor non reſiſtens latroni furanti bona ſui ciuis, peccat contra charitatem, & iuſtitiam, et tenetur ad reſtitutionem illius damni; ita Prælatus ſeu ſuperior, qui ex officio tenetur obuiare cuiuis detrahēti ſuo ſubdito, cōtra charitatē, & iuſtitiā peccat, cū teneatur ex officio curare bona ſubditi ſpiritualia, nec non tēporalia neceſſario ad illa, quale eſt fama, fouet.n. virtutē, & eā colit, & proinde ad reſtitutionem famæ ſubditi tenetur.

5 Deinde ſicut tenetur ex officio curare, ne quis famā ſui ſubditi lædat, ita ēt ex officio, & iuſtitia tenetur obſtare, ne ſibi ſubditi aliorū famā lædāt, vnde qñ id nō præſtat, cū poſſit, indirecte eſt cauſa dāni ſubſecuti, & cōſequenter tenetur aut curare, vt ſubditus famā alterius reſtituat, aut ipſemet eā reſtituere obligatur. Sicut Prætor rem ablatā reſtituere tenetur, ſi nō impediuit, cum potuiſſet impedire, etiāſi is, cui res ablata eſt, ſit extraneus, & non ſubditus, ſatis.n. eſt, quod Prætor ex officio, & iuſtitia furtum illud impedire tenebatur.

Item ſi Rex aliquis permitteret ſibi ſubditos alijs uicinis nocere, cum poſſet prohibere, nec eos ad damnum illud reſtituendum compelleret, vel ipſemet reſtitueret, poſſet Rex partis læſæ oīum conſenſu iuſtum bellum contra illum Regē mouere: Ergo Rex ille peccauit cōtra iuſtitiam permittendo ſibi ſubditis damnum illud aliis inferre, & tenetur ant ipſemet reſtituere, aut curare, vt ſubditi reſtituant. Eodem plane modo Prælatus permittens ſubditum ſuum extraneo detrahere, contra iuſtitiam peccat, & proinde uel ſubditum ſuum ad famam illi reſtituendam compellere, aut illam ipſemet reſtituere tenetur, ut expreſſe Michael Salon vbi ſupra teſtatur.

Hac de cauſa recte S. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum ait: Caue, ne linguā, aut aures habeas prurientes, aut aliis detrahas, aut alios audias detrahētes. Quod ſane cū de omnib. verū ſit, tum multo magis ſuperiores obligat, qui ex officio huiuſmodi detractionib. obuiare tenentur. Quia vero vt plurimū inter cōuiuia huiuſmodi detractiones fieri ſolent, prudenter S. Auguſt. in loco vbi comedere ſolebat, hos verſus inſcribi curauit, quib. & domum, & menſam detractoribus prohibuit:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere uitam,
Hanc menſam uetitam nouerit eſſe ſibi.

Vnde S. Gregor. Natali Epiſcopo ſcribens ait, *Tunc ex charitate conuiuia, ueraciter prodeunt, quando in eis nulla abſentium uita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur.*

46 Quintum eſt, in reſiſtendo detractionibus vt S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 4. ad 2. Sotus, Nau. & alij ſupra citati animaduertūt, non eſt redarguendus detractor de falſitate, maxime qñ ſcitur verum eſſe, qđ peccat fratri detrahendo, vel ſaltem ſignis, geſtibus, & faciei triſtitia oſtendendo, quod huiuſmodi detractio ei diſplicet; Nam vt Prouerb. 25. dr, *uentus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguā detrahentem.* Sicut enim experientia cōſtat, quod ventus Aquilonaris diſſipat nubes, & proinde prohibet pluuias, ita etiam experientia docet, qđ qui inter detractiones triſti vultu oſtendit ſibi eas non placere, ceſſare eas facit: Quia vt vir quidam Sanctus, teſte Beda, recte dixit. Diſcit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Et S. Hieron. ad Nepotianum ſcribens ait, Nemo inuito auditore libenter refert detractoria. Vnde Eccleſia. 7. dicitur, per triſtitiam vultus, animus corrigitur delinquentis. Et præclare in eandem ſententiam idem S. Hieron. in Epiſt. ad Ruſticū Monachum, ait, Non dicas, ipſe non detraho, alijs loquentibus, quid facere poſſum? ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendis. Sicut enim ſagitta, ſi mittatur in duram materiam, nōnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantē, illudque completur, *facti ſunt mihi in arcum prauum*, pſal. 77. & alibi, qui in altum lapidem mittit, ſuper caput eius cadet, Eccleſiaſtici. 27. Ita detractor cum triſtem faciem viderit audientis, immo ne audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas; illi cōticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. Hæc S. Hier. Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi ſimul occurrat præceptū procurandi etiam bonum detrahētis per correctionem fraternam; tunc.n. loquendum etiam eſt, vt inſinuat S. Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. ad ſecundū. Et de reſtitutione famæ hactenus dictum ſit.

De Honoris reſtitutione, & qualiter facienda ſit. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid honor ſit, & unde proueniat.*
2 *Sicut fama per detractionē, ita honor proprie per con-*

tumeliam, conuitium, & improperium læditur, & uiolatur.

3 *Contumelia præcipue conſiſtit in uerbis contra honorē proximi iniurioſe prolatis.*

4 *Inter peccata, quæ factis conſiſtunt, & ea quæ in uerbis uerſantur, quæ differentia ſit & unde attendatur grauitas peccati.*

5 *Contumelia materialis in uno caſu non ſolum peccatum non eſt, ſed etiam actus laudabilis, & meritorius.*

6 *Vt ſuperiores in corripiendis ſubditorum defectibus ſine peccato etiam ueniali huiuſmodi uerbis uti poſſint, tria debent obſeruare.*

7 *An quando quis nec cum intentione lædendi, nec puræ correctionis cauſa uerba contumelioſa profert, ſed admiſcetur ira, & deſpectus ſit peccatum, & quare.*

8 *Quid aut quodammodo reſtitutio faciēda ſit pro læſione honoris. Quænam reuerentiæ exhibitio neceſſaria ſit ad honoris reparationem?*

9 *Honor iniuſte ablatus ex iuſtitia reſtituendus, cū honoris proprij detrimento, non autem uitæ periculo.*

10 *Sicut in fama ſic, & in honore cadit remiſſio, contra Caiet. ſupra de fama, nu. 11.*

11 *Si læſus in honore non vult remittere ſatisfactionem, niſi lædens ueniam petat, nec honor ille alio modo reſtitui poteſt, regulariter loquendo tenetur ueniam petere.*

Prælatus de ſubdito, aut uir nobilis de plebeo non tenetur ueniam petere, nec pater de filio, ſed quomodo reſtituendum. ibid.

12 *Cum in contumeliæ illatione proximus exacerbatur contra charitatem & expoliatur reuerentia debita contra iuſtitiam, quomodo vtrique ſatisfiat.*

Si contumelia fuerit ſecreta, ſufficit ſecreta ſatisfactio, ſi publice illata, uel in publicum uenerit, tenetur publice. ibid.

13 *Non ſolum honor iniuſte ablatus eſt reſtituendus, ſed omnia damna temporalia, quæ conſequuta ſunt ignominiam iniuſte proximo illatam.*

14 *Non eſt idem remittere iniuriam, & familiariter cum iniuriante conuerſari, ut falſo putant Syluester, & alij.*

POſt explicationem eorum, quæ de famæ dicenda erant, ſupereſt vt de honore eiuſque reſtitutione differamus. Id autem vt melius præſtemus, aliqua prius prænotare oportet: Quorum

1 Primū eſt, Quid honor ſit, & vnde proueniat. Eſt autem honor cultus, ſeu reuerentia exterior, quæ alicui perſonæ exhibetur propter aliquam excellentiam illius ex Soto lib. 4. de iuſtitia, & iure. q. 6. art. 3. ad 5. & lib. 5. q. 9. art. 1. Mich. Salon 2. 2. q. 62. artic. 2. ante controu. 13. & 24. & Petro de Arragon. 2. 2. quæſt. 62. artic. 2. in reſponſ. ad ſecundum. in princip. & reſponſ. ad tertium. & Petro de Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. in principio. nu. 6. & aliis.

Debetur autem, ſeu exhibetur honor alicui, vt præfati authores tradunt, non quidem ratione alicuius corporalis excellentiæ, & dotis, quæ in ipſo eſt, nam in his dotibus, vt plurimū bruta excedūt homines, ſed ratione alicuius dotis animæ, puta vel ratione virtutis; vel ratione doctrinæ, & eruditionis, vel ratione generis, & nobilitatis, vel ratione alicuius dignitatis, & officii. Vnde q. proximū in honore lædit, velle uidetur cum illa excellētia & dignitate expoliare, & proinde contra iuſtitiam peccat, expoliando fratrem ea re, in qua ius habet; ideoque ad honoris reſtitutionem faciendam obligatur.

2 Secundum eſt, Sicut fama per detractionem læditur, nempe aut per criminis falſi impoſitionem, aut per iniuſtam veri criminis propalationem; ita honor proprie per contumeliam, conuitium, & improperium læditur, & violatur, vt clarius ex ſequentibus conſtabit.

Eſt autem contumelia ex S. Tho. 2. 2. q. 72. Soto lib. 5. de iuſtitia. quæſt. 9. ar. 1. Syluestro, & Summiſtis in verbo contumelia. Martino Nau. in Manuali. cap. 19. nu. 10. 11. & 12. Petro Naua. lib. 2. de reſtitu. cap. 4. par. 1. dub. 5. dehonoratio palam verbis facta importantibus culpam, ut ſi quis alterum furem appellet. Conuitium autem latius ſe habet, quia importat dehonorationem etiam ſine culpa, vt ſi quis alteri iniurioſe diceret eum eſſe cęcum, aut ex Iudæis ortum.

Improperium autem eſt, qn̄ quis alteri iniurioſe per verba, aut ſigna in memoriam reuocat beneficium, aut auxilium ſibi in neceſſitate factum.

Ex quibus cōſtat, quod licet hæc tria, ſi proprie ſumantur, inter ſe differant, nam quando ſignificatur defectus culpæ, dicitur cōtumelia, vt ſi quis cuipiam diceret; *Ipſum eſſe furem*. Cum vero ſignificatur defectus pœnæ, aut ſupplicij, dicit conuitium, vt ſi quis iniurioſe alicui diceret; *Ipſum eſſe cæcum; Ipſum fuiſſe fuſtigatum* &c. Cū vero ſignificatur defectus indigentiæ minuentis excellentiā, dicitur *Improperium:* quod præcipue fit, cum quis iniurioſe alteri in memoriam reducit beneficiū, aut auxilium, quod ei in neceſſitate conſtituto contulit, iuxta illud Eccleſiaſtici 20. *Exigua dabit, & multa improperabit*. Contra vero Deus, *Dat omnibus affluenter, et non improperat.* Iac. 1. & apud Terentium. *Iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij*. Nunc tamen promiſcue pro eodem accipiuntur, & ad idem referuntur, videlicet ad ſignificandum defectum alicuius in detrimentum, & diminutionem honoris eius, vt videre eſt apud Alexandrum de Ales parte 2. ſuæ Summæ, quæſtio. 128. membr. 1.

Vbi contumeliam diffiniens, dicit eſſe peccatū ex improperio ſermonis manifeſto, in nocumentum proximi tendens.

Tertium eſt, Contumelia præcipue in verbis conſiſtit contra honorem proximi iniurioſe prolatis, conſiſtit enim in ſignificando defectum aliquem excellentiæ in altero: Significatio autem præcipue fit per verba, dicente Sancto Auguſtino libro 2. de Doctrina Chriſtiana. cap. 3. verba obtinuiſſe ſignificandi principatum inter homines, & Ariſt. lib. 1. de interpret. cap. 1. ſecundario autem in factis conſiſtere poteſt: nam aliqua facta vim ſignificandi habent: Vnde Gloſſa interlinearis ſuper illud Rom. 1. Contumelioſos, ſuperbos, &c. Contumelioſi, inquit ſunt, qui dictis, vel factis contumelias, & turpia inferunt.

Quoties igitur aut verbis, aut factis aliquid dicimus, aut facimus, quo intenditur dehonoratio alterius, cōtumelia dr̄; Siue. n. iſta dicant, aut fiāt illius præſentia, vel in eius abſentia, literis, aut libellis, ſi tamen ea intentione fiant, aut dicantur, vt huiuſmodi verba, & facta iniurioſa in eius notitiam deueniunt, contumelia eſt, vt S. Thomas & alij omnes ſupra allati teſtantur.

Quartum eſt, Inter peccata, quæ in facto conſiſtunt, & quæ in verbis verſantur, hæc differentia eſt, quod in peccatis, quæ in facto conſiſtunt, attēditur, peccatum eſt ſolo obiecto, vt patet in furto, & in homicidio; In peccatis vero, quæ in verbis conſiſtunt, conſideranda eſt ratio peccati ex intentione proferentis verba.

Ratio eſt, quia verba nō offendunt reipſa, ſicut facta, ſed tantum ex verborum ſignificatione, & quia ſignificatio tm̃ colligitur ex intentione proferentis, ideo nō erit peccatū, niſi qñ intentio proferentis eſt mala. Vnde fit, vt qui furatur, q̃uis furetur, vt det eleemoſinam, aut bona alia intentione, quia tñ reipſa alteri tollit, quod ſuum eſt, & ei iniuriā, & damnū infert auferendo res ſuas, ideo quacūque intentione furetur rem alterius, peccat mortaliter, aut uenialiter pro ratione damni grauis, aut leuis, quod alteri infertur. Non ſic aūt eſt in peccatis, quæ conſiſtunt in verbis, niſi mala ſit proferentis intentio: vnde nō erit formaliter contumelia, niſi qñ huiuſmodi verba procedūt ex animo auferendi alicuius honorē, quo caſu, ſi intētio ſit inferendi graue damnū in honore, erit peccatū mortale non ſolū ſi reuera inferat graue damnū, ſed ēt ſi inferatur leue, quod certū eſt, eo qđ peccata verborum ex intentione ſumunt grauitatem ſuam. Sin vero ſine tali intentione dehonorandi proferantur, tūc quidem ſolum erit contumelia materialis, & per accidens ex S. Th. 2. 2. q. 72. art. 2. in corp. inquantū ſcilicet, dicit id, quod poteſt eſſe contumelia, & honorem alterius auferre, quo caſu, vt S. Thomas vbi ſupra docet, ex ſe, & ex gñe ſuo peccatum mortale non eſt, quāuis per accidēs mortale eſſe poteſt, ratione damni, quod proximo infertur, vt ſi quis incaute aliqua verba profert, etiamſi non intendat, ſi exinde ſequatur graue damnū proximi in honore, erit contumelia mortalis ex craſſa ignorantia, & negligentia aduertēdi, quod dicit; ſatis.n. eſt, quod aduertere debuit, ne talia verba proferret, ex quorum prolatione Proximus graue damnum in honore pateretur.

5 Quintum eſt, contumelia materialis in vno caſu non ſolum peccatū non eſt, ſed etiam actus laudabilis, & meritorius, quando ſcilicet fit ex ſola intētione corripiēdi fratrem, dummodo caute, & moderate fiat. Sic S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 2. in corpore articuli, & ad ſecundum. Sotus li. 5. de iuſtitia q. 9. art. ſecundo, conclu. 2. Syluester verbo contumelia. q. 3. Corduba de detractione. q. 2. conclu. 8. Mart. Nauar. in Man. cap. 18. num. 11. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. par. prima, dubio. 5. nu. 64. Mich. Salon 2. 2. q. 72. art. 2. concl. 2 Greg. de Valentia tomo 3. diſp. 5. quæſt. 16. puncto 2. vt v.g. cum quis ſuperior, puta pater filium, Dominus ſeruum, Prælatus ſubditum, maritus uxorem obiurgando verba proferunt contumelioſa cum diſcretione, & moderamine.

Ratio eſt, quia cum temporalia ordinentur ad ſpiritualia, poſſunt ſuperiores, (quātum prudētia dictat) vti honore, & fama ſuorum ſubditorum ad eorum correptionem. Sicut.n. teſte S. Thoma vbi ſupra ad ſecundum, licitum eſt aliquē verberare cauſa diſciplinæ, ita etiam, & cauſa diſciplinæ poteſt alteri, quē debet corrigere, verbum aliquod cōuitioſum dicere. Hoc ſenſu Chriſtus Luc. 24. Apoſtolos, *ſtultos, et tardos ad credendum*, appellauit; & Apoſtolus, *Galathas inſenſatos* vocauit, Gal. 3. ad eorum vtique correptionem. Adhoc aūt vt ſuperiores in corripiendis ſubditorum defectibus ſine peccato aliquo etiam veniali, huiuſmodi verbis vti poſſint, hæc tria obſeruare debent.

6 Primum eſt, vt ſolo animo corripiēdi dicātur.

Secundum eſt, vt cautè, modeſte, & cum magna neceſſitate, & ubi certo ſperatur profutura, illa proferant.

Tertium eſt, vt eo ſermone proferant, quo intelligat ſubditus, nō ex ira, aut paſſione, ſed ex animo, & deſiderio corripiēdi ipſum, dici. Quæ omnia cū raro ac difficulter ſeruari poſſint, recte S. Aug. lib. 2. de ſerm. Dñi in mōte c. 30. prope finē, *Raro*, inquit, *et ex magna neceſsitate obiurgationes ſunt adhibendæ, in quibus non nobis, ſed ut Domino ſeruiatur, inſtemus*, quē locū citat S. Th. vbi ſup. ar. 2. ad ſecundū, & Cicero in lib. 1. de officijs, *omnis*, inquit, *animaduerſio, et caſtigatio contumelia uacare debet*. Quapropter Caietanus, Sotus, & alii affirmant tutius eſſe, vt Prælati omnino ab hmōi verbis abſtineant, cū exinde potius ſubditi exacerbātur, quā emendantur & leuius nonnunquā verbera, quā hmōi verba ſuſcipiunt, vt experientia quotidiana probat. Siquidem facilius conijcere ſolent ſubditi, talia verba ex corripientis paſſione, quam ex charitate proferri; vnde ſuperiores blande, & paterne ſubditos ſuos exemplo Chriſti admonere debent; melius.n. eſt amari, quam timeri, vnde Apoſtolus Gal. 6. de hoc corripiendi modo ſcribens, ait, *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne et tu tenteris*. Quibus addi poteſt, quod ad hoc propoſitum S. Aug. lib. 2. de ſermo. Domini in monte. c. 30. egregie ſcribit, Cogitemus, inquit, cum aliquem reprehendere nos cogitet neceſſitas, vtrum tale ſit vitium, quod nūquam habuimus, & tunc cogitemus nos homines eſſe, & habere potuiſſe; vel tale quod aliquando habuimus, & iam non habemus, & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem, non odium, ſed miſericordia præcedat. Sin autem inuenerimus nos in eodē vitio eſſe, non obiurgemus, ſed congemiſcamus, vt non alium ſolum ad pœnitendum, ſed æqualiter conandum inuitemus. Hæc S. Aug.

7 Dubium ſolum eſſe poteſt, an quando quis nec cum intentione lædendi, nec ſecūdo ita pure correctionis cauſa huiuſmodi verba contumelioſa profert, ſed admiſcetur ira, & aliquis deſpectus in proferendo, peccatum ſit, necne, & quale.

In qua re certum eſt, ſecundum omnes eſſe veniale, quando exceſſus eſt leuis in obiurgando: ſin vero graue quid dicatur, vt ſi ira cōcitatus illū latronem, aut ebrium appellet, Iudæum aut hereticum, tunc quidem maior eſt dubitatio, & Sylu. vbi ſupra, quæſt. 3. & Mart. Naua. in Man. cap. 18. num. 11. exiſtimant, non eſſe peccatum mortale. ſi correctio ſit principalis cauſa improperandi, tunc autem dicit Sylueſter, cenſetur cauſa principalis, quando remota hac correctione, non inferret iniuriam, ſin autẽ ira ſit principalis cauſa, erit mortale. Contrarium tamen rectius docent Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 1. dub. 5. nu. 66. & Michael Salon 2. 2. q. 72. art. 2. concluſ. 4. eſſe peccatũ veniale, ſi leuiter excedat, mortale aũt ſi notabiliter excedat, tũc.n. grauiter dehoneſtatur, & cõtriſtatur ſubditus. Sicut ſi notabiliter noceret punitione corporali, non excuſaretur, quod cauſa principalis fuiſſet correctio, ita, vt tale damnum non intuliſſet, niſi occaſione correctionis: Id.n. non iuſtificat exceſſum, ſed ſi excedit leuiter, erit veniale, ſi notabiliter, mortale; Ita in propoſito mortale, aut veniale erit pro ratione exceſſus in huiuſmodi verborum prolatione. Aliàs daretur anſa, & occaſio Dominis reſpectu ſeruorũ, patribus reſpectu filiorum, prælatis reſpectu ſubditorum, & maritis reſpectu vxorum, prætextu correctionis quemcunque exceſſum, & iniuriam inferendi. Vnde Caiet. in 2. 2. q. 72. ar. nõ excuſat hos prælatorum exceſſus, niſi quando Spiritusſanctus idipſum ſuggerendo inſpirat, & S. Th. ex S. Aug. vbi ſup. id raro abſque peccato fieri ſolere docet.

Quibus addo ex vtroque Nauar. vbi ſupra, nõ ſolum peccatum eſſe mortale minus grauiter uitium corrigendo, verum etiam quando de alijs vitijs improperant, quorũ tamen correctio nõ intenditur, vt ſi de furto eſſet reprehendendus, & diceretur ebrius, vel adulter &c. Cum.n. de eo vitio non agatur eo tempore, iam non vt iudex, ſed vt alia priuata perſona dehoneſtat, & contriſtat ſubditum in eo, in quo non eſt ſubditus, nec eius foro ſubiectus. His ita prænotatis.

8 Difficultas principalis in hac materia eſt, quiđ, aut qũo reſtõ facienda ſit pro læſione honoris.

Quam difficultatem S. Tho. in 2. 2. q. 62. art. 2. ad tertiũ tãgens, ſolũ aſſirmauit, quod licet actio contumeliam inferentis, non poteſt fieri, vt non fuerit, poteſt tñ fieri, vt eius effectus, ſ. diminutio dignitatis perſonæ in opinione hominum, reparetur per exhibitionem reuerentiæ. Non tamen expoſuit, quænam ſit iſta reuerentiæ exhibitio, quæ neceſſaria eſt ad honoris reparationem.

Ad hãc autem difficultatem communiter Reſpondent Theologi, vt Sotus lib. 4. de iuſtit. q. 6. ar. 3. ad quintum. Martin. Ledeſ. 2. 4. q. 18. artic. 2. dub. 8. pag. 250. col. 4. & ſequentibus. Sylue. verb. contumelia. q. 4. ex Nico. de Lyra. & verb. reſti. 7. q. 1. & Abulenſis in id Matth. 5. *Si offers munus tuũ ad altare*, & Barthol. Medina lib. 1. inſtruct. cõfeſ. cap. 14. §. 39. Pet. de Arragon 2. 2. q. 62. ar. 2. in reſponſ. ad 3. & Mich. Sal. ibidem controu. 24. & in q. 72. ar. 2. poſt 4. concluſ. 4. & Greg. de Valẽt. to. 3. diſpu. 5. q. 16. puncto 1. quod qui læſit alterũ in honore, tenetur ab inhonorato petere veniam. Et hanc dicunt eſſe exhibitionem reuerentiæ, quam S. Tho. neceſſariam eſſe dicit ad reſtitutionem honoris: & hoc dicere videtur S. Augu. in ſua regula, vbi ait, Quicunque maledicto, vel cõuicio aliquẽ læſerit, meminerit ſatisfactione quam citius curare quod fecit. Et ſubdit ſtatim, Qui autẽ non vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in Monaſterio, etiamſi inde non proijciatur. Quaſi diceret, eſt in malo ſtatu. Vnde qui fecit alicui contumeliam, ab eodem veniam petere tenetur. Et confirmatur ex illo Matth. 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Quibus verbis Chriſtus aperte ſignificat, quod qui alteri cõtumeliam infert, ab eodem veniam petere tenetur.

Alij vero vt Caiet. in 2. 2. q. 72. ar. 3. Couar. lib. 2. variar. reſolut. c. 10. nu. 7. Corduba de detract. q. 3. concluſ. 11. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. de reſtitutione bonorum temporalium, art. 1. & Pet. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 1. dub. 6. docent non eſſe neceſſariam petitionem veniæ, ſed ſatis eſſe alio modo honorem reſtituere, eo quod talis petitio veniæ, eſt iniuriantis abiectio, & humiliatio, ad quam nullus eſt compellendus, quamuis, qui nocuit alteri in honore, tenetur illi ex præcepto ſatisfacere, modus tamen ſatisfaciendi nõ eſt in præcepto, ſed poteſt alia uia ſatisfacere. Idem vero Caiet. in opuſc. 17. reſponſionum reſpõſ. 13. dub. 5. hanc ſuam opinionem tunc veram eſſe dicit, quando petitio veniæ non eſt pars reſtitutionis; ſi enim eſſet pars reſtitutionis, ita vt reſtitutio integre fieri non poſſet abſque veniæ petitione, tunc veniam petere tenetur, quando autem pars ſit, vel non ſit, arbitrio boni ac prudentis viri relinquendum eſſe docet, vt autem quid in hac re tenendum ſit, paucis exponam, ſequentes propoſitiones afferam, quarum

9 Prima eſt, Honor alicui iniuſte ablatus ex iuſtitia reſtituendus eſt. Ratio eſt, quia vnuſquiſq; habet ius, vt exhibeatur ei honor ab alijs iuxta loci ſtatum, & officiũ, quod tenet in Repu. vbi viuit, quem honorem ſi quis ei non exhibeat, expoliat illum iure ſuo. Ergo illum reſtituere tenetur, & confirmatur ex illo Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui honorẽ, honorẽ. Reſtituendus ergo eſt honor etiã cum proprii honoris detrimento, non autem cum periculo vitæ, ſicut diximus de fama; Quia cum damnum in honore non ſit quid poſitiuum, ſed ſola priuatio debitæ reuerẽtię, nunquã tantum nocet, quantum infamia, cui conſequens eſt, vt nunquam tale damnum præferendum ſit vitæ alterius, vt docet Sal. vbi ſupra controu. 24.

10 Secunda propoſitio: Sicut in remiſſione famę cadit remiſſio: ita etiam in honore; Quicquid cõtradicat Caie. exiſtimans hominem, nec famę, nec honoris dominum eſſe, cuius opinionẽ ſuperius refutauimus. Vnde facta tali remiſſione a parte affecta contumelia, non tenetur lædens ad veniã petendam, nec ad aliquam aliam ſatisfactionem faciendam. Ratio eſt, quia non minus eſt dominus honoris, quam pecunię; At ſi læſus eſſet in pecunia, & condonaret pecuniam illam, alius lædens eſſet tutus in conſcientia. Ergo etiam in honore, cum vtriuſque læſus dominus ſit, & vtrumque bonum ſit temporale.

11 Tertia propoſitio: Si læſus in honore non vult remittere ſatisfactionem, niſi lædens petat ueniã, nec honor ille alio modo reſtitui poteſt, tunc Regulariter loquendo, qui intulit contumeliam, tenetur veniam petere. Ratio eſt, quia lædens ſatiſfacere tenetur, nec ad id faciendum eſt aliud medium,

ed um niſi petere veniam, vt ſupponitur. Ergo ad l faciendum tenetur. Vnde ſequitur, quod cum lę s non vult aliã ſatisfactionem accipere, niſi quod edens petat veniam, nec alter vult petere veniam, d reſtituere alio modo, nempe pecunia, quãtum ſus voluerit, immo pluſquã debet, puta, vult da- ecentum aureos pro honore, qui non valet quin- uaginta, ſi lædens alio modo honorem reſtituere on poteſt, & læſus vult, vt petat veniam, tenebi- ur lædens veniam petere, alias erit in malo ſtatu, ec poteſt abſolui. Ratio eſt, quia quouſque talis ve iam petit, retinet honorem alterius. Ergo ſem- er tenetur ad eius reſtitutionem.

Deinde qui habet æquum, vel phialam argen- eam alicuius, ipſo inuito, non ſatisfacit dando pe- uniam æquiualentem, nec etiã maiorem, niſi rem propriam det vero domino. Ergo pari ratione, qui etinet honorem alienum, quem ſola veniæ petitio e poteſt reſtituere, non ſatisfaciet dãdo maiorem ecuniam, quam valet, ſed tenetur reddere illum onorem petendo veniam, alias abſolui non po- eſt, & tunc ſolum pecunia, aut alia res æquiualens datur pro fama, vel honore, quando qui paſsus eſt infamiam, vel iniuriam ea ſatisfactione contentus ſit, & quando ipſa in propria ſpecie reddi non poſsunt.

Dixi in propoſitione, *Regulariter*. Quia ſi lædens ſit prælatus, aut ſuperior, eſto non habeat, vnde reſtituat, niſi petendo veniam, nõ tamen tenetur veniã petere a ſuis ſubditis, & inferioribus, quos inhonorarunt, ne illorum officium, cuius auctoritas bono communi adeo neceſſaria eſt contemptui habeatur, iuxta illud D. Augu. in regula: Quando aut neceſſitas diſciplinæ in moribus coercẽdis dicere vos verba dura compellit, non a vobis exigitur, vt a vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humiltas, regendi frangatur auctoritas. Et idem dicendum eſt, ſi lædens in honore ſit vir nobilis, læſus autem eſt vir plebeius; Non enim decet prælatum a ſubdito, nobilem a plebeo, magiſtrum a diſcipulo, parentes a filijs, aut Dominum a ſeruis veniam petere, aut genua flectere, aut ſimilia ſubiectionis ſigna oſtendere; ſed ſatis eſt, vt ſecundum illius ſtatum, & dignitatem debitum honorem exhibeat, quod facere poteſt, & debet ſine dedecore, & ſic honorem ablatum alio modo decenti reſtituere, quo ſenſu vera eſt Caietani, & aliorum ſnia, immo authores primæ ſententiæ hoc ipſum docent de Prælatis, & alijs, quos diximus. Immo inter illuſtres non eſt hic mos veniam petendi, ac proinde nec ipſi a confeſſarijs cogendi ſunt, vt veniam petant, ſed ſatis erit aliter debitam reuerentiam exhibere.

Quarta propoſitio; Cum in contumeliæ illatione proximus exacerbatur, quod eſt contra charitatem, & præterea ſecundo expoliatur reuerentia ſibi debita, quod eſt contra iuſtitiam, ſatisfit in hoc caſu charitati, ſi recõciliatur fratri per amicitiam, iuxta illud Chriſti Matth. 5. *Si frater tuus habet aliquid aduerſum te, &c.* iuſtitiæ verò exhibendo illi reuerentiam debitam, & conſtituendo ipſum in ſuo loco, quocunque modo id fiat, ſiue per veniæ petitionem, ſiue alia via: Moraliter autem, & practicè loquendo, quando in facie, & coram inhonorauimus, ſi id fecimus ex ignorantia, ſatisfacimus confitendo noſtram ignorantiam, & exhibendo illi honorem debitum, ſicut Apoſtolus Paulus, qui cum inhonoraſſet iuſte Ananiam Sacerdotem Sũmum, Actu. 23. admonitus dixit, *Ignorabam fratres, quod Princeps Sacerdotum eſſet*. Sin aũt id fecimus ex odio, ira, & malitia, ſi inhonoratus non ſit ſubditus, tunc & pœnitendum eſt de peccato, quo iniuria proximum affecimus, & ſic ſatisfit charitati, & venia petenda eſt de tali iniuria, humiliando nos ꝓximo, quem inhonorauimus, qua humiliatione reſtituimus illum, quantũ poſſumus, in ſuũ ſtatum, & dignitatem, & ſatisfit iuſtitiæ, & reſtituitur honor ablatus. Sin vero in abſentia contumelia illata ſit in abſentia coram alijs, eo animo, vt in eius notitiã veniret, adeundi ſunt illi, & rogandi, vt ſileant omnino, aſſerendo illi talem reuerentiam, & honorẽ deberi, & iniquè ac male fratrẽ illũ tali conuicio, & contumelia affectum eſſe, & honorifice eum in quauis occaſione tractando, & laudando. Qui ſane modus frequens eſt in vſu fidelium, & cõfeſſorũ, & tanto dignior, & conuenientior, quanto charitati, humilitati, & iuſtitiæ eſt conformior.

His addi poteſt ex Sylu. in verb. contumelia. q. 5. & Pet. Naua. vbi ſup. dub. 6. nu. 90. quod ſi contumelia fuit ſecreto, ſufficit ſecreta ſatisfactio, ſi vero fuit publice illata, vel ſecreta in publicũ venit tenetur publice ſatisfacere, & probant exẽplo Paul. Apoſtoli Act. 16. qui noluit occulte liberari, ſed publice, quod laudabiliter ſeruatur ab Inquiſitoribus, qui publico honore innocentes liberant. Non eſt tamẽ neceſſarium, vt is, qui publice læſit, per ſeipſum publice veniã petat, ſatis n. eſt per amicũ, vel confeſſorem, vel aliã perſonã publice tamen, honorem reddat, ex Corduba vbi ſupra concl. 9. & Pet. Nauar.

Quod ſi conuitiando falſum dixit, non ſatis erit veniam petere, ſed ſe mentitum fuiſſe dicere debet, vt Sylueſter, & Nauarrus locis proxime allatis teſtantur. Et quamuis communiter abſoluendus non ſit taliter lædens, niſi prius veniam petat, poterit tamen prudens confeſſarius, ſi viderit pœnitentem virum timoratum eſſe, & ſeruaturum promiſſa, pœnitentem prius abſoluere quam veniam petat a fratre læſo, ſatiſque erit, quod poſtea quæſita, & non expectata opportunitate veniam petat.

13 Quinta Propoſitio: Non ſolum honor iniuſte ablatus reſtituendus eſt, ſed etiam omnia illa damna temporalia, quæ conſequuta ſunt ignominiam illã iniuſte proximo illatam, vt ſi propterea aliquo officio, vel beneficio priuatus ſit, vel ad recuperandum ſuum honorem aliquas expenſas facere oportuit, iuxta ea quæ ſuperius de fama diximus.

14 Demum his omnibus addendum eſt, non eſſe idem remittere iniuriam, & familiariter cum iniuriante conuerſari, vt falsò putant S. Ant. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 3. & Sylueſt. q. illa 4. & Corduba q. illa 3. cõcl. 11. quos merito refellunt Mar. Ledeſ. & Pet. Naua. vbi ſup. Multi enim, vel quia ſimul viuunt cum iniuriatore, vel quia eo indigent, vel certe ſapientia quadam, ut notam, vel ſcandalum vitent, diſſimulant. Vnde niſi iniuriatus ſponte, & libere remittat iniuriam, aut ſigna manifeſta remiſſæ iniuriæ præbeat, non liberatur iniuriator a reſtõne eo ſolo, quod cum iniuriato familiariter conuerſetur. Aliud. n. eſt iniuriam, i. odium ex animo remittere,

ad quod fidelis quiſque tenetur, aliud honoris inique ablati reſtōnem cupere, quod licitum eſt, etiam in iudicio, dummodo puro animo ſine odio, & deſiderio vindictæ fiat. Et hæc de reſtitutione iniuriæ factæ in honore.

De Venatione, Aucupio, Piſcatione, an, et quouſque prohibentur, & de reſtitutione exinde facienda. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter dominium acquiritur, vel amittitur in feris.*

2 *Animalia non fera regulariter omnia ſunt ſuis dominis appropriata, etiam ſi capta ſint apud eos dominium manet. Feræ autem, quæ adhuc nullius in bonis ſunt, iure naturali, & gentium primo capientis fiunt.*

3 *Fera animalia, quæ non ſunt manſueta, nec abire nec redire ſolent, tandiu dominorum ſunt, quandiu in eorū cuſtodia manent, quamprimum euaſerint, fiunt rurſus primo capientis.*

Viuaria, piſcinæ, ſtagna proprie quæ dicantur.

Quid de feris in ſaltibus vaſtiſſimi circumſeptis, & piſcibus in luculis amplis, & ſpatioſis incluſis ibid.

4 *Feræ, quæ educatione manſuetæ redduntur, & abire, & redire ſolent, vt columbæ, apes, et cerui manſuetiores nonnulli, quamdiu dominorum ſint.*

Quæ per octo aut 15. dies aut per longioris temporis ſpacium nō redeunt, non cenſentur manſuetudinem, aut conſuetudinem redeundi amiſiſſe. ibid.

5 *Falcones, & alia ſimilia in dubio an naturalem libertatem acquiſierint, vel manſuetudinē retinuerint præſumitur potius pro domino eorum, eique reſtituenda erunt.*

6 *An licite prohiberi poſſit venatio, piſcatio, & quouſq;*

7 *Venatio iure naturæ licita, & utilis, merito tamen clericis prohibetur, religioſis verò perſonis multo ſtrictius prohibetur.*

Captum tamen a clericis etiam illicite venantibus proprium ſit venantium.

8 *Laicis etiam iuſtis de cauſis poteſt prohiberi venatio, aucupium, & piſcatio.*

9 *Rationes variæ aſſignantur, cur vtile ſit etiam laicos prohibere, vſque ad nu. 11.*

11 *Princeps omnia loca, Syluas, & paludes ſibi reſeruare non poteſt.*

12 *Domini, qui prohibent venationem in montibus, lociſque communibus, vel priuatis tenentur in conſciētia ad omnia damna perſoluenda, quæ venatio intulerit in poſſeſſione particularium.*

13 *Principes, & Magnates, qui imponunt pęnam mortis, aut mutilationis, aut etiam flagellorū in loco prohibito uenantibus, peccant.*

14 *Probibere vnuſquiſque poteſt, ne quis in agro ſuo venetur, aut piſcetur.*

15 *An facta lege a Principe, ne quis in locis, et caſibus ſupradictis venari, aut piſcari poſsit, peccet qui legem illam uenando tranſgreditur.*

16 *An & quando uenantes contra prohibitionem capta reſtituere.*

17 *Qui venatur, aut etc. in locis communibus minime circunſeptis, cuiuſcunque ſint illa loca, non tenetur reſtituere niſi magnam ſtragem, et deuaſtationem faciat quamuis etiam damnum ſubſecutum reſtituere tenetur. num. 18.*

19 *Qui in locis publicis nulli appropriatis uenantur, etc. an ſint reſtitutioni obnoxij, an etiam clerici licet uenando peccent reſtituere teneantur. nu. 20.*

21 *Quando tales feræ nullo dolo, aut fraude uenatoris ep-diuntur de locis prædictis, in quibus prohibitum e uenari ad alium locum non uetitum, capiens eas non tenetur ad reſtitutionem.*

22 *Qui autem in ſaltu uenatur aut piſcatur in piſcinis co-ctis à Domino, ubi facile capi poſſunt animalia incluſa, et peccat, et reſtituere tenetur.*

23 *Quid in lacu aut fundo alterius, ubi eſt aliqua clauſura ſed non tam arcte, et nu. 24. 25. 26.*

26 *Num reſtituendum quando fundus, et ius capiendi, et uenandi alicui locatur.*

27 *Qui uenando etiam in locis licitis damna equis, canibus aut ædibus ſuis prædijs, aut ſatis alienis aliiſque rebus inferunt, ea integre proprijs Dominis reſtituere tenentur.*

28 *Qui occidit, aut grauiter uulnerat, aut percutit animal domeſticum in prædio ſuo damnum inferens, peccat, et reſtituere tenetur.*

29 *Qui alium iniuſte uenari, aut piſcari prohibet, contra iuſtitiam peccat, et damnum, et lucrum ceſſans reſtituere tenetur.*

EXplicatis ijs omnibus, quę ad famam & honorē ſpectant, ſupereſt de alijs rebus externis paucis diſſeramus quando, & qualiter in eis reſtō facienda ſit, quamuis multa in præcedentib. dicta ſunt, nonnulla tamen quæ ad hanc materiam pertinent, & de quibus controuerſia eſſe pōt, hoc in loco magis particulariter examinanda reſtant. Ante omnia autem cum non raro uenationib. iniuriæ, & damna plurima committi ſoleāt de reb. per venationem, piſcationē, & aucupiū (quoniā oīum eadē in propoſito rō eſt) captis, agemus. Quā materiā, vt melius explicemus, omnemq. difficultatem ſoluamus, dubia quædā pręponere neceſſum erit, ex quorū ſolutione omnia manifeſta reddētur.

1 PRIMVM DVBIVM eſt, Qualiter dominiū acquiritur, vel amittitur in feris; Ferarum autem nomine etiā piſces, & volucres intelligi debent. Pro cuius intelligentia faciendum ante omnia eſt, iuxta §. feræ & ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ. Animalium ratione carentium, Quædam eſſe natura ſua fera, vt lepores, piſces, grues, perdices, cerui, & id genus alia. Alia ſunt nō fera, vt oues, boues, porci, gallinæ, anſeres, columbæ, quod tamen non de omnibus intelligendum eſt, ſed de domeſticis. Rurſus quædam ſunt animalia eiuſdem appellationis, aut ſpeciei inter quæ, vel propter complexionem, vel propter educationem, quædam ſunt fera ſua natura, quę tamen educatione fiunt domeſtica, vt patet in ceruis, & accipitribus. Econtra vero quædam ſunt, quę licet natura ſua non ſint fera, poſſunt tamen fieri fera educatione longa in ſyluis, porci enim domeſtici, fiunt apri. His prænotatis

2 Prima Propoſitio eſt: Animalia non fera regulariter iam omnia ſunt appropriata ſuis dominis, & licet hęc aliquando longe aberrent, vel deuorentur a lupis, aut alia fera capta deferantur, eorum tamen dominium adhuc apud dominos manet;

Vnde ſi interficiantur, aut alia ratione pereant, carnes tamen eorum, & quicquid aliud ex eis remanſerit, ad dominum ſpectat; adeo vt qui huiuſmodi animalia, aut partes eorum de ore lupi extraheret ſua induſtria, teneretur ea domino reſtituere, eſto alioqui peritura omnino eſſent, niſi ille eripuiſſet: Tenentur tamen domini eorum eos perſoluere pro labore, & expenſis, aut eis concedere, quod extraxerint, vt colligitur ex l. Pomponius. ff. de acq. rerum dominio, & §. Gallinarum. Inſtit. de rerum diuiſione.

Secunda propoſitio: Fera animalia, quæ adhuc in nullius bonis ſunt, iure naturali, & gētium, ſunt primo capientis, & fas eſt ea capere in quocunque loco ſint. §. feræ. Inſtitu. de rerum diuiſione, & l. 3. de acq. rerum dominio. & c. ius naturale. & cap. ius gentium. diſt. 1.

Tertia propoſitio: Fera animalia, quæ non ſunt manſueta, nec abire, nec redire ſolent, tamdiu ſunt dominorum, quamdiu in eorum cuſtodia manent; Cum primum vero in ſuam ſe receperint libertatem, & cuſtodiam euaſerint, amittitur eorum dominium, & rurſus fiunt primo capientis. Naturalē autem libertatem cenſentur conſecuta, quando ita cuſtodiam euadunt, vt oculos domini, aut cuſtodientis fugiant, vel eſto ſint in conſpectu domini, difficilis tamen eſt eorum perſecutio, & comprehenſio, vt v.g. Aues, quæ in caueis continentur, ne fugiant, extra caueas egreſſæ libertatem ſuam naturaliter conſecutæ cenſentur, dummodo non ſint manſuetæ omnino, nec redire ſolitæ ſunt, niſi ex accidenti facilis ſit earum captio, puta, quia alas abſciſſas habent, ita vt longe auolare non poſſint. Itē feræ, quæ aliquando captæ, aut quaſi captæ ſunt, dum manent in locis circumſeptis, v.g. in *uiuarijs*, *piſcinis*, *ſtagnis*, & alijs ſimilibus locis, nec non quæ in eiſdem locis ex illis procreantur, ad eum pertinent, qui eas in tali cuſtodia retinet, vt habetur in d. §. feræ. & l. 3. 4. & 5. de acq. rer. dom. & §. Itē ea quæ ex animalibus. Inſtit. de rer. diuiſ. *uiuaria* autē dicuntur (vt id obiter annotemus) loci, quibus vel aues, vel piſces, vel feræ continentur ad victum humanum, induſtria hominum animalibus in ea loca immiſſis, vt nutriantur, aliaque progenerent ad mēſarum delicias. ex l. vſufructuarius venari. §. viuarijs. ff. de vſufructu. Pli. lib. 8. c. 52. & lib. 9. c. 54. atq. adeo nomen hoc commune eſt iſtis omnibus. Magis tamen proprie teſte Columella lib. 8. c. 1. *uiuaria* dicuntur loci, vbi nemorib. clauſis pecudes ſylueſtres cuſtodiūtur. *Stagna* dicuntur, quia temporalem continent aquam inibi ſtagnantem, quæ plerumque hyeme coagulatur, nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in flumine. publ. nau. liceat. *Piſcina* verò eſt ea, in quam piſces humana induſtria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Piſces igitur piſcinarum, & feræ viuariorum ad dominum fundi pertinent, cui piſcinæ, & viuaria accedunt. Quod intelligendum eſt, quando ita in his locis paruis, & hominum induſtria circumſeptis, & incluſis cōtinentur, vt eas dominus arbitratu quaſi ſuo poſſit capere, & vſurpare, cum velit.

Quæ autem in ſaltibus vaſtiſſimis continentur, ita vt nunquam captæ, aut quaſi captæ fuerint, ſed ſemper in ſua naturali libertate erant, etiamſi ſeptis intus contineantur, vt fugere nequeant, & vt alij venatores arceantur, feræque hac ratione felicius multiplicentur, ad illius tamen dominium nō pertinent, cuius eſt ſaltus, quamuis ille ſolus eas venandi ius habeat, ſed in ſua libertate naturali manent. Idemque de piſcibus dicendum eſt, qui in lacubus, & paludibus maximis continentur, quiq; ibi induſtria humana non ſunt miſſi, non enim ſunt eorum, quorum ſunt illi lacus, etiamſi illi ſoli propter dominium loci ius piſcandi habent. §. Item feras. cit. & Couar. in reg. peccatum. par. 2. § 8. nu. 15. in ſi. de reg. iur. in 6. Grego. de Val. to. 3. diſput. 5. q. 6. punct. 5. dub. 6. Mich. Sal. 2. 2. q. 62. art. 3. controu. 3. Lud. Molin. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 41. & alij. Ratio eſt, quia eo ipſo, quod in loco maximo, & tā vaſto circunſeptæ ſunt, non cenſentur captæ, adeo vt quamuis ex vno alio auferrentur, & mitterentur in illo, vt ibi multiplicentur, quia tamen in tam vaſto loco poſitæ ſuam naturalem libertatem conſequuntur, ad nullius dominium pertinent, donec iterum capiantur, & dominus loci ius ſolum venandi, & piſcandi habet, non alij.

4 Quarta Propoſitio; Feræ, quæ educatione manſuetæ redduntur, & abire, & redire ſolent, vt colūbæ ad columbarium, apes ad alueare, in quo iam fuerint, & quandoque etiam nonnulli manſuetiores cerui, tamdiu ſunt dominorum, quamdiu egredi, & certis temporibus redire ſolent. Quando autem egreſſæ non ſolent redire, amittitur dominiū eorum, & ſunt poſtea proximo capientis, etiam ſi facilior ſit earum comprehenſio, eo quod aliquam partem priſtinæ manſuetudinis retineant. Sic communiter omnes & nominatim Ioan. Med. Cod. de reſtit. q. 12. Sot. lib. 4. de iuſtit. q. 6. art. 4. Mart. Naua. in Manu. cap. 17. num. 128. Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 8. num. 14. & nu. 15. de reg. iur in 6. Mich. Salon 2. 2. q. 62 art. 3. controuerſ. 3. Dominicus Bannes, & Pet. Arrag. ibid. Sylueſt. verb. inuentum, q. 2. verſ. Tertium. Greg. de Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 6. Ludo. Molina. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 4 . Ratio eſt, Quia quandiu ſiue ita incluſæ cuſtodiantur, vt pro libito accipi poſſunt, ſiue egredi, & redire ſolent, habentur tanquam domeſticæ, & proinde æque pertinent ad poſſeſſionē dominorum, ac aliæ cicures, & domeſticæ. Ergo eas auferendo furtum committunt; & reſtituere tenentur, & colligitur ex §. Pauonum. Inſtitut. de rerum diuiſione, & l. Naturalem. ff. de acq. rer. dominio. Tunc autem ſecundum Ioan. Maiorem in 4. diſt. 15. q. 10. dub. penult. Naua. in Man. c. 17. num. 128. Sylueſt. in verb. inuentum. q. 2. in verſic. Tertium, & gloſſam in l. de quibus. ff. de legib. cenſentur amiſiſſe conſuetudinem redeundi, & fieri conſequenter primo capientis, ſi bis aufugiant, & non impeditæ, diebus, & horis conſuetis non redeant, quia conſuetudo inducitur per binum actum. l. 3. C. de Epiſc. aud. verum in hoc ſtandū arbitror prudentis iudicio, ſi enim non longe vagantur in ſylua, ſed in locis vicinis, & ſuburbanis commorētur, aut per alienas domos diſcurrunt, et ſi per octo aut quindecim etiam dies, aut per longius tempus nō redeant non cenſentur manſuetudinem, & cōſuetudinem redeundi amiſiſſe.

5 Hinc conſtat falcones, & alia familiaria animalia aucupio, & receptui ad aucupis manum aſſuefacta, quamuis viſum, aut cuſtodiam dominorum au

fugerint, non tamen conſuetudinem ad manum aucupis redeũdi amiſiſſe: quod ſi poſt aliquot dies non redierint,& ſtigmata haberent impreſſa, ac notas,vt cuius erant, agnoſci poſſint, ad proprios dominos reduci debent, & in dubio an libertatem naturalem acquiſierint, vel manſuetudinem retinuerint,præſumitur potius pro domino eorum,illique reſtituenda erunt.

Idemque de columbis,quæ redire ſolent ad ꝓpria columbaria,dicendum eſt, quamdiu.n.redire ſolent,ad dominium columbarij pertinent;vbi autem redire deſierint,primo capientis fiunt. Sic etiã apes,quæ in proprijs aluearibus commorantur,aut auolantes redeunt.Immo verò etiam ſi totum examen ex noſtro alueario cumulet, dominium illius retinemus,quamdiu ſunt in conſpectu noſtro,& facile comprehendi queant; vbi autem prorſus auolauerint, earum dominium amittitur. Noua tamen examina,quæ certis temporibus ex aluearib.egrediuntur,eius ſunt,quorum erat examen,a quo progenita ſunt,fructus enim & partus ferarum , eius ſunt,cuius ſunt ferę,§.Item ea, quæ animalibus.Inſtit.de rerum diuiſione.& l.apum. ff. de acq.rerum dominio.

5 DVBIVM SECVNDVM eſt,an licite prohiberi poſſit venatio,piſcatio,& quouſque. Hæc enim quæſtio præmittenda neceſſario eſt, vt exinde colligamus, an,& quando exinde capta reſtituenda ſunt. Quidam apud Couarruuiam in reg.peccatum part.2.§.8.nu.1. docent venationem per Principes prohiberi nõ poſſe,quin liceat vnicuique ſaltem in locis communibus,& in proprijs locis venari , & piſcari. Hic Hoſt. Io. And. Card.& Anto.in cap. Non eſt. de Decimis. Decius conſil.179.& 271. & alij multi Iuriſperiti a Couar.citati. Ratio eſt, quia venandi & piſcandi libertas iure naturali , & gẽtium conceſſa eſt, eo quod iure vtroque feræ manſerint indiuiſæ,& omnibus communes,adeo vt eodem iure fiant primo capientis.Principes autem nihil poſſunt contra ius naturale & Gentium. Vnde Ariſt. lib.1.Polit.c.5. venationem inter antiquiſſima vitæ genera refert. Maior propoſitio aperte colligitur,ex l.1.& 3.& ex l.quod in litore.ff. de acq.rerũ domin. & §. feræ. Inſtit.de rerum diuiſione.l.1.in princ.ff.de acq.poſſeſ. Quibus in locis expreſſe ſtatuitur venandi libertatem eſſe a natura,eaque,quę in nullius ſunt dominio, iure naturæ , & gentium fieri primo occupantis . Minor vero conſtat ex §.ſed naturalia , Inſtit. de iure naturali,gentium,& ciuili,& diſt.5.in prin.& diſt.6.c. vlt.vbi dicitur,neminem tollere ea poſſe, quæ iuris gentiũ & naturalis poſſunt.

6 *Aliorum* tamen omnium opinio eſt,poſſe principes iuſtis de cauſis eam prohibere, tenerique inferiores iuſto præcepto obedire. Sic multi alij Iuriſperiti,quos refert, & ſequitur Couar.in reg.peccatum,p.2.§.8.num.1.Glo.in c.Qui venatoribus,diſ. 87.citari ſolet,quæ tamen non id docet, expreſſe autem id docent Gabr.in 4.diſt.15.q.5.art.5. concluſ.5.lit.N.Caie.to.1.opuſc.tract.31. in opuſc.17. reſponſ.reſponſ.12.dub.4.& dub.5.Io.Medi. C.de reſtit.q.12.& Sot.lib.4.de iuſtit.q.6.art.4.Anto.de Cordub.in ſumma.q.118.punct.1.Mart. Nauar.in Man.c.17.nu.120.verſ.17.Mich.Sal.2.2.q.62.art. 3.controuerſ.3.Dom.Bannes ibid.dub.5.& Petr. de Arrag.ibid.dub.vlt.Pe. Naua.li.3.de reſti.c.1 3.dub.15.nu. 278.Greg.de Val.tom.3. diſp.5.q. punct.5.dub.6.Lud.Lopez p.1.inſtr.conſc.ca.14 Lud.Mol.p.1.de iuſt.tract.2.diſp.43. Eman.Ro p.1.ſummæ.c.35.Tol.lib.5.ſummæ.c.20. & Lu Carb.tract.de reſt.q.34.& alij. Ratio eſt, quia iure naturæ omnia ſint communia, poſſunt ta per legem , aut Rempublicam bona iure genti communia ita priuatis concedi,vt in poſterum ſit licitũ alijs ea occupare.Sicut iure naturali o nia in principio erant communia, & tamen leg humanis facta eſt poſtea rerum diuiſio: ita res iure gentium communes,ex cauſa principes pri tis vſibus applicarij, earumque occupationẽ interdicere poſſunt,& ſic venationem earum, aut piſcationem prohibere. Neque hoc eſt iuri naturæ, gentium aduerſari, ſiquidem neque iure naturæ que iure gentium præcepta , aut prohibita vena eſt,ſed ſolum permiſſa,& licita , ſtante ergo hac p miſſione iuris naturalis, & gentium de venand & piſcando, ſuperuenire poſſunt iuſtæ, & legi mæ cauſæ,quibus expediens,& decens ſit, eam,vel aliquib. perſonis,vel certis quibuſdam in locis,aut temporibus,vel aliquib. inſtrumentis prohiberi,vt ratio ipſa docet,& experientia teſtatur.

7 Primo igitur quamuis venatio iure naturæ licita, & vtilis ſit,(loquendo de ſaltuoſa,quæ fit in ſyluis per ſaltus)merito tamen ea clericis prohibetur,cã. quorundam.diſt.34.& cle. 1.§.porro. de ſtatu monach.& per totum titulum, de clerico venatore,& in Concil.Trid.ſeſſ.24.c.12.de reform. inter alia, de quibus canonici admonentur, vnum eſt,vt ab illicitis venationibus,aucupijs,choreis , &c. abſtineant Non enim decens eſt,& ſi frequens ſit,& immodica,animum a rebus diuinis diſtrahat. Vnde maxime prohibetur illis venatio,quæ fit cum canibus,& accipitribus,cum in cauſa eſſe ſoleat,vt illud quod de reditibus eccleſiaſticis erogandum eſſet pauperibus,cum canibus,accipitribus,equis,& miniſtris ad eam neceſſarijs,vane,& inordinate inſumatur. Immo Epiſcopi,ſi frequentes ſint in huiuſmodi venationibus,iubentur ſuſpẽdi a communione tribus menſibus,presbyteri duobus, & diaconi ab omni officio,vt habetur ca.1. de cler.venatore. Ceterum vt recte notant Io. Med. C.de reſtit.q.12. Pet. Nauar.vbi ſup.num.229.& Molina poſt gloſſam in c.1.de cler. venatore. non prohibetur clericis quieta venatio neceſſitatis, aut honeſtæ recreationis cauſa,ſed clamoroſa, & tumultuoſa cum ſtrepitu canum,& accipitrum,& falconum, vt in ca. de cler.venat.habetur. Et quamuis gl.in d.ca.1.de cler.venat.putat non licere prædictam quietam,& recreatiuam venationem epiſcopo,ſi tamen abſque ſtrepitu,& ſcandalo fieret , non erit condemnãda de mortali,vt recte Pet.Naua.loco citato annotauit. Et multo minus alij clerici ex ſolo capite venationis culpæ mortalis damnandi ſunt , dummodo venatio ex ſuo genere non ſit periculoſa,vt exinde ſequi ſolet caſu mors,aut mutilatio alicuius, qualis eſſe ſolet aprorum venatio, quo caſu ſi eccleſiaſticus talis venationis cauſa eſſet, ex eaque ſine alia eius culpa mors , aut mutilatio alicuius ſequeretur,irregularitatem ex homicidio, aut mutilatione caſuali incurreret . Religioſis item perſonis multo ſtrictius venatio interdicta eſt,eo quod p

cos

os dedeceat.clem.1.§. porro. de ſtatu monach.q- us etiam vix licet venantes intueri,niſi caſu acci- eret eos aliquando inter venatores reperiri. Ad- unt denique Couar.in reg. peccatum.p.2.§.8. nu. .de reg.iur.in 6.& Rodriq.p.2.ſummæ.c.37.con luſ.9.ita captum a clericis, etiam illicite venanti- us,proprium fieri capientium, nec in iudicio ani- æ reſtituendum eſſe.

Secundo laicis etiam iuſtis de cauſis prohiberi po- eſt a Principe,vel Republica venatio,aucupium, & piſcatio.

Primo quidem & præcipue ob bonum commune;vt enim vectigalium iuſtitia ex publica ,& non ex priuata Principis vtilitate naſcitur, ita plane de venationis prohibitione dicendum eſt: vt enim in vectigalium impoſitione proprium exigitur,ita in venationis prohibitione commune aufertur. Cum enim omnia animalia tam volatilia , quam terreſtria & aquatilia iure naturæ communia ſint,ſaltē negatiue,quia.ſ.nullius ſint, & iure naturali nulli applicata ex S.Th.2.2.q.94.ar.5.& Caie. tract.31. opuſc.17.q.reſponſione 12.dub.4.& dub.5.& Couar.vbi ſupra,num.1.& alijs,ſed vnicuique ius eſt ea aucupandi,iniuſte ageret princeps, qui eo iure vnumquemque priuaret ob ſuam tantum commoditatem priuatam,niſi ob publicum bonum, ius naturæ interpretando,& limitando. Sicut ea ratione theſaurorum ,& mineralium certam ſibi partē applicauit ad publicas Reipub.neceſſitates,vt ſuo loco dictum a nobis eſt. Vnde cum bonum commune exigat ne aues, piſces , & feræ funditus tollantur, quod facile accideret , ſi cuique pro ſuo arbitrio,& ſine delectu piſcari,& venari vbique liceret,merito huiuſmodi prohibitiones fiant , vt hac ratione conſeruentur.

Secundo etiam ratione temporis ob communem vtilitatem,ne venatio totaliter conſumatur, vel notabiliter imminuatur, prohibita eſt venatio certis quibuſdam anni temporibus,in quibus feræ grauidæ ſunt,ſuoſque partus educunt , & fętus nutriunt. Aut quia propter frigus,& imbres facile huiuſmodi animalia capiuntur,& deſtruerentur, qua de cauſa merito multis in locis prohibetur, ne tempore niuis lepores , cuniculi, pernices , & columbæ capiantur.

Tertio etiam prohibetur ob incommoda multa vitanda,videlicet ad vitandas lites , & contentiones, quæ multoties contingerent , niſi prohibitum eſſet quouis loco,aut tempore venari, & piſcari. Itē ne homines agriculturam dimittant, & alia neceſſaria,& honeſta negotia. Quæ potiſſima cauſa fuiſſe mihi videtur prohibendi perſonis eccleſiaſticis venationem,ne.ſ.huic exercitio dediti,& plus iuſto occupati, literarum ſtudia,prædicationem,orationes,& diuina officia dimitterent.

Quarto prohiberi poteſt,& ſolet venatio,vel piſcatio cum certis quibuſdam inſtrumentis , quibus plurimi capiuntur piſces minutiſſimi , idque ne ea ratione diminuantur valde , & cibus Reipubl. neceſſarius deficiat. Prohiberi etiam ſolet,ne homines ſclopo venentur,ne propter tonitrua archibuſiorum fugentur,& terreantur aues, & feræ: Aut ne homines piſcentur mittendo in flumina,& paludes eas res,quibus tum piſces moriuntur,tū aquæ etiam inficiuntur.

10 *Quinto*, Quamuis Princeps ſupremus omnia loca,ſyuas,& paludes ſibi ad venandum, & piſcandū reſeruare nequeat,cum id naturali rationi, & æquitati minime conſonum ſit, aliquorum tamen locorum,non eorum ſolum , quorum dominium proprietatis ad ipſum ſolum pertinet, ſed etiam aliorū moderatum numerum reſeruare pōt , tū ad ſui honeſtā recreationē,tū ob maiorem dignitatē, quā & Regius ſtatus,& Reipublicæ ſplendor poſtulat. Id .n.ad publicum bonum quodammodo ſpectat,vt ipſe curis publicis melius vacare poſſit, animum qñque honeſte relaxando. Et quidem certum eſt,poſſe Principem tum loca aliqua communia , tum ēt propria aliorum prædia ſibi ad venandum aut piſcandum vendicare non ſolum ex populi conſenſu, ſed ipſis ēt inuitis,& hoc ad honeſtam , & decentē ſuam recreationem,illiſq; prohibere,ne illis in locis venari,aut piſcari poſſint,vt recte Sot. libr.4.de iuſtit.q.6.art.4. Ioan. Med. Cod. de reſtit.q.12.& Molin.vbi ſupra tract.2.diſpu.46.annotarunt; Addunt tamen & bene,teneri eo in caſu Principem aliquam compenſationem facere non ſolum priuatis hominibus,qui ibi prædia haberent quantum eſſet detrimentum,quod inde eueniret,ſed etiam populis,quo vel minorem,pro ratione detrimenti quod vſurpatione illius iuris illi proueniret, quod quidē præſtare poſſet,vel remittendo populis illis alia iura,& tributa, quæ alioqui ab illis iuſte poſſet exigere,vel aliqua alia ratione.

11 *Sexto*,magnates,& optimates , qui ſuperiorem agnoſcunt in locis , quorum dominium proprietatis ad ipſos ſolos ſpectat , ſui que in territorijs pro tempore,& modo venationem,& piſcationem vetare poſſunt,ſine fraude,& ea moderatione,ne totaliter ſubditis facultas venādi auferatur, quatenus tamen, & quantum in id vtilitati communi populi conducens eſſe videtur.

Ceterum non pro ſolo eorum arbitratu,ſed de licentia regis expreſſa,vel tacita,vel virtute priuilegij proprij,aut vi alicuius contractus,vel de cōſenſu populorum,qui ipſis ſubditi ſunt,(dummodo libere conſentiant,& non metu dominorum , ne.ſ.ſi illorū voluntati refragentur,eos habeant infeſtos) vel legitimæ iam preſcriptæ conſuetudinis titulo, & non aliter poſſunt huiuſmodi Domini , & magnates,propriæ vtilitatis,& recreationis animi gratia omne genus,vel tale genus venationis vetare in ſyluis,montibus, & locis communibus ſuorum populorum,atque in nemoribus , vel paſcuis proprijs peculiaribuſque ipſorum dominorum,quatenus ipſi ſoli domini,vel tantum illi,quibus licentiam dederint,ibi venari,aut piſcari poſſint.

12 Illud tamen ſciendum eſt, quod in caſibus ſupra dictis,in quibus iuſtè dominus venationem interdicit in montibus,lociſque communibus , vel priuatis tenetur in conſcientia ad omnia damna perſoluenda,quæ venatio intulerit in poſſeſſione particularium , vel plebis , aut ſaltem indulgere facultatem , vt occidi tales feræ poſſint inſtrumentis lege regni non vetitis. Quam licentiam ſi concedere nolit,obligatus in conſcientia manet,omnia dāna populis illis perſoluere,qui non libere in talium damnorum remiſſionem conſentiunt, etiamſi metu,vel minis intra ſe conceptis, ea non petierint,vt late tradunt Caiet.opuſ.17.quæſtionum. Reſponſ.

12.dub.5.Couar. in reg.peccatum. par.2.§.8.num. 10.Grego.dę Valent.tom.3.diſp.5.quæſt.6.punct. 5.dub.6.Mart. Nauar. in Manu.cap.17.num.120. verſic.27.Ludouic.Lopez par.1.inſtruct. conſc.ca. 147.Ant.de Corduba.in Summa.q.119. Ludo.Molina par.1.de iuſti.tract.2.diſput.46. Eman. Rodr. par.1.Summæ,cap.35.concluſ.2.& 3.Ludou. Carbo tract.de reſtitu.quæſt.34.concluſ.7.Immo vero etiamſi iuſte prohibeat venationem, ſi tamen adeo excreuit multitudo ferarum, vt non poſſint ſubditi ſine grandi periculo, labore & expenſis defendere poſſeſſiones, prata, ſegetes & vineas ſuas, ſed die nocteque in illis cuſtodiendis inuigilent, non ſufficit in hoc caſu damna reſarcire, aut etiam licentiã cõcedere occidẽdi feras illas, ſed vltra etiam illis pro huiuſmodi laboribus & expenſis extraordinarijs ſatisfacere tenentur, cum iniuſtum omnino ſit, vt domini ſubditos eorum tot periculis, & expenſis exponant, quę compenſatio ad arbitrium boni viri facienda erit, nec aliter abſolui poſſũt, vt Rodriquez vbi ſupra concluſio.ſexta, annotauit poſt Ludouicum Lopez cap.151. qui docet compenſationem faciendam eſſe non ſolum iuxta valorem fructuum tempore deuaſtationis eorum, ſed etiam tempore meſſis, aliquid tamen demendo propter periculũ, cui ſubijciebantur. Ratio eſt, quia iniuſte per violentiam impediens a lucro ceſſante non ſatisfacit per ſoluendo ſortem, niſi deductis periculis ſoluat, reparetq; lucrum veriſimiliter ſperatum. Ergo in caſu noſtro recompẽſandus eſt valor fructuum veriſimiliter expectatus, & non ſolum valor rei, quem valebat, dum deuaſtata fuit. Quibus omnibus adducunt Nauarr.in Manuali.cap.17.num.125.verſic. Trigeſimoprimo, & Rodriquez vbi ſupra concl.6. & Molina diſp.47.Reges, & magnates prædictos prohibentes, ne feræ palantes, quæ non ſunt incluſæ, occidantur a domino prædiorum, non excuſari a peccato per propoſitum reſtituendi damna etiam conſecuta reſtitutione, magis quam excuſatur fur, aut raptor per propoſitum reſtituendi, quod furatus ſit, aut rapuerit etiam ſecuta reſtitutione. Vnde non ſatis eis eſt reſtituere damna illata per huiuſmodi feras venatiles, ſed etiam pœnitere, & cõfiteri tenentur damnum ſic illatum, cum illud inferendo vel per ſe, vel per huiuſmodi animalia, mortaliter peccent.

13 Demum cum Syluestro verb.reſtitutio.3.q.2.in fine.& verb.venatio.Martin. Nauarro in Manuali.cap.17.nu.121. Antonio de Corduba in ſumma. q.119.puncto.4.Ludouico Lopez part. 1. inſtruct. conſcien.c.147. Ludouico Molina. tomo 1. de iuſtit.tract.2.diſp.46.in fine.Emanuel Rodriquez p. 1.ſummę.c.35.concluſ.5.& Ludouico Carbone q. 34.de reſtitutione concluſ.7.& aliis obſeruandum eſt, peccare Princeps, & magnates, qui imponunt pœnas mortis, aut mutilationis, aut etiam flagellorum in loco prohibito venantibus. Quod ſi ad terrorem eas aliquando imponerẽt, peccaret mortaliter, qui eas executioni mandaret cum onere reſtituẽdi damnum illatum, ex Molina vbi ſupra, niſi forte aliquis ſæpius leuioribus pœnis punitus, & admonitus deſiſtere nollet, graueq. damnum inferret, tunc enim tanquam legum contemptor flagellari poterit, ſi conditio perſonæ id ferret. Vnde ſatis dicunt pro prima tranſgreſſionis vice mulctam certæ pecuniæ imponere, & pro ſecu vice duplam indicere, & pro tertia aliquam ali pęnam ſuperaddere.

14 *Septimo*, prohibere vnuſquiſque poteſt, ne in agro ſuo venetur, aut piſcatur, vt conſtat *feræ*.inſtitut.de rerum diuiſione & l.3. ff. de ac rend.rer. domin. poteſtque ius ibi venandi, au ſcandi ſibi ſoli vſurpare, aut alteri concedere, locare.

Quod intelligẽdum eſt, niſi tale ius eſſet a alterius, vt in ſaltibus Principum, quia licet in multi priuati homines ſuas habeant poſſeſſio ius tamen illis venandi non ad ipſos, ſed ad ſpectat, ad quem tale ius pertinet, hancque ſe tutem habent illæ poſſeſſiones, vt non illi, ſed alius ibi venari poſſit. Et ſicut ſtando in ſolo communi, & lumine naturali, fas eſt vnicuiq. p hibere alijs, ne venentur, aut piſcentur in ag ſuis, ita pari ratione vnaquæque communitas p hibere poteſt extraneis, ne in terris ipſis prop venari, aut piſcari poſſint, cum non minus do nii habeat vnaquæque communitas in terris ſu quam vnuſquiſque in agro ſuo, vt Ioann. Med C.de reſtit.quæſt. 12. dub. 2. & Molina vbi ſup diſput.45.tradunt. An verò ſicut princeps prohi rę poteſt, ne quis priuatus in ſuis propriis locis netur, ita etiam magnates id ipſum illis interdi re poſſint, non adeo certum eſt; dicendum tamẽ poſſe, vel quando populus liberum præbuit conſenſum in eam legem, vel quando ex Principis licentia hoc ius ſibi appropriarunt. Vel denique cõſuetudine legitime præſcripta id fecerint, qui præſumeretur eam iuſto dimanaſſe a principio, vel aliquo pacto innito iuſte cum incolis innita fuiſſe ex Caiet.in ſumma.venatio.& Ioan.Medina C.de reſtitut. q.12. dub.2.in fine. Anton.de Corduba in Summa q.119.puncto 3. Ludouico Lopez par.1.inſtrct.Conſcien.c.150.& Couar. in reg.peccatum.2.§.8.num.10.verſ.Septimo. Molina.trac. 2.diſput.46.qui addunt euidens argumentum eſſe, non habere iuſtum principium talem conſuetudinem.conquerentibus ſemper populis, minime tamen ob timorem ſe opponere, ac reclamare audentibus, in tali namque caſu poſſeſſor eſt malæfidei, nec iuſte pręſcribere poteſt.

15 TERTIVM DVBIVM eſt, An facta lege a Principe, ne quis in locis, & caſibus ſupradictis venari, aut piſcari poſſit, peccet, qui legem illam venando & piſcando tranſgreditur.

Reſpondeo, quando leges, quibus prohibentur venationes, ſunt iuſtæ, quales ſunt, quæ ſeruatis conditionibus feruntur, obligare poſſunt, & obligant ſub peccato mortali, quia eſt in materia graui, & in re concernente bonum commune; certum enim eſt ex ijs, quæ in materia de legibus dic ſunt, leges ciuiles obligare poſſe ad culpam mor talem. De qua re legendi ſunt Ioan. Medina de reſtitut.q.12.dub.3.& Carbo.tracta. de reſti q.34.concluſ.8.Ludouic.Molina tract.2. diſp.4 & diſput.50.

16 QVARTVM DVBIVM eſt, An & qñ venat contra ꝑhibitionẽ capta reſtituere teneantur? P clariori difficultatis propoſitæ ſolutione, ſciend eſt, quædam animalia eſſe manſueta, & domeſti alia verò ſua natura fera ſunt; Item locus venat

nis

alius publicus,& communis eſt,in quo omnib. ari,aut piſcari licet, dummodo non prohibitũ Principe,aut alio Domino authoritatẽ haben illic iſta exercere. Alius vero proprius eſt & pri- us, qui adhuc duplex eſſe poteſt, vel enim eſt oprius ipſius domini, muro, vel ſepe circunclu- ita vt animalia,quæ illic ſunt,egredi nequeant, non eſt ſeptus,ſed apertus,& patens,ita vt libe m ſit feris illic exiſtentibus exire, & egredi quò int. Iuxta quæ breuiter,quid ſentiendum ſit, ſe- entibus propoſitionibus exponam.

Prima Propoſitio: Qui venatur feras, aut volu- s,aut piſcatur in locis communibus,patentibus, minime circunſeptis, cuiuſcunq; ſint loca illa, n tenetur reſtituere,niſi ſtragem magnam, & uaſtationẽ ferarum faciat, ſed quærit ſibi capto- m dominium. Sic Ioan. Medina. C.de reſti. q.12. otus lib.4. de iuſtitia.q.6 ar.4. Coua. in reg.pecca- m.p.2.§.8.num.2.de reg.iur.in 6. Ioſeph Angles floribus.4.ſent.in q.de reſtitutione per venationẽ nclu.3.Lud.Lopez p.1.inſtruct.conſcien.c.148. ncluſ.1.& 3.Mich.Salon 2.2.q.62.ar.3. contro- rſia.3.concluſ.2. Dominicus Bannes ibid. concl. Petrus de Arragon ibi.concluſ.5.Pet.Nau.lib.3. e reſtit.c.1.p.3.dub.15.nu.290. Toletus li.5.Sum mæ,c.20.Ludouic.Molina.to.1.de iuſtitia. tracta. .diſp.51.Grego.de Val.to.3.diſp.5.q.6.puncto 5. ub.6.& Ludouicus Carbo q.35.de reſtit.concl.1. Ratio eſt,quia licet peccet, qui ita venatur,aut piſcatur contra iuſtitiam,contraueniendo legi, & præcepto ſuperioris,quo prohibet alijs a ſe illis in locis venari,aut piſcari,quia tñ feræ illæ,aut piſces adhuc illis in locis in ſua ſint naturali libertate nec alicui appropiantur,conſequenter ex tali venatione,aut piſcatione nulli aufertur, quod ſibi eſt proprium,vel ei debitum. Ergo nulla exinde obligatio reſtitutionis erit. Confirmatur hæc ratio,quia per ſolam legis prohibitionem non appropriãtur animalia illa Principi,aut alicui alteri,ſed tantum prohibetur vſus venandi,aut piſcandi honeſtis de cauſis,manentibus adhuc feris iure gentium,& naturæ communibus. Et ita qui illic venatur,aut piſcatur non accipit alienum. Sed per eorum capturam dominium ſibi acquirit: ſicut,& primi rerum occupatores per occupationem res ſuas faciebant. Poteſt quidem Princeps per iuſtam aliquam legẽ facere,vt ibi venantes non quærant captorum dominium,quo ſane in caſu capta reſtituere tenerẽt in conſcientia, nec vllo modo per captionem illa facerent ſua. Ceterũ quod modo aſſero eſt, de facto Principes prohibendo venationem non applicare ſibi,aut alteri illa animalia,neq. ferarum acquiſitionem vetare,ſed vſum venandi, aut piſcandi tãtum prohibere iuſtis de cauſis, vt ſupra diximus, feras illas in ſua libertate,& communitate iuris naturalis relinquendo. Ex quo fit,quod cum animalia illa nullius adhuc fuerint,aut ſint,iure gentium,& naturæ fiant capientis,adeo vt neque is,qui ea capit, neq. is,ad cuius manus,ſiue pretio,ſiue alia ratione vel ipſa,vel eorum carnes tranſierint, ad aliquam reſtitutionem teneatur,ſed tuta conſcientia ea, & accipere,& retinere poſſit.

Dixi,ſic venantẽ non teneri ad reſtitutionem, *niſi magnã deuaſtationem faceret*, q̃a in tali caſu nõ ſolum tenetur ſoluere pœnam lege ſtatutam poſt legitimam iudicis ſententiam,ſed etiam reſtituere tenetur damnum domino loci ſubſecutum, qui ſolum ius ibi piſcandi aut venandi habet: quia q̃ piſcinam,aut ſaltum etſi non vallatum ita deuaſtaret,expoliat dominum illius loci iure, quod habet in piſces,& feras illius loci,& lucro,& vtilitate,q̃ ex eo loco capere potuit; Damnum autem ita iniuſte illatum reſtitutioni eſt obnoxium, facienda autem erit reſtitutio arbitrio prudentis,attẽtis circũſtantijs concurrentibus. Et quidẽ ſi locus venationis magnus eſt,non ita magna reſtitutio iniungenda eſt,cum regulariter occidi non ſoleãt tot animalia,aut piſces capi,quin non obſtante hac captura, loci dominus facile capere poteſt,quotquot voluerit,adeo vt non tam damnum,quam iniuriam ſolũ loci domino intuliſſe cenſeatur,pro iniuria autem in hoc caſu,abſque damno,non debetur reſtitutio, ſed pœna ſolum,ſi ſententia feratur. Et quidem vt plurimum contenti ſolent eſſe domini ſolutione ſolius pœnæ, id quod ex ſtatuto, & conſuetudine iudicandum, quo caſu nulla alia reſtitutio iniungenda erit.

19 Secunda Propoſitio; Qui in locis publicis nulli appropriatis venantur,aut piſcãtur, ita vt venatio, & piſcatio illicita,& prohibita ſit non tam ratione ſubſtantiæ venationis,(vt in prima propoſitione dictum eſt)quia contra bonum commune eſt: quã ratione tẽporis, perſonę, aut modi,quæ capta ſũt, non ſunt reſtitutioni obnoxia, ſed fiunt capientis, ſatiſq; erit ad modum dictum pœnam a lege ſtatutam poſt ſententiam condemnatoriam ſoluere, & alia damna,quæ venando alicui tertiæ perſonę inferuntur,reſarcire. Sic Coua.in reg.peccatum.p.2. §.8.nu.3. Mich.Salon.2.2.q.62.ar.3.conclu.1 Ludouicus Molina trac.2 diſpu.49.& Emanuel Roquez p.1.Summæ.c.37.concl.9.Mar.Nau. in Manuali.c.17.n.124.& Pet.Nau.li.3.de reſt. c.1.dub. 15.p.3.nu.291. Et ratio eſt manifeſta: quia eiuſmodi venatione non capitur alienum, neq; præiudicatur iuri alterius,ſed ſolum capitur,quod eſt cõmune,iureq; gentium fit capientis,leges præterea venationem,aut piſcationem iuſte prohibentes, licet actum vetent,acquiſitionem tamen captorum non prohibent. Ergo quæ ita capiuntur,cum fiant capientis,non ſunt reſtitutioni obnoxia.

20 Hinc ſequitur primo clericos venatores, quib. ratione decentiæ perſonæ, vtque vacent diuinis, venatio prohibita eſt, licet aliquando peccent venando,ad ea tamen,quæ capiunt reſtituenda nõ tenentur.

Secundo,neq. laicos,quibus diebus feſtiuis,ne diuina audire omittant,aut in diebus quadrageſimæ venari prohibetur,arg.c. An putatis d.86.

Tertio, neque eos qui temporibus alijs prohibitis venantur,vt lepores tempore hyemis,aut perdices,tempore fætus.

Quarto,neq; eos,qui laqueis,aut alijs inſtrumentis prohibitis venantur.

Quinto,nec eos,qui prædã inſequuntur per fundum alienum,quia licet fundus ſit alienus,fera tamen,q̃ inſequũtur iure naturæ nullius eſt, ſed primo capiẽtis; tenebuntur tamen ad damnũ reficiendum,ſi quod feram capiendo fundo intulerunt.

21 Tertia Propoſitio: Quando tales feræ nullo dolo, aut fraude venatoris egrediuntur de locis

prædictis,in quibus prohibitum eſt venari,ad aliū locum,in quo venari licet,capiens eas non tenetur ad reſtitutionem,nec ad vllam pœnam. Sic Io. Medina Cod.de reſtitutio.q.12,Corolla.5.& Coua.in reg.peccatum.p.2.§.8.num.15.de reg.iur.in 6.Dominicus Bannes 2.2.q.62.ar.3.dub.vlt.concl.3.& Ludouicus Molina to.1.de iuſtitia. trac.2.diſp.51. Ratio eſt,quia talis venatio nec ex parte rei captæ, nec ratione loci,nec aliunde eſt prohibita,& illicita;Quod ſi cibo aliquo,aut arte aſtrictæ ſunt,vt capiantur,tunc quidem quamuis ad reſtitutionē non teneatur, dominus tamen loci non minus contra eum agere poteſt ad pœnam, quam ſi in loco ipſo prohibito venaretur. Vnde nō ſatis conformiter loquitur Bannes vbi ſupra,qui cū conceſſerit,& bene eum,qui venatur animalia exeuntia nemus,non teneri ea reſtituere, etiamſi conſuetudinem habeant exeundi,& redeundi ad nemus, ex eo quod poſtq̄ exierint illud,non manent ullo modo, ſub dominio poſſeſſoris illius nemoris,aut montis, ſed iure naturæ eſſe communia,& fieri capientis,male poſtea docet venatorem illa violenter extrahentem, aut alijcientem extra illa loca communia,non poſſe illa capere,& capta teneri ea reſtituere. Si.n.neque dum intra nemus erant,fuerant ꝓpria domini loci,neq; arte extracta eius extant. Ergo capiens ad eorum reſtitutionem non tenebitur.

22 Quarta Propoſitio, Qui venatur in ſaltu,aut piſcatur in piſcinis erectis a priuato ipſorum domino,vel valle ſeptis,ita vt animalia intus exiſtentia ſuam libertatem naturalem eundi quo velint,non habeāt,ſed ibi pro libito,aut ſaltem facile capi poſſunt a domino,non ſolum peccat, ſed etiam ad reſtitutionem animalis,& damni dati, ante omnē iudicis ſententiam tenetur.Sic Sotus li.4.de iuſtitia. q.6.ar.4.Ioan.Medina Cod.de reſtitu.q.12.Cou.in reg.peccatum.p.2.§.8.nu.4.Anton.de Corduba in Summa q.119.puncto.6.Mar.Nau.in Man.ca.17. nu.128.Ludouicus Lopez p.1.inſtru.conſcien. ca. 148.concl.2.Michael Salon.2.2.q.72.ar. 3.concl. 3.Dominicus Bannes ibid.dub.vlt.concl.2.Pet.de Arragona ibi.concl.5.Greg.de Val.to.3.diſp. 5.q. 6.puncto.5.dub.6.in principio.Ioſeph Angles in q.de reſtitutione propter venationem 1. concluſ. Emanuel Rodriquez p 1.ſummę.c.37.concl.3.Ludouic.Molina,tra.2.diſp.41.& diſpu.50.in principio.Toletus in ſumma lib.5.c.20.& Lud.Carbo. q. 35.de reſti.conclu.2.& 3.Ratio eſt manifeſta,quia illa venatio,& piſcatio ſic occluſa domini eſt poſſeſſio, & animalia ſic incluſa ad perfectum dominiū,& poſſeſſionem domini pertinēt,adeo vt furtum ſit eas capere,ac proinde iniuſtitiam committit,& reſtituere ea tenetur in conſcientia,etiamſi a iudice non condemnetur.Cum certum ſit eum, q̄ iuſtę potuit circumuallare montem,aut ſtagnū, iuſte ēt ea poſſidere,quæ ibi conſeruantur. Vnde qui animalia,quæ quis priuatim incluſa viuarijs, ledorarijs,piſcinis,aut ſtagnis habet,aufert, etiamſi ab his locis animalia hæc exire ſoleant, modo habeāt conſuetudinem eundi,& redeundi, reſtituere ea domino tenetur;ſiue animalia hæc arte , & induſtria ex illis locis extraxerit,ſiue illa ſic egreſſa vltro acceperit,cum hæc omnia vere, & iuſte poſſidentur a domino,& eorū egreſſum facile impedire pōt,& ſolet occluſis viuarijs,Idēq; de ceruis priuato muro circundatis,& apib.priuato aluco incluſis. Idq; adeo in hoc caſu poteſt dominus aduerſ venatorem actione furti agere,vt notat Cou.vbi ſupra arg.§.Gallinarum.Inſtit.de rerum diuiſ.l.vſufructum.ff.de vſufruct. Quæ concluſio de animalibus,& auibus manſuefactis, vel quæ non poſſunt exire,vt ſunt cuniculi,& lepores,cerui incluſi,& domi nutriti,intelligenda eſt. Hæc enim animalia iam ſunt apprehenſa, & in poſſidentis dominio etiamſi aliquando vagētur extra domum,ſicut gallinæ,canes,aut aliud animal domeſticum.

23 Quinta Propoſitio. Qui venatur,aut piſcatur in loco,& fundo alterius,vbi aliqualis eſt clauſura,& ſeptum,non tamen ita arcte, quin liberum quis egreſſum inde habeant,quamuis peccet,& iniuſte facit in venando,& piſcando,inuito domino loci, animalium tamen,quæ ibi capit,dominium conſequitur,ita vt ea reſtituere non teneatur,tenetur autem domino loci damnum, aut lucrum ceſſans,quod inde ſubſequitur,reſarcire. Sic Ioan. Medina C.de reſti.q.12.Sotus li.4.de iuſtitia.q.6.art.4.Cou.in reg,peccatum.p.2.§.8.nu.5.ver.4.& num.9.ver.5. Anto.de Corduba in ſumma q.119.puncto.6.ver. ſecundus caſus.Pet.Nau.lib.3.de reſti.p.3.c.1.dub. 15.nu.293.Mart.Naua.in Manuali,ca.17.nu.119. Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.6.puncto.5.dub.6.in fine.Ludouicus Lopez p.1.Summæ.c. 148.concl. 4.Ludouicus Molina,to.1.de iuſtitia.tract.2.diſp. 51.ante finem.Petrus de Arragona 2.2.q.62.ar.3. dub.vlt.concl.5.& 6.Emanuel Rodriquez p.1.Summæ.c.37.concl.4.& Ludouicus Carbo q.35.de reſtitu.conc.5.alijque plurimi Iuriſperiti,quos refert Couarruuias vbi ſupra,quicquid Dominicus Bannes 2.2.q.62.ar.3.dub.vlt.conclu.2.circa medium, & Ioſeph Angles in florib.4.ſen.par.2.q.de reſtitutione propter venationem.concl.2.cum ad reſtitutionem nō ſolum damnorum,ſed etiam animalium captorum obligatum eſſe velint. Ratio eſt, quia licet agri illi aliquo modo circumſepti ſint, & lege humana prohibitum ſit ob iniuriam domini,ne quis eius agrum eo inuito ingrediatur,nō tamen ex hoc acquiſitio ferarum, quæ intra cū agrū in nullius adhuc bonis ſunt,eſt impedita,nec per talē prohibitionē feræ ipſius agri domino applicātur,nec eius propriæ efficiuntur, cum eas nondum apprehenderit apprehenſio enim eſt, quæ feras appropriat. Reſtant igitur feræ illæ libere iure naturali,vt primo occupantis fiant.Falſum enim eſt,q̄ præfati duo doctores ſupponunt, nimirum feras illas in dominio poſſidentis fundum eſſe per ſolam fundi clauſuram,cum ipſæ non ſint domeſticæ,ſed feræ,& omnino communes iure gentium.

24 Illud quidem verum eſt,quod ſi dominus fundi animal illud capturus erat,niſi alius contra ipſius prohibitionem illud in eo fuiſſet venatus,piſcatus, aut aucupatus,reſtituere illi tenetur valorem integrum animalis,non per modum reſtitutionis, ſed reparationis damni,quia æquale eſt damnū, quod contra iuſtitiam illi intulit,& lucrum quod illi iniuſte impediuit. Quod ſi res dubia erat,plus aut minus pro quantitate dubij tenetur domino reſtituere arbitrio boni viri,penſata differētia,quæ eſt inter actualem poſſeſſionem,vel quaſi poſſeſſionem, in qua dominus læſus eſt reſpectu venationis. Si vero moraliter erat certum lucrum nullum illi ea q̄

cauſa impediendũ, eo quod dominus agri animal non erat capturus,ad nullam prorſus reſtitutionẽ tenebitur,vt Medina,Corduba,Lopez,& Molina, locis proxime allatis annotarunt.

Et quæ in hac propoſitione dicta ſunt, non ſolũ locum habẽt in aucupio auium ſilueſtrium , vt cõſtat ex l.Diuus.ff.de ſerui.ruſt.prædio.§.feræ. verſ. plane.Inſti.de rerum diuiſione,& ex l.Item ſi fundum.§.aucupiorum,ff.de vſufruc.etſi Sotus aliquo modo dubius videtur eſſe in aucupio rerũ precioſiſſimarum,vt ſunt accipitres, qui tamen in eam tãdem ſententiam deſcendit,vt non putet ſic venantes obligari ad reſtitutionem captorum,ſed etiam in eo,qui in terris,aut fluuijs alterius communitatis,ea inuita venatur,aut piſcatur;iniuriam namq; illi facit,teneturq; ad reſtitutionem damni, ſi qđ inde illi communitati obueniat, comparat tamen dominium animalium,quæ ita ceperit.

Rurſus vera eſt propoſitio noſtra,etiamſi fundus & ius capiendi,& venandi alicui ſit locatũ,ex Medina,Coua.ver.5.& Petro Nau.nu.298. Ludouico Carbone q.35.concluſ.4. Quia ſicut ante prohibitionem,& locationem,ita poſt locationem,& ꝓhibitionem domini fundi,ſeu locatarij,& vſufructuarij,dominus,ſeu vſufructuarius nullum ius,aut dominium habet ad feras intra agrum illum enutritas.Prohibitio enim, ſeu locatio non eſt ſufficiens cauſa ad applicandum ſibi feras,tanquam bona ſua propria,quæ nullius antea fuerunt. Sicut ergo ante prohibitionem,& locationem feræ illæ nullius erant,ita,& poſt nullius ſunt, vnde capientis efficiuntur.Conceſſio igitur,aut locatio alicui in particulari facta,ſolum facit,vt eis, cui ius venandi cõceſſum,& locatum eſt,libere ibi venari, aut piſcari poſſit,abſque pœna,ſecus de alijs,qui venando peccant,& eis non erit impune; Et deniq; ſatisfacere tenentur pro iniuria facta in vetito loco venando, & damnum illatum,vel lucrum ceſſans,quod locatarius ad modum prædictum patitur,reſarcire,puta quia ille plus erat capturus,niſi iſti illius in locis venati,aut piſcati fuiſſent. Non igitur animalia capta,ſed id ſolum,in quo dominus agri,vel vſufructuarius damnificatur, reſtituere tenentur.Ex quibus conſtat verum eſſe,quod Cou.& Pet.Nau. bene annotarunt,parum referre in foro conſcientiæ, quod fructus loci in venationem ferarum referantur, vel ſint alij diſtincti,cum nunquam id, quod eſt proprium,ſed commune,a venatore,aut piſcatore accipiatur.

Illud præterea ex locatione acquirit locatarius, quod alijs licentiam illic venandi gratis,aut oblata pecunia concedere poſſit,quia cũ ipſe poſſit, & ius habeat prohibendi, ne fundũ quis ingrediatur, iuſte ẽt vendere poterit facultatem,& licentiã ingrediendi ad venandũ,aut piſcandũ,vel ad aliũ vſũ licitum,vt Couarruuias n. 9. in fine recte affirmat.

7 Sexta Propoſitio:Qui venando etiam in locis licitis,damna equis,canibus, aut ædibus ſuis, vel quauis alia ratione,prædijs,aut ſatis alienis, alijſque rebus inferunt, dum feras quærunt, aut inſequuntur,ea integre proprijs dominis reſtituere tenentur. Idemque eſt dicendum,ſi permittãt equos aut famulos damnum notabile alicui inferre. Sic Martin.Nau.in Manuali.cap.17.nu.125.verſ.Trigeſimoprimo.Ludouicus Lopez p.1.inſtruct. conſcien.c.148.& Molina.tract.2.diſpu.53.in defectũ autem eorum,qui præcipua cauſa talis damni fuerunt,quales eſſe ſolent, qui præcipui ſunt venationis authores,quique ſecum alios deferunt,ij ipſi, ꝗ damnum aliquo modo dederunt,licet non fuerint ꝑcipua cauſa,reſtituere tenentur.

28 Septima Propoſitio: Qui occidit, aut grauiter vulnerat,aut percutit animal domeſticum in prædio ſuo damnum inferens,peccat,& reſtituere tenetur.Naua.in Manuali.c.17.nu.120.verſi.vigeſimo ſexto. Lopez p.1.inſtru.conſcien.c.148. Emanuel Rodriquez p 1.ſum.c.37.conc.6.Quia ſolum ius habet illud expellendi,& includẽdi, donec de damno dato dominus admonitus ſatisfaciat.Idẽq. de illis dicendum eſt,qui animalia aliena domeſtica,& fugitiua accipiunt,& includunt, vt eorum lanam,plumas,& oua in ſuam vtilitatem conuertãt, ex Nau.nu.128.& Lopez vbi ſupra.

29 Octaua Propoſitio. Qui alium iniuſte venari,aut piſcari prohibet,contra iuſtitiam peccat, & dãnũ, & lucrum ceſſans reſtituere tenetur, vt v.g.ſi vnus miſſurus eſſet rete in mare,& alius eum iniuſte impediuit,reſtituere tenetur,nõ quidẽ quantũ capere poterat,ſed ad boni viri arbitrium,quo ille eiuſmodi ſpẽ vendere poterat,detrahendo tñ de pretio aliquid ꝓ ratione laboris,quem venando,aut piſcãdo ſubire debuit,& rõne certitudinis lucri in venãdo,& piſcãdo.Sic Gabriel in 4.d.15.q.5.& arti.2, concl.5.corol.1.lit.N.Mar.Nau.in Man.c. 17.nu. 120.ver.vigeſimoſeptimo.Cou.in reg. peccatum. p.2.§.8.n.12.de reg.iur.in 6.Lud.Mol.trac.2.diſp. 49.& alij.Ratio eſt,q a ꝗ iniuſte impedit, quo minus quis ius ſuum percipiat,cõtra iuſtitiã peccat, & dãnum infert,lucrũq; impedit. Ergo reſtituere tenetur.Plura alia de venatione,& piſcatione ſcribi poſſent,quæ apud authores citatos legẽda ſunt.

De Columbariorum vſu,& Reſtitutione facienda,vel non,a cæſoribus lignorum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *An licite loca Columbariorum conſtrui poſſunt.*

2 *Veritas paucis propoſitionibus fuſe declaratur vſque ad num.6.*

3 *Qui aucupatur columbas intra alienum columbarium aut prope eum,eaſq; capit,& occidit,mortaliter peccat,ſi damnum ſit notabile,& reſtituere tenetur.*

4 *Intra terminum lege præſcriptum columbas aucupari prohibitum,eas ſumere eſt mortale cum debito reſtituendi,& nu.5.*

6 *Qui fraude,& dolo certa ſemina,& eſcas quaſdam diſpergit,& fine,& intentione, vt ex aliorum columbarijs attrahere,peccat mort.*

7 *Tenentur ementes debitam adhibere diligentiam , vt ſciant,an veræ alienæ ſint.*

8 *An qui ligna cædunt in ſiluis alienis,colligũt ſilueſtres glandes,& in alienis paſcuis ſua pecora paſcunt,in foro conſcientiæ reſtituere teneantur, & ita vt leges prohibentes ſub certa pęna obligent ad culpam ſimul,& pęnam.*

9 *Quinam Authores hanc materiam tractant?*

10 *Siluæ quædam uicinæ aut remotæ, communes, uel pro-*

priæ,vel ex conceſſione Regis,aut titulo plātationis.

10 *Vbi conſuetudo loci habeat,vt tranſgreſſor nō ſolū cōdemnari ſolet ad pęnam,ſed ad reſtitutionē valoris, furtum eſt mort.in re ablata.*

11 *Qn̄ ſylua cædiua eſt propria alicuius oppidi,ciuitatis,aut caſtri,ſi in ea ligna ſcindentes ſint ciues, & incolæ eiuſdem loci,& modicam tantum quātitatē accipiāt ſine facultate nec pec.mor.nec valorem reſtituere tenentur,ſed poſt ſententiam,pęnam ſoluere,& n.12.*

13 *Qn̄ populus finitimus proprias vterque ſyluas habet,alter autem propinquam,alter remotam,an locum habeat compenſatio, & mutua ablatio.*

14 *Scindentes ligna modo dicto nō plus tenentur ad damni ſolutionē quam iuxta præſumptam Domini ſiluæ volūtatē,et unde illa deprehēdi ſolet maxima ex parte.*

15 *Qui ligna in ſylua aliena cædit q̄ conſtat proprijs expenſis Domini,uel anteceſſorum induſtria in ſuo fundo plantata eſſe,mor.peccat,ſiue locus muris ualatus ſit ſiue non,ſi non excuſet leuitas materiæ.*

16 *In ſyluis Dominorū aut priuatorum,quas ex legis conceſſione aut Reipub.acceperit,nec peccat,nec ad reſtitutionem tenetur in neceſſitate.*

17 *Sicut,& ligna cædere in ſyluis communibus licet modo prædicto,ſic,& fructus arborum colligere.*

18 *Qui ligna cædit,piſcatur,uenatur,in locis iniuſte prohibitis, non peccat nec ad reſtitutionem aut pęnā ſoluendā tenetur,nec poſt ſententiam iudiciariam.*

19 *Ementes ligna ab huiuſmodi cæſoribus alienarū ſyluarum in caſib. quib. iſti immunes ſunt a reſtitutione, ipſi etiam excuſantur.*

20 *Soluitur ratio Medinę,& Alphonſi,nu.8.*

21 *Cōtra ſcindentes ligna ab ordinarijs locorū non ita facile concedendæ ſunt excommunicationes; quare?*

INter alia,q̄ a viris doctis de aucupio traduntur,dubitari ſolet de cōſtructione columbariorū. Sunt.n.columbaria loca q̄dam ad aucupium alijs interdicta; q̄a cū dominium columbarum,q̄ in eis conſeruantur,& nutriuntur,ad columbariorum dominiū ſpectet,alijs illicitum eſt, eas extra columbaria aucupari. Econtra vero cū huiuſmodi aues nocere plurimū ſoleant fructib.vicinorum,nec earum dn̄i reſtituere dānum illatum conſueuerunt, nonnulli vt Pal. in 4.d.15.q.2.ar.2.concl.5.in fine.Io.Maior. ibid. q.28.S.Ant.p.2.ti.1.c.12.§.vl.& alij ea tanq̄ illicita omnino damnant,dominoſq. eorum ad damnorum reſtitutionem,quæ columbæ aut meſſis tempore,aut dum ſemina terræ mandantur,alijs inferūt,obligatos eſſe affirmant, cum negari nō poſſit ſtomachos columbarum,pullorum earū plenos tritico reperiri. Nec ſatis conſultum eſt aliorum damno,q̄ columbariorum domini agros prope habeāt vnde columbæ veſci poſſunt,aut q̄ intra columbaria ſufficiens paſtus columbis miniſtratur cū his nō obſtantib.certum ſit,dum egrediunt, bonis alienis veſci,præſertim cum paſtus,qui meſſis tp̄e,aut dū ſemina terræ mādantur, in agris reperitur,melior eſſe ſoleat,q̄ qui intra colūbaria eſſet miniſtrādus.

1 *Communis* tamen,& verior ſententia eſt aſſerentium,columbaria licite conſtrui poſſe. Sic Syluest. verb.reſtitutio.3.q.4.§.tertium. Tabiena.verb. Columba.q.2.& verb.reſtitutio.q.28. Caieta.in ſum. verb.columbarium.Sotus lib.4. de iuſtit.quæſt.6. ar.4.in fine.Mart.Naua.in Man.c.17,nu.126.Michael Salon 2.2.q.62.ar.3.contr.4.Dominicus Banes ibi. dub.vl,concl.4. Pet.de Arrag. ibi.in fi.conc. 7.Ioſeph Angles in florib.4.ſen.p.2.q.de reſtitutione ꝓpter venationem. Ant.de Cord. in ſumma q.121.Lud.Lopez p.1.inſtruc.conſcien.c.146.Lud. Molina to.1.de iuſti.tract.2.diſp.48.& d.50.Conr. in reg.peccatū p.2.§ 8.n.15 de reg.iur.in 6.Greg. de Val.to.3.diſp.5.q.6.pun.5.dub.6. Toletus li.5. ſummæ.c.20.in fine,& Lud.Carbo q.36.de reſti. & alij cōiter: vt aūt ſingula clarius exponantur, ſm communem Doctorum in hac re conſenſum, dicendum ſit,ſequentibus propoſitionib.oſtēdam.

2 Prima Propoſitio; Columbaria extruere,vbi id conſuetudo permittit, nec lex aliqua ea prohibet, nec populus conqueritur,nec damnum inde notabile ſentitur,licitum eſt. Sic oēs,quos paulo ante commemorauimus, qui id maxime verum eſſe dicunt,dummodo illi ædificantes ꝓuideant eis grana,& alimenta neceſſaria, & ꝓpe habeant agros ex quib.magna anni parte pn̄t ali,& parati ſunt damna,ſi q inferant,reſarcire. His n.conditionibus,aut earū aliquot concurrētib. omnino licita ſunt. Idq; patet conſuetudine ꝓſertim cum,vt præfati authores tradunt,æque fere ꝓſunt ſtercorādo terras,atq; nocent depaſcendo; quandoquidem experientia teſte non comedant grana operta terra,ſed ea ſolū, quæ alioquin peritura erant,immo deuorant potius mala ſemina,vt lolium,nigellam, vitiam ſyluestrem, q̄ eſt quaſi innatum pabulum,aliaq; eiuſmodi,vnde in cā ſunt,ne inter ſegetes tāta herbarum copia creſcat,vt eas ſuffocet. Quib.addūt aliq tantam,& tā innatam ſimplicitatem columbis eſſe,vt neq; ſemina,vt diximus,terræ mādata diſcooperiāt,nec ſpicas dum calami erecti ſunt,contingant,adeo vt ex agro,in quo columbaria extruuntur, nihil minus colligi conſueuerit, quam ex alijs agris ab eo remotis. Nec valet,quod aliqui dicunt columbas iſtas nocere agris,quia vt ex dictis conſtat, tantum ſtercorizādo, & effodiendo mala ſemina proſunt, quantum comedendo nocent; & ēt ſi in aliquo priuatis noceat,damnum tamen illud vt plurimum modicum eſt,teſte Syluest.& huic nocumento præſtat cōis vtilitas quam Reipub. afferunt, cum ſint cib.opportunus,& ciuib. & peregrinis itinerātib. ſi quod tamen detrimentum alicuius ponderis,& momēti bonis aliorum afferrent, tenerentur domini damna reſtituere,quod raro admodum contingere ſolet,cum agricolæ aliquam adhibere ſoleant cuſtodiam ad animalia nociua abigenda, illis paucis dieb.quib.dum ſemina terræ mandantur,nocere queant. Et deniq; quia vt notant Armilla,in verbo.Columbarium,Lopez,& Carbo vbi ſupra,ſi columbæ deeſſent domeſticæ, non deeſſent,ſed increſcerent Columbæ Syluestres turmatim volantes,& agros multos magis deuaſtantes.

Addo tamen,quod ſi in aliqua prouincia ſint leges prohibentes noua columbaria ædificari,vel vicini domini agrorum grauiter de damnis conquerantur,peccarent illa de nouo conſtruentes; De nouo,inquam,quia de antiquis, in quæ locum habere poteſt præſcriptio,aliter iudicandum eſt.

3 Secunda Propoſitio: Qui aucupatur columbas intra alienum colūbariū,aut vero prope ipsū,eaſque capit,& occidit,mortaliter peccat,ſi damnum notabile ſit,& ad damni reſtōnem obligatur. E

eorum

orum oīum quos ſupra citauimus, certa opinio. Rō eſt,quia columbæ iſtę ſunt ſub dominio,& in proprijs bonis poſſeſſoris columbarij duplici titu- o;Primo, quia ibi recludūtur, & quaſi domi reſer an ur. Secūdo,quia peculiari cuſtodia, & cura ſu- tentantur. Sicut ergo furtū cōmittit,qui gallinas, alias aues domeſticas aufert & occidit,ita etiam ui columbas aucupatur intra vel prope columba- ium,& reſtituere tenetur; habetq; dominus colū- arij actionem cōtra accipientem illas, vt colligi- ur ex l.vſufructuarium.ff.de vſufru.& Inſti.dę re- um diuiſione.§.gallinarum. Immo vero ſi lōgius xtra columbarium volitent, ſi tamen ad propriū ocum redire ſolent,occidi,aut capi nō poſſunt, cū arum dominiū ſemper apud dominum columba ij maneat,in quo habent domicilium.

Tertia Propoſitio. Quando legę præſcriptus eſt erminus,intra quem columbas aucupare prohibe ur,intra illum ſumere peccatum mortale eſt cum dębito reſtituendi;extra illum vero terminum eas capere,abſq; onere reſtitutionis, aut reatu peccati licet. Prima pars conceditur ab omnibus, & patet ratione,quia lex cū talem terminum prę ſcribat,iuſtaq; ſit conſequenter efficit, vt intra illum terminum columbæ ſint bona propria domini illius columbarij,atq; adeo illas caperes non licet. Idq.certum eſt,quando vnum tantum eſt columbarium in eo loco;ſin vero plura ſint columbaria, & columbæ capiantur intra terminum præſcriptum , puta intra leucā ab vno columbario, extra leucam vero ab alio columbario,tunc quidem ſi talibus conſtaret euidenter columbas,quas capere contendūt,eſſe alterius columbarij diſtantis vltra terminū a lege præſcriptum,nec peccarent,nec reſtituere tenerentur;quia vero raro euenire poteſt, vt id ſciatur, in dubio Ludouicus Molina vbi ſupra diſp. 50. ꝓpe finem,ait præſumendum eſſe,quod eius columbarij ſint,quod eſt intra terminum præſcriptum a lege, atque adeo peccant, & reſtituere tenentur, vel quia ſurripiendi alienum periculo ſe committunt,prout antea Antonius de Corduba in ſumma q.21.ver. Tertia,& Ludouicus Lopez p.1.inſtruc. conſcientię,c.146.§.Tertia propoſitio annotarūt.

Secunda pars ēt patet,quia licet Corduba,& Lopez vbi ſupra, eo in caſu probabilem putant ſententiam eorum,qui dicunt adhuc teneri eos ad reſtitutionem dummodo columbæ illæ extra terminum a lege ſtatutum volantes redire conſueuerunt cum ſint de dominio poſſeſſoris columbarij, adeo vt lex,quę concedit extra tale terminum poſſe quēuis eas capere,ſit permiſſiua tantum,concedens ſolum iſtis aucupantib.impunitatem, & dominis negans earum in iudicio repetitionem,præſertim cū ridiculum eſſet aſſeuerare dominum columbariū interim dum domicilium non mutant,earū dominium amittere,quoties terminum illū egrediūtur, illudq; recuperare,quoties illum ingrediuntur, verior tamen mihi videtur Soti in lib.4.de iuſti.q.6. ar.4.in fine.Mich.Salonis 2.2.q.62.ar. 3.controu. 4.concl.3.Dominici Bannes ibid.dub.vlt.concl.5. Petri de Arragona ibid.conc.7.Ioſeph Angles cōcluſ.2.& Toleti c.20.in fine.& Ludouici Molinæ loco proxime citato.ſententia, nec peccare,nec ad reſtitutionem obligari,qui vagantes, & volantes extra teminum a lege ſtatutum capiunt, quia cum hoc animal quaſi medium ſit inter domęſticum,& ferum,rebuſq. alienis paſcatur, ſtatuere pōt Princeps, vt cum eo onere dominus columbarij dominium illarum retineat,vt ſi extra terminum illum capiantur,maxime a dominis locorum,in quib.vagantur,ea ipſa captione amittat dominium,& fiāt capientium,id quod plane voluiſſe cenſendi ſunt, qui tales leges condunt,cum alioquin leges illæ parum iuſtæ haberentur,quæ ſine vllo prorſus emolumento præter cōmune ius,permitterent,vt impune caperentur,dominoq; eorum actionē contra venatorem denegarēt, & nihilominus venatorem relinquerent reſtitutioni in foro conſciētiæ obnoxium,ac ſi tales leges latę non fuiſſent. Quinimmo quamuis extra terminum ſic præſcriptum inſtrumentis venatorijs lege prohibitis eas caperent,peccarent venialiter vtendo talibus inſtrumentis,dominium tamen ęarum compararent,cum vnius legis tranſgreſſio,iuri per alteram legem conceſſo nō præiudicet,niſi aliter in lege cautum eſſet.

6 Quarta Propoſitio:Habens columbarium,etſi in eo efficere ea poſſit,quæ ad conſeruationem ſuarū columbarum,& per accidens ad aliarum inuitationem,vt ibi ſuum collocent domicilium accōmodata iudicauerit,ſi tamen arte aliqua, fraude, ac dolo certa ſemina,aut certas eſcas ibi ſpargeret, eo fine, & intentione,vt columbas ex aliorum columbarijs illuc attraheret,mortaliter peccat,& furti reus eſt. teneturq; reſtituere. Idemq; dicendum eſt, ſi ſimilibus artibus quis vteretur ad columbas extrahendas extra terminum lege præſcriptum a columbarijs,vt ita attractas ibi aucuparetur,Sic Ioānes Medina.C.de reſtitutione.q.12.dubio quarto,Corollario ſexto,Martinus Nauarrus,in Manuali.c.17.numero 127.ver.Trigeſimotertio. Antonius de Corduba.in ſumma.quæſt.121.§.primo,Michael Salō 2.2.quæſt.62.articulo tertio controuerſia quarta, in conclu.4.Couarruuias in regul.peccatum.de regul.iur.in ſexto,parte ſecunda.§ 8.num.15.verſic. Tertio. Ioſeph Angles in florib.4.ſenten. parte 2. quæſt.de reſtitutione propter venationem.difficu. 1.concluſ.4.Ludouicus Molina tract.2.diſput.50. in fine.Ludouicus Lopez p.1.inſtruct.conſcien.ca. 146.in fine,& Ludouicus Carbo.quæſt.36.de reſtitution.dub.1.concluſ.4. Ratio ex dictis eſt manifeſta, quia ex quo præfatæ columbæ ad aliorum dominium pertinebant, ſicut furtum eſt inuito domino eas ex columbario auferre,ita etiam eodem inuito arte aliqua procurare,vt in damnum ipſius priſtinum columbarium deſerant.Eritque talis in foro iudiciali puniendus ſecundum ea quæ de hac re notauit Cæpola de ſerui.ruſti.prædio.c.de columbario, & c.de venatione,quem refert,& ſequitur Couarruuias vbi ſupra.

7 Ex dictis Antonius de Corduba quæſ.71. & quęſ. 121.Ludouicus Molina diſp.50. inferunt, quod ſi quis non habens columbarium,vendat aues illicite acquiſitas,male facit; ita qui eas emunt ab illis, tenenturq; ementes debitam adhibere diligētiam, vt ſciant,an vere alienæ ſint,& quis illarum dominus ſit,vt ei illas reſtituant. Quod ſi facta diligentia, neque an furtiuæ ſint,neque de domino quicquam certi comperire poſſint,pro quātitate dubij remanentis,tenentur in venditoris defectum reſtituere, vel pauperibus, vel præſumpto domino

partem maiorem, vel minorem valoris earum. Sin autem bona fide eas conſumpſerint, & poſtea nouerint alienas fuiſſe, reſtituere ſimiliter in defectū venditoris tenentur, ſi qui deinde forte facti fuerint locupletiores. In qua re opus eſt prudentia, vt iudicent probabiliter, an venditores earum tales ſint, de quibus præſumi poſſit eas illicito modo acquiſiuiſſe.

8 *Quod* vero ad *lignorum cæſionem* attinet, non parua difficultas inter authores eſt, an qui ligna cædūt in alienis ſyluis, colligunt ſylueſtres glandes, caſtaneas, vel etiam qui in alienis paſcuis ſua pecora paſcunt, teneantur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ ante omnem iudicis ſentētiam, ita vt leges iſta prohibentes ſub certa pœna, obligent ad culpam ſimul, & pœnam impoſitam.

In hac re Ioan. Medina Cod. de reſt. q. 12. partē tenet affirmatiuam, niſi, inquit, talia agentes excuſantur aliquo ſtatuto, vel voluntate interpretatiua domini loci, qui videtur eſſe contentus ipſa pœna, quando capiuntur homines ligna cędentes. Alphōſus item a Caſtro li. 1. de poteſtate legis pœnalis. c. 10. Corollario 1. omnino vult huiuſmodi leges pęnales, quæ ſtatuunt pœnas contra cædentes ligna in ſylua aliena, aut in alieno prato oues ſuas, aut alia pecora paſcunt ad culpam, & pœnam obligare, & grauiter inuehitur contra confeſſarios, qui illos abſq; reſtitutione abſoluunt. Ratio eius eſt, tum qa dominus ſyluæ vere dominium habet lignorum ibi naſcentium, & dominus prati, aut agri dominium herbæ, cum vtrumq; donare, vendere, aut ꝑmutare poſſit. Qui igitur aliquid illorum inuito domino capit, furtum committit, vt habetur in l. ſciendum, & in l. furtim. iuncta gloſſa, ff. arborum furtim cæſarum, furtum autem peccatum eſt obligans ad reſtitutionem, etiamſi lex humana pœnā non apponeret. Nec obſtat, quod ligna, & paſcua ſint bona cōia, quia non minus fur eſt, qui compillat ærarium publicum, quam qui ſurripit pecuniam a proximo, immo ille magis punitur, quia grauius peccat. Ergo tenetur ad reſtitutionem, qui hæc facit etiam in locis communibus per leges ꝓhibitis.

9 Hanc materiam tractant Sotus li. 4. de iuſtitia. q. 6. ar. 4. Mar. Ledeſ. 1. 4. q. 18. ar. 3. fol. 259. col. 3. & 4. Ant. de Cord. in tract. de caſibus conſcien. q. 71. Ioſeph Angles in florib. 4. ſen. p. 2. in quæſtione ꝓpria de hac re. & Michael Salon 2. 2. q. 62. ar. 3. cōtrouerſia 2. Dominicus Bannes ibid. dub. 4. Pet. de Arragon ibid. Grego de Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. punc. 5. dub. 7. Lud. Molina to. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 58. Ludouicus Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 149. Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ. ca. 38. Toletus lib. 5. ſummæ. c. 20. & Lud. Carbo. q. 36. de reſt. dub. 2. & alij, quia vero multa in hoc dubio continentur, nec omnia vnica ſolum concluſione explicari poſſunt, quid in tanta rerum varietate ex communi Doctorum ſententia ſentiendum ſit, prępoſitis quibuſdā concluſionibus oſtendam.

10 Vt autem hoc clarius, & diſtinctius præſtē, præmittendum eſt, Ex ſyluis, & paſcuis, de quib. controuerſia eſſe poteſt, quaſdam eſſe vicinas, quaſdā remotas; Rurſus vel eſſe communes, vel proprias, ſiue eas proprias habeāt ex Regis, & Principis cōceſſione; ſiue titulo plantationis, quia ſcilicet ipſi, aut eorum maiores montem illum, aut nemus arboribus repleuerunt, aut ab alio emerunt. De
cum certum ſit poſſe Rempublicam, aut Prin
ſtatuere leges, quibus prohibetur, ne quis lign
tali ſylua cædat, aut animalia in tali loco paſca
leges cum iuſtæ ſint, obligant in conſcientia
conſuetudine, quæ optima legum interpres eſt,
ſumi debet vis obligationis earundem. Etenim
conſuetudo loci habet, vt tranſgreſſor non ſo
condemnari ſolet ad ſolutionem pœnæ a lege
poſitæ, ſed ēt ad reſtitutionem valoris rei acce
ibi procul dubio acceptio illa iniuſta eſt, & ſu
mortale in re graui ablata, ſi vero condemnari
let legis tranſgreſſor ad pœnam tantum, eo ipſo
gnificatur, mentem legiſlatoris non eſſe oblig
ad culpam, ſed ad pœnam ſolummodo; ita vt le
la non tam rationem legis, quam conuentioni
bere videatur, & ad communem vtilitatem ſta
tum ſolū eſſe, vt qui legis tranſgreſſor repertu
rit, pęnā a lege taxatā perſoluat. His præmiſſ

11 Prima Propoſitio. Quando ſylua cædiua eſt p
pria alicuius oppidi, ciuitatis, aut caſtri, ſi in ea
gna ſcindentes ſint ciues, & incolæ eiuſdem lo
& modicam quantitatem tantum accipiant ſine
cultate, nec mortaliter peccant, nec valorem re
ceptæ reſtituere, ſed pœnam tm̄ poſt ſententiā c
demnatoriam ſoluere tenētur. Quæ propoſitio
omnibus citatis admittitur. Prima pars patet, q
cum moderate accipiāt, non nocent grauiter R
pub. nec ex altera parte de alieno, ſed de eo ſol
q̄ ſibi cū ceteris ciuibus cōe eſt, accipiunt; finis le
gis eſt bonum cō̄e, cui plurimum ꝓdeſt habere ſy
uas, & paſcua ad cōem vtilitatem, cui fini iuſto
nocent, qui cum moderamine ad ſuam vtilita
tm̄ acciperent. Is aūt cum moderamine cenſetur
pere, qui ad ſuos vſus domeſticos, vel ad vendend
aliquod modicum, quo ſibi de neceſſarijs ꝓuid
accipit. Immo Lopez vbi ſupra concl. 2. docet, ſc
dentē ligna in ſylua cōmuni ſui oppidi, ad dom
fabricandam, qn̄ ſylua eſſet lata, & abundans, non
peccare, nec ad reſtitutionē teneri. Quæ res ex con
ſuetudine loci, & vſu aliorum dependet. Cōfirmat
hæc rō, quia ſicut aues, & piſces ſunt iure naturæ
communes; ita nemora, monteſq; lege naturali cō-
munes ſunt, vnde iniuſta lex eſſet, quæ abſq. cā ꝓhi
beret ciuib. & incolis loci, de cōi ſylua ligna ad cō-
munes, & quotidianos vſus neceſſaria, aſportare.
Dixi, *ſi modicam tantū quantitatem accipiant*, quia ſi
magnam ſtragem faciant ligna ſcindendo, eaque
aſportando, dubium non eſt, quin mortaliter peccent, & ad reſtitutionem tenerentur, cum grauem iniuriam inferrent communitati, niſi de contraria voluntate communitatis cōſtaret, quia, ſ. qn̄ nouit aliquem ſimilia damna intuliſſe, ſolam pœnam exigit, eaq; contenta eſt, vel aliqua alia ratione.

Ratio huius eſt, quia cū ſylua ſit communis, in commune damnum redundat, notabilem quantitatem ſuper alios inde ſibi ligna appropriare, ceteroſq; notabiliter defraudare videtur. Sicut igitur reſtitutionis reus eſt diſtributor, qui de cumulo cōmuni frumenti a ſe diſtribuēdi vicinis populis vendicat ſibi, vltra partem, quæ ſibi contingit, ita iſte cum exceſſu cædens ligna ex ſylua ēt ſibi cum alijs communi. Ceterum an damnum datum notabile ſit, nec ne, arbitrio prudētis, attentis omnibus circunſtantijs loci, temporis, & perſonæ expēdendū

eſt

Quod enim in ſylua modica, & vbi facultas ad ndenda ligna parcè conceditur, damnum nota- e cenſeretur, non ita magnum dicendũ erit, vbi ua eſſet vaſtiſſima, & abundantiſſima, aut vbi ile conceditur facultas oppidanis non ſolum ad na cædenda pro quotidianis vſibus, ſed etiam o fabricatione domus propriæ, non ſuperbe, ſed o neceſſitate, & qualitate perſonarum. Quo fit, hac de re regula certa aſſignari non poſſit, ſed dentis arbitrio expenſis circumſtantiis omnib. ſit relinquenda.

Secunda pars conſtat, quia vt ſupponimus, lex il- pœnalis iuſta eſt; Ergo ſi quis eam tranſgreſſus, & ad pœnam condemnatus, eam poſtea pęnam rſoluere tenetur.

Pari ratione dicendum eſt, quod ſi ſcindãtur li- a oppidi vicini, puta ſi ſint duo oppida vicina, orum quoduis ſuam propriam ſyluam habet, utroque oppidani vnius loci auferre ſolent ligna ſylua alterius, dummodo notabile damnum at- ntis circumſtantiis non inferant, excuſantur tam ulpa mortali, quam ab onere reſtitutionis, pœnã men ſoluere tenentur ſi deprehendantur, & dam tur, ex Soto, Salone, Petro de Arragona, Lopez, ſeph, Angles, Corduba, Rodriquez, Molina & iis. Ratio eſt, quia licet in huiuſmodi rebus vere ommittatur furtum, non tamen ita æſtimari ſolet *iſtis* rebus ſicut in aliis, neque homines propter lud infamiam incurrunt, nec tam acriter pro is furtis, ac pro aliis furtis puniuntur. Atque a- o oppida illa vicina, quæ ita mutuo prædas agũ', acito quodam conſenſu videntur ſibi furta illa cõ onare, dummodo capti, & condemnati pœnam oluant, cuius rei interpres optima eſt conſuetudo ocorum fere omnium, præſertim cum ligna ſylua- um, quæ terra ſponte producit, non tanti fieri con ueuerint, deberentque omnibus vniuerſim ad vſus quotidianos neceſſarios eſſe cõi, niſi eorum penu- ia timeretur. Quocirca Molina vbi ſupra diſp. 58. concluſ. 3. docet, quod licet tales in confeſſione admonẽdi ſint, & reprehẽdẽdi, quod habentes ligna in ſylua communi ſui oppidi, in ſylua tamen cõi aliena ſcindant, & aſportent, non ſunt tamen culpæ mortalis damnandi, quando damnum notabile nõ inferrent; Intelligẽdũ eſt hoc, quando vterq; populus ſua habeat nemora vicina, taliter quod ſibi inuicem ex ſuis cõibus ſyluis ligna ſuffurari ſolent.

Secunda Propoſitio: Quando populi ita ſunt diſpoſiti, quod vnus eorum caret ſylua communi, al- er vero ſyluam communem habet, vel ſi vterque ſibi inuicem finitimus populus ſyluas proprias habet, ſed alter ſyluam vtrique populo propinquam, alter vero taliter remotam vt a proximo & vicino ſibi oppido iacturam in cæſione lignorum pati non poſſit, tunc locum non habet iſta recompenſa- io, & mutua ablatio vnius ab altero. Ideo populi ſylua communi carentes ligna ſyluę communis aliorum populorum ſcindentes, & auferentes in no- abili quantitate peccant mortaliter, & ad reſtitu- ionem acceptorum in conſcientia ante iudicis ſententiam, ad ſolutionem vero pœnæ poſtquam capti, & condemnati ſunt, obligantur. Idemque dicendum eſt de furãtib. ligna ſyluarũ proximorum populorum, licet habeant ſyluas, ſi tamen illas ita remotas habeant, quod nihil, aut parum damni ab oppidanis alterius oppidi, de quorum ſyluis vicinis ipſi furari ſolent, accipiunt. Sic Sotus lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 4. Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 3. contr. 2. concluſ. 2. Ant. de Cordub. in ſumm. q. 71. concl. 3. Ludo. Lopez par. 1. inſtruct. conſc. cap. 149. concl. 3. & Ioſeph Angles vbi ſupra concluſ 5. Ratio eſt, quia ſic cædentes ligna in ſyluis alienis inuitis populis ſyluarum, cum nullum ius habeant ad vſum illorum, populiq; illi ſyluarum illarum dominium habent, furtum plane cõmittũt, vnde ad damni reſtitutionem in conſcientia tenentur, ad ſolutionẽ vero pœnæ, quando condemnabuntur.

14 *Illud* autem tam pro huius, quam ſequentis propoſitionis intelligentia, notandum eſt, ita ſcindentes ligna non plus teneri ad damni ſolutionem, quam iuxta præſumptam domini ſyluæ voluntatẽ aut rectoris cõitatis, quæ ex ſtatutis eorum, fama & vſu magna ex parte deprehenditur. Adeo vt ſi aliquo modo conſtaret, nequaquam eos prohibere, quo minus aliqui vicini ligna ſcinderent ad vſus quotidianos neceſſaria, eo quod cum illuc venerint tacent, & ita quaſi conſentiunt, tunc quidẽ ea ſcindere, & aſportare non eſſet peccatum. Et quidem quamuis in hac re mitiores eſſe ſoleant cõmunitates, quam domini priuati, ſi tamen aut illæ, aut iſti ſcientes ligna aſportari, ſola pœna contenti ſint, quando delinquentes deprehendũtur, nec aliquid vlterius pro damno dato exigant (vt regulariter fieri ſolet) tunc aſportantes nihil amplius pro damno reſtituere tenentur. Qui vero non deprehenditur, quamuis communiter nihil ſoluere teneatur, ſi tamen præſumptio eſſet dominum ſyluæ id in animo habere, vt ei pro damno reſtitutio fiat, eo ſane in caſu reſtitutio facienda erit, ſicut etiam in dubio vel petenda eſt venia, vel reſtitutio facienda. Ceſſat autem dubium, quando dominus ſyluæ bene nouerit delinquentes, & tamen aut ſubiaceret, aut ſaltem dãnum nullum exigeret, eſto grauiter queratur, & minas iactet. Recurrendum igitur ſemper eſt ad communitatis, & dominorum expreſſã, aut præſumptam voluntatem, & vſum, & locorum conſuetudinem, quæ iſtarum legum præſtantiſſima interpres eſſe ſolet.

15 Tertia Propoſitio; Qui ligna in ſylua aliena cædit, quam conſtat dominum illius, aut anteceſſores ſuos, quorum eſt hæres propria induſtria, & expenſis in ſuo proprio fundo plantaſſe, ſiue locus ille muris vallatus ſit, ſiue non, non ſolum mortaliter peccat, niſi excuſatur ex leuitate materiæ, in qua diſcernenda ſtandum erit arbitrio prudentũ, & damnum datum in conſcientia, ante omnem iudicis ſententiam reſtituere, ſed etiam pœnam accedente iudicis condemnatione perſoluere tenetur. Sic Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 6. art. 4. Martin. Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. fol. 259. col. 4. Ioſeph Angles vbi ſupra concluſ. 6. Mich. Salon 2. 2. q. 62. art. 3. controuerſia. 2. concluſ. 3. 4. Dominicus Bannes ibidem, dub. 4. concl. 1. & 2. & 4. Anto. de Corduba in ſumma. q. 71. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruc. conſciẽ. c. 149. concl. 1. Alphonſus de Caſtro lib. 1. de poteſtate legis pœnalis cap. 10. Coroll. 1. Ioan. Medina. Cod. de reſtitu. quæſt. 12. Gregorius de Valentia. tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 5. dub. 7. Ludouicus Molina. tom. 1. de iuſtitia. tract. 2. diſput. 58. conclu. 3. Toletus lib. 5. ſummæ. c. 20. Ludouic. Carbo. q. 36.

de reſtitu.dub.2.concluſ.7.& alii. Ratio eſt manifeſta, quia huiuſmodi ſyluæ plantatio in proprio fundo eſt perfectus titulus dominij, vnde qui exinde ligna cædit inſcio, aut inuito domino, furtum committit, & peccat mortaliter, ſi damnum ſit notabile, non ſecus ac in aliis rebus contingit: ſufficiens autem quantitas ad peccatum mortale eſſet integram arborem detruncare. Quia quamuis in plantando huiuſmodi arbores non requiratur frequens induſtria, multo tamen tempore procreantur, & poſtquam procreatę ſunt, multum fructum, & annualē vtilitatem afferunt. Vnde priuare dominum hac vtilitate ad multos annos, grauis materia eſt, & mortale peccatū, pro ratione arboris. Ceterū ramos ex huiuſmodi arboribus cędere, vix erit peccatum mortale, niſi ſit frequens cæſio.

16 Quarta Propoſitio: Scindens ligna il ſyluis dominorum, aut ſyluis priuatorum hominum, quas ſine propria eorum induſtria, ex ſolo dono aut conceſſione Regis, & Reipub. acceperunt, quib. vel extreme, vel quaſi extreme, vel grauiter ſaltem, puta ad familiæ ſuſtentationem indiget, nec peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, ſic Sotus lib.4. de iuſtit. quæſt.6.art.4.Notab.2.Michael. Salon.2.2. q.62. art.3.contr.2.concluſ.4. Domin.Bann.ibid.dub.4. concluſ.2.Greg.de Valen.tom.3.diſp.5.q.6.pun.5. dub.7.Ludo.Molina tract.2. diſp.58.in fine. Ratio eſt, quia quando Rex alicui largitur oppidum cum ſylua, aut ſyluam tantum, non plus iuris illi concedere poteſt, quam ipſe habuit: ſed Rex ipſe, aut domini loci, non poſſunt ſibi applicare ſyluam, quæ initio communis fuit, & ſponte ſua arbores producit, quin ſaltem in tali neceſſitate licitum ſit aliis ligna exinde ad vſus neceſſarios ſumere, dūmodo ſylua ad id ſufficiat. Ergo ita ſcindentes neceſſaria ſolum non peccant. Alia tamen Ratio eſt, ſi ſylua illa vel a Rege, vel ab eo, cui Rex terram conceſſit, propria eorum opera, ſtudio, & expenſis plantata fuiſſet, tunc enim cum iſta actu nunquam fuerint communia, non poſſunt ſibi vſurpare domino inuito ligna, niſi in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate.

17 Quinta Propoſitio: Sicut ligna cædere in ſyluis communibus, aut aliis, modo quo hactenus dictum eſt, licet; ita etiam fructus earundem arborum colligere licebit. Econtra vero in ſyluis, in quibus non licet ligna cædere, neque fructus earum colligere licet. Sic Mich.Salon 2.2.q.62.art.3.controuerſia.2.concluſ.5.& Domi.Ban. ibid. dub.4.cōcl. 4.Ratio eſt manifeſta, quia acceſſoriū ſequitur naturam ſui principalis, Reg.42.Reg.acceſſorium, de reg. iur. in 6. fructus enim naturam arboris ſequitur, eodemque modo applicatur ſuis dominis, quo arbores ipſæ applicantur. Maxime cum fructus arborum vtiles, & neceſſarii ſint in varios vſus humanos, videlicet, ad ignem, ad paſtum pecorum, & hominum, ſicut & ipſæ arbores; vnde de vtriſque idē iudicandum erit.

18 Sexta Propoſitio: qui ligna cædit, piſcatur, aut venatur, in ſylua, aut fluuio iniuſte prohibito, non peccat, nec ad reſtitutionem, aut pœnam ſoluendam, ante vel poſt iudicis ſententiam obligatur. Sic Petrus de Arragon 2 2.q.82.art.3.in fine, concluſ.8.Emanuel Rodriquez par. 1.ſummæ.cap. 37.conclu.8.& alii. Et Ratio eſt, quia cum talis nō peccet contra iuſtitiam, quin potius iniuſte p bens contra illam faciat, conſequens eſt, quod ante nec poſt iudicis ſententiam alicui reſti ni obnoxius ſit.

19 Septima Propoſitio: Ementes ligna ab hui di inuaſoribus alienarum ſyluarum in caſibus bus huiuſmodi fures lignorum a reſtitutione munes ſunt, ipſi etiam a reſtitutione excuſant caſu autem, quo venditores ea reſtituere ob ſunt, & ipſi quoque emptores eadem ligna, vel valorem reſtituere tenentur, dummodo tamen ditores non ſint ſoluendo, idque emptoribus i teſcit; Si enim venditores ſoluendo ſint, tunc vſu conſumptibilia, vt ſunt ea, quæ vſu conſum tur, aut alterantur, (cuiuſmodi ſunt ligna, d ædificia aptentur, & dolantur) titulo oneroſo venditionis cōparata, reſtitutioni in ſe, & in non ſunt obnoxia, ſed valor eorum aut a vend ſi ſit ſoluendo, aut ex eius defectu, emptori reſ debet. Sic Anto.de Corduba. in Summa. quæſt in fine. Ludouicus Lopez parte prima, inſtruct ſcientiæ, cap.149.in fine. & Emanuel Rodriq par.1.ſummæ.cap.38. concl.6. & colligi pote l.Ex his.& l.ait Prætor.§. præterea, ff.quæ in dem. Cum enim emptor ſit malæ fidei, ſibi im tet emptor, quod rem furtiuam emere voluerit vero in conſcientia exigere poſſit pretium a ve tore rei furtiuæ, legenda ſunt, quæ ſupra de h diximus, agentes de poſſeſſore rei cum mala fi

20 Ex dictis conſtat, quid reſpondendum ſit a tionem Medinę, & Alphonſi a Caſtro initio all ſolum enim procedit in caſibus ſecundæ, & ter propoſitionum, ſic enim vere committitur fur vt diximus. Nec eadem Ratio eſt accipientis ligna ex ſylua communi, & auferentis pecuniam ex ærario publico; Quæ enim in ærario ciuitatis reponuntur, appropriata omnino ſunt domino Reipublicæ in commodum ciuium. Vnde qui compilat ærarium, tenetur reſtituere, non ſecus ac fur & latro. Syluæ autem non ita ſunt appropriatæ, & hoc ob maximam talium rerum neceſſitatem, quas non decet ita omnino appropriari dominis, vt reliquis ciuibus nō liceat aliena via vti illis ad ſupplendam ſuam indigentiam. Secus autem dicendum eſt de lignis a propriis eorum dominis plantatis, conſitis, & vallatis, ſiquidem ſcindens ligna in huiuſmodi ſyluis, perinde tenetur reſtituere, ac ſi agris, hortis, ac vineis fructus alienos rapuiſſet, cum ſimiliter] propriis vſibus deputatæ, & circumſeptæ ſint, & peculiari induſtria, labore, & cuſtodia indigent, vt experientia conſtat.

21 Hinc conſtat, quod non ita facile concedendæ ſunt excommunicationes ab ordinariis locorum contra ſcindentes ligna, vt recte Micha.Salon & Bann. locis citatis annotarunt, quia licet peccata iſta contra iuſtitiam commutatiuam procedant communia tamen ſunt, & frequentia, quæ vix a gnatoribus, & paſtoribus euitantur. Et certe ſi dices ſæculares ſola pœna temporali vt plurimum contenti ſunt, quæ leuiſſima eſt, durum ſane eſt p ſtores animarum tanto rigore, & tam atroci p qualis eſt excommunicatio, in huiuſmodi deli quentes vti. Vnde merito & prudenter a Patribus in Concilio Trid.Seſſ.25.cap.3. de reforma. ſtatum eſt, ne excommunicationes facile ferant

nec

c pro rebus,& delictis vulgaribus. Quibus addo, od ſi excommunicationes, contra cæſores, lirum aliquando ferantur, ſolum eos obligant, os ad reſtitutionē in conſcientia obligatos eſſe imus, etiamſi excōicatio illa omnes ita ligna dentes reſpicere videatur. Quia illi ſolum pecnt mortaliter, qui contra iuſtitiam commutatim ligna cædunt, & excommunicatio ſolum li- ſuppoſito peccato mortali, vt latius to. 1. Thein. lib. 1. c. 9. expoſuimus.

Paſcuis, & iure paſcendi, deque Syluarum, aliorumq locorum cuſtodibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

i pecora ſua in alienis pratis paſcit inuito Domino, ſiue ſint alicuius communitatis, ſiue perſonæ priuatę, peccat mort.

oteſt Princeps, ſi expedire iudicauerit, ſtatuere, ut collectis frugibus nullus prohibeat alijs paſtum in agris ſuis, dūmodo non ſint oliuæ, uineæ, & ſimilia.

ominus alicuius loci, & ciuitatis, quamuis in his locis iuriſdictionem ciuilem, & criminalem habeat, nullū tamen ex hoc iure dominium habet in paſcuis publicis illius territorij.

Dominus populi damnum notabili in paſcuis aut Syluis communibus dederit ad reſtitutionem in conſciētia tenetur, nec excuſatur ſi populus non petat ob metum, nec quod damnum remittat, niſi animo libere remiſſio fiat.

n cuſtodes locorum, ſi diſſimulent cum cedentibus ligna, aut uenantibus, & piſcantibus in locis prædictis ad reſtitutionem teneantur.

uppoſita prohibitione peccat cuſtos, & periurus eſt, qui non manifeſtat cædentes, aut uenantes, &c.

onobſtante iuramento aut prohibitione poſſunt cuſtodes ſine peccato cum cædentibus, paſcentibus, &c. diſſimulare his tribus concurrentibus. ibid.

uando cæſor, uenator, &c. accepta reſtituere tenentur, & hoc non faciunt, tenētur inſolidum cuſtodes reſtituere, ſi per negligentiam officij ſui in cauſa ſunt.

n alijs cauſis a prædictis ſicut cæſor, &c. non tenetur reſtituere, ita & cuſtos tum a culpa negligētiæ tum a reſtitutione liber erit.

uſtos ſe abſcondens, & cum uenatoribus, et lignorum cæſoribus diſſimulās, ut ſic eos in fragranti crimine deprehendat, grauiter peccat.

Si tranſgreſſor legis a cuſtode deprehendatur, et a cuſtode in tranſgreſſione poſtuletur, pignus reddere tenetur in conſcientia.

bi autem crimen dubium eſt, reus non tenetur pignus reddere niſi iudex præceperit.

QVamuis ea, quæ de ſyluis dicta ſunt, etiam de paſcuis gregum intelligi poſſunt, vt tamen omnia tam de ſubditis, quam de ipſis dominis in paſcēdis gregibus, & lignis cædendis clariora reddātur, in hoc capite de his, quæ vtroſq. concernūt, diſtinctius ſequentib. propoſitionib. agendum eſſe cenſuimus. De qua re legendi ſunt Gabriel in 4. d. 15. q. 5. art. 2. concluſ. 5. litera. N. Sylu. verb. dominium. q. 4. verſ. quarto. & verb. reſtitutio. 2. quæſt. 16. Anton. de Corduba in tract. de caſibus conſcientiæ. q. 118. Couar. lib. quæſtionum practicarum. ca. 37. Ludouicus Molin. to. 1. de iuſtitia. tract. 2. diſpu. 49. Martinus Nauarrus in Manual. c. 17. a nu. 120. vſque ad 128. & Ludouicus Lopez p. 1. inſtructio. conſc. cap. 150. & alii ſparſim.

1 Prima Propoſitio: Qui pecora ſua in alienis pratis inuito domino, ſiue ea ſint alicuius cōmunitatis, ſiue perſonæ priuatæ, paſcit, mortaliter peccat, niſi paruitas materiæ excuſet, & ſine vlla iudicis ſententia ad reſtitutionem damni illati tenetur, pœnam vero non niſi poſt iudicis condemnationē ſoluere obligatur; Qui vero paſcit illa in pratis patentibus, ad reſtitutionem non niſi poſt condemnationem iudicis tenetur. Sic Michael Salon 2. 2. q. 62. art. 3. controuerſia. 2. concluſ. 6. Dominicus Bannes ibidem dub. 4. concluſ. 6. Ludouicus Molina. tract. 2. diſput. 59. concluſ. 6. Ludou. Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. cap. 146. in fin. & alii cōmuniter, & patet ex dictis; eadem namque ratio eſt pratorum, ac ſyluarum maximè cum facilius creſcant herbæ, quam ſyluæ: vnde muliones in pratis alienis herbam, & fœnum demetientes in notabili quātitate mortaliter peccant, & ad reſtitutionem illati damni tenentur.

2 Secunda Propoſitio: ſicut ſtando in ſolo iure naturali, & gentiu, poteſt vnuſquiſque aliis venationem prohibere in fundo ſuo, vt tamen Princeps ob bonum commune contrarium ſtatuere poteſt, ſic videlicet cuique eſſe in agris alienis, ita quamuis iure gentium, & naturali prohibere quis poterit, ne alii in ſuis agris paſcant, poteſt tamen Princeps, ſi ita expedire iudicauerit, ſtatuere, vt collectis frugibus, & fructibus nullus prohibeat aliis paſtum in agris ſuis, dummodo prædia, & agri non ſint vineæ, & oliuæ, & alia ſimilia, quæ magnum detrimentum patientur, ſi quoad paſtum omnibus eſſent cōmunes. Quam propoſitionē late probat, & confirmat Couar. vbi ſupra nu. 2. & 3. Ratio eſt, euidens, quia licet herbæ, quæ fixas habent radices in terris propriæ ſint dominorum, ita vt eas vendere, & locare poſſint, & conſequenter aliis earum paſtum interdicere multo magis, quam ſolam venationem in terris ſuis, quia tamen bonum commune præferendum eſt priuato, poteſt publica poteſtas contrarium ſtatuere, ſi eidem bono communi id expedire iudicauerit. Cōfirmatur hæc ratio, quia de facto in multis locis lege ſtatutum, vſuque receptum eſt, non poſſe priuatos dominos abſque ſpeciali Regis, vel legitima præſcriptione prohibere aliis agrum ſuum ad paſtum, conuertendo illum in prata, quæ Deſeſa vocantur, hoc eſt, in loca aliis ad paſtum interdicta; cum enim herbæ naturali vi abſque vlla induſtria naſci ſolent, conſequenter ex ſe omnibus conciuibus, & incolis debēt eſſe communes, collectis igitur iam frugibus, & fructibus, & agris vacantibus a ſemine, paſcua illa omnibus habitatoribus debent eſſe communia, ita vt priuati domini agrorum vſum eorum communem prohibere non poterunt: quam ſane legem multis experimentis compertum eſt ſatis Reipub. conuenire, iuſtiſſimamque, & equiſſimam eſſe. Dixi, *dummodo agri illi non ſint vineæ*, &c. quia dominus agri,

in quo vicini, & conciues ius paſcendi habent collectis fructibus, licet hactenus cum coluerit, & ſeminauit ad fruges colligendas, vel ad alium fructū his ſimilem, poterit nihilominus in eodem agro nouellare, vt loquuntur, hoc eſt, vites, & olіueta plantare, etiam ſi per hāc plantationem paſtus hic communis omnium conciuium animalibus in futurum impediatur, cum in oliuetis, & vineis nullo anni tempore permitti poſſint animalium paſtus abſque læſione arborum, quippe qui paſtus eorum, viti, & oliuis plurimum nocet. Huius illationis Ratio eſt, quia habitatores, & conciues nullum ius paſcendi habent in agris priuatorum, niſi poſtquam fruges, & fructus collecti fuerint, donec alii ſeminentur. Eo igitur tempore, quo priuatus ager pendentes habet fructus, aut vites aliaſve arbores, quibus animalium paſtus nocet, non licet cuiquam in eum agrum animalia mittere ad paſcēdum: de qua re legendus eſt Couar. vbi ſupra nu. 4. vbi late, & doćte materiam hanc tractat. Et hactenus de priuatis agrorum dominis, quid nimirum in cædendo ligna, aut paſcendis gregibus poſſunt, dictum ſit, in ſequentibus de dominis populorum, quouſque, ſcilicet in ſylua populi ſibi ſubiecti ligna cædere, aut greges in pratis cōibus paſcere poſſunt, breuiter agendum erit, vnde in ordine ſit

3 Tertia propoſitio: Dominus alicuius loci, & ciuitatis, quamuis in his locis iuriſdictionem ciuilē, & criminalem etiam habet, nullum tamen ex hoc iure dominium in paſcuis publicis illis territorij habet. Sic Couar. lib. pract. q. c. 57. nu. 1. vbi multos in hanc ſentētiam recenſet. Corduba q. 118. in fi. & Lopez par. 1. inſtruc. conſcien. c. 150. & Molina diſput. 59 concl. 3. Ratio eſt, quia huiuſmodi paſcua ad vniuerſitatem pertinent, & ſub eiuſdem vniuerſitatis dominio cenſentur arg. l. In tantū, §. vniuerſitatis, de rerum diuiſione. Poterit tamen talis dominus habens iuriſdictionem vti paſcuis publicis, vt habitator, & incola illius loci, ſi illic habitet, abſq; cuiuſquam eorum præiudicio, & grauamine, ita videlicet, vt pecora, quæ in ea paſcua induxerit, non multum quoad numerum ſuperent aliorum pecora; tametſi pro ſua dignitate, & loco in ea cōtate, poſſit plura, quam quicunque aliorum, paſcere. Et quidem in aliquibus locis vſu receptum eſt, vt dominus populi tot propria animalia in paſcua publica mittere poſſit, quot poſſunt duo incolæ, & habitatores. Id quod intelligendum eſt, dūmodo ex tali numero notabile grauamen populo non ſequatur, tunc enim minuere tenetur numerum, vt omnibus de populo commode ſatisfiat. Et quod de paſcēdis gregibus dictum eſt, pari ratione de poteſtate cædēdi ligna in ſyluis communibus ſuorum populorum dicendum eſt, dummodo tamen vt Corduba, & Lopez notant, habeant ad id priuilegium; aut conſuetudinem anteceſſorum ſuorum legitime præſcriptam oſtendere poſſint, vnde in locis multis illa inoleuit conſuetudo, quod dominus proprius populi, in ſuo populo, dum ibi cōmoratur, illam lignorū copiam a ſylua cōmuni accipere poſſit, qua pro vſu ſuæ familiæ ſine fraude, & iactura populi indigere eſt ſolitus, Quod ſi illam excedat, perinde reſtituere tenetur damna cōmunitati data, ac quicunq; alius de populo, ad pœnas tamen, niſi damnetur, aut damnari impediat illicite, non tenetur, vt Corduba, Lopez, & Molina vbi ſupra diſpu. 59. conc 4 tradunt.

4 Quarta Propoſitio; Si dominus populi dam notabile in paſcuis, aut ſyluis cōibus dederit, ad ſtitutionem in conſcientia tenetur, nec excu ex eo, quod populus non petat ob metum, neq; ex eo, quod damnum remittat, niſi remiſſio li omnino ſit. Sic Anton. de Corduba, Lopez, & M lina locis proxime allatis. Vnde inferunt, quod dominus oppidi depaſcat loca deputata pecori eius, cum quo contractus eſt initus, vt certo pr carnes populo vendat neceſſarias, & deinde mac larius ille conqueritur, non poſſe ſe carnes pro tio illo dare, ob damnum a domino in gregi ſuis eo in loco paſcendis datum, atque adeo a ſequentibus pretium carnis augere cōpellitur, ſi dominus oppidi damnum illius incrementi op danis reſtituere tenetur. Quia ſi pro bono com ni cuilibet particulari, & populari gregem ſuum ibi paſcere interdictum ſit, quare id licebit domi populi cum detrimento Reipub. quæ hoc emol mento priuatur. Sic ēt ſi paſcua cōmunia alicui d taxat ad paſtum conceſſa ſint ad bonū commune, ſicut aliis priuatis ibi paſcere interdicitur, ita etiam & dominus populi pari ratione ibi ob bonū commune paſcere interdictus cenſetur. Et ſicut priua contra prædictas leges depaſcentes ad damna re tuenda tenentur, ita etiam & populi dominus, qui aliquo modo in cauſa eſt, quod conductor damnum patitur, aut quod paſcua illa minori pretio, vel pu lo locentur, proculdubio dānum illud conductori, & communitati reſtituere tenetur.

Et denique ſicut alii, ſic etiam domini dānum aliorum priuatorum fundis, agriſque per greges ſuos illatum reſtituere tenentur. Quod ſi paſtores in culpa fuerunt, poteſt quidem tunc dominus illos cogere, vt illud ſoluant, in defectum tamen eorum ipſe eo modo tenetur illud reſtituere, quo ſupra dictum eſt.

Neque excuſantur huiuſmodi domini, quod ſæpenumero oppidani, metu, verecundia, aut alia et cauſa de damnis illis conqueri non audeant, eaque exigere, cū veriſimile ſit pecora eorum aliquid nocumenti dediſſe, tenentur enim id diligenter inquirere a paſtoribus ipſis, vel ſaltem promulgationes in eccleſiis oppidorum facere, vt qui dānum aliquod paſſus fuerit, illud ſibi, aut alteri aperiat, vt ipſi integre ſoluatur.

5 *Quoad* cuſtodes autē dubitari ſolet, an huiuſmodi cuſtodes locorum, quibus ea cura, & cuſtodia commiſſa eſt, ad reſtitutionem teneantur, ſi diſſimulent cum cædentibus ligna, aut venantibus, & piſcantibus in locis prædictis. Et dubium ſolum eſt, quando prohibitio iuſte facta eſt ab eo, qui poteſtatem habet; Si enim inique, & tyrannicè vetita eſſet piſcatio, venatio, aut lignorum cæſio, proculdubio in hoc caſu non tenebitur cuſtos ſic venantes, aut piſcantes apprehendere, vel denunciare, etiamſi adeſſet iuramentum, cum in hoc caſu non eſſet obligatorium, non enim poteſt eſſe vinculum iniquitatis, quin potius in male promiſſis fides reſcindenda venit. Immo in hoc caſu officiū iſtud dimittere tenentur, quando eis certo conſtaret prohibitionem eſſe iniuſtam, quia eſſet iniuſtitiæ miniſter, & peccaret.

Sin autem prohibitio iuſta ſit, tunc quidem offi ium ſuum fideliter agere tenentur. Vt autem om ia manifeſta fiant, quando ad reſtitutionē tenean ur, vel non, paucis explicandum erit, iuxta cōmu em Doctorum in hac re ſententiā, quam explicāt oannes Medina Cod. de reſtitut. q. 12. in fin. Mar n. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 122. & ſeq. Anto. e Corduba in ſumma. q. 66. Ludouicus Lopez p. . inſtruct. conſcient. cap. 148. Micha. Salon 2. 2. . artic. 7. controuerſia 4. Dominicus Bannis ibi, Petrus de Arragon ibidem. Gregorius de Valentia o. 3. diſpu. 5. q. 6. punct. 5. dub. 7. Emanuel. Rodri uez p. 1. ſummæ. c. 128. Ludouicus Carbo q. 36. de eſtitutione, & alii. Eſt igitur

Prima Propoſitio: Suppoſita iuſta prohibitione peccat cuſtos, & periurus eſt, qui ſub iuramento aſtrictus officium ſuum exercere, non manifeſtat venantes, piſcantes, aut ligna cædentes in locis prohibitis. Eſt communis omnium ſententia, nec ab vllo negari poteſt. Eſt tamen intelligēda hæc propoſitio regulariter, Nā non obſtante tali iuramento, & prohibitione legitima, poſſunt cuſtodes cum cædentibus, paſcentibus, & aliis ſupradictis ſine peccato, & obligatione ad reſtituendum diſſimulare his trib. concurrentibus; Primo, quando ſciunt auferentes id feciſſe ex neceſſitate: Si enim ignorarent, aut dubitarent de capientium neceſſitate, non excuſantur; In dubio enim tutiora eligenda ſunt. Secundo, quando neceſſitas capientium tanta eſt, quæ eos a peccato excuſat, quanta autem hæc ſit, aut eſſe debeat, non ita facile explicari poteſt; Hoc certum eſt, ſi ſit extrema, vel quaſi, ita vt vix poſſint aliter vitam ſuam, & ſuorum conſeruare, nec illi capiendo, nec iſti tacendo peccant, quia tūc dominus in ipſa rerum ſuarū captura conſentire debet. Tertio, ſi non permittant eos plura capere, quam neceſſitas eorū exigit: Si enim vltra quā eorum indigentia poſtulat, accipiant, non erunt a crimine furti immunes, nec cuſtodes tuta conſcientia cum eis diſſimulare poſſunt. His igitur concurrentibus ſi cuſtodes diſſimulent, non peccant, nec reſtituere tenentur: Etenim charitas id exigit, cui nulla promiſſio, aut iuramentum aduerſari debet.

Secunda Propoſitio; Quando cæſor lignorum, aut venator accepta reſtituere tenetur, puta quia ligna ſcindebat in Syluis domini priuati, aut in communibus magnam ſtragem intulit, aut in Syluis proprii oppidi tempore prohibito ligna cædit, tunc ipſis non reſtituentibus, tenentur in ſolidum id facere cuſtodes, ſi per negligentiam ſui officij in cauſa ſunt, vt Syluarum, domini eiuſmodi dāna ſubeāt. Sic Medina, Corduba, Nauar. Gregor. Lopez & alii. Sunt enim indirecte cauſa acceptionis rei alienæ, cum ex officio, & ſpeciali obligatione teneantur ſua cuſtodia dominum loci illæſum cuſtodire.

Immo quando is, qui illicite ligna cædit, ſolum ad pœnam tenetur poſt iudicis condemnationē, (puta quia id facit in Sylua non prorſus aliena, ſed proprii oppidi tempore prohibito) tunc vt recte Medina, Gregorius de Valentia, & Carbo notant, tenetur cuſtos ante omnem ſententiam iudicis dānum datum reſtituere, quia ſcilicet cum teneatur ratione officii, & ſtipendii bona domini illæſa cuſtodire, iniuſte tunc percipit aliquam partem ſui ſtipendii, eam ſcilicet, quæ iudicio boni viri reſponderet diligentiæ, & officio, quod in eo caſu negligit atque adeo ad damnū domino loci datum reſtituendum in conſcientia obligatur. Vnde hic vnus caſus eſt, in quo cum principalis damnificator in conſcientia non teneatur, tenetur tamen alius, eo, quod principalis non niſi ad pœnam iuxta patriæ leges, cuſtos autem ratione mercedis, quam eo nomine accipit, ad damna ex negligentia ſua illata tenetur.

8 Tertia Propoſitio: In aliis omnibus caſibus a prædictis, quibus ligna cædens, nec peccat, nec reſtituere tenetur, cuſtos quoque tū a culpa negligentiæ, tum a reſtitutione liber erit, ſi id fieri permittat, ſciens cauſam, quæ ſubſit, id licite faciendi. ita Ioannes Medina, & alii citati, puta quia eſt domini amicus, propinquus, aut alius aliquis, quem probabiliter nouit ex tacito conſēnſu domini id facere.

9 Quarta Propoſitio: Cuſtos ſe abſcondens, & cum venatoribus, aut lignorum cæſoribus diſſimulans, vt hac ratione eos in fragranti crimine deprehendat, grauiter peccat. Sic Ioan Medina. Martin. Nauar. Lopez, Gregorius de Valentia, & alij citati. Ratio eſt, quia ex charitate tenetur impedire cum poſſit, & debeat, ne proximus peccet, pœnam incurrat.

Deinde etiam contra fidelitatem domino loci debitam agit, cum teneatur, quantum in ſe eſt, damnum eius impedire; Vnde ſi pœna contra delinquentes ſit perſonalis, aut talis, quæ in vtilitatem domini loci ſpoliati non redundat, tenebitur cuſtos aliquid domino reſtituere ad arbitrium boni viri, titulo officii neglecti, vt diximus. Reo autem damnum pœnæ, quod ob eius conniuentiam incurrit, in hoc caſu reſtituere non tenetur; Cum id damnum Rei impedire ex officio, quod ei debet ex iuſtitia non teneatur, reſtitutio autem ex iuſtitiæ ſolius obligatione naſcitur.

Et cum omnes cuſtodes hoc faciant, idque ab omnibus ſcitur, imputet ſibi reus, quod hac ratione captus, & deceptus ſit.

Addunt autem Martinus Nauar. ca. 17. nu. 123. & Gregorius de Valentia non peccare cuſtodem ita ſe abſcondentem, ſi ea intentione id faciat, vt Reus, qui antea furari ſolitus ſit, & euaſit, hoc ſaltem modo deprehenſus ſit, & iuſtas delicti pœnas det, eaque ratione abſtineat in futurum. Etenim hac circumſtantia concurrente præceptum affirmatiuum fidelitatis erga dominum, & charitatis erga proximum deſinit tunc obligare cuſtodem ad impediendum tale delictum, quo ſcilicet plura ſimilia hac ratione impediantur.

10 Quinta Propoſitio: Quando in huiuſmodi locis ſunt cuſtodes, ſi tranſgreſſor legis deprehenſus a cuſtode in tranſgreſſione poſtuletur reddere pignus, tenetur in conſcientia illud exhibere. Sic Michael Salon 2. 2. quæſt. 62. articu. 3. controuerſia. 3. concluſ. quinta.

Ratio eſt, quia cum hic cuſtos ibi ab habente authoritatem conſtitutus ſit, miniſter eſt legis, & executor illius. Sed eo ipſo, quod poſtulat pignus in crimine fragranti incipit legem exequi, & reum condemnare, & Reus illud exhibens illam legis pœnam luere incipit. Sicut igitur accedente plena condemnatione iudicis tota pœna ſoluenda eſt, ita incipiente illius executione, illius quoque ſolutio incipienda eſt.

Dixi, *in crimina fragrane*, quia vbi crimen dubium eſt, & adhuc probandum, non tenebitur reus ad reddendum pignus, niſi iudex præceperit. Plura de cuſtodibus legi poſſunt in materia de reſtitutione in communi, vbi nonnulla de hac materia diximus, hæc autem huic loco ſufficere nobis videntur.

De ludo, quando licitus, vel illicitus ſit, & qua ratione ludo acquiſita, vel ab his, qui alienare non poſſunt, aut per dolum, aut fraudem reſtituenda ſint. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Quinam authores hanc materiam de ludo tractent.*
Ludus, de quo hic tractatur, cuius finis ad lucrum, quomodo definiatur, an & quomodo ſit actio licita.
Ludus uirtus eſſe poteſt, & actus Eutrapeliæ.
2 *In ludo qualiter concurrere poſſunt quorum ratione natura ſua non eſt peccatum.*
3 *Ex ſe honeſtus cum ſit in multis caſibus illicitis eſſe poteſt. ſ. ratione ſcandali, loci, temporis, materiæ, modi, prohibitionis, & affectus ludendi.*
4 *Ludorum genera, quæ & quibus prohibita.*
Alearum nomine, qui ludi intelliguntur, clericis beneficiatis, aut exiſtentibus in Sacris, & Religioſis ſub mortali interdicitur.
Laicis etiam prohibitus ſed non ſub mortal. ſecluſis circumſtantijs.
5 *Ludus ſcachorū nec clericis, nec laicis ĩterdictus. Quare.*
6 *Quando per ludum transfertur dominium, ita ut ex ludo acquiſitum non ſit reſtitutioni obnoxium.*
7 *Iure naturæ, qui lucratur aliquid ab eo, qui non poteſt alienare ex eo, quod non habet rerum dominium, uel adminiſtrationem, reſtituere tenetur in conſcientia uero illius pecuniæ Domino, uel adminiſtratori.*
8 *An ſeruus, qui aliquid ludo acquiſiuit, teneatur illud reſtituere.*
9 *An filiusfamilias, aut alius, qui ludendo alienare non poſſit, ſi ipſe aliquid lucretur tuta conſcientia ſibi retinere poſſit, an ſuo patri acquirere.*
10 *An de ratione ludi ſit, ut quis lucrari non poſſit plura, quam colluſor ab eo lucrari queat.*
11 *In quo ſenſu uera ſit opinio Soti non poſſe talem plura lucrari.*
12 *Si filiusfamilias ex centum ſibi a patre conceſſis ſolū quinque perdere poſſit, ſi perdat ultra. ſ. decem, exceſſus ille reſtituendus eſt.*
13 *Et quomodo plura lucrari poſſit, quando autem lucratū reſtituere tenetur. Par etiam ratio de coniugata procedit, nu. 14.*
15 *An Religioſus aliquid ludere poſſit, & an lucrifaciens ab eo acquiſitum reſtituere teneatur.*
16 *Qui non ludere poteſt, ſi lucretur, & tenetur reſtituere, opinio ſecurior, & probabilior.*
17 *Quæ fraude, ac dolo acquiruntur in ludo, omnino reſtituenda eſſe iure naturæ, certum eſt.*
18 *Fraudes duplicis generis eſſe poſſunt. Vel enim ludum præcedunt, uel in actu ludendi committuntur.*
19 *An ſi ambo ſe ante nouerant, & peritior cum ig ludat, & lucretur, teneatur ad eius reſtitutionem.*
20 *Optimum exemplum affert Io. Medi. non eſſe reſtituendum, quod dubium multum explicat, & illuſtrat.*
21 *Quando interueniunt doli, qui repugnant legibus ludi acquiſitum tali ludo reſtituendum.*
22 *Vnde ſit, ut quis ſimulate ſponſionem ſuam agere p ſit, quo alterum cogat cedere, aut recuſare, ex qua ctione lucrum conſequitur alias non prouenturum.*
23 *An uolens renunciare actioni a colluſore propoſitæ monitus demum a tertio illam acceptauit, & ta lucratus eſt, teneatur in conſcientia lucrum illud pro pter admonitionem acquiſitum reſtituere.*
23 *Tribus dictis breuiter, accurateque diſſoluitur.*

1 INter alias reſtitutionis materias, vna eſt materia ludi, quæ quia ſatis vſu recepta eſt, ſcitu-que neceſſaria, breuiter a nobis hoc in loco explicanda eſt. Quam materiam tractant S. Thom. 2.2. quæſt. 32. artic. 7. ad ſecundum, & quæſt. 168. Alexander de Ales p. 2. q. 132. & par. 4. q. membr. 5. art. 3. §. vlt. & q. 33. memb. 2. artic. 5. Richard. in 4. diſt. 15. art. 5. q. 8. Palud. diſt. 15. q. 2. 5. concl. 2. in fine. Gabriel 4. diſt. 15. q. 13. Summiſtæ verb. Ludus. Ange. Sylueſt. Tabiena. Caietan. Summa. verb. ludus. & 2.2. q. 32. art. 8. in fine & q. 167. Ioan. Medina C. de reſtitutione. q. 21. & q. Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 7. art. 2. Marcinus L 2.4. q. 18. art. 8. in fine. Martin. Nauar. in Manual. 20. Dominicus Bannes 2.2. q. 32. art. 7. Alphonſus a Caſtro. lib. 2. de poteſtate legis pœnalis. cap. 2. corollario. 3. Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 4. Michael. Salon. 2.2. q. 5. de dominio. art. 6. Gregorius Valent. tom. 4. diſp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 8. Ludouic. Lopez par. 2. inſtruct. conſcien. cap. 31. & ſeq. Adr. in 4. tract. de reſtitutione. q. 14. quæ incipit, *Quia in ſuperioribus* Barth. Medina lib. 1. inſtruct. confeſ. cap. 14. §. 28. Io. Bachonus in 4. diſt. 22. q. 1. artic. 4. dub. vlt. Panor. in c. cler. 2. de vita & honeſt. cleric. & in cap. Quia plerique. nu. 35. q. 11. de immunita. eccleſ. & Canoniſtæ ibidem. Ludouicus de Beia par. 1. reſponſ. caſuum in conſcient. caſ. 61. Summa Corona par. 2. cap. 4. de reſtitutione in communi. nu. 17. Emanuel Rodriquez in ſumma par. 1. c. 189. Toletus in ſumma. lib. 5. cap. 27. & Ludouicus Carbo. tract. de reſtit. q. 37. & ſeqq. Eſt autem Ludus vniuerſim ſumptus, operatio exterior animi relaxandi cauſa ſuſcepta. In hunc enim finem præcipue inuentus, & inſtitutus eſt, vt animus relaxetur, viresque defatigatæ inſtaurentur.

Quod ſi quid aliud ex tali operatione quæratur, id ſuperuenit ludo, vt ſpes gloriæ comparandæ, aut lucri acquirendi gratia.

Quia vero hoc in loco de eo ludo ſpeciatim acturi ſumus, qui pro fine lucrum habet, & vt quidam contractus eſt inter ludentes, ita non incommode definiri poteſt, Ludus eſt contractus conditionalis lucri gratia factus, quo ex euentu, expoſita acquiritur, vel amittitur pecunia. Quia vero quæcunque de hac materia tractari ſolent, ad duo præcipue capita reduci poſſunt, ſcilicet an, & quando actio hæc licita, vel illicita ſit, & quando ex ludo transfertur dominium: de his duobus ſuo ordine dicemus. quoad primum igitur.

Prima Propoſitio eſt, Ludus genere ſuo licitns , & ſi moderatus ſit ratione, virtus eſſe poteſt. S.Thom.2.2.q.268. & alii omnes, qui actum utrapeliæ, id eſt, iucunditatis eſſe dicũt, conſtituẽ medium in actionibus pertinentibus ad honeſtã imi recreationem. Vt latius S.Thomas vbi ſupra t.2.poſt Ariſt.2. Ethic.cap.6.& lib.4. Ethic.cap. Dicitur autem quis Eutrapelus a bona conuer- one, quia ſcilicet bene conuertit aliqua dicta, vel ta in ſolatium, adeo vt Eutrapeliæ finis ſit hone hominis recreatio. Ratio huius eſt, Quia cũ ho- o ex anima, & corpore conſtet, ſicut homo quoad rpus indiget corporali, quiete. quia continue la- rare non poteſt, eo quod virtutẽ finitam habet, ę determinatis laboribus proportionatur: ita ẽt parte animæ, cuius virtus finita eſt, & ad operationes determinatas proportionata aliqua relaxaone indiget, præſertim q͡a in operationibus aiæ mul ẽt laborat corpus, inquantum anima intelle- iua vtitur virib. per organa corporea operãtib.

Confirmari poteſt hęc Ratio, Quia in ludo qua- uor concurrere poſſunt, nimirum, materia, finis, ors, & fortuna, & denique ludi circũſtantiæ; Quorum omniũ ratione ludus ex ſe, ſuaque natura peccatum non eſt, ſed licitus, vt patet: ſiquidem ratione materiæ, quæ eſt pecunia, licitum eſſe cõſtat eodemque modo ratione finis, ſi nimirum lucri, & recreationis honeſtæ gratia fit.

Sicut enim lucrum in aliis commutationibus, & contractibus eſt conceſſum, ita etiã in ludo, delectatio enim ſuperaddita, non eſt mala. Et ſicut alias animi recreationes moderato pretio pro cuiuſque ſtatu procurare licet, vt venationem, piſcationem, & ſimilia; ita nõnunquam licet, immo, & virtus eſſe poteſt, pro pecunia ludere. Et quemadmodum in cibos honeſtos, quibus refocillatur corpus, ſumptus erogare licet; Sic cum, & luſibus quoque animus vegetetur, & corpus, non eſt cur & in illis aliquid quandoque expendere non liceat.

Neque ratione ſortis, aut fortunæ malus erit, cũ hæc etiam in cambiis, Mutuo, aliiſque contractib. inſint. Nec denique ratione circumſtantiæ; ſi enim ſint perſonæ habiles ad exponendam pecuniam, & loco, & tempore non prohibitis ludant, non peccabunt. Ludus igitur moderatus ſua natura licitus eſt, & ſub virtute cadit.

Secunda Propoſitio: Quamuis ludus ex ſe honeſtus ſit, in multis tamen caſibus illicitus eſſe põt. Primo enim ratione materiæ illicitus eſt, ſi materia ludi obſcæna, vel irreligioſa ſit, cuiuſmodi ludi in ſacris literis reprehenduntur, Exod.32. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere Tob.* 4. *Nunquam cum ludentibus miſcui me*. Secundo ratione *ſcandali*, qua ratione clerici, & prælati etiam priuatim ludentes peccare poſſunt, cum in ludis prohibitis ſe exerceant. Tertio, ratione loci, vt ſi in eccleſia ludi profani exercerentur, quales ſunt ludi theatrales, & etiamſi, & ſimilia, quorum vſus eſt eo in loco ex Caiet.2.2.q.168.arti.4.dub.3.in ſumma.verb.ludus, & Nauar. in Manuali. cap.20. nu. 3.verſic.Quarto.Gregorius de Valentia tom.3.diſput.5.q.6.puncto.5.dub.8. Carbo. quæſt.37.concluſ.8.In his enim, & ſimilibus contemptus quidã ſaltẽ interpretatiuus legis canonicæ ipſo facto interuenire videtur, arg.c.cum decorem.de vita, & honeſt.cler. & c. Decet. de immunit. eccleſ.in 6. Secus autẽ ſi ludi eſſent quieti, & ibi quis ex cauſa rationabili luderet ad ſcaccos, puta, ſi aliqua neceſſitate infirmũ ibi ludere oporteret, ne alioquin dormiat; aut ſi tempore belli aliqui in eccleſia incluſi eſſent, & ſani indigerent excuſſione otii, aut ſomni per aliquem honeſtum, & quietum ludum, tunc enim nullum omnino eſſet peccatum, quia cõceſſo principali, hoc eſt, habitatione tunc in loco ſacro, conceſſa quoque intelliguntur acceſſoria honeſta. Sine cauſa vero rationabili ex animi leuitate ibi ludere. ſine ſcãdalo, & ſine actibus indecentibus ioco facientibus, veniale eſſet. vt præfati authores tradunt. Quarto rõne temporis, ſunt.n.illiciti ludi laborios, aut quaſi totius diei conſumptiui. ẽt non omiſſa Miſſa, multo magis, quã bella iuſta ſine neceſſitate. Mortale tamen peccatũ in huiuſmodi ludis non eſt ex Caietan. Nauar. & Carbone vbi ſup. quia labores ludicri non ſeruiles, ſed liberales ſunt. Et conſumptio feſti non omiſſis diuinis in vanis, non contra, ſed præter præceptum feſtorum eſt. Quinto ratione affectus ludendi, vt ſi quis ita affectus eſſet ludo, vt multum tempus conſumeret in ludis, & hoc eſſet veniale, vel etiam non curaret tranſgredi præcepta Dei, vel eccleſiæ propter ludum, id quod eſſet mortale. Sexto ratione modi ludendi, quando ſcilicet in eo adhibeatur dolus, aut fraus, aut quis inuitus ad ludendum trahatur, ſiue per apertam violentiam, ſiue per eiuſmodi preces, & verba, quæ alioqui ſuffundunt alium rubore, niſi ludat, ex Sancto Thoma 2.2.quæſt.32.artic.7.ad ſecundum. Martino Nauar.in Manuali.capitu.17.nume.13.Caiet.in ſumma.verbo.ludus Gregorio de Valentia tom.3.diſput.5. quæſt.6. punct.6.dub.8. & aliis, & multo magis ſi ludo immiſceantur blaſphemiæ, & alia huiuſmodi, quorum 4 ludus ſolet eſſe alicui vt plurimum cauſa; Septimo ratione prohibitionis, ſolent enim aliqui ludi legibus humanis prohiberi, ſic clericis, religioſis & Prælatis maxime interdicitur ludus alearum, & taxillorum, ratione dignitatis perſonæ, & ſcandali, quod talis perſona ſic ludens generare ſolet. Vt patet ex can.Epiſcopus. diſt.35. & capit.clerici.2.de vita, & honeſta.cleric.& l.ſolent, ff.de aleæ vſu, & aleat.& Authent. Alearum vſus. Cod.de Relig.& ſumpt.fun. Nomine autem alearum, intelliguntur ex Nauar.num.6.& Gregorio, & aliis, ludi omnes fortuiti, id eſt, in quibus res permittitur caſui, & fortunæ.

Et quidem clericis beneficiatis, & exiſtentibus in ſacris, nec non religioſis interdicitur ſub peccato mortali, ſaltem ſi ludant pro notabili quantitate, præſertim ex fructibus beneficiorum ex Soto lib.4.de iuſtitia.quæſt.5.art.2. ante concluſionem 4.Nauar.in Manuali.cap.17.num.9.Mich.Salono 2.2.q.4.de dominio.art.6. concluſ.2. Gregorio de Valentia vbi ſupra. qui id colligunt ex cap.Inter dilectos de exceſſ. prælato. vbi clericus ob aleæ vſum iubetur deponi, quæ pœna non niſi ob peccatum mortale infligi ſolet, & facit Concil.Triden. ſeſſ.22.cap.1.de reformat.

Quod intelligendum eſt, niſi leges illæ fortaſſis per contrariam conſuetudinẽ alicubi ſint abrogatæ, & ludatur in magna quantitate. Dicitur autem lex abiiſſe in deſuetudinem, quando ſuperiori illã violantes videt, & non punit. Quibus addo ex Angel. verb. ludus. nu. 2. & Salono, clericis omnib. interdictum esse ludum larualem, quem exercēt personati, sub peccato mortali, quia non possunt habitum mutare sine causa rationabili. Quod vero addit Salon, (quamuis sub dubio) sub eadem censura clericis interdictum esse ludum lauralem, quā prohibentur religiosi, ne sine iusta causa habitum suæ religionis mutent, nimis durum est, & sine vllo solido fundamento assertum. Et quamuis laicis etiā vsus Alearum sit prohibitus, vt tamen Sotus, Nauar. num. 11. & Gregorius locis citatis docent, non tamen sub peccato mortali, etiāsi pro magna quātitate ludant, seclusis aliis circumstantiis prauis cōtra ius naturæ, de quibus ante dictum est, cum leges illæ laicos cum tanto rigore obligare non censeantur, & saltem quoad illos per consuetudinem contrariam quoad obligationem sub mortali sint abrogatæ, vnde communiter absolui solent, quamuis non habeant propositum ab hoc genere ludi abstinendi, dummodo tamen absint supradictæ prauæ circumstantiæ.

5 Ceterum vt recte notant Panorm. in c. clerici. 2. num. 4. de vita, & honest. cleric. & Salon vbi supra Ludus scacchorum, neque clericis, neque laicis interdictus est, dummodo prauæ absint circumstanstiæ, & tamen Marti. Nauar. vbi supra. nu. 3. & Lopez p. 2. instruct. conscient. c. 31. concl. 1. dicūt, q̄d magis ineptus est ad animi recreationem sumendā ludus scacchorum, quam alearum, cum in ludo alearum plurimum fortunæ insit, & parum industrie, econtra vero ludus scacchorum ex vehementi aduertētia ibi requisita animum potius vexat, quam relaxat. Ideo autem non est prohibitus ludus scacchorum, vt falso putant Gabriel in 4. dist. 15. q. 13. art. 3. dub. 2. litera. M. & Palud. ibid. q. 3. art. 5. conclus. 2. in fi. Sicut alearum, quia ludus scacchorū cōiter secum moderatam affert recreationem, citra illa pericula blasphemiarum, iuramentorū, mendaciorum, doli, & fraudis, & consumptionis bonorū, & huiusmodi, quæ in lusu alearum, vt plurimum imminent, ludus enim scacchorum cōiter neque scandalo est, neque iuramentis. neque bonorum tēporalium notabili nocumento expositus.

6 *Quando* igitur ludus peccatū sit mortale, vel veniale, aut nullū, facile ex dictis colligi potest, superest alterum membrum, quod huius loci proprium est, explicemus, quando. s. per ludū transfertur dominium, ita vt ex ludo acquisitum non sit restitutioni obnoxium. Et cum duobus modis accidat ludere, vel pecunia præsenti, & statim soluta, aut credita & data fide, de vtrisque agendum est. Quamrem S. Thomas 2. 2. q. 32. ar. 7. ad secundum breuiter explicat, & quatuor docet;

Primum est. quod qui lucratur per ludum a non petentibus se exponere, & res suas alienare, & tenetur restituere.

Secundum est, quod acquisitum dolo, aut fraude per ludum restitui debet.

Tertium est, qui alium vi, aut minis traxit ad ludum, si lucratur, restituere tenetur.

Quartum est, qui ludo prohibito per legem lucratur, tenetur restituere, nisi lex contrariam consuetudinem habeat. In quibus ea fere omnia explicantur, quæ ad præsentem materiam spectāt, quia vero quædam istorum certa sunt, quædam controuersa, primo expositis certis, dubia deinde explicabimus.

7 *Primo* igitur certum est iure naturæ, lucrantem aliquid ab eo, qui non potest alienare, ex quo non habet rerum dominium, vel administrationem, teneri illud in conscientia restituere vero domino illius pecuniæ, vel eius ex lege administratori. Vnde qui lucratur a fure, a filiofamilias, a minore, seruo, a Religioso, aut a maritata nō habente re communium curā, tenetur id lucri restituere. Q intelligendum est; si tales perdant in notabili quantitate. Nam ad alienandum id modicum per ludum adesse censetur consensus superioris, vt v.g. filius qui in curia, aut in Academia centum ducatos quotannis expendit, si quatuor, aut quinque ludo dispendat, verisimile est patrem suum habere ratum, qui probe sciant vix iuuenes non posse sine illis dispendiis viuere. ex Soto lib. 4. de iustitia. q. 5. ar. 2. Martin. Naua. in Man. c. 17. nu. 12. Lopez p. 2. instruct. consc. c. 33. q. 1. in fin. Mich. Salon 2. 2. q. de dominio. ar. 6. dub. vlt. cōcl. 2. Iosepho Angles in 2. sent. 2. q. de ludi restitutione. dub. 1. cōcl. 1. Greg. de Val. tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 8. Ratio pro prima parte est, quia cum isti non habeant dominium, vt filius familias, fur, Religiosus; vel non habeant administrationem bonorum, vt Minor viginti quinque annis, mente captus vxor, sicut res illas donare aut alio contractu alienare non possunt, ita neque illas per ludum alienare possunt. Intelligendum autem est hoc de filio familias, non emancipato, neque castrense, aut quasi castrense peculiū habēte. Si. n. esset emācipatus, aut haberet bona castrensia vel hæreditate, aut alia via accepta, in quib. non subiicitur patri, sed est ipse absolutus dominus illorum, tunc illa ludo exponere, & perdere posset. Similiter quod de vxore dictum est, intelligi debet de bonis sibi cum viro communibus, & de dote. Cū enim mulier tria bonorū genera habere possit, primo dotem; Secundo bona sibi cū marito cōia, & acquisita industria tam viri, quam vxoris durante matrimonio: Tertio bona paraphernalia, ea. s. quæ illi extra dotem, vel hæreditate, vel donatione, vel aliqua alia via adueniunt, de bonis primi, & secundi generis ludere non potest sine licentia viri, aut eleemosinā facere nisi iuxta morē patriæ, saltē in notabili quātitate, de bonis vero tertii generis pōt.

Secūda pars patet, quia consensus patris in modica quantitate adesse supponitur, cum vix trāsigi possit vita sine aliqua honesta recreatione, maxime cum exinde redditur animus aptior, & alacrior ad studia, & negocia sua adeunda. Idemque de vxore dicēdum est, consentire. n. censetur maritus, vt modicum quid expendere possit pro qualitate status, & diuitiarum mariti arbitrio boni viri. Verum circa hoc dictum sunt quædam inter authores controuersa.

8 DVBIVM PRIMVM est, An seruus, qui aliquid ludo acquisiuit, teneatur illud restituere?

Respondeo cum Soto li. 4. de iustitia q. 2. ar. 2. & Ludouico Lopez par. 2. instruct. consc. ca. 33. Quod si sermo sit de seruis bello captis, cum tales maiori fauore sint tractādi, si q̄d dono susceperit, vel iure hæreditario, aut lucro licito lucrati fuerint, nō tenētur in cōscientia ea dominis reddere, atq; adeo si

aliquid

liquid a potente perdere acquirant ludo, ſicut id ucri Domini ſecũdum Sotum, & Lopez, reſtitue e non tenetur: ita neque perdẽti: Secus ante de illis ſeruis, qui ſe vendiderunt, iuxta ea quæ lib.c.diximus, cum tales quicquid ſint, domini ſint, illiſq; ominus tanquam inuento ſuo ad ſuam propriam tilitatem, & non ad bonum ipſorum vtatur.

DVBIVM SECVNDVM eſt, An filius fami as, aut alius, qui, vt diximus, ludendo alienare non oſſit, ſi ipſe aliquid ludo lucretur, illud tuta cõſciẽ ia retinere ſibi poſſit, aut ſuo patri acquirere?

Communis in hac re opinio eſt, quod ſi aliquis ſtorum, qui ludere non poſſunt, lucratus fuerit ab o, qui ludere poteſt, tunc aut colluſor potens perdere, bene nouit ſe colludere cum eo, qui non non poteſt alienare, & in hoc caſu ſi non potens alienare lucratur, non tenetur reſtituere, quod lucratus eſt: Quia ſcienti, & volenti nõ fit iniuria, vnde ſciẽter ludens cum tali, & perdens, non poteſt repetere amiſſum, nec qui lucratus eſt ad eius reſtitutionem tenetur in conſcientia.

Sin autem colluſor ignoret eum, cum quo ludit talem eſſe, cui prohibetur alienatio, vt v.g. quod ſit filius familias, aut Minor, & talis perſona ſic alienare prohibita ab altero, qui perdere poteſt, lucretur aliquid, ad reſtitutionem eius, quod lucratus ſit, obligatur, perinde ac alter illi. Sic Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate legis pœnalis.cap.2.corollario.3.Sotus lib.4.de iuſtitia.q.5.art.2. Couar.in regul.peccatum.par.2.§.4.num.4.verſic.Deinde.Ioſeph Angles in florib.4.ſent.par.2.quæſ.de ludi reſtitutione.dub.1.propoſitione.3.Ludouicus Lopez par.2.inſtruct.conſcient.cap.33.q.3 concluſ.1.Micha.Salon 2.2.q.5.de Dominio.art.6.dub.vlt.concluſ.1.Barthol.Medina lib.1.inſtruct.confeſſ.cap.14.§.28.in fine. Gregorius de Valentia.tom.3.diſput.5.quæſt.6.puncto.5.dub.8.Toletus lib.5.ſummæ.cap.27.Emanuel Rodriquez par.1.ſummæ.c.189.concluſ.3.Ludouicus de Beia Paleſtrellus in prima parte Reſponſ.caſuum conſcientię.caſ.61. & Ludouicus Carbo quæſt.40.de reſtitut.concluſ.7. Ratio eſt, quia natura contractus hoc poſtulat, vt ſemper oporteat vtrumque ex contrahentibus eſſe ligatum, aut nullum.

Nullo enim modo patitur natura contractus, vt altero exiſtente ſoluto, & libero, alter ligatus ſit, ſed vtriuſq; cõditio æqualis eſſe debet. Sicut igitur Maior 25 annis non poteſt aliquid a Minori lucrari, ita nec Minor a Maiori, quia ſi contractus ſit nullus ob Minorẽ, qui dominium rei alienare non potuit, erit perinde nullus Maiori, ac Minori, atq; adeo quod a Maiori lucratur, ei reſtituere tenetur.

DVBIVM TERTIVM eſt, An de ratione ludi ſit, vt quis lucrari non poſſit plura, quam colluſor ab eo lucrari queat. v.g. An filius familias, qui vt diximus, perdere poſſit 5. ex centũ ſibi a patre conceſſis, poſſit lucrari ab alio plura, quam quinque?

Sotus lib.4.de iuſtitia.quæſt.5.artic.2. docet nõ poſſe. & fauet Ioan.Medina.Cod.de reſtitu.quæſt.22.dub.2.in Reſponſ.ad 6. & paulo poſt verſicu. vt igitur. Ratio eſt, Quia vt dictum eſt, colludentiũ vtriuſque conditio par eſſe debet. Quare nulla eſt æquitas, vt filii familias plus poſſint in conſcientia lucrari, quam perdere.

Communis tamen, & verior opinio eſt poſſe iſtũ filium familias plus lucrari a potente alienare, quã ipſe perdere potuit, nec propterea deeſſe æqualitatẽ, quæ inter colluſores exigitur. Sic Martin.Naua. in Manuali.cap.17.nu.12.vbi ait eſſe communem ſententiam, Eam ſequuntur Micha.Salon 2.2.q.5. de dominio.art.6.dub.vlt.Gregorius de Valentia. tom.3.diſpu.5.q.6.puncto.5.dub.8.Ludouicus Lopez par.2.inſtruct.conſcient.cap.33.concluſ.2.& 3.& lib. 2. de contract. cap.21. Dominicus Bannes 2.2.q.32.artic.7.Ludouicus de Beia vbi ſupra.caſu. 61.& Ludouicus Carbo quæſt.40.de reſtitut.concluſ.6. Quorum opinio in tribus præcipue conſiſtit, Quorum

11 *Primum eſt*, Filius, qui ſolum poteſt quinque perdere vnico actu, non põt ab vnoquoque ludentiũ in illo eodem actu niſi ſolum quinque lucrari. Et in hoc ſenſu vera eſt opinio Soti. Quia aliter non ſeruaret æqualitas vtrinq; in illo determinato actu ludi, quæ alioqui neceſſaria eſt, vt actus ille ludi ſit iuſtus. Vnde ſi filiusfamilias v.g. aut Minor aliquis, aut pauper luderet pro quantitate, quã ipſe non poſſet alienare, puta pro decem, tũc ſicut teneretur alter reſtituere quinque, ſi illa decẽ a filio familias, ſeu Minore lucraretur; ita ipſe quoque Minor, aut filius familias ſi decem lucraretur, quinque illi reſtituere teneretur, eoquod iniuſte lucraretur. Dixi, *ab unoquoque ludentium*. Quia ſi ſint v.g. quatuor ſimul cum eo ludentes, poteſt lucrari 20. vt potè totidem ab vnoquoque, quot ipſe perdere potuit, nempe quinque. Vbi enim multi ludunt, ſeruatur æqualitas, ſi vnuſquiſq; ſeorſum tot poſſet perdere, quot ab vnoquoque ſimiliter colluſorum ſeorſim ſumpto lucrari poteſt. Sic pauper, qui non habet niſi decem aureos, nec plus perdere poteſt, ſi ludat cum habente centum non poteſt lucrari niſi decem in eodem actu ludi, quia alioquin non ſeruaretur æqualitas.

12 *Secundum eſt*, Filius familias ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita cum eo ludens ſolum illa lucrari poteſt, & ſi prędictus filius familias vltra quinque perdat, exceſſus ille ipſi a lucrante reſtituẽdus eſt, Ratio eſt euidens, quia quicquid vltra dictam ſummam perdit, ab eo iuſte alienari non poteſt. Ergo qui maiorem ſummam ab eo lucratur, tenetur eam reſtituere.

Id quod procedit, etiamſi talis lucrator in eodẽ ludo, aut in alio exceſſum illũ eidem filio perdiderat. vt v.g. Petrus filiusfamilias hodie aut hoc anno a Ioanne potente alienare lucratus eſt 20. aureos, & poſtea Ioãnes ludens cum Petro lucratur ab eo 30. aureos, non poteſt Ioannes lucrari a Petro, niſi quinque, & ſi plus lucretur, tenetur illud reſtituere, non obſtante, quod Peteus ſibi heri, aut anno præterito lucratus ſit pluribus vicibus aureos 20.

Ratio eſt, quia Petrus ſolũ perdere põt quinque Ergo Ioãnes 30. ab eo lucratus tenetur 25. reſtituere, quippe quia Petrus nõ niſi quinque alienare põt Quod vero Petrus alio tempore, & ludo lucratus ſit a Ioanne 20. non facit, vt propterea Ioannes ab eo vltra quinque iam lucrari poſſit; Quia cum id fuerit diuerſis diebus, & ludo diſcontinuato, non facit, vt licitum ſit Ioanni propterea recompenſationem facere, nec liberat eum a debito reſtituẽdi illa 25. eo quia vbi filius alio die, & tẽpore pecunias illas lucratus ſit, erant illæ ſub dominio patris, quicquid enim acquirit filius, acquirit patri. Vnde cũ illa 20. antea a Petro filio familias lucrata, patri acquiſita fuerint, non poteſt denuo filius eodem patre inuito illa diſtrahere,& alienare, vnde Ioãnes, qui nunc a Petro 30. lucratur, reſtituere tenetur 25. cũ Petrus quinque tantũ alienare,& perdere poterit. Sicut enim qui furatus eſt decẽ, non liberatur a debito reſtituendi, propterea quod alius eadem decem ab ipſo rapiat, antequam illa reſtitueret, ſi alia via decem ſibi ablata recuperare queat; ita neque Ioannes liberatur in hoc caſu a reſtitutione 25. ex 30. quæ a Petro lucratus eſt, ex eo, quod Petrus ab eo præterito tempore 20. lucratus ſit. Vnde ſibiipſi imputet Ioannes, qui ludere voluit cum Petro, quẽ ſciebat, aut facile ſcire potuit, Petrum fuiſſe filium familias, omniaque illius eſſe patris, & ideo licitũ illi fuiſſe acquirere illa 20. patri, non tamen licitũ eſſe illi dilapidare ea, quę ſibi a patre pro ſtudiis, & honeſta ſuſtentatione conceduntur. Solum poterit Ioannes illa 30. ſibi retinere, ſi initio ignorãs eum fuiſſe filium familias, interrogans eum, an filius familias eſſet, vel alienare poſſet,& ille reſpondit non fuiſſe, ſed potuiſſe perdere, & alienare, tunc enim crediderim cum præfatis authorib. Nauarro in Manuali. cap. 117. num. 12. Lopez & Ludouico de Beia vbi ſupra in fine poſſe facere recompenſationem illius, quod in alio ludo ſub illa bona fide fuit perditum ita, vt ex 30. quæ nunc lucratus ſit, teneatur ſolum reſtituere quinque,& reliquum ſibi ſeruare pro quinque, quæ iam Petrus perdere poteſt, vt pro 20. quæ alias Petrus lucratus fuit ab eo alio ludo: Nam fraus, & dolus nemini patrocinari debet arg. cap. *Ex timore. de reſcript.*

13 *Tertium eſt*, Filius familias ſucceſſiue per varios actus ludo plura lucrari poteſt, quam poſſet ipſe ab initio amittere, vt v.g. filius poteſt exponere 5.& primo iactu exponens illa, lucratur alia quinque, quo poſito iam habet decem vere ſua, quæ poteſt exponere ſecundo iactu,& lucrari cum illis alia decẽ, quæ cum prioribus efficient 20.& cum illis lucrari alia 20. Et hoc progreſſu ſeruata ſemper æqualitate, & iuſtitia ludi magnã ſummam lucrari põt.

Ratio eſt, quia ſemper in eadem ſponſione, & iactu quantitatis quam lucratur; nunquam excedit quantitatem, cuius filius iſte eſt dominus, & quam recte exponere poteſt: Ad æqualitatem enim ludi id tantum exigitur, vt poſſit luſor tot perdere, quot poteſt lucrari.

Quod ſi vrgeat quis contra hoc dictum, id eſſe contra ea, quę antea dicta ſunt, quia,ſ. in ludo requiritur par conditio, & æqualitas ex parte vtriuſque colluſoris. Cum ergo filius familias non poſſit in ludo exponere niſi quinque aureos, non poterit amplius lucrifacere, maxime cum lucrum illud, quod filius ex ludo reportat, inter bona profectitia (vt Iuriſperitorũ verbis vtamur) numeretur. Sed in bonis profectitiis diſpenſandis filius a patre dependet. Poſtquam igitur ſemel lucrifecerit quinq; aureos, non poterit amplius ludere ſine patris licentia. Profectitia bona (vt ibi obiter annotamus) dicuntur ea, quę filius ex bonis ſibi a patre collatis per induſtriam ſuam comparat.

Huic facile Reſponderi poteſt, æqualitatẽ in ludo ex parte vtriuſque requiſitam, non eſſe aliam, niſi, quod vterque colluſor ſit dominus illius pecuniæ, quam exponit, & ſpondet. Et quamuis fi qui hoc anno lucratus eſt 20. nõ poſſit anno ſeq ti ex centum ſibi a patre conceſſis quinque,& vl 20. ludere, ſi tamen ſequẽti anno exponẽdo, qu quæ lucretur 20. conceſſa cenſetur a patre poteſ filio, vt eo ludo & tempore exponere poſſit om lucrum, quod inde iuxta leges ludi reportat, vt tat Bannes vbi ſupra.

His tribus eorum dictis ad maiorem huius explicationem addi poſſunt duo alia: Vnde

14 Quartum eſt, filiusfamilias, qui iam perdidit il quinque, quæ ex voluntate interpretatiua patris exponere potuit, ſi deinde ludat,& lucretur, lucratum reſtituendum tenetur.

Quia cum ſolum poſſet exponere illa quinque iſtis perditis, perinde ſe habet, ac ſi iã ſine pecunia luderet, ac ſine periculo perdẽdi: Qui vero perdere non poteſt, nec lucrari poteſt, eſſet enim inæqualitas maxima, quam iuſtitia ludi non patitur.

Quintum eſt, filius familias, qui ſolum exponere poteſt quinque, ſi prima ſponſione, & iactu exponat decem, & illa lucretur, ad quinque reſtituenda tenetur, ſolũ quę ſibi alia quinque retinere poteſt. Quia ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita quoque ſolum illa ſponſione quinque lucrari poteſt, ſic æqualitas ludi conſeruetur.

Et quæ de filiofamilias dicta ſunt, pari rõne in coniugata procedunt, peccat enim ſi abſque viri licẽtia in notabili quantitate ludat de bonis, quæ ad adminiſtrationem pertinent. In qua autem quantitate licite ludere poterit, colluſor etiam bona cõſcientia ſummam eam ludo partã retinere poteſt, alias non: quod ſi vltra eam ſummam aliquid ab ea lucretur, marito illius reſtituere tenebitur.

Quibus addo ex Ludouico Lopez par. ſecunda, inſtruct. conſcien. cap. 33. Quod etiamſi modicum quid coniugata luſerit, poterit tamen talis luſus aliunde eſſe cum culpa mortali, ſcilicet ratione ſcandali, ſi cum perſonis ſuſpectis generantibus ſcandalum, & incitantibus ad malum luſerit. De bonis autem paraphernalibus, ſi quid ludo amittat, non tenetur qui lucratur ad reſtitutionẽ: Sicut neque ſi filius familias in ludo perdat bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia exinde obligatio reſtituẽdi conſurgit, Demũ ſi coniugatus ignorãte, aut inuita vxore, aut ex metu conſentiente perdat bona illi cum vxore communia, ad reſtitutionẽ eius partis; quæ contingit vxori, tenetur, niſi vir ex aliis bonis ad ſe pertinentibus vxori ſatisfecerit.

15 DVBIVM QVARTVM eſt, An Religioſus aliquid ludere poſſit, & an lucrifaciens ab eo ſic acquiſitum ludo reſtituere teneatur? In hac re duæ ſunt ſententiæ.

Prima eſt aſſerentium, quod licet, vt plurimum peccatum ſit Religioſo ludere aleis ratione ſcandali, ſaltem in vſu habeat ludere, ſecus autem ſi ſemel aut iterum recreationis cauſa modicum quid ludat, puta duos argenteos excluſo ſcandalo, quãtum tamen ad reſtitutionem attinet, affirmant, Religioſum, qui expenſis ſui Abbatis, aut conuentus eſt in Curia ad negotia, vel in aliqua Academia literas diſcens, aut alias extra conuentũ degens, vacat ludo, ſi habeat facultatem a prælato donandi certam pecuniæ, aut rerum quantitatẽ, aut expendendi pecuniam in vſus ſibi placentes, in alium pecuniam

cuniam

uniam illam transferre poſſe, ita vt colluſor, qui b huiuſmodi religioſo eam pecuniam ludo acqui- uit, licite eam pecuniam ſibi retinet, nec reſtitue e obligatur.

Sic Martin.Nauar.in Manuali.cap.17.num.12. Gregorius de Valent.tom.3.diſpu.5.quæſt.6.pun- to 5.dub.8.Barth. Medina lib.1.inſtruct. confeſſ. ap.14.§.29,Michael Salon 2.2. quæſt.5.de domi- io art.6.dub.vlt.concluſ. ſecunda, & quidam Al- ocer in ſumma.de ludo, vbi ſolum excipit religioſos ordinis fratrum Minorum, quorum Prælati fa- ultatem alienandi concedere non poſſunt.

Hæc ſententia propter numerum, & authoritatem eorum, qui eam ſequuntur, probabilis eſt, quia innititur illi regulæ iuris, qui nihil excipit, cũ potuiſſet excipere, totum conceſſiſſe videtur, ſicut cõtingit in hoc caſu, & generali iſta licentia expendendi illam pecuniam in quoſcunque vſus placentes a Prælato conceſſa. Nam poſtquam iam ex licẽtia Prælati alienãda erat, & in alios placentes vſus alienari poterat, conuentus inde nihil detrimenti capere videtur.

Secunda vero econtra eſt dicentium non ſolum inualidam eſſe tranſlationem pecuniæ per ludum, quando aderat expreſſum mãdatum ſuperioris in contrarium, ſed etiam quando tale præceptum non adeſt, adeo vt nec ludere poſſit, nec lucrari, & ſi lucretur, reſtituere tenetur, & ſi perdat, eſt ipſi, hoc eſt, ſuo conuentui reſtituendum. Sic expreſſe Ioſeph Angles in floribus quarto ſentent. par.ſecunda, quæſtio.de ludi reſtitutione.dub.primo, propoſitione quarta, Ludouicus Lopez par.prima, inſtruct.conſcient.cap.33.Emanuel Rodriquez par. prima, Summæ.cap.189.concluſ.quarta, & alii, qui abſolute, & ſine diſtinctione religioſis interdictum ludum alearum eſſe dicunt, vt Ioan.Medina.Cod. de reſtit.q.22.§.vt igitur. Alphonſus a Caſtro li.2. de poteſtate leg.pœnalis.c.2.coroll.3.Carbo.q.39. concluſ.4.in fin. Quæ opinio mihi ſecurior, & probabilior eſſe videtur, quia vt conſtat ex regula illa generali iuris, In generali conceſſione nõ veniunt illa, quæ in particulari explicata, nõ concederẽtur. l.quod ſeruus.de acquir.poſſeſ. Non cenſetur autẽ prælatus dare licentiam monacho alienandi pecuniam per ludum, ſed ſolum per modos licitos; vnde colludens cum eo, & eam lucrifaciens, ab ea reſtituenda non excuſatur. Ceterum vt recte addit Ludouicus Lopez vbi ſupra poſt Antoniũ de Corduba, quem refert, non expedit pecuniam quæ Religioſus in ludo amiſit, repetere, præſertim ſi in occulto luſit, & non adeo immodicam ſummam amiſit, quando ex tali repetitione, vel graue ſcandalum redundat, vel Religioſo alioquin bonæ exiſtimationis infamiæ nota inde incurenda veniret.

7 Secundo Principaliter certum eſt, quod S.Tho. 2.2.q.32.ar.7.ad ſecundum, ea quæ fraude, ac dolo acquiruntur in ludo, reſtituenda omnino eſſe etiã iure naturæ. Sic Ioan. Medina. Cod.de reſtit.q.22. §.vt igitur. Alphonſus a Caſtro li.2.de poteſtate legis pœnalis.c.2.coroll.3.Martin.Nauar.in Manua. cap.17.num.13.Couar.in reg.peccatum. pa.2.§.4. nu.4.de reg.iur.in 6.Mich.Salon.2.2.q.5. de dominio.ar.6. dub.2. Gregorius de Valentia.tom.3.diſput.5.q.6.puncto.5.dub.8.Ioſeph Angles in floribus, 4.ſent.par.2.q.de ludi reſtitutione. dub.1.propoſitione quinta.Martin.Ledeſm.2.4.q.18.art.8. dub.vlt.fol.273.col.4.Barth.Medin.lib.1.inſtruct. confeſſ.c.14.§.29.Regula.1. Emanuel Rodriquez p.1.Summæ.c.189.concl.5.Toletus lib.5 Summæ. c.27.Ludo.Carbo.q.40.concl.3.& alii.

Ratio eſt, quia dolus, & fraus nemini patrocinari debent.

Deinde ad tranſlationem dominii requiritur voluntarium lucrum; quo ſaltem nomine tradens pecuniam vſurario non trãsfert dominium illius in ipſum, quia non tradit illam voluntarie, & libere, ſed ſua neceſſitate compulſus. Sed qui fraude, & dolo deceptus amiſit aliquid in ludo & ſoluit, inuitus reddit, quia credens ſe vere perdidiſſe donat, & ſi ſciret ſe fraude, & dolo deceptum, nihil ſoluiſſet. Fuit ergo inuoluntarius reddendo, quia fraus, dolus, & ignorantia cauſant inuoluntarium. In ludo igitur, quia contractus quidam eſt, voluntarie ſuſceptus, vbi interuenerint fraus, & dolus, non trãſfertur Dominium. Denique is, qui fraude, & dolo lucratus eſt, rationem, & legem ludi, & contractus exceſſit. Ergo ratione illius nihil capere potuit, cui conſequens eſt, vt id, quod accepit, reſtituere teneatur.

18 Fraudes autem huiuſmodi duplicis præſertim generis eſſe poſſunt: Quædam enim ludum præcedunt: Quædam vero in actu ludi committuntur. Ante ludum committi poteſt fraus per ignorantiã fictam, vt ſi quis fingat, ſe ignarum alicuius ludi, in quo eſt exercitatiſſimus, vt ea rõne trahat ad ludendum alium, qui vere eſt ignarus, in quo caſu reſtituere tenetur, quicquid ab eo tali fraude decepto lucratur. Ratio eſt, quia cum ludus contractus quidam ſit ad iuſtitiam commutatiuam pertinens, in quo vterque ludentium pecuniam ſuam æqualiter exponit, debet quoque eſſe æqualitas inter vtrumque, ita vt vterque æqualiter ſe exponat damno, vel commodo, quæ tamen æqualitas deficit, quando alter cum ſit ludi peritiſſimus, fingit ſe illius ignarum, & ſub ea deceptione alterum, qui illius vere ignarus eſt, ad ludendum trahit. Id quod procedit, quando iſte bene nouit alterum eſſe ludi illius ignarum; Quod ſi quis ludi alicuius peritus neſciens alterius ignorantiam, ſed bona fide credens illum ſimiliter peritum, vt periculum ſui faciat, cum eo ludat, & lucretur, non tenebitur reſtituere, quia cum nulla eſt deceptio, cum in hoc caſu peritus ille bona fide æqualiter expoſuit ſuam pecuniam, ſicut, & alter. Et quia ſicut forte inuenit alium colluſorem imperitiorem ſe in ludo, & lucratus eſt, ita inuenire potuit peritiorem ſe, & perdere. Ceterum vt recte notant Ioſephus Angles vbi ſupra dub.2. concluſ.2. Ludouicus Lopez de contract.lib.2.c.22.in fine poſt Ioannem Medinam vbi ſupra, q.22.ante finem. intellecta ſemel aduerſarii imperitia, & ſe lõge peritiorem intelligens, tenetur aut a ludo ceſſare, aut tantam palmam aduerſario concedere, quanta, vt par ſit vtriuſque conditio, requiritur: Alioquin fraudulenter lucraretur. Quandoquidem æque pollent fraudẽ committere, & aduerſarium ſcientia multo inferiorem pecunia expoliare, poſtquam inæqualitatem intellexerit.

19 DVBIVM autem eſt, An ſi ambo ſe antea nouerant, & peritior cum ignaro ludat, & lucretur, tenetur ad eius reſtitutionem?

In hac re vnum videtur eſſe certum, nimirum, ſi imperitus perito dicat, Age, quicquid lucratus fueris, tibi condono, non tenebitur perito ad reſtitutionem, volenti.n. & conſentienti nõ fit iniuſtitia. Sin autem nihil tale dixerit, tunc Franciſcus Alcocerus tracta.de ludo, & Ludouicus Lopez lib.2.de contract. c.21.in fine. dicunt in lucro alicuius momenti non cenſeri imperitum condonare peritiori, quod ita lucratur ab eo, ſed ſolum cum eo iocari cupiditate lucrandi excæcatus, atque adeo cum non intendat rei dominium a ſe transferre, quicquid peritior ab eo lucratur, reſtituendum erit illi, eo quod non ſeruantur lege ludi, ob ludentium peritiam inæqualem.

Alii tamen vt Ioannes Medina Co. de reſtitut. q.22.ante finem Martin.Nauar. in Manuali.c.17. nu.18.Barth.Medina lib.1. inſtruct. confeſ.c.14 §.28.verſi. Quinto.Ioſephus Angles in florib.4.ſent. par.2.in q.de ludi reſtitutione. dub.3. propoſ.3.& Emanuel Rodriquez par.1. Summæ.c.189. concl. 6.verius docent, non eſſe reſtituendum.

Ratio eſt, quia imperitus eo ipſo, quod volens, & ſciens aduerſarii peritiam, ad ludum accedat, colludendo cum eo gratia maiorẽ peritiã ex ludo aſſequendi, & gratia recreationis capiendæ, iuri ſuo renunciare videtur, & illud ei condonare. Cum igitur volenti, & conſentienti non fiat iniuſtitia peritus non erit reſtitutioni obnoxius.

20 *Huius* rei optimum affert Ioannes Medina exẽplũ, in quo & ea, quæ in hoc dubio, & quæ præcedenti.§.dicta ſunt, explicat, & illuſtrat. Si.n.duo, v.g.contendant Petrum mortuum eſſe, quamdiu neuter eorum certus ſit de morte illius, lucrum per huiuſmodi vadiationem acquiſitum, non eſt de neceſſitate reſtituendum, ſicut eſſet, ſi is, qui lucratus eſt certus eſſet de morte illius, & tamen certaret cũ alio eius rei inſcio, & ignaro, & certu eſt q; ſupprimeret: tunc enim mala fide, ſeu dolo cum alio vadiare videtur. Sed ſi certus de morte eius alteri conuadianti affirmaret, & eius certitudine non obſtante, alter vadiare contendat, tunc rei iactura ipſi amittenti imputanda venit, non lucranti, qui veritatem, quã nouit, ei aperuit: Tunc.n. quãuis non ſit æqua vtriuſque conuadiantis conditio, cũ alter certo ſciat ſe lucraturũ, alter vero non, ideo non vitiat contractũ, eo quod admiſcetur quodãmodo ex parte admittentis condonatio, qui, cũ ſibi Petrum mortuum eſſe dicat, volens tñ vadiare contendit, & rem, quam deponit: ſciens, & volẽs donare vult.

21 In actu vero ludendi interuenire ſolẽt doli, quorũ aliqui repugnant legibus ludi, aliqui vero non item. Quando igitur doli repugnant legibus ludi, acquiſitum tali ludo reſtituendũ eſt, quia in tales dolos non cõſentiunt ludentes, vt ſi quis ludat, aut vtatur pluribus, aut falſis chartis luſoriis, aut taxillis, & aleis, &cet. Qui vero vtitur dolis, quos ludi natura patitur, non tenetur lucrata reſtituere; Cum ludentes eo ipſo, quo conueniunt ad ludum, tacite, vel expreſſe conſentiunt in dolos, quos leges ludi admittunt, huiuſmodi enim non tam doli, quam cautelæ, & artes ludentium dicendi ſunt, & vtrique ludentium cões, & notæ, ita vt vtrique ludentium æque integrum ſit eiuſmodi dolis vti in ſuũ commodum, vt recte Ioan.Medina. Cod.de reſtitu. quæſtion, 22.in fine. Couar.in reg. peccatum.p.2. §.4.n.4.& 5.de reg.iur.in 6.Mich.Salon 2.2.q. dominio.ar.6.dub.2.Gregor.de Valent.to.3. 5.4.6. puncto.5. dub.8.Ludouicus Carbo.q. reſtitut.concluſ.5.& alii annotarunt.

22 Hinc eſt, quod qui certo ſcit, ſe in qualitate chartarum, aut punctorum in quantitate alterum excedere, alter tamen neſcit, qui certus eſt de lucro, ſummam pecuniæ, quam coram habet, in toto, in parte augere, & in ſortem mittere poteſt, vel contra, videns ſe non poſſe lucrari, caute, & ſimulate ſponſionem augere poteſt, vt cogat alterum inſcium, & ignarum cedere, & eam recuſare, vt dem hac ratione conſequatur pecuniam appoſitam, quam ſi non auxiſſet, alter tuto habiturus eſſet, nec propterea ſibi lucratũ reſtituere tenetur. Quamuis enim hæc deceptio quædam eſſe videtur, licita tamen eſt, quia ita fert lex ludi, quæ cum æqualiter pro vtroque ludentium poſita, per vtrumque ſeruanda venit. Sic etiam in ludo ſcacchorum videmus fieri, & ſeruari, quod ſcilicet alter antequam ſuum moueat calculum, videt, & certus eſt ſe lucraturum, quod tamen alter minime videt, & tamen non obſtante hoc, qui certus eſt ſe lucraturum, augere poteſt ſortem, ſuper qua luditur, nec ideo lucrũ illud reſtituere tenetur. Quia fraudes iſtæ ſunt veluti propria accidentia intrinſeca ludo, quæ aliquando vni, aliquando alteri contingunt, vt ex dictis conſtat. Quoties autem ludentes inter ſe diſſident de legibus ludi, an nimirum fraus aliqua ludo contraria, nec ne, contingerit, ſtandum eſt dicto, & ſententiæ peritorum in tali ludo, vt Couar.nu.4.& Salon vbi ſupra tradunt. Ex quibus facile plura dubia definire, & quæſtiones in hac materia de legibus ludi frequentiſſime contingentes diſſoluere quiſque poterit, quas cõſulto breuitatis cauſa omittere decernimus.

23 *Dubium* illud ſolum examinare volumus, quod frequenter inter ludentes continget, An ſcilicet, qui volens renunciare actioni altero colluſore ſibi propoſitæ, propterea quod admonitus eſt a tertio aliquo, ſcilicet inſpectore ludi illam auctionem acceptauit, & eam tandem lucratus eſt, teneatur in conſcientia lucrum illud propter admonitionem ſibi factam acquiſitum, reſtituere? Hanc difficultatem ſolus, quod legerim, tractauit Ludouicus Lopez lib.2.de contract.c.22.in fine, qui eam tribus dictis breuiter, accurateque diſſoluit.

Primum eſt, ſi ſic admonitus ab inſpectore chartarum ſuarum, & colluſoris ſui; vt actionẽ acceptaret, ante eam admonitionem omnino intra ſe ſtatuit, eam non acceptare, & poſtea propter admonitionem acceptauit illam, non poteſt actionẽ illam lucrari, ſed tantum ſortem primam ludo pro quilibet manu expoſitam, antequã auctio illa acceſſit. Ratio eſt, quia admonitio inſpectoris illum intuito lucrandi auctionem illam poſuit in fraudem agentis contra leges ludi.

Secundum eſt, ſi qui ſic admonitus eſt, non obſtante ea admonitione dubius adhuc manet, an eã accepturus ſit, nec ne, & tandem eam acceptet, & lucretur, reſtituere partem auctionis tenetur, non autem auctionem totam. Ratio eſt, quia forte ſine illa admonitione eam acceptaſſet, eãq. perinde lucratus eſſet. Ergo non tenetur totam illam auctionem reſtituere. Quod vero partẽ reſtituere teneatur, ex eo probari poteſt, quia ſaltem admonitio illa ſic vacillantem illum inflexit ex parte ad eam acceptandam; Vnde ratione huius, partem aliquam ad arbitrium boni viri reſtituere debet.

Tertium eſt, ſi monitus, vt actionē acceptaret, non obſtante tali admonitione adhuc poſtea varium ludi euentum circa lucrum, vel iacturam auctionis experiatur, ob varias ſortes ludi ſubſequentes, propterea quod talis inſpector, qui admonuit conditionem ludi vtriuſq; partis non ſatis aduertit, aut calluit, vel aliam ob cauſam, auctionem, q̄ acceptauit, & lucratus eſt, reſtituere non tenetur. Ratio eſt, quia non fuit ſatis aperte per talem admonitionem in tuto conſtitutus, vt propterea potius ſuæ induſtriæ quam alterius admonitioni lucrum imputandum, & aſcribendum ſit. Hæc igitur de duobus illis primis S. Thomæ dictis dicta ſint, in ſequentibus de reliquis agemus.

e Reſtitutione eorum, quæ in ludo ratione iolentiæ, aut contra legis alicuius prohibitionem acquiruntur. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Iure naturæ teneri vnumquemq. reſtituere illud, quod in ludo acquiſiuit ex cupiditate lucri alium traxit ad ludum certum eſt. Quæ autem attractio ſola intelligenda eſt ibid.*

2 *Attractio, quæ non cauſat inuoluntarium, non obligat ad reſtituendum ludo acquiſitum, vnde iniuſte Adrianus S. Thomam interpretatus eſt.*

Qui violenter ad mercandum attraxit, tenetur reſtituere.

3 *An ſic attractus poſſit ab attrahente, quod lucratus ē, retinere, nec ad reſtituendum in conſcientia obligari*

4 *Opinio affirmatiua probatur triplici ratione.*

5 *An vi tractus ad ludum, ſi poſtea ad ludum applicitus animum lucrandi concipiat, ex tunc qui vi traxit, lucrandi ius acquirat, quo ante carebat.*

6 *Soluitur Ratio partis affirmatiuæ.*

Non valet contractus emptionis vi prius illata virtualiter perſeuerante, niſi ex noua cauſa nouus cōſenſus accedat ibid.

7 *An acquiſita per ludum lege humana prohibitum in conſcientia reſtituenda ſint.*

8 *Cui facienda reſtitutio ſecundum eos, qui negant per talem ludum dominium acquiri, ſed ſic lucrata iure naturæ, & diuino reſtituenda.*

9 *Veritas quæſtionis tribus propoſitionibus declaratur num. 10. 11.*

12 *An in locis, in quibus datur repetitio amittenti intra certum tempus, ſi perdens a lucrante petat, quod amiſerat, teneatur lucrans ex legis illius obligatione reddere petenti extra iudicium, an poſſit retinere quouſque in iudicio petat.*

13 *An vocatus in iudicium, quando deſunt teſtes fateri teneatur veritatem, ſe per ludum prohibitum tot pecunias lucratum eſſe.*

14 *An ſtante obligatione prædictæ Authenticæ numero præcedente tenebitur lucratus ad reddendum ſolutū ſtatim, poſtquam amittens in iudicio petierit, etiam ante Iudicis condemnationem.*

15 *Opinio Negatiua certa ē, et ſoluuntur rationes cōtrariæ.*

16 *An qui ludo perdidit, & ſoluit, quia tamen ex verecundia aut timore non vult in iudicio petere, aut quia dubitat ſe per uiā iudicij recuperare non poſſe propria authoritate ſecreto, & priuatim ab eo accipere, aut ſurripere queat.*

17 *Qui perdidit ſolo iure humano, & nō iure naturæ amiſſum repetere, & recuperare poteſt, & ſoluuntur rationes* Adriani *aſſerentis licitum eſſe ſub titulo recōpenſationis ſecreto ſurripere,*

18 *An quando luditur pecunia abſenti præſtita fide de ſoluendo transferatur dominium rei amiſſæ in lucrantē ita ut perdens in conſcientia ſoluere teneatur.*

Si ius naturæ ſpectetur ſecluſa omni alia lege ſoluere tenetur ibid.

19 *Poteſt lex ſtatui, qua prohibeatur trāslatio domino rei credita.*

20 *Si quis ſub pignore, aut in creditam pecuniam ludens a colluſore aliquid lucratus eſt, ſi perdens iurauit ſe ſoluturum, non obſtante lege annullante huiuſmodi promiſſiones, amiſſam pecuniam ſoluere tenetur,*

Cur lege promiſſionem de ſoluendo annullante iuramentum uim habeat obligandi.

21 *An ſtando in iure Ciuili communi teneatur quis in conſcientia ſoluere pecuniam perditam in ludo ob ſolā promiſſionem, uel poſſit retinere.*

22 *Pecuniam in hoc caſu amiſſam ſoluere, ut iuramentum ſit inuiolatum & poſtea repetere ſecundum uim legis prohibitiuæ non eſt circulus, ut putat Couarru.*

Quemadmodum iure naturæ obnoxiū reſtitutioni eſt, quod vel a non habente rerum ſuarum dominium, & adminiſtrationem, aut dolo, & fraude per ludū acqritū: ita ſane eodē iure naturæ.

1 Tertio certum eſt, quod S. Th. 2.2.q.32.arti.7.ad fin, docuit, teneri vnumquēq. reſtituere illud, q̄ in ludo acquiſiuit, ſi ille alium ex cupiditate lucri traxit ad ludum. Quæ S. Thomæ ſententia nō de quacumq; attractione intelligenda eſt, ſed de illa ſola, quæ ſufficit cauſare inuoluntarium, vt ſunt opprobria, conuitia, inſultationes, violentiæ, minæ, aut preces, & ſuaſiones ſuperiorum dominorum adeo vehementes, vt illis inferiores cōtradicere non audeant. Quiſqs igitur aliū vi, & iniuria vel importunis precib. alias non luſurū, neq; paratum ludere attraxit, vt ſi quis alteri dicat, ego te interficiā, nō ſoluam pecuniam, q̄ lucratus es, niſi mecū luſeris, aut corā alijs dicat, tu ex miſeria nō vis ludere, aut poſtq̄ eſt in ludo, & vult ſurgere, dicit illi, Non ſurges, q͂a teneris ſuſtinere ludum, vnde alius vel ex timore, vel ex rubore, verecundia, & cōfuſione perſeuerat; Aut ſi dicat, ecce miſer paro iam decē aureos ad vnum, & alias non perſeueraret, vnde ſequitur illi confuſio, ſi quid ex hoc ſic inuite ad ludendum tracto lucratus fuerit, ei reſtitutio tenet̄ Sic Alex. de Ales p.4.q.24.memb.2.ar.5. Bona.4.d.15.par. 2.ar.2.q.1. Ioan. Medina C. de reſ.q.22.§.vt igitur. Alphonſus a Caſtro lib.2. de poteſtate legis pœnalis.c.2.coroll.3. Sotus lib.4. de iuſtitia.q.5.artic. 2. Martin. Ledeſ.2.4.q.18.ar.8.fol.273.col.4. Martinus Naua. in Manuali.c.17.nu.13. Cou. in reg. peccatum p.2.§.4.num.7. de Reg. iur. in 6. Caie.2.2.q. 32.arti.7. Dominicus Bannes ibidem. Michael Salō 2.2.q.5. de dominio.ar.6.dub.2. Ioſeph Angles in Florib.4.ſen.par.2.q. de ludi reſtitutione dub.4.

Barth. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 28. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 8. Ludouicus Lopez p. 2. inſtruct. conſcient. c. 34. & lib. 2. de contract. c. 22. Toletus li. 5. ſummæ c. 27. & Emanuel Rodriquez p. 1. ſummæ ca. 189. concl. 7. & alij.

Ratio eſt, quia ludus contractus quidem eſt, atq; adeo libere & voluntarie ſuſcipi debet: Vnde cum vis, & metus, ac improba, & importuna perſuaſio rationem voluntarij tollant, & impediunt tranſlationem dominij, cui conſequens eſt ſic attrahentē alium ad ludendum teneri ad reſtitutionem eius, quod in ludo lucratus eſt, cū ſic attractus, quicquid perdit, inuitus amittat. Sin autem attractio ad ludū non ſit tanta, vt ſufficiat cauſare inuoluntarium, prout eſt illa, quæ communibus tantum leuibuſq; precibus, & ſuaſionib. fit, quæ nullam vim, nullūq; metum alteri incutere valent, tunc talis attractio ſicut non cauſat inuoluntarium, ita nec ſic attrahētem obligatum facit ad reſtituendum id, quod in ludo lucratus eſt.

2 In quo ſenſu nunquam negare voluit S. Thomas eum, qui alium taxit ad ludendum, acquirere dominium eius, quod in tali ludo lucratus fuerit. Iniuſte igitur Adrianus in 4. ſen. in materia de reſtitutione q. 14. quæ incipit, Quia in ſuperiorib. verſ. Pro ſolutione §. ſed ſalua. hac in parte dictum San. Thomæ de omni attractione interpretatus eſt, affirmans eū qui trahit alium ad ludēdum lucri gratia, quamuis peccet mortaliter, ad reſtitutionem tñ non obligari. Si. n. de hac ſola attractione communi, & leui interpretaretur, clariſſime intelligeret, nihil prorſus valere argumentum, quo illum oppugnat. Ideo. n. (inquit Adrianus) attrahens ad ludū non tenetur ad reſtitutionem, quia nihil iniuſtum facit, cum per hoc non auferat alienum. Id qđ verū eſt, ſi de leui attractione, falſum aūt ſi de acri attractione intelligatur. Quia ſi attractio cauſat inuolūtarium, qui ſic attrahens lucratur, alienum aufert. Et idem dicere oportet de illo, qui tali violenta attractione aliquem ad mercandum traxit: quia ſic inuoluntarium trahens tenetur etiam illi reſtituere lucrum, quod ex tali negociatione extorſit. His ita præſuppoſitis, duo circa hoc dictum tertium S. Thomæ dubia ſunt.

3 Dubium Primum eſt, An ſic attractus, ſi quid ipſe ab attrahente lucretur, ad eius reſtitutionē in conſcientia teneatur? Rō dubij eſt, quia ſicut ita attractus non potuit perdere, ita neq; lucrari, cum contractus vel ex vtraq; parte validus ſit, vel ex vtraq; parte nullus, vt ſit æqualitas in ludo. Ob quod argumentum Franciſcus Alcocerus tract. de ludo c. 21. & Garcias li. 2. de contractibus c. 19. & Franciſcus Victoria, quos refert Lopez loco inferius citando, dicunt, ſic attractum non poſſe aliquid ab attrahente lucrari.

Alij tñ docent, ſic attractum lucrari poſſe tuta cōſciētia, q̃uis perdere nequeat. Sic expreſſe Alex. de Ales p. 4. q. 33. memb. ſecundo, ar. 5. Ioan. Bachonus 4. d. 22. ar. 6. in fine. Ioſeph Angles in Florib. 4. ſen. p. 2. q. de ludi reſtitutione dub. 5. citans etiam pro ſe doctiſſimū Fratrē Gaſparem de Vzeda prælectorem Salmaticenſem apud Sanctum Frāciſcū.

Idem expreſſe docent Ludouicus Lopez par. ſecunda, inſtruct. conſcient. cap. 34. concluſ. 3. citans pro ſe Magiſtrum ſuum Frat. Dominicum de Gueuas, & idem Lopez lib. ſecundo, de contract. ca. 22. vbi ait eſſe opinionem Melchioris Cani; & expreſſe Emanuel Rodriquez p. prima, ſummæ, cap. 189. concluſ. 8.

Cui etiam ſententiæ fauent Ioan. Medina Cod. de reſtitut. quæſt. 22. Martin. Nauar. in Manuali cap. 17. num. 12. Michael Salon 2. 2. quæſt. 5. artic. 6. dub. vlt. & Ludouicus de Beia parte. 1. Reſponſ. caſuum conſcientiæ. caſu 61. cum dicat Minorem in maiori ſumma lucrari poſſe, quam in ludo perdere poſſit.

4 Probari poteſt hæc opinio, Primo quidem, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. Sed qui pertrahit vi, timore, importunitate aliū ad ludum, ſciens & volens, dominium rei ludo amiſſæ in attractum transferre cenſetur. Ergo alter eam recipiendo, & retinendo non facit ei iniuriam. Nulla enim extat lex, quæ prohibet tranſlationem dominii rei ludo amiſſæ in ſic vi pertractum.

Secundo, Qui vi pertrahens alium ad ludum, liber ipſe ad ludendum acceſſit, Ergo tranſlatio per illum facta in ludo valebit.

Tertio, Quia ſicut chartis falſis in ludo vtens lucrari non poteſt, quia impedimentū præſtat lucro ex parte ſua, & tamen hoc nō obſtat quin eius colluſor in tali ludo lucrari poſſit licite, eo quod nihil impedimenti opponit. Sic licet vi alium trahēs ad ludēdum, quia impedimentum lucro exhibet attracto lucrari, nequeat tamen ſic tractus, quia ei impedimentum non infert, lucrari poterit. Confirmatur hæc ratio, Quia contractus minoris quamuis non valeat ſine authoritate tutoris, quoad eius præiudicium, valet tamen quoad eius commodū, Ergo pari ratione valere poterit contractus ludi quantum ad lucrum, quod inde vi attractus ad illū reportat, etiamſi non valeat quoad iacturam eius, quod in illo perdat. Satis autem ad lucrum reportandum eſt, quod attrahens liber, & volens ad ludendum acceſſit.

5 DVBIVM SECVNDVM eſt, An vi tractus ad ludum ſi poſtea ad ludum applicitus animum cōcipit lucrandi, ex tunc qui vi traxit, ius lucrandi acquirat, quo ante carebat? Partem affirmatiuā tenet Garcias tracta. de contractibus lib. 2. cap. 19. Ratio eius eſt, quia eo ipſo, quod in ludo conſtitutus ſtatuit lucrari, conſentire videtur in ludum, & omnes ludi conditiones, quarum vna eſt, exponere ſe æquali ſorti perdendi, & lucrandi. Ergo ex tunc colluſor, qui vi illum prius traxit, ius lucrandi acquirit. Confirmatur a ſimili, Quia ſi coactus a principio emere rem, contendat poſtea, vt res ſibi tradatur, conſentire cenſetur in contractum illum, & pretium eius, & ſi initio inuitus contraxit; ita in caſu propoſito, qui initio inuitus luſit, poſtea lucrari volens, conſentit in ludum.

Sic etiam mulier, quæ ab initio inuita, & renitens traditur viro, ſi patienter poſtea cohabitet cum eo, conſentire præſumitur. argumen. capit. Ad id de ſponſal.

Alij tamen vt Ludouicus Lopez li. 2. de contra. c. 22. diſtinguentes duo dicunt; vnum eſt, Quod ſi vi tractus ab initio decernat ludere, & lucrari ex vi ſibi prius illata, virtualiter in eo perſeuerante, quia. ſ. timet opprobria, & cōuitia, niſi ludat, ex tali conſenſu in ludum, & lucrum, non acquirit trahens ius lucrandi ab eo. Ratio eſt, quia vere tractꝰ ſic ludens abſolute in ludũ non conſentit, ſed ſuppoſito, quod vis ei infertur, eligit magis ludere, q̃ illam pati, & ſuppoſito, quod vi coactus eſt ludere, mauult lucrari, quam perdere. Qui conſenſus non ſatis liber eſt ad concedendum trahenti ius ad lucrum. Huius rei exemplum affert Lopez vbi ſupra, in puella, quæ graui metu parentis adducta profitetur ſolemniter, & tempore profeſſionis bona ſua dotalia, ſeu patrimonialia cauſa ꝓfeſſionis donat Monaſterio; profecto talis profeſſio, & donatio ſecundum illum valida non eſt propter violentiam illi illatam. Quia perinde eſt, ac ſi puella intra ſe diceret. Nollem bona mea conferre monaſterio ſicut neq; profiteri, ſed poſt quam cogor profiteri, volo impendere bona monaſterio, vt inde alar. Cui fauent ea, quæ in Concilio Trid.ſeſſ.25.de Regular. c.17.& c.18.habentur.

Secundum eſt, Qui vi tractus ad ludũ, poſtea nõ ex vi, aut metu prius ſibi iniuncto perſeuerante, ſed ex alia noua cauſa aliunde, quam ex vi præcedenti orta, acceptat de nouo ludere, & lucrari, ſi poſſit, ex tunc vi illum trahens, ius lucrandi a ſic tracto acquirit. Ratio eſt, quia iam ex alia cauſa diſtincta a priori violentia ortum non habente, ex inuoluntario factus eſt voluntarius ad ludendum. Confirmatur a ſimili, ſi enim v.g. Maria ex vi graui ſibi illata cum Ioanne cõtrahat, matrimoniũ eſt nullum, argu.c.ſignificauit. De eo qui dux.in matrim. quam poll. ſi tamen interim alius non cogens, ſed offerens ei poſſeſſiones, ſi Ioanni nubere velit, & illa conſenſum præbet, ex tunc validum erit matrimonium ob nouum conſenſum voluntarium: Ita pari ratione, accedente noua cauſa, quæ liberum, & nouum conſenſum ludendi cum attrahente gignit, ius attrahenti comparatur, vt ab alio lucrari queat. Hinc facile ſoluitur ratio in contrarium.

6 Quod enim poſtea cõſentiat vi tractus in lucrũ, non eo ipſo conſentit libere in ludum; Sicut neque puella graui metu patris adducta profiteri, eo quod det bona monaſterio, vt inde alatur, hoc libere facere cenſetur, ſed virtute prioris coactionis, qua cogitur profiteri. Vnde niſi nouus ludendi accedat conſenſus ex cauſa noua, inuitus ludere cenſetur; Et cum ita ludere coactus ſit, & ſoluturus ſit inuitus, ſi perdat, ad vexationem ſuam redimendam potius lucrari cupit: Nam alias coactione ceſſante neque ludum, neque lucrum incertum cum periculo perdendi acceptare vellet.

Eodem modo niſi nouus accedat conſenſus, ex cã noua non valet emptionis contractus ex eo ſolũ, quod rem ſibi tradi cupiat; quandoquidem id facit cã tantum redimendi ſuam vexationem, ne & pretium venditori datum, & rem ẽt perdat, niſi eam manibus teneat; Nam alias ceſſante hac coactione, eam emere, aut habere nollet. Illa vero mulier cũ tanto tempore cohabitationis fugere poſſet, ſi vellet, non fugiendo conſentire præſumitur. Vnde verſus ille emanauit, quem refert igi gloſſa.

Effuge cum poteris, ne conſenſiſſe puteris.
Nam ſi perſtiteris illius vxor eris.

In caſu autem noſtro, cum tantum tempus non intercedat, ſed recens erat vis illata, quæ virtualiter perſeuerat, niſi noua cauſa accedat, plane efficit, vt inuitus adhuc ludere cenſeatur, atq. adeo ius lucrandi trahenti non conceditur.

7 Quoad quartum S.Th. dictum, non parua eſt inter authores diſſenſio, An.ſ.acquiſita per ludum lege humana prohibitum, in conſcientia reſtituenda ſint. Et ſermo eſt, quando is, qui perdidit rem, quã alienare potuit, omniſq; fraus, dolus, & violentia abſint, & ſolum adeſt lex humana, quæ ludum aliquem prohibet, qualis eſt ludus alearum, chartarũ, in quib. fortuna, & caſus multum valent, ars autẽ, vel ingenium parum, aut nihil poſſunt: An ſcilicet eo ipſo, quod hi ludi lege aliqua communi canonica, ciuili, aut priuata conſtitutione alicuius Regni, & loci prohibiti ſint, quicquid inde lucratum ſit, tuta conſcientia retineri poſſit. Et cum vel pecunia præſenti, & ſtatim ſoluta, vel credita, & data fide ludere quis poſſit, in hoc dubio agemus ſolum de ludo pecunia præſenti, in ſequenti vero de ludo, qui ea abſente exercetur, diſputabimus.

Prima opinio eſt dicentium, ſic lucrata de iure naturæ, & diuino eſſe reſtituenda, nec per talem ludum acquiri dominium, ſicut per contractum lege ciuili inualidum, & nullum. Sic Bona.4.diſtin.15.par.2.diſt.ar.2.q.1.in fine. Richard.ead.diſtin.art.5.q.8.Palud.ibidem q.3.art.5.concl.2.in fine. Ioan.Bachonus 4.diſt.22.ar.6.in fine. Panormitanus in cap.cleri.2.de vita & honeſt.cleri.num.14.& in c.quia plerique num.35.de immunita.eccleſ. & alij aliqui Canoniſtæ, quos refert Gabriel loco inferius citando, quos tamen ipſe non ſequitur, vt falſo putat Nauarrus in Manuali.cap.17.nu.19. verſi.octauo. Ratio iſtorum eſt, tum quia eiuſmodi ludus eſt lege prohibitus, & illicitus. Tum quia in Authent. Alearum vſus.Cod.de Relig. & ſumptibus funer.prohibetur ludus alearum tum in publicis, tum in priuatis locis, & ſi contrafactum fuerit, nulla ſequatur cõdemnatio, & ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur. Vbi datur tempus repetendi, quod perdidit intra quinquaginta annos. Quæ lex a Iuſtiniano lata cũ iuſta ſit, & in bonum Reipub.obligat in conſcientia. Tũ quia per eiuſmodi ludos res propria exponitur caſui, & fortunæ.

8 Quod ſi ab iſtis quæras, cui facienda ſit reſtitutio? Palud.vbi ſupra, & Canoniſtę communiter, vt teſtantur Angel.verb.ludus.§.7.& Sylueſter.verb. eod.q.13.ver.Primum, dicunt de iure naturali reſtituendum eſſe pauperibus, cum turpe lucrum, quale eſt hoc, pauperibus reſtituendum ſit: poſt iudicis vero ſententiam dicunt de iure poſitiuo reddendum eſſe perdenti. Quod ſi iam erogatum erat pauperibus, & vocetur in iudicium, poterit allegare ſe iam lucrum illud pauperibus erogaſſe, nec tenebitur ad amplius. Alij vero omnes affirmant tam ante iudicis ſententiam, quam poſt illam, eſſe vero domino reſtituendum, quia cum per ludum non ſit tranſlatum rei dominium, qui perdidit, ſemper manet dominus eorum, quæ perdidit, vnde lucrans ei reſtituere tenetur, cum reſtitutio vero domino facienda ſit ſemper, quando cognitus eſt.

Secunda ſententia eſt aſſerentiũ acquiſita per ludum ſine dolo, fraude, vi, & ab eo, qui alienare res ſuas potuit tuta conſcientia retineri poſſe, etiamſi ludus ille lege prohibitus ſit, dummodo lex illa ſolum ludum prohibeat, & translationem dominij rei non impediat. Sic Alexander de Ales part.4.q.24.membr.5.ar.3.§.6.& q.33.memb.2.arti.5.Gabriel in 4.d.15.q.13 artic.1.& 2.concluſ.3. Adria. in 4.in materia de reſtitutione q.14. quæ incipit, Quia in ſuperioribus. Alphonſus a Caſtro lib.2.de poteſtate legis pœnalis.c.2.corollario.3.Ioan.Medina.C.de reſtitutione.q.22.Sotus lib.4.de iuſtitia.q.5.arti.2.Angelus verb.ludus §.7.ſi attente legatur, Syluest.ibidem.q.12.& q.13.Naua.in Manua.lib.c.17.nu.19.Coua.in reg.peccatum p.2.§.4.nu.8.de reg.iur.in 6.Ioan.Maior.4.diſt.15.q.13.Martin.Ledeſ.2.4.q.18.ar.8.fol.273.col.4.Ioſeph Angles in Floribus 4.ſen.p.2.quæſtione de ludi reſtitutione. Dominicus Bannes 2.2.q.32.arti.7.Mich. Salon 2.2 q.5.de dominio.art.6.dub.2 Ludouicus Lopez p.2.inſtruct.conſcientiæ cap.34.& lib.2.de contract.c.22.Bartho. Medina lib.1.inſtruct.conf.c.14.§.28.& 29 Gregorius.de Valentia to.3.diſp.5.quæſt.6.puncto 5.dub.6 Emanuel Rodriquez p.1.ſummæ c.189.concl.1.Toletus lib.5.Summæ.cap.27.& Ludouicus Carbo. quæſtio.41. de reſtitutione.

Ratio horum eſt, quia licet peccet ludendo cōtra legis prohibitionem, lex tamen mere pœnalis eſt, nec impedit translationem dominij, nec reddit contractum nullum, ſed tantum concedit repetitionem coram iudice, & dat iudici authoritatem, qua præcipiat illa reſtitui. Ceterum vt omnia clariora reddantur, ſit

9 Prima Propoſitio: Lucrans pecuniam in ludo ſine fraude, coactione, & ab habente poteſtatē alienandi res ſuas, abſolute dominus eſt lucri illi⁹, nec iure naturæ, aut diuino ſic lucratum reſtituere tenetur. Sic omnes pro ſecunda opinione allati. Rō eſt, quia ſi iure naturali, aut diuino impedita eſſet tranſlatio dominii per ludum, vel id eſſet ex forma contractus, quia ſcilicet, mala, & hoc non, cum ludus ſit contractus æqualis, in quo ludentes ex pacto conueniunt, & intendunt, vt pecunia expoſita transferatur in dominium eius, qui lucratur, vnde cum nihil magis ſit naturale, quam voluntarie rei ſuæ dominium a ſe abdicare, ſicut per alios contractus, ita ēt per ludum rei ſuæ dominiū valide tranſferre poterit. Ergo alter iam rem illam cum domini prioris conſenſu retinet, eiuſq; dominium acquirit. Ad nullam igitur iure naturæ reſtitutionem ex forma contractus obligatur: vel ſecundo impeditur tranſlatio dominij ratione obiecti, quod eſt pecunia expoſita, & hoc non, cum plurimi alij ſint contractus habentes idem obiectum, nempe pecuniam fortunæ, & caſui expoſitam, qui nihilominus ſunt liciti, & honeſti, & per quos tuta conſcientia tranſfertur dominium, vt in aſſecuratione mercium, q̄ per mare deferuntur, in conuentionibus varijs ex fortuito euentu pendentib. (vt ſi nauis ex India venerit, &c.) aut quando emitur iactus retis a piſcatore, & ſimilibus, in quib. omnibus pecunia non minus fortuito caſu exponitur, quam in ludo: vel tertio impeditur tranſlatio dominij rei lucratæ *ex intentione & cupiditate lucrandi*, & hoc non: quia licet peccatum eſſe poſſit ita intemperanter lucro inhiari, ſi tamen in ludo nulla fraus, dolus, aut violentia committatur, nulli infertur iniuria, nihil contr ius accipitur. Nulla igitur reſtitutionis obliga naſcitur iure naturæ. De iure etiam Diuino co cum nullibi id reperiatur, vt conſtat.

10 Secunda Propoſitio; Quamuis iure canoni & ciuili aleis, & chartis ludere prohibitum ſit, modo tamen fraus, dolus, & violentia abſint, prohibetur tranſlatio dominij pecunia præſe ſed ludens illius dominium acquirit. Sic omnes lati pro ſecunda ſententia.

Ratio eſt, quia leges illæ ſolum prohiben dum, non tamen prohibent aut impediunt tra tionē dominij rei ludo expoſitę, nec ſola legis greſſio, & peccatum faciunt, vt qui lucratur, fit dominus rei; Tum quia per actum alias illici transferri poteſt dominium, vt per venditione in loco ſacro, aut ob malum finem inſtitutam. quia nullum eſt verbum in dictis legibus, quod tat contractum, ſed ſolum datur actio ad repete dū perdita apud iudicē. Quinimmo vt præfati thores tradunt, leges illæ locum non habent in locis Imperatori ſubiectis, qui legibus illis tur, qui hodie pauciſſimi ſunt; Immo nec eos obli gant, qui Imperatori ſubduntur, quia iam vbiq; contrariam conſuetudinem leges illæ abrogatæ ſentur. Cuius rei ſignum eſt, quod Magiſtratus, & iudices, qui legum ſunt executores, vidēt, & non multos ludere, nec tamen lucrantem reſtituere co pelliunt. Et denique Prælati, qui ſunt animarũ cu ſtodes ex officio, & confeſſores quamuis ſciant hos ludos a plurimis exerceri, & in eis multa lucrari, ſolum illos dehortantur a ludo, ad reſtitutionem tamen eius, quod lucrantur, non obligant.

12 Tertia Propoſitio: Etſi pecuniam amittens in ludo illam repetere poterit, antequam tamen peta tur, lucrans illam reſtituere non tenetur. Hæc cōcluſio patet ex dictis. Ratio eſt, quia lex illa in pœnam ſolum appoſuit, vt amittens illam repetere poſſit & quod lucrans eam reddere teneatur, quia tamen lex iſta pœnalis eſt, ante repetitionem illi⁹ reſtituere non tenetur. Id quod procedit ſolum de legibus iure canonico, & ciuili hactenus latis, ſin. in aliquo Regno, aut Prouincia ob bonum commune lege ſtatutum ſit, vt qui aleis ludat, & lucratur, rei lucratæ dominium non acquirat ante omnem repetitionem, quicquid ludendo contra legis præſcriptum lucratur, in conſcientia reſtituere tenetur, cum per legem illam tranſlatio dominij rei ludo expoſitæ impediatur.

Ex quibus ſoluuntur rationes ab authorib. primæ opinionis allatæ, ſolum enim probant teneri vi illarum legum ſic lucrata reſtituere, non tamen ſtatim, vt ipſi putant, ſed poſt repetitionem. Quibus addo, quod ſi quis ludat aleis in locis illis, vbi conſuetudo eſt iam in contrarium, quicquid ſit de peccato, certum eſt nō teneri ad reſtitutionem aliquam eius, quod lucratus eſt, cum ſtante contrari conſuetudine, leges illæ abrogatæ ſunt, ita vt nec amittenti concedatur repetitio, ſed res iam ad iu naturæ reducta eſt, ſecundum autem ius naturæ, nec peccatum mort. eſt ludere, nec vlla inde naſcitur reſtituendi obligatio, vt recte Sotus li.4. de iuſti.q.5.ar.2.& alij omnes annotarunt. His ita expoſitis, alia dubia breuiter proponenda, & ſoluenda ſunt.

12 DV

DVBIVM PRIMVM eſſe poteſt, An locis il- s,in quibus datur repetitio amittenti intra certũ empus,ſi perdens petat extra iudicium quod ami rat a lucrante,teneatur lucrãs ex legis illius obli- atione illi reddere,an vero retinere poſſit,quouſ- ue in iudicio petat? In hac re Sotus lib.4. de iuſti- ia.q.5.arti.2.in fine dicit,probabile eſſe, quod lu- rãs non teneatur reddere,niſi in iudicio petatur, ec aliquid certi definire audet, Ratio dubij eſt, Quia lex iubet vt ſolutum reddatur;ex quo verbo- um contextu videtur innui, vt ſolutum tunc red- i debeat,Quando fuerit repetitum. Ergo ſi repe- atur extra iudicium,tenetur lucrans ei reddere. Verior tamen eſt contraria opinio,quam ſequun- ur Alphons a Caſtro lib. 2.de poteſtate legis pæ- alis.ca.2.corollario.3.ante medium. Dominicus Bannes 2.2.q.32.ar.7.dub.3.concluſ.4.Mich.Salõ. 2.q.5.de Dominio.art.6.dub.2.concluſ.4.& Lu- douicus Carbo.q.43. dub.2.quod repetitio hæc pecuniæ perditæ, & ſolutæ fieri debet in iudicio coram legitimo iudice,alioquin is, qui lucratus ẽ, non tenebitur in conſcientia petenti priuatim pecuniam illam reſtituere. Ratio eſt,quia perdens ius repetendi pecuniam amiſſam ex lege ciuili tantum habet,naturæ ſiquidem iure nullum tale ius habet, quinimmo iure naturæ perfecte tranſlatum eſt rei dominium,& iure ciuili tranſlatum eſt dominiũ ſolum vſq; ad repetitionem eius. Sed lex ciuilis vult,vt repetitio fiat in iudicio. Nam Authentica illa.Alearum vſus.C.de Religioſis,& ſumptib. funerum,a Iuſtiniano facta,non dicit abſolute(vt argumentum falſo ſupponit) vt ſolutum reddatur, ſed addidit,& actionib.competentib.repetat. Quę verba ſatis aperte ſignificant,talem repetitionem in iudicio,& non extra faciendam eſſe. Siquidem actio ea ſola in iure vocatur,quæ fit in iudicio, factio vero extra iudicium, vt notat Accurſius in l.1. §.Quibus.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis. Et denique ita vſus,qui eſt optimus legum interpres,habet, vt tantum reſtituatur pecunia,quando qui amiſit, eã in iudicio coram competente iudice repetit.

3 DVBIVM SECVNDVM eſſe põt, An vocatus in iudicium,qñ deſunt teſtes,fateri teneatur veritatem,ſe per ludum prohibitum tot pecunias lucratum eſſe? Quidam eius ſunt ſententiæ,vt putent in ſecretis, nihil aſſerendum eſſe in damnum proprium.Ceterum opinio hæc falſa eſt, vnde quamuis res ſecreta ſit,ſi tamen ſit in præiudicium tertij,tenetur iuridice rogatus,maxime ſi addatur iuramentum,verum dicere.

Quia igitur iudex interrogat iuridice, quando id facit ad inſtantiam eius, cui per legem datur actio ad repetendum, quod ludo amiſit, tenebitur conſequenter, qui lucratus eſt, veritatem fateri. Quod vero ab alijs dicitur, locum ſolum habet, quando a iudice legitime,& iuridice non interrogatur, tunc enim in ſuum proprium damnum reſpondere ſemper non tenetur,& veritatem fateri.

4 DVBIVN TERTIVM eſt,An ſtante obligatione prædictæ Authenticæ. Alearum vſus,tenebitur lucrans ad reddendum ſolutum,ſtatim poſtquã amittens in iudicio petierit,etiam ante iudicij cõdemnationem? Ratio difficultatis eſt, Primo,quia lex illa nihil præcipit Iudici faciendum,ſed ſolum dat amittenti actionem repetendi. Secundo, Quia ille,a quo repetuntur vſuræ, reddere tenetur ſoluenti vſuras,non ſolum quando dans agit contra eum in iudicio,& petit vſuram,quam dedit,vt habetur in cap. Debitores de iureiur. Sed etiam antequam ſit a iudice ad id faciendum obligatus. Ergo etiam qui lucratus eſt,tenebitur perdenti,poſt quã ille petierit pecuniam in iudicio antequam a iudice condemnatur. Conſequentia patet, Quia ſicut dans vſuram habet actionem agendi contra vſurarium, ita etiam perdens habet actionem contra lucrantem.

15 Ceterum certa eſt contraria opinio,nõ teneri lucrantem ad reddendum, quod lucratus eſt, anteq̃ ad id faciendum a iudice condemnatus ſit. Sic Alphonſus a Caſtro libro ſecundo,de poteſtate legis pœnal.capit.ſecundo,corollar.tertio,Mich.Salon 2.2.q.5.de domino.art cul.ſexto, dubio ſecundo, concluſ.4.& Lud.Carbo tract.de reſti.q.43.'dub.3. Ratio eſt manifeſta,Quia lex iſta pœnalis eſt: Ergo non obligat niſi adueniente ſententia iudicis. Ergo qui lucratur,non tenetur, dare niſi ex præcepto iudicis. Nec obſtant allata in contrarium.

Ad primum enim Reſpondetur,Quod licet lex illa nihil aperte iudici præcipiat faciendum,eo ipſo tamen,quod tribuat perdenti actionem competentem ad repetendum,præcipit iudici,vt lucrantem reddere compellat. Alias inanis plane,& non competens eſſet actio,quæ perdenti conceditur,ſi illa habitu iudex per illam non obligaretur cogere lucrantem ad reddendum,quod acceperat ex ludo,vt conſtat.

Ad ſecundum Reſpondetur, Diſparem,& diuerſam longe rationem eſſe inter vſurarium,& illum, qui in alearum ludo eſt lucratus. Siquidem vſurarius nunquam dominium illius, quod vltra ſortẽ accepit,acquiſiuit,eo quod contractus ille tam iure naturali,quam diuino ſit illicitus,& ipſo facto irritus, & nullus; Vnde ſequitur ſic ab vſurario acceptum iniuſte, ante omnem iudicis condemnationem, aut partis petitionem in conſcientia reſtituendum eſſe. Qui vero ludo lucratus eſt,verum illius lucri dominium acquiſiuit, cum iure naturæ per ludum tranſferatur dominium,& legis prohibitio non impedit dominij tranſlationem,ſed ſolum amittenti actionem repetendi amiſſum concedit, & lucrantem obligat reſtituere ſi in iudicio repetatur,& ad reddendum a iudice condemnetur. Qui igitur in ludo aliquid lucratur,toto illo tempore,ante iudicis condemnationem verum lucri dominium habet, & nihil illius lucri debet perdenti,vt dictum eſt.

16 DVBIVM QVARTVM eſt,An qui ludo pecuniam perdidit,eamq.ſoluit quia tamen non vult eam in iudicio ex verecundia, vel timore petere, aut dubitat ſe per viam iudicij amiſſam pecuniam recuperare non poſſe,propria ſua authoritate,priuatim,& ſecreto ab eo accipere,& ſurripere queat, quod amiſit,titulo recompenſationis? In qua difficultate duæ ſunt opiniones.

Prima eſt Adriani in 4.in materia de reſtitutione,quæſt.15.quę incipit.Sed oritur,aſſerentis id licitum eſſe, quem ſequitur Ioſeph Angles in Florib.quarto ſentent.parte ſecunda,in quæſtione de ludi reſtitutione dub.nono. Ratio horum eſſe poteſt,

teſt, tum quia tradunt communiter Doctores, poſſe quem titulo recompenſationis ſuum recuperare cum non datur alia via, Tum quia lucrans tenetur eam perdenti reddere. Ergo poteſt citra ſcādalum ſecreto auferre. Tum quia hac ratione poteſt famulus accipere a domino ſtipendium, quod alia via ab eo recuperare non poteſt.

Secunda eſt decentium non poſſe propria authoritate recuperare perditum, nec illius compenſationem ſumere, quamuis illud ſe per iudicem recuperare deſperet. Intelligitur autem, quando in ludo aderant omnes circunſtantiæ debitæ, puta quia lucratus eſt ſine dolo, violentia, & ab eo qui alienare poteſt, & nihil aliud reperitur niſi ſola legis prohibitio, in hoc enim caſu non poteſt ſecreto a perdente amiſſum accipi, ſed ſolum per ſententiam iudicis. Sic Ioan. Medina. Cod. de reſtitutione quæſtione vigeſimaſecunda. Corollario. 3. Sotus libro quarto, de iuſtitia, quæſtione quinta, articu. ſecundo in fine. Alphonſus a Caſtro libro ſecundo de poteſtate legis pænalis. capitulo ſecundo. Corollario 3. in fine. Marti. Ledeſm. ſecunda quartæ, quæſtione decimaoctaua, articulo octauo, in fine. Michael Salon 2.2. quæſtione quinta, de dominio. articulo ſexto, dub. ſecundo, conclu. vltima, Dominicus Bānes 2.2. quæſtione trigeſimaſecunda, articulo ſeptimo, dub. penul. Gregorius de Valent a tomo tertio, diſ. quinta, quæſtione ſexta, puncto quinto, dub. octauo, in fine. Barth. Medina libro primo, inſtruct. confeſſ. c. 14. §. 29. verſi. Regula 1. & Ludouicus Carbon. q. 43. de reſtitutione. dubio quarto. Ratio eſt, quia ſecundum Adrianum ipſum, qui lucratus eſt, iuſte retinet pecuniam, eiuſq. dominium habet poſita pecunia, & tradita lucranti, quouſque condemnatur per iudicis ſententiam, ita vt ſi alter non repetat, lucrans eam reſtituere non tenetur: Ergo vel concedere debet ante ſententiam latam reſtituendum eſſe lucratum, vel negare debet in caſu propoſito, ante ſententiam locum eſſe compenſationi.

17 Deinde qui procedit ſolo iure humano, & non iure naturæ, amiſſum repetere poteſt. Ergo eo ſolum modo, & via illud recuperabit, quo ei a lege conceditur, & a lege tantum conceditur facultas recuperandi poſt iudicis ſententiam. Antea ergo ſecreto accipiens furtum committit, cum rem alienam non ſibi adhuc debitam inuito domino accipiat.

Et denique quando in aliquo contractu conceditur reſtitutio in integrum, non eſt licitum propria authoritate accipere, cum contra ius ſit, ne qs ſibi ius dicat, & propria authoritate agat, quod ſolius iudicis authoritate ex legis præſcripto agendum eſt.

Hinc ſequitur, quod ſi Petrus in ludo amiſit decem, quæ Ioanni lucranti ſoluit, cui idem Petrus aliunde alia decem ex mutuo, aliove contractu debeat, non poterat Petrus loco decem, quæ ſoluit, alia decem, quæ aliunde debet, retinere: ſed facta rei amiſſæ ſolutione, tenetur, ſicut prius decem, quæ mutuo acceperat, reſtituere. Ratio eſt, quia compenſatio locum non habet, niſi hinc inde aliquid ſit inuicem debitum. Vnde cum is, qui decem lucratus eſt, non teneatur in conſcientia lucrum amittenti reſtituere niſi poſt iudicis condē-

nationem: Econtra vero qui in ludo decem a
aliunde lucranti decem reddere teneatur, ſeq
in caſu compenſationem ante iudicis ſententi
locum nō habere. Vnde ſoluta manet prima
in contrarium.

Ad ſecundam vero reſpondetur, diſcrimen
inter famulum, & perdentem in caſu poſito, fa
lus enim ſimpliciter, & abſolute habet in me
de ſibi iam debita, ac proinde cum alia via me
dem recuperare nequeat, poteſt ſecreto rem il
vt ſuam accipere: At vero res in ludo perdita,
lucrantis eſt vſque ad iudicis ſententiam, co
quenter non niſi accedente iudicis ſententia,
vt ſuam accipere valet. Et hactenus de reſtit
ne, & repetitione rei ludo præſenti pecunia a
ſæ; & ſolutæ, quam primo in loco eximandam
poſuimus.

18 DVBIVM grauius, & magis cōtrouerſum
ter authores eſt, an quando luditur pecunia ab
te, præſtita fide de ſoluendo, transferatur dom
rei amiſſæ in lucrantem, ita vt perdens eam in co
ſcientia ſoluere teneatur. Vt autem certa ab inc
tis diſtinguamus, primo ea referam, quę certa ſ
deinde vero alia examinabimus.

Primo igitur certum eſt, quod ſi ius naturæ ſp
ctetur, ſecluſa omni alia lege, qui pecun
in ludo ſub data fide, & ſimplici promiſſione pe
didit, in conſcientia illam ſoluere tenetur. Sic com
quos infra afferemus.

Ratio eſt, quia omnis promiſſio de re licita fa
cta, maxime ſi mutua ſit, iure naturæ adimplenda
eſt. Cum igitur ſic ludentes mutuo, & viciſſim pro
mittant ſoluere, quod ſic ludendo amittunt, & ſol
tio rei in ludo perditæ res licita ſit, conſequent
vt remiſſio de tali ſolutione facienda, ſit neceſſari
adimplenda. Nec in hac re vlla pōt eſſe dubitatio.

19 Secundo certum eſt, poſſe legem ſtatui, qua p
hibetur tranſlatio dominij pecuniæ, aut alterius
rei, quæ credito in ludo amittitur adeo vt qui ſta
te tali lege perderet, non teneretur in conſcientia
promiſſum adimplere. In qua re conueniunt omnes. Ratio eſt, quia ſicut lex eccleſiaſtica caſſare po
teſt vota imprudenter facta, ita etiam lex ciuilis te
merarias, & ſtultas promiſſiones annullare, & irri
tare poteſt ob bonum commune. Vnde referunt au
thores latam fuiſſe legem a Carolo Quinto, Anno
1518. in Regno caſtellæ, in vllo genere ludi, quan
tumcunque liciti, vt pilæ, promiſſiones perdētem
obligarent ſoluere, quod abſente pecunia perdidit,
ſed omnino irritæ, & inualidæ eſſent, adeo vt nec
qui lucratus eſt, amiſſum recipere poſſet. Quæ ſane lex æquitatis plena eſt, vt notat Dominicus Bānes 2.2. quæſtione 32. articu. ſeptimo, dubio antepenultimo. Vt enim experientia conſtat, poſtquam colluſorum animus ſemel ludo incaluit, ſi
pecunia credita ludatur, exponunt illam ſine modo, & termino in magna quantitate, in qua non luderetur, ſi pecunia eſſet præſens, & oculis ſubiecta. Etenim ludi tales fide data in cauſa erant, vt
illuſtres viri interdum in magnam pauperiem re
digerentur.

20 Tertio certum eſt, ſi quis ſub pignore, vel in cre
ditam pecuniam ludens a colluſore aliquid lucra
tus eſt, vbi perdens iurauit ſe ſoluturum, non ob
ſtante lege annullante huiuſmodi promiſſiones

amiſſam

miſſam pecuniam ſoluere tenetur. Sic Martin.
auar. in Manuali. c. 20. num. 17. verſic. 6. Do-
in. Bannes 2.2.q.32. artic. 7. dubio, antepenul-
mo, Mich. Salon 2.2.q.5. de dominio. artic. 6.
ubio 3. Notab. 1. Ludouicus Lopez parte pri-
a, inſtruct. conſcien. c. 34. conclu. 4. & lib. 2. de
ontract. capit. 22. Ioan. Medina. C. de reſtitut.
uæſtio. 22. corollario 2. & Ludouicus Carbo
uæſt. 42. de reſtitutione. concluſ. 2. Ratio eſt,
uia ſicut qui non ſolum promittit, ſed etiam
ramento ſe aſtrinxit ſoluere vſuras vſurario,
enetur eas ſoluere, vt habetur in ca. Debitores.
e iureiurando, ita iurans ſoluere perdita in lu-
o, non obſtante lege contractum irritante, ſic
miſſa ſoluere ex iuramento tenetur. Cum iu-
mentum omne iuxta ius canonicum ſeruan-
um ſit, quando ſine interitu ſalutis ſeruari po-
ſt, vt in capit. ſi vero. & in capit. cum contin-
at. de iureiura n. habetur. Illud tamen verum
t, quod qui ſic luſit, & ſoluere iurauit, quam-
is ob reuerentiam iuramenti pecuniam perdi-
am ſolueret, ſolutam tamen repetere poteſt.
icut iurans ſoluere vſuras, licet eas ratione iu-
amenti ſoluere debet, ſolutas tamen repetere
oteſt, vt dicto capit. Debitores. habetur. Et ſi-
ut iurans ſoluere vſuras petere poteſt abſolu-
ionem a iuramento antequam ſoluat, qua ob-
enta non tenebitur ſoluere iuxta cap. 1. de iure-
iurando. Sic iurans abſoluere perdita in ludo
ante ſolutionem petere poteſt abſolutionem
& relaxationem, qua obtenta, non tenebitur
ſoluere.

Demum verò & recte addit Salon, ſi promiſit ſub iuramento ſoluere, & etiam non repetere, tenetur ad vtrumque ſeruandum, quia & illud ſoluere licitum eſt, & lex, quæ daret repetitionem, ſolum intelligitur facultatem illam dare in beneficium perdentis, licet autem vnicuique iuri, & facultati ſibi conceſſæ renunciare.

Quod vero obijcitur, ſtante tali lege annullante promiſſionem de ſoluenda pecunia credita, non teneri perdentem ſoluere, etiamſi iuramētum de ſoluendo præſtitit, eo quod cum contra ctus, & promiſſio illa de ſoluenda pecunia abſente perdita annullatur, vnde nec iuramentū, vtpote tanquam contra bonos mores, vim obligandi habet.

Reſpondetur primo, quod cum lex illa ludi prohibitiua, ſeu diſpoſitiua de ludo, de ſe (niſi adiungatur aliqua mortalis circunſtantia) ſub æternæ ſalutis interitu, id eſt ſub culpa mortali non obliget, cumque actus ludendi de ſua natura non ſit malus (cum Eutrapeliæ virtutis eſſe poteſt, ſi ratione reguletur) conſequens eſt iuramentum illud de ſoluenda pecunia perdita, cum ſeruari poſſit ſine ſalutis interitu, ſeruādum eſſe, niſi antea ab ordinario loci relaxatio illius obtenta fuerit, vt enim notat gloſſa in ca. Debitores, in princip. & in cap. Cum contingat. in fine. de iureiurand. hic eſt caſus, in quo iuramentum præualet legi, quia magis conſideratur acceſſorium, id eſt iuramentum acceſſorium ad contractum, quam ipſum principale, id eſt, contractus iuratus, licet ex ſe obſtante lege non eſſet obligatorius contractus, & hoc ꝓpter animæ periculum, nę alicui prætextu talis legis, vt in dicto c. cum contingat. dicitur. viam periurijs aperiri contingat.

Secundo, quāuis ludere ludo illicito ſit contra bonos mores, non eſt tamen contra bonos mores de ſe, ibi in ludo perdita ſoluere. Sicut coire cum meretrice eſt contra bonos mores, ſed poſtea poſt copulam, ſi iuramento promiſſum pro copula ſoluatur, vt fecit Iudas cū Thamar nuru ſua, Geneſ. 38. contra bonos mores non eſt, ſed opus fidelitatis ſeruandæ; iuxta ea quæ nos ſupra d. capit. docuimus, & eleganter tradit Anton. de Corduba, libro primo quæſtionarij, in quæſtione 32. articulo ſecundo. Hæc igitur tria certa ſunt, & in confeſſo apud omnes.

21 DVBIVM vero eſt, an ſtando in iure ciuili cōmuni, iuxta Authentic. Alearum vſus. C. de religioſis, & ſumpt. funeris. teneatur quis in conſcientia ſoluere pecuniam perditam in ludo, ob ſolam promiſſionem, vel poſſit retinere; In qua re duæ ſunt opiniones.

Prima docet poſſe talē non ſoluere. Sic Adr. in 4. in materia de reſtitut. quæſt. 15. quæ incipit, ſed oritur. Sotus lib. 4. de iuſtit. quæſt. 5. art. 2. in fine. Martin. Nauar. in Manual. cap. 20. numero 17. verſi. ad quintum. Couar. in Reg. peccatum. parte ſecunda; §. 4. num. 8. de regu. iur. in ſexto, Ioſeph Angles in Florib. quarto ſententiar. par. ſecunda, quæſt. de ludi reſtitutione. dubio 6. Toletus lib. 5. ſum. c. 27. Bartholom. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſ. ca. 14. §. 29. Regula. 2. Ludo. Lopez part. 2. inſtruct. conſcien. ca. 34. concluſ. 1. & lib. 2. de contract. c. 22. & Ludouicus, Carbo, q. 42. de reſtitu. quamuis dubius, in hanc eandem ſententiam tanquam probabiliorem deſcendit. Ratio iſtorum eſt, quia iure communi datur perdenti actio repetendi in iudicio pecuniam ſolutam ei, qui lucratus eſt, vt patet in d. Authen. Alearum vſus. Ergo non videtur obligari ad ſoluendum, ne dicamus eum obligari ad actum otioſum, qui ſtatim reſcindi queat. Confirmatur ex Regu. 71. Regu. Qui ad agendum. de regu. iur. in 6. & l. inuitus, §. cui damus, ff. de regu. iur. vbi conceditur exceptio ei, cui datur actio. Cum ergo per leges detur actio, huic, qui ita perdit, ad repetendum, conſequenter competit ei exceptio, ne ſcilicet rem perditam ſoluere teneatur.

Secunda eſt aſſerentium teneri in conſcientia pecuniam perditam in ludo, & promiſſam ſoluere. Sic Alphonſus a Caſtro libro ſecundo, de poteſtate legis pœnal. capit. 2. Coroll. 3. Ioann. Medina. C. de reſtitutio. quæſtio. 22. Coroll. 2. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſtione 18. artic. octauo, in fine. Dominicus Bannes 2.2. quæſt. 32. artic. ſeptimo, dubio antepenultimo Mich. Salon 2.2. quæſt. quinta, de dominio, artic. ſexto, dub. 3. concluſ. ſecunda, Anton. de Cordub. in Summa caſuum conſcientiæ. quæſt. 94. Gregor. de Valen. tomo tertio, diſputat. quinta, quæſtio. 6. puncto quinto, dubio octauo, ſaltem cum diſtinctione, niſi prius facultatem petat a publica poteſtate de non ſoluendo, & Eman. Rodriq. p. 1. ſummæ, c. 189. concluſ. 9. & Ratio eſt, quia ex vna parte promiſſio de re licita iure naturali ſeruanda eſt, & ex altera parte nulla eſt lex ciuidis communis, quæ promiſſionem & contractum illum irritat,& annullat: lex.n.illa in Auth. ſolum dat ius repetendi in iudicio,nec vllam facit inter ludentē pecunia credita,vel præſenti diſtinctionem. Ergo ſicut conſentiente Adriano, (quem ſequuntur alij pro prima opinione allati) qui ludit præſenti pecunia, ſi perdat, ſoluere tenetur,ita ēt qui data fide ludit,ſi perdat, ſoluere tenetur.vbi.n.lex nō diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. Confirmatur hæc ratio, quia alias ſequeretur,quod ſi duo luderēt,alter poſita pecunia alter data fide ſoluendi,deterioris conditionis eſſet ille, qui præſentem habet pecuniam,quam qui data fide ludit,quod contra leges ludi eſſe videntur. Sicut igitur ille,fatēte Couarruuia,transferre poteſt dominium,ita etiam & iſte, vt ludi ſeruetur æqualitas.

Nec valet Ratio in contrariū, quia qui pecunia præſenti ludit, & ſoluit, poteſt repetere ſolutam in iudicio,quam lucrans poſt iudicis ſentētiam reſtituere tenetur, & tamen ſecundum illos ſolutio illa debita eſt,& non fruſtratoria, ita in caſu noſtro dicendum eſt, non eſſe inutilem, aut fruſtratoriam ſolutionem pecuniæ promiſſe,etiamſi eam poſtea in iudicio repetere poſſit.

Neq. vt patet Couaruuias circulus iſte,quo bet primo pecuniam amiſſam in ludo ſolue & deinde repetere inutilis , ſed vtiliſſimus e cognoſcitur,quia ſic homines arcentur a lud intelligentes ſe ſimpliciter teneri ad ſoluend quamuis deinde repetere in iudicio poſſint, vel maxime,quoniam ſeruare fidem nunqu eſt inutile , quin potius maxima eſſet Reip pernicies non ſtare promiſſis.Deinde vero re la illa iuris nō minus, vt dictum eſt,in ludo,q præſenti pecunia exercetur, quam cum data fide luditur,militat,vt conſtat,ſicut igitur ipſis co ſentientibus in eo caſu ſoluere, ita etiam in ca ſu poſito primo ſoluere , & deinde authorit iudicis ſolutam pecuniam repetere debet, a illam vero ſententiam ſibi retinere non poſt cum hoc eſſet ſibi propria authoritate ius di re,eſſetque iudex in propria cauſa,quod non li cet.Poteſtque lucrās pecuniam illam ſolutam retinere,quouſque iudicis ſententia ad eam reſtituendam compellitur. Hæc igitur de reſtitutione rerum,quæ habita ratione modi, quo acquiſitæ ſunt,difficultatem aliquam habere poſſint,dicta ſufficiant.

Finis Vndecimi Libri.

DE OCTAVO DECALOGI PRAECEPTO.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Liber Duodecimus.

Authores, qui in hoc Duodecimo Libro de octauo Decalogi præcepto allegantur.

EX *Patribus & alijs ſcripturæ expoſitoribus.* S. Ambroſ. lib. 1. de Abraham ca. 8. Sanct. Augu. lib. de ciuit. Dei, & lib. contra mendacium c. 13. & 20. & in Enchir. ca. 18. & lib. 2. de doctr. Chriſtiana. Grego. hom. 23. in Euang. & 31. Moral. ca. 31. & ho. 9. ſuper Ezech. Nicolaus de Lyra in Exo. 23. Io. Arboreus lib. 9. Theoſophiæ. *Theologi Scholaſtici.* S. Th. 2. 2. q. 110. & q. 72. Caieta. ibid. q. 67. Alex. Alenſis 3. par. q. 34. q. 40. & par. 2. q. 122. Magiſter in 3. diſt. 38. S. Bonauentura, Scotus, Rich. ibi Ioann. Bachonus ibid. quæſt. vnica. Ioſeph Angles in Florib. 4 ſenten. par. 2. de reſtit. Th. Argentina. ibi. q. 4. Gabr. ibid. & in 4. diſt. 15. Duran. ibi. q. 2. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 4. & relect. de tegendo ſecreto. Adr. in 4. de correc. fraterna. & quodlib. 1. Dionyſius Chartuſianus in 3. diſt. 38. Melchior Canus lib. 2. de locis Theologicis. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 60. & 67. Domin. Bann. 2. 2. q. 69. Mich. Salon ibid. Ioan. Medina. de reſtitut. q. 14. Gregor. de Valen. tom. 3. diſp. 1. & 5. *Canoniſtæ, & Iuriſtæ.* Innocen. in c. gaudemus. Archid. Oldradus. Ant. de Butrio. Calder. Couarruuias. Panorm. in c. Paſtoralis. de offi. deleg. & c. ſicut ſe. Ne clerici vel Mon. Abbas Siculus in c. 1. de offic. ordin. Gratianus, Hoſt. & alij decreto 22. q. 2. & 5. Bernardus Diaz in pract. crim. canon. c. 53. & Ignatius Salſedo ca. 58. Mart. in l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. Præſidis Hugo. in l. prætor. ff. de Iuriſdict. Imola in l. a Diuo Pio. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. ſingulari. ff. ſi cer. pet. Decius, Hieron. Cagn. in l. ſi librarius. de reg. iur. Bal. l. 1. C. de confeſſis. item §. lex Cornelia. Bart. ibid. Felyn. Ioan. Andr. in tit. de inſtr. §. reſtat. Vlpianus l. 1. ff. de iniurijs. Alex. conſil. 80. Alciatus l. mercis appel. de ver. ſign. & alij. *Summiſtæ.* Sylueſt. Tabiena, Summa Angelica, Caie. Armilla in verb. Mendacium. ver. Tabellio. Roſella. verb. familia. Anton. de Corduba, lib. 1. qq. q. 37. & in Summa q. 67. S. Ant. p. 2. tit. 10. Martin. Nauar. in Manua. c. 18. Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. Sebaſt. Medices in Summa peccat. cap. tit. 6. Barthol. Medin. libr. 1. inſtr. Confeſſ. c. 14. Io. Benedictus in Summa de peccatis. lib. 2. c. 11. Coſm. Philiar. de offi. ſacer. p. 2. lib. 4. Andr. Crocquetius Catecheſi. 87. Ioan. Pedrazza in 8. præceptum Decal. Cathechiſmus Romanus in expoſit. eiuſdem. Emanuel Sa in Aphoriſmis Emanuel Rodriq. par. 1. ca. 24. Ludouicus Lopez in Summa par. 2. c. 29. & de contractib. lib. 1. c. 19. Toletus in Summa de 7. peccat. mort. ca. 94. & alij, tum antiquiores, tum recentiores quamplurimi.

Quid hoc Decalogi mandato prohibitum ſit. Cap. I.

SVMMARIVM.

- *Cur hoc Præceptum alijs poſtpoſuit Moyſes? Eſt trium præcedentium præceptorum quaſi anacephaleoſis.*
- *Peccatum linguæ vitium commune, mala plurima ſecum coniuncta habere ſolet.*
- *Falſi teſtimonij appellatione omnis iniuſtitia verbo illata prohibetur ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, præcipue verò quodnam teſtimonium.*
- *Proximi nomine quinam intelligendus? an contra inimicos vitandum ſit falſum teſtimouium iuxta hoc Decalogi præceptum.*
- *Quiſque ſibi ipſi proximus cum ſit, falſum teſtimonium contra ſeipſum dicere probibetur.*
- *Iniuſtitia, aut iniuria, quæ verbo inferri poteſt contra proximum duplex.*
- *Ad huius præcepti probibitionem pertinet quodlibet mendacium.*

QVoniam in explicãdis præceptis ſępius dictum ſit, his ſecundæ tabulæ mandatis negatiuis prohiberi nocumenta illa, quæ proximo inferuntur, ea vero aut in perſonam, aut in res ipſas facto, & verbo inferri poſſunt, iāque ſatis de illis actum eſt, quę facto inferri ſolent, rectus ordo poſtulare vr̄, vt de hoc pręcepto, in quo verbis offendi poſſit ꝓximus, breuiter diſſeramus. Cum. n. homicidiū, adulterium, & furtū factis, & manib. perpetrari ſoleant; falſum autem teſtimonium, lingua, & ſermone, nō abs re hoc illis Moſes poſtpoſuiſſe vr̄. Sin autem argumentum perpendamus, non proximo tm̄, quod de furto eſt, ſed aliis quoque duob. de adulterio, & homicidio, grauius, ac dignius eſt, vtpote cū trium proxime pręcedentiū præceptorum ſit veluti quædā anacephaleoſis. Quamuis. n. potiſsimum famæ proximi aduerſetur, ſæpe tn̄ inſidiatur caſtitati, vt in hiſtoria Suſannæ, c. 13. Danielis videmus, vbi ſceleratiſſimi ſenes falſo teſtimonio aduerſus integerrimā matronā repugnant. Ad hæc non tm̄ auro, argento, & fortunis omnib. intentat periculum, ſed plerumq. ēt capiti, ac vitæ, ex quib. apparet non parū ſuffragari his, quæ de męchia, homicidio, furtoq. fugiendis mandata ſunt. Quod ſane mandatū eo attentius ponderandū, & frequentius meditandū eſt, quod non ſolum cõe vitium eſt hoc linguæ peccatum, ad omnes hoĩes ſpectans, iuxta illud Pſalmiſtę Pſal. 125. *omnis homo mendax*, Cui conſonū eſt illud Apoſtoli teſtimonium,Iac.3.*Si quis in verbo non offendit,hic perfectus eſt vir*, ſed etiam innumerabilia fere mala ſecũ coniũcta habere ſoleat; quocirca Apoſtolus Iacobus loco proxime citato ſubdẽs ait,*Lingua modicum quidem membrum eſt,& magna exaltat*; & mala,quæ exinde proficiſci ſolent, quaſi admirans ipſe,alioſque ad diligentem huius peccati fugã exhortans,ſubiungit;*Ecce quantus ignis,quam magnã ſyluam incendit*. Et.n.vt Catechiſmus Roman⁹ in huius præcepti explicatione obſeruauit,ſępe ſæpius maledici hominis culpa, facultas, fama, vita, immo etiam, & animę ſalus amittitur,vel eius, qui læditur, quod contumelias pati non poſſit,ſed eas impotenti animo perſequatur,vel eius,qui lædit,q̃d prauo pudore, & falſa cuiuſdam exiſtimationis opinione deteritus, adduci non poſſit,vt illi,qui offenſus ſit,ſatisfaciat. Et de ordine,eiuſq. neceſſitate hactenus dictũ ſit.

2 Argumentum porro pręcepti huius ex ſe cõſtat;vult namq. Moiſes diuinæ voluntatis interpres,vetare omne mendacium,calumniã,detractionem, ſuſurrum, murmurationes, dicteria, ſcommata, falſum teſtimonium contra proximum,omnẽ deniq. linguæ abuſum; Ex quib.liquet,quanta neceſſitate incumulat hoc præceptũ hr̃e familiare, & veluti ꝑcordiis inſculptũ. Si vero exactius verba examinare volumus,falſi teſtimonij appellatione,iniuſtitia omnis verbo illata prohibetur, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ fiat,præcipue tñ teſtimoniũ illud hoc in loco prohibetur,quod in iudicio dr̃ falsũ a teſte iurato,cuius teſtimoniũ quo maioris eſt ponderis,& momenti ob diuinũ nomen, quod interponitur,eo periculoſius eſt, magiſq. horrendũ, ſi falſitate nitatur.Quid.n. magis impiũ,quam virũ bonũ,& innocentẽ inter ſacras leges,verẽdaq. tribunalia mendaci lingua confodere,mẽdaciſſimoque teſtimonio iugulare,vnoque momento nomẽ incorruptiſſimũ auferre,fortunas euertere,& vitam ipſam in diſcrimẽ adducere? Poſtremo q̃ pijs omnib.miſerabile eſt,aut ſi his fraus ignota ſit,q̃ eſt abominandũ ſanctiſſimis ſpiritib.ſpectaculũ,cũ innocẽs ab iniuſto,sãctus ab impuro,verax a ꝑfido ꝓditur,opprimitur,iugulatur,cũ veritatẽ falſitas,puerſitas innocentiã,iuſtitiã iniquitas peſſundat, ſuffocat,perdit?

3 Proximi vero nomine,non ſolũ amicus,& vicinus,ſed ẽt quicunq. opera noſtra eget,intelligitur,ſiue ꝓpinquus ſit,ſiue alienus, ſiue ciuis, ſiue aduena. Abſit.n.vt hinc inepte colligamus non eſſe vitandũ falſum teſtimoniũ contra inimicos,aut extra cãs propinquorum, & amicorum.Etenim cũ vniuerſorum creatorem,parentẽ,inſpectorem,& redemptorem Deũ intelligamus,qui cunctos condidit hoĩes ad imaginem ſuam,nullus plane a proximi charitate, & dilectione excludendus erit.Itaq. vt belluę nomen promereri certũ eſt eũ,qui proximũ inique perdit,& occidit; Sic qui falſo teſtimonio proximi cãm deprimit,quauis fera cenſendus eſt immanior. Et vt proditores cõi proſequimur odio, nec miſeratione ſaltẽ dignos putamus,peſſime que interire quotidie fere cernimus, haud ſec⁹ hos adminiſtros mẽdaciorũ,periuriorũ,ipſiuſq. Satanę filios,teſtes falſos execrari, & deteſtari debeãt,quicunq. ſunt honoris,diuini,qui in veritate potiſſimum conſiſtit,ſuæq. ſalutis,& blicæ tranquillitatis ſtudioſi.

4 Et cum nemo tam proximus ſit alteri, ac ſibiipſi,eo ipſo quod quis teſtimoniũ falſum c trã proximũ ferre prohibetur,ẽt contra ſeipſu falſum dicere vetatur, ſicut.n.illo eodẽ præ pto,quo prohibetur nocumentũ proximi, pro hibetur ẽt nocumentum ſui; atq. adeo cum d Non occides,nihil addito,nec ille vtiq. cui præ cipitur, exceptus intelligendus eſt, cum ſenſ ſit,nec ſeipſum,nec alterum occides;ita cum hoc præcepto dicitur *aduerſus proximum tuum ſtimonium falſum non dices,non ideo ſi aduerſus ſeipſu quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc ſe puta rit crimine alienum,quia regulam diligendi proximum ſemetipſo dilector accepit,ſcriptum eſt.n.diliges proxi tuum ſicut teipſum*, vt eleganter S. Aug.lib.1.ciu Dei.c.20.annotauit,& refertur in c.ſi non lic 22.q.5.cum igitur abſolute dictum ſit, Non lo queris aduerſus proximum tuum, ſubintelli tur ſtatim,nec contra teipſum.

5 Atq. vt huius præcepti ſensũ exactius exp cemus,ſingulaq. in eo ꝓhibita declaremus,lo dũ eſt,omnem in eo iniuſtitiã,& iniuriam,qu verbo inferri poſſit contra proximum prohibe ri, quæ quidem duplex eſſe poteſt; vna extra iu dicium,vt quæ fit detractione,murmuratione, conuitijs,contumelia,& alijs hmõi; Altera in iudicio,quæ in falſo teſtimonio;De quib.omnibus ſuo ordine agendum erit. Quia vero vt plurimum hæc omnia mentiendo committantur, & ad prohibitionem huius præcepti, reductiue ſaltem pertinet etiam quodlibet mendacium, ideo ante omnia agemus de mendacio in cõ. De qua re late agunt S. Auguſt. in lib. de Mendacio.ad Creſcentium,& alij Patres paſſim. Ex Scholaſticis autem S.Th.2.2.q.110.Alex.de A les in Summá.p.2. q. 122. & p.3.q.37.& Magiſter in 3.diſt.38.& S.Tho.3.diſt.37.q.1.art.1.& diſt.38.q.1.art.1.3.& 4.Bonauen.3.diſtin.37.in expoſit.literæ,dub.8.& diſt.38.per totum.Scotus ibid.Richar.Durand.Gabr.Tho.Argentina Ioan.Bachon.in 3.diſtin.38.Summiſtæ in verb. Mendacium.vbi Angel.Syluest.Tabien.Caiet. Armilla.S.Anton.p.2.tit.10.Martin.Nauar.in Manuali.c.18.Sebaſt.Medices.in ſumma peccatorum capital.tit.6.q.24.& ſeq.Coſm.Philiarc. de offic.ſacer.par.2.lib.4.c.11.Barthol.Medina lib.1.inſtr.confeſſ.cap.14.§.34.& ſeq.Ioannes Benedictus.in Summa de peccatis.libr.2.ca.11. Toletus in ſumma.lib. de ſeptem peccatis mortal.ca.54.Andreas Crocquetius.catecheſi.87. Ioan.Pedrazza in 8.præcep.decalogi.Catechiſmus Romanus in explicatione eiuſdem,& in Decreto.22.q.2.per totam quæſtionem.

Quid, & quotuplex ſit Mendacium, an ſemper ſit peccatum, & quale.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Definitio mendacij ſecundum S.Auguſt.ex qua tria co liguntur ad mendacij naturam requiſita, & quænam illa ſunt.*

2 Num.

Nutu, geſtu, & actibus externis ſimulatis poteſt eſſe mendacium.

Mendacium duplex, ſecundum propriam rationem, ꝙ etiam duplex eſſe poteſt, & vt habet rationem culpæ ex parte finis intenti, & ſic triplex etiam eſt, pernicioſũ, officioſum, iocoſum.

ub hac diuiſione trimembri continetur alia octo membrorum, quam habet S. Auguſt. & quænam illa ſint.

An omne mendacium ſit peccatum?

Communis opinio non obſtantibus locis ſcripturæ, quæ ſit, leuiſque confirmatio.

acob non mentitus eſt, ſed vſus eſt ſpiritu prophetię, quãdo dixit Iſaac Patri ſuo ego ſum Eſau, &c.

An Abraham mentitus eſt, cum dixit ſeruis ſuis ſe cum filio ſuo reuerſurum, quod tamen ipſe non intendebat, habens firmum propoſitum immolandi?

An cum dixit de vxore ſua, quod eſſet ſoror illius, & an Iſaac de Rebecca, Ioſeph de fratrib. quod eſſent exploratores, &c.

An Moyſes, et Aaron quando Pharaoni dixerunt, quod uolebant ire uiam trium dierum in ſolitudine ad ſacrificandum, mendacium dixerunt.

Quid de ſimulatione Dauid, de fictione Ioſue, & de dicto Chriſti Io. 7. ubi dixit. Aſcendite uos ad diem feſtũ, ego autem non, &c. cum tamen ipſe poſtea ſecreto aſcẽdit, Iehu non excuſatur a culpa, & mendacio, temporaliter tamen a Deo remuneratur, quare.

12 *Obſtetrices, quæ mentitæ ſunt Pharaoni, ut liberarentur filij Iſrael, cur a Deo remunerantur, an propter mẽdacium, uel aliam ob cauſam.*

13 *Etiam ad uitandum ſcandalum, & aliud quodcunque malum ſiue corporale ſiue ſpirituale, immo nec ad ſaluandum hominis uitam corporalem aut ſpiritualem mentiri nunquam eſt licitum.*

14 *An omne mendacium ſit peccatum mortale?*

15 *Mendacium pernicioſum ex genere ſuo cum deliberatione prolatum eſt mort. doctrina Angeli pernicioſa eſſe facile conuincitur.*

Qui concionando citat unum authorem pro alio, aut unum locum pro alio peccat ad ſummum venialiter. ibid.

16 *Mendacium omne cum iuramento, prolatum, mortale. Quare?*

17 *Iudex ſcienter proferens falſam ſententiam, peccat mor. ibid.*

Mendacium pernicioſum aliquando poteſt eſſe veniale.

16 *Mendacium officioſum, & iocoſum ſine iuramento prolatum ex natura actus eſt ſolum ueniale in perfectis, uel imperfectis.*

19 *An mendacium, quod ratione paruitatis materiæ eſt ueniale, fiat mortale, ſi fiat in iudicio, quando non eſt iuramentum?*

20 *In iudicio ſicut in alijs actionibur humanis unde deſumẽda ſit iniuria?*

Soluuntur rationes Caietani aſſerentis omne mendacium in iudicio etiam de materia leuiſſima, et quod extra iudicium eſſet ueniale, eſſe mortale. ibid.

Diſpar ratio de periurio, & mendacio, & quare illud etiã de rebus leuiſſimis ſemper ſit mortale, hoc autem non item? ibid.

21 *An iniq. conuentus in iudicio, u.g. ad centum, quæ actor aſſerit me mutuo accepiſſe cum a me ſecreto eidem fuerint ſoluta, poſſim illam ueram mutationem ſine mendacio negare.*

22 *An interrogatus ſuper cẽtum, quorum 59. uere debet, totam poſitionem abſq. mendacio negare poſſet.*

1 ITaque vt recto ordine progrediamur, in primis mendacium, eiuſq. naturam breuiter exponemus; Nec.n. in re notiſſima opus erit argumentis. *Eſt* igitur *mendacium falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi, ſeu falſum dicendi.* Sic.n. definitur a S. Auguſtino in lib. contra mendacium c.42. in fine & Enchirid. ca. 18. quam communiter amplexi ſunt authores, quos paulo ante commemorauimus. Ex qua definitione colligitur tria ad mendaciũ requiri; Primum eſt, quod falſum proferatur. Secundum eſt, quod falſum credatur; Tertium eſt, quod audiens fallatur, vel ſaltẽ deceptio intendatur. Vt.n. ex ſe conſtat, mendacium opponitur veritati, ac proinde falſum eſſe debet, vel reipſa vel ſaltem ex opinione dicentis, ideo.n. mendacium dr̃, quia contra mẽtem dicitur, idẽque eſt mentiri, quod contra mentem ire. Quocirca S. Th. 2.2. q. 126. art. 1. Alex. de Ales p. 2. q. 121. memb. 1. Rich. 3 diſt. 38. art. 1. q. 1. & alij cõmuniter affirmant, de ratione & eſſentia mendacij eſſe, vt illud, quod dicitur, ſit falſum, aut putetur falſum. Vnde ſi qs dicat aliquid, quod putat eſſe falſum, quamuis verum ſit, ei tñ imputatur pro mendacio rõne malæ intentionis. Id quod optime S. Augu. in Enchir. c. 18. teſtatur his veris, nemo, inquit, ſane mentiens iudicandus eſt qui, dicat falſum, quod putat verũ, quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur. Non ergo mendacij arguẽdus eſt q falſa incautius credit ac pro verbis hẽt. Potiuſq. econtrario ille mentitur, qui dicit verũ, quod putat falſum. Quantũ.n. ad animum eius attinet, non dicit verum, quia non quod ſentit, dicit, quamuis verũ inueniatur eſſe, quod dicit. Nec ille liber eſt a mendacio, qui ore neſciẽs loquitur verum, ſciẽs autem voluntate mentitur. Siue igitur qs aſſerit eſſe, ꝙ credit non eſſe, vel negat eſſe, quod credit eſſe, aut affirmat aliquid, quod ſit dubiũ, & dicat eſſe verum, vel falſum, aut ẽt illud, quod eſt certũ, dicat eſſe dubiũ, mentitur vt expreſſe docet Bonau. in 2. diſt. 35. in expoſitione literæ nu. 6. Hoc autem a Theologis ita explicari ſolet, vt qñ dr̃ verum, quod creditur falſum, mendaciũ formaliter appelletur, quando autem dr̃ falsũ, quod creditur eſſe falſum, mendacium materialiter, et formaliter vocetur, de quo proprie intelligitur definitio mendacij in præcedentib. allata. Quia vero plus pertinet ad eſſe mendacij intentio fallendi, q̃ falſa vocis ſignificatio, hæc eſt ſicut materiale in mẽdacio, illa verò, vt formale, & complementũ, ideo peius eſt dicere verũ cũ intentione fallendi, quã dicere falſum, quod tñ verum eſſe credit, vt Alenſis parte ſecunda, q. 122. memb. 1. annotauit, hic.n. mẽdacium ſolum materialiter dicit, vt èx S. Auguſtino in Enchirid. c. 18. conſtat. Ex quib. infert S. Anton. p. 2. ti. 10. §. 1. talem non peccare niſi ex incautela ſua, ex eo quod debitam diligentiam non adhibet conſiderando, an verum, nec ne ſit, quod dicit præcipue in reb. alicuius ponderis, & momẽti, aut vbi ſcandalum, aut damnũ ſequi poteſt.

2 *Illud* demum annotandum eſt, quod licet in definitione Mendacij mentio fiat tm̃ de falſa uocis ſignificatione, nutu tñ geſtu, & actibus ſimulatis poteſt eſſe mendacium, Etenim ꝗ tacet

aut nutib. & geſtibus tantum vtitur, quia non minus aliqñ loquitur, quam qui verbis vtitur mendax hr̄, ſi mens ad decipiendum feratur. Iō autem fit mentio tm̄ de verbis, quia ex S. Aug. lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 1. verba inter ſigna principatum obtinent; vnde Ariſtoteles lib. 1. de interpret. c. 1. pronunciauit, voces earũ notas eſſe, quę in anima ſunt, paſſionum, quem ſecutus S. Th. 2. 2. q. 111. art. 1. in corp. & ad 4. ait, nihil referre, ſiue quis verbo, ſcripto, nutu, geſtu, ſiue alio quocunque facto mentiatur; ſicut nihil refert, gladio, an ſecuri quis hominem interficiat.

3 Poteſt autem mendacium dupliciter diuidi, vno modo ſcd̄m propriam rationem ipſius, ſeu per ſe; & ſic cum mendacium, vt diximus, opponatur veritati, diuidi pōt ſicut cetera vitia, quæ opponuntur virtutib. in mendacium, quod tranſcendit veritatem *in maius*, quod circa materiam determinatam pertinet ad *iactantiam*, & in mendaciũ, quod deficit a veritate, *in minus*, quod pertinet ad *Ironiam* vt conſtat ex lib. 4. Ethic. c. 7. Eſt .n. veritas, æqualitas quædam, vt quæcunq. alia virtus, cui per ſe opponitur maius, & minus.

Alio modo diuidi poteſt mendacium, inquantum habet rationem culpę grauioris, vel minus grauis, *ex parte finis intenti*, & ſic diuiditur in *perniciosum, officioſum*, & *iocoſum*. Aggrauat .n. culpam mendacij, ſi quis intendat alterius *nocumentum*, & tunc dr̄, *mendacium pernicioſum*: Diminuitur autem culpa, ſi intendatur aliquod bonum, vel *delectabile*, & ſic eſt *iocoſum*, quo gñe mendacij peccare ſolent homines garrulli, & nouarum rerũ cupidi, q multa cōminiſcũtur, vt illos delectẽt, vel *vtile*, & ſic eſt *officioſum*, quo intenditur iuuamentũ alterius, vel remotio nocumenti, ſiue in reb. tpalib. ſiue in corporalib. ſiue in ſpiritualibus. Quam diuiſionem tradunt Gl. in 22. q. 2. c. Ne quis S. Th. 2. 2. q. 110. ar. 2. Alex. de Ales p. 2. q. 122. memb. 7. & p. 3. q. 37. memb. 6. Magiſter in 3. diſt. 38. in princip. S. Bonau. ibid. in expoſitione literæ. Duran. q. 1. nu. 7. Sotus art. 2. Io. Bachonus. art. 2. Th. de Argentina. art. 4. concl 2. Gabr. art. 1. Notab. 2. S. Anto. p. 2 tit. 10. §. 2. Angel. verb. mendaciũ. §. 2. Sylu. eod. q. 1. Tabiena. eod. nu. 2. verſ. Primo. Nau. in Manu. c 18. nu. 3. verſi. Secundo. Sebaſt. Medices in ſumma tit. 6. q. 25. Coſm. Philiar. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 4. c. 11. Toletus in Summa. de ſeptem peccatis mortal. ca. 54. & alij poſt S. Auguſtinum in illa verba Pſal. 5 *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, & Gloſſam ibi.

4 *Sub* hac aũt trimembri diuiſione continetur alia diuiſio octo membrorum, quam habet S. Auguſt. in libr. de mendacio. ca. 12. 13. & præcipue c. 14. Quorum *Primum eſt*, quod fit in doctrina religionis Chriſtianæ, ſiue pertineat ad res fidei, ſiue ab bonos mores, quia in his duob. conſiſtit ſumma Chriſtianę religionis. *Secundum eſt*, quod tale eſt, vt nulli proſit, ſed obſit alicui in corporalib. iniuſte, vt mendacium falſi teſtis in cā criminali. *Tertium eſt*, quod ita prodeſt vni, vt tñ alteri obſit, vt mendacium falſi teſtis in cā ciuili, vel pecuniaria, inter quæ tria, primũ eſt grauiſſimũ, & tertio grauius eſt ſcd̄m, & hæc tria ſub mendacio pernicioſo continentur. *Quartum eſt*, qđ fit ſola mentiendi, fallendiq. libidine, vt cum quis in aſtutia, & habitu mẽtiendi delec tur, ſine aīo nocendi alicui, aut iuuandi aliũ ſolũ quia gaudet, & complacet ſibi in mẽdac *Quintum eſt*, quod fit intentione placendi alte vt in mendacio adulatorio, quæ duo ſub mẽ cio iocoſo comprehenduntur. *Sextum eſt*, quod nulli nocet, & alicui prodeſt, vt ſi quis pecu alicuius iniuſte tollendā ſciens, vbi ſit, neſcire mentiatur. *Septimum eſt*, qđ nulli obeſt, & alic prodeſt ad corpus, vt ſi quis nolẽs hominem mortem quęſitũ prodere mentiatur. *Octauum e* quod nulli obeſt, et ad hoc prodeſt, ut ab imm ditia corporali, hoc eſt, a violanda virginitate liquem tueatur, quæ tria ad mendacium offi ſum reducuntur. His ita ex communi omni Doctorum conſenſu expoſitis.

5 DVBIVM PRIMVM eſt, An omne mẽdacium ſit pctm̄? Ratio difficultatis eſt, quia in ſacris literis, in quib. narrantur geſta ſanctoru ad vitæ humanæ informationem, extant exempla multorũ ſanctorum, qui mendacio vſi fuiſſe videntur, ſic .n. primo legimus Patriarcham Iacob dixiſſe Iſaac patri ſuo, *Ego ſum Eſau primogenitus tuus*. Gen. 27. certum eſt autem fuiſſe ibi fa ſam vocis ſignificationem; Quod autem fuer ibi intentio fallendi, teſtatur Iſaac dicens Eſau *venit germanus tuus fraudulenter &c.*

Secundo, Abrahā Gen. 22. vadens ad immolandum filium ſuum, dixit ſeruis ſuis, quod reuerteretur cum filio, quod tamen non intendebat.

Tertio, Abraham Gen. 12. dixit de vxore ſua, quod eſſet ſoror ſua, Et Iſaac Gen. 26. dixit Rebeccam fuiſſe ſororem ſuam. Ioſeph ſimiliter Geneſ. 42. & 44. dixit fratribus ſuis, quod eſſent exploratores, quod tamen optime nouit non fuiſſe verum.

Quarto, Moyſes, & Aaron dixerũt Pharaoni, quod volebant ire viam trium dierum in ſolitudine ad ſacrificandum, Exod. 5. & tamen ſecundum Gloſſam nō habuerunt intentionem principalem ſacrificandi, ſed eundi in terram promiſſionis, & nunquam reuertendi.

Quinto, Dauid ſimulauit ſe ſtultũ coram rege Geth. 1. Reg. 21. & Iehu finxit ſe cultorẽ Baal. 4. Reg. 10. de quo 22. q. 2. c. virilem. dicitur, *vtilẽ ſatisfactionem, & in tempore aſſumendum Iehu regis Iſrael nos doceat exemplum, qui cum non potuiſſet interficere Sacerdotes Baal, finxit idolum uelle colere*, & Ioſue fugam ſimulauit. Ioſue 8. & Iacob ſe ſimulauit Eſau Gen. 27. & Chriſtus finxit ſe longius ire velle. Luc. 24. Immo Io. 7. dixit, *uos aſcẽdite ad diem feſtum, ego aũt ad diem feſtum iſtum non aſcendā*, & tamen poſtea ſecreto aſcendit. Non minus aũt mendacium facto, quam verbo fit, vt ſup. diximus, & expreſſe docet S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 1.

Sexto, obſtetrices, quę mentitæ ſunt Pharaoni, vt liberarent paruulos filiorum Iſrael, remuneratæ ſunt a Deo, dr̄ .n. Exod. 1. *Quod ædificauit illis Deus domus*. Ergo mendaciũ omne non eſt peccatum, non enim remunerantur a Deo.

Communis tamen opinio his non obſtantibus eſt, omne mendacium eſſe peccatum. Sic S. Th. 2. 2. q. 110. art. 3. Alexan. de Ales in Summa. par. 2. q. 122. memb. 2. & 3. & par. 3. q. 37. mẽb. 6. Bonauen. 3. diſtin. 38. q. 2. Scotus ibid. artic. 1. Richard. art. 1. quæſt. 2. Duran. quæſt. 1. num. 8

Thomas de Argentina.ar.4.concl.1.Gabr.ar.2. oncl.1.Io.Bachonus.ar.3.S.Anto.p. 2. §.2.An- el.ver.mendaciũ,§.3.Sylu.eo.,q.2.& Tab.eo. 3.Caiet.in Sum.ver.eo.in princ.Sebaſt.Medi- s.p.2.Summę.tit. 6.q. 26. Toletus de peccatis ortal.c.54.& alii cõiter,& colligitur ex c.7.Ec eſiaſt. vbi dr̃, *Noli velle mentiri omne mendacium.* uius rei accerrimus defenſor eſt S. Augu.paſ- m.vt lib.contra mendacium,c.3.in prin.Men- aciorum,inqt,genęra multa ſunt,quæ quidem niuerſaliter odiſſe debemus,nullum .n.mẽda- um eſt, quod non ſit contrarium veritati. Et aulo poſt,ſicut,inquit,lux & tenebræ, pietas, impietas,iuſtitia & iniquitas,ita inter ſe ſunt eritas & mendacium contraria. Vnde quantũ mamus iſtam,tm̃ illud odiſſe debemus. Et ca. paulo poſt initium. Cũ doctrina, inqt, ſalutis artim credendis,partim intelligendis reb. con et,nec ad ea,q̃ intelligẽda ſunt, peruenire poſ t,niſi prius credendo credantur, qũo creden- um eſt ei, qui putat aliquando eſſe mentien- um,ne forte & tunc mentiatur, cum p̃cipit, vt credamus? Et lib.de mendacio, diſtinguẽs octo genera mendaciorũ probatꝰ per inductionem in nullo genere mendacii mẽtiendum eſſe. *Primo* enim genere mentiendũ nõ eſt, quia mentiri in doctrina pietatis magnũ ſcelus eſt. Nec *ſecundo*, quia nulli cũ alterius iniuria eſt conſulendũ. Ex quo patet,nec in *tertio* genere licitũ eſſe mendacium. Nec *quarto* propter mentiendi libidinẽ, q̃ per ſeipſam eſt vitioſa. Nec *quinto*, quia nec ipſa veritas cauſa placendi hominibus enuncianda eſt,quanto minus mendacium. Sed nec *ſexto*, quia recti teſtimonii veritas pro cuiuslibet rei temporalis commodo corrumpi nõ debet. Nec *ſeptimo*, quia nullius ſalus temporalis fidei præponenda eſt. Nec *octauo*, quia in bonis caſtitas animi pudicitiæ corporis præfertur.

Ratione demũ probari põt, quia quod in ſua ratione formali includit malitiã, & inordinationem,fieri non põt ſine peccato:ſed omne mendacium eſt huiuſmodi, vt conſtat, mendacium enim non ſolũ importat actum mentiendi,hoc eſt,actum illũ proferendi falſum cum intentione decipiendi,vel proferẽdi aliquid contra mẽtem, ſed cum hoc ẽt commutat inordinationẽ ideſt,quod talis actus proferatur cũ circunſtantia mala,ſ.iniuſte contra legem Dei, ſeu contra Deũ,qui eſt ſumma, & prima veritas. Vñ recte Sanctus Tho. vbi ſupra docet mendacium eſſe intrinſece & ex genere malum,cum ſit actus cadens ſemper ſuper indebitam materiã. Quia cũ voces naturaliter ſint ſigna intellectuũ, hoc eſt, rerũ,put intellectæ ſunt,innaturale eſt & indebitum,quod aliquis voce ſignificet id,qđ nõ habet in mente: Vnde Philoſophus lib. quarto Ethi.c.7.ait,omne mẽdacium eſſe per ſe prauũ, & fugiendum,verum autem eſſe per ſe bonum, & laudabile. Cum igitur mendacium ex ſe & intrinſece malum ſit, ſemper erit peccatum.

Ad primum in contrarium de Iacob. Reſpõdetur cum Innocentio in ca.Gaudemus de diuor. S.Thom.2.2.q.110.art.3. ad tertium, Alexã.de Ales part.ſecunda q.122.memb.ſexto, & parte tertia quæſt. 37.membr. ſexto ante finem. Richardo 3.diſt.38.quæſtione ſecunda, ad ſecundum,art.1.Gabriele ibid.art.3.dub.2.litera M. & Patribus, quos refert Melchior Canus libro ſecundo,de locis Theolog.cap.tertio,non mentitum fuiſſe, ſed vſum fuiſſe ſpiritu prophetiæ, hoc loquendi modo deſignans myſterium, qđ ſcilicet minor populus,ideſt,Gentilis, ſubſtituẽdus erat in locum primogeniti, ſ. in locum Iudæorum. Id quod vel priuata reuelatione,vel ex inſtructione Rebeccæ matris cognouit: quã conſtat Geneſ. 25. diuinitus edoctã fuiſſe, fore vt maior ſeruiret minori. Potuit ergo Iacob abſque mendacio dicere, *Ego ſum primogenitus tuus*, ſeu Ego *ſum Eſau*, nõ in pſona, & Natiuitate, ſed in iure, & dignitatè primogenituræ ſibi diuinitus traditæ,immo etiam Eſau venditæ: quaſi diceret,Ego ſum ille,cui primogenitura debetur. Sic Angelus loquẽs in perſona Dei,ait, Ego ſũ Dominus Deus tuus. Exod.20.& tamen non mẽtiebatur, referens,ſe ad perſonam Dei. Et Chriſtus Ioannem dixit eſſe Eliam,non perſona, ſed imitatione virtutis. Matth.11. Quod ſi intendebat facere aliquid quo facto Iſaac crederet ipſum eſſe Eſau in perſona, hoc tamen principaliter non intendebat, ſed benedictionem ſibi debitam vendicare cupiebat: ſermo igitur verus erat,quia myſtice ſolum prolatus fuit.

Et quamuis pater eius dixerat eum fraudulẽter egiſſe,non tamen mentitus eſt ipſe, quia ſic credebat,quamuis falſum putabat.

Quam reſponſionem inter Patres hẽt Diuus Auguſtinus lib.1.ſuper Geneſ.qu.26.& lib 26. de ciuit.Dei.c.37.& lib.de Mendacio.c.10.

8 *Ad ſeundum* de Abraham Geneſ.22.Quidam reſpondent Abraham ex quadam pietate motũ fuiſſe. Sic Adrianus quodlib.primo, art. 3.in reſponſione ad tertiam probationem. verſic. De illo,in lit.B.& Canus li.2.de locis Theolog. c.4.

Alii vt S.Tho.2.2 q.11.art.2.ad primum,& S. Ambroſius lib.1.de Abraham.ca.8. & Alex.de Ales p.2.q.122.memb.6.in prin. dicũt Abrahamum prophetaſſe, quod ignorabat, atq. adeo hæc dicens verba,non eſt mentitus, quia diſponebat redire ſolus immolato filio, ſed Deus per os eius locutus eſt,quod parabat.

Alii,vt idem Halenſis vbi ſupra docent factũ hoc figuratiuum fuiſſe immolationis Chriſti in Cruce,vñ licet Chriſtus immolãdus fuiſſet, qa tñ carnem humanam,quã ſemel aſſumpſit, nec in paſſione, nec poſtea dimiſit, ad q̃ reſpiciens Abrahã in hoc facto,recte dixit ſe reuerſurũ cũ puero,atq.adeo Deꝰ ita oĩa diſpoſuit, vt ẽt vere cũ filio ſuo rediret. Alii hoc dictum fuiſſe ſub cõditione putãt,ſ.niſi dñs aliter ordinaſſet,vt Alexan.de Ales p.3.q.37.mẽb.6. ante fi. Alii deniq. & meo iudicio verius rñdent, Abrahã non fuiſſe mentitum,cũ diceret ſe reuerſurũ cũ puero, qa licet intendebat immolare filiũ, ex magnitudine tñ fidei ſuæ credebat filium ſuum poſt immolationẽ a morte ſuſcitandũ, vt promiſſa Dei cõplerentur, *In Iſaac vocabitur tibi ſemen*. Id quod non obſcure indicat Apoſtolus ad Hebrę. 11.dicens,Fide obtulit Abraham Iſaac Deo cum tentaretur,&c.paulo poſt, arbitrans quod & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus &c. Sic ergo non dixit pueris contra illud,quod mente ſenſit;credidit enim,ſe cum filio poſt eius ſuſcitationem reuerſurum. Sic S. Auguſt. ſermo. 71. & 72. de tempore Alexander de Ales parte tertia.quęſt. 37.memb.6.Gabriel tertio diſtin. 38. art.3.dub. 1.litera M.Carthuſianus ibidem.Gregor.de Valentia tom.3.diſputat.1.quæſtio 1. puncto 3. & alii recentiores.

9 *Ad tertium* Martinus Nauarrus in cap. Humanæ aures.22.quæſt.quinta, quæſt.3. numero 7. Reſpondet Abrahamum, & Iſaac non fuiſſe mentitos,quia licet ſimpliciter dicebant, quod erat falſum,excuſantur tamen a mendacio,qa ita dixerunt,ſubintelligendo ex iuſta cauſa, hoc eſt,quod non erat ita vxor eius, vt conueniret, aut teneretur id tunc palam facere.

Alii vero vt Sanctus Tho. ſecunda ſecundæ, quæſt.110.artic.3.ad tertium.Alexand. de Ales par.3.quæſt.37.memb.ſexto,& Gabriel in 3.diſtin.38.art.3.dub.1.rectius reſpodent, Abrahā non eſſe mentitum cum dixit Sarā vxorem ſuā eſſe ſororem ſuam,noluit.n. reuelare veritatē, quam non tenebatur dicere,non aūt mendaciū proferre,quia dici potuit ſoror eius,quia ex parte patris ei attinebat, fuit n. filia Aram fratris Abrahæ,vt hr̄ Geneſ.11.vnde Geneſ. 20.ait,vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non matris meæ,ideſt,ex parte patris mihi attingens,nō autem matris.In ſacris aūt literis conſanguinei appellantur fratres;vnde ipſe Abrahā dixit Loth, qui erat filius fratris ſui Aran, Gen.11. & Gen. 13.fratres enim ſumus.Et ſimiliter dr̄ de Iſaac, quod non ſit mentitus, dicens Rebeccam ſororem ſuam eſſe, Geneſ.26.quia vere eius cognata fuit,ſcilicet filia Bathuelis filii Melchę vxoris Nachor fratris Abraham, Geneſ. 24. More autem illius gentis omnes cognatæ ſorores dicebantur,ſicut cognati fratres.

Similiter nec Ioſeph mētitus eſt, dicens fratres ſuos eſſe exploratores, vt enim docēt Alex. de Ales par.ſecunda,quæſt.121. memb. ſexto, & par.tertia,quæſt.37.membro ſexto,in fine.& Gabriel 3.diſtin.38.quæſt.vnica artic.3.dub.primo,litera M.& Sanctus Bonauen.ibid.quæſt,ſecunda,nu.21.id dixit tentando, vel interrogando,non autem affirmando. Vel vt alii dicūt, exploratores eſtis,ideſt,habebimini exploratores, quo ſenſu ſe peritum in augurio eſſe dixit, hoc eſt,ſe haberi pro tali.

10 *Ad quartum* de Moiſe & Aarone,Reſpōdetur aſſignaſſe cauſam recedendi dicentes, qđ volebant immolare, id quod vere facturi erant,licet principalius recederent nunquā redituri. Sic 1. Reg. 16.Miſit Deus Samuelem in Bethleem ad vngendum Dauid in Regem, et tamen dixit ſe ad ſacrificandū veniſſe,ne Saul poſſet ſcire, qđ iuiſſet vngere Dauid. Et ſic fecit Moſes,ne ſciret Pharao,quod abſq. reditu vellet exire de Aegypto.Ex quib. conſtat,quod ſi quis vadens ad locum aliquē, vt ibi bona aliqua cū alio tractet, & ad hoc celādū vult ibi orare,ſi interrogetur, reſpondere poteſt,ſe iuiſſe illuc cauſa orandi;id quod fieri poteſt abſq. mendacio, & duplicitate,quando fit bona & ſancta intentione, ne detur malis occaſio malignandi. Et ſub tali etiam modo loquendi licet occultare innocentem,ne impie occidatur,& virginem,ne ſtupretur.

11 *Ad quintum* Reſpōdetur cum Sancto Thoma 2.2.q.111.art.1.ad ſecundum.Alexand.de A parte tertia.quęſt.37.mēb.6.Sanctus Bonau 3.diſtinct.38.q.ſecunda.nu.24. Gabriel.ibide artic.3.in fi.

Quod ſicut oratio æquiuoca in vno ſenſu vera,in alio ſenſu prolata,non pōt iudicari mē cium,quandiu pōt habere ſenſum verū:ſic fictum,qđ ſignum mali,vel boni indifferenter ſe pōt,non habet rationem mendacii,quam aliqn̄ a circūſtantibus ita accipiatur; vnde ſi latio faciei fuit ſictio ſingularis, vt ait ſanct Thomas,voluit aūt occultare perſonam ſuā quam non tenebatur manifeſtare.Sic etiam Io ſue fugā ſimulauit, noluit enim occultare a mum expugnandi Hay,quem animum,& in tionem manifeſtare nō tenebatur. Vnde m in bellis iuſtis fingere licet, ad fallendos hoſtes. Illa verò ſimulatio Chriſti miſterioſa fuit,e Auguſt. contra mendacium capit. 13. ad ſign ſicādam ſuam aſcenſionē in cęlum: vel vt docent S.Gregor.Hom.23. in Euangel.& Sanct Thom.2.2.quæſt.111.artic.1. ad primum, po S.Auguſt.vbi ſupra, ad ſignificandum ſe longe fuiſſe a corde & fide diſcipulorum. In illo vero altero Ioan.7.inſtruere voluit Chriſtus diſcipulos,qui volebant eum ire ad feſtum ad facienda miracula, & ad oſtendendum potentiam ſuam, quibus dicit, *Ego non aſcendam ad diem feſtum iſtum*, ſcilicet, eo modo quo vos vultis; ſeu non aſcendā publice,ſed in occulto. Simulationem aūt Iehu nullus eſt, qui excuſat a culpa,& mendacio,quia pp alia etiam peccata reprehēditur in ſcriptura,fuit enim malus non recedēs ab idololatria Hieroboam. Commendatur tñ, & temporaliter remuneratur a Deo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo, quo deſtruxit cultū Baal,ex S.Thoma.2.2.q.111.art.1. ad ſecundū, Gabriel.in 3.diſtin.38.q. vnica. art. 3. litera M. & aliis communiter.

12 *Ad ſextum* Reſpondetur cum S. Thoma 2.2. quæſt.110. art. 3. ad ſecundum Alexan.de Ales part.2.quæſt.122.membro 6. & parte 3.quæſt. 37.memb.6.in fin.Richard.3.diſt.38. art.1.q.2. ad quartum,Gabriele ibidem art. 3. litera M.& aliis, obſtetrices illas non fuiſſe remuneratas a Deo propter mendacium, ſed pro Dei timore, & reuerentia, & beneuolentia erga Iudæos, ex qua proceſſit mendacium vnde ſignanter dicitur Exod. 1. Et quia timuerunt obſtetrices Deum,ędificauit illis domos. Ceterum mendacium poſtea ſequens non fuit meritorium.

13 *Ex quibus* omnibus infertur nunquam licitū eſſe mendacium, ēt ad vitandum ſcandalum, aut aliud quodcunq. malū ſiue corporale, ſiue ſpirituale,immo nec ad ſaluandā vitā hominis corporalē,aut ſpiritualem animæ. Cuius Ratio eſt,quia cum oē mendacium peccatum ſit,non eſt vnquā licitum: *Non enim facienda ſunt mala, vt eueniant bona.* Rom.3. Hinc S. Auguſtinus in lib. contra Mendacium cap.20. ait, Quiſquis dicit pro periclitantis hoīs ſalute corporali, vel ſpirituali eſſe metiendum,vt ſi quiſquam baptizandus in poteſtate ſit impiorum conſtitutus, ad quē perueniri non poſſit, vt baptizetur, niſi deceptis mendacio cuſtodibus, monſtratur a veritate exorbitātе. Et poſt paucis interpoſitis, ſubiungit,

ngit. Q̃o iubeat veritas, vt homo baptizetur, e mentiendum, ſi nõ iubet caſtitas, vt homo ptizetur, eſſe męchandũ? Si ergo non docet itas facere pp hoĩem baptizandum, quod contrarium caſtitati, non docebit pp homim baptizandum facere, quod eſt contrarium ritati? Deinde quod nec pro corporali vita ſal nda mẽtiendũ ſit, oſtẽdit, dicẽs, Dilectio proni ex ſua cuiuſq. dilectione terminũ accipit, liges proximũ tuũ ſicut teipſum. Matth. 22. ũo ergo eum diligit ſicut ſeipſum, cui vt pre r vitam temporalem, ipſe amittit æternam? on eſt.n. hoc diligere ſicut ſeipſum: ſed pluſam ſeipſum, qđ ſanę doctrinę regulã occidit. um igitur mentiendo vita æterna amittatur, unq̃ pro temporali alicuius vita eſt mentien i. Et ſubdẽs ait, Quid ſi furto noſtro, vel adul rio poſſet aliquis de morte liberari, ideo męhandum eſt, aut ferendum? Cur animam ſuam uiſq. corrumpet, vt alter viuat in corpore?

Ex quib. D. Aug. verbis certum eſſe dẽt, abſote & vniuerſaliter in oĩ caſu mendaciũ omne ge diuina eſſe prohibitũ. Quam ſane veritatẽ o latius, tum rationib. tũ S. Auguſtini teſtimoiis confirmauimus, qđ in eo errore nõnulli reperiantur, qui, ad ſcandalũ, aut maius malũ euitandum, aut ad vitam hominis ſpiritualẽ, vel corporalem ſaluandam, mentiri licitum eſſe putent. Id quod tam falſum eſt, quam mendaciũ omne a veritate alienum eſſe conſtat.

DVBIVM SECVNDVM, an omne mendacium, ſit peccatum mortale?

Ratio difficultatis eſt, quia omne mendaciũ eſt contra octauum Decalogi mandatum, vt conſtat, quod autem eſt contra Decalogi mandatum mortale eſt.

Confirmatur hęc ratio, ex Pſal. 4. vbi dicitur, *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Et Sap. 1. *os, quod mentitur, occidit animam.* Perditio autem, & mors animæ non eſt niſi per peccatũ mortale. Magiſter ſententiarũ in 3. diſtin. 38. in princip. Quamuis concedat mendacia, q̃ fiunt ioco, vel pro vtilitate alicuius, in hoĩbus imperfectis eſſe peccata venialia, in viris tñ perfectis putat eſſe mortalia. Hoſtienſis ẽt in ſumma lib. 5. tit. de pęnit. & remiſſ. §. Quæ interrogationes, docet, ſi quis mentiatur etiam iocosè ex aſſiduitate, & mala conſuetudine, peccare mortaliter.

Communis tamen opinio eſt aſſerentium, non omne mendacium eſſe peccatum mortale. Sic S. Tho. 2. 2. q. 110. art. 4. Alexand. de Ales par. 2. q. 122. memb. 4. & memb. 5. Bonau. 3. d. 38. q. 3. & 4. Scotus ibid. q. vnica. art. 2. Richar. ar. 1. q. 3. Ioannes Bachonus eadem diſtin. q. vnica. art. 3. Durand. quæſt. 2. Thomas de Argentina. ibidẽ art. 4. concluſ. 2. Gabriel. ibid. ar. 2. concluſ. 3. & 4. Angel. in verb. mendacium. §. 3. S. Ant. par. 2. tit. 10. §. 5. Sylueſter. verb. mendacium. q. 3. Tabiena eo. §. Quinto. Caiet. eod. & in 2. 2. q. 110. art. 4. Nauar. in Manuali. cap. 18. numer. 2. & 3. Coſmus Philiarcus de officio Sacerdot. part. 2. libro quarto, cap. 11. Sebaſt. Medices ſumma de peccat. cap. tit. 6. quæſt. 27. 28. & 29. Ioannes Benedictus in Summa de peccat. lib. 2. cap. 11. Toletus in Summa de peccatis mortal. cap. 54. Andreas Crocquetius in catecheſ. 87. Ioannes Pedrazza in explicatione octaui pręcepti Decalogi. §. 7. & alii. Ex quibus in hoc dubio hæc mihi breuiter dicenda eſſe videntur.

15 *Primus eſt,* mendacium pernicioſum ex genere ſuo cum deliberatione prolatum, eſt peccatũ mortale, niſi aliunde ex materiæ leuitate excuſetur. Sic omnes Doctores allati.

Ratio eſt, quia cõtrariatur dilectioni Dei, vel proximi. Illud enim, qđ fit in doctrina fidei, aut morum, puta dicẽdo aliquod peccatũ v.g. luxuriam, furtum, periurium, & huiuſmodi nõ eſſe peccatum, directe contrariatur dilectioni Dei, immo recte notat Sanctus Thomas vbi ſupra, huiuſmodi mendacium non ſolum opponitur virtuti charitatis, ſed etiam virtuti fidei, & religionis, ac mendacium tale grauiſſimum eſt, & mortale. Sic etiam vt exemplificat Sanctus Antoninus, ſi quis fidelis in perſecutione negaret ſe eſſe Chriſtianum, quod eſſet in opprobrium fidei, quaſi non eſſet vera.

Vnde S. Petrus negando ſe fuiſſe Chriſti diſcipulũ. Matt. 20. grauiter peccauit. Et denique mendacium oẽ in materia fidei, ſacræ ſcripturæ, vel morum pctm̃ mortale eſt, quia de ſua natura notabiliter pernicioſum eſt. Vñ prædicator ſcienter prædicans falſa miracula, mentitur cõtra veritatẽ doctrinę Chriſtianę, & grauiter peccat, quia quãtum in ſe eſt, veritatẽ miraculorũ Chriſti, & ſanctorũ euacuat, agit enim, vt falſa ẽt putentur Chriſti, & Sanctorum miracula. idemq. dicendum eſt, ſi vitam Sanctorũ fingat, aliter, q̃ ſit, eadem ratione. Vt expreſſe docent Sylueſter verb. mendacium q. 4. Tabiena eodẽ. §. ſeptimo. Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. in fine. S. Anton. par. 2. tit. 10. §. 3. & Nau. in Man. c. 18. nu. 4. & 5. Et idem ſi pronunciat falſas indulgẽtias, falſas reliquias, aut promittat Miſſas, & orationes mendaciter, aut dicat ſe habere authoritatem circa huiuſmodi quam tamen non habet.

Quæ doctrina diligẽter annotanda eſt cõtra Angelum in Sũma in verb. mendacium §. quarto, & Roſellam, q docent, non eſſe mortalę mẽtiri in huiuſmodi pertinentib. ad doctrinã, niſi rõne ſcandali, vel contemptus doctrinæ annexi, vel niſi in his, quę ſunt de neceſſitate faciẽda, aut omittenda, ſecus autem ſi ex conſilio, hac ratione moti, quia circunſtantia pſonę peccati ſpeciem non mutat. Quos optime refellit Sylueſter vbi ſupra, quia ibi non ſolum eſt circunſtantia perſonæ, ſed etiam loci, vel officii; tenetur namque Concionator ratione officij veritatẽ conſeruare in huiuſmodi, atq. adeo ſic mentiẽdo in iſtis, peccat mortaliter, vt diſertis etiam verbis docet Sanctus Thomas 2. 2. quæſtione 110. art. quarto, ad vltimum.

Si enim pernicioſum eſt in doctrina, a fortiori in loco doctrinæ, vbi Doctor gerit perſonã Dei, & in perſona Dei loquitur, quo ſenſu intelligi poteſt Luc. 6. *Qui vos audit, me audit.*

Immo ex eo cõuincitur doctrina Angeli eſſe periculoſa, quia ſequeretur, qđ poſſet qs hęreſes ſine peccato mortali docere, puta, dicendo, quod melius eſſet in matrimonio, quam in virginitate, & in ſeculo, quàm in religione viuere, quia iſta non ſunt neceſſario facienda.

Addit etiã Sanctus Antoninus vbi ſupra, eodem

dem modo peccare mortaliter, qui ſcienter falſa docet in iure, vel medicina, vel alia facultate.

Si quis tamen concionando mentiretur ſolum in nominibus authorum, vel citationibus, quia ſcilicet citaret capitulum 10. pro 12. aut Eſaiam, pro Gieremia, vel Hieronymum pro Auguſtino, nō peccaret mortaliter, ſed ad ſummum venialiter, quia ſic non contra, ſed præter veritatem doctrinę mētitur, & quia falli in iſtis, non eſt falli in doctrina, ſed in accidentib. eius vt Caietanus & Nauarrus poſt Syluestrum locis proxime allatis annotarunt.

Sic etiam mendacium, quod dr̄ in nocumentum notabile proximi, ſiue illud ſit ſpirituale, ſiue corporale, ſiue tp̄ale, pc̄m̄ mortale eſt, & dilectioni proximi directe contrariatur, vt cum exinde infertur damnum proximo quantum ad perſonam, diuitias, aut famam, & maxime qn̄ dānum illud eſt intentum a mentiente, tunc.n. tam ratione intentionis, quam ratione damni, notabilis mortaliter peccat, vt Sāctus Thomas, & reliqui Doctores communiter tradunt.

16 *Secundum eſt*, mendacium omne cum iuramēto probatum mortale eſt. Sic omnes, quos ſupra citauimus.

Ratio eſt, quia tunc eſt periurium, quod peccatum mortale eſt, iuxta ea, quæ in materia de iuramento latius expoſita ſunt.

Id quod procedit, ſiue iocoſum ſit, ſiue officioſum, ſiue alio quocunq. modo. Sic etiam mortale erit mendacium, quod in iudicio a iudice, aut ab alio fit in pertinentibus ad iudicium, vt ſi iudex ſcienter falſam ſententiam proferat, aut aliquid aliud falſum pertinens ad iudicium dicat, tenetur.n. ratione officii veritatē in iudicio conſeruare, ex S.Thom. 2.2.q. 110. artic. ad quintū & accuſatus iuridice interrogatus falſum dicendo peccat mortaliter, & ſimiliter teſtis falſum deponendo, niſi debita deliberatione, & ſolicitudine adhibita putaret, ſe certū eſſe de eo, qđ falſum eſt, qa in iſtis caſib. ſubuertitur veritas iudicij, vt recte Syluester verb. Mendaciū q. 3. verſ. Tertio. de qua re plura ſuo loco dicem⁹. Sin autem iudex, dum iudicat, mēdacia aliqua impertinentia immiſceat, qua muis peccet, non tn̄ mortaliter, quia non mentitur contra veritatem iudicii, ſed impertinentium ad iudicium, ſicut diximus de Doctoribus, & concionatorib. qui docendo mentiantur, non tn̄ contra veritatem doctrinæ. Et de mendacio pernicioſo tam in primo dicto, q̄ in ſecundo, intelligenda ſunt ea, quæ in ſcripturis de grauitate huius peccati paſſim dicuntur, vt ſunt illa, Sap. 1. *Os, quod mentitur, occidit animam*, & Pſal. 5. *perdes omnes, qui loquuntur mendacium*. vt S.Tho. 2.2. q. 110. art. 4. ad primum, & reliqui Doctores communiter docent, poſt gl. illius loci. Quibus addo, quod omnes loquentes mendacium pernicioſum, præter peccatum, quod incurrunt, ad dāni dati ſatisfactionem etiam obligantur, arg. c. ſi res. 14. q. 6.

17 *Illud* autem circa hæc, quæ diximus, annotandum eſt, ex Caietano in Summa, in verb. Mēdaciū, & aliis, qđ licet mendacium pernicioſum ex genere ſuo ſit mortale, qa eſt contra charitatem, aliquando tn̄ veniale tm̄ erit, aut propter actus imperfectionē ex parte dicentis, vt contingit in primis motib. in quib. excuſatur a peccato mortali, pp indeliberationem ex briele 3. diſt. 38. q. vnica. art. 2. concluſ. 3. T to vbi ſupra, & aliis: Aut pp materiæ par tem, cum.n. damnum non ſit notabile, ve ſolū erit, ex S. Antonino 2. p. 3. tit. 10. §. 3. T c. 54. & aliis: Aut prropter imperfectionē ac ex parte formę, vt contingit in detractione aīo detrahendi, & ſimilibus, vnde infert Ca nus in Summa. verbo. Mendaciū, & 2.2. q art. 4. circa quintum, quod mentiēs in ma pernicioſa (puta in ſcientificis) non aīo no di alicui, ſed ex multiloquio, & loquacitate putans, nec p̄uidēs probabiliter inde aliquē tare, aut concipere falſam doctrinam, qui formaliter dicit pernicioſum, non peccat m taliter, niſi nocumentū inde cōſequens ſit notabile, vt peccatū in naturā ſuę formę re & idem docere videtur Nauar. in Manuali c num. 4. in verſic. Tertio. poſt S. Tho. 2.2. q. 1 art. 4. in corpore. in fine.

18 *Tertium eſt*, Mendacium officioſum, & ioc ſum, abſq. iuramento prolatum, nec in per ctis, nec in imperfectis ex natura actus eſt m tale, ſed tantùm veniale peccatum.

Quod præter authoritates Doctorum, qu initio attulimus, ratione probari poteſt, qa ne trum eſt ex ſe cōtra charitatē Dei, aut proxi ſic.n. non eſſet officioſum, aut iocoſum, ſed pernicioſum. Noceret.n. dicenti, ſi eſſet cōtra charitatem Dei, noceret ēt proximo, ſi eſſet contra charitatem proximi, & ita eſſet pernicioſum. Confirmatur aūt ex S. Auguſt. in Pſal. 5. vbi ait, *Duo ſunt mendaciorum genera, in quibus non eſt magu culpa, & tamen non ſunt ſine culpa, cum aut iocamur, aut proximo conſulendo mentimur.*

Quod aūt non ſit mortale in viris perfectis, probari pōt, quia licet perfecti magis peccent aliqn̄ quam imperfecti in mendacio, eo quod ſanctiorem vitam profitentur, vt tamē recte docent S. Thomas 2.2. q. 110. artic. 4. ad vltimum. Alexan. de Ales, Richardus & alii vbi ſupra, nulla circunſtantia perſonæ *ſecundum ſe* transfert in aliam ſpeciē, hoc eſt, ex peccato veniali conſtituit mortale: Dixi, *ſecundum ſe*, quia ratione alicuius annexi, puta, ſi ſit cōtra votū ipſius, erit mortale, quod alioquin eſſet veniale. Cū igitur Religioſus v.g. aut alius ad perfectionem tendens, non obligetur ex aliquo particulari præcepto, aut ex obligatione proprii voti, ad non mētiendum, aut ad ſeruandam veritatem in verbis, pluſquam quicunque Chriſtianus, vt conſtat, conſequenter mendacium officioſum, aut iocoſum, quod in alijs ſolùm veniale eſt, in illis nullo modo mortale erit.

Confirmatur, qa in perfectis eſſet mortale, maxime pp perfectionem charitatis, quam habent, & qua ſic Deo Sūmę veritati adherēt. At vero viatores nō ita firmiter adhęrēt veritati, & bonitati diuinæ, ſicut beati, q ab ea recedere nō poſſunt, nec ſic qđ ſemper de ea actu cogitent, vel actualiter oīa dicta, & facta ſua in eum ordinent, ſed poſſunt ex cōſideratione, vel ex alia cā ab ea recedere, dicendo, aut faciendo malū. Immo vero charitas viatoris quantumcunq. intenſa (abſq. particulari priuilegio) & perfecta

ſit,

compatitur ſecum peccatum veniale, ſicut
lo.1.de ſe, & aliis fatetur Apoſtolus, *ſi dixeri-*
us quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, &
ritas in nobis non eſt. Et certe ſi ratio in contra-
um aliquid probaret, ęque cōcluderet de quo
bet peccato veniali, quod non poſſit eſſe in vi
perfectis, ſicut de mendacio, quod ex teſti-
onio Apoſtoli falſiſſimum conſtat.

Dixi *ex natura actus*, quia vt notant S. Thomas
2.q.110.art.4.ad quintum, & alii oēs, menda-
ũ officioſum, aut iocoſum, in viris perfectis, &
iis per accidens, pctm̄ mortale eſſe poteſt, ra-
one ſcandali, quo ſenſu intelligendus eſt S.
ug. cum affirmat, *perectis eſſe præceptum non ſo-*
m non mentiri, ſed nec velle mentiri, quamuis id Au
uſt. non aſſertiue, ſed ſub dubitatione dixerit,
nde præmiſit, *Niſi forte, ita, vt perfectorum &c.* ex
Thoma titulo, propter ſcandalum .n. quo im
erfecti poſſent magis ſcādalizari de mendacio
erſonæ in ſtatu p̄fectionis acquirendæ, vt ſunt
eligioſi, vel p̄fectionis exercendæ, vt ſunt Præ
ti eccleſiæ, & Prædicatores, quibus adhiberi
olet fides tanquam conſeruatoribus veritatis,
uam alicuius perſonæ communis, poſſet men-
acium officioſum, vel iocoſum fieri mortale,
uo ſolo in ſenſu vera eſſe pōt magiſtri opinio.

Quod verò docuit Hoſtienſis mendaciũ ioco
um ex aſſiduitate, & mala conſuetudine fieri
mortale, falſum eſt: Nam vt docet Richardus in
quarto diſtinct.16.art.2.q.2. propter multipli-
ationem venialium pctōrum non peccat qs
mortaliter, niſi in illa deordinatione quieſcat
ſicut in fine, & tantā in eo delectationem, & cō
placentiam ponat, quod illud præceptis diuinis
anteponit, quamuis tunc vere mortale dicendũ
ſit non veniale. Ceterum quandiu delectatio,
& deordinatio manet in terminis peccati venia
lis, ita vt nullo modo committeret alia peccata,
ſi putaret eſſe mortalia, non peccat mortaliter
ex frequentatione, vt diximus, & latius tradit
S. Thomas.1.2.q.88.art.4.nec de hac re vlla eſt
inter Theologos controuerſia.

DVBIVM TERTIVM eſt, an mendacium, qđ rōne paruitatis materię eſt veniale, fiat mortale, ſi fiat in iudicio? intelligitur aũt quæſtio, qñ non adeſt iuramentum. In hac re duæ ſunt Doctorum ſniæ: Prima eſt Caietani 2.2.q.69.ar.1. aſſerentis oē mendacium in iudicio, quamuis ſit in materia leuiſſima, & qđ extra iudicium eſſet veniale, in iudicio factũ, ſiue ſacramētali, & interiori, ſiue exteriori, & forenſi, eſſe mortale. Vñ ſi in confeſſione ſacramentali rogetur pęnitēs, an dixerit, aut fecerit quid, qđ eſt pctm̄ veniale: aut reus in iudicio interroget a iudice, de re, q̃ confiteri tenetur, etiamſi ſit de re leui, ſi id falſo neget, peccat mortaliter. Ratio eius eſt, qa tāta eſt obligatio dicēdæ veritatis in iudicio, vt quãuis ſit de re leuiſſima, in iudicio tñ interiori, vel exteriori ſit grauis, eo qđ eſt contra veritatē iudicii, atq. adeo iudicium ſuper eo mendacio fundatum, falſum eſſe oportet. Cōfirmatur, quia ſicut vis iuramenti exigit veritatē iuramētorum, atq. adeo de re leui periurium efficitur mortale, ita vis iudicii exigit veritatem iudicandorũ, ac propterea mendaciũ in iudicio de re leuiſſima efficitur mortale. Imperfectio igit̃ materiæ locum hēt ſolum reſpectu actus mētiēdi ſcđm ſe, & non vt ſubſtat iudicio, ſicut non hēt locum in iuramento, vnde concludit omne mendacium in iudicio etiā de re leuiſſima, eſſe pctm̄ mortale, & citari ſolet S. Thomas 2. 2.q. 62.art.1.ad tertium, vbi ait mendacium in iudicio eſſe contra charitatē Dei, & proximi, & Syl. verb.mendacium.qu.3.in fine, vbi docet mentientem in iudicio quantum ad ea, de quibus dicere tenetur veritatem, peccare mortaliter.

Secunda, & vera opinio eſt eorũ, qui dicunt, mendaciũ ſiue ſit in materia p̄cipua, de qua iudicatur, ſiue in circũſtantiis illi accidentib. ſi materia ſit leuis, vt in cōfeſſione v.g. pctm̄ veniale, ſi fiat ſine iuramēto, ſi vero materia grauis ſit, ſiue ſit præcipua, ſiue neceſſaria, & pertinēs ad iudicium, eſſe mortale. Sic Sotus lib.5. de iuſtit. q.6.art.1.in fine, & in relect. de tegendo ſecret. memb.2.q.7.concl.2.Nauar. in c. Fratres.n.20. & ſeqq.de pęnit.diſt.5.& in Manuali.ca.18.nu. 3.& in c.inter verba.11.q.3. concluſ. 6. Coroll. 65.n.737.Bannes 2.2.q.69.ar.2.par.2.dub.1.vbi citat etiam in hanc ſententiam Martinum a Ledeſmia. Michael Salon 2.2.q.69.artic.1. Grego. de Valen.tom.3.diſputa.5.q.13.puncto 1.Coſmus Philiarchus de officio Sacerd.p.2. lib.3.ca. 21.Emanuel Sà in Aphoriſmis.verb. mendaciũ, & alii. De ſecunda parte nulla eſt controuerſia: Prima pars probari poteſt.

Primo, quia in materia fidei poteſt eſſe pctm̄ veniale; Poteſt.n.eſſe tam leuiſſimum verbum, vt eſſet hæreſis tantum venialis. Item in materia charitatis, & religionis poteſt eſſe pctm̄ veniale ex paruitate materię, vt v.g. furari obolum in eccleſia, eſt peccatũ veniale tantum, & leuiſſime percutere clericũ. Item furtum rei minimæ eſt veniale, quamuis hæc omnia ex ſuo genere, & ſimpliciter ſunt mortalia. Ergo pari rōne, quamuis mendacium in iudicio tam interiori, quam exteriori ſit mortale ex genere ſuo, ex materiæ tamen paruitate, poterit eſſe ſolum veniale.

Secundo, peccatum mortale ex genere ſuo, efficitur veniale teſte ipſomet Caietano in ſumma in verb.mendacium, tum ex defectu deliberationis plenę, tum ex paruitate materię. Sed vt conſtat, mendacium in iudicio, aut confeſſione poteſt eſſe veniale ex defectu plenæ deliberationis, vt ſi ſubito, & abſque conſenſu, cum quadam incogitantia quis in iudicio, & confeſſione mentiatur. Ergo pari ratione etiam ex paruitate materiæ veniale eſſe poſſit.

Tertio, ſi quodcunq. mendaciũ in iudicio, & confeſſione eſſet pctm̄ mortale ex parte ſubditi, & pęnitētis. Ergo pari ratione, ex parte iudicis, & confeſſoris quilibet defectus eſſet mortalis, quia pari ratione tenentur iudices fideliter tractare iudicia, qua ſubditi, nec min⁹ peruertitur iſtud iudicium, ex parte iſtorum, quam illorũ. Cum igitur Caiet. tam in ſumma. in verb.mendacium. quam in 2.2.q.110.art.4.in fine concedat mendacia aliqua in iudicio a iudice facta, poſſe eſſe venialia, pari ratione concedere tenetur poſſe eſſe venialia, ſi fiant ab alijs.

Quarto, quia idē eſt tacere veritatem, quam quis confiteri tenetur, & eā negare, ſed tacere rem leuiſſimam in iudicio, quam quis fateri tenetur, non eſt mortale. Ergò nec eam negare.

Et ſimiliter in confeſſione, ſi pęnitens rogēt a confeſſore, an dixerit, aut fecerit tale quid, qđ eſt leue, & veniale ſolum, non peccat mortaliter tacendo: Ergo nec negando illud: falſum enim eſt ex huiuſmodi taciturnitate, aut negatione fieri grauem iniuriam ſacramento, aut iudicio. Vnde ſoluitur ratio in contrarium.

20 Reſpondetur. n. quod ſicut in aliis omnibus actionibus humanis, ita ēt in iudicio, deſumenda eſt iniuria, vel ex materia ipſa, vel ex aīo inferentis illam, vnde cū in caſu noſtro ſic mentiens, nec habeat aīum contemnendi iudicem, nec in quacunq. re mentiri in iudicio, ſed ſolū de re leui, iniuria inde cōſequēs in materia leui nō niſi venialis erit. Solùm igitur probat ratio, peccatum ſeu mēdacium in iudicio, qđ eſt mortale, aut veniale, eſſe mortale grauius, & veniale grauius, quàm ſi ageret extra iudicium, Ceterum mendacium, quod eſt veniale extra iudicium, etiā in iudicio veniale erit, grauius tamen quam ſi extra iudicium factum fuiſſet.

Ad confirmationem reſpondetur, lōge diſparem eſſe rationē in periurio, quàm in mēdacio, ideo. n. mendacium cum iuramento firmatum ēt in re leuiſſima eſt mortale, quia Deus adducitur in teſtem falſitatis, quod cedit in grauē Dei iniuriam, & irreuęrentiam in quacunq. re fiat, cum iam iuro falſo iurando me non leuaſſe feſtucam, & ſi leuem, quam iurando me non occidiſſe hominem, quem tamen occidi.

At vero mendacium ſimplex, & ſine iuramēto prolatum in re leui, quamuis fiat in iudicio, non tamen mutat naturam ſuam, nec iniuriam grauem iudicio infert, nec deſinit eſſe leuis, ac proinde non erit mortale.

Quando autem in confeſſione committi poteſt peccatum mortale etiam circa peccata venialia, ſuo loco exponemus: Nunc ſolum mendacium omne in confeſſione, aut iudicio forenſi factum, contra Caietanum probare intendimus nō eſſe mortale, ſed eſſe veniale, ſi materia, circa q̃ ſit, leuis fuerit, vt ex dictis conſtat.

Nec alterius ſnīæ eſt S. Thomas, 2.2.q. 69.ar. 1. ad tertium, ſolum. n. docere voluit, mendaciū in iudicio abſolute, & ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, id quod clarius docet 2.2.q.70.ar. 4. non tñ negare voluit, poſſe fieri veniale propter leuitatē materię, immo ibidē expreſſe docet falſum teſtimonium non ſemper eſſe peccatum mortale, & q. 59. art. 4. ad ſecundum, & in corpore docet, quod licet iniuſtū facere in ſuo genere ſit peccatum mortale, ex paruitate tamen materiæ erit veniale ſolum, & exemplificat in furto rei paruæ, & idem docet. 2.2.q.66. artic. 6. in corpore. & ad tertium, & ſimilia habet 1.2.q.88.art.5. ad 1. & ad 2. & art. 6.

21 DVBIVM QVARTVM eſt, an inique cōuētus in iudicio, ſ. ad centum, q̄ actor veriſſime aſſerit me accepiſſe mutuo, cū a me ſecrete ſoluta eidē fuerint, poſſim illā verā mutuationē negare, abſq. mēdacio? In hac re quicqd dubitet Anchar. in reg. 2. de reg. iur. in 6. hæc mihi breuiter dici poſſe vñr. *Primum eſt*, pōt Petrus, qui ea centum mutuo accepit, & reddidit, abſq. vllo mēdacio actoris petitionē negare. Ratio eſt, qa actor in hac petitione, & libello ita cenſetur dicer Petro centum mutuaſſe, vt adhuc ei debi Hoc aūt eſt falſum, cū ei illa ſoluerit. Ergo tio ſub ea forma, qua fit, & iudici exhibe ſa eſt, ac prinde abſolute negari pōt. *Sec* Etſi Petrus ſic conuentus cogat̄ petitioni ris rñdere ſimpliciter confitendo vel neg an mutuo illa centum ab eo acceperit, & il huc ei debere, adhuc tamen ſine menda gare poteſt, petitionē, prout ab eo propoſi Rō eſt manifeſta, quia propoſitum eſt no lum, qđ centū mutuo acceperit, ſed ēt quo huc debita ſint actori, quod falſum eſſe con *Tertium* eſt, ſi diſtincte petatur a Petro, an tuo centū ab actore receperit, & cogatur Pe huic petitioni ſimpliciter affirmando, vel do rñdere, adhuc ēt abſq; mendacio rñde teſt, ſe non accepiſſe. Sic Cou. lib. 2. varia. re 2. n. 3. & 4. citant Iaſ. in l. manifeſte, ff. de iure col. pen. & alios. Io. Azor. to. 1. inſti. Moral 11. c. 4. dub. 5. Reg. 2. Rō eſt, quia Petrus, qui cētū ab actore petita ei ſoluit, inique ad iu trahitur, & iniuſte interrogatur, vt cōſtat: E verſutiā interrogantis, & petētis inique, reſp ſione quadā eludere pōt, quæ interpretatio aut intellectū verū habere pōt. Vñ Petrus do poſitionē, quæ mutui dationem obiicit, tellígit vere ſe nō accepiſſe centū mutuo debita, atq. adeo vere illa mutuatio, q̃ pſo lutione iā reſciſſa eſt, eiuſq. obligatio ſolut. Cum igitur poſitio illa in ſenſu actoris falſa, & reſponſio mutuantis in ſuo ſenſu vera ſit te, & ſine mendacio poſitio actoris negari pōt.

22 DVBIVM QVINTVM eſt, an interroga ſup centū, quorū quinquaginta vere dēt, totam poſitionē abſq. mendacio negare poſſit? R'ideo cū Couar. li. 2. varia. reſol. c. 2. n. 5. Io. Azor to. 1. inſtit. Moral. lib. 11. c. 4. q. 5. Regula 2. & Emanuelle Sa in Aphoriſmis. verb. mēdaciū. Primo, interrogatus Petrus, an cētū debeat actori, aſſerēti ſe illi centū mutuaſſe, cum tñ illi ſoluit quinquaginta, rñdendo ſimpliciter ſe non debere ei centū, nec mendax, nec periurus eſt. Secundo, ſi rñdeat Petrus ſe nihil omnino actori debere, mendacium, & periurium committit. Tertio, interrogatus Petrus explicite nō ſolum de cētum, ſed ēt de qualibet alia ſumma minori incluſa, negando poſitionē, mēdacii, & periurii reus efficitur. Quarto ad oē dubium tollendū reſpondere in caſu propoſito dēt, ſe non niſi quinquaginta debere. Quæ oīa ex ſe manifeſta ſunt.

De iudicio temerario, variiſque modis illius. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Radix, et origo omnium peccatorum, quæ verbo com tuntur, ſuſpicio ſeu iudicium temerarium, quod co nius, quo communius.*

2 *Suſpicio, Dubium, iudicium temerarium, quomodo ter ſe diuerſa?*

3 *Procedunt omnia ex leuibus indicijs, & quænam di tur leuia indicia?*

In ſingulis perſonis aut materijs quænam indicia leui aut *ui ſufficientia ſint certa regula aſſignari non põt. ibi.*

iciones, & indicia temeraria ex tribus potiſſimum auſis prouenire ſolent.

ſuſpicio ex ſe mala ſit & peccatum?

præſuppoſito quod ſuſpicio, & temerarium iudicium it malum, quando erit mortale; ſuſpicionis gradus varij ex S.Th. & quinam illi ſint, ibid.

primo gradu ſuſpicionis, quid vt verius ſentiat author cum Salone, & alijs contra Nauar. Valentiam, & alios.

ſpicio grauis, & deliberata in re graui ex leuib. indicijs eſt mor. maxime contra perſonas graues & honeſtas.

omodo in his dictis durioribus pacandæ ſint timoratæ conſcientiæ.

ex leuibus ſignis, quis dubitet aut ſuſpicetur malum de proximo, ita ſuſpicio ortum haberet ex prauis morib. odio aut liuore ipſius dubitantis, & peccat mort.

dicare malum de altero, quando cauſæ ſufficientes, indicia probabilia id ſuppetunt, non eſt peccatum, nec indicium temerarium dicendum.

dicium, quo quis certo, & deliberate ex leuib. indicijs aliquid de proximo in re graui male iudicat, eſt mor.

Vt hoc iudicium temerarium ſit mortale quatuor requiruntur, num. 14. 15.

Quamuis difficile ſit aſſignare, quænam ſint iudicia leuia, ex tribus tamen plerumque circumſtantijs diſcerni ſolet & poteſt. ibid.

An iudicare ex leuib. coniecturis, aliquem eſſe fatuum, ſtultum, indoctum, aut ignorantem, aut auarum, & prodigum &c. ſit materia grauis, & mortale.

An aliquando peccatum mortale committatur iudicando temere de culpa veniali proximi?

An iudicium temerarium ex leuibus indicijs de defectu naturali ſit mortale.

An quæ in hoc ſecundo gradu dicta ſunt, intelligantur ſolum de actu externo, an vero de interiori, & cui virtuti oppoſitum ſit iudicium temerarium.

Iudicium, quod intus latet, iudicium temerarium proprie dicendum, verbis prolatum proprie detractiones.

An quando quis prudẽter non temere ſuſpicatur, aut iudicat aliquod malum de proximo, licitum ſit illi ſuſpicionem ſuam alijs aperire, & reuelare.

Iudex abſq; legitimis probationib. & teſtimonijs aliquẽ condemnans ex leuibus coniecturis mort. peccat, & multo grauius, quam qui per iudicium interius hanc iniuriam proximo irrogauit.

2 *An exiſtente dubio probabili, & rationabili de facto, aut dicto alterius, teneatur homo tale dubium in meliorem partem interpretari?*

3 *An quando video huiuſmodi ſigna dubia, ſatis ſit interpretari in meliorem partem negatiue?*

4 *Non tenetur homo talia dubia poſitiue interpretari in meliorem partem, ſed actum ſuſpendere in nullam partem declinando.*

In partem deteriorem definitiue iudicare illicitum eſt, ex ſuppoſitione tamen conditionali nempe ad cautelam cõuenientem, licet.

6 *In iudicando maximum eſt diſcrimen inter iudicium ſpeculatiuum de rebus, & practicum de perſonis.*

CVm omnium fere pctõrum, quę verbis committuntur, radix & origo ſit ſuſpicio, ſeu iudicium temerariũ, atq; adeo vitiũ hoc eo grauius reddit̃, quo cõius ſit, anteq̃ de detractione, murmuratione, alijſque linguę defectib. agamus, de iudicio temerario breuiter tractãdũ eſt, de quo vitio agũt cõiter Sũmiſtæ in verbo. ſuſpicio. & verbo. iudiciũ temerariũ vbi Ang. Sylueſt. Tabiena, Caie. Armill. & ex Theologis S.Th. 2.2.q.60. ar.3. Caie. ibi Michael Salon. Petr. de Arrag. & Dom. Bãn. ibid. Alex. de Ales p.2. Summæ q.17. & q.117. S. Ant. p.2. tit.3. c.8. Sotus lib.3. de iuſtit. q.4. art.3. Martin. Nau. in Man. c.18. n.9. Petr. Nau. lib.2. de reſtit. c.4. p.4. n.444. & ſeq. Bart. Medina lib.1. inſtr. confeſ. c.14. §.37. Io. Benedictus lib.2. de peccatis c.11. n.35. Sebaſt. Medices in Sum. de peccatis capital. tit.2. q.30. Ioannes Pedrazza in octauo ꝑcepto Decalogi. §.6. Greg. de Valẽ. to.3. diſp.5. q.4. punct.3. Emanuel Sà. in Aphoriſ. verb. Iudicium temerarium. & alij.

2 *Atqui* vt ſingula clariora reddãtur, ante oĩa ſciendũ eſt, qđ licet hæc tria ſcilicet, *ſuſpicio, dubium, & iudicium temerarium*, confundantur cõiter, & vt plurimum cõi quaſi nomine *iudicium temerarium* appellari ſoleant, ex eo, ſ. qđ hæc omnia ſint de malo proximi, & ex indicijs leuibus procedũt: vere tñ inter ſe diuerſa ſunt, & diuerſas rõnes formales inter ſe diſtinctas habẽt. Etenim *Dubium* proprie eſt, qñ aĩus leuiorib. indicijs in vtramq; partẽ mouetur, ſed tñ in neutrã declinat, ſed in ambiguo pendens manet. Vnde hmõi homines dubios Ariſt. 3. Metaph. c.1. hominibus ligatis cõparat, q nec huc, nec illuc ſe vertere poſsũt. *Suſpicio* aũt eſt opinio mali ex leuib. iudicijs procedẽs, ſed cũ magna formidine alterius partis. *Iudicium* aũt *temerarium* eſt firmus aſſenſus de malitia ꝓximi, ex leuib. ſimiliter indicijs procedẽs. Vñ ſuſpicio a dubio in eo diſtinguitur, qđ *Dubium*, ex ſe nullius partis aſſenſum dicat, ſed tñ animi fluctuationem. *Suſpicio* aũt aſſenſum vnius partis dicit, ſed cũ formidine alterius. *Iudicium* vero *temerarium* certã, & determinatam ſententiam dicit.

3 *Quia* verò hæc oĩa ex leuibus indicijs procedũt, aduertẽdũ eſt, illa dici leuia indicia, q̃ ſcđm æſtimationem prudentiæ nõ ſunt ſufficiẽtia ad cãndum aliq̃ perſuaſionem mali de altero. In qua re diſcernenda, maxima opus eſt prudẽtia, ſi quidem contingere põt, vt aliqua indicia ſint leuia reſpectu vnius ꝑſonę, q̃ tñ reſpectu alteri⁹ ſufficient ad iudicandum pc̃m̃ de illo vt v.g. allocutio alicuius perſonæ grauis in loco ſecreto cũ meretrice, eſt leue indiciũ ad ſuſpicãdum de eo malũ, cũ allocutio illa ad eius cõuerſionem ordinari poſſit; Si tñ q̃s videret iuuenẽ procacẽ, & libidinoſũ ita loquentẽ cũ femina, ſufficiens indiciũ eſſet ad ſuſpicandũ malũ de eo, & quod talis locutio ordinaretur ad libidinem. Sic ẽtſi quis videret perſonã grauẽ non ita ſępe conuerſantẽ cũ alio, aut in die ieiunij ſæpius comedentem, non hr̃et ſufficiens iudicium ad ſuſpicãdũ illum iam odio habere alterum, aut diem ieiunij violaſſe, quia habere poteſt cauſam non ita ſæpe ac familiariter conuerſandi cum alio, ac ſoleret, & ſimiliter cauſam iuſtam non ieiunãdi habere poteſt, quæ tñ indicia ſufficerent ad ſuſpicandum malum de alia perſona, vt patet. Atque adeo in huiuſmodi indicijs habenda in primis eſt ratio *perſonæ*, Neque ſolum habenda eſt ratio perſonæ, ſed etiã *materiæ*, ſeu *delicti*: ſunt .n. aliqua indicia leuia in vna materia, quæ tamen reſpectu alterius materiæ ſunt grauia, &

ſufficiētia, & hoc ētin eadē pſona. Vt v.g. ſi qs nō adorauerit hoſtiā, quam ſemel, aut bis videt eleuari, eſt graue, & ſufficiēs indicium, vt poſſit iudicari indeuotus, nō tñ ita vt facile iudicetur hæreticus, vt notat Petrus de Arragon vbi ſup. Quia vero ī dubitatione melius fit aſſenſus, ſed animus ex æquo pendulus manet; & in ſuſpicione fit aſſenſus vnius partis cū formidine alteri⁹, in iudicio vero fit certus, & firmus aſſenſus, iō maiora, & grauiora indicia exiguntur ad ſuſpicandū, q̃ ad dubitandū, & maiora ad iudicandū, q̃ ad ſuſpicandum. In ſingulis aūt perſonis, & materijs, quænā indicia leuia, aut ſufficientia ſint, certa regula aſſignari nō poteſt, ſed id boni, & prudentis iudicio, pro perſonarum, & delictorum varietate diſcernendum relinquitur.

4 *Rurſus* obſeruandum eſt ex S. Tho. 2. 2. q. 60. artic. 3. & alijs, ſuſpiciones, & iudicia temeraria ex tribus potiſſimum cauſis prouenire.

Prima eſt, ex prauitate ipſius iudicantis, Qualis.n. vnuſquiſq; eſt, tale de alijs iudicium facile ferre ſolet; iuxta illud Eccleſiaſt. 10. *In via ſtultus*, id eſt, peccator, *ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.*

Secunda eſt, ex odio, & liuore animi; Sicut.n. quos diligimus, iudicamus ſtudioſos, ita & de his, quib. mala optamus, facile mala opinamur.

Tertia eſt, ex longo vſu, & experientia, vnde Ariſtoteles lib. 2. Rethor. c. 13. ait, ſenes eſſe maxime ſuſpicioſos. His ita prænotatis, ſoluenda ſunt quædam dubia, ex quib. totam materiam explicabimus.

5 PRIMVM DVBIVM eſt, An ſuſpicio ex ſe mala ſit, & pctm̄. Et ſermo eſt de ſuſpicione, ꝑut cōprehendit dubitationem, ſuſpicionē, & iudicium temerarium, eo modo, quo ſup. explicauimus. Rō dubij eſt, Quia ſic ſuſpicādo, aut dubitando nulli fit iniuria, cum ex tali iudicio, nec rē aliq̄, puta pecuniam, nec famam, nec aliquid aliud ab eo aufero, quod ad ipſum pertinet.

Cōis tñ omnium ſnīa eſt, talem ſuſpicionem eſſe malam, & peccatum, tum iure naturali, tū ēt iure diuino prohibitum. Quoad ius naturæ patet, ex illo cōi naturæ præcepto, *Quod tibi non vis, alteri non feceris*, Sed nullus eſt, qui velit, quod proximus malam de ſe ſuſpicionem abſq; iuſta cā habeat: immo cū bonum nomen præſtet diuitijs multis. Prouerb. 22. & Eccleſ. 7. & Eccleſiaſtes. 41. & per talem ſuſpicionem malam, & iudicium temerariū, amittat quis bonū nomē, & famam apud alium ſine cā. Conſequenter q ſine cauſa ſufficienti ſuſpicatur, aut iudicat malum de alio, facit proximo iniuriā, & contra ius naturæ peccat: quod pctm̄ reducendum eſt ad id ius naturæ in octauo Decalogi mandato contentum. Confirmatur, Quia vnuſquiſq; habet ius ad famā, & bonum nomen, donec legitimè conſtet ſe eſſe malum, quod ſane ius violat, qui abſque legitima, & ſufficienti cā male de proximo ſuſpicatur. Quod aūt prohibitum ſit iudiciū temerariū iure diuino, conſtat, & colligunt authores ex illo Matth. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* quem locū S. Aug. in lib. 2. de ſermone Dñi in Monte. c. 28. de iudicio temerario intelligit. & Rom. 14. *Qui non manducat, manducantē non iudicet*; totaq; illo capite iudicia temeraria condemnat. cauſā aūt, quare non iudicandu præcedentib. verbis expoſuit, qa. ſ. ſic iud fratrem ſuū contemnit, idemq; iudicare temnere eſſe docet, vnde præpoſuit. *Is qui cat, non manducantem non ſpernat.* Et 2. Cor. 4. *Nolite ante tps iudicare, quoad vſq. veniat dñs, minabit abſcondita tenebrarum*. Quib. verbis cauſam reddit Apoſtolus, quare non lice mere iudicare; cum. n. occulta cordiū ſoli pateāt, & incerta, & obſcura ſunt reſpectu cij humani, velle ex incognitis, & incertis ciū temerarium ferre, alterius. i. Dei iudici vſurpat, ac proinde ſic iudicando peccat: ſoluitur rō in contrarium, iam. n. diximus liare fratrē bona æſtimatione, ad quam iu ne abſque cauſa ſufficienti illa priuari poſ

6 DVBIVM SECVNDVM eſt, An præſu ſito, quod ſuſpicio, ſeu iudicium temera malum, quando erit peccatum mortale, & veniale? Pro huius dubij ſolutione, Notand eſt ex S. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. & alijs citatis, eſſe ſuſpicionis gradus.

Primus eſt, quando aliquis incipit dubitar bonitate alterius. Sub quo ponitur etiam gradus excogitatus a Caiet. 2. 2 q. 60. art. 3. Soto lib. 3. de iuſtitia. q. 4. art. 3. qui eſt, qua quis ex leuib. coniecturis, & indicijs opina malum de proximo, cum formidine tñ alte partis adeo vt vere nihil affirmet, aut neget, in æquilibrio mens pendet, & hic primus gradus vere non attingit iudicium temerariū, quandoquidem non affirmat, aut negat aliquid de proximo, ſed ſolū dubitat de bonitate alterius, & animum ſuſpenſum habet.

Secundus gradus eſt, quando quis certo iudicat de malitia alterius.

Tertius gradus eſt, qñ iudex procedit ex ſuſpicione ad aliquem iudicandum. De quib. omnibus quid ſentiendum ſit, ſuo ordine exponam.

Quoad primū ſuſpicionis ſeu dubietatis, gradum, Caiet. in 2. 2. q. 60. ar. 3. Sotus li. 3. de iuſtit. q. 4. art. 3. concl. 1. & in fine art. 3. & Gregor. de Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 4. punct. 3. propoſitione. 3. Syluest. verb. iudicium q. 3. Nau. in Commentario ſuper Rubricā de Iudicijs nu. 48. Barth. Medin. lib. 1. inſtr. conf. c. 14. §. 37. in Regula prima, vbi ait etiam dubitantem cum deliberatione de peccato grauiſſimo proximi, peccare ſolum venialiter et Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 4. dub. 1. num. 445. & ſeq. docent huiuſmodi dubitationem eſſe ſolum veniale peccatum, pp actus imperfectionē, cum nullus in eo aſſenſus ſit, nec exinde iniuria grauis ꝓximo inferatur, et hoc ētſi actus ille deliberatus plene ſit, ſed cū admixta tñ æque deliberata formidine de oppoſito. Confirmant aūt hoc ex S. Auguſt. tract. 90. in Ioannem, dicente, Quanquam in his rerū tenebris humanarū ſuſpiciones vitare nō poſſumus, quia homines ſumus, iudicia tamē. i. definitas firmaſq; ſententias continere debemus, neq, ante tēpus iudicare. Ex ſententia igitur S. Augu. hmōi ſuſpiciones, & a fortiori dubitationes, erunt pctā ſolum venialia, vtpote ſine quibus vita iſta non pōt duci, cum tñ certū ſit, vitā hāc ſine mortali duci poſſe. Et ꝓ hac eadē ſnīa citant S. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 3. in corp. vbi ait, pri-

mum

um hunc gradum eſſe ſolum veniale peccatū,& pertinere ad tentationem humanam, 1. Cor. 10. ſine qua vita iſta non ducitur.

Alij vero vt Mich. Salon 2. 2. q. 60. art. 3. in fi. Domin. Bannes, & Petrus de Arrag. ibid. concl. diſtinguunt tam de materia, de qua fit dubitatio, quam de deliberatione cum qua fit, & duo dicūt, quæ mihi etiam videntur veriora.

Primum eſt, quod ſuſpicio, & dubitatio leuis, & repentina, & quæ eſt veluti primus motus, etiamſi ſit in re grauiſſima ex leuib. indicijs, ſolū eſt peccatum veniale.

Ratio eſt, quia ſicut in reb. fidei, & alijs ſimilibus, leuis & repentina cogitatio, ſeu dubitatio orta ex humana fragilitate, qua et viri iuſti multoties tentantur, vt exerceatur eorū fides, & humilitas, ſolum venialis eſt, nec hominem reddit infidelē, ita ēt ſuſpicio, vel dubitatio de aliquo delicto fratris ēt grauiſſimo dūmodo repentina ſit, & veluti quidam primus motus non plene voluntarius, ſed præueniens rōnem, & quē ſtatim ratio recta moderatur, & comprimit, quæ ſuſpicio ex humana fragilitate naſcitur, eſtque velut tentatio quotidiana, qua ēt viri iuſti, et timorati multoties affligūtur, ſolum pctm̄ veniale erit. Quamuis. n. materia ſit grauis, attn̄ indeliberatio grauitatem peccati diminuit, vt cōis Theologorum ſchola teſtatur. Talis. n. dubitatio non tollit amicitiā, nec grauem alteri iniuriam infert. Quia vero vnuſquiſq. ius habet, vt nec in dubiū vocetur aliquo modo bona eius exiſtimatio abſq. ſufficienti cā, conſequenter ſic dubitans ex leuib. indicijs, ius naturæ quodammodo violat, ac proinde venialiter peccat.

Et de hac ſuſpicione locutus eſt S. Auguſtin. cum dixerit, *ſuſpiciones nos vitare non poſſe, ſed pertinere ad tentationem humanam, ſine qua hæc uita duci nō poteſt*. Sicut etiam S. Thomas de ea ſolum locutus eſt, cum vtatur verbis idipſum euidenter ſignificantib. Etenim in primo gradu conſtituit ſuſpicionem, qua homo ex leuib. indicijs *incipit dubitare*, vbi conſulto dixit, *incipit dubitare*, incipit . n. dubitatio, vel ſuſpicio, quando eſt primus, & indeliberatus, & repentinus motus animi, non autem dixi, quando dubitat, ſignificans deliberatā & perfectam dubitationem, & ſuſpicionē non pertinere ad primum hunc gradū, cum hęc non ad tentationē, & fragilitatem humanā, ſed ad malitiam Diabolicam pertineat, vt conſtat.

Secundum eſt, Dubitatio grauis, & deliberata, ſeu ſuſpicio grauis, & deliberata ex leuib. indicijs in re graui, maxime circa perſonas graues, & honeſtas, eſt peccatum mortale. Immo idem docent Sotus, & Gregor. de Valen. vbi ſup. concedunt. n. quod licet Caietani ſententia ſit regulariter vera, poſſunt tamen aliquādo tales eſſe, & materiæ & perſonæ circumſtātiæ, vt dubitatio illa ſit pctm̄ mortale. Dat Sotus exemplum, ſi. n. quis videns honeſtam, et integerrimam vitam Beatæ Virginis, Chriſti, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, aut alterius viri Sancti, de illorum bonitate dubitaret, ſine dubio peccaret mortaliter. Et Sotus & Gregor. de Valen. fatentur peccare mortaliter eum, qui de honeſta perſona ſuſpicaretur, aut dubitaret ex leuib. indicijs, qđ incæſtum cōmiſerit cum matre, aut cū filia, vel cum ſorore. Etenim grauior iniuria fit Petro ſuſpicando illum eſſe incæſtuoſum, quam certo credendo illum eſſe fornicarium; Item grauior ei fit iniuria, dum quis eum hæreticum, aut patriæ proditorem, quam certo credendo illū minorib. peccatis irretitum eſſe.

Ratio pro hoc dicto eſt, quia cum vnuſquiſq. ius habet ad bonam exiſtimationē de ſe ab alijs habendam, nulluſque vir bonus, ſine graui moleſtia ferret. ſi intelligeret talē ſuſpicionem, vel dubitationē de ipſo haberi, immo vero exinde grauem ſibi iniuriam irrogari iudicaret, atque adeo ſic de ſe dubitantem, & ſuſpicantem, non habet, vt amicum, ſed vt inimicum, & ſui contemptorē, vnde S. Auguſt. lib. de amicitia, c. 24. ſuſpicionē amicitiæ venenum appellat: conſequenter ſic deliberate dubitans de aliquo in re graui, mortale pctm̄ committit. Vnde viri boni, & timorati non minus ſibi cauent de hmōi ſuſpicionib. & dubitationib. grauib. quam de iudicijs temerarijs; & ſi quando in eas incidunt, accuſant ſe de eis tanq̃ de peccatis mortalib. & a confeſſarijs peritis, & prudentib. interrogātur diligenter de illis, cum maximam cum iudicijs temerarijs affinitatē habeant, & multoties mortales ſunt. Quocirca ſicut dubitatio moroſa, & deliberata in reb. fidei, in qua detinetur anim⁹ ſciens, & volens, q̃uis intellectus non aſſentiatur errori, non tn̄ aſſentitur, vt debet veritati catholicæ, quin potius iudicat illā incertā, ſiue per multum tp̄s, ſiue per breue ita deliberate dubitat pctm̄ mortale eſt, deſtruens fidē, & reddens habentē illam infidelem, iuxta illud, Dubius in fide infidelis eſt: ita dubitatio moroſa: & deliberata de delicto proximi ex leuib. indicijs, q non repellit, nec moderatur recta ratio, ſed volens & ſciens in ea permanet, q̃uis non certo affirmet, ſed dubitet, pctm̄ mortale erit, ētſi per breue tp̄s duret. Quia iniuria proximo illata in materia graui non prouenit ex tp̄is breuitate, aut longitudine, ſed ſatis eſt ad pctm̄ mortale in tali materia, quod adſit deliberatus conſenſus in obiectum malum, per accidens autē eſt, quod per breue, vel multum tp̄s duret; Sicut qui furatur rem aliquā animo accipiendi, & retinendi illā, & ſi ſtatim pęniteat, ac reſtituat, & per breuiſſimū tempus apud ſe habeat, peccatū tamen mortale furti, ſi res notabilis fuerit, commiſit.

Dixi circa perſonas graues & honeſtas, quia circa viles, & abiectas, quarum exiſtimatio parum, aut nihil refert, neq. ipſis cura aliqua eſt de ſua fama, & opinione, veniale tantum eſt peccatū; cum talibus perſonis nullum, aut certe paruum exinde nocumentum ex tali dubitatione, & ſuſpicione inferri ſoleat.

Dixi, in materia graui, quia ſi dubitaret ſolū de peccato aliquo veniali proximi, aut etiam iudicium temerarium de eo ferret, non eſſet peccatum mortale, ſed veniale tantum, cum ei non fiat grauis iniuria ob eam ſuſpicionem, nec ob determinatum iudicium, immo etiam nulla ne leui quidem ratione exiſtęnte adhuc non mortale; ſed neq. ſi falſo tale peccatum imponeret, ex communi DD. ſententia, quam tradit Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4 p. 4. dubio 1. nu 44. Semper enim eſt leuis iniuria.

Quia vero quæ in hoc ſcđo dicto a nobis aſſerta ſunt paulo duriora nonnullis videri poſſunt, ad pacandas timoratas conſcientias addendũ eſſe cenſeo cum Pet. de Arrag. 2. 2. q. 60. artic. 3. poſt concluſionẽ tertiam, quod quãdo quis eſt timoratæ conſcientiæ, & curam propriæ ſalutis habet, nec propenſus eſt ad inquirendũ vitas, & mores aliorũ, regulariter loquendo, non eſt timendum de mortali, ẽtſi demoratus fuerit multum in tali dubitatione, et ſuſpicione. Rõ eſt, qa talis ſi non meminit ſe conſenſiſſe prudenter ẽt opinari põt ſe non conſenſiſſe, alias conſcientia inſtaret, nec ſineret eum quieſcerę. Deinde etiã credere põt, ſe habuiſſe indicia ſufficiẽtia ad ſic dubitandum, & ſuſpicandum, maxime, ſi poſtquam aduertit, ſe talem dubitationem habuiſſe ex illis indicijs, illam a ſe repellere nequiuit.

Qui vero non ita ſolicitus eſſet de ſua ſalute, ſed vt plurimũ cenſor eſt vitæ aliorũ, ſi dubius ſit an cõſenſerit necne tali dubitationi, ip ſcrupulum de pctõ mortali hr̃e debet, & ſub dubio de illo ſe in confeſſione accuſare debet. Ratio eſt, quia probabile eſt, illũ, qui nihil facit vitam ſuã, aut vitam aliorum, conſenſum prębuiſſe ex leuib. indicijs, maxime cum volens, & ſciens in ea cogitatione demoretur, nec reſiſtere ſolet.

10 *Demum* hæc omnia, quæ dicta ſunt, intelligi debent de ſuſpicione, & dubitatione ſcđm ſe; Si .n. ex leuib. ſignis, quis dubitaret, aut ſuſpicaretur malum de proximo ſuo, ita vt ſuſpicio illa ortum haberet ex prauis morib. ipſius dubitantis, aut ex odio, & liuore animi, quem gerit erga proximum ſuũ, vt v.g. ſi ex leui indicio ſuſpicaretur proximum ingredi domũ vicinæ ad fornicandum, quia ipſemet dubitans, aut odio habet alterũ, aut ingrediendo domũ alterius, tale delictũ committere ſolet; peccat ſine dubio mortaliter, ẽt ſi leniter dubitaret, ſic .n. ſuſpicari eſt actus malitiæ mortalis, ratione radicis, vnde ꝓcedit, & in hoc conueniunt omnes contrarię opiniones, poſt S. Th. 2. 2. q. 60. ar. 3. in corpore articuli, nec de hac re dubium eſſe poteſt.

11 *Quoad* ſecundum gradum, qñ quis non ſolum dubitat, ſed etiam certo iudicat de malitia, alterius, duo mihi certa ſunt & communi calculo, & ſententia Doctorum comprobata.

Primum eſt, iudicare malũ de altero, quando cauſæ ſufficiẽtes, & indicia probabilia ad id ſuppetunt, non eſt aliquod pctm̃, nec iudicium temerarium dicendum. Ratio eſt manifeſta, quia tale iudiciũ, eo ipſo, qđ adſint ſufficientia indicia, conformi eſt rectæ rationi, & prudentiæ, vñ nec temerarium dicendum eſt, ſed iudicium rectũ. Confirmatur autẽ ex illo Chriſti teſtimonio Ioan. 12. vbi ait, *Nolite iudicare ſecundum faciẽ, ſed iuſtum iudicium iudicate*. Quo vnico teſtimonio damnat iudicia temearria, quæ .ſ. leuib. coniecturis, & iudicijs nituntur, (cuiuſmodi eſt coniectura, quę fit ex facie) & ſimul approbat iudicia iuſta, quæ nimirum indicijs, & rationib. ſufficientibus; & probabilibus fundatur.

Quę aũt ſufficientia ſigna dicẽda ſint, rectius definiri non põt, quam iudicio prudentis, vt notant Sotus lib. 3. de iuſtit. q. 4. ar. 3. & alij, de qua re paulo inferius nõnulla dicemus, interim certa regula ſit iſta in hac materia, Quod cauſæ, q̃ conſideratis omnibus circumſtantijs virũ prudentem, et probum mouere poſſunt ad male de altero iudicãdum, ab omni culpa excuſant. Vnde falſum eſt, quod docet Bartho. Med. lib. 1. inſtr. confe. c. 14. §. 37. in Regula. 2. affirmans peccare venialiter eum, qui ſuſpicatur, dubitat, iudicat, aut ſuſpendit actum, cũ ſufficientib. indicijs deliberate, ſiue ſit de pctõ mortali, ſiue de pctõ veniali proximi. Vt .n. recte argumentatur Petr. Nauar. libr. 2. de reſtit. c. 4. p. 4. num. 447. & dub. 3. nu. 453. iudicium etiam determinatum de peccato veniali, ſine vllo indicio eſt tantum veniale. Ergo ſuſpicio, vel dubitatio cũ ſufficientib. indicijs nulla ratione peccatum erit. Deinde ſi iudicium determinatum de peccato mortali non eſt peccatum, quando ſunt indicia ſufficientia, vt antea comprobauimus ex communi omnium conſenſu, quo ergo modo peccatum veniale erit dubitatio, vel ſuſpicio? Solum igitur veniale erit quãdo de peccato veniali ſuſpicio vel dubitatio eſt abſq. vllo prorſus iudicio.

12 *Secundum eſt*, Iudicium, quo quis certo, & deliberate ex leuib. indicijs aliquid mali de proximo in re graui iudicat, temerariũ eſt, & peccatum mortale. Sic oẽs. Ratio eſt manifeſta, quia vnuſquiſque habet ius ad bonã de ſe exiſtimationẽ in vnoquoq. alio, niſi oppoſitũ legitime cõſtet. Qui vero abſq; ſufficientib. indicijs in re graui male iudicat de alio, expoliat & illum iure ſuo, grauemq. illi iniuriã infert. Ergo peccat mortaliter. Confirmatur aũt hæc ratio, quia qui ſic de alio iudicat, non põt illum non odiſſe, & contẽnere, ideoq. tale iudicium non ſolũ eſt contra charitatem, ſed ẽt contra iuſtitiam. Quãuis a ſuſpiciones non ita facile vitare poſſumus, iudicia tñ temeraria, qui non vitat in materia graui mortaliter peccat, grauemq. iniuriã proximo infert. Quæ omnia iudicia temeraria de alijs paſſim prohibent ſacræ literæ, & damnant, vt ſupra oſtenſum eſt. Ceterum vt hoc iudiciũ temerarium ſit peccatum mortale, requiritur.

13 *Primo*, vt iudiciũ illud ſit *certum*, quod ita intelligendũ eſt, non quod ſit oĩno abſq. vlla formidine, & ambiguitate, qualis eſt certitudo illa, quæ ad ſcientiã in ſpeculatiuis requiritur ſed ſatis eſt, quod quis itá firmus ſit in ſua ſnĩa, vt fere nihil dubitet de illa re; In moralibus .n. parũ pro nihilo iudicatur, atq. adeo dr̃ iudiciũ temerariũ certũ, quia ſic iudicans ita quidem vni parti adhæret, vt parũ de altera parte dubitet, vt ſi viderẽ iuuenem honeſtũ cũ honeſta muliere euntẽ, & exinde crederem, & ita diſpoſitus eſſem, vt ſi egomet interrogarẽ meipſum, reſponderẽ me quaſi ꝓ certo credere illos velle ſimul peccare talis namque determinatio, & aſſertio dicenda erit certa, & facere dr̃ iudiciũ certum.

Secundo requiritur, vt procedat *ex leuibus coniecturis*, Et quãuis difficile ſit aſſignare, quęnã ſint indicia leuia, & quæ ſufficiẽtia temere, vel prudenter iudicandũ malum de altero, ex tribus tamen circumſtantijs vtcumque res iſta diſcerni poteſt. Quarum prima eſt circumſtãtia *temporis*, vt v. g. video hominem nocturno tempore domum ſcalis admotis conſcendentẽ, & ingredientem per feneſtram prudenter exiſtimare poſſũ, talem mali aliquid machinari.

Secunda eſt circumſtantia *loci*, vt verbi gra- , eſt in hoc oppido, aut ciuitate conſuetudo cidendi, video aliquos noctu armatos, conci- o gradu, huc, illucque diſcurrere, poſſum ab temeritate iudicare huiuſmodi velle aliquẽ cidere, aut percutere.

Similiter ſit exemplum de vtraq. circumſtan , video iuuenem, & puellam noctu, vel ſecre- & obſcuro loco petulanter, & laſciue ſe am- xantes, & quos ſcio non eſſe ſponſos, poſsũ udenter iudicare de illis malum.

Tertia eſt circunſtantia *perſonæ*, vel ipſius, de a iudicatur, vel illius, a qua delictum alterius ditur. vt v.g. ſi perſona, de qua iudicatur, con etudinem habet alicuius pctĩ, minora indicia quiruntur ad iudicandũ malũ de illo, quã de io. Noui Petrũ pleraſq. mulieres, quas alloqui r, prouocare ad libidinẽ, video eũ moroſe cũ iqua loquentẽ, licet idẽ malũ de ipſo iudica- , hoc n. iudiciũ in eo rõne conſuetudinis ma- e ſufficiens eſt, vt prudenter poſſim malũ de eo dicare. Sic ẽt ſi perſona, a qua auditur delictũ terius, ſi vir probus, & prudẽs, qui nec alij de- ahere ſolet, nec temere, aut leuiter rumores e proximis ſpargere referat ſe vidiſſe Ioannem (quẽ ſcimus nõ eſſe illi inimicũ, ſed potius ami- cũ) aliquod crimen cõmiſiſſe, idq; referat, vel ob ata occaſione iuſta, ob q̃ illud referre oportuit, vel incidenter, nec aduertens, quæ referebat, & citra oẽm intentionem nocendi alteri; Ioannes quoq; non eſt tantę authoritatis, nec tã honeſti hoĩs, quin probabile ſit ſimilia cõmiſſurũ, tunc rõne perſonæ referentis cũ oĩb. iſtis circunſtantijs, ſufficiens ſignũ eſt, & iudiciũ ad credendũ, & iudicandũ delictũ illud de Ioanne. Quod ſi Ioannes vir ẽt alioquin bonus ſit, & boni hoĩs, tunc ſolũ ſufficiens indiciũ erit ad dubitandum tm̃, & habendũ hunc aſſenſum, forſan fecit, cũ talis vir hoc de eo referat, forſan ẽt non fecit, cũ ſit vir ſtudioſus, ſed alter decipi potuit, non aũt ſufficiẽs erit ad iudicandũ certo malum de illo.

Sic etiã fama de alicuius crimine diuulgata, dummodo certũ authorẽ habeat, & fide dignũ, indicium ſufficiens eſt, ad credendum aliquid mali de altero; ſin aũt fama illa nullum certum authorem habeat, & cui nullus ſuum nomẽ tribuere audet, qualis eſt illa, quam paſſim improbi ſpargere ſolent, tunc nec ſufficiens erit indicium ad ſic iudicandum, nec dubitandum malum de aliquo. In quibus omnib. maxima opus eſt prudentia, ne quis facile iudicet abſq. rationibus ſufficientibus, vt dictum eſt.

3 *Tertio* requiritur, vt ſit *de materia graui*, Nã iudicare de altero temere aliquid leue, non eſſet regulariter niſi veniale. Et quidem ſummiſtæ dicunt, tale malum eſſe peccatum mortale. Vnde inferunt, quod quotieſcunque quis ex leuibus indicijs; indicat aliquẽ, peccare mortaliter, aut eſſe in peccato mortali, tale iudicium eſt temerarium, & peccatum mortale, quia ſine ſufficie ti motiuo iudicat hominem de graui malo.

Ceterum licet hoc eorum dictum cõmuniter verum ſit, vt tamen notant Sotus lib. 3. de iuſtit. q. 4. art. 3. Mich. Salon 2.2. q. 60. art. 3. Petrus dę Arrag. ibid. & Gregor. de Valen. tom. 3. diſput. 5. q. 4. puncto 3. conclu. 3. aliquando falſum eſt, ſunt. n. aliqua peccata mortalia quidem, quę in aliquib. & aliquib. perſonis leuia iudicantur, eo quod exinde nihil omnino famam ſuam lædi putent, ẽtſi illa committere iudicentur. Vt v.g. ſi quis facile ex leuib. coniecturis certo iudicet aulicos, aut alios iuuenes perditos cum mulierib. turpes amores gerere, aut militẽ prouocaſſe inimicũ ad ſingulare certamen, et duellũ, aut nobilẽ laceſſitum iniuria vindictam quærere, Hæc. n. peccata licet ꝑ ſe alioqui mortalia ſint, parum tamen aut nihil eiuſmodi perſonas infamant, aut lędunt. Non. n. tales curant contrariã de ſe opinionem in eo gerere, immo honori potius iſta ſibi eſſe putant, q̃ dedecori, vnde in eis nec ex leuib. indcijs talia iudicarę iudicium temerarium eſt, ꝙ ſit pctm̃ mortale. Quocirca grauitas, aut leuitas mali, qđ pro certo de proximo temere iudicare ſit peccatũ mortale, non ex rõne, & quantitate mali culpæ ſꝑ æſtimanda eſt, ſed ex circũſtantijs, ob quas contingit grauiter, aut leuiter eiuſmodi malũ lædi famam, ſiue peccatum illud mortale, ſiue veniale ſit, vnde nonnunquã, vt inf. dicã, iudicium temerariũ de quibuſdã perſonis etiam ob peccatũ veniale, mortale erit, quãuis vt dixi regulariter ſolũ veniale ſit aliquid leue temere de alio iudicare. Immo aliqñ iudiciũ temerarium de aliquo poteſt eſſe pctm̃ mortale, quamuis non ſit de malo culpę, vt Sotus & alij citati affirmant. Vt ſi qs de viro illuſtri temere iudicaret illũ infimo, & obſcuro genere natum eſſe, grauius peccaret, q̃ ſi iudicaſſet illũ fornicarium fuiſſe. Maior. n. infamia ſequitur ex illo, quã ex hoc, & ægrius fert audire ſe ignobilem iudicari, qui alioqui clarus habetur, quam quod fornicarius iudicetur.

14 *Quarto* requiritur, vt hoc iudiciũ ſit *plene deliberatum*, non ſubitaneum, & repentinum, Nã alioqui ob imperfectionem actus erit tm̃ veniale pctm̃ iudiciũ eiuſmodi temerariũ, vt alijqcunq. mali actus nõ plene deliberati. Si quis. n. vidẽdo puellam cum iuuene loquentẽ, ſubito malum de eis iudicet, non plene aduertẽs quid ageret, neu id alicui ſignificauit, & paulo poſt ad ſe reuerſus, iudiciũ illud repellit, non eſt pctm̃ mortale, quia exinde nec notabiliter ꝓximo nocet, nec proximũ vere cõtemnit, Secus tñ ſi ſedato, & deliberato aĩo, & facta reflexione ita iudicaret, tunc. n. mortaliter peccaret. Quia vero dubitare poſſit quis, an iudiciũ hoc repentinum, aut deliberatũ fuerit, ac ꝓinde dubius eſſe poſſit, an peccatũ mortale, vel veniale commiſerit, ideo ad pacandas hominũ conſcientias hæc regula aſſignari põt, iuxta ea, quæ ſup. dicta ſunt.

15 *Quando* pęnitens ſic dubius accedit, ſi ſit cõſciẽtiæ timoratæ, tunc ſi declinat magis in vnã partẽ, hoc eſt, quod deliberate iudicauit temere de proximo, octm̃ illud tanq̃ mortale confiteri debet; Sin aũt declinat potius in oppoſitam partẽ hoc eſt, quod iudiciũ illud fieret repentinũ, aut ſit ex æquo dubius, accuſare ſe debet tm̃ de veniali, & cõfeſſarius illũ admonere debet, vt animo quieto ſit, certioremque illũ reddat, ſimilia iudicia eſſe ſolũ venialia. Quod ſi fuerit conſcię parũ timẽtis Deũ, ſi declinet in eã partẽ, vt veriſimilius iudicet, iudiciũ illud fuiſſe repentinũ, accuſet ſe, vt de veniali ſub formidine, & cũ ea con-

cõditione ſe docere ſi forſan peruenit ad mortale; Quod in oppoſitam partẽ magis inclinet, aut ſi ex æquo dubius accuſet ſe, vt de mortali, q̃uis cum aliqua ẽt formidine; quia in hmõi hominib. ſolent, vt plurimum iudicia hæc eſſe peccata mortalia, q̃uis aliqñ, & raro venialia eſſe poſſint, vt experientia manifeſtum eſſe conſtat.

16 DVBIVM TERTIVM eſſe poteſt in ordine circa hunc ſecundum gradum, An. ſ. iudicare ex leuib. coniecturis aliquem eſſe fatuum, vel ſtultum, aut indoctum, & ignorantem, vel quod argumentatus eſt male, aut ꝙ ſit auarus, aut prodigus, & his ſimilia, ſit materia grauis, & pctm̃ mortale? Reſpondeo cum Mich. Salono 2. 2. q. 60. art. 3. & Petro de Arrag. ibid. Quod licet nõ ſit peccatum mortale iudicare hoc modo de aliquib. perſonis, maxime qñ vera ſunt, ex eo, qđ non ita mnltum læditur eorum fama, & exiſtimatio, ſi tñ habita ratione perſonarum, de quibus ſit tale iudicium, diminuatur exinde bona eorum fama, & opinio abſq; dubio pctm̃ mortale erit. Ratio eſt, quia ſicut quos iudicamus ſapientes, veneramur, ita quos fatuos, & ſtultos iudicamus, facile contemnimus; contemptus autẽ proximi ex ſuo genere pctm̃ mortale eſt. Confirmatur hæc ratio, Quia talis eſt actus exterior, vt conſtat Matt. 5. vbi *qui vocat fratrem ſuũ fatunm, dignus eſt gehennę*. Ergo & iudicium internum, a quo actus iſte exterior, & conuiciũ procedit, ſi ſit temerarium, mortale peccatum erit.

17 DVBIVM QVARTVM eſt, An aliqñ pctm̃ mortale committatur in iudicando temere de culpa veniali proximi. Ratio dubij eſt, quia talis materia leuis eſt, & parum exinde læditur proximus, cum nemo ſine pctõ veniali viuere poſſit. Rñdeo tamen cum Mich. Salono, & Petro de Arrag. vbi ſup. & Greg. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 4. punct. 3. concl. 2. Etiamſi per ſe loquendo, & regulariter, peccata venialia non infamẽt notabiliter hominem, cum nõ ſit grauis materia, ſunt tñ aliqua venialia, per quæ non minus infamantur aliquæ perſonæ, quam perſonæ aliæ per mortalia infamari ſolent. Vt v. g. ſi virginẽ, aut mulierem honeſtiſſimam noctu vanos (etſi nõ laſciuet, temere iudicet quiſpiam cum tranſeuntib. miſcere ſermones; mallet. n. hęc aliquã pecuniam ſibi auferri, q̃ ita aliquem de ipſa iudicare. Item ſi qs viros eccleſiaſticos, & pręcipue Religioſos temere iudicaret obnoxios eſſe alicui pctõ veniali ex quibuſdam, quæ non minus illos infamant, q̃ quædam pctã mortalia ſeculares; vt quod frequenter ludant; quod non obſeruent ſilentiũ, qđ parum, aut nihil curent cærimonias grauiores ſui ordinis vel eccleſiæ; quod habeant conſuetudinẽ mentiendi; quod ſint rariſſimi in choro; quod vanitatib. delectentur, & ſimilia: hæc. n. venialia in hmõi hominib. ſunt materia grauis, & ob quæ indigni reputantur religioſi, & clerici officijs, & dignitatib. Religionis, & eccleſiæ. Sicut ẽt 2. 2. q. 33. art. 7. interpretes S. Th. docent, hæc (licet venialia) eſſe ẽt materia correctionis fraternæ, tum quia cõiter diſponunt ad mortalia, quia nocent plurimum opinioni, & famæ in hmõi viris, vt conſtat.

18 DVBIVM QVINTVM eſt, An iudiciũ temerarium ex leuib. indicijs de naturali defectu, ſit peccatum mortale, & materia grauis; Vn quis animo ſuo concipiat, & determina dat, & iudicet aliquem, qui ab omnib. na ditur ab honeſtis parentibus, quod ſit ex g Iudæorum, vel Maurorum, aut quod ali fectum habeat in ſuo genere, & familia quod ſit illegitimus, & huiuſmodi?

In hac re Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c dub. 2. nu. 450. & ſeq. exiſtimat, quod lice catũ mortale ſit temere iudicare de Iudæo alio infideli quoad peccata alia, quod veri iudicare tamen aliquem de huiuſmodi de naturali, nõ erit peccatum mortale. Ratio eſt, quia apud Deum, & apud homines pr tes nulla eſt ignominia, aut dedecus ex t parentibus originem ducere, ſicut neque aliquis clerici filius iudicetur, cum hęc o præter culpam eorum accidant.

Quinimmo potius ſi virtutẽ colant, ma laudandi ſunt, quia cũ parentes hr̃ent imp incredulos, ipſi tñ fidem amplexi ſunt, & v tes colant. Vnde ſicut verus honor ex ſola te eſt; ita nihil vituperio, aut ignominia dig iudicari debet apud viros graues, & prude præter culpam. Atq. adeo expreſſe docent quam eſſe pctm̃ mortale ſic iudicare de ali etiam cum inſufficientibus ſignis, dummo iudicium hoc maneat ſolum interius in mente

Si. n. quis exterius de his defectib. apud alios confabularetur, tũc (et vere) concedit eſſe pctm̃ mortale detractionis, cum apud homines deho neſtentur, & iniurientur. Affert ẽt pro ſua opinione Mart. Nauar. in Man. c. 18. nu. 9. q tame author nihil eo loci, de hac re locutus eſt.

Alij tamen vt Sotus lib. 3. de iuſtitia. q. 4. ar poſt medium. Barth. Medina. lib. 1. inſtr. confe cap. 14. §. 7. in Regula. 3. Michael Salon 2. 2. q 60. art. 3. Petr. de Arragon ibid. & Gregorius de Valen. tom. 3. diſput. 5. q. 4. puncto. 3 concluſ. 2 expreſſe docent, regulariter eſſe peccatum mortale iudicare aliquem eſſe ex proſapia Iudæorum, vel Neophytorum, poſt ſufficientem deliberationem, maxime ſi ſit falſum.

Ratio eſt, Quia licet eſſe ex illo genere nulla ſit culpa, aut pctm̃, facit tñ plurimum ad famã, & exiſtimationem alicuius, & minus æſtimaretur, ſi apud homines diuulgaretur, ſed etiã ipſi viri prudentes ægre ferunt hmõi indicia de ipſis haberi, mallẽt potius in diuitijs, quam in nomine, & opinione ſua iacturam pati. Atq. adeo in aliquib. Religionibus tales non admittũtur, immo etiam ab ordinib. ſacris repelluntur, nec in Prælatos, Guardianos, aut Prouinciales eligi, aut ad prædicandum admitti poſſunt, vt doce Nauar. tom. 2. conſil. tit de Iudæis. conſ. 1. in antiquis, alias in nouis. conſ. 22. de Hæreticis. quæ omnia ſignificant dedecus eſſe apud homines.

Et q̃uis viri prudentes, & boni parui facian apud ſe iudicia hominum, iuxta illud 1. Cor. 4 Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: qui tamẽ ita temere iudica quantum in ſe eſt, lædit famam, & exiſtimationem eius; Vnde S. Auguſt. vt refertur in c. *Temerarium*, 11. q. 3. ait, *Temerarium iudicium non nocet aliquando ei, de quo iudicatur, ei autem, qui temere iudica ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat.*

Solum

olum autem vera eſſe poteſt Petri Nauarri nio,q̃n non obſtante tali iudicio,illum in eo n pretio,honore, & reuerentia haberet, di- umq. honoribus,& officiis ob merita,& mo ſuos iudicaret, tunc enim ſolum veniale eſ- ſicque vtramq; ſententiam non incommo aut ineptè conciliari poſſe putamus.

DVBIVM SEXTVM eſt, An quæ in ſecũdo du dicta ſunt, intelligãtur ſolum de actu ex- no,an vero de interiori,& cui virtuti proprie poſitum ſit iudicium temerarium?

Ratio dubij eſt,q̃a iniuſtitia,ſicut iuſtitia, ver ur circa res directe,& ꝑ ſe, & circa operatio s externas. At vero iudiciũ temerariũ & in- nũ non verſatur circa operationes exterio- s,nihil enim exterius operatur ſic temere iu- cans.Quod ſi dicas iudiciũ externum ordina- ad operationem exteriorem,& prolationem, ſi hoc plerumq. verum ſit, illa tamẽ exterior olatio non pertinet ad iudicium temerariũ, d ad detractionem. Et præterea ſæpe cõtingit terius iudicium fieri ſine animo peruenien- i ad actum exteriorem.

Reſpondeo iuxta doctrinã S. Tho. 2.2. q.60. art.3.ad tertium,Caiet. Saloni, & aliorũ ibidẽ. Soti lib.3.de iuſt.q 4.art.3.in fi. Petri de Nauarro lib.2.de reſtit.c.4.par.9.dub.5. nu. 456.prædicta omnia intelligi non ſolum de iudicio externo,hoc eſt, corde concepto, & ore prolato, vt q̃n quis verbo diceret Petrum eſſe fornicarium,&c.ſed etiam de iudicio interiori tñ, id eſt,mente ſolum concepto.Quamuis.n.tale iudicium nunq̃ verbo aliquo ſignificaretur,eſt tñ per ſe malum, & ex genere ſuo in graui materia pctm̃ mortale.tum quia,vt diximus,regulariter eſt cauſa odij, & contemptus proximi:tũ quia intrinſecus apud ſe proximũ infamat,malam opinionem concipiẽdo de illo abſque ſufficienti cauſa,eiuſdemq. rationis eſt, iniuria temerarii iudicii intus,& extra, q̃uis nõ ſit ęquale nocumẽtum. Sicut ẽt eiuſdem rationis ſunt interna ira,& deſideriũ mortis, & externa occiſio,& interna cõcupiſcẽtia, & fornicatio exterior quãuis in externo actu grauius damnũ, & nocumentũ,& vtrumq; peccatum eſt. Solũ differentia eſt,q̃d actus interior eſt indirecte contra iuſtitiã,actus vero exterior iudicij temerarii ſeu infamandi,eſt directe contra iuſtitiã. Satis aũt eſt,q̃d interior actus cauſa ſit,& fundamentum exterioris, vt ſit contra iuſtitiã, cum actus ille regulariter ordinetur ad exteriorem, ſicut ira ad homicidium, & concupiſcentia ad fornicationem: atq; adeo, qui vult occidere proximum, iam actu illo interiori peccat contra iuſtitiam,cũ hic actus ordinetur ad occiſionẽ exteriorem. Vnde quamuis iuſtitia regulariter verſatur circa operationes exteriores, põt tamen etiam circa interiores verſari:Qui enim interius temere de proximo iudicat, expoliat eũ iure ſuo naturali,quod habet, vt de ipſo omnes bene ſentiant,quouſq. oppoſitum ex ſufficientibus indicijs,& coniecturis conſtet.

Et quãuis iudicium,quod intus latet,iudiciũ temerarium proprie dicẽdũ ſit,& verbis prolatũ proprie detractio ſit, hoc tamen nihil cõtra nos facit, quin potius confirmat opinionẽ noſtram,videlicet,iudicium temerariũ ad iniuſtitiam,& infamiã interiorem pertinere,ſicut detractio ad iniuſtitiã, & infamiã exteriorem ſpectat.Neq. inconuenit vnum vitiũ eſſe alteri admixtum, maxime cũ vnum ad alterum ordinetur:Non.n.vt Theologi multi docent, iudiciũ temerariũ,& detractio duę ſunt diſtinctæ ſpecies,cũ habeant idẽ obiectũ formale, nẽpe dãnũ,q̃d infertur in bona opinione proximi, ſed eiuſdem ſpeciei ſunt,& ad idem p̄ceptum pertinent,ſolum aũt diſtinguuntur ſicut interius, & exterius,ſicut voluntas efficax occidẽdi, aut fornicandi,& externa occiſio, aut fornicatio: Dr̃ aũt iudicium temerarium, inquantum ipſe iudicans male de proximo ex leuib. indicijs opinatur,& ſentit;detractio verò eſt,in quãtum malam generat in audiente opinionẽ. Quib.oĩbus addo,q̃d ſi iudicium ſuſpicioſum,& temerariũ procedat ad actum exteriorẽ, ſicut directe eſt contra iuſtitiã,ita ad reſtitutionem obligat. Si verò ſolũ maneat in interiori, licet ſit eſſentialiter iniuſtitia,vt homicidium voluntate tm̃ conceptum,non eſt reſtitutionis obligatio,cum efficaciter proximus non damnificetur.

20 SEPTIMVM DVBIVM eſt, An q̃n, q̃s prudẽter,& nõ temere ſuſpicat̃, aut iudicat aliq̃d malum de proximo,licitum ſit illi ſuſpicionem illam,& iudicium alijs aperire,& reuelare?

Reſpondeo. Nõ eſſe licitũ, quia ſi illud ſecretũ eſt,tũc reuelãdo alijs, infamatur proximus: ſi vero alij idẽ iudicium ẽt de illo habent, tunc ſaltem ex noſtra manifeſtatione augetur eorũ ſuſpicio,& iudiciũ;Sicut non licet reuelare occulta delicta alterius illa ignorantib. nec his,q aliq̃d circa illa norũt. Si vero res adeo nota ſit alijs,vt neq. aliorũ opinio firmior reddatur, neque fratri maior læſio accedat ex tali manifeſtatione,tũc licebit citra peccatũ mortale: erit tamen veniale,quia peccatum eſt, veniale ſaltem,male loqui de proximo etiam in tali caſu, ſi ex nullo bono fine actio illa cohoneſtetur.

Dixi,*ſi nullo tali fine bono cohoneſtetur*,quia ſi fieret ad emendationẽ fratris, aut aliorum,aut aliqua exinde fratri illi vtilitas probabiliter redundaret,etiam a peccato veniali excuſaretur, vt recte Michael Salon ſecunda ſecundæ,q.60.artic.3.in fine annotauit.

21 *Quoad* tertium verò gradum, qui tãtum in iudice reperitur, quando ſcilicet Iudex ex leuib. coniecturis,hoc eſt, abſq. legitimis probationibus,& teſtimonijs aliquẽ condẽnat, aut punit, certum eſt apud omnes, iudicium iſtud temerarium peccatum mortale eſſe, & tanto grauius, quanto maiora indicia, & efficaciora argumẽta neceſſaria ſunt ad hoc, vt iudicium exterius non ſit temerarium, quàm ad excuſandum iudicium interius a temeritate, multoq. maior iniuria ex illo,quam ex interiori hoc iudicio irrogetur proximo,vt conſtat.

Quamuis.n.in humanis actibus non poſſit haberi oĩmoda certitudo,& euidentia rei, etiã ſi concurrãt teſtes,& propria cõfeſſio hominis de proprio facto, cũ teſtes, & ipſe reus mentiri poſſint,quia tñ in Moralibus nõ requiritur certitudo,quotieſcunq. ſunt idonei teſtes,vel propria hoĩs confeſſio de aliquo facto,& talis certitudo humana, & moralis ſufficiens eſt, vt iudex citra peccatum de aliquo ſententiam damnationis ferre poſſit, iuxta can. Si quis, & duobus ſequentib. 30. q. 5. de qua re plura inferius dicemus.

22 **DVBIVM OCTAVVM** eſt, An exiſtenti dubio ꝓbabili, & irrationabili de facto, aut dicto alterius, ita vt rationabiliter dubitatur, an ſit pctm̃ nec ne, quia ſcilicet ſunt pro vtraq; parte ſufficientia motiua ad dubitandum, teneatur homo tale dubium in meliorem partem interpretari, iudicando illud non eſſe peccatum?

Pro dubij huius ſolutione ſciendū eſt, duob. modis interpretari poſſunt dubia in meliorem partē, ſ. *Negatiuè*, & *Poſitiuè*. *Negatiuè* interpretari eſt, cū oblata aliqua re dubia, ſuſpendimus actū, neq. bene, neq. male de fratre iudicādo, ſed perſiſtendo in eadem opinione, quā antea habuimus: vt v.g. Nouit quis Petrū eſſe ſobriū, poſtea aūt videt illum bene comedentem, & bibentem, dicetur quis in hoc caſu factum illud ambiguum in meliorem partem negatiuè interpretari, quando non mutans iudicium perſiſtit in priori opinione quam de illo habuit.

Poſitiue interpretari in meliorē partem, eſt qñ oblata re dubia elicit nouum iudicium, quo de proximo iudicat, id quod melius eſt, vt cum quis videt Petrum bene comedentē, & bibentem, iudicat id facere ex neceſſitate, aut alio bono fine. Hoc ſuppoſito.

Vnum certū eſt apud oēs, quod quotieſcunque dubiū rationabile eſt de aliquo facto proximi, ita vt bene, vel male interpretari illud poſſumus, tenemur illud in meliorē partē interpretari. Sic expreſſe S. Tho. 2.2.q.60.art.4. Caieta. Salon, Dom. Bannes, & Petrus de Arragon. ibidē. Sotus lib. 3. de iuſtit. q.4. art.4. Gregorius de Valent. to.3. diſput.5. q.4. punct.4. & alij, & colligitur euidenter ex S. Aug. lib. 2. de ſermone Domini in monte. cap. 28. & Glo. in illud Rom. 14. *Qui nō manducat, manducantē non iudicet*, & refertur in c.2. de reg. iur. Sicut. n. in dubiis, verbum generale, quod poteſt ad malum, & ad bonū ſenſum trahi, interpretandum eſt in bonum, vt in meliorem partem facienda eſt.

Rō eſt, quia alter habet ius, vt alii bene de ſe iudicent, donec legitime cōſtet in contrariū. At vero qui dubia in peiorē partē interpretaretur, non iudicaret legitime, cum potius bene, q̃ male de aliis iudicare teneamur: Sicut, & nos velimus de nobis alios iudicare. In dubijs igitur potius in meliorē partē declinandū eſt. Quāuis. n. aliqñ fallatur homo bene ſic iudicādo, & opinando de aliquo hoīe malo, in dubio tñ melius eſt bene, quā male de homine iudicare: Quia ſi hō bonus ſit bene iudicando de eo, recte, & vt decet, facimus: ſi vero malus ſit, quia hoc nos ignoramus neq; nobis per iudicia id cōſtat, iniuriā illi facimꝰ. Quapropter hoc docet S. Tho. 2.2.q.60.ar.4. ad primū, melius eſſe, qđ aliquis frequenter fallatur, habens bonā opinionē de aliquo malo hoīe, quā quod rarius fallatur habens malā opinionē de aliquo homine bono, quia habendo bonā opinionē de malo homine non peccamus, nec illi vllā facimus iniuriā: male tñ iudicando poſſumus illi iniuriam afferre, ſi contingat illis coniecturis non obſtan bonum. Deinde multo peius eſt, innocen demnare, quàm nocentem impunitum quere, arg. l. abſentem. ff. de pęnis.

23 *Difficultas* ſolū eſt, an qñ video huiuſmo gna dubia, ſatis interpretari in meliorem *negatiuè*, hoc eſt, an ſatis ſit ſuſpendere actū bene, nec male interpretando; (ad hoc. n. m ſaltē interpretandum actum dubiū teneor cundū oēs, ne alioquin faciam illi iniuriam vero requiritur poſitiue interpretari, hoc e ſentiri meliori parti, iudicando eſſe bonum.

Ratio difficultatis pro vna parte eſt, qa ſ dere iudiciū eſt res valde difficilis, cū vt con experientia, quā primum quis videt hmōi cia, difficulter admodū iudiciū intellectus c tinet; Ex altera verò parte, aſſentiri videtur periculoſa, quia facillime falli pōt, ſiue bñ, ſi male iudicet. De hac re duę sūt opiniones, Soti, vbi ſup. aſſerētis, teneri hoīem ſemper d bia interpretari in meliorē partē poſitiue, officere, quod animum ſuſpēdat. Immo add quod ſi ſigna ſint ambigua tenetur ēt homo la in meliorem partem poſitiue interpretari.

Ratio eius eſt, qa ſi is, qui actū dubium e cet, antea mihi notus fuit, & habitus vir bonus, ſuſpendēdo actū, & dubitando, muto opinionē meam priorē, quā de illo habui, antea. n. abſolute, & ſine dubitatione aliqua bonā de illo opinionē habui, nunc aūt ſuſpendendo actū videor dubitare de illius bonitate. Ergo muta opinionē, q̃ antea habui de illo, ſed mutare opinionē ſine cōiecturis ſufficiētib. (quę in re dubia nō exiſtūt) eſt illicitū. Sin autem prius mihi notus nō fuerit, etſi res in ſe dubia ſit, qa tamen vnuſquiſq; ius hēt, vt alii bñ de eo exiſtiment, quādiu non adſunt indicia ſufficiētia in cōtrarium, (quæ in noſtro propoſito nō adſunt) conſequenter factū alioqui in ſe dubium, in meliorem partem poſitiue interpretari debet.

Altera eſt Caiet. 2.2.q.60.ar.4. Petri de Arragona, Mich. Saloni, Dom. Bannes ibidem, & Gregorii de Valent. to.3. diſput.5.q.4. puncto 4. dicentium, quod licet, ex ſuppoſitione, dubia in meliorem partem *poſitiuè* interpretanda ſint, hoc eſt, ſuppoſito, qđ quis in re dubia exiret in actum poſitiuū iudicandi, interpretari tenetur in partē meliorē. Ratio eſt, quia alter habet ius ad bonā de ſe exiſtimationem, quamdiu ratio conueniens non ſuadet iudicare male; ex cōiecturis aūt dubiis non hr̄ ratio ſufficiens iudicandi male de proximo: quinimo vbi malū nō eſt euidens, ſed ſunt ēt aliqua indicia rationabilia declinandi in bonā partē, hoc ipſo eſt ſufficiēs ratio ad iudicandū bene de proximo, ob ius, qđ alioqui vnuſquiſque habet, vt ſi de ſe fiat iudiciū, in bonū fiat, quando non conſtat de malo contra, alioqui iniuſte minoris fit quam debet, & iniuſte contemnitur. Confirmatur hæc Rō, quia vt habetur *in reg. 11. de reg. iuris in 6. cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quam actori.* In hoc caſu aūt iudicans ſe habet, vt actor, ſeu accuſator; proximus verò ſicut reus. Et *reg. 65. de reg. iur. in 6. In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.* Proximus aūt poſſidet bonā exiſtimationem. In dubiis igitur ſi quis actum iudicii eliceelit,in meliorem partem ea interpretari de . Et quamuis hæ regulæ loquantur de iudi- probato a iudice in foro exteriori, poſſunt ten per analogiam quandam accōmodari iudicium,de quo loquimur.

Addunt tn̄ præfati autores,non teneri homi alia dubia poſitiue interpretari in meliorē tē, neque etiā licet interpretari in partē de- iorē,ſed poſſe ſuſpendere actū,in nullā par- declinando. Itaque ſi quis videt Petrum be- comedentē, & bibentem, ſiue eum antea erat,ſiue non, non tenetur poſitiue iudica- d facere ex neceſſitate,ſed neq. iudicare de- facere ex gula, ſed ſatis erit ſuſpendere a- . Ratio eſt,quia in tali caſu opus illud ex ſe, ua natura eſt neutrū. Ergo intellectus ſuſpē ns iudicium, ſe habet ſecundum rectam ra- nem,& prout natura obiecti requirit. Non tur in ſuſpendendo actum iudicij peccat.

Confirmatur: Quia iudex in re dubia,nō te- ur abſolute ferre iudiciū in fauorē rei, ſed tn̄ ſuppoſitione,ſi laturus ſit ſententiā, quia aſ- mpſit munus iudicandi. Ergo in caſu noſtro, res eſt dubia,non tenetur quis in meliorem rtē rē abſolute interpretari,ſed ex ſuppoſitio- e tn̄ ſcilicet, ſi actū iudicij elicere velit. Neq; olent viri probi, & pij ſe accuſare in cōfeſſione de ſuſpenſione hmōi iudicij, neque confeſſarij riti, & prudentes id reprehendunt in pœni- nte. Neque vt putat Sotus, contemnitur proxi- us ex ſuſpenſione actus, ſiquidē ſufficienter itatur hic contēptus per hoc, quod in dubio on habeatur mala opinio de proximo,ſed po- us habetur bona ex ſuppoſitione, poſito, ſci- cet,quod in dubio aliquid de ipſo iudicetur.

His aūt omnibus duo in hac difficultate ad- nda eſſe videntur, *vnum eſt*. Quod licet illicitū t dubia in partē deteriorē definitiue iudicare, t v.g. Non licet definitiue iudicare, qđ mulier ornata,impudicitiæ cauſa ſe ita ornauerit,cum mōi ornatus poſſit eſſe in bonū finē. i. vt con- placeat viro,aut vt ſecundum ſuū ſtatū incedat ornata,& veſtita,&c. ex *ſuppoſitione* tn̄ conditio- ali, nēpe ad cautelā conuenientē, licitū erit dubia in partē deteriorem interpretari, vt ex- preſſe S.Th.2.2.q.60.artic.4.ad tertium. Caiet. bi & alij, interpretes,Sotus lib.3.de iuſtitia, q. .art.4.& Gregorius de Valen.to.3.diſput.5.q. .puncto 4.annotarunt. Vt v.g. video hominē uius habitus, & mores indicant iuſte dubitari oſſe,an ſit fur, quāuis non poſſim abſolute iu- icare eſſe furē,poſſum tamen ita cuſtodire res eas ab eo,ac ſi iudicarē furem eſſe. Itē video uenem deambulantem,quem licet non iudi- o adulterū,caueo tamen,ac ſi eſſet adulter, & liam meam ab eius colloquio remoueo.

Ratio eſt, Quia actus iſte non eſt iudicare ale de proximo,ſed iuſte,& prudēter timere, & occurrere dāno,& obuiare periculo,de quo rudēter dubitatur. Quo genere ſuppoſitionis ecte monēt Caietanus, Sotus,& alij dr̄e Præla os erga ſubditos vti ad cautelā, non ad condē- ationē. Ex dubiis.n.facti arguere nō debēt ſub itos malitię, aut eos punire,ſed bonā de eis opi onē,vt prius habere debēt,cautelas tn̄, & cu- odias,& alia remedia poſſunt adhibere, a c. ſi mali eſſent; prudenter tn̄, ne exinde fama eorū lædatur, ſic.n. fieret illi iniuria, quod in dubiis vitandū eſt. Vnde Sotus lib.3.de iuſtit. quæſt.4. articu.4.in fine,& Michael Salon.2.2.q.60.ar. 4. in fine, inferunt, quod propter hmōi dubia poſſum negare illi ſuffragiū meū,ne eligatur ad officium,aut dignitatē aliquā,dūmodo exinde non infametur, nec pferatur ei alius minus dignus,ſic.n.negando ei ſuffragium meum, nullam ei iniuriam infero, quāuis ſecus dicendum eſſet ſi ppterea infamarer,aut illi impar in meritis pręponeretur; tunc.n.cū ex meritis ſuis ius habeat ad illud officium, & periclitatur honor ipſius, dubitatio mea ſufficiens non eſt ad expoliandum ipſum ſuo honore, & iure vt conſtat.

26 *Alterum eſt*: In iudicando diſcrimen maximū eſt inter iudiciū ſpeculatiuū de rebus ipſis,& iudiciū practicū deſcendendo ad perſonas, vt S. Thomas 2.2.q.60.art.4 ad ſecūdum ſubtiliter animaduertit. Exēpli gratia, video cadauer hominis occiſi, poſſum ſine peccato iudicare talē occiſionem fuiſſe peccatū mortale, non tn̄ iudicare poſſum Ioannē illū occidiſſe; Sic.n.deſcendendo ad perſonā in particulari, ſine iuſtis, & ſufficientibus indiciis, peccarē mortaliter. Item ſi videam furtū cōmiſſum, aut domū cōbuſtā ignoto authore, poſſum ſine peccato iudicare peccatū fuiſſe hæc facere. hoc.n.iudiciū eſt ſpeculatiuū ſolū,& de rebus: ſi vero iudicarē Ioannē hæc feciſſe, peccarē, niſi id pro certo haberē. Sic ēt cū audio propoſitionē aliquā hæreticā, poſſum intra me, vel verbo docere, talē propoſitionē eſſe hæreticā, ſi tn̄ Petrum illā proferentē hæreticum eſſe ſtatim iudicarē, peccarē mortaliter, cū ignorē, an ex aīo illā protulerit, necne, iuxta illud D. Aug. *Hæreticare potero, hæreticus autem non ero.* Ratio eſt, quia in iudicio ſpeculatiuo de rebus non attenditur principaliter bonū, aut malū rei, de qua iudicatur nihil.n.boni, aut mali ei ex noſtro iudicio accreſcit, ſed ſolū attenditur bonū iudicantis, quod in eo conſiſtit, quod verū iudicet; verū.n.eſt bonū intellectus, ſicut falsū eſt malū illius, ex Ariſt.lib.6. Eth.c.2.& lib 6.Metap.tex.8. Vnde qui de reb. iudicat, ſolū niti dēt, vt de illis iudicet, ſicut sūt a parte rei. Cui conſequens eſt ex tali iudicio ſpeculatiuo rei nullū dānū inferri proximo, neque in honore, neq. in fama: At vero in iudicio practico de perſonis, qa principaliter intēditur bonū, aut malū eius pſonæ, de qua iudicamus, q̄ ſi iudicatur bona, habetur in pretio, & æſtimatione, & ſi iudicatur mala, hētur cōtēptui, in quo irrogatur ei iniuria, ideo in hoc iudicio in id pcipue niti debemus, vt in dubiis bn̄ de eo iudicemus, cū in hoc caſū de honore, & fama pximi agat. Et de iudicio temerario hactenus dictū ſit

De Contumelia quid ſit, & quale peccatum. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Omnia vitia verbis conſiſtentia, quibus proximum extra iudicium, vt plurimum lædi contingit ad quinque reducuntur, & quænam illa ſint? & quid inter illa diſcriminis.*

2 *Quid contumelia ſit. eius deſcriptio ex S. Tho.*

3 *Dehonoratio, quæ fit per contumeliam tribus præcipue modis fieri ſolet, verbis in præſentia, literis ſcriptis, aut verbis prolatis in abſentia.*

4 *Contumelia verbis proprie conſiſtit in factis improprie.*

Vt factis contumelia fiat, neceſſarium eſt ea intentione fieri, vt alterius honor auferatur. ibid.

5 *Quæ de contumelia dicta ſunt de* conuicio, *&* improperio, *procedunt, quæ materialiter conueniunt, formaliter differunt.*

6 *Quoad grauitatem peccati vnde deſumendum ſit diſcrimen inter peccata, quæ factis, & quæ verbis conſiſtunt.*

7 *Contumelia formalis quæ? eſt ex genere ſuo mortale, & maius, quam furtum, aut rapina, ſiue nocumentum ſequatur, ſiue non.*

8 *Contumelia materialis quæ? aliquando mortale, aliquando veniale, aliquando nullum, ſed actus licitus, & ſtudioſus.*

9 *Qui libellos famoſos conficiunt diuulgantes aliorũ, peccata, quibus honor eorum obſcuratur, & læditur, grauiter peccant.*

10 *Præter ſcelus grauiſſimum, quod committunt, alias ēt pęnas incurrunt. Et per leges ciuiles capitis pęnam ſubeunt.*

11 *Contumelioſa verba tolerare, vt plurimum melius eſt, animo læto, & quieto, immo tenetur vnuſquiſq; præparatus eſſe ad ferendas iniurias ſecundum animi preparationem, non tamen ſemper ea actu tolerare, & ſuſtinere tenetur.*

12 *Tres caſus aſſignantur, in quibus perſonæ priuatæ huiuſmodi contumelias repellere tenentur, & nu. 13.*

13 *Non ſunt tamen armis repellendæ, & percuſſione, nec falſum crimen imponendo, nec occultum, & impertinens etiam publicum obijciendo.*

14 *Quando criminis obiectio non eſt neceſſaria ad honoris reparationem nec ad inculpatam tutelam referri poſſit: non licet obijcere.*

1 EXplicatis ijs omnibus, quæ de iudicio temerario videbantur cognitu magis neceſſaria, reſtat vt de iis breuiter agamus, quæ exinde cõiter ſequi ſolent, vt ſunt *contumeliæ, detractiones ſuſurrationes, irriſiones, & maledictiones*, ad hæc enim quinq. reducũtur ea omnia vitia in verbis conſiſtentia, quib. proximum extra iudicium, vt plurimum lædi contingit. Inter quę hoc eſt diſcriminis, q̃d cõtumelia honor lędit, detractione, ſeu murmuratione fama, ſuſurratione amicitia: irriſione, erubeſcentia intenditur, maledictione aũt malũ, quatenus tale alteri imprecatur, & optatur.

Primo igitur omnium agendum eſt de *Contumelia*, quæ proprie loquendo deſcribi in hunc modum poteſt, ex communi omnium Doctorum conſenſu.

2 *Contumelia eſt iniuria quædam, qua quis alicui honorem aufert, deducendo in notitiam eius vel aliorum aliquid, ex quo ille dehonoratur*, vt colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. Caiet. Petr. de Arrago. & aliis eiuſdem loci interpretibus. Alexan. de Ales part. 2. q. 128. Soto lib. 5. de iuſtitia. q. 9. art. 1. Nauar. in Man. c. 18. n. 10. 11. & 12. Summiſtis in verb. cõtumelia. Ang. Sylueſt. Tabiena. Armilla. eod. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 16. punct. 1. Sebaſtiano Medice. de peccatis capit. titulo 4.
& ſeq. Toleto in Sum. lib. 5. c. 6. & aliis. Id
euidēter ēt ex nominis etymologia deduci
Siue. n. contumelia dicatur a *tumendo* per q
dā iracundiā animi, vt vult Iſidorus lib. 10.
molog. c. 3. cui fauet S. Tho. 2. 2. q. 72. ar
affirmant contmeliam, vt plurimũ oriri ex
poſt S. Gregoriũ lib. 31. Moral. ca. 31. ſiue a
temnendo, vt vult Vlpia. l. 1. ff. de iniuriis, op
huiuſmodi notiones vocabuli in prædictā
tumeliæ deſcriptionē quadrant. Irato. n.
vindicta magis in prõptu eſt, q̃ alteri cont
liam inferre, & qui alterum contemnit,
quam ſuperbus facile in contumelias pro
pit, aliaſq. iniurias irrogat, vnde Prouer. 11
citur, *vbi ſuperbia, ibi contumelia*.

3 Hæc aũt dehonoratio tribus præcipue mo
fieri poteſt, vel primo proferēdo hmõi verb
illius præſentia, & plerũq; fit, vel ſecundo
ris, & libello ita, vt ad eius notitiā perueniat
tertio in abſentia, cũ ea tñ intentione, vt
verba iniurioſa in eius notitiā deueniāt. Qu
ca ꝑprie loquēdo cõtumelia cõſiſtit in ver
iniurioſis in p̄ſentia eius prolatis, cuius ho
officit. Quãuis. n. non ſp alter ille, cuius hon
læditur hmõi verba audit, contumelioſus ta
intentione verba illa profert, vt ad eius aure
& notitiā perueniant. in qua re differt a detr
ctatione; detractor. n. celare cupit detractio
ſuā, & in abſentia, vt plurimũ cõmittitur, atq
ideo non intendit, vt ad notitiam eius veniat. I
quod notandũ eſt diligēter pro confeſſione re
cte faciēda, qa q manifeſtat defectus alterius,
ita vt nollet hoc ab alio ſciri, cõmittit ſolũ de
tractionē, quam ſolā confiteri tenetur: qui ve
eo aĩo id facit, vt is cui detraxit, intelligat ſe a
illo contēni, & vilipendi, tenetur hunc etiā a
mũ confiteri, cõmiſit. n. detractionem ſimul
& contumeliā, quæ ſunt ſpecies inter ſe diſtin
ctæ. Quocirca Caietanus, Sotus, & alii recte d
cent, de ratione contumelię eſſe, vt fiat in p̄ſen
tia patientis illā, aut actu ipſo audiēte, aut ſal
proferētis intētione, ita vt ſit aĩus inferentis cõ
tumeliā, vt ad illius, qui contēnitur, notitiā de
ducatur: actus. n. morales ex intentione ſpeciē
ſumunt. Quo ſane in euentu, q̃uis materialiter
& per accidens ille ſit abſens, in intentione tñ
& per ſe præſens eſſe dicitur. Etenim quæ con
tra nos fiunt, nobis oĩno ignorantibus, nulla
irreuerentiam nobis irrogant: poſſunt quide
illa opinionē noſtrā apud alios lædere, & noce
famę noſtrę, vt fit per detractionē, reuerent
aũt nobis exhibēdę nihil nocent, niſi nobis ſc
tibus illa fiant, aut eo aĩo, vt a nobis intellig
tur: immo eo ipſo ꝙ deſiderat, q mihi illud o
cit a me ignorari, oſtēdit ſe timere me, & re
reri. Vñ contumelia, & detractio licet in ma
ria cõueniāt, vtraq; . n. manifeſtat defectus p
mi, ꝑp quos, vel contēnitur, & inhonoratur,
denigratur fama; differunt tñ, quia contume
manifeſtat defectus proximi cũ irreuerētia,
vilipendio eius, & fit in præſentia illius, a
vel virtute, ideſt, ipſo ſciente, vel ea intentio
vt ſciat; detractio vero manifeſtat illos cũ ta
re, & cum ignorantia eius, cui detrahitur, ſa
ex intentione, & animo detrahentis.

Hinc inferunt Doctores,cõtumeliã,qua excel- tia,& honor alicuius auferṭur, vel diminuit̃, roprie in verbis conſiſtere: vt.n. dictum eſt, in ocõſiſtit,qđ ſignificatur, & manifeſtatur de- ectus aliqs excellentiæ in altero: ſignificatio ũt præcipue fit per verba,cum hæc proprie in ituta ſint ad conceptus animi nóſtri exprimẽ os,vt docet Ariſt.lib.1.de interpret.c 1.cui cõ onat D.Aug.lib.2.de doctrina Chriſtiana.c.3. irca medium.affirmans, *verba principatum ſigni- candi apud homines obtinuiſſe.*

Dixi,proprie cõſiſtere in verbis, qa in factis licet improprie,& ſecundario, cõſiſtere põt ontumelia,quatenus. ſ. facta ſignificãt inten- ionẽ noſtram de lædẽdo honorẽ alterius: qua enus.n.facta ſignificant talẽ intentionem no- ram,illiſq; tanquã ſignis vtimur,ad ſignificã- um aliquẽ honore,& reuerẽtia indignũ eſſe, acta illa pro verbis reputantur. Ad hoc aũt,vt actis contumelia fiat,neceſſariũ eſt,ea intẽtio e fieri,vt alterius honor auferatur. Quãuis.n. oſſit quis honorẽ alterius factis lædere, ſi tamen non intendit honorẽ eius tali facto aufer- e,contumelioſus verè nõ erit.vt v.g.honor eſt cultus,vel reuerentia exterior,q̃ alicui exhibe- ur in teſtimoniũ alicuius excellentiæ,vt docet Ariſt.4.Ethic.c.3.puta dignitatis, vel ſenectu- tis,*vel* ſciẽtiæ,virtutis,vel diuitiarũ,vel potẽtiæ: fieri põt,vt qs iſta auferat, ex quorum ablatione exinde minores haberi,minimeq; honorari incipiunt, & tamen vere non erit contumelioſus.Poſſunt namq; huiuſmodi facta duob. modis cõſiderari,vno modo,vt ſunt actiones quędam in ſuis proprijs ſpeciebus conſtitutæ.

Alio modo ea intentione, vt ſint tanquã media ad honorẽ alterius auferendum; priori modo pertinent facta iſta ad ſuas priuatas ſpecies vitiorum: ſecundo aũt modo pertinent ad peccatum contumeliæ,cũ ad proximũ dehonorandũ fiãt. Exemplis res facile illuſtratur; ſit aliqs, qui pp ſuas diuitias in honore habetur, qui fores illius effringeret,& bona auferret ea ſolum intẽtione, vt illas acciperet, furti tm̃ reus erit: ſi verò fores effringeret, non ſolũ ad auferendum res alienas, ſed ẽt vt eo facto ſignificaret velle ſe vt proximus cõtẽptui haberet, & latro, & cõtumelioſus erit, hoc eſt furtũ, & cõtumeliã cõmittit. Similiter ſit aliquis,qui ob ſuam ſapientiã,& ſcientiã habetur in honorem, ſi quis ũ fuſte in capite percuteret, & cerebrũ lædit, o ſolũ aĩo,vt eũ lædat, factũ hoc ad percuſſionem tm̃ pertinet, ſin verò ea intentione illum ercuteret,vt exinde illum contẽptui haberet, honore priuaret,erit etiam contumelia.

Item qui vxorem alterius ſolicitaret tm̃ libi- inis gratia,adulter tm̃ erit; ſi verò alterius v- orem ſollicitaret non ſolũ vt rem habeat cum a,ſed etiam vt eo facto honori mariti officiat, alis,& adulter,& contumelioſus erit: vnoque ctu duplex committit peccatum neceſſario onfitendum, ſicut quando quis furatur, vt for icetur, actus ille accipiendi alienũ in duplici pecie eſt,furti ſcilicet, & fornicationis, quo- um confeſſio facienda eſt neceſſariò.

Quæ doctrina maxime obſeruãda eſt, vt qs ite,& integre hmõi peccata confiteatur. Quibus addo ex Soto lib.5.de iuſtitia. q. 9.art. 1.in fine.quod licet oĩs contumelia regulariter cõſiſtat in verbis, & ſit contra honorẽ alterius, & cõiter loquendo ſatis ſit confiteri ſe honorẽ alterius læſiſſe,poteſt tñ aliquando ita augeri cõtumeliæ grauitas, vt eius etiã explicatio de neceſſitate ſit confeſſionis. Vt v.g. grauior eſt cõtumelia vocare aliquem hæreticum, & proditorem,quam latronem,aut adulterum, & grauior in ſenatu, vel in magno hominũ concurſu dicta,quam in domo priuata;atque adeo explicandæ ſunt contumeliæ iſtæ in particulari.

Quia licet nõ mutẽt peccati ſpeciẽ, maxime tamen grauitatem eius augent: circunſtantiæ aũt,quæ notabilem grauitatẽ habent,in cõfeſſione explicandę ſunt,cũ confeſſor non ſolum iudex ſit,ſed etiam medicus,qui pro qualitate, & grauitate delicti imponere debet pęnitentiam,& qua ratione a ſimilibus abſtinendũ ſit, pęnitentem inſtruere habet, vt ex Concil. Tridentino ſeſſ.14.ca.5. & 8. & Cathechiſmo Romano tract.de Sacramento pęnitentiæ.nu. 48. & Mich. Salono vbi ſupra colligitur.

5 Quæ aũt de contumelia dicta ſunt,procedũt ẽt de conuitio,& improperio, hæc enim tria q̃uis materialiter inter ſe differant. Siquidẽ cõtumelia proprie eſt, qñ ſignificamus, & manifeſtamus defectũ proximi in aliquo malo culpę, vt cũ dicimus eũ eſſe hæreticũ,furẽ,aut aliquid ſimile: Conuitium aũt eſt, qñ ſignificatur defectus in malo pęnę,vt ſi qs alicui dicat, ipſũ eſſe cęcũ. Improperiũ aũt præcipue conſiſtit in eo, qđ quis iniurioſe alteri in memoriã reducit auxiliũ aut beneficiũ, qđ ei in neceſſitate conſtituto præſtitit,iuxta illud Eccleſiaſt. 20. Exigua dabit,& multa improperabit: formaliter tñ, & ſpecie nõ differunt inter ſe,cũ hæc oĩa ad idem referantur,videlicet,ad ſignificandũ defectũ alicuius in detrimentũ honoris eius, vt Caietanus,& Sotus,& alij ſupra citati poſt S. Tho. 2. 2.quæſt.72.art.1.ad tertium annotarunt. Atq; adeo voces iſtę promiſcue, & pro eodem accipi ſolent,vt conſtat.

6 Quoad grauitatem autem peccati huius annotandum eſt ante omnia,diſcrimen eſſe inter peccata quæ conſiſtunt in factis, & quę in verbis,& ſignis verſantur.

Siquidẽ in illis attẽditur grauitas peccati ex ſolo obiecto,vt patet in furto,homicidio, & alijs: in peccatis verò,q̃ in verbis conſiſtũt,attẽditur rõ peccati ex intentione proferentis verba. Rõ eſt,quia eo ipſo,quod quis exercet actũ exteriorẽ,in quo cõſiſtunt peccata facti,cõuincitur velle inferre nocumentũ proximo, q̃uis dicat,ſe non velle nec intendere, qm̃ ipſęmet actiones exteriores ſunt ex ſe illatiuę dãni; hoc enim ipſo,qđ quis aufert rem alienam, inuito dño,aut aliquem occidit,aut torũ alterius violat,nocet proximo, nec honeſtatur actio furti, v.g.ex intentione aliqua bona, atq; adeo q furatur, vt det eleemoſinam,aut alia bona intentione,quia re ipſa tollit rẽ alienam inuito domino,eique damnum,& iniuriam infert, peccat.

Secus aũt accidit in peccatis, q̃ in verbis, & ſignis conſiſtunt: Signa.n.& verba abſolute, & ſcdm ſe, vt ſunt quidam ſonus, aut vt habent *modum quendam ſignificandi*, non nocẽt proximo, ſed vt sũt ſigna cõceptus, & affectus, atq; adeo prauitas eorum æſtimari in primis dẽt ex intentione directa, aut indirecta ꝑferentis, iuxta quę facile erit ſtatuere, qñ contumelia aliqua peccatũ mortale, aut veniale ſit. Vnde facilioris intelligentiæ, & doctrinæ cã, ſequentes propoſitiones afferemus ex cõi Doctorum ſententia, quam proponunt S.Tho.2.2.quæſt.72. articu. 2. Caietanus, Bannes, Michael Salon, Petrus de Arragon. alijſque eius loci expoſitores. Alexãder de Ales, parte ſecunda, quæſtione ſecunda, quæſt.128. membro ſecundo. Sotus lib. quinto de iuſtitia, quęſ.9.art.2. Gregorius de Valentia tomo 3.diſputat. 5. quæſtio. 16. puncto ſecundo, S. Antonin. parte ſecunda, titul. ſeptimo, capit. ſexto. §. Quantum ad primum. Summiſtę in verbo, contumelia. vbi Ange. §. primo. Sylueſt. quęſtione ſecunda, & tertia. Tabiena, §. primo. Caietanus verbo eod. Nauar. in Manuali, cap. 18. num. 10. & ſequen. Sebaſtianus Medices in Summa de peccatis capital. tit. quarto, quęſtione 21. & alij.

7 Prima propoſitio: Contumelia formalis, q̄ eſt, qñ intentio proferentis eo tendit, vt notabiliter lædat honorẽ alterius, ex genere ſuo peccatum mortale eſt, & maius, quam furtum, aut rapina, ſiue nocumentum ſequatur, ſiue non. Colligitur autem euidenter ex illo loco Matt. 5. *Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis*. pęna vero æterna inferni nõ niſi peccato mortali debetur.

Ratio addi põt, Quia honor, & reuerentia p̄ſtat diuitijs, malitq; vir prudens damnũ & iacturam in diuitijs, q̄ in honore pati, atq; adeo expendere ſolent homines diuitias, vt honores acquirant, & adeptos tueantur, & defendant.

Cum igitur furtum, & rapina, ex genere ſuo peccata mortalia ſint, cõtumelia ẽt pctm̃ mortale erit ex gñe ſuo, & tanto grauius, quanto honor diuitijs præſtat: quãuis tanta põt eſſe quãtitas furti, vt grauitatem contumeliæ exuberet. Et demum contumelia hæc charitatem, & mutuam hominum amicitiam lædit, & tollit, vt patet experientia, per huiuſmodi enim verba contumelioſa pax, & amicitia violatur.

Dixi, *eſſe peccatum mortale ex genere ſuo*, quia fieri poteſt, vt ſolum ſit peccatum veniale, idq; duobus modis; vno modo, ratione intentionis, qui .n. talia verba proferret animo, & intẽtione parum nocendi, & reuera parum nocet, ſolũ peccat venialiter, ſicut & qui furatur rem paruam animo, & intentione parum nocendi.

Alio modo ratione imperfectionis ipſius actus, quando ſcilicet, ex aliqua animi leuitate, aut ex leui ira in verbum contumelioſum prorumpit, abſque conſenſu quaſi dehonorandi iuxta ea quę S.Tho.2.2.q.72.art.3.ad tertium. & alij authores ſupra citati tradunt.

8 Secunda propoſitio: Contumelia materialis, quæ eſt, quando quis profert verba ſine intentione dehonorandi quamuis ex ſe, & ſuo genere peccatum mortale non ſit, aliquãdo tamen mortale erit, aliquando veniale tantum, & aliquando nullum omnino peccatum, ſed potius actus licitus, & ſtudioſus erit.

Ratio pro prima parte eſt, quia eo ipſo, q
ne intentione dehonorandi proximũ verb
la proferat, non committit peccatum cõtu
liæ formaliter, hoc enim in intentione deh
randi conſiſtit, vnde ſola prolatio talium
borum contumelia materialis eſt, ac pro
peccatum mortale ex ſuo genere non erit.

Pars aũt ſecunda patet, quia licet quis v
illa proferendo nõ intẽdat alterũ dehono
ſi tñ ex eorũ prolatione alter notabiliter in h
nore lædatur, ſiue ex ignorantia craſſa, ſiue
negligentia aduertẽdi, qđ dicit, ea proferat,
cat mortaliter; tenetur enim abſtinere ab h
verbis, quib proximus in honore lædi pote
atq; adeo non abſtinendo peccabit mortali
ſi proximus inde nocumentũ notabile in h
re patiatur; Sicut ẽt ſi quis ioco incaute a
rũ grauiter lęderet, peccaret mortaliter: eſt
tentionẽ eũ nocendi nõ habuerit. facile aũt
cidere põt, vt incaute incurratur pctm̃ mo
le, ſine intentione dehonorandi, qñ corã a
quiſpiã obiurgatur; maxime ſi ſatis perſpect
non habeat animum loquentis: Ita.n. fieri p
teſt, vt famã, vel honorem apud alios, quis p
dat. Immo ẽt id ſecrete contingere poteſt, ſi a
liquis meritò ex modo loquendi ſuperioris ſc
dalizaretur, exiſtimans ipſum loqui aĩo pertu
bato. Quocirca S.Tho in corpore q.72.ar.2.do
cet neceſſariam eſſe diſcretionem, vt moderate
homo talibus verbis vtatur.

Aliqñ aũt ſolum veniale peccatum erit pro-
pter defectum cautelæ, vt ſolet cõiter fieri in-
ter mulierculas, & pueros, ac homines viles, q
ſe inuicẽ contumelijs, & conuitijs aſpergere ſo
lent ex animi irati promptitudine, dicendo q
quid in buccã venerit. Quę verba propterea cõ
muniter a peccato mortali excuſantur, eo qđ
parua, aut nulla fides eorum verbis adhiberi ſo
leat, & perparum exinde lędi ſolet eorum ho
nor, deſitq; vt plurimũ intentio grauiter nocen
di, quamuis ſi ſcientes, & volẽtes grauiter no
ceãt, nequaquã a peccato mortali excuſantur.

Nonnunquã vero licitũ erit abſq; vllo pec-
cato hmõi verba contumelioſa proferre: vt cũ
quis ſuperior, v.g. Prælatus, pater, vel maior na
tu debito cũ moderamine acrius interdũ ſolo
aĩo corripiendi inferiorem obiurgat, prout A-
poſtolus Paulus fecit, Gal. 3. *Galatas inſenſatos*, vo
cans: & Chriſtus ẽt Luc. 24. dum Apoſtolos,
ſtultos, & tardos corde ad credendum appellet. Qui
tñ rarò admodum, & difficulter hoc fieri ſole
abſq; peccato, idcirco S. Augu. lib. 2. de ſermo
Dñi in Monte. c. 3. S. Tho. q. 72. art. 2. ad ſcdm.
Caiet. ibi, & Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 9. art. 2. re
cte admonent, tutius eſſe ab hmõi verbis abſti-
nere, cum exinde potius ſubditi exacerbari, q
emendari ſoleant: leuiuſq; multo verbera, qu
huiuſmodi verba ſuſcipiant, vt experientia quo
tidiana conſtat. facile namque conijciunt ſub-
diti huiuſmodi verba ex paſſione potius corri-
pientis, quàm ex charitate procedere: vnde bl
de potius admonendi erunt, quàm acriter ob-
iurgandi ſubditi, pro loco, & tpe, quandoqui-
dem melius eſt amari, quàm timere.

9 *Hinc* infertur grauiter peccare, q libellos fa
moſos cõficiunt, diuulgãtes aliorũ peccata, q

bus

s exinde fama,& honor eorũ læditur,tãtoq.
auius eſt hoc peccatũ,quãto ſcripta hæc ma-
ſeuulgantur,& memoriæ hęrent,quã verba,
Caietan.in Summa in verb.libellus famoſus.
auar.in Manu.c.18.nu.35.verſ.Decimoſepti-
o,& Michael Salon 2.2.q.72.art.2.& alij do-
nt.vbi Caiet.& Salon recte animaduertunt,
mõi libellos aliquãdo pertinere ad detractio-
em ſolam,aliqñ vero ad contumeliam.Quan
o.n. libelli author nomen ſuum occultat, ad
etractionis crimen ſpectat;ſi vero ſeipſum no-
inat,ad contumeliæ nequitiam pertinet, &
pea ſp graue peccatum eſt,teneturque libelli
uthor ad famę,& honoris reſtitutionem,& dã
a,quæ exinde ſecuta ſunt,reſarcire obligatur,
amam autem reſtituere debet, vel conficiẽdo
lium libellum contrarium, vel cantando pali-
odiam publice,aut alio modo ad iudiciũ pru-
entis,& docti cõfeſſarii,qui pro ratione facti,
erſonę,& aliarum circumſtantiarum id cõſu-
ere debet,quod conuenientius fieri poſſit.

Præter ſcelus autem grauiſſimũ, quod cõmit
unt,alias etiã pęnas incurrunt. Etenim autho-
es taliũ libellorum per leges ciuiles pęna capi-
is puniri iubentur,l.1.C.de libellis famoſis:per
leges autem eccleſiaſticas, ſi libelli ſint contra
ſeculares,verberantur,5.*q.*1.*can.Qui in alterius*.ſi
contra Eccleſiaſticos,excõicari iubentur.5.*q.*1.
can.Quidam maligni. & can.Si qui inuẽti. niſi illis fa-
mam,& honorem reſtituãt. Quas etiam pęnas
renouant Pius Papa V.in Bulla quæ incipit, *Ro*
mani Pontificis.Anno 1572. & eſt cõſtitutio 155.
in ordine & Gregorius XIII. in Bulla q̃ incipit,
Ea eſt rerũ. anno eodẽ;et eſt conſtitutio 7.eiuſdẽ
in ordine.Inuenientes autẽ hmõi libellos,ſcien
tes eſſe infamatorios,peccant ẽt grauiſſime,ni-
ſi eos ſtatim,(antequã eos alijs manifeſtẽt)cor-
ruperint,aut igni tradiderint, hr̃ique debent tã
quam cooperatores,& eiſdẽ pęnis ſubijciũtur.
vt in *can.Qui in alterius & can.ſi quis famoſum*.5.q.1.
& ex p̃dictis Pij V.& Gregorij XIII.Bullis habe
tur.Qui vero contra ſtatum religionis in cõi li-
bellos famoſos conficit,merito de hęreſi ſuſpe-
ctus eſt;ſin autẽ libellos famoſos in vulgari,vel
latino ſermone,nec nõ cantilenas,vel rithmos
facit contra ſtatum ordinis Prædicatorum , vel
Minorum,excõicatus eſt,a qua abſolui nequit,
niſi perſonaliter ſe præſentet ſedi Apoſtolicæ,
vt conſtat ex conſtitutione quadam Alexandri
Papæ IIII.quæ incipit,*Ex alto*. & ex alia,quæ in-
cipit,*Non ſine multa*.quas referunt Syluest.verb.
Excommunicatio.7.excommun.48.Caietanus
verb.excommunicatio.ca.81.Michael Salon 2.
2.quęſt.72.art.2.Petrus Nauar.lib.2.de reſtitu-
tione par.2.dub.16.nu.354.& Bartho.Medina.
lib.1.inſtruc.confeſſ.c.14.§.35.Quæ priuilẽgia
alijs etiam religionibus communicari videtur.
Secus autem quando quis libellum famoſum
conficit contra aliquem priuatum religioſum,
infamando illum, quamuis.n.grauiſſime pec-
cat,huiuſmodi tamen excommunicationẽ non
incurrit,vt recte Medina,& Michael Salon lo-
cis proxime allatis annotarunt; conceſſa nam-
que ſunt priuilegia illa in fauorem non alicu-
ius religioſi in particulari, ſed religionis in cõ-
muni,vt conſtat.

11 *Quoad* tolerantiam vero cõtumeliarũ,quamuis vt plurimũ, & maxime in perſonis priuatis melius ſit patienter verba contumelioſa læto, & quieto aĩo ſuſtinere, immo vero tenetur vnuſquiſq; paratus eſſe ad ferendas iniurias, qñ opus fuerit iuxta legem Dei,& dictamen rectæ rõnis ſcd̃m illud Matth. 5.*Si quis te in vna maxilla percuſſerit,præbe ei,& alteram*.quod intelligendum eſt ſecundum animi præparationem; Sicut.n. neceſſaria eſt nobis patientia in ijs,quę fiunt cõtra nos,& ita in ijs,quæ cõtra nos dñr:Quod & feciſſe ſe ſignificat Regius vates,Pſal.37.dicẽs, *Qui inquirebant mala mihi,locuti ſunt uanitates.Ego autem tanquam ſurdus,non audiebam; & ſicut mutus,non aperiens os ſuum*. Non tenetur tamen ſemper eas actu tolerare,ſicut neq. Chriſtus hoc fecit; Cũ .n.alapam ſuſcepiſſet,Ioan.18.a percutiente ſe rationem petiit,dicẽs. *Quid me cædis*? quæ verba ſpeciem quãdam reprehenſionis præ ſe ferunt. *Dixi,vt plurimum*,quia duo caſus aſſignari ſolent a Doctoribus,poſt S.Thom.2.2.q.72.artic.3.in quib.priuatæ perſonæ huiuſmodi contumelias repellere tenentur.

12 *Primus eſt*,Bonũ eius, qui contumeliam intulit.Cum.n.animaduertit quis,quod ex eius reſiſtentia,reprimeretur audacia, & inſolentia p̃ferentis talia verba, ita vt de cetero hmõi iniurijs non aſſueſcat,tunc illi reſpondere dẽt,iuxta illud Prouerb. 26. Rñde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſibi ſapiẽs videatur.In qua re maxima opus eſt prudentia,vt iudicet,ſe potius profectũ facturum ex reſponſione,et ſilentio.Si.n.videt, quod frater ſe emendabit,blande, & leniter eũ admoneat,& reprehendat exemplo Chriſti rñdentis Ioã.18.Quid me cædis? Quo in caſu vult Caiet.2.2.q.72.art.3.quod intra ſe conſideret, an id ex charitate,& amore fraterno faciat, vt fratrẽ lucretur,& ſi charitatẽ hanc in ſeipſo videat,recte facit eũ admonendo: Sin aũt ſe charitatẽ iſtam non hr̃e aduertat,ſed poti⁹ vt ſapiẽs iudicetur,aut qđ exinde frater potius deterior fiet,& ipſe ẽt periculum incurrat,ne furor alterius ipſum ẽt ad ſimilem furorem,& ſtultitiam excitet,tunc tacere potius,quam rñdere debet, & ſibi potius quã alteri conſulere.Sic.n.tacere, ne & ipſe rñdens contumelias incurrat, aut magis alterũ ad iracũdiam accendat, opus eſt laudabile,& ſtudioſum.Quare idem ſapiens, qui dixit,*rñde ſtulto*,&c.Dixit ẽt Prouer.26.verbis immediate præcedentibus.*Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ei ſimilis efficiaris*. & Eccl.8.dr̃,*Ne litiges cum homine linguato,& non ſtrues in ignem eius ligna*. Siquidem reſiſtere contumelijs genus quoddã correptionis eſt,correptio aũt,vbi nulla vtilitas peccantis expectatur,ſed imminet potius alicuius damni periculũ,adhibenda nõ eſt. Ceterũ vt recte notant Sotus li.5.de iuſtit.q.9. ar.3.ad tertiũ.& Petrus de Arragona 2.2.q.72. ar.3 ſi quis contumelias ſuas audiens eo aĩo taceret,vt alterũ ſic tacendo, quaſi ſpretũ,ad iracundiã magis excitaret, grauiter peccaret pctõ vindictæ.Sunt.n.aliqui,qui ideo tacẽt,vt ſic cõuiciantẽ magis ad iracundiam prouocent, quo caſu tacere pctm̃ eſt,ob malã illã intentionem. Quamuis.n.ſi rñderẽt,alter magis p̃uocaretur, & deterior fieret,ac proinde bonũ eſt eo in ca-

ſu tacere;Cum hac tñ intentione tacere, pc̃tũ erit. Tacere ergo debent ob bonũ finẽ,ſ.ne ipſe periculum incurrat peccandi ex hmõi verborũ multiplicatione,Qđ totũ prudentiæ hõium cõſideratis omnib.circunſtantijs relinquendũ eſt.

13 *Secundus eſt,* Propter bonũ aliorũ,tam præſẽtium,q̃ abſentiũ,quorũ profectus per hmõi cõtumelias nobis illatus impediretur, ſi non rñderemus. Vnde quoties æſtimamus nos vilius hñi ab aliis,alioſq. minus noſtrã doctrinã, monita, & famam habituros,ſi taceamus, hmõi detrahentib. rñdere,& reſiſtere tenemur, vt docent S.Th.2.2.q.72.ar.3.in corp.Caie.& alij eius loci interpretes. Alex.de Ales p.2.q.128.memb.4. Sotus lib.5.de iuſtit.q.9.ar.3.Greg.de Val.to.3. diſp.5.q.16.punc.3.& alij poſt D.Gregor. Hom. 9.ſuper Ezechielem dicentem, *Hi quorum vita in exẽplo imitationis eſt poſita,debent,ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere,ne eorum prædicationem non audiant,qui audire poterant,et ite in prauis morib.remanentes,bene viuere contemnant.* His addi poteſt

Tertius caſus, Qñ.ſ.quis verba contumelioſa audiat contra fidei,& religionis honorẽ,vt ſi quis altaria,cruces,Reliquias, & ſimilia contumelijs afficeret,aut nomẽ Dei,& ſanctorũ cũ contumelia blaſphemaret,hmõi verba audiens eũ acriter reprehendere tenetur, ẽtſi ſcandalũ infideliũ ſequatur.Quę oĩa multo magis intelligẽda ſunt de ꝑſonis publicis, quorũ honor magis neceſſarius eſt Reipublicæ, & Eccleſiæ, & qui fidem,& religionẽ arctius defendere tenentur.

14 In his aũt caſib.in qb.licitũ eſſe diximus reſiſtere contumelijs,non ſũt repellendæ armis,& ꝑcuſſione,quia hoc eſſet vindicare ſeipſũ neq. imponẽdo illi falſũ crimen, quia mendaciũ ſꝑ eſt intrinſece malũ,neq; crimen aliqđ occultũ, et impertinens ẽt publicũ ei licet obijcere,v.g.ſi vocauit me cõcubinariũ,non eſt licitũ mihi vocare eũ furẽ.Rõ eſt,quia cũ hmõi ſecunda crĩs obiectio impertinens ſit ad refellendũ eius conuitiũ,& ad cõtumeliã eius refellendam, fidẽq. eius labefactandã, fit vt ad inculpatã tutelã referri nõ poſſit,ſicut nec qđ quis percutientẽ repercutiat.Quãuis.n.ſit latro v.g. põt tñ eſſe verax in ſermonib.ſuis,& ita nõ diminuitur fides eius de crimine,quod contra me obiecerit,aliud eius crimen impertinens illi obijciẽdo.Solũ igitur licitũ erit obiicere ei crimẽ,qđ directe facit ad eius fidem & authoritatẽ minuendã, & qđ ad proprij honoris reparationẽ fuerit neceſſarium,ſ.dicendo illum eſſe mendacem, in cuius rei confirmationẽ poſſum aliqua eius mẽdacia propalare,quib.veritas mea confirmetur,ne in eo,quod mihi imponit,fides ei adhibeatur.Sic.n.rñdendo,& meipſum defendam, & illius fidem,& opinionẽ apud alios tollã, & conſequẽter meipſũ defendã,& a crĩs nota, & iniuria liberabo,ꝙ totũ ad inculpatã tutelam pertinet, quam vnicuique tam in vita, q̃ in honore iure naturæ licitam eſſe in ſuperiorib. oſtendimus.

Nec obſtat calumniã ſemel prolatã iam trãſiſſe, quia calumnia, q̃diu creditur calũniator, lædit,et nocet, Vnde licet affirmare,& probare illũ mẽdacẽ eſſe,ne credatur,& ceſſet illa iniuria.Quia vero tota hui⁹ rei rõ ex neceſſaria defenſione ſumitur, fit, vt qñ crĩs obiectionẽ minime neceſſariã eſſe ſcimus ad honoris rep
tionẽ,non licebit tunc tpis crimen illud ob
re, ſicut nec occidere aggreſſorem,licet q
ter aggreſſus vitam propriam tueri põt. I
ſi ad honoris reparationẽ,vnius tñ crimin
iectio fuerit ſufficiens,contra charitatem,&
tra iuſtitiam erit duo,aut plura manifeſtare.

Quæ autem de reſtitutione honoris hoc loco explicari potuiſſent,et quis modus in fa
da reſtitutione adhibendus eſt, ſup. in mate
de reſtitutione in particulari tractata ſunt.

De Suſurratione,Irriſione,& Maledictio

Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Suſurratio frequens linguæ vitiũ, eius propria defin*

2 *Suſurratio duplex ſicut,& contumelia, Materialis,fo malis.*

3 *Formalis non ſolum ex genere ſuo mortale, ſed contu lia,& detractione grauius & quare?*

Tripliciter poteſt contingere,vt ſit veniale.ibid.

4 *Materialis,ex genere ſuo mortale nõ eſt,ſed aliquando rit veniale,aliquando mortale.*

Suſurratione proprie dicta amicitiæ honeſtæ diſſoluntur, amicitiam autẽ inhoneſtam,& pernicioſam diſſoluere citra mendaciũ aut infamationẽ erit actus charitati.

5 *An qui alterius gratiam aut amicitiam obtinere non poteſt,quin alium ab ea excludat, poterit illud ſuſurratione aliqua eniti,non intendens illos inimicos facere, ſed ſeipſum in excluſi locum intrudere.*

6 *Irriſio peccatum linguæ ab alijs diſtinctum,eius finis intentio;Qualis?*

Irriſio duob.modis fieri poteſt.Ore,ſeu ſermone,& verbis,& dicitur Deriſio,vel ſignis,& dicitur ſubſanna tio,fine conueniunt,modo tantum differunt.

7 *Irriſio ex ſuo genere peccatum veniale, quando aũt mortale trib propoſitionib.oſtenditur,nu.ſeq. 8.9.10.*

11 *Deriſionis gradus quatuor ſecundum S.Thom.*

12 *Maledictio quid ſit,vt,&,quotuplex?* Et *quid maledicere imperatiue & optatiue,& quale peccatum.*

13 *Maledictio formalis ex genere ſuo peccatum mortale poteſt eſſe veniale;quando?*

Ad diuerſas ſpecies pertinere poteſt pro ratione mali, quod optatur, nu. 14.ceteris parib. aliquando grauius peccatum detractione,aliquando minus.num.15.

16 *Maledictio materialis ex ſuo genere tantum veniale,qu rę?Parentes maledicentes filijs regulariter non pe cant mortaliter,ſed conſulendo cauenda eſt.*

17 *Maledictio materialis imprecando malũ ſub rõne bo uel iuſti uel utilis,non eſt peccatũ.ſed licita. Et qu do Eccleſia maledicit quem anathematizat, & Pr phetæ peccatorib.uel Iudices reo pœnam imperand*

18 *Circa maledictionem creaturarum irrationalium quid cendum? maledici poteſt creatura irrationalis tr modis ſecundum S.Th.*

19 *Maledicere creaturis irrationabilib.ut ſunt effectus De eſt peccatum mortale blaſphemiæ grauiſſimę.*

Maledicere nubes,& tonitrua,&c. diuinum auxiliũ le timis exorciſmis aduerſus dæmones implorare licet, quare agrorũ termini, & Campanæ benedicãtur.ib

20 *Maledicere creaturis irrationabilib. & hominum n ralib.illicitum,& peccatum,metaphorice uero,& t pologice licet.Et quomodo Iob maledixit diei natu tis ſuæ,& David montibus Gelboe.*

ALiud linguæ vitium extra iudicium, ſatiſque frequens, eſt ſuſurratio, quæ definiri poteſt ad hunc modum *Suſurratio eſt culta, et clandeſtina quædam oblocutio contra proximũ d diſſoluendas amicitias, & diſcordias ſeminandas inter micos.* Ex qua deſcriptione conſtat diſtingui peccatum hoc a contumelia; hæc. n. vt diximus, ſit in præſentia illius, cui obijcitur contumelia, & eo fine; vt honor alterius lædatur, ſuſurratio aũt fit occulte, & in abſentia, & pro fine ſuo hẽt amicitias diſſoluere, iuxta illud, Eccl. 28. *Suſurro, & bilinguis maledictus, multos. n. turbauit pacem habenes,* & paulo ante; *vir peccator*, inquit *turbauit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.* A detractione vero differt, quia detractio pro fine ſuo habet denigrare famam ꝓximi, vnde diſſeminat ea, quæ verè ſunt mala culpæ, cum his prope fama alicuius denigretur; ſuſurratio autẽ pro fine ſuo habet diſſolutionẽ amicitiarum, vt diximus, atq. adeo ſiue dicat malũ de proximo, ſiue bonum, finis tñ eius eſt, vt hoc bonũ, quod dicit, malũ appareat audienti, ſicque facilius amicitias diſſuat, & diſſoluat: vnde Prouer. 26. dr̄, *Suſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt*, Conuenit aũt in materia, & in modo cum detractione, quia vterq. dicit malum de altero, et occulte. Nonnunquam aũt contingit, vt ſuſurrator ſimul etiam detrahat, qñ. ſ. quæ de proximo ad diſſuendam amicitiã dicit, ſint vere detrahentia de fama; ſecus, ſi ſolũ dicat apparentia mala, & tñ in re vere bona ſint, ex S. Th. 2. 2. q. 74. art. 1. ad 1. tunc n. vere non detrahit: Poteſt ẽt ſuſurrator pro diuerſitate finium, quos ſibi proponit, alijs ẽt peccatorum generib. delinquere, vt ſi v.g. diſſeminando diſcordias inter coniuges proponeret ſibi adulteriũ, & ſuſurro, et adulter erit per eiuſmodi voluntatem committendi adulterium. Sic ẽtſi quis Regi ſuſurret aliquid de Regis familiari, non ſolũ vt eorũ familiaritates diſrumpat, ſed ẽt vt hac rõne aliquod officiũ, aut dignitatem alterius obtineat, & ſuſurro, et ambitioſus erit, atque adeo vnico actu duo pc̄tā cõmittit, quorũ vnũ ab altero imperatur. Quæ doctrina diligenter annotanda eſt ad rectè & integre confitendum, vtrumq. n. pc̄tm̄ in confeſſione diſtinctè explicandum eſt. De hoc vitio agunt S. Th. 2. 2. q. 74. et Caie. Bann. Salon, et Petr. de Arrag. ibi. Summiſtæ in verb. ſuſurratio vbi Sylueſt. Ang. Tab. Caiet. & Armilla S. Anton. p. 2. tit. 7. ca. 5. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 11. Greg. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 18. Nauar. in Manu. c. 18. nu. 13. Sebaſt. Med. in ſum. de pec. cap. tit. 3. q. 5. Bar. Med. lib. 1. inſtr. confeſſ. c. 14. §. 5. & alij paſſim.

Porro ſicut de contumelia diximus, ita etiam ſuſurratio duplex eſt, *formalis.* ſ. & *Materialis*, formalis illa eſt, quæ fit cum intentione ſeminandi diſcordias; *Materialis* vero, qñ dicitur malum, qđ natum eſt ſeminare diſcordias, non tamen eo fine. Qua diſtinctione facta, facile eſt huius criminis grauitatem explicare. Pro qua re ſit

Prima Propoſitio, ſuſurratio formalis nõ ſolum eſt ex genere ſuo peccatum mortale, ſed ẽt cõtumelia, & detractione grauius, vt præfati authores teſtantur. Quod vero pc̄tm̄ mortale ſit, manifeſtũ eſt, quia graue damnum infert proximo contra iuſtitiã, bonum magnum amicitiæ tollẽs, quo bono inter tẽporalia nullum maius eſt, nec ad ſpiritualia magis accedens. Vnde in ſcriptura ſeuere prohibetur, ac inter alia pc̄tā mortalia in ſcripturis annumeratur, vt patet Leuit. 19. vbi dr̄, *Non eris criminator, nec ſuſurro in populis.* Et Eccl. 5. *Non appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.* Et Eccl. 28. multa de hoc vitia hñr. Et Rom. 1. inter alia mortalia peccata connumeratur cum dr̄, *Plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, &c.* Quod vero grauius pc̄tm̄ ſit detractione, facile oſtendi poteſt, vt. n. docet S. Th. 2. 2. q. 37. ar. 3. in corp. & q. 74. ar. 2. grauitas peccati deſumitur ex nocumento, quod infert primo, ex hoc. n. habet rationem culpæ, & conſequenter eo maius eſt dãnũ, qđ infert, quo præſtantius eſt bonum, quod aufertur. At vero amicitia bonum præſtantius eſt, q̃ fama; Ergo maius pc̄tm̄ eſt ſuſurratio, q̃ detractio. Minor patet, qa amicitia finis eſt famę, ideo. n. neceſſaria eſt fama, vt quis amicitiã multorũ conciliet. amicitia. n. non gignitur ex virtute niſi per eius notitiã, in qua fama conſiſtit; notitia namq. virtutis ad illius amorem allicit, Quotquot. n. notitiã virtutis hoĩs alicuius habent, niſi corruptis morib. ipſi præditi ſint, ipſum amabit; Eſt. n. virtutis allicere, & ad ſui amorẽ rapere; Cũ igitur amicitia famæ, & honoris finis ſit, finis aũt præſtantior, & ijs, quæ ſunt ad finem conſequẽs eſt amicitiã fama præſtantiorẽ eſſe. Hinc Eccl. 6. dr̄, *Amico fideli nulla eſt comparatio.* Quo ẽt in loco amicũ ſapiens merito *arci, diuitijs*, & *medicinæ* cõparat. Sicut. n. arx hoĩem a malis inferendis defendit, atq. adeo pp eius protectionẽ pleriq. ab inferenda iniuria deterrentur. Et ſicut *diuitiæ* vtilitatẽ, et voluptatẽ hoĩb. afferunt, ita ex vero amico multũ non vtilitatis ſolũ, ſed ẽt voluptatis percipitur. Et ſicut *Medicina* a malis illatis curat, ita amicus ſua conſolatione, & ope, mala incidẽtia tollit, aut ſaltẽ lenit. Quę rõ ex eo cõfirmari poteſt, qa charitas, & dilectio ipſi Deo aſſimilat. 1. Io. 3. oĩumq. virtutum maxima eſt Charitas. 1. Cor. 13. & cõſequẽter ſuſurro q amicitias diſſoluit, directius, & nocẽtius cõtra virtutẽ p̄cipuam agit, et ẽt contra Deũ ipſũ, q eſt dilectio. Vñ Prouer. 6. dr̄, qđ Deus *ſex odit; ſeptimum vero.* ſ. *ſeminare diſcordias inter fratres*, tanq̃ oĩum peſſimũ, *deteſtetur aĩa eius*, Ex quib. oĩb. manifeſtũ eſt, ſuſurrationẽ grauius pc̄tm̄ eſſe, q̃ ſit contumelia, cum vt docet Philoſophus lib. 8. Eth. c. 8. *Amicitia melior ſit, quam honor, & amari melius, quam honorari.*

Dixi aũt *ex genere ſuo* eſſe peccatum mortale, quia poteſt eſſe pc̄tm̄ veniale, Primo, ex leuitate materiæ; Secundo, ex modo dicendi, vt ſi dicatur iocoſe, ac vti non credatur, nec lædat; Tertio, ex imperfectione actus, vt qñ non lędit amicitiam, ſed amicitiæ exceſſum, vt nimiam familiaritatem, et conſuetudinem, manente tñ quoad ſubſtantiam amicitiæ beneuolentia.

Secunda Propoſitio, Suſurratio materialis ex genere ſuo peccatum mortale nõ eſt, ſed aliqñ erit veniale, aliqñ autem mortale. Eſt quidem veniale, qñ dr̄ malum, quod ſimpliciter non eſt natum gñare diſcordias, licet aliquo modo lædat amicitiã, qa in hoc caſu, nec peccat mortaliter rõne intentionis, nec rõne damni, cũ dixerit

rit malum,quod non eſt natū generare graues diſcordias,quod ſi inter aliquos illas generet,id certę ex peculiari illorum ingenio,& circunſtātia accidit, quod ille inculpabiliter ignorabat. Eſt tñ veniale,eo ipſo quo malū,& cum aliquo periculo ſeminandi aliquas diſcordias. Eſt autē mortale, quando dr̄ malum, quod natum eſt generare diſcordias vel ſimpliciter, & abſolute ratione perſonarum, apud quas dicitur, noueratque ſuſurro poſſe apud illos generari: Quia in his caſib. etſi deſit intentio,nihilominus graue damnum,& nocumentum infert,quod probabiliter prouidere potuit,& tenebatur.

Quæ aūt de ſuſurratione hactenus dicta ſunt, intelligi debent de ſuſurratione *proprie dicta*, per q̃.ſ.amicitiæ honeſtæ diſſoluuntur. Etenim ſi qs citra mēdaciū, aut infamationem,aut alicuius occulti pc̄tī reuelationem,amicitiam pernicioſam diſſoluat,tm̄ abeſt,vt peccet,vt potius actū charitatis exerceat. Vnde nullum erit pctm̄ modo prędicto amicitias concubinariorū diſſoluere,in quem ēt finem licitum erit aliqua vitia naturalia hoīs commemorare, aut alia eius vitia publica,v.g.dicendo amatricē ſuam eſſe deformē,ignobilem,publicam meretricem,& hmōi. Eſt.n.virtus hmōi amicitias diſſoluere, citra tñ mendacium aut peccati ſecreti reuelationem.

5 DVBIVM aūt eſt,an qui alterius gratiā, aut amicitiā obtinere non pōt, quin aliū ab ea excludat, poterit illud ſuſurratione aliqua eniti, non intendens illos inimicos facere,ſed ſolū ſeipſum in excluſi locū intrudere? In hac re, vnū certū eſt apud oēs, pctm̄ mortale eſſe id facere modis illicitis,ſ.fraude,aut dolo, aut infamādo proximū,aut diſſoluendo amicitias,& ſeminando odia,aut ēt expoliando fratrem re aliqua, in q̃ habet ius. *Non.n.facienda ſunt mala, vt veniant bona.* Rom.3.ſin aūt id nullo horum modorū fiat, ſed ſolū narret aliquos eius defectus naturales, aut alios veros,ex quo nec ſequitur infamia proximi,nec odiū,ſed ſolū cadit ab illa familiaritate,manente amicitia,vt poſſit ipſe in Regis,aut Prælati amicitiam intrare,tūc Sotus, q̃uis cum aliquo dubio,affirmat,id licitū eſſe,li.5.de iuſti. q.11.art.1.cui conſentit Pet.de Arrag.2.2.q.74. art.2.in fi. Rō eorum eſt,quia amicitia & bonū gratuitū pendent a libera voluntate amici,in re aūt gratuita nullus habet ius,gratis.n.conferūtur,& gratis negari poſſunt; licitum aūt eſt vnicuiq; ſine vi & fraude commodū, cuius dignus eſt,procurare. Alij vero vt Mich. Salon 2.2.q. 74.ar.2.Domin.Bann.ibid.& Nauar.in Man.c. 18.nu.14.rectius docent,id eſſe illicitū, atq. adeo pctm̄ contra iuſtitiam,mortale,aut veniale. Mortale quidem,ſi alter notabile damnum incurrat,aut amittat aliquod bonū ex diminutione talis familiaritatis; veniale aūt ſi læſio parua ſit. Rō eſt, quia non eſt licitum alicui alterum lædere pp̄ vtilitatem ſuam. Nec valet Rō in contrariū,quia licet amicitia ſit bonum gratuitum, poſtquam tñ in illam quis admiſſus ſit, habet ius,ſi illa ab aliquo tertio abſq. cā, & cum damno ſuo priuetur,ſicut pauper habet ius, ne quis impediat eleemoſinas, quas diues illi conferre ſtatuit.adeo vt ſi quis decreuiſſet cōferre alicui eleemoſinam,qui abſq.iuſta cauſa ſuaderet illi mutare decretum,tenetur ad reſtitutionē. maxima,vnicuiq. licet ſibi conſulere, vera et dummō id cū damno,et iniuria alterius nō fiat.

Quoad irriſionem aūt conſtat eſſe pactū ab alijs vitijs linguæ diſtinctū. Cū.n.hmōi linguæ vitia ab intētione proferentis pēſanda ſint,aliaq. intentio deriſoris ſit ab intentione detractoris,contumelioſi,vel ſuſurri; vtiq. ex fine diuerſo intento,& nocumento per deriſionē illato,a reliquis deriſio diſtinctū ſpecie pctm̄ erit. Qui.n.contumeliam infert honorē lędere,detractor vero famā,& bonū nomen diminuere, ſuſurro beneuolentiā,& amicitiā tollere,deriſor autē erubeſcentiā,& ruborē afferre intēdit. Conueniūt igitur hæc oīa in materia, q̄a oīa iſta dn̄t malum,& defectus proximi,& ſolo fine differunt,vt dictū eſt,& nocumento,ſiq̄dē ex deriſione afficitur proximus rubore,& erubeſcētia,priuaturq. exinde quiete,pace,& lætitia,ac ſerenitate conſcīæ, id qđ maximū bonū eſt, iuxta illud Prou. 15.*Secura mens iuge conuiuium.* Sicut.n.quis de bono opere apud alios reuerentiam meretur,& fama & apud ſeipſum bonæ conſcīæ gloriam, ſcđm illud 2.Cor.1.Gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniū conſcīæ noſtrę;ita ēt ex aduerſo de actu turpi, & vitioſo apud alios famā, & honorē amittit,apud ſeipſum autem per huiuſmodi turpia,quæ ibi obijciuntur,conſcientiæ gloriā,& lætitiam per ruborem & erubeſcentiam perdit; tollit quippe huiuſmodi erubeſcentia & rubor, conſcientiæ pacem,& lætitiam,vt conſtat.

6 *Poteſt* aūt deriſio hęc duobus modis fieri,vel ore.ſ.& ſermone,hoc eſt,verbis irriſorijs,ironicis;& cachinnis;vel ſignis,quæ verbis irriſorijs æquiualent,vt naſo rugato, & extenſis labijs; Prior aūt modus prouocandi proximum ad ruborem appellatur deriſio, ſecundo vero ſubſannatio;qui duo modi in fine conueniunt,qui eſt fratrem pudore, & rubeſcentia afficere,& ſolo modo differunt;diſtinctio aūt ſpecifica in his nō a modo,ſed a fine deſumenda eſt; ac proinde vt recte notat S.Th.2.2.q.75.artic. 1.ad primum, deriſio,& ſubſannatio ex ſolo modo inferendi ruborem non autem ſpecie diſtinguuntur.

De hoc autem vitio agunt S.Th.2.2.q.75.Alexan.de Ales p.2.& ſummæ.q.133. Summiſtæ in verb.Deriſio,vbi Ang.Sylueſt.Tab.Caiet.& Armilla & in verb.ſubſannatio. S. Anton.p.2. tit.6.c.7.Sotus lib.5.de iuſtit. q.11.art.2. Caiet. Bann.Salon,& Petr.de Arrag.2.2.q.75.Grego. de Valen.tom.3.diſp.5.q. 18.punct.2.Nauar.in Manu.c.18.num.15.Sebaſt.Medices in Summa dę pctīs capit.tit.3.q.7.Io.Pedrazza in expoſitione octaui p̄cepti decalogi,§.13.& Bar.Med.lib. 1.inſtr.confeſſ.c.14.§.15.circa medium,& alij.

7 *Circa* grauitatem vero huius peccati, illud in primis ex S.Th.vbi ſup.art.2.& alijs eius loci expoſitoribus,obſeruādum eſt, irriſionem ex ſuo gn̄e peccatum eſſe veniale,eo quod irriſio proprie malum dicit, vnde deriſio ſecundum ſe eſt ludus,qui ex ſuo genere venialis tm̄ eſt; Eſt.n. *deriſio* proprie,*cum quis malum,vel defectum alicuius in ludum,vel riſum ponit, vt erubeſcat.* vt autem clarius innoteſcat,quādo veniale,aut mortale peccatum ſit,placuit ex communi doctrina omnium ſequentes propoſitiones afferre.

Prima propoſitio, Deriſio, quę ſine animo lę ędi fratrem fit, nec illum vlla ratione lædit, ſed ſolum intentione fit, vt aut ea via ceſſet ab aliquo defectu, aut vt animus recreetur, ſeu moderate fiat, nõ eſt aliquod pc̃tm̃, ne veniale quidem, ſed ad virtutem Eutrapeliæ pertinet, quæ ad honeſtas recreationes inclinat. Ratio eſt euidens, ꝗa talis honeſta recreatio licita eſt, vtpote facta ad animum refocillandum, qua viri prudentes, graues, & pij nonnunquam vtuntur. In hac tñ re adhibenda eſt ſꝑ maxima moderatio, ne aliquo modo offendatur proximus, facile. n. peccari poteſt ẽt mortaliter in hoc genere, ratione alicuius circunſtantiæ, vnde viri timoratę cõſcientiæ ab huinſmodi abſtinere debent.

Secunda Propoſitio, Deriſio, quæ fit obijciendo fratri aliquod leue malum, ſolum veniale eſt ſecundũ ſe, et ex genere ſuo, ſi inde alter aliquo modo pudefiat. Rõ eſt, quia ſicut in alijs materijs, ita ẽt in iſta pc̃tm̃ ratione leuitatis materiæ põt eſſe veniale. dixi, ſcd̃m ſe, quia ratione ſtatus perſonæ, cui obijcitur, fieri poteſt, vt ſit pec. mort. vt v. g. ſi quis vitium non adeo per ſe magnum viro honeſtiſſimo, & religioſo illudendo obijceret, puta quod ſolus puellã allocutus ſit, ſciens, aut ſcire debens, eum grauiter laturum talem irriſionẽ, & exin de magno pudore affici, procul dubio peccaret mortaliter contra charitatẽ; infert. n. ei graue nocumentũ, quod vitare tenebatur. Sin aũt erubeſcebat alter ꝑꝑ vile ingeniũ, tunc ſi irriſor, illius ingeniũ nouerat, peccat ẽt moraliter cõtra charitatẽ, qua tenetur vnuſquiſq. vitare moleſtias proximi, q̃tum commode põt, ſi vero ingenium eius ignorabat, erit ſolũ veniale, quia malũ leue dixit, & excuſatur per ignorantiã inculpabilẽ, q̃uis multo maiorẽ in his reb. q̃ in alijs moderationẽ adhibere dẽt; vt dixi, cum facile ſit peccare mortaliter in hoc gñe, ob damnum, quod fratri exinde infertur.

10 Tertia Propoſitio; Deriſio, qua exponit crimen fratris aut graue ſcd̃m ſe, ẽt ioco, aut leue ſcd̃m ſe, ſed ex contẽptu fratris, pc̃tm̃ mort. eſt, idq. grauius cõtumelia, tantoq. grauius, quãto perſona, q̃ deridetur, maioris eſt reuerẽtię. Pars prima ex ſe patet, ex eo. n. quod obijcitur graue malũ, quo graui pudore afficitur graue, dãnum in pudore fratris infertur. Scd̃a pars probatur, ꝗa qd̃ ꝑ ironiã, vel ſub ſchemate riſus ꝓferatur, nõ minuit culpã, ſed auget, qñquidẽ per talem irriſionẽ perſona illa adeo notatur vilis, vt non magni fiat, tale vitium ei impingere, ſicut nihil æſtimatur pueros, & ſtultos hoĩes, alioſq. abiectæ ſortis ſimiliũ vitiorum nominib. denotare.

Tertia pars ẽt patet, quia contumelioſus obijcit malũ ſerior, deriſor aũt fratrem cõtemnit, qui ſane contemptus grauius pc̃tm̃ eſt, quam contumelia. Quarta pars manifeſta eſt, quanto. n. reuerentia perſonæ, quæ irridetur maior eſt, tanto grauius eſt pc̃tm̃ perſonam illam erubeſcentia efficere, contemnere, ac parui pendere.

11 Hinc S. Th. 2. 2. q. 75. ar. 2. quatuor gradus irriſionis cõſtituit, quorũ primus, quamuis pc̃tm̃ mortale ſit, minus tñ graue eſt, q̃ ſecundus, & ſecũdus tertio, quartum autẽ grauiſſimum eſt v. g. Deriſio promiſcui facta promiſcue põt eſſe mortalis, Deriſio aũt proximi tanquã viri iuſti, facta, hoc eſt, qua quis opera eius iuſta deridet, grauius pc̃tm̃ eſt, cum. n. honor virtutis prẽmiũ ſit, conſequenter opus bonũ deridens, virtutem contemnere cenſetur, contra quos conqueſtus eſt Iob. c. 1 v. dicens *Irridentur iuſti ſimpliciter.* Quę ſane deriſio valde nociua eſſe ſolet, cum exinde homines a bene agendo nonnunquã impediantur. Tertium autem locum habet irriſio parentũ, iuxta illud. Prouer. 30. *oculum, qui irridet parentem ſuum, & ſubſannat partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentib. & comedant eum filij aquilæ.* Quartum vero locũ in hoc genere tenet irriſio Dei, iuxta illud. Eſa. 37. *Cui exprobraſti? & quem blaſphemaſti? & ſuper quem exaltaſti vocem tuam?* & poſtea ſubditur ad enormitatem huius peccati declarandam, *Ad ſanctum Iſrael.* Immo vt notat Caiet. deriſio Dei, & ſanctorum non ſolum eſt deriſio, ſed ẽt blaſphemia, id quod in ſumma, & clarius 2. 2. q. 75. colligit ex illo Luc. 22. vbi de irridentibus Chriſtum, & dicentib. *Prophetiza nobis, quis eſt qui te percuſſit?* ſubdit ſtatim, *Et alia multa blaſphemantes dicebant in eũ.* Et de irriſione hactenus.

12 *Alterum* linguæ vitiũ eſt *Maledictio*, quæ *eſt imprecatio, ſeu exoptatio mali alicui facta ſub ratione mali,* hoc eſt, intendendo malum ipſum, idq. modis duobus, ſ. vel *imperatiue*, vel *optatiue*, qui duo modi inter ſe differunt, quod vt inf. dicemus, maledicere *optatiuè*, ſi nullũ ſit ſcandalũ, aut intentio, vt illud eueniat, non ſit culpa mortalis cõiter, maledicere vero *imperatiuè*, ẽt ſine intentione, vt illud eueniat, tale pc̃tm̃ eſt, quale eſt malum, quod imperatur. Rurſus maledictio hæc, ſicut de alijs linguæ vitijs diximus, duplex eſt, *Formalis*, & *Materialis*. Maledictio *Formalis* eſt, qua quis imprecando, vel imperando vult alicui malũ euenire, vt malũ eſt. *Materialis* eſt, qua quis imprecando, vel imperando vult alicui euenire malũ ſub rõne boni iuſti, aut vtilis, aut qua quis malũ alicui optare vr̃ ſine intenione tñ, & deſiderio mali quod ore profertur. De quo vitio legendi ſunt S. Th. 2. 2. q. 76. Caiet. Bannes, Salon, Petr. de Arrag. & alij eiuſdẽ loci expoſitores. Alex. de Ales p. 2. q. 130. Sũmiſtæ in verb. Maledictio. vbi Ang. Sylueſt. Tabiena Caiet. Armilla, & alij. S. Anton. p. 2. tit. 7. c. 5. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 12. Nau. in Man. c. 12. num. 86. & c. 18. num. 16. Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 19. Sebaſt. Med. in ſumma de peccatis capital. tit. 4. q. 66. & ſeqq. Barthol. Medina lib. 1. inſtr. confeſſ. ca. 14. §. 35. & alij. Pro faciliori autem huius rei explicatione ſequentes propoſitiones afferam.

13 Prima Propoſitio; Maledictio formalis, qua optatur, vel imprecatur alteri malũ, vt malũ eſt, cum animo, & intentione, vt illi eueniat, pc̃tm̃ mortale eſt ex genere ſuo. Rõ eſt, quia procedit ex odio interiori, & directe charitati repugnat; actus aũt exterior eiuſdem rationis, & malitiæ eſt cũ interiori. Vnde ſequitur maledictionem formalem ad diuerſas pc̃tĩ ſpecies pertinere, ſicut, & odiũ interius a quo procedit, ſi. n. imprecatur mortẽ eſt homicida, ſi incendiũ domus optat vel bonorũ, eſt incendiarius; ſi bonorũ ablationẽ deſiderat, eſt fur, & ſic de reliquis. Dixi, ex gñe ſuo, quia põt eſſe veniale pc̃tm̃, ratione, ſ. paruitatis materię, aut ex defectu deliberationis, vt ſi fiat primo motu, ex ſubito quodã motu

iræ,aut ex alia paſſione. Qua de cã Caie.Sotus, & Greg.de Valen.vbi ſup.tradunt,ſępe excuſari a mortali parentes maledicẽtes filijs alioqui grauib.verbis,vt cõmendando illas dęmoni nõ quidẽ (vt putant)quia ſtatim pęnitet eos ſic maledixiſſe filijs, vellentq; illud non euenire; hoc .n.ſolũ probat eos male feciſſe, non aũt probat non peccaſſe mortaliter, qñquidem ad odium mortale non exigitur mora, nec prudens aut multa deliberatio,ſed ſatis eſt,vt ſcientes,& dolentes illud malum imprecati ſint. Vnde ſi tp̄e iræ,aut alterius paſſionis adeo inualuit paſſio, q̃uis per breue tp̄s,vt portionem ſuperiorem ad conſenſum flexerit, pc̄tm̄ mortale erit, ſicut ſi paſſio concupiſcentiæ ita exardeſcit, vt trahat hoĩem ad conſenſum in actum venereum, eſt pc̄tm̄ mortale,nec deſinit eſſe tale ex eo, quod ſtatim reſipiſcat,neq. illa ſubita pęnitentia, & repentinus dolor ſignũ eſt non conſenſiſſe, aut non peccaſſe mortaliter, ſed ſolum indicat non peccaſſe ex habitu,& ex malitia, ſed tm̄ ex paſſione. Rõ igitur ſola cur ĩ tali caſu excuſari poſſint parentes a mortali eſt, quia deſinit conſenſus,& plena deliberatio. Quocirca ad videndũ, an pc̄tm̄ mortale,aut veniale fuerit, cõſiderare oportet non tp̄is breuitatem,aut moram,ſed an tp̄e,quo maledictio fit,adſit conſenſus, & deliberatio,nec ne,ſi.n.adſit conſenſus q̃uis per breuiſſimũ tp̄s durauerit,erit pc̄tm̄ mortale,ſin autem abfuerit conſenſus, aut plena deliberatio, erit ſolũ veniale,in qua re iudicãda plurimi falluntur reſpiciẽtes potius tp̄is morã,& breuitatem,q̃ voluntatis conſenſum, & deliberationẽ.

14 Secũda Propoſitio, Maledictio formalis,ſiue peccatũ veniale ſit, ſiue mortale, (pro ratione circunſtãtiæ)eiuſdem ſpeciei pc̄tm̄ eſt cũ malo, quod proximo optatur, atq. adeo ad diuerſas ſpecies peccati pertinet,pro rõne mali, quod optatur vt ſup.dictũ eſt,vt expreſſe ſentiunt Caie. 2.2.q.76.art.4.Mich.Salon.concl.1.Sotus lib.5. de iuſtit.q.12.art.3.& Greg.de Valen.tom.3.diſp.5.q.19.punct.1.concl.2.poſt S.Th.2.2.q.76. art.4.ad ſecundum, ſi quis maledicendo nullũ in ſpecie explicet malum, ſit ſi quis dicat, maledictus a Deo,tunc committitur,vt vult Sotus generale maledictionis peccatum,ſeu vt Caiet.& Gregor.notant,erit pęccatum odij,quod habet pro obiecto malum in communi.

15 Tertia Propoſitio,Maledictio formalis ceteris parib. aliquando grauius peccatum eſt detractione,aliquando minus graue. Sic S.Tho. 2 2. q.76.ar.3.Sotus,& alij vbi ſup. Nam maledictio *imprecatiua*,ſeu *optatiua*,quę ſolum importat ſimplex deſiderium ex genere ſuo,& ceteris parib. eſt minus peccatũ quam detractio,eo quod detractio,contumęlia,ſuſurratio, & irriſio efficaciter inferunt damnũ proximo,vel in fama, vel in honore, vel in amicitia, vel in verecundia; maledictio aũt imprecatiua nullum infert damnum,ſed optat ſolum inferri; Ceteris vero paribus grauius eſt damnum inferre,quam illud deſiderare. Maledictio autem imperatiua,ſeu quę fit per modum imperij, cum relationem cauſæ habeat,& efficaciter, quandoq; infert malum, aliqñ grauior erit detractione, aliqñ æqualis illi, nonnunquam vero illa leuior erit, ſi maius malum ſit,quod quis imperat alteri fieri,maledicendo,q̃ ſit malũ infamiæ; ſi vero malũ,quod imperatur maledicendo, æquale ſit malo infamiæ,vel ipsũ malũ infamiæ,eiuſdẽ oĩno malitię pc̄tm̄ maledictionis erit cũ detractione,quod ſi malũ,quod imprecatur maledicẽdo minus fuerit,et ipſa ẽt maledictio detractione minor erit. Quæ omnia ex ſe certa,& manifeſta ſunt.

16 Quarta Propoſitio, Maledictio materialis, qua q̃s intentione,& deſiderio mali,qđ ore profertur,malũ aliquod nominat; ſolũ pc̄tm̄ veniale eſt ex genere ſuo. Rõ euidens eſt, quia grauitas mali penſanda eſt vel ex intentione maledicentis,aut ex damno,quod infertur, ſed in hoc caſu deeſt intentio.& inſuper nullũ hinc infertur damnũ,cũ verba vim damnũ inferendi non habeant. Ergo maledictiones iſtæ venialia pc̄ta ſunt ex ſuo genere, quia dicũt malum,non aũt mortalia. Immo aliqñ neq. erunt venialia,puta ſi ioco,& ludo fiant,& cã recreationis honeſtę, quales ſunt,quæ in conniuijs,ludis,& comędijs amicę,& familiariter inuicem dici ſolent. Dixi ex genere,quia prælatus, & quæuis grauis perſona vix ſine ſcandalo põt malum ſubditis precari,& filij parentib.et ſubditi ſuperioribus maledicentes ſimiliter grauiter peccant, ẽtſi deſit intentio, & ẽtſi ioco id faciant, quia opus illud non ſolum ſcandaloſum eſt, ſed ẽt genus quoddam contumelię continet,tanta eſt reuerentia, quę illis debetur. Parentes aũt maledicẽtes filijs quia regulariter in corde non habent malũ deſiderium,non peccant mortaliter, ſed venialiter, nihilominus tñ ratione ſcandali, & præcipue ſi accedat conſuetudo, huiuſmodi maledictiones erunt grauiſſima peccata, vtpote quæ non conferunt ad correctionem;et iram in odiũ concitare ſolent,ſicq. quicquid malorum imprecatur,ſerio illis optare,peſſima res eſt,& ſolis hominibus infimæ claſſis peculiaris.

17 Quinta Propoſitio; Maledictio materialis, qua quis imprecatur alteri malũ ſub rõne boni vel iuſti(quo pacto iudex maledicit, imperãdo pęnam inferri Reo,et Eccleſia imprecando mala ei quem anathematizat,quo ẽt modo ꝓphetiæ in ſcripturis imprecantur mala peccatorib. conformantes ſuã voluntatem diuinæ iuſtitiæ) vel boni vtilis,(imprecando videlicet ægritudinem,aut impedimentũ aliquod pc̄tõri, quo vel ipſe melior fiat,vel ſaltem alijs nocere deſiſtat) non eſt pc̄tm̄,ſed licitum in caſib.in quib. licitũ eſt illud malum velle ad tale bonum. Sic S.Th. 2.2.q.76 artic.1.Sotus,& alij ſupra citati. Ratio eſt,quia quod licitũ eſt deſiderare, licitũ eſt precari. ſed licitũ eſt cuiq. etiam priuato velle malũ proximo; vel primo ratione iuſtitiæ, hoc eſt, optare,vt peccatores iuridice,& iuſte puniãtur a Deo,vel a iudicio.vel ſecundo ratione gloriæ Dei,quo modo prophetæ ſæpe præcantur mala peccatoribus, vt patet exemplis Noe, qui mala filio ſuo optauit,Gen.9.& Eliæ,4.Reg. 1.& Eliſæi.4.Reg.2.& Iacob.Geneſ.49.& Dauidis,Pſ. 108.vel tertio ob bonum cõe qua ratione optare poſſumus,vt Turcæ,& hæretici,& alij peccatores conuertantur,& deſinant nocere,aut tollãtur e medio, vel quarto ratione boni ꝓprij honeſti,aut vtilis; Boni honeſti,qua rõne puella,q̃

ſolicitatur a iuuene optare pōt illū infirmari, vt ſic ceſſet ab illa libidine, vel moriatur, niſi cōnerſus ſit; Boni vtilis, vt q iniquā litē mecum ducit infirmetur, vt ſic reſipiſcat, & ceſſet, vel fiat paup, ſi ex abundantia diuitiarū litē illā mouit, Quo ēt modo mulier, quæ videt virum ſuū ludo dilapidare bona ſua, pōt optare, vt ægrotus in lecto iaceat, vt ſic reſipiſcat, & ne perdat res ſuas. quia in his caſib. non eſt velle malum, ſed potius velle bonū, iuxta illud Saluatoris; *Melius eſt debilem, vel claudum intrare in regnum cęlorum, quam duos oculos, aut duos pedes habentem, mitti in ignē æternum.* Matth. 18. Ergo in his caſibus, licitum ēt erit imprecari malum ſub eiſdem rationibus, & finibus bonis. Quæ oīa intelligēda ſunt, quando exiſtit culpa in eo, cui malū deſiderat. ſi.n. nullū ſit in eo peccatū, non licet ei deſiderare malū ob vtilitatem propriam ſicut nō licet filio deſiderare mortē patris ob hæreditatē. Cōfirmātur hæc oīa, quia ex doctrina S. Tho. 2.2. quæſt. 25. articu. 6. & Caiet. 2.2. q. 34. artic. 2 & aliorum, odium inimicitiæ, quo volumus proximi malum, illi malū eſt, intrinſecè malum eſt, odium vero concupiſcentiæ, quo volumus proximo malū ob aliqđ bonum iuxta rectā rationem, nō eſt malū intrinſece, immo honeſtū, & licitum. Qua ratione dr̄ Deus nihil odiſſe, i. odio inimicitiæ, bene tñ odit peccatores, odio concupiſcentiæ, inferendo eis mala pęnæ, vt oſtendat in eis iuſtitiā, & gloriam ſuam, aut reſipiſcant, ſed imprecari malū ſub ratione boni, eo modo quo expoſuimus, ad odium concupiſcentiæ pertinet, iuxta rectam rationem; Ergo hac ratione malum illis imprecari licet.

18 *Circa* maledictionem verò creaturarum irrationaliū, vt explicemus quatenus liceat, aut nō liceat, ſupponendū eſt tanquā certum ex communi omniū conſenſu, quem optime tradit S. Tho. 2.2. q. 79. art. 2. creaturā irrationalem tribus modis maledici poſſe, vno mō referēdo maledictionē ad Deum ipſum, qđ contingit, quando maledicūtur, quatenus ſunt effectus Dei; *Secundo* reſpiciendo ad creaturam irrationalē ſecundum ſe, quod contingit, qñ quis ex ira, ob id qđ v.g. animal aliquod nō mouetur, vt vult, vel nocet ſibi, malū ei imprecatur. *Tertio* referēdo maledictionē ad hominem, ad quē cuncta ordinantur, omnia. n. fecit Deus propter hominē, & ad ipſum animalia oīa irrationabilia ꝑtinent, vel per modū ſubuentionis, in quantum, ſcilicet ex creaturis irrationalib. ſubuenitur humanæ neceſſitati, quo mō Deus Geneſ. 3. homini dicit, *Maledicta terra in opere tuo*, vt ſcilicet per eius ſterilitatē homo puniretur; Item Deut. 28. *Maledictum horreum tuum.* & Dauid 2. Reg. 1. maledixit montib. Gelboe, dicens, *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia, veniat ſuper vos*, vel per modū ſignificationis, quatenus, ſ. creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum ſignificationis, quomodo Chriſtus maledixit ficulneæ in ſignificationē Iudeæ. vel per modū continentis, ſcilicet tp̄is, aut loci, ſicut Iob maledixit diei natiuitatis ſuæ, propter culpam originalem, q̃ naſcendo contraxit, & propter ſequētes pęnalitates, quo ēt ſenſu intelligi poteſt Dauid maledixiſſe montibus Gelboe, 2. Reg. 1. ſ. propter cædem populi, quæ in eis contigerat. His ita ſuppoſitis, ſit in ordine

19 Sexta Propoſitio: Maledicere creaturis irrationalib. quatenus ſunt effectus Dei, eſt pctm̄ mortale blaſphemiæ grauiſſimū, illas vero maledicere, quatenus ſunt creatę pp hominē idē eſt, ac hominibus maledicere, ac proinde eadē ratione eſt licitum, vel illicitum eis maledicere, qua (iuxta dicta) licitū, vel illicitum eſt maledicere ipſis hominib. Illis verò maledicere ſecundū ſe conſideratis, vanū & ocioſum eſt, atq. ex cōſequēti illicitum. Quæ propoſitio colligitur euidenter ex S. Tho. doctrina 2.2. q. 76. artic. 2. *Prima pars* patet, qa creatura, quatenus eſt Dei effectus, & aliquid Dei, atq; adeo quicquid ipſi hac rōne tribuitur, In Deum refunditur, vnde eſt expreſſa blaſphemia, & ſemper peccatū mortale grauiſſimū, a quo non excuſatur, q ex ſubita ira, vel ex more fecit, ſicut nec excuſaret ab homicidio, vt Petrus de Arrag. 2.2. q. 76. art. 2. annotauit. *Pars ſecunda* probatur, qa ſicut maledicere creaturis, inquantū ſunt Dei, perinde eſt ac maledicere Deo, ita maledicere creaturę irrationali, inquantū hēt ordinem ad hominē, perinde eſt ac maledicere homini; Atq; adeo ſi talis imprecatio contineat imprecationē mali, quatenus malū eſt, erit illicita, & peccatum, vt qui maledicit diei, i. tempori natiuitatis ſuæ, cū intentione optandi malum tempori, quatenus continet natiuitatem ſuam, ſibi ipſi maledicit, q per natiuitatē in mūdum ingreſſus eſt: Et qa hoc modo optat ſibi graue malum, maledicit enim natiuitati ſuæ, quę magni mali capax eſt, conſequenter peccat mortaliter. Sic ēt precari terræ ſterilitatē, eſt precari homini famē, atq; adeo tale pctm̄ eſt, quale eſt ſi homini maledixiſſet. Sin aūt imprecatio illa ſit mali alicuius, quatenus induit rationem boni, non erit peccatum, vt ex quinta ꝓpoſitione conſtat. *Tertia pars* conſtat, quia creaturæ irrationales ſecundū ſe non ſunt capaces mali, & boni, in ordine ad felicitatē, vel infelicitatem; ſunt.n. incapaces illius, vnde ſic illis maledicere eſt ocioſum, & illicitū. Quocirca ridiculū eſt nubes, tonitrua, tempeſtates aeris, locuſtas & bruchos maledicere, aut anathematizare, vt perperā faciunt aliqui ruſtici in quibuſdā locis eſtq; res viris catholicis indigna, & quæ non minimā ſacrorū irriſionem præſefert. Quod aūt in huiuſmodi calamitatibus licet, id tantū eſt, diuinum auxilium legitimis exorciſmis aduerſus dęmones, q in vltionē delictorū noſtrorū diuinitus ſæpe eiuſmodi incurſionibus, & turbinibus nos infeſtare permittuntur, implorare, & ſub hac rōne terminos agrorū benedicere. Campanis autem benedicere, quatenus ad diuinum cultum ordinantur, religionis habet prætextum, ſicut & benedictio ornamentorū, & calicum, vt Sotus lib. 5. de iuſti. quæſt. 12. art. 2. in fi. Michael Salon. 2.2. q. 76. Petr. de Arragon. ibid. art. 2. Nau. to. 2. conſ. 5. in antiquis, alias conſ. 52. in Nouis de ſent. ex comm. & alii tradunt.

20 Septima Propoſitio: Maledicere creaturis irrationalib. & hoīum natiuitatibus quatenus ad hominem referuntur, illicitum & peccatū eſt, Metaphorice aūt, ſeu Tropologice, quatenus

aliquod malū eo tēpore, aut loco accidit, maledicere licet. Prima pars cōſtat, qa maledicere, v.g. diē natiuitatis, quatenus in eo natus eſt, idē eſt, vt diximus, ac maledicere hominē ipſū die illo natum, quod eſt peccatū. Secunda pars probatur, quia maledicere diē, aut locum tropologice, ideſt maledicere tēpori, aut loco prout in eis quædam mala contigerunt, non tā eſt maledicere tempori, aut loco, quā malis ipſis, quæ eo in tempore, aut loco acciderunt, ac proinde non erit peccatum. Sic enim maledixit Iob diei natiuitatis ſuæ, ideſt, culpæ originali, & alijs miſerijs, quas naſcendo contraxit, & Dauid montibus Gelboe maledixit, ideſt, homicidiis, quę in illis montibus acciderunt.

Illud demū obſeruandum eſt, quod cū maledictionis grauitas ex qualitate mali augeatur, quod aliis imprecamur, & qđ tot ſint ſpecies, quæ quis alteri imperat, vel imprecatur, conſequenter in confeſſione explicandum eſt quod malum, & quod mala alteri imprecatus ſit, immo vero ſi quis omnia, aut multa ſimul mala alteri imprecatur, multarum ſpecierum deformitates vnico actu incurrit, quas omnes in cōfeſſione neceſſario explicare tenetur, vno peccato aliud circūſtante, vt ſępe ſæpius contingit.

De vitio detractionis, eiuſque grauitate, ac varijs detrahendi modis:

Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit detractio, eiuſque definitionis explicatio.*
2 *Varijs modis committi poteſt detractio, ſed præcipue duobus, Directe, ſ. & indirecte, directe autem quatuor modis, & indirecte totidem modis.*
3 *Detractio duplex, Materialis, & formalis, & quid quælibet harum ſit?*
4 *Formalis ex genere ſuo mortale, ex triplici autem capite poteſt eſſe veniale nu.5.*
6 *Farmalis non ſolum mortale ex genere ſuo, ſed grauius quàm furtum, minus tamen, quàm homicidium, aut adulterium. Grauitas peccati ex quatuor præcipue ſumi poteſt.*
7 *Detractionem eſſe quid grauius peccatum, quam furtum, & minus quam &c. quomodo intelligendum.*
8 *An ſit grauius peccatum quam contumelia.*
9 *Detractio materialis ex genere ſuo non eſt mortalis ſed poteſt eſſe venialis, & mortalis.*
10 *Ex detractione, & diffamatione oritur neceſſaria obligatio reſtituendi.*

QVIA de hoc vitio detractionis magna ex parte ſuperius in materia de reſtitutione famæ expoſita ſunt, hoc ſolum in loco ea breuiter explicabimus, q̄ peccati huius naturā grauitatē, & varios eius modos oſtendunt. De qua re agunt S.Tho.2.2.q.73. Caiet. Bānes, Salòn, Petrus de Arragon. & alij eius loci expoſitores, Alex. de Ales p.2. Sum. q.129. Sūmiſtæ. in verb. Detractio. vbi Ang. Syl. Tabiena. Caieta. Armilla, & alii. S.Ant. p.2. tit.8. c.4. Sotus lib.5. de inſt. q.10. Nau. in Man. c.18. n.17. & ſequentib. & in relect. c. Inter verba. 11.q.3. Petrus Nauar. li.2. de reſtit. c.4. p.2. n.104. & ſeq. Greg. de Valen. to.3. diſp.5. q.17. Sebaſt. Medices de peccatis capit. tit.3. q.6. & alij.

1 *Eſt* autem *detractio alienæ famæ denigratio per verba occulta*. Quæ ſane definitio ſufficiēter ſatis, & naturā eius, & diſtinctionē a contumelia explicat. In eo.n. quod dr̄ *denigratio famæ*, differt a contumelia. ſiquidem obiectū contumeliæ eſt honor: obiectū vero materiale detractionis, eſt fama, q̄ duo inter ſe differunt; fama namq. eſt bona opinio, quā alij habent de aliquo; honor verò eſt reuerentia, quæ exhibetur alteri, ꝓpter aliquā eius excellentiā, vel in genere, vel in virtute, vel in officio, aut in doctrina, &c. Quod autē additur *per verba occulta*, diſtinguit etiam eam a contumelia, quoad obiectū formale. Nā obiectū formale contumeliæ eſt iactura honoris ꝑ vim paſſa, & in manifeſto; obiectū vero formale detractionis eſt ablatio famę ꝑ ignorantiam paſſa, & in occulto, & abſentia eius, cui detrahitur. Quāuis.n. occultum & manifeſtū ſimpliciter ſumpta ſpecie non differāt, nam mendaciū, ſiue in occulto, ſiue in publico dicatur, ſꝑ manet in eadē ſpē mendacii, ſi tn̄ manifeſto, & occulto addatur diuerſa rō inuolūtarii, huiuſmodi diuerſum voluntarium eas inter ſe ſpecie differre faciet. Id quod optimo & appoſito exemplo oſtendit S.Thom.2.2.q.73. artic.1. furti, & rapinę. Etenim tam in furto, quam in rapina aufertur alienū: qa tn̄ in furto patitur homo inuoluntarium per ignorantiam, in rapina autē per vim, quæ ſecundum Philoſophum lib.5. Ethic.3. ſunt diuerſæ cauſæ inuolūtarii, atq; adeo hac ratione furtū & rapina peccata ſunt ſpecie diſtincta: ita etiam in propoſito, qui per acceptā contumeliam iacturam facit honoris, patitur inuoluntarium per vim; qui autem detrimentū accipit famæ per detractionem, patitur inuoluntariū per ignorantiam, ignorat.n. quod alter ei detrahit, q̄ duo diſtinctas rationes formales iniuriarū, & peccatorū efficiunt. Quando aūt dicitur, detractionem fieri *per verba occulta*, non eſt ſermo de occultis ſimpliciter, ſed de occultis ei, cui fit detractio, quia, ſ. in abſentia eius fit: nec obſtat, quod ei poſtea ab aliis referatur, quo minus rationem detractionis habeat, quia id oīno per accidens eſt, & pręter intentionem detrahentis, quod ſi coram aliquo verba contumelioſa proferat cū intentione infamādi eum, duplicis malitiæ & ſpeciei diſtinctæ peccatum committit. Vnde circunſtantiam etiam detractionis cōfiteri tenebitur cū contumelia, vt recte Nau. in Manuali c.18. num.12. & Petrus de Arragon 2.2.q.73. ar.1. annotarūt. Alii aliter definiunt, vt Nau. in Manuali. c.18. nu.17. in hunc modum, *Detractio eſt ſignificatio alicuius mali hominis non canonizati, inordinata, directa, vel indirecta, qua læditur, vel periclitatur eius fama*. Quæ ſane definitio nimis prolixa, & ſatis impropria eſt, vnde hæc S. Thomæ a nobis allata, communiter ab aliis recepta eſt, breuibuſq. verbis totam detractionis naturam explicat.

Varijs autem modis cōmitti poteſt detractio, vt colligi poteſt S.Thom.2.2. q.73. articul.1. ad tertium. Alexandro de Ales par. 2. quæſt. 129. memb. 1. in fine. Adriano. Quodlib. 11. litera E. art. 1. Soto. lib. 5. de iuſtitia quæſt. 10. ar. 1. Petro de Arragona 2.2.q.73. ar. 1. & Michael Salono ibidem. Gregorio de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 17. puncto 1. & aliis.

Sed præcipue duobus, *Directe* ſcilicet, & *Indirecte*; Rurſus vero *Directe* fit quatuor modis, *Primo* quidem imponendo falſum crimen alteri, de quo dr̄ Eccleſ. 11. *Attende tibi a peſtifero fabricat enim tibi malum, &c. Secundo*, augendo peccatum verbis ſuis, de quo dicitur Eccl. 11. *Ab vna ſcintilla augetur ignis, & a doloſo augetur ſanguis. Tertio*, Reuelando occultum crimen, quamuis verum, de quo Eccleſ. 27. dr̄, *Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Quarto*, Honeſtum proximi factũ in malũ finem vel intentionem eius torqueudo, ſicut dicitur Eccl. 10. *Bona in mala conuertentes, inſidiatus, & in electis ponit maculam.* Quamuis enim hoc ad iudicium ẽt temerarium ſpectet, vt ſupra diximus, quia tñ nihil prohibet vnum, & eundem actum in duabus malitiæ ſpecieb. contineri, vt qui furatur ad fornicandum, dupliciter peccat furto, ſ. & fornicatione, ita in propoſito fit, vt eadem verba, quæ ſunt temerarij iudicii, ſimul etiam ſint detractoria. Quatenus enim iudico fratrem ob malum finem illud agere, eſt iudiciũ temerarium; quatenus vero hoc meum iudiciũ aliis inſinuo, eſt detractio.

Indirecte autem totidem modis etiã fit detractio, quorum *primus eſt*, qñ negat bona proximi, vt cum narratur qđ aliquis ſit homo aptus ad adminiſtrandã iuſtitiã ſubditis detrahere illi volens, dicit nõ eſſe verum; quo modo pecauerunt illi, qui Io. 9. negarunt miraculum cęci natifieri a Chriſto. *ſecundus eſt*, quando reticet, cũ oporteret illa manifeſtare, ſic. n. negans, aut reticens indirecte infamat, cũ aſſertio eius ſit neceſſaria ad famã alterius, vt cũ quęritur de bona cõuerſatione alterius, vt exhibeatur ei aliqđ bonũ, ſciens aliquis multa bona de illo, ex quibus iudicaretur aptus ad illud, tacet illius opera bona, nę tale officium obtineat. *Tertius eſt*, qñ quis diminuit aliena merita, tunc enim minuit & famam. *Quartus eſt*, qñ dignum laude frigidè, & remiſsè laudat, ne tanti habeatur, ſicut. n. remiſſo illo laudandi mõ nititur famam & bonũ nomen proximi minuere. Qui ſanè modus infamiæ non eſt paruus. Vñ Phauorinus apud Gellium ait, Turpius eſt exigue atq; frigide laudare, quam infeſtãter, grauiterq. vituperare. Qui. n. maledicit, quanto id acerbius facit, tanto magis pro iniquo, inimicove ducitur, tãtoq. minus fidẽ capit. Qui aũt infacundè, ieiuneq. laudat cauſa ipſa deſtitui vr̃. Nam amicus creditur eius, quem laudare vult, & nihil poſſe reperire, qđ in laudibus ponat. Quod intelligeudum eſt, quando alter talem laudem meretur, & ipſe eũ commode laudare poſſit. Qui oẽs modi detrahendi eiuſdẽ ſpeciei ſunt, cũ in omnibus idem obiectum materiale, & formale ſit, nẽpe fama occultè læſa: ſunt tñ alii aliis grauiores, & in aliquibus opus eſt reſtitutione, ideoq; in cõfeſſione explicandi ſunt, vt confeſſor ſtatum pœnitentis agnoſcat, & doceat pro ratione cuiuſque ad quid detractor teneatur.

3 Quia verò detractio, vna ſpecies eſt eorũ peccatorũ, quę fiũt verbis: peccata aũt verborũ maxime cõſiderãda ſunt ex dicẽtis intẽtione; hinc eſt, quod detractio vel materialis tm̃ eſt, vel formalis. Materialis eſt, quæ fit ſine intẽtione infamandi proximũ; Formalis eſt, qñ verba huiuſmodi proferuntur cũ intentione lædendi famã proximi. Dicitur autem quis ex intentione facere, non ſolum quando directe id animo proponit, ſed etiam quando animaduertit, qui dicit, tñ ſine cauſa legitima talia verba profert. His ita in vniuerſum expoſitis, explicandũ in particulari eſt, qualenam pc̃m̃ ſit detractio, id qđ ſequentibus propoſitionibus manifeſtum fiet.

4 Prima Propoſitio: Detractio formalis, q̃ fit cum intentione lædendi famã proximi, ex genere ſuo peccatum mortale eſt. Sic S. Tho. 2.2.q. 73. artic. 2. & alii omnes ſupra allati. Ratio eſt, quia per detractionẽ aufertur fama, quæ ex ſua natura p̃ſtantior eſt rebus externis, ex cuius ablatione impeditur homo a multis bene agẽdis. Hinc Eccleſiaſt. 41. dicitur, *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni, & pretioſi.* Idcirco Iac. 4. dicitur. *Nolite detrahere alterutrum fratres mei, qui enim detrahit fratri, detrahit legi,* i. contemnit eam, videlicet pręceptum dilectionis proximi, vt exponit S. Tho. 2.2.q.73.ar.1. ad tertium & Pſalm. 110. ait propheta, *Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar,* Ro. 1. *Detractores* dñr *Deo odibiles*. Erit ergo ex ſuo genere pc̃m̃ mortale. Cõfirmatur, qa per detractionẽ pax, & charitas proximi violatur, vnde lites, & ſcandala multa plurimũ conſequi ſolẽt. Hoc aũt, quod dixi, intelligendũ eſt, ex Nauar. in Man. cap. 18. nu. 22. & nu. 23. & Petro de Arrag. 2.2.q. 73. articul. 3. in principio, dummodo ex huiuſmodi verbis notabile damnum proximo ſequatur; Illud aũt cenſetur dãnum notabile, ex eodẽ Nau. n. 20. quod eſt cauſa, vt infamatus patiatur damnũ graue animæ, corporis, pecuniæ, vel honoris, aut putetur tali bono indignus, qđ iudicio boni viri, & prudentis, conſideratis circunſtantiis perſonæ, loci, temporis, & aliis relinquitur.

5 *Dixi eſſe peccatum mortalę ex genere ſuo*, quia detractio etiam formalis ex triplici capite poteſt eſſe venialis.

Primo ex tenuitate materiæ, quia ſcilicet eſt leuis detractio; poteſt aũt eſſe leuis detractio ex tribus, vel primo, ex parte infamiæ, qa infamatur qs de re ioci, puta de mẽdacio officioſo, aut alia re ſimili, vel ſcđo ex parte perſonę diffamatæ, vt ſi miles infamatur dę homicidio, aut iuuenis ſecularis diffametur de fornicatione, hi. n. tanti faciunt, quod iſta de illis dicantur, quantũ qđ cęnauerũt, immo ſolẽt ſe de iſtis iactare: Ideq. dicendũ eſt de adulterio multorũ, vt exp̃ſſe docent Caie. 2.2.q.73.ar.2.dub.1. Sotus lib. 4. de iuſtitia. q. 6. artic. 3. in argumento. 4. & lib. 5. q. 10. art. 2. poſt concluſionem quartam, & Nauar. in Manuali. c. 18. n. 33. & in repetit. cap. inter verba 11. q. 3. concluſ. 6. Corollario 35. num. 522. vel tertio ex parte perſonarũ, apud quas fit infamatio. Erit. n. eadẽ infamia grauis, ſi fiat apud virũ grauẽ, vel Principẽ, Pręlatũ, aut apud multos, q̃ ſi fiat apud virum popularẽ. erit infamia leuis. Quæ omnia procedunt ratione leuitatis materiæ, ſi enim haberet animum detrahendi, & nocendi grauiter, etſi res leuis ſit, peccabit mortaliter ratione intentionis.

Secundo erit detractio venialis *ex intentione detrahentis*, quia.ſ.non detrahit ex intentione nocẽdi notabiliter, ſed potius ex intentione iocandi, ex S. Tho. 2.2.q.73.art.2.in corp. vbi ait *Verbum ex animi leuitate prolatum, non eſſe mortale peccatum*, Quod tñ intelligendum eſt tunc ſolũ procedere, qñ ex tali ioco, aut verbi prolatione, nõ cõſequitur notabile dãnum ei, cui detrahitur, vel non timetur detrimentũ notabile ſecuturũ. Si.n. non intenderet nocere notabiliter, & tñ exinde ſequitur notabile dãnum ei, cui detrahitur, vel periculo notabili eius exponitur, peccat mortaliter, vt recte Nau. in repe.ca. inter verba 11.q.3.concluſ.6.Corol.21.n.477.& Corol.32. n.518.& Greg. de Valen. tom.3.diſput. 5. q.17. puncto 2.quęſ.5. annotarunt, & colligitur ex S. Tho. vbi ſupra, ſubdit fore mortale, *ſi notabiliter, famam alterius lędat.*

Tertio detractio erit pctm̃ mortale, *ex actus imperfectione, & deliberatione*, puta quia eſt actus quidam repentinus, & indeliberatus, quod maxime contingere poteſt, qñ quis ab aliquo prouocatur aliqua infamia, & repente commotus repellit iniuriam. Id quod contingit non ſolum in aliis linguæ peccatis, ſed etiam in alijs materiis, vt cõiter tradunt authores poſt S. Thom. 1.2.q. 88.ar.6. vnde 2.2.q.35.ar.3. docẽt, quod licet acidia, hoc eſt triſtitia de reb. ſpiritualibus ex ſua natura, quia, ſ. oritur ex deteſtatione eorum, ſit mortalis, pp actus tamen imperfectionẽ, ideſt, qñ ſine noſtra deliberatione, & conſenſu rationis in nobis producitur, erit tm̃ venialis. Sic etiã ibidem ait, quod licet concupiſcentia in generę adulterii, qñ peruenit ad conſenſum rationis, ſit peccatum mortale, ſi tamen in ſola ſenſualitate conſiſtat, erit veniale. Et idem de inuidia docet 2.2.q.36.art.3. Et 2.2.q.158.art.3. ait, quod licet appetitus vindictæ ex genere ſuo ſit peccatum mortale, quia contrariatur charitati, põt tamen eſſe veniale propter actus imperfectionem, puta cum motus ire pręueniat iudicium rationis. Sic etiam Ioan. Maior in 3.diſt.25.q.4. col.3. & Io. And. in cap.1. de hęret. quos refert, & ſequitur Nau. in repet.c. inter verba 11.q.3.concluſ.6. Corol.21.num.490. affirmant, hæreſes ac infidelitates ſurreptitias, quæ ſine noſtra deliberatione oriuntur, eſſe ſolum veniales, nec propter eas incurrere quempiam excõmunicationem in Bulla cęnæ Domini.

6 Secunda Propoſitio: Detractio formalis nõ ſolum eſt peccatum mortale ex genere ſuo, ſed ẽt grauius peccatum, quàm furtum, minus tamen quam homicidium vel adulterium. Sic Sanctus Thomas 2.2.quæſt.73.art.3. & eius loci expoſitores. Solus lib. quinto de iuſtitia. q. 10. artic. 3. Gregorius de Valentia to.3.diſput. 5.q. 17. puncto 3. Nauar. in repet. cap. inter verba. 11. quęſt. 3. concluſ.6. Coroll.22.nu.494. & alij. Quæ propoſitio quoad ſingulas eius partes facile probari poteſt, ſi conſideremus ea omnia, quæ peccatum aggrauare ſolent. Poteſt autem grauitas ex quatuor pręcipue deſumi.

Primo, ex malitia hoĩs, ex qua procedit, & hoc modo ſicut charitas eſt omnium virtutum maxima, multoſq; egregios, & ſingulares effectus habet vt ex 1. Cor. 13. conſtat; ita ex aduerſo, inuidia eſt omniũ peſſima, & naturæ maxime repugnãs, cum de malo, quod abhorrẽdum eſt, gaudeat, & de bono, quod diabolicum eſt, contriſtetur, vt docet S. Tho. 2.2.q.39. art.3. & 4.

Seaundo, ex obiecto; qua rõne peccata in Deum commiſſa, ideſt, quæ immediate habent Deum pro obiecto, ſunt maxima, vt ſunt infidelitas, deſperatio, odium Dei, blaſphemia, periurium.

Tertio ex ratione inuolũtarii, quo mõ grauius pctm̃ eſt rapina, quàm furtum, contumelia quam detractio, furtũ, aut ſcandalũ: Quia in contumelia, & rapina maior eſt vis, & contemptus, quam in furto, aut detractione; & cõſequẽter grauius pctm̃ erit contumelia, q̃ furtum, eo quod in furto minor eſt vis, & minus inuoluntariũ, quam in cõtumelia: & pari rõne licet ſcandalum, ſeu alium in pctm̃ inducere ex ratione obiecti, maius peccatum ſit, quam contumelia, quia tñ talis inductio, non eſt coacta, ſed volũtaria magis, (nemo enim inducere poteſt aliũ ad peccatum inuito, ſed voluntarie quiſq; peccat) ideo hac ratione contumelia, & etiam detractio grauiora peccata erunt quàm ſcandalum.

Quarto, ex ratione dãni, quod cõſequitur, vt.n. recte docet S. Tho. 2.2.q. 73. art. 3. tanto maius, eſt nocumentum, quanto maius eſt bonum, qđ aufertur; cum autẽ bonũ hominis ſit triplex, ſ. bonũ aĩæ, bonum corporis, & bonum exteriorum rerum, quorum triũ, maximum eſt bonũ aĩæ, deinde bonum corporis, & tandem bonum rerum externarum; hinc fit, qđ ſcãdalum, quauis grauius peccatum ſit homicidio, ex eo, qđ illud occaſionaliter, puta per malã perſuaſionem, priuat animam gratia, qua viuit, & homicidiũ tantum priuat vita corporis, quia tamen, vt diximus, nemo poteſt alterum inuito ad peccatũ cogere poteſt tñ per vim alteri vitam corporis auferre, ideo hac ratione grauius peccatũ ęrit homicidium, quam ſcandalum, cum in illo maior violentia ſit q̃ in iſto; quia vero bona corporis meliora ſunt quã bona externa, & vtraque per vim auferri poſſunt, ideo homicidiũ, quo tollitur vita proximi iam actu exiſtens, quæq. maximum bonũ eſt, & fundamentum ceterorũ, crimen omniũ peſſimũ eſt in ſuo genere, eorum, quę in proximũ comittuntur; poſt homicidium autem oĩum grauiſſimum eſt adulterium, cum ſit contra debitũ ordinem generationis humanæ, per quã eſt introitus ad vitã, quandoquidẽ vt late probat Sotus lib.5. de iuſtit. quæſt.3. ar.3. & q.10. art.3. concl.2. per ſe loquendo, & communiter filius, qui incerto naſcitur parente, nec commode ali, nec cõmode educari poteſt. Quibus conſequens eſt, tã homicidium quã adulteriũ peiora vitia eſſe ex genere ſuo, quam detractio, aut contumelia, quæ famã ſolum, & honorẽ, quæ bona externa ſunt, tollunt. Ceterũ cum inter bona externa fama præeminet diuitiis, eo qđ propinquior eſt bonis ſpiritualibus, iuxta illud, Prouer. 22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ*, iõ detractio ex ſuo genere grauius peccatum eſt, quam furtum, vt ex dictis conſtat.

Quæ aũt in hac propoſitione dicta ſunt, intelligenda ſunt de peccatis in ſpecie, ſiquidẽ vt recte notant S.Tho.2.2.q.73.art.3. in corpore. ex circunſtantia, & per accidens contingere põt, vt furtum aliqđ in particulari, & in indiuiduo, grauius ſit aliqua detractione, & detractio aliqua grauior ſit aliquo adulterio, immo ẽt aliquo homicidio vt v.g. furari deliberate cẽtũ aureos, grauior culpa eſt, q̃ detrahere alicui incogitáter, & indeliberate, grauiora.n. ſunt ex parte opantis peccata, q̃ fiũt ex deliberatione, his q̃ fiunt ex ignorantia, paſſione, & infirmitate, & inconſideratione, ẽtſi ex ſuo genere, & obiecto eſſent hęc aliàs grauiora, peccata aũt detractionis experientia teſte facilius ex lapſu linguæ, & cũ minori deliberatione cõmittuntur. Similiter grauius pctm̃ eſt detrahere Principi, aut Pręlato præcipue de crimine graui, q̃ cum vxore hominis plebei adulterari. Põt ẽt detractio grauior eſſe homicidio, vt ſi quis Deo, aut eius fidei detrahat, hoc.n. eſt quædam blaſphemia. Qua de cauſa S.Tho.2.2.q.73.art.1. docet eos, qui Chriſti fidẽ, & diuinitatem blaſphemabant, dicentes Chriſtum pactum habuiſſe cũ dęmone, ſeu dęmoniũ habuiſſe, & in virtute Beelzebub dęmonia eieciſſe, & virtutes miracula eius nomine, & potẽtia perpetraſſe, grauius quodãmodo peccaſſe, q̃ qui Chriſtũ crucifixerunt, & vitam eius ad tempus tollebant, eo quod vitam hanc cauſa confirmandæ fidei aſſumpſit, quam ſane fidem in membris eius impedire ſtudebant, dum diuinitati eius, cui fides innititur, detrahere, & derogare ſatagerent, vt recte S.Thom. vbi ſupra, & Sot.lib.5.de iuſt.q.10.art.3.conclu.3. & alij citati annotarunt.

8 Dubium aũt eſt, an detractio grauius peccatum ſit, q̃ contumelia; Ratio dubij eſt, quia S. Tho.2.2.q.73.art.3.ad 2. ait contumeliam grauius eſſe pctm̃, quã detractio: Ex alia vero parte detractio, ex obiecto, atque adeo ex genere, grauius peccatum eſſe vr̃: Nam fama, quæ per detractionem aufertur, maius bonum eſt, quã honor, qui per contumeliã tollitur, fama enim non eſt aliud q̃ bona æſtimatio de aliquo ob virtutes, & probitatem; honor aũt multoties non ꝑꝑ virtutes, ſed propter aliam excellentiam videlicet ſanguinis aut diuitiarũ, aut officij exhibetur, licet maius ſit. Hinc P[illegible]u.12. dicitur, qđ *melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ.* Magis ẽt delectat bona fama, quã honor, iuxta illud, Eccleſ.7. *Pretioſius eſt bonum nomen, quam vnguenta odore ſuo oblectantia.* Diutiuſq; permanet fama, quam honor, vnde Eccl.41. dicitur, *Curam habe de bono nomine, hoc enim diutius permanebit tibi quàm mille theſauri pretioſi, & magni.*

Reſpondeo cum Soto li.5.de iuſt.q.10.art.3. ad 2. Petro de Arragona.2.2.q.73.art. 3. Mich. Salono ibid. & Greg.de Val.to.3.diſpu.5.q.17. punct.3. Qđ licet contumelia grauius pctm̃ ſit quã detractio rõne obiecti formalis, ſiquidem obiectũ formale contumeliæ non eſt honor p̃ciſe, ſed ablatio honoris per vim, obiectum aũt formale detractionis eſt ablatio famę per ignorantiã, atq; adeo ratione inuoluntarij, & contẽptus grauius eſt pctm̃ contumeliæ, quã detractionis, cum.n. contumelia infertur, apte adeſt ibi inuoluntariũ cõtrarie, qa verò detractio fit clã, & occulte, adeſt ſolũ inuoluntariũ priuatiue. Nihilominus tñ rõne obiecti materialis grauius pctm̃ eſt detractio, q̃ cõtumelia, eo ꝙ, vt dictũ eſt, obiectũ materiale detractionis, i. priuatio famę, ſit grauius, q̃ priuatio honoris; Inſup ẽt, plurib. incõmodis ſubiacet detractio, quam contumelia, atq; adeo hac rõne peius vitiũ eſt detractio, ſiqdẽ detractores plures vulnerant, cũ & eos, quib. detrahũt, virtutibus priuare cõtendunt, & audientes ẽt plerumq; inficiunt, vt docet S.Chryſ. Hom. 3. ad populũ Antio. pacẽ, & concordiã violant, licentius ẽt fit detractio, cum fiat in abſentia occulte, contumelia verò rarius, cũ fiat in præſentia, & faciẽ proximi, q̃ſq; reueretur, abſẽtẽ verò nullus timet: facilius ẽt reficitur honor, q̃ fama, honor etenim reſtituitur, aut petita venia, aut exhibita reuerẽtia; fama vero ſemel amiſſa difficile recuperatur, vt plurib. docet D. Chryſo. vbi ſup Hom. 8. Eſt tñ vt docet S. Thom. 2.2.q.74. art. 2. Suſurratio pctm̃ grauius detractione, cũ maiori bono priuet, inter bona namq; externa præeminet amicus, vnde Eccl.6. dicitur, Amico fideli nulla eſt cõparatio Sed præterea fama diſpoſitio, & medium eſt ad amicitiam acquirendã, melior aũt eſt finis illis, quæ ad finẽ ordinantur, vt cõſtat.

9 Tertia Propoſitio: Detractio materialis, q̃ fit ſine intẽtione nocẽdi in fama, non eſt ex genere ſuo mortalis, põt tñ eſſe venialis, aut mortalis. Sic expreſſe S.Tho.2.2.q.73.art.2. in corpore, Petrus de Arragon. Mich. Salon, & Caie. ibi, Sotus li.5.de iuſt.q.10.art.2.concluſ.3. Gregorius de Valentia.to.3.diſp.5.q.17.puncto 2. Nauar. in Manuali.c.18.n.23.& in Commen. cap. inter verba.11.q.3.concl.6.Coroll.33.n.519.& alij. Venialis eſt, qñ ex animi leuitate, loquacitate, & loquendi libertate, aut ꝑꝑ cauſam non neceſſariã malũ de proximo dicit, ob quod proximus leue dãnum patitur in fama. Mortalis vero eſt, qñ verbum, quod dr̃, eſt adeo graue, qđ notabiliter lædit famam proximi, tunc enim qa infert damnum notabile proximo: peccatum mortale erit. Quamuis enim tunc detractio ſit materialis, propter circunſtantias tamen ęquiualet formali, reditq; (vt loquitur Caietanus in Summa verb. detractio) in naturam ſuę formę, dũ non curauit cauere a tanta proximi lęſione. Id qđ pręcipue contingit, vt ait S. Thomas vbi ſupra, qñ proferuntur verba in his, *quæ ad honeſtatem vitæ pertinent*: vbi Caietanus per verba pertinẽtia ad honeſtatẽ vitæ, intelligit peccata carnis, hęc.n. quãuis ſint aliqñ minoris culpę, ſũt tñ maioris infamiæ, maxime in perſonis honeſtis, & religioſis, & Monialib. prælatis, puellis nubilib. & nuptis, ac religioſis curam ſui nominis habentib. quamuis aliqui, vt plurimi iuuenes ſeculares, hæc parui faciant. Dixi, ꝑꝑ cauſam non neceſſariam eſſe aliqñ venialem, quia ſi qs dicit verba aliqua, per q̃ diminuitur fama alterius, nõ hoc intẽdẽs, ſed aliquid aliud, ſi id, quod intendit, ſit bonũ, aut neceſſarium, eaque dicat quibus, & vbi oportet, aut propter eius emendationẽ denunciando, ſeruato ordine correctionis fraternę, aut propter bonũ iuſtitię publicę accuſando, nõ peccat, ſed meretur, vt v.g.

ſi quis ſine mala intentione accuſaret aliquem apud ſuperiorẽ emẽdationis eius gratia, immo ẽt proprię, & priuatę vtilitatis gratia cõcurrentib. debitis circumſtantijs, aut ſi qs ad bonũ cõe alterius defectus detegeret, vt ſic talis caueatur, & puniatur, ne reſpublica alias, aut ꝓximus damnũ ſpirituale, aut temporale patiatur, puta ſi denunciat hæreticum ne alios corrumpat, proditorem, ne ciuitatẽ perdat; lepra, aut peſte, vel alio morbo contagioſo laborantẽ, ne alios inficiat; inhabilẽ, ne ordinetur, aut ei beneficiũ conferatur; latronẽ, ne furetur, periurũ, ne falſo ſuo teſtimonio noceat; adulterũ, aut homicidã, vt ab alijs caueãt, & alios ſimiles aſſuetos, & ad nocendũ paratos, tũc.n. denunciando nõ peccat; vt colligitur ex doctrina S. Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. in corp. & q. 73. ar. 2. in corp. Adria. in 4. de correctione fraterna. verſ. Ad ſecundũ. Soti in relect. de tegẽdo ſecreto. membro 2. quęſ. 5. concluſ. 2. Gregorij de Valentia. tom. 3. diſp. 5. q. 17. puncto 2. Michael. Salonis 2. 2. q. 73. artic. 2. concluſ. 2. S. Anton. par. 2. titul 8. cap. 4. in principio. & Nauar. in Manuali. cap. 18. n. 30. & nu. 31. in comment. cap. inter verba. 11. q. 3. concluſ. 6. coroll. 67. nu. 844.

Ratio eſt, qa vere tunc non eſt detractio, hẽt .n. tũc ius, vt rationabiliter alterius crimina denunciet, atq; adeo, vt nõ obſtãte illius infamia aliquod maius bonũ rationabiliter ſibi proponat. Sicut. n. licet exponere minora bona ꝓ maioribus, ita & famam proximi pro ſalute ſpirituali, aut bono communi Reipublicæ.

10 Quarta Propoſitio; ex detractione, & diffamatione oritur ẽt neceſſaria obligatio reſtituendi. Sic S. Thomas ſecũda ſecundæ, quęſtione 73. articulo ſecundo, in corp. & alij oẽs, certum eſt de fide, tum propter conſenſum omniũ Doctorum, tũ quia ſequitur ex altera præmiſſa de fide, ſcilicet bonum nomen, & famam præeminere diuitiis multis. Prouer. vigeſimoſecundo, & Eccleſiaſtes ſeptimo. Sed damnum inferens in diuitijs peccat contra iuſtitiam, & ad reſtitutionem tenetur. Ergo etiam qui proximo in fama nocet, ad reſtitutionem iuxta leges reſtitutionis faciendam obligatur.

De qua re quia in materia de reſtitutione famę abunde ſatis dictum eſt, ideo illuc lectorẽ remittimus, vbi etiam de audiẽte detractionẽ, & tacente copioſe diſſeruimus. Hæc igitur dicta ſint de vitiis iuſtitiæ commutatiuæ oppoſitis, in verbis conſiſtentibus, quib. proximum extra iudicium communiter lædi contingit.

De Iudicijs; & primo de peccatis in iudicio contra Octauum Decalogi mandatum commiſſis ex parte iudicis ex defectu authoritatis, & poteſtatis neceſſariæ. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ad iudicium plures perſonæ concurrunt, nonnullæ ſubſtantialiter, & ſunt quatuor, aliæ contingenter ſeu accidentaliter, & quænam illæ ſint.*

2 *Iudex vt recte iudicium ferat, & abſq; peccato, quinq; habere debet, quorum primum eſt poteſtas iudicãdi, ſine qua ſentẽtia lata inualida eſt, & peccat mortaliter.*

3 *Qui ſuum ex virtute poteſtatis legitimum iudicium exercere poſſit, & quibus modis qui alteri ſubditus, & quotuplex ſit hæc competens Poteſtas: quæ requirantur.*

4 *Poteſtas arbitraria quæ? Iudex arbitrarius duplex. iudicis arbitrarij ſententia poteſt habere vim cogendi Pontificem, licet non perfectam, vt ad parendum cogi poſſit per pęnam.*

Leo quartus, ſubiecit ſe iudicio Ludouici Imp. II. & Caroli Magni Pronepotis, quos in foro exteriori arbitros elegit. ibid.

5 *Poteſtas acceſſoria quid. Eſt quodammodo delegata, per quam ratione delicti in tali loco commiſſi fit ſubditus eiuſdem ordinarij. Hoc autem limitandum eſt, quomodo?*

6 *Iudices ſeculares iudicando clericos, & de rebus ſpiritualibus, peccant mortaliter, vbi notabile exemplum Conſtantini Magni oſtenditur.*

Iuri diuino repugnat viros Eccleſiaſticos aut etiam ſeculares Principibus ſecularibus in rebus ſpiritualibus ſe ſubiectos.

7 *Cum Papa ſe Vicarium Chriſti generalem appellet nõ ſe laicę poteſtati intromittit, & quid tantum verba illa ſonent.*

8 *Iudex Eccleſiaſticus non ſolum iudicare poteſt perſonas laicas in rebus merè ſpiritualibus, ſed etiam ſe intromittere in delictis mixtis.*

9 *Clericus ſecularem coram iudice ſeculari conuenire poteſt, ipſe autem coram ſeculari conueniri non poteſt, niſi in caſibus iure conceſſis, & quinam illi ſunt? vt quis dicatur ſortiri forum Iudicis ſecularis aut Eccleſiaſtici, tempus delicti attendendum eſt. ibid.*

10 *An Clerici renunciare poſſint huic iuri, & priuilegio fori?*

EXplicatis hactenus iniuriis illis, quę extra iudicium verbis committuntur, iam de illis agendum eſt, quæ in iudicio reperiuntur; vt enim dictum eſt, hoc octauo Decalogi præcepto mendacium omne prohibetur, quod eſt contra famam, aut in damnum proximi, ſiue extra iudicium, ſiue in iudicio fiat. de iudicio agunt S. Tho. 2. 2. quæſ. 76. & deinceps. Alexan. de Ales in Summa. par. 3 q. 40. S. Anto. par. 2. tit. 1. c. 19. Gabriel in 4. diſtin. 25. quæſt. 6. Summiſtæ in verb. Iudex, & verb. Iudiciũ. Caietanus, Bannes. Michael Salon. Petrus de Arragon. in 2. 2. quæſt. 67. Sotus lib 5. de iuſtitia q. 4. & deinceps Martin. Nauar. in Manuali. cap. 25. nu. 12. & deinceps. Gregorius de Valentia to. 3. diſput. 5. q. 11. Bartho. Medina lib. 1. inſtruct. cõfeſſ. capitu. 14. §. 35. Toletus lib. 5. inſtruct. Sacerd. ca. 56. & alii paſſim præſertim iuriſperiti, & Canoniſtæ.

Ad iudiciũ aũt, quo miniſtratur iuſtitia, plures cõcurrunt perſonę; quarũ nonnullę ſubſtãtialiter conueniunt, vtpote ſine quib. iudicium eſſe non põt; & iſtæ ſunt quatuor, videlicet; Iudex; Actor, ſeu accuſator; Reus: & Teſtis: Aliæ verò cõtingẽter, ſeu accidẽtaliter, quales ſunt illæ, q̃ licet frequenter, ſine ipſis tñ iudicium cõſiſtere põt, quales sũt Aſſeſſor, aduocatus, Pro curator; Tabellio, ſeu ſcriba; Executor, et ſi quę ſunt aliæ ad iuſtitię adminiſtrationē cōgruētes.

Iudex requiritur ad ferendam ſententiam, de quo dicitur Deut. 16. *Iudices, & Magiſtratus conſtitues in omnib. portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio: Accuſator* requiritur ad accuſandum: vnde 2. q. 1. c. De manifeſta. dicitur, *Iudicis non eſt ſine accuſatione damnare.* quod intelligendum eſt, quando crimen non eſt manifeſtum: Nam vt ibidem habetur, *Euidentia patrati criminis, clamore non indiget accuſatoris, fama enim publica eum accuſat.*

Requiritur *Reus* ad reſpondendum; ſicut. n. non eſt iudiciū abſq. iudice, qui iudicat, ita nec eſſe poteſt ſine eo, qui iudicatur. Eſt. n. Reus; qui accuſatur de aliqua re, ſiue iuſte, ſiue iniuſte. Teſtis requiritur ad probandum. Non. n. ante ſententiam damnationis proferre debent iudices, quam aut reū ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes, aut canonice examinatos teſtes regulariter cōuincatur, vt Felix Papa ſtatuit. Quod intelligendum ēt eſt de non notorijs, ſicut de accuſatore dictum eſt, euidentia. n. criminis, & cōfeſſio propria accuſati vicem ſupplent teſtis. Reliquæ perſonæ non requiruntur ſp̄, ſed in caſu; *Aſſeſſor* ad conſulendum iudici, quando iudex non eſt ſufficiēter iuriſperitus. *Aduocatus*, & *Procurator* ad defendendum, vel dirigendum Reū, aut actorem. *Tabellio* ad ſcribendum acta, nę cadant a memoria. *Executor* ad mandandum executioni ſententiam. Vnde qn̄ iudex ſufficienter eſt peritus, Actor, & Reus ſimiliter ſūt iudiciarij proceſſus gn̄ari, poteſt ſine aſſeſſore, aduocato, & procuratore recte iudicium celebrari. De quibus omnibus in ſequentib. agendum erit.

Primo igitur a ꝑſona iudicis inchoātes, ſciendum eſt iudicem, vt recte & abſq. peccato iudicium faciat, quinque habere debere. ſ. poteſtatē iudicandi, veritatem, formam iuris, *ſcientiam*, & *animæ puritatem*, quas ſingulas conditiones breuiter explicare oportet, vt ſciamus quando iudex in iudicando erret, & peccatum committat.

Quoad primum autē, quæ eſt poteſtas competens ad iudicandū, certum eſt apud omnes, eam adeo neceſſariā eſſe ad ſententiam ferendam, vt ſine ea valida nō ſit, quinimmo eo ipſo quod abſq. legitima authoritate iudicat, peccat mortaliter, taliſque ſententia tanquam a nō iudice lata, nulla, et inualida eſt. Vt expreſſe docent S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 2. & 6. & q. 67. art. 1. Caiet. & reliqui eius interpretes. Sotus lib. 3. de iuſt. q. 4. art. 2. & art 6. & lib. 5. q. 4. art. 1. & alij omnes. Id quod ratione, & authoritate comprobatur. Eſt. n. iudicium nihil aliud quam applicatio, quædam legis ad perſonas cū vi coactiua. Sicut ergo lex habere dēt vim coactiuam, ne ſit fruſtranea, ita ēt, & iudicium, quod eſt legis interpretatio, & applicatio ad negotiū aliquod parti. At vero certum eſt, legem hmōi vim obligatiuam, & coerciuam habere non poſſe, niſi ab eo concedatur, qui ptāte publica fungitur, & in ordine ad eos, quorum quis habet ptātem. Ergo neque valet iudicium, niſi fiat ab habente authoritatē, vnde ſi aliter fiat iudiciū, efficitur nullū ex defectu iuriſdictionis, & authoritatis, & iudicās mortaliter peccat, vſurpando ſibi alienam ptātem. Idem expreſſe colligitur, tum ēt ex iure Canonico, Num. 13. Apoſtolus ſolum iubet nos *ſubdi poteſtatib. ſublimioribus*. i. illis, qui nobis loco, et poteſtate pręfecti ſunt, & Rom. 14. ait. *Tu quis es, qui dicas alienum ſeruum?* Et in cap. At ſi Clerici. de Iudicijs dr̄, *Sentantia a non ſuo iudice lata, non tenet*, & in c. vt animarū. de conſtit. in 6. dicitur, *Extra territorium ius dicenti non paretur impune.* Et S. Greg. lib. 11. Regiſtri in fine, in Rn̄ſione ad interrogationem 9. S. Auguſtini Epiſcopi Cantuarienſis, refertur in ca. ſcriptum eſt. 6. q. . Scriptū eſt in lege. ſ. Deut. 23. in fin. *Per alienam meſſem tranſiens falcem mittere non debes, ſed in manu ſpicas conterere, & manducare. Falcem n. iudicij mittere non potes, nec debes in eam ſegetem, quæ alteri videtur commiſſa*, & facit c. In Galliarum. 25. q. 2. Et merito quidem, quandoquidem agens ſicut vincere non poſſet paſſū niſi ſit infra ſphæram ſuæ actiuitatis, & ſibi ſubiectum, ita neque iudex.

3 *Cæterum*, vt melius intelligamus, quiſnā ex virtute poteſtatis legitimum iudicium exercere, et quib. modis quis alteri ſubditus eſſe poſſit, ſciendum eſt ex Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 1. Notab. 1. Soto li. 5. de iuſtit. q. 4. ar. 1. concl. 2. Mich. Salono. 2. 2. q. 67. art. 1. Gregor. de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 11. punct. 1. lib. 5. inſtit. Sacerd. c. 56. & alijs, Poteſtatem competentem eſſe quadruplicem;

Prima eſt Poteſtas ordinaria, ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue ſecularis, et eſt illa, quę alicui ex dignitate, vel ex officio competit, et ita quicunq. hēt dignitatem, vel officium cui vel ex iure, vel ex præſcriptione, vel ex vſu conuenit iuriſdictio, dr̄ iudex ordinarius. Sic Papa poteſtatem ordinariam habet in rebus ſpiritualibus, ſuper omnes fideles, & Rex in ſubditis ſui regni. Ep̄s quo ad ſpiritualia in ſubditos ſuæ diœceſis. Dixi, quoad ſpiritualia, quia vt recte notat Caie. 2. 2. q. 60. artic. 6. ſeculares in ciuilibus rectori ciuitatis, & in militaribus Duci exercitus, & non Epiſcopo obedire debent, qui non habet ſe in his implicare, niſi forte per accidens.

Secunda eſt poteſtas *delegata*, & eſt ea, quę cōpetit alicui *ex cōmiſſione*, ſeu *Delegatione* alicuius iudicis ſuperioris, ſiue cōueniat generaliter ad oēs cās, & lites ſiue cōueniat ſpecialiter ad aliquam cām, & litem, ad aliqua certa loca, aut ad certas ꝑſonas, vt cōſtat ex S. Th. 2. 2. q. 76. ar. 1. in corp. Quomō ciues alicuius loci ſunt ſubditi Proregi, aut Prætori a Rege miſſo, habent enim hi ptātem in illos ciues, non iure ordinario, nec per ſe, ſed acceptā, et delegatā a Rege. Quo pacto S. Th. 2. 2 q. 67. art. 1. ad primum, docet Danielem habuiſſe poteſtatē iudicandi illos ſenes, qui falſo Suſannā accuſarunt, nempe delegatā a Deo, quod iudicat ſacra ſcriptura Dan. 3. cum ait, *Suſcitauit Dominus ſpiritum pueri iunioris.*

4 Tertia eſt poteſtas *Arbitraria*, & eſt illa, quæ hr̄ ex electione partium litigantium. Eſt autem iudex arbitrarius duplex, vnus eſt, qui ex litigantium conſenſu eligitur ad litem, & cauſam aliquam amicabiliter dirimendam, et hic non dēt ferre ſentētiam ſeruato iuris ordine, ſed pro arbitrio ſuo, ſeruata æquitate iuris naturalis.

Alter eſt ille, qui ex conſenſu partium litigātium in iudicem eligitur, cuius ſnīę partes ſtare debent. Iſtiuſmodi vero iudices poteſtatē ſuam accipiūt ab ipſis partib. quorum iudicium poſt electionem partes ſubire tenentur. Vnde vt notant Sotus lib. 3. de iuſtit. q. 4. art. 6. & lib. 5. q. 4. art. 1. & alijs cõiter iudices iſti per talem electionem partium habent quaſi publicam quãdam ptãtem, quia cum vnuſquiſq. alteri fidem ſuam ſeruare tenetur, nunc iure gentium conſtitutũ eſt, vt qui ſequeſtri arbitri, et cõpromiſſarij ſint iudices a partib. conſtituti, vim habeant ligãdi partes tam in foro exteriori, quam in foro conſcientiæ, adeo vt quicunq. eorum fidei non ſtaret, peccaret mortaliter, & pęnam conſtitutam ſoluere teneatur. Quod ſi quis in foro exteriori eorum poſtea ſententiam ſequi noluerit, poſſet a principe, qui vim coactiuam habet, & ab eius Miniſtris ad id compelli, tenẽtur autem iudices iſti ferre ſententiam ſeruato iuris ordine.

Quo modo poſſunt, qui alioqui ſunt ſuperiores, in quibuſdam cauſis, & negotijs, ſe ſuis ſubditis eorumq. iudicio ſubmittere, eruntq. tales iudices arbitrarij ſimpliciter ĩferiores his, quorum cãs iudicant, ſuperiores autem ſecundum quid, hoc eſt, quoad illud negotium, & quoad illam ſnĩam. Quo modo Papa, licet exemptus, & omnium paſtor, & iudex ſupremus, poteſt tñ iudicem ſuo arbitratu eligere, non ſolũ in foro conſcientiæ eligendo confeſſarium; ſed etiã in foro exteriori, ſicut fecit Leo Papa huius nominis quartus citatus a S. Th. 2. 2. q. 67. art. 1. ad ſecundum, qui vt legitur 2. q. 7. c. Nos incompetẽter. in cauſa quadam ſubijciens ſe iudicio Ludouici 2. Imperatoris, & Caroli Magni pronepotis, dicens, *ſi iniuſtè aliquid egimus, cuncta volumus veſtro emendari iudicio.*

Addit autem Gregor. de Valent. to. 3. diſp. 5. q. 11. punct. 1. Quod in caſu, quo Papa ſubmittit ſe iudicio arbitrarij, parere tenetur, ex æquitate iudici arbitrario, ita vt ſi non pareat, ſit iuſtitiam violaturus, & grauiter peccaturus.

Quo ſenſu bene & recte admitti põt iudicis arbitrarij ſententiam vim habere cogendi Pontificem, quamquam non adeo perfectã, vt poſſit Pontifex ad parendum cogi per pęnam.

Quibus addo ex eodem Gregor. de Valentia poſt Caieta. 2. 2. q. 67. artic. 1. & Sotum lib. 5. de iuſtit. q. 4. artic. 1. & Petrum de Arragona 2. 2. q. 67. artic. 1. in fine. quod poſtquam Papa elegit talem iudicem ſequeſtrem, poterit ex cauſa rationabili huiuſmodi iudicem a ſe electum reuocare, ita vt iudex non haberet amplius poteſtatem ſua potentia Papam obligandi; Non tamẽ debet Papa in proprijs cauſis ſine vrgenti cauſa electum iudicem arbitrum repudiare propter ſcandalum, & quamuis ſine cauſa rationabili electum repudiando peccaret, ſi tamen vere repudiat, ſententia iudicis ſequeſtri poſtea ſecuta nullius roboris, aut momenti erit.

5 *Quarta* eſſe poteſt poteſtas *acceſſoria,* ſeu *iure acceſſoria,* & eſt quando quis ſortitur forum ratione alicuius cauſæ contingentis, quę etiam quodammodo dici poteſt delegata, qualis eſt poteſtas, quæ datur cuilibet ſacerdoti abſoluendi in articulo mortis, ẽtſi non fuerit ab ordinario approbatus, quando alius haberi neqt, vel loquendo iuxta ius ciuile, poteſtas, quam quis habet in alterum ratione delicti in ſuo diſtrictu & territorio commiſſi, habent. n. ſinguli ſuperiores, & iudices propria territoria, & terminos, in quib poſſunt iudiciũ de omnib. in tali loco accidẽtib extra illa vero loca non licet eis iudicare, vtil in ca. vt animarum, de conſtit. in 6. vbi dicitur, *Extra territorium ius dicenti non paretur impune.*

Ratione ergo delicti in arbitri territorio commiſſi, in ea materia efficitur ſubditus iudicis et loci. c. 1. de Raptorib. & in l. Alterius, ff. de accuſationib. qua etiam lege id extenditur ad milites, qui licet alioqui ſint exempti a iudice loci, ratione tamen delicti iubentur ei ſubiacere, & id expreſſe colligitur ex S. Th. 2. 2. q. 67. art. ad tertium, vbi ait, *Quod Epiſcopus, in cuius diœceſi quis deliquit, efficitur ſuperior eius ratione delicti,* ſecundum ius commune, vt colligitur ex Caietano ibidem, & Gregorio de Valen. tomo tertio diſputat. quinta, quæſtione decimaprima, pũcto primo, & Sancto Thoma vbi ſupra, ſi argumentum cum reſponſione comparatur. Limitat tamen hoc Sanctus Thomas, Caietanus, Gregorius, Salon, vbi ſupra, niſi negotium, in quo delinquitur, contineat res, vel perſonas alioqui ſpeciali priuilegio exemptas a iuriſdictione ordinarij eius loci.

Citra vero tale particulare priuilegiũ, etiamſi quis alioqui ſit ab ordinario ſuo exẽptus, ratione tamen delicti in alio loco commiſſi, ſecundũ ius commune, iudicio ordinarij eius loci ſubiacebit. Quocirca epiſcopus clericos alterius diœceſis in ſua delinquentes iudicare poteſt.

In loco n. vbi deliquit, puniri debet. Sic etiã conueniri quis poteſt ratione rei ſitæ, & domicilij in eo loco. ca. final. de foro compet. de qua et late agit gloſſa in ſumma. 3. q. 6.

Ad iudiciũ ergo valide ferendum neceſſaria eſt vna aliqua ptãs earum, quas explicauimus, adeo vt ſi quis vel abſq. vlla authoritate alium iudicaret, vel ſi haberet poteſtatem, non tamẽ ad illud tale iudicium, nec ad talem iudicãdam perſonam, peccaret mortaliter ex genere ſuo, & tenebitur ad reſtitutionem omnis damni ex tali iudicio prouenientis.

6 Hinc inferũt cõiter authores, iudices ſeculares peccare mortaliter cõntra iuſtitiam iudicando de rebus ſpiritualibus, & de perſonis eccleſiaſticis, vt puta Clericis, taleque iudicium nullũ eſt, cum Clerici omnino exempti ſint tam in ciuilib. quam criminalib. a iudicio ſeculari. Vtilitè docent Sotus lib. 3. de iuſt. q. 4. art. 2. & Mich. Salon 2. 2. q. 63. ar. 1. colligitur ex diſt. 19. per totam. & in Decreta. tit. de Immunitate eccleſiæ & c. ſecalares, de foro compe. in 6. et ex Concil. Conſtantienſi ſeſſ. 8. errore 12. & 13. & ex Concilio Triden. ſeſſ. 25. de reform. ca. 20. Vbi renouantur ſacri canones, & Concilia omnia Generalia, & Apoſtolicæ ſanctiones in fauorem perſonarum eccleſiaſticarum, & libertatis eccleſiaſticæ, & ex iure ciuili in Authent. vt clerici proprios iudices conueniant. collat. 6.

Ratio eſt, quia ad iudicandum, & puniẽdum requiritur ptãs, & iuriſdictio in eos, quos iudicant, quã non habent iudices ſeculares in clericos. Pro qua re facit notabile illud exemplum Conſtantini Magni, cum. n. vt refert Ruffin. lib. 10. Hiſtoriæ Eccl. c. 2. multi epiſcopi in Cõcilio Nicæno Conſtantino Imperatori ſcripta, & li-

bellos

llos continētes crimina aliorum epiſcoporū didiſſent,vt ab ipſo iudicarentur,& puniren r,pijſſimus Imperator omnibus acceptis pu-ice in pręſentia totius Concilij omnes illos li-llos clauſos, nec lectos igni tradidit, dicens, *eus conſtituit vos ſacerdotes, & poteſtatem dedit de bis quoque iudicandi, & ideo nos a uobis recte iudica-ur,uos autem ab hominibus*, ſcilicet laicis, *iudicari*, *n poteſtis,&c.*

Immo vero iuri diuino repugnat viros eccle-aſticos,aut etiam ſeculares Principib. ſecula-b.in rebus ſpiritualibus eſſe ſubiectos. Solos .Apoſtolos,& eorum ſucceſſores,non autem rincipes,aut Reges conſtituit Chriſtus guber-atores eccleſiæ magiſtros fidei, & cauſarum piritualium iudices,vt conſtat.

Cum.n.in eccleſia militante duo gladij ſint. .Dilecto.de ſent.excō.in 6.qui duplicem pote-atem,eccleſiaſticam.ſ. & ſecularē ſignificāt. .ſolitæ.de maior.& obed.& c.ad verum,diſtin. 9.& ſequ.hæ duæ poteſtates ita inter ſe diſtin-tæ ſunt,vt vna alterius iuriſdictionē vſurpare non debeat,hoc eſt, nec eccleſiaſtica vſurpare debet authoritatem ſecularem in reb.tēporalibus,quæ aliquo modo non pertinent ad bonū regimen eccleſiæ,& ſalutem animarū,nec ecōtra ſecularis poteſtas de reb.ſpiritualibus iudicare,aut perſonas eccleſiaſticas caſtigare, vel iudicare,niſi in caſibus ſibi permiſſis debet.

Illud vero ſciēdum eſt, quod cum Papa ſe Vicarium Chriſti generalem appellet in ſpiritualibus,& tp̄alibus non ſe intromittit laicæ poteſtati,quandoquidem verba illa hoc tm̄ ſonant, vt in ſpiritualib.abſolute Vicarius Chriſti ſit,& quoſcunq. fideles iudicare,& excommunicare poſſit;quoad tēporalia vero intelligitur, quod cenſus eccleſiaſticos exigere poſſit, quando & quatenus id requiritur ad finem ſpiritualis ptātis,cui omnium tp̄alium poteſtatū, & Regnorū adminiſtratio ſubordinatur, vt expreſſe colligitur ex Sanct.Th. in lib. 1. de regimine Principum.c.14.& libro tertio,c.13.& c.15.lateque tradit Bellarminus lib. 5. de poteſtate Pontificis.per totum,poſt Panormi.in c.Nouit. nu.11.12.& 13.de iudicijs.

Porro iudex eccleſiaſticus non ſolū iudicare poteſt perſonas laicas in reb. mere ſpiritualib. ſed & pleriſq; conſtat etiam in delictis mixtis,vt in cā vſurarum,ſacrilegii, iuramenti, & Matrimonij (de iure cōmuni) intromittere ſe poteſt. argu.c.cū ſit.& gloſſa ibi.in verbo. *Malefactores, de foro compe.* Sicut econuerſo iudex ſecularis poteſt aliquādo ſe intromittere inter perſonas eccleſiaſticas;vt v.g.poteſt iudex ſecularis iure defenſionis,clericos capere, & quandoq. detinere,qn̄ id neceſſarium eſt,vel ad liberandum innocentē,vel ad tuendum inuaſum, quem clericus vult occidere,aut per vim opprimere.vel ad pacādam Rempublicam, q̄ clericus perturbat, nec adſit iudex eccleſiaſticus, qui tūc illum reprimat;His.n.in caſibus poteſt abſque peccato, q̄ minima fieri poſſit adhibita violentia,talē clericū capere,& detinere,donec cōmode ſuo Prælato,& iudici tradatur puniēdus. Cuius Rō eſt, quia ius defendendi innocentem,& patientem iniuriam,& tuendi Rempublicā a perturbatorib.eſt naturale,gubernatorib.ac iudicib.peculiarib.ex officio competens; ius aūt naturale a nullo alio iure derogatur: Deinde vero Reſpublica ciuilis ita inſtituta eſt, vt ſe, & ſuos a quocunq; ſibi inferente iniuriā tueri, ac defendere queat: ſi igitur clericus quiſpiā aut Rempublicā perturbare, aut perſonā aliquam priuatā occidere,aut alia notabili iniuria afficere vellet, ſi deſit iudex eccleſiaſticus, qui illum cōprimat, recta ſane ratio dictat, poſſe tunc Reipublicæ miniſtrum illū capere, & detinere, quouſq. eū ſuo proprio iudici commode tradere poſſit.

Sic etiamſi quis eccleſiaſticus a ſuo epiſcopo citatus cōparare renuat,ne tūc temporis eccleſiæ authoritas contemnatur, poteſt, & debet epiſcopus brachium ſeculare implorare, debetque viciſſim, poteſtas ſecularis ei iuuamen, & auxilium ferre,vt euidenter colligitur ex c. Dilecto.de ſenten.excomm.in ſexto.

At vero perſonas eccleſiaſticas iudicare nullo modo poteſt,& ſi iudicat,peccat mortaliter, & Bullam Cænæ Dn̄i incurrit,ſi vel clericos iudicet,eoſue ad forum ſuum ſeculare trahat.

Immo vero quamuis clericus ſecularem corā iudice ſeculari conuenire poſſit,ipſe tamē clericus coram ſeculari conueniri nequit,niſi in caſibus,quibuſdam iure conceſſis,quorum

9 *Primus eſt*,qn̄ clericus eſt degradatus,& traditus brachio ſeculari.c.*Degradatio, de pœnis in 6.*

Secundus eſt, in caſu reconuētionis in ciuili tātum,non in criminali.1.qn̄ clericus cōuenit ſecularem coram iudice ſeculari, ab illo reconueniri poteſt coram eodem iudice in materia ciuili,adeo vt ſi iudex ferat ſnīam contra clericum, tenet, quia factus eſt ſuus iudex per reconuentionem.vt habetur in ca.1. & 2. de Mutuis petitionib.& in c.accuſatores.verſic.cuius in agendo,& ibi gl. in verb.Iudicem.tertia quæſt.8.

Dixi, ciuiliter, quia criminaliter laicus corā laico, ſicut nec poteſt clericum conuenire, ita nec reconuenire.2.q.2.c.neganda.

Tertius eſt,in caſu aſſaſſinij, cum talis ipſo facto ſit ab ordine,& officio depoſitus.ca.primo, de homicid.in 6.

Quartus eſt,per conſenſum ſui epiſcopi in cauſa ciuili tantum,non criminali, c.1 & c.2.& 4. de foro competenti.Et idem ſi interueniat Abbatis cōſenſus quoad monachum in exemptis, quia habet quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem. Panormit.in c. At ſi clerici,de iudic.

Quintus eſt,Quando clericus non eſt in ſacris conſtitutus,& prima tantum tonſura initiatus, vel etiamſi ſit in minorib.ordinibus, conueniri poſſit coram iudice ſeculari, niſi beneficiū eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum,& tonſuram deferens,alicui eccleſiæ ex mādato Epiſcopi inſeruiat,vel in ſeminario clericorum,aut in aliqua ſchola,vel vniuerſitate,de licentia Epiſcopi,quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. Concil. Triden. ſeſſ.23. c.6.de refor.

Sextus eſt in cauſa feudi,vt colligitur ex ca.*ceterum.de Iudic.et cap.Ex tranſmiſſa,et cap.verum.de foro competenti*. De qua re legi poſſunt Syluester. verbo.Iudex.1.quæſtio.2.verſic.Quartum.Toletus in Summa.ca.56.libro quinto, & ea, quæ nos tomo 1. Theſauri lib. 3. c. 19. nu. 5. diximus, & gl. in Summa 2. q. 1. & Couar. lib. vnic. pract. q. c. 31. 32. & ſeq. vbi late, & docte agit de hac authoritate laica in clericos primę tõſurę; vbi poſt multa alia, quæ de hac re tradit, recte admonet attendendum eſſe tẽpus delicti, vt quis dicatur ſortiri forum iudicis ſecularis, vel eccleſiaſtici.

Si.n. tempore, quo delictũ commiſſum fuit, ſecularis erat, licet poſtea clericus efficiatur, fraude tñ & dolo, vt iudicis forum declinet, adhuc cognoſcitur a iudice ſeculari, ex Oldrad. conſ. 4. Bat. in l. 1. ff. de pęnis. Ioan. Andr. & alijs in c. 1. de obligat. ad ratiocinia Aufrer. in clem. 1. de offic. ordin. Couar. ſup. c. 32. n. 4. fraus vero præſumitur, ſi quis poſt delictum commiſſum, & ante ordinem ſuſceptum, denunciatus, accuſatus, aut ẽt infamatus fuerit. l. vl. ff. de bonis eorum, qui mor. ſibi conſci. immo ẽt præſumitur fraus ex eo, quod poſt crimẽ commiſſum timore ſecularis punitionis quis ordinem ſuſceperit ex Bald. in l. 1. num. 2. C. an ſeruus ex ſuo facto.

Sin autem tpe delicti commiſſi erat clericus, licet efficiatur ſecularis, cognoſcitur ab eccleſiaſtico. Panor. in c. vnic. de oblig. ad ratioc. Qđ ſi clericus effectus poſt delictum ſit in ſacris, & crimen mortis pęnam exigat, aut membri mutilationem, degradãdus eſt primo ab Epiſcopo, & tradendus curiæ ſeculari, vt condigna pœna, puniri poſſit. Cardin. in cle. Ne in agro §. Quia vero. De ſtatu Monach. & late Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 20. & in pract. q. c. 12. num. 2. & nu. 4. verſ. Tertia concluſio. Sylueſt. verb. Iudex q. 2. verſic. Sextum.

10 *Quod* ſi quęras, An clerici renunciare poſſint huic iuri, & priuilegio fori?

Rñdeo, Non poſſe eos aſſiſtere foro ſeculari, vt ibi iudicentur, ſicut & alij ſeculares ptãte ordinaria, quam iudices habent a ſuis Principib. cum ſit ipſis omnino interdictum tam in ciuilibus, quam in criminalibus 11. *q.* 1. *can. inolita. & can. placuit.* & de foro compet. c. ſi diligẽti. Mich. Salo. q. 67. art. 1. controuerſia 2. ante finem.

Poſſunt tñ clerici ſequeſtres iudices in cauſa ciuili, & temporali voluntarie ſibi eligere, cui parere tenentur, vt recte notant Sotus lib. 5. de iuſtitia, q. 4. art. 1. & Michael Salon 2. 2. quæſt. 67. art. 1. concl. 3. & controuer. 2. vbi ſup. Ratio eſt, Quia clericos eſſe exẽptos a iudicib. ſecularibus eſt priuilegium eorum; priuilegio autem, et fauori ſibi conceſſo poteſt vnuſquiſq; cedere, ſicut & iuri ſuo, niſi aliqua lege prohibeatur, legib. autem eccleſiæ clerici tantum prohibentur vbi ſup. vt non conſentiant ſibi in tribunalibus ſecularium, committere autem alicui iudici ſeculari tanquam viro prudenti, & iudici arbitro ſuas cauſas ciuiles non eſt prohibitum.

De veritate ad recte iudicandum neceſſaria. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Veritas, quæ ſecundo requiritur in Iudice, duplex eſt, Rei & Conſcientiæ, conſcientiæ autem veritas triplex, & quam ex his ſequi debet.*

2 *Innocens reipſa, & priuata ſcientia cognitus a ce cum fuerit, per allegata tamen, & probata & Reus conuictus ſit, quam in hoc caſu ſcientiam veritatem in iudicando Iudex ſequi poſſit, & tur.*

3 *Quę in hoc diſcurſu requiritur clare, & exacte tra vſque ad nu. 6. & qua ſe via, ſeu quibus remedijs tur Iudex innocentis cauſam tueri, & veritatem re contra iniuſtam accuſationem.*

6 *In caſu, quo nullum ex prædictis remedijs ſufficiat berandum innocentem ſed probatum nocentem, Iudex facere debeat.*

Opinio *aſſerentium nullo caſu licitum eſſe, vel in cri libus, vel in ciuilibus condemnare reum ſecundum legata & probata, quem certo ſcit eſſe innocentem rumq; Rationes quibus id probare ſolent ibid.*

7 *Prima ratio, vt inualida refellitur. Non eſt cont naturale, aut diuinum innocentem per accidens, o ter intentionem condemnari.*

8 *Reſpondetur locis e ſcriptura prolatis. In crimin maxime fauendum eſt Reo, & quod talis iuridice nocens probari debet.*

9 *Secunda etiam horum authorum Ratio confutatur; & tertia nu. 10.*

11 *Opinio aliorum aſſerentium in criminalibus non poſſe dicem condemnare innocentem certo ſibi notum, ſi probatur nocens.*

12 *Opinio Adriani, & Petri Nauarri merito ab Author reijcitur.*

13 *Opinio tertia communis, & veriſſima, & in praxi ſequenda.*

Probatur ex ſcriptura, & Patribus vbi aliorum ſolutiones, qui contrariam ſententiam tenent, ab authore luuntur ibid.

14 *Probatur etiam ratione. Et quanam authoritate fungitur Iudex in iudicando? priuata ſua ſcientia vti poteſt, quando & quomodo, vel ad quem finem*

15 *Iudex ſententiam dicere nequit ex inſtrumento, ſeu ſcriptura in iudicio non producta, quamuis ita ſit illi priuatim exhibita, vt inde ius Actoris, et Rei plane cog uerit.*

16 *An Iudex inferior, qui nulla alia via commode vitam nocentis ſaluare poſſit, teneatur deponere officiũ ſuum, ne condemnet Innocentem contra priuatam ſcientiam ſuam.*

17 *Quid de Miniſtro, & Executore ſententiæ Iudicis, ſi talẽ condemnatum certo nouerit eſſe innocentem, an teneatur officium ſuum deſerere, & an peccet exequendo ceputm ſententiæ ſuperioris.*

18 *In ſententijs publicis ferendis quamuis Iudex proced debet ſecundum publicas teſtium, aut inſtrumẽtorum probationes, in officijs tamen conferendis, & alijs tenetur ſtare dictis aliorum, ſed ſcientiæ ſuæ, quam ſe habet dę cuiuſque meritis.*

19 An *ſi Iudicium ſit ad Regem ſeu ſupremum Iudicem latum, poſſit princeps ſecundum allegata, & pro nocentem, ſecundum rei tamen veritatem ſibi no innocentem a morte abſoluere, & liberare.*

20 An *Iudex ſaltem ſupremus, qui certo nouit aliquem tenet in vinculis, eſſe reum opinione tamen, & publico innocens probetur, talem condemnare & te afficere poſſit & nu. 21. 22.*

De ſolemnitate Iudicij præcipue duo ſunt ibid.

21 *In quibus ſolemnitatib. Iudex inferior diſpenſare nõ p ſit, ſed ſeruato iuris ordine per publicam ſcripturam alia neceſſaria procedere.*

22 *Quan-*

Quando crimen ſecretum eſt vel improbabile non poteſt Iudex ſupremus ſolemnitates primi generis prætermittere regulariter, nec malefactorem ex ſua ſcientia maxime non citatum, & defenſum punire valet.

Cur Princeps liberare poteſt eum, quem nouit eſſe innocentem, & tamen non condemnare eum, quem reum eſſe nouerit, licet non probetur.

Explicatur propoſitio ſup. nu. 22. ſi crimen publicum ſit, poteſt Iudex ſupremus ſine citatione, aut defenſione punire.

Si crimen ſit probabile, locum habet Epicheia, occidique poteſt ſecreto veneno, vel alia via non citatus nec defenſus.

Doctrina de poteſtate Principis ſcilicet, quando crimen ſecretum, & improbabil ſine citatione aut defenſ. non poſſe iuſte occidere, procedit non ſolum in criminalib. ſed etiam ciuilibus.

Grauiter peccat Princeps, qui ſola ſcientia priuata priuat aliquem bonis tpalib. non ad nutum amouibilib. ibid.

Iudex ſiue inferior ſiue ſupremus extra caſus ſuprapoſitos aliquem morti adiudicans ob ſcientiam ſolam priuatam, vere eſt homicida.

Idem de executoribus mandatorum, quod mortaliter peccent, & ad reſtitutionem obligantur, dicendum eſt ſecundum Doctores.

PRæter authoritatem in Iudice ad ferendam ſententiam neceſſariam requiritur etiam veritas, debet namq. iudex in iudicando veritatem ſequi, iuxta illud Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, & c. venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem.*

Pro cuius intelligentia ſciendum ante omnia veritatem dupliciter conſiderari poſſe. Alia. n. eſt *ueritas rei*, alia *ueritas conſcientiæ. Rei*, inquam, vt id quod aſſeritur, ita ſit a parte rei, ſeu reipſa. *Conſcientiæ* verò eſt, cum id quod aſſeritur, eſt ſicut exiſtimatur, cū tamen in rei veritate non ſit ita. Hæc aūt veritas rurſus poteſt eſſe triplex.

Prima, quando quis ſcit aliquid, vt conſtat ſacerdoti ſeu homini tanquam Dei miniſtro per ſacramentalem confeſſionem.

Setunda eſt, quæ conſtat homini, vt perſonæ priuatæ, v.g. cōmiſit Petrus homicidium, Ioannes certo nouit Petrum occidiſſe.

Tertia eſt, quæ conſtat homini, tanquam perſonæ publicæ, velut Iudici ſecundum allegata. In hac ergo re certum eſt, iudicem non teneri ſemper ſequi veritatem *Rei*, cum hæc aliquādo occulta ſit, nec indagari pōt, & ſoli Deo cognita, vnde ſequi debet veritatem ſecundam, quæ eſt *conſcientiæ*. Quia vero hæc veritas conſciētiæ multiplex eſt, vt diximus, difficultas eſſe poteſt, quamnam harum ſequi debet. In qua re certū eſt, non teneri ſequi *primam*, quia quando ſic cōſtat homini tanquam Dei miniſtro confeſſio ſacramentalis, non poteſt eam reuelare. *c. Oīs utriuſq. ſexus, de pænit. & remiſſ. & c. ſi ſacerdos, de offi. ordinarij*. Immo reuelando grande ſacrilegium committeret. Eſt ergo difficultas ſola inter authores, an Iudex in iudicando *ſecundam*, vel *tertiū* veritatem ſequi teneatur. Quia verò difficultas poteſt eſſe tam de nocente, quam de innocēte, ideo de vtroque ſuo ordine agemus. Eſt igitur

3 Peima difficultas de Innocente reipſa, et priuata ſcientia pro tali cognito a iudice, per allegata tamen, & probata nocens, & reus conuictus quamnam in hoc caſu ſcientiam, & veritatem in iudicādo iudex ſequi poſſit, & teneatur? Quia vero aliqua in hac re certa ſunt, alia vero incerta, ideo clarioris doctrinę gratia primo ponenda ſunt ea, quæ ſunt certa, deinde vero de incertis exactius diſputandum.

Primo igitur ex cōi omnium ſnīa certum eſt, iudicem non poſſe iudicare ſecundum allegata, et probata contra veritatem, quam nouit, qn̄ ipſe concipit apud ſeipſum repugnare legi naturali, vel diuinæ, iudicare ſecundum allegata, q̄ nouit; Rō eſt, quia tunc agens contra tale iudiciū practicū, et contemptum animi ſui, agit contra conſcientiam (eſt. n. conſcientia dictamen iudicij practici in ordine ad opus, quo. ſ. iudicamus aliquam actionem noſtram in particulari, hic, & nunc licite fieri,) qui vero agit contra cōſcīam, peccat mortaliter, iuxta illud Rom. 14. *Quod non eſt ex fide.* i. ex conſcīa, *peccatum eſt.* Si igitur iudex certo ſciret aliquem eſſe innocētem, probatū tn̄ nocentem, & conſcīa ſua ſibi dictaret iudicandū eſſe ſcd̄m veritatem ſibi notam, iudicando ſcd̄m allegata, & probata, peccaret mortaliter, quia ageret contra conſcientiam.

3 *Secundo* certū eſt, quod ſi iudex talem innocentem probatū innocentem aliqua via, & ratione commode liberare pōt, tenetur ſub pctō mortali id facere. Ratio eſt, quia tenetur iudex tum ex officio, tum ex charitate tentare oēs vias poſſibiles ad innocentem liberandum. Vt v.g. tenetur primo in limine cauſę, et cū primum actor accuſat admonere, & per ſe, & per alios, ne veniat ad iudiciū, & ſignificare illi de cōtraria veritate ſibi nota, & quacunq. via poterit accuſationem illam non admittere. Quod ſi hac via id efficere nequeat, dēt aliquo mō dicta teſtiū infirmare, et falſitatis arguerè, exactiſſime, & diligentiſſime eos examinando, interrogando vnumquemque ſeorſim, & multoties de circumſtantijs loci, tēporis, &c. ſicut fecit Daniel circa teſtes Suſannę Dan. 13. hac. n. via fere impoſſibile eſt, quin deprehendat eorum mendacium, vel ſaltem aliquam diſcrepantiam inter eos, qua non ſint in omnibus conteſtes, nec admittendi.

Tertio certum eſt ex Caie. Soto. Cordub. Petr. Naua. Mich. Salon Petro Arrag. Gregor. de Valen. & alijs, quod ſi nihil prædictorū illi proſit, quominus innocentē condemnet, tenetur tunc corā omni populo innocentiā eius manifeſtare, eamque ſi opus fuerit iuramento confirmare abſq. eo tn̄, quod nocentē ſibi ſoli notum prodat. Rō eſt, quia cum innocens ille in extremā neceſſitatem deductus ſit ab iniquis teſtib. qui morales ſūt cauſę mortis, aut damni illius, vnus quiſq. maxime aūt iudex, in tali caſu ex officio, & charitate, vt perſona priuata, facere debet, qcquid poſſit, vt innocentem liberet. Nec in hoc aliqua falſis teſtib. irrogatur iniuria: Nā ſi ſcienter id faciant, ſibi imputent, qui alteri ſunt iniurij: ſi aūt bona fide, ius innocentis maius eſt, cui bona aliorum fides nocere non debet.

4 *Quarto* certum eſt, Iudicem poſſe ſnīam differre, (niſi a ſuperiore, vel ab actore iuxta iura, vel

a populo, vel a parte læſa ſnīam fere cogatur) & nunquam in illum ſententiam dicere, immo debet id facere, etſi multo tempore, & longiſſimo innocens detineatur in carcere, vt recte docet Mich. Salon. Nec eſt audiendus Sotus loco inferius citando, qui damnat hoc conſilium iudicans idem eſſe in perpetuo carcere, quod capite plecti. Id quod falſum eſſe puto; tum quia nullum aliud malum morti communiter ęquiparari ſolet, tū quia innocens ſemel occiſus nō poteſt amplius vitæ reſtitui; detentus autem in carcere poteſt, vel ab ipſo iudice aliquādo ſine vlla nota, aut ſcandalo populi ſecreto liberari, vel ipſemet nactus occaſionem commodā fugere poteſt; fieri etiam poteſt, vt teſtes aliquando ad cor redeant, & ſua dicta retractent.

5 *Quinto* certum eſt, Quod ſi nullo horū modorū innocentem liberare poſſit, tunc ſi iudex inferior ſit; Sotus lib.5.de iuſtit.q.3.artic.2.docet, poſſe innocentem vinctum ad ſuperiorem mittere iudicandum, non tamen ad id teneri, quia (inquit) inferior ſecundum allegata, & probata ius habet cauſam terminandi. Antonius aūt Corduba lib.1 quæſt.37.in principio exiſtimat, quod etiamſi iudex inferior nihil ſe profuturū putaret, teneretur tamen cauſam ad ſuperiorē deferre, vt ipſe hac ſaltem ratione euadat iniuſtitiam, ſeque immunem ab iniuſta morte conſeruet, poſtea vero videat ſuperior.

Alij vero rectius, & certius diſtinguunt, ſi.n. iudex inferior probabiliter ſperat ſe profuturū, & ex via liberandum fore innocentē, vel ex cōſenſu vtriuſque partis, vel poſita appellatione Rei, quā debet admittere, cum ſit mediū licitū appellatio, non ſolum poteſt, ſed etiam debet cām illam remittere ad ſuperiorem, & agere apud illam perſonam teſtis pro innocente, proteſtando aſſeueranter innocētiam eius. Et ſimiliter ſi credat profuturū, tenetur iudicis perſonā ad tp̄s exuere, & induere perſonam teſtis corā ſuperiore, aut corā alio iudice a ſuperiore conſtituto, vt ſic innocens liberetur; fieri.n.poteſt, vt ſuperior, aut alius iudex ea teſtificatione inferioris iudicis, vehementius impellantur ad inquirendam rei veritatem, & ſaluandum innocentem; qualis ſpes fere ſemper erit. Sic Alex. de Ales par.3.q.34.memb.1.art.4.& quæſt.40.memb.6.ar.ſecundo, §.primo, ad vltimū argumentum, Caie.2.2.q.67.art.2 in fine. Mich.Salon.Petr.de Arrag. & Domin. Bannes ibidem. dub.1.Petr.Nauar.lib.2.de reſtit.c.par.2.dubio 4.num.154.Greg.de Valen. tom.3.diſp.5.q.11.punct.2.in fine, & alij.

Rō eſt, Quia quoties quis vitę innocētis commode conſulere poſſit, ſiue accuſatorē impediēdo, ne ad iudiciū accedat ſiue ēt aperiendo carcerem cōmode, vt innocens fugiat citra ſcandalū, vt ipſemet Sotus concedit, tenetur id facere. Si igitur iudex, ēt poſtquam res delata eſt ad iudicium quacunq. honeſta via poſſit illum liberare a morte, puta remittendo cām ad ſuperiorem, ad id faciendum tenebitur, ſi putat id profuturum. Id quod aperte ſatis docere vr̄ S.Tho. 2.2.q.64.ar.6.ad tertium, dum ait, Teſtes examinare dēt diligenter iudex, vt liberet innocentē; quod ſi non pōt, debet ſuperiori relinquere iudicandum. Vbi ponderandum eſt, quod S.Th. vtrobiq. hoc eſt, tam in examinatione teſtium, q̃ in remiſſione ad ſuperiorē, vtitur verbo *Debe* ſed in examinatione teſtiū verbū *Debet*, ſignificat debitum præcepti; Ergo ēt in examinatione teſtiū; alioquin æquiuocatio in tam breui contextu admittenda eſſet, quod eſt inconuenien

Intelligendū autem eſt hoc, quando iudex inferior remittere poſſit ſine ſcandalo, et quan non cogitur, vel a ſuperiori, vel ab actore, vel a populo ſententiam ferre; Si.n. vel cogeretur ab iſtis ſententiam ferre, aut videret ſe nihil profuturum, remittēdo eum ad ſuperiorem, co quod plus ad ſuperiorem valeret iniquitas, & potētia accuſatoris, aut teſtium, quam ſuum teſtimonium, tunc vera erit opinio Soti, nō teneri eum remittere cauſam ſuperiori, ſed facere, et iudicare poteſt iuxta eam ſententiam, quam in ſequētibus probabiliorem iudicabimus.

DVBIVM igitur reſtat in caſu, quo nullū ex remedijs prædictis ſufficiat ad liberādum innocentem, ſed probatū nocentem, quid iudex facere debet? Eſt aūt ſermo in caſu, quo iudex inferior certo cognoſcit talem eſſe innocentem, q̃uis probetur nocens. Nam ſi non ſit certus de innocentia illius, non eſt dubium teneri eum ſecundum allegata et probata iudicare. In qua re tres ſunt Doctorum ſententiæ inter ſe diuerſæ.

Prima eſt aſſerentium nullo caſu licitum eſſe iudici, vel in criminalib. vel in ciuilib. condemnare eum, quem certò ſcit eſſe innocentem, ſed dr̄e iudicare ſecūdum veritatem ſibi notam aduerſus actorum, & teſtium probationes vtcumque pleniſſimas, atq. adeo dicunt teneri iudicē, vel officiū dimittere, vel ſpreto ſcandalo, & dāno illum abſoluere, nullaq. ratione condemnare illum poſſe. Hanc ſnīam inter Theologos ſequuntur Nicolaus de Lyra in id Exod. 23. *Innocentem & iuſtum non occides.* Ioan. Arboreus lib.9. Theoſophię, c.20. & quidam F. Barnabas de Raſalib. tract. de varietate opinionū, quem refert Salon loco inferius citando, & Coraſius lib.4. Miſcellan. c.20. quem refert Petr. Nauar. vt inf. Ex Iuriſperitis Martinus antiquus iuris ciuilis Interpres in l. Illicitas. §. veritas, ff. de offic. præſidis. Hugo etiā Iuriſta in l. Prætor. ff. de iuriſdic. omnium iudic. Calder. Hoſtien. Panormit. in c. paſtoralis. de offic. deleg. Abbas ſiculus in c. primo, de offic. ordin. & Imol. in l. a Diuo Pio, ff. de reg. iu. Ex Summiſtis Angel. in verbo iudicare §. ſeptimo, & Eman. Sa. in Aphoriſmis, in verb. iudex. Quam ſententiam varijs rationibus probare conantur, quarum iſtæ ſunt præcipuæ.

Prima eſt, Quia contra ius naturale, & diuinū occidere innocentem, Exod.23. vbi etiā dicitur, *Non ſuſcipies vocem mendacij, neq. in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt a vero deuies.* immo tam mentiri, hoc eſt, iudicando tanquam nocentem, quē innocentem nouit, quam ita occidere innocentem eſt intrinſece malum, quod nulla ratione aut timore, aut titulo proceſſus, vel teſtiū bene fieri poteſt. Quod ſi dicas, ſequetur ſcandalum niſi iudex ſecundū proceſſum iudicet; Rñdetur ex reg. iuris, c. *Qui ſcandalizauerit. vtilius naſci ſcandala permittitur*, quam veritas vitæ relinquatur.

Ceterum hæc ratio nō ita valida eſt, quin facile

ſit

t eam ſoluere. Quamuis enim rō naturalis di- at,vitam innocentis tuendam eſſe, quia tū in oc euentu cū alia lege naturali fortiori cōcur at,ideo illi credere debet. Sicut.n.rō natura- s dictat,ſeruandam eſſe vitam innocentis, qñ d fieri poteſt; ita etiam eadem naturalis ratio ocet,iudicandū eſſe ſecundū allegata, & pro- ata,& ſecundum ſcientiā publicā; Quia alias nulta dāna facile ſequi poſſunt & bonum com nune deſtrueretur. Cum igitur bonum cōe pri ato alicuius commodo præferendum ſit, inde ſt,vt lex illa de tuenda vita innocētis obligatio ē ſuā non habeat,occurrente alia lege, q̄ per- inet ad bonum cōe,qualis eſt hæc,Quod in iu icio ſecundum allegata, & probata iudicādū ſit. Deinde reſponderi poteſt cū Caiet. & Soto, Salono,& Petro de Arragona locis infra citandis. Non eſſe contra ius naturale,& Diuinū occidere innocentem per accidens, & p̄ter intentionē dā do operam rei licitæ, & neceſſariæ. ſ. exercendo officium ſuum debito mō, ſed ſolum occidendo innocentē per ſe,hoc eſt, ex intētione. Vnde ſicut in bello iuſto, quādo nō pōt obtineri victoria, niſi ſimul occidātur innocentes cum nocentib. non eſt malum illos occidere,vt alibi oſtendimus, tū qa bellū illud eſt licitum, tū qa occiduntur innocentes non ex directa intentione,ſed qa aliter obtineri nequit victoria, ita in caſu noſtro,iudex condēnans innocentē, probatum nocentē, & quē aliis viis ſaluare nō pōt,non agit malum, eo qđ non occidit ex intētione,ſed ſolū conſequitur mors illa ex actu licito,& exercitio neceſſario ſui officii, obligātis eum ob cōe bonum ſecundum probationes iuridicas iudicare, cui potius conſulere tenetur, quam alicuius priuatę perſonæ ſaluti, & incolumitati. Minus enim damnum eſt, quod aliquis in particulari detrimentum aliquod patiatur in vita,quàm quod bonum commune,quod quid diuinius eſt,atque præſtantius, periclitetur.

Nec contra hæc valent loca ſcripturæ allata. Quia cū ibi ſermo ſit ad iudicē, vt cōſequenter oīa iuridice intelligenda, & exponenda erunt. Cum.n.dr̄, *Innocentem,& iuſtum*, hoc eſt, iuridice talē probatum, *non occides*, ſed illum tm̄, qui iuridice oī adhibita diligentia reus, & nocens ꝓbatur. Et cum dicitur. *Non ſuſcipies vocē mendacij*, quem iuridico examine poteris repellere,vt mēdacem. *Nec acquieſces in iudicio plurimorum ſententiæ,vt a vero deuies.* qđ eſt verum, quoad iudicē, non quod ipſe priuatim nouit, ſed quod ei iuridice conſtat. Nec valet, quod Reſpondēt huius authores ſnīæ,hac ratione, & ſenſu iſto,nō fuiſſe neceſſe præcipere iudicib. vt nō crederent teſtib. & alijs,niſi iuridice ſibi de veritate conſtaret,qa ante hoc præceptū, ſatis manifeſtū erat, iudices non potuiſſe condēnare reū niſi iuridice reus ꝓbarēt, nec debuiſſe admittere teſtes, quos iuridice repellere poterāt, & deberēt; Reſpondeo namq; id maxime oportuiſſe, cum.n. noſſet Deus hoc nono p̄cepto apertius, & magis in particulari illis explicare,quid facere,aut non facere debēt, nimirū, vt nec temere teſtes contra proximū admitterent, aut repellerent, nec reū temere condēnarent, maxime ad mortem, ſed diligenter reū, & teſtes examinare deberent,atque adeo maxime reo in criminalib. fauere,nec eum facile, aut ex humano aliquo reſpectu ad mortem condemnare.

Quocirca iniquū fuit Pilati iudiciū, cum oībus ſatis conſtaret Chriſti innocentia, & teſtiū falſitas,ac proinde eos facile per iuridicā exceptionē repellere potuit. Non.n.mature, & diligenter eos examinauit, prout tenebatur, vnde Eſa. 55. dr̄, *De iudicio,& iuſtitia ſublatus eſt*, hoc eſt, celeriter,& ſine iuſto examine ſublatus eſt e iudicio,nec eius iuſtitia diligenter explorata. Prę terquam quod Chriſtum non tam condēnauit propter probationem teſtium, cum teſtimoniū eorum non fuerat conueniens quam vt non diſpliceret Cęſari,vt conſtat.

9 *Secunda* Ratio pro hac eadem ſnīa eſt quia ſi femina aliqua in iudicio probaretur eſſe vxor Titij,q̄ tñ Titius certo ſciret non eſſe ſuam, ētſi iudex præciperet ei cū ea habitare, illique debitū reddere, non erit licitum Titio ad eam accedere,aut ei debitū reddere,ſed pati potius debet quæuis incommoda,quā agere cōtra priuatā ſcientiā, quam habet de veritate rei, ſ. quod illa non ſit vxor ſua, nec eſſe poteſt ꝓꝑ canonicum aliquod impedimentū, vt definitū eſt in c. Inqſitioni. de ſent. excō. & in c. Dominicus, de ſecūdis nuptiis. Ergo multo minus poteſt iudex agere contra veritatem,& propriam ſcientiam propter falſum teſtimonium, & probationes.

Sed neq. valet hæc ratio,qa accedere ad nō ſuā, ſemper eſt fornicatio ex natura rei, & cōſequenter intrinſece malū, ita vt ex nulla circunſtantia cohoneſtari poſſit, cōdemnare vero innocentem,probatū nocentē, non ex intētione, ſed pro bono cōi,vt officium ſuum exequatur, non eſt intrinſece malum, ſed licitum, vt diximus. Deinde diſpar rō eſt in iudice, & Titio in hoc caſu: Nā ſententia iudicis eſt publica, atq. adeo iudex ſic iudicando ſecundum allegata, & probata gerit perſonam publicā,agitq. ſecūdū veritatē,& ſcientiā publicam, & iuridicam, quæ ex probationib. deſumitur; At vero Titius ſemper agit perſonam priuatā, ac proinde ſciētiam priuatam, & euidentē ſequi tenetur, nec vllo mō ſecundū ſcientiam publicā proceſſus, vel ſententiæ iudicis agere dēt. Quamuis igitur iudex eccleſiaſticus in hoc caſu ſcđm allegata & probata ferre debeat ſententiā, quod illa ſit vxor Titii: Titius tñ non tenetur, nec debet obedire ſententiæ, quia ſententia illa fundatur in præſumprionibus,& iudex licitè ſequitur tales præſumptiones non autem Titius.

10 *Tertia* ratio adduci ſolet,qa ſi eſſent multi iudices,qui ſcđm allegata, & probata iudicarent hanc,vel illam propoſitionem eſſe hæreticā, & mihi conſtat euidēter non eſſe hęreticā,non eſt mihi licitū illā,vt hæreticā condemnare. Ergo nec licet iudici condemnare eum quē vere nouit innocentem. Quę Ratio cōfirmari pōt,ſi ponatur exēplum in Summo Pontifice, quāuis.n. multi in iudicio,& Cōcilio cōgregati iudicarēt aliquā propoſitionē eſſe hæreticam,vt aliquem eſſe ſanctum,quam tñ Summus Pontifex certo nouit non eſſe hæreticam,aut nō fuiſſe ſanctū, nec feciſſe miracula,q̄ alii aſſirmāt, nō tenetur aliorum communē ſententiā cōtra ſuam propriam

priam ſcientiam ſequi. Ergo neque iudex ſequi tenetur aliorum probationes contra veritatem ſibi certo notam.

Verùm neq. hæc rō ſufficienter probat eorū intentum, quia nunquā tenetur aliquis mentiri & dicere hanc propoſitionem eſſe hæreticā, q̄ mihi euidenter conſtat non eſſe; eſt. n. mentiri in re graui. At verò iudex in condemnando nō mentitur, nō. n. aſſerit vere illum eſſe nocentē, ſed probari nocentē: Quod ſi vrgeas, quid ergo reſpōdere poterit iudex, ſi roget, an ille ſit innocens ſcd̄m rei veritatem: Reſpondeo, teneri dicere eſſe innocētem, quia alias mentiretur, qđ nunquam eſt licitum: Sic. n. rogatus eſt iudex, aut ſecūdum allegata, & probata, ſed vt pſona priuata, & ſcd̄m veritatem particularem, & priuatam ſibi notam, vnde reſpondere debet eſſe innocentē: Ad confirmationem aūt reſpondetur, diſparē rationē eſſe inter iudicium aliorum iudicum; Quia aliorum iudicum ſnīa, & iudicium eſt mere humanū, ac proinde ferendū ſecundū teſtimonia, & probationes humanas, & cum fiat poteſtate publica, exercēdū conſequēter eſt ſecundum ſcientiā publicā. At verò definitio fidei non eſt iudicium humanū, ſed Diuinū, cuius determinatio præcipuè a Deo dependet, a ſummo vero Pontifice, vt inſtrumento, & vicario infallibili explicante diuinum oraculū, & proinde determinanda ſecundum ſcientiam diuinam, ideſt, diuinam reuelationem, & per ius Diuinum, & per rationes Theologicas ex iure diuino ſumendas, non autem per probationes, vel teſtimonia mere humana.

Pari ratione dicendū eſt, qđ licet iudicium Papę in canonizatione alicuius ſancti nitatur teſtib. humanis, quia tñ illud pertinet ad bonū cōe eccleſiæ, quo proponitur ſanctus ille in exemplū aliorum, ita huic actui ſp aſſiſtit Spiritus ſanctus, & mentē Summi Pōtificis illuminat, & dirigit, vt nunquā patiatur Summū Pontificē canonizare illū, quē certo nouit iniquū, & peccatorē fuiſſe, nec vnquam hoī falſa teſtimonia, ſed vera ſolum miracula approbabit, vnde etiam plane iudiciū hoc Summi Pontificis ex Spiritus ſancti aſſiſtentia diuinū potius, quā humanum dicendum, & cenſendum eſt. Aliæ rationes pro hac ſentētia afferri poſſunt, & ſolent, quia tamen iſtæ præcipuę ſunt, aliæque omnes, aut ad iſtas reduci, aut ex iſtis dilui poſſunt, breuitatis cauſa reliquas omittendas eſſe cenſui, quæ apud alios legi poſſunt.

11 Secunda opinio eſt eorū, qui diſtinguentes inter cāſ ciuiles, & criminales docent in cauſis criminalib. ſiue ſint capitales, ſiue alicuius mutilationis, non poſſe iudicē iudicare, & condēnare innocentem certo ſibi notum, etiāſi ſecundū allegata, & probata probetur nocens; In ciuilibus autem, puta, cum de pecunia agitur, aut de aliarum rerum poſſeſſione, ēt vbi agitur de magna quantitate, iudicare poſſe ſecundū allegata, & probata, contra veritatem ſibi certò, & euidēter notā. Sic Adria. Quodlib. 2. pūcto 3. ad quintum litera B. & clarius quodlib. 6. art. 3. litera H. fuit ēt hæc ſententia cuiuſdā Rodulphi iuriſperiti antiqui, vt refert Angelus. in verb. iudicare, §. 7. inter recentiores verò hanc opinionem amplexus eſt Petrus Nauarrus lib. 2. de reſti
2. dub. 4. num. 160. & nu. 361. Et quidē
cauſis criminalib. nōn poſſit iudex conde
innocentem, etiamſi probetur nocens, iiſ
tionibus probant, quibus ſupra eam pri
tentiæ authores coufirmarunt.

Quod autem in ciuilibus peculiariter
dum ſit contra notam ſibi veritatem, pro
trarias probationes, ꝓbant Adrianus, &
Nauarrus, Quia iudices iudicare debent
leges: ſed leges humanæ, & ciuiles ſtatue
in ciuilibus iudicet ſcd̄m allegata, & prob
tra veritatem, quam nouit, vt perſona pri
colligunt ex *cap. Paſtoralis §. Quia uero.* & ibi
verb. *Tenetur.* de officio deleg. vbi habetur,
ordinarius teneatur obſequi delegato, etſi ſciat
illam iniuſtā. c. Iudicet. 3. q. 7. & c. ſummopere. 11.
quibus in locis habetur iudicandum eſſe
dū leges. Ergo cum leges ciuiles ſolum
habeant ex conſenſu populi, tenetur iudex
dum eas iudicare ſcd̄m allegata, & proba
in hoc caſu condemnatus eſt rationabiliter
ſus, & inuitus: nam pro bono pacis, & ne ſub
tatur bonum cōe, aut legum, & Reipubl
perturbetur, tenetur patienter tollerare ini
& temporalis commodi ferre iacturā. Immo
facto renunciaſſe videtur ſuo temporali co
modo priuato, propter bonum cōe, cum ſe Pr
cipi ſubiecit, qui iuſtè leges tulit, vt ſecundum
legata, & probata, ſententia proferatur. Nec
rōnabile, qđ probatus Reus, licet in re innoc
velit iudicem officium, aut honorem, aut ali
ſuam vtilitatē amittere: maxime cum etiam
dex ſit innocens, nec aliqđ crimen commiſer
In pari autē caſu innocentiæ magis tenetur
iudex, quā alteri præſertim criminoſo prob
ſubuenire. Quia verò homo non hēt liberā p
teſtatem ſuæ vitæ, & membrorū, ſed ſolū adm
tas iuris naturalis, puta ne aliàs totū corpus p
reat, & in aliis ſimilib. caſib. l. liber homo. ff. a
legem Aquiliam, & in puniendo verū delictū,
aut in bello iuſtò, aut defenſione patriæ, quor
nihil in hoc caſu reperitur, non pōt iudex ab ho
minib. ad hoc authoritatem accipere, cum non
poſſunt hoīes plus iuris transferre, quam eis cō
petit, iuxta reg. *Nemo plus. de reg. iur. in 6.* cōſequ
ter in criminalibus iudicare non pōt ſecundum
allegata, & probata contra veritatē ſibi notā
eam authoritatem nō habeat, nec habere p
ab hoīe, ob rationem aſſignatā; Adeo autem
thoritatem iſtā non hēt, quin potius lege di
na contrarium pręcipitur. Exod. 23. *Innoce*
& iuſtum non occides. Vnde Adrianus ait, hæc e
communem Theologorum ſententiam in c
minalibus propter verbum Exodi allegatum.

Hæc tamen Adriani, & Petri Nauarri ſen
12 ab alijs recentiorib. merito reiicitur. Quia ſic
iudex non hēt authoritatem aut dominium
tę, & mēbrorum niſi pro crimine, & ſecund
allegata, & probata; ita neq. poteſt priuare
quem bonis ſuis, niſi ſcd̄m leges. Et ſicut p
tollere propter culpam bona externa, & e
plicare fiſco, aut illa exponere pro bono cō
ni, ita tollere poteſt vitā ob crimen, eamq. p
bono cōi in bello iuſto, & ſui defenſione exp
nere. Gratis etiam affirmant populum feciſſe
lem

m facultatem iudicib.circa ciuilia, cum nulli extat talis populi cōſenſus potius circa ciui- a,quàm circa criminalia, vt conſtat ex legib. z locis citatis.Nam c.Paſtoralis. non loquitur e iudice; ſed de executore ſnīæ, vt cōſtat: reli- ua verò duo loca potius contrariū probāt, vt nfra dicemus,verba ipſa referentes. Et deniq; i in ciuilib. tenetur iudex ex officio procedere ſecundum allegata propter bonū cōe, eadem ratione tenebitur in criminalib. cum ibi ēt bonum cōe potius, quàm alicuius alterius commodum priuatū reſpicere debeat. Vnde ſi in ciuilib. procedendum erit ſecūdum probationes publicas, contra priuatam iudicis ſcientiam, etiam in criminalibus ita iudicandum erit.

3 Tertia ergo, & cōis opinio eſt, eademq; veriſſima, & in praxi ſequenda debere iudicē tā in cauſis criminalib. quam ciuilibus probationes publicas ſequi ēt contra veritatem ſibi priuatim notam. Sic S.Tho.2.2.q.67.art.2.Caietanus,Bannes,Salon.Petrus de Arragon.ibid.Alexan.de Ales par.3.q.34.memb.1.art.4.& q.40. memb.6.art.2.§.1.Henricus de Gandauo. Qđlib.3.q.25.Altiſiodorenſis par. 3. ſuæ Summæ. tit.in quib.ſit obediendū.Richard.in 4. diſt.18. artic.3.q.2.ad primum.S.Anto.par.[illegible] tit.9.c.2. §.6.*Io.*Maior.in 3.diſt.53.q.4. Abulenſ. in cap. 23.*Exodi*.q.6.Sylueſter verb. iudex. 2.quæſt.5. vbi ait eſſe communem ſententiam. Tabiena. verb.Iudicare.§.quinto.Sotus lib. 5. de iuſtitia. q.4.art.2.Martin.Nauar.in Manuali. cap.25.n. 9.& 10.in cap.ſi quis.de pęnit.diſtin.7.nu.129. Couar.lib.1.variar.reſol.nu.6.Greg.de Valentia.to.3.diſp.5.q.11.puncto.2. Toletus in Sum. lib.5.cap.56.

Eandem tenent Bar.in l.Illicitas.§.veritas.ff. de officio pręſid. Io. Andr.in Speculo.tit. de allegatio.& diſput.§.ſatis.nu.13. Turrecr. & Archid.in c.ſi ſacerdos.de officio ordinarij,& idē Turrecrem.in capit.Iudicet.3.q.7.& alij multi iuriſtæ,quos refert Couarruuias vbi ſup. Hanc autem ſententiam varijs rationibus probare conantur.

Primo enim eam probāt ex c.Iudicet. 3. q. 7. qđ deſumptum eſt ex D. Ambroſ. in illud Pſal. 118.ſerm.20. Miſerationes tuæ multæ Dñe, ſecundum iudicium tuū viuifica me.Bonus,inqt, iudex nihil ex arbitrio ſuo facit,ſed iuxta leges, & iura pronunciat;Statutis iuris obtēperat,nō indulget propriæ volūtati. Nihil paratū,& mediatū domo defert,ſed ſicut audit,ita iudicat,& ſicut ſe hēt negotij natura,decernit,obſequitur legib.non aduerſatur,examinat merita cauſæ, non nutat. Et ſimilia habentur 11. q. 3 in cap. Summopere.vbi Gregorius ait ſcđm,quod iudicio per teſtes conſtitutū eſt, definitiua proferatur ſententia.Et in cap.Paſtoralis.§. Quia vero. de offic.dele.Præcipit Innocentius III.vt *ordinarius mandet executioni ſententiam delegati, etiamſi ipſe ſciat ſententiam illam eſſe iniuſtam.* Et in l.Illicitas.§. veritas.ff.de offic.præſid.Monet Iuriſconſultus Vlpianus,& Præſes Prouinciæ id ſequatur, qđ cōueniunt eū ſequi, ex fide eorū, q̄ probātur.

Ceterum meo iudicio nihil ſolidū ex his locis colligi pōt: Nā authores primæ opinionis facile Reſpondebunt hęc oīa ſolū procedere qn̄ ea,quę afferuntur a teſtib.vera ſunt, atq; adeo ſi conſtaret Iudici contrariū, nō deberet procedere ſecundū falſas probationes,& falſa, & ſimulata inſtrumenta,tunc.n.veritas minime vitiari dēt errorib.geſtorum. Et quidem ſi ſingula teſtimonia diligenter ponderemus, non tantam vim habere vñr, quantam aliqui putant. Nā loca illa ex ca. *Iudicet.3.q.7.& ca.ſummopere.* 11.q.3.deſumpta ſolū probant,non debere iudicē ex *odio,offenſione,furore,aut aliqua leuitate* præcipitem ſe oſtendere in ferenda ſnīa, ſed *cauſam prius ignoratam diligenter ventilare, & in iudicando veritatem potius,quàm propriā voluntatē,& paſsiones ſequi &c.* Vt expreſſe ibidē habetur, & hic verus eſt illorum teſtimoniorum, & verborum ſenſus,vt legenti verba citata manifeſtū eſſe poterit.Deinde Petrus Nauar.vbi ſup.num.171.Reſpondet ibi ſolum dici,quod cōiter,& ex rei natura,tenetur iudex ſecundum fidem eorū, quæ probantur,iudicare. Attamen in particulari caſu,cum innocentem occidere oportet,ius naturæ ſtrictius oppoſitum præcipit, ſ. ſequendam eſſe rei veritatem.Iura autem, & leges de ijs dātur, quæ vt plurimum accidunt, & non de caſibus particularibus.

Ad illud vero c.*Paſtoralis.* Reſpondet idē Nauar.n.175. loqui ſolum de ciuilibus; Quod patet,cum ſit ſermo de ſnīa delegati Papę, & ordinarij.Deinde exinde potius colligitur cōtrariū huic tertię ſnīę,quia eſt ſermo de executore atq; adeo ſi eſſet cognitor cāę, nō liceret ita iudicare. Id qđ ſignificant illa verba præcedētia, *Attendens quod non cognitio, ſed executio tantum ei demandatur,& ordinarius tenetur obſequi delegato. &c.* Sic ēt l. *Illicitas.§. veritas.* primæ potius ſnīæ fauet,quàm huic tertiæ, vnde ex ea lege Cald. & Panor.primam opinionem confirmant.Et certe res ſatis clara eſt. Nā textus ita ſe habet: Veritas,inquit Vlpianus, erroribus geſtorum non vitiatur, i. licet cauerim debere me tibi centum ex mutuo,q̄ verè mihi mutuata non ſunt, idq. ad Præſidem probauero,non errorē meū in cauēdo,ſed veritatē ſequetur; quaſi dicat,veritas, cuiꝰ cōſcius eſt iudex, nullis teſtimonijs vitiat̄.

Eodemq; modo reſponderi pōt ad alia teſtimonia,q̄ afferri ſolent ad probandū iudices iudicare debere ſcđm allegata,& probata,exponi.n.poſſunt,vt ſolum procedant qn̄ alias veritas in contrarium non certò conſtet iudici, & quia vt plurimum ita ſe gerere debet iudex, vt probationes teſtiū ſequatur, non propriū affectum, quamuis ſi certo ſciret eos in teſtificando veritatem non dixiſſe, tunc ſecundum veritatē ſibi certò notam iudicare dēt. Ex quib.cōſtat leges & canones citatos pro hac tertia opinione eam non ſufficienter comprobare.

14 *Secundo* igitur melius probatur rōne,ꝗa iudex in iudicādo fungitur authoritate publica a Rege,ſeu cōitate accepta,& non priuata. Ergo ſicut id tm̄ agere dēt, quod poteſtas publica illi tribuit,ita quoq; iudicare dēt iuxta ea, quę per ſcientiam publicam,& a communitate approbatam ſibi conſtat. Confirmatur hæc Rō, quia effectus ſequi dēt naturam ſuæ cauſæ, ſed ſciētia iudicis eſt ꝗdā effectus publicæ authoritatis, q̄ in ipſo eſt: Ideo namq; iudex inquirere pōt fa

ctum, examinare teſtes, & cōpellere teſtes ad teſtificādū, & alia neceſſaria ad iudiciū facere, quia pōt cauſam illam iudicare. Vnde quēadmodū poteſtas illa publica eſt, & non priuata, ēt ſcientia, ſecundum quam iudicare debet, publica, & non priuata eſſe dēt. Quocirca quāuis iudex priuata illa ſciētia vti poſſit, & dēat vt diſtrictius, & exactius diſcutiat teſtes, & probationes inductas, & hac rōne defectum earum inueſtigare, ſi tñ adhibita omni diligentia poſſibili eas repellere nequeat, petendo ab eis horā, locum, formam, & alias ſimiles circumſtantias, & ita falſitatis publicè arguere eas in ferenda ſententia licitè ſequi poteſt, & debet.

15 Deniq; idipſum cōſtat a fine authoritatis publicæ, ſunt.n. iudicia publica cōſtituta ob pacē, & Reipublicę quietē & ne iudex pro libito ſuo a veritate in iudicando declinet. Qđ ſi non teneretur iudicare ſecūdū acta, & proceſſus in iudicio factos, pax omnis ceſſaret, cum enim populus de occultis, & iudici tātū notis iudicare nequeat, facile turbaretur Reipublicæ tranquillitas, & populus ſcandalizaretur, dum videant iudicem publicis probationibus non ſtare, vnde ipſi ēt facile leges negligerent, dum videant iudicem ſecundum leges non procedere, quæ omnia incommoda, & pericula, vt euitētur, & Reipublicæ pax, & concordia conſeruetur, tenetur iudex ſecundum allegata, & probata, nō obſtante veritate ſibi priuatim nota, iudicare.

Neq. ſic iudicando agit contra conſcientiā, (id.n. nunquam erit licitum) ſed ſolum agit cōtra ſcientiam ſuam priuatam, & ſpeculatiuā, q̃ habet illum. ſ. eſſe innocentem, ſunt enim duo in hac re diſtinguēda, & conſideranda, vnū eſt, pertinens ad ſcientiā iudicis priuatam, & ſpeculatiuam, ſ. qđ Petrus eſt innocēs; Alterum eſt, quod Petrus probatus eſt reus, & conſequēter occidendus. Quāuis igitur a parte rei ſit innocens; qa tñ in iudicio probatus eſt reus, condēnando eum non agit contra conſciētiam, quę in iudicio practico conſiſtit.

Quod ſi q̃ras vnde nā infertur concluſio, ſeu ſententia, qua innocens condemnatur, cum.n. vna præmiſſarū ſit, iſte innocens eſt, non videtur qua ratione ſentētia condemnationis, quę eſt veluti concluſio, exinde inferri poſſit.

Rñdetur, Quod præmiſſa illa ſpeculatiua, quæ habetur ex ſcientia priuata, nihil facit ad condēnationē, condemnatio. n. ex iſtis duabus præmiſſis practicis infertur, ſ. Mihi iudicandū eſt ſecundum authoritatem mihi conceſſam iuxta allegata, & probata, ſed Petrus v.g. ſecundum allegata, & probata eſt reus. Ergo Petrus tanquam reus iudicandus, & condēnandus eſt.

Quod ſi forte iudex nō haberet hoc iudiciū practicum, ſed ſequēdo primam ſnīam, crederet, exiſtimaret, aut dubitaret, ſe nō poſſe ferre ſnīam ex probationibus contra priuatā ſuam ſcientiā, & conſequenter iudicaret ſe condēnare non poſſe eum, quē certo ſcit innocentē eſſe, tūc nō poterit abſq; peccato talē morti adiudicare, & hanc S. Thomæ, & cōem ſequi opinionem, non quia hæc vera non ſit, ſed ratione illius interioris iudicii practici, & conſcientię, cōtra quam non eſt agendum, ētſi erronea ſit, eſt enim peccatum mortale in re graui contr priam conſcientiam agere, vt communite dunt Doctores, & nos latius libro primo q probauimus.

Ex hac doctrina cōi rectè infert Couar. 1.var.reſol.c.1.n.5. Quod iudex ſententiam cere nequit ex inſtrumento, ſeu ſcriptura producta in iudicio, q̃uis ea fuerit ſibi priua ita, exhibita, vt plane cogouerit ex ea ius a ris, aut rei, *arg. c.cum dilect. de fid. inſtrum.* Ita e requiritur productio inſtrumēti coram iudic vt non ſatis ſit eam corā Notario, & teſtib ducere arg. *l.adoptio.ff. de adoptio. & c. accepimu cap.contingit & ibi gl. in uerb. præſente. & Felyn. de inſtr.* & Felyn. late in c. Quoniam contra. q.1 prob. Immo non ſufficit producere inſtrum tum coram iudice ante litis conteſtationem articulum aliquem incidentē, ſed produci cū cauſa ipſa principalis publice, & in iudic diſcutitur, ex Fely. in c.1.nu.28. de prob. & in cauſam, quę. de teſtib. & Federico in cōſ.16 col.2. & Couar. vbi ſup. qui plures alios in h ſententiam refert, & Mich. Salono. 2.2. qu.6 art.2. in argumento 5.

Ratio eſt, quia ſcientia, q̃ habet illarum probationū, & inſtrumentorum extra iudiciū, no eſt iuridica; At verò ipſe, vt ſupponimus, iudicare, & diſcutere nō pōt niſi iuxta ea, quæ per allegata, & probata iuridice nouit; iuridice autē cognoſcit id ſolum ſecundum ea, q̃ ei exhibentur in iudicio, altera parte ſciente, & reſpondēte: Quod autem antea nouerit priuatim legendo inſtrumenta, vel audiendo etiam probationes, quāuis certò ſciat, nō ſcit iuridice. Ac proinde non iuxta ea, ſed ſecundū allegata, & probata ſolum iudicare debet.

16 Secunda Difficultas eſt, an iudex inferior, q nulla alia via commode vitam innocentis ſaluare poſſit, teneatur deponere officium ſuū, ne condemnet innocentem, contra priuatam ſuam ſcientiam?

Prima opinio eſt dicentium, teneri deponere officium ſuum, quia pluris æſtimari debet vita innocētis, quàm amiſſio officij temporalis. Sic omnes, quos dubio ſuperiori pro prima ſententia attulimus.

Secunda tamen & verior opinio eſt dicentium, quod licet iudex pro aliquo tempore cauſę ſuperſedere, & officium ad tps quaſi exuere debeat, maxime ſi profuturū ſe credat eo modo, quo ſupra expoſuimus, & perſona illa ſic condemnanda inſignis eſſet, aut de infami aliquo delicto accuſaretur, officium tamen omni relinquere non tenetur. Sic Caiet. 2.2. quę art.2. Michael Salon, & Petr. de Arragon Sot. lib.5. de iuſtit. q.4. artic.2. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap.1. nu.9. & Toletus lib. 5. Summæ. cap. 56. & alij.

Ratio eſt, quia neq. tenetur ad hoc ex iuſti neq. ex charitate; Nō ex iuſtitia, quia profe ſnīam iuxta allegata, & probata, adhibita p omni cura, & diligentia, qua innocens libe tur, vtitur iure ſuo, & munus ſuū debito mo exercet; Qui vero iure ſuo vtitur, nō facit alte iniuriam & iniuſtitiam: Neq. tenetur ex cha tate, qa licet obligaretur deponere officiū

qaunando id commodè facere poſſet ſine magno quo ſuo detrimento, puta ſinę dãno famæ, honoris, aut rei tp̃alis iactura, id vitã innocẽ ſaluandã, vt probare vr̃ ratio ab authoribus mæ ſn̄iæ allata, ſi tamen ſinę magno ſuo de- mento officium ſuum deponere nequeat ad non obligatur ex charitate. Quia leges cha- tis non obligant aliquẽ cum tanto detrimẽ defendere, & liberare innocentem a damno, od ipſe nõ dedit. Siquidem dãnum, quod ta- n caſu patitur innocẽs, nõ dat Iudex, ſed te- s, quibus ille conuincitur reus. Vñ Deut. 17. itur, *In ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui in- ficietur*, & ſubditur, *Manus teſtium prima interfi- eum.* Non manus Iudicis *ſed manus teſtiũ;* Quia dex nihil aliud facit, q̃ applicare legem deli- probato, facere aũt aliquem reum delicti, legis, in quo cõſiſtit tota vis cõdemnationis, tiũ eſt. Iudex ergo ſic iudicando non peccat, in potius actum iuſtitię exercet, nec ad dãna nocenti illata reſtituenda tenetur, ſed ſoli te- s, quandoquidem ipſi reuera ſunt, qui dam- m in tali caſu inferunt, non Iudex, vt conſtat dictis, & expreſſe tradit S. Thomas 2.2. quęſ. .artic. 6. ad 3.

Hinc infertur, quod Miniſter, ſeu executor p̃- tæ ſn̄iæ, ſi certo ſciat talem damnatũ eſſe in- ocentem, quãmuis ſi cõmode poſſit ab illius xecutione abſtinere, propter qđ exiſtimat con- ngere poſſe, qđ a morte liberabitur, teneatur nc ab ea recedere, q̃nquidem tenetur vnuſ- uiſque vitã innocentis tueri, quotieſcunq. id õmode & ſine graui ſuo dãno facere poterit; mmo vero ſi ſn̄ia illa intolerabilem errorem ontineat, non dẽt obedire ſententiæ iudicis cõ- emnantis innocentem, alias vt recte docent S. Thom. 2.2. q. 64. ar. 6. ad 3. excuſarentur carni- ces, qui martires occiderunt; ſi tamen non cõ- neat manifeſtam iniuſtitiam, nec põt ſine gra- i ſuo dãno officium deſerere, non tenetur offi- io ſuo cedere, nec peccat exequẽdo pręceptũ, uia ipſe non hẽt diſcutere ſuperioris ſenten- am, nec ipſe occidit innocentem, ſed iudex qñ iuſte aliquem dãnat, & teſtes, qui falſis pro- ationib. eum delicti reum cõprobarunt, vt ex- reſſe docent S. Thom. vbi ſup. S. Anto. part. 3. t. 9. c. 2. §. 6. Caiet. 2.2. q. 67. art. 2. in fin. Petr. de Arrago. ibid. Sylueſt. verb. Iudex. 2. q. 6. & Co- ar. lib. 1. variar. reſol. capit. 1. nu. 10. qui multos lios in hanc ſententiam citat, pro qua facit ca. *aſtoralis. §. Quia vero. de officio delegati.*

Vbi aperte præcipitur ordinario, vt exequat̃ n̄iam iudicis delegati etiamſi priuatim ſciat eſ- e iniuſtam. Quod intelligendum eſt, dũmodo õ contineat intolerabilem errorẽ, aut iniq̃ta- em manifeſtam. Poteſt tñ, & debet miniſter, vt ecte notat Mich. Salon 2.2. q. 67. art. 4. in fine. qñ certum eſt veritatem ſibi certò priuatim no- am, vel orare iudicem, vel aliqua alia via licita niti, quantũ commode poteſt, ne ſibi præcipia- ur ſn̄iæ illius executio, ſed alteri mandetur. Si- militer ſi videat ſententiã illam non ſolum eſſe contra veritatem, verùm etiam procedere ex probationibus non ſatis ſufficiẽtibus, neq. ſatis conſtare ex proceſſu poteſt, & dẽt, antequã ter- minos appellandi excidat, & ſententia illa in rẽ iudicatã trãſeat, admonere reum, vt appellet, & indicare ei defectus proceſſus, & ſn̄iæ, & pro illo apud iudicem alium, ſi fieri poſſit, teſtificare: Qđ ſi non appellet, vel quia non ſit locus, vel quia excidit tp̄s, tenetur illam exequi, etiamſi ſciat procedere ex inſufficienti probatione, q̃a ſicut iudex, vbi lex non continet intolerabilẽ errorem, aut manifeſtam iniquitatem, debet ſecũdum illam iudicare, cum ipſe nõ ſit iudex legis, ſed executor tantum, ita cum ſententia iudicis lex quædam ſit, debet miniſter ſententiam iudicis exequi, quando non continet iniquitatem manifeſtam, quia ipſe non eſt iudex illius p̃ceſſus, & ſententiæ, ſed ſolum executor. Quando autem contineret ſententia iniquitatẽ manifeſtam, obedire non debet, hoc enim eſſet cooperari iniquitati iudicis, & agere contra Dei præceptum, tunc. n. veræ obediẽtiæ vox illa eſt, Act. 4. *obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*. Solum enim obedire tenetur ſubditus ſuperiori præcipienti rem vel aperte honeſtam, aut ſub dubio; non autem præcipienti rem aperte iniquam, vt habetur in cap. Quid culpatur. 23. q. 1.

18 *Illud* demum obſeruandũ eſt, quod licet in ſẽtentiis publicis ferẽdis procedere debeat Iudex ſecundum publicas teſtium, & inſtrumentorũ probationes vt dictum eſt, in officijs tñ conferendis, & aliis, quę ipſius arbitrio cõmittuntur, non tenetur ſtare dictis teſtium, aut aliorũ, ſed potius ſcientiæ, quã ipſe habet de meritis cuiuſque, vt docẽt Sylueſt. verb. Iudex 2. q. 5. in prin. & Mich. Salon 2.2. q. 67. ar. 2. & habetur in l. 1. & 2. ff. de iuridic. om. iud. Similiter in diſpẽſationibus non dẽt diſpenſare propter teſtimonia, aut dicta aliorum qñ ipſe pro certo nouit impedimentũ occultum, in quo vel non cadit diſpenſatio, vel non poteſt, aut non dẽt ipſe diſpenſare. Ratio eſt, q̃a in conferendis officiis proprie non eſt iudex, ſed diſtributor, teneturq. illa diſtribuere pro meritis, quę non ex dicto teſtium, ſed a parte rei petenda ſunt, vñ potius ſuæ cognitioni certę, quàm dictis teſtiũ ſtare debet. In diſpenſationibus etiam, cum diſpẽſatio male facta non ſit valida, qñ illa non poteſt a parte rei, vel fieri, vel bene fieri, non eſt facienda, quicq̃d teſtes dicant, quia etiamſi fiat, ſi deſit authoritas, non eſt diſpenſatio, ſed deceptio potius conſcientiarum, & ſi fiat ab habente poteſtatem, quando tamen licite aliqua de cauſa fieri non poſſit, nullo modo concedi debet, cum nulla ex cauſa peccandum ſit.

19 Tertia Difficultas eſt, An ſi iudiciũ ſit ad Regem, ſeu ſupremum Principem delatum, poſſit Princeps reum iſtum ſecũdũ allegata, & probata, ſecundum rei tamẽ veritatem ſibi notã innocentẽ a morte abſoluere, & liberare? Reſpõdeo cum Caiet. 2.2. q. 67. art. 2. in fine. Soto lib. 5. de iuſt. q. 4. art. 2. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 7. verſ. Tertium, qui in hãc ſententiam refert etiam Cynum, & Bart. in l. 1. C. vt q̃ deſunt aduoc. Alber. c. in l. Illicitas. §. veritas. ff. de off. Præſidis. & Fel. in c. Paſtoralis. §. Quia verò, de offic. deleg. & conſentit ẽt Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. part. 2. dub. 4. num. 173. Principem non teneri iudicare ſcđm allegata, & probata, ſed poſſe cõtra huiuſmodi p̃bationes falſas in-

nocentem ſibi notũ abſoluere, & a pęna etiam ſecundum leges debita liberare.

Ratio eſt, quia ſupremus Princeps hẽt poteſtatem condendi leges, & derogandi conditis, põt etiam quamcunq; pęnam legis in aliã mutare, ac proinde iudicare poteſt iuxta priuatam ſuam ſcientiam, quamuis cõtrarium in iudicio probetur. Quod ſi põt, ergo ad id tenetur, quandoquidẽ tenetur quilibet quãtum cõmode poteſt innocentẽ a morte liberare. Vult tñ Caietanus, vt in eo caſu Princeps publice teſtetur, & doceat populũ de ſua priuata ſcientia, vt ita eis ſatisfiat, ne exinde populus ſcandalizetur. Vbi autem Princeps pęnam ſecundum leges debitã mutaret, aut prorſus eam tolleret, cauere dẽt, ne quiſpiam inde damnum patiatur, teneretur enim eo caſu parti lęſæ, & bono cõmuni ſatisfacere, ſi quidem licet ex ſuprema ſua poteſtate pęnam legis commutare poſſit, alicui tamen perſonæ tertiæ præiudicare non debet.

20 Quarta Difficultas eſt, An Iudex ſaltẽ ſupremus, qui certo nouit aliquẽ, quẽ tenet in vinculis eſſe reum, opinione tñ, & in iudicio publico innocens probatur, talem condẽnare, & morte afficere poſſit; vt v. g. occidit quis fratrem ſuũ, quod ſolus Iudex vidit, nec põt id per acta publica probari. Itẽ aggreſſus eſt quis Reginã, qđ probari non poteſt, vel ſi põt nõ oportet ad publicum iudicium prodire, An poſſit ſupremus ſaltẽ iudex ſine ſtrepitu iudicii talem occidere?

Pro cuius intelligentia ſciendũ breuiter eſt, duo eſſe præcipue de ſolemnitate iudicii, *Primũ eſt.* quod delictum ſufficientibus teſtib. cõprobetur, & quod locus detur defenſioni, citando, & audiendo partem.

20 *Alterum eſt*, quod ſit accuſatio, quod detur tẽpus ad probandũ, vel reſpondendum, ſcriptura, & publicum inſtrumẽtum &c. Horum duorũ, primum eſt de *iure naturali, & diuino*, vt conſtat; Et quide de probatione facienda per teſtes probatur ex c. *Deus 2. q. 1.* vbi dicitur, *Diuino exemplo monemur, ne indiligenter probata, & diſcuſſa cauſa iudicemus. Si enim Deus cognitor omnium* &c. Quibus verbis inſinuatur ius eſſe diuinũ, ne ſine probatione aliquis iudicetur & c. primo ſęmper ead. q. & cauſa ait Melchiades Papa, Primũ probare poſtea charitatiuam ſñiam proferre, & qđ vobis non vultis fieri, alteri facere nolite. Affirmãs eſſe ius naturale, qđ vniuſcuiuſq. delictũ teſtibus comprobetur, vtpote qđ fundatur in ea lege naturali, *Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris.* Et *in d. c. Deus*, ait Euariſtus Papa, nullum ante veram iuſtamq. probationem iudicare, aut dãnare debemus, teſte Apoſtolo, qui ait Ro. 14. Tu qs es, qui iudicas alienum ſeruum. De loco aũt ad defenſionem concedendo, partem citando, & audiendo, dicitur etiam in *clem. Paſtoralis. §. Cęterum in fine de ſenten. & re iudic. De crimine præſertim graui delato, defenſionis (quæ a iure prouenit naturali) facultas adimi non valet; Cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt* & in *cap. Qualiter. 2. de accuſat.* Cum eadem fere dicta eſſent ſubditur, *vnde videmus Deum non protuliſſe ſententiam contra Adam, niſi prius vocatum, & auditum, & defenſum.* Et ſimilia habentur, *30. q. 5. in c. nullum. & in cap. iudicantem.* Illæ verò ſolemnitates ſecundi generis, de iure tantum humano ſunt, vt conſtat, cum nec ius naturæ, nec ius diuinum illas præcipiat. His ita prænotatis, veritatem ipſam omiſſis argumentis in contrarium breuiter in ſequentibus exponam.

21 Prima Propoſitio: Iudex inferior in ſolẽnitatibus ſecundi generis diſpenſare non poteſt, ſed ſeruato iuris ordine per accuſationem, ſcripturam publicam, & alia neceſſaria procedere tenetur. Sic S. Anto. p. 3. tit. 9. c. 15. §. 3. Couar. li. 1. variar. reſol. c. 1. n. 7. verſ. Tertium. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 67. art. 2. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. par. 2. dub. 5. num. 180.

Ratio eſt, Quia iudex inferior non hẽt authoritatem derogandi legib. Ergo tenetur ſecundũ allegata, & probata, & ſeruato iuris ordine procedere; alias peccat mortaliter, & ad reſtitutionẽ damni ſecuti proximo ex omiſſione eius, qđ ex officio facere debuit, obligatur: ſicut teſtis in iudicio non dicẽs teſtimoniũ pro innocente, qñ tenetur. Dixi, iudex inferior, qa iudex ſupremus, illas in iudicio dimittere põt, vt præfati authores teſtantur; Hic. n. ſicut poteſtatẽ condendi leges habet; ita ẽt eas pro iuſta cauſa mutare poteſt, & ſecundum priuatam ſciẽtiam iudicare.

22 Secũda Propoſitio: Quotieſcũq. crimen, vel eſt oĩno ſecretum, vel improbabile, non poteſt, etiã iudex ſupremus ſolẽnitates primi generis præmittere regulariter, quare nec malefactorẽ ex ſua priuata ſcientia maxime nõ citatũ, & defẽſum, morte punire valet, ſic expreſſe Caie. in Sum. verb. Homicidium. in princ. §. vel ex parte modi. vbi docet homicidij reos eſſe occidentes veneno vel alias ſecreto de mãdato dñorũ non citatos, nõ auditos, non dãnatos, etiã ſi rei ſint læſę maieſtatis: Nec excuſat, inquit, authoritas Principis, ẽtſi cõſtaret Principi, vt perſonæ priuatæ, quod meretur quis mille mortes.

Rationẽ eius poſtea afferemus. Sotus lib. 5. de iuſtit. quæſt. 1. art. 3. ad primum. & quæſt. 4. art. 3. S. Anto. par. 3. tit. 9. c. 15. §. 3. Sylueſt. verb. iudex. 1. q. 5. verſ. ſecundum. Martin. Nau. in Manuali. c. 25. nu. 9. & nu. 10. Petrus Nauar. li. 2. de reſtit. c. 3. p. 2. dub. 5. num. 181. Anton. de Corduba lib. 1. quæſt. 37. ad ſecundam rationem ſecũdæ opinionis, circa finem quæſtionis quẽ citãt Petrus Nau. vbi ſup. & Petrus de Arragon. 2. 2. q. 67. artic. 2. dub. 1. Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. primo, num. 7. verſic. Tertium. Neque vllum legi, qui oppoſitũ ſentiat. Rõ eſt, quia defenſio rei, & teſtiũ probatio eſt illi debita de iure naturæ, & iuræ diuino, vt ex dictis cõſtat, vel ſaltẽ de iure gentiũ, vt voluit Sylueſter, in quo iure naturali ſupremus Princeps diſpenſare nequit, vt conſtat. Deinde contra charitatẽ, & iuſtitiã eſt, directe auferre ab aliquo arma, quib. ſe iuſte defendere poſſit. Sed reus antequã legitime conuictus ſit, põt iuſte ſe defendere, vel negando, cum crimẽ ſit ſecretum, ſecluſo mendacio, vel alia via iuſta, immo antequã iuridice conuictus eſt, habet ſe quoad iudiciũ tanquam innocens. Qui ergo non citando, & nõ audiẽdo, hęc iuſta defenſionis arma illi aufert, facit contra ius naturæ, non minus, q̃ ſi ab eo ſurriperet, quo ſolo ſe poterat a morte defendere, & eo ablato occidendus eſt. Nihil enim refert armis, vel rationibus

bus de ſalute dimicare. Et deniq; vt optime rōcinatur Caietanus, natura actus publici (qualis eſt iuſta hominis occiſio ex publica ptāte) exigit, vt a voluntate publica, & ſcientia publica procedat, ſicut a cauſa commenſurata, oportet namque cauſas proportionari effectibus. Cum ergo ad condemnandum non ſufficiat priuata poteſtas, ſed publica interuenire debeat: Conſequens eſt vt neminem damnare poſſit etiam ſupremus iudex, & Princeps, niſi per publica documenta id probatum ſit.

3 *Nec* obſtat, quod diximus poſſe Principem liberare a morte eum, qui probatur reus, ſi certo ſibi conſtet eſſe innocentem. Ergo etiam & cōdemnare poteſt eum, qui vere eſt reꝰ, licet reus non probetur. Quia vt recte Petr. Nau. vbi ſup. nu. 186. docet, magna eſt inter hæc duo differētia, ſiquidem ad liberandū aliquem a morte, ꝗ vere eſt innocens, vel ab alia pœna, non eſt neceſſaria poteſtas publica, atq; adeo nō abſoluit innocentem authoritate publica, ſed priuata lege charitatis, & iuſtitiæ commutatiuæ, qua tenetur quiſq; ſi commode poſſit proximi ſalutē conſeruare. Ad occidendum autem & condemnādum neceſſaria eſt omnino publica poteſtas quæ partem inauditam, crimine non probato, nullo modo iuſte condemnare valet.

24 *Dixi* in concluſione, qñ crimen eſt ſecretum; ſi.n. crimen ſit publicum, tunc ſine citatione, defenſione, & proceſſu poteſt reus per iudicē ſupremum condemnari, & puniri. Sic Caiet. Pet. de Arragon, & vterq. Nauar. vbi ſupra.

Ratio eſt, quia tunc reus nō pōt iure ſe defendere in iudicio, negando factum, aut alia via licita. Si.n. poſt duorū teſtimonium iuſte negare non pōt, multo minus id poterit poſt omniū fere teſtimonium, & ita non aufertur ei aliqua iuſta defenſio. Idemq. dicendū eſſe docent de iudicib. qui repertos in flagranti delicto publico (vt latrones in vijs, & hmōi) ſtatim ſuſpendi iubent. Interuenit.n. tunc notorium facti, loco accuſatoris, & teſtium, faciens publicam ſcientiā, & exercitans publicam poteſtatem ad publicū iuſtitiæ actum, facit ad hoc ca. Bene, de elect. & ibi Panor. & in c. cum olim, de ſent. & re iud. & Fel. ibi. & c. Ad noſtram, de iureiur.

Dixi etiā Regulariter, occidi, & condemnari non poſſe Reum non citatum, & nō auditum, quia licet crimen eſſet occultum, ſi tñ Reus ita potens eſſet, vt commode capi non poſſet, ēt nō vocatus, & non defenſus condemnari poſſet in abſentia, vt docent Sylueſt. verb. Homicidium, 1. q. 2. ver. Tertiū. Mar. Nau. in Man. c. 25. n. 10. Pet. Nau. lib. 2. de reſt. ca. 3. p. 2. dub. 5. nu. 189. & Pet. de Arra. 2. 2. q. 67. ar. 2. dub. 1. dūmodo Rex, vt præfati tres vltimi authores addūt, allegari, & probari curet pro abſente quæcunq. poſſūt. Non.n. in hoc caſu tenetur rex illū dimittere, ſi occulte occidi poſſit, nec hoc Regi, ſed ſibi imputandū erit. Sic ēt ſi futurū damnū immineret aut Regi aut Reip. aut alicui alteri innocenti ex eo qđ Reus citatus, & auditus, & ſufficientib. teſtibus conuictus puniretur, poſſet tunc occulte vt ijdem authores fatentur. Quo caſu non vteretur occidens poteſtate vindicatiua iudicis, ſed iure defendendi innocentem. Si enim id facere poſſet quicunq; priuatus homo ad ſui defenſionem ſine ſtrepitu iudicij, quādo.ſ. non eſt aliud remedium, quanto magis Rex ad ſui, vel Reipublicæ, aut aliorum tutelam, & defenſionem iuſtam, Nec in hac re vlla poteſt eſſe dubitatio.

25 *Dixi* inſuper, *aut ſit improbabile*, quia etiā ſi crimen eſſet ſecretū, & Principi cognitum, et reus non eſſet potens, aut rebellis, ſed compareret, ſi citaretur, nec damnum aliquod imminet in futurum, ſi tamen crimen ſit *probabile*, hoc eſt, plene probari poteſt, non conuenit autem ad vitādum ſcandalum, aut aliam iuſtam ob cauſam, vt iuridice conuictus occidatur, tunc locum habere vr̄ Epicheia, occidiq. pōt ſecreto veneno, vel alia via nō citatus, aut defenſus, vt Pet. Nau. & Petr. de Arrag. vbi ſup. concedunt, quicquid Caietanus id negare videatur, vt v.g. ſi quis aggreſſus eſſet Reginam, qui ſi citaretur, & fieret ꝓceſſus, ſequeretur exinde infamia Regis, aut alia Reipubl. perturbatio; Aut ſi criminoſus eſſet filius Regis, aut Principis alicuius, qui ſine graui ſcandalo publice puniri non poſſet. Rō eſt, quia in hoc caſu non aufertur ab illo iuſta defenſio, Nam ſi crimē probaretur, vt certe probari pōt, nulla ratione ſe defendere poſſet iuſte quo minus puniatur: Et ex altera parte talē ſecreto occidendo, prouidet Princeps bono cōi, tam vitando ſcandalum, quam purgando Rempublicam criminoſis, & ſceleratis hominibus.

Ceterum ſi crimen ſufficienter probari non poſſet, ſi iuridice procederetur, tunc intrinſece malum erit, & iniquum illum nō citatum, nec auditum occidere.

Ratio eſt, quia cum damnum non pendeat in futurum, nec peccatum eſt publicum, nec probabile, & reus vult comparere in iudicio, & ſe defendere quantum honeſte, & licite pōt, maxima ei fieret iniuria, ſi propria arma, ac iuſta vitæ defenſio ſibi auferrentur. Ex quo.n. reus non poſſet per teſtes alioquin ſufficienter conuinci, non poteſt eum ſupremus iudex iuſte occidere, atq. adeo ſic occidendo reus eſſet homicidij, & ad reſtitutionem damni teneretur. Quamuis.n. priuata Principis ſcientia interdū ſit certior duorum priuatorum hominum teſtimonio, vnde in multis congregationib. ſuffragium ſuperioris pro duob. valere cernimus, nūquam tamē facit delictum publicum, aut ex ſe ſufficienter probabile, ſed adhuc manet ſecretum. Cum igitur de iure naturæ ſit concedere cuiq; iuſtam defenſionem, quæ autem de iure naturæ ſunt, authoritate Principis minime deleri poſſunt, conſequenter efficere non pōt Rex, aut Princeps aliquis ſupremus, vt ꝗs ob crimen ſecretū, & improbabile ſine citatione & defenſione iuſta, quando aliud impedimentum iuridice procedendi non adeſt, occidatur.

26 Quæ doctrina non ſolum procedit in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus, vt.n. fatetur ipſemet Pet. Naua. vbi ſup. num. 195. poſt Martinū Nauarr. in Manua. c. 25. nu. nono, verſiculo vigeſimoquarto, grauiter peccat Princeps, qui ſola ſcientia priuata priuat aliquem bonis tꝑalib. non ad nutum amouibilib. vt honorib. beneficijs, & alijs dignitatib. hmōi, a quib. pro ſolo Principis arbitrio quis amoueri poſſit. Se-

cus autem dicendum eſt, ſi non eſſet imponenda pœna ob delictum, ſed ſolum cogendus ad reſtitutionem. Si.n. Rex certo ſciret Petrum v.g. debere Paulo centum aureos, quos tñ Petrus non vult ſoluere, nec Paulus debitum probare poteſt, poteſt tunc Rex, immo quicunq; iudex, & debet, illum cogere ad ſoluendum debitum, eo, quod in hoc caſu non vtitur iure vindictæ, & poteſtate iudiciali, ſed iure defenſionis rerū pximi ab iniuſto inuaſore, & poſſeſſore, quod etiam priuatus facere poſſet, ſi id eo modo exequi integrum eſſet, prout idem Pet. Naua. loco proxime citato, & lib.2.c.3.p.2.dub.6.n.203. & nu.204. annotauit.

Si.n. quando via iuridica debitum recuperari non poteſt, licitum eſt domino ſecreto rē accipere in recompenſationem, vt ſuo loco oſtendimus, & ſimiliter licitum ſit alicui tertio, rē proximi innocentis illo modo vindicare; multo ſane magis licebit iudici ſcienti pro certo rem deberi, illi ſua ſententia pręcipere, vt ſoluat, ētſi id per atteſtationes minime fuerit comprobatū. In quo licet aliquo modo poteſtate coexercitiua vtatur, potiſſimum tñ vtitur iure defenſionis proximi, ad quod ēt poteſtate publica, qua fungitur, plurimum adiuuatur, maxime cum reſtitutio de iure naturæ ſit, atq. adeo ſententia declaratiua, qua iubetur quis ſoluere debitū, aut aliam ſatisfactionem iure naturali debitam, iuri & rationi naturali admodum conformis, & conſentanea ſit. Quæ ratio non militat in pęnę impoſitione ex ſola lege humana ob delictum infligendæ, Cum.n. pœna legis nō ſit impoſita, niſi crimine probato (ſiquidem lex ob delicta ſecreta, & penitus improbabilia pœnam temporalem imponere nequit) conſequens eſt, reū illum abſque probatione iuridica pœnæ alicui minime obnoxium eſſe: ac proinde pœna illa abſq. probatione iniuſta erit.

Quamobrē iudex ſiue inferior, ſiue ſupremꝰ, qui quempiam, extra caſus ſup. poſitos, ob ſolā ſciētiam priuatam morti adiudicaret, vere homicida eſſet, & ad damni iniuſte dati reſtōnem obligabitur. Rō manifeſta eſt, Quia qñ alicui tertio ſequitur damnū ex mea omiſſione eius, quod ex officio facere teneor, ex cōi omnium conſenſu incurritur ſtatim reſtōnis obligatio. Cū ergo ex omiſſione citationis, & defenſionis debitæ, quas ex officio, & iure naturæ iudex adhibere tenetur, alter damnificatur, vltra pctm̄, ad reſtitutionē totius damni ſecuti obligatur.

27 *Idem* dicendum putant Caie. in Summa verbo, Homicidium. §. vel ex parte modi. Mar. Nauarr. in Man. c.25. nu.9. verſic.24. & Pet. Naua. lib.2. de reſt. c.3. p.2. dub.6. nu. 205. de executoribus talium mandatorum, qui & mortaliter peccant, & reſtituere tenentur, ſi tales indemnatos ſine crimine notorio occidant.

Quamuis.n. dominis eorum obedire debent, & poſſunt quoad captionem, & cuſtodiam, & quoad tpalia, quia in his ſuperior poteſt ex cā rationabili pręcipere, iuxta c. Paſtoralis, §. Quia vero, de officio delega. non tamen in cauſa manifeſta iniuſta ſanguinis, & quæ iuri naturali repugnat, iuxta ea, quæ S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. & alij ſupra citati annotarunt.

De forma, & ſubſtantia iuris ad ſententiam ferendam neceſſaria.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuris ad ſententiam ferendam neceſſaria in qu præcipue conſiſtit, & quænam illa ſint, & quom requirantur, ſuo ordine declaratur.*

2 *An iudex ſemper iudicare debet ſecūdum verba legis potius aliquando liceat uti Epicheia, vt dimiſſa ra, & rigore legis iudicare poſſit ſecundum æqu tem, & dictamen rationis? & de quibus legibus ligatur.*

Præcepta decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia, & ſec dum illa, tam ſupremus Iudex quam inferior iudic debet & non contra illa.

3 *Quotieſcunque cauſa propoſita Iudici ad leges huma pertinet, ex quarum obſeruatione nihil ſequitur leg uinæ, aut naturali repugnans, ſecundum illas tam iu dices ſuperiores, ideſt Principes, & legislatores, qu inferiores iudicare tenentur.*

4 *Quando ſeruatis uerbis legis, ratione temporis, loci, ve perſonæ ſequeretur aliqua iniuſtitia, & iniquitas, non ſolum Princeps, ſed etiam inferior Index ſecun dum æquitatem, & dictamen rectæ rationis iudicare debet.*

5 *Varij caſus a Doctoribus aſſeruntur, in quibus nullo modo ſecundum legis verba, ſed ſecundum Epicheiam iudicā dum erit. Extra hos caſus debet Iudex ſemper ſecundū leges ſcriptas iudicare.*

6 *Diſcrimen inter Principes, & alios iudices inferiores in iudicando, & verba legis interpretando.*

7 *An ſententia contra leges lata hoc eſt iniuſta in foro con ſcientiæ obliget.*

8 *Sententia Iudicis ex triplici capite iniuſta eſſe poteſt.*

9 *Iudex adiudicans alteri, quod ſuum non erat, auferendo ab alio, quod ſuum erat, ſi nō obſeruet ordinem iuris, non ſolum peccat, ſed etiam ad reſtitutionem tenetur, ſin alias ordinem iuris obſeruet, excuſatur.*

Quid cum perſona cui adiudicatur, quod ſuum non erat, bona, uel mala fide litigauit, quando reſtituere teneatur, ibidem.

10 *Qui per iniuſtam ſententiam rem ſuam amiſit, commo- diori qua poteſt uia citra ſcandalum recuperare poſſit, ſi cum ſcandalo, an peccet.*

11 *Index priuans aliquem re non ſua, omiſſo iuris ordin peccat, ſed non ad reſtitutionem tenetur, ille autem cui adiudicatur, ſi reuera ſua ſit, bona conſcientia poſ debit.*

12 *An poſtquam qui per iniuſtam ſententiam iudicis pri tur re ſua, et non appellet, ſi cui res eſt adiudicata bo & tuta conſcientia illam poſſidebat.*

13 *An ſicut ſententia iniuſta in rebus ſecularibus non ob gat in conſcientia, ita quoque dicendum ſit in benef Eccleſiaſticis.*

Sententia circa beneficium poteſt eſſe uel declaratiua priuatiua.

14 *Sentētia Soti cum eius diſtinctione, et limitatione de ſen tentia priuatiua, et ſecundum quos ſententia decla ua iniuſta non obligat.*

15 *Doctrinam authori probabiliorem quinam verius, & xactius tradunt.*

Sententia formaliter iniuſta nulla eſt, & inualida. dem.

Sententia declaratiua materialiter ſolum iniuſta vim habet in foro conſcientiæ, & confert illi ius, in cuius fauorem fertur. ibid.

Sententia priuatiua materialiter ſolum iniuſta, valida eſt, & vere expoliat alterum iure, quod præhabuit.

ALterum quod in iudice ad recte ferēdam ſententiam requiritur, eſt, vt formam iuris in iudicando diligenter obſeruet, quæ in his quinque præcipue conſiſtit.

Primum eſt in ſubſtantia ſententiæ ferendæ.

Secundum eſt in modo procedendi.

Tertium eſt in tutela iudicij.

Quartum eſt in quantitate, & qualitate pœnæ imponendæ.

Quintum eſt in vi executionis. Quæ omnia breuiter explicanda ſunt.

Primo igitur requiritur, vt iudex ſententiam ferat non ex proprio capite, & iudicio, ſed ſcd̄m allegata, & probata, & ſecundum leges, ita vt ferat ſn̄iam, quæ ſit conformis diſpoſitioni iuris cōis. arg. c. 1. de ſent. & re iudi. in 6. quod ſi leges ignoret, vel dubitet quæ ſententia ſcd̄m leges ferenda ſit, tenetur ſibi adiutorem ſeu aſſeſſorem eruditum conſtituere, cuius conſilio vtatur; Sin vero in iſtis deficiat, grauiter peccat, & ad reſtitutionem damni tenebitur. Quando autem accidit caſus non comprehenſus ſub legib. cōibus, & ſcriptis, ſequi debet communem, aut ſaltem probabilem Doctorum ſn̄iam, quam ſectando, neq. peccatum incurrit, nec tenebitur ſindicatui, ex Fel. c. 1. de conſt. nu. 54. ſecus autē ſi dolo iudicaret contra communem, tunc. n. ad totam litis æſtimationem tenetur, Quod ſi id faciat ex ignorantia, eodem mō ad reſtitutionem tenebitur, cum ignorantia eum in hoc caſu excuſare nequeat, vt latius inf. dicemus. Qn̄ autem conflictus eſt opinionū ad vtramq. partē, & vtraq. probabilis ſit, poteſt quam voluerit opinionem ſequi iuxta ea, quę lib. 1. c. 11. copioſius expoſuimus, vbi autem relicta cōi, vel probabili opinione pro altera parte iudicauerit, ad dāni illati par ti lęſæ reſtōnē obligatur. His ita in vniuerſū poſitis, dubia quædā ſoluenda ſunt, ex quorū ſolutione res tota clarior, & manifeſtior reddetur.

DVBIVM primum eſt, An iudex ſp iudicare debet ſecundum verba legis, an potius liceat illi aliquādo vti epicheia, ita vt dimiſſa litera, & rigore legis iudicare aliquando poſſit ſecundum æquitatem, & dictamen rectæ rationis? Pro cuius intelligentia

Notandum eſt, quod cum iudicium nihil aliud ſit quam conſtitutio quædam, & definitio iuſti, & iuſtum ſit duplex ex Ariſt. libr. 5. Ethic. cap. 7. Naturale. ſ. quod naſcitur ex ipſa rei natura, & Poſitiuum, ſeu vt loquitur Ariſtoteles legitimum, quod ex hominum arbitrio conſtitutum eſt; ita leges ſcriptæ in duplici ſunt differentia. Quædam. n. ſunt leges Naturales, ſic dictę, quia continent ius naturale, vt verbi gratia filius parentib. obedire; Parentes filijs alimenta præparare debent, quales etiam ſunt leges ſeu præcepta Decalogi, & quę ex ijs neceſſario conſequūtur: Alia vero ſunt *Poſitiuæ*, ſic dictę, quia ex ſola hominum conſtitutione, Principis. ſ. vel Reipubl. procedunt, vt v. g. alimenta ex Regno dēnt extrahi, & alia ſimilia, quæ ſolū continēt, quod Principis, vel Reipub. decreto ſancitum eſt ad recte gubernandā Rempub. pro loco, & tpe. Et quidem in pręſentiarum, quando quęrimus, an ſit ſp ſecundum leges ſcriptas iudicandum, non eſt ſermo de legib. prioris generis, cū certum ſit nō ſolum iudices inferiores, ſed etiā Principem ipſum ſupremum tenerę ſecūdum eas iudicare.

Cum. n. vt communis opinio docet, Decalogi præcepta omnino indiſpenſabilia ſint, vt plurib. tradunt S. Th. 1. 2. q. 100. ar. 8. Barth. Medin. ibid. Sot. lib. 2. de iuſt. q. 3. ar. 8. & lib. 3. q. 4. ar. 5. concl. 1. et alij, conſequenter tam iudices ſupremi, quam inferiores non contra, ſed ſecundum illa ſemper iudicare debent.

Ratio euidens eſt, quia iuſtum in huiuſmodi legibus ex ipſarum rerum natura oritur, atque adeo ſicut natura rerum omnino immutabilis, & inuariabilis eſt, ita etiam & leges ipſæ immutabiles ſunt, ac proinde in illis ſecundum legū verba iudicandum eſt.

Solum igitur quæſtio eſt de legibus ſcriptis, quæ humanæ, & poſitiuæ ſunt, de quibus, quid ſentiendum ſit, ſequentibus propoſitionib. breuiter exponam.

3 Prima Propoſitio, Quotieſcunq. cauſa propoſita iudicis ad leges humanas ptinet, ex quarum obſeruatione nihil ſequitur legi diuinæ, vel naturali repugnans, ſecundū illas tā ſuperiores iudices. i. Principes, & legiſlatores, quam inferiores iudicare tenentur. Vnde verbi gratia Princeps qui modo regnat non ſolum iudicare tenetur ſecundum leges a ſe conſtitutas, ſed etiā ſecundum leges a maioribus ſuis conditas. Sic D. Auguſtinus, lib. de vera religione. cap. 31. a medio, quem citat, & ſequitur S. Th. 2. 2. q. 60. art. 5. Mich. Salon, & Petr. de Arragon ibid. Sotus li. 3. de iuſtit. q. 4. art. 5. & Gregor. de Valen. tom. 3. diſpu. 5. q. 4. punct. 2. Ratio eſt, quia iudices inferiores ſunt ſubditi illis legib. immo mere executores ſunt legum conditarum. Ergo ſecundum eas iudicare tenentur. Præterquam quod fruſtra cōderentur leges, ſi iudicibus pro arbitrio iudicare liceret, multaque exinde damna, incommoda, & perturbationes in Republica ſequerentur.

De iudicibus etiam ſupremis idem conſtat, quia cum leges iſtæ conſtitutiuæ ſint iuſti ſecūdum regiones, & temporum cōditiones quamuis ante legis conſtitutionem licuit Principi aliter iudicare; poſtquam tamen eas pro bono, & pace Reipublicæ eas condidit, ſecundum eas iudicare tenetur. Ratio namque naturalis dictat, vt patiatur quiſque legem, quam tulit, atq. vt caput ſe membris conformet. Vnde Princeps non ſeruādo legem, quam ipſe, vel maiores ſui ſtatuerūt, ſine cauſa rationabili, mortaliter peccat. Quamuis. n. Princeps legib. ſuis ſolutus ſit, nec ad illas a ſe, vel a prędeceſſoribus ſuis, quoad vim coercitiuam obligari poterit, cum par in parem non habeat imperium, atq. adeo ad legum illarum obſeruantiam, ex vi illarum pręciſè nō teneatur, ad eas tm̄ ſeruandas ex vi directiua legis naturalis obligatur. Dictat namq. ratio

tio naturalis, vt quiſq. ſubeat lege, q̃ alijs impoſnit, & vt ſeipſum eo mō dirigat, quo alios dirigendos eſſe ſtatuit. Qd̄ tñ intelligendū eſt, q̃tum ad illas leges, quæ concernūt ipſos legiſlatores, non minus ac alios inferiores, qualis eſt lex iſta de iudicio ſecundum rectam rōnem faciendo. Poſſunt.n. aliquæ leges eſſe ex æquitate naturali non debent intelligi comprehendere legiſlatorem, vt v.g. ſi caueretur, ne quis indueret veſtem ſericeā, aut ne quis mulā equitaret, leges iſtæ perſonā Regis non cōprehenderent, atque adeo Princeps nec quoad vim coercitiuā, nec quoad vim directiuā hmōi legib. eſſet ſubiect⁹.

4 Secunda Propoſitio, Quando ſeruatis verbis legis, rōne loci tp̃is, vel perſonæ, ſequeretur aliqua iniuſtitia, vel iniquitas, tunc non ſolū Princeps, ſed etiā inferior iudex non ſecundum verba legis, ſed ſcd̄m ęquitatem, epicheiam, & rectæ rōnis dictamen iudicare debet. Sic S. Th. 2. 2. q. 60. art. 5. ad ſecūdum, Salon, & Petr. de Arrag. ibid. Sotus lib. 3. de iuſtit. q. 4. artic. 5. & alij.

Ratio eſt, quia lex eſt regula, & explicatio iuſti, vt dictum eſt, iudex autem iuſtitiæ cuſtos eſt. Quando igitur ratione alicuius circunſtantiæ, obſeruantia legis contra ius naturale eſſet, non ſcd̄m legis literam, ſed ſecundum æquitatem, & mentem legiſlatoris iudicandum erit. Confirmatur hæc rō, quia ſi lex vel ſimpliciter, vel ex circumſtātia iniqua ſit, non eſt amplius lex, neq. regula, quę actiones noſtras recte dirigere valeat, ſed corruptela, vt optime S. Th. 1. 2. q. 96. ar. 4. & 6. tradit, ſicut Horologiū, quod cum motu ſolis non conſentit, non eſt horologiū, ſed potius horarū perturbatio, & confuſio. Solent aūt varij caſus a Doctorib afferri, in quib. nullo mō ſecundum legis verba, ſed ſecūdum epicheiam iudicandum erit, quorum

5 *Primus eſt*, Quando lex, aut ſimpliciter, aut ex aliqua loci, temporis, vel perſonæ circunſtātia reddatur iniqua, vt dictum eſt.

Secundus eſt, Quando in aliquo particulari caſu verborum legis obſeruatio cedit in boni cōis detrimentum. Vt v.g. ſi obſeſſa ab hoſtib. ciuitate ſtatueretur lex, ne portæ ipſius vllo modo aperiantur, & contingeret caſus, quod ciues ꝑ quos ciuitas ab hoſtib. defendenda eſt, fugiētes ad illā confugerent, nec aliter liberari poſſent niſi ſe in ciuitatē recipiant, qa tunc lex, quæ pro cōmodo Reipub. inſtituta fuit, proculdubio in eiuſdē detrimentū cederet, ſi verba legis ſeruarētur, quicunq. iudex in eo caſu non ſecundū verba, ſed ſcd̄m legis intentionem iudicare debet.

Tertius eſt, Quando iudicari poteſt prudenter legiſlatorem ſi adeſſet, non ſecundum verba legis iudicaturū; vt v.g. Minatur tyrannus mortē ſi hodie ieiunauero, non tenetur quis legē ieiunij obſeruare, cum legiſlator ſi adeſſet, non obligaret cum tāto vitę periculo quempiam ieiunare. Quod intelligendum eſt, dummodo nō id faceret tyrannus in cōtemptum fidei, aut religionis, ſed ſolum ex ſua malitia, & furore. Sic etiā non tenetur mulier audire ſacrū die feſto, ſi vir eius auſterus minatur ei aliquod ſuppliciū, ſi de domo vlla de cauſa egrediatur.

Quartus eſt, Iudicandū non eſt ſecundum verba legis, qñ corrumpitur animas, et mens legiſlatoris. Vt.n. ait Iuriſconſultus in l. contra. ff. de legib. & l. ſeq. In legem peccat, quicunq. verba legis amplexus, cōtra legiſlatoris nititur voluntatē, vt v.g. prohibet lex, ne adulter filium ſuum ſpuriū hęredem inſtituat, Cōcedere ergo alteri hæreditatē, qui det eam filio, & verba legis, & mentem legiſlatoris ſeruare, eſt namq. legiſlatoris intētio, vt filius ille ſpurius bonis paternis non patiatur, cuius voluntati contraxit periculi circumuentionem, & interpoſitam perſonam.

Prohibet altera lex, ne ſacerdos beneficium in fauorem filij renunciet, quod ſi alter conferat alterius filio, vt ille prioris ſacerdotis filio renunciet, quamuis legis verba obſeruet, contra legis tamen intentionem peccat.

Quintus eſt, Quando Princeps ex cauſa iuſta in lege ſcripta diſpenſat, iuxta Principis diſpenſationem, & non ſecundum verba lęgis iudicandum eſt, vt v.g. lege ſancitum eſt homicidā ſuſpendi, commiſit homicidium artifex Reipub. neceſſarius, aut vir eruditus, & bono cōi vtiliſſimus, ſi Princeps cum illo diſpenſet in lege de ſuſpendendis homicidis, non debet in hoc caſu iudex inferior ſcd̄m legem, ſed ſecundum Principis diſpenſationem iudicare. Extra hos caſus debet iudex ſemper ſecundum leges ſcriptas iudicare, aliter iniuſte aget, grauiterq. peccabit.

6 Illud tñ obſeruandum eſt, diſcrimen eſſe inter Principem ex vna parte, & alios iudices inferiores ex alia, Quod Principi ſatis eſt; quod probabilem habeat coniecturam, ad hoc vt verba legis interpretari poſſit, quod ſi ſequeretur verba legis, cederet in damnū Reipublicæ. At vero iudex inferior non poteſt in iudicando a verbis legis recedere, niſi certo ſibi conſtet, moraliter loquendo, quod obſeruantia legis, q̃tum ad verba, eſt in perniciem Reipublicæ. Nec prætera tunc id poterit efficere inconſulto Principe, niſi forte periculum adeo ſubitum, & imminens ſit, vt non detur tp̃s, aut locus conſulendi Principem, vt in exemplo poſito de aperiēdis ianuis ciuitatis tempore obſeſſæ ciuitatis conſtat.

Deinde Princeps in lege ſua diſpenſare poteſt ex cauſa, vt in exemplo de ſuſpendendis homicidis patet, liberando eos a morte, quam tamen diſpenſandi authoritatem iudices inferiores nō habent. Quæ omnia ex ijs, quæ tradunt S. Th. 1. 2. q. 96. art. 6. & 2. 2. q. 60. art. 5. Caiet. Domin. Bannes 2. 2. q. 58. art. 5. & q. 60. ar. 5. Petr. de Aragon, Mich. Salon ibid. Sotus lib. 1. de iuſt. q. 6. ar. 8. & lib. 3. q. 4. ar. 5. Gregor. de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 4. punct. 2. & alij cōiter colliguntur, de qua etiam legi poſſunt ea, quæ in tractatu de legibus, li. 3. c. 10. dub. 1. 2. & 3. latius expoſuimus.

7 DVBIVM Secundum eſt, An ſententia cōtra leges lata, hoc eſt, iniuſta, in foro conſcientiæ obliget? Ratio difficultatis eſt, Quia cum iudex cuſtos ſit iuſti, ad quem homines tāquam iuſtitiam animatam confugiunt, lib. 5. Ethic. c. 4. & S. Th. 2. 2. q. 60. artic. 1. & quæ in iudicio, & foro exteriori aguntur, Reipublicę pacē, & conſcientiæ æquitatem, & vtilitatem reſpiciant, conſequenter ſentētia publica, & ſolemnis data, hominem in conſcientia tutum & ſecurū reddit.

Sicut.n. lex in conſcientia obligat, ita etiam ſententia iudicis, vt diximus, maxime quādo e,in cuius fauorem lata eſt,nihil fecit fraudu ntum,nec aliquid mali commiſit ad hoc, vt ntentia pro illo proferretur.

Ex alia vero parte cū iudex authoritatem ſo- m habeat iudicandi ſecundum leges, ſi cōtra as ſententiam ferat, iniuſtè agit, ex ſententia ero iniuſta nulla vis obligandi in conſcientia onſurgere videtur.

Antequam rei veritatem explicemus, obſer- andum eſt,ſententiam iudicis ex triplici capi- e iniuſtam eſſe poſſe, vel quia primo ex iniuſto nimo iudicis, hoc eſt, ex odio, aut fauore proce it,quamuis in ea nec a iure, nec a veritate fa- ti recedat: vel ſecundo ex ordine, quia. ſ. ordi- ē iuris omittit; vel tertio, ex natura rei, & cau- æ, vt quando quis contra veritatem facti pro- unciat, etiamſi ſecundum allegata, & proba- a,ſeruatoque iuris ordine proferatur.

Non eſt quæſtio de primo,ſed de ſecundo,& ertio.de quibus quid dicendum ſit, breuiter explicabimus. In qua re.

Cōis Doctorum ſententia eſt,ſententiam iniuſtam ex natura rei, & contra veritatem facti, aut ēt ex omiſſione ordinis iuris ſimpliciter neceſſarij;nullam eſſe, nec obligare, aut aliquē in conſcientia tutū reddere. Sic S. Th. 2.2.q.60.ar. 5.ad 1.& q.70.art.4.ad ſcd̄m, vbi ait,iudiciū iniuſtū,non eſſe iudicium,& Caie. ibid. Sot.lib.3. de iuſtitia.q.4.ar.5. Pet. de Arrag. 2.2.q.60.ar.5. Dominicus Bannes, & Mich. Sal. ibid. Greg. de Val.tom.3.diſp.5. q.4.punct.2. Emanuel Rodr. tract.de ordine iudiciali.c.14.concl.5.& alij.

Ratio eſt,quia ſententia iudicis eatenus vim habet,& in conſciētia obligat, quatenus habet rōnem iudicij, hoc eſt, quatenus eſt declaratiua,& interpretatiua iuſti,et iuris,in hoc.n.ratio iuſti conſiſtit, vt optime S. Th. 2.2.q.60.art.1.in corpore tradit. Qn̄ igitur iniuſta eſt cōtra leges, nullam vim habet in conſcientia. Snīa.n.iniuſta nec tollit, nec confert ius. q̃uis alioqui lata eſſet ſeruato iuris ordine,& ſcd̄m allegata,& ꝓbata.

Confirmatur hæc ratio,quia ſnīa iudicis vim habet ex lege; Sicut ergo leges eatenus vim obligandi habent, quatenus tuentur ius naturale, & ab eo deriuantur, ita quoq; & ſnīæ iudicum. Sed ſnīa iniuſta a parte rei non tuetur ius naturale, immo potius illud deſtruit, cū expoliet verū dn̄m re ſua,& illam cuius nō eſt cōferat. Ac proinde in foro aīæ, & conſciētiæ vim obligādi nō hēt, ſicut neq; lex iniuſta in conſcīa obligat.

Dixi, *in foro conſcientiæ*, quia in foro exteriori, in quo non tam conſideratur veritas facti, q̃ probatio iuridica, dūmodo ſeruetur ordo iuris ſimpliciter neceſſarius, ſeruanda eſt ſnīa prolata, ad omnia incommoda,& ſcandala vitāda, quæ alioquin ea non ſeruata ſequerentur. Dixi, aut ex omiſſione ordinis iuris ſimpliciter neceſſarij, talis namq; omiſſio ſnīam illam per ſe inualidā reddit, ac ꝑpea in conſcientia non obligat: ſecus aūt qn̄ prętermitteretur ſolum ordo iuris non ſimpliciter neceſſarius, tunc.n. valida erit in cōſcientia, etiāſi in ea iudex grauiter peccet. Intelligenda vero eſt hæc communis Doctorū ſententia. quando certum,& exploratū eſt ſententiam eſſe reuera a parte rei iniuſtam; quādo .n. res ita manifeſta, & perſpicua non eſt, ſed ſolum dubitatur, obligat illa in conſcientia, quia re exiſtente dubia, præſumendum eſt iudicem iuſte iudicaſſe, vt expreſſe Michael Salō vbi ſupra animaduertit.

9 *Hinc* infertur, quod ſi Petrus, qui eſt iudex dat ſententiam pro Ioanne contra Thomam, auferendo a Thoma quod ſuū erat, & adiudicat illud Ioanni, quod ſuum nō erat, ſi Petrus nō obſeruauit ordinem iuris, non ſolum peccati reus eſt, ſed ēt ad reſtitutionem Thomæ faciendam obligatur: ſin autem iuris ordinem obſeruauit, hoc eſt ſcd̄m allegata, & probata adiudicauit Ioanni quod ſuum non erat, bona fide, in hoc caſu iudex, ſicut a pctō, ſic etiam a reſtitutione excuſatur. At vero Ioānes ſi mala fide litigauit, & mala fide rem illam recepit, ētſi a iudice fuerit ſibi adiudicata, nunquā præſcribit, quia malæ fidei poſſeſſor nunquā pręſcribere poteſt, vnde & rem ſic receptam, & expenſas litis, & alia damna omnia reſtituere tenetur: Si vero bona fide litigauit, eamq. ſibi per iudicis ſententiam adiudicatā poſſedit ſimiliter bona fide toto tp̄e præſcriptionis, etiamſi elapſo pręſcriptionis tēpore deprehendat ſententiam illam fuiſſe iniuſtam,& rem illam fuiſſe alienam, ad reſtitutionem non tenetur, quia vt ſup. in materia dominij oſtendimus, bonæ fidei poſſeſſor vere præſcribit, & quod vere pręſcribit, conſequenter tuta conſcientia poſſidet, & retinet.

Sin aūt bona fide litigauit, & recepit per ſententiā quam putauit iuſtam, rem non ſuam, ſed antequam impleatur tempus ad pręſcribēdum neceſſariū, intelligat vere ſententiam illā fuiſſe iniuſtam, tenetur reſtituere vero domino rem ſibi adiudicatam, non tamen expenſas, nec dāna illi inde ſubſecuta, & hoc ſiue quis reus fuerit, ſiue actor, quā primum.n. ſcit ſententiam pro ſe latam fuiſſe iniuſtam, non obſtāte iudicis ſententia ad reſtitutionem obligatur, vt poſt alios Rodriqu. vbi ſupra annotauit.

10 *Sic* et ſi res Ioannis per iniuſtam iudicis ſententiā adiudicata ſit Petro, et eā Petrus reſtituere nolit, poterit Ioannes cōmodiori via, qua valet, illam citra ſcandalum recuperare, quia vere recuperat ſuū. Quod ſi cū ſcandalo, vel aliqua violentia illam recuperet, peccabit quidem cōtra charitatem, rōne illius ſcandali,& violētiæ, non tn̄ contra iuſtitiam, cum ſuum acceperit, atq. adeo q̃uis Petrus ab ordinario excōicationem obtineat contra quoſcunq. qui aliquid ab ipſo acceperint, nec excōicationē incurrit, nec ad reſtitutionē obligatur. Quod intelligendum eſt, niſi Petrus iam iuſte rē illam præſcripſiſſet.

11 *Pari* rōne, ſi iudex omiſſo iuris ordine priuet aliquem re, quæ ſua non erat, & eam adiudicet illi, cuius vere eſt, quamuis iuris ordinē omittēdo peccauerit, ad reſtitutionem tn̄ non tenetur. Ille aūtem rem ſibi adiudicatam, ſiquidem reuera ſua erat, bona conſcientia poſſidebit. Id qđ alio ſimili exemplo comprobatur. Si quis.n. vi aut fraude ſurripiat ab aliquo rē, quæ vere ſua eſt, ētſi forte peccet mortaliter priuata autho-

ritate, quod ſuum eſt recuperans, cum authoritate publica rẽ illã recuperare potuit, et debuit, ad rei tamen ſic acceptæ reſtitutionem nõ tenetur, cum res ſit ſua. Qui vero rem ſuam in iudicio recuperat, quamuis iudex ex omiſſione ordinis iuris peccet, ipſe tamen eo in caſu nec peccat, eo quod authoritate publica rem ſuam recuperat, nec ad reſtitutionẽ obligatur, eo quod res illa vere ſua fuerit, non alterius.

12 DVBIVM tertiũ eſt, An poſtquam quis per iniuſtam iudicis ſnĩam priuetur re ſua, & non appellet, is cui res eſt adiudicata, rem illã bona et tuta cõſcientia poſſideat? Ratio difficultatis eſt, quia ex hoc quod pars lęſa nõ appellauerit, iuri ſuo renunciaſſe vr̄, & cõſequenter ille alter bonæ fidei poſſeſſor erit, cũ pars læſa poſtea nõ admittitur in iudicio ad rẽ ſuam repetendam.

Rñdeo primo, quod ſi is cui res adiudicatur, bona fide litigabat, bona cõſcientia rem illam tenet; quamdiu ſciat rem eſſe alterius; poſtquã aũt ſciat rẽ eſſe alterius, non amplius remanet bonæ fidei poſſeſſor, ſed rem illam vero dño reſtituere tenetur, nõ obſtãte iniuſta iudicis ſnĩa, qñquidẽ illa ius dare, aut auferre non poterat.

Secundo, Etiamſi pars læſa nõ appellet, non tñ ꝑpea iuri ſuo renunciare, & ſententiæ iniuſtæ conſentire cenſetur. Qñ. n. res in damnum proprium cedit, vt quis cõſentire dicatur, exigitur conſenſus expreſſus, & manifeſtus. Retinet igitur etſi non appellauerit ius ſuum. Ex eo aũt quod non appellauerit hoc ſolum damnum patitur, quod poſtea in foro exteriori rẽ ſuã repetere nequeat, qđ ideo leges ſanxerunt, & iuſte, partim in pœnã ſuæ negligentiæ, partim, & potiſſime ob bonũ publicum, vt finis litibus quam primũ imponeretur. Cum. n. leges inſtitutę ſint vt finem litib. imponant, tp̄s ẽt opportunum, & conueniens præſcripſerũt, quo licitum ſit parti læſæ ab iniuſta ſnĩa appellare. Quod tẽpus, ſi pars lęſa omittat, iure repetendi priuatur in foro exteriori, in foro tñ interiori re ſua non priuatur, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. & in l. ab eod. Cod. quomodo, & quando iud. & expreſſe tradunt Innoc. & Panorm. nu. 20. in c. quia plerique, de immunit. eccl. Alexand. in l. Nemo poteſt, ff. de legat. 1. Sotus lib. 3. de iuſtit. q. 4. art. 5. Michael Salon 2. 2. q. 60. art. 5. Petrus de Arragon. ibid. & Gregor. de Valen. tom. 3. diſput. 5. q. 4. punct. 2.

13 DVBIVM quartum eſt, An ſicut ſententia iniuſta in rebus ſecularibus non obligat in conſcientia, ita quoque dicendum ſit de beneficijs eccleſiaſticis: vt verbi gratia ſi quis per iniuſtã ſententiam priuatur beneficio, quod alteri datur, ille cui datur, ſit tutus in conſciẽtia, & verus poſſeſſor. Ratio difficultatis eſt, quia par vtrobiq. Ratio eſſe videtur.

Vt aũt ſnĩas authorum, & quæſtionis veritatem ſimul explicemus, ſupponendũ eſt tãquam certũ, quod ſententia circa beneficiũ poſſit eſſe duplex; Alia namque eſt *Declaratiua*; Alia vero *priuatiua. Declaratiua eſt*, qñ duob. de beneficio aliquo contendentib. ad quod exiſtimant ſe ius habere, iudex per propriam ſententiam declarat illud ad vnum, et non ad alterum pertinere.

Priuatiua eſt, qñ quis ob crimen aliquan commiſſum, vel illi impoſitum priuatur b cio ſuo, quod deinde confertur alteri. Ho poſito, variæ ſunt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt dicentium, quod ſi ſnĩa illa f declaratiua, cuius illorum erat benefic lud, tunc ſicut in reb. ſecularib. ita etiam ſnĩa iniuſta non obligat, & ideo ſi conſte cuius fauorem lata fuit, tenetur illud renu re, nec tuta conſcientia illud retinere pôt ſi alter non appellet, quia nullũ ius ad illud quirit. Quod intelligendum eſt, etiamſi b fide litigauit, & bona fide ſimiliter illud pit, tenetur namq. cognita iniuſtitia ſente illud reſignare, non tñ expenſas, ſi tamen fr dulenter litigauit, et recepit, non ſolum be ciũ reſignare, ſed etiã expenſas reſtituere te tur. Sic Inno. in c. Quia plerique, de immun cl. & Panor. in c. 1. nu. 4. & nu. 5. de conceſ ben. Angel. verb. ſententia. §. 8. & Syl. eo. q quos ſequitur Sotus libr. 3. de iuſtitia. q. 4. ar

Ratio eſt, quia beneficium eccleſiaſticũ conſcientia retineri nequit abſq; titulo iuſto, canonica inſtitutione, iuxta regulam iuris, hr̄ reg. 1. de reg. iur. in 6. Sed qui beneficiũ illud obtinet per iniuſtam ſentẽtiam declaratiuam, nullum canonicum titulũ habet ad tale beneficium, quandoquidem ſententia illa non tribuit ei aliquod ius de nouo, ante illam autem nullũ ius habuit ad illud. Ergo nulla ratione beneficium illud ſalua conſcientia retinet.

Sin aũt ſnĩa erat priuatiua, tũc Inn. Pan. Ang. dicũt ſnĩam iniquam valere, ſi inique dãnatus, & priuatus in tp̄e debito non appellet, quia eo ipſo qđ non appellat, cõſentire vr̄ in collationẽ factã alteri, iuriq. ſuo renunciare cenſetur, iuxta regulam iuris, *Qui tacet, conſentire vr̄*, reg. 43. de regu. iu. in 6. Vnde alter bona conſcientia illud poſſidet. Si vero appellauerit, tunc ẽtſi non audiatur, non cenſetur renunciaſſe iuri ſuo, vnde nec is, cui confertur, ius ad illud acquirit, ſed illud ſtatim cognita iniuſtitia ſnĩæ reſignare tenetur. Vt v. g. Petrus ex falſis teſtib. vel ex malitia, aut ignorantia dãnatus de hæreſi, & ſic priuatus ſuo bn̄ficio, ſi Petrus appellet ĩ tp̄e, is, cui collatum fuit beneficium, reſtituere tenetur illud Petro, ſin vero non appellet in tempore, nõ tenebitur alter illud ei reſtituere, etiam poſt cõpertam veritatem.

14 Sotus aũt vbi ſup. hanc eorum de ſnĩa priuatiua opinionem non ita ſimpliciter, & abſolute admittit, ſed eã triplici adhibita diſtin. limitat

Ait namq. *primo*, quod ſi iudex ſciens & prudens illum inique cõdemnet, ſententia illa nullius plane roboris eſt in foro conſcientiæ, vnde iudex grauiter peccat, & tenetur alteri reſtituere, ſicut etiam poſſeſſor id intelligens beneficium illud renunciare debet.

Addit *Scdo*, quod ſi iudex bona fide, & ſecundũ allegata & probata illum cõdemnet, & priuet beneficio, ẽtſi falſo ſit accuſatus, tenet tamẽ ſnĩa, & alter bona fide illud poſſidet; (niſi hic fuerit accuſator, qui falſo aliũ accuſauerat, tũc .n. incapax eſt illius, & illud renũciare tenetur) q̃uis poſtea ſciat ſnĩam priuatiuã fuiſſe iniuſtã.

Tertio demum ſubdit, hanc eorū opinionem ſolū procedere in bñficijs eccleſiaſticis, q̄ pro ſolo Ep̄i & Prælati arbitrio conferuntur, ſic.n. valida eſt collatio beneficij, vt pote a ſolo eorū pendens arbitrio, bonaq; fide ſecundum allegata & ꝓbata alter priuatur, & huic cōfertur, ſecus aūt in alijs rebus, & iuribus, quæ ex Pręlatorum arbitrio non pēdent. Vnde ſi qs falſo ob nomē aliqđ, v.g. hæreſis, accuſaretur de hęreſi, & bonis ſuis priuaretur, q̄ primum fiſcus ſententiæ iniuſtitiā nouerit, bona ei reſtituere tenetur, ētſi ſecūdum allegata, & probata lata fuiſſet, quia ſententia illa ſolū fundata fuit in falſa pręſumptione, qua cognita, reſtituendū erit qđ ex ea fuerit acquiſitū. Et cum Soto conſentiūt Sylu.ver.ſnīa.q.11.Greg.de Val.to.3.diſp.5.q.4.puncto 2.Petrus de Arragona 2.2.q.60.art.3.

Omiſſis vero alijs multis, quæ in hac re minus vtiliter diſputari poſſent, hęc mihi probabiliter dici poſſe videntur, iuxta recentiorū Thomiſtarum doctrinā, q̄ Dñicus Bannes, & Michael Salō 2.2.q.60.ar.5.& alij veriꝰ & exactius tradūt.

Primum eſt, ſententia iniuſta formaliter, hoc eſt, tam ex iniquitate iudicis, quam ex malitia, & calumnia alterius partis, & falſitate teſtium procedens, nulla & inualida eſt.

Ratio eſt, quia vere iudiciū ita iniquū, non eſt iudicium, vt docet S.Tho.2.2.q.76.art.4.ad ſecun. Ergo nec ſententia valida eſſe poteſt, & conſequenter nec confertur alicui ius in beneficium aliquod, qualecunq; illud fuerit.

Dixi, *formaliter iniuſta*, quia ſecus dicendū eſt, ſi *materialiter* ſolum, ideſt, ex ſola teſtium falſitate, & in qua iudex bona fide iuxta allegata, & probata iudicauit, parteſq; inter ſe quoq; bona fide litigarunt, iniuſta ſit.

Secundum eſt, ſnīa declaratiua ſolū *materialiter* iniuſta, vim habet in foro conſcientiæ, & confert ius, ac titulum bñficii illi, in cuius fauorem fertur, ita vt cognita poſtea ſnīæ iniuſtitia non tenetur, q beneficiū adeptus eſt, illud renūciare. Eſt contra Canoniſtas, & Sūmiſtas, & Sotū vbi ſupra. Cum nobis aūt ſentiunt Dominicus Bannes, Salon, Petrus de Arr[illegible]on. & Greg.de Valen.locis paulo ante citatis. Vt v.g. litigāt Petrus & Paulus apud iudicē, & vterq; bona fide contendit ſibi cōpetere eccleſiam parochialē; declaratque iudex bona fide ſcđm allegata, & probata talē eccleſiam ad Petrū ſpectare; vere parochus eſt Petrus illius eccleſię, adeo vt q̄uis poſtea cognoſcat Petrus teſtium probationes falſas fuiſſe, non tenebitur illam renunciare.

Ratio eſt, quia in eccleſia Dei eſt poteſtas cōferendi, vel auferēdi bñficia, cū opus fuerit ad ſalutē animarum, & ad bonū regimē eccleſiæ; ſunt.n. inſtituta beneficia ad hos fines, vt conſtat. Sed maxime ſaluti aīarum, bonoque regimini eccleſiarū expedit, vt iura bñficiorū ſint certa; certa vero eſſe nō poſſunt, niſi per ſnīam eorum, qui authoritatē habent lites terminādi. Alioqui.n. magna eſſet in eccleſia Dei perturbatio, maxima inquietudo cōſcientiarū, ſi beneficiorū iura a rei veritate, & non a ſnīa iudicis ſecundū allegata & probata procedentis, dependerent. Sæpe.n. cum Epiſcopi ſtare debeāt dictis teſtiū, ſicut & ceteri iudices, haberentur ſępenumero pro veris parochis, & Ep̄is, qui tales non eſſent, & cōſequēter multoties fideles vera ſacramēta nō ſuſciperēt ex defectu legitimę iuriſdictionis in ſubditos, maxime in ſacramento pęnitentiæ, qđ iuriſdictionē reqrit vt vere, & valide adminiſtretur. Quod ſcđm dictum non ſolū procedit in ſnīa declaratiua beneficiorum ſimpliciū, q̄ non pendent ex meritis, & iuſtitia, ſed ex ſola voluntate Ep̄i, ſed ēt beneficiorum curam habentium, & quæ ex meritis, & iuſtitia dependēt. valet namq. talis ſnīa dummō (vt ſupponimus) dignus ſit is, in cuius fauorē declaratio fit, (nā indignus nulla via pōt beneficiū recipere, aut retinere) atq. adeo confert ius & titulū bñficij ī vtroq. foro, nec tenet̄ ad reſignandū beneficiū, qui illud ita recipit, modo non ſit vſus dolo, fraude, & calūnia, tunc enim non acquireret ius illius in foro interiori, cum fraus & dolus nemini patrocinari debeant.

16 *Tertium eſt*, ſnīa priuatiua materialiter ſolum iniuſta, hoc eſt, bona fide ſecūdum allegata, & probata lata, & partib bona fide litigantib. valida eſt, & vere expoliat alterum iure, qđ habebat. vt v.g. ſi Petrus, & Paulus litigarēt de parochia, cuius Paulus titulū, & poſſeſſionem habebat, Petrus aūt bona fide accuſauit Paulū apud Ep̄m de aliquo crimine, ꝓp quod merebatur priuari beneficio, & ep̄s ſecundum allegata, & probata ꝓfert ſnīam, per q̄ expoliat Paulū ſuo bñficio, & cōfert illud Petro, nō obſtāte teſtiū falſitate, valida eſt ſnīa, & Petrus verus parochus eſt illius eccleſiæ: ita Salon, & Dom.Bānes vbi ſupra. Rō eſt, quia ſicut qñ expedit ad bonum cōe Reipublicę ſecularis, pōt Princeps q eſt cuſtos illius expoliare vnū ciuem bonis ſuis proprijs, & illa alteri adiudicare; ita multo magis poteſt iudex ſpiritualis hoc præſtare, qñ expedit ad ſpirituale bonum eccleſiæ: ſed expedit ad bonum ſpirituale eccleſiæ, vt tales ſententiæ ēt iniuſtæ obligent in foro conſcientiæ, & vere conferant beneficia, & iuriſdictionem illis, quibus in foro exteriori per ſnīam ſecundū allegata, & probata, adiudicant, ētſi a parte rei iniuſtę ſint. Ergo de facto valent, & tenent in foro conſcientiæ, Quod vero hoc expediēs ſit, conſtat, quia alias nihil firmū, aut ſecurū eſſet in eccleſia circa hmōi beneficia, dareturque maxima perturbatio, & confuſio circa ſacramentorū adminiſtrationem niſi is cui per ſententiā iudicis eccleſiaſtici (quamuis iniuſtam) cōfertur, & adiudicatur beneficium, verus parochus eſſet. Quia ſufficit ad iuriſdictionem ſola volūtas, & collatio Ep̄i, dummodo nulla interueniat ſimonia, iniuria, vel dolus, q̄ in hoc caſu non reperiūtur, cum tam Ep̄s, quam recipiens beneficium bona fide vſi ſint. Maxime cum ille, qui beneficium poſſidet poſt ſnīam priuatiuam, non obtineat illud virtute ſnīæ priuatiuæ, quæ fuit iniuſta, ſed per nouā collationem ab epiſcopo factam, atq. adeo vere iuriſdictionē hēt, & eccleſia facta illius tanq̄ rata, & valida hēt. De qua re plura dicemus in ꝓpria materia de bñficijs, hæc interim de ſentētia iudicis, quantū ad pręſens inſtitutum ſpectat, dixiſſe ſufficiat.

De

De varijs modis procedendi in iudicio, & qualiter in ſingulis iudex procedere debet. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi in iudicio triplex, per Denunciationē, per Inquiſitionem, per Accuſationem.*

2 *Denunciationum genera quatuor, Euangelica, Iudicialis Canonica, Regularis, & quid ſint harum ſingulæ.*

3 *Denunciatio Euangelica, & iudicialis in multis differunt.*

4 *Denunciatio Euangelica quomodo conuenit cum Canonica, & quomodo differt?*

5 *Denunciatio Iudicialis ab accuſatione in multis differt.*

6 *An denunciationem neceſſario præcedere debeat ſecreta admonitio delinquentis?*

7 *An & quibus in caſibus fieri poſſit tranſitus a denunciatione Euangelica ad Iudicialem?*

Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt ad excommunicationem dupliciter. & quænam requirit præuiam trinam admonitionem? ibid.

8 *Inquiſitio quid ſit? A denunciatione autem accuſatio quomodo differt? & quot eiuſdem ſpecies ſecundum Theologos. num. 9.*

10 *Inquiſitio quæcunque fieri poteſt vel ad pænam inferēdam, vel poſitiuam vel priuatiuam, vel ad damnum, & errorem uitandum.*

In inquiſitione meritorum, & ſufficientia tenentur tum teſtes, tum ipſe ſubditus ſecreto, vel iuridice manifeſtare defectus, & impedimenta, quæ vere, et certe nouerint.

11 *Voluntariè poſtulans officium aut dignitatem, teneutr defectus ſuos prodere, quamuis occultos, ſin alias non ipſe ſed electores.*

12 *Quid ſit infamia ſeu clamoroſa Inſinuatio? An idem ſint, non conueniunt inter ſe Authores.*

13 *Quinam hominum numerus requiratur ad infamiam, non conſentiunt.*

14 *Quid ſint propric Indicia ad proceſſum in iudicio neceſſaria.*

15 *Semiplena probatio quid.*

16 *Inquiſitio omnino generalis iure, et legitime a iudice fieri poteſt abſque præuia infamia aut actore.*

17 *Quę ſolum crimina poteſt Prælatus in generali viſitatione cōpellere ſubditos vt denuncient, & quo ordine.*

In uiſitationibus quas faciunt Domini Inquiſitores manifeſtanda ſunt delicta, quæ ſunt contra fidem, etiamſi delinquens nulla laboret infamia, ea etiam delicta quę in damnum temporale Reipubl. uergunt, & ſoluitur argumentum Alciati in contrarium.

18 *An certos caſus qui in damnum fidei, aut Reipub. uergunt, teneantur ſuperiores admonere, & exprimere in ſuis edictis ſe ea tantum inquirere, quę aliqua laborant infamia.*

19 *Inquiſitionem ſpecialem præcedere debet infamia ſeu clamoroſa inſinuatio, ſicut admonitio fraterna denunciationem Euangelicam.*

20 *Iudex ſciens crimen ſubditi, & tres aut plures teſtes conſcios eiuſdem criminis per quos probari ualeat delictum, antequam eum accuſent, uia inquiſitionis procedere non poteſt.*

21 *Lex qua præcipitur neminem puniri aut inquiri poſſe ſine accuſatore, eſt tantum de iure poſitiuo humano.*

22 *Quando inquiſitio eſt iuſta, an ſemper præcedere debeat infamia?*

Quando crimen ſit notorium, & perſona occultá [illegible] cet particulariter hanc aut illam perſonā iudici [illegible] rere ibid. quando autem crimen eſt notorium, & publicum, perſona uero occulta, nu. 23.

24 *Licere in tali caſu inquirere in genere certum eſſe & proxi conſentaneum cenſetur.*

Conſuetudo, ut legem facere, ita & limitare, & abroga poteſt ibid.

25 *Soluuntur argumenta pro contrario, & quando reſpondet Nanar. ſed uerius alij.*

26 *Si unus tantum ſciat quis crimen illud notorium commiſerit, & ille rogetur a iudice in generali inquirente, teneatur ueritatem fateri.*

27 *Vt iudex uia accuſationis iuridice procedat ac interrogat Reum, quę requiruntur, & ſufficiunt.*

1 INter alia, quæ ad formam iudicij requiruntur, eſt *Modus* procedēdi, quidē triplex.

Primus eſt per denunciationem, & eſt quando officiales denunciant iudici.

Secundus eſt per Inquiſitionem, & eſt, quando iudex procedit ad cognitionem criminum, prout habetur in c. qualiter, & qñ. 2. de accuſa. & c. licet Heli. de ſimonia. vbi communiter tradunt authores poſt S. Tho. 2.2. q. 67. art. 1. non poſſe iudicem inquirere ſine accuſatore, aut ſine aliquo qui vice accuſatoris fungitur.

Tertius eſt per accuſationē, & eſt, quando quis aliquem accuſat.

Quoad primum vero modum ſcilicet, Denūciationis, ſciendum eſt ex Doctoribus in c. Nouit. de iudicijs. & cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. Soto in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. quę. 5. & Summiſtis in verb. Denunciatio. quatuor eſſe denunciationum genera.

2 *Primum* eſt *Euangelica*, & eſt illa, quę fit prędente correctione fraterna de recuperādo fratre antequam denūcietur eccleſiæ, vt habetur Matth. 18. primo enim facienda eſt ſecreta, & fraterna correctio; deinde teſtiū adhibitio; poſtremo denunciatio.

Secundū eſt *Iudicialis*, quæ eſt duplex, Alia *priuata*, quæ eſt manifeſtatio criminis, qua quis prętendit reſarciri ſibi damnum receptum, & in ſuum ſtatum priſtinum reſtitui. Alia publica, qua iudex ex officio per denunciationem ſuorum officialium procedit, vel ad mulctandum reum pęna fiſcali, vel alia pęna arbitraria.

Tertium eſt *Canonica*, ſic dicta q̄a iure canonico inuenta eſt, & eſt manifeſtatio criminis non ad vindictam publicam, ſicut denunciatio iudicialis, ſed vt euitetur delictum committendum ab aliquo, vel etiam pro delicto commiſſo, ſi ſit periculum recidiuandi, & ad coercendum crimina, ne vlterius procedant.

Quartum eſt *Regularis*, ſic dicta, q̄a obſeruatur in Religionibus ſecūdum ſtatuta, & regulas diuerſarum religionū, ſiue ſit iudicialis propter intereſſe proprium, ſiue canonica ꝓp bonum cōmune, & in hac nō eſt neceſſe obſeruare ordinē iuris, ſed proceditur de plano, & ſimpliciter ad emendā delinquentis, & ob bonū publicū religionis, ne contaminetur religio. De qua re legendi ſunt Panorm. in d. cap. Nouit. Sylu. verb.

rb.inquiſitio.q.10.& Sotus vbi ſupra,qui hęc tius explicant.

Differunt aũt denunciatio *Euangelica,& Iudicia-* in multis: *Primo* ratione finis,qui finis Euange æ eſt emendatio fratris, vt pœniteat: Iudicia- s vero vindicta, ſeu bonum denunciantis, vel elinquens ſatisfaciat.

Secundo, Euangelica eſt actus,& officium cha tatis,vnde de ea agit S.Tho.2·2.q.33. Iudicia- s vero ſeu accuſatio, actus eſt iuſtitiæ, & ex iu- titia debitus, & de ea differit S.Tho.2. 2.in ma ria de iuſtitia,q.68 69.& 70.

Tertio, Euangelicæ forma requirit vt præce- at ſemper ſecreta monitio, & fit ſine ſtrepitu dicii:iudicialis vero procedit in ſcriptis,& for a iudiciali, teneturq. denuncians probare cri en.quamuis aliquando etiam procedatur dę ano,& ſine ſtrepitu iudiciali.

Quarto, ad Euangelicam tenetur omnes, poſ- nt enim vt cõiter tradunt Doctores ſubditi rælatum,& filii Patrem denunciare,neque ab a eximuntur infames,aut excommunicati, nõ amen tenentur oẽs ad Iudicialem, vt conſtat.

Quinto, differunt ex parte termini, quia Euangelica ceſſat, ſi frater emendatur, ſin minus ad udicialem proceditur.

Conuenit autem denũciatio Euangelica cũ Canonica,& Doc. in c.Nouit,de iudicijs, qa vtraq. requirit præuiam monitionem. Differunt autẽ, qa denunciatio euangelica eſt illa ſola proprie loquẽdo,quæ ad ſolã fratris emendationẽ procedit,pp ſolum bonum fratris; Canonica vero eſt illa,qua proceditur ad damnũ publicum euitandum,vel perſonæ priuatæ, vt cũ qs denũciat prælatũ,aut habentẽ beneficium,vt officio, aut beneficio priuetur, eo qđ plebi ſit pernicioſus: Et ſecundũ Inno. in c.Nouit.de iud. qñ quis denunciat crimen,qđ eſt in perniciem publicam, aut præiudiciũ tertiæ perſonæ,non ſolũ ad emẽdationem illius, ſed ẽt vt euitetur, aut reſarciatur damnum,tunc.n.eſt denunciatio Canonica q̃ quidẽ denunciatio non eſt fraterna,nec iudicialis,cũ non petatur propriũ intereſſe,nec proprie eſt accuſatio,quia nõ petitur omnino vindicta legis, vt Sotus in relect. de tegendo ſecreto, mẽb.2.q.5.in prin.contra Sylueſt.in verb.denũciatio,in princ.annotauit, qui has denunciationes *vix* inter ſe diſtingui poſſe putauit.

Denunciatio aũt iudicialis ab Accuſatione differt in multis; Nã primo, denũcians ſeu denunciator iudicialis non intendit vindictã publicã & punitionem denunciari pp bonũ publicũ,ſed ſolũ intereſſe ſuũ,in quo per iniuriã lęſus eſt;accuſator vero petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum publicum.

Secundo, denunciator indicialis nõ tenet̃ probare crimen teſtibus, accuſator vero tenetur.

Tertio, quamuis denunciatio iudicialis tendat ad vindictam, non eſt tamen denunciato infligenda tota pęna iuris; Accuſato vero infligi debet,arg.c.inquiſitionis.de accuſat.

Quarto, denunciatio iudicialis eſt mera criminis manifeſtatio ſine aliqua actione, qua, ſ. denũciatur crimẽ Pręlato, vt ipſe ex officio faciat qđ ei vr̃ ſecundum ius; Accuſatio vero eſt delatio criminis cum actione,quod iudex petitur,& cõpellitur punire reum, vnde denũciator nõ dr̃ Actor,ſicut recuſator. Quo circa vt recte obſeruat Sotus in relect.de tegẽdo ſecreto. mẽb. 2.q. 5.& lib.5.de iuſt.q.6.art.2. denunciatio iudicialis tripliciter locum habere põt, vbi actio eſſe nequit: Primo ratione perſonæ,quæ agere non põt, vt v. g. ſeruus agere non poteſt in iudicio, poteſt tñ denunciare iudici ſæuitiã Domini, vt iudex ex officio compellat dñm aut mitius agere ſecũ,aut vẽdere, vt habetur Inſtit. De his qui ſunt ſui vel alterius iuris, §. Sed & maior. Item qñ Religioſi non poſſunt agere contra prælatos,poſſunt eos denũciare ſecundũ Doctores in c.Inſinuante.Qui clerici vel monachi. Secundo ratione iudicis ꝗ non eſt directus,vt quando iudex ſecularis non ſeruat iuſtitiam, põt quiſque denunciare illũ Papæ,ad cuius officium ſpectat de quocunq. peccato mortali quemlibet Chriſtianum corripere,vt notat Panor. in ca. Nouit. de iud. vbi Rex Franciæ denunciatus eſt Papæ de crimine quod aduerſus Regem Angliç cõmiſerat. Et econuerſo,iudex eccleſiaſticus põt denunciari principi ſeculari ad reprimendam eius vim per iniuſtum iudicium,qñ alia commodiori via reprimi nequit. Habet.n. princeps ſecularis ius repellendi vim a quocunq. illatam vt Sotus vbi ſupra docet,& fauet cap. Regum.23.quęſtio.5. Tertio rõne criminis qđ lege permittitur, vt v.g. Quia vſura lege permitti videtur, accuſari non poteſt vſurarius, denunciari tamẽ poteſt, vt iudex ex officio illum ad reſtitutionem admoneat. Sic etiam eadem ratione, quãdo quis decipit aliũ citra dimidiũ iuſti pretii. In quib.omnib.caſib.non eſt proprie accuſatio, ſed denunciatio,i.mera criminis manifeſtatio, vt iudex ex officio erratum corrigat, & emẽdet. Accuſatio vero fieri non poteſt,niſi ab illo, qui põt directe agere,quamuis negandũ non eſt, quin is ꝗ agere põt, & corã proprio iudice,poſſit etiam quandoque mere denunciare ſine accuſatione.

His ita de denunciatione breuiter explicatis, ſatis conſtat qualiter procedendum in ea; ſit, vt licite, & ſine peccato fiat, vt tamen res tota clarior reddatur,dubia quædam proponẽda, & ſoluenda ſunt.

DVBIVM Primum eſt,an denunciationẽ neceſſario præcedere debeat ſecreta admonitio delinquentis? Solutio huius facilis eſt p̃ ſuppoſita diſtinctione denũciationis in Euangelicã,& iudicialẽ: Si enim iudicialis ſit, tunc aut eſt publica,aut priuata. Iudicialis publica illa eſt, quæ fit coram iudice in publico, ob publicã punitionẽ delinquẽtis. Priuata vero eſt,quæ fit in iudicio ꝗdem & corã iudice,ſed nõ fit in publico, nec ad punitionẽ publicam,ſed vt iudex ex officio ſuo curet reſtitutionem dãni, aut ſatisfactionẽ iniuriæ in parte læſa denunciante. Et hanc vtramq. denunciationẽ non neceſſario præcedere debet ſecreta admonitio,quia cum denũciatio iſta loco accuſationis,vel actionis ſucceſſit,ſicut ad accuſationem,vel actionem non neceſſario pręcedere debet ſecreta admonitio,ita neq. ad denũciationẽ prædictam. Præterquã quod cum neutra denunciationũ iſtarum ſit ad pœnitentiam

delin

delinquentis;ſed tantum vel ad publicā punitionē,vel propter recuperationē propriæ rei, inde eſt,quod quātumuis quis correctus ſit,denūciari tamen poteſt. Sin aūt ſermo ſit de Euangelica denunciatione, quæ ēt ſuccedit ſæpe tanquam remediū ad recuperationē rei propriæ, propterea qđ deficit remedium ciuile,tunc quidē pręreqritur admonitio ſecreta, vt v. g. lata eſt ſnīa iniqua a iudice ſeculari per quam applicata eſt res Petri Ioanni,& Ioannes extra iudiciū cōfeſſus eſt illud,aut eſt aliqs alius teſtis, tunc quidē in iudicio ſeculari non eſt remediū contra Ioannem,& tñ in iudicio Eccleſiaſtico eſt remediū, quia pōt eccleſiaſticus iudex ad inſtantiam Petri dare literas continentes excōicationem ſub hac forma,vt quicunq. retinet iniuſtè bona Petri,reſtituat illa. Id quod ēt in alijs caſibus contingere pōt,vt in furtis,&c.in quibus non eſt remediū ciuile, qa nulla ratione probari poteſt, & tñ a Iudice Eccleſiaſtico fertur excommunicatio,vt quicūq. ſciuerit tale, vel tale furtū,vel talem aut talem rem eſſe apud aliquē intra triduū reuelet,aut reſtituat. Quam denūciationē Euangelicā tam iure naturali, quā iure diuino a Chriſto promulgato Matth. 18.præcedere dēt monitio ſecreta,quia cū fiat in bonū peccantis ſeruandū eſt ſimul bonū conſcientiæ, & bonū famæ quantū fieri pōt,vt docent S.Tho. 2.2. q. 33.art.7.& interpretes eius loci. Theologi in 4. diſ.19.Syluest.verb.denūciatio. q. 4. & alij cōiter, excipiuntur tamen quidam caſus,in quibus non eſt neceſſe vt præcedat ſecreta monitio, vt in materia de fraterna correctione communiter traditur,& expreſſe notat Nauar.in Manua li.c.18.num.30.31. & ſeq. nec in hac re vlla eſt inter authores controuerſia.

7 DVBIVM Secundū eſt,an,& quibus in caſibus fieri poſſit tranſitus a denunciatione Euangelica ad iudicialem?

Reſpondeo ſi ſermo ſit de iudice ſeculari raro cōtingere ſolet, aut pōt vt fiat iſte trāſitus,eo qđ crimina ad iudices ſeculares non deferūtur niſi per accuſationē,vel querelam verbalē, aut denunciationem iudicialem, vel per actionem, qua quiſq. in iudicio ius ſuum, & intereſſe proſequitur. Item iudex ſecularis nunquam excepit crimina niſi vt in publico puniat, & in ſcriptis coram notario,ita nunquam excipit illa tāquam pater ad pęnitentiam delinquentis, ſed tanquam iudex ad punitionem delictorum.

Ceterum contingere pōt,vt apud iudices eccleſiaſticos fiat hmōi tranſitus; quia iudex eccleſiaſticus excipere pōt crimen ad ſe delatū tāquam pater ad pęnitentiam delinquentis, & ēt tanquā iudex ad punitionem delicti, & ita fieri pōt tranſitus apud illū a denūciatione euāgelica facta illi tanquā patri ad deuūciationē iudicialem factam illi tanquā iudici,hac ratione,vt crimine ad ſe delato tāquā patrē, iudex eccleſiaſticus priuatim corripiat delinquentē, qđ ſi fraterne monitus a ſuperiore reſipiſcere noluerit, tūc fieri pōt tranſitus ab euangelica denūciatione ad iudicialem, poteritq. eccleſiaſticus iudex procedere ad excommunicationem dupliciter.

Primo quidem ferendo excōicationem in
generali ſub hac,vel alia ſimili forma, vt qui
hoc,vel illud fecerit,reſtituat,vel ſatisfaciat,&
tūc cōprehēditur delinquēs in illa cęſura,& te-
netur reſtituere aut ſatisfacere in cōſciētia ſe-
creto;& ad hoc ſatis eſt vt crimē ſit delatū ad
latū eccleſiaſticū a quocūq. priuato hoīe il
crimē denūciāte ſeruato ordine denūciatio
Euangelicæ a Chriſto pſcriptę Matth. 18.it
vt prius ſecreto admonitus ſit; ſin aūt frate
monitus nō ſufficiēter emendetur, corrigē
erit corā duob. vel tribus teſtibus, vt ſic pude
ctus,& confuſus emēdetur, & ſi neq. hac ra
corrigatur,deferendus erit ad ſuperiorem
patrē,vt ipſe ſuperior procuret eum corrig
qa efficaciora,& plura hēt remedia ſuperio
priuatus,& tādē ſi neq. ab eo corrept⁹ frate
emēdari nolit, faciēd⁹ erit hic trāſit⁹ a denū
tione euāgelica ad iudicialē eo mō quo dix

Secundo aūt procedere poteſt ferendo ex
municationē in particulari contra talē per
nam,ſed tunc neceſſe eſt, vt antè illā excō
tionē præcedat trina monitio, vel vna ęqu
lens trinæ monitioni canonicę, & opus eſt ēt
feratur excommunicatio in ſcriptis cōtinen
cauſam ęxcommunicationis, c.cum medici
lis,de ſent.excom.in 6.prout latius to.1.Thea
ri,lib.1.c.12.& 13.expoſuimus.

Neceſſe ēt eſt,vt crimen ſit delatum a denū
ciatore priuato,vel a fiſcali,& ſit crimē pbabile
in iudicio,quia excōicatio ferri debet ſecundū regulas a iure canonico præſcriptas quādo fertur contra aliquē in particulari. Quocirca fieri pōt tranſitus a denūciatione euangelica ad iudicialem procedentem per excōicationem, aut aliam cenſuram eccleſiaſticā;non.n.fit trāſitus ad iudicialē qua puniat delinquens in publico, niſi finita denūciatione euāgelica,incipiat denuo iudicialis per accuſationem, vel querelā verbalē,vel denūciationē, vnde ad iſta omnia reqritur, vt crimen ſit probabile in iudicio per teſtes. Hęc ea sūt.de quib.hoc in loco de denūciatione dubitari poſſunt;reliqua.n.quę ad denunciationē euangelicā ſpectant, in materia de correptione fraterna tractantur,q̄ vero ad iudicialem pertinent,(quia cum accuſatione maximā habent connexionem) inferius cum de accuſatione agemus,latius exponentur.

8 Quoad ſcđm modū.ſ.Inquiſitionem, de qua
tractant Summiſtę in verb.Inquiſitio. Alexā
Ales p.3.q.46.memb.3.S. Anton.p.3.tit.9
Sotus lib.5.de iuſt.q.6.ar.2.& in relect. de te
do ſecreto.memb.2.q.6. Dom. Bannes, Pe
de Arragon.& Michael Salon. 2.2.q.68.ar
& 2.Greg.de Valen.to.3.diſp.5.q.14.& Do
res cōiter in *cap.Qualiter,& quando.* 2.*de accuſat.*
uar.in Commen.in Rubricā de Iudiciis.No
20.& in c.Inter verba.11.q.3.concl.6.corol
62.& 63.& in Man.c.18.n.38.& ſeq. & alii.
finitur aūt Inquiſitio,inueſtigatio criminis
occulti peccatoris,quæ fit a Prælato,vel iud

Differt aūt a denūciatione,& accuſatione
īqſitio ſiue delicti ſiue delinquētis,fit ex offic
&iuſtitia,& ad ſolos Prelatos,& iudices p
accuſatio aūt ſolis ſubditis cōuenit: denūci
vero euangelica oībus ex charitate cōuenit

ſubdibditis,quàm ſuperioribus,vt ex dictis,& ex ijs uæ inferius dicemus,manifeſtum erit.

Quamuis autem Canoniſtæ in d.c. Qualiter quando,2.de accuſa.ſuo more plures Inqui tionis modos, & ſpecies conſtituant, Theolo i tamen duas tantum, aut ad ſummum tres e umerant,ad quas reliquæ omnes reducũtur: Vna eſt Generalis omnino; Alia omnino Spe ialis; Addi poteſt & tertia, quæ partim eſt Generalis,& partim Specialis.

Generalis omnino eſt,qua p̄lati viſitãtes ſuã ięceſim,vel iudices, & ſuperiores ſuã prouin iam vitam, & mores ſuorum ſubditorum inquirunt,an ſeruent leges, & inſtitutiones illius loci,dięceſis,aut conuentus, an exiſtant ibi aliqui delinquentes,quos oporteat punire; atque deo proponere ſolent edicta, vt qui nouerit liqua crimina,deferat illa ad ſuperiorem. Quę deo dr̃ Generalis,qa nec nominatur perſona, nec crimen de quo inquiritur, ſed tantum inquirunt in genere,an quis aliquod crimen in illa dięceſi,ciuitate,aut conuentu commiſerit.

Poteſt aũt eſſe Generalis quatuor modis, vel primo quoad ꝑſonas, & quoad delicta, vt cũ iudex inq̃rit,an ſint homines facinoroſi pęna digni,de qua loquitur l.congruit.ff de offic.p̄ſid.

Vel ſecundo vt ſit generalis tantum quoad perſonas, ſed ſpecialis quoad delicta,vt cum iudex inquirit contra illos qui Petrum occiderunt;de qua loquitur l.Mandatis,ff. de condic. ob turpem cauſam.

Vel tertio eſt generalis quoad delicta,ſed ſpecialis quoad perſonas,vt cũ inquiritur per viſitatorem eccleſiæ contra perſonas exiſtentes in eccleſia ad inueſtigandum,& puniendum crimen per aliquem eorum cõmiſſum, per quod monaſteriũ in aliquo reformari debet, de qua agitur in c.inquiſitionis,de accuſat.

Vel Quarto eſt Generalis quoad perſonas de neceſſitate,vt cum inquiritur de aliquo beneficio contra ciuitatem,& homines illius,nec ſunt homines ſpecificandi.

Specialis omnino eſt, qua in particulari, & & nominatim inquiritur, & ſpecificatur certa perſona,& certum crimen,vt verbi gratia, An Petrus hoc homicidium commiſit; an quis cõmiſit,hoc furtum,&c.

Partim Specialis,& partim Generalis eſt, qua delictũ in particulari exprimitur, ꝑſona vero nõ nominatur,ſed tm̃ inquiritur in cõi, vt cum inuento cadauere inquiritur quis illũ hominẽ occiderit,vel econtra,qñ exprimitur perſona, nõ aũt certum crimẽ, vt cum inquiritur an Petrus ſit homo flagitioſus,& eadẽ eſt cũ ſecundo, & tertio modis inquiſitionis Generalis, vt cõſtat.

Rurſus inquiſitio quæcunq. fieri põt, vel ad inferendam pęnam,& ad puniendũ delinquẽtem,quæ pęna,vel eſt poſitiua, puta ad aliquẽ caſtigandũ,incarcerandum,ſuſpendendũ,&c. vel eſt priuatiua,vt cũ inquiritur contra aliquẽ vt priuetur officio,aut beneficio;vel inquiritur non ad pęnam aliquam inferendam,ſed ad dãnũ aliquod,aut errorẽ vitandum,vt verbi gratia,cũ inquiritur meritum perſonę,vt conferatur ei beneficium,aut dignitas, quæ ideo fit; ne indignus aſſumatur ad beneficium, vel officiũ, aut cũ inquiritur,an inter Petrũ, & Mariam ſit aliqđ impedimentũ contrahendi matrimonij. Et q̃uis hoc in loco ſolum agendũ ſit de inquiſitione ad pęnam inferendã, non aũt de inquiſitione meritorũ, & ſufficiẽtia,quia tñ eius mẽtionẽ fecimus, ideo breuiter de ea ẽt dicemus.

In qua re cõis Doctorum opinio eſt,qđ licet nulla oĩno præcedat infamia, tam teſtes a iudice competenti requiſitos, quam ẽt ipſum ſubditum in cã propria interrogatum,teneri manifeſtare ſecreto,vel iuridice, ſi oportuerit,defectus,& impedimẽta,q̃ vere, & certo nouerint, vt expreſſe tradit Michael Salon 2.2.q.68.ar.1. controuerſia 4.vt v.g. voluntariè poſtulans officiũ, vel dignitatẽ tenetur proprios defectus, vel parentũ,vel generis ſui, q ipſum illo officio indignũ efficiunt,interrogatus, quãuis occulti ſint,prodere. Ratio eſt,qa iudex,vel pręlatus tenetur ex officio,& iuſtitia officiũ illud,vel bñficiũ non conferre indigno,& conſequẽter cum inq̃rere poſſit,an iſte qui ſeipſum ad illud obtinendum offert,ſit indignus, vt habetur in c.cũ in cunctis.c.cum dilectus.& capit.Nihil eſt. de elec.nec alia via id ſcire poſſit,niſi aut dicto teſtis,aut cõfeſſione ipſius poſtulãtis, põt eos interrogare,& ipſi reſpondere tenentur. Nam eo ipſo,quod quis poſtulat tale officiũ, aut dignitatem,vel beneficium,offert ſe huic incõmodo voluntarie,ceditq; iuri ſuo, & conſentit, vt iudex quoſcunq; interrogare poſſit, aut habeat tales defectus,ob quos indignus ſit tali officio, vel beneficio. Cõfirmatur hæc ratio, quia cum inquiſitio iſta non procedat ad punitionem, non indiget accuſatore, & ita neque infamia.

11 *Intelligendum* aũt eſt hoc de eo, qui voluntarie ſe offert,& poſtulat, nã ſi ipſe nõ poſtulet, ſed elector ipſi offerat, nõ tenẽt tales defectus ꝓdere,qa retinet ius ne de occultis infametur, cui non renunciat,niſi qñ ipſe volũtarie poſtulat. Atq; adeo tenẽtur ſuperiores, & electores, qñ aliquem promouere volunt ad officium, vel dignitatẽ,prius explicare illi per ſe,vel ꝑ interpoſitã perſonã,animum, & intentionẽ ſuã, & illi ſignificare cõditiones,& qualitates req̃ſitas,ac defectus,qui poſſunt eſſe impedimento, vt ipſe,de ſeipſo iudicet,an idoneus,& ſufficiẽs nec ne ſit ad officiũ,& beneficiũ illud recipiendũ. Qđ ſi ſic admonitus cõſenſerit,tũc ſimul cõſentit,vt fiat inq̃ſitio de ipſius ſufficiẽtia, & renunciat iuri ſuo qđ hẽt ne quis poſſit defectus eius occultos manifeſtare. Qđ tñ intelligi dẽt quo ad illos defectus ſolũ, ꝑ quos redditur indignus ad illud officiũ,nam alios defectus, q ad illud inſtitutũ nõ faciunt,nec inquirere,nec explicare licet;quoad tales.n. per poſtulationẽ illius officij,aut dignitatis,nõ renuntiare cẽſetur iuri ſuo,ꝙ hẽt ne ab aliquo de occultis ĩfamet̃.

His ita de inquiſitione meritorũ & ſufficientię præmiſſis dicendũ conſequẽter erit, de inq̃ſitione ad pęnã inferendam, quæ materia cum præcipua ſit earũ omniũ,quæ tractantur in diſputatione de iudicio, & ex qua multa quoq; pertinentia ad reum, & teſtes intelligẽtur, explicare oportet prius voces,q̃b. Doctores ĩ hac materia paſſim vtuntur, vt ſic facilius poſtea, quæ ad inquiſitionem, & accuſationem ſpectant, exponamus.

12 Primum igitur explicandū eſt, Quid ſit infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio. In qua re nō ita cōueniūt authores, an idē ſit infamia & clamoroſa inſinuatio. Hoſt. enim & Franciſcus Aretinus in c.Inquiſitionis, & in c.Qualiter, & quādo.2.de accuſat.& Mich.Salon 2.2.q.69.art.2. controuerſia 1.Martinus Nauar.in c. inter verba, 11.q.3.concluſ.6.coroll.63.n. 697. ita inter ſe hæc duo diſtinguunt, quod infamia ſit, qn̄ viri probi iudicialiter teſtātur eſſe talem rumorem, & famā de tali crimine: clamoroſa vero inſinuatio ſit vox totius populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudiciū. Alij vero vt Panor.& Io.de Anan.& Sotus lib. 5.de iuſt q.6.art.2. concl. 5. & clarius in relect. de tegendo ſecreto.mēb.2.q.6.dub.3.poſt concluſionem primam. Petrus Nauarrus lib. 2.de reſtit.c.4.par.2.dub.3.num.153.iſta non diſtinguunt, ſed pro eodem ſumunt.

Ceterum omiſſis alijs, quæ parū ad præſens inſtitutū faciunt, mihi placent, q̄ tradunt Sotus vbi ſupra in dicta concluſ 5. prope finē. & Caiet.2.2.q.69.art. 1. duo præcipue ad infamiam requiri, vnū eſt, frequēs opinio, & vox bonorū. Secūdū eſt, vt ſit de tali crimine. Per primā particulā excludit̄ clamor & opinio malorū, vox enim frequens diſcolorū, & hominū infimę ſortis, legitimā infamiam non reddit. Vnde Sotus merito cōtra Ariolos, & Aſtrologos inuehit, ꝗ ſolent via iniqua, & arte diabolica furta, adulteria, & alia crimina aliorum detegere, eoſq; ēt Iudices reprehendit, ꝗ ex eorū dictis anſā inquirendi contra aliquē in particulari arripiūt. Per ſecundā vero particulam excluditur inquiſitio de alijs criminib.qa inquiſitio regulariter fieri non pōt niſi de crimine illo de quo diffamatus eſt. Vnde infamia definiri pōt frequens vox bonorū & proborum virorū, quæ hominem de tali crimine rationabiliter ſuſpectum reddit.

13 *Sed* neq; inter ſe conſentiūt authores, quinā hominū numerus requiratur ad infamiā; Quidam.n.Canoniſtæ in ca.*Inquiſitionis*.de accuſat. docent denarium numerum neceſſarium eſſe ad faciendā infamiā. At certè vt Sotus lib. 5.de iuſt.& in relec.de tegēdo ſecreto, vbi ſup.& Michael Salon 2.2.quæſt 69. art. 2. controuerſ.1. notant, in iure nihil hr̄ de tali numero denario; Nam in dicto ca.*Inquiſitionis*, §.*Tertiæ dubitationis*, *&* §.*Quæſiuiſti*.ſolum hr̄, nō ſufficere duos, aut tres teſtes, ētſi ſub iuramento aſſerant eſſe vocem publicam, vel famam talis delicti, a tali homine cōmiſſi, ſed neq. propter dicta paucorū reputari quis dēt infamatus. Deinde in populis magnis decē pauci ſunt, & iuxta dicta nemo ob dicta pauca paucorū dēt infamatus reputari, niſi opinio eiꝰ apud bonos, & graues læſa exiſtat. Verius igitur eſt qđ tradūt Sotus, & Salō vbi ſupra relinqui arbitrio prudētis diſcernere q̄nam infamia ſufficiens ſit, & ꝗs rumor ſit frequēs cōſideratis circumſtātijs, loci, tpis, perſonarum, &c.Illud tn̄ annotandum eſt, non requiri ad infamā teſtes eſſe occultos, ſatis nāq; eſt, qđ a bonis viris fide dignis audierint, vel indicia, & cōiecturas ſufficientes habuerint.

Secundo quoad *Indicia* notandum eſt, qđ indicia proprie ſunt circunſtantiæ, & ſigna, ex quibus prudenter, & rationabiliter ſolemus de actionibus, & operibus aliorum iudicare.

Ceterū, vt recte S.Tho.2.2.q.69.ar.2.Caiet. & Salon ibid.Sotus li.5.de iuſt.q.6.art.2.Greg. de Valen.to.3.diſp.5.q.13.pūct.2.& alij notāt, 14 indicia hęc non qualiacunq; eſſe debēt, ſed perfecta, quæ vehemētem afferūt ſuſpicionē, & ex quib. certitudine quadā morali licet coniecturare, vt ſi nudus cū nuda inueniatur in eodē lecto, ſignū eſt cōcubuiſſe; Itē ſi ꝗs euaginato gladio, & ſanguine aſpſo deprehendat̄ iuxta occiſum, maxime inimicū. Aut talia ſint vt duorū, vel pluriū teſtiū teſtimonio p̄ſtent, aut vnius ſaltē teſtis ſit oī exceptione maior, ideſt, nulla exceptione repellibilis. Itē plura eſſe debent, vt loci, tpis, perſonæ, &c.regulariter.n. indiciū vnū nō ſufficit. Dixi *regulariter*, quia in hac materia de indicijs multū valet prudētia iudicis, poſſet enim aliqn̄ vnum indiciū eſſe loco pluriū, cōſideratis cōditionib.& circunſtantijs perſonę, loci, tpis, quod proinde ſufficeret, vt in exēplis allatis conſtat. Demū *manifeſta* eſſe debent, tū reſpectu facti, cuius eſt īdiciū, qđ ita manifeſte indicet tale factū; tū reſpectu pſonæ; Non.n.ſatis eſt, vt indicia ſint facti, niſi ēt ſint indicia pſonæ delinquētis, ſicut nec ſatis eſt infamia de crimine, niſi ēt ſit perſonæ, atq; adeo qđ talis perſona de tali crimine diffamatus ſit, vt diximus. Tū etiam reſpectu proceſſus, ita vt huiuſmodi indicia manifeſtētur reo a iudice, vt hac rōne intelligat ſe iuridice interrogari, ac proinde teneri reſpondere, vt infra ſuo loco dicemus.

15 Tertio explicandū eſt, quid ſit ſemiplena p̄batio, quę deſcribi poteſt eſſe dictū vnius teſtis oculati, & iurati, ſeu quod idē eſt, dictum vnius teſtis omni exceptione maioris; qui.n. vidit crimen cōmiſſum puta homicidium, aut furtū, teſtis oculatus eſt, ac oī exceptione maior. Et idē de auditu dicendū eſt, qn̄ crimen de quo eſt teſtis ad ſenſū auditus pertinet, puta, ſi ꝗs teſtaretur ſe audiſſe Petrum hæc, & illa loquentē; talis .n.teſtis facit ſemiplenā probationē, duo vero teſtes integrarū conditionū plene rem probāt. Iuratus ēt eſſe debet, quia dictum teſtis ſine iuramento nullam vim hēt in iudicio. Quibus addo ex Caietano & Greg.de Valen. vbi ſupra, talem teſtem debere eſſe iuridicū, ideſt, vt pręter, ſeu vltra accuſatorē adſit teſtimoniū alterius omni exceptione maius, ſ.qui viderit, & iuratus ſit; Cū.n.in propria cā nullus ſit idoneus teſtis, vt dr̄ in l.Nullus, ff.de teſtibus conſequens eſt accuſatorem, vel actorem ſecreti depoſitorem, criminiſq; participem proprie locū teſtis non habere, vt etiam Gloſſa in cap. In omni, in verbo, in omni negotio De teſtibus, annotauit.

His ita prænotatis, de ſingulis modis inquiſitionis agendum eſt.

16 Prima Propoſitio. Inquiſitio omnino generalis iure, & legitime a iudice fieri poteſt, & ſolet abſque præuia infamia, aut actore aliquo, vel denunciatore.

Eſt contra Alciatum,qui in c.primo,de offic. ordin.num.5.contrariũ tenet,eo quod ſicut interrogatio eſt generalis,ita ẽt reſponſio erit generalis, ac proinde totus proceſſus erit inutilis, idiculoſus, & incertus,vt v.g. Inquirit Iudex,an ſint aliqua delicta in illo loco; Reſpondet autẽ qui interrogatur in genere ſimiliter,eſſe aliqua in eo loco,& nihil aliud,niſi ſit aliqua infamia, vel accuſator,quæ reſpõſio eſt omnino inutilis.

Hanc tamen propoſitionem noſtram tenent cõiter Doctores Ang. verb.Inquiſitio,§.primo, Syllueſt. eodem.quæſt.4.verſi. Tertium.Tabiena,eod.num.1.Sotus lib.5.de iuſt.q.6.ar.2.concluſ.5.& in relect.de tegendo ſecreto.memb.2. q.6.concl.2.Naua.in Manuali,c.18.nu.38.verſ. 1.& in c.inter verba.11.quęſt.3.concl.6.corollario 62.num.645.Michael Salon. 2. 2.quæſtio. 69.art.2.controuerſia 5.Pet.de Arrag.2.2.q.67. ar.3.Gregor.de Valen.tom.3.diſp. 5. quæſt.14. puncto primo,& alij omnes,& colligitur ex ca. primo,de officij ordin.ca.*cum olim*, de accuſa.& c.*Romana*.de cenſibus,in 6.

Quibus in locis præcipitur Prælatis eccleſiaſticis,vt ſtatis temporib.faciant viſitationes,& inquiſitiones generales in prouinciis,diœceſib. & conuentibus,vt proſpiciãt moribus ſubditorum,& purgetur Reſpublica. Idemque ſecularibus magiſtratibus pręceptum eſt in l.cõgruit, ff.de officio præſidis. Ratio eſt, quia talis inquiſitio generalis,non fit ad petitionem partis, ſed vt diximꝰ,ex mero iudicis officio,& debito,quo tenetur bono cõmuni proſpicere,& conſequẽter purgare,& caſtigare delinquentes. Quãuis .n.alij nec accuſare,nec denunciare delinquentes curent,cum poſſint, & multoties debeant, etiamſi publici ſint, ſuperiores tamẽ ex officio tales caſtigare debent.Etiamſi nullus id poſtulet.Eo ipſo enim quod perſonam communitatis gerunt,ſufficientem ſcientiam habere vidẽtur ad hoc legitime,& iuridice faciẽdum,quod recta ratio dictat expedire bono communi,vt crimina ad ſuperiorem deferantur.

17 *Illud* vero ſciendum eſt,quod in hac gñali viſitatione Prælatus ſolum compellere põt ſubditos,vt denũcient crimina in ijs caſib. & eo ordine,& ea ſolũ crimina, quæ extra viſitationẽ tenerentur,atq; adeo q̃uis in tali inquiſitione imponãtur cenſurę,non tenentur,nec manifeſtare debent.niſi ea tãtum delicta,quorum authores laborant infamia de tali delicto,& quæ correctione digna ſunt,tacendo ea,quę ſunt occulta,vt præfati authores tradunt, & colligunt ex c.qualiter,& quando,primo.de accuſat.

Rõ eſt, quia ſubditus ea tm̃ rñdere tenetur, quorũ ſuperior eſt legitimus iudex. Nullus autẽ ſuperior præter Deum eſt iudex eorum,quę nõ laborant infamia,ſed ſunt iuridice occulta, atque adeo non poteſt iudex de occultis interrogare,aut ſimpliciter,aut cum iurõ, vt in dicto c. Qualiter, & quando,primo, hr̃. Si igitur crimina ſint occulta,non debent ea detegere, ſed fraterne admonere, ſi ſpes emendationis fuerit, ſi vero crimen ſit prorſus emendatum,non tenentur ẽt denunciare,niſi adſit accuſator, aut niſi præcedente infamia interrogẽtur,vt teſtes,maxime cum non ſuperſit periculũ in furtũ; ſi vero crimen non ſit emendatũ,tunc denunciatio fieri debet,ita.ſ.vt ſi ſit priuatum, & ſpes emendæ præcedat fraterna correctio; ſi vero ſit in damnũ Reipubl.aut in præiudicium tertij, aut periculum ſit in mora,debent ſtatim denũciare canonice. Vnde in Inquiſitione quam,faciũt Dñi Inqſitores,aut propoſitis edictis,aut inſuis viſitationib.manifeſtãda ſunt delicta, quæ ſunt cõtra fidẽ,ẽtſi delinquens nulla infamia laboret, vt hac rõne ꝓſpiciãt bono cõi religionis Chriſtianæ,& bono priuato ipſius delinquentis.

Idemq. dicendũ eſt de delictis, quæ in damnum tpale Reipublicæ vergunt, quando periculum imminet,& frater non ſit emendatus,et ſi nulla exiſtat infamia, quia in huiuſmodi criminibus,tenetur vnuſquiſque aut damnum illud impedire,aut deferre ad ſuperiorem,qui illud impediat,ętiamſi nulla fiat inquiſitio.

Hinc ſoluitur rõ Alciati in contrarium,quando.n. inquiſitio, & interrogatio eſt generalis, nõ debet rñdere in genere,ſed in indiuiduo delicta,quæ non ſunt occulta, cum ad talia puniẽda,& tollenda dirigatur talis inquiſitio. Et quãuis ſuperior,vel iudex ex hac inquiſitione generali non poſſit procedere ad inquiſitionem ſpecialem eorũ,quæ ſunt occulta, & quorum non eſt infamia,qa tñ reuelanda ſunt ea,quorum aliqua eſt infamia,quæ ſine tali viſitatione,& inqſitione nullus curaſſet manifeſtare, rõne iſtorum inquiſitio hæc vtilis eſt,cum exinde puniãtur delicta,& Reſpublica ſæpiſſime hominibus ſceleratis purgetur,vt conſtat.

18 *An* vero extra caſus qui in damnum fidei, aut Reipublicę vergũt, teneantur necne ſuperiores & iudices quando hac vtuntur inquiſitione generali admonere, & exprimere in ſuis edictis,& viſitationib. ſe ea tantum inquirere,quę laborant aliqua infamia,nõ ita certum eſſe videtur;Caiet.n.tomo primo, tract.31.in Reſponſione quinta,ad primum, et Dominicus Bãnes 2.2.q.70.artic.1.dubio 2.ad ſecundum, negant ad hoc teneri;quia mandatum ſuperioris intelligendum eſt iuxta ordinem iuris naturæ,& iuris diuini;atq. adeo ſubintelligitur ſemper non inquirere velle de occultis,quorum nulla eſt infamia,cum iure naturæ, & iure diuino talia reuelare vetamur.

Sotus autem in relect.de tegendo ſecreto.mẽbro 2.q.6.poſt 2.concl.& Nauar.in c.inter verba,vndecima,q.3.concl.6. corollario. 62.num. 648.& in commen.in rubr.de iudicijs,num.88. volunt ſuperiores teneri ad id exprimendum, quia alias magnam dant occaſionem ſubditis ignorantibus,& ſimplicibus,ne ea reuelẽt,quæ non debent, quod tenentur ſuperiores quantũ poſſunt euitare. Idq. ait Nauarrus ſe obſeruaſſe in viſitatione duorum Monaſteriorum. Quorum opinio verior mihi videtur,quando inquiſitio generalis fit in loco aliquo cuius plerique ſunt ſimplices; nec facile habent a quib. conſiliũ in huiuſmodi petere poſſunt; Econtra vero Caietani opinio vera erit, qñ fit viſitatio in loco,vbi ſunt homines docti,& periti, q hæc omnia ſciũt,aut ab alijs facile addiſcere queant, vt

recte Michael Salon 2.2.q.69.art.2.controuerſia 5.in fine, poſt Petr. Nauarr. libr.2.de reſtit.c.
19 4.p.2.dub.3.nu.154.annotauit.

Secunda Propoſitio, Inquiſitionem ſpecialẽ, qua intenditur pœna delinquentis, præcedere debet infamia, ſiue clamoroſa inſinuatio, ſicut admonitio fraterna præcedere debet denunciationem euãgelicam. Quæ propoſitio colligitur expreſſe ex c. *Qualiter, & quando.* 2. *c. cum oporteat. c. Inquiſitionis.* de accuſat. & c. licet Hely. de Simonia. & ca. Deus omnipotens, 2.q.1. Eamque expreſſe tradunt Angel. verb. Inquiſitio. §.1. Sylueſt. eod. q.4. verſ. Primum. Sotus libr.5. de iuſt. q.6. art.2. concl.5. & relect. de tegendo ſecreto, q.6. memb.2. concl.1. Mich. Salon 2.2.q.69.art.2. controuer.6. Petr. de Arragon, & Dominicus Bannes ibid. Nauar. in Man. c.18. num.38. verſi. 21. & in c. inter verba, 11.q.3. concl.6. corolla. 48. num.579. Gregor. de Valen. tom.3. diſput.5. q.14. punct.1. & alij. Idemq. confirmari poteſt, prout eam confirmat Summus Pontifex in dicto ca. *Qualiter, & quando,* 2. ex diuerſis ſacræ ſcripturæ locis, eo quod Gen.4. *Non cõdemnatur Cain priuſquam vox ſanguinis fratris ſui Abel clamabat ad Deum de terra.* Nec deſtructi ſunt Sodomitæ *dunec clamor eorum,* id eſt, Infamia delicti, *aſcenderet ad Cœlum,* Vnde poſtea dixit Deus, *deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Geneſ.18. & Lucæ.16. habetur, quod poſtquam villicus diffamatus eſt apud dominum de iniqua villicatione, tũc dominus vocauit eum, & interrogauit. *Quid eſt hoc quod audio de te? redde rationem,* &c. Ex quib. omnib. locis manifeſtum eſt, non eſſe ius procedendi via inquiſitionis, niſi infamia, & clamoroſa inſinuato præcedat.

Ratio huius eſſe poteſt, & eſt, quia iudex contra neminem procedere poteſt ad cõdemnationem niſi adſit aliquis accuſator, vt docet S. Th. 2.2.q.67.art.3. & colligitur ex c. *Si quis poteſtatẽ.* 2.q.4. vbi dicitur, *Iudicis non eſt ſine accuſatore damnare, ſicut nec Chriſtus Iudam abiecit*, quamuis.n. furem eum eſſe ſciebat, quia tamen non erat accuſatus, minime eum abiecit, c.1. de accuſat. ait Felix Papa, *Si legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.* Sed quando iudex vtitur via inquiſitionis nullus eſt accuſator formalis, quia ſic non eſſet via inquiſitionis, ſed accuſationis. Ergo debet ſaltem eſſe virtualis: accuſator autem virtualis in hoc caſu non eſt alius, niſi infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio. Ac proinde ad inquiſitionem ſpecialem iudex procedere nequit, niſi infamia aliqua præceſſerit.

20 *Hinc* infertur, quod licèt iudex ſciat crimẽ ſubditi, ſciatq. etiam eſſe duos, vel tres, aut quatuor teſtes, cõſcios criminis, per quos probari valeat delictum alicuius, non tamen procedere poteſt ad eum puniendum ex officio via inquiſitionis, antequam eum accuſent. Id quod diſertis verbis docet Innocentius Papa III. in c. *Inquiſitionis.* §. *Tertiæ dubitationis. de accuſat.* vbi ait, *Non ſufficere ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem non infamatum etiamſi duo, vel tres teſtes iurati omni exceptione maiores aſſerant ſe vidiſſe hominem aliquem, delictum illud commiſiſſe.*

Nec ſolum ipſe hoc declarat, verum etiam id probat Concilium generale in d. cap. *Qualiter, & quando.* 2. de accuſ. authoritatibus allatis veteris & noui teſtamenti, Gen.4. & 18. & Luc.16. .n. lex hæc poſitiua iuſta & ſancta, maxime conſona iuri naturali, & quaſi ex eo deducta præcipiens neminem ſine accuſatore puniri, Vnde Romani ſtatuerunt ne quiſpiam ſine accuſatore iudicaretur, vt ſatis declarauit Feſtus Act. & Chriſtus etiam eam approbaſſe videtur Ioan. 8. quando dixit, *vbi ſunt mulier qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Nec ego te condemnabo.*

Quam etiam veritatem tradunt Caie. 2.2. q.69. ar.1. & 2. in principio. Sotus in relect. de tegendo ſecreto, membr.2. q.6. poſt concluſionẽ primam, dub.1. & 2. Nauar. in commen. ſuper c. inter verba. 11.q.3. concluſ.6. corollario 48.n. 579. Michael Salon 2.2.q.69.art.2. controuerſia 6. Petrus de Arragon 2.2.q.67.art.3. in fine & Gregorius de Valentia tomo 3. diſputat.5.q. 14. puncto 1.

21 *Dixi* hanc legem, qua præcipitur neminem puniri, aut inquiri poſſe ſine accuſatore, eſſe de *iure poſitiuo humano*; ſi.n. ius naturę ſolum ſpectemus, non requiri videtur aliquam infamiã, aut accuſatorem, vt iudex inquirat de aliquo crimine, ſed ſufficere ſolum notitiam illam ad inquirendum, quæ tollat a iudice temeritatem, qualis eſſet illa, quam haberent iudex, & duo, aut tres teſtes de aliquo facto, vt propterea cenſeri poſſet res toti communitati manifeſta, cuius vice & poteſtate iudex fungitur, vnde ad ferendã ſententiam contra aliquem de tali delicto moueri poſſet abſq. temeritate; Multoq. minus de iure diuino poſitiuo eſt, cum nullum tale in ſacris literis extet præceptum, vt nemo ſine infamia damnetur; Et illa teſtimonia ex ſcriptura allata ſolum explicant factum diuinum conformiter ad rationem naturalem.

Solum igitur iure humano poſitiuo hr̃, inquiſitionem ſpecialem contra aliquem fieri, etiam ſi duo, vel tres teſtes iurati affirmẽt aliquod crimen ab aliquo cõmiſſum, de quo nulla laborat infamia, & cõtra quem nullus adſit accuſator.

Id quod optima ratione ſancitum fuit. Voluit .n. ius humanum, quoad fieri poteſt, bono communi prouidere cum minima iactura bonorũ priuatę perſonę, in quib. præcipue numeratur fama, quæ non parum lęditur hoc ipſo quod de aliquo fiat apud alios inquiſitio, quantumuis poſtea talis non probaretur reus eſſe. Vnde expectare voluit ius, donec fama ſit aliquo modo perdita aliũde, antequam de aliquo inquiri velit. Hac tamen ratione non obſtante, ſi non ea acceſſiſſet decretum iuris humani, iure naturæ bene poſſet iudex ita inquirendo bonum commune anteponere priuatæ famæ. Sicut etiam quamuis nemo accuſaret Petrum v.g. qui Ioannem mutilauit, recte intelligi poſſet, qũo iudex conſtitueret iuſtitiæ medium, & æqualitatem inter Petrum, & Ioannem, ſi iuberet ſententia publica Petrum etiam mutilari, vel propter bonum communitatis grauius in eum ex iuſtitia legali, vel vindicatiua animaduerteret.

Solo igitur iure humano ſtatutũ eſt, ne quis puniatur ſine accuſatore, nec ĩ aliquẽ ſpecialiter in-

quirairatur ſine præcedente infamia; Id quod expediens maxime fuit, tum ad famæ cōſeruatiom, tum etiam, vt hac ratione clarius cōſtaret nc iuſtitiæ ęqualitatem a iudice ſtabiliri; tum ã, vt ſententia, & ſcientia publica clarior hoc odo redderetur, fidem etiam ſuo modo faciē- accuſatore, vel infamia præter teſtes, vt in cā. ibil. 2. q. 1. & in c. *qualiter, & quando*, 2. c. *Inquiſinis*, de accuſat. & alibi ſæpe ſtatutum eſt. Quis addo, quod ſi præcedente infamia, aut præ nte accuſatorę iudex inquirere negligat, grater peccat.

Vnde reprehenditur Hely ſacerdos 1. Reg. 2. *habetur in ca. licet Hely. de ſymonia*. eo quod filios os nō correxiſſet, cum eſſent publice diffama Quamuis enim punire non debet, niſi præceſrit accuſatio, nec inquirere niſi præcedente inmia; his tamen pręcedentibus tenetur, ſub pecto non relinquere amplius peccata impuni-, vt ſic bono communi conſulat.

13 Tertia Propoſitio; quando inquiſitio ęſt mix ta, ita tamen, vt exprimatur perſona in particulari, crimen vero in generali, non poteſt ita inquiri, quin p̄cedat infamia, ageretq. inique iudex, qui de Petro nulla infamia laborante inquireret, quæ ſcelera committat.

Immo quamuis crimen eſſet notorium, ſi tñ peccantis perſona ſit occulta, et ſecreta, ita vt Petrus verbi gratia, nulla laboraret infamia illiꝰ criminis, non eſt licitum iudici contra Petrū in particulari inquirere. vt v. g. Inuentum eſt cadauer hoīs occiſi in agro, non licet iudici inquirere de aliquo, puta, de Petro in particulari tanq̃ homicida, dummō nulla ſit infamia, quod Petrus in particulari illum occiderit. Et quidē primam partē propoſitionis. ſ. de inquiſitione perſonę in particulari, & criminis in genere, expreſſe tenent Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2. Mich. Salon ibid. controuerſia. 7. Petr. de Arragon ibid. dub. 3. Domin. Ban. dub. 1. & Gregor. de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 14. punct. 1. Et probari poteſt

Primo ex ſacris literis, ex quib. ſupra docuimus requiri infamiam ad hoc vt iudex inquirat ſpecialiter. vt Gen. 4. non proceditur cōtra Cain niſi præcedente infamia perſonæ, vnde dr̄, *Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me*. Nec procedebatur contra Sodomam niſi pręcedente infami ipſorum Sodomitarum, dicitur. n. Gen. 18. *Clamor Sodomorum aſcendit ad me, deſcendam*, &c. & de villico Luc. 16. hr̄, *Quid eſt hoc ꝙ audio de te*.

Secundo probari pōt ex iure Canonico. Nam in c. *Inquiſitionis*. de accuſat. dicitur, *Nullum eſſe puniendum pro crimine ſuper quo aliqua non laborat infamia*. Et in c *Cum oporteat. de accuſat*. dicitur, *Niſi ſuper prædictis famā ipſius* (ſcilicet perſonæ) *læſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionem non ſubito procedatis*. Et in c *qualiter, & quando*, 2. de accuſa. dicitur, *Si ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, tunc ad inquiſitionem procedendum eſt*. Ergo tam iure diuino, quam canonico ad inquiſitionem cōtra aliquē in particulari inquirere non licet, quāuis crimē ſit notorium, niſi etiam ſit infamia perſonæ.

Tertio probatur rōne naturali, quia ratio naturalis dictat, vt quę ſecreta, & occulta ſunt, nō ſubſint publico iudicio. Ergo quodāmōdo contra ius naturę eſſe videtur, vt contra quempiam in ſpeciali inquiratur, cuius non eſt infamia.

Difficultas maior eſt de ſecunda parte, quando. ſ. crimen eſt publicum, & notorium, author vero illius omnino occultus, nec aliqua laborās infamia. In hoc. n. caſu Paludanus 4. diſt. 19. q. 4. ante finem. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. Sotus libr. 5. de iuſt. q. 6. ar. 2. concl. 5. & in ſelect. detegendo ſecreto; memb. 2. q. 6. dub. 4. poſt concluſionem ſecundam, & olim Martin. Nauar. abſolute docent non eſſe licitum iudici ſpecialem inquiſitionem facere delicti, quantumuis publici, niſi ſit ēt infamia delinquētis, ea ratione ducti, quia in ca. cum oporteat. de accuſationib. requiritur ad inquirendum infamia non ſolum delicti, ſed etiam perſonæ, dicit r. n. fama ipſius, ideſt, delinquentis, & in c. Inquiſitionis. dę accuſa. dicitur, neminem puniendum via inquiſitionis, niſi fuerit infamatus, & idē habetur in ca. Qualiter, & quando. 2. de accuſa. Et quia Gen. 4. & 18. & Luc. 16. requiritur infamia delinquētis, & quia occultum, vt diximus, nō ſubditur in iudicio publico, quamuis. n. crimen ſit manifeſtum, delinquens tamē eſt omnino occultus. Et quia vt ait Sotus, ſi inquiſitio ſit iuridica, ſequeretur malefactorē teneri illud detegere, ſi forte inter alios rogaretur, ſp. n. cum iudex iuridice interrogat, tenetur reus ſicut teſtis veritatem dicere, abſurdū autem eſt dicere reum teneri ſe prodere, exceptis quibuſdam caſib. de quibus inf. agemus.

Ceterū his, alijſq. multis omiſſis, verior eſt aliorū opinio, qui rem ipſam melius conſiderantes, docent, quod in tali caſu regulariter licebit inquirere in gn̄e, non quis in particulari crimē cōmiſerit, ſed aliqua indicia, & circumſtantias crīs, puta, interrogari poſſunt hoīes, an ſciant quis illā tranſierit, qua hora occiſus ſit, quibus armis, vt ſi forſan exinde aliqua indicia perſonę hr̄i poſſint, deſcendere poſſit ad inqſitionē pſonæ, quæ aliquo mō iā infamari incipit, id quod tandē docet Sot. ſub dubio in relect. detegē. ſec. memb. 2. q. 6. concl. 1. dub. 4. non. n. probat conſuetudinē illam, qua ſolent iudices ob ſolā notorietatem, cōiter procedere ad inquiſitionem alicuius in particulari, cuius non eſt infamatus.

14 Quod vero licitum ſit in tali caſu inquirere in genere, mihi certum eſſe videtur, & praxi cōſentaneum, quia quando crimen eſt notorium, etiamſi perſona ſit occulta, tenetur iudex ex officio, quantum poteſt ſeruato iuris ordine, talia delicta, non relinquere impunita, ne Reſpublica inde damnum patiatur, & populus inde ſcandalizetur, dum irrequiſita, & impunita crimina manere videat, iuxta ea, quæ habentur in c. *cum ſit*, §. *fin*. de appellat. c. veſtra. de cohabit. cler. & mulier. & c. *Romana*. §. *Notoria*. de cenſib. in 6.

Si igitur per inquiſitionem generalem peruenire poſſit ad notitiam aliquam delinquentis, debet illa vti, vt poſtea ex tali notitia, et infamia eius inquirat ſpecialiter de illo, & confeſſum, vel iuridice conuictum puniat.

Cōfirmatur hæc rō, qa licet præcepta iudicialia legis veteris, propoſita a Deo iudicib. illius populi, iā ceſſauerint, nihilominus tñ iudicant, quæ ſunt rōni conſona; Sed iudicib. illis præceptum fuit, vt ſi in agro, vel via inueniretur cadauer hominis occiſi, iudices obſeruarent cui oppido, vel ciuitati locus, vbi cadauer inueniebatur, vicinior eſſet, & maiores natu illius populi, & ciuitatis inquirerent, ac punirent reū, ſi apud eos inueniretur: Sin minus exeuntes in agrum, oblato quodam ſacrificio teſtarentur, ſe mūdos eſſe a ſanguine illius occiſi, vt latius Deuter. 21. habetur. Ergo etiam idem erit iudicib. licitum facere tempore legis gratiæ, vt muneri, & officio ſuo ſatisfaciant, et bono cōmuni conſulant.

Deinde lex illa quæ præcipit, vt iudex nō procedat ſuper delicto ſine accuſatore, vel infamia, non eſt lex diuina, nec naturalis ita proprie, q̄n iuſtis ex cauſis limitari poteſt, vt ipſemet Sotus fatetur, & nos inf. in multis caſib. id licitum eſſe oſtendemus; Sed ius poſitiuum contraria conſuetudine legitime præſcripta abrogari poteſt, c. vlt. de conſuetud. l. de quibus, ff. de legibus, ſicut enim conſuetudo legem facere, ita & eam limitare, & abrogare poteſt, vt late probant Felyn. in cap. cum omnes, de conſtit. & Decius in cap. Quæ in eccleſiarum, de conſtit.

Cum igitur conſuetudo omnium iudicum etiam prudentum, & timoratorū ſit inquirere in genere quando crimē eſt notorium, licet author ſic occultus, conſequenter licebit iudicib. in generali inquirere in hoc caſu, & hoc nō ſolum, vt cognoſcant an ſit aliqua infamatio contra aliquem, vel non, de tali crimine, ſed etiam, vt ſi in gñali inquiſitione deprehendant duos, aut tres teſtes contra aliquem, poſſit etiam licite contra illum procedere, reaſſumendo teſtes, qui illum nominarūt, etiam nullo exiſtente accuſatore, nullaq. præcedente alia infamatione contra illum, de qua conſuetudine ſine cauſa dubitat Sotus eamque immerito reprehendit.

Hanc autem noſtram ſententiam expreſſe docent Innocen. IIII. in ca. Bonæ memoriæ. 1. in verb. Teſtes, num. 4. & ibi Panorm. de elect. vbi Innocent. ait hoc obſeruari per totum mundū. Imola ibid. Bartolus in leg. ſecunda, §. Si publico, num. 17. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, et apertius, l. fin. de quæſtio. & fauet gloſſ. in Can. Quidam, quinta q. 1. in verbo, publice. Angel. in verbo, Denunciatio. §. vlt. ante finem. Naua. in commen. ſuper ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. Corollario 50. num. 585. & ſeqq. Tabien. verbo, inquiſitor, §. octauo, Anton. de Corduba in Summa q. 64. punct. 1. Petrus de Arragona 2. 2. quæſt. 69. artic. 2. Michael Salon ibid. controuerſia 7. Gregor. de Valen. tomo 3. diſput. 5. q. 14. punct. 1. Petr. Nauarr. lib. 2. de reſtitut. ca 4. p. 2. dub. 3. num. 258. Dom. Bannęs 2. 2. q. 70. art. 1. dub. 2. & Emanuel Sà in Aphoriſ. verbo, iudiciales actus, §. de modo procedendi. Immo etiā S. Th. huius fuit opinionis, vt enim Syluest. verbo, correptio, q. 8. Caie. et Sotus vbi ſup. referūt, interrogatus olim S. Tho. cum eſſet in capitulo generali ſui ordinis celebrato Pariſijs de quodam furto, an poſſet ſuperior illius authorē inquirere, cum eſſet publicum, & notorium? reſpondit affirmatiue, licere. Quod vero Syluest. Caieta. & Sotus huic teſtimonio & authoritati S. Thomæ reſpondēt S. Th. ita ſenſiſſe, quando
adhuc iuuenis eſſet, & Baccalaureus, atq. a
ſententiam eius refutatam fuiſſe ab omn
Magiſtris illius capituli, ac proinde cū doc
& ſenior fuiſſet, mutaſſe ſententiam in S
ſcilicet, 2. 2. q. 69. art. 2. Hoc inquam falſu
Nam in illo capitulo generali Pariſijs, q
xit S. Th. ſ. iudicem inquirere debere, & R
teneri ſe manifeſtare. Hoc ſecundum ſolu
tractauit in Summa loco citato, docens op
tum, nempe reum occultum non teneri ad
dendum, & circa hoc dictum credo reſtit
li magiſtros illius capituli; Illud vero prim
de quo iam controuertitur, nec S. Th. vnq
reuocauit, nec magiſtri præfati negarunt.

25 Ad argumenta vero in contrarium alla
dent quidam capita illa citata abrogata eſſ
traria conſuetudine omnium iudicum, re
tione id exigente ob bonum cōe, ne delict
neant impunita, ita Nauar. & quidam alij. Q
reſponſio ſatis ſoluit argumentum Soti. Ce
rectius & verius reſpondent Salon, Petr. de
rag. & Grego. de Valen. illis in locis agi tan
de inquiſitione ſpeciali certæ perſonæ, qua
ctum eſt, fieri non pōt niſi præcedente infa
tam delicti, q̄ delinquentis. Nam in c. cum o
teat, inquiritur contra Ep̄m Vicenſem circa
licta quædā de quib. canonici eum accuſab
Vnde nominantur in ſpeciali tam perſona, qu
delicta. Et in c. inquiſitionis, agitur de diſcordi
inter Ep̄m, & Canonicos eccleſiæ Valentinēſis
in Gallia, vnde inquiruntur tam delinquentes, q̄
delicta certa. Et in c. Qualiter & q̄n, 2. agitur de
exceſſib. quos prælati viderint ī ſubditis, aut ſub
diti in prælatis. Cū igitur his in locis agatur de
inquiſitione ſpeciali de pſonis, & delictis dete
minatis, merito fit mētio præcedentis infamia.

Eodem modo in locis ex ſacra ſcriptura ad
ctis, agitur ſolum de inquiſitione ſpeciali, nam
Gen. 4. agitur de perſona determinata, & de ce
to delicto. ſ. de occiſione fratris, & Luc. 16. ag
tur de diſſipatione pecuniæ, & bonorū facta a
illo villico. Et Gen. 18. q̄uis agitur contra totam
ciuitatem, quia tñ omnes ciues adeo rei eſſent il
lius ſceleris, vt in qnq. ciuitatib. illis non reper-
ti eſſent decem iuſti, in illo caſu idem erat pro-
cedere contra totum populum, ac procedere
contra vnum delinquentem, vnde non eſt ma-
rum, ſi his in locis præmittatur infamia.

Ad alterū vero argumentum Reſponde
non poſſe iudicem in particulari inquirere
ea, de quibus poteſt iudicare, atque adeo de o
cultis peccatoribus non poteſt in particular
quirere; Ceterum cum delictum ſit manife
quamuis delinquens occultus ſit, procedere
men poteſt in genere, vt ſic inquirendo de
hendat ea, de quibus poteſt poſtea iudicare
particulari, ſi ex inquiſitione generali, in no
tiam ipſius delinquentis deueniat.

Ad illud vero argumentum, quod Sotus p
tat eſſe firmiſſimū. ſ. quod ſi reus in hoc caſu
terrogaretur a iudice, teneretur ſeipsū prod
eo quod iuridice rogatus, rn̄dere debet ſec
dum veritatem, ſed in hoc caſu iudex iuridic
terrogat. Ergo reus tenetur veritatem dicere.

Reſpondeo in tali caſu non teneri *Reū* ſe pro
re &

& manifeſtare, ſed reſpōdere poteſt ſe neſci- quis fecerit, vereque rn̄det ad intentionem, uam iudex inquirēdo habere debet. Quamuis .iudex iuridice inquirat in Generali, non tñ abet ius rogandi reū, ſed ſolum rogandi alios, teſtes. Solum.n.inquirere poteſt a ſingulis, an iant aliquem alium feciſſe, nō autem an ipſi- et fecerint. Non.n.in quocunq. caſu, in quo enetur teſtis dicere veritatem, tenetur reus e- am illam dicere; Non.n.tenetur reus ad id, niſi ontra illum ſint teſtes aut ſemiplena probatio e ipſius infamia, vt infra dicemus.

Eadem ratione ſi inter alios roget iudex ſo- ium Rei in crimine, non tenetur ſocius Reum ocium prodere; quia in prodendo illum, conſe uenter ſaltem prodit ſeipſum.

Quod ſi adhuc quæras, An ſi vnus tm̄ ſciat uis crimen illud notorium commiſerit, & ille ogetur a iudice in generali inquirente, tenea- ur veritatem fateri? Reſpondent alqui teneri eritatem dicere, quia iudex iuridice procedit, tq. adeo quamuis ex ſolo ſuo teſtimonio non oſſit Reus condemnari, ex illo tamen teſtimo- io acquiret iudex ius torquendi Reum.

Mihi tamen non minus probabilis, & fortaſſis probabilior vr̄, & eſt, contraria opinio, nō te- neri in hoc caſu fateri veritatē; quia licet ex ſo- lo illo teſtimonio non poſſit Reus damnari, attñ ex illo ſolo torquebitur; vnde patietur graue detrimentū. Solū igitur iudex ius interrogandi hēt, ita vt alter veritatē fateri teneatur, qn̄ duo, aut tres nouerunt crimen, & tunc ſi aliquis co- rum interrogetur, cum ſciat alios noſſe crimen, veritatem confiteri tenetur, quia tūc iudex iuridice rogat, vnde reſpondere veritatē tenetur.

27 Quoad tertium procedēdi modum.ſ.per Accuſationem, ſupponendum eſt, in criminib. quę ſunt in damnū publicum, de quib. inf. agendum eſt, quiuis ea denunciare ſeu accuſare tenetur, quia eo ipſo quod ſint in damnū publicū, quiuis eſt pars læſa, & proclamat vt pars læſa, atq. adeo in iſtis denunciatio vim accuſationis habet, & via denunciationis, cum via accuſationis cōcidit; in delictis vero, quæ ſunt in damnum priuatorum, denunciator ſolum eſt denunciator, & non accuſator, cum in his nec teneatur accuſare, nec ipſe eſt pars lęſa, atq. adeo in his via denunciationis, cum via inquiſitionis cōicidit, vnde & debet eo modo quo ſup. dictum eſt iudex procedere, ſicut inquirens procedere tenetur.

Ceterum vt iudex via accuſationis iuridice ꝓcedat, ac interroget Reum, requiruntur, et ſufficiūt, vel ſemiplena probatio, vel indicia expreſſa, & manifeſta. Eſt autem ſemiplena probatio, teſtis omni exceptione maior, qualis eſt oculatus, aut alias fide dignus, hic tamen teſtis ſi ſit particeps criminis, ſemiplenam probationē nō facit. Indicia manifeſta ſunt, quæ & factum indicāt, & perſonam, & hoc ita manifeſte, vt reus nihil contra probabiliter obiicere poſſit. Vt igitur iudex via accuſationis, vel denunciationis habentis vim accuſationis iuridice procedat, & interroget Reum, requiruntur vt dixi pręfata indicia, vel ſemiplena probatio. Ratio eſt, quia plura requiruntur ad Reum condemnandum, quam ad interrogandum; ſed ad condemnandum ſufficit plena probatio ex duob. vel trib. teſtib. iuxta illud, in ore duorum, aut trium teſtiū ſtet omne verbum. Matt. Quando igitur eſt qui proclamat, & accuſat, ſufficient vel ſemiplena probatio vnius teſtis, vel expreſſa, & certa indicia, quæ moraliter & prudenter quando talia ſunt, non minus conuincunt quam vnus teſtis.

Debent autē hæc indicia eſſe manifeſta, quia raro ſufficit vnū indicium, niſi eſſet adeo ingens vt iudicio prudentis æquiualeret multis, quale eſt illud quod poſuimus pro exemplo, de exiſtēte gladio nudo, et aſperſo ſanguine iuxta cadauer; vnde communiter deſiderantur plura indicia, non tamen deſiderantur eadem, ſed aliquādo plura, aliquando pauciora pro ratione criminis, id quod prudentis iudicis arbitrio relinquitur, iuxta ea, quę ſup. diximus; & notāt Doc. in l. finali. ff. de quæſt. & Panor. in c. Cum in contemplatione, de reg. iur. Debent autem ita manifeſta eſſe, vt & delictum, & delinquentem oſtendant. Ideo.n. dicuntur indicia, quaſi dignè indicantia & crimen, & authorem ipſius.

Afferuntur, & ſoluuntur dubia quædam circa modos procedendi in iudicio.

Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *An ad inquirendum contra aliquem in particulari ſine præcedente infamia, adeo ſit intrinſece malum, vt nunquam liceat ſine accuſatore, aut infamia contra aliquē inquirere.*

2 *Quid de Gregorio Magno ſentiendum, qui occulto cuidam libelli authori contra ſecretarium ſuum præcepit, vt ſe proderet, alias excommunicationem incurſurus, cum nulla tamen præceſſerit infamia.*

3 *Caietani fundamentum, ſ. aliquem pro præterito excommunicari poſſe falſum eſt.*

4 *Verior illius loci ſententia c.* quidam maligni. *5. q. 1. de Greg. Mag.*

An ſicut ad inquiſitionem omnino ſpecialem prærequiritur infamia, vel clamoroſa inſinuatio, ita etiam ad eandem faciendam ſufficiant indicia?

6 *Verior ſententia quæ, & ſoluitur teſtimonium S. Thomæ pro contraria relatum.*

7 *An aliquib. ſaltem in caſibus procedere poſſit Iudex ſine accuſatore, & inquirere ſine præcedenti infamia?*

8 *An de iure diuino, & naturali ſit, vt inquiſitionem præcedat infamia, aut condemnationem præcedat accuſatio?*

9 *Quinam ſint Caſus illi, in quibus etiam ſpeciali inquiſitione procedi poteſt ſine accuſatore, vel infamia?*

10 *Iudicium duplex ordinarium, & extraordinarium, & quid ſit quodlibet eorum.*

In extraordinarijs iudicijs quinque vice veri accuſatoris funguntur. ibid.

11 *Varij caſus quibus in particulari docent authores procedi poſſe ſine accuſatore aut præuia infamia; immo etiam interrogatum teneri ad reſpondendum vſque ad numerum 19.*

12 *An quæ hoc in capite dicta ſunt, procedant etiam inter perſonas Religioſas?*

QVamuis ea, quæ de his trib. procedēdi modis expoſita ſunt, cōmuni calculo, & ſententia authorum cōprobentur, ſunt tamen quædam in contrarium dubia ſoluenda, ex quorũ ſolutione, quæ in præcedentibus dicta a nobis ſunt, clariora reddentur. Eſt igitur in ordine

1 DVBIVM Primum, an ad inquirendum contra aliquem in particulari ſine pręcedente infamia adeo ſit intrinſece malũ, vt nunq̃ liceat ſine accuſatore, aut infamia ita contra aliquē inquirere. Rō difficultatis eſt, quia homo in iudicando vicē, & perſonam Dei gerit; Ergo imitando Deum non peccat. Sed Deus aliqñ crimina occulta punit, nulla præcedēte infamia ꝑſonę aut delicti, vt patet Iudi. 7. vbi Acham ſorte miſſa ꝑ trib. inquiritur, & condemnatur de furto ſecreto pallij coccinei ablati de præda hoſtili. Et Nu. 5. lege permiſſum eſt, vt vir q de adulterio vxoris dubitaret, quod tñ nec certo ſciret, nec teſtib. cōprobare poſſet, eã ſacerdoti afferret, vt exinde p̄miſſis quibuſdã cęrimonis, vel crimē purgaret vel puniretur. Ergo ēt licitũ erit homini, nulla ꝑcedēte infamia de occulto crimine inqrere, cũ iuſtitia humana a diuina iuſtitia deriuet.

Reſpondeo primo, neutro modo licere. Nec. n. modo licitum eſt ſcrutinium per ſortes, vt docent S. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. Caie. ibidem. & Sotus lib. 5. de iuſt. q. 6. art. 3. concluſ. 5. & S. Auguſt. epiſt. 119. c. 20. & c. conſuluiſti. 2. q. 5. & c. ſortes, 26. q. 5. Neque lex illa de inueſtiganda muliere citra infamiam.

Secundo, diſpar eſt ratio inter Deum, & hominem; Deo n. crimina ēt occultiſſima ſunt manifeſta, ſicut homini illa, quæ ſunt notoria, vnde ſicut nunc homo pōt Notoria crimina punire, ita Deus occultiſſima, pręterquã quod Deus in ſuo iudicio vtitur conſcientia peccantis, quaſi accuſatore, ſcd̃m illud Roman. 2. *Inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentiũ* quod tamen homini non licet, iuxta ea quæ docet S. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. ad tertium, & ar. 3. ad primũ.

Tertio ſicut licet Principi diſpēſare in lege ſua, qualis eſt iſta de inquiſitione facienda, vt ſupra docuimus, ita a fortiori poterit Deus occulta peccata permittere inquiri abſq. infamia precedente. Vnde dici poteſt diſpenſaſſe Deum vt Acham occulre peccans, ſortibus inquireretur, et etiam adulterium mulieris iuſtis de cauſis. Cũ .n. populus Iudaicus duræ ſemper ceruicis extiterit, ſortibus illis a peccato grauiſſimo, quale erat furtum illud de execratis gentium ſpolijs, tanquam terroribus, & minis arcere & deterrere voluit, Et pari ratione, tum ad cohibendam mulierum libidinem, tum etiam ad vitanda homicida, quæ per zelotypiam accidere ſolebant, iuſte indulſit Deus maritis ſacrificium illud zelotypiæ, ad diſquirendam adulteram.

Quarto deniq. neq. licebat inquiſitionem illã facere, niſi eſſet infamia adulterij, aut indicia manifeſta. Neq. populus ille crimen occultum Acham prius inquirebat, quam Deus illud in gñe reuelaſſet, prout ex textu ipſo colligi pōt, dicitur. n. *Surge, cur iaces? peccauit Iſrael, præuaricatus eſt pactum meum.* Vnde Ioſue dixit ad Acham, *Da gloriam Dnmino Deo Iſrael, & confitere.* In gloriam namque Dei fuit vt crimen confiteretur, ne veritatem negando, Deum falſitatis, & mendacij arguere videretur, qui peccatum illud in genere prius reuelaſſet.

DVBIVM Secundum eſt, ex c. quidam mali-
2 gni. 5. q. 1. vbi Gregorius Magnus excommuni-
caſſe vr̃ quendam occultum factorem libelli fa-
moſi contra ſecretarium eiuſdem Pontificis, in
quo infamiæ notam eidem iuſſit, præcipiēs vt
is ſe proderet, alias excommunicationem incur-
ſurus, cum tamē nulla præceſſerit infamia per-
ſonæ. Ergo licitum erit iubere, vt Reus ſeſe pro-
dat, & conſequenter licitum erit inquirere con-
tra aliquem nulla præcedente infamia.

Huic argumento varij vario modo rñdere conati ſunt. Nam Gloſſa illius loci, reſpondet, forſan præceſſiſſe admonitionem ſecretã ante illã excōicationem. Verum hæc reſponſio difficultatem nō tollit, tum quia dubiè reſpondet; tum quia ſi monitio aliqua præceſſerat, illa nō erat ſecreta, cum ignorabatur perſona, ſed tantum generalis eſſe potuit, vnde cum nulla præceſſerat infamia, de aliquo in particulari, non tenebatur talis ſe prodere. Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2. in reſponſione ad ſecundam rationem, ad hoc capitulum reſpondens, duo breuiter docet.

Primũ eſt, Quod aliud eſt præcipere *abſolute*, vt quis ſe prodat, & hoc nec fecit S. Gre. nec facere potuit, quod ſi quis faceret, nō tenebitur alter obedire; aliud vero eſt præcipere diſiũctiuam, ſ. qd̃ quis probet quod propoſuit, aut pœniteat, aut excommunicetur, & hoc fecit Papa.

Secundum eſt, Quod ſicut fieri poteſt excōicatio pro crimine antequam fiat, vt v. g. Quicũque furtnm, vel incendium commiſerit, aut clericum percuſſerit, excōicatus ſit; ita, inquit, poſt factum excommunicari poteſt, qui tale crimen commiſerit. Vnde infert, quod Papa cum abſolute potuiſſet excommunicare illum peccatorē occultum, propter peccatum præteritũ, ex gratia tamen ſpeciali appoſuit conditionem, niſi ſe proderet probaturus crimina, quæ alteri obijciebat, adeo vt ſit in poteſtate rei excommunicationem euitare, ſi ſe prodere velit.

3 Addit tamen excōicationem hanc non ferri ſuper illam conditionalem, Niſi ſe reuelauerit, hoc eſt, non fertur excommunicatio ꝑꝑ inobedientiam futuram non reuelandi ſe, ſed fertur excōicatio ob peccatum pręteritum, quia. ſ. proximum infamauit, verũ quicquid ſit de veritate primi dicti, de quo nũc minime diſputatur, ſine dubio hoc dictum eius ſecundum, quod eſt fundamentum ipſius, poſſe. ſ. aliquem pro peccato pręterito excommunicari, falſum eſt, & contra communem Doctorum opinionem, vt late to. 1. Theſauri, lib. 1. c. 3. num. 25. oſtendimus.

Nullus. n. excommunicari poteſt ob peccatũ omnino præteritum, tum quia ad ferendam excōicationem prærequiritur admonitio, vt in c. Sacro, c. Per tuas. de ſent. excom. & in ca. conſtitutionem. eod. tit. in 6. habetur, circa præteritũ autem locum non habet admonitio, tum quia excommunicatio non fertur niſi exiſtēte rebellione, & inobedientia, qñ. ſ. quis prius ab eccleſia monitus,vt aliqd faciat,vel omittat eius p̄ce pro inobediẽs eſt, iuxta illud Matth. 18. *Si eccleſiam non audierit* &c. Dixi, neminem excõicari poſſe ob peccatum *omnino præteritum*,quia quando adhuc pẽdet in futurum, poteſt inquiri peccatum,vt euitetur peccatum,&damnũ futurũ, quod tantum probat primũ dictum Caietani.

Verior igitur illius loci ſenſus eſt, Papã non excõicaſſe eum pro peccato pręterito,neq. ſub illa cõditione niſi ſe proderet, ſed ei tantũ tria præcepit,ſcilicet,vt vel delicta in libello expoſita probaret,vel reſtitueret famam diffamato, vel vt abſtineret ab Euchariſtia,donec reſtitueret ei famam, ad quæ omnia tenebatur.

Etenim eo ipſo,qđ alterum diffamauit,tenetur aut obiecta crimina probare, aut famã alteri reſtituere,quã quidẽ reſtituere cũ nõ poſſet, niſi aut publice probaret,qđ dixerat, aut ſi probare non poſſet, in publico ſe retractaret, iuſte ſub excommunicatione hoc ei præcipere potuit, quod alias iure naturæ facere tenebatur. Tenetur enim alteri famam iniuſte ablatam reſtituere,etiamſi oporteat ſeipſum prodere.

Quãuis.n.reſtituenda nõ ſit fama cũ periculo vitæ cõiter,vt ſuo loco dictũ a nobis,& probatũ eſt,reſtituenda tñ eſt cum periculo famæ propriç,maxime ſi ꝑſona cuius fama læditur,dignior illo ſit,vt in caſu ꝓpoſito cõtigiſſe putat̃.

Deinde prohibet ne ad Euchariſtiã accedat anteq̃ famã reſtitueret, ad quod alioqui iure diuino tenebatur. Cum.n.erat in peccato mortali,non reſtituẽdo famã alteri iniuſte ablatã,exiſtens aũt in peccato mortali a perceptione Euchariſtiæ abſtinere tenet̃,recte ei Papa vtrũque ſub excommunicatione præcepit, ſcilicet, vt famam alteri reſtitueret, aut ſi reſtituere nollet,a ſacra cõmunione abſtineret; ita vt ſi huiuſmodi mandato non obediret, iam tum non ob peccatum præteritum, ſed ob præſentem inobedientiam excommunicationem incurreret.

Quod vero famam alteri reſtituẽdo ſeipſum proderet, & conſequenter pc̃m occultũ præteritũ manifeſtare cogeretur omnino per accidens eſt, ex eo quod faciendo ea, ad quæ alias iure naturali, & diuino tenebatur, ſecundario ſequitur manifeſtatio ſui.

Quam ſolutionẽ video placuiſſe Soto lib. 5.de iuſtitia,& iure.q.6.ar. 2.verſ. *Illud tamen argumentum*,& in 4.diſtin. 22.q.1.art.2.concl. 4.& in relect.de tegendo ſecreto.memb.2.q. 6. ad ſcđm Petro Nauarro lib.2.de reſti.c.4.nu.164.Mich. Salono.2.2.q.69.ar.2. cõtrouerſ. 7. ad tertium. Gregorio de Valen.to.3.diſput.5.q.13.punct.2. Henriquez lib.13.c.17.§.3.Hugolino de cenſuris eccleſ.Tabula.1.cap.9.§.5. nu.5. Ludouico de Beia Paleſtrelo in Reſpõſ.caſuũ conſc. part. 2.caſu 2.in fine,& alijs. Hinc Sotus in dict. q.6. mẽb. 2. notat, qđ ſi talis diffamator per aliquã tertiã perſonã,aut aliqua alia via diffamati famã reſtituere potuiſſet,ex vi ipſius excõicationis,nec tenebatur ad ſe manifeſtãdũ, nec abſtinere ab Euchariſtia,cũ finis excõicationis illiꝰ, eo tm̃ tẽdebat,vt ſatisfaceret diffamato, cui ſi ſatisfeciſſet,quocunq; mõ id feciſſet,ẽtſi nõ ſe proderet,excommunicationem nõ incurreret

5 DVBIVM Tertiũ eſt, An ſicut ad inquiſitionem oĩno ſpecialem prẹrequiritur infamia,vel clamoroſa inſinuatio, ita ẽt ad eandẽ faciendã ſufficiant indicia? Alciatus in capit. 1.de officio ordinarij.Caietanus.2.2.q.69. artic. 2.& Sotus lib. 5.de de iuſtitia.q.6.art.2.concluſ.5. & in relect.de tegendo ſecreto.memb.2.q.6. poſt concluſionem. 1.in dubio 1.ante finẽ. verſ. *Quando vero proceditur*.& dub.3.in fine.& dub. 4. & Pet. Nauar.lib.2.de reſtitut.c.4.par.2.dub.4. n. 168. docent ſufficere indicia delicti ad procedendũ contra delinquentem via inquiſitionis, atque adeo indicia eandem habere vim ad inquirendum,quam habet infamia.

In quam ſententiam ducuntur Caiet. & Sotus,eo quod S.Tho.2.2.q.69.art.2.in corpo.docet, adhoc, vt iudex iuſte interrogare poſſit Reum,ſufficere vnum è tribus, vel infamiam, vel indicia,vel ſemiplenam probationem.

Deinde Innocentius IV. Panormit. Anto. de Butrio,& alij in c.cum oporteat, de accuſat.docent indicia, propter quæ populus vehemẽter ſuſpicatur aliquem deliquiſſe, ſufficere ad ſpecialiter inquirendum contra illum, immo toto populo ex grauibus indicijs ita ſuſpicante, prudentum arbitrio iudex muneri ſuo deeſſe iudicaretur,qui tunc non inquireret.

6 *Mihi* tamen verior vr̃ ſententia Nauarri in Cõment.ſuper c.inter verba 11.q.3.concluſ. 6.corollario 48.nu.580.& in Manuali,c.18. nu. 38. Cordubæ in Summa,q.64.punct.1.Mich.Salonis 2.2. q.69. art.2. controuerſia 6. & Gregorii de Valentia.to.3.diſp.5.q.14.puncto 1 conclu. 1.Nota.4.aſſerentium non ſufficere indicia ad inquirendum.Quç opinio colligitur euidenter ex cap.*Inquiſitionis*.§.*Tertiæ dubitationis*.de accuſa. vbi Innocentius Papa III. expreſſe ſtatuit non poſſe iudicem inquirere contra aliquem non infamatum,ẽt ſi duo, vel tres teſtes iurati omni exceptione maiores aſſerãt ſe vidiſſe hoĩem illũ delictũ illud cõmiſiſſe.Immo Caiet.2.2. q.69. ar.2.& Sotus in relect.de tegẽdo ſecreto. mẽb. 2.q.6.concl.1. in prin. fatentur nõ poſſe iudicẽ procedere via inquiſitionis, ẽtſi adeſſent duo, vel plures teſtes delicti de viſu.Si ergo dicta duorũ teſtiũ,vel pluriũ non ſufficiãt ad inquirendũ ſine ipſa infamia,cõſequẽter *indicia*, quç multo minus ſunt,quam teſtes, aut in particulari.

Conſequentia patet,qa infamia gerit vicem accuſatoris:indicia vero ad ꝓbationẽ, ſicut & teſtes,pertinent:ſumuntur. n. indicia ad probãdum delictũ, ſicut & teſtes, vnde ſicut ex dicto teſtium, tanq̃ ex ſemiplena probatione,ſi reus neget delictum,datur aliq̃n tortura,aliquando vero ẽt condemnatur reus,vt docent Barto. & alij in l.fi.ff.de quæſtionibus, ita etiam ex indicijs torquetur aliq̃n reus,immo nonnunquam ita ſunt vehementia, & irrefragabilia, vt ex illis aliqui iudices ferant ſn̄iam, & condemnẽt.

Confirmatur hæc noſtra opinio ex c.Inquiſitionis.de accuſ. vbi expreſſe dicitur, Inquiſitionem fieri non debere niſi ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerint.& in cap. Qualiter,& quando 2. de accuſat. aperte requiritur infamia ad inquiſitionem ſpecialem.

Quoad teſtimoniũ vero S.Tho. Notandum eſt S. Thomam eo in loco in vniuerſum agere, & inquirere, qñ nam reus teneatur reſpondere, & docet teneri ſolum reſpondere, quando iudex iuſte, & ſecũdm ordinem iuris requirit, puta *cum præceſſit infamia ſuper aliquo crimine, vel aliqua expreſſa indicia apparuerint; vel etiam cum præceſſit probatio ſemiplena*. Non aũt diſtinguit in particulari S. Thomas de vijs iſtis, quibus iudices procedũt. Cum igitur iudex procedere poterit ad interrogandũ reũ, vel *via accuſationis*, vel *via inquiſitionis*, & ad viam accuſationis ſufficiãt, vel *indicia*, vel *probatio ſemiplena*, ad inquiſitionẽ vero ſpecialẽ ſufficit *infamia*, ſeu clamoroſa inſinuatio, recte & docte S. Th. in vniuerſum docet aliquod ex his trib. ſufficere, vt iudex reũ interrogare poſſit, & reus reſpondere teneatur, non tñ expoſuit quænam ex iſtis ad accuſationem, quęnam vero ad inquiſitionẽ in particulari ſufficiãt. Alia igitur ad interrogandum reum requiruntur, cum via accuſationis proceditur, alia ad inquirendum requiruntur, hoc enim duo inter ſe maxime differunt, vt conſtat.

Ad dictum vero Innocentij, & aliorũ, Reſpõdetur, iudicem in eo caſu procedere debere ad inquirendum ſpecialiter, non ꝑꝑ indicia, quæ (vt dicimus) locũ teſtium habent, ſed ꝑꝑ vehementem illam, & communem populi ſuſpicionem, ex huiuſmodi grauibus indicijs extortam, talis.n. ſuſpicio habet ſe tunc velut clamoroſa inſinuatio, ſi publice per ora hominũ feratur.

In qua tñ re deſideratur prudentia iudicis, vt attendat qualis, & quanta ſit illa ſuſpicio, & q̃ publica, de quo delicto, & de qua ꝑſona, ita vt circũſtantijs oĩbus cõſideratis moraliter loquẽdo ex illis ſequatur infamia, magna namq; ſuſpicio apud populum locum habet infamiæ.

7 DVBIVM quartũ eſt, An aliquib. ſaltem in caſibus procedere poſſit iudex ſine accuſatore, & inquirere ſine præcedenti infamia?

Ratio difficultatis eſt, q̃a ius naturale dictat, quod occulta crimina non manifeſtentur, & conſequenter non puniantur: Etenim ratio naturalis dictare videtur, vt nemo in iudicium ſine accuſatore deducatur, aut contra aliquem abſque infamia inquiratur.

Immo aliqui volunt eſſe, & de iure naturæ, & iure diuino, eo quod Innocentius Papa III. in cap. Qualiter & quando. 2. de accuſat. ex ſacris literis probat, infamiam præcedere debere inquiſitionem. Cuius ſententiæ videtur eſſe Petrus de Arrago. 2.2.q.69.ar.2.

8 In hoc dubio duo explicãda ſunt, vnum eſt, an de iure diuino, & naturali ſit, vt inquiſitionem præcedat infamia, aut condemnationem præcedat accuſatio?

Cui breuiter reſpondetur cũ Soto in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 6. poſt concluſionem primam. dub. 1. Nau. in cõment. ſuper c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. Corol. 50. n. 587. Michael Sal. 2.2. q. 69. art. 2. controuerſ. 7. non lõge ab initio. & Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 11. punct. 3. & q. 13. puncto 2. hoc non eſſe de iure naturæ, vel diuino, ſed tñ de iure humano, qđ tñ ius humanũ conforme eſt iuri, & rationi naturali, vnde nihil mirum ſi Papa, qui tale ius ſtituit, vt nullus inquiratur, niſi is, de cuius c mine præceſſerit infamia, inſtituit etiam, ſaltem inſtituere poſſit in nonnullis caſibus quiri poſſe, ea non præcedente.

Poteſt.n. Papa in eccleſia Dei, & ſuprem Princeps in foro ſuo ſeculari pro magna, & r tionabili cauſa in tali lege diſpenſare.

Nec valet ratio in cõtrariũ, ſiquidẽ teſtim nia ab Innocẽtio Papa citata ſolũ explicant ctũ diuinum fuiſſe conforme ad rationẽ na ralem, vnde Deus ipſe aliq̃n formam illam tauit, vt dubio primo annotauimus: Sic.n. So vbi ſupra reſpondet argumento; verius aut ſponderi põt, in oĩbus illis locis agi de inqu tione ſpeciali, & præceſſiſſe infamiam tam licti, quam delinquentis, vt ſupra oſtendim

9 *Alterum* eſt, quinam ſint caſus illi, quibus tiam ſpeciali inquiſitione procedi poſſit ſi accuſatore, vel infamia.

De qua re legendi ſunt gl. in c. 1. vt eccleſ. neficia. S. Ant. p. 3. ti. 9. c. 7. Sylue. verb. inqſitio 1. q. 2. Sot. in relect. de tegendo ſecreto mẽb. q. 6. concl. 6. Mart. Nauar. in commen. ſuper inter verb. 11. q. 3 concl. 6. corollar. 63. & in commen. in rub. de iudicijs, a n. 77 Mich. Sal. 2.2. q. 67. art. 3. & q. 69. ar. 2. controuerſ. ante mediũ. Pet. de Arrag. 2.2. q. 67. ar. 3. & alij.

Anteq̃ vero caſus in particulari afferamus, ſupponendũ eſt *primo*, quod in delictis, quę ſunt in dãnum publicum, inquirere dẽt iudex, ẽtſi author ſit occultus & nulla laboret infamia, ſiue dãnum illud ſit cõmiſſum, ſiue in fieri, & interrogatũ teneri reſpondere, q̃a in his ipſa Reſpublica eſt accuſator, & pars læſa, & tacẽs clamare cẽſet. Vñ cũ in hmõi delictis vnuſq́q; accuſare tenet̃ ex iuſtitia legali, vel ſaltẽ denũciare, ẽtſi nulla fieret inqſitio cõſequẽter facta tali inqſitione, interrogatus ad r̃ndendum tenetur.

Similiter qñ delicta ſunt in damnum particulare, quod adhuc eſt in fieri, dẽt iudex inquirere, & q nouit interrogatus r̃ndere, cum potior ſit rõ patientis iniuria, quam inferentis. Tenetur.n. iudex ex iuſtitia impedire damna quãtũ põt, & quiuis priuatus ex charitate, adeo vt ẽtſi nulla fieret inquiſitio, deberet ea denunciare, quando aliter illa prohibere non poſſet, vt late probat Innocen. IV. in c. 1. de poſtul. præb.

10 *Secundo* ſupponendum eſt, Quod cum iudiciũ ſit duplex, *ordinarium* ſcilicet, & *Extraordinarium*, *ordinariũ* eſt illud, in quo eſt verus, & *formalis accuſator*, qui apud iudicẽ actu aliũ accuſat, vnde talis accuſator dici ſolet Actor, eiuſq; accuſatio appellatur actio. *Extraordinariũ* aũt eſt illud, in quo non h̃r verus accuſator, ſed *fictus*, ex Nauar. in cõm. in rub. de iudicijs. n. 17. & nu. 18. vt ergo iudex via accuſationis procedat, req̃ritur accuſator formalis, q̃a nõ põt hac via procedere, niſi ſit q actu aliũ accuſet; vt autẽ via inqſitionis ꝑcedat, ſufficit accuſator virtualis, ſeu fictus. Vñ Inn. in c. cum oporteat. de accuſ. & Nauar. loco ꝓximè citato. n. 18. docẽt iudicium inqſitionis eſſe ſimpliciter, & abſolutè extraordinariũ. Sunt aũt quinq; quæ in iudicijs extraordinarijs vice veri accuſatoris funguntur.

Primum eſt infamia publica, ſeu clamoroſa ſinuatio, & indicia manifeſta, quæ ſcilicet & ctum indicant, & perſonam ita manifeſtè, vt us nihil contra obiicere poſſit, vnde ex infa ia, aut talibus indicijs procedere poteſt iudex inquirendum de delicto, & delinquente.

Secundum eſt Notorietas, & euidētia facti, uando ſcilicet, & factum, & perſona ita ſunt otoria, vt nullo modo celari poſſint.

Tertium eſt, ſi iudex illud videat in ſua pręſen a, & aliorũ. Dico, & aliorum, quia ſi ipſe ſolus dit, crimen eſt oı̄no occultum, nec cōtra illud rocedere pōt, cum ipſe non poſſit ſimul eſſe ac ſator, & teſtis, quib. deficientibus non pōt iu ex procedere contra aliquē. Sin vero in ſua, & liorum præſentia cōmittatur delictum, præſen a illius iudicis vicē hēt accuſatoris, maxime ſi unc ſedeat ꝑ tribunali, vñ Caiet. 2.2.q.67.art.3. efert Beatũ Ludouicum Regem Franciæ pręepiſſe linguā cuiuſdā cauterizati, qui in ipſius, & aliorum multorũ conſpectu Blaſphemauit.

Quartũ eſt, Rebellio manifeſta contra Pręla um, & eccleſiam poſt denũciatum crimē. Si.n. obedire recuſet admonitioni, & ꝑcepto eccleſię pōt contra eum Prælatus via iuridica procedere, inobedientia, & rebellione illa vim accuſatoris. Habente. Quod tñ intelligendũ eſt, vt recte notat Pet. de Arragon. 2.2.q.67.art.3. ante finē, qñ delictũ probari poteſt teſtibus. Si enim peccatum teſtib. probari nequeat, & frater admonitus a pręlato, vel negat crimen, vel non emendatur, non poteſt tunc prælatus vlterius procedere, nec illum punire, quoadusq. exiſtat aliqd, quod faciat crimen manifeſtum, aut ſint teſtes ad conuincendum delictum.

Ratio eſt, quia Prælatus tunc procedere non pōt, niſi vt iudex; Proceſſus autem iudicialis nō habet locum, niſi quando exiſtunt indicia manifeſta, vel infamia, vel ſemiplena probatio.

Quintum eſt, Denũciatio iuridica; quæ fit ob bonum cōe, tenditq. ad punitionem delinquentis pernicioſi, qualis eſt, quæ fit Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, quæ ēt vicem accuſatoris hēt, hoc ſolo ab accuſatione differens, quod accuſator crimen obiectũ probare tenetur, denũciator vero probare nō tenetur, alias nullus denũciare auderet, ſed ſolũ intendit crimen iudici denunciare, vt oı̄ meliori mō occurratur damno boni cōis, quæ oı̄a colliguntur ex S. Th. 2.2. q.67.art.3. ad ſecundum, Caiet. Sal. Pet. de Arrago. ibid. & Sot. lib.5. de iuſt. q.4.art.3. in fi. His ita præſuppoſitis afferemus caſus, quib. in particulari docent authores procedi poſſe ſine accuſatore, aut præuia infamia, immo etiā, & interrogatum teneri ad reſpondendum.

Primus caſus eſt, In crimine *hæreſis & Apoſtaſiæ*, vt ſi libelli continentes hæreſes publice ſeminarentur, ētſi author illorum eſſet oı̄no occultus, poſſet inquiri ſpecialiter contra aliquē non pręcedente infamia, & ſine accuſatore vero, aut ficto. Sic Nau. in cōmen. ſuper ca. inter verba. 11. q.3. concluſ.6. coroll.63. num.683. & nu.693. & in commen. in rub. de iudiciis. n.92. & colligitur ex c. excommunicamus. §. adiicimus, de hæret. & in cap. fin. eodem tit. lib.6. l. Apoſtatarum. C. de Apoſtat. & leg. Nullus. C. ad legem Iul. Maieſt. & Michael Salon 2.2. quæſt. 69. artic. 2. controuerſia 7.

Quod tamen intelligendum eſt, dummodo pręcedat aliqua ſuſpicio. ex Nau. vbi ſupra, alias non vt colligunt Io. And. Dom. & Philippus ex c. vt officium inquiſitionis. de hæret. in 6. in princip. & Aret. in c. Qualiter, & quando. 2. num.66. de accuſat.

Monet autē Nauarrus, vt niſi adſit grauis ſuſpicio, & timeatur de fuga rei, qđ nemo vinctus capiatur pro hæreſi, ob magnũ famæ detrimentũ, qđ inde ſaltem de facto naſcitur, quod ēt Sā ctæ Inquiſitionis officiũ ſeruare ait. Ratio autē quare in crimine hæreſis poſſit contra aliquem ſpecialiter inquiri ſine accuſatore, & infamia, eſt, quia damna, & mala futura impediri debēt omni modo poſſibili, ſolet autem hæreſis alios plurimum inficere, ſerpit enim vt cancer, quippe quæ peſtifera eſt, vt habetur in c. vt inquiſitionis, de hæret. in 6. & experientia conſtat.

12 *Secundus caſus eſt*, Criminis *læſæ Maieſtatis*, vt conſpiratio in Principē traditio ciuitatis, falſificatio monetæ, &c. Sic expreſſe habetur in Extrau. Frederici Imperatoris, q̄ incipit, *Ad reprimendum, de hæreticis*. quę hr̄ in iure ciuili in fine voluminis, & ibi Bar. in verb. *inquiſitionis*. Sot. in relect. de tegendo ſecreto. memb.2. q.6. concl.3. verſ. Sextus caſus. Mich. Salon. 2.2.q.69.ar.2. cō trouerſia 7. Nau. in commen. ſuper c. inter verba. 11.q.3. corollario 63. numer.686. & in commen. in rub. de iudicijs. nu.94. & Gregor. de Valent. to.3. diſp.5.q.14. puncto 1.

Quo tamen in loco recte notat Nau. nō ſufficere ſuſpicionem reſultantem ex eo ſolo, qđ ſit factionis ſuſpectæ, vel de genere ſuſpectorum. Addit ēt, quod licet ante dictam conſtitutionē Frederici Imperatoris inquiri poterat, ſpecialiter de crimine læſæ Maieſtat. humanæ, occulto nōdũ ꝑpetrato, vel de cuius ēt iteratione, & cō tinuatione iure timeri potuit, eo qđ licitum fuit ſemper obuiare damnis futuris: non tamē de iā perpetrato, & oı̄no ſopito, ita quod nullus timor erat reiterationis, vel renouationis, dũmodo nulla eſſet notorietas, nec infamia, nec ſuſpicio alicuius in particulari, eſto qđ aliqs particularis, vel aliq particulares ſcirēt, vel ſuſpirarent de tali crimine, & nũciarēt iudici, arg. c. Inquiſitionis. de accuſat. poſt hanc tñ conſtitutionem vtrumq. licebit. Ex quo infert poſſe Sũmũ Pontificem in tota eccleſia, & Imperatorem, & ſupremos Principes in ſuis dominiis legem nouā ſtatuere, vt in aliquo caſu nouo inquiratur ſpecialiter ad puniendũ certum delictum, contra aliquem, ſine infamia, vel alio ei æquipollenti, dummodo tamen adſit iuſta cauſa ſtatuendi talem legem, quo etiā in caſu licebit ſubditis, immo tenentur legem ſeruare, & detegere peccata illa quæ ſciunt. Quib. conſentiunt Inno. in c. cum oporteat. de accuſat. Bal. in l. Nullus. C. ad leg. Iuliam Maieſt. Alciat. in c.1. de offic. ordin. quos refert Nauarrus vbi ſupra.

Immo etiam ex cō miſſione eius poterit inquiri ſpecialiter ex iuſta cauſa contra aliquē, etiam ſi non ꝑcedat infamia, dũmodo (vt notat gloſſa in cap. ſecundo, in verb. fuerat. de accuſa. in 6.) motu proprio, & non ad petitionem, & inſtantiam partis id fieri mandet: ſi enim ad petitionẽ alterius id commiſerit, prius inquirere debet inquiſitor de infamia.

Hinc infert a paritate rõnis Sotus vbi ſupra, quod quotieſcũq. facinus graue admiſſum eſſet aduerſus Epiſcopum, aut aliam perſonã huius ordinis, aut quomodocunq. crimen eſſet atrociſſimum, abſq. infamia inquiri poſſet quicunque ſuſpectus eſſet de tali crimine.

Ratio eſt, quia non eſt adeo de iure naturę p̃requiſita infamia ad inquiſitionẽ ſpecialem, quin ob iuſtam & rationabilem cauſam in hoc diſpenſari poſſit, immo cum de iure humano id ſtatutum eſſe oſtendimus, a fortiori poterunt Papa, & Principes ſeculares non recognoſcentes ſuperiorem in temporalib. inducere nouos caſus, in quibus iuſta ex cauſa inquiri poſſit ſine accuſatore, aut infamia præcedente.

13 *Tertius caſus eſt*, in quo agitur ad impediẽda, & euitãda mala futura, præſertim animarũ, & tollendã occaſionem illorum: tunc. n. ſine vllo accuſatore, aut præuia infamia inquiri põt ſpecialiter contra aliquem. Sic Nauar. in commen. in rub. de iudic. nu. 92. & in ca. inter verba. 11. q. 3. concluſ. 6. coroll. 63. num. 663. vbi ait, omnes caſus qui numerari ſolent ab authoribus, tanquã excepti ab hac regula, *vt nemo ſine accuſatore damnetur*. ad hunc tertium reduci poſſe. Conſentit etiam Innocen. IIII. in c. primo, de poſtula. p̄lat. Pro quo facit, quod clericus capi poteſt a laico ad obuiãdum delicto futuro, ex eodem Nauarro poſt Panorm. communiter receptum in cap. At ſi clerici. de iudic. & in cap. 3. & in cap. vt famæ. de ſent. excom.

Ratio eſt, quia cauſa præcipua cur nõ ꝑmittitur punire, aut inquirere ſine accuſatore, aut infamia, eſt, ne lædatur fama proximi, quæ ratio ceſſat, quando eius amiſſio neceſſaria ęſt ad iacturam animæ impediendam.

Cum enim in hoc caſu duę leges naturales cõcurrãt, vna de nõ infamãdo, altera de ſaluãda aĩa fratris, quarũ hęc fortior eſt illa de nõ detegẽdo occulto; (fotrior nãque eſt lex de ſeruãda alicuius ſpirituali, vel tp̄ali, vita, quã lex de ſeruanda fama proximi) conſequenter concurrentib. in hoc caſu duab. iſtis naturæ legib. ſtandum eſt illi, quæ fortior eſt, arctiuſq. obligat.

14 *Quartus caſus eſt*, qñ in iuquiſitione non intenditur condemnatio, aut pęna inquiſiti, ſed euitatio erroris, aut dãni, vt cum inquiritur meritum alicuius, priuſquã aſſumitur ad officiũ, vel dignitatẽ: hanc. n. tenẽtur Prælati facere ex officio, ne eligatur, aut confirmetur indignus. Vt in c. cum in multis, & c. cũ dilectus. de elec. vel cum inquiritur impedimentũ Matrimonii, ne quis in gradu prohibito contrahat. c. fi. de clandeſt. deſponſat. Hunc caſum ponunt Panor. in cap. primo, de offic. ordin. Sotus in relect. de tegendo ſecreto. memb. ſecundo, q. 6. concluſ. 3. verſ. Primus caſus, & Michael Salon 2. 2. q. 69. art. 2. controuerſia 7.

Ceterum Nauarrus in commen. in Rubr. de iudiciis, nu. 85. & in cap. inter verba. 11. quæſtio. 3. concl. 6. corollario. 63. nu. 653. recte docet, hu caſum ſine cauſa excipi ab illa regula, qñq dem Regula hæc, *Vt nemo ſine accuſatore damnet* ſolum habet locum, qñ iudex procedit ad p nam ipſius Rei, & ſecundum iuris ordinem, initio ſuperioris capitis annotauimus: in hoc a tem caſu non agitur de damnatione electi, ne de eo caſtigando, ſed ſolum de nõ dando ei, q non debetur, vel non auferẽdo, quod debetur aut ne matrimonio coniungantur, qui aliq iuſto impedimento prohibentur.

15 *Quintus caſus eſt*, Quando quis publice cõfeſſus eſt crimen ſuum, extra tamen ordinem iuris vt determinauit Bonifacius Papa VIII. in c. primo, de accuſ. in 6. aſſerens poſſe iudicem procedere contra confeſſum proprium crimẽ. Atq te neq. hic caſus excipi dẽt a prædicta regul quia vt recte notant Sotus in relec. de tegẽdo creto. membro ſecundo q. 6. concluſ. tertia, Nauar. in commen. Rubr. de iudiciis. num. 86. & i cap. inter verba. 11. q. 3. concluſ. 6. coroll. 63. nu 671. Michael Salon 2. 2. q. 69. art. 2. controuerſia ſeptima, in hoc caſu procedit iudex ad inquirendum præcedente infamia, quia qđ ipſe re corã multis confeſſus eſt, eo ipſo eſt multis notorium, & manifeſtũ, arg. c. fi. de temporib. ordi. c veſtra. & c. fi. de cohab. cleric. ac mulier. quib. in locis habetur confeſſionem factam coram iudice competente, facere rem notoriam de *iure*.

Limitant aũt præfati authorę s hunc caſum, ita vt ſolum procedat qñ confeſſus ſit crimen corã multis in publico, & quamuis Sotus vbi ſupra putet non ſufficere confeſſionẽ iudicialẽ factã ante duos, vel tres, ſed vult neceſſarium eſſe, vt confeſſus ſit illud corã pluribus, Nauarrus tamen & magis cõformiter ad dictũ Bonifacij Papæ VIII. in c. 1. de accuſ. in 6. & gloſſa ibidem, & Doctores communiter id ſufficere ſentiũt. Sufficit enim vt ſit iudicialis coram duobus, aut tribus, licet aliqua forma accidẽtalis ei deſit, mo nihil eſſentiale omittatur, vt ſatis probant decretum Bonifacii, gloſſa & alii ibidem,

Non tamẽ ſufficit cõfeſſio extraiudicialis coram duobus, aut tribus ad inquirẽdum, neq; ſi confiteatur coram prælato ſpõte, aut ex lapſu linguę, & inaduertẽter, aut ſi Prælatus aperiat literas ſubditi, in quibus ſubditus cõfiteretur a quod crimen: in his. n. caſibus nõ eſſet ius inquirendi iudicialiter: ſed tantum corrigendi fraternaliter, niſi forſan crimen eſſet contra bonum cõe. Deniq. ex Nauarro locis citatis limitatur iſte caſus, vt non procedat in eo, qui iudicialiter timore tormentorum confeſſus eſt, ſecundum Bartol. in l. pen. ff. de quæſtio. & clarius ſecundum Alex. Imolen. in additione ad Bartol. in l. Qui aliena: §. Celſus. ff. de acquirenda hęred. d modo ſic confeſſus reuocet confeſſionẽ ſuam tanquam timore factam, iuxta Anchar. in con 24. incip. viſa inquiſitione. Idemque dicendum eſt, quando confeſſio facta fuit ſine tormentis non tamen ſine iniuſto carcerę.

16 *Sextus caſus eſt*, Quando iudex procedit ex m ro officio, aut ad denunciationẽ officialis publici. Bartolus, cũ cõmuni in l. 2. §. ſi publico. ff. d adult. verum vt recte notãt Sotus in relect. de te

gendo

ndo ſecreto.memb.2.q.6.concl.3.& Nau.in
ter verba.11.q.3.concl.6.coroll. 63.n. 666.
n commēt.in rub.de iudicijs.n.85.publicus
cialis non hēt hoc priuilegium,vt ad eius de
iationē iudex inquirat,ſicut nec inqrere po
ad denunciationē ꝑſonæ priuatę. Denūcia
nim officialis nō dēt niſi crimē notoriū, &
oſitum,nec quouſq. de hoc fidē faciat denū
tor inquirere dēt iudex.Solū igitur tunc va-
denunciatio publici officialis,ſicut ēt & de-
ciatio perſonę priuatę pro accuſatione, qñ
men eſt notoriū, & famoſum; ſine infamia
o ſolum procedere poteſt, qñ crimen eſt in
niciē Reipublicę;Quod ſi crimen ſit priua-
& non ſit in præiudiciū tertij,illud non incū
officiali denunciare,& ſi denunciat, nō pōt
i inquiſitio abſq. præcedēte infamia,ſicut ſi
ūciatio fieret ab alia perſona priuata. Vnde
merito excipitur hic caſus a cōi illa regula,
a dicitur; *Nemo ſine accuſatore damnetur,* adeſt
m hic accuſator fictus, l. infamia, aut noto-
tas delicti, ſine quibus non poteſt inquiri.
Septimus caſus eſt, Quādo iudex principaliter
quirit vnū crimen, & inuenit incidēter aliud
men, tūc inquirere pōt de alio incidēter cō
ito,cuius alias nō erat diffamatus, & illud pu
re *in* eadem tela iudicij,vel ſaltē noua texta,
cundum ſententiam cōiter receptam, in d.§.
publico.& l.euitandi. C. de condictionib. ob
rpem cauſam.& l.pen.C.ſi aduerſ.lib.Quē ca
mponūt Sot.in relec.de tegēdo ſecreto.mēb.
q.6.concl.3.& Nau. in cōmen. in Rubric.de
icijs.n.86.& in c.inter verba.11.q.3. cōcl.6.
rollario 63.n.676.& n. 677. Aliter tamen &
ter hoc dictum limitant. Nā Sotus hoc ſolū
cum habere vult, qñ crimen incidenter re-
rtum,eſt indiciū, & circūſtantia alterius cri-
inis,aggrauās delictum, de quo principaliter
actatur,& nō aliter; vt v.g.cum quis inquiri-
r de cōcubinatu, de quo laborat infamia, &
dex incidenter cognouerit cōcubinā eſſe Mo
alē,aut conſanguineam, tunc inquirere pōt
illa circūſtantia,quia aggrauat cōcubinatū:
uero crimina ſint oīno diſparata, tunc, inqt
tus,incidens cognitio vnius criminis, nō dat
s inquirendi de crimine incidenter reperto;
ſi ille,qui inquiritur de cōcubinatu,inuenia-
r occultus de homicida,non pōt fieri inquiſi-
de homicidio abſq. præcedente infamia.
Hanc ēt Soti opinionem tanquam probabi-
rem ſequitur Mich.Salon 2.2.q.69.art. 2.cō
uerſia 7. Nauarrus autem ſecutus cōem Ca
niſtarum, & Iuriſperitorum docet,quod cri-
ē annexum incidenter repertum, ſiue ſit cir-
ſtantia aggrauās,ſiue alleuiās, ſiue neutrum
iat, caſtigari poteſt in eodem iudicio,non or
ndo,& texendo nouam telam iudicij.
Sin aūt ſit crimē a principali ſeparatum, tūc
idē in eodē iudicio puniri neqt, ſed opus eſt
uā telam iudicij exordiri, & illam ordiendo
nire pōt iudex,vt tam antiqui quā recentio-
docēt,in c.2.de cōfeſſis.& c.2. de ord.cogni.
in c.1.de excep.& in c.ꝑ inquiſitionē, de e-
t.iuncta gl.ſummaria c.2.de confeſſis.& Do
icus Bannes 2.2.quæſtio. 70.artic. 1.dub.1.

concluſ.4.vbi expreſſe contra Sotū docet, poſſe teſtem interogari de crimine illo ſic incidenter detecto, & teneri teſtem ad dicendā veritatem;Quæ Nauarri opinio mihi etiā magis placet; Addo tamen male excipi hunc caſum ab illa præfata regula communi, quia in hoc caſu interuenit infamia, & notorietas, quæ vicē accuſatoris ſupplent,vt ex prædictis conſtat.

Sicut enim quod principaliter probatur in iudicio habetur pro notorio, ita quod incidenter probatur, notorium eſt, & infamiam producit ſecundum ius,atq; adeo obmurmuraret populus contra iudicem, tanquam omittentem punire delicta, ſi crimina ſic iudicialiter cognita non inquireret,eaque caſtigaret.

18 *Octauus caſus eſt*, Quando iudex, aut prælatus in generali inquiſitione comperit aliquem deliquiſſe, tunc poteſt iudex ille ad inquiſitionē ſpecialem deſcendere.

Hunc caſum ponūt Bar.in d.lege 2.§. ſi publico.ff.de adult.& Nau.in comment. in Rubr. de iudicijs.n.87.& in c.inter verba.11.q.3.concl.6. corol.63.nu.678. id quod dixi ſupra in communi praxi,& in cōſuetudine obſeruari,q̄ praxim, & caſum ſine cauſa, & ratione negat Sotus in relect.de tegendo ſecreto.membro 2.q.6.concluſ.3 verſ.Quintus caſus. Si enim probatio incidenter facta,etiam ſecundum Sotum vbi ſupra,ſufficit ad inquirendum, a fortiori ſufficiet facta ex propoſito generaliter inquirentis, arg. c.2.de ord.cognit.ſub fine.

Ceterum vt idē Nauarrus recte docet fruſtra excipit hic caſus à regula illa ordinaria,ſiquidē illa,quę alioquin erant occulta, iā iudicialiter reperta,deſinūt eſſe occulta, & incipiūt eſſe notoria; iam.n.eā ſciunt iudex & Notarius, & aliæ perſonę in iudicio exiſtentes, vnde notoriū iuris locū accuſatoris ſupplet, atque adeo ſi ſic cognita iudex nō inqreret, & puniret, materiā delinquendi p̄beret eis,ad quos detectio, & impunitas illius perueniret, magnaq; exinde incommoda,& damna Reſpublica pateretur.

19 *Nonus caſus eſt*,Quando crimen cōmittitur in conſpectu iudicis, & aliorū circunſtantiū, ſeu quando crimen deprehenditur in diſcurſu proceſſus,vt eſt falſa,& calumnioſa accuſatio.c.1. de calumnia.falſum teſtimonium teſtis. l. Nullum,C.de teſtibus. aut ſi pars vtatur literis, vel inſtrumento falſis,l.iubemus. C. de probat.

Quē caſum ponunt Specul.de inquiſit.§.Qñ Bart.in Extraua.cit.Ad reprimēdum. in verbo, inquiſitio.S.Anton.p.3.tit.9.cap.7. Sotus in relect.de tegendo ſecreto.membr.2.quæſt 6.concluſ.3.verſ.Et poſtremo, poſt caſum Sextū Mich.Salon.2.2.quæſt.69.artic.ſecundo, controuerſ.7. verum & idem Nauar. in comment.in rubr.de iudiciis.num.88.& in c.inter verba.11. q.3.concluſ. 6. coroll. 63.num.680. Sine ratione firma excipitur hic caſus ab illa prædicta regula communi.

Quia ſicut proceſſus iuridicus eſt actus publicus,& cognitio,quæ habet ex illo publica eſt, ita ēt crimen, quod in ipſo proceſſu committitur, iure cēſetur publicum,& notoriū, ac proindę adeſt accuſator virtualis, iuxta [illegible] ante ex communi ſentētia Theologorū, & Canoniſtarum annotauimus. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quid de his, aliiſq; caſibus cenſendum ſit, in quibus multi ſine accuſatore aliquo, vel infamia præcedente inquiri poſſe ſpecialiter exiſtimarūt. De qua re plura legi poſsūt apud authores citatos. quæ quia vel falſa ſunt, vel parui momenti, conſulto prætermittimus.

20 DVBIVM Quintū eſt, An q̄ hactenus dicta ſunt procedant ēt inter perſonas Religioſas? Io. Andreas in ca. olim, de accuſat. & Alciat. in cap. primo, de offic. ordina. docent, apud clericos, & religioſos non opus eſſe tanta probatione, aut infamia ad inquirendum contra illos, quanta apud iudices ſeculares opus eſt, & aſſerunt pro ſe c. in ſingulis, de ſtatu Monach.

Communis tamen & vera opinio eſt dicentiū ſuperiores clericorū, & Religioſorū non poſſe contra eos procedere *in criminib. grauibus*, niſi eodem modo quo de alijs iudicibus dictum eſt, ſ. ſine aliquo accuſatore formali, aut virtuali, & ſine ordine iudiciali, q̃uis ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſicut decet religioſos. Sic expreſſe Sāctus Tho. 2.2. quæſt. 33. ar. 7. ad quartū & quintum. Caiet. ibid. Sotus in relect. de tegendo ſecreto, membro ſecundo, q. 6. in fin. Michael Salon 2.2. quæſt. 67. artic. 3. & Petrus de Arragon. ibidem. & idem Salon 2.2. q. 69. artic. 2. controuerſia 7. & Nauar. in commen. in Rubr. de iudicijs, nu. 91. & in ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 63. num. 689.

Ratio eſt, q͂a ius naturæ de celandis occultis, & fama proximi ſeruanda, non minus obligat erga clericos, & religioſos, q̄ erga alios, immo tanto magis, quāto eorum fama precioſior eſt, & infamia maius ſcandalum generare ſolet.

Dixi, *in criminibus grauibus*, in quib. proceditur ad punitionem, quia in *leuibus*, ſeruādę ſunt cōſtitutiones cuiuſq; religionis approbatę a Summo Pōtifice; Religioſi namq; in religionis ingreſſu, vel profeſſione vouētes viuere ſcd͂m Regulā, & conſtitutiones illius Religionis renunciant iuri ſuo, & conſentiūt, vt in leuiorib. iſtis iudicentur, & puniātur a ſuis ſuperioribus ſine accuſatore, atq; adeo in iſtis non requiritur tāta probatio, aut infamia, ſed relinquitur prudētiæ ſuperioris, vt ſine ſtrepitu, & tumultu iudiciali procedat, ſola rei veritate inſpecta.

De Tutela Iudieij, & alijs quibuſdam ad formam Iudicij neceſſarijs.

Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cauere debet a torquendis reis ſine legitimis, & ſufficientibus in id indicijs, alioquin grauiter peccat.*

2 *Quartum quod requiritur in iudicijs eſt quātitas pœnæ.*

Princeps ſupremus regulariter pęnam reo remittere non poteſt, ſi tamen expediens fuerit bono communi, accuſatore renuente remittere poteſt. ibid.

Inferior Iudex etiam remittente accuſatore pęnam legis iure vnquam relaxare poteſt, ſuperior autem vale[illegible] quando, ibid.

3 *In quibus nullus iudex ſiue inferior, ſiue ſuperior tuta conſcientia pęnam remittere poteſt.*

4 *In quibus periculoſum eſt pro reo apud Iudicem inte cedere.*

5 *An reus cui Iudex etiam ſupremus pęnā temporalem & pecuniariam ſoluendam fiſco aut parti leſæ ration damni illati remiſit, liber ac tutus in cōſcientia mane*

6 *Iudices ſeculares faciles eſſe in commutandis pœnis co poralibus in pecuniarias, maxime vero quando.*

7 *Iudices Eccleſiaſticos indiſcriminatim pro quolibet d licto pœnam pecuniariam imponere non æquum eſt.*

8 *Iudex debet celeriter cauſas expedire, alioquin parti ſæ damna reſtituere tenetur, cauſam, vel negando v differendo.*

1 TErtium quod paulo ante in capit. 9. a
formam, & ſubſtantiā Iudicij nec
riū eſſe diximus, eſt tutela iudicij; De
bet namq; iudex ordinē iudicij, &
ſa iura, obſeruare. c. forus de verb. ſignif. Na
in Man. c. 25. n. 14. In particulari autem caue
dēt iudex a torquēdis reis ſine legitimis, & ſu
ficientib. in id indicijs, alioq͂n grauiter pecca
vt late docet Nau. in cōmen. in Rub. de iudicijs
Notab. 13. n. 5. & ſeq. poſt Aret. in c. Qualite
& qn̄. 2. §. debet, de accuſ. Cardin. Alex. in c.
accuſa. col. 37. poſt medium. 3. q. 5. & Iul. Clar
in praxi crim. q. 45. & alios communiter, & co
ligit ex S. Tho. 2.2. q. 69. art. 2. & Caiet. ibid. Ne
que n. tortura dari poteſt Reo, niſi vbi reus ipſe
rn̄dere tenetur, & iudex ipſe interrogare poſ-
ſit: At vero neq. iudex interrogare reū, neq. iſte
rn̄dere tenetur niſi præuia probatione ad id ſu
ficiēte in acta publica valide, & rite deducta, &
proinde ſolū p̄cedente notorietate, vel ſaltē in-
famia legitima, aut indiciis ei æq͂pollentib. Si-
cut. n. iudex poteſtate publica vtitur, ita nō ſe-
cundū priuatā ſuā ſcientiam, ſed ſcd͂m publi
q̄ allegata, & probata inducūt, iudicare & p
cedere dēt, arg. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. p
in c. paſtoralis. §. Quia vero, de off. deleg. De
de vero ſicut inferenda non eſt tortura cōtr
non p̄cedentib. indiciis, aut ſemiplena proba
tione, ita nec iuramētū niſi præcedēte ſemiple
na probatione, aut p̄cedentib. indiciis, qu
valent ſcd͂m arbitrium pii, ac prudentis iud
cū iuramentum tortura quædā ſit. Quapro
ſicut non inferuntur tormenta corpori ad
tegendū veritatem, ſi quis ad id non eſt obli
tus; ita nec pręſtatur iuramentū, quod eſt to
ra quędam aīæ, niſi ei, qui veritatē dicere o
gatur, vt expreſſe docēt gl. & Bart. in l. Mari
ff. de q. & Nau. in c. inter verba, 11. q. 3. conc
corol. 65. n. 746. & colligit ex S. T. 2.2. q. 33. a
7. ad 5. Quocirca Iaſ. in l. 1. C. de ſacroſ. ecc
diſertis verbis affirmat, q̄d licet iudex merā
ſpicionē habeat, reū tn̄ tormentis exponere
queat, ſine legis modis, hoc eſt, nō præcedē
ad id ſufficientibus indiciis, prout ex poſuim

2 Quartū q̄d in forma iudicii requiritur,
quantitas, & qualitas pęnæ. Dēt. n. iudex ob
uare vt ꝑ mēſura delicti ſit plagarū mod⁹. D
ter. 25. Et q̄dē in delictis atrocib. ſeruare de
pęnā a lege impoſitā, & non indulgere, ne
quin occaſionē delinquēdi p̄beat; in lenio
aūt manſuetudinem, & miſericordiam po
quam

uam ſeueritatem,& rigorem nimium oſtende e debet,arg.l.reſpiciendum,ff.de pœn. quia vt r 26. q. 7. *melius eſt propter miſericordiam rationem eddere ,quam pp crudelitatem*. De hac re legi poſ- unt Caie.2.2.q.67.ar.4. Mich.Salo. Pet.de Ar- ag.et Dom.Ban.ibid. Alex.de Ales par.3.q.40. memb.6.ar.4.S.Ant.p.3.tit.9.c.2.§.5.Ang.verb. ęna.§.18.Syl.verb.Iudex.1.q.11.Caie.in Sum- ma.verb.iudex.Sot. lib.5.de iuſtit.q.4.ar.4.Na- ar.in Manu.c.25.nu.14.Gregor. de Valen.to. diſp.5.q.11.punct.4.Tolet.lib.5.inſtr.ſacer.c. 6.et alij,qui omnes cōiter docent, quod ſi pœ- a debita ſit ob cōe bonum, hoc eſt,ad conſer- ationem cōis pacis ciuium,nulla ratione pote it iudex inferior pœnam a lege ſtatutam iuſte elaxare,cum ad cum tm̄ ſpectet leges ſuperio- um exequi, nō autem in illis diſpenſarę.Supre mus autem Princeps cum habeat plenariā ptā- em.poteſt ex iuſta cauſa eam relaxare,ēt cōtra olūtatem accuſatoris.Quamuis.n. regulariter upremus Princeps pœnam reo remittere non debeat,parte læſa,perſiſtente in accuſatione,et oſtulante punitionē,quia hac ratione impedi- etur bonum cōe , cui tamen ipſe maxime pro- ſpicere tenetur,cederetq. hoc in magnam Rei- pub perturbationem , qn̄quidem exinde hoīes non ita a pc̄tō retardarentur,cum viderēt Prin- cipes negligentes in caſtigandis delictis, immo etiam & ipſi læſi videntes ſuos læſores non pu- niri ſcd̄m leges,curabunt ipſi priuatim iniurias ſuas vindicare; Si tn̄ pœnæ relaxatio expediēs ſit bono cōi,adhuc ipſo accuſatore renuente,pote it eam ſupremus iudex relaxare , vt v.g.ſi reus eſſet admodum neceſſarius Reipublicæ , poſſet tunc Princeps eū non damnare,aut non admit- tendo accuſationem,aut alio quouis modo,quā quam hoc quidem rariſſime faciendum eſt.

Ratio eſt,quia cū accuſatio,condemnatio,et mōi non niſi in bonum commune referri de- beant,quotieſcunq. hæc illi obſtiterint, iure, & merito ſunt poſtponenda;priuatū namq. com- modum ſp communi eſt poſtponendum.Neq. poterit tunc actor cēſeri rationabiliter inuitus , magis quam qui inuitus priuatur recte a Princi pe bonis ſuis pp bonum cōe.Immo et ſi caſus ta lis fuerit,vt in eo locum habere poſſit epicheia, non ſolum iudex ſupremus,verum etiā inferior pęnam relaxare poterit,non tamen ita facile ac iudex ſuperior . Qn̄ autem talis iuſta cauſa non adeſt,non licebit etiā ſuperiori inuito accuſato- re pęnam relaxare, tū pp iniuriam, quæ fit Rei- publicę in non ſeruandis iuſtis legib.ipſius,et in non puniendis delictis,tum etiam pp graue ſcā- dalum, & detrimentum , quod inde redundat.

Quando autem pęna debita eſt ſolum ob pri- uatum bonum,ex parte.ſ.accuſatoris,qui aliqn̄ habet ius,vt reus puniatur ratione iniuriæ illa- tæ,tunc quidem remittēte accuſatore, ſuperior iudex eam remittere poteſt, ſine detrimento tn̄ boni cōis;renuente vero accuſatore , eam rela- xare non valet,niſi quando contrarium in dam num boni cōis redundaret , Quia cum iudex cuſtos,& miniſter iuſtitiæ ſit,cōſequenter inter partes ius dicere , & vnicuiq. ius ſuum reddere teneatur,inferior vero iudex etiā remittente accuſatore pęnam legis vix vnquam relaxare valet,cum in lege ſuperioris non poſſit diſpēſare.

Et quæ hactenus diximus , intelligenda ſunt de pęna in lege ſtatuta, ſolent namq. multa leges circa pœnas inferendas delinquentib. iudicū prudentiæ,& arbitrio relinquere,ēt inferiorum,pro varietate locorum , tp̄um,& perſonarum,vt hr̄ l.quod ergo.ff.de his qui notantur infamia,§.pęna,& c.fi.de translat.& c. Etſi clerici,§.de adulterijs,de Iudicijs,c.de cauſis,de offi.deleg.In quib.poſſūt iudices, etſi inferiores reo clementiores eſſe. Vn̄ ſi delinquēs eſt nociuus vt ſicarius,aſſaſſinus,aggreſſor itinerū,& depredator,vel crimen eſt atrox,vt homicidiū per inſidias,furtum graue,nullus iudex,ſiue inferior, ſiue ſuperior tuta conſcientia pęnam in iſtis remittere poteſt, quia ētſi nulla pars læſa eſſet, q̄ clamaret,bonum tn̄ cōe,et Reſpublica,quę his maxime læſa eſt.non remittit,& alijs additur animus ad ſimilia perpetranda. Quocirca Deut. 13.de Idolatra dr̄, *Non parcat ei oculus tuus,vt miſerearis,& occultes eum.ſed ſtatim interficies* , & paulo poſt additur, *vt omnis Iſrael audiens timeat,& nequaquam vlera faciat quippiam huius rei ſimile.*

In alijs vero leuiorib. vt in homicidio caſuali,furto leui,& ſimilib.quando quis non eſt aſſuetus peccare in iſtis,poterit non ſolum ſupremus Princeps ex cauſa rationabili,vel ex ſua clementia condonare pœnam, ſed etiam iudex inferior,conſentiente ſaltem accuſatore pœnam legis mitigare , prout recta ratio dictat , & vſus & praxis iudicum vbique obſeruat.

Hinc Sotus lib.5.de iuſtit.q. 4.art.4.ad primū; Mich. Salon 2.2.q.67.art.4.conclu.2.in fine, & Gregor.de Valent.tom.3.diſput.5. q.11.punct. 4.in fine,inferunt, periculoſum quandoq. eſſe pro reis apud iudicem intercedere , in his quæ iudicis ſaltē arbitrio non relinquuntur,cū exinde nonnunq̄ illicita pęnæ relaxatio petatur; vnde docēt ſecurius eſſe primo remiſſionē iniuriæ a parte petere,qua obtenta,non ita frequenter ratio boni cōis ſola iudicem obligat,ad puniendum:aliter aūt obſecrare illum,eſſet poſtulare, vt iniquè iudicet,& bono communi noceat.De qua re legendus eſt S. Auguſtinus epiſt.158. vbi docet qua ratione ſoleret ipſe iudices,& pretores ,pro delinquentibus deprecari.

An vero iudex , qui contra leges remittit pecuniariam exhibendam a reo parti læſæ, aut fiſco ipſis renuentib.teneatur ad reſtitutionem illius pœnæ,a nobis in materia de reſtitutione in communi,in §.*Non obſtans* , copioſè explicatur, vbi etiam plura alia tetigimus.

Difficultas autem eſt,an reus , cui iudex etiam ſupremus pœnam tp̄alem, & pecuniariam ſoluendam fiſco,aut parti læſæ ratione damni dati remiſit,liber ac tutus in conſcientia maneat.Dixi,*pœnam temporalem , & pecuniariam*,quia certum eſt,quod ſiue iuſte, ſiue iniuſte remittat iudex pœnam corporalem capitis,membrorum, &c. liber manet in vtroque foro reus,cum hmōi pęnæ nullus in ſeipſum executor eſſe poſſit,aut debeat. Quoad pœnam igitur temporalē duo mihi tanquam certa dicenda videntur.

Primū eſt, ꝙ remiſſa pęna a principe,vel ex ſua clementia, vel *ex iuſta cauſa*, ſi conſenſerit etiam accuſator, aut etiam ab accuſatione ceſſauerit, reus in vtroq. foro tutus manet. Ratio eſt, quia tunc nulla pars læſa manet, cum libere iniuriā remiſerit. Quia vero pęna fiſco debita ad Regis patrimonium & diſpoſitionem ſpectat, eaque a iure humano, in quo Rex diſpenſare poteſt, impoſita ſit, conſequenter ea a Principe libere, & iuſte remiſſa, non fit vlla Regio fiſco iniuria.

Dixi, *ex cā iuſta*, quia ſi Rex ex informatione aliqua falſa illi facta, illā remitteret, non manebit liber reus, ſed pęnā illā fiſco ſoluere tenetur. Rō eſt, tum quia remiſſio hæc Principis cēſetur eſſe conditionalis, ſ. remitto tibi pęnā legis, ſi cā mihi propoſita ita ſe habeat; ſin minus, non remitto, tū qa remiſſio hæc, diſpenſatio quædam eſt, vn̄ ſi ſurreptitia ſit, falſamq. cām contineat, nullam vim hr̄e cenſetur, ſaltē in foro conſcię.

Secundum eſt, ſi Princeps parte læſa non remittente, ſed perſiſtente in accuſatione remittat, liber manet reus a pęna fiſco ſoluenda, non tn̄ a ſatisfactione facienda parti læſæ, rōne damni illati. Rō pro priori parte conſtat, eo quod pœna fiſco ſoluenda, ad Principem pertinet, qui de ea diſponere pro arbitrio ſuo pōt. Pars vero poſterior probatur, Quia ſatisfactio illa ex iuſtitia, et iure naturæ parti lęſę debetur, a quo debito nullus iudex reum abſque partis conſenſu liberare pōt; Vnde Reo non ſatisfaciente, ipſemet iudex tanquam cauſa damni, parti læſæ damnū reſtituere tenetur. argum. c. fi. de iniur. & damno dato, ipſaque ęquitas, et ratio naturalis confirmat.

6 Illud demum obſeruandū eſt ex Caie. in ſumma verbo, Iudicis peccata. Mich. Salon. et Petro de Arrag. 2.2. q. 67. ar. 4. nō debere iudices ſeculares faciles eſſe in commutandis pęnis corporalib. in pecuniarias, maxime qn̄, talis commutatio ſit occaſio permanēdi in delictis ſuis; Poſtulat. n. recta ratio, vt diuites delinquentes, cū plerumq. in diuitijs ſuis confidant, non pęna pecuniaria, ſed alia via puniantur, ne ſpe fortaſſis redimendi pęnam ſuam diuitijs, audacius, & liberius peccent. *Nullam. n. reus pertimeſcit culpam, quā redimere nummis exiſtimat. c. pauper.* 11. *q.* 3. Creſcit. n. multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur, & facile itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcētium gratia, vt ſcribit Arnobius lib. 7. adnerſus gentes, id quod in maximum Reipublicæ damnum vergere ſolet.

Ex quo Caie. et Pet. de Arrag. vbi ſup. & Cou. lib. 2. variar. reſol. c. 9. nu. 2. & Nauar. in Man. c. 23. nu. 14. inferunt, Quod ſi Princeps eum, qui iuſte ad mortem damnatus, vel pp homicidiū, vel pp latrocinium a morte liberat, eam pœnā in aliam, vel pecuniariam, vel exilij cōmutādo, (etiā parte læſa remittente) peccat mortaliter, reuſq. eſt omnium malorū, quæ ex eo, quod iniqui manerent impuniti ſcd̄m leges, ſequerētur.

7 *Quoad* iudices vero eccleſiaſticos, monent cōiter authores, primo non eſſe æquum, nec iuſtū, vt indiſcriminatim pro quolibet delicto, vel ſtatuto, & conſtitutione vel ſnīa iudicis pœna pecuniaria inferatur, hoc etenim occaſionem delinquendi maximā præberet, ex c. *pauper,* 11. *q.* 3. & in prælatorum eccleſiaſticorum infamiam redundaret. Multoq. minus ſcd̄o licitū eſt iudici pęnas pecuniarias indicere, vel exigere proi ſis criminib. tolerandis; perniciosum namq. e ſiue ex lege, ſiue ex ſtatuto, & ſnīa iudicis cenſ annuū accipiendū eſſe a cōcubinariis, & meretricib. quo ſoluto, ipſi criminoſi in criminib. pe ſeuerent, id quod vetitum eſt ca. *licet, de pœnis,* hac rōne prælati lucrum potius proprium, qu criminum correctionem deſiderare videantu

Quamuis. n. ſecundum ſe malum, & illici non ſit tales adulteros, aut concubinarios v. g puniri pecuniaria mulcta, illicitum tamē eſt eccleſiæ prælato talem puniendi modum facere aut ſtatuere ex lucri cupiditate, & non pro illi qui punitur, correctione, vt a crimine ceſſet, & coerceatur. Et licet nō ſemper peccet in eo Prelatus, quod concubinarium in crimine permanere ſinat, ſemper tamen peccat, ſi pro lucro, & priuato commodo peccata impunita eſſe permittat, lucrique gratia delinquentes corrige negligat, vt egregie tradunt Io. Driedo. de liber. Chriſtiana. c. 8. in fi. pag. mihi 91. & Couar, loco inferius citando, nu. 8. verſic. Secundum.

Tertio aūt negandum non eſt, poſſe iudicem eccleſiaſticum zelo correctionis, & punitionis aliqn̄, vel ſtatuto, vel ſententia delicta quædam pecuniaria mulcta punire potiſſimū, vbi ea magis timeri animaduertat, vt colligitur ex *c. ſi vos,* 23. q. 5. & gloſſa ibid. in verſi. *pecuniæ,* & facit ca. *Dilectus filius, de offic. ordin.* & expreſſe docent Cardin. in c. vt cleric. de vita, & honeſt. clericor. Panormit. in c. licet, de pœnis. Fel. in c. irrefragabili. §. Ceterum, de offic. ordin. & Couar. lib. 2. variar. reſolut. c. 9. num. 9. Qui omnes quarto docent, quod cum huiuſmodi pœnas pecuniarias pro criminib. infligant, eas potius in pios vſus, quam in propriam vtilitatem erogare curent, quemadmodum etiam tradunt Panormit. in capitulo primo, de ſucceſſ. ab inteſta. Concilium Colonienſe in titulo de iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa, cap. 8. pro qua etiam re eſt optimus textus in c. cum ſit nimis. §. vlt. de Iudæis. c. cum tu. de vſur.

8 Quintum quod in forma iudicij neceſſariū eſſe diximus, eſt *vis executionis*. Debet namq. iudex celeriter cauſas expedire. l. properandum, C. de iudicijs,

Siue pauperum cauſæ ſint, ſiue diuitium, alioquin reſtituere tenetur parti læſæ damna, & expenſas, quarum negando, vel differendo, & procraſtinando iuſtitiam cauſa eſt, ex Syluestro in verb. Iudex. 1. q. 12. verſicul. primum. & verſic. Quartum. Caie. verb. iudicis peccata & alijs. Tenetur inſuper condemnare reum in expenſis, dummodo a victore petātur, alias non, atq. adeo ſi requiſitus id facere negligat, de ſuo damnum illud reſtituere tenetur, ex Doctorib. in l. Qui alterius, ff. de regu. iur. & l. ſancimus. C. de iudicijs, gl. in ca. fin. in verbo, *Expenſis,* de reſcriptis. Sylueſt. verb. iudex, 1. q. 12. verſic. Tertium. & Nauar. in Manu. c. 23. nu. 14.

Debet etiam viſitare carceres, arg. l. iudices, C. de Epiſc. aud. Naua. vbi ſup. nu. 24. verſic. Decimotertio. ſtatuere ēt debet, expenſas alimentorum pauperib. carceratis, ex Nauarr. vbi ſu

Deinde etiam prouidere debet de Aduocatis, Procuratoribus,arg.l.Nec quicquam.§.vltimo,ff.de officio Proconſul.Nauarr.loco proximo citato.verſic.Duodecimo.

Et deniq. curare tenetur, vt condemnati ad mortem prius confiteantur,& ſi fieri poſſit,cōmunicet,vt tantis ſacramentis adiuti,mortis pęnam patienter ſuſtineant.De qua re legi poſſūt gl.in clem.1.dę pęnit.& remiſſ.Palud.quem refert Sylueſt.verb.iudex.1.q.11.verſi. Sextum.& q.7.verſic.Septimum. in fine Mart. Nauarr. in Manu.c.25.num.23.verſic.11.& in Enchirid.de orationę c.22.& nu. 11.& tom. 2.conſil.de pœnit.& remiſſ.conſi.16.in antiquis,alias conſilio 40.in Nouis.Petr.Nauarr.lib.2.de reſtitut. cap. 3.num.225.Michael.Salono 2.2.q.64.ar.2.controuerſia 2.& quę ſupra li. 7. c. 11.dub.quinto, de homicidio agentes latius expoſita a nobis ſunt.Hęc ea ſunt,quę de forma iudicij pręcipue cognoſcenda ſunt a confeſſoribus,reliqua quia leuiora ſunt,& ex prædictis facile intelligi poterunt,breuitatis cauſa prætermittenda eſſe cenſuimus.

e Scientia,& vitæ puritate ad iudicandum requiſitis. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

Iudex abſque debita ſcientia officium publicum aſſumens grauiter peccat.

Vitæ puritas,quæ requiritur in Iudice,duplex Interior,et exterior.

An Iudex in peccato mortali exiſtens peccet mortaliter alios iudicando.

Duabus propoſitionibus veritas declaratur, & nu.ſeq. & argumenta pro parte affirmatiua diluuntur,ibidem.

Exterior puritas in quo conſiſtit,& quotuplex.

An liceat Iudici accipere aliquid a litigantibus pro exercendo iuſtitiæ officio, omnia autem quæ accipere ſolet ad tria reducuntur,ſtipendium,expenſas,Munera quę aliquando ſportulæ,& Xenia dicuntur.

Stipendium accipere tum laicis, tum eccleſiaſticis quando liceat.

Habentes beneficium Eccleſiaſticum, cui annexa eſt Iuriſdictio a litigantibus ſtipendij loco aliquid accipere nō poſſunt,An verum ſit quando beneficium adeo tenue eſt,vt non ſufficiat ad eos alendos,num.10.

1 *Quoad Munera quid poſſit Iudex Eccleſiaſticus ordinarius habens beneficium,cui annexa eſt Iuriſdictio accipere? quid Iudex ſecularis ex iure communi ciuili num.12.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus delegatus a Papa habens beneficiū cum annexa iuriſdictione non poteſt munus accipere et ad reſtitutionem tenetur, & remiſſio reſtitutionis ab eo,qui dedit,nulla eſt,& inualida num.14.*

5 *An conſuetudo accipiendi munus excuſet ordinarium, vel eccleſiaſticum delegatum, & an per contrariam conſuetudinem ius prædictum canonicum,vel commune ciuile abrogari poſſit.*

6 *Iudex delegatus a Papa habens beneficium quando tuta conſcientia,aliquid pro compenſatione expenſarum recipere poſſit.*

7 *Delegatus ab alio ordinario quam a Papa extra duos caſus licite poteſt expenſas accipere.*

18 *Iudex ſecularis extra domicilium ſuum ſiue delegatus expenſas petere poteſt, Eccleſiaſticus autem ordinarius extra domicilium ſuum non poteſt accipere quicquam.*

19 *Omni iudici tam Eccleſiaſtico, quam ſeculari ordinario, vel delegato licitum eſt quantum ex iure canonico, vel ciuili Xenia accipere.*

1 PRæter alia multa, quæ iudex ad recte iudicandum habere debet, hoc vnum ex communi Doctorum ſententia neceſſarium maxime eſt, nimirum *ſcientia*, qua fungi ſciat officio ſuo. Lex nāq. tam naturalis, quam humana prohibent,ne quis artem,quam ignorat,exerceat,c.Non eſt ſine culpa,de regu. iu.in 6.Quocirca S.Anton.p.2.tit.3.c.6.§.4 circa medium,hanc regulam ponit,diſerteque affirmat,eos omnes qui officia aliqua publica aſſumunt exercenda ,cum ea ignorantia,vt veriſimile fuerit per eorū exercitium damnū notabile alij in perſona,vel rebus euenturū, mortaliter peccare.arg.ca.fi.de iniur.& damno dato. Quæ omnia non ſolum vera eſſe Nauar. in cōmen.c.inter verba.11.q.3. concl.1.num.18.eſſę docet,cum ex talib.artib. & officijs male ſuſceptis damnum ſequatur,verum ēt cum nullo dāno ſecuto illa deliberate appetantur, aut aſſumantur,adeo quod abſolui non debeāt, qui ea confeſſi fuerint abſq. iuſta illorum ita quæſitorum renunciatione, aut propoſito id faciendi, vt doctiſſimus, idemq. pijſſimus Adrianus Papa VI.Quodlib.10.artic.3.litera G.& litera H. latius tradit. *Qui.n.amat periculum, peribit in illo.* Sicut enim,inquit,imperitus medicinæ,ſi ęgroto nō nocuerit,& imperitus militię,qui ducatus officium aſſumpſit,quia forte nullis occurrentibus inimicis nihil damni Reipublicæ intulit, non per hoc excuſatur a peccato temeritatis,exponens ſę diſcrimini,ita & imperitus iudex,qui munus illud aſſumpſit, ad quod ferendum vires non ſuppetunt, iuxta illud Prouerbior. 17. *Qui altam facit domum ſuam,petit ruinam.* Et ſicut illi officijs illis cedere tenentur,vt vere pœniteant, ita & tantæ leuitatis iudex onus, & officium ſic ſuſceptum deponere tenetur. Hactenus Papa Adrianus.

Id quod etiam confirmari poteſt ex ſingulari illo Sācti Gregorij teſtimonio ad Syagrium Epiſcopum,& refertur *can. Non eſt* 1. *q.* 1. *Quiſquis,* inquit, *Sacerdotum non ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat,prius vires ſuas cum eo,quod eſt ſubiturus,onere,metiatur,vt ſi eſt impar abſtineat et ad id cum metu etiam, cui ſufficere exiſtimat, accedat.* Iudex igitur abſq. debita ſcientia officium illud aſſumens, aut exercens, grauiter pęccat, cum Rempublicam offendat, & ſeipſum probabili periculo peccandi exponat.Hinc S. Tho.1.2.q. 76.art.2.ait.Illa vnuſquiſque ſcire tenetur,ſine quorum ſcientia non poteſt debitum actum recte exercere. Et ſubdit, vnde omnes tenentur cōiter ſcire ea, vtique ſub peccato, quæ ſunt fidei,& vniuerſalia iuris præcepta,ſinguli aūt ea quæ ad eorū ſtatū,& officiū ſpectant. Idemque docent S.Anto.par.3.tit.9. c.2.in princ.Nau.in

Manu.c.25.nu.17.& in c.ſi quando,de reſcr.ex cept.12.& tribus ſeqq. Caiet. in ſumma verbo, iudicis peccata.

Immo qui ex imperitia male iudicat, non ſolum peccat,ſed etiam ad intereſſe parti læſæ,& ad litis impenſas obligatur. Inſt.de oblig.quæ ex quaſi delicto naſcuntur. Nec de hac re vlla eſt inter authores controuerſia.

2 Quintum quod initio huius tractatus de iudiciis,neceſſariũ eſſe diximus ad recte iudicandũ, *eſt vitæ puritas*,q̃ eſt duplex,*Interior,& Exterior.Interior* illa eſt, quam iudex in ferenda ſnĩa habere debet,ita vt ad eam ferendam non ex odio,amore,cupiditate aut alia mala paſſione procedat,ſed poti⁹ ex amore,& inclinatione iuſtitiæ; ex cuius defectu peccare põt iudicando,vt conſtat;tale aũt pctm̃ hoc erit mortale,vel veniale, eiuſdem rõnis,cuius eſt prauus affectus,quo ad iudicandũ mouetur: vt v.g.quãuis iudex latronẽ vere probatum damnet morti,nõ erit homicida , ſicut ſi eſſet perſona priuata, eo quod ius occidendi hẽt,nihilominus tñ ſi id faciat ex cupiditate,erit auarus,ſi ex inuidia , inuidus , ſi ex deſiderio inanis glorię,erit van⁹ & ambitioſus, in quo caſu non peccat contra iuſtitiã, ſed ſolũ contra charitatẽ. Præcipue vero puritas hæc in eo conſiſtit,vt non iudicet contra iuſtitiam,ſed vnicuique quod ſuum eſt,tribuat,& ſecundum merita cauſæ iudicet , alias iudicium illud iniquum,& iniuſtum erit,atq; adeo ſic iudicãdo, directe contra iuſtitiam,peccabit mortaliter, vt docet S.Th. 2.2. q.60.art.2.id quod certum eſt, & in confeſſo apud omnes.

3 DVBIVM vero eſt,an iudex in peccato mortali exiſtẽs peccet mortaliter,alios iudicando?

Rõ difficultatis eſt , quia indigne vtitur officio & munere ſuo. Vñ pleriq; Theologi antiqui docuerunt oẽs iudices tam laicos, quam eccleſiaſticos in pctõ mortali exiſtẽtes, peccare mortaliter iudicando,vt Alex de Ales p.3. ſummæ, q.40.memb.3.de eccleſiaſticis vero id expreſſe docent S.Tho.4.diſt.19.q.2.ar.2.quæſtiuncula. 2.Palu.eadem diſt.19.q.3.ar.3. & Syl.ver.correct.q.16. Pro qua ſnĩa facit primo illud Apoſtoli ad Ro.ſecũdo,vbi dr̃, *Inexcuſabilis eſſe,qui iudicat aliũ,in quo.n.alterum iudicas,teipſum cõdemnas, idem.n.facis , quod iudicas*. ſignificans non licere pctõri iudicare. Vnde Chriſtus Io. 8.in cã mulieris adulteræ , dixit , *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat*.Secundo, quia c.vlt. de tempor.ordin.Prælatus in pctõ mortali exiſtens dr̃ eſſe ſuſpenſus quoad ſe,& quoad Deũ, vt exponit Paludanus vbi ſup. intelligũt autem hanc eorum ſnĩam non ſolum qñ peccatum eſt publicum pp ſcãdalum,ſed etiam qñ eſt occultum,ob rationem quam diximus.Omitto ſentẽtiam Vvicleſi, qui non ſolum voluit iudicem quemcunq. exiſtentẽ in peccato peccare mortaliter ſic iudicando,ſed ẽt amitti per quodcunque peccatum mortale authoritatem omnem, iuriſdictionem & dominium;ex eo,quod omnẽ iuriſdictionem , & poteſtatem tam eccleſiaſticam,q̃ ciuilem in gratia fundatam eſſe cenſuerit,& conſequenter per pctm̃ mortale amittit. Quod dictũ ſecundum error manifeſtus eſt, &

damnatur in Concilio Conſtantienſi.ſeſſ.
15.Contra quem late,& docte diſputat Th
Vvaldenſis to.1.li.2.c.81. & tom.2. lib.1.c

Contraria vero et communis opinio eſt,n
peccatum mortale vti poteſtate ſiue laica,
eccleſiaſtica iuriſdictionis in peccato mo
niſi eo modo,quo inf dicemus . Sic S.Th.2.
33.ar.5.& q.60.ar.2.Caiet.Salon.Petr.de A
go.& Domin.Bann.ibid.Sotus lib.3.de iuſ
4.art.2.Greg.de Valen.to.3.diſp.5.q.4.pun
Petr.Nauarr.lib.2.de reſtitu.c.4.p.4.dub.4
445.& nos in lib.2.de ſacramen.in commu
7.q.4.dub.2.latius expoſuimus,& Mart. Na
in commen.ſuper Rubricam de iudicijs,nu
verſic.Tertium.& alij communiter. Vt a
res tota clarior , & manifeſtior fiat, ſeque
propoſitiones ſubiungam.

4 Prima Propoſitio, Nullus iudex ſiue lai
ſiue eccleſiaſticus in pctõ occulto exiſtens
alios iudicans de eodem , vel diſſimili crim
dummodo alia ad iudiciũ neceſſaria obſer
ex tali iudicio peccat mortaliter . Sic oẽs, q
ſup.pro communi opinione attulimus.Itaq
dex laicus, aut eccleſiaſticus quamuis adul
aut ſacrilegus ſit, alios tamen ſubditos adu
ros,ſacrilegos , vel in alio peccato exiſtente
pctõ mortali iudicans, non peccat mortalit

Ratio eſt , quia peccatum mortale ex ſe
contrariatur , vel authoritati iuriſdictionis,
rectitudini requiſitę ad iudicium.ſ.lumini
nis,vel inclinationi ad ius ſuum alteri trib
dum,hæc enim optime ſtare poſſunt cum p
cato mortali,vt conſtat experientia.

Confirmatur ẽt,quia alias ſequeretur G
les omnes cum iudicarunt,peccaſſe ſp mo
ter,quãdoquidem fide,& gratia pagani ca
& proinde in mortali exiſtunt ; cũ tamen
ſime D. Auguſt.in libris de ciuitate Dei,iu
Romanorũ iuſta , & laude digna eſſe affi

Limitanda vero eſt propoſitio hæc Primo
dicio exteriori extra confeſſionem facto;N
ſi quis in foro conſcientiæ in mortall exi
alium abſoluat,peccabit mortaliter,vt in m
ria de confeſſione Doctores cõmuniter t
Limitatur ſecundo,vt non procedat in e
excommunicatus eſt,vel ſuſpenſus,aut h
cus eſt , quando fert ſententiam , talis.n.
ne cenſuræ,qua innodatus eſt,ſecundum l
tationem Concilij Conſtantienſis, autho
ſua iudicandi cum ſit priuatus,peccaret m
liter,ſi vt iudex ſententiam ferre præſume

Dixi,Nõ peccare mortaliter, quia licet P
de Arragon, Salon,& Domin.Bannes veli
hoc caſu , nullum omnino pctm̃ commit
ne veniale quidem;alij tñ,vt Caiet. Sotus,G
de Valen.& Mar.Nau.docent peccare ven
ter,eo qđ actũ iuſtitiæ ex affectu , & inclina
ne iuſtitiæ nõ exercet,& conſequenter tal
dicij actus non hẽt eam bonitatem moral
habere decet,cum tñ bonum ſit ex integra
ſa,malum vero ex quocunq. defectu conti

5 Secunda Propoſitio,Iudex exiſtens in pe
to publico,ex ſcandalo ferendo ſnĩam etia
ſtam,peccat mortaliter.Sic S.Th.in dicto a
Caiet.& alij omnes citati.Ratio eſt , quia e

oritur ſcandalum aliorum, & iuſtitia in vili- dium venit. Vnde rõne huius ſcandali pec- mortaliter. Id quod maxime accidere ſolet, icãdo, & puniendo alios pro ſceleribus illis, b. ipſe inuolutus manet, vt v.g. ſi publicus a- ter eſſet, & tñ alios adulteros puniret. Addit Sotus vbi ſup. poſſe aliquando eſſe pc̃tm̃ ve- le ſolũ, vel rõne paruitatis materiæ, vel quia et tale ſcandalũ, & hoc maxime dum cõdem de alijs criminib. alios, quib. ipſe non eſt in- ſtus; vt v.g. ſi ipſe fornicarius eſſet, & alios de rocinio, aut homicidio condemnaret.

Argumenta vero in contrarium allata non va- t. Ad rõnem. n. Reſpondetur, Quod licet in õ. mort. exiſtẽs indigne vtitur ſuo officio pri- uè, quia. ſ. priuatus eſt cõditione, quam na- eſt hr̃e, vt condigne omnino iudicis officiũ erceat; Non tamen vtitur officio indigne con rie; hoc eſt, nõ agit aliquid directe contrariũ o iudicio, vt ſic, ac proinde remoto ſcandalo n peccat mortaliter. Quod vero ad Ro. 2. dr̃ is *cõdemnare ſeipſum*, non ita intelligitur, quod iudicando alium de pc̃tõ in quo ipſe eſt, no- m pc̃tm̃ committat, ſed ex eo iudicio oſtẽde- ſeipſum ſimiliter condemnabilem eſſe ꝓpter ẽ, vel ſimile pc̃tm̃, vt optime S. Tho. 2. 2. q. 60. 2. ad tertium exponit. In illo vero Io. 8. teſti- onio dicendum eſt ſolũ confundere voluiſſe deos, non tamẽ iudicando quid ſub pc̃tõ mor i neceſſariũ ſit ad aliquẽ iuridice condemnã- m, ſed quid omnino deceat, neceſſariũ ad id ſub aliquali pc̃tõ nimirum immunem eſſe a mine, vel crimen propriũ humiliter agnoſce , a qua ẽt humilitate Phariſæi longe abfuiſſe noſcebantur. Illud vero c. fi. de tẽp. ord. non ctu iudicandi, ſed de actu, & exercitio ordi- ſacri loquitur, vt legenti textum poterit eſſe nifeſtũ. Prælatus igitur actũ ordinis in pc̃tõ tali exercens, ſiue publico, ſiue occulto, ſꝑ ccat mortaliter, ex eo, quod in ordinis ſuſce- one gratiã accepit, vt digne ſacr̃a, & alia ſpi- alia officia, ad quæ requiritur cõſecratio, & as ordinis, adminiſtret; quo fit, vt niſi illa in ria exiſtens exerceat, peccat mortaliter; Ce- um ſi actum iuriſdictionis in pc̃tõ mor. exer- t. v.g. aliquem excõicaret, aut ſuſpenderet, r ſe loquendo, rõne exercitij illius actus mor iter ſaltẽ non peccaret. Ex quib. omnib. ma- eſtũ eſt, optimũ remediũ eſſe prætermittere nfeſſionem, anteq̃ iudex ferat ſnĩam, vt ſic iu- iæ, & iudicij actũ meritorie exercere poſſit.

Exterior puritas in eo præcipue conſiſtit, vt nuũ puritatem habeat. arg. c. *Statutum*, *§. Inſu- de reſcrip. in 6.* quæ eſt duplex, *Prima eſt*, abſti- tia a verbis cõtumelioſis, & iniurioſis; *Secun* ſt, abſtinentia a muneribus, & ſordibus.

Contra primã peccat iudex ſi aliquem verbe , & tenetur in ſindicatu ad compẽſationem riæ illatæ, & q̃uis iudicium hominum eua- aliqñ, ſindicatum tamen diuinum euadere quit. l. Nec magiſtratib. ff. de iniurijs. Immo liquibus locis repelluntur tales ab officio.

Contra ſecundam vero peccat iudex *Concuſſio* t patet ex toto titulo. De cõcuſſione. Eſt aũt cuſſio, vt recte notant Gab. in 4. diſt. 15 q. 6. ar. 1. Notab. 4. & Sũmiſtæ in verb. concuſſio, & colligitur ex c. *Iubemus, & duob. ſeqq.* 1. q. 1. dum q̃s minatur alicui, niſi hoc, vel illud des, aut facias, illud faciã, aut non faciã, vel qñ iudex venalem dat ſnĩam, alias non daturus; aut non dat, alias daturus; Qui igitur extorſione pecunię factæ ex incuſſione metus, & timoris aliquid accipit, furtũ committit, & reſtituere tenetur; aut rõne pecuniæ acceptæ vlterius procedere omittit, concuſſionis crimẽ incurrit. l. 1. & 2. de cõcuſſione.

Concuſſio etiam eſt, quando Banna quędam facit pœnalia, ita vt ea ciues facilę contemnãt, & pœnam ſoluant.

7 DVBIVM vero eſt, an liceat iudici aliq̃d accipere a litigãtib. pro exercendo iuſtitię officio?

Pro cuius ſolutione, & intelligentia, ſciendũ eſt ex Sylueſt. in verb. iudex. 1. q. 8. verſi. Primũ. ad tria deduci commode poſſe, quæ iudex accipere ſolet a litigantib. *Alia*. n. dicuntur *Stipendiũ* pro officio; *Alia* dicuntur *expenſæ* pro labore impenſo: *Alia* dicuntur *Munera*, & hæc aliquando dicuntur *Sportulæ*, aliquando *Xenia*.

Sportulæ olim dictę erant quæcunque in cibo, vel in pecunia dari ſolebant a magnatib. eis, qui eos officij gratia comitati ſũt, vel ſalutati. Hoc autem in loco *Sportulæ* ſolum dicuntur quæcunque munera, vel in cibo, vel in pecunia conſiſtẽtia dari ſolent iudicibus a litigantib. vltra ſtipendium ipſis debitum.

Xenia vero dñr, quæcunq; dari ſolent iudicib. dummodo ſint eſculenta, vel poculenta, quę intra paucos dies conſumi poſſunt, hoc eſt, intra duos dies, vel ad ſummum tres: Sic. n. olim appellabantur quæcunque munera dari ſolebant hoſpitib. Rurſus, Iudex de quo agitur, vel eſt ẽccleſiaſticus, vel ſecularis, & ordinarius, vel delegatus. Hæc. n. oĩa præſupponenda ſunt, ad faciliorẽ difficultatis propoſitæ explicationẽ, & intelligentiã, Non loquimur aũt in pręſentiarum de eo qui vendit ſnĩam iuſtitię, aut q̃ aliquid accipit, vt celerius expediat ſnĩam iuſtitiæ, talis. n. non ſolũ grauiter peccat, ſed ẽt ad rei acceptæ reſtõnem tenetur, q̃a donans dat inuitus, & nõ gratuito, vt Doctores cõiter tradũt, et colligitur exp̃ſſe ex Deut. 16. vbi de iudicib. dr̃, *Non accipies perſonã, nec munera, quia munera excęcant oculos ſapientum, et mutant verba iuſtorum. Iuſte quod iuſtum eſt, perſequeris.* & ſimilia Leu. 19. & Exo. 23. hñr, & Eccleſiaſt. 20. dr̃. *Xenia, et dona excęcant oculos iudicum, et quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum.* Et in c. *Cum ab omni.* de vita, & honeſt. cler. *Iuſtum iudicium iudici uendere non licet, et uenales ſententiæ ab ipſis ẽt ſecularibus legibus reprobantur.* Ad idem facit *cap. ſtatutum. §. Inſuper. de reſcript. in* 6. vbi dr̃, *Gratis, et cũ omni puritate iudicium procedat, nullum munus accipiat*, &c. Cui ſimile eſt illud S. Auguſt. in Epiſt. 54. ad Macedoniũ dicentis, Non licet iudici vẽdere iuſtũ iudiciũ, etſi liceat aduocato vendere iuſtum patrociniũ, & iuriſconſulto rectũ conſilium, & refertur 11. *q. 3. can. Non licet, et can. Non ſane* 14. *q.* 5. Sic ẽt S. Greg. vt hr̃ in can. *Qui recte.* 11. *q. 3. ait.* Qui recte iudicat, & p̃miũ remunerationis expectat, fraudẽ in Deũ perpetrat, quia iuſtitiã, q̃ gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vẽdidit. Bonis male vtũtur qui pro tp̃ali lucro iuſte iudicant. Et paulo poſt, *Acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt, vnde & pro iuſto dicitur, qui excutit manus ſuas ab omni munere, ille in excelſis habitabit.* Ex quib. omnib. manifeſtum eſt non licere iudici iuſtum, vel iniuſtum iudicium vēdere. Quod vero ſic acceptum reſtituere tenetur, conſtat etiam ex c. *ſtatutum.* §. *ſi quid autem, de reſcriptis. in 6.* vbi dicitur, *ſi quid autem contra conſtitutionem præſentem receperit, ad ipſius reſtitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit remiſſione nullatenus profutura.* Et quamuis decretalis illa loquitur de iudice delegato, & Eccleſiaſtico, magis tñ locum habet in ordinario, immo etiam idem dicēdum eſt de iudice ſeculari, nec remiſſio reſtitutionis ēt per eum facta cui faciēda eſt reſtitutio iudicem munera accipiētem releuat, vt conſtat, & expreſſe tradit Gab. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. concl. 4. His ita præſuppoſitis, in vniuerſum, breuiter dicendum eſt de ſingulis.

8 *Quoad ſtipendium* igitur, certum eſt primo, licitum eſſe iudicib. ſiue eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus aliquid accipere pro iuſtitię officio exercēdo loco ſtipendij. Rō eſt, quia licet opus exercēdi iuſtitiam op⁹ ſit ſpirituale, vel eccleſiaſticū, & ex hac parte videtur eſſe ſimoniacum aliqd accipere, aliquid tamen accipere loco ſtipendij pro obligatione, qua ſe obligat iudex ad officiū illud exercendum, non eſt ſimonia, eo qđ tunc iudex locat, et vendit obligationē, non opus iuſtitiæ, quod exercet, obligatio autem, qua quis ſe obligat ad aliquid faciēdum, temporale qđdam eſt, & pecunia æſtimatur.

Secundo quoties iudex hēt a lege, vel conuētione ſtipēdiū certum ſignatum, nihil aliud loco ſtipendij accipere poteſt a litigantib. ſi vero accipit, tenetur reſtituere. Ratio eſt, quia iam accipit aliquid vltra mercedem ſibi debitam. Ergo peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & ſic acceptum reſtitutioni obnoxium eſt.

Tertio, ſi non habet ſtipendium debitum ſibi aſſignatum, pōt a litigantib. aliquid loco ſtipendij accipere. Ratio eſt, quia opus illud quid perſonale eſt, quod iudicis induſtriam, laborem, ſtudium, & peritiam requirit, ad quod gratis exercendum non obligatur.

9 Hinc infertur, Iudices eccleſiaſticos habētes beneficiū eccleſiaſticum, cui annexa eſt iuriſdictio, a litigantib. aliquid accipere non poſſe loco ſtipendij. Sic Alex. de Ales in Summa. p. 3. q. 40. memb. 6. ar. 3. §. 2. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. concl. 4. Pan. in c. cū ab omni. nu. 9. Io. And. ibi. de vita, & hon. cler. Syl. verb. iudex. 1. q. 10. ver. primū. Ang. ver. eo. §. 8. Tab. eo. ver. Sexto. Nauar. in Man. c. 25. n. 12 & S. Ant. p. 3. ti. 9. c. 2. §. 7. et Alex. de Ales p. 3. q. 40. memb. 6. ar. 3. §. 2. Rō eſt, quia habent beneficiū, & beneficiū datur pp officiū, & beneficium (vt ſupponitur) habet annexā ſibi iuriſdictionē. Ergo ex obligatione ſui officij tenētur gratis hmōi officiū exercere, loco nāq. ſtipendij debiti, hēnt beneficiū, id qđ ꝓcedit ſiue iudices ordinarij ſint, ſiue delegati.

10 Quod ſi quęras, an hoc ēt verum ſit, quando beneficiū eſt tenue, & non ſufficiens ad eos alēdos; Rñdent abſolute præfati authores nulla facta diſtinctione ſufficientiæ beneficij, atq. adeo

docere vñr in omni caſu obligatos eſſe gra
dicare, quia ſi beneficiū tenue eſt, et inſuff
ſibijpſis imputent, qui conſenſum præbue
illud acceptando, eo ipſo. n. quod benefici
acceptant, cū onerib. ſibi annexis accepta
vt expreſſe Gabriel fatetur, vbi ſup. in litera

11 Quantum ad munera, & ſportulas atti
hæc breuiter dicēda mihi vñr. *Primum eſt*, Iu
eccleſiaſticus ordinarius habēs beneficium, cui
annexa iuriſdictio, non poteſt a litigantib. m
nera, aut ſportulas accipere, & ſi accipit, te
tur ad reſtitutionem. Sic expreſſe Io. And, qu
refert, & ſequitur Panor. in c. cum ab omni
9. de vita, & honeſt. cler. Alex. de Ales p. 3. q
memb. 6. art. 3. §. 2. S. Ant p. 3. tit. 9. c. 2. §. 7.
gel. verb. iudex. §. 8. Sylueſt. verb. iudex. 1. q
verſ. Tertium. Tab. eo. verſ. Sexto, & Gabr. i
diſt. 15. q. 6. art. 2. concl. 4. qui id colligunt e
c. cum ab omni. de vita, & honeſt. cler. & ex
ſtatutum. §. Inſuper. de reſcriptis. in 6. Na
c. cum ab omni. & in c. ſtatutum, quamuis p
cipaliter agatur de iudice delegato, Ratio ta
decideodi quæſtionem propoſitam non mi
concernit ordinarios, quam delegatos, cum
ipſi ſint beneficiati, & beneficia dātur eis, vt
reddant, ex quo habent iuriſdictionem, ex q
Innocentij Papæ III. ratione reddita in *d. ca*
ab omni, colligitur a fortiori ordinarium iud
eccleſiaſticum abſtinere debere ſicut delegat
abſtinere debet, atque adeo ſi recipit, ad reſti
tionem obligatur.

12 *Secundum eſt*, Iudex ſecularis ordinarius, *quan*
tum eſt ex iure cōi ciuili, munus aliquod ſpor-
tulas accipere poteſt tantum, aliud autem pete-
re non poteſt. 3. q. 3. c. fin. §. offeratur. Panor. in
c. cum ab omni, num. 10. de vita, & honeſt. cler.
Angel. verb. iudex. §. 8. Tab. eo. verſic. Sermo
terum Gabr. in 4. diſtin. 15. q. 6. art. 2. concluſ.
4. litera. G. & Summa Roſella, quam refert, &
ſequitur Sylueſter verb. Iudex. 1. q. 8. verſic. Se-
cundum, docent neque iudicem ſecularem or-
dinarium recipere poſſe ſportulas a litig
eadem ratione, qua Eccleſiaſticus, quia,
propter iuſtitiam tuendam, et miniſtrādam
bet ſuas prouiſiones, quod ſi eas nō habere
non ſufficientes, tunc veram eſſe putant Pa
mitani opinionem.

Delegatus autē ſecularis ēt a Principe ſp
tulas petit, ſed non hēt niſi duos aureos in p
cipio, & duos in fine, dummodo tñ cauſa ex
dit centū aureos, quod ſi nō attigerit ſumm
centū aureorum, nihil poteſt accipere, vt hi
Auth. de Iudicib. §. ne autem laborat. collat
& notant gloſſa in d. c. cum ab omni. verbo
re ſecularium. Gabr. Sylueſt. & Tab. vbi ſup. Ve
quoad iudices ſeculares mihi probabilius di
dum vr̃, inſpiciēdas eſſe leges, & ſtatuta Reg
Prouinciæ, & loci, & diligenter conſiderād
eſt, quid leges illę ſtatuant. Sunt. n. alicubi ſt
ta, vt iſti iudices nihil omnino a litigantibus
cipiant, interim dum litigant; alicubi vero ſ
ſtatuta conſtituentia in vniuerſum, vt iudi
interim, dum habent officium iudicum nul
munus accipiant ab aliquo eorum, qui eius
riſdictioni ſubiecti ſunt, præterquā conſang

neis

is intra ſecundum gradum,alicubi vero ſunt uta in vniuerſum prohibentia, vt iudex ali- id muneris accipiat,dum officio iudicis fun- ur,atque adeo ſecundũ has leges conſulen- m,& agendum erit.

Tertium eſt, Iudex eccleſiaſticus delegatus a pa habẽs bñficiũ, cui eſt annexa iuriſdictio, on pōt aliqđ munus accipere, ſicut nec ordi- rius,ita expreſſe in c. cum ab omni.& ibi Pa- or.n.10.de vita,& honeſt.cler.& in c. ſtatutũ. e reſcrip.in 6.Ang.verb iudex,§.8.S. Ant.p.3. 9.c.2.§.7.Syluеſt.verbo,iudex,1.qõ.8. verſic. ertium.Tabiena,verb.eo.verſ.Sexto.Caiet.in ma,verbo,iudicis peccata,in fine. Dixi dele- tus a Papa,quia in d.ca.ſtatutũ, de reſcriptis, 6.ſolũ agitur de iudice eccleſiaſtico delegato Papa,de iudice vero delegato ab alio ordina- o,præterquã a Papa nihil in eo loco dr̃, vr̃ ta- eadem rõ in omnibus,& facit ad hoc c. *cum omni.*de vita,& honeſt.cler.vbi indiſtincte dr̃, delegatum non poſſe munus aliquod accipere.

An vero delegatus iſte eccleſiaſticus aliqd ac- ipere poſſit,ſi habeat beneficium, ſed non ſuf- ciens ad vitam,non inter ſe cõſentiunt autho- es.Panormitanus enim in d. cap. cum ab om- i.num.11.de vita & honeſtate clericor. docet, etere poſſe id, quod petere poteſt delegatus a rincipe ſeculari.

Alij tamen vt Gabriel in quarto diſtin.15.q. 6.art.ſecundo,concluſ.4.litera G.in fin.Ang.in verbo,iudex,§.14.& Sylueſter verbo, iudex, 1. q.8.verſ.Tertium.in fine,docent non poſſe, ni- ſi propter talẽ cauſam occuparetur ab aliquo honeſto exercitio,de quo viuit, tunc enim vera erit Panorm.opinio,alias non,iuxta ea, quæ ſu- pra diximus.

Quartum eſt, Iudex delegatus a Papa munus accipiẽs,ad reſtitutionem acceptę rei tenetur, deo,vt q̃uis reſtituat danti, & qui dedit remiſ- ſionẽ reſtitutionis illi faciat,remiſſio tñ illa nulla,& inualida eſt,c.ſtatutũ,§.ſi quid autẽ.de reſcript.in 6.verum ſciendum eſt, quod iudex re- ſtitutionem muneris accepti dupliciter facere poteſt, vno modo ita vt remiſſio fiat ante litem finitam,& tũc ſiue iudex verbis, ſiue re ipſa munus acceptum reſtituat, remiſſio a donante fa- cta inualida eſt,& hoc ſenſu accipienda ſunt dicti c.ſtatutum. verba, quia interim dum lis du- rat ſemper eſt verum dicere munus eſſe acce- ptum a litigante,atq; adeo cenſetur iudex reſtituiſſe munus illud,vt ſibi poſtea redonaretur.

Alio modo fieri pōt,ſ.finita iã lite,& munere accepto reipſa reſtituto danti, quo ſane caſu puto remiſſionẽ a donante factam eſſe validã, a vere tunc eſt donatio liberalis, & munus il- lud non eſt acceptum a litigante q̃nquidẽ ꝑ re- miſſionẽ illã accipit iudex munus finita iã lite, & nihil tã naturale eſt,q̃ volũtarie rẽ ſuã in aliũ transferre poſſe.Inſtit.de rerũ diuiſ.§.per tradi- tionem.Sic gl.in ca.ſtatutũ.§. ſi quid. in verbo, *Receperit*,de reſcrip.in 6.Sylueſ.verb.iudex,1.q. verſ.Scđm.& Ang.in verb.iudex.§.8.in fine.

DVBIVM vero eſt, An conſuetudo accipiẽdi munus excuſet ordinariũ,vel delegatũ eccleſia- ,& an per contrariã conſuetudinẽ,ius prędictum canonicum,vel cõe ciuile abrogari poſſit? Panor.in d.c.cum ab omni,n.10.Sylueſ. verbo iudex,1.q.8.verſ.Quartum. & Angel. verb. eo.§.15.docent conſuetudinẽ in contrariũ non valere. Alij vt Spec.in tit.de ſalar.§.1. verſ.Si vero ordinatus,tenet abrogari poſſe. Cardinalis ẽt in clem.ſtatutum.de elect.cõcedit, dũmodo cõſuetudo hęc ortũ habuit a libera donatione, ſecus aũt ſi ab exactione ortũ habuit. Mihi certe probabile vr̃ prædicta iura poſſe per contrariã cõſuetudinẽ abrogari. An vero de facto abrogata ſint,maior eſt difficultas. In qua re dicendũ mihi vr̃,Quod vbicunq; fuerit cõſuetudine receptũ ſciente Principe, & non reprobãte puniendo,vel præcipiendo contrariũ,tunc cõſuetudo illa licita eſt, dummodo aliquid moderatum recipiatur; Vnde non ſunt ita facile dãnandi iudices munus aliquod moderatum iuxta cõſuetudinem iſtam receptam accipientes.

16 *Quoad Expenſas*, hæc ex communi etiam Doctorum ſententia breuiter dicenda ſunt.

Trimo iudex delegatus a Papa habẽs bñficiũ, extra domũ ſuam expenſas faciens moderatas, tuta conſcientia aliquid pro cõpenſatione expenſarũ accipere pōt. Sic expreſſe hr̃ in ca. *Statutum.*§.*inſuper.*de reſcrip.in 6. An vero ſic proficiſcẽs extra domũ ſuã teneatur cõputare, & deducere expenſas,quas domi feciſſet,non ita cõueniunt authores. Nam gl in ca.cum ab omni, in verbo,pręter expenſas.de vita & honeſt.cler. computare,& deducere eas debere affirmat.

Alij tamen vt gl.in c.ſtatutum, §. inſuper.in verb.Moderatas,de reſcript.in 6. Francus ibid. Panorm.in c.cum ab omni,n.13.de vita, & honeſt.cler.S.Anton.parte 3.titu.9.cap.ſecundo, §.7.Ang.verb.iudex.§.13.Sylueſt.eo.2.q.9.verſic.vndecimo,& Gabriel 4.diſt.15.q.6.art. 2.cõcluſ.4.litera.G.docent non teneri, id quod verum eſſe docent Panor.Sylueſt.Tabiena, & gl. in d.c.ſtatutũ,quantumcunq. delegatus ſit beneficiatus ſufficiẽter, licite.n.petere poteſt expenſas tam pro vecturis,quã pro victualibus,& & ſimilib.Iura namq. quæ in cap. cũ ab omni. de vita & honeſta.cler.& in c.ſtatutum,§.inſuper.de reſcriptis,in 6.continẽtur, indiſtincte loquũtur,& licite ſentiũt iſtos delegatos eſſe ſufficienter beneficiatos.Rõ eſſe pōt, quia beneficia iſta nõ conferuntur eis cũ hoc onere, cũ nõ habeant iuriſdictionem ordinariã eis annexã, vnde non coguntur proficiſci extra domiciliũ proprijs ſumptib.Addũt aũt Gabriel,& alij,qđ huiuſmodi delegatus,ſi indiget, pōt aſſeſſorem partibus non ſuſpectum aſſumere,& ei de competenti ſalario a partibus facere prouideri,ſi vero aſſumere non indiget,tenetur ei de ſuo proprio prouidere,& habetur expreſſe in d.c.ſtatutum §.Aſſeſſore.de reſcr.in 6.

16 *Secundo*, Iudex delegatus ab alio ordinario, q̃ a Papa, pōt ſimiliter a partib. expenſas moderatas tam pro victu,quã pro vecturis equorum,& huiuſmodi accipere, niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum, vel ad vnã malitioſe, tunc .n.ordinarius habebit de ſuo prouidere. extra aũt hos duos caſus licite,vt diximus accipit expenſas,quando proficiſcitur extra domũ ſuam.

Et quamuis hoc ſecundum dictum non, contineatur in ca.ſtatutũ, de reſcrip.in 6.ac proinde negatur a gloſſa in c.cum ab omni.in verb.præter expenſas,de vita & honeſt.cler. & a Sylueſ. in verbo iudex, 1 q.9.verſic.Tertium.

Alij tñ rectius docent poſſe eas petere.Sic gl. in c.ſtatutum,§.inſuper.in verbo, Moderatas, de reſcrip.in 6.Panor.in ca.cum ab omni, n.13. & Innoc.de vita & honeſt.cler.Ang. verbo,Iudex.§.11.Tabiena,verb.eod.verſ.Nono. & Gabriel in 4.diſt.15.q.6.art.2.concluſ. 4. litera G. Nam Papa eſt ordinarius cunctorũ.arg. c.cuncta per mundum.9.q.3. & tñ non prouidet ſuo delegato de expenſis p̄dictis,ſed prouidet a partibus.Ergo idẽ dicendũ eſt de eo, qui ab alio ordinario delegatur;eſt.n. eadem vtrobiq; ratio, & quia æquitas naturalis id exigit,nec vllibi iure canonico prohibetur,ergo erit licitum.

18 *Tertio* Iudex ſecularis ſiue ordinarius,ſiue delegatus licite prædictas expenſas petere põt,ſicut & teſtis cum proficiſcitur extra domiciliũ ſuũ.Sic Ang.verb.iudex.§. 10.Slueſt.verbo, iudex.1.q.9.verſ. primum. & Tabiena eo.verſ. 8. Ratio eſt,q̄a compenſatio pro expenſis eſt ſecũdum æquitatem naturalem.Ergo cum non prohibitum ſit iure ciuili,videtur eſſe licitum.

Quarto iudex eccleſiaſticus ordinarius cũ extra ſuũ domicilium proficiſcitur ad locum ſuæ iuriſdictionis,expẽſas accipere non põt; Ratio eſt,q̄a habet redditus,vt ſtipẽdium ſuum,quib. onera hmõi ſuſtineat.ſic gl.in c. cum ab omni. in verb.præter expenſas. Panor. ibid. num. 12. de vita & honeſt.cler.Ang.verb.iudex,§.12.Sylueſt.verb.iudex,1.q.9. verſ. Quartũ. Tabiena. eo.verſ.10. & Gabriel in 4.diſtinct.15.q. 6.ar.2. concluſ.4.littera G. exceptis his duobus caſib. ſcilicet ſi ſit eps̃, & proficiſcitur pro conſecratione eccleſiæ,cap.cum ſit Romana, de ſimonia,vel prouinciam ſuam viſitat c. cum apoſtolus,de cenſib.& c.Exigit.tit.eo. in 6. tunc enim licite compenſationem pro expenſis accipit,vt præfati authores tradunt.

Et ſimiliter ſi ordinarius aſſeſſorẽ aſſumit, de ſuo proprio prouidere dẽt de expenſis,quia hẽt redditus ſibi aſſignatos,vnde dẽt iuſtitiam gratis miniſtrare,& habere dẽt peritiã iudicandi, Sic Panor.vbi ſup.n.14.Ang.verbo iudex, §.16. Sylueſt.verbo,iudex,1.q.10.verſ.ſecũdum.Tabiena eodem,verſ. decimoquarto Gabriel in 4. vbi ſupra,& communis eſt opinio Doctorum, vt Panorm.affirmat.

19 *Quoad eſculenta* & poculenta,i.*xenia*, Dicendũ eſt,in omni iudice tam eccleſiaſtico, q̃ ſæculari,ordinario, vel delegato licitum eſt accipere quãtũ eſt ex iure canonico, vel ciuili eſculẽta, & poculenta,q̄ intra paucos dies cõſumi ſolẽt.

Sic expreſſe in c.ſtatutũ,§.inſuper, de reſcriptis,in 6.& l.ſolẽt,ff.de offic. Proconſul.& l.plebiſcita, ff.de offic.præſidis.Alex.de Ales par.3. quæſt.40.memb.6.art.3.§. ſecundo, Ang. verbo iudex,§.8.Sylueſt.verbo iudex,1.quæſtio.8. verſ.ſecundum,Tabiena eod.verſic.Sexto,Gabriel in 4.diſtin.15.quæſt.6.artic.ſecundo,concluſ.4 litera G.Caietan.in Summa, verbo iudicis peccata.in fine. debent tamen iſta eſſe moderata,quæ ſcilicet,intra duos dies, au
mum tres conſumi poſſunt,ex gl.in c.ſta
inſuper.verbo.paucis,de reſcript.in 6.&
bent,ex mera liberalitate,ita vt nullo mo
recte,vel indirecte exacta,vel petita fue
hæc de iudice dicta ſufficiant.

De Accuſatore, ſeu actore, quis ſcilicet,
quando accuſare tenetur.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator cur ſic appelletur, & quomodo di*
Actore? Et quid actio ſit,quid accuſatio, ſec
tionem propriam, & ad quot capita omnia r
tur,quæ ad hanc materiam ſpectant.

2 *An teneatur quis alium de iniuria ſibi facta a*

3 *An teneatur aliquando quis ex præcepto, & ſub*
li accuſare?

4 *In cauſa ciuili,& pecuniaria nemo tenetur; in*
ro criminali ſiue publica,ſiue priuata quid dic
num. ſequentibus explicatur.5.6.7.

6 *Quando eſt in fieri,& in procinctu vt fiat,idq;*
ti teſtimonio probari põt,tenetur ſub mortali
dici per accuſationem deferre. Si autem in tot
pletum actu ſit non tenetur, niſi in iudicium
& iuridice interrogatus.nu.7.

8 *Quando crimen eſt contra tertiam perſonam*
aliquam & in fieri,tenetur accuſare. Si non a
num tertij etiamſi ſit in procinctu, vt inchoet
hil tenetur,niſi ad correptionem fraternam,&
dine.num.9.

10 *Soluuntur argumenta* Angeli *in contrarium.*

11 *Denunciatio iudicialis & accuſatio, quid ſint,*
modo differant?

12 *An omittens accuſare,vel denunciare delinque*
cet,& teneatur ad reſtitutionem? in qua quæſt
ſunt difficultates,& quænam illæ ſint.

13 *Quando peccatum eſt publicum, & qui illud n*
uatus ſit, & non accuſet eum, peccat mortali
tra charitatem ſi ex officio denunciare omittit,
iuſtitiam,etiam, & vt plurimum mortaliter.

14 *Officiales in duobus caſib. non peccant ſaltẽ mor*

15 *An quando facientes contra leges tales ſunt, q*
cultatem peterẽt,facile obtinerent,teneantur o
in hoc caſu denunciare, & reſtituere ſi non
cient.

16 *Officialis qui aliquid accipit,vt non denũciet ſeu*
cuſet non ſolum damnum Reipub.aut tertiæ per
latum,ſed etiam ſic acceptum reſtituere tenetur

17 *Officiales qui cum delinquentibus diſſimulant ſe*
dentes,vt alij libere vetita capiant,& ita eos de
dant,communiter peccant mortaliter, niſi cum
tione,vt bene Nau.& Corduba.

18 *Qui non denunciant delinquentes pęnam illã in c*
tia ſoluere,& reſtituere tenẽtur,ad quam da
tur delinquentes,ſi accuſati fuiſſent.

19 *Pęnam legis non deberi ante iudicialem condem*
nem quomodo intelligendum.

20 *An quis in conſcientia tutus eſſe poſſit in conſulen*
in agendo ſequatur contrariam opinionem.

21 *Officialis obligatur reſtituere damna, quæ ſequ*
lo non accuſante delinquente, & hoc in caſu
linqu

uens non ſoluat,ſuccedit officialis.
odo,& quando obligant præcepta ſuperiorũ qua-
nt edicta Epiſcoporum, & Inquiſitorum in qui-
ſub excommunicatione aut iuramento præcipiun-
ſubditi denunciare & manifeſtare delicta,quæ no-
int? & 23.24.25.26.
j caſus enumerantur, in quibus non obſtante mãda
generali, vel ſpeciali ſuperioris, & excõmunicatio-
vel iuramento poteſt,& tenentur ſubditus non ma
feſtare,& fuſe explicatur vſque ad nu.33.
nto tempore duret obligatio horum præceptorum
edictis ſuperiorum?
,& quænam perſonæ ab accuſatione repellantur, &
as ob cauſas.
n prohibentur Clerici iure naturæ agere cauſam ſan
uinis,nec iure diuino,ſed ſolum iure humano canoni-
. Et quibus congruentijs ſecundum S. Thom. ſunda-
r hæc prohibitio Clericorum.
omine Clericorum quinam in locis prædictis, & alibi
pe prohiberi intelliguntur.

SEcunda perſona, quç venit in iudiciũ,
eſt Accuſator,ſeu actor,qui vt in cap.
forus,de verb. ſignif. habetur, *Accuſa-*
tor vocatus eſt, quaſi cauſator, quia ad cau-
vocat eum quem appellat.

Differt autem Accuſator ab Actore,eo qđ ſo
in criminalibus illa pars,quç petit,dr̃ pro-
Accuſator; Nam in ciuilibus nõ vocatur Ac
ator,ſed nomine quodã generali appellatur
or,vñ actio eſt ius proſequẽdi in iudicio qđ
debetur in cauſis ciuilib. Inſtitu. de actio.in
. Accuſatio vero eſt ius proſequẽdi in iudi-
ad vindictã publicam. Inſtit.de publica vin-
.in princ. Actio ẽt ad ſimplicem iuriſdictio-
pertinet: Accuſatio vero ad merũ imperiũ.
Alciat.in l.pecuniæ,§.actio. de verb. ſignif.
Petrus de Arragona 2.2.q.67.art.3. Eſt autẽ
cuſatio,de qua nunc agitur,ſecundum men-
Azonis in ſumma,delatio rei de crimine in li
lo ad vindictã. Vel vt colligunt Syluester &
biena ex S.Tho.in verbo,Accuſatio.in prin.
cuſatio eſt delatio rei in libello ad vindictã
pter bonum commune. Quamuis.n.aliqñ
accuſatio pp bonum priuatum, & propriũ
tereſſe,vt habetur ff. & C. tit. de Accuſat. &
nunciat.non tamen in eo ſolo perſiſtendum
,ſed ad bonum cõmune referendũ erit, atq;
eo Accuſatio proprie non tã refertur ad repa
ndum intereſſe accuſantis, quã ad puniendũ
lictum ob bonum cõe, vt homines quiete vi-
nt,quocirca ſecũdũ prçfatos authores, quos
quitur ẽt Petrus da Arragon vbi ſupra, fieri
n dẽt accuſatio niſi in peccatis vergentib. in
mnum cõe,vel diuinum. De qua re legen-
s eſt S.Tho.in q.de verit.q.3.art. 2.& 7. finis
itur accuſationis eſt punitio Rei ad bonum
e,ex improborũ namq; ſupplicijs,& caſtiga-
ne debita,maxime reſultant,vt conſtat.

De hac autem accuſationis materia agunt S.
ho.2.2.q.68.Caiet. Bannes, Salon, & Petrus
Arragon.ibidem,& Alexander de Ales par.
quæſt.42.Summiſtç in verb. Accuſ.iur.ſtç.C.
Inſtit. de accuſationib. Canoniſtç in Decre-
2.q.7.& q.8.& in Decre.tit. de accuſ. & in 6.
tit.eodẽ,Sotus lib.5.de iuſt.q.5. & in relect. detegendo ſecreto,memb. 2.q. 5. Gabriel in 4.diſtinct.15.q.6.artic.2.concl.5.litera H.Nauar.in Manuali,cap.25. nu. 31. & in cap. inter verba, 11.q.3.concl.6.Coroll.60.Greg. de Valent. to. 3.diſput.5.q.12. Toletus lib. 4.inſtruct. Sacerd. cap.57.& alij.

Poſſunt aũt facilioris doctrinç gratia,omnia quæ ad hanc materiam ſpectant, ad quatuor capita reduci,ſcilicet,ad *obligationem*, *formam*, *iuſtitiam*,*& pęnam* iniuſti accuſatoris, quæ omnia propoſitis quibuſdam dubijs exponentur.

2 DVBIVM Primum eſt,circa obligationem, an teneatur qs aliũ de iniuria ſibi facta accuſare? Quidã oĩno illicitum eſſe putant,propter illud Matth.6.*Dimitte nobis debita noſtra, &c.*

Vera tamen,& cõis opinio eſt, licitum eſſe alterum de iniuria ſibi facta accuſare, quãuis ad id non teneatur. Sic omnes paulo ante allati. Prima pars probatur,quia accuſatio,& vindicatio iniuriarum authoritate publica,eſt actus virtutis iuſtitiæ;ſi igitur debitis cum circũſtantijs fiat,licitus erit. Cauendum autem maxime eſt, ne quis ex odio, aut alia peruerſa paſſione accuſet;Qui vero abſq; odio legis vindictam petit, actum virtutis iuſtitiæ exercet.

Secũda pars patet,tũ ex lege euãgelica Matt. 6.vbi monemur *debitoribus noſtris dimittere debita*. & ad Rom.12.*Non vos defendentes*, ideſt, nõ vindicantes,*ſed date locum iræ*. Secundum ergo legẽ Euãgelicã potius cõſulimur remittere iniurias nobis illatas exẽplo Chr̃i,& Sãctorũ,q̃ eas vlciſci.& accuſare. Tũ ex lege ciuili,vt patet ex C.vt nemo inuitꝰ agere,aut accuſare cogat.l.vnica.

Ratione etiam patet,quia cum quis dominus ſit bonorum ſuorum,poteſt,ſi velit,iniuriam in illis ſibi illatam condonare.

Immo nõ tenetur quis denũciare iuridice ad recuperanda dãna, q̃ accipit, ſed ea remittere põt,niſi forsã qs adeo pauper eſſet, vt alere nõ poſſet ſe,& familiã ſuã,niſi repetendo bona ſibi iniuſte ablata,tunc.n.ea repetere tenetur,ex Nau.in c.inter verba,11.q.3.concl.6.corol.61. nu.640 & Soto loco infra citando. Vnde ſoluitur ratio in contrarium,ſolum enim in eo loco prohibemur ne ex odio, paſſione, aut propria authoritate iniurias vindicemus, at vero vt qs in iudicio poſſit repetere quod ſuum eſt, minime prohibetur vt Sotus in relect. de tegendo ſecreto.memb.2.q.5.concluſ.2.docet.

Hinc conſtat,quid dicendum ſit ad illud Bartol.l.in eum,ff.de accuſ. aſſerentis teneri vnũquemq. propriam hæreditatem etiam accuſando alios repetere,id quod probat,tum ex l.1.ff. de his quib.vt indignis. Vbi hæres tenetur iuridice accuſare homicidam,*alias non habeat hæreditatem*.& C.de accuſat.l.ſi quis homicidij.

Reſpondetur.n.id procedere in foro exteriori, nos aũt id ſolum verum eſſe dicimus in foro exteriori,in quo non tenetur quis ad ſolã iniuriam propriã vindicandã accuſare. Deinde in l.in eũ,cit.extat præceptũ teſtatoris, quo voluit hæredem ſuũ cauſam homicidij ſui proſequi, alias nõ cõſecuturus erat hæreditatẽ. quo in caſu non propriam,ſed alterius iniuriã vindicare iubetur, ſi hæreditatẽ conſequi voluerit remiſſo tñ odio, & rancore. Et deniq; tã in d. l. in eũ, q̃ in d. l. 1. agitur de vindicando homicidio, qđ eſt peccatum Reipubl. perniciosum, vt mirum non ſit teneri quempiam propter bonum publicum accuſare, & idem de l. ſi quis homicidij, dicendum eſt, vt Sotus vbi ſupra annotauit.

3 DVBIVM Secundum eſt, an aliqñ teneatur quis ex p̄cepto, & ſub pctõ mortali accuſare?

Prima opinio eſt dicentiũ nunq̃ teneri quempiam ad accuſandũ alium. Sic Gloſſa in ca. qua propter, in verb. deferre. 2. q. 7. & Ang. in verb. Accuſatio. §. 2. & Glo. in l. furtũ, ff. de his q notã. infa. §. pactus. Probat aũt Angelus hanc ſuam opinionẽ, primo, ex l. vnic. C. vt nemo inuitus agere vel accuſ. coga. vbi ſicut ẽt ex titulo colligit teneri neminẽ ad accuſandũ, & S. Tho. 2. 2. q. 73. art. 3. ad primũ loquens de patiẽte iniuriã ex detractione ait, in nr̄o arbitrio eſſe patienter detractiones ſuſtinere, & in hoc maxime cõmẽdari patientiã noſtrã, & Matt. 6. & Luc. 6. dr̄, dimittite, & dimittet̃ vobis. Vñ Matt. 18. reprehẽditur ſeruus ille neq̃, qui ignoſcere nolebat fratri peccanti. Qui vero accuſat, non dimittit.

Secundo, quia ſi crimen ſit in damnum proprium & priuatum, tunc certum eſt ex præcedentib. & ex S. Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. & alijs oĩb. non teneri aliquem ad accuſandũ, ſi vero ſit in damnum publicum, aut tertiæ alicuius perſonę, tunc inquit Angelus ſatis poterit quis prouidere bono publico *denunciando iuridice*.

Confirmatur hæc ratio, qa accuſatio dẽt fieri ſine ꝓprio detrimẽto, & dãno; At vero accuſando, damna, & pericula magna incurrit, ſi. n. non probat ſufficienter ſubire dẽt pęnam talionis, aut aliã pęnam grauẽ ſuſtinere, incurrit ẽt periculum non recuperandi, qđ in probatione expẽdit; & deniq, vt plurimum odium, & inimicitias multorum incurrit. Non igitur tenet̃ ſub peccato mortali ſuccurrere bono cõi, cum alia via, ſcilicet denunciando ſolum iuridice, & nõ accuſando id præſtare poterit.

Secunda eſt docentium aliquando eſſe in p̄cepto. Sic S. Tho. 2. 2. q. 68. artic. 1. Caiet. Salon, Petrus de Arragon. & Bãnes ibid. Alex. de Ales par. 3. q. 42. memb. 1. Sotus in relect. de tegendo ſecreto, memb. 2. q. 5. cõcluſ. 1. & lib. 5. de iuſtitia. q. 5. ar. 1. concl. 1. Nauar. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 61. n. 638. & in Manual. c. 25. n. 33. verſ. Sexto. Syluester verb. accuſatio. q. 2. Tabiena. eo. n. 4. Gregorius de Valen. to. 3. diſput. 5. q. 12. puncto. 1. q. 1. & 2. Toletus in inſtruc. ſacerd. lib. 5. c. 57. & alij communiter. Pro huius rei ſolutione, & omnium caſuum occurrentium explicatione

4 Notandũ eſt *primo*, qđ vel ſermo eſt de cauſa ciuili, & pecuniaria, & tũc nemo tenetur accuſare inuitus, iuxta ea q̃ ſuperiori dubio expoſita ſunt; vel ſermo eſt de cã criminali, & de hac agitur in præſentiarũ; In qua re ſubdiſtinguẽdũ eſt; Aut. n. ſermo eſt de criminib. publicis, aut de priuatis. Rurſus vel ſunt crimina ſiue publica, ſiue priuata, ſemel punita aut adhuc puniẽda: qñ ſũt ſemel punita tũc non põt qs iterũ accuſari. c. de his criminib. de accuſ. niſi ſint deducta ad forũ conſcientię, põt. n. quis multoties in illo foro accuſare vtiliter, ex Fel. in d. c. de his criminib. & patet ex quotidiana praxi multorum. Si vero nondum ſint punita, poteſt quis de accuſari, iuxta tamen ea quæ mox dicemus.

5 Notandũ eſt *ſecundo*, crimina publica dicien quæ directe, & immediate vergunt in damnum publicũ, vt v. g. hęreſis, q̃ immediate nocet fidei & religioni: cõpilatio ærarii publici, proditio ciuitatis, patrię. &c. Rebellio, cõiuratio in Regẽ, falſificatio monetarũ, Homicidia, & furta, quę fiũt ab Aſſaſſinis, graſſatorib. & latronib. q viã regiã obſident, ambitio, & ſubordinatio ſuffragiorũ in cathedris, & alijs electionibus, & ma me circa beneficia; Item qñ quis in ciuitate, a cõuentu conatur peruertere fratres, &c. hęc a & alia huiuſmodi peccata vergere dñr in perniciẽ Reipub. ex eo quod proximum eorum obiectum eſt bonũ cõe, quod illis expugnatur. Crimina vero priuata ea dñr, quæ contra bonum priuatum committuntur, ex obiecto. n. actui ſpecies exiſtimantur, vt v. g. mendaciũ pernicioſum, adulteriũ, homicidiũ, ſimplex furtũ, fornicatio, concubinatus, & ſimilia, quæ licet aliq̃ dicantur nocere bono cõi, quatenus, ſ. nocent partibus Reipubl. proprie tamen dñr eſſe contra bonum priuatũ huius, vel illius ciuis in particulari. Quod crimen priuatum aliqñ *eſt contra* propriam perſonã denunciantem, & accuſantẽ, & tunc ſine dubio nõ tenetur qs illud denunciare: aliqñ vero eſt contra tertiam perſonam. Rurſus tam publicũ, quam priuatũ crimẽ dupliciter ſe habere põt, aut enim eſt iã factũ, & completum, & emendatum, aut eſt in fieri, vel in procinctu, vt fiat. His ita prænotatis, ſit

6 Prima Propoſitio. Quando crimen eſt contra bonum cõe, & in fieri, ſeu in procinctu, vt fiat, illudq; ſufficienti teſtimonio quis probare poſſit, tenetur quilibet ſub peccato mortali illud p accuſationem iudici deferre. ita oẽs pro ſecunda ſnĩa allati, & colligitur ex illo Leuit. 5. vbi habetur præceptũ quaſi naturale de hac re. Si inquit, *peccauerit anima, & audiuerit vocem iurãtis teſtiſque fuerit, quod aut ipſe vidit, aut conſcius eſt, ni dicauerit, portabit iniquitatem ſuam.* Ratio etiam ad quia iure naturæ vnicuiq, incũbit cura boni cõmunis, & impedire tam malum corporale, quã ſpirituale illius oĩ modo quo poſſit, ſicut membra corporis naturali inſtinctu ſeſe obiiciũt periculo capitis. Ergo lege charitatis tenet̃ vnuſquiſq; hæc damna vitare. Sed aliqñ accidit, vt nõ poſſint cõmode vitari talia delicta, niſi deferantur ad poteſtatẽ publicã. Ergo in eo caſu tenetur quiſq. talia crimina accuſare, etiã ſi amiciſſimus ſit, q tale crimen cõmiſerit: Bonũ enim cõe priuatæ cuiuſq. amicitiæ præferẽdum eſt. Immo, vt ait Sotus lib. 5. de iuſtitia, q. 5. artic. 2 ad ſecundum, ẽtſi quis promiſerit ſeruare ſecretum, tenetur accuſare, niſi tamen ſit ſecretum confeſſionis, tũc. n. nulla ex cauſa licet, id quod antea docuit S. Thomas 2. 2. queſt. 68. artic. 1 ad 3. & q. 70. art. 1. ad ſecundum. Dixi, *dummodo ſufficienter illud probare poſſit*, quia vt ait S. Tho. 2. 2. q. 68. ar. 1. & poſt eũ reliq paulo ante allati nemo ad id tenetur, quod perficere non põt deb-

ito modo, vnde qui probare non poteſt crimē, cculare non tenetur. Cū.n. probatio ſit neceſ- ria, ne periculū ſibi creat, vel pęnæ talionis, vel lterius grauis dāni, ſi in probatione defecerit, emo tenetur accuſare niſi crimen, qđ probare oſſit. Vnde quāuis, vt ait S. Tho. 2.2. q. 67. art. ad primum, qđ qui bona fide accuſat, non te- etur ad pęnam talionis, ētſi in probatione de- ciat, tñ notat Sotus in relec. de tegēdo ſecreto, emb. 2. q. 5. concl. 1. ad ſecundum, qñ non po- ſt crimen probare, & crimen illud ꝑnicioſum ſt Reipublicæ, ne tale crimen oīno maneat im nitum, & obuietur malo cōi, proteſtari debet non accuſare, ſed ſolum iuridice denūciare, hac rōne liberetur a periculo deficiēdi in ꝓ- atione, & iudex inde occaſionē accipiat inqrē i, & obuiet malo cōi, quo ſenſu, & caſu ſolum era eſſe pōt Angeli opinio. Addunt tñ Sotus b. 5. de iuſt. q. 5. art. 1. concluſ. 1. & Mich. Salon 2. q. 68. art. 1. controuer. 2. concl. 3. quod ēt in oc caſu, qđ quis teſtē afferre poſſet, teneretur ccuſare, vt iudicē a labore inquirendi in re tāti omenti liberet. Quia cū teneatur vnuſquiſq. uere bono cōi quantum poteſt, qui non po- ſt accuſare ex defectu debitæ ꝓbationis, ſaltē enūciare tenetur iudici, vt iudex inqrat, & ꝓ- ideat illi dāno. Denunciare aūt debet non no- minādo perſonas in particulari, ſed ſolū in cōi, d quod procedit etiam nulla exiſtente criminis nfamia: Quia cū immineat malum Reipubli. onum publicū præferri debet priuato, neq; in o caſu, vt ſupra diximus, requiritur accuſator.

Secunda Propoſitio: Quamuis crimen ſit cō ra bonum publicum, ſi tñ in totum factum, & ompletum ſit, ita vt nullo mō maneat in actu, on tenetur qs amplius illud accuſare, vel denū iare, ſed ſolū ſi in iudiciū vocat⁹ fuerit a iudice, interrogatus iuridice, hoc eſt, cū criminis il- ius ſit infamia, notorietas, aut aliqua ꝓbatio, ndere veritatē tenetur tanquā teſtis. Dixi, ſi iuri ice interrogetur, ſi.n. crimen ſit omnino occul um, non tenetur aliqd dicere. Vnde fit, quod li- et qs nouerit aliquē falſificaſſe monetā, ſemi- aſſe hæreſim, paraſſe inſidias regni, aut aliqd imile, ſi tñ iam omnino ceſſat a tali crimine, & ere pęnitet, non tenetur accuſare, aut denūcia- e, vt recte Toletus vbi ſupra annotauit.

Tertia Propoſitio: Quando crimen eſt cōtra rtiam aliquā perſonam priuatā, & in fieri, vel procinctu vt fiat, ſi teſtes habeat quib. proba- e poſſint, tenetur accuſare. Vt v.g. ſi videam ali- uē inſidiantē vitę alterius, aut familiæ fratris, ec alio mō impedire poſſum q̃ deferēdo iudici rimē, ſi teſtib. id probare poſſum, teneor accu- re, iuxta ea, q̄ docēt S. Th. 2.2. q. 33. ar. 7. Mich. alon 2.2. q. 68. controuer. 1. concluſ. 2. Toletus .5. inſtruct. Sacerd. c. 57. Sotus lib. 5. de iuſtit. .5. art. 1. ante ſolutionem argumentorum, & lij, quia tenetur vnuſquiſq. quantū poteſt via cita proximum ab oī damno, & iniuria illęſum eri iuxta illud Prouerb. 24. *Erue eos qui ducuntur d mortem*. Et Eccleſiaſtici 17. *Attendite ab omni ini uo, Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo*. Cum gitur in hoc caſu, vt ſupponitur q tales inſidias ouit, & probare pōt, non habet aliam viam cōmodiorem, q̃ accuſationem, ad eam tenetur. Si .n. per aliā viam impedire poſſet hoc malū, puta admonendo proximū, ad illum admonendū & ad reſipiſcentiam excitandū obligatur, qđ ſi admonitionē nō curat, accuſare tenetur, ſin vero probare non poſſit, & proinde, nec accuſare valet, tenetur ex charitate denūciare illud iudici, ētſi iurm̄ præſtiterit de nō denunciando eo modo, quo pōt, idq. vt euitetur malum, quia iuramentum tale illicitū eſt. Gloſ. in c. Ad noſtra. 2. in verb. repeterent. de iureiur. Panor. in c. 1. n. 3. & in c. Quemadmodum, num. 7. tit. eod. Nauar. in Man. c. 25. nu. 33. Mich. Salon 2.2. quęſt. 68. ar. 1. controu. 1. in fi. & fauet S. Thom. 2.2. q. 70. art. 1. Non debet aūt illi tertio reuelare perſonam in patticulari, ſed ſolum in communi, vt ſibi caueat; intelligendum autem eſt hoc iuxta ea quæ diximus in propoſitione prima, quando notum eſt crimen extra confeſſionem. Quod ſi homicidium, v.g. ſi iam factū, ad nihil tenetur, niſi cum vocatus fuerit, & iuridice interrogatus in iudicio veritatem dicere.

9 Quarta Propoſitio: ſi crimen nō ſit in alicuius tertii damnū, & præiudicium, ētſi non ſit iā inchoatū, ſed ſit in procinctu vt inchoēt, & fiat, ad nihil tenēt illud ſciens niſi ad correptionem fraternā, & ad hāc eo ordine, quo hr̄ Matt. 18. dummodo ſit ſpes emendationis opportunitas ēt temporis, & nihil periculi deuūcianti fraterne redundet, alias .n. non tenetur. Sed de hac re latius in materia propria de correptione fraterna tractari ſolet, hoc .n. in loco de accuſatione ſolū, & de iuridica denūciatione, q̄ ab accuſatione ſolū differt, ꝙ accuſatio fit in ſcriptis, denunciatio nō itē, & q denūciat, nō ſuſcipit in ſe probationē rei, ſicut q accuſat, agimus; vtraq; vero ꝓ ſcopo ſuo hēt punitionē, videlicet bonū cōe, ꝙ ex imꝓborū ſupplicijs redūdat, ita nimirū, vt vel ipſi reſipiſcāt, vel ſaltē alij ex eorū punitione ſimilia ꝑpetrare timeat. Qūo officiū S. Inqſitionis hęreticos dogmatizātes: vltimo punit ſupplicio, ētſi ꝓbabiliter crederentur a ſua hæreſi ceſſaturos, quia id expedit bono cōmuni, vt alij exinde timeant idemq. dicendū de iuſtitia, q̄ in ſecularib. iudiciis quotidie exercetur. Hinc facile ſoluuntur argumenta Angeli in contrariū.

10 Ad primū reſpondetur, ea omnia intelligi de remiſſione iniuriæ priuatæ, iuxta ea, q̄ in dubio præcedenti dicta ſunt, eſt. n. in noſtro arbitrio eas remittere, nō accuſare, vel accuſare, vt ibi dictum eſt, ſi .n. accuſemus ex zelo iuſtitię, nō eſt extra euangeliū: ſi non accuſemus eſt actus charitatis, & patientiæ, & iō in his priuatis iniuriis nemo accuſare tenetur, niſi qñ iniuriæ nobis illatæ cedunt in damnum cōe, vel aliorum, tunc .n. quamuis cedere quis poſſit iuri ſuo, non tamen iuri aliorum. Illud vero Chriſti dictū de remittēdis iniuriis priuatis, ſi de foro externo ſeu forenſi intelligatur, ſolū ad perfectos pertinet, eo modo tñ, quo minus, quando iniuriæ illę in ſuum damnū, & non in aliorum damnū redundat, tunc enim aliorum iuri cedere nequeunt.

Si vero intelligatur de foro interiori, (ꝓut vere intelligitur) de remiſſione quātū ad odiū, & liuorem animi intelligiaur, non quantū ad punitionitionem delictorum, quæ petitur ex zelo iuſtitiæ, maxime quando petimus ſatisfactionem dānorum, quorum recompenſatio nobis, aut proximis noſtris neceſſaria eſt. Vnde nō dixit Chriſtus Matth. 18. ſimpliciter niſi remiſeritis, ſed *niſi remiſeritis ex cordibus veſtris.*

Ad ſecundum reſpondetur, quādo delicta cedunt in damnum cōe, aut in præiudicium tertii, ſi ſciens illa, certo ēt ſciat, promiſſum ſufficienter bono cōi, & obuiari malo, ex ſola denunciatione iuridica, nō tenet̄ ad accuſationē, alias ad eā obligabitur, vt diximus. Ad cōfirmationē vero Reſpondetur, Neminē teneri ad accuſandū, niſi ꝓbare poſſit. Qui vero bona fide accuſat ex zelo iuſtitiæ, & boni cōis, non tenetur pęna talionis, ſi deficiat in probatione ex iniquitate teſtium, vnde qui ita accuſant, aut denūciant ob bonum cōe proteſtari ſolent ſe id facere ob bonum cōe, & habere teſtes, quibus illud probetur; q̄d ſi poſtea ex iniquitate ſua voluerunt dicere, ſe non obligat ad id, ſed ſolum denūciare intendit, vt iudex poſtea munus ſuū exequatur. Et licet per accuſationē odiū, & inimicitias aliquorum incurrat, tenetur tn̄ damno ſuo priuato cōmune bonū præferre, immo cōtingere poteſt caſus, vt pro bono cōi debeat quis accuſare ētſi vitam propriam manifeſto periculo exponeret: puta ſi via denunciationis iuridice non cenſeretur habitura bonū exitū, vel abſolutè, vel propter actum, & potētiam Rei, aut ꝑꝑ negligentiā iudicis, ꝗ diſſimularet ob amicitiā, & cōſanguinitatē inter illum, & Reū, aut ſi per viam denunciationis cauſa deferretur, maxima prętermitteretur occaſio ſuccurrendi bono cōi, & impediēdi magna mala, tunc.n. teneretur accuſare, quia iudex cū poſtulet̄ capere Reū, recipere teſtes, & ius dicere, nō pōt diſſimulare, aut negligēter agere, nec Reus ex mora euadere poteſt ita facile, vt poſſet, ſi ſolū denūciatio intēderetur, vt rectè Michael Salon 2.2.q.68.ar.1.controuer.1.in fine, & Gregor. de Valen. to.3.diſp.5.q.12.dub.1.animaduertunt, vbi Grego. tandē addit oēs fateri, raro contingere eiuſmodi caſū, vt quis accuſare teneatur, ſi tamen accideret, ad accuſandum tenebitur, vt dictum eſt.

11 Illud demū annotandū eſt, circa hanc denūciationē iudicialē, & accuſationem, quod accuſatio non eſt aliud quā delatio criminis apud cōpetentem iudicem interueniēte inſcriptione, & aliis ſolemnitatibus iure cōi requiſitis ad vindictam delictorum publicā; Denunciatio autem iudicialis eſt, qua defertur crimen ad ſuperiorē tanq̄ ad iudicem cōpetentem, vt propter bonū publicum puniat delinquētem, & ſolū ab accuſatione differt, quod denūciator, vt ſępius dictū eſt, non ſe ſubiicit pęnæ talionis, nec obligatur denunciationem in ſcripris proponere, ſed tm̄ verbis defert crimen ad iudicē, & Notarius excipit illud in ſcriptis. Cum.n. ex longo vſu dęſiit accuſatio ſeruari ſecundum ſolemnitates iuris, introduci cępit querela ſeu denūciatio verbalis, quia.n. nullus priuatus accuſare volebat, vel ſaltē negligebat, ne crimina impunita manerēt, introduci, & conſtitui cęperint quidā procuratores fiſcales, quib. demandatū eſt officiū, vt crimina illa q̄ populares priuatim accūſare debebant ipſi ad iudiciū deferrent, & ita ad ſimplicē querelam verbalē illorū, vel denunciationē iudex contra delinquētes procedere tenebātur. Hinc vſu receptū eſt, vt priuati ſola verbali denūciatione deferant crimina ad iudiciū, & procuratores fiſcales, tanquam boni cōis curā habentes, crimina illa accipiant, & porrigāt Notario, & Notarius ſcribit, & porrigit ea iudici. Ex quo factū ēt eſt, vt in iſta denūciatione iudiciali, aliqn̄ priuatus, qui crimē detulit ad fiſcalē ꝑ denunciationē, adduci poſſit poſtea in teſtē cōtra delinquentē, prout in praxi obſeruari videmus. Quæ oīa inſtituta, & introducta ſunt, tum ad bonum cōe, vt facilius detegerētur, & punirentur delinquentes; tum ēt ad vtilitatē denunciantiū crimina, qui non ſubiiciuntur pęnę talionis, nec crimina probare tenētur, atq. adeo hac rōne cōſulitur bono cōi, & damnis, & incōmodis eorū obuiatur, ꝗ alias crimina norunt, nec tn̄ ea ad iudicem deferre volebant, timentes ne in probatione deficiētes grauiſſimas alioqui pęnas ſubirēt, & odia, & inimicitias multorū incurrerent, ſi accuſatores ſe criminū exhiberent. Quæ a nobis pręnotāda erāt, tū ad faciliorē q̄ſtionis ꝓpoſitæ, & praxis quotidianæ cognitionem, tum ēt ad explicationem eorum, quæ inferius de forma accuſationis dicturi ſumus.

12 DVBIVM Tertiū eſt, an omittens accuſare, vel denūciare delinquētes peccet, & teneat̄ ad reſtitutionē. Vt v.g. ſunt leges prohibētes vt poſt ſonitū cāpanę, nemo in vrbe geſtet arma nocte, quod ſi geſtauerit, hanc vel illā pęnā ſubeat, an ꝗ nouit aliquē geſtare arma, teneat̄ ſoluere pęnam, q̄ delinquēs eſſet ſoluturus, ſi delinquentes nō accuſet, vel denūciet. Et idem de eo ꝗ nouit alia crimina cōtra leges regni cōmiſſa. Et difficultas eſſe pōt tū de eo qui nouit tale crimen, tū præcipue de officialib. publicę iuſtitiæ, ꝗ ex officio ſuo ſic delinquētes accuſare, vel denunciare tenētur. In qua re multæ difficultates cōtinent̄, Prima eſt, an iſti officiales peccēt nō accuſando delinquētes. Scđa eſt, an teneātur in cōſcientia reſtituere, ſi ꝗd accipiāt vt nō accuſēt. Tertia eſt, an peccēt, & teneant̄ ad reſtitutionē ſi inſidioſè ſe occultēt, vt alii liberius peccēt cōtra leges, & deinde ipſi ex inſidiis ſe ꝓdūt, & delinquētes capiūt. Quarta eſt, an teneātur in cōſcientia reſtituere pœnā ad q̄ dānarentur delinquētes ſi ipſi accuſarēt. De quib. omnib. breuiter quid ſentiendū ſit, ſequentib. propoſitionib. exponā; nam de hac re nōnulla etiam in materia de reſtitutione explicata ſunt in §. Non manifeſtans, vnde illuc lectorem remittimus.

13 Prima Propoſitio. Qn̄ peccatum eſt publicū, & aliquis delictum illud nouit, ſi priuatus ſit, & omittit accuſare, peccat mortaliter cōtra charitatem, iuxta ea quæ in dubio p̄cedenti ꝓpoſitione prima, & tertia dicta ſunt, ad reſtitutionē tn̄ non tenetur. Ratio eſt, quia non facit contra iuſtitiā, ex cuius ſolius violatione incurritur reſtitutionis obligatio. ita Mich. Salon 2.2.q.68. art.1.contro.3.dub.2.concl.1.& alii.

Secunda Propoſitio: Omittens accuſare, vel denuuciare qn̄ tenetur accuſare, vel denunciare,

ciare ex officio, peccat & contra charitatem, & contra iuſtitiam mortaliter vt plurimū, & proinde ad reſtitutionem damni illati tenetur. Sic cõiter Doctores, & certū eſt, ſicut cuſtos vineæ, qui non annunciat dño damnum vineæ, peccat, & reſtituere ei damnum tenetur. Et fiſcus qui non accuſat furtū ex ærario publico, tenetur reſtituere quicquid ex ærario acceptum eſt.

Dixi, vt plurimum, quia officiales iſti non peccant in duob. caſib. ſaltem mortaliter, ex Ioan. Med. C. de reſtit. q. 12. dub. vlt. Mart. Nauarr. in Manuali, c. 17. num. 122. verſ. 28. Ant. de Corduba in ſumma, caſu 66. dicto 3. & Petro Nauarro lib. 3. de reſtit. dub. vlt. nu. 138. c. 4.

4 *Primus eſt*, qñ non accuſant eos qui faciunt contra leges pp extremam, vel grauem neceſſitatē. vt v.g. eſt lex prohibens ne quis ligna ſiluarū cędat, cędit pauper aliquis neceſſitate cõpulſus pp vſum familiæ ſuæ, tunc nõ accuſando officialis non peccat. Ratio eſt, quia lex poſitiua humana non intelligitur eſſe contra charitatē. Ergo caſus ille vr̃ exceptus, atq. adeo quamuis officialis habeat iur̃m, vt habere ſolent, de accuſando delinquentes, nõ facit contra iur̃m, quia lex, & iur̃m intelliguntur facta, excepto illo caſu. Cum.n. ligna cædentes in eo caſu nõ peccēt, nec officialis in non accuſando aut non denunciando peccabit, cenſeturq. in eo caſu dñs ligni in captura illius conſentire. Limitāt vero pręfati Doctores hunc caſum adhuc dummõ pauper cædens, non niſi q̃tum neceſſitas exigit, capit, et exportat, & neceſſitas eius nota ſit cuſtodi ſeu officiali. Si.n. vltra, q̃ eius indigentia poſtulat, capit, ſicut non eſt immunis a crimine furti, ita cõſequenter nec a pęna excuſatur, ac proinde denunciandus erit, ſi exportat plusquā neceſſitas poſtulat, iuxta fidelitatem, & iur̃m cuſtodis. Sicut ēt ſi cuſtos præfatam neceſſitatem exportātis ignoret, aut ēt de ea dubitet, tenebitur pp officium, & iur̃m, illum apprehendere, & accuſare, quouſque certo conſtet neceſſitas, in dubio .n. eligenda ſunt tutiora. arg. c. ſi quis autem. de pęnit. diſt. 7. & c. ad audientiam. de homicid.

Secundus eſt, qñ facientes contra legem ſunt cõſanguinei, vel amici eorum qui leges, vel ſtatuta cõdiderunt, quia in eo caſu ēt iſti vñr excepti. Intelligendus tñ eſt hic caſus, qñ non peccatur cõtra bonū publicum Regni, & Reipub. tunc.n. præferri debet bonū publicum priuatæ amicitiæ; Extra hos duos caſus pc̃tm̃ eſt in officiali non accuſare delinquentes, vt conſtat, tū quia officialis iſte facit contra officium ſuū, & contra iur̃m quod præſtitit, quando officium aſſumpſit, tū quia facit contra bonum publicum, infert.n. damnum Regi, Reipub. & domino rei, vnde peccat, & ad reſtitutionem obligatur.

15 Dubiū ſolum eſſe poteſt, an quando faciētes contra leges ſunt tales, qui ſi facultatem peterent, illam obtinerent, illā tamen licentiam vel ob verecundiam, vel aliam cām petere nolunt, teneantur officiales in hoc caſu denunciare, & reſtituere ſi non denunciant. Ioannes Med. C. de reſtit. q. 12. dub. vlt. verſic. Quanta aūt. Mart. Naua. in Manu. c. 17. nu. 122. Anto. de Corduba in Summa. q. 66. pun. 3. & Pet. Nau. lib. 3. de reſtit. c. 4. dub. vlt. nu. 139. docent officiales teneri illos denunciare ex vi ſui officij, & iur̃i, ſibiq. imputent facientes contra leges, qui cū licentiā petendo facile obtinere potuiſſent, eam tñ petere noluerunt. Quoad reſtõnem vero tres priores nihil expreſſe docent, quāuis Petrus Nauarrus eis aſcribat ſn̄iam affirmatiuā in hoc caſu. ſ. teneri eos ad reſtitutionem, quia licet dñs conceſſurus illis fuiſſet licentiam, ſi rogaſſent, eſt tñ rõnabiliter inuitus de acceptione ſine facultate. Vnde ſicut accipientes peccant auferentes rem ſine licentia, & reſtituere tenētur, ita officiales prædicti non denunciantes, & conſequenter reſtituere tenentur. Ceterū Petrus Nauarr. docet, non teneri, aut accipientes, aut officiales nõ denunciantes ad reſtõnem. Rõ eſt, quia licet accipientes, licentiam petere noluerunt vel ob verecundiam, vel ob defectum humilitatis, vel alia de cā, quia tñ dominus non vr̃ inuitus de acceptione, vel de re accepta, licet ſit de mõ accipiendi, non exoritur obligatio reſtõnis ab accipiēte faciendæ, & conſequenter neq. officialis ad reſtitutionē domino faciendā obligabitur. modus .n. accipiendi quāuis ſufficit in hoc caſu ad conſtituendū pc̃tm̃ veniale, non tamen ad mortale, vel ad reſtitutionem inducendā, Id quod Mart. Nau. ēt in Man. c. 17. nu. 138. verſ. Quadrageſimo quarto, aperte confitetur, his verbis Qui occulte aliq̃d accipit ab eo, cui non diſpliceret acceptio ſibi nota, ſed occulta ſic, is licet peccet venialiter, non tñ mortaliter. Quia eius acceptio, aut retentio non eſt contra voluntatē domini, ſed modus ſolū accipiendi, quod ad peccādum mortaliter non ſufficit. Eiuſdē ēt ſn̄iæ eſt Caiet. in Sūma verb. furtū, dicens, Põt dñs rei eſſe inuitus dupliciter, vel q̃tū ad rē, quæ ſurripitur, vel q̃tū ad ſolū modū accipiendi, puta, q̃a diſplicet ei ꝙ occulte accipiatur, & non ꝙ res tollatur, vt ſæpe contingit in furtis domeſticis inter patrē, & filiū. Non.n. cõmittit furtū filius occulte ſurripiēs res patris volentis filiū res illas hr̃e, ſed nolentis ꝙ occulte acciperet, qm̃ tunc proprie loquendo non inuito, ſed nõ vidente dño accipit. Et hĩc multas occultas acceptiones domeſticas excuſare potes, dū præ verecundia aut reſpectu tollūtur res occultè nõ inuitis dñis quo ad rē, venialia ſiquidē ſunt oı̃a hæc. Cum igitur in caſu nr̃o, vt oẽs fatentur, cognito facto, ſi nõ diſplicet ſcd̃m ſubſtantiā, q̃uis diſpliceat modus, nõ erit mortale, nec reſtõnis obligationem inducit, ita certe ſi petēti facultas cõcederet, conſequēter factū placeret. Qūo.n. concederet, qd̃ non placeret? Non eſt igitur rõnabiliter inuitus niſi de mõ, modus aūt accipiendi vt diximus, non cõſtituit obligationē reſtõnis, aut pc̃tm̃ mortale, ut Caie. & vterq. Nau. fatentur. Vñ tunc ſolū modus pc̃tm̃ mortale conſtitueret, & reſtõnē induceret, qñ dñs ſuam voluntatē declaraſſet, ꝙ nollet ſe inconſulto, & neſcienter quemq̃, & filiū accipere. Tūc.n. nõ ſolū modū, ſed ipſam ēt ablationē prohibere vr̃. Ex quib. conſtat quidnam ad primā difficultatē, ex quatuor propoſitis rñdendū ſit. Quoad ſcd̃am vero difficultatem, ſit

16 Tertia Propoſitio, officialis qui aliquid accipit, vt non denunciet, ſeu non accuſet non ſo-

lũ damnum exinde Republ. aut tertiæ perſonæ illatum, ſed etiam ſic acceptum reſtituere tenetur. Sic Io. Med. Cod. de reſtit. q. 3. cauſa. 10. verſic. Quinto, & Syluest. verbo, reſtit. 3. q. 5. §. Septimũ, q. 12. dub. vlt. verſic. Si vero, & q. 28. in fi. Sotus lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. verſ. ſecundus ergo modus, Ant. de Corduba in ſumma, q. 66. §. 2. in fi. & Mich. Salon 2. 2. q. 68. artic. 1. controuer. 2. dub. vlt. quamuis Nauar. in Manu. c. 17. nu. 122. verſ. 28. & c. 25. num. 34. verſ. octauo. & Couar. in regu. peccatum, p. 2. §. 2. nu. 7. de reg. iur. in 6. contradicant, exiſtimantes ſolũ teneri ad ſatiſfactionem damni tertiæ perſonæ illati, non aũt ad reſtitutionem rei acceptæ ne denunciaret, fatetur tñ Couarruuias hanc noſtram ſemẽtiã eſſe cõem Doctorum. Ratio pro noſtra opinione eſt, quia tales ex iuſtitia, crimina denunciare tenentur, accipientes ergo aliquid ne accuſent, contra id faciunt, ad quod ex iuſtitia tenentur, & quod officiũ aſſumentes facturos ſe pollicebantur, atq. adeo cum acceptio illa cã ſit non exequendi debito modo officium, tanq̃ inique acceptum reſtitutioni manet obnoxiam. Nec valet, quod pro Nauarri, & Couarruuiæ ſententia adduci poteſt, quia. ſ. hoc non accuſare delinquentem, fit in bonum delinquẽtis, ac proinde non tenetur id gratis omittere, vnde ſic libere donatũ retineri poteſt. Hæc inquam rõ non valet, quia quotieſcunq. ad actum poſitiuũ ex officio & iuſtitia exercendũ teneor, toties ad actũ omiſſionis ẽt gratis teneor, aut ſaltem aliqd ad actum debitum ex iuſtitia omittẽdum accipere non poſſum, magiſque teneor bono cõi, aut tertiæ perſonæ ex officio conſulere, quã ex iniqua acceptione delinquentem a pęna debita liberare, vt conſtat. Intelligenda aũt eſt hæc propoſitio de officialib. qui ex iuſtitia accuſare tenẽtur; Nam in eã propria pars læſa præter ſatisfactionem, aliquam etiam pecuniam accipere poteſt, ne accuſet, vt rectè Salon vbi ſup. annotauit, nec vllus eſt, qui id vnquam negauit. Quoad tertiã autem difficultatem propoſitam, ſit

17 Quarta Propoſitio; officiales, qui cũ delinquẽtib. diſſimulant, ſe abſcondẽtes, vt alij libere vetita capiant, & ita eos capiant, & puniri faciant, communiter peccãt. Sic Ioan. Med. C. de reſtit. q. 12. dub. vlt. verſic. Si deniq. Nauar. in Manuali, ca. 17 num. 123. verſic. 29. & Anton. de Corduba, in Summa, q. 66. §. 2. et hoc mortaliter, niſi in caſu quo permitterent eos ingredi, vt ſemel deprehenſi iterum ingredi caueãt, aut non ſinãt eos aliquid notabile inde exportare, vt Nauar. & Corduba limitarunt. Rõ vero eſt, quia occaſionem præbent alijs faciendi contra leges; qđ intelligendum eſt, qñ leges illę ad culpam obligant, vnde in hoc euentu occaſionem eis præbent inferendi damnum proximo, aut Reipub. quod illi commode impedire poſſet, ſi non ita inſidioſè ſe occultarent. Hanc tñ propoſitionẽ ego limitarem procedere ſolum in caſu, quo facientes contra leges bona fide ignorant tales inſidias, quia vere ſi ipſi ẽt nouerint tales inſidias fieri ſolitas ab officialib. tunc officiales non vñr peccare ſic inſidioſè agendo, quandoquidẽ inſidiæ tunc notoriæ ſunt omnibus & adeo cões ſunt, vt fere neminẽ lateant, ac proinde ſibi imputare debent facientes contra leges. Ceterũ in hoc caſu quo ipſi officiales peccarẽt ſic inſidioſe agentes, non tenentur ad aliquam reſtõnẽ ipſis delinquentib. faciendã, eo quod officiales iſti ex vi ſui officij non ſunt conſtituti ad conſulendũ bono delinquentiũ, ſed bono Reipub. ſeu Regis, ac proinde q̃uis ſi ꝑmittant aliquid auferri, reſtituere teneantur dãnũ quod Rex, aut Reſpublica patitur, nõ tñ vt reſarciant damnũ qđ exinde delinquentes incurrunt, ipſi nãq. ſibi viderint, cũ contra leges peccare voluerint. Circa quartam porro difficultatem initio allatam, ſit

18 Quinta Propoſitio, officiales qui non denunciant delinquentes, pęnã illam in conſcĩa ſoluere & reſtituere tenentur, ad q̃ damnarentur delinquentes, ſi accuſati fuiſſent. Eſt aũt intelligenda propoſitio hæc de pœnis pecuniarijs, non de corporalib. certum eſt. n. ſcđm omnes, quod ſi pęna ad quã damnandus eſſet delinquens, corporalis ſit, non tenebuntur officiales illam ſoluere, Non. n. obligantur ire in exilium ad quod damnarentur delinquentes, ſi accuſarentur, ſicut neq. obligantur ad flagella, & triremes, aliaque ſupplicia corporalia, ad quæ peccantes cõdemnati fuiſſent. Hanc noſtram ſñiam expreſſe Ang. verb. pęna. §. 26. Syluest. ſibi contrarius *in* verb. pęna. q. 28. Io. Med. C. de reſtit. q. *12. dub.* vlt. §. Et hic eſt vnus caſus, & q. 15. in fine. *Bart.* Med. lib. 1. inſtr. confeſſ. c. 14. §. 30. regula. 5. verſ. Nona. Pet. Nauar. lib. *3*. de reſtit. c. 4. p. 1. dub. vl. num. 142. Pet. de Arrag. 2. 2. q. 62. artic. 7. Mich. Salon ibid. controuer. 4. & 5. & q. 68. art. 1. controuer. *3*. in principio, & in fi. & alij tenent, & fauet S. Th. 2. 2. q. 67. art. 4. ad tertium, affirmãs iudicem non condemnantem reum ad pęnam, quam meretur ob delictum, ad reſtitutionẽ teneri. Vnde falluntur Syluest. qui in verb. reſtit. 3. q. 5. verſic. Septimum, & Nauarr. in Manu. c. 25. nu. *3*4. verſic. octauo, & Corduba in ſumma q. 66. §. 2. contrarium affirmant, non teneri ſcilicet ad reſtituendũ pęnas, quas ſoluiſſent transgreſſores, ſi denunciati fuiſſent, quod intelligẽdum eſt, etiamſi officiales eas non accepiſſent, nam ſi ipſi a delinquentibus pęnas illas reciperent, abſq. controuerſia eſt, teneri ad earũ reſtitutionem. Intelligitur ergo propoſitio noſtra teneri officiales ad earum ſolutionem etiãſi eas non recepiſſent, et ẽt ante iudicis condemnationem. Rõ eſt, quia pœna illa ſolet eſſe applicata ex legib. fiſco; vel alicui tertio; qui emit pœnas pecuniarias ad quas delinquentes condemnari ſolent, vel alicui pro loco, & vſui. Ergo cũ officiales contra eorũ officiũ, & iurm non accuſando impediãt, ne iſti ius ſuũ acquirant, quod habent in pœnas illas, contra iuſtitiam cõmutatiuam agunt, & non ſolũ contra iuſtitiã legalẽ, (vt aliqui falsò putant) cum. n. ad officia illa eligantur, & ipſi ea acceptent, contra actũ quendã celebrant virtualẽ, ex cuius vi tenentur ſoluere damnũ qđ patitur cõitas, fiſcus, aut pars læſa, et emptor pęnarũ, ex omiſſione ſui officii. Sic igitur impedientes, contra iuſtitiam cõmutatiuã agunt, & ad damni reſtitutionem in conſcĩa etiã ante iudicis condemnationem obligantur.

Nec obſtat huic noſtræ aſſertioni regula illa cōis Doctorum, quod pœna legis non debetur ante iudicialem condemnationem; Ac proinde cū delinquens nondū ſit condemnatus, nec officialis tenetur illam ſoluere ante condemnationem. *Reſpondetur*.n. in hoc caſu pęnam appoſitā duas habere rōnes, rationem, ſ. pęnæ, & rōnem damni. Habet namq. rōnem pęnæ in ordine ad delinquentem, & ita nunquā eſt in conſcientia ſoluenda ab eo, vt pœna ante iudicis cōdemnationem; Habet autē rōnem damni, & non pœnæ reſpectu illius tertij, cui eſt applicata pœna, & ſic vt damnū illius eſt, tenetur officialis tanq̃ cā illius damni in conſcientia illud ſoluere ante oēm iudicis condemnationem. Nec mirū, quod ipſemet delinquens non teneatur in conſciētia ad pęnam ante iudicis condemnationē, officialis vero ſic, quia delinquens diuerſa rōne tenetur ab ea, qua officialis tenetur; ſiquidem delinquēs non niſi ex ſtatuto, & lege tenetur, officialis vero ex officio obligatur proſpicere indēnitati Reipub. aut tertij, atq. adeo iuſtius ad ſolutionē damni tenetur, cum ad id rōne ſtipēdij, fidelitatis, & iurī obligatus ſit, vnde vt recte Med. vbi ſup. notat, tenebitur parti, aut iuxta quantitatem dāni illati, aut iuxta quantitatē pęnæ, quæ de iure parti applicanda erat, ſi ipſe accuſaſſet, & optio erit apud eū, cui pęna applicanda fuit.

20 DVBIVM ſolū eſt, An quis in conſcientia tutus eſſe poſſit, ſi in conſulendo, vel in agendo ſequatur contrariā opinionem? Rn̄deo, Ad oēm ſcrupulū conſcientiæ tollendu ſatis eſt, quod altera opinio ſit probabilis, eam.n. vt diximus, ſequuntur Sylueſt. Nauar. & Sanc. Bernardinus, quem ipſi referunt, & Anto. de Corduba, vt dictū eſt. In praxi aūt tutus eſt quis ſequendo opinionem probabilem, ētſi contraria tutior ſit, vt lib. 1. c... expoſuimus. Quib. addo ex Mich. Salono vbi ſup. in d. q. 68. art. 1. controuer. 3. in fi. ex alio duplici capite excuſari poſſe tales officiales a reſtitutione; Primo quidem, ſi in pacto illo, & acceptione officij obligarunt ſe tm̄ ad accuſandum, non tn̄ ad reſtituendum; Scđo, ex virtuali intētione aliquo modo ſufficienter ſignificata non obligandi ſe ad reſtōnem, quę virtualis intentio colligi pōt ex his quæ inter paciſcentes interuenerūt, quæ non cadūt ſub arte, ſed arbitrio prudentū virorū relinquuntur. In qua re maxime valet vſus, & praxis bonorum, ſunt.n. pauci qui reſtituūt eo quod non accuſarūt, nec confeſſores ēt alioqn docti, & timoratæ cōſciētiæ illos obligare ſolent, immo forte nec pars lęſa cōiter cēſet ſibi deberi talem reſtitutionem.

1 Notandum vero eſt duo certa eſſe ſecundum omnium opinionem.

Primū eſt officialem obligatum eſſe ad cetera damna reſtituenda, quę vel in Republ. vel in aliquo priuato ſequuntur ex eo, qđ is non accuſat delinquentem; & hoc in caſu, quo delinquens non ſoluat. Tenetur.n. delinquens illa ſoluere, tanquam cā principalis; ipſo autem non ſoluente, ſuccedit officialis tanquā minus principalis.

Scđm eſt, quod ſi fiſcalis, vel tertius alius, cui pęna applicanda eſt in iudicio agat, & in agēdo pęnam petat, ad q̃ delinquens dānandus erat ſi tūc officialis impedit iſtā executionem, pęnam illā ſoluere tenetur; Quia cum tūc adſit pars in iudicio petens, quod ſibi ęſt debitū, & officialis impedit, directe contra cōmutatiuam iuſtitiam agit, vnde ad reſtitutionē eius obligatur. Reliqua, quæ hic tractari poſſent, in materia de reſtitutione, in §. Non manifeſtans, legenda ſunt.

22 DVBIVM Quintum eſt, Quomodo, & qn̄ obligant pręcepta ſuperiorū, qualia ſunt edicta Ep̄orum, & Inquiſitorum, quę fiunt in viſitationib. aut ex alia occaſione, in quib. ſub excōmunicatione, aut iurō præcipiuntur ſubditi denunciare, & manifeſtare delicta, quæ nouerunt; ſolent.n. ſuperiores huiuſmodi edicta ſæpius promulgare, vt conſtat experientia, Prælati namq. præcipere ſolent ſub pęna excōicationis ipſo facto, vt vnuſquiſq. dicat veritatē, aut illud quod nouit circa tale homicidium, furtum, aut aliud damnum, & hoc vel ad inſtantiam partis læſæ; vel qn̄ crimen eſt manifeſtum, ſed ignoretur author illius; vel qn̄ eſt fama publica tale crimen ęſſe commiſſum in illa communitate, populo, congregatione, &c. De hac re quamuis obiter tractant Sylueſt. verbo, furtum, q. 15. Nauar. in Manu. c. 17. num. 114. & 134. & c. 25. nu. 37. 46. Ant. de Corduba in Summa, q. 64. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 9. Mich. Salon. 2. 2. q. 68. art. 1. controuerſia. 2. circa medium, & alij. In qua re nonnulla certa ſunt.

Primo.n. certum eſt, quod quotieſcunq. Prælatus eccleſiaſticus ſpeciale, vel gn̄ale mandatū facit ſub excōicatione ipſo facto incurrenda, aut iudex ſecularis ſub iurō præcipit, vt quicunque nouit quis tale crimen commiſit, aut rem talem habet, denunciet: ſi iuridice ferat excommunicationem, & dat iuramentū, tenetur manifeſtare, alias excommunicatus, aut periurus eſt; ſecus autem ſi iuridice non procedatur.

Scđo certum eſt, ſi pc̄tm̄ ſit in damnum publicum, aut in pręiudicium tertij, quod accuſare, et denunciare tenemur, iuxta ea quæ dubio 2. diximus, ſiue occultū ſit, ſiue manifeſtū illud denūciare tenemur ex Mich. Salono, & Petro Naua. vbi ſup. Si.n. nullo edicto propoſito tenemur ex charitate, & iuſtitia legali iſta ob bonum cōe denunciare, ſi probare ea poſſumus, multo magis exiſtente tali edicto ſuperioris, non modo licebit, ſed ēt manifeſtare tenemur; alias excōicationem incurrimus, & mortaliter peccamus, tū ob inobedientiam, etiam ſi ſit iudex ſecularis, tum ob iuramentum præſtitum, vt conſtat.

23 Tertio certum eſt, quando pc̄tm̄ eſt in damnum publicum, tale tn̄ eſt, quod accuſare nō tenemur, niſi præmiſſa admonitione ſecreta, ſi illa nondum adhibita ſit, non poſſumus ēt ſtante tali edicto ante pręmiſſam admonitionem illud denunciare, vel accuſare. Sic Nauarr. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corolla. 66. paſſim, & Salon vbi ſupra. Et ratio eſt aperta, quia præcepta ſuperiorum ſp intelligenda ſunt ſecundum legem naturalem, & diuinam, quā cum fratribus ſeruare tenemur, aliter contineret errorē intolerabilem, nec vim obligandi hn̄ent. vnde ſi admonitus ſit, & emēdatus non eſt denūciandus, ſecus aūt ſi poſt admonitionem ſe nō emendauerit,

uerit,tunc.n.denunciandus eſt,tum quia id præcipitur edicto,tum quia ẽtſi non eſſet tale edictum,teneretur tamen vnuſquiſq. propter bonum cõe ex charitate,et iuſtitia legali,ſic admonitum,& non emendatum denunciare. Ergo a fortiori exiſtente tali edicto vnde præcepta,& edicta ſuperiorum nihil aliud faciunt,q̃ excitare homines ad facienda ea,quæ ob cõe bonum ex charitate,aut ex iuſtitia tenentur. Qñ igitur præceſſit admonitio,nec tñ ſecuta eſt emendatio,denunciandus erit; Econtra vero ſi admonitus,& emendatus fuerit,neq. poſito edicto;denunciari dẽt. Solum in hoc caſu tenetur adductus in iudiciũ,& iuridice interrogatus vt teſtis veritatẽ,quam nouit teſtari,vt latius Panorm. in c.dilectus,de exceſſ.prælat. Fely. in c.intimauit,de teſtib.& Nauarr.in c.inter verba,11.q.3. concl.6.corolla.64.& coroll.66.exponunt.

24 *Quarto* certũ eſt,quando delictũ eſt tale,quod denunciare,vel accuſare poſſumus,ſed nõ tenemur,ſi delinquens emendatus eſt,ẽt ſtante edicto accuſare,vel denunciare non tenemur,q̃d ſi emendatus non ſit,pręceſſitq. admonitio,denunciare tenemur,& ſi probare poſſumus accuſare. Sic Mich.Salon.2.2.q.68.ar.1.cõtrouer.2. Ratio eſt quia licet hmõi denunciare,vel accuſare antea non tenemur,poſſumus tñ; cũ igitur licita ſit talis denunciatio,& edicta ſuperiorum in honeſtis,& licitis omnib.obligant,conſequenter exiſtente hmõi edicto ad denunciandum obligamur. Intelligendum eſt aũt hoc,qñ delictum eſt contra bonum cõe,quod tñ accuſare,vel denunciare non tenemur ex pręcepto,eſſe poſſumus ſi velimus,puta quando damnũ illud cõe exiguum,& parum nocẽs eſt,& idem quando eſt in præiudicium tertij,tunc.n.denunciare poſſumus,ſed non tenemur:accedente autem pręcepto,& edicto ſuperioris tenemur. Dixi,quando eſt in damnum cõe,aut in pręiudiciũ tertij,& quia in delictis,quæ ſunt in damnum propriũ,& in cauſa propria non obligatur quis per edictũ denunciare. Quia licet præceptum ſuperioris obliget in licitis vt diximus,quia tñ poſſum,eſtq. conſilium euangelicum iniurias proprias condonare,præſumendum ſp eſt prælatum vnicuiq. in ſuis edictis liberum relinquęre,vt cõſilia euangelica ſeq,& obſeruare poſſit.

25 *Quinto* certum mihi eſt,quod ſi quis hr̃et rem furto ſublatam a fure acceptam,vel ex ipſo fure nouit vbi nam res illa ſit,non tenetur ex vi edicti manifeſtare,vel denunciare. Sic Clarus libr.5.receptarum ſnĩarum,in pract.crim.q.16. Ratio eſt,quia in denunciando,vel manifeſtando maximum ſibi infert periculũ,& incommodũ; Siquidẽ vel bonã fide rem illã accepit,vel mala: ſi mala,tũc eſt particeps in crimine,& ita denũciando prodet ſuũ delictũ occultum,quod non tenetur. Si vero bona ſide acceperit,cum bonã illam fidem in iudicio probare nequeat,conſequenter contra illũ,tanquã contra Reũ in iudicio agetur,Nemo aũt cum tanto ſuo detrimento manifeſtare tenetur. Si vero aliunde ſcit,aut hẽt,rẽ denũciare tenetur,vel manifeſtare,vt ſic iudex inquirẽdo ex officio ſuo procedere poſſit.

26 Sexto,ſi aliquis ſcit priuatim,et ſolus crimen aliquod,& ſimul ẽt nouit delinquentem probe noſſe crimen nulli alteri eſſe notũ præterquã illi,in hoc caſu non tenetur ex vi illius edicti ſp crimen manifeſtare;quia põt illi magnũ incommodũ accidere; Nã oriri põt inter ipſum,& delinquentẽ inimicitia magna,& periculũ,vel in vita,vel in bonis. Cum.n.delinquens optime nouit crimen non eſſe notũ alijs,ſed illi ſoli,eo ipſo,quod crimen defertur ad iudicẽ,colliget delinquens ab illo altero eſſe delatũ,vnde accidẽt illi incõmoda prædicta; Nemo aũt cum tanto ſuo incommodo crimẽ,quod alioqui in perniciem Reipubl.non redundat,manifeſtare tenetur:atq. adeo in hoc caſu edictũ,& excõicatio ſuperioris benigne interpretanda erunt,ita.ſ.vt quicunq.ſcit,deferat crimen,qñ ſine graui ſuo damno,& incõmodo deferre poteſt,tunc.n.cũ præceptum ſit iuſtũ,& ipſe notabile aliquod damnũ non incurrit,præcepto ſuperioris obedire tenetur. Et quidẽ cũ hæc omnia extra controuerſiam ſint,vt tñ materia iſta,quę quotidiana praxi non ſolũ vtilis,ſed ẽt nęceſſaria ſem eſt,clarior reddatur,afferendi,& examinandi ſunt quidam caſus in particulari,quos ſũma cũ diligentia,& doctrina Antonius de Corduba in ſumma.q.64.collegit,in quib.non obſtante mãdato gennerali,vel ſpeciali ſuperioris,& excõicatione,vel iuramento põt,& tenetur ſubditus nõ manifeſtare delictũ,vel aliud quod iubetur.

27 *Primus eſt*,qñ ſuperior id iubet manifeſtare præcipue ad emendam delinquentis,vel ad impediendum pctm mortale ipſius delinquentis,aut ne malũ proximo inferatur,aut vt illatũ ei reparetur. Tunc.n.ait Corduba,ſi malefactor ſit emendatus,vel ſperatur veriſimiliter emendatio,ſeu ſatisfactio partis,non eſt licitũ denunciare. Rõ eſt,quia cum ceſſet in hoc caſu cauſa finalis præcepti,ceſſat ẽt obligatio,ac proinde denunciare non debet,ſed famam proximi conſeruare illæſam,nec tacẽdo periurus,aut excõicatus erit. Eſt.n.iudicis intentio ſolũ procurare emendationẽ delinquentis,aut partis læſæ ſatisfactionem,qua ſubſecuta,& obtenta eo modo quo diximus,non intendit aliquẽ cenſura illa,vel iurõ illaqueare. Intelligenda vero ſunt iſta cũ duplici limitatione,qñ.ſ.peccatũ eſt occultum,vel duob.aut trib.cognitum,& qñ intenditur ſolum emendatio delinquentis,aut partis læſæ ſatisfactio. tunc.n.ſi delinquens emẽdatus ſit,aut parti lęſæ ſatisfactum eſt,tacendo non incurrit excõicationẽ,aut periurium. iuxta cõem doctrinam,quam tradunt S.Th.2.2.q.33.art.7.ad tertium. S.Anton.p.2.tit 9.c.6 §.5. Nauar.in Man.c.25.nu.46.verſ.Septimo. Petr.Nauar.lib.2.de reſtit.c.4.par.2.dub.9. num.217. Si.n.eſſet iufamia de delicto,aut ſemiplena probatio,& iudex punitionem intenderet,cum iuſte iudex in hoc caſu procędat,& iuridice,denunciare tenetur,alias tacendo peccaret mortaliter,& excommunicationem incurreret,& periurium.

28 *Secundus eſt*,qñ res eſt ſecreta,vel trib.aut quatuor nota,iudexque ad pœnam procedere intẽdit,tunc quamuis ſuperior edictum generale,vel ſpeciale facit ſub excõicatione præcipiens,vt qui nouit,veritatẽ manifeſtet,nõ tenetur re-

uęlare

uelare. Et quamuis Corduba hoc ſolum verum eſſe putet, qñ criminoſus de ſe crimen ſit dicturus, aut de ſuis conſcijs, affirmans tunc nõ teneri ad denunciandum, ſecus aũt ſi quis ſciret crimen alterius ſecretum, vel trib. aut quatuor notum, qui viderunt, tunc.n. inquit, & per ſe ſine præcepto ſuperioris manifeſtare poterit, & coactus præcepto, excommunicatione, vel iur̃o illum reuelare tenetur, vt expreſſe docet li. 1. qq. q.43. dub. 2. Petr. tñ Nauarr. loco proxime citato, nu. 218. & ſeqq. vult, quod ſicut non contra ſeipſum, ita nec contra alium tenetur teſtificari, dummõ crimen occultũ ſit, adeo vt nec infamia ſpecialis ſit de illa perſona reſperſa, nec indicia ſufficientia, vel ſemiplena probatio. Ratio eſt, q̃a ſi non ſequitur damnum tertio, & delinquens non ſit infamatus, iudex non iuſte procedit, & alter iuſte tacet, cũ res ſecreta illius foro nõ ſit ſubiecta. Immo vero ſi de meipſo teſtificari nõ debeo, teſte Corduba, qñ crimen eſt occultũ, & duob. aut trib. notũ, niſi aliquo mõ venerit in publicũ, vel rõne infamiæ, aut indiciorũ, &c. vt inf. dicemus, econtra vero ſi fama p̃cederet, & legitima accuſatio cũ indicijs, vel vno teſte omni exceptione maiore, tenerer veritatẽ ẽt contra me dicere, cõſequenter multo minus id dicere poſsũ contra aliũ, qñ crimen eſt occultũ, duob. aut trib. notũ, cuius non ſunt indicia, probatio ſemiplena, vel infamia, cũ meæ famæ iuri cedere poſſim facilius, q̃ famæ alterius. Debent igitur præceptũ illud, & excõicatio, ac iur̃m interp̃tari ſeruato iuris ordine, ita.ſ. vt exceptis occultis criminib. cetera manifeſtent, niſi dãnũ ad huc impenderet, huius.n. alia eſt rõ, vt conſtat.

9 *Tertius eſt*, quando quis rem ſub ſigillo ſecreti accepit, vt conſiliũ, vel remedium adhiberet delinquenti in anima, vel corpore, vt medicus, obſtetrix, aduocatus, vel alius conſiliator, & adiutor mali commiſſi, cui reuelatũ eſt crimen ad remediũ, & auxilium habendum, tunc.n. etiãſi in particulari præcipiatur illis ſub excõicatione, vel iur̃o, vt dicant quicquid volunt de tali delicto, peccãt mortaliter reuelando, ẽtſi in teſtes vocentur, & præcedente ẽt infamatione, ſemiplena probatione, & indicijs, & ad damnorum reſtitutionem tenentur, atque adeo in tali caſu ſolum dicere poſſunt quod alia via ſciunt, ſicut confeſſor, qui extra confeſſionem nouit, Sic Hẽricus Quodlib. 9. quem refert, & ſequitur Sylueſter verb. confeſſio. 3. q. 20. in fi. & verb. teſtis, q. 8. verſic. Secundum. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. concl. 7 litera L. circa medium. Naua. in Manu. c. 18. num. 52. verſic. Dico tertio, & nu. 54. verſic. 28. & c. 25. num 43 & 46. caſu 7. & c. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 6. corollar. 66. num. 799. Anton. de Corduba, in Summa, q. 64. caſu 3. & lib. 1. qq. q. 43. dub. 2. quem refert, & ſequitur Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitutio. c. 4. part. 2. dubio 9. num. 222. & ſequen. poſt Sanct. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 1. ad ſecundum. Ratio eſt, quia ſeruare ſecretum in hoc caſu eſt de iure naturali, nihil autem præcipi poteſt homini contra id, quod eſt de iure naturali.

Cum.n. in hoc caſu ille ſecretum illud ſub fide commiſerit ad remediũ animę, vel corporis, non debet eſſe peioris conditionis ob id, quam ſi tacuiſſet, atq. adeo poſtulat ius naturæ, vt illi ſine iuſta cauſa fides pręſtita non frangatur. Dixi, ſine iuſta, & vrgenti cauſa, quia ſi neceſſaria eſſet denunciatio, vel teſtificatio ad vitandum Reipub. damnum, vel tertij, tunc ſecũdum omnes promiſſio ſecreti cuiuſcunq. excepto ſecreto confeſſionis ſacramentalis, ac iuramentum non obligant, ſed poteſt, et debet reuelare, quia tunc meretur ille, vt ſibi frangatur fides, & promiſſio, cum a malo deſiſtere nolit, aut ſi deſiſtat, bonum tamen innocentis Reipublicæ, vel tertij præponderat.

Ceterum cum vt ſuppouimus ad ſolã pęnam delinquentis proceditur, non eſt vrgens cauſa, vt fides naturaliter debita non ſeruetur, vnde ita ſe habere debet, ac ſi nihil omnino ſciret.

Quartus eſt, quando quis rem alienam accepit in recompenſationem ſui debiti, dummodo debitum ſit ex iuſtitia, & liquidum, & aliæ adſint circumſtantiæ, quas ſupra libr. 12. c. 14. dubio 2. retulimus. tunc enim nec de ſe, nec de alijs manifeſtare tenetur, etiamſi ſub iuramento, & excommunicatione præcipiatur. Sic Angel. verb. furtum. q. 41. Sylueſter. eodem, num. 19. quęſt. 15. et verb. excommunicatio. 2. §. 4 dub. 8. Sotus in 4. diſtin. 22. q. 1. artic. 2. caſu 3. & lib. 5 de iuſt. q. 3. art. 3. ad 1. Ioan. Medina. Cod. de reſtit. q. 3. cauſa duodecima. & latius quæſtio. 11. dubio 2. Martinus Nauar. in c. inter verba. 11. quæſtio. 3. concl. 6. corollario 66. num. 791. & ſequentib. & in Manu. c. 17. num. 114. & num̃. 115. & c. 25. num. 46. verſic. Septimo. caſu. 5. Petr. de Arragon 2. 2. q. 62. art. 2. ad ſecundum, dub. 9. in fine. & quæſt. 66. ar. 5. dubio vltimo, ante finem. Michael Salon 2. 2. quæſt. 66. art. 5. controuerſia 2. concluſ. 2. Antonius de Corduba in Summa. q. 63. & quæſt. 64. & 65. & quæſt. 111 & in quęſtionario, lib. 1. q. 43. dub. 2. Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 9. num. 226. & lib. 3. ca. 1. par. 4. dubio 8. nu. 402. Ludouicus Lopez p. 2. inſtr. conſc. c. 9. Ioſeph Angles in Floribus quarti ſenten. p. 2. tract. de reſtitu. in quæſt. Quis ſit liber a reſtitutione, art. ſecundo, dubio vltimo, & alii. Ratio eſt, quia ferri non poteſt excommunicatio niſi ob peccatum mortale. Sed in caſu propoſito non peccat mortaliter, accipiendo, quod ſibi debitum eſt, nec illud alio modo commode recuperare poteſt.

Qui igitur retinet alienum acceptum ad debitam ſolutionem ei⁹, quod ſibi certo debetur, egoque id ſciam, vel quia ipſe mihi dixit, vel alio modo certo, nec ille per illas literas excommunicatus erit, illud non reſtituendo, nec ego illum non reuelando. Id quod Ange. in ſumma verb. furtum, §. 41. Sylueſt. eodem, quæſt. 15. Tabiena verb. Inquiſitio. quæſt. 8. Martin. Naua. in Man. c. 17. num. 115. & in c. inter verba. 11. quæſtio. 3. concl. 6. corroll. 66. num. 792. & Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitut. capit. 4. par. 2. dub. 9. num. 227. verum eſſe docent, etiamſi literæ ſuperioris expreſſe præcipiant, vt res reſtituantur, ac reuelentur, etiamſi retineantur acceptę in compenſationem debitorum, vel ſciant retineri ita acceptas.

Quam extenſionem licet ſumma Roſella in verbo familia,§ 1 .in totũ reprobet,ex eo quod ſtylus Romanus ſæpe ꝑmittit dari tales literas cõtra retinentes,vel ſcientes alienũ acceptũ in cõpenſationẽ debiti,nec dicendũ eſt curiã ĩ hoc errare,qa pręlati hoc rõnabiliter facere poſſũt, cũ multi ſe creditores eſſe putẽt,cũ vere nõ ſint.

Alij tamen eã extendunt eo modo, quo diximus,& recte rõnem allatam; vnde conſequenter reſpondent prædictas literas monitoriales , & edicta intelligi debere,qñ compenſatio fuit iniuſta,vel accipiendo plus pro minori quãtitate,vel certum pro debito incerto,aut qñ dubitatur iuſtane,vel iniuſta fuerit compenſatio,tunc .n.ſñiæ illæ,ſiue edicta,ad reſtituendum, & reuelandum obligant.Quę ſane Doctorum rñſio mihi ẽt maxime placet,ſiquidem diſpoſitiones, & mandata,& iura generalia,quæ eo modo intelligi poſſunt,vt ſint iuſta,& eo, vt ſint iniuſta, intelligenda ſunt eo mõ,vt remaneant iuſta,argu.l.ſi procurator.ff.de cõdict indeb.et c.Quintauallis,de iureiur.gl.in c.dilecto,in verbo,Generalis,de præben.& ca.primo, de iureiur.in 6. Nauar.in c.inter verba,ci .num.792.& ſequen. cum igitur mandata iſta ſi intelligantur eo modo,vt comprehendãt eos,qui retinent acceptũ in compenſationem iniuſtam,vel dubiã alicui , iuſta ſint,ſi vero ita,vt comprehendant ẽt illos, qui illud retinent acceptum in iuſtam cõpenſationem certi , ſint iniuſta (ſiquidem ex cõi Doctorum conſenſu , licitum eſt homini accipere alienum in compenſationem,quę certo ſit iuſta de eo,quod ſibi debetur , cum aliter per iuſtitiã recuperare illud nequeat , vel non ſine magno labore,periculo,& damno facultatẽ, honoris , amicitiæ,vel aliorum bonorũ , vt latius vbi ſup. in materia de furto lib....ca.14. dub.2.expoſuimus,notatque gl.in c.ius gentium, diſtin.1.dummodo capiatur ſine ſcandalo,dãno, vel periculo alterius,ſcđm Innocen.in c.olim,1.de reſtitu. ſpolia.& dummõ prouideatur, vt creditor deſinat credere ſe teneri reſtituere,ſi credebat,vt recte Caiet.2.2.q.66.ar.5.in reſpon.ad tertium,in fine,annotauit) conſequẽter interpretãda ſunt, ne quid contra iuſtum & honeſtum pręcipiant.

31 *Hinc* infert Nauar.in cap.inter verba,11.q.3. concl.6.corolla.66.nu.794 quod ſi compenſatio , & ſolutio accepta partim eſſet certo iuſta , et partim dubia,non foret neceſſe reuelare plus q̃ partem dubiam,argum.l.quę de tota,ff.de rei vendic.& c.paſtoralis,§.itẽ cum totam.de offic. delega.quod .n.iudicatur de toto,iudicandũ eſt ẽt de parte,cum eadem ratio inuenitur, vt in caſu propoſito accidit.Sic ẽt non tenetur reſtituere centum aureos ille, in cuius ptãte alius eũdo ad bellũ,vel ad alium locum,eos depoſuit,relinquẽdo ei illos,vt ſuos,ſi inibi moreretur,ſi poſt eius mortẽ,conditionemque impletam defuncti hęredes obtinerent literas monitorias generales contra illos,qui bona aliqua occulta illius defuncti retinerẽt, prout Franciſcus de Ripa in lib.de peſt .fol.158.§.inſuper annotauit . Neq. ẽt amicus,cui hic depoſitũ illud manifeſtauit,ipſumq. certum de hoc reddidit per chartã eius , qui depoſuit,cuius characterem amicus ille bene nouit,in qua huic eos relinquebat, poſt illiꝰ mortẽ id reuelare ob p̃fata edicta tenetur. Neq. literis illis obedire tenentur illi,qui alienũ male acceptũ retinent,aut qui id ſciũt,ad eos denũciãdos , ſiue qa non habent in bonis , vel ob aliam cãm,ad eius reſtitutionem non obligantur,dũmodo tñ inueniatur mediũ , quo remaneat bene prouiſum, vt illi , cuius erant bona , ſatisfiat ceſſante neceſſitate,vel cã,quæ pro tunc a reſtitutione excuſat.vt verbi g.furatus eſt Petrus,vel dãnũ intulit proximo in aliquo , & Ioannes id nouit,aut qa Petrus id ei dixit, aut Ioãnes vidit, aut alia via certo id cognoſcit , ſi Petrus ſit tam pauper,et econtra dãnificatus tã locuples,quod boni viri iudicio non teneatur pro nunc ad eius reſtõnem ẽtſi publicentur literæ gñales excõicationis contra eos,ꝗ furati ſunt,vt reſtituãt,& contra eos,ꝗ ſciunt,vt id manifeſtent , nec ꝗ furatus eſt,non reſtituẽdo ob impotentiã, vel aliã cãm iuſtã,nec ꝗ conſcius eſt furti, & impotẽtiæ alterius in nõ reſtituendo,nõ denunciando,excõicationẽ incurrunt , vt Nauar.loco proxime allato nu.796.& ſeq.aĩaduertit: ſecus aũt ſi potens eſſet ad reſtituendũ,& alter id ſciat, aut de potentia,vel impotentia eius in reſtituendo dubitaret,qui caſus cũ in praxi quotidie fere occurrat,diligenter notandus eſt, cum multi in hac re errent. Monet aũt Nauar.& recte,quod quãdo non eſſet potens reſtituere in præſenti ob aliq̃ iuſtã cãm,debet ille qui nouit admonere damnificantẽ,vt procuret intra terminũ per literas præfixũ,aptius mediũ quod reperiri poterit:ad ſecurũ reddendũ eũ,quod reddetur ei,cui debetur,quando commode poterit, conſeruando q̃tum fieri põt,et debet honorẽ,ac famã eius,qui furatus eſt,vel damnũ intulit.Qñ aũt,qui dãnũ intulit potens eſſet ſtatim reſtituere dẽt,qui cõſcius eſt furti, aut damni admonere eũ ſtatim, ſtatimq. reſtituere tenetur,cuius ẽt certior fieri dẽt iſte,qui eſt conſcius delicti,vnde ſi nõ reſtituat,dẽt qui conſcius eſt delinquentem manifeſtare anteq̃ labatur tp̃s in literis pręfixum,vel vt teſtis,vel vt denunciator iuxta id,ad qđ literarũ tenor,ac circũſtãtiæ negotij eum obligauerint.

Alterum ẽt exemplum ſit.Dedi ſecreto ad cuſtodiendum enſem,ſclopetũ, vel aliquam ſummam pecuniæ,nunc ea a te repeto, & certo ſcis me ea velle ad occidendum,vel occidere faciendum aliquem,vel ad perpetrandum aliquod aliud delictum,eaque mihi non reſtituis, qm̃ nõ teneris,ex communi Doctorum ſententia, quã S. Anton.par.2.tit.2.cap.8.Nauar.in c.inter verba,11.q.3.concl.6.Corollar.66.num.797.& alij ſequuntur, expreſſiſque verbis docet S.Auguſt.in pſal.5.& habetur in can.Ne quis, 22.q. 2. Si ego poſſum probare , te ad id compellerẽ, quoniam demonſtrare non potes me illa ad malum vſum velle,impetro literas excommunicationis contra detinentes mihi res meas & contra ſcientes,neq. tu teneris mihi ad ea reſtituenda,neque ſcientes te ea de cauſa mihi non reſtituere ad denunciandum,vel teſtificandum contra te, modo intra terminum in excommunicatione præfixum adhibeatur ſufficiens remediũ, & cautio , quod hoc periculo tranſacto meum mihi reſtituetur ſine nota tui honoris,pariterq. mei.Ex quibus facile colligi poteſt,quid in aliis ſimilibus caſibus dicendum ſit, qui frequenter accidere poſſint,& ſolent.

Quintus eſt,qñ cogendus eſſet probare,ꝙ denuntiat,cum reuera non poſſit, aut qñ reuelare non poſſet,aut teſtificari abſq. graui periculo,& dãno in honore,vita,vel reb.&c. Cũ tanto enim detrimento, non tenetur contra proximũ teſtificare,aut denunciare: Solũ.n.obedire tenetur, qñ probare poſſet, & quando denunciãdo dãnum graue non incurreret. Sic Ang.in Summa, verbo excõicatio.3.§.20.expreſſe docet,pręceptum iudicis denunciare iubentis ſub pœna excõicationis, quod ſcimus, etiamſi id probare non poſſemus,eſſe nullũ cum cõtineat errorẽ intolerabilẽ. Vnde præceptũ,quod iubet, vt qui ſciunt,denuncient,limitandum eſt, vt ſolũ procedat de iis,qui qđ ſciunt, probare poſſunt. Sic Gloſ.in c.Plerumq. 2.q. 7. & in ca. ſacerdos.de pęnit.diſt.6.Bal.in ca.Nuntius.de Teſtam.Nau. in c.inter verba.11.q.3.concluſ.6. Coroll. 66.n. 778.& nu.786.& in Manual.c.17.nu. 134.verſ. Quadrageſimo.& c.25.nu. 46. verſ. ſeptimo.§. ſecundum. Anton.de Corduba, in Summa, q. 64.caſu 5.& Petrus Nau.lib.2.de reſtitut.c.4.p. 2.dub.9.nu.228.& colligitur ſatis aperte ex d.c. plerumque,2.quæſt. 7. vbi dicitur, *Plerumq; boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata, & tacent, quia ſæpe deſeruntur a publicis documentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt,iudicibus probare non poſſunt*. Quod .n.ſciunt,& probare nequeũt, non videntur ſcire ad effectum illud denunciandi. Id qđ Nauarrus in d.c.inter verba,coroll. 66.n.786.verũ eſſe putat,ẽtſi eſſet crimen læſæ maieſtatis, ac parricidium, ſolumq. obligari vult ſcientem in hoc caſu ad impediendum dãnum, & delictum pręparatũ, omni mõ poſſibili quo id facere poſſit, puta dicẽdo iudici extraiudicialiter,& ei q prodeſſe,& non obeſſę põt, ſiue monẽdo eũ cui dãnũ pręparatur, vt curam ſui gerat, & cuſtodiat ſe quantum põt.de qua re videnda ſunt ea, quę dub.2.in propoſitione 3.diximus. Qđ dictũ intelligit idem Nauatrus vbi ſupra,Coroll.66. n. 780. qñ præcipitur vt reuelemus quod ſcimus vt denũciatores,non aũt vt teſtes, ſi enim nobis præcipiatur,vt reuelemus tanꝗ teſtes, tenemur deponere vt tales, quod ſcimus, ẽtſi id probare nequeamus. Vñ in talib.edictis magna opus eſt diſcretione ad diſcernendum qñ iudex nobis præcipit vt teſtibus, & qñ vt denunciatoribus. Et quidem quotieſcunq; id exprimit iudex ſcilicet,vt denũciamus,aut vt teſtificemur,res manifeſta eſt, accipienda namq. ſunt verba in ſua ꝓpria ſignificatione,arg.l.nõ alter.ff.de lega.3.& c.præterea.de verb.ſignif.& c.ex literis. de ſponſal.idemq. dicẽdum eſt, qñ mens iudicis ex mõ proponendi,aut ex alijs coniecturis colligi põt; qñ autem neque clare præcipitur denunciare, neq; teſtificari,ſed dicere, vel declarare (ꝙ põt intelligi denũciando,& ẽt teſtificando) tũc Nauarrus in d.c.inter verba.11.quæſt.3.concluſ.6. Coroll.66. n. 781.ait in ciuilibus negotijs, tã inceptis litigari, quam non inceptis,ac ẽt in criminalibus inceptis litigari, intelligendum eſſe teſtificando,quia in ciuilibus communiter nõ agitur de punitione,vel pęnitẽtia peccati,in criminalibus inceptis litigari, non ſunt neceſſarii denunciatores,ſed teſtes, ceterum occurrente dubio de mente,& intentione iudicis,tutius, & cõſultius eſt ipſum adire,aut ſaltem prudentes cõſulere quid agendum ſit.

33 Sextus eſt, quando quis ex leuibus perſonis res ſcit,quæ non ſunt dignæ fide,tunc enim denunciare non tenetur.

Quia,& ſibi ipſi,q leuitatis notaretẽ, & Reo, qui ob id rigidius tractaretur, & fortaſſis iniuſte,& dãnum inferret, vnde tacere oĩno debet, quandoquidem in hoc caſu non cenſetur delictum ſcire. Sic Nauarrus in Manuali,c.25. n.46. verſ.Septimo.§.Tertium.& in cap.inter verba. 11.q.3.concl.6.Coroll.66.nn.786. in fi. & Corduba in Summa.q.64.caſu 6.

Illud demum obſeruãdum eſt,qđ in his caſibus,& quibuſcunq. reuelare nõ tenetur,iurare ẽt põt ſe neſcire,interius intelligẽdo ad reuelãdum,vt colligitur ex cõi iuris Doct. ſñia, quam tradunt Palud.4.diſtin.21.q.3. artic. 3. concluſ. 1.ante finem.& diſtin.35.quæſt.1.art.3.cõcluſ. 6.Adrianus in 4.ſentent.de correct.fraterna.q. 4.quæ incipit,Oſtenſo qđ quilibet teneatur. in reſpõſione ad tertiũ.vbi citat Henricum de Gãdauo,Quodlib.1.quæſtio. 33.& idem Adrianus Quodlib.11.art.1.in reſponſione ad ſecundũ, litera CC.& in materia de confeſſione. dub.10. §.Ad argumenta principalia. in reſponſ. ad ſecundũ Ioan.Maior in 4.diſtin. 15.q. 18.Gabriel in 4.diſt.21.ar.3.dub.1.ad tertiũ,litera K.& litera L.Martinus Nauar.in Manuali.c.12.n.8.verſic.Nono.& cap.18.nu.61.verſicul.Trigeſimoquarto,& c.25.nu.43.& in comment. cap. Humanæ aures.22.q.5.in quæſt. 2.num. 11. & nu. 12.Antonius de Corduba,in Sum.q.63.ante finem,& q.64.in fin.& quæſt. 65. Petrus Nauar. lib.2.de reſtitut.cap.4.part.2.dub. 9. num. 229. Gregorius de Valent.tom.3.diſput.5.quæſt.13. puncto 2.Michael Salon 2.2.q.69.ar. 2.controuer.11.Petrus de Arragon.ibidem art.2.in fine, & Dominicus Bannes eadem quæſt. 69. artic.2. poſt medium.

34 DVBIVM Quintum eſt circa huiuſmodi edicta ſuperiorum,quanto tempore duret obligatio horum præceptorum? ſolent enim Epiſcopi, & Inquiſitores ſingulis annis illa proponere, & aliquando aſſignant certum tempus,& dies,aliquando nullum tempus aſſignant intra quot dies denuncientur, ſed ſimpliciter præcipiunt, vt quicunque hæc vel illa nouit,denuncient ipſis. In qua re omiſſis aliorum opinionibus breuiter hæc mihi dicenda videntur.

Primo,In delictis accuſandis, vel denũciandis ſeruanda ſunt ad literam edicta ſuperiorũ, niſi euidens ſit continere ea aliquid contra ius diuinum,& naturale, tunc enim non obligant, vt conſtat:quod ſi res dubia ſit,obediẽdum eſt, quia id examinare ad ſubditos non pertinet, & in dubio iudicandum eſt, rem a ſuperiori maturè,& diligenter eſſe diſcuſſam.

Secundo qñ talia ſunt delicta, quæ iure naturę,& ex iuſtitia legali accuſãda,vel denũcianda ſunt,iuxta ea quę dub.2.3.& 4.expoſita ſunt,tā diu manet obligatio ea denunciandi, vel accuſandi, quamdiu durat neceſſitas boni cōis, vel particularis, rōne cuius illa accuſare tenemur. Rō eſt euidens,quia cum edicta id præcipiant, quod alias ſimpliciter,& de iure naturæ facere tenemur,tamdiu obligat edictum, quamdiu neceſſitas durat, iuſq. naturæ obligat.

Tertio,qn̄ in edictis præfigitur tempus, qui notitiam edictorum,& delictorum hēt,ea intra tempus præfixum non denūcians,cenſurā illis, edictis appoſitam: qđ ſi nullum tempus præfixū ſit,& ſingulis annis innouantur, vt edicta Inquiſitorum,& epiſcoporum in multis locis, eorum obligatio toto anno durat. Ratio eſt, quia eo ipſo quod innouantur ſingulis annis,oſtendunt animum ſuperioris eſſe, vt eorum obligatio toto illo anno duret: renouatio autem eorū ſignificat,vt qui vno anno illud neſcit, vel non denunciat,alio anno id ſciat,& denunciat.

Quarto,Pręcepta quæ ab ep̄is in ſuis oppidis, & ab alijs Prælatis Religioſorum in ſuis conuētibus proponuntur in particularibus viſitationibus(quę viſitationes certo tēpore finiri ſolēt,) non illos obligant,quibus nō niſi expleto viſitationis tempore innotuerunt. Ratio eſt,quia pro eo ſolo tp̄e feruntur, niſi aliud Pręlatus explicauerit. Vnde Religioſus, qui intra tp̄s viſitationis non obediuit edicto,licet peccauerit, poſt tranſactum tamen tempus viſitationis ad denunciādum non tenetur,niſi alias,vt ſupra diximus,iure naturę,iuſtitiave legali, vel charitate citra vllum edictum teneretur,vt enim ex vſu, & praxi omnium conſtat,præcepta hæc cum viſitatione ipſa expirāt. Quæ omnia manifeſta ſatis, & probata ſunt,vſu & ratione, colligi poſſunt ex iis, quæ tradunt Nauar.in c.inter verba.11.q.3.cōcluſ.6.coroll.66.n.797.& Michael Salon 2.2.q.68.ar.1.controuer.2.& alii.

35 DVBIVM Sextum eſt,an, & quænam perſonæ ab accuſatione repellantur?

Reſpondeo in vniuerſum tria hominum gera ab officio accuſandi prohibētur. Quidam.n. Primo repelluntur,in pœnā ſuorū delictorum, vt excōicati,& infames, vt proditores publici, cōcubinarii,vſurarii, & deniq. quicūq. iure infames ſunt,2.q.1.can.prohibentur, & ff. de accuſat.l.qui accuſare,cū tribus ſeq. & 2.q.6.fere per totam quæſtionem.S.Thom. 2.2.q. 63. art. primo,ad primum. Alexand. de Ales part. 3.q. 42.memb.5. Angel.verb.accuſatio.§.3. Sylueſ. eodem,quæſt.quarta. Tabiena,eodem, verſicu. Quis poteſt accuſare,num.6. Sotus lib. 5.de iuſtitia.quæſt.5.artic.primo,ad tertium, & in relect.de tegendo ſecreto.memb.ſecūdo, quęſ. 5. ante concluſionem 4. Michael Salon 2.2. q.68. art.1.controuerſia 3.Petrus de Arragon. ibidē, in reſponſ.ad primum. Gregorius, de Valentia tomo 3.diſput.5.quæſt. 12.puncto primo, dub. quarto,& alii. Hi.n. quamuis non repellantur a denunciatione, ſeu correctione fraterna, quæ fit ob fratris emendationem, vt poſt alios rectè Sotus in relect de tegēdo ſecreto.memb.2.q.3. concluſio. 6. annotauit, repelluntur tamen ab accuſatione, non quidem in bonum ipſorum (cum accuſare,vt dubio primo dictū eſt,vbi,& qn̄ oportet, actus virtutis iuſtitiæ ſit) ſed in pęnam delictorū ſuorum: Et merito quidem, ſiqdem accuſatio authoritatē in accuſante reqrit, q̄ illa ſors hominum non habet, & ideo eo munere priuatur. Excipitur tn̄ crimen hæreſis, cuius tāta eſt labes,vt ad eius accuſationē, & ſeru aduerſus dn̄m,& quilibet criminoſi,& infame aduerſus quemlibet admittuntur. can. præſumunt. 2.q.7.& c.In fidei fauorē, de hæret. in 6 Sotus in relec.de tegēdo ſecreto.mēb.2.q.3.co cluſ.5.in aliis vero criminibus ētſi in pernicie Reipubl.eſſent,accuſare nō poſſunt,vt p̄fati authores cum S.Th.vbi ſup.in quibus tn̄ caſibu vt Caiet.2.2.q.68.ar.1.ad primum. Sot.in relec de tegendo ſecreto.mēb. 2.q.5.ante concl.4.Michael Sal.Pet.de Arrag. & Grego. vbi ſupra notant,poſſunt, & debent iuridice denunciare ea crimina judici,vt ipſe faciat, ad quod ex offic tenetur,& bono communi prouideat.

Secundo prohibētur alii accuſare *ob decentiam,* ne accuſatio illa ex odio procedere videat̄, Qua rōne ſubditi prohibentur accuſare ſuos prælatos,ſerui dn̄os ſuos,& filii parentes ſuos. can.prohibentur.2.q.1.& can.oues 2.q.7.S.Tho.2.2.q.68.art.1.ad ſecundum. Alexand.de Ales p. 3.q.42.memb.2.Sotus,Salon,Angel.Sylueſt.& alii ſupra citati. Talis namque accuſatio cum pręſeferat ſpeciem quandam odii, dedecus eſſe videtur,quod aduerſus ſuperiorem tā facile admittatur. Ceterum vt S. Thomas cum reliquis notat,poſſunt iſti ex affectu charitatis illos accuſare,aut potius denunciare,vt Salō,& Gregorius volunt,quando bonum commune id poſtulauerit,cū iſti non prohibeantur in pęnam, ſed propter decentiam, & honeſtatem, nec cura boni communis lege aliqua humana tolli poteſt.

Tertio, prohibentur aliq accuſare ob reuerentiam ſui ſtatus, qua rōne clerici prohibentur accuſarę laicos, & maxime in cā ſanguinis, vt patet ex *can. Sicut ſacerdotes.2.q.7.& can. His a quib.23.q.8.c ſententiam ſanguinis. Ne clerici vel monachi.&* alibi ſępe,licitum tn̄ illis eſt *denunciare iuridice* crimina publica,& Reipubl.damnoſa,qualia ſunt v.g.hæreſis, crimen læſæ maieſtatis &c.& etiā peccata, quibus vel tertiæ perſonæ imminet dānum,aut ſibiipſis, ētſi ſciant illum accuſatum capite plectendum præmiſſa proteſtatione, ſe talia denunciare,& accuſare nō petendo ſanguinis vindictam,ſed,vel ad conſulendum bono cōmuni, vel ad præueniendum damnum imminens proximo,vel ad bona ſua recuperanda.

Quamuis.n.in cap. Pręlatis.de homicidio.volunt.in 6.detur illis facultas ſolum defendend cauſas proprias,etiam cū periculo ſanguinis,cū tn̄ vnicuique iure naturali mandatū ſit de proximo ſuo,iure naturali extenditur illa facultas ad cauſas etiam neceſſarias Reipubl. & ad obuiadum malū quod proximo imminet, vt recte dicent Caietanus ſecunda ſecundæ, quæſt.trige matertia,art.ſeptimo,Sotus lib. 5. de iuſtitia.q.5.art.1.ad 3.& in relect.de tegendo ſecreto.membro 2.quęſt.4.concluſ.2. & quæſt. 5. concluſ. Petrus de Arragon.2.2.quęſtio 68.art.1.in fine Michael Salon ibidem.controuerſia 3.& alii, quod latius to. 1. Theſauri. lib. 6. ca. 18. dubio 8. comprobauimus.

Illud vero notandum eſt, clericos non prohiberi agere cauſam ſanguinis *iure naturali*; iure. n. naturæ eadem eſt clericis conditio cum laicis, ſcilicet, vt nullũ priuata authoritate occidere poſſint, uia tamen iuris proprias iniurias repellere, & vindicare poſſint.

Sed neque vetantur iure diuino; Nã ſacerdotib. legis veteris nõ interdictũ fuit exercere cauſam ſanguinis, eo mõ quo noſtris prohibet̄. Solo igit̄ iure humano Canonico, vt ex dictis locis colligit̄. Quo circa S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 4. de hac re agẽs, nõ fundat hãc prohibitionẽ clericorũ in aliquo iure diuino, aut naturali, ſed in duab. congruentijs, quarũ prima eſt, ex eo, qđ clerici ad miniſterium altaris electi ſunt, in quo paſſio Chriſti repræſentatur, ꝗ cũ percuteretur, nõ repercutiebat: Secũda eſt, Qđ clericis cõmittitur nouæ legis miniſteriũ, in qua nõ determinatur pęna occiſionis, vel mutilationis corporalis. Quibus addi põt Tertia, ſ. Munditiès, quæ eſſe debet non ſolum in ſacerdotibus, verum etiam in vaſis ſacris; Vnde qui ſacris initiantur, ſicut votum caſtitatis emittũt, ne ſe ſemine femineo polluant, ita etiam lege humana prohibentur, ne humano ſanguine contaminentur.

Nomine autem clericorũ, in locis prędictis, & ẽt alibi, & in toto titulo de cler. percuſ. intelligũtur prohiberi non ſolũ ordinibus ſacris, ſed ẽt minoribus initiati; quamuis quoad gradum culpæ diſpar ſit rõ. Nam ſi quis in minorib. conſtitutus, iudicatũ ſecularem vſq. ad ſanguinis effuſionem exerceret, nõ peccaret mortaliter, immo vt putat Sot. li. 5. de iuſt. q. 1. ar. 4. nullũ eſſet pctm̃; cum ordines illi ſacri non ſint; ſi tamen initiatus ſacris id faceret, ſiue tanq̃ iudex, ſiue tanquam miniſter iuſtitię, abſq; ſummi Põtificis licentia, mortalis peccati reus eſſet, qua accedente nullum plane peccatum eſſet, vt Sotus in lib. 5. de iuſtit. q. 1. ar. 4. & in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 5. concluſ. 3. annotauit. De qua re, quoad irregularitatem incurrẽdam legenda ſunt ea, quæ abundè ſatis tom. 1. Theſauri, lib. 6. c. 18. a nobis diſputata ſunt.

Quomodo accuſatio inſtituenda ſit, quibuſq. modis iniuſta redditur, & de pœnis iniuſti accuſatoris. Cap. XV.

SVMMARIVM.

Quænam ſit forma accuſationis ex lege, & iure communi? Tres habet ſolemnitates, & quænam illæ ſint.

Vt omnia in ſcriptis fiant, de ſolo iure humano inſtitutum eſt: ſed tamen iure naturali conforme, & quomodo canon Stephani PP. per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, intelligendus ſit.

An prædicta ſint de ſubſtantia accuſationis.

An ſicut ante denunciationem Euangelicam neceſſaria eſt admonitio fraterna, ita etiam ante accuſationem.

Si naturam actus accuſationis ſpectemus, non requiritur vt præcedat admonitio, vt videtur ſecundum S. Tho.

6 *Delinquentem probabiliter emendandum prius admonendum, quam accuſandum quando ſolum vere concludit argumentum contrarium.*

7 *In quibus caſibus non prærequiritur præuia admonitio. & nu. ſeq.*

8 *Circa crimen hæreſis, an liceat non præcedente admonitione, eam Iudici deferre, eſt inter authores nonnulla diſſenſio.*

9 *Controuerſia ab authore dirimitur per diſtinctionem hęretici denunciandi, qui ſcilicet eſt, vel ſcienter hæreticus, vel ignorantia inuincibili.*

10 *Ruſticum & ſimplicem ex inuincibili ignorantia lapſum cum non ſit vere hæreticus, & formaliter peccatum eſſet ſine præmiſſa admonitione denunciare, ſi ex tali admonitione ſecreta nullum aliud detrimentum euenire poſſit.*

11 *Nonnulla ſcitu digniſſima quando grauiſſime peccare quis poſſit errores aliorum denunciando.*

12 *Præter debitam formam in accuſatore requiritur Iuſtitia, quę violatur tribus præcipuæ modis,* Calumnia, Pręuaricatione, Tergiuerſatione.

13 *Qui autem calumniari dicitur, & quando peccat accuſator per præuaricationem, & tergiuerſationem declaratur, & nu. ſeq. 14. 15.*

15 *Quatuor modis poteſt quis licite ſine peccato ab accuſatione deſiſtere ſine crimine tergiuerſationis.*

16 *Poteſt Rex in ſuis legibus diſpenſare ex iuſta cauſa, modo damna reſtituantur læſo aut fiat ſine ſcandalo.*

17 *Accuſator olim, qui ſciens, & prudens de falſo, aut occulto crimine accuſauit, quod iuridice probare non potuit, pęna talionis puniebatur, tum lege veteri, tum canonica. Pęna talionis cur dicatur, & vnde ortum habuit. ibidem.*

18 *Pęna Talionis vt admodum ſeuera deſuetudine in pleriſque locis fere abrogata eſt, niſi in quibuſdam caſibus particularibus, inter illos autẽ quis pręcipuus ſit.*

Accuſans iniuſte duobus infert iniuriam, ſecundum quã duplex illi pęna debetur.

Infamiam in tribunali ſeculari contractam, parte læſa proclamante remittere non poteſt, niſi in foro eccleſiaſtico contractum non ordinarius, ſed ſolus Papa remittere poteſt.

19 *Qui inculpata ignorantia, & errore aliquem reum eſſe putauerit, ideoque eum accuſauerit, & non ex malitia, pęnam talionis non incurrit.*

DE obligatione hactenus cum dictũ ſit, ſequitur ſecundum, quod in accuſatione conſiderari poſſe diximus, nimirũ *Forma*, quæ in ea obſeruanda eſt. Circa quam duo præcipue dubia explicanda ſunt.

DVBIVM Primum eſt, Quænam ſit forma accuſationis ex lege, & iure cõmuni? *Huius* dubitationis ſolutio facilis eſt, quæ in iure canonico, & in ciuili expreſſe continetur; In vniuerſum igitur accuſationis forma tres habet ſolẽnitates; *Prima eſt*, vt accuſatio fiat *in ſcriptis*, hoc eſt, vt accuſator libellum accuſatorium, in ſcriptis iudicis porrigat. 2. q. 8. per totã. & l. ſi cui. ff. de accuſ. S. Th. 2. 2. q. 68. ar. 2. Caiet. Sal. Petr. de Arrag. & Dom. Ban. ibid. Syl. verb. accuſat. q. 1. Sot. lib. 5. de iuſtit. q. 5. ar. 2. & in relect. de tegendo ſecreto. membro 2. q. 5. conclu. 4. Gregorius de Valentia, tom. 3. diſputat. 5. quæſtio. 12. puncto 2. & alij.

Quod intelligendum tñ eſt in grauib. nam in rebus leuibus,& manifeſtis id non eſt neceſſarium,vt patet l.leuia.ff.de accuſ.vbi dicitur, *De plano leuia accuſentur*, i.ſolo verbo,& ſine ſcripto, & figura,& ſtrepitu iudicii,vt ibi Bart.exponit.

Secunda eſt, quod in libello accuſatorio ſcribantur quinque, vel ſex, ſcilicet Nomen accuſatoris, & accuſati, & iudicis: Item ſpecies delicti, & cum qua perſona delictum eſt commiſſum: Item locus,& tempus, vbi, & quando commiſſum eſt delictum: Item dies, & menſis quo porrigitur libellus accuſarorius iudici. Vt habetur cap.fin.ſecunda quæſt.8.

Tertia eſt,quod accuſator inſcribere ſe debet. & ſe obligare ad pęnā talionis ſubeundā,ſi in ꝓbatione defecerit,& ad perſequendā litē vſque ad finē,poſtq̄ ſemel facta eſt litis conteſtatio.

Recte aūt & rationabiliter inſtitutum eſt, vt hec omnia in ſcriptis fiant, primo quidē ex parte *Iudicis*,cum .n.conſtitutus ſit medius inter accuſatorē,& reum,ad examinanda, & diſcernēda allegata,& probata ab vtraq. parte vſq. ad cauſę definitionem in illo examine cū certitudine procedere. Quia vero ea,quæ verbo tenus dicuntur,facile labuntur a memoria,nō poſſet iudici eſſe certum,quid & qualiter dictum ſit,niſi quæ propoſita ſunt,ſcriptis mandentur.

Secundo ex parte *Accuſatoris*,quia cum petat vindictam,tenetur probare illud , quod obiicit reo,vnde ne poſtea negare valeat crimē, quod Reo impoſuit,conueniens omnino fuit,vt accuſatio in ſcriptis fieret, vt ſi in probatione deficiat: puniatur de calumnia.

Tertio ex parte Rei, qa obiecta ſibi crimina repellere,& purgare ſe debet, qđ ex fragilitate memoriæ non ita cōmode facere poſſet,ſi ſolo verbo,& non ſcripto ipſi traderentur. Et quāuis hæc omnia de ſolo iure humano inſtituta ſint, ſunt tamen valde conformia iuri naturæ.

2 *Nec* his obſtat Canon Stephani Papę. *can. Per ſcripta.2.q.8.*vbi ait *per ſcripta, nullius accuſatio ſuſcipiatur*, ſolum.n. præcipit ne quis abſens per epiſtolā alium accuſet: vnde vult accuſationē fieri drē ꝑſentib. accuſatore,& reo. Et licet accuſari quis poſſit dū abſens ſit,non tñ condēnari pōt, priuſquam præſens ſit,& audiatur, & maxime in cā criminali,& capitali,vt patet ex d.cap.per ſcripta.2.q.8.& c.Qualiter,& qñ.2. de accuſat. & l. Abſentem.C.de accuſ. Quod ſi qui accuſatus fuerit, & vocatus, pręſentare ſe noluerit, tunc tanquam rebellis condemnari poteſt,quāuis ſi poſtea captus ſit, audiendus ſit antequam ſententia executioni demādetur.Quę omnia intelligenda ſunt de peccatis,q̄ non ſunt notoria; nam in notoriis, ſicut non expectatur accuſator, ita neq. neceſſaria eſt ſcriptura.

3 *Quod* ſi quæras, An hæc q̄ diximus, ſint de ſubſtantia accuſationis? Reſpondeo, quantum eſt ex iure cōi ſunt de ſubſtantia eius: Ceterū vſu, & conſuetudine receptū eſt,vt iſta nō ſeruent, Vnde modo ſolū in vſu eſt, qđ accuſator corā iudice crimen deferat per ſolam verbalē querelam,& totam illā querelā verbalem accipit Notarius in ſcriptis, illaq. accipit,q̄ accuſator ſcribere debuit in libro accuſatorio, & tunc Notarius porrigit querelam iudici, neq.ſubijcitur accuſator pęnæ talionis,ſed alicui alteri pęnæ arbitrarię a iudice imponendæ.

4 DVBIVM Secūdū & magis cōtrouerſū eſt, an ſicut ante denunciationē euangelicā neceſſaria eſt admonitio fraterna, ita ēt ante accuſationem? In qua re duæ ſunt Doctorum ſnīæ inter ſe contrariæ, quas refert S.Thom.4.diſt.1 quæſt.2.artic.4.quæſtiuncula 1. Intelligitur autem quæſtio de occultis.

Prima eſt aſſerentiū eſſe de præcepto in foro interiori,& cōſcientiæ,vt ꝑcedat correctio fraterna,vt ſi ceſſet ea via damnum cōe, & reſipiſcat,nō deferatur ad iudicē,q̄uis in foro exteriori non ſit neceſſaria,cū iudex nō quærat,vt admittat accuſationē,an fraterne admonuerit accuſator eum,quē accuſat. Sic Duran. in 4.di 19.q.4.ad primū. Sylueſter verb.accuſatio.q. qui etiam putat S.Tho. in 4. vbi ſupra eiuſdem eſſe ſnīę. Probat id Duran. quia Chriſtus Mat 18.abſolute præcipit in oī delicto prius monendum eſſe fratrem, q̄ ad ſuperiorem deferatur. Quam ēt rationem confirmat tanquam cōformē mādato Dei Sylueſter vbi ſup. Cū iſtis conſentit Caiet.2.2.q.33.artic.7. diſtinguendo, qñ .n.inquit,accuſatio eſt licita ſolū, & non in præcepto,tūc neceſſario ꝑcedere dēt fraterna correctio; qñ vero eſt in præcepto, non eſt admonendus,ſed accuſandus: Tūc aūt eſt in pręcepto, quādo peccatum eſt in dānum commune, nec alia via poteſt occurri damno, quam accuſando,tunc enim fruſtra adhiberetur admonitio.

Hanc diſtinctionē Caietani impugnat Sotus li.5.de iuſtitia,q.5.artic.1.dub.3.& in relect.de tegendo ſecreto,memb.ſecundo, quæſt.5.poſt concl.quartā,licet in hoc loco ſit dubius,quid tenendum ſit,quia qñ quis paſſus eſt damnum in re ſua pōt accuſare ſi velit licite, & tñ nō neceſſario p̄requiritur tūc admonitio,ſiue in foro exteriori,ſiue in foro interiori. Quia finis talis accuſantis non eſt emendatio fratris,ſed ſatiſfactio iniuriæ ſibi factæ. Non igitur neceſſaria eſt admonitio ſemper, quādo accuſatio eſt licita.

Item qñ accuſatio eſt in præcepto, tunc aut crimen eſt contra bonū publicū,aut contra bonū alicuius tertij innocentis, & tunc ſi quis certus oīno eſſet,poſſe ſe impedire dānum ſua admonitione, neceſſaria eſt admonitio tum lege charitatis,tū iuſtitiæ, eo qđ talis ſceleratus adhuc hēt poſſeſſionē famę,& honoris ſui,vñ ſi ſatis occurri poſſit dāno Reipub. aut tertij ſine eius lęſione,nō dēt accuſari ante admonitionē, ſi vero nō ſit oīno certus, quod admonitio ſua proderit, vel ſit periculū in mora, ſtatim etiāſi non exiſterent teſtes idonei ad probandū denunciare dēt iudicialiter, & quia in crimine hæreſis,proditionis ciuitatis, *læſæ* maieſtatis nunq̄ probabiliter ſperatur fraterna correctio profutura, ideo in his criminibus non prærequiritur admonitio. Qaam diſtinctionē Soti & Doctrinam ſequuntur Michael Salon.2.2.q. 68.art.1. controuerſia 2.Petrus de Arragon.ibid, Dominicus Bannes ibid dub. 1. concluſ.3. & 4.& Petrus Nau.lib.2.de reſtit.c.4.par.2.dub.7.n.186 & ſeqq. Toletus lib.5.cap.57.

Secunda eſt eorũ, qui abſolute & in vniuerſum egant p̃requiri neceſſario admonitionẽ ante ccuſationẽ. Sic Ang. verb. accuſatio. n. 1. Tabie a.co.n. 2. Palud. 4. diſt. 19. q. 4. in reſponſione dargumentũ. Nau. in c. inter verba. 11. q. conduſ. 6. corol. 61. n. 642. Emanuel Sa, verb. Iudex. .Accuſatio, & fauet ex parte Greg. de Valen. .3. diſp. 5. q. 12. punct. 1. dub. 3. quãuis hic auhor ſatis dubius, & anceps maneat in hac re: Quia vero difficultas hęc graues authores pro traq. parte hẽt, ac proinde vtraq. opinio probabilis eſt, iõ breuiter, quid in ea dicendum mihi robabilius videtur, ſequentibus exponam.

Primo igitur, ſi ſolum naturam actus *Accuſaonis* ſpectemus, nõ requiritur, vt admonitio eã ræcedat. Et hoc vr̃ eſſe ſecundum mentem S. Tho. in 4. diſt. 19. q. 2. ar. 3. quæſtiuncula 3. ad 4. quodlib. 1. art. 16. & quodli. 11. art. 13. Vnde .2. q. 68. agens de accuſatione, nequaquam meninit fraternæ admonitionis, vt recte Grego. de Valen. vbi ſupra annotauit.

Quod ſi hoc ſolũ voluerint authores ſecunæ ſnĩæ, ſine dubio veriſſime locuti ſunt, vt paet non ſolum ex iure canonico, ſed ẽt rõne. Iuenamq. Canonico in ca. *Qualiter, & quando 2. de ccuſat.* vbi dicitur, *Sicut accuſationem legitima debet ræcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionẽ clamoroſa inſinuatio præuenire.* Quo in loco Pontifex differentiam inter denũciationem euangelicam, & accuſationẽ ponit, & denunciationem, inquit, pręcedere debet monitio, ſignificans non prærequiri ad accuſationem. Rõne ẽt conſtat, quia accuſatio non hẽt pro fine, & ſcopo ſuo pęnitentiam, & emendationem fratris, ſed punitionem delinquentis ad bonum cõitatis, vt per vnius pęnam alii arceantura peccatis; Si igitur non ſit ad fratris emendationem, ſed ad criminis punitionem, cõſequẽter quamuis delinquens ſit correctus, & emendatus, & peracta pęnitentia abſolutus in foro animæ, adhuc tamen licite accuſatur, vt publice puniatur, ad continendum alios in officio, & ipſum etiam delinquentem in poſterum.

Siue igitur accuſatio fiat ad bonum cõmunitatis, ſiue ad reſarciendum damnum alicuius tertij, ſiue ad ſatisfactionem propriæ iniuriæ, non eſt neceſſaria præcedens admonitio ex vi, & natura accuſationis, vt dictum eſt.

Ex quibus facile ſoluitur ratio in contrariũ, ſcilicet, qđ nunquam eſt lædẽda fama proximi ſine cã, & ratione. Ergo ſi delinquens firmiter, aut probabiliter creditur emendadus ꝑ fraternam correctionẽ, neceſſario admoneri prius debet, q̃ accuſari, cum hæc via mitior, & ſuauior ſit. Reſpondetur enim argumentũ hoc ſolũ concludere prius fraternè admonendũ eſſe, quã accuſationem inſtituendam eſſe, quotieſcunq. res defertur ad ſuperiorem tanq̃ ad patrẽ, & propter fratris ſolã emendationem, vt fit in denunciatione euangelica, de qua ſolũ agit Chriſtus Matt. 18. vt patet ex ordine quem eo in loco poſuit; finis namq. denunciationis euangelicę eſt, vt peccator emendetur, & bonũ priuatũ denunciati, quod ſi ſola admonitione obtinetur, nõ eſt vlterius procedendum. Quãdo autem defertur crimen ad ſuperiorem, tanquã ad iudicem, non ob emendationem proximi, ſed ad pœnã delinquentis, qui eã meretur, propter quietẽ Reipublicę, & exemplũ aliorũ, aut ad proprię iniurię, & damni ſatisfactionẽ, vt fit in accuſatione, q finis non hr̃ ex ſola fratris emẽdatione, tunc argumentum nihil concludit; Siquidem crimina ad iudiciũ hoc modo deferri, vt plurimũ nõ ſolent, nec poſſunt, ſcilicet ꝑ accuſationẽ, niſi qñ ſunt, aliquo mõ notoria, aut eſt infamia eorũ, aut aliquo mõ probari poſſunt in iudicio, & tũc delinquens ſibi imputet, qui ſciẽs, & volẽs tale crimen cõmiſit, aut ſi crimen non ſit notũ, ſed occultum, quia tñ eſt, aut in damnum Reipub. aut alicuius tertij innocẽtis, aut ipſius accuſantis, merito præfertur bonum commune, aut bonum aliorum, bono priuato delinquentis.

7 *Secundo*, Quotieſcunque probabiliter dubitatur de emendatione delinquentis, aut timetur damnum magnum in admonitione, aut ſi periculum in mora, certum eſt ſecundum omnes non prærequiri admonitionem, id quod etiam primæ ſententiæ authores fatentur, nec negari a quoquam rationabiliter poteſt.

Tertio, Quãuis correctio fraterna adhibita, ẽt cum fuerit, non impedit, quominus quis cõiter accuſare poſſit, vt diximus: põt tamen aliud aliquãdo accidere, qđ obſtaret accuſationi, vt v.g. ſi vir aliquis grauiſſimus, & alioqui optimæ famę & nominis committeret delictum, qđ poſſit per duos, aut tres teſtes probari, q ſecreto admonitus fuiſſet emẽdatus, ex cuius accuſatione, & infamia plus ſcãdali, & dãni inferretur Reipu. q̃ ſequeretur emolumenti, & boni ex punitione illius delicti ꝓputa, quia plures ſcandalizabuntur, & ſument anſam, & occaſionem ſimile cõmittẽdi ex infamia, & reuelatione talis delicti, q̃ per talẽ punitionem a peccando retraherẽtur, tunc ſine dubio procedendũ non erit ad accuſationẽ eius, q fraterna admonitione emendatur. Ratio tñ cur in hoc caſu non liceat accuſare, (ꝑ ſe loquendo) non eſt, quia iam ille eſt emendatus, vt nonnulli putant, ſed qa ſ... de accuſatio non expedit non ſolum ob bonum ipſius, ſed etiam ob bonum commune.

Quem caſum expreſſe ponunt Michael Salon 2. 2. q. 68. art. 1. controuerſia 2. concl. 2. argumento. 3. & Gregorius de Valentia tom. 3. diſputat. 5. quæſ. 12. puncto 1. dub. 3. in fine. Eſt enim in tali caſu habenda maxima ratio boni communis, vt conſtat.

8 *Quarto* Circa crimen *hæreſis* nonnulla eſt inter authores diſſenſio, an liceat non præcedente admonitione eam iudici deferre?

Ratio difficultatis eſt, qa S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. in Corpore, de hæreſi loquens, ait, qđ ſtatim denunciari dẽt, vt ſic impediatur peccatum illud, addit tñ, niſi certo ſciret aliquis quod per ſuam admonitionẽ ſecretam poſſet huiuſmodi malum impediri. His vltimis verbis ſignificãs non licere, qñ talis emendatio ex admonitionẽ ſperatur firmiter. Et ad Titum. 3. dicitur, *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam admonitionem deuita.* Quẽ locũ exponẽs S. Hieronymus, ait nõ ſufficere ſemel admonere. Cum S. Thoma ſentit

tit Sylueſter in verb. Correctio.q.5.eſt.n.regula hæc obſeruanda, qđ cū proximus noſter duo habeat, conſcientiā, & famam, vtramque ſeruare debemus, ſi poſſum⁹, vt in caſu nr̄o accidit. Eiuſdem ſnīæ eſt Gabriel lect.74. in canonem, litera S. Ex alia vero parte cū hæreſis crimen valde contagioſum ſit & facile maximā quamq; multitudinem inficere pōt, & ſolet, *Sermo enim eorū, vt cancer ſerpit. 2.Tim. 2.* & maxime his temporibus atq; adeo ſolet ſemp̄ eſſe periculum in mora, non vr̄ in hoc vitio prærequiri monitionem ante accuſationem, & hoc ētſi in ſecreto fuerit ſibi hæreſis reuelata. Et huius ſnīæ videntur eſſe Rich.4.diſt.19.ar.3.q.1. Sotus in relect. de tegendo ſecret. mēb.2.q.4.concl.2. & Cord. ibid. Caſt.li.2. de iuſta hære. punitione.ca.25. & alii.

9 Ceterum meo iudicio facile dirimi pōt hæc cōtrouerſia, facta diſtinctione hęretici denūciādi, vel .n. eſt hæreticus ſciēter, ita docens, & corrumpēs alios, qđ hæreſiarcharum, & dogmatizantiū proprium eſt, aut nō docet, & corrūpit alios, ſed in ſe falſam illam opinionē retinet, putans ſe verius, ac melius ſentire de re illa, quā eccleſia Romana ſentit: vel eſt hæreticus ignorāter, ſiue ignorātia inuincibili, q̄a neſcit, q̄d dicit, nec ſcire dēt, ſiue craſſa, & ſupina, quia neſcit ſe errare, ſcire tñ debebat, paratus tamen corrigi, cū cōtra eccleſię iudiciū ſe credere nō exiſtimet.

Qui igitur primo modo, i. ſcienter hæreticus eſt, ſiue paratus ſit dogmatizare, ſiue ſibi ſoli errorem retinere velit, (quod tñ raro contingit, cum ſp̄ ſolent alios inficere, aut ſaltē probabile eſt periculū illius) ſtatim denunciandus eſt, q̄a talis vere hæreticus eſt, quippe q̄ pertinaciter ſuæ ſnīæ, neglecto eccleſiæ iudicio, adhæret. Nec vlla firmitas, & certitudo eſſe poteſt, quod ſecreto correptus emendabit, eo vel maxime, quod qui eccleſiā audire negligit, vix vnquam quod hoīem particulariter admonentē audiet, iudicari debet. Quinimo nec talis vere dici pōt ſine monitione denunciari, cū ſcienter peccet, & eccleſię totius admonitionem negligat. Sicut a ſimili conſtat, Etenim excōmunicatio incurri non pōt abſque contumacia, contumacia vero eſſe nequit, niſi monitio præcedat, & tñ cum hoc ſtat aliquem excōmunicationem ipſo iure ſine ſpeciali admonitione incurrere q̄a nō ſine admonitione incurritur, cū ipſa lex ſpecialis omnes admoneat. Ita profecto qui ſcienter contra eccleſiā credere præſumit, admonitus a tota eccleſia, ne ſic credat, pertinax cenſendus eſt, nec contra Chriſti præceptū faceret, qui talem ſine ſpeciali admonitione iudicialiter denunciaret. Quocirca iuſtiſſima lex illa eſt, quā fidei cenſores, & inquiſitores in hac re ferunt, vt quam primum ſine præuia admonitione tale crimen denuncietur, nec vllo modo diuino, & Apoſtolico præcepto contradicit, immo ſecundum diuinū, & Apoſtolicum mandatum poſita eſt, cum reuera præmiſſa admonitione omnium maxima, ſcilicet totius eccleſiæ feratur.

Hinc Deut.25. de ſeductore, & ad Idololatriā perſuadente dicebat Dominus; *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam, clam dicens; Eamus, & ſeruia dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui cunctarum circuitu gentium, quæ iuxta, vel procul ſunt ab initio ad finem terræ. non acquieſcas ei, nec audias, nec parca oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum.*

Quo ſane luculentiſſimo teſtimonio cōſta quod ētſi talia ſeductionis verba clam, & ſec to a ſeductore dicantur, non debent teneri ſec ta, ſed ſtatim denuncianda officialibus, & Inq ſitoribus, vt bono communi Reipubl. & ſalu aliorum opportuno tempore prouidere queā

10 *Qui* vero nō ex malitia, ſed ex ignorātia inui cibili in errorem lapſus eſſet, vt ſi v.g. ruſticus & ſimplex in errorem incideret, admonend erit prius quam accuſandus ſi ſit ſpes emēda ex tali admonitione ſecreta nullum aliud detrimentum euenire poſſit, quia vere talis nō eſt reticus formaliter, (vt dicunt) ſed materialit cum de intrinſeca rōne hęreſis ſit, p̄tinacia. Im mo nullo modo peccat, cū ignorantia inuincibile, ſecundum omnes, ab omni culpa excuſet atq. adeo peccatum eſſet talem non pręmi admonitione denunciare. Quod ſi admonit non reſipiſcat, cum iam non erret ex ſola ignorantia, & deceptione, ſed ex malitia ſciēs, & pr dens, oſtendatq. ſe non parere velle eccleſiæ, denunciandus eſt, cum iam vere hæreticus ſit.

Similiter ſi ignorantia ſit vincibilis craſſa, vel ſupina, licet peccet mortaliter in eo credendo, quia tñ non eſt formaliter hæreticus, non peccat peccato hæreſis, vnde admonendus erit antequam accuſetur, quod ſi monitus ab errore recedere noluerit, ſtatim cum vere hæreticus iam ſit, denunciari debet.

Dixi, Si ex tali admonitione ſecreta nullum aliud detrimentū ſequatur: Nam ſi ruſticus ille errorē illū ab alio accepiſſet, q̄ ex malitia errores tales ſeminabat (prout cōiter fit) procul dubio ipſe ruſticus tenerēt id iudici manifeſtare. Quod ſi non faceret, ille alius, qui ruſtici errorē cognouit, teneretur ſtatim denūciare, vt hac ratione malū Reipublicæ radicitus extirparetur. Et hoc modo conciliari poſſunt Doctorum ſententiæ, quæ verbotenus tantum meo iudicio, & non reipſa inter ſe differre videntur, vt recte inter alios Pet. de Artag. 2.2.q.68.art. 1. Michael Sal. ibidem controuerſia ſecunda, concluſ.2. in fin. & Pet. Nauar. lib.2. de reſt. cap. 4.p.2. dub. & nu. 194. & ſequentibus annotarunt. Et de hac ignorantia, ſeu de errante cum tali ignoranti intelligenda ſunt Chriſti, & Apoſtoli verba, de qua re legi poſſunt, quæ a nobis tom.1. Theſauri. lib.3.cap.4. dicta ſunt.

11 *Hinc* Petrus Nauar. vbi ſupra nu.209. nonnulla ſcitu neceſſaria infert, quæ quoniā multotie accidere ſolent, ad aliorum inſtructionem, qui ea ignorant, aut ſaltem ignorantiam prętendere poſſunt, afferre decreuimus.

Primo namq. ex dictis colligit grauiſſime peccare eos, q̄ denūciant errātes in fide lapſu quodam linguæ, ētſi Prælati, & Doctores ſint. Nam vt leuiſſima culpa, vel nulla fieri ſolet, in quo iniuſte famā lædunt, & alia damna committu & conſequenter ad reſtitutionem tenentur.

Secundo, Idem docet de iis, qui inter diſputādū

& conet concionandum nonnulla ex incuria quadã, ſeu inconſideratione potius dicũt,quos omnes certũ non eſt aĩo velle eccleſiæ iudicio contrauenire. Vnde eos monere prius debent, an id vere,& ex animo ſentiant. Neq; .n. quia Theologus eſt,ſi erret, propterea ſtatim, ac pertinaciter errare cenſęndus erit,cũ ſæpe ex inconſideratione quadam labi quis poſſit, nec quiſpiam ã doctus eſt, qui non poſſit ex inconſideratione ſaltem aliqñ errare, & verbo peccare, vnde ante denũciationẽ monendus erit, ex pręcepto Chriſti,maxime ſi alias bonæ opinionis hẽatur.

Tertio Idipſum a fortiori dicendum eſt de ſimplicib.qui ex ignorantia, & ſimplicitate aliqua errorẽ proferunt, tales.n.cũ charitate prius inſtruendi & admonendi, ſunt,q̃ denunciandi,cũ eos ab eccleſia corrigi paratos eſſe conſtet, de qua re videndus eſt Naua.in Manu.c.11.nu.22., & ſeq.hęc interim de hac difficultate dixiſſe ſufficiat,ex his.n. quæ diximus,facile intelligi poterit, qñ, & quib.in caſib. quis ante accuſationẽ, aut denunciationẽ iudicialem, admonitionem fraternam pręmittere poſſit,aut non teneatur.

Præter debitam formam requiritur ẽt in accuſatore iuſtitia,violatur aũt iuſtitia in accuſando trib.præcipue modis,Calumnia.ſ.Præuaricatione,& tergiuer[illegible]atione, vt habetur 2. q.3. can.ſi quem pęnituerit,et ff. Ad Senatuſcon. Turpillia num. l. Accuſatorum, ex quo id deſumpſit ius Canonicum ijſdem fere verbis, & late tradunt S.Th.2.2.q.68.ar.3. Petr.de Arrag.Sal. Bannes, &Caie.ibid. Ang.verb. Accuſatio.§. 8.Sylueſt. eodem,q.8. Tabiena, eod. verſic.Quinto ſciendum.nu.octauo, Gabr.4.diſtinct.15.q 6.art.2. concl.5.litera H.Sotus lib.5.de iuſtit.q.5.artic. 3.& in relect.de tegendo ſecreto.memb.ſecundo,quæſt.5.concl.5.Nauar.in Nanu.c.25.num. 31.& ſeq.& in ca.inter verba.11.q.3.concluſ.6. corollario.61.num. 643. Gregor.de Valent.to. 3.diſput.5. q. 12.puncto 2.Toletus libr.5.inſtr. ſacer.c.57.& alij,de quib.omnibus breuiter dicendum ęſt.

Primo igitur calumniari is dicitur, qui alteri falſum crimen imponit ex malitia, & ſcienter; Vnde qui vel in cauſa criminali, vel in ciuili falſum imponit in re graui, non ſolum mortaliter peccat,ſed etiam ad damni illati reſtitutionem tenetur,ſiue in fama,ſiue in perſona,ſiue in bonis ad arbitrium boni,& prudentis viri.

Eſt autem neceſſaria hæc veritas in tota cauſa,adeo vt ſi in principio litis ſe verum accuſare putabat,poſtea tamen etiam poſt latam ſententiam cõparet fuiſſe falſum, tenetur reddere ea, quæ illi ex tali ſententia obuenerant. Quinimmo ſi in medio litis,ſiue in criminali, ſiue in ciuili, dum aliquem accuſet aut petat aliqua bona tanquam ſibi debita,nouerit rem aliter ſe habere,vel ex ſe,vel ex conſilio peritorum, quam initio putabat,tęnetur deſiſtere,quod ſi non deſiſtit,peccat mortaliter,agens contra charitatẽ proximi,& contra iuſtitiam,& ad omnia damna inde ſequentia tenetur.Innocent.in cap.plerique,dę immunit.eccleſ.Syllueſt.& reliqui omnes citati.

Dixi,qui ſcienter,et ex malitia falſum crimẽ imponit; Qui.n.falſum crimen obijcit, putans bona fide eſſe verũ, etiamſi leuiter credit, quia .ſ.audiuit ab alio,nec diligenter examinauit,nõ eſt proprie calumniator, ſed temerarius accuſator,& mortaliter peccat, quãuis non ita grauiter,vt ille,qui ex malitia obiecit; tenetur tñ vterq.ad reſtõnem damni ex tali accuſatione ſubſecuti,quia vterq. inique nocuit accuſato.

Item calumniator eſt,qui verum crimen,ſed occultum,quod in iudicio probare nequit alteri ſcienter obijcit,& peccat mortaliter, & vltra peccatum,ad damnum, & intereſſe ad arbitriũ boni viri tenetur,id quod procedit in criminalibus; Ratio eſt,quia in iudicio, ſicut eſt iuridice verum,quod iuridice.i.idoneis teſtib. & inſtrumentis,probatur;ita ecõtra eſt iuridice falſum, quod iuridice probari non poteſt. ex Mich.Salono,Petr.de Arrag. & Nauar. in c.inter verba. locis proxime allatis, & colligitur ex doctrina S.Th.2.2.q.62.art.2.ad ſecundum,in fine.

Sic etiam calumniator eſt, qui in ciuilib.rem ſibi debitam petit modo indebito, quia.ſ.vtitur falſis inſtrumentis,aut per falſos teſtes probat, peccat mortaliter,qui contra charitatem facit, & abſolui non poteſt,ſi inſiſtat,vt ſuper illis falſis probationibus iudex ſententiam ferat.

Ceterum ſi huiuſmodi falſis probationib.ſolum rem ſuam recuperat,non tenebitur ad reſtitutionem,quamuis pęccauerit. ex Nauarro in Manu.c.25.nu.32.verſ.Quinto,& Toleto lib.5. inſtr.ſacerd.c.57.ante ſinem,& faciunt quę docet S.Th.2.2.q.71.art.3.ad tertiũ,de aduocato.

Deniq. calumniator dicitur,qui rem iuſtam, & modo iuſto petit, ſed iniuſta intentione. Vnde cum finis & intentio accuſatoris debeat eſſe, vel publica, vel priuata vtilitas, accuſator, qui non mouetur ex bono publico,vel ex conſeruatione iuſtitiæ,vel ex cauſa rei ſibi debitę recuperandæ,ſed ex odio;& zelo vindictę,peccat mortaliter,non ſeruando rectam intentionem in accuſando, non tamen tenetur ad reſtitutionem ex eodem Toleto, & Nauarr. in Manuali.cap. 25.num.31.verſic.Secundo.& in c. inter verba. cit.num.643.

14 *Secundo*, Pęccat accuſator *per præuaricationem*, qui fraudulenter abſcondit ea crimina, de quibus accuſationem proponit,colludẽs cum reo, vel diſſimulando,& non inducendo veras,& legitimas probationes, quas habet contra eum, vel acceptando falſas exceptiones, vt vincatur. Quod ſi in cauſa criminali hoc facit,corruptus prece,aut pecunia;aut alia de cauſa malitioſe, ſi exinde notabile damnum Reipub. ſequatur, peccat mortaliter,ex S.Th.2.2.q.68.art.3.ad ſecundum,Gabriele,& alijs vbi ſupra, quia facit contra Rempub. cuius bonum procuratur per criminum punitionẽ, & ad reſtitutioneu Reipub.faciendam tenetur,argum.c.ſi. de iniur.& damno dato.

In cã vero ciuili,vbi de ciuilib.agitur, & tpalib.quia ibi non agitur, aut intenditur communiter niſi indemnitas propria, ſeu proprij iuris acquiſitio,et quilibet iuri ſuo renunciare põt,ſicut ab initio accuſare nõ tenebatur, ita incepta lite abſq. peccato deſiſtere põt a proſecutione cauſæ ſiue concordando cum aduerſario, ſiue cedendo liti ad vitandum expēſas, & grauamina litigioſa, vt Naua. in d. c. inter verba, concl. 6. corol. 61. nu. 643. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. cōcl. 5. Sotus in relect. cit. concl. 5. teſtantur.

15 *Tertio*, Peccat accuſator per Tergiuerſationē quando inordinate, & abſq. iuſta cauſa deſiſtit ab accuſatione obligāte cum ratione boni cōis, vel ſaltem præcepto iudicis, ex officio in cauſa procedentis, Quia facit iniuriam bono cōi, vt docent S. Th. 2. 2. q. 68. art. 3. ad 3. & alij citati. Dixi, quando inordinate, *& abſque iuſta cauſa deſiſtit*. Nam quatuor modis licite, & ſine peccato deſiſtere poteſt. Primo in cauſa propria, Cum. n. quis in propria cauſa accuſat, & de propria iniuria, & punitio Rei non eſt neceſſaria ad bonum publicum, tunc ſicut libere, & ſponte accuſationem incepit, ita poteſt quando voluerit ab accuſatione deſiſtere, parcendo Reo.

Ratio eſt, quia cum nō accuſet ex debito, ſed vtens iure ſuo, pōt illi quotieſcunq. voluerit renunciare. Hoc tamen intelligi debet, dummō ex tali ceſſatione non ſequatur ſcandalum, & niſi circumſtantiæ ſint tales, vt propter bonum cōe, vt diximus, dēat quis pergere in accuſatione in cā propria. vt ſi Reus eſſet homo facinoroſus, et multum nociuus, Tunc. n. neque iudex, neq. accuſator deſiſtere poſſunt a cauſæ proſecutione; extra hunc caſum vero poteſt ēt in criminalib. cum licentia iudicis, in ciuilib. autem, quæ proprium ſuum intereſſe concernunt ēt abſq. eius conſenſu, dūmodo nō ſequatur inde ſcandalū, aut alicuius tertij damnum, Immo offenſus tuta conſcīa non ſolum accipere poteſt pecuniā ne accuſationem proſequatur, ſed etiam agere poteſt in iudicio pro pecunia ſibi promiſſa recuperanda, ex Io. Med. C. de reb. reſtituēdis. q. 29. in fi. & Couar. lib. 2. varia. reſo. c. 10. n. 7. verſ. Secundum. & colligitur ex l. tranſigere. C. de tranſact. nec diſſentit Nauar. in Manua. c. 25. nu. 32. verſi. Quarto. ſi attente verba eius ponderētur.

Secundo, Quando initio accuſationis putauit ſe bona fide aliquem accuſaſſe, & poſtea in proceſſu videt ſuum errorem, & deceptum fuiſſe, vel ab aduocato ſuo, vel a teſtib. aut alijs, aut q̄a certo videt iudicem non eſſe iuſte iudicaturum, tunc enim deſiſtere poteſt ab accuſatione, et cōponere ſe cum reo, vt in can. *Si quem pænituerit*, 2. q. 3. expreſſe habetur.

Tertio, Propter metum cadentem in virū conſtantem ex Soto in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 5. conclu. 5. Non enim quis cauſam cum tanto ſuo diſpendio proſequi tenetur.

Quarto, Propter *authoritatem, & imperium Principis*, poteſt. n. Rex, aut alius ſupremus Princeps pro ſua authoritate, aut in principio accuſationē repellere, aut admiſſam poſtea abolere iuſta ex cauſa, quando pp dignitatem perſonę, aut vtilitatem, vel neceſſitatē Reipub. magis expedit bono communi, talem abſolui, quam puniri.

16 Vt v. g. ſi ſit Nobilis, quem multum amat, aut ſit dux, aut miles egregius, aut alias valde vtilis, aut neceſſarius Reipub. et hoc ſiue accuſatio ſit de iniuria publica, ſiue priuata. Poteſt namque Rex in ſuis legibus ex iuſta cā diſpenſare, dummodo tamen alio modo reſtituantur damna læſo, aut fiat ſine ſcandalo.

Immo vt ait Petr. de Arrag. 2. 2. q. 68. art. 3. aliquando etiam talis eſſe cauſa poteſt, vt licite etiam iſtas ſatisfactiones remittere queat. Nam cum Princeps ſit, qui plene curam gerit boni communis, ad quod etiam omne bonū, vel malum partis ordinari poteſt, ſit, vt non ſolum cōmunia, ſed etiam propria, & particularia ſingulorum ciuium ad bonum commune referre & ordinare poſſit. Idemque tradunt Caiet. & Salō ibid. Sotus in relect de tegendo ſecreto, memb. 2. q. 5. concluſ. 5. in fine, & colligi id poteſt ex S. Th. 2. 2. q. 68. art. 3. ad 3. At vero iudex inferior, quamuis id efficere non poſſit abſolute, & ex iure, niſi concedente parte; (nam is quoq. curam boni communis habet, & proinde eius intuitu, concedente parte, accuſationem repellere poteſt) ex epicheia tamen, & ęquitate, aliquando non concedente parte, id poterit, quando certo cognoſceret accuſationem illam pernicioſam fore bono communi. Vt v. g. ſi certo ſciret ex illa perturbandam fore Rempub. aut magnam aliquam ſeditionem ex illa excitandam, propter conditionem accuſati, aut propter aliam grauē, & vrgentem neceſſitatem, tunc. n. & nondum inceptam, et inchoatam etiam accuſationē abolere poteſt, niſi aliter bono communi prouidere poterit, vel ſuſpendendo proſecutionem, aut diſſimulando, & conſulendo Principem ſupremum, & facienda deniq. ſunt omnia ſumma cū prudētia, & iudicio, vt bono cōmuni conſulat.

17 Quartum quod in accuſatore conſiderandū eſſe diximus, eſt pęna, Et quidē olim accuſator, q̄ ſciens, & prudēs accuſauit de falſo, aut occulto crimine, quod iuridice probare non potuit, pęna talionis puniebatur, hoc eſt, tali pęna afficiebatur, qualē ipſe intendebat alteri, q̄tum in ſe erat, vt patet tum ex lege veteri Exod. 21. vbi cautū erat oculum pro oculo, dentem pro dēte puniendum fore, & Deut. 19. Teſtis falſus punitur pęna, quam in fratrem ſuū inferre malitioſè voluit, tum ex iure canonico, vt patet ex *c. calumniator, & c. Qui non probauerit, 2. q. 3*. tum etiam ex iure ciuili, vt conſtat ex l. Mulier. & l. Quæſitum, ff. ad Senatuſcon. Turpil. quæ lex Talionis, vt notat Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 5. ortum habuiſſe vr̄ a Pythagoricis, ſecundum celebre illud elogium cuiuſdam Rhadamanti Pythagorici dicentis de huiuſmodi accuſatore, *Si quæ fecit patiatur & ipſe, Rectum fuerit iudicium*. Cui ſimile fere eſt illud Pſ. 36. *Gladium euaginauerunt peccatores, ut decipiant pauperem, & inopem, ut trucident rectos corde; gladius eorū intret in corda eorum*.

Dicitur autem *Talio*, vel quaſi retaliatio, ſeu Tale eo, quod quiſq. iuſte tale pati debet, quale alteri contra ius, & rationem machinatus eſt.

Ratio autem ad illam probandam a S. Th. 2. 2. quæſt. 68. art. 4. adducta, non euidentiam, ſed ſolum congruentiam quandam importat. Quāuis enim ratio naturalis dictat, eum qui alterum occidit, eſſe occidendum, non tamē dictat eum, qui occidere procurauerit, ſubinde eſſe eadem mortis pœna afficiendum, eo vel maxime, quod deterrerentur tūc homines plus nimio ab accuſatione, quod in magnum Reipublicæ detrimentum cederet.

Quocirca pœna hæc talionis, vt admodum dura & ſeuera, deſuetudine in pleriſq. locis fere eſt abrogata, niſi tantum in quibuſdam caſib. particularib. quorum præcipuus eſt, qñ accuſatus inique capite plexus eſt, ex tali iniqtate accuſatoris, & teſtis falſitate; in alijs vero delatores iſti acri ſupplicio iudicis arbitrio puniendi erunt. arg. c. ſuper his, de accuſa. & l. In priuatis. ff. ad Senatuſconſul. Turpil. Quia vero ſic malitioſe & inique accuſans duobus infert iniuriã, ſcilicet, Reipublic. & iudici eius Miniſtro, & illi cui ſua accuſatione nocere intendebat, propter iniuriam factã Reipub. manet adhuc infamis, & propter iniuriam factam accuſato alijs pœnis adhuc iudicis arbitrio puniri debet; quæ infamiæ pœna, & aliæ iudicis arbitrio infligendę, adhuc in vſu manent.

Propter iniuriam.n. quam infert iudici, & tribunali, manet infamis, & indignus, qui nec in iudicio amplius vllo nomine audiatur, nec in Republ. aliquod munus exerceat, vt habetur in can. ſi quis, 2. q. 3. Quæ infamia, ſi ſit ſecularis. i. in tribunali ſeculari contracta, a Principe remitti poteſt, ſi pars lęſa remittat iniuriam ſibi illatam, nam pœnam legis parte læſa proclamãte Princeps remittere non debet.

Sin autem contracta fuerit ex iniqua accuſatione in foro eccleſiaſtico facta, qa eſt infamia eccleſiaſtica, non ordinarius, ſed ſolus Papa remittere poteſt, arg. c. Euphemium. 2. q. 3. iuncta gloſſa, & annotatione Gratian. ibidem. vbi gl. in verb. *infamiam*. rem hanc explicat.

29 Intelligenda vero ſunt hæc quæ diximus, qñ accuſator ex malitia accuſauit; Nam qui inculpata ignorantia, & errore aliquem reũ eſſe putauerit, & ideo eum accuſauerit, & non ex malitia, ſicut vere & proprie calumniator non eſt, vt diximus ſupra, ita neq. pœna talionis dignus eſt, vt patet ex can. *ſi quis iratus*, 2. q. 3. & S. Th. 2. 2. q. 68. artic. 4. ad primum, & Michaele Salono ibid. & alijs. De qua re plura legi poſſunt apud præfatos authores, & Sotum lib. quinto, de iuſtitia, quęſt. 5. articulo quarto, & in relect. de tegendo ſecreto, membr. 2. quæſt. 5. concl. 6. Couar. lib. ſecundo variar. reſolutio. c. 9. nu. primo. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 12. punct. 2. & alios.

Qua ratione non punitur fiſcus, etiã ſi in probatione deficiat, quia accuſat bona fide, ſi tamẽ fiſcus intelligens ſe non poſſe probare, nihilominus accuſat, peccat, & grauius, quam alij ratione officij, & tenetur reſtituere damna, quę accuſatus patitur, quia non eſt intentio Principis fiſcos inſtituere, niſi vt ſeruato iuris ordine accuſent.

Eademq. ratione priuatus, qui bona fide accuſauit, & defecit in probatione, licet pœnam non meretur, ſi tamẽ famam accuſati in aliquo læſit, damnum illud reficere tenetur, quia damna illata ſiue inique, ſiue citra iniquitatem illata ſint, reficienda ſunt, non ratione iniquæ acceptionis, ſed ratione rei acceptæ, vt Michael Salon vbi ſupra annotauit.

De Reo, eiuſque obligatione ad Reſpondendum in Iudicio. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *An Reus in iudicio interrogatus veritatem fateri teneatur.*

2 *Veritatem negare, aut celare in iudicio etiamſi non rogetur cum iuramento, ex genere ſuo peccatum eſt mortale.*

3 *Quando dicetur Iudex legitime & iuridice interrogare, vt Reus crimen ſuum, aut teſtis ueritatem confiteri teneatur.*

4 *Si crimen ſit notorium, vt in caſibus læſa Maieſtatis, & hæreſis & nemo in ciuitate huius criminis laboret infamia, inter ceteros autem Reus interrogetur, non tenetur crimen confiteri, quare.*

Euidentia facti non indiget accuſatore quando facinus ipſum eſt notorium, & author etiam ſceleris ibid.

Teſtes in hoc caſu ſcientes denunciare tenentur, & ratio diſparitatis inter Reum & teſtes ibid.

5 *Ad crimina priuata maior ſolemnitas requiritur pluresque cærimonię adhibendæ ſunt, vt quis dicatur iuridice rogatus.*

6 *Si via accuſationis procedatnr a Iudice ſeu via denunciationis iuridice habentis vim accuſationis, quæ requiruntur, & ſufficiunt, & quid ſi via Inquiſitionis ſpecialis.*

Semiplena probatio quid & quis teſtis omni exceptione maior ibid.

7 *Forma iuris debet eſſe probata proceſſu, & reo indicata, indicia vero duplici de cauſa reo manifeſtari debent, & priuſquam hæc ipſi conſtent, non tenetur reſpondere.*

8 *Iuramentum eſt quædam ſpiritualis tortura, & nõnulli ob reuerentiam iuramenti confeſſi ſunt, quod ob tormenta confeſſi non fuiſſent.*

9 *Iudices præter ius extorquentes ſecretum a ſubdito peccãt mortaliter, & multo grauius quam ſi perſona priuata ſecretum alicuius delictum extorqueret.*

10 *Quotieſcunq. ſubdito conſtat de iniuſtitia iudicis in præcipiendo, vt ſecretum alterius peccatum præter ius reuelet Iudici, ſubditus obedire non tenetur.*

11 *Iudex iniuſte ſecretum alicuius delictum extorquens vltra procedere non poteſt, & ſi ex falſa præſumptione procedit, ſi poſtea intelligat ſe iniq. procedere, vel per iniuriam teſtis, vel iniquitatem ſuorum miniſtrorum, tenetur.*

12 *Duplicem hoc dictum limitationem habet, vt recte intelligatur & nu. ſeq.*

14 *An teneatur quis iuridice rogatus & delictum alterius ſecretum cuius eſt infamia, detegere, quod tamẽ prius ſecretum ſub iuramento ſeruare promiſit.*

15 *Multa ſciuntur in confeſſione, quæ non cadunt ſub ſigillo confeſſionis ſacramentalis de quibus iuridice rogatus confiteri tenetur.*

16 *An cum Iudex dubitet iuſtene, an iniuſte procedat ad inquirendum, interrogare poſſit Reum aut teſtem? & an Reus aut teſtis reſpõdere teneatur, quando dubius eſt, an iuſte, vel iniuſte interrogetur.*

17 *Aliud eſt habere dubium practicum aliud ſcrupulum.*

18 *Veritas propoſitæ quæſtionis quibuſdam propoſitionib. fuſè declaratur vſque ad nu. 22.*

23 *An & qua ratione inquirere poſſit Iudex delicta per tor-*

menta, & ad quid teneatur ſic interrogatus.

Opinio Ludouici Viuis negantis illo modo licitum eſſe plane temeraria ibid.

24 *Indicia minora ſufficiunt ad inquirendum, vel citãdum, quam torquendum.*

Reus non poteſt torqueri niſi, vel manifeſta indicia iuridice, & ſufficienter probata exiſtant, vel ſemiplena probatio quando. ibid.

25 *Aliquando vnum indicium ſufficeret, quod plurib. æquiualere cenſetur, vt fuga delinquentis ante factam inquiſitionem.*

26 *Quando per iniuſtam torturam metu, & vi illatam Iudex extorquet a Reo, quem torquere non poteſt, criminis confeſſionem, aut indicia, aut teſtes, aut complices delicti, non poteſt ex illa confeſſione ſic extorta procedere ad punitionem.*

27 *De condemnatis, & iam morti propinquis, qui grauiſſime torqueri ſoleut ad ſaluandas morientium animas, quid tenetur Iudex diligenter, vt faciat.*

28 *Iudici diſſimulatione, & dolo bono vti licet ad delicti veritatem exquirendam, non tamen promittendo licet fallere, & decipere Reum.*

Vti fictione quadam condemnationis contra Reum quando licebit. ibid.

29 *Numquam licet ficte iuramentum illi præbere, quem probabiliter credit falſo iuraturum maxime in cauſa propria.*

TErtia perſona, quæ in iudicio concurrit, eſt Reus, de quo agendum eſt in ſequẽtibus. Poſſunt autem omnia, quæ in hac materia conſiderari ſolent, ad duo capita reduci, quorum primum eſt, *obligatio* reſpondendi iudici, & manifeſtandi veritatem, Secundum eſt, *obedientia* in executione; de primo agemus in hoc capite; & ſequenti, de ſecundo autem poſtea ſuo ordine dicemus. Quoad primum igitur;

1 DVBIVM Primum eſt, An Reus in iudicio interrogatus, veritatem fateri tenetur.

In hac re communis Doctorum ſentẽtia eſt, quod quicunq. legitime interrogatur, tenetur ſub peccato mortali veritatem fateri, etiam cũ periculo vitæ. Sic S. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. Caie. Bãn. Pet. de Arrag. & Mich. Sal. ibid. Ang. verb. confeſſio delicti. in prin. Sylu. verb. accuſat. q. 13. & verb. confeſſio criminis. q. 1. Tabiena, verb. accuſat. ver. 11. Sot. lib. 5. de iuſtit. q. 6. ar. 1. et ar. 2. cõcl. 5. in fi. & in releᴄt. detegẽdo ſecreto, mẽb. 2. q. 7 cõcluſ. 1. Gabr. in 4. diſtin. 15. q. 6. artic. 2. concl. 6. Nauar. in Manual. c. 18. n. 57. & ca. 25. num. 36. & in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 50. nu. 586. & late corrolario 65. num. 725. Gregorius de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 13. puncto. 1. Toletus lib. 5. in inſtr. ſacerd. c. 58. & alij. Qui omnes expreſſe loquuntur de Reo. Et quamuis non ita expreſſe id tradant de teſte, idem tamen in hac re de teſte, quod de Reo dicendum eſt, vt colligitur ex S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. Caiet. & alijs ibi, & Soto lib. 5. de iuſtitia. q. 7. art. 1. & 4. & Rationes, quæ de Reo hoc probant, ſimiliter in teſte procedunt. Probatur autem hæc veritas, Primo ex ſacris literis. Nam Eccl. 4. dicitur, *Pro anima tua* (id eſt, vt vites peccatum mortale) *ne confundaris dicere verum*. & Ioſue, 7. dicitur, *fili mi da gloriam Deo Iſrael, et confitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abſcondas*. Ex quo loco conſtat iuridice interrogatum, reſpondendo veritatem dare gloriam Deo, & mereri, econtra vero negantem, et abſcondentem peccatum, quando iuridice rogatur, facere contra Dei gloriam.

Idemq. ex iure canonico colligitur, vt patet ex c. *Cum dilecti. de accuſat. & c. 2. de confeſſis.*

Ratione etiam probatur. Quia obedientia eſt pars iuſtitiæ legalis, obedientia autem pręcipit, vt quis ſuperiori iuſte, & iuridice pręcipienti obediat, iuxta illud Roman. 11. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Et qui poteſtati ſuperioris reſiſtit*, intellige iuridice procedentis, *Dei ordinationi reſiſtit*. Ergo iudice iuſte rogante, tenetur ſubditus obedire ſub peccato mortali in re graui; Vnde negando veritatem quando ſic rogatur mortaliter peccat.

Cum igitur iudex ex poteſtate ſibi commiſſa authoritatem habeat puniendi delicta, conſequenter authoritatem habet ad vtendum vijs licitis. & neceſſarijs ad punitionem delictorum; punire autem non poteſt delicta, niſi per Rei cõfeſſionem, et teſtium teſtimonio cognoſcãtur. Nemo ſiquidem condemnari debet niſi crimen confeſſus, aut facti euidentia vel teſtimonijs cõuictus fuerit, vt habetur in l. obſeruare. C. Quorum appell. non recip. & 2. q. 1. *can. Nos in quemquã, & can. Iudex*. quę valde dãnoſa, & pernicioſa Reipub. eſſet. niſi Reus, & teſtis legitime rogati, veritatem fateri ſub peccato mortali tenerentur.

Ex quib. omnib. manifeſtum eſt, eſſe peccatũ mortale ex genere ſuo veritatem negare. aut celare in iudicio, etiamſi non rogetur cum iur̃o, vt expreſſe tradit S. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. ad tertium. ſiue. n. Reus ſit, ſiue teſtis mentitur negando, & facit contra dilectionẽ Dei, cuius iudicium eſt, & contra dilectionẽ proximi, tum ex parte iudicis. cui obedientiæ debitum negat, tum ex parte accuſatoris, qui punitur ſi in ꝓbatione deficiat, & iniuſte diffamatur de calumnia. & deniq. iniurius eſt bono cõi. Quę omnia cũ ſint res magni momenti, non põt eſſe niſi pc̃tm̃ mortale. Et confirmatur, Quia non cruciarentur hoĩes tormentis negantes veritatem in iudicio iuridice rogati, c. 1. de depoſi. ff. de q. per totã. niſi graue, & mortale pc̃tm̃ eſſet veritatem negare, & celare, q̃uis grauius pc̃tm̃ ſit negare, quam celare, quia illi mentiuntur in iudicio, iſti aũt ſolũ omittunt dicere, quod manifeſtare tenentur ex iuſtitia. Dixi eſſe pc̃tm̃ mortale ex genere ſuo, quia fieri poteſt, vt etiam in iudicio ſit tm̃ peccatũ veniale ratione ex paruitate materiæ, vt Sot. li. 5. de iuſt. q. 6. ar. 1. & in releᴄt. detegẽdo ſecre. memb. 2. q. 7. concl. 2. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 1. Nau. in c. inter verba. 11. q. 3. coroll. 65. n. 735. & ſeq. Bannes 2. 2. q. 69. ar. 2. p. 2. dub. 1. Gregor. de Valent. to. 3. diſp. 5. q. 13. puncto 1. & alij docent, quicquid Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. dub. vlt. putent omne mendacium in iudicij foro, ſiue conſcientiæ, ſiue exteriori, eſſe peccatum mortale, cuius ſnĩam latius alibi refutauimus. Dixi, etiã ſi rogetur ſine iur̃o. Nam probatio, qua vſi ſum⁹, non ſumitur ex vi iuramenti, ſed ex iure ipſo quod habeat iudex ad interrogandum, & conſequenter ex debito obedientiæ, quo tenentur inferiores ſuperioribus ſuis iuridice procedentibus obtemperare, vt præfati teſtantur.

DVBIVM Secundum eſt, Qñ dicetur iudex legitime, & iuridice interrogare, vt Reus crimē ſuum, aut teſtis veritatem confiteri teneatur?

Pro clariori autem huius difficultatis ſolutione Notandum eſt iuxta ea, quæ diximus ſup. c. 14. quædam crimina eſſe contra bonum commune, & in Reipub. perniciem, vt hæreſis, crimen læſæ maieſtatis &c. in his quæ non requiritur tanta ſolemnitas, quanta requiritur in alijs.

Quædam vero ſunt priuata, vt adulteriũ, furtũ, homicidium hominis priuati, & in his requiritur quædam ſolēnitas ſcd̃m leges priuſquam quis a iudice rogatus rñdere teneatur. Et quidē quoad crimina prioris generis fieri poteſt inqſitio, & in eis procedi ſimpliciter, & de plano, abſq. aduocatorũ, & iudiciorum ſtrepitu, & figura, vt de crimine læſæ Maieſtatis cõſtat, ex d. extrauag. Frederici, quæ incipit, Ad reprimendũ, & de crimine hæreſis, in c. fi. de hær. in 6. vbi hr̃, quod nomina teſtiũ, & accuſatoris non teneantur inquiſitores manifeſtare hęreticis, maxime quãdo eſſet periculum teſtib. ab hæreticis, quia *.ſ. ſunt* perſonæ potentes, quamuis ſi nõ eſſet tale periculum aut alia iuſta cauſa adeſſet, manifeſtari deberent nomina teſtium, et accuſatorũ, priuſquam de depoſitionibus interrogentur.

4 Inſuper, ſi crimē ſit notoriũ, & contra Rempubl. vt in caſib. prædictis læſæ Maieſtatis, & hæreſis, ſi tñ nulla ſit infamia, aut indicia, aut coniecturę, quæ ipſam perſonam inſinuant, ſed ſolũ eſt infamia criminis in cõi, puta, quia productæ ſunt concluſiones hæreticæ, & poñtæ in aliquo loco ciuitatis, nullus tñ in particulari eſt in ciuitate, qui laborat infamia de illo crimine, ſi fiat inq̃ſitio in ciuitate, & Reus ipſe inter alios rogaretur, an illud fecerit; aut latũ eſſet edictũ aliquod publicum, & gñale pręcipiens, vt quicunque ſciret tale crimen, illud denunciat, non teneretur tñ Reus in hoc caſu rogatus crimen confiteri, aut per edictum cogeretur dicere ſe eſſe authorem. Rõ eſt, quia contra ius naturæ eſt, vt aliqs occultus ſceleris patrator ſe prodat, Non. n. obligare poteſt lex aliqua, aut pręceptũ humanũ, vt quis ſine aliqua infamia ſe prodat, cũ hoc ſit contra ius naturæ, iuxta ea, q̃ S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 2. tradit, eſſet. n. hoc idem, ac aliquem obligare, vt ſeipſum occidat, quod eſt abſurdũ.

Nec valet, ſi dicas euidentiã facti pro accuſatore valere, ſed ſi accuſatus eſſet Reꝰ, teneretur rñdere, ac proinde in caſu propoſito iudici petenti crimen fateri obligatur. Rñdetur. n. tunc euidentiam facti non indigere accuſatore, qñ & facinus ipſum eſt notorium, & author ēt ſceleris; in hoc autem caſu noſtro, licet factum euidens, & notoriũ ſit, quia tñ perſona eſt occulta, nõ tenetur ſe prodere; quinimmo recte rñdere põt ſe neſcire, qs fecit, ſubintelligendo, vt dicat.

Quod tñ intelligendum eſt de ſolo Reo, nam in tali caſu qui ſcirent criminis authorem, tenerentur reuelare, atq. adeo rogati, vt teſtes veritatem fateri teneãtur, aut vi talis edicti. ſ. vt quicunq. ſcientes denuncient, tenentur denunciare. Ratio eſt, quia ipſi etiam non rogati, & non iuſſi id denuncare tenentur.

Diſparitatis autē Ratio inter Reum, & teſtes in hoc caſu eſt, quia teſtis denũciare tenetur, vt ſic obuietur malo publico, de quo ſp p̃ſumitur periculũ in futurum, quod ſane periculũ cum ipſe, vt plurimũ ſecreta admonitione impedire nequeat, iudici denunciare tenetur, vt hac ſaltē via occurratur, Reus verò quia ceſſare poteſt a malo futuro, & ſic omne periculũ impedire in futurũ, non tenetur ſe illa rõne prodere, Vnde in tali caſu iuſte interrogare põt iudex alios tanquam teſtes, & illi rñdere tenentur, cum ipſi abſq. omni interrogatione hmõi delinquentès denunciare tenerentur, Reus vero ſicut non tenetur ſe iudici non rogatus ꝓdere, ita neq. interrogatus in hoc caſu crimē manifeſtare obligatur.

5 Quoad alia vero crimina priuata ſcd̃i generis maior, vt diximus, ſolemnitas requiritur, pluresque cęrimoniæ adhibendæ ſunt, vt quis dicatur iuridice rogatus, atq. adeo, vt rogatis rñdere teneatur. Requiritur ergo Primo, vt interrogans ſit verus, & legitimꝰ eius iudex, & interrogatus ſit ei ſubditus. Ad hoc. n. vt quis iuſte iudicet, habere debet imperium, & iuriſdictionem ſuper alium, vt expreſſe docet S. Th. 2. 2. q. 67. artic. 1. Caiet. & alij interpretes ibid. & Sotus libr. 5. de iuſtit. q. 4. art. 1. & alij communiter, nec de hac re vlla eſt difficultas. Vnde qui aliquo priuilegio ſunt exempti, vt clerici a iudicio ſeculari, ſi clericus a iudice ſeculari interrogatus ſit, nõ tenetur reſpondere, cũ ille abſq. Summi Pontificis licentia iudex competens clerici non ſit.

Secundo ēt requiritur, vt interrogatus a competenti iudice rñdere teneatur, vt circumſtent merita cauſæ, formaq. iuris obſeruetur; ita nimirum, vt ſi proceſſus fiat per *denunciationem, ſeu correctionem fraternam*, qd̃ Reus prius admonitus a pręlato ſit rebellis, & ſic alius teſtis ſaltem pręter denunciantem, alias prælatus eum tãquam iudex interrogare nequit. Vnde qñ crimen probari non põt, nec prælatus eum iuridice interrogare valet, quod ſi crimen probari põt, & ſubdito conſtet, quod prælatus teſtes ſufficientes aut indicia habet, tunc quidem ſicut Prælatus eũ interrogare poteſt tanquã pater, ita ēt ſubditus ei tanquam patri crimen confiteri tenetur. Ceterũ ſi eo in caſu ſubditus emendaturũ ſe promittat, pęnis iuris punire nequeat, ſi vero poſtea correptus non ſe emēdauerit, tunc tanquam rebellis, prælatus eum pœna legis caſtigare poteſt.

Sin autem *via Accuſationis* procedatur, ſeu *via Denunciationis iuridicę* habentis vim accuſationis, requiruntur, & ſufficiunt, vel ſemiplena probatio, vel expreſſa, & manifeſta indicia.

Quod ſi *via inquiſitionis ſpecialis procedatur*, requiritur, vt præceſſerit infamia, quę nõ a diſcolis, ſed a viris bonis, & fide dignis emanauerit, & præterea, quod infamia ſit iuridicè ꝓbata ſaltem per duos teſtes iurantes ſe audiſſe a plurib. perſonis fide dignis, ex Doctoribus in c. inquiſitionis, & c. Qualiter & quando. ſecundo, de accuſat. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. & alij.

Indicia autem ſufficientia ſunt, vel vnũ indicium præſertim magnum,vel multa leuia,quæ tamen vni magno æquiualent.

Semiplena vero probatio eſt vnus teſtis omni exceptione maior, Per teſtem autem iſtum intelligitur teſtis oculatus,teſtis de viſu dictus, qñ delictum conſiſtit in factis, quando vero delictum conſiſtit in verbis,teſtis de auditu. Tunc autẽ dicitur teſtis omnis exceptione maior,quãdo nullas habet qualitates,vel cõditiones, quæ ſecundum ius reddunt teſtem inhabilem, v.g. non eſt infamis,non eſt ſuſpectus, non eſt inimicus,vel cognatus delinquentis.

7 *Tertio* adhuc iſta duo non ſufficiunt, ſed vltra requiritur,vt iſta iuris forma ſit probata in probata in proceſſu,& Reo indicata.

Debent aũt hæc indicia manifeſtari Reo duplici de cã;vna eſt, vt ipſe ſciat ſe eſſe in eo articulo, vt teneatur rñdere iudici petenti veritatẽ.

Prius.n.quam Reus ſcit ſe iuridice interrogari,non tenetur in foro exteriori,aut interiori veritatem ei dicere.

Quamuis.n.in reb.leuioribus debet ſubditus ſuperiori,quem ſcit virum probum,prudentem & ſcientiæ peritũ ſtatim credere, eſt rei veritatem tanquã iuridice rogatus dicere; in rebus tñ maioris momenti maxime honoris,famæ, vitę, et bonorum ſuorum iacturam facere non tenetur,donec certior fiat ſe iuridice interrogari, alioquin cũ ipſe reputet ſe occultũ eſſe,& ex alia parte indicia hæc ſint nõ iuris,ſed facti,ignorantia facti eum excuſat, quo minus veritatem dicat,donec ei iudex illa manifeſtet,vbi autẽ Reo notũ fuerit ſe iuridice interrogari, tenetur ſub mortali peccato (niſi materiæ leuitas excuſet) veritatem fateri.

Alia cã eſt,vt poſſit ſe purgare,vel illis rõnabiliter apponere, ſicut ẽt cũ infamatur,manifeſtatur ei,ꝙ de tali crimine diffamatus ſit.Si igiť via inqſitionis ꝓceditur, cõſtare ei dẽt de infamia, ſi via accuſationis,conſtare ei dẽt de ſemiplena probõne,hoc eſt, an teſtis ille ſit oĩ exceptione maior,qa ſi iuxta iura põt eũ repellere, nõ facit ſemiplenam probationẽ;& ſimiliter debent illi proponi indicia, quib.nititur iudex, quia ſi ſint aperte leuia,nullã habent vim, nec põt ex eis iudex procedere,& ſimiliter cũ debeant eſſe iuridice probata per duos teſtes oĩ exceptione maiores ex Caiet.& Salono 2.2.q.69.art.1.& hr̃ in l. Cuſtodias,ff.de publ.iudic.& gloſſa,& DD.ibi, eſt locus Reo,vel ad repellendos teſtes illorum indiciorũ,vel ad oñdendum ſigna illa eſſe leuia & ita non tenetur rñdere de crimine præcipuo, donec ei iuridice ſit iudicẽ habere ſufficientem, & ſemiplenam probationẽ,vel ſufficientia indicia ad procedendum,& interrogandum, vt expreſſe tradunt S.Th.2.2.q.69.art.2.Caie.Salon ibid.ar.1.controuer.2.concl.2. Syluеſt. verb.accuſatio.q.13.et verb.confeſſio delicti.q.1.Sotus lib.5.de iuſt.q.6.ar.2.Nauar.in Manu.c.18.nu.57.& c.25.nu.36.& c.inter verb.11.q.3.conclu.6.corollario 50.nu.586.& coroll.65.num.730. Gregor.de Valen.tom.3.diſpu.5.q.13.punct.2.& Toletus lib.5.inſtr.ſacerd.c.58.Cuius Rõ eſt, quia ſicut nemo parere tenetur legi ante eius ꝓmulgationem,& conſtet non eſſe iniq̃, & iniuſtã; ita nemo parere tenetur mandato iudicis, quod eſt velut particularis, niſi conſtet eũ,qui iubet eſſe Prælatũ,& iuſte præcipere;Hoc autẽ conſtare non põt niſi ei proponãtur indicia,vel ſemiplena probatio, quib.nititur ius iudicis ad interrogandũ, qñ via accuſationis procedit,& idẽ de infamia,quãdo procedit ꝑ viã Inquiſitionis ſpecialis. Vnde priuſquã hoc ipſi conſtãt,nõ tenetur reſpondere. Et q̃uis vbi nullũ eſt periculũ in præſtanda obedientia, non eſt a Prælato exigẽdũ,vt oñdat ſe iuſte præcipere, vbi tñ agitur de aliquo ſubditi ꝑiculo,non tenetur rñdere cõtra ſe,niſi ſibi cõſtet ſe legitime rogari, neq. ſimiliter tenetur teſtes cõtra aliũ ĩ re graui teſtificari,niſi ſibi innoteſcat ſe legitime interrogari.

Quando autẽ ſemel hęc omnia,quę diximus adſunt,tenetur Reus reſpõdere veritatem,ſine iuramento,Sicut.n.non eſt inchoandum a tortura.l.1.& l.Maritus.& l.Milites.de qq. ita etiã non eſt inchoandũ a iuramento veritatis,quia iuramentum eſt tortura quædam ſpiritualis.ex Panorm.in c.per tuas.circa finem.de prob.Nauar.in Rubrica,de Iudicijs.num.56.verſic.Nonum. citans ad hoc Marianum conſil.253.col.2.par.2.& idem Nauar.in c.inter verba.11.q.3.concluſ.6.coroll.65.num.739.& adeo quidem, quod multi quidem reperiuntur confeſſi ob reuerentiã iuramenti,quod ob tormenta confeſſi non fuiſſent.Non igitur debet iudex interrogare Reum,iuramento ei delato de dicenda veritate,antequam illi manifeſtet indicia ſufficiẽtia aut ſemiplenam probationem,vt ſic Reo cõſtet teneri ſe ad dicendam veritatem.

8 Quod ſi antequam ei hæc manifeſtet, iurm̃ offerat, ſi poſtea vigore illius iur̃i interrogetur Reus in particulari de aliquo occulto crimine, de quo nõ eſt infamia,nec indicia,nec ſemiplena probatio,q̃uis celet,non peccat, nec quãuis falſo neget,facit cõtra iur̃m,ſed eſt ſimplex mẽdaciũ officioſum,& veniale,vt expreſſe docent Sotus in relect.de tegen.ſecre.memb.2.q.7.poſt concluſionẽ tertiã.ante dubiũ primũ,& Naua.in c.inter verb.11.q.3.cõcl.6.coroll.65.n.748.

Ratio eſt,quia iur̃m illud de dicenda veritate,intelligendũ eſt de veritate, quæ iuridice interrogabitur,& conſequenter cũ ad id fuerit obligatus, quod q̃tum ad noſtrum propoſitum, erit, quando ſciuerit delictũ iam eſſe in ꝓceſſu ſaltem ſemiplene probatũ, vel adeſſe ſufficiẽtia indicia,vel infamiã contra ipſum plene verificatam,& quãuis Reus ipſe id non intelligeret, iura tñ ita interpretãtur;atq. adeo iudex tunc præbendo ei iuramentum non obligat ipſum Reũ ad rem,ad quam ſine ipſo non eſt obligatus.

His aũt exiſtentib.& in proceſſu contra Reũ poſitis,eiq. notificatis, tenetur Reus veritatem dicere, ſiue cum iur̃o interrogatus fuerit, ſiue abſq. ipſo,alias peccat mortaliter, ẽtſi inde ſibi mortẽ prouenturam cognoſcat. Quinimmo ẽt ſi delictum conſtet per falſos teſtes, adhuc tñ tenetur Reus rñdere veritatẽ iudici legimę interroganti,alias peccat mortaliter,vt Doctores fatentur.Ex hac doctrina hactenus tradita in hoc dubio tria notatu digna inferuntur;Quorum

9 *Primum eſt*, Peccare mortaliter iudices extor-

quentes

quētes ſecretū a ſubdito p̄ter ius, & multo grauius ꝗ̃ ſi perſona priuata ſecretum delictum alicuius præter ius extorqueret. Prima pars patet, ꝗa talis extorſio delicti ſecreti eſt ex gn̄e ſuo ī dānum famæ proximi, & cū fama ſit maximū hominis bonū, conſequenter cōtra charitatē erit, & graue dānum eſt id facere, vn̄ peccatū mortale erit. Confirmatur, Quia ſi peccatū ſit mortale reuelare ſponte ſecretū delictum alterius, ꝗa infamat proximū in re graui; A fortiori pctm̄ mortale erit vi, & violentia tale delictū ſecretū extorquere, quo fama ꝓximi denigratur. Secūda pars ēt conſtat, Quia iudex, & ſuperior eſt cuſtos iuſtitiæ, ad quē ciues, & ſubditi tāquam ad iuſtitiam animatā concurrunt. Ergo ſi quid contra iuſtitiā facit, grauius peccat, quā ſi priuatus quiſpiam id efficeret, vt docte Sot. in relect. de gendo ſecret. mēb. 3. q. 1. concl. 2. annotauit.

Secundum eſt, Quotieſcūq; ſubdito conſtat de iniuſtitia iudicis in p̄cipiēdo, vt ſecretū alterius pctm̄ contra ius reuelet, p̄cipienti iudici ſubditus obedire nō tenetur. Rō eſt, quia iudex lex viua & animata eſt, li. 5. Ethic. c. 4. At vero lex aliqua non obligat niſi quatenus a lege Diuina, quæ eſt prima, & infallibilis omnium regula deriuatur; Sicut primum Mobile omnium aliorū mobiliū menſura eſt, a quo alia omnia mouentur, vt S. Tho. 1. 2. q. 93. art. 3. erudite expoſuit.

Quando aūt iudex, aut ſuperior aliquid cōtra ius præcipit, cū nō porcedat ſcd̄m ius diuinum, nec conſequenter p̄ceptū eius obligabit, vnde nec ſubditus parere tenetur, implicat. n. aliquē iniuſte p̄cipere, & alterū ad obediēdū teneri. Sicut. n. lex iniuſta nō obligat, ita nec iniuſtū præceptū, vt cōſtat. Quocirca in ca. *Inquiſitionis, et c. Qualiter & quando.* 2. de accuſ. ꝓhibetur p̄latis cōtra ius inꝗrere, & ſimul dat̄ facultas ſubditis nō rñdēdi, ſi cōtra ius aliqn̄ fuerint interrogati. Id qđ euidēter colligitur ex S. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. Soto ī relec. de tegēdo ſecret. mēb. 3. q. 1. cōcl. 3.

Tertium eſt, Si iudex iniuſte ſecretū alicuius delictū extorquet, nō pōt vltra ꝓcedere, aut illud punire, ſiue illud a Reo, ſiue a teſte extorquet. Sic Sot. in relect. de tegendo ſecreto. mēb. 3. q. 1. concl. 5. Dom. Ban. in 2. 2. q. 70. art. 1. p. 4. dub. vnico. Mart. Nauar. in Man. c. 18. num. 59. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. par. 2. dub. 10. nu. 242. & Michael Salon. 2. 2. q. 69. art. 2. controuerſia 12. vt v. g. ſi minis, vi, aut tormentis ~~iniuſte~~ extorqueret iudex crimen, cuius nulla extat infamia, nulla probatio, aut indicia non poterit ad inquiſitionē, aut punitionē vlterius procedere, ētſi reus per talē vim, & metum non ſolū confeſſus eſt crimen ſuū, ſed ēt teſtes, per quos conuinci poſſit. Ratio eſt, quia qn̄ medium eſt iniquum, ēt cognitio inde parata iniqua, & inutilis eſt ad aliquem effectū iuridicum. Quod etiam procedit, qn̄ delictum eſſet per iniquitatem in iudicio (etiam ſine culpa iudicis) per miniſtros ipſius, vi, aut fraude inducentes Reū, vel teſtē, vt Salō vbi ſupra animaduertit. Quia ſicut inſtrumēta reducuntur ad cām efficiētē, ita actus Miniſtrorum ad Iudicem: ſunt. n. actus quoque illorum iudiciales, vnde inique ageret iudex, ꝗ iniquitate miniſtrorum ſuorum vteretur ad inquirendum, vel iudicandum.

Immo vero qn̄ iudex ex falſa præſumptione procedit, exiſtimans bona fide a principio cāę ſe iuſte ꝓcedere, ſi tn̄ poſtea intelligat ſe inique ꝓcedere, ab incepto deſiſtere, nec vltra ꝓgredi tenetur. Ratio eſt, ꝗa quā primū cognoſcit ſe iniuſte ꝓcedere, ceſſat in eo bona fides, qua antea præſumebat crimē illud rite fuiſſe detectū, ceſſante autē bona fide, ceſſare ēt tenetur a cāæ illius ꝓſecutione. Vt v. g. inꝗrit iudex via accuſationis, credens teſtem illū, per quē habet ſemiplenam probationē, verum eſſe: aut inquirit, & interrogat via inꝗſitionis, credens Reū vere infamatū eſſe, poſtea aūt deprehendit teſtem illum, cui innititur, mentitū fuiſſe, vel infamiā illā non a viris bonis, probis, & honeſtis, ſed a maleuolis, & improbis excitatā, & diuulgatā eſſe, tenetur deſiſtere. Similiter credit initio delictū de quo inꝗrit ab aliquo extra iudiciū fuiſſe detectū, vel in iudicio citra vllā iniquitatem, & iniuriā ſuorum miniſtrorū, & ex illa falſa præſumptione procedit, ſi poſtea deprehēdat delictū illud fuiſſe oīno occultū, & iniquitate ſuorum cū iniuria teſtis, aut Rei fuiſſe detectum, ſi adhuc non laboret infamia, ſed maneat apud ſuos tm̄ cognitum, tenetur nō vltra procedere. Siue igitur ſecretū iniuſte eruit̄ a Reo, vel teſte, per iudicē, vel fingendo ſe habere ſemiplenā ꝓbationē, vel alios teſtes, aut oblata ficta venia teſtem aut Reū decipiat: aut per miniſtros eius in iudicio, aut extra iudiciū, vt ſi a tabellione in iudicio, vel aliis Miniſtris iudicis ꝑ vim, minas, aut fictas promiſſiones in ꝓgręſſu proceſſus, & cāę, inducātur ad reuelandū ſecretū delictū, aut extra iudiciū ab eiſdē id fiat, nō pōt ex tali notitia iudex vltra ꝓcedere ad inꝗſitionē, aut punitionē. Qđ ſi vltra procedat, & dāna aliqua exinde Reo, aut Teſti ſequātur, tā in fama, quam in tēporalib. bonis, & expenſis, & lucro ceſſante, ad hæc oīa reſarcienda tenētur tā iudex ipſe, ꝗ̃ Miniſtri, qui cā horū damnorū extiterunt, arg. ca. final. de Iniur. & dāno dato. Dixi, etiamſi crimē cōfeſſus eſſet Reus nō poſſe vltra ꝓcedere. Quāuis. n. aliqui eius opinionis ſint, vt putent quod poſtquā Reus ſua confeſſione conuincitur eſſe nocens, iudicem procedere poſſe propter bonū cōe, quamuis cōfeſſio iniuſte per minas, aut tormenta ſit extorta: Rectius tn̄ Dominicus Bannes vbi ſupra concluſ. 3. docet, non poſſe; Quia cōfeſſio cōuincens in iudicio dēt eſſe legitima, & voluntaria, & nequaquā ꝑ vim extorta. Quēadmodum ſi latro minādo mortē alicui, niſi dederit pecunias, non accipit dn̄ium pecuniarū, ētſi alius dederit, ſed eam reſtituere tenetur; ita ēt iudex, qui per iniquam cōminationem tormentorū, aut etiā per iniqua tormenta cōfeſſionē extorquet, non acquirit ius aliqđ ex illa confeſſione cōtra ipſum Reū, ſed oīa acta iniqua reponere dēt, & Reū in ſua immunitate, ſicut ante iniuriā factā erat, cōſtituere dēt. Quia maius ſcādalū eſt, & magis ꝑnicioſum Reipubl. vt iudex authoritate publica abutens, iniuriā in iudicio faciat, ꝗ̃ quod Reus per iniquitatem cōfeſſus dimittat̄. Nec cōſuetudo aliqua in cōtrariū iuſta eſſe pōt, cum contra ius naturæ ſit, vt quis ſine ſcientia publica legitime, hoc eſt, vt ꝗs cum iniuria Reo, vel Teſti a Iudice, vel publicis Miniſtris facta, condēnetur. Quæ oīa ſatis euidenter ex c. *Qualiter, & quando.* 1. de accuſa. colliguntur, vbi Innocentius III. multis rationib. hoc ipſum oſtendit, quarū vna eſt, Quoniā ex his, q̄ inordinate ſunt acta, non pōt ordinabiliter agi. Et q̄uis Sotus vbi ſupra vult grauē iniuriam neceſſariā eſſe, vt iudex ceſſare teneatur, vt tn̄ Bānes animaduertit, q̄libet iniuria, (quæ eſt pctm̄ mortale, ſufficit, vt vltra iudex non procedat: id qđ rationes Innocentii ſatis probare videntur. Habet tn̄ hoc dictum tertium duplicē limitationē,

12 Prima eſt, vt procedat ſolum, qn̄ delictum innoteſcit iudici, per iniuriā Reo, vel Teſti, ab ipſo Iudice, vel Miniſtris eius in iudicio, aut extra illatā; Si.n. ſciret crimen per vim, & iniuriā illatā illis ab aliqua alia priuata ꝑſona, ſine vlla culpa ipſius iudicis, extra iudiciū, poterit iuſtè iudex ꝓcedere ad inquiſitionē, & punitionem, & interrogatus rn̄dere tenebitur. Vt v.g. ſi Petrus ſecreto occiderit Ioannem, & filius Ioannis ꝑꝑ ſuſpicionem q̄ habet de Petro, cogat eū minis, & tormentis, vt cōfiteatur crimen, teſtes, & alia quibus cōuinci poſſit, ſi poſtea deferat Petrū in iudiciū, poterit iudex tūc cōtra Petrū procedere, cum nihil ad eum pertineat, qūo alter crimē extorſerit. Procedit.n. iudex in hoc caſu contra delictum, quod iam nō eſt occultum; quod aūt illud malitia, & iniquitate alterius detectū ſit, id omnino per accidens eſt. Sic etiamſi in viſitatione generali, quę fit in viſitationibus, quando accidit aliquod crimen publicum, teſtis ex malitia, vel ignorantia reuelet aliquod crimen occultum, poteſt tunc iudex iuſte procedere, quia iam illud eſt effectum notoriū in iudicio, prout in praxi eſt apud iudices pios, & bonos.

Dixi, ſine culpa iudicis, ꝗa ſi in generali inquiſitione, iudex ipſe minis, vel precib. inducat teſtē ad reuelādum occultum, qđ non dēt, vel interrogauit de induſtria, (vt ſæpe fit) viros ſimplices, & ruſticos, tūc ꝗa per iniquitatē iudicis detegitur crimen occultū, nō pōt vltra procedere

13 Secunda eſt, Qn̄ delictum eſt in dānum boni communis, & imminēs, & adhuc in fieri, vel tale, vt ētſi præceſſerit, punitio tamen delinquentis eſt neceſſaria bono cōi, vel ad tollendū ſcandalum populi, tunc etſi per iniquitatem iudicis innotuerit, pōt tamen ad eius punitionem procedere, vt v.g. in hæreſi, proditione ciuitatis, & ſimilibus. Ratio eſt, quia tanta vis eſt boni cōis, vt aliquando liceat iudicib. ad eius conſeruationem præter ordinem iuris procedere, quando aliter cōmodè bono illius proſpicere nequeāt. Secus tamen qn̄ iā eſſet cōmiſſum, & occultū nec periculū eſſet cōmittendi ſimile in futurū. Hæc tn̄ limitatio, ſicut, & pręcedēs intelligēdæ ſunt, dūmodo ſciat iudex non innotuiſſe crimē per aliquā iniuriā illatam Reo, vel Teſti, cōtra ſecretū confeſſionis ſacramētalis, ſiue illata eis ſit ab ipſomet iudice, vel ab alijs ī iudicio, vel extra iudiciū, vt v.g. ſi ſacerdos ſacrilegus reuelaſſet alicui cōfeſſionē homicidii, & tādē res deueniret ad aures iudicis, & iudici cōſtaret id via ſacramentali propalatū eſſe, non poterit iudex vltra ad inquiſitionē, aut punitionē procedere, & procedendo graue ſacrilegiū contra ſacramētū faceret. Quia maius ſcandalū eſt, magiſq. perniciosum, vt ex tali fundamēto ſacrilego vltra procedatur, quā ex eo, qđ reus non puniatur. Arcerentur.n. homines hac via à cōfitendis delictis, ſi vel ſuſpicarentur ſe dānum aliqđ quauis via pati poſſe per confeſſionem ſacramētalem. Vn̄ maximè cauere debēt iudices, & Prælati cum aliquid via confeſſionis ſacramētalis, ſiue per iniuriam, ſiue per imprudentiā confeſſorum, aut confitentium nouerint, ne ad inquiſitionem, aut punitionem vltra procedant.

Idemq. dicendū eſt, ſi laicus audiens confeſſionē, quæ fit Sacerdoti, confeſſionem reuelaret, aut ſi mutans habitum fingendo ſe Sacerdotem, audiret confeſſionem, & crimen detegeret, vt optime Sotus, Salon, & Bannes vbi ſupra annotarunt, & res eſt in confeſſo apud omnes.

14 DVBIVM Tertium eſt, An teneatur quis iuridice rogatus delictum alterius ſecretū, cuius eſt infamia detegere, quod tamen prius ſecretum ſub iuramento ſeruare promiſit?

Ratio difficultatis eſt, Quia ſeruare ſecretū, eſt officium fidei. Ergo detegere eſt actus infidelitatis; Vnde Prouerb. dr̄. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis eſt, celat amici ſecretū.* Cum ergo virtus virtuti non repugnet, obedientiæ virtus non coget reuelare ſecretum, cū ſeruare ſecretū actus ſit fidelitatis. Cōfirmari poteſt hæc rō, Quia iuramentū eſt actus virtutis religionis. Ergo magis tenemur ſeruare ſecretū, ad qđ ſeruandū aſtringimur iuramēto, quā obedire ſuperiori reuelare iubenti, cū obedientia non ita ſtricte obligat, ſicut iuramentum.

Communis tn̄, & vera ſnīa eſt aſſerentiū teneri nos eo in caſu reuelare. Et rō eſt clara, Quia fides ſecreti, & iuramentū non obligāt contra ius naturæ, quo bonū cōe præferendū eſt priuato. Et qn̄ quis ſub iuramento promittit ſeruare ſecretum, intelligitur id facere ſcđm ius, vnde præiudicare nequit iur̄m iudici, quin poſſit iuridice ſubditos rogare ob bonum cōe, atq; adeo qn̄ ꝗs ſic iuridice rogatus reuelat ſecretū, nec infidelis nec periurus eſt. Id ꝙ ꝓcedit qn̄ id ſecretū, qđ ſub iur̄o ſeruare promiſit, eſſet in pręiudiciū Reip. aut tertiæ perſonæ (cū in eo caſu nō obſtāte fide, aut iur̄o tenet̄ ēt iniuſſus tale ſecretū reuelare, vt S. Tho. 2.2. q. 70. art. 1. ad ſecundū, & Sotus in relect. de tegēdo ſecreto, memb. 2. q. 7. concluſ. 4. docent.) An vero idē ēt in criminibus aliis priuatis, & quæ in aliorū præiudicium non vergūt, dicendū ſit, explicabimus infra c. 20. dubio 4. Excipio tn̄ ſemper quando quis ſcit in cōfeſſione ſacramentali, tunc. n. quamuis eſſet in præiudiciū totius mūdi, reuelare nō liceret, nec vnquā aliꝗs iuridice de auditis, & ꝑceptis ſoli in cōfeſſione interrogari poteſt. Circa ea vero quæ tum in hac difficultate, tum etiam in fi. præcedentis dubii, de notitia criminis ex confeſſione ſacramentali habita, diximus;

15 *Notandum* eſt, ex S. Th. 2.2. q. 70. ar. 1. ad 2. Caiet. & aliis ibid. & Sot. in relec. de tegēdo ſecreto, mēb. 2. q. 7. cōcl. 4. & mēb. 3. q. 3. cōcl. 2. & lib. 5. de iuſt. q. 6. ar. 2. concl. 5. & q. 7. ar. 1. ad 1. Tabi

na verb.accuſ.n.18.& aliis,non oĩa,q̄ putantur ſciri ſub ſigillo confeſſionis; ſub eius ſigillo cadunt. Sunt.n. aliqua quæ vere ſciuntur in confeſſione,vt fit qn̄ quis pc̄tā ſua confitetur cum intentione accuſandi ſe, & accipiendi bn̄ficiū abſolutionis,& quæcunq; hoc mō ſciūtur, ſub ſigillo confeſſionis cadunt: & hæc nulla vnquā de cauſa reuelare licet,nec de eis quiſquam rogari debet,aut pōt iuridice,quia huiuſmodi tātum nouit,vt Dei miniſter,& maius eſt vinculum ſacramenti quocunque alio præcepto humano,etiam ſummi Pontificis,vt conſtat.

Quædam aūt vulgo dn̄r ſciri in confeſſione ficta,ad imitationē cōfeſſionis veræ,Multi.n.vt alios actus obligent ad ſecretū, ſignare ſe ſolēt ſigno crucis,& genua flectētes dicere ſolēt,*Dico tibi hoc in confeſſione*,immo vero aliqn̄ ēt dicere ſolent,*Confiteor Deo,& tibi*; Cū tn̄ ſæpe talia laicis cōfitentur,& ēt nulla pc̄tā cōfitētur cū intētione accuſandi ſe,ſed tm̄, vt alios arctius ad ſecretū obligēt de eis,q̄ cōicaturi ſunt, & hæc nullo mō ſub ſigillo confeſſionis ſacr̄alis cadunt; Vn̄ talia ētſi accedat acceptatio audiētis(ſine qua nihil fit)non magis obligant,q̄ iur̄m de ſeruando ſecretū,ac proinde iſta reuelare tenent̄, qn̄ iuridice cogātur, aut qn̄ ſunt in perniciē Reipublicæ,aut dānum aliorū. Quæ doctrina eo diligentius annotanda eſt,quo ſæpius imperitum vulgus in huiuſmodi grauiter errare ſolet.

DVBIVM Quartum eſt, an cū iudex dubitat iuſtène,vel iniuſte procedat an inquirendum, poſſit interrogare reū, aut teſtē. Et ſimiliter an reus,aut teſtis reſpondere teneatur, qn̄ dubius eſt an iuſte,vel iniuſte a iudice interrogatur? In hac re Palud.in 4.diſt.19.q.4.in fi.docet qđ dū ſuperior,aut Iudex,a ſubdito,& a Reo,vel teſte exigit ſecretū aliqđ delictū,ſi certum ſit ſubdito prælatū iuridice rogare,tenetur parere ecōtra vero ſi certū ſit contra ius p̄cipere, obedire non tenet̄;ſin vero dubiū ſit,vel iuris, vel facti, tūc inquit,pręſumendū eſt pro iuſtitia iudicis, & ſuperioris,& reſpondere dēt. Idē docet Sylueſter,verb.inquiſitio.1.q.3.verſ. Tertiū, & verbo.obedientia.q.2. Ratio pro hac ſentētia eſt, quia præceptum ſuperioris eſt quædam lex priuata,lex autem ſuperioris ſeruanda eſt quando dubitatur an ſit iuſta,vel iniuſta.

Pro huius igit̄ difficultatis faciliori explicatione,& intelligentia, ſupponēda ſunt quædā tanquā certa,& manifeſta, quorū primū eſt aliud eſſe habere dubiū practicum de re aliqua,aliud vero habere ſcrupulū. Dubius is dicitur, qui habet aĩum ſuſpenſum,ita vt neutri contradictionis parti aſſentiatur, vt v.g. Qui dubius eſt an aſtra ſunt paria,vel imparia. Scrupulū vero habere dr̄,ꝗ ita adhæret vni parti contradictionis, vt tn̄ timeat contrariā partem forſitan eſſe veram,vt cū quis opinatur aliquem contractū eſſe licitum,& tn̄ formidinem habet de parte aduerſa ſit ne fortaſſis illicitus, formido illa dicit̄ ſcrupulus,& pōt eſſe maior,vel minor, vt conſtat. Secundū eſt,qđ aut certum eſt opus qđ pręcipitur, eſſe licitū, ita vt nullū ſit periculum facere,qđ præcipitur; Aut opus eſt tale,vt periculum habeat ad vtramq; partē. Tertiū eſt, Aut crimen de quo interrogat iudex cedit tantū in damnū delinquentis, aut cedit in dānū alterius publicū,vel priuatū. Rurſus quod vergit in dānū alterius,maxime publicū, aut eſt in fieri,ita vt delinquēs in pc̄tō perſeueret, & animū nocendi habet,aut eſt præteritum, ita vt Reus nō intendat aliud poſtea facere, nec alteri deinceps nocere. His ita præſuppoſitis,breuiter rē totam ſequentibus propoſitionibus exponam.

18 Prima Propoſitio: Quotieſcūq; iudex ipſe dubius eſt,an iuſte inꝗrere,aut ꝓcedere queat, non pōt interrogare,nec Reus reſpōdere tenet̄. Sic expreſſe Mich.Salō,2.2.q.69.art.1.cōtrou.3.concluſ.2.& Dom.Bannes,Ibid.art.2.dub.2.

Prima pars patet; Quia vnuſquiſq; dēt præſumi bonus,antequam probetur malus. Sed antequam iudex certo ſciat ſe habere indicia ſufficientia, aut probationem ſemiplenam qua poſſit Reum interrogare, præſumitur Reus omnino bonus,& conſequenter cum iudex de his dubius ſit, non poteſt alterum iuſte interrogare de crimine tanquam de illo ſuſpectum.

Secunda pars cōſtat,Quia nō tenetur Reus, aut teſtis rn̄dere, niſi qn̄ iudex iuſte præcipere pōt,vt diximus ſupra. Vnde Reus,aut teſtis,qui prudēter dubius eſt, an iudex iuſte interrogat, nō tenetur veritatē fateri;cōfirmatur;Quia oĩa iura tā naturalia, q̄ diuina, & humana docent in dubijs meliorē eſſe rōnem poſſeſſoris, & fauendū eſſe Reo. Ergo dū dubius eſt Reus de iuſtitia iudicis in rogādo, vere manet in poſſeſſione honoris,famæ,& vitę,nec adhuc iuri ſuo cedere dēt,& teſtis ſimiliter dū prudēter dubitet de interrogatione iudicis,fauere potius dēt reo occultādo delictū eius: intelligitur aūt hęc ꝓpoſitio,qn̄ inquiritur de crimine qđ nō vergit in dānū alicuius publicū,vel priuatū, ſed iā p̄teritū,& cōmiſſū eſt iuxta ea,q̄ ſup.diximus. Quę doctrina cōfirmari pōt ex illa cōi regula quam tradunt Doctores in materia de conſcientia, & in materia de ignorātia,ſ. Qđ in dubio ſequenda eſt pars tuta,qn̄ alia, etſi probabilis ſit, non tn̄ eſt tuta; qđ ſi neutra fuerit tuta, illa tunc eligatur,in qua minus eſt periculi. Sed in caſu ꝓpoſito,tacere,vel occultare veritatē ſine mēdacio,parū aut nihil hēt periculi, explicare vero illā multū;quia exponūtur vita,fama, vel bona Rei. Ergo in huiuſmodi delictis, nō tenetur ſubditus,ꝗ ita prudēter dubius eſt rn̄dere iudici, & cōfiteri ſuū delictū, aut Teſtis reuelare dēt alterius ſecretū,ſed potius tacerę, & occultare veritatē. Quotieſcūq. igitur inꝗrit iudex contra homicidā,furē aut aliū reū,ob crimen cōmiſſum, & dubitat ꝓbabiliter ſubditus, an p̄ceſſerit infamia,ſi via inꝗſitionis ꝓcedatur,aut an adſint ſufficiētia indicia,aut ꝓbationes, qn̄ via accuſationis ꝓcedit̄,ꝗb. iudex īterrogare legitime poſſit, neq. reus tenetur ſe ꝓdere, neq. teſtes q̄uis conſcij ſint ſceleris,immo tenētur celare crimē

Quia ex duobus malis minus eſt eligēdum, c.duo mala.diſt.13.

Sed minus malum eſt nō obedire ſuperiori, quādo quis prudēter dubius eſt, an iuſte interrogęt, quā vt quis iniuſte occidatur, & contra ius,aut graue damnū patiatur. Vnde quando maius damnum ſequitur in tali dubio, alicui ſi pareat, quam ſi non pareat, in eo caſu non eſt obediendum.

Id quod multo magis procedit, qñ non ſolū ſubditus dubius eſt, an ſuperior iuſte præcipiat, ſed ēt qñ ipſemet ſuperior dubius eſt, an iuſte præcipiat. Quia licet ſuperior ſit in poſſeſſione ſuæ authoritatis reſpectu ſubditi ſui, hoc tamē non eſt, niſi quando, & quatenus iuſte præcipit, & ideo qñ dubium eſt, an iuſte præcipiat, tunc qñ eſt in præiudicium tertij, ideſt, ſubditi, quia ſubditus eſt ēt in poſſeſſione famæ ſuæ, vitæ, & bonorum, nō tenetur parere, ſed inclinādū eſt in eā partem vbi minus eſt periculi. Hinc monet Sotus in relect. de tegēdo ſecreto. mēb. 3. q. 2. concluſ. 2. in talibus dubijs conſiderandum ſemper eſſe quodnam ex duobus malis minus ſit, & tunc ſi neceſſario inclinandum eſt in vnū eorū, inclinādū eſt in minus malū. Vt v. g. dubitat qs, an obligetur mētiri officioſe pro vita hominis ſeruāda, cōſiderare in hoc caſu dēt vtrum iſtorū ſit grauius (ſi vtrumq; procederet ex ſcientia) permittere mortē hominis, quē quis tenet ſeruare, an mentiri officioſe, in hoc caſu, cū pp ſuam ignorantiam æqualiter dubius ſit, & neutra pars ſit ei tuta, ſed ſiue mentiatur, vt tueatur vitā illius hoīs, ſiue non tueatur, ne mētiatur, qcquid horū pſtat, timet peccare, in tali dubio, & ignorantia exiſtens, inclinare dēt in illā partē, quæ minus periculi hēt, & mētiri, officioſe, ſi non pōt deponere dubium; Quia mētiri officioſe, eſt ſolum veniale pctm̄, permittere vero hoīem occidi, eſt mortale. Si vero dubius qs eſſet, an teneatur peierare pro vita ſeruāda, tunc tenetur potius permittere mortem, quam peierare, quia ſi vtrumq; procederet ex ſcientia, grauius eſſet periurium, quā homicidium.

Nec repugnat huic doctrinæ, mendaciū nunquam eſſe licitū, nec dari poſſe perplexitatē in lege Dei, Quia nō dicimus nos licere huic mētiri: ſed cum ex ignorantia ſua exiſtimet, qcquid agat ſe peccaturū, dicimus ſic dubitantē, nō valentē dubium deponere, potius dēe cōmittere pctm̄ veniale mentiendo officioſe, quam aliud pctm̄ non ſeruandi vitā hominis, in quo tā graue eſt periculū. Neq; repugnat ex ignorātia culpabili aliquem illa durante eſſe pplexū, ſiquidem perplexitas illa non eſt a lege Dei, ſed ab ignorantia culpabili, qua eſt ita perplexus.

19 Secunda Propoſitio: Qñ crimen de quo fit inquiſitio, eſt in dānum alterius publicū vel priuatū adhuc imminens, & qđ adhuc eſt in fieri: q̃uis iudex dubius ſit, an interrogare poſſit, vel nō, & an teneatur inqrere, vel nō, tunc deponere dēt dubiū, & inclinare in fauorē Reipublicę, & in tali ēt caſu Teſtis reſpondere tenetur. Vnde ſi inquiratur cōtra aliquē de hæreſi, aut de crimine læſæ Maieſtatis, & dubius ſit teſtis ob rōnem aliq̃ an iuridice interrogetur parere dēt, & dicere veritatem, ētſi rationes aliquando in contrariū ſint probabiliores, Sic Sotus in relectio. de tegēdo ſecreto. memb. 3. q. 2. concluſ. 4. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 2. controuerſia. 3. Dominicus Bannes ibid. par. 1. dub. 2. Nauar. in ca. inter verba, 11. q. 3. concl. 6. corol. 53. num. 600.

Prima pars de iudice patet, qa ex vna parte iudex cuſtos boni publici ex officio, & ex alia parte, vt diximus in dubijs pars illa ſequēda eſt, quę magis tuta eſt, & q̄ minus periculi hēt. Sed minus periculū eſt ſi perſona priuata iniuſte occidatur, quam ſi Reſpublica damnum patiatur. Ergo hoc caſu tam iudex in interrogando, quā teſtis in reſpondendo in fauorem potius boni communis, quam rei inclinare debēt. Vbi enim agitur de bono communi, non requiruntur to media, vel merita proceſſus vbi quis timeatur malus, vel deijciatur a ſuo honore.

Etenim in materia morali, vt recte Sotus loco citato memb. 3. queſ. 2. concluſ. 2. annotauit, non cenſetur pars illa minus dubia, quam plures comprobāt rationes, ſed illa potius, quę eſt minus periculoſa; Nam minus periculum habetur pro maiori ratione, tametſi quando vtraq; eſſet æque periculoſa, illa deligenda eſt in, qua probabiliores rationes propendunt.

Et quod de bono communi dictum eſt, procedit etiam de crimine quod tertiæ perſonę imminet. Nam in dubijs potior eſt ratio patientis iniuriam quam inferentis. Cum igitur accuſatur reus ob damnum, quod alteri infetre intendit, vel prudenter timetur inferendum, debēt iudex, & teſtis in tali caſu fauere potius patienti, quam reo inferenti iniuriam, vnde & ille interrogare, & iſte reſpondere tenetur.

20 Tertia Propoſitio: Quando crimen eſt in dānum publicū, vel priuatū alterius, & adhuc in fieri, tūc aut Reus ipſe deſiſtere tenet oīno ab eo malo inferēdo, aut rogatus reſpondere obligatur. Rō eſt, quia cū iudex in hoc caſu ius hēt ad interrogandū, conſequēter ſubditus debitū hēt reſpondendi, quādiu imminet damnū Reipubl. aut alteri. Sin vero Reus paratus ſit deſiſtere a malo inferēdo, tunc melior cōditio poſſidentis famā, & vitam, ceſſatq; iam oē dāni inferendi periculū, rōne cuius iudex ius interrogandi habuit, quo iure per pęnitentiā, & reſipiſcentiā Rei ceſſante, ceſſat conſequēter debitū in Reo ad reſpōdendū. Qua diſtinctione facta reconciliari poſſunt inter ſe Bannes, & Salon vbi ſupra, quorū primus Reū negat obligari ad reſpondēdū, puta ſi velit deſiſtere a malo perpetrādo; alter vero eū ad reſpondendum obligari putat, dummodo ſcilicet deſiſtere nolit.

21 Quarta Propoſitio: Si iudex inqrit crimē occultū, aut aliquid pręcipit, ēt ſub ſententia excommunicationis, vel aliqua alia pęna, & conſtet ſubdito crimen eſſe occultum, vel dubitet an ius interrogādi hēat, nō tenetur ſubditus, obedire, ſi exinde periculū aliquod incurreret, & non parendo non incurrit excōmunicationē, in foro interiori. Ita Sotus in relect. de tegendo ſecreto memb. 3. q. 1. concluſ. 4. & eſt cōmunis Doctorū. Ratio eſt, tum quia excommenicatio non niſi ob inobedientiā incurritur, vt conſtat Matth. 18. & c. Nemo Epiſcoporum. 11. quæſt. 3. vbi habetur, nullum excōmunicari poſſe niſi manifeſta peccati cauſa. Sed qñ iudex aliquid contra ius præcipit, tūc ſubditus nō parēdo, nō peccat, aut inobediens eſt. Ergo neque excō catus eſt. Tum quia ſicut præceptū manifeſte

iniuſtum non magis ligat ex pœna addita, q̃ ſine illa: ita dū res eſt probabiliter dubia, nihil affert certitudinis, & proinde non magis obligat ex pęna excōicationis ſuperaddita, quam ſine illa: vñ ſi alias non obligat, neque ea ſuperaddita obligabit. Quo tñ in caſu occulatius vigilandū erit ſubito, an præceptum ſit iuſtū, & legitimū, necne. Vnde fallitur Syluecſter in verbo, correctio. quæſt. 9. dum dicat, quod licet prælatus in aliquo caſu non poſſit præcipere ſubdito, vt crimen ſecretū reuelet, ſi tñ præcipiat, inquit,'ſub pęna excommunicationis, parere debet ſubditus, alias excommunicationē incurrit quoad pęnam, quamuis non peccat. In qua re apertè fallitur, quia vt diximus, pœna ſuperaddita non facit præceptum iuſtum, ſi alias fuerat iniuſtum, & ideo nō magis ſubditum ligat pęna appoſita, quam ea non ſuperaddita.

Quinta Propoſitio: Quando pręceptū eſt de re tuta, ita vt nullū ſit periculū, vel Reipublicæ, vel tertiæ perſonæ, aut ipſimet ſubdito cui p̄ceptum imponitur, tunc obediendū eſt. Ratio eſt, quia cū in rebus, in quibus nullum periculū alicui timet̄, ſuperior rationē ſubdito reddere non teneatur de iuſtitia ſui p̄cepti, nec ex altera parte ſubditus cauſam iuſtā habet non parendi, cōſequenter in tali dubio, præſumi debet iuſte p̄cipere, maxime cū ſuperior in poſſeſſione ſit reſpectu ſubditorū ſuorum, a qua nō niſi iuſta ex cā depelli pōt, & colligitur ex regula illa generali ſupra poſita, ſ. quod in dubio ſequenda eſt pars tuta, ſi alia non eſt tuta. Sed in obediendo nullū eſt periculum in hoc caſu, non obediēdo autē peccati periculū incurrit. cū igitur virtus obediētiæ maxima eſt, & Prælatus actionū ſuarum omnium rationē reddere ſubdito nō tenetur, & id qđ præcipitur licitum eſt, nihilq; in ſe periculi cōtinet, ſubditus obedire tenet̄. De qua re plura legi poſſunt lib. 1. c. 13. in fi. vbi rē hanc pluribus rationib. & exemplis illuſtrauimus. Solū placuit in fine huius q̄ſtionis regulas quaſdā addere, quæ colligi poſſunt ex doctrina cōi Doctorum oīum, q̃ docte explicat Sotus in relect. de tegendo ſecret. mēb. 3. q. 2. conclu. 2. & ſeqq.

Prima eſt In materia Morali pars illa minus dubia eſt, quæ eſt minus periculoſa.

Secunda eſt, quando vtraq. pars eſt æque periculoſa, eligenda eſt ea, in quam plures rationes procedunt.

Tertia eſt, In dubio ſequenda eſt pars tuta, ſi alia non eſt tuta.

Quarta eſt, Si neutra pars tuta eſt, eligenda eſt ea potius, in qua minus eſt periculi. Ex quibus ſolui poſſunt infiniti caſus qui quotidie contingere ſolent.

3 DVBIVM Quintū eſt, An, & qua ratione inquirere poſſit iudex delicta ꝑ tormēta, & ad qđ teneat̄ ſic interrogatus? Mota eſt hęc difficultas hoc in loco, tū ob affinitatem quam hēt cū pręcedentibus: tū ob praxim, qua ſolēt iudices Reū tormentis vexare, hacq; via veritatē extorquere: tum ob authoritatem Ludouici Viuis, qui in Scholijs in lib. 19. ciuitatis Dei. ca. 6. plane ſentit illicitū eſſe veritatē a Reis, vel teſtibus, mediis tormētis eruere. Cuius rei hanc rōnē aſſignat, quia multi metu tormentorū cōfitētur delicta, quæ nunq̄ cōmiſerunt: Alii vero vt pote viribus corporis vegetiores, & robuſtiores, vim tormētorū ſuperantes, negant quæ cōmiſerint, & recedūt impunes, quo fit torturā hāc Chriſtianæ pietati, & charitati, vel oīno repugnare, aut ſaltem accōmodatum medium non eſſe ad veritatē inquirendā. Ceterum hæc eius opinio temeraria plane eſt, & vſui omniū fideliū repugnās, in omnibus. n. iudicijs, tam eccleſiaſticis, quam profanis exigi ſolet veritas per torturā, qñ alias legitime rogati, veritatē ſponte confiteri recuſant. vnde, & S. Patres, vt D. Ambroſ. in lib. de Cain, & Abel. c. 9. S. Hierony. to. 1. epiſt. ad Innocentium, & S. Aug. lib. 19. ciuit. Dei. c. 6. hoc genus inquirendi neceſſariū eſſe humanę ſocietati tradunt. Cui ēt fauent decreta Euſebii Papę in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, & refertur 5. *q.* 5. *can. Illi qui.* vbi ait, *Veritas, quam ſponte prolatā in illis uox habere non poteſt: hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis Religioſus tortor exigere debet, ut dum pęnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter & ueraciter exquirantur.* Loquitur autem de teſtibus. Ergo à fortiori torqueri poteſt Reus. Et Gregorij Papæ VII. in capit. *cum in contemplatione, de reg. iuris.*

Nec valet Ratio eius in contrariū. In Iudicijs enim humanis, non eſt q̄renda infallibilis certitudo, ſed ꝓbabilis, & humana, qualis certe tormentis etiam exigitur. Quod ſi quis ex infirmitate, & puſillanimitate aliquando fateatur, quæ non commiſit, & alius etiam robuſtior neque tormentis veritatem prodere velit, id omnino per accidens eſt, & ex vitio, & malitia hominis euenit, non tamen propterea auferenda eſt, inquiſitio per tormenta, cum eadem ratione auferenda eſſet inquiſitio per teſtes, cum illi etiam nonnunquam in iudicio mentiantur.

Suppoſito igit̄ hoc, licere iudici exigere veritatem a Reis, & teſtibus per tormenta, qñ alijs viis tentatis, illam oīno ſponte confiteri nolūt, qñ id licite fieri poſſit, & quomodo iudex in hac re gerere ſe debet, qñ etiam Reus, aut teſtis ſic rogatus reſpondere teneatur, breuiter in ſequētibus ex cōi Doctorum ſententia exponam. De qua re legi poſſunt gloſſa in can. Illi qui, 5. q. 5. Panorm. in Reg. cum in contemplatione. de regu. iur. Ang. & Sylueſt. in verb. Indicium. & in verb. Tortura. Tabiena verb. accuſatio. nu. 20. dub. 2. & verb. Tortura. Io. Driedo. li. 1. de liber. Chriſt. c. 15. fol. mihi 226. Nau. in Manuali. ca. 18. n. 56. & idem Nauar. in c. inter verba, 11. q. 3. coroll. 65. Mich. Salon 2. 2. q. 69. artic. 2. controuerſia 9. Sotus in relec. de tegēdo ſecreto, membro 2. q. 7. concluſ. 2. argu. 2. Dominicus Bannes 2. 2. q. 70. art. 2. dub. 2. & alii.

24 *Primo* igitur certum eſt, qđ cum iudex ius habeat non ſolū inquirendi in Reum, ſed etiā capiendi, citandi, & torquendi eum, multo minora indicia ſufficiunt ad inquirendum, capiendum, vel citandum quam ad torquēdum eum, nec de hac re poteſt eſſe dubium.

Secundo, cū cōficitur ꝓceſſus, & probatio delicti, ſi ꝓcedatur via accuſationis, nō pōt Reus torq̄ri niſi vel manifeſta indicia iuridice, & ſufficienter,

ficienter, ꝓbata exiſtant, vel ſemiplena ꝓbatio, vt enim dr̄ in l. ex liberto, ff. de quæſtio. ſine indicijs, aut ſemiplena ꝓbatione, non eſt inferenda quæſtio, ideſt, tortura. Dr̄ autem tortura quęſtio, quia vt ait Panorm. vbi ſupra, iudex per tormentum inquirit veritatem, tormentum autē dr̄, quaſi torquens mentem. Quæ autem indicia ſufficiant, certa regula dari nō pōt, ſed relinquendū eſt hoc iudicis prudētis arbitrio ex Panorm. & Syluеſt. vbi ſupra. Non ſufficit autem vnum indiciū regulariter ad torturam, ſed oportet, qđ ſint plura, & glo. & Bart. in l. 1. §. occiſorum, ff. ad Sillan. & Bal. in l. congruit. ff. de off. præſidis. Syluеſt. verbo, indicium, q. 2. Angel. eodem, §. 2. teneret tn̄ proceſſus ſi non opponeretur, quamuis plura non præceſſiſſent indicia, ſed tn̄ damnari non poſſet etiamſi in tormentis eſſet confeſſus, & poſtea ratificauit. ex tex. & gl. & Bar. in l. penul. de quæſt. Secus ſi ſponte, & ſine tortura eſſet confeſſus ſecundum Petrum de Ancharano in Clem. 1. de homicid.

25 Dixi, regulariter, quia aliquando vnum indicium ſufficeret, dummodo pluribus æquiualere cenſeatur, vt v. g. ſufficeret ad torquendum fuga delinquentis, ſi delinquens fugeret ante inquiſitionem factam.

Item ſufficiens ſignū erit, ſi res furto ſublata deprehenderetur apud delinquentē, & nō indicauerit a quo acceperit. Sic ēt ſufficit ad torquēdū, ſi Reus de domo egrediatur cū enſe ſanguinolento, & in domo aliquis occiſus ſit. Quæ oīa patent ex praxi iudicū. Semiplenam autē probationē contra Reum facit vnus teſtis omni exceptione maior ſecundum oēs, poſt gloſ. in l. tertia. C. ad leg. Iul. Maieſt. Panor. in c. 1. de confeſ. & in c. primo, de teſtibus, Bart. in l. 1. §. ſecundo, & l. Maritus. & l. penult. ff. de quæſtio. vt ſi quis deponeret directè ſuper facto principali, puta quia vidit Petrum occidere, quamuis ſecus ſi ſuper indicio, puta quia vidit Petrum cum gladio euaginato. Bart. in l. fi. de quæſt. Syluеſt. verbo, indicium.

Item ſufficit dictū vnius ſocii ad ſemiplenam probationē, & torturam, dūmodo ſit in tormētis confirmatū, alioquin. n. cum ſocius ſit infamis, dictū eius non valebit ad torquēdum, licet valeret ad inquirendum, tunc aūt maxime valet dictum ſocij, qn̄ tale eſt peccatum quod cōmitti non potuit ſine ſocio, vt fornicatio, Sodomia. &c. & nō apparet rō, quare magis nominet hunc ſocium, quam illum, & generaliter qn̄ ex coniecturis tollitur p̄ſumptio mendacii, vt quia nō eſt aſtatus, nec ſubordinat⁹, nec impęnitēs, & res eſt veriſimilis, q̄ oīa iudicis prudentis arbitrio relinqui debent, vt p̄ſati authores tradunt.

Item ſufficit ad torquendū mendaciū, aut variatio, aut inconſtantia cū titubatione in delinquente, de qua re vidēdus eſt Iul. Clar. lib. 5. recept. ſn̄iarum. in pract. criminali. q. 25. Qn̄ autē via inquiſitionis proceditur, ſufficit ad torquendum infamia ſeu clamoroſa inſinuatio iuridicè probata ꝑ teſtes oī exceptione maiores, q iurēt ſe illā infamiam a viris probis, & honeſtis audiuiſſe. Rō eſt, quia cum grauius ſit torquere, q̄ inquirere, & interrogare, cū ergo nec iudex via accuſationis ꝓcedere poſſit niſi p̄ceſſerint indicia ſufficientia, aut ſemiplena probatio, nec via inqſitionis niſi ſit infamia, cōſequēter nec torquere pōt. Et ſicut Reus non tenetur reſpōdere niſi hæc adſint, ita neq. iuſte torqueri poterit.

26 *Tertio* quando iudex per iniuſtam torturā graui metu, & vi illatā extorquet a Ręo, quē torquere non pōt, vel proprii criminis cōfeſſionē vel indicia, aut teſtes quibus conuinci pōt, aut complices delicti, non pōt iudex ex confeſſione illa, & dicto rei ſic extorta procedere ad punitionē Rei, vel cōplicis, qui occultus eſt, & non infamatus, ſi non ſequatur ſcandalū, propterea qđ nō punitur. Sic Sotus in relect. de tegendo ſecreto membro 3. q. 1. concl. 5. Mich. Salon 2. 2. q. 69. artic. 2. controuerſia 9. concl. 2. & citant Bart. in l. penult. ff. de quæſt. & eſt communis opinio iuriſtarum in l. Maritus, ff. de quęſ. & patet ex his quæ dub. 2. dicta ſunt.

Ratio eſt, quia qn̄ medium eſt iniuſtum, & iniquū iuridice, cognitio exinde parata iniqua eſt, nec ea vti pōt iudex ad aliquē effectū, iniuſtitia. n. cauſæ tranſit in effectū, ſed vis, & metus tormētorū eſt mediū īiuſtū, & iniquū. Ergo oīs cognitio exinde habita īiuſta, & iniqua erit.

Dixi, graui metu, & vi, qa vt authores præfati teſtantur, ſi iudex leuiter tm̄ tormenta Reo minaretur, & Reus ſtatim confiteretur, quāuis iudex iniquè egit, ſic comminando, procedere tn̄ pōt, qa tūc Reus magis ex puſillanimitate animi, quā ex vi illarū minarum confiteri cēſetur, atq. adeo confeſſio illa non tam culpæ iudicis, quā ipſius puſillanimitati tribuenda erit. Quocirca Panor. in Reg. cū in contēplatione. de reg. iur. docet torturā debere eſſe moderatā, ita vt iudex in ea adhibenda reſpicere dēt ad indicia, ad qualitatē perſonæ, an ſit fortis in reſiſtendo, necne. Et ſemper in torquendo hunc modū obſeruare dēt, vt totum ſeruet incolumen innocētiæ, vel ſupplicio, vt ſic q deliqt, pati poſſit ſuppliciū debitū; ſi vero ſit innocens, non patiatur defectū corporis. l. Quemadmodum, ff. de q. Vnde Sebaſtian. Sap. in annotatione ad Panormitanū vbi ſupra addit, qđ ſi tortus ex inuſitatis tormētis moreret̄, iudex ipſe decapitādus eſſet, & citat ad hoc Bal. ī l. 1. C. de emē. ſeruo. & Ant. in l. Nemo carcerē. C. de exact. trib. lib. 13. & alios.

27 *Quarto*, cū in varijs locis variæ ſint cōſuetudines, vt notat Nau. in Man. c. 18. n. 59. & in c. inter verba. 11. q. 3. conclu. 6. coroll. 65. nu. 771. in aliquibus. n. locis etiā Reus conuictus ſed non cōfeſſus pōt appellare, in alijs vero cōuict⁹ q̄uis non confeſſus, appellare nō pōt, obſeruādę ſūt prouinciarū, & locorū leges, & conſuetudines.

Illud tn̄ in præſentiarum annotandum eſt, quod cū condemnati iam ad mortem, & morti ꝓpinqui grauiſſime torqueri ſolēt, vt vel crimē fateantur, ne populus iniuſte condēnatos credat, aut ēt vt reuelēt cōplices, ad impediēda mala, aut puniēda delicta, in qua re grauiter delinquere poſſint tam cōmiſione, reuelando occultos quos iuſte reuelare nequeāt, quā omiſſione occultādo īfamatos, quos reuelare oportet, tenetur iudex in hoc caſu ad ſaluādas morientiū animas diligēter exhortari eos, vt cōfiteantur q̄ reuelanda ſunt, & taceant, quæ celanda ſunt, ad quod faciendum eos admoneat, vt periti prudētis confeſſarij conſiliū accipiant, a quo inſtruātur, quid tacere aut manifeſtare debeant, qui cōfeſſarius præcepta facti veritate ex proceſſu, & iudicialib. partim a Reo, partim ab aduocato, partim ab ipſo iudice, admonebit Reum, quid explicare, quid occultare debet, nec antea tam grauib. tormētis iam morti adiudicatos iterum vexare debet iudex, quouſq; ſic admoniti fuerint. Etenim ſicut medico non licet atroci medicamine vti, vbi faciliora ſperat profutura; ita nec iudici licet aliquē torquere ad inquirendā veritatem, ꝙ probabiliter ſine tormentis obtinere poteſt. Nihil autem magis probabile eſt, quam vltimo ſupplicio, & diuino iudicio proximum a pio, prudenti & perito confeſſario admonitum, diſcuſſurum in pctō, niſi ſocios indicet, aut crimen ſuū reuelet, ſtatim reuelaturum, quod in conſcientia reuelare tenebitur, tum ne aīæ ſuæ detrimentum patiatur, tum vt ſe a tam diris tormentis liberet. Quæ ſane doctrina, & ſanū conſilium cōi Doctorum ſnīa comprobatum, nulli iudici bono ac pio diſplicere poteſt. Quod ſi ſic admoniti et inſtructi Rei, nullos complices manifeſtent, non debet iudex facile eos torquere, *niſi iudex* ex proceſſu, vel alia via moraliter certa *intelligat* Reum illum nō aperire veritatem, quā debet. Quæ omnia, & rōni naturali, & pietati Chriſtianæ quam maxime cōſona eſſe vnr.

8 *Quinto*, q̄uis licitum ſit iudici vti diſſimulatione, & dolo bono ad delicti veritatem inquirendam a reo, vt colligitur ex c. vtilem. 22. q. 2. & c. *Afferte*, de præſump. vbi ponitur forma doli boni circa iudicium Salomonis; 3. Reg. 3. Sic etiam Claudius Cæſar, matrem negantem quendam iuuenē, qui vere eius filius erat, propriū filium eſſe, coegit ad confeſſionem veritatis, indicto ei cū ipſo iuuene matrimonio, vt refert Tranquillus in Claudio. c. 15. Carolus itē Magnus certus, quod vel pater, vel fili⁹, quos captos detinebat, quendā occidiſſet, incertus tñ vter eorum, iuſſit vtrumq. ſuſpendi; At cū pater, qui vere deliquerat, nullā redemptionis ſpem relictam videret, culpā ſuam confeſſus eſt, & ita filium ſuū innocentē, ab imminenti ſupplicio liberauit, ex Andrea Iſernia in c. 1. §. publici latrones, de pace tenenda, & eius violat. Iaſone in l. Si is qui pro emptore, ff. de vſucap. num. 172.

Non tñ licebit iudici fallere Reum aliquid promittendo pro extorquenda veritate delicti, & licet hoc ſit de cōſuetudine apud multos iudices, vt tñ multi graues, & docti viri tradunt, eſt maxima deceptio, & corruptela. Quod ſi Reus ita promiſſione allectus crimē confeſſus fuerit, dēt iudex promiſſionem datā ſeruare, quia turpe eſt fidem frangere. l. 1. ff. de pactis. cū ēt hoſti fides ſeruanda ſit. can. Noli exiſtimare. 29. q. 1. & ibi gl. in verbo, hoſti. & in cā. offerebat, in verbo, Barbaras. 32. q. 7. dūmodo ipſe nobis ſeruet fidem, alias non, ex gloſſa ibid. Quod ſi forte iudex promiſſionē negaret, ſaltē pœna ordinaria illi delicto debita eum condemnare nequit, ſed minori, ex Decio ī l. Ea eſt natura cauillationis, ff. de regu. iur. & Alciato in l. Natura cauillationis. de verb. ſignific. et Couar. lib. primo, variarū reſolut. c. 2. in fine. qui optime docet iudicem in hoc caſu non debere ſic confeſſum condēnare morte aut pęna iuris ordinaria caſtigare, niſi cōtigerit præter hanc Rei confeſſionem aliquot adeſſe coniecturas, indicia, aut præſumptiones commiſſi ab eo criminis; aut niſi expediat bono cōmuni delictum illud puniri; aut niſi alias de delicto, & crimine recto iuris tramite conſtat; aut niſi fruſtratus ſpe promiſſionis etiā poſtea in confeſſione perſeueret.

Sin aūt iſta non adſint, ſed ſolum cōfeſſus ſit crimen ſub ſpe promiſſionis illi factæ, & cōfeſſionem ita extortā reuocat, non dēt morte damnari, aut pęna ordinaria puniri, ſed mitiori, habita rōne criminis, perſonæ, & circumſtātiarum.

Sed neq. licitum eſt iudici condemnare ficte ad mortem illum, qui non probatur Reus, vt ea via delictum ſuum reuelet occultum, poteſt tñ vti iſta fictione tanquam quodam genere torturæ, qñ contra illum eſt, vel ſemiplena probatio, vel indicia manifeſta, vel maxima infamia.

29 Quibus addo ex Nauar. in ca. inter verba. 11. q. tertia, concluſio. ſexta, corollar. 65. num. 739. & ſeq. & Michael. Salono 2. 2. q. 69. ar. 2. controuerſia nona, in fine.

Nunquam licere ficte iuramentum illi præbere, quem probabiliter credit iuraturū falſo, maxime in cauſa propria. Quia licet iudex vti poſſit ea fictione de morte inferenda, quando Reus iuſte & licite torqueri poteſt, ſicut in eo caſu alio quouis genere torturæ vti poteſt, occaſionem tamen adeo vrgentem peierandi, & peccandi mortaliter non licet offerre.

Aliter autem dicendum eſt, quando iudex ſecundum ordinem iuris iuramentum ſubditi accipere debet; tunc. n. quamuis timeat illum peieraturum, non prohibetur accipere, quia malum hoc non iudici, qui iure ſuo vtitur, ſed alterius malitiæ imputandum eſt.

Plura de tortura delinquentiū legi poſſunt apud præfatos authores, & apud Ignatiū Lopez de Salzedo in commētarijs practicę criminalis canonicæ Ioannis Bernardi Diaz. c. 125. 126. & ſeq. Hæc aūt quæ diximus magis proprie ad inſtitutum noſtrū ſpectāt, reliqua breuitatis gratia omiſimus, legiq. paſſim apud alios poſſunt.

Afferuntur et explicantur aliæ variæ difficultates circa Iudicis poteſtatem in quærendo, & Rei obligationem in reſpondendo. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Reus infamatus, & conuictus de vno crimine in iudicio an interrogari poſſit de alijs criminib. occultis, de quib. nulla præceſſit infamia, nullaque probatio.*

2 *Opinio negatiua confirmatur, & ratio Paludani in contrarium confutatur.*

3 *Regulariter vera eſt huius opinionis doctrina, in duob. tamen caſibus iuſte poteſt conuictus de vno interrogari de alio, & quinam illi ſint?*

4 *Extenditur etiam hæc doctrina ad prælatos Religioſorū,*

ne ſubditos interrogent, & ſicut Reus ita nec teſtis interrogari poteſt de alijs criminibus, de quib. Reus non eſt infamatus.

5 *An conuictus aut confeſſus delictum interrogari poſſit de ſocijs occultis.*

6 *Iure communi tam canonico quam ciuili, non licet exceptis quibuſdam criminibus.*

7 *Duæ regulæ traduntur tam pro Reo quam pro teſtib. de reuelando Reo latente aut ſocijs occultis notatu dignæ.*

8 *In criminibus priuatis, quæ ex ſua natura complicem requirunt ſi publica ſint in omnibusq. nota, de complice occulto licet interrogare. In alijs occultis particularib. non eſt licitum iudici interrogare, nec tenetur Reus ad interrogata reſpondere. nu. 9.*

10 *Introduci poſſe conſuetudine, vt confeſſi de ſuis delictis, interrogentur de ſuis complicibus, eoſque teneri complices reuelare (vt docuit Nauar.) in quibus ſolum criminibus verum eſt?*

11 *An ſi falſo contra innocentem procedatur, & interrogetur de aliquo quod vere fecit, quod tamen eſſet ſufficiens indicium, vt conuinceretur de crimine, quod non fecit teneatur fateri veritatem?*

12 *An ſi Reus iuridice interrogatus negauerit veritatem metu mortis cogere illum poſſit confeſſarius, vt dictum ſuum retractet, adeo vt ſi velit teneatur illi abſolutionem negare? explicatur quibuſdam propoſitionibus, num. 13. 14. 15.*

Teſtis iuridice interrogatus tenetur veritatem dicere etiã cum certo periculo vitæ illius Rei, nec abſolui poteſt ſi negauerit, ibid.

16 *An Reus qui legitime rogatur veritatem neget vnde factum eſt, vt Iudex eum abſolueret, teneatur in conſciẽtia ad ſoluendum pœnam, ad quam damnaretur, ſi veritatem faſſus fuiſſet in iudicio? Tribus punctis ab authore declaratur. nu. 17.*

18 *Semper tenetur Reus in conſcientia ſoluere damnũ, quod non eſt pœna.*

19 *An ſi reus legitime rogatus neget veritatem, teneatur ad reſtitutionem famæ, in qua denunciator ſeu accuſator damnum paſſus eſt?*

20 *Qualiter ſe gerere poteſt, aut debet reus quando de crimine vero præter ordinem iuris a iudice interrogetur?*

21 *Si ſub pœnis reſpondere compellat iudex, poteſt ab illo mãdato appellare, & quando licitum erit vti verbis æquiuocis ad eludendum iudicem?*

22 *Reus de occulto alterius crimine rogatus a iudice, abſque mendacio poteſt reſpondere, Neſcio, & iurare, quod neſcit etiamſi ſecreto cognouerit.*

23 *Sic reſpondendo non falſum dicit, nec contradictorium quare?*

24 *An iudex interrogans Reum, vel teſtem, vt aperte dicãt an fecerint illud delictum, aut viderint, reſpondere poſſunt, non feci aut non audiui.*

25 *Opinio Nauarri, Gregor. de Valentia, & aliorum verior contra Sotum, & alios.*

26 *Regula quam tradit Bannes, & Salon ad multos caſus explicandos neceſſaria, & intellectu digniſſima.*

27 *Doctrina Sancti Thomæ quomodo aut ſecundum quam intentionem iurare quis poteſt, interim, vt non ſit mendax aut periurus.*

28 *Extra neceſſitatem aut extra iudicium non eſt licitũ vti huiuſmodi uocib. ambiguis aut amphibologijs, quare.*

29 *Teſtis uoluntarie accedens ad teſtificandum, uocibus uti debet in communi ſenſu, & ad mentem iudicis interrogantis.*

30 *An, & quando licitum ſit Reo iudicium per appellatio declinare?*

31 *Veritas quæſtionis duabus propoſitionibus abſoluitur num. 34.*

32 *A ſententia iudicis arbitri appellare non licet.*

33 *Duæ conditiones ad appellandum ex iure requiſitæ.*

34 *Quando quis appellando calumnioſe ſe defendit, & mortaliter peccat?*

35 *An appellare liceat quando ſententia eſt dubia iudici prudentiũ, id eſt, Iudicis, & Patronorũ, & partium.*

36 *Iura, & decreta ſeu priuilegia remouentia appellationem in aliquibus caſibus ſolum procedent in foro exteriori.*

37 *An liceat Religioſos a grauaminibus ſibi illatis appellare.*

38 *Decreta, & priuilegia ſummorum Pontif. probibẽtia Regularibus appellare quomodo intelligenda.*

39 *Fratribus Minoribus de obſeruantia ad tribunalia ſecularia appellare ſub quibus pœnis interdicitur? & ad quos recurſum habere debeant, cum ſe grauatos eſſe ſentiãt*

40 *Concilium Trid. non prohibet religioſos recurrere ad ſuperiores per uiam appellationis, ſed quid tantum.*

41 *Appellare non eſt de iure poſitiuo, ſed tantum de iure naturali negatiue.*

42 *Ad ſacram congregationem Cardinalium, ad Dominum Protectorem ad Papam aut eius legatos habentes poteſtatem ſuper Regulares nõ niſi in grauibus negocijs, & cum matura deliberatione appellandum.*

43 *Si quis Religioſus ab omnibus grauaretur, quid illi potiſſimum eſſet faciendum.*

QVamuis ea, quæ hactenus expoſita ſunt, in confeſſo fere apud omnes ſint, ſuperſunt tñ alia nonnulla, in quib. maxima inter authores eſt diſſenſio, vt ex ſequentibus conſtabit.

1 DVBIVM Primum igitur in hoc capite eſt, an Reus infamatus, & cõuictus de vno crimine in iudicio, interrogari poſſit de alijs criminibus occultis a ſe commiſſis, de quib. nulla infamia, nulla indicia, nulla probatio præceſſit? Duæ ſũt Doctorum ſententiæ.

Prima eſt aſſerentium poſſe iudicem ſic conuictum de vno, interrogare de alio etiã occulto, & Reum ſimiliter teneri ad reſpondendum, & confitendum veritatem. Sic Palud. in 4. diſt. 19. q. 4. in fine S. Anton. p. 3. tit. 9. c. 7. §. 3. Sylu. ver. inquiſitio, 1. q. 3. verſic. quartum, & Tabien. in verb. accuſatio, nu. 20. dub. vlt. Horum ratio eſt, quia iudex non prohibetur inquirere de occultis propter occultationem peccati, ſed propter occultationẽ peccatoris, ne occultus peccator infametur; Quamuis igitur in hoc caſu alia peccata ſunt occulta, quia tamen peccator infamatus eſt, & pro ſcelerato habitus, licite de alijs interrogari poteſt.

Secunda eſt negantium id licere. Sic Henric. Quodlib. 9. quæſt. 25. Adr. Quodlib. 11. quæſt. litera H Caiet. 2. 2. quæſt. 69. art. 2. in princip. & tom. 1. opuſc. tract. 31 Reſpon. 17. articulorum Reſpon. 5. dub. 4. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 6. concl. 5. & in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. 6. dub. 5. Angelus verb. inquiſitio. §. 11. Micha Salon 2. 2. q. 69. art. 2. controu. 8. Petr. de Arr ibid. & Dominicus Bannes, dub. 1. concl. 3. Ma tin.Nauar.in c.inter verba, 11.q.3.conclu.6.coroll.51.num.588.et commen.in rub.de iudicijs, nu.62.Gregor.de Valen.to.3.diſp.5.q.13.puncto 2.Petr.Nauar.lib.2.de reſtit.c.4.par.2.dub.5.nu.170.& Toletus,lib.5.inſtr.Sacerd.cap.58. Qui omnes vnanimiter docent, conuictum de vno crimine regulariter interrogari non poſſe de alijs occultis, nec interrogatū teneri illa manifeſtare. Idem ēt expreſſe ſentit S. Tho.2.2.q.69.ar.2.dum ad infamiā requirat vt non ſolū ſit infamia de perſona, ſed etiā de crimine, ita vt nō ſufficiat vnum ſine alio ad inquirēdū particulatim cōtra aliquem, & q.70.ar.1.in corp. docet, quod ſi exigatur teſtimoniū ab aliquo de peccatis occultis, de quibus non pręceſſit infamia, nō tenetur ad teſtificādū. Colligitur ēt hoc expreſſe ex iure canonico. Nam in ca. Inquiſitionis. de accuſat. dr̄, Inquiſitionem ſolū de illis fieri poſſe, *quorum infamia pręceſſit.* Itē, *Nullū eſſe pro crimine ſuper quo aliqua non laborat infamia inquirendum.* Et in c. cū oporteat, requiritur infamia perſonę, & delicti. dicitur enim, *Niſi ſuper his,* id eſt, criminib. *famam eius læſam eſſe noneris.* Et quāuis in his locis præcipue agatur de *Inquiſitione*, Intelligi tñ debent etiam de *interrogatione Rei.* Requiritur ergo ex iure canonico, & cōmuni Doctorū ſententia tam infamia delicti, quā perſonę vt quis iuſte interrogari poſſit, ac proinde de alijs criminib. occultis interrogari nequit. Ratio ēt pro hac ſententia euidens eſt, quia licet Petrus v.g. diffamatus ſit de furto, pōt tamē circa adulteriū, aut homicidium bonum nomē habere, & famam integram retinere. Ergo iniuria illi fieret, ſi interrogaretur de illis alijs; Immo qua rōne de his, etiam de alijs quibuſcūque interrogari poſſet, qui de vno ſolo crimine diffamatus eſſet, quod ex ſe patet eſſe ab omni ratione alienum.

Nec valet ratio Paludani, & aliorum in contrarium, falſum nāq; eſt iudiciū de occultis prohiberi ob ſolam peccatoris occultationē, & nō ēt ob occultationem peccati; vtrumq. n. vt diximus, requiritur ad infamiā, immo per ſe primo requiritur infamia eius ipſius criminis, quod interrogandum eſt, vt ita nō temere, ſed grauiter, & iuridice iudex de tali crimine interrogare cēſeatur. Etenim cū crimē occultū ſit, cōſequēter iudicio humano ſubeſſe nequit, hō enim de occultis iudicare non debet. Sicut igitur inquiſitio non pōt fieri niſi de ijs, quorū eſt infamia, & ad infamiam requiritur rumor cōis, perſonæ, & criminis, ita pari rōne diffamatus de vno crimine, iuridice de alijs occultis, de quib. non eſt infamatus, interrogari non pōt, et ſi rogatur, rñdere non tenetur. Et ſicut in detractione, lex quę prohibet detractionē huic fundamento nititur ne frater infametur, & tñ licet quis de vno crimine diffamatus ſit, cōmitteret pctm̄ detractionis, ꝗ alia eius crimina occulta reuelaret, ꝗa cū circa alia bonū nomen retinet, ea reuelādo vere famā illius lęderet, itaq. diffamatū de vno crimine, de alio occulto interrogare, iniuriā illi inferret, cū circa alia bonū nomen, & famam illęſam hēat.

Hęc autē doctrina, quam tradidimus, regulariter vera eſt, vt diximus, quia in duob. caſib. infamatꝰ de vno crimine interrogari iuſte poteſt de alio, vt præfati authores tradunt.

Primus eſt, qñ crimen de quo quis iuſte diffamatus eſt, ita moraliter cū alio coniunctū & cōnexū eſt, vt ſit ſufficiens indiciū, & infamia alterius, vt v.g. infamatus & cōuictus de adulterio, & de cōſuetudine de muliere, ſi poſtea in lecto, vel cubiculo adulteræ maritus occiſus inueniatur, iure rogari pōt de homicidio. Itē ſi quis conuictus ſit de homicidio, & cadauer reperiatur expoliatū, rogari pōt homicida etiam de ſpolio.

Secundus eſt, quando vnū crimen perfecte cognoſci nequit ſine cognitione alterius, ita vt ſit quaſi circunſtantia alterius, vt v.g. cōuictus de furto rei ex eccleſia, iure interrogari pōt, an fores ēt eccleſiæ fregerit. Itē conuictus de conſuetudine cū aliqua iuniori, q̄ deinde ruptā vir dep̄hēdit nō eſſe virginē, interrogari pōt fornicariꝰ ille, an ipſam deflorauerit, et ſtuprauerit, ꝗa prudenter, & iuſte habebitur ab oīb. talis ſuſpicio.

4 *Extenditur* autē hæc doctrina a Caiet. Salono, Petro de Arrag. Gregor. de Valen. & alijs cōtra Paludanum, ēt ad Prælatos religioſorū, ne ſubditos de vno crimine infamatos, de alijs, de q̄b. non ſunt infamati, iubeant rñdere, peccāt. n. ipſi pręcipiendo, & ſubditi non tenentur obedire etiamſi pręcepta, & cenſuras imponant. Quia cū hoc ſit iuris naturæ, cui non vñr in hac parte Religioſi ceſſiſſe, iniuſtè hæc illis præcipiūt. Immo addunt, quod licet ſit ſuſpicio, nunc, aut olim fuit de aliquo circa aliquod peccatum, nō licet tñ pp hanc ſimplicem ſuſpicionem de aliquo inquirere, quia ſemper requiritur infamia ſeu clamoroſa inſinuatio ad inquirendum, & indicia ſufficientia, aut ſemiplena probatio tam criminis, quam perſonę, vt ꝗs iuſte interrogari poſſit.

Et ſicut Reus non poteſt interrogari de alio crimine, de quo nō eſt infamatus, eo modo quo diximus, ita neq. interrogari poteſt teſtis de alijs criminib. de quibus Reus non eſt infamatus, ꝗa talis interrogatio non eſt inquiſitio omnino ſpecialis, in qua nullo modo de occultis inquirere licet, vt Salon, & Caietanus annotarunt.

5 DVBIVM Secundū eſt, an conuictus de crimine, aut illud cōfeſſus interrogari poſſit de ſocijs occultis criminis, quorum nulla ſit infamia nulla indicia adſunt, nec aliqua probatio?

In hac difficultate quamuis aliqui partem affirmatiuam tenent, vt Paludan. in 4.diſt.19.q.4.in fine, & Sylueſt. verbo, inquiſitio.1.q.3.verſic. Quintum, & Clarus in practica criminali, lib. quinto, quæſtione 21. & Bart. in l. Repetita. ff. de quæſt.

Alij tamen partem negatiuam ſaltem regulariter tenendam eſſe docent. vt Adrian. Quodlib.11.quęſt.1.ſub litera H. & in reſponſione ad quintam difficultatem, litera HH. & in reſponſione ad ſecundum argumentum. in principio. ſub litera II. Caiet. tom.1.opuſc.tract.31.in reſpon.5.dub.1.2.& 2.2.quæſtio.69.art.2.Salon, ibid. cōtrouerſia 8.dubio 2.Petrus de Arragon. dubio 3.Bannes, ibidem.dub.1.concluſ.2.Sotus lib.5.de iuſtit.quæſtio.6.artic.2.concluſ.5.& in relect. de tegendo ſecreto, membro 2.quæſt.6.concl.1.dub.vlt.& concluſ..quarta, Martinus Nauar.in Manu.cap.18.num.58.& nūm.59.&

in c. inter verba. 11.q.3. concl. 6. corol. 49. num. 584. & coroll. 51. num. 589. Petr. Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 2. dub. 5. num. 173. & ſeq. Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd. c. 58. Angel. verbo, confeſſ. delicti. §. 4. Emanuel Sà in Aphoriſ. verbo, Iudicium, §. De Reo. & colligi videtur ex vtroq. iure tam canonico, quam ciuili. Nam in c. *cum Monaſterium, de confeſſis*, ait Clemens Papa III. *Secundum, vtriuſq.* iuris ſtatuta de ſe confeſſi, ſuper aliorum conſcientijs, interrogari non debent, & (crimine *læſæ Maieſtatis excepto) de reatu proprio confitentis periculoſa confeſſio non eſt aduerſus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia huiuſmodi laborare contingat, indicenda eſt eis purgatio.* Et Alexander Papa Tertius in ca. veniēs. 1. de teſtib. ait, *Nulli de ſe confeſſo, aduerſus alium in eodem crimine credendum eſt.* Et Iulius Papa in can. *Nemini.* 15.q.3. ait, *Nemini (prætrqueam de crimine læſæ Maieſtatis) de ſe confeſſo, ſuper alienum crimen credi oportet, quoniam eius atque omnis Rei profeſſio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.* Quib. ex locis, & teſtimoniis euidens eſt, Reum nec rogādum aut inquirēdum eſſe de ſocijs, nec eius teſtimonium prę iudicare ſocijs, niſi alias de eo crimine ſint infamati. Quomodo autem periculoſa ſit, docuit optime Imperator Seuerus. l. 1. §. Diuus Anton. ff. de qq. quia. ſ. Reus aliqñ ad ſe vindicandum de his ſuis inimicis, vel de his quorum opem implorauit, nec ipſi fauerunt, accuſat eos falsò, tanquam delicti ſui complices. Quin etiā non nunquam ad ſe liberandum, accuſat tanquam complices viros graues, & potentes, ſperans ſe eadem via liberandū, qua & illi liberabuntur.

Idē etiam habetur ex iure ciuili, vt patet ex l. finali, C. de accuſat. & l. repetita, ff. de qq.

Vt autē omnia clariora reddantur, ſupponēdum eſt, quędam crimina eſſe in damnum commune, vt crimen læſæ Maieſtatis, hæreſis, &c. Alia vero ſunt quæ non vergunt niſi in damnū particulare, vt homicidium, adulteriū, &c. Rurſus quædam ſunt, quæ ex ſua natura non poſſunt exerceri ſine ſocio, vt adulteriū, Sodomia; Alia vero ſine ſocio fieri poſſunt, vt homicidiū priuatum, furtum &c. Deniq. quædam ſunt publica, omnibuſq. nota, vt occiſio hoīs cuius cadauer ab omnib. videtur; Alia vero ſunt occulta, quæ non niſi a iudice, aut ſuis miniſtris cognoſcuntur. His ita præſuppoſitis, quid mihi veriſimilius videtur, breuiter exponam.

6 Prima Propoſitio, Ex iure cōi tam canonico, quam ciuili non eſt licitum interrogare de ſocijs criminis, exceptis criminib. illis, quæ in damnum Reipub. vergūt. Hoc patet ex dictis. Ratio eſt, quia non eſt procedendum, aut inquirēdum in particulari contra aliquem in particulari, niſi præcedente infamia, ſeu abſq. accuſatore formali, aut virtuali. Sed contra complices occultos, vt conſtat, nullus adeſt accuſator formalis, aut virtualis, cum non ſit aliqua contra eos infamia. Ergo nec iudex de eis interrogare, nec Reꝰ eos reuelare poteſt abſq. peccato mortali, cum peccatum ſit ſine cauſa legitima eos infamare.

Dixi *Exceptis criminib. in damnum commune vergentibus.* Sunt enim quædam crimina quę dicuntur a iure excepta, ab hac regula cōmuni, per alias leges particulares, quæ referuntur a gloſſa in l. finali, C. de accuſat. & Soto vbi ſup. vt eſt crimē læſæ Maieſtatis. vt patet ex c. cum Monaſterii, de confeſſis. can. Nemini, 15.q.3. & l. quiſquis, in fine, C. ad leg. Iul. Maieſta. & Extraua. ad Reprimendum. de hæret. Et idem de crimine hæreſis dicendum eſt, & de Proditione, & Coniuratione in patriam.

Item falſatio monetæ, l. prima, C. de falſ. moneta. Item latrocinium publicum. latrones autē publici dñr qui vias obſident, & conſpirant deprædari quoſcunq. poſſunt, l. prouinciarum. C. de ferijs. & l. Diuus Adria. ff. de cuſtod. reo. & l. 4. ff. ad leg. Iul. peculatus, §. Mandatis. In his. n. non ſolū debet iudex de ſocijs inquirere in gñe, etiamſi nullus laboret infamia, ſed ipſemet etiā Reus vltra reuelare tenetur, maximeq; qñ crimen adhuc pēdet in futurum, & in perniciē Reipub. & fidei, vt diximus ſup. vergere dubitatur.

Ratio eſt, quia proprium munus, & officium eſt iudicis conſulere bono communi, non obſtātib. quibuſcunq. priuatis commodis; cumque Reus ipſe nō rogatus eos reuelare tenetur, multo magis rogatus eos manifeſtare debet. Et idē dicendum eſt de crimine, quod eſt contra iuſtitiam, & innocētiam alicuius tertii, vt ſi v.g. multi conſpirarunt occidere Petrum, & vnus capitur, iure rogatur, an alij animati ſint ad occidendum. Sunt aūt hæc intelligenda, qñ crimen pendet in futurum, quia ſi ſocij eſſent iam emendati. non tenebitur eos reuelare niſi iuridice rogatus, puta qñ infamati eſſent, ſi via inquiſitionis procederetur, aut ſemiplena probatio, aut indicia ſufficientia eſſent quando via accuſationis proceditur. Quocirca Sotus vbi ſup. duas regulas tradit tam pro Reo, quam pro Teſtibus de reuelādo Reo latente, aut ſociis occultis, notatu dignas; quarum

7 *Prima eſt*, de Reo; Ad obuiandum damnū Reipubl. aut tertiæ perſonæ perniciem, poteſt, & tenetur Reus interrogatus occulto complices accuſare, & reuelare, non autem quando præteritum eſt omnino peccatum, & ſocij emendati ſunt, & conſentiunt omnes, immo etiam, & Paludanus expreſſe loco citato.

Secunda eſt, de Teſtibus quando crimen eſt in damnum Reipubl. aut tertiæ perſonæ, neq. eſt emendatum, ſed pendet in futurum, poſſunt, & tenentur teſtes rogati Reos prodere.

Addi poteſt ex doctrina eiuſdem Soti, & *tertia*. ſ. ſicut Reus non tenetur prodere crimē præteritum occultum, et nullo modo pendens in futurum quando inquiritur ad illum ſolū puniendum, ita nec in eodem caſu tenentur teſtes eiuſdem criminis præteriti occultos Reos ad pœnā tantum ſeu punitionem inquiſitos reuelare. Semper. n. intelligi debent iudicis verba, vt notat Caiet. quando petit ab aliquo an tales ſciat &c. ſeruato iuris ordine, & de Reis, aut complicibus ſecundum iura reuelandis, alias & iudex petendo, & inquiſitus reuelando peccant.

8 Secunda Propoſitio; In criminibus priuatis, quæ ex ſua natura complicem requirunt, ſi publica ſint, omnibuſque nota, licitum eſt iudici interrogare de complice occulto; teneturque

que reus veritatem fateri,ſicut,& iudex poteſt, & tenetur rogare. Sic Petr. Naua.& Petr.de Arrag.& Sal.vbi ſup. Ratio eſt, quia cum crimina eiuſdem naturæ ſint,vt ſupponimus, vt ſine ſocio exerceri nõ poſſint,eo ipſo quod ſint publica,& conſtat de vno authore criminis, eſt etiã publicũ,& notorium aliquem alium eſſe participem eiuſdem criminis. Vnde non ſatisfaceret iudex officio ſuo,niſi de ſocio inquirat, & alias daretur occaſio populo cogitãdi velle ipsũ pctã manere impunita,quod in graue damnum Reipublicæ cederet. Vnde tenebitur Reus ẽt in eo caſu ad interrogata reſpondere ꝑꝑ idem bonũ commune,non obſtante præcepto naturali,de non reuelãdo peccatore occulto. Et ita quãdo quis occidit alium,verbi gratia, ſi plebeius occidit virum nobilem, cum quo nunquam fuerat rixatus,vt ait Salon,licitum erit interrogare de mandante,quoties cõiectura probabilis eſt homicidium illud iuſſit,& mandato alterius factũ fuiſſe;conſentit ẽt Caiet.in hoc caſu, quia ſufficit ad interrogandũ in genere de mandante,euidentia criminis illius quod prudenter iudicatur habuiſſe mandantem,vt patet ex l. Laniator,ff. de ſenatoribus,vbi aperte dicitur,ſi famulus crimen feciſſe conuincitur, interrogetur de mandante. Nec valet quod reſpondet Sotus legem illam intelligi præcedentib.indicijs,aut infamia, contra mandantem; Nam vt recte notat Clarus lib.5.practic.crim.q.64. Lex generaliter, & abſolute loquitur,& in his omnibus eſt praxis iudicũm de ſocijs interrogare.

Tertia Propoſitio, In criminib. alijs particularib.occultis,ẽtſi eius ſint naturæ vt ſine complice exerceri non poſſint,nunquam eſt licitum iudici interrogare de complice non infamato, nec Reus tenetur ad interrogata rñdere. Sic Petrus Nauar.& Arrag.vbi ſup. Ratio eſt, quia de iure naturę eſt,vt non procedatur ad inquiſitionem ſine infamia pręcedente,niſi in caſib.quibus id expedit bono communi, ſed in criminib. de quib.agimus,non eſt neceſſarium bono cõi, quod fiat inquiſitio occulti patratoris.Ergo illa iure fieri non poteſt,& conſequenter nec Reus ad interrogata reſpondere tenetur. Quę doctrina a fortiori vera eſt in criminib. priuatis, quæ ex ſua natura ſine ſocio fieri poſſunt. Cum.n.in hoc caſu nec vlla ſit infamia,nec accuſator,crimen ex ſua natura inſinuat complicem,temeraria planè, & iniqua eſſet de ſocio interrogatio vt etiam Salon.& Nauar.fatentur.

Quod vero Mart. Nauar.in c.inter verba, 11. q.3.conclu.6.coroll.51.nu.589.introduci poſſe conſuetudine vt confeſſi de ſuis delictis,interrogentur de ſuis complicib. eoq. in illis locis vbi eſt talis conſuetudo,teneri cõplices reuelare,ſolum verum eſt in criminib.quæ vergunt in damnum Reipub.aut tertiæ perſonæ, aut quæ licet crimina priuata ſunt, ex ſua tñ natura complices requirunt,& publica,& notoria ſunt, iuxta ea quæ in prima,& ſcdã propoſitione dicta sũt. Si.n.id verum eſſe intelligat de criminib. de quibus diximus in propoſitione tertia, ꝓculdubio fallitur,ſiquidem vt recte Pet. Nau. Petr.de Arragon,& alij teſtantur,& nos ſup.probauimus, de iure naturali requiſita eſt infamia ante inquiſitionem.Quod ſi aliqñ ſine illa procedi poteſt, non eſt ex vi cõſuetudinis,aut alterius legis humanę,ſed ex interpretatione iuris naturalis per concurrentiã alterius ſtrictioris, vt contingit in pctĩs vergentib.in perniciem Reipub.& in peccatis publicis, in quib.ẽt nulla infamia præcedente licitum eſt inquiſitionem facere, ne cõis Reipub.pax,aut bonũ,quod cuicunq. cõmodo priuato famæ,aut vitæ malefactoris præponderat,alias ſæpiſſime perturbaretur. Nulla aũt cõſuetudo põt contra legem naturalem præualere,vnde Caiet.Sotus, Salon,& alij omnes hanc conſuetudinem iudicum reprehendunt, qui in caſib.quibuſcunq. occultos complices tormentis exquirere conãtur,aſſerentes inſuper, quod ſi Reus aut metu tormentorum, aut alia ratione occultos ſocios nominaret, non eſſe licitum iudici contra tales nominatos procedere.

11 DVBIVM Tertiũ eſt,an ſi falſo cõtra innocẽtẽ procedatur,& interrogetur de aliquo qđ vere fecit,quod tamen eſſet ſufficiens indicium vt conuinceretur de crimine, quod non fecit, teneatur fateri veritatem? Vt v.g. latrones occiderunt hominem in via, gladio forte innocẽtis hominis,qui tunc illac tranſibat, & innocens ille poſtea accuſatur cũ falſis teſtib. de homicidio, & de illo interrogatus,id vere negat; ſed rurſus interrogatur an tali hora illac trãſiuit,& an gladius, qui inuentus eſt in cadauere, ſit ſuus, qõ eſt, an teneatur veritatem fateri? Rõ difficultatis eſt,quia iudex iuſte, & legitime interrogat, poſtq̃ procedit ſecundum allegata, & probata.

Hanc difficultatẽ ſolus inter authores, quos legerim,tangit Sotus, qui in relect.de tegendo ſecr,memb.2.q.7.conclu.3.dub. 2.negatiue rñdet,ſi periculũ ꝑꝑ confeſſionem illã ſubiret,qđ condẽnaretur de homicidio.Quia iudex non interrogat legitime,niſi quia ex falſa p̃ſumptione procedit; vnde ſubditus nullam ei facit iniuriã celando veritatẽ,ne tale ſubeat periculũ, adeo, vt ſi negaret ſine iurõ,eſſet ſolũ mendacium officioſum,& veniale. Eodẽ mõ ſi innocens falsò accuſatur de adulterio, & ad illum finem interrogetur,an intrauerit tali nocte,non tenetur rñdere,niſi forſan manifeſte poſſet ſe purgare.

12 DVBIVM Quartũ eſt, An ſi reus iuridice rogatus negauerit ueritatẽ metu mortis,cogere illũ poſſit cõfeſſariꝰ vt dictũ ſuũ retractet,adeo vt ſi nolit retractare,teneat̃ illi abſolõnẽ negare?

In hac difficultate non eſt vlla inter authores differentia, quamuis omnes non ſatis aperte eã explicent.legendi autem ſunt Sotus in relec.de tegen.ſecr.memb.2.q.7.concl.2. & lib. 5.de iuſtit.q.6.ar.2.cõcl.5.Mich.Salon 2.2.q.69.art.2. concl.10.Domin.Bannes ibid.p.2.dub.1.concl. 3.Martin.Nauar.in Nanu.c.18.num.58.& cap. 25.num.36.& in ca.inter verba. 11.q.3.conclu. 6.corollario.65.num. 728. Toletus libr.5.inſtr. Sacer.c.58.& alij paſſim. Sit igitur clarioris doctrinæ gratia

13 Prima Propoſitio, Qui iuridice rogatus veritatem negat,durante adhuc proceſſu,iudicio, & captura rei, ita vt nec per iudicis ſñiam, nec per fugam, nec alia via liberatus ſit, non poteſt ſa-

cramentaliter abſolui, niſi prius illam iudici fateatur. Rō eſt, quia reus iuridice rogatus ēt cū vitæ ſuę periculo veritatem fateri tenetur, vt ſupra oſtenſum eſt, Ergo eā negando, peccat mortaliter, & perſeuerat in pctō, perſeuerans autē in pctō mortali; capax abſolutionis non eſt. argum. c. Peccati venia. de regul. iur. in 6. Id quod multo magis procedit, quando iam Reus eſt cōuictus per teſtes, & condemnatus, tunc. n. niſi veritatē confiteatur, in ſua negatione perſeuerans irrogat grauē iniuriam iudici, cui non reddit ius ſuum rñdendo, teſteſq. ipſos tanquā iniquos infamat, & condemnat, commouetur. n. populus, & ſcandalizatur, credens illū iniuſtè a iudice, & teſtib. occidi, q̄ ſane iniuriam cum poſſit, & debeat; quamdiu manet in iudicio reſarcire, niſi illā reſarciat, in pctō manet, nec abſolui dēt. Qua in re vt monent præfati authores, confeſſarius mature, & prudēter ſe gerere dēt, neq. n. facile abſolutionē cōcedere, aut negare dēt.

Quia cum aliquando iudices multa faciant quib. veritatem extorqueant a Reo; in quib. nō vr̄ iuris ordo ſeruari, non debet eſſe præceps in neganda abſolutione, ſed ſp quantum fieri pōt diligenter inquirat partim a Reo, partim ab aduocato, qui totius proceſſus eſt conſcius, ſit ne aliquis defectus in proceſſu, aut circa modum procedendi iudicis, aut circa dicta teſtiū, aut circa probationes, aut circa ordinē iuris, vt ſic tandem prudenter iudicare poſſit an aliqua via ſecundum ius Reus ille liberari poſſit, vel non rñdendo, vel per appellationem, vel per aliquā obiectionem accuſatoris, teſtium, probationū, vel alicuius alterius rei licitę. Quod ſi omnib. penſatis, & diligenter conſideratis, videat cōfeſſarius ad rñdendum teneri, hortari eum debet, vt veritatem dicat, quam ſi fateri noluerit, abſoluere eum non pōt. Quod ſi prudenter dubius eſſet confeſſarius an iuridice interrogatus ſit Reus, tunc in fauorē Rei inclinare debet, vt eū abſoluat, etiamſi non manifeſtet, arg. l. fauorabiliores, ff. de reg. iu. & c. vlt. de ſenten. et re iudicata.

Illud vero notat Dom. Bannes vbi ſup. quod ſi poſtquam reus veritatem negauit coram iudice, & conſequenter peccauit, ſi tamen poſtea ex eo quod confiteatur illam; incurrat in nouā pœnam conuictus de noua culpa periurij, non tenebitur iterum confiteri veritatem.

Ratio eſt, quia iam non cenſetur rogatus de priori caſu, ſed de re noua, vnde cum in hoc caſu confitendo veritatem antea ſe negatam, proderet ſe reum de noua culpa, (quod nemo tenetur facere) conſequenter in hoc caſu non tenebitur eam confiteri. Sin autem non incurreret nouam pęnam, quam antea incurreret, confiteri tenebitur veritatem, quam negauit.

Et quod de Reo diximus, pari rōne dicēdum eſt de Teſte, qui durāte iudicio tenetur veritatē dicere, ēt cū certo periculo vitæ illius Rei, quoties iuridice rogatur, quā ſi dicere nolit, peccat, nec abſolui pōt. Si. n. Reus tenetur cum vitę ſuę periculo iuridice rogatus veritatē dicere, multo magis teſtis cum periculo vitæ alienæ. Id quod intelligendū eſt, qn̄ certo ſcit ſe iuridice interrogari; ſi. n. prudenter dubius eſſet, an iudex iuſte procederet, in fauorem potius Rei inclinare debet, quia ſi iudex ipſe in dubijs inclinare debet in fauorem Rei, a fortiori teſtis, qui eſt perſona priuata, & cui non incūbit punitio delictorum.

14 Secunda Propoſitio, Quando reus euaſit iudiciū, aut per fugam, aut quia ſuperauit tormenta, & mentitus eſt iudici, & per ſnīam liberatus eſt, tunc abſolui pōt a confeſſario, impoſita ei illo mendacio ſalutari pęnitentia, in quo tn̄ caſu non pōt eum cogere confeſſarius, vt ad carcerem redeat, aut iudicē adeat, & ſe ipſum prodat, hoc. n. eſſet ſeipſum occidere; Eſt tamen obligatus confeſſarius in hoc caſu monere illū, vt ſit animo præparato, & in voluntate confitendi ſi iterum in iudicio, ſicut prius rogetur quāuis ad mortem condemnandus eſſet alioquin eum abſoluere nequit. Ratio eſt, quia ſolū fateri tenetur veritatem, qn̄ legitime rogatur, ſed nunc nō rogatur. Ergo nunc non tenetur ſeipſum manifeſtare, & prodere, Quia tamen veritatem fateri tenetur, ſi iterū in iudicio rogetur, ideo nunc voluntatē, & propoſitum habere debet dicendi veritatem, ſi rogatus in iudicio legitime fuerit. Vnde ſi confeſſarius monendo Reū de hac re, deprehendat Reum hoc propoſitum, & voluntatem debitam non habere, abſoluere eum non poteſt, quia eſt in voluntate faciendi contra obedientiam & iuſtitiam debitam, atq. adeo perſeuerans in propoſito peccati abſolui nequit.

15 Tertia Propoſitio, Reus qui iuridice rogatus veritatē negauit, ſi poſtea condemnatus, et conuictus ducatur ad mortem, quāuis in patibulo poſitus optime facit confitendo veritatem, de rigore tamen ad id faciendum non tenetur, niſi alioquin notabile aliquod damnū inde ſequeretur, ſed ſatis eſt ad animæ eius ſalutem, quod peccatum ſuum rite confeſſus ſit, & ſacramentaliter abſolutus. Sic Mar. Naua. in Manu. c. 25. nu. 38. qui de hac re rogatus ita conſuluit.

16 DVBIVM Quintum, An Reus qui legitime rogatus veritatē negat, vnde factum eſt, quod iudex eū abſolueret, teneatur in conſcientia ad ſoluendam pęnam, ad quam damnaretur, ſi veritatem faſſus fuiſſet? vt v.g. legitime rogatur delinquens de hæreſi, & negat ſe fuiſſe hęreticum & pp hoc non confiſcātur bona eius; An teneatur in cōſcientia reſtituere bona ſua fiſco, ſiquidē damnaretur ad iſtā pęnam confeſſa veritate.

Non eſt quæſtio de pœna corporali mortis, aut exilij, & c. hanc. n. certum eſt apud oēs non teneri Reum ſubire in conſcīa, quia nemo executor eſt pęnæ corporalis in ſeipſum. Item eundo in exilium, ſeipſum prodit, & crimen quod commiſit, aut ſaltem probabile periculū incurrit prodēdi ſeipſum; ſolum igitur difficultas eſt de pœna pecuniaria, an eam reddere teneatur fiſco? Duæ ſunt in hac re Doctorum ſententiæ.

Prima eſt Soti libr. 1. de iuſt. q. 6. art. 6. concl. 4. in fine, aſſerentis obligari in conſcīa ad hanc pęnam. Ratio eius eſt, quia negat veritatem cōtra iuſtitiam. Ergo contra iuſtitiā impediuit fiſcum a pœna. Sed qui impedit contra iuſtitiam alium a conſecutione rei, tenetur ad reſtitutionem.

Secunda eſt Nauarri in Manuali, cap. 18. num. 49. Dominici Bannęs 2. 2. quæſt. 69. art. 2. par. 2.

dub.2.Petri de Arragona 2.2. quæſt. 62. artic.2. & Michaelis Salonis ibidẽ,controuerſ.2.& aliorum,dicentium nõ teneri. Ratio eſt,quia nemo tenetur ad pęnam niſi poſt condemnationem. Cum igitur reus nondum ſit condemnatus, nõ tenebitur ad reſtitutionem illius pœnæ. In hac re,mihi hæc breuiter dicenda eſſe videntur.

7 *Primum eſt*,ſi agatur de pęna pecuniaria,tunc aut pars cui pęna illa debita fuit poſt cõdẽnationẽ,petit pęnã,aut non: ſi petat, & Reus in iudicio negat veritatẽ,tenetur in cõſciẽtia poſtea pęnam illã ſoluere. Ratio eſt,qa tunc facit contra iuſtitiam debitã parti,habet.n. pars ius ad pęnã: Vñ ſi fiſcalis inſtet, & petat pœnam applicatã, aut vere applicandã fiſco,Reus negans veritatẽ pęnã ſoluere tenetur,quia petẽte,& inſtante fiſcali contra iuſtitiã illum impedit a conſecutione pęnæ ſibi debitæ, Quod ſi veritatem negat Reus in iudicio, fiſcali non petente nec inſtante,ſed ſolũ qa ex ſuſpicione graui ductus eſt ad iudicium,quã tñ ſi confeſſus fuiſſet, bonis ſuis ſpoliatus fuiſſet,tũc ad reſtitutionẽ nõ tenetur, cum pęna nõ debeatur ante iudicis cõdẽnationẽ,iuxta ea q̃ de hac re diximus in materia de reſtitutione.in §. *Non manifeſtans*. dubio ſecũdo,diuerſa namq. ratio eſt, qñ veritas negatur in iudicio petente, & inſtante fiſcali, & qñ non eo modo petitur: primo namq. mõ fiſcalis in proxima erat potentia ad rem ſibi debitã, & quaſi in actu,inſtabat namq. pro re ſibi ex iuſtitia debita.atq. adeo cũ fraudetur re ſua, & impeditus a conſecutione pęnæ, iniuriam manifeſte patitur,ſecus autem quando eam non petit, atque adeo hoc in praxi ſemper obſeruari ſolet.

Secundum eſt,ſi tractatur,vt ẽt aliquãdo tractari ſolet de reſcindendo aliquo cõtractu,qui per leges reſcindi dẽt, tunc Reus veritatem negans inſtante,& petente parte, in conſcientia tenetur poſtea reſcindere contractum, qui annullari debuiſſet, ſi Reus veritatem non negaſſet.

Ratio eſt,quia peccauit contra iuſtitiam debitam parti.

8 *Tertium eſt*,damnum qđ non eſt pęna,ſp tenetur Reus in cõſciẽtia ſoluere,ſiue petat̃,ſiue nõ. Vt v.g.erat lis de ſoluẽdo tributo, ſi Reus legitime rogatus fateret̃ veritatẽ, & dãnaretur ad ſoluendum tributum, & etiã ad aliam pęnam pp delictũ,tunc certum eſt apud oẽs teneri ſoluere tributum,& pęnam, quia in hoc caſu & eſt dãnum de iuſtitia debitũ,& pęna illa,q̃ ſuperadditur;non ſolum habet rationem pęnæ, ſed etiam damni,vnde eã tanquam damnum alteri debitum Reus in conſcientia ſoluere tenetur.

Sic ẽt ſi pars contraria læſa eſt ex delicto, de quo reus accuſabat̃,& ex negatione eius maius damnum,& incõmodum incurrit,tenebit̃ reus ad reſtitutionem totius dãni reſpectu partis contrariæ,ſ.ad reſtitutionem expenſarum, quas fecit in proſecutione litis. Rõ eſt.qa reſpectu partis contrariæ peccat reus contra iuſtitiã cõmutatiuã. Qua ẽt de cauſa ſi ex negatione iniqua illa nocumentũ aliqđ iudici, vel accuſatori, vel teſti in bonis,q̃ antea habebant ſequitur,vt v.g. ſi incurrant dãnum,vel bona temporalia q̃ habebãt,amittãt, tenebitur Reus ad reſtitutionẽ, vt Bannes vbi ſup.& Nauar.in c.inter verba,11. q.3.concl.6.coroll.65.n. 765.fatentur. Et iuxta hæc dicta reconciliari poſſunt authores, ita vt Soti opinio vera ſit,qñ pęna non tam pęnæ,quã damni rationem ſubeat, aut qñ iam illa alicui applicata eſt,aut adeſt pars illam petens, aut aliunde damnum parti læſę infertur: Econtra vero Nauarri ſententia ſequenda eſt, qñ pęna nõ habet rationem damni illati alicui, quia. ſ. aut nulli applicatur, aut non adeſt pars petens illam,ſed ſolam pœnæ rationem ſubit. De teſte vero quid dicendum ſit,ſuo loco exponemus.

19 DVBIVM Sextũ eſt,an ſi Reus legitimẽ rogatus neget veritatẽ,teneat̃ ad reſtitutione famæ, in qua denũciator,ſeu accuſator dãnũ paſsꝰ eſt?

Ratio difficultatis eſt,quia Reus negando veritatem, dicit conſequenter denunciatorẽ, vel accuſatorem fuiſſe mentitum,& calumniatorẽ eſſe. De hac re legendi ſunt Scotus in 4. diſt.15. q.4.§.in tertio membr. Rich.ibid.art.5.q.3.Gabriel eadem diſtin.15.q.16.artic.2.concluſ.4.& ar.3.dub.3.Caiet.2.2.q.62.art.2.dubio 1. Ang. verb.detractio.§.4.Sotus lib.4. de iuſtit. quæſt. 6.art.3.ad quartum,& alii, quos ſupra in tract. de reſtitutione,de tertio infamandi modo agẽtes enumerauimus. In hoc ergo loco breuiter dicendum eſt.

Primo certum eſt apud oẽs,quod ſi accuſatus ſit innocens,& falſo denunciatus & delatus ſit ad iudicium, negando crimen ſibi impoſitum, non tenetur ad aliquid,quia iure ſuo vtitur, eſt enim innocens,& falſo accuſator,vnde denunciator,ſeu accuſator ſibi imputet.

Secundo, ſi accuſatus vere crimẽ cõmiſit, & iuridice rogatus ſit,puta qa adeſt vnus teſtis oĩ exceptione maior,& neget veritatẽ,peccat quidẽ contra iuſtitiam iudici debitã,vt conſtat, immo ẽt contra iuſtitiam accuſatori debitam, atque adeo ſi accuſatoris fama exinde lædatur, tenet̃ reſtitutionem facere accuſatori, quam faciet confitendo crimen,ſi iterum rogatus fuerit.

Tertio,quando reus contra iuris ordinem,ſeu non iuridice rogatur, nõ tenet̃ ad reſtitutionẽ. negãdo verũ crimen, quia vtitur iure ſuo, cum eã in hoc caſu minime fateri teneat̃. Qđ ſi exinde accuſator dãnũ in fama patitur, id oĩno per accidẽs eſt,ſibiq; accuſator imputet,eo ꝙ crimẽ ad iudiciũ detulit,qđ nec plene, nec ſemiplene ꝓbare põt. De qua re latiꝰ vbi ſupra differuimꝰ.

20 DVBIVM Septimum eſt, Qualiter ſe gerere poteſt,aut debet Reus, quãdo de crimine vero pręter ordinem iuris a iudice interrogatur.

In hac re quædam certa ſunt, & in confeſſo apud oẽs,quædam vero dubia. & controuerſa.

Primo igitur certum eſt, Non licere mentiri in iudicio ſiue cũ iuramento, ſiue abſq. iuramẽto, neq. etiam extra iudicium, etiam ad mortẽ vitandam,vt patet ex S. Tho.2.2.q.69.artic.1.& quæſt.100.artic.3.Nauar.in cap.inter verba.11. q.3.concluſ.6.corollar.65.n. 765. Couar.lib.1. variar.reſolut.cap.2.nu. 1. Soto in relect.de tegendo ſecreto.membro 3. quæſtio. 3. concluſ. 1.& aliis communiter.

Ratio eſt,quia mendaciũ intrinſece,& de genere ſuo malũ eſt,nec vlla de cauſa fieri poteſt, vt ſit bonum, vnde Ariſtot. lib. 4. Ethic. ca. 7. ait mendaciũ per ſe improbum eſſe, & vituperabile. Et patet ex ſacris literis Pſ. 5, *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*. Et Eccleſiaſtici 7. *Noli mentiri omne mendacium*. Idemq. latius ſupra comprobauimus, & Scholaſtici in tertio, diſtinctione 38. communiter tradunt.

Secundo quãuis cũ iuramento interrogatur, non tenetur tñ veritatem fateri, ſed illam occultare, & iudicẽ viis, & verbis licitis eludere pōt, immo reſpondere pōt, ſe nolle reſpondere. Sic Couar. Salo. & alii citati. Rõ eſt manifeſta, qa ex eo ſolũ tenetur reus fateri veritatem, quia iudex ius hẽt eum interrogandi: ſed in hoc caſu, vt ſupponimus iudex eum iuridice nõ interrogat, ergo neq. tenetur ipſe fateri, ſed veritatẽ occultare poteſt. Nec iuramẽtum ſuperadditum obligat nos in iudicio ad aliquid, ad quod ſimpliciter, & ex iuſtitia non tenemur, ſed ſolum debitum illud auget, quæ omnia ex cap. qualiter, & quando. 1. de accuſat. & Doctoribus ibidem colliguntur, & copioſe tradit Henric. a Gandauo Quodlib. 1. q. 33. & certum eſt.

21 Tertio, ſi iudex ſub pęnis reſpondere compellat, pōt ab illo mandato appellare, vt oẽs fatentur, & inferius latius exponemus, ex S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1. in Corp. & Sotus in relect. de tegẽdo ſecreto, memb. 3. q. 3. concl. 3. & lib. 5. de iuſt. q. 6. ar. 2. concl. 6. Nauar. in Manual. ca. 25. nu. 43. niſi timet iudicem in eum ſæuiturum.

Quarto, qñ non prodeſt, aut expedit appellatio iuſta de cã ob ſęuitiam iudicis, licitum eſt, vti verbis æquiuocis, & amphibologiis ad eludẽdum iudicem, hoc eſt, proferre pōt aliquod verbum iuxta mentem ſuam, qđ verum ſenſum habet, q̃uis iudex alio in ſenſu illud accipiat, hoc enim nõ eſt fallere iudicẽ, ſed permittere, vt fallatur ex ſe iudex, nec amphibologiã iſtam Reus explicare tenetur. Id qđ procedit, ẽtſi iudex ad reſpondendum cum iuramẽto compulerit. Sic oẽs vno excepto Geneſio Sepulueda in li. de ratione reddẽdi teſtimoniũ. c. 13. vt gloſſa in c. Ne qs. 22. q. 2. Palud. 4. diſt. 21. q. 3. ar. 3. concl. 1. ante finẽ, & diſt. 35. q. 1. ar. 3. concl. 6. Gabriel in 4. diſt. 21. ar. 3. dub. 1. ad tertium. litera K. & litera L. Io. Maior. 4. diſt. 15. q. 18. Syl. verb. iuramẽtũ. 3. q. 2. Adrian. in 4. de correct. fraterna. q. 4. incipiente, oſtenſo qđ quilibet teneatur, in reſpon. ad tertiũ, vbi citat Henricũ de Gandauo Quodlib. 1. q. 33. & idem Adrian. Quodlib. 11. ar. 1 in reſponſione ad ſcđm, litera C C. & in materia de confeſſione. dub. 10. §. Ad argumenta principalia, ad ſcđm, Sotus in relect. de tegẽdo ſecret. memb. 3. q. 3. concl. 4. & lib. 5. de iuſt. q. 6. art. 2. cõcl. 7. Nau. in ca. Humanæ aures. 22. q. 5. in q. 2. n. 11. & 12. & in c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. coroll. 65. n. 766. & in Manuali. cap. 12. num. 8. verſ. Nono. & cap. 18. nu. 61. verſicul. Trigeſimoquarto, & cap. 25. nu. 43. Anton. de Corduba in Summa. q. 63. ante finem, & quæſt. 64. in fine, & q. 65. Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 4. par. 2. dub. 9. nu. 229. Michael Salon 2. 2. q. 69. artic. 2. controuer. 11. Dominicus Bannes ibidem, part. 3. dub. 1. Petrus de Arragon. ibidem, artic. ſecundo, in fine. Gregorius de Valentia tomo 3. diſp. 5. q. 13. puncto ſecundo, Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. primo. nu. ſecundo. Toletus lib. 5. inſtr. ſacerd. ca. 58. Qui omnes expreſſe docent poſſe quem vti amphibologia ex cauſa iuſta etiã cũ reſpondet iudici, aut ſuperiori, etiam adiuratus, & per obedientiam adactus, Quamuis enim regulariter adiuratus reſpondere debet adiuranti iuxta mentem eius, fallit tamen quando alia mente, quam debet, adiuratur, tunc enim ſufficit, vt reſpondeat verum ſecundum mentem & intentionem ſuam, licet falſum ſit ſecundum mentem interrogantis, & adiurantis. Idemque colligi poteſt ex S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. in corp. vbi affirmat Reum interrogatum de crimine a iudice non procedente iuridice, non teneri veritatem fateri, ſed per appellationem, *vel aliter*, licite ſubterfugere poſſe. Vix autem poteſt alio modo quã appellatione ſubterfugere, niſi huiuſmodi amphibologijs, & ſubintelligendo aliquid aliud, quam verba ſonant.

22 Quinto certum eſt, ẽt ſecundum Sotũ in relec. de tegẽdo ſecret. mẽb. 5. q. 3. concl. 4. & lib. 5. de iuſtit. q. 6. ar. 2. concl. 7. Quod ſi teſtis præter ius de occulto crimine alterius a iudice rogetur, reſpondere poteſt abſq. mendacio, *Neſcio*, & iurare, quod *Neſcit*, etiamſi ſecreto cognouerit, concipiendo intra ſe, *Neſcio, ut dicam tibi*, maxime quando non vidit, ſed tantum audiuit.

Ratio eſt, quia qñ quis in iudicio rogatur, vt dicat veritatem, intelligendũ eſt ſolum de iis, quæ ſecundum ius reuelare tenetur. Cum enim iudex interrogans vtatur authoritate publica, quæ alligata eſt iuri, illa tantum poteſt, & cenſetur interrogare, quæ ſecundum ius & poteſtatem ſibi commiſſam interrogare valet, iuxta illud commune dictum, *Id poſſumus, quod de iure poſſumus*, 22. q. 2. can. *faciat homo*, & ibi gloſſa. At vero iuridice interrogare non poteſt iudex de occultis. cap. *Qualiter, & quando*, 1. de accuſat. Teſtis ergo in iudicio rogatus cenſetur tantum de publicis, & quæ reuelare tenetur.

Hinc iudex interrogãs Petrum teſtẽ, an ſciat Ioannẽ a Thoma occiſum fuiſſe, hoc ſolum ſenſu eũ interrogat, an ſciat illud publicum, & dicendũ in iudicio: Et cũ iudex id quidem ſciat vt occultum tantũ, non autem vt publicum, & reuelandum in iudicio, vere, & abſque mendacio reſpondet in ſuo ſenſu vero neſcio, ſ. ita vt tibi dicere tenear. Non enim tenetur teſtis reſponſionem ſuã ad iniquam mentẽ & intentionem iniuſtam iudicis dirigere, ſed ad mentem iuſtã, quam iudex habere debet. Sicut etiã ſi perſona priuata per vim vellet a me extorquere ſecretũ. qđ ſcio de altero ex omnium conſenſu dicere poſsũ me nihil de illo ſcire. Quinimmo vt ibidẽ fatetur Sotus, ſi quis in particulari rogẽt, an Petrus occidit Ioãnem (quod rogatus ſolus vidit) abſq. mendacio dicere pōt, Neſcio, quia iure intelligitur, Neſcio, vt dicam. Quo ſenſu exponit illud Chriſti, Mar. 13. de illo die nemo ſcit, nec filius hominis, ſcilicet, vt diceret aliis. Quia vt filius hominis, ea tantum nouerat ad reuelandũ, quæ myſterio noſtræ redẽptionis erant neceſſaria, ad quod non expediebat iudicare Apoſtolis diem iudicii. Quem etiã horum verborũ Chriſti ſenſum eſſe docent Bannes, & Salon vbi ſup. poſt S.Th.4.diſtin.47.q.1.ar.1. quæſtiuncula 3. quamuis alij alios ſenſus reddunt, quos S. Th. p.3.q.10.ar.2.Nau.in c.inter verba.11.q.3.concluſ.6.coroll.65.n.768.& alii referunt.

3 Neq. ſic reſpondendo aliquid falſum dicit. Nam q̃uis in contradictoriis vna parte exiſtente vera, altera neceſſario falſa eſt: Et conſequẽter cum teſtis id ſecreto nouit, verũ eſt dicere, ſcio hoc delictũ: Ergo falſum dicit, reſpõdendo, Neſcio. Nihilominus tñ in caſu noſtro nulla exiſtit contradictio; etenim contradictio omnis debet eſſe ad idem, & ſecũdum idem, vt logici tradunt. Hic autem non ſunt ſecũdum idem, ſcio, vt priuatus, ſed neſcio, vt publice in iudicio dicam, atq. adeo vtraq. propoſitio vera eſt.

De Reo autem fatetur Sotus vbi ſupra mẽbr. 3.q.3.concluſ.5.& lib.5.de iuſtitia.q.6.artic. ſecundo, concluſ.7.poſſe illum etiam vere dicere, *Neſcio*, cum contra iuris ordinem rogatur, ceterum quia talis reſponſio rei de proprio actu, nihil ei prodeſſe poteſt, quinimmo ridiculum eſſet Reũ de proprio actu, & delicto aſſerere *Neſcio*, aut *Non memini*, cum non ſit veriſimile ſe eſſe oblitum, aut neſcire, an illud commiſerit, iõ Reus fruſtra reſponderet hoc modo, vnde ſolũ illi reſtat, vt aliam aliquam reſponſionem excogitet, qua ſe ipſum ſaluare poſſit, quam ſi excogitare nequeat, mori potius debet, quam mẽtiri, vnde addit, occultum homicidam contra ius interrogatum, reſpondere poſſe, iuro me neminem occidiſſe; Nam illa oratio latine amphibologica eſt, & ſi primus accuſatiuus accipiatur paſſiue, & ſecũdus actiue, vera eſt: quemadmodum Pyrrho reſpondiſſe fertur Apollo: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Sic ẽt adultera, inquit a marito rogata, an commiſerit adulterium, iurare poteſt, ſe non fregiſſe matrimonium: quia licet fregerit fidem, adhuc tamen integrum manet matrimonium, quamuis maritus intelligat non fregiſſe fidem tori.

4 Controuerſum aũt eſt, An iudex interrogãs Reũ, vel teſtẽ vt aperte dicant, an fecerint illud delictũ, aut viderint, reſpõdere poſſit Reus. Nõ feci, & ſimiliter Teſtis, Nõ vidi, aut Nõ audiui.

In hac re Sotus lib.4.de iuſt.q.6. artic. 2.concluſ.7.de Reo, & de teſte agens, & in relect. de tegendo ſecreto.memb.3.quæſt.3.concluſio.4. agens de Teſte, & concluſ.5. loquens de Reo. & Petrus de Arragon.2.2.q.69.art. ſecundo.in fine quæſt. 70. art. 1. docent neq. Reum in tali caſu reſpõdere poſſe Non feci, abſq. mendacio. Neq. teſtem dicere poſſe Non vidi, Non audiui. Ratio eſt, quia nunquam eſt licitum mentiri in iudicio. At quando Reus diceret in iudicio, aut etiam teſtis, contra ius rogatus, Neſcio, non mentiretur, ſi autem Teſtis diceret, Non vidi, aut Reus, Non feci, mentiretur. Quia quę ſcimus, aliqñ ſciuntur, vt dicamus alijs, aliquando vero vt non dicamus, quo ẽt ſenſu accipiuntur ſæpenumero hæc verba in ſermone hominum, vnde reus, & teſtis dicere poſſunt *neſcio* abſque mendacio, ſ. vt dicam tibi. At vero quæ fiunt, aut videntur, non habent hunc ſenſum cõmunem: nec dicunt hunc ordinẽ, vt dicantur, vel non dicantur alijs, ſed ſolum dicunt ordinẽ ad opus ipſum, & actum, ita vt perinde ſit dicere, *Non feci*, quod dicere, Non ita *res eſt*, qđ qñ reuera a parte rei aliter eſt, non põt excuſari a mendacio; Et ſimiliter *Non uidi* perinde eſt, ac dicere, *Non ita ſe res habet*, vt viderim, quod in eo q̧ vere vidit, nõ põt a peccato mendacii excuſari. Cum igitur verba ſumi debeant ſecundum cõmunẽ hominũ ſenſum, & conceptum, & in cõi hominum ſenſu, hæ voces *Non feci; Non uidi*, non dicunt ordinem ad dicere, vel manifeſtare, ſed tantum ad actũ, & opus ipſum, neq. reus reſpondere poteſt, *Non feci*, nec teſtis dicere poteſt *Non vidi*, ſicut dicere poſſunt, *Neſcio*, quia vero nonnunq̃ audiuimus, vt dicamus, fortaſſis, inquit dicere põt teſtis, *Non audiui*, ſcilicet, *ut tibi reuelem*.

Ceterum alii oẽs vt Nau. Salon, Bannes, Gregor.de Valentia locis proxime citatis, & Ioan. Azor.to.1.inſt.Moral.lib.11.c.4. dub.5. Reg. 2. rectius docent reũ contra iuris ordinem rogatũ reſpondere poſſe ſine mẽdacio, & periurio *Non feci, Non occidi* & ſimiliter teſtis, *Non uidi*, habentes in aĩo, non feci delictũ, aut non vidi delictũ cõmiſſum, qđ tu legitime a me interrogare poſſis, aut quod ego tenear tibi manifeſtare.

25 Ratio eſt, q̧a licet reo aut teſti non ſit licitum mẽtiri neq; in iudicio, neq. extra iudicium, poſſunt tñ vti verbis ambiguis, quæ verum ſenſum habere poſſunt in animo proferẽtis. Etenim reſponſio conformis eſſe debet menti rectę, q̧̃ iudex habere dẽt, non autem iniquæ intentioni eius. Mens enim iudicis recta illa eſſe dẽt, quæ eſt conformis perſonæ, q̧̃ gerit, vnde ſicut gerit in iudicio perſonam publicam, & iudicare debet ſcđm publicam ſciẽtiam ſuam, ita etiam interrogatio eius illum ſenſum habere debet, vt .ſ. interroget, de publicis, & quæ ꝓbari poſſunt in iudicio, non autem de occultis, hoc eſt, an fecerit, aut viderit crimen publicum & pertinens ad iudicium, vnde cum crimen qđ Reus fecit, aut teſtis vidit, non ſit tale, ſed occultũ, & a iudicio humano alienũ, vere & abſq. mendacio, aut periurio reſpondet Reus *Non feci*, & teſtis ſimiliter, *Non vidi*, ſ. tale crimen, de quo iuridice interrogari poſſim, aut ad qđ reſpõdere tenear. Et ſicut iudex qui priuata ſcientia aliquem nocentem eſſe nouit, in iudicio tamen probatum innocentem, cõdemnare nequit, q̧a procedere debet ſecundum publicam ſcientiã ita interrogando Reum, aut teſtem, intentionẽ hanc ſemper habere debet, vt de eis tantum interroget, quorũ publica & iudicialis cognitio haberi põt, ad quam intentionem debitam iudicis, & nõ iniquã, rei, aut teſtis reſponſio accõmodata, nihil falſitatis continet, vnde Ban. & Salõ hãc regulã aſſignant in hac materia, & aliis, q̄ bene intellecta, & rem ipſam explicat, & multos caſus particulares ſoluit. Eſt autem hæc regula.

26 *Quando* in aliqua propoſitione poſſunt intelligi, & ſuppleri aliquæ particulæ ex circõſtãtia loci, & temporis, & perſonarũ, quas alteri quiſpiã exprimere nõ tenetur, idẽ eſt, ac ſi particulę illę expreſſe in illa ꝓpoſitione ponerent, quãtũ ad veritatẽ, vel falſitatẽ propoſitionis attinet. Vñ inferunt, hanc propoſitionẽ veram eſſe, *Non feci*,

Non uidi, Non occidi, &c. profertur enim ab eo, q non tenetur iudici (cum interroget iniuſte) mētē ſuā aperire, ſubintellecta particula illa ex circunſtantijs tū perſonæ interrogantis, tū reſpōdentis, hoc crimen publicum quod tibi ſolū tanquā perſonę publicę reuelare tenear. Sicut ergo vera eſt hæc propoſitio integre prolata, ita etiā parte ſubintellecta, q̃ ex circunſtātia perſonæ, & ex iuſta cā non decet. aut expedit alteri exprimere. Sic vera eſt illa propoſitio a Chriſto prolata Mat. 9. *Non eſt mortua puella*, quę tñ vere mortua fuit, *ſed dormit*, ſubintellecta particula illa reſpectu meæ poteſtatis, & voluntatis, qui tā facile poſſum eam ſuſcitare, ſicut dormientem, q̃ tñ particulā turbis Chriſtus explicare noluit, nec tenebatur; ſubintelligitur tñ ex circūſtantia ꝑſonæ Chriſti, qui ad puellā ſuſcitādam vocatus fuit. Sic vera fuit ꝓpoſitio illa Chriſti Ioan. 7. dicentis, *uos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autē non aſcendam*, qa ſubintelligebatur in mente Chriſti, non aſcendā vobiſcū, vel nō aſcendā manifeſte, quam particulā non expreſſit Chriſtus, ſed mēte tantū illam concepit, & retinuit, cum non tenebatur illis mentem ſuā aperire. Sic etiā ſi aliquis venditor publicus frumenti, vendiderit iā totū frumentum quod erat venditurus, reſeruato ſibi neceſſario, & veniat ad illum emptor frumenti interrogans illū, an habeat frumentū ēt ſub iuramento, veriſſime reſpōdet, non habeo, quia ex circunſtantia perſonarū ſubintelligitur ad vendendum. Sic ēt qui iam confeſſus eſt in foro cōſcientiæ homicidiū quod fecit, & poſtea in alia confeſſione interrogatur a cōfeſſore, an cōmiſerit homicidiū, vere reſpondet, non commiſi homicidium, quia ſubintelligitur ex circunſtantijs, qđ nunc tenear tibi cōfiteri, aut qđ modo pertinet ad forū tuū. Sic ēt ſi quis hominem occidit defendendo ſe cū moderamine inculpatæ tutelæ, & interrogetur a iudice, an illū occiderit, pōt reſpondere etiā cum iuramento, non feci, ſeu, nō occidi hominē illū, quia ex circunſtātia negotii, de quo agitur, intelligitur de occiſione criminoſa, nā iudex non interrogat, nec interrogare pōt niſi de crimine, vñ vere reſpondet, nō feci delictū, de quo tu inquiris, aut inquirere poſſis. Sic ēt q in extrema neceſſitate, furatur qđ ſibi debebatur, nec aliter recuperare valebat, pōt vere reſpondere iudici quærenti de acceptione alieni, nō accepi, quia iudex iuridice ſolū interrogat, aut interrogare poteſt de acceptione iniqua, quæ eſt furtū, & peccatum, hic autem peccatum furti non commiſit.

27 *Denique* hæc cōis doctrina confirmari poteſt ex Sancto Thoma ſecunda ſecundæ, quæſt. 89. art. 7. ad quartum, vbi ait, quod quando non eſt eadem intentio iurantis, & eius cui fit iuramentum, ſi dolus fuerit ex parte iurantis, iuramentum ſeruari dēt ſecundum intentionē eius, cui præſtatur; ſin aūt ſit dolus & violentia ex parte eius, cui præſtatur iuramētū, (vt contingit in caſu propoſito de iudice interrogāte inique, & cōtra ordinē iuris) ſeruari dēt iuramentum ſecundum mentem, & intentionē iurantis. Vñ Reus aut teſtis ſic iurando ſecūdum rectam eorū intentionē, & ſecūdum eum ſenſum, quem iudex iuſte & iuridice interrogando habere debet, nō eſt mendax, aut periurus, cum iuramētū in hoc ſenſu verum ſit, & iuramentū omne de veritate dicenda præſtitū, intelligitur de dicenda veritate ad oīa iuridice interrogata. Quocirca cum in opinionibus æque probabilibus inclinandū ſit in fauorem Rei, & hæc noſtra opinio non ſit minus probabilis, q̃ illa Soti, immo multo pbabilior, & cōior, & in fauorem Rei, in illam inclinandum eſt, & tute in praxi ſeruari poteſt.

28 *Illud* autē obſeruandū eſt pro ſolutione argumenti Soti, quod licet extra neceſſitatem, & extra iudicium non ſit licitum vti huiuſmodi vocibus ambiguis, & amphibologicis, non qđ eſſent tunc mendacia, ſed quod hominum ſocietas id expoſcat, vt homines ſe fallāt (niſi quis habeat attentis circunſtantiis peculiare ius ad eā veritatem interroganti occultandam, ſicut haberet, cum alius *temere*, vel interrogaret, vel loqueretur, ex Gregorio de Valentia tom. 3. diſput. 5. q. 13. puncto 2. in fine.) quando tamen eſt talis neceſſitas, & iuſta cauſa adeſt, vt contingit quando iudex contra ordinem iuris quærit, cum habeat ius celādi ſecretum, licite vti poteſt verbis, quæ ſenſum verum admittere poſſunt, & ita citra mendacium proferuntur, vt diximus.

Ratio diſparitatis eſt, qa extra iudicium, maxime ſi qs loquatur citra iniuriā, voluntarie, & libere loquitur, nec ibi circūſtantia regulariter adeſſe ſolet, rōne cuius reſponſio talem ſenſum recipiat, atq. adeo citra vllam amphibologiā, ad mentem interrogantis, vel audientis loqui dēt, exigente ratione boni communis, & ciuilis ſocietatis, vt vnuſquiſq. ſincere loquatur; At vero in caſu propoſito, cum iudex ſic interrogans vim inferat, & reſponſio cum ſit iuridica commode ſenſum verum & iuridicum recipere poteſt, abſque mendacio tuta conſcientia quilibet reſpondere poteſt ſiue teſtis ſit, ſiue Reus, non vidi, non feci, ſcilicet delictum, quod a te iuridice & iuſte inquiri poterit vt diximus.

29 *Ex* qua doctrina, infert Mich. Salō 2. 2. q. 69. art. 2. controuerſia 11. in fine, quod teſtis voluntarie accedens ad teſtificandum, vti dēt vocibus in cōi ſenſu, & ad mentem iudicis interrogantis, aliter grauiter peccat; ſin autem vocatus accedat, rogatuſq. ſit, vt dicat nū viderit, aut audiuerit, ſi contra iuris ordinem rogetur, vti debet verbis ambiguis, & rñdere non vidi, nō audiui iuxta ſenſum expoſitum. Similiter tabelliones, ſi producantur a Reo, vel voluntarie ſe offerant iudici, debent verum ſimpliciter dicere, veraſq. ſcripturas offerre, quas habent ſecundum iudicis intētionem, quamuis ſi vocati ſint a iudice, & contra iuris ordinē cogātur proferre ſcripturas, quas habent, tuto eas negare, aut eas ſe non habere, vt dictum eſt, reſpondere poſſunt, quia non habent eas ad manifeſtandum, quando inique & contra iuris ordinem procedítur.

30 DVBIVM Octauum eſt, an, & quando licitum, vel illicitum ſit Reo iudicium per appellationem declinare.

De hac materia extant tituli in vtroq. iure, de appellationib. & 2. q. 6. per totā, & de ea agunt Summiſtę in verb. appellatio. vbi Ang. Syluest.

Tabiena & alij. S. Th. 2.2. q. 69. ar. 3. & eius loci Interpretes. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. concl. 6. S. Ant. par. 3. tit. 9. c. 14. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 6. art. .Greg. de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 13. punct. 3. & Emanuel Rodr. in Summa part. 2. in fine, tract. de ordine iudiciali. c. 13. & alij paſſim. Vt autem hanc difficultatem clarius diſſoluamus nonnulla breuiter tanquam certa & ab omnibus conceſſa præſupponenda ſunt; Quorum

Primum eſt, qđ appellatio vt recte notat Pan. in rub. de appel. n. 3. omiſſis alijs definitionibns traditis a Bar. in l. 1. ff. de appel. *Eſt prouocatio a minore iudice ad maiorem.* Etenim inter alia, q̄ de ſubſtantialib. appellationis ſunt, hoc verum & pręcipuum eſt, vt appelletur ad maiorẽ, nõ aũt ad minorẽ, vel ad parem. arg. c. 2. de conſuet. in 6. & l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. tit. eo. In qua etiam exprimi debent, & nomen appellantis, & iudicis nomen a quo appellatur, & ſentẽtia a qua appellatur. l. 1. §. fi. cum leg. ſeq. ff. eod. nec non perſona ad quam appellatur, de quibus legendi ſunt Canoniſtæ, & Summiſtæ.

Secundum eſt, Qđ appellatio, vel eſt iudicialis vel extraiudicialis. Iudicialis eſt prouocatio ad iudicem ſuperiorẽ ratione ſnīæ iniquæ. Extraiudicialis vero eſt appellatio a præſenti, vel veriſimiliter grauamine futuro prouocatio.

Prima, ideſt, iudicialis, ſi legitima ſit, pronũciatum, & iuriſdictionem iudicis, quod illã cauſam ſuſpendit, & ipſius cognitionem ad ſuperiorem transfert.

Secunda vero ſi eſt veriſimilis, & probabilis ipſam cauſam ad ſuperiorem transfert per modum grauaminis, ita vt ea pendẽte nihil in eius præiudicium attentetur, vt latius Pan. vbi ſup. nu. 3. & in c. Bonæ. nu. 7. & 8. de appell. Petr. de Anch. in c. concertationi, de appellat. in 6. Felin. c. 1. tit. eod. Sylueſt. verb. eo. quæſt. 2. Rodriquez vbi ſupra. c. 13. tradunt.

Tertium eſt, Differentia eſt inter appellationẽ & ſupplicationem, qđ appellatio eſt ad iudicem ſuperiorem eo modo, quo diximus; Supplicatio aũt eſt ad eundem iudicem, qui ſnīam tulit; in qua Reus fatetur ſnīam contra ſe latam iuſtã eſſe, ſupplicat tñ vt iterum videatur cã, ſi forte ſit locus miſericordiæ, aut moderationis ſnīæ. His ita p̃ſuppoſitis, breuiter difficultati propoſitȩ ſequentibus propoſitionibus reſpondetur.

Prima Propoſitio; Quotieſcunq; quis ſe à iudice grauatum iniuſte intelligit, licitè & abſq. peccato ad iudicẽ ſuperiorem appellare põt, Sic S. Th. 2.2. q. 69. ar. 3. & alij oẽs paulo ante allati. & colligitur ex capit. *Omnis oppreſſus.* 2. *q.* 6. vbi Anacletus Papa epiſt. 1. ait, *Omnis oppreſſus, libere ſacerdotnm, ſi voluerit, appellet iudicium, & a nullo prohibeatur, ſed ab ijs fulciatur, & liberetur.* Id qđ exẽplo Pauli cõfirmatur, qui *Cæſarem appellauit.* Act. 25. Ratio eſt, Quia cũ ius naturale ſuadeat, vt vnuſquiſq; ſeipſum meliori modo, quo poſſit, defendat, conſequenter Reus iniuſte a iudice grauatus, cauſæq; ſuæ iuſte confidẽs, ad iudicem ſuperiorem legitimum appellare põt, vt ſe hac via ab iniuſto grauamine ſaluet.

Neq; ſic appellando alicui iniuriam facit, cũ vtat̃ iure ſuo; & ſibi ipſi imputet iure ſuo a quo appellatur, cũ ei hoc caſu obedire non tenetur. Nemo ſiquidem inferiori obedire tenetur, niſi quatenus inferior ipſe ſuperiori ſuo ſubalternatur. Sicut. n. in naturalib. res inferiores dependent à ſuperioribus, quorum influxib. ſubiectæ ſunt, ita in rebus moralib. iudicia inferiora a ſuperiorib. dependẽt, atq. adeo nulla inferiori iudici iniuria fit, dũ a ſuo tribunali iniquo ad ſuperius appellat̃, vt ſic innocẽs iuſtitię ſuę cãæ confidẽs ſeſe a ſuo grauamine defendat. Eſt. n. hoc de iure naturali, vt diximus, vnicuiq; cõceſſũ, vt ſe, & ſua via honeſta, & licita tueri poſſit: nulla aũt honeſtior via eſt, q̃ ad ſuperiorẽ, q illi grauamini mederi põt, recurrere. Vñ appellatio, merito defenſio, & præſidium innocentiæ eſt, quod etiam excommunicatis non negatur, ca. cum inter. de except. Quæ concluſio procedit

32 *Primo*, Quãdo fit appellatio a iudice *ordinario* ad ſuum legitimum ſuperiorem: non aũt quando eſt iudex arbiter, ſiquidem a ſentẽtia iudicis arbitri appellare non licet, vt habetur in can. a iudicibus, 2. q. 6. vbi dicitur, *A iudicibus, quos communis conſenſus elegerit, nõ liceat prouocare.* Cuius ſane rei rationem optimam reddit S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. ad ſecundum.

Cum enim iudex arbiter authoritatem non habeat, niſi ex conſenſu litigantium, qui cum eum elegerunt, compromiſerunt omnino ſententiæ eius ſtare iuſtæ, ad tollendum malum inconſtantiæ, & leuitatis animi in ipſis litigantibus iure cautum eſt, ne poſſint a ſententia iudicis arbitri, cuius iudicio, & iuſtitiæ confidentes ſe prius ſubiecerunt, non appellare.

Quia vero iudicis ordinarij poteſtas nõ depẽdet ex cõſenſu litigãtiũ, ſed ex authoritate Regis, & Principis, qui eũ inſtituit, nec ad eum acceſſerint promittentes ſe eius ſnīæ ſine vlla appellatione ſtare velle, ſed eo mõ, quo iura diſponunt, ideo contra eius iniuſtum grauamen lex appellationis ſubſidium tribuit. Ita vt quãuis ſimul ſit ordinarius, & arbitrarius iudex, ab eo tamen appellari poteſt, quia in hoc euentu, vt S. Tho. vbi ſupra annotauit, poteſtas ordinaria occaſio fuiſſe videtur, quod arbiter eligeretur, nec debet ad defectum imputari eius, qui conſenſit in eum, ſicuti in arbitrum, non vt in eum, quem Princeps iudicem ordinarium dedit.

Vnus tñ caſus in iure expreſſus eſt, in quo licitum eſt a ſnīa iudicis arbitrarii appellare, nimirum qñ eſſent plures iudices, puta tres electi, & duo eorum ferrent ſententiam renuente, vel abſente tertio, tunc. n. poſſet pars litigãs ab illis duobus, ad alium iudicẽ ordinariũ appellare, vt in can. *Sane ex conſenſu.* 2. *q.* 6. habetur, Ceſſat. n. tunc illa nota incõſtantiæ ex parte litigãtis, qñquidem non aliter cenſetur illis collata poteſtas ferendi ſententiam valide: a qua recedi non poſſit, niſi in ea omnes conſentiant, & & ad eam ferendam adſint. Quod intelligendũ eſt, niſi litigantes ita inter ſe conſtituerint, vt ſententiam quoque a maiori parte illorum iudicum latam, ratam & validam haberent.

33 *Secundo* Procedit, dummodo adſint duȩ cõditiones ad appellandum ex iure requiſitȩ, quarũ *una eſt*, vt a tali ſnīa intra terminum *decem dierum*

rum appellet,alioquin enim appellare licitè nequit.can.*Anteriorum.2.q.6.*

Quamuis enim olim cū maior eſſet inter homines charitas , Reo tantū conceſſum eſſet biduum aut triduū,vt ſi vellet,appellare poſſet.d.c. *Anteriorum,& can.Biduum.*2.q.6.poſtea tñ conceſſum eſt tempus *decem dierum* ad appellandū; Quod ſane tempus rōnabiliter cōſtitutum eſt, vt hoc temporis ſpacio Reus ſecum deliberet, an appellare expediat, poſt qđ tempus appellare non licet. Niſi.n.tp̄s præfixum eſſet, nunquā vlla iuſta ſnīa executioni mādaretur, & in magnum detrimentum boni communis cederet, qđ altera pars diutius ſuſpēſa maneret. *Secunda eſt*,vt non appellet poſt *tres ſententias* cōcordes. Et qdē olim interdictū fuit ſuper eodē articulo ter appellare,c.Directę,& c.Tua nobis, de appel.& extat in C.tit.li.7.*Ne ſuper eadem cauſa liceat tertio prouocare*,& S.Th.2.2.q.69.art.3.ad tertiū.

Nunc aūt vt recte notant Sot.li.5. de iuſt.q.6.ar.3.ad tertiū Mich.Sal.2.2.q.69.ar.3.& Gregor.de Valen.to.3.diſput.5.q.13.punct.3. vſus obtinuit,vt *tet* appellare liceat treſq; ſententię concordes expectentur,& non ſæpius; id quod optima ratione conceſſum eſt, vt ſi forte Reus nouam iuris,aut facti probationem adinuenire poſſit,quam non potuit in tempore corā iudice inferiore proponere, hac ratione ſe defendat,ſæpius autem appellare nō licet,quia nunq̄ alioqui eſſet cauſarū exitus, nec eſt credendū iudices a recto iudicio velle toties declinare.

Quæ tres appellationes admittuntur ſolū in articulo,& cauſa præcipua,circa acceſſoria vero,& minutiores partes litis,quas legiſtæ intermedia vocant,licet quidem ab eodē iudice poſtulare,vt iterum videat,attentiuſque conſideret,non tamen appellare,quia aliter nunquam vel vnius litis terminus haberetur.

34 Secunda Propoſitio: Quotieſcunq; quis appellat cauſa vel differēdæ, vel repellendæ iuſtæ ſnīæ, *calumnioſe* ſe defendit, & peccat mortaliter. Sic S.Th.2.2.q.69.ar.3.Gabriel 4.diſt.15.q.6.artic.2.concluſ.6.Sotus lib.5. de iuſtitia. q.6. artic.3.Angel.verbo,appellatio.§.15.Sylueſt. eod.q.6.Salon,Petrus de Arragon.2.2.quę.69. art.ſecundo,Gregorius de Valentia to. 3.diſp.5.quæſt.13.puncto 3. Emanuel Rodriquez vbi ſupra.cap.13.concluſ.ſecunda,& colligitur ex cap.*Quicunque,& cap.omnino.*2.q.6. vbi ſtatuitur, vt tales appellationes non admittātur, & vt ſic appellantes puniantur.

Ratio eſt,quia,& violat obedientiā iudici debitam,immo iniuriam ei facit,quaſi in hac re falſam tulerit ſentētiam: teſtibus etiam falſum imponit, & denique iniuriam facit aduerſario perturbando illius iuſtitiam,& proinde ad reſtitutionem totius damni,quod patitur, & ipſe iudex,& pars contraria, nec non expenſarum litis tenetur,vt in d.c *omnino.*2.queſ.6.habetur,& præfati authores communiter tradunt.

Intelligenda eſt autem hæc propoſitio , qñ appellat a ſententia , quæ oī ex parte ſcitur eſſe iuſta tunc.n. certum eſt peccare contra iuſtitiā cōmutatiuam contra iudicem ipſum, cuius officium impedit,& contra actorē,cuius iuſtitiam, quantum poteſt, perturbat, vt diximus, etiam quando condemnatus eſſet ad mortem.

35 DVBIVM vero eſt, an appellare liceat, qñ ſententia eſt dubia iudicio prudentum, id eſt, iudicis,& patronorum,& partium.puta, quia iudex ex vna parte arbitratur,ſe iuſte partem condemnaſſe,quia ſecutus eſt partem ſeu opinionem probabilem. Econtra vero pars, ſeu Reus, aut aduocatus non temere exiſtimant contrarium. Item quando in dubio iudex inferior ſequitur vnam opinionem probabilem circa ius, pars autem ſcit iudicem ſuperiorem ſequi opinionem oppoſitam,an in his caſibus licitum ſit appellare. Ratio difficultatis eſt,quia ſic appellans imponit falſum crimen inferiori iudici,ſcilicet,quod fecerit ſibi iniuriam. Ergo non eſt licitum. In hac re ſit

Prima Propoſitio: In cauſa criminali,& capitali licitum eſt Reo ad ſuperiorem iudicem appellare. Sic Michael Salon 2.2.quæſt.69.art.3.expreſſe.

Ratio eſt,quia exiſtente opinionū varietate, dummodo probabiles ſint, dēt iudex in rei fauorē inclinare,arg.Reg.cum ſunt,de reg.iur.in 6.Reg.11.Quod ſi non fecerit, iam eſt in tali iudice aliqua impietas, & iuſtam cauſam habet Reus ad appellandum. Quandoquidem cuiq; omni via honeſta iure naturæ ſe tueri liceat.

Cuius etiam ſententiæ videntur illi, qui abſolute in cauſa dubia licitum eſſe appellare dicūt, vt Sotus lib.5.de iuſtitia.q.6.art.3. Petrus de Aragon.2.2.quæſt.69.artic.3. in fine. Dominicus Bannes ibidem. & Gregorius de Valentia, tom.3.diſput.5. quæſt. 13.puncto tertio. In cauſa vero ciuili ſit

Secunda Propoſirio: Si opinio q̄ ſecutus eſt iudex inferior, ſit minus probabilis,licitū eſt appellare. Sic Bannes,& Salon vbi ſupra. Quia licet iudex licite ſequi poſſit opinionem probabilē relicta probabiliori circa ius, in re tñ facti ſeq tenętur ꝓbabiliorē. Et ſuppoſita opinione, q̄ defendimus lib.1.c.11.licitum eſſe iudici ſeq opinionē probabilem circa ius, relicta probabiliori, arguitur pro veritate propoſitionis iſtius in hunc modū. Reus in tali caſu appellat ex cōfidentia iuſtæ cauſæ,neque imponit falſum crimen iudici inferiori,ſed tantum obijcit,quod ſecutus eſt opinionem minus probabilē circa ius, & quod hoc examinare intēdit in ſuperiori tribunali: Neque perturbat iuſtitiam partis contrariæ,ſed intendit,vt ſua iuſtitia clarior, & manifeſtior reddatur. Quæ omnia cum licita ſint, ipſa etiam appellatio licita,& honeſta erit.

Tertia Propoſitio: Si opiniones ſint æque probabiles,circa ius,& nullus ſit in poſſeſſione, poterit etiam condemnatus ſuperiorem iudicē appellare. Conſentiunt Salon , & Bannes locis citatis.

Ratio eſt,quia neq; in hoc caſu imponit iudici falſum,ſed vtitur priuilegio iuris in ſuū fauorem,cū res ſit debita , & iudex ſuperior iuſte illi fauere poſſit. Et abſq.vlla iudicis inferioris iniuria allegare pro ſe pōt aliā opinionē eſſe ꝓbabilē, velleq; vt res hęc a iudice ſuperiori examinet. Quinimmo cū ī tali caſu res ex æquo diuidēda erat,vt lib.1.ca.11.oſtendimus, allegare pro ſe poteſt,ſibi aliquo modo factam eſſe iniuriam, ſi aliter iudicatum fuerit.

Quarta Propoſitio, Si iudex inferior iudicauit ſecundum opinionem communem,& probabiliorē, & ſuperior amplectitur minus probabilem,& hoc conſtet Reo, non eſt ei licitum appellare. Ex Salono, & Bannes vbi ſup. Ratio eſt,quia in dubijs probabilior opinio videtur æquior,vnde ſic appellans iniuriam iudici facit, qui recte munus ſuum exercuit, alteriuſq. partis iuſtitiam abſque cauſa iuſta perturbat.

6 *Notandum* demum eſt ex Nauar.in Manua.c.25.nu.15.verſi.*Nota tertio*, & Eman. Rodriq.in ſumma tract.de ordine iudiciali.ca.13.concl.2.& in quæſtionib. Regularib.tom.1.q.29.ar.4.

Quod iura,& decreta,ſeu priuilegia remouētia appellationem in aliquib.caſib. quos late enumerant S.Ant.p.3.tit.9.c.14.& Sylu.verbo, appellatio.q.6.& admittētia regulariter in oīb. iuxta gloſſam in l.Qui reſtituere.ff.de rei vend.

Solum procedunt in foro exteriori, quia in foro interiori iudex,qui grauat,peccat non admittendo appellationem,vel alia via grauamen non remouendo,ſiue ſit caſus,quo appellare liceat,*ſiue* non;arg.l.1.ff.de appellat. & c. ad noſtram,*tit.*eo.Qua in re quamplurimi litigantes, & aduocati, & procuratores eorū paſſim grauiter peccant,cum obligatione reſtituendi,vt pręfati authores animaduertunt. Ad hoc autem vt iudex peccet non admittendo appellationem a parte interpoſitam,non requiritur,quod ſentētia ſit iniuſta ſecundum acta, ſed ſufficit, quod reipſa credatur eſſe iniuſta,& per agenda de nouo talē eſſe demonſtrari poſſit, arg.c.per tuas, de ſent.excommun.& c.ſolet, tit.eod.in 6. Quæ omnia maxime de ſecularibus procedunt.

7 DVBIVM autem graue eſt circa Religioſos, An ipſis licitum ſit a grauaminibus ſibi illatis appellare.

Ratio difficultatis eſt, Quia ex vna parte,cū conſtet facultatem appellandi eſſe de iure naturæ, quo quis ſe ab iniuſto grauamine tueri poſſit,recurrendo ad ſuperiorem,non poteſt eis aliquo alio iure hoc prohiberi.

Quinimmo in 2.q.6.can.*Ad Romanā eccleſiam*, 2.omnib.fidelib.conceditur facultas recurrendi ad Romanam ſedem, tanquam ad cōem matrem.Sed & S.Th.2.2.q.69.ar.3.abſolute docet licitum eſſe omnib.oppreſſis ab iniuſta ſentētia appellare,nullamque inter ſeculares,& Regulares diſtinctionem,aut differentiam ponit.

Econtra vero Alexander Papa III.in c. Ad noſtram.& in ca.Reprehenſibilis,& Innocentius Papa III.in c.*cum ſpeciali* de appell.hanc appell. a ſuis Prælatis prohibent Regularibus,expreſſe vetantes ne Regulares *in vocem appellat,erumpant.* Et Bonifac.Papa VIII.ſtatuit,non licere fratrib. ordinis Minorum,a correctionib. Prælatorum eiuſdem ordinis aliquatenus appellare. Simile Priuilegium conceſſit Sixtus IV.Carmelitanis, & Auguſtinianis.Idē conceſſit Eugenius Papa IV.anno 1536.pridie Calen.Iulij Patrib.& Abbatib.ordinis S Benedicti Congregationis Caſinenſis,alias S.Iuſtinæ de Padua, vt hr̄ in priuilegio 10.incip. *Regularem uitam agentib.* Et Iulius Papa II.ſub pœna excōicationis prohibuit fratrib.& ſororib.ordinis Prædicatorum,ne a mādatis,& ordinationib.Prȩlatorum dicti ordinis appellare valeant.Vt hr̄ in Compend.priuileg. in verbo,*Appellare.* Et in Concil. Trid.ſeſſ.25.de regula.c.4.dicitur,*Non liceat Regularib.a ſuis conuētib.recedere,etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedēdi, niſi ab eiſdem miſſi,aut uocati fuerint. Qui uero ſine prædicto mandato,in ſcriptis obtento,repertus fuerit,ab ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur.* Vnde obſeruari ſolet in Religionibus,ut quis a ſuperioribus ſuis non appellet,et appellantes in carceres conijci ſolent.In hac grauiſſima controuerſia hæc mihi dicenda uidentur.

38 *Primum eſt*. Quod licet Regularis grauatus verbo appellationis; & petitionis Apoſtolorū, quo clerici ſeculares vtūtur,a correctionib.ipſi inflictis obſeruatis cōſuetudinib.approbatis,& ſtatutis Regularib.debita maturitate, & deliberatione vti nequeat,ꝓut Bonifacius Papa VIII. & Iulius II.& alij Pontifices ſtatuerunt, hoc tñ intelligendū eſt loquēdo de appellatione,a correctione in mandatis regularib.legitime factis.

Quo ſenſu intelligenda ſunt omnia decreta, & priuilegia ſummorū Pontificum prohibentia Regularib.appellare a ſuorum ſuperiorum iuſtis mandatis,& correctionib. quę fiunt ſecūdum ſtatuta regulæ,vel ordinis,aut ad effugiendam diſciplinam regularem.

Rō huius eſt,quia vt recte Panorm.in c.licet, nu.1.de offi.ord.annotauit, ille qui corrigit ſecundū regularē diſciplinam non grauat;appellatio vero fundata eſt ſuꝑ grauamine,ca.*ut debitus*,de appellat.Sin uero ſuperior modū regularem ēt in mandatis regularib.excedat in corrigendo,tunc ēt Regularib.appellare licet,vt colligitur euidenter ex c.*De Priore*,de appel.vbi Alexander Papa III. Priorem quendam grauiter puniri iubet,qui modum corrigendi excedens, appellationem ſui ſubditi non admiſit.

Et hoc expreſſe docent gloſſa in c.licet.in verbo,intercluſum.Panorm.& Decius, ibid.de offic.ordin. et gloſ. et Panorm.in c.de Priore, de appellat.Syllueſt. verbo, appellatio. q. 7. Ang. eo.§.10.Tabiena,eod.§.vndecimo.Nauar.conſilio ſecundo,de ſenten.et re iudicata,in antiqs, alias conſil.quinto, de appellat.in Nouis, et in commen.in c.Nullam.18.quæſtio.2.commen.3.num.51.et Emanuel Rodriquez tom.1.quæſtio.Regular.quæſt.29.art.ſecundo, et in Summa part.2.tractat.de ordine iudiciali, capit. 13. concluſ.3.

Rō eſt,Quia cum appellatio ſit de iure naturali,nō pōt eis iuſta appellatio denegari.Immo quamuis Regularib.grauatis refugiū appellationis omnino eſſet intercluſum,poſſent tamē vti remedio defenſionis,quę eſt iuris naturalis, quam appellatio in ſe includit; tū qa Religioſi peioris conditionis eſſe non debent, quam alij, ſed melioris,nec magis grauari,quā alij,ſed lōge minus,vnde eis multa priuilegia,et immunitates conceſſæ ſint,c.1.de priuileg.in 6. Tum ēt qa licet ſic grauati appellare nō poſſent, et per viā appellationis ad ſuperiorē accedere, poſsēt tamen per viam ſimplicis querelæ grauantis ſuperiorem adire, & ſuperior, cauſa cognita, ea facere tenetur, quæ bonus, & rectus iudex ad ſe appellanti legitime faceret, vt Nauarrus, & Rodriquez vbi ſupra tradiderunt.

39 *Secundũ eſt*, Quod licet ex conſtitutione quadam Gregorij 13. quæ incipit, *Quoniam noſtro paſtorali*. quę eſt 34. eiuſdem in ordine, edita 1575. octauo Aprilis, interdictum ſit fratrib. Minoribus de obſeruantia ſub pęna excommunicationis latæ ſententię ſummo Pōtifici reſeruata, nec non priuationis perpetuę officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcũque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis tam actiuæ, quam paſſiuæ eo ipſo incurrẽdis pęnis, (quas omnes tã directe, quam indirecte fautores, & conſultores incurrunt) ne ad tribunalia ſecularia appellent, & ad ea temere confugiãt.

Nihilominus tamen pręfatus Pontifex eis cō cedit, *quod ſi ſe a Prælati ſuis grauari prætendant, ad Generalem Miniſtrum ipſius ordinis, ſeu illius Protectorem, aut uice protectorem in Romana Curia, uel ad Romanum Pontificem, ſicut antiquitus ſemper conſuetum fuit, recurſum habeant, unde illis breui manu iuſtitia miniſtrabitur*. Et a Sacra Cardinalium Congregatione eſt impoſitum decretum anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, vt appellatio hoc ordine fiat, ſcilicet a Guardiãno ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, a Protectore ad Sacram Congregationem.

Quanta autem facultas data ſit Cardinalib. Sacræ Congregationis colligi poteſt tum ex cōſtitutione Sixti V. q̃ incipit, *Immenſa æterni Dei*. §. 11. titulo, *Congregatio pro Conſultationibus Regularium*. Anno Domini 1587. 11. Kalen. Februarij, tum ex alia conſtitutione eiuſdem Sixti V. quæ incipit, *Romanus Pontifex*. Sub proprio dato Romæ apud Sanctum Marcum die decimatertia Iunij, anno Domini 1587.

40 Neq. conceſſio hæc appellandi modo prędicto contrariatur Concilio Tridentino ſup. citato, ſiquidem Concilium in eo loco nō prohibet Religioſos recurrere ad ſuperiores ſuos per viã appellationis, ſed tantum prohibet, quod ad eos perſonaliter non recurrant ſine ſuperiorũ ſuorum licētia niſi ab eiſdem aduocati fuērint, quę duo longe inter ſe diuiſa, & diſtincta ſunt. Non .n. credendum eſt velle Concilium tollere a Religioſis id quod eis competit de iure naturę. Solum igitur vetat ne quis adeat ſuperiorem ſine licentia ſui prælati. Quinimmo ſi Regularis grauatus, cuius appellationē grauãs non admittit, nec ei facultatem vult facere adeundi ſuperiorem, ſed conijcit in carcerem, aut alio mō impedit, ſi vere grauatus, & oppreſſus ſit iuſte ſine p̃lati ſui licentia fugere, & ſuperiorem adire poteſt, quo ſe a tali grauamine liberet, ſcd̃m Bal. in c. ad noſtram, de appel. nec ob id incurret cenſuram aliquam, cum excōicatio non incurratur ſine peccato mortali. arg. c. Nemo. & c. nullus. 11. q. 3. quinimmo per ſolum exitum ēt temerarium, & abſque iuſta cauſa non incurritur iure cōi excōicatio, dummodo non relinquatur habitus. Neq. ēt ſic adeundo ſuperiorem incurrit apoſtaſiam, nec Concil. Triden. tranſgreditur, quod intelligendũ eſt de eo ſolũ, qui non grauatus ſine vlla appellatione adit ſuperiorē eo ſolo, quod prætendat licere ſibi adire illũ ſine prælati immediati ſaltē petita licentia iuſta de cã, quod falſum eſt, & in d. ca. 4. prohibitum eſt Naua. in c. Non dicatis. 12. q. 1. num. 61. & in c. Nullam. 18. q. 4. nu. 51. & Eman. Rodr. in q. Regular. to. 1. q. 29. ar. 2. & in ſumma to. 2. tract. de ordine iudiciali. c. 13. concl. 3. Additque Naua. vbi ſup. num. 51. in fi. quod licet ordinarius iuſte capere poſſet talem Regularem per ſuũ territoriũ tranſeuntem iuxta tenorē prædicti Concilij, iuſte tñ eum punire, aut retinere nequit, ſi fidem faceret ſe grauatum appellaſſe, vel de grauamine proteſtatũ iter arripuiſſe ad ſuperiorē, & ideo licentiã ſcriptã non deferre, quia prælatus, a quo appellauit, eã dare noluit, vel iuſte metuit eã petere, vel quia ob appellationē vel licētiæ petitionē in carcerē iniuſte coniectus fugit.

41 *Tertium eſt*, quod licet iuri naturali cōforme ſit, vt quiſquis grauatus appellare poſſit, quia tñ ius iſtud non eſt poſitiuum, quaſi ius naturę pręcipiat appellare, ſicut p̃cipit honorare parentes ſed ſolũ eſt a iure naturali negatiue, hoc eſt, ius naturæ non prohibet cuiq̃ appellare, ſicut matrimoniũ eſt a iure naturæ, non quaſi ius naturæ iubeat nubere, ſed q̃a nulli prohibet nubere, & huic iuri Religioſi per profeſſionem quodãmodo ceſſiſſe vñr, dum promittant viuere ſecũdum regulam ſui ordinis, & obſeruare ſtatuta, & conſuetudines Religionis, in quib. hoc vnũ eſt, ne appellent ad ſecularia tribunalia, aut ēt ad ſuperiores extraneos, quod ēt a Summis Pōtificib. eſt approbatũ, & confirmatũ, idcirco graues, & docti viri, ac de Religionib. bene meriti plurimũ reprehendunt Regulares illos, qui tam facile cauſas ſuas extra Religionem deducere conãtur, vnde decor, & honor religionis ſępiſſime diminuitur. Maxime namq. expedit ad decorē, integritatē, & quietē, & profectũ Religionis, & Religioſorũ, vt eorum cauſæ intra parietes (vt dicunt) eiuſdē Religionis finiantur, & occultētur ita vt ad notitiam aliorum tribunaliũ eccleſiaſticorum, aut ſeculariũ non perueniãt, ne & ipſi, & religio cōtemptui habeantur, ſicut expedit ne clerici á ſecularibus, nec infideles ab infidelibus, vt de his notat S. Th. 2. 2. q. 69. artic. 3. ad primum, iudicentur.

42 Et quamuis concedatur ipſis, vt poſſit ad Dominum Protectorem, & ad Sacram Congregationem Cardinalium, & ad Papam, & ad eius legatos habentes poteſtatem ſuper Regulares, hoc tamen, vt recte notat Petrus de Arrag. 2. 2. quæſt. 69. art. 3. Michael Salon ibidem, & Emanuel Rodriquez tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 29. ar. 3. & in tract. de ordine iudiciali, c. 13. concluſ. 4. Dominicus Bannes 2. 2. quæſtio. 69. artic. tertio. Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. quinta. quæſtio. 13. puncto 3. poſt Sotum libro 5. de iuſtit. quæſtio. 6. artic. tertio, non in rebus leuibus, ac parui momenti ſed ſolum in negotijs grauibus, & cum debita conſideratione fieri debet.

Quod ſi dicas hac rōne poſſe quempiã plu iuſto grauari, & carere remedio appellationis, qđ alijs fidelib. conceditur de iure naturæ; Rñdeo Moraliter hoc nunquam, vel raro futurũ; Quia cum intra Religionem ſunt varij Pręlati, quorũ alij alijs ſuperiores ſunt, ad quos appellare licet, non eſt credendum omnes ita iniquos futuros, vt ſubditus ille ab omnibus grauetur.

Quod ſi fortaſſis caſus accideret, quo quis ab omnib. grauaretur, atq. ita appellando ab iniuria releuaretur; hoc tamẽ bonũ priuatum vnius aut alteri⁹ adeo exiguum eſt, comparatione ad damna, quę ex hmõi appellationib. conſequuntur, vt quiſq. bonus Religioſus illius iacturam pati potius debeat, quam iſta ſubire, cũ pax, & decor & bonum cõe Religionis, bono priuato illius, qui grauatur, præferri debeat. Vnde ſicut lex naturalis dictat, quod manus recipiant ictũ, & vulnus deſuper ab aliquo illatũ ad caput ſeruandum, a quo vita & ſalus totius corporis pendet; ita ẽt eadem lex naturalis dictat, & intime prædicat, quod Religioſus permittat ſe ictibus grauaminũ opprimi, et feriri, ne eadem, aut maiora grauamina ſup caput ſuũ, hoc eſt, Religionem, & ordinem cadant, & ipſis grauaminibus ſuccumbat, honorque eius deturpetur. Et ſi ſinguli ciues etiam cum propriæ vitæ periculo, & honoris tanquam partes Reipublicę iure naturæ ſaluti, & incolumitati eius conſulere tenentur; q̃to magis Religioſi vitam perfectiorẽ profitentes idem facere tenẽtur, & prouocationes ad iudices exteros fugere, ne totius ſuę Reipub. & ordinis pax, decor & honor in dies magis magiſque perturbari, & obfuſcari incipiat.

Quod conſiderantes Summi Pontifices ſapienter, & ſancte Religioſis paſſim appellationes interdixerunt.

Et certe dum nonnulli iuris naturę beneficio ſe defendere conantur, eodẽ iuris naturæ dictamine erroris conuincuntur, cum ius naturale dictet bonũ commune Religionis priuato alicuius bono, & commodo præferri debere. Ex quibus facile conſtat, quid de rationibus in vtramq. partem initio allatis reſpondendum ſit.

e obedientia Rei in exequendo ſententiam iuſtam Iudicis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

Reus iuſte condemnatus etiam ad mortem tenetur parere Iudici, & non per vim reſiſtere illi, vel Miniſtro eius.

Reus iniuſte condemnatus licite ſe defendere Iudicique reſiſtere poteſt, modo ſine ſcandalo, & perturbatione Reipub. id fieri poſſit.

An Innocens ſecundum allegata, & probata nocens conuictus, & morti condemnatus licite poſſit ſeipſum defendere & reſiſtere Iudici, & Miniſtris.

An condemnatus iuſte ad carceres tanquam ad pœnam licite poſſit effugere.

Non poße abſque reatu peccati mortalis verior opinio, ſiue temporalis pœna ſit, ſiue perpetua etiam ſine carceris effractione, quam paucis propoſitionibus confirmat author, vſque ad num. 9.

6 *Pœna carceris perpetui loco capitalis pœnæ antiquitus in vſu.*

7 *Coniectus in carcerem nondum tanquam in pœnam licite poteſt fugere contra Maiorem.*

8 *Condemnati ad triremes fugere non poſſunt, quare.*

9 *Laicus, aut Clericus ſecularis nulla facta violentia ante condemnationem fugere poſſunt, non ſic autem Religioſus a ſuo Prælato in carcerem Monaſterij coniectus.*

10 *Doctrina huius propoſitionis quando non procedit.*

11 *An iuſte damnatus ad mortem, & in carcerem coniectus vt in cuſtodiam exinde licite fugere poſſit, vt mortem euadat.*

12 *Soluitur argumentum pro parte negatiua, & quod fugiẽdo non violet præceptum negatiuum de non impedienda iuſtitia.*

13 *An iuſte captus a Iudice, & condemnatus ad mortem, teneatur fugere ſub peccato a carcere ſi videat oſtium apertum, an licite manere poteſt.*

14 *Actus qui tendunt ad mortem duplicis ſunt generis, & quos licite exercere poſſit.*

15 *An ſit licitum Reo vt euadat corporis pęnam, corrumpere cuſtodes pecunia, aut dono.*

16 *An licitum ſit Reo decipere cuſtodem abſque vi, & iniuria allata.*

17 *An licitum ſit Reo fugere, quãdo probabiliter videt incommodum ſubſecuturum in cuſtode, quod punietur cuſtos, aut alij e carcere fugient.*

18 *An ſicut ad mortem condemnatus licite è carcere fugere poteſt, licite etiam compedes limare, fores effringere, murum perforare, & ſimilia facere poſſit? & explicatur duabus propoſitionibus num. ſeq.* 19.20.

21 *Soluuntur argumenta Henrici, & Summiſtarum pro parte negatiua.*

22 *An ſic fugiens, & carceres, & compedes frangens teneatur ad reſtitutionem damni, quod fecit in carcere, vt fugeret.*

23 *An licitum ſit amicis iuſte capto, & damnato conſulere, vt fugiat, illique præbere inſtrumenta & iuuare, vt carcerem, aut uincula rumpat.*

Officialis iuſtitiæ fugam ſuadere, aut inſtrumenta præbere non poteſt.

24 *Carcerem effringere, aut uincula rumpere alterius, ad extra non licet, conſulere autem fugam, & inſtrumenta conferre, quib. intus incluſus uti poſſit ad effugiendum non eſt illicitum contra Greg. de Valen. & alios.*

25 *Non poſſe prohiberi fugam lege aliqua humana (ut uoluit Sotus) falſum eſt.*

26 *An reus ſi iurauit carceris cuſtodi, uel Iudici ſe rediturum ad carcerem, teneatur redire etiamſi ſit condemnatus ad mortem.*

27 *Non minus probabilem opinionem Caietani, quam Nauarri ſentit author, Couarruuiæ autem falſum.*

28 *An iuſte damnatus, ut fame pereat oblatos ſibi cibos comedere poſſit, & teneatur.*

29 *Soluuntur eorum argumenta, qui non comedendo peccare mortaliter exiſtimant.*

30 *An licitum ſit alijs damnato ad mortem ſubuenire cibũ aut potum ei præbendo.*

CVm variæ difficultates, & quæſtiones ſint, quæ ad hunc locũ reduci poſſunt, vt omnia faciliori, ac clariori modo, ac methodo tradantur, & explicentur, nonnulla præmittam tanquam certa, & indubitata,

bitata, vt ſic melius ea, quæ controuerſa ſunt, poſtea exponam.

1 *Primo* igitur Reus iuſte condemnatus etiã ad mortem tenetur parere iudici, & non per vim reſiſtere iudici, vel miniſtro. Sic S.Th.2.2.q.69. ar.4. Caie.Ban.Pet.de Arrag.& Mich.Sal.ibid. Sot.lib.5.de iuſtit.q.6.ar.4.Gabr.in 4.diſt.15.q.6.ar.2.concl.6.Nauar.in c.ſtatuimus.19.q.3.q.16.num.63.Greg.de Valen.tom.3.diſp.5.q.13.punct.4.Eman.Rodr.tract.de ordine iudiciali.c.14.concl.3.& alij communiter, colligiturque ex illo Apoſtoli teſtimonio Rom.13.*Qui poteſtati reſiſtit*.i.iudicis iuſte iudicantis, *Dei ordinationi reſiſtit*. & grauiſſime peccat.

Cum igitur iudex vim coactiuam habeat ad compellendos ſubditos, qñ iuſte iudicat, conſequenter ſubditi obedire tenentur, & ſuppliciũ pati, nec illi per vim, & violentiam reſiſtere poſſunt, alias daretur bellum ex vtraq. parte iuſtũ, quod ſecluſa ignorantia fieri nequit, vt authores omnes in materia de bello latius tradunt.

2 *Secundo*, Reus iniuſte condemnatus, licite ſe defendere, iudiciq. reſiſtere poteſt, modo id ſine ſcandalo, & perturbatione Reipublicæ facere poſſit. Sic Sanctus Thomas, et alij locis proxime citatis.

Ratio eſt, Quia iudex ſic iniquè condemnãs, non vt iudex, ſed vt inuaſor ſe habet, & tãto iniquior, q̃to magis iniquitatem ſub colore iuſtitiæ exercet. Ergo ſicut licitum eſt cuiq. ſe defendere a latrone inuadente; ita etiam ab iniquo iudicio, dummodo ſine ſcandalo id facere poſſit.

Si enim ex defenſione propria immineat perturbatio, & ſcandalum Reipub. præferendũ eſt bonum commune particulari, et ſupplicium ob bonum commune patienter ferendum; dictat enim ratio, partem non habere ius ſeſe conſeruandi cum detrimento totius, vt conſtat. His igitur præſuppoſitis.

3 DVBIVM Primũ eſt, An innocens, qui ſecundũ allegata, et probata nocens cõuictus, & morti cõdemnatus, licite poſſit ſeipſum defendere, & reſiſtere iudici, & miniſtris iuſtitiæ? Rõ difficultatis eſt, quia ſententia iniuſta, vt ex dicto 2. conſtat, et latius ſup.c.9.dub.2.oſtendimus, non habet vim, nec in conſcientia obligat. Sed ſñia iſta, quia iudex cum quẽ certo ſcit eſſe innocentem, condemnat tãquam nocentem, eſt iniuſta, falſæque præſumptionis, & falſis teſtib. nititur, Ergo non obligat, ac proinde iuſte illi poterit reus reſiſtere, & non obedire.

Confirmatur hæc rõ, Quia ſi innocens inuaderetur ab alio innocente, vel laborante ignorãtia, vel a furioſo, poſſet ſe ab illo defendere. Ergo ſimiliter in hoc caſu a iudice maxime cũ vt ſup. dictũ eſt, iudex teneatur in hoc caſu conari q̃tum in ſe eſt, vt illum liberet quem certo nouit eſſe innocentẽ; & conſequenter ipſemet innocens põt ſeipſum liberare, in eodem caſu Ob hæc argumẽta Domin.Ban.2.2.q.69.art.4.dub.1.expreſſe docet licitum eſſe Reo in hoc caſu ſe defendere, immo poſſe iudicem in ſui defenſionem occidere, ſecluſo ſcandalo; addit tñ quod quia ſp eſt eiuſmodi ſcandalum, qñ aliquis ſe defendit in caſu propoſito, peccabit reus ſe defendendo, & ait Franciſcum Victoriam huius ẽt fuiſſe ſententiæ. Eiuſdem ẽt ſententiæ ſunt quidam iuriſtæ, quos refert Couar. loco inferius citando. A qua etiam non abhorret Eman. Rodriquez tract. de ordine iudiciali.ca.14.concl.5.

Communis tamen, & verior opinio eſt Soti lib.5.de iuſtit.q.6.artic.4. Michaelis Salonis 2.2.q.69.art 4.controuer.1.Petri de Arrag.2.2.q.67.art.2 in fine, & q.69.art.4. in principio, Couarruuiæ lib.1.variar.reſol.c.2.num.13. Ludouici Lopez par.1.inſtr.conſcien.c.66. Emanuel Rodriq.tom.1.ſummæ, c.136.concl.9.aſſerentium innocentem ſic condemnatum non poſſe ſe defendere per vim, ita ſaltem, vt inferat mortem, aut vulnus iudici, vel miniſtris; poſſe tamen licite ſe defendere, vel fugiendo ſi poſſit, vel recipiẽdo ſe in locum munitum, & dum capitur connitendo ſe eripere a ſatellitibus.

Ratio eſt, quia cum iudex ſic probatum nocentem, quem alijs vijs tentatis liberare nequit, iuſte & iuridice condemnare poſſit, ſi alterius etiam haberet vi, & armis, ſe a iudice, vel ab eius miniſtris defendendi, daretur bellum ex vtraq. parte iuſtum, quod fieri non poteſt. Vnde ſi iſte innocens condemnatus defendendo ſe, iudicẽ, vel Miniſtros per vim lęderet, etiamſi de eius innocentia poſtea conſtaret, puniretur tamen, & iuſte, quia cum iudex iure ſuo vſus ſit eum condemnando, reſiſtens illi, & vim inferens, *iniuriã* ei facit, & peccat. Signum ergo eſt non licere ei per vim ſeipſum defendere. Et huius etiam ſententiæ eſt S.Th.2.2.q.69.art.4. dum affirmat, non eſſe licitum alicui ſe defendere per vim a ſententia iuſta, Quo ſane in loco non dicitur a S.Th. ſententia iuſta, vel iniuſta illa, quæ eſt talis a parte rei, ſed illa dicitur iuſta, quæ fit ſecundum ordinem iuris, iniuſta vero illa, quæ non profertur ſecundum ordinem iuris, vt Salon. et ipſemet etiam Bannes fatentur.

Vnde cum iudex in hoc caſu innocentem certo a ſe cognitum, quamuis ſecundum allegata, et probata nocentem re certum, condemnat iuſte & iuridice condemnat, ex eodem S.Th.2.2.q.67 art.2.& Dom.Bann.ibid.& iuſta ſentẽtia obligat ad ſui executionem, cõſequenter et ex eodem S.Th.2.2.q.69.ar.4.concl.1. Reus huic ſententię obedire tenetur, atq. adeo licite vi, & armis ille reſiſtere nequit. Repugnat enim ſuperiorem iuſte aliquid præcipere, & ſubdito licere non obedire, quia tunc bellum eſſet ex vtraque parte iuſtum, quod fieri non poteſt.

Vnde ſolutum manet argumentũ in contrarium, falſum namq. eſt ſententiam hanc iudicis ex mente S.Th. in hoc caſu eſſe iniuſtam, eſt.n. iuſta, cum ſecundum ordinem iuris, & ſecundum allegata, & probata procedat, vnde non nititur falſa præſumptione, ſed potius expreſſa veritate, qua iudex certo ſcit ſe poſſe, & teneri ſecundum allegata, & probata eum condemnare, vnde fieri non poteſt, vt ipſe probatus Reus habeat ius vi, aut armis ſe defendendi.

Nec valet, qđ pro argumenti confirmatione adducitur, longe namq. diuerſa eſt rõ inuadentis ex ignorãtia, vel furioſi, ac Rei ſic iuridice cõdẽnati, quia illis non tenetur innocens inuaſus obedire, ſicut iudici rite, & ſecundum allegata, & probata iudicanti.

Addit autem Mich. Salon vbi ſupra, quod ſi Reus prudenter dubius eſſet de ſententiæ iuſtitia, admonēdus erit iudex de cauſa dubietatis, rogandusq. erit, vt rem totam maturius ponderet, & re diligenter inſpecta, aut ſententiam ſuã reuocet, aut iuſtitiam illius manifeſtet, Sin autē ſic admonitus noluerit illa facere, & propterea Reus adhuc dubius manet, poterit tunc Reus illecessante ſcandalo, ac ſi eſſet iniuſte condemnatus per vim ſe defendere, tum quia, vt ſup. c. 16. dub. 4. concl. 4. diximus, non tenetur Reus in probabili dubio cum proprio ſuo damno, & iactura obedire; tum quia in dubio, quod in proprium uergit incommodum, & notabile detrimentum, potior eſt ratio patientis, quã inferentis iniuriã. arg. c. 11. Reg. cũ ſunt, de reg. iur. in 6.

DVBIVM Secundum eſt, An condemnatus iuſte ad carceres tanq̃ ad pęnam licite poſſit exinde fugere? intelligitur aũt præſens difficultas de carcere, non vt eſt inſtitutus in cuſtodiã, ſed vt in pęnam, eſt. n. carcer inſtitutus non ſolũ in cuſtodiã, ſed etiam in pœnam delinquentis, de eo prout inſtituitur in cuſtodiam agemus inf. hic ſolũ de eo agetur, vt eſt pęna. In qua re quatuor video eſſe Doctorum ſententias.

Prima eſt, Ioannis Maioris in 4. diſt. 15. q. 21. qui abſolute loquens de coniecto in carcerem, ſiue in cuſtodiã, ſiue in pęnam, docet ſic captũ a iudice nec ante ſententiam iudicis, nec poſt eã fugere poſſe, de qua ſententia inf. dicemus. Ratio eius eſt, quia ſic captus vel condemnatus iã eſt actu ſub iure, & obedientia iudicis, quam fugiendo violat. Idem tenet Emanuel Sà in Aphoriſmis, verb. Iudicialis actus. §. De Reo.

Secunda eſt, quorundam Iuriſtarũ, vt Angeli in l. in eos. ff. de cuſtodia reorũ, & Paridis a Puteo, de ſindicatu. c. Qualiter autē probabitur. quos refert Couar. loco inferius citando, dicentium damnatum ad carcerē tꝑalē pro pęna criminis, tute fugere poſſe, quamuis hi authores de pęna iniqua loqui vñr, vt ibi Couar. inſinuat, nos aũt in hoc loco de pœna iuſte inflicta loquimur.

Tertia eſt dicentium, damnatum ad carcerem tꝑalem non poſſe exinde fugerę, damnatũ vero ad carcerem perpetuũ, vel ad triremes licite fugere poſſe. Sic Dom. Ban. 2. 2. q. 69. art. 4. dub. 2. concl. 5. & Mich. Sal. ibid. controuer. 2. concl. 4. Rō pro hac 2. parte eſt, quia carcer perpetuus comparatur ſeruituti perpetuæ, l. 2. ff. de liber. hom. exhi. immo ēt, & morti, l. ſeruitutem, ff. de reg. iu. Inn. in c. Qualiter, & qñ. 2. de accuſ. Pan. in c. 1. de collu. detegen. quo in loco Io. And. ait, grauiorē eſſe perpetuũ carcerem, q̃ abſciſſionē vnius digiti, vel fuſtigationē. Sicut ergo dãnatus morti, aut captus in bello iuſto ſeruus fugere põt, ita ēt dãnatus ad carceres perpetuos, & ad triremes licitè fugere põt abſq. reſiſtentia adminiſtrantiũ. Excipit aũt Sal. vbi ſup. duos caſus.

Primus eſt, qñ quis condemnatus eſſe a Sãcta Inquiſitione ad carcerem perpetuum, tunc. n. in fauorē fidei admittit nõ eſſe licitum fugere.

Secundus eſt, quoad illos Reos, qui cũ capitis ſnĩam mererentur, ipſis poſtulãtibus, & ex eorum conſenſu, mortis pœna commutata eſt in carcerem perpetuum, hi c. n. fugere nequeunt, eo quod ſuo conſenſu renunciarunt facultati fugiendi, quam habuiſſent ſi ex ſolo iudicis arbitrio ad perpetuum carcerem damnati fuiſsēt. Qui duo caſus abſque controuerſia certi ſunt, nec a quouis negari probabiliter poſſunt.

Quarta eſt dicentium condemnatum iuſte ad pœnam carceris, ſiue illa tēporalis ſit, ſiue perpetua, non poſſe abſq. reatu peccati mortalis fugere, ēt ſi fugere poſſet abſq. carceris effractione. Per carcerem autē hoc in loco, intelligimus locum arctum, & recluſum, & non ſolum locũ amplum in quo vagari quis poteſt, vt tota ciuitas, vel oppidum, tunc enim etiam fatente Salono vbi ſupra, non erit licitum fugere, cum talis carcer non æquetur ſeruituti aut morti. Hanc ſententiam expreſſe tenent Ange. verb. fugere. §. 1. Sylu. eo. Tabiena. verb. accuſatio. verſi. Decimo. Nauar. in Manua. c. 17. num. 101. & 102. Ioannes Driedo. lib. 1. de libertate Chriſtiana. c. 15. de ſtatutis ſecularium magiſtratuum. fol. mihi 226. Caiet. 2. 2. q. 99. artic. 4. dub. 2. Sotus lib. 5. de iuſtitia. quæſt. 6. artic. 4. poſt medium. Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 2. num. 14. Nauarr. in c. ſtatuimus. 19. quæſt. 3. quæſt. 16. nu. 63. Petrus de Arragon 2. 2. q. 69. artic. 4. dubio 2. ad ſecundum. Gregor. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 13. poſt concluſionem tertiam. in reſponſ. ad quartum. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. c. 66. Ignatius Lopez de Salſedo, in pract. crimin. c. 137. Emanuel Rodriquez de ordine iudiciali. ca. 14. concl. 3. & alij.

Quæ opinio, & communior, & verior mihi videtur. Pro cuius clariori intelligētia has propoſitiones breuiter ſubiũgam, prænotatis prius nonnullis circa hanc pęnam carceris perpetui, circa quam

6 *Notandum eſt*, Antiquitus pęnã hanc carceris perpetui loco capitalis pœnæ in vſu fuiſſe, cũ. n. nollēt delinquentes morti adiudicare, in carceres teterrimos conijcerę ſolebant, vt de Perſis, Siracuſanis, Meſſanis, & Romanis, Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genialium. c. 5. & Cælius Rhodigin. lib. 17. lection. antiq. c. 8. late tradunt. Huius ēt meminerunt Phyloſt. in lib. de vita Apollonij, & Dionyſ. Halicarnaſ. q de Italia ſcribens ait, ſunt qui confeſtim eam necatã puellam tradant, nec deſunt, qui malint cōiectam in occultum carcerem, eumq. perpetuum, vnde necatã eſſe vulgo traditum eſt, loquitur aũt de puella quadã, quæ tꝑe Amulij Regis Latinorum (qui Romulum præceſſit) perpetuis carcerib. in pęnam delicti adiudicata fuit. Et Valerius Maximus libr. 6. c. 3. qui refert Caium Vatiniũ, quod ſiniſtræ manus digitos ſibi amputaſſet, ne bello Italico militaret, publicatis bonis omnib. a Senatu æternis vinculis adiudicatum fuiſſe, & c. 8. meminit ſerui Caij Marij, qui ad carcerem perpetuum condemnatus fuit, & Cic. orat. 3. & 4. meminit huius pœnæ coniuratoribus ſocij Catilinæ poſt bonorum omnium confiſcationem inflictæ. Quæ pœna etiam in vſu eſt in pluribus locis, & prouincijs, ut conſtat.

Quod vero carcer nõ ſolum ad cuſtodiã, ſed etiā ad pęnā perpetuam iure Pontificio imponi poſſit, conſtat ex decreto Bonifacij Papæ VIII. c. Quamuis. de pœnis. in 6. poſſe autē carcerem in pęnam deputari, colligitur etiam ex ca. *Si quis clericus. diſt. 81. & c. de lapſis. 16. q. 6. & c. vt commiſſi. de hæret. in 6. & Clem. 1. §. ſane. tit. eod. & c. Excommunicamus. 2. de hæret. in antiq. & c. Nouimus. de verbo. ſignific.* & alibi ſæpe. Cuius ratio potiſſima eſt, qa cum ſacri Canones, pijſſima, & materna benignitate mortis pęnam nō infligant, ne tñ crimina impunita manerent, neceſſarium fuit pro grauiorib. criminib. pœnam hanc ſtatuere, quā eccleſiaſtici iudices non ſolum contra clericos imponere poſſunt, ſed ēt cōtra laicos, pręſertim in cauſa hęreſis, vt ex dictis canonib. cōſtat maxime ex d. ca. excommunicamus. 2. de hæret. & referunt Simanch. de cathol. inſtitutio. titulo 16. num. 17. & Salſedo, vbi ſupra, & late de hac punitione hæreticorū, ad carceres perpetuos, Franc. de Pegna ad Direct. Inqui. par. 3. ſchol. 142. His ita de hac pœna præſuppoſitis, ſit

7 Prima Propoſitio, Qui coniectus eſt in carcerē, nec dum ad eum tanq̃ ad pęnam condemnatus, licite fugere poteſt. Eſt contra Io. Maiorē, hanc tñ tenent omnes alij tam tertię opinionis, vt Salon loco citato concl. prima, quam quartę ſententiæ authores, Petrus de Arragón, & alij.

Rō eſt euidens, quia nemo tenetur in conſciētia ſoluere pęnā ante cōdemnationem, manere aūt in carcere pęna quædā eſt, vt cōſtat; Nec fugiēdo inobediens eſt, qa vtitur iure ſuo fugiendi, ſi poſſit, quouſq. ad eā pœnā ſit condēnatus.

8 Secūda Propoſitio, Laicus, ſiue clericus, qui ad carcerem temporalem, aut perpetuum iuſte condemnatus eſt, non poteſt abſq. peccato exinde licite fugere, Sic omnes quos ꝑ quarta ſententia retulimus.

Rō eſt, quia licet ante iudicis ſnīam nemo pęnam ſoluere teneatur, poſt condemnationem tñ obedire tenetur, quia hæc pœna eam conditionem habet, vt alterius, quā puniti executione non indigeat, & ideo is damnatus cenſetur ad eam propria cooperatione ſubeundā, vnde eam in foro conſcīæ ſubire tenetur, ſicut quilibet obedire tenetur iuſtitiæ legali in illis actionibus; quas licite exercere pōt. Et confirmatur, quia ſicut tenetur exulare, qui cōdēnatur ad exiliū, & qui condēnatur, vt non exeat de ciuitate, tenetur non exire; ita ēt, qui ad pęnā carceris condemnatur, obedire tenetur, nec ſine pctō exire pōt, quod intelligendū eſt, dummō dentur ei neceſſaria àd vitæ ſuſtentationem, alias. n. fugere poſſet. Quocirca Nauarr. vbi ſup. teſtatur ſe reſpondiſſe cuidam ſacerdoti, qui a longinquo in vrbem venerat, iuſte damnatus ad ſeruiendū perpetuo cuidā Hoſpitali, obligatum fuiſſe eū ad redeundum in illud, niſi Papa pœnam illā ab ordinario loci illi iniunctam, relaxare vellet, q̃ tamen relaxare noluit, vnde reuerſus eſt ad locum illum prout ei impoſitum fuit.

Idem de eo dicendū eſt, qui condemnatur ad carceres donec pecunias, & debita ſoluat, exinde. n. fugere nequit ex Couar. Gregor. de Valentia, vbi ſup. quod tamen limitant Nauar. in Manuali. c. 17. nu. 101. Emanuel Sà. in Aphoriſmis. verb. Iudicialis actus. §. De Reo. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controuer. 3. concl. 4. Ludouicus Lopez par. 1. inſtr. conſcien. c. 66. dummodo exeundo nulla ſpes extaret ſoluendi. Si. n. fugeret cum bona intentione dandi operam, vt ſuo labore, vel aliter conquirat, vnde ſuis creditorib. ſatisfaciat, quod manendo in carcere facere nō poſſet, tunc a pctō excuſandus erit, ſi fugiat, qa fruſtra ibi tunc in carcere detinetur, et quia hoc rōnabiliter velle debent eius creditores, qa ſic melius eorū negotiū liberatus e carcere geret.

Idem etiam dicendum eſſe exiſtimo de condemnatis ad triremes, non. n. poſſunt inde fugere. Nec valet Ratio in contrarium; Quamuis. n. hoc vitæ genus ſit veluti quędā perpetua mors, & ſeruitus, eſt tamen mors quædam, quæ non ſolum conſiſtit in paſſione illorum hominum, ſed etiam in actione illorum; vnde cum iuſte ad hanc pœnam condemnari poſſunt, conſequenter ſententiæ huic obedire debent, & fugiendo omitterent actum eius iuſte iniunctum.

De ſeruis autem in bello iuſto captis, alia eſt rō, cum vt alibi diximus, ſꝑ hac conditione facti ſunt ſerui, vt ſolum maneant in ſeruitute illa, quouſq. commode fugere poſſunt, iſti vero ad hanc pœnam ratione delicti condemnantur, quam propterea patienter tolerare debent.

9 Tertia Propoſitio, Quamuis laicus, & clericus ſecularis licite fugere poſſint e carcere nulla violentia cuſtodib. facta ante condemnationem, Religioſus tamen a ſuo pręlato in carcerē ſui Monaſterij iuſte cōiectus nec ante, nec poſt condemnationem exinde abſq. peccato *regulariter* fugere poteſt.

Sic expreſſe Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. in reſponſione ad dubium ſecundum. Nauarr. in c. ſtatuimus. 19. q. 3. num. 63. q. 16. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controuer. 2. poſt concluſionem ſecundam. Domin. Bannes, & Petr. de Arrag. ibidem. & Salſedo in prac. crimin. c. 137. Ratio eſt, quia Religioſi libera ſua voluntate priuauerunt ſe poteſtate exeundi extra clauſtra ſupponentes ſe per tria vota obedientiæ, & iudicio Prælati. Si ergo illi, qui ſunt extra carcerē, exire nequeant extra clauſtra Monaſterij ſine ſuperioris licentia, cuius arbitrio ſeipſos ſubiugarunt, c. *Non dicatis. 12. q. 1. & c. Quorundam. de elec. in 6.* ita vt velle, & nolle non habeant, c. *Si religioſus. de elect. in 6. & c. religioſi. de ſepult. in 6. & c. Religioſus. de teſtamen. In 6.* multo minus illi, qui ſunt in carcere, exire poſſunt, cum iſti quantum ad hoc, melioris conditionis eſſe non debent, quam illi, qui ſub obedientia degunt. Vnde Nauar. vbi ſupra grauiter religioſos quoſdam reprehendit, qui ad vrbem refractis repagulis carceris ſuorum monaſteriorum ſine licentia, aut ſine ordinis ſui habitu acceſſerunt. Atque adeo reſpondiſſe ſe teſtatur cuidam religioſo condemnato ad perpetuum carcerem a ſuo Prælato, qui venerat ad vrbem, obligatum eum in conſcientia fuiſſe ad redeundum in carcerem perpetuum, in quem iuſte dānatus fuit.

10 *Limitanda* tñ eſt hæc propoſitio *primo*, vt procedat ſolum in iuſta carceris pęna, & legitimo iuris ordine ſeruato; Si. n. iniuſta fuerit, & quam

in foro conſcientiæ nullus ſubire tenetur, fugere poteſt.

Secundo, Non procedit, quando præcedens ſnĩa iuſta fuerit, modus tñ exequendi ſit iniuſtus: vt vt cũ quis iuſte damnatur ad carcerẽ temporalem, vel perpetuum, ſed tñ iniquus carceris cuſtos ſuo proprio motu, vel alterius iuſſu iniuſte illi cibũ neceſſarium ſubtrahit, aut veſtitum neceſſarium, vel ignẽ ad vitam ſuſtentandã neceſſariũ illi denegat: & dat exẽplum Nauarrus vbi ſupra de eo, qui cuidã regulari ſolas quinas vncias panis cũ aqua in dies ſingulos miniſtrabat, & q media hyeme in loco frigidiſſimo ſolã tunicã permittebat; q nocte, ac die ignẽ denegat', q in loco ſubterraneo humidiſſimo, & obſceno abſq. ſtragulo humi dormire cogit, vel alia ſimilia facit, tũc. n. vt Nauarrus, & Salſedo, vbi ſupra, affirmãt, licite fugere põt, cũ ex eis mors iuſte timeri poſſit, adduntq. ſic conſulentes, mandantes, & facientes nõ ſolum peccare mortaliter, ſed ẽt incidere in irregularitatẽm, ſi exinde mors ſequatur, iuxta ea, q̃ to. 1. Theſauri lib. 6. c. 18. dub. 14. n. 23. latius expoſuimus. Et quæ in hoc dubio diſputata ſunt, procedunt ſolũ, quando quis ad carcerem damnatus eſt, in ſolam ſui criminis pęnam, vt diximus.

1 DVBIVM Tertium eſt, An iuſte dãnatus ad mortem, & in carcerem coniectus in cuſtodiã exinde licite fugere poſſit, vt mortem euadat. Etidem de eo, qui damnatur ad aliquam mutilationem membrorum, aut ad flagella.

Intelligitur aũt præſens quæſtio ſolum quãdo ex fuga cuſtos carceris nullũ dãnum patitur, nec fugiens iudici, aut cuſtodib. vim inferat, aut carceres effringat, aut vĩcula rũpat, nã de nõ inferẽda vi iudici, aut miniſtris ante diximꝰ dubio primo, de alijs dicemus in ſequentib. In hac re

Prima opinio, docet nõ eſſe licitum fugere. Sic Bar. in l. Relegati. ff. de pęnis, quẽ refert, & ſequtur Panor. in c. 1. nu. 3. de teſtibus cogendis. Fel. in c. 1. num. 43. de conſtitu. Andreas ab Exea in repet. c. Canonum ſtatuta, nu. 341. & nu. 346. de cõſtit. Ang. in verbo, fugere, §. 1. citãs Anto. dummodo, inquit, pc̃tm̃ ob quod damnatus ſit, publicũ ſit, ſecus ſi eſſet occultũ, fauet gloſſa in c. ius gentium, in verbo, *ſeruitutes*, diſt. 1. dicens peccare captũ in bello iuſto, & ex hoc capiẽtis ſeruũ effectum, ſi a Dño fugerit, & Io. Maior. in 4. diſt. 15. q. 21. etiamſi, inquit, ianua eſſet aperta. Ratio pro hac opinione eſt, Quia tenetur q̃s parere iuſtæ ſnĩæ iudicis. Sed fugiens ex carcere non obedit iuſtæ iudicis ſnĩæ, eo ipſo. n. quod fugit, impedit iuſtitiam, & non vult pati mortem, aut mutilationem iuſte inflictam. Ergo faciendo contra id, quod debet, peccat. Confirmatur hæc ratio, Quia cum iudex efficaciter intendat ſententiæ executionem, conſequenter vult, & iubet Reum in carcere manere, alioqui, n. proceſſus iudicii efficax non eſſet.

Secunda ſententia eſt dicentium, licitũ eſſe Reo condemnato ad mortẽ, vel ad aliã corporis pęnã, & in carcerẽ, tanquã in cuſtodiam cõiecto, exinde licite fugere, quãdo oſtiũ eſt apertũ. Sic Henricus de Gãdauo Quodlib. 9. art. 25. Anch. & Imol. in clem. Paſtoralis. de ſentent. & re iud. S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad ſecundũ. Caiet. ibid. dub. 2. Sotus lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4. Ioan. Driedo. lib. 1. de libert. Chriſt. c. 15. pagina mihi 226. Archid. in ca. Cum homo. 29. q. 5. Syluest. verb. accuſatio. quę. 16. & in verbo, fugere. Tabiena, verb. accuſatio. verſ. Decimo, & verb. fugere. Nau. in c. ſtatuimus, 19. q. 3. nu. 63. q. 16. & in Manuali, c. 17. n. 102. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. conclu. 6. in fine, Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 2. n. 10. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controuer. 2. concl. 2. Dom. Ban. & Petrus de Arragon. ibid. Gregor. de Valen. to. 3. diſput. 5. q. 13. puncto 4. concluſ. 3. Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. conſcient. c. 66. Ignatius Lopez Salſedo in pract. crim. c. 137. Emanuel Rodriquez tract. de ordine iudiciali, c. 14. concl. 3. Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd. c. 58. Emanuel Sà in Aphoriſm. verb. Iudicialis actus, §. Reus, & alii cõmuniter.

Ratio eſt, Quia inclinatio, quã quiſq. habet ad propriã vitam tuendã, adeo naturalis eſt, atque vehemens, vt licite vnuſquiſq. iure naturę, & gentium ea facere põt, quæ non repugnant alicui iuſto præcepto iudicis. Sed iudex diſcuſſa iam cauſa & pronunciata mortis ſententia, aut mutilationis, nullum prorſus actum interiorẽ, aut exteriorem faciendum Reo præcipit, aut vllum omnino actum ei prohibet. Ergo fugiendo è carcere ad vitam ſaluandam non peccat contra aliquod iudicis præceptum.

Etenim ſi rẽ diligenter attendamus, iudex diſcuſſa, & examinata cã, ſolum pronunciat Reũ dignũ eſſe morte, aut alio ſupplicio, atq; adeo miniſtris iuſtitiæ iubet, vt ſuo tp̃e ſnĩam ſuam exequantur; Cum igitur per eiuſmodi ſnĩam iudicis nullus actus Reo præcipiatur, neq; ecõtra ꝓhibeatur ei aliquid, quo alias licite ſcd̃m ius naturæ vitam ſuam conſeruare põt ex naturali inclinatione, & charitate erga ſeipsũ, cõſequẽter id oẽ facere põt abſq. alterius iniuria, quo vitã cõſeruare poſſit. Immo vero cũ manere in carcere ſit aliq̃d facere, ex quo ſeq̃tur mors, aut aliud dãnũ corporis ei, nõ ſolet aliqua lex humana, vel iudicis ſnĩa condemnare aliquẽ ad pęnã capitis, & ſimul ad manendum in carcere, vt S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 4. ad ſecundum, & alii tradiderũt. Cũ ergo ex vna parte manẽdo in carcere ſequi poſſit mors, q̃ fugiendo vitare poſſit, ex alia vero parte, nec vllo iudicis præcepto ibi manere præcipitur, aut non fugere, & naturalem inclinationem habet ad vitam omnibus viis licitis conſeruandam, arripiendo fugam iure ſuo vtitur, nec aliqua ratione peccat, dummodo miniſtris iuſtitiæ fugiendo non inferat violentiam.

Ad argumentũ in contrariũ *Reſpondetur*, te-
12 neri ſolũ parere ſnĩæ iudicis, & legibus patiẽdi pęnã mortis, qñ a miniſtris iuſtitiæ infertur, Neque fugiendo violat p̃ceptũ *negatiuum* de nõ impedienda iuſtitia, hoc. n. pręceptũ ſolũ obligat Reũ, vt non faciat actũ illicitum afficiendo iniuria iudicẽ, aut iuſtitiæ miniſtros, quo iuſtitiam ĩpediat, nõ aũt eũ obligat ad nõ omittẽdũ actũ, quo iuſtitiã ꝓcuret manẽdo in carcere. Fugiendo igitur non violat pręceptũ *negatiuum* propriè de iuſtitia impediẽda, ſed ſolũ nõ facit actũ affirmatiui p̃cepti procurãdi iuſtitiam, ad quẽ actũ

non tenetur Reus, ſed ſolum miniſtri iuſtitiæ.

Ad confirmationem *Reſpondetur,* ad hoc vt efficax ſit proceſſus, & ſnĩa iudicis, ſatis eſt, quod miniſtri iuſtitiæ iubeantur Reũ cuſtodire, quare ſoli miniſtri peccant, quando ex eorũ culpabili negligentia Reus fugit: Reus autem fugiendo vtitur iure ſuo. Immo Paris de Puteo in tract. de ſyndicatu. c. Qualiter autẽ probabitur. quẽ refert, & ſequitur Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 2. nu. 11. verſ. Tertia ſpecies, docent, Reum ſic fugientem è carcere quando videt ianuam apertam, non puniri tanquam carceris effractorem, ſed tanquã euaſorem ſcilicet, arbitrio iudicis, & pęna mitiori, arg. l. 1. ff. de effractoribus.

13 DVBIVM Quartũ eſt, An iuſte captus a iudice, & cõdẽnatus ad mortẽ, teneatur fugere ſub peccato a carcere ſi videat oſtium apertũ, an vero licite manere poteſt. Et eadem eſt difficultas an ferri poſſit ſententia mortis, vt ſimul per eã iuberetur Reus manere in carcere? Quoad primam difficultatem duæ ſunt ſententiæ.

Prima opinio ait teneri fugere ſub peccato. Sic Imola in Clem. paſtor. de ſent. & re iud. & Fel. in c. 1. de conſt. n. 43. & tribuitur S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. aſſerẽti damnatũ iuſtę a iudice ad mortẽ nõ poſſe manere in loco, ſed debere fugere, quia, inquit, non tenetur facere id, vñ mors ſequitur, hoc eſt manere in carcere. Vñ a cõtrario colligunt S. Thomã velle teneri fugere, ne manẽdo faciat id vñ mors ſequatꝛ, & ſui homicida ſit, ſicut homicida ſui eſt, qui dãnatus ad mortẽ, vt fame pereat, oblatum cibum non ſumeret.

Secunda opinio eſt dicentium tã detentũ in carcere pro crimine morte digno, q̃ iuſte damnatũ ad mortẽ poſſe abſq. peccato data ẽt fugiendi opportunitate in carcere manere, nec teneri fugere. Sic Sylueſter in verbo, fugere. Tabiena, verb. accuſatio. §. Decimo, Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 2. n. 8. & n. 9. & n. 10. verſ. Sexto, citãs Ioã. Maio. in 4. diſt. 15. q. 22. Sot. li. 5. de iuſt. q. 6. ar. 4. verſ. *At uero ratio.* Mich. Salon 2. 2. queſ. 69. ar. 4. controuer. 2. concl. 2. in examinatione argumẽti S. Thomæ, Petrus de Arragon. ibidẽ, verb. *contra id quod dicit S. Thomas,* Dom. Bannes ibid. ar. 4. in fi. Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. Iudicialis actus, §. De Reo Pro cuius intelligentia, & ſolutione argumenti in contrarium allati

14 *Notandum eſt,* Actus poſſe eſſe duplicis generis: Quidam. n. actus ſunt, qui directe, & immediatè ex propria ſua natura tendunt ad mortẽ, vt occiſio ſui, mutilatio membrorũ, deiectio ex loco imminenti, aut in furca, vbi ſuſpendendus eſt, appoſitio funis ad collũ, potatio veneni, apertio venæ, vñ totus ſanguis ꝓfluit, &c. Alii vero ſunt actus, q non immediate in crimẽ, & delictum, aut ad mortẽ ex ſua natura tendũt, vt exulare, aſcendere furcã, extendere collũ, aut manus carnifici, manere in carcere, &c. Hoc p̃ſuppoſito, facile probari põt ſecunda opinio, quia licet nemo poteſt exercere actus primi generis, hoc enim eſſet ad ſuiipſius mortẽ, & occiſionẽ cooperari, quod nunquam licet, actus tamen ſecundi generis exercere poteſt, quia actus iſti ex ſua natura non ordinantur ad damnũ vitæ, aut corporis, & tales ſũt, vt eas pati nequeat, q̃n ad eas concurrat faciendo, nec p alios cõmode fieri poſſunt. Vñ quamuis fiant cum aliqua moleſtia, & dãno corporali, & exinde ꝓbabiliter expectetur mors, licite tñ a quouis exerceri poſſunt. Põt igitur quis ad mortẽ condemnatus in carcere manere, vt mors illi inferatꝛ a miniſtris iuſtitiæ, actuſq. iſte ex circũſtantia cohoneſtatur, puta vt delicti fiat ſatisfactio, eiuſq. punitio in aliorum exemplum ſit, vt ab hmõi ſcelerib. abſtineant. Qua etiam de cã licite martyres poterant non fugere ex carcere, ẽt data opportunitate ob fidei teſtimoniũ, collaq. ſua percutiẽti ſubmittere iuxta ea, quæ in c. Non eſt noſtrũ. 23. q. 5. ex D. Hieronymo habentur. Sicut igitur vt Act. 16. conſtat, licitum erat Paulo, & Sylæ manere in carcere ẽt ianuis carceris diuina virtute apertis, ob fidei teſtimoniũ, ita qui iuſte ad mortem damnatus eſt, in carcere, ẽt data fugiẽdi opportunitate, manere poteſt iuſta ex cã, puta, vt actũ iuſtitiæ ſuſtineat, & pęnas pro delicti qualitate patienter tolleret. Neq. hoc vnquã S. Thomas negare voluit: Sicut nec vnquam, vllius loci interpretes docent, affirmauit manere in carcere eſſe ſeipſum occidere, ſed ſolũ docuit non teneri manere in carcere, cũ exinde mors ſequi poſſit, qđ eſt manifeſtũ, vnde infert tene ſolum pati mortem, q̃n, ſ. a miniſtris infertur nec poſſe eis iuſte inferentibus eam reſtituere.

Quoad aliam difficultatem, quãuis Sotus lib. 5. de iuſt. q. 6. ar. 4. Ludou. Lopez par. 1. inſtruc. conſc. c. 66. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 69. art. 4. & Mich. Salon ibid. cõtrouerſ. 2. concl. 2. dicãt, non poſſe quempiã lege humana, aut ſnĩa iudicis condẽnari ad mortem, & ad manendũ ſimul in carcere, eo qđ pugnet cũ naturali inclinatione, q̃ habet homo ad ſe conſeruandũ: Mihi tñ magis placet ſententia Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 4. dub. 2. & Gregorii de Valent. to. 3. diſp. 5. q. 13. puncto 4. poſt concl. tertiam. in reſponſ. ad tertium. aſſerentium, quod licet hoc fieri nõ valeat, nihil tñ obſtat, quo minus fieri poſſit, atque adeo ſi talis ſnĩa ferretur, non poſſet ſic dãnatus fugere, ſed teneretꝛ ibi manere, ſicut tenetur alijs iuſtis ſnĩjs parere. Nec hoc eſſet damnare eum ad mortẽ ſibi inferendam, ſed ad manendum infra terminos loci illius. Deinde vero nõ minor ſit inclinatio ad vitã ipſam, quam ad conſeruationẽ eius, ſi quis iuſta ſnĩa vita ipſa priuari poſſit, ẽt actu quodam, (ſcilicet, fugiendi quo alioqui licite vitã poſſet conſeruare, p iuſtam ſnĩam orbari poterit, atq. adeo ſi exigente grauitate criminis quiſpiam, aut lege, aut ſententia, non ſolum ad mortẽ, ſed ẽt ad non fugiendum ex carcere condemnaretur, exinde abſq. peccato, ẽt oblata opportuuitate fugere nõ poſſet. Quẽadmodũ licet martyrib. cõceſſũ ſit nõ nunq̃ aut è carcerib. fugere, aut ibi ſi velint manere, q̃nq. tñ manere tenentur, nec fugere poſſunt rõne fidei, & ſcandali, qa. ſ. primã tueri, ſecundã vero vitare tenentur, vt ipſemet Sotus vbi ſupra concedit; Sic etiã cum manere in carcere, nõ ſit intrinſece malũ, nec actus ad mortem immediate directus, ſed pęna quædã non ſe conſeruandi, ad eam iuſte ex graui cã condemnari quis licite poterit, quo ſane in caſu ibidẽ nõ obſtante naturali inclinatione quam habet ad vitæ ſuæ conſeruationem, manere tenebitur.

5 DVBIVM Quintum eſt, An ſit licitum Reo, vt pęnam corporis euadat corrumpere cuſtodes pecunia, aut dono.

Reſpondeo id licitum eſſe. Sic gloſſa in ca. inter cetera, §. *ſed cum his omnibus*, in verb. *decepti*, in fine, 22. q. 4. & Ang. in verbo, fugere. §. 1. & Tabiena, in verb. accuſatio. §. Decimo. Rō eſt, qa Reus ius hēt conſeruandi vitam ſuā. Ergo corrūpere pōt cuſtodes, & periculum vitæ ſuę redimere. facit ad hoc c. *Ephemium*. §. *Notandum*. 2. q. 5. & l. 1. ff. de bon. eorū qui mor. ſibi conſci. vbi dicitur, *Ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuū qualitercunq. redemptum voluit*, facit ēt quod docet S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad ſecundum, cum dicat, damnatum vt fame pereat, cibum ſumere poſſe. Quamuis enim non ſit redemptio iniuſtę vexationis, cum vt ſupponimus, non vexatur contra iuſtitiam, ſed legitime cuſtoditur in carcere, eſt tamen redemptio periculi vitæ cum tanta pecunia, id quod licitum eſſe videtur.

Quod ſi exinde cuſtos carceris dānū patitur, immo ēt illi iniuriam infert, id ſibiipſi, non Reo imputare dēt, cum ſciens, & volēs corrūpi ſe ſinat; ſcienti. n. & volēti non fit iniuria, *argu. Regu. 27. ſcienti, de Reg. iur. in 6.* Reus aūt iure ſuo vtitur.

6 DVBIVM Sextum eſt, An licitū ſit Reo decipere cuſtodē abſq; vi, & iniuria illi illata, ſ. cibū, & potū ei præbendo, vt dormiat, vel aliqua alia arte vtēdo, vt tātiſper cuſtos abſēs ſit interim dū Reus tp̄s, & locum acquirit fugiendi? In hac re certū eſſe dēt nullam vim cuſtodi inferri licite poſſe, vt Reus aufugiat, vt omnes fatētur. Sic ēt abſq. controuerſia eſt nullam fraudem ita componendā eſſe, vt per eam ignorātia probabilis ſit in cuſtode; Quia quotieſcunque per fraudem ignorantia talis gignitur, in cuſtode erga officiū ſuum, non patitur illud dānū ſciēs, & volens, qđ ex fuga delinquētis cōſequi ſolet. Solum igitur difficultas eſt, qn̄ delinquentium inſidiæ ita ſint arte cōpoſitæ, vt cuſtos probabiliter ſcire, ac cōijcere poſſit artē, & īſidias, adeo vt ſi illas ignoret, negligēs, & imperitus haberi poſſit, & debeat. In quo caſu licitum eſſe puto Reo talib. inſidiis vti, dūmodo non ſit in verbis mēdaciū, ſed verba ambigua, & æquiuoca ſint; Et ſimiliter ſi ſignis, nutib. aut factis æquiuocis vtatur. Cuius rei hæc ratio aſſignari pōt, Quia ſi mendacium eſt, nunq̄ licitū erit, cū mendaciū oē intrinſece malū ſit, ita vt a culpa excuſari nō poſſit, q̄uis ad vitā cōſeruandam eo ſit vſus: At vero qn̄ eſt æquiuocatio in verbis, ſignis, aut factis, tunc Reus eo ipſo, quod hēt ius conſeruandi vitā ſuā, ſimiliter ius habet vtendi verbis, ſignis, vel factis æquiuocis, cuſtoſq. ſibi imputet, qn̄quidem verba, uel facta æquiuoca ſunt, & ab hoīe perito, & experto facile intelligi poterant. Qua ratione in bello licitæ ſunt inſidię, vt communiter tradunt authores; Immo etiam in ludis inſidiæ, & æquiuocationes vtrique ludenti communes excuſant a culpa, vt conſtat.

7 DVBIVM Septimū eſt, An licitū ſit Reo fugere, qn̄ probabiliter videt incōmodum ſubſecuturum in cuſtode, ex eo ſcilicet, quod puniet̄ cuſtos, aut alii ētſi ex carcere fugiēt. Prima opinio eſt Io. Maioris in 4. diſt. 15. q. 21. dicentis nō eſſe licitū in hoc caſu fugere. Ratio eſt, Quia nemo hēt ius tuendi vitā ſuam cū damno alterius. Sed ex eo, qđ dānatus ad mortē e carcere fugiat, cuſtos graue dānum incurrit, cōtra quem, vt conſtat, lege agitur, Ac proinde non erit licitū Reo cum tanto damno cuſtodis e carcerib. fugere.

Secunda opinio eſt dicētiū licitum eſſe Reo in hoc caſu, data fugiendi opportunitate, e carceribus fugere. Sic expreſſe. Io. Driedo. lib. 1. de libert. Chriſt. ca. 15. pagina 226. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. dub. 1. Pet. de Arrago. ibid. dub. 2. Mich. Salon, ibid. cōtrouer. 2. concl. 2. & 3. Dom. Ban. ibid. dub. 2. concl. 1. Sotus lib. 5. de iuſtit. quęſ. 6. art. 4. ad ſecundū. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. conclu. 6. in fin. Sylueſt. verb. accuſatio. quęſ. 16. & in verb. fugere. Tabiena, verb. accuſatio. §. Decimo, & verb. fugere. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 13. puncto 4. concl. 3. Emanuel Rodriquez tract. de ordine iudiciali, c. 14. concl. 3. Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd. c. 58. Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. Iudicialis actus, §. de Reo, Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 2. n. 9. & alii. Id quod procedit, etiamſi cuſtodi ex fuga ſua, & aliorum damna ſequantur.

Ratio eſt, quia ſic fugiēdo Reus vtit̄ iure ſuo ad vitam conſeruandā. Qđ ſi exinde dānum ſequitur in cuſtode, illud oīno per accidēs eſt, & præter intentionē fugientis, atq. adeo qcquid mali inde cuſtodi a iudice infert̄, nō fugiēti, ſed cuſtodi imputandū eſt, qui permiſit, vt tp̄s, & locum fugiendi Reus haberet. Et cū ad hoc officiū cuſtos aſſumitur, cū iſto periculo illud aſſumit qn̄quidem officium cuſtodis huiuſmodi pericula, & damna habere ſolet. Atq. ita ſolutum eſt argumentum in contrarium allatum.

18 DVBIVM Octauū eſt, An ſicut Re⁹ ad mortem cōdemnatus licite e carcere fugere poſſit, licite ēt compedes limare, ac fores infringere, & murum perforare, & alia ſimilia facere poſſit, vt pęnam euadat, atque e carcere fugiat? in qua re duæ ſunt diuerſæ ſententiæ.

Prima eſt Negatiua. Sic Henricus de Gādauo Quodlib. 9. art. 25. & 26. Io. Maior in 4. diſt. 15. q. 22. Couar. li. 1. variar. reſol. c. 2. n. 14. Sylueſt. in verb. accuſatio. q. 15. & in verb. fugere. Angel. verb. fugere §. 1. Tabiena, verb. accuſ. §. Decimo. Rō Henrici eſt, quia ſicut licitum eſt vnicuique per agrū alienū tranſire, ſepem tamen agri illius dirumpere nō licet, ſine eius iniuria: ita etiam condemnato ad mortem licitum eſt fugere e carcere, dum fores patent, vincula tamen, & carcerem effringere non licet.

Summiſtæ id probant, Quia hæc eſt q̄dā iniuria, quæ fit miniſtris iuſtitiæ, quib. non ſolū fit iniuria in ſuis perſonis, ſed ēt in rebus ſuis ad iuſtitiā pertinentibus, vt eſt carcer. Demū id probat Couar. qa in iure ciuili infligitur pęna capitis ſic fugientib. vt cōſtat ex l. 1. ff. de effrac. & in l. Milites. §. Eius, ff. de re milit. Et ī l. in eos, ff. de cuſtodia, & exhibitione reorū, imponit̄ eis grauiſſima pęna, & additur, illis eam pęnā, iniungēdam eſſe, quāuis alioqui in cauſa principali innocentes reperirētur. Quę ſane pęnæ iuſtę nō eſſent, ſi licitum eſſet carceres effringere: pęna namque capitis, aut alia grauis, puta exilii, aut condemnationis ad triremes, non niſi ob culpā mortalem infligi poteſt, vt Doctores communiter tradunt.

Secunda eſt Affirmatiua, q̃ ſequuntur Ioannes Driedo. lib. 1. de libertate Chriſtiana. c. 15. pag. mihi 226. Caiet. 2. 2. q. 96. artic. 4. dub. 3. Mich. Salon ibid. art. 4. cōtrouer. 2. concl. 3. Dom. Bannes ibid. dub. 2. concl. 3. Pet. de Arragon. dub. 3. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 6. artic. 4. Gregor. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 13. puncto 4. poſt concluſionem tertiā ad quintū, immo Tabiena ſibiipſi contrarius in verb. carcer. in principio, & in verb. Iurare, §. Decimo, dub. 4. citant ēt Caieta. vbi ſupra. Nauar. in Man. c. 17. n. 102. Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. Iudicialis actus, §. de Reo. Toletus lib. 5. c. 58. inſtruct. ſacerdo. & alii, quæ mihi etiam verior videtur. Ceterum ad maiorē huius difficultatis explicationem breuiter ſequentes propoſitiones apponam.

19 Prima Propoſitio: Nō eſt licitū Reo, vt fugiat, vim cuſtodi carceris inferre, id qđ patet ex dictis in dubio 1. Non. n. poteſt eum ligare, aut os obſtruere ne clamet, multoq. minus eū occidere, aut percutere eū pōt, aut aliquo alio damno corporali afficere. Et qđ de cuſtode dictū eſt, de iudice, & aliis ēt iuſtitiæ miniſtris intelligendū eſt, colligiturq. hoc ex illo Rom. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Rō etiā eſt euidens, quia bellū non poteſt eſſe ex vtraq. parte iuſtū, niſi qñ alterum ignorantia excuſaret. Cū ergo cuſtos, & miniſter iuſtię ius habeat detinendi Reū, & procurandi ne fugiat, cōſequēter Reus non hēt ius inferendi illi vim, & iniuriā, vnde ſi inferret, & fugeret, grauiter peccaret. Non tñ cenſetur vim inferre, ſi cuſtodē dū ſe tenet poſt ſe fugiens traheret, vt recte Sotus vbip. ſunotauit, & eum ſequitur Emanuel Sà vbi ſupra.

20 Secunda Propoſitio: Qñ reus licite fugere poteſt e carcere, licite etiam carceres, & vincula rumpere poteſt, vt fugiendo vitam ſaluet.

Ratio eſt, quia cū ius habeat cōſeruandi vitā & proinde fugiendi, cōſequenter tollere pōt citra vim illatam iuſtitiæ miniſtris, oīa illa impedimenta, quib. alioq exire poſſet, ac proinde vincula, & carceres abſq. peccato rumpere valet. Hæc. n. omnia non ad vim, & pugnā, ſed ad ſolā fugam pertinent. Et certe nimis durum eſſet affirmare, non poſſe Reū funes, quib. manus ligātur, diſrumpere. Si igitur licitum ſit Reo nodū quo ligatus eſt, diſſoluere, etiam qñ captus eſt a miniſtro, & ductus ad carcerem, ex oīum conſēſu, & ſe in pedes dare: pari rōne, & ferrea vincula limare, & murum perforare poteſt, & hoc etiamſi ſciat alios ēt vinctos ad mortē damnatos ſecum exituros: Ipſe enim ſuo tantum iure vtitur, nec ei cura alios cuſtodiendi incumbit.

Confirmatur hæc rō, qa ius carceris non videtur adimere Reo ius fugiendi, & perfringēdi illum; ſiquidē ex ipſa carcerum inſtitutione ad cuſtodiam Reorum, ſolum vr̄ eſſe natū hoc ius, vt delinquētes nullam in ſuis perſonis iniuriā cuſtodib. inferant, & cuſtodes, & alij officiales, & miniſtri iuſtitię vñr tacite officium ſumere cum hoc periculo, & dāno, vt interdum ſciant carceres eſſe perfringendos. Immo vero vr̄ eſſe veluti tacita cōditio inter officiales iuſtitię, & Reos ipſos, vt delinquētes ſi carceres ꝑfringant, pœnæ capitis exponantur (quam ſane pœnā delinquētes in conſcientia ſubire tenentur, poſtq̃ damnātur ſententia iudicis propter fugam, & carceris fractionē) & ipſi officiales carceris hoc periculum ſubeant, & omni cura qua poſſunt carceres muniant, & cuſtodiant. Vnde ſequitur licite poſſe Reum maiori ratione claui adulterina vti ad oſtium carceris aperiendum, quandoquidē in hoc caſu non eſt tanta iniuria, quanta eſt fractio carceris, vt conſtat, & authores etiam primæ ſententiæ fatentur.

21 Argumenta vero pro ſnīa prima adducta facile ſoluuntur. Ratio. n. Henrici non valet, non licet rūpere ædes vicini alieni, & ingredi, aut ſepem frangere, & per agrū tranſire, qa nemo priuatus hēt ius ad ingrediendū domum alterius, aut ad tranſeundum per agrū eius, niſi ex cōſenſu ipſius, & eo ſolum mō, quo ipſe cōſentit; nō aūt conſentit, vt dñs eius parietem, aut agri ſepē dirumpat, vnde ſi illa diruat, grauē illi infert iniuriā, & grauiter peccat; ceterum in caſu nr̄o, Reus, vt diximus, ius hēt fugiendi, vt vitam ſuā ſaluet, & proinde impedimēta fugæ tollere pōt; Quinimmo conſtat licitum eſſe ſepem rūpere, quando ad vitam conſeruandam id faceret, vt rectè Gregorius de Valent. vbi ſupra in reſponſ. ad tertiam confirmationem annotauit.

Alterum vero Summiſtarū pari mō dilui pōt negādo inferri vim iuſtitiæ miniſtris ex carceris, & vinculorū fractione. Si quidem vis, & reſiſtentia ꝓprie ſolis creaturis rationabil. infertur, non aūt reb. inanimatis, immo nec brutis aīatis, quæ nec vllū dñium, nec ius habent, aut eius ſunt capacia. Vñ ſicut iudex ægre ferre nō poſſet, aut reputare ſibi factā iniuriā, ſi Reus obiectus leonib. vt deuorarēt, illiſq. ſuperatis, & occiſis fugiat; ita neq. iudici, aut carceris cuſtodi fit iniuria, ſi illis abſentib. Reus ad vitam ſaluandā, effractis carceris oſtiis, & repagulis fugiat.

Tertium argumentū conantur Sotus, & alij varijs modis ſoluere: primo. n. reſpondent non eſſe mirū ſi iuriſconſulti exiſtiment eſſe culpā, cum tamen non ſit: cū eorū non ſit culpas in foro cōſcientiæ ꝑpendere. Secundo dicunt, ſecutos eſſe opinionē eorum, qui putant eſſe peccatū mortale effringere carceres. Tertio dicūt fundatas eſſe leges in p̄ſumptione, & ita eſſe iuſtas exiſtēte hac præſumptione; probabiliter. n. pręſumitur ſic fugientes aut reipſa vim intuliſſe cuſtodib. aut ſaltē paratos fuiſſe vim inferre, ſi poſſent, & ita peccaſſe, tū fugiendo, & carceres effringendo, tum ēt vim iuſtitiæ miniſtris inferendo, ſi potuiſſent. Sic Sotus Salō, & Arragon, & Gregor. vbi ſupra, & inſinuat Caieta. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 5. in fin. Quæ ſane Reſponſio non admodū mihi placet, neque. n. ſemper præſumere poſſunt leges ſic fugientes vim iuſtitiæ miniſtris inferre, cū vt plurimū contrarium accidat; ſed neque omnes delinquentes, dum fugiunt hanc prauam voluntatē habent contra miniſtros pugnandi, & ſi haberent, interiorem tñ malam voluntatem

luntatem iudices punire non ſolent, cũ tñ ſemꝑ effractores carcerũ puniãt. Quocirca rectius reſponderi poſſe exiſtimo leges illas eſſe iuſtas, & vim obligãdi in cõſciẽtia habere, poſt ſniam iudicis. Vñ puto eas eſſe veluti leges conuentionales, cõuentione.ſ.tacita inter Reũ, & officialẽ facta, vt vterq. exponatur ꝑiculo, officialis qdẽ iuſtitiæ dãno, & caſtigationi ob negligẽtiã, Reus aũt pęnæ grauiſſimæ, ẽt capitis aliqñ, ſi capiatur. Quę aũt pęnæ effractorib. carcerũ, & quando ex carceris fractione pro confeſſis, & conuictis habeantur, aliaq. nonnulla ad hãc materiã pertinentia iuriſtarum more diſcuſſa, legi poſſunt apud Iacobum Menochium lib. 2. de arbitrar.iudic.centur.4.caſu 301.& ſeq.

An vero ſic fugiẽs, & carceres, & cõpedes frãgens teneatur ad reſtitutionem damni, qđ fecit in carcere, vt fugeret, puta pretiũ vinculorũ, nõ cõſentiunt authores, Sot.li.5.de iuſtit. q.6.ar.4. Caiet.2.2.q.69.artic.4.dubium tertium in fine. Pet. de Arrago.ibid.dub. 3.Mich.Sal.ibid.controuer.2.concl.4.ad quartum.& Toletus lib. 5. de inſtruct.ſacerd.c. 58.quamuis teneant licitũ eſſe carceres rumpere, docent tamen teneri ad reſtitutionem damni illati ex ruptura vinculorum, & portarum, & ſerarũ, non quidem ratione acceptionis, ſeu fugæ iniuſtæ, ſed rõne rei acceptæ, & lęſę. Couarruuias ẽt idem docet lib.1. varia.reſol. ca.2.n.14.ſed ex alio ſuo priori fundamento, quia.ſ.putat peccare carceres rumpẽdo, & vincula. Alii vt Dom.Ban.in 2.2. q.69.ar.4.dub.2. concl.3.& Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5.q.13.puncto 4. ante concluſionem quartam. Sicut ante docuerũt licite poſſe fugere carceres & vincula rumpendo ad vitã ſaluandã, ita etiã dicũt nõ teneri ad reſtitutionẽ dãni illati. Quæ opinio mihi videtur verior, vnde ẽt Couarr.vbi ſupra merito reprehendit Caiet.qui cum paulo ante ad primũ dixerat, iuſtè captũ, & fugientẽ nõ teneri ad dãnũ ex fuga ſecutum, & illatũ cuſtodib. quia, inquit, dedit operã rei licitæ, & fugere poterat, poſtea ad tertiũ cõcedat licitũ eſſe rumpere carceres, & tñ teneri ad reſtitutionẽ dãni. Quocirca exiſtimo licitũ eſſe carceres rũpere, & conſequenter non teneri ad reſtitutionẽ dãni illati, id.n.imputet ſibi carceris cuſtos, ꝗ carcerẽ negligẽter cuſtodiuit, vñ cõſequẽter locuti ſunt in hac re Gregorius, & Bann. immo ẽt & Couarruuias magis cõformiter locutꝰ eſt, q̃ Caiet. Sotus, & alii. Addit ẽt idẽ Couar. vbi ſupra ſic effringẽtẽ carceres, non ſolũ teneri ad reſtitutionẽ dãni ex ruptura cathenarũ, & portarum fractione, ſed ẽt ad reſtitutionẽ dãni, qđ Reipublicæ, vel priuatis illatũ fuerit ex ea effractione cũ alii ꝑ criminib. æreve alieno e carcere fugerint. Id tñ rectius negat Mich. Salõ loco ꝓxime citato expreſſe affirmãs nõ teneri ad ſoluẽda debita eorũ, ꝗ ſimul fugerũt, niſi illis nolentib. fugere, ipſe couſuluerit, vt fugerent. Nã qui tñ effregit carcerẽ, nec conſilium fugiendi dedit aliis, vsꝰ eſt iure ſuo, nec incũbebat ei aliorũ cuſtodia, ſed cuſtodibus imputandũ eſt, qđ diligentius carceres nõ cuſtodierint. Sicut ſi ꝗs inuadẽs aliũ, & poſtea timens ne occidat ab inuaſo, aufugit ꝑ agrũ cõculcãdo ſegetes, nõ tenetur ſegetes, quas inuaſus eũ ſequendo cõculcauit, ſoluere, ꝗa ipſe ſic fugiens vſus eſt iure ſuo, nec ipſi curã illarum ſegetũ incũbebat. In qua re conſentiunt ẽt Caiet.2.2.quęſ.69.ar.3.ad primum. Sotus lib.5.de iuſtit.q.6.artic.4.verſ.Qđ ſi arguas. Petrus de Arrago.2.2.q.69.ar.4.dub.3. Nauar.in Manuali, ca.17.nu.101.verſ. Decimo quarto, & Tolet.lib.5.de inſtruct. ſacerd. c.58. quo ſenſu accipi dẽt, vt verum dicat, quod Iacobus Menochius docet lib.2.de arbit.iudic. cẽturia 4.caſu 301.nu.23. vbi affirmat effringentem carcerẽ, & aliquorũ debitores effugerẽt, teneri loco illorum debitorum. Locutus eſt. n. hic author ibi num.19.de ſtatuto Veronenſi lib. 3. c.72.num. 10.de ſtatuto Ferrarienſi lib.3.de cõſulentibus fugam carceratis, quorum conſulentium, & effringentium carceres, hanc eſſe pęnã affirmat, extenſione 2.num.23.vt teneantur loco illorum debitorũ, arg.l.Quoties. C.de exact. trib.lib.10. citatq. pro ſe Bar. tract. de carcerib. num.18.

23 DVBIVM Nonũ eſt, An licitũ ſit amicis iuſte capto, & damnato conſulere, vt fugiat, illiq. p̄bere inſtrumenta, & iuuare intra, vel extra carcerem, vt muros, & vincula rumpat.

In qua re vnum certum eſt apud oẽs, nulli officiali iuſtitię licitũ eſſe, vel conſulerę fugã, vel inſtrumęnta præbere; hi.n.ratione officii, & ſtatus expreſſe facerent contra officiũ eorũ, & contra iuſtitiam peccarẽt, cũ eorum munus, & officium ſit delinquentes cuſtodire. De aliis nõ cõueniunt authores.

Nam Ioan.Maior, Hericus vbi ſupra. Angel. verb.fugere.§.1.Sylueſt.verb.eo.& Tabien.eo. abſolute docent, non eſſe licitum, vel conſulere fugam, vel auxilium præbere ad carcerem frangendum, quia illicitum eſſe putant Reo effringere carceres, vt fugiat, quod eorum fundamẽtum ſupra refutatum eſt.

Alii vt Sotus lib. 5.de iuſtitia, q.6. art. 4.Gregorius de Valentia to.3.diſpu.5.q.13.puncto 4. poſt concluſionem tertiam.in reſponſ.ad ſecundam probationem. Toletus lib.5.de inſtruct.ſacerd.c.58.in fine docent licitum eſſe conſulere fugam, non licere tamen dare ei inſtrumenta, quibus carcerem frangat.

Ratio Soti eſt, ꝗa præbẽdo ei inſtrumẽta cooperarentur ad fugam, & carceris fractionẽ, qđ alijs non licet: Soli namque Reo licitũ eſt frangere carceres, ꝗa ſua res agitur, multa aũt licẽt alicui propter ſe, quę non licent ꝑꝑ alium. Et ꝗa cõſiliũ nõ eſt ita efficax mediũ ad fugã, ſicut miniſtrare inſtrumenta ad carcerẽ frangendũ.

24 *Alij* vero, vt Caietan.2.2. q.69.artic.4 dub.5. Io.Driedo. lib.1.de libert.Chriſtia.cap. 15.pagina mihi 226.Michael Salon 2.2.quæſt. 69. art. 4. controuerſia 3. Petrus de Arragon. ibidem. dub.4.Dominicus Bannes ibidem. dub. 2. concluſ.4. Nauar.in Manuali.capitul. 17.num.102. Couar.lib. 1.variar.reſolut.capit.2. numero 14. Emanuel Sà in Aphoriſmis. verb. Iudicialis actus.§.De Reo. Verius docent, quod licet non ſit licitum alicui ab extra effringere carcerem aut vincula rumpere alterius, vt vinctus fugiat, cum hoc eſſet inferre violentiam poteſtati pu-

ti publicæ, & omnem ordinem iuſtitiæ perturbare, nihilq. iudicibus tutum eſſet.

Et ſi crimen grande ſit effringere fores, aut ſeras domus priuatæ inuito dño, longe maius eſt crimen effringere carceres, & ſeras domus publicæ, q̃ cõitatis eſt; An attamen illi conſulere fugam, immo etiam & limam conferre, aut clauem adulterinam, aut aliquod aliud inſtrumẽtum, quo Reus ab intus incluſus, & detẽtus carcerem frangere, aut portas aperire, & fugere queat, non erit illicitum.

Et Ratio eſt, quia cum teſte Soto licitum ſit fugam conſulere, quia ipſe hẽt ius fugiendi, nec in hoc pecco, non apparet ratio, quæ ſufficienter conuincat illicitum eſſe præbere illi inſtrumenta, quibus ipſemet Reus carceres frangat, & fugiat; Cum ẽt ſuadere fugam ſit ſuo modo, quamuis non ita efficaciter, ad fugã cooperari, vt ipſemet Gregor. de Valen. vltro fatetur.

Et confirmatur hęc ratio, qa ſi ipſe ius fugiendi habet, ergo poſſum ego p̄bere illi arma, & inſtrumenta quib. fugiat, puta equum, aut aliã rẽ, qua fugã parat, & certe niſi licitũ eſſet illi inſtrumenta p̄bere, fruſtra oĩno cẽſendus eſſet Reus ius fugiendi habere effractis vinculis, & carcerib. cum regulariter impoſſibile ſit carceres, & compedes ferreos ſine inſtrumentis huiuſmodi frangere, nec inſtrumẽta moraliter habere põt Reus, niſi aliunde ſibi ab amicis, & alijs ſubminiſtrentur. Quo ergo iure licitũ eſt ſibi carceres frangere, & fugere, eodem ẽt licitũ eſſe vr̃ aliis miniſtrare inſtrumẽta, ſibiq. carceris cuſtos imputet, ſi nõ ea diligentia carcerẽ cuſtodiat, & curet, ne aut Reus ab intra carceres frangat, aut alius ab extra ſibi inſtrumẽta ſubminiſtret. Quocirca vel dicendũ eſt Reũ nõ habere ius frangẽdi carcerẽ, & cõſequẽter nulli alteri licitũ eſſe ad id inſtrumẽta p̄bere, vel ſi licitũ ſit Reo frangere carceres, non vr̃ negandum eſſe licitũ fore alijs præbere illi inſtrumenta, quotieſcunq. iure aliquo poſitiuo humano id illis non ſit ꝓhibitum. Quamuis. n. ex rei natura hoc nõ ſit prohibitũ aliis, exceptis, vt diximus, illis, qui ratione ſui ſtatus, & officii prohibentur, ob rõnẽ allatam, poſſunt tñ Principes ſeculares iuſte leges condere, quib. id prohibitum ſit. Habet nãque Princeps ſufficientẽ authoritatem ad leges condendas neceſſarias, vel vtiles optimæ, & trãquillę gubernationi ſui Regni, & negari nõ põt quin hæc lex vtilis eſſet, & plurimũ expediens bono communi, ne alioquin multi fugerent, & ita crimina multa impunita manerent, ac raro iudicũ proceſſus exitum optatum haberent.

25 Nec repugnat non poſſe prohiberi Reo lege aliqua humana fugam, vt Sotus, & alij nonnulli putant, hoc enim vt ſupra diximus, cũ Caieta. 2. 2. q. 96. artic. 4. dub. 7. & Gregor. de Valent. to. 3. diſputa. 5. q. 13. puncto 4. poſt concluſionẽ tertiam, falſum eſt.

Deinde quamuis id verũ eſſet de Reo, non tñ idem de aliis eſt cenſendũ, quia multa poſſunt prohiberi mihi erga aliũ, quæ non poſſunt prohiberi mihi erga meipſum. Siquidẽ mihiipſi fauere ita eſt naturale, vt vix poſſit id mihi prohiberi, fauere aũt alteri non eſt ita naturale, quin aliquando poſſit prohiberi, vt v. g. in cenſuris ecclesiæ, non poteſt prohiberi quin ego lumine, igne, & aliis neceſſariis vtar, prohibentur aut alii, ne illa mihi exhibere poſſint, iuxta ea, quæ tom. 1. Theſauri, lib. 2. ca. 14. nu. 35. latius expoſuimus, & expreſſe traditur a Michaele Salono ſecunda ſecundæ, q. 69 art. 4. controuerſ. 3. concluſ. 3. in fine.

26 DVBIVM Decimum eſt, An Reus ſi iurauit carceris cuſtodi, vel iudici ſe rediturum ad carcerem, teneatur redire, etiamſi ſit cõdemnatus ad mortem.

In hac re Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. non procul a fine. verſ. Ex his autem. docet, iurãtem redire ad carcerem in foro conſcientiæ teneri ad redeundum, ſiue inquit, iuſte, ſiue iniuſte ad mortem condemnatus ſit. Ratio eſt, quia materia eſt licita, & ſancta, pati ſcilicet velle iniuſtum.

Materia autem exiſtẽte licita iuramentũ eſt obligatorium. Nau. in Manua cap. 12. num. 18. Toletus lib. 4. inſtruct. ſacerd. cap. 22. Ludouic. Lopez, par. 1. inſtruct. cõſcientiæ, c. 42. q tres in eo a Caietano ſolum diſſentiũt quod illi velint teneri redire ad carcerem quantumcunq. iniurioſum, hi vero negãt teneri quando carcer eſt iniurioſus. Per carcerem autem iniurioſum intelligunt, qñ carcer eſt iudicis non competentis, vel alicuius tyranni vel alicuius hominis priuati, vel ſi ſit iudicis competentis, non tamen ſecundum ordinem iuris proceditur.

Idem quod Nauarrus, docet ẽt Summa Corona tract. da iuramento, n. 25. dubio 5. & ante hos omnes gloſſa in Clement. Paſtoralis, in verbo, per violentiam. de ſent. & re iud. Panor. in c. Si vero, nu. 8. & c. Sicut. 3. nu. 4. de iureiuran. & cap. inter alia, num. 32. de immun. Eccleſ. Ang. verbo, iuramentũ, 5. §. 37. Sylueſter verbo accuſatio. quæſt. 17. & in verbo, iuramentũ, quarto, quæſt. 26. Tabiena, verb. accuſatio. §. Decimo. verſ. Sed qd de eo, & verbo, carcer. §. Primo, & verb. iurare, § Decimo. dubio 3. & Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. iuramentum, qui oẽs tenent teneri redire, dũmodo carcer nõ ſit iniurioſus: ſi. n. iniurioſus ſit non debet redire. Ratio eſt, qa vnuſquiſque tenetur vitam propriam tueri, & prædictus Reus ſcit ſe moriturũ iniuſte, ſi redeat ad carcerẽ. Ergo redeundo imputabĩt illi mors eius, ſiquidem facit aliquid ſine cã, ad quod ſequitur mors ipſius, ob quam ẽt rationẽ Couar. lib. 1 variar. reſol. c. 2. n. 7. verſ. Tertio. docet iniuſte captũ & detentum, & damnatum grauiter peccare, nec tuta cõſcientia redire poſſe. In qua re hæc breuiter mihi dicenda videntur.

Primum eſt, iuſte captus, & ad mortẽ dãnatus, qui a iudice, vel cuſtode dimittĩt a carcere pręſtito iuramẽto, vel fide ſimplici data de redeũdo, tenetur oĩno ſub periurii, vel violatæ fidei reatu ad carcerem redire, quamuis certo ſciat ſe moriturum. Sic Couarruuias vbi ſupra, c. 2. numero 8. §. Ceterum. & nu. 10. §. Decimo. Panor. in dict. c. inter alia. nu. 32. de immunit. eccleſ. & alii omnes citati, nec in hac re poteſt eſſe controuerſia, iuramentum enim licitum obligat in conſcientia ad ſui obſeruantiam, & redeundo iuſtam patitur mortem.

Secundum eſt, ſi reus ſecundū rei veritatem eſt innocens, ſecundum allegata tamen & probata eſt conuictus tanquā nocens, tunc poteſt, & tenetur redire ad carcerē. Ratio eſt, quia hęc ſententia eſt iuridica, hoc eſt, ſcd̄m ordinem iuris lata. Ergo licitum eſt inſonti ſic conuicto, vt ſup. diximus, pati mortē, cum mors imperatur a iudice legitime ſcd̄m ordinem iuris, et cum fidem dederit, eam ſeruare tenetur. Nec redeundo cooperatur ad mortem ſuam, habet.n. iuſtam cauſam ſuſtinendi illam, vt cōſtat. Et in hoc etiam conſentire vñr authores omnes quos ſupra numerauimus, dum per carcerem iniurioſum intelligant illum, qñ non proceditur ſecundum ordinem iuris a ſenſu contrario ſignificans carcerem hunc, in quo detinetur conuictus ſcd̄m allegata & probata, non eſſe iniurioſum. Sed quando carcer nō eſt iniurioſus, tenetur etiam ſcd̄m eos redire, ob fidem datam de redeundo.

7 *Primum eſt*, quamuis Nauarri, & aliorum opinio ſit probabilis, ob multitudinem authorum, qui eā ſequuntur, non teneri.ſ. ſic iurantem redire, nihilominus tñ meo iudicio nō minus probabilis eſt Caietani ſnĩa de eo, qui iurauit redire ad carcerem iniurioſum, aut ſaltē contra Couarruuiam omnino verum eſſe cenſeo, poſſe ſic iurantem quamuis non teneatur, abſq. peccato redire, ētſi timeat veriſimili coniectura iniquæ mortis pęnā. Id quod tenet Rom. in l. ſtipulationes. nu. 78. ff. de verb. oblig. arg. l. 5. §. captiuus. Ratio eſt, quia ſeruandum eſt iur̄m quādo id fieri pōt abſq. ſalutis ſpiritualis periculo, iuxta regulam a ſummo Pontifice traditam in c. Si vero, de iureiur. Sed in hoc caſu adeſt cā legitima & ſufficiens excuſandi reditū a pc̄tō, immo obſeruatio iur̄i actus fidelitatis eſt. Ergo redeūdo non peccat. Quocirca M. Attilius Regulus ab omnib. laudatur, qui ob fidem iur̄o cōfirmatam cum probabiliſſimo ſuæ vitæ periculo ad Carthaginenſes rediit. Confirmatur hæc ratio, quia ſi licitū ſit, delinquenti, aut cōdemnato ad mortem ſcd̄m allegata & probata redire ad carcerem, ille quidem vt iuſta morte puniatur ob bonum iuſtitiæ, alter vero ēt a parte rei innocēs ob bonum fidelitatis, ita plane huic, de quo agitur aut omnino neceſſarium erit, aut ſaltē licitū redire, vt iur̄m adimpleat, & bonum fidelitatis obſeruet, & in re licita iuſtam ſui defenſionem omittat. Quamuis.n. id fortaſſis non ſit neceſſarium, ſufficit tamen maxima iur̄i religio, eiuſq. obſeruantia, vt abſq. peccato redire poſſit. Sicut etiam inique damnatus ad mortem licite omittere poteſt allegationem & appellationē in ſui defenſionem, quamuis inde mortis periculum incurrat, argu. l. ad finem. ff. de q. & l. Diui. ff. de pœnis. & c. Non eſt noſtrum. 23. quęſt. 5. de quare videndus eſt Couar. in Epitome, par. 2. §. 12. a nu. 15. & deinceps.

28 DVBIVM Vndecimum eſt, an iuſte damnatus vt fame pereat, oblatos ſibi cibos ſumere poſſit, & teneatur.

In qua re vnum certum eſt apud omnes, poſſe ſic damnatū comedere cibos illi ab alijs ſubminiſtratos, vt colligunt ex S. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. ad ſecundum. Non.n. iubetur talis non comedere, ſed tantum pati genus illud mortis, cum cibus illi non datur. An vero non ſolum licite comedere poſſit, ſed etiā ſic oblatos comedere teneatur, non parua eſt inter authores diſſenſio.

Prima eſt, dicētium damnatum a iudice vt fame moriatur, omnino peccare mortaliter, niſi cibos oblatos comedat. Sic S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4 ad ſecundum. Ioannes Driedo. lib. 1. de libert. Chriſtia. c. 15 pagina mihi 227. Franciſcus a Victoria in relect. de homicidio, num. 28. in reſpō. ad Sextum. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. dub. 8. Couar. lib. 1. varia. lect. c. 2. nu. 10. Tabiena verbo, iurare, §. Decimo, dub. 4. citans, & ſequens Caietanum. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 69. ar. 4. dub. penult. Dominicus Bannes 2. 2. q. 31. art. 2. dub. 3. & q. 69. art. 4. dub. penult. Qui id probant, tum quia non comedere, eſt ſeipſum occidere, quod nemini licet. Eſt.n. nō comedere omiſſio actus neceſſarij ad vitam, cum cibum ſumere ſit mediū ad vitam ſimpliciter neceſſarium. Tum quia licitum eſt cibum oblatum comedere, vt dixim⁹, ſed tenetur homo de iure naturali vitam tueri omnib. vijs licitis, & non prohibitis, non prohibet autem iudex, ſed nec prohibere poteſt, ne quis cibum oblatum non ſumat, cum nihil præcipere, aut prohibere poſſit cōtra ius naturale.

Secunda eſt aſſerentium iuſte damnatum ad mortem vt fame pereat, licite poſſe cibos oblatos ſumere, licite etiā poſſe cibos oblatos relinquere, & fame perire. Sic Ioannes Maior in 4. diſtinct. 15. q. 22. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 6. artic. 4. Tabiena ſibi ipſi contrarius in verbo, accuſatio. 1. §. Decimo, verſic. Sed quid de eo. in fi. Vbi ait S. Th. ſolum dicere quod poteſt ſine peccato comedere, quia non tenetur ſibi mortem inferre, ſed non dicere quod teneatur comedere, quia bene poteſt patienter ſuſtinere. Mich. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controuer. 4. dub. vltimo. Gregor. de Valen. tom. 3. diſput. 5. quæſtio. 13. punct. 4. poſt concluſionem quartam. Emanuel Sà in verbo, Iudicialis actus, §. de Reo, nihil audet in hac re determinare. Et hæc ſecunda opinio mihi magis probatur. Ratio eſt, quia in non comedēdo non eſt ſui occiſor, vt falſo putant primæ ſententiæ authores, ſed ſolum non conſeruat vitā ſuā, id quod licitum eſt ex honeſta cauſa, vt conſtat. Quod autem non ſit ſui occiſor, patet, quia præceptū hoc negatiuum, Non occides, quatenus negatiuum eſt, non frangitur niſi per actum poſitiuum, & poſitiue corrumpētem, qualis eſt occiſio, vt conſtat; Non comedere autem, non eſt actus poſitiuus, ſed negatiuus, ſ. non reſtaurare humidū radicale continua actione caloris naturalis depditū, ſeu nō phibere actionē caloris naturalis vitę, & humidi radicalis corruptiuā, hoc eſt non fouere, & non conſeruare vitam. Quod ſi dicas, hoc non comedere, ſeu non conſeruare vitam, eſſe ſaltem contra præceptum affirmatiuum, de conſeruanda vita in illo præcepto negatiuo, Non occides implicite contentum.

Id quidē falſum eſt, quia pręceptum affirmatiuum de vita conſeruanda, ab illo ſolum violatur, qui non conſeruat vitam, qñ poteſt, & dēt, nec aliqua iuſta eſt cā ad illā non conſeruandā; At vero in caſu noſtro, iuſtā habet cauſam non comedendi,& non conſeruandi vitam ſuam.ſ. vt patiatur iuſtam mortem ſibi a iudice ob delicta inflictam,ex zelo iuſtitiæ conformans volūtatem ſuā ſententiæ iudicis; quamuis.n.ad hoc non ſit obligatus,poſſit tamen ſi velit,& iuſtam cām id faciendi habet.Sicut poteſt fugere a carcere ſi velit,nō ſolum apertis, ſed clauſis etiam carceris ianuis,ſi tamen velit etiam manere poteſt vt iuſtam mortis ſententiam expectet.

Et certe ſi non agit contra hoc præceptū,qui vitā ſuā pro aliqua virtute defendenda exponit, vt ꝑ religione, pro amicitia, iuxta illud Maiorē charitatem,&c.neq. contra illud agit,qui ex zelo iuſtitiæ iuſtam mortis ſententiam ſuſtinet.

Quod ſi dicas,non eſſe damnatū,vt nō edat; Rn̄detur ſatis eſſe,vt ſit damnatus ad pereundū famę,qđ eſt dicere,damnatus eſt,vt nullus ei cibum miniſtret,& conſequenter pōt ipſe licite a cibo abſtinere,vt iuſtā mortis pœnam patiatur.

29 Ex quibus ſoluuntur argumenta primæ ſn̄ię, falſum namq. eſt, non comedere, eſſe ſeipſum occidere,ſolum.n.eſt omittere,conſeruationem vitæ ob iuſtam cauſam,vt diximus, quod licitū eſt.ſicut etiam licitū eſt omittere media neceſſaria ad vitam propriam tuendam, ex iuſta cauſa, vt verbi gratia,licet aggreſſo occidere inuaſorē cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi tn̄ vellet omittere ſui defenſionem, & pati mortem qn̄ probabiliter iudicaret ſe in gratia exiſtere, inuaſorē vero illum,ſi occidatur in peccato moriturum.Quocirca exiſtimo cum Gregor.de Valentia vbi ſup.poſſe aliquem ſceleratiſſimum Reū iuſte ēt condemnari, vt etiam non ſe conſeruet comedendo cibum oblatū,ſicut etiam ei iniungi poteſt vt non fugiat e carcere,cui ſentētię parere tenetur,quamuis Sotus,& alij hoc negent.

30 DVBIVM Duodecimum eſt, An licitum ſit alijs ſic damnato ad mortem, vt fame pereat, ſubuenire,præbendo ei cibum & potum? Ratio difficultatis eſt,quia cum ſit in extrema neceſſitate,dicendum videtur,teneri homines, ad miniſtrandum ei neceſſaria ad vitam.

Reſpondeo tamen ex communi Doctorum ſn̄ia,exceptis iuſtitiæ miniſtris, alios omnes poſſe ſic damnato cibum,& potum ſubminiſtrare, neminem tamen ad id obligari.Sic S.Th.2.2.q.31.art.2.ad tertium,Caie.2.2.q.69.art.4.dub.8. Salon, Petr.de Arragon, & Dom.Bannes ibid. Sotus libr.5.de iuſt.q.6.art.4.Dom.Bannes 2.2.q.31.art.2.dub.3.Gregor.de Valen.tom.3.diſp.3.q.8.punct.1.& diſp.5.q.1 .puncto.4.in fin.Emanuel Sà in Aphoriſmis,ver. Iudicialis actus, §.De Reo.& alijs.

Prima pars patet,quia miniſtris iuſtitiæ incūbit ex officio curare,vt iuſta ſn̄ia executioni mādetur,vnde ſicut peccant aperiendo illis carcerem,vt fugiant,ita ēt ſubminiſtrando illis cibū, agunt.n.directe contra officiū illis a Republica ob bonum cōe commiſſum.Et quamuis Petrus de Arragon putet non eſſe niſi pc̄tm̄ veniale ſemel,aut bis cibum eis miniſtrare, hoc tn̄ omnino falſum eſſe cenſeo,peccant.n. in re graui,infideliterq. munꝰ,& officiū exercēt,cū illis oīno prohibitum ſit quouis mō alimenta miniſtrare.

Secunda pars conſtat, quia ſicut ipſemet dānatus cibos oblatos ſumere pōt, cum hoc ei n ſit prohibitū,ita ēt alij priuati cibos illicite ſubminiſtrare poſſunt,cū hoc eis non ſit prohibitū. Quamuis.n alter iuſte damnatus ſit, executio tn̄ huius ſententiæ non eſt cuilibet commiſſa, ſed tm̄ miniſtris iuſtitiæ. Alij igitur qui ei ſubueniunt,contra officiū,aut iuſtitiam non peccant, quin potius actum charitatis exercent, niſi alio modo iuſtitiam lædant inferēdo.ſ.vim miniſtris iuſtitiæ,aut alio modo.Vnde Caiet.Sotus,et alij ſcribunt laudatam fuiſſe puellā quandā Athenienſem,quæ parētem ſuum Cimona lacte proprio pauit,ne inediæ pœna moreretur, vt refert Vale.Maximus lib.5.c.4.& ſimile exemplū legitur apud Plinium,lib.7.de naturali hiſtoria.

Tertia pars patet ex S.Tho.vbi ſup.ad tertiū. Quia ſicut ipſemet damnatus non tenetur comedere,ita neq. tenetur alter ei cibū miniſtrare,eo.n.ipſo quod quis iuſte ad eam mortē damnatur, priuatur eo iure quod hēt vt ſibi ab alijs in extrema neceſſitate,atq. adeo alij ab hac obligatione,ſuccurrendi illi in ea neceſſitate liberantur,ob bonum commune, quod iuſte & rationabiliter quis vitæ illius Rei anteponerę poterit.Et de Reo hæc dicta ſufficiant.

De culpa, & repulſa teſtium in Iudicio. *Cap. XIX.*

SVMMARIVM.

1 *An & quale peccatum ſit falſum teſtimonium in iudicio ferre.*
2 *Obligatur teſtis veritatem dicere triplicem ob rationem.*
3 *Mendacium in iudicio commiſſum triplex eſſe poteſt.*
4 *Teſtimonium falſum ſecluſo iuramento ſolū veniale quando ex genere ſuo mortale in iudicio iniuſto, quod duplex eſſe poteſt, vt c.2.*
5 *Teſtimonium falſum in iudicio materialiter ſolum poſt debitam diligentiam de veritate dicenda nullum omnino peccatum eſt.*
6 *Teſtimonium falſum cum iurō præſtito ſp eſt mortale.*
8 *Ad quam reſtitutionem tenebitur teſtis falſo deponens in iudicio contra innocentem.*
9 *Quando teſtis falſe depoſuit, & eo retractante dictum ſuū adhuc ſunt alij teſtes, qui dictum ſuum non retractāt, quid agendum? vſq ad nu.12.*
12 *An qui pecuniam accepit pro falſo teſtimonio acceptam reſtituere teneatur?*
13 *Poteſt expenſas iure ad locum remotum procedens accipere, & mercedem dierum quibus occupatus expectauit teſtimonium redditurus.*
14 *Non ex rei neceſſitate acceptam reſtituere debere tenet Nauar. rectius autem Salon & alij.*
15 *Qualiter interpretandum eſt dictum aut teſtimonium obſcurum, & dubium, id eſt, in cuius fauorem aut contra quem interpretandum?*
16 *An quilibet in iudicio teſtis eſſe poteſt, & quare aliqui a teſtimonio ferendo repelluntur?*
17 *In perſonis teſtificantium quinque præcipue conſideranda proponuntur ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta,* Mores, Natura, Fortuna, Animus, Status, *vſq. ad num.21.*
18 *Serui manumiſſi recipi poſſunt in teſtimonium eorum quæ ſeruitutis tempore viderunt.*

In ſeruitute manens regulariter in teſtimonium non admittendus; in tribus tamen caſibus contra patronos teſtificari poſſunt. ibid.

Circa animum quatuor perſonarum genera excludūtur.

Laici in criminalibus contra clericos teſtificari non poſſunt.

In iudicijs a teſtimonio ferendo duodecim genera perſonarum excludi colligitur ex prædictis, ibid.

An ſicut Laicus contra Clericum teſtificari nequit, ita etiā Clericus in cauſa criminali ſanguinis præmiſſa proteſtatione ſit irregularis morte ſecuta eius contra quē teſtificatus eſt?

An filius in criminalib. teſtificari poteſt contra patrem?

In crimine læſæ maieſtatis poteſt ſeruus accuſare dominum, & filius patrem licite denunciare.

An filius obligetur accuſare de crimine hæreſis, aut infidelitatis? pro parte affirmatiua rationes variæ.

Non ſolum veram partem affirmatiuam putat author, cum pater ſeminator eſt hæreſis, ſed ſi occulte filium ſollicitaret ad hæreſim.

6 *Argumenta in contrariam partem allata ſoluuntur, & ratio Abulenſis conuincitur.*

7 *An licitum ſit Reo obijcere teſtibus quæcunque crimina ad eorum dicta refellendum.*

28 *Vt reus licite poſſit obijcere crimina occulta, tres conditiones requiruntur.*

29 *Immo ad neceſſariam bonorum conſeruationem licitum eſt reuelare crimen verum falſi teſtis contra nonnullos qui ſolum in defenſione vitæ licere putant.*

30 *Teſti etiam verum deponenti, & ordinem iuris ſeruanti crimina etiam occulta obijcere licet, quibus Reus ineffi cax reddat teſtimonium.*

31 *Homicidam occultum quem Reus certo ſcit tali notatum infamia, licite pōt arguere in cauſæ ſuæ defenſionem.*

32 *Quando crimina obijciuntur, quæ inhabilem reddunt ad teſtimonium ferendum in iudicio tenetur iudex repellere etiamſi a Reo non repellatur.*

33 *An quando Reus obijcit crimen falſum teſti falſo nō ualens alia via ſe tueri peccet contra iuſtitiam, an ſolum contra charitatem.*

34 *An ſit peccatū mortale ſemper falſo teſtificanti aut contra iuris ordinem teſtimonium ferenti falſum crimen.*

INnter præcipuas perſonas, quæ in iudicio conneniri ſolent, eſt teſtis, adeo vt octauum hoc, de quo agimus, Decalogi mandatum, ad eum præcipue pertinere cognoſcitur, dum ſub hac forma, & modo loquendi propoſitum ſit, *Non loqueris contra proximom tuum fılſum teſtimoninm.* Etenim cū nulla ex cauſa, nec vllo in loco mentiri, et falſum dicere liceat, multo minus teſti in iudicio id permiſſū eſt, quin potius grauiter interdictum. Cum .n. in iudicio teſtis vt plurimum, & fere ſp non niſi iuramento adhibito teſtimonium ferre ſoleat, vt hr̄ in ca. *Hortamur.* 3. q. 9. & 4. q. 2. & 3. Can. *Si teſtes,* §. *Item iuriſiurandi,* & c. *Quoties,* & c. *Nuper nobis, de teſtib. & atteſtat. & C. de teſti. l. iuriſiurandi.* eo grauius peccat, quo non ſolum mendacium in iudicio cōmittit, ſed ēt periurus eſt, falſum prębens teſtimoniū, grauemq. iniuriam & parti, et iudici facit, qui interdū, falſo teſtimonio adductus, cōtra veritatem iudicare compellitur. De hac aūt materia legendi ſunt S. Tho. 2. 2. q. 70. Caiet. Salon, Petr. de Arrag. Bann. & alij interpretes. Alex. de Ales par. 3. q. 43. S. Antoninus, p. 3. tit. 9. & c. 11. Canoniſtæ, in tit. de teſtib. & atteſtat. & in 3. q. 9. & in 4. q. 3. Summiſtæ in verb. Teſtis, vbi Ange. Sylueſt. Tabien. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 7. Mart. Nauar. in Manu. c. 17. num. 134. & c. 25. nu. 40. & in c. inter verba, 11. q. 3. concl. 6. corollar. 64. & coroll. 66. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 13. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. concl. 7. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. par. 2. poſt dubiū quintū, nu. 198. & dub. 11. nu. 249. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 14. Toletus lib. 5. inſtr. Sacer. c. 59. & Eman. Rodriq. tract. de ordine iudic. c. 7. Iacob. Menoc. de arbit. iud. lib. 2. centuria. 4. caſu 30. & ſeq. Ignat. Salſedo in prac. crim. can. c. 93. Eman. Sà in Aphoriſ. ver. Iudicialis actus, §. De teſtib. & alij. Quam materiā in ſequentib. propoſitis quibuſdā dubijs, ea qua fieri poterit breuitate, & claritate explicare conabimur.

1 DVBIVM Primum eſt, an, & quale pc̄tm̄ ſit falſum teſtimoniū in iudicio ferre? Quāuis non nulla de hac re c. 2. dub. 3. expoſita ſunt cum de mendacio in cōi ageremus, nonnulla tn̄ breuiter quæ ad hunc locū ſpectant, explicāda ſunt. Quia vero in loco contra Caiet. tum 2. 2. q. 69. art. 1. tū q. 110. art. 4. aſſerentē omne mendaciū in iudicio pc̄tm̄ mortale eſſe, diſſeruimus, ab ea qōne in præſentiarū abſtinendum eſſe cenſuimus, cum ibid. ex cōi Doctorum ſenſu efficaciter comprobatum ſit, aliquod ſaltē ex leuitate .ſ. materiæ, & act⁹ imꝑfectione veniale eſſe poſſe; vt igit̄ q̄ huius loci ꝓpria ſunt, paucis explicemus, nonnulla breuiter prænotabimus, quorū

Primum eſt obligari poſſe teſtem ad veritatē dicendam in iudicio, vel rōne *iur̄i*, cum nullius teſtimonium cōiter recipi ſoleat in iudicio, niſi præſtito iur̄o vel ratione iuſtitiæ, qn̄quidem iudici iuridice roganti veritatem dicere tenetur; vel demū ex virtute veracitatis, quā in dictis ſuis vnuſquiſq. maxime in iudicio obſeruare debet.

2 *Secundum eſt*, quod iudicium iniquum eſſe pōt vel ex malo animo, & intētione iudicis, vt cum Reum vere, et iuridice condemnat, ſed ex odio, quod iudiciū cōiter iniquum appellari ſolet, in genere charitatis, quia .ſ. contra charitatem proximo debitam profertur, vel ſecundo ex cauſa, & modo procedendi, quia nimirum nō ſeruato iuris ordine, puta vel a nō iudice, vel ſine teſtib. et probationib. profertur, quod ſane iniuſtū eſt & nullum in genere iuſtitiæ, dummodo ſaltē aperte conſtet de iniuſtitia eius, vt conſtat, q̄diu dū quis probabiliter dubitet de iniuſtitia eius illi obedire tenetur, arg. can. ſententia. 11. q. 3.

3 *Tertium eſt*, Mendacium in iudicio cōmiſſum pōt eſſe triplex, vel .n. eſt mendacium *materialiter tantum*, vt cum quis dicit falſum, exiſtimans tn̄ ſe dicere verum, idque vel certo exiſtimās ſe verum dicere, vel dubitans; Rurſum qn̄ dubitat vel diligentiam debitam præmiſit, vt in memoriam reuocaret veritatem facti, aut illā prętermiſit, vel *formaliter tantum*, vt cum quis dicit verum exiſtimans tamen dicere falſum. vel *Materialiter, & formaliter ſimul*, vt cum quis ſciens, & volens falſum dicit. His ita præmiſſis

4 Prima Propoſitio eſt, Teſtimoniū falſum abſque iuramento in iudicio iniuſto ſecūdo modo,

do,non eſt peccatū mortale, ſed tantum veniale. Ratio eſt,quia cū iudicium illud vt pote contra ordinem iuris manifeſte prolatum, a parte rei nullum,& iniquum ſit,non obligat ex iuſtitia ad dicendum verum ratione iudicij,vnde dicens falſum in eo,non agit contra iuſtitiam debitam iudicio, ac proinde niſi res grauis admodum ſit,peccat ſolum venialiter,quatenus ſcilicet agit contra virtutem veritatis,qua quis dicere tenetur veritatem,nec vnquam mentiri.

Secunda Propoſitio,Teſtimonium falſum ſecluſo iur̃o,in iudicio iniuſto ſolum primo modo,ex genere ſuo peccatū mortale eſt. Rō eſt, quia cum teſtis in iudicio iuridice rogatus veritatē dicere tenetur, mentiendo,directe contra iuſtitiam facit, omne autem pctm̃ contra iuſtitiam ex genere ſuo pctm̃ mortale eſt,& directe in octauo Decalogi præcepto prohibitū. Exod. 28.cum dr̃,*Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Id quod procedit, ętſi iur̃m non intercedat,nec iniuriam tertiæ alicui perſonæ faciat;mentitur.n.in re graui,& iniuriam ſaltē Deo,& Reipublicæ, & iudici infert,cui inobediens eſt,vnde hac ſolum rōne peccat mortaliter. Quæ duę propoſitiones colliguntur expreſſe ex S.Tho.2.2.q.70.art.4.in corpore. Salono, Petr.de Arrag.& Domin. Bannes ibid. Angel. in verb.teſtis,§.30.& Syluest.eod.q.8.verſi.Sextum.Soto in lib.5.de iuſt.q.7.ar.4.Greg. de Valen. tom.3.diſp.5.q.14.puncto 4.

Dixi,ex genere ſuo,quia ſup. Caie.contra oſtendimus mendacium in iudicio citra iur̃m in re leui eſſe ſolū veniale,quia tunc ſolum iniuria eſt leuis,læſio namq. & iniuria ſequitur quantitatem materiæ in qua læditur,vt ſatis ex ſe conſtat,& colligitur ex S.Th.loco proxime citato.

5 Tertia Propoſitio, Teſtimonium falſum in iudicio citra iur̃m, materialiter ſolum poſt debitam adhibitam diligentiam,de veritate dicenda,nullum omnino peccatum eſt. Sic S.Th.vbi ſupra,art.4.ad primum,Sotus, Salon,& alij.

Ratio eſt,quia poſtquam quis omnē adhibet diligentiā,vt in mentem,& memoriam reuocet rem,de qua teſtimoniū fert, exiſtimans ſe certū eſſe de eo,quod tñ falſum eſt, excuſatur a pctō ratione ignorantię inuincibilis. Dixi,poſt adhibitam diligentiā,quia ſi talem diligentiam non adhibuit,aut protulit tanquam certū id de quo dubitabat, peccat mortaliter ex genere ſuo,cū iam ex negligentia culpabili falſum protulit, & ad oīa damna ſubſecuta reſtituenda obligatur.

6 Quarta Propoſitio,Teſtimonium ferens falſum iuxta dicta in prima propoſitione,ad nullā reſtitutionē,per ſe loquendo tenetur; qui vero ſolum materialiter falſum teſtatus eſt poſt debitam adhibitam diligentiam, nullam omnino reſtituendi obligationem incurrit. Sic Caięt.2.2.q.70.art.4.Salon ibid.Sotus libr.5.de iuſtit.q.7.art.4.ad primum,Nauar.in Manual.c.25 nu.40. Petr.Nauarr.lib.2.de reſtit. c.3.p.2. poſt dubium 10.num.255.& Eman.Rodriq. tractat.de ordine iudiciali.c.7.concl. 5. Toletus lib. 5.cap. 59.in fine. & Gregor. de Valent. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 14.punct.4.

Prima pars patet,quia cum iudicium illud ſit iniuſtum,& nullum,falſum in eo dicens, iuua ne iudex iniuriam parti inferat, ſic contra ordinem iuris procedendo, vnde nihil contra iuſtitiam facit,& conſequenter per ſe loquendo,ad nihil reſtituendum obligatur.

Dixi,*per ſe loquendo*,quia per accidens fieri poteſt,vt teneatur,nempe ſi dubius ſit an iudex recte procedat,& decipiatur.

Secunda pars patet,quia non fuit cā moralis damni ex negligentia culpabili,aut ex intentione mala.conſequenter non tenetur ad reſtōnē aliquam ratione iniuſtæ acceptionis. Sicut qui bona fide cōſumpſit aliquid alterius,putans rationabiliter eſſe ſuum, non tenetur poſtea aliquid alteri reſtituere. Neque tenetur ad reſtitutionē ratione rei acceptæ,quia, vt ſupponitur, non eſt teſtis in propria cauſa,nec aliquid ex dāno alterius acquiſiuit,quod apud ſe habet, nec exinde factus eſt in aliquo ditior.

Ceterum vt recte Caie. & alij notant,tenetur in hoc caſu poſtea teſtimonium retractare,ſi intelligit ſe falſum dixiſſe,& præterea ſe prodeſſe poſſe ad liberandum alterum, dummodo tñ ex tali retractatione non incurrat damnū notabile proprium. Cum.n.ex tali teſtimonio falſo inculpabiliter nullā iniuſtitiā cōmiſerit,nō tenetur ſe retractare ex iuſtitia, ſed ex ſola charitate,qua dēt iuuare innocentē, charitas autē non obligat cū magno incōmodo proprio. Tenetur quoque hmōi teſtis admonere partem,in cuius fauorem dixit teſtimonium,vt reſtituat,quod ſi noluerit,excuſatur teſtis, cū fecerit quātum in ipſo fuit,vt reſtitueret. Retractando autē ſe,& accedēdo ad iudicem,affirmare debet ſub iur̃o, ſi opus fuerit,ſe ex lapſu memoriæ dixiſſe falſū, ſed re diligentius conſiderata deprehendiſſe veritatem, & vrgente conſcientia accedere ad eā explicandā,& retractandum prius dictū. Quod ſi iudex credere noluerit (maxime, quia ſcdm ius retractatio teſtis nō valeat niſi fiat in iudicio, ſtatim,& incontinenti.c. *Præterea, de teſtib.cogendis.*) manet teſtis ille ſufficienter excuſatus,& liber,quia fecit,quod debuit. Vbi autē teſtis ille non adhibuit debitam diligentiā,tenebitur dāna ſubſecuta ex ſuo falſo teſtimonio reſtituere, vt diximus, & a fortiori ad reſtōnem tenebitur in caſu propoſitionis ſcd̄æ,cū formaliter, & ex intentione falſum teſtimoniū protulerit,dūmō vęre falſum ſit,quod teſtificatus eſt. Si.n.quis teſtatur verū,qd̄ credit eſſe falſum,q̃uis formaliter mētitur,non tenetur reſtituere, quia licet velit nocere,nō tñ nocet ex Nau.in Manu.c.25.

7 Quinta Propoſitio,Teſtimonium falſum cū iuramento p̄ſtito,ſiue in iudicio,ſiue extra prolatum,ſiue ſit in re graui,ſiue in re parua, ſemper eſt peccatum mortale.Sic S.Th.2.2.queſt. 70.ar.4.in corpore articuli.Salon,& Bannes,& Arragon ibid.Sotus lib.5.de iuſt.q.7.ar.4.Gregor.de Valen.tom.3.diſp.5.q.14.pun.4.Nauar. in Manu.c.25.nu.40.& alij.

Ratio ęſt,quia eſt periurus,omne autē periurium,non ſolum in genere,ſed ēt in indiuiduo, ſiue de re graui ſit, ſiue de re parua, peccatum mortale eſt,nec ex vlla cauſa veniale eſſe pōt, quia adducere Deū in teſtem cuiuſuis falſitatis

tis grauē illi iniuriam infert, & proinde a pctō mortali excuſari nō poteſt. Quocirca teſtis qui in prĩcipio iurauerit ſe officio ſuo legitime functurum, ſi poſtea in officio ſuo ēt in re parua ꝑiurus ſit, peccat mortaliter, ꝗa magna fit iniuria Deo quotieſcunq. adducitur in teſtem alicuius falſi, & eo ipſo fit maior ſuo mō, quo vocatur in teſtem leuioris falſitatis, vt diximus, lib...c.4.

DVBIVM Scd̄m eſt, ad quam reſtitutionem tenebitur teſtis falſo deponēs in iudicio contra innocentē, vt v.g. tulit quis falſum teſtimoniū, ex cuius dicto alter ad mortem damnandus eſt, an teneatur cum propriæ vitę periculo teſtimoniū retractare, quo innocēs a mortę liberetur?

In qua re certum eſt primo, quod ſi retractatio nihil eſt profutura, non tenetur illā facere, ſed ſolum reſtitutionē pro vita, & damnis, vt diximus in materia de reſtitutione. Scd̄o certum eſt, ſi ex loco tuto ſnĩam ſuam reuocare poſſit, ita vt proſit, non tenetur ſe coram iudice prodere. Solum igitur quæſtio eſt, cū ita ſe res habet, vt niſi cum certo vitæ ſuæ periculo non poſſit illum liberare, an ad id teneatur? Nonnulli eius opinionis eſſe dicuntur, vt putēt non teneri, eo quod quiſq. ſibi potius quam alteri conſulere tenetur, atque adeo videretur ſuæ morti cooperari ſe offerendo, vt ſaluet innocentem.

Ceterum omnes quos ego hactenus authores legere potui, plane fatentur in hoc caſu teneri falſum teſtem cum vitæ proprię periculo, & diſpendio retractare dictum ſuum, vt innocētem liberet a morte, cuius ipſe ſuo falſo teſtimonio cauſa fuit. fauet Caiet. 2.2.q.70.art.4. Sotus expreſſe lib.4.de iuſt.q.6.art. 3. in reſponſione ad quartum, dub. 3. verſic. Grauius autem dubiū. Ioan. Med. C. de reſtit.q.3.cauſa 4.ad quartum, Nauarr. in Manu.c.15.num.17.verſi.23. Petrus Nauar.lib.2.de reſtit.c.3.par.2.dub.11.nu.252. Ludou. Lopez p.1.inſtr.conſcien.ca.69.in fine. Anto.de Corduba in ſumma caſuum conſcien. q.17.verſic. Tertio, Petrus de Arrag.2.2.q.62. art.2.controuerſia 16.concl.3. Toletus lib.5.inſtruct.Sacer.c.59.in fine, & Emanuel Rodriq. tract.de ordine iudiciali, c.7.concl.3.

Ratio eſt, quia licet vnuſquiſq. vitæ ſuæ magis, quam alienæ, prouidere teneatur, id tñ verū eſt ſolum ceteris parib. ſed in hoc caſu innocēs eſt in periculo mortis ob iniuſtitiam a teſte factam contra illum, & cum ceteris parib. vita vtriuſq. ſit par, maius eſt ius penes innocentem iniuſte accuſatum, quam penes teſtem, ob cuiꝰ falſum teſtimonium uitam amittit. Ergo lege iuſtitiæ cum vitæ periculo eū liberare tenetur, ſibique imputet teſtis quod ſeipſum in has anguſtias redegerit. Quamuis igitur in ęquali gradu innocentiæ mihi plus tenear, quam proximo, cum ſint omnia paria, cum tñ ego ſum cauſa damni efficax, potior eſt alterius, qui innocēs eſt, conditio. Quod tñ intelligendum eſt, vt diximus, dummodo putet retractione ſua ſic damnatum fore liberandum, & non alias, ob rationem dictā; ſi.n. ſufficeret retractatio eius in abſentia, & loco tuto conſtitutus, ſine vitę periculo, tunc ſatis eſſet id iudici veritatē manifeſtare, miſſis literis, & proprio iur̃o confirmatis, ēt cū damno famæ, & honoris, ſibiq. imputet, qui huius tanti mali cā fuit. Quod ſi alter non incurrit amplius periculū vitæ, eo quod vel iā ſuſpenſus ſit, aut vitā ſuā redemit, reconciliata, & ſatis facta parte aduerſa, tunc quidem ſufficit dictū ſuum prę ſtito iur̃o, retractare, & ſe in loco tuto conſtituere, donec ſatisfecerit parti offenſæ ſi adhuc viuus fuerit, aut filijs, et parentib. ob dānum famæ, honoris, ac rerum tꝑalium ex tali teſtimonio falſo illatū, veniamq. ſupplex petat. Quod ſi in vita id commode præſtare nō poſſit, aut quia incurret propriæ vitæ periculū, aut ꝑꝑ perpetuas inimicitias, quas veriſimiliter ex tali ſua retractatione ſecuturas animaduertit, aut ꝗa facta tali reſtitutione, parū, aut nihil ei ſupereſſe nouit, vnde ſe, & familiam ſuā alere poſſit, tunc ſatis erit, quod in morte ſua dictū ſuum retractet, & meliori quo poſſit modo ſatisfaciat.

9 Quod ſi quæras quid agendum ſit, quando teſtis falſo depoſuit, & eo retractante dictum ſuum, adhuc ſunt alij teſtes, qui non retractant dicta ſua, an ſcilicet teneatur teſtis ille in hoc caſu retractare dictum ſuum.

In hac re, non ita facilis eſt reſponſio, nec deeſſe vr̄ ratio pro vtraq. parte. Nam retractando nihil proficit, cum alij teſtes dicta ſua nō retractent, & retractādo exponit ſe periculo mortis. Ex alia vero parte vrget argumentū, quia teſtes falſi tenentur integre dictum ſuum retractare, id eſt, quilibet ceteris non retractantib. tenetur retractare, hoc.n.eſt, ſingulos obligatos eſſe in ſolidum. His igitur in vtramque partem allatis ſic rem iſtam definiendam eſſe ſtatuo.

Primo.n. ſi teſtimonium eius non fuit cauſa efficax ſine qua non daretur damnum, vtputa, quia iam erat aliorum teſtimonio reus conuictus, ita vt teſtimonium ſuum, nec ad pœnam, nec ad grauiorem pœnam profuit inferēdam, quamuis peccaſſet cōtra charitatem, ad aliqua tamen reſtitutionem non tenetur.

Secūdo, ſi ipſe fuit cā falſi teſtimonij aliorū, tenetur eos monere, vt ſe retractent, quod ſi illi nolint, tenetur eos manifeſtare, cū mortis periculo; Nihil.n. differt, an teſtimonio, vel cōſilio, aut inductione aliorum, cā occiſionis innocentis fuerit; ſi.n. ego cā ſim aliquo modo iniuſtæ occiſionis, teneor cū vitæ meæ periculo illum, quacunq. via poſſum, a morte liberare. Si vero eos nō induxi, nec fui cā teſtimonij aliorū, tenebor ſolū lege charitatis, & fraternę correctionis eos monere, & ſi nolūt, eos manifeſtare, ut defendā innocētē, nō tñ lege iuſtitię, aut cū vitę ꝓpriæ ꝑiculo eos reuelare, aut monere teneor. Sic Petr. Nau. vbi ſup. nu. 254. & Rodr. concl. 4.

10 Tertio, qñ plures teſtes concurrunt, & omnes ſimul ſunt cā efficax damni, vt in caſu propoſito, tunc ſi poteſt ſe in loco tuto conſtituere, & dictū ſuū retractare, ad id tenetur. Quia tūc nō exponit ſe periculo mortis, & tenetur in ſolidū ex alia parte dictū retractare. Nec obſtat ſi dicas retractationē eius nihil profuturam innocenti, quia licet nihil proſit innocenti, prodeſt tñ conſcīæ teſtis, quia in foro conſcīę tenetur retractare; Vnde ne ꝑſiſtat in pctō, retractare tenetur.

Quarto, qñ plures teſtes ſic concurrunt ad damnum alterius, probabilius videtur teneri ſp teſtem falſum ad dictum ſuum retractandum. Quia quando ſunt plures teſtes falſi, quilibet eorum tenetur in ſolidum retractare, quia quilibet eorum in ſolidū tenetur ad reſtōnem, reſtitutio autem non fit niſi retractato dicto, ēt cum periculo vitæ. Quod vero ceteri non retractēt, nec retractare volunt, parum refert cum quilibet in ſolidum reſtituere teneatur, neq; .n. ex eo quod alij in pctō perſeuerare voluerint, ideo ego permanere debeo in pctō, et præſertim quia fieri pōt, vt vno retractāte, alius ēt ſuo exemplo ductus, & ſcrupulo conſcientiæ motus ſimiliter retractabit, & quia vno retractante efficaciter, fieri poſſit inquiſitio in alios, & ſic tandē deprehenditur innocentia accuſati. Quæ omnia procedunt qñ quis formaliter, id eſt, ſciens, & volēs falſum cōtra proximum teſtimonium protulit.

11 *Quinto*, ſi quis ignorātia non culpabili, vel obliuione falſum dixit teſtimoniū, ob quod alter morti eſt condemnatus, non tenetur, iuxta ea, quæ dub. 1. propoſitione 4. diximus, cum vitæ periculo illū eripere, ſed neq. ad damnorum factorum reſtitutionem aliquam obligatur. Sic expreſſe Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. p. 2. poſt dubium 10. nu. 255. & Eman. Rodr. in tract. de ordine iudiciali c. 7. concl. 5. Ratio patet ex dictis, cum neq. teneatur ratione rei, nihil. n. poſitiue accepit, neq. ratione iniuſtę dictionis, quandoquidem non perfecte, & formaliter falſum tulit teſtimonium, ſed materialiter tm̄, ac proinde ad iſta non tenetur cum tanto ſuo damno, et incommodo. Si .n. excuſatur in hoc caſu a periurio, & Dei offenſa, magis excuſabitur ab offenſa proximi, atq. adeo a reſtōne iuxta ea, quę ibi dicta ſunt. In qua tamen re diligenter cauendū eſt, ne ſibi ipſi blandiatur quiſpiam, cū raro contingere poſſit ignorantia, & obliuio inculpabilis in tam graui materia. Et hæc de vita.

Sexto, Qui falsò depoſuit cōtra famā alterius, ad famę reſtitutionem, & damnorū, & expenſarum, quæ ex infamia, & lite ſequuntur, ēt cum propriæ famæ periculo, & dicti ſui retractationem, obligatur. Ratio eſt, quia cōmiſit iniuſtitiam in læſa fama, & honore alterius. Et in pari gradu melior eſt conditio innocentis. Idemque de iactura rei familiaris, & bonorum tpalium diſpendio, ex falſo teſtimonio ſubſecuto, dicendum eſt. Qui .n. ex falsò teſtimonio ſua cā eſt dāni in bonis tpalib. ad eorum reſtitutionem obligatur; ſicut qui rem furatus eſt ab alio, plane tenetur illam dño reſtituere, neceſſitatem talium rerum patienti, ēt cum damno rei propriæ tpalis, vt in materia de reſtitutione famæ, & bonorum temporalium Doctores cōiter tradunt, & expreſſe probāt Anto. de Cordub. in ſumma. q. 67. §. 2. Petr. Nauar. vbi ſup. nu. 252. & Io. Med. C. de reſtitutione. q. 1. cauſa 4. ad quartum.

12 DVBIVM Tertium eſt, An qui pecuniam accepit pro falſo teſtimonio, acceptam pecuniam reſtituere teneatur.

Reſpondeo cū communi Doctorum opinione, quam tenent Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. concl. 7. Nauar. in Manual. c. 25 nu. 45. Toletus lib. 5. inſtr. ſacerd. c. 59. Gregor. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 6. §. Quidnam ſit reſtituendum, dub. 4. poſt Alex. de Ales p. 3. q. 43. memb. 5. & Augel. verb. teſtis, §. 28. Anton. de Cordub. in ſumma. q. 67. Mich. Salon 2. 2. q. 70. art. 4. & Domin. Bannes ibid. Nulla ratione licitum eſſe pretiū, & pecuniā pro teſtimonio vero dicendo in iudicio accipere, id quod eleganter tradit S. Aug. epiſto. 54. ad Macedonium, et refertur 14. q. 5. ca. *Non ſane. Non ideo debet iudex uendere iuſtum iudicium, aut teſtis teſtimonium uerum, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium, iuriſperitus uerum conſilium. Illi n. inter utramque partem ad examen adhibentur, iſti ex una parte conſiſtūt. Cum autem iudicia, & teſtimonia, quæ nec iuſta nec uera uendenda ſunt, iniqua & falſa uenduntur, multo ſceleratius utiq. pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam quamuis a uolentib. datur, &c.* Quo in loco euidenter hr̄ illicitum eſſe pecuniam pro vero teſtimonio accipere, & in ſubſequentib. docet poſſe litigantē repetere a teſte, quicquid illi dedit ꝓ ferēdo teſtimonio. Rō eſt, quia qñ acceptio eſt iniuſta, & prohibita, licet datio ſit iuſta ad redimendā vexationem propriā (vt qñ datur aliquid a viatore aggreſſori) datur repetitio in iudicio. Quàuis igitur litigās potuerit licite dare aliqd teſti, quo indiguit, vt teſtimoniū verū diceret in iudicio ad redimendā ſuā vexationē, teſtis tñ inique illud accepit, quia nemini licet aliqd accipere, pro re ad quā alias tenetur ex p̄cepto.

Ceterū in hoc caſu non tenetur teſtis ad pecuniæ acceptæ reſtōnem, ante iudicis condēnationē. Rō eſt, quia teſtis non vocatus, & rogat' a iudice in iudicio, ſed ſolū rogatus a parte, vt teſtimoniū ferat, vt inf. dub. 7. dicetur, ex ſola charitate teſtificari tenetur, vñ nolens id facere peccat ſolū contra charitatē, cuius violatio ſimpliciter non obligat ad reſtōnem. Tenetur igitur ad eius reſtōnē ex vi legis, q̄ cū ſit pœnalis, non obligat ī foro cōſcīę ante iudicis cōdēnationē.

13 Pōt tñ teſtis expenſas vię, dum pro teſtimonio ferendo ad locū remotum procedere oportet, accipere ab eo, qui eum producit. Similiter etiā mercedem dierum, quibus occupatus ſtetit pro teſtimonio reddendo, & etiam lucra ceſſantia illi toto illo tempore quo in teſtificando detinetur, vt habetur in c. ſi teſtis. 4. q. 3. §. venturis.

14 Qui vero accipit pecuniā, vt falſum ferat teſtimonium, quicquid Nauar. in Manu. c. 25. nu. 45. §. Sexto, & Toletus libr. 5. c. 59. & aliqui alij velint non teneri ad reſtōnem rei acceptę ex neceſſitate, ſed tm̄ ex conſilio, tenetur ꝗd ſic acceptum reſtituendum in conſcīa ante vllā iudicis ſnīam, vt rectius Corduba, Salon, Bann. et Gregor. locis proxime citatis tradunt. Quia tenetur quis ex iuſtitia ad nō dicendū falſum, vnde accipiendo aliquid ſiue vt dicat falsū, ſiue vt non dicat falsū, peccat cōtra iuſtitiā; pecunia vero cōtra iuſtitiā accepta ſtatim in foro aīæ ex natura rei, hoc eſt rōne iniquæ acceptionis, reſtituēda eſt, vt docte, et ſubtiliter p̄fati authores argumētantur; tenetur. n. ex iuſtitia legali, vel cōmutatiua nō dicere cōtra aliquē teſtimoniū falsū, vñ accipiēs aliqd vt dicat, inique, et contra iuſtitiā peccat, & ideo acceptū in conſcīa reſtituere tenetur. Id qđ verū eſſe puto; non ſolū qñ a Petro Ioannes aliqd accipit, ne falſo teſtetur cōtra eūdem

dem Petrum, vt voluit Bannes, ſed ẽt qñ ab aliquo tertio, puta, ab Andrea aliq̃d accipit ne falſum contra Petrũ teſtimoniũ proferat. Videtur. n. eadẽ vtriuſq; rõ, niſi qđ in hoc ſecundo caſu præſumitur Andream id gratis potius donaſſe, quam vt falſum teſtimoniũ non diceret, qđ nõ ita facile præſumitur qñ quis dat alteri pretiũ, ne cõtra ſe falſo teſtetur. Sin aũt vel ab eodẽ ne contra ſe, vel ab alio ne contra tertiũ illũ falsũ teſtimoniũ proferat, aliquid acceptũ ſit, dũmodo non gratis datum ſit, ſed pro actu falſi teſtimonij, aut non falſi dicẽdi datum, & acceptum ſit, reſtitutioni obnoxius eſt, qui accepit.

Dubium Quartum eſt, Qualiter interpretãdũ eſt dictum, & teſtimoniũ obſcurũ, & dubiũ hoc eſt, in cuius fauorem, aut contra quẽ interpretandũ erit? De hac re legi poteſt Gloſſa in ca. ex literis, verb. *in liberali cauſa.* & in c. in prȩſentia, de probationib. & in c. inter dilectos, gl. vlt. de f. de inſtru. & in c. ſi. de ſent. & re iudicata. & Reg. 11. de reg. iur. in 6. Reg. cum ſunt. & gl. in c. ſi teſtes, 4. q. 3. Ex quib. locis colligitur. *regulariter & ordinarie* interpretaudũ eſſe in fauorem Rei, contra eũ, qui teſtẽ producit. Rõ eſt, quia is, qui accuſat, vel probat, eo ipſo tenetur clare, & aperte probare, alias obſcure probando ſibi imputet ſi Reus abſoluatur. Dixi, *Regulariter, & ordinarie*, qa in iure excepti ſunt aliqui caſus, in quib. qñ lex aut res eſt dubia, iudicatur contra Reũ, vt v. g. in teſtamẽto inofficioſo, ſemper iudicatur in fauorẽ teſtamenti. ff. de inoff. teſt. l. ſi pars iudicãtiũ. In cauſa ẽt Matrimoniali qñ res eſt dubia ſẽper iudicatur in fauorẽ matrimonij. 33. q. 1. can. *Si quis acceperit. & c. continebatur. de deſponſ. impub.* Sic ẽt in cauſa libertatis, ſemper iudicatur in fauorem hominis liberi. ca. *Ex literis, de probat.* & ff. de re iud. Item in cauſa dotis, iudicatur in fauorem dotis, c. fi. de ſen. & re iudic. vbi ponũtur hi quatuor caſus a Gregorio Papa Nono, vnde verſus.

Stat teſtamentum, libertas, coniugium, Dos.
Si ſint æquales qui producuntur vtrinque.

Addi etiã põt alius caſus, ꝙ. ſ. iudicatur ſemper in fauorem poſſidẽtis, quãdo res eſt dubia: quia in pari delicto, vel cauſa, melior eſt cõditio poſſidentis. Reg. 65. de reg. iur. in 6. Reg. In pari.

6 Dubium Quintum eſt, An quilibet in iudicio teſtis eſſe poſſit, & quare aliqui a teſtimonio ferendo repelluntur?

Reſpõdeo in vniuerſum teſtis eſſe poteſt, qui non eſt iure prohibitus. Quia vero teſtes in iudicio adhibentur ad rem probandam, atq, adeo non ita facile quiſpiam aut admitti, aut reijci debeat, ſtatutum ȩſt iure canonico, & ciuili ne aliquorum teſtimonium in iudicio valeat. Etenim cum teſtes in iudicio certam, & infallibilem veritatem non habeãt, ſed probabilem, conſequenter quicquid prudẽti iudicio repugnat, iſti probabilitati repugnat, & teſtẽ probabiliter ſuſpectũ reddit, merito teſtimoniũ eius minus efficax, & indignũ in iudicio reddit. Communiter aũt teſtes prohibentur eſſe illi, in quib. ſequẽtes qualitates deficiũt, q̃ his verſibus continentur,

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires.

De qua re legendi ſunt S. Tho. 2. 2. quæſt. 70. art. 3. Bannes, Salon, & Petrus de Arrag. ibid. Alex. de Ales par. 3. q. 43. mẽb. 3. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 1. Notab. 2. Sũmiſtæ in verbo, Teſtis, vbi Ang. §. 2. Sylueſt. q. 1. Tabiena eo. in prin. Sotus lib. 5. de iuſt. q. 7. ar. 3. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 14. puncto 3. Nau. in Man. c. 25. nu. 49. Tolet. lib. 5. inſtruc. ſacerd. c. 59. Emanuel Rodriquez de ordine iudiciali c. 7. & alii, & Canoniſtȩ in ti. de teſtib. & c. forꝰ, de ver. ſig. & ĩ c. ſi teſtes, 4. q. 3.

Et quidẽ cum lex diuina Exod. 23. dicat, *Non in iudicio plurimorum acquieſcas ſententiæ*: & Deu. 19. ſacerdotes dicta teſtiũ diligentiſſime ſcrutari p̃cipiant: ſacri canones, & leges ciuiles rationem legis conſiderantes, perſonas illas, quæ vt plurimum haberi poſſunt ſuſpectæ de mẽdacio in teſtimonio ferẽdo, vel de veritate ſupprimenda, inidoneas ad teſtimonium cenſuerunt.

Ad hoc autem diſcernendum quinq. p̃cipue in perſonis teſtificantiũ cõſiderauerunt, *Mores*; *Naturam, fortunam, Animũ, & ſtatum*, vt egregiè, & p̃ceteris, & melius, & ſignificantius Alexander de Ales, & S. Tho. vbi ſupra explicarunt.

Circa *Mores*, aũt duo cõſiderauerunt, ob quæ fides non ita facile teſtificanti adhiberi debet, *Errorem*, ſ. & *Malitiam*: vnde propter *Errorem*, infideles: propter *malitiam* autem infames a teſtimonio ferendo excluſerunt. De infidelib. id habetur. c. 1. *de teſtib. & c. alieni erroris*, & c. *Non poteſt*. 2. q. 7. vbi dicitur, *Nõ poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis; Iudæi ergo qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc in Chriſto præuaricati ſunt, ad teſtimonium ferendum admitti non debent, quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubij habentur, ut c. pagani. & ca. ſi hæreticus. 2. q. 7. ſimilia habentur. De infamib. idem habetur, in c. alicui erroris. 2. q. 7. & cap. Præterea. de teſtib. cogend.*

Circa *Naturam* ẽt duo conſiderauerunt, *ætatem, & ſexum.* Qui. n. in pueris ætatis defectus rationem obnubilat, iõ iſti a teſtimonio ferendo excluduntur, vt habet̃ 4. q. 3. c. 1. *Ad teſtimonium infra annum decimumquartum ætatis ſuæ conſtituti non admittantur.* & Inſtit. de teſta. §. teſtes. qđ intelligitur quamdiu ſunt infra illam ætatẽ. Cum. n. illã pertranſierint, ferre poſſint teſtimoniũ de his q̃ in minori ætatæ viderint, dũmodo doli capaces erant, qñ ea viderunt, c. *Relato.* & ibi gloſſ. in verb. in *pueritia diſt.* 37. Alex. de Ales & alii vbi ſupra. Sicut & docere ea, q̃ in minori ætate didicerunt. Id qđ verum eſt de puro facto, nam de circunſtantiis, ſ. qualiter quid factum ſit, nõ item, quia in hoc facile falli potuit memoria. Quo ad mulieres id habetur c. Ex eo. 16. q. 3. & 33. q. 5. c. Mulierem, vbi dicitur, *Mulierem conſtat viri ſui dominio eſſe ſubiectam, & nullam authoritatem habere, nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, neç iudicare.* Id qđ regulariter verum ȩſt, nam in quibuſdam caſib. permittitur etiam mulieri teſtẽ eſſe, & etiam accuſare, vt c. *Tanta de ſimonia.* Vbi meretrix ẽt admittitur ad ſimoniacum accuſandum. glo. finali ibidẽ. & in cauſa pecuniaria, vel matrimoniali, vel legitimitate filii. capit. Tranſmiſſæ. Qui filii ſint legitim. & etiam in criminalib. admittĩt ad ſuã, & ſuorum iniuriã proſequẽdam. c. *De crimine.* 15. q. 3. & in crimine lȩſȩ maieſtatis, ex Alexandro de Ales vbi ſupra.

Circa *Fortunam* ēt duo conſiderantes, ſ.conditionem ſeruitutis, & aduerſitatem paupertatis, *Seruos, & pauperes* a teſtimonio ferendo excluſerunt. Habet.n. ſeruitus annexum dominationis timorem; paupertas autem temporalitatis amorem, quę duo homines ad mendacium maxime inclinare ſolent. Vt enim dicitur in c.*Si teſtes*,4.*q*.3.§.*Item idonei. Idonei non uidentur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant.* Cum ergo ſeruis imperari pōt vt teſtes fiant, non poſſunt eſſe teſtes idonei. Quod autem dr̄ de ſeruis, intelligēdum eſt, dummodo in ſeruitute manent, ſi.n.manumiſſi ſint, recipi poſſunt in teſtimonium eorū, quæ ſeruitutis tp̄e viderunt. Immo vero manēs in ſeruitute, ſi interrogatur de his, q̄ pertinent ad dn̄m ſuum, quamuis regulariter non ſit in teſtimoniū recipiendus, iuxta illud cap. *ſi teſtes*, §. *Item ſerui* 4.*quæſtione* 3.*Serui non pro domino, nec aduerſus dominum, ſed pro facto ſuo,* puta quando per eum dr̄ aliquid commodatum, vel depoſitum, *interrogari poſſunt*; in tribus tamen caſibus cōtra patronos teſtificari poſſunt, videlicet, *in crimine adulterij, fraudati cenſus, & læſæ maieſtatis*. 12.*q*.2.*c*. *Epiſcopus*.2.*& cap.Quæſtionem*. Addunt alii etiam qn̄ maritus dicitur occidiſſe vxorem, aut cum agitur de occiſo dn̄o. Interrogatus autē ſeruus de alijs, quæ ad dn̄m ſuum non pertinent, ſolū recipi poteſt teſtimonium eius, quando alia ꝓbatio ad veritatem eruendā non inuenitur. d.c. *Si teſtes*.4.q.3.Quia etiā in pauperib. ex neceſſitate, grauis eſt præſumptio, vt pro pecunia mētiretur, a teſtimonio etiam repellūtur, c.*In primis*, & c.*prohibentur, & ibi gl.in verb.paupertatem*, 2.q.1. & 4.q.3.c.*Si teſtes*.§.*Item teſtium.*

Circa *Animum* duo principaliter conſiderauerunt, *intellectum* videlicet, & *affectum*. Ex quo capite quatuor genera hoīum excluſerunt a teſtimonio ferendo, *Furioſi* quidem ꝑꝑ alienationē rationis, ſicut hi ēt ab accuſatione repelluntur. Propter inordinatū affectū excluduntur inimici, d.c.in primis, 2.q.1.Vbi dicitur, *De perſonis teſtificantium quærendum eſt, ne forte aliquas inimicitias habuiſſent*, & ibi gl.in verb.*inimicitias*, & *c.accuſatores*.3.*q* 5.*& c accuſatorib.ea.cauſa, & q.&* 4.*q*.3.*c.Si teſtes. Item domeſtici & familiares*.4.*q*.3.*cap.Si teſtes. ciuili*, inquit, *iure domeſtici teſtimonij fides improbatur.* Item quiſq. prohibetur eſſe *teſtis in re ſua.c. Si teſtes*.4.*q*.3.§. *omnibus. omnibus in re propria dicendi teſtimonia facultatem iura ſubmouerunt.*

Circa ſtatum etiam perſonarum duo conſiderauerunt, nimirum ſtatū perſonarū *extra iudicium*, & ſtatum eorum *in iudicio*. Extra iudiciū .n. conſiderauerunt ſtatū laicorum, & clericorū. Cum enim laici, vt plurimū infeſti ſunt clericis, iō laici in criminalib. cōtra clericos teſtificari nō poſſunt. 2.q.7.*per totam*. In iudicio cōſiderauerūt diſtinctionē perſonarum neceſſariam eſſe, vnde in c.1.4.q.4.dicitur: *Nullus vnquam præſumat accuſator ſimul eſſe, & iudex, & teſtis, &c.* Ex quib. oībus colligīt duodecim ꝑſonarū genera a teſtimonio ferēdo regulariter excludi, ſ.infideles, infames, pueros, mulieres, ſeruos, pauꝑes, mētealienatos inimicos, domeſticos, quēlibet ī re ſua, laicos cōtra clericos, & accuſatores ipſos, & iudices, de oīb. hęc ſatis ſunt, quantū ad p̄ſens inſtitutū attinet, cetera apud p̄fatos authores legi poſſu

21 DVBIVM autem eſt, an ſicut laicus cōtra clericum teſtis eſſe nequit, ita etiam clericus te cando in cauſa criminali ſanguinis, & præm proteſtatione, quæ exigitur in c. Prælatis, de micid. in 6. ſit irregularis ſecuta morte eius, co tra quem teſtificatus eſt?

In qua re dicendū eſt, qđ licet clericus p̄m tat proteſtationem, irregularis tamē erit ſecu morte exinde delinquētis, vt latius to.1.The ri, li.6.c.18.dub.6.n.10.docuimus, & exp̄ſſe t dit Couar.in clc.Si furioſus, p.2.§.5.n.6.verſ.D cimotertio, de homic. citans Fel. & alios in c.p ſtulaſti, de homic.arg.c.teſtimoniū.11.q.1.v prohibetur teſtimoniū clerici contra laicos, a ſeritq. eſſe communem omnium ſententiam.

Ratio eſt, quia in iure ſolū ꝑmittitur clericis, vt in cā propria accuſare, vel denūciare poſſit ꝓteſtatione pręmiſſa, nullibi aūt in iure permittitur clerico, vt ſit teſtis, vel aduocatus in cā ſanguinis quantumuis proteſtationem præmittat.

22 DVBIVM Sextum eſt, an filius in criminalibus teſtificari poſſit contra patrem?

In qua cōis opinio eſt ordinarie, & regulariter non poſſe, c.Si teſtes, 4.q.3.vbi dicitur, *Teſtis idoneus pater filio, aut filius patri non eſt*, & late Nau. in c.inter verba, 11.q.3.concl.6.coroll.66.num. 809.& colligitur ex l.parentes, C.de teſtib.& §. Item parentes.4.q.3.c.Si teſtes. Vbi dicitur, *parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes etiam ad teſtimonium admittendi ſunt.*

Difficultas autem eſt, an in quibuſdam ſaltē criminib. teſtificari poſſint, v.g. ſi pater ſit proditor patriæ, vel coniuret contra Regem, vel ſollicitet filium ad hæreſim, vel ad aliquod aliud graue peccatum; Et an teneatur filius in his criminibus accuſare patrem; Item an ſi filius fungatur officio iudicis, teneatur patrem conuictū in iudicio condemnare ad mortem?

Quæ difficultas maximi momenti eſt, vt ſciamus, an filij teneātur teſtificari cōtra ſuos parētes ſuper delicto hæreſis, id mandāte iudice cōpetēte, & conſequēter ſi includātur in literis, & mandatis generalibus, in quib. Inquiſitores ſancti officij ſub pęna excommunicationis pręcipiunt reuelare hæreſes, quas ſciunt.

23 In hac re vnum certum eſt apud oēs, & ſeruū poſſe dn̄m accuſare, & contra eum teſtificari in crimine læſæ maieſtatis, ff. ad l. Iuliam maieſta. lege penultima. Nauarrus in d.cap. inter verba, vbi ſupra nu. 826. & filium ſimiliter licite poſſe accuſare, & denunciare patrem, ſi proditor patriæ ſit, vel coniuratus contra Regem. Id qđ etiam ratio naturalis conuincit, quia commune bonum pręferendum eſt priuato. Sic Cicero libro tertio officio. Ang. in verbo, exhæredatio. §.1.& §.2. Sylueſt. verb. Hæreditas.2. q. 3.& alii communiter.

Tota vero difficultas eſt de crimine hæreſis, vel infidelitatis: In qua re

24 *Prima opinio* eſt dicentiū, non obligari filiū vt accuſet, vel denunciet patrē, aut contra eū teſtificetur, aut vt eū in iudicio condemnet. Sic Abulenſis in Deu. 13.q.3.& Simācas de inſtit. catholicis, tit.29.n.25. Ratio eſt, tū quia iure naturali

filius teneatur reuereri patrē. Tum, qa nemo tenetur teſtificari, aut denūciare, cū ex eo ſequeretur ſibi magnū damnū ſpirituale, aut temporale, Bal. in c. cū nuncius, de teſtib. cogen. Vel ſi inde ſequeretur ſcandalū. Syl. in verb. denūciatio. q. 1. & verb. correctio. q. 7. in fi. Sed ex tali denūciatione, teſtificatione, aut condēnatione filius magnū detrimētum patitur in ſeipſo; fit. n. infamis ob leges condēnantes infamiæ filios hęreticorum, itē ob hęreſim patris cōfiſcant̄ bona filii, magnū inde ſcandalum affert parentib. fratrib. & cōſanguineis, & cā eſt magnæ diſcordię. Tum quia Deut. 13. dicitur, *Si uoluerit tibi perſuadere frater tuus filius matri tuæ, aut filius tuus aut filia, ſiue uxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens: Eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, ne acquieſcas ei, neque parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum*. Vbi nulla fit mentio de patre, aut matre, exinde ſignificans non licere filio in ordine ad patrem, aut matrem, cum conſtet filium magis debere parētibus, quam propriis filiis, & facit quod notat gl. c. 1. diſt. 30.

Secunda opinio docet obligatum eſſe filium ad teſtificandū, accuſandum, vel condēnandū. Sic Alphōſus a Caſt. lib. 2. de iuſta hær. punit. c. vlt. Ang. verb. teſtis. n. 12. §. 8. Syl. eo. q. 1. verſ. 8. qui duo docent & patres eſſe teſtes idoneos in cauſis filiorū, & econtra filios in cauſis parentū, cū procurat̄ correctio, & impedimentū peccati, & illuſtratio fidei. Nau. in c. inter verba, 11. q. 3. cōcl. 6. corol. 66. n. 825. & ſeq. Mich. Sal. 2. 2. q. 70. ar. 1. cōtr. 2. cōcl. 3. & Dom. Ban. ibi. dub. 4. in fi.

Ratio eſt, qa pater proditor patriæ, vel coniuratus in Regē eſt accuſandus a filio. Ergo a fortiori pater hæreticus, cū maius crimē ſit hæreſis & infidelitas. Tum quia ſit bonum cōe præferendū eſt priuato. Ergo bonum religionis & fidei præferri dēt bono priuato patris. Tum quia magis debemus Deo, eiuſq; honori, quam noſtris parētib. aut nobis ipſis, iuxta ea, quæ docet S. Th. 2. 2. q. 26. art. 2. & 3. Vnde S. Hieronym. in epiſt. ad Ruſticū epiſcopū Narbonenſem, & refertur in c. Diaconi. 5. diſtin. 93. ait. *In ſpectantibus ad cultum diuinum, patri, & matri dicendum eſt, Non noui uos.* Tū quia q̄libet perſona priuilegiata cōpelli pōt ad teſtificandum in factis, quæ cōmuniter per alios probari nequeunt. Sed crimē hęreſis cōiter tale eſt, arg. c. cū ex iniuncto. de hæret. adeo vt quāuis ſeruus ordinarie contra dominū ſuū teſtificari nequeat, in crimine tn̄ læſæ maieſt. humanæ pōt. l. pen. ff. ad l. Iul. Maieſt. ergo a fortiori in crimine diuinę maieſtatis, cuius læſionē multo grauiorē eſſe humana, docet Innocētius Papa III. in c. vergētis. de hæret. & frater quāuis priuilegium hēt non teſtificandi cōtra fratrē ſuum, d. l. Iul. Maieſt. ſuper hæreſi tn̄ illi non prodeſt, ſcđm Pan. in c. literas, de p̄ſump.

Quocirca non ſolū veram eſſe puto hanc ſecundam ſn̄iam, quando pater eſt ſeminator hęreſis, aut alterius infidelitatis, accuſandum, ſ. tunc eſſe patrē a filio, vt expreſſe docet Alex. de Ales par. 3. q. 33. mēb. 4. art. 2. in fine, eo qđ bonum cōe præferri debet priuato, vt diximus ſupra tract. de tertio Decalogi mandato, lib. ca. 5. verſ. quarto, ſed ēt probabilē eā cenſeo, quando pr̄ priuate & occulte filiū ſollicitaret ad hæreſim, qa vere tūc q̄uis ꝓprie ſeminator hęreſis nō ſit, conat̄ tn̄ filiū a vera fide abducere, & graue admodū delictū ē hęreſis cōtra religionē Deo debitā, & hęreſis crimē ē, qđ regulariter ſerpit, vt cācer, & venenū, & alios inficit, nec regulariter credēdū eſt, velle ſolū filiū, ſđ alios ēt ſollicitare.

26 *Ad* argumenta vero in cōtrariū facilis eſt reſponſio: *Primum*. n. ſoluit̄, ſi dicamus dr̄e filiū reuereri patrē, ſed teneri magis reuereri Deū, maius. n. bonū eſt religionē tueri, q̄ in hac cā patrē honorare. Siue. n. teſtis ſit filius contra patrem, ſiue accuſator, ſiue iudex, ſꝑ tenetur bonū religionis, ac bonū cōe tueri. Secūdū vero diluitur, aſſerēdo filios nō eſſe puniēdos his pęnis in hoc caſu, ſed potius tanq̄ ciues bonos, & catholicos pręmiandos, qn̄quidē eadem eſt rō in hoc caſu, ac cū pater proditor ſit Reipub. & coniuratus in Principē, in quo caſu, quamuis ſcđm leges inflicta eſſet pęna infamię filiis, & poſteris, & confiſcatio bonorū, accuſandus tn̄ eſſet a filio pater, nec his pęnis filius puniendus eſſet. Deinde quāuis graue dānū ex tali teſtificatione ſequeret̄, non excuſatur tn̄ a denunciatione, & teſtificatione, cū his omnib. malis remedium inuentum ſit a Bonifacio Papa VIII. in ca. fi. de hæret. in 6. vbi ſtatuitur, procedendū eſſe ſimpliciter, & de plano, dictaq. teſtium, & accuſatorum publicari non debere, quando periculum timetur.

Ad illud vero Deut. 13. Rn̄detur cum Caietano ibid. & Nau. vbi ſupra, facta mentione filii, conſequēter fieri mentionē de patre q̄uis tacite. Si enim pater accuſare debet filium nō obſtante tanta dilectione, quantā habet pater in filium, (maior. n. eſt communiter amor parentū erga filios, quā filiorū erga parentes) Ergo a maiori accuſandus erit pater nō obſtāte dilectione, & reuerētia debita patri a filio. Qđ vero reſpondet Abulenſis diſparem eſſe rationem, eo quod filius dēt reuerentiam patri, non econtra pater filio: Rn̄detur id quidem verum eſſe; Ceterum cum hic concurrant duo iura naturalia, quorū vnū eſt reuereri patrē; alterum eſt tueri bonum cōe, & fidem, bonum religionis, & honorē Dei hoc ſecundum ius maius eſt primo; quando aūt ſibi inuicem occurrunt duo iura, minus ceſſat in præſentia maioris. Cum igitur *hoc ſeruandum fuit ante aduentum Chriſti circa Deum colendū, & idola ſpernenda, quanto magis poſt aduētum Chriſti circa Deū colendum, quando ueniens Chriſtus non tantum uerbis nos hortatus ſit, ſed etiam factis*, vt ex hoc eodem Deuteronomij loco c. 13. Sanctus, & glorioſus Chriſti martyr Cyprianus in lib. de exhortatione martirii, c. 5. & habetur ī c. *Si audieris*. 23. q. 5. argumentatur, vn̄ in hanc etiam ſn̄iam deſcendit Nau. in d. c. inter verba, coroll. 66. num. 827. dummodo inquiſitor curet, vt filio non proueniat graue damnū pro teſitmonio ferendo contra ſuum patrē, nomen eius tenēdo occultum, iuxta decretū Boniſacij VIII. in fin. de hæret. in 6. & dummodo non adſint alii teſtes, qui ſufficiant, & dummodo pater non vere emendetur, ſi ipſum ſuus filius, vel alius admonuerit.

Intelligenda vero ſunt hæc q̄ diximus tam in crimine hęreſis, quā læſæ Maieſtat. qn̄ non ſunt alii qui cōmode teſtificari poſſint, qa ſi exiſtāt, durum vr̄ exigere teſtimonium patris contra filium, vel econuerſo, in re adeo atroci, cum tunc neceſſariū non ſit, ſed ex alijs commode haberi poſſit, vt recte Mich. Salon vbi ſupra annotauit

27 DVBIVM Septimū eſt, An licitū ſit Reo obijcere teſtib. q̄cūq. crimina ad eorū dicta refellēda? In hac re aliqua certa ſunt, q̄dā cōtrouerſa.

Primo certum eſt, nunquā licitum eſſe falſum crimē obijcere teſti ad eius dictū infringendū, aut infirmandū, qd̄ procedit ſiue teſtis ille verū, ſiue falſum teſtimoniū tulerit, & ſiue iuris ordine ſeruato, ſiue nō teſtatus ſit, Sic Sotus li. 5. de iuſt. q. 7. art. 3. Mich. Salon 2. 2. q. 70. ar. 3. controuerſ. 1. concl. 1. Pet. de Arragon, & Domin. Ban. ibid. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 14. puncto 3. & Eman. Rodriquez tract. de ordine iudi. c. 8. concl. 1. Rō eſt, qa obiicere alteri crimen falſum eſt mendaciū pernicioſum, & intrinſece malū, qd̄ nulla de cauſa licet. Ergo ex genere ſuo mortale pctm̄ eſt. Vnde inferunt præfati authores, iniquiſſimū eſſe vsū illū, quo cauſidici & aduocati impingere ſolēt teſtib. crimina falſa, vtentes, vt putant, iure ſuo ad redimēdā vexationē, ſed grauiter peccant tum pp mendacium, tum propter damnum, & infamiam, quam teſti tales adferunt, vel re ipſa, vel quantū in ipſis eſt, ſi forte ob eorū leuitatem fides ei minime abhibeatur.

Secundo certū eſt, licitū eſſe obiicere teſti falſo p defenſione ſua crimina eius vera tā publica, quā occulta, quæ eneruēt ipſius teſtimoniū. Sic præfati authores oēs. Rō eſt manifeſta, quia licitū eſt innocēti ſe defendere, & vim vi repellere, quo minus lædatur, p media quæcūq. licita, & a iure cōceſſa. Sed in hoc caſu Reus eſt innocēs, & teſtis falſus eſt iniquus inuaſor, graueq. dānū infert Reo vel in pſona, vel in fama, vel in bonis pro qualitate negotij qd̄ tractat̄. Ergo licitū erit ei crimina illa vera obiicere ei, qb. infirmū reddi poſſit eins teſtimoniū. Et intelligēdū eſt hoc ex Salono vbi ſupra concluſ. 2. ſiue teſtis falſum dicat ex malitia, ſiue ex ignorātia inuincibili, qa licitū eſt innocenti ſe defendere etiāſi aggreſſor inuadit, vt ſi puer, vel freneticus, aut dormiēs, me occiſurus eſt, nec aliter ſaluus eſſe poſſum, niſi occidendo. Vim. n. illā repellere licet, etſi nō ſit iniuſte illata. In pari. n. cā innocētiæ mihi magis teneor. Eſt. n. iniuſtus inuaſor ex parte cāæ, quia ſine cā me vult occidere, quāuis nō ſit iniuſtus inuaſor ex parte ſubiecti inuadētis, nec peccat. Idēq. tenēt Cord. lib. 1. qq. q. 38. ſub 4. rōne opinionis 2. ver. Sed vt ſemel, & Sot. li. 5. de iuſt. q. 1. ar. 7. in fi. & corporis, de eo, q irruentē in ſe militē occidit, etiāſi ſciat iuſte bellare ex ignorātia inuincibili, & Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 3. par. 3. dub. 2. in fine. num. 348.

28 Addūt tn̄ authores citati, reqri tres cōdōnés, vt Re⁹ licite obiicere poſſit teſti crimina oculta

Prima eſt, vt ea tm̄ crimina vera illi obiiciat, q̄ faciunt ad inualidandā fidem illius teſtimonii, nam alia impertinentia ſecreta obiiciēdo, peccat, cum nō ſint media per ſe neceſſaria, & ordinata ad ſui defenſionem, & conſequenter peccat contra charitatem ea illi obiiciendo.

Secunda eſt, qd̄ non poſſit aliter ſe defendere

quam obiiciendo ei hæc crimina vera occulta
ſi enim alia via commoda ſe defendere quea
peccat reuelando occulta eius crimina, non e
nim debet quis vti iure ſuo cum graui damno a
terius, niſi vrgente neceſſitate.

Tertia eſt, vt cōparetur damnū, quod immine
Reo, cū damno, quod imminet teſti, ex crim
nis obiectione: Nam ſi damnū teſtis ſit graue
vt vitæ, vel famæ: dānum vero Rei leue, contr
charitatem erit cum tam graui damno teſtis, &
exiguo Rei, crimen illi occultum obiicere.

29 Et licet nonnulli putēt hoc ſolum licitū eſſe
qn̄ agitur de vitæ, aut famæ defenſione, non a
tem ſi ageretur de defenſione bonorum, vt ti
recte notat Petrus de Arragon. vbi ſupra, id fal
ſum eſt, quia ſicut licitum eſt cuiq. in defenſio
nem bonorū alicuius momenti, & valoris ag
greſſorē occidere, cū moderamine inculpatę tu
telæ, vt diximus lib. c. 10. dub. 9. agētes, de hom
cidio, ita ēt licitum eſt reuelare crimē verū fal
ſi teſtis ad neceſſariam eorundē bonorū cōſe
uationē, ēt cum iactura vitę, & famæ alteri
Addūt Petr. de Arragon. 2. 2. q. 70. ar. 3. & Ema
nuel Rodriq. tract. de ordine iudiciali. c. 8. cō
2. in fine, aliam conditionem, ſ. quod in tali ob
iectione teſtis infamiā non intendam, ſed tan
me defendere, ſicut ad propriam defenſione
nō eſt licitū aliquē ex intētione occidere. Ho
tn̄ fundamētū lib. ca. 10. dub. 6. latius a nobis re
futatū eſt. Afferſ ēt Sot. lib. 5. de iuſt. q. 7. ar. 3. in
fine. alias cōditiones, quib. exiſtentibus ſecurius
aliqs id facere pōt; vt v. g. ſi teſtis ſponte, aut etiā
temere, & *culpa ſua*, non aūt coactus a iudice teſti
monium tulit. Ceterum quamuis verum ſit ſe
curius tunc hoc fieri poſſe, nihilominus tn̄ ſi de
ſint hæ conditiones dūmodo adſint tres condi
tiones p̄dictę, licite poterit accuſatus crimina ve
ra teſti obijcere, ſi quidē vtitur iure ſuo, nec te
netur alterius famam ſuo commodo præferre.

30 *Tertio* certum eſt, licitum Reo eſſe obiicere te
ſti ēt verum deponenti, & ordinē iuris ſeruan
nō ſolum crimina manifeſta, ſed ēt occulta qb
dictum eius infirmum, & inefficax redditur, q
illa pbari poſſint in iudicio, ſeruatis tribus cōdi
tionib. p̄dictis, colligitur ex Sot. lib. 5. de iuſt. q.
q. 7. ar. 3. & expreſſe id docēt Mich. Salon 2. 2. q.
70. ar. 3. controuer. 1. concl. 3. & 4. Pet. de Arrag
& Dom. Ban. ibid. & Emanuel Rodriquez tra
cta. de ord. iudiciali. c. 8. cōcl. 3. & 4. Prima pa
patet, ſ. de obiectione criminis manifeſti, qa
illum non infamat, nec aliquid facit, qd̄ eum
dat. Scd̄a pars, de occultorum obiectione pate
qa obiiciens ei crimina occulta, ſed vera, quæ
iure eneruāt teſtimoniū alteri⁹, ſeruatis illis cō
ditionib. vtitur iure ſuo in propriā defenſionē
& cum iuſta neceſſitate, & cōſequēter licitu
erit reo id facere citra culpā. Et ſibi imputet te
ſtis, nō Reo, q ſciens tale damnum imminere ſi
bi, & infamiā, teſtificari voluit, cum tn̄ interro
gatus a iudice cum periculo tanti dāni teſtifica
ri non teneretnr, niſi ſolum ob bonum cōmu
ne, Num reus vtit̄ beneficio iuris ſibi conceſſo
Confirmatur hęc ratio, qa cum teſtis vt perſon
q̄ de iure repelli pōt, ſiue iudex via inquiſitio
nis procedat, ſiue via accuſationis, pōt Reus iu

ſte

tè dicere infamiã illam ortã eſſe a maleuolis, &nõ tenetur reſpõdere niſi accuſatio ſit iuridi- a,& non ſolũ ex iuris p̄ſumptione. Cum igitur n hoc caſu accuſatio nõ ſit iuridica vere, & le- itima, ſed ex ſola iuris præſumptione, ex eo, ſ. uod iudex arbitratur teſtes illos idoneos, & le- itimos eſſe, & oĩ exceptione maiores, cũ tales õ ſint, poterit in hoc caſu reus crimina illa o- iicere, quibus de iure teſtimonium illius, & ac uſatio iuſte, & iuridice repelli poteſt.

Hinc fit, qđ ſi quis occidit hominem, cuius cri ina vnicus tantum teſtis nouit, quẽ Reus cer- oſcit, quamuis in occulto tali eſſe infamia no- atum, vt iure a teſtimonio ferendo poſſit repel , licite poteſt tunc tale crimen occultum obii- ere teſti, vt cauſam ſuam defendat.

Sic etiamſi inſtitutus ſit hæres extraneus ꝑ te amentũ occluſum, cui ſeptẽ teſtes interfuerũt, leaũt qui ſuccedere debuit ab inteſtato, certo cit quãuis occultè, duos, vel tres illorum ita eſſe nfames, vt de iure teſtes habẽdi non ſint, quib. eficientibus teſtamentũ redditur minus ſolẽ- e, ipſeq; iure ſuccedit in hæreditatẽ, licitè po- ſt talis hæres ab inteſtato ſuccedens ea crimi- a teſtibus obiicere, vt iure ſibi debitam hæ- editatẽ obtineat, vt Petrus de Arragon, & Ro riquez locis citatis affirmant.

Quarto certũ eſt, in tali caſu quo crimina ma- ifeſta, ob q̄ de iure ꝗs inhabilis eſt ad teſtimo- ium ferendum, alicui teſti obiiciuntur põt, & enetur iudex illius teſtimonium repellere, ẽtſi on repellatur a Reo, ſiquidẽ cum iudex cuſtos tiuſtitiæ, & legis executor, defectus publicos, uib. iudiciũ annullatur, repellere tenetur, qñ t ſunt occulta, põt, & dẽt eos admittere, nec os interrogare tenetur, an tales defectus ha- ãt, donec a Reo illis obiiciãtur, ex Mich. Sal. i ſupra. Et rõ eſt euidens, quia cum iudex nõ t aduocatus, aut defẽſor Rei, ſed inter actorẽ, Reũ iudex, & mediator, occultos alicuius de ctus repellere non dẽt, ſed hoc ad reum ſolũ, b iuſtam ſui defenſionem pertinet. Et hęc om ia certa & manifeſta ſunt.

DVBIVM autem eſt, an quando reus obiicit rimen falſum teſti falſo non valens alia via ſe ueri, peccet contra iuſtitiam, an vero ſolum cõ ra charitatem?

Reſpondeo cũ iudicium hoc vere in ſe nullũ & iniuſtũ ſit, vtpote procedens ex ſola iuris p̄ſũ- tione, & ex ſolo dicto falſi teſtis, perinde ſe hẽt, c ſi nõ eſſet iudiciũ, ex S. Th. 2.2.q.70.art.4.ad cđm: conſequenter Reus falſum obiiciens te- i falſo in tali iudicio nõ peccat contra iudiciũ, & iuſtitiã, ſeu iudicem, cum in hoc caſu reuocat otius iudicẽ a ferenda iniqua ſententia contra pſũ ex dicto, & teſtimonio teſtis falſi, vñ in or- ine ad iudicẽ ipſum, & ad iudicium quod vere ſt nullũ, non committit Reus vllã iniuſtitiam, ut iniuriã. Ceterum in ordine ad teſtẽ falſum, ui hoc crimẽ falſum obiicit, peccat nõ ſolũ cõ- ra charitatem, vt conſtat, ſed ẽt contra iuſtitiã, uia in hoc caſu non cenſetur ſui defenſor, ſed ggreſſor, cum ſe per medium illicitum defen- dat, ſeu potius alterum aggrediatur, ſ. per men- dacium, qđ nulla ex cauſa licitũ eſſe poteſt, non enim licitum eſt facere malũ, vt inde bonũ eueniat. Ro. 3. Vñ quis reus in hoc caſu ius habeat negandi delictũ falſo ſibi a teſte impoſitũ, & ſimiliter poſtulandi vt delictũ probetur, non tñ ius habet ad imponendũ falſum crimẽ teſti, & per medium aliquod illicitum vindicare ſe, repercutiendo percutientẽ ſe & conſequẽter peccat cõtra iuſtitiã in ordine ad teſtẽ, vt recte Michael Sal. 2.2.q.70.ar.3.cõtrouerſ.2. annotauit. Qui ẽt addit non ſolum eſſe pctm̃ contra iuſtitiã imponere falſo teſti crimen falſum, verũ ẽt detegere crimẽ occultũ, impertinẽs, ad cãm de qua agitur, cũ tunc ẽt teſtis iniuſte infametur.

34 Controuerſum etiã eſt, an ſit pctm̃ mortale ſemper falſo teſtificanti, aut contra iuris ordinẽ teſtimoniũ ferenti falsũ crimẽ obiicere? Dom. Ban. 2.2.q.70.ar.3.dub.2. quamuis putet moraliter, & de facto ſemper eſſe peccatũ mortale, nihilominus tñ putat aliquando poſſe ſecluſis alijs circũſtantiis eſſe tm̃ veniale. Mich. Sal. 2.2. q.70.ar.3.cõtrouer.2. in eã potius opinionẽ inclinat, vt velit ſꝑ eſſe mortale. Quia licet Reus negare poſſit, & vere crimen qđ teſtis cõtra eũ affirmat, nã ſiue falſum crimen a parte rei obiecit, ſiue teſtatus ſit cõtra ordinẽ iuris reuelãdo crimẽ occultũ nõ probabile in iudicio, commiſit vere iniquũ opus, & conſequenter falsũ practicum, imponere tñ illi falſum crimen, quo fama eius lædatur, nullo modo excuſari põt a mẽdacio pernicioſo, & nociuo, qđ omnium cõſenſu peccatũ eſt mortale. Quæ opinio mihi vr̃ eſſe verior, quia licet mendaciũ in iudicio ratione ſolius falſitatis non ſit ſꝑ peccatum mortale, attñ vel rõne ꝑiurij, vel ex violatione iuſtitiæ ex ſuo gñe eſt pctm̃ mortale, vt docet S. Th. 2.2.q. 70.ar.4. Vñ cum Ban. ibi vltro concedat, Reum ſic teſti falſo crimen falſum obiicientẽ, cõtra iuſtitiam peccare, ad mentem S. Tho. concedere ẽt debuit peccare ſemper mortaliter ex genere ſuo. Et certe ꝗcquid ſit de re hac metaphyſice agẽdo, neſcio an de facto, & moraliter loquẽdo excuſari vnquã poſſit Reus, ꝗ crimẽ falſum teſti falſo imponit, a mortali, tũ quia plane vindictam, & malum pro malo iniuſte reddit, tũ ꝗa teſtẽ iniuſte infamat, & falſo, & cõſequẽter peccat contra iuſtitiã teſti debitam, & ad reſtituendum tenetur, iuxta ea, quæ S. Th. 2.2.q.62.ar.2. ad ſecundum, & authores cõmuniter tradunt.

De obligatione teſtium ad veritatem dicendam quotieſcunque iuridice interrogati ſunt. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis abſq; iuramento interrogatus iuridice grauiter peccat, ſi veritatem neget aut taceat, ſecus vero ſi non legitime.*

2 *Quid requiritur vt teſtis iuridice interrogetur ita, vt ueritatem fateri teneatur?*

3 *Teſtis in fauorem iudicis, vt plurimum inclinare debet, quando autem potius & magis præcipue in fauorẽ rei.*

4 *Teſtimonium quando potius dicendum quam celandum, & quare?*

5 *Quando tenetur teſtis iudice per viam accuſationis procedente reſpondere.*

6 *In his quæ ſunt in damnum alterius iudex nō habet ius interrogandi Reum niſi exiſtat ſemiplena probatio, vel infamia, Teſtem vero poteſt interrogare etiamſi iſta non præcedant.*

6 *Ad interrogandum teſtem ſufficit, vt vel ſint manifeſta, de quibus præceſſit infamia, & ſic doctrina S. Th. intelligenda eſt.*

7 *Quid dicendum ſit quando iudex per viam inquiſitionis procedit?*

Inquiſitio duplex Generalis, & ſpecialis ibid.

8 *In quo caſu ſciens authorem etiamſi vnus tantum ſciat prodere teneatur?*

9 *Si crimen commiſſum non ſit in Remp. nec ſit læſæ maieſtatis, nec in futurum pendens, ſed tranſactum, non tenetur teſtis delinquentem prodere.*

Non opus eſt, vt infamia delinquentis præcedat in aliquo caſu, vt Teſtis Reum in aliquo caſu prodere teneatur. ibidem.

10 *Vt iudex legitime ſpecialiter inquirat, & teſtis rogatus reſpondere tenetur, & ſufficit, & requiritur quod infamia præceſſerit tam perſonæ quam delicti.*

11 *An aliquid in ius tanquam Teſtis teneatur legitime rogatus crimen prodere ſub ſigillo ſecreti commendatum, quodque ſub iuramento ſeruaturum promiſit.*

12 *Secreta commiſſa in confeſſione vere ſacramentali nullo modo manifeſtanda quamuis in totius mundi damnum vergerent. Secretum vero extra confeſſionem ſacramentalem etiamſi ſub iuramento factum reuelandum eſt quando? nu. 13.*

14 *Delicta iam facta & nullo modo in futurum pendentia non tenemur accuſare, vel denunciare, & de his ſecretum nobis commiſſum ſiue per viam accuſationis. ſiue Inquiſitionis non tenemur illa prodere, cum qua tamen conditione.*

15 *Quando bonum commune, aut ius innocentis periclitatur, tunc ius naturale ſeruandi ſecretum amici locum non habet & quare.*

16 *Procuratores, Tabelliones, aduocatos, conſiliarios, medicos, chirurgos, obſtetrices nullo modo poſſunt reuelare ſecreta commiſſa, aut contra eos teſtificari.*

17 *Reuelare ſecretum, quod quis promiſit non reuelare ex quo ſeruato graue damnum Reipub. aut alteri non infertur, eſt genere ſuo mortale.*

Ad ſecundum quænam aut quando detectio ſecreti eſt mortalis quid reſpiciendū, & cur detectio leuis peccati confeſſi ſacramentaliter ſit peccatum mortale? ibid.

18 *An rogatus quis de criminib. occultis rn̄dere teneatur?*

19 *An & quando obligatur quis etiam non vocatus a iudice teſtificari?*

20 *In cauſis ciuilibus, & pecuniarijs quotieſcunque proximus graue damnum patitur, tenetur quis vltro ſe offerre ad teſtificandum?*

21 *Quomodo intelligenda ſit hæc propoſitio, & quando procedit explicatur, & nu. 22. vt conſanguinei, & affines contra ſe teſtificari poſſint quid reſpiciendum, ibidem.*

23 *Non ſolum ad condemnationem, & damnum Rei, ſed quando neceſſarium, & vtile eſt ad liberandum innocentem tenetur vltro ſe offerre.*

24 *An & quando teneatur teſtis ad reſtitutionem ex omiſſione teſtimonij.*

25 *Vocatus, & iuridice rogatus, occultans, uel negans veritatem, quam in re graui tenetur confiteri, peccat mortaliter, & reſtituere tenetur damna ſubſecuta.*

26 *Teſtis bona fide abſens cui mandatū iudicis intim non fuit non peccat: ſciens vero ſe vocandum a iud & ſe per fraudem occultans ne vocetur, peccat, ſed ad reſtitutionem obligatur.*

Dāna ex uiolatione iuſtitiæ ſecuta obligationi reſti tionis ſolum obnoxia cōis Regula Theologorum. ib

27 *Qui ſe occultat antequā uocetur aut uocatus, & occ tat prudenter ueritatē ad uitandū aliquod magnū d nū ſuū aut parētū etc. ſiue in uita, ſiue in fama, ſiue h nore aut bonis non peccat, nec tenetur reſtituere.*

Quomodo autem hoc procedit, & his non obſtantibus q do tenetur. ibid.

28 *Conſanguinei, affines, & alij a iure impediti etiam in ſibus, quibus compelli poſſunt a iudice ad teſtifica dum, raro tenetur teſtimonium ferre.*

Si pater meus innocentem aggrediatur, vt occidat qu ego defendere non poſſum, niſi patrem occidendo, n teneor innocentem defendere. ibid.

29 *An teneatur quis ſe offerre ad teſtimonium ferend ad condemnationem alicuius etiam accuſatori peric lum immineat niſi ipſe teſtimonium ferat.*

Quando paria ſunt pericula Actoris, & Rei, Reo potiu fauendum inuito quam Actori ſponte damnum pati ti. ibid.

30 *Quando excommunicatio fertur in omnes qui tale ſcripturam aut inſtrumentum habent, & contra omnes, qui ſciuerint talem perſonam habere an qui h ſciat teneatur reuelare?*

Inſtrumenta ſeu ſcripturæ iſtæ ſunt in duplici differētia

31 *Quando Reus, & teſtis obligantur prodere, quando nō & qualia inſtrumenta, vel publica uel propria, explicatur, & nu. ſeq. 32.*

ANte omnia vnum tanquam certū ſupponēdum eſt, teneri teſtem legitime a iudice interrogatum veritatem fateri, vt docent S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. & Caie. Sal. Pet. de Arrag. Dom. Ban. ibid. Alex. de Ales part. 3. q. 43. mēb. 1. Ang. verb. teſtis. §. 26. Sylu. eod. q. 8. verſ. Primū, S. Anto. p. 2. tit. 1. c. 19. §. 7. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 7. ar. 1. & in relect. de tegēdo ſecret. mēb. 2. q. 7. concl. 3. dub. 3. Nau. in Man. c. 25. n. 27. & in c. inter verba. 11. q. 3. cōcl. 6. corol. 64. & 66. Greg. de Val. to. 3. diſp. 5. q. 14. pūcto. 1. Ema. Rodr. tract. de ordine iudiciali. ca. 7. concl. 1. Tolet. li. 5. inſtruc. Sacerd. c. 59. & alii.

1 Sicut enim certū eſt teneri Reum dicere veritatem, qn̄ legitime a iudice interrogatur, ita ēt eſt de teſte, atq. adeo quamuis abſque iuramento interroget, peccat grauiter ſi iuridicè interrogatus veritatem neget, aut taceat, facit enim cōtra obedientiam iudici debitam, qui ius habet ad teſtem interrogandum; graue inſuper damnum cōitati, & Reip. infert, cum illi maxime expediat, vt crimina puniantur, quæ tn̄ puniri nequeāt niſi probentur, probari aūt in iudicio nō poſſunt, niſi teſtis iuridice interrogatus veritatem fateatur. Et deniq; parti plurimum nocet; ſi.n. cauſa ciuilis ſit, niſi teſtis veritatē dicat, perde actor ius ſuum; & ſi criminalis cauſa fuerit, i dicabitur, accuſator tāquam calumniator, cum in probatione defecerit ex iniquitate teſtis.

Dixi, *ſic legitime interrogatus ſit*, ſi. n. contra iuris ordinē interrogetur, nec reſpōdere, nec veritatē dicere tenetur, ſed illam occultare nō ſol pōt, ſed etiam ſi in damnum tertij ſit, debet iu

ta c

ta ea quæ de Reo in ſuperioribus latius expoſuimus. Eſt igitur

DVBIVM Primū quid reꝗritur vt teſtis iuridicè interroget, ita ut veritatē fateri teneatur?

Reſpondeo ex S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. & alijs, tunc teſtē in iudicio productū interrogari iuridicè, qn̄ iudex competens ordinem iuris ſeruat, & conſtat teſti ſeruatū eſſe ordinem iuris a iudice interrogante, quod contingit, vt ait S. Tho. quando *vel de manifeſtis, vel de ijs, in quibus infamia præceſſit, interrogatur*. Vbi autē conſtat euidenter iudicem virum probum eſſe, neceſſariū non eſt, vt oſtendat teſti ſe procedere ſecūdum iuris ordinē, quia nemo præſumitur malus, niſi quādo id euidenter conſtat. Qn̄ autem dubius eſſet teſtis an iudex iuridice, nec ne, interroget, tūc quidem vt Sot. in relect. de tegendo ſecr. memb. 3. q. 2. docet, in re tuta, vbi nullū imminet periculū aut bono publico, aut tertiæ perſonæ, vt plurimū inclinandū eſt in fauorem iudicis, & obediendū erit iudici, interroganti, maxime qn̄ nō apparet probabile argm̄ in cōtrarium. Etenim inclinandum ſemper eſt in eā partem in qua minus periculi ineſt, obediendo. n. in hoc caſu nullum omnino adeſt periculū aut bono cōi, aut tertiæ alicui perſonæ, cum tamen non obediendo incurrit ſubditus periculum inobedientię.

Quando aūt imminet damnum tertiæ perſonæ, & probabiliter dubitat teſtis de mandato iudicis, inclinare potiꝰ debet in fauorē Rei, maxime qn̄, de morte eius agitur. Vt v.g. ſi inquirat iudex aduerſus homicidā, aut furem, aut in quēuis alium Reū priuati criminis, puta quod non eſt in perniciem publicā, & dubiū eſt probabile pro vtraq. parte, tenebitur teſtis potius non rn̄dere, & celare crimen, q̃ manifeſtare, quia maius periculum eſt, ſi occidatur homo contra ius, q̃ ſi non obediatur prælato, & in dubio pars tuta ſequenda eſt; quod ſi neutra fuerit tuta, illa potius eligenda eſt, vbi minus eſt periculi. Sic ēt ſi iudex inquirat cōtra perſonā aliquam, cuius vita vtilis eſt Reipub. dubiuſq. ſit teſtis an iudex legitime inquirat, in eam potius partem inclinare debet, quæ Reo fauet, cum maius periculū ſit ne digniſſima perſona præter ius occidatur, quam ſi non paretur iudici interroganti.

Econtra vero qn̄ crimen, de quo interrogatur vergat in damnū Reipub. vt eſt crimē hæreſis, lęſę maieſtatis, & alia id genus, in dubio dicēdum eſt potius teſtimoniū, q̃ celandum. In re. n. dubia, pars illa eligēda eſt, vbi minus eſt ꝑiculi.

Cum igitur minus periculi ſit, ſi perſona priuata iniuſte occidatur, quam quod Reſpublica lædatur; in tali dubio inclinandū potius erit in periculū particularis perſonæ quam in damnū publicū, atq. adeo dicendum eſt potius teſtimonium, quam celādum, quæ omnia latius vbi ſupra Dominicus a Soto proſequitur. Quia vero iudex, & via accuſationis, & via inquiſitionis ꝓcedere poteſt, vt rem iſtam clarius explicemus, de vtriſq. breuiter agendum eſt.

DVBIVM Secundum eſt, Quando tenetur teſtis iudice per viam accuſationis procedente, reſpondere?

Reſpōdeo, Cum ex ſupradictis in materia de Reo conſtet, quod iudex per viam accuſationis procedit iuridice, qn̄ adeſt accuſator offerens ſe rem probaturum, & teſtes producit, hmōi teſtes iuridice interrogari cenſentur, atq. adeo veritatem dicere tenentur. Eo ipſo. n. quod adeſt accuſator producens teſtes, & offerens crimen probare in iudicio, tenetur iudex cū ſit cuſtos iuſtitię, ad accuſatoris inſtantiam ius accuſatoris proſeq, interrogādo teſtes, quos merito ſuſpicari pōt rē ſcire; ſiue accuſator ille correctionem fraternā accuſati p̄miſerit, ſiue non; Qua accuſatione exiſtēte, ſicut iudex iuridice interrogat; ita teſtis veritatē illi aperire tenetur. Id qđ certū eſt, qn̄ accuſator ille plures teſtes producit, ꝗb. rē illā in iudicio ſe probaturū eſſe dicit. An vero qn̄ iudex per viā accuſationis procedit exiſtente accuſatore, & ſolū vnus ſit teſtis, qui crimen nouit, & ille in iudicio productus ſit, rogatus a iudice crimē fateri teneatur, non ita manifeſtū eſt.

Quidam. n. in hoc caſu volunt non eſſe obligatū, quia inquiunt, ad hoc vt teſtis crimen fateri teneat̄, neceſſe eſt, vt pręcedat, vel infamia, vel ſemiplena probatio, vel indicia contra Reū. Sic Syl. in verb. Teſtis, q. 8. ver. Primū, Nau. in c. inter verb 11. q. 3. concl. 6. corol. 64. nu. 708. & n. 709. ꝗ in hanc ſuā ſnīam citat S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. in corpore, aſſerentē tūc iuridice teſtē interrogari, qn̄ vel *de manifeſtis vel de his, de quib. infamia præceſſit*, intterrogatur. Ban. ibid. dub. 4. ad 4.

6 Alij vero docent Teſtem in hoc caſu obligari. Sic Hoſt. de teſtib. cog. nu. 4. immo ait opinionem oppoſitam eſſe temerariam. Idem etiā ſentit Specu. §. de teſtium compulſione. Sot. libr. 5. de iuſtit. q. 7. art. 1. ad primum. Mich. Sal. 2. 2. q. 70. ar. 1. controuer. 1. in prin. Greg. de Valen. to. 3. diſp. 5. q. 14. punct. 1. in fi. & Petr. de Arrag. 2. 2. q. 70. art. 1. in fin. in ſolutione ad ſecundum.

Quorum opinio mihi ēt vr̄ verior. Quia alia eſt ratio de teſte, alia vero de Reo, vt ſup. dictū eſt; Siquidem in his, quæ ſunt in damnum alterius, non habet iudex ius interrogandi Reū, niſi exiſtat ſemiplena probatio, vel infamia, qn̄ proceditur via accuſationis, vel infamia ſaltē quando via inꝗſitionis proceditur; At vero ius habet interrogandi Teſtem, ētſi iſta non præcedant, dummodo procedat iudex per viā accuſationis ad inſtantiā accuſatoris; Tum ꝗa alias ſępe accuſator periculum infamiæ incurreret; Tum quia crimina alias ſæpiſſime manerent impunita; Tū quia iura non diſtinguunt in teſtibus, an. ſ. vnus ſciat cum alijs, vel non, ſed abſolute dicunt, teſtem in ius vocatū obligatum eſſe ad dicendum veritatem, Tum quia teſtis, eo ipſo, quod teſtis ſit, hāc habet obligationem diſtinctam a Reo, quod ſicut iudex poteſt præcipere, ut quicunq. ſcit ueritatem illam denunciet, itā teſtis eius mādato obedire tenetur.

Rō aūt, cur Reus, qn̄ unus tm̄ eſt teſtis, ueritatē, & crimē ſuū detegere nō teneat̄, teſtis aūt ēt unicus ueritatē dicere cōſtringitur, eſt ea, q̃ ſupra attulimus, agētes de Reo, Quia Reus pōt dānū illud impedire q̃uis non prodat ſeipſū, mutādo aīum, & deſiſtēdo ab incepto; teſtis uero nō pōt, niſi reuelādo illud iudici, et ꝗa maior eſt rō tacendi propriū, q̃ alterius crimen. Idē quod dixi de iudice, & teſte, quando proceditur per viã accuſationis, dicendum eſſe cenſeo de eodē teſte, ſi procedat iudex ad ſimplicem, & verbalem tantum querelam alicuius, vel ſi procedat ad denunciationem iudicialem a fiſcali, vel ab aliquo alio tertio priuato factam.

Quod vero dicit S. Th. iudicem iuſte interrogare *in manifeſtis, & in his, de quibus infamia præceſſit*, non eſt ita intelligendum, quaſi vtrumq ſimul ſit neceſſarium. ſ quod crimen ſit manifeſtum, & quod ſit infamia de illo, ſed alterum ſufficit ad interrogãdum teſtem· Deinde eo ipſo, quod quis accuſatur de crimine, cuius conſcius eſt accuſator, & vnꝰ teſtis, infamatur Reus in iudicio de illo crimine, atq. adeo rogatus teſtis, rñdere tenetur. Et deniq. id quod manifeſtum eſt, gradus habet, quorum vnus eſt, qñ aliquid probandũ proponitur in iudicio, & ita ex S. Th. nihil firmum pro ſententia priori colligi poteſt. Quod dictum intelligendum eſt, dummodo quis non promiſit delictum illud ſub ſecreto ſeruare.

7 DVBIVN Tertium eſt, Quid dicendũ ſit, qñ iudex per viã inquiſitionis procedit? Quia vero inquiſitio duplex eſt, q̃tum ad præſens inſtitutũ attinet, *Generalis, & Specialis*, de vtriſq. dicemus. Eſt igitur dubium, An qñ iudex procedit per Inquiſitionem *Generalem*, rogando gñaliter de crimine quis fecerit illud, ex eo, quod notorium, & manifeſtum eſt aliquod delictum, author tñ delicti eſt occultus, & vnus ſcit authorē delicti, & rogatur a iudice in illa inqſitione Generali, an teneat̃ Reũ manifeſtare? Pro cuiꝰ ſolutione

Notandum eſt, Crimen aliquod vel eſſe poſſe contra bonum cōem Reipub. vel contra aliquã priuatam perſonam tm̃. Rurſus vel crimen partim eſt commiſſum, & partim pendens in futurũ, ſeu vt alij loquuntur, adhuc eſt in fieri, vel expectatur, vt fiat, vel eſt oīno tranſactum, & cōmiſſum, vt v.g. crimen contra bonum commune, eſt crimē læſæ maieſtatis, vt hr̃ in Extrauag. Ad reprimendum, in corpore iuris ciuilis. Item crimen hæreſis, ſacrilegium grande, quod religionem Chriſtianã vehementer perturbat, vt ſi quis imaginem crucifixi cōfringeret, aut eccleſiam combureret, & his ſimilia. Crimen contra priuatam perſonam eſt, ſi quis aliquem innocētem occidere tentaret, quæ crimina, vel ſunt in fieri, vel iam facta ſunt. His prænotatis, ſit

8 Prima Propoſitio, Si delictũ ſit in damnum cōe, aut notabiliter lædens tertiam perſonam, & in fieri, ſeu aliquo modo pendens in futurũ, quicunq. ſciens authorem prodere tenetur, ētſi vnus tm̃ ſciat. Ratio eſt, Quia vnuſquiſq. lege charitatis etiã non rogatus a iudice tenetur in hoc caſu accuſare, vel denunciare Reum, vt euitetur malũ publicum, vel priuatum, Ergo a fortiori rogatus a iudice, cui incumbit cura boni cōis, & defenſio innocentis, Reum prodere tenetur in particulari, Sic ētſi iudex eccleſiaſticus ſub pęna excōicationis præciperet, vt quicũque ſciret authorē delicti, illum proderet, reuelare tenetur, quia præceptum eſt iuſtum ob bonum publicũ tuendum, & ad innocentiã tertij defendendã, vnde rogatus authorē reuelare obligatur. Vt tamen notat Dom. Ban. 2. 2. q. 70. ar. 1. dub. 1. conclu. 3. non poteſt iudex in hoc ca inquirere in particulari de Petro, vel Paulo, ē ſciat, vt perſona particularis, qđ ille reus ſit P trus, vel Paulus; Quia Petrus non eſt accuſatu vel denunciatus, aut infamatus de tali crimine ſed ſolũ interrogare pōt teſtem in cōi, an ſcia aliquē in particulari, qui parat inſidias ciuita aut intēdit occidere innocentē, & tenetur teſt etiã ſi ſolus nouit delinquentem, prodere illũ

Nec obſtat, ſi dicas, authorē delicti in hoc ca ſu exponi torturę; ſiquidem exiſtente vno teſte omni exceptione maiori torqueri pōt Reus, Ri detur.n. hoc nō obſtare quo minus teſtis eũ reuelare teneatur, quia vere meretur torturã, & ſibi imputet author delicti, qui tale crimen cōmiſit in præſentia vnius teſtis, qui illũ vidit, au audiuit, ſi ſit delictũ de viſu, aut de auditu; No tñ in hoc caſu tenebitur Reus ſeipſum prodere

9 Secunda Propoſitio, Qñ crimen non eſt contra Rempublicã, nec crimen lęſę maieſtatis, nec in futurũ pendens, ſed tranſactum, vt verbi gratia, iacet cadauer hoīs in platea, & neſcitur homicida, ita vt inquiſitio iudicis ſit gñalis ex parte perſonæ, ſpecialis autē ex parte delicti, quamuis iudex rōne ſui officij inquirere generaliter poſſit, non tamen tenetur teſtis ſi vnus tm̃ ſciat delinquētem, cum in hoc caſu prodere, quia cũ iudex tm̃ inquirat generaliter, & nihil in particulari præcipiat, eo ipſo vr̃ interrogare eos, qui authores delicti ſciunt, quãdo plures, & ad minimum duo ſciunt, quib. conuinci poſſit Reus ad confitendum delictum, & non quando vnus tm̃ nouit, quo Reus ad torturam ſolum exponi poteſt, iuxta ea, quæ ca. 10. paulo ante finem, de iudice generaliter inquirente diximus.

Id quod eo in loco verius, & probabilius eſſe dixi, qñ ſolũ inquirit generaliter, non præcipiēdo in particulari, vt quicũq. ſcit, veritatē dicat.

Cum.n. crimen ſit notorium, quamuis delinquens ſit occultus, ſi iudex eccleſiaſticus ſub pęna excōicationis, aut ſub alia pœna qua ſtricte obedientiã imponeret, aut iudex laicus ſub obedientiæ p̄cepto, aut alia graui pęna, præciperet, vt quicunq. authorē delicti ſciret in particulari, eum reuelaret, nonnulli valde probabiliter tradunt, teneri in hoc caſu teſtē declarare veritatē quantumuis ipſe ſolus ſciat, Etſi.n. vt c. 16. dub. 4. concl. 4. annotauimus contra Syluestrũ, pęna excommunicationis ſuperaddita non facit præceptum iuſtum, ſi alias fuerat iniuſtum, & conſequēter non magis ligat ſubditum pęna appoſita, quam ea non ſuperaddita, ſi tamen præceptum alias iuſtum ſit (quale eſt iſtud) oſtendit ſaltem magis euidenter, & expreſſe ſuperioris voluntatem, & intentionem.

Nec obſtat, quod crimen ſit tranſactũ; Quia licet crimen iſtud iam commiſſum ſit, nec vllo mō pendens in futurum, quia tñ hoc præceptũ iudicis ſupponitur eſſe iuſtũ, (eſt.n. iuſtum præcipere, vt reuelētur authores delicti a quocũq. ſciente, ne crimina aliàs maneant impunita, & ea rōne audaciores fiant mali ad delinquēdũ,) tenebitur conſequenter teſtis etiã vnicus veritatem dicere, maxime cũ hoc modo deterrentur magis homines a malis perpetrãdis, vt conſtat,

id quod

d quod etiam efficit, vt hoc iudicis pręceptum aſtum ſit, & bono communi expediẽs, ciuium que paci, & incolumitati vtile, & quandoque eceſſarium.

Neq. in hoc caſu opus eſt, vt pręceſſerit infania delinquentis, ad hoc vt teſtis Reum in paricularі prodere teneatur, ſatis namq. eſt, quod udex ita in particulari id præcipiat, iudicans expedire bono publico, vt eiuſmodi criminum au thores prodantur, & puniantur, vt recte poſt alios Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 14. puncto 1. oncl. 1. annotauit.

Tertia Propoſitio, Ad hoc vt iudex legitime ſpecialiter inquirat, & teſtis ſic rogatus rñdere eneatur, ſufficit, & requiritur qđ infamia præeſſerit tam delicti, q̃ perſonæ in particulari. Vt olligunt Doctores ex c. *Inquiſitionis. de accuſationibus.* vbi expreſſe ſtatuitur, non eſſe procedendũ contra aliquẽ via inquiſitionis huius ſpecialis, etiã ſi duo, vel tres teſtes iurati affirmẽt eius aliquod crimen, de quo nulla laborat infamia.

Ratio autem, quæ mouere potuit ius humanum vt ad hanc inquiſitionem ſpecialem peculiariter requireret infamiam tam perſonæ, quã delicti in particulari, videtur hæc eſſe, Quia ius humanum quãtum fieri poteſt, prouidere vult bono communi cum minima iactura boni famæ perſonarum priuatarum, quæ non parum læditur hoc ipſo, quod de aliquo in particulari fiat apud alios inquiſitio, quantumuis poſtea talis non probaretur Reus eſſe.

Vnde expectare voluit, donec fama eius de illo crimine inquirendo aliũde aliquo modo perdita eſſet, antequam de eo teſtes inquirat, & interroget. Non eſt tamen hæc propoſitio adeo vniuerſaliter vera, quin aliquas limitationes, et exceptiones patiatur in caſib. quibuſdam, puta in criminibus hæreſis, læſæ maieſtatis, falſę monetæ, & huiuſmodi, quæ valde nocent communitati, vt notant Sylueſt. verb. inquiſitio. 1. q. 4. Sotus, & alij, quos ſup. c. 10. agentes de Inquiſitione ſpeciali, concluſ. ſecunda, & cap. 11. dub. quarto, enumerauimus.

1 DVBIVM Quartum eſt, An aliquis in ius vocatus tanquam teſtis teneatur legitime rogatus prodere crimen ſibi ſub ſigillo ſecreti commendatum, quodque ipſe ſub iuramento, aut ſaltem verbo, ſub ſecreto ſeruaturum promiſit?

Vt v.g. ſi Petrus commiſit crimen, quod mihi ſub ſecreto dixit, & ego ſub iurõ promiſi ſecretum ſeruare, poſtea vero crimen illud in aliorũ notitiam venit, & accuſatur Petrus, & multi circa hoc examinantur, inter quos ego vocor, & interrogor, an aliquid ſciam de illo crimine.

Item ſi ego ſolus id ſciam, & adductus in teſtem interroger, quid ſciam de illo crimine, an in his caſibus crimen iſtud ita manifeſtum prodere tenear?

In hoc dubio quędam ſunt certa, quędã vero controuerſa, quæ breuiter explicanda ſunt.

3 *Primo* certum eſt, ſecreta commiſſa *in confeſſione vere Sacramentali*, quæcunque illa ſint, nullo modo manifeſtanda eſſe, quamuis in damnum totius mundi vergerent. Sic S. Tho. in 4. diſtin. 21. q. 3. & 2. 2. q. 70. artic. primo, ad ſecundum. Caiet. ibi in fine. Michael Salon ibidem, concl. 5. Petr. de Arragon ibidem in ſolutione ad argumentum ſecundum. S. Tho. Palud. 4. diſt. 21. q. 3. art. 1. conclu. 1. & art. 3. concl. 1. Scotus ibid. q. 2. §. de iſta quæſtione. concluſ. 1. & 2. S. Anto. p. 2. tit. 1. c. 19 §. 7. in fine. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 7. artic. 1. ad primum, & in relect. de tegendo ſecreto. memb. 1. q. 2. Sylueſt. verb. teſtis. q. 8. verſic. Secundum. Nauarr. in Manuali, c. 18. nu. 51. & num. 52. & in c. inter verba. 11. q. 3. conclu. 6. corollar. 64. nu. 707. & alij omnes. Quia quæ aliquis hoc modo ſcit, non vt homo cognoſcit, ſed vt Dei miniſter, maiuſq. eſt vinculum ſacramenti quilibet hominis præcepto, vt optime S. Th. vbi ſupra expoſuit.

Dixi, in confeſſione vere ſacramentali. Quia vt diximus ſupra c. 16. dub. 3. ex Soto, Tabiena, & alijs, & tradunt etiã Doctores in c. omnis vtriuſque ſexus, de pęnit. & remiſſ. & Salon vbi ſup. ſi quis accederet non ad confitẽdum ſua delicta, ſed ad reuelanda aliqua ſecreta, etiamſi flectat genua, et ſignum crucis faciat, ac confeſſionem generalem præmittat, non eſt tunc confeſſio ſacramentalis, nec obligat niſi ſub ratione ſecreti naturalis. Similiter confeſſio, in qua videt ſacerdos confitẽtem eniti ſimulate inducere eum in aliquem errorem, vel peccatum, non eſt ſacramentalis, nec ad ſecretum ſacramentale obligat, cum potius ſit confeſſio ficta, & ſimulata perſuaſio erroris, vel peccati, quam confeſſio, vt recte Mich. Salon loco citato annotauit.

13 *Secundo* certum eſt, Quod ſecretũ extra ſacrãlem confeſſionem commiſſum etiamſi ſub iuramento factum ſit, reuelandum eſt, quãdo crimen eſt pendens in futurum, & contra bonum cõe, vel contra innocentiam alicuius tertij, qualia ſunt crimina publica latronũ, prędonum, cõiuratorum in Rempub. vel Regem, hæreſis, & eorũ, qui falſificant monetam &c. Sic S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad ſecundum. Caiet. Salon, Petrus de Arrag. & Bannes ibidem. Innoc. in c. Qualiter, & quando. 1. Panorm. ibi. de accuſat. & idẽ Panorm. in c. Dilectus. de exceſſ. prælat. & facit c. Quanto. de iureiur. & expreſſe in c. *Iurauit, & ca. In malis. 22. q. 4. & Reg. 69. In malis promiſſis non expedit fidem obſeruari, & Reg. 58. Non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum iuramentum. de regu. iur. in 6.* Sylueſt. verbo, inquiſitio, 1. q. 7. verſi. ſecundum, & in verb. teſtis, q. 8. verſic. ſecundum. & verſi. Tertium. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 7. art. 1. ad primum, & in relect. de tegẽdo ſecreto. mẽb. 2. q. 7. poſt concluſionem tertiam. dub. 4. Naua. in cap. inter verba. 11. q. 3. concluſ. 6. coroll. 64. num. 703. & coroll. 66. nu. 800. & ſeq. Emanuel Rodriquez tract. de ordine iudiciali. c. 6. concl. 10. & alij.

Ratio eſt, quia cum iſta crimina accuſare, vel ſaltem denunciare tenear, a fortiori teneor ad teſtificandum.

Siquidẽ cum alio modo his malis occurrere nequeã, teneor iure naturali crimina iſta detegere? At vero contra illud, ad quod iure naturæ teneor, non obligat data fides, ex dicta regula. In malis promiſſis reſcinde fidem, nec iurm valet, cum nõ debeat eſſe vinculum iniquitatis. c.

Quanto,de iureiur.& ca.inter cetera.22.q.4.& latius ſup.c.16.dub.3.expoſuimus.

14 *Tertio,*Quando ſecretum nobis cõmiſſum eſt de crimine quod non tenemur accuſare, vel denunciare,qualia ſunt delicta iam facta,& nullo modo pendentia in futurũ,& quę ſolũ inquiruntur a iudice, vt puniantur, & non vt euitetur dãnum aliquod Reipub.vel tertiæ perſonæ,nec vt reſtituatur aliquid pro iniuria, vel dãno illato, tunc licet iudice per *viam accuſationis* procedente, quando plures ſunt teſtes,aut ẽt vnus cũ accuſatore vrgente iudicẽ ad procedendũ,aut procedẽtę per viam inquiſitionis ſpecialis præcedente infamia perſonæ & criminis,reuelare tenear,dummodo nõ antea ſecretũ ſeruare promiſi, vt dub. 2.& 3.dictum eſt;ſi tamen iſtis fidem,et iurm̃ de ſecreto ſecundo præſtiterim,tunc licet Sot.li.5. de iuſtit.q.7.ar.1.ad primum,dicat,non teneri ſi procedatur via inquiſitionis, teneri tñ ſi via accuſationis procedatur,& interrogatur a iudice, vt teſtis,cui fauet Pet.de Arrag.2.2.q.70.ar.1.in reſponſione ſecundi argumenti S.Th.cum affirmat,quod cum ſit accuſator, & vnus teſtis, iam tale delictum reſpectu eius,qui interrogatur iuridice,non eſt occultum,neq. ſecretum,atq. adeo ad veritatem dicendam obligatur.

Alij tamen abſolute docent,quod ſiue quis p̃ viam accuſationis,ſiue per viam inquiſitionis interrogetur,vt teſtis de iſtis,non teneri illa prodere.Sic Syl.verb.Teſtis,q.8.verſic.ſcd̃m.Ioannes de Friburgo in ſua ſumma lib.2.q.185.verſ.vtrũ liceat.Henricus de Gandauo quodlib.9.in prin. vbi ait ſubditum,cui aliquid dr̃ ſecreto, non dr̃e id dicere,ẽtſi id ei iubeat ſuus prælatus,& Henr. in c.Omnis,de pœnit.& remiſſ.quos citat,& ſequitur Naua.in c.inter verb.11.q.3.concl. 6.corrol.66.nu.801.verſ.Septimo.& idem Nauarr.in Man.c.18.n.52.verſ.Dico tertio. & c.25.nu.42. Ang.verb. Teſtis.§.fi.qui expreſſe tenet hãc noſtram ſniãm,& illud dictum S.Bonauenturæ in 4.diſt.21.p.2.diſtinctionis ar.2.q.3. in fine dicentis,quod qui acceptat aliquid ſecreto, non obligat ſe,niſi ſub conditione, ſi videlicet ſuperior non interroget;ſi aũt Prælatus interrogat,tenetur ei reuelare;limitandũ eſſe cenſet,qñ ſecretũ eſt tale, quod redundaret in damnũ religionis, vel alterius,ſi nõ reuelaretur. Vbi aũt delictum non reſultaret in præiudiciũ alienũ, ſed ſolũ in punitionem delinquentis,tunc veram exiſtimat S.Th.ſniãm 2.2.q.70.ar.1.ad ſecundum,non teneri ad reuelandum, ẽ præcipiente ſuperiore. Vnde immerito reprehendit Sylu.Ang. vbi ſup. Mich.Sal.2. 2.q.70.ar.1.cõcl.5 Greg.de Val.to. 3.diſp.5.q.14.punct.1.in fi.& Eman.Sà in Aphoriſmis verbo, Iudicialis actus. §. De Teſtib.Dominicus Bannes 2.2.q.70.ar.1.dub.4.ad textum.

Ratio eſt, quia concurrentib. duobus præceptis ſibi inuicem repugnantibus ſeruandum eſt id quod maius eſt.

Sed in hoc caſu ſunt duo præcepta, quæ ſibi inuicẽ repugnant,quorũ vnum eſt, parere iudici legitime roganti; alterũ eſt,ſeruare ſecretum nobis cõmiſſum,quod eſt iuris naturalis,& maxime faciens pro fama,honore, & bonis p̃ximi. Ergo ſeruandum eſt illud ius naturale de ſeruãdo ſecreto,non illud de parendo ſuperiori,cũ vt dicit S.Th.nihil præcipi poteſt homini cõ id quod eſt de iure naturali.

15 Quando vero bonum cõe,aut ius innocen periclitatur,tunc ius naturale ſeruandi ſecre amici,locum non habet quia adeſt aliud ius niuerſalius,& fortius.Quia vnuſquiſq. tenet defendere bonum cõe, & innocentiã alteri dum periclitatur,adeo vt tunc etiam non rog te iudice ſecretum illud particulare reuelare tenetur. In caſu vero noſtro maius eſt ius naturale de ſeruando ſecreto;quam de parẽdo iudici. Etenim obediẽtia ſuperiorum intelligitur ſemper eſſe in ijs,quæ non ſunt contra ius diuinum, aut naturale,vt in caſu propoſito contingit.

16 Hinc inferunt prædicti Doctores, Procuratores,Tabelliones,aduocatos,conſiliarios,medicos,chirurgos,obſtetrices, & ſimiles, quib.aliqui ſua ſecreta litiũ, dubiorum, & morborum aperiunt, vt eorum conſilio, auxilio & opera iuuentur, nullo modo poſſe reuelare ſecreta ſibi commiſſa,& teſtificari contra eos,niſi ſint illa in damnum boni cõis,& tertiæ perſonæ innocentis;adeo vt quamuis interrogarentur a iudice ſub iuramento occultare debent veritatem, eo modo quo Reus,aut alij teſtes interrogati cõtra ordinem iuris. Si.n.iſti iudici interroganti reſpondere tenerentur, nullus auderet eorum fidei ſe committere,ipſorumque auxilio in propria neceſſitate vti, & mala malis adderentur.

Vt verbi gratia, ſi puellæ partum ex fornicatione obſtetrix reuelare poſſet, ita vt nec *puella* eſſet ſecura de ſecreto obſtetricis, eligeret poti periclitari in ſuo partu,vel ſuffocare prolẽ,quã illius auxilio vti. Similiter homicida,qui dũ aliũ occidit,vulnus accepit, non auderet ſecreto chirurgũ adire,ſed vitã potius exponere, niſi intelligeret chirurgũ ad ſecretum illud occultandum teneri, quæ profecto cederent in grauem Reipub.perniciem. Quocirca recte monent expedire bono cõi, vt aliqua etiã occultentur ſuperioribus, qñ contrarium non exigit cõis neceſſitas, aut grauis tertiæ perſonæ, vt ſi eſſet res aliqua pręterita,& iam emendata,de qua ſuperior ad puniendum ſolum inquireret.

17 Demum, his omnib. addendum eſſe cenſeo ex Caiet.2.2.q.70.artic.1.in fine, Petro de Arragona ibid.in fine,& Nauar.in Manuali,cap.18. num.52.verſic.Dico tertio.& verſic.Dico quinto. Quod reuelare ſecretum,quod quis promiſit non reuelare, ex quo ſeruato graue damnũ Reip.aut alteri non infertur, eſt ex genere ſuo mortale,quamuis ex leuitate materiæ poſſit eſſe veniale, ſicut accidit in alijs; Nam mentiri etiam ex genere ſuo eſt contra ius naturale,& tñ poteſt eſſe veniale, & furtum ex ſuo genere eſt mortale,& contra ius naturæ,& tamen furtum rei paruę veniale ſolum erit. Quod vero ex ſuo genere ſit peccatum mortale, ex eo patet, tũ quia vt ait S.Thom.ſecunda ſecundæ,quæſtio. 33.artic.7.grauius peccatum eſt diffamare proximum,quam furtum,cum hoc in diuitijs, illud autem in honore, qui præſtat diuitijs, contingat,iuxta illud Prouerb.22. *Melius eſt nomen bonũ quam diuitiæ multæ.* Et Eccl.41. *Curam habe de bono*

nomine, hoc enim magis tibi permanebit, quam multi theſauri magni, & pretioſi. Sed furtum ex genere ſuo peccatum mortale eſt.

Tũ quia reuelatio alieni ſecreti eſt iniuſtitia quædã, iniuſtitia vero ex genere ſuo pc̃tm̃ mortale eſt. Ad ſciendum vero qñ reuelatio talis ſecreti promiſſi eſt mortale, vel veniale, reſpicere oportet, tũ ad materiã, an talis ſit, quę ſi reuelaretur damnum notabile alteri inferret, tum ad mentem, et voluntatem eius, qui id fidei noſtrę commiſit; contingere.n.põt, vt quamuis res ſit talis, quæ ſimpliciter, & q̃tum in notitia noſtra eſt, referri poſſent, occultas tñ habent rationes in eo, qui fidei noſtræ cõmiſit, qa volunt ſeruari ſecretũ; vnde cum illud ſecretũ ſeruare promiſimus, non ſolũ ſeruandum eſt promiſſum, ſed ẽt aliqñ fieri poteſt pro rei nobilitate, vt ſit peccatum mortale eius reuelatio. Additq. Nauar. vbi ſup. requiri, vt ſciatur ſecretũ eſſe parui ponderis, ad hoc, vt eius detectio non ſit mortalis, qa ſi probabiliter dubitetur, an ſit magni põderis, & mom ẽti, nec ne reuelando mor. peccaret.

Ideo autẽ detectio omnis peccati etiam leuis confeſſi Sacramentaliter, mortale pc̃tm̃ eſt, qa licet per eam parum lædatur proximus, plurimum tamen læditur Sacramentum confeſſionis, & publica vtilitas; Quia ſi ad quodcunque aliud damnum impediendum licitum eſſet audita in confeſſione reuelari, vnum ex his duob. incommodis ſequeretur, vel quod homines retraherentur a confitendo, ne peccata confeſſa publicentur, vel quod confeſſionem dimidiatã facerẽt, quæ duo maiora incommoda ſunt, quã quoduis aliud detrimentum Reipublicæ.

18 DVBIVM Quintum eſt, An rogatus quis de criminibus occultis, teſtificari teneatur?

Reſpondeo, Quotieſcunq. quis a iudice rogatur, vt teſtimonium ferat de occultis, & de quibus infamia non præceſſit, teſtificari non tenetur. Sic S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. in corpore. Caie. Sal. Petr. de Arrag. & alij interpretes. Sot. lib. 5. de iuſt. q. 7. art. 1. Angel. verb. Teſtis. §. 31. Gregor. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 14. punct. 1. concluſ. 2. & alij.

Ratio eſt manifeſta, quia tunc iudex nullum ius interrogandi hẽt, vnde nec teſtis rñdere tenetur, ſed eludere põt iudicem, iuxta ea quæ diximus, c. 17. dub, 7. quinimmo tenetur ea celando, famæ proximi conſulere, vt diximus, ca. 17. dub. 7. Immo ſi iudex interrogaret me de vno pc̃tõ, cuius eſt infamia, & poſtea de alio occulto crimine, q̃uis tenear rñdere illi iuridice rogãti circa illud, cuius eſt infamia, non tñ circa crimen illud occultum, Quia vt recte Caie. 2. 2. q. 70. art. 1. annotauit, infamia de vno crimine nõ dat ius iudici inquirẽdi de alijs eiuſdem viri criminib. occultis, quorum nulla infamia eſt. Ex quib. etiam confirmatur doctrina illa, quã ſup. tradidimus de Reo, c. 17. dub. 1. non teneri Reũ regulariter conuictum de vno crimine rñdere de alijs occultis, cum contingat occultius ſibi ꝓprium crimen, de quo interrogaretur, quam id de quo iam poſſet alius teſtimonium ferre. Qua .n. ratione teſtis conſcius, & rogatus non tenetur de his teſtificari, a maiori non tenetur Reus interrogatus reuelare, cum facilius ſit dicere peccatum alienum quam proprium.

Eodẽ modo ſi teſtis in ius vocatus ſit aliquo modo particeps in crimine, non tenetur veritatem dicere iudici inquirenti, cum hac ratione ſe ipſum proderet, ad quod nemo obligatur, iuxta ea quæ c. 17. dub. 2. in ſimili annotauimus.

19 DVBIVM Sextum eſt, An, & quando obligatur quis, etiam non vocatus, & rogatus a iudice teſtificari?

Pro clariori huius difficultatis ſolutione, ſciẽdum eſt quaſdam cãs eſſe ciuiles, quaſdã vero eſſe criminales. Rurſus quædam perſonæ in iure prohibentur in damnũ aliorum teſtificari, vt clerici in cauſa ſanguinis, Item parentes cõtra filios, & econtra, et omnes aſcendentes, & deſcẽdentes in recta linea, l. Parentes, C. de teſti. & can. ſi teſtes, §. Item parentes, 4. q. tertia, & vxor contra virum, C. cit. lege ſecunda.

Alij vero non ſunt iure prohibiti quin poſſint contra alios teſtificari, habent tñ priuilegiũ, vt niſi libere velint non poſſint a iudice compelli.

Qui varij ſunt, quidam ob dignitatem ſui ſtatus, vt epiſcopi, clerici, & Religioſi, qui neq. in cauſis ciuilibus compelli poſſunt;

Alij ob ſanguinis vinculum, vt nec vir cõtra vxorem, nec conſanguineus intra quartum gradum in linea tranſuerſali teſtificari poteſt, l. lege Iulia. ff. de teſtib. l. Cornelia, ff. de iniurijs.

Alij ob decentiam, vt ſerui, & libertini cõtra ſuos dominos, & eorum filios, vxores, vel propinquos, & econuerſo teſtimonium ferre non poſſunt. leg. libertinorum, Cod. de teſtibus, de qua re legendus eſt Nauarr. in cap. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 6. coroll. 66. nu. 808. & ſeqq. Sit igitur

20 Prima Propoſitio, In cauſis ciuilibus, & pecuniarijs, quotieſcunque proximus graue detrimẽtum patitur, tenetur quis vltro ſe offerre ad teſtificandum. Sic S. Tho. 2. 2. quęſt. 70. art. 1. in corpore articuli. Alex. de Ales p. [illegible]. q. 43. membro 1. Sot. lib. 5. de iuſtit. q. 7. art. 1. & relect. de tegendo ſecreto. membro 2. q. 7. poſt concluſionem tertiam, dubio 5. Michael Salon 2. 2. quęſt. 70. artic. 1. controuerſia. 2. concluſio. 1. & 2. Dominicus Bannes ibidem. par. quinta, dub. 1. concluſio. 1. Gregorius de Valenria. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 14. punct. 1. concluſ. 1. Sylueſt. verbo, Teſtis, quæſtio. 8. verſic. Primum, Nauarr. in c. inter verba, 11. quæſt. 3. concl. 6. corolla. 64. nu. 713. & in Manuali, capit. 27. num. 44. & num. 47. Toletus libr. 5. inſtruct. Sacerdot. c. 59. & Emanuel Rodriq. tractat. de ordine iudic. cap. 7. concl. 6.

Ratio eſt, qa lege charitatis tenetur quis ſuccurrere proximo in neceſſitate exiſtenti, ſi poteſt commode. Ergo non ſubueniendo peccat contra charitatem proximo debitam. Intelligitur autem hæc propoſitio

21 *Primo*, ſi ſperat ſe teſtimonio ſuo illi profuturum, ſi.n. cognoſceret ſe nihil profuturum, non tenetur.

Secundo, Qñ proximus iniuſte damnum illud graue patitur. Si.n. non iuſte imminere t alteri talis iniuria, non tenebitur, ſed ſibi imputet, qd ſe in illas anguſtias cōiecerit. immo altera pars iuſte,& rationabiliter indignaretur, ſi offerret ſe in teſtem non vocatus. Sin autem iniuſtè patiatur illud damnum,& illud graue ſit, tunc offerre ſe tenetur,& pars contraria iniuſte tūc indignaretur,cum iure naturę,et charitatis teneamur patienti graue damnum,quantū poſſumus fauere. Confirmatur a ſimili, Quia ſicut in debitis ciuilib. ſi debitor fugam paret, illudq. nobis innoteſcit, non teneor creditorē admonere de fuga illius,niſi quando creditor grauem iacturā ex eius fuga acciperet; ita neq. teſtis tenetur in ciuilib. ſe offerre ad teſtificandum niſi quando graue damnum alteri in bonis immineret.

Itē ſicut cum inuaſor aggreditur domū vicini,vel illa laborat incendio,ētſi proximus diues ſit,teneor illum q̃tum poſſum iuuare ex charitate; Et q̃uis diuiti habenti 20. millia aureorum, non teneor dare centū aureos,ſi tamen poſſum impedire latronē,ne illi cētum aureos auferat, facere teneor; ꝗa tunc charitas nō reſpicit inopiam,ſed ſolū damnū imminens fratri, Ita in caſu propoſito quāuis frater ſit diues, & quamuis non recuperaret debitū,non veniret ad inopiā, ſi tn̄ teſtimonium meum illi ſit neceſſarium,ne graue illud patiatur damnū iniuſte, teneor me vltro offerre ad teſtificandum in iudicio.

Tertio intelligitur propoſitio,dummodo teſti vltroneo nō immineat ꝓpea aliquod graue dānum, tunc.n.non tenetur teſtimonium prębere;Cum teſtis ēt vocatus non teneatur cum tali detrimento teſtificari,vt inf.dicemus ; Sin autē damnum leue ſit habita ratione ad detrimentū ꝓximi ex omiſſione teſtimonij mei, pecco mortaliter contra charitatem non teſtificando. vt v.g.habeo ſcripturam proauorum meorum faciētem ad ius alterius pro cauſa pecuniæ magni momenti,teneor tunc illam edere,& exhibere, vt notat Sotus vbi ſup.ſeruatis conditionib. prædictis.ſ.ſi ſperat probabiliter ſe ſuo teſtimonio profuturum,& non timeat ſibi,aut patri,vel fratribus notabile damnum,vel periculum in bonis temporalibus,in fama,vel in vita.

22 *Quarto* procedit hæc propoſitio ēt in ijs,qui iure impediti ſunt,vt.n.Bannes,et Salon locis citatis notant,Epī,& Sacerdotes,etiamſi ſint priuilegiati,vt patet ex l.Nec honorem.C.de Epiſcopis,& clericis.& can.fin. 14.q.2.immo, & parentes,& conſanguinei,qn̄ tn̄ deſunt alij teſtes, & eorū teſtimonium neceſſarium eſt, vt quis bona ſua,famam,& honorē recuperet,aut ab alio magno dāno liberetur,qđ illi iniuſte infertur, tenentur contra ſe inuicem teſtificari,ſicut alij extranei,& vltro ſe offerre;dummodo Sacerdotes id faciant ex licentia ſui Epī, & Religioſi ex licentia ſui ſuperioris,ex Angelo,& alij ver. Teſtis.§.3.Rō eſt,Quia iure naturę,& lege charitatis tenetur quis fauere parti læſæ a quocunque lædatur, qn̄ læſus omnino indiget ſuo auxilio; quod vero iſti prohibiti ſint, & priuilegiati, eſt ex ſolo iure poſitiuo humano,quod iuri naturæ & præcepto chariatis derogare non poteſt.

Immo in graui neceſſitate,vel inuiti ad teſtificandum cogi a iudice poſſunt,vt Salon vbi ſup. teſtatur, poſt Naua.in c.inter verba. 11.q.3.concl.6.coroll.66.num.816. Illud tn̄ ſciendum eſt quod ad hoc vt conſanguinei, & affines contra ſe inuicē teſtificari poſſit in plurib. vel paucioribus cauſis,& in grauiorib. vel leuiorib. iuxta maiorem, vel minorem coniunctionem, reſpicere ēt oportet maius,vel minus damnum,quod pōt ipſi,aut alteri imminere,vt v.g. minus damnum ſufficit,vt propinquus in ſcđo gradu deſinat teſtificari,q̃ propinquus in quarto;Item maior neceſſitas reqritur in parte lęſa, & periculū maioris dāni debet illi imminere,vt frater contra fratrē teſtimoniū ferat,q̃ alius affinis,vt patet ex ipſo charitatis ordine;Nam ceteris parib. quo cōiunctiores ſunt,eo magis diligendi ſunt, & minus agendū contra illos,q̃ contra minus cōiunctos. Vnde valde raro cōtingere pōt caſus, quo pater in ciuilib.contra filiū,aut vir contra vxorē teſtificari pōt,& teneatur,aut econtrario,cū pater non ſolū eximatur iure humano a ferēdo teſtimonio contra filiū,& econtra,ſed etiā iure naturæ,quod præponderat cuiuis alteri iuri.

Quando aūt pars læſa,& indigens nō habeat alios teſtes,colligendum eſt ex natura cauſę,de qua agitur,& ex loci,tp̄is, & perſonarum circūſtantijs;Quod ſi exinde colligi non poſſit,ſtandum erit iuramento ipſiuſmet partis iurantis ſe non habere alios; credendum.n.eſt partem læſam nolle præferre teſtes coniunctos parti contrariæ,qui eo nomine ſuſpecti eſſe ſolēt,ſi alios extraneos,& minus ſuſpectos haberet,vt doctè & copioſe traditur a Nauarr.in c.inter verb.11.q.3.concl.6.coroll.66.a nu.815.vſq. ad nu.823. Quæ omnia intelligenda ſunt,dummodo priuilegiato non ſequatur exinde aliquod graue dānum ſpirituale,vel temporale ob teſtimonium ferendum,tunc.n.non tenebitur ad illud,vt etiam non tenetur aliquis alius,ex Baldo in c.Cū nuncius.de teſtib.& in c.dilectorum, de teſtib. cogendis.& Felin.ibi.& alij.

23 Secunda Propoſitio, In criminalibus tenetur homo vltro ſe offerre, non ſolum qn̄ teſtimoniū eius eſt neceſſarium ad condemnationem, & damnū Rei,cuius delictum eſt contra bonū cōe,vt conſtat ex dictis, ſed ēt quando neceſſarium,& vtile eſt ad liberandum innocentem a damno,quod iniuſte patitur ita omnes. Si.n.in his caſib. tenear vltro accuſare,aut denūciare,a fortiori teneor nō rogatus teſtificari, & hoc cū aliquali meo incōmodo, immo ēt ſi pmiſerim illud ſeruare ſecretum,cum tale promiſſum,et iuramentum eſſet & contra bonos mores, vt patet ex his,quæ latius ſup. annotauimus,& colligitur ex S.Th.2.2.q.70.art.1.in corpore. et ad ſecundum. Alexan.de Ales par. 3.q.43.memb.1.Mart.Nauar.in Manual.c.15.num.16. & Petro Nauarr.lib.2.de reſtit.cap.3.par.2.poſt dub.10.num. 256. Emanuele Sà in Aphoriſm.verb. Iudicialis actus.§.De teſtibus, & alijs ſupra citatis. Vnde Prouerbio.24.dicitur.*Erue eos,qui ducūtur ad mortem*,& Pſal.81.*Eripite pauperem,& egenū de manu peccatoris liberate.*

Id quod in cā mortis certiſſimū eſt;Quia cū tunc homo ſit in extrema neceſſitate,cui ſubuenire poſſū meo teſtimonio, teneor tū iure charitatis, tum iure naturæ illi,quātum commode poſſum, ſubuenire, maxime cum *vnicuique mādauerit Deus de proximo ſuo, Eccleſ.* 17.

Id quod ēt verū eſſe docet S. Tho. vbi ſupra nō ſolū in vita, ſed ēt quando teſtimonio meo liberādus erit ab alio dāno iniquo, vel ab infamia iniqua, aut ab alia pęna quacūq, iniuſta. Immo ētſi ſciā, qđ ex teſtimonio meo immineat ꝑiculum accuſatori: quia quod accuſator exinde patiatur damnum, eſt effectus per accidens defenſionis innocentis, ſibiq. imputari debet, quod ipſe in hoc periculum ſponte ſe ingeſſit.

Quod ſi teſtis huiuſmodi ex iuſta cauſa non poteſt per ſe ipſum fauere innocenti, debet tunc alicui alteri veritatē denunciare, qui efficacius illi prodeſſe poſſit, vt optime S. Th. 2. 2. q. 70. art. primo, in corpo. annotauit; omnia enim facere tenetur, quę commode poterit ad liberandū innocentem a tanto malo iniuſte ſibi illato, ſed tamen Petrus v. g. condemnatur ob homicidium, quod ſcio factum eſſe a Ioanne, non teneor prodere Ioannem ad liberandum Petrum, quāuis poſſum, vt recte Emanuel Sà vbi ſupra notat, quicquid falſo contradicat Nauar. in Manuali, cap. 18. num. 32. ſine vllo fundamento.

Extra caſus in his duabus propoſitionib. poſitos, non tenetur quiſpiam vltro ſe offerre, vt teſtimonium ferat. De criminib. enim læſæ maiaſtatis, cōiurationis, hæreſis, & huiuſmodi, a fortiori hoc ipſum dicendum eſt, cum in damnum boni communis Reipublic. & fidei catholicæ redundant, adeo, vt etiam non rogati ſic delinquentes denunciare, vel accuſare teneantur, vt in particulari ſupra expoſuimus.

24 DVBIVM Septimum eſt, An & quando teneatur teſtis ad reſtitutionem ex omiſſione teſtimonii.

Pro huius ſolutione ſupponendū eſt, Teſtem aliqñ vocari a iudice, vt ferat teſtimoniū, aliqñ non vocari: Rurſus non vocatus teneri poteſt ad ferendū teſtimoniū vltro, vel ex charitate, vt ad liberandum innocentem ab iniuſta morte, ſeu alia quacunq. pęna, vel a falſa infamia, vel ab alio damno iniuſto, vel teneri poteſt, ex iuſtitia legali, quando id exigit bonum commune: non tamen tenetur ex iuſtitia particulari, niſi vocatus, & rogatus a iudice.

Rurſus aliqñ, quis vel ex propoſito, & induſtria abſcondit ſe, ne a iudice vocetur, & rogetur, aliqñ vero recedit a loco, ſine dolo & fraude ad ſua negotia exercenda, nihil cogitans de teſtimonio ferendo, inter quæ magna eſt differētia quantū ad præſens inſtitutū attinet, ac proinde de ſingulis breuiter dicendū eſt, & intelligitur præſens difficultas, quando quis nullū damnum incurreret in teſtificando. In qua re ſit

25 Prima Propoſitio: Teſtis vocatus, & iuridice rogatꝰ occultās, vel negās veritatē, q̃ in re graui cōfiteri tenet̄, peccat mort. cōtra charitatē proximo debitā, & contra iuſtitiā, & tenet̄ reſtituere oĩa dāna parti læſæ ſubſecuta. Et intelligitur hæc ꝓpoſitio ſiue rogetur in particulari, ſiue in generali, tenetur. n. iuridice rogatus veritatem fateri de reb. illis, de quib. iuridice rogatur. Sic Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. concluſ. 7. Sotus lib. 5. de iuſt. quæſt. 7. art. primo, & in relect. de tegēdo ſecret. memb. 2. q. 7. poſt 3. concluſionē dub. 4. verſ. Reſpondetur. Sylueſt. verbo, teſtis, q. 8. verſ. Primum. Nauar. in Manuali cap. 25. n. 41. & in cap. inter verba, 11. quæſtione 3. concl. 6. coroll. 64. num. 713. & 714 Petrus Nauar. lib. 2. de reſti. c. 3. par. ſecunda, poſt dubium 10. nu. 256. Mich. Salon 2. 2. quæſt. 70. art. primo, controuerſia 3. concluſ. 5. Dominicus Bannes ibid. dub. 3. Gregorius de Valentia to. 3. diſp. 5. q. 14. puncto 1. & alii.

Ratio eſt, quia cū iudex ius habeat illū interrogandi, cōſequenter tenet̄ ex iuſtitia reſpondere, vnde occultando, vel negādo veritatē peccat contra charitatē, & obedientiā, & iuſtitiam, & ex cauſa morali quantū eſt in ſe, vt iudex ferat ſnĩam in dānum alterius, & vt pars læſa dānum patiatur, vnde tenetur reſarcire dānū parti læſę.

26 Secunda Propoſitio: Teſtis qui bona fide abſens fuit, & cui mandatum iudicis non fuit intimatum, nullo modo peccat: ſciens autem ſe vocandum a iudice, & per fraudem ſe occultans ne vocetur, quamuis peccet cōtra charitatem, non tamen contra iuſtitiam, nec conſequenter ad reſtitutionem obligatur.

Prima pars certa eſt, & ab omnibus conceſſa, cum enim ex iuſta cauſa abſens ſit, & ſine dolo, vtitur iure ſuo, vnde non peccat, dummodo alias non teneretur vltro ſe offerre, ſciens ꝓximum indigere ſuo teſtimonio.

Secunda pars quantū ad pctm̄ mortale contra charitatem, conceditur ēt ab omnibus contra charitatem enim facit fraude ſe ſubducēs ab obedientia iudicis, & auxilio proximi, cui commode ſubuenire poteſt ſuo teſtimonio.

An vero tūc peccat cōtra iuſtitiā, non ita conueniūt authores, In qua re licet Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 7. ar. 1. & in relect. de tegendo ſecreto. memb. 2. q. 7. poſt 3. concluſionem. dub. 4. & Nauar. in Manua. c. 25. nu. 41. verſ. Tertio peccat. id affirment, & teneri ad reſtitutionem;

Alii tñ vt Mich. Salon 2. 2. q. 70. art. 1. controuerſia tertia, concl. 3. Dominicus Bannes ibid. dub. 3. & Gregor. de Valen. tom. 3. diſpu. 5. quęſ. 14. puncto 1. poſt 3. concluſionem, rectius docent non peccare contra iuſtitiam, nec ad reſtitutionem aliquam obligari.

Ratio eſt, quia anteq̃ proponitur illi mandatū iudicis, nō eſt inobediens iudici, cū mandatū iudicis neminē obliget, donec actu fuerit ꝓmulgatū & intimatū illi, ſicut nec leges ſuperiorum obligāt, donec actu fuerint ꝓmulgatę. Neq. expoliat partē iure ſuo in hoc caſu, qñquidē pars litigans ius aliqđ in alicuius teſtimoniū non habet. cum ſit perſona priuata, (ētſi forte antea roganti parti promiſerat teſtificari) donec authoritate iudicis teſtimoniū eius exigatur. Et quidē hoc cōformius eſt cōi Doctorum doctrinæ, aſſerentium in hoc differre rogatū, & vocatū teſtē in iudiciū a non vocato, qđ ille poſtquam in iudiciū vocatꝰ eſt, ex lege iuſtitiæ, & officio ſuo veritatem fateri tenetur, alias occultādo, vel negando dāna ſubſecuta reſtituęre tenetur: hic vero non vocatus, ētſi alias vltro ſe ad teſtificandum offerre ex charitate teneatur, omittēdo tamen ſolū peccat contra charitatem proximi, nō fauendo illi,ſicut ēt quando proximo rogāti, teſtimoniū præbere recuſat; Vñ illi tunc nulla reſtituēdi obligatio oritur, Eſt.n. regula hęc cōis inter Theologos,dāna nimirū ex violatione legis iuſtitię ſęcuta,obligationi' reſtitutionis ſolū eſſe obnoxia,nō aūt ea,quę ex ſola tranſgreſſione legis charitatis oriūtur. Vñ tunc ſolum vera erit Soti,& Nauarri opinio qñ quis ſe occultauit poſtq̃ a iudice per miniſtrū,& mandatum ei intimatū vocatus eſt ad teſtificandū, cū in hoc caſu inobediēs eſt iudici, & expoliat eum iure ſuo,qđ habet ad eū iuridicę rogandum, & partē ſimiliter iure ſuo priuat, cui ꝑ iudicis mandatū teſtimonium eius ſufficiēter applicatū fuit,atq. adeo tunc per fraudē ſe ſubducens, damna oīa q̄ pars læſa paſſa eſt,reſtituere tenetur, vt ēt in hoc caſu Salō vbi ſupra concl. 1.fatetur. Sicut.n. ſi quis per generale edictū cōpelleretur ad teſtimoniū ferendū,occultando ſe,contra iuſtitiam peccaret;ita in hoc caſu,cū nō minorē vim habeat p̄ceptū illud iudicis,quo priuatim monit⁹, & citatus eſt,q̃ edictū illud generale. Et huius rei exemplum eſſe pōt,qñ alicui pręcipit̄ exhibere ſcripturā,quā habet, ex qua ius,& cā alterius dependet, qui eā occultauerit per fraudē, vel deſtrueret, oīum conſenſu contra iuſtitiam peccaret,& damna inde ſubſecuta reſtituere tenebitur. De qua re plura inferius dicemus.

27 Tertia Propoſitio: Qui occultat ſe antequā vocatur,aut ēt vocatus, & interrogatus occultat prudenter veritatē ad vitandū aliqđ magnū damnū ſuū,aut parentū,aut cognatorū, & conſanguineorū,ſiue in vita,ſiue ī fama,ſiue in honore,ſiue in bonis,nec peccat, nec ad vllā reſtitutionē obligatur. ita Sotus li. 5.de iuſt.q. 7.art. 1.& in relect.de tegendo ſecreto. memb. 2.q.7. poſt 3.concluſ.dub.4. Mich.Sal. 2.2.q. 70. ar.1. cōtrouerſ.3.concluſ.6.& Dom Ban.ibi.dub. 4. ab ſecundum. Nau.in Manuali.capit. 25.nu.50. Emanuel Rodriq.tract.de ordine iudiciali. c.7. concl.6.& Emanuel Sà in Aphoriſmis. verbo, Iudicialis actus.§.de teſtib.& alii cōiter. Quod procedit dūmodo non obſtet bonum publicū, tunc enim cum aliquali ſuo incommodo, aut parentum ſuorum veritatem fateri tenetur.

Ratio eſt,quia præcepta naturalia, & diuina tam charitatis,quam iuſtitiæ, extra caſum boni cōis,ſunt iugum ſuaue, nec obligant in caſibus ita arduis,& difficillimis: Nimis. n.durum eſſet obligare teſtem cum periculo vitæ, vel grauis infamiæ, aut iacturæ bonorum ſuorum ad teſtimonium ferendum, quādo ratio boni communis,& fidei catholicæ id non requireret.

Si enim iudex non tenetur cū tāto ſuo dāno, & detrimēto priuatū aliquē ſibi ſubditū defendere,multo minus teſtis. Si igit̄ ſiue in criminalib. ſiue in cauſis pecuniariis,& ciuilib. occurrēte tali dāno ſuo teſtis occultet veritatem vtēdo verbis æquiuocis non peccat: ſi vero occultet ꝑ mendaciū,erit quidē mendaciū officioſum,non tñ pernicioſum; ſi vero mendacium iuramento confirmet, ex hac parte quidem erit mortale, nunquam tamen eſt obligatio reſtitutionis.

Vnde ſi iudex aduertat tale dānū imminere teſti, poſſitq. ſine ſcandalo ab illius interrogatione abſtinere,inique plane ageret, ſi teſtē interrogaret,nec teſtis hoc in caſu rñdere teneret, Si vero iudex periculū illud ignoret,aut debeat interrogare ex officio, quia aliter ſequeretur ſcandalū,tunc iuſte quidem interrogat quantū in ipſo eſt, teſtis tamen ratione illius dāni ſibi imminentis ad reſpondendum non tenetur.

28 Ex qua doctrina ſeqtur raro teneri cōſanguineos,affines,& alios ſanguinę cōiunctos, & alios impeditos a iure,vel priuilegiatos,ēt in caſibus in quib. cōpelli poſſent a iudice ad teſtificādum,ferre teſtimoniū, cum damnum vnius redundet in alterū, vt patris in filiū, vel fratris in fratrē,&c.cum exinde maximę diſſenſiones, rixæ, & inimicitiæ naſcerentur,q̄ certe inter cōiunctos præponderant iacturę multorū bonorum, nihilq. magis Reipu.paci & cōſeruationi obeſt, quam ciuium,& præſertim priuatarum cognationum,& familiarum diſſenſio,odiū, & inimicitia,vt experientia teſtatur.

Hinc fit,qđ ſi pater,aut frater, aut amicus occideret hominē ante me,& alter innocēs accuſatur de illo homicidio,& ego teſtificari nō poſſum eſſe innocentē,quin patrem,aut fratrē,aut amicū coniicerē in vehemētem ſuſpicionē homicidij,atq. adeo in periculū mortis, nemo in hoc caſu diceret me iniuſtum, ſi nō me offerrē ad teſtimonium ferendum de illius innocentia.

Item ſi pater meus aggrederetur Ioannē innocētem gladio nudo,& ego nō poſſem defendere Ioannem niſi occidendo, aut vulnerando patrem,non teneor in hoc caſu defendere Ioannem quantumuis innocentem.

Idem etiam dicēdum eſt de alijs, nemo enim me reprehēderet,ſi teſtimonium ferre omitterem,vt liberem alium a damno,ſi ex teſtimonio illo timerem occidi a parte aduerſa,aut aliquod aliud graue damnum incurrerem.

Sic ēt quamuis tenear arcere latrones, dum domū proximi deprædantur,& impedire, ne domus proximi comburatur,non tñ aut illos arcere,aut incēdiū extinguere teneor,ſi exinde ego deprædarer,aut domus mea combureretur.

Quæ oīa intelligēda ſunt de damno alicuius priuati: ſi enim damnū vergeret in Reipub.& fidei perniciem,vt ſi v.g. eſſet crimē hæreſis, aut læſæ maieſtatis,tenētur omnes huiuſmodi malis occurrere etiam cum damno proprio, immo etiamſi eſſet contra patrem,vt diximus.

29 DVBIVM Octauū eſt, An teneatur qs ſe offerre ad teſtimoniū ferendum ad condemnationem alicuius,etiamſi accuſatori periculum immineat,niſi ipſe teſtimonium ferat. Vt v.g. accuſauit Petrus Ioannem de homicidio, cuius Andreas eſt conſcius,an tenetur Andreas a Petro rogatus ferre teſtimonium.

Ratio difficultatis eſt,quia cū Petrus iuſte accuſauit Ioannē, & niſi probet, incurrit periculū pęnæ talionis, & calumniator habebitur, cui damno, cū teſtis ſine ſuo incōmodo occurrere pōt,tenetur ex charitate. Confirmari pōt hæc ratio,quia ſi reus eſſet in tali periculo,teneretur quis ex charitate illum eripere,vt diximus.

In hac re certum eſt,quod ſi accuſator inique, hoc eſt,nō ſeruato ordine charitatis accuſauit, non tenetur quis ſuo teſtimonio illum defendere. Deinde ſi Petrus ex iuſta aliqua cauſa tenebatur Ioãnem accuſare, tenebitur etiam Andreas teſtimonium ferre.

Ratio eſt, quia alias iniqua eſſet accuſatoris conditio, ſi ipſe teneatur ob bonum cõe, aut alia iuſta de cauſa accuſare, niſi alius illius rei conſcius teneretur teſtificari.

Cum enim ille licite accuſet, iuſtum non eſt, vt ob defectum probationis pęnã talionis, aut crimen calumniæ incurrat. Quocirca debet teſtis ei in hoc caſu ſubuenire ferendo teſtimonium contra alterum; quem quidem plecti nõ eſt iniuſtum, cũ vere nocens ſit, accuſator vero innocens, nec tam ſponte, quam ex iuſtitia legali, & iuſta ex cauſa accuſans, cui proinde potius, quam accuſato ſuccurrere tenetur.

Ceterũ ſi accuſator, aut temere, aut ſine vlla neceſſitate accuſauit, ſponte ſua ſolũ ex odio alterũ accuſans, tunc non tenetur teſtimoniũ ferre, Sic S. Tho. 2.2.q.70.ar.1.in corp. Caietan. Petrus de Arragn. Dominicus Bannes, & Mich. Salon ibi controuerſia.2. poſt concluſionẽ primã, & controuerſia 3.concluſ.4. Sotus lib. 5.de iuſt.quæſt.7.art.1.Martin. Nauar. in Manuali, cap.15.nu.17.verſicul.23.Petrus Nauarr. libro ſecundo, de reſtitut.cap.3. parte ſecunda, poſt dubium 10.nu.258.Gregorius de Valentia, to.3.diſputatio.5.quæſtio 14.puncto 1. concluſ.4. Emanuel Rodriquez tract.de ordine iudiciali, cap.7.concluſio.6. & alij. Quod intelligendũ eſt non teneri vltro ſe offerre, aut rogatus ab accuſatore, aut ab alio æquali, ſecus aũt ſi iuridice rogaretur a iudice, & ſuperiore. Ratio eſt, Quia in non teſtificando nullum ſpeciale damnum, aut commune ſequitur.

Quod ſi accuſator dãnum incurrat, ſibiipſi id imputet, qui ſe ſponte in id periculũ cõiecit, maxime cũ reus ẽt maius periculũ incurreret ſi teſtimoniũ ferret, qui inuitus id patitur; accuſator aũt ſponte, & ſine cauſa: quando autẽ paria ſunt pericula actoris, & Rei, fauendũ potius eſt reo inuito, quã actori ſponte periculum patienti, atque adeo teſtis non tenetur de illius periculo curare. Alia aũt eſt ratio de liberando Reo in caſu prædicto, cui inuitus, & volens periculum imminet, vt conſtat.

30 DVBIVM Nonum eſt, Quid dicendũ ſit quãdo excõicatio fertur in oẽs, qui talẽ ſcripturã, vel inſtrumentũ habent, ſi intra certũ tẽpus nõ exhibent, aut edant: Et contra oẽs, qui ſciunt talẽ ſcripturã, vel inſtrumentũ eſſe penes Petrum; An qui ſciuerit, teneatur ſub pęna excõicationis reuelare? De qua re nonnulla legi poſſunt, apud Gloſſ. in c. 1. de probationib. & in c. G. perpetuus vicarius, de fide inſtru. Sotũ in 4. diſt.22.quæſt 1.artic.2. poſt 4. concluſionẽ, in Tertio caſu ibi poſito, & Anton. de Corduba in Sum. quæſt.63. Pro cuius ſolutione

Notandum eſt, Quod inſtrumenta, vel ſcripturæ iſtæ poſſunt eſſe in duplici differentia, vel.n. ſunt publica, vel propria Rei, vel propria actoris, vel cõia Reo, & actori. Publica voco illa, q̄ continent acta cauſę in iudicio, ſ. confeſſiones, interrogationes, reſponſiones, & ceteras obligationes factas in iudicio. Inſtrumẽta Rei voco, q̄ pertinẽt ad ius ipſius Rei, & numerãtur in bonis ipſius, licet in illis aliqua dicantur, q̄ faciũt pro iure actoris, & fauent illi. Inſtrumẽta cõia voco illa, quæ tã pertinẽt ad ius Rei, quã ad ius actoris, & tã in bonis actoris, quã in bonis Rei numerari poſſunt nihilominus tñ Reus eſt poſſeſſor earum. Inſtrumenta propria actoris illa voco, quæ ſolũ pertinent ad ius illius, & ſolũ numerantur in bonis illius, iuxta quæ ſequentes propoſitiones ſubiungam.

31 Prima Propoſitio: Inſtrumẽta publica Reus prodere tenetur, & ſimiliter teſtis ea reuelare.

Ratio eſt, Quia illa ſunt publica, & ad publicũ iudiciũ pertinentia, & conſequenter ad iuſtitiam publicã adminiſtrandã exhibenda, & reuelanda ſunt. vt ex cap. G. perpetuus vicarius. de fide inſtru. conſtat.

Secunda Propoſitio: Reus propria ipſius inſtrumenta prodere non tenetur, q̄uis faciãt pro iure actoris, neq; teſtis ea reuelare tenetur. Rõ eſt, ꝗa non tenetur Reus arma contra ſe p̄bere inimico, idemq; de teſte dicendum eſt. Etenim excõicationes iſtæ, quæ feruntur, intelligendæ ſemper ſunt ferri cõtra eos, q retinẽt ſcripturas alienas, & ꝑtinentes ad iura, & bona actoris: tunc.n. cum bona ſint actoris, iniuſte contra voluntatem eius detinentur, & cum debito reſtituendi. Cum autem teſtis ſciat ſcripturas eſſe proprias ipſius Rei, non tenetur eas reuelare.

32 Tertia Propoſitio: Qñ inſtrumenta ſunt cõmunia Reo, & actori, non vr̃ obligatus Reus ad prodendũ illa ſi faciant pro iure alterius, & contra ius propriũ Rei. Ratio eſt, ꝗa cum ſint vtriq. cõia, & in bonis vtriuſq. numerentur, & Reus ſit in poſſeſſione, ſi cetera ſint paria, melior eſt cõditio poſſidẽtis. Neq. teſtis ſimiliter ea reuelare tenetur, ꝗa vere tũc non occultantur ſcripturæ, quæ ſunt actoris proprie, quia etiã ſunt propriæ Rei, & Reus eſt poſſeſſor earũ.

Quarta Propoſitio: Si Reus ſcripturas illas actoris bona fide acceptas retinet, & in cã, & lite habet certo, & euidenter iuſtitiam, tunc non videtur obligatus ad prodendũ illas, ſi prodendo illas iuſtitiã in cauſa, & lite perdere timeat. Ratio eſt, quia nemo ad reſtitutionem cum tanto ſuo damno, & incõmodo obligatur, Vnde ſi detrimentum ſit magnum, quod paſſurus eſt eas prodendo, non cenſetur obligatus eas exhibere; Sicut neque teſtis in tali caſu eas reuelare tenetur, & nõ prodendo, aut nõ reuelãdo in hoc euentu excommunicationem non incurrunt.

De fide teſtibus adhibenda, & eorum numero ad probationem neceſſario.

Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis quando deponere tenetur omnino iurare debet, & ſic iuratus teſtificari, alioqui teſtimonium, nec validum nec fidem habet.*

2 *Non poteſt teſtis depoſitionem ſuam in ſcriptis Iudici tradere.*

Immo

3 *Immo nec valet ſi teſtis in ſcriptis expreſſim legerit contra Baldum.*

4 *Quid dicendum de eo teſte, qui extra iudicium non iuratus vnum dixerit, in iudicio autem contrarium reſpondit? Fusè declaratur vſque ad nu. 9.*

5 *Correctio ſtatim; & incōtinenti facta, quæ dicitur, n. 7.*

6 *In quo caſu tam primum, quam ſecundum teſtimonium reprobandum, & ipſe tanquam periurus a teſtificando repellendus?*

8 *In crimine hæreſis ſtandum eſt poſteriori reſponſioni in iudicio ex interuallo exhibitæ, etiamſi prior cum iuramento emiſſa ſit.*

9 *Procedere hoc dictum etiam quando teſtificantur contra alios conſentit author cum Pegna contra Couarruuiam, & alios.*

10 *An ſi tabellio vnum ſcripſerit, & teſtis iuratus dicat ſe aliud dixiſſe, cui in hoc caſu credendum ſit.*

12 *An & quomodo inſtrumentum publicum tabellionis improbari poſſit.*

Quid agendum, quando teſtes ad inuicem diſcordes ſint.

13 *Vbi pares ſunt probationes ex parte rei, ſemper adeſt iuris præſumptio.*

Immo ſi ex parte actoris probationes alio modo excederent verum eſt.

14 *Quando teſtes vtriuſque partis per ſe inter ſe diſcutiant, quid agendum.*

Si teſtes ſint numero, & dignitate pares ſententia pro reo ferenda eſt, niſi in matrimonio, cauſa libertatis, dote, teſtamento, &c. ibid.

15 *An teſtis ſingularis plenam probationem faciat, et qui nam ſingulares teſtes dicuntur, qui vero Conteſtes.*

In cauſis leuioribus ſufficit vnius viri fidè digni. ibid.

16 *An ſufficiant teſtes ſingulares ad probandum aliquem eſſe hæreticum.*

17 *Sententia Couarruu. teſtes ſingulares ſufficere ad aliquem vſurarium manifeſtum probandum authori nō placet.*

18 *Teſtes ſingulares quando ſufficiunt ad torturam Rei.*

19 *Regulariter vnus teſtis non facit probationem, in Religionibus tamen fidem faciunt teſtes ſingulares quare.*

Conuictus nemo dicitur niſi ad minimum per duos teſtes conteſtes ibid.

20 *Vt aliqui ſint Conteſtes, qui requiruntur ad plenam probationem, quid requiratur.*

Quando plures teſtes vnus poſt alium delictum viderint vere ſunt conteſtes.

21 *An teſtes de auditu ad plenam probationem ſufficiant.*

22 *An quando delictum conſiſtit in voce ſatis ſit, vt teſtis audierit delictum, an vero requiritur delinquentem loqui, & eum videre.*

23 *Praxis quædam pro multis caſibus notanda.*

24 *Quis numerus teſtium ſufficiens aut neceſſarius ſit ad alicuius cauſæ probationem, aut confirmationem.*

Duo fide digni, & omni exceptione maiores ſufficiunt, et neceſſarij ſunt ad plenam probationem, & contra ius naturale eſt minori teſtimonio quempiam condemnare. ibid.

In teſtimonio duorum cum actore myſterium firmitatis ſignificatur. ibid.

25 *In aliquibus caſibus ex diſpoſitione Iuris poſitiui requirunt plures, ſicut in Teſtamentis quinque, aut ſeptem, & in Codicillis, &c.*

26 *Epiſcopus Cardinalis non damnatur niſi cū 72. teſtib. Presbyter Card. non niſi cum 64. Diaconus cum 27. Qui numerus requiritur tamen in Clericis Eccleſiæ Rom. triplici ex cauſa.*

27 *Teſtis, vt teſtis nunquam torqueri debet, ſed vt b rationem Rei. quare.*

CVm ideo adhibiti ſint teſtes, vt rei ve
tas clarius conſtare poſſit iudici, ne
de facili credendum vnicuique ſit iu
xta illud 1. Ioann. 4. *Nolite credere om*
ſpiritui. quod teſtimonium ad huius rei de qu
agimus, confirmationem affert S. Tho. 2. 2. q
70. art. 3. ad ſecundū, ad maiorem certitudinem
ſtatutū eſt, vt teſtis, qn̄ deponere tenetur, hoc
eſt, qn̄ vel electus eſt a priuato litigante, vel a iu
1 dice in teſtem citatur iurare omnino debeat, &
ſic iuratus teſtificari, alioq; teſtimoniū eius nec
validū eſt, nec fidem facit. l. iuriſiurādi, C. de te-
ſtib. & c. Fraternitatis, & c. Tuis. de teſtib. Pan.
ibi & Bart. in l. Theopōpus. ff. de dot. p̄leg. Syl-
ueſt. verb. Teſtis. q 6. verſ. Tertio. Couar. lib. 2.
variar. reſol. c. 13. n. 3. Emanuel Rodriquez tra
cta. de ordine iud. c. 8. concluſ. 5. Vnde nec reli-
gioſo cuicunq; creditur niſi iurato. ex d. c. Tuis,
de teſtib. Quocirca recte monet Rodriquez,
vbi ſupra, Prælatos Regulares, p̄ceſſus validos
non facere, quantūuis ſubditis ſuis ſub obediē-
tia præcipiant, vt veritatē dicant, niſi iurati teſti
ficentur. Epiſcopus autem, & ſacerdos tactis
Sacroſanctis Euangelijs non iurant, ſed ſuper
pectore, vt habetur *c. fi. de iuram. calumniæ.*

2 Hinc cōiter tradunt authores non poſſe te-
ſtem depoſitionē ſuā, vel teſtimoniū in ſcriptis
iudici tradere, vel tranſmittere, cū hac ratione
fidē nō faciat, nec vllo mō admittendū ſit, can.
Teſtes. 3. q. 9. & c. a nobis, Qui matrim. accu. nō
poſſunt. Bal. in l. iuriſiurādi. C. de teſtib. Pan. &
Felin. in c. tuis. de teſtib. Sylueſt. verbo, Teſtis,
q. 6. verſ. Quinto. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 13.
num. 6. vnde fallitur Bartolus, qui in d. l. Theo-
pompus. num. 12. docet valere teſtimonium tra
ditum iudici in ſcriptis.

Nec obſtat, quod in d. l. Theopompus, dici,
iuratus ſcripſit, ex quib. verbis colligit Bartolus va
lere teſtimoniū in ſcriptis datū; Reſponderi na
que poteſt, verba illa ſic exponi; *iuratus ſcripſit*,
ideſt, propria manu ſubſcripſit, aut ſaltem non
tractatur ibi de teſte deponente iudiciali ſolem
nitate. Adde quod multa exemplaria habent,
3 *iuratus reſpondit.* & non *iuratus ſcripſit.*

Nec placet, quod ait Bald. in d. l. iuriſiurādi,
C. de teſtib. valere poſſe teſtimoniū teſtis in ſcri
ptis, ſi ipſe teſtis ſcripta expreſſim legerit, & nō
eſt meo iudicio optima, qa cū adhibetur teſtis
vt rei veritas innoteſcat, & ex vocis pronuncia-
tione abſq. ſcriptura facilius deprehēditur a iu
dice fides teſtimonij, an ſit vera, vel ſuſpecta, q̄
cū p ſcripta teſtis reſpōdeat p̄meditato ſermo-
ne, ad oē dubiū tollendū, & veritatem perfecte
cognoſcendā, ſine ſcriptis proferendum eſt te-
ſtimoniū, vt optime Fel. in c. Tuis. de teſtib. &
Couarru. vbi ſupra, nu. 6. annotarunt. Vn̄ opti-
me faciet iudex ſi cum ſcriptura a teſte ei offera
tur, eam repellat, & teſtem cogat, vt voce teſti
monium abſq; ſcriptis explicet.

Notant tn̄ & bene Felynus, & Couarr. locis proxime citatis, admitti poſſe opinionem Bald. ex aliqua iuſta cauſa, ſ. quando res ipſa perplexa eſſet, vel teſtis morbo impeditus loqui impediatur; ſiquidem tunc optime poterit teſtimonium a teſte iurato ſcribi, & iudici tradi præſente tabellione, vt ex eo cauſa definiri valeat.

Dubium aũt graue eſt, quid dicendum ſit de eo teſte, qui extra iudiciũ non iuratus vnũ dixerit, & in iudicio iuratus contrarium reſpõderit, An in hoc caſu priori, an poſteriori reſponſioni ſtandum ſit? quod ſæpiſſime contingere ſolet.

Cui dubitationi omiſſis argumẽtis, q̃ in vtrãque partem adduci poſſent, ſequentibus propoſitionibus breuiter reſpondendum eſſe ſtatuo.

Prima Propoſitio; Quando qs vnũ extra iudicium dixit, & iuratus demũ in iudicio contrarium rñdit, poſteriori, nõ priori reſponſioni ſtãdum erit, tum ob religionem iuramenti, tum ẽt ob iudicis authoritatem, maxime quando in priori reſponſione, & teſtimonio rñdiſſet non ſolũ extra iudicium, ſed ẽt apud hominem priuatũ, aut apud iudicẽ incõpetentem, aut in iudicio ex aliqua cauſa nulla, Sic gl. vlt. in ca. Cum cauſam, de teſtib. cõiter recepta. Bal. in d. l. nullum, col. 1. C. de teſtib. Fel. in c. Cum in tua, col. vlt. de teſtib. & idẽ Fel. expreſſe in ca. inquiſitionis. §. 3. de accuſa. & alii quos refert, & ſequitur Couar. lib. 2. variar. reſolut. c. 13. nu. 7.

Secunda Propoſitio: Teſtis ille, q hoc modo reſpondit diuerſa, pęna falſi puniẽdus nõ eſt. Sic Doctores citati, quos ſequit̃ Iacob. Menochius, lib. 2. de arbit. iudic. Cent. 2. caſu 108. verſ. Septimus caſus, n. 22. Nec obſtat, qđ Bart. in l. Eos. ff. de falſis. nu. 4. dicat eũ pęna falſi criminis reũ, nec eius rñſionibus dandã eſſe fidem, ex eo qđ in d. l. Eos, hr̃ eũ, qui diuerſa teſtimonia præbuerit, falſi criminis reum eſſe, Reſpondetur. n. Iuriſconſultum ibi loqui de eo, qui ſolenniter, & in iudicio cũ iuramẽto cõtraria teſtificatus eſt, cuius fides vacillat, & tanq̃ falſi reus condẽnandus eſt, tunc. n. tanquam periurus habendus, & condemnandus eſt, vt colligitur ex ratione textus in c. Sicut nobis. de teſtib. & expreſſe teſtant̃ Panor. & Dec. in cap. Per tuas. de probat. col. vlt. Fel. in c. Cum in tua, in fine. de teſtib. & Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 13. nu. 7. & Petr. de Arrago. 2. 2. q. 70. ar. 3. in fine.

Tertia Propoſitio: Si ex aliquib. coniecturis probabile ſit poſterius teſtimoniũ eſſe falſum, & prius teſtimonium non iuratum fuiſſe verũ, tũc Couar. vbi ſupra. §. Eſt & aliud cõſiderandũ. docet, nec ſtandum eſſe reſponſioni iudiciali, nec extraiudiciali, arg. c. literas. de præſump. & ibi Panor. & in c. inquiſitionis, §. 3. de accuſ. Dec. in c. ꝑ tuas. de proba. Fel. in c. Cum in tua. ad finẽ. de teſtib. ſed ad iudicis arbitrium, fides iudicialis teſtimonii non erit ita integra, ac ſi prior reſponſio præmiſſa nõ fuiſſet, immo ex hoc teſtis diminutionẽ patietur ad arbitriũ iudicis prudẽtis, & diſcreti, vacillat. n. fides teſtis, vt conſtat; nec negari poteſt hũc teſtem eſſe mendacẽ, & variũ, & fidei ſatis dubiæ, & ideo caute cũ eo agendũ eſt attenta negotii, perſonarum, & tẽporis qualitate. Idemq. dicendum erit, quando teſtis extra iudicium etiã abſq. iuramento varia dixerit, ex Alexandro lib. 1. conſ. 63. & cõſ. 114. nu. 18. & aliis quos idem Couarruuias refert.

6 Quarta Propoſitio ſi teſtis vnũ dicit in iudicio, & aliud poſtea extra iudiciũ, ſtandũ erit priori reſpõſioni in iudicio. Sic Bar. in l. eos. nu. 4. ff. de falſis. & Doctores in c. ꝑ tuas. de proba. & Bal. in l. Generaliter. C. de non numerata pecunia. Notab. vlt. vbi ait, non poſſe teſtem id, quod dixit in iudicio infringere, aut retractare in alterius præiudiciũ, & dãnum. Id quod ſcđm Bald. & alios procedit, ẽtſi mortis tempore aſſeueret falſum dixiſſe teſtimoniũ. arg. ca. Sicut nobis. & ibi Fel. de teſtib. & idem Fel. in c. exhibita, col. 2. de homicid. Alex. lib. 6. conſ. 124. num. 5. Iacob. Menoch. cit. n. 20. Bar. in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. ad Syllan. vbi dr̃, aſſertionem vulnerati dicentis ẽt in art. mortis a Titio ſe percuſſum fuiſſe, non probare cõtra ipſum Titium. Immo Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 13. n. 8. exiſtimat ex hoc Titium nõ eſſe torquendũ, niſi alia acceſſerint indicia, quamuis ſufficiẽs hinc ſumeretur indicium ad hoc vt Titius capiatur, & mittat̃ in carcerẽ, prout paſſim fieri ſolet. Si tñ accedãt alia ſigna vrgẽtia, tunc vere torqueri põt. Ceterum ſi vulneratus ecõtrario mortis tꝑe, & articulo dicat ſe nõ fuiſſe vulneratũ a Titio, teſtimonium hoc plurimũ proderit Titio, ita vt niſi accedant alia indicia vrgẽtia, a iudice torqueri nõ debeat, quib. accedentib. torqueri põt non obſtante occiſi proteſtatione. Quibus addo, qđ ſi quis in articulo mortis reſponderit aliquid, ſi ea reſpõſio fiat publica authoritate iudicis, & præſtito iuramẽto, credendum erit ei; tum quia nemo in mortis periculo præſumitur immemor propriæ ſalutis. l. vlt. C. ad leg. Iul. gl. in c. literas. de præſump. & c. Sancimus. 1. q. 7. tum propter iudicis authoritatem, & iuramenti præſtiti religionem.

7 Quinta Propoſitio: Teſtis iuratus in iudicio cõtraria oĩno rñdẽs abſq. aĩo, & iuſta correctionis, ſeu retratactionis cã, nõ eſt legitimus teſtis, ſed a teſtificando repellendus eſt, ſecundũ oẽs, & colligitur ex l. Qui falſa, vel varia. ff. de teſtib. & c. licet cãm. de probat. Sylueſt. verb. Teſtis. q. 7. Couar. vbi ſupra. n. 8. verſ. Ceterũ. Iacobo Menochio lib. 2 centu. 2. de arbit. iud. caſu 108. nu. 2. verſ. Primus caſus. qui alios in hanc ſententiã refert. Si tñ talis teſtis ſtatim in eodẽ iudicio, & (vt aiũt) incõtinẽti, corrigat propriã teſtimonij depoſitionẽ, tũc vltima eius depoſitio valida, & legitima erit. c. p̃terea. & ibi Fel. n. 10. de teſtib. cogẽ. Bar. ĩ d. l. Eos. n. 3. ff. de falſis. Couar. & Meno. locis proxime allatis. nu. 4. verſ. Scđs caſus. Tunc aũt dr̃ hęc correctio ſtatim, ſeu incontinẽti facta, qñ ea fit priuſq̃ tabellio rñſionem priorem ſcripſerit, vel ſi eam ſcripſerit, ipſe tñ teſtis adhuc non ſubſcripſit. ita gl. inſignis in c. apud miſericordẽ. 32. q. 1. Couar. & Menoch. vbi ſup. qui ẽt addit fieri incontinenti, qñ teſtis iſte nondũ allocutus eſt partẽ, id quod iudicis arbitrio relinquitur, vt præfati oẽs teſtantur. Debet tñ iudex ĩ hoc caſu vti magna diligẽtia, vt intelligat, an correctio iſta ſit veriſimilis, vel nõ, an hic teſtis alioq potuerit, a quo ſubornari potuerit, uel nõ, & an hic teſtis alioq vir probus ſit, an non. Quæ reuocatio ꝑmittitur, ẽtſi error nõ ꝓbetur.

gloſſa in d.c.apud miſericordem. Panor. col.3. & Fel.n.5.in c.Cũ venerabilis.de excep. Couar. & Menoch.vbi ſup.Si vero teſtis non ſtatim,ſed ex interuallo prius teſtimoniũ reuocat,admittẽdus eſt,ita tñ vt errorem priorem probet; Error autem hoc caſu oſtẽditur,& probabilis dicitur, qñ veriſimilis obliuio allegatur.Bal.in l.presbyteri.C.de Epiſcop.& Cler. Alcia.tract.præſump. reg.2.p̄ſump.29.n.3.Menoch.vbi ſup. n. 8.Alb. & Fel.in c.Cũ in tua.n.3.verſ.Itẽ fallit,de teſtib.

Ceterum præfati oẽs tradunt eum in hoc caſu ex interuallo contraria in eodẽ iudicio deponentem,abſq; animo ſe corrigendi, periurũ eſſe,& falſi reũ,& ideo falſi pęna puniẽdum fore, l.eos.vbi Bar.& DD.ff. de falſis. & facit c. Sicut nobis.de teſtib.& Panor. & Dec. in c. Per tuas, de probat.& Couar.& Menochius locis ꝓxime citatis. Fel.in d.c.Cum in tua.de teſtibus.

Immo neutra rñſio fidem facit, vt patet ex d. l.Eos.& tex.in c.p̄terea.de teſtib.cogen.vbi Cęleſtinus Papa III.ait,*ſi teſtis incontinenti ſe corrigat, reprobari non debet,ſecus autem erit,ſi correctioni ſuæ interpoſuerit interuallum* neutrumque teſtimoniũ admittendũ eſſe tradit, vbi ſupra Couarruuias citans Baldum in l.geſta.2.col.C.de re iudic. Vnde in tali caſu repulſo eius teſtimonio tã primo, q̃ ſcđo,alii teſtes ſi opus fuerit, producẽdi erũt.

Non enim eſt ratio cur primo potius, q̃ ſecũdo teſtimonio credatur,cum vtrumque ſit iuratum,vnde tanquam falſus, & periurus a teſtificando repellendus,& puniendus erit.

8 *Fallit* tñ hoc in crimine hæreſis, in hoc. n.crimine ſtãdũ erit poſteriori reſpõſioni in iudicio ex interuallo exhibitæ, ẽtſi prior ſit cum iuramento emiſſa: id.n. eſt ſpeciale in cã hæreſis, vt docet Couar.lib.2.variar.reſo.c.13.n.9. ex cap. accuſatus.§.licet.de hęret.in 6.gl.& DD.ibi.Gõſalus a Villadiego.de hæret.q. 13. nu. 12. Nicolaus Arelatanus tract.de hęret.Notab. 13.Directorium Inquiſitorum.par.3.q. 65. Qui omnes docẽt hoc eſſe ſpecialę in crimine hæreſis, vt poſteriori teſtimonio credatur,vbi qs in iudicio ẽt iuratus ex ĩteruallo cõtraria fuerit teſtificatus. Quę tñ ſnĩa ex d.§.licet.deſũpta, nõ dẽt ita ſimpliciter accipi vt poſteriori dicto credat̃, ſed tũc demũ qñ ex manifeſtis cõiecturis apparet poſteriora dicta veriſimiliora eſſe q̃ prima,teſteſque priorib.cõtraria deponere zelo fidei,nõ malitia, aut pecunia corruptos, vt ĩ textu apertiſſiuue cõtinetur, niſi.n. hæc indicia apparuerint, ex quibus oſtẽditur poſteriora dicta veriora eſſe,prioribus diſpoſitionibus ſtandum erit.

9 Et quamuis Couar.& Iacob. Menochius,vbi ſupra,n.13.velint hanc ſententiam de reuocando primo dicto,& de fide adhibenda ſcđo, procedere ſolum,qñ deponentes teſtificantur contra ſe,& contra complices ſuos, cũ maxima ſit veritatis p̄ſumptio, propriæ culpæ cognitio, & eius apud iudicẽ profeſſio; non autem qñ deponunt contra alios: Franciſcus tamen de Pegna in Comment.Directorii Inquiſit.part.3. quæſt. 65.cõment.114.meo iudicio, meliori rõne ductus etiam id procedere docet,qñ deponunt cõtra alios, quia cum hoc ſit fauore fidei conceſſum,ne crimen hæreſis occultũ ſit in perniciem religionis catholicæ,& fauor fidei æqualite periatur tam in teſtificante contra ſe, & cõp ces ſuos,quam contra quoslibet alios tertios linquentes,profecto æque in iſtis,ac in illis ha ſententia locum habebit.

Id quod textus d.§.licet.ſatis oſtendit, in il verbis *ſtare debet tam contra ſe, quam contra reliq attestationibus eorundem*.Nam dum Papa dicit *liquos*,omnes complectitur.argu.l. cum optio, de optione legata.ibid.*Reliquorum appellatione ones ad Mæuium pertinent.*

Addunt tñ præfati DD. quod ſi prima teſtif catio eſſet in reuelationem hæreſis, vt ſi qs v.g dixiſſet in iudicio Petrũ negaſſe purgatoriũ, demũ ſecũda ei contraria crimen, & culpã iſt negarei,ſtandum oĩno erit priori dicto, non po ſteriori,gl.in d.c.licet.Fel.in c.cum in tua,de te ſtib. Repertoriũ Inquiſit.verb.teſtes.§.ſed pona mus,& §.ſequen.& Zanchinus tract. de hęre c.14.num.5.Franciſcus Pegna,vbi ſupra.

Quod ideo fit,tum quia id in fauorẽ fidei facit; tum quia cum alloqui potuerit Reum pręſum tur corruptus,& ſubornatus:tum ne crimen hæ reſis in Reipubl. Chriſtianæ damnum maneat occultum,vt Couar.lib.2.variar.reſol.c.13.nu. 9.in fine,poſt alios annotauit.

10 DVBIVM aliud eſt, An ſi tabellio vnũ ſcripſerit,& teſtis iuratus dicat ſe aliud dixiſſe, cui in hoc caſu credendum ſit?

Reſpondeo,credendũ eſſe potius Tabellioni quã teſti. Nam pro tabellione præſumitur. l.ſi quis decurio.C.de falſis.c.ad audientiam.de pſcrip. Couarr.lib.ſecundo variar.reſol.c.13.nu. 10. qui docet hoc eſſe verum in cauſis ciuilib. ex Panor.in d.c.ad audientiam.& Fel.in ca.cum cauſam.de teſtib.& aliis,non autem in criminalibus.Ratio eſt,quia in criminalibus cauſis non committunt iudices teſtium examinationes tabellionibus,ſed ipſi etiam his examinationibus p̄ſentes eſſe ſolent.text.in Authent. Apud eloquẽtiſſimum.C.de fide inſtrum.& in Authent. de teſtibus,§.hæc oĩa.In cauſis autem ciuilibus ſolent iudices ꝑꝑ multitudinem negotiorum, aut ꝑꝑ alia impedimenta cõmittere examinationẽ teſtium tabellioni præſtito prius iuramẽto apud ipſum iudicẽ,ex Saliceto in d.Authen. Apud eloquentiſſimum.& Felino in c.cum cauſam.de teſtib.& ratio differentiæ eſt,quia cauſ criminales magis arduæ ſunt,& ideo maiori di ligentia,& p̄ſentia iudicis indigent. Quibus ad do in aliquib.locis ſtatim, vt non ſolum coram tabellionę teſtimonia a teſtib. in cauſis ciuilib. exhibeantur,ſed ẽt adſit ſaltẽ alter vir bonus pro batæ fidei, immo ẽt vt p̄ſens ſit iudex. Sic olim apud Athenienſes,vt refert Couar. vbi ſupra et Poſtello lib.de magiſtratib.Atheniẽſium.ca.26. ſex viri præter iudices in iudicio aderant,vt viderũt,nũ notarius aliqd omitteret, ſcriberet, vel adderet aliquid his, q̃ a iudicib. pronũciabant.

Deniq. qđ tabellioni potius, quã teſti credendũ ſit,p̄ter citatos docent Bal.in Auth.ſed cum teſtator.n.16.C.ad leg.Falc. Alexand. lib.1.conſil.70.& lib.2.conſ.65.Dec.in c.cum parati.col. fin.de appell.Fel.in d.c. ad audientiam. & alii, quos Couar.loco proxime citato refert.

DVBIVM

1 DVBIVM Tertium eſt, An & quomodo inſtrumentum publicum, tabellionis improbari poſſit?

Reſpondeo varijs modis id fieri poſſe.

Primo.n. tolli poteſt teſtimonio duorum teſtium omni exceptione maiorũ, etiãſi hi teſtes non fuerunt inſtr̃o inſcripti.l.optimam. in fine. C.de contrahen.ſtipulat.& cap.Tertio loco. de probatio. & eſt communis opinio ex Innocen. Ioan. Andr. Anton.Calder. Panorm.nume.13. Felino,num.35.& 44.in c.cum Ioannes.de fide inſtrumen.Couar.in lib.ſecundo, varia.reſol.c.13.num.11.verſic.Prima concluſio.Iacobo Menochio lib.ſecundo,centur.ſecunda, de arbitr. iudic.caſu 205.num.33.

Ratio eſt, quia fides inſtrumenti ſolum pendet a Notario.c.ad audientiam.de præſcrip.& is vnus eſt,qui duobus præferri non debet,quamuis anthoritas eius ſit publica.

Debent tamen teſtes in hoc caſu optime concludere,& concordare dicendo ſe fuiſſe eo tempore,& hora illo in loco in quo inſtrumentum hoc aſſeritur confectum,ibique inſtrumentum nullum fuiſſe celebratum, cum celebrari non potuiſſent quin ipſi vidiſſent, vt notant Bart. in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemadmodum teſtam. aper.nu.13.Alex.conſ.93.num.12.libr.5.& alij quos refert Menochius, num.34.vbi ſup.

Ceterũ ſi præter authoritatem,& teſtimoniũ tabellionis adſit vnus alius teſtis, qui eſt cum tabellione,tunc nõ ſufficiunt duo teſtes omni exceptione maiores,ſed requiruntur tres teſtes ad teſtificandum contra publicum tabellionis inſtr̃m.Sic Doctores communiter quos refert,& ſequitur Couar.vbi ſup.Vnde quando gloſſa in d.c.Tertio loco.& in d.c.cum Ioannes.& in §. verum.Inſtit.de inutilit.ſtipulat. & in l.in exercendis. C.de fide inſtr̃orum, docetq́ authoritatẽ inſtrumenti non minori,quam trium teſtiũ numero improbari,immo aliquando quatuor eſſe neceſſarios,vt verum dicat,intelligitur quando præter authoritatem tabellionis teſtis vnus pro inſtrumento teſtimonium exhibet, tunc.n. requiruntur tres,quod ſi duo ſint teſtes pro tabellione,tunc quatuor teſtes requiruntur.

Secundo tollitur fides inſtrumẽti a fortiori duobus teſtib.eidem inſtrumento inſcriptis,argu.c. tam literis.de teſtib. & eſt communis opinio ex Felino in ca.cum Ioannes.nu.46.de fide inſtrumen.& Couar.lib.2.variar.reſol.c.13.num.11. verſic.Secunda concluſio.de qua re, qui plura ſcire cupit,legat Couar. & Menochium locis a nobis proxime allatis.

2 DVBIVM Quartum eſt, Quid agendum ſit quando teſtes adinuicem diſcordes ſint?

Reſpondeo cum S.Th.2.2.q.70.ar.2.ad ſecũdum.Mich.Salono,& Petro de Arrag. ibid.Sylueſt.verb.Teſtis,q.7.Soto lib. 5.de iuſtitia.q.7. art.3.ad primũ,Iacobo Menochio, lib. 2.centu. 1.de arbitra iudic.caſu 98.Quod teſtes poſſunt eſſe diſcordes,vel in ſubſtantia facti, ſeu in circunſtantijs principalib.quæ variant facti ſubſtãtiã,puta in tp̄e,vel in loco,vel in perſonis,de quibus principaliter agitur,aut in ſubſtantia actus de quo agitur,vt v.g quod vnus dicat factũ hoc eſſe tali tp̄e,vel loco,puta mane,aut domi,alias alio tempore, vel loco, puta ſero, aut in agro; Item ſi vnus dicat Reũ percuſſiſſe alapa, alius vero fuſte, & tunc teſtes iſti ſunt ſingulares in ſuis teſtimonijs & de diuerſis loqui videntur,& talis diſcordia efficaciam teſtimonij tollit.

Id quod procedit, quando hæc tanquã certa affirmant: Si.n.vnus dicat ſe non recordari, & alius aſſerat determinatum tempus,& locũ,nõ vſq. adeo infirmatur teſtimoniũ.Vel poſſunt eſſe dicordes in aliquib. circunſtantijs non pertinentib. ad ſubſtantiam facti, puta ſi tp̃s fuerit nubiloſum, aut ſerenum, quod domus fuit dicta, aut non, aut aliquid hmõi,& talis diſcordia non præiudicat teſtimonio, quia homines non ſolent circa talia multũ ſolicitari, vnde facile a memoria elabũtur.His ita pręſuppoſitis,ſit

13 Prima Propoſitio,Qñ in pertinentib.ad facti ſubſtantiã diſcordes ſint teſtes actoris,& Rei, ſi ſint æquales numero, & pares dignitate ſtandũ erit ex parte Rei.Sic S.Th.& alij citati', & colligitur ex c.ex literis.& DD.ibi. de probation. Alciatus in tract.de præſumpt.reg.3.præſump.44. nu.5.& Menoch.cit.Rõ eſt,quia tunc iura ſunt æqualia,vbi vero iura ſunt ęqualia,potior eſt rõ poſſidentis.arg.reg.65.& Regu.In pari delicto, & Reg.11.reg.cũ ſunt.de reg.iur.in 6.Reus aũt eſt ĩ poſſeſſione vitę ſuæ,vel famæ, vel bonorũ.

Et quia iudex propenſior eſſe dẽt in dubio ad abſoluendum, quam ad condemnandum, niſi forte in cauſis fauorabilib. ſicut eſt cauſa libertatis, tunc.n.ſi vtriuſq. partis teſtes ſint æquales,proferenda erit ſententia pro libertate,ex d. c.ex literis.& Decio ibi.nu.5.& S.Th.2.2.q.70. art.3.ad ſecundum. Menochio vbi ſup.nu.14. Tum quia vbi pares ſunt probationes, ex parte Rei ſemper adeſt iuris pręſumptio,ſiue in criminali,ſiue in ciuili verſemur, ne.ſ.deliquiſſe credatur.leg.merito,ff.pro ſocio.

Cum ergo ob præſumptionem Reus ẽt actorem ſuperet,illius iura in dubio iuribus actoris præferri debent.Huc accedit rõ illa,quam reddit Ariſto.in Problem.ſect.29.q.13.nẽpe ſatius eſſe nocentem abſoluere,q̃ innocentem condẽnare,id quod ẽt docet Iuriſconſultus in l.abſentem.ff.de pœnis. Si.n.quis capite damnatur innocens,non poteſt error ille amplius corrigi,ſi tñ quis nocens liberetur, ſaltem iterum delinquens puniri põt.Et hoc quod diximus ita verũ eſt, ẽtſi ex parte actoris probationes in aliquo excederẽt,vt puta ſi teſtes Actoris eſſent digniores teſtib.Rei. vt v.g.ſi duo teſtes clerici dicant me cõmiſiſſe fornicationẽ vel aliud delictũ certa die,& duo alij teſtes laici dicũt oppoſitũ, q̄d tota die illa fui cũ eis, ita q̄d non potuiſſem cõmittere qn ipſi vidiſsẽt, ego q ſum Reus in hoc caſu abſolui debeo,& tñ clerici, qui ſtãt pro accuſatore ſunt magis idonei,qa qualitas teſtium non dẽt tollere abſolutionis prærogatiuam.Sic expreſſe gl.ĩ c.clerici.diſt.81.Panor.in d.c.ex literis,n.1.Dec.ibid.n.Alcia.5.in d.præſump.44. nu.6.& Menoch.vbi ſup.caſu 98.nu.5.qui alios etiam in hanc ſententiam refert.

14 Secunda Propoſitio.Quando teſtes eiuſdem partis inter ſe diſſenſerint:Quando teſtes eiuſdẽ

inter ſe, tunc iudex ex multis prudenter debet perpendere cui fauere debet.ſ. vel ex numero teſtium, uel ex dignitate eorum, uel ex fauorabilitate cauſæ, ut ſi agatur de libertate alicuius, vel ex conditione negotij, & dictorum. Sic S. Th. Sotus Salon, & alij citati.

Et quidem ſi vnus teſtis contradicit plurib. nihil obſtat eius cōtrarietas, cum eius teſtimoniū nec iuſtificet, nec condemnet. c.*Amonere*, 3.q.2. ſi vero multi, ſed pauciores cōtradicunt pluribus ex eadē, vel diuerſis partib. productis, conari dēt iudex, ſi poſſit, eandē contrarietatem concordare. Si aūt non poteſt illorum dicta concordare plurium teſtimoniū præualebit, niſi dignitas perſonarū ex altera parte præiudicet numero, vel niſi pauciores ueriſimiliora dicant, & aptiora negotio, aut niſi plura per pauciores probentur. Si.n. plures probent me agrum aliquē poſſediſſe, & pauciores ꝓbant, me poſſediſſe decē annis, & titulū poſſidendi; paucorū tūc teſtimoniū ꝑualebit, vt hr̄ in c. In noſtra ꝑſentia, gl. ibi & Panorm. de teſtib. Sylu. verb. teſtis. q.7. in fi. & Petr. de Arrag. 2.2. q. 70. art. 2. ad ſecundū.

Quod intelligendum eſt, quando eodem tpe teſtes inducuntur. Si.n. inducantur ad reprobādum dicta priorū, plures eſſe debebunt, & lōge melioris famæ, vt hr̄ in l.optimam, C. de contrahenda, & committen. ſtipulat. Et ratio eſt, quia tunc magis pręſumitur ſubornatio poſt publicationem atteſtantium, quam ante. Si vero teſtes fuerint numero, et dignitate pares, ſnīa ferenda erit pro Reo, ut diximus, niſi in matrimonio, & in cā libertatis, & in teſtō, & in dote, ut conſtat ex gl. cit. & ex c. fi. de ſent. & re iudic. Sin autem neuter rem poſſidet, ſed uterq. ab extraneo petit, diuidenda erit, ſi fuerit poſſibile, argu. c. Afferte. de pręſump. quod ſi diuiſibilis non ſit, poterit tunc iudex cui uoluerit gratificari. ca. 1. de paroch. gl. & Panorm. in d. ca. In noſtra præſentia, & Petr. de Arrag. ubi ſup. de qua re plura apud legiſtas, & Doctores in d. ca. In noſtra præſentia, legi poſſunt.

15 DVBIVM Quintum eſt An teſtis ſingularis plenam probationem faciat?

Pro huius quæſtionis ſolutione ſciendū eſt, quod aliud eſt teſtis ſingularis, aliud conteſtis ſingularis teſtes dn̄r, quoties duo, uel plures deponunt de diuerſis numero delictis, vt v.g. ſi vnus dicat ſe vidiſſe hoc furtū commiſſum eſſe a Petro, alius vero dicit ſe vidiſſe aliud furtū alio tpe a Petro commiſſum. *Conteſtes* dn̄r, qui deponunt contra Reum de eodem numero delicto, vt ſi duo dicant, vidi Titium furari talem rem, in tali loco, & tempore. His ſuppoſitis

Primo certū eſt apud omnes ſingulares teſtes non ſufficere ad plenam probationem contra Reū, & ideo non ſufficiunt ad aliquem condemnandū. Id quod procedit tū in condemnatione alicuius ad mortē, tum in danda ſnīa in pręiudicium notabile alicuius. Ad hoc.n. vt quis morti adiudicetur, exigitur neceſſario plena ꝓbatio, hoc eſt, et ſaltem duo teſtes concordes, ſeu conteſtes ſint, vt conſtat ex c.*licet uniuerſis, de teſtib. et ex c.licet cām, de proba.* S. Th. 1.2. q. 70. art. 2. Caiet. Salon, Bann. & Petr. de Arrag. ibid. Sotus lib. 5. q.7. ar. 2. Panor. in c. Bonæ memoriæ, 1. de cl Ang. verb. teſtis, §. 23. Sylu. eo. q 3. Greg. de V len. to. 3. diſp. 5. q. 14. punct. 2. & alii, & coll tur ex nu. 35. vbi dr, *Homicida ſub teſtib. punietu unius teſtimonium nullus condemnabitur.* Et Deut *In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interficie Nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium.* V de nec ſolius Imperatoris, in hac parte teſtim nium ad occidendum hominē ſufficit. In cau aūt leuiorib. etſi agatur de condemnatione cuius ad aliam pęnā, ſufficit teſtimoniū vnius de digni, maxime vbi ita apparet expedire bo gubernationi, vt patet ex vſu, & praxi omniū dicum, damnant.n. ſcindentes ligna in nemo alieno, vel rapientes vuas ſolo teſtimonio cu dis, aliter non poſſent iſta eſſe tuta. Eadem ri ne in cauſis grauioribus dummō non agatur vltimo ſupplicio, ſufficit vnicus teſtis eximiæ thoritatis, vt Papa, Cardinalis, Imperator, & recta nāq. rō dictat, vt teſtimonio perſonę ad eximiæ non hēatur minor fides, q̃ dicto duor aut triū e media plebe. Dixi, in qb. agitur cont præiudiciū tertij, quia ſi non agatur de pręiud cio alterius, ſufficit aliqn̄ vnus teſtis fide dign vt v.g. ſi dubitetur, an paruulus, qui eſt ſublatu a cura parentū ſit baptizatus, ſi vnicus teſtis fid dignus aſſerat illū eſſe baptizatū, vel quia vidi vel qa certo audiuit a viris fide dignis, ſufficit ſte teſtis, vt hr̄ in can. paruulos, & can. cū itaq & ibi gl. de conſecr. diſt. 4. Sylu. verb. teſtis. q. 5 verſ. Secundo. Salon vbi ſup. controuer. 1. cōc. 1. Idemque dicendum eſt, quando dubitatur an conſecrata ſit eccleſia, ex Sylueſtro, & gloſſa vbi ſup. Et an quis petierit cōfeſſorem, quia alias periret fides humana, ſi ī his caſib. nō ſufficeret teſtimoniū vnius boni, & honeſti viri, vt cōſtat.

16 DVBIVM vero eſt, An ſufficiant teſtes ſingulares ad probandū aliquem eſſe hæreticū, vt puta ſi vnus dicat de quadā hæreſi, & alij idem de alijs hęreſib. eiuſdē hominis teſtimonium dixerint? Rō eſt, quia iam in genere probari vt hominem illū eſſe hæreticum. Sic Iacob. Butrigarius in l. Arriani. C. de hæret. & Are. in l. teſtiū. C. de teſtib. Horum tn̄ ſententia reijcitur a Io. Andr. in c. vt officium. §. 1. de hæret. in 6. & Domin. ibid. in §. verum. Ioan. Anto. in c. cum oporteat. de accuſa. Bal. conſ. 390. lib. 4. et Cardinalis in clemen. 1. de hæret. a Directorio Inquiſitorū par. 3. q. 72. & Petr. de Arrag. 2.2. q. 70. ar. 2. Ratio eſt, quia nemo probari poteſt eſſe hęreticus in genere, niſi aliqua eius hæreſis probetur in ſpecie, implicat.n. Petrum plene probari furem, abſq. eo quod eius aliquid furtum plurib. teſtibus probetur in ſpecie. Si igitur aliqua hæreſis eius in ſpecie non poteſt probari teſtib. ſingularib. teſtib. atq. diuerſis, ſed opus eſt, ut duob. aut plurib. teſtib. plene probetur, conſequēter nec teſtib. ſingularib. quiſpiā hæreticus in gn̄e probari poteſt, cū verum in uno genere inferri non poſſit, niſi eo quod uęrū in aliqua ſpecie eſſe ꝓbatur. Confirmatur hæc rō, quia de ſingulis hęreſib. accuſari, defendi, & conuinci quilibet hæreticus dēt, & itidem ad fidem conuerſus errores ſingulos nominatim cōfiteri, et abiurare tenet, ut conſtat ex practica Inquiſitorū, Ergo nō

ſufficit,vt probatio ſingularis aduerſus eū teſtibus diuerſis,ſeu ſingularib.fiat. Nulla eſt.n.rō cur a regulis iuris in hæreſi probāda recedatur, pręſertim cū in hoc iudicio,quia maius periculum vertitur,cautius agendum ſit,vt in c.vt officium,§.verum.de hæret.in 6.hr̄. Solent tñ iuriſperiti caſus aliquot excipere ab hac regula generali,quos ſequitur eos admittens Petr. de Arrag.Theologus inſignis vbi ſup.quos tamen refellit Franciſcus a Pegna in comment. Directorij Inquiſitorum,par.3.ad q.72.comment. 221. poſt mediū,qui in hac re conſulendus eſt.

7 Vnde non placet ſnīa Couarruuię in lib.3.varia.reſolut.c.3.num.5.aſſerentis ſufficere teſtes ſingulares ad aliquem vſurariū manifeſtum ꝓbandum,quem ſequūtur Dom. Bann.2.2.q.70.art.2.dub.3.& Iacobus Menoch.lib.2.centur.3.de arbitr.iudic.caſu 225.num.23.nullam pro ſe rationem afferentes,ac proinde minime audiēdi,cum a regula generali ſine iuſta cā,& ſufficiēti rōne temere recedendum non ſit. Quocirca rectius Pet.de Arrag. docet non probari quempiam in genere Sodomitam, aut Simoniacū eſſe ex teſtib.ſingularib.ſed neq. in ſpecie, cū teſtes in ſpecie ſui teſtimonij rōnem reddere debeant,quicquid Domin.Ban. ſine ratione dixerit,teſtes ſingulares in vitijs hæreſis, ſodomia, ſimonię, & vſuræ ſufficiētē facere probationē.

18 *Secundo* certū eſt teſtes ſingulares ſufficere ad indicia contra Reū,quod ſi ſint omni exceptione maiores, ſufficere ad torturam Rei,qua vnicus teſtis omni exceptione maior.i. cui nihil opponi poteſt,facit ſufficiens indicium ad torturā, cum in criminalib.etiam facit ſemiplenam probationem,vt ſupra docuimus;Et quia qui dicto vnius teſtis vrgetur,eſt de crimine infamatus apud iudicem competentem, atq. adeo abſq. vllo erroris periculo torqueri pōt. gloſſa in l. Admonendi.ff.de iureiur.& ibi Bart.& Iaſon in lectura 2.n.92.gl.in l.in bonæ fidei.C. de reb.cre. ver.decidi oportet.& ibi Bal.quos refert,& ſeqtur Ant.Gomez to.3.varia.reſol.c.12.n.9.Frāc. de Pegna in commen.ad Direct.Inquiſit.p.3.q.61.commen.110.Regula.2.& Reg.7.& alij.

19 *Tertio*, q̄uis regulariter vnus teſtis non faciat probationem,in religionib.tñ,quib.ad leuiores pęnas proceditur, fidem faciunt teſtes ſingulares,teſtificantes ſimiles actus ab eodē commiſſos eſſe,vt ſi vnus teſtetur Petrum cōmiſiſſe tale furtum,& aliꝰ aliud furtum eius alio tpe,aut loco teſtetur,maxime vbi quis tali vitio inuolutus eſſe dr̄;Eſt.n.valde credibile rem ita eſſe. Sic Caiet.2.2.q.70.art.2.Salon ibid.controuer.1.cōcl.4.Domin.Bann.ibid.Sotus libr. 5.de iuſt.q.7.art.2.ad primum,& Grego.de Valen.to. 3.diſp.5.q.14.punct.2.in fine. Ratio eſſe poteſt,quia inter Religioſos maior ineſſe ſolet vitæ puritas,et ſola ſubditi ſalus in puniendo deſideratur,& cū minori ſtrepitu,et figura iudicij proceditur,nec in huiuſmodi delictis deſideratur aut exigitur tam exacta probatio iudicialis, ſicut inter ſeculares.

Ceterū vt præfati authores notant in delictis grauiorib.quæ afferunt ſecum infamiā, & grauem punitionē,citra mortem,non ſufficit vnus teſtis neq. multi ſingulares,ſed ſolū cōtra tales procedi pōt ad inquirendum, & interrogandū Reum ipſum,& ēt ad eum torquendum,cū genere aliquo torturæ leuis,& religioſæ, & ſi negauerit,manebit liber a pęna. Quia iure Pōtificio,cui Religiones ſubiectæ ſunt, ſtatuitur, ne qs in grauioribus condemnetur,niſi aut conuictus,aut ſpōte confeſſus ſit.can.Nos in quēpiā.2.q.1.conuictus aūt nullus dr̄,niſi ad minus per duos teſtes conteſtes.Immo iure naturę,vbi nō eſt niſi vnus teſtis,qñ Reus negat, non eſt condēnandus,cum dēant in his eſſe probationes luce meridiana clariores,ſicut,& inter ſeculares.

20 *Quarto* ex prædictis conſtat conteſtes requiri ad plenam probationem, & condemnationem rei.Ad hoc aūt vt aliqui conteſtes ſint,opus eſt, vt in teſtimonio deponendo non ſolum conueniant in ſubſtantia delicti,ſed etia circumſtātijs principaliter illud declarantib ſ. in perſona delinquētis,in loco,tpe,& qualitate,& modo delicti. Addo tñ aliquando contingere,vt vnum delictum maiorem habeat continuationem, & tunc ſi plures teſtes vnus poſt alium viderit id delictum,tunc ſunt vere conteſtes ad illud;vt v.g.cōmiſit quis adulteriū, & adulterando viſus eſt a trib.ſeu quatuor eum aſpicientib.per feneſtrā,vnus poſt alterum, vere iſti teſtes non ſunt ſingulares,ſed conteſtes,& rē illam,ſeu delictū ſufficienter probant, vt multis probat Tabiena in verbo,teſtes.nu.5.verſ.4. citans alios.

21 DVBIVM Sextum eſt, an teſtes de auditu ad plenam probationem ſufficiant?

Rñdeo cum cōi DD. ſnīa quam ſequuntur Alex.de Ales in ſumma, p.3. q.45.memb.6.art. 1.Sylu.verb.teſtis.q.8.verſ.6. Angel. eod.§.25. verſ.6.Tabiena,verb.Teſtes.verſ.4. & facit c.2. de conſuetudine, & ibi glo.& Panorm.num.5. & in c.cū cauſam.nu.8.de teſtib. & alij,quod ſi delictum conſiſtat in voce,qualia ſunt blaſphemia,contumelia,&c.tunc teſtes de auditu ſufficiunt ad plenam probationem; ſi vero delicta ſint ex numero viſibilium,tunc non ſufficiunt teſtes de auditu,ſed requiruntur teſtes de viſu; Et breuiter teſtis ad hoc,vt concludat, reddere debet cām ſciētiæ per illum ſenſum corporis,quo actus,ſuper quo deponit,percipitur, vnde ſi deponit de re perceptibili viſu tm̄,dicit, quia vidi; ſi de perceptibili auditu tm̄,dicit,quia audiui;ſi deponit,quod res erat amara,vel dulcis, dicet, quia guſtaui;ſi ſuꝑ odorifera,vel fetida,quia odoraui,ſi ſuper re aſpera,vel leni,quia tetigi.

22 *Difficultas* tñ eſt;An qñ delictum cōſiſtit in voce, ſatis ſit vt teſtis audierit delictum,an vero requiritur delinquētem loqui, & eum videre;

Ratio dubij eſt, quia accidere poteſt,vt non uideamus delinquentem, licet audiamus eius vocem, & tamen uox ſæpe fallit, facile.n. fingi poteſt,& ſolet;Item facile mutari ſolet.

Rñdetur tamen quod aliqñ in iure expreſſū eſt,vt non ſolum audiamus uocem,ſed ēt ut uideamus loquentem, prout requiritur in teſtamento. Vt hr̄ in l.Si non ſpeciali. C.de teſta.Nō.n.ualet teſtamentum,niſi teſtes uiderint,& audierint teſtatorem loquentem,ut eſt tex. in d.l. ſi non ſpeciali.Panorm.in c.2.nu.5.de conſuetudine,& ibi Anto.Franciſ.in annota.affirmãs, qđ non ſufficit quod teſtes audierunt teſtatorẽ loquentẽ;& teſtantẽ intermedia cortina,vel intermedio pariete,& citat Cyn.& Bart.in l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſta.dat Panormitanus vbi ſupra rõnem,quia vox teſtatoris;pp infirmitatem ſolet mutari. Qñ vero nihil eſt in iure expreſſum, ſatis eſt audire vocem, qñ teſtis plenam habet notitiam vocis, & eſt cõis opinio ex Panor.in c.2.num.5.de conſuet.& in c. cũ cauſam.nu.8.de teſtib.gl.in cap.teſtes.in verb. audierunt.3.q.9. Anton.Franc.vbi ſup.in annot.ad ca.2.de conſuetud.Tabiena.verbo, Teſtes. verſ.4.Sylueſt. verb.Teſtis.q.4.Sin autem teſtis non habet notitiam vocis,non eſt ſatis. Vnde refert Panorm. in d.c.2.de conſuetud.dictum Hoſtienſis aſſerẽtis dictum teſtis valere, qui ſolum audiuit verba,licet non viderit perſonam, & ponit exemplũ in quęſtione facti.Quidam tabernarius ganeæ,& amicæ ſuæ ſubtraxit furtiue ſcyphũ ſuũ argenteũ,quẽ nolebat ei reſtituere, nec in præſentia ipſius mulieris non negauit. Mulier illa notariũ,& quoſdã alios teſtes poſuit poſt parietẽ,& ipſum tabernariũ calefactũ inducit ad cõfitendũ quod ſubtraxerat ſibi ſcyphũ; & promiſit ſe reſtituere velle,quo audito mulier rogauit tabellionẽ,& teſtes ſup confeſſione tabernarij, quaſi velit Hoſtiẽſis probari poſſe cõfeſſionẽ p teſtes,licet ipſi non viderint perſonã loquentẽ. Aliud ſimile exemplum ponit Sebaſt.Sap.in annot.ad Panor.in c.2.num.5.de conſuet.aſſerens magiſtrum ſuum in facto cõſuluiſſe,& in facto defendiſſe quendam accuſatum de crimine capitali,qui poſitus ſeueriter ad tormenta,conſtãter negauit ſe illud delictum commiſiſſe.

23 Sed cum eſſet ſolus cum poteſtate, confeſſus erat delictum, ſed coram teſtib. confiteri nolebat. Poteſtas poſuit teſtes, & notarium poſt parietem,et blando ſermone extorſit confeſſionẽ ab illo,et rogauit poteſtas notariũ,& teſtes de illa confeſſione,& ſic eum decapitari fecit, Quæ praxis pro multis caſibus notanda eſt.

24 DVBIVM Septimum eſt,quis numerus teſtiũ ſufficiens,aut neceſſarius ſit,ad alicuius rei probationem,& confirmationem?

Rñdeo q̃uis in reb.lęuiorib.vt diximus, ſufficiens ſit teſtimonium vnius, in reb.tñ grauioribus,maxime qñ agitur de hoĩs cõdemnatione, aut alia re graui, neceſſarij ſunt duo teſtes, aut tres,id quod iuri naturali,& diuino admodum conforme eſt,vt colligitur Deut.17.vbi dr̃, *In ore duorum,aut trium teſtium peribit qui interficietur*, &c. & c.19.*Non ſtabit unus teſtis contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne uerbum.* Quod legis teſtimoniũ Chriſtus Matth.18.& Ioan.8.& Apoſtolus 2.Corin.13.citarunt, ad oñdendum quã recte illud ſtatutũ ſit, vt res aliqua tot teſtiũ aſſertionib.confirmaretur,vnde ius humanũ poſtea ſtatuit ordinarie duorũ teſtimoniũ,& ad maiorem certitudinẽ triũ neceſſarium eſſe, vt hr̃ ca. *Quod uero*.2.q.5.& c.*in omni negotio,de teſtib.* & *ff. eod.ti.l.Vbi numerus.* Id quod iure gentium iam apud oẽs gentes,& nationes receptum eſt. Cuius ẽt rei rõnem ex ipſa natura deductam afferunt authores,cum S.Th.2.2.q.70.ar.2.& Salon, tr.de Arrag.Bann.& Caiet.ibid.Sotus libr.5. iuſtit.q 7.art.2.Syl.verb.Teſtis. q.5.Gregor. Valen.to.3.diſp.5.q.14.punct.2.Petr.Naua.li 2.de reſtit.c.3.p. 2. poſt dubiũ quintũ.nu.198. ſeqq. Quia cũ iudicia verſantur circa actio humanas,quæ circa res contingentes verſãtu ea ſolum certitudo probationib.requiritur,q vt plurimum veritatem continet,raroq.defici Probabilius aũt eſt,quod multorũ dictũ mag veritatem continet,q̃ dictum vnius; Rõ ergo po ſtulat cum Reus ſit vnus,qui negat,ſed tñ mult teſtes idem cum actore ſentiunt,vt dicto potius teſtium plurium,q̃ Rei vnius teſtimonio credatur,Cum igitur quæ duo,vel tres homines concorditer affirmant,maxime ſub iurõ,ſolent co ter vera eſſe,recte,& prudenter iudicatũ eſt ſu ficere,ſimpliciter ad plenã probationem duo teſtium cũ actore teſtimoniũ, dummõ ſint fid digni,& oĩ exceptione maiores, vel ad maior certitudinẽ teſtimoniũ trium, iuxta illud Ecc 4.*funiculus triplex difficile rumpitur*. In hoc.n.teſti numero, trinitas ſecundum myſterium ſignificatur,ex S.Augu.tract.36.in Ioan. in qua eſt p petua firmitas veritatis.Immo vt S. Th.vbi ſup. ex Ariſtotele.1.cęli.tex.2.probat, ternarius numerus multitudinem perfectam efficit, cum in illo ſit principium,mediũ,& vltimum,totumq; & omne in tribus primum ponitur.Quod ſi aliqñ accidat,vt dũo,vel tres teſtimoniũ falſum dicãt,vt in iudicio,quo innocẽs Nabath condẽnatus fuit,3. Reg.21. imò ẽt, & magna multitudo mẽtita eſt in condẽnatione Chriſti corã Pilato, pp quod dicitur Exod.23. *Non ſequeris turbã ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a uero deuies.* id tamen raro accidere ſolet, & in iudicijs ac legibus ferendis id tãtum reſpiciendum eſt,quod vt plurimum contingit. Duo igitur teſtes fide digni,& omni exceptione maiores ad plenã probationem oĩno neceſſarij ſunt,adeo vt cõtra rectã rõnem, & ius naturale ſit minori teſtimonio quempiam condemnare.

25 Et quãuis ſtando in iure naturali,aut diuino ac ẽt humano poſitiuo regulariter ad cuiuſcu que rei probationẽ plenã duo,vel tres teſtes ſufficiant, in aliquib. tñ caſib. ex diſpoſitione iuris poſitiui requiruntur plures. Nã in teſtamentis (quia nõ exiſtit defunctus, qui poſſit rñdere,ac mẽtem ſuã explicare)quæ aperte fiunt, requir ius quinq; teſtes, & ſi fiant obſignata, ſeptem. Vt ita certius conſtet de volũtate defunctorum qui ſeipſos,vt diximus,explicare nequeũt: ſimiliter in Codicillis requiruntur quinque.l.fin.C. de Codicillis.Itẽ in donatione cã mortis,requiruntur quinq; l.fi.C.de donat.cauſa mor. Et to tidẽ requiruntur qñ debitor vult probare debitum quod factum fuerat in ſcriptis, eſſe ſolutũ.

26 Ad condemnationem etiam aliquorũ maior numerus requiritur, Ep̃s enim Cardinalis non dãnatur niſi ſeptuaginta duob.teſtibus: Presbyter Cardinalis nõ niſi cũ ſexaginta quatuor teſtibus; Diaconus vero Cardinalis nõ niſi viginti ſeptem,ſubdiaconus vero, & alij inferiorũ ordinum,non niſi ſeptem teſtibus,vt conſtat ex cap. Præſul.2. quæſt.5.& c.ſeq.quod ſpecialiter locum

cum

cũ hãbet in clericis eccleſiæ Romanæ propter eius dignitatem,vt optime docet S. Tho. 2.2.q. 70.art.2.ad tertium.triplici ex cauſa;

Prima eſt,quia in ea tales inſtitui debent,quorũ ſanctitati plus credatur,quam multis teſtib.

Secunda eſt,quia cum iſti alios indicent,& puniant,& conſequenter incurrant odia multorũ ob executionem iuſtitię,non eſt ita facile credẽdum ijs,qui contra eos teſtificantur,niſi magna multitudo conueniat.

Tertia eſt,quia ex eorum cõdemnatione,& infamia ſequitur magnũ damnũ, & ſcandalũ,eorumq. ſtatui,& dignitati,immo & toti eccleſiæ derogatur,ideo ad eos condẽnandos multis opus eſt teſtib.ſatius namq.eſt aliquẽ eorum,niſi pctm̃ publicum valde,et manifeſtũ ſit tolerare, quam eos cõdemnare,ob graue ſcandalũ,quod exinde oriretur. Poterat hoc in loco agi de teſtibus,quorum dicta per torturam extorquentur, qua de re cum in ſuperiorib. agentes de tortura Rei,dictũ ſit,c.16. dub.5.non eſt,quod plura repetamus,ſolum hoc in loco annotandum eſt.

27 Teſtem nunq̃ torquendũ eſſe,niſi inquãtum hẽt rõnem Rei,vt v.g.ſi aliq̃ teſtãtur Petrũ alicui negotio interfuiſſe, & poſſe teſtificari, tunc Petrus niſi voluerit teſtificari, poterit torqueri, vt dicat veritatẽ,qa merito præſumitur ex malitia teſtificari nolle. Rõ aũt cur teſtis, inquãtum teſtis torqueri non debet,ea eſt, quia vt ſic non hẽt culpam,cum tñ certum ſit torturam nemini abſq. præſuppoſita culpa inferri debere,vt recte Domin.Bann.2.2.q.70.ar.2.dub.2.concl.4. annotauit.Et de teſte hæc dicta ſufficiant.

De Aduocatis. quinam ab hoc officio aduocandi arceantur, & ſcientia, & fidelitate eorum. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati,qui ſunt,& eorum officium,qui ut recte fungantur, quinque præcipue habere debent, & quænam illa ſint?*

2 *Multi ab aduocandi officio repellendi ſunt duplici ex cã*

3 *Monachi & ſacerdotes ob dignitatem ſtatus repelluntur, etiam monachorum nemine large ſumpto in can.intelligitur Canonici Regulares.*

4 *Clericis etiam in ſacris conſtitutis, uel etiam Minoribus dummodo ſunt beneficiati expreſſe prohibentur coram iudice ſeculari niſi in quatuor caſibus; quinam uero ſint, declaratur. nu. 6.*

5 *Monachus in cauſa ciuili coram iudice ſeculari aduocatus eſſe poteſt duobus exiſtentibus, quorum altero deficiente, nec coram eccleſiaſtico eſſe poteſt.*

An propter lucrum monaſterio applicandum extrinſecus monachus peritus aduocatus eſſe poſſit, non conueniunt authores.

6 *Clerici in ſacris conſtituti, in quibus caſibus poſſunt coram iudice ſeculari eſſe aduocati?*

Omnes exiſtentes in ſacris exceptis Epiſcopis, & ſacerdotibus quibus ſimpliciter (niſi in quibuſdam caſibus) interdictum eſt aduocaci munus exercere poſſunt coram Iudice eccleſiaſtico.

7 *Sacerdotes in quatuor caſibus aduocati eſſe poſſunt coram iudice Eccleſiaſtico Clericus in ſacris, & in minoribus exiſtens.*

Sed beneficiatus etiam quoad negocia ſæcularia coram iudice Eccleſiaſtico aduocatus eſſe poteſt, ibid.

8 *Clerici ordinũ minorum non beneficiati in caſib.ciuilibus ſicut laici patrocinari poſſũt, an ẽt in criminalibus?*

9 *In illa cauſa,in qua quis iudex aut Aſſeſſor eſt,aduocatus eſſe non poteſt.*

10 *Prima conditio aduocati eſt ſcĩa,et quid ſcire teneatur?*

Per imperitiam qui cauſam perdit, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem omnia damna litigantibus ſubſecuto obligatur.

Aduocatus ſuſcipiens gradum indigne peccat mortaliter, ſicut & qui gradũ ſuſcipit Doctoratus in Theologia,aut Medicina.

11 *Circa ſcientiã tria præcipue obſeruare dẽnt Aduocati, & quænã diligentia, & induſtria ſufficiens iudicetur.*

12 *Fidelitas, quam aduocatus habere debet erga clientem in quibus conſiſtit?*

In quacunque cauſa quamuis iuſtiſſima aut falſis ſcripturis aut teſtibus contra cauillationes partis aduerſæ uti non debet.

Si cauſam iuſtam per hos modos abſtulerit aduerſario tenetur ad intereſſe,& damnum parti læſæ.ibid.

13 *In manifeſtando merita cauſæ aduerſario, ut præuaricata puniendus quando aut quibus in cauſis?*

1 HActenus de perſonis illis egimus, q̃ ad iudicium exercẽdum eſſentiales ſunt,nunc de alijs,q̃ nec eſſentiales, nec neceſſarię ſunt,agendũ eſt;Inter quas vna eſt perſona aduocati; ſunt aũt aduocati cãrum patroni, quorum officium non ſolũ vitæ hoĩum,& Reipublicæ vtile,ac neceſſariũ eſt,ſed ẽt nobile,ac principalib.pręmijs munerandũ,vt ait Anaſtaſius in l.laudabile. C. de aduocatis diuerſorũ iudiciorum;adeo vt non minus eos,q̃ milites patriam tueri Imperatores reſcripſerint in l. Aduocati. C. de aduoc.diuerſ. iudi.Qui vt recte ſuo fungantur officio,quinq. præcipue habere debent,nimirum,*Scientiam,fidelitatem,cãmiiuſtam patrocinium pauperum, & iuſtum pretium.* De qua materia tractãt S.Th.2.2.q.71. & Caiet.Salon.Bann.& Petr. de Arrag.ibid.Alex.de Ales in ſumma p.3.q.44. Gabr.in 4. diſt. 15.q.6.ar.2.concluſ. 8.Sotus lib.5.de iuſtit.q 8. Gregor.de Valen.to.3.diſp.5 q.15.Iuriſperiti in Digeſto veteri.lib.3.ti. de Aduocatis.et in C.tit. eo.lib.2. Summiſtæ in verb.Aduocatus. vbi Angel.Sylueſt.Tabiena, Caiet.S.Anton. p.2.tit.1. c.19.§.8 & p.3.tit.6.c.1.& 2.Nau.in Man.c.25. n.28.& ſeqq.Toletus lib.5.inſtr. Sacer. c.60.Eman.Rodriq.in ſumma.p.1.c.1.2.& 3. & alij.

2 *Antequam* vero cõditiones propoſitas explicemus,annotare placuit nõ omnib.permiſſum eſſe hoc aduocandi munus. Quamuis.n.vt docet S.Th.2.2.q.71.ar.1.patrocinari cauſis pauperũ opus miſericordiæ ſit,cum tñ omnia miſericordiæ opera omnes hoĩes indiſcriminatim non deceant,vt idem author art.2.ad primum monet, ſicut indecens eſt vt hoĩes indocti ad docendũ prodeant,aut inſipientes ad conſulendũ,aut infames ad corripiendũ, aut medici inexperti ad ſanandũ,ita plane nonnulli minus apti cenſendi ſunt ad patrocinandum. Quia de cauſa in iu-

re canonico multi homines ab officio àduocandi repelluntur, idq. duplici præſertim ex cã, & ratione. Quidam.n.repelluntur *ob impotentiam,* ſiue *interiorem,* ſicut furioſi, qui ſanam mentem non habent, & impuberes vſq. ad decimum octauũ annũ, qui antea rõnem integram et ſenſum perfectũ ob ætatem non habent, ſiue *Exteriorẽ,* vt ſurdi, & muti. Et hmõi impotentia ſimpliciter hominẽ ineptum ad actum patrocinandi pro ſe, vel pro alijs reddit. Cuius rei euidens eſt rõ illa, quam S. Tho. vbi ſup. art. 2. in corp. & alij paſſim aſſignant, quia.ſ. in aduocato iudiciũ perfectum ineſſe debet, paulo minus quam in iudice ipſo, vt ſic de maritis cauſæ recte iudicare poſſit; Et præterea in foro exteriori in quo cã agitur, talem ſe gerere debet, vt non ſolũ cauſæ ſuſceptæ rõnem & iuſtitiam recte defendere poſſit, ſed ẽt mentis ſuę conceptus prompte & facile exprimere valeat, quales cũ furioſi, impuberes, ſurdi & muti ſe præſtare nequeãt, merito ab hoc munere ob hmõi impotentiã repellunt̃.

3 *Alij* ſecũdo pp *indecentiam* repelluntur, & hoc vel ob ſtatus ſui dignitatem, vt Monachi, & Sacerdotes; Hi.n.cum ſacris myſterijs, & diuinis contemplationib. aſtricti ſunt, indecens omnino fuit iſtos in foro ſeculari, & iudicio ac ſtrepitu forenſi cauſas, & lites tractare, quib. dignitatem, & authoritatẽ eorum diminuant, et obſcurent. De Monachis id patet c. Placuit. 2.16.q.1. vbi dicitur, *Placuit communi noſtro concilio, ut nullus Monachorum pro lucro terreno de monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat.* Et infra, *Non alijs quibuſcunque negotijs ſeſe implicare, ſit clauſtro ſuo contentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret uita, ita ſine monaſterio monachus.* Et c. Monachi. 2. eadem cauſa, & q. dicitur, *nullus monachorum, forenſis negotij ſuſceptor, uel executor exiſtat, niſi id quod monaſterij expoſcit utilitas, abbate nihilominus ſibi imperante.* Et c. *Ex parte. De poſtulando.* idem omnino habetur. Vbi id etiam ad canonicos Regulares extẽditur. Immo vt Panor. ibi affirmat, ad quoſcunq. religioſos, qui largo nomine appellantur Monachi. argu. ca. 1. 16.q.1. nam canon antiquus, qui hr̃ in d.c. *Monachi.* 2.16.q.1. prohibens monachi hoc officium, reſpectum habuit ad religionem, non autem ad ordinem monachorum tm̃, vt clare colligitur ex d.c. *Ex parte. De poſtulando.* in eo quod includit canonicos regulares, quia ipſi religioſi ſunt, quamuis regulæ laxiori inſeruiant, vt in c. *Quod Dei timorem, De ſtatu regular.* habetur. Vnde Panorm. hanc regulam aſſignat, quod vbicunq. iura loquuntur de monachis, intelliguntur etiam de canonicis regularibus, ex Federico conſil. 25. & Oldrado conſi. 222. niſi conſtitutio loquatur in particulari de monachis nigris aut aliã qualitatem opponat, per quam neceſſario oportet ad monachos ſolum reſtringere.

4 De clericis ſimiliter in ſacris conſtitutis, vel ẽt in minorib. dummodo ſunt beneficiati, idem colligitur, ex c. 1. & c. fi. *de poſtulando.* Vbi eis prohibita eſt exp̃ſſe aduocatio niſi in quatuor caſibus, corã iudice ſeculari. Vel excludũtur ob defectũ *corporalem,* vt patet de cæcis, qui non ſunt apti ad cauſas publice dicendas. Quia cũ plurimũ valeant in dicendo geſtus & actus, q cæcus eſt, non poteſt ita bene rẽ ſuam agere, cũ adue ſariũ & alios, quibuſcunq. loquitur, cernere n queat. Sicut.n. vox animos hominum plurim mouet; ita etiã & perſonę geſtus, & aſpectus a excitandũ auditores non parũ valere cognoſc tur; Vel ob defectũ *Spiritualem,* ſicut infideles, e cõicati, infames, hæretici, & de grauib. crimi bus damnati, vt conſtat ex ca. Infames. 3.q.7.& ca.1.& 2. 4.q.1. Iſti.n.cum nec erga Deum, ne erga ſeipſos iuſtitiam exercuerint, multo min cenſendi ſunt velle illã in aliorũ negotijs, exercere. Et ſi alijs in reb. omnib. & negotijs, corporis decor, & vitæ, morumq. probitas ſumme vtilis eſt ad auditorũ animos conciliandos, tum multo magis in Aduocatis qui cũ oratores publici in hunc finẽ a Republica conſtituãtur, hę neceſſaria eſſe vñr, cum prauis hominib. vt a Quintil. lib. 12. ẽt vel adiacentibus fides deſit, e aduocatus malus cauſæ malæ ſignũ, & argum tũ eſſe videatur. Vnde quod primo in oratoris, vel aduocati definitione conſtituendũ eſſe cen ſuerunt, eſt morum probitas, & vitæ integritas.

5 *Ceterum* vt S. Th. 2.2.q.71. art. 2. docet, indecẽtia hæc non omnino excludit hominẽ ob actu patrocinandi, quin ob neceſſitatẽ tales admitt poſſint aduocare. Vt.n. in d.c. Monachi. 2.16.q 1. & in c. Ex part. de poſtulando. & Panor. ibid nu. 2. Notab. 4. Monachus aduocatus eſſe põt in iudicio coram iudice ſeculari in cauſa ciuili duob. exiſtẽtib. ſ. neceſſitate Monaſterij, et Abbatis imperio, & licẽtia; altero aũt illorum, vel ambob. deficientib. nec coram eccleſiaſtico, ſed requiruntur iſta duo coniunctim, vt corã ſeculari patrocinari poſſit, vt ex c. 1. & c. fi. de poſtulando Panor. vbi ſup. affirmat. Et quidem ſi Monaſterij vtilitas, & cã propria Monaſterij id poſtulat, indubitatũ eſt apud oẽs, poſſe eo in caſu monachũ cũ Abbatis licentia patrocinari, An vero pp lucrum applicandũ monaſterio extrinſecus, monachus peritus aduocatus eſſe poſſit, non ita conueniunt authores; Ioan. enim And. in reg. in arg. in Mercuria. ait, nõ poſſe, & Pano. in c. Ex parte. nu. 3. de poſtulando. Ang. in verb. aduocatus. §. 9. & Sylu. eo. q. 7. hanc ſñiam honeſtiorẽ ſecuriorem eſſe dicunt, non audent tñ contrariã damnare in monacho aduocato Monaſterij multum ære alieno grauati, vt de lucro eiꝰ Monaſterium ab onere debitorũ releuetur, id qđ Lapus Abbas ſeruauit, q ex lucro ſuæ poſtulationis Monachos ſuos alebat, vt refert Nauar. loco inferius citando, idemq. teſtatur Salzedo c. 6. Illud ſaltẽ oẽs concedunt cum Inno. in c. cũ I. & A. de re iud. et Rom. ſingulis fol. 15. poſſe monachũ cum licẽtia Abbatis ſui patrocinari ꝓ amico Monaſterij, eo qđ in conſequẽtiam tractat̃ de vtilitate Monaſterij, qa ꝑ amicos monaſterij, vtilitas ipſius ꝓmouetur. Vñ Nau. in c. Nõ dicatis. 12.q.1. cõmen. 2. n. 66. exp̃ſſe docet licere monacho poſtulare ꝓ alio, vel alijs in ciuilib. ẽt corã iudice ſeculari de licẽtia iuſta Prælati, q̃ tũc erit talis, cũ vel miſeria ꝑſonę, vel gratuito ei đbita, vel magna neceſſitas monaſterij, vel grãdis cõmoditas eiuſdẽ, vel paruitas occupõnis eã iuſtificauerit, nõ aũt auaritia, vel ambitio eã ſuaſerit. Quę qñ interueniãt arbitrio prudẽ-

tis

is definiendum eſt,arg.l.1.ff.de iure delib.& c. De cauſis.de off.deleg. Refert,ſe vidiſſe quendā Priorem clauſtralē legionæ patroni,& aduocati perſonam egiſſe. Eademq. ad verbum hēt Ignatius Lopez Salſedo in tract.criminali,cap.63.

Quoad clericos vero certum eſt, qđ clericis in ſacris conſtitutis,vel ēt in minoribus,modo ſint beneficiati,prohibita eſt aduocatio; corā iudice ſeculari,niſi in *propria cauſa*,vel pro *eccleſia ſua*, vel pro *coniunctis*,aut *pro miſerabilib.perſonis*, vt habetur in c.1.& c.fi.de poſtulando. An vero coram iudice eccleſiaſtico poſſint,varietates opinionū diſputantur a Doctoribus, ceterum communis opinio eſt,quam ſequitur Panor.in c.1.de poſtulando.n.2.& n.ſeq.oēs exiſtentes in ſacris,exceptis Epis,& ſacerdotibus,quibus ſimpliciter eſt interdictū niſi in quibuſdam caſibus, quos paulo poſt referam,mō per hoc diuinū officium nō impediat, aduocati munus in iudicio exercere poſſunt.Epiſcopus igitur nullo mō patrocinari pōt,nec corā iudice ſeculari, nec eccleſiaſtico, arg.c.perlatū.diſt.88.& clare in c. Te quidē,11. q.1.Tabiena,verb.aduocatus. verſ. Tertio. Sacerdotes vero in quatuor caſib. corā iudice eccleſiaſtico aduocati eſſe poſſunt, primo pro ſe; ſcđo pro eccleſia ſua;Tertio pro ꝑſonis ſibi cōiunctis coniunctione carnali,dūmodo coniūcti illi non poſſint habere aduocatum, aut non ita bonū vt eſt ſacerdos. Quarto pro miſerabilib. perſonis hoc eſt,quæ tales ſunt, q̄ proprias cās per ſe adminiſtrare non poſſunt, vt ſunt viduæ, pauperes,& pupilli,hos enim eccleſia defendere debet.ar.c.1.& 2.diſt.87. Id, quod colligitur ex c.fi.& ibi Panor.nu.1.de poſtulando.

7 Cōſtitutus vero in ſacris non ſacerdos,& exiſtens in minorib.ſed beneficiatus,coram iudice eccleſiaſtico aduocatus eſſe pōt, etiā quoad negotia ſecularia,cōiter tradunt Doctores cū Panor.nu.1.de poſtulando. Et coram iudice ſeculari in quatuor caſib. ſupradictis aduocatus eſſe pōt,illoq. victum quærere, cum nemo militet ſuis ſtipendiis,& concedatur clerico aduocato, vt oblata ſibi ſpōte recipere poſſit.c.vnico.15.q. 2.cum aūt dicimus licitum eſſe conſtitutis in ſacris,nō ſacerdotib. & clericis minorib. beneficiatis aduocare corā iudice ſeculari, intelligendū eſt hoc in negotiis eccleſiaſticis ſolū, nā in negotijs ſecularib.nō poſſunt, vt hr̄ expreſſe in c.1.de poſtulando. Dr̄ autem negotium eccleſiaſticum,aut rōne perſonæ,vt qa perſona eccleſiaſtica ſequendo forū Rei litigat coram iudice ſeculari:aut ratione delicti, vt qa pro ſacrilegio eccleſia voluit conuenire laicū corā iudice ſeculari, qđ poteſt, vt in ca.cum ſit generale. de foro compet. aut rōne Rei de qua agitur, vt qa res eſt eccleſiæ. Pōt igitur talis exiſtēs in ſacris, & clericus bñficiatus aduocatꝰ eſſe in iudicio ſeculari ꝓ perſona eccleſiaſtica ibi litigāte, vel de delicto,ſeu reb.eccleſiaſticis: vbi aūt litigantes, & negotia ſecularia ſunt, abſtinere debent niſi in caſib.ſupradictis:quæ oīa, vt recte notat Panorm.in c.1.n.4. de poſtul. procedunt ſolum in cauſis ciuilib.nam in criminalib. in quibus imponēda venit pęna ſanguinis, nullo mō poſſūt vt patet ex c.ſnīam. Ne clerici vel monachi.

Clerici vero ordinū minorum, nō beneficiati, in cauſis ciuilib. ſicut laici patrocinari poſſunt, An vero in criminalib. idem poſſunt nō ita certum eſt,nam Panor.in c.1.nu.4. & nu. 5.de poſtulando,indubitāter affirmat nō poſſe,cū vult eſſe ex parte actoris, quia cū agat in cā ſanguinis,& petat Reū puniri, non pōt eſſe aduocatus ex parte actoris ſine metu irregularitatis, qa p̄ſtaret auxilium,arg.c.ſi quis viduam.diſt in.50. Sin aūt patrocinetur pro parte Rei,tunc quamuis dubius in hac re ſit, & potius abſtinere ſuadet,tandem tñ in eam deſcendit ſnīam non fore irregularē ſi proteſtetur corā iudice qđ non intendat ad vindictā,vel ad pęnam talionis, ſed ſolum ad defenſionem Rei. Sicut ēt docet Couar.in Clem.Si furioſus.p.2.nu.5.verſ. Duodecimo,de homic.quem citauimus, & ſecuti ſumꝰ to.1.Theſauri.li.6.c.18.n.11.dub.7. Quib. conſentiunt Nau.in c.Non dicatis.12.q.1.cōmentario 2.n.66.Ignatius Salzedo in pract.crim.c.63. & Emanuel Rodriquez in ſumma,tom.1.ca.1. Qui expreſſe docent,clericū nō habentē beneficium,nec ordinē ſacrū non ſolū in ciuilibus, ſed ēt in criminalib. patrocinari poſſe ſicut laicus,tū quia eadē ratio, ſi ſatis perpendatur, idē ſuadet in eis. Tū quia nō obſtat periculū incurrendæ irregularitatis,qa ſicut nō tenetur ad ordinē ſacrum,vel beneficiū ſuſcipiendum, ita vr̄ non teneri ad abſtinendum ſe ab illo periculo. Tū qa alioqui docere oporteret nullos iudices, nullos aduocatos,ꝓcuratores, vel notarios, prima tonſura inſignitos,cās criminales tractātes, abſolui poſſe a cōfeſſariis, niſi depoſitis officiis, vel propoſitis cōceptis firmis nunq̄ eas amplius tractandi,qđ durū eſt dictu, addunt tñ Nau. & Salzedo ęos grauiter peccare,ſi dicta munera exercuerint deferēdo publice tōſuram clericalē, ſaltē raſurā in capite.arg.cle.2.de vita,& honeſtat.cleri.quatenus ſuſpendit clericū veſtē partitā cum tonſura clericali publice deferentem.

9 *Demum* in illa cā,in qua quis eſt iudex, vel aſſeſſor,aduocatus eſſe ꝓhibetur, cū duo officia in eadem cā exercere non liceat.c.1.& ca.2.4.q. 4.& facit c.fin.de poſtulando,S. Antoninus expreſſe,p.3.ti.6.c.1.ante finē.Sylu. verb. aduocatus.q.2.verſ.quarto,Petrus de Arrag.2. 2.q.71. art.2.paulo ante finem,& alij.

His ita præmiſſis de perſona aduocati,explicādæ sūt breuiter conditiones, quæ illi ineſſe debent,vt recte officio aduocandi fungi poſſit.

10 *Quoad ſcientiam* igitur in primis ſcire dēt ius in quo verſatur,alioqn eſt in lata culpa, arg.l.Nemini.C.de aduoc.diuerſ. iudic. vnde nemo officium ac munus aduocati ſuſcipere dēt, quin ea ſcientia præditus ſit,qua ſufficienter valeat merita,& iuſtitiam cauſarum ſecundū iura cognoſcere ex S.Anton.p.3.tit.6.ca.1.§. Quantum ad ſecundum.Sylu.verb.aduocatus.q.24.Caie.co. Nauar.in Manuali.c.25.nu.28.Petrus de Arrag. & Mich.Salon 2.2.q.71.ar.1. Toletus in inſtru. Sacer.c.60.& alii communiter.

Ratio eſt euidens,quia cū clientuli eorū conſilio vtantur,vt litē ſuſcipiant, vel dimittant, & ſuſceptam ſemel eorū ſtant iudicijs, & rationibus,immo ēt iudices iuxta allegata, & probata ab eis iudicare ſolent, nõ minus peritos eos eſſe oportet quã ſunt ipſi iudices. Quocirca qui munus illud ſine ſufficiẽti ſcientia ſuſcipit, a culpa mortali immunis eſſe nõ poterit, cũ defectꝰ iſte plurimũ obſtet fini ipſius officij, efficiatq. vt cãę ſibi creditæ periclitentur. Immo qui ꝑꝑ imperitiam cãm perdit, non ſolum peccat mortaliter, ſed ẽt ad reſtituendum oĩa damna ſecuta litigãtibus obligatur, dummodo, vt ait Syluester vbi ſupra, patrocinium petit, talis imperitiæ ignarus ſit, Si enim illam cognoſcit, ſibi erit imputandũ. Non tamen requiritur ſumma ſcientia, ſed ſatis eſt qđ ſit mediocris pro cauſarũ, & negotiorum qualitate, vt Doctores cõmuniter tradunt.

Hinc Doctores frequẽtiori calculo, & ſententia affirmant, aduocatum, ſeu alium ſuſcipientẽ gradum indignę peccare mortaliter, ęo qđ affert damnum proximo, occupat. n. locũ dignioris in collegio: committit ẽt ſe periculo peccandi, & nocendi aliis, qñquidem clientes neſcientes imperitiam, aduocati, cauſas ſuas cõmittũt indoctis, & multoties cauſam ẽt bonam, & iuſtã amittunt gl. in clę. 2. in verb. Honorẽ. de Magiſtris. S. Ant. p. 3. ti. 5. c. 2. §. 10. Syl. verb. Docto. q. 5. Nau. in Manual. ca. 25. nu. 55. quicquid de hac re dubius ſit Caiet. in Sum. verbo, Doctoratus, exiſtimans ſolum eſſe pctm̃ mortale aſſumere gradũ Doctoratus in Theologia, & medicina abſq. ſufficienti ſcięntia ꝑꝑ periculum animarũ, & corporũ in iſtis ſolum, & non in aliis ſciẽtijs, & gradib. in qua re ſine dubio fallitur, cũ ex imperitia aduocati, & iuriſconſulti cliẽtes multoties graue damnum, patiantur, vt cõſtat.

11 Circa hanc autem ſcientiam aduocati, & Doctores tria præcipue obſeruare tenentur.

Primo quidem vt ſint prudentes, & non p̃cipites in iudicando, conſulendo, & cãs defendẽdo.

Secundo vt non conſulant opiniones ſophiſticas, ſed communes.

Tertio dẽt eſſe diligens, & cautus circa cauſæ cognitionẽ, & defenſionem: ſatis aũt erit in ſingulis cauſis eã diligentiam, & induſtriã adhibere, quæ in iudicio prudẽtum, & peritorũ in ſua arte cenſebitur ſufficiens pro rõne, & qualitate cãæ: & aliter agẽs peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionẽ damnorum, quæ ex ſua negligẽtia parti ſubſequũtur, ex Pan. in c. Ad aures n. 3. 4. & 6. de ętat. & qual. Mich. Sal. 2. 2. q. 71. art. 2. Et ratio eſt, quia oĩbus exercentib. aliqđ officium hæc cõis obligatio ineſt, vt illud cum debita cautela, & diligentia exerceãt. In particulari vero hæc facere dẽt, vt notat S. Ant. p. 3. tit. 6. c. 2. §. 1. primo enim admonere debet clientem ſuum vt referat oĩmodam veritatẽ negotii: Secundo habere dẽt factum in ſcriptis, vt rectum conſiliũ, & reſponſum dare poſſit, nã ex breuiſſima mutatione facti mutatur lex, l. ſi ex plagiis. §. iudicio. ff. ad leg. Aqui. Expedit. n. aduocato habere ſcripturam ſuper narrationem facti. q̃ cliẽtulus proponat ꝑꝑ periculum periurij, vt ait S. Ant. cũ iurare ſoleant aduocati in multis locis, vt ſic poſtea ſine rubore, & uerecũdia poſſit, cũ aliter inuenitur, eã deſerere, ad qđ ex forma iuramenti, qđ præſtat hodie in merito cauſæ tenetur, vt pęnã multiplicem eũadere poſſit, argum. c. Procurator ad appellandum, de elect. 6. Tertio poſt facti cognitionem interrogare dẽt clientulũ an habeat ꝓbationes legitimas, ſi ſit actor: qui. n. accuſare, vel agere vult, probationes paratas habere debet, argum. c. final. 6. quæſt. 5. ſi aũt Reus ſit, interrogare eum debet, an habeat legitimas probationes ad defenſionem, & exceptiones probãdas, l. in exceptionib. ff. de proba. & præſump. Quarto demũ niti dẽt iudicio, legibus, & doctrina, non cõuiciis. l. Quiſqs vult eſſe cauſidicus. C. de procurator. neque falſa inſtrumenta, teſtes falſos, vel corruptos, aut falſas leges, & probationes producat. ex Alexandro de Ales, part. 3. quæſt. 44. membro tertio, Slueſt. verbo, aduocatus. quæſt. nona, S. Antonino vbi ſupra, & aliis.

12 *Secundo* non ſolum in ſe ſufficientem ſcientiã habere debet, ſed etiam fidelitatem erga clientem ſeruare debet, quæ in hoc conſiſtit.

Primo vt non adducat leges falſas, vel abrogatas, aut falſas, & reprobatas doctrinas afferat, aut leges bonas in ſẽſus falſos diſtorqueat, alioqui de falſo tenebitur, ex Bartol. in l. 1. C. ad leg. Cornel. de falſis.

Secundo, in non defendendo litem falſis cauillationib, d. l. Quiſquis.

Tertio vt non inſtruat clientem ad iurandũ falſum, vel falſas ſcripturas, aut teſtes falſos inducendũ, nec q̄rat in grauamẽ alterius partis dilationes non neceſſarias. S. Anton. p. 2. titu. 1. cap. 19. §. vlt. Sylueſt. verb. aduocatus. qu. 9. & q. 14. Nauar. in Manual. c. 25. num. 29. verſ. Quarto, & verſ. Quinto. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 2. numero 1. poſt S. Thomam 2. 2. quæſt. 71. art. 3. ad tertiũ. Non enim in quacunq. cauſa quamuis iuſtiſſima, vti poterit cauillationibus, aut falſis ſcripturis, aut teſtib. falſis contra cauillationes partis aduerſæ, etiamſi aliter victoriam obtinere non poſſet, quia *non ſunt facienda mala, ut ueniant bona*. Ro. 3. nec vti licet indebitis mediis, vt veniatur ad bonum finẽ. Ad reſtitutionem tñ non tenetur qñ alias iuſtam cauſam haberet. Sin aũt cauſam bonam, & iuſtam abſtulit aduerſario per dictos modos, tenetur ad intereſſe, & damnum parti læſæ, vt præfati authores tradunt.

13 *Quarto*, in non manifeſtãdo merita cãæ aduerſario, tunc. n. ſicut præuaricator puniendus eſt, arg. l. 1. de procurat. S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. ad ſecundum, & alii ibidem. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 8. art. 3. ad ſecundum. Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 29. verſ. quinto, argumen. l. 1. §. ſi is qui. ff. ad leg. Cornel. de falſis. Emanuel Rodriquez in Summa. p. 1. c. 3. concluſio. 1. & facit capit. ſi quem pęnituerit. 2. q. 3. Petrus de Arragon. 2. 2. quæſt. 71. ar. 3. ante finem: Gregorius de Valen. tomo 3. diſput. 5. q. 15. puncto 4. ante finem. Id quod intelligendum eſt ſolum quando cauſæ communes ſunt, nec magnum aliquod periculum vertitur, aut communitatis, aut alterius priuatæ perſonæ, tunc. n. non debet merita cauſæ ſui clientis manifeſtare, & prodere alteri parti, ſed deſerere debet cauſam, quando ſcit eſſe iniuſtam, & præfati authores affirmat.

Quaſnam Perſonas, & cauſas aduocatus defendere teneatur, & quale pretium pro patrocinio accipere poſſit.

Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Patrocinium eleemoſyna quædam, & opus miſericordiæ.*

2 *Vt patrocinium ab Aduocato præſtandum ſit actus virtutis tum ex parte dantis, tum accipientis quæ conditiones requirantur.*

3 *Aduocatus ſub peccato tenetur gratis patrocinari pauperibus.*

4 *Sicut neceſſitates pauperum ad tria genera reducuntur, ſcilicet, extremam, grauem, cōmunem, ita & neceſſitas eorum, qui patrocinio indigent triplex eſſe poteſt.*

5 *Ex parte patrocinantis conſiderari poteſt triplex incommodum Aduocati ex collatione patrocinij.*

Superflua ſunt duplicia Naturæ, & ſtatus ibid.

6 *In nulla neceſſitate tenetur Aduocatus ferre patrociniū cum grauiſſimo ſuo incommodo, quare? Cum leui tamen incommodo, & ex ſuperfluo ſtatus & temporis in grauiſſimis, & grauibus pauperum neceſſitatibus tenetur ferre patrocinium ibid.*

7 *An in caſu grauiſſimæ, & extremæ neceſſitatis teneatur patrocinium ferre cū damno ſuo graui, & incōmodo?*

8 *An in grauibus, & communibus neceſſitatibus teneatur quis ſub mortali gratis pauperibus patrocinari?*

9 *Caietani doctrina, vt minime ſibi conſtans, & conformis in re præſenti arguitur, quem hic ſequitur Nauar.*

In extrema neceſſitate de neceßarijs ad ſtatum detrahendum, in graui de ſuperfluis, ſicut in eleemoſina ſic in patrocinio. ibid.

10 *Pauperi propter inopiam aut propter aduerſæ partis potentiam carenti aduocato, iudicem aduocatum dare iura præcipiunt.*

Tenetur aduocatus pauperem defendere non ſolū in cauſa certa, ſed & in dubia nec excuſantur à patrocinio eo quod plures in Repub. ad id ſtipendijs donantur.

11 *Soluitur Ratio Caietani aßerentis tantum in extrema neceſſitate ſub mortali teneri.*

12 *In neceſſitate communi vni aut alteri non patrocinari veniale tantum, ſed animum habere non adiuuandi, mortale.*

13 *Quas cauſas Aduocatus ſuſcipere, vel nō ſuſcipere poſſit?*

14 *Aduocatus ſcienter & prudenter cauſam iniuſtam ſuſcipiens & defendens, non ſolum mortaliter peccat, ſed ad reſtitutionem damni ſecuti tenetur: Quando autem tenetur cliens reſtituere, & quando excuſatur. ibid.*

15 *Nec aduerſæ parti ſolum principale reſtituere tenetur, ſed & expenſas clienti ſuo, ſi non de cauſæ iniuſtitia præmoneat.*

Non tenetur fiſco pœnam pecuniariam reſtituere, quam fiſcus haberet ſi Reus victus, & condemnatus fuiſſet, ſicut nec teſtis falſus in eadem cauſa iniuſta. ibid.

16 *An ſi quis ignorans efficiat cauſam iniuſtam, excuſetur a peccato, & reſtitutione?*

17 *Ex ignorantia antecedente defendens iniuſtam cauſam non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur: de concomitante vero quid conſiderandum.*

18 *Ex ignorantia conſequente qui cauſam tuetur iniuſtam peccat mortaliter, & ad reſtitutionem obligatur: & quid de aduocato ita diſpoſito, vt quamcunque cauſam iuſtam ſiue iniuſtam defendere?*

19 *Vir doctus adhibita diligentia debita ad ſciendum ea, quæ ſecundum ſtatum rei ſcire tenetur, firmumque propoſitum habet non peccandi mortaliter, in periculo non eſt.*

20 *In principio cauſam iudicans iuſtam, in progreſſu vero iniuſtam deprehendens, eam deſerere tenetur, & clienti manifeſtare, & ad cedendum inducere.*

21 *Si cum cauſam iniuſtam in progreſſu comperijſſet, merita cauſæ aduerſæ parti manifeſtaret, eſſet præuaricator, in cauſa autem ſanguinis, tenetur ſecreta clientis reuelare.*

22 *Vt aduocatus hoc iure faciat, quæ neceſſario concurrere debent?*

23 *Aduocatus licet gratis patrocinari pauperibus teneatur, ſi tamen renuit, ad reſtitutionem damni non tenetur, idemque de Medico in omiſſione curationis pauperum dicendum.*

24 *Iura quæ præcipiunt aduocatos a iudice dari pauperibus non iubent, vt gratis ſeruiant, ſed mercedem, & ſtipendium ab ærario publico dare debet.*

Inter aduocatum, teſtem, & Iudicem quæ eſt accipienda differentia, & qualis?

25 *Finis proximus aduocati non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum tale, vnde pro labore ſuo iuſte mercedem recipere poteſt.*

26 *Conſilium & patrocinium res ſpirituales cum ſint, cur tamen non gratis dari poßunt.*

27 *Quale pretium ab Aduocato accipi poſſit? & quando vltra pretium taxatum aliquid accipere erit mortale? num, 28.*

29 *Ad cognoſcendum precium iuſtum, & moderatū, quid licitum erit accipere quando nullum a lege taxatum eſt pretium, quatuor præcipue conſideranda.*

30 *Ne quis aduocatus paciſcatur de litis medietate, aut tertia, &c. lege cautum eſt: cum tamen abſolute paciſci licitum ſit quare?*

31 *Cui certa quantitas promißa fuit pro lite defendenda, ſi poſtea appellatur, non tenetur aduocatus proſequi in cauſa talis appellationis pro eodem ſalario.*

32 *Quando certum ſtipendium promiſſum fuerit, ſi conſtitutus poſtea tranſigat ſeu alias componat cum aduerſario, poſſit aduocatus integrum ſtipendium recipere?*

33 *An ſi poſtea clientulus cauſam deſerat, poſſit aduocatus retinere totum ſtipendium quod pro patrocinando in tota cauſa vſque ad eius conſummationem accepit.*

1 CVM patrocinium eleemoſyna quædā ſit, & opus miſericordiæ, idem conſequēter de illo, qđ eleemoſyna, & aliis operibus miſericordiæ dicendum eſt. Vnde ſicut præceptum miſericordiæ ex S. Tho. 2.2.q.32.art.5.& q.71.artic.1.in corp. affirmatiuum eſt, ita etiam, & præceptum aduocandi, & proinde non ad ſemper, ſed pro certo aliquo tēpore obligat, ſicut de eleemoſinæ præcepto conſtat, Quia vero præcepta dantur de actibus virtutum, ad hoc autem, vt patrocinium ab aduocato præſtandum ſit actus virtutis, neceſſarium eſt, vt aliquæ conditiones tam ex parte dantis, quam ex parte accipientis adſint.

2 Et quidem ex parte dātis requiritur poſſibilitas, & cōmoditas ad patrocinādum: ex parte verò recipientis requiritur neceſſitas, vnde cōis, & vera doctrina eſt ea in hac re, quam tradunt S. Tho. 2.2. quæſt. 71. art. 1. Cait. Salon, Bannes,

& Petrus de Arragon. ibidem. Alex. de Ales. p. 3. q. 44. memb. 1. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. art. 3. dub. 4. Sotus lib. 5. de iuſtit. quæſt. 8. art. 1. S. Ant. p. 3. tit. 6. c. 2. §. in fine. Angel. verb. aduocatus. §. 10. Sylueſt. eo. q. 10. Tabiena. eodem. verſ. Vndecimo. Caiet. eod. in fine. Gregorius de Valentia to. 3. diſp. 5. quæſt. 15. puncto 2. Nauar. in Manuali. c. 25. num. 29. verſ. Quinto. Toletus lib. 5. 3 inſtruct. ſacerd. c. 60. & alij, nempe teneri aduocatum ſub peccato gratis patrocinari pauperibus, qñ illi ſunt in neceſſitate conſtituti, & aduocatus non videt aliam viam, qua facile aliter pauperes ſubleuari poſſint: quemadmodū medicus ēt, (inquit S. Thomas) in ſimili caſu gratis pauperes curare debet. Id quod certū eſt, nec a quouis negari poterit. Ceterum cum hi authores non ita clare explicent, quāta ſit neceſſitas futura, vt aduocatus teneatur gratis pauperi patrocinium fere: & ſimiliter quanta cum incommoditate, & labore id facere teneatur, ideo hæc omnia clarius a nobis explicanda erūt. Pro quorum intelligentia duo annotanda ſunt.

4 *Primum eſt* ex parte recipiētis, Quod ſicut authores agētes de eleemoſina, pauperū neceſſitates, ad tria genera reducūt: In primo genere conſtituitur neceſſitas extrema, qñ, ſ. quis in ea neceſſitate cōſtitutus eſt, vt niſi opportune illi ſuccurratur, breui periturus eſt; In ſcđo genere eſt neceſſitas grauis, q̄ eſt valde vicina graui, & eſt cū aliquis verſatur in magno, & certo periculo incidēdi in aliquem grauē morbū, propter inopiam, vel aliam hmōi calamitatem: In tertio genere conſtituitur neceſſitas cōis, qua laborant pauperes oſtiatim eleemoſinā petentes: Ita ēt in propoſito caſu, & præſenti nr̄o inſtituto, neceſſitas eorū, qui indigent patrocinio pōt eſſe triplex, Prima eſt ea, quæ dr̄ Extrema, & eſt ea nō qñ quis iam ducitur ad mortem, & ſupplicium, nam in illo tempore nihil fere auxilii ei p̄ſtari poteſt, ſed quamdiu in carcere manet, imputaturq. ei crimē, propter quod infallibiliter mors erit infligenda, nec habet vnde ſibi ſubueniat, niſi ex meo patrocinio gratis collato.

Idemq. dicēdū eſt in lite aliqua ciuili, in qua indiget patrocinio aduocati, nec hēt, vnde illud ſoluat (etſi habeat vñ ſe alat) ſi ſuccumbat tanta fame, & inopia, opprimet̄ ipſe, vel familia ipſius vt periclitetur ex defectu neceſſariorū ad ſuſtētationē infirmari, aut mori. Secunda eſt grauis, & eſt ea, qñ aliquis verſatur in magno, & certo periculo incurrendi grauiſſimum incōmodum mortis, aut ſupplicij ex defectu patrocinii. Idēq. dicendū eſt in lite ciuili, qñ ſcilicet in ea neceſſitate eſt, vt ſi vincat̄ in illa lite, vel cadet a ſtatu ſuo honorifico, & grauem bonorum ſuorum iacturam patietur, vel propter debita, ad quæ ſoluenda damnabitur, patietur longum carcerem cum graui familiæ ſuæ detrimento.

Itē ſi qs pauper agricola in lite expoliet̄ boue, quo arans victū quærebat, & debeat mēdicare; Vt.n. recte notat Sal. 2.2.q.71.art. 1. controuerſia 1. in prin. perinde eſt artificem, vel agricolā, qui ſua arte victū quęrit, debere mendicare, ſicut & alteri ditiori a ſuo ſtatu honorifico cadere. Tertia eſt cōis, qua laborāt quicunq. pauperes, & plebei viri pro rebus ſuis litigantes.

5 *Secundum eſt* ex parte patrocinantis, In qua cōſiderari pōt triplex incōmodū aduocati ex co latione patrocinij; Quorū primum eſt incōmodum grauiſſimū, qđ probabiliter timet ex ſu patrocinio, puta, quia timet mortē, aut omni bonorū ſuorum amiſſionē. Scđm eſt Graue, q ſcilicet timet, qđ patietur aliqualē bonorū ſuorū iacturā, vel amittēdo, quæ hēt, vel non acquirēdo, q̄ acquirere poterat, ſi patrocinium præſtat. Tertiū eſt Leue, vt ſi timet, vel tp̄s conſumere, vel aliqualem moleſtiā accipere in cauſæ cognitione, eiuſq. proſecutione. Rurſus ſicut dās eleemoſinā, vel hēt tm̄ ſuperflua naturę, quia ſ hēt plura, quam illi opus ſint ad ſe, ſuamque familiam alendā, vel hēt ēt ſuperflua ſtatui, quia ſcilicet plura in facultatib. hēt, quam ipſi opus ſint ad ſtatū ſuum decenter conſeruandū: ita ſuperfluū aduocati, quatenus aduocatus eſt, vel pōt eſſe ſuperfluum naturæ, puta, qñ ita diues eſt, & doctus ēt, vt plura habeat in bonis, quam quę neceſſaria ſunt ad ſe, ſuamq. familiā ſuſtentandā, & ſupereſt illi tp̄s ab aliis neceſſariis, & grauiorib. negocijs, ad patrocinia ferenda, vel pōt eſſe ſuperfluum ſtatui, puta, qñ plura hēt in facultatib. q̄ ipſi opus ſint pro ratione ſui ſtatus, vel præſtitis patrociniis, quorum ſtipendiis ſtatū ſuum decenter ſuſtētare pōt, adhuc ſupereſt illi tp̄s ad alia patrocinia præſtanda: & ita q ditior eſt, minori tp̄e indiget pro ſe, & ſua familia alenda, ita qui ditior eſt, minori tempore indiget, & conſequenter tenetur plus temporis egenis impartiri, ſicut qui pluribus abundat diuitiis tenetur magis pauperibus ſuccurrere. Idemq. pari ratione de Medico dicendum eſt.

His ita prænotatis, aliqua certa ſunt, & incōfeſſo apud omnes, alia vero controuerſa.

Primo certū eſt, In nulla neceſſitate teneri aduocatum ferre patrocinium cum grauiſſimo ſuo incommodo.

Rō eſt, q̄a opera charitatis, & miſericordiæ nō obligāt cū tāto dāno, & detrimēto vt cōſtat.

Secundo Certū eſt, Teneri aduocatum in grauiſſimis, & grauibus neceſſitatib. pauperum ferre patrociniū cum leui ſuo incōmodo, & ex ſuperfluo ſtatus, & temporis. Ratio eſt, quia id ordo charitatis expoſtulat.

Tertio certum eſt, Non teneri aduocatum ferre patrocinium in neceſſitatib. communib. pauperum, cum graui ſuo incommodo, & iactura bonorum ſuorum. Quia recta ratio, & ordo charitatis poſtulat, vt quiſq. ſibi potius, quam alteri caſu in tali conſulat.

Quarto certū eſt, Teneri aduocatum in cōibus pauperū neceſſitatib. gratis illis patrociniū ferre, cum leui ſuo detrimento. Ratio eſt, q̄a tenentur hoīes ex ſuperfluis naturę dare eleemoſinā in cōibus neceſſitatib. Sed eadem eſt ratio dandi eleemoſinā in neceſſitate pauperis, ac ferēdi patrociniū in neceſſitate litigātis, vt docet S. Tho. 2.2.q.71.ar.1. ergo etiam aduocatus in cōmunibus neceſſitatib. tenetur gratis patrocinari cū leui ſuo detrimēto: maxime cum in aduocato, quatenus aduocatus eſt, ſicut & in medico tp̄s qđ ſibi ſupereſt, & moleſtia, quæ accipitur in co gnitione cauſę, & illius proſecutione, rationem ſuperflui habeat, vt docent Sotus lib.5.de iuſtit. q.8.art.1. & Pet.de Arrag.2.2.q.71.art.1.

Vnde ſicut ille de ſuperfluis perſonæ occurrenti communi fratris neceſſitati ſuccurrere tenetur dando illi eleemoſinam, ita aduocatus neceſſitati communi litigantis de ſuperfluo ſtatus, & temporis ſuccurrere tenetur.

Dixi, *eandem eſſe rationem dandi eleemoſinam, & patrocinandi.* Quod intelligēdū eſt in *ſuo genere.* Nā alia eſt neceſſitas, cui ſubuenitur per pecunias, vt famis, egeſtas & inopia, alia vero cui per conſilium, auxilium, vel fauorem, vt cum aliquis laborat ignorantia, aut opprimitur, & vexatur ab aliquo. Vnde fieri poteſt, vt quis teneatur vno modo ſuccurrere, qui non tenetur alio mō ſuccurrere indigenti, pro ratione, et diuerſitate neceſſitatis. Vt v.g. Diues tenetur ſuccurrere neceſſitati patientis famem, & inopiā conferendo illi cibū, & pecunias, quia hæ ſunt medium ordinatum per ſe, & directè ad illam neceſſitatē, qui tñ non tenetur ſuccurrere neceſſitati litigantis, cum pecuniæ nō ſint ordinatæ per ſe ad eam neceſſitatem tollendam, cui tamen neceſſitati aduocatus ſuccurrere tenetur cōſilio, & patrocinio ſuo, qñquidē hæc media per ſe, & directe ordinata ſunt ad iſtam neceſſitatem leuandam.

In quo caſu, vt diximus, non tenetur diues, qui ſolas habet pecunias largiri illas, vt quærat conſilium, & auxilium, cum nemo ad ea media teneatur, quæ nō ſunt per ſe, & directe ad talem finem ordinata, ſed neque aduocatus tenetur ei pecunias in eo caſu dare, ſed ſolum ei patrocinari ob rationem, quam diximus. Eſt autem
7 DVBIVM Primum, An in caſu grauiſſimę, & extremę neceſsitatis teneatur aduocatus patrocinium ferre cum ſuo graui incommodo, & dāno? vt verbi gratia, ſi pauper ſit in carcere, & obijcitur ei crimen, ob quod mors illi infligēda erit, nec habet vnde ſibi ſubueniat, niſi ex patrocinio gratis collato, teneatur aduocatus cum graui ſuo damno patrocinium præſtare?

Quidam, vt refert Salon loco inferius citando, docent, ſufficere vt patrocinetur illi tunc tēporis nullo accepto ſtipendio, obligando tamen illum, vt ſi vicerit litem, aut ad pinguiorem fortunam venerit, teneatur illi ſoluere.

Reſpōdeo tamē cum cōi opinione quam ſequuntur Cai.2.2.q.71.art.1.Sot.lib.5.q.8.art.1. Salon 2.2.q.71.art.1.cōtrouerſ.1. Notab.2.Pet. de Arrag.& Bann.ibid.teneri aduocatum in caſu neceſsitatis ſub peccato mortali gratis patrocinari etiam cum graui ſuo damno. Rō eſt, quia ſicut diues tenetur gratis ſuccurrere pauperi extremè indigenti, ita etiā aduocatus in neceſſitate extrema gratis patrociniū præſtare tenetur.

Et ſicut diues tenetur in eo caſu ſuccurrere pauperi etiam de neceſſarijs ad ſuum ſtatum; ita etiā aduocatus ſuccurrere tenetur in extrema neceſsitate cum detrimento neceſſariorum ad ſuum ſtatum, hoc eſt, cū aliquali ſuorum bonorum iactura. Eſt.n.ordo charitatis in præcepto in tali caſu ita, vt teneatur diues vitam alterius cum aliquali iactura bonorum conſeruare, & aduocatus ſimiliter cū aliquali bonorum ſuorū iactura vitæ corporali pauperis patrocinari.

Id quod etiam affirmare videtur 2.2.q.71.art.1. in eo quod aſſerat idem eſſe de patrocinio aduocati, & de eleemoſina præſtāda, iuncto art.5. q.32. vbi docet eſſe in præcepto dare eleemoſinam de ſuperfluo ſtatus exiſtenti in extrema neceſsitate, & in reſponſ. ad tertium, ibidem expreſſe docet peccare mortaliter, ſi in tali neceſsitate eleemoſinam non tribuat.

DVBIVM Secundum eſt, An in grauibus, & communibus neceſsitatibus teneatur quis ſub peccato mortali gratis patrocinari pauperibus? Caiet.2.2.q.71.art.1. aduocatum habentem tēpus ſuperfluū ab eo quo indiget ad cauſas, quarum ſtipendijs ſtatum ſuum ſuſtentare valet, in graui neceſsitate, & quando non apparet alius qui ſuo tempore ſubueniat, teneri ſolū ſub peccato veniali patrocinari litiganti, in cōib. vero, & leuibus neceſsitatibus ſolum eſſe conſilium patrocinium præſtare, atque adeo nullum eſſe peccatum illas prætermittere. Caiet. ſecutus eſt Nauar. in Manuali.c.25.nu.29.verſic. Quinto.

Ratio Caietani eſt, Quia non magis tenetur aduocatus patrocinari, quam alii ad opera miſericordię, ſed nemo tenetur ad alia opera miſericordiæ, ex præcepto charitatis ſub mortali niſi ſolum in extrema neceſsitate, vt patet diſcurrēdo per alia opera miſericordiæ, vt v.g. inquit, nō teneor ſub peccato mortali colligere hoſpitē; qui dormiēdo ſub dio nō moreretur, nec teneor ſepelire mortuū, quē nullus ſepelire curat, aut redimere captiuum, qui manens apud infideles non propterea periclitatur de vita, & ſic de aliis. Ergo pari rōne non teneor ſub peccato mortali patrocinari cauſę pauperis, quāuis opprimatur, ſi litigāti nō immineat extrema vitæ neceſsitas.

Alij tamen vt Ang.verb.aduocatus.§.10.Syl. eod.q.18.Sot.li.5.de iuſt.q.8.art.1.Sal.2.2.q.71. art.1.controuerſ.1. Pet.de Arrag.ibid.& Dom. Ban.dub.1.concl.2.Greg.de Val.to.3.diſpu.5.q. 15.punct.2. Toletus lib.5. inſtruct.ſacerd.c.60. & alii rectius docēt teneri nos ſub peccato mortali patrocinari pauperi in graui neceſsitate, puta non ſolum quando deſtitutus omni alio auxilio indiget patrocinio ad defenſionem vitæ, ſed etiam ſi periculum honoris, aut alterius rei ſubiret, niſi a nobis ſuccurratur.

9 Immo ipſemet Cai.2.2.q.32.art.5. exp̄ſſe docuit duos eſſe caſus p̄cepti eleemoſinæ ſub mortali, videlicet, neceſsitatē extremam de neceſſariis ad ſtatum propriū; & grauem de ſuperfluis ſtatui: in cuius rei confirmationē poſtea ipſe cōpoſuit trractatū de eleemoſina, q̄ habetur to.2. opuſ.trac.5. in quo expreſſe docet teneri nos ſub peccato mortali dare eleemoſinam nō ſolū exiſtentib. in extrema, ſed ēt in graui neceſsitate. Vnde non ſatis cōformis eſt doctrina ſua in 2.2. q.71.art.1. cū ea, quā tradidit 2.2.q.32.art.5. & to.2.opuſ.trac.5. Sicut igitur tenetur quis in extrema neceſsitate dare eleemoſinam de neceſſariis ad ſtatū propriū, & in graui neceſsitate de ſuꝑfluis ſtatui, ita pari rōne tenetur aduocatus patrocinari ſub peccato mortali, & ſuccurrere pauperi extreme indigēti, (hoc eſt, *in* cā ad vitæ cōſeruationē pertinēte) detrahēdo etiā, ſi opus

ſit, de neceſſariis ad ſtatum, hoc eſt, detrahendo aliquid de tpe, quod impendebat patrocinio eorum, a quib. recipiebat ſtipēdia neceſſaria ad ſtatum ſuū conſeruandū, & tribunal illud cauſæ pauperis: Et pꝛterea in graui neceſſitate ſub pc̄tō mortali (vt ſi agatur de fama, honore, aut alia vrgēte calamitate) patrocinari tenetur cāę pauperis de *ſuperfluis ſtatui*, hoc eſt, detrahendo de tpe, quo vacare ſolet cauſis, ex quib. facit lucrū non neceſſariū ſtatui, & impendendo illud cāæ pauperum. Vnde locus ille 1. Io. 3. *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere*, &c. quē citat S. Th. 2.2. q. 71. ar. 1. in corp. non ſolū de extrema, ſed de graui etiam neceſſitate intelligendus eſt. Viſcera enim, quæ ſola neceſſitas extrema aperit, ferrea ſunt, & crudeliora, q̄ charitas ſinit. Et pari modo tenetur medicus non ſolum quando imminet mortis periculum, ſed etiam in graui neceſſitate curare infirmum.

10 Confirmatur hæc oīa, Quia iura præcipiunt quod pauperi, vel pp inopiam, vel propter partis aduerſæ potētiā carenti aduocato, iudex det aduocatū, cogendo illū, & nolentem obedire, punire pōt, vt patet. ff. de offic. Proconſul. l. Nec quicquā. §. fi. & l. Prouidendū. C. de poſtul. Syl. verb. aduocatus. q. 16. Caiet. 2.2. q. 71. art. 1. Qđ certe lex nequaquā ſtatueret, niſi teneret̄ aduocatus pauperū cauſas defendere, cū aliter pauperes iuſtitiam ſuā defendere nequeant. Id qđ procedit non ſolum, qn̄ cauſa pauperis eſt certa, & iuſta, ſed ēt quando eſt dubia: Si quidem cauſæ pauperum plerumque iuſtę ſunt, & à debitoribus redduntur dubiæ, & quamuis reuera dubiæ ſint aliquando, nō tamen propterea deobligatur aduocatus a patrocinio illi ferendo cum ſolas cauſas iniuſtas admittere debeat, vnde dubiæ defendendæ ſunt, vt earum iuſtitia declaret̄, ētſi pauper ſit actor, qa in iudiciis ille qui habet vicem actoris, intendit etiam ſe defendere ab iniuria, quam ab altera parte patitur.

Neque his obſtat, qđ in oī Republica bene inſtituta a Principe, vel magiſtratib. conſtituti ſint duo, aut tres, vel plures ad patrocinādū pauperibus a Republ. ſalariū accipientes ad cās pauperū defendendas, quaſi hac rōne excuſentur alij aduocati a ferēdo patrocinio, ſaltē extra neceſſitatem extremā; quia licet iſti ſic ſtipendiati teneātur ex iuſtitia patrocinari pauperib. quia tamen aliqn̄ contingit, vel propter illorum iniquitatē, vel qa ſunt valde impediti, vt non poſſint, vel non ſufficiant ad cās pauperū, ideo tunc alii ex charitate pauperib. patrocinari tenebūt̄.

Quod ſi illi alij ſufficiant, ſuūq. debitum exequantur, erga pauperes, tunc quidē excuſantur iſti, quia tunc adeſt in prōptu, qui illis auxiliet̄.

11 *Hinc* ſoluitur rō Caietani in contrarium, Reſpondetur. n. teneri diuitem nō ſolum ſubuenire pauperi ſub mortali pc̄tō in extrema, ſed ēt in graui neceſſitate de ſuperfluis ſtatui. Ideo autē excuſantur aliquādo à recipiendis hoſpitibus, qa vbiq. adſunt hoſpitia, & loca publica ad hūc finem erecta: vbi aūt non ſunt, vel nō ſufficiūt, tenentur quidē non quærere illos, ſed veniētes ad ſe recipere, & hoſpitari, ſi grauiter indigeāt.

Quo ad captiuos ēt dicendum eſt, non teneri ad illos inquirendos, teneri tamen ſe ad illos redimendos iuuare, quando poſtulatur. Et pari ratione de aduocatis dicendum eſt.

12 *Quoad* neceſſitates vero cōes dicendum eſt, quod licet vni, aut alteri non patrocinari, cum poſſit, non ſit pc̄tm̄ mortale, ſed veniale, animū tamen habere non adiuuandi huiuſmodi homines, proculdubio peccatum mortale eſt, ſicut etiam habere animum firmum non dandi eleemōſinam de ſuperfluis, in communibus neceſſitatibus. Quibus addo ex S. Tho. 2.2. q. 71. artic. 1. in corp. & aliis, quod ſi quis videret pauperē vexari, & ſcit illum habere fratrem aduocatū, excuſabitur extraneus aduocatus a patrocinando, quia ſatis in prōptu videt, & probabiliter exiſtimare poteſt, quomodo ei aliter ſubueniri poſſit cum effectu probabiliter. Et pari modo ſi ſcirem aliquem eſſe captiuum habētem fratres diuites, ſatis probabiliter credere poſſum quod rediment eum, & ſic de aliis: talis enim ſubuentio apparet in promptu futura iuxta humanam ęſtimationem, vt ego ab hac ſubuentione excuſer. Et de patrocinio pauperum hactenus.

13 Quoad cauſas vero quas aduocatus ſuſcipere, vel non ſuſcipere poſſit, hæc mihi breuiter dicenda videntur iuxta ea, quæ tradunt S. Tho. 2.2. q. 71. ar. 3. Caiet. Salon, Bannes, & Petrus de Arrag. ibidem. Sotus lib. 5. de iuſtitia. q. 8. art. 3. Alex. de Ales par. 3. q. 44. memb. 3. ante finem. Gabriel in 4. diſt. 15. q. 6. ar. 2. concluſ. 9. S. Anto. par. 2. tit. 1. c. 19. §. pen. & par. 3. tit. 6. cap. 1. Ang. verbo, aduocatus. §. 13. & 14. Sylueſt. eod. quęſt. 10. & quæſt. 11 & Tabiena. eod. verſicu. Decimotertio. Caiet. eod. Nau. in Manuali. cap. 25. nu. 28. verſ. Secundo. Ioſeph Angles in florib. 4. ſent. in quęſ. de reſtitutione iniuſtitiæ in iudicio commiſſæ. diffic. 4. Toletus lib. 5. inſtru. ſacer. c. 60. Greg. de Valen. to. 3. diſpu. 5. q. 15. puncto 4. Emanuel Rodriquez par. 1. Summæ, c. 2. & alii communiter.

14 *Primum eſt*, Aduocatus qui ſciens, & prudens cauſam iniuſtam accipit, & defendit cām iniuſtā, non ſolū mortaliter peccat, cooperando iniquitati litigantis, ſed ēt ad reſtitutionem damni ſecuti tenetur. Rō eſt, qa eſt cā mortalis damni alterius partis præbendo contra eam auxilium, uel conſilium: *Digni enim ſunt morte non ſolum, qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Rom. 1. & 2. Paralip. 19. dicitur, *Impio præbes auxilium, ideo iram Dei mereberis*.

Qui igitur cām iniuſtam ſuſcipiunt ſcienter, præbendo auxiliū actori, & litē mouenti, ſiue id faciat, vt litem vincat, ſiue vt cauſam differat, ſiue vt partes cōcordare faciat, & pacta inire, ex quibus alter dānum patitur, peccat contra iuſtitiam, & conſequenter ad reſtitutionē tenetur, ſi ſecuta ſit ſn̄ia, vel pars aduerſa ceſſit liti ob calūniam aduocati. Quod intelligendum eſt ex S. Anton. par. ſecunda, tit. primo, c. 19. §. vlt. in caſu in quo cliens obtinens victoriam caæ nō vult aut non poteſt reſtituere, cum. n. ille recipit vtilitatem iniuſtæ cauſæ tenetur principaliter cum hoc nouit. Si. n ignoraret puta quia aduocatus, aut alii dicunt eū habere ius, excuſatur laborās ignorantia. Et hoc noſtrū dictum primum non ſolum verum eſt,quando cauſa principalis iniuſta eſt,ſed etiã quando habet aliquod caput iuſtum, ſi hoc caput aſſumat vt ſic aduerſarium vexat,& eum in principali iuſto impediat,differat,aut peruertat, ſcienter.n.id faciens peccat, & tenetur ad reſtitutionem,quia & medium & finis dẽt eſſe iuſtus, vt recte Caiet.in verbo,aduocatus, verſi.Primo. & Ioſeph Angles in Florib. quarti ſent. in additionib. in fine libri poſt gloſſam in c.cupientes,in verbo, Malignãtium, de elect.in 6.annotarunt, impeditur. n. vel differtur hac occaſione iuſtitia contrariæ parti cõpetens,quod nullo modo licite fieri poteſt.

Neq. ſolũ tenetur reſtituere principale,& expenſas parti aduerſæ, ob iniurioſam actionem, & defenſionem iniquã,ſed ẽt clienti ſuo expenſas reſtituere tenẽt, ſi illũ nõ admoneat de iniuſtitia cauſæ,qa ſuo mẽdacio,vel diſſimulatione pernicioſa patitur cliens illud detrimentũ.

Sin aũt eum admonuerit de iniuſtitia cauſę, nihil illi reſtituere tenetur,qa ſcienti,et volenti nõ fit iniuria, ir.reg.27.reg. ſciẽti,de re.iur.in 6. expreſſe docẽt Gab.vbi ſup.S. Ant.loco ꝓxime citato.Ang.ver.aduocatus.§.14.& Syl.eo.q.24.

15 Ceterum vt notant Mich.Sal.2.2.q.71.art.3. controuer.1.& Dom.Ban.ibid.dub.3.conclu.3. aduocatus in caſu poſito nõ tenetur reſtituere fiſco pęnã pecuniariam,a qua ſuo iniquo patrocinio Reũ illum liberauit, & q̃ fiſcus haberet,ſi Reus victus & condemnatus fuiſſet, cum ad eũ nõ ſpectet bono fiſci proſpicere,ſicut nec teſtis falſus in eadẽ cauſa iniuſta] tenetur eam pœnã pecuniariam reſtituere ante condemnationẽ, cum hoc ſit de ratione pœnæ, quatenus pœna eſt,vt non debeatur ante condemnationem.

6 DVBIVM vero eſt, An ſi quis ignorans,ſuſcipiat cauſam iniuſtam, excuſatur a peccato, & reſtitutione? In qua re S.Th.2.2.q.71.ar.tertio, in corp.ſolum ait excuſari ſecundum modum, quo ignorantia excuſari poteſt.

Vt aũt ſciri poſſit quænam ignorantia excuſet aduocatum in defenſione cauſę iniuſtæ tam a culpa,quam a reſtitutione, Notanda ſunt ea, quæ lib.2.c.2.& cap. 10.de ignorantia expoſita ſunt; Quantũ vero ad præſens inſtitutum attinet,ſciendum eſt, ignorantiam eſſe triplicem, videlicet, Antecedentem, concomitantem, & conſequentem. Ignorantia antecedens eſt illa, quæ eſt cauſa actus,& omnino inuolũtaria eſt; Tunc autem eſt cauſa actus,quando ſi ſciuiſſet, non feciſſet,ſicut etiam ſine peccato eſt,quãdo adeſt circumſtantiæ alicuius ignorantia, quam̃ non poteſt,aut non tenetur ſcire, aut ſi teneretur ſcire,non tamen fuit negligens,vt ſciret, vt cum quis diligentia adhibita neſciens aliquem tranſire per viam, proijcit ſagittam, qua tranſeuntem interficit.

Concomitans dicitur illa,quę eſt cũ eo,quod agitur,ita tamen,quod etiamſi ſciretur, nihilominus ageretur,vt verbi gratia, ſi quis putans occidere ceruum,occidit inimicum,quem omnino vellet occidere,ſi ſciuiſſet.

Conſequens eſt illa,quę eſt voluntaria,& cõtingit,vel qñ quis vult ignorare, vt excuſationẽ habeat a peccato, vel quando poteſt, & debet ſcire,& non ſcit. Sic.n.non agere, & non velle, & non ſcire voluntaria ſunt ſaltem indirecte. His prænotatis

17 Ceterũ eſt primo,quod quotieſcunq. aduocatus ex ignorantia antecedenti tuetur cãm iniuſtã, nec peccat, nec ad reſtitutionem obligatur. Rõ eſt, quia talis ignorantia cauſat oĩno inuoluntariũ,ſine quo nulla eſt culpa,et conſequenter nec obligatio aliqua reſtõnis in hoc caſu erit,nec in hoc vlla eſt inter authores dubitatio.

Secundo,quando ex ignorantia *concomitante* aduocatus cauſam iniuſtam tuetur,quamuis Pet. de Arrag.2.2.q.71.art.3.putet eum in hoc caſu nec peccare,nec ad reſtitutionem obligari, eo quod,inquit,ignorantia hæc quãuis non cauſet inuoluntariũ,efficit tamẽ non voluntarium,& nihil poteſt eſſe peccatũ,quod non ſit voluntarium; nihilominus tñ id non eſt ita certũ; immo cum idẽ author paulo ante definiens ignorãtiã concomitantem,eam eſſe dixit,q̃ nos in præcedentib eſſe deſcripſimus,ſibiipſi cõtrariatur in hac concluſione ſua tertia de ignorãtia concomitante. Si.n.non obſtante hac ignorantia concomitante actio illa facta fuiſſet, non apparet, qua rõne ignorantia hęc opus illud conſtituat, non voluntarium. Quocirca in hac re nihil certi ſtatui põt,quoad rõnem pctĩ,aut reſtitutionis reſpectu ignorãtię concomitantis, ſed conſiderare oportet an debitam diligentiã adhibuerit, necne,vti cauſæ veritatẽ intelligeret,vt rõne illius peccaſſe,vel non peccaſſe cenſeatur,& conſequenter ab obligatione reſtõnis excuſetur, vel ad eã teneatur,iuxta ea,quę latius de hac re lib.2.c.10.concl.13.expoſuimus, immo volens nolens tandem in hãc ſententiam Arragon deſcendere vr̃,de eo differens,qui paratus eſt,quãcunq. cauſam iuſtam,vel iniuſtam defendere.

18 *Tertio* certum eſt,quod ſi aduocatus ex ignorantia *conſequenti* cauſam iniuſtam tuetur, peccat mortaliter,& ad reſtitutionem tenetur.

Ratio eſt,quia ignorantia hæc aut eſt voluntaria *directè*,vt quando quis ignorare vult,vt excuſationem habeat a peccato; aut *indirectè*, vt quando poteſt,& deberet ſcire,et non ſcit;& cõſequenter opus ex tali ignorãtia factum dicitur ſimpliciter voluntarium,& proinde peccatum, & reſtitutionem inducens.

Quarto, Aduocatus,qui ita diſpoſitus fuit,vt q̃cunq.cauſam defenderet,ſiue iuſtam,ſiue iniuſtam,quamuis peccat ob talem malam diſpoſitionem, ſi tñ poſtea adhibita debita diligentia putans defendere cauſam iuſtam, defendat iniuſtam,talis ignorantia eum a culpa, & a reſtitutione excuſat,ſecus autem ſi poſtmodũ diligentiam debitam nõ adhibuit, vt de iuſtitia cauſæ ſciret,tunc.n.ignorantia ei ad culpam imputabitur,non quidem ob ignorantiam propriè, ſed quia debitam diligentiam adhibere neglexit. Sic Caiet.2.2.q.71.artic.3 & in ſumma, verbo,aduocatus,ver.Secunda.& ver.Quarta, & Petr.de Arragon 2.2.quæſtio.71.artic.3.Ioſeph Angles in floribus 4.ſent.in quæſtione de reſtitutione ob iniuſtitiam in iudicio commiſſam, dubio quinto, & Emanuel Rodriquez tomo primo Summæ,c.2.concl.7.

19 *Quinto*, Notandū eſt documentum, quod tradunt Caie. 1.2.q.6.art.8. Pet. de Arrag. 2.2.q.71. artic.3.& alij quos lib.2.c.2.in fine citauimus. ſ. quod ſi quis ſit vir doctus, adhibeatque bonam, & debitā diligentiam ad ſciendum ea, quæ ſecūdū ſtatum ſuum ſcire tenetur, firmumq. propoſitum habet non peccandi mortaliter, ſi ex obliuione, q̃ vincere poterat, aliquid commiſit, qd̄ videtur eſſe peccatū mortale, non eſt timēdum de illo. Eſt. n. referenda ignorantia hæc ad antecedentē, & inuincibilem, cum nonſit in ptāte noſtra ſp̄ meminiſſe, & habere ad manum vsū ſcientiæ. Ceterum ſi quis negligens ſit, nec debitā adhibet diligētiam ad ſciendum ea, quę iuxta ſtatum ſuum ſcire tenetur, qn̄ aliquid ex obliuione contra legem committit, non eſt a pc̄tō mortali facile excuſandus. Quæ doctrina valde obſeruanda eſt ad conſulendum aduocatis illis, qui alioqui conſcīæ timoratæ eſſe noſcuntur.

Secundū eſt, Aduocatus qui in principio litis 20 cauſam iudicabat iuſtam, q̃ poſtea in progreſſu deprehēdit eſſe iniuſtam, illam ſtatim deſerere tenetur, & manifeſtare clīeti punctū iniuſtitię, eumq. inducere debet ad cedendum liti, vel ad componendū cum parte ſine damno aduerſarij. Sic S.Th.2.2.q.71.ar.3. ad ſcd̄m, & eius loci interpretes, Sot. lib.5.de iuſtit.q.8.ar.3. Gabriel in 4.diſt.15.q.6.ar.2.concl.9. S. Anto. p.2. tit.1. c.19.§.penul.& p.3.tit.6.c.1. Sylu. ver. aduocatus.q.10. Ang. eo.§.14. Tabiena eo. ver. Decimo tertio. Caiet. eo. verſi. Tertio. Nau. in Manua. c. 25.nu.28.verſi.2. Greg. de Valent. to.3.diſp.5.q. 25.punct.4. Ioſeph Angles in floribus 4.ſent. in quęſt. de reſtit. ob iniuſtitiam in iudicio factam, dub.6. Emanuel Rodriquez in ſumma, p.1.c.2. concl. 4. in componendo autem cum parte cauere omnino debet, ne eum decipiat, aut ad conſentiendū per vim, aut metū compellat. Immo vero in omni cauſa iniuſta, in qua vel apparet iniuſtitia, quæ vere iniuſta eſt, vel ipſi aduocato vr̄ iniuſta, ētſi iuſta eſſet, tenetur admonere cliētem, alias ad reſtitutionem omniū damnorum, quę indeeueniunt parti, & omnium expenſarū quas facit clientulus ſuus tenetur. Et quidem, vt rectè notat Ioſeph Angles vbi ſup. in quæſtionibus de facto, facile poteſt aduocatus cauſę iniuſtitiam deprehēdere poſt teſtium apparitionē, & depoſitiones, quam in principio iuſte, & inculpabiliter ignorare potuit, in quæſtionib. autē de iure, ſi in principio eius iniuſtitiam non nouerat, & poſtea maiori vſus diligentia, & ſtudio eam intelligat eam deſęrere debet, & clientem de illius iniuſtitia admonere vt diximus.

21 *Addunt* autem S.Th. & alij citati authores, quod quando aduocatus in proceſſu litis comperit cauſam eſſe iniuſtā, eamq. deſerit, non debet merita cauſæ contrariæ parti manifeſtare; nec aduerſę partis patrocinium ſuſcipere, ſic. n. teneretur de falſo, & præuaricator eſſet, c. *Si quē penituerit. §. præuaricator.* 2. q. 3. vbi præuaricator dr̄, *qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua.* Id qd̄ regulariter verum eſt, & in cauſis communib. Ceterum ſi res de qua agitur ſit cauſa ſanguinis, puta quia agitur de vita, aut mēbro alicuius abſcindendo, aut dę alia re magni momēti, vel maximi dedecoris, vel alterius rei grauiſſimæ paulo minoris æſtimetur quam mors, vt ſi de ma aut de ſtatu alicuius Ducis, vel alterius ſimilis ageretur, tunc aduocatus euidenter c eſſe iuſtam cognoſcens, ſecreta ſui clientis re lare, & iudicem admonere de cauſæ iniuſti tenetur, ſi admonito prius cliente, vt deſiſt non vellet is deſiſtere. Immo agere poteſt te pro illo, & cauſam ſuam defendere, ſi id opus ſet, vt notant Sotus lj.5.de iuſtit.q.8.art.3.ad cundum, Petr. de Arrag.2.2.q.71.art.3.ante nem. Gregor. de Valen. tom.3.diſp.5.q.15.pu cto 4.in fine. et Emanuel Rodriquez in ſumma tom.1.c.3.concl.2. Eſt. n. de iure naturali defe dere innocētem in tali caſu ne mortem iniuſt aut tam graue damnum patiatur, adeo vt ipſ met iudex, cui illa eſſet cognita, omni modo ſ dere deberet, ne tam iniuſte condemnaretur.

22 Ceterū vt aduocatus hoc recte, & iure facia plura neceſſario concurrere debent; Primū eſt quod non ſub dubio, ſed ex certiſſima ſcīa id co gnoſceret. Scd̄m eſt, qd̄ id facere poſſet abſqu ſcandalo. Tertium eſt, quod facere præmiſſa fraterna admonitione, qua id accuſatori minaretur; niſi ab incepto deſiſteret, dandoq. quam poſſet operam, ne accuſatoris vita periclitaretur. Quod ſi ob id ille monitus nollet reſipiſcere, profecto tunc cū illius periculo facere illud tenebitur, melior. n. eſt innocentis, & iniuriā patientis in hoc caſu conditio, quam iniuriā inferētis. Quartum eſt, quod iudicet alias innocētem condemnatum iri, & ſperat ſe ſua authoritate, & teſtimonio aliquid ad eius liberationem profuturum. His. n. concurrentibus, aduocatus præuaricator, aut proditor cauſæ ſui clientis dici nequit, nec puniendus eſt, ſi ſecreta ſui clientis alteri parti reuelet, vt conſtat ex dictis, ſiquidē nō agit contra iuſtitiam, quin potius innocentem ab iniuſta morte, et graui damno liberat, prout de iure naturæ obligatur.

Tertium dictū eſt de cauſa dubia, ſed quia de hac re lib.1.c.11.diſſeruimus, ideo quæ illic diximus huc referenda ſunt, & huic materiæ applicanda, ne idem ſępius fruſtra, & ſine vrgente neceſſitate, breuitati ſtudentes, repetamus.

23 *Circa* pretium vero ſeu *Salarium* aduocati, nonnulla breuiter explicanda ſunt, quorum

Primum eſt, quod licet pauperib. in neceſſita te vt diximus, aduocatus patrocinari gratis teneatur, ſi tn̄ patrocinari recuſet, dummō a Republica conſtitutus, & conductus non ſit, & e inde cliens magnū damnū patitur, non tenetu ad reſtōnem damni. Quia vt diximus, patrocinū cauſę pauperū ad opera miſericordiæ pe net, ac proinde cām pauperis defendere omi tens, ſolū contra charitatem peccat, non contr iuſtitiam, atque adeo ad reſtitutionem dam quod patitur pauper non tenetur. Vt expreſſ docent S.Th.2.2.q.71.ar.4.in corpore, & Caie eadem q.art.1. dubio vlt. Tunc. n. non obſtan ſolum ad reſtitutionem tenetur ex S.Th.2.2.q 62.artic.7.in corp. et alijs, quando ex officio obſtare tenetur, vt Principes, & cuſtodes, qui inua ſorib. & oppreſſorib. obſtare tenentur. Aduoca tus vero q a Rege, vel Repub. cōductus, & con ſtitutus nõ eſt, ex officio, & ex iuſtitia patrocinari non tenetur, cũ non ſit publicus officialis, ſed ſolum ex arte aduocandi victum, & mercedem acquirit, vnde non patrocinando non peccat cõtra iuſtitiam. Idemque de medico quantum ad omiſſionẽ curationis pauperum, dicendum eſt.

24 *Secundum eſt*, quãuis laudabile valde ſit vt aduocatus gratis patrocinetur, immo ad hoc aliqñ tenetur, vrgente pauperis neceſſitate; alijs tñ gratis patrociniũ prẹſtare non tenetur. Quin immo quamuis iura nonnunq̃ præcipiant aduocatos pauperib. a iudice dari, non tñ iubent, vt gratis ſeruiant, ſed mercedem, & ſtipendiũ illis de ærario publico dare debet, ſi pauper ſoluere nequeat, & aduocatus gratis patrocinari recuſet, vt Caie. 2. 2. q. 71. ar. 1. annotauit. Neq. obſtat quod cõiter dici ſolet veritatem vendi non poſſe, vnde nec iudex pro vero iudicio, neque teſtis pro teſtimonio ſuo vero in iudicio aliq̃d accipere poſſunt, quaſi exinde inferre liceat, nec aduocatũ, patrocinium iuſtum vendere poſſe, vt. n. recte S. Tho. 2. 2. q. 71. art. 4. ad tertium, & alij, quos inf. referemus, annotarunt, maximum eſt quoad hoc inter aduocatũ, teſtem, & iudicem diſcrimen, ſiquidẽ finis, & ſcopus proprius, & immediatus tã iudicis, quam teſtis vtriq. parti litiganti cõis eſt ſecundum iuſtitiam. ſ. iuſtũ ſimpliciter, & veritas in cõi, adeo in neutram partem, actoris, videlicet, aut Rei inclinent, ſed tm̃ vt ille ſecundum veritatẽ indifferenter iudicet, & iſte ſimiliter veritatẽ indifferenter dicat, ſiue pro actore; aut Reo, ſiue contra illos; Quo fit vt neuter iſtorum pro huiuſmodi veritate pronuncianda, vel teſtificanda quicquã accipere poſſit, cum hac tñ differentia, quod iudex, vt notãt Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 8. art. 4. ad ſcd̃m, & Petr. de Arrag. 2. 2. q. 71. art. 4. ante finem, a neutro litigantiũ aliquid accipere poteſt pro veritate pronuncianda, immo nec pro labore, & ſtudio ſuo, hoc. n. legib. ciuilib. prohibitum eſt optima ratione. ſ. exinde daretur occaſio peruertendi rectum iudicium. Si. n. licitum illis eſſet aliquid a partib. accipere, periculum eſſet, ne corruptus in vnam, ad alteram partem perpẽderet, ad quæ mala vitanda recte Reſpublicæ bene ordinatæ reſtituunt, ne aliquid a partib. accipiat, ſed vt publica perſona ærario publico ſuſtententur. Teſtis vero q̃uis nihil pro veritate dicenda accipere queat, cum eam ſimpliciter proferre teneatur, pro labore tñ ſuo vt diximus, ab eo a quo citatus, & productus eſt, aliquid recipere poteſt.

25 At vero finis proximus aduocati nõ eſt vtriq. parti cõis, hoc eſt, non eſt iuſtum ſimpliciter ſed iuſtum tale, ſ. iuſtum patrocinium, ſicut, & finis iuriſconſulti proprius eſt iuſtum conſiliũ ſuorũ clientulorum; Cuius rei ſignũ eſt, quia ſi in proceſſu cauſæ inuenerit cãm ſuam iniuſtã eſſe, ſecreta eius alteri parti regulariter prodere non dẽt, vt dictum eſt ſup. nec aduerſam partẽ, q̃uis iuſtam defendere, ad qđ tñ teneretur, ſi finis eius proprius, & ꝓximus eſſet iuſtũ ſimpliciter, vt in iudice, & teſte eſt, q̃uis vt Caiet. 2. 2. q. 71. ar. 4. notat, finis tam aduocati, quam iuriſcõſulti remotus ſit iuſtitia ſimpliciter attingẽda, vel non impedienda. Cũ igitur finis proprius, & ꝓximus aduocati ſit iuſtũ clientis ſui patrociniũ, altera parte neglecta, non ſolũ pro labore ſuo, ſed ẽt pro patrocinio, & defenſa veritate mercedẽ recipere põt, ſicut & Doctor pro veritate docenda q̃ dilucidat, & explicat. Quam veritatẽ, rõnem S. Augu. epiſt. 54. ad Macedoniũ his verbis eleganter expreſſit. *Non ideo dẽt iudex vendere iuſtũ iudiciũ, aut teſtis teſtimoniũ verũ, quia vendit aduocatus iuſtũ patrociniũ, iuris peritus verum cõſiliũ. Illi. n. inter vtramq. partẽ ad examẽ adhibẽtur, iſti ex una parte conſiſtunt.* & refertur in can. *Non ſane. 14. q. 4.*

26 *Neq.* his obſtat quod iuſtũ conſiliũ, & patrocinium res ſpirituales ſint, ac proinde nihil pro eis accipere poſſit. Quia vt rectè rñdet S. Th. 2. 2. q. 71. ar. 4. ad ſcd̃m, quamuis conſilium, et patrocinium, ſicut & ſcĩa iuris, ſint res ſpirituales ſcd̃m ſe conſideratæ, non ſunt tñ illius generis ſpiritualium, quæ gratis accipiuntur, & gratis dari debent, ſed noſtro ſtudio, labore, & vigilijs acquiruntur, vt experientia conſtat, eorũq. vſus ſit opere corporali. Nã, & labor magnus inſumitur in diſceptãdo, in diſputãdo, in libros reuoluendo & ſtudendo, quæ ad iuris conſiliũ, & ad cauſæ patrociniũ ꝑtinent, adeo vt non mens ſola, ſed corpus ẽt multoties fatigatur, vt proinde ſaltẽ rõne iſtorũ poterit aduocatus iuſtũ ſuum patrociniũ, & iuris peritus verũ conſiliũ vendere. Quod vero Alex. de Ales p. 3. q. 44. memb. 2. & gl. in c. Non licet. 11. q. 3. dicant, ſi ſine labore poſſet iuris peritus rñdere petenti conſilium, nõ eſt liqua rõ, quare poſſit recipere, immo quod gratis accepit, & gratis dare debet, iuxta illud Chriſti Matt. 10. *Gratis accepiſtis, gratis date*, recte refutantur a Gabr. in 4. diſt. 15. q. 6. art. 2. concl. 8. S. Anto. p. 2. tit. 1. c. 19. §. fi. in fine, & aliis, quia licet iuriſperitus tunc non laborat, dũ aliqñ ſine ſtudio, & labore rñdet petenti conſilium, prius tñ laborauit, vt ſcĩam acquireret, qua poſtea ſine ſtudio petẽti conſuleret. Et licet index ſimiliter laborat, q̨a tñ prouiſus eſt de publico, ideo pretiũ pro laborib. iudicii accipere non poteſt.

27 DVBIVM ſolum eſt, quale pretium accipi poſſit ab aduocatis? De qua re legendi ſunt S. Th. 2. 2. q. 7. artic. 4 Caie. Salon, Bann. & Petrus de Arrag. ibid. Alex. de Ales p. 3. q. 44. memb. 2. S. Anton. par. 2. tit. 1. c. 19. §. vlt. & p. 3, tit. 6. c. 2. §. 2. Angel. verb. Aduocatus, §. 15. & §. 16. Sylueſt. eod. q. 17. Tabiena eod. verſ. 17. Caiet. eod. verſi. Septima. Sotus lib. 5. de iuſtit. q. 8. ar. 4. Nauar. in Manu. c. 25. nu. 30. verſ. Sexto. Grego. de Valen. tom. 3. diſp. 5. q. 15. punct. 3. Ludou. Lopez lib. 1. de contract. c. 27. Emanuel Rodriq. in ſumma p. 1. c. 4. Toletus lib. 5. inſtr. ſacer. ca. 60. & alij, qui communiter tradunt.

28 *Primum eſt*, qđ vbi eſt certum pretiũ taxatum a Principe, vel lege recepta, & non abrogata, vt cõiter ſolent leges ad tollendam oẽm turpitudinẽ, & auaritiam ſtatuere certam mercedẽ ꝓ miniſtris iuſtitiæ, vt v. g. ꝓ ſcribis, aduocatis, & alijs miniſtris iuſtitiæ, pro tali ſcriptura, pro tali cã tm̃ detur illis pretium, pro tali tantum, tunc aliquid vltra pretium taxatum accipere, pctm̃ erit mortale, ſi qd notabile vltra conſtitutũ pretium acceptũ ſit, et tenetur ad illius, quod vltra accepit, reſtitutionem. Rõ eſt, quia cum lex hu-

iuſmodi pretia tãquam iuſta ſtatuerit qui vltra illud pretium taxatum accipit, iniuſtitiam committit, l. Si qui. ff. de poſtulan. & conſequẽter ad illius reſtitutionem obligatur: Id quod rationabiliter de legib. in patrocinijs pręſtandis, reſpõſiſque ferendis, mercedes ſtatuentib. dicẽdum videtur, cum iuſtiſſimæ ſint. Nam cũ ex vna parte litigantes pudor ſuffundat, ſi parum conſerant, & ex altera vincẽdi auiditas eos ſtimulet, non poterunt mercedes non eſſe immoderatas, niſi lex illis modum præſcriberet.

29 *Secundum eſt*, qñ nullum eſt a lege taxatum pretium, tunc licitum eſt pretium iuſtum, & moderatũ accipere, Ad cognoſcendũ autem pretium iuſtum, & moderatum, habenda eſt rõ iſtorum quatuor præcipue. ſ. grauitatis cauſæ, nam minus pretiũ ſufficit in cã leui, quam graui, & difficili; laborum in patrocinio, ſicut. n. non in omnib. cauſis defendendis idem impenditur labor, ita nec æqualis merces debetur; Dignitatis, & ſciæ aduocati, nam vt ait Toletus magis meretur magni nominis aduocatus, vt vero notant Sot. vbi ſup. & Dom. Bann. non habenda eſt rõ ſtatus, & dignitatis perſonæ, ex eorum, ſed prudentũ, & bonorum arbitrio; Non. n. faſtus, et põpas vltra quam ſtatus eorum requirit, facere debent, nec immodicos illos ſumptus, & ſplendores, miſerorũ, & pauperum ſumptib. ſuſtentare, & ſimiliter conſuetudinis patriæ, & regionis illius, in qua degunt. Vnde non eſt in ptãte aduocati quantũcunq. voluit pretium pro patrocinio ſuo poſtulare, ſed illud tm̃ quod iuſtũ, honorarium, et moderatum eſt, habita rõne perſonarum, & negotiorũ, & laboris, & conſuetudinis patriæ, fuerit moderatum. Sin aũt aliquid immoderate per improbitatem extorqueant, contra iuſtitiã peccant, & ad eius reſtitutionẽ tenebuntur. Hæc aũt, quæ diximus, de aduocato nõ ſalariato intelligenda ſunt, vt. n. recte Lopez vbi ſupra notat, aduocatus ſalariatus de publico non põt aliqd a litigantib. accipere, ſicut nec ſalariatus medicus ab infirmis, q̃uis a non litigantib. aduocatus, & a ſanis medicus ẽt ſalariati accipere poſſunt, ex Pano. in c. 1. poſt Innocentiũ, de poſtul. & Syl. ver. aduocatus, q. [illegible]3. Ang. eo. §. 16. Tabiena eo. verſ. 18. quia talia ſalaria conſtituta ſunt ſolum pro litigantib. & infirmis.

30 *Tertium eſt*, Cautum eſt lege, ne quis aduocatus paciſcatur de quota litis, hoc eſt de medietate, aut tertia, vel quarta parte, &c. neq. ẽt de certa aliqua quantitate, vel re cũ hac conditione, ſi vincat. l. ſi quis, C. de poſtulationib. & l. ſumptus ff. de pactis. Eſt enim eadem ratio huius, ſicut de quotæ litis promiſſione. quæ ideo prohibita eſt, ne per fas, aut nefas ad victoriã conentur aduocati, ſicque fraudes fierent, vt promiſſi compotes efficerentur. Eſt aũt hoc intelligendum, de certa quantitate promiſſa non abſolute, ſed ſub conditione, ſi vincat, ſeu pro victoria, ſeu palmario, vt loquuntur, l. 1. §. ſi vero, ff. de varijs, & extrao. cogn. Ang. ver. aduocatus, §. 15. Si. n. promiſſio facta fuerit abſolute pro mercede, & ſtipendio; ſine reſpectu ad victoriam, hoc eſt, ſiue vincat, ſiue non, tũc quidẽ licita eſt ꝓmiſſio illa, vt conſtat ex l. 1. ff. mand. vnde in vna eademq. cã, puta, quæ eſt centũ aureorũ, non eſt licitum paciſci de vno aureo ſub conditione victoriæ, q̃ ſit tanq̃ palmarium, & honorariũ, quia hic militat rõ prohibitionis prædictæ, cum tñ licitum ſit paciſci abſolute de ſexaginta ſub rõne iuſtæ mercedis, ſi ita circunſtantiæ requiritur, in quicunq. partem euaſerit cã, quia hic non habet ſupradicta rõ prohibitionis; Nullum. n. tunc eſt periculum excogitandi fraudes, cum tm̃ ſit habiturus ſiue vincat, ſiue perdat. Et deniq. quãuis conuentio hæc cum cliente fieri non dẽat in medio litis, ſed in principio, vel in fine, ne extorqueat a cliente vltra iuſtum pretiũ per fas, & nefas, ex S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 19. §. vlt. Ang. verbo, aduocatus. §. 15 in fine. & Sylu. eo. q. 17. Si quis tñ bona fide paciſceretur in medio litis, et iuſte vinceret, iuſtumq. pretium tantum acciperet, non peccaret, nec ad reſtitutionẽ teneretur, ex Nau. in Manu. c. 25. nu. 30. verſ. Sexto, quia nõ adeſt præſumptio legis, & veritas remanet.

31 *Quartum eſt*, Aduocatus, cui certa q̃titas pecuniæ promiſſa fuit pro lite defendenda, ſi poſtea appellatur, non tenetur proſequi in cã talis appellationis pro eodẽ ſalario cõſtituto. Sic Spec. tit. de Salar. aduocati. Bernard. Archid. Azo, & alij, quos refert, & ſeqtur S. Anton. p. 3. tit. 6. c. 2. §. 2. ante finem. Quia licet ſit eadem cã, & idem negotiũ, aliud tñ eſt iudicium, cum ſint alij iudices. Quod dictum procedit qñ appellatio fit extra locum, vel prouinciam, vel qñ appellatio fit a ſnĩa definitiua. Si. n. cauſa tractetur eo loco, vel ſaltem prope, vbi fuerit quæſtio principalis agitata, vel ante ſnĩam appellaretur, vel in integrũ reſtitutio petatur, tenetur ex S. Anton. vbi ſup. in illa cauſa pro eodẽ ſalario patrocinari.

32 DVBIVM vero eſt, An qñ certum ſtipendiũ aduocato promiſſum fuerit, ſi cliẽtulus poſtea tranſigat, ſeu alias componat cum aduerſario, aduocatus integrũ ſtipendium recipere poſſit?

Rñdeo ſi clientulus in fraudem aduocati trãſegerit, tunc totum ſalarium habebit, quia per eũ non ſtetit. Si vero tranſegit bona fide, puta, quia lis dubia fuit, tunc diſtinguẽdum erit, ſi. n. ipſo mediãte, & intercedente inter partes facta ſit tranſactio litis, aut cõpoſitio ſuper litẽ inter partes ſuum integrum ſtipendium ex pacto promiſſum recipere poteſt; ſi tñ ipſe aduocatus in ipſa tranſactione non interuenerit, neq. in conciliando, & concordando partes mediauerit, tunc pro rata tm̃ temporis quo patrocinatus fuit, debitum, & iuſtũ ſalarium recipere poteſt. Sic S. Anto. p. 3. tit. 6. c. 2. §. 2. Ludou. Lopez lib. 1. contract. c. 27. Sylu. q. 20. Tabiena eo. num. 21. verſ. Decimo ſeptimo. in fi. §. Nota. & Emanuel Rodriquez in ſumma, par. 1. c. 4. concl. 3.

33 DVBIVM etiam eſt, An aduocatus cui certa quantitas promiſſa fuit, ſi poſtea clientulus qñ cã iam incepta fuit, (nec per aduocatum ſtetit quominus cãm proſequeretur) ex ſua ſola volũtate cãm deſerit, poſſit aduocatus retinere totum ſtipendium, quod pro patrocinando in tota cã, vſq. ad eius conſummationem acceperat?

Rñdeo quod nihil ſalarij recepti reſtituere tenetur ad inſtar operarij, qui locauit operas ſuas alteri, neq. ſtat per ipſum qn ſoluat operas, ſed per conductorem, qui (ētſi impediatur eius conductor caſu fortuito) recipere poteſt ſuā mercedē, eamq. conductor ei ſoluere tenetur, maxime ſi ſua culpa locator operum.i. operarius eſt impeditus, ex Syl.verb.locatio.q.12.& Nau.in Manual.c.17.nu.197.verſ. Septuageſimo ſeptimo, qui eſt caſus definitus in l.ſi vno,& l.ſed ædes.§.cū quidam.ff.de locat. Sic in præſenti caſu, vbi culpa clientuli deſerentis cām, eius aduocatus operas patrocinandi locatas non compleuit, cū paratus eſſet complere. Immo ſi aduocatus moriatur, non repetetur ſalariū ab eius hæredib.l.1.ff.de vari.& extraord.cogn. S. Anton. p.3.tit.6.c.2.§.2.ante finem. Ludo.Lopez lib.1.de contract.ca.27.ante fi.& Eman. Rodr.in ſumma p.1.c.4.concl.3.& idem dicendū eſt ex Lopez vbi ſup.de quocunq. habente officium publicū, ar.l.arborib.§.de illo.ff.de vſufruct. niſi conſuetudo obſtet. Sic etiam ſi aduocatus caſu fortuito impeditus nō poteſt aduocare, nec per eum ſtat quin faciat, non videtur ei imputandum in hoc caſu quo minus ſuum ſalariū integrum accipiat, arg. eius quod ſi aduocatus, & magiſter ſit infirmus: nihilominus habent ſalariū ſuum. Sic S.Anto.p.3.tit.6.c.2.§.2.& facit l.1.§.Diuꝰ, ff.de varijs,& extraord.cogn. vbi hr̄, quod licet aduocatus non poſſit adimplere aduocationem per caſum fortuitum in eius perſonam contingentem, totū tamen ſalarium habere dēt. Hoc tū Syl.verb aduocatus,q.21.poſt Bartolum in l.diem functo.ff.de offi.aſſeſ. limitat, vt ſolum verum ſit loquendo de ſalario promiſſo a publico, non aūt a parte, tunc.n.merces a parte promiſſa pro rata ſolum tp̄is debetur ſcd̄m iuſtitiā commutatiuam, cum labor recipiat diuiſionē. Quando autem aduocatus cām tanquam deſperatā deſerat, tunc ſi initio præuidere potuit eius iniuſtitiā, ſibi imputet, quod eam defendēdam ſuſcepit, nec ſalarium habebit, immo acceptū reſtituere tenetur, tanq̄ mala fide receptum; ſin aūt ex cauſa noua, & repentina deſerat, puta, qa cliētulus aliqd contra ſe confeſſus eſt, tunc ſalarium promiſſum habebit, vt ff.de vac.mu.l.penult.§.ſi.S. Anto.par.3.tit.6.c.2.§.2.ante finem. Syluest.verb.aduocatus,q.22.Tabiena eo. in fi.

De Procuratore, et Conditionibus ad officium ſuum iuſtè exequendum.

Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Large ſumpto uocabulo etiam Procurator aduocatus dicitur.*

2 *In Procuratore quatuor ſpectanda, ſcientia, diligentia, veritas, Iuſtitia, quæ, quando, & quomodo reprebantur, explicatur.nu.ſeq.3.4.*

4 *Iuſtitia Procuratori neceſſaria in quib.maxime cōſiſtit?*

5 *An ſi Procurator gratis obtinuit ab Actuario ſeu Notario, vel modicum ſoluit pro act.b.Curiæ, vel gratis habuit aduocatū poſſit ſibi retinere iuſtum ſalarium Notario, uel aduocato debitum?*

6 *An quando quis litigans non conducit procuratorem, ſed in ea cauſa ipſe procurator ſit, poſt litis victoriam poſſit ſibi retinere expenſas, quas feciſſet ordinario procuratori?*

7 *An ſi quis conductus fuißet conſtituto ſalario per annum aut annos, uel pro tota cauſa ipſe pro tertia parte aliū ſubſtituat, tuta conſcientia ſibi reſiduam partem retinere poſſit?*

8 *Opus ex ſua natura non ſeruile, ratione prēmij, & mercedis ſeruile non redditur, etiamſi intentum principale ad mercedem habeatur.*

Aduocatis pro patrocinio in diebus feſtiuis præſtito, ſicut, & iuriſperitus pro conſilio licite ſalarium accipere poteſt: ibid.

1 QVęcunq. in ſuperioribus de Aduocato dicta ſunt, de Procuratore etiam dicta cenſentur, nam large ſumpto vocabulo, Procurator ēt Aduocatus dicitur, ex gl.in l.ſalarium, ff. Mandati,& l.1.§. Aduocatos, ff.de varijs,& extraor. cogn.& 3.q.7.c.infamis,& ibi glo.in verb. Nec procurator. S.Ant.p.3.ti.6.c.3.verſ.de ſalarijs, in fine. Vnde ait, procuratorē non poſſe paciſci de quota litis, ſicut nec aduocatus. Et quamuis nemo inuitus conſtitui poteſt procurator, ſi tamen ſolitus ſit negociari in Curia, & Palatio cōpelli poteſt, vt notant Doctores in l.Inuitus, de reg.iur.& l.inuitus.C.de procurat.

2 In Procuratore autem quantum ad præſens noſtrum inſtitutum attinet, quatuor conſiderari poſſunt, nimirum ſcientia, diligentia, veritas, & iuſtitia, vt recte Toletus in lib.5.inſtruct. ſacerd.c.62.annotauit.

Quantum autem ad ſcientiam, requiritur ſcientia ſufficiens ad munus ſuum exercendum, vt ſupra diximus de Aduocato, quæ hic etiam repetita cenſeantur, adeo vt ſi ex eius defectu cliētulus litem perdat, non ſolum peccat, ſed etiam ad reſtitutionem damnorum obligatur.

Quoad ſcd̄m vero, hoc eſt, Diligentiam, illud ſolum annotandum eſt, quod debet eſſe diligēs non ſolum, vt omnia præſtet, quæ debet, ſed ēt vt ſuo tp̄e præſtet. Vnde omnia mala, quæ adueniunt clienti ex ignorantia, vel negligentia procuratoris, reſtituere tenetur. Diligentia aūt in his præcipue conſiſtit, vt petat terminos iuſtos in cā; vt probet quæ, & quando probanda ſunt: Rn̄deat in termino cauſę; appellet, quādo appellandū eſt, alioqui tenetur de damnis parti læſæ, vt notant Doct.in c.calumniam, de pœnis,& Nau.in Manu.c.25.num.29.verſ. Tertio. Requiritur ēt, vt multis litibus non intricetur, ſed admoneat clientes de reb. neceſſarijs, & vt cauſas prius cæptas abſoluat, vel alium Procuratorem idoneum; & ſufficientem conſtituat.

3 *Circa* alterum.ſ. veritatem, idem dicendū eſt, quod de fidelitate aduocati. Vnde non ſolū obſeruare debet veritatem in ſe, ſed ēt in ſuis clientulis, vt eos nunquam inducat ad mentiendū in illis reb.in quib.iuridice interrogantur, Item vt non inducat teſtes falſos, nec petat dilationes ſuperfluas, Vnde ſi ex iſtis ſequeretur damnum parti aduerſæ, teneretur ad reſtitutionem.

4 *Demum* opus eſt Iuſtitia, quæ in his conſiſtit.

Primo vt cauſam iniuſtam defendendam ſciēter non ſuſcipiat, ētſi habeat caput aliquod iuſtum, ſi cauſa principalis iniuſta ſit, & ſtatim ac cauſam nouerit eſſe iniuſtam, deſiſtere debet.

Secundo, vt cās prius acceptatas prius procuret, & poſtea alias cās poſtea acceptatas, & conſequenter non accipiat plures cās defendēdas, & procurandas, quam infra tps debitum abſoluere poſſit, alioqui non ſolum peccat, ſed ēt ad damnorum reſtitutionem obligatur. Quod ſi haberet multas cās, & adhuc rogetur, vt alias accipiat, tenetur illi manifeſtare, quod illas tractare non poſſit niſi poſt aliquod determinatū tempus veriſimile; quod ſi hoc audito, clientes adhuc inſtent, tunc acceptare poteſt.

Tertio, vt non inducat partes ad iniquam concordiam, ſed iuſta ſolum ſuadeat.

Quarto, vt non differat cauſam, vel peruertat iudicem. Caiet. verb. aduocatus, & Pan. in c. 1. de iuram. calumniæ. Nec lites differat ex induſtria, vt ſalarium maius accipiat.

Quinto, vt debito modo vtatur in patrocinando. ſ. ne petat terminos impertinentes, et huiuſmodi; vt in repellēdo teſtes contrarios non manifeſtet crimina eorum occulta, niſi quātum id licitum eſt, & quando illorum manifeſtatio eſt neceſſaria ad repellendos teſtes, quando cauſa clientis eſt iuſta; Qua etiam iuſta exiſtente, nō poteſt manifeſtare crimina occulta, ex quorū manifeſtatione graue, aut notabile ſcandalum, & detrimentum teſtib. aut alijs oriri poſſit.

Sexto, vt non exigat ſalarium immoderatum, nec accipiat munera, ſeu Mangia vulgo dicta, extra pretia iuſta; Vnde ſi ea in quantitate, & valore notabili accipiat, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, vt Toletus libr. 5. inſtr. ſacer. c. 61. in fine, animaduertit.

Si tamen vltra ſuā mercedem aliquod munuſculum paruum acciperet, nō peccaret, talia. n. nō cenſentur a iure prohibita, qa in his rō prohibitionis ceſſat, et maxime ſi comeſtibilia ſint, in modica quātitate licite recipi poſſunt, vt Ludou. Lopez lib. 1. contract. c. 2. docet, & quæ hactenus dicta ſunt, certa ſunt, & ab oīb. cōceſſa, & patent ex ijs, quæ paulo ante de aduocato tradidimus. Nonnulla tñ ſunt, quæ aliq̃ patiuntur difficultatē, & ideo breuiter explicanda erunt.

5 DVBIVM Primū eſt, An ſi procurator obtinuit gratis acta ab Actuario, ſeu Notario, vel modicum ſoluit pro actib. Curiæ, vel gratis habuit aduocatum, in hoc caſu retinere ſibi poſſit iuſtum ſalarium debitum Notario, vel aduocato, vltra ſalarium ſuum?

Rñdeo, Si Actuarius, vel Aduocatus gratis iſta faciat in gratiā ipſius procuratoris, & ſic in perſonā ſuam, tunc quod donatum eſt, poteſt quiſq. procurator ſibi illud retinere. Itē ſi Notarius modicū, vel nihil exigat ob remunerationē præteritorū beneficiorum, vel recipiendorum, tunc ēt procurator illud retinere poteſt. Sic Panor. in c. finem litib. nu. 29. de dolo, & contumacia. Spec. tit. de expenſis. §. fi. verſ. Quid ſi victor. Rota deciſ. 180. in antiq. Boerius deciſ. 210. Iaſō, & alij in l. properandum. §. Sin autem. C. de Iudic. Rō eſt, quia quando ita accidit procurator iſte obligatur naturaliter aduocato, vel notario ad tantumdem. Et idem dicendum eſt, qñ venditor donat emptori alicuius principis aliqu ob eoſdem reſpectus. iuxta ea, quę notat Nau in Manu. c. 17. num. 96. verſ. Septimo. Sin aute actuarius, & Aduocatus, aut alius quiſpiam in diſtinctè contentatur modico ſalario, & preti tunc procurator, aut emptor nihil ſibi retine poteſt, ſed omnia vertuntur in beneficiū princi palis, cum non ſit donatum intuitu perſonę pro curatoris, iuxta ea, quæ tradit, licet indiſtinctè Toletus lib. 5. inſtr. Sacerd. c. 62.

6 DVBIVM Secundum eſt, An qñ quis litig non conducit procuratorem, ſed in ea cā ip procurator poſt litis victoriā; retinere ſibi poſſi expenſas, quas feciſſet procuratori ordinario Io. Andr. quem refert Panorm. in c. finem litib. num. 30. de dolo, & contumacia. & Domini de Rota. deciſ. 183. de ſen. & re iud. in antiq. & Alexan. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & alij cōiter docent non poſſe. Alij vero vt Panor. vbi ſup. & Iaſon, vbi ſup. in d. l. properandum. §. Sin autē col. 6. verſ. Adde etiā quod ſi ille, qui litigat. C. de iudic. et Sebaſt. Sap. in annot. ad Panorm. vbi ſup. hoc limitant, & dicunt id ſolum eſſe verū, quando alias nihil lucri perdidit; ſi. n. aliquid aut lucri ceſſantis, aut damni emergentis illi accidit, tunc retinere ſibi poteſt ſalarium, & expēſas, quas veriſimiliter haberet conſimilis aduocatus, & procurator; Siquidem propter aſſiſtentiam in lite repetit quis lucrum perſonale, qđ perdidit, ex Panorm. vbi ſupra.

7 DVBIVM Tertiū eſt, An ſi qs conductus fuiſſet procurator, vel negotiorū geſtor, conſtituto ſalario centum v.g. aureorū in ſingulos annos, vel pro tota cā, ſi poſtea ſubſtituat alium procuratorem, cui dederit tertiam perſonam ſalarij, retinere poſſit reliquum tuta conſcientia.

Rñdeo, Si ipſe procurator principalis ſuſcepit periculū cauſæ, vel periculum negligentiæ, vel ignorantię ipſius ſubſtituti, & ſuſtinet onus admonendi ſubſtitutū, & ſcribendi in ciuitatē, aut locū vbi moratur patronus, tūc retinere pōt partē ſalarij, attēta qualitate laboris, & periculi; Quod ſi nihil horū faciat, tunc totum ſalariū debetur ſubſtituto. Sic etiā ſi Commiſſarius, vel procurator miſſus fuerit a Principali v.g. Romā pro expediendis negotiis, accepto ſalario centū aureorum, pro expēſis in ſingulos mēſes, ſi ante mēſem perdita fuerit lis, & negotiū, tenetur, reſtituere pro rata: aut pro parte retinere, & ſuperfluū reſtituere ciuitati, vel principali, cui⁹ geſſit negotiū. Sic Ripa tract. de peſte. in tit. de Remediis ad curandum peſtem. nu. 303. citans Ange. in l. 1. ff. ad leg. Falcid. Eodē modo ſi alicui præfixum eſſet ſalariū pro expēſis diurnis, ſecus autem ſi pro labore certorum negotiorum; Quod ſi præfixum fuiſſet ſalarium pro labore, & expēſis, tunc illud licite retinere poterit.

8 Deniq. ſicut aduocatus ꝑ patrocinio pręſtito dieb. feſtiuis, puta ꝑ informatione iudicis, vel ꝑ allegationib. in iure ſalariū licite accipere pōt, & ſimiliter iuris peritus ꝑ dando conſilio dieb. feſtiuis mercedem licite accipit, ſic etiā procurator licitè exigere pōt ſalarium pro Memoriali in facto cōpoſito, & ſubſcripto diebus feſtiuis; Ratio eſt, quia qñ opus ex ſua natura non eſt

ſeruile, quãuis ob premium, & mercedẽ fiat, nõ tñ redditur ſeruile ratione præmii, & mercedis, ẽtsi intentum principale ad premium, & mercedẽ habeatur, iuxta ea, quæ tradunt Caiet. 2.2.q. 122.ar.4.in fi. & Sotus lib.2.de iuſt.q.4. art. 4.in fi.de qua re plura diximus lib...c.2. in explicatione tertii pcepti Decalogi. At vero ĩ dieb.feſtiuis non ita licitũ eſt ſemper tranſcribere, nulla prę ſertim vrgente neceſſitate. Et de Procuratore hęc ſufficiãt, de qua re plura legi poſsunt apud Sũmiſtas in verb. procurator. & Canoniſtas in tit.eo.& apud S. Anton.par.3. tit.6.c.3. & alios.

De Actuario, ſeu Notario eiuſque munere, & officio. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 Perſona Notarij in iudicio non eſſentialis, vt plurimum tamen neceſſaria, à quo creari poteſt, & quot præcipue Notario publico neceſſaria.

2 Scientiam tenetur habere mediocrem ſaltem eorum, quę ad officium pertinent, quorum imperitia multorum conſcientiæ in magno diſcrimine conſtituuntur.

A quocunque creati ſiue à Sede Apoſtolica, ſiue imperiali aut Regia per imperitiam delinquentis in officio, priuandi, & ad tempus ſuſpendendi.

3 Obligatio Notarij quæ, & quod nulli officium negare debeat? per quatuor tamen limitatur hoc dictum ibid.

4 Tabellionis officium non vile. Infamatus infamia iuris, vel facti non poteſt eſſe tabellio publicus, creatus tamen ſi ſic, facta ab eo non ſunt irrita.

5 An ſpurius poſſit eſſe Tabellio publicus.

6 Clericus in minoribus exiſtens non habens beneficium Eccleſiaſticum poteſt eſſe Tabellio etiam apud ſecularia tribunalia publice, & laicus in foro eccleſiaſtico publico, quando autem ne clericus etiam in tribunali eccleſiaſtico.

Clericus in ſacris in foro eccleſiaſtico publico, ſi beneficium habeat, in Curia vero Rom. clerici indifferenter notarij eſſe poſſunt ibid.

7 Veritas & fidelitas Notarij in quibus conſiſtit vſque ad num. 11.

9 Notarius occultans inſtrumentum ab eo requiſitum grauiter peccat. Quænam acta conficere debet. ibid.

10 Certiores facere tenetur partes de obſcuris præcipue mulieres, & ſimplices.

11 Diminute ſcribens teſtium depoſitiones tenetur ad damna & intereſſe parti vel fiſco, & in multis locis eſt caſus Epiſcopo reſeruatus.

Quæ ſolemnitates requirantur, vt ſciatur an inſtrumentum ſit ualidum, & fideliter factum ad Iuriſtas pertinet, ut autem authenticum ſit, nouem communiter ſunt neceſſaria.

12 Iuſtitia in Notario requiſita in duobus principaliter conſiſtit.

13 Notarius conficiens inſtrumentum uſurarium grauiter peccat.

14 Notarius inſtrumentum faciens contra libertatem eccleſiæ mortaliter peccat, & eſt excommunicandus, licet non ipſo facto ſit excommunicatus.

Conficiens teſtamentum nuncupatiuum inſano peccat, & reſtituere tenetur. ibid.

15 Notarius ſignificare tenetur legata facta in teſtamento à ſe ſcripto Notarij quicunque à quibus, & quando cogi poſſunt ad aperiendum teſtamentum.

16 Notarius ſtipendium nimium capiens pro ordinib. aut literis dimiſſorijs peccat, ſi alias habet ſalarium conſtitutum, & quid ſi non habeat.

17 Notarius quando peccet, gratis & ſponte donatum accipiendo, & quot modis cognoſcere poteſt tabellio an aliquid ſibi gratis donetur.

18 An quando lex non ſolum taxat pretium, ſed prohibet, ne quis aliquid gratis donatum accipiat, peccet ſic oblatum recipiendo, & ad reſtitutionem teneatur.

19 Notarium tali lege ſtante peccare mortaliter, quando ſolum intelligitur.

In duobus caſibus gratis donatum accipiens non peccat. ibidem.

20 Tabellio pro conficienda ſcriptura ultra taxam accipere quando poteſt licite, & acceptum retinere.

INter alias perſonas, quas ſupra in Iudicio, licet nõ eſſe eſſentiales, vt plurimũ tñ neceſſarias eſſe diximus, eſt perſona *Notarij*, de cuius qualitate, munere & officio multa tradunt Summiſtę, in verb. Tabellio. vbi Ange. Sylueſt. Tab. & Armilla. Caiet. in Sum. verb. Notariorũ peccata. S. Anton. p. 3. tit. 6. c. 3. Nauar. in Manuali. ca. 25. & 52. & ſeq. Ioſeph Angles in Florib. 4. ſent. in quæſt. de reſtit. ob iniuſtitiã in iudicio factam. difficul. 5. Petrus Nauar. lib. 3. de reſt. c. 3. a nu. 15. Ludou. Lopez in Sum. p. 2. c. 29. & lib. 1. de contract. c. 19. Ioan. Bernar. Diaz in pract. crim. Cano. c. 2. & c. 53. & Ignat. Salzedo in c. 58. eiuſdem. Emanuel Rodriquez in Sum. p. 2. c. 2. Toletus, lib. 5. inſtruct. ſacerd. c. 61. & alii, q multa tradũt de eius creatione, a quo, ſ. creari põt, puta a Papa, Imperatore, Rege, & Republica nõ agnoſcẽte ſuperiorẽ, & Ducibus habẽtibus iura Principum, & ab Epis in Eccleſiaſticis per totã diœceſim eorum, aliaq. ſimilia, q̃ quia non ita ad præſens noſtrum inſtitutũ attinẽt, conſulto p̃termittimus. Nobis ſatis erit annotare quatuor p̃cipue in Notario publico & legitime inſtituto eſſę neceſſaria, ſ. ſcientiã, obligationẽ, veritatem, & fidelitatẽ, & iuſtitiã, de quib. ſingulis breuiter agendum erit, omiſſis illis, q̃ de variis eius nominib. ab authoribus tradi ſolẽt, de qua re legendus eſt Panor. in c. Quoniam contra. nu. 3. de prob. vbi notat Notariũ dici perſonam publicã, quia gerit officium publicũ, vnde qñq. hac de cauſa dicitur ſeruus publicus, qa ſeruit publice exercẽdo officiũ ſuũ ff. rẽ pup. ſal. fo. l. 2. in fi. & c. 2. de vſufr. in 6. quo modo limitãda eſt, l. ſi ijdem codicilli. C. de codicill. vbi vr̃ innui contrariũ. Qua de cã Rom. ſingul. 9. ait rogatum cogi poſſe a ſuperiore. Notarius autem dr̃, quia redigit acta iudicii in notas. c. 1. de ſimonia. Qñq; ẽt dr̃ Scriniarius. Vt in c. ad audiẽtiã. de reſcrip. & ĩ c. ſi aduerſus. de hęre.

Itẽ Tabularius. C. qui teſtam. fac. poſſunt. l. Hac cõſultiſſima, §. Sed qa. & l. 1. C. de Tab. lib. 10. Et dr̃ etiam ibi ſcriba, & in rubr. de diuerſ. nom & offic. eorum. Item Tabellio, ſeu Tabellarius, vt in l. Generali. C. de tab. ſcrib.

2 *Quoad* primum aũt, hoc eſt, *Scientiam*, tenetur Notarius habere ſcientiã ſaltẽ mediocrẽ earũ rerum; q̃ ad officium pertinẽt, vt ſupra diximus

agentes de aduocato. Vnde ſi ex eius negligētia, vel ignorantia pars aliqđ damnum patitur, peccat mortaliter, & tenet̄ ad reſtitutionē. Panor. in cap.1.n.7.de fide inſtrum.& in c.ſicut te. nu. 22.Ne clerici,vel monachi.ad hoc l.illicitas.§.ſicuti,de off.præſid.& in c. Non eſt ſine culpa,de reg.iur.in 6.Felin.in ca.cum cauſam, 1.col.2.de teſt.& in c.tua.col.2.de homic. Ange.verb.Tabellio.§.6.Non tñ tenetur eſſe Doctor, vt iidem Doctores notant,ſed ſufficit habere ſcientiā mediocrem earū rerum, quæ ad artem Notariatus pertinent. Scire ēt debet clauſulas apponi ſolitas in cōtractib.Cagn.in l.ſi librarius, ff.de reg. iur.Rom.in ſing.52.Quocirca Iaſō in l. ſi filius a p̄re.ff.de liberis,& poſthu.n.26.& Diaz,& Salzedo vbi ſupra c.2.pract.crim.canon. docēt notariorū imperitiam plurima damna, & lites cauſare, & multorū conſciētias in magno diſcrimine conſtituere,vt ſcribit Bal.conſ.6.incip.viſo teſtamento,lib.6.id quod ēt Synodus Tridentina ſeſſ.22.c.10 de reform.clariſſimis verbis exp̄ſſit. Quapropter iuſtiſſimè ibi decretū eſt notarios a quocūq; creatos,ēt Apoſtolica, Imperiali, aut Regia authoritate,imperitos, vel ī officio delinquētes,priuandos, vel ad t̄ps ſuſpendendos eſſe ab Ep̄o tanquam Apoſtolicæ ſedis delegato.In eo aūt grauiter delinquūt,qđ faciētes cōtractus clauſulas confuſas apponāt,aut ꝙ difficultates, & contentiones inducūt, aut clauſulas ſolitas, omittant,vñ ad reſtitutionē dānorum tenētur, ex S.Ant.p.3.tit.6.c.3.§. fi. Sicut ēt ſi ex lata culpa amittat ꝓtocollū.vel nō ſcribat diē, aut alios actus in ꝓceſſu, ex quo ſequitur dānū parti, ex Bar.in l.de rub.ff.de tabel.exhib. Quāuis error, & ſimplicitas Notarij,non dēt nocere parti, qñ de mente contrahentium alias conſtare poſſit, ex gl.in l.vnica,in fine.C. de fide inſtrum.

3 *Circa* ſecundum,videlicet, Quænā ſit obligatio Notarii,illud in primis cōſtat,obligari eū cōficere inſtrumēta,& cōſcribere acta,de quibus rogatus fuerit,qa eſt perſona publica, q̄ Regis, ſeu Reipublicę delegatione hēt munꝰ iſtud publica conſcribēdi inſtrumēta,ex Decio in l.Inuitus,de reg.iur.& Hoſtienſe in Sum.tit. de inſtit. §.ex quib. Alioquin ſi negauerit,ad mandatum iudicis officio priuari poſſit.Panor.ī c. Sicut te, n.19.Ne clerici,vel Monachi. Qui id probat ex eo,qđ in principio ſui officii iurare ſolet, ſe cōfecturū inſtrumenta ſine diminutione veritatis, & commiſſione falſitatis qñ requiſitus fuerit, & iō ſi requiſitus non cōficit inſtrumētum, eſt periurus,& qa cum in iure,vt diximus, vocetur publicus ſeruus, conſequenter non dēt officiū ſuum alicui denegare. Vt tñ Seb. Sap.in annot. ad Panor.vbi ſupra notat, limitari dēt hoc cōe dictum,primo, niſi rogetur de contractu illicito. Scđo,niſi multitudo negotiorum, & agēdorum impediret,tunc.n.excuſatur,ex Barto.l.1.§. ſeruus,circa prin.ff.de fur.aduer.nau.& facit Authen.de tabell.circa med. Tertio, Niſi gerat aliud officium diuerſum.l. 1.C.de tabell.lib.10. Quarto,niſi effectus ſit decurio,vel aduocatꝰ ēt de mandato iudicis,l.vniuerſus, & ibi glo.C.de Decurio.li.decimo.Quinto, Niſi effectus ſit clericus,vel Monachus, cap. Sicut te. Ne clerici, vel Monachi.Roman.ſingul.ſuo 233. Panor. d.c.ſicut te.n.5.& alii communiter.

5 Quia vero tabellionis officiū non ita vile eſt vt nōnulli arbitrātur, quinimmo nobile officiū eſt,vt notāt Alc.in l.Mercis appellatione.de verbo.ſign.& Couar.in lib.prac.q.c.19.nu. 5.multumq. Reipublicę intereſt bonos habere Notarios,iō infamatus infamia iuris, uel facti nō pōt eſſe tabellio publicus,i. publica conſtitutus authoritate ad aliqđ officium exercēdum iure tabellionis,ex Panor.in c.Cū dilectus, n. 7.de fide inſtr.Fel.in c.fraternitatis,de hæret. Alex.conſ. 80.n.2.lib.2.Couar.vbi ſup. verſ. Quarta cōcluſio q expreſſe tradit talē creatū a Rege non eſſe verū,nec legitimū tabellionē, nec eſſe fidem adhibendā eius inſtrumentis,niſi Rex principis poteſtate infamiā illam tolleret. Vnde ſi quis ita infamis infamia iuris creatus ſit tabellio,& inſtrumentū cōficiat,fides eius inſtrumeto adhibenda nō erit,qđ intelligendū eſt,dummodo infamia hæc iuris publica fuerit. Si tñ creatus qs ſit tabellio,& poſtea infamis infamia iuris factus ſit, inſtrumenta ante infamiā cōfecta vim, & authoritatē habebunt,ex Innoc.& Feli.n.12. in d,c.fraternitatis.Bar.in l.ad teſtiū. §.1.ff.de teſta.Couar.vbi ſup.verſ.Quinta concluſio,Qui aūt cū infamis eſſet,creatus fuit tabellio,ſi infamia erat occulta, tūc fides inſtrumētis illius tabellionis adhibenda erit ſcđm Spec. & Io.And. in tit.de inſtr.editione.§. reſtat. verſ.Quid ſi is, q nō eſt notarius.Fel.in d.c.fraternitatis. col.2. de hæret. Alexā.conſ.80.col.2. lib. 2. & Calder. conſ.2.de fide inſtrum.Quoad infamiā facti cōmuniter docent authores, talē infamem nō eſſe creandū tabellionem, ſi tñ creatus fuerit talis,q̃uis ex tali infamia diminuatur fides publica, inſtrumenta tñ ab eo facta non ſunt irrita, ētſi infamia ſit publica,vt docent Panor. & Felin.in c.Cum dilectus,nu.40.de fide inſtru.& in c.cum Ioannes,tit.eod.& Couarr. lib. pract.q. c.19.nu.5.verſ.Sexta concluſio, & omnes in l. 2.§.miles.ff.de his qui not.infamia.

Quamuis autem Angel.conſ.284.Alex.lib.2. conſ.80.& Io.Lup.in c.per veſtras. Notab.3.§. 9.n.7. putent ſpuriū Tabellionem eſſe nō poſſe eo qđ credant ſpuriū infamē eſſe: Alii tamen vt Cald.cōſ.2.de fide inſtru. & Couar. lib.pract. q.n.6.rectius docent,talē Notariū eſſe poſſe,niſi aliqua lege municipali prohibeat,qa talis nō eſt infamis infamia iuris, nec ēt infamia facti,q oritur ex eius moribus improbatis, ſed infamia eſt parētū,ex quib.oritur. Vnde in l.ſpurii, ff.de decurionib.ſpurij nō cēſent̄ indigni decurionatus dignitate,immo ꝑmiſſū eſt eos poſſe ad eandē admitti,& leg.Gñaliter.§.ſpurios. ff.titu.eod.

6 Clericus in minorib.exiſtēs nō habēs beneficium eccleſiaſticum,pōt eſſe tabellio etiā apud ſecularia tribunalia publice,cū hoc nullibi prohibitum ſit,niſi aliqua lex, vel cōſuetudo aliud induxerit,ſicut ecōtrario laicus tabellio eſſe poteſt in foro eccleſiaſtico publico.

*S*ecus ētſi clericus ille beneficium eccleſiaſticū haberet,vñ congrue ſuſtētari poſſet, tunc enim tabellionis officio vti non poterit, etiā in tribunalib. eccleſiaſticis publicis,ex Cou.vbi ſupra

pra.nu.8.verſ. Tertia concluſio. Hoſt. Anton. & Panor. ī c. Sicut te.n.7. Ne clerici, vel Monachi. Clericus vero exiſtens in ſacris, ētſi beneficium eccleſiaſticū non habeat, Notarius eſſe non poteſt ēt in foro eccleſiaſtico publico, ſed in ſecreto pōt. Couar. vbi ſupra. Diaz, & Ignatius Salzedo in pract.crim. Canon.c.53.alias in nouis, ca. 58. In Curia vero Romana clerici indifferenter notarii eſſe poſſunt, & hoc ex priuilegio, ob Sūmi Pontificis conſenſū, & curię illius dignitatē, ſi tñ extra illam curiam ſacerdos tabellionis officio vtat̄, & publice creatus ſit Notarius Apoſtolicus, valēt inſtrumēta ab eo facta, Monach⁹ vero adeo prohibet̄ eſſe tabellio, vt inſtrumēta ab eo ſine Abbatis licētia cōſcripta, ipſo iure ſint nulla. arg.c.1.§.ſed nec. Ne clerici vel mon. pōt tñ poſt profeſſionē complere, & ſignare inſtrumentum, qđ ante monachatū in eius protocollo ab eodē fuit conſcriptū, vel ipſius authoritate, & corā ipſo a contrahentibus in cōuentionē perfectā deductum. gl. inſignis in c. vt officium. §.verū.in verb. præmiſſa. de hæret. in 6. Fran. ibi. Panor. & Fel. in c. fraternitatis. de hæret. Couar. lib. pract.q.c.19. n.8. Ratio autem cur clericis in ſacris officiū hoc tabellionatus interdictum ſit, nō ea eſt, quam putat Panor. in c. ſicut te. nu.5. quia, ſ. eſt vile officium, ſed qa prohibentur immiſcere ſe negotiis ſecularibus, vt notat Couar. vbi ſupra, nu.8.verſ. Quarto, & ex d.ca. ſicut te. Ne clerici vel monachi, colligitur.

7 *Quantum* ad Tertium qđ eſt *veritas, & fidelitas* eius, ſciendum eſt, quod pp fidelem executionē ſui officii, iuramentum præſtat, quod illud fideliter exercebit, vt notant Hoſt. Io. And & Pan. in c. Sicut te.n.19.& n.20. Ne clerici vel monachi. S. Anto.p.3.tit.6.c.3.§.3. Sylueſt.verb. tabellio. q.7. Nau. in Manuali, c.25.n.52.& alii. Hæc autem veritas, & fidelitas cōſiſtit *Primo*, vt caueat ab omni falſitate, falſitas aūt eſt mutatio veritatis cum dolo & malitia. Pęna aūt falſi olim fuit mutilatio manus, & infamia, hodie aūt in aliqbus locis eſt vltimi ſupplicii. Dēt igitur cauere de falſitate, ne. ſ. fingat ea q̄ inter partes acta non ſunt, & ne ex malitia aliquid addat, mutet, aut detrahat, quo inſtrumentū falſificetur, ſic .n. vltra pctm̄ graue quod cōmittit, tenetur ad reſtitutionē damni inde ſecuti, quia dat cauſam efficacem damni, argum. cap. fin. de iniur. & dāno dato, Sylueſt. verbo, Tabellio. q. 8. Nauar. in Manuali, c.25.nu.53.verſ. ſecundo, Toletus lib. 5. inſtruct. ſacerd.c.61.& alij.

Secundo requiritur, vt non ſolū verum cōficiat inſtrumētū, ſed ēt verba partiū obſeruet, & ea ſcribat ſcđm quod partes dixiſſe, & non intellexiſſe cognoſcit, Quia ſępe res eadē vno, vel altero mō dicta, plurimū obeſſe, vel prodeſſe poteſt partib. maxime in criminalib. quantum ad criminis quantitatem, & qualitatem, vt conſtat.

Tertio, vt ſeruet apud ſe copiā, & originale omnium inſtrumentorū, neq. hoc alicui det, ſed petentibus ſolū concedat tranſumptū, & hæc protocolla diligēter apud ſe cuſtodire tenetur, ſicut ēt & actus. adeo vt ſi alicui aliquando detrimētum obuenit; eo qđ apud Notariū nō maneat originale, tenetur de dāno illato, ex Toleto vbi ſupra. Neq. ſolū ſeruare tenetur hęc originalia, & ea ſcribere in breuibus, vel albis, vt dicunt (ſic dicta, qa in eis contractus initi breuiter continētur, & conſequenter nullam, aut paruam fidē faciunt) ſed ēt tenetur quā primum commode poterit dicta inſtrumenta extēdere, & redigere in completā, & perfectam formā inſtrumēti, & ea in Regiſtro ponere, vbi incipiūt habere vim & authoritatē; vñ ſi ex eius negligētia id omitteretur, & inſtrumētis nō ita Regiſtratis moreretur, tenetur ad intereſſe, & dānum quodcunque ſequēs. Et tenere debet apud ſe, vt diximus, originale, l. ſi quis. §. prætor ait. ff. de eden. inſtr. Panor. in c. ſicut te. nu. 20. Ne clerici vel monachi. citans ad hoc c. Quoniam contra. de probatio. ita vt nullo modo dare debet originale parti, alioqui tenetur de damno illato.

9 *Quarto*, nullo mō occultare debet inſtrumēta quæ ab eis exiguntur; ſolent. n. aliquando recurrere ad notariū pro inſtrumēto, & pars oppoſita q̄ eum prece, aut pretio corrumpit, impedit ne notarius alteri petēti inſtrumentū prębeat, quo poſſit qđ ſibi eſt debitū obtinere, in qua re grauiter pęccat notarius occultans inſtrumentū ab eo requiſitū, & ad reſtitutionem dāni tenetur. Sylu. verb. tabellio. q.8. Tolet. c.61. Nau. in Manuali, c.25.n.53.verſ. Tertio. Multoq. minus occultare debet inſtrumenta continentia legata aliquibus facta, adeo vt notarius iſta aduertens non ſolui partibus etiam poſt longum tempus, tenetur ea per ſe manifeſtare vltro dictis partib. alias peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Quinto, conficere dēt acta de his, quæ duobus ſenſib. percipiuntur, ſ. viſu, & auditu. Vñ ſi notarius ſcribat in inſtrumento pecuniā fuiſſe numeratā, quæ reuera non fuit, tenetur pęna falſi. Iaſ. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. Dec. & Cagn. in l. ſi librarius, de reg. iur. ſi pecunia numęret̄ corā notario, nō tñ adſit integrę numerationi, tūc ſi ſteterit dictis partiū aſſerentium ſuiſſe totam numeratā, non tenebitur pęna falſi, ſi in inſtrumento ſcribat fuiſſe totā numeratam, & Iaſ. vbi ſupra, ſicut ſi notarius audiat partem fateri accepiſſe ſe totam pecuniam, quamuis reuera non acceperit, & ſcribat in inſtrumento, nō committit falſum, nec peccat: Quia illa eſt aſſertio quædam, vt inſtrumētum ſit liquidum, & ſunt verba relatiua, non autem aſſertiua, hoc eſt verba confeſſionis partium. Iaſ. vbi ſupra, & Bal. in l. 1. C. de confeſſis.

10 *Sexto*, Tenetur notarius certiores facere partes de obſcuris, & præcipue mulieres, & perſonas ſimplices, alioqui eſt in dolo. S. Anton. p.3. tit.6.c.3.§. vlt. verſ. Quarto. Nauar. in Manuali, c.25.num.53.verſ. Tertio.

Septimo, Dare tenetur trāſumptum proceſſus parti petenti, alias peccat mortaliter, & tenetur de damno illato: ſolent enim aliqui notarii pauperibus non valentibus ſibi ſoluere de labore, inſtrumenta petentibus negare, quibus poſſunt ſe in iudicio iuuare, S. Anton. loco proxime citato, verſ. ſeptimo. & Nauarr. citato numero 53. Et multo magis ſi occultant acta, quia tunc tenentur pęna falſi, & de damno ſecuto. Bart. in l. l. Paulus, ff. de faſis.

Octauo

11 *Octauo*, Notarius diminute ſcribens teſtium depoſitiones vt v.g.ſi quandoque id faciat contra Reum in fauorem fiſci, vel cõtrario, tenetur ad damna,& intereſſe parti,vel fiſco,& in multis diœceſibus eſt caſus reſeruatus epiſcopo, & ordinario loci.

Nono, Tenentur magiſtri Actuum habere etiam ſub actuarios fideles,& approbatos. Neq. reuelare debet parti decreta,antequam firmentur a iudice: neq. debet mutare ſigillum, ſic enim teneretur pęna falſi.§.item lex Cornelia.Inſtit.de publ.iudicijs,& deniq. nulla ratione mutare debet ſubſtantiam veritatis.

Quæ aũt ſolemnitates requirantur, vt ſciatur an inſtrumẽtum validũ ſit, & fideliter factũ ſit, necne,ad Iuriſtas pertinet explicare, & cõiter requiruntur nouẽ,quę neceſſaria ſunt,vt inſtrumentum validum,& authenticum ſit, prout refert S.Ant.p.3.tit.6.c.3.§.fi.in princ.ſ.Inuocatio nominis Dñi: Annus Dñi:Indictio. Dies mẽſis,in quo fit contractus:Nomẽ Principis loci, in quo fit inſtrumentũ;Locus, in quo recitat̃ inſtrumẽtũ, Teſtes: Nomen Tabellionis: & ſignum Notarii.de quib. qui plura ſcire deſiderat,deinde legat S.Antoninum,& Couarruuiam in lib. prac. quæſt.c.20.vbi docte, & ſubtiliter de his diſputat.Nobis ſatis erit hæc enumeraſſe, qui ſolum de moralibus agere conſtituimus.

12 Circa quartũ,videlicet,de iuſtitia, illud annotandum reſtat,iuſtitiã hanc principaliter in duobus conſiſtere,nimirũ in conficiendo inſtrumẽto,& in iuſto pretio exigendo. Circa primũ de conficiendo inſtrumẽto,cauere dẽt ne faciat inſtrumenta illicita,& iniuſta, neq. inſtrumenta palliata nomine iuſti contractus, aut ſuper rem iniuſtam:ſic.n.vltra peccatum, tenetur ad reſtitutionem. Item ne faciat inſtrumẽta prohibita. Sunt autem duo inſtrumenta prohibita.

13 Vnum eſt,Inſtrumentũ vſurarium;Notarius enim conficiens inſtrumentũ continens contractum vſurariũ,grauiter peccat. Vbi ſciendũ eſt, qđ ſi notarius conficit inſtrumentũ continens manifeſte contractũ vſurarium,in illo loco,vbi in iudicio hoĩes cogunt̃ ſoluere vſuras, & quod ſoluentes vſuras,nõ poſſint illas in iudicio repetere,mortaliter peccat, & excommunicationẽ incurrit,a qua loci ordinarius abſoluere põt,vt hr̃ in clem. 1. de vſur. & talis contractus vtpote manifeſte vſurarius,eſt ipſo iure nullus, non tñ in hoc caſu tenetur ad reſtitutionem, quia inſtrumẽtũ hoc nullam dat vim vſurario recuperandi vſuras,vnde eſt, ac ſi confectum nõ eſſet, Hoc tñ verum eſt tantum, qñ non fieret in locis in quibus eſſet iniqua conſuetudo, vel iniuſtũ ſtatutum, quib. per talia inſtrumenta cogerentur ſoluere vſuras: ſi. n. in iis locis tale faceret inſtrumentum, teneretur ẽt ad reſtitutionẽ. Sin autẽ conficeret inſtrumentũ continens vſuram palliatam,ponendo.ſ.in inſtrumento contractum vere vſurarium ſub forma liciti cõtractus,vt quia ſcitur eſſe pignoratio, & dr̃ eſſe vẽditio, aut quia dantur v.g. nonaginta Petro a Ioanne & dr̃ quod ſint centum, & ſic efficit inſtrumentum nomine mutui, ita vt Petrus poſt annũ v.g.det centum Ioanni, cum tñ vere Ioannes non dedit illi niſi nonaginta,tũc palliata e vſura,& notarius tale inſtrumentũ cõficiẽs n eſt excõicatus,peccat tamen mortaliter, & te tur reſtituere vſuram Petro, quia cooperatu iniuſtitiæ illi vſurariæ, & ita eſt dãni particeps cum tñ Ioannes dedit illi ſolum nonaginta. S tñ in hoc caſu pars læſa, v. g. Petrus contentu ſit, & rogat notarium, vt tale inſtrumentũ cõficiat,puta,quia indiget, & alius aliter nõ vult e mutuare, tũc q̃uis notarius tale inſtrumentu cõficiens peccat mortaliter, ad reſtitutionẽ tamen nõ tenetur. Sic Fel.in c.aduerſus,de hæret. Sylu.verb.vſura,7.q.7.Ioſeph Angles in Florib. 4.ſent.q.de iniuſtitia in iudicio cõmiſſa,diffic.5. concluſ.3.& Tolet.lib.5.inſtruct.ſacerd.c.61.

14 Alterum eſt,inſtrumentũ contra libertatem Eccleſię:Notarius.n.tale inſtrumentum faciens peccat mortaliter,& excõmunicandus eſt,non tñ ſi ſcribat ſtatuta ciuitatis contra libertatem eccleſiæ,ipſo iure excommunicationem incurrit.c.Nouerit.c.Grauem.de ſent.excom.Nauar. in Manuali,c.25.nu.54.verſ.Quarto.

Deinde Notarius cõficiens teſtamentũ nũcupatiuũ alicuius non ſanæ mẽtis,peccat,& tenetur reſtituere legitimis hæredibus,ſi hoc ſciẽter faciat.Nau.in Mau.c.25.nu.54.verſ.5.Bal.in l.1. C.de ſacroſ.eccl.n.71. ſic etiam ſi pretio corruptus,vel odio,vel importunis p̃cib.inducat teſtatorẽ inſtituere aliũ ab illo, quẽ ipſe volebat,peccat mortaliter,& ad reſtitutionẽ tenet̃. S. Anto. p.3.tit.6.c.3.§.vlt.Sylue.verb.tabellio.q.8.&q. 11.& facit.l.1.C.ſi aliq.teſt. prohib. ſecus autẽ ſi verbis ſimplicib.non dolo,nec vi mutauerit voluntatem teſtatoris, quia voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſq. ad mortẽ, nec peccat, ſi iuſta ex cauſa id faciat,etiamſi inducat precibus,non importunis teſtatorem,vt ſibi aliquid leget.Nauar.in Man.c.26.nu.36.& Couar.in reg. peccatum,par.2.§.7.in fine,de reg.iur.in 6.

15 Itẽ tenetur notarius ſignificare legata facta in teſtõ a ſe ſcripto,vt diximus,pręſertim ad pias cãs.ex S. Anton.p.3.tit.6.c.3.§. vlt. verſ. Tertio. Toleto lib.5.inſtruct.ſacerd.c.61. Notarius aperire non põt teſtamentũ clauſum ante mortem teſtatoris,l.Qui teſtã, C.ad leg. Corneliã de falſis.& ibi Bart. Poſſunt autem quicunq. notarii per Cõmiſſarios fabricę S. Petri de vrbe,cogi ad aperiendũ teſtamenta, poſt annum a die obitus teſtatoris,ſub pęna excõmunicationis latæ ſententiæ, ſoluta ipſis notariis debita mercede, vt habetur in Bulla,ſeu conſtitutione 58.in ordine Pii Papę IIII.quæ incipit Etſi per diuerſos, edita anno Domini.1562.Quintodecimo Calend.Ianuarij,& anno Pontificatus eiuſdem tertio.

16 Quoad ſcđm de iuſto pretio,cauere debet primo notarius ne pretiũ accipiat pro re, pro qua nullum pretiũ eſt exhibẽdum,vt pro ordinibus, ſed neque pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialib. aliquid accipere poteſt notarius, ſi habeat ſalariũ conſtitutum pro officio exercẽdo, aut in illis locis in quib. viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi: ſi vero non hẽt ſalarium, tunc quidẽ pro ſingulis literis dimiſſoriis,aut teſtimonialibus, decimam tm̃ partem vnius aurei accipere põt,ex Concilio Triden.ſeſſ.21.de

reform.c.1.Nauar.in Manuali,c.25.nu.54.verſ. Quinto.Toleto lib.5.inſtruct.ſacerd.c.61.

Secundo cauere debet ne exigat pretium iniuſtū,& vbi pretiū a Rege, & Repub. taxatū eſt, illud ſolū recipere poteſt, & vltra illud taxatū recipiens in notabili quātitate, non ſolū mortaliter peccat, (quandoquidē iurare ſolet Notarius ſe fideliter officiū ſuū,& leges circa illud latas obſeruaturū,& ita peccat peccato periurii) ſed etiā reſtituere tenetur acceptū, cū ſit aperte contra iuſtitiā plus iuſto pretio accipiendo, vt in iuſtū eſt pro tritico,vino, carne, & huiuſmodi plus accipere quā per Principē, aut legē iuſte taxatū eſt: ſi tamen aliquid vltra gratis & ſponte donatū accipit,non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur. Sic S.Anto.par.3.tit.6.c.3.§.4.Sylueſt.verb.tabellio.q.6.verſ.primū.Nau.in Manuali,c.25.nu.54.verſ.Quinto.Ludou. Lopex in Sum.par.2.c.29.& li.1.de contract. c.19. Petrus Nau.lib.3.de reſtit.ca.3.nu.12.Emanuel Rodriquez in Sum.par.2.c.2.concluſ. 1.& Toletus lib.5.inſtruct.ſacerd.c.61. in fine. Limitatur autem hoc commune dictum, vt ſcilicet,nō peccet accipiendo.

17 Primo, quando aliquid illi gratis donatur, tunc enim recipere poteſt, quia lex ſolū prohibet ne ratione officij, & ſcripturæ plus accipiatur,ſecus aūt ſi doloſe induceret litigantes ,ad aliquid vltra taxam donandū: Poteſt aūt duobus modis cognoſcere tabellio, an aliquid ſibi gratis donatur: Primo, ſi aliquo pacto vim inferret, nolens facere ſcripturā, vel actū, niſi in illa quantitas detur; tunc enim non tam donatio,quam extorſio erit.Sicut qui ſoluit vſuram, quia non inuenit mutuantem gratis.

Secundo qn̄ intercederet fraus ex parte ſcribæ,puta,ſi diceret alteri ſibi deberi quatuor,cū debeantur ſolū duo,aut ignorantia ex parte negociantis,puta cū nihil dicēte ſcriba, putat ſibi deberi,quatuor,quæ nō daret ſi veritatē ſciret: vn̄ in vtroq. caſu iniuſte recipit, niſi ei veritatē manifeſtet.Itē ſi notarius dubitet,an gratis ſibi detur,peccat recipiendo, quia dubitat, aut dubitare dēt negotiantē ignorare taxā, atq; adeo exponit ſe periculo iuſtitiæ plus recipiendi,q̄ ſibi debeatur. Vnde niſi certo ſciat negociantem probe cognoſcere ſtipendia,non poteſt vltra taxā,quaſi gratis ſibi donatum accipere, & accipiendo mortaliter peccat,& reſtituere tenetur.

18 DVBIVM vero eſt, an qn̄ lex non ſolum taxat pretiū,ſed ēt prohibet,ne quis aliquid gratis oblatū accipiat,an,inquam,in hoc caſu peccet aliquid gratis donatū accipiendo, & an teneatur ad reſtitutionē? In hac re conueniunt oēs, vt Martin.Nauar.in Manuali,cap. 25.num.54. verſ.Quinto,Petrus Nau.lib.3.de reſtit.c.3.nu. 15.& Emanuel Rodriquez to.2.concl.3. & Barthol.Medina,lib.1.Sum.c.19.§.5.verſ.Quinto, peccare mortaliter contra officiū, & iuramentū,ſi aliquid vltro oblatū recipiāt, rōne ſcripturæ,vt infra dicemus: Non tn̄ ita conueniunt, an ſic gratis donatum tuta cōſcientia retinere poſſit? Nā Medina, vbi ſupra expreſſe docet teneri ad reſtituendum ſic acceptum & gratis oblatū. qa inquit,inhabiles & incapaces reddūtur notarii lege ipſa,ac proinde nō transfertur rei dominiū, vnde & reſtitutioni eſt obnoxiū. Idem ēt ſentit Michael Salon 2.2.q.71.in fi. Alij vero, vt Petrus Nau. Rodriquez & alii rectius docet non teneri ad ſic donatū reſtituendū,quia licet prohibeat lex etiā gratis oblatū recipere, non tn̄ inhabiles & incapaces reddit eos lex ad recipiendū,aut impedit dominiū eorū,quę illis gratis offeruntur,aut per vim muneris dātur. Quāuis igitur certū ſit eos peccare mortaliter, cum faciant contra legē iuſtam,& contra iuramentum de non accipiendis iſtis muneribus ēt gratis oblatis, nihilominus tn̄ nec ſtando in iure naturali,tenentur ſic donata gratis reſtituere, cū nihil tā naturale, quam voluntate domini, dominiū rerū ſuarum in aliū transferri, id qđ certum eſt ſtando in ſolo iure naturali,nec ſtādo in iure humano tenētur ea reſtituere, cū lex ſolū habeat,ne fiant iſtæ donationes,non tn̄ habeat,vt ſint inhabiles,& incapaces ad ea recipiēda. Vnde Martinus Nauar. vbi ſupra, quamuis dicat, peccare mortaliter ſic accipiendo, nihil tamen dicit de reſtitutione, ſignificans in hoc caſu non teneri ad reſtitutionem.

19 *Quod* vero diximus ſtante tali lege peccare mortaliter notariū accipiētē aliquid gratis oblatum,intelligendū eſt ſolū qn̄ datur, & recipitur rōne officii ſcribendi, ētſi gratis detur, vt ſi debens duo, offerat quatuor libera voluntate, vt ſcriptura melius fiat,aut citius. Gratioſa.n. donatio propter hunc reſpectū a lege prohibetur & merito,ne colore gratiæ, extorſiones introducantur.Vnde Petr.Nau.vbi ſup. n. 22. infert in duob.caſibus non peccare notariū,q gratis donatū acciperet; Primus eſt qn̄ aliquid ei datur ob dignitatē perſonę ſuæ.Id.n.non vt notario,ſed vt tali perſonę datur,puta,qa amicus,nobilis,aut cōſanguineus eſt. Qđ ex eo cōſtat, qa ſi eſſent alii,qui ita integrā, & perfectā ſcripturā conficerēt,nō illis darēt.Secundus eſt,qn̄ offerens eſt magnæ qualitatis vir, ſi enim datum rōne dignitatis notarij ipſius accipi, & retineri pōt,multo magis in hoc caſu, qa ſic decet dignitatē dantis,cū id non detur ratione ſcripturæ, ſed ob qualitatē dantis,qui ægre ferret,ſi notarius donatū non acciperet. In his igitur duob. caſib.cū non detur rōne ſcripturæ, ſed ob cās officio extrinſecas,& ſcripturæ alienas,nō cēſetur lex vim hr̄e, nec aliquē prohibere, quo minus gratis datum ſine peccato recipere poſſit.

Secundo,quādo Tabellio importunis precib. adduceretur ad noctes ducēdas inſomnes,ad ꝙ non tenebatur,& plus ſolito debitoq; laborare cogeretur, vt celerius tranſumptū ex originali proceſſu expeditū parti tradat, quamuis alias (vt diximus) nihil pro ſcriptura citius tradenda etiam gratis oblatū recipere poſſit, pro hoc tamen extraordinario labore ſubeūdo aliquid extraordinarii ſtipendii,plus accipere pōt. Sic Ludouic.Lopez lib.1.de contract.ca.19.& tom.1. inſtruct.conſcien.c.29.& Mercatus,quē refert. Ratio eſt, quia hic anxius, & extraordinarius labor aſſumitur,per quem tabellio maciem cōtrahit, & ſuo defraudat genio, ideoq; ratione illius aliquid amplius accipere poteſt.

Tertio

20 *Tertio* ſi Tabellio cauſa cõficiendi ſcripturã ab ea ciuitate, vel loco, vel eius ſuburbijs vbi commoratur, per aliquã diſtantiã profecturus eſt foras, aut ſi hora eſſet incõmoda, nempe nocte aut imbre cadente, aliave intercedente cęli inclemẽtia, vel cũ prãdere oportebat, exire dẽt ad ſcribendum, poterit tũc aliquid rõne huius laboris vltra pretiũ taxatũ accipere. Sic Lopez, vbi ſup. Pet. Nau. lib. 3. de reſt. c. 3. n. 19. & Emanuel Rodriquez in Sum. par. 2. c. 2. cõcluſ. 1. Rõ eſt, quia labor ille nõ eſt annexus ſcripturę, ſed extraordinarius pretioq. æſtimabilis. Exemplũ ſit de ſacerdote qui ratione eundi ad eccleſiã, vel ſe veſtiendi ſacras veſtes, &c. nõ poteſt plus accipere, quam ſit pitantiæ taxatio, ſi tamen lõge iret, & in hora ſibi incommoda, poſſet tunc ratione illius laboris, qui extraordinarius eſt, aliquid accipere. Secus autem in noſtro dicendum erit, ſi labor ille ordinarie annexus eſſet ſcripturæ, vt ire in hyeme, vel in æſtate, &c. ob hoc enim nihil vltra taxatum pretium accipere poſſet.

Quarto, quamuis nihil vltra taxam accipere poſſet ob conſilium de bene, & firmiter facienda ſcriptura; hoc enim ex ratione ſui officii facere tenetur, ſicut nec iudex, vt iuſtã ferret ſententiam, quam de ſe facere debebat, ſi tñ conſiliũ eſſet in partibus diſcordib. componẽdis, vel in pretio, vel in tẽpore, aut his ſimilibus, quę nõ ſunt de ratione ſui officij, aliqd vltra accipere,
& retinere poteſt. Sicut etiam, quando prec
pro Reo apud iudicem interponeret. Sic Petr
Nau. vbi ſupra nu. 20. Ratio eſt manifeſta, q
hæc non pertinent ad rationem ſcripturæ,
opera ſunt alias pretio æſtimabilia, vnde ſi
quid ei detur pro eo opere, retinere poterit
deniq, hãc tradit regulã Nau. vbi ſup. nu. 23.
notarijs timoratis, vt in accipiendo aliquid,
ſa muneris, ſeu gratiæ factæ reſpiciant: ſ
fiat ratione ſcripturæ tantum, recipi nõ po
ẽt gratis oblatum abſq; peccato, quãuis ſine
ſtituendi obligatione; ſin autem ob alios re
ctus prædictos donetur, & ſine peccato re
poterit, in qua tamen re opus eſt prudenti
quis in ſua propria cauſa facile erret, & dec
tur. Et de Tabellionum, ac notariorum
cio, illiſq; omnibus, quæ ad iniuſtitiam iud
rum, & totius Decalogi explicationem p
nent, hactenus diſputatum ſit. Nam ſi qu
lia ſunt magis particularia, ea facile ex his,
in toto hoc volumine diſputauimus, diiudi
poterunt. Ne autem iuſtum volumen exc
mus, reliqua quæ ſuperſunt, ſequentibus to
explicabimus. Interim hic ſecũdi tomi finis
in quo, ſicut & in priore, ceteriſque quos D
adiuuante edituri ſumus, omnia Sacroſan
Eccleſię Romanæ, quæ omnis veritatis col
na, & magiſtra eſt, iudicio, cenſurę, fideiq;
ſorum correctioni, qua par eſt reuerẽtia, &
militate ſubmitto.

FINIS.

VENETIIS, MDCXV.
APVD BARETIVM BARETIVM.